Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XXX
F
23
NAPOLI

XXX
F
23

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

NICOLAI

NANCELII

TRACHYENI

NOVIODVNENSIS,

LEONORÆ BORBONIÆ,
REVERENDÆ ABBATISSÆ
Fontebraldenſis, Medici,

ANALOGIA MICROCOSMI

AD MACROCOSMON; Id eſt,

Relatio & Proportio Vniuerſi ad Hominem: In qua quid in vtroque diſpici queat, Theologicè, Phyſicè, Medicè, Hiſtoricè, & Mathematicè diſceptatur: vnum ad aliud refertur, confertur, & ſigillatim & vniuersè explicatur; Rurſus Problematicè & Demonſtratiuè adſtruitur, vt vix quicquam quod ad alterutrum ſpectet, præteritum arguatur: ſic iàm, vt PROMPTVARIVM VNIVERSI, *non indecorè appelletur, Omnigenis hominibus cumprimis appoſitum, & ad omnem literariam ſupellectilem accommodum.*

LVTETIÆ PARISIORVM,
Ex officina Typographica CLAVDII MORELLI, via Iacobæa, ad inſigne Fontis.

M. DC. XI.
EX REGIS PRIVILEGIO.

Digitized by Google

Digitized by Google

AD SERENISSIMVM ET SAPIENTISSIMVM
VENETIARVM PRINCIPEM,

LEONARDVM
DONATVM, ET ILLVSTRISS.
PRVDENTISSIMOSQ. SENATORES
ET PATRITIOS VENETOS,

PETRVS NANCELIVS N. F.

SVBIT illud quod fabulæ myſterio antiquis proditum eſt, Sereniſſime Princeps, Senatoréſque Illuſtriſſimi, Dianam vix vtero lapſam, matri Latonæ obſtetricis partes impleuiſſe, fratrémq. Apollinem more gratantis ſuſcepiſſe, & in pedes protinùs erectam, erumpentem puſionem Deum ſuſtuliſſe. Mihi ſimile quiddam, ſed ingratiis meis, vſuuenit: Appetente ſiquidé morte, hunc ingenioſum ſuum partum pater meus enixus, quibus auris fœtum ſuum participabat, non minimo Reip. literariæ, meo verò maximo diſpendio deſiderióque, caruit. Cùm autem in rebus ageret, & vndequaque filio iſti Patronos deligendos curaret, in Galliis verò longo rerum vſu edoctus, ingenia neglecta marceſcere videret, quin probitatem inibi, ſed illaudatam, algere, laborum pertæſus, Cœlum Solúmque conteſtatus, quà potuit, ſe ſuáque ſuis ſubducere cupiuit, in eorum ordinem adlectus, qui,

Plorauere ſuis non reſpondere fauorem Speratum meritis.

Tandem inſtitutum veſtrum, generoſumque & beneuolum ingenium perpendens, ſolos vos reſpexit, Vobis toto niſu ſe ſuáque omnia deſtinauit. Quare deſiderij ſui me adſciuit interpretem, vt ille aliquando aiebat, ſciens apud vos tantum loci eſſe literis, vt hæc commendatio maximi teſtimonij inſtar haberetur. Ego igitur abs patre meo fidei meæ cóuentus, iuſſa illius non capeſſere, non filij eſſe reputaui: πατρὸς δ', διδάσκειν παῖδ', πείθεσθαι λόγῳ. Atenimuerò huius ſuæ voluntatis præclarum teſtem vadémque interceptum vtrique lugemus, immenſùm quanto Reip. penè dixerim periculo, Cl. V. D. Freſnæum Canaïum, ad vos olim Oratorem Regium, quem quidem hac de re, apud vos degentem, ipſe apud vos degens, etiam aliquando patris mei nomine compellaui. Ipſi quippe iam

Digitized by Google

pridem inter ſe ſe conſueuerant, eúmque pater meus præcipuè impenſéque colebat. Ambos igitur cum honore & elogio miſſos facientes, & ambobus benè precantes, huius recordationem illiúſque notitiam porrectis frontib. & expanſis vlnis recoletis & excipietis. Hunc vobis longa aſſuetudine, & rerum maximarum communi geſtione benè notum, obtrudere, vix ſani erit; illum itidem, ſuperuacanei laboris commendare, perinde ac ſi in ſole poſitis facem præferas, & acceſſu luminum claritudinem diei geſtias adiuuare. Proſtant vigiliarum ipſius & multiplicis eruditionis æternitati conſignanda monumenta; Prodeant tot labores exantlati, tot felices ærumnæ, tot piæ diſſertationes: in medium iſthæc concedant, pro illo, pro ſe loquantur; illis officium ſuum præripere, plagium eſt, dénegare, ſacrilegium. Quis enim ſum ego, vt hanc prouinciam ſuſtineam, vt patri meo contendam? Cum patre ſuo decertare, flagitium eſt, patrem vincere, nefas eſt: τὸ γὰρ πατρὸς κρατεῖν μὴ, αἰχμώλιε φέρε, ἀσπερμίᾳ δ', δόξα νικητήριος. Agite dum, Sereniſſ. Princeps, Senatoreſque Illuſtriſſ. ſi vnica Sophoclis Tragœdia, imperterritum illum Areopagum, & ineluctabilem Senatum permouit, obſtrepentiúmque & obloquentium natorum calumnias peruicit, nunquid aliquem gratiæ locum, immenſus ille omnium rerum, diſciplinarum & mirabilium Oceanus, apud vos reperiet? Vos maris Arbitri, Terrarúmq. Candidati, hanc Vniuerſi molem compẽdiariam non patulo ſinu receptabitis? Operis quippe immanis iſtius ſubiectum eſt, quicquid eſt, omnia permeat, ambit omnia, omnia perluſtrat: Orbis, Homo, Deus, ſed qua reuerentia de Deo ſentire & eloqui datur, eius ſunt:

Nil intentatum noſtri liquere parentes, nil inauſum, nil imperuiũ iſte meus reliquit. Theologis, Philoſophis, Medicis, Hiſtoricis, Mathematicis, humaniorúmque & reconditiorum literarum aſſeclis, non ſecùs ac ignis & aër idoneus eſt, imò neceſſarius, imò ſi in viuis non fuiſſet homo iſte, aliquid ornamenti ſui mundo deceſſiſſet: etenim tolerate me, filium, de patre meo loquentem, & quid ſentiam liberè ediſſerentem, τὸς πατέρ' αἰνέσαι, vt eſt Heroica paræmia, τὸν γὰρ ἐὼν τῆς Φύσιως τόρον ἔκτισαμὸφοις λαλεῖ; cùm videlicet hactenùs qui tantum munus obiret, repertus ſit nemo. Mundum homini, Hominem ſibi, & vtrumque Deo componit committítque, quà ſcilicet Creatura Creatorem arguit, opúſque artificem reſpicit: & iſtud quidem luculentiſſimè, magnificentiſſimè, floridiſſiméque exequutus eſt. Hoc libauerunt aliqui, hoc faciendum apud ſe non ſegniter perſenſerunt, ſed immenſitate, auſim, & tot tantarúmque rerum pondere fatiſcentes, vel perterriti, liquerunt —*opera interrupta, minaſque*

Murorum ingentes: — ſuo tamen Genio & ingenio fraudandi non ſunt. Veſtratum aliquis, Franciſcus Georgius, rem magnopere arduam audacter aggreſſus eſt, & quadantenus ad hunc noſtrum facit, nec nullibi ſi quid hic noſter per eum proficerit, profitetur. Secùs, diſpar ſubiectum eſt, diuerſus vtriq. reſpectus, ſtudium quammaximè fieri poteſt diſſimile. Noſter hic, imò meus, imò veſter, vtrumque Vniuerſum, maius & minus, Mundum & Hominem, vt duo ſunt & relatiua inter ſe, vt ἀρχέτυπον & ἀπότυπον, reſpicit & inuicem confert: veſter autem Ge-

Digitized by Google

orgius, Vniuerſum ſolum attendit, Hominem autem, quà Vniuerſi pars aliquanta eſt. Et quod valde apud illum vbique deſideratur, quos authores adlegat, nomine tenùs citat, loco & opere indictis, vnde ea quæ adfert deſumpta ſunt, vt iam fermè tota fides penes illum ſit, & penes lectorem ſuum credulitas. Ad vos igitur quadam rerum conuenientia hæc ſpectat Epigraphe, Sereniſſime Princeps, Senatoréſque Illuſtriſſ. authore & iubente, operis authore, & ſuprema intermorientis voluntate; & quòd è veſtris vnus, nonnihil huius inſtituti attigerit: ſicque,

Primum non medio, medium non diſcrepat imo,
Poſtremis prima, & reſpondent vltima primis.

Mihi ſola fidelitas referatur accepta, qui bona teſtatoris fideiuſſor interuertere nec volui, nec potui; duplici contracta obligatione, Depoſiti & Mandati: vtriuſque ſcilicet gratia, ſua meáque, mandantis, quod in rem ſuam meámque cedat. Suam quidem, qui vos ſemper coluit, ſi non excoluit & ornauit, & priſcum vos vſquequaque Reip. Romanæ Libertatiſque ſplendorem natiuum, viuentem vigentémque, ſeruare agnouit & laudauit: in rem meam verò, qui hac arrepta occaſione, in clientelam veſtram aſſumi volo & opto. Si autem abs vobis hoc operis placidè excipiatur, omnibus viribus connitar, me non degenerem oſtendere: quia paternis inſiſtens veſtigiis, aliquid efficiam, quod & me aliquando non inertem penitùs vixiſſe, vóſq. exemplo domeſtico omnimodè obſeruaſſe, poſteris teſtatum relinquat. De ſacris Metamorphoſibus aio, Latinè ad Ouidij exemplar, ὁμοῦ πᾶν, effingendis, *Periculoſæ plenum opus aleæ*, quod quidem animum meum iam ferè inuitum vellicat percellítque, ſi Deus Opt. Max.

Ingenio vires, viribus ingenium, id eſt & velle & perficere, bonus ſuppeditauerit, cùm mihi iam ſuppetat animus, ad omnem euentum ſortémque obfirmatus. Σωφροσύνῃ operis mente digeſſi, quæ rerum omnium quotquot ſunt, intelligibilium & ſenſibilium, vim, naturam, creationem, digeſtionem, opus & transformationem, in ſeſe complectitur; è quibus hæc paucula habete. De non Ente, ad Ens, quæ eſt Creatura mundi; de limo in hominem effícto, de Coſta in fœminam, de halitu Dei in animam viuentem, de Dæmone in ſerpentem, imò autem de Angelis in Dæmonas, de vita iuſtitiæ in vitam miſeriarũ & peccati, & quæ plurima ſequuntur; frequentes nempè Geniorum bonorum vel malorum apparitiones, mutationes corporeæ, vt vxoris Lothi in ſtatuam, excidium Gomorrheanum, vbi terra fertilis in ſalſuginé & in lacum ſulphureum, clades Ægypti, virga in aſpidem, & contrà; & alia multa deinceps, leui & breui manu corroganda, quæ curſim & ſtrictim in veteri Pacto vbilibet obuia ſunt: & quæcúnque miracula noui fœderis, vbi Verbum Caro factum eſt, & habitauit inter nos, Virgo matrem egit, & non deſiit eſſe virgo, tótque patrata paſſim Chriſto oſtenta, Mortui viuere iuſſi, Claudi erecti, Cæci viſu donati, & alia iſtiuſmodi: Aqua, vinum, imò, quod omnem ſenſum exuperat, panis, corpus Chriſti, & vinum, ſanguis illius viuificus, omnipotenti verbo facta: & quod ſummum eſt, corpus conflatum in ſpiritum, vt quod ſeminatur corporale, reſurgat ſpiritale: Denique vita iſta momentanea, in vitam æternam feliciſſimè commutata, vbi requies ſempiterna, ſola &

Digitized by Google

ſolida gloria, & abſque figuris & ænigmate, Dei, ſicuti eſt, viſio; vbi cognoſcemus illum, ſicut & cogniti ſumus, interminabilis vitæ plena & perfecta poſſeſſione. Hæc quantulacunque ſunt, Sereniſſime Princeps, Senatoreſque Illuſtriſſimi, ſæpiculè Principibus viris ingeſſi, dixi, deduxi, quod & vernaculè noſtratibus transferre πρέπους inſtitueram, opus ad quindecim millia verſuum; ſed ad hæc omnia Principes obſurdeſcunt, ſi tantis copiis parandis aliquid otij, ſuppetiarum & adminiculi aliunde accerſendum perſentiſcant, hærent & obmuteſcunt, aut explodũt & tricas apinas credunt. Qui talem, tantámque molem aggredi in animum induxerit, hunc ſeorſum, tumultu vacuum, iſto excepto negotioſo otio & otioſo negotio, in Prytaneo de publico viuere edico: Qui ſecùs faxit, fruſtrà ſe ſuáque, ingrato labore, impendit, ſed & immolat mactátque, neſcientibus, & aliud agentibus, aliarúmq. longè rerum ſatagentibus; quod illi vecordiæ eſſe, non eſt qui non videat. Hæc habui, Sereniſſ. Princ. Senat. Ill. quæ pro Corollario quodammodo huic inſcriptioni appingerem, malè enim me res iſta habet vrítque, vt iam diſſimulare vix queam; non quòd omnium quidem miſerrimi ſimus, quod omen auertat Deus, ſed quòd nemo ſuis ſtipendiis cogitur militare, reculámque ſuam pro nolentibus aut incogitantibus inſuperhabere & derelinquere. Vos interim Patris effectum, filiíque affectum, beneuoli, vt facitis, accipite, & vtrumque duplici nexu volentem & ſequentem deuincite. Valete, & proſperè, Ser. Princ. Senat. Illuſt. ſemper agite.

Digitized by Google

INDEX CAPITVM ET PROBLEMATVM QVÆ IN HAC N. NANCELII MICROCOSMI AD Macrocosmon Analogia continentur.

Πολυείδωα, *sive operis totius summa quædam, & velut Proœmium, vbi De Deo, p.* 1. 2. 49. 50

Liber primus, vbi

De suppari analogia hominis cum Deo, Cap. j. 49

De hominis figura, ortu, præstantia, & analogia cum cæteris, cap. ij. 53

De analogia animæ cum æthere, & capitis cum cœlo, animæque functionibus, cap. iij. 57

Comparatio septem Planetarum cum septem nervorum coniugationibus: vbi de Planetarum situ & ordine, cap. iv. 60

De sensuum sedibus & proportione ad elementa, cap. v. 64

Comparatio spirituum, vaporum, rheumatum, cum aëre & meteoris, cap. vj. 66

Comparatio ignis cum calore nativo, vbi N. de Timæo Platonis, cap. vij. 71

Caloris in homine divisio humidi radicalis natura, vsusque caloris nativi elogia; & alieni violenta ac tyrannica; & amborum inter se mutua invicem comparatio, ab effectis, cap. viij. 78

De immortalitate animæ, vellicatio adversus Galenum 84

Liber secundus, vbi

De spiritu, sive arteriis hominis, cap. j. 169.

De triplici spiritu, & eorum ortu atque affinitate, tum inter se, tum cum calore nativo, cap. ij. 172

Spiritus triplicis fixi usque triplex officina, & generationis modus, vsusque: vbi potissimum spiritus naturalis assertum, cap. iij. 175.

De generatione spirituum, & mutua successione, ipsorumque inter se comparatione. vbi N. de Fernelio vsurpatum, cap. iiij. 179.

De spiritibus præter naturam, cap. v. 184

De aëris, igniſque miraculis, cap. vj. 186

De ventis, cap. vii. *sive liber vnus* 189

De ventorum numero, & differentia 192

Liber tertius, vbi

De terræ natura, situ, & figura, stabilitate, centro mundi eoque immobili, cap. i. 201.

Variæ opiniones Philosophorum de terræ figura, situ, motu, vel quiete, cap. ii. 211

De quinque Zonis in cœlo & terra analogis: vbi priscorum opinio de quibusdam labefactatur: déque terræ latitudine, & longitudine, & distantia à cœlis, cap. iii. 216

Analogia partium humani corporis cum terra, quatuor summas in partes divisi. homo cum aliis artificum operibus eximiis confertur. eius corporis & animi præstantia commendatur, cap. iv. 223

De Nomenclatura partium corporis humani, cap. v. *sive Liber vnus* 226

De Capite 226

De Thorace 236

De Ventre 242

De partibus genitalibus 244

De virilibus 244

De muliebribus 247

De artubus, ac primum superioribus, 250.

De artubus inferioribus 255

Homo cur erectus, ossium beneficio: & horum generatio, natura, vsus, nexus, elementa, alimenta, incrementa, numerus, mythologia, & analogia vniversi, cap. vi. 260.

Initium sermonis de hominis corpore, à capite: vbi de capillorum natura, canitie, calvitie, horum ortu, causis, differentiis, cap. vii. 266

De facie & eius partibus maxime conspicuis, déque dentibus absolutè, cap. viii. 278.

De vsu, Liber vnus 287

De oculis 288

Digitized by Google

Qui fiat ἔκκριτ, visio? ptoblema. 501
De auditu, liber vnus. 332
De auribus, & auditus organo. ibid.
Quî fiat auditus? problema. 338
De odoratu, liber vnus. 341
De gustu, lingua, & saporibus, liber vnus. 374
De saporibus. 382
De tactu. 392
De dolore & voluptate, liber vnus. 400
Epilogus tractationis de Sensib. 410
De Principibus animæ facultatibus. 412
De somno & vigilia, liber vnus. 414
De voce, liber vnus. 429
De risu. 2209.

Liber quartus, vbi

DE Oesophago & aspera arteria, déque cervice, seu collo ipso, cap. j. 447
In Platonem & eos qui aliam cibi, aliam potionis esse viam sanciunt, cap. ii. 450
De Thorace, cap.iii. 465
De pectoris constructione & vsu, cap.iv. 468
De mammis, cap.v. 473
De sympathia vteri cum mammis. 475
An virgini & incorrupta lac in mammis possit concrescere problema. 476
De Amazonibus, cap.vi. 479
De contentis in pectore partibus: ac primùm de respiratione, cap.vii. 481
An sine respiratione vita consistat? problema. 490
De pulmone, cap.viii. 491
An pisces in aquis & sub aquis respirant? cap.ix. problema. 496
De corde, & ijs quæ ad ipsum pertinent, cap.x. 513.
De Pericardio. 514
De corde, & eius partib. 516
An cordi tres insint, pancioresve ventriculi? problema. 533
An à corde nervorum origo est? probl. 535
An vt arteriarum, sic cor venarum est principium? problema. 539
An cor primum in nobis formatur: aut quænam pars alia? problema. 541
An sedes animæ in cerebro? an in corde? aut vbi denique? problema. 551
Priscorum de corde, pulmone, & alijs partibus Thorace contentis sententia, cap.xii. 579
De respiratione, ex Græcorum Philosophorum sententia, cap.xiii. 597
De Diaphragmate, sive septo transverso, cap. xiv. 607

Liber quintus, vbi

DE ventre, & contentis eo visceribus atque intestinis χυλόπουσ organis, cap.i. 613
De vmbilico, cap.ii. 615
De musculis abdominis, epigastrio, peritonæo, epiploo, & partibus ventris exterioribus, cap.iii. 617.
De abdomine. 617
De peritonæo. 618
De epiploo. 620
De ventriculo & nutricatione, cap.iv. 624
An sine cibo vita constet, historia multiplex, problema. 624
An solo aqua potu vita sustentari possit? vbi de vino, lacte, alimenti necessitate, animæ facultatibus, fame & siti, cap.v. probl. 630
De nutritione ex Philosophis, cap.vi. 635
De facultatib. naturalib. & primarijs, & de nutricatione, & Medicis, cap.vii. 638
De organis concoctionis & nutritionis, vegula & ventriculo, & de famis generibus atque modis, cap.viii. 643
De gula seu œsophago. 644
Esne sitis origo, vbi & famis? probl. 650
De ventriculo propriè dicto, & chylosi, cap.ix. 651
An chylo ventriculus alitur? cap.x. probl. 655
De situ, forma, & compositione, vsuq. ventriculi, cap.xi. 668
De fibris. 674
De ventriculi actione. 675
De forma ventriculi. 678
De concoctione, cap.xii. 679
De intestinis, cap.xiii. 690
De intestinorum serie & numero, & alijs observatione dignis, præcipuéq. de cæco. 697
Intestinorum nomina, series, & appellationum vulgarium ratio. 700
De intestinorum appellationib, numero, ordine, vsu, & abusu, cap.xiv. 703
Digressio in sceleratam maledicorum hominum nequitiam. 707
De natibus, & excretorijs membris, atque intestinis, cap.xv. 713
Priscorum de intestinis sententia. 715
De mesenterio, cap.xvi. 719
An mesenterij venæ aliquæ non sint ab hepate? problema. 723

Liber sextus, vbi

DE hepate & similaribus ei partibus ad αἱματοποιίαν ἐ αἱμάτωσιν. 730
Priscorum de hepate & venis sententia, cap.i. 730.
De hepatis natura, generatione, vsu, & productione venarum, cap.ii. 737

Digitized by Google

Quod Venæ de ſubſtantia hepatis gigni nequeãt: earundem origo, diſtributio, & Vſus, ex N. 740.
Quod hepar ſit origo Venarum, ex Gal. & quî chylum in ſanguinem demutet, Cap. iij. 745
Contrariæ rationes Ariſt. quòd Venæ ſint à corde: & N. concluſio de multiplici origine Venarum 759
An Venæ ſanguificant? Probl. 761
Neotericorum de Hepatis natura obſeruationes, & cauſſæ diſcriminis à priſcis: item Ariſtot. de eodem ſententia, & de Venis, cap. iiij. 763
De Cyſti fellis, cap. v. 770
De Cyſti & felle opiniones aliorum: item de Hepate & Venis 775
De Liene, cap. vj. 782
De eodem ſplene, ſententiæ priſcorum 788
De Renibus & Vreteribus, cap. vij. 792
De Vreteribus 797
De Veſica & ſphinctere, cap. viij. 800
De ſphincter Veſicæ 802
De Anatomia Renum & Veſicæ 804
De Renibus & Veſica, & reliquis partibus Vretericis, opinio recentiorum, & noſtra, cap. ix. 806
Priſcorum de partibus Vretericis Vniuerſis ſententia, cap. x. 815

Liber ſeptimus, vbi

DE ſexuum diſcrimine, & Androgyno Platonis, & mutatione fœminarum in mares, caue contra, cap. j. 817
De hominis naturali generatione, & ſatu primo, ſpontaneoque, per exempla & opiniones Varias, cap. ij. 834
De hominis prima generatione ſecundum Philoſophos 836
De mundi & hominũ primaria creatione 844
Galeni ſententia de pene, cap. iij. 845
Recentiorum & noſtra de genitalibus Viri partibus ſententia, cap. iiij. 846
De præputio & circunciſione 853
De Teſtibus, cap. v. 855
De Teſtium naturali compoſitione, ex recentiorum & noſtra ſententia 856
De Paraſtata & Proſtata 863
De partium Virilium, præcipuéque teſtium natura & Vſu, ex Galeno potiſſimũ, cap. vj. 864.
Mas an fœminâ præſtantior, cap. vij. probl. 874.
De Vtero muliebri, ac primum & præcipuè ex ſententia Galeni, cap. viij. 888
De Cauda, ſeu pene muliebri, de Tribadum abuſu & laſciuia 888
Noſtra & recentiorum de Vtero muliebri ſententia. Vbi iterum de Tribadibus, & menſtruatis (horrendum) fœminis, Cap. ix. 906
De infantis in Vtero materno procreatione, primùm ſummatim de noſtra ſententia, Cap. x. 923
De eadem fœtificatione, ſeu fœtus in Vtero materno, generatione, ex Galeno, & aliorum opinione. 927
De ſitu embryonis in Vtero materno. 941
Priſcorum de Vtriſque partibus genitalibus, déque fœtus in Vtero materno formatione, teſtimonia proferuntur. 944
De Vulua & pudendo muliebri. 989
De Venere, ſeu coitu cum cautionibus: déque ſignis conceptionis, & contra. 995
Quæ cauſa eſt Vt in hominum genere (Valeat etiam in aliis par & eadem ratio) hic mas, hæc fœmina gignatur? Problema i. 102
An mas fœmina calidior eſt? Probl. ij. 1040
Quænã eſt Vis noſtri formatrix? Pro. iij. 1050
Suntne in Vtero plures cellulæ? & an inde pluriũ fœtuum gignendorum occaſio? Vel Vnde illa tandem, Probl. iv. 1079
Eſtne hymen aliquis, certus pudicitiæ cuſtos & index? Probl. v. 1096
Eſtne generandi habilis, cui teſtiũ alter exciſus, aut auulſus eſt? Probl. vj. 1108
Suntne cotyledones in Vtero muliebri? probl. vij. 1191
An oſſa pubis in partu muliebri ſeparantur? probl. viij. 1127
An infans in Vtero ſugit, ſeu victum ſibi ore, ſugendo parat & allicit? probl. ix. 1134
Quantum eſt hominum geſtationis tempus? probl. vbi & hoc diſceptatur,
Eſtne ſeptimeſtris partus Vitalis? éſtne octimeſtris?
Item, Poteſtne infans Vndecimo, vel Vlteriore menſe naſci?
Item, Ecquis frequens ac Vſitatus pariendi menſium terminus?
Itẽ, De anno Gregoriano, ad Lilios correctores, digreſſio longior: in qua, de Paſchate, dierum, menſium, & annorum ritu & Varietate, ad Medicos, & chronologos, & I. C. atque Theologos. 1149
Prima pars problematis I.C. & priſcorum tum Philoſophorum, tum Medicorum & Phyſicorum, tum aliorum ſententias Varias de partu multiplici proponit. 1149
Pars ſecunda Problematis, in qua nominatim & copioſè de correctione anni Gregoriani, ad Lilios fratres: Vbi de Æquinoctiis & Solſtitiis, eorumque obſeruationis modo: item

Digitized by Google

Quî fiat ἔκστασις, viſio? problema. 301
De auditu, liber vnus. 332
De auribus, & auditus organo. ibid.
Quî fiat auditus? problema. 338
De odoratu, liber vnus. 341
De guſtu, lingua, & ſaporibus, liber vnus. 374
De ſaporibus. 382
De tactu. 392
De dolore & voluptate, liber vnus. 400
Epilogus tractationis de Senſib. 410
De Principibus animæ facultatibus. 412
De ſomno & vigilia, liber vnus. 414
De voce, liber vnus. 429
De riſu. 2209.

Liber quartus, vbi

DE Oeſophago & aſpera arteria, déque cervice, ſeu collo ipſo, cap. j. 447
In Platonem & eos qui aliam cibi, aliam potionis eſſe viam ſanciunt, cap. ii. 450
De Thorace, cap.iii. 465
De pectoris conſtructione & vſu, cap.iv. 468
De mammis, cap.v. 473
De ſympathia vteri cum mammis. 475
An virgini & incorruptæ lac in mammis poſſit concreſcere? problema. 476
De Amazonibus, cap.vi. 479
De contentis in pectore partibus: ac primùm de reſpiratione, cap.vii. 481
An ſine reſpiratione vita conſiſtat? problema. 490
De pulmone, cap.viii. 491
An piſces in aquis & ſub aquis reſpirent? cap.ix. problema. 496
De corde, & iis quæ ad ipſum pertinent, cap.x. 513.
De Pericardio. 514
De corde, & eius partib. 516
An cordi tres inſint, pancioréſve ventriculi? problema. 533
An à corde nervorum origo eſt? probl. 535
An vt arteriarum, ſic cor venarum eſt principium? problema. 539
An cor primum in nobis formatur? aut quænam pars alia? problema. 541
An ſedes animæ in cerebro? an in corde? aut vbi denique? problema. 551
Priſcorum de corde, pulmone, & aliis partibus Thorace contentis ſententia, cap.xii. 579
De reſpiratione, ex Græcorum Philoſophorum ſententia, cap.xiii. 597
De Diaphragmate, ſive ſepto tranſverſo, cap. xiv. 607

Liber quintus, vbi

DE ventre, & contentis eo viſceribus atque inteſtinis χυλόποιοις organis, cap.i. 613
De vmbilico, cap.ii. 615
De muſculis abdominis, epigaſtrio, peritonæo, epiploo, & partibus ventris exterioribus, cap.iii. 617
De abdomine. 617
De peritonæo. 618
De epiploo. 620
De ventriculo & nutricatione, cap.iv. 624
An ſine cibo vita conſtet, hiſtoria multiplex, problema. 624
An ſolo aquæ potu vita ſuſtentari poſſit? vbi de vino, lacte, alimenti neceſſitate, animæ facultatibus, fame & ſiti, cap.v. probl. 630
De nutritione ex Philoſophis, cap,vi. 635
De facultatib. naturalib. & primarijs, & de nutricatione, & Medicis, cap.vii. 638
De organis concoctionis & nutritionis, vt gula & ventriculo, & de famis generibus atque modis, cap.viii. 643
De gula ſeu œſophago. 644
Eſtne ſitis origo, vbi & famis? probl. 650
De ventriculo propriè dicto, & chyloſi, cap.ix. 651
An chylo ventriculus alatur? cap.x. probl. 655
De ſitu, forma, & compoſitione, vſuq. ventriculi, cap.xi. 668
De fibris. 674
De ventriculi actione. 675
De forma ventriculi. 678
De concoctione, cap.xii. 679
De inteſtinis, cap.xiii. 690
De inteſtinorum ſerie & munere, & aliis obſervatione dignis, præcipuéq. de cæco. 697
Inteſtinorum nomina, ſeries, & appellationum vulgarium ratio. 700
De inteſtinorum appellationib, numero, ordine, vſu, & abuſu, cap.xiv. 703
Digreſſio in ſceleratam μυθογρῶν *& ἀγύρτων nequitiam.* 707
De natibus, & exteriorib membris, atque inteſtinis, cap.xv. 713
Priſcorum de inteſtinis ſententiæ. 715
De meſenterio, cap.xvi. 719
An meſenterij venæ aliquæ non ſint ad hepar? problema. 723

Liber ſextus, vbi

DE hepate & ſanguificationis partibus ad αἱματοποιὸν ἢ αἱμάτωσιν. 730
Priſcorum de hepate & venis ſententiæ, cap.i. 730.
De hepatis natura, generatione, vſu, & productione venarum, cap.ii. 737

Digitized by Google

Quod venæ de ſubſtantia hepatis gigni nequeãt: earundem origo, diſtributio, & vſus, ex N. 740.
Quod hepar ſit origo venarum, ex Gal. & quî chylum in ſanguinem demutet, Cap. iij. 745
Contrariæ rationes Ariſt. quòd venæ ſint à corde: & N. concluſio de multiplici origine venarum 759
An venæ ſanguificant? Probl. 761
Neotericorum de Hepatis natura obſervationes, & cauſſæ diſcriminis à priſcis: item Ariſtot. de eodem ſententia, & de venis, cap. iiij. 763
De Cyſti fellis, cap. v. 770
De Cyſti & felle opiniones aliorum: item de Hepate & venis 775
De Liene, cap. vj. 782
De eodem ſplene, ſententiæ priſcorum 788
De Renibus & vreteribus, cap. vij. 792
De vreteribus 797
De veſica & ſphincter, cap. viij. 800
De ſphincter veſicæ 802
De Anatomia Renum & veſicæ 804
De Renibus & Veſica, & reliquis partibus vretericis, opinio recentiorum, & noſtra, cap. ix. 806
Priſcorum de partibus vretericis variæ ſententiæ, cap. x. 815

Liber ſeptimus, vbi

DE ſexuum diſcrimine, & Androgyno Platonis, & mutatione fœminarum in mares, aut contra, cap. j. 827
De hominis naturali generatione, & ſatu primo, ſpontaneoque, per exempla & opiniones varias, cap. ij. 834
De hominis prima generatione ſecundum Philoſophos 836
De mundi & hominũ primaria creatione 844
Galeni ſententia de pene, cap. iij. 845
Recentiorum & noſtra de genitalibus viri partibus ſententia, cap. iiij. 846
De præputio & circũciſione 853
De Teſtibus, cap. v. 855
De Teſtium naturali compoſitione, ex recentiorum & noſtra ſententia 856
De Paraſtata & Proſtata 863
De partium virilium, præcipuéque teſtium natura & vſu, ex Galeno potiſſimè, cap. vj. 864.
Mas an fœminâ præſtantior, cap. vij. probl. 874.
De vtero muliebri, ac primum & præcipuè ex ſententia Galeni, cap. viij. 888
De Cauda, ſeu pene muliebri, de Tribadum abuſu & laſcivia 888
Noſtra & recentiorum de vtero muliebri ſententia. Vbi iterum de Tribadibus, & menſtruatis (horrendum) fœminis, Cap. ix. 906
De infantis in vtero materno procreatione, primùm ſummatim de noſtra ſententia, Cap. x. 923
De eadem fœtificatione, ſeu fœtus in vtero materno, generatione, ex Galeno, & aliorum opinione. 927
De ſitu embryonis in vtero materno. 941
Priſcorum de vtriſque partibus genitalibus, déque fœtus in vtero materno formatione, teſtimonia proferuntur. 944
De vulva & pudendo muliebri. 989
De venere, ſeu coitu cum cautionibus: déque ſignis conceptionis, & contra. 995
Quæ cauſa eſt vt in hominum genere (valeat etiam in aliis par & eadem ratio) hic mas, hæc fœmina gignatur? Problema i. 102
An mas fœmina calidior eſt? Probl. ij. 1040
Quænã eſt vis noſtri formatrix? Pro. iij. 1050
Sintne in vtero plures cellulæ? & an inde pluriũ fœtuum gignendorum occaſio? vel vnde illa tandem, Probl. iv. 1079
Eſtne hymen aliquis, certus pudicitiæ cuſtos & index? Probl. v. 1096
Eſtne generanda habilis, cui teſtiũ alter exciſus, aut avulſus eſt? Probl. vj. 1108
Sintne cotyledones in vtero muliebri? probl. vij. 1191
An oſſa pubis in partu muliebri ſeparantur? probl. viij. 1127
An infans in vtero ſugit, ſeu victum ſibi ore, ſugendo parat & allicit? probl. ix. 1132
Quantum eſt hominum geſtationis tempus? probl. vbi & hoc diſceptatur,
Eſtne ſeptimeſtris partus vitalis? éſtne octimeſtris?
Item, Poteſtne infans vndecimo, vel vlteriore menſe naſci?
Item, Ecquis frequens ac vſitatus pariendi menſium terminus?
Ito, De anno Gregoriano, ad Lilios correctores, digreſſio longior: in qua de Paſchate, dierum, menſium, & annorum ritu & varietate, ad Medicos, & chronologos, & I. C. atque Theologos. 1149
Prima pars problematis I. C. & priſcorum tum Philoſophorum, tum Medicorum & Phyſicorum, tum aliorum ſententias varias de partu multiplici proponit. 1149
Pars ſecunda Problematis, in qua nominatim & copioſè de correctione anni Gregoriani, ad Lilios fratres: vbi de Æquinoctiis & Solſtitiis, eorumque obſervationis modo item

Digitized by Google

de annorum & menſium diuerſitate, menſura, & correctione: deque Paſchali ritu Veteri & nouo, & eius ſede aſſignanda 1173

Pars tertia Problematis, in qua explicatur Hipp. & quorundam aliorum, de ſeptimeſtri, & Vteriore partu quolibet ſententia: itémque tum eiuſdem Hipp. tum aliorum diuerſa menſium ratio exponitur: Vbi & obiter de epacta, & aureo numero, & Lunæ inuentione, & emboliſmo dicto: & poriſſimũ de menſe medicinali, ad Galenum: poſtremo de Vi numerorum ad Pythagoreos 1125

Liber octauus, vbi

DE artubus ſeu partibus extimis 1257

Artuũ diuiſio, appellationũ varietas, & ratio, brachiorum manuumque deſcriptio, & partiũ amborũ particularumq., cap.j. 1257

De Brachijs & manibus 1259

De Vnguibus, cap. ij. 1264

De Venis in cubito incidi ſolitis, cap. iij. 1267

Philoſophorum & Medicorum de brachiis & manibus opiniones, cap. iv. 1269

De Manibus 1271

De Manuum Vſu, earumque naturali fabrica. brachiorumque, cap. v. 1277

Singularia exempla opificiorum humana manu elaboratorum, & humani ingenii manufacta miracula pleraque recenſentur, cap. vi. 1293.

De femorum cruruмque, & pedum cõpoſitione atque Vſu, cap. vii. 1305

De Chiromantia atq; Phyſiognomia. cap.viii. 1311.

De motu & ingreſſu hominis, & quadrupedũ, & ambulandi organis, cap. ix. 1319

De ambulandi modo, & greſſus organis, cap.x. 1332.

De Motu & ingreſſu, cap. xi. 1352

De Motu tonico, & muſculorum actione, cap. xii. 1356

Quæ cauſa eſt cur ſtantes & immoti plurimum laboremus, & laſſitudinem contrahamus? probl. 1356

De dignitate humanæ conditionis, ca.xiii. 1361

De præſtantia, decore, & gratia humani corporis, ac membrorum ipſius 1365

Liber nonus, vbi,

DE humoribus, ſiue humidis humani corporis partibus 1373

De homine terreno, & quatuor elementis, & hominis principiis, humoriſque proprietate, cap. j. 1373

De analogia noſtrorum humorũ ad aquas terræ. de Vtraque & incolis. de quatuor elementorum ſitu & ordine. de aquarũ miris, & terra in medio mundi pendula, cap. ii. 1377

An terra ſub aquis, vel ſuper, eiuſq. fulcro. item de fluuiis ſub terra meantib. cap. iij. 1386

De Antipodibus, ſint néene. de terræ globo, & aſtrorum cœliquè curſu & figura. de quatuor terricolarum generibus, & eorum ſitu, & ab Vmbris capta differentia, cap.iv. 1390

Quòd terra & aqua rotunda. de aquarum miraculis, & Oceani æſtuariis, Euripo, & Nilo, cap.v. 1399

De aquarum miris & Oceani acceſſu atque receſſu. 1401

Cur mare ſalſum, præſertim Sodomiticum, cap.vi. 1404

De fontium & fluminum origine, & quorundam miris, cap.vii. 1410

De corporib. Pythagoricis regularibus, & eorũ ad elementa proportione, & horum inter ſe. Vbi & de aurea Iouis cathena, cap.viii. 1413

De numero & generatione humorum in corpore humano. Vbi obiter & de aqua pluuia, & mari ſalſo, & quibuſdam etymologiis, cap.ix. 1417

De quatuor humorum nobis congenitorum natura, vi & Vſu, & analogia cum elementis, ab authoritate Phyſicorum, cap.x. 1422

Liber decimus, vbi

DE ſpeciali omnium humani corporis humorum tractatione. 1445

De ſanguine, cap. i. 1445

De pituita, cap. ii. 1460

De bile flaua, cap. iii. 1469

De bile atra ſiue melancholia, cap.iv. 1482

De quatuor humoribus, ex Auicenna & recentiorum ſententia. 1494

De muco, & ſaliua, & pure, & ſimilibus pituiteis humoribus, cap.v. 1509

De ſudore, & humorib. ſecũdariis, cap.vi. 1517

De Vrina, cap. vii. 1527

De ſemine, cap.viii. 1546

An ſemen à cerebro defluit? probl.i. 1572

Quænam eſt in coitu tantæ Voluptatis cauſa? probl.ii. 1581

Vter plus Voluptatis in coitu percipit, mas an fœmina? probl.iii. 1595

An ineſt ipſi mulieri ſemen, idque fœcundum? probl.iv. 1599

Quænam eſt natorum ad parentes ſimilitudinis cauſa? probl.v. 1609

An ſemen à toto corpore profluit? probl. vi. 1628

An mulier ſuperfœtari? probl.vii. 1638

An mola ſine Viri coitu concreſcere poteſt in Vtero muliebri? diq. eius natura, probl.viii. 1645.

Digitized by Google

De Monſtris & Androgynis quî fiant? probl. ix. 1650
De Lacte, cap.ix. 1668
De Menſtruis & Lochiis, cap.x. 1676
An Menſtruo muliebri tam dirum virus ineſt, vt quidam perhibent, probl.i. 1700
An citra fluorem menſtruum conceptio ſit? probl.ii. 1711
An mulieri etiamnum grauidæ menſes prodeunt, & qua via? probl.iii. 1717
Quænam eſt ſterilitatis cauſa viro aut mulieri? probl.iv. 1722

Liber vndecimus, vbi

DE iis quæ ex humoribus concreuerunt, déque partibus noſtri corporis ſimilaribus 1741
Quid pars ſimilaris, quid organica? cap. i. 1741
An partes ſolidæ ſemine aluntur & augentur? & an parentum, vel cuiuſque ſuo? probl. 1744
De Oſſibus, vbi primum in genere de ſimilarium partium natura & ortu. cap. ii. 1749
De chartilagine, cap.iii. 1758
De ligamentis, cap.iv. 1760
An ligamenta ſenſus ſint expertia? probl. 1764
De Tendonibus, cap.v. 1765
De Fibris ſeu Villis, cap.vi. 1771
De Tunicis ſeu Membranis, vbi præcipuè de cute, cap.vii. 1778
De Vena & arteria, cap.viii. 1787
An Venæ & arteriæ ſentiunt? probl. i. 1794
Eſt-ne Vena & arteria, pars ſimilaris & ſimplex, an verò compoſita? probl.ii. 1796
An Venarum & arteriarum tunica hæc à corde, illa ab iecinore eſt? probl. iii. 1799
De Carne, cap.ix. 1808
An Caro ſit primaria motus cauſſa? probl. 1816
De Muſculo, cap.x. 1818
De Glandulis, cap.xi. 1828
De Adipe, cap.xii. 1834
An Cordi ipſi Adeps adnaſcitur? prob.i. 1844
Eſt-ne Adeps frigida? probl. ii. 1846
De Medulla, cap.xiii. 1849

Liber duodecimus, vbi.

DE Cerebro & partibus eiuſdem, aut ab eodem exortis 1861
Analogia Capitis cum orbe cœleſti, cap.i. 1861
De Cranio & Pericranio, & Spina Dorſi, cap. ii. 1865
De Meningibus, cap.iii. 1890
De Neruis, cap.iv. 1899
De Cerebro & Spinali Medulla, cap.v. 1916

Liber decimus-tertius, vbi

PRoblemata varia in naturam capitis & cerebri 1951
De Principibus animæ facultatibus, & huius earumque numero & ſedibus, probl. i. 1952
An multis animantibus vt cerebri eadem eſt nobiſcum compoſitio: ſic & eadem functiones animales inſunt? Item, Quænam eſt reliquarum animantium ad hominem comparatio in functionum interiorum, imaginationis, ratiocinationis, memoriæ, & prudentiæ vſu? probl.ii. 1973
Cor an cerebrum præſtantius? probl.iii. 1991
An cerebrum cordis temperandi gratia temperatum? probl.iv. 1994
An Caput cerebri vel oculorum gratia conditum? probl.v. 1998
Eſt-ne Cerebri, & Spinæ vera medulla? probl. vi. 2007
An Nerui de cerebri ſubſtantia facti? probl. vii. 2011
An vt origo, ſic & ſenſus Neruorum eſt à cerebro? probl.viii. 2013
Senſus ad partes quomodo fertur? an vi ſola, an etiam ſubſtantia ſpiritus animalis? probl.ix. 2018
Quî fit vt peremptæ motu, ſenſus maneat illæſus, aut contra? probl.x. 2026
Eſt-ne aliquod Rete mirabile? probl.xi. 2041
Vtri Ventriculi Cerebri digniores? pro.xii. 2050
Quòd vnus homo ſit velut mũ ζῶν. probl.xiii. 2054
Vtrùmnam conditio hominis laudem an vituperium magis mereatur? probl.xiv. 2081
De Vitæ humanæ calamitate & miſeria, Pars prior 2081
De hominis dignitate atque præſtantia, Pars poſterior 2102
An mundus finem habebit, nouúſque deinceps excitabitur: ſicuti mortuis corporibus humanis, noua eorundem reſurrectio ſuccedet? probl. xv. 2134
De hominis fato & fatali morte, déque mundi ortu & occaſu, Pars prior ibid.
De mundi ortu & interitu 2141
De Reſurrectione corporum humanorum, & inſtauratione mundi, Pars 2. 2177
An nouus orbis poſt hunc abolitum excitandus 2192

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

NIC. NANCELII

IN SVAM MICROCOSMI

AD MACROCOSMON ANALOGIAM

προλεγόμενα,

SIVE OPERIS TOTIVS SVMMA

QVÆDAM, ET VELVT

Procœmium.

VBI DE DEO.

Mundus triplex, nempe Deus, vniuersum & homo.

QVI mundum triplicem instituunt philosophi atque theologi, primum summumque archetypũ, Deũ supponunt omnium conditorem, rectorem, prouisorémque conseruatorémque.

Alterum autem hunc quem cernimus, ex quatuor conflatum elementis, quem Graij ab ornatu κόσμον, Latini pari sensu mundum *ab munditie* denominant: quémque ad tertij mundi differentiam, μακρόκοσμον cum iisdem Græcis appellare, siue etiam fortassis primus per analogiam verbi, indigitare soleo. Tertium denique quem nunc depingimus, excolimus & celebramus, quémque tum discriminis, tum ἀξιοχρεως gratiâ, μικρόκοσμον recepto ab illis more vocitamus; Hominem videlicet, velut vniuersi istius exemplar atque abbreuiatam effigiem seu paradigma. Quoquidem illum μικρόκοσμον epitheto, primus (vt perhibent) Democritus insigniuit: alij deinde certatim exornarunt, vt Aristoteles 8. phys. vt Philo lib. de mundo, vt Solinus cap. 5. vt Galenus lib. 3. de vsu partium, & libro, An animal sit quod in vtero geritur; vt etiam Plato ille philosophiæ parens haud infrequenter, vt alij denique aliàs nominandi & in hoc longiori volumine proferendi. A quibus tamen desciscens Gregorius Nazianzenus oratione 2. de paschate, vir & eloquentia nitidus, & poëtica acutus, Hominem, ὁ μικρὸς οὗτος μέγας κόσμος, non paruum, sed magnum mundum nuncupat; quòd præter communia quatuor elementa, ex quibus totus mundus constat, mente quoque diuina insuper sit præditus.

Mundus vnde dictus, & eius synonyma.

μικρόκοσμος cur homo dicatur, & à quibus.

Homo, magnus mundus, quo de re.

A Basilius autem homilia II. in hexaëmeron; Reuera (inquit) μικρόκοσμος est homo: & rectè fecerunt, qui hoc nomine ipsum cohonestarunt. & post hos Cælius lib. 13. cap. 30. Homo, minor mundus ea ex caussa dicitatur, quòd vniuersi moderaminis in eo comperiatur forma. & Rufus medicus 2. onomastico, ἔστι γὰρ καὶ κατὰ τοὺς σοφούς, οἱονεὶ μικρὸς τις κόσμος ὁ ἄνθρωπος. videtur vtique iuxta sapientes, homo, velut paruus mundus. Inde Trismegistus istorum pater aut auus infit, Homo vel cœlicolis est præstantior, vel saltem pari sorte potitur. & noster haud scio an tempore posterior Dauid psal. 8. Minuisti eum (hominem) paulò minùs ab angelis. & Paulus apostolorum eloquentissimus Hebr. 2. Nusquam Deus angelos apprehendit, sed semen Abrahæ apprehendit. de quo mox plura: atque adeo de homine, speciali *ut ita dicam* problemate sub finem huius operis differemus.

Hominis dignitas.

Porrò autem triplicis mundi iam mihi dicti & propositi eam inter se analogiam esse audent profiteri

(sic parua componere magnis solebam)

non modò vt vnus cum altero similitudinem quandam gerat: verumetiam vt reliquos in sese quodammodo complecti videatur. Quo fit, vt in Deo rerum omnium opifice ter maximo, nempe mundo illo archetypo, hominem, velut Dei simulacrum atque imaginem, mundique totius similitudinem & ideam agnoscant. Sunt enim omnia in opifice, velut in simulacro quodam, ait Franciscus, quæ in istis inferioribus, tanquam in imagine contemplamur. Ob quam fortè καὶ à priscis, quasi ὁ πᾶς, vniuersum quoddam denominatur: quòd in se complectatur vniuersa, si non re ipsa & actu ἐνεργείᾳ, at potentiâ saltem & facul-

Analogia triplicis mundi, in quo & quatenus vnus complectatur reliquos.

Deus hominem & mundum comprehendit. Pauca de his.

Digitized by Google

Idea mundi in Deo: sic idea in omne opifice.

tate, ἐ τῇ διανοίᾳ. Tum quia priùs quàm orbem hunc crearet, operis ac moliminis tanti ideam in sese ac velut in mente (cùm sit ipse, mens purissima, castissima, synceritissima sanctissimáque) gereret impressam. quæquidem idea, totum opus fabrefaciendum creandúmque refert ac repræsentat (omnia enim fabricanda priùs in mente artificis existere autumant philosophi.) Tum quia condito iam orbe vniuerso, & iis quæ eius ambitu continentur, numerum & pondus & mensuram omnium penes se vnum esse haberique & seruari voluit. Numerus enim, pondus & mensura, quibus annumerantur, firmantur & metiuntur omnia, non sunt in rebus productis, sed extra easdem, vt Augustinus rectè sensit: & exempla rerum numeratarum, ponderatarum, mensuratarum nos docent ac persuadent. atque in beata illa mente diuina creatrice, omnia præexistebant, antequam in formas proprias explicarentur. opus autem fabricam opificis demonstrat. Ac Trismegistus elementa principiáque naturæ, pulchrum quoque hunc orbem vniuersum ab eo emanasse tradit, qui est & omnium rerum & vtriusque sexus fœcunditate plenissimus, vim totam continens generandi, absque externi cuiusquam adminiculo subsidióque. idémque rursum, σὺ γὰρ πάντα εἶ, ἃ ἔστι καὶ ἃ μὴ ἔστι, ἐ μὲν σὺ εἶ, σὺ πᾶν τὸ γεγονός. Tu enim (ait) es omnia: & nihil aliud est, quod tu non sis. tu es omne quod fuit, & quod non fuit. quod breuius Iohannes, Sine ipso factũ est nihil quod factum est. Græcè sic, χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἓν ὃ γέγονεν. denique vt ille ibidem, πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, omnia per ipsum facta sunt. & rursus, καὶ ὁ κόσμος δι' αὐτοῦ ἐγένετο· & mundus per eum factus est. quod etiam adeo Proclus sensit, cùm ait, οὐδὲν ἔξω τῶν πάντων, ἓν πάντα αὐτὰ ἀπὸ μοναδικῆς ἀρχῆς· nihil est omnium, quoniam ab illo omnia prodierunt. Eôdem pertinet quod scripsit Plutarchus; in fano Mineruæ apud Ægyptios ita insculptum legi solere, Ἐγώ εἰμι πᾶν τὸ γεγονὸς, ἐ ὂν, ἐ ἐσόμενον· Ego sum omne quod fuit, & quod est, quódque futurum est. quod iisdem penè verbis in sua apocalypsi repetiit Iohannes. ideo sic Seneca in quæstionib. naturalib. Quid est Deus? mens vniuersi. quid est Deus? quod vides totum, & quod non vides. & verò Isaïas cap. 66. Ego qui cæteris generationem tribuo, sterilis ero? & cap. 40. Ego primus & ego nouissimus. manus mea fundauit terram: & dextera mea mensa est, aut palmo concluſit cœlos. quasi dicat, Ego sum rerum omnium author & origo: item ego sum finis, in quem tendunt & resoluuntur omnia. & Ieremias 23. Nunquid non cœlum & terram ego implebo? & Dauid psal. 144. Aperis tu manum tuam, & imples omne animal benedictione. & psal. 103. Omnia à te expectant, vt des illis escam in tempore. &c. Etsi enim Deus per se extat iucundissimè felix, vt Richardus subscribit: voluit tamen ex insita bonitate mens illa felicissima hanc suam prolem producere, construendo fabricam eius

Numerus, pondus & mensura quatenus in Deo.

Mundus à Deo, quomodo.

Quòd Deus sit omnia, & ab eode omnia.

Deus quid.

Dei opificiũ & potentia, & ea, qualiter.

Deus gignit, alit & vinificat omnia.

Dei opera.

imagine plenam. sed quòd Deus insita bonitate inuitatus ad mundum hunc creandum fuerit, constat ex Platonis Timæo, & Senecæ imitatore, epist. 65. Hæc exemplaria rerum omnium Deus intra se habet (inquit) numerósque vniuersorum quæ agenda sunt, & modos mente complexus est. plenus his figuris est, quas Plato ideas appellat immortales, immutabiles, infatigabiles. & mox, quæris quid sit propositum Deo? bonitas. ita certè Plato ait, Quæ Deo faciendi mundum causſa fuit? Bonus est, bona fecit: bono nulla cuiusquam boni inuidia est. fecit itaque quàm optimum potuit. cui consentit principium illud geneseos, Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona. sed idem rursus lib. 4. de beneficiis, cap. 6. Insita sunt nobis omnium ætatum omniúmque artium semina: magistérque ex occulto Deus producit ingenia. vbi mox cap. 7. Quid enim aliud est natura, quàm Deus, & diuina ratio toti mundo & partibus eius inserta? vbi post Dei epitheta varia, Tot appellationes Dei sunt, infit, quot munera. vbi cur Liber, Hercules, Mercurius nuncuperur. Quocumq; te flexeris, ait cap. 8. ibi illum videbis occurrentẽ tibi. nihil ab illo vacat. opus suum ipse implet. &c.

Dei ad mundum fecerat.

Idea rerum omnium in Deo.

Deus bonus omnia fecit bona.

Artes homini insitæ.

Natura quid.

Deus in omnibus.

Sed de hoc aliàs, vel adeo ex poëtis, vt Homero, vt Arato ἐκ φαινομένοις, vt Hesiodo, vt Virgilio, atque aliis. nunc enim de proposita illa mundi ad Deum imagine placet sic differentem audire Aug. Eugubinum cap. 11. lib. 3. de perenni philosophia. Imaginẽ Dei esse hunc mundum sæpe prædicauerunt, habétque profundissimum mysterium. non potest enim isto modo maius præter Deum cogitari. Immensitas autem Dei, quæ nequeat intelligi & percipi rerum nostrarum indiciis significatur. Quòd si Deus est maximus, imò verò infinitus: certè non habet nisi mundum, sui magis simile. Erit autem mundus aptè imago Dei, si priùs consideres naturam rerum verarum atque imaginum ipsarum. si consideremus, quid inter exemplaria intersit, primáque ipsas res, arque earum simulacra. Ecce enim cùm varia multipliciáque sint simulacra referentia scilicet res ipsas totas, vel earum aliquam partem, interiorem vel exteriorem substantiam & qualitatem, vt filij parentes suos. Sic mundus est imago Dei, reiecta quidem corporea natura: sicut ex imagine humana in lapidè, reiicis naturam lapidis, accepta tantùm humana effigie. Vt in lapide cognoscis hominem; sic in mundo Deus tibi repræsentatur. nihil enim cogitabit homo toto mundo maius. Sic cùm magnitudinem Dei nullis visibilibus exemplis (quoniam infima sunt exiguáque omnia) pollis colligere, apparet tibi in toto mundo. Cogites igitur Deum ita maximam vniuersalémq; naturam vbiq; præsentem, omnia videntem audientémque, cuncta continentẽ, nulla re complexũ notionémq. eius aufugiente. sicut in mundo cuncta cõtinentur, nihilq; non est in eo, per omnia circumeunte, seséque extendente. Quid autem cogitabis de Deo vetius? quicunq; enim Deũ alicui mundanæ rei

Differentia exemplaris & imaginis.

Ab exẽplo. Mundus, imago Dei, quomodo. A simili.

Dei magnitudo incomparabilis.

Dei ad mundum amantis.

Dei immẽsi magnitudo.

assimilet, plurimum de maxima natura detrahat: vt si mundum ipsum quis non maiorem quàm pingi solet, asserat.

Mundus triplex, quo. & Deus, qualismundus.

Est igitur Deus, maximus mundus: sicut diuersa ratione homo, paruus est mundus. Est Deus, mundus sapientiæ, mundus sanctitatis, mundus intelligentiæ, mundus vitæ, rationum, idearum formarúmve. Sed quoniam hæc inuisibilia, & ipse inuisibilis mundus, constans (si dicere fas est) sed constans tamen ex inuisibilibus rebus: ita quidem constans, vt non ex alienis, sed suis: eóque maximus vnus mundus. Hac ratione Deum dixerunt (referente Tullio) animum per omnes mundi partes intentum & commeantem: ex quo nostri animi capetentur. Vtique per omnes mundi partes intentus æquat vincítque necessariò totum mundum magnitudine sua. mundanæ autem partes vsquequaque diffusæ videntur: intentus per omnes partes non videtur. Est ergo mundus inuisibilis, tendens per totum mundum visibilem inuisibiliter. Hoc dixit Pythagoras maiorum theologiam imitatus, eámque prædicans posteris. Hinc quoniam mundus est imago Dei, dixerunt Pythagorei, & Plato est eos secutus, Deum, qui mundus ipse intelligibilis esset, creasse mundum ipsum: vt quasi mundus ex mundo sit natus, minimus ex maximo, temporeus ex æterno, corruptibilis ex incorruptibili, visibilis ex inuisibili. Et Plato sicut in isto mundo cuncta animalia visibiliter: sic intelligibilia vel inuisibilia mundum illum esse complexum: sicuti mundus nos cæteráque cuncta animantia visibilia continet. sentiens inuisibilia animalia, quæ mundo diuino continentur, esse fontes illos originésque rerum, quibus infinitus sapientiæ diuinæ exuberat thesaurus. maximúsq. est mundus ille, plenus ordinum ac rationum, plenus formarum ἰδεῶν, non visibilium, sed sola cogitatione licet debiliter apprehensibilium more diuino. Et Timæus Pythagoreus ipsum ité Deum vocat κόσμον παράδειγμα, mundum exemplarem: quasi is cum illo gerat similitudinem. sed continens hic cuncta visibiliter. ille verò vt loqui solebant, diuinitùs, spiritaliter, sapienter, intellectualiter, νοητῶς denique. Háncque illi diuinissimam creati mundi rationem assignauerunt; quòd corporeus paruúsque mundus profectus est ex maximo, in quo rationes, formæ, principia, causæ erunt & sunt originésque innumerabiles. Etsi enim ex nihilo factus dicitur mundus: vtique ex ideis & originibus in maximo mundo contentis prodiit. ex quibus ita tanquam seminibus suis, cuncta in isto nasci potuerunt; sicut secreto, arcano, naturalíque modo in seminibus rerum sunt formæ earundem. Hinc Orpheus post enumeratam rerum omnium seriem, cœlum, ætherem, aërem, terras & maria, imò & deos ipsos: omnia in Deo ante mundum conditum, mirabili modo, nempe per ideam contenta, tandem subiicit;

Deus, animus per omnia intimus, sed inuisibilis.

Mundus ex mundo qualiter, & omnia in vtroque diuersimodè.

Mundi vtriusq. plenitudo.

Deus, mundus exemplaris, quomodo omnia complectatur.

Mundus ex mundo qualiter & quomodo exortus. A simili.

Omnia in Deo vel ante mundum conditum.

Οσσα τ' ἔην μεγάλοιο, & ὅσσα ἐτώσια ἔμπαιε
Γίγνεσθαι, Ζηνὸς δ' οἰκία πάντα μένειν.

id est,

Quæ fuerint exorta, & quæ mox vetusta trahãtur,
Omnia mente Iouis vinclo complexa teneri.

Cùm igitur in rebus creatis ac productis neque numerus, neque pondus, neque mensura insit, neque alibi forinsecùs sit primariò (inest enim fortè secundariò in omni deinceps artifice opus quoddam moliente & adornante) restat vtique, cùm extra omnia creata & condita, nihil sit nisi Deus, qui est omnia in omnibus, vt in ipso sit numerus, pondus atque mensura rerum omnium. de quo dicit scriptura, Omnia in mensura & numero & pondere disposuisti. quod acutè explicat Augustinus initio lib. 4. de genesi ad literam. Cuius vtique dogmatis authorem primum perhibent Abrahamum patriarcham. cuius demùm obscuritatem dicti sic postmodò illustrauit Augustinus; vt diceret, In Deo quidem numeros sine numero inesse: cùm omnia quæ in eo sunt, sint ipse Deus vnicus. Et esse pondus sine pondere, quo non grauatur, sed stabilitur ipse opifex, dans cætera cuncta moueri & stabiliri tandem. Verùm idem Augustinus ad Dardanum ita modificatur; Quia substantialiter Deus vbique diffusus: sed sic Deus per cuncta diffusus, vt non sit qualitas mundi; sed substantia creatrix mundi, sine labore regens, & sine onere continens mundum. Non tamen per spatia locorum, quasi mole diffusa, vt in dimidio mundi, corpore sit dimidius, & in alio dimidio dimidius, atque ita per totum totus: sed in cœlo solo totus, & in sola terra totus, & nullo contentus loco, sed in seipso vbique totus. Quomodo autem vbique, si in seipso? Vbique scilicet (subiicit idem) quia nusquam est absens: in seipso autem, quia non continetur ab eis quibus est præsens, tanquã sine eis esse non possit. Est igitur Deus vbique per diuinitatis præsentiam: sed non vbique per habitationis gratiam. qua de re posthàc plura, in problemate de sede animæ. audiamus enim & poëtas & philosophos, priscorũ videlicet theologos. Antiquissimus inter ethnicos & vates & theologus ita cecinisse perhibetur Orpheus;

Numerus, pondus & mensura omnia quomodo in Deo, non autẽ in reb. ipsis.

Numeri in Deo, quomodo; item pondera.

Deus quomodo per omnia diffusus.

Deus totus in toto & in seipso.

Deus quaterus vbiq. & in seipso.

Vnus perfectus Deus est, qui cuncta creauit,
Cuncta fouens, atque ipse ferens super omnia sese.

rursus idem,

Ipse est principiũ, medium quoque & exitus idem.

ista circunferuntur eum in modum: hæc autem Græcè scripta sic comperi, & Latinis totidem ex tempore versibus explicaui, vt mox audies. quãquam in Græcis quibusdam mendum subesse visum est.

Γαῖαν Ζεύς, ἀρχὴ πάντων, πάντων τε τελευτή.
Πάντ' ἐπορᾷς, ἠδ' πάντ' ἐπακούεις, πάντα βεκάζεις.
Ζεὺς ἀρχή, Ζεὺς μέσσα, διὸς δ' ἐκ πάντα πέλονται.
Ζεὺς πυθμὴν γαίης τε & οὐρανοῦ ἀστερόεντος.
Ζεὺς βασιλεύς, Ζεὺς αὐτὸς ἁπάντων ἀρχηγέτας.
Εν πρήσσας, ὃς δυνάμων ἦφιν, μία πᾶσι ἀρχὴ ἁπάντων. id est, vt totidẽ versiculis reposui, si modò potui;

Principium rerum finisque est Iuppiter idem.
Cuncta vides, & cuncta audis, & cuncta repẽsas.
Principium, medium, finis Deus; ab Ioue cuncta.

Deus in omnibus, idem principium & finis, & omnium cõditor rectórque.

Iuppiter eſt caput & medium: nam cuncta Iouis ſunt.
Iuppiter eſt fundum terræ, cælique micantis.
Iuppiter eſt dominus cunctorum principiumque.
Vna eſt vis, Deus vnus, magnus totius author.

Aratus autem ἐν φαινομένοις ita opus auſpicabatur;

Ἐκ Διὸς ἀρχώμεσθα, τὸν οὐδέποτ' ἄνδρες ἐῶμεν
Ἄρρητον. μεσταὶ δὲ Διὸς πᾶσαι μὲν ἀγυιαί,
Πᾶσαι δ' ἀνθρώπων ἀγοραί· μεστὴ δὲ θάλασσα
Καὶ λιμένες. πάντη δὲ Διὸς κεχρήμεθα πάντες.
Τοῦ γὰρ καὶ γένος ἐσμέν. ——

in quem ſic Feſtus Auienus ἀφηρμόζετο namque Ciceronis & Germanici manca eſt hoc initio quidem interpretatio Latina.

Carminis incaptor mihi Iuppiter: auſpice terras
Linquo Ioue: excelſam reſerat dux Iuppiter æthrã.
Imus in aſtra Iouis monitu: Iouis omine cælum,
Et Iouis imperio mortalibus æthera pando.
Hîc ſtatio, hîc ſedes primi patris: iſte paterni
Principium motus, vis fulminis iſte coruſci,
Vita elementorum, mundi calor, ætheris ignis,
Aſtrorúmque vigor, perpes ſubſtantia lucis,
Et numerus celſi modulaminis. hîc tener aer,
Materiéq; grauis concretio, ſuccus ab alto
Corporibus cœlo cunctarum alimonia rerum;
Flos & flamma animæ, qui diſcurrente meatu,
Mentis primigenæ penetralia dura reſoluens,
Implenit largo venas operatus amore:
Ordinis vt proprij fœdus daret iſte, calorem:
Quo digeſta capax ſolidaret femina mundus:
Inſernis ritè hunc primũ, medium atque ſecundũ.

& quæ ſequuntur reddita Latinè de Græcis multo cum fœnore, non verbum de verbo, aut carmen de carmine expreſſa. noſter autem Virgilius multò breuiùs primùm ſic,

Deus in omnibus. ——*Iouis omnia plena.* item, ——*Deum namque ire per omnes*
Terráſque tractúſque maris, cælúmque profundũ.

& rurſus,

Hinc pecudes, armenta, viros, genus omne ferarũ;
Quemque ſibi tenues naſcentem arceſſere vitas.

ſed idem multò vberiùs ita lib. 6. Æn. copia & elegantia cum Græcis certat;

Spiritus ſen anima mundo efficacitas. *Principio cœlum ac terras, campóſque liquentes,*
Lucentémque globum Lunæ, titaniáque aſtra
Spiritus intus alit; totámque infuſa per artus
Mens agitat molem, & pleno ſe corpore miſcet.
Inde hominum pecudúmq; genus, vitæq; volantũ,
Et quæ marmoreo fert monſtra ſub æquore pontus:
Igneus eſt ollis vigor, & cœleſtis origo
Seminibus. ——

de quo nos alibi pluribus in hoc opere ſumus dicturi. ſed breuiùs ita Manilius;

Deus per omnia diffuſus, omnia ciet. *Namque canunt tacitæ naturæ mente potentem,*
Infuſumq; Deum terræ cælóque fretóque.

& Boëtius,

Tu triplicis mediam naturæ cuncta manentem
Connectens animam per conſona membra reſoluis:
Quæ conſecta, duas motum glomerauit in orbes.
In ſemet rediturа meat, mentémque profundam
Circuit, & ſimili conuertit imagine cælum.

rurſum Orpheus apud Euſebium,

Deus eſt omnia. *Iuppiter eſt ſummus vertex, atque infima planta:*
Ipſe eſt æternus, ſemper, ſimul, omnia, vbique,
Terræ fundus. ——

idem,

Iuppiter eſt quodcunq; vides, quodcunq; moueris.

Sed & Paulus noſter inter philoſophos plus quàm philoſophus, ſic Athenis philoſophatur; In ipſo viuimus & mouemur & ſumus: ſicut & quidam poëtarum veſtrorum dixerunt, Ipſius enim & genus ſumus; act. apoſtol. 17. ex Arato illo nuper mihi commemorato, *Homines, genus Dei.*

——τοῦ γὰρ καὶ γένος ἐσμέν.

Sed & Alexander Mileſius Pythagoricus; Ille animus qui Iuppiter, id eſt deus ſummus dicitur, viget atque implet omnia. Quod noſter ſapiens ſap. 1. ita ſanctiùs expreſſit, Spiritus Domini repleuit orbem terrarum. *Deus, vita eſt.* *Deus & ſpiritus Dei vbique. & omnia quæ ſunt & non ſunt.* & Mercurius, Ita Deum exiſtere ſemper, niſi ſemper agat omnia, impoſſibile eſt: in cœlo videlicet, in aëre, terra, mari, in mundo toto, in qualibet particula mundi tota, tum in eo quod eſt, tum in eo quod non extat. Nihil eſt in omni natura, quod ille ipſe non ſit. eſt ille ſiquidem quæ ſunt; eſt etiam ea quæ minimè ſunt. Quæquidem ſunt, deducit in lucem: & quæ non ſunt, occulit in ſeipſo. Hic deus nomine melior, hic occultus, hic rurſus omnium patentiſſimus, hic menti conſpicuus, hic præſens oculis, hic incorporeus ac velut multicorporeus. *Deus mirificus, & omnia in omnibus, & nihil exiſtentium.* Denique vt Parmenides dicebat, omnia ſolus Deus exiſtit. & vt Dionyſius Areopagites philoſophus poſt philoſophos concludit, Deus in mentibus eſt, & in animantibus, & in corporibus, & in cœlo & in terra, & ſimul in eodem, idem mundanus, circummundanus, ſupramundanus, ſupercœleſtis, ſuperſubſtantialis, ſol, aſtrum, ignis, aqua, ſpiritus, ros, nubes, lapis & petra; omnia denique exiſtentia, & nihil exiſtentium; omnia complens, omnia circunſonare facit. atque vt Paulus noſter colligit, A quo omnia, in quo omnia, per quem omnia: qui eſt benedictus in ſecula, Amen. Quanquam Auguſtinus lib. 1. de trinitate, Non confusè (inquit) accipiendum eſt, quod ait apoſtolus, Ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo. ex ipſo dicens, propter patrem: per ipſum, propter filium: in ipſo, propter ſpiritum ſanctum. quod ferè repetit idem catech. lib. 3. & Gregorius Nazianzenus cognominatus theologus, Vnus eſt Deus pater, inquit, ex quo omnia; & filius, per quem omnia, & ſpiritus ſanctus, in quo omnia. hæ enim præpoſitiones, à quo, per quem, & in quo, non naturam quidem diuidunt; ſed vnius atque inconfuſæ naturæ proprietates exprimunt. ita ille, ſed Græcè elegantiùs. Ambroſius autem cap. 5. lib. 1. hexaëmeri; Ex ipſo principium & origo ſubſtantiæ vniuerſorum, id eſt ex voluntate eius & poteſtate, per ipſum continuatio: finis in ipſum. Ex ipſo ergo materia: per ipſum operatio, quæ ligauit atque conſtrinxit vniuerſa: in ipſum, quia & quandiu vult, omnia eius virtute manent atque conſiſtunt. &c. Gregorius autem ſuper cantica cantic. Licet Deus communi modo omnibus rebus inſit præſentiâ, potentiâ, ſubſtantiâ: tamen familiariori modo per gratiam *Ex ipſo, per ipſum, in ipſo, quid ſignificet.* *Quot modis Deus rebus inſit.*

Digitized by Google

dicitur esse in illis qui mirificentiam operum Dei acutiùs & fideliùs considerant. & Augustinus ad Dardanum epist. 57. Cùm Deus sit (ait) natura incorporea, & incommutabiliter viua, æterna stabilitate in seipso manens; totus adest rebus omnibus, & singulis totus. sed in quibus habitat, habent eum pro suæ capacitatis diuersitate alij amplius, alij minùs: quos ipse sibi dilectissimum templum gratiâ suæ bonitatis ædificat. similiter Hilarius libro 8. de trinitate, Deus (inquit) immensæ virtutis viuens potestas, quæ nusquam non adsit, non desit vsquam; se omnem per sua edocet: vt vbi sua sint, ipse esse intelligatur. non autem corporali modo cùm alicubi sit, non etiam vbique esse credatur: cùm & in omnibus esse nō desinat. & Ambrosius lib. de Spiritu sancto, Domini est omnia complere, qui dicit Ieremiæ 23: Cœlum & terram ego compleo. sed Chrysostomus in epistola ad Hebræos, homilia 2. Sicut multa de Deo intelligimus, quæ loqui penitus non valemus; ita multa loquimur, quæ intelligere non sumus idonei: verbi gratiâ, quòd vbique Deus sit, scimus & dicimus. quomodo autem vbique sit, intellectu non capimus. Siquis autem quærat, Antequàm faceret Deus cœlum & terram, antequàm faceret sanctos, vbi habitabat? sic habes Augustinum breuiter & acutè respondentem lib. 3. contra Maximinum; In se habitabat Deus: apud te habitat, & apud se est. qua etiam de re tum hîc paulò antè, tum postea problemate de sede animæ, & alibi forsan vt occurret occasio. Sed has quæstiones theologis relinquimus soluendas, & scholasticis doctoribus ad lib. 1. sentent. distinct. 36. & 37.

Deus in omnibus, quatenus.

Deus quid & vbi quòque modo.

De Deo loqui & intelligere, ardeum.

Deus vbi sit, & vbi ante mundum conditum.

Propositio. Quandoquidem verò de duplici mundo, tum archetypo illo & supremo diuinissimóque, tum hoc vniuerso quatuor in se elementa complexo, per analogiam, quod nunc satis est, diximus (si vlla est Dei ad res à se creatas & conditas analogia) licet dè homine pariter pleráque cum mundo maiore communia dicta sint; de hoc tamen *Homo, parvus mundus.* posteriore & microcosmo, velut orbe contracto quodam ac breuiore vel abbreuiato, in sese cætera quodammodo complexo, placet nunc paulò pluribus disceptare. quo de vno potissimùm nobis instituta est omnis hoc toto amplissimo opere disceptatio. *N. scopus operis.* Nam de superiore illa analogia Dei ad mundum & ad hominem, theologico quodam & allegorico atque anagogico seu mystico modo differens in sua consonantissima mundi harmonia & tribus canticis suauissimè modulata, abundè satis tibi faciet Fr. Georgius minorita Venetus, recens author illè quidem, doctus tamen, & antiquitatis sedulus indagator. cuperem tamen locos authorum, quos multos nominat, paulò accuratiùs assignaret, quò sic Lectoris laborem leuaret & studium. sed hoc multò maioris est operæ vel operis & anxietatis: quam nos non admodùm hic auersamur aut detrectamus.

Hominis periphrasis & denominatio.

Igitur noster hîc τοῦ κόσμου, orbis incola & ciuis, quem dicimus hominem (ab humanitate, vt putat Ambrosius: vt autem ego iudico, humanitas ab homine, & homo ab humo, vti posthàc edisseram) medius quodammodo inter Deum & creata omnia, videtur quasi instar vinculi, rerum vniuersitatem connectere, & suprema infimis colligare, omniáque vnus in se glomerata continere: Deum nempe, cuius imago ipse est, & cæteras deinde creaturas vniuersas. Propterea theologorum veterum pleróque scimus ingenio perspicacissimo, bonitatem in centro, pulchritudinem in circulo collocatam tradidisse. alij Deum, sphæram esse dixerunt, cuius centrum esset vbique, peripheria nusquam. Alij autem, centri nomine Deum esse intelligendum prudentioribus insinuarunt: circulos verò in ambitu assiduè circumactos, mentem significare, animam item ac naturam & materiam. Id quod Plotino placuit in primis. Siquidem Deus omnibus ineft vnus, penitus simplex ac immobilis, ait Cælius, omnia verò indidem emanantia, aliquo modo composita, ac motus non inscia. Imò verò sicuti profluunt ab eo, ita refluunt in eundem, vt in circulo lineæ. Deus itaque centrum omnium: homo autem velut vniuersitatis vinculum est, de quo sic Hermes suo Tatio, Homo omnibus vtitur, terra, aqua, aëre, igne, & quibuslibet in eis contentis. vbi μερίσαιμι quidam circumscribitur. Atque Aristoteles initio politic. Existimandum est vt plantæ animalium caussâ, ità & animalia hominis gratiâ constituta fuisse. Denique, ait idem, nos sumus quodammodo finis omnium. Hinc Cælius cap. 2. lib. 1. Quicquid est naturæ corporeæ, hominis caussâ productum est. nam quis nesciat elementorum illuc rationem spectare, vt inde composita effingantur? composita verò inanima, nónne propter animata? vt imperfecta propter perfecta? Plantæ vtique animalibus deseruiunt. at hæc, imò verò omnia simul humanis vsibus sunt destinata. Sed quid in humili versamur? cur non surrigimur? & quæ tam miranda videntur, nobis item obsequium præstare comprobamus? Expende radiantes deos (vt inquit Apuleius) quibus cœli chorum comptum & coronatum suda tempestate visimus, pictis noctibus, seueta gratia, toruo decore. Suspice (inquam) in hoc perfectissimo mundi (vt ait Ennius) clypeo miris fulgoribus variata celamina: quorum ex assuetudine, speciem quandoque mirari desinimus: nónne nostris emolumentis ista destinantur? Homo itaque in mundi meditullio constitutus, veluti rex planè dominúsque cunctorum, huc illuc porrectis expansisque potestatis suæ viribus, fruitur omnibus, omnibus imperat. Dixi, dij estis, & filij excelsi omnes, ait propheta psalm. 81. Verùm vbinam in veteri scriptura hoc dictum esse legimus? inquirit Euthymius,

Homo medius inter Deum & res conditas, idémq. vinculum vniuersi.

Homo complectitur omnia entia.

Bonitas & pulchritudo in circulo, vbi, & quid.

Deus in omnibus, & ab his omnia, & ad eum reuertuntur.

Deus, centrum vniuersi.

Omnia cedunt vsibus humanis.

Homo, finis omnium.

Cœli periphrasis.

Homo, rex vniuersi.

Homines sunt dij, quo modo.

Quidam dicunt ſententiam hanc contineri in illis verbis à Deo prolatis, Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram. Mihi autem videtur, quòd iudices & principes Dei appellati ſint in lib. exodi, quando populo Deus mandauit dicens, Diis non maledices, & principibus populi tui non dices malè. per deos etenim illic principes intellexit. Chriſtus autem Iohan. 10. deos interpretatur illos, ad quos ſermo Dei factus eſt. Hebræi fungi officio Dei interpretantur. ideo Ioſaphat 2. paralipom. 19. Videte quid faciatis: non enim hominis exercetis officium, ſed Dei. ſed de hoc aliàs. M. Tullius 2. natu. deor. Omnia quæ ſint in hoc mundo, quibus vtantur homines, hominum cauſsâ facta eſſe ſtatuit. Mundúmque ſibi videri effectum eorum animantium cauſsâ, quæ ratione vtantur: qui ſunt dij & homines: quibus profectò nihil eſt melius. de quo etiam ſub finem operis huius.

Omnia hominũ cauſa, & deorum.

Cùm igitur ſummus ille mundi artifex, orbe iam condito, hominem producere cogitaret, regémque vniuerſi & ſuum ſibi legatum inſtituere; diuino concilio accito ſanctiſſimæ atque auguſtiſſimæ Triadis, Faciamus (inquit) hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram, qui præſit reliquis creaturis, ex cap. 1. geneſeos recognoſcendis. Formauit igitur Dominus Deus hominem de limo terræ, & inſpirauit in faciem eius, ſpiraculum vitæ: & factus eſt homo in animam viuentem, ait ibidem cap. 2. Quater autem meminit huius creationis hominis, vt intelligamus perfectionem creationis ipſius hominis, vt Hebræi notant interpretes. Quæ fortè cùm legiſſet Algazel Saracenus, æmulatus intulit: Ad compoſitionem hominis veniens natura ceſſauit, tanquam nihil honoratius cõponendum præ manibus haberet. Ex quo ſapientes quidam nomen Adam penitiùs ſpeculati intulerunt, per Aleph, diuinitatem: per Daleth, cœleſtem naturam: per Mem deniq. (quibus tribus figuratiuis & radicalibus literis hoc nomen conſtat, & linguæ primigeniæ elementis componitur) corpus hoc corruptibile deſignari. quòd ſit homo trium iſtorum iam inde ab ortu primo præcipuè particeps. & Origenes ad illud geneſ. 1. Maſculum & fœminam creauit eos; per maſculum, intelligit diuinum: per fœminam autem, corpus animale, quod diuino illi ſubiicitur: vt ipſo incubante concipiat & pariat. inde Sap. cap. 10. Eduxit illum de limo terræ, & dedit illi virtutem continendi omnia. cui adſtipulatur Triſmegiſtus, qui interrogatus à filio de hominis generatione mirifica, reſpondet paucis & fœcundis verbis; Homo eſt quoddam totum. idémque, Vos quibus mentis portio conceſſa eſt, genus recognoſcite veſtrum, veſtrámque naturam immortalem conſiderate. ſed in Pœmandro idem ſic ἐπερωτώμενον, & ad Moſem ſuum deceſſorem atque antiſtitem propiùs accedens; Ὁ δὲ πάντων πατὴρ ὁ νοῦς, ὢν ζωὴ καὶ φῶς, ἀπέκυσεν ἄνθρωπον ἴσον ἑαυτῷ ὃν ἠγάπησεν ὡς ἴδιον υἱόν· ἦν γὰρ εὐειδὴς ἄγαν ὁ τοῦ πατρὸς ἐκμαγεῖον, ὡς ὄντως ἐρασθῆναι τῆς ἰδίου μορφῆς, καὶ παραδοῦναι πάσας τὰς ἑαυτοῦ δημιουργίας. id eſt, Vniuerſorum pater mens, & vita & natura exiſtens, genuit hominem ſibi ſimilem, quem dilexit velut propriam prolem: valde pulcher enim erat, patris gerens imaginẽ. re enim vera Deus propriam formam amauit, eíque ſuas omnes creaturas tradidit. Quid potuit dici diuinius? quid ſacris literis congruentius? ideò forte poſthàc eandem ſententiam repetere haud grauabor, ob elegantiam atque energiam ethnica mente ſublimiorem. Auguſtinus & philoſophicis imbutus diſciplinis, & theologica emphaſi refertus intulit; Ad totius ſapientiæ ſimilitudinem facta anima, omnium rerum in ſe gerit imaginem. vnde à philoſopho definita eſt omnium rerum ſimilitudo. habet enim in ſe vires, quibus omnia comprehendit, omnia inueſtigat, omnibúſque ſimilis exiſtit. Cùm enim ſit vna, ſimilis eſt terræ per ſenſum, aquæ per imaginationem, aëri per rationem, firmamento per intellectum, cœlorum cœlo per intelligentiam, ait ille lib. de ſpiritu & anima. dein ſubiungit, Homo ſimilis eſt lapidibus per eſſentiam, arboribus per vitam, animalibus per ſenſum & imaginationem, hominibus per rationem, angelis per intellectum, Deo per intelligentiam. de quo iterum poſthàc.

Anima, ad imaginem Dei, quã.

Anima & hominis ſimilitudo cum vniuerſo.

Hominis creatio miſtica.

Homo, natura miraculum.

Addũ quid cabaliſticè ſignet.

Homo, mas & fœmina quid allegoricè.

Homo omnia cõtinet.

Homo, eſt totum, immortalis, & imago Dei ac delicia.

Quæ ſit autem forma Dei, nemo hominum nouit: Deum enim nemo vidit vnquam, ait Iohannes cap. 1. Cui ergo ſimilem feciſtis Deum? aut quam imaginem ponetis ei? ait Iſaïas cap. 40. Neque enim ex eo, quòd homo ad imaginem Dei conditus ſit; inde confici puto, vt credendum ſit, Deum membris humanis, aut homini ſimilibus & proportione quadam reſpondentibus eſſe præditum. Quem in errorem lapſi quidam hæretici, ex eo ſibi nomen Anthropomorphitarum retulerunt, Audæo quodã Syro ſectæ & hæreſeos ſuæ authore. qui cùm perperàm illud 1. geneſ. intellexiſſet, Faciamus hominem ad imaginẽ & ſimilitudinem noſtrã; Deum humana forma eſſe opinatus eſt, eundémque corporalia membra habere; ſacræ ſcripturæ ſententiam non ſatis aſſecutus, quæ diuini numinis operibus, humanarum partium vocabula tribuit: vt Nicephorus cap. 14. lib. 11. ex hiſtor. tripar. lib. 7. cap. 11. recenſet, & Epiphanius catalogo hæreſeon. ſed Epicurei iam multò antè hunc errorem cõfinxerant, vt Cicero ab iis refert 1. de natura deor. Quod verò ſine corpore vllo Deũ vult eſſe Plato, vt Græci dicunt, ἀσώματον, id quale eſſe poſſit, intelligi non poteſt. careat enim ſenſu neceſſe eſt, careat prudẽtia, careat voluptate: quæ omnia vnà cum deorũ notione cõprehendimus. Et quod mirari ſubit Tertullianus in eam ſententiã propendere videtur, & Deo & animæ corpus affingere, atque huic oculos, aures & artus reliquos: quinetiam colorem aëreum & lucidum. creſcere tamen & decreſcere negat: ſed per totum corpus localiter tendi: vt de ſemine parentis orta exiguo, per traducem natiuitatis

Queſtio. Deus noſtitur forma? & quomodo homini ſimilis?

Deus non habet membra homini ſimilia.

Audæi & anthropomorphitarũ hæreſis, & Priſcillianiſtarum.

Quomodo Deus ſine corpore, ab inſãmodo.

Animæ corpus ex Tertull. qualiter.

ſucceſſione animarum, toti corporis quantitati poſſit æquari. cuius errorem non ridendum, ſed tremendum notat Auguſtinus ſub finem lib. 10. ſuper geneſi ad literam. de quo poſt vbi de anima dicam. Origenes & ipſe in arduis labi facilis, hoc tamen vidit aliter accipiendum, quàm ſonat: quo autem pacto, Deo incorporeo humani affectus atque humana membra tribuantur, acutè exponit, ſed prolixiùs quàm vt nunc proferendus ſit, homilia 3. ſuper geneſin. Simplex eſt enim (ait) illa ſubſtantia, & neque membris vllis, neque compaginibus affectibúſque compoſita. ſed quicquid diuinis virtutibus geritur, hoc vt homines poſſent intelligere, aut humanorum membrorum appellatione profertur, aut communibus & notis annuntiatur affectibus. & hoc modo vel iraſci, vel audire, vel loqui dicitur Deus. Idémque homil. 8. in exodum, Vide (inquit) benignitatem Dei; quomodo vt nos doceat, & perfectos faciat, ipſe fragilitatem humanorum non recuſat affectuum. & libro 4. contra Celſi calumnias hac de re diſſerens, familiari hoc vtitur exemplo; Quemadmodum ipſi vbi cũ pueris minutioribus obortа nobis eſt diſceptatio, non noſtras dicendi vires attendimus; ſed illorum imbecillitati nos ipſos accommodantes, non ſolùm his conſentanea fabulamur: ſed ea etiam facimus, quæ ad puerorum videntur emendationem ſat facere, & illis non parum conducere. Sic item & Dei verbum videtur quæ ſcripta ſunt, diſpenſaſſe, pro auditorum & viribus & vtilitate dimetiendo, quæ decenter denuntiarit. & quæ ſequuntur multa. Hunc ſecutus Hieronymus, de Deo ita effatur; Omnipotens Deus pater & filius & ſpiritus ſanctus, vnus atque trinus: vnus videlicet in natura, trinus in perſonis; ſolus inuiſibilis, ſolus immenſus, atque incomprehenſibilis, ſolus incircumſcriptus, ſolus incorporeus & immortalis; vbique præſens, ſed latens; vbique totus, ſed immenſus. quæ omnia deinceps probat locis ex nouo teſtamento veteríque productis, ſed prolixiore contextu nunc tranſiliendo. Vbicumque autem ſacra ſcriptura paſſim (inſit) per diuinos libros in Deo motus animæ ſeu humana membra deſcribit, id eſt caput, capillos, oculos, palpebras, aures, nares, os, labia, cor, linguam, imaginem, vterum, manum, digitos, brachium, alas, ſcapulas, poſteriora, pedes: item motus animæ, iram, furorem, obliuionem, pœnitentiam, recordationem, & his ſimilia; non carnaliter iuxta hiſtoriam à rectè intelligentibus ſumenda ſunt, ſicut à Iudæis & pleriſque hæreticis carnaliter ſapientibus, qui Deum corporeum atque localem opinantur: ſed ſpiritualiter omnia de eo intelligenda & contuenda ſunt. Auguſtinus cap. 17. lib. 1. de geneſi contra Manichæos, Iſtam maximè quæſtionem (inquit) ſolent Manichæi loquaciter agitare, & inſultare nobis, quòd hominem credamus factum ad imaginem & ſimilitudinem Dei. Attendunt enim figuram corporis noſtri, & infeliciter quærunt, Vtrùm habeat Deus nares & dentes & barbam & membra etiam interiora, & cætera quæ in nobis ſunt neceſſaria. In Deo autem talia ridiculum eſt, imò impium credere: & ideo negant hominem factum eſſe ad imaginem & ſimilitudinẽ Dei. Quibus reſpondemus; membra quidem iſta in ſcripturis plerumque nominari, cùm Deus inſinuatur audientibus paruulis: & hoc non ſolùm in veteris teſtamenti libris, ſed etiam in noui. Sed omnes qui ſpiritaliter intelligunt ſcripturas, non membra corporea, ſed ſpiritales potentias accipere didicerunt. Sed tamen nouerint in catholica diſciplina ſpiritales fideles non credere Deum forma corporea definitum. Et quòd homo ad imaginem Dei factus dicitur, ſecundùm interiorem hominem dici, vbi eſt ratio & intellectus. Vnde etiam habet poteſtatem piſcium maris, & volatilium cœli, & omnium pecorum & ferarum, & omnis terræ & omnium repentium quæ repunt ſuper terram. Quum enim dixiſſet, Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram; addidit continuò, & habeat poteſtatem piſcium maris & volatilium cœli &c. Vt intelligeremus, non propter corpus dici hominem factum ad imaginem Dei: ſed propter eam poteſtatem, qua omnia pecora ſuperat. Omnia enim animalia cætera ſubiecta ſunt homini, non propter corpus, ſed propter intellectum, quem nos habemus, & illa non habent. Quamuis etiam corpus noſtrum ſic fabricatum ſit, vt indicet nos meliores eſſe quam beſtias: & propterea Deo ſimiles. Omnium enim animalium corpora, ſiue quæ in aquis, ſiue quæ in terra viuunt, ſiue quæ in aëre volitant, inclinata ſunt ad terram, & non ſunt erecta ſicut hominis corpus. Quo ſignificatur, etiam animum noſtrum in ſuperna ſua, id eſt in æterna ſpiritalia erectum eſſe debere. Ita intelligitur per animum maximè, atteſtante etiam erecta corporis forma, homo factus ad imaginem & ſimilitudinem Dei. de qua ſimilitudine iterum atque iterum poſthàc, vbi de anima diſceptatio erit ex inſtituto; ac non ita multò pòſt etiam ex eodem Auguſtino & aliis. quiquidem cap. 1. lib. 1. de trinitate, triplicis nos erroris de Deo admonet vt caueamus inter loquendum aut ſcribendum ſentiendúmve, inquiens; Nonnulli ea quæ de corporalibus rebus, ſiue per ſenſus corporeos experta nouerunt; ſiue quæ natura humani ingenij, & diligentiæ vinacitate, vel artis adiutorio perceperunt, ad res incorporeas & ſpiritales transferre conantur, vt ex his illa metiri atque opinari velint. Sunt quidam alij, qui ſecundùm humani animi naturam vel affectum de Deo ſentiunt, ſi quid ſentiunt: & ex hoc errore, cùm de Deo diſputant, ſermoni ſuo diſtortas & fallaces regulas fingunt. Eſt item aliud hominum genus eorum, qui vniuerſam quidem creaturam, quæ profectò mutabilis eſt, nituntur tranſcen-

Deus non conſtat mẽbris propriè, cur illis affingantur, itémq. eorundem vsũ.

Bella ſimilitudo.

Deus trinus & vnus, quò & qualis.

Deo cur membra tribuantur, & animæ motus, & qualiter accipiendum.

Homo quomodo ad imaginem Dei.

Dei membra quid deſignent.

Imago Dei in homine, quid ſit.

Homo ad imaginem Dei primo quid.

Corporis humani præſtantia ad quid, & cum belluarũ comparatio.

Cauendus triplex error de Deo, qui.

Arrogans sapientia & obstinata, quæ.

dere; vt ad incommutabilem substantiam, quæ Deus est, erigant intentionem: sed mortalitatis onere prægrauati, cùm & videri volunt scire quod nesciunt, & quod volunt scire non possunt; præsumptiones opinionum suarum audaciùs affirmando, intercludunt sibimet intelligentiæ vias, magis elligentes sententiam suam non corrigere peruersam, quàm mutare defensam. quod exéplis mox docet & pluribus & longiori oratione. atque ita concludit omnino appositè prudentérque; Nec pigebat me, sicubi hæsito, quærere: nec pudebit, sicubi erro, discere. Proinde quisquis hæc legit, vbi paritet certus est, pergat mecum: vbi paritet hæsitat, quærat mecum. vbi errorem suum cognoscit, redeat ad me: vbi meum, reuocet me. ita ingrediamur simul charitatis viam, tendentes ad eum, de quo dictum est, Quærite faciem eius semper. psal. 104. Porrige (inquam) manum, sequar te lubens, docendus abs te, quæ certò cognoueris; & quæ multa ignoro, suggerente tibi sancto Spiritu, gratus ex te addiscam. Enimuerò Basilius ille magnus in hexaëmeron homilia 10. præclarè in eandem sententiam, Si secundùm imaginem Dei facti sumus (inquiunt) conformis nobis est Deus. oculi circa Deum & aures, caput, manus, coxendix in quo sedet: Deus enim in scriptura sedere dicitur. pedes per quos obambulat. nónne talis est Deus! Reijce de corde indecoras imaginationes: eijce à te cogitationem minimè decentem magnitudinem Dei. Figuræ expers est Deus, simplex, magnitudine carés, qualitatis exors. ne imagineris formam circa ipsum. ne paruum reddas Iudaïcè eum qui magnus est. ne apprehendas Deum corporalibus notionibus. ne circumscribas ipsum mente tua: incomprehensibilis est magnitudine. cogita magnum, & magno appone plus quàm mente concepisti, & pluri adhuc plus: & tuam cogitationem persuade, quòd ad infinita non perueniet. figuram ne concipias animo: in potentia Deus intelligitur. simplicitas materiæ, magnitudo quantitatis exors. vbique est, & super omnia redundat, & est tactu indefinitus: qui tuam apprehensionem elabens, neque magnitudine circumscribitur, neque figura comprehenditur, neque potentia mensuratur, neque temporibus constringitur, neque finibus terminatur. nihil est circa Deum, quale circa nos. Similis ergo Deo homo est non corpore, sed ratione. quantò enim homo inferior est viribus corporis, quàm belluæ & feræ: tantò superior est supellectile rationis. ratio autem, homo est: intus enim habemus rationem, & duplices sumus. hominem autem internum intelligit. audi verò Apostolum dicentem, Etiamsi externus homo noster corrumpitur: at internus renouatur de die in diem. Est igitur homo propriè in ipsa anima. paruus enim, velut putas: magnum autem comperiet te ratio recensens & expendens. ideo Dauid, Mirabilis facta est scientia tua ex me.

Nota Augustini modestum consilium; quod N. requirit à lectoribus candidis.

N. ad Augustinum.

Homo quomodo ad imaginem Dei conditus, & quorsum.

Allegorica interpretatio membrorum Dei, qualis sit, quantus, vbi & quando.

Homo in quo similis Deo, & vn rationis.

Homo internus & externus, qui.

Alterum equidem ex creatione habemus, alterum ex voluntate acquirimus. simul cum prima constitutione adest nobis, quòd ad imaginem Dei facti sumus. ex voluntate nobis acquiritur, vt secundùm similitudinem Dei simus. hoc autem ipsum (secundùm voluntatem videlicet) potentiâ nobis inest: actione autem nobis ipsis inducimus. Quò itaque miraculum meum fiat, & non alienum, mihi reliquit, vt secundùm similitudinem Dei fiam. Secundùm imaginẽ enim habeo vt rationalis sim: secundùm similitudinem autem fio in hoc, quòd Christianus factus sum. Quare id quod secundùm imaginem est, ex eo quòd rationalis es, habes: quòd verò secundùm similitudinem, acquiris ex eo quòd bonitatem assumis. Habeo igitur in creatione id quod ad imaginem est: fio autem proposito & voluntate etiam secundùm similitudinem. Sed & mulier habet, quòd secundùm imaginem Dei facta est, velut etiam vir: similiter enim æquales sunt naturæ, pares virtutes, æqualia præmia, similis condemnatio. ne dicat, Debilis sum: debilitas carnis est, in anima est potentia. Quandoquidem igitur æqualis secundùm Deum est imago, æqualis sit & virtus, bonorúmque operum demonstratio. Ambrosius præclaro suo illo in hexaëmeron idem opere, lib. 6. cap. 7. sic ait; Anima nostra ad imaginem Dei est. in hac totus es homo, quia sine hac nihil es: sed es terra, & in terram resolueris. In anima, non exigua hominis portio, sed totius humanæ vniuersitatis substantia est. hæc est per quam cæteris ferarum auiúmque dominaris animantibus. hæc est ad imaginem Dei: corpus autem ad speciem bestiarum. In hac pium diuinæ imitationis insigne: in illo, cum feris ac belluis vile consortium. Basilius tamen humani corporis fabricam ibidem homilia 11. velut eximiam deprædicat. Formauit Deus (inquiẽs) hominem erectum. electam tibi hanc formationem præter cætera animalia dedit. cur? quia electam etiam actionem daturus erat. reliqua enim prona humi pascentia sunt; & ad quæ à natura destinata sunt, ad ea etiam constructionem habent. vbi mox posito exemplo singulari, de artificio oculorum differit. quæ de humani corporis fabricæ præstantia nos deinceps passim in hoc denso volumine suo ſuſ acturi sumus futilimè. quam neque adeo ignorauit doctissimus & sanctissimus vir Ambrosius: cuius encomion humani corporis per præcipuas eius partes huic operi vspiam longè postmodùm inseremus, dignissimum quod legatur. idem verò mox ibidem sequenti cap. 8. Caro nunquid ad imaginem Dei est? ait. Ergo in Deo terra est, quia caro terra est? ergo corporeus Deus est? ergo infirmus, vt caro, passionibúsque subiectus? Et fortè caput tibi videatur ad similitudinem Dei, quia eminet: aut oculi, quia intuentur: vel aures, quia audiunt, & sic de cæteris corporis partibus. Non ergo caro potest esse ad imaginem Dei: sed ani-

Homo duplex, ortu & voluntate.

Hominis similitudo & imago Dei, qualis: itémque mulieris.

Mulieres non excusat infirmitas.

Hominis imago ad Deum, qua.

Animæ præstantia, & corporis infirmitas.

Humani corporis dignitas quorsum.

Hominis imago ad Deum, in quo.

Anima ſimilis Deo, eius vis & dignitas.

ma noſtra, quæ libera eſt, & diffuſis cogitationibus atque conſiliis huc atque illuc vagatur, quæ conſiderando ſpectat omnia. Anima igitur eſt ad imaginem Dei; quæ non corporeo æſtimatur, ſed mentis vigore: quæ abſentes videt, tranſmarina viſu nouit, percurrit aſpectu, ſcrutatur abdita, huc atque illuc vno momento ſenſus ſuos per totius orbis fines & mundi ſecreta circunfert: quæ Deo iungitur, Chriſto adhæret, deſcendit in infernum atque aſcendit, libera verſatur in cœlo. denique audi dicentem 2. Corinth. 3. Noſtra autem conuerſatio in cœlis eſt.

Anima, imago Dei,

Non eſt ergo ad imaginem Dei, in qua Deus ſemper eſt? Sed audi, quia ad imaginem Dei: B dicit enim apoſtolus 2. Corinth. 3. Nos itaque omnes reuelata facie gloriam Dei ſpeculantes, ad eandem imaginem reformamur à gloria in gloriam, ſicut à Domini ſpiritu. hæc illi viri pij & ſanè perdocti. Auguſtinus

Homo imago S. Trinitatis, qualis.

porrò lib. 7. de Trinitate; In geneſi legitur (ait) faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram. faciamus, & noſtram, pluraliter dixit, & niſi ex relatiuis accipi non oportet, vt facere intelligantur pater & filius & ſpiritus ſanctus, ad imaginem patris & filij & ſpiritus ſancti: vt ſubſiſteret homo imago Dei. Sed quia non omnino æqualis C fiebat illa imago, tanquam non ab illo nata, ſed ab eo creata: ideo ita imago dicitur, quod

Homo minor Deo exemplari: ideo ad imaginem creatus. at Chriſtus, imago patris.

& ad imaginem: quia non æquatur paritate, ſed accedit quadam ſimilitudine. Filius autem eſt imago, ſed non ad imaginem, quia æqualis patri. idem lib. de quantitate animæ; Anima facta eſt ſimilis Deo: quia immortalem & indiſſolubilem fecit eam Deus. Imago ergo pertinet ad formam, ſimilitudo ad naturam. hæc ille, & adeo multò plura, quæ nunc recenſere nil opus eſt: Neque verò factum abſque myſterio eſt, vt verbo plurali Moſes vteretur: quo ſcilicet initiatis, ſacro-ſanctæ Triados occultam ſignifica- D tionem inſinuaret. de qua iam plus ſatis. Hanc enim ſimilitudinem Dei & hominis penes animæ diuinitatem & immortalitatem ſemper accipio, ac non penes corporis membrorum organicam compagem, vt in hoc opere aliàs aperui, & authoritate magnorum virorum confirmaui, & iam paulò antè demonſtraui.

Anima quomodo Dei imago: & qualiter ſimilitudo dicatur.

Cur Deus dicat in plurali, faciamus.

Deus non eſt ſphæra, contra philoſophos.

Neque tamen Mercurio illi licet termaximo nuncupato protinus accedo, Deo ſphæricam figuram affingenti (quod ferè Plato & Ariſtoteles poſt Pythagoram fecerunt, orbem cœleſtem, & aſtra, & mundum vniuerſum hunc deum, vel ſanè deos arbitrati ac venerati) atque ex illa hypotheſi ſic inferenti; Si opus debet imitari artificem; cùm E ille imaginarius Deus, ſit ſphæra quædam & circulus; eiuſmodi ſtatim fore hominem. deinde, Quicquid eſt, circulo vnico comprehendi id totum; cuius extremum alterum, ſit exemplar eius vel idea in mente diuina reſidens: medium autem, ſint omnia creata & condita. denique, Aliud extremum eſſe hominem, qui circulum claudat. Quorſum etiam reſpexiſſe videtur Origenes, cùm A dixit, in rectè agentibus, finem eſſe principio conſimilem. Ex quo ita infert Fr. Georgius; Cùm Deus ſit intelligibilis ſphæra, & mundus hic totum ſe præbeat in ſphærica figura conſpiciendum: hominem etiam, qui inter Deum mundúmque hunc medium tenet, eadem figura terminari: imitaríque intellectualem illam ſphæram in anima, ſenſibilem verò in corpore. Quæ mihi quidem hypotheſis, philoſophiæ Pythagoricæ aut Peripatericæ, quàm theologicæ ſpeculationi videtur affinior: de qua tamen aliis eſto ſuum iudicium. Mihi enim (vt ſæpe dico ac repeto) ſimilitudo Dei cum homine ſiqua eſt, & opus artifici tanto ſi conferre licet; ea penes animæ eſſentiam diuinitatémque & immortalitatem ac rationem virtutémque interiorem potiùs, quàm penes corporis ſymmetriam conſideranda & expendenda eſſe iudicatur: cùm Deus ſit corporis, figuræ, & magnitudinis expers, vt ex piis ſanctorum virorum ſcriptis comprobaui.

Finis principio ſimilis.

Homo medius inter Deum & creaturas, idem ſphæricus.

Homini cum Deo quæ ſimilitudo intercedat.

Et tamen vt forma vniuerſi ſphærica conſpicitur tum in toto, tum in præcipuis ſui partibus: cœlum enim rotundum, aër in ſe velut in orbem glomeratus, terra globoſa, aqua in gyrum torqueri & ſphæram affectare videtur: Sic hominis figura perfectiſſimam figurarum omnium ſphæricam videri poteſt æmulari, tum in toto corpore paſſis vlnis ac diuaricatis cruribus, circunducta imaginando linea circulum metiente; tum in capite & pluribus adeo corporis totius partibus vel orbem integrum referentibus, vel teretem & longam nihilominùs figuram præ ſe ferentibus; vt in trunco corporis & artubus ac digitis articuliſque cernimus. Atque hæc penes formæ analogiam ſatis.

Mundus vterque circularis.

Homo, circulus.

Iam verò vt in olympo Deus orbem vniuerſum à ſe creatum regit & gubernat, fouet ac ſuſtinet: atque vt anima illa mundi à philoſophis appellata, toti rerum machinæ incumbit, omnia vegetans ac fœcundans. Sic in capite hominis, velut cœlo quodam reſidens anima, totum hoc corpus agit, animat, mouet atque gubernat, vt alibi ſpeciali theſi demonſtrauimus. Auguſtinus verò acutus ſanè theologus, S S. Trinitatis adumbratam quandam effigiem ſimilitudinémque in hominis anima agnoſcit: ſic enim lib. 14. de Trinitate cap. 8. Licet humana mens non ſit eius naturæ, cuius Deus eſt; imago tamen illius, quo nihil melius eſt, ibi quærenda & inuenienda eſt, quo natura noſtra nihil habet melius, id eſt in mente. In ipſa etiam mente, antequàm ſit particeps Dei, eius imago reperitur. etſi enim amiſſa Dei participatione, deformis ſit; imago Dei tamen permanet. eo enim ipſo imago Dei eſt mens, quo capax eius eſt, eiúſque particeps eſſe poteſt. Iam ergo in ea Trinitatem, quæ Deus eſt, inquiramus. Ecce enim mens meminit ſui, intelligit ſe, diligit ſe. hoc ſi cernimus, cernimus Trinitatem: nondum quidem Deum, ſed imaginem Dei. Hîc enim quædam appa-

Similitudo.

Vt Deus in cœlo, ſic anima in capite, ad quid.

S. Trinitatis ſimilitudo in anima, quæ.

Mens, imago Dei.

Trinitatis in anima vestigium, quale, & eius demonstratio.

ret Trinitas memoriæ, intelligentiæ & amoris. Hæc ergo tria, vt idem Augustinus ait lib. 10. de Trinit. cap. 2. non sunt tres vitæ, sed vna vita: nec tres mentes, sed vna mens, vna essentia. Memoria verò dicitur ad aliquid, & intelligentia, & voluntas, siue dilectio similiter ad aliquid dicitur: vita verò dicitur ad seipsam, & mens, & essentia. Hæc ergo tria eò vnum sunt, quò vna vita, vna mens, vna essentia, & quicquid aliud ad seipsa singula dicuntur, etiam simul non pluraliter, sed singulariter dicuntur. eò verò tria sunt, quò ad se inuicem referuntur. & quæ pluribus ibidem verbis persequitur ad istam analogiam demonstrandum: tum quomodo æqualia sint, & à singulis capiantur omnia: tum quomodo à tribus propositis, memoria, intelligentia & voluntate, singula capiant reliqua: tum quomodo ad sese relatiuè dicantur: tum quomodo hæc tria dicantur vnum. denique quid in illa similitudinis, ex lib. 15. eiusdem operis condisces. Libro autem 9. cap. 4. de Trinitate, idem Augustinus aliam quandam istam similitudinem proponit: Mens & notitia eius & amor, tria quædam sunt. mens enim nouit se, & amat se: nec amare se potest, nisi etiam nouerit se. duo quædam sunt, mens & notitia eius. item duo quædã sunt, mens & amor eius. Cùm ergo se nouit mẽs, & amat se, manet Trinitas, scilicet mens, amor & notitia. Hæc autem tria cùm sint distincta à se inuicem, dicuntur tamen esse vnum: quia in animo substãtialiter existunt. Quia mens vice patris: notitia, filij: amor, spiritus sancti accipitur. Et est ipsa mens, quasi parens; & notitia eius, quasi proles eius. mens enim cùm se cognoscit, notitiam sui gignit, & est sola parens suæ notitiæ. tertius est amor, qui de ipsa mente & notitia procedit: dum mens cognoscit se, & diligit se. non enim posset se diligere, nisi cognosceret se. amat etiam placitam prolem, id est notitiam suam. & ita amor, quidam complexus est parentis & prolis. Nec est minor proles parente, dum tantam se nouit mens, quanta est: nec minor est amor parente & prole, id est mente & notitia; dum tantùm se diligit mens, quantùm se nouit, & quanta est. Sunt etiam hæc singula in seipsis: quia & mens amans in amore est, & amans in amantis notitia, & notitia in mente noscente est. Ecce igitur in his tribus etiam ex eodem Augustino, quodcumque vestigium sacro-sanctæ Trinitatis apparet. Quale ferè Ambrosius libello de dignitate hominis agnoscit, à nobis sub finem operis vspiam producendo. Anima (inquit) sanctæ Trinitatis habet imaginem. primò in eo, quia sicut Deus est, viuit & sapit: ita anima secundùm suum modum est, viuit & sapit. Est quoque & alia Trinitas in ea, qua ad imaginem sui cõditoris, perfectæ quidem & summæ Trinitatis, quæ ex patre, & filio, & spiritu sancto, condita est. & licet vnius illa naturæ, tres tamen in se dignitates habet, id est

Alia similitudo Trinitatis in anima, eiusque demonstratio.

Imago Trinitatis in anima, quo.

Anima, imago Dei.

A intellectũ, voluntatem & memoriam. cuius similitudinis partes apodoseos alias ex eiusdem à me citanda integra sententia posthàc accipies. hæc enim de sacris doctoribus nunc in medium allata sufficient, ad institutam sanctæ Trinitatis in anima siue mente humana (vtraque enim pro eodem nunc nobis accipitur) analogiam qualemcumque istam declarandam.

Homo à S. Trinitate factus: & Dei in hominem amor.

Horsum alludens pridem Trismegistus; Pater (inquit) omnium intellectus, vita, & fulgor existens, hominem sibi similem procreauit, cui tanquam filio congratulatus est. pulcher enim erat, atque patris sui ferebat imaginem. propterea forma delectatus propria, opera sua omnia vsui concessit humano. Sic verò theologis vtique pater dicitur intellectus, & filius vita, & spiritus sanctus fulgor splendórque; sicuti locis plurimis docere possim, si vacet, & si quis biblica volumina replicare velit. Vt tamen mirum sit, priscis illis etiam ethnicis sacræ Triados iubar lucidissimum illuxisse, & eorum mentibus densa nebula obsitis & obductis affulsisse. de quo nunc breuiter hæc subiicio, ab hoc vertu Orphei exorsurus;

Synonyma S. Trinitatis.

Quòd prisci nouerint S. Trinitatis mysterium.

Φθέγξομαι οἷς θέμις ἐστί, θύρας δ' ἐπίφρασσε βέβηλος.
Dicam quibus fas est, claudatur porta prophanis.

C Suidas bonus author, quisquis ille est (nam quis, cuias, quando fuerit, sciri negant, & nomen ei ab euentu impositum; siquis quærat, qui sim, οὐ οἶδας, tu nosti: fortè quòd Christianus circa fidei promulgatæ initia latêre & ignorari vellet) Suidas, inquam, hunc in modum scribit; Ἑρμῆς ὁ τρισμέγιστος, ὃν καὶ Ἀγάθιος φησὶν, ἀκμάζει ἐπὶ τοῦ Φαραώ· οὐκέτι δὲ τρισμέγιστος, διότι οὐδεὶς τρισάθλησε ἐξηγήσατο, εἰπὼν, ὁ τρισὶ μίαν τὴν θεότητα, φησί. Ἦν φῶς τοῖς ἐν τῷ φωτὶ νοητῷ, καὶ ἀεὶ ἐν τοῖς φωτιστέοις. καὶ νοῦς ἦν ἀεὶ, ὁ πάντα ἐνέπων, καὶ πνεῦμα πᾶσι παρεῖχεν. οὐκ ἦσαν δύο ἐν θεῷ, ἐκ ἀρχῆς, ἐκ γὰρ τῶν ὅλων. πάντων γὰρ κύριος, καὶ πατὴρ, καὶ θεὸς, καὶ πνεῦμα ἐν αὐτῷ, καὶ ἐν αὐτῷ ζωή. ὁ γὰρ λόγος ἐστὶ πατρικὸς ὢν, καὶ γόνιμος, καὶ δημιουργὸς ἐν γονίμῳ φύσει πᾶσιν, καὶ γονίμῳ ὕδατι, ἐγκύσας τὸ ὕδωρ ἔτικτεν. id est, Mercurius Termaximus is fuit sapiens Ægyptius; floruit autem ante Pharaonem. appellatus est termaximus, quoniam de Trinitate edidit oraculum, dicens in Trinitate vnam esse diuinitatem his verbis; Erat lumen intellectuale ante lumen intellectuale: & erat semper mens mentis luminosa: & nihil aliud erat, quàm horum vnitas, & spiritus omnia continens. Extra hunc non Deus, non angelus, non substantia vlla alia. omnium enim Dominus, & pater, & Deus, & omnia sub ipsum & in ipso sunt. Nam verbum eius perfectum existens, & fœcundum, & opifex, lapsum in fœcunda natura, & aqua fœcunda, prolificam fecit aquam. hæc, inquit, locutus orauit dicens; Ὁρκίζω σε γενεὰ, διὰ μεγάλην σοφὴν ἔργον. ὁρκίζω σὲ φωτὸς πηγὴ, ἵν' ἐφθέγξατο σοφίαν, ἐνίκα τὸ πᾶν κόσμον ἐσκέδασε. ὁρκίζω σὲ κατὰ τὸ μονογενὲς λόγου, & τὸ πᾶσι τὸ ἀεὶ ἐνέπουσα πνεῦμα, ἵλεως ἔσαι. Adiuro te cœlum, Dei magni sapiens opus: adiuro te vocem

De Suida, opinio.

Mercurius Trismegistus quis & vnde dictus, eiusque de Trinitate sententia.

Dei imperium, & eius verbum.

Hermetis adoratio, per Dei verbum.

Digitized by Google

patris, quam protulit ipſe primam, cùm omnem mundum ſtabiliuit. obteſtor te per vnigenitum verbum, & patrem qui continet omnia, eſto propitius. Quibus in verbis agnoſco quædam carminum veſtigia, quæ deinde reſtituta, quidam Orpheo vindicarunt. Atque hoc quidem teſtimonium eſt viri antiquiſſimi, & quem diuino Moſi plerique ſupparem ætate, vt Suidas inſinuat, iure ſtatuunt. Magica Perſarum oracula ſic olim feruntur carmine vaticinata:

Magicum oraculum, & eius interpretatio.

Αἰὲν ἀνὴρ εἰσάϊχεται κόσμου ὁ Διόθεν πατρικὸς νοῦς,
Μίξεις αὖ ἐξέλυσε λύσις, & ῥῆμα λαλήσει,
Μνήμῃσιν ἀθύρμασι πατρικοῦ σπουδίσματος ἀγνοῦ.

Quorum verſuum obſcuram ſententiam ſic Plethon Gemiſtus ex Pſello exponit: Ὁ πατρικὸς νοῦς, ὁ δύπτερος δηλαδὴ θεὸς, & τῆς ψυχῆς αἰσθητικὸς δημιουργὸς, ἀεὶ εἰσάϊχεται εἰκότως τῷ δευτέρῳ, μίξεις αὖ ἐξέλυσε τῆς λύσεως, ἰοῦ ὅτι τῆς αἰσθητῆς ὕλης τὸ σῶμα γίνεται ἔπαθε. & λαλήσει τι ῥῆμα, ὅτι λόγον φρονήσεως ἔσικε μνήμῃσι ἐχόμενον τῷ πατρικοῦ θείου σπουδίσματος, ὃν ἡ πηδὸν τὸ καλῶς διοίξεως ἐπιτελεῖ· ἐς τὸν ψυχῆς ἀναμφιλόγους, ὅτως ἂν & τῷ ἑαυτῆς δημιουργῷ μάλιστα ἀρέσκοι. id eſt, Paterna mens, ſecundus videlicet deus, & animæ immediatè opifex non admittit illius voluntatem, vſquequò egreſſa fuerit ex obliuione, quam ex complexu ad hoc corpus paſſa eſt: & locuta fuerit verbum, aliquod, ſiue ſermonem ſenſerit aliquem, memoria pendentem paterni diuini ſigni, hoc eſſe & pulchri executionis mandatum. cuius animam memorem ſic iam & ſuo ipſius opifici maximè placere. Iam verò ſi Proclus rectè ſenſit, Græcorum theologiam ab Orphei myſteriis ortam, & Pythagoram ab Aglaophemo ſacra deorum didiciſſe, & ab hoc Platonem ſua hauſiſſe oracula: audiamus quid hæc poſterior ſchola philoſophica ſenſerit. Scripſit Damaſcius Platonicus apud Ægyptios fuiſſe hoc in arcanis; Πρώτων ἀρχῶν, φησὶν ὑπὲρ πᾶσαν γνῶσιν, σκότος ἄγνωστον, καὶ τοῦτο λέγεσθαι. Primum principium dici tenebras, ſuper omnem cognitionem tenebras incognitas, ter iſtud acclamare. Quo videntur ſacram Trinitatem obſcuro ænigmate inuoluiſſe, nullis humani ingenij luminibus eruendam. quorſum reſpexit Orpheus;

Principium à tenebris, & interpretatio.

Deum obſcurum,

Αὐτὸν δ' οὐκ ἐσορῶ, νέφει γὰρ κύκλος ἐπέσταται.
Illum non video, eſt etenim caligine ſeptus.

Sed quid tandem Plato ipſe apertius? quem ſcimus peregrinando in Ægyptum peruenisſe, ibíque Chaldæorum & Hebræorum arcana didiciſſe, Moſíſque adeo & ipſius Mercurij gnomas atque oracula percepiſſe, & audiuiſſe arcana verba, quæ non licet homini loqui. de quibus ipſe interrogatus à Dionyſio tyranno ſiculo, ſic muſſitando obloquitur ſecunda ad illum epiſtola: Περὶ τῆς τῶν πρώτων φύσεως φανῆναι δεῖ σοι δι' αἰνιγμῶν, ἵνα ἐάν τι δέλτος ἢ πόντου, ἢ γῆς ὑποχαῖς πάθῃ, ὁ ἀναγνοὺς μὴ γνῷ· οὕτω γὰρ ἔχει. Περὶ μὲν πάντων βασιλεὺς, πάντ' ἔστι, & ἕνεκα ἐκείνου πάντα, & ἐκεῖνο αἴτιον ἁπάντων τῶν καλῶν· δεύτερα δὲ περὶ τὰ δεύτερα· & τρίτα περὶ τὰ τρίτα. id eſt, De natura primi loquendum eſt tecum per ænigmata: vt ſiquid epiſtola A ponto, vel terra perpeſſa fuerit, qui legerit, non intelligat. ſic autem res habet: Circa omnium regem omnia ſunt, & illius gratiâ exiſtunt omnia, illéque eſt cauſſa omnium bonorum. ſecundum autem circa ſecunda: & tertium circa tertia. hæc Plato ænigmaticè inuoluit, potiùs quàm aperuit. quorum ille mihi quidem ſententiam in Timæo videbatur inſinuaſſe, de Deo ſummo & primo omnium creatore; deinde & minoribus diis, quibus curam creationis rerum inferiorum per gradus demandarat. ſed audi quomodo apud eum & poſt eum philoſophentur deinceps Academicæ philoſophiæ proceres. Iãblichus, qui & ipſe ſacerdos Ægyptius, longè poſterior Platone, τρεῖς τοὺς νοῦς θεοὺς & παρὰ τοῖς Πυθαγορείοις ὑμνεῖσθαι, tres deos à Pythagoreis celebrari aſſerit. Ac Theodorus Platonicus apud Proclum, τρεῖς μὲν τοὺς ἀπὸ δημιουργικὸς ἕνεκα ἀλλ' οὐκ ἐπὶ πάντα τὰ ὄντα· & τοιοῦτοι θεοί. λέγουσι δὲ τὸν μὲν νοερὸν νοῦν, τὸν δὲ νοερὸν νοητὸν· τὸν δὲ, πηγὴν ψυχῶν· & τὸν μὲν ἀδιαίρετον, τὸν δὲ εἰς ὅλα διῃρημένον, τὸν δὲ & τοῦ εἰς τὰ καθ' ἕκαστα διαίρετα πατέρα. i. Tres quidem dicit eſſe opifices: nec eos ordinat mox poſt vnum, ſeu ſingillatim: ſed ante deos intellectos & intelligentes. aliúmque, vocat mentem ſubſtantialem: alium, ſubſtantiam mentalem: tertium, fontem animarum. ac primum indiuiduum, ſecundum per omnia diſtributum, tertium facientem per ſingula diſtributionem. ſed apud eundem multò meliùs Amelius Platonicus; Ἀμέλιος δὲ τριττὸν ποιεῖ δημιουργὸν, & τοὺς τρεῖς, βασιλέας τρεῖς, τὸν ὄντα, τὸν ἔχοντα, τὸν ὁρῶντα. διαφέρειν δὲ τούτους, λέγει ὁ μὲν πατὴρ τοὺς ὅλους θεοὺς· ὁ δὲ δεύτερος τοὺς μὲν τὸ εἶναι ποιεῖ. ἔχει δὲ περὶ αὐτοῦ & μετέχει πάντως· & ἔστι τῶν δευτέρων. ὁ δὲ τρίτος τοὺς μὲν τὸ εἶναι, καὶ ὄντας, ποιεῖ. πᾶς γὰρ νοῦς τοῦ συζυγοῦντος νοητοῦ ἐστὶν ἀεί. ἔχει δὲ τὸ εἶναι τοῦ δευτέρου, & ἐστὶ τὸ συνορᾶν. ὅταν γὰρ πλέον ὁ δεύτερος, ἀσύνδετος τὸ ἔχειν αἰσθάνηται. i. Amelius verò triplicem facit opificem, & mentes tres, & reges tres, eum qui eſt, eum qui habet, eum qui aſpicit. Differunt autem hi: quoniam prima mens verè eſt. ſecunda, eſt quidem intellectuale, quod eſt in ipſo: habet autem ante ſe, & participat omnino ipſum: & propter hoc, eſt ſecunda. Tertia verò eſt quidem & ipſa, quod in eo intellectuale: omnis enim mens conſociato intellectuali eadem eſt. habet autem quod eſt in ſecundo, & videt primum. Quãtò enim fit maior diſceſſus, tantò id quod habet, eſt obſcurius. ſic Amelius tres Platonis reges interpretatur. Νουμήνιος δὲ τρεῖς αἰνιττόμενος θεούς, πατέρα μὲν καλεῖ τὸν πρῶτον, ποιητὴν δὲ τὸν δεύτερον, ποίημα δὲ τὸν τρίτον· οὗτος ὁ κατ' αὐτὸν δημιουργὸς ὀνόμασε, ἢ πατέρα, & ὁ δεύτερος θεός. Numenius porrò (apud eundem Proclum) laudat & celebrat tres deos: primúmque vocat patrem, ſecundum creatorem, tertium denique ipſum opificium. Quocirca opifex ſecundùm illum eſt geminus, ſcilicet primus & ſecundus Deus. Plotinus denique etiam clariùs hunc in modum effatur; Τὸν μέντοι αὐτὸν αἰεὶ δεῖ τὸν πρώτου καὶ δεύτερον, καὶ

Dei natura obſcura.

S. Trinitatis adumbratio.

Pythagorica trinitas.

Platonici ænigmata de trinitate expoſitio.

Dij tres qui & quales, quidam mentiantur, & qualiter differant.

Dij tres quales, & quo differant.

Digitized by Google

ἀρχήν διαλέξαι ἔχειν ὁ ἔξει, & ὁ διανοούμενος A
ἔσει· πρῶτα ἐπὶ θεὸν ἀεὶ ὁδὸν ἴθι δ' ἔχει, νῶν ἔπειχθῶν
αὐτῶν καμάτοις, ἄλλας δὲ μὰ. ἦν δὲ σεμνοτελεσταῖσιν
αὐτὸ γράψαντα ἡμῖν φράσαι, τῷ λόγῳ δοῦναι ἐπιστολὴν
φροντίδων. ἀρχόμεθα δ' ὧδε· Ὁ θεὸς ὁ μὲν πρῶτος
ὢν ἑαυτῷ ἁπλοῦς ἐστιν, ὁμοῦ ὢν αὐτῶν, ἀλλ' οὐ ἑαυτῷ συγκεχυμένος δ'
ἔστι μᾶλλον ἢ διηρημένος· ὁ δὲ νοῦς μόνος ὁ δεύτερος,
& ὁ πατὴρ, ὧν ἐστὶ· ᾧ τὰ δημιουργηθέντα ἦ τῶν τε καὶ
ἢ τοιαῦτα ὄντα ἐστὶν ἀεὶ ὄντα. i. Qui cognituru est de primo deo & secundo, oportet priùs distinguat singula in ordine, & quadam animi tranquillitate. tum si bene habere videatur, aggredi ad dicendum decorè, aliter absistendum. Inuocato igitur deo sibi conscio, verbis aperire thesaurum cogitationum. incipiamus autem sic; Deus primus quidem in seipso existens, est simplex, quòd ipse sibi vbique coniunctus est, nec vsquam diuiduus. at & secundus deus & tertius est vnus. verùm oportet nosse, patrem primum deum esse præ opifice deo. hæc ex Numenio suo præceptore Plotinus. denique Porphyrius à fide Christiana ἀποστάς, hæc apertè profiteri coactus est, quæ Cyrillus aduersus Iulianum Imp. & ipsum apostatam vsurpat ac reponit. Ἀρχὰς τρεῖς ὑποστάσεις τινὰ τὸν νοητὸν
θεὸν εἶναι· τῷ δὲ τὸ μὲν πρῶτον τὸν, τὸ ἀγαθὸν
μετ' αὐτὸν δὲ & δύναμιν, τὸν δημιουργὸν τοῦτον δὲ & C
τινὰ τῶν τόπων ψυχὴν· ἄρχει γὸ ψυχῆς τινὰ τὸν νοητὸν θεόν. id est, Ad tres vsque hypostases seu personas, Dei substantiam progredi; seu diuinam substantiam tres habere descensus; vel in triplicem numerum se propagare. esse enim supremũ altissimúmque deum, ipsum per se, vel adeo summum bonum: post eum verò esse secundum, opificem: deinde tertiam esse animam mundi: vsque enim ad animam procedere deitatem. Quam sententiam liberè professus est demum Constantinus magnus Imp. in oratione de religione Christiana apud Eusebium, secutus Platonis vestigia, & eum mirificis honoribus celeD brans, ita huius sententiæ subscripsit, πρῶτον μὲν τὸν ἀφηγήσασθαι δεῖ περὶ τοῦ οὐσίαν, τοιοῦτον ἐστιν. ἐστὶν δὲ θεὸς & δύναμις· ἡ δὲ οὐσίας τῷ ἀρίστῳ ἕπεται, μᾶς οὔσης τῆς ἀμφοτέρων παρούσης, τῆς δὲ οὐσίας τῷ δευτέρῳ θεοῦ τινὰ ὑπάρξει ἔχούσης ὁπὸ τῶ πρώτου. αὐτὸς γὰρ ἔστι ὁ δημιουργὸς ἡ δυνατὸς ἅπαντα ἴσασι. i. Primũ deum docuit (Plato) rectè supra substantiam ipsum collocans: huic etiam subiecit secundum: duásque substantias numero partitus est, vna existente vtriusque perfectione: & substantia secundi dei, existentiam habente ex primo: ipse enim est opifex & gubernator omnium. Quam Platonis philosophiam è Latinis laudant & celebrant Augustinus lib. de ciuitate Dei, Chalcidius fusè exponit in Timæũ, deinde Bessario Cardinalis, & alij Platonici. Postremò consultum super hac re Apollinis oraculum, ita iam non per ambages suo more, sed clarè & apertè profatur;

Μὴ ὄφελες πύματόν με καὶ ὕστατον αὐτὸς ἐρέσθαι,
Δώματα σεμνόλαον, ἀβὲ θεοῖσι φίλητας,
Ἀμφὶ θ' ὑπερκόσμοιο πατρὸς βασιλῆος,
Καὶ ποίῃ, ὁ πάϊς πρὶν βουλὴν ἔσχε

Οὖρα, χθὼ, πόντιε, ἄλα, Τάρταρον, αἰθέρα, πῦρ τε·
Ἦ μὰ & οὐκ ἐθέλοντα, δόμων ἐπὶ σεῖο θύρῃσι
λύσαι, ἱερωμένον δὲ λιπόντα οὐδὲς ἀφύκτως.
id est,

Ne me vtinam supremum infelix ipse facerdos
Sciteris de sancto ac diuino genitore, *Oraculum de S. Trinitate, & eiusdem imperio.*
Et chara sobole, & rebus magni imperantis,
Et flatu, qui mundũ adstrictum continet omnem,
Montes, tellurem, fluuios, mare, tartara, & ignem,
Aëráque: heu templus is me discedere ab istu
Coget: linquetur quo edebam oracula, limen.

Quale propè oraculum aliàs ex Nicephoro proruli Augusto Imp. responsum sacrificanti. hoc enim porrexit Augustinus Eugubinus vir & doctrina, & librorum supellectile instructissimus, sedis apostolicæ bibliothecarius, in vtraque philosophia apprimè versatus, & Platonicorum scriptorum sedulus indagator, vt eius doctissimi commentarij de perenni philosophia declarant; à quo ex istis fateor me nonnulla testimonia hausisse; cùm tamen Platonicorum recentiorum volumina sint cuilibet facilè obuia inquirenti. Nobis verò vnus è sacra pagina locus plus roboris habere videtur ad persuadendam sanctam Trinitatem, quàm tota Platonis & priscorum philosophia: sed externis istis testibus aduersus infideles aut peruicaces vti soleo, vt ex diatribe de immortalitate animæ aduersus Gal. recognosces. de sacra autem Triade nos comment. ad Strab. etiam alia produximus. vbi & hoc vtique præcipuum locum apud fideles tenuit ex epist. 1. Iohannis 5. Quoniam tres sunt qui testimonium dant in cœlo, pater, verbum, & spiritus sanctus: & hi tres, vnum sunt. Ὅτι τρεῖς εἰσιν
οἱ μαρτυροῦντες ἐν τῷ οὐρανῷ, ὁ πατὴρ, ὁ λόγος, & τὸ
ἅγιον πνεῦμα· & οὗτοι οἱ τρεῖς, ἓν εἰσι. cuius & initiũ euangelij notum est, vt isti Platonicæ philosophiæ affine, sic multò clarius & certius & ad credendum persuadendúmque longè efficacius; In principio erat verbum &c. quod sublimi quodam stylo poëtico Nonnus Panopolitanus cecinit;

Ἀρχόμενος ἐὼν, ἀνάρχου, ὁ ἄῤῥητος λόγος ἦεν,
Ἰσοφυὴς ἥμιτυπος ὁμάλιξ, ἥὸς ὁμότιμος,
Καὶ λόγος αὐτοφυὴς θεοῦ, φῶς ἐκ φαέος φλέ·
Ῥαδὸς ἦν ἀμέσοιο, ἀπείρονα κυδάνων ἴδην,
Καὶ θεὸς ὑψιφόιτος ἦεν λόγος. οὗτος ἀν' ἀρχὰς
Ἀνδρὸ σαώσαντα θεῷ πεφυτευμένα κόσμου,
Πρωτόπορος κόσμοιο, καὶ ἔσπασε πάλιν εἰς ἑαυτὸ
Λαὸν καὶ πάλιγκε. καὶ ἐργάσσατο δίχα μόθου,
Οὐδὲν ἄφω, πάντ' ἔκτα. καὶ ἀμφοτέρου ἦν ὁ ἀνὴρ
Ζωὴ πᾶσι μάλιστα, καὶ ἀπειρέσιον φάος αἰθρῆς.
καὶ τὰ ἑξῆς. ac de his aliàs fortè pluribus in E *Regressus.*
ἐξῆς ἀκολουθοῦς.

Magna igitur laus homini est (vt ad institutum regrediar sermonem) sacro-sanctæ Trinitatis in se ipso, id est in anima sua, gerere quampiam similitudinem, qua nihil sanctius, nihil augustius, nihil maiore cultu & reuerentia & summa supremáque σεβασίᾳ digniùs ac religiosiùs obseruandum adorandúmque dici, nedum excogitari valet. Nescitis quia templum Dei estis, & spiritus Dei habitat in vobis? ait Paulus 1. Corinth. 3. & 2. Co-

Interpretanti ænigmata Deum inuocandum.

Tres dij quales, & eorundem proprietates.

Iulianus & Porphyrius apostata.

Trinitatis tres personæ, quæ & quales.

Trinitatis ordo.

Platonicorum de Trinitate demantur testimonia: & quorsum valeant.

S. Trinitatis approbatio ex theologia.

Trinitatis in anima humana effigies.

Hominis dignitas ad Deum.

& 2. Corinth. 6. Idémque 1. Corinth. 6. Neſcitis quoniam corpora noſtra, membra ſunt Chriſti? & paulò pòſt, An neſcitis quoniam membra veſtra, templum ſunt Spiritus ſancti, qui in vobis eſt? Qualia ſæpe Hermes ille termaximus inculcat. Spiritu agitatur & viuificatur omnis in mundo ſpecies, ait ad Aſclepium. ibidem, Spiritus implet omnia. rurſus, Mundus nutrit corpora, ſpiritus animas. ibidem, Spiritu miniſtrantur omnia & vegetantur in mundo. Sed ſermone tertio ſic omnino præclarè: Οὐ μὴ παύσομαί τε λέγων τῶν παίντων χαρίν, οὐδὲ μὰ τὸν λόγον τοῦτον ἀπολείψω, ἀλλ' ὑμᾶς τοὺς ἔρως τούτους κατέχει, ἵνα περὶ τούτου ζητήσητε. τοῦ δὲ τὰ λοιπὰ τοῦ λόγου ἀκούσητε. Τούτου τοῦ πνεύματος, ὃ πολλάκις σοφοῦσιν, παίντα χαίζει· τὰ παίντα γὰ βαστάζει, καὶ ἄφθαρτα ζωοποιεῖ καὶ τρέφει, καὶ ἀπὸ τ' ἀγίας πηγῆς ἐξάρτη), ἐπίκειται πνεύμασι καὶ ζώοις ἅπασιν ἀεὶ ὑπαρχον. i. Niſi prouidentia quædam eſſet dominatoris omnium, vt hãc ego Theologiam reuelarem; neque nũc vos talis amor tenuiſſet, vt de eo quæreretis: nunc reliqua audite. Huius ſpiritus, de quò ſæpenumerò dixi, omnia indigent; omnia portat ſecũdùm dignitatem; omnia vitificat & nutrit: & à ſancto fonte dependet, omnibus ſpiritibus & viuentibus ſemper eſt auxiliator. idem ad Aſclepium; παίντα γὰ ἔσω θεῖ, παῖντα ἐν τῷ θεῷ ὄτι, καὶ ὑπὸ τοῦ θεοῦ γεγένηται, καὶ οὐκέτιν ἀγενήτα. Quæcunque ſunt, ea ſunt in Deo, & à Deo facta, & inde dependent. idem, ἀρχὴ γ' ἡ καθόλου καὶ σύμπασα παίντων ὁ θεός. Deus, principium, complexus, & continẽtia vinculúmque eſt vniuerſorum. cui ſuccinit Philo, verbo Dei vni vim ligandi, ſuſtinendi & fulciendi omnia tribuens, vt dictum alibi. Hæc & longè adeo plura Mercurius ſacris Bibliis conſona, vt aliàs patebit. Ex quo Xyſtus Pythagoricus, hominis animam, eſſe templum Dei, & inde immortalitatem adipiſci inſtar fidi hoſpitis, rectè colligit.

Spiritus Dei efficacitas.

Spiritus ſanctificatio.

Dei prouidentia.

Anima, templum Dei.

Sanè verò in ſcripturis ſacris ſæpe leguntur attributæ Deo partes humanis partibus velut per analogiam reſpondentes: vt ſunt, caput, os, oculi Domini & aures, nares, cor, humeti, brachia, tergum, manus, femora, digiti & pedes (cum decenti amictu) ac fortè his plures aliæ partes apud prophetas non ratò commemorantur: quamuis Deus ἀσώματος, ἀμιγὴς, ἀόρατος, corporis & magnitudinis expers, humanis oculis cerni nequeat, vti paulò antè diximus. Sed ea quæ in Deo ſunt (qui eſt omnia eminenter, vt Dionyſius ait) exprimere aliter neſcimus, niſi per ſumptam ab homine ſimilitudinem & analogiam quãdam. Quam adeò vel etiam ad paſſiones animi transferimus, cùm Deũ amare, odiſſe, miſereri, irafci, ſimilitérque de cæteris animi pathematis dicimus, verborum inopes, & ſenſus tarditatẽ quadam præpediti, vt lib. de peſte pluribus oſtendimus, cuius cauſſam iræ diuinæ acceptã referre plerique omnes ſolemus. Qualia tamen ferè omnia (excepto peccato) de filio hominis per antonomaſiam dicto, Ieſu Chriſto ſeruatore & Domino noſtro meliùs & verius enuntiantur: Qui cùm in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo: ſed ſemetipſum exinaniuit, formam ſerui accipiens, in ſimilitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo, vt noſter Mercurius Chriſtianus (ſic enim Paulum vocabant Lycones Act. Apoſtol. cap. 14.) ad Philippenſ. 2. cap. proteſtatur & audet. idem 1. Coloſſ. Qui eſt imago Dei inuiſibilis, primogenitus omnis creaturæ: qui eſt ante omnes, & in ipſo omnia conſtant. Nos autem, vt ſubdit Rom. 8. conformes fieri voluit Deus imagini filij ſui. Igitur ſicut portauimus imaginem terreni, portemus & imaginem cœleſtis, ait idem 1. Corinth. 15. ſed de diuinitate & prærogatiua Domini Ieſu nos quidem ad Strab. plurima diximus. Venio autem deinceps à creatore ad creaturas, & quidem à ſummis ad infimas breuiter deuoluor, in iiſdem ſingulis breuem quandam analogiam cum homine iſthoc μικροκόσμῳ deſignaturus. Sed antequàm de ſummo archetypo breuem iſtam mentionem claudo (ὁ γὰ μέγιστος θεὸς ἡγεμονεῖ τῷ ὑλικῷ; primus enim Deus præeſt, viámque præit omnis fabricæ, Deo inferiori, aiunt ex Magis Græci philoſophi) placet obuios antiquiſſimi philoſophi verſiculos, ſacris illis paulò antè citatis vtrumque affines ſubſcribere. Is autem eſt Parmenides apud Simplicium Ariſtotelis interpretem:

Paulus, Mercurius Chriſtianus.

Chriſti prærogatiua.

Homo conformis Chriſto.

Trauſitio.

—Ἐς ἀγένητον μὲν καὶ ἀνώλεθρόν ἐστι,
Οὖλον μουνογενὲς, καὶ ἀτρεμὲς, ἠδ' ἀτέλεστον·
Οὐδέποθ' ἦν, οὐδ' ἔσται, ἐπεὶ νῦν ἔστιν ὁμοῦ πᾶν·
Ταυτὸν τ' ὂν, ἐν ταυτῷ τε μένον, καθ' ἑαυτό τε κεῖται·
Οὕτως ἐμπεδον ἄνδα μένει· κρατερὴ γὰ ἀνάγκη
Πείρατος ἐν δεσμοῖσιν ἔχει τό μιν, ἀμφὶς ἱέργει·
Οὕνεκεν οὐκ ἀτελεύτητον τὸ ἐὸν θέμις εἶναι·
Ἔστι γὰ οὐκ ἐνδεὲς· —

Id eſt,

Ingeneratus erat, ſemper ſine morte futurus,
Vnicus, & totus, ſtabilis, ſine fine perennis:
Nec fuit ipſe vnquam, neque erit, quia nunc ſimul omne eſt,
Idémque exiſtens, eadémque in ſorte moratur.
Sic ſtabiliſque manet: namque illum magna neceſſi
Vis habet, aſtringens vinclis, clauſtríſque coërcens,
Vnde nefas is qui eſt, includi finibus vllis:
Quem nulla vnquam rerum ſollicitauit egeſtas.

Dei præſentia & prærogatiua.

Etenim priùs quàm cœlo exeam, de angelicis mentibus, animiſque cœleſtibus, quos exiguam Dei portionem dixit oracultum, referente Lactantio (μικρὰ γ' μοῖρα θεῦ ἄγγελοι ἡμεῖς) hæc non intempeſtiuè ſubiicio; Homini cum angelis multa intercedere communia. Vt enim angeli ſunt diuini, & immortales, & cœlicolæ, & intelligentiæ capaces, & mentis rationiſque compotes: Sic & hominum animæ, quæ etiam appellationem angelorum interdum ſortiuntur. Angeli eorum in cœlis ſemper vident faciem patris mei qui in cœlis eſt, Matth. 18. Ac de angelis Pſal. 103. qui facit angelos ſuos, ſpiritus: & miniſtros ſuos, flammã

De angelis ad hominẽ, & amborum analogia.

Deo tribuuntur humana membra, quamuis non adſint.

Chriſtus, Deus & homo, ſinſdémque humilitas.

Angelorũ munus.

ignis. Ex quò Paulus Hebr.1. Nónne omnes sunt administratorij spiritus? Græcè λειτουργικὰ πνεύματα. & ibidem, Qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos flammam ignis. Græcè sic, ὁ ποιῶν τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ πνεύματα, καὶ τοὺς λειτουργοὺς αὐτοῦ, πυρὸς φλόγα. Quanquam Theologis isthæc penitiùs speculantibus, non omnes angeli ministratorij habentur (ex quo forsan perperam intellecto, impius error profluxit quorundam orientalium, qui Spiritum sanctum etiam ipsum διακονικὸν, administrum Dei dicerent, Nicephori lib.11. cap. 30.) sed horum pauci quidam delecti assistentes ac velut παρεδροι traduntur. vnde Raphaël Tob.12. Ego sum, ait, angelus vnus è septem, qui adstamus ante Dominum. Et Daniel cap.7. Millia millium ministrabant ei, & decies centena millia assistebant ei. ἄγγελοι tamen, quasi nuntij dicuntur; ipso nomine munus & officium designante (Philoni tamen angeli, animæ & dæmones siue genij pro eodem habentur) Nulli enim vtique non parati ad nutus Dei, vt iussa eius aura ocyùs expleant. vnde & alati vulgo finguntur & pinguntur, ad summam pernicitatem insinuandam. sed de iisdem iterum Paulus ibidem cap. 2. Non enim angelis subiecit Deus orbem terræ futurum, de quo loquimur. testatus est autem in quodam loco quis dicens, Quid est homo, quòd memor es eius, aut filius hominis, quoniam visitas eum? Minuisti eum paulò minùs ab angelis. Hebræi tamen quidam, Minuisti eum paulò minùs à Deo, interpretantur: quia in archetypo legitur Elohim: quo nomine & Deus & angelus significatur. Sed Paulus hoc loco 70. interpretum versionem sequitur, & Christo pulchrè aptat: cùm vtique & ad hominem, & ad Christum filium hominis accommodari possit. Sic enim in sacris elogiis pleraque duplicem sensum habent, propheticum scilicet & nudum simplicémque. Sed quicquid prædicat scriptura de hominis dignitate, illud Christo primùm, ceu generis humani capiti atque instauratori redemptorique iure quadrat & congruit. Vnde excluditur illa quæstio πάρεργος, Homo an angelus sit præstantior, qua de, malo à Theologis accipias, modò huic, modò illi, diuerso sensu ac tempore prærogatiuam deferentibus; simul & hoc constanter affirmantibus (quod etiam Plato in Phædro & Republ. scripserat) Vnamquamque animam ab exordio nativitatis habere angelum ad sui custodiam deputatum ac delegatum, vt Hieronymus in 18. Matth. scriptum reliquit: cui adstipulantur è Græcis Theologis doctissimi Chrysostomus & Basilius. Quin & Iamblichus ipse inter philosophos Platonicos eximius ita asseruit; δαίμονα ἑκάστῳ λάχειν· Deus dedit vnicuique proprium genium. ex Platone vtique, qui ἐπιτρόπους, præfectos hominum vocitat: καὶ τοὺς θεοὺς εἶναι ἡμῶν τοὺς ἐπιμελητάς, καὶ ἡμᾶς τοὺς ἀνθρώπους, ἐν τῶν κτημάτων τοῖς θεοῖς εἶναι· Deos vtique nostri esse custodes curatoréque, & nos peculium esse deorum, in Phædone.

An omnes angeli administri?

Angeli adstites.

Angelorũ munus & denominatio, & aut aligeri.

Hominis dignitas ad angelos.

Elohim, quid.

Diuersus sensus in scriptura, qualiter.

Christus Deus & homo ἡμιθεανθρωπος. Quæstio.

Angelus, hominis custos ac præses.

Homines, peculium deorum.

A Philo angelos interpretatur, & sic definit, Ἄγγελοι μὲν οὖν ἀνθρώπους, ἱεραὶ καὶ θεῖαι φύσεις, ὑπηρέται καὶ ὑπάρχοι τῷ μεγίστου θεοῦ· ἵν' ὧν ἂν προστάττωσιν, ἐπὶ τὰς ἑκάστοις, τῷ ἡμῶν ἀσθενείᾳ ἀρωγοὶ ἄγγελοι. id est, Angeli ad homines, sacræ sunt & diuinæ substantiæ naturæve, ministri & legati summi Dei, per quos ceu internuntios quæcumque lubet generi nostro vaticinatus denuntiat. Idem vario habitu peregrinari, vrbes adire, hominum vitam & facta inspicere dicit, à sacris literis edoctus, & fortè à Platone ipso, qui lib. de Republ. è veteri poëta citat hos versus;

B —Θεοὶ ξείνοις ἐοικότες ἀλλοδαποῖς
Παντοῖοι τελέθοντες ἐπιστροφάλιγγες.

Id est,

Hospitibus similes, variáque in veste habitúque
Ipsi adeunt vrbes dim, & versantur vbique.

quod & Homerus protestatur, & è Latinis Catullus. Plutarchus autem hos iambos citat à Menandro;

Κλῆρον δαίμων ἑκάστοις συμπαραστατεῖ
Εὐθὺς γενομένῳ μυσταγωγὸς τοῦ βίου.

Id est,

Cuique dæmon homini nato assidet
C *Illico dux vitæ & moderator suæ.*

Angelus cuiq; suus statim ab ortu. Sortes geminæ.

geminas etiam sortes apud eundem dixit Empedocles: duo dæmonum genera insinuans bonorum & malorum. Hinc fortè est, quòd Fr. Venetus non dubitat hominem angelo anteferre, diceréque audet, hominem quidem terrenum, Deum esse mortalem: Deum verò cœlestem, immortalem hominem. Homo enim (inquit) verus est mundus omnia continens, cum omnibúsque conuersans: cum superis quidem per fidem & sapientiam: cum mediis per rationem & discursum: cum infimis per sensum & dominium. éstque cum omnibus symbolum habens: cum materia, in proprio subiecto: cum elementis, in corpore quadrifario: cum plantis, in vegetatiua virtute: cum cœlis, in influxu partium superiorum ad inferiores, & in motu circulari, ad idem tendens à quo venit. cum angelis, in mente & sapientia: cum Deo, in omnium continentia, quam homo habet compositione, Deus autem simplicitate quadam.

Homo, Deus mortalis, & humus cum omnibus analogia communióque.

D Sed cùm nouem beatorum spirituum ordines numerentur, videndum qui sint, & quid præstent, quídque à singulis homo mutuetur. Dionysius Areopagites primus, vt reor, philosophus Christianus lib.1. cœlestis hierarchiæ cap. 6. tres ordines angelorum tradit, ternos in singulis ponens: vocátque τριαδικὰς, ἢ τριαδικὰ ἢ τριαδικὰ, ἢ τριαδικὰ μόνον; intellectos, aut intellectos & intelligentes, aut intelligẽtes tantùm. cuius propemodum verba sensáque Proclus Platonicus imitãdo expressit, & malitia quadam adulteravit: & post hunc Hermias & Damascius Platonici & ipsi philosophi. Sunt autem intellecti, qui primi ab inferioribus intelligũtur: intelligentes, infimi qui superiores intelligũt: mixti, medij qui vtrumq; possunt. inferiores cum à superioribus dicuntur edo-

Nouem spirituum ordines, & quid à singulis homo sortiatur.

Angelorũ differentiæ penes intelligentiam, & quomodo communicent inter se.

ceri illuminatíque & initiari. Ἴσως γὰρ πᾶς αὐτὸν ἐφ' αὑτῷ φῶς ἐπλάμψει· quiſque enim ſibi ſubiectis lucem irradiat, ait Hermias. Dionyſius autem, πᾶσα τελεσιότης φωτοφανείας περίεισιν εἰς ἡμᾶς ἀγαθοδότου φωτὸς· omnis (ait) claritatis à patre ſcatentis in nos benefica manatio.

Angelorũ ordines qui ſe habeant.

Sunt igitur (inquam) tres ordines angelorum ſuperiores, tres inferiores, tres medij. ac ſuperiores, Cherubin, Seraphin, Throni: medij, dominationes, principatus & poteſtates: inferiores denique, virtutes, Archangeli, Angeli. Ex quibus, Seraphim dicuntur, qui præ aliis ardent charitate: Cherubim, qui præ aliis ſcientia eminent: Throni autem, qui tanta diuinitatis gratia replentur, vt in eis ſedeat Deus, & per eos iudicia decernat atque informet. Dominationes verò, qui principatus & poteſtates tranſcendunt: Principatus dicuntur, qui ſibi ſubiectis, quæ ſunt agenda, diſponunt, eiſque ad explenda diuina myſteria præſunt: Poteſtates nominantur hi, qui hoc cæteris potentiùs in ſuo ordine acceperunt, vt virtutes aduerſæ eis ſubiectæ, eorum refrænentur poteſtate: ne homines tantùm tentare valeant, quantum deſiderant: Virtutes vocantur illi, per quos ſigna & miracula frequenter fiunt: Archangeli denique, qui maiora nuntiãt: Angeli, qui minora. ita ferè Petrus Lombardus Pariſienſis olim Epiſcopus regnante in Gallia Ludouico VII. circa annũ Do. 1150. lib. 2. γνωμῶν diſtinct. 9. vbi doctorum interpretum acumen legendo recognoſces. credo tamen Lombardum ab Dionyſio Athenienſi illo pleraque iſtiuſmodi mutuatũ, vt tibi conferẽti facilè innoteſcet: qui de choris iſtis angelicis ſcripſit hunc in modum inter alia plura: ἀφορίζει μὲν μόνοις καὶ ἀεὶ σφᾶς τὸ ἄπαρτες, ὡς θέμιστον, ἐν συνωνυμίᾳ τῷ θεῷ καὶ ἀκλινῶς ἵδρυσε αὐλισσόμενα, καὶ πρὸς ἀρχικὰς ἐλλάμψεις ἀΰλως καὶ ἀμιγῶς δεχόμενα. Proximi aſſiſtunt deſixique intuentur, quantum eis datur, in Deum, amore diuino nunquam deficiente accenſi: regióſque illos radios immaterialiter & impermixtè accipiunt. lege ab eodem longè plura de iiſdem: neque enim nunc vacat ſingula de ſingulis excutere.

Seraphim. Cherubim. Throni.

Dominationes. Principatus.

Poteſtates.

Virtutes.

Archangeli. Angeli.

Angelicorũ ſpiritũ munia.

At quid ab iſtis ſingulis homo fœneratur? inquies. quidve cũ cœleſtibus illis animis habet ἀνάλογον? Homo ſanè, vt ex Dionyſio refert Georgius, habet conuenientiam cum Seraphim, Cherubim & angelis omnibus, à quibus ſuſcipit purgationes, illuminationes & profectus. vnde cùm eorũ influxum & vigorẽ ſuſcipit, dicitur Seraphicus, Cherubicus, Angelicus. Ac ſi ad particularia deſcendere placet, homo ſuſcipit ab angelis (incipiam enim ab infimo ordine, retrogradiẽdo ad ſupremũ) vt bonus ſit Dei nuntius, & interpres diuinæ mentis. ab archangelis, vt dominetur omnibus, quibus præſidere datum eſt. à principatibus, vt etiam ſubditorũ omnium vires complectens, omnes ad ſeſe vi quadam occultiſſima & ſupercœleſti attrahat. à virtutibus vim ſuſcipit, qua in hoſtes veritatis & brabei (brauium vulgo dicũt Theologi) pro quo pugnamus, roboretur. à poteſtatibus præſidium in mundanæ huius domus inimicos. à dominationibus auxilium quo ſubiicere poſſit inimicum, quem ſemper ſecum portat. denique à thronis ſuſcipit, vnde compingatur, vel cõpaginetur, & vnde in ſeipſo collectus, memoriã in illa æterna ſpectacula figat. à Cherubinis mentis lumen, aut ſuperexcelſas imagines & figuras, quibus ipſa & cum ipſis Deum mente contemplari poſſit. poſtremò à ſeraphinis, vt perfecto amore tandẽ Deo & ipſis adhæreat. Vel vt author libri de ſpiritu & anima cap. 5. Senſus angelis, imaginatio archangelis, timor virtutibus, dolor poteſtatibus, ratio principatibus, amor dominationibus, intellectus thronis, intelligentia cherubinis, ſpes ſeraphinis accepta aut comparata referri debet, aut potiùs fortè quodãmodo poteſt: cùm ſit omniũ bonorũ author ſolus Deus. cui laus in ſecula.

à poteſtatibus. à dominationibus. à thronis. à Cherubin. à Seraphin.

Quas homo virtutes ab angelicis mẽtibus ſanciretur.

Homo quid ab ordinibus angelicis accipiat.

Ab angelis.

Ab archangelis. à principatibus.

à virtutibus.

Verumenimuerò ab iſta nos theologica ſubtilitate, & velut quodã mentis exceſſu (ἔκστασιν Græci vocant) ſubducamus: ne liquore ſui nectaris inſolito nos inebriet; atq; ad phyſica noſtra reuertãmur. Cœlum, Dei ſedes eſt: terra autem, ſcabellum pedum eius, ait propheta Eſaias 66. & Dauid Pſal. 102. & iampridem Homerus circa eadem penè tempora cecinit,

Οὐλυμπον δ' ἔδει φασὶ θεῶν ἕδος ἀσφαλὲς αἰεὶ
Ἔμμεναι ——.
Tuta deûm ſedes in cœlo dicitur eſſe. idémque,
Τῷ εἰ πίσυνοι μάκαρες θεοὶ ἤμενοι αἰεί.
In quo dij gaudent ſemper degúntque beati.

Et Ariſtoteles lib. de mundo, τὸ ἀκινήτου οὐρανίου τῷ θεῷ, ſupremum Dei habitaculum.

Transitio.

Cœlum & terra quid ad Deum.

Cœlum, Deorum ſedes.

Sed dices fortaſſe, Quos tu mihi cœlos, quos orbes cœleſtes in homine oſtendes? Illos quidem fortè vniuerſos in vno capite humano adumbraui & enumeraui, vbi de capite & cerebro ſub finẽ operis huius: nũc autem rurſus breuiter alio iſto quodã modo deſignabo. preſertim autẽ ac primò de ſeptẽ planetis, quorũ sũt ſinguli & ſecreti orbes, ita Mercurius pridem inſinuauit; Cùm homo in ſe omniũ poteſtatẽ contineret, opificia ſeptẽ gubernatorũ animaduertit. ij autẽ humanæ mentis meditatione gaudentes, ſinguli eorũ proprij ordinis participẽ hominem reddidêre. Qua in ſentẽtia video deinceps Academicos fuiſſe, qui humanas animas aſtris pares in iiſdem degere arbitrabantur, vt Timæus Platonis oſtendit: atque ab his in noſtra corpora cœlitùs demittẽdas, in trãſcurſu aliquid proprij à ſingulis planetis contrahere, quod mox in humana corpora demerſæ retineãt, vt ab hoc aut illo plus minúſve acceperunt mutuatæ. Vt à Saturno grauitatẽ, conſtantiam, taciturnitatẽ, intelligentiã & profundã ſpeculationẽ. ab Ioue prudentiam, ſagacitatẽ, formam. à Marte vim & fortitudinẽ & robur & victoriæ ac belligerãdi ſtudium. à Sole ſerenitatem & acumen ingenij iudicijq; ſynceritatem. à Venere formã & venuſtatem & facultatem prolificam. à Mercurio facundiam, dicendi ornatum & lepórem, aſtutiam dolúmque. à Luna ſeminis & humorum abundantiam, tarditatem

Cœli in homine analogia.

Hominis analogia ad planetas.

Anima numero pares aſtris, quid à ſingulis planetis contrahant.

à Saturno, Ab Ioue. à Marte. à Sole. à Venere. à Mercurio. à Luna.

Ab aſtris & ſideribus.

ingenij & morum ſimplicitatem. denique ab aſtris vniuerſis ornatum, decorem, concentũ, ordinem, vigorem, animi & corporis conuenientiam harmoniámque. Ptolemæus tamen paulò aliter; è ſeptẽ planetis, quatuor ad conſeruandum indiuiduum, tres verò reliquos ad mores & ad actiones & ad opus dirigendum cõducere tradidit. Indéque Sol, origo illi habetur virtutis vitalis, quæ eſt in corde. Iuppiter reſpicit ad virtutem naturalem in hepate. Saturnus vim receptiuam & memoratiuam. Luna creſcentem & decreſcentem vigorem. Phantaſtica vis & penetratiua in rebus faciẽdis, à Mercurio expetitur. Appetitus concupiſcentiæ & delectatio, quæ opus perficit, à Venere. Impulſus cum iraſcibili & impetu, vt fortunatum ac felix fauſtúmque ſit opus, à Marte confertur. Plotinus autem in lib. qui inſcribitur, Si faciunt áſtra, pronuntiat nihil vi vel poteſtate eorum hominibus euenire: ſed ea quæ decreti neceſſitas in ſingulos ſancit, ita per horum ſeptem tranſitum ſtatione receſſúve monſtrari: vt aues ſeu præteruolando, ſeu ſtando, futura pennis vel voce ſignificant neſcientes. Sic quoque tamen iure vocabitur hic ſalutaris, ille terribilis, cùm per hũc proſpera, per illum ſignificemus incõmoda. Iam verò quódnam cuique parti è toto zodiaco áſtrum dominetur, ita M. Manilius lib. 2. cap. 12. enuntiat & poëtico ſtylo mathematica exponit;

Planetarũ beneficium in homines & partes principes, aſtruéſq;.

à Sole, quid.

Ab Ioue. à Saturno. à Luna.

à Mercurio.

à Venere.

à Marte.

Commoda vel incommoda, ĩcẽque neceſſitas ab aſtris, quomodo.

A ſimili.

Zodiaci dominatus in 12. hominis partes.

Accipe diuiſas hominis per ſidera partes,
Singuláque in propriis parentia ſigna figuris;
In queis præcipuas toto de corpore vires
Exercent. Aries caput (eſt ante omnia princeps)
Sortitur, cenſúſque ſui pulcherrima colla
Taurus. & in Geminis æquali brachia ſorte
Scribuntur connexa humeris, pectúſque locatum
Sub Cancro eſt. Laterum, renum, ſcapulæque, Leonis.
Virginis in propriam deſcendunt ilia ſortem.
Libra regit clunes. Et Scorpius inguine gaudet.
Centauro femora accedunt. Capricornus vtriſque
Imperat in genibus, crurum fundentis Aquari
Arbitrium eſt. Piſcéſque pedum ſibi iura repoſcunt.

Aries.

Taurus. Gemini. Cancer. Leo. Virgo. Libra. Scorpius. Sagittarius. Capricornus. Aquarius. Piſces.

Hæc Manilius. quæ iam antè paucis verbis Hermes ſuum Tatium ita docuerat; Tabernaculum iſtud, ô fili, ex zodiaco eſt conſtitutum, qui duodenario numero cõſtat. Proclus lib. de anima & dæmone, ætates ſeptem totidem planetis ſic aptat; Ætatum ordo ſequitur ordinem vniuerſi. Prima quidem ętas Lunarem ſequitur poteſtatem: tunc enim ſecundùm nutritiuam vegetalémque viuimus facultatem. Secunda Mercurialem, quando literarum citharæque & luctæ ſimiliúmque ludorum ſtudium exercemus. Tertia Venereã, quando turgeat membra ſeminibus, & ad genituræ protinus incitamur. Quarta Solarem; huic enim regnat vigor, ætatíſque perfectio properat, ætáſque media. Quinta Martiam, in qua potentias & victorias affectamus. Sexta Iouiam, quæ prudentiam & vitam actiuam ciuilémque deſiderat. Septima Saturniam, in qua naturæ conſentaneum eſt à generatione deſiſtere, ſéque à corporeis ſegregare, & ad alteram incorporeámque vitam ſe transferre. Superiora vbique inferiorum cognitiones vnicè complectuntur atque præſtantiùs.

Corporis ad zodiacũ analogia.

7. ętatum ad 7. planetas analogia.

Superiorũ vis in inferiora.

Sed placet de iſtis poſt máiores audire philoſophantem Macrobium ex veterum ſentẽtia cap. 12. lib. 1. commentarij doctiſſimi in Somn. Scip. Anima non ſubitò à perfecta incorporalitate luteũ corpus induitur: ſed ſenſim per tacita detrimenta & longiorem ſimplicis & abſolutiſſimæ puritatis receſſum, in quædam ſyderei corporis incrementa turgeſcit. in ſingulis enim ſphæris, quæ cœlo ſubiectæ ſunt, ætherea obuolutione veſtitur: vt per eas gradatim ſocietati huius indumenti teſtei concilietur. & ideo totidem mortibus, quot ſphæras tranſit, ad hanc peruenit, quę in terris vita vocitatur. Deſcenſus verò ipſius, quo omnia de cœlo in huius vitæ inferna delabitur, ſic ordo digeritur.

Anima deſcenſus è cœlo per aſtra & planetas, & ab hac contages.

Zodiacũ ita lacteus circulus obliquæ circũflexionis occurſu ambiendo amplectitur, vt eũ quà duo tropica ſigna Capricornus & Cancer feruntur, interſecet. Has Solis portas phyſici vocauerũt; quia in vtraque, obuiante ſolſtitio vlteriùs Solis inhibetur acceſſio; & fit ei regreſſus ad zonæ viam, cuius terminos nunquam relinquit. Per has portas animæ de cœlo in terras meare, & de terris in cœlũ remeare creduntur: ideo hominum vna, altera deorum vocatur. hominum, Cancer, quia per hũc in inferiora deſcẽſus eſt: Capricornus, deorũ, quia per illum animæ in propriæ immortalitatis ſedem & in deorum numerum reuertũtur. Et hoc eſt, quod Homeri diuina prudẽtia in antri Ithacenſis deſcriptione ſignificat. ac de animarum acceſſu & receſſu, geminiſq; venientium & abeuntium valuis, nos quidem ex Platone diximus, vbi animæ immortalitatem aſſeruimus. Macrobius verò ibidem ita inſtitutũ vrget ſermonem; Hoc ergo primùm põdere de zodiaco & lacteo ad ſubiectas vſque feros anima delapſa, dum & per illas labitur, ſin ſingulis non ſolùm luminoſi corporis amicitur acceſſu; ſed & ſingulos motus, quos in exercitio eſt habitura, producit. In Saturni, ratiocinationem & intelligentiam, quod λογιστικὸν βουλευτικὸν vocant. in Iouis, vim agendi, quod πρακτικὸν dicitur. in Martis, animoſitatis ardorem, quod θυμικὸν nominatur. in Solis, ſentiendi opinandique naturã, quod αἰσθητικὸν & δοξαστικὸν appellant. deſiderij verò motũ, quod ἐπιθυμητικὸν vocatur, in Veneris. pronuntiandi & interpretandi quæ ſentiat, quod ἑρμηνευτικὸν dicitur, in orbe Mercurij. φυτικὸν verò, id eſt naturã plantandi & augẽdi corpora, ingreſſu globi Lunaris exercet. & eſt hæc ſicut à diuinis vltima, ita in noſtris terreniſq; orbibus prima. corpus enim hoc, ſicut fæx rerũ diuinarũ eſt, ita animalis eſt prima ſubſtantia. ita ille ex Platonicorũ alibi à me producta ſentẽtia. & quidẽ Plotinus li. de anima & dæmone, deſcẽſus animæ in corpus ſeiunxit quidẽ illã à diuinis animis, à quibus intelligentia

Zodiaci ſegmentũ, qua, cælique porta hæc qua & quorſum.

Cancri porta. Capricorni porta.

Anima quid à ſingulis zodiaci animalculis, & à 7. planetis ſumatur.

Anima defectio à ſupernis & cõmercio cum inferioribus poſt deſcenſum.

by Google

& poteſtate puritatéq; implebatur. coniunxit verò generationi & naturæ materialibúſque rerum, à quibus obliuione & errore & ignorantia eſt imbuta. Nam animæ deſcendenti adnatæ ſunt ex mundo multiformes vitæ veſtéſque variæ, trahentes quidem ipſam in compoſitionem caducam, obſtantes autem contemplationi ſeparatorum. Oportet igitur animam hinc ad naturam illam peruigilem rectè ducendam, amputare ſecundas tertiaſque vires deſcendenti ſubortas: ſicut marino Glauco, herbæ, petræ, conchæ: cohibere verò impetus extrà ferentes. reminiſci rurſum rerum ſeparatarum eſſentiæque diuinæ, vnde eſt facta deſcenſio, & ad quam omnem vitam contendere decet. ſed & hoc alibi etiam expoſui. Eôdem videtur reſpexiſſe Chaldaicum oraculum iſtiuſmodi,

Anima qualiter hîc purificanda & inſtauranda ergaddaque.

A ſimili.

Χρή σε σπεύδειν αψορρον ἐπὶ πατρὸς ἰυγὴν καὶ νοῦν
Ἔνθεν ἐπῆμεν σοι ψυχὴ πολυμιγὲς ἐνδυμα ἑσσαμένη.
Te properare decet patris ad lucem radiósque,
Vnde animus tibi miſſus, quē mēs plurima veſtit.

Anima redux ad ſuperos. qualiter ornanda.

Magna enim veſtitus intelligentia huc animus deſcendit, indutus à creatore & patre reminiſcentias diuiniorum cogitationū, quando huc accepit deſcenſum; & hinc per eaſdem reminiſcentias eôdem reuertetur, vt Pſellus interpretatur.

Anima quid à ſuperioribus & inferioribus ſphæris contrahat.

Ego verò ſecutus maiorū veſtigia & Theologorum angelicas contemplationes, dico; A ſuperioribus ſphæris perfectiſſima dona quæque animas humanas mutuari. vt à cœlo illo cryſtallino & empyreo primóque mobili (de quibus nos vſpiā in hoc opere egimus, orbiū cœleſtium numerum & ordinem ſpeculati) ſinceritatem limpidiſſimæ mentis, intelligendi lucidiſſimum fulgorem, ocyſſimam perniciſſimámque animi agilitatē ſubtilitatémque. Quibus adde, ſi voles, volútatis noſtræ impetum, imperiū ac libertatē, quæ modò in hanc, D modò in illam nos ſententiam inducit, & ad hoc agendum impellit, ab hoc antē diſſuadet ac dehortatur; eam ſibi poteſtatem in corpus noſtrum ſumēs, quā & illud primum mobile in reliquos orbes ſubiectos ſibi vēdicat; vt eos cieat & agitet pro arbitrio; quod quidem in homine liberū habetur & exiſtimatur. Quas tamen poſteriores & principes animæ facultates (*ἐξαιρετικὰς* vocitant philoſophi) ſi à Cherubinis & Seraphinis atque ab Angelicis mētibus (omnes enim intelligentiæ inferiores à ſuperioribus illuminātur, docentur & purificantur, ait Dionyſius Areopagita) cū nonnullis Theologis per analogiam repetere, quā ab aſtris iſtis & ſphæris cœleſtibus cum philoſophorum choro mauis; me equidem facilè adſtipulatorē habebis, lubénſq; pedibus in eandem tecum ſententiā deſcendam. addámque illud dictis præterea; Ab his angelicis choris & nouem beatorum ſpiritū habitis ordinibus (Seraphin, Cherubin, Throni, Dominationes, Virtutes, Poteſtates, Principatus, Archangeli, Angeli, à ſummis ad infimos deſcendendo perhibentur, aliter atque ordine retrogrado antè recenſui) ab illis, inquam, animis cœleſtibus, virtutis & ſapientiæ, charitatis & intelligentiæ, fidei ſpeique, pietatis & iuſtitiæ, ſynceræque religionis cultum verum, luménque clariſſimum à ſummo Deo beatiſſimis animis noſtris illuceſcere. quæ pars in homine potiſſima præcipuáque eſt, vt Deum Opt. Max. vniuerſi authorem agnoſcamus, laudemus, celebremus, & oris cordiſque vno conſenſu, ac velut concentu; imò verò animis conſonantibus & concordantibus, illud dulciſſimum melos ſemper cum beatis illis ſpiritibus reſonemus; qui requiem nō habent die ac nocte dicentes, Sanctus, Sanctus, Sanctus B Dominus Deus omnipotens, qui erat & qui eſt & qui venturus eſt (*ὁ ἦν, καὶ ὁ ὤν, καὶ ὁ ἐρχόμενος*, vt ferè ſuprà ex arcanis priſcæ philoſophiæ indicauimus) item dignus es, Domine Deus noſter, accipere gloriā & honorem & virtutem: quia tu creaſti omnia, & propter voluntatem tuam erant & creata ſunt, Apocalyp. 4. & ibidem cap. 7. Benedictio & claritas & ſapientia & gratiarum actio, honor, virtus & fortitudo Deo noſtro in ſecula ſeculorum. Amen.

Hominis ſcopus.

Angelicū melos, & gratiarum actio.

Verumenimuerò perluſtratis breuiter cœleſtibus illis vniuerſis prorſus admirandis, & ſui cōditoris mirificam ſapientiam, bonitatē, potentiam celebrantibus operibus; ad citima C deinceps nobis & familiaria deueniamus quatuor illa ſimplicia, ex quibus corpora noſtra conſtant, elementa: de quibus potiſſimè præcipuéq; toto hoc volumine nobis eſt inſtituta analogia & cōparatio, & ab initio ad finē operis declarata, perpetuóq; orationis filo deducta percurrit oratio; ideo nunc obiter tantùm attingenda, vt quæ bonam noſtri partem, vel adeo totum corpus humanū conſtituant. Dij enim (ait Alcinous cap. 17. ex doctrina Platonis) in primis hominem ex terra & igni aëréque & aqua finxerunt, portiones quaſdam, quas quandoq; redderent, à natura mutuātes, D ligantéſque inuicē latentibus nexibus, corpus vnum ex omnibus cōfecerunt. ac partē deinde animæ præſtantiorem in capite locauerūt; vti ſuis deinceps locis paſſim demōſtrabimus, atq; authoritatibus primariorū philoſophorū docebimus: præſertim Agrigentini phi.

De 4. elementorum analogia in homine.

Homo ex 4. elementis.

Anima in capite.

Empedoclis, qui primus prohibetur carminibus Græcis vaticinatus, quę eſſent in natura rerū, ea omnia quatuor primis cōſtare elemētis; Ignem intelligo, aërem, aquam & terram: ex quibus quatuor ſimplicibus corporibus, tū noſtra hæc corpora, tum reliqua iſta elemēta- E ta omnia cōſtare ducimus ac dicimus. Ignem antē calidum ſiccúmq; in homine cùm dico, omnē velim calorem mihi intelligas, quo potiſſimo vita noſtra ſuſtentatur, quo motus in corpore cietur, quo nutritio & incrementum corporis adminiſtratur, quo alimentorū concoctio perficitur, quo ſenſuū vigor, & ſplēdor oculorum, & totius corporis tepor, & viuidus color elucet; quo ætatis momenta per gradus varios decurrunt, atq; à primo noſtro exortu, ad vltimā vitæ metam curſū perpetuo inſtar amnis labuntur (namque, vt ait poēta,

4. elementorum doctrina author Empedocles.

Ignis qualitates, & quid in homine, eiuſque efficacitas.

Tempora labuntur more fluentis aquæ.)

Volūtatis imperium.

Anima dona à mētibus angelicis & cœleſtibus.

Vt intelligentiarum ſuperiorū in inferiores.

9. beatorū ſpirituum ordines, & quid à ſingulis animis mutuentur.

Mortis necessitas vnde.

donec eodem illo calore igneo consumpto, velut oleo vitali pabulóque absumpto, frigida mors obrepens, vitæ huius flammulam extinguit, atque huius vsuram lucis terminat.

Aëris qualitas, vis & analogia in homine.

Secundo loco ponitur aër calidus humidus, tum externus, tum internus in nobis spiritus intelligendus, quo veluti flabello, noster ignis ille temperatur, expurgatur, instauratur, inspirando expirandóque quem ore & naribus ducimus aërem; & si quis fortè per angusta corporis spiracula poróque subintrat, eosdem in vsus comparatus, in quos ille quem in spiratu assiduo trahimus. donec languida vi motrice, ac pulmonibus resolutis, & thoracis motu fatiscente, languens intus calor pabuli inopia suffocatur.

Aquæ qualitas & vsus in homine.

Tertio loco succedit aqueus humor frigidus humidus, quo velut perenni fonte, nostri alioquin arentes horti iugiter irrigantur. qui cùm sit multiplex, vt suo loco fusissimè demonstrabo; tamen nunc mihi quadruplex memorabitur, sanguis calidus humidus, venis & arterijs contentus, & per totum corpus ceu canalibus quibusdam deductus, veris temperamẽto respondens (vt etiam quatuor anni tempestates in homine recognoscas) pueritiæ familiaris. deinde pituita frigida humideáque, in cerebro & stomacho præsertim diffluens stagnánsque, hyemi & senio congener ac similis. tum bilis vtraque, & flaue calida sicca, æstati similis, & feruidæ iuuentæ affinis; & atra frigida sicca, autumno par in sua temperie, & inclinanti ætati cognata, hæc in splene, illa in suo præcipuè folliculo contenta. Ex quibus quatuor humoribus iusta & debita proportione mixtis & contemperatis, nostri corporis sanitas integra, vitáque ipsa conseruatur: sicut ab ijsdẽ copia aut qualitate mixtionéque analogiam immodicè excedentibus atque exuperantibus, morborum genus omne propemodum oboritur; mors denique ipsa subrepens nos incautos adoritur & opprimit. De reliquis in nostro corpore liquoribus, vt ad hunc aut illum magis accedunt, quî generentur, cui vsui, vbi recondantur, quibus nominibus ac viribus à se inuicem dirimantur ac distinguantur, in hoc opere dicetur à me perquàm copiosè. Quarto & vltimo loco terrea moles supereſt, humorum vehiculum conceptaculúmque, & spirituũ adeo receptaculum, maxima nostri pars, primæ originis naturam retinens, limi lutique affinis, grauis, ponderosa, frigida siccáque, partium solidatum in corpore humano velut parẽs, ostiúmque solidamentum. Quanquam quatuor elementorum cum quinque sensibus humanis specialem communionem suo loco demonstraui, & cum philosophis ac medicis definiui. Nihil tamen obstat, quò minùs idem pluribus & diuersis aptari diuersimodè queat: vt ex vtriſque his facilè perspicies, si inter se conferas.

4. hominis congeniti humores, eorũdémque temperies, & finis.

4. ætatum & temperiei analogia ad 4. humores.

4. humorũ beneficia dénóque.

Terræ qualitas, vsus & proportio in homine ad quid.

4. elementorum ad 5. sensus proportio.

Idem diuersis recipit comparationes.

Atque hæc de quatuor elementorum summa in nobis analogia dicta sint, diffusissimè & copiosissimè per totum volumen istud à nobis expensa examinatáque. Confer nunc denique hominem cum animantibus in aëre, terra, marique (nam si qua etiam in igne viuant, etiam de his vspiam deinceps ex Aristotele meminerimus) velut in proprio solo subiectóque versantibus: videbis cum toto genere earundem, multa eundem illum habere communia: & si particulatim agere ac persequi vacabit, cum singulis adeo affinitate & similitudine quadam naturæ coniungi deprehendes. Non quæro nunc, ait omnes, vel saltem aliquæ animantes ratione polleant: id posthac obiter disceptabo, & exemplis quarundam, vt elephanti, equi, canis, psittaci, apum, formicarum, araneorum, similiúmque agitabo. illud modò ex Porphyrio lib. 3. de sacrificijs proponam, de Pythagorica sumptum philosophia: Omnem animam sensibus & memoria præditã, esse rationalẽ, haberéq; rationem orationémque tum interiorẽ, tum exteriorẽ, qua inter se loquantur animalia. quorum verba non discerni à nobis, nihil mirum sit, cùm barbarorum etiam multorum sermonem minimè discernamus: neque tam loqui, quàm indistinctè vociferari putemus. Sunt qui dicant se audire sermonem animalium, atque intelligere: sicut apud antiquos Melampus, & Tiresias, atque Thales, & apud A. Gellium Democritus: & olim Apollonius Tyaneus: Quem dicunt in amicorum cœtu, cùm audiret hirundinẽ aliis nuntiare, asinum prope vrbem onustum tritico cecidisse. triticúmque humi diffusum, coram omnibus denuntiasse, & experientia comprobasse. contendit deinde animalia rationem habere; tum quia inter se sua significent; tum quia diligenti sibi solertia consulant, vsuique futuro prouideant; tum quia discant & à se inuicem, & ab hominibus multa, seipsáque inuicem edoceant. idem verò Porphyrius asserit, Aristotelem, Platonem, Empedoclem, Democritum, aliósque quicumque veritatem de animalibus perscrutati sunt, participationem rationis orationisque in animalibus comperisse. sed de hoc alibi commodiùs: vt interim Gryllum Plutarchi recognoscas, qui animantes mutas rationis compotes multis rationibus & argumentis conatur demonstrare. Ego verò in Apologia medicinæ, & comment. ad Strab. etiam ab istis homines multa didicisse, & medicos speciatim plurima obseruando comperisse; ac nominatim de clystere, ab Ibide; de phlebotomia, à Phoca; de vomitu, à cane; de variis herbis promiscuè à variis animalibus cognouisse demonstraui. Audi si voles sanctum & doctum hominem Ambrosiũ cap. 4. lib. 6. Hexaëmeri de his testificantem. Vsa graui affecta cæde, infit, & consauciata vulneribus, mederi sibi nouit, herbæ cui nomen est phlomos (vt Græci appellant) vlcera subijciens sua, vt solo curetur attactu. Serpens quoque pasta fœniculi, cæcitatem repellit exceptam. itaque vbi oculos sibi obduci senserit, nota remedia petit, nec fraudatur effectu. Testudo visceribus pasta serpentis, cùm

Hominis cum animantibus analogia.

An bellua & pecudes sint. ἄλογοι.

Quòd bestiæ sint rationis compotes, & oratoriæ.

Qui voces animalium callerent.

Historiæ scitu dignæ.

Quòd homines multa ab animalibus didicerint. Ab exemplis.

Animalia ducunt natura quibus sibi remedijs consulant. Exempla.

venenum aduerterit ſibi ſerpere, origano medicinam ſuæ ſalutis exercet. Videas etiam vulpem lacryma ficus medentem ſibi, & tali remedio imminentis mortis ſpatia proferentem. Caprea vulnerata dictamnum petit, & de vulnere excludit ſagittas. norunt & beſtiæ remedia ſua. Leo æger ſimiam quærit vt deuoret, quò poſſit ſanari. Leopardus capreæ agreſtis ſanguinem bibit, & vim languoris euitat. Omnis fera ægra, canis hauſto curatur ſanguine. Vrſus æger formicas deuorat. Ceruus oleæ ramuſculos mandit. Sed de his nunc ſatis: namque ex Ariſtotele, & Plinio, & Ciceron 2. de natu. deor. alibi alia & ex his nonnulla citaui exempla.

Homini communia, intelligere, ſentire, viuere, eſſe, quibuſcũ. inde μικρόκοσμος dictus.

Nunc autẽ huius te volo meminiſſe, quod & paulò antè ex Auguſtino, & alibi vſpiam in hoc opere ſcripſi; Homini cum dijs & angelis commune eſſe, intelligere: ſentire, cũ animalibus: viuere, cum plantis: eſſe denique cum elementis. ob idque hominem & dici & haberi quaſi μικρόκοσμον, quòd vnus omnia in ſe complectatur, quæ ſunt in natura rerum ſpeciatim diſtributa, vti in hoc opere paſſim probamus. Sed nunc illud breuiter reſumo; Præter illam cum angelicis mentibus conuenientiam paulò antè commemoratam: præter eſſentiam cum elementis quatuor communem nouiſſimè demonſtratam: reliqua eſſe homini duo, ſenſum (inquam) cum mutis animantibus, & vitam cum plantis communẽ. de quibus duobus extremis cùm pauca dixero, huic proœmio ac velut præludio totius operis cuidam finem imponam. Scitum eſt autem, & hoc opere probatum ex Ariſt. lib. 2. de anima cap. 2. & 3. Potentias animæ ſummas eſſe has, nutritiuam, ſenſitiuam, appetitiuam, loco motiuam, atque intellectiuã. Has facultates omnes vnus homo eximias habet tum in anima, tum in corpore: atque ex his aliquas cum angelis & animis cœleſtibus communes, vt intellectum, motum, appetitúmque ſeu liberam voluntatem: cum mutis animantibus (bruta vocat vulgus) præter intellectum, reliquas etiam facultates quatuor; & ſi qua brutis & maioribus ac minoribus animalibus, quadrupedibus, reptilibus, inſectis, volucribus, piſcibus denique ineſt rationis & intellectus particula ſcintillãue; vt alibi excuſſi de apibus, bombycibus, formicis, araneis, canibus, equis, elephantis, echinis, crocodilis, camelis, bubus, aſinis, alcedonibus, ciconiis, gruibus, pſittacis, picis, coruis, philomelis, delphinis, phocis, hippopotamis, ſerpentibus, & alijs nonnullis ſagacioribus animantibus in quolibet elemento degentibus. Denique cum plantis, & ſi voles, cum lapidibus ac metallis, nutritiuam ſeu vegetatiuam communem homo habet facultatem. Vt enim homo nutritur, creſcit, viuit, moritur: ſic & planta omnis ſuo quodam modo alibi demonſtrando. atque vt homo mouetur huc illuc, & locum ſubinde mutat toto transferens ſeſe corpore in omnem τοπῆς, lationis modum: idem appetentia ducitur rerum venerearum, & eſculentorum poculentorúmque, & reliqua prorſus omni concupiſcentia carnali, quam & ſenſualem dicunt: idem quinque ſenſuum miniſterio pollet: idẽ nutritur & augeſcit, & nutricando attrahit, retinet, coquit, excernit. Sic & animans quælibet tum volucris, tum quadrupes, tũ reptilis, tum ἔνυδρος, tum denique natatilis: ſiue quæ in aëre, ſiue quæ in terra, ſiue quę ſub terra, ſiue quæ in aquis, & ſi qua denique in igne degit. Vt autẽ terra parcus & alumna in aluo, ex ſulphure & hydrargyro, duobus (vt putãt) principiis parit & generat metalla: vel ex humore aqueo glutinoſóque cum quadam portione terrea, vi caloris inſiti, aut frigoris cogentis & indurantis; concurrente influxu & facultate ſtellarum planetarúmque (tot enim ferè modis metalla & mineralia produci arbitrantur, atque adeo gemmas & lapillos pretioſos) quibus ideo ſubijci credantur; vt aurum Soli, argentum Lunæ, hydrargyros Mercurio, æs & orichalcum Veneri, ferrum Marti, plumbum Saturno, ſtannum Ioui. Sic in humano corpore ex dictis quatuor humoribus (quos συγγενέσιν demonſtrabimus) viſura omnia vi caloris inſiti concreſcunt & coaleſcunt. namque de oſſibus lapides terræ referentibus, initio huius analogiæ videor trãſegiſſe, & poëtarum oraculorúmque figmenta atque ambages de his aperuiſſe atque reſoluiſſe, vt tute breui recognoſces. Quinetiam in ſacra pagina frequens eſt hominis cum iſtis metallis, vt etiam cum belluis ac pecudibus brutíſque vocatis, allegorica comparatio, iuxta ſingulorum proprietatem, dotes, & naturam plurimùm inter ſe diſcrepantem.

De cõmunione vitæ & ſenſus in homine cum cæteris.

Anima facultates quinque homini quibuſcum communes, & quatenus.

Animãtes quæ rationis magis capaces.

Vegetatiuæ homini quibuſcum communis, & qualiter.

Facultatum homini cũ animantibus communes.

Metallorũ generatio qui fiat, & quid homo cum his commune habeat.

Mineralia quibus planetis ſubijciantur.

Enimuerò cum volucrum genere aërio videtur facultas animalis, & ſpiritus omnes, & ſenſuum interiorum exteriorúmque vis omnis quandam habere cognationem; ob ingenij ſubtilitatem, ſubiecti & domicilij ſublimitatem, morum alacritatem, motuúmque agilitatem. Cum quadrupedibus autem & terreſtribus animalibus, facultas vitalis, & ſpiritus cordis, totúmque illud igneum & θυμοειδὲς genus violentum, vehemens & iracundum; propter morum ſimilitudinem, & paſſionum violentiam, innatamque feritatem. Neque tamen protinus ſequitur, ſi quis impensè hirto eſt pectore, hoc ſtatim etiam audacem iudicandum. Sin cruribus eſt hirtis, hunc ſalacem habendum: quòd ille leoni, hic autem hirco ſimilem hanc aut illam partem habeat. neque enim ex vnica particula coniectandum eſt de toto: licet Ariſtoteles in Phyſignomia, & alij plerique ita coniectent, falſo equidem ſæpe experimento, vt de Socrate & Zopyro legimus. Tertio loco cum terra & plantis & anima vegetatiua, facultas naturalis & concupiſcibilis atque nutritiua analogiam habet. Vt enim è gremio ſinúque terræ, ſtirpes & plantæ atque arbores & herbæ omnigenæ (adde ſi vis, metalla lapidéſque) ſuum ſibi conueniens trahunt alimentum. fit œſophagus ab ore, ventriculus ab œſophago,

Hominis cum volucribus analogia facultatum animaliũ, quoad.

Hominis cum quadrupedibus analogia in facultatibus vitalibus.

Ex vna particula non eſt cõiectandum de toto. Ab exemplo.

Hominis cum plãtis analogia in facultate naturali, demonſtratioque.

Nutricatio quæ fiat, & prò fractionis ordine.

venæ meſaraïcæ à ventriculo, hepar à meſaræo, venæ vniuerſæ ab hepate, à venis corpus totum vt hominis, ſic cæterorum animalium, alibilem ſuccum & ſanguinem allicit. Ideóq; homo ab Ariſtotele, & nonnullis aliis, arbor inuerſa denominatur: à Varrone & aliis, arbor recta & procera, ſicut alibi definiui. atque ab arboribus & plantis haud infrequens eſt in ſacris literis ad hominem tranſlatio: & ab arbore eiúſque fructu, primorum olim parentum damnoſa poſteris exorta eſt tranſgreſſio ac præuaricatio. Poſtremò piſcium genus omne & natatilium cum humanis partibus genitalibus (quatuor enim præcipuas iſtas in partes hominẽ poſthac partimur, caput, thoracem, aluum, cum genitalibus, & artus; ſimul etiam facultates in iiſdem comprehenſas examuſſim ſpeculati) affinitate quadam licet remotiore iungitur. Vt enim inter cunctas animantes, piſcium natura eſt ſeminis abundantiſſima, & ſucci pleniſſima, & generandi fœcundiſſima: ſic ab obſcœnis & pudendis partibus vuidis & vliginoſis ac lubricis & ſemine turgidis, omnis eſt idonea noſtræ generationi, atq; humani generis propagationi prolifica materia: neque aliunde noſtri generis inſtauratio petitur aut ſufficitur.

Homo, arbor quale.

Hominis cum piſcibus analogia in gto.

Piſces fœcundiſſimi.

Omnino autem præter facultates illas cõmunes ab Ariſtotele repetitas, mihi quidem videtur homo cum auibus communem habere cantus ſuauitatem, aëris & tempeſtatum aëriarum obſeruationem, futuri præſagia (vnde omnis pendet augurum & auſpicum diſciplina) animi agilitatem, corporis velocitatẽ, mutabilitatem, inconſtantiam, leuitatem denique. Ideo Ambroſius cap. 9. lib. 6. in hexaëmeron; Sit igitur nobis canorum commune cum auibus. nam & ipſi ſenſus cõmunes nobis ſunt cum animantibus cæteris: ſed tamen non eadem his cæteri animantes induſtria vtuntur. Erigit bucula ad cœlum oculos: ſed quid ſpectet, ignorat: erigunt feræ, erigunt aues, omnibus eſt liber aſpectus: ſed ſoli ineſt homini eorum quæ aſpicit, affectus interpres, ſpectat oculis ortus occaſúſque ſignorum, videt ornamentum cœli, miratur ſtellarum orbes, fulgores quoq; diuerſos intelligit ſignorum; quando heſperus ſurgat, quando lucifer: cur ille veſpertinus, hic matutinus irradiet: quos motus Orion habeat, quos Luna defectus: quemadmodum Sol ſuos norit occaſus, circuitus quoque curſus ſui ſolennitate cuſtodiat. Baſilius autẽ homilia 10. in hexaëmeron omnino breuiter; Simul euolat homo cum volatilibus, mentis poteſtate. Sed pergo de cæteris rurſum diſſimili quodãmodo analogiam cum homine contemplari. Cum quadrupedibus (inquam) robur, firmitatem, audaciam, iram, concupiſcentiam, vindictam, pugnacitatem, ingluuiem, truculẽtiam, inhumanitatem denique atque feritatem (vnde feræ dictæ ſunt; vt homo è natura, ab humanitate) communem habet. Cum reptilibus & ſerpentibus, aſtutiam, dolum, fraudem, malitiam, virus conſcientiæ, cacozeliam, perfidiam, maledicentiam, calumniam, ſimultatẽ, odium, inſidias, cõuitia, toxica, cædes, homicidia, omnem denique impietatem peruerſitatémque; vt cum illo ſerpente antiquo, & tẽtatore diabolo, & angelis eius: ſicuti de Eua conſtat ex Geneſeos cap. 3. Poſtremò cum natatilibus, communem homo habet ſtuporẽ, lubricitatem, tenacitatem, ſtultitiam, incogitantiam, inertiam, taciturnitatem, ſecuritatem, ſomnolentiam, & improuidam denique rerum omnium curam.

Alia hominis cum auibus cõmunia.

Cantus hominis communis cum auibus: ſenſus cum animalibus, ſed hominis præſtantior, qui.

Homo aſtrologus.

Alia hominis analogia cum quadrupedibus.

Item cum reptilibus, & diabolo.

Item cum piſcibus.

Quorſum reſpexiſſe Pythagoras ille primus author μετεμψυχώσεως videtur, cùm dixit, referente Timæo Platonis; Quicumque virorum iniuſti timidique vixerunt, quemadmodum probabilis ratio nobis oſtendit, in generatione ſecunda, in fœminas ſunt cõuerſi. Mulieres hunc in modum & fœminæ omnes ſunt genitæ. Auium autem genus ex noſtro ita eſt aptè formatum, vt pro pilis pennas acciperet. In hoc illi homines tranſeunt, qui ſimplices & innocentes cùm ſint, leues tamen ſunt, & fruſtrà in rebus ſublimibus curioſi. quíue adeo fatui ſunt, vt oculorum iudicio confiſi, hoc altiſſima quæque firmiter demonſtrari poſſe non dubitent. Greſſilium verò ferarum genus ex his natum hominibus, qui à philoſophia penitus alieni, ad cœleſtia nunquam oculos erexerunt: ex eo quòd volutionibus illis, quæ in capite peragi ſolent, vſi nunquam ſunt: ſed illas animæ partes ſecuti, quæ in ventre & pectore dominãtur. Ex his itaque ſtudiis, anteriora membra & capita ob ipſam cognitionem penitus humi defixerunt: in longum productum ac diuerſum corporis verticem tenuere. quandoquidem ibi propter deſidiam ſingulorum, colliſi ſunt & confracti circuitus: & ideo quòd quatuor pedum ac etiam plurium eſt inſtituta figura, vt inſipientioribus Deus maiorem ex pedibus multis atque progreſſu occaſionem præſtet, per quam magis etiam deflectantur ad terram. Eos autem qui horum inſipientiſſimi erant, corpúſque in terram penitus proſternebant, quaſi nihil vltrà pedibus opus foret; in corpora carentia pedibus & humi ſerpentia permutarunt. Quartum genus aquaticum, ex illis natum, qui ſtolidiſſimi & imperitiſſimi fuerant: quos noſtri illi transformatores pura reſpiratione dignos idcirco non iudicauerunt; quia propter extremæ tranſgreſſionis iniquitatem, animam impuriſſimam prorſus habebãt. ideo ex tenui ac pura aëris illa reſpiratione, in aquæ reſpirationem profundam turbidámque merſerunt. vnde piſcium & oſtrearum ac denique aquatilium omnium orta eſt multitudo, in qua certè mutatione, illi ex ſedium extremarum habitatione, inſcitiæ quoque extremæ dant pœnas. Hunc in modum & olim & nunc in ſe inuicem animalia migrant, dum mentis & dementiæ iactura vel adoptione mutantur. hæc Plato ad finem Timæi, deſumpta (vt apparet) à Triſmegiſto, qui ſic ad Aſclepium; ἐν ἄνοιαις ἐν οὐσίᾳ ἥνιον, ὅτι ἀπὸ μιᾶς ψυχῆς τῆς τῷ παντὶ πάσης

Pythagorica metamorphoſis, ac metempſychoſis.

Homo in quas degeneret animantes.

In mulieres.

In aues.

In ſerpentes.

In quadrupedes.

Inpiſces.

αἱ ψυχαὶ εἰσὶν; πότερον τούτων τῶν ψυχῶν πολλαὶ μεταβολαί· τὴ μὲν γὰρ ἐπὶ τὸ εὐτυχέστερον, τῶν δ' ἐπὶ τὸ ἐναντίον. αἱ μὲν ἐμπεσοῦσαι τοῖς εἰς ὕδωρ ἐξ, εἰς χερσαῖα, αἱ δ' χερσαῖαι εἰς πτηνὰ, αἱ δ' ἀέριαι εἰς αἰθερίους, αἱ δ' αἰθερίων τῶν ἀθανασίας ἔχουσαι εἰς δαίμονας μεταβάλλουσ'. εἶτα ἄνθρωποι εἰς τοὺς θεῶν χορεύειν χορεύσουσιν. id est, Nonne audiisti inter gentes, quòd ab vna anima vniuersi, omnes animæ exiſtunt? Harum igitur animarum multæ ſunt mutationes, quòd aliæ in ſortem beatiorem, aliæ in deteriorem abeant. ſiquidem humi repentes abeunt in paluſtres, hæ in terreſtres, hæ in volucres, aëriæ in homines, humanæ verò immortalitatem adeptæ, in dæmones migrant, deinde ad cœtus deorum abeunt. Idem quondàm ſenſerunt Orpheus, Heraclitus, Empedocles, Harpocrates, Numenius, Amelius, Plotinus, & alij Platonici; Animam poſitaveſte humana expiari beſtiam ſubeundo eam, cuius ſe moribus ſimillimam præbuerat. aut vt Proclus & Syrianus loquũtur, comitem fieri ferarum: vt de Nabuchodonoſore legimus Danielis 4. Quanquam ante Pythagoram, Zoroaſter ita ſcripſerat; Σὸν γὰρ ἀγρίων θῆρες χθονὸς εἰσόμενον. tuum enim vas beſtiæ terræ inhabitabunt. quod tamen de vermibus poteſt accipi, quorum eſca fit humanum cadauer; vt ſanctus Iob pridem quiritatus eſt cap. 17. Pſellus de dæmonibus interpretatur, qui circa terram oberrant & ſceleratorum corpora fatigant & excruciant. Plotinus autem lib. de proprio cuiuſque dæmone, ita poſt Platonem & Pythagoram ſcripſerat; Quicumque proprietatem ſeruauerunt humanam, homines iterum naſcuntur. quicumque verò ſolo vſi fuerint ſenſu, bruta animalia redeunt. ita tamen, vt qui ſenſu præcipuè vnà cum ira, animalia fera exoriantur. quicumque autem ſenſu per concupiſcentiam voluptatémque vtuntur, ſalacia & ingluuioſa animalia reuertantur. Verùm ſi non tam ſenſu vnà cum his, quàm ſenſus degeneratione vixerint; vnà cum ipſis plantæ repullulant. ſolum namque vel maximè in his vitale viguit: omniſque illis cura fuit, vt in plantas commutarentur. Verùm qui muſicis modulis nimium deliniti vixerunt, in cæteris nõ deprauati, animalia muſica renaſcuntur. & qui ſine ratione regnarunt, aquilæ fiunt: niſi prauitate aliqua ſint infecti. Qui verò ciuilem virtutem cõſecutus eſt, homo reuertitur. hæc ille de palingeneſia, philoſophica magis, quã vera ratiocinatione diſſeruit. Proclus autem etiam Platonicus, lib. de anima & dæmone; Nemo mirari debet, ſi cùm dicamus quod eſt naturale frequentius eſſe eo quod præter naturam: & hoc quidem contrahi in anguſtum: naturale verò per vniuerſum amplificari: hominum tamen plurimos ignorantes eſſe fatemur & malos, contrarios autem quàm pauciſſimos. Non enim naturale eſt animis vnà cum corporibus vitam degere, & in generatione verſari: ſed contrà ſeparata, immaterialis, incorporea vita potiùs eſt animis conſentanea. Quando igitur in generatione verſantur, ſimiles ſunt hominibus peſtilentem habitantibus regionem. Quando verò extra generationem viuunt, vt Plato inquit, ſimiles ſunt prata colẽtibus. & paulò pòſt, Quidnam igitur admiraris, multos quidem ſecundùm vitam eſſe lupos, multos verò porcos, plurimos autem alia quadam bruti ſpecie circunfuſos: cùm terrenus locus Circes, ipſius ſit diuerſorium: animæque multæ ob immoderatam concupiſcentiam, venenoſis ineſcatę ſint poculis? Illud autem potiùs admirare, ſi qui inter mortales vſquam reperiantur eiuſmodi potionibus non permulcti, nõ etiam irretiti: ſi qui Mercurij munere freti, in rationẽ ſcientiámque ſe conferant. Quemadmodum enim mirari nõ debes, ſi in tartaro proſpexeris animas cruciatas: talium enim ille locus. ſic etiã ſi in generatione viuentes animæ plurimæ perturbatæ ſint ignaræ, dementes: tales enim animas deſiderat generatio. Sicut igitur in cœlo quidem bonæ ſunt omnes: in tartaro autem omnes improbæ: ſic in generatione plures quidem prauæ ſunt, pauciores autem probæ. generatio enim non ad extremorum melius atque diuinius declinat, ſed deterius. ſed de Platonicis hactenus ſatis.

Iam verò quõnam diuerſo, & longè veraciore modo noſtri Theologi eadem de re philoſophentur, commodè ſubiicio, ſed ex paucis qui ad manum ſunt, excerpturus, cùm ingens ſacrorum authorum & Doctorum eccleſiaſticorũ ſit catalogus, quo mihi frui nondum licuit. Primùm igitur Pſal. 48. rectè vt ſolet, poëta pſalmographus, & poëta longè omnium præſtantiſſimus Dauid; Homo (ait) cùm in honore eſſet, non intellexit, & comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis. item Matth. 10. Eſtote prudentes ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut columbæ. Sed & Clemens Alexandrinus lib. 4. ſtromatũn, hominem vocat centaurum: quòd ex anima ratione prędita, & corpore rationis experte conſtet. Sic Auguſtino dicitur homo Tragelaphus (τράγος hircum, ἔλαφος ceruum Græcis deſignat) ea quidem parte qua ceruus eſt, mentem deſignante legi Dei ſecundùm interiorem hominem, ſeruientem: qua autem parte hircus eſt, videt alterã legem repugnantem legis mentis ſuæ, & captiuantem eum legi peccati, vt Paulus loquitur. ceruus enim, miræ peruicitatis animal eſt: hircus autem, animal pronum in libidinem. Præclarè verò Ambroſius cap. 3. lib. 6. in hexaëmerõ: Caue, ó homo, pecudum more curuari: caue ne in aluum te non tam corpore, quàm cupiditate deflectas. reſpice corporis tui formam, & ſpeciem congruentem celſi vigoris aſſume. Si ſola animalia prona paſcuntur; cur te in edendo ſternis ipſe, quem natura non ſtrauit? cur eo delectaris, in quo naturæ iniuria eſt? cur noctes & dies cibo intentus, pecudum more terrena depaſceris? cur illecebris corporalibus deditus, ipſum te inhonoras, dum ventri atque eius paſſionibus deſeruis? cur intellectum tibi adimis, quem tibi creator attribuit?

Omnes animæ ab anima vniuerſi, quemodo migrent & mutentur.

Animarũ humanarũ migratio ferae qui fiat, ſeu metempſychoſis.

Homo, vermium eſca.

Palingeneſia Academica qualis, & in qua animalia humana migrent anima.

Naturale frequẽtius non naturali: at prauũ & ſolitarium plures.

Animæ ſecreta degunt à corpore, qualiter.

Hominis inſipientiæ comparatio.

Ecclęſiaſticorum authorũ dignitas.

Homo, centaurus, qualiter: item Tragelaphus, per allegoriam.

Homo quomodo ſe ab animalium naturarum natura ſubtrahat.

Inferorum pœnæ.

Animæ quales in prima geneſi.

Homo qualiter animalia naturam imitat, vel eis dominetur. Per exempla.

cur te iumentis comparas, à quibus te voluit Deus segregari, dicēs; Nolite fieri sicut equus & mulus, quibus non est intellectus? Basilius homilia 10. in hexaëmeron; Omnis bestiæ imperium habes: quid igitur dicis, Ego feras ac bestias in meipso habeo? Sanè innumeras, & multam ferarum turbam in teipso habes. & ne contumeliam putaueris esse quod dico; parua bestiola est ira, cùm latrat in corde, nōne omni cane ferocior existit? in dolosa verò anima latitans dolus, nonne omni vrsa in latebris delitescenti immitior est? non est bestia simulatio, quæ velox est ad contumeliam ac iniurias, non est scorpius? qui verò clàm ad vindictam concitatur, non est vipera sæuior? auarus, non est lupus rapax? qualis bestia in nobis non est? mulierum amor in nobis furens, non est equus insaniens? Equi enim, inquit, fœminarum amore furentes facti sunt: vnusquisque ad vxorē proximi sui adhinniit. transposuit seipsum ad naturam brutorum, per affectionem cui assimilatus est. Multæ igitur bestiæ in nobis sunt. factus tamen es princeps bestiarum. Princeps itaque creatus es, princeps affectuum, princeps bestiarum, princeps reptilium, princeps volatilium? Neque cogitationes habeas, sublimes, neque C leuis sis & inconstans mente, ad volatilium imperium destinatus es. sic imperium datum nobis in animalia, dirigit nos ad hoc, vt nobis ipsis imperemus. Sed & Io. Chrysostomus homilia 23. ad populum Antiochenum; Hominem (inquit) te agnoscere nequeo. cùm nempe tanquam asinus recalcitres, lasciuias autem vt taurus, tanquam equus verò post mulieres inhies (siue hinnias) ventri tanquā vrsus indulgeas, vt mulus carnem impingues, & malum memoria teneas velut camelus, porrò rapias quidem vt lupus, ac vt serpens irascaris, ferias vt scorpius, sis subdolus vt vulpes, nequitiæ verò tanquam aspis & vipera venenum serues, ac sicut ille malignus dæmō fratres impugnes; quomodo te cum hominibus connumerare valeam, talis in te naturæ signa cùm non intuear? Quos mihi authores imitatus videtur Boëtius, cùm inſit; Euenit igitur vt quem transformatum vitiis videas, hominem existimare non possis. auaritia feruet alienarum opum violentus raptor, lupo similem dixeris. Ferox atque inquietus in litigiis linguam exercet, cani comparabis. insidiator occultus surripuisse fraudibus gaudet, vulpeculis exæquetur. iræ intemperans fremit, leonis animum gestare credatur. pauidus & qui non metuenda formidat, ceruis similis habeatur. segnis ac stupidus torpet, asinum viuit. Leuis & inconstans studia permutat, nil ab auibus distat. Fœdis immundisque libidinibus mergitur, sordida sus voluptate detinetur. Ita fit vt quis probitate deserta, homo esse desistat: & cùm in diuinam conditionem vitiis mancipatus transire non possit, vertatur in belluam. hæc ille non minùs verè, quàm eleganter, Platonem & Pythagoram, vt videri voluit, interpretatus; fœdum & abominan-

Homo qualiter in naturā ferarum degeneret. Ab exemplis.

Homo quomodo belluarum naturam subeat & emuletur. Ab exemplis.

Mythologia metēpsychoseos & migrationis animarum in feras, more Academicos.

dum existimans cum Porphyrio, Proclo, Iamblicho, & nonnullis Platonicis, hominis animam diuinam corpora immanium belluarū subire: & horrendum facinus habendum, animam cœlestem ætheriámque in bestias rudes & agrestes commigrare præcipitarique. quòd humanum corpus non aliam capiat animam, quàm humanam: neque humana anima in aliud quàm humanum corpus nata sit includi. ac prorsum nefas esse, in corpus animantis ratione carentis, animam rationalem corruere: prohibente diuina lege tam nefariam generationem mutationémque. Denique è bestiis egredi dicuntur animæ, aiunt illi, quando earum affectus superauerint, sicut Apollonius & Thespion gymnosophista interpretantur. Si iuxta Herculis iudicium (hic ait) electionem feceris, frugalitatem magnam contemnens, & eam quæ secundùm naturam est, parsimoniam amplexus, multos leones superasse diceris, multáque hydras obtruncasse, Geryones quoque & Nessos viciſſe quàm plurimos, & alia quæcumque de ipso prædicantur certamina. & tunc anima hominis, quæ bestiarum malis moribus coërcita, spiritu bruti imaginario circumducebatur, soluta, & longo temporis curriculo, magnisque laboribus purificata, à bestiarum expedita conditionibus, ad cœlestem digna redeat sedem. Hæc ferè ille, aut his simillima μυθολογήματα de ferinis hominum moribus reformatis.

Anime qualiter à bestiis exeant.

Homo quando dicatur monstra superare, & pecudum naturam moresque exuere.

Denique nulla sunt signa vel statuæ, nullæ tabulæ vel depictæ rerum effigies, quæ humani corporis symmetriam non obseruent ad vnguem, sicut Fabius Pictor, & Plinius, & veterum monumenta testantur. Postremò nulla est regia, nulla ædes tum sacra, tum priuata, nulla nauis (quæ decumbentem in spinam hominem atq; resupinum exprimit) nullum denique ædificium insigne & fabrefactum, quod proportionem corporis humani non D æmulari dicendum sit potiùs, quàm vt ex aduerso & opposito; quia ars natura posterior est, & naturæ potiùs æmula, quàm contrà: sic vt dextra sinistris referantur, frons & facies resplendeant, fundamenta & bases solidentur, apex vertici, latera lateribus, ima plantis, bases basibus respondeant: ac ne ipsi quidem aquæductus, cloacæ, lauatrinæ quendam recessum procul ab oculis & naribus aditúque omnium sortitæ, humani ædificij industriam non imitentur, sicuti Vitruuius in architectura & alij Oecodomi accuratè notarunt, & sedulò obseruant. Non potest (ait ille) ædes E vlla symmetria atque proportione rationem habere compositionis, nisi in se hominis bene figurati membrorum habuerit exactam rationem. Ex quo analogiam hominis cum humanis operibus colligo: vt nihil sit vsquam singulare & eximium tum natura creatum, tum arte fabrefactum, cum quo non sit homini connata quædam affinitas similitudóque. Quod ad cœlum vtique adeo ipsum potes referre, omnium ædificiorum longè pulcherrimum, templúmque Dei augustissimum, vt

Hominis analogia etiam ad statuas & imagines, imò etiam ad ædificia fabrefacta.

Ars naturā imitatur.

Ædis ad hominem proportio.

Conclusio de analogia hominis cum ædificio.

by Google

Cœli partium distributio.

Ennius & Prisci Theologi appellant: in quo olim augures lituo partes designabant captandis auspiciis idoneas, cœlum dimensi in partes dextras ac sinistras, superas & inferas, anticas & posticas, & quicquid est eius generis. Varro initio lib.6. Templum tribus modis dicitur, ait, ab natura, ab auspicio, ab similitudine. natura in cœlo: ab auspiciis in terra: ab similitudine sub terra. Quaquà intuerant oculi, à tuendo primò templum dictum. quo circa templum quà tuimur, dictum templum. sic,

Templum, quid sit, & quotplex, & vnde dictum.

Contremuit templum magnum Iouis altitonantis.

id est, vt ait Nævius, in hemisphærio, vbi terra cærulo septa stat. Eius templi partes quatuor; sinistra ab oriente, dextra ab occasu, antica ad meridiem, postica ad septentrionem. hæc ille & multò plura ad aruspicinam spectantia, ritu prisco ac sermone exoleto exoticóque. Ambrosius autem cap. 9. in 6. hexaëmeron: Arca Noë ad fabricam humani corporis accipitur: de qua dixit Deus, Fac tibi arcam ex lignis quadratis. nidos facies in arca, & bituminabis eam intus & foris bitumine, & sic facies arcam. & infrà post nonnulla; Ostium verò facies ex transuerso: inferiora autem arce bicamerata & tricamerata facies. Hoc ergo significat Dominus, quòd ostium ex posteriori sit parte, per quod egerantur ciborum superflua. Decore enim creator noster, ductus reliquiarum à vultu hominis auertit, ne dum aluum purgamus, inquinaremus aspectum. sed hac de prouidentia nos alibi posthàc suo loco differemus.

Analogia arcæ Noëi ad corpus humanũ.

Ostium arcæ posticũ, quid in homine.

Conclusio analogiæ hominis cum vniuerso.

Ex his ergo efficitur, vt homo cum vniuerso quandam cognationem & affinitatem habeat, cúmque maximis partibus vniuersi, precipuo quodam similitudinis & analogiæ vinculo colligatur, sicuti nunc paucis pro rei magnitudine, hac tanquam operis totius præfatione quadam proœmioque delibauimus. deinceps autem per species rerum præstantissimarum in orbe toto comprehensarum non obiter toto hoc volumine demonstrabimus, à summis ac diuinissimis exorsi, ac deinde per media sensim ad hæc elementaria, quæ in nostri corporis fabrica præcipuè elucent apparéntque, deuoluti. Deum Opt. Maximúmque in omni opere suo prorsus admirabilem summéque suspiciendum, & omnibus laudum atque encomiorum titulis elogiisque extollendum & de prædicandum venerati, hoc velut hymno, cum bono poëta sacróque vate concinentes.

Propositio.

Hymnus in Dei laudem, ex operum mirabili artificio prouidentiáque.

Qui facit attonito solus miracula mundo:
Qui nitidos mira arte polum glomeranis in orbes:
Qui liquidis terras emergere iussit ab vndis:
Qui vitreo accendit flammantia lumina cælo:
Qui Solem auricomum iussit dare iura diei:
Qui Lunam & stellas, tenebras distinguere noctis.
Qui nos in rebus miseros respexit egenis:
Qui genti vitam humanæ, victúmque ministrat.
Te volucrum pecudúmque genus, te sæua ferarum
Secula respiciunt, nullo & non tempore iussum
Accipiunt nihilum, tu dextram pandis, & omnes
De locuplete penu reficis recreásque benignè,
Quicquid agis, iustéque & sanctè agis, impigerque
Supplicibus facilem præbes, votisque beatos
Dimittis, puro qui pectore cunque precantur:
Auxilióque pijs es præsens, atque periclis
Ernis è cunctis, qui te venerantur amántque.
Ergo omnes te iure canent, nomenque tacebit
Nato nulla tuum scelerum in secula cuncta.
Amen.

Aut sanè isthoc oracvlo, à bono quodam Genio, vi Spiritus sancti extorto; non autem ab Apolline, aut malo dæmone enuntiato (licet ad hunc prisca referantur oracula, & hoc ab ab hoste veritatis Porphyrio mutuemur, ex lib.10. ἐυλογίων φιλοσοφίας) sic nostrum Proœmium claudemus, miro & nouo planè carminis votiuo genere compreeati.

Oraculi carmen in laudem omnipotentis Dei.

Ἀθάνατε, ἀ ἄῤῥητε, πατὴρ αἰώνιε, μάκαρ,
Κόσμων ἀμφιδόμων ἐυκρύφιε, δίκαιε πάντως
Αἰθερίων, ἀλλὰ ἵνα σοι μόνος ἐπέκεινα
Πάντ' ὀπιδερκιόφιν, καὶ ἀπούσιε' δῶρα τελεῖσ·
Κλῦθι τῶν παίδων, ὃς ἔφυσας ἀυτὸς ἐς ἄφατον·
Σὰ γὰρ μοῦνος κόσμον τε ἐξ ὕδατος ἀστερόεντα,
Χερσῶν ἀῤῥήκτοισι πολλὰ σώματος δίχα·
Ἠδ' ἀῤῥ' ἠέρος ἐσσὸν φατὶ σωστὸν,
Ἀνθρώπους ἐχετῆς πλάσσων τοιῶν ἀπάλαντον,
Οἳ μακίης τόλμ πᾶν τυχοιήσας ἄφθιτον ὕλαν,
Ἠδ' ἠέλιον δολόεντα, ὅπ ὀφι τύπτων ἔδυσας·
Ἔσσιν ἐπουρανίοι χθονὶ ἀγίοι μὴ ἀνάλιοι
Ἀμφὶ σὸν αὐτόπατερ, βασιλῆ τε, καὶ μάκαρ ἄνακτα
Ἀθανάτων τε πάντας μακάρων, αἰὲν ἐόντα ἄπαυστον
Ἐκ σέο μὲν γεγάασιν, ἀπ' ἀγγελίην δ' ἴασιν
Πρωτοτύπῳ διάγουσι νόῳ, ἐν ἡμέρῃ τῇ σῇ.
Πεῖσ δὲν καὶ τοῦτο ἄλλο ἦμος πάντας ἀνάξεις,
Οἵ σε κεῖθ' ἅμα πάντες ἀθανάτοις ἀοιδῇσι
Βαλόμενοι μὰ δόλοιτε ἀοιδάασιν δ' ἐσ ἕδρα.
Τοῖσ δ' ἐκὰ πατὴρ, ἐν μυχίοις ἄγκεσιν εἶδος,
Καὶ τεύχων τίφθ' αὖδας, ὃ εἶδον οἷδας ἀναφέρον,
Καὶ ἀγχὲ, καὶ πνεῦμα, καὶ αἰμυλία, ἐν ἀϊδρείῃ.

Id est, Si verbum verbo referas, vel expressum reddas;

Immortalis, ineffabilis, pater æterne, mystes,
Mundis circumactis inuecte, dominator in aquoribus
Cælestibus, virtutis vbi tibi robur defixum est
Omnia despicienti, & auscultanti auribus benestis;
Exaudi tuos liberos, quos ipse amasti in tempore.
Tua enim supra mundum & cælum stelliferum,
Aurea superexcellit multa æterna potestas,
Quam supra effertis collustrans lumine tripsimus
Perennibus rimulis perfundens mentem infinitã,
Quæ producis hoc vniuersum, architectata indeficientem materiam,

Quam generatio circumit, quoniam illam formis A
vinxisti.
Indidem effluxerunt generationes sanctorum
quidem principum,
Te circum, ô pater vniuersi, rexque & sole mor-
talium
Immortaliúmque pater beatorum: quæquidem
sunt seorsum
Ex te natæ; sub legatis autem vniuersæ,
Senioris parent menti, suaque potentiæ.
Adhæc tertium prætereà genus aliud creasti
principum,
Qui te quotidiè decantant celebrantes hymnis
Volentem te cupidi celebrant adusque.
Tu verò pater es, & matris præclara effigies,
Et naturum tenellus flos, in formis forma exi-
stens,
Et anima, & spiritus, & harmonia, & nu-
merus.
Tibi laus, tibi gloria in secula.

PRÆFATIONIS FINIS.

DE

Digitized by Google

DE DEO.

VONIAM multa iam ab exordio noſtri inſtituti, fauſto quodã omine diximus, & multa adeo poſthac variis in locis περὶ θεοῦ, fumus dicturi; vt Dei honorifica & ſalutaris mentio nullam non operis noſtri partem occupet, compleat & decoret: commodum viſum eſt, antequàm ad rem ipſam latè fuſam explicãdam per partes deueniamus, vt in ipſo velut limine, πρὸ εὐφημιῶν, ſpeciatim de Deo pauca quædam pro rei magnitudine delibemus. ſed cum metu & tremore ſalutem noſtram operando, vt ſcribit Paulus Philipp. 2. velut ad ſacra myſteria accedendum eſt; inuocato ipſo primùm Dei nomine, vt quid nos ſcribere de ſe velit ac iubeat, benignus menti dubiæ & fragili ſuggerat.

Dei frequens mẽtio ſanctæ.

De Deo agendum cũ metu & reuerẽtia.

Da ergo Deus Opt. Max. mihi intellectum, mentémque tuo diuino lumine illuſtra, vt ad tuum templum veniens adoraturus, donum tibi offeram gratum, & quidem donum bonum abs te profectum, à quo eſt omne datum optimum, & omne donum perfectum deſurſum deſcendens à patre luminum: apud quem non eſt tranſmutatio, nec viciſſitudinis obumbratio, vt ſcribitur Iacob. 1. mentémque meam tuo ſancto ſpiritu inſtrue, vt tuo numine nihil indignum excogitet, manúmque meam tuo auſpicio & nutu moderare ac dirige, vt de te déque tuis diuinis encomiis ſcribere & pangere aliquid dignũ queat. aperi os & labra, vt dignè laudem tuam annuntiem: verbáque præito, vt de tua bonitate & ſapientia potentiáque locuturus, nil niſi caſſum, ſanctum, pium, ſyncerúmque eloquar ac edifferam.

Inuocatio numinis diuini.

Omne bonum à Deo.

Spiritus moderator mentium.

Ergo vt ab ipſo nomine incipiam, Deus, nomen poteſtatis, cum proprietatis, vt Auguſtinus cenſet ſerm. 125. (ſed vt Ambroſio placet lib. de fide, Deus, nomen eſt naturæ; Dominus verò, nomen eſt poteſtatis) ex eo dici poteſt videri, quòd det nobis omnia, ſolus omnium author & conditor & conſeruator, vbi ſacra pagina locis tradit innumeris, & iam inde ab ipſo creationis rerum exordio, quam Geneſin cũ Græcis dicimus. Et quidem bonũ antè dicimus, quàm Deum, ait Dionyſius ab Areopago: διὸ καὶ θεὸς, ἀγαθὸν; ſecundũ enim nomẽ, Deus eſt, ait. qualiter de ſuo Ioue vſpiã dixit Cicero; quem antè optimum, quàm maximum dicere iubet religio. Aut ſanè Deus, quaſi δεὸς, à metu & formidine denominatur: cuius numen formidabile, & potentia terribilis, & omni creaturę tremenda poteſtas atq; imperiũ, vel irati minæ pœnæq; contremiſcẽdæ ac perhorreſcendæ. quorſum videri poteſt alluſiſſe Statius, ſed parum piè, cum dixit:

Primus in orbe deos fecit timor---

Deus, nomen naturæ & poteſtatis, & vnde dicatur.

Deus idem bonum.

Dei timor illi etiam.

Aut ſiquis mauult ab eodem fonte Græco, Deus ex Græco nomine δεὸς, leui quadã imitatione aſpiratæ θ in ſuam mediam d vel τ. Ipſum autem illud nomen θεῦ vnde ducatur ſi Platoni credis in ſuo Cratylo, vtique ἀπὸ τοῦ θεῖν δεὸς à currendo ceu curſores quoſdã vocauêre Deos, qui primi nominà rebus impoſuerunt, ſolem, lunam & aſtra hoc nomine intelligentes, & errore quodam animorum impiè colentes; ἀεὶ γὰρ ἰόντες φαίνει καὶ ἵσταται δ' ἑσπέρας καὶ δύεται, ἀπὸ ταύτης τῆς φύσεως τοῦ θεῖν, δεὸς ἀνόμασται· cùm ea viderent omnia curſu aſſiduo rotantia ferri atque excurrere, ex ea currendi natura, Deos illos velut curſores denominarunt. Aut ſi nobis etiã poſt Platonem licet curioſiùs inquirere, δεὸς ἀπὸ τῆ δεᾶσθαι ἢ δειδέναι, à proſpiciendo contemplandóque dici poteſt videri: tum quòd res omnes de cœlo excelſo, velut è ſublimi quadam ſpecula proſpectet, iiſdémque proſpiciat, atque vniuerſa ſua opera iucundè contempletur, & grata quadam recordatione ac beneuolentia recolat & amplectatur: tum quòd ab hominibus ſummè ſuſpici, & animis caſtis vnicè contemplari cum laude & admiratione quadam ſingulari debeat. Namque ἀπὸ τοῦ αἴθειν, ab vrendo minùs placet δεὸν deduci, à quo potiùs æther flectitur, vt hîc vſpiam dicemus, ob natiuum incendium, vimque calfaciendi & animandi cætera. quanquam Deuteron. 4. dicatur, Deus tuus, ignis conſumens eſt. indéque Hebræo. 12. repetatur, Deus noſter, ignis conſumens eſt. non quòd ignem pro Deo colant Iudæi, vt olim Perſæ & Aſſyrij, ſub nomine Vr Chaldæis religioſo: ſed ob efficacitatem atque energiam, per metaphoricam quandam ſimilitudinem.

Sidera pro dijs priſcorum.

Deus, proſpicit, & omnibus, ideo ſummè ſuſpiciendus.

æther vnde dicatur.

Deus, ignis quo.

Verùm fuerit fortè aliqua difficultas in ipſa diuini nominis inquirẽda verbali originatione: de qua quid ſentiremus, tum priuatim ex noſtro arbitrio, tũ publicè cũ multis breuiter percurrim⁹. At enim de re ipſa lõgè maior obſcuritas, longè occultior ſpeculatio proponitur. quomodo enim mens humana finita Deũ infinitũ aſſequatur & cõprehendat? quomodo eũ, quem nemo vidit vnquã, deſcribat, & velut aliis tradat cognoſcẽdum? quomodo lingua effari queat aliis oratione diſerta (quæ eſt mentis interpres, ſũntque verba, notionũ animi notæ ac ſymbola, ex Ariſt.) quod ipſa mẽs vel anima aſſequi perfectè nondum potuit? Ideo rectè Auguſtinus libro 7. de Trinitate

Dei naturam inquirere eſt periculoſũ, quia de re.

Oratio eſt mentis interpres.

C

Deum non licet effari.

Deus in se, & totus.

cap.4. Supereminentia diuinitatis, vsitati eloquij facultatem excedit. veriùs enim cogitatur Deus, quàm dicitur: & veriùs est, quàm cogitatur. idem in expositione ῶ, Pater noster; Deus est in seipso, sicut ε & ω. idem in Ioan. Deus tibi totum est. Lactantius autem libro de ira Dei; Tantus est Deus, vt ab homine non possit aut verbis enarrari, aut sensibus æstimari. Gregorius Nazianzenus in oratione de Theologia; Quidnam essentia naturáque Deus sit, nullus vnquam hominum inuenit; neque tamen inuenire non potest: vtrum autem sit inuenturus, philosophando disputandóque inquirat quicumque volet. inueniet autem tunc, vt ego sentio, cùm diuinum hoc quod in nobis est, Deique speciem continet (mentem & rationem intelligo) cum eo quod sibi cognatum est, coniungetur, & imago ad exemplar redierit, cuius desiderio nunc inflammatur. Chrysostomus in epist. ad Hebr. Sicut multa de Deo intelligimus, quæ loqui penitus non valemus: ita multa loquimur, quæ intelligere non sumus idonei. vt quòd Deus est incorporea quædam virtus, quæ est omnium caussa bonorum, scimus: quomodo autem vel quæ ista sit, penitus ignoramus. & Thomas 1. parte quæstione 1. art.7. Deus quid sit, scire non possumus: non habet enim definitionem, vt idem ibidem subiicit. & 1. parte quæst. 56. art.3. Dei cognitio per essentiam, est naturalis soli Deo: angelo autem, per similitudinem: nobis verò per speculum. i. per speciem aliorum. Augustinus tamen lib. 1. de Trinitate, ad huiusmodi indagationem, licet perarduam, videtur hortari; adhibito tamen exquisito iudicio, & accurata præmeditatione, proposito inquisitionis fructu vberrimo. Nec periculosiùs alicubi erratur: nec laboriosiùs aliquid quæritur, nec fructuosiùs aliquid inuenitur, ait de S. Trinitate loquens, qui Deus est.

Homo quando Dei naturam assequetur.

Dei natura nequit à nobis intelligi.

Deus non potest definiri, nec cognosci.

Cautio in quæstione de Deo.

Enimuerò antè quàm ad rem ipsam veniamus, lubet cum doctissimo Theologo Hieronymo, & iis qui talia rimantur haud infructuosè, Dei nomina percensere. Decem igitur isti perhibent extare nomina, quibus apud Hebræos, primos Dei veri cultores & veræ religionis studiosos, Deus insinuetur ac significetur. Primum est El, quod interpretes 70. θεὸν, Deum; Aquila ἰσχυρὸν, fortem interpretatur. Secundum & tertium, Eloha & Elohim: quorum posterius plurali numero effertur: licet Deus vnus sit: sed cum verbo singulari ferè construi solitum, quoties pro Deo vero sumitur, non sine mysterio vsurpatur, S. Trinitatis insinuans vnam & eandem diuinitatem: eò quòd iuxta Augustini sententiam, opera Trinitatis sint indiuisa atque indiuulsa. Quartum est Sabaoth vel Seuahoth: quod 70. interpretes, virtutum; Aquila, exercituum transtulit. Quintum Elion, quod nos excelsum dicimus. Sextum Esær Eheie, quod in Exodo legitur: id est, Qui est, me misit. quia videlicet æternitate naturæ subsistit. inde Gregorius Theologus oratione in diem natalem; Semper fuit & est & erit Deus: imò verò semper est: nam illud fuit & erit, temporis cui nos obnoxij sumus, & naturæ fluxæ sunt partes: Deus autem semper est: atque ita se, dum in monte Mosem alloquitur, nominat. &c. Septimum, Adonai: quem nos generaliter Dominum appellamus. Octauum Ia, monosyllabum, & in voce exultationis, Hallelu-ja, ponitur vltima syllaba quam tamen vulgus malè dirimit per disiyllabum ia: cùm dicit Alleluïa per quinque syllabas, quod verè tetrasyllabon erat. Nonum Sade vel Sadai, qui sufficit, vel qui sufficiens est, vel qui sufficientia est. Vnde & Latinis quibusdam Deus ex eo dici videtur, quòd ei nihil desit. Decimum & vltimum est illud quod Dauidi frequens in psalmis plerisque, tetragrammaton à Græcis dicitur, quòd quatuor literis characteristicis describatur, præter puncta vocalia; nempe Iod, He, Vaf, He. quæ si punctuentur, seu punctis & apicibus vocalibus distinguantur, IEHOVAH efficiunt. Hoc nomen alij, generans interpretãtur; alij, qui essentiat (ita enim loquuntur) vel qui dat omnibus esse; alij autem, vnus & omnia, siue omnia eminenter continens. Idem nomen Hieronymus ἀνεκφώνητον appellat, hoc est ineffabile, quòd nefas esse apud Iudæos cẽsetur, nomen ipsum ore pronuntiari, vt ipsæ literæ sonant, ex quibus componitur. cuius loco, Adonai passim pronuntiabant numen venerati. quòd per illud nomen significetur Deus ineffabilis atque incomprehensibilis: nec nisi intra sanctuarium apertè proferre licebat summo sacerdoti ad populum benedictione vtenti: vel adeo cum ceremonia notanda, vt Galatinus & rerum Hebraïcarum studiosi obseruarunt apud priscos Rabbinos. Hæc autem benedictio nomine Iehouah, tribus digitis ambarum palmarum erectis & duobus depressis fiebat. quo indicio tacito, S. Trinitatis tres personæ designabantur: vt ex historia ecclesiastica etiam colligitur: vbi martyr quidam lingua execta conceptam animo fidem signo externo protestatus, ternos dextræ manus digitos attollebat, cæteris depressis. At ritus ille tamen priscus Hebræorum, vt perhibent, in Simone Iusto defecit, vt Rabi Moses testatur, eo qui Iesum infantem accepit in vlnas suas, homo iustus & timoratus, expectans consolationem Israël; & benedixit Deum dicens, Nunc dimittis seruum tuum Domine, secundùm verbum tuum in pace. Luc.2.

De decem Dei nominibus Hebraicis, & eorum significatione.

El. Eloha. Elohim.

Opera Trinitatis indiuisa.

Sabaoth.

Elion. Esær Eheïe.

Adonai.

Ia.

Alleluia.

Sadai.

Iehouah.

Iehouah non licet ore proferre, & quare.

Modus priscus benedicendi populo Iudæi.

Simeon Iustus.

Sed quid est Deus? hoc enim isthuc erat, quo de agere institueramus. Ardua profectò quæstio & difficilis explicatu. nam quid non sit, fortè possum dicere: sed quid sit, nondum queo. Terram cogitas? non est hoc Deus. mare cogitas? non est hoc Deus. omnia quæ sunt in terra, homines & animalia? non est hoc Deus. omnia quæ sunt in mari, quæ volant per aërem? non est hoc Deus. quicquid lucet in cœlo, sol, stellæ? non est hoc Deus. ipsum cœlum? non est Deus.

Deus quid sit, arduũ dicere: & facilius quid non sit.

Digitized by Google

autem traditur, Prometheum finxisse è terra vniuersum hominum genus, ita intelligendum; Prometheum dici prouidentiam animæ vniuersi, quam recentiores pronoeam vocitarunt. ab hac enim tum alia genita sunt, tum à terra homines orti sunt, cùm ad id iam inde ab initio, constitutio mundi sese aptè haberet. Sed rursum Hieronymus, Duos homines ab exordio fecit Deus, ex quibus totius humani generis sylua descendit.

Origo generis humani.

De hominis figura, ortu, præstantia & analogia cum cæteris.

CAP. II.

Humana figura præstantia, & quorsum talis.

PRæstanti verò (inquam) atque eximia constitutione homo à Deo donatus est. siquidem cùm aliorum animãtium facies ita circumegisset, deorsum vt vergentes, in humum procumberent: versa ille vice humanam faciem rectam voluit esse, vt cœlum, sicut ὑγρονεύειν aliquis, suspiceret: & quidem,

Θνητὸν οὐκ ἄνθρωπον, ἀλλ' οὐρανόπετες.

Stirps non quidem terrena, sed ætheria,

Homo, stirps diuina.

vt est vetusto versu proditum. vnde illi (vt arbitror) apud Græcos factum nomen ἄνθρωπος, ὅτι ἄνω ὁρᾷ τὰ ἄνω, quia vultum sursum conuertit (Latinis enim homo ab humo denominari creditur, vt pòst repetam) siue vt alij, ὅτι ἄνω θρώσκει τῷ ὄψει, quia sursum vultu fertur. quanquam Plato nec malè ille quidem, ἄνθρωπος, ὁ ἀναθρῶν ἃ ὤπωπε, homo cogitando ea resumit quæ vidit. sed mentis ille aciem, nos formam corporis speculamus. Quorsum respexit etiam Philo, cùm ait; ἀλλ' μὲν ἄλογα τὰς ὄψεις ἀποκλίνοντα πάντα κάτω, διὸ τράπεζαι μόνοις χρῶνται ἀνθρώποις ἀνώρθωται, ἵνα τὸν οὐρανὸν καθορῶσι. Reliquorum vultus circumduxit infrà deprimens, eóque nutant in terram: sed contrà vultum hominis erexit, vt cœlum contempletur. ideo dixit Pythagoras, φυτεύεσθαι τὸν ἄνθρωπον ἄνω, philosophare cœlum aspectans. Quamuis Galenus acutus sanè & medicus & philosophus, lib. 3. de vsu partium, Opinari (inquit) ob id rectum stare hominem, vt ad cœlum promptè suspiciat, & dicere possit,

Hominis vultum dissimilis belluarum, quorsum.

Gal. ratio aduersus communem sententiam, de erecto hominis statu.

Ἀστερόεν μετὲ κῆρα μεμαυῖα πετέσθαι,
Intrepido vultu prospecto versus olympum;

Hominum est qui nunquam viderunt piscem Græcè dictum οὐρανοσκόπον hic namque vel inuitus cœlum semper aspicit: homo autem nisi collum reflexerit retrorsum, cœlum nunquam viderit. Quòd verò nec Platonem intellexerint dicentem, id non esse sursum aspicere, cùm quis supinum seipsum reclinarit oscitans: sed quando (ni fallor) mente naturam rerum considerat, turpissimum est. Verùm ille quidem vt liber, quoniam nec tueri, nec impugnare eius sententiam (quod fuerit tamen conanti non omnino difficile) modò statuimus. nos hoc quidem tempore exceptã in vulgus probatámq; doctis, & præcipuè Iosepho lib. 1. antiquit. Iudaïc. & citato Philone & pleríque aliis posthàc subinde

οὐρανοσκόπον piscis.

Sursum spectare, quid sit.

N. contra Cel.

appellandis, sententiam magis recipimus. quamquidem è Latinis poëtis Ouidius omnium optimè inter ethnicos videtur complexus lib. 1. metamorph. quanquam suo & verò poëtico more, fabulosis quibusdam iam olim nimiùm tritis ac celebratis, de Prometheo protoplaste hominis, veræ & probatæ vel ipsi adeo sacræ historiæ (quam legisse illum multa eodem opere conuincunt) admixtis atque insertis commentis. sic ergo ille post multa, more Mosaïcæ aut Mercurialis alibi citandæ Geneseos.

Ouidius legit Mosem.

Sanctius his animal, mentisque capacius altæ
Deerat adhuc, & quod dominari in cætera posset,
Natus homo est. siue hunc diuino semine fecit
Ille opifex rerum, mundi melioris origo.
Siue recens tellus, seductáque nuper ab alto
Æthere, cognati retinebat semina cœli.
Quam satus Iapeto mixtam fluuialibus vndis,
Finxit in effigiem moderantum cuncta deorum.
Pronáque cùm spectent animalia cætera terram;
Os homini sublime dedit, cœlúmque videre
Iussit, & erectos ad sidera tollere vultus.

Hominis creatio & principatus.

Homo, Dei imago, cur erecta.

Sed breuiùs hoc idẽ sic concluſit Silius Italicus;

Nonne vides hominum vt celsos ad sidera vultus
Sustulerit Deus, ac sublimia finxerit ora?
Cùm pecudes volucrúmque genus formásque ferarũ,
Segnem atque obscœnam passim stramisset in aluum?

Hominis & bestiarum discrimen figura.

Agnosco illic Hesiodium figmentum: sed breuiùs quoque Virgilius 1. Georg.

Deucalion vacuum lapides iactauit in orbem:
Vnde homines nati, durum genus ——

Homines à lapidibus.

idem,

Terrea progenies durò caput extulit arui.

(aliàs *Ferrea*) & vides argutum etymon, ex allusione atque affinitate & rerum & nominum. λαοὶ enim, populi: λᾶες, lapides apud Græcos poëtas vocitantur. Sed Ouidiùs idem festiuè,

Et documenta damus, qua simus origine nati.

Etymon & origo λαοῦ, & quòd homo factus.

sed & Columella lib. x.

—— *nec abrupta tum montibus altis*
Deucalionea cautes peperere ——

Apparet ergo falsum esse, quod de hominis opificio poëtæ à Prometheo repetunt. verùm quia poëtæ non omnino mentiri solent, sed figuris inuoluere & obscurare quæ dicunt; non dico esse mentitos; sed primum omnium Prometheum, simulacrum hominis formasse de pingui & molli luto: ab eóque natam primo artem & statuas & simulacra fingendi. siquidem Iouis tẽporibus fuit, quibus primùm templa constitui & noui deorum cultus esse cœperunt. sic veritas fucata mendacio est: & illud quod à Deo factum verè fertur; homini, qui opus diuinum imitatus est, etiam cœpit adscribi; sicuti μυθολογοῦσι interpretatur doctus & disertus Lactantius lib. 2. de origine erroris. Cæterùm fictio veri ac viui hominis è limo, Dei est. quod Hermes quoque tradit: qui non tantùm hominem ad imaginem Dei factum esse dixit, sed etiam illud explanare tentauit, quàm subtili ratione singula quæque in corpore hominis membra formauerit: cùm eorum nihil sit, quod non tantundem ad vsus necessitatem, quantum ad pulchritudinem valeat, sicuti ex sequentibus erit manifestum. sic

Homo, Dei, non Promethei opus.

Poëtarum figmenta qualia.

Promethei mythologia.

Hominis artificiosa fabrica, ad quid.

autem ille in Pymandro dialogo v. Νόησον δὲ τέκνον, ἁπλωγράφησον τὸ τῇ χειρὶ τὸν ἄνθρωπον, καὶ τῷ A ἁπλωγράφῳ ἀκριβῶς πρὸ τοῦ τόπου ἵστησον· καὶ μάθῃς, πῶς ὁ ἁπλωγράφος πρὸ καλοῦ τοιούτου καὶ θείου σώματος εἰκόνα· πῶς ὁ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἀπεργάσας· πῶς ὁ τοῦ ῥῖνας καὶ τὸ στόμα τορνεύσας. &c. Age fili, circunſpice humani corporis opificium: cuius admonitione perdiſce, quis tam pulchræ imaginis conditor: quis oculorum pictor; quis nares aurésque tornauit. &c. ſed locum hunc totum poſthàc proferam, vbi de homine in vtramque partem differam libro vltimo, cum aliis permultis, quos nunc delibaſſe mihi ſatis eſt, & ex his aliquos repetere data occaſione neceſſe B erit: ne lectori moleſtum ſit toties ab vltimis ad prima reuerti, aut à primis ad vltima tranſilire. Eandem igitur illam fabricæ humanæ ſurſum vergentis atque contendentis præſtantiam nec minùs M. Tullius ſecutus Stoïcos, cùm de prouidentia Dei diſſerunt, lib. 2. natu. deor. celebrauit. Sunt enim (ait) è terra homines, non vt incolæ atque habitatores, ſed quaſi ſpectatores ſuperarum rerum atque cœleſtium: quarum ſpectaculum ad nullum aliud genus animantium pertinet. Quod & Plato iam antè extulerat, cauſſam inquirens, qua ſingula membra corporis, ad ſingula animæ C officia, prouidentia deorum ſint accommodata. ſic igitur ille in Timæo de capite loquitur, vt ſemel & iam ab initio de hoc dicam; καὶ μὲν δὴ θείας ἀφετέους δύο οὔσας ἐν τῷ παντὶ χρῆσθαι ἀπεμιμήσατο περιφορᾷ τὴ, ἥτις στρογγύλης σφαίρας ἐπέστραπται· τῶν δ' ἐν τῷ κεφαλῇ ἑπομένοιν, ὁ μὲν νοήσεως θεὸς, ἐφ' ὁμοίου τούτου διανοηθεὶς. ἔφυ καὶ τὸ σῶμα περιθεὶς ὑπηρετικὸν αὐτῷ ξυναφέστησε πρὸ, κυλοειδέστατος ὢν πασῶν, ὅσαι πόλεις ἐνοῦσθ', μαθὼν. ἐν ὁμοίῳ μὲν κυκλεύμενον ὅλῃ γῆς, ὕψει τε καὶ βάθει πασῶνδε μετὰ ἐχόντες, κίνησιν τὰ μὲν ἐπιβάσιον, ἴσιον δὲ ἰσοβίῳ· ἔχει δὲ πόλεις τῶν, & διμοίως ἕδρας· ἴσον δὲ μέσης τὸ σῶμα ἔχον. id est, Principio dij figuram capitis ad rotunditatem mundi finxere: in eóque duos illos animæ diuinos circuitus ſtatuerunt. Eſt autem caput, membrum corporis diuiniſſimum, reliquorúmque membrorum princeps. cui totum corpus connexum dij ſubeſſe & parére iuſſerunt. excogitauerunt enim motuum omnium quotcumque eſſe queant, compos id fore. Cùm verò inæqualis & aſpera ac partim quidem accliuis, partim decliuis terra ſit; ſi humi caput ſerperet, pérque terræ ſuperficiem volueretur, hos anfractus ſine offenſione tranſire non poſſet. Quod ſanè malum vt vitaretur, procerum hunc habitum corporis ad faciliorem progreſſum, dij pro vehiculo capiti ſubiecerunt. ita ille. Platonem verò ſecutus Ariſtoteles cap. 10. lib. 2. part. animal. Hominum genus aut vnum ex omnibus animalibus nobis cognitis, diuinitatis particeps eſt, aut omnium maximè. iam enim partes etiam naturales hominis vnius ſecundùm naturam diſpoſitæ ſunt. quandoquidem partem ſuperiorem ad vniuerſi ſupremum erectam obtinet. ſolus enim animalium homo erectus incedit. Caput hominis macilentum, carnéque propè omni exutum eſſe, neceſſariis rationibus ibidem conuincit, non tamen vt à capite ſenſum nullum oriri illi concedamus, aut ſoli cordi temperando vtile eſſe, vti poſthàc declarabo. nam ex Ariſtotele præſtanti philoſopho multa multis deinceps locis mutuari decernimus: ideóque ob breuitatem, & locos deſignaſſe, & Latinè loquentem de ſuo interprete inducere contenti erimus. vt hoc ſimul intelligas, nos tum in hoc, tum in cæteris deinceps authoribus Græcis citandis, per interpretes eorũ agere: niſi ſiquãdo illi manifeſtè labi deprehenduntur; aut aliquid ἰμπαλιμψηστον occurrit, vel ſanè obſcurius, quod non niſi admota ipſa face genuinę linguæ illuſtrari queat. & hoc te iam inde ab initio monitum volo, quod fortè alibi poſthàc iterum iterúmque monebo. Idem verò rurſus cap. 15. lib. 1. hiſtor. animal. ſic omnino appoſitè; Caput itaque cæteris omnibus ſuperiorem obtinet ſitum, corporis ſui ratione. at homo quoniã ad vniuerſi orbis habitũ inſtitutus eſt, iccirco partem etiam iſtam habet reſpondentem parti ſublimi vniuerſi. Sed & eadem imitatione Lactantius ait; Cùm ſtatuiſſet Deus ex omnibus animantibus ſolum hominem facere cœleſtem; cætera vniuerſa, terrena: hunc ad cœli contemplationem rigidum erexit, bipedémque conſtituit. ſcilicet vt ea ſpectaret, vnde illi origo eſt. illa verò depreſſit ad terram: vt quia nulla his immortalitatis expectatio eſt, toto corpore in humum proiecta, ventri pabulóque ſeruirent. Hominis itaque ſolius recta ratio, & ſublimis ſtatus, & vultus Deo patri communis ac proximus, originem ſuam fictorémque teſtatur. Eius propè diuina mens: quia non tantùm animantum, quæ ſunt in terra, ſed etiã ſui corporis eſt ſortita dominatum; in ſummo capite collocata, tanquam in arce, ſublimis ſpeculatur omnia & cõtuetur. Quamquidem illam tam inſignem támque admirandam hominis excellentiam ſecũ reputans D Greg. Nazianzenus orator & theologus idémq; poëta doctiſſimus atq; ſanctiſſimus, ſcitè atque ingeniosè verus illud Democriti, ut putant, elogium inuertit, quo ille hominẽ ornarat, & cuius titulo hunc ferè tractatum inſcripſimus: non enim iam μικρόκοσμον, ἢ μικρὸν κόσμον, ſed μακρόκοσμον ἢ μακρὸν κόσμον, magnum ac non paruum mundum honoris cauſſâ nominans. quòd præter quatuor elementa illa, quibus hic mundus conſtat vniuerſus, mente inſuper ille præditus ſit atque anima immortali. cuius forma, cæterarum omnium perfectionem complectitur: eſſentiam cùm elementis, vitam cum plantis E ſenſum cum animalibus, intelligentiam cum ſpiritibus æternis habens communem. Cuius rei cauſſâ & Plato 1. de legib. hominem in animantium genere dixit miraculum eſſe quoddam: ſicuti ante hunc & Mercurius fuerat iam profeſſus. denique ἡμεῖς μὲν γὰρ ἐσμεν ψυχὴ, ζῶον ἀθάνατον ἐν θνητῷ περιβόλῳ φρουρούμενον· nos quidem anima ſumus, animal immortale immortali incluſum munimento, ait idem ille in Axiocho. ſed nos de homine in vtramque partem ſub finem operis dicemus: copioſe,

Homo magis cœleſtis, quàm terrenus.

Corporis artus apti animæ officiis.

Caput quid, & cur ſphæricum, & corpori impoſitum, & verſatile.

Caput cur humi non repit, & corpus oblongum.

Homo cæteris animantibus diuinior, & eius figura.

N. contra Ariſt. de capite.

N. admonitio ad lectorem.

Caput cur ſupremum: & homo, typus vniuerſi.

Hominis diuinitas, rectus ſtatus, & capitis ratio: contrà de pecude.

Hominis diuina fabrica & dotes.

Mentis ſedes & dominatus.

N. de ſede animæ cœci problema.

N. de Greg. Nazianz.

Origo argumẽti hominem tractandi.

Homo, magnus mundus, tum: & anima præſtantia.

Homo, quid commune habeat cum omnibus creaturis.

Homo, natura miraculum.

Homo quid.

& multa etiam alibi diximus. hîc autem magis libet cum vate psalmographo ἐκφωνεῖσθαι exclamare; Τί ἐστιν ἄνθρωπος, ὅτι μιμνήσκῃ αὐτοῦ, ἢ υἱὸς ἀνθρώπου, ὅτι ἐπισκέπτῃ αὐτόν; Ἠλάττωσας αὐτὸν βραχύ τι παρ' ἀγγέλους, δόξῃ καὶ τιμῇ ἐστεφάνωσας αὐτόν, καὶ κατέστησας αὐτὸν ἐπὶ τὰ ἔργα τῶν χειρῶν σου. Πάντα ὑπέταξας ὑποκάτω τῶν ποδῶν αὐτοῦ, πρόβατα καὶ βόας ἁπάντας, ἔτι δὲ καὶ τῶν πεδίων. Τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ τοὺς ἰχθύας τῆς θαλάσσης, τὰ διαπορεύμενα τρίβους θαλασσῶν. Κύριε ὁ κύριος ἡμῶν ὡς θαυμαστὸν ἐστὶ τὸ ὄνομά σου ἐν ὅλῃ τῇ γῇ! id est, vt communis habet versio, quæ Græca magis quàm Hebræa respicit; Quid est homo, quòd memor es eius: aut filius hominis, quoniam visitas eum? Minuisti eum paulò minùs ab angelis, gloria & honore coronasti eum, & constituisti eum super opera manuum tuarum. Omnia subiecisti sub pedibus eius, oues & boues vniuersas, insuper & pecora campi: Volucres cœli, & pisces maris, qui perambulant semitas maris. Domine Dominus noster, quàm admirabile est nomen tuum in vniuersa terra! Paulus tamen ad Hebr. cap. 2. hæc de Christo quasi propheticè enuntiata accipit, quæ & de homine perfecto simpliciter & vniuersim accipiuntur. humani enim generis caput & princeps Christus est. Porrò Hebraïcè elohim legitur, id est Deo seu dijs: quia Christus exinaniuit semetipsum formam serui accipiens, habitu inuentus vt homo, vt idem Paulus profitetur Philippens. 2. Sed de homine vt passim toto hoc opere, sic speciatim dicetur εἰς ἀνάτεσιν vltimo libro.

Hominis dignitas & dominatus.

Christus, vir homo.

De analogia animæ cum æthere, & capitis cum cœlo, animæque functionibus.

Cap. III.

ATque hæc quidem hactenus. vt autem ad singularum partium comparationem propiùs accedamus; Quemadmodum Deus ille mundi conditor sapientissimus atque absolutissimus, cœlum in loco sublimi & excelso constituit, atque stellis innumeris illustre firmamentum, sibique & beatis cœlitibus æternum fixit domicilium: variósque insuper orbes, qui circa suos polos atque axes indefesso motu cientur, voluuntur, & circumferuntur. Sic caput in homine (vt iam insinuaui) loco supremo imposuit, ipsum quidem præcipuum animæ diuinæ & immortalis futurum quasi domicilium. ex quo, tanquam è specula edita & ardua, rerum omnium naturas, ortus, interitus, accretiones, diminutiones & omnimodas rerum mutationes motúsque innumeros intuerotur; suis illa quidem vsa insitis à Deo facultatibus cognoscendi, intelligendi, ratiocinandi, iudicandi, memorandi, & cum delectu atque arbitrio, vel certo quodam cum impetu (illud Græci ἐξ ὁρμῆς, hoc autem κατ' ὁρμὴν dicunt) res quasque peragendi. Hoc enim mihi videtur (ait Socrates apud Platonem in Theæteto) cogitationem, animam videlicet nihil aliud agere, quàm secum ipsam disserere interrogando, respondendo, affirmando atque negando. In quo præcipuum quoddam munus elucet ipsius mentis; quæ est tanquam altissima animi facultas, per quam diuinorum fit apprehensio: aut per quam omnium naturas animus comprehendere solet tum rerum, tum corporum. Vt enim visus in oculo: sic mens siue intellectus in anima esse solet, vt docet Arist. lib. de anima. Et quemadmodum in corpore visus est omnium longè princeps (id quod in vniuerso natura luminis obtinuit) ita eorum quæ in nobis sunt, animus in primis bonitate censetur. quippe qui animæ sit oculus, propriis ille quidem splendoribus circumfusus, queis multa caligo altáque discutitur, quam rerum ignorantia offudit. Hæc anima, forma elementis non iisdem ficta est, è quibus cætera quoque perfecta sunt: puriorem verò potioremque sortita est ipsa materiam: ex qua scilicet naturæ diuinæ procreatæ sunt, vt rectè Philo censet, sacra in id imbutus pagina. Quamobrem solus ipse in nobis animus, interitus immunitate meritò donatus esse visus est: quippe quem solum parens eius & sator libertate dignatus sit.

Anima munia.

Mens quid, & comparatio cum visu.

Animus anima oculus cognitionis princeps.

Anima creatio, vnde.

Animus immortalis.

Atque vt cœli siderúmque substantia, dicitur æther, non quidem ideo quòd ignita flagret ipsa; siue vt Aristotelem Græcè loquentem referam, διὰ τὸ πρωΐαν εἶναι αἰθεῖσθαι, vt alij multi censuerunt: sed origine vocabuli huius inde ducta, quòd ἀεὶ θεῖν, velut ἀεὶ θέον siue vt Plato in Timæo, ὅτι ἀεὶ περὶ νοῦν ἀεῖ ἄγον ῥέον, quòd circùm aëra fluitans æther semper currat motu circumductili, vltimus & à domiciliis nostris altissimus, omnia cingens & coërcens hic cœli complexus, extrema ora & determinatio mundi: in quo cum admirabilitate maxima, igneæ formæ cursus ordinatos conficiunt atque definiunt. Sic anima diuina supremo loco collocata, Dei viui viua imago, appositis organis & suis functionibus accommodatis, nunquam otiosa quiescit; sed perpetua rerum variarum cogitatione exercetur; præcipuo instrumento vtens ipso spiritu, quem inde animalem physici denominarunt.

Comparatio animæ cum æthere & cœlo.

æther quid, & vnde dicatur, & eius vsus.

Sidera in æthere.

Anima quid, vbi, sita, quid agat & quomodo.

Anima organum.

Rursus vt cœlum, siue solidum ex aëre in crystallum concreto, vt Empedocles; siue de purissima liquidissimáque aquæ substantia conflatum, vt Hermes; siue igneum, vt Anaxagoras; siue è quinta quadam essentia constans, quæ sit tenuior ac purior & defæcatior sordida ista elementorũ colluuie, vt vult Aristoteles (quam idem ἐπαιώρημα vocat, ὅτι ἀεὶ ἄνω φέρεται, quia perfectum quiddam continet) vt cœlum, inquam, Latinis cælati argumento dictum, vt putat Varro: siue, vt ego arbitror, à forma conuexa, velut κοῖλον, stellis ac sideribus illustratur, quæ errationis nescia, cum ipso cœlo circumferuntur, easdem vtiq; sedes positúsque eosdem tenentia. quorum medius circulus, cui signifero nomen est, duos per orbes transuersus, cœlum cingit; qui à conuersionibus ipsius Solis, tropici, quasi conuersionales appellati sunt

Cœli materia, & etymon.

ἐπαιώρημα vnde dictum, quid.

Stellæ inerrantes vbi. Signiferi situs, nomen, diuisio, & siderum effigies: & tropici cur dicti.

in duodecim ille quidem regiones totidem ſignorum diuiſus: ſiue duodecim animalium effigies, per quas ſolis curſus congruens tot ſeculis ratio. Sic anima corpus vniuerſum oberrans, ſingulis partibus prouidet ac proſpicit: inſigniores tamen in ipſo cerebro ciúſque ventriculis atque ſinibus functiones exercet: quas phyſici ἡγεμονικὰς ob id cum Platone denominarunt. quales ſunt, imaginatio & perceptio rerum, atque communis qui dicitur ſenſus, anticis cerebri ſinibus potiſſimùm incumbens qualis intellectus, ratio, iudicium atque æſtimatio rerum, quas medijs potiſſimùm vétriculis (quamuis Actuarius opinionis & intellectionis ſedem ſe ignorare fateatur) & ſcrobiculis eiuſdem cerebri affingunt. qualis denique memoria & recordatio, cui theſaurum natura, poſtica cerebri parte ſolidiore atque in ipſo dicto cerebello deſtinauit. Quamuis philoſophi quidam (quos inter Auerrhoës alioqui parum pius) medicorum in eo nimiam diligentiam eleuantes, locis iſtas functiones non diſtinguant; & ab vna eadémque anima, vno eodémque obici loco contendant: qua de re nos vltimo huius operis libro problematicè agemus. quamuis etiam alij alias adiungant dictis facultates animæ, vel adeo duce Ariſtotele, vt voluntatem atque arbitrium. quodquidem plerique omnes Catholici liberum ſtatuunt: Stoici tamen βούλησιν in ſolo putant eſſe ſapiente. Pythagoras autem iam ante hos pleroſque, τὴν ψυχὴν αὐτεξούσιον ἀπέφηνε, animæ liberant ſuíque iuris poteſtatem aſſeruit, referente Iamblicho. inter reliquos non ſatis admodùm conſtat, quamuis hinc inde multis agitatis diatribis. ſed de iſthoc quidem alias opportuniùs.

Anima vim in corpore & functiones vbi, & quales.

Principes ſi interna fũctiones animæ quæ & quot & vbi.

Anima fũctiones an diſcreta loci.

Arbitrium liberum.

Interim verò hanc functionum animæ præcipuam diſtinctionem ex Actuario, ſi lubet, ſic accipe. Mens, intellectualis rationalíque animæ princeps & in primis ſyncera facultas, maximè excurſu ad ſimilia gaudet: vnde ſibi intelligibilia omnia concipiat; à facultatibus, quæ penes ſenſum ſpectantur, remotiſſima. Ambroſius tamen ſub finem 6. hexaëmeri, Non aliud (inquit) ſignifico hominis quàm animam, cùm mentem dico: ſed propter aliud animam, & propter aliud, mentem: nam totum quod viuit, hominis anima eſt: cùm autem anima in ſe agit, ſe & ex ſe & per ſe ſola mens dici ſolet. ſenſus verò ſua miniſteria implens, conſuetiùs anima dicitur. Auguſtinus verò lib. 15. cap. 11. de Trinitate, vbi animam, Dei facit imaginem, & in ea S. Trinitatis analogiam inquirit, poſthàc enucleandam, propter memoriam, intelligentiam, voluntatem; mentem pro anima vſurpat, in qua imago Trinitatis elucet. Propriè tamen mens, non ipſa anima dicitur (inquit) ſed quod in ea eſt excellentius. νοῦν opinor, indicans hoc nomine, more Ariſtotelico poſthàc exponendo. hoc tamen de hac re obiter dixerim. Ariſtoteles mẽtem ab anima diſtinguit: animámque triplicem facit, vegetalem, ſenſualem & rationalem homini propriam. ſolam tamen mentem extrinſecùs accedere, eámque ſolam diuinam eſſe (νοῦν vocat) nihílque cum eius actione actionem corporalem communicare, cap. 3. lib. 2. genera. animal. qua de re alibi poſthàc viderimus, vbi de anima & animæ functionibus bis térve diſtincto ſermone tractabimus. Sed pergit Actuarius, intelligentia autem menti dignitate proxima, per quendam quaſi gradum, à mente in facultates quæ deinceps ſunt, effingens, ſpectacula traducit quantitate ac colore carentia. Opinio hæc excipit, animæ facultas ambigua quædam: quippe quæ ex cogitationibus ſtabilibus & inſtabilibus imaginibus formata ſit, imaginationi tradit. Imaginatio, mens quædam paſſioni obnoxia, colores & formas & figuras & qualitates & ſitus aliáque id genus vnaquæque affectis rebus addit: ac velut ſenſuum omnium receptaculum cenſetur. proxima homini à ſenſibus, ac in mutis animantibus præcipua, totiúſque œconomiæ caput. Sed de his, ſicut & de cæteris omnibus non ea ſtatui dicere omnia quæ ſentio, quæque à doctis peti poſſunt, cùm præcipua & ſumma quæque attigiſſe nunc mihi quidem ſufficiat, de his iiſdem poſtea pluribus acturo, tum aliunde, tum ex Ariſt. 2. analyt. poſter. & lib. Ethic. ac Metaphyſicis, & lib. de Anima, & aliis.

Intelligentia.

Opinio.

Imaginatio.

Imaginatio pro ſenſu communi, bruterum præcipua.

N. ſequm.

Mens pro anima, & quid propriè.

Anima quotuplex.

Mens quid propriè.

Comparatio ſeptem planetarum cum ſeptem neruorum coniugationibus: vbi de planetarum ſitu & ordine.

CAP. IV.

DEmùm quæ errantia dicuntur ſidera, ab inceſſu, cùm errent nulla minùs illis, inter terram cœlúmque eodem ſpiritu pendentia, certis diſcreta ſpatiis, nec eadem ipſa celeritate cum prioribus moueri ſuapte natura comparata ſunt, nec inter ſe inuicem: ſed in aliis atque aliis orbibus: ita vt orbium ipſorum partim propiùs terram accedant, partim ſublimè ferantur, quorum numerus ſeptenario collectus, in totidem orbibus ſitus eſt deinceps ſubſtitutis: ita vt ſubinde inferior ſuperiore minor ſit. ſeptémque orbes inuicem ſeſe complectentes atque coërcentes, à globo denique ſiderum inerrantium comprehendantur. Sic enim Plinius, ſic aſtrologi penè omnes vno tanquam conſenſu tradunt, ſeu potiùs imaginantur ac ſupponunt. Cùm tamen optici quidam velint, & neceſſitate ὑποστάσεων conuincant, totum illud ſpatium, per quod motu ſapientiſſimo & erroris experte meant errantia ſidera, à Luna ad fixa vſque ſidera, eſſe hunc animabilem ſpiritum, ſiue per rerum naturam fuſum aërem. Alioqui enim ſtellas fixas per tot media viſas, nũquam ſuo loco, nunquam in horizontis polo cernendas: & quæ diſtantiſſimæ ſunt, quaſi contiguas: & contrà, quæ contiguæ ſunt, remotiſſimas viſum iri. quia radij frangentur à perpendiculo, propter tot mediorum varietatem, vti docet Optice.

Planetarũ appellatio, ſitus, motus, connexio. πλανητῶν ἀπὸ τῶν πλανᾶσθαι.

Globi cœleſtes qui ſe implicent.

Opticorum obiectio, quòd à Luna ad fixa, interſit æther tantùm.

Niſi tibi ſatisfacit Vitellionis, grauiſſimi ſanè optici ſolutio eiuſmodi: qua corporis cœleſtis nitorem rariorem & limpidiorem aſſerit aëris perſpicuitate quamuis pellucidiſſimi. idcóque aërem à cœlo diſtingui. Vérùm has ſubtilitates

Solutio.

Cœli forma & perſpicuitas.

aliis relinquo diligentiùs examinandas atque æſtimandas, receptam modò ſecutus hypotheſin eiuſmodi.

Controuerſia de ordine planetarum.

Inerrantium ſiderum globo contiguam hanc (Ariſtotele quidem ita opinante: namque non omnibus idem ſitus aut ordo perhibetur) habent ſemper poſituram, φαίνωνα ſimul & Saturni circus dictus. cui proximus eſt φαέθωνα, qui & Iouis appellatur. poſt hunc ſequitur πυρόεις, Herculis idem Martiſque appellatus. ab hoc rurſus eſt στίλβων, qui ſacer Mercurio eſſe creditur: à nonnullis etiam Apollini. ſecundùm quem Luciferi orbis eſt, quem Veneris nonnulli orbem, quidam Iunonis vocant. ab eo eſt orbis Solis: & denique Lunæ, nobis citimus, ad terram vſque fines ſuos proferens. Quanquam vti dixi, non parum in eo ſitu variant philoſophorum ſententiæ. Timæus Locrus ſeptem planetas memorat, è quibus Lunam terris proximam menſtrua conuerſione circumuehi: Solem ei proximum, annuo temporis ſpatio. cuius curſum, Mercurij & Veneris ſtellæ imitentur pari celeritate. de Marte, Ioue, Saturno nil definit. Plato etiam Solem Lunæ proximum facit: in reliquis idem ſentiens quod Ariſtoteles ipſe (quem hîc potiſſimùm ſequimur authorem) ab eo acceptum tradit. Quo fit, vt apprehendant ſe inuicem, & à ſe vicißim apprehendantur ſimiliter hæ Stellæ, Sol, Lucifer & Mercurius, circulis velocitate æqualibus, ait ille in Timæo. cui aſſentitur Alcinous cap. 14. de doctrina Platonis. Ptolemæus Venerem & Mercurium ſub Sole collocat: cùm & alij Mercurium Veneri ſubijciant, vt patebit. ſic Plinio Ciceronis opinionem ſecuto viſum eſt, vt mox conſtabit; Sol medius planetarum fertur, amplißima magnitudine ac poteſtate: nec temporum modò terrarúmque, ſed ſiderum etiam ipſorum cœlíque rector. Sol, Deus Deorum cœleſtium præſtantiſſimus: ſol, cui cœlites reliqui, velut principi regíque parent; vt Mercurius in Pymandro nimiùm gloriosè atque ὑπερφυῶς dilaudat. hæc priſci illi ferè.

Inppiter. Mars. Mercurius. Venus. Sol. Luna.

Luna, Sol, Mercurius, Venus quo ſpatio temporis volui-tur.

An Sol Lunæ proximus, an alter.

N. contra Plat. ac inæqualium orbiũ quomodo æqualis conuerſio tẽpore quadrabit? Solis ſitus & dominatus & epitheta.

Solis idolomania.

Hunc tamen ordinem exagitat Alpetragius in theoria, & Venerem ſupra Solem locandum cenſet. Optice verò (cuius fidem iam antè extuli) ex ſuis principiis aliud omnino ſtatuit. nam ſiquidem illud admittitur verum; Mobilium æquè velociter incedentium, id quod longiùs diſtat, tardiùs ferri apparet. Errantia autem ſidera æquabili celeritate feruntur. Sed & quò vnumquodque à ſummo cœlo longiùs ab eſt, eò breuiore tempore ſuum orbem perluſtrat, vt tradit Ariſt. lib. 1. de cœlo. Hinc efficitur, Solis, Veneris & Mercurij, cùm pari temporis momento ferantur (vt ex Platone dixi, & alij aſſentiuntur) in eodem orbe ferri iiſdem vectaros epicyclis. Niſi tu quid habes, quo obiectionem ſoluas: nihil enim admodùm nunc occurrit, quo vim illationis & conſequentiæ tantam poſſim diluere. lubet verò Ciceronis, recentiorum mathematicorum ea in re ſecuti ſententiam, verba ſplendidiſſima è ſomn. Scip. (namque idem aliâ aliorum opinionem tradens 2. de natu. deor. paulò ſecùs ſenſit) adſcribere, vt recepi.

Obiectio, quòd Sol, Venus, Mercurius eodẽ orbe ferantur, exoptice.

Motio quæ æqualis vel inæqualis.

N. obiectionis neceſſitas vrget.

Nouem tibi orbibus, vel potiùs globis connexa ſunt omnia. quorum vnus eſt cœleſtis extimus, qui reliquos omnes complectitur: ſummus ipſe Deus arcens & continens cæteros: in quo ſunt infixi illi qui voluuntur ſtellarum curſus ſempiterni. cui ſubiecti ſunt ſeptem, qui verſantur retrò contrario motu atque cœlum. ex quibus vnum globum poſſidet ſtella illa, quam in terris Saturniam nominant. deinde eſt hominum generi proſper & ſalutaris ille fulgor, qui dicitur Iouis. tum rutilus horribilíſque terris, quem Martem dicitis. deinde ſubtermediam ferè regionem Sol obtinet, dux & princeps & moderator luminum reliquorum, mens mundi & temperatio; tanta magnitudine, vt cuncta ſua luce luſtret & compleat. Hunc vt comites ſequuntur Veneris alter, alter Mercurij curſus (ita Plinius ex Hipparcho & Pythagora lib. 2. cap. 8. & 16. & 22.) in infimóque orbe Luna radijs ſuis accenſa conuertitur. infra autem nihil eſt niſi mortale & caducum: præter animos munere deorum, hominum generi datos. ſupra Lunam ſunt æterna omnia.

Nouem orbes cœleſtes, & eorum ordo.

N. ſed quomodo globi ſe complectantur, ſi ſolidi?

Septem planetarum ordo. Saturnus. Iuppiter. Mars. Sol. Venus. Mercurius. Luna.

Luna diriminat æterna à caducis.

Vt igitur iſthæc in cœlo fiunt aliquo iſtorum quos dixi, modo; aut eo ſanè quem Deus & beati cœlites meliùs norunt. Pari quidem modo (ſi magnis componere parua licebit) ab ipſa cerebri baſi (vnde eſt omnis ſenſus & motus principium) exoriuntur ſeptem neruorum paria, quæ quinque cum primis dicata ſenſibus, non paruam & aliis ipſa partibus inſignioribus nauant operam. Odorandi tamen inſtrumentum (ſi verè loqui volumus) non eſt à neruis; ſed duabus exilibus proceriſque productionibus, neruorum mollium ſubſtantiæ ſimilibus: quæ caluam quidem non exeunt; ſolo iſto ſenſu vim intus ſuam exercente ad priores cerebri partes. quà duo tubercula eminent mammarum papillis ſimillima: quæ ſummo narium oſſi ſpongiæ æmulo obiecta inſident; ſicuti Galenus verè contra Ariſtotelem ex lib. 2. de anima & lib. de ſenſu ac ſenſili comprobat, certíſque rationibus addicit, quas poſtmodò explicabimus, nunc autem delibamus.

Cerebri vis, & ſeptem inde neruorum paria, eorumdémque vſus & origo & inſertio ad ſuum organa.

Odorandi organum vnde, vbi, quale.

Prima igitur cerebri neruorum coniugatio ſiue ζεῦγος, in oculos ſeſe molliſſima inſinuat, & πόρους ὀπτικοὺς Herophilo dictos (nos meatus viſorios dixerimus) conſtituit. Soli duo iſti nerui in toto corpore viſuntur perforati (ideóque πόροι dicti, licet Columbus forari perneget; qua de re poſthàc viderimus) quò ſpiritum animalem copioſiorem inuehant ad humorem cryſtallinum, præcipuum viſus inſtrumentum: & eo tanquam ductu, cum aëre externo commercium habeant. Qui iidem quoniam & naturâ molles ſunt, vti monui: ideo anteriori capitis parte, non etiam poſtica (ſicuti de Iano bifronte fingunt poëtæ inconſideratiùs) oculos affigi fuit omnino neceſſe, vt poſthàc pluribus edocebo, præſertim vbi de oculorum fabrica & viſu, tum vbi de neruis.

1. *Neruorum ſeptem coniugationum diſtributio quò fiat. Pori optici quales, & cur duo ſaltuque. Humor cryſtallinus quorſum.*

Secunda coniugatio in eoſdem fertur orbes oculorum, muſculis eorundem datura ſenſus ac motus vim atque virtutem.

2.

Tertia iam paulò durior, ſeſe longiùs diffun-

3.

Iani inceptè bifrons fingitur, cur: item oculi quare antici.

dit,primùm in muſculoſam frontis cutem:deinde in anteriorem ſuperioris maxillæ partem,naſi pinnas,labri ſuperioris cutaceam carnem, ac dentium gingiuas:tum in ipſam narium capacitatem: denique in μασσητῆρα, quem à mandendi officio; & eum quem à loco ſitúque temporali, κροταφίτην vocãt. Sed & eadem coniugatio quintæ ſeſe applicans,os interius ſubit, linguam penetrat, labrum inferius & maxillas traijcit: nec parum confert vna ad guſtum in homine longè ſupra reliquas animantes exquiſitiſſimum efformandum.

Maſſeter & crotaphita nuncupatur.

Guſtus in homine excellit.

4. Quarta ſuperiori tertiæ annexa, palatum & linguæ radicem & ſuperiorem tunicam eiuſdem inueſtit atque intertexit.

5. Quinta, rectà (quatenus obliquo tramite licet) viam ad aures affectat, mirificum illic auditus organum cauum & flexuoſum intexens. ſed eadem facta comes tertiæ,in cutem genarum & muſculos buccæ motores digeritur, atque adeo in crotaphitas & maſſetêras omnes.

6. Sexta longiùs fertur à principio, neque vim ſuam proximis tantùm partibus impartit,collo, aſperæ arteriæ,laryngi: ſed & longè remotioribus,thoraci,ſterno, clauiculis, pulmonum tunicæ. & quæ laus illi præcipua, ſtomachi orificio vim ſenſus exactiſſimam confert. atque eo tanquam delatore & internuntio, ſocietatem cum ipſo cerebro miram mirámque ſympathiam conciliat. atque adeo cum ipſo corde, emiſſa ad eius baſim tenuiſſima propagine. & cum ipſo pariter diaphragmate, quæ præcordia dici nonnullis video,aliis diſcrimen, aliis & frequentiùs ſeptum tranſuerſum, ratione ſitus & officij partes vitales à naturalibus dirimendi. & quod in tam tenui corpuſculo mirum videri poſſit, non priùs ſeſe ſinit abſumi, quàm bonam viſcerum partem peretrarit,iecinori,lieni,meſenterio,renibus, cyſti felleæ, veſicæ, vtero & omnibus propemodùm inteſtinorum inuolucris ſurculos ex ſe liberaliter diſtribuens.

Stomachi ſenſorium.

Partium principium ſympathia vnde, & præſertim cordis & ſtomachi.

Diaphragmatis nomina.

7. Septima & vltima eadémque omnium duriſſima neruorum à cerebro poſtico ſiue cerebello ortorum coniugatio,ſola paulùm progreſſa,ſextæ ſeſe applicat: nec tamen ita ſe diffundit, contenta in muſculos linguæ, oſsis hyoideos & laryngis abſumi. Hæc ſeptem ſunt neruorum à cerebro exortorum celebrata paria:quibus neoterici quidam octauum & nonum par adiungunt: ſed iſtorum potiùs propagines eſſe reor. Verùm quid ſingula perſequor? quid de neruorum reliquorum à medulla ſpinali ortorum in partes corporis reliquas inſertione & propagatione,ad ſenſus & motus vſum inſignem, plura commemorem? longum ſit & propè infinitum, ſi de ſingulis ſingillatim dicere inſtituam. itaque in præcipuis immoratus diutiùs, reliqua communia & leuia breuiter & velut obiter percurrant.

Plura 7 paribus neruorum à cerebro?

Apophaſis.

N. inſtitutum.

De ſenſuum ſedibus & proportione ad elementa.

Cap. V.

ATque vt illud de ſenſibus pro ſua dignitate breuiter dictum ſit; tum nec illud omitti debet, quod eſt à Cicerone diligenter annotatum, Senſus iſtos tanquam interpretes ac nuntios rerum, in capite tanquam in arce mirificè ad vſus neceſſarios, & factos & collocatos eſſe. Nam oculi tanquam ſpeculatores, altiſſimum locum obtinent: ex quo plurima conſpicientes funguntur ſuo munere. Et aures cùm ſonum recipere debeant,qui naturâ in ſublime fertur,rectè in altis corporum partibus collocatæ ſunt. Itémque nares,eò quòd omnis odor ad ſuperiora fertur, rectè ſurſum ſunt. & quòd cibi & potionis iudicium magnum earum eſt, non ſine cauſſa vicinitatem oris ſecutæ ſunt. Iam guſtatus qui ſentire eorum quibus veſcimur, genera debet,habitat in ea parte oris, qua eſculentis & poculentis iter natura patefecit. Tactus autem toto corpore æqualiter fuſus eſt, vt omnes ictus omnéſque nimios & frigoris & caloris appulſus ſentire poſſimus. hæc Tullius, poſthàc ſpecialibus locis inſerenda, de quinque ſenſibus generatim extulit & ſummatim prolocutus eſt.

Senſus cur in capite.

Viſus.

Auditus.

Odoratus.

Guſtus.

Tactus per totum fuſus, cur.

Verùm illud idem iam antè Ariſtoteles viderat & ſcriptum reliquerat tum alibi, tum cap. 10. lib. 2. part. animal. quanquam falſo poſito hoc principio, de quo accuratiùs poſtea; Cor, eſſe ſenſuum principium. quam ob cauſſam(ait) duo,id eſt tangendi & guſtandi ſenſus, ex corde apertè dependent. vnus ex reliquis tribus, id eſt olfaciendi,medium tenet:duo,id eſt audiendi & videndi, maximè in capite poſiti ſunt, propter ſenſoriorum naturam. viſúſque omnibus in capite eſt apud cerebrum humidum frigidúmque: viſus enim aquæ naturam obtinet: hæc enim omnium pellucidorum facillimè conſeruari poteſt. auditus etiam in capite:quod enim inane vocatur,plenum aëris eſt. ſenſorium autem audiendi,aëris eſſe fatemur.

Cor, ſenſuũ principium, præſertim tactus & guſtus.

N. falſum.

Viſus natura, & cur in capite: itémque auditus.

Vt igitur ab oculis meatus ad venas circa cerebrũ ſparſas tendunt: ſic ab auribus meatus in occiput penetrat. Aures orbem capitis æquis partibus ſecant, tenéntque medium: auditur enim non modò per directum, verumetiam vndique. Viſus parti priori mandatus eſt: cernitur enim per directum. motus etiam antè fit: proſpiciendum autem eſt eôdem,quò motus agitur. Nares inter oculos ratione optima collocatæ ſunt: gemina enim ſedes quæque ſenſoria eſt, propter duplicem corporis partem,ſcilicet dextram & ſiniſtram. Sed hoc in tactu incertum eſt, propterea quòd primum ſenſorium non caro,non pars eiuſmodi aliqua eſt,ſed aliquid intimum. Lingua etſi obſcuriùs quàm oculi: tamen certiùs quàm tactus, geminum guſtandi veſtigium oſtendit. eſt enim hic etiam ſenſus, quaſi tactus quidam. attamen res vel in eo ſatis conſtat:fillura enim linguam diſtingui perſpicuum

Viſus cur in antico capite, & auditus ad latera, & cur nerui quò tendant.

Naſus cur in medio: & tactus à quo.

Lingua gemina, cur.

Digitized by Google

Sensus omnes ferè gemini.

est. At verò in cęteris sentiendi partibus, sensum bipartitum esse latiùs patet: aures enim geminæ, & oculi gemini sunt: vis etiam narium bipartita est in medio triũ sensuum constituta. sed de singulis sensibus & sensuum organis postmodò fusissimè: hæc enim velut præfari satis est visum.

Lucretius lib. 4. de sensuum fide aduersus Academicos solerter disputat & prolixè; mihi locum indicasse satis erit, ex quo patebit istos conuinci & eorum sequaces;

Afferitur sensuum certitudo.

Et violare fidem primam, & conuellere tota
Fundamenta, quibus nixatur vita, salúsque.
Nec modò enim ratio ruat omnis, vita quoque ipsa
Concidat extemplò, nisi credere sensibus ausis.

denique post multa ita concludit, & inde Laërtius causam vtrimque disceptat;

Ab sensibus notitia.

Inuenies primus ab sensibus esse creatam
Notitiam veri, neque sensus posse refelli. &c.

Atque isthæc quidem de sensibus præfati (namque haud ita multò pòst ex Platone, Aristotele, Cicerone, Lactantio Galenóque multò plura disceptabo) ita cum Plinio statuemus ex lib. 10. vel ut Aristotelis interprete ex lib. 1. cap. 15. hist. animal. Ex sensibus ante cætera homini tactum, deinde gustum vigere: reliquis superari à multis: nam aquilæ clariùs cernunt, vultures sagaciùs odorantur, liquidiùs audiunt talpæ obrutæ terra, tam denso támque surdo naturæ elemento. Sed & hoc ex Platonis, Galeni, Actuarij & aliorum communi quodam consensu sic habeto; Spiritus omnium sensuum quandam cognationem & comparationem habere cũ elementis, in primis quidẽ qualitatibus. hinc spiritus visorius igneus, ætherεus & lucidus siue luminosus: auditorius autẽ, aëreus: qui gustui prędet, aqueus: qui odoratui, vaporosus: qui denique tactui, terreus. sic enim natura instituit, vt sensoria sensibilibus porportione respondерent. quod sapiens ille Empedocles his versibus innuit:

Hom. quibus sensibus vincat aut vincatur.

Comparatio quinque sensuum cũ elementis, qualis.

Sensoria sensilibus respondent.

Γαίῃ μὲν γὰρ γαῖαν ὀπώπαμεν, ὕδατι δ' ὕδωρ,
Αἰθέρι δ' αἰθέρα δῖον, ἀτὰρ πυρὶ πῦρ αἰδήλον.

id est, vt sentio,

Simile cernitur simili.

Vt terram terra aspicimus, sic fluctibus undas;
Æthera vt aethere, sic & clarum ignibus ignes.

Hippocrates autem lib. de structura hominis, Visus ex æthere, olfactus ex aëre, auditus ex igne, gustatus ex humido, tactus ex terra. Plato, Aristoteles, Galenus & plerique alij aliter analogiam instituunt, vti posthàc in sensuum longiore tractatu edisseram: vbi & hoc constabit, Platoni ratione spiritus, aspectum igneum: Aristoteli autem ratione humorum, aqueum videri. Sed & idem Aristoteles lib. de sensu & sensili cap. 2. cùm quinque sint sensus, & elemẽta quatuor; ad quod quintus sensus referri debeat, & hæret ipse, & alios in eadem salebra ridet hærẽtes. cui tamen dubitationi vides iam quodammodo satisfactum: atque ex Platonis Timæo, odoratus ipse, quintus quidam sensus, licet per neruos minimè exerceatur, vtcumque ambigit, cùm sit odorũ genus omne mediam inter aërem & aquam sortitum naturam. ac de Alexandro ex probl. non ita multò pòst, vbi & de Empedocle & Timæo & aliis multò fusissimè disseretur.

Sensus quo elemento participent.

Visus ex igneus vel aqueus, qui.

Obiectio de compari numero sensuum & elementorum.

Solutio, vbi de odoratu natura ambigua.

Verùm antequàm vela contraho, & de planetis mentionem claudo; lubet ex Proclo lib. de anima & genio, quæ nobis ab istis errabundis sideribus & qualia beneficia accedant, commemorare: siquidem etiam Pythagoras hominis animum per orbes ætherios, dein per aërem & elementa subiecta in hæc corpora humana demissum, aliquid à singulis contrahere affinitatis iudicabat. inquit igitur ille, Prima ætas lunarem sequitur potestatem: tunc enim alentis tantùm ac vegetantis animæ viribus sustentamur. Secunda Mercurialem, quando literarum citharæque & luctæ similiúmq; ludorũ studiis exercemur. Tertia Veneream, quãdo turgent membra feminibus, & ad procreationem vehementiùs incitamur. Quarta Solarem, tunc enim excellit vigor ætatísque perfectio ac robur expromitur. Quinta Martiam, in qua potestatem & victorias, regna & opes experimur. Sexta Iouialem, quæ prudẽtiam actionésque vitæ modestas ciuilésque desiderat. Septima Saturniam, in qua naturæ consentaneum est à generatione desistere, séque à corporeis segregare, & ad alteram incorpoream que vitam sese transferre. hæc ille sanè grauiter & philosophicè. cui si non iisdem verbis, at planè simili sensu consentit Ptolomæus lib. 4. iudic. astr. vt nostro ampliore in Strab. comment. ad verbum recitauimus.

Animus de cœlo lapsus quid vndequaque contrahat.

Animus à singulis planetis quid sumeretur, per gradus ætatum.

1 *Pueritia.*
2 *Adolescentia.*
3 *Iuuentus.*
4 *Virilitas.*
5 *Consistentia ætatis.*
6 *Maturitas seu primus senectæ.*
7 *Senium.*

Comparatio spirituum, vaporum, rheumatum cum aëre & meteoris.

CAP. VI.

VEnio deinceps ad inferiora cœlo & æthere ipso: quæ tamẽ quia nobis superiora longè & sunt & vidẽtur, ideo μετέωρα dicimus. Quibus campus à natura datus est amplissimus, circumfusus vndique, animabilis spirabilísque: cui nomen est aër (opinor ab ἄημι, spiro) Græcum illud quidem, sed receptum iam tamen vsu à nostris: tritum est enim pro Latino, ait M. Tullius. Platoni in Cratylo ob id appellatus creditur; quia quæ circa terram sunt, αἴρει, tollit & eleuat: vel quia ἀεὶ ῥεῖ, semper fluit. vel quia eius fluxu spiritus concitatur; Græcè ὅτι πνεύματα ἐξ ἀέρος γίνεται ῥέοντος. Aër die & nocte distinguitur: idémque tum fusus & extenuatus in sublime fertur: tum autem concretus, in nubes cogitur: humorémque colligens, terram auget imbribus. tum effluens huc & illuc ventos efficit: idem annuas frigorum & calorum facit varietates. idémque & volatus alitum sustinet; & spiritu ductus alit & sustentat animantes.

Meteora quæ dicta, & vbi fiant.

Aër vnde dicatur, qualis & quorsum.

Ventus qui fiat.

N. ita mox ex physicis, quanquam imperitus Arist. in meteoris, vt mox dicam. Aër dictus &c.

Verumenimuerò vt ré fusiùs deducam, ætis triplex cùm sit (iuxta philosophi decretũ & receptam in vulgus doctorũ opinionem) ac tribus locis distincta regio, suprema, infima & media, vt loco ac situ, sic natura & qualitatibus differens: Prima & suprema igniq; contigua (quæ ætherem quidam intelligunt) perpetuò calida, tũ ob ignis viciniam: tum ob motum, quem illi cum primo mobili & astris in orbem dicũr olle communem: ipsa quidem nubibus vacua & immunis, tum ob nimiam à terra distantiam, tùm ob calorem & motum assiduum: eadem tamen leuiorum exhalationum calidarum & siccarum minimè expers ex qua materia ab igne proximo

Aër triplex quadr.

Prima, suprema, quæ calida, & nubium expers.

Meteorum ignearum locus, materia, causſa, forma diuerſa, & nominum ratio.

variè accenſa, variæ repræſentantur oculis ſpectantium formæ: quas à rerum nobis familiariũ A ſpecie denominamus Faces, Tædas, Trabes, Candelas, Lampades, Lanceas ſiue Iacula, Scintillas micantes, Torres ſeu Titiones, Ignes fatuos & ſonoros, Capras ſeu Capreas ſaltitantes, Dracones volitantes, Sidera velut procidentia, Stipulas ardẽtes, Virgas, Gladios, Bolides, Chaſmata (de quibus Plinius lib. 2. Ariſtoteles lib. meteorolog.

Atque orbi nunquam viſos impunè Cometas:

Cometarũ differentiæ & cauſa materiéſq;.

& eos quidem formis omnino varijs ſpectanti plebeculæ formidoloſes, cincinnatos, crinitos, iubatos, pogonias ſeu barbatos, caudatos, xi- B phias, acontias, diſcos, ceratias, lampadias, hippos, pithos ſiue pithetas, anthropoides: & quis ſpecies ſingulas perſequi queat, quas accenſa variè in aëre lucido materies (quanquam in cœlo fieri, & quandam lucentium aſtrorum congregationem eſſe luminis, Cardanus & alij quidam viri ſanè acuti tradunt) & pinguis exhalatio æſtuãs fouet, fingit, effigiat? quis reliquas rerum infinitarum imagines, quibus omni æuo, vt quis dixerit,

De cometarum natura & loco alia opinio.

Ludit in humanis diuina potentia rebus?

aut denique quos in aëre quotidie repræſentari, C & olim viſas tum cernimus, tũ accipimus, Curruum ignitorum, Quadrigarum, Enſium, Clypeorum, Aciei inſtructæ, Hominum, Equorum, Leonum, Pardorum, Crucis, Nauis, Turris, Coronæ, Crateris, Tubarum clangẽtium ac ſimiliũ complurium? cùm ſcripſerit poëta 1. Georg. (& nos his graniſſimis bellorũ ciuiliũ Galliæ cladibus calamitatibúſque nõ rarò audiuimus & obſeruauimus) *Armorum ſonitum toto Germania cœlo*

Hiſtoria de audito in aëre armorum conflictu.

Audiit ——

vt Cimbricis bellis Romani, referẽte Plinio lib. 2. cap. 57. vt bellis Iudaïcis ad ſtuporem vſque, vt 2. Macha. 5. mirificè refertur, & à Ioſepho hiſtoriã texitur lib. 6. & ab Euſebio repetitur lib. 2. D hiſtor. eccleſiaſt. & ab Egeſippo & aliis hiſtoricis; & ab Iulio Obſequente lib. prodig. dimicatio & conflictus duorum exercituum in aëre erauditorum deſcribitur, L. Scipione & C. Norbano Conſulibus, de quibus nos alibi.

2. *Ex media aëris regione non frigida, ad nubium.*

At media quæ dicitur aëris regio valdè algida perhibetur: quia radios ſolares ſeſe reflectentes ſurſum nõ percipit: nec ab igne ſuperpoſito, ob nimiũ interuallum, concalfit: nec circulari motu incaleſcit. ſed contrà, vi *περιστάσεως*, tota ſemper congelaſcit: & vi frigoris multùm conſtricta, ſolideſcit atque inſpiſſatur. Hinc ex elatis eò vaporibus calidis & humidis, vbi vi frigoris coacti in nubes fuerunt, pluuia, nix, grando, ſuã accipiunt originem: forma magis quàm materia prima, diſtincta ſingula. Ex calidis autẽ & ſiccis exhalationibus, natiua loci frigiditate coactis & colliſis, fulmen, fulgetra, tonitrus minaces eẽfiũtur horrifremi: aut vano luctamine euanidi typhones, præſteres, & ecnephiæ procumpunt, de quibus Ariſt. in meteorologicis.

Meteorum infimorum materia & differentia.

Fulminis, fulgetrũ & tonitrui generatio, vel degeneratio.

3. *Ex infima aëris regione non calidior, ἀναθυμίασις.*

Denique infima citimáq; terris plaga, ſumma quidem minùs calida, ſed media longè calidior regione perhibetur, propter *ἀνάκλασιν*, ſeu reflexionem radiorum ſolis à terra reiectorũ & tanquam reuerberatorum: tum etiam ob vapores & exhalationes ſuapte natura calidas, quas à ſe & terra, & maria, & flumina, & lacus, & paludes, & gelidi fontes, & rini rigui ſurſum attollunt atq; eiaculantur. Quaquidem ex concretione, ob viciniã mediæ regionis frigidæ, imber largus ſiue *ὄμβρος* generatur. ſic è nocturno frigore ros, pruina, nebula, ſeu caligo, & ſiqua eiuſdem generis. Habeo conceptã animo de generatione pluuiæ aliam à vulgo philoſophorum, opinionem: fieri enim vt plurimũ non ab exhalatione, vt in ſummis caloribus atque frigoribus; ſed nubium depreſſione roſcidarum in mare; quæ humorem multum ſuo ſpongioſo corpore exugant & cõbibant (à ſimilitudine pompæ vulgo dictæ, qua putei & foſſæ exhauriuntur) & mox vi ventorũ per aërem diſpergant. quod aliàs cùm de rebus merè phyſicis ex profeſſo agemus, demonſtrabimus, & *ἀναλόγως* opinionem aut veram aut veri ſimillimam primi inuulgabimus, certáque experientia & teſtimonio maritimorum atque nautarum confirmabimus.

Vapores vnde attollantur.

Meteorum infimorum materia & differentia.

N. noua de generatione pluuiæ opinio.

à ſimili.

Iam verò communis meteoris omnibus ſubiecta materia duplex eſt: quæ primùm ob tenuitatem ſui, vtraque viſum fugit: ſed inde paſſa in aëre mutationem, facilè oculorum obtutu cernitur, niſi ſiquid ex amnibus & locis irriguis, aquis reſidibus atq; ſtagnantibus, vel ad tractus orientales in ſublime elatum, ob denſitatem, ab initio conſpicuum fit. Altera calida & ſicca, tenuis & penetrabilis, fumi ſeu fuliginis haud abſimilis; opinor, *ἀναθυμίασις* à Græcis, exhalatio à Latinis ſeu fumida caligo dicitur: eáque à terra potiùs attollitur. Altera humida, roſida, modicè calida, *ἀτμὸς* & *ἀτμὶς* (ni fallor) diſtincto nomine à Græcis, vel duce Ariſtotele (quanquam in meteorolog. lib. huic poſteriori nomen negat, quod lib. de mundo ad Alex. vſurpat) id eſt vapor ſiue habitus aut humida caligo perhibetur: qui quidem à mari & locis aquoſis potiùs vi ſolis & aſtrorum (non dico in alimentũ, vt Stoïci) elicitur, & tanquam exugitur. Ex hoc, nebulæ, rores, gelu, nubes, pluuiæ, niues, grandines, & ſiqua ſunt eiuſmodi, oriuntur. ab illa, venti ſeu flatus, tonitrua, fulgura, fulmina, turbines, preſter, typhon & his ſimilia, diſtincta locis, forma & natura diſcrepantia excitantur, quę paulò antè commemoraui.

Communis omniũ meteorum materia duplex, & cur primùm inconſpicua.

Anathymiaſis qualis & vnde.

ἀτμὸς qualis & vnde.

Que ab anathymiaſi & vapore oriuntur.

Dices enimuerò, quid habes in *μικροκόσμῳ* ſimile? Sanè in hoc quidem ſimili quiddam diſſimile ineſt, ſed affinia plura. Vt enim Spiritus Domini replet orbem terrarum, & hoc quod continet omnia, ſcientiam habet vocis. idémque occultam Dei maieſtatem poteſtatémque præ ſe ferens, per omnia ſparſus permeat, vbiq; præſens omnia complectitur, omnia fouet, alit, vegetat, animat. quẽ ideo Plato animum mũdi, Galenus mentem cœlitùs demiſſam, alij naturæ ſpiritum vocant. atq; vt cum Ariſt. lib. de mundo loquar, Spiritus, dicitur quædã tũ in plantis atq; animalibus, tum per omnia commeans animata fœcũdáq; ſubſtãria: qui longè latèque diffuſus omnia continet, omnia lætificat, vitalem mundi animã ipſámq; naturam ſecum afferens, quæcumque ſubierit, vitalia faciens. mens illa rerũ opifex ab

Affinitas Spiritus naturæ cũ Spiritu mundi, & huius natura mirandáque effecta.

Synonyma ſpiritus mũdi, & vis.

proprietas. idem ibidem, Non ex compoſitis Deus, qui vita eſt, ſubſiſtit: neque qui virtus eſt, ex infirmis continetur: neque qui lux eſt, ex obſcuris coaptatur: neque qui ſpiritus eſt, ex diſparibus formalis (an formatus) eſt; totum quod in eo eſt, vnum eſt. & lib. 8. Non humano modo ex compoſitis Deus eſt, vt in eo aliud ſit quod ab eo habetur, & alius ſit ipſe qui habeat: ſed totum vna eſt natura, ſcilicet perfecta & infinita, & non ex diſparibus conſtituta, ſed viuēs per totum ipſa. idem ibidem, Deus autem immenſæ virtutis viuens poteſtas, quæ nuſquam non adſit, nec deſit vſquam; quæ ſe omnem per ſua edocet; & ſua non aliud quàm ſe eſſe ſignificat: vt vbi ſua inſint, ipſe eſſe per ſua intelligatur. non autem corporali modo cùm alicubi ſit, non etiam vbique eſſe credatur: cùm per ſua in omnibus eſſe non deſinat. non autem aliud ſunt, quàm quod ipſe eſt, quæ ſua ſunt. quo autem modo Deus vbique ſit, nos tum demum pluribus 10. agemus, vbi de ſede animæ in corpore. Hieronymus vir certè magnus in Republ. Chriſtiana, lib. 1. epiſt. 1. Deus ſecundùm quod opinari poteſt humana mens, naturæ ipſius vel ſubſtantię, quæ eſt ſuper omnia, appellatio eſt. pater, arcani & ineffabilis ſacramenti vocabulum eſt. Deum cùm audis, ſubſtantiam intellige ſine initio, ſine fine, ſimplicē, ſine vlla admixtione, inuiſibilem, ineffabilem, incorporeum, ineſtimabilem; in quo nihil adiunctum, nihil creatum ſit, ſine authore: eſt enim ille qui eſt omnino omnium author. & quæ ibidem plura, quæ curioſiùs de Deo diſcutere vetant. ne fortè dum inacceſſæ lucis fulgorem pertinaciùs perſcrutaris, exiguum ipſum qui mortalibus diuino munere conceſſus eſt, perdas aſpectum. ibidem epiſtol. 4. Vna eſt Dei ſola natura, quę vera eſt. ad id enim quod ſubſiſtit, non habet aliunde, ſed ſuum eſt. cætera quę creata ſunt, etiamſi videntur eſſe, nō ſunt; quia aliquando non fuerunt, & poteſt rurſum *Dei à creaturis diſcretio.* non eſſe quod non fuit. Deus ſolus qui æternus eſt, hoc eſt, qui exordium non habet, eſſentiæ nomē veræ tenet. ibidem epiſt. 6. Omnipotens Deus pater & filius & ſpiritus ſanctus, vnus atque trinus: vnus videlicet in natura, trinus in perſonis: ſolus inuiſibilis, ſolus immenſus atque incomprehenſibilis, ſolus incircūſcriptus, ſolus incorporeus & immortalis: vbique præſens, ſed latens: vbique totus, ſed immenſus. inuiſibilis eſt, quia in eſſentia ſua videri non poteſt: apoſtolo teſtante, qui *Deus qualis.* ait, Quem vidit nullus hominum, ſed nec videre poteſt. & in euangelio, Deum nemo vidit vnquam. Incorporeus eſt, quia nullis mēbrorum lineamētis compoſitus eſt, ſiue compactus exiſtit: ſicut veritas in euangelio dicit, Spiritus eſt Deus, & qui adorat eum, in ſpiritu & veritate oportet adorare. immēſus eſt, quia quantitas eius vel qualitas à nullo metiri poteſt. & quæ ille multò plura nūc ſilentio præ- 11. tereunda. Lactantius diuin. inſtitu. lib. 1. cap. 3. Deus, æterna mens, ex omni vtique parte perfectæ conſummataque virtutis eſt. & ibidem,

A Nam ſi Deus eſt nomen ſummæ poteſtatis, incorruptibilis eſſe debet, perfectus, impaſſibilis, nulli rei ſubiectus. ibidem lib. 4. cap. 3. Pater ideo appellandus eſt (Deus) quia nobis multa & magna largitur. Dominus ideo, quia *Deus cur pater & Dominus.* caſtigandi & puniendi maximam habet poteſtatem. & ibidem, Solus pater vocandus eſt qui creauit: ſolus dominus nuncupandus, qui regit, qui habet vitæ & necis veram ac perpetuam poteſtatem. & ibidem lib. 2. cap. 19. Vellem igitur Ciceronē pauliſper ab inferis ſur- *Quòd Deus ſit.* gere, vt vir eloquentiſſimus ab homunculo non diſerto doceretur; ſicut vnus eſt huius B mūdi conſtitutor & rector Deus, vna veritas: ita vnam eſſe & ſimplicem ſapiētiam neceſſe eſt: quia quicquid eſt verum ac bonū, id perfectum eſſe non poteſt, niſi fuerit ſingulare. Gregorius in Ezechielē; Ponamus ante oculos, quæ ſit illa Dei natura, quæ tenet omnia, 12. implet omnia, complectitur omnia, ſuperexcedit omnia, ſuſtinet omnia. Nequaquam autem Deus ex vna parte ſuſtinet, atque ex alia ſuperexcedit: neque ex alia parte implet, atq; ex alia parte circumplectitur. ſed circumple- *Deus quomodo rebus inſit.* ctendo implet, implendo circumplectitur; ſuſtinendo ſuperexcedit, ſuperexcedendo ſuſtinet; ſine inquietudine ſuperius regens; ſine la- C titudine inferius ſuſtinens; interius ſine extenuatione penetrans, exterius ſine extenſione circumdās. Eſt igitur inferior & ſuperior ſine loco, & amplus ſine latitudine, eſt ſubtilis ſine extenuatione. & qui per molem corporis nuſquam eſt, per incircunſcriptam ſubſtantiam ſuam nuſquam deeſt. idem lib. 2. moralium; Creator omnium Deus pater omnipotēs vbique eſt, & vbiq; totus eſt. in parte non eſt, quia vbique eſt. & tunc minùs inuenitur, quādo is qui vbiq; totus eſt, in parte quæritur. Bernar- 13. dus ſimiliter de conſidera. lib. 5. Non parum D apprehendiſti, ſi hoc tibi de Deo compertum ſit, quòd nuſquam ſit, qui non clauditur loco; & nuſquam non ſit, qui non excluditur loco. ibidem, Quid eſt Deus? Longitudo, latitudo, ſublimitas, profundum. longitudo, propter æternitatem. latitudo, propter charitatem. ſublimitas, propter maieſtatem. profundum, propter ſapientiā. &c. Caſſiodorus ſuper Pſal. 14. Virtus inexplicabilis, pietas incomprehēſibilis, ſapiētia ineffabilis: cuius diffinitio eſt, finē in ſanctis laudibus nō habere. denique vt etiā ad recentiores veluti per gradus deueniam, Alanus lib. de conqueſtione naturæ, Deus eſt 15. E ſplendor nunquā deficiens, vita indefeſſa non moriens, fons ſemper ſcaturiens, ſeminale vitæ ſeminarium, ſapientiæ principale principium, initiale bonitatis initium. Sed de omni genere authorum ſacrorum & prophanorum, veterum & recentium, Græcorum & Latino- *Tranſitio.* rum, excerpta mihi teſtimonia vberrima nūc iſta ſufficiant. ſi cui plus erit ſtudij & ingenui conatus & ſupellectilis librariæ, plura his etiā aliunde conquirat; non certiora tamen nec magis rata firmáque his (opinor) futura.

Hæc nos igitur cum multis multa de Deo *Concluſio.* piè & caſtè effati, parū pro rei dignitate pro-

Digitized by Google

mouimus:atque vt plura aliunde quæsita vnũ in cumulum aggeramus;tamen Dei essentiam & naturam demirandam, nomen augustum, numen adorandum,potentiam infinitam,bonitatem inexhaustam,sapientiam altissimam, iustitiam tremendam, misericordiam insuperabilem, prouidentiam accuratissimam, beatitudinem incomprehensibilem non modò dicendo assequi, sed ne cogitãdo quidem adipisci possimus. Quid ergo aliud restat, quàm vt mente pia Deum silentio colamus, quem mens ipsa dignè assequi non potuit? vt Deum cum nihilo laudemus, quem omnis creatura in cœlo & quadruplici elementorum genere, voce,nutu,gestu,ore,corde mentéque deprædicat? vt eum summa λατρείᾳ & adoratione prosequamur,cui omne quod sanctum est,supremam & vnicam venerationem cultúmque vltrò defert? O Deus pater æterne,ô Iesu patri ὁμοούσιε, ô sancte spiritus amborum nexus & amor,sancta Trinitas adoranda, vnicas votis omnibus expetenda colendáque, mea spes, meum solatium, mea salus, meum gaudium,meum solum & summum bonum; esto mihi Deus, esto mihi Iesus, esto mihi spiritus viuificus & consolator; & miserere serui tui, méque post decursum vitæ huius breue & faustum per te stadium, ad te pertrahe in cœleste regnum,vt te contempler, te admirer, te agnoscam, te fruar, te amem,te laudẽ,& adorem cum beatis spiritibus & diuinis cœlitibus per omne æuum, sine fine beatus inter beatos futurus. neque enim te videre, neque te perfectè nosse alio modo datur, quàm cum satiabimur tua nobis apparente gloria, Psal. 16. Scimus enim quoniam cùm apparuerit nobis Deus,similes ei erimus:quoniam videbimus eum sicuti est, facie ad faciem. 1. Ioan. 3. & 1. Corinthio. 13. & oculo ad oculum, Isaiæ 52.

Admiranda in Deo, & incomprehensibilia.

Deus adorandus silentio, & laudandus cum silentio.

N. oratio ad Deum, & S. Trinitatem.

Deum quando agnoscendus homini.

CANTICVM SACRVM, CVIVS INITIVM EST, Te Deum laudamus &c. à N. in carmen redactum,

εἰς τὴν εὐλογίαν.

Eulogia N. ad Deũ & S. Trinitatem.

TE laudare Deum fas est, dominúmque fateri:
Te æternum patrem tellus venerátur adorans.
Cœli cœlorum, chorus omnis spiritúmque
Cœlestum, Cherubim, Seraphímque, omnísque potestas
Aetheris exclamat:resonat clangoribus æther:
Nulla dies noctúque quies. vocem excipit echo,
Echo septemplex magnum per inane resultans;
Sanctus io, Sanctus, Sanctus Sabaoth, Adonaï:
O Deus, ô toti nomen venerabile mundo,
Quod proferre nefas homini cuicumque IEHOVAM.
Maiestas diuina replet cœlúmque solúmque.
Amplis te duodenus apostolicus chorus effert
Laudibus in cœlum: totúsque propheticus ordo.
Martyrij trabeata cohors te voce salutat.
Sancta ecclesia,quæ totum diffusa per orbem,
Immensæ patrem te maiestatis adorat:
Vnigenámque tuum natum verum ac venerandum:
Pneuma etiam sanctum consolando paracletum.
Gloriæ es æterna rex solus,Christe redemptor:
Tu patris æterni æternus quoque filius idem es.
Tu genus humanum sæua de clade tyranni,
In libertatem asserturus, virginis almæ
Et teneros loculos & viscera casta subisti.
Tu mortis stimulo demicto,regna fidelis
Pandisti populo cœlorum, & morte piatâ.
Tu patris ad dextram residens in gloria eadem.
Iudex è cœlo venturus crederis olim.
Ergo tuis succurre bonus facilisque,precamur;
Hisce redemisti tu sanguine quos pretioso:
Illos annumera sanctis in gloria olympi.
Seruator serua populum plebémque fidelem:
Electæque tuæ sorti benedicito,Christe:
Hos rege & extolle & moderare in secula cuncta.
Te cunctis vitæ benedicimus vsque diebus:
Laudamúsque tuum nomen per secula sanctum.
Immunes hodie nos serua crimine ab omni.
Tu nostri miserere Deus,miserere tuorum.
Gratia splendescat nobis diuina,fatémque:
Nam nostram in te spémque fidémque locauimus omnem.
In te spes mea,numquam me confusio prendet,
O Deus, ô nostræ author solúsque cassa salutis.

NIC. NANCELII

TRACHYENI NOVIODVNENSIS, ILLVSTRISSIMÆ HEROIDIS

ET AMITÆ REGIÆ, LEONORÆ BORBONIÆ,

Reuerendæ Abbatiſtæ Fontebraldenſis, Medici,

ANALOGIÆ MICROCOSMI

AD MACROCOSMON,

LIBER PRIMVS.

PRÆFATIO.

Propoſitio atque theſis & eius explicatio.

INSTITVENTI mihi (σὺν Θεῷ) & alta quadam animi liberioris agitatione aggredienti inſignem ſane & magnificam μικροκόσμων, ſeu μικροῦ πρὸς τὸ κόσμον, cum μακροκόσμῳ ſiue μακροῦ πρὸς τὸ κόσμον analogia; id eſt vniuerſi cum homine vno comparationem; & quadam præcipuarum partium ſingularum deductione, inter ſe mutuò componendarum, propoſita, rem tantam támque immenſam & arduam rudi velut Minerua delineanti atque adumbranti (magnam licet ingenij dubiámque famæ aleam ſubituro, ob argumentum inſolens & perarduum & hactenus intentatum) huic ritè, opinor, velut à ſummis & nobiliſſimis in vtroque ſubiecto capitibus, felix & auſpicatum ducetur exordium.

Operis difficultas & magnitudo.

Summa duo operis capita.

De ſuppari analogia hominis cum Deo.

CAP. I.

Comparatio Dei cum homine ſuppari.

QVemadmodum in vniuerſa rerum natura Deus eſt perfectiſſimus, optimus, maximus, atque (vt cum Theologis loquar) ſpiritalis eſſentia, qua nihil poteſt eſſe melius, nihil beatius, nihil ſapientius: quæ incommutabiliter eſt ſine tempore, ab æterno; quæ eſt ipſum eſſe, & à qua venit rebus conditis, vt ſint aliquo modo; eadémque incomprehenſibilis, ineffabilis, omnipotens, verax, iuſta: in qua nihil adiunctum, nihil creatum: mens quædam ſoluta ac libera, & ſegregata ab omni concretione mortali, omnia ſentiens & mouens, ipſáque prædita motu ſempiterno: per quam ſunt omnia conſtituta, vt pij philoſophi piè profitentur. Deus (inquam) vnitate eſſentiæ vnus, trinus in perſonis: quarum eadem deitas, eadem eſſentia, eadem æternitas, eadem omnipotentia, eadem maieſtas, eadem ſapientia, eadem bonitas. ita tamen vt ſit in perſonis proprietas, in eſſentia vnitas, & in maieſtate adoretur æqualitas. Deus denique vnus princeps & pater rerum omnium, æterna ſolus linguarum & mentium omnium prædicatione ferendus; reliquis omnibus à ſe conditis tantum antecellit, quantum nec mens humana poteſt aſſequi. iſque ſummam & primam mundi ſedem elegit (quem tamen neque cœlum, neque moles capit vniuerſi) eáque de cauſſa ὕψιστος, quaſi ſupremus appellatus eſt: atque vt inquit vetus poëta, & poſthàc reſumam,

SS. Trinitas.

Deus longè anteponendus rebus omnibus.

Ἀκρότατα κεφαλῇ τῷ εὐμήκεος οὐρανοῦ ἔχει δώματα, Id eſt,

In ſumme culmine cœli vniuerſi ſuum habet ipſe domicilium.

Dei domicilium.

de quo etiam Ennius,

Contremuit templum magnum Iouis altitonantis.

vel vt noſter auguſtior poëta Pſal. 18. ἐν τῷ ἡλίῳ τὸ σκήνωμα αὐτοῦ. In ſole poſuit tabernaculum ſuum. aut ſanè vt Paulus noſter 1. Timoth. 6. φῶς οἰκῶν ἀπρόσιτον, lucem habitat inacceſſibilem. omni veneratione dignus rerum omnium opifex, idémque rector & moderator ſapientiſſimus. Vniuerſa enim tum ex Deo, tum per Deum conſtituta fuiſſe atque coagmentata, rectè & verè philoſophus tradit: nullámque naturam ſatis

Dei peripheraſis & elogia.

Deus author ſeruati & conſeruator.

Digitized by Google

instructam ad ſalutem eſſe poſſe, quæ citra Dei præſidium, ſuæ ipſa demùm tutelæ permiſſa ſit. A vel potiùs vt Paulus Rom. 11. ἐξ αὐτοῦ, ᾗ δι' αὐτοῦ, καὶ εἰς αὐτὸν τὰ πάντα· αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. ἀμήν. id eſt, Ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia: ipſi honor & gloria in ſecula. Amen.

Homo. Sic inter ea omnia, quæ Deus ille potentiſſimus δημιουργὸς (de cuius nomine, numine, prouidentia, omnipotentia, liberalitate, iuſtitia, miſericordia, periphraſi, epithetis, déque ſummæ trinitatis adorando myſterio nos quidem quantum S. Spiritus ſuggeſſit, alio ſcripſimus opere) immenſa ſua bonitate & ſapientia φιλανθρωπως condidit; vnum animantium reliquorum maximè prouidum, ſagax, multiplex, acutum, memor, plenum rationis & conſilij, Hominem ſcilicet præ cæteris excoluit, mirè in eo effingendo exornandóque ſibi placens. quem præclara quadam conditione genetatum à ſe, ſolum ex tot animantium generibus atque naturis participem rationis & cogitationis (cùm cætera ſint omnia expertia) eſſe voluit: eíque (quod ſummum eſt ſingularis cuiuſdam beneuolentiæ ſignum) ſuam imaginem (qua nihil poteſt eſſe perfectius) indidit atque inſculpſit. ita teſtante ſacra pagina Geneſeos 1. Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram, & præſit piſcibus maris, & volatilibus cœli, & beſtiis, vniuerſæque terræ, omnique reptili quod mouetur in terra. Formauit autem è limo terræ: & inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ. quod totidem penè verbis vno verſu ex oraculo Chaldæus ſcripſit;

Hominis prærogatiua, & generatio. *Homo, Dei imago, qualis.* *Hominis dominium.*

Τῶν πατὴρ ἐνόησε, βροτὸν δ' ἔπειτα θνητὸν ἐψύχωσε.
Hæc pater agnouit, mortalem deinde animauit.

Hominis plaſma, & cur dictus Adam. Et factus eſt homo in animam viuentem: vocauítque illum (iuxta Hebræorum linguam) Adam, id eſt, vt noſtri interpretantur, hominem ſiue terrenum: quia è luto & terra (contrà quàm D antiquitas de Prometheo, aut hiſtoria de Democrito Abderita falsò tradidit ſtultéque credidit) eundem effinxerat. Mulierem autem vocauit Heuam, quaſi viuam aut viuentem, & verò ceu viraginem, quia de viro illam eóque viuo eduxerat. Cùm enim hominem ad imaginem Dei crearet, maſculum & fœminam creauit eos, vt ibidem ſcriptura profitetur. Neque tamen (opinor) more Platonico Androgynum aliquem biformem; ſed ſexu diſtinctum vtroque, hominem ab initio procreauit. Quamquidem ſacri vatis de diuina hominis origine ſententiam Philo Iudæus libro de mundo ſic interpretatur; Enimuerò cæteri, naturæ ætheriæ partem, mentem eſſe noſtram dictitantes, cognationem homini cum æthere copulauerunt. Magnus verò Moſes formam rationalis animę, nulli eorum quæ genita ſunt, ſimiliter nuncupauit: vt qui animam, eſſe numinis imaginem deíque illius dixerit, qui oculorum ipſe obturum nullum admittit. Signum Dei probum, quo imago expreſſa eſt. ex eo ille quidem eſſe ratus, quòd eius ſigni forma eſt atque nota, ſempiterna notio. Inſpirauit (inquit) Deus in faciem eius ſpiraculum vitæ. Atqui eum qui admittit, ad exemplar effingi neceſſe eſt emittentis. Quo fit, vt hominem factum ad imaginem Dei dicat; non etiam ad alicuius eorum, quæ genita ſunt. Idem verò λόγον, verbum eſſe hominis archetypum & & exemplar, Dei autem imaginem profitetur. Et Ambroſius ſub finem 6. hexaëmeri, lib. de dignitate hominis; Ad imaginem (inquit) ſuam conditor animam fecit hominis, quæ tota dicitur anima. & Auguſtinus lib. de quantitate animæ; Anima facta eſt ſimilis Deo: quia immortalem & indiſſolubilem fecit eam Deus. Imago ergo ad formam pertinet, ſimilitudo ad naturã. Eódem reſpexiſſe videtur Dauid, cùm diceret Pſal. 4. Ἐσημειώθη ἐφ' ἡμᾶς τὸ φῶς τοῦ προσώπου σου, κύριε. B Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui, Domine. Denique Plato humanam formam θειοειδῆ vocat, Dei adſimilem. & Sibylla iam olim ita profeſſa eſt;

Verbum, hominis archetypum. *Anima, Dei imago, in qua ſimilis Deo.* *Imago & ſimilitudo ad quid referatur.* *Lumen diuini vultus.*

Εἰκὼν ἐς πάτραπος ἐμὴ, λόγον ὀρθὸν ἔχουσα.
Eſt homo diuina & compos rationis imago.

Homo, Dei imago.

de qua iterum poſthàc multa ſub finem operis dicetur.

Timæus autem Locrus licet obſcurè, non tamen multùm diſſimiliter philoſophatur; τὸν μὲν νοῦν, τῆς τ' ἀγαθῆς φύσεως εἶδος, θεὸν τὸν ἀνωμαλόεντος, ἀρχάν τε τῶν ἀρίστων· καὶ τὸν μὲν ἰδέαν εἶναι τοῦ αὐτοτόδε τὸ ἀκίνητον καὶ μένον τε, καὶ τῆς ταυτᾶ φύσεως, τοιοῦτόν τε καὶ ἀδιάφθαρτον τῶν γιγνομένων, ἐκάστῳ δὲ μεταβολᾶς ὑπόκειται τὰ γὰρ ἴδια τῶν λέγεσθαι τε καὶ νοεῖσθαι. id eſt, Mentem quidem è natura boni eſſe, Deúmque dici, rerum principium optimarum. Ideam autem, eſſe quiddam ingenitum & immobile ac permanens & eiuſdem naturæ & quod intelligentia percipi poſſit; atque adeo exemplar eorum quæ ſunt, quæcumque mutationi ſunt obnoxia. tale enim quiddam, ideam dici intelligique. Idémque mox principia rerum percurrens, τοῦ ὕλας, ἐκμαγεῖον profitetur: materiam autem, ſignaculum, ac velut ſubiectum, in quo rerum effigies exprimuntur. Quò referri & ipſe homo poteſt, Dei (vt dictum eſt) effigiem atque imaginem ſuſceptam præ ſe ferens.

Mens quid & qualis, item idea. *Materia quid.*

Sed quoniam Pythagoras totáque eius ſchola (ex qua & hic Timæus prodiit) atque adeo Plato ipſe, Archytas, Ariſtoteles, Xenocrates, vt Cenſorinus teſtatur, mundi & hominis nullum certum principium ſtatuunt, velut ab æterno exiſtentium; aliunde certiora promenda ſunt teſtimonia. Deus nos ad imaginem ſui (ſic enim rectiùs quàm ſuam) tales & quidem de limo condidit, ait Hieronymus. & Lactantius lib. de opificio Dei, Vas eſt (inquit) quodammodo fictile, quo animus, id eſt homo ipſe (ſic Plato ſæpe profitetur) verus continetur: & quidem non à Prometheo fictum, vt Poëtæ loquuntur; ſed à ſummo illo rerum conditore & artifice Deo. quem idem breuiùs hominem, Dei ſimulacrum denominat. Cornutus tamen Promethei fabulam ſic ſapienter interpretatur; Προμηθεὺς μύθου τινός ἐστιν, ὃν ὁ Περσαῖος ἐπλασεν ἐκ τῆς γῆς τὸ τοῦ ἀνθρώπου σῶμα, ἐπιτεθεικὼς Προμηθέα ὑπόθεσιν σοφωτάτην τῆς ἐκ τῆς ὕλης ψυχῆς, ἣν ἐπλάσατο ὁ νεώτερος σοφιστής. καὶ γὰρ ἔοικεν τῷ ἄντι ἐμψύχῳ, τῷ ἐκ τῆς γῆς ἔχοντι τὸ ἄνθρωπον, πλαστοῦ μὲν τοῦ ἐχόντος τὴν ἀρχὴν τῆς τοῦ κόσμου συστάσεως. i. Quod

Philoſophi de mũdi & hominis principio nil habeat certi, & ſine principio ſtatuunt. *Hominis fabrica.* *Animus, verus homo: corpus autem, vas.*

Google

angelos cogitas, virtutes, poteſtates, archangelos, thronos, dominationes? non eſt hoc Deus. Et quid eſt? hoc ſolùm potui cum Auguſtino noſtro dicere, quod nõ ſit. quæris quid ſit? quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit. quid quæris vt aſcendat in linguam, qui in cor non aſcendit? Ita omnibus ferè in rebus, & maximè in phyſicis, quid non ſit, citiùs quàm quid ſit, dixerim, vt ait Tullius 1. natu. deor. Quod ego de metaphyſicis multò iuſtiore de cauſſa dico vſurpandum, & maximè de Deo omnium ſupremo, ac longè plurimum ſupra τὰ μὲν φυσικὰ excellente; quem nunc dicendum quærimus, & ſemper colendum expetimus.

Facilius dicere quid non ſit, quàm quid ſit, vbi.

Nõ curioſè inquirendum, quid ſit Deus.

Chryſoſtomus in epiſt. Pauli ad Timoth. τοῦτο γὰρ μόνον δυνάμεθα λέγειν, τοῦτο μόνον ποιεῖν, ὑπὲρ περιεργάζεσθαι τὸ θεῖον. Hoc enim ſolum poſſumus dicere, hoc ſolum facere; non curioſiùs inquirere quid ſit Deus. Gregorius Theologus oratione 2. de filio, Nullo nomine diuinitas poteſt enuntiari. id non ſolùm rationes oſtendunt, verumetiam Hebræorum ſapientiſſimi & veteriſſimi, quoad fieri potuit, declararunt. & quæ ibidem multa. Iuſtinus autem martyr apologia 2. ad Antoninum Pium; Nomen Deo, qui dici non poteſt, nemo poteſt imponere: quòd ſi quis poſſe contendat, amentia ſumma ſe contaminat. at demum idem aliorum verba eandem in rem ita refert; Ἄκραν πάγχρυφον θεὸν ὑπολαμβάνει Ἑρμῆς ὁ φανερῶς λέγει, θεὸν τοῦτον μὴν ὄντα χαλεπὸν, φράσαι ὁ ἀδύνατον. Acmon appellat Deum vndique abſconditum: Mercurius autem apertè dicit; Deum mente cogitare aut noſſe quidem difficile: eloqui verò impoſſibile. quæ verba ita eſt Plato æmulatus; vt penè expreſſerit, cùm dixit, θεὸν μὲν εὑρεῖν τε ἔργον, τοῦτον δ ἀδύνατον. Deum quidem inuenire haud facile: intelligere autem ac pernoſſe, impoſſibile. iterúmque, τὸν μὲν οὖν ποιητὴν καὶ πατέρα τοῦδε τοῦ παντὸς εὑρεῖν τε ἔργον, καὶ εὑρόντα (ἃ εὐρόντα) εἰς πάντας ἀδύνατον λέγειν. Authorem & parentem huius vniuerſitatis inuenire operoſum eſt: & inuentum (aut, vbi inueneris) fieri non poteſt vt in vulgus efferre queas. quod M. Tullius ex Timæo ita reddidit, Atque illum quidem quaſi parentem huius vniuerſitatis inuenire difficile: & cùm iam inueneris, indicare in vulgus nefas. idem in Alcib. 1. ὥσπερ κάτοπτρα σαφέστερα ὅτι τοῖς ἐν τῷ ὀφθαλμῷ ἐνόπτροις, καὶ καθαρώτερά τε καὶ λαμπρότερα. οὕτω καὶ ὁ θεὸς τοῖς ἐν τῇ ἡμετέρᾳ ψυχῇ βλέπουσι καθαρώτερόν τε καὶ λαμπρότερον πυγχάνει ὄν. εἰς τὸν θεὸν ἄρα βλέποντες, ἑαυτῶν μᾶλλον ἐνόπτρῳ χρώμεθ' ἄν, καὶ τῶν ἀνθρωπίνων εἰς ψυχῆς ἀρετὴν. καὶ ἴσως ἄν μᾶλλον ἐρῷμεν καὶ γνωσόμεθα ἡμᾶς αὐτούς. i. Nonne ſicut ſpecula euidentiora ſunt, quam oculi pupilla, & puriora & ſplendidiora: ſic quoque Deus, optima animæ noſtræ parte purius quippiam ac ſplendidius eſt? Deum itaque conſpicientes, pulcherrimo ſpeculo vtemur ipſo. deinde inter humana, animæ virtutem intuentes. atque hoc pacto

Deo nulla nomẽ, cur.

Deum ineuenire, difficile, & eloqui, difficilius.

A maximè ad inſpectionem noſtri cognitionémque peruenire licebit. idem in Phædone, Mentis illius quæ eſt omnium cauſſa, quænam ſit natura, nec per ſe inuenire poſſe, nec ab alio diſcere potuiſſe profitetur. idémque in Parmenide, nullum ei nomen eſſe inditum, non definiri, non ſcientia capi, non in ſenſus incurrere, nullámque haberi de eo opinionem aſſerit. quocirca neque nominari, neque dici, neque cogitatione comprehendi, neque cognoſci, nec ab vllo ente ſentiri profitetur. quem ſecutus Proclus diſcipulus magiſtrum, ὅτι μὲν γὰρ νοῆσαι πάντως ὡς ἄγνωστον, ὅτι ἀφθέγκτου δυνατὸν, ὡς ἀπερίληπτον· neque enim cogitare licet hunc vt ignotum: neque effari fundóque declarare, vt incircumſcriptum. ſed & Philo etiam Platonicus, cogitari & intelligi Deum poſſe negat, nedum proferri. Macrobius autem; Plato (inquit) cùm περὶ ἀγαθοῦ loqui eſſet animatus, dicere quid ſit, non eſt auſus: hoc ſolum de eo ſciens, quòd ſciri quale ſit ab homine non poſſit. ſimilitérque Lactantius libro de ira Dei; Tantus eſt Deus, vt ab homine non poſsit aut verbis enarrari, aut ſenſibus æſtimari. & ibidem, Vnus eſt igitur princeps & origo rerum Deus, ſicut C Plato in Timæo & ſenſit & docuit. cuius maieſtatem tantam eſſe declarat, vt nec mente comprehendi, nec lingua exprimi poſsit. & lib. 2. inſtitu. cap. 17. Deus neque nomine, cùm ſit ſolus, eget. ſed M. Tullius id iam antè peruiderat, qui de Platone ita ſcribit lib. 1. natu. deor. Plato in libris legum, qui ſit omnino Deus, inquiri oportere non cenſet. atque idem in orat. pro lege Manilia, Homini timidè de poteſtate deorum & pauca dicenda ſuadet. eódem intuens ſcripſerat olim Philemon Comicus,

Deum ineuenire, difficile, & eloqui, difficilium.

Deus humana mẽte purior ſpeculo ſimile eſt, quale.

Dei natura nomínque vt occulta latet.

Deus ab homine capi nequit.

Deum cogitare & effari nefas.

Nemo homini ſcit, quale Deus.

Dei maieſtas incomprehenſibilis.

Qui ſit Deus, non inquirendum.

Θεὸν δ πῶν εἶναί μοι, τοιοῦτον·
Τὸν παθ' ὁρῶντα, κ' αὐτὸν ἐκ ὁράμενον.
Qui ſit Deus, qualis habendus, explica.
Omnia qui cernit, videtur nemini,

D & Menander,

Πάντα γὰρ θεὸς, πάντα τε βλέπει θεός.
Eſt enim vbique & vniuerſa cernit Deus.

Sed iam ante iſtos Orpheus antiquiſsimus vates ita cecinerat, vt alibi vel adeo in præfatione tum hæc, tum plura ex illo produxi;

Deo loqui, & quid ſit, & vbi.

Αὐτὸν δ' ἐκ ὄψομαι, περὶ γὰρ νέφος ἐστήρικται. *Illum non video, namque eſt caligine ſeptus.*

Deus in nube.

Quorſum alluſit Plutarchus in Iſide, de Theologia Ægyptiorum ſpeculatus, fabulam (vt putat) recenſet iſtam; ὅτι καθ' ἑαυτὸν ὁ τοῦ θεοῦ νοῦς καὶ λόγος ὁ τῷ ἀορίστῳ καὶ ἀφανεῖ βεβηκὼς εἰς φῶς ἦλθε διὰ κόσμου φαντάζων. Quòd mens & verbum Dei cùm eſſet per ſe in inuiſibili & in abdito, proceſsit mota ad generationem. Damaſcius autem Platonicus ita in eam ſententiam de iiſdem Ægyptiis loquitur; πρῶτον ἀρχὴν, σκότος γάρ πῶς νόησιν, σκότος ἄγνωστον, τοῦτο ἰσοῦσιν. primum principium appellant tenebras ſuper ſiue ſupra

Deus in abdito.

Primum principiũ, tenebræ.

omnem cognitionẽ, tenebras incognitas, ter istud acclamantes. quę verba in proœmio iam protuli, ad S. Trinitatis assertionem, vel adeo ex ethnicorum confessione. Eôdem respexisse videntur nostri veteres Theologi, cùm dicerent, Iob cap. 22. & Dauid Psalmo 17. Qui posuit tenebras, latibulum suum. & Psal. 18. In sole posuit tabernaculum suum. quæ quamuis diuersa videantur: tamen eôdem mihi recidere videntur. tam enim difficile iudico, radiis oculorũ radios solis penetrare, & lucem clarissimam ex aduerso contueri; quàm densissimas & opacissimas tenebras obtutu & acie oculorum perlustrare; vt quid in his, aut quid in illo insit & inhabitet, perspectum habeas. & fortè eôdem respexit Paulus cùm dixit 1. Timoth. 6. Rex regum & Dominus dominantium, qui solus lucem habitat inaccessibilem. Non quia lux inaccessibilis sit (vt Chrysostomus interpretatur) sed qui lucem habitat inaccessibilem. scilicet vt intelligatur, quã ipse Deus habitans inaccessibilis sit, quando domicilium quod inhabitat, inaccessibile est. Quæ tamen non eò refert (inquit) vt Dei locum aut domum suspicetur quis: sed quò latiùs quàm ipse Deus incomprehensibilis sit, accipiat. Quapropter nec lucem incomprehensibilem habitat, dicit: sed inaccessibilem; quod longè plus quàm incomprehẽsibile est. Quod enim inquisitum, inuestigatum comprehendi non potest, id esse incomprehensibile dicimus. quod autem nec inuestigandi quidẽ vllo pacto operam patitur, & ad quod nemo propiùs accedere potest, id inaccessibile est. Idem ad locum Esaiæ cap. 6. Quamobrẽ Seraphim alas proponunt, & suas operiunt facies? Quid aliud dixeris caussæ, quàm splendorem procurrentẽ è folio illo & vulgò prosilientem ferre nequire? vbi quid sit per condescensum Deum videre, explicat; cùm Deus non vt est, se ostendit: sed quoad videre is potest, qui aspectum huiusmodi meruit: quatenus firmitati vel infirmitati videntis suam repræsentationem metitur & accommodat atque temperat. de qua forsan alibi. Deum autem incomprehẽsibilem esse, non pari modo nos, atque virtutes illæ cœlestes, nouimus: sed quantò illæ excretiores & puriores sunt natura humana, tantò perfectiùs norũt & meliùs. Quemadmodum lucem radiorum solis non tam cæcus quàm videns inaccessibilem nouit. sic naturam Dei inaccessibilem non eodẽ nos nouimus modo, quo illæ superæ virtutes & incorporeæ. Quantum enim inter hominem cæcum & videntem, discriminis est, tantũ illæ à nobis differunt. & quæ ille plura in eandem sententiam. idem Chrysostomus librum scripsit sub hoc titulo, Deum comprehendi non posse, ex quo ista subducere placuit. Magnum vitium est (ait) non continere se intra illos terminos, quos nobis præscripsit Deus: sed ea velle tentare, quæ mentem nostrã exuperant. idem, Mirabilis facta est scientia tua ex me: exaltata est, & non potero ad eam pertingere, ait ille Psal. 38. In pelago diuinæ sapientiæ nõ reperit vadum, sed hæret propheta. Et aliquis audet dicere, se Dei naturam habere prospectã & cognitam? idem dicit, incerta & occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi. & tamen clamat, Sapientię eius non est numerus seu comprehensio. & non veretur aliquis de natura, quæ comprehendi non potest, vt à se percepta disputare? Quid ais? sapientia percipi non potest: & natura illius comprehendetur? magnificentia eius non habet finem; & eius essentiã circumscribes? hoc est perspicua insania. idẽ, Isaias cap. 53. Generationem (ait) eius quis enarrabit? & concedet tibi vt illius essentiam explices? vbi multa de Paulo, in eam sententiam, ex cap. 2. ad Rom. & 1. Corinth. 2. & 2. Corinth. 9. & Philipp. 4. & 1. Corinth. 13. quibus locis Deum comprehendi negat posse. Sciebat vtique Deum omnia procreasse, sapientem esse, nihil non posse, omnia continere: quantus autem aut quomodo esset, nesciebat, ait Chrysostomus. idem, Angeli tantummodò collaudant Deum, vt Ezech. 3. & Esaiæ 6. Homines autem naturam illius definiunt & circunscribunt. quantus cœlestibus timor & reuerentia? quantus terrestribus contemptus & confidentia? illi cautè loquuntur: audacter hi sunt curiosi. idem rursus ad illud Esaiæ cap. 6. de sex alis Seraphicis multa locutus, Alæ (inquit) significant angelicæ naturæ leuitatem & celeritatem. Binis alis facies, & binis alis pedes obtegunt suos; vt ostendant, Dei nec principium nec finem prospici comprehendive posse. mediis autem volãt, vt doceant, de mediis posse rebus diuinis rationes intelligi: nempe Deum & esse, & esse sapientem, & omnipotentem, & horum similia. idẽ, Tu qui Daniele tanto inferior es, quantum? ille cedit angelo (ex quo obseruabis, hominẽ angelo inferiorem haberi, quod nonnulli dubitant) non vereris os suum tollere, & in natura diuina peruestigãda curiosus esse? Daniel, qui in corpore humano quæ vires humanas superant, præstitit, conserui demissionem nõ sustinuit: & tu naturam illam apprehendisti, quæ innumerabilia condidit angelorum millia, quorum non potuit vnum Daniel intueri? Quis non ingemiscat, quis non commisereatur stuporem & insaniam hominis? idem ad Esaiæ 40. Si gentes vniuersæ vt cadi sunt gutta: huiusce gutæ quantulam partem esse te arbitraris, qui Deum conaris comprehendere, apud quem cunctæ gentes sunt sicut gutta ex cado? idem Philipp. 3. qui in seipso Christum loquentem habet, nondum comprehendisse se arbitratur ne illa quidem quæ ad fidem pertinent: sed credit solùm, nihil anxiè quærens: & tu curiosè Dei naturam aucuparis? idem, Tu vt cœlum ac terram & ea quæ interiecta sunt, taceam, nondum intelligis naturam tuam: & his præteritis, ad supremam Dei naturam indagandam accurris? Animi tui ignoras essentiam. essentiam dico? imò verò nescis quomodo is insit in corpore tuo. Quid ita? inquies: nónne ad molem corporis extenditur?

Deus in tenebris, vel in sole habitat, qualiter.

Deus habitat, & quando inaccessam.

Deus incomprehensibilis.

Incomprehensibile quod, item inaccessibile.

Videre Deum per condescensum, quid & quomodo.

Deus quatenus nobis & cælestibus incomprehensibilis.

à simili.

Homo transferebatur limites quærẽdo.

Dei natura incomprehensibilis.

Sapientia Dei imperceptibilis.

De Deo quid homo scias vel ignoret.

Hominũ temeritas supra angelos.

Angeli cur aligeri.

De Deo quid homini scire sat aut nefas.

Homines cedunt angelis.

Hominis curiositas supra Danielis modestiam.

Homines velut guttæ.

Homo curiosior Paulo.

Hominis iusta lãge Deo inferiora.

Animus quomodo in corpore.

Vide nostrum problema de sede animæ in corpore.

Minimè verò:nam extenſio corporis eſt, non animi. ſæpe enim manibus aut pedibus amputatis, totus in manco corpore animus manet. Quid? inquies:nónne ad omnes corporis partes extẽditur? atqui videtur extendi oportere : alioqui mortuæ eſſent illæ partes, ad quas animus non perueniret.quod enim animo caret,caret & vita. Ex his colligitur,te ſcire animum in corpore eſſe : quomodo autem in corpore ſit, ignorare. cùm igitur teipſum planè ignores, naturam cognoſces effectoris tui? Quæ te altiora ſunt (inquit Eccleſ.3.) ne quæras : & quæ fortiora ſunt te, ne explores.& Philipp.3. Quæ Dei ſunt, nemo nouit, nisi ſpiritus Dei. &,Nemo nouit patrem,niſi qui ex Deo eſt, nempe filius.& quæ forſan ille ibidem plura. Huc reſpexit Io. Damaſcenus cap.1. Deus igitur nec explicari, nec comprehendi poteſt. vbi duo illa repetuntur ex Ioan. 1.& Matth.11. & 1. Corinth. 2. Secundùm illam primam beatámque naturam,nullus non ex hominibus ſolùm, ſed ex virtutibus illis, quæ mundo ſunt excelſiores, aut ex Cherubim aut Seraphim,Deum nouit:niſi cui Deus ipſe ſe patefecit & indicauit.Neque tamen in omni prorſus ignoratione ſui reliquit nos Deus:omnibus enim ab ipſo naturaliter inſitum illud eſt,vt cognoſcant eſſe Deum.Deinde rerum vniuerſitas rerúmque conſeruatio & moderatio, diuinæ naturæ magnitudinem prædicat. Præterea per legem & prophetas priùs, tum per vnigenitum filium ſuum Dominum & Deum & ſeruatorem noſtrum Ieſum Chriſtum, quantum capere poteramus, Deus cognitionem ſui nobis aperuit. idem cap.2. Oportet igitur eum qui de Deo vel dicturus eſt aliquid, vel auditurus, illud planè cognitum habere; quæ ad diuinitatem eius, quæque ad humanitatem à filio ipſius aſſumptam pertinent,nec omnia non dici poſſe,nec omnia rurſum dici:nec omnia non cognoſci, nec omnia cognoſci poſſe.aliud autẽ eſt poſſe cognoſci aliquid, & aliud poſſe explicari. quemadmodum etiam aliud eſt eloqui, aliud eſt cognoſcere. Multa igitur quæ ad Deum ſpectant,tenui quadam & obſcura cognitione percipiuntur commodè,& propriè nequeunt efferri. Deum igitur eſſe, & principio & fine carere, eſſe perpetuum, æternum, non creatum, immobilem, immutabilem,ſimplicem, incompoſitum,corporis expertem,nec cerni, nec tangi, nec circumſcribi, nec cogitatione aut vllo modo comprehendi,bonum,iuſtum, omnipotentem, omnia procreaſſe, omnia moderari,omnia cernere, omnibus conſulere & prouidere, in omnia habere poteſtatem, omnium eſſe iudicem & cognoſcimus & cõfitemur. &c. At quæ ſit eſſentia Dei, & quomodo in omnibus ſit, nec ſcimus nec poſſumus explicare. Nihil igitur præter ea quæ diuinitùs à diuinis oraculis, & veteri & nouo teſtamento nobis patefacta dictáque ſunt, de Deo vel dicere licet vel cogitare. ita ille. ſed iam multò antè Gregorius Nazianzenus oratione de Theologia ſcripſit; Deus difficilè intelligi, explicari nullo modo poteſt, vt quidam è Græcis Theologis nõ inſcitè mea quidem ſententia philoſophabatur. quò & intelligendi propoſita difficultate, Deum ipſe cõprehendiſſe videretur; & explicandi ratione ſublata,reprehẽſionem effugeret. Ego Deum nec explicari poſſe verbis exiſtimo, & animo concipi multò minùs.nam quòd animo conceperis,fortè declarare poſſis,ſi minùs apertè, obſcurè ſaltem; vt qui audit, niſi auribus & mente captus ſit, vtcumque percipiat. Rem verò tantam nulla penitus ratione cõprehendi poſſe iudico,nec ſolùm ab ijs qui humi defixi, nihil niſi humile abiectúmque cogitant: verùm etiam ab illis qui in rebus ſublimibus contemplandis verſantur,& Deo ſunt amiciſſimi:à nulla denique natura procreata, cui ad veritatis cognitionem aſpiranti, caligo iſta & craſſa carnis nebula tenebras effundit. Atque haud ſcio,án ne à naturis quidem excelſis,quę mente ſola & intelligentia conſtant,apprehẽdatur. hæ tamen quoniam propiùs accedunt ad Deum, & toto illius lumine illuſtrantur, eum fortaſſe ſi non penitus, perfectiùs certè & clariùs quàm nos, intelligunt & comprehendunt. quanquam & ipſæ quoque aliæ magis, aliæ minùs, pro ratione ordinis in quo ſunt collocatæ. ibidem, O quiſquis es qui te maximum philoſophum & Theologum profiteris,quíque gloriaris, tanquam ea quæ ſunt immenſa,ſis conſecutus; age, num Deus corpus? & quomodo? infinitúmne & interminatum, & nulla præditum figura, quódque nec tangi nec cerni poteſt? nũ & hæc corpora?nõ arbitror te id auſurum dicere : neque enim ea eſt natura corporum. an corpus quidem, non autem hæc? ne te quidem adeo ſtupidum puto, vt Deum eſſe ſtatuas illum, qui nulla re nobis antecellat. cur enim colendus nobis & adorandus, ſi loco circunſcribitur? aut quo modo effugiet,quin ex elementis compoſitus ſit,& in ea rurſum redactus omnino diſſoluatur? Compoſitio enim, pugnæ principium eſt,pugna diſſenſionis, diſſenſio interitus. interitus autem à Deo & à prima illa natura planè remotus. Tollatur ergo diſſenſio,ne ſequatur interitus : tollatur pugna,ne adſit diſſenſio : tollatur compoſitio,ne pugna conſequatur:denique nec corpus ſit,ne compoſitio admittenda ſit neceſſariò.ſic ab extremis ad prima regrediens conſtat ratiocinatio. &c. vbi poſt multa concludit, Deum hominis animo & cogitatione comprehendi non poſſe; nec quantus ſit,vlla ſimilitudine declarari.non tamen ipſius Dei inuidia : neque quò ex ea re maior illi proueniat honor & gloria : ſed aliis de cauſſis, quas ibidem inueſtigat, ſi modò quis dignè aſſequi poſſit. Primùm ne comparandi facilitatem contemnendi facilitas conſequatur : ſolent enim quæ labore parta ſunt, diligenter ſeruari:quæ autem facile parantur, citò contẽni. Deinde ne nobis idẽ quod olim lucifero cõtingat;vt totũ cupiẽtes lucẽ,nimiũ

Hæc contra Tertull. & Auguſtinum ibi.

Altiora non quærenda.

Deus comprehendi nequit ab homine nec ſpiritibus, & quatenus quo've modo.

De Deo quid ſcire queat vel nequeat.

Non omnia quæ ſcimus, enuntiari poſſunt.

De Deo quid tenendum.

De Deo quid nos fugiat.

Deus animo cõcipi, & verbis explicari virtũ magis poſſit. ſupra ex Trismegiſto

Nulla creatura Dei naturam nouit; & quæ ad cognitionem magis accedunt.

Quæſtiones obſcuræ de Deo, an corpus, & quale.

Ex elementis cõpoſitorum natura.

Deus hominis incõprehenſibilis, & cur Deus ita voluerit.

efferamus,atque ita elati miserè concidamus. Denique quòd inter Deum & nos hæc corporis caligo intercedat; vt quantò purius & constantius hîc ad eum cognoscendum contendimus; tantò maius ab eo studij & vitæ puræ transactę præmium consequamur.idem oratione in diem natalem, Totum ipsum esse principium, finémque non habens, veluti infinitum quoddam & nullo termino circunscriptum essentiæ pelagus in seipso comprehensum continet. sic omnem & temporis & naturæ rationem superans,vt à mente sola, & ab hac etiam admodum obscurè atque tenuiter adumbretur. & quæ illic & alibi plura, ad ἀκαταληψίαν de Deo statuendam. Vt enim Tatium suum affatur ille Mercurius nuper à me nominatus; τὸ γὰρ ἀσώματον σώματι σημῆναι ἀδύνατον, καὶ τὸ τέλειον τῷ ἀτελεῖ καταλαβέσθαι ἢ δυνατὸν, καὶ τὸ ἀίδιον τῷ ὀλιγοχρονίῳ συμβιβάσαι δύσκολον. ὁ μὲν γὰρ ἀεί ἐστι, τὸ δὲ παρέρχεται· καὶ τὸ μὲν ἀληθείᾳ ἔστι, τὸ δὲ ὑπὸ φαντασίας σκιάζεται· τὸ δὲ ἀθανάτῳ τῷ ἰχνευτέῳ, καὶ τὸ ἄληπτον τῷ χειρώνακτι δύσκολον τοῦτον, ὅσον τὸ θνητὸν τοῦ θείου. ὁ δὲ μέσος τούτων διάφορος ἀμαυρεῖ τὴν τοῦ κρείττονος θέαν. ἐφθαλμὸς μὲν γὰρ τὰ σώματα θνητά· γλαῦξ δὲ τὰ ἀόρατα λεκτά. τὸ δὲ ἀσώματον καὶ ἀφανὲς καὶ ἀναπόστατον, καὶ μήτε ἐξ ὕλης ὑποκείμενον, ὑπὸ τ' ἀμυδρῶν αἰώνιον καταληφθῆναι ἢ δυνατόν. εἰκοῦσαι, ὦ τάτ', εἰκοῦσαι· ὁ ἐξεστὴς ἢ δυνατὸν, οὗτός ἐστιν ὁ θεός. i. Neque enim fieri potest, vt corporis expers declaretur corpore; & imperfecto nec absoluto percipiatur id quod perfectum est; & quod æternum & immortale existit, cum re aliqua mortali & caduca celeritérque interitura,cognationem habeat. hoc enim præterit, illud semper existit. item hoc per imaginationem adumbratur, illud reuera existit. imbecillius autem à fortiore, & inferius à præstantiore tantum distat,quantum à diuino mortale. At medium inter ista interuallum, pulchritudinis spectaculum obscurat. etenim quæ oculis & aliis sensibus vsurpari possunt, vt corpora visibilia, eadem lingua & sermone enuntiari possunt.quod autem incorporeum, inconspicuum & sine omni figura est; neque materia constat, à sensibus nostris percipi non potest. Intelligo,ô amice Tati, intelligo; quod effari non licet, idipsum Deus est. Attalus martyr inuictus apud Euseb.lib.5.cap.3.histor.eccles. cùm interrogaretur, Quod nomen habet Deus? respondit, Qui plures sunt, nominibus discernũtur: qui vnus est,non indiget nomine.quale effatum paulò antè ex Lactan.lib. 2.institu. protuli. Euagrius autem in lib. monastico, temerè quidem & inconsideratè de Deo disputare prohibet.definire verò diuinitatem modis omnibus interdicit:rerum enim compositarum esse definitiones.Omnis enim propositio aut genus habere prædicatur, aut speciem, aut differentiam, aut proprium, aut accidens, aut ex his compositam orationem. Sed nihil in S. Trinitate, horum quæ dicta sunt,poterit comprehendi. Igitur quod ineffabile est,ratione silentij adoretur. ita ille cõcludit & piè & Logicè, per locos vniuersos excurrens κατηγορημάτων,quæ prædicabilia quidam vocant philosophi. Nouerat ille vtique logicam regulam definitionis istam; ὅρος γάρ ἐστι λόγος ὁ τὸ τί ἦν εἶναι σημαίνων· Definitio enim, oratio est quæ quid rei vis naturáq; sit, explicat, ait Arist. 1. top. Quo autem modo eum definias, quem qui sit,ignores? quod illi genus tribuas,qui est super omne genus? cùm sit simplex quædam substantia, neque genere aut differentia constet, à quibus bona definitio iuxta Logicos duci debet? Nam si per negationem tu putas posse definire,falleris;cùm ea ratione non quid sit, sed quid non sit,edisseras. vt cùm Deum dicis ἀδιαίρετον, ἀόρατον, ἀτρεπτον, ἀδειρτον, ἀχρωμάτιστον, ἀπερίληπτον, ἀνάφῆ, ἀσώματον, ἀόριστον, ἄῤῥητον, ἀκατάληπτον, ἀτόπον, ἀμεγεθῆ, ἀχώρητον, ἄφθαρτον, ἄτρεπτον, & similibus fortè epithetis mox recensendis, cum à priuandi particula compositis, atque per negationem auferentibus Deo mortalitatem,visibilitatem seu visibile,finitum,terminatum,figuram seu figuratum, compositionem, contactum, corpus, motum, dici aut cogitari aut percipi posse, magnitudinem, senium, corruptionem,morbum; & quæ Græcè elegantiùs à philosophis dici, quã à nobis aut à quoquã Latinè exprimi queant. Gregorius Theologus cognominatus ista sub triplici genere cõprehendit, oratione in diem natalem; Verùm cùm infinitum dupliciter consideretur, nempe quantum pertinet ad principium & ad finem; quod enim est superius his, & non in his,id est infinitum. Cùm igitur animus se ad superiora conuertens, non inuenit vbi cogitans de Deo consistat & innitatur, infinitum & in accessum illud ἄναρχον, principio carens dicimus. vbi autem ad inferiorem tendenti idem ei contingit, ἀδιάλειπτον καὶ ἀτέλεύτητον, immortale vocamus. at vbi vtrumque in vnum coierit, ἀίδιον, æternum appellamus. Rectè etiam licet in oppositum,Dionysius ab Areopago cap.2. de cœlesti hierarchia; αἱ μὲν ἀποφάσεις εἰσὶ τῶν θείων ἀληθεῖς· αἱ δὲ καταφάσεις ἀνάρμοστοι τῇ κρυφιότητι τῶν ἀποῤῥήτων· Negationes quidem in Deo veræ sunt:affirmationes verò non conueniunt. Vide apud eundem lib. de diuinis nominibus,quomodo Deus omni nomine careat, & omni nomine celebretur. Eandem verò illam Logicorum regulam secutus Augustinus, per omnes categorias excurrit, nulli prædicamento subiectum Deum arguens cap. 1. lib. 5. de Trinitate; Intelligamus Deum, quantum possumus,sine qualitate bonum,sine quantitate magnum,sine indigentia creatorem, sine situ præsidentem, sine habitu omnia continentem, sine loco vbique totum, sine tempore sempiternum, sine vlla sui mutatione mutabilia facientem, nihilque patientem. Quisquis Deum ita cogitat, etsi nõdum potest omnino inuenire quid sit ipse: piè tamen cauet, quantum potest, aliquid de illo sentire,quod nõ sit.idem in Ioan. Nescio quid spiritualiter & corporaliter in nobis facit Deus,quod nec sonus sit qui percutiat,nec color qui oculis discernatur,nec odor qui na-

Deus qualis, & quã cognoscatur.

Deum ab homine cõprehendi nec nequeat: & diuini discrimen à caduco & mortali: & quid enuntiari queat, vel non.

Deum quid, & quod illi nomen.

Deum definiri non posse,quare. Deus sub nullo prædicabili continetur. Deus adorandus, nõ definiendus.

Definitio quid, & vnde ducatur.

Quòd Deus definire nequeat, tum quòd negatione per negationem.

Infinitum quot modis dicitur.

Affirmationes Deo non congruunt.

Deus sub nulla categoria cõprehenditur.

Cogitatio de Deo cohibenda, quatenus. Deus quid non, & quòd nullo sensu perceptibilis.

ribus capiatur, nec ſapor qui faucibus iudicetur, nec durum aut molle quod tangendo ſentiatur. & tamen aliquid eſt, quod ſentire facile eſt, explicare non poſſibile. ita noſtri quidam Theologi ſe Logicos haud ignaros eſſe demonſtrarunt. Et quia Logices & Logicorum meminimus, quorundam iſtorum hac de re opiniones in medium adducamus. Simplicius Logicus Ariſtotelis interpres, ἔτι γ μᾶλλον ἀπιστίαν χρὴ, ὅτι τῶ πάντων αἰτίῳ καὶ πάντα ὄντως τὰ ὄντα, οὐδὲν ὄφελος εἰκεῖον ὄνομα. Adhuc cõſiderare decet, quòd cauſſæ quæ cuncta ſupereminet, nullum eſt proprium nomen. atq; in eadem ſchola Peripatetica Ariſtotelis ſucceſſor Theophraſtus in metaphyſicis, τὸ γὰρ δὴ πρῶτον καὶ θειότατον, πάντα τὰ ἄριστα βουλόμενος παρὰ γ ἔστι μὴ εἶναι ἐφικτόν τι καὶ ἀζήτητον. Nã id quod eſt primum ac diuiniſſimum, omnia optima vult eſſe; fortaſſeque id eſt exuperans omnem ſcientiam & inſcrutabile. ita illi; de pluribus tute inquires ac perueſtigabis.

Deo nullũ nomẽ proprium.

Deus vult bona, & ſcientiam fugit humanam.

Dixeris iſtos philoſophos aliquid diuinæ philoſophiæ deguſtaſſe. quid enim ſimilius iſti reſponſo Domini ad Iacob? Dic mihi (inquiebat) quo appellaris nomine? reſpondit, Cur quæris nomen meum, quod eſt mirabile? Geneſ. 32. & Exodi 3. Deus loquens ad Moſem ait, Ego ſum qui ſum: & qui quæſierint nomen meum, vade & dic eis; Qui eſt, miſit me ad vos. & ibidem in Cantico, Dominus omnipotens nomen eius. vnde in Pſal. 118. Dominus nomen eſt illi. & Exodi 15. Quis ſimilis tui in fortibus Domine? quis ſimilis tui magnificus in ſanctitate? terribilis atque laudabilis & faciens mirabilia? & Iſaiæ 1. Date magnificentiam Deo: Dei perfecta ſunt opera, & omnes viæ eius, iudicia. & 4. Paralipomenon 17. Domine, non eſt ſimilis tui, & non eſt alius Deus abſque te. & Iob 37. Dignè Deum inuenire non poſſumus: magnus fortitudine & iudicio & iuſtitia: & enarrari non poteſt. Verùm quid facio, qui ſacram vtramque paginam Dei laudibus & encomiis pleniſſimam conſector, & velut in medio oceano nauigare tenui & anguſta rate audeo? iterum de philoſophis pauca: tum in ſacris Theologi< conquieſcam. Cicero lib. 1. de natu. deor. Plato in Timæo patrem huius mundi nominari negat poſſe, vt iam inſinuaui. In legum autem libris, quid ſit omnino Deus, inquiri oportere non cenſet. & Xenophon in iis quæ à Socrate dicta retulit, Socratem diſputãtem facit, formam Dei quæri non oportere. Sed omnino prudenter iam antè multò Simonides & philoſophus & poëta: de quo ita eleganter refert ibidem M. Tullius; Roges me (inquiens) quid aut qualis ſit Deus. authore vtar Simonide: de quo cùm quæſiſſet hoc idem tyrannus Hiero, deliberandi cauſſa ſibi vnum diem poſtulauit. cùm idem ex eo poſtridie quæreret, biduum petiuit. cùm ſæpiùs duplicaret numerum dierum, admiránſque Hiero quæreret, cur ita faceret; Quia quantò (inquit) diutius conſidero, tantò mihi res videtur obſcurior. quam in ſententiam Xeno-

Philoſophorũ cum Theologis comparatio, in quo.

Dei nomẽ quod & quale.

Deus magnus, fortis, terribilis, ſolus, &c.

Apophthegma. a ſimili.

Deus nec nominari, nec definiri poteſt, nec figura depingi.

Bella hiſtoria de Simonide quæſtionẽ de Deo ſubterfugiente.

phon apud Cyrillum contra Iulianum ſic philoſophatur; ὁ γοῦν πάντα σώων καὶ ἀπομάζων, ὥσπερ μέγας τις καὶ δυνατὸς, φανερὸς· ἀτὰρ δή τις μορφὴν, ἀφανής. ὅτι μὲν παμφαὴς δοκῶν εἶναι ἥλιος, οὐδὲ ὅτιος ἔοικεν ἐᾶν ἑαυτὸν ἐπιτρέπειν· ἀλλ' αὖ τις αὐτοῦς αὐτὸν ἐνίδοιτο, τὸν ὅλον ἀφαιρῆται. Qui igitur cuncta commouet, iubétque quieſcere, ceu magnus quidam & præpotens, manifeſtus quidem eſt: ſed qua forma ſit, obſcurus eſt. Neque verò etiam qui ſuſpicitur lucidiſſimus ſol, apparet ſeipſum ab vllo aſpici finere: ſed ſi temerè quis eum intueatur, viſione multatur. quam etiam ad ſolem ſimilitudinem Dei longè efficaciſſimam Plato vſpiam vſurpauit: & noſter demum Paulus nuper citatus 1. Timoth. 6. ὁ βασιλεὺς τῶν βασιλευόντων, καὶ κύριος τῶν κυριευόντων, ὁ μόνος ἔχων ἀθανασίαν, φῶς οἰκῶν ἀπρόσιτον· ὃν εἶδεν οὐδεὶς ἀνθρώπων, οὐδὲ ἰδεῖν δύναται. ᾧ τιμὴ καὶ κράτος αἰώνιον. ἀμήν. Rex regum & dominus dominantium, qui ſolus habet immortalitatem, & lucem inhabitat inacceſſibilem. quem nullus hominum vidit, ſed nec videre poteſt. cui honor & imperium in ſempiternum. amen. Noſter autem ὁ μόνος φιλόσοφος, ἀλλ' ὄντως σοφὸς, non modò philoſophus, ſed reuera ſapiens, alia quadam ſimilitudine nimiam hominum curioſitatem ſic cohibuerat, de Deo & arcanis æternitatis ſcrupulosè & anxiè inquirentium. Sicut qui mel multum comedit, non eſt ei bonum: ſic qui ſcrutator eſt maieſtatis, opprimetur à gloria. Prouerb. 25. De quo ſic Hebræorum propheriſſa vaticinatur apud Clem. Alexandrinũ in oratione ad Græcos, pari quadam ſimilitudine qua Paulus antea citatus vtebatur:

Deus vbi habitet.

De Deo non inquirẽdo curioſius.

a ſimili.

Τίς γὰρ σαρξ δύναται ἀνεπόφατον καὶ ἀλαῶν
Ὀφθαλμοῖσιν ἰδεῖν θεὸν ἀμβρότον, ὃς πόλον ἄνω.

Sic hos verſus emendauit Fed. Morellus Reg. profeſſor.

Quæ caro cæleſtem poterit verúmque tueri,
Humanæ ſortis qui expers in vertice cæli
Eſt Deus? aduerſus radios neque cernere ſolis
Mortales poſſunt homines, lucémque micantem.

Nos igitur velut ad ſolis fulgorem contuentes, ſubmittamus tenellos ocellos, ne lumine coruſco radios vibrans ac intrò penetrans, hoc quod tantillum lucis habemus, diſſoluat & extinguat, imbecillámque noſtram aciem ſuo ſplendore præſtringat. Nos etiam de iſta melliflua diuináque doctrina tam parcè & moderatè deguſtamus, vt ne in fel amarum conuertatur ac degeneret mel alioqui ſuauiſſimum dulciſſimúmque. Nos (inquam) de Deo tam modeſtè ac demiſsè inquiramus (quæ pars erit huius obſcuræ quæſtionis altera) animæ vt noſtræ ſplendorem ſuo fulgore lucidiſſimo colluſtret, non autem obruat: ſuo ſapore blandiſſimo nectareóque paſcat ac recreet, non autem opprimat. atque ita quæramus cum philoſophis primùm ſobriis ac modeſtis, deinde cum Theologis vtriuſque linguæ doctiſſimis,

Deus quomodo contemplandus.

à ſimili.

Aliud ſimile.

Digitized by Google

Quid eſt Deus?

Reſpondeat primus ille Hermes, vt putatur, antiquiſſimus: apud quem Aſclepius (ſeu mauis, Æſculapius) ad Ammonem regem de Deo ſic inter multa eloquitur; Ἀκάματον μὲν τὸ πνεῦμα ὁ θεὸς ἀεὶ ᾗ ὡσαύτως ἔχων τῆς οἰκείας ἐπιστήμης, διηνεκὴς ᾗ τῆς εὐδαιμονίας, ἐνεργὴς ᾗ τῆς αὐτῆς· διὰ παντὸς κεχρημένος, ὑπάτους βασιλεὺς τῶν ὅλων, ἀγαθὸς θεός. i. Indefatigabilis ſpiritus eſt Deus, ſemper & eodem modo habens ſua ſcientia, perennis felicitate, operationibus eiſdem vtens ad omne tempus, ſupremus omnium rex, bonus Deus. Pherecydes autem, qui dicitur Pythagoræ præceptor extitiſſe, Deum circunſcribit, τὸ χρυσοῦν ἀρχέτυπον ᾗ ἄκρον, primum generans & optimum, authore Ariſtotele in philoſophia. Thales Mileſius vnus è ſeptem σοφοῖς Græcorum, θεὸν πρεσβύτατον ᾗ ἀγένητον, Deum antiquiſſimum & ingeneratum proteſtatur. Pythagoras de Deo inter priſcos Theologos ita quaſi vaticinatus perhibetur; ὁ μὲν θεὸς εἷς, αὐτὸς ᾗ οὐχ ὥς τινες ὑπενοοῦσαν, ἐκτὸς τῆς διακοσμήσεως, ἀλλ' ἐν αὐτῇ ὅλος ἐν ὅλῳ τῷ κύκλῳ πάσας ἐποπτεύων γενέσεις· ἕξις κράσεις τῶν ὅλων αἰώνων, ᾗ φῶς τῶν ἀπὸ διανοίας, ᾗ ἔργων ἀρχά, πάντων ἐν ἔργῳ φανερῷ, ᾗ πάντων πατήρ, νοῦς ᾗ ψύχωσις τῶν ὅλων, ἀπάντων κίνησις. i. Deus quidem vnus eſt: ipſe verò nõ vt nonnulli ſuſpicantur, extra mundum, ſed in ipſo eſt, totus in toto, omnes circumquaque conſiderans generationes. eſt temperies omnium ſeculorum, opifex ſeu lumen ſuarum facultatum & operum, omnium in cœlo lumen, omnium pater, mens & animatio cunctarum rerũ & motus. ita de Pythagora Cyrillus aduerſus Iulianum. vel, vt de eo perhibet Lactantius lib. de ira Dei; Deus eſt princeps & origo rerum, ex Platonis Timæo Pythagorico. & lib. 1. cap. 3. diuin. inſtitu. Deus, eſt æterna mens, ex omni vtiq; parte perfectæ conſummataque virtutis. & ibidem, Deus, nomen eſt ſummæ poteſtatis. ſed Platonem ipſum pro ſe dicentem audiamus; qui in Phædone Deum definit τὸ θεῖον ἀθάνατον ᾗ ἀγαθὸν ᾗ φρόνιμον ᾗ νοητὸν ᾗ μονοειδὲς ᾗ ἀδιάλυτον καὶ ἀεὶ ὡσαύτως ᾗ κατὰ ταυτὰ ἔχον, ἑαυτῷ ὁμοιότατον. i. numen diuinum immortale & bonum & ſapiens & intelligens & vniuſmodi & indiſſolubile & ſemper eodémque modo ſe habens, ſuique ſimillimum. alibi autem apud eundem locis quidem varijs circunſcribitur variis iſtis modis; τὸ ἀγαθὸν, ἰδέα τοῦ ἀγαθοῦ, βασιλεὺς τοῦ νοητοῦ ἥλιος ᾗ τόπου, ᾧ ἄλλον ἡρμόσατο, ὑπέκκαυμα τῆς ὑπάρξεως, τὸ παντὸς ἀρχὴ, ἐφ' ᾧ εἶναί ἐστι, ᾗ ὁ ἐπὶ τοῖς γεγονόσι θεός. i. ſummum bonum, idea ſummi boni, rex generis & loci inuiſibilis, genitor ſolis, vltra ſubſtantiam, principium vniuerſitatis, à quo eſt eſſe & ſubſtantia his quæ noſcuntur. Vis etiam accuratiùs totum Platonem perlegere? haud ſine cauſſa hunc diuinum dici agnoſces, poſtquàm de Deo tam multa támque honorifica percenſeri audies. Eſt enim (ait) τὸ θεῖον πάσῃ ἀφωνίᾳ, θεὸς μόνος ἀγαθὸς, ᾗ ἀγαθῶν μόνος αἴτιος, ᾗ ἀγαθῶν μόνος ἀρχὴ, ᾗ ἀγαθὸν μόνον ἄπασι, ᾗ ἀγαθῶν, ᾗ ἀγαθοῦ πάντως ᾗ μετέχον, μόνος τῷ ὄντι σοφὸς, πάντων δημιουργὸς δικαιότατος, τῶν ὄντων ἀπάντων ἀρχή τε ᾗ τελευτὴ ᾗ μέσον, πάντων χρημάτων μόνον, πάντα τ' ἀνθρώπινα κυβερνῶν. i. numen neutiquam mendax, Deus ſolus bonus, & bonorum tãtummodò author, & ſimplex, & verus, doloris & voluptatis expers, ſolus reuera ſapiens, omnium author æquiſſimus, omnium entium principium & finis & medium, rerum omnium menſura modúſque, rerúmque humanarum gubernator omnium ac moderator. his ferè glorioſis epithetis atque encomiis vnus Plato Deum celebrat, & fortaſſe pluribus; & quidem oratione tanto philoſopho digna: vix vt quiſpiam meliùs, vix vt quiſquam ſplendidiùs: ſi fides adfuiſſet, ſi veræ religionis ſenſus aliquis ſyncerior adfuiſſet. Ariſtoteles tanto magiſtro alioqui dignus ſucceſſor, ſed in diuinis longè inferior, lib. 2. Metaphyſic. φαμὲν ᾗ τὸν θεὸν εἶναι ζῷον ἀΐδιον, ἄριστον· ὥστε ζωὴ ᾗ αἰὼν συνεχὴς ᾗ ἀΐδιος ὑπάρχει τῷ θεῷ. τοῦτο ὁ θεός. i. Dicimus Deum, animal ſempiternum, optimum. quo circa vita & æuum perenne aæ ſempiternum ineſt Deo. & lib. de mundo, Deus poteſtate fortiſſimus, pulchritudine formoſiſſimus, vita immortalis, virtute optimus, qui omni mortali naturæ inuiſibilis, ex ipſis operibus cernitur. & Phyſico 8. Primus motor tanquam vnus & æternus, nullam habet magnitudinem nec finitam, nec infinitam: vnde incorporeus eſt, indiuiſibilis, æternus. Theophraſtus autẽ deinceps æmulatus præceptorem in metaphyſ. dixit; τὸ γὰρ δὴ πρῶτον ᾗ θειότατον, πάντα τὰ ἄριστα βουλόμενος· τάχα ᾗ τοῦτο μὲν ὂν ὑπέρκαλόν τι ᾗ ἀζήτητον. i. Nam id quod primum ac diuiniſsimum, omnia optima vult eſſe: fortaſſéque id eſt exuperans omnem ſcientiam, & inſcrutabile. Antipater Stoicus apud Plutarchum ferè Ariſtoteli conſentit inquiens; θεὸν νοοῦμεν ζῷον μακάριον, ᾗ ἄφθαρτον, ᾗ εὐποιητικὸν ἀνθρώπων. Deum ſentimus rem viuentem ſiue animantem, beatam & immortalem hominúmque beneficam. apud quẽ (Plutarchum dico) varias leges philoſophorũ variorum de Deo opinationes libro qui de philoſoph. plac. inſcribitur, quas nunc percurrere haud placet, pleraſque ſatis inconditas & hoc noſtro ſermone atque adeo philoſophico nomine indignas. quas Galenus eodem opere, ſed diuerſo titulo eaſdem & verbis iiſdem comprehendit, libro de hiſtoria philoſophica inſcripto, qui idem prorſus eſt cum eodem illo Plutarchi, vt aliàs ediſſeram. Cleanthes autem Stoicus, referente Simplicio, ἔνιοτε ἀγαθὸν νοεῖ θεὸν ᾗ τὸν ἀπ' αὐτοῦ διὰ πάντων ἐκ πάσης φυσικῆς αἰτίας πανσπερμίαν τινὰ ᾗ κατασπορὰν, ὃν σπερματικὸν ᾗ αἰτιολόγον ἐκάλει. i. precatur agi à Deo & à cauſſa eius, quæ per omnia ordinatè tendit operans & mouens: quam fatum vocat & decretum. item Euclides apud Laërtium, ὅτε μὲν φρόνησιν, ὅτε ᾗ θεὸν, ᾗ ἄλλοτε νοῦν· modò ſapientiam, modò Deum, interdum mentem pro eodem habet. Suidas recens author inter

Deus quid. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11.

Plato cur diuinus cognominatur.

Digitized by Google

Græcos, idémque Christianus, quisquis est (multi enim sub hoc nomine Lexicon idem compilarunt) ita velut in summam contraxit reliquorum Græcorum de Deo opiniones, cùm de vniuersis in genere enuntiat hoc modò; Θεὸν δὲ εἶναι λέγουσι ζῷον ἀθάνατον, λογικὸν, τέλειον, νοερὸν, ἐν εὐδαιμονίᾳ, κακοῦ παντὸς ἀπερίληπτον, προνοητικὸν κόσμου τε καὶ τῶν ἐν κόσμῳ· μὴ εἶναι μέντοι ἀνθρωπόμορφον· εἶναι δὲ τὸν μὲν δημιουργὸν τῶν ὅλων, καὶ ὥσπερ πατέρα πάντων· κοινῶς δὲ τὸ μέχρι ἀπὸ τοῦ διήκειν διὰ πάντων· ὁπωλαῖς προσηγορίαις προσαγορεύεται κατὰ τὰς δυνάμεις. ita ille ad verbum, vt videre licet scire auerti. quæ tamen omnia consequêter ex vno Laërtij loco videtur hausisse, nec monuisse tamen vnde sublegeret. ita enim li. 7. Zeno Citticus, velut vnus pro tota Stoa eloquitur, & ita interpres reddidit; Deum, animal immortale, rationale, perfectum, intelligens, beatum, ab omni malo remotissimum, prouidentia sua mundum, & quę sunt in mundo, administrans omnia: non tamen inesse illi humanæ formæ lineamenta. cæterùm esse opificem immensi huius operis, sicut & patrem omnium. Communiter autem & ipsius partem, quæ per omnia penetret; eámque multis appellari nominibus, iuxta proprietates suas. & hactenus ferè Suidas. Sed addit Laërtius præterea; Namque Græcis Δία appellari, quòd per ipsum sint omnia. eundem Ζῆνα vocari, quòd vitæ omnium sit author. ἀΐδωνέα autem, quòd in æthere distentũ sit imperium eius. Ἥραν verò, quòd in aëre. Ἥφαιστον, quòd in artificiali igne. Ποσειδῶνα, quòd in humore. Δημήτερα, quòd in terra. itidem & appellationes alias probabili quadã ratione indiderunt. Iouem duo prima nomina designãt: sequentia autem hoc ordine, Mineruam, Iunonem, Vulcanum, Neptunum, Cererem. de quibus nominibus ac numinibus diuinis nos fortassis comment. ad Arist. de mundo ad Alex. & iam è Latinis multa M. Tullius lib. de natura deor. & Macrobius. Atque interim istam Græcorum philosophorũ de Deo Theologiam isto loco concludam ex Clem. Alexandrini oratione ad Græcos adhortatoria: in quos multa locutus, ad Platonẽ stylum vertit, velut vnum præ cæteris de Deo præclarè sentientem. & post multa, Dic mihi (ait) qualisnam Deus sit mihi cogitandus.

Qui cuncta cernit, ipse sed non cernitur,

ait Euripides. Mihi ergo videtur Menander errasse, cùm dicit,

O Sol deorum (nam te adorare decet)
Primum Dei per quem videntur cæteri.

vbi mox de Democrito, Antisthene, Xenophonte, Cleanthe, Pythagora, quid de Deo rectius senserint reliquis, iam partim mihi dictum, partim indidem repetendum. mox autem de poëtis Græcis ibidem ferè ista subdit.

Poëtica ipsa quidem in falso occupata, vix tandem aliquando testatur veritatem, vel potiùs Deo confitetur fabulosam digressionem. Amatus intelligit Dei potestatem omnia pernadere.

---Atque vt sint omnia firma,
Primo & postremo præbent huic sacra precésque,
O mirande pater, salue, valdè vtilis vbi.

Ascræus autem Hesiodus Deum tacitè significat;

Ipse suo regno ditioneque continet omnes:
Nec tenet imperium hoc ex immortalibus vllus.

Euripides autem, In æthera, & cœlum cùm tu suspexeris,

Eum vide, illum & esse censeas Deum.

Sophocles porrò,

In veritate est vnus, est vnus Deus,
Qui machinam cœli solique condidit,
Lætósque maris fluctus.---

Orphæus denique sic recantat in Theologia;

Effabor quem fas est, aures claude prophane,
Quisquis es: illustri Musæe, sed edite Luna,
Audi, vera loquar: nec quæ olim visa fuere
Pectoribus, chara te priuent lumine vita.
Verbum est aspicies diuinum, aßistere nũquam
Huic cessat, mentémque tuam & cor dirige, recta
Atque via ingredere, & mũdanum respice regẽ
Solum immortalem.---
Ex se vnus genitus, genita & sunt omnia ab vno:
Versantúrque in eis ipse: ex mortalibus vllus
Nec videt hunc: contrà sed cunctos aspicit ipse.
Aßt homo consilio ne tu cunctare sagaci:
Sed propera placare Deum, mox ipse reuersus.

Et post multa poëtarum aduersus Deos fictitios probra & conuitia, tandem prophetissæ Sibyllæ canticum salutare succinit huiusmodi;

Omnino en clarus, nulloque errore vagatur:
Demissis tandem nebulis tenebrisque venite.
Solis lux grata aspectu clarissima fulget:
Figatúrque animus præstans sapientia vestris.
Est mittens imbres Deus vnus, fulgura motus,
Fulmina, pestes atque fames, & tristia cuncta,
Et glaciem atque nives. quid opus tibi singula dicam?
Est cœli princeps, Dominus terræ & quoque verè est.

atque ista quidem nobis Clemens clementer est largitus; vellem licuisset ex Græco fonte, quem tu indicatum consequêris.

Verùm de Græcis atque philosophis forsan nunc plus satis: neque enim omnes omnium opiniones recensere instituí. itaque vbi paucas præterea de Latinis percurrero, ac nõnullas præterea virorum sanctorum sententias de Deo pias in medium adduxero, huic de Deo quæstioni perobscuræ finem, cum licentia & beneuolentia Spiritus diuini, qui me ad hoc impulit, imponam.

M. Tullius Platonicæ philosophiæ sedulus imitator, de Deo frequentem doctissimis suis & elegantissimis scriptis mentionem inserit, Deúmque non tam definire, quàm circũscribere studuit (sunt enim istæ potiùs περιγραφαὶ, quàm ὅροι ἢ ὁρισμοί) Deus est, ait in somn. Scip. qui viget, qui sentit, qui meminit, qui prævidet, qui regit & moderatur, & est æternus. idẽ 1. Tuscul. Deus ipse, qui intelligitur à nobis, alio modo intelligi non potest, nisi mens soluta quædam & libera & segregata ab omni concretione mortali, omnia sentiens & mo-

Dei epitheta Græca, & horũmassa.

Deus qui sit.

1.

Digitized by Google

uens, ipſaque prædita motu ſempiterno. Se- 2. neca autẽ lib.1.quæſt.natural. Quid eſt Deus? inquit. Mens vniuerſi. Quid eſt Deus? Quod vides totum, & quod non vides. Sic demùm magnitudo illi ſua redditur, qua nihil maius excogitari poteſt, ſi ſolus eſt omnia, opus ſuũ & extrà & intrà tenet. Quid ergo intereſt inter naturam Dei & noſtram? Noſtri melior *Differentia Dei & hominis.* pars, animus eſt. in illo nulla pars extra animum. totus ratio eſt. Huc Lucanus reſpexit lib.9.cùm ait,

3. *Iuppiter eſt quodcunque vides, quodcunque moueris.*

idem Seneca lib.1. Eundem (inquit) Hetruſci quem nos Iouem, intelligũt cuſtodem rectorémque vniuerſi, animum ac ſpiritum mundi, huius operis dominum & artificem; cui nomen eſſe conuenit. Vis illum fatum vocare? non errabis: hic eſt ex quo ſuſpenſa ſunt *Dei epitheta, & horum ratio.* omnia, ex quo ſunt omnes cauſſæ cauſſarum. Vis illum Prouidentiam dicere? rectè dicis: eſt enim cuius conſilio, huic mundo prouidetur, vt inconcuſſus exeat, & actus ſuos explicet. Vis illum Naturam vocare? non peccabis; eſt enim ex quo nata ſunt omnia, cuius ſpiritu viuimus. Vis illum vocare Mundum? non falleris: ipſe eſt totum quod vides, totus ſuis partibus inditus, & ſe ſuſtinens & ſua, & ſui ſimilis vbique. &c. idem lib.de beneficiis; Quid enim eſt aliud Natura, quàm Deus & diuina ratio toti mundo partibúſque eius inſerta? ex Ariſt.lib.4.de cœlo, vbi Deus & Natura dicuntur nihil fruſtrà facere. cui conſentit M. Tullius in Academicis, cùm ait; Ratio 4. perfecta, eadem ſempiterna, ea eſt quam animum eſſe mundi dicunt, eandémque eſſe mẽtem ſapientiámque perfectam, quem Deum appellãt, omniúmque rerum quæ ſunt ei ſubiectæ, quaſi prudentiam quandam procurantem cœleſtia maximè; deinde in terris ea quæ pertinent ad hominem. Secundus quidã neſcio quo ſidere mutus olim philoſophus, apud Laziardum hiſtoricum, ita Deum definire 5. Adriano Imp. Rom. conatus eſt; Deus, immortalis mens, inconceptibilis celſitudo, natura multiformis, iucogitabilis inquiſitio, inſopitus oculus omnia continens (ſortè contuens) lux & bonum. ex Laërtio in vita philoſoph.

Comparatio Chriſtianorum cum Theologis. Verùm huius generis ſatis nunc quidem. venio ad poſtremos noſtros Theologos: quorum vt eſt vitæ morúmque ſanctitas maior, vt eſt fides certior, ſpes ardentior, zelus feruentior: ita & oratio neſcio quomodo ſanctior & pietati coniunctior. Chryſoſtomus ſcripſit his 6. verbis; οὐκ εἶναι ἁπλῶς τὸν θεὸν, ἢ πανταχοῦ εἶναι· ἀ γὰρ ἀν ἐν τόπῳ ὄῆτ, ἀδὶ τόπος ὄῆ τις ἐν ᾧ οὐκ ἔστ· ἢ οὐκ ἦν, οὐχ ἑαυτὸν ἐποίησεν, οὐκ ἤρξατο τοῦ εἶναι· ἀλλὰ ὄῆτ ἀναρχος ἢ ἀτέλευτος ἢ ἀπέρι γραφος. i. Nuſquam eſſe Deum, & vbique eſſe: non enim profectò in loco eſt: nec vllus tamẽ locus eſt, in quo non ſit. nec verò ſeipſum fecit, nec eſſe incepit: quinimò principium nullum habet, origine ortúque carens, nulla nec temporis, nec loci circumſcriptione compre- A henſibilis. & Baſilius, Θεὸς γάρ ἐστιν ἡ μακαρία 7. φύσις, ἡ ἀφθονος ἀγαθότης, τὸ ἐραστὸν πᾶσι τοῖς λόγου μετειληφόσι, τὸ πολυπόθητον κάλλος, ἡ ἀρχὴ τῶν ὄντων, ἡ πηγὴ τῆς ζωῆς, τὸ νοερὸν φῶς, ἡ ἀπερινόητος οὐσία· ἅπερ ἐστὶν ἐν ἀρχῇ τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. i. Deus eſt beata natura, inuidiæ expers bonitas, quo nihil amabilius omnibus naturis quæ rationis participes & cõpotes ſunt, pulchritudo votis omnibus expetenda, principiũ eorum quæ ſunt, fons vitæ, lux per ſe intelligens, ſapientia ad quam aditus patet neminiſ hic in principio creauit cœlum & terram.

Inter Latinos Theologos Auguſtinus ita II de philoſophis ſubducit lib.8.de ciuitate Dei. Quicumque philoſophi de Deo ſenſerunt, quòd rerum creatarum ſit effectiuum, & lumen cognoſcendarum, & bonum agendarũ; quòd ab illo nobis ſit principium naturæ, & veritas doctrinæ, & felicitas vitæ; illos cæteris anteponimus, eóſque nobis propinquiores fatemur. idem in Pſal. 136. Deus totus oculus eſt, quia omnia videt: totus manus eſt, quia omnia operatur: totus pes eſt, quia vbique eſt. idem lib.5. de Trinitate, Eſt itaque Deus ſine dubitatione, ſubſtantia; vel ſi meliùs hoc appellatur, eſſentia, quam Græci οὐσίαν vocant. Et C quis magis eſt, quàm ille, qui dixit famulo ſuo, Ego ſum qui ſum? &, dices filiis Iſraël, Qui eſt, miſit me ad vos. Ipſe verè ac propriè dicitur eſſentia, cuius eſſentia non nouit præteritum, vel futurum. ibidem, Aliæ eſſentiæ vel *Deus, quia ſubſtantia.* ſubſtantiæ capiunt accidentia, quibus in eis fiat vel magna, vel quantacumque mutatio. Deo autem aliquid huiuſmodi accidere non poteſt: & ideo ſola ſubſtantia vel eſſentia, quæ eſt Deus, incõmutabilis eſt: cui profectò maximè ac veriſſimè competit eſſe. ibidem lib. 6. Deus etſi multiplex dicatur: verè tamen & ſummè ſimplex eſt. dicitur etiam bonus, ma- *Dei epitheta quomodo accipienda.* D gnus, ſapiens, beatus, verus, & quicquid aliud non indignè dici videtur. ſed eadem magnitudo eius eſt, quæ ſapientia: non enim mole magnus eſt, ſed virtute. & eadem bonitas eius eſt, quæ ſapientia, & magnitudo, & veritas. & non eſt ibi aliud ipſum beatum eſſe; & aliud, magnum aut ſapientem aut verum aut bonũ eſſe, aut omnino eſſe. idem lib.de fide & ſymbolo; In Dei ſubſtantia, non eſt aliquid quod non ſit ſubſtantia: quaſi aliud ſit ibi ſubſtãtia, aliud quod accidit ſubſtantiæ. ſed quicquid intelligi poteſt, ſubſtantia eſt. Verùm hæc dici poſſunt facilè & credi: videri autem niſi puro E corde omnino non poſſunt. idem rurſum lib. 7.de Trinit. Non alio magnus, alio Deus eſt: ſed eo magnus, quo Deus. quia nõ eſt illi aliud magnum eſſe, aliud Deum eſſe. eadem quippe eius magnitudo eſt, quæ virtus: & eadem eſſentia, quæ magnitudo. & lib.7. confeſſ. Voluntas & potẽtia Dei, Deus eſt: æternitas quoque Dei, eſſentia diuina eſt. ſed de Auguſtino nunc ſatis, qui vnus poſſet & plurima & pulcherrima ſuppeditare. Hilarius vnus velut Apoſtolorum Gallicæ gentis, lib.7. de Trinitate, Eſſe non eſt accidens Deo, ſed ſubſiſtens 9. veritas, & manens cauſſa, & naturalis generis

Hermete primo, deinde ab Anaxagora philoſopho celebrata, & poſthàc nobis ſeriò multúmque celebranda.quam & M. Tullius ita prædicat, Hæc ita fieri, omnibus inter ſe mundi partibus concinentibus, profectò non poſſent, niſi ea vno diuino & continuato ſpiritu continerentur. ſed numeroſiùs fortaſſe Virgilius 6. Æneïdos,

Anima mundi quæ & qualis, & quid efficiat.

Principio cœlum ac terras campóſque liquentes,
Lucentémque globum Lunæ, Titaniáque aſtra
Spiritus intus alit; totámque infuſa per artus
Mens agitat molem, & magno ſe corpore miſcet.
Inde hominum pecudúmque genus vitaque volantum,
Et quæ marmoreo fert monſtra ſub æquore pontus.
Igneus eſt ollis vigor & cœleſtis origo
Seminibus. ——

Spiritus & anima mũdi, qui & qualis, & quid efficiat, & vnde.

Hunc ſpiritum Plotinus Platonicus ab anima mundi dimanare vniuerſum exiſtimauit: quem vi ſua genitali, illa quaſi turgens procrearet. hic per cuncta fuſus & inſertus, totus æthereus, totus lucidus, totus diuinus, omnium quæ fiunt, proximus author, totúſque vitalis, vitæ ſeminaria rebus infundit. Huic comes eſt cœleſtis ille diuinúſque feruor, qui cæteris naturis omnibus ſalutarem impertit & vitalem calorem. qui in omnem fuſus naturam, animantia omnia, omnes ſtirpes gignit, conſeruat, alit, auget, ſuſtinet. Denique natura illa quæ mundum continet, quæque ipſum tuetur: eadem anima mundi, ſiue ſpiritus hic genitalis intelligitur, ex quo conſeruatio & ſalus omnium omnis oritur: & cuius vis, cuncta ſuo complexu conciliat. aut ſanè quaſi vehiculum quoddam, illam mundi animam, tum idearum notiones in vniuerſum mũdi corpus inuehit atque inſerit, & rebus ſingulis immiſcet, & è cœlo ſideribúſque rationum ſemina inuehit, totíſque confundit & permiſcet, vt Platonici deprædicant, vt Aug. Steuchus aliquot libris diſſerit, vt Io. Fernelius & Gal. Rondeletius è priſcis, nos tum ab his, tum ab illis collegimus, & alibi poſthàc reſumemus, etiam iſtis alia aliunde & è noſtro ingenio quantulocumque adiecturi.

Spiritus & calor naturalis, qualis, & quorſum.

Sic animantibus ſpiritum ineſſe non dubitamus, qui calorem natiuum foueat, qui corpus hoc luſtret & oberret, qui animam retineat in corpore, & ſe ad omnia eius munia accommodatum (vt ſæpe diximus) exhibeat inſtrumentum. qui animi omniúmque facultatum vector, propriáque ſedes; & quem fortaſſis haud abſurdè illarum corpus dixeris. Sic enim olim Platonici, corpus quoddam excellentis naturæ pellucidum & ætherium, animæ facultatibúſque ſubſterni tradiderunt: quo, illæ cum terreno & denſo corpore ſociarentur atque coïrent, quaſi vinculo quodam mediam inter vtrumque conditionem ſortito. cuius diuinam atque cœleſtem naturam Ariſtoteles, ex eóq; Alexander Aphtodiſeus in problematis agnoſcit: ſed quæ reſpondeat elemento ſtellarum. Omnis enim (ait 2. lib. genera. animal. cap. 3.) animæ ſiue virtus, ſiue potentia corpus aliud participare videtur; idque magis diuinum, quàm ea quæ elementa appellantur. verùm prout nobilitate obſcuritatéve,

Spiritus inſitus an corporeus, & qualis, & ad quid.

Anima habet aliud corpus affine, quale.

animæ inter ſe differunt; ita & natura eius corporis differt. ſed de hoc rurſum pòſt paulò, vbi de calore natiuo & igne tranſigetur. id enim priùs inquiro;

Analogia in homine.

Quid homo habet iſtis meteoris ſimile? Equidem non omnia: quomodo enim exilis homuncio orbem in ſe totum complexus contineat? ſed tamen ſanè permulta. Namque à corpore ſubiecto in ſublime quotidie vapores attolluntur: qui ſi calidi ſint, *κνιώδεις* ſeu nidorulenti dicuntur, ab intemperato ventriculo & æſtuante elati: plurimi autem tales ab hepate & corde calidiore per venas pérque arterias ſolent efferri. ſin autem frigidi, *ἐξὼς* ſiue accidi (à quibus dicta Hippocrati *ἐξυρυσία*) denominantur. quales plerique ab eodem præcipuè ventriculo & prima corporis regione eleuantur, eo maximè tempore, quo concoctio iniri, & cibus in aluo, velut in olla aut lebete caro concoqui atque efferueſcere incepit.

Vapores & qui & quales ad cerebrum efferantur, & vnde, & quando.

Oxyregma.

à ſimili.

Atque hi demùm vapores omnes ſiue calidi, ſiue frigidi, more ſtillatitij liquoris, alembico (vt vulgo dicitur) ſeu vaporario vaſe aliquo eliciti, atque appulſu ad capitellum (ita vocant ipſum vaſis operculum) vt ſæpe plumbeum aut figlinum, natura & arte frigidum, concreti: ſic occurſu cerebri (quod omne naturâ ſua frigidum, aliis corporis partibus comparatum; cùm tamen actu caleſcat viuo animali (vtique apud medicos & phyſicos cenſetur) illico concreſcũt, pariúntque vel in cerebri cauitatibus & ventriculis, flatus quoſdam verticoſos ſiue *ἐπιστάσεις καὶ δινώσεις*: vel ſanè (quod vſu frequentiſſimum eſt) catarrhi ſeu rheumatis multiplicem materiam, vitæ humanæ & grauem & inſidioſam, & verò ſæpe periculoſam atque calamitoſam. Qualiter diximus nuper in aëre ex elatis à terra vaporibus imbres generari; quod mox iterum ex Ariſt. nominatim planum faciam. Vnde ex decubitu ad partes infernas, morbi frequentes, & quidam adeo funeſti, ophthalmia, paratis, acutus aurium dolor, dentium tormenta, angina, antiades, pariſthmia, columella, pleuritis, peripneumonia, coryza, branchus, phthiſis, aſthma, iſchias, chiragra, gonagra, podagra, arthritis, & pro diuerſitate partium affectarum alij atque alij particulares morbi oriuntur & ſuccreſcunt. Sin verò contingat materiam illam liquidam ac fluidam, in capitis ipſa capacitate retineri; non minor inde morborum ſoboles, ſæpe etiam funeſtior oboriri conſueuit. Hos in tres ordines ex affecta ſede partiuntur. alij enim capitis membranas, alij cerebri ſubſtantiam, alij meatus atque ductus obſident. In membranis acutè & exquiſitè ſentientibus, id eſt meningibus duabus & pericranio, & iis quidem Solis (vt Fernelio noſtro videtur) dolor contingit. quod tamen an verum ſit, aliàs maiori cum otio diſquiremus: nondum enim id vſquequaque verum concedo, propter neruos, venas, arterias, *περὶ ὕλον καὶ μᾶλλον*, ſenſus compotes. Vnde in illis cephalalgia, cephalæa, hemicrania (vulgus migraniam ineptè vocat) excitatur: quod eſt triplex in capite doloris genus. In cerebri autem ſubſtantia (quæ omnis principis facultatis,

Catarrhi & quæ inde morbi partium.

Morbi cerebro peculiares, & eorũ diuiſio triplex.

1.
In membranis, qui affectus cerebri cum dolore, aut contrà.
N. contra Fernel.

2.
In cerebri ſubſtantia,

Catarrhi multimoda, & quæ inde morbi partium.

Sedes principum animæ functionũ, & harum depravatio.

nempe mentis, imaginationis & memoriæ ſedes eſt & inſtrumentum, & fortaſſis animæ domicilium) depravatæ functionis ſymptomata fiunt, phrenitis, paraphroſyne, delirium, mania, melancholia, lycanthropia. abolitæ verò functionis hæc ſunt, ſtultitia, amentia, extincta memoria, ſopor, veternus, caroche, catalepſis, lethargus. Poſtremò in cerebri ventriculis, atque in iis ductibus per quos animalis ſpiritus in ſenſuum motuúmque organa diſtribuuntur, ſenſus motúſque ſymptomata fiunt, vertigo, epilepſia, incubus, apoplexia, paralyſis, tremor, conuulſio. catarrhus. Quorum tamen non omnium cauſſam ab elato ſurſum vapore, deinde concreto, ſeu calido, ſiue frigido oriri aſſerimus (nonnulla enim illic è ſanguine aut congeneribus humoribus originem ducunt, vt in pathologia aliquando dicetur) verùm ex iis vtique plurima ortum habere, quando iſtorum cauſſas alibi diſquiremus, apertè & enucleatè manifeſtum dabimus.

3. *In ductibus ſenſus & motus depravati ſymptomata, & inde.*

Cauſſa affectuum cerebri.

Interim illud ex Ariſtotele ſubiiciam argumento propoſito ſimile & cognatum ex cap. 7. lib. 2. part. animal. Fluxiones ob eam rem ex capite oriuntur in iis corporibus, quibus cerebrũ frigidius eſt, quàm temperamentum modicum poſtulet. Cùm enim alimentum per venas ſurſum reſpirat, vbi excrementum ob eius loci vim refrigeratum eſt, fluxiones pituitæ ſanieíque mouet. Quod ſimile generationi imbrium euenire intelligendum eſt, quoad magnum conferre cum paruo licet. Cùm enim ex terra vapor exhalat effertúrque in ſublime à calore; vbi ſupernum aërem ſubierit frigidum, conſiſtit: denuò in aquam propter refrigerationem, atque in terram defluit. hæc ille alibi poſthàc longiori prorſus oratione, ob facundiam & rerum phyſicarum exquiſitam notitiam producendus.

Fluxionum cauſſa & modus. à ſimili.

Magnum cum paruo conferre ita ſæpe.

N. aſſolet, vt hominem conuincerſo.

Comparatio ignis cum calore natiuo, vbi N. de Timæo Platonis.

CAP. VII.

VErùm antequàm ab aëre digrediar, quid aëri, quid ipſi denique igni ſimile aut ἀνάλογον microcoſmus habeat, lubet ſubtiliùs & accuratiùs inquirere. Ignem namque vt maximè efficacem ab hac comparatione minimè excludi volumus. quemquidem vnus Ariſtoteles lib. de mundo ad Alex. in æthere ſedem habere negauit: cùm tamen Anaxagoras, Empedocles & veteres phyſici plerique, quinetiam idem ipſe Ariſtoteles alibi, atque alij poſteriores non minimæ famæ philoſophi, in loco eum ſupremo, ipſi cœlo finitimo collocarint: indéque ob naturam igneam & flammantem, αἰθὴρ ἀπὸ τοῦ αἴθειν, ab inflammando ætherem vocitarint. ille, vt de reipſa, ſic de nominis originatione aliter ſenſit, vti iam antè inſinuaui. Quanquam & hîc video Opticorum hypotheſes Ariſtoteli fauere; ac nullum ignem non modò lucentem & ſplendidum: ſed nec qualem Auerrhoës interpretabatur, poteſtate calidum, non actu, ſupra aërem, licet omnium elementorum leuiſſimum, ſedem habere poſſe: & noſtrum hunc ignem familiarem, ſurſum aſpirare, vi ſiderum illiciente: aut dum pabulum vaneſcentis pinguis fuliginis perſequitur. Alioqui dato incommodo, Quòd ſi radius lucis per ſe rectus, occurſu medij diuerſi frangitur: ideo corpora cœleſtia per duplex medium inſpecta, pro vario receſſu à perpendiculo, variè tutum, interuallum, locum & magnitudinem commutabunt. quodquidem ea quæ videntur per corpora diaphana, ſatis vſu quotidiano demonſtrant. Niſi tibi ex aduerſo iſthæc Vitellionis acuti ſanè Optici ratio ſatisfacit: Quòd ſuperficies concaua ignis non eſt diuerſæ perſpicuitatis & ſenſibiliter determinatæ à ſuperficie conuexa aëris. & ideo non fit refractio inter illa. & ſic ignem in hoc tractatu ſub nomine aëris implicamus.

Cur noſter ignis ſurſum tendat in pyramidem.

Ab incommodo.

Viſa per duplex medium, alieno loco videntur.

Solutio.

Ignis ſuperficies duplex, & affinitas cum aëre.

Attamen etiam iſtorum quamuis veriſimili ratione omiſſa, dicam cum Cicerone & cum doctis illis naturæ perſcrutatoribus ſentiens; Qui amplectitur aërem immenſus Æther, conſtat ex altiſſimis ignibus. quem ſic Pacuuius ἐξηλλαγμένως & interpretatur inquiens,

Hoc quod memoro, noſtri cælum, Graij perhibent æthera.

Ætheris natura, & cælum quid ſit.

Ex quo æthere, innumerabiles flammæ ſiderum exiſtunt. atque hi tanti ignes támque multi, non modò nihil nocent terris rebúſque terreſtribus: ſed ita proſunt, vt ſi mora loco ſint, conflagrare terras neceſſe ſit à tantis ardoribus, moderatione & temperatione ſublata, vt quidem ſentiunt Stoïci Cicerone referente 2. de natu. deor. Euripides autem vt multa præclarè, ſic hoc breuiter,

Sidera æthereа.

Ignis æthereus quid proſit vel obſit rerum natura,

Vides ſublimè fuſum immoderatum æthera,
Qui tenero terram circumnexu amplectitur.

Æther ambit terram.

Aër autem, vt Stoïci diſputant, interiectus inter mare & cœlum, Iunonis nomine conſecratur: quæ fingitur ſoror & coniux Iouis: quòd & ſimilitudo ætheris eſt, & cum eo ſumma coniunctio. effœminarunt autem eum, Iunoníque tribuerunt, quòd nihil eſt eo mollius. verumtamen alius erit μυθολογικῆς locus. Quinetiam Heraclitus & Plato & Hipparchus Chaldæos ſecuti, igne conſtare ſidera & deos & animas hominum ſanxerunt. Hippocrates autem initio lib. 1. de diæta inſcripti cùm ſic propoſuiſſet, Conſtituuntur quidem tum animantia alia omnia, tum homo ipſe ex duobus differentibus quidem facultate, concordibus verò & commodis vſu, igne (inquam) & aqua. deinde poſt multa ſic infert, omnino appoſitè ad noſtram hanc analogiam hominis cum vniuerſo; in ſumma, ignis omnia quæ in corpore ſunt, ſecundùm ſui ipſius modum exornauit ad vniuerſi imitationem, parua ad magna, & magna ad parua. idem initio lib. de carnibus; Calidum immortale eſſe & cuncta intelligere & videre & audire & ſcire omnia tum præſentia, tum futura dicit. nomine calidi, opinor, animam intelligens μεταφορικῶς ab effectu. aut ſanè ætherem ipſum, ſed καταχρηστικῶς, ſecutus priſcorum ſententiam, vel errorem potiùs. Vellem autem de elementis daretur plura dicendi locus, quot ſint, quæ ſint, quam vim habeant, quibus ſint qualitatibus prædita, quam inter ſe analogiam ſitus & temperamenti

Ætherque conſtant, vel igne.

Ignis & aqua quæ conſtant.

Ignis in homine efficacitas.

Calidum pro anima, quid agat.

N. quæſita de elementis.

peramenti ſeruent, quam vim & efficientiam nacta ſint, quæ ſubſidant, quæ ſupera capeſſant, quæ medio conſiſtant, & cur hæc ita fiant & quorſum. quæ diſceptatio quia non poteſt breui oratione confici, in aliud tempus atque aliud ſcriptionis genus & argumentum peculiare erit vtique reiicienda: neque enim omnia hîc dici & velut μάλα ἀπὸ μαλῶν ediſſeri poſſunt: quamuis breuem quandam ſummam vniuerſi præſens complectatur oratio.

Summa huius operis.

Verùm age, vt tumma rerum capita perſtringamus; quid (inquam) igni proportione ſimile homo habet? Equidem ſanè ignis ſubſtantiam in humano corpore video nullam: & oculi quamuis lucidiſſimos à ſe radios emittãt, qui ſolares imitentur, nihil tamen igneum ſpirant. Quamuis preſſo agitatóque oculo, igneus fulgor aut circulus appareat. cuius tamen cauſſam aliò retulit Ariſtoteles lib. de ſenſu & ſenſili; Quòd læuia in tenebris fulgeant, non tamen illuſtrent: ceu quorundam piſcium capita (σκιαίνας Græci vocant, ἅτε σκίας ἔχουσι, quia fulgorem præferunt.) ſic etiam ſepiæ atramentum, & lignorum quorundam caries, & vermiculi noctiluci, & herbæ quædam lunatiæ dictæ ſiue noctilucæ: de quibus & aliis de rebus noctu ſplendentibus doctus Conradus Geſnerus libellum edidit. Quãuis Tib. Cæſari hominũ vni, vt Plinius putat & refert, mediis tenebris fulgor breuis in oculis emicuerit. quod tamen etiam Caio Mario frequẽs & vſitatum hiſtorici memorant, nec ignorare Plinium decuit, illud de L. Martio & Seruio Tullio referentem, vt mox patebit. Quinetiam per noctem mox ac de repente à ſomno nobis ferè omnibus excitatis lux ob oculos obuerſari videtur: eò quòd ſpiritus viſorius per ſomnum coactus, vniuerſus demùm larga copia erumpit per tenebras atque elucet, ait Alex. Aphrodiſæus probl. 69. libr. 1. Etiam ante diſcipulum, magiſter ipſe Ariſtoteles cap. 2. lib. de ſenſu; Oculum, cùm mouetur & torquetur, tum ignis ſpeciem elucere, & à ſe velut radios emittere dixit. quod in tenebris, vel obductis palpebris contingere retulit, & ego ſæpenumerò experior. ex quo igneos cum Platone oculos aduerſus Ariſtotelem aliàs concludebam. Idémque rurſus Ariſtoteles, nonnullis qui in bello circa tempora vulnus acceperant, quo itinera oculorum eſſent exciſa, tenebras offundi viſas, quaſi lucerna extincta, velut contra ſe ipſum citatus teſtis iuratus licet aſſeuerauit. Octauius autem Auguſtus adeo claros & luminoſos oculos habuiſſe perhibetur, vt cùm acriùs intueretur quempiam, cogeret eum quaſi ad ſolis fulgorem, vultum ſubmittere & oculos declinare atque aliorſum auertere. Alexandrum verò ferunt in India periculo ingenti circunuentum, in acie dimicantem, concuſſis armis viſum barbaris lumen fundere. Similitérque Theodorici pater toto corpore ſcintillas profundere viſus eſt. ſic L. Martio concionanti caput arſiſſe viſum eſt. atque apud poëtam 2. Æneidos,

Ignis analogia in homine.

Oculorum radij quales, & an ignei.

Quæ in tenebris refulgeant, & cur.

Σκιαίνα vnde dicta, & quæ. Hiſtoria.

De Tiberij & Marij oculis micantibus.

Cur à ſomno lux oculis obuerſetur.

Oculus vibriſſus ſcintillas, cur.

An oculi igniei?

Vulnera ſuperum oculorum exciſa, quæ.

Auguſti oculi luminoſi.

Alexander & Theodorici pater lucem de ſe profundãt, eadem L. Martius.

Ecce leuis ſummo de vertice viſus Iuli
Fundere lumen apex. ——

Sic Iulus,

ſic Ser. Tullius.

Quæ fera noctu radios, oculis vibrent.

quale monſtrum de Seruio Tullio Priſci filio Romana refert hiſtoria. Sanè verò quarundam ferarum, velut leonum, pardorum, luporum caprarum, felium & ſimilium in tenebris fulgent radiántque oculi, vt contueri non ſit, lucémque iaculantur; & fulgor ex earum emiſſus oculis rutilus ſcintillat. Sed tamen de homine vno nunc ago (nam de feris & muris animantibus alia erit ſpeculatio) cuius oculi, vt dixi, ſolo lumine ac fulgore & figura ſphærica igneos orbes, ac tot collucentium ſtellarum globos, velut oculos quoſdam vniuerſi longè clariſſimos imitantur, & auidè intentéque contemplantur. Auguſtinus cap. 13. libr. 7. ſuper Geneſi ad literam; Medici non tantùm dicunt, verumetiam probare ſe affirmant, quauis omnis caro terrenam ſoliditatem in promptu gerat: habet tamen in ſe & aëris aliquid, quod in pulmonibus continetur, & à corde per venas, quas & arterias vocant, diffunditur: & ignis non ſolùm feruidam qualitatem, cuius ſedes in iecore, & in cerebro eſt: verum etiam luculentam, quam velut eliquari ac ſubuolare oſtendunt in excelſum cerebri locum, tanquam in cœlum corporis noſtri. vnde & radij emicant oculorum. & quæ ſequuntur de aliis ſenſibus poſthac producenda. ibidem lib. 3. cap. 4. quinque ſenſus quatuor elementis comparat.

Humani oculi quatenus aſtra æmulentur.

Quòd in humano corpore quatuor elemẽta inſint.

Eſt tamen in nobis calor à natura inſitus (quem ideo Græci ἔμφυτον ἢ σύμφυτον & ἐγγενὲς vocant, quòd innatus ſiue connatus & verò primus ſit genitus, primitúſque generãdis adſit) ignis quidem non ἐνεργείᾳ & actu, verùm δυνάμει & facultate & potentiâ. Quicquid enim foris efficit ignis moderatus, quicquid ille cœleſtis æther; id omne conſimiliter in nobis calor hic inſitus perficit. quem ideo & Plato ignis nomine quodammodo dignatus eſt, cùm dixit in Timæo, πᾶν ζῷον πάντως ἐνταῦθα τὸ αἷμα ᾗ τις φλέβας αὖτ, σπερμάτων ἔχει, οἷον εἰς ἑαυτοῦ πηγὴν πυρὸς ἐνοῦσαν ῥοήν. Omne animal in ſanguine & venis calorem, quaſi ignis quendam fontem habet. itémque ibidem, χολὴ πυρώδεσι ποιότησι ἐμφυεῖσα, bilis ignitos parit morbos. & paulo poſt, τὸ μὲν δὴ πᾶν ὃν πυρὸς ὑπερβολῇ μάλιστα πυρῶδες σῶμα, ζωοχαῦ πυρώδεις & πυρετοὺς ἀπεργάζεται. igitur ignis quodam exceſſu maximè laborans corpus continuos æſtus & febres gignit. Hanc verò loquendi formam mutuatur ab Hippocrate, qui lib. de corde, τὸ πυρὸς, ignis ſedem in ſiniſtro cordis ſinu ſtatuit: cui non rarò πῦρ αὐτὸ πυρετῶ, ignis pro febre, ſed acuta & tanquam ignea ſeu cauſode, per metaphoram hyperbolicam denominatur. In illo ſuperiore locutus primùm ex aliena mente. nam Timæus Platonis (vt alibi indicaui) nihil aliud habet, meo quidem iudicio, quàm Pithagoricæ Philoſophiæ explicationẽ fuſam & latiùs explicatam: quam Timæus Locrus, Pythahoricus Philoſophus in breues tanquam commentarios, ſiue ὑπομνήματα ac velut κυρίας δόξας contulerat atque ἐπιτόμως deſcripſerat. cuius commentarioli exemplar ſecum Plato ex ea Italiæ ora, Dorienſium colonia, quæ quondam magna Græcia dicebatur (in qua olim Pythagoras frequenti homi-

Caloris naturæ ſinonyma, & ratio, vt, & cum igne affinitas & effecta.

Fons ignis in homine vbi.

Bilioſi mox bi ignei.

Sinus cordis ignem vbi.

πῦρ pro febre ardenti, cur.

Digreſſio in originem Timæi Platonici, & quid contineat, & vnde ſumpta.

Pythagoras

sibola, peregrinatio, doctrina, vnde sit.

num concursu docuit) Athenas pertulerat. In quo quicquid olim Pythagoras ipse à Memphiticis Ægypti vatibus didicerat, quicquid æuo longissimo, multa orbis peragratione, studio & labore assiduo, iugique lectione & diuturna professione obseruarat, conquisierat, cognouerat, hauserat, velut in summa rerum capita Timæus ille Locrensis doctissimus ac diligentissimus discipulus contraxit, breuique admodùm serie rem tantam, tam immensam tamque obscuram digessit, subduxit, explicauit. quam in rem ita Cicero scripsit Tuscul. 1. Platonem ferunt, vt Pythagoreos cognosceret, in Italiam venisse: & in ea cùm alios multos, tum Archytam Timæúmque cognouisse, & didicisse Pythagorea omnia. Quas ingentes velut pretiosi thesauri gazas Plato φιλοδώρως & tanquam ζηλωτὴς, suos discipulos celauerat, Aristotelem etiam ipsum, quanuis annorum viginti auditorem assiduum, ipsíque fortasse magistro iam tum φιλοτιμίας & defectionis ab Academia nonnihil suspectum. Cuius tandem commentarioli Græci, Galeno ipsi & M. Tullio etiamnum ignoti & inuisi, Dorico quidem idiomate scripti, ob eam quam attigi caussam, facta nobis hoc æuo liberalis copia, præcipua, ni fallor, Adr. Turnebi, mei olim in literis Græcis longè doctissimi præceptoris, regiique Græcarum literarum Lutetiæ professoris operâ, studio atque industria. libelli verò hæc est Τιμαίου, Τιμαίου τοῦ Λοκροῦ περὶ ψυχᾶς κόσμου καὶ φύσεως, Dorica (vt dixi) dialecto: id est, Timæi Locri de anima mũdi & natura. quem quidem libellum, vbi sors ferret, cum Platone posthàc frequenter conferemus, vt quod præmonui, facto ipse periculo doctus agnoscas, nec inuitus fateare.

Timæus Locrus quis.

Platonis peregrinatio & astutia.

Arist. discipulus Platonis vafer.

Turnebi laus.

Regressio. Plato Timæi, non suam exposuit sententiam.

Verùm vt ad institutum redeam tantisper haud otiosè digressus, ex aliena, vt ostendi mente Plato locutus est, sicuti toto ferè illo & prolixo & docto dialogo cõsueuit. Deinde mollíit metaphoram præposita particula (ὅτι, quasi) & adiecit: (πᾶ, quendam) qua voce indefinita semel adiecta atque interposita, Græci solent ὁμοιότητα, similitudinem rerum; non autem ταυτότητα, quasi dicas identitatem indicare atque designare. Quo modo Galenus 3. lib. de sympt. causs. veritus singultum conuulsionem dicere (quia conuulsio, musculorum est accidens: ventriculus autem, cui singultus propriè accidit, neruosus est) circunscribendo adiecit; λυγμὰς, σπασμούς τις, singultus, ceu conuulsio quædã est. Postremò quæ vox sub finẽ additur (πηγὴν, fontem) satis indicat tropum fuisse. quid enim tam dissimile igni, atque fons & aqua? & tamen quemadmodum à fonte varij scaturiunt riuuli: sic ab ipso corde per venas (vt vetustas communi significato vsurpat) vel potiùs (vt & nostro & recentiorum more loquar) per arterias calor in totum corpus velut igneus dimanat. Venæ enim quanuis multi caloris & ipsæ participes, tamen alendo magis seruiunt corpori, vt ahàs dicetur; velut arteriæ calorem vitalem perfundendo ac perferendo. Sed & in Phædone, quãuis τοῖς πολλοῖς nonnullis, tradit tamen ἀναγκαῖον εἶναι μηχανὴν ὑπὸ τοῦ γένους, ἐκ πηγῶν δι-

Metaphora qualiter molliendo.

Conuulsio musculi propria. Et singultus quid sit

Fons ignis quomodo dicatur. Similitudo.

Vena de arteriis

Cor, origo caloris.

Venarũ arteriarúmque vsus.

δίσιον ὕδωρ ψυχρὸν. καὶ δίω πῦρ, ἐκ πυρὸς μεγάλους πηγὰς, perennium fluminum sub terra incredibiles magnitudines subesse aquarum tum calidarum, tum etiam frigidarum: plurimúmque ignem, & ignis ingentes amnes. rursus idem in Timæo, de visus instrumento loquens, illud ipsum ignis purissimi genus esse affirmat: quem necnon & splendorem & lucem appellat, sed à pruna & flamma longè distantem. Satius autem est eius verba adscribere ista: Τὸν μὲν οὖν ἔσω πυρὸς μὴ φωτοειδὲς σπουδαιότατον ὄμμασι, καὶ διὰ τούτου πᾶσαν αὐγὴν. τὸ πυρὸς ὅσον τὸ μὲν καῖον οὐκ ἴσχει· τὸ δὲ παρέχον φῶς ἥμερον οὐκοῦν ἡμέρας εἶναι ἔμφασιν ἡμᾶς φαμὲν γίγνεσθαι. τὸ δὲ ἐντὸς ἡμῶν αὐτοῦ ὅτι, τοῦτο πῦρ οὐκ ἐπιτήδειον ἅψασθαι τῶν ὑφάντων ῥᾳδίως οὐδὲ πολύ, μάλιστα δὲ τὸ μέσον ξυμπλέκοντες τῶν ὑφασμάτων. ὅσον τὸ μὲν ἄλλο ὅσον παχύτερον στέγει πολύ. τὸ πιεῖν δὲ μόνον αὐτὸ καθαρὸν διῆκεν. Ex omnibus faciei partibus, primi luciferi oculorum orbes coruscant, hac caussa dati. illius certè ignis, qui non vrit quidẽ, sed illuminando suauiter diem inuehit mũdo, participes oculorũ orbes dij fecerunt. intimum siquidẽ nostri corporis ignẽ, huius ignis germanum syncerúmque per oculos emanare voluerunt: in quibus lenis congestúsque vbique ignis huiusmodi sit: sed per eorum duntaxat sohdiorem angustámque medietatem, ignis purior euolet, crassior verò cohibeatur. qua de re & parte postea plura. Esse verò multa ignis genera sic ille idem subiungit postea; πῦρ tamen vnde dicatur, Hermogeni fatetur Socrates sibi incognitum: itaque ne inquiram quidem post Græcorum doctissimũ ego homo minimè Græcus. Quid tamen si πῦρ, quasi φῦρ, aspirata in tenuem conuersa? ὅτι φυόμενον ἐξάπτεται. quia flando accenditur. ἢ παρὰ τὸ φύειν, τὸ βλαστάνειν, φῦρ. φύει γὰρ καὶ αὐξόμενον ὕλης. quòd materiam nactus emergat ac succrescat. sed liceat nobis hoc etymon cum Platone ignorare. ait autem, Μετὰ δὲ ταῦτα δεῖ τοῦτ', ὅτι πυρὸς ἓν μὲν οὐκ ἂν γένοιτο· εἶδη δὲ πλείω· ἓν μέν, ἐκ δὲ τοῦ τῆς φλογὸς ἔστιν, ὃ δὴ καῖον μέν, οὐ φῶς δὲ τοῖς ἔμπροσθεν παρέχει· τὸ δὲ φλογὸς ἀπολειπόμενον, ὃν τοῖς ὕφασιν πυρώδεσι, τοῦτο πάθος αὐτοῦ. Post hæc sciendum est, multa esse ignis genera; flammam videlicet, & quod ab ea est accensum, quod vrit quidem, lumen verò oculis nullum affert, quódque extincta flamma, intra illa quæ accensa fuerant, remanet. ita ferè Philo lib. de mundo post magistrum Platonem ignis differentias digessit, vt libro vltimo huius operis ostendemus. Ex istis igitur ignis generibus compluribus, illud cœleste, ætherium, quod non vrit quidem, sed lucem oculis exhibet, tum in visus instrumento, tum in corde, venis, arteriis, sanguine & spiritu triplici plurimum reperiri grauis author iudicat. O insignem philosophum! ô diuinum planè hominem! cuius non modò dicta diuinum quiddam spirant: sed etiã singula verba à vulgari loquendi formula non parum discrepantia, medium quoddam genus inter poësim & solutam orationem tenent, vt Marsilius Ficinus doctissimus interpres veterum secutus ea in re incorruptũ & sine liuore iudicium, & prudenter sensit, & doctè scripsit post Ciceronem in oratore perfecto.

Flumina sub terra, & qualia: item lacus. Mirum. N. Ita mox ex Seneca.

Visus ignem, qualiter.

Oculorum fabrica & natura ignea, quæ lismodi.

Ignis in homine vnde.

Plato nescit πῦρ vnde dicatur. N. quid si vox primigenia? & semen etymon datur.

Ignis genera quæ & quot.

Ignis in homine affinis æthereo, vbi & quatenus.

Platonis laus in sensu & verbis.

Platonis phrasis qualis.

Arist. calumniator magistrum.

Quæ cùm ita sint, nihil necesse erat Aristoteli, graui sanè & ipsi philosopho acutóque disputatori, censuram verborum Platonis præceptoris (quem omnis antiquitas velut aliquem philosophorum Deum coluit) adhibere ac velut modificari: sed candidè & religiosè interpretari. quinetiam idem ille suæ correctionis oblitus, imitari magistrum non reformidauit cap. 7. lib. 3. part. animal. Cor, quasi lares focúmque vocitans, quo naturæ fomites & primordia ignis natiui contineantur, vt posthàc patefaciam; Græcè sic, *ἡ μὲν καρδία, ἑστία τίς ἐστι τῆς ἐμφύτου θερμότητος ἀρχῆς, διὸ καὶ ἔοικε πρὸς αὐτὸν εἶναι, ὡς ἂν τοῦτο τὸν τῆς φύσεως ἐστίαν ζητοῦντι, ἢ πῦρ ἐνυπάρχει, ὥσπερ ἀκρόπολις ἔνια τῶν σωμάτων.* ita quidem Aristoteles: cuius quidem sensum stylo dicendi inferiorem, reipsa consentientem, non magnopere non possum & laudare & probare; vt cùm rursus lib. de genera. animal. 2. cap. 3. inquit; inest in semine omnium, quod facit vt fœcunda sint semina; videlicet quod calor vocatur. idque non ignis, non talis aliqua facultas est: sed spiritus qui in semine spumosóque corpore cõtinetur: & natura, quæ in eo spiritu est, proportione respõdens elemẽto stellarum. quamobrem ignis nullum animal generat. vnde idem ibidem infert, Cæterùm calorem in animalibus contentum, nec ignem esse: nec ab igne originem ducere, apertum ex iis est. Quæ mihi verbis diuersa, reipsa tamen, si idoneam candidus explicationem adferas, eadem esse cum Platonis dogmate videntur. & apertiùs idem atque enucleatiùs 2. de anima; Ignis naturam simpliciter, nullo modo caussam esse alimenti & augmenti dicit, vt quibusdam visum est: sed quodammodo *συναίτιον*, quasi dicas concausam. præcipua enim eorum caussa, anima existit, tanquam forma in his operationibus existens. Quod vt verum & magis philosophicum approbo. atque vt quisque est honoris appetens, nec sibi temperare Galenus in eo potuit: sed Aristotelis vestigia secutus, vim verborum Platonis sic est modificatus lib. 8. plac. Hipp. & Plat. *Αἰτιῶνται διὰ τοῦτο Ἱπποκράτους καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ θερμὸν αἰδοίως εἶναι τοῦτον τὸν φυσικὸν ἔρχον· ὁ Πλάτων δ' ἥμισυ, καὶ πῦρ ὑπολαμβάνει. ἴδιόν δ' ἐστιν ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ λεχθὲν τὸ τῶν ζώων αἷμα. τοῦ ζῴου τοίνυν ἀεὶ τὸ αἷμα & τὰς φλέβας αὐτοῦ θερμοτέρας ἴσχει, ἅτε τὸ ἐνοῦν πυρὶ πνεῦμα ποιεῖν πορίζει. ἡμεῖν πορίζει γε πυρί, καὶ μᾶλλον ἐμφύτῳ θερμῷ ζέοντες ὑπὸ τῆς ἐπιπάσης κρύσεως τὰ σώματα ἡμῶν.* Hippocrates (inquit ille) semper innatũ calorem omnium naturaliũ operum authorem esse ait. Plato nõ caloré, sed ignem nominat. agè verò, quomodo ab ipso animalium corpus dispensari ac regi inquiat, videamus. Omne animal (inquit) in sanguine & venis calorem, quasi ignis quendam fontem habet. Melius tamen erat, non ignis, sed insiti caloris fontem dicere in corporibus nostris esse. hæc ille, quæ *φυσικώτερον*, vt dixi, quàm *φιλοσοφώτερον*, quasi crassiore Minerua, dicta accipi velim. & tamen quia ad id faciunt qnod intendimus, obseruanda tibi diligentiùs propono.

N. pro Plat. contra Arist.

Cor, focus ignis.

Gal. verba Plat. cauillatur.

Calor natiuus quid faciat: & an ignis.

Fõs ignis in animali, qui.

Medici crassiore Minerua loquuntur, quàm philosophi.

Illius ergo caloris innati focus, vt Plato obscuriùs indicabat, vt Galenus apertiùs expressit ex Hippocrate, est ipsum cor, omnium quæ sunt in animante calidissimum, ac propè feruens & igneum. cuius rei fidem facit experientia: Nam si manum aut digitum in cor recens mactati animalis, eiúsque ventriculos, ac præcipuè sinistrum immiseris, calorem vix perferes ac tolerabis, reliquis partibus corporis non paulò ardentiorem & flagrantiorem, vt ipse scribit expertus Gal. lib. de vsu puls. & 2. de temperam. Quinetiam idem suæ illius in Platonem *ἐπανορθώσεως* parum memor, iisdem propè verbis scripsit lib. de forma fœtus; *τὸ καρδίας δ' ἔχει τὸ ζῶον, καθάπερ ἔνιοι φασὶν ἑστίαν.* cor habent animalia, quasi ignis focum quendam. *πηγὴν*, fontem metaphoricè dixerat Plato: hic *ἑστίαν*, focum. idémque lib. 3 de temperam. Platonem æmulatus; Insitus calor (inquit) veluti fons quidam ignis in visceribus est. Græcè vt suprà, *πηγή τις*.

Gal. interpretans cum Platone loquitur.

Caloris in homine diuisio. humidi radicalis natura vsúsque. caloris natiui elogia; & alieni violentia ac tyranni: & amborum inter se mutua inuicem comparatio, ab effectis.

CAP. VIII.

Caloris in animante diuisio quatuplex.

ENIMVERO calor in homine primùm duplex, vel ipso teste Hipp. & Galeno adstipulante ad lib. 6. epidem. vnus familiaris & natiuus, alter alienus & præter naturam. sed & natiuus ille iterum duplex, vt ibidẽ Hipp. & Gal. lib. 8. plac. Hipp. & Plat. refert, fluens vnus, fixus alter. & quidem fixus in partibus singulis calor, earum velut forma quædam, & anima seu vita, vitale principium & robur iisdem impertitur. residet autem præcipuè in ipsarum partium singularum spirituosa substãtia, & humido substãtifico (quod & radicale & primigeniũ dicimus: éstque tum spiritus triplicis, tum innati caloris fundamẽtum & substãtia prima) glutinis modo substantiæ terreæ partes solidas coagulante & coagmentãte. Quo quidem absumpto vel à calore natiuo, vt in senibus: vel à calore febrili, vt in hectica *μαρασμώδει*. vel externo, vt igne, sole, pyroticis siue causticis medicamẽtis, partiũ cõtinuitas dissoluatur necesse est, & in sua principia redeat. Quod vt ne fiat, aut quàm tardissimè fiat, sagax prouidit natura, substantiã illi molita pinguẽ, lentam, crassam, multã, imputribilem & corruptioni quàm maximè repugnantẽ, vt philosophatur Arist. lib. de lõg. & breuitate vitę; & ex eo post eũ doctissimi viri, Io. Fernelius & Iac. Syluius. Porrò alter ille qui est & dicitur fluens, à corde, tanquã fodina, vel (vt ita dicã) minera, eiúsque in primis sinu sinistro, per arterias; vel quo modo prisco veterum more Plato & Hipp. loquuntur, per venas cum spiritu & sanguine, suis tanquam vehiculis & pabulis, continenter in partes singulas defertur, vitam largiturus, cùm à sanguine habeant alimentum: partium denique singularum fixum calorem natiuum recreaturus atque instauraturus. Cuius ad inte-

Calor fixus vbi & qualis.

Humidum radicale quid, ad quid, & qui consumatur.

Humidi primigenij substantia qualis.

Calor natiuus fluens, qui & vnde, & quorsum.

Vena pro arteria.

Caloris natiui vehiculũ, & vsus.

Caloris natiui fere intrò motum, quid sequatur.

riora receſſu, pallere & frigere extima contingit: vt in mœrore, metu, terrore, timore, pauore, exanimatione, conturbatione, formidine, miſericordia, luctu, angore, ærumna, dolore, ſolicitudine, moleſtia, afflictatione, deſperatione, ſomno, verecundiæ initiis, frigore, horrore, rigore febrili. in quibus (vt Hipp. verbo metaphorico, ex lib. de humoribus, & Ariſt. in meteórís, & lib. de mundo, vtar) fit tanquam ἀμπωλὴ, ſanguine & ſpiritu, cum calore ipſo, interiora repetente. Quomodo Oceanus, poſt exundationis æſtum, ſuas aquas reſorbet reuocatas in alueum. Vt contrà, calor idem foràs emicans, & tanquam exundans, ἐπ' πλημμυρίδα (ſic enim dicitur ipſa maris ac fluminis cumulata aluei inundatio) vi ſua ſemper mobili, exteriora, & aërem, atque ætherem ſuæ naturæ affinem ac congenerem affectante (Rei enim ſemper mobili, ipſa quies, tanquam mors quædam eſt, ait Gal. 3. de cauſſ. pulſ.) velut ad ſuum ſibi nitens ceſtrum ac principium, ſuis comitatus aſſeclis, ſanguine (inquam) & multiplici ſpiritu; rubere, calere, tumere, nitere partes oculis expoſitas facit. quod in ira accenſa, excandeſcentia, gaudio immodico, lætitia geſtiente, libidine, delectatione, iactatione, æmulatione, obtrectatione, inimicitia, diſcordia, iocis, riſu, vigilia, exercitio moderato, verecundia iam vigente, ſtatu ſeu vigore acceſſionum & paroxyſmorum febrilium, & ſummo vigore morbi; & doctiſſimus Iac. Syluius, tribulis idem meus atque ὁμότεχνος, ex Galeno retulit, & Stoïci apud Ciceronẽ 4. Tuſcul. philoſophantur, & quotidianus vſus euenire deprehendit.

A ſimili.

Ἀμπωλὴ, quid.

Caloris natiui intus foràs motũ, quid ſequatur.

Πλημμυρὶς, quid.

Calor affectat motum, & quietis diuina, quæ ſint: & eius natura aetheria.

Caloris natiui comites.

Ab exẽplo.

Sed quemadmodum caloris illius geminæ (quem ſuprà poſui) diuerſa eſt natura: ita & ſubſtantia, & qualitas, & actio longè longéque diſcrepat. Namque calor natiuus, id eſt, humidum primigenium, inſito ſpiritu & calore vndique perfuſum, idem vitæ animalium author, & animæ præcipuum ad omnes actiones obeundas inſtrumentum, in temperamento ſitum, (nam Galeno authore, calor hic noſter inſitus, ex elementorum permixtione natus, ex calido frigidóque temperatus coaluit) aut ſiquid eſt ſupra elementarem naturam diuinius; in ſpiritu, ceu in proprio ſubiecto, fomento, & vehiculo ſiue ὀχήματι, conſiſtit: non nuda qualitas (quomodo calor nobis communi vſu accipitur frigori oppoſitus) ſed ſubſtantia quædam (vt putant) calida, aëria ſiue ætheria, & aquea, eadémque temperata, & quidem diuina, non elementaris modò; cui non frigus, ſed extinctio omnimoda (quæ eſt ipſius priuatio) opponi ab Ariſtotele rectè aſſeritur; Galeno autem, ſanguis & ſemen (duo prima noſtræ originis primordia: cùm ſit tamen illi ſemen, opifex fortiſſimus, & naturæ nomine decoretur) exponitur ac celebratur tum locis innumeris, tum præcipuè commentario multiplici & docto in Aphoriſmos & 6. Epidemíon, & lib. de natura humana; ſed & 8. de placitis Hipp. & Plat. item 1. de vſu partium, lib. de ſemine, de Temper. de tremore, de pulſibus, de reſpiratione, de

Caloris natiui & alieni differentia, in quo.

Caloris natiui energia, & ſubiectum, & ortus.

Caloris natiui ſubſtantia, quæ, & qualis.

Caloris natiui aduerſarius quis. Duo principia noſtræ originis, quæ: ac de ſemine.

natural facult. Et quidem, vbi huius apud eundem non honorifica mentio? non celebres tituli? non mirifica encomia? cùm præter iam recitata, deſcribitur facultas animal gubernans, tum quæ ſolida regit corpora, tum naturalium operum author; & ab ea, quæ in ipſo efficaciſſima dominatur, qualitate nomen ſortitur: eſſentia ſeipſam mouens, ſempérque mobilis; vis inhabitans corpora: ac ne te diutiùs longas per ambages morer, Natura denique & Anima, ſi tum Galeno non erubeſcimus profiteri. Cuius motus intrò fit, alimenti gratiâ, vel ad ciborum concoctionem (obtinet enim ipſe ex ſanguine perſeuerantiam, ait idem author) foràs autem, propitio & inſito motu cietur; quia calidus eſt, & à ſuffocatione alioqui periclitaretur. quem contemperatum ideo frigiditas modica coërcet, ne ſua innata leuitate, & affectato ad externa motu, *Euolet, & rapidus tenues vaneſcat in auras.* ſic enim philoſophatur Gal. idem libro de curandi ratione per ſangu. miſſ. & 3. de cauſſ. pulſ. item lib. de Tremore, rigore &c. quàm verò rectè, aliàs videmus.

Caloris natiui elogia, ex Galeno, ac deſcribuntur.

Calor natiuus, natura, & anima, pro eodem

Caloris motus intrò & foràs, quorſum.

Frigus ligat calorẽ, quare.

Et hęc quidem natura ac ſubſtantia eſt natiui, qui dicitur, caloris. cui & qualitas planè reſpondet halituoſa, blanda, ſuauis, mitis, temperata, tactui grata, naturę familiaris, ad ſe alliciẽs, vitæ amica: & quidem ipſius principiis conſentanea, modicè calidis atque humidis; nẽpe ſanguini ac ſemini. Poſtremò & actio ipſa, ſiue operatio, & naturæ inſitæ, & qualitati, quæ ſe tactu prodit, aptiſſimè reſpõdet. Calor enim natiuus, omnium naturę operũ cauſſa eſt, & architectus: natura eſt ipſa denique, vt iam dixi. Neque enim aliud (ait idem Gal. ad aph. 15. 1. ex Hipp. 6. Epidemíon, & lib. de nat. hum.) quicquam animal ab initio conformauit: ſicuti neque rurſus adauxit, aut ad mortem vſque enutriuit: præter quàm iſte calor innatus. hic enim omniũ operum naturaliũ cauſſa. Iterúmque 2. de facult. natural. Quippe natura illa, quæ particulas effingit, & ſenſim adauget, omnino per eas totas eſt extenſa: vt totas eas per totas, non tantùm extrinſecùs effingat, nutriat, atque adaugeat. quæ verba nihil diuerſum ſonant à ſuperioribus. Idem calor concoquit, digerit, apponit, agglutinat, aſſimilat, ait libro de maraſmo; & facult. naturalib. & 8. de plac. Hipp. & Plat. Denique quicquid in rebus ſubſiſtit; augetur, roboratur, ſanum eſt, dum proprio & natiuo calore regitur, ait 11. meth. Therapeu.

Caloris natiui energia, quis.

Caloris natiui actiones in corpore.

Natura fuſa per partes, quorſum.

Caloris natiui dominium & actio.

Contrà verò, alter ille, qui prẽter naturam eſt, idem ſpurius, vel alienus, & ἐπακτὸς, aſcititius ſeu acquiſititius cognominatur: quia naturæ contrarius, quia minimè legitimus naturæ partus, quia aliunde acceſſit, foris, & vt plurimùm ab aëre ambiente inductus: denique quia primò non inerat, ſed longo tandem pòſt tempore, genito iam animali aſcitus eſt, & ætatis mutatione acquiſitus. Cùm enim (ait Galenus ad aph. 14. 1.) magis terreſtre efficiatur animalis corpus (tale autem quotidie efficitur, dum augetur) tunc licet vehemẽter calidum exiſtat & igneũ: ſubſtantiam tamen innati caloris pauciſſimam habet. Alioqui febricitãtes diceremus plurimũ

Caloris alieni cognomina, vſus, & ratio.

Vnde & quando acceſſerit calor non naturalis.

Corpus animalis quotidie fit magis terreſtre; & calor naturalis paulatim minuitur.

habere calorem innatum: cui non modò plus, sed ne priori quidem habent æqualem. Bene enim temperata est caloris innati substantia: ignea autem, aduentitij. quam sententiam tum alibi sæpe, tum lib. 8. de plac. Hipp. & Plat. sic reperit; Si ab igne, ciborum concoctio, digestio, sanguificatio, & nutritio fieret; meliùs & citiùs etiam in febrientibus omnia hæc conspicerentur absolui. Sed insitus calor temperatus cùm sit, substantia quidem in sanguine & pituita subsistit; qualitate est congruè ex caliditate & frigiditate cõtemperatus. Idem Hipp, libro de natura hominis; In prima ætate hominem ait calidissimum esse: sicut frigidissimũ in extrema, quæ est senecturis. non absolutè tamen calidissimum, quemadmodum in febribus ardentibus; sed insito calore calidissimum esse substantiâ, nuper genitum infantem intellexit. propterea lib. 1. Aphor. Quæ crescunt, ait, corpora plurimum colorem insitum habent.

Vt autem iam antè proposui, non modò nominibus à seinuicem ambo isti calores differunt; sed naturâ, & substantia tota, vt patuit; sed & qualitatibus, & actionibus, vt patebit. Qui enim præter naturam est, calor ille quidem etiam ab energia & efficientia dictus est, sed substantia sicca, terrestri, squalida, ignea, magis, magisque ætatis decursu inualescens. Quo fit, vt qualitas illi sit acris, mordax, arida, squalens, fuliginosa, tactui ingrata, naturæ grauis, inimica vitæ. Refert enim & ille sui principij naturam calidam, siccam, terream, atque adeo igneam. Par enim est, similem esse defluxum, subiectæ substantiæ, vt Gal. 8. plac. Hipp. & Plat. tradit. quod etiam in his externis & sensui expositis videre est.

Atque vt ille multus ineſt pueris, vel adeo infantibus recens editis, suæ etiamnum principiis generationis propinquis; imò quantus postea nunquam, eodem teste Hippocrate: deinceps verò iis, qui crescunt; ob substantiam aqueam & aëream, ob copiam sanguinis & pituitæ, ob plurimam substantiã sanguinis & seminis, in quibus suas ille delicias habet. Sic multus hic alienus calor in iis abundat, qui iuuenes vigent: plurimus in iis, quibus inclinat ætas, aut iam ad senium præcipitat. Cùm enim ex humida substantia, nostræ sit origo generationis: eam quidem calor non insitus tantùm; sed potiùs ac magis aduentitius hic conficit & consumit paulatim. ex quo fit, vt nostrum senescere, nihil aliud sit (vt rectè philosopho visum est) quàm siccescere; siue, vt Græcè efferam, ξηράνθαι. Et cùm in perfectis, ac planè adultis sistratur incrementum (ossibus aridioribus redditis, nec iam sequacibus, aut alimento in omnem dimensionem extensis & adauctis) reliquum est, vt corpus arescat, actionum vis omnium imminuatur, moles denique corporis contabescat atque emarcescat. Iterum plurimus ille vere & hyeme: hîc contrà æstate abundat. vnde illis temporibus (si proportione respondeat alimentum) corpora succulenta, florida, obesula: hac autem, arida, squalida, macilenta, emarcescunt atque macrescunt potiùs, quàm nutriuntur aut implentur.

Postremò vt ille actiones omnes edebat è natura, & secundum naturam: sic ex aduerso, hic nihil non molitur, quò naturam euertat, pessundet, turbet, & labefactet. insinuatur nostræ generationis principijs, incrementa cohibet, nutritioni officit, humores corruptione inquinat, spiritus ipsos inficit, partes solidas putredine & sideratione appetit, corpus ab initio nostri ortus ad extremum vsque vitæ diem resiccat, labefacit, liquat, & quanta potest vi maligna & ignea, aduerendo consumit: ac depastis tandem humoribus, carnibus adesis, & musculis contractis; corpus vletum, rugosum, strigosum, marciduum, tandem senio conficit; & in orcum, aut certè in tumulum præcipitat, vt posthac pluribus edisseram.

Nam omni animanti duplex innascitur interitus ac corruptelæ necessitas: altera, resiccantis paulatim caloris ascititij corpus vniuersum, hostilis malignitas: altera, totius substantiæ perpetuò dilabentis fluor; quem calor innatus, sui plus æquo studiosus, nimiùm pabuli appetens, excitat; citò & ipse corpus consumens: nisi ἀναλογῳ restituatur loco deperditi alimentum.

Ergóne nos occidit calor, qui corpora produxit? fitque idem & ortus & interitus nostri caussa; Sanè propter naturalem calorem, & senescunt corpora, & morientia corrumpuntur. Sed non vt flamma, ligna: ita & innatus calor (quod isti aiunt) animalium corpora consumit: vt in febre contingit. Quin potiùs corpora siccari, iuxta naturalem quandam consequentiam; & fieri hoc, propter innatum calorem, omnium verissimum est, ait Galenus libro de marasmo. Vbi enim quod defluit, plurimum est: quod verò influit, paucum: hîc verò citò necesse est subiectam corrumpi substantiam, ait idem Galenus. Quod in tenellis pueris planè videre est: quorum è corporibus, ob cutis raritatem, & humoris tenuitatẽ, longè plura ἐξ ἀφανοῦς exhalant ac diffluntur: quorum item calor longè voracior, vix satiari potest, nisi crebris substitutis ac suffectis alimentis; tanquam fomitibus ἢ πῦρ ἐπιτεθὲν igni ardenti admoris & aggeratis. Omnino enim, vti dixi, alimenta oportet esse innati caloris multitudini proportionalia: multa si multus, pauca si modicus ineſt; ac si mediocris, medio quodam modo. Et quemadmodum ignis, deficiente pabulo, extinguitur: sic calor omnis in nobis, nisi accedat alimentum, seipsum conficit tandem, atque exoluitur. vnde mors homini fatalis.

Atque vt ad mea principia redeam, de calore vtroque à simili dicere videor posse, quod Cicero 2. de nat. Deor. ex placitis Stoïcorum scripsit. Sunt, inquit, stellæ, naturâ flammeæ: quocirca terræ, maris, aquarum vaporibus aluntur iis, qui à Sole ex agris tepefactis, & ex aquis excitantur. & apertiùs ibidem; Ergo cùm Sol igneus sit, Oceaníque alatur humoribus: quia nullus ignis sine pastu aliquo

Caloris innati & alieni qualitas repugnans, in quo.

Caloris innati substantia, in quo: & vbi sit.

Homo tò calidior, quo propinquior ortui, quemodo.

Pueri calore nativo habent plurimum.

Caloris innati ab alieno, differentia multiplex.

Differentia in qualitatibus.

Caloris alieni qualitas vnde talis.

Defluxus similis fit subiecto suo, qualiter.

Calor innatus in pueris longè vberrimus: tum in adolescentibus, vnde.

Calor innatus in quo consistat.

Calor alienus in vigentibus & inclinantibus dominatur, cur.

Origo generationis ab humido, quomodo conficiatur à calore gemino.

Senium, quid.

Corporis caussa incrementi, & tempus, atque finis.

Corporis & actionum, naturalium, diminutio quemodo, & vnde.

Caloris vtriusque varia proportio ad tempora: indeque corporis status.

Caloris adventitij actiones aduersæ, quæ: & vnde natura incommodæ.

Mortis vnde necessitas, & confusa duplex à natura.

Prima, à calore alieno.

Secunda, à calore naturali, quo.

Alimenti vsus, & necessitas, vnde.

Calor naturalis, idem author vitæ & necis, quemodo.

Dissimile.

Corporum siccitas ex consequentia, qui fiat.

Puerorum corpora defluibilia, cur & cur pluribi consistant.

A simili.

Alimenta analoga calori nativo, quæ.

Similitudo ab igne.

Mortis caussa.

Stellarum igearum alimentum, vnde.

Solis ignei alimenta, vnde: & quale ignis siderum.

possit permanere: Necesse est, aut ei similis sit igni, quem adhibemus ad vsum, atque victum: aut ei, qui corporibus animantium continetur. Atqui hic noster ignis, quem vsus vitæ requirit, confector est & consumptor omnium: idémque quocumque inuasit, cuncta disturbat ac dissipat. Contrà ille corporeus, vitalis, & salutaris, omnia conseruat, alit, auget, sustinet, sensúque afficit. Negat ergo esse dubium, horum ignium Sol vtri similis sit: cùm is quoque efficiat, vt omnia floreant, & in suo quæque genere pubescant. Quare cùm Solis ignis, similis eorum ignium sit, qui sunt in corporibus animantium: Solem quoque concludit esse animantem oportere: & quidem reliqua astra, quæ B oriantur in ardore cœlesti, qui Æther, vel Cœlum nominatur.

Nullus ignis sine pastu perdurat.
Ignis elementaris, cōsumptor.
Ignis vitalis, conseruator, qui.
Solis ignis similiter caloris natiui: ab effectis.
Sol, animatus sic astra reliqua, cur.

Vides, inquam, commune esse vtrique calori, proprio & conuenienti naturæ suæ ali & foueri alimento: sed natiuum cœlesti; ascititium, huic nostro elementari igni rectiùs atque conuenientiùs posse assimilari. His duobus an tertius porrò accedat calor cœlestis, ab vtroque diuersus, an idem natiuo connatus & contemperatus, aliàs viderimus: cùm pugnantes duorum virorum clarissimorum sententias animaduertam; alteram Fernelij, vtrumque hunc pro eodem habentis: alteram Leoniceni, C vtrumque à se inuicem dirimentis, tum ortu, cùm sit alter nobis insitus, alter à cœlo pendeat: tum effectis & temperie tota; cùm nostrum illum insitum & temperatum dirigat, moderetur, ad functiones promoueat cœlestis ille sempérque salutaris calor: cuius complexu fotúque destitutus calor hic noster langueat, torpeat, inersotietur, tandémque extinguatur. sed de hoc, rursum in progressu.

Calor pascitur simili alimento.
Calor natiuus cœlesti, ascititius, elementari affinis: & an aliquis tertius, qui.

Hîc rursus obiicit acutus Philosophus, & grauis sanè medicus Iul. Scaliger; Si febrilis calor natiuo contrarius est; duo specie differentes calores in febricitantis corpore erunt, D iísque actu. siquidem natiuus calor à corpore febricitantis prorsus non abscedit, cùm sine eo, ne vita quidem consistere possit. De febrili, dubitatio nulla est: quoniam is tum tantus est, vt solus regnare videatur. Iam si duo specie differentes calores actu sunt; duo obtineant subiecta, necesse est. Haud namque duarum specierum actu existentium, vnicum est subiectum. si duo subiecta sunt; ergo & duæ formæ. duorum enim subiectorum vnica forma non est. Denique si duæ formæ, ergo & duo animalia. Itáque fieret, vt in vno & eodem febricitante, duo essent homines. vel in eo ipso E febricitante, aliquid esset homo, aliquid non homo. hæc ille, acutè (vt dixi) & ingeniosè deducit, magis quàm necessariò concludit, εἰς ἄτοπον, ad absurdum compellens. nisi quis obiectionum gradus singulos attentus expendat, & soluat ἀμφίβολον, dubiáve & æquiuoca distinguat, & subiecta diuersa vtrique calori assignet. ne ad extremum cogatur ineptus fateri de se cum Comico illo scurra,

Obiectio. At si calor natiuus & adscititius, cōtrarij sint, quomodo ambo actu in corpore humano subsistunt? Contrariorum diuersa subiecta, & forma totidem, totidémque animalia distinguuntur.
Solutio à distinctione.

At ego nesciebam quorsum tu ires.——

Verùm vt de vtroque illo calore tandem concludam, quæ medici prisci & recentiores (nam ad illa Scaligeri obiecta, solutio distinctior nobis tradetur tractatu nostro de febribus ex Arabum sententia, multis etiam aliis in eodem genere accuratissimè & propè ad ἀκρίβειαν expendendis) vel ad nauseam vsque inculcant ac repetunt, & velut de quodam numine & ardelione vel μυσόφωτι (factorem totius dictitant) non sine risu hominum cordatorum deprædicant. Illum ego iusto regi, aut bono patri familiâs conferam: hunc autem iniquo tyranno, vel iniusto vitrico seu nouercali parenti. Ille enim bonis naturæ studet, hic inuidet: ille vitæ prospicit, hic insidiatur: ille salutem conciliat, hic morbos & febres infert atque inuehit: ille coquit succos pranos ac mirificat, hic etiam bonos vitiat & corrumpit: ille πῦρ ἐκ πυρὸς molitur, hic ἀνθρακιὰν & omnē putredinē atque corruptelam machinatur: ille aliméta probè coquit in vētre, & venis, & partibus singulis; hic corrumpit in qualitaté, frigida quidem alimenta, acidam; calida verò, nidorulentam: ille transpirationem efficit suauem & morsus expertem; idem densata cute non febrem, sed tantùm plethoram facit; hic ἀχωρολίαν siue transpirationem efficit calidam, acrem & mordacem: quæ, cute astricta, statim febrem efficiat, aut morbum grauiorem pariat. Denique (vt iam antè attigi) quicquid in rebus substitit, augetur, roboratur, sanum est, dum proprio & natiuo calore regitur: quem in animalium corde seruat respiratio, pulsus diastole ac systole moderato, & libera per cutim facta perspiratio. Qui verò præter naturam est, primùm quidem succos, ob humiditatem putrefacit & corrumpit (nisi si spiritus vniuersos priùs inquinat) deinde & adipem & carnem colliquat: postremò etiam partes solidas sideret & in tabum resoluit.

N. tractatus de feb. iuxta Arabes.
Ironia.
De vtriusque caloris vi & natura & effectis, per similitudinē.
Caloris natiui conseruatio qualis, & vbi residens, & qualiter temperatur.
Caloris præter naturam violentia.

NIC. NANCELII
TRACHYENI NOVIODVNENSIS MEDICI,

De immortalite Animæ, velitatio aduersus Galenum.

PRÆFATIO.

Vnde pendeat hæc disceptatio & ratio analogiæ antecedentium cum consequentibus, nexúsque.

POSTQVAM de summi Dei & hominis analogia quadam, excellentiáque ac dignitate, opere in id dicato, præfatus est NANCELIVS: partium mundi vniuersalium cum præcipuis hominis partibus comparationem instituit, ætheris cum anima, cœli & planetarum capite ac sensibus, eorúmque ducibus atque authoribus neruis à cerebro exortis. deinde meteororū & aëris, aëriarúmque impressionum, cum spiritibus, & iis quæ in capite fiunt, atque ab eodem defluunt. Hinc de caloris natiui cum igne elementari,

Digitized by Google

proportione agere incipit: déque illius vi ac dominatu in humano corpore, aduerſarijque caloris externi tyrannide: reliqua iubinde eodem opere (Σωὶ ϑεῷ) percurſurus elementa, & cum humanis contentis, continentibus & impetentibus (ἐνεχόμενα, ἐνέχοντα, & ἐφιέμενα dixit ſenior Hippocrates 6. Epidem. ſect. 8. vt breuiter, ita & ſignificanter) ſingillatim & adamuſſim collaturus.

Occaſio vocationis N. cum Gal. atque diuortij.

Qua ex occaſione, Galeni ſententiam de anima (ceu calore iſto natiuo) eiúſque ſubſtantia, exagitat: atque ex abſurdo, conſectarium impium de animæ interitu eluat; partímque rationibus magnorum philoſophorum, & priſcæ Theologiæ ethnicæ momentis; partim authoritate ſacri vtriuſque inſtrumenti confutat, & variis hiſtoriis, priuatiſque rationibus, falſam, impiam, erroris & periculi damnoſi plenam opinionem, pro ingenij viribus, arguit, conuincit, & conficit. Ita tamen, vt Galeni famæ parcat, & nomini: &, quoad eius fieri poteſt (ἐμὲ μέχρι ζωγρῶν, Periclèo more) hominem excuſet. in re medica, & philoſophia reliqua, tantum illi deferens, quantum poteſt maximè: vel adeo plus quàm alij nemini: in hac autem tanti momenti, tantíque ponderis diſceptatione, iuſtus de cauſſis ab eo deficiat: omníque authoritati, opinioni, amicitiæ denique atque obſeruantiæ, vnum veritatis pondus, & fidei Chriſtianæ, quam profitetur, ſynceram maieſtatem, & ſartam rectam authoritatem anteponat. Cætera alias recognoſcetis ex hoc peramplo volumine: hæc autem annexa ſuperioribus (velut membrum aliquod de toto corpore anulſum) quæ deinceps conſequuntur, continuata orationis ſerie, ſic ſe habent.

N. quàtum deferat Galeno, & quatenus.

Amicus vſque ad aras. N. amiciſſima omnium veritas; & eius fidei proteſtatio.

CAP. I.

Locus in celorum virique denominatione. A ſimili. Theſis. Quòd calor natiuus, nõ ſit anima.

AT enim enimuerò, ideóne calorem aſcititium hunc, ego malum quendam Genium: illum verò natiuum calorem, Angelum quendam, ſiue bonum Genium, vel Deum denique tutelarem aliquem atque ἀλεξίκακον, vel ipſam adeò cum Galeno medico (nam & Zeno, animam, eſſe ignem putauit) animam hominis eſſe dicam? Abſit, inquam, ab homine Chriſtiano tam impia cogitatio. Calor eſt, fateor: iſque innatus ſiue inſitus à prima iam inde animantis procreatione: volo. temperamentum eſt, vel in temperamento ſuam ſedem habet; ſit ita. ſubſtátia eſt aërea, aquea, ſpirituoſa, concedo id quoque, quoniam flagitas: cùm tamen reuera aliter ſentiam; nempe calorem nobis inſitum, nudam eſſe ac ſimplicem qualitatem (niſi calori huic fixo, ſpiritum, velut corpus affingas) ſed diuiniorem tamen communi elementorum calore: cùm ille potiùs ſit cœleſtis, & in æthereo ſpiritu ſubſiſtat. Perge, inquam; præcipuum eſt animæ ad res obeundas inſtrumentum; do etiam hoc tibi: neque enim, vt Eraſiſtratus, omnem illi vim præripio: ſed neque rurſus omnem concedo. Quanquam nec Simmiæ (cuius hodiéque multæ ſunt ſimiæ) apud Platonem in Phædone: nec Galeno ipſi lib. 9. plac. Hipp. & Plat. & lib. quòd animi mores, &c. aſſentior; Animam, eſſe temperamentum, ſiue temperiem quandam quatuor qualitatum, aſſeuerantibus. ſiue κρᾶσιν quatuor elementorum, vt Empedocli, & Philolao Pythagorico, & Alex. Aphrodiſæo viſum eſt. Quid verò amplius? natura eſt, ſeu facultas nos gubernans. Vide, inquam, ne longiùs progrediare: ac num ſatius ſit cum Ariſt. 2. de anima, dicere ἐντελέχειαν, velut concauſſam alimenti atque augmenti. nam primaria ac præcipua iſtorum cauſſa, non natiuus eſt calor, ſed anima exiſtit, tanquam forma in operationibus naturalibus. Ita verò & Plato in Phædone, ex Anaxagoræ ſententia tradit; ὡς ἄρα νοῦς ἐστὶν ὁ διακοσμῶν, & αἴτιον πάντων. Quòd igitur mens eſt, quæ ſingula diſponat & exornet, omniúmque cauſſa ſit. Semper enim, vt ibidem dicit, quod in rebus vniuerſis optimum eſt, facit ac prouidet.

Animæ quid, ex opinione quorundã.

Calor natiuus, non eſt primaria cauſſa alimẽti, vel incrementi, ſed anima, nempe forma.

Sed enim, ſi explorata mea credulitate & facilitate, ac citra ἀνοχλὶ, ſimpliciore aſſenſu, facta per iſtos gradus in animum meum, atque inducta (quod nolim: atque vtinam Deus meliora piis!) perſuaſione; remotis verborum ambagibus, dicas tandem (quod vtique profiteris, & intrepidè atque impudenter aſſeris) calor natiuus in homine, anima eſt. ſiue (vt Heraclitus inſinuabat) calida quædam exhalatio: à qua ζωὴ, ὥσπερ ζέσις. vita, quaſi feruor aut vigor. Nego (inquam) & cautus ac tacitus apud me dico cum Perſio, Saty. 5.

Academicorum ἐνοχὴ laudatur. Calor natiuus nõ poteſt eſſe anima, ab incommodo. ζωὴ, vnde dicta.

——— *mendosè colligis, atque*
Quæ dederam ſuprà, repeto, funémque reduco.
Pelliculam veterem retines: & fronte politus,
Aſſutam vapido ſeruas ſub pectore vulpem.

Sophiſtæ. Scriues captioſus & damnoſus: ſi calor natiuus, anima ſupponatur.

Vide enim atque attende, quid ſequatur incommodi. Calor natiuus, eſt anima. Calor natiuus perſeuerantiam habet ex ſanguine. Calor natiuus ſubſtantiam habet aëream & aqueam. (aërem Diogenes; aquam Thales iam ante dixerant eſſe animam: ideóque ψυχὴ vocari, quaſi ψυχος ἢ ψῦξις, eò quòd refrigeraret, ſeu frigus induceret.) Calor natiuus in ſanguine & ſpiritus fundamentum habet. (ſic Critias in ſanguine, iuxta Ariſtotelem, animam ponebat; quam ſententiam nonnulli etiam adſtruunt Theologi, ex cap. 17. Leuitici, de quo nos alibi. Sic Empedocles, animam eſſe cenſebat cordi diffuſum ſanguinem, vt refert Cicero.) Calor natiuus conſiſtit in temperamento; ais varijs tu quidem in locis. vel apertiùs denique hoc modo; Anima, eſt temperamentum, lib. 9. plac. Hipp. & Plat. Item, Anima ex ſanguinis halitu (vt ferè Heraclitus) & ex aëre inſpirato conſeruatur, ad 6. Epidem. ſect. 5. Item, Anima, eſt calor innatus, eſſentia per ſe ac ſemper mobilis, cap. 6. vel 12. lib. de tremo. palpita. &c. Item, Anima, eſt ſpiritus ille, qui in cerebri ventriculis continetur, lib. 7. plac. Hipp. & Plat. & lib. 6. Epidem. comment. (Hippocrati tamen, Anima, diffuſus per totum ſpiritus dicitur, apud Ariſt.) Hinc igitur continget aliquando, quod licet apertè colligere; & neceſſaria cõſecutione, ſiue ἀναπόδειξιν, vt aiunt philoſophi,

Calor natiuus, anima ſupponatur.

Ψυχὴ vnde dicatur.

Theologis quibuſdam anima in ſanguine. Galeni opinionis varia de anima ſede.

Anima ex halitu.

Hippocrati quid ſit anima.

Conſectarium impium: Ergo ani-

Locus in celorum virique denominatione. A ſimili. Theſis. Quòd calor natiuus, nõ ſit anima.

Caloris natiui proprietates, ſinonyma, vis, natura, prærogatiua.

Calor natiuus, an ſubſtantia ſit, an ſimplex qualitas? & quòd illi cœleſtis vis inſit.

Simmiæ, & eius ſimiæ.

ma aliquãdo extinguetur.

concludere; deficiente alimento, ceu pabulo: aut in prauam qualitatem conuerſo tum ſanguine, tum ſpiritu: vel immutato temperamento, & exolutis ſpiritibus, vaneſcentibúſque; vt ſimul & calor ille natiuus toties celebratus, & vitalis ſpiritus, & anima denique ipſa (proh nefas!) in morem flammæ aut lucernæ extinguatur, vaneſcat, pereat, & ſpiramento deficienti commoriatur. Quam neceſſitatem ex falſa hypotheſi, licet alibi diſſimulanter agens, Galenus idem libro, Quòd animi mores, &c. ſic apertè conatur elicere. Ariſtoteles (ait) formam corporis, eſſe animam dicit. Ergo & animæ eſſentia, quodammodo temperamentum erit quatuor qualitatum. Si igitur & quod ratiocinatur, ſpecies animæ fuerit; mortale erit. nam & ipſum quoddam cerebro temperamentum eſt. Itaque animæ ſpecies partéſque omnes, temperaturę comites facultates habebunt. talíſque erit animæ eſſentia. At verò (ait idem Galenus ibidem conſequenter) ſi anima immortalis eſt, vt vult Plato: cur admodum refrigerato, aut ſupercalfacto, aut nimiùm ſiccato, aut impenſiùs humectato cerebro ſeparetur? rectè vtique feciſſet Plato, ſi ipſe, perinde atque alia, quæ ad rem pertinent, literis mandaſſet.

A ſimili.

Ariſtoteli anima quid ſit.

Anima eſſentia, Galeno.

Quòd anima ſit mortalis.

Platoni anima immortalis. Gal. obiectio in Platonem.

N. reſpõſio pro Platone.

N. *Nempe ſympathia & harmonia quædam eſt animi cum corpore, per vincula, velut media quædam (calorem intelligo natiuum, & inſitum ſpiritum) nec niſi in temperato ſine ad pondus, ſine ad inſtitiam, & debitè (vt dici ſolet) organizato, anima conſiſtere, vel actiones obire ſuas, viuo homine, incluſa in corpore poteſt. hæc nos pro Platone breuiter reſpondere poſſumus, & alibi adduximus.*

Anima cum corpore nexus quomodo ſolueatur.

Mors quid ſit.

Deinde adiicit idem Galenus: Fit enim mors, ex Platonis ſententia, anima à corpore ſeparanda. Sed cur ipſam ſanguinis euacuatio larga, & cicuta hauſta, & febris ardens ſeiungat: equidem ſi viueret Plato, perdiſcendum prorſus ex eo cenſerem. (N. Ego pro Platone reſpondi; & Gale. ipſe ex li. Hipp. de natura humana, ſatis perſpectum debuit habere; quem & ſuis commentariis explicauit, & nunc contentionis ſtudio, atque ignorantiâ craſſa, diſſimulat.)

Gal. obiectio in Plat.

N. pro Platone ſolutio.

Anima ſubſtantia, ſpiritus animalis, idco mortalis ex Gal.

Idem ſub finem lib. 2. de vſu reſpira. Spiritum, qui in ventriculis cerebri continetur, alterum ex duobus eſſe neceſſarium eſt; aut animæ ipſius ſubſtantiam, aut primum eius organum. Sed ſi primum; cerebrum in ſeipſo animæ ſubſtantiam habere neceſſarium eſt: & hanc, inſitam eſſe caliditatem, aut ſpiritum, aut totam ipſius conſtitutionis ſpeciem, aut ſiqua alia præter ipſam, incorporea facultas exiſtit. Cæterùm neceſſarium eſt, hoc primum, vnum quoddam organum ex prædictis habere ad motum ſubſeruiens; cùm ipſum omnino ad aliquid ſufferendum, impatiens exiſtat: & mortis tempore inſtante, per primorum ipſius organorum læſionem ſoluatur. Hæc ille non occultè, nec obſcuris verbis, vt cùm verecundiùs agit, ſuſpendere ſententiam conſueuit: ſed apertè, conceptis verbis, diſertis, expreſſis (qualia & Simmias Socrati in Phædone Platonis obiicit) ad euertendam animæ immortalitatem, & eius interitum velut cum corpore communem (quanquam ne id quidem ex ipſius oratione, & violenta ſeparationis cauſſa à corporis commercio contubernióque, ſequi neceſſe eſt) & belluarum rationis expertium occaſui perſimilem adſtruendum; atque idoneis videlicet rationibus comprobandum. Vt mihi non multùm diſſimilis eſſe videatur Protagoræ illius rario, in ipſo ſtatim impij voluminis limine dubitantis: Eſſéntne dij aliqui, an verò nulli. vel Theodori illius, qui θεὸς per antiphraſin eſt cognominatus: aut ipſius denique Diagoræ, qui Atheos dictus eſt, quòd Deos apertè & impiè tolleret.

Simmias Platonis animæ interitũ vrget: pariter & Galenus.

Gal. cõclusio minimè neceſſaria.

A ſimili.

O miſeram hominum conditionem, ſi hæc ita ſunt! vt nihil inter hominem & pecudem intereſſe videatur: cùm morte extingui vtrumque totum & ſimul ac ſemel contingat! ô vanos & inanes noſtros conatus! ô ſpes caducas & incertas mortalium! ô ſtultos illos, & improuidos ac mente captos, qui pro veritate verbi Dei, qui pro fide Chriſtiana, qui pro legis veteris ac patriæ inuiolata obſeruantia, diros & immanes tyrannorum ac miniſtrorum Satanę, ſatellitúmque vecordium & inſanorum cruciatus conſtantiſſimè pertulerunt! Et quod D. Paulus pro reſurrectionis ſpe indubitata dimicat, hoc inſtiùs aduerſus iſtam perniciem opinionum, atque inſanum mentis errorem queri poſſum. Εἰ γὰρ ἐν τῇ ζωῇ ταύτῃ ἠλπικότες ἐσμὲν ἐν Χριστῷ μόνον, ἐλεεινότεροι πάντων ἀνθρώπων ἐσμέν. Nam ſi in hac vita tantùm in Chriſto ſperantes ſumus; miſerabiliores ſumus omnibus hominibus, ait cap. 15. Corinth. 1. quo vno argumento præcipuo reſurrectionem mortuorum adſtruit: nos ex eodem, vt poſthàc repetam, animæ immortalitatem, & piorum in hac vita miſerorum, futuram olim beatitatem elicimus, & auguramur. Imò verò (inquam ego) ſi rationis vſum, & animæ intelligentis fructum tantiſper habemus, dum hac miſera & mortali vita fruimur; omni animantium genere calamitoſiores & longè infeliciores ſumus: quas natura abiecit pronas ad paſtum: quibus ſui corporis vitæque curam ſolam commiſit: quæ quantum ſenſu mouentur, ad id ſolum, quod adeſt, quódque præſens eſt, ſe accommodant, paulùm admodùm ſentientes præteritum aut futurum: quæ æqui aut iniqui, boni aut mali, veri aut falſi, iuris aut iniuriæ nulla perceptione ac differentia ſuſcepta, ad id feruntur (vnde & feræ dictæ) ὁ τῇ ὁρμῇ, & impetu toto ruunt, quò libido illas, & ſenſuum cupiditas, dictaque bruta ſenſualitas, allicit, pellicitve. Nulla conſcientia, aut inteſtina ſynteréſi terrentur: nulla legum formidine, nullis iudicum minis anguntur: non mortem, non manes, non Orcum, non Cocytum, non Stygem metuunt; & inexorabile fatum pedibus ſubiecerunt: non illa curant, quæ vetus Poëta Tragicus terriloquus obiectat,

Epiphonẽma ex conſequentia miſeræ humanæ.

Ergo inanis ſpes, fides, religio: ergo caca martyrum conſtantia.

Spes mortalium in vita humana, qualis.

Argumentum reſurrectionis, idem & immortalitatis animæ.

Acheruntis templa alta Orci, pallida
Lethi, obnubila, obſita tenebris loca.

Brutorum ingenium, mores, & natura: & ab homine diſcrimen, ex cõtrario.

Ferarum denominatio, & naturalis libertas.

Periphraſis inferorum, ex priſco Ethnicorũ ritu.

Libertinorũ voluptatis causa, & nutrix: & apud plerosque impietatis fomes.

Vt jam minimè miret, concepta quosdam falsa & impia ista opinione, more belluarum, omni voluptatum generi indulgere: religionis metum, Dei cultum, legis diuinæ reuerentiam omnem abiicere: &, ridiculum licet, vulgatum tamen apud illos —— *Epicuri de grege porcos,* carmen iactare & ferale & malè feriatum, & tamen hoc ævo nimiùm frequens;

Lude, bibe, atque ede: nã post mortẽ nulla voluptas.

Epicureorũ symbolum.

Quibus & hoc vicissim repono:

Lusisti satis, edisti satis, atque bibisti;
Tempus abire tibi est.

Sed alibi de Sardanapalo, & Sardanapalistis: nunc autem hoc sufficiat eius elogium subtexere; & hoc, quod ille quondam Rex Syriæ opulentissimus, & mollitie luxúque omni diffluens, epitaphium suo incidi busto iussit:

Sardanapali epitaphium tali homine, vel bellua potius dignũ. Mortalium deliria Epicurea.

Hæc habeo, quæ edi, quæq; exsaturata libido
Hausit. at illa iacent multa & præclara relicta.

Et apud Suidam, pari verborum sensu. Σὺ δ', ὦ ξεῖνε, ἔσθι, πῖνε, ἴθι παίζε. τὰ γὰρ ἄλλα τὰ ἀνθρώπινα οὐκ ἔστι ταύτῃ ἄξια. Tu autem, ô hospes, ede, bibe, lude: his vtique reliqua mortalia non sunt conferenda. Quid aliud (inquit Aristoteles) in bouis, non in regis sepulchro inscriberes? Sed præclarè κατ' ἀνθρωπίνως, Paulus noster loco nuperrimè citato; sed graui mox subiecta admonitione & increpatione, sic extulit, forsan octonario quodam Comico:

Pauli prosopopœia ad Epicureos.

Φάγωμεν & πίωμεν, ἄριστον γὰρ ἀποθνήσκομεν.
Edamus & bibamus; cras enim morientur.

Quod antè Esaias cap. 56. protulerat, sub ista Epicureorum persona: Venite, sumamus vinũ, & impleamur ebrietate: & erit sicut hodie, sic & cras, & multò ampliùs. Et ibidem deinceps Paulus ex Menandro, veteri Comico, sic comminatur:

Epicureorũ inuitamẽta ad delicias frequentes.

Φθείρουσιν ἤθη χρηστ' ὁμιλίαι κακαί.
Corrumpunt bonos mores colloquia prava.

Et verò perquàm appositè huic loco & sermoni, Saluianus Massiliensis Episcopus; sed à contrario sensu: Vigilemus, oremus, ieiunemus: cras enim moriemur. quam eandem sententiam Beda Augustino assignat. Vigilemus, (inquit,) & oremus, quia breuis & incerta est ista vita: & nescimus tempus, quando venturus sit Dominus.

Aristodemi comparationis. Anima rationalis & immortalis ergo, in corpus infertur, natura, vis, pabulum. Quo tempore anima subeat fœtus corpusculũ.

Sedenim longè aliter res habet, atque isti nebulones Alcinoïque arbitrantur. Anima enim illa rationalis, cœlitùs est à Deo demissa in hoc corpus humanum, & terrenum ergastulum; vel in eodem creata statuto tempore, quod Deus præscivit ac prædestinauit; dum adhuc vtero materno, consummatus membris omnibus (sunt qui in maribus post dies 35. aut 45. in fœminis aut circa mensem tertium quartúmve existimem) atque numeris modisque omnibus absolutus fouetur embryo: Anima, diuinæ essentiæ particeps, sed non de ipsius Dei decisa tamen substantia, vt quidam putarunt è recentioribus: vt Trismegistus Hermes, & Pythagoras tradiderunt: vt Epictetus scripsit, ψυχὴ, μόριον ἦναι, ἢ ἀπόσπασμα τοῦ θεοῦ. animam, particulam esse à Deo auulsam. vt & Horatius insinuat hoc versu;

Atque effigit humo diuinæ particulam auræ.

An animæ, Dei particulæ?

Philo autem animam, ἀπαύγασμα θεοῦ, Dei splendorem dicit. aut vt Hipparchus apud Plinium cap. 26. lib. 2. animas nostras, esse partem cœli. Pythagoras autem censuit animum esse per naturam rerum omnem intentum & commeantem, ex quo nostri animi caperentur: vt ipse forsan Plato sensit, sicuti patebit. aut vt idem alibi tradit, delibata è substantia ignium, portio, anima est. aut vt hæretici quidam malè sani insaniunt, ἀπορροὴ, ἢ ἀπόρροια, ἢ ἀπόρροιαι τοῦ θεοῦ, Dei effluuium, ac velut genitale semen. Anima (inquam) immortalis, Dei est expressa effigies: propter quam, ad imaginem & similitudinem Dei conditus homo dicitur: Anima, rectrix & gubernatrix corporis huius, quotidie creatur in singulis nostrûm semel nascentibus de nihilo: non autem ex virtute procedit seminis genitalis, & ex traduce natura, vt quidam Theologi ariolantur: sed recens pro re nata, recenti corpusculo, ceu vasculo nouo & thecæ conuenienti inseritur ac reconditur, de cœlo (sicut dixi) delapsa & primitùs demissa; vel sanè potiùs (vt quibusdam Theologis magis placere audio) in illo ipso creata infantis corpusculo, tempore & modo, soli Deo perfectè cognito: nihil vtique habens è parentum natura, aut quasi dicas, è tráduce genitura, vt visus est Tertullianus & Origenes indicare. Neque adeo, qua somniauit Pythagoras, delira & anili quadam μετεμψυχώσει; quam & Plato ex illo, in Timæo celebrauit. Non qua ratione ibidem Plato idem; & post hunc, alij sapientes habiti, humanas animas opinati sunt certo numero creatas ab initio (quod & Lactantius insinuauit) in astris demùm asseruari; & inde in corpora recèns nata demitti. Non iuxta Aristotelis calculum, creationem de nouo improbantis. Sed anima, illo quo dixi modo creata (siquidem humana mente animóque, tam diuina mentis animíque creatio percipi potest) nullo demum cibo alitur ac fouetur (quanuis Galenus aliter post Hipp. 6. Epide. senserit, vt iam insinuaui, & alibi docebo: quanuis humore sanguinis ali, sicut & lumen oleo, videatur doctus, sed minùs cogitans Lactantius asserere) nullo alimento corporeo indiget aut fruitur; nullo pabulo visibili recreatur; non sanguinis benigno quantumuis vapore; non spiritus quamlibet elaborati amœnitate nutritur. Quomodo enim incorporeus animus rebus alatur corporeis? aut quæ tandem analogia nutrientis ad nutritum; viciſsimque nutriti ad nutriens? num potiùs corpus corpore; animus autem, diuino & spirituali alimento, similis nempe simili pascitur ac sustinetur? vnde & poëtæ suis diis nectar & ambrosiam excogitarũt. Quantò autem rectiùs Socrates ille in Platonis politia loquitur? Qui salubri & moderato cultu atque victu, quieti se tradiderit; ea parte animi, quæ mentis & consilij est, agitata & erecta, saturatáque bonarum cogitationum epulis. & quæ sequuntur Latinè conuersa à Cicerone 1. de diuinat. ex 9. Platonis de Repub. dialogo. Alitur verò animus & bonis disciplinis, vt in Protagora: alitur

Hæreticorũ de animæ origine blasphemia.

Imago Dei in homine anima est.

A simili.

Anima, ab è cœlo demissa? aliàs in corpore primitùs creata?

Non omnes animæ ab initio mũdi creatæ; sed quotidie recentes recẽtibus corporibus inseruntur.

Animi generatio mẽti humanæ obscura.

Animæ pabulum quale.

A simili.

Anima nõ alitur sanguine, aut spiritu corporeo.

Quædã veræ sint somnia.

Animi alimentum, quale.

& veritate, vt in Sympoſio, idem ſcribit Plato: alitur & ſapientiæ paſtibus, & ſcientiæ cibis, ait Matthias apud Euſebium lib.3.cap.29. & poſt Platonem, Firmianus rectiore ſententia, cap. 1. libr.5. Mens in veritatis luce verſatur: quod eſt animæ pabulum incredibili quadam iucunditate perfuſum. Similiter Ambroſius in pſalmos; Hæc eſt animæ noſtræ vitalis ſubſtantia, qua alitur, & paſcitur, & gubernatur: nec quicquam eſt aliud, quod viuere facit rationalem animam, quàm eloquium Dei. de quo ad pſalmum 118. eódẽ ſpectat illud Chriſti; Non in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo quod procedit de ore Dei. Matth. & Lucæ 4. & Ioannis 6. Verba quæ ego locutus ſum vobis, ſpiritus & vita ſunt.

Cap. II.

Obſcuritas quæſtionis de animæ ſubſtantia. Gal inquirit animæ ſubſtãtiam valdè ſolicitus, quomodo, & vbi.

Enimverò nulla vnquam in re, tum ob magnitudinem rei ſcilicet, tum ob humanã imbecillitatem, vt Simmias apud Platonem in Phædone excuſat, tam occupatum Galeni animum vidi, quanuis alioquin acutiſſimum & ſolertiſſimum, quàm in indagatione eſſentiæ ſiue ſubſtantiæ ipſius animæ: quandoquidem modò cum Hippocrate inquirit, vt ad 6. Epidẽ. modò cum Platone, vt 7. & 9. plac. Hipp. & Plat. modò cum Ariſtotele, vt libro eo, cui titulum fecit, quòd animi mores tẽperamentum corporis ſequantur: modò cùm Stoicis, præcipuéque Zenone, vt eodem hoc libro, & ad lib. 6. Epidem. ſect. 5. modò, & quidem ſæpius; ſolus ipſe ſecũ, tum libris ſuperioribus, tum libro de ſubſtantia facultatum, & lib. de vtilitate reſpirandi, & lib. 11. de vſu part. & lib. de tremore, & libro de fœtuum formatione. in quo poſteriore, memorat ſcriptos à ſe peculiares ea de re libros: vnum, ad

Gal. libri 3. de anima.

Chryſippi ſententiam enucleandam: alterum,

Plato ſibi de anima contradicit.

in quo Platonẽ, vbi de anima agit, ſibi ipſi probat contradicere: tertium, de animæ ſpeciebus. quorum tamen nullum extare puto: ſed nec admodum deſidero: Sicuti neque tres illos libros, quos iam multò antè Diczarchus ſcripſerat; qui Leſbiaci vocabantur, quòd Mitylenis ſermo habitus eſſet: in quibus fruſtrà contendebat impius ille non philoſophus, ſed φιλοψόγος, & vafer impoſtor, efficere & probare, animos eſſe mortales. Galenus autem, mira tandem rei difficultate & obſcuritate, quaſi tenebris offuſus, diuturna ancipitíque indagatione defeſſus, in medio demùm curſu reſtitit: nullâque inuenta opinione cum ſcientiæ certitudine demõſtrata, palàm ac liberè profitetur, lib. de forma. fœtus, ſe de ſubſtantia animæ dubitare: nec probabile quicquam, quod aſſerat, de ea habere: Videri autem, vt pote quæ in ſemine contenta ſit, à parentibus animam in fœtum peruenire. quem tamen errorem paulò antè confutaui & poſthàc reſumam. Denique tam multis aliis idem fruſtrà perſcrutatur libris ac locis, vt ſuperſedere ſatius ducam, quàm omnes in medium afferre: præſertim cùm vel nihil doceant & affirmẽt (quod magis recipio) vel prauæ opinionis de eiuſdem interitu, leminaria quædã (quod prorſus reiicio, atque abhorreo) nec obſcuram ſuſpicionem, nec dubiam ſignificationem ingerant, atque improuidis & incautis animis obiiciant ingerántque.

Galeni de ſua inani labore confeſſio.

Obſcuritas ſubſtantiæ animæ: & an à ſemine parentũ?

Galeni de anima opinio cur improbanda.

Sic verò iam multò antè Dicæarchus cum Democrito & Epicuro errauit, qui perire cum corpore ac diſſolui animam (cùm potiùs ſeparari dicenda ſit) argumentis inanibus contendit. ſic alij plurimi ſibi ipſis, & conditori ſuo iniurij, contrà niruntur, animóſque quaſi capite damnatos, morte mulctant. Quin & Cebes apud Platonem in Phædone, multos iam iſto priſco ſeculo ambigere ſolitos narrat, ne anima à corpore ſepatata, nuſquàm ſit vlteriùs. ſed ea ipſa die, qua homo mortem obierit, intereat: ſtatimque ſeiuncta à corpore diſſoluatur: atque egrediens, quaſi ventus aut fumus diſſipetur atque euaneſcat, nec vſquam vlteriùs omnino ſit aliquid. Neque verò aliud eſt quicquã, cur incredibilis his animorum videatur æternitas; niſi quòd nequeunt, qualis animus ſit, vacans corpore, intelligere, & cogitatione comprehendere. Quaſi verò intelligant, qualis ſit in ipſo corpore; quæ conformatio, quæ magnitudo, qui locus. Vt ſi iam poſſent in homine vno cerni omnia, quæ nunc tecta ſunt, caſurúſne in conſpectum videatur animus: an tanta ſit eius tenuitas, vt fugiat aciem. Hæc reputent iſti, qui negant animum ſine corpore ſe intelligere poſſe: videbunt, quem in ipſo corpore intelligant. Mihi quidem animi naturam intuenti, multò difficilior occurrit cogitatio, multóque obſcurior; qualis animus in corpore ſit, tanquam alienæ domui: quàm qualis, cùm exierit, & in liberum cœlum, quaſi in domum ſuam venerit. Si enim, quod nunquam vidimus, id quale ſit, intelligere non poſſumus: certè & Deum ipſum & diuinum animum (quem & Deum Zeno vocabat) corpore liberatum, cogitatione complecti non poſſumus. Eſt illud quidem vel maximum, animo ipſum animum videre. Et nimirùm hanc habet vim præceptum Apollinis, quo monet, vt ſe quiſque noſcat. Non enim (credo) id præcipit, vt membra noſtra, aut ſtaturam, figurámve noſcamus. Neque nos, corpora ſumus. neque ego tibi dicens hoc, corpori tuo dico. Cùm igitur, Noſce te, dicit; hoc dicit, Noſce animum tuum. Nam corpus quidem, quaſi vas eſt, aut aliquod animi receptaculum. ab animo tuo quicquid agitur, id agitur à te. Hunc igitur noſſe, niſi diuinum eſſet, non eſſet hoc actoris cuiuſdam animi præceptum, ſic vt tributum Deo ſit. hoc eſt, ſeipſum poſſe cognoſcere. Ita M. Tullius obſcuritatis huius cauſſam inueſtigat. quam quidem ſic etiam breuiùs contrahit: Mentem hominis quanuis non videas, vt Deum non vides: tamen vt Deum agnoſcis ex operibus eius: ſic ex memoria rerum, & inuentione, & celeritate motus, omníque pulchritudine virtutis, vim diuinam mentis agnoſcito. Sed & Ciceronis magiſter, Socraticus Xenophon lib. 4. de dictis & factis Socratis: Quòd igitur Dij ſint, ait, hominúmque habeant curam; ſi non expectes, quouſque Deorum videris formas: ſatis namque erit, opera eorum conſiderando,

Opinio priſcorum impiorũ de animæ diſſolutione. A ſimile.

Anima forma & qualitas in corpore imperceptibilis.

Obſcura cognitio naturæ animi in corpore, & extra corpus imaginanda.

Animum nõ niſi animo cernimus.

Γνῶθι σεαυτόν, quid ſit.

Homo, non eſt corpus & corpus quid.

Vt Deum licet inuiſibilis, agnoſcimus operibus: ſic de anima, quemodo.

Argumentum ex operibus.

colere ac honorare eos. Ille quoque, qui to-
rum orbem ordinat, atque continet, in quo
omnia honesta bonâque sunt; quîque, cum
Dei beneficentia in homines, & prouidentia, & energia.
semper iis vtamur, semper nihilominùs recen-
tia, sana & immortalia ea nobis dat citiùs, quàm
homo cogitet, & absque defectu, nobis admi-
nistrat, hic maxima quidem intelligitur operâs:
Deus non potest cerni: sic neque Sol.
hoc verò totum gubernans, inuisibilis nobis
est. Considera etiam Solem, qui cùm omnibus
manifestus esse appareat: non tamen concedit
hominibus plenè ipsum intueri. Quòd si quis
imprudenter eum videre conetur, vitium ei au-
fert. Ministros quoque Deorum inuisibiles esse
reperies: fulmen enim de superiori loco proii-
ci patet: quódque omnia quibus obuiat, su-
peret: non tamen neque cum veniat, neque
cum feriat, neque cum abeat, videtur. Venti
quoque ipsi inuisibiles: quæ verò faciunt, no-
bis clara sunt: cúmque aduenientem sentimus.
Anima dominium in corpus.
Atqui hominis etiam anima, si quid aliud mi-
rum, naturâ diuina participat. nam illam in no-
bis dominari manifestum est: videtur autem
minimè. Quæ cùm quisque consideret, non ne-
gligat inuisibilia, necesse est: sed ex illis quæ fiût,
potéria eorum cognita honorare Deos oportet.

Multa non videntur, quæ sunt tamen.
Sic Deus, sic anima.
Horum demum secutus vestigia Lactantius
ita scribit lib. 7. de diuino præmio: Ante om-
nia, quoniam Deus ab homine videri non po-
test: ne quis tamen ex eo ipso, putaret Deum
non esse, quia mortalibus oculis non videretur;
inter cætera institutorum suorum miracula, fe-
cit etiam multa, quorum vis quidem apparet;
substantia tamen non videtur: sicut & vox,
odor, ventus. vt harum rerum argumento &
exemplo, etiam Deum (sed & animam ipsam,
inquam ego) licet sub oculos non veniret; de
sua tamẽ vi, & effectu, & operibus cerneremus.
Quid voce clarius? aut vento fortius? aut odo-
re violentius? Hæc tamen cùm per aërem fe-
runtur, ad sensúsque nostros veniunt, & eos po-
tentiâ sua impellunt, non cernuntur acie lumi-
num; sed aliis partibus corporis sentiuntur.
Deus & anima, mente, non oculis contemplanda.
Similiter Deus (similiter & anima, inquam) non
aspectu nobis, alióve fragili sensu comprehen-
dendus est; sed mentis oculis intendendus vel
intuendus, cùm opera eius præclara & miranda
videamus.

Galeni contra se testimonium.
Verùm & Galeni ipsius testimonio vti (quod
ipsum remordeat) hoc quidem loco non vere-
bor, ex lib. 9. decret. Hippo. & Platonis. Si,
Quòd Deus sit, licet inuisibilis.
quòd Deum non videmus, idcirco neque esse
dicimus; jam non eodem modo iudicamus, at-
que de artibus iudicari solet. Ridiculum enim
A simili.
quàm optimè constructa naui, aut domo, aut
lecto; ignoto autem opifice, putare illa, nulla
arte, sed temerè & fortuito facta esse. Hæc ille,
ad asserendam Dei omnium formatoris essen-
Sic anima ex suis operibus agnoscitur, vt quibus illa.
tiam; & verò præclarè: quidni autem, & pari
argumẽto, animæ essentiam, quanuis nusquam
cernatur & appareat, ex eiusdem operibus, ra-
tione, memoria, voluntate, & cæteris superio-
ribus, vt vocant, facultatibus asserere licebit?

Caussa indocta Fortunæ ab hominibus, & sublatæ prouidentiæ.
Iam verò illos, qui nullum omnino Deum
esse dixerunt, non modò philosophos, sed ne
homines quidem fuisse dixerim: qui mutis si-
millimi, solo corpore constiterunt: nihil om-
nino erùentes animo; sed in sensum corporis
cuncta referentes; qui nihil putabant esse, nisi
quod oculis contuebantur. Et quia videbant,
aut bonis accidere aduersa, aut malis prospera;
fortuitu geri omnia crediderunt: & naturâ mũ-
dum, non prouidentiâ constitutum. vnde vetus
impij illius poëtæ apud Ciceronẽ 1. Tusculana;

N. imò hinc elicitur anima immortalitas, vt patebit.
Vitam hominum regit fortuna, non sapientia.
& lib. 3. de natura Deorum, Telamon sic ait;
Nam si curent dij, benè bonis sit, malè malis:
quod nunc abest.

Hinc jam prolapsi sunt ad deliramenta, quæ
talem sententiam necessariò sequebátur. Quòd
Anima immortalis, licet inuisibilis, sic Deus.
si Deus & incorporalis, & inuisibilis, & æter-
nus: Ergo non idcirco interire animam (quæ
ad Dei imaginem, vt proposui, creata sit) credi-
bile est; quia non videtur, postquàm recessit à
corpore. Quoniam constat, esse aliquid constãs
& sentiens ac viuens, quod non veniat sub
aspectum.

At quomodo anima sentit, amissis corporis organis? Sed & Deus incorporeus, videt tamen.
Atenim difficile est animo comprehendere,
quemadmodum possit anima retinere sensum,
sine iis partibus corporis, in quibus inest offi-
cium sentiendi. Quid de Deo? num facile est
comprehendere, quemadmodum vigeat sine
corpore? Quòd si Deos esse credunt (qui si
sunt, vtique sunt expertes corporum) necesse
est humanas animas eadem ratione subsistere:
quia ex ipsa ratione ac prouidentia, intelligi-
tur esse quædam in homine, ac Deo, similitu-
do, vt iam inde ab initio sumus professi, &
Firmianus istis verbis verè sensit ac scripsit.

Cur hominis obscura sit animæ substantia: & quando comprehendi possit.
Quòd autem longè difficillimum sit in hac
vita substantiam animæ intelligere; hanc Mar-
silius Ficinus, grauis sanè philosophus, in Phæ-
donem Platonis, ex 10. de Rep. reddit ratio-
nem: Quoniam sub corporis eam specie in-
tuemur. itaque tutissima ratio ad animam com-
prehendendam, est tum moralis purgatio, tum
metaphysica abstractio. Vbi verò minùs id
sufficiat, opus est diuino quodam verbo: id est,
reuelationibus diuinitùs factis, atque miracu-
lis. qualibus multis Ecclesia Dei pridem robo-
rata & confirmata est.

Cap. III.

Grauis tractatio de anima immortalitate.
N. scopus in hac tractatione.
Sed quoniam de animæ immortalitate age-
re, magni & grauis argumenti, quod à
plerisque nostrorum variè & doctè piéque
pertractatum est; & librum per se totum, aut
volumen integrum requirat: nos autem in
eam mentionem ex occasione incidimus, &
cum vno Galeno disceptationem intendimus:
solis, aut certè præcipuis aduersus illum ratio-
nibus Philosophorum, & Theologorum eth-
nicorum authoritate vti statuimus; quia alio-
rum quamlibet piorum & sanctorum viro-
rum, parrúmque rationes eludat, nec volens
admittat, non vt à concepta illum opinio-
ne reuocemus (jam enim sentit, videt, pro-
fitetur, ac proclamat, quod viuus olim diffite-
batur, negabat, desperabat posse fieri) sed vt pla-
citis ipsius nimiùm addictos, & in fide leues,

Galen. agnoscit suum errorem.

Digitized by Google

Artemonitæ Galenũ Deum faciunt.

& nouarum rerum cupidos, & Artemonitarum sequaces (qui Galenum, velut Deum colebant, vt priùs attigi) commoneamus, ne in eundem errorem, sanè lubricum & grauem, velut in Syrtem quandam, aut Scyllam, aut Charybdim, incauti atque imprudentes delabi se sinant, velint, patiantur.

N. admonet Galenicos errore. A simili.

Porphyrius.

Scripsit Porphyrius (vt ab initio indicaui) grauis in vtraque secta, Academica & Peripatetica philosophus, Origenis (vt quidam putant) viri vsquequaque doctissimi auditor; sed idem acerrimus Christianæ religionis hostis, atque Boëtho persuadere voluit; conuenisse olim, & simul coijsse homines complures in asserenda animæ immortalitate: & rationes multas atque efficaces à grauibus philosophis ea de re in medium allatas, seu veras, siue verisimiles. quas alij & impij, & insani postea conati sint euertere; de quibus jam inde ab initio memini me dicere & monere, ex historiæ tripar. lib. 6. cap. 27. & Niceph. lib. 5. cap. 23.

Origenes.

Anima, quid sit: & quòd immortalis.

Porrò ex antiquis philosophis, primus (ait Plutarchus) Thales Milesius animam, φύσιν ἀϊδίαν, ἢ ἀθάνατον, naturam semper, aut per se mobilem definiit. Vt autem Cicero tradit, Pherecydes Syrus primùm dixit animos hominum esse sempiternos. antiquus sanè philosophus: fuit enim regnante Tullo Hostilio. Deinde hanc opinionem discipulus eius Pythagoras maximè confirmauit. qui, cùm Superbo regnante in Italiam venisset, tenuit magnam illam Græciam cùm honore & disciplina, tum etiam authoritate. multáque secula postea sic viguit Pythagoreorum nomen, vt nulli alij docti viderentur. Enimuerò à Magis (quorum principem fuisse Zoroastrem Persen memoriæ proditum est) Hermodôrus Platonicus in lib. de disciplinis, vsque ad excidium Troiæ, annos quinquies mille computat. Xanthus verò Lydius à Zoroastre vsque ad Xerxis transitum, sexcentos annos numerat. Ac Theopompus, iuxta Magorum sententiam, & reuicturos homines, & immortales futuros adstruit. Animam verò & perdurare, & subinde migrare, vt Laërtius initio lib. 1. retulit. Sed in opusculo Zoroastri, quod μαγικὸν λόγον inscribitur, ita scriptum ab eo reperi.

Hominum resurrectio, ex magorũ opinione. item anima immortalis.

Χρὴ σε σπεύδειν πρὸς τὸ φάος, ἐξ οὗ πρὸς πατρὸς αὐγαὶς
Ἔνθεν ἐνέμφυτο σοὶ ψυχὴ πολλὰ ἐπιτερπὲς ἐοικυῖα.
Ψυχὴ δὲ μερόπων, ἣν ἄγχι πῦρ ἐς ἑαυτὸν,
Οὐδὲ ἔτι σὺν ὄχεσι, ἀλλ' ἡνίοχον μιμεῖται.
*Ἀρμονίαις * αὐχεῖ γὰρ, ὑφ' ἧς πάντωμα ξυνῆπται.*
Οὗτοι ψυχὰς, πῦρ δυνάμει πατρὸς ἔνδον φαεινὸν,
Ἀθανάτους τε μένειν, & ζωῆς δεσπόζειν ἔτι.

* *leg.* Ἁρμονίαι.

ID EST,

Aspirandum tibi properandúmque ad lumen, & patris splendores.

Vnde immissa tibi est anima, plurima mente circumsepta.

Zoroastri sententia de animæ diuinitate & immortalitate.

Anima hominum, Deum quadantenus in se cogit:
Mortale nihil complexa, tota diuinitùs inebriata est,
In harmonia enim gloriatur, sub qua corp⁹ vitale sit.
Quoniam anima, cùm sit semen patris lucidum,
Et immortalis permanet, & est vitæ domina.

Plato Pythagoricus, cuiusque de animorum immortalitate doctrina unde hausta.

& ibidem plura, docto & antiquo carmine, quasi vaticinio.

Verùm vt ad Pythagoreos reuertar; Platonem ferunt, vt hos cognosceret, in Italiam venisse: & in ea, cùm multos alios, tum Archytam Tarentinum, Timæúmque Locrum audijsse illum, cuius mihi frequens sit in mea ista Analogia, mentio; & didicisse ab eis Pythagorea omnia, vt antè indicaui. primúmque de animorum æternitate, non solùm sensisse idem, quod Pythagoras: sed rationem etiam (quam veteres illi nullam ferè reddebant: nisi quid erat numeris, aut descriptionibus explicandum) attulisse, cur sibi immortales animæ crederentur. Ab hoc igitur potiùs pauca mutuemur, quô cum errare vel ipse mauult Tullius, quàm cum istis vera sentire minutis philosophis. Ego verò errare cum nemine (cùm sit amicissima atque optatissima veritas) sed vera sentire malim cum quolibet: maximéque cum homine pio, candido, veri studioso, & verè Christiano: quanuis priscis illis seculis, vili & abiecta & stulta etiam (vt Paulus profitetur) habita persona.

Αὐτὸς ἔφα.

Platoni quantum tribuat Cicero.

N. contra Cicer errare licet cum nemine.

N. Φιλαμικώτατος.

CAP. IIII.

C ENIMVERO, mirificè Galene, quia Mosis & Christi leges contemnis, nulla constitutas demonstratione, ais libro 2. puls. different. & initio lib. 3. eiusdem operis impiè cauillaris: eorúmque assecias disciplinæ, obstinatissimis sectariis comparas: Mosémque ipsum cum Epicuro in ratiocinatione de natura confers libro 11. de vsu part. improbata tamen vtriusque ratione: Mose etiam (si diis tuis placet) inertiæ damnato. quoniam (inquam) his ego testibus apud te vti, aut iudicibus æquis aduersum te (qui tamen olim futuri sunt) nequeo: aliò mihi confugiendum est, atque aliis apud hominem peruicacem, obstinatum, perditum, ἄχρηστον denique, rationibus vtendum. quarum leges vberrima & lectissima, in sacris oraculis biblicis, sed hominibus piis, credulis, & fidei Christianæ mystis exponitur. Rursum pauca de multis assumam; prætermissis iis, quæ de animæ natura, diuinitate, viribus, Timæus Platonis multa, & grauia, & seria disceptat. quia verisimilia sunt (ais) nihílque necessarium demonstrant. His ergo prætermissis, deinceps rationes validissimas, & nullis sophismatis, diuerticulis, elenchis eludendas aut subterfugiendas subiungam. sic igitur ille Platonis Timæus primùm. O τῶν κάτω δημιουργὸς θεός, τῶν ἑαυτοῦ πατὴρ D ἔργων, λόγῳ δεσπόσιμα τὰ μὴ αἰσθητὰ γένη λαβόντας πρὸς παρ' αὐτῷ, τῶν αἰσθητῶν ψυχῶς τοῦ ἑαυτοῦ, ἀφθάτους δ' ὡς αὐτῷ τὸ γενητὸν. id est (vt Ficinus vertit, quem deinceps sequar interpretem) Mundi conditor Deus, filiis suis iussit, vt ratione genus hominum fingerent, sumerentque à se immortalis animæ substantiam: sed illud tamen adderent, vt generabilis efficeretur. quam sententiam apud Timæum Locrum agnosco: qui & hoc adiicit Platoni ipsi vsquam repetitum: Animos hominum instruendo, alios à Luna, alios à Sole, alios ab aliis errantibus stellis à

Quibus authoribus & testibus Galenus conuincendus.

Hominum generatio, &c. animarum præcreatio, quomodo.

N. vide Cic. de vniuersitate fragmenta.

Anima ab astris de-

Deo

missæ in hominum corpora: & quòd astra par respondeat animarum numerus.

Deo in hominum corpora demissos fuisse: quã opinionem jam ab initio attigimus. addit autem Plato in Timæo, parem astris animarum esse numerum ab initio conditum: quod antè impugnaui. Quàm verò cautè & circumspectè de anima loquendum sit & sentiendum, ita dialogo 10. de Legib. admonet. Μὴ πίστιν ἐξ ἀναλόγου, ὅτιον οἷς ἥλιον ὑποβλέπουσιν, τούτοις ἐν μεσημβρίᾳ ἐπιχείρει, παραβάλλειν τῶν ὑπάρχειν. οἷς τοιῶν τοῦ δυνάμεις ὁμοίως ὑφήρηκε τὸ καὶ χαυσάμενον ἰκανῶς. πρὸς δὲ ἐκείνα τῶ ἀνθρωπίνω βλέπουσι, ἀσφαλέστατον ἐρῶ. ἴσμεν πάντες ἀθρόως σώματα μὲν ὁρᾶν, ψυχὴν δὲ οὐδείς. id est, Cauere itaque debemus, ne quasi ex opposito ad solem conuersi, & in meridie noctem agentes, perinde respondeamus, ac si mortalibus oculis mens sufficienter conspici cognoscíque posset. Solis quidem corpus omnes homines vident: animam nemo. Sed animæ humanæ naturam sic idem à simili, in Pædone expressit. Τῶ μὲν δὴ θείῳ καὶ ἀθανάτῳ καὶ νοητῷ καὶ μονοειδεῖ καὶ ἀδιαλύτῳ, καὶ αἰ ἀεισύτως, καὶ κατὰ ταὐτὰ ἔχοντι ἑαυτῷ, ὅτι μάλιστα ὅμοιον εἶναι ψυχὴν. Videlicet ipsi diuino, immortali, intelligibili, vniformi, indissolubili, semper eodem modo, & secundùm eadem seipsum habenti, animam esse simillimam. (vbi forsan in Græco meliùs, ὁμοιοτάτην) Ibidémque post longam disceptationem de vi & natura contrariorum, ita tandem statuit: Καὶ τὸ ἀναβιώσκεσθαι, καὶ ἐκ τῶν τεθνεώτων τοὺς ζῶντας γίγνεσθαι, καὶ τὰς τῶν τεθνεώτων ψυχὰς εἶναι. καὶ ταῖς μὲν ἀγαθαῖς, ἄμεινον εἶναι. ταῖς δὲ κακαῖς, κακῶς. Et reuiuiscere homines, atque ex mortuis viuentes fieri; mortuorúmque animas superesse: atque bonis quidem, meliùs: malis verò, deteriùs esse. Neque id modò, sed etiam vlteriùs pergit, demonstrans clariori oratione, quid sentiat. Bonas siquidem ad sibi simile diuinum abire, immortale & sapiens, felices futuras, erroris & omnis mali immunes, cum Diis reliquum tempus reuerâ acturas. Prauas autem, & corporeis pollutas inquinamentis, vitiísque contaminatas, quasi veneficiis quibusdam delinitas, pessimè angi, & grauissimè torqueri, vt postea apertiùs designabo. Quam sententiam vt veram, vt piam, vt fidei Christianæ admodum consonam, & laudo, & amplector. vt Platonem sine Christo Christianum videar posse dicere. Similiter & eam, quæ sequitur, planè grauem, solidam, & apodeicticam habeo sententiam: cuius quidem demonstratio, contentiosis, æmulis, inuidis, ne dicam reprobis, forsan incredibilis: bonis autem, placidis, candidis vera & aperta: sapientibus etiam & pondus rerum bene æstimantibus licet, vtique necessaria videatur. est autem eiusmodi longa licet, sed diserta tamen oratio. Πᾶσα ψυχὴ ἀθάνατος, τὸ γὰρ ἀεὶ κινοῦν, ἀθάνατον. τὸ δ' ἄλλο κινοῦν ἢ ὑπ' ἄλλου κινούμενον, παῦλαν ἔχον κινήσεως, παῦλαν ἔχει ζωῆς. μόνον δὴ τὸ αὐτὸ κινοῦν, διότι οὐκ ἀπολείπον ἑαυτό, οὔποτε λήγει κινούμενον. ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄλλοις ὅσα κινεῖται, τοῦτο πηγὴ καὶ ἀρχὴ κινήσεως. ἀρχὴ δὲ, ἀγένητον. ἐξ ἀρχῆς γὰρ, ἀνάγκη πᾶν γιγνόμενον γίγνεσθαι. αὐτὸ δὲ μηδ' ἐξ ἑνός. εἰ γὰρ ἐκ τῆ ἀρχῆ γίγνοιτο, οὐκ ἂν ἐξ ἀρχῆς γίγνοιτο. ἐπεὶδὴ ἀγένητον δεῖ. καὶ ἀναίρεσις αὐτῆ ἀνάγκη εἶναι. ἀρχῆς γὰρ δὴ ἀπολομένης, οὔτε αὐτὸ πρὸς ἓν τι, οὔτε

De anima sobrie loquendum. A simili.

Anima forma, qualis.

Mirum. Resurrectio mortuorum & animorum æternitas, & præmia vel pœnæ.

Plato sine Christo Christianus.

Commendatur Platonis sententia.

ἄλλο ἐξ ἐκείνου γένοιτο. οὕτω ἐξ ἀρχῆς δεῖ τὸ πᾶν γίγνεσθαι. ἓν τε δὴ, κινήσεως μὲν ἀρχὴ, τὸ αὐτὸ κινοῦν, τοῦτο δὲ οὔτ' ἀπόλλυσθαι, οὐ γὰρ ἂν ποτὲ τὸ γιγνόμενον ἅπαν ἐκ τοῦδε ἐξ ἀρχῆς ἔτι γένοιτο. ἀθανασίᾳ δὲ πεφασμένῳ, τοῦ ὑφ' ἑαυτοῦ κινουμένου, ψυχῆς οὐσίαν τε, καὶ λόγον, τοῦτο αὐτό τε λέγων, οὐκ αἰσχυνεῖται. πᾶν γὰρ σῶμα, ᾧ μὲν ἔξωθεν τὸ κινεῖσθαι, ἄψυχον, ᾧ δὲ ἐνδοθεν αὐτὸ ἐξ αὑτοῦ, ἔμψυχον. οἷς ἐστὶν οὕτως ἔνεστιν ψυχὴ. εἰ δὲ ἔστι τοῦτο οὕτως ἔχον, μὴ ἄλλο τι εἶναι, τὸ αὐτὸ αὐτὸ κινοῦν ἢ ψυχὴν. ἐξ ἀνάγκης ἀγένητον τε, καὶ ἀθάνατον, ψυχὴ ἂν εἴη. Cuius sententiæ explicationem, non aliunde commodiùs, quàm ab ipso Cicerone repetam, positam primò in 6. libr. de Rep. repetitam autem & 1. Tuscul. è Phædro, his verè verbis. Omnis anima, immortalis. quod enim semper mouetur, id æternum est: quod autem motum adfert alicui, quódque ipsum agitatur aliunde, quando finem habet motus, viuendi finem habeat, necesse est. Solum igitur, quod seipsum mouet, quia nunquam deseritur à se, nunquam ne moueri quidem desinit. Quinetiã cæteris, quæ mouentur, hic fons, hoc principium est mouendi. Principij autem nulla est origo: nam ex principio oriuntur omnia: ipsum autem, nulla ex re alia nasci potest. nec enim esset id principium, quod gigneretur aliunde. Quòd si nunquam oritur, ne occidit quidem vnquam. nam principiũ extinctum, nec ipsum ab alio renascetur, nec à se (vel ex se) aliud creabit. siquidem necesse est à principio oriri omnia. Ita fit, vt motus principium ex eo sit, quod ipsum à se mouetur. id autem nec nasci potest, nec mori. vel cóncidat omne cœlum, omnísque natura consistat, necesse est: nec vim vllam nanciscatur, quia primo impulsu moueatur. Cùm pateat igitur, æternum id esse, quod seipsum mouear: quis est, qui hanc naturam animis esse tributam neget? Inanimum est enim, omne quod pulsu agitatur externo. quod autem est animatum, id motu cietur interiore, & suo. Nam hæc est propria natura animæ, atque vis. quæ si vna est ex omnibus, quæ seipsam semper mouear: neque nata est certè, & æterna est. hęc ille, planè diuinitùs, vt solet pleraque omnia. Macrobius lib. 2. in Somn. Scip. cap. 12. hanc probationem Platonicam resumit, & approbat: atque immortalitatem duobus modis intelligi dicit: vel quia per se non sit aliquid capax mortis: vel quia procuratione alterius, à morte defenditur. Rursus, semper moueri aliquid dupliciter. dici enim hoc & de eo, quod ex quo est, semper mouetur: & de eo, quod semper & est, & mouetur. Deinde breuibus quibuidam syllogismis, Platonicorum de animæ immortalitate sententias colligit, hoc modo, ex antecedentis conclusione, propositionem sequentis eliciendo. Anima ex se mouetur: Quicquid autem ex se mouetur, semper mouetur: Igitur anima semper mouetur. Secundus hic nascitur ex prioris fine. Anima semper mouetur; Quicquid autem semper mouetur, immortale est: Igitur anima immortalis est. Tertius gradus sic est. Anima ex se mouetur: Quod ex se mouetur, principium motus est: Igitur anima,

Cicero Platonis interpres.

Demõstratio, quòd omnis anima immortalis: à motu proprio & infuso.

Quod se semper mouet, æternũ est. sic animi hominũ.

Immortale duobus modis dicitur.

Semper mobile duobus modis.

principium motus. Ex hac concluſione naſcitur iſta propoſitio. Anima, principium motus eſt: Quod autem principium motus eſt, natum non eſt: Igitur anima nata non eſt. Tertio loco; Anima nata non eſt: Quod autem natum non eſt, immortale eſt: Igitur anima immortalis eſt. Alij verò omnem ratiocinationem ſuam in vnius ſyllogiſmi compendium ſic redigunt: Anima ex ſe mouetur: Quod ex ſe mouetur, principium motus eſt, Quod autem principium motus eſt, natum non eſt: Quod natum non eſt, immortale eſt. Igitur anima immortalis eſt. Verùm iſti vt libet: neque enim nos omnia illa admittimus: & animam natam, & à Deo creatam, cieri regíque dicimus. ſatis ſit illis in tanta olim caligine, aliquid lucis vidiſſe: & hoc agnouiſſe, animam eſſe immortalem: licet modum æternitatis cauſsámque perfectè non intellexerint, In eo tamen longè magis laudandi, quà Ariſtoteles ipſe; qui, vt Platonis acumen ingenij, & concluſionis, liuore quodam ductus elideret atque obſcuraret: animam nō modò non à ſe moueri, ſed ne moueri quidē omnino aſſeruit; apertè veritati rerum ſeſe opponens, vt poſtea docebitur, vbi de animæ communibus cum corpore muniis, & priuatis actionibus ſuperioribus & interioribus & principibus agetur. vt tamen Macrobij conatus laude dignos ducam, qui huic tam craſſo Ariſtotelis errori ſeſe oppoſuit cap. ſequenti 13. lib. 2. in Somnio Scipionis.

N. non recipit omnia Platonica decreta: nā genitā eſſe animam: & à Deo cieri regíque.

ideo monetur, ſed mediatè.

Ariſto. animam prorſus moueri negat.

N ſed malè.

Anima functiones communes & priuatæ.

Sed licet concurrant plebeij omnes philoſophi (ſic enim eos, qui à Platone, & Socrate, & ab illa familia diſſident, appellandos cenſet M. Tullius) non modò nihil vnquam tam eleganter explicabunt; ſed ne hoc quidem ipſum, quàm ſubtiliter concluſum ſit, intelligent. Sentit igitur animus ſe moueri. quod cùm ſentit, illud vnà ſentit (ait Tullius; paulò nos tamen aliter) ſe vi ſua, non aliena moueri. nec accidere poſſe, vt ipſe vnquam à ſe deſeratur. Ex quo efficitur æternitas. Eandem illā Platonis lōgiuſculam demōſtrationem ſic contraxit Philoponus in pauca: Animaeſt per ſe mobilis: Quod per ſe mobile, ſemper mobile eſt; hoc autem eſt immortale: Immortalis igitur eſt anima.

Motus animi vnde.

Lactantius ſententiam Platonis labefactat: N. tuetur & vindicat, qui.

Nec eſt, quod doctus & eloquens Lactantius dubitet, parum firmitatis habere hæc ad probandam & implendam veritatem; cùm habeant plurimum: de quibus ipſe ne contradixit quidem. Sed nec eſt, quod vereatur, ne idem argumentum etiam mutis animalibus det æternitatem: cùm motus ſui principium habuerint, & quidē aliunde: nec impulſu cieantur ſuo, verùm alieno, & quidē breui deſituro. itaque & mortali. Nobis autē magiſtro Platone nihil opus eſt, quia meliore & veriore magiſtro Chriſto ſumus edocti: & quibus fides, non ratio perſuadet. ſed nūc quidem ſufficit, Ethnicos ipſos inter ſe mutuis ſuis confici gladiis, Galenum Platonicum Platonis ſui magiſtri validioribus & acutioribus euerti & redargui rationibus.

Vnde hic motus, & quando deſinat.

Platonis rationes, quòd animus immortalis: ab effectu, ab ortu, à natura.

Tertium eſt autem, vel cum primis eodem aſſentiente Firmiano, fieri omnino non poſſe, quin ſit immortalis animus humanus: cuius miranda ſolertia inueniendi, & celeritas cogitandi, & facilitas percipiendi atque diſcendi, & memoria præteritorum, & prouidentia futurorum & artium plerunque innumerabilium ſcientia (qua cæteræ carent animantes) diuina & cœleſtis appareat. Et hæc cùm animus per ſe obeat, nullius adminiculo partium corporis; nonnulla etiam his ſubſeruientibus & ſubminiſtrantibus: dubitare poterit Ariſtotelicus aliquis, animum moueri? ſed de his etiam poſthàc. Homo enim, qui rationis eſt particeps, per quam conſequentia cernit, principia & cauſſas rerum videt, eorúmque progreſſus & quaſi anteceſſiones non ignorat; ſimilitudines comparat, rebúſque præſentibus adiungit atque annectit futuras: facilè totius vitæ curſum videt; & quæ plura Cicero 1. Offic. perſequitur, homini ſoli propria inter animantes vniuerſas, veluti animæ rationalis compoti. quæ ſi nulla ſit; quidni & cæteræ illæ paria diuinitatis animorum opera non exequantur?

Hominis præſtantia ingenij, & animi effectus.

Origo animorū vnde.

Quandoquidem igitur origo animi, qui tanta capiat, & tanta contineat, nulla reperitur in terris; hunc mortalem nefas eſt dicere. Siquidē ex concretione terrena nihil habeat admixtū: ſed neceſſe ſit in terram reſolui, quod eſt in homine ponderoſum & diſſolubile. quod autem tenue atque ſubtile, id verò eſſe indiuiduum: ac domicilio corporis, velut carcere liberatum, ad cœlum, & ad naturam ſuam, pernolare. Ex his, quæ dixi, colligi Platonis de animorum immortalitate poteſt ſententia: quæquidem apud ipſum latè copioſéque variis quidem locis, ſed præcipuè in Phædro & Phædone explicatur. quam, ne locis Græcis ad verbum productis, traham longiùs, Ciceroniano eloquio (quod feci iam antè) non verebor, vbicumque occurret, deinceps exornare: quod te volui monitum, ne plagij me fortè inſimules, per quem profecerim, candidè & apertè profitentem.

A ſimili.

CAP. V.

IN animi igitur (vt cum citato & appellato iam Cicerone loquar) cognitione dubitare non poſſumus, niſi planè in phyſicis plumbei ſumus; quin nihil ſit animis admixtum, nihil concretum, nihil copulatum, nihil coagmentatum, nihil duplex. Quod cùm ita ſit, certè nec ſecerni, nec diuidi, nec diſcerpi, nec diſtrahi poteſt; nec interire igitur. Eſt enim interitus, quaſi diſceſſus, & ſecretio, ac diremptus earum partium, quæ ante interitum, iunctione aliqua tenebantur. quo fit vt vtrumque ad ſimile ſui reuertatur, vt Hipp. libr. de natura humana tradidit. Et quidem ſi Deus, aut anima, aut ignis eſt, vt Stoici tradunt: idem eſt animus hominis. Nam vt illa natura cæleſtis, & terrâ vacat, & humore: ſic vtriuſque harum rerum humanus animus eſt expers. (animus & anima pro eodēm hīc paſſim habetur: quanquam Nonnius, Animus eſt, ait, quo ſapimus; anima, qua viuimus.)

Animorum compoſitio qualis, tandéque æternas.

Animus ſive anima, quid ſit: & quòd euſdem cum Deo natura.

Sin autem eſt quinta quædam natura, ab

Arist. sens & ex eodē, animorum substantia.

Aristotele, præstanti & ingenio, & doctrinâ philosopho introducta, è qua sit mens (cogitare enim, & prouidere, & discere, & docere, & inuenire aliquid, & tam multa meminisse, & variis animi motibus affici, nulla compositio elementaris queat) primùm hæc & deorum est, & spirituum & animorum. Quintum verò id genus vacans nomine, Aristoteles ἐντελέχειαν (sic enim potiùs in hac significatione, quàm ἐντελέχειαν. nisi Atticam dicas dialectum, τ pro σ substituto) nouo quodam in philosophia vocabulo appellauit: quasi quandam continuatam motionem & perennem, vt Tullius quidem interpretatur. Cuius tamen interpretatio illa, in nonnullorum reprehensionem incurrit: quasi & Aristotelis mentem ipse non sit assecutus: & vim Græci vocabuli non intellexerit. Ideo mihi tamen mirum videatur, hominem tamdiu altum & versatum in Græcia, & vt linguæ Latinæ peritissimum, sic Græcæ callentissimum (sicut eiusdem scripta declarant, tum quæ plurima Græca exciderunt: tum quæ supersunt, facilè testantur; & Brutus eiusdem fideliter memorat, quotidie Græcè declamitare solitum, cum omnium non dico Romanorum, sed Rhodiorum & Græcorum doctissimorum admiratione) tantum (inquam) hominem, Græci vocabuli vsum nesciuisse, parum credibile est: cùm & vulgi prouerbio iacì sæpe audierit;

Κατὰ μίαν γραμμὴν ἐπὶ πολλὰς, ἐντελέχειαν.
Gutta cauat lapidem, lymphārum continua vi.

(sic enim ἐντελέχειαν accipio) vel, vt vulgo dici audio,

Gutta cauat lapidem non vi, sed sæpe cadendo.

apud Galenum libr. 3. de Temperament. sic Græcè scribitur;

Πέτραν κοιλαίνει σταγὼν ὑπὸ πολλὸς, ἐντελέχειαν.

Latinè autem à Linacro, docto interprete sic exprimitur:

Assiduo illisu durum cauat vndula saxum.

Ἐντελέχειαν ergo, & synonyma, sine coniugata.

Atque hæc circa vim verbi vtique Tullio notissimi; cùm & fæci Cecropidarum innotuerit: & ἐντελεχὴς & ἐντελεχῶς, tam trita sint apud Græcos; atque apud Latinos, continuus & continuò: καὶ τὸ ἐντελεχείου. Mentem porrò Aristotelis non fuisse illum assecutum, fortasse credibilius sit: quòd in Rhetoricis, quàm Physicis longè accuratiùs esset versatus. cùm & Attico fateatur priuatim, & velut amico in aurem dicat, in Mathematicis quibusdam tum editis libris, vix se partem millesimam intellexisse. Attamen lib. 3. Phys. eodem vsus nomine Aristoteles, nihil aliud, quàm cœli ac temporis motum agitationémque perennem significare videtur voluisse, vt vel eius Græci interpretes agnoscunt: & Gaza atque Boëtius (teste & approbatore Melanchthone) actum Latinè verterunt. Cùm autem philosophus, animæ communem quandam & generalem finitionem institueret; nomine ἐντελεχείας vsus, actum siue agitationem & motionem illam fortassis insinuauit, quâ vnumquodque viuit & agitatur, & ad formæ perfectionem acquirendam mouetur atque adspirat. vt de istis, anima pro vita accipiatur. Secùs autem, vbi de anima hominis rationali & propria agitur: cuius ἐντελέχεια, perfectio quædã interior tum demum dici queat, intus omnia disponens & gubernans; & corpus ipsum vniuersum non secùs agitans, atque nauim gubernator huc illuc agit & versat pro arbitrio. Et quidem Aristotelis intentio eò mihi videtur fuisse propensior, vt ἐντελέχειαν per τ diceret: id est, ἐνέργειαν, ait Plutarchus lib. 4. de placitis philosophorum. & ipse ille Aristoteles in lib. de anima, & lib. phys. & de historia & generat. animal. αἰνὶ ἐνεργείας, non rarò ἐντελέχειαν vsurpat. quanuis alteri succedat altera, τ pro σ, & contrà, more Attico, vt dixi: & Lucianus ἄχρις ille scurra, festiuo dialogo quærentem inter alias atque ex postulantem σ inducat, se de veteri possessione à τ cognata litera exturbari. Ideóque Philosophus animam definit ἐντελέχειαν, non peculiarem quandam eius substãtiam indicans, à cæteris elementis diuersam; sed quasi formam, & perfectionem corporis organici potentiâ vitam habentis: origine nominis (vt ritè Philoponus, me assentiente, & approbante, notat) ἀπὸ τῦ ἐντελές τι ἔχειν, eò quòd perfectionem quãdam habeat ἐν τῷ ἐντελῶς κεκινῆχθαι, perfecti corporis comprehensionem. Quæ definitio à priori petitur: cùm tamen alioquin eidem animæ motum peruersè adimat primarium, contra Platonem, de quo nuper patuit.

A simili.
Probabilior opinio, ἐπὶ τὸ ἐντελέχειαν εἶναι.
τ & σ affinitas, & astricismus.
Anima alterā finitio, ex Aristotele.
Ἐντελέχειαν verum etymon.

Sed de verbo illo licet alioquin vulgari, in philosophia tamen vtcumque nouo & raro, alij viderint. Quid enim si de industria obscuritatem rei, nouitate & insolentiâ nominis Aristoteles inuoluit? quid si hanc obscuram definitionem inter ἀπορρήτα, & arcanam disciplinam vel Cabalisticam sibi familiarem, & suis tantùm (vt epistolium Alexandro scriptum indicat) reponi ac seponi voluit: Frustrà tamen, vt vt sit, Ciceronem ab istis (meo quidem iudicio) accusari in interpretatione ἐντελεχείας video, & ad animæ definitionem adstringi: cùm de quadam essentia, Dijs & animis peculiari, & ab elementis diuersa loquatur, vt ipse apertè insinuat initio libr. 1. Tuscul. quæst. Aristoteles (inquiens) cùm quatuor illa genera principiorum esset complexus, è quibus omnia orirentur (intelligit autem quatuor elementa) vt Laërtius exponit in vita Arist. quintam quandam naturam censet esse, è qua sit mens. deinde subiicit, Quintum genus adhibet vacans nomine: & sic ipsum animum, ἐντελέχειαν (sic enim malo, quàm per ι, ἐντελεχίαν, vt in codice Rob. Stephani) appellat nouo nomine: quasi quandam continuatam motionem, & perennem. hæc Tullius, apertè indicans, vt Logicorum more loquar, orationem in Categoria substantiæ, non qualitatis versari: neque nunc motionem siue motum, actum, agitationem animorum intelligi hoc nomine; sed eorundem substantiam, puriore, defæcatiore, synceriore præditam naturâ, quàm vllum sit elementum, aut elementare, vel ex elemento compositum. Quanquam ne istud quidem verum est; cùm præter quatuor illa elementa, quintum introducit, ex quo ætheria omnia constituta sint, vacans nomine. διὸ δὴ

N. de Ciceronis sensu, & interpretatione ἐντελεχείας, non ἐντελεχίας, apposite.
N. sententiâ, Arist. non loquitur de motu animæ, sed de substãtia diuersa ab elementis, quamὲντελέχειαν à perfectione nominat.

Anima prior finitio ex Arist. Ἐντελεχείας significatio duplex.
N. ἐντελέχεια & ἐντελεχία. differre videntur sine

ψυχὴν ἀπείρατον, ἐντελέχειαν οὖσαν πρώτην σώματος φυσικοῦ ἢ ὀργανικοῦ, δυνάμει ζωὴν ἔχοντος. Animam verò incorpoream, entelechiam esse primam corporis physici & organici, potentiâ vitam habentis. ita enim ille 2. de anima; & ex eo totidem verbis Laërtius in eius vita. ex quibus patet, ἐντελέχειαν animę propriam, non esse quintam illam naturâ, ceu materiam cœlo & ætheriis corporibus subiectam creandis communem. Ac nescio, quomodo tam repentè Cicero velut oblitus sui, à re significata, ad vocabuli originem & significationem nominalem transilierit. nisi rem ipsam animo seruans, vim verbi obiter aperire voluit: quod frequenter fit à multis: & nullum est propè vocabulum, quod rei significandæ ac denominandæ accommodatum, non recipiat peculiarem significationem quampiam. vt Deus à dando, animus ab ἀνέμου, terra à terendo, & sic de aliis: Satis enim de hoc nomine ἐντελεχείας. quod sibi nouum Cicero profiteatur; in tali nempe significatione apud nullos hactenus vsitata. Rectè autem Plato, leuem habendam esse curam verborum monuit: res ipsas potius ac penitiùs inspectandas & considerandas.

Ab ἐντέλεια.

Hanc igitur eandem de animorum ortu naturáque sententiam, quam antè protuli, his verbis in Consolatione de morte Tulliæ filiæ, sic idem Tullius expresserat: Animorum nulla in terris origo inueniri potest: nihil enim est in animis mixtum atque concretum, aut quod ex terra natum atque fictum esse videatur: nihil ne humidum quidem, aut flabile, aut igneum. his enim in naturis nihil inest, quod vim memoriæ, mentis, cogitationis habeat: quod & præterita teneat, & futura prouideat, & complecti possit præsentia: quæ sola diuina sunt. (Hinc autem videtur altera finitio animæ ab Arist. fluxisse; Anima, est qua viuimus, sentimus, mouemur, & intelligimus primò. quæ petitur à posteriori, nempe ab actionibus.)

Anima functiones internæ.

Anima functiones indicat ortum minimè elementarem.

Quid enim, obsecro te, terráne tibi, aut hoc aëre nebuloso & caliginoso fata aut concreta videtur tanta vis memoriæ? Vtrum capacitatem aliquam in animo putamus esse; quò, tanquam in aliquod vas, ea quæ meminimus, infundantur? Absurdum id quidem. qui enim fundus, aut quæ talis animi figura intelligi potest? aut quæ tanta omnino capacitas? An imprimi quasi ceram, animum putamus? & memoriam, esse signatarum rerum in mente vestigia? Quæ porrò tam immensa magnitudo, quæ illa tam multa possit effingere? Quid? illa vis quæ tandem est, quæ inuestigat occulta, quæ inuentio atque excogitatio dicitur? ex hácne tibi terrena mortalique natura & caduca, concreta ea videtur fuisse? Quid reliquas animæ functiones persequar, quas ἐνεργείας dicimus, planè diuinas in homine? nunquámne motus illos tantos & tam insignes in se Aristoteles sensit, vt animum stupidum & immotum fingeret? minimè verò. Neque tamen inuenietur vnquam, vnde ad hominem venire possint tam nobiles animæ dotes, nisi à Deo. Singularis igitur est quædam natura, atque vis animi, seiuncta ab his vsitatis notísque naturis. Itaque quicquid est illud, quod sentit, quod sapit, quod vult, quod viget, cæleste & diuinum est: ob eámque rem, æternum sit necesse est.

Memoriæ vis qualis, à simili.

Inuentionis præstantia.

Animorum immortalitatis, actionis mirifica.

ea, & ortus diuinos declarans.

Sic verò & Hippocrates libro de carnibus, breui elogio, suo more, extulit; Anima de cœlo est. deinde, Profectò mihi videtur, id quod calidum, calorémve dicimus, quiddam non mortale esse. Sed quoniam Hippocratem attigimus, non abs re erit, ex hoc magistro, contra Galenum discipulum educere a simili argumentum, tantopere Galeno ipsi probatum comment. ad libr. de natura humana, & lib. 1. de elementis. sic igitur senex argumentabatur; Ego autem aio, si vnum esset, nunquam doleret homo: neque enim foret, à quo doleret, vnum existens. sic igitur syllogismum confice, quem ipse inchoauit: Si homo, vnum esset, nunquam doleret: Dolet autem: Non igitur est vnum. Hoc Galenus probat, hoc laudat, hoc admittit. cur verò mihi non liceat aduersus illum pari argumento sic concludere? Si anima esset aliquid compositum, vtique obnoxia foret dissolutioni, atque interitui: Nunc autem, anima simplex est, & vnum quiddam: Ergo & immortalis, & nulli obnoxia interitui futura. vel sic, Si anima est aliquid vnum & simplex; nulli vel dolori, vel interitui est obnoxia. à quo enim doleat, cùm sit vnum aliquid? à quo intereat, cùm nihil habeat contrarium? Est autem simplex anima, neque de pluribus conflata & coagmentata partibus aut elementis, vt ostendi. Ergo & immortalis est anima, & occasum nescit. an tamen dolere possit, & à quo, alius erit dicendi locus: & fortè hoc argumentum alibi repetere iuuabit; vt cui tantopere placuit Hippocratis ratiocinatio; eidem Galeno nostra pariter à simili ratio non possit, aut non debeat improbari.

N. malè calorem naturum pro anima vsurpat Hippoc. quo communis erret Galeno.

CAP. VI.

Quæstio, an anima à parentibus, siue ex traduce? quòd non.

IAM verò illud venire in quæstionem poterit; Vtrúmne anima ex patre, an potiùs ex matre, an verò ex vtroque generetur? Nihil verò ex his tribus verum aut necessarium esse, rectè statuit Lactantius; cui adstipulari malo, quàm animam de traduce genitura gigni asserentibus & falsò, & stultè, & verò impiè ac nefariè, vt jam antè argui: licet inter Christianos aliqui in his suum nomen proficeantur. Neque enim ex vtroque parente, neque ex alterutro, inseruntur animæ corporibus. Vnde enim tot in nobis animæ, vt quotidie nouas nouis liberorum corporibus generandis infundamus? vt Gedeoni forti, septuaginta; Danao illi, quinquaginta; Artaxerxi regi Persarum, centum & octodecim; Sciluro Scythæ, octoginta; aliis plures pauciorésve? Enimverò corpus ex corporibus nasci potest: quoniam confertur aliquid ex vtroque: de animis anima non potest; quia ex re tenui & incomprehensibili, nihil potest decedere. Itaque serendarum animarum ratio, vni ac soli Deo subjacet.

Corpus de corpore gignitur, non anima.

Anima nil gignit, quia simplex.

itized by Google

Denique cœlesti sumus omnes semine oriundi:
Omnibus ille idem pater est;

vt Lucretius, licet Epicureus cogitur profiteri. & Aratus ille Græcus poëta, apud Paulum cap. 17. act. Apostol. sic profitetur;

Τοῦ γὰρ καὶ γένος ἐσμέν —— Illius atque genus sumus. ——

Anima an à Sole, vel æthere?

Nec satis verè Epicharmus de mente humana scripsit; *Istic est de sole sumptus ignis.* similiter Pacuuius; *Animam æther a diungat.* Quam sententiam à claris alioqui philosophis antea repertam nouimus. Rectiùs autem oraculum illud Chaldaïum cecinit;

Τοῦτο πατὴρ ἐνόησε, θνητὸς δ' ὁ ἐψύχωτο.
Hæc pater cogitauit, mortalis autem est ei animatus.

N. Pater non infundit animã, sed spiritum genitalem: de quo alibi ex Aristot. 2. gener. animal. ca. 3.

Nam de mortalibus non potest quicquam, nisi morrale generari. nec putari pater debet, qui transfudisse, aut inspirasse animam de suo, nullo modo sentit: nec si sentiat, quando, aut quomodo id fiat, habet animo comprehensum. Ex quo apparet, non à parentibus dari animas; sed ab vno eodémque omnium Deo patre: qui legem rationémque nascendi solus tenet: siquidem solus efficit. Nam terreni parentis nihil est, nisi vt humorem corporis, in quo est materia nascendi (anima autem, in eadem ipsa includi nequit, longè dissimili ac diuiniore naturâ substantiáque constans) cum sensu voluptatis emittat, vel recipiat. circa hoc opus, homo resistit, nec quicquam aliud potest. Ex quo, gigni hominem ab homine sic dicimus, vt equum ab equo, similem à simili: & velut eundem, non quidem numero, sed specie, vt philosophus demonstrat. quod semen, perinde atque artifex, vim habeat gignendi: habeátque in se potentiâ, formam ipsam. Sed hæc ratio corpora modò attingit; cum animâ nihil habet commune: quæ vera est hominis forma. Ideo parentes nasci sibi filios optant; quia non ipsi verè ac propriè γεννῶσι, liberos faciunt: cætera jam Dei sunt omnia, vt anteà ex Platone & Cicerone docui, vt ex vtroque disertè exponit atque explicat Lactantius, vt ex hoc ego recitaui: nam de organis generationis, & de omni illo singulari mirabilique artificio, posthàc copiosissimè à nobis suo loco in Analogia nostra disceptabitur.

Anima à Deo, non à parentibus.

Parentum officium in generatione: & vis seminis. A simili.

Anima multò diuinior semine.

Seminis energia.

Sic verò in hanc sententiam doctè Aristoteles lib. 7. & 8. metaphysic. Id quod generat, tale quidem est, quale id, quod ab ipso producitur: & quidem non numero, sed specie idem: & è conuerso. Ex quo assumo; Cùm Deus sit immortalis, & solus animarum sator atque creator: idcirco immortalem & ab eo diuinitùs efformatam animam fore necesse est. Idem tamen leui quadam & inutili adhibita distinctione, libr. 2. de generat. animal. cap. 3. Animas, quarum actio corporalis est, non aliunde accedere; sed nasci in corporibus tradit. Mentem autem solam extrinsecùs accedere: eámque solam esse diuinam: cuius cum actione, actio corporalis nihil commune habeat. Græca sic habent: καὶπερὶ δὲ νοῦ μόνου διεκτὸν ὑπολείπεται, καὶ θεῖον εἶναι μόνον. τοῦ γὰρ σώματος τῇ ἐνεργείᾳ οὐδεμιᾶ συμφυὴς ἐνέργεια. & verè ille quidem mentis diuinitatem prædicat, & à Deo cœlitùs demitti in humanum corpus. hoc tamen malè, meo iudicio, quòd animam ista dignitate & prærogatiuâ fraudat: animam dico rationalem: non vegetalem aut sensualem ab eodem dictam, & illic expositam. quo autem mens ab anima differat, ex quorundam sententia, exposui ab initio nostræ Analogiæ ex Diuo Ambrosio & Actuario. At philosophus si τοῦ καὶ ψυχῆ λογικῇ, affinitate originis ac diuinitatis conciliasset & coniunxisset; jam nullum reliquisset dubitandi locum, quin animam immortalem adstrueret: quam talem fore demùm putauit, si sola ipsa subsistere, & per se sine adminiculo corporis, suas obire actiones aliquas posset, lib. de anima. quod vtrunque cùm præstet; immortalem fatearur necesse est. Necte, si vis, syllogismum; & hoc necessariò concludes. Iustinus autem Martyr in parænetico, intrepidè sic de Arist. asseruit; Ἀριστοτέλης δὲ ἐπιτελέχειαν, ψυχὴν ὀνομάζων, τὸ ἀκίνητον, ἀπλῶς θνητὴν αὐτὴν εἶναι βούλεται, καὶ φθαρτὴν, ἀκίνητον δὲ κατὰ τοὺς περιπατητικοὺς λόγους. Aristoteles entelechîam vocans animam, non immortalem, sed mortalem ipsam esse vult, atque immobilem, licet ad omnem motum præcuntem ac præuiam. quæ ad verbum penè repetit author lib. de plac. philos. quem Plutarchum perhibent. Quanquam Themistius ita do Arist. profitetur, & sic nominatim apud eum legitur lib. de anima & metaphys. ὁ δὲ νοῦς χωριστὸς καὶ ἀμιγὴς καὶ ἀπαθὴς, τῇ οὐσίᾳ ὢν ἐνέργεια. Intellectus autem separabilis & impermixtus & impatibilis, substantiâ sua actus existens. dein ita infert, ὁ νοῦς μόνος ἀθάνατος καὶ ἀΐδιος. atque hoc solum immortale & æternum. ex quo anima mortalis Aristoteli concluditur.

Mens sola diuina, nil eum corpore cõmunicat, ex Arist.

Nũς καὶ ψυχὴ, mens & anima, an differant: & ambarum affinitas.

CAP. VII.

MAXIMVM verò argumentum est, naturam ipsam de immortalitate animorum tacitam iudicare: quòd omnibus curæ sunt, & maximæ quidem, quæ post mortem futura sint: quod & Aristoteles in Ethicis concedit, & Tullius sic prædicat Tusc. 1.

Serit arbores, quæ alteri sæculo prosint,

vt ait Statius in Synephiebis. quid spectans, nisi etiam posterã sæcula ad se pertinere? Ergo arbores seret diligens agricola, quarum aspiciet baccam ipse nunquam. vir magnus, leges, instituta, Rempubl. conseret. Quid procreatio liberorum, quid propagatio nominis; quid adoptiones filiorum, quid testamentorum diligentia, quid ipsa sepulcrorum monumenta, quid elogia significant, nisi nos futura etiam cogitare? Quid illud? num dubitas, quin specimen naturæ capi deceat ex optima quâque natura: Quæ est igitur melior in hominum genere natura, quàm eorum, qui se natos ad homines iuuandos, tutandos, conseruandos arbitrantur? Hinc longa eorum series, qui sibi virtute & meritis locũ inter diuos pararunt: & iis velut gradibus in cœlum ascenderunt. Quid?

Specimen naturæ ex optima natura capiendum, quænam illa.

Digitized by Google

in hac vita mortali & caduca, tot tantósque viros, ob religionis & pietatis veræ cultum immaniter contrucidatos, & diris affectos ſupplicijs cogitaſſe arbitramur? iiſdémne vt finibus nomen ſuum, quibus vita, terminaretur? Nemo vnquam ſine magna ſpe immortalitatis, ſe pro patria obtulit ad mortem. Licuit eſſe otioſo Themiſtocli, licuit Epaminondæ, licuit Codro, licuit Deciis, licuit Curiatiis, licuit denique in omni Republ. bonis & cordatis hominibus, vel tyrannidis hoſtibus, vel libertatis amantibus, vitam & fortunas ſeruare; quas, turpitudinis aut dedécoris impatientes, & recti atque æqui acerrimi cuſtodes ac vindices, rigidíque ſatellites, vltrò profuderunt. Inhæret enim neſcio quo modo in mentibus hominum, quaſi ſeculorum quoddam augurium futurorum: idque in maximis ingeniis, altiſſimíſque animis, & exiſtit maximè, & apparet facillimè. Quo quidem dempto, quis tam eſſet amens, qui ſemper in laboribus & periculis viueret? Nam niſi multorum prælectis (ait idem Tullius de ſe, pro Archia poëta) multíſque literis, mihi ab adoleſcentia ſuaſiſſem, nihil eſſe in vita magnopere expetendum, niſi laudem atque honeſtatem: in ea autem perſequenda, omnes cruciatus corporis, omnia pericula mortis atque exilij, parui eſſe ducenda: nunquam me pro ſalute veſtra, in tot ac tantas dimicationes, atque in hos profligatorum hominum quotidianos impetus obieciſſem. Et verò rectiùs etiam ac veriùs noſter Lactantius libr. 6. de vero cultu, cap. 9. Quapropter nihil eſt, quod aliquis ſibi gratuletur, ſi has inanes virtutes adeptus ſit; quia non tantùm miſer, qui bonis præſentibus careat: ſed etiam ſtultus ſit neceſſe eſt, qui labores in vita ſua maximos ſuſcipiat incaſſum. Nam dempta ſpe immortalitatis (quam Deus pollicetur in ſua religione verſantibus: cuius aſſequẽdæ gratiâ, virtus appetenda eſt; & quicquid malorum acciderit, perferendum) maxima erit profectò vanitas, obſequi velle virtutibus, quæ fruſtrà homini calamitates adferunt, & labores. Nam ſi virtus eſt, egeſtatem, exilium, dolorem, mortémque (quæ timentur à cæteris) pati fortiter, ac ſubire: quid tandem in ſe boni habet, cur eam propter ſeipſam philoſophi dicant expetendam? Nimirum ſuperuacuis & inanibus pœnis delectantur, quibus licet agere tranquillè. Si enim mortales ſunt animæ: ſi virtus, diſſoluto corpore, nihil futura eſt: quid fugimus attributa nobis bona; quaſi aut ingrati, aut indigni, qui diuinis muneribus perfruamur? Quæ bona vt habeamus, ſceleratè impiéque viuendum eſt: quia virtutem, id eſt, iuſtitiam, paupertas ſequitur. Sanus igitur non eſt, qui nulla ſpe maiore propoſita, iis bonis, quibus cæteri vtuntur in vita, labores & cruciatus & miſerias anteponat. Si autem virtus (vt ab his rectiſſimè dicitur) capeſſenda eſt, quia conſtat ad eam naſci hominem: ſubeſſe debet ſpes aliqua maior, quæ malorum & laborum, quos perferre, virtutis eſt, magnum adferat præclarúmque ſolatium. Nec aliter virtus, cùm per ſe dura ſit, haberi pro bono poteſt; quàm ſi acerbitatem ſuam maximo bono penſet. Æquè non aliter his bonis præſentibus abſtinendum eſt, quàm ſi ſint aliqua maiora, propter quæ tanti ſit, & voluptates omittere, & mala omnis ſuſtinere. Ea verò nulla ſunt bona alia, niſi perpetuæ vitæ, id eſt, immortalitatis. Cuius aſſequendæ gratiâ, nullum ſe recuſare laborem, nullam mortem pertimeſcere, D. Paulus tum alibi non rarò, tum 1. Corinth. 15. profitetur. Τί ἐ ἡμεῖς κινδυνεύομεν πᾶσαν ὥραν; καθ' ἡμέραν ἀποθνήσκω, νὴ τὴν ὑμετέραν καύχησιν, ἣν ἔχω ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν. Εἰ κατ' ἄνθρωπον ἐθηριομάχησα ἐν Ἐφέσῳ. τί μοι τὸ ὄφελος, εἰ νεκροὶ οὐκ ἐγείρονται; φάγωμεν & πίωμεν, αὔριον γὰρ ἀποθνήσκομεν. Vt quid & nos (inquit) periclitamur omni hora? Quotidie morior, propter noſtram gloriam (alij velut ex Græco, ὑμετέραν, legunt propter veſtram gloriam) quam habeo in Chriſto Ieſu Domino noſtro. Si ſecundum hominem, ad beſtias pugnaui Epheſi; quid mihi prodeſt, ſi mortui non reſurgunt? Manducemus & bibamus: cras enim moriemur (ex Græco, morimur.) quam paræmiam attigi iam antè, repetitam ex cap. 22. & 56. Eſaiæ.

Augurium futuri in animis inest. hinc laborum acres tolerantia.

Si mortalis anima, eo nimio virtus acerba, & inutilis: ut voluptati seruiendum.

Planè autem contraria Paulinæ eſt hæc impiorum ratio, & miſerum in rebus humanis ſolatium, cap. 2. Sap. Dixerunt enim impij cogitantes apud ſe non rectè; Exiguum & cum tædio eſt tempus vitæ noſtræ: & non eſt refrigerium in fine hominis: & non eſt, qui agnitus ſit reuerſus ab inferis. Quia ex nihilo nati ſumus: & poſt hoc, erimus tanquam non fuerimus; quoniam fumus afflatus eſt in naribus noſtris: & ſermo ſcintillæ, ad commouendum cor noſtrum. Quia extinctus cinis, erit corpus noſtrum: & ſpiritus diffundetur, tanquam mollis aër: & tranſibit vita noſtra, tanquam veſtigium nubis: & ſicut nebula diſſoluetur, quæ fugata eſt à radiis Solis, & à calore illius aggrauata. Et nomen noſtrum obliuionem accipiet per tempus: & nemo memoriam habebit operum noſtrorum. Vmbræ enim tranſitus, eſt tempus noſtrum; & non eſt reuerſio finis noſtri: quoniam conſignata eſt, & nemo reuertitur. Venite ergo, & fruamur bonis, quæ ſunt: & vtamur creatura, tanquam in iuuentute celeriter. Vino pretioſo, & vnguentis nos impleamus: & non prætereat nos flos temporis. Coronemus nos roſis, antequàm marceſcant. nullum pratum ſit, quod non pertranſeat luxuria noſtra. Nemo veſtrùm exors ſit luxuriæ noſtræ, vbique relinquamus ſigna lætitiæ: quoniam hæc eſt pars noſtra, & hæc ſors noſtra. Talia & Eccleſiaſtes ſub impiorum & libertinorum eorundem perſona propoſuit toto ferè opere, & his potiſſimùm locis. ac primùm cap. 2. Dixi ego in corde meo; Vadam, & affluam deliciis, & fruar bonis. item, Nónne melius eſt comedere & bibere, & oſtendere animæ ſuæ bona de laboribus ſuis? & hoc de manu Dei eſt. idem cap. 5. Hoc itaque viſum eſt mihi bonum, vt comedat quis & bibat, & fruatur lætitia ex labore ſuo, quo laborauit ipſe ſub Sole, numero dierum vitæ ſuæ, quos dedit ei Deus. & hæc eſt pars illius. Et omni homini, cui dedit Deus di-

Diſſolutio animorum, à ſimili.

Voluptatis ſpectanda illecebræ, quales.

uitias atque ſubſtantiam, poteſtatémque ei tribuit, vt comedat ex eis, & fruatur parte ſua, & lætetur labore ſuo: hoc eſt donum Dei. Non enim ſatis recordabitur dierum vitæ ſuæ: eò quòd Deus occupet deliciis cor eius. & cap. 8. *Vita mortales, omnimoda vanitas.* Laudaui igitur lætitiam, quòd non eſſet homini bonum ſub Sole, niſiquòd comederet & biberet atque gauderet: & hoc ſolum ſecum auferret de labore ſuo, omnibus diebus vitæ ſuæ, quos dedit ei Deus ſub Sole. & cap. 9. Nemo eſt, qui ſemper viuat, & qui huius rei habeat fiduciam. melior eſt canis viuus leone mortuo. *Mortuo omnia conſepeliuntur.* Viuentes enim ſciunt ſe eſſe morituros: mortui verò nihil nouerunt amplius; nec habent vltrà mercedem: quia obliuioni tradita eſt memoria eorum. Amor quoque, & odium, & inuidiæ ſimul perierunt, nec habent partem in hoc ſeculo, & in opere, quod ſub Sole geritur. Vade ergo, & comede in lætitia panem tuum, & bibe cum gaudio vinum tuum: quia Deo placent opera tua. Omni tempore ſint veſtimenta tua candida; & oleum de capite tuo non deficiat. Perfruere vita cum vxore, quam diligis, cunctis diebus vitæ inſtabilitatis tuæ, qui dati ſunt tibi ſub Sole, omni tempore vanitatis tuæ. hæc eſt enim pars in vita, & in labore tuo, quo laboras ſub Sole. & cap. 11. Lætare ergo viuens in adoleſcentia tua, & in bono ſit cor tuum in diebus iuuentutis ſuæ: & ambula in viis cordis tui, & intuitu oculorum tuorum: & ſcito, quòd pro omnibus his adducet te Deus in iudicium. Hæc & plura ille, tum *Libertas, velamen malitiæ ex Paulo* ſub perſona hominis velamen malitiæ habentis & affectantis, libertatem: tum impij, & voluptate carnis, ſummum hominis bonum metientis. *Voluptas, quibus ſummum bonum.* Qualem ſe extitiſſe toto vitæ tempore Sardanapâlus, Aſſyriorum rex, gulæ & ventri deditiſſimus (quorum Deus venter eſt, ait de talibus Paulus Philippenſ. cap. 3.) docuit, & poſt mortem, teſtatum apud poſteros reliquit, inſcriptum epitaphio proteſtatus (vt jam antè inſinuaui) Ede, bibe, lude. de quo ſunt hi verſus omnis nequitiæ & impietatis præcones.

Cùm te mortalem norus, præſentibus exple
Deliciis animum, poſt mortem nulla voluptas.
Hæc habeo quæ edi, quæq; exſaturata libido
Hauſit: at illa iacent multa & præclara reliſta.
Hoc ſapiens vitæ mortalibus eſt documentum.

Hac verò mentis caligine, oculi atque animi tum philoſophorum quorundam, tum poëtarum propè omnium (præcipuéque Anacreontis Teij, ne dicam athei) obducti, ſummam hominis felicitatem, præſentis vitæ delicias, & carnis titillantes illecebras, cum voluptario Epicuro, & eius ſequaci grege frequentiſſimo ac verè numeroſo, cúmque Sardanapálo, Heliogabálo, & ſimilibus, reputarunt; & ipſi quidem falſi, & alios incautos fallentes, ſuis leuibus & inanibus ſcriptis tradiderunt, vitaque laſciuâ & petulanti comprobarunt.

CAP. VIII.

Obiectio de, anima SED quoniam in mentionem Eccleſiaſtæ veni-mus; non erit ἄκαιρον, aut intempeſtiuum, ex eâdem illa pecuaria philoſophia obſeruare locum ore hominum impiorum ſacrilego olim obiectum (vt ab initio attigi) & nunc fortè multis improuidis minùs aduertentibus impoſiturum. ſic ergo liberratis illius affectator terrenus homo & terrena ſapiens, cap. 3. Dixit in corde ſuo de filiis hominum, vt probaret eos Deus, & oſtenderet ſimiles eſſe beſtiis. Idcirco vnus interitus eſt hominis & iumentorum; & æqua vtriuſque conditio. Sicut moritur homo, ſic & illa moriuntur. Similiter ſpirant omnia & nil habet homo iumẽto amplius. Cuncta ſubjacent vanitati: & omnia pergunt ad vnum locum. de terra facta ſunt, & in terram pariter reuertuntur. Quis nouit, ſi ſpiritus filiorum Adam aſcendat ſurſum: & ſi ſpiritus iumentorum deorſum? & deprehendi, nihil eſſe melius, quàm lætari hominem in opere ſuo: & hanc eſſe partem illius. Quis enim eum adducet, vt poſt ſe futura cognoſcat? Hæc ſententia ſummi viri (Salomonem enim authorem præ ſe fert) fortaſſis culmen rationum earum, quas iampridem ſtruimus & condimus, euerterit: Niſi quis obſeruarit, theſim authori poſitam eſſe, de omnimoda rerum omnium vanitate: quam in hac etiam incertitudine deſignat. Deinde ᾗ ἀσυμπαθῶς, velut aliena locutum perſonâ; non autem ex proprio ſenſu ſuam depromere ſententiam. quam ille idem cap. 12. & vltimo, remotis ambagibus, ita enucleatè deſinit atque aperit. Et reuertatur puluis in terram ſuam, vnde erat: & ſpiritus rediat ad Deũ, qui dedit illum. Habes eundem & ſententiæ ambiguæ interpretem, & obiectionis dubiæ atque fallacis ſcriptorem. Et ſanè ſi animæ immortalitatem ſuſtuleris; nihil admodùm relinquitur, quo ab homine ſuperetur bellua. cùm ſit vtrique origo è terra; & in terram paratus morte reditus, penes corporum fatalem ſtructuram. animus eſt, qui hominem à beſtiis ſeparat. *mortalitatem ſtatuentis.*

Quanquam larga ſignificatione loquenti, mutis etiam animantibus anima poteſt attribui; non illa quidem rationalis & intelligens; ſed corpus vegetans, animans, viuificans: à qua, & animalia vel animantia vocantur, quaſi animâ prædita. vel potiùs in illis, anima ipſa vita eſt. Licet Pherecrates Phthiôta, apud Diczarchum, nihil eſſe omnino animum, impiè diſſerat; & hoc eſſe nomen totum inane: fruſtráque animalia & animantes appellari: neque in homine ineſſe animum vel animam, nec in beſtia. Sed hos inſanire, & amentes fieri ſinamus: quibus ſi animus deeſt; & cor & cerebrum dixerim deeſſe: vt ſint ſimul amentes, vecordes, ἄφρονες, ἄψυχοι, ἄνοες, ἀνόητοι, atque (vt ita dicam) excerebrati. Quin potiùs, & plantis & ſtirpibus, ſua quædam eſt anima, quam vegetatiuam vocant Plato, Ariſtoteles, & alij ab ijs orti philoſophi: qua aluntur illæ, & creſcunt, & ſeruantur; quoad temporis longinquitate conſumptæ, exareſcant: quarum mors, peculiari nomine ἄωσις dicitur; quaſi ariditas aut ſiccitas vel ſqualor. Stoicorum tamen mos eſt, Naturam vocare, qua ſtirpes reguntur: animam

1 N. ſolum: quòd de rerum omnium vanitate, theſis ſit authoris.
2 Quòd ſic hic ſit perſona alienæ.
3 Quòd verior & certior mens ſententia eadem ſolum.
4 Anima in mutis quæ, qualis; & vnde dicta animalia.
5 Anima etiam in plantis; earumque vis.

verò, qua animalia. vtriuſque autem ſubſtantiam, ingenitum ſpiritum ſtatuunt; differréque inter ſe qualitate arbitrantur. nam ſicciorem animæ ſpiritum; humidiorem autem eſſe naturæ. vtrumque autem vt permaneat non alimento ſolùm, ſed etiam aëre indigere.

6 Anima in bruto, pro vita ſumitur: & cur dicta.

Vt nemini mirum debeat videri, ſi & Salomon ipſe ſpiritum ſiue animam iumentis aſſignarit (quam ſenſitiuam aut ſenſualem vocant philoſophi; præcipuéque Ariſtoteles cap. 3. lib. 2. de gene. anim. & lib. de anima) ceu vitæ authorem, aut potiùs vitam ipſam; quæ anima,

7 Anima in ſanguine, id eſt vita.

id eſt halitu & reſpiratione cumprimis fouetur, temperatur, conſeruatur. Denique anima (id eſt vita) omnis carnis, in ſanguine eſt, vt ſcribitur Leuitici 17. & ſæpius alibi iteratur. vnde & cap. 9. Geneſeos; Carnem cum ſanguine non

8 Anima hominis quomodo in ſanguine.

comedetis. Qua ratione, & anima hominis in ſanguine dici poteſt eſſe. non tamen vt Empedocles aut Critias cenſent, Animam, eſſe cordi ſuffuſum ſanguinem: aut vt ex eis, nobilis poëta;

Purpuream vomit ille animam. ——

quaſi animæ eſſentia, ſit ſanguis ipſe; quod pridem impugnauimus. Nam nec in ipſo ſanguine, ipſi animæ ſedem eſſe aſſerentibus quibuſdam facilè conceſſerim: ac de animæ domicilio priuatim à me dicetur, explicatis tum pleriſque aliis aliorum Philoſophorũ & Theologorum, tum noſtra priuata ſententiâ. Quin

Anima in ſanguine, id eſt vita, qui.

potiùs ita Virgilio & Empedocli & Critiæ traditum eſt, quia in ſanguine anima hominis, id eſt vita ſubſiſtit: & effuſo illo, aut immoderatè habente, vel inſigni dyſcraſia affecto (vt pro Platone jam antè reſpondimus; neque ſanguini tantùm, ſed cæteris humoribus detectis, aut vehementer alteratis, aut proportionem naturalem inſigniter mutantibus, parem mortis cauſſam aſſignauimus) ſoſpes vita eſſe nequit. Vnde & animæ rationalis ac diuinæ fit neceſſaria à corpore ſecretio atque diremptio; quam

Animus & anima quò differant.

& mortem dicimus. Veteres tamen Latini, animum ab anima diſtinguebant, vt Nonius admonuit. inde Varro, in reliquo corpore, ab hoc fonte diffuſa eſt anima: huic animus ad intelligentiam tributus. & Plinius lib. 22. Ergo & animi aſperitas, ſeu potiùs animæ, dulciori ſucco mitigatur. & hoc de verbo monuiſſe ſufficiat.

Triplex anima in homine, vbi, & vn.

Sic cùm Plato triplicem animam in homine vno fingit: cuius principatum, id eſt rationem, in capite, ſicut in arce, ſtatuit: duas reliquas ſeparat, iram & cupiditatem: quas locis diſcludit, iram in pectore, cupiditatem ſubter præcordia collocans. non tres reuera animas (quomodo Auerrhoës 1. collig. cap. 7. ipſas facultates, animas tum eſſe, tum appellari cenſet) nec triplicem diſtinctam animæ ſubſtantiam intelligo: cùm ſit anima immortalis & diuina, vna in homine toto, tota per totum quodammodo diffuſa. ſed animæ illius vnius & ſimplicis triplicem facultatem accipio, diuerſis exercitam locis, & diſtinctis organis vtentem; in iiſque pro actionis præſtantiæ differentia, digniorem & magis eximiam ſedem jam inde ab initio

Tres animæ, pro triplici vnius animæ facultate.

ſuæ originis ſortitam; de qua priuatim alibi. Et quidem extincto corpore, ſeſe ſubducentem: & eò remigrantem, vnde demiſſa cœlitùs fuerat; deinceps tamen & iraſci, & concupiſcere prauè neſciam; corporis liberam contagione: rationis tamen & æternitatis compotem ſemper futuram. Vnde (meo quidem iudicio) ſolutio patet propoſitæ jam antè Galenicę quæſtionis tam perplexæ; An anima in vniuerſum immortalis ſit? an ſola immortalis, quæ ratione vtitur; reliquis duabus interitui obnoxijs? Quam tantam & tam arduam videlicet in tanto philoſopho dubitationem, vnius tropi obſeruatio ſoluere ac diluere potuit: ſeu metonymiæ ex cauſſa ſignantis effectum: ſiue ſynecdoches, ex toto partes; vel contrà, ex partibus totum tacitè implicantis, vel obſcuriùs ſignificantis.

N. Solutio de anima immortali vna, & duabus mortalibus, ad Galenũ.

CAP. IX.

ENIMVERO ſi omnium conſenſus, naturæ vox eſt; omnéſque, qui vbique ſunt, conſentiunt eſſe aliquid, quod ad eos pertineat, qui è vita ceſſerunt: Nobis quoque cum Cicerone, vel potiùs cum piis omnibus idem exiſtimandum eſt. ac ſi, quorum aut ingenio, aut virtute animus excellit; eos arbitramur, quia naturâ optima ſint, cernere naturæ vim maximè: veriſimile eſt, cùm optimus quiſque maximè poſteritati ſeruiat, eſſe aliquid, cuius is poſt mortem, ſenſum ſit habiturus. His & talibus adductus Socrates, nec patronum quæſiuit ad iudicium capitis, nec iudicibus ſupplex fuit: adhibuítque liberam contumaciam à magnitudine animi ductam, non à ſuperbia. & ſupremo vitæ die, de hoc ipſo multa diſſeruit. & paucis antè diebus, cùm facilè poſſet educi è cuſtodia, noluit. & cùm penè in manu jam mortiferum illud teneret poculum, locutus ita eſt, vt non ad mortem trudi; verùm in cœlum videretur aſcendere. ita enim cenſebat, itáque diſſeruit; Duas eſſe vias, duplicéſque curſus animorum è corpore excedentium, vt jam obiter attigi, & poſthàc repetã. Nã qui ſe humanis vitiis cõtaminaſſẽt, & ſe totos libidinibus dedidiſſẽt; quibus cæcati velut domeſticis vitijs, atque flagitijs ſe inquinaſſent: vel in Republ. violanda, fraudes inexpiabiles cõcepiſſent; ijs deuium quoddam iter eſſe ſeclusum à concilio Deorum. Qui autem ſe integros caſtóſque ſeruauiſſent; quibúſque fuiſſet minima cum corporibus cõtagio, ſeſéque ab his ſemper ſeuocaſſent; eſſéntque in corporibus humanis vitam imitati Deorum: his ad illos, à quibus eſſent profecti, reditum facilem patẽre. Itaque commemorat, vt cygni, qui non ſine cauſſa Apollini dicati ſunt; ſed quòd ab eo diuinationem habere videantur; quâ prouidentes ac præuidentes quid in morte boni ſit, cum cantu & voluptate moriantur: ſic omnibus & bonis & doctis eſſe faciendum. Nec verò de hoc quiſquam dubitare poſſet: niſi idem nobis accideret, diligenter de animo cogitantibus, quod iis ſæpe vſúuenit, qui acriter oculis deficientem Solem intuerentur;

Natura vis quibus patent maximè.

Senſus aliquis à morte ſupereſt.

Duæ viæ animorum è corpore migrãtium.

Animi attenta contemplatio efficax.

vt aſpectum omnino amitterent. Sic mentis acies ſeipſam intuens, nonnunquam hebeſcit: ob eámque cauſſam, contemplandi diligentiam amittimus. Itaque dubitans, circumſpectans, hæſitans, multa aduerſa reuertens, tanquam ratis in mari immenſo, noſtra vehitur oratio. Hæc & ſanè plura Socrates apud Platonem coram amicis exponit in Phædone: ex quo & Cicero in rem ſuam multa eleganter tranſtulit: nos authore illo integerrimo & viro optimo; hoc autem interprete fideliſſimo & ornatiſſimo lubenter vtimur. à quo & iſtã eius orationem, qua facit eum Plato vſum apud Iudices Areopagitas, jam morte mulctatum, lubet ex eiuſdem Apologia repetere.

Magna me (inquit tum ille philoſophus, omnium hominum, oraculo Delphici Apollinis, iure ſapientiſſimus iudicatus) ſpes tenet, Iudices, bene mihi euenire, quòd mittar ad mortem. neceſſe eſt enim, ſit alterum de duobus; Vt aut ſenſus omnino mors omnes auferat: Aut in alium quendam locum ex his locis morte migretur. Quamobrem ſiue ſenſus extinguitur; mortíque ei ſomno ſimilis eſt, qui nonnunquam etiam ſine viſis ſomniorum, placatiſſimam quietem adfert: Dij boni, quid lucri eſt emori? aut quàm multi dies reperiri poſſunt, qui tali nocti anteponantur; cui ſimilis futura eſt perpetuitas omnis conſequentis temporis? quis me beatior? Sin vera ſunt, quæ dicuntur; migrationem, eſſe mortem in eas oras, quas, qui è vita exceſſerunt, incolunt? id multò jam beatius eſt, te, cùm ab iis, qui ſe iudicum numero haberi volunt, euaſeris; ad eos venire, qui verè iudices appellentur, Minoëm, Rhadamãthum, Æacum, Triptolemum; conueniréque eos, qui iuſtè & cum fide vixerint. Hæc peregrinatio mediocris vobis videri poteſt? Vt verò colloqui cum Orpheo, Muſæo, Homero, Heſiodo liceat (ita & Cato ſenex apud Ciceronem profitetur) quanti tandem æſtimatis? Equidem ſæpe mori, ſi fieri poſſet, vellem: vt ea, quæ dico, mihi liceret inuenire. Quanta delectatione autem afficerer, cùm Palamedem, cùm Aiacem, cùm alios iudicio iniquorum circumuentos conuenirem? Tentarem etiam ſummi regis, qui maximas copias duxit ad Trojam, & Vlyſſis, Siſyphíque prudentiam. Nec ob eam rem, cùm hæc exquirerem, ſicut hîc faciebam, capite damnarer. Ne vos quidem, Iudices ij qui me abſoluiſtis, mortem timueritis: Nec enim cuiquam bono, mali quicquam euenire poteſt, nec viuo, nec mortuo: nec vnquam eius res à Dijs immortalibus negligentur. Nec mihi ipſi hoc accidit fortuitò. Nec verò ijs, à quibus accuſatus ſum, aut à quibus condemnatus, habeo quod ſuccenſeam; nili quòd mihi nocere ſe crediderũt. Tantùm verò vos precor, ô viri, vt meos quoque filios, cùm adoleuerint, ſi ipſi ſimiliter atque ego, vobis moleſti ſint, pœnis ſimiliter afficiatis: præſertim ſi videantur vobis vel pecuniarum, vel alterius cuiuſpiam rei maiorem, quàm virtutis curam habere. atque ſi videri velint, puténtve ſe alicuius eſſe pretij, cùm nullius ſint; illos objurgetis, quemadmodum ego vos: quòd non illis incumbant, quibus eſt incumbendum: ac exiſtiment, cùm nullius pretij ſint, ſe aliquid eſſe. Quod ſi feceritis, iuſta à vobis paſſus fuero, egóque & filij. Et hoc quidem hoc modo: nihil autem melius æſtimo. Sed tempus eſt (inquit) jam hinc abire me, vt moriar: vos, vt vitam agatis. Vtrum autem ſit melius, Dij immortales ſciunt: hominem quidem ſcire arbitror neminem. Hic Socratis exitus, hæc velut funebris oratio, hæc tanquam cygnea vox diuini hominis fuit: cuius ſi iuſta & pia fuit mortis occaſio, vitæ integræ atque inculpatæ meta, mercéſque; non dubito, quin quod ardentiſſimis animis ſtudiíſque optabat, rectà in cœlum, aut locum beatorum connolarit, cum beatis ſempiternum acturus ævum.

Mors quid adferat cõmodi.

Mori, migratio in oras fortunatorum.

Falſa de ſe perſuaſio, & præſumtio.

Rectè tamen à noſtris dicitur; Martyrem non pœna, ſed cauſſa facit. & Paulus Rom. cap. 1. de philoſophis ſeculi priſci hanc videtur tuliſſe ſententiam. Ἀποκαλύπτεται γὰρ ὀργὴ θεοῦ ἀπ' οὐρανοῦ ἐπὶ πᾶσαν ἀσέβειαν καὶ ἀδικίαν ἀνθρώπων τῶν τὴν ἀλήθειαν ἐν ἀδικίᾳ κατεχόντων. διότι τὸ γνωστὸν τοῦ θεοῦ, φανερόν ἐστιν ἐν αὐτοῖς· ὁ γὰρ θεὸς αὐτοῖς ἐφανέρωσεν. τὰ γὰρ ἀόρατα αὐτοῦ ἀπὸ κτίσεως κόσμου, τοῖς ποιήμασι νοούμενα καθορᾶται· τε ἀΐδιος αὐτοῦ δύναμις, καὶ θειότης· εἰς τὸ εἶναι αὐτοὺς ἀναπολογήτους. διότι γνόντες τὸν θεὸν, οὐχ ὡς θεὸν ἐδόξασαν, ἢ ηὐχαρίστησαν· ἀλλ' ἐματαιώθησαν ἐν τοῖς διαλογισμοῖς αὐτῶν. καὶ ἐσκοτίσθη ἡ ἀσύνετος αὐτῶν καρδία. φάσκοντες εἶναι σοφοί, ἐμωράνθησαν. καὶ ἤλλαξαν τὴν δόξαν τοῦ ἀφθάρτου θεοῦ, ἐν ὁμοιώματι εἰκόνος φθαρτοῦ ἀνθρώπου, καὶ πετεινῶν, καὶ τετραπόδων, καὶ ἑρπετῶν. διὸ καὶ παρέδωκεν αὐτοὺς ὁ θεὸς ἐν ταῖς ἐπιθυμίαις τῶν καρδιῶν αὐτῶν, εἰς ἀκαθαρσίαν, τοῦ ἀτιμάζεσθαι τὰ σώματα αὐτῶν ἐν ἑαυτοῖς. οἵτινες μετήλλαξαν τὴν ἀλήθειαν τοῦ θεοῦ ἐν τῷ ψεύδει, καὶ ἐσεβάσθησαν, καὶ ἐλάτρευσαν τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίσαντα. ὅς ἐστιν εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας. ἀμήν. Id eſt, vt vulgata legit verſio; Reuelatur enim ira Dei de cœlo ſuper omnem impietatem, & iniuſtitiam hominum eorum, qui veritatẽ Dei in iniuſtitia detinẽt. Quia quod notum eſt Dei, manifeſtum eſt in illis: Deus enim illis reuelauit. Inuiſibilia enim ipſius à creatura (ſeu creatione) mundi, per ea quæ facta ſunt, intellecta conſpiciuntur. ſempiterna quoque eius virtus, & diuinitas: ita vt ſint inexcuſabiles. Quia cùm cognouiſſent Deum, non ſicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt: ſed euanuerunt in cogitationibus ſuis, & obſcuratum eſt inſipiens cor eorum. dicentes enim ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt. & mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei, in ſimilitudinẽ imaginis corruptibilis hominis, & volucrum, & quadrupedum, & ſerpentium. Propter quod, tradidit illos Deus in deſideria cordis eorum, in immunditiam, vt contumeliis afficiant corpora ſua in ſemetipſis, qui commutauerunt veritatem Dei in mendacium: & coluerunt, & ſeruierunt creaturæ potiùs quàm creatori: qui eſt benedictus in ſecula. Amen.

Martyrem non pœna facit, ſed cauſſa.

Dei agnitio ex operibus.

Sed & Lactantius acerbior in philoſophos iudex, toto penè doctiſſimo illos opere exagitat: & hæc nominatim libr. 6. de vero cultu,

Caput legis, Dei cognitio & cultus.

cap.9. in illos torquet. Huius legis caput primum est, ipsum Deum nosse, soli obtemperare, solum colere. Non potest enim rationem hominis obtinere, qui parẽtem animæ suæ Deum nescit: quod est summum nefas. Quæ ignoratio facit vt Dijs alienis seruiat. quo nihil sceleratius committi potest. Hinc tam procliuis est ad malitiam gradus, per ignorantiam veri ac singularis boni. quia Deus, quem nosse refugit, fons est ipse bonitatis. & paulò post, Sed putemus fieri posse, vt aliquis naturali & ingenito bonõ, veras virtutes capiat. qualem fuisse Cimonem Athenis accepimus (pari in caussa Socratem nuper commemoratum à nobis, possumus reponere) qui & egentibus stipem dedit, & pauperes inuitauit, & nudos induit. Tamen cùm illud bonum, quod est maximum, deest, agnitio Dei: iam omnia bona illa superuacua sunt, & inania: vt frustrà in illis assequendis laborauerit. Omnis enim iustitia eius, similis est humano corpori caput non habenti: in quo, tametsi membra omnia & locis suis constent, & figura, & habitudine: tamen quoniam deest: id, quod est omnium principale; & vita, & omni sensu caret. Itaque membra illa, formam tantummodò membrorum habent, vsum non habent. tam scilicet, quàm (membra sine capite: vel) caput sine corpore. Cui similis est is, qui cùm Deum non ignoret, viuit iniustè. id enim solum habet, quod est summum: sed frustrà; quoniam virtutibus, tanquam membris eget. Itaque vt sit viuum ac sensibile corpus; & agnitio Dei necessaria est, quasi caput: & omnes virtutes, quasi corpus. ita fiet homo perfectus; ac viuus. Sed tamen summa omnis in capite est. quod quamuis constare non potest sine membris omnibus; sine quibusdam tamen potest. Et erit quidem animal vitiosum ac debile: sed tamen viuet. sicut & is, qui & Deum nouit, & in aliqua re peccat. dat enim veniam peccatis Deus. Itaque sine membris aliquibus viui potest: sine capite, nullo modo. Hæc res efficit, vt philosophi, etiamsi naturâ sint boni; tamen nihil sciant, nihil sapiant. Omnis doctrina & virtus eorum, sine capite est: quia Deum nesciunt: qui est virtutis & doctrinæ caput. Quem qui non agnoscit, licet videat, cæcus est: licet audiat, surdus: licet loquatur, élinguis est. Cùm verò conditorem rerum parentémque cognouerit; tunc & videbit, & audiet, & loquetur. habere enim caput cœpit, in quo sunt sensus omnes collocati: hoc est oculi (adde nares) aures, & lingua. Nam profectò is videt, qui veritatem, in qua Deus est; vel Deum, in quo veritas est, oculis cordis aspexerit. is audit, qui diuinas voces, ac præcepta vitalia pectori suo affigit. is loquitur, qui cœlestia differens, virtutem ac maiestatem Dei singularis enarrat. (adde. is odoratur, qui virtutes à vitijs discernit, & à rectis praua.) Quare non est dubium, quin impius sit, quisquis Deum non agnouerit; omnésque virtutes eius, quas habere, aut tenere se putat, in illa mortifera via reperiuntur, quæ tota est tenebrarum. Quapropter nihil est, quòd aliquis sibi gratuletur (vt paulò antè dixi) si has inanes virtutes adeptus est: quia non tantùm miser, qui bonis præsentibus careat: sed etiam stultus sit, necesse est, qui labores in vita sua maximos, dempta spe immortalitatis, nec certa salutis spe concepta, nec fide in Christum firma atque indubitata, suscipiat incassum. Quo fit, vt Socratis licet inuictam constantiam, non minimùm labefactet dubia spes, quam vltimis illis verbis, velut testamento obsignauit: quam & Simmias in Phædone palàm prædicat. Mihi enim videtur (ait) ô Socrates, quemadmodum tibi quoque fortasse, de his quidem rebus manifesta veritas in vita præsenti, aut nullo modo, aut summa cum difficultate intelligi posse. Et Tullius nec seciùs dubitanter longam & pulchram disputationem ita clausit; Harum sententiarum quæ vera sit, Deus aliquis viderit: quæ verisimillima, magna quæstio est. Quibus argumentis, magna colliguntur indicia infirmæ fidei philosophorum; vt etiam in caussa iusta titubent; & pro veritate ac iustitia decertando, de caussæ æquitate Deo accepta dubitent. Ita verum fit, quod scripsit Paulus Rom.14. Quicquid ex fide non est, peccatum est. Et Heb.11. Sine fide, impossibile est placere Deo. Et quidem in non renatis, virtus etiam vitio vtcumque vertitur: & quicquid bene agitur, quodammodo peccatum est. Nullum enim admodùm placere Deo potest opus factúmve, quod extra fidem est; quod à Spiritu sancto non oritur, nec dirigitur; quod Christum mediatorem, velut cerrum scopum, sibi propositum non habet, in quem collimet. Verùm hac de re inter Θεολογικά: vbi non postremum locum hæc sibi sortietur quæstio: Verùm ante Christi aduentum in carne, omnis alienigena, & extra Israëlis delectam sortem positus; alioqui naturâ duce virtutem omni studio prosecutus, & re & voluntate eandem assecutus, à spe salutis exciderit, & certæ damnationi obnoxius tum vixerit, tum occubuerit?

A simili. Corpus ἀνυπόστατον, vitæ sine Deo.

Dei ignorantia quid damni adferat; & contrà.

Virtus non renatis, inutilis ad salutem.

Quæstio N. de salute priscorum ante Christi natiuitatem.

Vt nos interim tamen magnas hoc loco, vel adeo ingentes Deo & habere & referre gratias debeamus, qui nos vocauit & delegit: qui & fidem nobis dedit, & adauxit: qui nos tempore salutis acceptabili, in lucem produxit: qui sacro baptismatis fonte ablutos, per Iesum Christum filium suum vnigenitum, & saluatorem mediatorémque nostrum edocuit, quomodo viuentibus, certa immortalis animæ beatitas speranda sit atque expetenda. & quidem, vt cum ipso duce & authore fidei, spei, salutísque nostræ Christo exclamare possimus, quod D. Matthæus cap. 11. in acta Euangelica retulit.

Christus author nostræ salutis.

Ἐξομολογοῦμαί σοι, πάτερ, κύριε τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς, ὅτι ἀπέκρυψας ταῦτα ἀπὸ σοφῶν καὶ συνετῶν, καὶ ἀπεκάλυψας αὐτὰ νηπίοις. ναὶ, ὁ πατὴρ, ὅτι οὕτως εὐδοκία ἐγένετο ἔμπροσθέν σου. Confiteor tibi, pater Domine cœli & terræ; quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. ita pater, quoniam sic fuit placitum ante te.

Sed philosophos istos non vrgeo, nec pre-

Google

mo ampliùs: ſed gratias ago Deo Opt. Max. quòd feliciori ſeculo (quàm Plato ille ſuo gratulatus Socrati) nos nati, verum lumen religionis, Chriſto doctore, accepimus. neque id ſumus, quod illi fuerunt: aut quales eſſe potuimus, niſi nos gratia diuina præueniſſet. Illorum contrà vicem miſeror potiùs, qui tot illuſtria ſpeculati animis; in rebus tamen diuinis cæcutiuerunt. quia doctoribus egebant, qui, quid ſentire deberent, quid colere, quid ſperare fas eſſet, auidos ſcientiæ & cognitionis animos illorum informarent. Simodò poſt agnitionem veritatis fortè oblatam, rurſus in errorem ac diffidentiam non ſunt reuoluti, quibus ita B. Petrus epiſt. 2. cap. 2. comminatur. *Εἰ γὰρ ἀποφυγόντες τὰ μιάσματα τοῦ κόσμου, ἐν ἐπιγνώσει τοῦ κυρίου καὶ σωτῆρος Ἰησοῦ Χριστοῦ. τούτοις δὲ πάλιν ἐμπλακέντες, ἡττῶνται, γέγονεν αὐτοῖς τὰ ἔσχατα χείρονα τῶν πρώτων. κρεῖττον γὰρ ἦν αὐτοῖς μὴ ἐπεγνωκέναι τὴν ὁδὸν τῆς δικαιοσύνης, ἢ ἐπιγνοῦσιν ὑποστρέψαι ἐκ τῆς παραδοθείσης αὐτοῖς ἁγίας ἐντολῆς. συμβέβηκεν δ' αὐτοῖς τὸ τῆς ἀληθοῦς παροιμίας: Κύων ἐπιστρέψας ἐπὶ τὸ ἴδιον ἐξέραμα. καὶ, Ὗς λουσαμένη, εἰς κυλισμὸν βορβόρου.* (Attendant velim, qui à recta ſalutis via, & veritatis ſemita leues declinauerunt; & ſubinde qualibet occaſione deciſcunt.) Si enim refugientes coinquinationes mundi, in cognitione Domini noſtri & Saluatoris Ieſu Chriſti; his rurſus implicati, ſuperantur; facta ſunt eis poſteriora deteriora prioribus. Melius enim erat illis non cognoſcere viam iuſtitiæ; quàm poſt agnitionem, retrorſum conuerti ab eo, quod illis traditum eſt, ſancto mandato. Contigit enim eis illud veri prouerbij; Canis reuerſus ad ſuum vomitum. &, Sus lota, ad volutabrum luti (reuerſa.) prouerbior. 26. Quam terribilem impiis & apoſtatis ſententiam, D. Paulus ingeminat, Hebræor. 6. *Ἀδύνατον γὰρ τοὺς ἅπαξ φωτισθέντας, γευσαμένους τε τῆς δωρεᾶς τῆς ἐπουρανίου, καὶ μετόχους γενηθέντας πνεύματος ἁγίου. καλὸν γευσαμένους θεοῦ ῥῆμα, δυνάμεις τε μέλλοντος αἰῶνος, καὶ παραπεσόντας, πάλιν ἀνακαινίζειν εἰς μετάνοιαν, ἀνασταυροῦντας ἑαυτοῖς τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ, καὶ παραδειγματίζοντας.* Impoſſibile enim eſt, eos qui ſemel ſunt illuminati; guſtauerunt etiam donum cœleſte, & participes facti ſunt Spiritus ſancti: guſtauerunt nihilominùs bonum Dei verbum, virtutéſque ſeculi venturi, & prolapſi ſunt, rurſus renouari ad pœnitentiam: rurſum crucifigentes ſibimetipſis filium Dei, & oſtentui (ſiue ludibrio) habentes. item, *ἀνυπόστατοι γὰρ εἰσὶν ἄνθρωποι, μετὰ τὸ λαβεῖν τὴν ἐπίγνωσιν τῆς ἀληθείας, τὰ ἐν σαρκὶ ἀναβολὰς ἀναλίσκοντα θυμοῦ. φοβερὰ δέ τις ἐκδοχὴ κρίσεως, καὶ πῦρ ζῆλος ἐσθίειν μέλλοντος τοὺς ὑπεναντίους.* Voluntariè enim peccantibus nobis, poſt acceptam notitiam veritatis; jam non relinquitur pro peccatis hoſtia: terribilis autem quædam expectatio iudicij, & ignis æmulatio, qui conſumpturus eſt aduerſarios. Video quid lectoris animus auguretur, aut quid ſibi proponat: An ſemel lapſis poſt acceptam fidem, aut ſuſceptum baptiſmum, non pateat ad pœnitentiam regreſſio, & hac via paretur ad Eccleſiam reditus? quem vtique negabant vllum ſupereſſe Nouatiani & Cathari: & horum ſecutus ſententiam Meletius quidam, reclamante Petro Alexandriæ Epiſcopo: eundem errorem per totam Ægyptum & Syriam, jam inde Maximini tyranni tempore ſeminauit, vt Epiphanius ſcribit, & tota hiſtoria Eccleſiaſtica meminit. ſed nunc non eſt his locus: ſufficiat autem, hæreſin iſtam communi conſenſu Eccleſiæ improbatam; & Apoſtolorum exemplo refutatum errorem corruiſſe. itaque ad inſtitutum mihi ſermonem regredior continuandum.

Reuerſio ad mundi inquinamenta, quàm ſit damnoſa

Dubii an lapſi à fide redeundi ad pœnitentiam? quid ſit.

CAP. X.

ENIMVERO mirum fortaſſe cuipiam poſſit videri; in tam exigua ſpe beatitudinis affulgente, tam alacriter multos priſcorum, mortem & appetiuiſſe, & quidem oppetiuiſſe; maximéque cùm honeſta fortiter moriendi videretur eſſe oblata occaſio: & tam optabilitet iter illud initiſſe; quo confecto, nulla relicta cura, nulla ſolicitudo futura ſit. liceat verò rem aliquot exemplis illuſtraſſe. Quàm me igitur delectat apud Tullium, Theramenes ille Athenienſis, Socratis & ciuis, & conſtantiæ non tam æmulus, quàm dux & hortator; quàm elato eſt ille animo? Qui cùm coniectus in carcerem, triginta iuſſu tyrannorum, venenum vt ſitiens obbibiſſet; reliquum ſic è poculo eiecit, vt id reſonaret. (*κύλικον ἢ κυλικεῖον* id genus ludicri, opinor, Græci vocabant: quod à potione reliquum, illiſum humo, clarum edere ſonitum ſolet.) Quo ſonitu reddito, ridens; Propino (inquit) hoc pulchro Critiæ. erat autem is è triginta tyrannis crudeliſſimus, qui in eum fuerat teterrimus. Græci enim in conuiuiis ſolent nominare, cui poculum trauituri ſint. Luſit vir egregius poſtremo ſpiritu, cùm jam præcordijs conceptam mortem contineret; verèque ei, qui venenum præbuerat, mortem eſt eam auguratus: quæ breui conſecuta eſt. Quis hanc animi maximi æquitatem in ipſa morte laudaret, ſi morte omnia extingui iudicaret?

Exempla rerum qui fortiter occubuerunt. 1

Mirũ omen mortis, ab alluſione pocul. 2

Sed Theramenes à literis & doctrina virilitatem traxit: Numantino verò Theageni ad conſimilem virtutem capeſſendam, quaſi magiſtra gentis ſuæ feritas ac ferocitas extitit. Perditis namque atque afflictis rebus Numantinorum, cùm omnes eius ciues, nobilitate, pecuniâ, honoribúſque præſtaret; vicum ſuum, qui in ea vrbe ſpecioſiſſimus erat, contractis vndique nutrimentis ignis incendit: protinúſque ſtrictum gladium in medio poſuit; ac binos inter ſe dimicare iuſſit: vt victus incíſa ceruice, ardentibus tectis ſuperiaceretur. qui cùm tam forti lege mortis, omnes abſumpſiſſet; ad vltimum ſeipſum flammis immiſit.

3

Sed quid ego Socratem, aut Theramenem, præſtantes viros, virtutis & ſapientiæ gloriâ, commemoro? cùm Lacedæmonius quidam (cuius ne nomen quidem proditum eſt) mortem tantopere contempſerit, vt cùm ad eam duceretur, damnatus ab Ephoris (ij erant Spartanorum primarij iudices & magiſtratus) & eſſet vultu hilari atque læto; dixiſſétque ei quidam inimicus; Contemniſne leges Lycurgi?

reſponderit; Ego verò illi maximam gratiam habeo, qui me ea pœna mulctauerit, quam ſine mutatione, & ſine verſura poſſem diſſoluere. O virum Sparta dignum! Vt mihi quidem, qui tam magno animo fuerit, innocens damnatus eſſe videatur.

4 Quid ille alter Spartiates, dux Leonidas dixit? Cum trecentis ciuibus apud Thermopylas, Xerxis impetum excepturus, non hominibus tantùm terribilem; ſed Neptuno compedes, & cœlo tenebras minitantem: cùm alacri animo ſuos ad id prælium, quo perituri erant, cohortaretur; Prandete (ait) cõmilitones mei, tanquam apud inferos cœnaturi. vel, vt Cicero refert; Pergite animo forti, Lacedæmonij: hodie apud inferos fortaſſe cœnabimus.

5 Fuit hæc gens fortis, dum Lycurgi leges vigebant. E quibus vnus, cum Perſes hoſtis in colloquio dixiſſet glorians; Solem præ jaculorum multitudine & ſagittarum, non videbitis. In vmbra (inquit) igitur pugnabimus.

6 Viros commemoro. qualis tandem Lacæna? quæ cùm filium in prælium miſiſſet, & interfectum audiſſet; Idcirco (inquit) genueram, vt eſſet, qui pro patria mortem non dubitaret occumbere.

7 Eſto, ſint fortes & duri Spartiatæ; magnam habet vim Reipubl. diſciplina. Quid? Cyrenæum Theodorum, philoſophum non ignobilem nónne miramur? Cui cùm Lyſimachus rex crucem minaretur: Iſtis, quæſo (inquit) iſta horribilia minitare purpuratis tuis: Theodori quidem nihil intereſt, humine an ſublimè putreſcat.

8 Eſt profectò quiddam etiam in barbaris gentibus præſentiens atque diuinans. Siquidem ad mortem proficiſcens Calanus Indus; cùm aſcenderet ad rogum ardentem; O præclarum diſceſſum (inquit) è vita: cùm, vt Herculi cõtigit, mortali corpore cremato, in lucem animus exceſſerit! Pleraque iſtorum retulit Cicero: plura ex vetere hiſtoria recognoſces.

9 Nónne tibi mirum narrabit, de eodem illo mihi nominato Theodoro? niſi fallor. Rupit verbera, fidiculas laxauit, ſoluit eculeum, lamminas extinxit, priùs quàm efficeret tyrannus, vt tyrannicidij conſcios indicaret.

10 Eandem philoſophicam fortitudinem in Anaxarco mirificè laudo & demiror: Qui cùm à tyranno Cypriorum Nicocreonte torqueretur, nec vlla vi inhiberi poſſet, quò minùs amariſſimorum eum maledictorum verberibus flagellaret, & inuicem illum torqueret. ad vltimum, amputationem linguæ minitanti; Non erit (inquit) effœminate adoleſcens, hæc quoque pars corporis mei, tui iuris. protinúſque dentibus abſciſſam, & commanducatam linguam, in os eius ira patens expuit. eáque euulſa, ſpiritu ipſo libidinem tyranni, libertas philoſophi refutauit. Sed ſæuitiâ perſeuerante, coniectus idem in ſaxum concauum, ſiue in mortarium marmoreum, ferreis malleis, more ſinapios conterendus; tanti tormenti ſæuitiam negligens, non rarò antè ingeminauit; Tunde, tunde Anaxarchi vaſculum: nam Anaxarchum nihil teris, & neutiquam tundis.

A Simili vel maiore conſtantiâ (ſi licet miſcere ſacra prophanis) Theodorus Martyr, referente Nyſſeno, immanes cruciatus minantibus carnificibus; Pro fidei Chriſtianæ confeſſione (inquit) qui vulnerat, incîdat: & qui verberat, laceret: & qui cremat, flammam adiiciat: & qui his verbis offenditur, linguam eximat. Sed horum diuerſa ratio, cauſsáque ſupplicij diſcrepans, aliò ſpectat: affinitas hiſtoriæ fecit vt ſubnecterem: ſicuti & hoc ex Irenæo. 11

Dixit quidam ex noſtris damnatus ad beſtias; 12
B Frumentum ego ſum Dei; dentibus beſtiarum molor ac ſubigor, vt panis mundus efficiar Chriſto, quæ de Ignatio martyre, Antiochiæ poſt Petrum Epiſcopo, intelligenda eſſe, & Euſebius Chronic. lib. 3. cap. 36. apertè indicat; & ipſius Ignatij epiſtola ad Romanos, maioris zeli plena, ſatis arguit. ſed de martyrum conſtantia nos tum alibi, tum comment. ad Strabum. Reuertor autem ad philoſophos, & veteres paganos ſiue gentiles: in quibus par quodammodo vigor & robur animi in tolerandis cruciatibus cernitur: cauſſæ diuerſitas, euentus differentiam facit. Laudabilis tamen in omni homine, iuſtis de cauſſis ſuſcepta conſtantia, &
C inuictus in ſupplicijs animi vigor, atque inflexibilis fortitudo.

Zeno igitur & ipſe Philoſophus, cùm à Nearcho tyranno (de cuius nece cõſilium inierat) torqueretur: ſupplicij pariter, atque indicandorum gratiâ conſciorum; doloris victor, ſed vltionis cupidus; eſſe dixit, quod ſecretò audire eum, admodùm expediret? laxatóque eculeo, poſtquàm inſidiis opportunum tempus animaduertit; aurem eius morſu corripuit: nec antè dimiſit, quam & ipſe, vita; & ille, corporis parte priuaretur. qualem dolum aut vindictam narrant de filio ad reſtim damnato, in patre negligentiam diſciplinæ vlciſcente. *Filius aurẽ patris medicis abſcindit, cur.*
D 14

Eandem jam antè conſtantiam in tollendo Phalaride, Agrigentino tyranno, Zeno Eleates & ipſe philoſophus, ac ſectæ eiuſdem Stoicorum primarius author exhibuerat.

At Caius quidem Acilius, Romanus ciuis ampliſſimus, capta vrbe à Gallis, ſedens pro foribus in ſella curuli, cum inſignibus magiſtratuum ſacerdotiorúmque à ſe obitorum, barbam ſuam permulcenti Gallo, ſcipionem vehementi ictu capiti inflixit: eíque, propter dolorem, ad ſe occidendum, ruenti, corpore auidè objecto mortem maturauit. 15

Simili demùm virtute P. Craſſus Imp. bello 16
E in Aſia geſto cum Ariſtonico, victus, & à Thracibus exceptus; ne in ditionem eius perueniret, dedecus accerſita ratione mortis, effugit. Virgam enim, qua ad regendum equum vſus fuerat, in vnius barbari oculum direxit, qui vi doloris accenſus, latus Craſſi ſica confódit; dúmque ſe vlciſcitur, Romanum Imperatorem majeſtatis amiſſæ turpitudine liberauit.

Epaminondas, maxima Thebarum felicitas, 17
idémque Lacedæmonis prima clades; cùm veteſtam eius vrbis gloriam, inuictámque ad id tempus publicam virtutem, apud Leuctram & Manti-

Mantinéam, ſecundis prælijs contudiſſet; tra-
jectus haſtâ, ſanguine & ſpiritu deficiens, mili- A
tes recreare ſe conantes; primùm an clypeus
ſuus ſaluus eſſet; deinde an fuſi hoſtes peni-
tùs forent, interrogauit. quæ poſtquàm ex ani-
mi ſententia comperit; Non finis (inquit)
commilitones, meæ vitæ, ſed melius & altius
initium aduènit. nunc enim veſter Epaminon-
das naſcitur, quia ſic moritur.

18 At Scipio non alterius impetum ſuſtinuit
in ſe ruentis: ſed infeliciter Cn. Pompeij ge-
neri ſui defenſis in Aphrica partibus, claſſe
Hiſpaniam petẽs, cùm animaduertiſſet nauem,
qua vehebatur, ab hoſtibus captam, gladio præ-
cordia ſua tranſuerberauit. B

19 Sed & Cato, cui nomen & monimentum
Vtica dedit; victor ipſe ſui, ſed à Cæſare vi-
ctus: ipſe in gladium incumbendo, hominibus
documentum ſe dare credidit, quantò potior
eſſet dignitas ſine vita, quàm vita ſine dignitate.
Quod & noſtri de Saule à Philiſtæis deuicto re-
ferunt, ex cap. 31. lib. 1. Regum; quod Romani
de Bruto, Caſſio, & aliis compluribus mox re-
cenſendis.

20 At Titus Iubelius Taurea, Campanus, Fuluio
Flacco Romano Imperatori teſtatum ſua mor-
te reliquit, victorem atque vltorem ſui & libe-
rum de vita ſe excedere: qui interfectâ priùs
coniuge & liberis, demùm & ipſe gladio cruen-
to, & cæde recenti calido incubuit.

21 Et verò in virili perſona hæc contigerunt.
quam vtique virtutem (ſic enim appellabant)
& mulieres non paucæ, fragili licet naturâ at-
que pauida, ſunt imitatæ; Dido, Lucretia, Por-
cia Bruti cõiunx, propria manu confoſſæ. nam
de ijs, quæ ad Timonis ficum pependerunt, aut
quæ apud poëtas leguntur, nunc nõ agimus:
deſperationis furore actas non attingimus: vi-
rili fortes animo, & dedecoris impatientes for-
titer occumbendo, perſequimur.

22 Aſdrubalis coniux, capta Carthagine, dextrâ
leuáque tres filios mortem non recuſantes, ſe-
cum trahens, incendio. ſe flagrantis patriæ
objecit.

23 Maiori atque elatiori prædita conſtantiâ,
ſed & firmiori nixa mortis ſubſidio, Edeſſena
illa muliercula, cum infante tenero, ad locum
martyrij ſponte, nemine adigente, procurrit.
ex Rufin. lib. 11. cap. 5. Poſſem plura proferre ex
antiquis exempla; cùm Valerius tum ex his
pleraque, tum & alia idem, & cæteri paſſim hi-
ſtorici recenſeant: ſed modum in re infinita
quæro: quem adeo vereor ne cui moroſo aut
difficili videar prætergreſſus: nam de iuſta & E
pia martyrum nece, & libenter & patienter
obita morte, tum nos poſtea, tum præcipuè
in Strabum.

Cap. XI.

24 Nonne verò & hoc mirari liceat,
Theombrotus ſiue Cleombrotus Am-
braciõtes, lectis Platonis de animorum im-
mortalitate dialogis (quos ferè hactenus vſur-
pauimus, & poſthàc perſcrutabimur reliquos)
vitæ huius pertæſus, mori cupidus, præcipi-
tem ſe in mare dedit. Non probo factum: te-
merè enim & ſtultè ille quidem, atque adeo
contra ipſius Platonis in Phædone ſententiam; quam & M. Tullius ſic expreſſit: Ve-
tat enim dominans ille in nobis Deus, iniuſſu
hinc nos ſuo demigrare. Vt neque Cato, ne-
que Saul, neque alius quiuis excuſari poſſit;
qui mentita fortitudine, violentas ſibi in-
ferat manus. nec iuſtè cauſari poſſit, ita ſe
abire è vita, quaſi cauſſam moriendi nactus
ſit: qua velut à Deo oblata, lætus ex his tene-
bris in lucem excedere geſtiat. Leges enim ve-
tant hæc tanquam vincula carceris rumpere.
niſi quis iubente magiſtratu, aut aliqua po- II
teſtate legitima vindice, velut à Deo euocatus
atque emiſſus, exire cogatur. cùm tota hæc
vita, velut commentatio quædam ſit mortis.
atque hîc Martialem audio libentiùs.

Quòd magni Thraſeæ, conſummatique Catonis
Dogmata ſic ſequeris, ſaluus vt eſſe velis:
Corpore nec nudo ſtrictos incurris in enſes:
Quod ferriſſe velim te, Deciane, facis.
Nolo virum facili redimit qui ſanguine vitam:
Hunc volo laudari, qui ſine morte poteſt.

Et verò præclarè Paulus Æmylius apud
eundem Ciceronem in Somn. Scipionis, in- C
terroganti Scipioni ipſi; Quæſo (inquam)
pater ſanctiſſime atque optime, quoniam hæc
eſt vita, vt Aphricanum audio dicere; quid
moror in terris? quin huc ad vos venire pro-
pero? Non eſt ita (inquit ille) niſi enim Deus
is, cuius hoc templum eſt omne, quod con-
ſpicis, iſtis te corporis cuſtodiis liberauerit,
huc tibi aditus patère non poteſt. Homines
enim ſunt hac lege generati, qui tuerentur
illum globum, quem in hoc templo medium
vides, quæ dicitur terra. hiſque animus datus
eſt ex illis ſempiternis ignibus, quæ ſidera &
ſtellas vocatis. quæ globoſæ & rotundæ, diui- D *Animi origo, vnde.*
nis animatæ mentibus, circulos ſuos orbéſ-
que conficiunt celeritate mirabili. Quare &
tibi, Publi, & pijs omnibus retinendus eſt
animus in cuſtodia corporis: nec iniuſſu eius,
à quo ille eſt vobis datus, ex hominum vita
migrandum eſt: ne munus humanum aſſigna-
tum à Deo, defugiſſe videamini. hæc ille ex
Platonis philoſophia in ſuos de Republica li-
bros transfudit.

Iam verò ſi non licet priuata poteſtate, ali-
cui hominem occidere, vel nocentem; cuius
occidendi licentiam, lex nulla concedit. pro-
fectò etiam qui ſeipſum occîdit, homicîda eſt.
& tantò fit nocentior, cùm ſe occiderit, quan- E
tò innocentior in ea cauſſa fuit, quâ ſe occiden-
dum putauit: vt rectè cenſet ac iudicat Au-
guſtinus lib. 1. de ciuitate Dei, cap. 17. à quo &
de Catone, Lucretia, Ambraciota, & ſimilibus,
audi ſanctius iudicium.

Lucretiam certè matronam nobilem vete- 25
rémque Romanam, pudicitiæ magnis effe-
runt laudibus. Huius corpore cùm violenter
oppreſſo, Tarquinij regis filius libidinosè po-
titus eſſet; illa, ſcelus improbiſſimi iuuenis
marito Collatino, & propinquo Bruto, viris

clariſſimis & fortiſſimis indicauit; eóſque ad vindictam cõſtrinxit. Deindè fœdi in ſe commiſſi ſceleris ægra atque impatiens, ſe peremit. Mirabile dictu, Duo fuerunt, & adulterium vnus admiſit. Si non eſt illa impudicitia, quâ inuita cõprimitur: non eſt hæc iuſtitia, qua caſta punitur. Vos appello, leges iudicéſque Romani: nempe poſt patrata facinora, nec quemquam ſceleſtum indemnatum impunè voluiſtis occidi. Si ergo ad veſtrum iudicium quiſquam deferret hoc crimen, vobiſque probaretur, non ſolùm indemnatam, verumétiam caſtam & innocentem interfectam eſſe mulierem: nónne eum, qui id feciſſet, ſeueritate congrua plecteretis? Hoc fecit illa Lucretia: illa, illa ſic prædicata Lucretia. innocentem, caſtam, vim perpeſſam Lucretiam Lucretia inſuper interemit, Proferte ſententiam. Quod ſi propterea non poteſtis, quia non adſtat, quam punire poſſitis, cur interfectricem innocentis & caſtæ, tanta prædicatione laudaris? Sed ita hæc cauſſa ex vtroque latere coarctatur, vt ſi extenuatur homicideum, adulterium confirmetur: ſi purgatur adulterium, homicidium cumuletur. Nec omnino inuenitur exitus, vbi dicitur; Si adultera, cur laudata? ſi pudica, cur occîſa? Quòd ergo ſeipſam, quoniam adulterium pertulit, etiá non adultera occidit: non eſt pudicitiæ charitas, ſed pudoris infirmitas: Puduit enim eam turpitudinis alienæ in ſe cõmiſſæ, etiamſi non ſecum. & Romana mulier laudis auida, nimiùm verita eſt, ne putaretur, quod violenter eſt paſſa, cùm viueret; libenter paſſa, ſi viueret. Vnde ad oculos hominum, mentis ſuæ teſtem illam pœnam adhibendam putauit; quibus cõſcientiam demonſtrare non potuit. Sociam quippe facti ſe credi erubuit; ſi quod alius in ea fecerat turpiter, ferret ipſa patienter.

16 At Cato ille, qui ſe Vticæ occidit, non ſolus id fecit (eodem enim bello & Scipio, & Metellus, & Aphranius, & Iuba rex ſeſe interemerunt) ſed quia vir doctus & probus habebatur, meritò putatur rectè etiam fieri potuiſſe, vel poſſe, quod fecit. De cuius facto, quid potiſſimum dicam; niſi quòd amici eius, etiam docti quidam viri, qui hoc fieri prudentiùs diſſuadebant, imbecillioris, quàm fortioris animi facinus eſſe cenſuerunt. quo demonſtraretur, non honeſtas turpia præcauens; ſed infirmitas, aduerſa non ſuſtinens. Hoc & ipſe Cato in ſuo chariſſimo filio iudicauit. Nam ſi turpe erat, ſub victoria Cæſaris viuere: cur author huius turpitudinis pater filio fuit: quem de Cæſaris benignitate, ſumma omnia ſperare præcepit? Cur non & illum ſecum coëgit ad mortem? Nam ſi eum filium, qui contra imperium, in hoſtem pugnauerat, etiam victorem, laudabiliter Torquatus occîdit: cur victus victo filio pepercit Cato, qui non pepercit ſibi? An turpius erat, contra imperium, eſſe victorem; quàm contra decus, ferre victorem? Nullo modo igitur Cato turpe eſſe iudicauit, ſub victore Cæſare viuere. alioquin ab hac turpitudine, paterno ferro filium liberaret. Quid eſt ergo, niſi quòd filium quantum amauit, cui parci à Cæſare & ſperauit, & voluit: tantum gloriæ ipſius Cæſaris, ne ab illo etiã ſibi parceretur, vt ipſe Cæſar dixiſſe fertur, inuidit? aut vt aliquid nos mitius dicamus, erubuit?

At verò M. illi Catoni, M. Regulum præferre licet. Cato enim nunquam Cæſarem vicerat, cui victus deſignatùs eſt ſubijci: & ne ſubijceretur, à ſeipſo elegit occîdi. Regulus autem Pœnus jam vicerat, imperióque Romano Romanus Imperator, non ex ciuibus dolendam; ſed ex hoſtibus laudandam victoriam reportauerat. ab eis tamen poſtea victus, maluit eos ferre ſeruiendo, quàm eis ſe auferre moriendo. Proinde ſeruauit & ſub Carthaginienſium dominatione patientiam: & in Romanorum dilectione, conſtantiam: nec victum auferens corpus ab hoſtibus, nec inuictum animum à ciuibus. 27

Hanc verò M. Reguli virtutem, hanc patientiam, hanc ſtupendam conſtantiam, Chriſtiani in ſuis tormentis non dico imitantur: ſed longè vincunt ac ſuperant: non tamen mortem accerſendo, ſed illatam perferendo: ſicuti de permultis ſcribit Euſebius, præſertímque de Polycarpo, Ignatio, Blandina, Attalo, Photino, & aliis multis, de quibus cap. 15. lib. 4. & 1. 2. 3. lib. 5. & cap. 31. lib. 6. & lib. 7. cap. 9. 10. 11. & toto ferè libro octauo; & poſt illum Nicephorus jam inde à libro tertio, ac deinceps; & Rufinus vtroque libro, & tota denique Eccleſiaſtica hiſtoria. 28

Neque tamen (vt idem Auguſtinus eodem opere ſcribit) fruſtra in ſanctis Canonicis libris vſquam nobis diuinitùs præceptum permiſſúmve reperiri poteſt, vt vel ipſius adipiſcendæ immortalitatis, vel vllius carendi cauendíque mali cauſsâ, nobiſmetipſis necem inferamus. Nam & prohibitos nos eſſe intelligendum eſt, vbi lex ait, Exodi 20. Non occîdes. præſertim quia non addidit, proximum tuum. ſicut falſum teſtimonium cùm vetaret: Falſum (inquit) teſtimonium non dices aduerſus proximum tuum. Nec ideo tamen ſi aduerſus ſeipſum quiſquam falſum teſtimonium dixerit, ab hoc crimine ſe putauerit alienum. quoniam regulam diligendi proximum, à ſemetipſo dilector accepit. quandoquidem ſcriptum eſt; Diliges proximum tuum, ſicut teipſum. Porrò ſi falſi teſtimonij non minùs reus eſt, qui de ſeipſo falſum fatetur, quàm ſi aduerſus proximum hoc faceret: cùm in eo præcepto, quo falſum teſtimonium prohibetur, aduerſus proximum (proximus autem egomet mihi, ait Comicus) prohibeatur; poſſitque non rectè intelligentibus videri, non eſſe prohibitum, vt aduerſus ſeipſum quiſquam falſus teſtis aſſiſtat. quantò magis intelligendum eſt, non licere homini ſeipſum occidere, cùm in eo quod ſcriptum eſt (Non occides) nihilo deinde addito, nullus, nec ipſe vtique, cui præcipitur, intelligitur exceptus? Et cùm de beſtiis, & pecoribus ratione carentibus, dèque fruticibus inanimatis, præceptum intelligi non debeat, quemadmodum quidam inſaniunt Manichæi, ſecuti errorem furorémque

Pythagoræ, Eumenij, Porphirij, & nonnullorum Platonicorum aliorum, qui anima eáque immortali, animantes vniuerſas, etiam mutas & rationis expertes, donare non recuſant. reſtat vt hoc præceptum de hominibus intelligamus, quo dictum eſt, Non occides. Non alterum ergo, nec te. Neque enim qui ſe occîdit, aliud quàm hominem occîdit. Quaſdam verò exceptiones eadem ipſa diuina fecit authoritas; vt liceat hominem occîdi. Sed his exceptis, quos Deus occîdi iuber, ſiue data lege, ſiue ad perſonam pro tempore expreſſa iuſſione. Non autem ipſe occîdit, qui miniſterium præbet iubenti: ſicut adminiculum, gladius eſt vtenti. Et ideo nequâquam contra hoc præceptum fecerunt, quo dictum eſt (Non occîdes) qui Deo authore, bella geſſerunt: aut perſonam gerentes publicæ poteſtatis (iuxta Paulum ad Romanos 13.) ſecundùm eius leges, hoc eſt, juſtiſſimæ rationis imperium, ſceleratos morte punierunt. Et Abraham non ſolùm non eſt culpatus crudelitatis crimine: verumetiam laudatus eſt nomine pietatis, quòd voluit nequaquam ſceleratè, ſed obedienter occidere. Et meritò quæritur ab eodem Auguſtino; Vtrùm pro juſſu Dei ſit habendum, quòd Iephthe Galaadites filiam vnigenitam, quæ patri victori & réduci prima occurrit, occîdit: cùm ſe immolaturum Deo id vouiſſet (ſic olim Agamemnon ille rex Græcorum, Iphigeniam apud Aulidem mactauerat) quod ei redeunti de prælio, victori primitùs occurriſſet, vt ſcribitur Iudicum 11. Nec Samſon aliter excuſatur (nam Saulem regem, & Iudam Iſcarioten, homicidij nulla ratio poteſt excuſare) quòd ſeipſum cum hoſtibus ruinâ domus oppreſſit: niſi quia ſpiritus latenter hoc iuſſerat, qui per illum miracula faciebat. His igitur exceptis, quos vel lex juſta generaliter, vel ipſe fons iuſtitiæ Deus ſpecialiter occîdi iubet; quiſquis hominem, vel ſeipſum, vel quemlibet occiderit, homicidij crimine innectitur. Et quicumque hoc in ſeipſis perpetrarunt; animi magnitudine forraſſe mirandi, non ſapientiæ ſanitate laudandi ſunt. Quanquam ſi rationem diligentiùs conſulas, nec ipſa quidem animi magnitudo rectè nominatur; vbi quiſquam non valendo tolerare vel quæque aſpera, vel aliena peccata, ſe ipſe interemerit. Magis enim mens infirma deprehenditur, quæ ferre non poteſt vel duram ſui corporis ſeruitutem, vel ſtultam vulgi opinionem. Maiórque animus meritò dicendus eſt, qui vitam ærumnoſam magis poteſt ferre, quàm fugere: & humanum iudicium, maximéque vulgare, quod plerumque caligine erroris inuoluitur, præ conſcientiæ luce ac puritate contemnere.

Quamobrem ſi magno animo fieri putandum eſt, cùm ſibi homo ingerit mortem: ille potiùs Cleombrotus (Theombrotum etiam, vt quidam, nominaui) in hac animi magnitudine reperitur: quem ferunt, lecto Platonis Phædone, de immortalitate animæ; vt ex hac vita, quæ eſt velut mors quædam, ad immortalitatem migraret, è muro ſe in mare dediſſe præcipitem; cùm nihil ei mali contigiſſet. Quod feciſſe apud Cyrenen, multi Hegeſiæ auditores traduntur, & conceptâ animis ardentioré ſpe immortalitatis, ſponte atque alacriter hanc vitam exuiſſe, mortémque voluntariam obiuiſſe. In illum Cleombrotum extat Callimachi epigramma ſic Latinè expreſſum;

Vita vale, muro præceps delapſus ab alto
Dixiſti moriens, Ambraciota puer:
Nullum in morte malũ credẽs: ſed ſcripta Platonis
Non ita erant animo percipienda tuo.

Qui profectò id præcipuè potiſſimúmque feciſſet, vel etiam fieri præcepiſſet; niſi ea mente, qua immortalitatem animæ vidit, nequâquam faciendum, quinetiam prohibendum eſſe iudicaſſet. Ipſius ſententiam jam antè Ciceronianis verbis extuli: quam tum alibi, tum in Phædone particulatim exprimit: nec ideo Græcè diuulſa fragmenta proferam. Volet igitur (ait) & Euenus, & quicunque huius rei dignè eſt particeps. Non tamen fortè ſibi vim inferet: non enim fas eſſe aiunt. philoſophum tamen optare morientem ſequi. Mirum fortè tamen videri poſſit, vtrùm hoc ſolum ex aliis omnibus ſimplex ſit: nec accidat vnquam homini, quemadmodum cætera, quando, & quibus melius ſit mori, quàm viuere. Itaque mirum tibi fortè videbitur, ſi his, quibus præſtat mori, non liceat ſibimet prodeſſe: ſed alium oporteat expectare, qui proſit. Profectò ſermo ille, qui de hiſce rebus in arcano habetur; quòd nos homines ſumus in quadam cuſtodia: neque decet quenquam ex hac ſeipſum ſoluere, neque aufugere; magnus quidem mihi videtur, neque cognitu facilis. Veruntamen id mihi rectè dici videtur, Deos quidem curam habere noſtri: nos verò homines, vtiam quandam eſſe ex poſſeſſionibus Deorum. Nónne igitur & tu, ſi quod ex mancipiis tuis ſeipſum perimeret, cùm tu minimè ſignificaſſes velle te, vt è vita excederet, iraſcerêris illi? & ſi poteſtatem haberes, pœnâ quadam afficeres? Fortaſſis igitur hoc modo non præter rationem eſt, non priùs decere ſeipſum interficere, quàm Deus neceſſitatem aliquam impoſuerit: qualem nobis impoſuit in præſentia hæc Socrates cum Cebête, ex Philolão colloquitur. Et quoniam tantiſper ethnica tractamus; lubet eorum, qui ſibi violentas intulerant manus, iudicium apud inferos degentium attexere ex Virgilio ſexto Æneid.

De pœnâ homicidij proprij.

Proxima deinde tenent mœſti loca, qui ſibi letum
Inſontes peperêre manu: lucémque peroſi,
Proiecêre animas. Quàm vellent æthere in alto
Nunc & pauperiem & duros perferre labores!
Fata obſtant, triſtique palus inamabilis vndâ
Alligat, & nouies Styx interfuſa coercet.

CAP. XII.

ATENIM multi ſe interemerunt, ne in manus hoſtium peruenirent. Non modò quærimus, vtrùm ſit factum: ſed vtrum fuerit faciendum. Sanè quippe ratio, etiam exemplis

ized Google

anteponenda est. cuiquidem & exempla concordant: sed illa, quæ tantò digniora sunt imitatione, quantò excellentiora pietate. Non fecerunt Patriarchæ, non Prophetæ, non Apostoli: quia & ipse Dominus Christus, quando eos, si persecutionem paterentur, fugere admonuit de ciuitate in ciuitatem, vt est Matth. 10. potuit idem admonere, vt sibi manus inferrent: aut ipse sibi inferre (quod iniqui obtrectabant, Ioan. 8.) ne in manus persequentium peruenirent: aut cùm in eas peruenissent, & tetro carcere recluſi, cruces, bestias, eculeos, ignes, gladios, sibi in perendinum diem parari certò scirent. Porrò si hoc magister ipse non iussit, aut monuit, vt hoc modo sui manu sibi illata, per vim ex hac vita migrarent: quibus migrantibus, mansiones æternas se præparaturum esse promisit, Ioan. 14. quælibet exempla opponant gentes, quæ ignorant Deum; manifestum est, hoc non licere colentibus vnum verum Deum. Quis enim tam malus error obrepat, vt homo se occidat, vel quia in eum peccauit, vel ne in eum peccet inimicus? cùm vel peccatorem vel peccaturum ipsum occidere non audeat inimicum? Atenim timendum est & cauendum, ne libidini hostili subditum corpus, illecebrosissima voluptate animum alliciat consentire peccato. Proinde (inquiunt) non jam propter alienum; sed propter suum peccatum, antequàm hoc quisquam committat, se debet occidere. Nullo modo quidem hoc faciet animus, vt consentiat libidini carnis suæ, aliena libidine concitatæ: qui Deo potiùs, eiúsque sapientiæ, quàm corporis concupiscentiæ subiectus est. Veruntamen si detestabile facinus, & damnabile scelus est (vtor enim & verbis, & sententia eiusdem Augustini) etiam seipsum hominem occidere, sicut veritas manifesta proclamat: quis ita desipiat, vt dicat; Iam nunc peccemus, ne postea fortè peccemus? jam nunc perpetremus homicidium, ne fortè postea incidamus in adulterium? Id verò perinde est, atque illud Martialis:

Fugienda mortis occasio.

Hostem cùm fugeret, se Fannius ipse peremit.
Hîc rogo, Num furor est, ne moriare, mori?

Furor est mori, ne moriare.

aut quale trito Græcorum fertur prouerbio; Ἔφυγέ με, μὴ βρέχοι, ἧ εἰς βόθρον ἐνέπεσεν. Concurrit quis, ne compluerétur, siue pluuia corriperetur: atque in foueam lapsus, est suffocatus. Nônne, si tantùm dominatur iniquitas, vt non innocentia, sed potiùs peccata eligantur: satius est incertum de futuro adulterium; quàm certum de præsenti homicidium? Nónne satius est, flagitium committere, quod pœnitendo sanetur: quàm tale facinus, vbi locus salubris pœnitentiæ non relinquitur?

Obiectio. At sancta Martyres mortē sibi conscierūt. Exempla.

Sed quædam (inquient) sanctæ fœminæ, tempore persecutionis, vt insectatores suæ pudicitiæ deuitarent, in rapturum atque necaturum se flumen projecerunt: eóque modo defunctæ sunt. eâque martyria in Catholica Ecclesia, veneratione celeberrima frequentantur. Nam & Pelagiam (haud scio an inde à Pelago, nomine indito) scribit Ambrosius lib. 3. de virginibus, cum matre & sororibus, præcipitem se dedisse in flumen, ne à persequenti milite violaretur.

1 Pelagia cum matre & sororibus.

Dionysius Alexandrinus epistola ad Flauianum, de martyribus Alexandrinis, inter complura martyrum exempla; Sed & admirandam (inquit) virginem longæuæ ætatis Apolloniam nomine, cùm corripuissent, dentes primò ei omnes effoderunt. congestis deinde lignis, extruxerunt rogum, comminantes viuam se eam incensuros, nisi cum ipsis pariter impia verba proferret. At illa vt rogum vidit esse succensum; paululùm quid in semetipsa molitur. repentè verò se è manibus proripuit impiorum, atque in ignem, quem minabantur, sponte prosiliit. ita vt perterrerentur etiam ipsi crudelitatis authores: quòd promptior inuenta est ad mortem fœmina, quàm persecutor ad pœnam.

2 Apollonia.

Eusebius autem lib. 8. cap. 12. de martyrum cruciatibus immanibus locutus, etiam alijs libris multa & terrifica de iisdem scribens; Illa autem quomodo replicem, ait, quæ apud Alexandriam gesta, etiam veterum poëtarum fabulas vincunt? vbi obtruncatis auribus, atque inhonesto vulnere, naribus; manuum quoque cæterorúmque mẽbrorum summitatibus amputatis, truncum abire sinebant derisum. & post nonnulla exempla, subijcit tandem; Alij, cùm ad sacrificandum quærerentur, sacrilega pollutionem vitantes, vitam præcipitio finierunt: minore quidem tolerantiæ fiduciâ, sed conseruandæ fidei maiore cautelâ. In quibus, admirabilis quædam & veneranda fœmina, pulchritudine pariter & fiducià formosa, genere nobilis, & copiosa facultatibus: cui erant duæ virgines honestæ satis, & ad maternæ pudicitiæ regulam nutritæ; specie simul & moribus, æmulâ sibi probitate certantes: quas religiosa mater secundùm præceptum diuinum in timore Domini educauerat. Quæ captæ à militibus, & Antiochiam perducendæ, suaui & longa persuasæ matris oratione (quam ab historiographo repetes) cùm audissent illud tandem ad extremum; Quid igitur nunc agimus? videtis quòd ista omnis vis aut à Deo nos studet, aut à pudicitia separare. Prostituentur ergo publicis lupanaribus membra, quæ aër ipse penè publicus habuit incognita? Ne, quæso, filiæ. & post pauca; Simili suo exemplo accensas filias, mater iuxta fluuium deduxit, simulata humanæ necessitatis caussa: deinde remotis ad naturalem reuerentiam arbitris atque custodibus, communi voto subductis hinc inde vestibus, minacis se fluuij rapidis fluentis injecerunt.

3 De præcipitatu.

4 Matris eiusdem cum duabus filiabus.

Sed & aliæ duæ virgines, per omnia insignes sorores, genere nobiles, vitâ mirabiles, primæ adhuc ætatis, specie pulchræ satis, sed animâ pulchriores; ornatæ moribus magis, quàm monilibus; studijs apprimè probabiles; non ferentes suam violari publicis edictis ac legibus castitatem, marinis se fluctibus demersére.

5 De duabus virginibus sororibus.

Ibidem Eusebius cap. 18. de Sophronia, &

6 Sophronia.

nobili & formosa muliere : cuius pudicitiæ Maxentius tyrannus vim inferre parabat, marito vtcumque consentiente, & more nunc multorum conniuente, vt vitam & fortunas conseruaret. Illa vt maritum vidit metu mortis perterritum prodidisse pudicitiam suam; Paululùm (ait his qui missi fuerant) expectate, donec composita vt decet, & adornata procedam. Demùm ingressa cubiculum, cùm priùs defixis genibus orasset, tanquam pudicitiam suam Deo immolatura, pectus ac viscera correpto mucrone transverberauit.

7 De virginum Metamorphosi fabulosa.

Prætereo fabulas virginum, quæ pro conseruanda pudicitia, vitam posuisse dicuntur ab Ouidio in libris Metamorphoseôn. Recensebo vnam aut alterâ historiâ superioribus similem, nostro isto calamitosissimo ac perditissimo tempore, inuitis multorum oculis vitam.

8 Puella Aurelianensis.

Quo tandem igitur impulsa spiritu, his bellicis Gallorum tumultibus, Aurelianensis puella, omnium æqualium longè formosissima, in arctissima vrbis obsidione, altissimum sese demiserit in puteum, nescio, Deus scit.

9 Consiliarij Parisiensis.

Nam paucis interjectis dein annis, Consiliarius quidam Parisiensis, vir alioqui perdoctus, & magni nominis, in flumen Sequanam citato cursu, clam famulis & assectis, se præcipitauit: sed nulla religionis vel minima caussâ, aut specie seu pretextu stimulatus: ideo ab hac narratione prorsus alienus, & ne nominari quidem dignus.

10 Puella Isaurensis.

Sed quónam pariter furore percita, anno proximo superiore, quo hæc scribebam, apud Isaurum Aruerniæ, capta, incensa, hostiliter direpta à Gallis in Gallia, vrbe florentissima, opulentissima, atque amœnissima; mulier quædam nobilis & locuples, à milite victore & insolenti prehensa, atque mancupi: vt illius effrænatam ac furentem feruentémque falleret libidinem, seipsam misera fefellit? cùm præceps deuoluta ex alto per fenestram, ne turpiter violaretur, sese miserabiliter collisa & confracta perdidit & peremit?

Idem factum à multis aliis alibi, eodem isto tumultu Gallico adhuc æstuante, non solùm belli, sed etiam pacis simulatæ tempore, equidem miseror ac lugeo, & oborris sæpe lachrymis deploro: sicut illas, quæ viuæ ac liberæ, incruentas, auaras, & sacrilegas militum manus, inque diram eorum libidinem, nescio quo suo malo fato peruenerunt. Et quidem recens est memoria: nuper enim, pacatis etiam (vt putabatur) rebus omnibus, atque extra belli iura (nam quænam tandem pax potest esse impijs?) in hoc ipso agro Turonensi, apud Fanum Spani, expugnato municipio, direptis bonis, cædibus resistentium patratis, vix saluus & illibatus pudor, fugâ & latebris, superfuit. Vt illos plus quàm Thraces, Scythas, Tartaros, & Francicum nihil spirantes, licet Francos se nomine & titulo jactent (nequid de Hispanorum aduersus Flandros & Antuerpienses præcipuè dira immanitate dicam) nihil liberum aut liberale (quod francum vulgò dicimus) præ se ferentes: nihil iuris diuini aut humani sentientes, execrari ac detestari jure quodam liceat; & eidem illi spiritui jam deditos auersari, cui & Hymenæum & Alexandrum Paulus olim (sed suo priuilegio Episcopali præcipuè fretus) deuouerat 1. Timoth. 1. Verùm istos nebulones omitto, alibi à me acriùs agitatos, atque ad rem redeo.

De martyribus fœminis (ait idem Augustinus) quæ sibi manus violentas intulerunt, nihil temerè audeo iudicare. Vtrùm enim Ecclesiæ aliquibus fide dignis testificationibus, vt earum memoriam sic honoret, diuina persuaserit authoritas, nescio: & fieri potest, vt ita sit. Quid si enim hoc fecerunt, non humanitùs deceptæ: sed diuinitùs iussæ? nec errantes, sed obedientes? sicut de Samsone, & de Abrahamo, aliud nobis fas non est credere. Nemo autem scit, quid agatur in homine, nisi spiritus hominis, qui in ipso est, ait Paulus 1. Corinth. 2.

His igitur, & sanè pluribus rationibus ac verbis grauissimis atque sanctissimis statuit tandem noster Augustinus, neminem spontaneam mortem sibi inferre debere, velut fugiêdo molestias temporales, ne incidat in perpetuas: neminem propter aliena peccata; ne hoc ipso incipiat habere grauissimum proprium, quem non polluebat alienum: neminem, propter sua peccata præterita; propter quæ, magis hac vitâ opus est, vt possint pœnitendo sanari: neminem, velut desiderio vitæ melioris, quæ post mortem speratur: quia reos suæ mortis, melior post mortem vita non suscipit.

Non itaque omnibus vobis (ô fideles Christiani) sit tædio vita vestra, si ludibrio fuit hostibus castitas & integritas vestra. Habetis magnâ verámque consolationem, si fidam conscientiam retinetis; non vos consensisse peccatis eorum, qui in vos peccare permissi sunt. hæc ille.

Sed tamen vt vita non est profundenda temerè (quòd facit frequêter *Prodiga gens animæ*,—— vt ait poëta) sic nec éadem si poscitur, neganda: neque si ab eo qui dedit, reperitur, celanda, aut inuita retinenda est. Qui enim animam (seu vitam) suam studiosè conseruant, eandem perdere ac profundere sæpe periclitantur. & qui deponere rogati, propter fidem non recusant, eandem cum fœnore mox recipiunt atque recuperant. Et qui vitam, aliúdve pretiosum vas quodlibet, vel vllum à triplici habito bonorum genere, Deo & immortalitati anteponunt, inuenientur Deo, & beatorum contubernio indigni, sicuti sacra paginâ instruimur, vt Matth. 16. Marci 8. Lucæ 9. Ioan. 12.

Anima custodia quatenus.

Quò magis laudandi atque imitandi nobis sunt, Stephanus Protomartyr, Petrus, Paulus, Andreas, Bartholomæus, Marcus, Matthæus, Thomas, Laurentius, diui Martyres, & tota illa innumera caterua vtrorum ac mulierum piorum, qui proprio sanguine, Christi mortem & resurrectionem testificati, ex eo *Μάρτυς*, id est testes dici meruerunt. Namque & suos Martyres etiam diabolus habere perhibetur à nostris: vt istos homicidas sui, & in summam extremámquedesperationem adactos: & eos,

qui se idólis consecrant, Molocho, Chamo, Astartæ, Baali seu Beelphegori, Deo illi ridiculo muscarum: vel adeo qui se viuos, liberósque suos igni exponunt, & tanquam victimas ac verè ἐνάσιμα sacrificant, vt patet ex historia Regum 4. 16. ac de Montanistis & Marcionistis pseudomartyribus apud Eusebium constat lib. 5. cap. 16. Sed quænam esse poterit apud istos martyrij veritas, vbi Christi veritas ac pietas non inuenitur? ait Apollinaris, confutans pluribus verbis hæresim Montani, & Apollonius contra Alexandrum, Montani sectatorem, qui se martyrē falsò iactabat ac profitebatur, apud Eusebium lib. 5. cap. 18. Sed martyrem caussa, non pœna facit, vt antè proposui.

Amborum autem & verorum & falsorum martyrum euidens atque apertum discrimen est: Nam veri Christi martyres ij sunt, quos ea caussa pia in mortem adigit, quam nuper attigi: & quidem viri pij atque innocentes; qui quidem per fidem, & fidei arrhabonem, mortem ipsam cruentam, sancti vicerunt regna, operati sunt iustitiam, adepti sunt repromissiones, obturauerunt ora leonum, extinxerunt impetum ignis, effugauerunt aciem gladij, conualuerunt de infirmitatibus, fortes facti sunt in bello, castra verterunt exterorum: acceperunt mulieres de resurrectione mortuos suos. alij autem distenti sunt, non recipiētes remissionem, vt meliorem inuenirent resurrectionem. alij verò ludibria & verbera experti, insuper & vincula & carceres: lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt, in occisione gladij mortui sunt: circuierunt in melótis, in pellibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti: quibus dignus non erat mundus: in solitudinibus errantes, in montibus & speluncis, & in cauernis terræ. & hi omnes testimonio fidei probati, non acceperunt repromissionem, Deo pro nobis melius aliquid prouidente, vt non sine nobis consummarētur; ait Paulus Hebr. cap. 11. Et quod valdè mirum est; in isto tam diro, tam immani, tam barbaro cruciatu; nulla comminatio, nulla imprecatio, nullus quæstus, nullus ejulatus; sed fausta acclamatio, cygnea vox in cantu hymnorum sacrorum, benedictio, gratiarum actio, precatio pro torquentibus & affligentibus se, vt scribitur apud Eusebium multis libris, præsertim libro 5. cap. 2. & libr. 8. cap. 9. & apud Nicephorum Eusebij æmulum atque imitatorem. Et verò Act. 7. Domine, ne statuas illis hoc peccatum, ait protomartyr ille Stephanus in mediis supplicijs, & morte jamjam futura. quæ breuis licet oratio, adstantem atque administrum facinoris Saulum adolescentem permouit; & mutato deinceps nomine atque instituto, fidéque, Paulum Christo contumacem & calcitronem perdomuit ac subiugauit; vt illi demùm fieret vas electionis. Et illi quidem ibant gaudentes à conspectu concilij: quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati, Act. cap. 5. quod tum vniuersa Ecclesiastica historia, tum μαρτυρολόγιον antiquum & verax, tum historia Machabeorum testatur: licet à Iosepho Iudæo scripta feratur, duobus quidem libris; sed meo iudicio, diuersis ab ijs qui circumferuntur: Hieronymus enim priorem Hebraïcum, posteriorem Græcum rectè agnoscit, & ex phrasi dijudicat. Vtrumque Hebræum, sed diuersum, à Iosepho habemus: tertius additur in biblijs Græcis: quartus præterea extat, velut vmbratilis quædam commentatio Iosippi, de martyrio matris, & septem fratrum: Eusebius in Chronico videtur indicare, se in alios quosdam incidisse; vt doctus ac diligens D. Genebrardus in sua Chronographia scriptum reliquit. Sed tamen in illa historia, libr. 2. cap. 7. Machabæorum septem istorum fratrum, matrisque ęuos ab Antiocho inflictos cruciatus magis lugeam, ægriúsve feram; an mirificam constantiam magis demirer, incertum mihi est: certè ingenti commiseratione prosequor; acerbiora etiam multa alia in homines innocentissimos exercita per vim tyrannidis, supplicia animo speculatus. sed de martyribus, & martyrij corona, nos quidé plurima scripsimus comment. in Strab. Gallum. Quibus carnificinis cùm sæpe Galenus ipse interfuerit, sub Trajano truci Ecclesiæ persecutore, & aliis deinceps Impp. tamen non magis affici potuit, quàm qui illa tormenta imperabant, vrgebant, patrabant. Nisi fortè Plinij Secundi, sui ferè contemporanei naturalem clementiam secutus, & animo æquo alienas miserias deputans, commiserari sortem innocentum cœpit aliquando. quo affectu tandem permotus ille Plinius, Imperatori rescripsit; Præter obstinationem non sacrificandi, nihil se scelerati de eis comperisse. insinuans quoque & illud; Surgere atque conuenire summo mane Christianos, & Christum, tanquam Deum, carminibus laudare: & ad conseruandam eorum disciplinam, homicidium, adulterium, fraudem, perfidiam, & cætera scelera prohibere. Ad quæ Trajanus rescripsit, Christianos inquirendos non esse: oblatos autem puniendos. ita ferè Tertullianus in Apologetico. epistolæ autem leguntur apud ipsum Plinium libr. 10. & historia recensetur à Suida, Orosio, & alijs.

Sed multos Ecebolios video, multos tum philosophos, tum magistratus, tum priuatos homines, qui vt hominibus & principibus placeant, nulli certæ se religioni addicunt; sed Eceboli illius in morem, ter in die, si res postulat, religionem mutant, vagi, errones, inconstantes, & semper in fide nutantes, vt de illo scribitur libr. 6. tripart. historiæ. Hoc tamen non possum silentio inuoluere, quod Iustinus & Philosophus & Martyr, de se verè & gloriosè prædicat in Apologetico ad Antoninum. quē philosophum veritatis & pietatis cultorem vrinam sequerentur alij, qui inani se philosophię impiæ titulo exornāt insani philosophi! Namque ego (inquit ille de se) sectis Platonicis institutus, audiens infamari Christianos, & videns infamari eos impauidos ad suscipiendam mortem, atque omne supplicium tolerandum; considerabam, quòd impossibile esset in malitia eos, & in libidine conuersari. Quis enim aliquando voluptuosus, & luxuriis deditus, & qui

humanis carnibus veſci, delicias putet, mortem libenter amplectitur? quò ſcilicet, ipſa confeſtim careat, pro qua infamari maluit, voluptate? Quinimmò viuere perpetuò ſi liceret, & latére iudicia; in hoc magis operam daret: nedum ſemetipſum ſtatutæ ac profeſſæ morti ſtuderet offerre. Crimen autem, quod indicat ille Chriſtianus, & pro fide Chriſtiana penè ſolus Martyr philoſophus, olim Chriſtianis intentari ſolitum à populo prophano & gentili, illud erat; Illicitis plebem Chriſtianam ſtupris, ac promiſcuè habitis, in matribus & ſororibus pollui: atque ab execrandis infanticidij dapibus, velut in cœna Thyeſtæa, funeſtari; vt Euſebius confutat cap. 8. libr. 4. & libr. 5. cap. 1. & Tertullianus Latinorum Chriſtianorum ſcriptor primus & antiquiſſimus, in ſuo illo Apologetico. Origo autem calumniæ, ad ſeruos Chriſtianorum paganos refertur: qui dæmonis inſtinctu techniſque; cùm tormenta pertimeſcerent, quæ inferri ſanctis videbant: monentibus ſe ad hoc ipſum militibus, quibus ita fuerat præceptum; commenti ſunt aduerſus eos, velut Thyeſtæas cœnas, & inceſta Oedipia perpetrantes: & alia, quæ nec proloqui, nec cogitare nobis fas eſt: & qualia ne credere quidem poſſumus aliquando apud homines barbaros, vel populos feros, & ab omni humanitate abhorrentes, geſta fuiſſe. tantò minùs, vt apud pios, fideles, veræ religioni & ſynceræ addictos; vitæ innocentia & auſteritate gaudentes; non vitæ præſentis delicijs, ſed futuræ immortalitatis ac beatitudinis ſpe, ſummum bonum metientes atque æſtimantes.

Chriſtianorũ ſumma ſpes, in quo poſita.

CAP. XIII.
Et libri huius pars altera.

ENIMVERO quoniam res mihi cum ijs eſt, qui Chriſtianorum tormenta, fanaticorum deliramenta, iniqui rerum æſtimatores, reputent: & hominum mente captorum, aut melancholicorum inſomnia deputent (quorum in albo, Galenum mihi videor poſſe adſcribere) redeo ad philoſophos, quos illi pro ſummis Theologis habent: & quæ mihi nuperè dicta ſunt, de conſtantia martyrum in morte, de quorundam neglectu mortis, de paucorum accerſita iuſta mortis occaſione; hæc bonis & pijs dicta ſint, non ad perſuadendam, ſed ad confirmandam ac retinendam, quam credunt, animorum immortalitatem. ad quam adſtruendam, cùm multas antehàc rationes & teſtimonia in medium adduxerim; plures etiam deinceps iſtas eôdem velut in aceruum congeram: vt ſi quis eſt, cui nondum ſit factum ſatis; habeat ille, quo animum infidum, dubium, timidum, incredulum, peruicacem, expleat & ſatiet: vel adeo mole teſtium rationúmque, velut denſa nube, obruatur.

Totus igitur Platonis Axiochus in eo conſiſtit, vt animorum immortalitatem demonſtret, & mortis metum pauidis adimat. tum quòd. περιπλάνησις ἐστὶν ὁ βίος. peregrinatio quædam, vita eſt. tum quòd δεῖ θνητοὺς ὄντας εὐφραίνεσθαι, ἀθύμους μὴ γίνεσθαι παιανίζοντας, ὡς τὸ χρεὼν ἀνάγκη. placidè degentes, oportet alacriter, ceu pæana celebrantes, ad fatalem neceſſitatem accedere. Turpe enim eſſe, ὡς ἀγωνιστὴν δρᾶν, ἐν τοῖς γυμνικοῖς γενάμενον γενίσθαι, ὑποπτήσσοντα ἐν τοῖς ἄθλοις. velut timidum athletam, cùm in palæſtra ſtrenuè ſe geſſerit, in ipſo mox certamine, & ſub tempus conſequendi præmij deficere. tum quòd τῆς συγκρίσεως ἄπαξ διαλυθείσης, ἢ τῆς ψυχῆς εἰς τὸν οἰκεῖον ἱδρυθείσης τόπον. τὸ ὑπολειφθὲν, σῶμα γενόμενον ἤδη, ἢ ἄλογον, οὐκ ἔτι ὁ ἄνθρωπος. ἡμεῖς γὰρ ἐσμὲν ψυχὴ, ζῶον ἀθάνατον ἐν θνητῷ καταπηγνύμενον φρουρίῳ. ſemel diſſolutâ hac compage, animóque in proprium locum reſtituto: reliquum hoc corpus terrenum, atque rationis expers, jam non eſt homo: Nos etenim anima ſumus, animal immortale, mortali incluſum munimento. tum quòd ἡ ψυχὴ συναλγεῖ τῷ σώματι, τὸν ἐκείνου πόθῳ, & σύμφυτον αἰθέρα. & δίψᾳ τῆς ἑαυτῆς ἕξεως & χαρᾶς ἐκτενεῖται. ὥστε ἡ τῆς ζωῆς ἀπαλλαγὴ, καλή τις ἂν εἰς ἀμείνω μεταβολή. condolens & compatiens anima corpori, cœleſtem & cognatum deſiderat ætherem: ſitíque cupidè ſupernæ illius conſuetudinem gaudiáque vitæ. Diſceſſio itaque à corpore, & ab hac vita, mali cuiuſdam in bonum commutatio eſt. Deinde ex Prodici philoſophi ſententia & oratione, excurrit in humanæ vitæ miſerias, decurſu omnium ætatum, & omnis hominum conditionis, perferendas. de animæ autem immortalitate, has ferè ſubnectit rationes. Οὐ γὰρ δὴ θνητὴ γε φύσις πόνων δυσὶν διέξεισι μεγαλουργίαις, ὥστε καταφρονῆσαι μὲν ἀγρίων θηρίων βίας, ἁλιπορεύσασθαι δὲ πόντου, διῆραι δὲ ἄντυγα, κατοικίσασθαι δὲ πόλεις. ἀναβλέψαι δὲ εἰς τὸν οὐρανὸν, & ἰδεῖν ἀκριβῶς ἄστρων, & δρόμους ἡλίου τε & σελήνης, ἀπάλας τε & δύσεις, ἀκλιβίας τε & ταχέας ἀποτασσούσης. ἰσημερίας τε, & θέρη ὁπόσα, & ὁπόσα, χειμῶνας, & ὥρας. κύκλους τε & καταφορὰς ὄμβρων, & πνευμάτων ἐξαισίους ὁρμάς. & τὰ τῶν πόνων παρήμενα ἀθρόως ἐπεξελθεῖν εἰς τὸν αἰῶνα. Εἰ μὴ ἄρα θεῖόν τινος ἐνῆν πνεῦμα τῇ ψυχῇ, δι' ὃ τὰ μὲν θνητὰ παντάπασι φεύγοντα & γῆθεν ἔχει. αὖτε τὰ εἰς τὸ διηνεκὲς, ἀπ' εἰς ἀθανασίαν μεταβάλλοντα, ὦ Ἀξίοχε· νῦν αἰρόμενον ἐξῆς τῆς ἀγαθῆς, ἀπ' εὐτυχεστέρων τῶν ἀνθρωπων. νῦν παραγράφειν θνητῷ σώματι τὰς ὑβρεις, ἀπ' ἀμφίβολον ἀπαυδᾶσαν. καίτοι γὰρ αἰρέξει, μετωδὶς ἐκ τῆς δὲ τῆς αἱρετῆς, ἔνθα ἄνεσις πολλὴ, & ἀσύγκλυδα, & ἀγήρατα. Γαλεπὸς δέ τις, & κακῶν ἄγριος βίος ὀλιγαδίτερα ἀνυχία διάγοιμος, & ἀπειρηκὼς τῶν φύσει. & φιλοπονῶν τι πρὸς ἔχθος, & διάβολον, ἀπαὶ πρὸς ἀμφιταλῆ τῶν ἀνθρώπων. id eſt, Neque enim mortalis natura in tam varias res attollere ſe poſſet, vt contemneret ingentium ferarum vires, maria tranſmitteret, conderet vrbes, reſpublicas conſtitueret: reſpiceret etiam in cœlum, & aſtrorum videret reuolutiones, curſúſque Solis & Lunæ, ortus item & occaſus, defectus celeritatem (ſiue celeres diſtantias) æquinoctiáque, & duplices conuerſiones. Pleiadum etiam & hyemis atque æſtatis: ventóſque, imbriúmque caſus, & horrendos turbinum raptus: vt comprehenſos quoque mundi labores ſeculis traderet: Niſi diuinus quidam mẽtibus noſtris ſpiritus ineſſet, quo complexum notitiámque

Mors, mutatio eſt in melius.

Demonſtratur animæ immortalitas, ab eius diuinis functionibus.

Digitized by Google

tantarum attingeret rerum. Transis itaque non in mortem, Axioche; sed in immortalitatem: non in amissionem bonorum; sed in synceriorem eorum perceptionem: neque ad voluptates mortali confusas corpori; sed ab omnibus prorsus molestiis purgatas. Illuc enim ex hoc solutus carcere, proficiscēris, vbi requieta lætáque omnia, & nulla fatiscentia senecta: tranquillámque illic perages vitam, ab omnibus liberam incommodis, & serena placidam quiete, rerum contemplans naturam: atque philosophiæ non ad turbam, neque in speciem (siue ad theatrum scenámque) sed ad puram germanámque deditus veritatem. hæc Plato.

Alia rationes ad probandā animæ immortalitatem.

2 Dei notitia, & religio differunt hominē à muto.

Illud idem argumentum M. Tullius vidit satis firmum esse, vt ex eo æternitas animæ posset dignosci: Quia nullum sit aliud animal, quod habeat notitiam aliquam Dei: religióque sit penè sola, quæ hominem discernat à mutis. Quæ cùm in hominem solum cadat; profectò testatur id affectare nos, id desiderare, id colere, quod nobis familiare, quod proximum sit futurum.

An verò aliquis, cùm cæterarū animantium naturam cōsideraverit, quas pronis corporibus abjectas, in terrámque prostratas, summi Dei prouidentia effecit (vt ex hoc intelligi possit, nihil eas rationis habere, aut commercij cum cœlo) potest non intelligere, solum ex omnibus cœleste ac diuinum animal, esse hominem?

3 Homo, animal diuinum existque apta contemplationi figura.

cuius corpus (quo anima, tanquam theca, aut tegmento vtitur non necessario, cùm nitatur seipsâ, propriáque naturâ, nullo corporis freta adminiculo, nullius alienæ opis indiga) corpus, inquam, ab humo excitatum, vultus sublimis, status erectus, originem suam quærit: & quasi contempta humilitate terræ, ad altum nititur. quia sentit summum bonum in summo sibi esse quærendum: memórque conditionis suæ, qua Deus illum fecit eximium, ad artificem suum spectat. quam spectationem, Trismegistus θεωρίαν rectissimè nominauit: quæ in mutis animalibus nulla est. Cùm autem sapientia, quæ soli homini data est, nihil aliud sit, quàm notitia Dei: apparet animam non interire, neque dissolui; sed manere in sempiternum. quia Deum, qui sempiternus est, & quærit, & diligit: ipsa cogente naturâ, sentiens vel vnde orta sit, vel quò reuersa.

4 Cyri oratio ad liberos, de animæ immortalitate

Eandem spem jam olim animo conceperat Cyrus ille, cùm liberos ad virtutem & concordiam, proposita spe immortalitatis hortabatur, apud Xenophontem. cape ex Cic. de senectute.

5 Anima nil habet contrarii, nil corporeum & diuinum.

Atque vt quis impius maximè velit id efficere, vt anima extinguatur: quomodo tandem conuincet; cùm vnumquodque contrarium vi contrarij consumatur? Animæ autem simplici quid contrarium, aut quale tandem (si diuinam eius ab omni corporis concretione separatam originem purè & candidè æstimet) esse statuet? Cuius simplici & indiuiduæ naturæ, nihil est quod vim vllam per se, aut ex accidenti possit inferre: vt nec suæ ratione impatibilis essentiæ; sic neque corporis, siue subiecti, à quo minimè pendet: & cui motum ipsa potiùs, sensum vitámque largitur: & quod informat, regit, moderatur, potiùs quàm ab eo quicquam accipiat. cui denique, cùm vita sit, mors aut interitus nihil queat officere. Nam vt rectè colligit Sophronius, corrumpi id omne contingit, aut quod compositum est ex materia & forma; aut quod incorporeum cùm sit, in corpore tamen hæret, ceu imago in cera impressa. Anima autem ab omni materia seiuncta est, & incorporea: neque in subiecto corpore, sed in se firmata, ideóque æterna. quod antea consimili quodam ab Hippocrate petito argumento, ex lib. de natura humana, concluſi.

6 Si anima mortalis, similiter & alij spectrum.

Quòd si animos occidere pertinaciter & obstinatè tueris; pari ratione & Angelos, & dæmones, & quicquid diuinum homines arbitrantur, interitui obnoxium adstruere, cum impiis Sadducæis cogēris. Sadducæi enim (quorum etiamnum multi assecłæ, perditissimi nebulones reuixerunt) negant esse resurrectionem mortuorum: neque Angelum, neque spiritum admittunt, vt est Act. Apostol. cap. 23. Qui profectò non auderent, magō aliquo præsente, tam absurda, támque falsa & impia dissererе vel asserere; qui sciret carminibus ciere ab inferis animas, atque ab Orco reuocare. vt olim Pythonissa Samuelem excitauit, 1. Regum 28. vt Dioni, Bruto, Cassio, & aliis, suos Genios mortem olim prædixisse, vetus narrat historia. vt certa fides, & multorum authoritas testatur auditos tum ἐγγαστριμύθους, tum στιγματίζοντας; & formâ aliena visos, non sua (quæ videri oculis corporis non potest) & Angelos, & spiritus: velut Abrahamo, Isaaco, Mosi, Manuæ, Tobiæ, Ezechieli, Danieli, Mariæ, & aliis non rarò, vt historia Bibliorum vera confirmat. neque visos tantùm, sed etiam sæpius auditos, tum vt monerent, tum vt prædicerent. & si qua major fides tactui debetur, manibus palpatos; sed & suam præsentiam certis signis indicasse; vt Iacob luctanti cum Angelo, Genes. 32. vt Heliodoro Seleuci præfecto, Ierosolyma ad templum spoliandum misso: quem bene diuerberatum, templo semiuiuum Angeli loci custodes ejecerunt, vt scribitur 2. Machab. 3. vt Natali illi confessori, in hæresim lapso, & mercede conducto Episcopo hæresiarchæ: qui sæpe admonitus in somnis, de pœnitentia, & ad veram Ecclesiam regressu; cùm negligeret monitus diuinos; tandem nocte quadam intempesta, multis hominem flagris Angeli diuerberatum, ad meliorem mentem conuerterunt, vt Eusebius scribit cap. vltimo lib. 5. nequid de Ænobarbo illo Romano, & Proculo, & aliis prophana historia notis dicam. Quæ si quis neget, & reipsa & documentis præsentibus, ab istis Magis & Necromanticis vinceretur: & D. Augustinus propositis exemplis rem confirmat lib. de ciuitate Dei, & lib. de cura pro mortuis agenda, & D. Ambrosius de Geruasij & Prothasij Martyrum reuelatione. sed & Iosephi, Hegesippi, Eusebij, Nicephori, de bello Iudaico, déque Solymorum obsidione, & spirituum in templo auditorum ôminibus & clamoribus, & libr. Machabæor. authoritate &

Spiritus visi, auditi, tactu percepti, quo modo.

historica fide refelleretur.

7 Anima in ſeipſam conuertitur ſine corpore, vel adeo in ſomnis.

Quid verò? nónne hoc animæ proprium (ſicut & alia pleraque) Deus eſſe voluit, vt ipſa A in ſeſe reflectatur & conuertatur; ſéque intrinſecùs agnoſcat, nullo vſa exteriore organo? Nam oculus quidem in ſpeculo, non ſe, ſed ſuam in obiecto ſpectat effigiem: Anima autem, vel etiam incluſa corpore iſto terreno, opaco & tenebricoſo; & hoc quidem quieto atque immobili, vel etiam ſopito, in ſe conuerſa, ſeipſam intuetur, de ſe quærit & percunctatur, ſe nouit & contemplatur, ſe totam perluſtrat ac perſpicit; cùm nullum corpus alioqui, ſibi aliud aptare, niſi ſuperficie tenus, queat: ſicut idem Sophronius ſapienter indicauit.

Præclarè etiam Cicero 1. de diuinat. Cùm ergo eſt ſomno ſeuocatus animus à ſocietate & contagione corporis; tum meminit præteritorum, præſentia cernit, futura prouidet. jacet enim corpus dormientis, vt mortui: viget autem & viuit animus (inde & Xenophon lib. 8. Cyri pædias, diuinitatem animi arguit; quòd in ſomno liber, futura proſpiciat) quòd multò magis faciet poſt mortem, cùm omnino ex corpore exceſſerit. Itaque appropinquáte morte, multò eſt diuinior. nam & id ipſum vident, qui ſunt morbo graui & morrifero affecti, inſtare mortem. Itaque his occurrunt plerumque imagines mortuorum: túmque vel maximè laudi ſtudent: eóſque qui ſecùs quàm decuit, vixerunt, peccatorum ſuorum tum maximè pœnitet.

8 Solus homo vtitur igne: ideo anima præditus immortali.

Præterea non exiguum immortalitatis argumentum Lactantio viſum eſt, quòd homo ſolus cœleſti elemento vtitur. Nam cùm rerum natura his duobus elementis, quæ repugnantia ſibi atque inimica ſunt, conſtet, igne & aqua; quorum alterum, cœlo; alterum, terræ, adſcribitur: cæteræ animantes, quia terrenæ mortaléſque ſunt, terreno & graui vtuntur elemento: Homo ſolus ignem in vſu habet: quod eſt elementum leue, ſublime, cœleſte. Ea verò, quæ ponderoſa ſunt, ad mortem deprimunt: & quæ leuia ſunt, ad vitam ſubleuant: quia vita in ſummo eſt, mors in imo. Et vt lux eſſe ſine igne non poteſt; ſic vita ſine luce. Ignis igitur, elementum eſt lucis ac vitæ. Vnde apparet hominem qui eo vtitur, immortalem ſortitum eſſe conditionem: quia illi familiare eſt, quod facit vitam.

Lux ab igne, vita à luce inſeparabilis.

Sed & ab hoc elemento (quanquam non multùm efficaci Lactantij ratione parum moueor) id mutuabor ſimile, opinor, non abſurdum; contra eos, qui à puero, à ſene, ab ægroto, animæ perfecta munia requirunt. Quemadmodum lumen aut lucerna ardentiſſima & luciditſima, opaco incluſa laternæ corpore, ſuos radios exerere, lucémque effundere cohibetur. aut vt Sol ſemper clariſſimus, ſuum ſplendorem nobis fœnerari & expandere, tum nube denſa interpoſita, tum Lunâ interjecta, tum terræ opaco intermedio corpore, eclipſin noctémve faciente, prohiberur: aut ſanè concolorem obiecto corpori iaculatur

Cur anima in puero, ſene, ægro, hallucinati videatur.

lucem, viridem, lutidam, rubram, flauam, cæruleam, & cætera id genus, vt jam antea cœpi ab initio demonſtrare. Sic anima hæc & ſapiens, & intelligens, puerili, ſenili, ægro in corpore concluſa; ob immoderatam organorum intemperiem, calidam, frigidam, humidam, ſiccam; ſua munia exequi, aut ſaltem extrinſecùs communicare atque expromere (licet ipſa ſui ſemper ſimilis) minùs commodè poteſt: ſed interdum imperfectè, aut etiam vitiosè & deprauatè; ignoranti, deliranti, deſipienti, furenti denique ſimilis. ſed alias rationes perſequor: nam & hac ſimilitudine me alibi vſum memini.

9 Animæ tres proprietates, ſuſcipiendi, illuminandi, agendi.

Anima hominis, triplici iſta conditione præB dita intelligitur: Tum quòd ſuſcipiendo omnia, quodammodo eſt omnia: Tum quòd ſuo lumine illuſtrat intellectum, omnium rerum capacem futurum: Tum quòd denique per ſe agit, & nullo vſa inſtrumento. Cúmque obiecti corporei miniſterio vtatur interdum; ſine eo tamen & plurima obit, & præclariſſima quæque perficit: vt Græci, Arabes & Latini, qui meliùs & veriùs ſentiunt (quid Ariſtoteles cenſeat, ipſe viderit) profitentur.

10 Virtus ſolo homini competit, quæ immortalis animæ.

Virtus quoque ſoli homini data, magno arC gumento eſt, immortales eſſe animas. quod nec erit ſecundùm naturam, ſi anima extinguitur: huic enim præſenti vitæ nocet, ſicuti ſuprà oſtendi.

11 Deus virtutem à morte remuneratur.

Quam demùm corpore vitâ functo, Deus (cùm ſit iuſtus bonorum remunerator, nec debita mercede fraudet quempiam) abundè compenſat, & æterna beatitudinis laureolâ fœneratur; cùm alioquin improbiſſimi quique viris optimis in hac vita fururi ſint, & quotidie deprehendantur eſſe beatiores. Quæ cauſſa præcipua Diogenem Cynicum impulit, animam vt crederet immortalem: quòd in vita D bonis malè, & malis benè eſſe videret; vt Laërtius in eius vita ſcribit. Vnde querela eſt, ſed inanis, multorum: quaſi Deus humana non curet, & omnia ſine delectu ac prouidentia contingant; quando bonis malè, & malis benè eſſe cernunt: de quo jam alibi. ac longè meliùs quidem Dauid Pſalm. 36. Vidi impium ſuperexaltatum, & eleuatum ſicut cedros Libani. Et tranſiui, & ecce non erat: & quæſiui eum, & non eſt inuentus locus eius. Nam vita iſta terrena, quam communem cum mutis animantibus ducimus, & voluptatem expetit, cuius fructibus variis ac ſuauibus ſcelerati perfruuntur: & dolorem fugit, cuius aſperitas naE turam viuentium, acerbis ſenſibus lædit: & ad mortem perducere nititur, quæ diſſoluit animantem; & comes bonis in vita calamitas & ærumna ſemper adeſt. Si ergo virtus & prohibet ijs bonis hominem, quæ naturaliter appetuntur; & ad ſuſtinenda mala impellit, quæ naturaliter fugienda. ergo malum eſt virtus, & inimica naturæ. ſtultúmque iudicare neceſſe eſt, qui eam ſequitur: quoniam ſe ipſe lædit, & fugiendo bona præſentia, & apperendo æquè mala, ſine ſpe fructus amplioris. Nam cum liceat nobis, iucundiſſimis frui voluptatibus;

by Google

nónne ſenſu carere videamur, ſi malimus in humilitate, in egeſtate, in contemptu, in ignominia viuere? aut ne viuere quidem, ſed dolere, cruciari, & emori? Ex quibus malis nihil amplius aſſequamur, quo poſſit voluptas amiſſa penſari? Si autem virtus, malum non eſt; facítque honeſtè, quòd voluptates vitioſas turpéſque contemnit: & fortiter, quòd nec dolorem, nec mortem timet, vt officium ſeruet. ergo maius bonum aſſequatur, neceſſe eſt, quàm ſunt illa, quæ ſpernit. At verò morte ſuſcepta, quod viterius bonum ſperari poteſt, niſi æternitatis? Virtutis autem fructus ac præmium ſempiternum, futuri rationem habet: cùm in hac vita nullum ſit; ſed vitiorum in præſenti ſint commoda omnia. Ipſa verò virtutis perpetuitas, indicat humanum animum, ſi virtutem ceperit, permanere: quia & virtus perpetua eſt, & ſolus animus humanus, virtutem capit. quæ ſi finitur vnquam, nonniſi morte finitur: quoniam & in morte ſuſcipienda ſummum eius officium eſt. ergo & premium virtutis poſt mortem eſt: quo tempore & ſummum homini bonum contingit. quod & Cicero ſenſit, & ex eo Lactantius plurimis & diſertiſſimis verbis explicauit. Fidenti animo (inquit ille) ſi ita res feret, gradietur ad mortem: in qua aut ſummum bonum, aut nullum malum eſſe cognouimus.

12 *Beatus huius mundi, miſerrimi futuri, & contrà.*

Ergo in ea conditione res poſita eſt, vt qui beati ſunt in hac vita corporali atque terrena, ſemper ferè miſeri ſint futuri: quia iam bonis, quæ maluerunt, potiti ſunt. quod ijs euenit, qui Deos adorant, ac Deum negligunt. Difficile enim, imò impoſſibile eſt (ait Hieronymus) vt præſentibus bonis quis fruatur, & futuris: vt hîc ventrem, illic mentem reficiat: vt de deliciis ad delicias tranſeat: vt in cœlo, & in terra glorioſus appareat. Contrà, qui iuſtitiam ſequentes, in hac vita miſeri fuerint, & inopes; & ob ipſam iuſtitiam contumeliis & iniuriis ſæpe vexati (quia nec aliter virtus teneri poteſt) ſemper beati ſunt futuri: vt quia mala iam pertulerunt, etiam bonis fruantur. Matth. 5. quod his vtique contingit, qui contemptis terreſtribus Diis, & fragilibus bonis, cœleſtem religionem ſequuntur Dei, adorantes in ſpiritu & veritate, Ioan. 4. cuius bona, ſicut ipſe qui tribuit, ſempiterna ſunt. exemplo familiari eſt illa Lazari & diuitis hiſtoria, Lucæ 16.

13 *Immortalis animus, ex operibus.*

Quid? opera corporis atque animi, nónne indicant eſſe animam mortis expertem? Nam corpus, quia ipſum fragile eſt, atque mortale; quæcunque opera molitur, æquè caduca ſunt. Nihil enim M. Tullius ait eſſe, quod ſit manibus humanis elaboratum, quòd non aliquando ad interitum redigatur, vel iniuriâ hominum, vel ipſa confectrice rerum omnium vetuſtate. At verò animi opera videmus æterna. Nam quicumque contemptui præſentium ſtudentes, in memoriam monimenta ingeniorum, factorúmque magnorum reliquerunt; ij planè mentis ac virtutis ſuæ nomen incredibile atque indelebile quæſierunt. Ergo ſi opera corporis ideo mortalia ſunt, quia ipſum mortale eſt: ſequitur vt anima immortalis ex eo appareat, quia videmus opera eius non eſſe mortalia.

14 *Animæ contẽplatio circa vniuerſalia, & contrariorum notio.*

Quinetiam animæ illud proprium eſt, vt vniuerſalia cernat & intelligat, perſpiciátque, vel adeo ſeiuncta ab omni materia; & ea omnino, quæ natura voluit eſſe ſibi contraria maximè, & inter ſe pugnantiſſima; non ſecùs ac ſpecialia quædam, & obuia ſenſibus, & ſibi inuicem conſentanea, pernoſcat, aſſequatur, apprehendat.

15 *Senectus auget, non minuit animi facultates: quæ conditione.*

Et quæ in corpore diuerſa eſt ratio, vt eo ſenéſcente, hebeſcant ſenſus atque obtorpeſcãt: contrà in anima contingit, vt longo rerum vſu perfectior ſapientia prudentiáque euadat: quod nec Ariſtoteles ipſe diffitetur. Modò ne tamen ipſa organa vitium contraxerint, vt de infantibus balbutientibus, & deliris ſenibus antea dixi, & in ebriis quotidiè cernimus: cerebro propter crapulam onerato & grauato, tetríſque vaporibus inquinato & labefactato ſpiritu animali. Senes autem bibaces ac temulentos notauit Aphrodiſæus in proble.

16 *Animæ opera circa corporis obſequium: & eiuſdem ſegnitia.*

Et ſanè quò magis anima ſeſe velut ſubducit à corpore, eò perfectiùs agit, contemplatur, intelligit, vt vel Ariſtoteles hac in re multùm dubius & varius aſſerit cap. 3. libr. 2. generat. animal. quamuis aliter idem lib. de anima, animæ & intellectui proprium opus adimat; cùm ſine phantaſmate non agat, quod à corpore & materia pendeat. cùm tamen animus diuinus ſine phantaſmatis corporeis contempletur, propriámque φαντασίαν, & à corpore abſtractã, & ſibi ingeniras rerum ſpecies habeat. ideóque & à corpore ſeparari poſſit: quod ille fieri non poſſe, temerè & malitiosè calumniatur. Id verò probatur nautæ ſiue naucleri exemplo familiari; animum nempe illæſum ſeparari poſſe à corpore; & propria ſibi & communia cum corpore munia obire. Sed iſtas tricas ac tribulos logicos prætereo: & hac de re iterum poſtea tem tibi aliquot exemplis declarabo hominum, qui velut in ἔκστασιν rapti, anima extra corpus egreſſa, procul diſſita narrarunt adſtantibus; & comperta fide retulerunt, quæ longiſſimè fierent, aut nupertimè facta forent.

Ab exẽplis.

Talem memorat Herodotus Proconnenſium quendam philoſophum, Plinius Ariſtæum & Hermotimum Clazomenium, Philoſtratus Apollonium Tyanæum, Plutarchus Solentem, Olaus apud Septentrionales populos frequens experimentum, Cardanus de ſeipſo; hiſtoria Sprangeri, Grillandi, Vuieri, Bodini & aliorum neotericorum, de mulieribus maleficis; ſortilegis & Magis atque Sagis, idem quotidie factitari memorat: Auguſtinus de Præſtantio quodam ſcribit libr. 18. de ciuitate Dei: Ezechiel de ſeipſo, cap. 8. quin & Plato in Phædone, ἔκστασιν ἢ ἀφαίρεσιν τῆς ψυχῆς οἷονεὶ τοῦ σώματος, ecſtaſin & animæ extractionem à corpore agnoſcit. Vnde contra Ariſtotelem ſtatuere licet, animam eſſe immortalem: quia & priuata obire poteſt munia: & eadem integra poteſt à corpore ſeparari. quibus tamen probatis, & ſemel admiſſis, immortalem fore animam lib. 2. de

Digitized by

anima clarè palàmque profitetur.

17 *Anima immortalis desideria à corpore diuersa.*

Iam verò, desideria corporis animique, declarant alterum esse mortale, alterum sempiternum. corpus enim nonnisi temporalia desiderat; id est, cibum, potum, indumentum, quietem, voluptatem. Et tamen hæc ipsa sine vi, nutu,& adminiculo animi, nec cupere, nec assequi potest. Animus autem multa per se desiderat, quæ ad officium fructúmve corporis non redundent. eáque non fragilia, sed æterna sunt: vt fama virtutis, vt memoria nominis. neque præsentibus immoratur; sed æterna cogitat, prospicit, affectat. Nam cultum Dei, qui constat abstinentiâ cupiditatum ac libidinum, patientiâ doloris, contemptu mortis; etiam contra corpus, anima concupiscit. Vnde credibile est, non interire animam, sed dissociari à corpore: quia corpus sine anima nihil potest: animus verò potest multa & magna sine corpore.

18 *Anima æterna, quæ sensum fugit: & contrà.*

Quid? quòd quæ visibilia sunt oculis, & tangibilia manu, quia externam vim pati possunt, æterna esse non possunt? Ea verò, quæ neque sub tactum, neque sub visum veniunt; sed tantummodò vis eorum,& ratio,& effectus apparet, æterna sunt: quia nullam vim patiuntur extrinsecùs. in quibus potissimùm contemplandis, cùm interitum nesciant, immortalis & anima ipsa occuparur. Corpus autem si ideo mortale est, quia visui pariter & tactui subjacet. ergo & anima idcirco immortalis est; quia nec tangi potest, nec videri.

Has posteriores aliquot rationes, graues sanè & magni ponderis ac momenti apud bonos & pios & faciles homines futuras, suggessit disertus ac diligens Lactantius, à quo velim repetas eorum solutiones argumentorum, quæ Epicurei, vani & inertes atque inanes semper habiti philosophi, & toti voluptati dediti nebulones, seu voluptarij parasitæ, contrà afferunt atque objiciunt, propositorum à Lucretio libro 3. poëmatis antiqui, & alioqui vetustate sua vendibilis; sed impietatis, & falsæ doctrinæ nomine explodendi ac detestandi. A quo tamen hanc sententiam jam mihi olim ex Empedocle & Hipp. prolatam, mutuari non verebor, de secretione animæ à corpore, qua vnumquodque ad suum sibi simile, atque in suam redit naturam, vt antehàc ex ipso etiam Hipp. lib. de natura humana insinuaui.

Mortuo homine, anima ad cælum, elementa ad sibi similia secedunt.

Cedit item retrò de terra quod fuit antè,
In terram: sed quod missum est ex æthere ortùs;
Id rursus cæli fulgentia templa receptant.

Quod eius non erat dicere, qui perire animas cum corporibus differebat. sed victus est veritate, & imprudenti ratio vera subrepsit. Nobis autem, id est piis omnibus licet, quæ à prophanis & impiis piè dicuntur, tanquam nostra reposcere sine vsura: vt olim Hebræi ab Ægyptiis mutuò accepta omnia, velut sua, sine fraude & dolo malo furtóque retinere, suo sibi iure potuerunt. Exod. 11. cap. & ex D. Augustino alibi à me citato.

CAP. XIIII.

MORS igitur non extinguit hominem; sed vel ad præmium virtutis, quale jam sæpe diximus, admittit: vel ad pœnam vitiorum pellicit atque pertrahit. Qui enim se (vt Tullius profitebatur) vitiis ac sceleribus contaminauerit, voluptatíque seruierit; is verò damnatus, æternam luet pœnam. quam diuinæ literæ secundam mortem nominant; quæ est & perpetua; & grauissimis cruciatibus plena. Nam sicuti duæ vitæ propositæ sunt homini; quarum altera, est animæ; altera verò, corporis. ita & mortes duæ propositæ sunt; vna pertinens ad corpus, qua cunctos secundùm naturam fungi necesse est: altera pertinens ad animum, quæ scelere acquiritur, virtute vitatur. Et vt hæc vita temporalis est, certósque terminos habet, quia corporalis est: sic & mors prima æquè temporalis est, certúmque habet finem; quia corpus attingit. Vita autem animæ beatorum, vt est æterna, omnibus cumulata paradisi gaudiis: sic mors impiorum pessima, animæ funesta, diris & æternis suppliciis agitata. Ibi enim (ait Gregorius) mors semper viuit, finis semper incipit, & defectus deficere nescit. Et Augustinus quæst. 32. Maxima & horrenda mors, separatio vitæ Dei in æternitate supplicij. Illa verò est mors secunda, de qua Ioannes cap. 20. Apocalypseos: in qua, quisquis non est inuentus in libro vitæ scriptus, mittitur in stagnum ignis. Vbi vermis eorum non moritur,& ignis non extinguitur; Marci 9. cap. sed de hac re non ita multò pòst adijciam fortasse, nonnulla: nunc enim cætera immortalitatis animæ argumenta subtexo.

18 *Vt vita, sic & mors duplex: atque vtriusque differentia.*

Possem nunc prophetas in medium adducere, atque in testimonium vocare: quorum inconcussa fides, inuiolanda authoritas; & quidem omnis ratio ac diuinatio in hoc solo videtur aut præcipuo esse posita, vt ad cultum Dei, & ad immortalitatem ab eo accipiendam, creati hominem doceant. Sed eos, qui respuunt veritatem, hæc nihilo magis commoueant, quàm delitæ Phœbados oraculum, aut ebriæ Mænados orgia. itaque aliorum priùs authoritatem audiant, quibus illos refragari aut contradicere nefas sit.

Hermes ille termaximus, quem vt Deum aliquem maiorum gentium colunt Ethnici ac venerantur, naturam hominis describens, vt doceret, quemadmodum esset à Deo factus, hæc intulit: Καὶ τὸ αὐτὸ ἐξ ἀμφοτέρων φύσιν, τῆς τε ἀθανάτου καὶ τῆς θνητῆς, μίαν ἐποίει φύσιν ἀμφοτέρων, τὸ αὐτὸν τὸν μὲν ἀθάνατον, τὸν δὲ θνητὸν ποιῆσαι. καὶ τῶν φύσεων τὸ μέσον ἴσας καὶ ἀθανάτου φύσεως, καὶ τῆς θνητῆς καὶ μεταβλητῆς καρδίᾳ. ὅτι ὁρᾷ ἄνωθε, καὶ θαυμάσῃ. Idémque illud ex vtraque natura immortali atque mortali vnam constituit naturam hominis: eundem partim immortalem (secundùm animam) partim verò mortalẽ (secundùm corpus) faciens. & hunc statuẽs in medio diuinæ & immortalis naturæ, & mortalis mutabilísque collocauit: vt omnia videns, simul & miraretur.

20 *Homo opus fabricæ diuinæ, partim mortale, partim immortale.*

Digitized by Google

Idem in Pymandro, Ἀνθρωπον ὁ θεὸς ἐποίησεν ἴσον ἑαυτῷ, ὃν ἠγάπησεν, ὡς ἴδιον υἱον. Deus genuit hominem sibi similem: quem dilexit, velut genuinum filium. quo in opere, & in Asclepio, multa scripsit ille præclara de animæ diuinitate atque immortalitate. Sed hunc fortasse aliquis in numero philosophorum computet; quamuis in Deos relatus, Mercurij nomine ab Ægyptiis, & aliis plerisque nationibus honoretur: nec plus ei tribuat authoritatis, quàm Pythagoræ, vel Platoni, aut citato jam ab initio Zoroastri, maius itaque testimonium requiramus: sed priùs Phocylidis poëtæ antiquissimi his versibus in eandem sententiam productis.

Ψυχὴ δ' ἀθανάτος ἠ ἀγήρως ζῶη δι' παντός.
Λήθαι δ' ἐπιχθονίων οἷσιν μὲ θεὸς πεφίλωται.
Ψυχαὶ γὰρ μίμνουσι ἀτειρέα ἐν φθιμένοισιν.
Καὶ πάλιν δ' ἐκ χαίνης ἐλπίζομεν ἐς φάος ἐλθεῖν.
Πνεῦμα γὰρ, ὅσοι θεοῦ χρῆσις θνητοῖσιν, ἠ σημεῖα.

Id est, vt puto;

Anima quidem interitus & senij nescia viuit in perpetuum:
Et quidem reliquiæ defunctorũ posthàc Dij euadũt.
Animæ enim permanent æternæ in demortuis.
Nec frustra speramus è terra in lucem regredi:
Spiritus enim, Dei fruitio mortalibus, est, atque imago.

21 *Anima æterna, immortalis: & corpus resurget.*

Sed ad superiora & antiquiora regredior. Polytes quidam consuluit Apollinem Milesium, vtrúmnam maneat anima post mortem, an resoluatur. cui ille respondit his versibus:

Ψυχὴ μὲν μίμνει ἣ δικαιοῖς ποσὶ σῶμα κρατῆσαι,
Φθιμένῳ τοῦδε πάθη, δυσλοῖς ἀλγεσσὶν ἔπειτα.
Ἠνίκα δ' αἰῶνων βροτέιον μετὰ σῶμα μαρανθῇ,
Ὠκείῃ ὥρῃσι, εἰς αἰθέρα πᾶσα φορεῖται,
Λεπτὴ ἀήτοισιν ἶσα, μόρσιμον δ' εἰς πάμπαν ἀτρῳτὸς.
Πρωτογόνοις γὰρ πᾶσι δικαίοις αὐξάνεται.

22 *Polytes ex oraculo historia, animã immortalem asseuerãt.*

id est, vt interpretor, totidem versibus exprimens atque referens:

Corpora dum vinctis animus cohibetur in artis:
Affectus sentit pranos, cedítque dolori
Mortifero: sed cùm celeris resolutio corpus
Prenderit exanimum; tunc totus in æthera fertur;
Exors à sensu manet, indomitúsque per annum.
Sic princeps statuit iam olim diuina Pronoea.

Sed breuiùs idem oraculum Coraci Nacio similiter roganti, vt Plutarchus refert Galeni contemporaneus: inquit autem: Οὐχ ὅσιόν ἐστι τῆς ψυχῆς κατάγνωσιν ποιεῖσθαι. Nefas est animæ nosse interitum.

23 *Coraci oraculum animam spondet immortalem.*

Quid? carmina Sibyllina nônne hoc ita esse declarant? cùm fore aliquando denuntiant, vt à Deo de viuis & mortuis iudicetur? pauca proferam de multis. Erythræa sic cecinit;

Οὐρανὸν εἰλίξας, γαῖαν καὶ δῆμον ἀοιδῶν·
Καὶ τότ' ἀναστήσει νεκροὺς, μοῖραν ἀναλύσας·
Καὶ ποιήσει κίνησιν, ἣ ὕπαρ εἰς κρίσιν ἄξει,
Κείνων θνητῶν, & ἀναξίων βίον ἀνδρῶν.

24 *Sibyllarum oracula de resurrectione & extremo iudicio.*

Id est, vt expono;

Cœlum conuoluens, terræ latebrásque resolvens:
Tunc fatum soluens, defunctos morte cibo;
Et mortis stimulum posthàc, me iudice coram,
Vitam hominũ fistam tum infernum, atque nocentũ.

Quæ sententia, cum prophetis & hagiographis planè consentit. Nec est tamen, vt ideo quis confictam de industria obijciat; quod fieri à docto quodam & accurato scriptore neoterico video, omnem Sibyllarum fidem eleuante, & authoritatem infirmante; nimiùm tamen audacter statuente de re magni momenti, & quæ simili casu, longam secum trahit incommodorum catenam. Quid quòd & philosophis idem quibusdam visum est; & tamen ab omni suspicione doli fraudísve remotissimis? Nam de pueris, & mulierculis, & silicernijs futura & vera ôminaturis, jam olim prædixerat Ioel cap. 2. Effundam de spiritu meo super omnem carnem, & prophetabunt filij vestri & filiæ vestræ, senes vestri somnia somniabunt, & iuuenes vestri visiones videbunt. sed & super seruos meos & ancillas (quo in genere Sibyllas cumprimis reponendas duco) in diebus illis effundam spiritum meum.

Sed quid Chrysippum impulit, vt idem scriberet? nónne idem spiritus Dei, qui vbi vult, spirat? Ille ergo, quem Cicero ait fulcire porticum Stoicorum, in libris quos de prouidentia scripsit, cùm de innouatione mundi loqueretur, hæc intulit; Τάδε ἢ ὕπως ἔχοντα, δῆλον ὡς ἐστὶν ἀδυνάτου, & ἡμᾶς μετὰ τὸν παλιγγενεσίαν, πάλιν περιόδων πολλῶν ἐκπεπλησμένων χρόνων, εἰς τὸν αὐτὸν τόπον, ἀποκατάστασιν χρόνων. id est, Quod cùm ita sit, apparet non esse impossibile, & nos cùm vitam finierimus, rursus certis temporum reuolutionibus peractis, in hunc statum, in quo nunc sumus, restitutum iri. Sed hac de παλιγγενεσία tum alibi, tum forsan posthàc; redeo ad Sibyllam sic loquentem;

25 *Mortuorum futura resurrectio.*

Εἰκὼν δὲ αὐθρώπους ἐμὸς λόγον ἀρθὸν ἔχοντας.
Imago mea, homo est rectam rationem sortita.

Item.

Ἢν δ' ἀπολείψας σῶμα, ἐς αἰθέρ' ἀθάνατον ἔλθῃς,
Ἔσσῃ ἀθάνατος θεὸς, ἄμβροτος, οὐκ ἔτι θνητὸς.
Quòd si depósito corpore, ad æthérem liberum deueneris:
Immortalis eris Deus, nec iam deinceps morti vel fato obnexius.

Item.

Γάπης γὰρ γαῖης τοῦτ' ἀθανὴς σύγχυσις ἔσται·
Λυτὸς ὁ παντοκράτωρ ὅτ' ἂν ἔλθῃ βήματα κρῖναι
Ζώοντων & νεκύων ψυχὰς & πάντα ἄνακτα.

quæ sic expono;

Tunc hominum terra cuncta confusio fiet;
Cùm pater omnipotens veniet: indéxque tribunal
Ante suum, vinorum animas, & luce carentum,
Coget, iudicio & totum definiet orbem.

Lubet verò tandem de istis externis & prophanis testimoniorum generibus concludere: ac nouissimum hoc Catonis ex Cicerone dilemma, si minùs religiosum, & homine pio dignum; at politicum tamen, & tranquilli hominis, miniméque turbulenti consilium, in vtramque partem valebit; dubiósque alioquin ac nutantes quorundam animos eriget atque firmabit.

26 *Catonis solatium anceps, per dilemma.*

Quòd si in hoc erro (inquit ille) quòd animos hominum immortales esse credam, libenter erro. (Non erras autem, ô Cato grauissime:

niſſime: ſed per Deum immortalem, veriſſima & ſentis & loqueris, inquam ego.) Nec mihi hunc errorem (ait) quo delector, dum viuo, extorqueri volo. Sin mortuus, vt quidam minuti philoſophi cenſent, nihil ſentiam: non vereor, ne hunc errorem meum mortui philoſophi irrideant. Hæc ille, argutè ſanè ac ſubtiliter, aduerſus eos, qui animam interitui obnoxiam credunt tradúntque, eiúſque diſſolutionem fieri cum corpore metuunt. & contra eos, quos fictis à me nominibus, χειροφόβους ἢ ψυχοφόβους ἢ ψυχομόνους appellari ſum profeſſus. Quiquidem incerta ſpe fluctuantes, vel certa deſperatiòne vagi atque errantes, aurâ vel leuiſſima commota, trepidant: audito Ioue tonante, viſâque fulgetrâ, cum Tiberio illo & Caligula Imperat. & horrent, & contremiſcunt. diſtricto enſe conſpecto, aut bombardæ ſtlopo eminùs aut cominus exaudito, titubant & collabaſcunt. mortis aut peſtis morbíque lethalis tenui rumuſculo percepto, pauitant. fronde aut folio denique leuiter ſuſurrante, animo linquuntur ac deficiunt:

Oráque vel buxo pallidiora gerunt.

Rectéque de his Hierocles Pythagoricus; Impius negat animam immortalem: ne propter ſua delicta, ſupplicium ſubire metuat. Præuenit autem ſententiam eius, à quo iudicari debet: ipſe enim ſeipſum mortis condemnat. Tantum abeſt (inquam) vt pro patria, pro religione, pro amicis, pro aris & focis dimicare, aut periclitari, animum iſti longè timidiſſimum, & repentinam diſſolutionem extinctionémve ſui fruſtrà formidantem, inducant. Iidem contrà, nullam aut paucam omnino veræ religionis rationem: nullam virtutis, continentiæ, temperantiæ curam: nullam beatæ cum ſuperis vitæ futuræ expectationem: nullum impendentis certiſſimæ damnationis, ac gehennæ minantis metum: nullam inferorum, & pœnarum acerbiſſimarum formidinem habent: cùm illa ſupini ac ſecuri, ſi Diis placet, decantant ex Iuuenalis Satyra ſecunda:

Eſſe aliquas manes, & ſubterranea regna,
Et contum, & Stygio ranas in gurgite nigras:
Atque vnâ tranſire vadum tot millia cymba,
Nec pueri credunt, niſi qui nondum ære lauantur.

aut ex Lucretio tantæ impietatis alumno ac patrono li. 3.

—— poſt mortem denique noſtram,
Nam quîd ibi horribile apparet? nam triſte videtur
Quicquam: nónne omni ſomno ſecurius extat?
Atque ea nimirum quæcunque Acherõte profundo
Prodita ſunt eſſe, in vita ſunt omnia nobis.
Nec miſer impendens magnum timet ære ſaxum
Tantalus, vt fama eſt, caſſâ formidine torpens:
Sed magis in vita diuûm metus vrget inanis
Mortales, caſúmque timens quem cuique ferat ſors.
Nec Tityon volucres inuant Acheronte iacentem:
Sed Tityus nobis hic eſt, in amore iacentem
Quem volucres lacerant, atque exeſt anxius angor:
Aut alia quanis ſcindunt torpedine curæ.

& mox de Cerbero, Tartaro, & ſimilibus figmentis;

Quæ neque ſunt vſquam, nec poſſunt eſſe profectò:
Sed metus in vita pœnarum, pro malefactis
Eſt inſignibus inſignis —— &c.

Eódem citatis equis ſponte ferebatur Adrianus ille Romanus Imperator: multis nobilium ciuium cædibus, multis Chriſtianorum martyrum diris mortibus infamis, tali de ſuo fine edito præconio:

Animula vagula, blandula,
Hoſpes comeſque corporis;
Quæ nunc abibis in loca
Pallidula, rigidula, nudula;
Nec vt ſoles, dabis iocos.

Ouidius 15. Metamorph. μεταψύχωσιν Pythagoræ deſcripturus, ſic ait:

O genus attonitum gelidæ formidine mortis,
Quid Stygas, quid tenebras, & nomina vana timetis?
Materiem vatum, falſíque pericula mundi?
Corpora ſiue rogus, flamma, ſeu tabe vetuſtas
Abſtulerit: mala poſſe pati non vlla putetis.
Morte carent animæ: ſempérque priore relicta
Sede, nouis domibus viuunt, habitántque receptæ.

ſed mox de veris paradiſi gaudiis, & diris infernorum cruciatibus. nunc volo cum philoſophis, & ijs qui de anima piè, naturâ quadam duce, ſenſerunt, rationem ſubducere: poſtea verò ad noſtros & veritatis & pietatis cultores tranſire, & hanc diſceptationem concludere.

CAP. XV.

VNVM eſt igitur ſummum bonum, immortalitas: ad quam capiendam, & formati à principio, & nati ſumus. ad hanc tendimus: hanc ſpectat humana natura: ad hanc nos prouehit virtus. De qua quoniam abundè (velut digreſſione quadam longiore præteruectis) à nobis dictum eſt hoc quidem loco; reſtat vt peroremus, vel adeo cum Ciceróne ipſo, à quo priùs & multa & præclara ſumus mutuati: quæ tamen ille ipſe de Græcis, & præcipuè à Platone deſumpſerat. cuius & hæc ſunt in Axiocho elogia: quæ Latinè tantùm, compendij gratiâ, ſic ex M. Tullio auctiora referam.

17 Deorum iudicia de morte beatiſſimi.

Deorum immortalium iudicia ſolent in ſcholis proferre de morte: nec verò ea fingere ipſi, ſed Herodoto authore, alliſque pluribus. Primùm Argiæ ſacerdotis, Cleobis & Biton filij prædicantur. nota fabula eſt, ſed gentibus hiſtoria credita. quum enim illam ad ſolenne & ſtatum ſacrificium curru vehi jus eſſet, ſatis longè ab oppido ad fanum, morarentúrque iumenta: tum iuuenes ij, quos modò nominaui, veſte poſita, corpora oleo perunxerunt: ad iugum acceſſerunt. ita ſacerdos aduecta in fanum; cùm currus eſſet ductus à filiis; precata à dea dicitur, vt illis præmium daret pro pietate, quod maximum homini dari poſſet à Deo. pòſt epulatos cum matre adoleſcentes, ſomno ſe dediſſe: manè inuentos eſſe mortuos. Sic hos iuuant ſcelera: illos ſacra ſua pœnis agunt, vt infert Plinius libro ſecundo, cap. 7.

Huius hiſtoriæ ſimilem exitum, ſed ex diſſimili cauſſa, recognoſces 2. Regum cap. 6. Cùm enim Dauid Rex Iuda pius, edixiſſet arcam Dei mirabilem ἢ θαυμαστὴν, de domo

Abinadab, quæ erat in Gabaa, perduci in Ieruſalem; Oza & Ahio, geminis fratribus, & filiis Abinadab, plauſtrum nouum nouo quodam modo agentibus; hoc quidem præeunte, illo verò ſubſequente; cùm fortè plauſtrum inclinaſſet, iuxta aream Nachor, extendit Oza manum, & arcam prehendit, vt ſiſteret. Super cuius temeritate indignatus Dominus, adoleſcentem morte repentina perdidit. Vnde loco nomen inditum: & inde terror Domini cunctos inuaſit. Rem geſtam narro: quod autem ſequitur, velut auditum propono: verum ſit necne, mihi quidem incompertum eſt. Mihi enim aut pio cuique fidem tali narrationi adferre nihil neceſſe eſt: Galeno & gentilibus reliquis refragari tantis ac talibus teſtibus non licet: quibus tam credibilis hæc narratio debebit videri, quàm nobis fuit illa ſuperior de Regum hiſtoria repetita.

Simili igitur precatione, qua & illa Argia ſacerdos, Trophonius & Agamedes vſi dicuntur, vt idem refert ex Platone Cicero. qui cùm Apollini Delphis templum exædificaſſent; venerantes Deum, petierunt mercedem non partuam quidem operis & laboris ſui: nil certi, ſed quòd eſſet optimum homini. (ſed vide quantum inſit tali poſtulationi periculum; ac num ſapientiùs Socrates iudicarit; Poſtulanda à Diis tantummodò bona.) Quibus Apollo, ſe id daturum oſtendit poſt eius diei diem tertium. qui vt illuxit, mortui ſunt reperti. Iudicauiſſe Deum dicunt, & eum quidem Deum, cui reliqui Dij conceſſiſſent, vt præter cæteros diuinaret, mortem eſſe optimum homini.

Fertur etiam de Sileno fabella quædam potiùs, opinor, quàm vera hiſtoria. qui cùm à Mida captus eſſet; hoc ei muneris pro ſua miſſione dediſſe ſcribitur; docuiſſe regem, Non naſci hominem, longè optimum eſſe: proximum autem, quamprimùm mori. quam ſententiam poſt Ciceronem Plinius initio libr. 7. ſic expreſſit: Itaque multi extitere, qui non naſci, optimum cenſerent: aut quàm ocyſſimè aboleri. Eadem eſt vſus ſententia in Creſphonte Euripides, eodem interprete Cicerone:

Nam nos decebat cœtus celebrantes domum
Lugere, vbi eſſet aliquis in lucem editus;
Humanæ vitæ varia reputantes mala.
At, qui labores morte finiſſet graues;
Omnes amicos laude & lætitia exequi.

Quem olim morem, Thraciæ natio tenuit: quæ natales hominum, flebiliter: exequias autem, cum hilaritate celebrabat, ſine vllis doctorum præceptis: verùm conditionis noſtræ habitum conſiderans, vt refert Val. Maximus cap. 2. lib. 2. ex quo & hoc placet deſumere.

Vetus ille mos Gallorum fuit, pecunias mutuas, quæ his apud inferos redderentur, dare: quia perſuaſum habuerint, animas hominum immortales eſſe. & ibidem.

Alacris & fortis Cimbrorum & Celtiberorum philoſophia; qui in acie, gaudio exultabãt, tanquam gloriosè & feliciter vitâ exceſſuri.

Perſuaſit eádem immortalitatis animæ opi-
28 Com- nio etiã ad extimas orbis oras, vbi nulla ſcripta, nulli annales, nulli libri extãt: & tamen naturâ duce, inſculpta mentibus ſpes inhæret, animas poſt mortem ſupereſſe; quod Caribes, Canibalus, Toupinambaldi, & quotquot memorantur in orbe nouo noui homines, terræ filij, credunt; ſicuti de his recens Americæ, itémque Indiæ orientalis & occidentalis, & Septentrionis teſtatur hiſtoria. Quod nec Alcoran Mahumeticus diffiteatur, licet impius alioquin, & de animæ ex Dei eſſentia genitæ ortu prauè ſentiens, Azoara 25. & 40. 41. 42. Ita ſenſibus humanis innata eſt æternitatis ſperandæ certa expectatio, quam nemo exuere, niſi cum ipſa humanitate poteſt. ſed alia occurrit ſuperioribus ſimilis hiſtoria è conſolatione Cranatoris repetita.

Omnium omnium nationum opinio, de animæ immortalitate.

Scripſit ille Terinæum quendam Elyſium, cùm grauiter filij mortem mœreret, veniſſe in Pſychomantium, quærentem, quæ fuiſſet tantæ calamitatis cauſſa, huic in tabulis tres huiuſmodi verſiculos datos:

Ignaris hominis in vita mentibus errant.
Euthynous poſitur fatorum munere lato.
Sic fuit vtilius finire ipſique tibique.

29 Oraculo cõfirmatur immortalitas animæ.

Prætor Ciliciæ, profeſſione ἄθεος, inductus eſt vt crederet eſſe Deos: quia conſultum ab eo Mopſi oraculum, ad interrogationẽ ſcripto, & ſigillo obſignatam reſpondiſſet; vt ſcribit Plutarchus li. de oraculorum defectu.

His & talibus authoribus vſi, confirmant cauſſam à Diis immortalibus iudicatam. exemplis rem pluribus anteà demonſtraui tum profanis, tum ſacris & Chriſtianis, licet his paucioribus. quæ ſi perſequi curioſiùs, & enumerare copioſiùs velim, equidem nullus erit modus, cum ingens voluminum de iiſdem conſcriptorum conſtet hiſtoria: non qualem Græcia mendax jactat, & audet; non qualem Romana ambitio, & gloriæ æmulatio ſæpe confingit: apud quam,

Vincit amor patriæ, laudúmque immenſa cupido.

vt Romanus vates profitetur. ſed certiſſimis comprobata teſtibus; temporum & locorum expreſſis circũſtantiis circumſcripta, ac definita: à doctis & piis, minimèque mendacibus ſcriptoribus, & quidem plurimis idem comprobãtibus, & in acta referentibus, exarata atque explicata, Hebræis, Græcis, Latinis, & omnium denique linguarum atque idiomatum peritis. ſiquidem vt propheta Dauid fuerat vaticinatus; In omnem terrã exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ, verba eorum. Pſal. 18. & Rom. 10.

EPILOGVS.

QVÆ cùm ita ſint, magna tamen eloquentia eſt vtendum, & quidem tua, Marce Tulli, atque ita velut è ſuperiore loco concionandum: Hominum animas à Deo conditas & creatas de nihilo, quotidie nouas nouis corporibus indendas, & rationis & diuinæ participes æternitatis (non tamen ſubſtantiæ Dei) ſed ad Dei viui viuam imaginem effictas, omnes omnino eſſe immortales: nec quicquam aliud morte, quàm

Digitized by Google

corpus hoc terrenum, caducum, fragile, velut animi vaſculum, ſeptum, tabernaculum, domicilium, contubernium, receptaculum, clauſtrum, gurguſtium, carcerem, & quaſi σῆμα, hoc quod Græci σῶμα, vocant extingui atque aboleri. Ita tamen, vt idem ipſum hoc corpus, templum Spiritus ſancti, animæ hoſpitium, in fine temporum, ad vitam nouam excitandum deintegro, deinceps, incorruptibile, glorioſum, ſpiritale ſit futurum; ſimúlque cum anima recepta perpetuò glorificandum; vt rectè & verè Paulus noſter 1. Corinth. cap. 15. & quidem argutè demonſtrat.

Non tamen anima vna pluribus inſerenda corporibus: velut figulus vnus pluribus rotis inter ſe connexis, per ſe agitandis ac verſandis ſufficit. aut quomodo quidam Ariſtotelis ſequaces, impieratis affines, de anima peruersè ſentientes, vnicam & ſingularem ἀρίστου, ſiue νοῦ, mentem vel intellectum vniuerſalem, agentem aut patientem omnium hominum, imò & viuentium communem imaginantur, præcipuéque Alexander Aphrodiſæus, atque Auerrhoës: ſed ſingulis corporibus ſingulæ, & quidem ſuæ ſuis aptandæ atque immittendæ. Necnon excluſa atque exploſa illa perquàm anili, ridicula, & inani, ac tanto philoſopho indigna μετεμψυχόσει Pythagorea; quæ animam vnam pluribus addicit corporibus: &, quod valde fœdum atque indecorũ eſt, etiam pecudum & reptilium, ſiue immanium belluarum, & monſtrorum marinorum tetris & immanibus horrendíſque corporibus vel cadaueribus, facta per vices migratione, inſerendam. Cùm & illud nec minùs falſum ſit, quod ex Platone ſcripſit Virgilius; quódque poſtea Chiliaſtæ, Cerinthus, & ipſe alioqui ſapientiſſimus, & inter doctores Eccleſiaſticos celeberrimus Origenes tradidit, de animorum in ſua corpora poſt mille annos regreſſu. quorſum ſpectat ille verſus Maronis;

Rurſus & incipient in corpora velle reuerti.

Quòd ſi ſupremus ille dies non extinctionem (vt ſatis probauimus) ſed commutationem adfert loci: & pro vita hac miſera, felicem ac beatam vitam perennem bonis promittit; quid melius, aut quid optabilius homini poteſt accidere? ſi modò non accerſita mors inferatur; ſed à Deo immiſſa, placidè excipiatur? Nos verò, ſiquid tale acciderit, vt à Deo denuntiatum videatur, vt exeamus è vita; læti & agentes gratias, pareamus: emittíque nos è cuſtodia, & leuari vinculis arbitremur; vt hinc in æternam, & planè in noſtram domum remigremus. Neque puerorum more formidemus, ne reuerâ corpore egredientem animam, ventus ſiue turbo diſſoluat atque diſpergat: præſertim ſiquis non ſereno cœlo, ſed ventis vehementiùs flantibus, & aëre tempeſtuoſo, nimbis, fulmine, tonitru, fragore perculſo atque agitato moriatur, vt Socrates in Phædone admonet mori timidos ac meticuloſos. cùm ſit anima planè diuina, & aurâ qualibet tenuior, agilior, ſubtilior, vegetior, penetrantior (impiè enim Plinius cap. 52. lib. 7. corui effigie ex Ariſtæo euolare ſcribit) atque Angelis & ſpiritibus paritet cœleſtibus comitantibus, in locum beatitatis, ac primæ ſuæ originis corpore euolans, in cœlum tutò atque alacriter perducenda.

Sin autem nihil denuntiabitur; eo tamen ſimus animo, vt horribilem eum diem aliis, nobis fauſtum putemus illuxiſſe, atque ominemur; vt vel ipſe alioquin ethnicus ac gentilis idolólatra Cicero cohortatur. nihílque in malis ducamus, quod ſit vel à Deo immortali, vel à Natura parente omnium, conſtiturum. Non enim temerè, nec fortuitò ſati & creati ſumus: ſed profecto fuit quædam vis, quæ generi conſuleret humano, nec id gigneret, aut aleret, quòd cùm exantlauiſſet omnes labores; tum incideret in mortis malum ſempiternum. Portum potiùs paratũ nobis, per Chriſti redẽptoris mortem, putémus. quò vtinam velis paſſis peruehi liceat! Sin reflantibus ventis reiciemur; tamen eôdem paulò tardiùs referamur, neceſſe eſt. quod autem omnibus neceſſe eſt, id miſerum, Deo bene fauente ac miſerante, & bono & pio eſſe poteſt nemini.

CAP. XVI.

ATQVE hæc quidem hactenus, non omnino παρέργως, opinor: licet non omnino ex profeſſo. quanquam Agathonis Comici laudo & ſequor ſenarioli ſententiam:

Τὸ μὲν παρεργον, ἔργον ὡς ποιήματα·
Τὸ δ' ἔργον, ὡς παρεργον ὀκνοῦμεν λέγειν.

id eſt, vt verſum verſu parem pari exprimo ac refero, ſimodò poſſum (nam Eraſmus ipſe doctiſſimus alioqui, commodè verti poſſe Latinè non putauit, Alciatus tentauit)

Quod tu putas abs re, velut rem ducimus:
Et quod opus ducis, parergon pendimus.

His ergo rationibus, & teſtimoniis atque authoritatibus, cum Galèno & Galeni ſimilibus, de Deo & anima patum piè ſentientibus agere mihi viſum eſt. Si quis erit porrò nondum planè perditus ac deploratus; ſi quis qui veritati bellum non indixerit; ſiquis non vſque quaque peruicax ac ferreus; hunc fortaſſe & iſta, neſcio qua vi maiore concutient, atque animum quamuis repugnantem (piis enim & credulis ſola fides ſufficit) frangent ac perdomabunt.

10 *Teſtimonia ex authoribus ſacris, pro omnibus vanis in causa Eccleſiæ reducenda.*

Quænam igitur ſunt illa, quæ optimo cuique repoſita vaticinatur Eſaias? A ſeculo non audierunt, neque auribus perceperunt; oculus non vidit, Deus, abſque te, quæ præparaſti expectãtibus te. aut vt Paulinis verbis retexam (tu velim explores, an ſeptuaginta interpretum verſionem ſequatur) 1. Corinth. 2. Ἀλλὰ καθὼς γέγραπται, ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσε, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη, ἃ ἡτοίμασεν ὁ Θεὸς τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν. ἡμῖν δὲ ὁ Θεὸς ἀπεκάλυψε, διὰ τοῦ πνεύματος αὐτοῦ. Sed, ſicut ſcriptum eſt, quod oculus non vidit, & auris non audiuit, & in cor hominis non aſcendit, quæ præparauit Deus diligentibus ſe. nobis autem Deus reuelauit per Spiritum ſuum. Hanc felicitatem agnouit Pſaltes Dauid, cùm dixit in Spiritu Dei;

Digitized by Google

Satiabor, cùm apparuerit gloria tua, Pſal. 16. Contrà (vt antè citaui) de reprobis, Eſaiæ capite & verſu vltimo; Vermis eorum non morietur, & ignis eorũ nõ extinguetur. & ex eodẽ, Ioannis cap. 9. apocalypſ. Quærent homines mortem, & non inuenient. Omnino verò præclarè atque ἐναργῶς Sap. 3. Iuſtorum animæ in manu Dei ſunt, & non tanget illos tormentum mortis. Viſi ſunt oculis inſipientium mori: & æſtimata eſt afflictio, exitus illorum. & ab itinere iuſto abierunt in exterminium, & quod à nobis eſt iter exterminij: illi autem ſunt in pace. Et ſi coram hominibus tormenta paſſi ſunt; ſpes illorum immortalitate plena eſt. In paucis vexati, in multis bene diſponentur: quoniam Deus tentauit eos, & inuẽnit illos dignos ſe. Tanquam aurum in fornace probauit illos; & quaſi holocauſti hoſtiam accepit illos: & in tempore erit reſpectus illorum. Fulgebunt iuſti, & tanquam ſcintillæ in arundineto diſcurrent. judicabunt nationes, & dominabuntur populis; & regnabit Dominus illorum in perpetuum. (de impiis autem, contraria ibidem ad perditionem ratio.) Daniel ab Angelo Dei admonitus, tum de reſurrectione mortuorum, tum ſimiliter de præmiis beatorum ſic enuntiat, cap. 12. Multi de his, qui dormiunt in terræ puluere, euigilabunt: alij ad vitam æternam, alij in opprobrium, vt videant ſemper. Qui autem docti fuerint, fulgebunt quaſi ſplendor firmamenti: & qui ad iuſtitiam erudiunt multos, quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates. Sed de reſurrectione alibi à me dictũ, & plures producti loci, qui eam certò adſtruãt: in queis & Iobi cap. 14. & 19. & Ezechielis 37. & Pauli 1. Corinth. 15. & 2. Corinth. 4. Sed Enoch & Elias viui in cœlum tranſlati, perpetuitatem vitæ augurantur: atque Elias cum Moſe in transfiguratione, Chriſto multis pòſt ſeculis adſtantes, ſua præſentiâ viua, ſe mortuos non eſſe docuerunt. Matth. 17. De Enoch autem ſic Iudas Apoſtolus in ſua Canonica epiſtola, haud ſcio vnde deprompto vaticinio: Prophetauit autem & de his (de reprobis loquitur, & Epicuréis, voluptatíque deditis hominibus) ſeptimus ab Adam. Enoch, dicens; Ecce venit Dominus in ſanctis millibus ſuis, facere iudicium contra omnes, & arguere omnes impios de omnibus operibus impietatis eorum, quibus impiè egerunt: & de omnibus duris, quæ locuti ſunt contra Deum peccatores impij.

Hac ſpe immortalitatis Chriſtus ſuos ad virtutem & patientiam aſſiduè hortabatur. Beati qui perſecutionem patiũtur propter iuſtitiam, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum. Beati eſtis, cùm maledixerint vobis homines, & perſecuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduerſum vos, mentientes propter me. Gaudete, & exultate, quoniam merces veſtra copioſa eſt in cœlis: Matth. 5. ſed & eiuſdem cap. 10. & Lucæ cap. 10. Ecce ego mitto vos, ſicut oues in medio luporum. & poſt pauca, Nolite timere (inquit) eos qui occidunt corpus, animam autem non poſſunt occidere. ſed potiùs timete eum, qui poteſt & animam & corpus perdere in gehennam. Omnis ergo, qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram patre meo, qui in cœlis eſt; qui autem negauerit me coram hominibus, negabo & ego coram patre meo, qui in cœlis eſt. Ioannis autem 12. cap. Qui amat animam ſuam, perdet eam: & qui odit animam ſuam in hoc mundo, in vitam æternam cuſtodit eam. & eiuſdem cap. 14. In domo patris mei manſiones multæ ſunt. ſin minùs, dixiſſem vobis; Vado parare vobis locum (Græca tamen hunc ſenſum habent) & ſi abiero, & præparauero vobis locum; iterum venio, & accipiam vos ad meipſum: vt vbi ſum ego, & vos ſitis. iterum cap. 17. Sicut dediſti ei (filio tuo) poteſtatem omnis carnis: vt omne quod dediſti ei, det eis vitam æternam. Pater, quos dediſti mihi, volo vt vbi ſum ego, & illi ſint mecum: vt videant claritatem meam, quam dediſti mihi: quia dilexiſti me ante conſtitutionem mundi. itémque cap. 6. de pane cœleſti, pane vero, pane vitæ, pane viuo, pane illo, qui Chriſti caro & corpus eſt (hæc enim ſynonyma vidẽtur pro eodem vſurpari) multa & ſublimia prolocutus; Hæc (inquit) eſt voluntas patris mei, qui miſit me; vt omnis qui videt filium, & credit in eum, habeat vitam æternam: & ego reſuſcitabo eum in nouiſſimo die. quod vtique veriſſimum dictum, bis térve aſſeuerans repetit & inculcat. Denique idem ipſe Chriſtus cùm inter homines verſaretur, Sadducæis, qui negant reſurrectionẽ mortuorum, ex hypotheſi ſciſcitantibus de futuri ſeculi vita, & animæ interitum malitioſè & per ambages inſinuantibus, ita ſatisfecit Matth. 22. Erratis neſcientes ſcripturas, neque virtutem Dei (hoc idem verò reſponſum in eos quadrabit, qui impij, de fide & de reſurrectione dubitant) In reſurrectione enim (ait) neque nubent, neque nubentur. ita enim vulgata verſio legit, quam paſſim ſequimur: Græcè tamen nó paulò elegantiùs; οὔτε γαμοῦσιν, οὔτε ἐκγαμίζονται· neque dant, neque dantur nuptui: ſic enim, vt puto, Latini loquuntur. dein ſubijcit: Sed ſunt ſicut Angeli Dei in cœlo. De reſurrectione autem mortuorum non legiſtis, quod dictum eſt à Deo dicente vobis, Exodi 3. Ego ſum Deus Abraham, & Deus Iſaac, & Deus Iacob! Non eſt Deus, Deus mortuorum, ſed viuentium. Hanc autem παλιγγενεσίαν & ἀνάστασιν, velut regenerationem & à morte reſurrectionem, tum viuus inter homines docuit Chriſtus, multis ſæpe concionibus, tum facto ipſe periculo comprobauit, tertia die rediuiuus ex mortuis, primitiæ quidem reſurgentium, ac velut ἀπαρχὴ fidelium, in hanc ſpem, vitam licet acerbam agentium, ſicut grauiter & diſertè Paulus Corinthiis annuntiat, 1 Corinth. 15. eandem Iobus, Eſaias, Eſdras, Dauid, Ezechiel, Daniel, & multi ex prophetis: eandem poſtea Paulus ipſe noſter, id eſt gentium Apoſtolus, & reliqui eius fidei conſortes, & martyres, & Apoſtoli, tum ſcripto tradiderunt, tum facto comprobarunt: eandem & Sibyllæ Græcis verſiculis atque oraculis ediderunt. de quibus nos antè, &

pluribus adeo verbis in Strabum commentati. De recentioribus multos posſem in medium proferre: ſed Antiquitatis vincet authoritas. placet tamen è Ioanne Damaſceno pauca producere, tum ad reſurrectionem corporum adſtruendam, tum ad immortalitatem animæ comprobandam repetitis potiſſimum à Paulo argumentis, quæ ſe ferè mutuò ſuffulciunt: vt ſi anima ſit immortalis, reſurrectio corporum ſperanda ſit: & viciſſim atque ἀνθυπόφορα, ſi corpora reſurgere debeant, & à morte excitari, anima iiſdem olim immigratura, neceſſariò perennis atque immortalis ſit habenda. ſic ergo Damaſcenus; Πανδήμου ἡ ἡ ἀνάστασις πυρὸς. ἔστι γὰρ ὄντως, ἔστι νεκρῶν ἀνάστασις. ἀνάστασις ἡ λέγοντες, σημαίνει φανερὰν ἀνάστασιν. ἀνάστασις γὰρ, ἐπὶ δύσιν ἐκ τῆ πεπτωκότος στάσεως· αἱ γὰρ ψυχαὶ ἀθάνατοι ὄντες, πῶς ἀναστήσονται; ἀπὸ γὰρ θανάτου ἀναζῶσιν, χωρισμὸν ψυχῆς ἀπὸ σώματος· ἀνάστασις, ἐπὶ πάντες συναφθεῖα πάλιν ψυχῆς ἡ ἡ σώματος, ἡ δύσιν ἐκ ἀφθαρσίας. ἡ πτῶσις ζώου στάσις. ἀπὸ τοῦ τὸ σῶμα τὸ φθαρὲν ἐκ ἀφανισθὲν, ἀπὸ ἀναστήσεται ἄφθαρτον. ὃν ἀδυνατεῖ γὰρ ὁ ἀπ' ἀρχῆς ἐκ τῆ χοὸς τῆς γῆς αὐτὸ συστήσας, πάλιν ἀναλυθὲν ἐκ ἀνασκευάσαι εἰς τὸν γῆν, ἐξ ἧς ἐλήφθη, καὶ τὸν τῆ δημιουργῆ ἐπίφασιν, πάλιν ἀναστῆσαι αὐτό. Εἰ γὰρ μὴ ἔστιν ἀνάστασις, φάγωμεν & πίωμεν, τὸν δὲν ἄλλον & ἀπολαυστὸν βίον μετὰ ἄσωμεν. Εἰ ἐκ ἔστιν ἀνάστασις, ἀ νῦν, τί ἀλλῶν ἀμφίβολον; εἰ ἐκ ἔστιν ἀνάστασις, μακαρίσωμεν τὰ θηρία τῆ ἀχρῆ τὰ ἄλογα ἔχοντες βίον. εἰ γὰρ ἔστιν ἀνάστασις, τί δὲ θηρία ἔσται, τί ἀνθρωπος, ἀλλ' ἀπλῶς ἄγονται ἡ & φθείρεται. ἰδοὺ γὰρ ἀρῶμεν πόλεις ἀνθρώπους, & ἀλλοφύλους, & μυριάδας ἀν πρὸς βίον συχόντας ἀλλοίους. ἀμφοτέρους ἡ καὶ ἀδίκους ἀ πάντα & πάσι δίκαιοι. & πῶς ἀπὸ τῆ διαφορᾶς, ἀ σαφῶς πρόνοια ἔργον ἀφανοῦ ὑπολάβοι; ἔστι γὰρ, ἔστι ἀνάστασις. ἔκφησε γὰρ ὁ θεὸς, & πᾶς ὑπολήψεται ἀνὴρ μυσταγωγὸς χριστ. ἀ μὲν ἐπὶ ἡ ψυχὴ μόνη πᾶς τῆς αἱρετῆς ἀγαθῶν ἀπόλαυσιν, μόνη & στεφανωθήσεται. & ἀ μόνη πᾶς ἀδικίαις ὑποπέσῃ, μόνη δίκαιος ἀν ἀπολάζοι. ἀλλ' ἐπὶ μόνη τῆ ὑπαρξῆ κατασκόπου ἦν, μόνη τῆ αἱρετῆ, μόνη τῆ κακίας ἡ ψυχὴ μετῆκεν ἄχρι τῆ σώματος, δίκαιος ἄμφω ἅμα & τῆ ἀμοιβῆ τάξονται, & τὰ ἑξῆς. Id eſt,

Anima immortalitas, & corporum reſurrectio, ἀντιστρόφως.

Credimus reſurrectionem mortuorum: erit enim omnino, erit mortuorum reſurrectio: ſed cùm reſurrectionem dicimus, reſurrectionem corporum intelligimus. Eſt enim reſurrectio, eius quod cecidit, ſecunda ſurrectio (ἀνὰ, iterum; στάσις, ſtationem ſignificat: vt ſit ἀνάστασις, velut iterata ſurrectio ſiue ſtatio.) Etenim animæ immortales cùm ſint, quomodo reſurgent? Quòd ſi mortem definiunt, animæ à corpore ſeparationem: reſurrectio planè, erit animæ & corporis iterata connexio, & ſecunda diſſoluti jam lapſíque animalis ſurrectio. Ipſum igitur corpus, quod corrumpitur atque diſſolvitur, idem incorruptibile reſurget. Neque enim impotens eſt, qui ab initio ex terræ pulvere ipſum compoſuit, jam diſſolutum, & in terram conuerſum, de qua ex creatoris edicto ſumptum erat, de integro ſuſcitare. Quòd ſi reſurrectio non eſt; edamus, bibamus, in deliciis atque voluptatibus vitam tranſigamus. Si non eſt reſurrectio; in quo à brutis differimus? Si non eſt reſurrectio; feras agreſtes, beatas diximus, quæ vitam agunt moleſtiæ expertem. Si non eſt reſurrectio; neque Deus eſt, neque prouidentia: ſed temerè omnia aguntur ac feruntur. Ecce enim complures videmus iuſtos egentes, iniuriis affectos, omníque in hac præſenti vita, ſubſidio deſtituros: peccatores verò & iniuſtos, diuitiis omnibúſque deliciis affluentes. Ecquis autem, qui rectè ſapiat, recti hoc iudicij, aut ſapientis prouidentiæ opus exiſtimauerit? Erit igitur, erit reſurrectio. Iuſtus enim Deus, & iis qui ſuſtinuerint ipſum, mercedem retribuet. Siquidem igitur anima ſola virtutis certamen ſuſtinuit, ſola coronabitur. & ſi voluptatibus ſola implicita fuit, ſola & ipſa meritò punietur. Verùm quia neque ſubſtantiam anima habebat (vel potiùs ambo habuerunt, ex Græco) ſeparatam, neque virtutis aut vitij citra corpus ſola particeps anima fuit: meritò ſanè parem ſimul ambo mercedem ferent. Hæc & ſequentia plura vir ille ſanè doctus & pius, potiſſimùm ſecutus Pauli de reſurrectione ſententiam, ex citato loco 1. Corinth. 15. ſimul & arguta ratiocinatione, animæ immortalitatem neceſſariò demonſtrans. quam vtique rationem neque nos antea omiſimus.

Iam verò vtramque illam fidei & ſpei noſtræ anchoram, quæ eſt de immortalitate animæ, déque corporum indubitata reſuſcitatione, confirmant ex vtroque tum veteri, tum nouo inſtrumento peritæ hiſtoriæ, nouis ſubinde & poſterioribus aliis ſuffultæ ac roboratæ. vetera in vulgus nota obiter attingam: recentiora minùs trita & cognita, ſingillatim explicabo. Ac primùm Elias Theſbites Sareptanæ mulieris viduæ filium mortuum ad vitam reuocat, capite 17. libro 3. Regum. Huius diſcipulus Eliſæus, duplici ſpiritu magiſtri donatus, tum prophetiæ, tum miraculorum, Sunamitidis filiolum mortuum ſuſcitauit, 4. Regum cap. 4. & hoc ille quidem viuus: mortuus autem mortuum (quod permirum eſt) etiam excitauit; cuius corpus veſpillones quidam præ metu latrunculorum Moabitarum, fortè in obuium Eliſæi ſepulchrum depoſuerant, cap. 13. lib. 4. Regum. Invita enim ſua, fecit monſtra: & in morte, mirabilia operatus eſt, ait Eccleſiaſticus cap. 48. Chriſtus pariter & ipſe tum viuus mortuos exſuſcitauit, tum mortuus vitam multis contulit: vt cuius in nomine ac numine, cæteri & Prophetæ & Apoſtoli mortuos excitabant; ipſe ſua propria poteſtate, vel paria, vel maiora etiam miracula ederet: excitato ad vitam Lazaro jam in tabum reſoluto, ac putredine conſumpto, diffluente, & fœtente, Ioan. 11. & 12. ne reliquos percurram tum ab eodem, tum ab Apoſtolis deinceps ad vitam reuocatos; de quibus tum quatuor Euangeliſtarum conſentiens hiſtoria, tum acta Apoſtolica, & hiſtoria Eccleſiaſtica clarè & apertè teſtantur.

Atque multis iam reſurrexerunt.

1 De Elia puerum ſuſcitante.

2 De Eliſæo duos reſuſcitante, eiuſque duplicato ſpiritu.

3 De Chriſto viuo & mortuo, etiam pluriès reſurgente, & quidem per ſe & propria poteſtate.

4 De Apoſtolis per Ieſu nomen mortuos excitantibus.

Paſſo igitur nunc nuper Chriſto, monumenta aperta ſunt; & multa corpora ſanctorum, qui dormierant, ſurrexerunt: & exeuntes de monumẽtis, poſt reſurrectionem eius venerunt

in ſanctam ciuitatem, & apparuerunt multis, vt teſtatur oculatus teſtis Matthæus capite Euangelij penultimo: cui & nos aſſentimur vera dicenti. A

Quem ſecutus ætate paulò inferior, & fide pariter dignus Euangelica atque hiſtorica (forſan & prophetica) Quadratus vir diſertus, Apologetico ad Trajanum; Noſtri Saluatoris (inquit) opera ſemper aderant viua & vera in his, qui ſanati fuerant; & in his, qui à mortuis excitati. Non enim viſi ſunt tantummodò vel reſurgere, vel ſanari; ſed perpetuò ab hominibus videbantur; non tantùm Saluatore præſente; ſed & poſt diſceſſum eius, multis temporibus. ita vt aliquot, qui ab eo vel curati, vel reſuſcitati ſunt, etiam ad noſtra vſque tempora perdurarint. Et Irenæus vir pius, Galliæ Lugdunenſis ornamentum, ſubinde ſecutus, ac ſuppar, vel etiam contemporaneus, ieiuniis atque obſecrationibus multis ad Deum profuſis, redditos fuiſſe homines viuos teſtatur per homines pios; & ſuſcitatos ab ijs, per annos multos ſe ſuperſtite, viuos permanſiſſe. quod & Euſebius lib. 4. cap. 3. & lib. 5. cap. 7. affirmat.

Hac fiduciâ immortalis ac perpetuæ beatitudinis, non ratò ingemiſcit Paulus, vitæ pertæſus longioris; Cupio diſſolui, & eſſe cum Chriſto. item, Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Rom. 7. Rurſus idem Philipp. 1. Mihi viuere, Chriſtus eſt; & mori, lucrum. & quæ plura ille tum ibidem, tum paſſim in cæteris diuiniſſimis epiſtolis, in hanc profert ſententiam: quæ nos alio expendimus opere. vbi & illud, An corpori mortuo ſeſe inſinuare ſpiritus Satanæ poſſit, vt homo tanquam viuus, ſuas obeat actiones per annos menſéſque plures; quas noſtrûm quilibet in vita poteſt [nam de dæmonum cœtu nos alibi poſthàc) quod nonnulli probare certis hiſtoriis, aut potiùs commentitiis fabulis conantur, Sigiſmundo Gelenio, & Carolo Craſſo, & Ph. Melanchthone authoribus, & aliis, quos nominare nolo, ne & approbare videar. B C D

Quæſtio, An diabolus ſubire poſſit corpus mortuum, & vitam ſimulare.

Illud autem magnum atque efficax argumentum antehàc oſtendi, animam eſſe immortalem, quòd homo ad ſimilitudinem atque imaginem Dei factus ſit, Geneſeos 1. qui & ſummè immortalis eſt, & ſummè rationalis: quia & omnis immortalitatis, & ſolidæ rationis author. Cùm & ipſa denique anima ab æterno orta principio, nulla principij labe, aut debilitate, aut corruptione fathiſcere vel perire denique poſſit. E

Atque hæc quidem pauca de ſacris voluminibus; quia piis pauca ſufficiunt: eáque de triparrito deſumpta opere, idem paſſim inculcante, tum in Lege, tum in Prophetis, tum denique in Pſalmis. Nunc autem poſtremò reſtat, quò vtrique hominum generi ſatisfaciam, de fine bonorum & malorum, iuxta ritum vtrumque, gentilem & Chriſtianum, breuiter concludere. ac de illo primùm: non tamen ex Homero, Lucretio, Virgilio, Ouidio, Lucano, Silio, Statio, Seneca, Claudiano, Val. Flacco, Iuuenale, aut alio aliquo veteri poëta (quod iſti omnes à me citati tentarunt) inania de inferis, & beatorum felicitate, & damnatorum pœnis figmẽta nunc placet recitare: ſed ex ipſo (vt dicere ſolebat Panætius) Homero philoſophorũ Platone, relatam ad Apollinem, de præmio ac pœna mortuorum non illepidam ſanè narrationem ſubtexere, ſub finem Axiochi. Græca prætermittam, breuitatis ſtudio.

32 Apollinis de præmio & pœna mortuorum, oraculum.

Gobryas Magus ſic olim retulit; Sub ipſum Xerxis in Græciam tranſitum (circa initia monarchiæ Perſarum, circiter annum mundi 3600. annis ante Chriſtum forſan quadringentis) auum ſuum ſibi cognominem, miſſum fuiſſe in Delum, quò eam tueretur inſulam: in qua, bina ſunt numina prognata. Ibi ſe ex æneis quibuſdam tabulis, quas attuliſſent ab Hyperboreis, & Opis & Hecaërgus, didiciſſe; animam, poſtquàm à corpore ſit exoluta, poſt multos viarum anfractus, in campum tandem deuenire veritatis; in quo nulla ſit mentiendi facultas (hunc ideo πεδίον ἀληθείας Græci vocant.) Quibuſcumque autem in vita, melior aſpirauerit dæmon, ij ſedes incolunt piorum: vbi omnes horæ & anni tempora ſcatent omnigena fructuum vbertate; fontes puris labuntur aquis; variis parta omnimoda floribus vernant; cõuentus ſunt philoſophorum, theatra poëtarum, exultantium coronæ, muſicíque conuentus. ad hæc, inſtructa diligenter conuiuia; & ipſa ſeſe ſuppeditans affluentia victus, immortalis hilaritas, ratióque vitæ iucundiſſima. Non enim frigus illis, non æſtus eſt grauis: ſed temperatus aër funditùs mitibus Solis radiis illuſtratus. Hîc etiam initiatis eſt dignatio quædam, & religioſa ibidem quoque peragunt ſacra. At illi, quibus per ſcelera, vita fuerit peracta; per Tartarum à Furiis ad Erebum Chaóſque rapiuntur: vbi impiorum eſt locus, inexplebiléſque Danaï filiarum vrnæ. vbi Tantali ſitis, præcordia Tityi, Siſyphi inexplicitum ſaxum: cuius finis ab alio incipit rurſus labore. Ibi circumlambentibus eos feris, indeſinenter lampadibus aduſti, & omnium pœnarum afflicti cruciatu, tormentis laniantur immenſis. Iſta quidem ex Gobrya refert audita ſibi Socrates, verâne an falſa, non aſſerit ille quidem: Illud tamen certis adductis ac demonſtratis rationibus (quas & Auicennas & Boëthius neceſſarias admittunt) perſuaſus, & conſtanter & verè aſſeuerat; Quod omnis immortalis eſt anima, quæcumque ex hoc loco transfertur. nam de hoc figmento Gobryę, non ſatis audet ille quidem; ego verò nolim certum affirmare. Sicuti neque hoc quod ſequitur, nihilo tamen minùs admirandum, ſi verum foret vtique: ſed tamen credendum, vel ſaltem credibile Platonis & diſcipulo, & imitatori; velut illi ipſi, contra quem agimus, Galeno futurum. ſic ergo ille dialogo 10. de Repu.

33 Eris redimiui, & ab inferis reuerſi mecum.

Equidem tibi non Alcini apologum, ſed præſtantiſſimi viri Eris Armenij, genere Pamphylij, referabo. Qui cùm occubuiſſet in præ-

de martirio. Alcinoi.

lio; ſublatis decimo die cadaueribus cæteris jam corruptis, integer quidem incorrupto corpore repertus fuit: domúmque delatus vt ſepeliretur, duodecima jam ab obitu die, dum pyræ impoſitus eſſet, reuixit: & quæ interim viderat, retulit. Inquit ergo, poſtquàm anima fuiſſet à corpore ſeparata; vnà cum pluribus, quendam in locum dæmonum peruenisſe; in quo, terræ proximos duos vidit hiatus: duos item alios è conſpectu ſupernè in cœli regione conſpexit. inter hos verò hiatus, iudices ſedere: qui poſtquàm animos iudicarunt; iuſtos quidem ad dexteram ſuprà per cœlum aſcendere iubent; in aduerſa ipſorum parte, ſignum eorum, quæ iudicauerint, ſuſpendentes. iniuſtos contrà, ad ſiniſtram infrà, omnium quæ fecerant in vita poſt tergum ſigna ferentes. Cùm verò ad Iudices ipſe quoque acceſſiſſet, illos ajebat reſpondiſſe, redire eum hominibus nuntium de his, quæ illic viderat, oportere. iuſſiſſéque illum audire & intueri, quæcumque eis in locis fierent diligenter. Viderat igitur illic per vtramque cœli terræque portam, animas lætâ ſentētiâ abeuntes. per alias item duas, ex terra quidem aſcendentes animas puluere, ſqualore, maciéque horribili confectas; è cœlo autem alias nitidas deſcendentes. Videríque inquit animas vndique venientes, tanquam longa peregrinatione fatigatas, libenter in prato, quod ibi eſt, tanquam celebri in conuentu recumbere: ac ſe inuicem, quæcumque mutuam notitiam habuerint, ſalutare. eáſque omnes, tam quæ ex terra, quàm è cœlo conueniſſent, ſeſe vltrò citróque de his, quæ ſuis in locis viderint, percontari, ſibíque viciſſim ad ſingula reſpondere. quænam autem aut qualia, tu indidem repetes, voluptatis tibi plus, quàm fidei allatura. licet Iuſtino & philoſopho & martyri vera credita (ſed ob Academiæ ſtudium, nimiùm leuiter, vt equidem arbitror) Galeno tamen & Galenicis omnibus ethnicæ philoſophiæ theologiæque cultoribus minimè inficianda.

34 N. cum Chriſtianis proteſtatio de fine ſeculorũ, extremo iudicio, eiúſque forma & loco.

Nos autem diuinis edocti oraculis, & viua per manus tradita Chriſti voce perſuaſi, ſcimus, profitemur, affirmamus, proteſtamur; Sub ipſum finiendum igne ſeculum, tempore ſoli Deo cognito, ſignis vndique datis, Chriſtum cœlo demiſſum, angelis adminiſtris, ſanctiſque Apoſtolis adſtantibus; horrendum illud, & iuſtis etiam terribile Dei iudicium extremum (in conuallibus Sion quidam arbitrantur; & propheta inſinuat in valle Ioſaphat, Ioël cap. 3.) editurum fore. Vbi ſedens ſuper ſedem maieſtatis ſuæ, congregatas ante ſe à quatuor orbis cardinibus gentes vniuerſas, in vnum coget: & quomodo paſtor ſolet ab hœdis oues; ſic à bonis improbos ſeparabit: hos quidem ad ſiniſtram, velut ſiniſtri ominis prænuntiam: illos autem ad dextram, ſpem bonam iiſdem ex ipſo ſitu injiciens. Deinde iis, qui ad dextram adſtabunt; Venite (inquiet) benedicti patris mei: poſſidete paratum vobis regnum à conſtitutione mundi. His autem, qui ad lænam; Diſcedite à me maledicti, in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo & Angelis eius. Qua ſemel lata irreuocabili ſententiâ (ſemel enim loquitur Deus, & ſecundò idem ipſum non reperit, Iob. 33.) & ἀναβαπτίστως & ἀμεταθέτως) iudicio, ac velut areſto pronuntiato, impij in ſupplicium ibunt æternum: iuſti autem, in vitam & requietem ſempiternam. ita Matth. 25. & Ioann. 5. & alij tum Euangeliſtæ, tum Prophetæ, tum Authores & Doctores Eccleſiaſtici. ac nos de veris & æternis paradiſi gaudiis, orcíque & inferorũ pœnis jam alibi comment. ad Strabum Gallum & Poëtam & Theologum.

CONCLVSIO.

Hæc habui, quæ de animorum immortalitate dicerem, contracta è libris præcipuè Platonis, deinde Ciceronis, Lactantij, & aliis philoſophis atque illuſtribus rei ſacræ vel hiſtoriarum fide dignis ſcriptoribus, aut de proprio ſenſu deprompta, atque è noſtro éruta iudicio, Deo bene iuuante atque adſpirante: eóque quo cernis deducta ordine, atque tractationis ſerie. iis quidem futura illa vſui, qui veritatem amant, quique fidei Chriſtianæ dogmata ſequuntur. illis autem (quibus vtique diſplicere, ſummæ mihi laudis eſt inſtar) futura ludibrio, contemptui, & ſcandalo (non dato, ſed accepto, vt noſtri loquuntur) quiquidem *Epicuri de grege porci, in cute curanda* (vt quidam de illis loquitur) toti occupântur. aut qui Libertini, Cyrenæi, Sadducæi, Seueriani, ἄχρωτοι, ἄθεοι, perditi nebulones Alcinoíque, & Deo, & rebus diuinis, & religioni ſynceræ, & doctrinæ ſacræ aduerſantur, bellúmve indixerunt: & voluptatem vnam, ceu dominam amœniſſimam atque illecebroſiſſimam colunt & ſectantur: ſuis illos captos illecebris blanditiiſque, incautos atque inopinantes, in orcum, vel tartarum (niſi tandem, vel maturè reſipiſcant) breui perducturam ac præcipitaturam. Sed, vt cum bono poëta præmoneam,

Hinc reuocare gradũ, ſuperaſque euadere ad auras,
Hoc opus, hic labor eſt. ——

Rectè autem Salomon prouerb. 24. Ne contendas cum peſſimis, nec æmuleris impios. quoniam non habent futurorum ſpem mali, & lucerna impiorum extinguetur.

CAP. XVII.

Age verò, mi Galene (nam contra te hæc mihi inſtituta ab initio velitatio fuerat: ſed & tuis ſequacibus, & erroris tui conſortibus obiter etiam inflicta) videórne tibi imponere? an conſentanea loqui? Pherecydis, Pythagoræ, Platonis; imò etiam longè antiquioris Zoroaſtri ſcripta nónne legiſti? quinetiam Hermetis monumenta, Apollinis oracula, Sibyllarum vaticinia (neque enim prophetas, aut ἀμοχάρους authores, & Chriſtianos Doctores vnquam, ſat ſcio, quamuis legeris audies, admittes, recipies) ſed & veruſtiſſimorum ruorum Theologorum (quales priſcos ferè ſolos

Digitized by Google

poëtas agnóuit antiquitas) de immortalitate animæ, certiſſima celebertimáque teſtimonia, num ad tuas manus, auréſque & bene purgatas, & ſagaces, peruenerunt? Imò verò, opinor, nihil eſt eorum, quod non legeris, triueris, & pro tua ſingulari diligentia euolueris. quæ ſi vidiſti, miror quî non probaris. ſin nec vidiſti, nec legiſti (quod mihi minùs ſit in tam diligenti & curioſo homine, veriſimile) ignoſco, qui nec vidiſſe, nec legiſſe omnia potueris. ſi vidiſti tu quidem, ſed non probaſti; jam non video ipſe, quibus rationibus induci, aut quibus teſtibus conuinci poſſis: quem nec Moſis antiquitas, nec Chriſti fides atque authoritas, nec Platonis (quem ſcio quanti facias) mouerit ratio: nec ipſa denique tuorum Deorum (ſi verum & vnicum Deum non colis, nec agnoſcis) & patriorum atque ethnicorum numinum reſponſa atque oracula perſuadeant. Niſi tu fortè omnem Deorum metum, omnémque religionem animo exuiſti atque excluſiſti; & quidem animo iſto (quem te mortalem credis gerere) mortalia & φαῦλα numina, velut Dædalæas confingis imagunculas: aut affixos rotæ, more Ariſtoteléo, cyclicos motores: tanquam neuróbatas, ſeu neuroſpaſtas agiles, aut velut indefeſſos petauriſtas imaginaris.

Locus in Deos Ariſtotelicos vbegcámus, vbegcmicus, vbeuecuſ.

Atqui ne Deos quidem eſſe vllos, ſi nec animi hominum immortales ſunt, tute fatearis neceſſe eſt, & quotquot olim ſimili errore tecum ſunt inuoluti. Quos enim illos? Saturnum, Iouem, Neptunum, Martem, Iunonem, Venerem? & cum primis tuæ artis antiſtites, quibus ſtultè & vota facis, ac nuncupas, Apollinem, Æſculapium, Hygéam, Panaceâm, Pacem, Salutem, Fortunam, Cacam, Cuninam, Fornacem, Sterculium, Febrem (rides, opinor, mecum tum nominum, tum numinum talem abſurditatem) & reliquos eos (quos vt puto, Varro trecentos numerabat) quos quidem te colere ac venerari ſignificas, ac præ te ferſ? Nam de Deo vero, & ſummo rerum opifice non agimus; quem aut tu ignoraſti, aut agnitum contempſiſti, aut ne noſſe quidem ſtuduiſti. At omnes iſti tui Dij (præter mera illa ſomnia, nominum, non numinum, quæ aut rem perſonámque nullam ſignificent, aut quibus res nulla ſubſit; non magis, quàm cùm virtus aut vitium, pietas aut caſtitas, morbus aut ſanitas intelligitur) omnes, inquam, tui Dij iſti, homines aliquando fuerunt; & eorum ſepulchra tum per Græciam, tum per cæteras orbis partes viſa teſtatur tum Cicero libris de natura Deorum, tum ſacra Ennij & Varronis, tum Beroſi antiquiſſimi ſcriptoris hiſtoria: & Plutarchus tuus contemporaneus, de Panis morte nominatim profitetur libr. de defectu oraculorum. Vnum pro multis ſubijciam, Euhemerum antiquum ſcriptorem, Meſſana ciuitate ortum, qui & mortes & ſepulturas Deorum deſcripſit: illúmque ipſum, quem omnes ethnici inuocant ſummum Deorum Iouem Saturni filium, in eadem illa inſula, vbi natus fuerat, etiam commortuum fuiſſe adſtruit: eiúſque in Creta inſula oſtendi ſepulchrum. quod nos fuſiùs alio quodam noſtro huius Analogiæ microcoſmi ad macrocoſmon loco declarabimus. vt idem de cæteris velut majorum minorúmque gentium Diis ſtatuere liceat. ne nunc eorum querelas, amores, rixas, pugnas, vulnera, ſuſpendia ex Homero repetam. Quorum tamen Deorum habitorum in vulgus ethnicum, ſi cum corporibus extincti ſunt animi, eſſe Deos ſtultum eſt dicere, impium credere, qui ne ſint quidem omnino vſquam. Et tamen tu Deos agnoſcis; & volens nolens, ſponte, vel metu ſupplicij coactus, & Platonis tui victus authoritate, & omnis antiquitatis teſtimonio, & omnium adeo gentium communi ſuffragio atque conſenſu conuictus, fatearis eſt neceſſe, eſſe aliquem huius mundi architectum, opificem, conſeruatorem, ac prouidum rectorem. Qui ſi eſt aliquis, eum mortalem nefas eſt dicere (quod vel parum pius aſſerit Plinius cap. 7. libr. 2. cùm tamen idem cap. 55. lib. 7. animam mortalem impiè cauilletur; contra quem nos alibi) qui cùm omnibus vitam dederit, hanc retinere nequeat; ſed ipſe ſibi adimat (quod vnum de impoſſibilibus Deo, impius Plinius obiicit cap. 7. libr. 2.) Sin immortalis eſt; & animos hominum immortales eſſe ſimiliter neceſſe eſt, diuina conſtantes & æterna pariter quadam, non tamen numero eâdem; ſed in ſpeciem conſimili ſubſtantiâ, corruptioni & interitui minimè obnoxia. Alioqui futurum ſanè aliquando eſt, vt toto hominum genere extincto, ſolus ipſe Deus ſit, nullis Angelis, nullis ſpiritibus, nullis animis ſtipatus & circumſeptus: ſolus etiam hoc tempore, & omnibus retrò antè actis ſeculis, è cœlo, tanquam ſublimi ſpeculâ homines humi reptantes & palantes, ac pedantes repedantéſque, velut formicarum agmen errabundum conſpicatus (locuſtis comparat Eſaias cap. 40.) in perpetua degens ſolitudine, ſua ipſe æternitate potiùs miſer, & labore continuo, quem fingitis (namque Plinius eodem loco omnem illi curam rerum humanarum cum Epicureis adimit) ærumnoſus: rex ſine imperio, Dominus ſine famulitio, pater orbus liberis. Quod quàm ſit ἄτοπον atque abſurdum, & tu ſatis intelligis: & philoſophorum nemo eſt tam rudis, qui non intelligat: cùm nullus è vulgo neſciat.

Quòd vnus Deus ſit omnis opifex, ipſe immortalis: & animus humana immortalis.

Si Deus immortalis, idem & anima, & quale eorū ſubſtantia.

Eheu, quàm nihil eſt ex omni parte beatum!

Dij ethnicorum, homines fuerunt, & mortis obnoxij.

Iouis in Creta ſepulchrum.

CLAVDIVS GALENVS patre natus eſt viro docto, & Mathematico illuſtri, multarúmque diſciplinarum perito; & natus non Athenis ille quidem: ſed tamen in Græcia, apud Pergamum Aſiæ; vbi Attalus inſignem olim bibliothecam (inferiorem tamen illa Alexandrina Ptolomæi Philadelphi, 54800. voluminum) in membranis deſcriptorum librorum extruxerat (cùm veteres in ceris, aut corticibus arborum, libríſque, aut chartis papyríſque Niliacis ſcribere eſſent ſoliti) natus, inquam, inclinante jam imperio Græciæ; ſed nondum extincto literarum regno. ingenium nactus acre & perſpicax: præceptores à pueritia

Galeni ſtudia, natales, ætas, inſtitutio, vitæ, peregrinatio, gloria, ſeculum, ingenium, ſcripta, doctrina.

Digitized by Google

indeptus viros claros, & illustres philosophos ac rhetoras & medicos (Rectè enim Hippoc. in lege, medicinæ candidatum his ducibus compotem voti euasurum pollicetur; naturâ, doctrinâ, loco studiis apto, institutione à puero, industriâ & tempore; ducta à terræ seminibus similitudine) valetudine dubia illa quidem; sed quæ animum ab ardentissimis studiis; corpus à rebus gerendis nunquam auocarit. idem Romæ, & in Italia tota, Græcia, Europa, multisque orbis partibus diu multúmque peregrinatus (quod idem Hippocrates medicum facere iubet eodem libello) multis summis viris, summis principibus atque Imperatoribus, Antonino vtrique & Commodo & aliis clarus atque admirabilis. felici etiamnum seculo, annis nempe à Christo nato circiter 100. aut 120. editus in lucem: indefatigati vir in legendo & in scribendo laboris. cujus plures libri, quàm multorum aliorum clarorum alioqui virorum versiculi extiterunt (nam non pauci & illo viuo, & plures extincto illo interciderunt) longa vita felix, ac diu superstes, centenario proximus. multis, ac propè infinitis monimentis disertissimis & facundissimis, Græco idiomate (nam Romanè nescisse, multa suspicio est) non sine Attico lepôre scriptis atque editis clarus: nullam non doctrinæ ac disciplinæ partem (quod isti ineptuli improbant, πολυμαθίαν insectati; vel potiùs suæ sic inscitiæ atque inertiæ patrocinati) attigit, excoluitve. Medicinam autem vnus ita illustrauit & auxit, vt nullo ex veteribus inferior videri; nulli ex posteris non modò æqualis; sed etiam longè omnibus superior ac præstantior in arte medendi, iure dici aut æstimari possit ac debeat, quantum mihi quidem post repetitam totam, quæ extat, eius commentationum scriptionúmque ingentem plus quàm Iliadem, bis térque perlectam, & (nisi me fallo) diligenter annotatam, assequi aut iudicare licet: eorum etiam, qui ad nostram memoriam peruenêre, Græcorum, Latinorum, Arabum omnium, huius vnius ferè sequacium, atque (vt quis per jocum dixerit) simiorum, æstimatione facta.

Quæ necessaria futuro bono medico.

Medicum debet peregrinari.

N. De Gal. iudicium, & comparatio cum cæteris.

Et tamen talis vir ac tantus, in vno sibi, & maximè serio negotio, seu mauis articulo, defuit, qui reliquis non defuerat: multa commiseratione dignus eorum omnium, quibus tot bona, tot animi dotes, tot opes ingenij liberaliter commmunicauit, atque vltrò impertiuit. Cui, cùm liceret Christianam solam veram ac fidam fidem amplecti; & veterem à Mose Dei iussu & inspiratu promulgatam legem discere atque sequi: illum, quia nihil probaret; hunc, quia nihil demonstraret, rejecit ac repudiauit (cùm sit tamen longè diuersa philosophiæ, atque religionis ratio: quippe cùm hæc fide tantùm; illa autem, ratione stabiliatur.) de animæ essentia atque æternitate dubius: de futuro inter beatos æuo incertus, atque extra spem positus. illud idem fortasse sentiens, quod Cebes apud Platonem obiecit; Animam à corpore separatam, nusquam ampliùs fore: sed simul cum corpore interire atque dissolui: inque venti, aut flatus, fumíve morem,

A —— *tenues vanescere in auras*: sicuti jam antè ex Phædone Platonis indicani.

Impiorum opinio de anima exitio.

Ex quo fit, vt verum habeatur illud Pauli 1. Corinth. 1. Ἐπειδὴ καὶ Ἰουδαῖοι σημεῖον αἰτοῦσι, καὶ Ἕλληνες σοφίαν ζητοῦσιν· ἡμεῖς δὲ κηρύσσομεν Χριστὸν ἐσταυρωμένον· Ἰουδαίοις μὲν σκάνδαλον· Ἔθνεσι δὲ μωρίαν. αὐτοῖς δὲ τοῖς κλητοῖς Ἰουδαίοις τε καὶ Ἕλλησι, Χριστὸν, Θεοῦ δύναμιν, καὶ Θεοῦ σοφίαν. ὅτι τὸ μωρὸν τοῦ Θεοῦ, σοφώτερον τῶν ἀνθρώπων ἐστὶ. καὶ τὸ ἀσθενὲς τοῦ Θεοῦ, ἰσχυρότερον τῶν ἀνθρώπων ἐστί. Quoniam & Iudæi signum petunt, & Græci sapientiam quærunt. Nos autem prædicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalum; Græcis autem stultitiam. B ipsis autem vocatis Iudæis atque Græcis, Christum, Dei virtutem, & Dei sapientiam. quia quod stultum est Dei, sapientius est hominibus: & quod infirmum est Dei (id est, videtur esse) fortius est hominibus. Idem verò ibidem rectè ex Isaia subinfert cap. 29. & 33. (Hîc iterum obserua, an 72. interpretationem sequatur) γέγραπται γὰρ, Ἀπολῶ τὴν σοφίαν τῶν σοφῶν, καὶ τὴν σύνεσιν τῶν συνετῶν ἀθετήσω. ποῦ σοφός; ποῦ γραμματεύς; ποῦ συζητητὴς τοῦ αἰῶνος τούτου; οὐχὶ ἐμώρανεν ὁ Θεὸς τὴν σοφίαν τοῦ κόσμου τούτου; Scriptum est enim, Perdam sapientiam sapientum, & prudentiam prudentum reprobabo. Vbi sapiens? C vbi scriba? vbi inquisitor huius seculi? Nónne stultam fecit Deus sapientiam huius mundi? & quæ ibidem ille, & 1. ad Romanos & alibi in istos philosophos malè sibi sapientes, grauiter & acerbè dicta contorquet. quibus Euripidis hic versus aptissimè videtur congruere:

Μισῶ σοφιστὴν, ὅστις οὐχ αὑτῷ σοφός.
Odi sapientem, sibi qui nihil sapit.

Quæquidem omnia siquis contentionis cupidus reuocat in dubium; nos quidem illi ex D. Paulo isthuc modò reponemus, ex 1. Corinth. 11. εἰ δέ τις δοκεῖ φιλόνεικος εἶναι, ἡμεῖς τοιαύτην συνήθειαν οὐκ ἔχομεν, οὐδὲ αἱ ἐκκλησίαι τοῦ Θεοῦ. Si quis autem videtur contentiosus esse: nos talem consuetudinem non habemus, neque Ecclesiæ Dei.

Sed & Suessani hanc doctam sanè & piam recipio aduersus Aristotelicos, antea citatos, de anima parum piè sentientes, probóque sententiam: Quòd si Lycêum (inquit) egredi voluerimus; nec Peripateticis placitis ampliùs obstringi: sed veritatem, quam credimus, asserere; eiusmodi rationes omnes diluere, facile admodum nobis erit. Quæ enim à Themistio primùm afferuntur, de notionibus communi- E bus, de disciplina & intellectione mutua; vnitatem intellectus simpliciter non demonstrant. Potuit enim Deus, & potest semper animas hominum ea ratione creare, vt in apprehensionibus communibus conueniant: mutuò se doceant & intelligant. potest etiam eas numero diuersas producere; tametsi à materia abjunctæ sunt. Neque enim Theologia Christiana principio illi Peripatetico adstricta est; In abstractis à materia, vnum tantùm individuum in singulis speciebus esse. Ea quoque, quæ Commentator adfert, in doctrina Christiana

Quid non vnitum & vniuersale omnium intellectum.

non concludunt: ſecundùm quam animum humanum ab aliis formis differentem eſſe, nec illis legibus obnoxium, quibus illæ, aſſerimus. Porrò præcipua argumenta vnitatem concludentia, quæ de infinitudine (ſeu infinitate) animarum, de creatione earundem; contra Chriſtianum non concludunt, qui mundum conditum, & deſiturum quandoque; adhæc, animos à Deo creari fatetur. De Alex. Aphrodiſæo, déque Auerrhoë, vnicum vniuerſalem intellectum agentem patientémque conſtituentibus, paulò antè monui. reliquos Ariſtotelis interpretes non placet excutere, Ammonium, Simplicium, Philoponum: non ipſos Academicos poſteriores & numero frequentes, & doctrinâ claros, Plellum, Plotinum, Iamblichum, Porphyrium, Eumenium, ipſúmque cumprimis Proclum, de anima copiosè & acutè diſceptantem, ſed à noſtro inſtituto conſulióque ſæpius diuerſum: cui anima in qualibet parte, tota videtur conſiſtere: ſed in certa quadam parte magis videri ineſſe, quòd ibi ſit eius facultatis præcipuum inſtrumentum: qua de re nos ſpeciatim. neque corpus ipſum, eſſe animæ ſubjectum; quin potiùs hoc ab illa comprehendi, moueri & viuificari æqualiter. intellectum autem nuſquam propriè ſubſiſtere; eò quòd & loco, & inſtrumentis non egeat: niſi quatenus ibi agit: & quæ ille multò plura in ſuis Enneadibus, & alibi, vt ad Alcibiadem Platonis de anima & dæmone: aut quæ Seneca ad Gallionem & ad Lucilium. & alij non pauci in hoc argumentum profusè diſceptant, tibi per otium recognoſcenda; nobis autem hoc tempore aliud inſtitutum vrgentibus, neceſſariò omittenda.

Neque verò mihi nunc animus eſt (vt jam antè ſum profeſſus) in veteres philoſophos acerbiùs inuehi: quos pridem Iuſtinus Martyr, Tertullianus, Epiphanius, Clemens, Irenæus, Cyrillus, Euſebius, Cyprianus, Arnobius, Ambroſius, Auguſtinus, Hilarius, Hieronymus, Gregorius Nazianzenus, Lactãtius, Theodoretus, & alij complures viri pij & cordati, doctoréſque Eccleſiaſtici, generosè & gnauiter conuulſerunt & confutarunt. Sed nec Galenum mihi alioqui chariſſimum, & planè mirificum hominem traducere, aut vlla calumnia laceſſere, notáve ignominiæ inurere decreui: cui hominum vni, omnia propè debeo, quæ tot mihi laboribus in medicina vtcumque comparaui, diuinóque potiùs beneficio ſum conſecutus. cui denique ἀντιμαρτεῖν, vicémque rependere, & par pari referre, ſi queam, pro multis ab eo in commune collatis & acceptis beneficiis, aueo. & quem (vt jam ab initio ſum profeſſus) quatenus honeſtè poſſum ac religiosè (εἰκὸς μάχῃ βοηθῶν) excuſo, fero, probóque. Verùm, quod jam antè ſum proteſtatus, nequis improuidus ſe ſinat huius melliflua eloquentiâ circumueniri: nequis myſtes artis Pæoniæ, minùs aduertens, aut minùs cogitans, in eius ſe ferri ac delabi ſententiam imprudenter ſinat. (Fruſtrà enim jacitur rete ante oculos pennatorum, ait parœmia Salomonis cap. 1.) id verò & amicè, & candidè, & beneuolè, ſicuti ſoleo, & hortor & moneo. quoniam neminem adhuc deprehendi, nec vſquam inaudij, qui de tam periculoſo errore, támque lubrico præcipitio admoneat: quíve ſcripto ant indice caueat: non raros autem, qui leuiora quædam, & futilia potiùs, nulliúſque momenti, ſæpè ambiguè, ſæpius falsò, ſæpiſſimè autem ſolo contentionis ſtudio, & vt aliqui videantur, annotent, carpant, inſectentur. in his longè grauiſſimis, & maximè ſeriis, tacendo conniueant. abſit enim, vt & aſſentiantur. Quod dum ſedulus, & bona fide præſto facióque; eius ipſius Galeni, pari in re factóque conſilium imitor, & liberum ac ſyncerum in philoſophando ſtudium ſequor & amplector. quiquidem paſſim virtutem magnificè laudat; ſed vitium liberè reprehendit. qui veteres philoſophos arguit, quòd lectarum vel auditarum rerum commentitiis & falſis inuentis credideriut; quæ autem legerant vel audierant, an vera eſſent, non explorarint: qui ſeruos eos appellat, qui ſe vel Hippocraticos, vel Platonicos, vel Ariſtotelicos, vel Galenicos denique venditent. Quem tamen in aliis minùs ſeriis feram, ſi poſſim, & excuſem libenter. In hoc (quia de fide agitur, déque ſumma ac præcipua ſperatæ beatitudinis gloria) illum errare vltrò, & aliis imprudentioribus, nimiúmque credulis imponere non patiar, non feram, non ſinam.

Serui, qui ſectas addicti.

Quanquam quomodo vtcumque excuſari à ſuis, eius de anima opinio poſſit, video: & ita ipſe indicat tum alibi, tum lib. 9. plac. Hipp. & Plat. ſub finem operis: Platonem igitur (ait) eatenus de anima locutum fuiſſe, quatenus probabili veriſimiliſque coniectura aſſequi potuit, ex his facilè cognoſcere poſſumus. dein ſubijcit, Quocirca ego etiam temerè de his pronuntiare non audebo. idémque, De anima (inquit) an immortalis ipſa, cum ſubſtantiis corporis confuſa, animalia guberner; certò equidem ſcire me non profiteor. ſicuti neque an ipſius vlla ſit per ſe ſubſtantia. Author quidem libri, An animal ſit, quod vtero geritur, inſcripti, rectè ſic de anima ſenſit: ſed Galenum neutiquam agnoſcimus: quin potiùs de Stoïcorum ſchola Phyſicum quempiam. Anima (ait ille) ab vniuerſis animis, & cœleſti choro delapſa, ſcientiam ſuſcipit: ſemper verò viam, quæ ad ſimile ducit, ſequens, terram quidem ſuperat: ab erroribus aquæ ſeſe auerrit ac ſubducit: tranſcendit aërem: fit igne ſuperior, & cœleſtem diuinitatem attingit, ſæpéque trans cœleſtem locum intuetur: rerum omnium Domino aſſiſtit: ſuperas res circumlabitur: ſæpe occurrit iis, quibuſcum commune genus habet: nouit vnde eſt, quanuis in corpore ſit: ipſúmque rerum omnium patrem vniuerſis rebus ineſſe, his in quibus ab eo locata eſt, vtens oculis. Ad omnia enim Anima, magis quàm Natura, idonea eſt, vímque maiorem habet. Hæc ille ſanè præclarè & philoſophicè de animæ diuinitate ſenſit: ſed Stoïcus aliquis, credo inter Galeni opera inſcriptus; ac

Anima diuinitas, eius actio, & conuerſatio.

non Galenus ipſe; qui ferè ſemper de anima aut exiliter, aut dubitanter, aut peruersè loquitur, ſentit, & ſcribit. ſic autem idem libr. de formatione fœtus. Cæterùm cùm nullam inueniam opinionem cum ſcientiæ certitudine demonſtratam; fateor me de ſubſtantia animæ dubitare: nec probabile quicquam de ea, quod afferam, habere. Quam ſuam cæcitatem & ignorantiam in hoc argumento ſæpe aliàs profitetur. & quidem 9. decretorum Hipp. & Plat. vèlut cæcus palpando inquirit; nec tamen aſſequitur, quod cupit aut conatur. ne plures locos mihi jam inde ab initio huius commentationis productos replicem aut refricem. ſic igitur ille libro nuper, & alibi à me citato. Plato verò eſſe animæ genera, tripartitóque diſtincta: partémque vnam diuinam, qua ratiocinamur: reliquas duas eſſe affectibus obnoxias; alteram, qua irascimur: qua voluptates corporis concupiſcimus, alteram: quam etiam eſſe in plantis, manifeſtum eſt: in cerebro, illam: duas has, in corde alteram; alteram in iecinore collocatas eſſe. hæc (inquit) omnia demonſtrare me poſſe affirmo. Quæquidem omnia ex Platone agnoſco. primùm enim illud de ſe Socrates (quæ hominis modeſtia eſt) profitetur, ſicuti ſuprà declaraui: & ex eo M. Tullius Tuſc. 1. Geram tibi morem; & ea, quæ vis, vt potero, explicabo. Nec tamen quaſi Pythius Apollo, certa vt ſint & fixa, quæ dixero: ſed vt homunculus vnus è multis, probabilia coniecturâ ſequens. Vltra enim quò progrediar, quàm vt veriſimilia videam, non habeo. certa dicent ij, qui & percipi ea poſſe dicunt; & ſe ſapientes eſſe profitentur. Vterque (vt dixi) vel modeſtè, & per extenuationem ſui: vel potiùs dubitanter, & cum diffidentia quadam, quæ virum conſtantem & pium minimè deceat. Ideóque benedictus Deus, qui abſcondit hæc à ſapientibus, & reuelauit paruulis, vt ex Matthæo intulimus. id eſt, nobis ætate poſteris, in fide credulis, Deo & prophetis neutiquam diffidentibus, nullam rationem dicti repoſcentibus; ac puerorum paruulorum more, Deo & patri reuerenter obtemperantibus, atque indubitanter credentibus. Denique ſenſu retrò paruis, & imprudentiâ infantibus, & humilitate fidei puſillis, vt cum Tertull. loquar. Siquidem (ait Theophraſtus 1. metaphyſ. 5.) qui de omnibus rationem quæritant, ſimul cum ratione, ſcientiam tollunt. Imò verius erit dicere, illos rationem petere eorum, quorum neque eſt, neque fuit vnquam vlla ratio. De triplici autem anima; & ex ipſo Cicerone proluli, & ſimul contra Galeni dubium priùs adieci; Triplicem animam, pro triplici vnius immortalis animæ facultate præcipua officióque, metonymicos intelligi (mea quidem ſententiâ) oportere. quod ex eodem Platone tum locis aliis, tum præcipuè ex 9. de Republ. ſiue de iuſto, colligere licet. Ariſtoteles enim animæ facultates præcipuas aliter partitur, in vegetatiuam, ſenſitiuam, appetitiuam, loco motiuam, intellectiuam ſeu rationalem: de quibus in hac Analogia microcoſmi ad macrocoſmum alio quodam loco poſthàc à nobis dicetur fuſiùs.

Anime genera tria.

Socratis modeſtia.

Triplex anima, pro triplici anima officio ac facultate.

Anime facultates ex Ariſtotele.

Iam verò qui Galeni partes tuentur, ſic forſan eludêt, artificioſa vſi, ne dicâ malitioſa abuſi diſtinctione: Ab inſigni corporis intemperie, aut vi continuum diſſoluente, nihil animam perpeti: ſed ea tantùm, quorum quaſi vinculorum nexu, ſocietate quadam cum corpore cohæret affici poſſe: innatum nempe calidum, & inſitum ſpiritum; vt etiam ſuprà pro Platone reſpondi Galeno eidem. Quæ cùm extremo corporis vitio, aut fatali neceſſitate diſſoluuntur; Anima libera, & carcere, quo incluſa tenebatur, expedita, neceſſariò de corpore decedat, ſinque ſedem animis à Deo deſtinatam, alacris & volens tandem conuolet atque concedat. Hæc ſunt (inquam) ſimiliáque his, quæ Galenum vtcumque excuſare, excuſari nolentem, & longè aliter, multóque deteriùs (ſicuti docui ac demonſtraui) de anima ſentientem, quoquo modo valeant apud eos, qui Platonis ſenſa attentiùs diſpiciunt atque examinant: & eius licet apertè aliud ſonantem orationem, obtorto, vt aiunt, collo naſôque traducunt aliorſum. Et verò,

Qui ſcis, an prudens huc ſe dejecerit, atque
Seruari nolit? ——

vt ait Flaccus in foueam lapſo aucupi, in arte poëtica. Sed de aliis authoritatibus oraculorum vaticiniorúmque, nulla proferri excuſatio poteſt. atque adeo leuicula iſta ratiuncula, aut potiùs ſubterfugium cenſeri debet hominis vafri, ſubdoli, callidi, verſipellis, verum diſſimulantis, atque offucias prætendentis. Sit ita ſanè: valeat apud imperitos iſta qualis qualis ratiocinatio; ſeu potiùs techna, dolúſque malus. Homines quidem frons, oculi, vultus ſæpè fallunt: oratio autem ſæpiſſimè. Verùm καρδιογνώστην illum ſummum Deum, quem nihil latet; qui abditiſſima quæque perſcrutatur ac pernouit; qui animi penetralia, vel antequàm fari lingua incipiat,

——*pulſat, dignoſcere cautus,*

Quid ſolidum crepet, & pictæ tectoria linguæ, vt ait Perſius Satyr. 5. Deum (inquam) qui hominum perſcrutatur corda & renes, nunquam celabit, nunquam fallet. Cuius vt eſt potentia infinita, vt inſcrutabilis ſapiẽtia, vt æqua & minimè fallax iuſtitia: ita & bonitas immenſa, & miſericordia infinita atque inexhauſta iis patet, qui ſpem omnem in illum coniecerunt (ſed per Ieſum Chriſtum) & ab eo veniam ſuo tempore, atque ex animo ſunt comprecati.

Atque vtinam idem Galeno huic contigerit, quod & de Ariſtotele commemorant (namque & Horatium ſuæ ſectæ Epicureæ tandem pœnitit, ode 34. lib. 1.

Parcus Deorum cultor, & infrequens,)

cuius, inſtante jam morte, vox illa pia ſanè, ex ore pio, corde puro prodiiſſe fertur;

O ens entium, miſerère mei! Quod & fortaſſe ſenſit ad extremum Galenus; cùm diſſimiliter ſibi locutus (ſimodò is fuit) lib. de pueri conceptu, ſic intuliſſe tandem fertur; Anima, eſt vniuerſitatis animæ defluxus, è cœlica regione

Anima origo, natura, intentio.

deſcendens, ſcientiæ capax; quæ ſemper ad ſibi ſimilem viam, cognatámque ſubſtantiam aſpirans, terreſtribus relictis, omnium ſuprema petit, cœlicæ diuinitatis particeps, ſupercœleſtem locum ſæpius contemplans, vna omnium rerum moderatori aſſiſtit. & quæ plura antea produximus admodùm pia & vera: ſimodò Galeni forent: quod ego certa conjecturâ ductus diffitebar.

Concluſio analogiæ caloris nativi ad æthereum: & annexæ illi tractationis de animæ immortalitate.

Hæc ſunt igitur, quæ de caloris natiui ad æthereum analogia, dicenda mihi videbantur: déque aſſerenda animæ immortalitate, pertractanda; ac velut per digreſſionem quandam longiuſculam (vt cernis) ob affinitatem argumenti, & ſummam difficultatem, vix obiter explicanda. Quæ licet pluribus ſim proſecutus, quàm ſtatueram, aut quàm hoc loco debuiſſe videar; cùm res alioquin vberiùs & ornatiùs multò tractari mereatur: tamen multa conſultus omiſi, quæ huc commodè referri poterant. qualia ſunt hæc, aut ſimilia his; Animâ quî in toto ſit, & in qualibet parte. tum opiniones de eâdem philoſophorum variæ, præter à me commemoratas bene multas, à motu, à cognitione, ab incorporeo petitæ. tum de intellectu contemplatiuo & actiuo; actu vel potentiâ; afformante vel aſſiſtente; vno an pluribus in omnibus aut ſingulis; ſeparabili à corpore, an ſecùs. tum de originis modo. tum ad quem hæc tractatio pertineat: & aliæ eiuſdem modi Logicæ quæſtiones Peripateticæ & Academicæ, nil admodum ædificare, aut aſſeuerare, aut docere valentes: ſed inuidiæ, contentionis, blaſphemiæ, iurgiorum plenæ λογομαχίαι, ſeu verborum pugnæ à Paulo prohibitæ 1. ad Timoth. 1. & 6. & ad Timm 3. ſed & alia complura eôdem pertinentia, prudens ac ſciens prætermiſi, partim velut inutilia, & ſpinoſiora, partim alibi à me agitata, partim alio loco fortaſſis commodiore poſthàc in hac tam longa támque multiplici Analogia diffuſiùs explicãda. Paulini interim memor conſilij huius 2. Timoth. 2. Τὰς δὲ βεβήλους κενοφωνίας ἔκτρεπε· ἐπὶ πλεῖον γὰρ προκόψουσιν ἀσεβείας· καὶ ὁ λόγος αὐτῶν, ὡς γάγγραινα, νομὴν ἕξει: Prophana autem vaniloquia deuita: multùm enim proficient ad impietatem: & ſermo eorum, vt cancer, ſerpet (ita enim Græca ſonant: licet vulgaris editio per præſens tempus exprimat) aut ſi medicorum nlorum referre mauis, ceu gangræna depaſcetur.

Paulli conſilium: vitandas vocum & diſceptationes inanes.

NIC. NANCELII
DE IMMORTALITATE ANIMÆ
aduerſus Galenum velitationis

FINIS.

Η δὲ τελὰς ὁμοίως καὶ ἀϊδίως.

Digitized by Google

NICOLAI NANCELII ANALOGIÆ

MICROC. AD MACR. LIB. II.

De Spiritu, ſiue Aëre in homine.

CAP. I.

Propoſitio. VENIO ad proximum inſtitutæ comparationis locum, de aëre in homine contento, eiúſque generibus, viribus atque ſubiecto. Quæ quidem eò breuiùs abſoluere (ſi modò breuiter res tanta tranſigi patitur) quòd multa mihi anteà de aëre & aëris impreſſionibus ac regionibus, ſimúlq; de aërea in nobis natura, libro ſuperiore dicta ſunt: quorum hæc tantùm futura eſt reliqua ſumma tractatio, ac veluti corônis.

Aër quid, & vnde dicatur. Aërem igitur (quod & cœlum veteres nominauêre) circunfuſam vndique terræ ſpirabilémque naturâ dixi cum Cicerone. aut ſi mauis, vitalem & per cuncta rerum meabilẽ, totóque conſertum ſpiritum, vt Plinius loquitur; nomine quidem Græco, vt iam inſinuaui (ἀὴρ) enim Græcis vocatur) ſed iam trito Latinorum vſu: deducto (ni fallor) ab eo quòd ἀεὶ ῥέῃ, ſemper fluitat & vagus errat certæ ſedis neſcius. ſiue ab ἄημι, ſpiro: eò quòd huius attractu & inſpiratu, omne animal ſanguineũ & pulmonibus præditum, vitam ſuſtentat, ac natiuum reparat & contemperat expurgátque ſuum calorem. Neque enim (vt liberè dicam) ſatis placet etymon ab ἀ & ὁράω, quòd inconſpicuus ſit, nec oculis cerni queat: videlicet niſi luce Solis ac ſyderum illuſtretur. aut omninò quòd tenuitate ſui, oculorum aciem ſubterfugiat. Vt enim ratio vera ſit; tamen vocum originatio contumax & coacta repugnat quodammodo, & minùs arridet. Niſi ſi Platonis illud è Cratylo, magis placet. ex quo tamen nondum omnia potui probare: ὁ Ἀὴρ, ὅτι ἀεὶ τὰ κάτω τῆς γῆς, αἴρων. i. quia quæ circa terram ſunt, attollit & eleuat, ideò dictus eſt. Sed de aëris veriloquio iàm anteà dixi quæ ſufficere poterãt: ac liberum cuique facio ſentire quid velit: Rem verò ipſam penitiùs intuendam cenſeo.

Respiratio quibus neceſſaria. *Aër inconſpicuus ex ſe.* *N. non probat omnes Cratyli etymologias.*

Analogia aëris cũ ſpiritu homine. *Spiritus in homine, quid, vis & origo vſuſque.*

Igitur aër ille elementaris, proportionalem ſiue proportionabilem (audendum eſt enim, quoniam hæc nobis fingenda ſunt) aut ſi Græca magis amplexaris, ἀνάλογον in humano corpore ſpiritum; ſubſtantiam nempè calidam, tenuem, leuem, aëriam ſiue ætheriam, penetrabilem, ſeu ſuopte inſito motu corpus facilè pererrantem: In quo caloris & facultatum ſedes, ipſúmque ceu vinculum, primum ac præcipuum, vti patebit, obeundæ functionis inſtrumentum; animæ eiúſque facultatum velut baſis. Cui ex tenuiſſima, puriſſima ac leuiſſima ſubſtantia aëris, ſanguinis & ſeminis, origo eſt, vt ex Eiſagoge Gal. & lib. 3. facult. nat. & 6. de vſu part. & lib. 11. Meth. med. & lib. 5. ſimpl. medicam. & comment. ad Aphor. aliiſq; tum libris, tum locis colligere licet. Ex quibus latè fuſis ac diſperſis hinc inde locis, quandã iſtam (ſi voles) velut ſummariam definitionem, vel potiùs circũſcriptionem contrahes, vt ſit Spiritus, corpus æthereum, caloris facultatúmque ſedes ac vinculum vehiculúmve, primúmque obeundæ functionis inſtrumentum.

Spiritus perpraſis.

Spiritus & reſpirationis neceſſitas.

Huius autem in animante neceſſitas tãta eſt, vt ſine eo, vita nulli conſtet. Vnde iàm receptum eſt communi hominum vſu, reſpirationem à vita dirimi non poſſe. Quamuis de hyſtericis Gal. ambigat; & ſola δυνατῶ contentas viuere ad tẽpus, in tam exiguo calido reliquo exiſtimet. Eſt autem operæpretiũ audire Hippocr. ex lib. quem ſpeciatim περὶ φυσῶν, de Flatibus inſcripſit. Quibus tantam vim tribuit, vt ab his, totius ſalutis; & ab iiſdem, omniũ morborũ cauſſas (vereor ne ὑπερβάλλω magis, quàm vera & certa animi ſcientiâ, ὑπερφυῶς locutus) arceſſat ac reperat: Tamen ille & verè & eleganter ſcripſit: Corpora omnia tum hominum, tum reliquorum quoque animantium, triplici alimento ſuſtentantur ac recreantur. Horum autem nutrimentorũ ſunt hæc nomina; cibus, potus, ſpiritus. Ac ſpiritus quidem, qui corporibus inſunt, flatus vocãtur: qui verò extra corpora exiſtunt, aër. Qui ſanè maximus eſt in omnibus quæ corpori accidunt, & author & dominus. Et paulò pòſt; Mortalibus autem, vitæ; & morborum, ægrotis ſolus is eſt author: tantáque omnibus corporibus, ſpiritũ neceſſitas exſtat, vt ſi quidẽ omnibus alijs abſtineat homo, neque cibũ ſumat neque potum, poſſit tamen dies duos vel tres vel plures ducere. Si cui verò ſpiritus in corpus viæ intercipiantur, in breui parte vnius diei intereat. vt vel hinc quanto vſui ſpiritus corpori ſit, liceat æſtimare. Sed priori ſententiæ ita Cicero diſertè ſubcribit: Nam cùm tribus rebus animantium vita teneatur, cibo, potione, ſpiritu:

Dubium de hyſtericis, an reſpirẽt.

Spiritus regnũ in homine, & vis.

Corporibus triplex alimẽtum eſt, quale.

Spiritus ſeu flatus, & aër vbi.

Neceſſitas aëris quàta.

Tribus rebus animã-

Digitized by Google

ium vita ſuſtinetur.

ad hæc omnia percipienda os eſt aptiſſimum, quod adiunctis naribus, ſpiritu augetur.

Vt autem illud verum ſit, tum hoc veriſſimũ ex Hipp. 6. epidem. ſect. 8. πνεῦμα ἔξωθεν, ἔνδοθεν, ἔνεστιν ἀνθρώπῳ πνεῦμα. quibus ex verbis, ob nimiã ex more vitatem obſcuris & tanquã ænigmaticis, medici prudẽter hoc axioma eliciunt: Tres viui corporis ſunt partes, quas ille naturã vimque potiùs intuitus, vocauit ſolidas quidẽ, continentia: humores verò, contenta: ſpiritus denique, impetum facienda. Nam à tenuitate ſubſtantiæ, ait Fernelius: ſed quòd eius vt vẽti magna vis ſit & incuſſus πνεῦμα cum ſiue ſpiritus, aër, ſeu vẽtus intelligitur: qui cùm præpotens ſit, mirabiláque efficiat, & oculorum obtutum effugiat, affinitate quadam & ſimilitudine factum eſt, vt ſpiritus nomen ad rem omnem quæ ſub aſpectum non cadit, tráſiret, ſiue corporea ea ſit, ſiue incorporea qualis eſt aura illa tenuis & vitium fugiens ſubſtantia, quem ſpiritum recepto nomine dicimus, quémque non modò ſpirãdo ducimus, ſed intus inſitum à natura, & ab humoribus ſolidiſque diuerſum gerimus. Atque ita Galenus 11. meth. med. accipit: Naturam ex iis tribus partibus conſtare profeſſus; ex ſpiritus, & earum quæ vetè dicũtur ſolidæ, ſubſtantia (quas alibi ex ſemine genitali ortum ducere mõſtrauimus) & tertia ab his carnoſa, quæ cuique particulæ quædam eſt ſua. Quanquam idem comment. ad Aph. 15. lib. 1. ſic paulò aliter; Tria autem hæc erant corpora (inquit) quæ primæ noſtræ naturæ ſubſtantiam compleuerunt, ſpiritus, ſanguis & ſeminalis humiditas: ex qua (ſeminali humiditate) in primo quidẽ ortu fiũt animalis partes ſolidiores. Hic autẽ ſanguinis nomine meo, partes carnoſas per metonymiá (vt ille nomine ſeminis, partes ſolidas) intellexit: quas illic nominatim appellauerat, quáſque Hippocrates nomine contẽtorum (quia ſanguine & humoribus cõſtant) videbatur quodammodo ſubaudire. Hermes autem in eo qui inſcribitur κλείς, clauis, ψυχὴ αἰθέρινον ἔχουσα τὸ πρόσωπον. ἐν τῇ κεφαλῇ, ἐν τῷ ἐγκεφάλῳ, ἐν μέσῃ τῇ ψυχῇ, ἐν ψυχῇ ἐν τῇ καρδίᾳ. τὰ πνεύματα δύνασθαι ζωτικὰ, καὶ αἰσθητικὰ, καὶ αἱματικὰ, καὶ πρὸς τὸ ζῆν, ὡς ὅλον ζῶον πρὸς βασάνῳ. Anima hominis vehitur hoc modo: mens in verbo ſeu ratione, verbum & ratio in anima, anima in corpore, ſpiritus per venas & arterias & ſanguinem trajecta mouẽrque animal, & veluti circunfert. hæc ille: namque ad tria illa Hippocratica redeo.

Tres viui corporis partes, quæ & quales.

Spiritus natura, vis & nominis ratio.

Corporis compoſitio vnde ẽ ex quot. Partes ſolidæ vnde.

Verùm duobus reliquis in præſens omiſſis (de quibus poſthàc fuſiſſimè) ad ſpirituum indagationẽ reuertor. quos ita mihi videor poſſe partiri, quomodo & calorem ſuprà diſtribui; vt ſit vnus naturalis, quem ſpiritum natiuum ſiue inſitũ, ne homonymia nominis ſiue epitheti (naturalis) imponat, aut ſimplici appellatione ſpiritum dicam. quanuis Hippocrati etiam pro difficili reſpiratione, ſiue πνεῦμα αὐτὸ ἀφυσσόμενον accipiatur, vt Galenus annotat lib. 3. de difficult. ſpirandi. alter verò eſt præter naturam, quem diſcriminis gratiâ, ſpiritum flatulentum, aut flatum, vel interdum etiam ventum, aut (ſi latina muſa patitur) ventoſitatem potiùs cum vulgo appellabo. Iterúmque ſpiritum illum natiuum ſubdiuidam cũ Gal. lib. 5. ſimpl. medicam. & cum recentioribus, in alterum fluentem & in alterum fixum. quod perinde volo dictum à me accipias, atque mihi iam ſuperiore libro de calore natiuo dictũ eſt: ne idem ſæpius repetendo, prolixior euadam.

Hipp. obſcura breuitas.

Concilietio Gal. locorum.

Anima vehicula, & ſpiritus officina.

Spir tuũ in homine cõtinentium partitio, & nominum varietas.

πνεῦμα ambi.

Spiritus natiuorum ſubdiuiſio.

Quæ mihi partiendi ratio ex eo liberiùs arripitur, quòd ſpiritum natiuum, præcipuéque animalem, eundem & calorem natiuum Gal. tum alibi, tum lib. 5. ſimpl. facult. nuncupat, in eóque ſedem habere dicit. & quæ illius nimia propenſio beneuolentiæ eſt in iſtos ſpiritus & calores, ſiue nudas qualitates (vt de poſteriore monui me accipere) ſiue ſubſtantias ſtupidas & animatas: & quæ mihi iam antea minùs probata eſt, velut abiectior de animæ diuinitate ſententia; ſpiritum hunc animalem, aut ipſam animæ ſubſtantiam eſſe, aut primum vtique ipſius organum, lib. de vtilit. reſpir. itémque 7. plac. Hipp. & Plat. (vt cætera ſileam) non veretur profiteri. quod tamen velut audacter & temerè dictum, hoc poſteriore loco retractat, contentus dicere, primum animæ inſtrumentum ad ſenſus omnes, itémque ad motus quī ex appetitione fiunt. quod idem lib. 5. ſimpl. facult. confirmat. Quanquã Stoïci quidam ſpiritum ipſum, animæ ſubſtantiã eſſe autumant, ait ibidem.

Spiritus animalis pro calore natiuo, quò dicatur.

N. ſic calor natiuus, ſubſtantia erit, nõ modo qualitas.

Spiritus animalis de anima.

Spiritus animalis, quid.

Spiritus pro anima.

De triplici ſpiritu, & eorum ortu atque affinitate tum inter ſe, tum cum calore natiuo.

CAP. II.

IAM verò natiui huius ſpiritus video alias ab alijs fieri differẽtias modò pauciores, modò plures. vt Galeno duas in Iſagoge & 12. meth. med. vbi ſic ad verbum: Græca tamen tum hic, tum deinceps locis ab eo innumeris petendis, omittam, & interpretum fidem ſequar: niſi vbi obſcuritas ingruerit, aut vis in verbo Græco erit poſita: quia plurima à Gal. mutuari fas erit, & res abiret in miram prolixitatem: éſtque Galeni oratio expedita & per ſe clara. quod nunc circa initia operis te monitum volo, ne immemor noſtri conſilij, id à nobis temerè fieri arguas. ait igitur illic, Ergo animalis ſpiritus cerebrum veluti fontem eſſe clarè oſtendimus: qui partim ex inſpirando, partim ex eo quod reticularis plexus ſuppeditat, irrigatur atque alitur. Vitalis ſpiritus non æquè euidens demonſtratio erat: ſed tamen in corde eum & arteriis contineri exiſtimare, alienum à ratione non eſt: eundémque nutritũ maximè quidem ex inſpirando, ſed tamẽ & ex ſanguine. Quòd ſi naturalis quoque aliquis ſpiritus eſt, vtique is quoque in iecore & venis continebitur. Quod dictum addubitanter, deinceps affirmarunt viri graues: quorum authoritati ſola derogat tẽporis antiquitas: non doctrina, non eruditio, non eius quam profitentur, artis eximia cognitio: quæ vel pauci primi ſeculi ſuperioris hominibus

Spiritus animalis fons, & quò fias ac fouentur.

Spiritus vitalis ſedes & alimentum.

Spiritus naturalis an ſit, & vbi ſit.

Laus medicorum recentiorum

præsertim Fernelij & Silvij Picardorum.

cedat. Hoc intelligo, Actuarium primarium authorem atque opinionis huius assertorem ac demóstratorem: cuius opus duobus distinctum libris sub hoc argumento eximium continetur. Deinde nostro tempore clarissimos, nó vt ait pastor ille Virgilianus Ecloga 7.

Actuarius primus Spiritum naturalem asserit.

——Arcadas ambos,
Et cantare pares, & respondere parates:

Sed Ambianos ambos, atq; adeo totius Picardiæ nostræ, vel potiùs Galliæ totius, aut Europæ etiam vniuersæ doctissimos, & artis medicæ grauissimos authores atque interpretes loã. Fernelium (quem priorem non eruditionis nomine, neutrum cùm neutri præferam: sed ὡ τῆ πρακτῆ seu practica parte medicinæ superiorẽ, & regij medici atque consiliarij dignitate authorem) & Iac. Syluiũ ὡ θεωρίᾳ siue theoretica medicinæ parte regium Lutetiæ nostro tempore circa annum Do. 1550. & 1560. professorem clarissimum illius συγχρονον, eodẽ æuo florentem: ambos nunc quidem vita functos & extra inuidiæ aleam positos. Quanquam vt Arist. de suo quondam Theophrasto ænigmaticè successorem designans, ὁ Λέσβιος γλυκύτερος, Lesbium quidem suauius: sic toto habitu cultúque & corporis & animi & bonarum artium Mathematicarum studijs paulò splendidior & vrbanior & grandior Fernelius, candidè iudicãti videri queat. Hi quidem igitur omnes, atq; alij minoris famæ viri docti plerique (quibus & ego vnus è multis homuncio facilè accedo atque adstipulor) constanter affirmant & mordicùs tuentur, spiritum quendam esse naturalem, cuius sedes sit in hepate & venis. quod idem ipsum & Galenus nullius forsan priorũ fultus authoritate asseuerare fuerat subueritus: ac paulatim ipsa quidem rei veritate fidem sibi authoritatémque conciliãte receptum est.

Aristot. de Theophrasto ænigma.

N. Iudicij de Sylvio & Fernel.

N. admittit spiritum naturalem, vbi.

Tres Spiritus insiti differentiæ: & an vlla quæratur.

Sic igitur tres habendæ in humano corpore spiritus insiti & natiui differentiæ, naturalis, vitalis, animalis. quibus & quartam quandam Actuarius ille haud obscurè adiungit, αἰσθητικὸν tamen: cuius prima sit in ventriculo generatio. sed plures tribus modò dictis non admittimus: cùm & illud nouerimus, à ventriculo & eius actione prima χυλοποιῦ ἀχυλοποιίαν (vt ita dicam) omnium deinceps futurorum spirituũ duci primordia. Vt illud nihilominùs profiteamur, Actuarium illum inter Græcos ætate recentiorem, doctrina clarum, nec fama minorem, multiplicis huius differentiæ spirituum, & eorum generationis modi primariũ authorem extitisse: quem neoterici isti demum certatim secuti videntur. vt tum hunc, tum Alex. Trallianum in ratione horroris, rigoris, tremoris, febrium foci, & aliarum quarundam assertionũ, quas ipsi sibi vendicant inglorij: ceu cornicula Æsopica alienis plumis ornati atque conspicui. Sed (quæ inter doctos frequens æmulatio & παροξυσμὸς est) authore ne nominato quidem, aut leuiter appellato, aut etiam tenuissima nominis mentione citato. Cùm tamen sit benignum & plenum ingenui pudoris, fateri per quos profeceris. contrà autem obnoxij animi & infelicis ingenij est, deprehendi in furto malle, quàm mutuum reddere: cùm præsertim fors fiat ex vsura, vt rectè Plinius in præfatione operis, propositis contrarijs Virgilij & Ciceronis exemplis proloquitur. quod vitium à me vt amoliar, passim eos nominare soleo locis etiam indicatis, à quibus aliquid vsurpare soleo: qualia plurima deinceps tibi occurrent hoc opus haud leuidense, si molem spectes, perlecturo. Nunc autem Actuarij illius tibi locupletissimos & planè philosophicos commentarios de actionibus & spiritus animalis affectionibus propono & suadeo legendos, qui cumulatè videntur in hanc sententiam dicenda complecti. è quibus isti studiosè multa in sua volumina transferentes, non exiguam laudem ex alieno labore, & ijs quæ proprio Marte inuentis addiderunt, suo sibi merito reportarunt. Sed ne locum tam insignem præterijsse tacendo, aut pauca dicendo obscurasse, aut minùs illustrando neglexisse videar: de eodem spiritu ista iam dictis subiungam. in quibus siquid è superioribus erit repetitum, id rerum ordo quia postulabat, breuiter percurres, nec vitium τautologiæ acerbiùs impinges, aut acriùs damnabis.

Candor liberalis, & plagij detectus.

N. Candor in nominandis antiquioribus, neque celandis.

Excusatio tautologiæ.

Vis & actio ventriculi, prima Spiritum efficiens.

N. de Actuario.

N. Notæ recentioris plagij.

Inuidia interpretis.

Ergo spiritus ille eam nactus substãtiam atque originem quam dixi, variis primùm nominibus dici apud philosophos cœpit: nam Platoni rarò sub eodem nomine, sæpius autem ob affinitatem naturæ, calor dicitur: quia calori mariuo in qualitatis genere simplici constituto, pro sede ac vehiculo datus est. qua substantia tenuissima, pernicitate velocissima, motu rapidissimo atque ocyssimo raptu, per corpus vniuersum leuissimo momento defertur, rapitur, decurrit, peruolat. eodémque spiritu tanquam familiari materia (vt ignis tepore cinerum) calor natiuus fouetur, & tanquam indissolubili vinculo connexus hæret. Interdum etiam (ob eam credo, quam videor explicasse lib. 1. caussam) ignem vtique denominat. Aristoteles autem lib. 2. de Anima, cùm in semine spumosóque corpore spiritũ, in spiritu naturam contineri censeret, quæ proportione elemento stellarum responderet: hunc modò spiritum, modò calidum, modò calorem innatum seu naturalem, modò denique naturam denominauit: aliàs quidem à tenuitate & velocitate, aliàs à viribus & effectu, aliàs à præstantia & diuinitate, nominis ratione desumpta.

Spiritus natiui synonyma, seu calores.

Spiritus & calores affines.

Spiritus celeritas in corpore.

Calor fouetur à spiritu, quomodo.

Ignis pro spiritu.

Spiritus & natura domicilium.

Spiritus cytherea, & vasis. & vnde sit.

Vt sit iuxta illum, in dẽso hoc & varijs partibus coagmentato corpore, spiritus, in spiritu, calor innatus: in his, natura & facultas. & illi quidem non ab elementis, non ab igne (ignis enim nullum animal gignit, vt nuper lib. 1. diximus) sed ab elemento stellarum, sed à cœlo in nos diuinitùs immissus. neq; in nos tantùm, sed in omne quod viuit, vegetatur, spirat, mouetur, alimentum è rerum & incrementum suscipit. quale est non modò omnem

Spiritus & calor naturalis cælestis qui se habeant inter se, & vnde & quorsum.

Spiritus per omnia diffusus.

nimantum genus, sed & plantarum & stirpium sponte naturæ aut cultu satúque prouenientium. quibus omnibus perfectio summa ab hoc cœlesti caloris & spiritus influxu accedit. Idem verò Atistoteles hunc diuinum spiritum inter corpus & diuinam naturam, tanquam commune quoddam vinculum interponit: proprium ac peculiarem illum quidem omni animantis parti dicatum. cuius sententiam etiam Alex. Aphrodisieus interpres acutissimus, sed in opinione de anima, erroris aut conscius, aut magnæ impietatis author sequitur de Hippocrate ipso & Stoïcis iam antè patuit, quo ille nomine appellet, quantum illi tribuat: hi verò quomodo spiritum cum anima malè confuderint.

Spiritus qualitas, & vinculum quale.

Spiritus, pro anima.

Cæterùm si verum est (quod verum esse patior) problema philosophi θεωρητικὸν illud, Nihil in rerum natura vacuum esse. Sanè quidem quæcumque pars vt in toto, sic in homine vacua sentibus his apparet, ea omnis spiritu isto conferta est existimanda, & maximè quidem viuo animali. namque eodem mortuo, aut spiritus hic natiuus

Natura nõ patitur vacuum.

Spiritus locum, præsertim in vitam

——*tenues vanescat in auras,*

vt ait poëta, totique aëri confunditur, similis applicatus atque adiunctus similis, vt pòst ex Herme & Hippocrate demonstrabo, aut si manet intus, extinctus ille quidem (hæc verò ad animam immortalem & rationalem nihil faciunt, licet nomine spiritus interdum etiam ipsa intelligatur: sed de flabili & animabili hac materia corporeáque substantia agimus) calore ac motu genuino destitutus, sensum fugit & obtutum latet: aut in naturam denique affinem vertitur ac degenerat, ex qua illi principium fuit, humidam. Ex quo fit, vt plerisque omnibus mortuis vitáque functis, cerebri ventriculi tenui liquore innatẽt, qui olim spiritu pleni fuerant: atque vt cordis sinus, ideóque ipsum pericardium, concreto humore madeant ac perfundantur. vnde etiam quidam profusi de latere Christi cõfosso, cùm aqua sanguinis causſam vtcumque probabilem repetunt à naturali effectu, quam potiùs admirari debuerant.

Spiritus fixi vagíque triplex officina, & generationis modus vsúsque: vbi potissimùm spiritus naturalis asseritur.

Spiritus pro anima.

Spiritus naturalis tres officinæ tres demque ductus.

Vndeliquor in cerebro, corde & pericardio, in mortuis

Vnde sanguis cum aqua delatere Christi.

CAP. III.

ET verò cùm omnis pars in corpore ab alijs substantijs & materijs vacua, plena sit (vt dixi) spiritu seu aëre: sunt tamen primæ ac præcipuæ tres triplicis eiusdem velut officinæ: quæ hunc elaboratum à se reliquis vniuersi corporis partibus, tanquam iugi de fonte manantem, per certos velut aquæ ductus, siue venas, arterias, nerui: siue obscuros & sola imaginatione cõtemplabiles (ἀοράτους Græci dicunt) expromptum atque haustum deriuant ac diffundunt. Quæ partes ob quandam istam suam prærogatiuam, solæ ex omnibus similitudine quadam ad res externas, quia principatum obtinent, principes denominantur (quamuis ob vim in propagando genere ac velut sobole perpetuanda, δεύτερα quarto loco his Galenus accensear, vt posthàc demonstrabitur) scilicet hepar, cor & cerebrum. quarum de partium inter se dignitate quia Galenus transegit, nec est huius loci, idcirco plura nunc non dicam, postea quæstionem multiplici problemate ac demonstratione haud inefficaci discussurus. hoc verò modò adijciam, tribus quidem his partibus principalibus & spiritus vniuersos, quos triplices statuimus, & calidum innatum (quibus naturæ substantiam compleri diximus) præcipuè inniti, inhærere & tanquam propris domicilijs, sed loco ac nominibus & muneribus distinctis, inhabitare. atque vt rem aptis nominibus deducam, non alijs aptiùs quàm doctissimi Fernelij, à Galeno & Actuario reperitis, exornem: id quidem quod quærimus, totum & breuiter & luculenter ob oculos sic proponentibus.

Partes in homine principes quot & quæ. an tertes, quarto loco?

Substantia naturæ quibus contineatur.

Spiritus & calor innatus sedes.

His quicumque partibus singulis ingeniti sunt spiritus, aluntur. his in vires functionésque suas conciliati, constantem & perpetuam operum functionem edunt. Vnde intelligitur, præter innatos spiritus, qui stabiles & vna parte fixi sunt, tres insuper errantes, & vagos influentésque existere. Vnum naturalem è iecore per venas in corporis extrema diffusum. Alterum vitalem, quem cor assiduò per arterias emittit. Tertium animalem, qui in cerebri vẽtriculis genitus, hincque per neruos profectus, partes irrigat sensus motúsque compotes. Hunc quidem in cerebri ventriculis viisque sensuum contineri: quemadmodum & in arterijs vitalem, inter omnes medicos iam planè constat. At naturalem ex iocinere proferri, non vsque adeo est sensu compertum. ita ille.

Spiritum fluentium vis & vsus.

Spiritus fixi, vagíque quot & vbi & ad quid, earúmque ductus.

Dubium de spiritu naturali.

Ianus Damascenus, non ille Theologus, quem de resurrectione piè & doctè philosophantem suo loco libro de immortalitate animæ produxi: sed medicus haud ignobilis, in quem ego notas correctionum exaraui, lib. de feb. capite quinto, ita velut breuiter assumit pro confesso, quod alij controuersum ducunt: spiritus naturalis domicilium, est hepar inquiens.

N. De Iano Damasc.

Spiritus naturalis domicilium.

AEqualis illi fortè & contemporaneus, sanè verò eiusdem disciplinæ Arabicæ sectator Constantius Aphricanus (in quem patiter notas correctionis multiplicis adscripsi lib. quarto capite decimonono locorũ commun. sic apertè profitetur: Omnis spiritus est tripartitus: est enim naturalis, est spiritualis, est & animalis. Naturalis in hepate nascitur: vnde per venas ad totius corporis vadit membra: virtutem naturalem regit & augmentat, actio-

N. de Constantino medico.

Spirituum diuisio, & locus, vis atque ductus & generatio.

1. Naturalis.

2. Vitalis.

3. Animalis.

nes eius custodiens. Hic igitur ex perfecti sanguinis fumo nascitur, qui in hepate mundificatus & digestus, ex omnibus humoribus clarè depuratus. Spiritualis spiritus in corde nascitur, vadens per arterias ad totius corporis membra, spiritualem virtutem augmentans atque regens, actionésque eius custodiens. Spiritus animalis in cerebri nascitur ventriculis, per neruos tendens ad totius corporis membra. vnde animalis virtus regatur & augmentetur, eiúsque actiones custodiantur. hic ex spirituali spiritu procreatur, qui in corde generatur. Hic enim spiritus à corde ad cerebrum per arterias ascendit, quæ iuueniles dicuntur. hæ arteriæ cùm ad cerebrum veniant, cranium vsque ad cerebri sedem penetrant: vbi multipliciter diuisæ, telantur sicut rete subcranium dilatatæ. deinde rete duæ principales egrediuntur, quæ retortæ super idem rete protenduntur. Spiritualis verò spiritus cùm à corde progreditur, in telæ multiplicitatem diffusus, & ibi immorans implicitur, tamdiu ibi digeritur, quoad depuratus clarificetur: sicque animalis spiritus ab eo generatur, &c.

Spiritus animalis qui elaboretur, vnde & vbi.

N. Probatio spiritus naturalis.

Ac mihi quidem mãcum naturæ opus videretur, si triplex cùm sit partium nobilium principatus, triplicis (vt ex Platone diximus) inhabitantis animæ domicilium atque dominium, ἐγκεφαλικὸς, φρενικὸς, ἧπατικὸς. ex ijs duæ certos haberent ductus atque meatus, quorum beneficio corpori ad suas functiones edendas, spiritus congeneres & connatos à se diffunderent, insitæ facultatis instrumenta, & tanquam summi cuiusdam principis legatos: tertia autem aut parem, aut paulò sanè inferiorem vim sortita, idem non posset efficere: suámque sibi soli facultatem haberet, quam alijs volens breuissimo temporis momento impartiri (quod nonnisi agili internuntio queat, nempe spiritu, ac non sanguine, qui naturâ tardior) dominæque suæ & iusta & vires procul discitis à principatu partibus perferre, longiore temporis interuallo vix tandem queat: sed impedita graui densáque rerum obiectarum mole, turpiter cessando interpelletur. ita ego quidem sentio.

Triplicis animæ triplex domicilium.

Spirituum ductus & officium.

Spiritum velocitas & vsus. A simili.

N. Ad Manardũ pro spiritu naturali.

Ex his responsio ad ea quidem patere potest, quæ Manardus obijcit libro decimoquinto epistol. Naturalem spiritum nullum esse, quia nec finis adest, ob quem eum gigni oporteat: nec materia, ex qua generari vel conseruari possit: nec locus idoneus, in quo gignatur: nec via per quam ad membra mittatur. quibus ex aduerso repono, Cùm triplex sit in corpore actio à triplici orta parte principe, tertiam hanc iniuria naturæ, frustratam suo fine minimè fore docere, cui hic spiritus naturalis præsit. trahenti ad se alimentum, retinenti, coquenti, secernenti, distribuenti, apponenti, agglutinanti, assimilanti, excernenti: & quæ vis illi mirifica inest, animal siue embryonem in vtero generanti. cùm ex Aristotele secundo libro de generatione, animal. in semine patuerit inesse spiritum, cuius natura proportione respondeat elemento stellarum: à quo vitæ, tanquam à benigno solis calore, sit principium. Cui & Auicennas adstipulatur prima primi, Vim generandi atque formandi ad facultatem naturalem deferens. qua de re posthàc fusissimè. Nam de reliquis quid attinet plura repetere? cùm materia, sanguis ductus sit sua natura vaporosus, & locus generationis in hepate atque venis, omnique illa capacitate interna. viæ denique per quas in totum corpus deferatur, sanguini fouenti in venis permixtus. quomodo vitalis in arterijs contineri ac permisceri traditur & creditur, & pro confesso habetur. sic patet finis, materia, locus & via; addo etiam, causa efficiens & forma vsúsque spiritus naturalis, ex ijs quæ probauimus.

Spiritum in semine quales, & ad quid.

Vis genitalis a naturali facultate pendet.

Solutio. Spiritus naturalis, materia, locus, ductus, finis, causa, forma & vsus.

Verùm si cui minùs hæc probantur quæ dico, eos consulat suadeo, qui id pluribus sibi rationibus sumpserunt probandum: vt post Actuarium illum primum ac præcipuum huius authorem ac demonstratorem, Antonium ab alto mari, libello id peculiariter addicto. neque enim institui hæc ex professo tractare, sed obiter attingere: & quidem passim ea quæ in confesso sunt, αὐτοσχεδιάτως assumendo, vt hoc quod sequitur, de modo generationis spirituum ex sententia Erasistrati, apud Galenum libro, An sanguis in arterijs naturâ contineatur (quanquam Galen. idem lib. de vtilit. respirationis ex Hippocrate paulò aliter interpretatur.) Procreatur enim spiritus, sicut Erasistratus putat, ex ambiente nos aëre intra corpus absumpto, primò in pulmonem, deinde in cor, ortásque ab eo arterias. Quò plus igitur humidis corporibus aër obuiat, eò crassior corpulentiórque reddatur, par est. ac licet inde calidior etiam euadat: tamen vt vapor sursum tendens, neque tenuitate, neque celeritate intuentem latebit. Ideóque Praxagoras & crassum, & vaporibus similem ipsum asserit. Sed vt magis verisimilia, sic etiam veriora Galenus sic enũtiat septimo de placitis Hippocratis & Platonis, & quidem illis simillima, quæ paulò antè ex duodecimo methodi Therapeu. proferebam. Spiritus (ait) qui in arterijs continetur, vitalis & est, & dicitur. qui in cerebro, animalis: non quòd substantia animæ sit, sed primum eius ibi habitãtis instrumẽtum, qualiscumque substantia postea fuerit. Sicut verò vitalis spiritus & in arterijs, & in corde gignitur, materia generationis ex inspiratione, & humorum exhalatione sumpta. Ita animalis ex vitali perfectiùs concocto oritur: quippe cùm oporteat ipsum exquisitissimum omnium immurationem adipisci. qui, quomodo in plexu retiformi, seu mirabili (quod à similitudine, πλέγμα δικτυοειδὲς siue χιτωνοειδὲς dicitur) fiat & elaboretur, postea dicam: aut lege tum ibidem, tum pluribus adeo verbis librũ nonũ de vsu partium, & duodecimũ Therapeu. method. ne longior

N. Modo in hoc scribendo.

Modus generãdorum spirituum, ex Erasistrato.

Spiritus in humidis crassescit, incalescit, & visibilis, velut vapor.

Spiritus triplicis efficiens, & mota generatio qui fiat, & vnde.

Anima substantia, qua.

Plexus retiformis & mirabilis, ad quid.

videar in percenſendo, & in eorum fortè reprehenſionem incurram, quibus Galenus ipſe nō omnino falſa loqui, ſed naturæ limites, & veri terminos vbertate orationis videtur & arguitur excedere ac prætergredi.

Galeni Aſiatica oratio.

Actuarij ſumma tractatio de ſpiritibus natura.

Lubet verò magis ex ipſo Actuario colligere, quæ multa paſſim ille præclara hic de ſpiritibus pertractat: non ſeruata quidem verborum ſerie fortaſſe prolixiore (quæ tamen ab interprete qualiacūque mutuabor) ſed ipſa rerum dicendarum expenſa ſententia, hinc inde velut in modum ſpicilegij aut florilegij (*συλλογίας* & *ἀνθολογίας* Græci dicunt aptiùs) decerptarum.

A ſimili.

De generatione ſpirituum, & mutua ſucceſſione, ipſorúmque inter ſe comparatione. vbi N. de Fernelio indoctum.

CAP. IIII.

Spiritus intellectualis: functio, & dignitas.

Spiritus animalis præſtantia, & vſus.

Spiritus animalis, ſitus, medicinæ & œconomiæ naturalis.

ERGO ſpiritum ille ineſſe nobis diuinum profitetur, eúmque intellectualem ſiue intelligibilem (ſi fas eſt Latinè loqui) qui in animali hoc ſpiritu elucens, functiones noſtras perficiat. cuius quidem ſpiritus animalis contemplatio, medicorum ſit theorematum finis. quo vtique ſpiritu, rationalis animæ facultates illuſtrentur: quo etiam velut inſtrumento ac vehiculo, facultates animæ actionéſque vtantur: quo denique ceu principio ac velut fundamento homines nitantur, qui in mundo hoc intelligibili verſantur. idémque ſit quodammodo finis œconomiæ naturalis: cuius nunquam afflatus ac diſflatus interquieſcit.

Spirituum generationis ratio Hordo. Locus. Materia. Cauſſa.

Spirituum autem omnium generandorum ratio, & mutua commutatio, natura, ſubſtantia, atque vis, eodem authore, ſic habet. Præmanſo cibo, inque ventriculum ad concoquendum delato, ſiquidem is ſucci boni, faciliſque concoctu, miniméque flatuoſus ſit, ac bene ſe ventriculus habeat, nulliſque humoribus infarctus ſit, tempeſtiua ſanè ita cōcoctio redditur: nihilque prorſus, aut paxillulum certè quid ſpiritus ſuprà infráve erumpit. exhalatio autem inde vaporoſa quædam in caput reſiliens, huius ſqualorem madefactu temperat, ac meatus deobſtruit, appulſu quodam leni, ſenſuúmque contentionem relaxat, & vigilijs ſoporoſam quietem conciliat. atque ita demum ceſſat, diſpenſato, vnde emittebatur, alimento per ventrem, ac remiſſo.

Vapor à cibo recreat cerebrum, & ſenſus reficit, ſómnumque inducit.

Chylus, ſpirituum materia, quomodo ſanguis fiat.

Nam ſi ventriculi contingat intemperies, aut in cibis vitium ſit, res aliter habet. Verùm optima quæque perſequor, de vitijs tum his, tum alijs, alibi dicturus. Hinc ergo optimus omnium ſuccus, qui ipſe ſpirituū noſtrorum principium eſt, ac materia, in iecur rendens, viſcerique aſſimilatus, primum ſpiritum hunc naturalem (quo de egimus) progenerat. quo pars animæ noſtræ concupiſcibilis declaratur. Hoc enim quaſi inſtrumento quodam, animalis eius facultas vtitur ad concupiſcendum, citraque rationem appetendum. Hoc voluptatem ſentimus, naturaléſque nobis appetitus perſequimur: quippe qui inſtrumentum ſit naturalis animæ noſtræ facultatis. Hoc nutrimur, ſimiliaque nobis procreamus primò: tametſi reliqui quoque ſpiritus, opus ſuum communicent. ſic naturales quoque facultates fiunt. Breuiter quæcumque inueniuntur ſecundùm ſtirpium *ὁμοιότητας* perfectè conſummata, eadem videre eſt in iecinoris quoque facultate, numeris abſoluta.

Spiritualis procreatio, & vis concupiſcibilis, vnde, & quid faciat.

Spiritus naturalis materia.

Hepatis facultas ſimilis plantarū naturæ.

Hæc autem ita ſe habere, argumento id fuerit, quòd affecto hoc viſcere, humoréque eius in corruptelam abeunte: & cibos auerſari, & cuncta faſtidire videmur: à Veneriſque vſu alieni, proniqúe in iram & amarulentiam ſumus, affectúſque id genus, prout ſpiritus qualitas aliqua exuperauerit, qui vitiatus in ea fuerit.

Malè affecti hepatis ſymptoma.

Spiritus ventriculo proprius, qualis, & vſus, ac munia.

Porrò quòd videatur in ventriculo progigni ſpiritus quidam diuerſus ab alijs, quò particulatim etiam in ijs, quæ appetimus, ſenſus varios concipimus, quoties nunc huius, nunc illius, interdum etiam praui, ſicut & boni interdum cibi appetentiam retinemus, manifeſtum ſanè fuerit, cùm quotidie ita affici videamur: ac nunc quidem ſimilia appetere, pro humorum exuberantia, interdum autem exuberantibus contraria, corrigendæ nimirum nimietati.

Appetitus varietas, vnde.

Spiritus ventriculi frigidus humidusque.

Atque hic quidem ſpiritus frigidus humidusque, ſi cum ijs conferatur, qui deinceps habentur, cenſeri debet: cibariaque particulatim appetendi, facultatis vehiculum quoddam. Quanquam omnis ſpiritus natiuus, ex quo animantia fouentur, calidus humiduſque naturâ æſtimatur. atque ille, quem in ventriculo gigni diximus, aliorum comparatione, humidior frigidiórque reputatur. quî quò ſeipſo purior euaſerit: ſimile veri ſit, vt ſenſus quoque de ſuo exhibeat puriores & ſynceriores: ſicuti quò magis à mediocritate receſſerit, eò infirmiores quoque & impuriores vires ſuas præſtet, neceſſe eſt. quod idem etiam de reliquis dictum intelligi velim.

Omnis ſpiritus naturalis calidus, humidus, plus minùs.

Senſus ſequitur ſpirituum naturam, quomodo.

Iam verò facultatem illam ciborum *ἐφεκτικὴν* ſeu appetitricem, ijs potiſſimmùm exercitam & excitatam neruulis, quos à ſexto pari demitti iampridem diximus, excipit mox iocineris facultas, generalior quæ ſit, magiſque capax, ac principium maioris appetitus, maioriſque concupiſcentiæ. Nec ſanè mirum, ſiquidem vna numero cùm ſit anima noſtra, varias interim actiones edat: cùm, pro apta inſtrumentorum natura, multarum hæc eſſe vitium cenſeatur, corporique vniuerſo proprietatibus quibuſdam accommoda. Verum ſpiritus naturalis, ſicuti tenuior multò ac purior calidiorque reperitur eo, qui in ventricu-

Appetitio vbi & vnde.

Hepatis facultas appetens & concupiſcens.

Anima vna multas & diuerſas in corpore actiones edit, quâ.

Spiritus naturalis

qualitas, per comparationem, & quòd cal. humidus.

lo inter alimenti concoctionem generatur: sic eo sanè, qui deinceps est, longè humectior deprehenditur: & tamen suapte naturâ calidus & humidus: videturque multùm infra sequentis tenuitatem atque calorem subsistere.

Spiritus vitalis omnia natura cal. sicca, generatióque.

Etenim spiritus vitalis, vitæ & irascibilis facultatis aptum instrumentũ, naturâ nactus est suæ actioni conformé, calidam valdè, & modicè siccam. Etenim cùm post distributionem in gibbas iecoris partes, sanguis secundùm venam diducatur, κατάδεσιν appellant: huius planè ipsius pars inferiora petere videtur: pars rectà ad cor tendere: quæ per dextrum eius ventriculum, in sinistrum permeet. exactiúsque inibi confecta, per arterias superiùs inferiúsque tendat: spiritúmque ita progignat, quem inde vitalem appellant. Quiquidem in corpus vniuersum à corde, non secùs atque à fonte quodam, procedit & sese diffundit: quod fabricatum à natura vitæ & irascibilis facultatis instrumentum fuit.

Sanguinis distributio ab hepate.

Sanguis vbi in spiritum vitalem cõuertatur, & quomodo, eiúsque receptacula, ac distributio.

Cordis vsus Ordo spirituum in vsu, & procreatione.

Quòd siquis materialem causſam consideret, inueniet ille profectò, vitali spiritui longè facilius esse, quàm naturali, vt in animalis principalisque spiritus ideam transeat. sic, vt vsus ipsius, ita cogente necessitate, post naturalem vitalis existat: postremò autem sic animalis quoque gignatur. Cæterùm quemadmodum sumpto à ventriculo, initio, spiritus in processu tenuior efficitur: non ita calidior quoque semper euadit. sed ad cor quidem vsque ipsum, sicuti tenuitas, ita & calor procedendo promouet. multum tamen humidi interim demitur semper, deinceps autẽ ab hoc, caloris quidem multum remittit spiritus: tenuitate verò proficit, humiditate quoque iam defectus. Arterijs enim veníque sursum elatis, & in minima vasa diductis, hinc demum πάγυια δικτυοειδὴς siue χοροειδὲς, plexus retiformis, seu secundarum similis, & ob rei præstantiam, mirabilis cognominatus efficitur: inferiùs per tenuem meningem, cerebri corpus ipsum intercipiens, Hinc demum enutrito cerebro, animalis denique spiritus generatur in ipsius sinibus. cui iam animæ nostræ actiones commissæ sunt: cùm instrumentum factum sit dignitate primum, ac tenuitate affine. de quo si absolutè enuntiare voles, modicè calidum, minúsque humentem rectè dixeris. sin comparatè, frigidior, siccior, tenuior omnibus natiuis spiritibus is meritò iudicabitur. Quos omnes si voles in statu naturali cõseruare, similibus & idoneis alimentis foue bis: si vitium fecerunt, modico cõtrariorum vsu, intra naturæ limites & cancellos reuocabis. Sed hoc quia maiorẽ requirit tractationẽ, ad fontem ipsum te remittã. hæc delibasse modò contentus. Et quidem, nisi fallor, quãtum ad naturam, sedem, ordinem, temperamentũ, modum generationis omnium natiuorũ spirituum, siue duorum cum Galeno, siue trium cum recentioribus, siue quatuor cum Actuario, mutuámque illorum ex alijs aliorum successionem & generationem attinet, summam quandam ex ipso Actuario potissimùm (quem vnum cæteris velut antiquiorem, rémque apertiùs & cum demonstratione edocentem, in hoc quidem argumento, suo iure antepono: reliquos tamẽ debita laude minimè fraudatos aut spoliatos esse passus) hactenus videor subduxisse: quæ rem omnem apertè ob oculos ponat. & historiam rei multis quidem nouæ, & veri tantum similis, mihi autem & veræ, & probabilis, diligenter ac fideliter exponat.

Spiritus animalis frig. ficcus, tenuis per comparationem.

Spiritus naturales quo modo cõseruandi aut corrigendi.

Conclusio sermonis de spiritibus natura.

Actuarij laus.

N admittit triplicẽ spiritũ in homine, præter rationalem.

Nisi si quem Fernelij labor eadem in re, atque solertia, depromptam indidem summam spirituum naturam, & in pauca verba contractam presso stylo exponens, magis fortè delectabit. qui si tantum Actuario detulisset, quantum illi defero: illum suppresso nomine, merita gloria nunquam ambitiosè fraudasset. verum, quantum assequor, summa voti Fernelio fuit, medico & docto, & graui (& quem suo merito colo ac veneror, atque adeo admiror: & quia ἐμπαθῶς, vel, si Lucianus dicere permittat, σφόδρα ἐρῶ exiſit, equidem amo & amplector) Medicinam totam, velut in integrum corpus consummatam redigere, cuius, velut Absyrti variæ partes, in multis ex veteribus, primísque Hippocratis & Galeni libris dispersæ & confusæ videbantur: eo tamen consilio, vt nequem vsquam propè nominaret: & siquid vsus, aut longa multis quæsita annis, & labore multo parta experientia, multis licet alijs futurum illud ἀφορμὴν, edocuisset, id verò suo vnumquodque loco, summa sanè methodo, verbis delectis, & citra multam ambagem, rem propriè, purè ac nudè explicantibus, cum quadam antiqua grauitate, ac velut maiestate orationis expressum atque enuntiatum insereret. Quod insigne eius facinus etsi laudo & approbo, & tanquam perfectius multis multorum aliorum scriptis, quos non modò nostra, sed maiorum ætas tulit, præfero: quia paucis voluminibus artem fusissimam sit toram quodammodo complexus (quid alij iudicent, ipsi viderint.) Tamen minùs in eo mihi satisfacit, quòd authorem certum dictis suis non ascisit: quòd alienos labores, sane immensos atque inexhaustos, velut vni sibi addicit: quòd propria quemque laude pro re bene inuenta aut dijudicata, suppressis omnium propè dixerim, nominibus, priuauit: & quod omnium mihi maxime improbatur, quia suas quasdam velut ἰδίας ἰδέας, & proprio Marte excogitatas opiniones, à veterum sæpe decretis abhorrentes, non satis ab aliis & receptis priscorum dogmatis secernit ac distinguit: vt cuius vnaquæque sit sententia, perspici queat. cum, meo quidem iudicio, non satis sit, quid dicatur: sed etiam quid à quoquam dicatur, pernosse ac peruidere. atque adeo, quod lex edicit, cui honorem, honorem: cui tributum, tributum: cui vectigal, vectigal. Scito me (ait Plinius) conferentem authores; deprehendisse iuratissimis & proximis veteres trãscriptos ad ver-

Fernelij accurata breuitas. Digressio.

Fernelius notatur, ob præfationis honorem.

Fernelij scopus, ex N. iudicio.

Medicina olim sparsa, A simile.

Fernelij laus in medicina describenda.

N. quid in Fernelio desideret aut approbet.

Suum cuique authori debetur honos

Sic veteres ad verbum transcribebant alioru commentarios.
Virg. virtus, & Cic. simplicitas.
Plagiariorū factum.
Sors ex vsura.
Commune vitium κακοζηλίας inter doctos.

bum, neque nominatos: non Virgiliana virtute vt certarent: non Ciceroniana ſimplicitate, qui in libris de Republica Platonis ſe comitem profitetur: in conſolatione filiæ, Crantorem (inquit) ſequor: item Panætium, de officijs. Obnoxij verò animi (vt iam antè queſtus ſum) & infelicis ingenij eſt, deprehendi in furto malle, quàm mutuum reddere: cùm præſertim ſors fiat ex vſura. Sed commune inter doctos vitium hoc κακοζηλίας, in vno iſto non perſequar acerbiùs, & hoc potiùs in communem dictum accipi volo: atque ad rem redeo. Sic igitur ille:

Spiritum naturalis fit alioru deinceps materia ſpiritui, qualiter.
Comparatio ſpirituū inter ſe.

Hac autem ratione, inſiti ſpiritus, & aliæ ſolidarum partium ſubſtantiæ ſeruari nutririque ſolent. Alimenti purior, magiſque aërea portio, concoctione in eam tranſit ſanguinis tenuiorem ſubſtãtiam, quæ vaporis ſpeciem quandam exhibet. Ea tum à ſpiritu iecori ingenito vim accipiens, eiúſque vbertate penitus perfuſa, ſpiritus fit naturalis: reliquo ſanguine tantò præſtantior, quantò iecoris molem vis ei naturaliter inſita præcellit. Huius ſpiritus quantum per venam cauam vnà cum ſanguine effertur, & in cor inuehitur, illic denuò caloris vi accuratiùs elaboratum attenuatúmque, in aëris propè ſpeciem mutatus: atque ex dextro cordis ſinu, per communes, eóſque arctiſſimos aditus, in ſiniſtrum ſinum, viam capeſſit, & permeat. vbi, hauſto per pulmones aëre temperatum, materia quædam fit, cui calor & vis conceſſa vitalis, ſpiritum profert vitalem, per arterias toto corpore diffuſum atque conſertum. Quæ portio iſtius per ceruicis arterias in cerebri baſim rapitur, tertio contextus illius admirabilis anfractu mitigata: mox in cerebri ventriculos per contextum alio choro eidem appellatum confertur.

3. Animalis.
Spiritus animalis qui elaboretur.

Illic exhauſto per nares elaboratóque aëre, fomentum incrementúmque recipit, & vi proprietatéque ſpiritus, qui cerebro eſt ingenitus, conuerſione quadam, ſpiritus fit animalis, æthera planè imitatus: ad motum, ad ſenſum, ad omnes denique animales functiones aptè cõparatus. Itaque vapor ille ſanguinis in iocinere natus, ſi vitali ſpiritui, deinde & animali ſeſe materiam, & quaſi alimentum exhibet: debet primò ſtatim ſpirituum ordine collocari. Quantum hic à vitali, tantundem profectò & vitalis ab animali, tenuitate differt. etenim naturalis, vaporem æmulatur: vitalis, aëreus eſt: animalis autem, æthereus. Vitalem peræquè ac animalẽ ſi ſpiritum dicimus: quid non pariter naturalem eadem appellatione notemus? Quæ in ſubſtantia ſpirituum varietas ineſt, efficit quidem, vt non vnius eiuſdémque ij ſint naturæ. at genus vnum communémque appellationem eos participare, quid (quæſo) obſtabit? ac de his quidem ita ſit ſtatutum.

Spirituum differẽtia à ſubſtantia: & quòd ſit aliqua naturalis.

De ſpiritibus præter naturam.

CAP. V.

Spiritus cur præter naturam, & qui.

SEd quoniam non naturales quoſdam eſſe dixi ſpiritus, qui ideo præter naturam dici quodammodo poſſint, tum quia eidem multas & graues creant moleſtias, tum quia velut cauſſa, multos & graues cient in corpore motus ac tumultus, vel ſymptomata, vel morbos denique: de his ideo poſteriore loco velut ignobilioribus & ignauioribus dicendum ſed paucis videtur.

Spirituũ nõ naturalium generatio, cauſa, materia ſubiectum.
Pituita, mater flatuum.
Decoctionis vitium vnde, & quid gignat, tum ratione vẽtriculi, tum ratione ciborum.
Vapores, quales & vnde & quid creent
Ciborũ vitium in quali & quanto.

Horum igitur generatio ex debili calore ventriculi potiſſimùm oritur, atque adeo cibis humidis, vliginoſis, aquoſis, flatulentis, multáque pituitæ copia velut ſtagnante. quæquidem ideo Arabibus flatuum mater nõ ineptè dicitur. Nam ſiquidem boni & laudabiles fuerint cibi; contingat autem ventriculum vel intemperie aliqua laborare, vel prauorum quorundam infractu humorum detineri, imperfecta tunc euadet concoctio: vaporéſque inde reſultantes, aut craſſi caliginoſique erũt, aut fumidi ac fuliginoſi. qui tamen omnes facilè poſſint temporis mora craſſum turbidúmque reddere ſpiritum eum qui nobis ineſt. Vt contrà, ſi cibi praui ſint ſucci, qualitatéſque referant alienas, concoctu præterea difficiles extiterint: ſic quoque non diſſimilia ijs accident. quæ iam memorauimus. Atque iſta ſiue qualitate, ſiue quantitate nocumentum inferant alimenta: ſiue ipſa inſtrumenta intemperie laborent, aut tenaci humorum obſtructione infeſtentur: ex vaporibus inde reſultantibus, quomodo è Riphæis niuibus venti gelidi conſurgunt: ſic alterationes gignuntur in ſpiritu eiuſmodi: ac mediocres quidem, cùm aberratum fuerit mediocriter: inſignes autem, cùm inſigniter.

Spirituum vitium vnde, & flatuum.
A ſimili.
Flatuũ genera quæ in homine.
Signa ex flatu.

Flatuum autẽ eiuſmodi videtur Hippocrates libro pri. epidem. triplex genus agnouiſſe, ſilens, ſonorum, ac ſtridulum: quorum omnium ex ſolo nomine nota eſt cuilibet ſagaci nari & auri ipſa ſignificatio. cuius tamen velut ſigni cuiuſdam indicantis quid intus geratur, idem Hippocrates in prognoſt. meminit: & Ariſtoteles ipſe de eodem problema inſtituit. Huic autem affine eſt, proximum ſymptoma, ructus, nomine quidem ac loco diſcrepans; in reliquis planè conueniens, vt alibi admonui. Sed iuuat audire Galen. eadem de re ſic libro tertio de ſymptoma. cauſſ. pulchrè philoſophantem. Halituoſorum ſpirituum, quos etiam flatus vocant, generatio fit in ipſis quæ in ventre ſunt, locis; ſuccis quibuſdam pituitoſis vel cibis inibi à deficiente calore in halitum ſolutis. Quippe ſyncera frigiditas prorſus halitum non facit: quòd ſcilicet ea omninò nec attenuat, nec conficit, nec alimentum diſſoluit. Fortis autem calor in longo interuallo nutrimentum ſuperet ampliùs, quàm pro halitu ſui flatu generan-

Ructus quid & vnde.
Flatuum generatio, locus, materia, cauſa.

Flatus nec à frigore, nec à calore intenſo quadare.

do id attenuat. niſi tamen flatuoſum ſit naturâ: tum enim gignitur quidem ſpiritus quippiam turbidum, ac (vt ſic dicam) nebuloſum: cæterùm exiguum & breuis temporis: ita vt vno vel altero ructu vacuetur. At calor qui in cibos agit quidem, cæterùm diminutè, is eos quodammodo diſſoluit, non tamen prorſus conficit. atque hinc oritur flatuoſus ſpiritus. Vnóq; verbo vt Ariſtoteles in problematis docuit) tanquam extrinſecùs tum frigidiſſimi flatus ſunt ſereni, ſoléntque maximè flante Borea fieri: tum calidiſſimi, qui æſtatis tempore incidunt, ambientem aëra purum reddunt. qui verò inter hos ſunt, nebulam gignunt. Itidem in animalibus neque in calo- B ris ſumma imbecillitate, nec cùm idé nimiùm eſt vehemens: ſed in ijs qui inter hoc ſunt, flatibus flatuoſum excrementum gignitur. Atque id cùm per os excernitur, ructum creat: cùm per ſedem, ſonorum ſilentémve flatum: cùm verò neutra parte emittitur, ſymptoma creat quod inflatio vocatur: ventre ſcilicet impotente ad excremẽtoſum nebuloſúmque excernendum ſpiritum. & quæ ſequuntur indicantia & locum & nomen quo vnuſquiſque eiuſmodi flatus in corpore mugiens, aut tenuiter reſonans, & contineatur & ſit denominandus. vbi & quid φυσμὸς, quid βορβορυγμὸς, diſces cum otio. Neque enim placet hùc qualemcũque tractatum iſtis putidulis vocabulis, ἢ φῦσαν καὶ πνεύμονας defædare, cõſpurcare & inquinare. ſicuti neque illud ſubtiliùs indagare. cur iumenta cornigera, & omne volucrum genus, ructum crepitúmque nullum edant? quod problema acutè, vt ſolet, ſoluit Ariſtot. problemate quadrageſimoquarto, ſectione decima, hoc tantùm addam à Galeno dictis, ſed ex eodem depromptum aliunde: Flatus iſtos intus cohibitos, motu vago, errabundo & incerto, non citra moleſtiam huc D illuc ferri, nunc in ventriculum & inteſtina, vbi cœliaci dolores & colici cruciatus vrgent: aut ingens tumor ventre vehementer intento, crebros intus ex motu ſpiritus, excitat ſonos, raucos tympani bombos imitandõ. nunc in veſicam & vterum, vnde magna partium illarum extenſione, ingentia tormina. nunc in ſpatia muſculis interiacentia, vnde oſcitationes crebræ atque pandiculationes. nũc in venas & arterias, vnde obſtructiones hepatis, lienis, renum. nunc etiã in os, vnde ſyncope & cordis palpitatio ſæpe funeſta. nunc in cerebrũ, vnde ſcotomata, vertigines. tinitus nũc denique in alias atque alias corporis cauitates E velut orgaſmo feruntur: & modò aucti, modò diminuti, modò humentes, modò reſiccati, modò vagi, modò fixi & coacti, eos quidem pariunt affectus, quos longa orationis ſerie, magis (vt propoſui) hyperbolica, quàm hiſtorica fide diuinus Hippocrate cõmemorat citato de flatibus libello.

Vt nõ immeritò quis haud infacetus (quod libro primo attigi) natiuos illos ſpiritus, bonos quoſdam & familiares naturæque propitios ſpiritus, ac veluti dicas, bonos genios, ſeu dæmonas (quod in bonam tamen partem, vi verbi Græci dictum accipi velim) vocare poſſit: hos autem & prauos & malignos & naturæ infeſtos, ceu cacodæmonas, vel potiùs (vt remiſſiùs agam) φιλοπονήμους quædam hominum generi infeſta, & torquere & angere & tantùm non excarnificare miſeros adnitentia.

Vt non alio modo, quàm diris iſtorum malignorum ſpirituum cruciatibus, diuina vltione pœnas ſceleris & blaſphemiæ repoſcente, ἐμπύους ipſe hæreſiarcha Aerius Alexandrinus (qui Arrius vulgo dicitur) cum vita ſpiras atque volumina inteſtinorum (ſic Euſebius & Nicephorus & eccleſiaſtica narrat hiſtoria) per eam partem, qua alui excrementa prolui atque deijci ſolent, profuderit ac deturbarit. Non alio denique modo perfidus ille Iſcariotes, primus Chriſtiani nominis ac numinis hoſtis, Domini & ſui & noſtri proditor mercede corruptus, diuturnioris vitæ impatiens, ſynteréſi compunctus, & patrati pertæſus facinoris, peruicax tamen ac perditus & deploratus, diuinæ impius miſericordiæ diffiſus, animæ verò ſuæ nimiùm prodigus, adactus ad reſtim, manúque propria iniecto in C collum laqueo pendulus, vt verbis diui Petri vtar, rem & breuiter & horrendum in modùm recitantis Actuum Apoſtolorum capite primo. πρηνὴς γενόμενος ἐλάκησε μέσος καὶ ἐξεχύθη πάντα τὰ σπλάγχνα αὐτοῦ ſuſpenſus crepuit medius, & diffuſa ſunt omnia viſcera eius.

Flatus omnis à calore ſit debilis: obidem in aëre. Ad ſimili.

Flatus frigidiſſimi & calidiſſimi ſerenant: alij nebuloſi.

Flatũ ab homine tria genera, & qui generẽtur, & vbi.

Ructus.

Iumẽta cornigera & volucres neque ructũ, neque crepitum edunt.

Flatum in corpore incommoda, cruciatus, receptacula & prohis appellationum diſcrimina.

Flatuum differentia.

Bonorum & malorũ ſpirituum comparatio

Hiſtoria.

Alluſio ad cauſſam modúmque mortis Arrij & Iudæ.

De aëris igniſque miraculis.

CAP. VI.

Atqve hæc quidem hactenus. placet autem hoc loco de aëris igniſque miraculis pauca quædam ſubtexere, quod etiam poſthàc interræ & aquæ hiſtoria analoga fiet: vt hic liber aliorum comparatione breuis, propter vtriuſque elementi in nobis analogiam, hoc velut auctario excreſcat. terra enim & aqua humanum ferè corpus conſtituunt: ideóque de amborum analogia poſthàc multò dicetur vberrimè. priùs igitur de aëre ita Plinius poſt Ariſtotelẽ & priſcos Phyſicos ſcriptũ reliquit libro, ſecundo, capite triceſimo octauo. Namque & hoc cœlum appellauere maiores, quod alio nomine aëra, omne quod inani ſimile, vitalem hunc ſpiritum fundit. Infra lunam hæc ſedes, multóque inferior (vt animaduerto propemodùm conſtare) infinitum ex ſuperiore natura aëris, infinitum & terreni halitus miſcens, vtraque ſorte confunditur. hinc nubila, tonitrua & alia fulmina. hinc grandines, pruinæ, imbres, procellæ, turbines. hinc plurima mortalium mala, & rerũ naturæ pugnæ ſecũ. terrena in cœlum tendentia deprimit ſiderum vis eadémq; quæ

Ignis & aëris paucus in homine, terra verò & aqua plurima. Hinc argumenti diuerſitas.

Aër ſine cœlum, quis, & vbi, & vnde, & quid gignat

Prodigia à ſimili.

Grania in aëre, prohibentur aſſenſu.

ſponte non ſubeunt, ad ſe trahunt. decidunt imbres, nebulæ ſubeunt, ſiccantur amnes, A ruunt grandines, torrent radij & tertá in mediũ vndique impelluntur. iidem infracti reſiliũt, & quæ potuêre, auferunt ſecum. vapor ex alto cadit, rurſũmque in altum redit. venti ingruunt inanes, ijdémque cum rapina remeant. tot animalium hauſtus ſpiritum è ſublimi trahit. at ille contrà nititur, tellũſque vt inani cœlo ſpiritum infundit. Sic vltrò citrò commeãte natura, vt tormento aliquo, mundi celeritate diſcordia accenditur. nec ſtare pugnæ licet, ſed aſſiduè rapta conuoluitur & circa terram immenſo rerum quaſi globo tendit, ſubinde per nubes cœlum aliud obtexens. ventorum B hoc regnum. itaque præcipua eorum natura ibi & fermè reliquas complexa cauſſas: quoniam & tonitruum & fulminum iactus, horũ violentiæ plerique aſſignant. quin & ideo lapidibus pluere interim, quòd vento ſint rapti, & multa ſimiliter. quanquam mox cap. 58. ſaxum in Thraciæ parte ad Ægos flumen, magnitudine vehis decidiſſe memorat. & cap. 56. lacte & ſanguine pluiſſe, alias carne, & ferro, & lana, & coctis lateribus memorat. Auicennas vitulum de nube lapſum tonante Ioue memorat idem Plinius. & cap. 57, armorum crepitus, & C tubæ ſonitus auditos è cœlo Cimbricis bellis & ſæpe aliàs: tertio autem Marij conſulatu, ſpectata arma cœleſtia ab ortu occaſúque inter ſe concurrentia, & cœlum arſiſſe narrat: qualia nos ferè alibi ex Iulio Obſequente retulimus prodigia. Sed cap. 42. humidã à terra, aliàs verò propter vapores fumidam exhalare caliginem poſt Ariſt. retulit. vbi & de fulminibus fulguribúsve mira recenſet alibi potiùs dicenda. licuti & amnes retrò fluere viſos Neronis principatu, cap. 103. & cap. 104. lámque & ignium, quod eſt naturæ quartum elementum, reddamus aliqua miracula, infit. ſed primùm ex aquis. In Comagenes vrbe Samoſata D ſtagnum eſt emittens limum (Maltham vocãt) flagrantem. cùm quid attigit ſolidi, adhæret: præterea tactus ſequitur fugientes. aquis accéditur: terra tãtùm reſtinguitur; ſimiliter Naphthæ Babyloniæ, cui magna cognatio igniũ, in quam tranſiliunt protinus vndecumque viſam. & cap. 106. Ætnæ memorantur incendia, item montis Chimæræ, itémque Hephæſti montis & Cophanti, & aliorum complurium. Sed quis hæc miretur? in medio mari Hiera inſula iuxta Italiam cum ipſo mari arſit per aliquot dies ſociali bello, donec legatio ſenatus piauit. tandem cap. 107. Præterea cùm ſit huius vnius elementi ratio fœcunda, ſéque ipſa pariat, & minimis creſcat ſcintillis; quid fore putandum eſt in tot rogis terræ? Quæ eſt illa natura, quæ voracitatem in toto mundo auidiſſimam ſine damno ſui paſcit? Addantur ijs ſidera innumera ingénſque ſol. addátur humanis ignes & lapidum quoq; inſiti naturæ, attrita inter ſe ligna, iã nubium & origines fulminum. Excedit profectò omnia miracula, vllum diem fuiſſe, quo non cuncta conflagrarẽt cùm ſpecula quoque concaua aduerſa ſolis radijs faciliùs etiam accendantur, quàm vllus alius ignis. Quid quòd innumerabiles parui, ſed naturales ſcatent? in Nymphæo exit è petra flamma, quæ pluuijs accenditur. exit & ad aquas Scantias. hæc quidem inualida cùm tranſit, nec longè in alia durans materia. viret ęterno hunc fontem igneum contexens fraxinus. exit in Mutinenſi agro ſtatis Vulcano diebus. Reperitur apud authores, ſubiectis Ariciæ caruis ſi carbo decideriſt, ardere terram. in agro Sabino vnctum flagrare lapidem. in Salentino oppido Egnatia, impoſito ligno in ſaxũ quoddam ibi ſacrum, protinus flammam exiſtere. in Laciniæ Iunonis ara ſub dio ſitæ cinerem immobilem eſſe perflantibus vndique procellis. quin & repentinos ignes exiſtere & in aquis & in corporibus etiam humanis. Thraſymenum lacum arſiſſe totum. Seruio Tullio dormienti in pueritia ex capite flammam emicuiſſe. L. Martio in Hiſpania interemptis Scipionibus concionanti, & milites ad vltionem exhortãti arſiſſe ſimili modo, Valerius Antias narrat. denique idem ſic concludit cap. vlt. lib. 36. Immenſa & improba rerum naturæ portio, & in qua dubium ſit, plura abſumat an pariat, Non præteribo & vnum foci exemplum Rom. literis clarum. Tarquinio Priſco regnante tradũt repentè in foco eius apparuiſſe genitale è cinere maſculini ſexus: eámque quæ inſederat ibi, Tanaquilis reginæ ancillam Ocriſiam captiuã conſurrexiſſe grauidam. ita Seruium Tullum natum, qui regno ſucceſſit. Inde & in regia cubanti puero caput arſiſſe viſum, creditúmque Laris familiaris filium. Sed hæc aliò pertinent, forſan poſthac repetenda, vbi de generatione diſceptabitur: ac de miraculis aquarum calidarum vel vrentium poſtea vbi de aqua & humoribus. Cardanus lib. 8. de rerũ varietate, multa cum Plinio recẽſet cõmunia, multa de ſuo adijcit, vt cap. 69. oſtenta ignea percurrit. & cap. 70. oſtenta aërea. & deinceps cap. 71. & 72. oſtenta aquæ terræque: locos indicaui, leges cùm vacabit: in queis hoc eximium: Anno 1510. è cœlo cecidiſſe lapides circiter M. C C. in agrum Rucio Abduæ conterminum: ex his vnum C X X. pondo, alium L X. idem ignis ſubtilitates in opere ſubtilitatum diſcutit, & elementorum numero excludit: qua de re aliàs viderimus. Ariſt. lib. de mirabilibus ita recenſet: in Lipara inſula aiunt quidam terram reperiri, qua ſi ollam obruas, quicquid injcias, lixetur. In Media Pſittacine regione Perſidis E ignes quidam iugiter æſtuant, illi quidem modicè, hi autem vehementer, flamma pura lucentéque efflagrantes, locis vtique planis, non accliuibus. Quamobrem & Rex Perſarum iſthic coquinas extruxit. conſpicui ſunt, hi quidem diu noctúque, alij verò in Pamphylia noctu tantùm. Aiunt circa Atitaniam iuxta colles Apolloniatidis, petrã eſſe in qua latens ignis non appareat quidẽ, ſed ſuperinfuſo oleo exardeſcat. Ferũt ex columnis Herculis incẽdia alia quidẽ iugi flãma omníq; tẽpore flagrare,

Ignes ſpecula.

Ignes è terra ſcatentes & aquis, vnde.

Terra cum caput incendium, vbi item ſaxa.

Cinis vento immobilis, vbi.

Ignes ex aquis & humanis corporibus emicãt, quibus.

Hiſtoria. De hu ſupra.

Ignis abſumat an pariat plura? Hiſtoria, De genitali cinere ancillam impregnante.

Seruium Tullum miriſicè genitum, ignemque ſuper eius vertice.

Lapidum de cœlo lapſus.

Hiſtoria. Terra aliàs carnea.

Ignes terræ.

Petra ardens.

Vbi ſupra.

Radiorum vis in ſupera & aëria agentis qualis, vſúſque.

Ventorum regnum, & vis.

Hiſtoria. Saxum cœlo delapſum.

Pluuia prodigioſa.

Exercitus in aëre dimicant, cœlum ardet.

Vapor à terra, qualis.

Amnes retrò fluunt

Limus flagrans, & eius natura.

Naphtha & Malta quid, & ambarum natura.

Montes ardentes.

Inſula ardet.

Ignis ſe propagat qualiter.

Sidera ignea, & alia ignium genera, vbi.

Incendia spontanea ubi

alia autem noctu tantùm, vt Periplus scribit. similem & in Lipara conspiciunt quidē ignem lucentémque, sed noctu tantùm. Aiunt & in Pithecusis insulis æstuaria esse ignea quidē vi

Æstuaria naturalia, ubi & quando.

feruentíque supra modum ardore, nec tamen flammam mittere. Porrò alterum in Lipara inquit Xenophanes interdū annis sexdecim prorsus extingui, decimo septimo rursum redire. Ferunt circa Lydiam ignes emergere immensos, diebúsque septem ardere. Cum primis verò admiratione dignum est, quod circa Siciliæ craterem inquiunt ignium emicantium latitudinem stadia quadraginta patēre, altitudine autem vix ad tria vsque tolli. In Thracia aiūt la-

Ignes in Sicilia.

pidem, quem Spinum vocant, dissectum ardere; compositúmque rursus, quemadmodum & Smarilon aqua perfusum accendi, vtrique nō abslimilem Maritham quoque ostendere. verùm de istis nunc quidem satis: ad proximum elemētum multò in homine amplissimū transire tempestiuum est.

Lapis ardens, vbi.

De ventis.

CAP. VII.
Siue liber vnus.

DE aēre, secundo rerum conditarum elemento claudere sermonem satis latè fusum parabam, cùm subijt, de ventis à me nihil aut parum esse in hac analogia dictum? quorū tamen per vacuum aēra longè latéque regnum pateat. itaque etiam de his nunc pauca quidem dicam; alibi verò rem totam commodiùs & prolixiùs transigemus. Ventus igitur authore Hippocrate lib. de flatibus, ipsius aēris vnda & fluctus existit. Græcè sic, αἰωρεῖ γὰρ τὸν ἀέρα ῥεῦμα & χεῦμα. ita & Plato in Cratylo, vt nuper notaui. quādo igitur multus aēr fortes fluctus facit, tum & arbores radicitùs euelluntur, & mare vndis exæstuat spirituū potentia ita cogente, & naues onerarias etiam & ingentes in altum disijciente. Talem itaque vim in ista exercet, etiamsi oculis minimè sit conspicuus, & tantùm consideratione cognoscatur, & effectu suo fiat manifestus. hæc & longè plura eo loco scripsit de ventis Hipp. aēris & spiritus in orbis vniuersi partibus vim vt mirificā, sic planè necessariam multis & splendidis encomijs celebrans. Idem verò (si modò libri verus author extitit) speciatim de vētis sic initio lib. 2. de diæta: Naturam quidem habent omnes venti humectandi ac frigefaciendi tum animalium corpora, tum nascentia ex terra, ob hanc caussam: Necesse est omnes ventos spirare à niue, à glacie & gelu vehementi, à fluminibus & stagnis. terráque humecta ac refrigerata. & fortiores quidem ventos, à maioribus & fortioribus: debiliores verò, à minoribus & debilioribus. Quemadmodū enim animalibus spiritus est: sic etiam alijs omnibus, alijs quidem minor, alijs verò iuxta magnitudinem. Naturam quidem igitur habent humectandi ac frigefaciendi omnes venti. verùm propter situm regionum ac locorum, per quæ venti ad singulas regiones accedūt, diuersi inter se fiunt, frigidiores, calidiores, humidiores, ficciores, morbosiores, salubriores. ac mox de singulis quibusdā, cur hac aut illa natura sint præditi, doctè & luculenter subijcit, & lib. de aēre, locis & aquis persequitur. Quæ vt omnia probabiliter dixerit, non tamen magno probata similiter Aristoteli. primū enim illud, ventus, est aēris fluor atque fluctus, acriter conuellit & impugnat lib. 2. & 4. meteor. aērem motum negans dici ventum. quomodo neque aquam fluētem quamlibet, nomine fluminis donari, licet ingentem. nisi vt huic à fonte fuerit origo: sic illi à certo quodā principio & loco modóque determinato. Alioqui enim vt aēr est sibi continuus, sic & venti sibi forent continui: ac potiùs vētus in natura rerum vnus foret: simúlque flare omnes possent. cùm tamē oppositos simul spirare natura minimè patiatur. Denique quoniā aēr humidus, ventus autē siccus sit. Quæ licet acutè & subtiliter penes differentias propinquas enuntiata sint: tamen idē cùm principiorū ratione minùs perpendit, cum Hipp. & plerisque vererū loquitur, vt lib. de mundo: Ventus, nihil aliud est, quàm aēr multus fluēs. quod lib. Problem. subinde inculcat, vt part. 26. Prob. 2. & 34. Alterum verò Hippocraticum illud principium siue assumptum, εὖτε μὲν ἔχει τὰ πνεύματα πάντα ὑγρασίην & ψῦχος. naturam quidem habent venti siue flatus omnes humectādi & refrigerandi: idem Aristoteles nihilo seciùs euertat contrario axiomate, Quòd ventus, sit exhalatio calida sicca, motu desuper obliquo impulsa, expurgandi aēris gratiā. cuius caussam quidem efficientem & cientem motus tam violentos, solem ipsum facit: sol enim author & parens motuū est. à cœlo autem & superioribus lationibus accedit forma. Finis, aēris diffiati & aquæ agitatæ puritas est. & imputris qualitas salutiferis animantium & plantarum propria. materia denique, qualem iam attigi, resoluta à terra anathymiasis calida sicca, atque illisu mediæ regionis aēris deorsum impulsa. Quanquam lib. 2. de gener. animal. humiditatem aeri propriam tribuit. sic & lib. de mundo & part. 26. probl. 34. ventum, aeris vel redundantis humoris commotionem definit. & Gal. lib. 1. de semine, ortum ventorum ab humoribus repetit, Aristotelem imitatus ex libro de mundo ad Alex. & Hippocratem loco citato. Quatenus videlicet ab vuidis & vliginosis locis atque rebus attollitur vapor multus, aeris & aquæ mediam quandam naturam sortitus. quem demùm solis calor attenuat, liquat, conficit, & in exhalationem siccam coquēdo immutat. Ideo humidam à terra, & propter vapores, fumidam istam exhalare caliginem tradit Plinius lib. 2. cap. 42. Vnde resiccare ventos, & quidem vel sole potentiùs, part. 26. problem. 27. & 28. idem Aristoteles affirmat. Atqui stros tamen suapte natura calidos & humidos part. 1. probl. 23. profitetur: sicut & part. 5. probl. 36. flatus (ait) omnis frigidus est. quod subinde repetit probl. 27. & 28. part. 26. nuper

Vētus quid sit, & vn eadem, atque necessitas.

Venti humidi frig. vnde spirent.

Omnibus rebus inest spiritus.

Ventorum natura frigida humida, vnde: &

quòd naturam loca mutent.

Aristot. refragatur Hipp. & Plat.

1. tum in definitione venti, quā.

Ab incommodo.

Venti contrarij simul non spirāt.

2. tū quòd aēr humidus, & vētus siccus.

Arist. cum Hipp & Plat. sentiā de ventis, quomodo.

3. tum in qualitate & temperamento ventorum oppositio.

Arist. definitio venti, caussa, forma, finis, materia, qualitas.

Sol author motuum.

Et aēr humidus ventus autem aēr est, & vnde oriatur.

N. solutio pro Arist. de ventorū natura & temperamento.

Venti resiccāt, at Aquæ humēt. Flatus omnis frig. cur.

Digitized by Google

tiùs. ſic putant & hanc magnam rerum naturam alimenta mutantem emittere ſpiritum. Bene nobiſcum agitur, quòd ſemper excoquit: alioquin immundius aliquid timeremus. Nunquin ergo hoc verius eſt dicere, multa ex omni parte terrarum & aſſidua ferri corpuſcula: quæ cùm aceruata ſunt, deinde extenuari ſole cœperint: quia omne quod in anguſto dilatatur, ſpatium maius deſiderat, ventus exiſtit? dein cap. 5. & 6. Quid ergo? hanc ſolam eſſe cauſſam venti exiſtimas, aquarũ terrarúmque euaporationes? ex his grauitatem aëris fieri, deinde ſolui impetu, cùm quæ denſa ſteterant, vt eſt neceſſe, extenuata nituntur in ampliorem locum? ego verò & hanc iudico. Cæterùm illa eſt longè verior cauſſa valentiórque; habere aëra naturalem vim mouendi ſe, nec aliunde concipere, ſed ineſſe illi vi aliarum rerum, ita huius potentiam. ideo modò ſpiſſat ſe, modò expandit & purgat, aliàs contrahit, aliàs diducit ac differt. Hoc ergo intereſt inter aëra & ventum, quod inter locum & flumen. aliquando per ſe ipſe Sol cauſſa venti eſt, fundens rigentem aëra, & ex denſo coactóque explicans. & cap. 7. Fortaſſe autem apparebit quemadmodum venti fiant, ſi apparuerit quando & vnde procedant. primùm ergo antelucanos flatus inſpiciamus, qui aut ex fluminibus, aut ex conuallibus, aut ex aliquo ſinu feruntur. nullus ex his pertinax eſt, ſed cadit fortiore iam ſole, nec fertur vltra terrarum aſpectum. Hoc ventorum genus incipit vere, nec vltra æſtatem durat. & inde maximè venit, vbi aquarum plurimum & montium eſt. plana licet abundent aquis, tamen carent aura. hac dico, quæ pro vento valet. ἐτησίαι ex ſe paludes & flumina emittunt. quod quî fiat, cap. 8. & 9. explicat. ac mox de eteſiis cap. 10. cur hyeme non fiant, ſed æſtate, cùm & longiùs extenditur dies, & recti in nos radij diriguntur. à ſolſtitio illis initium eſt, vtráque ortum caniculæ non valent. ſic eteſiarum flatus æſtatem frangit, & à menſium feruentiſſimorum grauitate defendit. quod cap. 11. accuratiùs ventilat. at cap. 12. ἔκπνοιαι exponit, quos ruptæ nubes & in pronum ſolutæ præmittunt. & cap. 13. Facit ergo ventum reſoluta nubes, quæ pluribus modis ſoluitur. Nonnunquam conglobationem illam ſpiritus rumpit incluſi & in exitum nitentis luctatio: nonnunquam calor, quem modò Sol facit, modò ipſa arietatio, vt magnorum inter ſe corporum attritus. vbi quæritur, cur turbo fiat, qui euenire in fluminibus ſolet, & in aëre: ex quo inflammato, πρηστήρ, velut igneus turbo gignitur: quo armamenta rapiuntur, & totæ naues in ſublime tolluntur. Spiritum à vento modus (vel potiùs motus) ſeparat: vehementior enim ſpiritus, ventus eſt; inuicem ſpiritus leniter fluens aër. cap. 14. quomodo venti è ſpecu edantur, ediſſerit. vbi & hoc notandum venit alibi à me de Platone repetitum, & paulò antè etiam lib. 1. Flumina illic ſcias, licet noſtris paria, ſublabi, alia leuiter ducta, alia in confragoſis locis præcipitando ſonantia. Quid ergo? non illud æquè dabis, eſſe aliquos & ſub terra lacus, & quaſdã aquas ſine exitu ſtagnare? Quæ ſi ita ſunt, neceſſe eſt & illud, aëra onerari, oneratúmque incumbere, & ventum propulſu ſuo concitare è ſubterraneis nubibus enatum. vbi de flamma è ſulphure & aliis non minùs ignem alentibus accenſa, & vẽto inde excitato cum fremitu vaſto atque impetu viam quærente, terrámque quatiente. & cap. 15. ex Aſclepiodoto narrat, demiſſos à Philippo in metallum antiquum homines cum multo lumine, vidiſſe flumina ingentia, & conceptus aquarum inertium vaſtos pares noſtris, nec compreſſos quidem terra ſupereminente, ſed liberæ laxitatis, non ſine horrore. ideo inuebitur in hominum auaritiam, qui pecuniam in altiſſimis vſque latebris ſequuntur, & relicto ſpiritu libero, in illos ſe demittunt ſpecus, in quos nullum noctium dierúmque peruenit diſcrimen, & à tergo lucem relinquunt. ſed cap. 17. Vẽti quatuor ſunt, ait, in ortum, occaſum, meridiem, ſeptentrionémque diuiſi. cæteri quos variis nominibus appellamus, his applicantur.

Eurus ad auroram Nabathæaque regna receſſit,
Perſidaque & radijs iuga ſubdita matutinis.
Veſper & occiduo quæ littora ſole tepeſcunt,
Proxima ſunt Zephyro. Scythiam ſeptémque triones
Horriſer inuaſit Boreas. contraria tellus,
Nubibus aſſiduis pluuióque madeſcit ab Auſtro.

vel ſi breuiùs illos complecti mauis, in vnam tempeſtatem (quod fieri nullo modo poteſt) congregentur.

Vna Eurúſque Notúſque ruunt, creberque procellis
Aphricus —— & qui locum illa rixa non habuit Aquilo. Quidam illos duodecim faciunt: quatuor enim cœli partes in ternas diuidunt, & ſingulis ventis binos ſuffectos dant. Hac arte Varro vir diligens illos ordinat, nec ſine cauſa. non enim eodem ſemper loco Sol oritur aut occidit: ſed alius eſt ortus occaſúſque æquinoctialis (bis autem æquinoctium eſt) alius ſolſtitialis, alius hybernus. Qui ſurgit ab oriente æquinoctiali, ſubſolanus apud nos dicitur: Græci illum ἀπηλιώτην vocant. ab oriente hyberno Eurus exit: quem noſtri vocauere Vulturnum, ſic Liuius & Varro. ab oriente ſolſtitiali excitatum Græci καικίαν appellant: apud nos ſine nomine eſt. Æquinoctialis occidens Fauonium mittit, Græcè Zephyrum. à ſolſtitiali occidente Corus venit, qui apud quoſdam Argeſtes dicitur, haud bene. ab occidente hyberno Aphricus furibundus & ruens, apud Græcos λίψ dicitur. A ſeptentrionali latere ſummus eſt Aquilo, medius Septentrio, imus Thracius (an qui aliis Thraſcias) huic deeſt apud nos vocabulum. A meridiano axe Euronotus eſt; deinde Notus, Latinè Auſter: deinde Libonotus, qui apud nos ſine nomine eſt. Placet autem duodecim ventos eſſe, non quia vbique tot ſint (quoſdam enim inclinatio terrarum excludit) ſed quoniam plures nuſquam ſunt. Qui duodecim ventos eſſe dixerunt, hoc ſecuti ſunt; totidem ventorum eſſe, quot cœli diſcrimina. neceſſe enim eſt tot aëris diſcrimina eſſe, quot partes. ſi duodecim aër

Locus.

Generatio vẽti ex atomis, & vaporibus qua ratione fiat.

Aër ex ſe mouetur, quemadmodum vel à ſole.

Aër & ventus quî differant.

Venti vnde fiant.

Venti matutini vnde & quando.

Εὐρολίαι vnde, & eteſiæ quãdo ſpirent, ad quid.

Ἔκπνοιαι vnde, quoq; modo.

Turbo, præter qui.

Venti & ſpiritus diſcrimen.

Flumina ſub terra, quædam autem lacus & ſtagna.

Venti è nubibus ſubterraneis, qui.

Ignes ſub terra.

Hiſtoria, de fluuiis & aquis ſubterraneis.

In auaritiã è fodinis auarum elicentium.

N. de quo Democritus Hippocrati.

4 Venti cardinales, qui & vnde ſpirẽt, ex Ouidio I. Metamor. Eurus. Zephyrus. Boreas. Auſter.

Venti non ſimul ſpirãt omnes. Ex Virg. I. Æn.

12. Venti vnde perflent.

Solis ortus triplex.

3 Orientales.

3 Occidentales.

3. Septentrionales.

3 Meridionales.

Nõ poſſunt eſſe plures venti quam 12. & analogia cũ cæli partibus.

discrimina accipit, & totidem facit ventos. Quidam sunt porrò quorundam locorum proprij, qui non transmittunt, sed in proximum ferunt. non est illis à latere vniuersi mundi impetus. Atabulus Apuliam infestat, Calabriam Iapix, Athenas Sciron, Pamphyliam Catægis, Galliam Circius: cui ædificia quassanti, tamen incolæ gratias agunt, tanquam salubritatem cœli sui debeant ei. Infinitum est, si singulos velim persequi: nulla enim propemodùm regio est, quæ non habeat aliquem flatum ex se nascentem & circa se cadentem. Inter cætera itaque prouidentiæ opera, hoc quoque aliquis vt dignum admiratione suspexerit. non enim ex vna caussa ventos aut inuenit, aut per diuersa disposuit: sed primùm vt aër non sinerent pigrescere, sed assidua vexatione vtilem redderent vitalémque tracturis. deinde vt imbres terris subministrarent, ijdémque nimios compescerent: nam modò adducunt nubes, modo deducunt, vt per totum orbem pluuiæ diuidi possent. Quid quòd fruges percipi non possunt, nisi flatu superuacua admixta seruandis ventilarentur: nisi esset quod segetem excitaret? & latentem frugem ruptis velamentis suis, quæ folliculos agricolæ vocant, adaperiret? Quid quod omnibus inter se populis commercium dedit; & gentes dissipatas locis miscuit? ingens naturæ beneficium, si illud in iniuriam suam non vertat hominum furor. Adeo quicquid ex illis vtile & necessarium est, non potest his repensari, quæ in perniciem suam generis humani dementia excogitat. sed non ideo non sunt ista naturâ sua bona, si vitio malè vtentium nocent. Sed de ventis placet tandem subducere vniuersam rationem, atque huic libro finem imponere: quem reliquis longè minorem fecit argumenti breuitas, de aëre in nobis ad hunc externum analogo.

Venti notionales.

Gallia vento suo Circius.

Ventorum vsus.

Ventorum incommoda.

Caussa brevitatis libri huius.

Controuersia in appellationibus ventorum.

Vt igitur in situ, sic & in nominibus ipsis nonnulla versatur differentia, atque inter quosdam studio quæsita controuersia. quam dirimere hoc quidem loco fusiùs haud vacat, neque verò habet: lubet autem magis optimum naturæ interpretem, eundémque optimum Latinitatis authorum audire Plinium libr. 2. cap. 47. qui cum suo Seneca quantum quadret, orationis vtriusque collata inter se formula docebit: neque nunc ex Arist. plura repetere fuerit necesse, cuius sententiam vtroque hoc interpretamento & auctiorem & clariorem reddidimus. siquis tamen est qui fontem libare, quàm riuos sectari malit, is consulat libr. 1. meteor. cap. 13. & libr. 2. cap. 4. 5. 6. quid sit, quomodo oriatur ventus; quid motum adferat; dein vnde oriantur & quot sint venti, & qualiter cum mundi segmentis 12. conueniant. quæ singula ita demonstrat philosophus, vt ex dictis aut dicendis, cuiuis facilius sit rem totam perdiscere atque ad amussim cognoscere: nãque vt in rei essentia, sic in appellationũ nomenclatura etiãnum apud Arist. manifestũ discrimen agnosces. verùm age, quod reliquum est, ita nunc conficiamus, aliàs forsan eadem de re plura dicturi.

M. naturàm ventorum ab Arist. vno non putat repetẽdam.

Venti prisci.

Veteres quatuor omnino ventos seruauere, ait illic Plinius, per totidem mundi partes (ideo nec Homerus plures nominat) hebeti vt mox iudicatum est, ratione, secuta ætas octo addidit, nimis subtili & concisa. proximis inter vtramque media placuit ad breuem ex numeroso additis quatuor. Sunt ergo bini in quatuor cœli partibus. ab oriente æquinoctiali Subsolanus: ab oriente brumali, Vulturnus: illum Apelioten, hunc Eurum Græci appellant. A meridie, Auster: & ab occasu brumali, Africus: Noton & Liba nominant. Ab occasu æquinoctiali Fauonius: ab occasu solstitiali, Corus: Zephyron & Argesten vocãt. A septentrionibus, Septentrio: intérque eum & exortum solstitialem, Aquilo: Aparctias dicti & Boreas. Numerosior ratio quatuor his interiecerat Thrasciam media regione inter Septentrionem & occasum solstitialem: itémque Cæciam media inter Aquilonẽ & exortum æquinoctialem ab ortu solstitiali, Phœniciam, media regione inter ortum brumalem & meridiẽ: item inter Liba & Noton, compositum ex vtroque medium inter meridiem & hybernum occidentem, Libonoton (quem Aristoteles indictum reliquit) Nec finis: alij quippe Mesen nomine etiamnum addidêre inter Boream & Cæciam: & inter Eurum & Notum, Euronoton. Aristoteles à me productus author antiquus & celebris, lib. 2. meteor. cap. 6. ita ferè digessit; At verò flatus ipsi pro locorum situ ita vocantur; Fauonius ab æquinoctiali occasu spirat: Subsolanus ab ortu æquinoctiali. Aquilones & Septentrionalis à Septentrione. huic opponitur Auster à meridie. Cæcias ab ortu solstitiali: cui contrarius Aphricus, ab occasu brumali. Vulturnus ab ortu brumali inuehitur (qui ad Austrum propinquus adhæret: ob id sæpe Euronoti flare dicuntur) illi obijcitur Caurus, qui & Olympias siue Sciron, à solstitiali occasu effusus, Vulturno contrarius. Hæc quidem ventorum per dimetientem lineam descriptio est ex Arist. quò etiam ij referuntur, quorum alij aliis obuersi constituuntur. Alij quoque habentur, quibus nulli eodem modo quo superioribus obuersi ponantur: vt Thrascias inter Caurum & Septentrionalẽ medius. sic Meses inter Cæciam & Septentrionem. sic inter Vulturnum & Austrum medius intercedit indigenarum voce dictus Phœnicias. si quis tamen verè interiacet: nam inter Austrum & Aphricum nullus Mesæ opponitur: nullus etiam inter Septẽtrionem & Scironem Thrasciæ obijcitur (vbi Phœniciam vernaculum & leniter spirantem posuimus) denique Arctico orbi semper conspicuo, nulli ex aduerso flatus respondent, neque illic posito ventorum generi, si Aristoteli credimus: qui tamen Austrum illi ex aduerso jam ab initio oppositum fuisse videbatur. ita impticatè ac indefinitè suam philosophus inuoluit de ventorum situ sententiam. vt si tabulam ex eius ductu & auspiciis depingas, multas plagas ventorum vacuas relinquas: quas nos tamen paulò pòst suis & propriis ventis insignitas, sed aliunde sumptis appellationibus plerisque certioribus,

Eorum quatuor cardinales; posteriorum autem, 12. ventorum] summa 8. & origo.

Orientales.

Meridiani.

Occidui.

Septentrionales.

Venti 12. qui & vnde spirent.

Venti vnde spirent, & quot.

Venti qui carent antagonista.

Arist. ventorum actorum non satis explicatè definit.

oogle

ſub oculorum obtutum ſubijciemus atque exhibebimus.

Arguitur poſterorum negligentia, auaritia, ſuperbia.

Cuius & noſtræ & maiorum indiligentiæ culpam Plinius idem acriter ibidem arguit; hominum mores fenuiſſe cauſſatus, non fructus & immenſam multitudinem, aperto quodcumque eſt mari, hoſpitalíque omnium litorum appulſu, nauigare, ſed lucri, non ſcientiæ gratiâ conqueſtus (Seneca in animorum ferociam, & belli immodicum ſtudium, atque naumachiæ deſiderium ardens fuerat inuectus antea, vbi de ventis déque nauigationis cauſſa egerat) Cùm cæca mens mortalium, & tantùm auaritiæ intenta non reputet idipſum ſcientiâ poſſe tutiùs fieri. porrò de ortu, temperamento & vi præcipuorum flatuum ac ſpirituum ille multa ſubiungit: atque alij exinde complures multa inſignia referunt hoc quidem nobis tempore inuoluenda ſilentio; cùm dicta de ijs videantur huic quidem inſtituto atque operi ſufficere, de plurimis pulcherrima ſplendidiſſimáque ſeligenti. Vt autem aliqua facilior memoriæ conſtet ratio, placet ad extremum ſubiungere verſiculos quoſdam à variis variè deſcriptos ὡς τὸ μνημόνευτον. quales hi primùm circunferuntur, nec fide tamen ſatis certa.

Auaritia & cauitio huius ſeculi.

N. in hoc opere ſtudium.

Verſus iuuant memoriam.

Ventorum nomina & ortus.

Sunt Subſolanus, Vulturnus, & Eurus Eoi:
Atq; die medio Notus hæret, & Aphricus, Auſter:
Circius occaſum, Zephyríſque, Fauonius afflant:
Aduentant Aquilo, Boreas, & Corus ab Arcto.

his affines, ſed fide paulò digniores iſti;

Flant Subſolanus, Vulturnus, & Eurus ab ortu:
A fricus occaſum, Coríſque, Fauonius afflant:
Atque die medio Notus errat, & Aphricus Auſter:
Sed veniunt Aquilo, Boreas, & Circius arcto.

alij hoc quidem modo, ſed paucis immutatis;

Flant Subſolanus, Vulturnus, & Eurus ab ortu:
Aq; die medio Euronotus, Notus, Aphricus hærent:
Caurus in occaſu, Argeſtéſque, Fauonius afflant:
Tandem Aquilo, atque Meſes, Septentrio perflat ab arcto.

Io. de Sacroboſco lib. de anni ratione, quatuor anni temporum qualitates, quatuor mundi regiones, quatuor ventos cardinales, quatuor elementa, quatuor corporis humores, & quatuor hominis ætates inter ſe componit & comparat: quod nos vſpiam in hoc opere fecimus ſedulò. deinde cognationes ventorum his verſiculis includit rhythmicè colludens more

Analogia temporum, regionum, ventorum, elementorũ, humorum, ætatum 4.

A maiorum vel auorum potiùs.

Euro Vulturnus Subſolanúſque ſodales:
Aphricus atque Notus Auſtro ſunt collaterales:
Et Zephyrum Corus, Fauonius atque ſequuntur.
Circius ac Aquilo Boream ſtipare feruntur.

Nos denique magis veriſimilia ſecuti, quandoquidem varij variè & ſentiunt & exponunt, tum in ſitu, tum in appellationibus nonnihil diſcrepantia locuti, ſic vtique ſumus complexi.

N. verſus & conſilium.

Circius & Boreas flant & Septentrio, ab Arcto:
Auſter & Euronotus ſimul & Liboauſter, ab imo:
Cæcias, Subſolanus, Vulturnus ab ortu:
Aphricus occaſum, Caurúſque, Fauonius vrgent.

namque de quatuor cardinalibus & tanquam
II potentiſſimis mundi tetrarchis iampridem hæc recepta eſt ſententia;

A ſumma Boreas, Notus imo ſpirat olympo:
Occaſum inſedit Zephyrus, venit Eurus ab ortu.

4 Venti cardinales.

Vt autem ſumma rei velut vno obtutu ſub aſpectum veniat; operæ videbor pretium facturus, ſi hoc elementum concina iſta clauſero tabula, & varias ſingulorum ventorum appellationes, proprióſque, vt potior fert ſententia (namque Ariſtotelem ſolum ſequi hoc quidem loco minimè placuit) ſitus oculis ſubijciente. non ea tamen addicens lectorem neceſſitate, quin aliorum, ſi malit, ſequi poſſit iudicium: quoniam vocabulorum multiformis atque homonyma ratio rei fidem ſuſpectam reddidit. Figura igitur Horizontem in quatuor diuiſum quadrantes, ſub duobus primùm dimetientibus repræſentabit, in ipſius Horizontis centro ad rectos ſeſe angulos diſpeſcentibus: quorum alter Meridianum, alter Verticalem circulum imitabitur eum, qui Meridianum ipſum ad rectos interſecat angulos. quibus circulis, quatuor mundi cardines, Orientis,

N. de vētis non ſequatur Ariſt.

Figura pro tadeigmatis expoſitio.

C

Occidentis, Meridiei, Septentrionis diſtingui intelliguntur. à quibus, quatuor cardinales & principes venti exoriuntur; ſuis vtrinque congeneribus & veluti cognatis, dextra læuáque cincti ac ſtipati, vt ortus ipſius, ſic & naturæ æmulis, mirandíque effectus mirificis imitatoribus. quos combinatos, ex oppoſito velut contrarios, ſinguli demetientes per idem acti centrum copulabunt: eoque magis diſcrepantes, quò per oppoſitam diametrum ampliùs diſtant. res autem ad hunc, aut eum quem Deus certiùs nouit, habet modum.

D

Ventorum cognatio & affinitas.

Digitized by Google


NORTH
EST
S
OVEST
SEPTENTRIO
veterus.
Aparctias seu Septē-
trio frigidus ſiccus.
Occiduus
Boreas
Aquilo.
Orions æſtivus.
Cæcias
Meſes Helle-
ſpontius.
ORIENS æqui-
noctialis.
Subſolanus vel Eurus.
Orions hy-
bernus.
Eurus
Vulturnus.
Ortivus.
Eurotias
Eurocaſter ſeu
Phœnicias.
MERIDIES
verus.
Auſter
Notus calidus humidus.
Occidens hy-
bernus.
Zephyrus
Africus.
OCCIDENS æqui-
noctialis.
Favonius frigidus humidus.
Occidens æſtivus
Corus, Argeſtes,
Olympias ſive Serenus.
Thraſcias qui &
Cæcias, Circius.
Occiduus.
Libonotus
Occiduus.
Eurafricus.

NICOLAI NANCELII ANALOGIÆ MICROCOSMI AD MACROCOSMON, LIBRI TERTII,

PARS PRIMA.

De terræ natura, ſitu, figura, ſtabilitate, centro mundi eóque immobili.

CAP. I.

Tranſitio, & propoſitio.

VERVMENIMVERO excurſo tam amplo naturæ campo, perluſtrata ὀπτικῇ Ariſtotelea, conſiderata ignis natura atque energia, demẽſo aëris ſpatio propè infinito: reliquum eſt his interiora perſcrutari. ac jam remota diſputandi ſubtilitate, oculis quodammodo cõtemplari pulchritudinẽ rerum earum, quas diuina prouidentia dicimus conſtitutas.

De terra.

Terra vnde dicta, item γῆ & γαῖα.

Ac principio terra vniuerſa cernatur; dicta (vt mihi quidem videtur) quia noſtris calcata veſtigiis aſſiduè teritur. itaque tera in augurum libris cum r vnico olim ſcripta, ait Varro. Græcis autem γῆ, quia ex eius fœcundiſſimo ſinu, tanquam benigniſſimæ matris vtero, cuncta in vſus humanos γεννᾶται, orta ſunt. Sicut (opinor) ignis, cõtraria ratione, quòd nihil gignat; ſeu quòd ex eo gigni nil poteſt, vt antè ex Ariſt. probaui (quanquam in igne animalcula quædam & naſci & verſari ex eodem Ariſt. & Plinio & Seneca poſthàc docebimus) quorſum ſpectat Ouidij interpretatio iſthæc;

Ignis vnde dicatur, & quòd nil gignat: niſi forsè pyrausta.

Nec tu aliud Veſtam, quàm puræ intellige flammæ:
Natáque de flamma corpora nulla vides.

Veſta quid, & quare virgo.

Quanquam Varro Ciceroni perſuadere voluit lib. 4. à naſcendo dici ignem, quòd hîc naſcitur: & omne quod naſcitur, igneſcit. at longiùs tamen petita origine, Platoni γαῖα, quaſi φυτουσα, parens dicitur omnino probabiliter. mallem diciſſet, γαῖα ὡς γεννᾶσα, quòd eorum ſit mater, quæ ex eius ſinu oriuntur. quáquam idem, πῦρ & ὕδωρ, ignis & aqua vnde dicantur, fatetur ſibi incompertum: niſi barbara dicas vocabula. ſed verba omittamus, neque ſatis certam in multis verborum deriuationem. ac de his pleriſque nuper admodùm.

Ignis cur dictus, item γαῖα.

Terra parens, hominum domicilium.

Terræ igitur vni rerum naturæ partium, eximia propter merita (ait Plinius) cognomen indidimus maternæ venerationis. ſic hominum illa, vt cœlum Dei. Nam cœli, dicuntur loca ſupera, & ea Deorum: terræ, loca, infera, & ea hominum, ait Varro. quod & noſter vates priùs cecinit Pſal. 113. Οὐρανὸς τῷ κυρίῳ, τὴν δὲ γῆν ἔδωκε τοῖς υἱοῖς τῶν ἀνθρώπων. Cœlum cœli, Domino: terram autem dedit filiis hominum. Illa nos naſcentes excipit, natos alit, ſemélque editos ſuſtinet ſemper: nouiſſimè complexa gremio, jam à reliqua natura abdicatos, tum maximè vt mater operiens, nullo magis ſacramento, quàm quo nos quoque ſacros facit: etiam monimenta ac titulos gerens, noménque propagans noſtrum, & memoriam extendens contra breuitatem æui, ait idem Plinius lib. 2. cap. 63. Ideò priſco ritu principes Dei, Cœlum & Terra, ait Varro. Plato autem in Timæo terram celebrat, ſed Locri inſiſtens hæc veſtigia; γῆ δ' ὡ μέσῳ ἱδρυμένα ἰσία θεὸς, ὅρος τ' ἄρκτου καὶ ἀρκτικὸς κύκλος, δύσεώς τ' ἐναντίος θερινῆς πρὸς ἀνατολὰς χειμερινὰς τῶν ἑπτὰ κινουμένων, ὡς τὰ ἐν ἐκείνῳ καὶ τὰ ἐν τούτῳ πῶς γῆ ἀπειρεφάμενα· πρεσβύτατα δ' ἐν ἅπασι τῶν ἐντὸς οὐρανοῦ γεγένηται. ὕδωρα ὕδωρ ἐγκαίει δίχα γῆς, ἀλλὶ μανὸν ἀὴρ χωρὶς ὑγροῦ. πῦρ τ' ἄμικτον ὑγρῷ & ὕλας, ἃς ἐκκαίει, οὐκ ἂν ἔχοι φλέγον. οὕτω δεῖται πάντων & βάσις ἀγαθὴ ἱκανῶς ἔχει τοῖς αὐτῶν εἰπεῖν. id eſt, Terra in medio conſtituta fixáque, Deorum focus ac ſedes, noctes definit atque moderatur, occaſus & exortus gignit pro circorum definientium noſtrum aſpectum (quos Horizontas appellant) ſegmentis: vtpote quæ noſtro ſunt aſpectu & terræ ſegmento circumſcripta. Eſt autem antiquiſſima inter ea corpora, quæ cœli ambitu concluduntur. Nuſquam aqua genita eſt, quæ terra careat: nec verò aër qui humido: igniſque humido & materia quam incendat, vacuus haud quaquam permanere poſſit. Itaque radix omnium & quaſi fundamentum, terra conſtabilita eſt ſuo ipſius mométo. ita ille prototypus. at ille Platonicus verba immutans & dialectum, atticiſmo ſuauiloquenti eandem ſententiá ſic extulit; Græca enim ob nitorem & elegantiam tum hîc, tum ferè deinceps ſubijciam: quia parciùs nec niſi magnis & ſeriis de cauſſis inducam loquen-

Cœli & terra, quid.

Terra mater in hominis effica.

Cœlum & terra, Dij priſci.

Terra parens, dies & noctis author, antiquiſſima Deorum, ortus & occaſus metiens, baſis mundi.

Aqua naſci quam ſine terra, nec aër ſine humido, igniſve.

N. de Platone.

Digitized by Google

tem ſuáque verba (vt ille dicebat) reſonantem. χλὼ ἡ θεῶν μὲ ἰωνίεσσι, κλυμένῳ ἡ αἰεὶ νὺ ἄλα πατρὸς πόντε πᾶσιν φύλακα ἠδ᾽ ἀμοιβὸν τυκτὸς ἠ ἠμὲν ἐμοὶ ἐμοιγαὶ καὶ ἐπιχθονίοισι καὶ ἀθανάτοισι πατεῖσι, ὅσα ἐνὶς ἀγκὼ γάϊα. Terram autem altricem noſtram circa polum per vniuerſam extenſum alligatam, diei noctiſque effectricem & cuſtodem eſſe voluit: necnon primam antiquiſſimámque Deorum omnium qui intra cœlum ſunt geniti. idem 12. de legib. γῆν μὲ ἐκῶ ἐσία ἐ ἐκάστας ἱερὰ πᾶσι πάντα θεῶν. πῖς ἡ αἰθρώπως ὅδε θελὼ μήτηρ ὅδε ἡ γῆ θεῶν ἔκδοτα πόρρω βάλλειν φέρει, μηδὲ ζῆν, μηδὲ πε ἀποθανόντι τιμῆν τὸν ζῶντ᾽ ἀμῶν. Terra igitur vt focus domiciliorum, ſacra Deorum omnium eſt. Neque porrò à viuis, neque à mortuis terræ matris fœcunditas impedienda eſt. de terra autem Deorum matre antiquiſſima poſſem ex Heſiodi theogonia dicere: ſed iſta nunc nil moror. hoc de Lucretio magis arridet ex lib. 2. vbi in terræ laudes & triumphos excurrit:

Quare magna Deûm mater, matérque ferarum,
Et noſtri genitrix hæc dicta eſt corporis vna.
Hanc veteres Graiûm doctí cecinere poëtæ
Sublimem in curru bîiugos agitare leones:
Aëris in ſpatio magnam pendere docentes
Tellurem, neque poſſe in terra ſiſtere terram.

& quæ ſequuntur terræ matris ſiue Cybeles triumphum latè & poëticè per partes ſingulorum ornamentorum explicantia. vbi & hoc aſſumit,

Principio tellus habet in ſe corpora prima. &c.

ſed omiſſis encomiis, ad rem venio. Eſt igitur terra locata (vt Ciceroni poſt Varronem & Platonem, cum magna veterum philoſophorum parte videtur) in media mundi ſede, circumfuſa vndique hac animamili ſpirabilíque natura, cui nomen eſt aër. omnia enim naſcuntur in medio. & terræ medium, quod Delphis in æde ad latus foraminis, vt theſauri ſpecie: vel vt refert Pauſanias, ſaxum inibi candidum, fabrefactum, Græci γῆς ὀμφαλὸν, terræ vmbilicum dixerunt. quomodo vmbilicus in nobis medius æſtimatur. Vtcumque ſit, verum vtrumque an falſum (nam Pindarus Pyth. 4. de terra fabulam ab Ioue & geminis aquilis repetit) terra hæc omnis ſolida & globoſa (quanquam philoſopho tympani figuræ aſſimilatur) & vndique ipſa in ſeſe nutibus ſuis conglobata, pulchrè veſtitur floribus, herbis, arboribus, frugibus. quorum omnium incredibilis multitudo, infatiabili varietate diſtinguitur. Adde huc ex Tullio 2. de natura Deor. fontium gelidas perennitates, liquores pellucidos amnium, riparum veſtitus viridiſſimos, ſpeluncarum concauas altitudines, ſaxorum aſperitates, impendentium montium altitudines, immenſitatéſque camporum. adde etiam reconditas auri argentíque venas, infinitámque vim marmoris. Quæ verò & quàm varia genera beſtiarum, vel cicurum, vel ferarum? qui volucrum lapſus atque cantus? qui pecudum paſtus? quæ vita ſylueſtrium? Nec verò hæc ſolùm ſunt admirabilia: ſed nihil maius, quàm quòd ita ſtabilis eſt mundus, atque ita cohæret ad permanendum, vt nihil ne excogitari quidem poſſit aptius. Omnes enim partes eius vndique medium locum capeſſentes, nituntur æqualiter. maximè autem corpora inter ſe iuncta permanẽr, & cum quodã quaſi vinculo circundata colligantur. Quod facit & natura, quæ per omnem mundum, omnia mente & ratione conficiens, funditur, & ad medium rapit & conuertit extrema. Cui tamen ſententiæ, vt ſæpe veritati, ſeſe opponit Lucretius lib. 1. & quidem apertè negans

In medium ſumma, quod dicunt, omnia niti:
Atque ideo mundi naturam ſtare ſine vlla
Ictibus externis, neque quoquam poſſe reſolui
Summa atque ima, quòd in medíũ ſint omnia nixa.

Sed hoc Epicureo philoſopho poſthabito, cum M. Tullio concludamus. Quocirca ſi mundus globoſus eſt; ob eámque cauſſam omnes eius partes vndique æquales ſunt per ſe, atque inter ſe continentur: contingere idem terræ neceſſe eſt, vt omnibus eius partibus in medium vergentibus (id autem medium, infimum in ſphæra eſt) nihil interrumpat, quò labefactari poſſit tanta contentio grauitatis & ponderum, vt Cicero de Stoïcis & aliis phyſicis repetit lib. 2. de natu. Deor. Cui ego ſententiæ quanquam probabili etiam hoc addo; Terram vndique cœlo cingi, velut centrum à circumferentia circumſcriptum complexúmque. quo vel maximè fit, vt æqualiter ſuſpenſa, atque à circumferentia æqualiter diſtans, nuſquam nutare poſſit, nuſquam vergere aut inclinari. Nam quòd vulgus temerè dicat aut metuat, ne deorſum ſuo pondere ruat velut in abyſſum vel barathrum terra delapſa: idem eſt, ac ſi noſtri Antipodes metuant, ne eadem illa in cœlum noſtrum feratur ac decidat: quod illi inferum imaginantur: quomodo nos de illorum horizonte & cœli velut ſemicirculo vulgo iudicamus. Cùm tamen cœlum ipſum ſemper & vndique ſuperum ſit, atque ad id ferri terram, ſit ſupera capeſſere, ac velut ſubuolare. cùm illa tanta licet & tam vaſta, ſuopte momento & πνεῦμ deorſum nutet ac deuergat: id eſt ad ſuum ſibi centrum. Sed fac remota vndique obſtacula, fac fulcra ſublata; quò tandem terra ruitura eſt? aut quænam eius capax erit regio? cùm omnia jam ſuum ſibi locum occuparint? cúmque ad ſuum ſemper centrum tendere dicatur? imò & proprio contineatur loco, non vi aut præter naturam, ſed natura ſua in medio vniuerſi collocata? Et tamen talis moles ac tanta, comparatione vniuerſi, Scipioni ſomnianti, aut ne ſomnianti quidem ita parua eſt, vt punctum modò eſſe videatur. quæ, velut centrum, complexa medium mundi locum, infimi tamen & ima ſede ſemper hærens, nec moueri ipſa, cùm ſit grauiſſima & denſiſſima arque ſoildiſſima: ſed hanc circùm, cœlum vniuerſum, quia ſubtilius, rarius, leuius, rotari & circumagi perhibetur: in eámque ferri omnia ſuo nutu pondera. Illa enim ipſa terra, vi aëris ſuſpenſa, cum quarto aquarum elemento, libratur medio ſpatio. Ita mutuo complexu diuerſitatis efficitur nexus, & leuia ponderibus

Terra nutrix diem noctémque metitur, Deorũ antiquiſſima.

Terra ſacra, cõmune hominum genetr.

Terra encomia & triumphi, ſitúſque.

Terra ſitum in medio vniuerſi.

Vmbilicus mũdi apud Delphos, qui.

Terra figura, ornamẽtum, varietas ſuperficiei, opes interna, incola.

Mundus & terra ſtabilis quomodo

Natura vis quàm latè fuſa.

An omnia tendant ad centrum.

Mundi & terræ forma globoſa, maturíſque connexus.

Terra quare loco non moueatur. Et quid medium in ſphæra. N. alia ratio, cur terra non decidat.

Terra cur non ruat in abyſſum.

Terra, velut punctũ, mundi centrum, immobile, cur loco cedere nequeat.

Terra & aqua in medio vniuerſi.

conſiſtat & cohæreat.

Digitized by Google

Grauium leuiúmque mutua connexio.

Terra vniuersi media circum mundi immobile, quale.

inhibentur, quò minùs euolent. contràque grauia, ne ruant, ſuſpenduntur leuibus in ſublime tendentibus, vt Plinius initio lib. 2. doctè ſpeculatur & diſertè interpretatur. Sic pari in diuerſa niſu, vi ſua quæque conſiſtunt irrequieto mundi conſtricta circuitu. quo ſemper in ſeſe currente, ima atque media in toto conſiſtit terra: eadémque vniuerſi cardine ſtat pendens, librans per quæ pendeat. Ita ſola immobilis, circa eam volubili vniuerſitate, eadem ex omnibus nectitur, eidémque omnia innituntur. ita Plinius, de quo & de Tullio iterum poſthac initio lib. 9.

Dei conditoris potentia in ſuis operibus.

Sed rectiùs Triſmegiſtus ſuo Tatio; Τίς ὁ τῆς διαλύσεως μὴ ὄντων ἀφεστακὼς; καὶ ὁ τοῦ γένους ἐδραίωσις; Εἰ γὰρ τις, ὦ Τάτ, πάντων πάντων μονὰς ἢ ἀριθμός. Quis (inquit) terminos mari circumuallauit? quis terram ſolidauit? eſt vtique aliquis, ô Tat, horum omnium creator & Dominus, nempe Deus. & noſter Iob ſimiliter, Indica mihi, vbi eras quando ponebam fundamenta terræ? cap. 38. vbi & de maris terminis atque repagulis. Denique verbo Domini cœli firmati

Deus ſuo verbo firmas cœlos & terram ſtabilit.

ſunt, ait ſacer vates Pſal. 32. Neque modò cœli, inquam, qui leuiore conſtant materia, & quidem ſuapte natura ſupera capeſſente & affectãte: ſed etiam eodem verbo, id eſt Dei iuſſu & imperio, aut filij Dei nutu atque potentia, terra grauis licet denſáque, ſuopte pondere ſubnixa ſolidatur, vti poſt cum Theologis dicemus initio libr. 9. vbi de aqueo elemento & humoribus humanis. quò etiam reuocabitur

Quæſtio.

illa quæſtio diſcutienda, An terra mari innatet, an ſuperferatur, quomodo globum aquæ innatare cernimus? an potiùs mare & aquæ liquabilis, terræ ſolidæ & capaci innitatur, néve hàc aut illàc effluat, coërceatur & cohibeatur? iterum Dauid Pſal. 32. Congregans quaſi vtrem, aquas maris. quomodo ſcilicet humor aliquis

Aqua maris qualiter coërceatur.

in vtre continetur. Continentur etenim in ſe ipſis aquæ maris, mandato Dei, nec diſpergunturin terram: non ſecùs atque humor ille, qui quaſi vinculis quibuſdam in vtre continetur, ait Euthymius in Pſalmum 32. vbi & illud pari allegoria ſubijcitur. Ponens in theſauris abyſſos. D. Ambroſius hexaëmeri lib. 1. cap. 6. ita

Quæſtio, terra vbi ſuſpenſa.

inquirit in hanc quæſtionem; De terræ vel qualitate, vel poſitione tractare nihil profit ad ſpem futuri, cùm ſatis ſit ad ſcientiam, quod ſcripturarum diuinarum ſeries comprehendit, quia ſuſpendit terram in nihilo. Quid nobis diſcutere, vtrùm in aëre pendeat, an ſuper aquam; vt inde naſcatur controuerſia, quomodo aëris natura tenuis & mollior molem poſſit ſuſtentare terrenam? Aut quomodo ſi ſuper aquas, non pondere mergatur in aquam grauis terrarum ruina? Aut quomodo maris vnda non cedat, & in latera eius ſeſe loco ſuo mota

An terra in aëre pendula?

diffundat? Multi etiam in medio aëris terram eſſe dixerunt, & mole ſua immobilem manere; quòd æquabili motu hinc atque inde ex omni parte propendat. De quo ſatis putamus dictum à Domino ad Iob ſeruum ſuum, quando

Deus ſtabiliuit terrã,

locutus per nubem ait, Vbi eras cùm fundarem terram? indica mihi, ſi habes ſcientiam. quis poſuit menſuram eius, ſi noſti; aut quis eſt qui ſuperinduxit menſuras ſuper eam; aut ſuper quid circuli eius confixi ſunt? & infrà, Concluſi mare portis, & dixi, Vſque huc venies, & non tranſibis, ſed in te comminuentur fluctus tui. Nónne euidenter oſtendit Deus, omnia maieſtate ſua conſiſtere in numero, pondere atque menſura? neque enim creatura legem tribuit, ſed accepit, & ſeruat acceptam. Non ergo quòd in medio ſit terra, quaſi æqua lance ſuſpenditur. ſed quia maieſtas Dei voluntatis ſuæ eam lege conſtringit, vt ſupra inane atque inſtabile ſtabilis perſeueret. ſicut Dauid quoque prophetа teſtatur dicens Pſal. 92. Fundauit terram ſuper firmamentum eius, non inclinabitur vſque in ſeculum ſeculi (ſiue vt vulgo, ſtabiliuit orbem terræ, qui non commouebitur.) Non vtique hic quaſi tantummodò artifex Deus, ſed quaſi omnipotens prædicatur, qui non centro quodam terram, ſed præcepti ſui ſuſpenderit firmamento, nec eam inclinari patiatur. Non ergo menſuram centri, ſed iudicij diuini accipere debemus: quia non artis menſura eſt, ſed poteſtatis. Menſura iuſtitiæ, menſura cognitionis: quia omnia non tanquã immẽſa prætereant eius ſcientiã, ſed cognitioni eius tanquã dimẽſa ſubiaceãt. Neque enim cùm legimus, ego confirmaui columnas eius Pſal. 74. verè columnis eam ſubnixam poſſumus æſtimare: ſed ea virtute, quæ ſuffulciat ſubſtantiam terræ atque ſuſtineat. Denique quia in poteſtate Dei ſit terræ conſtitutio, etiam hinc colli-

Terra cur lumine quã aut qualeti.

ge, quòd ſcriptum eſt, Pſal. 103. Qui aſpicit terram, & facit eam tremere. & alibi, Adhuc ego ſemel concutio terram. Non ergo libramentis

Terra cur immobilis.

ſuis immobilis manet; ſed frequẽter Dei motu & arbitrio commouetur, vt dicit Iob cap. 26. Voluntate igitur Dei immobilis manet & ſtat in ſeculum terra, ſecundùm Eccleſiaſtæ ſententiam; & voluntate Dei mouetur & nutat. Non ergo fundamentis ſuis nixa ſubſiſtit, nec fulcris ſuis ſtabilis perſeuerat: ſed Dominus ſtatuit eam, & firmamento voluntatis ſuæ continet: quia in manu eius omnes fines terræ. & hæc fidei ſimplicitas argumentis omnibus antecellit. Laudent alij, quòd ideo nuſquam decidat terra, quia ſecundùm naturam in medio regionem poſſideat ſuam: eò quòd neceſſe ſit eam manere in regione ſua, nec in partem declinari alteram; quando contra naturam non mouetur, ſed ſecundùm naturam; prædicent artificis diuini & operatoris æterni excellentiam. Quis enim artificum non ab illo accepit? aut quis dedit mulieribus texturæ ſapientiam, aut varietatis diſciplinam? Ego tamen qui profundum maieſtatis eius & artis excellentiam non queo comprehendere, non diſputatoriis me libramentis committo, atque menſuris: ſed omnia ſepoſita in eius exiſtimo poteſtate: quòd voluntas eius, fundamentum ſit vniuerſorum, & propter eum adhuc mundus hic maneat. D. Auguſtinus lib. 2. cap. 1. ſuper Geneſi ad literam, multus eſt in explicatione huius ſententiæ, Fundauit terram ſuper aquas. quem perlegere poteris indicatum: aut

Creatura accipit, non facit legem.

Terræ fundamentum.

Dei voluntas & poteſtas, ſcientiáque.

Fides præualet omnibus argumentis.

Terra cur nõ corruat, ex philoſophia.

Deus artifices docuit.

Maieſtas Dei inſcrutabilis, & voluntatis vis.

Terra ſuper aquas qui fundetur.

hæc interim ſic habe. Primò ille quidem dictum pſalmographi figuratè dictum accipi A poſſe inſinuat, & enucleatè explicat, vt ab eo condiſces. At ſi ad literam quiſpiam cogit intelligi, non incongruenter (ait) vel ſublimia terrarum ſiue continentium, ſiue inſularum accipiuntur, quæ ſuperiora ſunt aquis. vel ipſa tegmina ſpeluncarum, quæ ſuper aquas ſoliditate firmata ſunt. Quocirca nec ad literam quiſquam poteſt ſic intelligere quod dictum eſt, Fundauit terram ſuper aquam: vt aquarum pondus terreno ponderi ſupportando, naturali ordine quaſi ſubiectum eſſe arbitretur. ita vir pius & doctus ſtatuit. Baſilius in hexaëmero, ſolum Dei imperium pro fundamento terræ, non aquam aut aliud quippiam aſſumit, poſthàc à me producendus. ac per præſentem verſum oſtendi, quiſnam ab initio mundi conditi aquarum ſitus fuerit: quòd ſcilicet terræ aqua innatet, & quaſi contineat atque cuſtodiat, ne ab eius ſuperficie defluat. Chryſoſtomus autem ad literam hæret, quòd aquæ terræ ſubiaceant inſtar fundamenti. Abbem Ezra cum Rabbinis ex cap. 1. Geneſ. etſi aqua naturaliter debuerit ſuperfundi: tamen ad conſeruationem vſúmque animantium, coniectam eſſe in terræ alueos & cauitates arbitrantur: vt contra naturæ ordinem jam terra C ſuperemineat. vnde & littora ſunt vicino mari altiora. Attamen R. Ben. Bilham mauult (ſuper) ſignificare (iuxta aquas) cùm terra non ſit procul à mari & fluminibus, vt patet. Græci plerique ad literam exponunt. iterúmque Pſal. 135. Qui firmauit terram ſuper aquas. id eſt, extendit, expandit, exporrexit terram aquis ſuperiorem: dum eam ſupra aquas latè & ampliè apparere atque eminere fecit: demiſſis aquis & congregatis, quibus initio circumfundebantur, in terræ concauitates & ſinus, vt Hebræi interpretes ex cap. 1. Geneſeos colligunt. Sic enim aquæ ſunt infra terram quodammodo, quæ antè erant ſupra: idque ad conſeruationem terreſtrium & aëreorum, vt dictum eſt. Ariſtoteles libr. 2. de cœlo cap. 13. opiniones antiquorum de terræ ſitu percurrens mox recenſendas, Quidam ſemper aquam iacere dicunt. hanc enim ſententiam veruſtiſſimam accepimus (ait) quam Thaletem Mileſium dixiſſe ferunt; Terram (inquam) ideo quieſcere, perinde atque lignum (vel ratis) aut quippiam tale natat. etenim nihil horum ſuper aërem manere eſt aptum, ſed ſuper aquam. Quaſi non eadem ſit de terra ratio, atque aqua quæ terram vehit. neque enim aqua ſublimis E manere eſt apta, ſed ſuper aliquid ſemper eſt. Præterea vt aër leuior eſt aqua, ſic & aqua leuior eſt terra. Quare quónam modo id quod leuius eſt, inferius eo quod grauius eſt naturâ, iacere putant? Præterea ſi tota eſt apta ſuper aquam manere, patet & quáque partem ipſius identidem aptam eſſe. nunc autem hoc fieri non videtur: ſed quæuis pars in fundum, & celeriùs maior fertur. ita philoſophus philoſophi licet antiqui ſententiam quamuis plauſibilem euertit: quæ ratio etiam aduerſus quoſdam theologos valebit eiuſdem opinionis nimiùm credulos aſſertores. Sed poſtea cum Theologis agemus fortè diffuſiùs, vbi de analogia humorum hominis ad aquam lib. 9. huius operis: nunc autem reuertamur ad philoſophos: quandoquidem vt fidem Chriſtianam in primis amplectimur; ita philoſophorum doctas & acuratas rationes demõſtrationéſque *N. ſcopum & conſilium.* non contemnimus, præſertim quæ ad Deum ſupremum rerum authorem recurrunt, & Dei numen & potentiam ac prouidentiam nobiſcum amplectuntur. Non igitur indoctè nunc quidem licet Epicureus Lucretius libr. 5.

Aqua non poteſt totã terram ſuſtinere.

Terra ſulcrum, Dei imperiũ eſt.

Terra innatat aquis.

Aquarum locus & vſus.

Terra quomodo ſuper aquas.

Quòd terra aquis innatet.

A ſimili.

Hinc origo erroris, & eius confutatio.

Quòd terra ſit in medio mundi quieta & immobilis.

B *Terráque vt in media mundi regione quieſcat,*
Exanueſcere paulatim & decreſcere pondus
Conuenit, atque aliam naturam ſubter habere
Ex ineunte ævo coniunctam, atque vniter aptam
Partibus aëris mundi, quibus inſita fidit:
Propterea non eſt oneri, neque deprimit auras.

Terra qui aërem ſuſtinet, non deprimat.

Vt ſua cuique hominis nulla ſunt pondere membra:
Nec caput eſt oneri collo, nec denique totum
Corporis in pedibus pondus ſentimus ineſſe.
At quacumque foris veniunt, impoſtáque nobis
Pondera ſunt, ſaduntque permultò ſæpe minora.

A ſimili.

V ſqueadeo magni referi, cui quæ adiaceat res.
Sic igitur tellus non eſt aliena repentè
Allata, atque auctu alienè obiecta alienis.

Terra quãdo genita.

Sed pariter prima concepta ab origine mundi:
Certáque pars eius, quaſi nobis membra, videtur.
Præterea grandi tonitru concuſſa repentè
Terra, ſupra ſe quæ ſunt, concutit omnia motu.

Terra cum contremiſcat.

Quod facere haud vlla poſſet ratione, niſi eſſet
Partibus aëris mundi cælóque remiſta.
Nam commmibus inter ſe radicibus hærent,
Ex ineunte ævo coniuncta atque vniter apta.
Iámne vides quantum tenuis natura valere
Poſſit, vbi eſt coniuncta grani cum corpore; vt aër

Vis aëris cũ grani coniuncti.

Coniunctus terræ & nubes eſt animi vis?

Quòd terra ſit in medio vniuerſi, probatio.

D Quòd autem terra in medio conſiſtat vniuerſi, confirmant dierum & noctium æqualitates, ſiue ipſa æquinoctia, quæ quotannis vbique terrarum recurrunt, medio interiecto tempore, modò luce à ſolſtitio æſtiuo ad hybernum decreſcente, & noctium vmbris augeſcentibus: modò ratione contraria, à ſolſtitio hyberno ad æſtiuum, ipſa luce incrementa capeſſente, tenebris ſeſe quotidie paulatim ſubdocentibus atque imminuentibus. Denique idem (opinor) oſtendunt Lunæ varij defectus ſiue Eclipſes, interpoſita terra ſuum à nobis lumen & proſpectum clepentis. Item pariles vmbrarum flexiles, quæ meridiano potiſſimùm accidunt tempore. ſed & æquales antemeridianæ, cùm Sol nondum ad Meridianum pertingit, pomeridianis vmbris, cùm Sol à meridiano, æquali ſpatio horarum vel locorum receſſit. Et verò (ait Plinius) dioptræ vel maximè id confirmant, cùm æquinoctiali tempore ex eadem linea ortus occaſúſque cernatur. & ſolſtitialis exortus per ſuam lineam, brumaliſque occaſus. quæ accidere nullo modo poſſent, niſi terra in centro mundi poſita eſſet. Demonſtrationes verò attulit Ptolemæus Almageſti lib. 1. cap. 5. & ex eo Io. Sacroboſcius

Ab æquinoctiis & ſolſtitiis.

Ab Eclipſi Lunæ.

Ab vmbris

Ab ortu & occaſu ſolis.

Digitized by Google

lib. de ſphæra repetiuit: quas ideo prætermittam, quia & breuitati ſtudeo, nec mihi ea de re conſtitutum eſt agere ex profeſſo, nec omnia complecti animus eſt. Galenus porrò initio lib. 8. plac. Hipp. & Platonis, Euclides (ait) vno tantùm theoremate, quod primo libro de apparentibus poſuit, terram eſſe mediam mundi partem, & puncti centríque rationem obtinere, paucißimis verbis demonſtrat. ita ille aſſerit, neque tamen theorema citat: quod haud ſcio an nunc extet: mihi Ἐπαφόμενα non adſunt: ſed præter lib. 15. Element. inſuper optica & catoptrica & harmonica, paucis antè annis Græcè & Latinè edita, Io. Penæ noſtri condiſcipuli, & mea operâ extant.

Terra, centrum mundi medium.

Quòd terra ſit ſphærica, ab horis inæqualibus.

Iam verò quòd terra ſecundùm omnes partes accepta, ſphærica ſit ad ſenſum, vt proponit idem Ptolemæus Almag. 1. cap. 4. eadémque mari circumfuſa & ſinuatim circum ſperſa, indicio eſt diuerſa orientalium ab occidentalibus ſupputatio. ex quo fit, vt illi plures, hi pauciores diei numerent horas. Tum & ipſa vmbræ terreſtris in Luna ἐκλείψεσι, deficiente, deprehenſa rotunditas. Qualis enim in corpore, talis & in ipſius corporis vmbra, figura cernitur. vicißimque qualis vmbra, tale eſt & quod vmbram corpus eiaculatur, vt ex Euclidis phænomenis colligitur. Denique tum locorum terreſtrium, tum ſiderum apparitio occultatióve diuerſa, pro variato quaquà verſum itineris contingens interuallo (omnia enim ſidera in orientalibus priùs, poſteriùs in occidentalibus videntur & oriri, & occidere & deficere ſiue ἀνατέλλειν) terram rotundam atque globoſam eſſe conuincunt. Inde conſenſus gentium eſt, cùm orbẽ terræ dicimus, globúmque verticibus includi fatemur. Neque tamen (vt rectè Plinius & Ptolemæus indicãt) abſoluti orbis eſt forma, in tanta montium excelſitate, tanta camporum planitie. ſed cuius amplexus, ſi capita linearum comprehendantur ambitu, figuram abſoluti orbis efficiat: id quod rerum ipſa naturæ cogit ratio. Namque hæc vt ſolida atque conferta aſſurgit: intumeſcenti ſimilis, extráque protenditur. mundus in centrum vergit. ac terra exit à centro, immenſum eius globum in formam orbis aſſidua circa eam mundi volubilitate cogente. quæ verò ad alias figuras ſequerentur incommoda, Ptolemæus idem ibidem & docet & refellit. Vt philoſophi te interim meminiſſe velim ſententiæ, ſi non veræ ac veri ſaltẽ ſimilis: qua terræ formã vniuerſæ περιφερῆ aſſerebat, de qua etiã paulò pòſt. vtra autem verior ratio, Deus nouit: hominum ſola ex veriſimilibus coniectura eſt. coniectura tamen artificioſa & probabili demonſtratione confirmata, publicáque fide recepta, & cõmuni hominũ teſtimonio comprobata. Ouidius 6. lib. Faſt. elegãti hanc carmine complexus eſt, opinor, à Mercurio Triſmegiſto acceptam, à quo & ſuæ Metamorph. principium de mundi creatione certiſſimè mutuatus agnoſcitur: niſi ad Moſem antiquiſſimum referre mauis. ſic autem ille Triſmegiſtus, ἐγὼ ἔφην ἐκ τῆς ὅλης ὑποκειμένου, τῷ ταυτὸ λόγῳ καὶ πᾶν

Ab Eclipſi Lunæ.

Vmbra & corporis proportio.

Ab ortu & occaſu ſiderum.

Orbis terræ cur dicatur, & qualis ſit.

Terra, centrum mundi, quomodo: eademque rotunda.

Terra figura, qualis.

Ouidius imitatur Moſem & Hermem.

ἐκ παντὸς ὁμοειδοῦσαν καὶ ὁμοιοῦσαν, ὑπάρχον ἐφάνη τὸ πᾶν, id eſt, Et quicquid materiei ſubſidebat, id omne verbo ſuo in corpus molémque attollens, orbiculatum effecit. hæc ille: Naſo autem ſic;

Terra ſphærica.

Terra pila ſimilis, nullo fulcimine nixa,
Aere ſubiecto tam grane pendet onus.
Ipſa volubilitas vibratum ſuſtinet orbem:
Quiq; premat partes angulus omnis abeſt.
Cumque ſit in media rerum regione locata,
Et tangat nullum plúſve minúſve latus:
Ni connexa foret, parti vicinior eſſet:
Nec medium terræ mundus haberet onus.

Terra ſphærica libratur in medio vniuerſi, qualiter.

Archimedis ſphæra. de hac in ſequentibus.

Arte Syracoſia ſuſpenſus in aëre clauſo
Stat globus, immenſi parua figura poli.
Et quantum à ſummis, tantum receſſit ab imis
Terra: quod vt fias, forma rotunda facit.

& verò Homerus Iliados Θ.

Terra mũdi media.

Τόσσον ὑπὸ κεύθεσι, ὅσσον ὐρανὸς ἐς γαῖαν.
Tantum ſub orco, quantum cœlum diſtat à terra.

Terra cum aſtris comparatio in quanto, vt cum Sole.

Poſtremò terræ globum ſi vniuerſo comparas, imò vel ipſi vni aſtrorum nec maximo, ſed præſtantiſſimo ſoli, rationem magnitudinis non aliam habere, ad ſenſum quidem, quàm velut centri aut puncti, planum faciunt ipſa æquinoctia, & quotquot ab omni æuo maiores noſtri in immenſis cœli ſpatiis mente ſpeculati, aut adhibitis aſtronomicis organis, æſtimatione à terra, tanquã centro aut puncto facta, longa obſeruatione, indefeſſo ſtudio, nauiter fuerunt contemplati. Quibus ab omni terræ parte, diuerſóque orbis climate, magnitudines ſtellarum ac diſtantiæ iiſdem temporibus æquales ſemper ſunt deprehenſæ. Quin & gnómones & armillarum centra ſphærarúmque, perſpectiones circunductionéſque vmbrarum ita conuenientes ſuppoſitionibus apparentium conſeruant, vt quocumque terræ loco fiant, velut in centro fieri videantur. Denique & horizontes, ſiue ſuperficies, quæ vndique viſum noſtrum finiunt, totam cœli ſphæram vndequaque in partes æquales diuidunt. quod non accideret, ſi terræ ad cœli immenſitátem eſſet aliqua ſenſu percipienda magnitudo. ita ferè Ptolemæus lib. 1. magnæ compoſ. cap. 6. Quibus poſitis, cap. 7. ſequenti terram ſtare, & nunquam centri locum mutare; ac non volui aut rotari (vt quidam aſſerunt, de quibus proximo capite patefaciam) firmiſſimis rationibus & certiſſimis apodeixibus, cum optima & maxima parte Mathematicorum Aſtrologorúmque præſtantiſſimorum neceſſariò efficit atque concludit. de quibus ita Plinius cum mirifico elogio exclamat; Macti ingenio eſte, cœli interpretes, rerúmque naturæ capaces; argumenti repertores, quo Deos hominéſque viciſtis! illud Ouidij forſan ex 1. Faſt. imitatus (qua de re iterum poſthàc quodam probl. de correctione anni Gregoriani.)

A ſitu & magnitudine ſiderũ.

Ab vmbris.

Ab horizontis dimenſione, & quid ſit horizon.

Quòd terra ſit immobilis.

Epiphonema in laudem Mathematicorum.

Felices animæ, quibus hæc cognoſcere primùm,
Inq; domos ſuperas ſcandere cura fuit!
Credibile eſt illas pariter vitiſque iocoſque,
Aſtrorũ humanis exeruiſſe caput.

Digitized by Google

Varie opiniones philoſophorum de terræ figura, ſitu, motu vel quiete.

CAP. II.

Terra vna & rotunda & in medio vniuerſi.

VERVM hæc vt ita ſint, atque ita eſſe concedam & credam, rationěque & authoritate magnorum virorum nitantur; in primis autem Thaletis Mileſij, qui cum notiſſimis & antiquiſſimis Mathematicis & peritiſſimis Coſmographis ſenſit terram vnam eſſe, eámque rotundam, & in medio vniuerſi ſpoſitam: Tamen multæ nec obſcuræ magnorum virorum (μισομαθείας illos enim parui pendo) contrariæ opiniones extiterunt: Cùm Pythagoras duas eſſe terras; Ariſtoteles libr. de mundo, etiam plures: ſicut & Democritus & poſt eum Epicurus & Origenes è noſtris cum Lactantio, plures mundos exiſtimarint. Cùm terræ formam Anaximander columnæ ſimilem, Anaximenes menſæ, Leucippus tympano, Democritus diſco, ſint imaginati. Cùm terræ radices in infinitum porrigi Xenophanes, Dauid vates pſalmographus fundamenta ſuper aquas iecciſſe (de quo tamen pòſt viderimus) Philolaus igni rerum omnium medio ſubijci autument. Cùm terram cæteri ferè omnes, maximéque Ariſtoteles & Ptolemæus, quieſcere: Philolaus & ex Pythagoreis complures, moueri circa ignem per obliquum circulum, eo quo ſolem modo lunámque & ſtellas videmus (de quo mox pluribus) Heraclides Ponticus & Ecphantus Pythagoricus & Seleucus, moueri quidem, ſed loco non excedere, ac inſtar rotæ circum axem, ab occaſu in ortum ferri: Democritus initio quidem cùm leuior & rarior eſſet, diuagatam: nunc autem grauiorem ac denſiorem tractu temporis redditam, demum conquieſcere: Niceas Syracuſanus (referente Theophraſto) itémque Ariſtarchus Samius & Archimedes, ſupera omnia ſtare; terram ſolam moueri, παραδόξως in vulgus, ſed tamen valdè probabilibus (nondum enim opinor, neceſſariis) rationibus coniecerint. atque hoc etiam Platonem in Timæo dicere quidam arbitrantur, vel potiùs obſcurè indicaſſe. ſanè verò circa axem ſuum ſeſe conuertere terram extulit. nec mirum, cùm eo præclaro dialogo Pythagorica dogmata tradat, vt antè inſinuaui. cùm tamen Locrus archetypus ſcripſerit, Terram, radicem omnium & quaſi fundamentum ſeu baſin conſtabilitam ſuo ipſius momento fuiſſe, vt jam antè oſtendi. Horum ſecutus veſtigia Copernicus noſtro ſeculo peritus Mathematicus, alijque adeo magni nominis Aſtrologi, hanc ſibi probabilem, & ad demonſtrationes motuum, dimenſionum, interuallorum cœli & globorum cœleſtium ſiderúmque agnitorum, velut accommodatiorem certiorémque, à priſcis repetitam ac reuocatam ſententiam arripuerunt. Quibus ſiquis obijciat, quî fiat vt ædificia infinitis conſtructa lapidibus non corruant ac diſſoluantur; vt maria & flumina non exundent ac ſeſe paſſim effundant, vt vaſa & fictilia & vitrea & alia vino aut liquore plena, in illo citatiſſimo terræ motu non euertantur & profundant, quid tandem reſpondeant? nónne vt Homerus ad quæſtionem piſcatorum obmutuit cum magna verecundia, & præ pudore contabuit: ſic illi licet viri perdocti, rubore ſaltem ſuffundantur? Sed video quid dicere queant; moueri terram non ſurſum deorſum, quod incommodum vix ea vitare poſſent quæ obiecimus: ſed in latera circumduci dextrorſum aut ſiniſtrorſum: qualiter molas truſatiles verſari cernimus æquabili & ſemper ſui ſimili motu. Vt autem res progrediendo in admirationem maiorem augeri ac promoueri ſolet, quidam eouſque ſuis argutiis ſunt prouecti, vt tellurem ipſam (mirabile dictu) ſidus vnum eſſe, annuóque ſpatio ſigniferum colluſtrare, circa ſolem in medio mundi, velut pro centro habendum; & quod æquè admirabile, illum ipſum quieſcentem, nobis videlicet perſuadere voluerint. quod de neotericis illis quidam aſſerere, vel ſaltem pro hypotheſi poſtulare fingeréque non dubitarunt, vt ex eorundem ſcriptis, quæ manibus omnium teruntur, diſcere eſt. Et quidem jam multò antè (ſic vt in religione, ita & in philoſophia priſcorum opiniones, quas hæreſes non verebor appellare, repullulant, nouóſque aſſertores nanciſcuntur, qui ſe apud rerum imperitos, pro primariis authoribus venditare audent) Pythagoræ ſectatores, qui partem illam Italiæ tenuerunt, quæ magna olim Græcia dicebatur, vt priùs ex Cic. protuli, ignem medio incluſum vniuerſi contineri perhibuerunt; terram autem circa medium volui: & quidem vnam eſſe è numero ſtellarum, quæ perpetua mobilitate circumferantur, in cœlo tamen defixam. quod vt ne fingere videar, audi Plutarchum in vita Numæ Pompilij inquientem; Νομᾶς ἡ λέγουσι καὶ τὸ τῆς ἑστίας ἱερὸν ὑπολαβόντα σφαιροειδὲς τῇ δοθείσῃ τοιᾷδε φύσει, παραπλήσιον εἶναι τὸ σχῆμα τῆς γῆς, ὡς ἑστίαν οὖσαν, ἀπὸ τῶν σύμπασιν κόσμων ἐπώνυμον. οἱδὲ Πυθαγορικοὶ τὸ πῦρ ἱδρύσασθαι νομίζουσι, καὶ τοῦδ ἑστίαν καλοῦσι, καὶ μονάδα. τὴν δὲ γῆν οὐκ ἀκίνητον, οὐδ ἐν μέσῳ τῆς φύσεως κεῖσθαι· ἀπὰ κύκλου δὲ περὶ τὸ πῦρ ἰσορροπίαν, οὐδὲ τὸν οὐρανὸν, οὐδὲ τὸν ὅλον ἐν ἴσῃ μοίρᾳ τοῦ ὑπάρχειν. ταῦτα δὲ ἐν Πλάτωνι φασι πρωτόνοιαν ἔχοντι ἐξεστηκέναι δοκεῖν τῆς γῆς, ὡς ἐν ἑτέρᾳ χώρᾳ κατοικούσης· τὴν δὲ μέσην καὶ κυριωτάτην ἑτέρᾳ τινὶ κρείττονι συνοικεῖσθαι. id eſt, vt puto; Numa autem fertur etiam Veſtæ templum rotundum igni iugi ac nunquam extinguibili, in tutelam circumuallaſſe; haud ipſam quidem terræ figuram imitatus, quaſi ea Veſta ſit; ſed mundi velut medium (negatiua enim videtur abundare) Pythagorici autem ignem quieſcere arbitrantur, eúmque Veſtã appellãt, & vnitatẽ. Terrã verò neque immobilem, neque in medio orbis vel circumferentiæ ſitã: ſed in orbem circa ignẽ eleuatã ac ſuſpẽſam, neque inter præſtãtiſſimas, neque inter primas mundi partes habẽdam. Idẽ verò etiã antiquum illum Platonem de terra ſenſiſſe aiunt, velut in alio quodam loco ſita: mediam verò ac præcipuam alteri cuidam præſtantiori adhærere. hæc ille.

Quòd terra & mundi plures.

Varie Opiniones de terræ figura, baſi, motu.

Quòd terra mouetur in orbem.

N. obiectio in terræ motum.

Terra, baſis rerum.

Hiſtoria de Homero victo in quæſtione lenis.

Reſponſio, à ſimili.

Παραδόξως, quòd terra, ſidus.

Quòd Sol, centrum, mundi immobile.

Hæreſes philoſophorum priſcæ, & earum, nouatores.

Ignis in medio vniuerſi.

Quòd terra ſidus volubile, quæ ratio.

Templum Veſtæ quale.

Ignis quieſcit, terra volui dicitur, quomodo.

Digitized by Google

Aristoteles cap.13. libr.2. de cœlo, vt nuper monui, opiniones antiquorum 12. de situ, motu, figura & quiete terræ proponit & examinat. Ac de situ quidem, non omnes eandem opinionem habent: sed plurimi in medio iacere dicunt, qui cœlum infinitum esse inquiunt. At Pythagorici in medio quidem ignem esse aiunt: terram autem vnam esse stellarum, ferríque circa medium: ac hoc pacto noctem ac diem efficere. aliámque huic contrariam terram faciunt, quam vocant ἀντίχθονα, velut terram aduersam. ignem quippe terra præstantiorem, medio loco velut præstabiliori collocatum. quem & custodiam Iouis appellant. Porrò qui ipsam non in medio sitam esse arbitrantur, circa medium moueri dicunt: similitérque illi aduersam terram. ideo plures Lunæ quam Solis fieri Eclipses: quòd terra, centrum non sit mundi. Quidam autem in centro ipsam positam volui, & circa polum per vniuersum extensum moueri dicunt, vt in Timæo scriptum est. Simili modo de figura ipsius contenditur: quibusdã enim rotunda esse videtur, quibusdã verò lata vt tympanum. cui hoc indicium faciunt. Cùm óccidit enim atque oritur Sol, per rectam lineam, ac non per curuam celari videtur. quæ diuisio curua foret, seu rotundum segmentum, siquidem terra esset rotunda. quod falsum facilè conuincit Arist. ex apparentibus. Addunt etiam talem ob quietem extitisse. Quod autem ad morum aut quietem attinet; Xenophanes Colophonius in infinitum radicatam terram dixit, eóque immobilem. quam sententiam ita increpauit Empedocles;

Ista ferunt, ac si tellus sine fine profunda
Aëris immensi spatio stet: sæpe virûm qui
Efflauit ex ore, & frustrà vanissimus implet
Linguas, quem rerum non possunt dicere caussas.

Quidam super aquam iacêre terram aiunt. ideo Thales Milesius terram quiescere dicit, perinde atque lignum aut quippiam tale innatans. sed aqua sublimis manere nequit, at super aliquid semper est, ait philosophus, de quo nuper & posthàc fusiùs. sed quomodo leuiori quod grauius est, supernatet? sic, vt ait Flaccus, *Nil agit exemplum litem quod lite resolnit.* vide apud Platonem in Phædone similes multorum ratiocinationes. Anaximenes autem & Anaxagoras & Democritus latitudinem, caussam manendi ipsam inquiunt esse, aëri superextensam. Empedocles autem cœlum conuersione sua celeriore, quàm est terræ motio, lationem ipsius prohibere dixit: vt fit in aqua quæ in cyathis est. Sunt autem qui manere terram ob similitudinem dicunt, vt ex veteribus Anaximander. id enim (inquiunt) quod est in medio collocatum, & æquè ad extrema se habet, non ad supera magis quàm ad infera, aut versus latera ferri oportet, & simul ad contraria moueri non posse; quia æqualiter distat ab extremis: nihílque caussæ est, cur in hanc, quàm in illam partem potiùs feratur. quare necessario illud manere dicunt. Quæ igitur de figura, de loco, de quiete, de motu ipsius existimantur, tot ferè esse videntur; quorum partim jam attigi, partim mox meminero: atque Arist. eodem cap. 13. obiter refellit. & mox cap.14. & vltimo eiusdem libri, ita suam sententiam enuntiat; Nos autem primò dicamus, vtrùm terra habeat motum, an maneat. Nam (vti diximus) quidam ipsam vnam stellarum inquiunt esse, quidam in medio positam volui moueríque circa polum dicunt. quod impossibile esse ibidem demonstrat: & ita concludit, Patet igitur necessariò terram esse in medio, atque immobilem esse, ob eas quas ibi caussas recenset. figuram autem rotundam habere mox etiam demonstrat, ex defectionibus Lunæ, quæ curuam faciunt lineam: & qua vndique ab extremis similiter ad medium fertur, pari vndique mole. Præterea per ea quæ videntur de stellis, non solùm rotundam, sed mole exiguam censeri. neque enim tam citò in apparentibus stellis mutationem faceret, migratione adeo breui facta. Quinetiam Mathematici cùm magnitudinem orbis terræ metiri conantur, quadringentis terram cingi stadiorum millibus dicunt. Ex quibus si coniectura sumatur, molem ipsius terræ non solùm rotundam esse; sed etiam ad cæterarum stellarum magnitudinem, magnam non esse necesse est. ita illic concludit philosophus: rationes ab eo repetes vt satis prolixas, sic minùs claras ijs quas antea protuli: quas si mihi non credis, inter se comparare poteris per otium.

Quicquid tamen multi multa dicant; quicquid Anaximander de æqualibus terræ interuallis ab omni ora omníque extremo: quicquid de eadem ab omni ambitu complexúque æqualiter distante differat & acutè philosophetur: vnum tamen est quod negari non potest (sìmodò vera sunt, quæ se maiores nostri obseruasse scribunt) terram ad cœlum velut attolli: aut certè cœlum ad terram (quod innuit Plinius) ceu deprimi: atque aliàs contrario modo à seinuicem vtrumque dirimi: Siquidem fixarum stellarum ab antiquis compertas diametros minores, quàm à recentioribus inueniantur, admittimus. Quia si æquales magnitudines, inæquales appareant: ab inæqualibus interuallis conspici (nisi fallit obseruatio) necesse sit. Porrò Alexandri magni temporibus, Callipus obseruauit inerrãtes stellas vnum cœli gradum peragrare annis 72. Ptolemæus sua ætate, annis 100. Machometus Aracensis suo tempore, annis 66. nostro seculo ad pristina Callippi interualla redierunt. Hæc autem inæqualis progressio vnde accidere potest, nisi telluris globus modò à cœlo longiùs recedat, vt Ptolemæi seculo, imperante Adriano, centum circiter post Christum annis: modò propiùs accedat, vt Callippi, & magis Machometi astronomi temporibus? Siquidem cœlestes motus inerrantium stellarum, æquabili celeritate cieri, recepta est hypothesis. Æquabili autem celeritate delatorũ, quæ tardiùs ferri videtur, ea longiùs distare necesse est. Ex quo fit, vt terram recedere vel moueri cœlum versus, ac velut Homerica illa Iouis aurea catena ar-

1 *De terræ situ.*
Dierum & noctium caussa.
Terra duplex, quæ.
Ignis in medio vniuersi, cur.
Cur plures Eclipses Lunæ quã Solis.
2 *De terræ figura.*
Quòd terra tympaniformis.
3 *De terræ motu vel quiete.*
Quòd terra alijs defixa radicibus hæret.
Quòd terra innatet aquæ.
Quòd terra aëri innitebatur.
Quòd cæli motus rapidus terrã fixat.
A simili.
Terra cur moueri nequeat.
Opiniones de terra falsæ.
Quòd terra in medio, & immobilis, & rotunda & parua.
Terra circuitus quàm.
Quòd terra cæteris modò fiat propinquior, modò remotior: ab experientia.
Æquales magnitudines quando inæquales apparent.
Obseruatio siderum inæqualis progressionis, & caussa.
Sidera fixa æqualiter mouentur: & quæ longius distant.
Iouis catena aurea.

tized by Google

trahi (quanuis lentiſſima progreſſione, cuius vel adeo quingentis annis inæqualitas vix deprehendi poſſit) tum experientia rerum magiſtra, tum obſeruatio maiorum falli neſcia, certò concludat.

N. excuſat ſe à concilatione philoſophorum, & mathematicorum.

Has tamen omnes omnium tam longè à ſe diſcrepantes ſententias conciliare, aut falſas infirmare, aut veras adſtruere, aut fulcire nutantes, aut firmas ſtabilire, minimè nunc quidem ſtatui; opus planè Lernææ Hydræ domandæ & conficiendæ labore haud quaquam inferius. quod Herculeos lacertos, clauámque minacem; non exiguas iſtas ingenij noſtri vires, atque huius obiter inſtitutæ mentionis angu-

N. cur hîc Aſtrologica non tractet.

ſtias flagitet. Quæ me cauſſà impulit, vt de aſtris ac planetis pauca etiam obiter antea delibarim, cùm res tanta tam breui orationis periodo includi non patiatur; ſed ſpecialem omnino tractatum flagitat; quales de ſphæra plerique circumferuntur; vt de orbium cœleſtium numero & ordine definiatur; quid proprium, quid commune habeant ſinguli; qua figura prædiți, quali motu cieantur; qui inter ſe hæreant, & quatenus ſpeciatim voluantur; quàm pari aut diſpari curſu ſuum luſtrent orbem, polo vtroque obuoluti; circulorum quæ ſit inter ſe proportio, qui numerus & quæ connexio; & quicquid inquiri ac diſceptari ab ijs ſolet, qui talia ſibi aſſumunt explicanda; ſi modò id quod pollicétur, reuera præſtare queunt. Verùm vt quod inſtituimus, proſequamur; hunc quidem terræ & ornatum & ſedem, vt & reliquorum elementorum, ita Ouidius ex Mercurij Triſmegiſti, & fortè Moſeos atque Orphei in argonauticis, Heſiodíque, & aliorum probatiſſimorum phyſicorum ſententia depingit lib. 1. Metamorph. (Manilij enim etiam poſthàc meminero ex Aſtronomicis) cuius etiamnum poſthàc meminerimus.

Quæſti ſolita de ſphæra mundi.

Elementorum ſitus & ordo in vniuerſo.

Ignea conuexi vis & ſine pondere cœli
Emicuit, ſummúmque locum ſibi legit in arce.
Proximus eſt aër illi leuitate locóque.
Ignis.
Aër.
Denſior his tellus elementaq́ grandia traxit,
Et preſſa eſt granitate ſua. circumfluus humor
Terra.
Vltima poſſedit, ſolidúmque coercuit orbem.
Aqua.
Sic vbi diſpoſitam (quiſquis fuit ille Deorum)
Congeriem ſecuit, ſectámque in membra redegit;
Terra cur rotunda.
Principio terram, ne non æqualis ab omni
Parte foret, magni ſpecicm glomerauit in orbis.
Tum freta diffudit, rapidíſque inmeſcere ventis
Inſtit & ambitæ circumdare littora terræ.
Addidit & fontes & ſtagna immenſa, lacúſque;
Aquarum effuſio varia in terris.
Fluminaque obliqui cinxit decliuia ripis.
Quæ diuerſa locum, partim ſorbentur ab ipſa,
In mare proueniunt partim; campóque recepta
Liberiorꝛ aquæ; pro ripis, littora pulſant.
Camporum planities, & montium iuga.
Inſtit & extendi campos, ſubſidere valles;
Fronde tegi ſyluas, lapidoſos ſurgere montes.

Ouidius vnde mutuatus doctrinã ſuã inſipientum.

quæ omnia (vt præmonui) tum ex Orpheo & Heſiodo aliíſque priſcis phyſicis, tum ex Ariſtotele de mundo, tum ex Platonis Timæo, tum lecta apud Hermetem aut fortè apud omnium antiquiſſimum Moſem noſtrũ primitùs enuntiata mutuatus aſſumpſit poëta & doctus & diligens, in carmen ſibi redigenda poſteritatíque communicanda. Sic autem Hermes ille termaximus ὁ ἱερὸς λόγος, vniuerſi conditionem Deo & menti aſſignans ſubijcit (nam de Moſe jam antè, & iterum poſthàc ſæpe) ἦν γὰρ σκότος ἀπέιρον ἐν ἀβύσσῳ, καὶ ὕδωρ καὶ πνεῦμα λεπτὸν νοερὸν δυνάμει ὄντα ἐν χάει. ἀόρατος δὲ φῶς ἄκτιστον, καὶ ὑπὸ ἄκμονα ἐξ ὑγρᾶς ὕλης πυκνῆς, καὶ πολὺς καθαρτήριος φύσεως ἐκπύρου. ἀδιάκριτον δὲ ὅπως ἀπάντων καὶ ἀκαταστάτων, κουφότητα μὲν ἐπάφεσθαι εἰς ὕψος, καὶ τὰ βαρέα ἐπιπολάζειν ὑπὸ ὑγρᾶ ἄκμονι, πνεῦμα δὲν ὅλων διακρίνειν καὶ ἀνταρμοδίους πνεύματα ἐχεῖσθαι· καὶ ὥρᾳ ἐ ἱερὸς ἐν κύκλοις ἰδεῖν. id eſt, Erant verò tenebræ infinitæ in abyſſo, & aqua & ſpiritus tenuis intelligibilis, poteſtate exiſtẽtia in chao. ſublata verò eſt lux ſancta, & concreuerunt ſub terra elementa ex humida ſubſtantia: dijque omnes amplectuntur naturam ſeminalem ſeu fœcundam. Cùm autem omnia indiſcreta & incompoſita iacerent, leuia in ſublime ſecreta ſunt, grauia in arena humida ſubſederunt, omnibus igne diremptis & ſpiritu appenſis vehendo. & apparuit cœlum in circulis ſeptem. & quæ ſequuntur de animalium omnigenûm plantarúmque ſatu Moſaïcis conformia. qualis idem in Pymandro repetit de luce & tenebris, de motu & fragore aquarum, de igne & fulgore inde emicante ſuperáque capeſſente, comitante aëre; terra autem ſubſidente, aquis permixtam agitante ſpiritu, & filio Dei operante. vt in eo authore, quiſquis eſt, ſanctam Trinitatem agnoſcas; addita potiſſima Idea archetypa. vbi & de elementorum generatione & ordine, atque ab his exorta rerum natura. Dixeris Moſis interpretem, non modò eadẽ, ſed etiam clariùs quodammodo ſingula enuntiãtem. quæ longum ſit ſingillatim percenſere: ac fortè alibi Orpheum ex argonauticis in eandem ſententiam proferam: quod ſi non facio immemor polliciti, tamen hunc ex nomine indicatum habebis.

Rerum miſcella in chao, & quomodo diremptæ inuicẽ, quóque ordine.

Elementa qualiter è chao elicita & diſcreta.

Hermes Moſi concordat in pleriſque velut interpres.

De quinque Zonis in cœlo & terra analogis: vbi priſcorum opinio de quibuſdam labefactatur. déque terræ Latitudine & longitudine, & diſtantia à cœlo.

CAP. III.

Analogia quinque Zonarum in cœlo & terra.

PYTHAGORAS primus (ſi vera narrant) ad imitationem cœli, ex quadam rationis proportione, terram quinque cingulis diſtinxit. Vt enim cœlum quantumcumque eſt, quinque parallelis circulis (qui vndique pari ab Æquatore, biniíque coniuncti ſecundùm quãlibet ſui partem æquati inter ſe diſtant interuallo) diuiditur; quorum maximus & medius ille Æquator ſiue Æquinoctialis eſt: minores ſunt reliqui; ex quibus duo Æquatori iſti viciniores, viginti tribus gradibus & vna ſecunda ab eo vndique diſtantes, Tropicus Cancri, à parte Aquilonali, & Tropicus Capricorni, ab oppoſita parte auſtrali. denique ab his Tropicis totidem æquidiſtantes alij duo circuli, Arcticus quidem à Tropico Cãcri; Antarcticus autem

Quinque circuli in cœlo paralleli, qui & qualiter analogi.

Digitized by Google

antem à Tropico Capricorni, vterque ab vtroque quadraginta tribus gradibus ſeponitur. Ita & tellus vniuerſa directè iſtis circulis ſubiecta, in quinque cognomines partes dirimitur, ſingulas ſingulis rectà ſuppoſitas, quas zonas à latitudine Græci, Latini pariter cingulos duce Cicerone denominarunt. Ex his zonis duæ ab Æquatore remotiores, ad vtrumque polũ ſubductæ, & geminis cœli verticibus Arctico & Antarctico ſubnixæ, vt Tullius loquitur, propter ſolis remotioris abſentiam (eò enim nunquã accedit tropicorũ metis incluſus) aſſiduo gelu rigere & conglaciare dicũtur: ideóq; inhabitabiles. in quibus ſiqui degũt, ij ἀμφίσκιοι vocitantur, propter ſolis circumactũ, vmbra ſemper verſatili & circumductili, velut in orbem ſequaci. Duæ autẽ citeriores, & medio Æquatori viciniores, inter duos Polos & Tropicum ſitæ vtrumque, propter ſolis temperationem & caloris frigoriſque moderationem vtrinque mutuatam, & aliquantũ obliquos ſolis radios, mediocriter in æſtu gelúque habitæ, præcipuè ab hominibus habitari excoliq; perhibentur. quos ob id ἑτερόσκιοι appellant, quòd in vnam modò partẽ ſemper vmbras iaculentur, & quidem polo ſuo propiorem, meridiano quidem tempore. Nobis tamen vmbra in orientem & occidentem & ſeptentrionem cadere poteſt, vtique in aduerſam ſoli partem: at in auſtrum nunquam: quia ſol apud nos nunquã fines ſeptentrionales attingit: quod in oppoſitis ſecùs accidit. Quinta quæ reſtat media & maxima, inter duos Tropicos circunſcripta, quam mediam ſecat Æquator, ob impendentes ad perpendiculum Solis radios, de tropico in tropicũ per tranſuerſum zodiacum meantis ac remeãtis, ſemper æſtuare fingitur potiùs quàm verè aſſeritur, vti mox conuincã. in qua qui degũt, ἀμφίσκιοι perhibentur, quòd vmbram modò in hanc, modò in illam partem ſole circumluſtrãte iaciant. Apud Syenem tamen, cùm ſol eſt in Cancro, hora diei ſexta, ſole ſuper verticem ciuitatis poſito, nulla vmbra vſquã iacitur, quòd ſit Æquatori ad perpendiculum ſita. Has quinque zonas à propinquo & affini ſigno circunſcribente vel definiente appellauit Septentrionalem & Auſtralem gelidas & incultas: deinde Solſtitialem & Brumalem temperatam vtramque, alteram ab Antipodibus, alteram à nobis habitatam: deniq; mediam illam torridã Æquinoctialem, ſed falsò, vt dixi, talem habitã creditámque. ſed de his zonis dicentes alios audiamus. namque de vmbris & terræ incolarum ſitu omnimodo & inde nominum diſcrepantia iterum poſthàc.

Quinque zonæ in terra ſubiectæ cæleſtibus, quales.

2. Gelidæ.

ἀμφίσκιοι, qui.

2. Temperatæ.

ἑτερόσκιοι, qui.

Cur nulla nobis vmbra in Auſtrum.

1. Torridæ.

ἀμφίσκιοι, qui.

In Syene, quãdonulla vmbra.

Quinque zonarum denominatio, vnde.

Galenus (vt creditur) cap. 84. hiſtor. philoſoph. Pythagoras, inquit, ad imitationẽ cœli, terrã quinque cingulis diſtinxit, Septentrionali, Solſtitiali, Æquinoctiali, Brumali & Auſtrali. Horum medius & duo proximi mediam terram cingunt: atque pars hæc combuſta nũcupatur. vtrinque quod ſuccedit vſque ad Auſtralem & Septentrionalem, cingulum bene temperatum cùm ſit, habitabilis regio dicitur, inde quod ſupereſt, nimio gelu torpeſcit. Plutarchus eo opere, quod de plac. philoph. ſcripſit, idem & verbis ijſdem extulit. vt mirari ſubeat, quomodo idem opus inter Galeni ſcripta repoſitum irrepſerit, mutato tãtùm titulo, vt notaui. cùm non potuerit vterque idẽ verbis ijſdem & tota deinceps orationis ſerie eadem conſcribere: quod vix olim 72. interpretibus bibliorum contigit. nec ſanè longo interpoſito tempore, affinis vterque ſeculo eidẽ, ac ferè ἐμάχησεν ἐμάχησε, quid alter ſcriberet aut commentaretur, ignorare potuit aut debuit. Verùm cùm huius operis in catalogo librorum à Gal. ſcriptorum nullam mentionem ab ipſo eodem authore fieri videã (niſi quod excidit, & ad noſtram memoriam non peruenit) non dubitabo deinceps Plutarcho, tãquam genuino authori aſſerere, ſuóque ſibi iure poſtliminio vendicare.

Mirum, quòd idem opus duobus adſcribitur.

De 72. interpretibus.

Plutarchò vendicatur hiſtoria philoſoph. ſiue de plac. philoſoph.

Sed vt redeam vnde digreſſus ſum; Pythagoram ſecuti tum philoſophi, tum poëtæ cõplures, orbem vniuerſum ita diſtinxere. ac Cicero luculenter meo iudicio, ſic in ſomn. Scip. Vides habitari in terra raris & anguſtis in locis: Et in ipſis quaſi maculis vbi habitatur, vaſtas ſolitudines interiectas: hoſque qui incolunt terrã, non modò interruptos ita eſſe, vt nihil inter ipſos ab alijs ad alios manare poſſit: ſed partim obliquos, partim auerſos, partim etiã aduerſos ſtare vobis. à quibus ſperare gloriã certè nullam poteſtis. Cernis autem terram eandem, quaſi quibuſdam redimitam & circundatam circulis: è quibus duos maximè inter ſe diuerſos & cœli verticibus ipſis ex vtraq; parte ſubnixos, obriguiſſe pruina vides. medium autem illum & maximum ſolis ardore torreri. Duo ſunt habitabiles: quorum Auſtralis ille (in quo qui inſiſtunt, aduerſa vobis vrgent veſtigia) nihil ad veſtrum genus. hic autem alter ſubiectus Aquiloni, quem incolitis, cerne quã vos tenui parte contingat. Virgilius autem de zonis cœleſtibus hunc in modum 1. Georg.

Terra partẽ habitabilis inculta, quæ.

Terricolarũ ſitus ad inuicem, quales.

Terræ cingculi quinque quales.

2. Gelidæ.

3. Habitabiles.

1. Torridæ.

Quinque tenent cœlum zonæ, quarũ vna coruſco
Semper ſole rubens, & torrida ſemper ab igni.
Quam circum extremæ dextra lævaque trahuntur,
Cærulea glacie concretæ, atque imbribus atris.
Has inter mediamque, duæ mortalibus ægris
Munere conceſſæ diuûm. ——

Cæli zonæ, 5. quales.

Inde & Ouidius lib. 1. Metamorph. cõſequenter ad ea quæ ſuprà,

Vtque duæ dextra cœlum totidémque ſiniſtra
Parte ſecant zonæ: quinta eſt ardentior illis.
Sic amnis incluſum numero diſtinxit eodem
Cura Dei: totidémque plagæ tellure premuntur.
Quarum quæ media eſt, non eſt habitabilis æſtu:
Vix tegit alta duas: totidem inter vtrãque locauit,
Temperiémque dedit mixta cum frigore flamma.

Alia zonarũ noſtrarum deſcriptio.

Analogia zonarum terræ cum ſuperis.

Sed quoniam qui hæc diagrammate repræſentant, lineis zonas depingunt, cum tamen linea ſit latitudinis expers, & zonas à latitudine denominatas per metaphoram monuerim, volo ſubiecta figura & cingulos & nomina & naturam breuiter ob oculos ponere, hoc ferè modo.

Zonæ cũ dictis.

Hîc nihil opus eſt explicatione, quia demonſtratio non fit per notas abecedarias; ſed ſua cuique loco res inſcripta nominatim appellatur; & ſegmenta apicibus circuli appinxi vtriſque, quò zonis inter lineas binas ſingulis capax aſſignaretur ſpatiũ. Ita tamen, vt animo & cogitatione tibi relinquam æſtimandum; tũ quod de terræ cingulis dicimus, idem tibi de cœleſtibus ſuprapoſitis concipiendum; tum quod in plano pingimus, eadem ratione animo velut ſolidum per ſphærã (quam globum Tullius interpretatur; vt circulum, quem Græci κύκλον vocant) imaginationi liberæ repræſentandum. atque hoc mihi ad rei facilitatem & ſpeciem illuſtrandam breuiter dictum demonſtratúmque ſit.

N. ratio mutatæ figuræ.

Quid imaginandum in hac figura.

Circulus & globus qui differant.

Poſſem plures in medium adferre tum poëtas, tum philoſophos, tum coſmographos omnis æui inſignes, qui de quinque zonis eleganter & venuſtè conſcripſerunt; vt e Latinis præterea poëtis Tibullus lib. 4. & Manilius, itémque e philoſophis & coſmographis Ariſtoteles lib. 2. meteor. & Plinius lib. 2. cap. 68. & ab his cæteri fere omnes, vt Strabo, Mela, Solinus, Macrobius, Io. Sacroboſcius, & quotquot ſunt propemodùm e veteribus & recentioribus geographi & chorographi ſeu coſmographi, idem vno ore affirmant; e quinque zonis terrenis duas tantùm habitari poſſe, reliquis tribus aut gelu & pruina rigidis, aut æſtu nimio torridis. Quorum & multitudini & authoritati vnus ſe oppoſuit Ptolemæus præſtanti ſanè vir ingenio. nõ ille quidem rex, ſed mathematicus inſignis ferè ſub Adriani tempora clarus, deſcripta primũ quæ putabatur, torrida Æthiopica & Libyca regione, ſimilitérque Aſiæ & Europæ glacialibus habitis plagis, ad Mæotim paludẽ, ad Iſtrũ & Tanaïm fluuios

Conſenſus veterum de terræ partibus inculti vel habitabilibus.

Ptolemæi fides, aduerſus priſcos de torrida & glacialibus habitis.

A

& Riphæos montes, vniuerſáque Scythia Septẽtrionali, & ea regione, quæ Hyperboreorum dicitur, quaſi ſupra Boream incolentium. quarum regionũ quædam, cõtra fidem & authoritatem veterũ, cultores ſuos incredibili locorũ amœnitate, præſertim ſub Æquatore, mirificè inuitant. aliæ verò & cœli & ſoli importunitate, diráque ferarũ immanitate, nullos adhuc ab omni æuo potuerunt incolas admittere. multæ denique omni ſeculo, vt putant, incognitæ inſulæ, ac velut noui orbis nouæ terræ amœniſſimi tractus, Americi, Columbi, Pauli Veneti, Aloyſij. Alberici, Alonſi, Ioſephi, Ludouici, Pinzoni, Diegi, Villagagnonij atque aliorum cordatorum virorum, Hiſpanorũ, Luſitanorum, deinde Gallorum, Anglorum, Italorúmque, non minùs periculoſis ſibi, quàm regibus & nationibus ſuis fructuoſis atq; vtilibus nauigationibus, ab anno circiter Chriſti 1250. ad 1490. in hominũ notitiam, magno Dei beneficio, religionis Chriſtianæ acceſſione & incremento, orbíſque Chriſtiani maximo fructu & emolumento peruenere.

Æquatus habitabilis.

Regiones cur inculta.

Terræ nouæ & noui orbis reperti res, quæ de.

Hiſtoria priſcæ nauigationis.

Quanquam Nepos Cornelius author eſt, Eudoxum quendam ſua iam ætate (vixit autẽ ante Chriſti optatum & conſpicuum hominibus aduentũ) cùm Lathyrum regem fugeret, Arabico ſinu egreſſum, Gades vſque peruectum, multóque ante eum Cælius Antipater vidiſſe ſe qui nauigaſſet ex Hiſpania in Æthiopiam cõmercij gratiâ. Quæ forte hiſtoria Plinio recitata, patrum noſtrorum memoria Columbum mouit, vt idem tentaret iter atque periculum. Idem verò Nepos de ſeptentrionali circuitu tradit, Indos à rege Sueuorum dono datos, qui ex India commercij cauſſa nauigantes, tempeſtatibus eſſent in Germaniam abrepti. ita refert Plinius lib. 2. cap. 67. Sic igitur nihil eſt

C

Digitized by Google

(vt ait Eccleſiaſtes) ſub ſole nouum:nec valet quiſquá dicere, Ecce hoc recens eſt.iam enim præceſſit in ſeculis quæ fuerunt ante nos. Generatio præterit & generatio aduenit:terra autẽ in æternũ ſtat.Enimuerò diuerſam quandã à Pyhagorica terræ partitionẽ facit Ariſtot. lib. de mundo ,eóque cõmuni & recepto omnium hominum, præcipuéq; Geographorũ more,in europã, Aſiã & Aphricã diuidit:ſed & alio iſto quodã modo. Orbem terrarum , ait, hominũ ferè ſermo in inſulas diuiſit & continẽtes. ſcilicet ignorantiũ,vniuerſam ipſam terrã, inſulã eſſe vnicã,Atlãtici maris ambitu circumdatã. multas autẽ & alias longè quidẽ ſummotas illas;ſed tamẽ veluti dirimẽte freto,huic ipſi eſſe obuerſas , non abſimile veri eſt , partim hac maiores,partim etiã minores : ſed quarũ nulla, præter eã , ſub proſpectum noſtrũ ſita ſit. Nã quod inſulis noſtris accidit, vndique vt noſtra maria eas alluant : idẽ orbi quoque huic cõtigit, rationẽ inſulæ vt obtineat Atlantico mari cinctæ. Cõplures itẽ alij terrarum orbes eadẽ poſitura conſtãtes inſulæ naturã habẽt in vniuerſo mari ſitæ. quod latiſſimè patet : eorúmq; nonnulli prægrandes prægrandibus quoque ipſis maribus circũfuſis. Quẽ mihi Ariſtotelis locũ(niſi ſiquis alius Ariſtoteles à Stagirite magno illo, ætate ſuppar, eum de mundo libellũ edidit, quo terras explicat nõdum illis temporibus cognitas: & verò parum abfuit , quin Apuleius eum Latinè ſuo modo interpretatus, ſuum fecerit) ſed tamen locum illum Cicero ſic breuiter in ſomn. Scip. attigit;Omnis enim terra, quæ colitur à vobis,anguſtata verticibus, lateribus latior , parua quædam inſula eſt, circunfuſa illo mari , quod Atlanticũ , quod magnum, quod Oceanum appellatis in terris. qui tamen tanto nomine quàm ſit paruus, vides.

Iam verò huius orbis latitudo,qua continẽs eſt ampliſſima, Ariſtoteli ibidem paulò minùs quadraginta millia ſtadiorum patet (eſt autem ſtadium , octaua pars mille paſſuum : ſiue vt Plinius ait lib.2.cap.23. ſtadiũ centum viginti quinque noſtros efficit paſſus , hoc eſt pedes ſexcentos viginti quinque) vt quidem perhibuerunt rectæ & exquiſitæ geographiæ authores. longitudo ad ſeptuaginta millia. Veteres autem Græci,vt idem ait lib. 2. de cœlo , terræ longitudinem ab vno mundi vertice ad alterũ verticem, latitudinem ab ortu ad occaſum definiebant. Vtramque tamen Plinius lib. 2. numeris paulò aliter atque ille,circunſcribit. Habitatæ terræ longitudinem maximam ab ortu ad occaſum , hoc eſt ab India ad Herculis columnas,octogies quinquies centena ſeptuaginta millia paſſuum.Latitudinem autem à meridiano ſitu ad Septẽtrionem ,dimidio ferè minorem : nempe quinquagies quater centena ſexaginta duo millia paſſuum complecti profeſſus. Idem vero cap. vlt.lib.2. inuentam memorat epiſtolam Dionyſodori nomine ad ſuperos ſcriptam (ita ille in ſuam bibliothecam omnia ſine diſcrimine congerit, veránean falſa,modò authorẽ habeãt)qui mortuũ ſe peruenifſe à ſepulchro ad infimã terrã diceret, eſſéq; eò ſtadiorũ quadraginta duo millia.Ptolemæus deniq; quẽ ego magni facio, latitudinẽ terræ à Thyle per Meroën ad Praſſum Promõtorium Æthiopũ,i.à Septentrione ad meridiẽ,ſtadiorũ facit 40000. ſiue leucarum vulgariũ, ni fallor, 2500.longitudinẽ verò à Sera per Rhodum ad fortunatas inſulas,i.ab ortu ad occaſũ , ad leucas 4336.reducit. Strabo ad ſtadia 70000. Totũ autẽ terræ circuitũ 11160.leucarũ æſtimãt geographi.Macrob. lib.2.ca.6. doctiſſ. cõment. in ſomn. Scip. Omnis (inquit)terræ orbis, i.circulus qui vniuerſum ambitũ claudit,ab his qui eũ ratione dimenſi ſunt, in ſexaginta diuiſus eſt partes.habet autẽ totus ipſe ambitus , ſtadiorũ ducenta quinquaginta duo millia.ergo ſingulę ſexageſimæ extẽduntur ſtad js quaternis millibus ducenis.Ex his,omnis peruſta zona ſexageſimarũ octo eſt,&tenet ſtadiorũ millia triginta tria & ſexcẽta inſuper. Latitudo autem cinguli noſtri, qui temperatus eſt, habet ſexageſimas quinque, quæ faciunt ſtadiorũ millia viginti & vnũ. Et ſpatium frigidæ habet ſexageſimas ſex, quæ ſtad. tenẽt viginti quinq. mill. ducenta. vt tãtũdẽ ſubtus cõtineri intelligas: quod ad figurã antecedẽtẽ de zonis referri debere intellige.

Scilicet hæc libertas animorũ eſt,niti vt ea aſſequantur,quæ diuina maieſtas occultare velle videbatur : & cũ rerum verã æſtimationẽ ſæpe aſſequi nõ poſſint,quędã cõminiſci veriſimilia, quibus ſe paſcant ac velut ſatiẽt vmbris & imaginibus.In iſtos tamen curioſos id fortaſſe iure quodã cõtorſit Lactãtius; Vides tãta temeritate homines extitiſſe, qui vulgo philoſophi nominantur,vt ea quę abſtruſa prorſus atq; abdita Deus eſſe voluit,ſcrutarentur:ac naturã rerum cœleſtiũ terreſtriúmq; conquirerẽt : quæ à nobis lõgè remotæ, neq; oculis contrectari , neq; tangi manu,neque percipi ſenſibus poſſunt. Et tamẽ de illarũ omniũ ratione ſic diſputãt, vt ea quæ aſſerunt, probata & cognita videri velint. hæc ille:cui ſimillima ſcripſit D.Baſil.homil.1. in hexaëmeron,à nobis poſthàc citãdus. Vaſtũ tamen eſt opus naturæ illud quidem,ſed maior animus,qui mũdi fines videt,media perluſtrat, ambitũ circumit ,vt alibi ex Hermete de libero animi excurſu diximus pluribus verbis & elegãtibus.quæ verò extrà ſunt,nefas eſt humanę menti cogitare. Illa tamen illa libertas impulit cœlũ perſcrutari,abyſſos ſpeculari, media cœli terræq; ſpatia imaginatione cõtẽplari: & ſi fas eſt arcana naturæ vulgare,hac æſtimatione cẽſere,vt millia myriadũ duo,ſexcẽtę quatuordecim miliariũ noſtratiũ myriades, & millia præterea tria,ſummã vix perueſtigabilẽ efficiãt interualli,quo terra hæc infima à ſupremo cœlo diſtet.Quin & Ptolemæus lib. 5. almageſti, ex Eratoſthene, ſolẽ diſtare à terra trecentis octo ſtadiorũ myriadibus, nẽpe ſic 308000. i. miliaribus 385000. (quãquã alij leucas noſtrates numerant 449364).Lunã verò à terra diſtare ſeptuaginta octo ſtadiorũ myriadibus, nempe ſic 78000. i.miliaribus 97500.certis (vt putat) rationib⁹ demõſtrat.Quẽ tamẽ poſteriores aſtronomi potiſſimũ Arabes, Alphraganus, Albategnius,Cãpanus,Rãbanus,multis inſuper myria-

Nil ſub ſole nouum.

Terra partes tres : alij quartam ſubijciunt Libyam.

Terra, eſt inſula,qualis: & quod inſula, velut in ſalo.

Inſularum proprietas, & quomodo terra inſula.

Orbes terrarum plures, & inſulæ.

Ariſt. an author lib. de mundo: & Apuleij datus.

Terra, qualis inſula.

Orbis terræ latitudo lõgitudóque, & vnde metienda. Stadium quid.

Terra longitudo & latitudo qua & quanta.

Terra diametri quantitas, & mira Dionyſodori hiſtoria. N. de Plinio.

Terræ latitudo longitudóque quanta, & vnde.

Terræ circuitus æſtimatio.

Diuiſio orbis terrarũ, & quantitas.

Zonæ peruſtæ amplitudo.

Animi libertas in occulta naturæ.

In philoſophos curioſos rerũ indagatores.

Animi mira celeritas, capacitas, veſtigatio.

Spatium à terra ad lunam, ad ſolẽ, ad ſummum cœli, quantũ ſit.

Digitized by Google

Locus in quæstionem.

dibus ſuperant. quâ verò pridem è cœlo reuerſi? dicat ille, talĕ audaciam temeritatémve ſimilis cuiuſdam Aſtrophili, & quaſi quis dicat, vranómetræ, mordaci dicterio eleuáſſe.

Inſtituitur analogia partium humani corpus cũ terra, quatuor ſummas in partes diuiſi. homo cum aliis artificum operibus eximijs conferitur. eius corporis & animi præſtantia commendatur.

CAP. IIII.

Tranſitio. Incerta & occulta non perſequendo curioſius.

VERVNTAMEN omiſſa curioſa iſta & homini ſemper incerta rerum occultarũ inueſtigatione, cũ nec homini neceſſe ſit maiora ſe quærere (& verò quis aſcendit in cœlum priùs, vt hæc redux hominibus enuntiaret? & ſibi viſa atque cõperta interpretaretur?) atque his præteritis arcanorũ Dei & naturæ inuolucris (ſcrutator enim maieſtatis opprimetur à gloria, ait Sapiens prouerb. 25.) quid iam ſimile de hominũ genere dicã? quid elemẽto huic affine (ſunt autẽ plurima) primũ exponã? Homines enim vel ab humo denominati, vt patuit, quaſi cultores terræ à Deo conſtituti, & ex eadem iam olim in protoplaſte Adam cõſtructi, non patiũtur eã nec immanitate belluarũ efferari, nec ſtirpium aſperitate vaſtari. quorum operibus, agri, inſulæ, litora collucent diſtincta tectis & vrbibus. quæ ſi vt animis luſtrare, ſic oculis videre & contueri liceret: nemo cunctam intuẽs terrã, de diuina ratione, vt ait Tullius, dubitaret. Magna ſunt & eximia illa quæ de terra dicta ſunt, & quæ dici plura potuerũt: ſed tamen ſiquis diligenter examinet, quæ homini inſunt, vni iſti terreno elemento affinia (nã de cæteris & eorũ inter ſe analogia ferè adhuc eſt dictũ, & deinceps dicitur) nõ pauciora fortaſſis occurrent, quę diuina in homuncione iſto, terræ ciui θεομιμήτῳ, admiratione ſummáque prædicatione digna cõmendent atque extollant.

De analogia hominis cum terra.

Homo terram excolit, ſuũ peculium.

Analogia partium hominis cum terra.

Homo, anima eſt, non corpus. Vnde dictum & factum.

Corpus igitur hoc quod cernimus (neque enim hominẽ iure dixeris, cuius forma, ipſa potiùs anima eſt, vt ait apud Platonẽ Socrates in Phædone, & ex eo tũ Ariſtoteles, tũ Cicero in Tuſcul. (corpus, inquã, iſtud humo ſanè cõditum, vt oſtendimus, & primo ſatu fabricatum, à qua & ſua homini iã ſæpe dicta agnominatio eſt, nos quidẽ cũ nobiliſſimis & philoſophis & medicis, quatuor in partes oculis apertas & conſpicuas partiemur, videlicet Caput, Thoracem, Vẽtrem & Artus extremos. Quãquam non ſicut plaſtæ & piſtores ipſi, colores & lineamenta tantũ externa effingũt ac velut effigiant: ita & natura in cõpoſitione corporis humani ſe geſſit: quæ & ſubſtãtias totas commiſcuit, & longè plura intus celanda, occulta eſſe voluit, quã foris expoſita oculis, iniuriæ patere externæ paſſa eſt. Praxiteles nãque aut Phidias (ait Gal. lib. 2. facult. natural.) aut alius quiſpiã ſtatuarius, foris tantũ materiã ornabãt, qua ſcilicet parte licebat eam attingere: internã eius partẽ illaboratã, otioſam, artis immunẽ ac neglectã reliquerunt: vt quibus in eã deſcendere ingrediq;, ac omnes materiæ partes rãgere minimè licuerit. Natura non ita: ſed oſſis partem quãlibet, os efficit, & carnis carnẽ, & adipis adipem, & in aliorũ ſingulis ad portionẽ facit. nulla enim pars eſt, quæ ab ea nõ tangatur, aut quę operam eius cultũve effugiat. idẽ ſimiliter rurſus lib. 17. de vſu part. At eo certè nomine mihi ſubit viros illos admirari, qui naturã aiũt arte carere. ſi ſtatuarios quidẽ laudant, cũ partes dextras ſiniſtris æquales omnino fecerint. Naturã autẽ non laudãt, quæ præter partiũ æqualitatẽ, actiones etiam exhibuit: ac præterea ſtatim vt animal fuit genitũ, eatũ vſum, ipſum edocuit. An Polyclerum quidẽ admirabimur, propter partiũ ſtatuę (quæ Regula fuit appellata) conuenientiã ac proportionẽ: Naturã autẽ non modò non laudabimus, ſed omni etiã arte priuabimus? quæ partiũ proportionẽ nõ ſolùm extrinſecùs more ſtatuariorũ, ſed in profundo etiã ſeruauit. Nõne & Polycletus ipſe naturæ eſt imitator, in quibus ſaltẽ eã potuit imitari? Potuit autẽ in ſolis externis partibus, in quibus artem conſiderauit, ab ijs quæ maxime ſunt in prõptu, auſpicatus. Atqui ipſa æquabilitas artẽ præ ſe fert admirabilem: quam ſtatuarij multis freti inſtrumẽtis, ægrè tamẽ aſſequũtur. ita ille.

Natura nõ caret arte: & huius comparatio cum plaſtis.

Polycleti gnomon.

Art imitatur naturã.

Sed nos philoſophorum dicẽdi more ad tẽpus relicto (quibus eſt hoc in ore frequẽs, maximéq; Ariſtoteli & Galeno, Natura nil facit fruſtrà) ſi exactiùs & ſanctiùs loqui volumus, non natura, ſed naturæ deus (quanquam Natura, Deus ſolus, ait Strab. apud Cic. 1. nat. deorum) non Promethẽus, vt poëtæ fabulantur; ſed ſummus ille rerum omnium orbiſque conditor atq; opifex vniuerſi Deus, corpus humanum (de cæteris nunc nihil ad nos, nihil ad noſtrum inſtitutum attinet) ſuis membris omnibus aptum, varios in vſus accommodatum, tãquam vas aliquod fictile, ac potius σῶμα, quàm σῆμα, vt ex Platone inſinuauimus, quo animus, id eſt verus homo contineretur, effinxit atque efformauit. cuius tam præclari artificis ac protoplaſtæ diuinam prouidentiam perfectiſſimámq; virtutem nec ſenſu comprehendere, nec verbis enarrare cuiquam licet mortalium. Nec verò rurſum, vt iſti præſtigiatores faciunt, quos θαυματοποιοὺς ob id appellant, quod imagũculas animatas eſſe fidiculis ductitandis, plerumque ſtupenti vulgo & præ cauſſarum ignorantia mirabundo ementiuntur. Quomodo Vulcani αὐτόματα & inſtrumenta per ſe moueri ſcripſit Homerus: vt folles atque ancillas illas aureas & ipſummet artificem. Quomodo ille apud Platonem in Menone; Dædali ſtatuas (inquiens) nunquam conſideraſti? forte verò neque apud vos extant. Quorſum hæc? Quoniã hæ niſi ligentur, diſcedũt atque aufugiunt, ligatæ permanẽt. ita Socrates Menoni. quomodo Archytas in lignea columba, volatum in aëre, remigio fictarum alarum imitante. Quomodo deniq; impoſtores & circulatores iſti atq; agyrtæ circumforanei, nugiuendi, plebeculæ rudi & ignaræ demirandi: qui cùm funiculũ aut fidiculam neruúmq; ſolerter adduxerunt aut remiſerunt, in imagunculis virilibus ac muliebribus fabrefactis & ioculariter indutis, cieri ceruicem, manum ex-

Natura nil facit fruſtrà & natura quid.

Deus non natura, creauit hominem, & quamuis artificio.

Corporis humani fabrica, vſus, & nominis ratio.

Deilans in ſuo opere.

Diſſimilitudo corporis humani cũ Dædalea automata, & qualibus.

Archyta columba.

Agyrtarũ ſubtilitas & impoſtura in motu imagunculorum.

porrigi, oculum dimoueri, flecti ſpinam, crura conuolui, genua flecti, pedes ad numerum ſaltare, oſculari inuicem, amplecti, colloqui, commingere parietem, tunicam humi delapſam in humeros tollere, inſtar viui animantis aut pueri agitari, cum quadam adeo venuſtate & æquabilitate motus, nec minori cum voluptate & applauſu ſpectãtium (nam & nos curarum vacui olim eiuſmodi ſpectaculis Italorum ſolertiſſimorum interfuimus) ingeniosè cõfingunt ac mendosè mendacitérq; ſimulãt.

Prometheifabula & nominatio.

Verùm alio prorſus non minùs vero, quàm mirabili modo, hominem Deus ad omnem motum mirabiliter effinxit. neque vt Promethei fert fabula, accenſa intus facula, qua priùs ſoli admota, ignem clepſit æthereũ: vnde illi ἀπὸ τοῦ προμηθεῖσθαι, à prouidendo & proſpiciendo nomen acceſſit, ait Gal. lib. vſus part. ſed demiſſa cœlitùs anima corpus abſolutum viuificante, cõparatis ad ſenſum & motum membris idoneis, infuſis facultatibus, ſparſis neruis earum delatoribus in corpus vniuerſum, Deus ille vniuerſi δημιουργὸς, ad imaginem & ſimilitudinem ſuam condidit, & numeris omnibus abſoluit (vti pridem dicebamus) animal hoc prouidum, ſagax, multiplex, acutum, memor, plenum rationis & conſilij, quem vocamus hominem, vt ex Cic. lib. 1. de Legibus expoſui, præclara quadam conditione generatum. Solus enim eſt homo ex tot animantium generibus atque naturis particeps rationis & cogitationis, cũ cætera ſint omnia expertia. Quid eſt autẽ non dicam in homine, ſed in omni cœlo atq; terra, ratione diuinius? quæ cũ adoleuit, atq; perfecta eſt, nominatur ritè ſapiẽtia. Eſt igitur, quoniã nihil eſt ratione melius, eáq; & in homine & in Deo prima homini cũ Deo rationis ſocietas. indéque ex tot generibus, nullum eſt animal præter hominẽ, quod habeat notitiã aliquam Dei. De ipſiſque hominibus nulla gens eſt neque tã manſueta, neque tam fera, quæ non, etiamſi ignoret qualem habere Deum deceat, tamen habendum ſciat. Ex quo efficitur illud, vt is agnoſcat Deũ, qui vnde ortus ſit, quaſi recordetur ac noſcat. ſed de iſta rationis & orationis ac diuinitatis præſtantia in homine, tum abundè lib. 1. tum iterum copioſiùs libro vltimo. itaque ad corpus ipſum, velut animæ domicilium redeo.

Hominis diuina fabrica ratio, qualis.

Hominis periphraſis, & prærogatiua.

Rationis & ſapientiæ humanæ præſtantia, & cũ Deo ſocietas, atque religio.

Omnes homines naturæ ductu Deum agnoſcunt.

Huic figuram habilem & aptam ingenio humano dedit natura, ſiue potiùs Deus. qui cùm cæteras animantes abiecciſſet ad paſtum, ſolum hominem erexit, ad cœlíque, quaſi cognationis domiciliíque priſtini conſpectũ excitauit, vt præclarè Cicero ſentit. nec ſolũ celeritate mentis ornauit: ſed etiam ſenſus tanquam ſatellites attribuit ac nuntios, & rerum plurimarum obſcuras & neceſſarias intelligẽtias enodauit, quaſi fundamenta quædã ſciẽtiæ. tum & ſpeciem ita formauit oris, vt in ea penitus reconditos mores effingeret. Vnde ſunt Ariſtotelis, Zopyri & aliorum cõpluriũ dicta φυσιογνωμονικὰ & μετωποσκοπικὰ & χειρομαντικά, quorum poſthàc fortè meminerimus. Nã & oculi nimus arguti, quẽadmodũ animo affecti ſimus, loquũtur: & is qui appellatur vultus, qui nullo in animante eſſe præter hominẽ poteſt, indicat mores. reliqua autẽ ſenſuum exteriorum fabrica, non minùs decore & ſpecie ipſa, quàm vſu & vtilitate, bonitatẽ ac præſtantiã declarat artificis, vt Tullius eloquitur, & mox ſigillatim aperiam. Quòd autem partium ſingularum compoſitionem ſtatim vſus conueniens cõſequatur, vidit etiam & cecinit Lucretius lib. 4.

Nil ideo quoniam natum eſt in corpore, vt vti
Poſſemus: ſed quod natum eſt, id procreat vſum.
Nec fuit ante videre oculorum lumina nata:
Nec dictũ orare priùs quàm lingua creata eſt.
Sed potiùs longè linguæ præceſſit origo
Sermonem. multóque creatæ ſunt priùs aures,
Quàm ſonus eſt auditus. & omnia denique membra
Antè fuere, vt opinor, eorum quàm foret vſus.

Decor & vſus partiũ humani corporis, præſertim vultus & oculorum.

Partes ſingulæ ante vſum ſuis conditæ,

Ab exẽplo.

De nomenclatura partium corporis humani liber vnus.

CAP. V.

Digreſſio lõga in nomẽclaturam partiũ corporis humani externarum.

ENIMVERÒ antequàm de partibus humani corporis inſignioribus, & ordine & breuiter dicã, lubet velut in tabula oculis exponere totũ ipſum humanũ corpus (ὁλομελίαν Græcus ſermo vocat, quaſi membrorũ vniuerſitatem, ὅτι ὅλα μέλη σωίχει, quòd artus cõplectatur vniuerſos, atque ijs velut torum integretur) in eóque corpore vniuerſo, partes ſingulas, maximéq; externas ſuis & apud medicos præcipue Græcos huius ἀνατομῆς authores, vſitatis appellationibus deſignare. quibus velut rudimẽtis animus informetur ad ea quæ dicenda ſunt, percipienda: ſotóque nomine rem quamq; internoſcat, antequàm vel ipſa depingatur.

ὁλομελία quid & vnde dicta.

Propoſitio.

De capite.

Caput, quid & vnde dicatur.

ERGO vt à capite ordiar, atque ad extremũ calcem deducam; Caput eſt, quicquid capillitio tegitur: adiuncta etiam ipſa, ſi voles, facie. Græcis κεφαλὴ, haud ſcio an ἀπὸ τῆ καφῆ, à cauitate, vt vult Suidas. Latinis enim à capiẽdo vtique denominatur. κόρυνθος κόρυς Doribus dicitur. nam poëtæ κορυθ & κόρυμα & κόρυθος dicunt. Sed communes potiùs appellationes proſequimur. κορυφὴ Comici à ſimilitudine papauerum dixere. Caput ſummum Vertex occupat κορυφὴ & μεσόφρυον. vbi in diuerſa capilli vertuntur: vnde & Latini nomen deflexerũt. quomodo & Græci, cùm διχομὰς & πὸλος pari ratione vocauere. Vertices autem bini homini tantùm. vnde & δικόρυσον denominantur. quos non ſubiectum os duplex, ſed crinium conuerſio fuit. hos μαντοσύνας olim iudicabãt. de me dicorypho ac velut biuertice Deus nouit.

Vertex quid & vnde dictus.

Bini vertices quid portendant.

Coma, κόμη, κρὶ χες, κρίχωσις, κρίχωμα, πλόκαμος, πλοκαμὶς, βόστρυχος, πλοκάδες, σειρονία, πλόκος, capilli dicũtur. qui autẽ iuxta aures demittuntur, cincinni, cinni & cirri, κιρσὸι καὶ περικάδες. qui in occipitio. χαῖται, λάχνη, κουρὰ, θρὶξ πώγωνος, Cæſaries eſt: ſed & ſeta atque crinis, villus ſiue pilus. His & baſim & originẽ natura dedit in humano quidem capite cutem quandam carnoſam, laxam & poris peruiam, ſicuti Plato ſcripſit. quà illi poſſent erumpere, & creſcendo velut interiore ſpiritu, rigari. qualiter ex humo plantæ

Coma & capillo.

Capilli quã oriantur à ſimis.

Digitized by Google

expullulant. *Λῆμα ἐλαφρὸν ἡ ἓ κύφον* vocat. Sed nos poſtea ſpecialiùs hac de re ex Gal. at poëtica pilorum nomina Pollux tibi referet, nempe *φόβαι, ἴθυμα, σμιερυγίς, ἡ ἄλικες*. Apud eundem, *κουραὶ*, tonſuræ genera ſunt, *κῆπος, σκαπίον, σφενδόνη, σὺν τῷ χαλκῷ*. At comarum genera ſunt varia, *πλοχμὸς, σπεῖρα, σὺν τῷ τρίχῃ, κουμᾶν, κρώβυλος, πυκτὴ, σφηκώματα, κόμη, κίσση*. quibus Latini reſpondentia nomina non habent.

Tonſura & comarum differentiæ.

At in toto corpore cutis extenſa, ſenſus exquiſiti particeps, ſummè temperata, tegmẽ & ornamentum vniuerſi, neruoſum, exangue, Græcis *λῆμα*. cui incumbens foris tenuiſſima pellicula ſenſus expers, *ὑπόλημις* nominatur. Hàc erumpit *ἱδρὼς*, ſudor, *καὶ ἴκμας, ὄγκασις, ὄγκασία*, mador, atque omnis *ἄχνωσις*, perſpiratio. verùm de cute acuratiùs poſthàc.

Cutis & epidermis. Sudor, mador, perſpiratio.

Iam *περικράνιον, ἡ περικρανία, ἡ περικράνιον*, ſubiecta capillis tunica, oſſi ſphærico incumbit. (in alijs oſſibus dicitur cõmuni nomine *περιόστιον*) quam Græci *σφαῖραν σκεπάσαι*, velut globum prominentem vocant.

Pericranion & periofteon.

Caluam ſeu caluariam ſpeciatim Latini vocant, Græci *κρανίον*, nos inde cranium, à forma & velut vſu *τῦ κράνου* vel potiùs *τῦ κράνους*, i. galeæ, vt credi par eſt. ijdem & *σκαφίον* à forma lintris. interdum & *κόγχον*, quòd conchã referat ſimilitudine & vſu. Pollux etiam *κρανὸς κύτος*, capitis receptaculum, & *πίλον* appellauit. Hanc natura varijs contexuit ad maiorem ſecuritatem oſſibus inter ſe ſerratim aut denticulatim confertis & coagmẽtatis. vel (vt cum Plinio loquar) ſerratis pectinatim ſtructis cõpagibus. *Σφηκὰς* Græci, ſuturas Latini à ſimilitudine, eorum commiſſuras vocarunt: alij ab vſu, compages vel commiſſuras. Tres in capite bene conformato (namque Therſiten *φοξὸν*, capite acuminato Homerus in contumeliam deſcripſit. id eſt *ὀξυκέφαλον*) natura *σύμβολαὶ* ineſſe voluit, licet de numero plerique ambigant: quas & nominibus Græcis medici Ægyptij recentiores vtcumque diſtinxerunt. quarũ quæ corollas exeipit, *στεφανῖτις ἡ στεφανιᾶία* denominatur. namque *στέφανον*, pars inter ſinciput & occiput dici eam ob cauſſam conſueuit: ſeu capillorum in capite concurſus & cinnus aliquis, Polluci *ἀπόκοπος περιχὼν ἀπὸ τοῦ κεφαλοῦ, καὶ ἀπόδερμος*. at *λαμδοειδὴς ἡ λαμδοειδὴς*, à ſimilitudine ſquamæ aut literæ Λ. *ὀβελιαῖα* autem, ſagittalis rectáque in longum exporrecta: eadem & *εὐθὰ ῥαφὴ*, quòd virgam aut veru referat, quaſi virgata, dicta eſt: eadémque *ἀπλοδιάζουσα*, quòd vtraſque copulet. Herodotus tamẽ Perſæ cuiuſdam cadauer apud Platæas ſine ſutura inuentum meminit, *μυδήσαν χρῶσαν ἀφῆς συμβόλαιον οὐκ ἔχοντα*, capite nullam ſuturæ commiſſuram habente. Aratus autem *ὁ πῖσι ἰφθιμοῖσι*, vidiſſe ſe narrat capita, vnica per medium ſutura traiecta. imò & ampliùs,

Suturæ.

Therſites φοξὸς.

Suturarum differentiæ.

Calua ſiue ſutura.

πολλαὶ δ' ἀῤῥαφίαι κεφαλαὶ πάσαι ἀδρήατοι.
Multa hominum capita eſt nulla compage videre.

Suturarum incerta ratio.

Sic in multis ludit natura, vt locũ & ſitum & numerum ſuturarum à veteribus & ipſo præcipuè Hippocrate deſignatũ vix agnoſcas. ſed quia hæc intus latent, atque oculorum fugiũt obtutus, redeo ad externa: namque de internis multa poſthàc.

Ergo capillatæ partis ſupra frontem quod anticum eſt, *βρέγμα* ſæpe, rariùs autem *βρέχμος ἡ βρέχμος* dicitur. Latini ſinciput, quaſi ſummum caput (potiùs quàm ſemicaput) vocauêre. quo nomine cliam ſubiectum os molliculum ſæpiùs dicitur, euidẽti *διπλόῃ*, quaſi diſcrimine ac duplici lamina contextum: poſtremũ illud quidem in animantibus genitum, vt putat Ariſt. lib. 2. de genera. animal. ideo pueris non tantùm molle, ſed & cauernoſum & velut palpitans percipitur. fontem ſiue fontanellam, ac velut infumibulum capitis vulgus vocat. quomodo forſan Græci *βρέγμα*, *παρὰ τὸ βρέχειν*, ab irrorando.

Bregma ſiue ſinciput.

Diplocranij.

Bregma cur pueris palpitet.

Huic oppoſita pars poſtica, *ἰνίον* Græcis, Latinis occiput vel occipitiũ denominatur, quaſi ob ſeu ponè caput. *Ἶνες* enim vocãt illi neruos ac tendines, qui ab ea parte validi & inſignes demittuntur, à quibus *ἰνίον* dici autumant.

Occiput.

Quæ capitis latera cingunt tempora, *κρόταφοι, κόρσαι ἡ κορσαί* vocantur. vnde & *κροταφῖται* dicti temporum muſculi, oſſibus *κληοειδέσι*, petricoſis incumbunt.

Tempora.

Frons ſincipiti ſubeſt: quam à foratu oculorum dictam voluit Varro. potuit verò à ferendo deduci, quòd mentis indicia quædam præ ſe ferat. Græci *μέτωπον ἡ μετώπιον*, quòd ſit *μετὰ τὸν ὦπα*, iuxta oculos, vel ſupra aſpectum. *ὀφρυόπτωσιν καὶ ὀφρυπτωσίδα* pro eodem vſurpant. quanquam poſterius de equis. déque cute frõtis accipi video. Frons tamen reuera neque cute, neque carne conſtat, ſed cute muſculoſa, ſiue muſculo cutaceo: qui in toto corpore ſolus, quod ad cutem attinet, motu voluntario propter oculos præditus eſt. Frontis implicata rugis inæqualitas ſuprema, *ὀφρυωσίη* dicitur, quod caperari indignabundis aut meditabundis ſolet. rugæ ipſæ, etiam hîc *σύνιδες* priuatim nominãtur, vel *ἀμφρυγαί*.

Frons.

Frontis, natura, & partes.

Præteriri non debet facies, Græcis *πρόσωπον, τὸ ἐπὶ τοῦ μετώπου, ὃ μόνον λεγόμενον ἐπὶ ἀνθρώπου ὅλου τοῦ κεφαλῆς*, quicquid fronti ſubeſt, ait Pollux, ſiue antica tota pars capitis, ait Rufus: ſiue vt Ariſtoteles, anterior pars totæ caluæ ſubiecta, quod ſolum in hominibus ita nuncupamus, dicebat Pollux, atque ita Tullius & Plinius, vt alibi monui. os Latinis ſæpius per ſynecdochen. Cuius ſpeciem (vti paulò antè dixi) ita formauit natura, vt in ea penitus reconditos mores effingeret. idem & vultus, vt patuit. Soli homini facies propria, quia vnus erectus antrorſum ex omnibus animantibus proſpectat, vocémque antè verſus emittit. ideo *πρόσωπον, ὅτι μόνος πρόσθεν ὁρᾷ*, ait Ariſt. lib. 3. part. animal. Ea pars in brutis *ῥύγχος*. in auibus *ῥάμφος καὶ ῥύγχος* dicitur: Latinis ferè roſtrum. hoc autem de cane, illud de volucribus Græci ſæpius enuntiant. pro quibus *ῥὶς* in homine.

Facies ſiue vultus.

Facies hominis propria.

πρόσωπον unde dictum.

Primi circa tempora pilorum exortus, adeóque in mento, *ἴουλος*, iũlus vel lanugo dicitur: Pollux autem, *ἡ μὲν περὶ τοῖς χείλεσι λάνη, γνάθος* apud

Lanugo & barba.

Digitized by Google

poëtas. inde μύωπα, barba: quæ vbi adoleuit, ἥβην ab vſu cognominatur.

Supercilia. Hirſutæ frontis extrema, ὀφρῦς δηρύς, bina ſupercilia ſudorem ab oculis arcent. ὀφρύων τρίχωσις, pili ſuperciliorum, qui & τύλοι dicũtur, nobiſcum & connati & commorientes. *Signa ex ſupercilijs.* Ὃς ὀφρῦς αἴρων, ὁ ὑπερήφανος. Ὃς δὲ ὀφρῦς συνάγων, ὁ φροντιστὴς qui ſupercilia tollit, ſuperbus: qui eadem contrahit, meditabundus habetur, ait Pollux. & Suidas, ὀφρῦς αἱ σπῶντες. Οἱ γναθμοὺς φυσῶντες, ἤτοι οἱ ἀλαζόνων καὶ ὑπερηφάνων, qui ſupercilia ſubleuant, & qui buccas inflant, de ſuperborum & arrogantium genere ſunt.

Supercilio-rum partes. Μετόφρυον, horum media intercapedo eſt: idẽ & μετώπιον, à ſitu indito nomine. Latinè glabella, quòd ſit glabra ea pars ac depilis.

Superciliorũ portio naſum verſus, ὀφρύων κεφαλαί, velut horũ origo & caput: quæ verò ad tempora, ὀφρύων οὐραί, ἄκραι, velut caudæ atque extrema perhibentur. prominẽs medium ipſum incrementum ac velut imbricamentum (à quo Silones cognominantur) γῆσον ἢ γήσιμον, velut grunda vel ſuggrunda ab officio denominatur, vbi verò coeunt, vel potiùs in quo ambo ſupercilia congrediuntur, συνόφρυς καὶ μίζοφρυς. Ibi ſedem habere putatur ſuperbia Plinio. *Superbia ſedes.*

Palpebræ ſiue genæ, & earum partes. Supercilijs ſubiecta ſunt βλέφαρα, geminæ pelliculæ mobiles, quæ ſingulos oculos ſubtus ac ſuper contegunt: palpebræ vel genæ nõnullis (vt Plinio) vocitantur. quarum quæ infima, motu carere dicitur. Ὑπηνώτια Graij interdum nominant, & ſæpius σκώτια, cilia ſuperiora: inferiora autem, ὄνα. vt illa, κανθίδες, ὑπηνανθίδες, ἀνάνθιλα. ſiue vt alijs κόλον de inferiori gena: κανθὶς καὶ ὑπηνανθὶς, ſuperior nũcupatur, eſtque vallum oculorum, Galeno χάσμη ἢ τέγος. at cartilago qua intus firmantur, ὄγκος vocatur: ob quá palpebræ exciſæ non coëunt, Hippocrati, Ariſtoteli, Celſo, Galeno. Quo tamẽ ὄγκου nomine, etiam pili dicuntur qui extimis palpebrarum oris enaſcuntur, ſemper æquales ſibi, quia in chartilagine baſin habent, ſpecialiter βλεφαρίδες Græcis, vt Romanis cilia, interdum & palpebræ, communi nomine cũ parte ipſa, quæ oculis pro tegumento eſt: ideo βλέφαρον, ὅτι φαρος τῶ βλέπειν. quòd ſit viſus atque oculi indumẽtum: quæ & καλύμματα, καὶ ἐπίθεμα, καὶ σκώτια, & ἱματιόφυτα vocitãtur. diminutiuũ eſt βλεφαρίδιον, cilia. at quibus à partibus cilia exoriuntur, qui ſunt extremi palpebrarum ambitus, varijs nominibus appellantur à Græcis, ἔλυτρα, & ὠτακούστας, & ὄγκοι. & πίρνοι. *Cilia.* *βλέφαρα vnde dicta.*

Palpebrarum ſurculos ac velut rugulas, ῥύμας communis dialecticos: ſed poëtæ ἐλίγμας ſiue εἰλίγμας nuncupant, quibus & nictare & conniuere ſolemus.

Clauſarum, commiſſuræ palpebrarum, κόμαι & χῆλαι, quaſi dicas, coronæ & vngulæ. Superiori palpebræ quod incũbit, κάλον. quod autem ſubeſt, ὑπόκωλον, velut cauum & ſubcauum dixeris (ſic enim, malo, quàm de ciliis, vt paulò antè) quod tumere in hydropicis & cachecticis ſolet. vnde factum verbum κωλωδῆσαι, intumeſcere. alij κωλωδῆσαι, oculos velut innatantes habere interpretãtur. Piſcibus natura negauit βλέφαρα. auibus βλέφαρα conceſſit, ſed βλεφαρίδας non contulit: pleriſque animalium βλεφαρίδας dedit, ſed vna tantùm parte, nempe ſuperiore, cùm palpebram inferiorem pilis vacuam gerant, vbique neceſſarijs vſibus ſtudens ac prouidens. *Quæ animantes cilia & palpebras habeant, vel non.*

Iam vero ὑπωφθάλμια, & ὑποφθάλμια, oſſa ſunt iuxta naſum poſita, oculis autem ſubdita. *Hypopia.*

Vtrinque palpebris (quibus palpitatio frequens loco vocabulum tribuit) obducti ad latera oculorum caui anguli, κανθοὶ Graijs dicuntur: vnde & Latinis canthi, qui & hirci ſiue hirqui. interdum etiam & præſertim eorũ radices, dicuntur ἐγκανθίδες ἢ ὀγκανθίδες. quod nomen etiam de oculi vitio effertur, excreſcẽte naturali in maiore cantho, caruncula. Maior canthus naſo proximus, peculiari nomine ἐπιτηρητής, quòd ſit lacrymarum ſcaturigo: minor qui ad tempora, παρωπίας. quo poſteriore nomine etiam tuberculum in eodem minore cantho ab excreſcente caruncula, ſignificatur: frequens in canibus vitium. *Cauti oculorum.*

Iam verò oculus oculo ſimilis ſimili cernitur. ſunt autem oculi, geminæ velut ſolis portæ, Gr. ἡλίου πύλαι, in quibus habitare animus à nonnullis creditur, cũ ſint certi animorũ indices. quorũ de natura, vſu, præſtãtia, loco, officio nos quidẽ poſtea ſub finẽ operis: ſednũc ſummariã partiũ nomenclaturã inquirimus. Oculos Graij varijs appellationibus exprimunt, ὀφθαλμοὺς, ὄμματα, ὄμματα, ὄψεις, ὄσσε, & poëticè ὄσσοι, φάεα. ductis ferè nominibus ἀπὸ τοῦ ὁρᾶν ἢ τὸ φαίνειν, à videndo & apparendo. at lumina à luce & ſplendore Latini potiſſimũ poëtæ: bulbos autem à ſimilitudine nonnulli vocitant. de his poſthàc ſpeciatim fuſiùs, obſeruatis etiamnum particulis internis: ſed nunc externas potiùs deſignabimus. *Oculi, & eorũ partes.*

Oculorum inſignis cauitas ſiue orbita, à conchæ ſimilitudine, κόγχος dicitur: ſicut oculi tota complexio, αἰών Græcis, quaſi litus dixeris. Horum tunicas ſeu membranas cõmuni nomine χιτῶνας vocant: quarum de ſpecialibus nomenclaturis poſthàc. *Orbita.* *Tunicæ.*

Oculorum quod in medio lucidum cernitur, κόρη, κόρη, ὄψις, πῶμα, γλαυκὸν (quo poſteriore etiam εἴδωλον ſiue imago vocatur, quæ ſpectãti ſeſe offert, ſecuritatis index in morbis alioqui licet periculoſis) à Græcis nominatur. Latini aciem, pupulam ſiue pupillam dixerunt. vnde δίκορα, quibus gemina vel diſcolor vtraque pupilla cernitur. Polluci tamẽ quod in medio nigrum cernitur. κόρη: ſplẽdor autem & lux ipſa, γλαυκὸν denominatur. & quæ circa pupillam nigricant, πῶμα. Ἶρις, id eſt iris, pupillam & albũ oculi interiacet: & quia orbem effingit, κυκλοτερὴς, linea circularis cognominatur: colore vario & cœleſtis arcus æmulo ſpectabilis: vnde & cõmune nomen ſortita eſt. Inter irin & album oculi quod interiacet, ἄκρος velut area dicitur: qui circulus eſt ſub inde, & oculi albo conterimus. Corona, στέφανος nigrum ambit & ab albo diſtinguit: éſtque circulus & copula tunicarum oculi. Album, λευκὸν, etiam σφυ- *Pupilla.* *Iris.* *Corona.* *Album.*

λόφη ceu fundanominatur: interdum & λοφὰς seu λόγχας, interdum βλεφαρίδας. sed prioribus illis duobus, quicquid post pupillam album apparet, intelligi consueuit. ac vbi album finitur, τὸ πέρας vocatur, siue λοφάδων terminus.

Nigrum. Nigrum oculorum, τὸ μέλαν non modò dicitur: sed quia colore variat, πυρρὸν, γλαυκὸν, χαροπὸν, ἀργὸν, id est rutilum, cæsium, cæruleum, caprinũ, & similibus epithetis distinguitur.

Oculi colores varij. sunt enim etiam oculi πυρώδεις, ξανθοὶ οἱονεὶ, ὠχροὶ, γλαυκοὶ, ignei, sului, flaui, pallidi, lucidi, & alij atque alij oculorum colores, vt cernere est in multis tum hominibus, tum animantibus. sed de oculis nunc satis, quod ad nomenclaturas attinet. de reliquis postmodò viderimus.

Nasus cũq; partes. Nasus, ῥὶς ἡ ῥινὸς, interdum μυκτὴρ, aliàs μυξωτὴρ, insigni nota mediam faciem signat atque discriminat, γένυς ἡ ὑπὸ ῥινὸς, οἱ δὲ Σαμιακὸς οἶδε). σιμὸς δὲ, ὃν δὲ καὶ ἄγκυρον τοπάζουσιν, ait Pollux: aquilinus quidem, siue aduncus, quem regium arbitrantur: resimus verò & camurus, quem facetum & lepidum opinantur atque ῥίρωνα, irrisorem.

Signa à naso. Nasi insignia duo foramina siue καταιμάκτας & πώλους ἀδρονικτίδας, Graij speciatim etiã ῥῖνας, ῥῖνα, πώρους, μυκτῆρας, μυξωτῆρας, θαλαμίους, ὀχετάβολα, ῥοθίους, μυξας vocitant: quas Latini nares, odorandi & respirandi ductus. Hippocrates tamen μυξῶν dicit, quam reliqua ferè Græcia πίτυραν, βλέννας, κόρυζαν, narium à cerebro excrementũ, quem mucum dicimus.

Septum nasi. Cartilago nasi media ossea, siue χόνδρος narem vtramque dicimus, διάφραγμα, σὺς, κίων, quasi dicas septum, discrimen, columna. nonnulli tamen, septum interius, διάφραγμα ῥινός. quod autem foris carnosum imminet, & ad labra fertur, κίονα nuncupant.

Pustulæ nasi. Nasi autem extremitas, ἀκροκίονιον, & à rotũditate, σφαῖρον, globulus dicitur. cui ἐπάνθημα & ψῶρα γράνια, pustulæ nascuntur, calidi hepatis aut crapulæ plerunque germina.

Cribrum. Pars sub supercilijs intus latens, ἰθμὸς, ἀφ' οὗ ἡ πυελὶς τὸ ὠτῶδες μυξῶν, quasi colum vel cribrum, quo spiritus & mucus percolatur. à quo ὀστᾶ ἰθμοειδῆ, ossa colatoria, quæ & σπογγοειδῆ, spongiosa nuncupãtur.

Dorsum nasi. Partes ossea quæ vtrinque ad malas siue genas vergunt, ῥινὸς ἔγκλιτες, nasi deorsum, scapula siue spina. Exteriores nasi partes ab osse fastigiato hinc inde demissæ, πτερύγια, pinnæ siue alæ, vel ὑπερῶα appellantur.

Pinnæ. quo posteriore etiam nomine barba vtrinque à labris exorta, & qui dicitur μύσαξ, mustax (Gallicè *moustache*) exprimi solet.

Mustax. internæ autem ibidem partes, μυξαὶ & θαλάμαι, vt dictum est. quarum fundũ, λίμνη, lacus vel præla perhibentur.

Lacus. Sunt qui carunculam extimam ab intersepto nasi, summo labro incumbentem, specialiter σωληνίσκον ἡ κίονα, columnam seu columellam vocitãt.

Columella. Cui subiecta in eodem summo labro cauitas, φίλτρον, quòd amorem conciliet, dici assolet: Homero autem, ὑπολαῖον.

Philtrum nasi. Nasi porrò inferior tota regio, à situ ὑπορίνιον. Quo etiã nomine subditi naribus pili vocitãtur. Nã primus barbæ exortus, φρυγανώσιν. & tenella lanugo, χνοῦς, quæ & πάππον δηλοῖ. quæ inferiori labro summóve mẽto supremáque mala, priuatim πάππος, pappus denominatur. In naribus, pilis nomen priuatim vibrissæ ceu fundanominatur: interdum & λοφὰς seu λόγχας, interdum βλεφαρίδας. sed prioribus illis duobus, quicquid post pupillam album apparet, intelligi consueuit. ac vbi album finitur, τὸ πέρας vocatur, siue λοφάδων terminus.

Barbæ, synonyma generáque. In ingenis siue malis & temporibus ἴουλος ἡ ἰουλὸς succrescit: sub mento autem ὑπηνὴν, quæ & pro tota veluti syluula. quæ autem totum mentum vestit, virilitatis insigne, πώγων, barba: atque ingenis propriè γένειον ἡ γενειὰς, ab vsu denominatur. Verùm & pueris & eunuchis & feminis barba nulla succrescit: quòd temperamento sint aut frigidiore, aut humidiore, aut simul vtroque præditi. quas enim barbatas recensetimpidemijs Hippocrat. præter naturam euentus tales mulieres produxit, vt posthàc patebit.

Imberbes à natura, qui, & quare. *Mulieres barbatæ.*

Malæ siue genæ. Malæ siue genæ in tota facie emicant suffusæ in ingenuis & bene habitis, florido rubore, verecundiæ sedes: Græcis μᾶλα à rotunda vel rubicunda mali seu pomi figura. vnde & nomen Latinum fluxit, malæ: quò in his flos ætatis eluceat. dicuntur & γένυες, γναθοὶ, παρειαὶ, ὑπήνιον pars ab oculis ad mentum: præcipuè autem quæ inter nasum & aurem leuiter protuberat. quæ & κόσμος σωφρονοῦντος, vultus & faciei circulus denominatur: & ab vsu, ὑπερασπίσματα φρενῶν, oculorum custodia Polluci perhibetur. Sub hac, pars laxior, quæ & inflari potest, bucca Latinis, Graijs μάγουλα, & cõmuni appellatione γναθμὸς ἡ γνάθος, παρειὰ, γένυς offertur.

μᾶλα, mala cur dicantur.

Buccæ.

Maxillæ. Succedunt malis dictæ hinc diminuta forma maxillæ, solæ mandẽdo aut loquẽdo mobiles (solus enim animalium crocodilus mobilẽ habet superiorem) γένυες pariter & πάγωνες dictæ, vel etiam γναθοι. Quanquam ἡ κάτω γένυς ἡ γνάθος, superior gena seu maxilla immobilis, ad gingiuas terminatur, superiorem regionem cõplexa. ἡ ἄνω γένυς, inferior gena seu maxilla mobilis illa priùs dicta. Aristoteles lib. 1. histor. animal. cap. 11. πώγωνα partem priorem, γένυν, mentum: posteriorem, γένυ, mandibulam facit. ἀμφότερα δὲ πώγωνα interdum etiam vocitatur. Nam ψῆττα, mentum, pars (vt dixi) genæ seu maxillæ inferioris, longa & orbiculari figura, barbæ producendæ in viris & excipiendæ aptum. quæ & mandibula ab officio vocatur: eadem ἀμφότεραι & ἐξώστραι.

Mentum.

Labra & eorum partes, vnde dicantur. Labra suo rictu vtrinque στόμα, os cludũt & dentes celãt: Græcè τὰ χείλη, velut χειλαί, παρὰ τὸ χίειν λόγους, quòd sermonem fundant. in quibus scitissimè fuisse Pitho, de eloquentibus ac disertis fingitur. eadem & λὰ μῆλα nuncupãtur, forsan à rubore malorum æmulo. superius labrũ priuatim χειλίων, interdũ vtrumque apud priscos. Homero τὰ χείλη, ἕρκος ὀδόντων, septum dẽtium denominatur. Totus autem oris & labrorum ambitus, στόμιον. desinentia vtrinque in buccas, χαῦνοι, velut habenæ, atque ipsi dẽtes vocitantur. quorsum allusit psalmographus, ἐν κημῷ & χαλινῷ, in camo & freno, &c. Quod in labijs prominet, ἐπίχειλον, ἡ ἐπιχειλία, ἡ ἐπιχειλὰς χείλους. qua autem parte ambo labra committuntur, ἐπιστόμιον ἡ ἐπιστομία. His vtique Latina desunt vocabula. Sectio ipsa quæ os siue buccã efformat, μύσαξ ἡ λαιμὸν. Inferioris labri cauitas, πώγων & πώγων. nam φίλτρον de superiore diximus. γελασῖνος in media gena scrobiculus seu foueola pulchè ridentibus arridet.

Gelasinus.

Nec pulchra eſt facies cui gelaſinus abeſt, ait Martia. Quę mento & maxillæ inferiori ſubeſt caruncula ἀθυκαία, vel quibuſdam λαυκαία, quaſi palearia (dixit enim poëta,

——*à mento palearia pendent.*)

Palear. Itémque αὐθμιών. hoc tamen poſterius pro mãdibula quoque vſurpari diximus: ſicut & prius illud etiam pro œſophago, vel ſubiecta clauiculis cauitate, quam στηθόδω κὴ φάρυγι, velut præcordia & iugulum medici vocarunt.

Aures & earum deſcriptio. Tempora vertus, obliquitas caua, audiendi inſtrumentum eſt. τὰ ὦτα ἢ αὐλὰ ἢ ἀκοαί, aures ſiue auriculæ foris parent atque eminent. τὸ δὲ ἀκούεσθαι, ἀκοὴ, auditus eſt. πόρος ἀκοῆς ἢ ἀκουστὸς, meatus ſeu neruus auditorius eſt: idem & ἐπὶ ἢ σκολιὸς τῆς ἀκοῆς πόρος λυθεὶς, obliquum auditus foramẽ cæcum atque imperuium. Hunc potũ vanni inſtar foris circunſtat corpus quoddam chartilagineum & carnoſum, Græcis πτερύγωμα ἢ ὠτὸς, dicta Latinis auricula. Cuius ſpeciatim ſumma foris expãſa atque decliuis portio, etiam πτερύγωμα, ἢ πτερύγιον, quaſi alla ſeu pinna: vel κοχλίας, cochlea, licet Ariſtoteli αὐώνυμος, ſine nomine. Inde autem refracta & inflexa portio, κυβοειδὴς, ἢ πυραμοειδὴς. Pars auriculæ inferior, mollis, pendula, λοβὸς, lobus ſeu fibra, & propriè auricula, eidem Ariſtoteli perhibetur. Et quod inde prominet, μυξαῖον. quod ad tempora vergit, πλαγίων. & quod inde alueum verſus, πτυξ, cicada. Alii quod extremam aurium à pinna oram ambit, ἕλικα, helicem vocarunt. Cuius finis ſubbreuis, forma ſemicirculi in mucronem exurgens, ἀντιλοβὶς ἢ ἀντιλόβιον, idémque ξυσὴρ nominatur. quo poſteriore nomine & quod aſperum in ſuperioris auriculæ circũferentia eſt, ab aliis vocatur. Quod in medio elatius attollitur, ἀντέλιξ. Huic ſubiecta cauitas, κόγχη, ἢ κοχλίον, ἢ σκάφος, ἢ ἀσκὸς, cõcha ſiue cõchula aut linter aut aſtacus. Cui oppoſita ad tempus oſſea tuberoſitas, βάγος, ἢ ζύγωμα, ἢ καρῖνος, iugum, os iugale, cancer, & vulgo os paris. Cuius pars iuxta tempora, ἀκρὼν, pila. Huic aduerſa demum ex craſſiore anthelice, ἀντίβαγος. Carnoſa pars ſupra frontem tempora verſus, κέρατα, cornua dicuntur, vel μωὸν nomine intelliguntur. κυψέλη καὶ κυψελὶς, ſordes aurium, quæ & cerumina (quo nomine etiam alueus aurium interior accipitur) quibus ῥύπος conuerrendis dicatur ὠτογλυφὶς, auriſcalpium. Has ſordes excipit κόπρια, ceu pauimentũ. Cauitas autẽ prope alueum, ἰγμόειδες. quem alueum, etiam κυψέλη communi nomine Graii vocant. Iuxta foramen, καμάρα, camera eſt. Foramen autem ipſum interius, κύαρ. Auriculæ ſubiecta velut radix, à forma ſcapi papaueris, μήκων. Totum denique illud χονδρῶδες, chartilagineum corpus, ὑμὴν καὶ περίβλημα ἀκοῆς, tegmen & munimentum auditus, à natura ſolerter eſt fabricatum.

Inaures. Cui deinceps ab arte acceſſit vſus inaurium, quas variis Graii nominibus exprimunt, ἐνώτια, ἐνωτίδια, ἐνώτιδες, ἔνωτα, ἐνωτίς, ἐνωτῖται, ac multiplicibus aliis à forma rerum externarum ingeniosè confictis.

Prima labiorum diuiſura & interior inde ad fauces vſque inanitas, os eſt ſeu bucca, Græcis στόμα, vti dixi, animi veſtibulum, orationis ianua, cogitationum verò comitium, ait Apuleius. χάσκειν apud Comicos à rictu, aliis ἢ ἀπὸ χαλινῶν ὠμῶν, labiorum fiſſura: item λοβὸν ἢ μάσκειν, vti nuper monui. *Os & eius partes.*

In ore præter cæteras partes, continentur ὀδόντες, dentes, cibi atterendi, conficiendíque inſtrumenta: qui numero quidem variant, & nominibus diſtinguntur: ferè tamen triginta duo in perfectis, vtrinque ſedeni: ævo tamen hoc poſteriore vtplurimùm pauciores. quod breuioris vitæ indicium voluit eſſe Ariſtoteles: vt his contrario modo habentes, & bene dentatos, μακροβίους adſtruit. Hotũ qui aduerſi, iidémque acuti, diuidunt eſcas vtrinque quaterni primores, quòd primi & in anterioribus naſcantur: iidem lactei, quòd mox à mamma ſubductis ſuboriantur: Græcis τμῆτες, τμητικὶ, vel potiùs τομικὶ, ἢ δηκτῆρες. noſtris inciſores, & ſi vis, diuiſores, ab officio. qui quoniam in riſu conſpiciuntur, γελαστῆρες ſunt cognominati: & à ſimilitudine pectinum, κτένες, ſingulari radice defixi. Pollux, ἐν κτείνουσι ἢ ἐπὶ λάζωνται. quòd conficiant quodcumque prehenderint. Hos ſequuntur acutiores quatuor, vtrinque bini, κυνόδοντες δηλ. τινὲς ὀξύτητι, ἢ λυκόδοντες, ob acumen & formæ ſimilitudinem, canini vel lupini denominati: ſingulas & ipſi radices ſortiti: frangendis duriſſimis vel olleis à natura comparati. Reliqui interiores viginti, ab vſu & ſimilitudine, μύλαι, ſeu μύλαι, ſeu μυλῖται, ſiue γόμφιοι. Latinis molares aut clauales vel maxillares, quini vtplurimùm ab vtroque latere, interdum & pauciores, ampli, lati, validi. ideóque pluribus (præſertim in ſuperiore gena) radicibus innixi, binis, ternis, quaternis. Poſtremi ſunt κραταῖοι (malè enim apud Pollucem κρατῆρες) quos Ariſtoteles ſcripſit quibuſdam circa annum octogeſimum naſci: iidem ob ſerum aduentum, ὀψίγονοι, iidem & σωφρονῆρες, Latinis genuini, vtrinque ſinguli, ab anno 18. ad 26. vel adeo in ætate prouecta ſuccreſcere ſoliti: Hippocrati lib. de carn. ideo ſapientiæ dentes non ſine ioco vocantur, quorum exortu σωφρονίζειν, ſapere tandem hominem cõtingit, aut aliàs nunquam. *Dentes & eorum diuiſio. Signa à dentibus. Primores lactei, ſed diuiſorei. Canini. Molares. Genuini dentes ſapientiæ.*

Oſſa quæ dentes continent (Rufus etiam de cauernis) communi nomine tum in mala ſuperiore, tũ in inferiore maxilla, φάτναι, ἢ φάτνια, ἢ φάτναι, præſepia aut præſepiola aut ſtabula nũcupantur. βόθρια ἢ ἰγμόειδες, alueoli & cauitates ſingulorum ſunt. Tota porrò dentium ſeries, φραγμὸς ἢ ἕρκος ὀδόντων, ſeptum dentium. ipſa interſtitia, ἀμφὶ. carnes quæ ambiunt, foris ἔξω, intus ἔνδον, gingiuæ. quà autẽ ginginis proximi ſunt dentes, μυρμηκιοῦσι, quod præſertim de molaribus intelligit Pollux. maxillarum commiſſura & vinculum, χαλινὸς, habena, latera autem maxillarum colligatarum, παρειὰ ἢ γαμφαὶ molarium ſummitas lata, τράπεζα, menſa. Dentium differentiæ ſunt variæ: πρόσθιοι, anteriores: γόμφιοι, interiores, ὀξεῖς, acuti, πλατεῖς, lati, χαυλιόδοντες, exerti, καρχαρίδοντες ἢ πριονοδόντες, ſerrati. qui pauciores dentes habent, ἀνίσοδοντες, bre- *Maxillæ ſine gingiuæ cum ſuis partibus. Alueoli. Dentium differentiæ.*

uioris ætui perhibentur : ac mulieri ferè pauciores quàm mari dentes insunt (noui tamen fœminam, cui triginta sex in totum adsunt.)

Ac si rem aliquot historicis exẽplis illustrare licet, Prussiæ regis filius μονόδους extitit: & *Historia de dentium mira.* Pyrrhus Epirotarum Rex dentes habuisse σύμφυὰς perhibetur, vno osse continuo velut dentem vnum efformante, lineis quibusdam cælato. quod & Euryphyj Cyrenæo & quibusdam alijs contigisse memorant. Contrà geminatum in nonnullis dentium ordinem, vt Timarcho Nicoclis Cypriorum regis patri διπλοῦς ὀδόντας habenti, referente Aristotele qualem vnum vidimus. Ion Chius *Nati dentati.* B Herculi, τριπλοῦς, triplicem phalangem dentium affingit, vt Pollux retulit. quosdam dentatos nasci & vidimus & legimus, vt Euryptolemum Cypriorum regem, & Curium illum cognomine Dentatum ciuem Romanum inclytum, asserente Plinio libro septimo.

Palatum. Oris conuexitas cute rugosa & neruosa intus obducta, ὑπερῷα, ὑπερὸς καὶ ὑπερώιος, palatum & quasi palatium cœlúmve. *Tonsillæ.* παιδίσκαι, tonsillæ sunt seu glandulæ vtrinque ad linguæ radices: quæ & ἀδηνοειδὲς καὶ μύλαι, vulgo amygdalæ à forma. Nam *Isthmia.* ἰσθμὸς, interna oris capacitas, tota velut peninsula, quà fauces arctantur. C

A summo palato dependet κίων, ἡ μυὶς, ἡ *Vuula.* κιονόφυσα, vua siue vuula, columella siue curculio, qui gurgulio profertur potiùs quam scribitur. μικρὸν σταφυλοφόρον, particula vuifera. namque Latinis à similitudine, vua vel vuula denominatur, Græcum σταφυλὴς nomen interpretantibus : quæ partis huius inflammatæ potiùs affectio est. pars autem eadem habens è natura, βρόγχος καὶ χόανος dicitur, sed impropriè, cùm potiùs sit ligula vel caput arteriæ. post hanc vuam demùm πῶλος sequitur. Ab ore D quod effluit, πτύσμα, πτύελον, σίαλος, ἡ σιαλὸς, ἡ σιάλη, saliua vocitatur. *Saliua.*

Linguæ cũ partibus. Iam verò lingua, ἡ γλῶσσα ἡ γλῶττα, licet vna, tamen media linea diuisa & velut coagmentata, carnosa & fungosa atque versatilis in ore portio, præcipuum fandi & gustandi instrumentum, valido oris septo concluditur, ἄγγελος λόγου, sermonis interpres ac nuntia.

Eadem gustus ab effectu, vel plectrum, πλῆκτρον denominatur, quòd sapori & voci præsit. aut (vt Græci loquuntur) ὅτι γεύεται, φωνεῖ, λέγει, quòd gustum, vocem, orationem moderetur. Intima lingua siue primus eius exortus, εἴξα, radix, ad os ὑοειδὲς, cui tanquam basi innititur: alijs ταραλίνη καὶ γλῶσσα, quòd illic sit eius caput, eadémque primaria gustus officina: alijs ὑπογλωσσὶς, qua parte læuis est (est verò & hoc electuarij genus arteriæ læuigandæ aptũ) suprà autem, ἐπιγλωσσὶς, palatum versus, vbi *Epiglottis.* asperior sentitur. pariq; formatione μετάγλωσσις, pars extima in acumen vergés, quæ prima exeritur, mucroni & quidem perquàm pestifero similis. sic φαρυγγοτὴς, ipsum linguæ inuolucrum. quæ vis singulorum ex ipsa compositione intelligitur. A

Quanquam φαρυγγὶς, ea potiùs membrana chartilaginosa, oblonga, rotunda intelligitur, folio hederæ similis, quæ laryngis rimulæ seu meatui incumbit: ligula, velut lingula seu minor lingua vocatur, sermoni, respirationi, deglutitioni apprimè necessaria. καλύπτρα alijs, ipsum (vti dixi) asperæ arteriæ operculum.

Quod ab radice linguæ sequitur : αὐχὴν, ceruix dicitur. cuius vtrinque velut excauationes, χοιραδικαὶ καὶ παρώτιδες ἢ παρωτίδια nominantur. φάρυγξ καὶ φαρυγγίδιον, fauces, omnis (vt dixi) interior oris capicitas: vel ipsum adeo tracheæ arteriæ seu bronchi caput. Huic à B tergo incumbit verrebris colli στόμαχος ἢ ἰσοφάγος, stomachus, œsophagus, gula: quæ est cibi ac potus in ventrem via longa & angusta, de qua postmodò. *Fauces, pharynx.* *Oesophagus.*

Atque hoc quidem loco primæ & summæ & maximè conspicuæ partis in homine facta mihi partium præsertim apparentium breuis & accurata sit denominatio. venio deinceps ad secundam: quam licet mole vastiorem, tamen eò breuiùs percurram, quò pauciori- C bus & minùs dissimilaribus particulis constat.

De Thorace.

CAPVT igitur (quod tantummodò habẽt cuncta quæ & sanguinem) gestat, fulcit, & ceu subiecta columna circunfert collum, nullum quidem nisi quibus arteria & gula: aut vt primus apud Latinos ausus est dicere Hortensius, ceruix. vel potiùs hæc posterior: anterior autem colli pars, gula seu guttur aut frumen Latinis vocata, Græcis propriè φάρυγξ, φαγὼν, φάρυγγος, φάρυγγες, φαγόνες ἢ λαιμὸς nominatur: ac per synecdochen pro toto collo, quod αὐχὴν καὶ φάρυγξ (hoc verò etiam de vesica) generatim exprimitur. *Capitis fulcrum, collũ cum partibus.* *Ceruix, guttur.*

Capitis & spinæ iunctura, ἁρμονία κεφαλῆς, Homero autem ἰνίον dicitur. Supra collum cauitas oris interior, φάρυγξ, fauces, vt patuit: quod & ipsum bronchi caput. λάρυγξ autem, finis superior asperæ arteriæ: pro quo etiam φάρυγξ accipitur, guttur vel summum caput tracheæ arteriæ, quà spiritus in vo- E cem erumpit ac superposito plectro efformatur. *Larynx & pharynx.*

Βρόγχος καὶ βράγχια ἀρτηρία, anterior est colli facies, aspera arteria, bronchus: idem interdum βρόγχος καὶ τραχηλιὰν καὶ ἀσπάραγος καὶ βρυγὲ. cuius annuli & apophyses, βρόγχια, σπόγγιαι, αὐρικὶ, bronchia, fistulæ, cannæ. Asperam autem arteriam effingunt tres chartilagines, anterior & suprema, θυρεοειδὴς, à forma scuti siue vmbonis: secunda & media (quæ tamen duplex) ἀρυταινοειδὴς, à specie *Arteria aspera cum suis partibus.* *Bronchia.* *Arteria trachea chartilagines.*

Digitized by Google

lecythi ſeu ampullæ. atque hæ ambæ mobiles. tertia & infima ἀκίνητος, & nomine & motu caret ἄκινητος, ori œnophori (brochum vulgus vocat, velut à Græco verbo βρύχω, irrigo) haud quidem abſimilis. ſed hæc manu potiùs ac mente, quàm oculis deprehenduntur.

Iugula cum partibus.

Igitur quà iugulari homines ſolent, ἀγκῶνες ab angendo. quæ pars iratis intumeſcit στηθος à feruore & excandeſcentia. horum in medio αἰγανὴρ, ceu vector. inde ad genas, πλευρίδες. quarum pars ad iugula tendens, κέρας, cornu. ὑποδεὶς, ἡ ὑπόδεσις, extrema colli pars anterior, quæ ἀδενδρίσεις ἢ ἀδενοφαχνίσεις, id eſt monilibus ſeu focalibus cingitur. ὑπορραχάλιον, locus ſub collo auerſo. totus autem colli ambitus, ὁ αὐχήν.

Vertebræ.

Collum ipſum ſubiectis inſidet vertebris, Græcè σπονδύλους ἢ σφονδύλους ἢ σπονδυλίσκους, ἢ ἀσφαράγους, qui & σφόνδυλοι ἢ σφόνδυγγες ἢ κύβοι interdum nominantur. ſpondylorum tota compages, ῥάχις. ipſa autè è 24. ſpondylis coagmentatio, ἄκανθα, ἔαχις, & rarò κάνις, ſpina. cuius medium, ἔαχίον. at medulla interior σπονδυλικὸν ἢ σφονδυλικὸν ἢ μυελὸς ἐαχίτης ἢ νωτιαῖος ἢ διαῤῥάχιος ἢ ψοΐτης, quòd ſpinam, dorſum, ceruicem, lumbos cõpleat. ſulcus autem ad lumbos vſque, ὑπόῤῥαχις vocatur.

Spina dorſi cum partibus. Medulla ſpinalis.

Prima vertebra ſeu vertibulum aut nodus, ἀτλαντοφόρος à facili conuerſione: idem vt putat Pollux: vel potiùs, vt nos dicimus, proximus ὀδούς, dens ex parte totus denominatur: idem πυρηνοειδὴς ἢ κωνοειδὴς, à ſimilitudine nuclei vel ſtrobili: vel etiam μασχαλιαῖος, velut axillaris. ſed de hoc poſtea veriſimiliùs. Hinc incipiunt ἄκανθαι, quæ & ἔαχαι (vnde & nomen totti accellit) ſpinæ poſticæ: quibus primum vertebrum (ſic enim & quidam è priſcis Latinis vocarunt) in totum caret. Cauitates horum, vt & oſſium reliquorum, γλήνας ἢ κοτύλας Græci nominarunt: ſed has profundiores, illas magis ſuperficiarias. Eminentia autem oſſium tubera & capita, κόρυφαι ἢ κορυφαὶ, à ſimilitudine roſtri cornicis acuti: reliqua productiora, αὐχένας ijdem diſtinxerunt. ſpeciatim verò ἀπόφυσεις ſeu proceſſus ſpondylorum ſe inuicem affirmantium, κίονες à continendo dicti ſunt. & quod extat atque inſeritur, mas: quod excipit, fœmina: nexus autem iſtorum mutuus, γόμφωσις. quorum ſeptimus, quia ſex ſuperiores ſuſtinet, ἄτλας ἢ ἀτλαῖος vocatur. atque huic incumbens caro, ἀσφάλεια, firmitas: alijs λοβὸς ἢ λοβαρία. reliqui autem nodi nullum ferè ſpeciale nomen ſortiti, præter dictum ὀδόντα. & ἄξονα ἀκίνητον, primum quidem hunc, & illum ſecundum: quorum beneficio, caput motu recto interannuendum ac reniuendum (quæ vis à dente potiùs) vel etiam obliquo (præcipuè primi ſpondyli operâ, qua de re poſthàc) ad latera circumagitur. ſed & ἀτλοστὸν, qui duodecimus eſt, à cingulo & zonæ loco conſueto nomen habet.

Ossium cauitas & cauum & cornicis.

Vertebrarũ nomina.

Capitis motus qui fiat.

Diuiſio ſpondylorum.

Colli igitur ſeptẽ ſunt (vti dixi & pòſt demõſtrabo) nodi ſeu vertebræ; duodecim dein dorſi ſeu metaphreni, quos ſpeciatim ἔαχίτας Graij nuncupant: nam qui ad axillas, inde meliùs μασχαλιῆρες, axillares: & qui coſtis reſpondent, πλευρικοὶ denominantur. quinque poſtremò lumborum vertibula, ad os vſque ſacrum, ἰσχιὸν ἱερὸν, ipſam velut ἔαχιν ſpinæque (quæ eſt velut corporis vniuerſi βάσις & carina) baſin firmant ac fundamentum. Cuius capax inde medullæ meatus & canalis. Σωλὴν ἢ ἀνοιγὴ ἱερὰ, fiſtula ſacra vocitatur. ipſa autem medullæ, vt & cerebri inuolucra, μήνιγγες, meninges: atque ab eadẽ exorta νεῦρα, neruorum numeroſa ſoboles. ſed ad externa redeo: de his interioribus aliàs erit ſermo.

Carina corporis.

Fiſtula ſacra.

Meninges.

Antica ſicut dixi, colli lacuna ſeu cauitas, φάρυγξ, αὐχὴν ἀφάρυκτος, δέμας, λάρυγξια, iugulum, gula, guttur vocitatur. Ibidem φαγωνίδες, iugulares venæ, & καρωτίδες, ſoporariæ arteriæ. atque locus ipſe, τραχηλιαῖος. cuius & particulares alias denominationes nuper attigi. Poſtica autem ceruicis cauitas, iuxta primam vertebram, ὀπισθάγκη dicitur, à cæde ex huius fractura ſuperueniente, vel adeo ex luxatione ſola. Ibidem conſpicui tendines & valida partium ligamenta, νεῦρα. Gibbus inde tendens ad πύρδα, λοφάδιον ἢ παχυλοφία dicitur. namque λοφία, λόφος, λοφιὰς, proceſſus, dorſi prima vertebra protuberans eſt. vel illud idem tuber, quà ceruix deſinit, dorſum incipit, vbi onera dorſuarij imponunt. Quæ à tendonibus ad humeros per ceruices pertinent, ὠμοπλάτας. ὦμος enim, articuli brachiorum cum omoplata, id eſt eſt armi, vel potiùs humeri in homine. horum ſumma eminentia, ἀκρωμία ἢ ἀκρώμιον ἢ ἀκρωμίαι, iugulorum ſcapularúmque oſſium copula: at non (vt Eudemo viſum eſt) oſſiculum. eádem interdum ὄγκιαι, velut ſummus humetus. cui contraria ἔγκωμις. Namque ὠμοῦ κεφαλὴ, caput humeri eſt. à quo pars extans, κόνδυλος. Humeri cotyle, Græcè vno verbo compoſito, ὠμοκοτύλη, cauum eſt omoplatæ. quà autem ἀγκύλωσις, facta ibidem articulatio ſpecialiter cognominatur.

Tendines.

Gibbus dorſi.

Humeri cũ ſuis partibus.

Acromion.

Sunt autem ὠμοπλάται, qui & ὦμοι Ariſtoteli, lata dorſo incumbentia oſſa, intus ſima, foris gibbera, figura triangulati ſeu trapezia: vnde & βάσεις, menſæ denominata. Latinis ſcapulæ (& vulgo ſpatulæ) palæ atque humeri. Celſo ſcoprula ſeu ſcopula operta: vel (vt mihi viſum eſt) ſcutula vel ſcapula aperta. qui & ὄπισθεν, quia νῶτα, dorſo incumbunt. & quidem πτέρυγες, quaſi remi, ob figuram: ſiue πτερὰ à latitudine. Quæ autem media illic protuberat eminentia, ἔαχις, ſpina, à baſi omoplatæ ad ἀκρώμιον fertur. ἀγκὼν verò, ceruix eſt caua, quæ brachij rotundum caput excipit.

Omoplatæ cum partibus.

Tertia apophyſis interior, à ſimilitudine roſtri coruini vel cornicini, κορακοειδὴς ἢ κορώνη. vel ab ancoræ mucrone, aut à figura τοῦ Ϛ, ἀγκυροειδὴς ἢ ἀγκυοειδὴς. verùm hæc potiùs interna latent. Quà denique in acumen ſcoprula deſinũt ac prominent, ab alarum ſimilitudine, πτερύγια. vnde & πτερυγοειδὴς,

Alæ humerorum.

Digitized by Google

qui proni in tabem, ijdem Hippocrati φθινώδεις. Ad primas autem vertebras, iuxta dorſum in- A ſurgunt κυφώλοφα, , velut caninæ prominentiæ. atque hinc obliqua dicta κύφωσις. ſiquidem gibba à figura tegminis teſtudinei , χελώνιον dicitur. Inter omoplatas media humilis vallecula. interſcapilium ſiue interſcapulium notatur ad lumbos per dorſum medium decliuis, Græcè ῥάχις, velut vtriuſque diſcrimẽ ſiue diſcerniculum. quibuſdam ἄκανθος. quia κνᾶσθαι, id eſt ſcalpi aut fricari manu propria cuique nequit (de lumbis pecudum vſurpat Homerus) alijs μεταφρένια. nam ἀντίστερνον, ſterno, ſiue pectori opponitur ex aduerſo, Cæterùm omoplatæ, clauibus & brachijs inarticulantur κατὰ διάφραγμα. B vnde & κεφαλαὶ βραχίονων , capita brachiorũ appellantur.

Interſcapilium.

Dorſum.

Dorſi vertebra.

Κλεῖδες igitur αἱ κλεῖδες, claues & clauiculæ, quòd ceruicem & humerum concludant: eædem σφαγαί, iuguli aut iugula (vtrobique à iugulandi loco) ſub imo collo oſſa ſunt fiſtuloſa & flexuoſa, ſternum ſeu pectus omoplatis cõmittentia & colligantia: homini vni inter cætera animantia , propria. vnde cæteris carinatum: homini autem prælatum à natura pectus. nempe ne humeri & omoplatæ concidant, aut pectus arctetur, inhibent. διὰ ὃ πᾶσι, & ἄνθρωπος πλατυστερνότατος, ob idque homini pectus latiſſimum, ait Rufus. κλειδίς, pars clauium anterior eſt.

Clauicula ſeu iugulí.

Homini propria clauicula quorſum.

Zona.

Metaphrenum.

Iam verò quemadmodum cerebro, ſummo animæ (vt creditur) domicilio natura oſſeam teſtam firmiſſimam ſecuritatis gratiâ circumſepſit. ſic eadem & cordi nec minùs parti principi, atque (vt plerique cenſent) animæ contubernio inſignem regiam circumuallauit. Pectus Latinis, à pangendo, opinor : Graijs στῆθος, ἀπὸ τοῦ ἵστασθαι αἰεῖ , quòd mentem diuinam noſtri partem (vt Stoïci tradunt cum Peripateticis & multis alijs) in- D cludat & conſeruet. ἀπὸ τοῦ θορεῖν, à ſaliendo, ob cordis motum aſſiduum : atque inde forma Latina deflexa, thorax nominatur pars ea corporis, quæ à collo ad pudenda, velut trũcus corporis, ceu arboris cuiuſdam pertendit, vt Ariſt. libro 1. hiſtor. animal. cap. 7. ex Hippoc. lib. de arte inſinuat. Quanquam nobis & recentioribus ex Galen. pectus , propriè intelligitur , quod clauiculis & coſtis terminatur atque includitur. idem interdum Græcis στῆθος, necnon ἧπαρ & γάστηρ, ob inſignem cauitatem : idem & κῆρ Homero , vt puro metonymicôs. Namque στέρνον pro partis huius veſte & armatura, quæ lorica dicitur: Thoracis partes inſignes ſunt, στέρνον, ſinus: quod Hippocrati στῆθος, pars in medio thoracis antica , iugulis ſubiecta, oſſiculis vtplurimùm ſeptenis conſtans: in quæ , totidem ſummarum coſtarum capita deſinunt & inarticulãtur. Quanquam in multis multùm variat oſſium numerus, vt ſæpe hac in parte minor. Quæ quia enſis ſpeciem quandam præferunt , ideo ξιφοειδὲς, enſiformia Graijs denominantur. ntſi potiùs horum extrema chartilago triangula, acuta , gla-

Thorax ſiue pectus, vnde dictus.

Pectoris fines.

Thoracis partes.

Sternum.

Xiphoides.

dij mucroni perſimilis , hoc nomen meruit. vulgo malum granatum. Inde compoſita, ἀκροστήθιον , pectus ſummum : ὀμοστέρνια, quæ in pectore. nam στῆθος & στέρνον, pectuſculum, στέρνον autem, medius veluti ſulcus in pectore. Huic opponitur νῶτος ἢ νῶτον, dorſum ſeu tergũ , ideo dictum ἀνάτειρον, ab occipite ad extremum coccygem deorſum exporrectum atque deuexũ : vnde & Latinis nomen ſortitur , quaſi deorſum. quæ eſt veluti corporis carina atque ſtabilimẽtum. Cuius quidem vertebræ (ſunt autem ſpeciales duodecim ab octaua ad decimã nonam) πλευρίτιδες, velut coſtales dicuntur (& earũ morbus, πλευρίτις, pleuritis.) ac duodecima propriè ζῳστῆρ , qua fere cingimur, ſicuti ſuprà attigi. ζώνη enim, ζῶμα, ζῳστὴρ, ζωστὴρ, zona eſt & cingulũ ſiue balteus. itémque ζώνη, pars aduerſa corporis lumbis oppoſita, qua & cingimur: Polluci etiam χάτη ἡ κατὼ. Μεταφρένιον , ὀπίσω τὸ μετὰ τὰς φρένας, velut ſepto poſtpoſitum : aut ipſum eſt dorſum, ſpõdylis 12. cõſtans : aut pars inter dorſum & lumbos media , quà renes adiacent, vt Rufus interpretatur.

Coſtæ & earum diſſerentia.

Demum thoracem velut crates vtrinque cingũt πλευραί, πλευραί, veræ ac genuinæ coſtæ vtrinque duodenæ totidem vertebris alligatæ. quæ à latitudine, πλατεῖαι ἢ πλατεῖαι, velut gladij ſiue remi. C nam quà arctantur, γναμπταί, velut palmulæ , aut breuiores remi vocãtur. Quarũ ſupremæ ſeptẽ (quæ & propriè πλευραί, & ſub quibus ferè πλευρίτις innaſcitur) ſterno parte antica (vt dixi) media chartilagine inarticulantur. Harum primæ duæ, ἀντίστροφοι, popter obliquitatẽ, vel quia ſibi ex aduerſo oppoſitæ : proximæ πρανεῖς, ob firmitatẽ & ſoliditatẽ: tres infimæ, ψευδεῖς, à ſterno denominantur. Nã quæ ſubſunt, quæque reſtant quinque, νόθαι, nothæ & ſpuriæ vocitãtur, quia mutilæ & media velut ſui parte truncæ, ſuis inter ſe extremis finibus chartilagineis, per cõmunia ligamenta deuinctæ. ob iſtã mollitiẽ, μαλθακαὶ, atque à mutua colligatione innexa, μεσόπλευροι, quaſi dicas adiuges : eædem etiã ῥοιαί, haud ſcio an à ſimilitudine punici mali , cognominantur : omnéſque ad diaphragma terminantur.

Genuinæ.

Nothæ.

His tribus inſignibus partibus thorax circũſcribitur : quanquã & clauibus antrorſum cluditur & omoplatis retrorſum circumuallatur. de quibus iam diximus. τὸ δὲ πλευρὸν ἢ πλευρά, latus eſt, lunata nempe pars dextra ſiniſtraq; corporis, & quicquid axillæ ſubeſt. nã alioqui ſæpiùs πλευραί, oſſa ea ſunt, quæ dixi, quæue coſtæ dicuntur, quarum ſpatia intermedia, μεσόπλευρα E ἢ μεσοπλεύρια, & inde μεσοπλεύριοι, muſculi intercoſtales.

Latera.

Meſopleura.

Siquidem dorſo toti ſubſternitur ὀσφύς, velut ἀπὸ ἰσχυρᾶς, ait Suidas, ob naturam quandã oſſeam & velut excarnem. eadem ἰξὺς δὲ μεσόπυλος ἢ ὀσφῦς, pars ſpinæ infima quinque ſolidiſſimis ſpondylis compacta (ἱερὰ ὀστᾶ Graii vocitant) oſſi ſacro inuecta. quorum ſupremus dorſum excipiens, πρόσπτυξ, quòd renibus ex aduerſo adiaceat : vltimus κόκκυξ, à ſecuritate & firmitate (malè enim opinor, apud Pollucem κόκκαλος) denominatur, intermediis ἀνώνυμος. Namque &

Lumbi, & curtari, eorumque partes.

Digitized by Google

que & lumbos feriri, quòd ſit generationi ſacer locus, vetat Homerus. vnde dicta ἰξύς, διὰ τὰ ὀχεύειν ξύειν, quam ferire non eſt. Pars tota, ψόαι ἢ ψοῖαι ἢ ψύαι interdum nuncupatur. lumbos à libidine Latini vocarunt, quòd intus vaſa ſeminalia, ἢ πόροι σπερματικοί, includantur: quibus diſtentis, incentiuum atque œſtrum libidinis intenditur. eadem iccirco ὀχλύσεις ἢ φλύσεις. cauitas vtrimque foris circunſtans, κῶλα. Verus tamen medicina, ψόας, duos muſculos intus lumbis ſubſtratos vocat, in leporibus experitum gulæ palpamentum, ſpinæ flexores. alij etiam de muſculis externis accipiunt. ijdem νεφρώματα, ἢ μᾶλλον νεφροῦντας (nam malè opinor apud Rufum, νεφρωμένους) & πλατύτους, velut renum loculi, aut quaſi vulpes nuncupantur. Poſtremum os ſub lumbis jam memoratum, ἰσχὺν ὀνομάζουσι ἢ πλατὺ ἢ ὑπερφέρδυλον Græci vocant: nos à magnitudine latitudinéque, os ſacrum, magnum, latum. atque eiuſdem extremum, illi quidem κόκκυγα, nos coccygem vel cuculum (ob roſtri ſimilitudinem) nominamus. cuius denique velut cuſpis acuta, ἄρρις, ἔρρωνα, ὄρρωνα, κορυφὴ, σπινθὴρ ſpeciatim vocatur. id Franci (opinor) croupion. atque ita quidem illæ partes ſe habent.

Lumbi vnde dicti. Vaſa ſpermatica. Pſoa. Os ſacrum.

At verò carnoſæ eædémque glanduloſæ & ſemicirculares in pectore eminentiæ, μαστοὶ ἢ μαζοὶ καὶ τιτθοί, mammæ ſeu mammillæ, vbera, atque olim tatæ, fictitiis ac penè puerilibus vocibus & blandimentis. Inde Ariſtoteli τοῦτος ἀρτίως μαστῶν, diſtinctum mammis pectus. quòd ſcilicet ea pars in homine lata ſit atque ampla: in mutis animantibus ſtricta, anguſta ac velut carinata: ſi elephantem & veſpertilionem excipias, mammas in pectore ob id geſtantes. θήλεα potiùs in brutis, id eſt hubera. ſicuti μαστοὶ in fœminis, quaſi μαστοὶ ἀπὸ γάλακτος, quòd lacte diſtendantur. namque λαὸν ἀπὸ μαστοῦ ἢ ἀπὸ μαζοῦ deduci, quòd in ijs infantes lac quærentes, durius videtur: ſicuti μαζοὺς, λαὸν ἀπὸ θηλάζειν, à lactando; quanuis inde Suidas duci exiſtimet. ſed in ratione etymologiarum ne Platoni quidem ipſi ſemper aſſentior. Alij porrò viriles eſſe μαζοὺς aſſerunt contrario, & quidem magis veriſimili etymo inducti, ἀπὸ τοῦ μὴ ἐσθίειν, quòd edule nihil contineant. Alij μαζοὺς viris tribuunt; cùm tamen Homerus etiam de muliere extulerit, itémque Heſiodus & Euripides. Sanè verò τιτθοὺς ἢ τιτθὸς ἢ τιτθία propriè ad fœminas pertinere indicant affinia, tum τιτθὸς ἢ τιτθὴς, nutrix; tum τιτθάζειν, lactare: vnde & noſtra vernacula fluxerunt, *tette & tetter*. In medio mammarum ſummus apex, ſiue acies, ſeu capitulum aut velut papula quædam, exinde dicta Latinis papilla (quæ & ſynecdochicè pro tota mamma) Græcis autem θηλὴ, ἅτε πλεονάσαν καὶ, quòd incrementum procuret, ait Plato. vnde & θηλάζειν, lactare, namque θηλάζεσθαι, lactere: hoc de puſione, illud de matre & nutrice effertur. Papillarum nigellus circulus ſiue ambitus & velut areola, φῶς à Græcis nuncupatur. Sub hoc, lactis velut ſedimentum, κύαμος, quaſi faba. Rufo tamen ſic dicitur eo loci primum in pubeſcendo incrementum: opinor, glandularum tuber fabæ æmulum: vel potiùs teſticuli virilis ſiue puerilis, qui & κύαμος cognominatur. alij pro prima lactis ibidem πῆξι, coagulatione ſiue concretione. inde κυαμίζειν dicuntur puellæ, cùm mammæ fratrant, id eſt primùm tument, ait Feſtus. Nam tumor totus ab vtris ſimilitudine, ἄντλημα nuncupatur. & locus ipſe mammas excipiens, κόλπος, ſinus vel gremium. Denique ὁ μαστὸς, ὑπεροδοχὴ καὶ οἷον ἀγγεῖόν ἐστι τοῦ γάλακτος, ait Ariſt. libr. 4. part. animal. id eſt, Mamma, eſt receptaculum & tanquam vas lactis. quod à laciendo Latini videntur deflexiſſe: vnde & lactare & lactêre, quo diſcrimine diximus. Quo autem modo mammæ muliebres lac è ſanguine, alterando atque aſſimilando efficiant, cùm conſtent ὑφὰ ἀδενώδη, σαρκῶδη, μαλθακὴ, πόροις μετὴ, καὶ ταῖς τιτθαῖς ὁμοίαν ἰδέαν, id eſt, carne glanduloſa, molli, rara, poris peruia, & velut pileorum ſimili, Galenus libr. de vſu part. accuratè docuit, & nos tum ab illo, tum ab aliis poſthàc. venio enim ad tertiam generalem humani corporis partem, de artubus vltimo loco coniunctim, ob affinitatem brachiorum cum cruribus, & manuum cum pedibus, dicturus.

Cerebri & pectoris præſtantia.

Mamma, & vnde dicantur μαστοί.

Mammæ quibus in pectore.

N. de etymologia.

Papillarum partibus.

Θηλὴ vnde.

Lactare & lactêre, quid.

Mammæ quid: & lac vnde dictum.

Lac quò generatur.

De ventre.

VErùm expeditis vtcumque ſummis ac præcipuis noſtri corporis partibus, tum capite, in quo cerebrum, ipſum (vt putant) animæ domicilium continetur, facultatis animalis ſede ſuprema: tum verò pectore ipſo, in quo ſibi cor, vitalis facultatis fons, idémque nihilominùs animæ (vt quidam opinantur) tabernaculum, regiam quandam velut rex corporis vniuerſi, delegit atque conſtituit. proximum eſt vt de tertia parte tertio loco breuiter tranſigamus; ventre nempe, facultatis naturalis atque infimæ, ſed reliquarum nutricis atque alumnæ conceptaculo; atque annexis huic partibus pudendis: quibus etiamnum principatum quendam communis hominum conſenſus tribuit.

Ergo in corpore aduerſo, ſubiecta thoraci mollis vaſtáque moles illa; aut vt cum Græcis loquar, πᾶσα ἡ ὑπὸ τὸ διάφραγμα χωρητικὴ, omnis infra diaphragma capacitas, γαστὴρ ἢ κοιλία, ratiùs κοιλία ἢ ἔντερα à Græcis; venter à noſtris, aut aluus, & Celſo vterus

Ventris vtilitas, & genitalium.

Venter & ventriculus.

nominatur. Proprie tamen γαστὴρ, & adiecto articulo, ἡ κοιλία, εἴτε ἡ ὅλη κοιλία (nam ſimpliciter pro omni capacitate vſurpatur) de ventriculo effertur, cibi potioniſque receptaculo. Cuius ſumma pars ſub ſterno leuiter concaua, στόμα κοιλίας ἢ τῆς γαστρὸς, os vel orificium ventris ſeu ventriculi: ab aliis ἡ καρδία, cor, ob ſenſum exquiſitum cordiſque ſympathiam vocatur. vnde & paſſionum illius denominatio, καρδιωγμὸς, καρδιαλγία, Plauto autem Latino authori peruetuſto, cordolium. nonnulli μεσοκάρδιον, quòd cordi prætendatur: alij ὑποκάρδιον, quaſi pro corde: alij φραγμὸν, à nece vel lethali ictu denominarunt. cui incumbit os ξιφοειδὲς, enſiforme, jam memoratum. Subiecta autem cordi regio, à ſitu ὑποχόνδριον· & ob naturam partis, χόνδρος, velut chartilago, quà nothæ coſtæ deſinunt. Vbi intus διάφραγμα, ſeptum tranſuerſum ſiue diſcrimen, medium corpus dirimit, vitales à naturalibus partibus diſcernens: idem & φρένες veteri perſuaſione habitantis in ipſo animæ. idem καρδία ἢ μεσοκαρδία ἢ μεσοκάρδιον: vnde & præcordia Latini vocarunt. Nam muſculoſæ ſub chartilaginibus iſtis partes, inde ὑποχόνδρια, velut ſubchartilaginea aut ſubchartilagia, minùs rectè à recentioribus Latinis dicuntur: à Græcis autem, quòd coſtis ſubtendantur, interdum ἀφορμαῖα. Infra hæc, μεταξὺ ἰξύος, ad ilia ſiue oſſa coxarum vſque, pars mollis & inanis atque exos, πλευρὰ, ἢ λαγόνες, ἢ χοιράδες, ἢ λαπάρα, ἢ λαπαρὸν Græcis, ilia à noſtris vocantur. Cutis ventrem contegens Rufo ὑπογάστριον dicitur. alij hoc nomine totam regionem ſepto tranſuerſo, hypochondriis & pube circunſcriptam intelligunt. abdomen vocat Celſus, ac definit à coxis & pube ſurſum verſus ad præcordia, foris cute, intus peritonæo: ὃ καὶ τὴν γαστρὶ κεῖσθαι, quòd ventri toti incumbat; non ſoli ventriculo ſupra vmbilicum, quà iocineri & lieni ſitus eſt, vt alij cenſent, & Pollux tradit. Abdominis partes tres videtur Galenus inſtituiſſe comment. in aph. 35. libr. 2. ὑποχόνδρια jam dicta, τὰ περὶ τὸν ὀμφαλόν, καὶ τὰ ἤθεα, partes vmbilico circumpoſitas, & ventrem imum, de quo mox.

Vmbilicus, Graijs ὀμφαλὸς, media (vt multi putant, de quo pòſt viderimus) in ventre, vel adeo in corpore humano, vt antè indicauimus, cauitas; venarum duarum totidémque arteriarum, per quas infans alimentum ac ſpiritum ducebat (vnde & illi nomen acceſſit, ἀπὸ τοῦ ὀμφᾶν ἢ ἀναπνεῖν, à reſpirando; vel ſanè à forma vmbonis) mediíque inter illas οὐραχὸς, vrinarij meatus reſegmentum eſt. vnde & ὀμφαλοτομὴ ἢ ὀμφαλοτόμος ἢ ὀμφάλιον, ἀπὸ τοῦ πρῶτον τμηθῆναι, quòd primum amputetur: & quæ incidit, ὀμφαλοτόμος dici meruit. κίνυφος ὀμφαλικὸς, putamen cuticulare, itémque εἴζα γαστρὸς, ventris radix, ait Ariſtoteles. Cuius ſumma & media protuberans caruncula, ἀκρόμφαλος, ἀκρομφάλιον, ἢ μετομφάλιον ob id vocatur. ἐμμφάλιον verò, quòd ſupra vmbilicum eſt. Ambiens autem cuticula, quia corrugata ſenium deſignat, ideo γραῦς ἢ γραῖα, vetula dicitur. γαγγαμὼν denique, locus vmbilico circumiectus, idem σαγήνη, naſſa vel ſagena, ob implicationem neruorum vaſorúmque dictorum reciformem. Sub vmbilico ad pubem vſque, ſumen idémque aqualiculus propenſo in obeſis & ventrioſis (μεγάστρας Græci vocant) ſeſquipede extat; Græcis ὑπογάστριον εἴτε ὕπερον ἢ ὑπόπεπλον· quidam abdomen, alij pubem minùs proprie nominant. Namque pubes huic ſubeſt potiùs, continua aduſque pudenda pars πεχὼν ſeu villis piliſque hirta in adultis & jam inde puberibus: Græci ἤβλον ἢ ἠβύδιον ἢ ἰτέαν ἢ ἴτυν indigitant: Latini pubem vel pectinem. nam πέχυς illa Polluci infra ventrem, velut ſpicam dixeris. Pecten tamen frequentiùs de oſſibus ſubiectis, quæ ſunt oſſis ſacri apophyſes per ſymphyſin commiſſæ & in medio perforatæ: quà fœtui naſcenti, ſoluta ad tempus laxatáque oſſium eorundem compage, primus eſt multo cum niſu exitus.

Kοιλία.

Orificium ſtomachi, καρδία cur dicatur, & quæ partes.

Chondrus. Diaphragma, cur phrenes & præcordia.

Hypochondria.

Ilia.

Epigaſtrium cur dictum: idem abdomen, & eius partes.

Vmbilicus ex quo, & eius partes.

Ὀμφαλὸς vnde dicatur, & vmbilicus.

Vetula. Naſſa.

Aqualiculus.

Pubes.

Pecten.

De partibus genitalibus.

ET hæc quidem omnia honeſtis efferuntur citra pudorem aut verecundiam nominibus. ſed quæ ſequuntur, caſtas aures aut nimiùm ſeueras auerſantur ac metuunt, ſuis & ipſa tamen nominibus deſignanda: ne eò vſque naturæ ſolers opificium proſecuti, in reliquis vel adeo inſignibus, & propagando generi humano tam neceſſariis (vnde & principatus cuiuſdam inter partes nobiles, habentur participes, & αἰδοῖα nomine Græcis perhibentur) defeciſſe videamur. Abſit igitur Cato, abſint ſacris dicatæ rebus religioſæ aures, & puerorum puellarúmque iuuenilior ætas; dum Stoicos imitati, ἀδιαφορήσεις rerum pudendarum pudenter nomina pudibundis exprimimus, hoc Martialis epigrammate præfati;

N. excuſatio inuerecundiæ cum παρρησία.

Partium genitalium principatus ac neceſſitas.

Παρρησία.

Triſte ſupercilium, duriq; ſeuera Catonis
Frons, & aratoris filia Fabricij;
Et perſonati faſtus, & regula morum:
Quicquid & in tenebris non ſumus, ite foràs.

Viri graues & caſtæ aures bona cum venia ablegantur.

De virilibus.

SExum diſcriminat partium genitalium obſcœnarúmque diuerſa natura: virilia & muliebria inde nominantur. quorum apud Græcos vocabula & tolerabiliùs ſe habent, & accepta jam vſu ſunt: cùm omni ferè

Partes genitales.

Digitized by Google

medicorum volumine atque ſermone iactentur. Apud Latinos fœdiora verba, ne conſuetudine quidem aliqua verecundiùs loquentium, accommodata ſunt. vt difficilis hæc explanatio ſit ſimul & pudorem & artis præcepta ſeruantibus. Neque tamen ea res à ſcribendo deterrere me debuit, quò minùs quæ ex veterum lectione comprehenſa habeo, liberè exponam: & quæ inuitiſſimus quiſque alteri oſtendit, ac ne oſtendit quidem (niſi ægrotus medico aut chirurgo) ea verbo tenus, oculis legentium exponam atque ſubijciam.

Graeci libentiùs loquuntur & ſpectant agunt.

Virilia, & analogia cum muliebribus.

Viro igitur foràs prominet virile ex eo dictum membrum. nam fœminis tantundem intus recondi indicat tum anatomia, tum hiſtoria virginis in virum mutatæ ipſo nuptiarum die. L. Coſſitium ciuem Triſditanum vocat qui & vidit Plinius, refértque lib. 7. cap. 4. vbi & Caſſini puerum, & Areſcontem Argiuum, è virginibus mares factos, mirabili memorat hiſtoria. Communis vtriſque τὰ αἰδοῖα, pudendorum ſeu verendorum appellatio eſt. ſed vt fœminæ, ſic & mari multa ſpeciáliter conueniunt. Hanc partem in viro κατ' ἐξοχὴν, Graij μόριον, nos membrum: in fœmina, φύσιν illi, nos naturam cum vulgo appellamus: illi αἴδοια in mutis potiùs. quanquam Iuriſconſulti ἄῤῥενα & ἄῤῥενας, de viro & fœmina. In viro, ab oſſium pubis ligamentis exertus prominet neruus fungoſus, τὸ ἔξω αἰσχύνης Galeno 14. meth. med. Græcis ferè πυγὴ, Latinis virga, ob affinitatem cum trunco plantarum; & peculiariter coles, aut penis, aut verpa, aut muto, aut mentula, aut veretrum, aut inguen, aut trabs, aut columna, aut ſicula, aut pyramis, aut palus, aut faſcinum, aut cauda ſalax, aut neruus, & Ciceroni diuiſor, & forſan pluribus epithetis, ac velut ſymbolis & ſignis. in quo quicquid pendulum porrigitur & arrigit, πῶμα, quaſi ſtamen aut ſtatumen. reliquum alueo ſubſtrictum, ὑπόστημα, quòd ſubſiſtat: idem & πώγωνος βάχος, collum veſicæ, vel αἰδοῖον. quæ autem per medium decurrit linea, ῥαφὴ ἢ τραφὴ ἢ τραφὶς ἢ ἐρρὴς. vnde ἐρρωνύμενον, quod & μυρωνύμενον, in auibus cauda pinnata ac tremula. Virgæ extremum à ſimilitudine fructus querni, βάλανος, glans. infernè quà glans deſinit, & penis gemino corpori iungitur, κυὼν, canis nominatur. Glandem ipſam cutis circuntegens, & olim putari ſolita (vnde ἀκροβυστία, circunciſio) teſte Herodoto, apud Ægyptios, Colchos, Æthiopas, Iudæos (vnde & recutiti, & verpi, & apellæ, Latinorum probro, & ψωλοὶ apud Ariſtophanem) πόσθη, præputium dicitur: quanuis Ariſtoteli nomen non inuenerit. ab hoc, quod prominet in ſummo, inde ἀκροποσθία apud Hipp. 6. aph. 19. & quidem pro toto præputio: ab aliis ἀκροβυσία ἢ ἀκροποσθία ἢ ἀκροποσθιὰ vocitatur vinculum præputij, προποδίσμιον. Cauernula per quam οὖρον ἢ γονὴ ἢ σπέρμα, vrina ſeménque profunditur, ὑροῦρα ἢ πόροι ὑροφόροι, vrethra vel ductus vrinarius. nam ὑρητῆρες, vretéres intus recon-

Membrum & natura.

Penis origo & ſynonyma.

Stema & partes.

Glans.

Præputium & circunciſio.

Recutiti Iudæi.

Vrèthra. Vretéres.

A diti, vrinam à renibus ad veſicam deducunt: atque his commune nomen ἀπὸ τῆ οὔρε, ab vrina. Vaſa autem ſpermatica, ἀγγεῖα σπερματικὰ, à vena cava & arteria aorta docto initio, in poros ſpermaticos ex paraſtata prodeuntes, per proſtatam mox reflexos, in vrethram illam corriuant: in quam & ſemen elaboratum cum inſigni titillatione partium ſenſilium, ob acrimoniam quandam à ſero vrinæ commixtæ contractam, iuſſa profundunt. ſed hæc ad interna pertinent alibi poſthàc accuratiùs pertractanda. redeo ad extrinſeca. Dicitur ergo etiam multis aliis nominibus apud Græcos ipſe penis (nam de Latinis ferè percurri paulo ante) vt αἰδὼς, μίδων, μίδιον, κόλπαρος, πῆος, ὄχεα, αἴσιον, κώλη, κτὶς, κάτιον, πορώνη, κρίδη, κάλαμος, πλὴν, & Polluci τῶλος, αἰδὼς, αἶσις, μήδεα, μέζεα. quibus Latina nomina haud vſquequaque reſpondent, cùm ſint pleraque ſumpta è vulgo, aut ioco, aut ludibrio, aut ſimilitudine rerum externarum.

Vaſa ſpermatica.

Cauſſa voluptatis in coitu.

Penis ſynonyma Græca.

Cæterùm ad generis propagationem ſeménque ſuis glandulóſis corporibus elaborandum, cum primis neceſſarij ſunt ὄρχεις ἢ ὄρχιδες, ἢ δίδυμοι, id eſt teſtes ſeu teſticuli, aut gemini, aut colei. nam κοιλὸν ἢ κοιλεὸν (vnde Francicum nomen formatur) vaginæ vel vtris ſignificationem habent. Horum inuolucrum & veluti theca vel alura, ὀσχέος ἢ ὄρχεως, ſcortum ſiue ſcrotum nuncupatur. cuius laxa pars & flaccida atque pendula, ideo λασιόπορον ἢ ἀσχιόδαρον, atque Athenienſibus λασιωλία nomen habet. κρεμαστῆρες, ſunt nerui teſtium ſuſpenſores. Tunicæ communes, ἐνδίδυμις, ἀλήρις, ἐπιδιδυμὶς, ſed virorum propriæ. ἐνδίδυμις dicitur etiam pars ad caput teſtis. nam in coleis quod ſummum eſt, κεφαλὴ, caput: quod infimum, πυθμὴν, fundum vocatur. Quibus autem teſtes reſecti, colliſi, contriti, hi à Græcis ἀπόκοποι ἢ ἀλιβίαι, θλαδίαι, θλιβίαι denominantur: & communi nomine βίνιχοι, βινιχίαι, εὐνοῦχοι. Quod inter ſcrotum, ſemina, & hypoſtema ſeu radicem veretri, πηγάδα Graij vocant: alij per ι, πιγάδα ἢ πιγάδα· vnde verbum vetus ἀμπιγάδιον, ἐξαπιγάδιον, obire, peruadere: & aduerbium ἀμφιγαδὸν, vndique. niſi mauis vbique per ι, nam πιγὰξ, greſſus exponitur: & πίγμα, gradus, ſaltus. Pro eodem iſto interuallo intermedio, legitur etiam περίνεος ἢ περίναιος ἢ περίναιον. forſan περὶ ἢ περαίνω, quòd ſeſe velut alluant iſtæ partes, & tanquam circunfluitent. Quanquam & pro cole teſtibúſque interdum ſumi deprehendes. id facit vicinia, partium appellationes non rarò confundens. Quæ autem pars à teſtibus ad anum procurrit atque protuberat, ταῦρος, taurus nomen habet. Inter coxas & femora ſunt ἰσχύα ἢ ἰσχύα, qui & βουβῶνες, ingnina. alij μυόσταλον pro illo exponunt. nam βουβὼν de parte glandulóſa & ſuperiore, in qua & bubones peſtilentes aut venerei progerminant, rectiùs vſurpatur: à quo & βουβωνοκήλη, inguinis ramex ſiue hernia.

Teſticuli cum ſynonymis & partibus.

Scroti compoſitio.

Cremaſtéres.

Teſtium tunica.

Eunuchorũ genera.

Plicbas.

Perinæum.

Taurus.

Inguina ſeu bubones.

Podex cum ſuis partibus.

Et quoniam eò loci peruentum eſt, eadem opera percurri vicinia poterit, vel eò celeriùs, quò fœdiùs. Anus, *ἀκτινώτης*, à figura orbiculari nomen habet, velut anulum ſiue annulum dixeris idem ab officio, *σφιγκτὴρ*, ſphincter; qui potiùs ſtringens intus & fæcem atque flatus cohibens pro arbitrio muſculus intelligitur. at verò *πυγὴ ἢ ἕδρα, καθέδρα ἢ πύγιον*, ſedes ſeu podex nuncupatur. nam *κῶλος*, culus pari forma exprimitur. idem & aliis exponitur nominibus, *σφυκτὴς, ἀρχός, λυκτὸν*, & jam dictis illis, *πρᾶμα, ἢ πραμὶς ἢ ὄρθιον*. Latini vt in pleriſque, hîc ferè deficiunt. Hàc tamen exploduntur atque excernuntur *κόπρος, σκὼρ, σκύβαλα, ἀπόπατος, σκοβαλισμὸς, ἄχθος, πίλαθρα ἢ πιλάθρα, σπυδίας, ἄφοδρος, ὑπεροχόρημα, ὑπεροχόρησις* (in brutis enim peculiaria ſunt nomina) id eſt, ſtercus, merda, ſeceſſus; & quidem *ξηρὸν ἀφόδευμα*, aridum excrementum: *ὑγρὸν* autem, humidum excrementum, vrina eſt, Gr. *οὖρον*. ſed & *φῦσα, πορδὴ*, flatus, oletum, crepitus. atque ſunt naturæ ludibria vtrique ſexui hominum communia. ad propria autem reuertor.

Anus.

Sphincter.

Culus.

Stercus & merda cum ſynonimis.

Vrina.

Crepitus.

De muliebribus.

Vteri ſitus & ratio.

VEnio igitur ad muliebria. hîc enim vteri ſitum inter anum ſiue rectum inteſtinum (*ἀρχὸν ἢ ἀπολυομένων* Graij vocant, vt poſt tum de hoc, tum de reliquis partibus internis dicetur) & inter veſicam ſiue *τὸν κύστιν*, natura eſſe voluit: reputantibus nomen, quàm vilia & abiecta ſint ortus noſtri primordia. Et quidem quod muliebri pudendo ſuprà incumbit, *κτὶς ἢ ἕτιστον ἢ ἐτίτιον ἢ ἔτκτινον* Græci, pectinem vocant Latini, trianguli forma deſignatum, & pube circumtectum, quà velut imi ventris terminus eſt. *κτὶς* Rufo quaſi clauis nuncupatur. niſi mendum ſubeſt, vt reor, pro *κτὶς*, quem alij totum ſinum muliebrem exponunt. Pudendi rimula ac velut fiſſura, Græcis pariter *χάσμα*, Latinis obſcœnum eſt, cunnus. quo tamen nomine dictus eſt is qui fidibus Socratem docuit, ait Tullius (epiſtola, Amo verecundiam) In medio cunni, caruncula gemina linguiformis, muſculoſa, palpitans, Samiorum dialecto, *νύμφη*, nympha; ab aliis *μύρτον*, Rufo *ὑπερμὶς*, Polluci *ὑπερεῖς* (niſi in alterutro vitium eſt) vtique *καυδεῖς ἢ καυδεία*: vnde obſcœnum verbum, *καυδείζειν, τὸ ἀκκιζόμενον τινὸν ἄνθρωπον*. aliis pro eodem *μύρτον ἢ μυρτὸς, ἢ μυρτὸν* ac ſi magis increuit, *κύρτωσις*, quòd velut cauda ab vtero indecorè propédeat. Nam *ὑμὴν ἢ περιφέρεια τὴν κόλπου*, pelliculam vterũ intercipientem, & interſepientẽ velut *παρθενοφυλακὶον*, clauſtrum virginitatis, Soranus ſectis corporibus nullum inuenit. quanquam rugas ſiue *πτύχας* quaſdam ab vtero & vaſis exortas agnoſcit: quibus reſeratis, dolor primo congreſſu cum ſanguinis excretione percipitur. de quo nos poſthàc ex profeſſo. ſed dubia iſta nunc mittamus. Vtrinque carnoſæ partes, quaſi labra ſiue *χείλη*, vel margines, *μυρτόχλια ἢ μυρτοχλίδες ἢ μυρτοχεῖλαι* vocantur: Euryphon *κρημνὸς*

Tenia in ortum hominis.

Pectem.

Cunnus.

Nympha.

Hymen.

Labra.

dixerat, quaſi ſalebras & loca præruptа, colliculos ac præcipitia. quo nomine Hippocrates vlcerum margines vocitabat. aliis *πτερυγώματα*, velut alæ ſeu pinnæ pudendi nominantur. Hæc pars nec ſequiùs variis appellationibus laſciuientium inſignitur, *κῶπος, δοκέλλιον, σκέφος, βυκάλιον*, & Corinthiorum lingua; *χοῖρος, χοιρίον*. Et quoniam hac in parte deſcribenda multùm prouecti, pauca videmus ſupereſſe, interiora licet, quæ totam exponant ac nominibus exprimant; operæpretium facturi videmur, ſi paucis reliqua percurramus, longè pluribus rem poſtmodò explicaturi. Hanc igitur generationis humanæ velut officinam, & conceptionis capax vaſculum, cucurbitæ medicæ vel phialæ haud abſimile (Græci *ἡμιτελὲς μόριον*) duplici ſinu, linea media intercurrente (vnde vterus *δίκολπος* denominatur) vt in virili ſcroto cernitur, diſtinctum (namque plures in muliebri vtero ſinus non agnoſcimus: quanuis in belluis *πολυκόπους ἢ πολυκόλπους*, multiparis & plurium ſinuum ſecùs ſeſe, vti pòſt docebo, res habeat) variis nominibus veteres expreſſerunt: Græcorum ab ipſis Græcis rationem repetemus. *Μήτρα* primùm, vnde & Latinis matrix dicitur, quòd ſit *μήτηρ*, mater genitorum: ſiue quòd *μητίεται*, matres generatione faciat. nam quod dicunt nonnulli, quòd ſit *μέτρον*, menſura temporis ad menſtruam purgationem, vel ad iuſtum partum, durius illud quidem & longiùs petitum videtur. Deinde *ὑστέρα*, quòd reliquis viſceribus in longitudinem extrema ſubiaceat. Poſtea *δελφὺς*, quòd *ἀδελφοὺς*, fratres ac velut vterinos gignat, quaſi *ἀδελφεοποιός*. *Κόλπος* autem, ſinus, ob inſignem capacitatem. Nam ſi *γαστὴρ* pro ea parte vſurpauit Hippocrates, continens ex contento metonimicῶς intellexit. & hæc quidem partis totius atque vaſculi, vt ita dicam, *γαστρὸς*, nomina Græcis vſitata meminimus. Latini vterum, matricem, aluum, vuluam nominarunt, Cicero intercapedinem. Huius ſurſum verſum hinc inde proceſſus ad ilia ſpectant, corniculis recèns exortis, ac velut papillis ſimiles: ſeménque à teſtibus excretum excipiunt. inde *κεραὶ* à Dioele dictæ: Latinis cornua: ſed & *πτυχῶται* Eudemo cognominatæ, quòd ſint polyporum cirris ſimiles. vt eodem epitheto vaſa multa ibidem implexa intelligantur. *κόλπους* pro cornibus illis, tanquam ſinus, nonnulli recentiorum videntur vſurpaſſe: ſed communis vſus aliò tranſtulit, vt patuit & mox patebit. Habet enim etiamnum intra ſe teſtes mulier, in vteri lateribus foris cernici quodammodo adiacentes: ſed virilibus & minore, & flaccidiores, ſola tectos epididymide: *δίδυμοι* & *ὄρχεις* communi nomine appellantur, ſemen illis ſimiliter complexi (quamuis Ariſtoteles reclamet) quod quidem vaſa obliqua & multiformia, in vterum per cornua deferunt: à quo licet tenuiore, frigidiore, aquoſiore, alterum eſt generandi hominis principium. Hæc autem vaſa, ſiue *τὰ ἀγγεῖα σπερματικὰ*,

Pinnæ.

Vulua ſiue cunni ſynonima Græca.

Vteri forma & vſus.

Sinus vteri.

Matrix cur dicta.

Hyſtera cur.

Delphys vnde.

Colpos cur.

Kyeſis.

Vteri ſynonyma.

Cornua vteri. Cirri.

Teſtes muliebres.

Vaſa ſper-

Digitized by Google

matica, & semen muliebre.

ex venis & arteriis constantia, ramulum valdè flexuosum κατὰ κυβωδῆ, vtrique testi largita, in vterum penetrant. ex quibus κοτυληδόνες intus efformantur, à media quadam sua leui cauitate, velut paruæ κοτύλαι, denominatæ (nodis protuberantium hæmorrhoidum haud absimiles quidam malè opinantur: cauæ enim esse debent) mensibus euomendis aptæ: vel secundis aut secundinis dictis ex se producendis à natura institutæ. licet fœmellarum in mutis longè minores: licet Soranus atque alij in mulieribus deprehendi negent, qua de re pòst erit problema, vbi de muliebribus. Tota intus capacitas, κύστις, γάστρα καὶ κόλπος Græcis nuncupatur: quasi aluum, alueum, sinum dixeris. Cuius in medio pars summa, πυθμὴν, fundum. à quo ad extimum & externum pudendum, mediocris magnitudo vndecim digitorum deputatur, recto intestino propemodùm æqualis, atque adeo vesicæ & eius ceruici. sed huius ferè exuperat fundum, à collo eiusdem superatur: de quo pòst viderimus. ὑπερκύπτουσι ex eo conuenienter dixeris. Intus vtrimque circunstant ὦμοι, humeri, quà se vterus in latum explicare post primum orificium incipit. post hæc, πλάγιοι, latera. quod subijcitur, βάσις ceu fundamentum. In medio vtero ὁ στόμιον, orificium, tanquam valua seu valuula quædam incumbit (atque à valua gemina, vuluæ nomen vspiam ductum volui) post hoc, τράχηλος, ceruix. hanc sequitur αὐχὴν, collum. quibusdam vtrumque pro eodem sumitur: & in longum, adultis ferè sex digitos porrigitur, velut analogiam membri virilis retinens. Horum concursus, κολπὸς, velut colem dixeris: aliis vteri osculum: aliis cunnus ita vocitatur. Ceruicis vteri orificium, στόμιον ὀστέον, primus meatus; & Hippocrati ἀμφίδετον ἢ ἀμφίδετον, extremitas oris vuluæ rotundæ, labrisque cucurbitulæ similis. Deinceps cauitas, γυναικεῖος κόλπος, sinus muliebris, sinus pudoris, vel loci muliebres nominantur.

Aluus seu sinus.

Fundum.

Vteri longitudo.

Humeri.

Latera. Basis.

Valua & vuluæ.

Vteri cervix, & eius longitudo.

Colei.

Pirum.

Sinus pudoris.

Atque hæc natura est, hæc conformatio partis eius, quam animalis nomine Plato dignatus est, propter vim in corpore insignem & motus cientem varios, non modò corpori tori & nobilibus eius partibus infestos (vt in hysterieis) sed ipsi adeo animæ. quos cohibere non iniecta velut feræ immani ligamenta, non vincula multimoda, non rationis imperium valet. ita imperiosè æstuat, tumultuatur, perturbat, latè regnat, & tyrannicè dominatur. de quo non erit absurdum, grauiter & philosophicè dicentem Platonem audire, etiam posthàc suo loco resumendum ex Timæo. Αἱ δὲ ἐν ταῖς γυναιξὶν μῆτραι ἢ καὶ ὑστέραι λεγόμεναι δὴ αὐταὶ ζῷόν εἰσιν, ζῆλον ἔνδυμαλκὲς ἔχον τῆς παιδοποιίας, ὅταν ἄκαρπον πολὺ χρόνον ᾖ, χαλεπὸν ποιοῦν φέρεσθαι, χαλεπὰς ἀσθενείας φορᾷ· & τοιαῦτόν τινα λέγει καὶ τὸ σῶμα, καὶ τῶν πολίτικῶν ἀνδρῶν ὑποφῆται, κύκλῳ ἔχει ἐν ἑαυτῷ, εἰς ἀνοίας τὰς ἐσχάτας ἐμβάλλει, & νόσους παντοδαπὰς ἄλλας παρέχει. id est, Ea pars quæ in mulieribus vterus & vulua nominatur, cùm sit animal prolem generare cupiens, si intempestiuè diúque infructuosum fuerit, succensens ægrè fert: errànsque per totum corpus, & spiritus meatum abstruens, respiratéque non sinens, in extremam anxietatem deijcit, atque alios varios morbos excitat. Quæ verba philosophi licet Galenus extenuet ac eludat, licet Soranus apertè inficietur: graue tamen & serium quiddam sub ænigmatica & inuolura similitudine, vel sanè arguta allegoria, præ se ferunt. de qua alibi commodiùs: cùm hîc potiùs cathalogum quendam partium humani corporis, & præsertim exteriorum percensceam, quàm partis cuiusquam exactam descriptionem (nisi paucis verbis explicabilem) persequar.

Vteri, animal qui, & quale.

N. interpretatur Platonem.

Vteri vsus, vitia & symptomata.

De artubus, ac primùm superioribus.

ABsolutis igitur tribus generalibus humani corporis partibus, & vtcũque descriptis; reliqua eáque extrema supereſt, ἄκρα κῶλα (κωλίμους etiam vocat Pollux, & de femore & crure specialiter accipit) de artubus siue longioribus membris; quæ aut sursùm thorax ex se ad latera promittit, aut ima spina à se demittit, illa brachia & manus, hæc, femora, tibias & pedes complectuntur. de illis priore loco, vt dignioribus & sublimioribus: de his vltimo loco, vt ignobilioribus atque inferioribus dicendum.

Ab humeris & omoplatis artus propendentes vtrimque ad extimos vsque digitos, χεῖρες Hippocrati vocantur, velut manus. quod est αὐτάρκεστατον ὄργανον, prehendendi instrumentum. cuius partes tres notantur insignes, βραχίων, πῆχυς, ἀγκὼν, brachium, cubitus, summa manus, vt patebit. Nobis verò, ὅλον τὸν χεῖρα, de tota ea parte; ἄκρα τὴν χεῖρα, de manu extremà, & quam jam communi vsu simpliciter manum dicimus, discriminis caussâ licebit efferre.

Manus dimissio.

Ergo βραχίονες, brachia seu lacerti Latinis, Græcis etiam rariùs ὠλένες & ὠλένις, vnde ὠλενόκρανον siue ὠλεκράνον, qui & ἀγκὼν, cubitus seu gibber, quo reflexo innitimur, velut ὠλένης ἄκρον, lacertorum caput & extremum. ibi enim ἀγκὼν γίγνεται, os brachij superius (crure tibiáque exceptis; maximum in toto corpore) cum inferiore, qui & cubitus dicitur, illi magnitudine suppar; & cum radio subiecto, per διάρθρωσιν articulatur (supernè enim cum omoplata, vt patuit, duplici condylo, siue epiphysi bifida committitur) ea quidem ratione, vt trochleæ instar, suis capitulis (κονδύλους vocant) cauitates subeat amborum, scilicet cubiti & radij: viciſſimque horum condylos, siue apophyses κορωνοειδεῖς, suis cauitatibus (βαθρίδας specialiter nominant) singulari naturæ artificio ad motum & securitatem comparato, excipiat. σιμοειδῆ, καὶ ἡμιτροχλοειδῆ, καὶ γραμμοειδῆ καὶ ἀμφίπλοα, cælaturam, signa, literæ, aut trochleæ; aut forium cardinibus similem priuatim appellitant. atque hos artus sic compactos, τὸ διωνές, velut bipartitam compagem: alij, ἁρμοὺς, compagines. nam κορωνὴ, clauis, de hoc & superiore humeri articulo legitur. ἀκρωμίου, pars.

Brachium.

Cubitus.

Brachij articulatio.

Brachij

huius partis extremum est. cuius acumen, χειλίδιον. nam παρακόιτια, interiores dicuntur tori: sicut exteriores, generali voce, μῦες, musculi: Latinis frequenter tori seu lacerti. Vulgo tamen Gallico μῦς, mus (*la sourris*) de toro brachij interiore, siue torosa & carnosa ac tendinosa parte effertur. βραχιόνια, quæ & χειρίδια ἢ χειρίδωτες, brachialia siue ornamenta sunt brachiorum. Cauitas denique insignis illa & oculis aperta, quæ sub capite est brachij supremi, & in quam leui de causa luxatum deprimitur, Græcis μασχάλη ἢ μασχάλις, & rarò μάλη, Latinis axilla, & fuga vastioris literæ, ala nominatur. cuius partis fœtor, χῆνες ἢ τράγοι, id est hircus nominatur.

Mus brachij. *Brachialia.* *Ala.* *Hircus.*

Verùm vt Græcis, sic & Latinis confusio quædam appellationum hoc loco existit: aliis βραχίονα, id est brachium siue vlnam de tota ea parte vsurpantibus, quam ab humeris ad extremos digitos produci, & χεῖρα vocitari diximus: aliis specialim βραχίονα de osse (imò adeo de tota parte, osse, carne, neruis, venis, arteriis & cute compacta atque constituta) quod post crus & tibiam, maximum, cum scapulis & cubito articulari diximus; quem & ἀγκῶνα vocat Aristoteles: Celsus præter aliorum morem, humerum dicit: Gaza & plerique alij, lacertum: vulgus Arabistarum, os adiutorij.

Cautio in confusione nominum. *Brachium siue humerus.*

Deinceps ab hoc sequitur, qui cubitus Latinis nominatur: Græcis πῆχυς, ab aliis ὠλένη specialiter Celso brachium: cuius initium à flexura cubiti, siue ab ὠλεκράνῳ angulo incipit: extremum corpus excipit. Sed cùm os illud geminum sit, præter communem illam vtrique appellationem: quod alteri incumbit & inuehitur, tum minus, tum breuius altero, specialim κερκὶς ἢ ἀκτὶς τοῦ πήχεως Græci; Latini pari forma radium, à similitudine radiorum rotæ, & cubiti additamentum nuncuparunt. Quod autem subest, maius quidem & validius illo incumbente, cum eodémque ad vtrosque fines firmiter alligatum: in medio autem, ob radij curuam obliquitatem dehiscens: hoc (inquam) os inferius & longius, eodem illo communi amborum nomine, πῆχυς ἢ ἀντίπηχυ à Graijs; à nostris cubitus vocitatur. rursúmque pars huius superior, ὕπτιμα· inferior, ἀγκὼν ἢ ἄγκος nuncupatur. idem & vlna Romanis, forsan quòd eo plerique metiantur. quam adeo mensuram, ὀργυιὰν Graij perhibent. Vulgo barbarorum hoc inferius, fossile maius: illud superius, fossile minùs dici comperio. quorum commissura, βαλὶς Polluci, vt patuit. & quoniam his mutuò nos amplexari explicatis atque reductis, vel rem quamlibet complecti solemus, ideo Græci verborum locupletes, ἀγκάλας καὶ ἀγκαλίδας καὶ ἀγκοίνας· nos haud alio quippe nomine, quàm vlnas dixerimus. ὑπαγκοίνια vlnis, sicut ὑπαυχένια ceruici supponuntur: illa cubitalia. vt hæc fortasse ceruicalia dixeris. Et verò præter receptum peritis morem, quidam è Græcis ὠλεκρανιαῖον de interiore cubiti flexura; ἀγκῶνα de exteriore & acuminata vsurparunt: quam & κεφαλὴν βραχίονος, caput brachij dictitant (Polluci tamen de eminentia ad humerum) ac pro eodem Doricum est, atque vt putant, Hippocraticum, ὠκόλης (vnde & Latinum defluxit, cubitus: vel potiùs equidem Græcum de Latino) aliis Græcis etiam nonnullis, ὠκόλενος καὶ ὠκόλενον ἢ ὠκολένιος.

Cubitus siue brachium. *Radius.* *Cubitus vel vlna, cur dicatur, & eius partes.* *Cubitus.*

Verùm deinceps remotis atque explicatis istis ambagibus, ad manum venio. Ergo manus & propriè & specialim dicta, Græcis χείρ, vel composito nomine ἀκρόχειρ ἢ ἄκρα χείρ, ἢ ἀκροχειρίς, pars est in homine insignis, multi vel adeo infiniti vsus; sapientiæ ministra, vni homini, vtpote rationali & sapienti (non tamen ideo sapienti, quòd manus habeat, vt Anaxagoras putauit, de quo posthàc pluribus) animali propria, vti docet mirificus Galenus lib. de vsu partium, & Plutarchus lib. de amore fraterno, ex Anaxagora physico, & Arist. libr. part. animal. vltimo. Manuum autem partes sunt sanè multæ variísque nominibus distinctæ. ac primùm, καρπὸς, qui nobis carpus, aliis brachiale, Arabicis rascetа, pars est multis constans ossiculis, cubito annexa. vbi & cubiti ad pugnum visitur apophysis, ἢ κεφαλὴ, ἢ κόνδυλος, siue caput, seu condylus. προκάρπιον autem ex vi nominis, huic præponi videtur. sicuti μετακάρπιον, quod & ὑποδιάκρα ἢ ὑποδιάκρα, ἢ ὑποδάκτυλα, ἢ ὑποδακτύλια, id est post brachiale, aut palma auersa, quæ & πρηνὴς ἢ πρανὴς, ἢ χείρ, prona manus, statim subtequi apparet: quà, ossa quinque producta, foris & extrinsecùs manum dilatant atque explicant. Cui opposita interior pars lata, æqualis, concaua, lato tendine sensum tactus exquisitissimum faciente constrata, multis intus & transuersim rugis siue lineis (Græci ῥυτὰς ἢ ἐπιρρυτὰς appellant) vitæ longæ aut breuis indicibus striata atque exarata, θέναρ, πρανὲς, παλάμη, aut composito nomine, θέναρ παλαιστικὸς à Græcis; à nostris autem, palma, vola & pariter thenar aut hic appellatur; aut impropriè tarsus; id est χεὶρ ὑπτία, manus supina. cuius pars subiecta digitis, ὑπόθεναρ, aliis πῆχυς ἢ προκτὸς, velut pectus aut propectus: quod & pro metacarpio nonnulli vsurpant. ego cum Rufo, potiùs pro torosa illa & carnosa parte (vt mox in pede) quæ à cauitate manus ad pollicem, instar cluui assurgit: montem ideo quidam dicunt. Nam & θέναρ pro prima manus parte & aduersa, qua primùm quid prehendimus: aut pro carnea intercapedine à pollice ad indicem accipi volunt: quæ potiùs est διαχωρὶς. dicíque θέναρ ὁ πὸ τοῦ θένειν, à feriendo. alij pro carnosa (vt dixi) parte ad pollicem protuberante. alij pro qualibet interiore manuum pulpa, ac veluti toro (potiùs quàm thoro, vt vulgo scribitur) dici contendunt. sicut & πῆχυς, initium palmæ in manu interiore, atque (opinor) decliui & lacunosa: quomodo pectus in thorace consistit. ideóque illud στέθος, appellant etiam κόλπον, velut quiddam exaggeratum. cuius lacus medius, κοῖλον ἢ κοίλη, canum in manu perhibetur: idémque μεσόκοιλον, quòd monticulis interiaceat, nuncupatur. Hinc quod iuncturis digitorum proximum est, κόπα, sinus. dein δάκτυλοι, ἢ κοῖλοι, ἢ μεσοκόπια, loca ante vel supra

Manus descriptio, & partes. *Homini manus propria, cur.* *Carpus.* *Procarpium.* *Metacarpium.* *Thenar siue vola.* *Hypothenar.* *Thenar quid & vnde dictum.* *Pectus manus.* *Canum manus.* *Manus partes interna.*

Digitized by Google

iunctúras. χεῖρες δὲ καὶ κρᾶδες, manuum robur & fiscina est. Clausa manus tota, pugnum facit, Græcè πυγμὴ. dicitur & σύνλεις, pugnus seu manuum compressio: & quod intus comprimitur, δρᾶξ ἢ δράγμα, pugillus vel manipulus, ait Pollux. ima, manus, εἴλη χειρὸς vocatur. ἡ ὑπ' ὄνυχα, quod indici subest proximè: vbi linea γραμμὴ, vitalis desinit in triangulum seu τρίγωνον. hanc enim figuram tres lineæ concurrentes effingũt: quã, velut & cæteras diligẽter (ne dicam curiosè) obseruant qui χειρομαντικὴν profitentur: atque nos postmodò notabimus.

Pugnus & pugillus.

Linea in manu, ad quid.

Vtut sit, hoc sanè constat; metacarpium atque thenar seu volam manus in digitos σχίζεσθαι, findi: quos Graij δακτύλους appellant, & nominibus tum ipsos, tum partes eorundem artificiosè distinguunt. Horum nodi, ἄρθρα siue articuli: qui autem in manu foris prominent, σφόνδυλοι· quo nomine omnis iunctura & articulatio significatur. Rufus pro mediis digitorum articulis accepit. qui enim antecedunt palmæ vicini, μεσόφαλαγγα. qui postremi digitos finiunt, μελαφάλαγγα, & Polluci μελαφάλαγγα. quibus ἄρθρα subijcit. Certum est enim digitorum tria esse internodia: præter quàm in pollice siue maximo, quem duo modò ossicula componunt. nisi tertium à metacarpio adieceris, qui in aliis quartus futurus est. Ipsa digitorum origo, κνίς (vel potiùs κνίς, vt puto) pecten nonnullis appellatur: quòd serie quadam ceu pectinum denticuli sint digesti atque compositi. vnde & φάλαγξις ἢ φαλάγγιον à Græcis dicuntur, à similitudine aciei in pugnam instructæ. ab aliis σκυτάλιδες, quòd referant σκυτάλιον, equitum turmam: vel vt alij exponunt, scuticulas hi, illi perticas vel perticulas. quibus nominibus ossicula digitorum terna significantur, communi nomine Latinis internodia: cùm vtique articuli, σφόνδυλοι, nodi generaliter, vt nuper indicaui, dicantur. Hos Aristoteles τὰ ἐν δακτύλοις κατάγματα; illa, τὰ ἀναπάγματα vocat: quòd phalanges contrahi aut flecti nequeant: nodi autem facillimè queant.

Digitis ea partibus.

Pecten.

Phalanges.

Scytalides.

Internodia.

Iam verò digitorum hic ordo atque appellatio singillatim est eiusmodi. Horum maximus & validissimus, velut turmæ dux atque phalangis signifer, ab aliis secretus, μέγας, magnus, vel ἀντίχειρ, quasi manui & digitis reliquis exaduerso oppositus; vel quòd vnus sit instar reliquorum omnium; quasi dicas, promanus, appellatur: Latinis, quòd aliis præpolleat, inde pollex dici meruit: nonnullis allux. Proximus huic, quem thenar, vt dixi, insigni dirimit interuallo, λιχανὸς ἀπὸ τοῦ λείχειν, à lingendo: vel potiùs ἀπὸ τοῦ λίαν χαίνειν, quòd longo interuallo à pollice distet; Latinis index ab officio, velut δεικτικὸς denominatur: & olim salutaris: siue quòd eo salutemus; siue quòd eodem ori admoto (sicut olim Isidis ac Serapidis nobilitatus sacris Harpocrates) salutare silentium indicamus. Medius deinde à situ, μέσος dictus est, sed honore postremus. vnde Latinis probrosa nomina, infamis, verpus à verrendo podice, impudicus; & Græco probro similiter βαλανίας. Huic succedit ἀνώνυμος, velut à medio proximus: quem & medicum ab vsu; alij anularem à gestando anulo (cuius caussam Macrobius reddit, sed parum verisimilem) Latini decorauêre. Postremus idémque minimus, μικρὸς paruus; & quandoque à scalpendis auriculis, auricularis.

Digitorum diuersa.

Pollex.

Index.

Harpocratis silentiũ.

Medius.

Auricularis.

His omnibus ad decus & firmitatem, sed & ad vsus præclaros ac magnificos mirificósve, cornea quædam substantia, velut ex defluuio neruorum, tendinum, ossium & vasorum omnium solidiorum accreuit; ὄνυχας Græci, nos vngues dicimus. non partes quidem corporis, sed excrementorum soboles quarto quôque mense rediuiua. putati enim aut decidui vngues toti, intra id tempus renasci perhibentur. tu fac periculum. Vnguium à metacondylis margines & principia siue radices, εἰλωνύχια ἢ εἰλώνυχες. atque vt videtur, ὑφαλαὶ φαλαγγίου à Græcis denominantur. Sub vnguibus loca, κρυπταὶ, velut occulta: quà neruorum extremæ clausulæ existimantur. περιονύχια, quibus vtrinque circundantur; etiam ab albedine, λευκώματα (Pollux de superiore vnguium parte) namque lunula ad radicem candicans, λουνὶς, velut exortus. laterales autem anguli, γωνίαι. Extremi vngues, ἀκροώνυχες ἢ ἀκρωνύχια. namque ὑπωνυχίσματα, vnguium præsegmina sunt. Postremò interiores digitorum, fines & pulpæ carnosæ, ἔμπεις ἢ πυρῆναι, quasi dicas Latinè acinos & vuas, aut vertices & verticillos. ῥιφίδια, quæ in vnguibus emicant nubeculæ.

Vngues ea sui partibus.

Vnguium ortus, & particulæ.

Digiti summi.

Atque hæc quidem ita ferè se habent vtrique manui communia, τῆς δεξιᾶς ἢ τῆς ἀριστερᾶς, tum dextræ, tum sinistræ: quæ posterior etiam λαιὰ, παρὰ τὸ δύσνυμος denominatur: quæ sunt homini, vtpote sapienti animali organa conuenientia. Non enim ideo sapientissimum animal, homo est, quòd manus illi contigerunt, vt dicebat Anaxagoras: sed quòd esset sapientissimum animal, ideo manibus instructus fuit, vt rectissimè sentiens Aristoteles ait, & ex eo Gal. 1. vsus part. & postea pluribus demonstrabitur, & jam obiter attigi. Plato autem in Timæo, Corpori (inquit) quatuor in longum porrecta & flexibilia Dij membra annexuerunt, quibus facilè diuina prouidentiâ moueretur: apprehẽderet videlicet obiecta quæque, staret, & sisteret, pérque omnia graderetur caput supernè insistens diuinissimi sacratissimíque habitaculum. hanc igitur ob caussam, crura manúsque dedere. Anteriores autem partes posterioribus præstantiores & ad imperandum aptiores arbitrati; in anteriorem quoque partem moueri nos vt plurimùm voluerunt. Oportebat autem anteriora discreta & dissimilia esse. quapropter primùm globo capitis faciem adiecere, facieíque instrumenta, quæ adminicularentur omnia animæ prouidentiæ, assignauerunt, decreuerúntque naturale hominis imperium in hac parte anteriori priorique consistere. sed de hoc iterum forsan postea: quod supereſt partium breuiter absoluamus.

Manus gemina, cum synonima.

Homo cur manus habeat.

Homo cur in anteriora gradiatur; vsúsque manuũ & pedum.

Facies dignitas.

De artubus inferioribus.

Comparatio artuum superiorum & inferiorum.

VT igitur ab ſummo thorace & omoplatis, ſuperiores artus, χῶρες dictæ prodeunt: ſic ab infima ſpina ſiue coxendice ad pedes imos, duæ perpendiculares inſignes veluti corporis baſes, & quaſi fabrefactæ columnæ toti ædificio fulciundo accommodæ promanant ſiue prominent: quas Graij generali nomine κῶλα perhibent: Latini priſci pedes vocabant;

A ſimili.

Ambulatio qui fiat.

Femur.

Crus.

Pedes.

Ambulationis vſus.

Vari & vatia.

βαδιστικὰ ὄργανα, ambulandi inſtrumenta, κατ' ὦσιν & ἕλξιν, per impulſionem & attractionem corpus vectantia. κῶλα δὲ καλοῦσιν etiam Græci perhibent. Superius femur brachio ſiue humero (vt Celſus vocat) reſpondet; à quibuſdam crus impropriè nominatum, omnium corporis oſſium longè maximum. Inferius, crus vel tibia nuncupatur, cubito reſpondens, oſſe conſtans pariter gemino, vti poſtea patebit. quibus pedes ſubijciuntur, manibus conferendi, ſubſtrati vniuerſo corpori pro ſtabili fundamento, & motus localis gratiâ. Neque enim homini, politico animali, ſatis fuit manibus inſtrui ad res pleraſque obeundas: niſi & motus facilitas accederet, atque expedita ratio: ne domo ſemper, more teſtudinis aut cochleæ, circumſeptus, externa & remota aſſequi, tractare atque exequi pro arbitrio impediretur. σκέλη, flexa intrò femora: βλαισοὶ δὲ γλουνοὶ, à genibus foràs habent diuaricata. varos & vatios vocant Latini. ſed harum partium nomenclaturas ſingulas perquiramus.

Iſchia.

Iſchion vnde dicatur.

Iſchion.

Clunes.

Iſchion hominis proprium.

Oſſa ſacri paria.

Femur.

Trochâter.

Infra lumbos ad latera vtrimque protuberât obliquè ἰσχία, ἢ πυάρια, ἢ λέπαρα, ἢ πλάλαι ἢ λέπαρα ἢ πυγαῖα, ἢ ἔγκατα, ἢ σπόγγοι (variis enim nominibus appellantur) non modò ſubiectis oſſibus, ſed carnoſis partibus veſtientibus atque tegentibus communes appellationes. os enim, quod femoris caput excipit, ἰσχίον, coxa dicitur: à quo & ἰσχιὰς, dirus in parte & articulo cruciatus articularis. caro ipſa, clunium nomine accipitur. ἰσχίον δὲ, ὃ καὶ ἴσχει τὸ περιφέρειον (quanquam & ligamentum femoris cum ſuo acetabulo, & ipſa commiſſura hoc pariter nomine accipitur) quòd ſedentes ſuſtineat, homini ſoli ideo proprium, qui & ſolus ad rectos ſedet angulos; pars vna ſiue apophyſis oſſis ſacri: namque altera, τὸ λαγόνιον, ilium: tertia, τὸ ἦβος, pubis denominatur. Iſchio iſti ſurſum quidem: infrà autem, tibiæ inarticulatur ſiue διάφυσις μηρὸς, femur, ſeu femen, ſiue coxa. huic verò per duo capita (κεφαλὰς ἢ κόρυμβα Graij vocant) illi per vnicum. ſed à ſuperiore cerui-

Clunes ſeu nates, ad quid.

Sphæromata & vſus.

A ſimili.

Nates pro cauda.

Nates proprie.

Depyges.

Femina.

Femorum diuiſio.

Crus.

Tibia.

ce (αὐχένα dicunt illi) apophyſes duæ inſignes proruberant: quarum interior & minor, κοτύλη, ἢ κοτυληδὼν ἰσχίου, coxendicis acetabulum ampliſſimum ſubit: & quia curſum citat, motúmque accelerat, propriè τροχαντὴρ, καὶ τὸ τρέχειν (licet hæc vox ſit vtrique communis) vocitatur. exterior autem atque omnium apophyſeon principaliſſima, nuſquam articulatur: ſed tuber inſigne facit in latere femoris conſpicuum: γλουτὸς peculiariter nominatur, à natium ſimilitudine: vel quòd harum muſculi edat, aut excipiat inſertos. Ab his capitibus, μηρὸς ἀμφικέφαλος, femur vtrinque capitatum ab Ariſt. denominatur. μηρὸς autem, priuatim de oſſibus. Nam infra ἰσχία ſubſunt qui propriè vocantur γλουτοὶ, ἢ πυγαὶ, ἢ ἰσχία, ἢ κωλῆαι, clunes inde Latinis & nates dictæ; ἃ μὲν οἷον ἰσχάδωσιν, velut ſedile, ait Ariſt. Sunt enim muſculoſi iſti toruli, velut puluini ſedentibus molliter ſubſternendi, quorum gibbi medij rotundi, tremuli in motu (præſertim in obeſulis) ab ipſa forma, σφαιρώματα vocitantur: qualia ferè ſunt malæ, velut mala, & vulgo poma in facie. Atque quod in mutis cauda præſtat, podicem vt pudendáque velet & contegat: idem in homine ſupplent globoſa illa corpora, ſuo circùm ambitu περιοχὴν & anum munientia. Id verò videbatur Ariſtoteles indicare, cùm diceret 4. de part. animal. ὁ μὲν ἄνθρωπος, ἄνευρον μὲν ἐστι, ἰσχία δὲ ἔχει. homo cauda quidem caret, nates autem habet. quæ ſcilicet caudæ ſuppleant vicem, podice celando & circumplicando. in brutis & quadrupedibus ἰσχία, clunes vel coxæ intelliguntur. Et qui clunes à natibus, velut ſuperiores ab inferioribus diſtinguunt, has propriè & ſpeciatim ὑπογλουτίδας ἢ πυγὼ, ἢ πυγαῖα, ἢ ἰσχία nuncupant, quod eſt quiddam commune clunibus atque femoribus. quibus plus æquo gracileſcentibus, λίπαμις, ὑπολίπαμις ἢ λιποπύγης ἢ λιπογλουτὸς conuitium fit; velut depyges dixeris & elumbes vel exclunes. quod ferè Atticis obijci conſuetum, & vulgo textoribus atque remigibus. Enimuerò τὰ μηρῶν, femoris partes, ſiue pulpæ interiores, Græcis μηροὶ ἢ ἀνδρομέαι ἢ ἀνδρομεάδες, Latinis ſpeciatim interdum femina (quæ vox & de toto interdum femore, à cuius amplitudine fœminas dici vſpiam ſcripſi) nominatur. femorum diuiſio, ἢ διχόνοια ἢ τὸ διχάδιον. partes intermediæ, μεσομήρια, interfeminia.

Femori deinceps à genu ad aſtragalum ſubeſt κνήμη, crus dictum Celſo, duobus conſtans oſſibus, tibia & ſura: vnde & δίκνημον Ariſtoteli dicitur. maius ex his, idémque interius & anterius, & cui vni femur inarticulatur (dicitúrque κνήμης ὑφαλὴ) eodem nomine peculiariter à Græcis κνήμη, ab Herophilo κνημὶς, à Polluce σκυτόμηρον vocitatur: à Latinis autem tibia (quæ voce vulgus Latinum generali, pro crure toto vtitur) & cubito ſiue vlnæ, vti dixi, reſpondet. Sic πῆχυς modò vtrumque os cubiti, modò alterum longius ſignificare monuimus. Denique in crure os poſterius, idémque minus & exterius, quod radio brachij reſpondet, περόνη ἢ ἀστράγαλον ἢ σφυρόν (verùm hoc poſteriore modo minùs propriè) à Græcis nominatur: à noſtris autem, ſura aut fibula nuncupatur. Huius caput inferius atque altero humilius, idemque exterius, malleolum facit externum: ſicut internum atque domeſticum, tibia. τὰ σφυρὰ (vnde φλὶψ σφυρίζει, vena malleoli nuncupata) à ſimilitudine mallei ſiue tuditis, cognominant Græci communiter: illum quidem, communi interdum cum toto appellatione, περόνην. hunc verò, σφυρὸν. ambos communiter σφυρὰ, quaſi fulcra. Pollux σφυρὸν

Femorum diuiſio.

Sura vel fibula.

Malleoli.

Σφυρὰ. ἢ πέζαι tibiæ ſubijcit. σφυρὰ pro talis apud Homerum & poëtas dici tamen videntur. Sed neque rectè ἀστραγάλους Græcè, neque rurſum Latinè talos cum vulgo impropriè loquentium, dixeris. Pollux pro malleolis habet, atque his pedes ſubiicit. Amborum iſtorum oſſium aciem velut trianguli parte antica prominentem, ἄκανθαν Græci, velut ſpinam dixerunt: qui eſt trianguli angulus acutiſſimus. idem κάλυκημα ab illis vocatur, quòd ſit velut frons & pars antica τῆς κνήμης· & à quibuſdam κνήμη, ἀπὸ τῆ ἐκλεῖξ, quòd carne careat. cream Gaza interpretatur, fortè per antiphraſin; pars eſt alioqui plana, excarnis, per vniuerſam tibiam à ſummo ad imum exporrecta. Huic oppoſitam partem poſticam, carnoſam, toroſam, protuberantem, Græci γαστροκνημίαν ἢ γαστροκνήμην, quaſi ventrem tibiæ, ſeu pulpam cruris ventricoſam vocarunt: Latini ſuram. quæ pars vni homini propria eſt, cùm cæteræ animantes crura ſiue tibias ſine ſuris habeant. Rufus tamen γαστροκνημίας nomine, inſignem muſculum tibiæ poſteriorem accipit: à quo latus tendo fibulæ inſertus enaſcitur: qui & πίτυρα, tendo ſpecialiter vocatur. Porrò hæc oſſa duo (tibiam ſurámque intelligo) cùm partibus hinc inde ſummis & & imis, firmis vinculis & ligamentis firmentur, mediis tamen dehiſcunt: quomodo de radio & cubito antè diximus, quibus hæ partes proportione reſpondent.

Suprà verò, quà femur tibiæ inarticulatur, γόνυ, genu vel geniculum (olim genus vel genum) nominatur: artificioſiſſima exquiſitiſſimáque partium, tum ad motum expeditiſſima, tum ad ſecuritatem firmiſſima, tum ad cultum Deorum & magnatum ſupplicem ſalutationem & reuerentiam dictam auguſtiſſima ſanctiſſimáque conſtructio: Hominis enim genibus, vt ait poſt Homerum Plinius, quædam religio ineſt obſeruatione gentium. Cui parti non minùs ad robur & firmitatem, quàm ad vſum & ſpeciem, deſuper acceſſit dicta ex eo θηγάνις ἢ θηγωνίς. & à forma ipſa, μύλη ἢ μυλακρὶς ἢ θημωνίς, πάτη ἢ πάτχες, à Græcis: à noſtris per imitationem mola, rotula, palmula, patella; vmboni ſimillima, media ſui parte, craſſior, oris tenuioribus, intus oſſea, foris charthilaginea, tota læuis & fungoſa, mollitet flexo genu ſubſtrata. quam extrinſecùs veſtiunt ac muniunt θηγωνιῆες, muſculi ex eo denominati. quibus tamen caret elephas, cum ſit ἀγόνατος, genuum expers. Genu autem anteriori iſti opponitur dictus à noſtris poplex, cauitas illa poſtica, qua ſe ad angulum femur ac tibia incuruant & reflectunt: ſuffragines in iumentis contrario flexu nominantur. Græcis inde κάμπη ἢ ἀγκάμπη ἢ ἀγκών, ob reflexionem vocitatur: alioqui peculiariter & propriè ἰγνὺς, ἰγνοῦν, ἰγνύα, ἴγνυον· vnde ἰγνύλις φλὲψ, vena poplitica ſiue poplitea ſeu poplitis denominatur.

Supereſt ex omnibus corporis partibus reliqua pars omnium & poſtrema & infima, πούς, pes ſiue calx, dictus ἀπὸ τῆ πάτου ἢ πάτη, à ſolo quod calcat. quem (quia membrum totum βαδιστικὸν καὶ διαμετρικὸν, ambulatorium per diametrum aliquando denotare indicaui) vt ſuprà ἄκρος χαλκὸς, ſic nunc adiecto epitheto diſtinguam, πὸς ἔσχατος, pes extremus. aut ſanè recepto jam in vulgus doctorum, communi proprióque nomine atque abſoluto, πὸς ἢ βάσις, pes (namque πέζα, Doricum eſt) Cuius partes integrantes cùm ſint plures, ideo & à variis variè diſtinguuntur, & non ſine controuerſia definiuntur. Galenus vnus omnium omnibus ſeculis perfectiſſimus Anatomicus, pedis partes inſigniores, manus partibus analogis comparat: ita vt ταρσὸς carpo manus; partem quæ malleolis proxima, quatuor, vel (vt alij) ſeptem oſſibus conſtat; vulgo raſcera dicta. μέσος verò, proximam illi partem ex oſſibus quinque velut conflatam phalangem, metacarpio. digitos digitis ſingulos ſingulis conferat. Ariſtoteles tamen aliter diſtinxit, & pleraque hîc anonyma reliquit libr. 1. hiſtor. animal. Rufus μέσος ἢ ταρσὸς (malè enim legitur, ταρσὸν) pro eodem habet; pediſque partem anticam & latam interpretatur. Alij duo iſta diſtinguunt, & ταρσὸν, priorem pedis partem à malleolis ad digitos: μέσος vero, interiorem, quà ſeſe mutuò pedes collidunt & complodunt ac velut oſculantur; à malleolis ad magnum vſque digitum, accipiunt. Alij denique πέδον, idémque πολύστιχον, quòd multiplici oſſe conſtet (cùm tamen hoc epitheto pedem totum dignatus ſit Ariſtoteles) partem pedis totam ſuperiorem oſſeam neruoſamque ac protuberantem (vnde & à quibuſdam mons pedis, ὄρος πόδος vocatur) exponunt: ταρσὸς autem, eius velut reliquias, quæ parte anteriore digitos à ſe emittunt. atque in his ferè partium nomenclaturis, talis deprehenditur amphibolia: cæteras communi propè conſenſu ita enuntiant. πτέρνα, calcem ſeu calcaneum, quæ pars pedis poſterior eſt: quam alij σφυρὸν nomine minùs aptè explicant: ac nonnulli talos Latinè impropriè exponunt. quanuis dixerit Horatius,

——— *talos à vertice ad imos.*

iterúmque idem, *Ad talos ſtola demiſſa* ——— Plinius autem ἀλεκτοροφωνήσεως lib. 11. cap. 46. Hominem qui exiſtimarunt talos habere, facilè ſunt conuicti. hanc enim oſſeam & quadrilateram particulam, ἀστράγαλον, biſulcorum propriam facit: quam in luſus pueriles atque muliebres & fortè ſeniles variè verſatilem traducunt. Quanquam καταχρηστικῶς loquenti, tali pro planta aut calcaneo vſurpari poterunt, καὶ σπαστραγάλῳ. Monui autem jam antè, ἀστραγάλους propriè talos dici oſſa illorum, quæ nuper diximus, luſoriorum æmula, intra infimos ſuræ tibiæque proceſſus latitantia, viſum tactúmque integro animali fugientia. πεττοὶ ἐγκεκ, velut quaterniones à quatuor angulis alij denominarunt. vulgus Arabiſtarum oſſa balliſtæ nuncupat. Quibus haud abſimile eſt, quod κυβοειδὲς vocant, vnum & ſolum è tarſi oſſiculis nomine donatum. quibus iſtis deſuper incumbit latum & inſigniter cauum os σκαφοειδὲς, quaſi nauiculare aut nauiforme dixeris, in ſummo pede inſigne, plantæque oppoſitum, quà tarſum exporrigi diximus. Sed hæc interna ſunt:

Tali. *Tibiæ partes.* *Crura.* *Sura hominis propria.* *Tendo.* *Genu, & nexus ratio, vſuſque.* *In genibus religio.* *Mola ſeu patella.* *Elephas ex genibus.* *Poplex.* *Suffragines.* *Pes cum ſuis partibus.* Πούς *vnde dict⁹.* *Galen. Latus in anatomia.* *Manus cũ pede comparatio & ſuæ partibus.* *Tarſus & pedion.* *Pedion.* *Tarſus.* *Talus.* *Homo caret talo.* *Talorum luſus.* *Aſtragali.* *Os cubiformè & nauiforme.*

reliqua pauca oculis conſpicua breuiter abſoluo. Pars tota infima, quæ ſolum calcat, & carne inſigniter calloſa, cutéve licet dura, tamen admodùm ſenſili, ſi leniter ſcalpas aut titilles, conſtat & conſternitur; planta ſeu veſtigium aut etiam ſolum (quaſi ſolea) à noſtris: πέλμα autem (malè enim iſtis πέλμα) ἢ πέλαμα à Græcis, ob calloſam cutim vocitatur: nonnullis πέζα, πῶυς, ἴχνος, πόδιον. Cuius in medio cauitas, κοῖλον πόδος, cauum pedis, & tanquam vola: ſubtel Priſciano; quaſi ſubter. Poſt hoc protubetans colliculus (ſicuti de manu diximus) πῶυς πόδος ἢ μετατάρσιον, quaſi pedis pectus nominatur. Ab hoc χείρωνες, finduntur atque enaſcuntur δάκτυλοι, digiti: qui & numero & nomenclatura, digitis manuum planè reſpondent: vſu verò permultùm differunt (vnde nec ἀνάλογον, nec index, nec medicinalis, nec annularis dici vllus iure poterit) ſicuti diuinis de vſu partium libris doctiſſimus idemque diligentiſſimus Galen. docuit.

Planta cum ſuis particulis.

Pedis digiti, & horum cum manu collatio.

Atque hæc ſunt quibus veteres, & maximè Græci, Hipp. Ariſtoteles, Galenus, Rufus, Soranus, Suidas, Pollux, & forſan alij à me nominati (quos diligenter deprehendi euoluiſſe atque expreſſiſſe è recentioribus Manardum, Ioachimum Camerarium, Io. Gorræum, & alios neotericos Anatomicos, non omnes quidem, ſed vtriuſque linguæ peritos, ac vetuſtatis priſcæ ſtudioſos) externas potiſſimùm & oculis expoſitas in humano corpore partes nominibus diſtinctis à capite ad pedes, imò à vertice ad imos calces, ſingulas appellare & breuiter enuntiare ſunt ſoliti. de quibus ideo, & quidem pluribus & curioſiùs dixi, quia ſæpe omni hominum generi in vſum, ſicuti & in aſpectum (non tamen omnes pudor ſinit) veniunt. quas ſingulas ſiquis ſuo nomine indicare velit atque indigitare, hinc ſi non omnibus, at ſanè quamplurimis congruam appellationem depromere licebit. de internis pauca obiter attigi, ſuo deinceps & priuato quæque loco dicenda reliqua commodiùs, & quidem prolixiùs; ne rem in immenſum deducam. Scio equidem in illis externis & multa deeſſe, & aliter atque aliter, ſæpéque idem de diuerſis partibus, ab aliis atque aliis dici. ſed alienæ nolui modum ponere induſtriæ & labori, ſeu potiùs ſtudioſæ voluptati conquirendi vndique & velut rimandi.

Conclusio cum excuſatione.

Laus veterum & modernorum.

——*teſtabit enim ventura quod ætas*
Quærat, & vt ſtudio ſe quondam exercerat iſto.

Atque in πλειόνων ἢ ἐμπείρων, plurium conſenſum priuatæ paucorum authoritati antepoſui. ſecutus in hoc argumento veſtigia maiorum eorum præſertim quos nuper appellaui, Hippocratis, Ariſtotelis, Rufi Epheſij, Sorani, Galeni, Pollucis, Suidæ: qui & ipſi poſteriores, mentem nobis maiorum aperuerunt, olim ſcripris teſtatam, nunc verò obliuione ſepultam, Pythagoræ, Empedoclis, Democriti, Dioclis, Praxagoræ, Chirarchi, Herophili, Chryſippi, Eraſiſtrati, Eudemi, Philiſtionis, Mneſithei, atque aliorum plurimorum. vt tamen ingenuè fatear, à me non rarò deprehenſos è recentioribus duos illos tréſve mihi dictos, idem velut iter ſub aliò & multùm diſcrepanti inſtituto ingreſſos, eodem in ſtadio currentes. vt volenti mihi dictionis alicuius carpere floſculum (id apibus ἐν τῇ μελίττῃ non rarò contingit) in Græco authore & codice aliquo è nominatis; ſtatim manus alicuius iſtorum officeret, eundem ceu floſculum præripere & in ſuam fiſcellam deponere atque conijcere antè geſtientis, & certatim contendentis. Sed hæc laus maiorum fuerit, rebus ſingulis tam apta imponere tam variis varia nomina. recentium laudetur ſtudium, in veterum obſcuris vocibus enucleandis; rebúſque ipſis ſignificatis, ad ſuas nomenclaturas propriè conuenientérque aptãdis. Deo autem gloria, qui & hominem & res vniuerſas condidit; & rebus à ſe conditis, per primum parentem Adamum, conuenientia, & tamen inter ſe diſtincta diſcrepantiaque nomina impoſuit, vt ſcribitur Geneſ. 2. Non enim cuiuſque viri eſt, nomen imponere; verùm cuiuſdam nominum authoris, ſeu legiſlatoris (Græcè ὀνομοθέτης ἢ ῥητοθέτης vocatur) hic autem vir, rarior quolibet artifice inter homines reperitur. Imò neceſſe eſt ſcientem fuiſſe illum, qui primus nomina rebus impoſuit. qui ſi malè ſenſiſſet, nequaquam omnia ſibi conſonarent, vt diſſerit Plato ſub initium & finem Crarylí, aut potiùs per totum dialogum demonſtrat.

N. emulatur induſtriam veterum.

Similitudo.

Laus maiorum & poſteriorum in medicina illuſtranda.

Deo gloria ſit tarrea.

Laus primorum nomenclatoris.

N. hæc in nomenclatura partium quos ſequatur authores.

Homo cur erectus, oſtium beneficio: & horum generatio, natura, vſus, nexus, elementa, alimenta, incrementa, numerus, mythologia, & analogia vniuerſi.

CAP. VI.

ATENIMVERO vt eò redeam, vnde initium dicendi feci, atque vt de corporis humani præcipuis partibus (nam de ſingulis dicenti, quis tandem modus inueniretur?) inſtitutum ſermonem proſequar, quem quidem iſta ἀμεθόδευτα ἐπιπλοκὴ ἀπήρτιτα μορίων, non otioſa neque inutilis, longa licet & implicita interrupit. vultis hoc loco à capite ordiar, & ab hac ſumma præcipuáque, & ſanè magis conſpicua corporis noſtri parte, nouum orationis filum retexam? Namque hominis potiſſimùm gratiâ hæc inquirimus: ac ſiquid ſit cum aliis animantibus commune, id ſi voles, mente & cogitatione adaptabis: nos ſpeciali ac peculiari oratione de ijs non tranſigemus. E verò ſiquid obiter jam mihi dictum dicendúmve attingam, id quia velut per tranſennam modò fiet, ordini ac ſeriei narrationis & commodus & facilis imputabis.

N. repetitio ſermonis.

N. initium diſputationis à capite.

N. hic tantùm de homine.

N. excuſatio tautologiæ.

Digitized by Google

Homo cur rectus incedat, non autem rotundus volutetur.

Principio igitur cùm Deus hominem fingeret, noluit in rotundam formæ ſpeciem illum conglobare atque colligere (quæ figura mundi ac terræ demonſtrata eſt) quò ſphæræ aut pilæ globive modo voluereturꝰ motum affectans (licet quidam per iocum, marem ac fœminam ab initio coniunctos, veluti ſphæræ dimidios ſemiglobulos rotari finxerit, vt pòſt ediſſeram) quòd incommoda longè plurima, eiuſmodi figura eſſet habitura, quemadmodum pridem ex Platone tradidimus, & ex eo Firmianus eleganter explicat poſt M. Tullium. ſed celſum & erectum in ſublime conſtituit: ſolum ipſum ex omnibus animalibus cœleſtem, ad cœli contemplationem inuitans: vt ea ſpectaret, vnde illi origo eſt. Ideóque ad ambulandum præparatis organis, in pedes erexit: flexibilíque in omnem partem corpore ſtabiliuit. ſimul & ſummo loco caput affixit: cui ſubnexa ceruix: & mox collo pectus adiunctum. Huic ad formam & amplitudinem, clauiculas vtrimque aptauit. à quibus ſuperiores artus, armi ſiue humeri, brachia, manus propendent. pectus cingunt coſtæ, ſpinæ ipſi velut carinæ totius corporis adnixæ atque affirmatæ. Ab hac poſtremò maiores artus inferiores propendent, femora, crura, pedes. ſicuti inde nuper admodùm ſpeciali partium ſingularum enumeratione demonſtraui.

Mas & fœmina globum integrant.

Homo vt rectus incedat.

Hominis figura recta, & ſummatim compages.

Oſſium commiſſuræ quales & quorſum.

Vſquadeo ſubiecta illa corpori oſſa mirabiles commiſſuras habent & ad ſtabilitatem aptas, & ad artus finiendos accommodatas, & ad motum & ad omnem corporis actionem. nec ſolida omnia, ne in gradiendo, vel mouendo pigritia & grauitas retardaret: nec rurſum caua omnia, ne vi expoſita & iniuriæ externæ, ictu leui colliderentur. ſed vel medullis ad vigorem corporis conſeruandum, intus munijt: vel tenuibus & anguſtis peruia foraminulis, quanuis alioqui ſolida traiecit ad conuenientis alimenti deductionem, ſummáſque eorum partes ad motum proniores, leni quodam operculo texit & obleuit, quod dicitur chartilago: quò, ſine attritu & ſine ſenſu doloris aliquo commodè flecti poſſent. forma denique ipſa ad diuerſas functiones diuerſimodè efficta: inſerta inuicem aut annexa & firmis copulis tendinum ac ligamentorum compacta & conſolidata. quibus mens ſi éxcurrere aut reſiſtere velit, tanquam retinaculis vteretur: & quidem nullo labore nullóque conatu. ſed vel minimo nutu, totius corporis molem temperaret ac flecteret. Hæc autem muſculis & carnibus tanquam tomento operuit, intus conſtrauit & vndique muniit, vt quemque locum decebat, vtque ſolida oſſa concluſa tegerentur.

Oſſa cur medullosa, caua, fiſtulosa, vel ſolida.

Oſſium alimentum vnde.

Oſſium extrema cur chartilaginosa.

Forma oſſium diuerſa, quorſum: & vt compacta inuicem.

Muſculi & carnes cur oſſibus inſternantur.

Hi montes, hi colles, hæc ſaxa, hæ rupes, hi lapides in fabrica corporis humani, hæ velut latumiæ partim intus latentes, partim foràs in morem ſcopulorum inæqualium protuberantes: à quibus corpori forma diſ-

Oſſium cum lapidibus comparatio, vel collibus.

creta, & robur, & partium ſingularum ſolidamenta accedunt. Hæc enim velut totius corporis baſis & fundamentum: hæc partium ſolidiorum ac verè terrenarum, ceu lapidoſarum ſeries & coagmentatio quædam, cui reliquæ partes vniuerſæ hærent annexæ. de quibus quoniam iterum ſub finem operis, inter ſimilares partes, ſuo loco dicturus ſum; ideo nunc pauciora tranſigam, reliqua eôdem relaturus; præſertim de oſſium generatione, temperamento, vſu & nominis ratione, ſimilitudinéque cum lapidibus in ſuo ortu & procreatione. denique quiſquis nunc dicta cum illic dicendis contulerit, habebit ille de oſſibus quid ſentiam.

Oſſium vſus, à ſimilis.

Admonitio.

Hippocrates libr. de oſſium natura, de his ſic breuiter & eleganter; Oſſa corpori ſtabilitatem & rectitudinem ac ſpeciem exhibent. nerui, flexionem & contractionem ac diſtentionem. carnes & cutis, omnium colligationem ac conſtructionem. venæ per corpus diffuſæ, ſpiritum ac fluxum & motum exhibent. ſed de cæteris aliàs: nunc enim de oſſibus. idem igitur lib. de carnibus; Temporis progreſſu terra à calido arefacta, hæc concluſa in ipſa putredines faciunt velut tunicas: & quantum quidem ex putredine terræ pingue fuit, & minimum humoris habuit; id ipſum per multum tempus caleſcens, celerrimè exuſtum eſt, & in oſſa mutatum. de quo iterum idem lib. de natura pueri poſthàc producendus in medium.

Oſſa in corpore ad quid: item nerui, carnes, cutis, venæ.

Oſſium generatio.

Plato in Timæo de oſſium natura haud diſſimiliter Hippocrati philoſophatur hunc ferè in modum: Τὰ δ' ὀστᾶ καὶ ὁπόσα τούτοις φύσεως πέρι μέσης, ὧδε ἴσχε. πυθὶς ξύμπασα ἀρχὰ μὲν ἦν τῶ μυελοῦ θρέμμα. οἱ μὲν γὰρ εἰς βίον ἅπασιν τοῖς ζῴοις τὰ σώματα ξυνδουμένοις, ὁ τούτῳ θεμελίοις, καταρίζωσα τὰ ἄνωθεν θνητὰ γένη. τὸ δ' ὀστοῦν ξυνίστατο ὧδε· γλὼ θρεπτόμενος κατέσχε καὶ λᾶας αὐτούσας καὶ ἰσθμὸν μυελοῦ· ἃ μὲν οὖν εἰς πῦρ αὐτὸ ἐβάλετο· μεῖ' ἐκεῖνο δὲ εἰς ὕδωρ βάπτων πάλιν δὲ εἰς πῦρ, πολλὰς δὴ εἰς ὕδωρ. μεταφέρων δ' οὔπω πάμπαν εἰς ἐκείνους, ὑπ' ἀμφοῖν ἄπειρον ἀπηργάσατο. id eſt, Oſſium verò & carnis cæterorúmque huiuſmodi ita eſt natura compoſita. his nempe omnibus medullæ generatio initium præbuit. vincula enim vitæ illius quam anima corpori iuncta ducit, applicata medullæ, ex eáque per omne diducta, vinciunt fulciúntque corporis noſtri conſtructionem. Os verò ipſum ita compoſuit: terram atterens puram lenémque miſcuit, madefecítque medulla. id poſtea in ignem iecit: deinde in aquam merſit: rurſus in ignem iterum & in aquam. atque ita ſæpe transferens in vtrumque, tale reddidit, vt à neutro liquefieri poſſet. vbi mox de neruis, ceu vinculis oſſium, déque carne eadem contegente & ſuffulciente. de quibus pòſt in tractatu ſpeciali de partibus ſimilaribus verſus operis finem.

Oſſium & carnis origo.

Vincula eſſe ſiunt.

Oſſium generatio quale.

Ariſtoteles vtrumque legit, & vt apparet,

Digitized by Google

lectum à ſe probauit: locos poſtmodò alios proferam, déque generatione oſſium per imitationem lapidum, ex eo pluribus verbis ediſſeram: nunc mihi ſatis erit iſthæc prælibaſſe. ſic ergo poſt Hipp. cap. 8. libr. 2. part. animal. Natura oſſium adhibita eſt, vt ſua duritie rem mollem ſeruarent in ijs quæ oſſa habent. & mox cap. 9. Principium oſſium, ſpinâ dorſi vocatur: hinc enim cætera oſſa oriuntur & continuantur. Spina eſt enim, quæ longitudinem ac rectitudinem continet animalium. Sed cùm corpus inflecti per animalis motum neceſſe ſit; ita conſtat, vt & vna ſit, propter continuitatem; & multipartita, propter vertebrarum diſtinctionem. Hinc femorum brachiorúmque oſſa dependent continua, eodémque arctiùs adnectuntur, quà flectendum eſt: neruis deligantur: extremáque ſibi cohærent. Cartilagineſæ etiam partes inſeruntur flexuris, veluti lecti ſternium, ne attritu mutuo lædantur. Caro circa oſſa conſiſtit, vinculis modo fibrarum tenuibus adhærens: cuius cauſſa oſſium genus habetur. ſed de cæteris partibus annexis aliàs. idem cap. 7. libr. 3. hiſtor. idem ferè ſcribit, ab eo ſermone exorſus; Initium in omnibus quæ oſſibus conſtant, ſpina eſt. vbi mox de annexis & appenſis ſingillatim oſſibus: de quibus forſan ſuis ſpeciatim locis poſtea. Quòd autem oſſa in prima partium conſtitutione, ex ſeminali excremento gignantur, & ex alimento naturali incrementum capiant, idem libr. 2. cap. 4. genera. animal. tradit, & nos loco indicato proferemus poſtea, cum nonnullis in eandem ſententiam aliunde ab eodem repetitis.

Oſſium vſus, & origo.

Spina vſus, & quorſum flexibilis.

Artuum origo vnde, & nexus, extima chartilaginoſa, & tarne tecta.

Oſſium origo.

Oſſium origo & alimentum atque incrementum.

Galenus horum magiſtrorum imitatus induſtriam, vicit vtique inuentionis gloria & acumine. de quo poſthàc vtique plura; nunc autem hæc attuliſſe ſufficiat. lib. 16. de vſu part. oſſibus præcipuum vſum aſſignat duplicem, nempe ad ſtabilimentum & propugnaculum. quos vſus plures antea lib. 11. cap. 18. eiuſdem operis digeſſerat, vti poſthàc oſtendam. ſanè verò initio lib. 1. adminiſtra. anatomic. Quod in tentoriis præſtant pali (inquit) quod in ædibus parietes: id nimirum in animalibus efficit oſſium ſubſtantia. quippe ad huius imitationem cætera in animante ſolent effingi mutaríque. extat eiuſdem breuis oſſium anatomia in libro qui inſcribitur introductio ſeu medicus: at perfecta quidem tractatio libr. de oſſibus. quæquidem doctrina cùm fuſa ſit & ampla, non poteſt à me breui oratione comprehendi: quam adeo ab authore ipſo repetere ſit ſatius: de qua nihilominùs quæ huic inſtituto conueniant, poſthàc huic libro inſeram, cum aliis aliunde deſumptis, quantum ſatis eſſe videbitur. Quinetiam Celſus cap. 1. lib. 8. totius corporis oſſium ſummam quandam compegit atque ſubduxit, quam tu ab illo repetes, & nonnulla poſthàc ſingillatim proponentur: nihil enim generaliter illic de oſſibus percurrit, quod nos potiùs hoc quidem loco inquirimus. itaque à medicis ad alios nunc conuertimus. De oſſium igitur compoſitione ex elementis ita Empedocles philoſophabatur;

Ἡ δὲ χθὼν δύσιν ἐν δυσίροις χοάνοισιν
Τὰ δὲ δὶς τὰν ἑκτὰν μοῖραν πυρὸς αἴγλας
Τέσσερα δ' ἑφάπτιον· τὰ δ' ὀστέα λευκὰ γένοντο.

Id eſt;

Ceperat antè duas tellus inſtiſſima, vaſis
Aëris ac fontis partes: Vulcanus & ipſe
Quattuor ex octo adiunxit, queis candida, magna,
Vis fœcundáque natura, confecerat oſſa.

Oſſium ex elementis compoſitio propertáque.

Nónne dixeris ab hoc antiquæ gentis philoſopho, Platonem Ariſtotelémque. & fortè Hippocratem ipſum, ſuam illam de fabrica oſſium ſententiam ram feſtam, tamque feſtiuam & plauſibilem expiſcatos? Sed quando ad poëtas deuenimus: huc equidem videtur Themis alluſiſſe apud Ouidium libr. 1. metamorph. conſulta Dea à Deucalione & Pyrrha, quomodo genus humanum cataclyſmo extinctum atque abolitum repararent atquo denuò inſtaurarent: ſed ambiguo (qui mos oraculorum eſt, & dæmonis vafra callidítas) tali quidem reſponſo;

Mythologia generis humani à lapidibus fati.

Mota Dea eſt, fortémque dedit; diſcedite templo,
Et velate caput, cinctáſque reſoluite veſtes:
Oſſáque poſt tergum dura iactate parentis.

Oraculorũ ambages.

Has verò ſolitas oraculi ambages ita Deucalion natura vir prudentia & virili animi ſagacitate retexuit, hæſitantíque & dubiæ coniugi, multúmque, vt aſſolet, ſolicitæ aperuit;

Magna parens, terra eſt. Lapides in corpore terræ,
Oſſa reor dici. iacere hos poſt terga iubemur.

Viri prudentia ſuperat fœminam.

Oraculi explicatio.

& quæ ſequuntur poëtico Naſonis digna ingenio. eôdem reſpexit Virg. 1. Georg. cùm diceret, *——quo tempore primùm*

Deucalion vacuum lapides iactauit in orbem;
Vnde homines nati, durum genus.

Homo fatum.

Eôdem reſpexit & vetus Græcia, cùm nomen populis & gentibus à lapidibus fictum impoſuit: nempe λαῶν, λᾶς τῶ λαοῖσι, ἡ τῶ λάου, ἡ τῶ λάϊος, ἡ τῶ λαὸς, ἡ τῶ λάϊος. variis enim effertur atque flectitur modis, vt norunt Grammaticorum filij, & nos alibi diximus. ad noſtros regrediamur.

Λαὸς vnde dictũ.

Hæc autem oſſa cùm ſint in ſingulis noſtrùm multitudine propè innumera (cùm pleraque vix ſeſamoïdea viſum tactúmque fugiant) his tamen verſiculis includi totus eorum numerus quibuſdam perſpicacibus non incommodè videtur poſſe;

Adde quaterdenis bis centum ſenáque, habebis
Quàm ſis multiplici conditus oſſe ſemel.

Oſſium corporis humani numerus.

nempe ſic 246. Quanquam Galenus libello de fœtuum formatione, ducenta ſolùm numerat. libro autem nono plac. Hipp. & Plat. plus quàm trecenta adſtruit. Veſalius trecenta & ſeptem vel tredecim enumerat, Hipp. libr. de oſſibus longè pauciora. nos iſta curioſis & otioſis relinquimus indaganda ſubtiliùs, & ad alia pergimus; hoc tantùm de oſſibus additurí; Corporis incrementum ſequi oſſium longitudinem & formam: quinquennio.

Quo tempore homo totam vel dimidiam staturam assequatur, & vnde fit.

quennióque primo corpus in homine quidem dimidiũ capere ferè omnis magnitudinis, quæ reliquo toto tempore comparetur, vt Aristoteli visum est cap. 18. lib. 1. generat. animal. Plinius autẽ cap. 37. lib. 11. subiecit; Homo crescit in longitudinem ad annos vsque ter septenos: tum deinde ad plenitudinem. quod iam multò antè scripserat Hipp. lib. de carnib. Homo integer augescit. vbi conspicuus euadit: conspicuus verò fit maximè à septennio vsque ad decimum quartum annum. augescit autem & in tertium annorum septenarium, in quo adolescens fit, vsque ad quartum & quintũ septenarium. sed de hoc quidem hactenus.

Hominis incrementum & absolutio.

Aristoteles ille princeps ingenij & doctrinæ, cap. 15. lib. 1. histor. animal. sic philosophatur; Habet sanè homo suas partes ita dispositas, vt in eo & superius sit & inferius, & prius & posterius, & dextrum & sinistrum. Constat sanè dextrum & sinistrũ ex similibus ferè partibus atque eisdem, verùm sinistra omnia sunt imbecilliora. at posteriora prioribus & superiora inferioribus discrepant: præterquã quòd inferiora similitudinem superiorum præferre ea dixerim ratione, qua venter imus respondere assolet faciei, in corpulentia & gracilitate: & crura cum brachiis communem ineunt rationem. Itaque quibus cubiti breues, ijs etiam femora magna ex parte breuia sunt: & quibus pedes exigui, ijs manus quoque paruæ habentur. & ibidem paulò pòst: Partes maris ac fœminæ communes hæ sunt. quarum situs quemadmodum ad superius, inferius, prius, posterius, sinistrum, dextrũ se habeat, tametsi per corporis summa visu exploratur ac patet, describendus tamen is quoque recitandúsque est. Ergo superiora inferioráque hominẽ omnium maximè animalium habere, ratione locorũ naturalium intelligimus. Eius enim partes tam superiores quàm inferiores, ad situm orbis vniuersi tam superiorem quàm inferiorem dispositæ sunt. itidem quæ priores posterioréque, atque etiam dextræ sinistræque habentur. cùm cæterorum animalium genus vel omnino respectu eiusmodi careat, vel confusiùs ita constet. Caput itaque cæteris omnibus superiorem obtinet situ, corporis sui ratione. At homo quoniam (vt modò diximus) ad vniuersi orbis habitum institutus est: iccirco partem etiam istam habet respondentem parti sublimi vniuersi. Caput, ceruices & collum excipiunt, tum pectus & dorsum: alterum prius, alterum posterius est. Subiacent ijs venter & lumbi, genitale & nates, mox femur & tibia, postremò pedes. cura verò antesectunt, eôdé scilicet quò & incedunt. pedis etiam pars mobilior eôdem se flectit. calx è tergo positus est. malleoli situm imitantur aurium: quippe qui latera teneant imi cruris: quomodo aures iunctæ lateribus capitis habentur. brachia ex latere corporis sinistro dextróque depẽdent, atque se intrò flectunt: ita vt homini potissimùm deuexa crurum, & brachiorum aduersa inter se sint. Sensus autem partésque eorum sensorias, oculos dico, nares, linguam, eôdem scilicet priorem in partem spectãtes habemus. at auditũ eiúsque partem sensoriam, id est aures à latere, eodem in orbe quo oculos. Distant oculi hominis sibi interuallo, proportione magnitudinis, respectu cæterorum animaliũ, minimo. Tactus è sensibus homini exquisitissimus, deinde gustus: reliquis superatur à multis. Ita partes exteriores collocatæ atq. dispositæ sunt nominantúrque præcipuæ, & cognitæ per vsum situmque euidentiorem habẽtur: de quibus ita generatim princeps philosophus disseruit. nos autẽ nostro deinceps modo ac modulo. N. versus de summa ossium in humano corpore.

Sensuum situs.

Hominis sensus qui præstent.

Hominis dimensio, & partiũ analogia, ac discrimen.

Hominis partium analogia ad vniuersum.

Homo qualiter μικρὸς κόσμος.

Hominis corporis delineatio summa.

Hominis ambulatio quò fiat.

Tercentena hominis componunt omnia corpus
Ossa: quibus quidam septem aut tredecim insuper addunt.

Initium sermonis de hominis corpore, à capite. vbi de capillorum natura, canitie, calvitie, horum ortu, causis & differentiis.

CAP. VII.

IN SVMMA igitur totius opificij parte Caput (vti dixi) Deus collocauit, futurum tanquam animæ domicilium, sensuúmque omnium, præcipuéque ex Galeno, oculorum sedem: atque adeo cerebri gratiâ, vt Arist. scribit cap. 10. lib. 4. part. animal. vt posthàc edisseram copiosiùs atque diffusiùs. Vnde longè doctissimus Varro Ciceroni persuadere voluit, caput ideo dici, quòd hinc capiãt initium sensus ac nerui & motus omnis voluntarius. Quo in vno multa sunt, quæ si intelligas, mireris, & postmodùm libro vltimo dabimus operam vt pernoscas: nunc autem velut summatim delineabimus. Primùm forma ipsa rotunda sphæram quodammodo, sed in latera compressioré æmulatur. quæ quidem philosophis omnium figurarum lõgè pulcherrima figura est habita: quippe quæ sola omnes figuras in se complexa continet: quæ nihil asperitatis habet, nil offensionis, nil incisum angulis, nil anfractibus, nil eminẽs, nil lacunosum. vndique enim sibi ipsi simillimum est, quod rotundum est atque orbiculare, ob idque omnium figurarum ad patiendũ est difficillimum, omniúmque capacissimum earum quæ eandem habent dimensionem, vt ex Platone Tullius ipse agnoscit. Huiusmodi autem forma si nõ exactè tota toti capiti quadrat, at maxima certè ex parte, vt etiam postea probabimus, præsertim adhibitis Galeno. Hanc autem animæ velut aulam, nũ obductam Deus porrectámque formauit, vt in mutis animalibus: sed orbi & globo similem, quòd orbis rotunditas, perfectæ rationis est ac figuræ. Eo igitur mens & ignis ille diuinus, tãquam cœlo regitur. In quo & illam quidé medullæ partem (ita enim vocat Plato in Timæo, vt pòst patefaciam) in quam, velut in agrum quendam, diuinum semen iaciendum erat, vt ille quidé credit, globosam & vndique teretẽ finxit: atque ἐγκέφαλον, id est cerebrum iccirco voluit nominari, quia vnoquoque animali denique absoluto, vasculum cerebri capax, κεφαλὴ, id est caput vocandum erat, sicut & iam

Caput cur in summo, & vnde dictum.

Quid in capite obseruandum, ac primùm de figura.

Sphæræ perfectio.

Caput, anima, cur rotundum.

Cerebri receptaculum diuin.

Cerebri natura & appellatio.

by Google

antè inſinuauimus, & poſthàc clarũ dabimus.

Capillorũ vſus, denominatio, origo, forma, color, & ratio.

Iam verò capitis ornamento capilli (velut capitis pili) acceſſêre: quorũ origo è fuliginoſo, craſſo & terreo vapore ſiue anathymiali, vi caloris inſiti ſurſum ſublato atque aduſto. Anguſtia autẽ pori, per quẽ vi impulſus vapor extruditur, tererem, longam, tenuémq; ſubſtantiam atque figuram contulit. Cui demum color tum pro varietate humoris pituitoſi, bilioſi, melãcholici, mixti: tũ pro modo atq; intẽſione caloris excoquẽtis, pauci, mediocris, plurimi, cãdidus, flauus ſiue fuluus ſiue rufus aut ruber; poſtremò niger, aut huic illíve magis minúsve aſſimilis atque affinis colori color accedit. Figura autem demiſſa in longũ, recta, ſi calor mediocris, & pororũ rectitudo adfuit: contrà verò retorta criſpáve, ſi aut vehemens calor cum ſiccitate retorruit, aut pororum obliquitas cõtortum vi exitus figurauit. quod idẽ mihi dictũ de omnibus in vniuerſum pilis in corpore, tacitus ac memor accipe. quorum generationis cauſſa cõmunis, loci diuerſitas appellationem vtcumque variat.

De his ſic Plato philoſophatur in Timæo. *Τῶν δὴ πᾶν τὸ σῶμα κύκλῳ κεκαλυμμένον ὑπὸ τοῦ δέρματος, πρῶτόν τε ἐν τοῖς ἐμψύχοις ὄγκον ἔλαβε διὰ αὐτῆς θεραπείας, τὸ μὲν ὑγρὸν καὶ θερμὸν ὅσον ἀκραιφνὲς ἀπόν. τὸ δ' μικτὸν ἐξ αὖ καὶ τὸ σῶμα λεῖα αἱρούμενον μὲν ὑπὸ τοῦ φορεῖν ἔξω μακρὰν ἀπάντων, ἀπόντων δὲ τοῦ ἔχειν τὴν κεκαυτηριασμένην. δηλῖ δ' ἀναβλύσαν ἀπολύμενον ὑπὸ τῆ σφηνώσης ἔξωθεν πυθόμενος· πάλιν ἰσχὺς ὑπὸ τὸ σῶμα ἀπολύμενον κατηρίζοντο. καὶ κατὰ ταῦτα δὴ τὰ πάθη, τῶν πρῶτον τὸ ὑγρὸν ἐν τῇ σάρκᾳ πάσῃ, ξυγχύσεις ἀφ' ἑαυτῶν ἐν αὐτῷ, σκληρύνασα δὲ ἡ συνέσπασε τὸ πλῆθος τῆς ὑγρότητος. ὑπ' ἀποχωρίζοντος δέρματος ἐκτὸς θρὶξ ψυχῶσα συνανῆκε*, id eſt, Hanc omnẽ cutẽ vndiq; igne pupugit percuſſitq; Deus. per cutis inde quaſi fauciæ rimulas humor effluxit, quódue illic humidũ calidúmq. ſyncerũ erat, abijt. quod verò ex ijſdẽ, quibus & cutis, erat permixtũ, emanationis impetu extrà productũ, in longũ extenſum eſt, tenuitatẽ punctationi penetrationique illi æqualẽ habens. Sed propter tarditatẽ à ſpiritu circũſtante retuſum, rurſúſq. ſub cutẽ reuolutũ, radices egit. his vtique cauſſis capilli in cute ſunt nati, ſecundũ pellis, corijq. ſimilitudinem cuti quàm proximi: ſed propter coagulationẽ à frigiditate factã, duriores cute atque dẽſiores. nẽpe capillus extra cutẽ productus frigore riguit. Ariſtot. autem cap. 11. lib. 3. hiſtor. animal. Natura omniũ pilorũ ſiſſilis eſt: ſed pluris minorísve ratione inter ſe differũt. Cutis homini proportione magnitudinis tenuiſſima eſt, ineſt in cute omniũ lentor quidam mucoſus, verùm alijs minùs, alijs magis. Mutatur color pilorũ in ſenectute, candidiq; pili efficiũtur in hominibus. candeſcunt pili à parte ſui poſtrema. plurimus tamen canorũ numerus candicans illico exiſtit. qua ex re pater, canitiem non ariditate cõmitti, vt quidã volunt: nihil enim illico aridũ gigni ſolet. Cutis autẽ vitio, quod vitiliginem appellamus, pilos omnes produci canos apertum eſt. Iã nonnullis pili, dũ ægrotarẽt, incanuerunt. quibus in bonã valetudinem reſtitutis, nigri enati ſunt, canis defluxis. Caneſcere pilos ocyùs opertos, quã derectos difflatóſque aduertimus. Tẽpora hominũ & partes primores, quã poſteriores celeriùs canitiẽ ſentiũt: pubes nouiſſimè caneſcit. Pili in homine animaliũ omniũ vno partim ſimul, partim poſtea per ætates gignuntur. congeniti ſunt pili capitis & ſupercilиorũ & palpebrarum: pòſt geniti pubis primũ, mox alarũ, poſtremò menti. Loca enim quibus pili proueniant, totidẽ ſunt congenitis deputata, quot pòſt genitis. Deficiunt ac defluunt maximè primique per ætatem pili capitis, non tamen omnes, ſed tantũ priores. parte namque poſteriore caluus nemo efficitur. Ergo capitis læuitatem, caluitium nuncupamus: quã rem in ſupercilijs ſalitium appellemus, quoad melius vocabulum inuenerimus. Neutrũ eorũ priùs quã cœptus coitus venereus ſit, accidere nouimus. Caluitij mulieres eſſe immunes & pueros & ſpadones, apertũ eſt. Pili pòſt geniri ijs qui ante pubertatẽ caſtrati ſunt, nõ exeunt: & poſt pubertatẽ exciſis ſoli decidunt, præterquã pubis. Pili in mẽro mulieris non prodeũt, niſi interdum pauci, cũ menſtrui curſus ſubſiterunt. & vt in terra Caria mulieribus ſacerdotibus euenire aiunt: quod diuinationis indiciũ interpretãtur. Reliqui pili qui poſtea gigni ſolent, mulieribus quoque proueniunt, ſed parciùs. Fieri poteſt vt homo tũ mas, tũ etiã femina pilis poſt genitis careat, iã inde ab ortu naturę vitio contracto: & niſi vt pubeſcant, cõtingat, ſteriles in gignendo ſunt. Creſcunt cæteri pili plus minúsve, prout ſingulorũ ratio poſtulat, maximè in capite, mox in barba, & præcipuè quibus pili tenuiores. Nõnullis etiã ſupercilia per ſenectutẽ adeo hirſuta reddũtur, vt tundẽdum ſit. quod propterea euenit, quia cohæſioni appoſita ſint oſſiũ, quæ ſeneſcente ætate laxantur: & inde plus humoris tranſmitti patiũtur. At vero pili palpebrarũ nunquã plus iuſto excreſcunt: defluunt rebus venereis inceptis, eóque magis, quò vius veneris fuerit amplior. eotdẽ etiã lętiſſimè omniũ caneſcere clarũ eſt. Pili euulſi ſubnaſci denuò poſſunt, dum citra ætatis florem degitur, nec vlteriùs. Habet autẽ genus quodq; pilorũ ad ſuã radicẽ lentũ quendã humorem, quo protinus, vbi euulſum eſt, ſiqua leuiuſcula rãgat, adhæret, vt ea trahere poſſit tenaciùs. Quibus verò animalibus verſicolores ſunt pili, eiſdẽ etiã in cute varius ille color habetur, atq; etiã in lingua. Barba non pari modo effunditur omnibus, ſed alijs tã maxillę, quã muſtax & mentum pilorũ frequentia integuntur: alijs mentũ læue & muſtax, maxillæ piloſæ cernuntur. Calueſcere minùs ſolent, qui mẽto ſunt bipartito. Creſcunt etiã pili quibuſdã in morbis, vt præcipuè in tabificis. quinetiã in ſenectute & defuncto augeſcunt, durioreſq; redduntur. quod idẽ vnguibus quoque euenit. Libidinoſis pili congeniti maturiùs defluunt: poſtgeniti celeriùs ſeſe promũt. Minùs qui varices habẽt, calueſcunt. & ſi calui habere inceperint, pilos nonnulli producunt. Pili præciſi non ab inciſura augẽtur, ſed inferiùs ab radice exeunt, atque ita euadũt longiores. idẽ cap. 14. lib. 2. part. animal. Ciliũ habent palpebris ad-

Canities vbi primũ, & vnde magis.

Polihominis congeniti & poſt geniti, vbi.

Pilorũ defluuiũ vnde primùm.

Caluitium & ſalitiũ quid, & quando, & quibus non accidat.

Eunuchi qui pili non naſcantur aut excidant.

Mulier imberbis, & quando barbata, & vbi.

Pili mulieres, quos.

Steriles nõ pubeſcunt.

Pilorũ incrementum, vbi.

Supercilia cur horſuta.

Cilia cur non excreſcant, ſed decidant.

Pili quando renaſcuntur.

Pilorũ radices quales.

Cutis & lingua & pilus cuius color.

Barbæ differentia.

Calui qui minùs.

Pili quibus in morbis augeſcant, vel in marcore: ſic vnguis.

Pili congeniti & poſt geniti quò ſe habeant.

Varices vide ad caluitiũ, in Hipp.

Pili vnde augentur.

Cutis cur poris pernea.

Pilorũ generationis modus.

Pilorũ natura, & cutis.

Canities qui & vnde, & quotuplex.

Contra Hippoc ſed hic de caluitie intelligit.

itized by Google

Cilia quibus.

iunctũ omnia quæ obtinent pilos: aues & quæ cortice integuntur, carẽt, vt quæ pilos non habeãt. Nulla eſt quadrupes, quæ pilos vel in palpebra inferiori habeat, vel in alis, vel in pube, vt homo. Quiquidẽ vnus animalium maximè omniũ piloſo eſt capite: cuius rei cauſſa tũ ad neceſſitatẽ, tũ ad præſidij rationẽ referẽda eſt. neceſſarium enim propter cerebri humiditatẽ & cõmiſſuras caluę: Nã vbi plurimũ humoris caloríſq; eſt, ibidẽ ortum pilorũ eſſe copioſum neceſſe eſt. adiumenti autẽ ratio, vt frequentia pili caput opertiens defendat à nimio frigore & calore. Cũ enim cerebrũ hominis proportione maximum & humidiſſimum ſit, maximã etiam tutelã deſiderat. Res nãque humidiſſima quæq; & referueſcere & refrigeſcere maximè idonea eſt: quæ autẽ contrà ſe habet, hæc minùs affici poteſt. Supercilia verò & cilia (ait ſequẽti cap. 15.) adiumẽti gratiâ habentur. ſupercilia enim, vt delabentes humores arceant, velut imbricamentum ſiue grunda humoribus qui capite emanent, paratum. cilia, vt contra incidentia in oculos quaſi vallum quoddam, promineant. Supercilia in compage oſſium oppoſita ſunt: quamobrem compluribus ſeneſcentibus adeo creſcunt, vt tondendum ſit. Cilia venularum clauſulis ſummis innituntur: nam vbi cutis finitur, ibidem venulæ etiam deſinunt: itaque propter vaporem, qui inde craſſiuſculus prodeat, pilos iis locis enaſci neceſſe eſt. niſi quid naturalis opificij ad alium vſum impediat. idẽ capite quarto libro 2. generat. animal. Pilli & eorũ cognata omnia quandiu inſunt, tãdiu augentur: & magis cùm corpora aut ægrotãt aut ſeneſcunt atq. decreſcunt. quoniã plus excrementi tãtiſper remanet, cũ minùs in partes præcipuas cõſumatur, propter ſeniũ aut morbum. nã vbi id quoque ob ætatẽ defecerit, pili quoq. deficiunt. Defunctis etiã pili augẽtur, ſed naſci nequeunt: & cũ cute colorẽ immutant, quod iã alibi dixerat. Sed de his rurſum lib. 5. genera. animal. prolixè diſſerit cap. 3. 4. 5. 6. vt ibidẽ legere poteris. aſcribã tamen nonnulla eorũ gratiâ, quibus libri fortè deſunt: quod hîc paſſim ſoleo. primũ ille de differentia pilorũ penes ætatem & varias qualitates. deinde, Piloſior (ait) ætate prouectus redditur homo, & parte priore capitis nõnulli caluẽſcunt. pueri quidẽ mulieréſque non caluẽſcunt. viri autẽ procedente ætate calui euadunt: necnõ capite homines ſeneſcẽtes caneſcunt. Caluẽſcunt homines parte capitis priore. caneſcunt primò temporibus. ſed nemo vel tẽporibus vel occipite caluẽſcit. vbi mox de cauſſis craſſitudinis & tenuitatis pilorũ, pro curis & humorũ natura. pili enim non ex carne, ſed ex cute oriũtur, cùm humor in ijs euaporetur atque exhalet. ideo ex cute craſſa laxáq. craſſi, è tenui & ſpiſſa tenues oriri ſolent. quibus humor proportionalis accedit. Nã ſi humor aut multus aut pinguis eſt, nõ facilè exũccari poteſt. ideóq. hominũ capilli lõgiſſimi ſunt. cerebrũ enim quod humidum & frigidum eſt, largã humoris copiã præbet. Simplex autem criſpúsve oritur pilus exhalatione pilorum. nã ſi fumoſa eſt, præ ſua caliditate & ſiccitate criſpum efficit pilũ. inflectitur enim, quoniã duplici delatione feratur. terrenũ enim deorſum, calidum ſurſum fertur: cúmque præ ſua imbecillitate inflecti facilè poſſit, intorqueatur: quod pili criſpitudo eſt. Aut igitur ità cauſſa reddẽda eſt: aut quoniã pariũ humoris, multũ autẽ portionis terrenę ineſt, efficitur vt pili reſiccati ab aëre ambiente contrahãtur. inflectitur enim quod rectum eſt, ſi euaporatur, & cõtrahitur atq. cõuellitur pilus, quemadmodum cũ igne aduritur: vtpote cũ criſpitudo, cõuulſio ſit ob humoris inopiam ab aëris continẽtis calore, indiciũ rei eſt, quòd & duriores ſunt pili criſpi quã recti: durum enim quod ſiccũ eſt. Simplici autẽ pilo ſunt, quæ humore abundãt: fluit enim humor in iis, non ſtillat. quocirca Scythæ incolæ Põti, & Thraces, pilo ſunt promiſſo & ſimplici: nam & ipſi humidi ſunt, & aër ambiens eos, humidus eſt. Æthiopes contrà, qui loca incolunt calida, criſpo ſunt pilo: ſiccũ eſt enim & cerebrũ eorum & cœlũ ambiens. Sed ſunt quæ quãuis cutẽ habeãt craſſiorem, tamen tenuiori ſunt pilo. quòd enim meatus tenuiores ſunt, eò pilos enaſci tenuiores neceſſe eſt. Indurat autẽ tum calor, tum frigus: namq. euenit vt ab vtriſq. humor euaporetur: ſcilicet à calore per ſe, à frigore per accidens. ideo natu grandioribus duriores ſunt pili: cutes enim duriores craſſioréſq. efficiũtur ſeneſcẽte ætate: reſiccãtur enim. & quidẽ ſenectus ipſa, vt nomen ſignificat, terrena eſt: quoniam ſine calore eſt, & cum calore humor defluit. Calui omniũ maximè animalium homines aperrè efficiuntur. quod genus affectionis cõmune eſt & auibus & plãtis: ſed nomina variãt, vt deplumeſcere & defrondeſcere. Cauſſa autẽ huius affectus, inopia humoris calidi eſt: qualis præcipuè eſt humor pinguis. quocirca plantæ quæ pingues ſunt, fronde perpetua virent. Homines autẽ ſuis ætatibus hyemẽ æſtatémque agunt. quãobrem nemo antè quã coïre incipiat, caluẽſcit: ſed à venereo coïtu potiùs id euenit, ſcilicet ijs qui ſua naturâ ſint eò propenſiores. Cũ enim cerebrũ frigidiſſimũ omnium corporis partiũ ſit, tum rei venereæ vſus refrigerat: caloris nãque ſynceri naturaliſque ſecretio eſt. itaque cerebrũ ſentit meritò prius. Quæ enim imbecilla vitioſáq. ſunt, cauſſa parua exiguóq. momento immutãtur. Ea cauſſa eſt, & vt priore capitis parte caluẽſcant, & vt hominibus ſolis omniũ animalium id eueniat. quòd enim parte priore cerebrũ continetur, hinc ea parte caluẽſcimus. Quòd autẽ homo maximũ humidiſſimúmq. cerebrũ habet, hinc ſolus animaliũ ita efficitur. Mulieres non caluent, quoniam natura earum ſimilis puerorum naturæ eſt: vtraque enim ſterilis ſeminalis excrementi eſt. ita & ſpadones. At verò hominibus per ætatẽ euenit ver, æſtas, autumnus, hyems. Ætatis canities, inopia & exilitate caloris contrahitur (ægritudo enim pili, canities, vt ſi cutis ægrotat, extenuatáque eſt) omnis enim ætas labitur in frigiditatem, cùm iam corpus inclinatur & conſeneſcit. ſenectus enim frigida & ſicca. Quibus igitur hominibus natura pilorum

Quadrupes vbi depilis.

Homo cur piloſo capite.

Pili vbi innaſcuntur.

Hominis cerebrũ plurimum & frigidiſſimum: ideo tegumento eget.

Cilia & ſupercilia ad quid.

Supercilia cur increſcant: cilia contrà.

Venulæ quæ deſinant.

Pili quãdo & quandiu augeſcant, & cur.

Pili in mortuis qualiter ſe habeant.

N. cur tam curioſè loca authorũ citet.

Caluities vbi, & quibus: item comities.

Pilorũ origo, & qualitas.

Capilli hominis cur longi.

Pili cur recti vel criſpi.

Craſſitudo quid, & vnde ſit.

Pilus quibus ſimplex, & vnde. Hiſtoria.

Pili tenuiores vnde, item duri.

Pili quibus indureſcãt.

Senectus terrena: inde ſuperuenit frigus. Caluities vnde & quibus & cauſſa.

Plantæ quæ non defrondeſcant. ex Theophraſto.

Hominũ analogia ad anni tẽpeſtates 4.

Caluities cauſſa. Debilia facilius aſſequuntur.

Homo cur caluẽſcat, & vbi.

N. quid ſi non coïas?

Hominis cerebrum quale.

Mulier & puer nõ caluent, cur.

Canities cauſſa, & quæ.

Senectutis interpretes.

parum calida eſt, plúſque humoris ſubit, calor proprius nequit concoquere: atque ita humor putreſcit calore aëris ambientis (fit enim putredo quoque à calore, ſed non ſuo natiúque) vnde efficitur ea quæ canities appellatur. quæ alba propterea eſt, quòd & ſitus (qui vaporis terreni caries eſt) cartioſorum ferè albus eſt. cuius rei cauſſa eſt, quòd multum aëris cõtinet. Omnis enim vapor terrenus vim habet aëris craſſioris. Situs enim quaſi reſpondens pruinæ exiſtimatur. nam ſi vapor ſe efferens, concreſcit, pruina fit: ſin putreſcit, ſitus. Vnde in comedijs transfertur conuitio in canitiem, cùm ſenectutis ſitum, pruinam nominant: putredo enim vtrumque eſt. Hoc ita eſſe, indiciũ eſt, quòd pleriſque per ægritudinem pili canuerint, mox valetudini reſtituris nigruerint. Cauſſa eſt, quòd per ægritudinem, vt totũ corpus inopia caloris naturalis laborat, ſic partes etiam minimæ eadem participant labe. Rectè etiam dixeris, morbum, eſſe aduentitiam ſenectutem: ſenectutem autem, eſſe morbũ naturalem. itaque morbi nonnulli idem faciunt quod ſenectus. Tempora autem primò caneſcunt, quòd occiput vacat humore, cùm non contineat cerebrum: ſinciput verò habet multum humoris. quod autem multum eſt, difficilè id putreſcit. At in temporum pilis nec tam parum humoris eſt, vt concoqui poſſit: nec tam multum, vt putreſcere nequeat. cùm enim is locus medius inter vtroſque ſit, extra vtrumque affectum eſſe poteſt. cauſſa canitiei humanæ iſta ex philoſophi ſententia cenſenda eſt. Canitiem autem effici putredine quadam, nec eſſe ariditatem (vt quidam medicorum arbitrantur, de quibus mox illud indicium affert, quòd pili qui vel pileo, vel alio tegmine operiuntur, celeriùs caneſcunt. Flatus enim putredinem prohibent: operimẽtum autem, flatum arcet. alterum indicium, quòd pili nonnulli cani illico oriuntur: at nullum oritur aridum. Cauſſa autem colorum in cæteris, cutis eſt: alborum enim alba eſt cutis, nigrorum nigra, variorum permixtorúmq; partim alba, partim nigra eſſe cõſpicitur. at in homine cutis, nulla cauſſa eſt: qui enim ſunt albi, admodum nigros habent capillos. cauſſa eſt, quòd homo omnium maximè tenuem cutem habet. de coloribus pilorum & plumarum pẽnarúmque in animalibus diuerſa ratio eſt, ab eodem Ariſt. repetenda cap. 5. & 6. lib. 5. generat. animal.

Putredinis cauſſa.
Canities vnde, & cur alba: item ſitus.
Vaporis natura. Pruina qui fiat, item ſitus.
Prouerbiũ in ſenes.
Canities ex morbo, qualiter accidat.
Senũ & morbi affinitas.
Canities vnde primùm. N. ſuccipite eſt cerebellum.
Canitiei cauſſa, & vbi magis: & quòd nõ à ſiccitate.
Pilus cuti cõcolor, ſed non in homine.

Plinius Ariſtotelem vt in pleriſque ſecutus ſcripſit lib. 7. in capite verò cunctorum animalium homini plurimus innaſcitur pilus, tã quidem promiſcuè maribus ac fœminis apud intonſas vtique gentes. atque etiam nomina ex eo capillatis Alpium incolis, Galliæ comatæ. Sic Nazaræis (inquam) olim priſco ritu maiorum voto obſtrictis & conſecratis. Vt tamen ſit aliqua in hoc terrarum differentia. quippe Myconij carentes eo gignuntur: ſicut in Cauno lienoſi. Et quædam animalium naturaliter caluent, ſicut ſtruthiocameli & corui aquatici, quibus apud Græcos nomen eſt inde (opinor, φαλακρόκορακες) Defluuium pilorum in muliere rarum: in ſpadonibus non viſum: nec in vllo ante Veneris vſum: nec infra cerebrum, aut infra verticem, aut circa tempora atque aures. Caluitium vni tantùm animaliũ homini, præterquàm illud innatum. Canities homini tantùm & equis: ſed homini ſemper à priore parte capitis, tum deinde ab auerſa. ita quidẽ Plinius ex Ariſt. forſan: qui tamen hoc modo & meliùs & veriùs ſcripſerat cap. 3. lib. 5. genera. animal. φαλακρούνται μὲν οἱ ἄνθρωποι τὸ ἔμπροσθεν τῆς κεφαλῆς. πολιοῦ δὲ πρῶτον γίγνονται τοὺς κρόταφους. φαλακρότης, ὃ νόσος οὐκ ἔστιν, ἀλλὰ τὸ ὑπὸ τοῦ τῆς κεφαλῆς. i. Caluescũt homines quidẽ priore capitis parte: canescunt autem primùm temporibus. his tamẽ & posteriore capitis parte caluescunt nunquã. quam ſententiã paulo antè produxi. vbi vides minùs fideliter à Plinio reddita verba, φαλακροῦσθαι & πολιοῦσθαι. idémq; Ariſt. cap. 1. lib. 5. de genera. animal. Cùm cætera non caneſcãt manifeſtè in ſenectute, homo maximè omniũ ita afficitur, & equus inter cætera animalia vnus euidentiùs albeſcit pilo per ſenectutem. canities enim, debilitas quædã humoris ſiti in cerebro & cruditas eſt. quod ſubinde repetit locis citatis.

Defluuiũ capillorum quibus & vbi.
Caluitium homini proprium.
Canities hominum vbi & vnde primùm.
N. in Plinium.
Homines vbi caluescant & canescant.
Canities homini propria, cur, & quid ſit.

Alexander autem Aphrodiſieus ſecutus magiſtri veſtigia, probl. 1. Cur Homerus homines à canitie temporum, πολιοκρόταφους nominauit? Quòd ea maximè parte capitis canities oritur: ob eam ſcilicet rem, quòd pars capitis prior, humidior quàm poſterior, & pituitoſior ſit. & conſequẽter, Cur parte priore capitis ſola caluescere ſolemus? Græcè φαλακροῦσθαι. Quòd mollis & laxa eſt: cùm enim pilus ob naturalem ſiccitatem vacat alimento, facilè defluit, vt qui non ita ſolidè priore innitatur parte, ſicut poſteriore, quæ ſiccior atque ſpiſſior eſt. Caluitiem autem ex ſiccitate oriri ſolitum eſt, &c. ita ille omnino acutè & verè. ſed à philoſophis ad medicos tranſeo, qui hæc aut acutiùs peruiderunt, aut ſaltem videre ac diſcernere debuerunt, velut quæ ad ſe magis pertinerent.

Canities cur à temporibus incipit.
Canities cur à ſinciput.

Hippocrates lib. de natura pueri, φαλακρότητας & πολιότητας, caluitiei & canitiei cauſſas, ortúſque pilorum has veri quidem ſimiles (potiùs quàm veras) reddidit. Oriuntur pili quidem maximi ac plurimi, qua corporis parte cuticula rariſſima eſt, & vbi pilus moderatum humorem in alimentum habet: & vbi cuticula poſteriùs rara fit, ibi etiam pili poſteriùs naſcuntur: velut in mento & pube & ſicubi aliàs pili naſcuntur. Simul enim vt genitura prodit, etiam caro rareſcit, & cuticula & venæ aperiuntur magis quàm priori tempore. Nam dum adhuc puer eſt, & venæ tenues exiſtunt, non procedit per ipſas genitura. Eadem ratio de menſibus virginum eſt. Simul autem vt via fit & genituræ & menſtruis virginibus, etiam pilos emittit pubes tum pueri, tum virginis: rara nimirum cuticula reddita: ſimúlque pilus moderatam humiditatem in alimentũ habet, & non pauciorem. Sic verò & in mento viri contingit: rara enim fit cuticula, procedente ætate.

Pilorum exortus vbi primus & plurimus.
Vis ſeminis in organiſmo: item menſium.
Barba vnde.

Homini pilus in capite plurimus.
Gallia comata.
Nazarei crinati.
Myconij glabri.
Caunij lienoſi.
Animalia calua.

in ipſam de capite humiditate. Simul enim & in coïtu, ſimulq; interiecto tẽpore, pilus moderatam humiditatem in alimentum habet: & tunc maximè, cùm tempus contingit humiditati de capite deſcendenti in coïtu ad mentum à pectore diſtans. Signum autem eius, quòd in tariſſimis cuticulæ partibus pili enaſcuntur, ſi quis velit inurere cutem, & puſtulam tantùm facere, eámque ſanare: cutis denſa reddita per cicatricem, pilos non producet. Quicunque verò eunuchi, dum pueri ſunt, fiunt: propterea neq; in pube, neque in mento pilos producũt, læuéſque toti exiſtunt: quòd via genituræ non facta, cuticulam non rarefacit per totam ſuperficiem. Intercepta eſt enim & concluſa genituræ via, quemadmodum paulò antè à me relatum eſt. At verò mulieres læues fiunt & mento & corpore, quòd in coïtu, ipſarum humiditas non ſimiliter agitata, velut viri, cuticulam ratam non facit. Quicumque autem calui fiunt, hi ſanè pituitoſi ſunt, & pituita in capite ipſorũ ſimul cum coïtu agitata & calfacta, ad cuticulã allabens, pilorum radices exurit, & defluunt pili. Verũ Eunuchi propterea calui non fiunt, quòd vehementem motũ non faciunt: neque pituita à coïtu calfacta, pilorũ radices exurit. Cæterùm cani ob id fiunt, quòd longo tempore pertrãſeunte in homine humiditate, albiſſimũ eius ſecernitur, & ad cuticulam allabitur: & pilus albidiorem humidatem trahens, albidior fit quàm priori tẽpore. itémque ipſa cuticula, præſertim vbi cani ſunt, albidior alia euadit. Et quicũque ex natiuitate canum quid in capite habent, etiam illis cuticula ſumma, vbi cani ſunt, reliqua albidior exiſtit: illic enim albiſſima eſt humiditas. habet autem res hoc modo. Qualemcumque humiditatem caro attraxerit, ſiue albam, ſiue rufam, ſeu nigram, tali colore etiam pilus inficitur, ita illic Hippocrates. Quòd autẽ ſtatim à pueritia quidam in Albania cani fiant, & in India quidam geniti confeſtim caneſcant, ſcripſit quoque Plinius ex Iſigono cap. 2. lib. 7. ibidémque ex Creſia, apud Indos gentẽ quæ appellatur Pandoræ, in conuallibus ſitam, annos ducenos viuere, in iuuentute candido capillo, qui in ſenectute nigreſcat. ita vt puto, de gruibus ſcripſerat Ariſt. Verùm hoc magis mirum eſt, quod paulò ante noſtram ætatem contigit. Fr. Gonzaga Mantuæ princeps, affinem quendam ſuũ ſuſpectum coniurationis ad quæſtionem ſuppliciúmve tradidit carceri in perendinum diẽ. hac ſola nocte, præ ingenti metu, totus is canus euaſit. Quotanto prodigio flexus principis animus, & veniæ & vitæ gratiam ſonti fecit. quod vſpiã Cardanus memorat. Aphrodiſieus autem, cur pueri non caneſcant, cauſam ad humiditatem calori mixtã refert lib. 1. probl. 4. & contrà, Cur mulieres & ſpadones citò caneſcant, illis frigus in cauſſa eſſe: his ſemen genitale pituitoſum ſanguini permixtũ demonſtrat lib. 1. probl. 5. Quorſum ferè glabritiei cauſſam in vtriſque retulit probl. 6. Quòd illis frigus conſtringat poros: his copia excrementi obſit. hæc enim ratio eſt, cur loca neque præhumida. neque præſicca, ſaxoſáque herbas edere ſoleant. idem tamen probl. 101. ſpadones imberbes ob inopiam caloris adſtruit.

Quòd pilus ſuccreſcat raritati cutis. Ab experientia. Eunuchi quò glabri, item fœmellæ.

Caluitiei cauſſa, & cur nõ adſit eunuchis. N. quid ſi mas non eoĩat? nunquámne calueſcat? Canitiei cauſſa verior.

Cani à natiuitate qui & vnde. contra Ariſt.

Coloris in pilo varij cauſſa.

Canities vbi naturalis. Indi longæui, non caneſcunt.

Hiſtoria mira, de canitie ex ſubito timore oborta.

Pueri cur non caneſcant: contrà mulieres & eunuchi.

Glabrities vnde.

Herba vbi luxuriet.

Porrò autem quanuis illa iſta Hippocratis ratiocinatio affinis ſit veritati, vt propoſui, & demonſtratione firmata probabili, & præter Hippocr. morem, prolixiore (nam & eum libellũ perquàm lepidum & cultum, Polybi potiùs quàm Hippocratis eſſe cum Galeno cenſemus.) tamẽ cur mulieres & eunuchi glabri ſint, cauſſam potiùs ad pororum conſtrictionẽ cõniuentiámque, & vaporum craſſitiem & paucitatem, & frigidam ſegnitiem, quàm ad ſeminis motum referimus. Nam canitiei cauſſam non aliò commodiùs reiecerim, quàm cũ eodem, ad alentis pituitæ putris & albidæ prouẽtum, radicibus pilorum ſubſtratæ ac ſuffertæ. quo ferè Ariſt. & Alexandri ferebatur ſententia. Cur autem ſolus alarũ pilus non caneſcat, haud ſcio an calor partis, & eiuſdem laxitas ſit ſatis, cum tepore aſſiduo & madore à compreſſione veſtimentorũ: quomodo ferè idem Alexander Argutus coniector tradidit lib. 1. probl. 10.

Hipp. breuitas laconica.

N. alias ſæpe breuis in mulieribus & eunuchis cauſſa.

N. canitiei vera cauſſa.

N. alarum pilus cur nõ caneſcat.

Cæterùm caluitiei neceſſitatem Laconica & vſitata breuitate ſic opinor, & rectiùs & veriùs intulit noſter idem Hipp. ſect. 3. Epidem. lib. 6. aph. 1. Cerebri conſumptio, ideo & caluities. Quaſi dicat, deficiente ob ſenium morbúmve alimento, capillos defluere priores, neque nouos in eorum locum ſubnaſci. Non tamẽ quòd cerebrum viuo homine totum conſumatur & ad nihilum redigatur. (id enim fieri natura nõ patitur: quanuis ἄνηρι quidam atque ἀνίρασι in morionibus inanem cerebro caluam deprehẽdi iactitent) verùm quòd ætatis decurſu ſiccetcat, contrahatur, fatiſcat, ſubſidat, minuatur: atque ita paulatim ab oſſibus bregmatis fiſtuloſi, mollis, fungoſi recedat. Vnde pericraniũ reſiccatur, neque pilos præ immodica ariditate alere, aut alimenti inopia & cutis raritate deciduos, deintegro ſufficere ac reparare valet (licet Ariſt. ſuprà in diuerſum nitatur). Cõtrà verò, quia tam inſignis cerebri diminutio nõ fit, partes vt occipitij temporúmque deſtituat (licet idem Ariſt. occipiti cerebrum deneget, vt ibidem patuit, ſed falſò tamen) tum quia ibidẽ copioſior oſſibus caro incũbit: ideo neque cutem tantopere reſiccari contingit, neque pilos alimenti penuria decidere. verúmque ſit, quod nuper ex eodem Ariſtotele contra Pliniũ produximus: Homines quidem temporum occipitiſque partibus calueſcunt nunquam. nempe (inquam) ſi ſecũdùm naturam habeant: namque vbi vitium fecerit humor, ex cuius ſuligine pili ſuccreſcũt, aut vbi vis morbi incubuerit, tum præter naturam defluere contingit pilos: vt in alopecia, orphiaſi, & pleriſque poſt cauſon, & iam non rarò poſt luem Neapolitanã, quæ radices pilorũ propè omniũ ita exeſt, vt mento & ſupercili s, glabris (quod etiam in elephãriaſi cõtingere ſolet iſtius luis germana, vt pridem dicere ſoleo) nudam crine caluã, & faciem depilẽ relinquat miſellis iſtis: ne pilũ deinceps vllũ viri boni habere videãtur, vt M.

Vnde caluitiei, & vbi tantùm: nõ in occipite, non in temporibus.

N. contrà Ariſt.

N. contrà Plin.

Canities & depilatio ex morbo, vt lue venerea, & ratio.

Locus.

Tullius de ſuo quodã ciue Rom. iocari ſolebat.

Humani natura cerebri.

At verò homo, vti iam inſinuaui, portione maximum humidiſſimúmque atque omnium viſcerum frigidiſſimum cerebrum habet, duabus ſuprà ſubtérque membranis velatũ. quarũ alterutram rumpi fruſtrà mortiferum credidit Plinius, cùm non ſit id perpetuum. Cætero, viri quàm fœminæ maius. Hominibus hoc ſine ſanguine, ſine venis, & reliquis ſine pingui. aliud eſſe quàm medullam eruditi docẽt, quoniam coquendo dureſcat. Omnium cerebro medio inſunt oſſicula parua (βρέγματα iam antè ex Græcis nominaui) vni hominum infantia palpitat, nec corroboratur ante primũ ſermonis exordium. Hoc eſt viſcerum excelſiſſimum proximúmque cœlo capitis, ſine carne, ſine cruore, ſine ſordibus. Hanc habent ſenſus arcem huc venarũ (arterias poſteri dixêre) omnis à corde vis tendit, hic deſinit. hîc culmen altiſſimum: hîc mentis eſt regimen. omnium autem animalium in priore pronũ, quia & ſenſus ante nos tendunt. ab eo proficiſcitur ſomnus: hinc capitis mutatio. quæ cerebrum non habent, non dormiunt. ita ferè Plinius lib. 7. verùm de cerebro poſthàc ſub operis finem. externa illa perſequor.

Bregmatis infirmitas, & corpus vt palpet.

Cerebri dignitas, vis & proprietas.

Caluitiei cauſſa.

Oribaſius cap. 2. lib. 24. Cerebri imminutio (ait) quemadmodum Hippocrates author eſt, in caluescentibus efficitur. vt oſſa ſincipitis fiſtuloſiora tenuioráque cæteris, & ſuperadiacentia ob cerebri defectionem exareſcant: cùm ad ea vſque cerebrum non pertineat, neque ea poſſit attingere. ſubſidet enim & depreſſum in ſuam baſin concidit. his autem oſſibus reſiccatis, conſequitur vt ipſa quoque prætenta cutis inareſcat. quæquidem in caluis vel ipſi ſenſui mirum in modum ſicca apparet. Cum igitur cerebrum valdè ſiccum factum eſt, vt quibuſdam in extrema ſenectute contingit, tunc etiam neruorum exortus inareſcere eſt neceſſe. quamobrem neque perinde vident ac prius, neque audiunt, neque aliud quicquã aut ſenſibus, aut motibus qui à voluntate proficiſcuntur, valenter perficiunt: ſed omnia earum actionum inſtrumenta, per quæ prius fiebant, exoluta, infirma, debiliáque redduntur. hæc ille ex Gal. videlicet, à quo & cætera.

Pericranij ſiccitas vnde.

Sensus ſemũ cur hebeſcant, & motus pigreſcant.

Enimuerò ſatius duco ex ipſo genuino authore nonnulla proferre, & hunc de pilis atque capillis ſermonem finire: niſi ſiquid forſan poſthàc obiter de iiſdem. quòd ſi nihil omnino præterea, tamen hæc quæ nunc dixerimus, abundè ſuffigere queant. Gal. inquit igitur lib. 2. de temper. Cæterum ex iis quæ molli ſunt cute, vt homo; quantò vtique ſiccior calidiórque cutis fuerit, tantò magis poteſt pilos gignere. Quomodo herbæ, nec in ſicca & ſqualente admodũ terra naſci poſſunt, nec in humida & lacuſtri. verum cum abſumi cœperit redundantia humoris, tum enaſcuntur è terra: augentur autem largius, vbi hæc quoque ſicceſcit, modicè quidem in vere, celerrime verò & plurimum ineunte æſtate: ſiccantur autem omnino arefacta terra, æſtate iam media. Verùntamen in ſicca & calida cute multos magnóſq; naſci pilos in homine videmus. quippe per omnem cutem diffiatur ſemper aliquid à calido, quod ſecum etiam interni humoris nonnihil aufert. Verum in quibus humida cutis eſt & plane mollis, qualis modò concreſcens caſeus, in iis eorum quæ exciderunt, viæ cer cutem non manent, partibus ſcilicet eius, quæ prius diſſidebant, rurſus inter ſe vnitis. At in quibus dura eſt, non abſimilis caſeo iam coacto, perforatur quidem eorum quę exeunt, impetu. cum autem rurſus vniri per ſiccitatem nequeat, meatus ipſos immutatos ſeruat, qui etiam perpetuò transfluentium ictu aſſidue magis fiſtulantur. Si igitur quod transfluit, vel habitus, vel humor purus ſit, halitui certè celer miniméque impeditus tranſitus eſt. humor in exilioribus ſpiramentis nonnũquam hæret: aliquid etiam intrò recurrere ad profundũ cogitur. Sin veluti fuliginoſus craſſúſque & terreus vapor ſit, ſubinde contingit, vt in anguſtis ſpiramentis impactus, nec facile rurſum intrò redeat, nec vacuari poſſit. Hunc igitur alius rurſum e profundo ſubiens ferit, prorſumque impellit: tum hunc rurſus alter: atque illum alius. ac multos mihi eiuſmodi vapores fuliginoſos, alium ſuper alium impactos tempore complicari coniungique intellige; ac vnum eiuſmodi efficere corpus, quale eſt ea quæ foris cernitur fuligo: niſi quòd hîc quantum ſpiſſatum eſt, tantum etiã per tranſitus anguſtiam ſtipatum, in anguſtam prorſus redactum eſt formam. Vbi autem tale corpus totum obſtruxerit meatum, deinceps iam violenter ictum à ſimilibus ſui, quibus exitus non eſt, excrementis, totum interim propellitur: adeo vt cute exire cogatur iam lori formam adeptum. Adſimile eſt autem quod in meatu eſt impactum, herbæ ſtirpisve velut radici. quod verò ex cute extat, ipſi velut ſtirpi. Fit autem niger pilus, cum deuſto vi caloris vapore, excrementum in exactam fuliginem mutatur. Flauus verò, cum vapor minus torretur: quippe quod tum eſt impactum, flauæ bilis, nõ nigræ fæculentum excrementum eſt. albus verò pilus ex pituita naſcitur. rufus ſicuti coloris flaui albique eſt medius: ſic eius generatio ex pituitoſæ bilioſæque fæcis media quadam natura prouenit. Criſpi pili fiunt, vel propter ſiccitatem temperamenti, vel propter meatum in quo radicantur. & propter ſiccitatem quidem, ad eum modum quo corrigiæ, quæ igni plus iuſto ſiccantur: aut vt ijdem pili igni propius admoti protinus intorqueri videntur. atque ita quidẽ omnes Æthiopes criſpi. At propter meatuum, in quibus radicantur, naturam ad hunc modum: Cum exhalatio ſæpe imbecillior eſt; quàm vt rectam viã ſibi moliri poſſit: pro modo quo inflectitur, etiam meatum ſuum figurat. interim verò exhalatio ſatis valens eſt, ſed duriore cutis natura, recta ferri regione prohibita, in latis flectitur. ita vt extrinſecùs videre licet non halitum modò aut fumũ, ſed etiam flammam ipſam, cùm ſurſum agi vetatur, diuiſam vtrôque verſus in obliquum agi. Sic igitur corporis exhalatio vbi

Pili vbi rariores molli, & cauſſa: vel contrà.

Pili vbi laxantur. A ſimili.

Pilorũ materia, & generationis modus.

A ſimili.

Pili coloris varietatis cauſſa.

Criſpi pili cauſſa & generatio. A ſimili.

Criſpitudinis differentia. Ab exẽplo.

A ſimili.

prorſum ferri prohibetur, obliquum ſibi tranſitum ſub cute molitur, donec longiore ſpatio collectam aliquid eam vrgeat, & foras flatu agat. Eſt quando ambobus coëuntibus, & primæ exhalationis, quæ meatum finxit, imbecillitate, & cutis ſiccitate, obliquitas pilorum radicibus contingit. Quales autem in radice finguntur, tales rationabile eſt perpetuò fore. neque enim durorum & ſiccorum corporum quippiam, niſi priùs molliatur, fingi in rectum poteſt. Hinc fit, vt qui calidam & ſiccam regionem incolunt, nigros exiguíque incrementi, ſiccos, criſpos & fragiles pilos habeant. cõtrà qui humidam frigidámque regionem habitant, modicè auctiles & graciles & rectos & rufos obtineant. qui verò inter hos temperatum colunt tractum, hi pilos plurimi incrementi & robuſtiſſimos & modicè nigros & mediocriter craſſos, tum nec prorſus criſpos, nec omnino rectos edant. Et in ætatibus ad eundem modum, & corporum naturis & reliquis per analogiam ad regionum temperamentum. Cæterùm pili qui in capite, ſupercilíis & ciliis habentur, etiam pueris nobis innaſcuntur: quales ſtirpes prima ratione à natura conditæ. Quòd autem nigri rufiue vel alio quouis ſint colore, id ætatis temperamento omnino debent. ſubruſi enim ferè ſunt (in pueritia) quoniam quod in meatibus eſt impactum, nondũ totum eſt nigrum: quippe cùm humiditas multa ſit, & tranſitus facilis, & deuſtio imbecilla. Boni verò incrementi & modicè craſſi ſunt, propter excrementorum, quibus aluntur, copiam: quippe ipſa pars corporis in qua fiunt, ſicca eſt: tota namque calua oſſea eſt. cutis verò quæ ei eſt circundata, tantò reliqua totius corporis cute eſt ſiccior, quantò etiam eſt durior. aſcendit tamen tum ab iis quæ circa cerebrum ſunt, tum verò ex toto corpore fuliginoſi excrementi non parua vis. quò fit, vt quale ætate florentibus totum eſt corpus, eiuſmodi iam infantibus ſit capitis cutis. Eóque rationabilius nonnulli procedente tempore calui redduntur, quibus ſcilicet à primo ortu durior cutis erat. Seneſcentium enim partes omnes paulatim ſicceſcunt. Itaque etiam interna manuum & interna pedum ſemper glabra & pilorum expertia ſunt, quòd ſicciſſimus denſiſſimuſque ſit tendo is qui ſub cute habetur. Quibus autem ad ſummam ſiccitatem cutis capitis non peruenit, imbecilli his omnino albique pili fiunt, quos vulgo canos appellant. imbecilli quidem, conuenientis alimenti penuria: albi verò, propterea quòd alimentum quo aluntur, veluti ſitus eſt pituitæ, quæ ſpatio computruit. Vbi enim meatus etiamnum manet, excrementum verò exiguum eſt & lentum ac languidè à calore propellitur, non diſſimiliter putredini afficitur. Iam calui fiunt homines cùm ſeneſcunt, à ſincipite magis: caneſcunt magis à temporibus: quoniam illud omnium capitis partium eſt ſicciſſimum: hæret enim cutis illic oſſi nudo. tempora verò humidiora ſunt, quòd in his muſculi magni ſub cute habeantur: omnis autem muſculus carnoſus ſit. caro tum oſſe, tum cute humidior. Caluitiei eandem cauſſam paucis verbis Gal. cap. 1. lib. 1. de compoſ. medicam. ſecundùm locos retulit, humorum ex quibus capilli nutriri conſueuerunt, inopiam: ſicuti propter eorundem vitium, corrumpi, vt in alopecia & ophiaſi. quod exemplo docet plantarum. Generatio enim pilorum eadem eſt, quæ terra naſcentium, vt ibidem ex lib. de temper. repetit, & alias non rarò ex more inculcat, & ad illud Hippocraticum ex lib. 6. epidem. acutè exponit, partim Ariſtotelis ſecutus illa quæ nuper detexi veſtigia, partim ex Hipp. hypotheſi propoſita, partim ex proprio iudicio ſanè quàm acutiſſimo, ſed diutius forraſſis capillo irretitus, pilóue impeditus teneor: itaque eo rupto expeditus ab alia tranſeo.

Pilorum figura ab radice incipit.

Capillorũ varietas à regionibus, ætatibus, & alijs.

Pili congeniti, qui.

Pilorum color vnde varietas ab ætate.

Cranij & pericranij temperamentum.

Pilorum materia vnde.

Qui matutius calneſcunt.

Partes in homine glabra quæ & cur.

Canities vnde. ita Ariſt.

Caluities vnde oriri: item ... e, & ...

Caluitiei cauſſa.

à ſimili.

De facie & eius partibus maximè conſpicuis, déque dentibus abſolutè.

CAP. VIII.

CVM igitur ipſa nuditas homini ad pulchritudinem valeat; nihílque aut homine in totum piloſo (quales barbaros & ſemiferos cernimus, & quos homines ſylueſtres vocitamus) aut gallo deplumi, vt illo Diogenico ad Platonem obiecto; aut cane depili, vt Iuuenalis illo ironico, fœdius ſit atque deformius: non tamen etiam humano capiti illa congruebat. Quanta enim in eo futura deformitas eſſet, ex caluitio apparet. Ideo texit Deus caput pilo. & quia in ſummo futurum erat, quaſi ædificij cùlmen ornauit. Qui tamen ornatus non eſt in orbem coactus, aut in figuram pilei teres factus: ne quibuſdam partibus nudis eſſet informis: ſed alibi effuſus, alibi retractus, pro cuiuſlibet loci decentia.

Hominis nuditas, à ſimili.

Caput hominis tum piloſum, & qua figura.

Sic multa Deus in nobis ad pulchritudinem & ornatum adiunxit, quorum ad actiones minimè neceſſaria fuit opera. Nam pili qui ad mentum & faciei partes proueniunt, non modò eas operiunt, verumetiam decus atque ornamentum afferunt. magis enim venerabundus mas apparet: ídque potiſſimùm ſi ætatis proceſſu ac progreſſu pili vndique ei pulchrè circunfundantur. ſcite igitur Ouidius 13. Metamorph.

Pili ad ornatum, non ad actionem.

Barba dignitas.

à ſimili.

Pluma tegit volucres, ouibus ſua lana decori eſt:
Barba viros hirtæq; decent in corpore ſetæ.

Illa eadem cauſſa fuit, tum quòd actionibus obeundis offenſio inde fieret, cur frontem & malas & naſum natura pilorum expertes reliquerit. Sylueſtris enim eo modo ac fera facies tota fuiſſet, haud quaquam animali manſueto ac politico conueniens. Veruntamen mulieri totum corpus molle, inſtar puerorum, atque glabrum ſemper habenti, ne faciei quidem glabrities, ornamenti expers erat futura. alioqui enim animal hoc minùs venerandos mores habet, quàm vir ſiue mas. proinde ne forma quidem ei erat opus veneranda. Satiúſque fuit facie nuda, glabra & ſerena, comitatem morum

Partes in facie cur glabra, & quæ.

Mulier cur glabra tota, & eius mores.

Digitized by Google

& naturæ mitioris indolem, omnis expertem inhumanitatis (Amazonas enim velut degeneres ab hoc sermone excludimus, licet tales fuisse admittamus cum Hippocrate, quales tum ille, tum prisca fingit historia) omnisque modestiæ & æquanimitatis, sobrietatis ac verecundiæ obseruantem præ se ferre; atque ad amandum potiùs quàm ad metuendum, homines allicere.

Amazonũ natura.

Bella gerant alij, sed fœmina semper ametur:
Bella gerant alij, fœmina semper amet.

Deus enim summè prouidus, animæ moribus corporis formam fecit conuenientem. quod etiam in cicuribus adeo ferisque animalibus cernimus.

Forma corporis connexa moribus.

Cæterum ne superciliorum quidem pilos neglexit: sed solos certè hos, tum & subiecta cilia palpebrarum, ob subiecti solidam duritiem natiuamque siccitatem (vt nuper attigimus) æqualem semper seruare magnitudinem instituit. quanquam capitis quidem ac maxillarum plurimum augeri possint. Similitérque sicubi in vtroque sexu natura pilos excitauit, ob loci caliditatem & humiditatem, ornamento partium, vel sanè pudendarum operimento futuros. Non aliter ac nates quidem, ano; præputium autem, pudendo. aut vt in quadrupedibus idem opifex contextum spinæ à summo capite deductum, longius extra corpus eduxit, & acuminauit in caudam: vt obscœnæ corporis partes vel propter fœditatem tegerentur, vel propter teneritudinem munirentur: simul & animalia quædam minuta & nocentia, motu etiam ceuendo arcerentur à corpore. His enim quæ necessariam habent generationem, opifex nostri bellè abutitur passim, vt qui in omnibus excellit: atque in melioris electione, & eo efficiendo admodùm est potens & ingeniosus. quod & acutus Firmianus vidit, & disertè explicauit.

Supercilio-rũ natura, ciliorumque.

Lacorum capillorum temperies, ad quid.

Cauda vsus, item natium.

Abusus partium.

Sed vt de fronte deinceps dicam, quæ pars est in homine maximè conspicua, & quæ quodammodo præ se fert tacitè (vnde & dici reor) quid intus animus agat aut cogitet: Sane mirum in ea est, cùm sine musculo nulla pars motu voluntario agatur; moueri tamen illam pro hominis arbitrio, & in rugas colligi, & caperari modò, modò exporrigi, explicari atque explicari: siue causa externa sollicitet, siue sit iudex tacitæ mentis & cogitationis internæ. quod ideo illi inest à natura proprium, ob musculosam quandam & tenuem substantiam eidem subiectam, & cuti propriæ annexam atque vnitam. quomodo partes manuum internæ & plantæ pedum cum tendone coalescunt. Hinc fit (opinor) vt quibusdam hominibus aures instar asinorum (cùm tamen aures homini tantùm immobiles sint) moritari videantur: quod D. Augustinus testis fide dignus, & Cardanus Physicus, diuerso longe seculo à se obseruatum testantur. quod tum accidit, sed tamen rarissime, & tamen etiam mihi visum in sartore Parisiensi; cum musculosa illa substantia membranæ similis, ad aurium basin vsque sese porrexerit, totasq. illas subierit. Sic motu mirifico frons admirabilis, eadem situ & figura spectabilis, vallata per circuitum effusis à temporibus ante aures capillis: auriumque summæ partes in coronæ modum capillis cinctæ: & occipitium omne cõtectum, speciem miri decoris ostentant. Sic frons homini tantum tristitiæ, hilaritatis, clementiæ, seueritatis index, ait Plinius lib. 7. Cuius in ascensu explicata supercilia, & pariter & alternè mobilia: & in iis pars animi. His negamus, annuimus. hæc maxime indicant fastum. Superbia aliubi conceptaculum, sed hîc sedem habet: in corde nascitur, huc subit, hîc pendet. nihil altius simul abruptiusque inuenit in corpore, vbi solitaria esset.

Frons vnde dicta, & cur nobilis.

Aures hominũ quidã mobiles, & cur. Historia.

Frontis decus & indicia, & facies totius.

Superciliorum vis & natura.

Superbia sedes.

Extremum verò ambitum genæ superioris antiqui cilium vocauere: vnde & supercilia. Hoc vulnere aliquo diductum non coalescit, ait post Hipp. & Arist. idem Plinius. Palpebræ in genis homini vtrinque: mulieribus verò etiam infectæ quotidiano. tanta est decoris affectatio, vt tingantur oculi quoque. Alia de causa hoc natura dederat, ceu vallum quoddam visus & prominens munimentum contra occursantia animalia, aut alia fortuitu incidentia. Defluere eas haud immeritò Venere abundantibus tradunt. ita Plinius pleraque ab Arist. desumens, vt indicaui. sic verò ille lib. 2. cap. 13. part. animal. Oculi ideo humidi sunt, vt cernere acutius possint, quos salutis gratiâ palpebræ operiunt. quæ cute constant: vnde fit, vt vulnere diductæ non coalescant. His conniuent omnia, & homo omnium maxime, vt quæ incidunt, prohibere possit. Volucres palpebra inferiori conniuent: homines potius superiore. & cap. 15. ibidem, Supercilia & cilia adiumenti gratiâ habentur: supercilia enim, vt delabentes humores arceant imbricamenti ritu: cilia, vt incidentia in oculos, quasi vallum, summoueant. sed de Arist. nuper admodum multa & præclara.

Cilia ad quid.

Palpebrarum natura, & fucus, vsusque: & vnde deflouium.

Oculi cur hument.

Palpebrarũ natura.

Ciliorum & supercilio-rũ vsus.

Porrò autem illa ipsa, quam dixi, barbæ ratio, incredibile est quantum conferat ad dignoscendam corporum maturitatem, vel ad differentiam sexus, vel ad decorem virilitatis ac roboris. Vt videatur omnino terra ipsa (ad cuius hæc omnia analogiam referimus) stirpium, florum, herbarum omnigena varietate nihilo ornatior aut commendabilior. Cuius vt est vna per totum facies continua sibi, sed locorum mutatione permultum à seinuicem distincta: sic corpori vniuerso commune quoddam tegumentum est, cutis scilicet ipsa multis forata locis, siue maiusculis foraminibus ferè nouem numero, in varios ac peculiares vsus necessariis: siue minoribus, vt pote innumeris, qui pori dicuntur, sudori & assiduæ è corpore exhalationi peruiis: necnon ornamenti gratiâ, breuibus pilis à fuligine exhalante exortis; atque vt patuit, non sine multa venustate productis. Cui, quòd sit origo è neruo & sanguine, mediam iccirco inter vtrũque sortiri naturam contigit. quæ si è natura se habet, omnium hominis partium, atq. adeo vniuersæ, quæ generationi & corruptioni

Barba dignitas, & ratio. à simili.

Cutis vsus, pori, pili, artus, tenuem peramentum.

ſubiicitur, ſubſtantiæ media eſt, longéque omnium temperatiſſima, omniſque tactus norma exquiſitiſſima, vt me aliàs dixiſſe memini, & poſtea repetam accuratiùs: præcipuè verò quæ manus internas ſubnectit.

Facies & vultus vnde dicatur, & ad quid.

Cæterùm cùm ſummum capitis faſtigium Deus naturali veſte texiſſet: priorem partem, quæ dicitur facies (quia facit vt quemque ex ſola ipſius inſpectione facilè agnoſcamus) aut vultus (quia quid ſibi quiſque velit, certus voluntatis index aperit) partem, inquam, anticam illam in nobis maximè conſpicuam, neceſſariis membrorum miniſteriis & inſtruxit pariter & ornauit: & hanc potiſſimùm ſedem delegit velut accommodatiſſimam ſitu locóque, in qua ſenſus & ſenſuum organa, tanquà ſpeculatores in aliqua ſpecula ſublimi, mentis nuntios collocaret. Atque hæc facies homini tantùm: cæteris os aut roſtra, ait Plinius. ſic verò iam antè Ariſtoteles cap. 1. lib. 3. part. animal. *μέτωπον*, id eſt facies, quod inter caput & collum hominis eſt, nomen à re ipſa accepiſſe videtur: quòd enim vnus animalium homo erectus eſt, ſolus proſpicit anteuerſùs, vocémque anteuerſùs mittit. quod idem videor iam antè inſinuaſſe.

Senſuum ſedes cur in facie.

à ſimili. Facies hominis propria.

ἐρώτημα cur dicatur.

Mala, pudoris ſedes.

In facie autem, ait idem Plinius, infra oculos malæ homini tantùm, quas priſci genas vocabant, XII. tabularum interdicto, radi à fœminis eas vetantes. Pudoris hæc ſedes: ibi maximè oſtenditur rubor. Infra eas, hilaritatem riſúmque indicantes buccæ. Quin & Lactantius noſter ita vocitauit, cùm dixit de naſo locutus: Inferiùs quoque genarum non indecens tumor, in ſimilitudinem collium leuiter exurgens, ab omni parte oculos efficit tutiores. dein ſic pergit idem Plinius libro eodem 7.

Buccæ.

Gena ad quid.

Labra & os. Roſtra.

Labra, à quibus Brocci, Labeones dicti. & os probum duriúſve animal generantibus. pro iis cornea volucribus roſtra. eadem rapto viuentibus aduncа: collecto, recta: herbas ruentibus limúmque, lata, vt ſuum generi. iumentis vice manus ad colligenda pabula, ora: apertiora laniatu viuentibus. Mentum nulli præter hominem, nec malæ. Maxillas crocodilus tantùm ſuperiores mouet: terreſtres quadrupedes, eodem quo cætera more, præterquàm in obliquum. de barba dixi paulò antè. ac licet ex Ariſtotele multa, tamen etiam hæc dictis addam, ex cap. 16. lib. 2. part. animal.

Ora. Mentum. Mala. Maxillæ.

Labrorum vſus.

Naribus labrorum natura ſubiicit, iis quæ ſimul & dentes & ſanguinem habent, ad ſalutem tutelámque dentium adiuncta. Quamobrem vt quæque exquiſitè benéque dentibus prædita ſunt, ſic eam quoque obtinent partem. homini autem mollia, carnoſa, & quæ ſeparari poſſent, labra adiuncta ſunt, tum dentium tuendorum gratiâ, vt cæteris; tum etiam potiori cauſſa, vt bene eſſet: nam ad vſum ſermonis ea quoque proficiunt. Etenim vt linguam non ſimilem atque aliis animalibus natura homini dedit: ſed idoneam, qua ad duplicem actionem vteretur (nempe ad percipiendos ſapores & ad formandum ſermonem) ſic labra tam ſermonis, quàm tutelæ dentium cauſſâ adhibuit.

Linguæ vſus & labiorum.

Sermonis cauſſa.

Sermo enim qui voce promatur, ex literis conſtat. quòd ſi lingua talis, & labra humida atque agilia non eſſent, maxima literarum pars exprimi non poſſet: quippe cum literæ partim lingua producantur, partim labris comprimantur. ac de ore ſic idem breuiter tranſigit cap. 1. lib. 3. part. animal. Quibus cibi conficiendi & ſpirandi & loquendi gratiâ os datum eſt, iis compreſſius eſt.

Oris vſus.

Verùm id quidem iam antè Plato monuerat in Timeo; *πλὴν ὅ δὴ τῷ σώματος ἁπάσῃ διὰ πάσης ἰδέας ἕνεκα καὶ χάριν ἔσχεν ἵνα τῆς ἀναγκαίας καὶ τῆς ἀρίστης διανομὴν ἐν ἐμπεριλάβοι καὶ ἐμφυλάττοιτο, ἡ τῶν ἐμφύτων πλὴ μὲν εἴσοδον τῆς ἀναγκαίου μᾶλλον ἀνάγκην πλὴ δὲ ἔξοδον, τῆς ἀρίστου. ἀναγκαίου μὲν τοῦ πᾶν ὅσον εἰσέρχεται δεῖσθαι διὰ τῆς σώματος. τὸ δὲ λόγου ἕνεκα ἔξω ῥέον, ἢ ὑπηρετοῦν ὁρᾶται, πάντων δὲ ἀρίστου πάντων τοιούτου.* Noſtri præterea illi exornatores oris naturam dentibus, lingua, labiis ita vt nunc videmus, neceſſariorum ſimul & optimorum gratiâ ornauerunt. Nam ingreſſum quidem, neceſſariorum, egreſſum verò, optimorum gratiâ excogitauêre. Nempe neceſſarium eſt, quicquid ad alimoniam in corpus admittitur: verborum autem effluxio miniſtra prudentiæ, effluxionum omnium optima eſt atque pulcherrima. ita quidem illic Plato: ex quo aliàs plura.

Oris ſtructura, poſitio vſúſque.

M. Tullius 2. natu. deor. de iſtis ſic breuiter tranſigit; Cùm tribus rebus animantium vita teneatur, cibo, potu, ſpiritu; ad hæc omnia percipienda, os eſt aptiſſimum. quod adiunctis naribus, ſpiritu augetur. dentibus autem in ore conſtructis manditur: atque ab his extenuatur & mollitur (niſi mauis legere, molitur) cibus. Eorum aduerſi acuti, morſu diuidunt eſcas: intimi autem conficiunt, qui genuini vocantur. quæ confectio etiam à lingua adiuuari videtur. Linguam autem ad radices eius hærens excipit ſtomachus; quò primùm illabuntur ea quæ accepta ſunt. ſed de his & ſubiectis partibus aliàs poſthàc. dentium hiſtoriã volo ex Plinio & aliis explicatiùs retexere.

Vitæ ſubſidia.

Os. Nares. Dentes.

Dentium differentia & vſus.

Lingua. Stomachus.

Dentium tria genera, ait ille: ſerrati, aut continui, aut exerti. ſerrati, pectinatim coëuntes, ne contrario curſu (vel occurſu) atterantur, vt ſerpentibus, piſcibus, canibus. continui, vt homini, equo. exerti, apro, hippopotamo, elephanto. Continuorum, qui digerunt cibum, lati & acuti: qui conficiunt, duplices: qui diſcriminant eos, canini appellantur. his ſunt ſerratis longiſſimi. Continui aut vtraque parte oris ſunt, vt equo: aut ſuperiore primores non ſunt, vt bubus, ouibus, omnibúſque quæ ruminant. Capræ ſuperiores non ſunt, præter primores geminos. Nulli exerti, quibus ſerrati: rarò fœminæ, & tamen ſine vſu. itaque cùm apri percutiant, fœminæ ſues mordent. Nulli, cui cornua, ſerrati aut exerti: ſed omnibus concaui: cæteri dentes ſolidi. verùm de reliquis animantum generibus ille tibi multis verbis hiſtoriam totam explicabit: quæ ſunt hominis propria, ea potiùs perquiro.

Dentium differentiæ.

Dentes exerti & ſerrati quibus.

Ergo cæteris cum ipſis naſcuntur dentes: homini poſtquàm natus eſt, ſeptimo menſe. Quanquam reuera dentes in vtero matris

Dentes quando naſcantur: quòd iam ab vtero.

gignuntur, ſed nondum foràs prominent: niſi in quibuſdam prodigiosè, vt nouimus. Ideo Gal. lib. de formatione fœtus, naſci dentes embryoni teſtatur. cui adſtipulantur recentiores Anatomici. Reliquis perpetuò manent: mutantur homini, leoni, iumento, cani & ruminantibus. Maxillares qui ſunt à caninis, nullum animal mutat. Homini nouiſſimi, qui genuini vocantur, circiter viceſimum annum gignuntur; Ariſtoteles ad viceſimũ octauum: multis & octogeſimo. fœminis quoque, iuxta eundem Ariſt. ſed quibus in iuuenta non fuere nati, decidere in ſenecta, & mox renaſci certum eſt. Zanclem Samothracenum ciuem, cui renati eſſent poſt centum & quatuor annos, Mutianus vilum à ſe prodidit. cæterò maribus plures quàm fœminis in homine, pecude, capriſve. Timarchus Nicoclis filius Paphij duos ordines habuit maxillarum. Pruſiæ regis filius pro ſuperiori ordine dentium, vnum os æqualiter diſtentum habuit. Mithridatis regis filia, duplici ordine dentium deformis fuit, ait Val. Maximus cap. 8. lib. 1. Columbi filio triplex ordo fuit dentium, vt ipſe pater in anatomia retulit. alios iam antè de Græcis memoraui. Eſt exemplum dentis homini & in palato geniti, Plinio. haud ſcio an qualem noſtri annales memorent virum fortiſſimum Gallum, nomine Gotthofredum: cui inſtar apri dens vnus aut alter exertus ore prominebat. At canini amiſſi caſu aliquo, nunquam renaſcuntur. Cæteris ſenecta rubeſcũt, equo candidiores fiunt. cuius ætatem ex caſu & renaſcentia dentium, numeróque eorum diſces ab eodem Plinio indidem, & ex Ariſtotele, cuius ferè ſunt ea, quæ Latinus author ille diligentiſſimus ſcriptis tradidit.

Maxillares.

Genuini.

Hiſtoria de dentibus centenario renati.

Hiſtoria de triplici dentium.

Canini non renaſcũtur.

Dentium color ex ſenio.

Sed tamen Ariſtoteles cap. 1. lib. 3. part. animal. in genere de vſu dentium locutus, tum cibi conficiendi, tum roboris & auxilij gratiâ, ad inuadendum vel defendendum; ſic deinceps de homine; Homo verò ad vſum commune probè factos obtinet dentes: videlicet primores acutos, vt ſecent: maxillares latos, vt molant. diſcriminant eos vtroſque hi qui canini appellantur, media inter eos natura conditi. nam & medium particeps vtriuſque extremi eſt. & canini ipſi partim acuti ſunt, partim lati. quod idem in cæteris quoque animalibus eſt, quibus non omnes acuti habentur. Sed potiſſimùm locutionis gratiâ tales tútque numero dentes homo ſortitus eſt. ad literas enim exprimendas plurimùm conferũt primi dentes. qua de re nos alibi contra Lactãtium, vbi de voce agemus. plura enim de piſcium ferarúmque dentibus ibidem Ariſt. Sed nos de homine peculiariter loquimur. ſic verò rurſus idem cap. 4. lib. 2. generat. animal. De dentibus dubitaueris: ſunt enim eiuſdem naturæ cuius oſſa, gignuntúrque ex oſſibus; vt vngues, pili, cornua & ſimilia, ex cute. quo fit, vt ipſa colorem pariter cum cute immutent: alba enim & nigra & vario colore diuerſa pro modo cutis redduntur. At dentes nil tale recipiunt: oſſibus enim annumerantur in iis animalibus, quæ oſſa habent & dentes. Accreſcunt ſoli omni oſſium tota vita. quod patet in iis dentibus, qui mutuum tactum declinant. cuius cauſſam ab illo repete. Cæterùm in prima conſtitutione, omnia oſſa gignuntur, neque eſt quod pòſt oriatur: at dentes pòſt enaſcuntur. quamobrem cùm deciderint, denuò poſſunt oriri. tangunt enim oſſa, non continuantur. ex eo tamen gignuntur alimento, quod in oſſa adminiſtratur. Quapropter eandem quam oſſa, habent naturam, & tunc cùm illa iam ſuum numerum receperunt. Sed cùm cætera animalia dentibus aut dentium proportionali prædita enaſcantur, niſi quid præter naturam accidit (perfectiora enim quàm homo, generatione abſoluuntur) homo dentibus carens venit in lucem. niſi quid præter naturam interceſſerit. hæc ille eo loci, & fortè plura. rurſus idem cap. 8. lib. 5. de genera. animal. de dentium vſu ſummatim repetit; tum ad cibum, tum ad vocis orationem genitos. deinde contra Democritum, cur primores decidant, maxillares autem maneant: illi ſecando, hi molendo cibo deſtinati. Infantes porrò qui calidiore vruntur lacte, ocyùs dentiunt: calor enim vim obtinet agendi. Decidunt qui prodierint primi, tum notæ melioris gratiâ, tum neceſſariò. nempe citò hebeteſcit, quod acutum eſt. ac primorum dentium radices in tenui; maxillarium autem, in lata nituntur maxilla, & valido oſſe continentur. illi renaſcuntur, quòd in oſſe adhuc naſcente oriuntur. maxillares autem diu oriũtur: vltimi enim viceſimo anno exeũt. nonnullis etiam ſeneſcentibus omnino prodierunt, qui loco vltimo habentur: quoniam multum alimenti in amplitudine oſſis continetur. Verùm de iſto præclaro doctore ſatis nunc quidem multa in hanc ſententiam.

Dentes tota vita creſcunt.

Oſſium generatio quando.

Dentes cur renaſcãtur, & vnde alantur gignanturque.

Dentata quæ naſcantur.

Dentium vſus, & diſcrimen.

Pueri qui citius dentiant.

Dentes qui decidui.

Maxillarium ortus.

Dentes an oſſa: & quæ de cute concreſcant excoleria.

Dentium vſus, diuiſio, figura.

Dentium vſus, ortus, renaſcentia.

An dentes ad loquendum neceſſarij.

Celſus cap. 1. lib. 8. dentium hiſtoriam ſic breuiter complexus eſt; Duriores oſſe dentes ſunt: quorum pars, maxillæ; pars ſuperiori oſſi malarum hæret. Ex his quaterni primi quia ſecant, τομεῖς (aliàs προσθετοὶ) à Græcis nominantur. hi deinde quatuor caninis dentibus ex omni parte cinguntur. vltra quos vtrimque ferè maxillares quaterni ſunt: præterquàm in his, in quibus tres vltimi, qui ſerò gigni ſolent, non increuerunt. Ex his priores ſingulis radicibus, maxillares vtique binis, quidam etiam ternis quaterníſve nituntur. feréque longior radix breuiorem dentem edit: rectíque dentis recta etiam radix, curui flexa eſt. Ex eadem radice pueris nouus dens ſubit, qui multò ſæpiùs priorem expellit: interdum tamen ſuprà inſtáue eum ſe oſtendit. ita ferè ille è Romanis propè dicam reliquus vnus medicus; aut ne medicus quidem, ſed rerum medicinalium quaſi dicas ἁρμοστὴν, contextor & collector.

Dentium radices quot & quales.

Dentes pueriles.

N. de Celſo.

Dentes ſentiunt, licet oſſa, vnde.

Galenus lib. de oſſibus cap. 5. ſic dentium hiſtoriam percurrit; Dentes in oſſium numero habendi ſunt; erſi ſecùs nonnulli ſophiſtæ arbitrentur. ex oſſibus tamen dentes ſoli mollium cerebri neruorum participes ſunt: obíque ſoli euidentem ſentiendi vim habent. Porrò dentes ſexdecim vtraque maxilla habet.

Dentium numerus, nomina, radices.

priores quaterni quia secant τομεῖς appellantur. hi omnes singulis radicibus nituntur. his deinceps canini vtrimque hærent; quibus singulæ quoque radices insunt. vltra hos, maxillares quini ab vtroque latere: sed qui maxillæ superiori infixi sunt, ternis; qui inferiori, binis radicibus adhæresçunt. nonnullis tamen exceptis, qui suprà sæpe cum quaternis, infrà cum ternis radicibus deprehenduntur: præsertim duo omnium primi interiores: tertius perrarò eiusmodi inuenitur. nonnullis autem non vtrimque quini maxillares, sed quaterni seníve oriuntur. eos non modò maxillares, sed molares quoque appellant, ex translatione (vti arbitror) nomine sumpto: quòd iis cibi veluti molis cereales fruges tenuentur & atterantur. Caninis nomen inditum est, quòd canum dentibus quàm simillimi sint. τομεῖς autem vocant, siquidem ad cultri similitudinem, ad eos cibos suapte natura incidendos valent, qui mollitiem in se habent: sicuti ad dura cibaria non secanda, sed admodùm confringenda, canini constituti sunt. hæc ille: sed nos de istis & aliis dentium appellationibus Græcis Latinisq. iam suprà in partium humani corporis nomenclatura.

Molares cur dicti: item canini, & incisores.

Enimuerò in describenda reliqua facie, ne hos quidem dentes præteribo, verbis Lactantij perquàm disertis vsurus. Dentes ipsos (inquit) ne nudi ac restricti magis horrori, quàm ornamento essent, gingiuis mollibus, quæ à gignendis dentibus nominantur, ac deinde labiorum tegminibus honestauit. quorum durities, sicut in molari lapide, maior est & asperior; quàm in cæteris ossibus, vt ad conterendos cibos pabulúmque sufficerent. Labra ipsa, quæ quasi antea cohærebant, quàm decenter intercîdit? quorum superius sub ipsa medietate narium, lacuna quadam leui, quasi valle signauit: inferius, honestatis gratiâ, foràs molliter explicauit. Nam quod attinet ad saporem capiendum, fallitur, quisquis hunc sensum palato inesse arbitratur. (ita tamen Plinius scripserat: sed nos ea de re mox adeò fusissimè) lingua est enim, qua sapores sentiuntur: nec tamen tota, nam partes eius quæ sunt ab vtroque latere teneriores, saporem subtilissimis sensibus trahunt. & cùm neque ex cibo quicquam, neque ex potione minuatur: tamen inenarrabili modo penetrat ad sensum sapor eadem ratione, qua nihil de quacumque materia odoris decerpit.

Gingiua ad quid, & vnde dicta.

Dentes cur duri, & contecti.

Labra.

Gustus vbi.

Sapor qui fiat, & vbi.

Sed Lactantij verbis istis quamuis disertis, quantum sit fidei tribuendum, postmodò viderimus. namque de singulis deinceps sensibus, déque gustu ipso & sapore, sed & de sensuum organis vniuersis, quàm fieri poterit accuratissimè & diffusissimè dicturi, à supremo omniúmque mirificentissimo visu ordiemur; oculorúmque naturam explicaturi modúmq. videndi, quæcumque eam in rem diti possunt præclara, aut medicorum libris, aut philosophorum eruenda monumentis; ea quidem omnia, quantum ingenio assequi, aut lectione authorum consequi, aut soletti industria eruere poterimus, explanare conabimur; orationis prolixitatem in re tam obscura támque abdita potiùs excusantes, quàm argumenti pertractandi laborem subterfugientes, difficultatémve deprecantes, aut molestiam auersantes; solis equidem iis minimè credendam minimóq. suspicandam, qui nihil vnquam magnũ scribere, nihil arduum suscipere aut scriptis ad posteros tradere sunt aggressi.

Propositio.

N. in scribendi pigros & aliorum criminatores.

Digitized by Google

NIC. NANCELII DE SENSIBVS, LIBRI TERTII

PARS SECVNDA.

De Viſu.

CAP. I.

SEV LIBER VNVS.

Senſuum numerus, & commodo.

IAM verò de numero A quæ parem vtrimque ſeruans analogiam, non
ſenſuum quintuplici, parum rebus adfert decoris atque ornamenti.
à ſuperioribus cõſtat, Sed & ipſa in primis ad actionem vtilitas: vt
& cui vnuſquiſq. ele- ſiqua iniuria alteri organo, vel calamitas acci-
mento reſpondeat: tũ derit, cuius cauſsâ ſuo munere & officio à na-
quî ſingulis ſua orga- tura inſtituto fungi prohibeatur; alterum vi-
na aptata ſint: vnus cem gerat vtriuſque, & opem naturæ ferat la-
tactus ſit per totum boranti. Lubet autem iterum de ſingulis *αἰσθη-* *Propoſitio.*
corpus diffuſus: hæc *τηρίοις*, ſiue ſenſuum organis ſubtiliùs perſcru-
omnia breuiter antea tranſegi. quid adiungi tari, & paulò liberiùs ac diffuſiùs euagari, hunc
verò his poteſt præterea? ſanè multa, ſiquis in modum ab oculis ducto exordio.
omnia percenſere velit:

Dicendo ſed ſumma ſequar faſtigia rerum.

Hominis cum mundo analogia.

Quemadmodum maximum & pulcherri-
mum rerum omnium eſſe mundum nemo eſt
ſanè qui neget: ſic & hominem, velut *μικρὸν*
κόσμον ἔτερον, paruum quendam mundum eſſe aiũt *μικρόκοσμος.*
veteres rerum naturalium periti philoſophi.
eadem namque in vtriſque ſpectatur creatoris
ſapientia. Dicat verò quis, Oſtende igitur in
hominis corpore ſolem, oſtende lunam, oſten-
de ſidera. Quid hoc (inquam) togas? an ex
ſanguinea & ſpirituoſa ſubſtantia adeo putre-
dini obnoxia, lutulenta, euanida, ſolem, lunam, *Oculi ſolem & lunam referunt.*
aſtra vis generari? Solem quidem non oſten-
dam tibi in corpore animalis: ſed oſtendam
oculum, organum lucidiſſimum, ſphæricum,
pellucidum, & ſoli atque aſtris quàm ſimilli-
mum. cuius ſitus, compoſitio, natura, vſus &
actio eſt eiuſmodi, quantum aſſequi datur.

Binarij vis in humano corpore, & ſenſuum organis.

Ac primum illud admiratione dignum eſt,
quòd Deus vt in aliis pleriſque; ſic in organis,
& maximè ſenſuum, duali numero eſt admo-
dùm delectatus, ſic geminos oculos, geminas
aures, nares geminas, & linguam (ſi propiùs
inſpicias) geminam. aut certè bifidam effor-
mauit, vt antè docui. ſic brachia gemina, ge-
minas manus, geminas malas, geminas mam-
mas, gemina crura, tibias, pulmones, nates,
teſtes, pedéſque geminos conſtituit. in aliis
pares dextras partes (quoad eius fieri potuit)
effecit ſiniſtris partibus: aut ſiquid vni parti
indulſit, in altera, pari munere compenſauit.
in reliquis ſiquid rerum natura, & id quod eſt
in vnoquoque optimum, poſtulauit vnicum
eſſe, id ſolerti ſtudio atque induſtria medium
eſſe voluit: vt caput, thoracem, cerebrum, cor,
ventriculum, vterum: horum tamen vnum-
quodque aut ſepto medio, aut linea rugáque
dirimente velut bipartitum. Corpora anima-
lium (ait Ariſtoteles cap. 5. lib. 3. part. animal.)
quæ ſanguinem habent & gradiuntur, bipar-
tita ſunt. hæc enim omnia parte priori & po-
ſteriori, dextra & ſiniſtra, ſuperiori & inferio-
ri diſtinguuntur.

Dextra paria ſiniſtris.

In corpore quod vnicum, medium eſt, & quodãmodo diremptum.

Corpora animalium bipartita, quî.

Dualitatis partium cauſſa.

Verumenimuerò (vt alia nunc præteream)
quænam potuit eſſe huius tam affectatæ dua-
litatis (ſic enim luber *δυάδα* interpretari) potiſ-
ſima ratio? Ipſa primùm ſpecies ac venuſtas,

Caput cur in ſublimi.

Oculorum ſitus & munimentum.

Frons & oculi vnde dicti.

OCulorum geminorum, præſtantiſſimorum
in homine organorum cauſsâ præcipua,
ſimul & cerebri ac ſenſuum originis gratiâ,
caput natura ſublime conſtituit; ſitúmque in
fronte eminentiori, velut in ſpecula quadam
alta & excelſa deſtinauit: eorúmque limpidiſ-
ſimos orbes planè ſphæricos concauis fora-
minibus concluſit ac tutò celauit. à quo fora-
tu frontem denominatam Varro exiſtimauit,
vti iam monui: nos à ferendo dici maluimus.
Qui quò munitiores eſſent ab iniuria, eos ci-
liorum

liorum regminibus, & iis quæ mox aperiam, ſed & orbitis validiſſimorum oſſium occuluit. vnde oculos dictos eſſe, eidem Varroni & Lactantio & nobis quoque placet. quorum ſi lubet fabricam contemplari, miraberis tam ſingularis opificij in tam lubrica; tam fluida támque labili materia tam ſingulares támque diuinos effectus.

Oculorum compoſitio, & ratio partium.

Oculi conſtant vtique humoribus, tunicis & muſculis admodùm gracilibus; quos ſui neruuli, venulæ & arteriolæ intexunt, glandulæ & adeps óblinunt. vnde ſplendida eorum, pellucida, humecta, & quaquà verſum mobilis ſubſtantia. Humores (τὰ ὑγρὰ Græci vocant) tres hactenus à maioribus ſunt obſeruati. Quorum vnum reliquorum omnium præſtantiſſimorũ, veteres illi phyſici, qui omnia noſſe & propriis nominibus appellare ſtuduerunt, κρυσταλλοειδῆ, cryſtallinum à ſimilitudine cryſtalli albi, clari & ſplendidi (quò faciliùs à coloribus externis & luce illuſtretur atque immuteturr) vel certè glacialem pari ratione ac ſimilitudine (quanquam duritie vtrique multùm cedit) denominarunt: κρύσταλλος enim, & glaciem, & cryſtallum Graij accipiunt, ob ſimilitudinem concrementi & naturę pellucentis. Hic autem humor cryſtallinus, primum habetur à pleriſque ac præcipuum videndi inſtrumentum; oculi, tanquam centrum circuli cuiuſdã (eſt enim planè orbiculata, ſiue ſphærica oculorum figura, ſoláq. ea in humano corpore) cui reliqua deinceps ſubſeruiunt, tanquã domino ac duci viſionis illuſtriſſimo. Eidem natura ob dignitatem, ſitum in medio atque intimo receſſu prouidit. tum vt eſſet ab omni iniuria tutior; tum vt à circunſtantibus partibus, velut miniſtris ac ſtiparoribus, mutuas ad nutum & imperium exciperet operas. Cuius & forma & color actioni mirificè reſpondent. nam quod in interiore parte, & ipſo orbe ac circulo, ſuprà infráque & circùm latera, ſphæricam præ ſe fert figuram: in anteriori tantùm parte (poſteriore videlicet rotundiore, ac potiùs ſphærica) aliquantùm planam, depreſſam & latiuſculam formam ſortitur, lenti ſiue lenticulæ, legumini ſcilicet haud abſimilem: vnde & φακοειδὴς, lenticularis à quibuſdam vocatur (quæ tamen appellatio etiam tunicæ eiuſdem cuidam competit, vt mox audies) ab aliis etiam ὑαλοειδὴς, à diſci, corporis rotundi ſimilitudine. Id verò eò fit, ne violento motu, ictu, perturbatione aut plaga, à vitreo humore [à quo poſtpoſito alitur & foueetur) citò aut facilè diuelli exturbarique queat: & quò incumbentes iridi circulos firmiùs contineat: & quò perceptas ſub pluribus angulis rerum viſibiliũ atque obiectarum formas faciliùs apprehendat & conſeruet: tum vt ne vel minutiſſima corpora, aut etiã atomi, huius aciem vaneſcẽdo effugiant. Color autem diaphanus ac pellucidus, apriſſimus eſt, vt dixi, recipiendis rerũ formis.

Oculorum humores tres.

1. cryſtallinus qui & qualis, & quamobrẽ & quorſum.

κρύσταλλος, quid.

Oculi figura, & ſitus ratio præſertim cryſtallini.

Cryſtallini forma, & ratio, & denominatio, & prærogatiua.

Cryſtallini epitheta, & ratio ſimilitudinis.

Cryſtallinus cur in anteriora planus.

Cryſtallini color, & ratio.

Secundus humor vergens intrò ad cerebrũ, ὑαλοειδὴς, vitreus, à ſimilitudine vitri fuſi & frigidi denominatur. qui quantò craſſior eſt ſanguine & candidior; tantò à cryſtallino humore

2. Humor vitreus qui & qualis, vnde & quorſum.

limpidiore & candidiore in vtroque vincitur: vincit tamen & copia & magnitudine. vterq. verò ſine vena, ſine ſanguine: vnde intelligitur, vtrumque per διάδοσιν ac diſtributionem ali; vitreũ quidem à retiformi ambiente, vel ab vuea pariter: cryſtallinum autem ab ipſo illo humore vitreo; cui tota poſteriore ſui parte, ſed diametrum neutiquam excedente [licet quidam ad anteriora etiam diffundi adſtruant] velut globulus aquæ medius innatat & incumbit, mediam illi ſphærulam imitanti, ſiue globum per medium diſſectum forma referenti. Atque horum quidem vterque familiari & congenere fruitur alimento cãdidus, candido, purus haud impuro; quem vtrumque ſanguine ali omnino nefas fuit; ne contracto inde cruento colore, omnia viſa rubra & ſanguinea, ac velut minij aut ſandycis ſandarachæve colore infecta mẽtiretur. Quomodo phreniticis aut hypochyſi laborantibus multa ob oculos videntur corpuſcula, ceu muſcæ, aut culices, aut aranei, aut flocci, aut feſtucæ ſimiliáve quædam obuerſari; cùm tamen intus ſit quod cernitur. in his quidem qui cataracta dicta laborant, condenſatus ac velut glacie concretus mox dicendus humor aqueus, inter cryſtallinum & externam tunicam corneam fixus: quo per acum depreſſo, viſus reſtituitur. in illis verò quos dira vis morbi aut febris ardentis furor exagitat, & labefactata cerebri temperie, & imaginandi ratiocinandíque facultate euerſa, cogit aliena & ſentire & videre & obloqui; craſſi quidam & fuliginoſi vapores ab humore bilioſo efferueſcente ſublati. ſicuti & maniacis & melancholicis ab humore atro, atri & caliginoſi: ſicuti ebriis, à crudis eſculentis & poculentis, tetri, craſſi, denſíque ad cerebrum elati vapores, nocturno potiſſimùm tempore, monſtra horrenda canum, leonum, pardorum, tigridum, vel formidanda ſcilicet dæmonum ſpectra oſtentant, repræſentant, ob oculos ponunt. aliis, licet mente & corpore ſobriis, ſi craſſius corpuſculum pupillæ ſeſe opponit; omnia perforata & velut feneſtrata cernuntur. quibus paulatim adauctis, viſum prorſus adimi receptum eſt. ſed de his alio loco inter ἀναγκαῖα. illud modò ex Ariſt. ſubdam lib. de inſomniis; Febrientes interdum animalia quædam in parietinis ſibi videre videri, exigua ſimilitudine permotos, quam lineamenta quædam congeſta prætendunt. Atque hic error quandoque vnà cum morbo inualeſcit, ita vt cùm leuiter ægrotant, ſe falſos agnoſcant: cùm verò grauiùs, minimè, ſed vitiis quoque ducantur. Cauſſa eſt, quòd τὸ ὑγιαῖνον, & τὸ φαντασιοῦν, non eadem vi iudicant. ſed dicenda potiùs perſequor.

Humoris aquei ſedes, & qui cataractam faciat.

Viſorum mendacium cauſſa in phreniticis & ſuffuſis.

Humoris aquei ſedes, & qui cataractam faciat.

Phantaſmata in maniacis & ebrijs.

Cur feneſtrata viſa.

Phreniticorum viſa vnde.

Tertius demùm humor oculi, verſus exteriora cryſtallino oppoſitus, ponè pupillam latens, atque id ſpatij totum inter vtrumque & inter vueam atque corneam in anteriore parte medium ſua mole complens, ſimúlque cum admixto [ne rugæ vllæ viſum impediant, oculúmve deforment] tenui multóque ſpiritu diſtendens, ὑαλοειδὴς, velut ouiformis aut ſanè

3. Humor aqueus vel albugineus qui & qualis & vnde & quorſum & vbi.

Spiritus in oculo, ad quid.

N

albugineus, quòd ouum non totum, ſed eius albumen colore & conſiſtentia licet liquidiore referat, vocitatur: idem verò ſæpius & aptiùs ὑάλοειδὴς ἢ ὑάλινος, aqueus ob conſiſtentiam vtcumque aquæ ſimilem pellucentis & craſſeſcentis, denominatur. Quo concreto & velut conglaciato, natiuus oculi deperit color, in totum albicans aut obtenebreſcens, & viſionem vel totam abolens, vel plurima parte diminuens. ex quo viſa fiunt mendacia; ex quo & ὑπόχυσις, ſuffuſio vel cataracta vulgo dicta generatur. cui deprimendæ ac deponendæ, ſolerti manu acus valida per tunicam adnatam ponè ad interiorem oculi canthum adacta intrò, quantum eſt granum hordei in longum, vel paulò ampliùs, certiſſimo (vt ipſi vidimus) promptiſſimóque remedio eſt. de quo pariter ἐν ἄλλοις ἰατρικοῖς. Hunc verò humorem aqueum ſemicircularem ideo natura cryſtallino obduxit atque obtendit in eius ſinum protuberanti, & anteriore ſui tota parte media immerſo atque innatanti (ſic enim totus humor cryſtallinus ab anteriore & præpoſito humore aqueo, & à poſteriore interioréque vitreo cingitur & inuoluitur, æqualem vtrimque ac mediam proportione eius ſphærulam ceu centrum vtriſque illis hinc inde ambientibus) tum vt hunc aſſiduè irriget, ne aëris externi calore & ſiccitate nimia inareſcat: tum vt illi ipſi tanquam propugnaculum ſit aduerſus externam iniuriam: tum vt imago rei viſæ ſenſim ad cryſtallinum perueniat, ne ſubito validiore occurſu feriat [ne tu pro ſolo excremento oculi vel cryſtallini humoris deputes.] Natura enim repentinas non fert mutationes. & verò à ſplendida, corùſca & vehementi luce coloréque ruilante oculi noſtri grauiter offenduntur. Id Annibalis ad niuoſas Alpes fatum docuit, altero oculo orbati: id Xenophontis milites à nimio nimium ſplendore candicante occæcati comprobarunt: id M. Atilius Regulus apud Carthaginenſes reſectis palpebris vigilando enectus, & ad ſolis iubar interdiu expoſitus perſenſit: id dira immanitas Dionyſij tyranni Syracuſani peruidit, qui carcere terrimo obſcuriſſimóque diu multúmque concluſos, è profunda caligine in ſplendidam & apertam lucem domus ſupra carcerem conſtructæ & calce candidiſſima óblitæ educebat grauiori ſupplicio afficiendos. Minor enim lux à maiore facilè vincitur ac diſſipatur. Lucretius tamen bonus poëta lib. 4. alio quodam modo iſthoc philoſophatur,

Splendida porrò oculi fugitant vitántque tueri.
Sol etiam cæcat contrà ſi tendere pergas:
Propterea quia vis magna eſt ipſius, & altè
Aëra per purum grauiter ſimulacra feruntur,
Et ferunt oculos turbantia compoſituras.
Præterea ſplendor quicunque eſt acer, adurit
Sæpe oculos: ideo quòd ſemina poſſidet ignis
Multa, dolorem oculis quæ gignunt inſinuando.

Factus autem eſt albugineus ille humor liquidus, quò rei ſubeuntis imago dignoſceretur admiſſa: ſuóque ſitu vueæ tunicæ foramen (quæ pupilla dicitur) mediúmque inter hanc & anteriorem cryſtallini ſedem vacuum ſpatium (ſicuti dixi) opplet & occupat, dimidio quaſi globo ſimilis. Quem per oculi vulnera totum effuſum, deintegro renaſci citra viſionis noxam vel offenſam, mirum quidem, ſed verum, nec tamen perpetuum eſt. ſed antequàm de tunicis ſubiungo, viſus rationem iſtam ſubijcio.

Hippocrates lib. de carnibus inſit; A cerebri membrana, vena in vtrumque oculum per os deſcendit. per has duas venulas, quod eſt glutinoſiſſimi tenuiſſimum, de cerebro percolatur: & propterea ipſam circa oculum tunicam talem facit, quale eſt ipſum oculi pellucidum, quod ad aërem vergit, ad quod venti ac flatus irruunt: eadem planè ratione, quemadmodum de aliis membranis ac tunicis dixi. Sunt autem multæ hæ tunicæ [tres antè ex illo numeraui, mox autem exactiùs recenſebo] præ oculis pellucidæ, quales ipſi exiſtunt. Huic enim pellucido, lumen & omnia ſplendida relucent. per hoc igitur relucens videt. quod verò non ſplendidum eſt, neque relucet, per hoc non videt. Verùm reliquum quod circum oculos eſt album, caro eſt. Quæ verò pupilla oculi appellatur, nigra apparet, ob id quòd in profundo eſt: & tunicæ circùm ipſam nigræ ſunt. Tunicam autem appellamus, id quod velut pellicula ineſt. eſt autem non nigra, ſiquis inſpiciat, ſed alba ac pellucida. Humidum verò oculi glutinoſum exiſtit. ſæpe enim vidimus in oculo rupto exire humorem glutinoſum: & ſiquidem adhuc calidus fuerit, liquidus eſt: poſtquàm verò perfrigeratus eſt, ſiccus euadit, velut thus tranſparens. atque hoc & in hominibus & in brutis ſimiliter habet. ita ille ſenex, ſed quàm verè, ex dictis & dicendis patet.

Sunt igitur tres illi, quos antè expoſui, neque plures ex doctorum confeſſione, innatantes oculis humores; figura quidem ſimul omnes coniuncti, ſphæriulam aut globum effingentes: cuius centrum, cryſtallinus humor cenſetur: anteriorem ſemicirculum, aqueus; poſteriorem ſiue interiorem, vitreus humor efficit. De numero tamen membranarum ſeu tunicarum [ὀνόματος ab eſſentia illas Græci; has autem ab vſu vocant χρήσεως] non eſt ſine controuerſia ratiocinatio. nos magis probabilia ſequemur, ac dicemus; In vtroque oculo ſingillatim ac per ſe ſeptem tunicas (ſic dictas à tegendo accipio, de quibus in genere poſthàc) notari poſſe attentè diligentérque ſpeculantibus: Rufus quatuor tantùm cum nonnullis deſignauit: alij plures, vix vlli pauciores, præter citatum Hipp. quidem etiam lib. de locis in homine, Membranæ [inquit] tres ſunt, quæ oculos cuſtodiunt: ſuperna quidem craſſior, media tenuior, tertia tenuis; quæ humorem conſeruat. Nã in oculos venulæ tenues ad viſum ex cerebro per ambiętem membranam ferũtur. hæ autem venulæ viſum alũt humore de cerebro, puriſſimo; qui etiã in oculis apparet. eædem venæ etiã viſum

Pupilla quid.

Humor aqueus poteſt renaſci totus ſemel effuſus.

Oculorum humor, tunicæ, vena, caro, viſus, pupilla.

Viſio quò fiat.

Caro in oculo falso.

Pupilla cur nigricat.

Humorum oculi figura communis, & collocatio.

Τρισὶν ἢ ἑπτὰ χιτῶσι, tunica & membrana, quid & vnde dicantur.

De numero tunicarum oculi.

Oculorum humor & venulæ ad alimentum.

Cataracta vel ſuffuſio qui fiat, vbi, & quomodo curetur.

Cryſtallinũ ambiunt aqueus & vitreus, qualiter & quorſum.

Oculi non ferunt violentam lucem.

Hiſtoria de Annibale, Xenophonte, Regulo excæcatis.

Dionyſij vafra malitia.

Maior lumen effuſcat minus.

Epicureorum rationes, cur ſol oculis noceat.

Humor aqueus cur liquidus, vbi & qualis.

extinguunt, vbi fuerint reſiccatæ. ita illic.

Volo tamen te meminiſſe, præter humores & tunicas, ſpiritu quodam tenui, aëreo, ſplendido, optico, omnem pupillæ locum, & quicquid intus vacui videtur ineſſe, exactiſſimè compleri, maximo ad actionem oculorum & viſionem momento. qui, viuo quidem animali, oculum diſtendit & illuſtrat: eodem mortuo, vel in aquulam denſeſcit, vel euanidus flaccentem relinquit. quin & altero oculo clauſo, alterius aperti pupillam latiorem turgeſcere, tranſmigrante illo in alterum oculum actioni viſus intentum. Hic ſpiritus opticus per neruos opticos craſſos & poris peruios, à cerebro viſoriam facultatem defert, ſpecies & formas obiectas eo cernentem ac diſcernentem modo, quo paulò pòſt à nobis dicetur.

Spiritus opticus qui & quorſum, & quò faceſſat.

Viſionis via vnde, & quomodo fiat per poros opticos.

Ergo ex propoſitis tunicis tres inſignes à totidem cerebri meningibus ſiue membranis (ita voco, quòd à membris originem ducant, iiſdémque inuoluendis ſubſeruiant) produci deprehenduntur. Et quidem ab exteriore pericranio, χοριὰ ἔξωτικὴ, tunica cohærens ſiue adnata, alba à colore, aut vt vulgo dicitur, coniunctiua ab officio denominata, corneæ connata, oculum foris, ſed hemiſphærio tantùm, nèc ſupra pupillam inuecta, ne viſui officiat, ad iridem vſque integens, & capiti affirmans. eadem colore candido notabilis, λευκὴ, candida; & ab origine ſitúque πρώτη (χοριὰ nempe) prima nuncupatur.

Membranarum oculi originformáque.

1. adnata, alba.

Secunda à craſſa meninge duritiem ex origine retinuit, totum inuoluens oculum, ſola omnibus iniuriis expoſita, fumi & pulueris, frigoris & æſtus, contundentium atque incidentium incurſus excipit; atque innata duritie, quantum poteſt, retundit ac propulſat. quæ antica ſui parte, iam inde ab iride, fit & dicitur κερατοειδὴς, cornea vel corniformis, à ſimilitudine pellucidi coloris, duritiæ ac ſubſtantiæ cornu; quali per laminas conflato ac diducto laternæ cingi ac muniri ſolent. hanc Rufus primæ annumerat, vocátque, κερατοειδῆ, ὅτι ἀφὰ τοῦ διαφανοῦς ἡ ἀφὰ τὸ κέρατινον τὸ σκληρότερον ἔχον ἐνδοθεν, ὡς ἀφὰ κέρατος. ἡ ἀφὰ τὴν κέρατον σκληρότητος ὡς τινὸς ἀναπλάσεως· corneam vocat (inquam) ſiue ob robur & exactam tenſionem: ſeu quòd conceptus intus humor velut per cornu pelluceat: ſiue quòd inſtar cornu in fibras & laminulas fruſtulatim reſoluatur. Reliquis partibus poſterioribus dura, nec tamen lucida, priuatim σκληρὰ, nec ſatis aptè σκληρότης nominatur, vti mox aperiam.

2. cornea, & vnde dicta, vſúſque.

à ſimili.

Tertia à tenui meninge demiſſa, huius pariter naturam retinet, χοριὰς ἢ ἐπίχοριὰς, id eſt ſecundina aut vuea ſiue vuiformis, à ſimilitudine χοείου ἢ ἐπιχοείου πομπῆς δοκεῖ, id eſt ſecundarum ſiue ſecundinarum (ob multa implexa vaſcula) aut acini vuæ corij ac pelliculæ, cui capulus ſit ademptus, vt Herophilus olim referebat. Hæc totum humorem aqueum, neruúmque opticum circumplexa, mox ab iride duram, cui tota toti hactenus adhæſit, deſerens, ac intrò nonnihil exporrecta, ibique relicto pupillæ foramine, reflexa & quadantenus duplata, in maximum cryſtallini humoris circulum firmiter inſeritur, tota hic velut ſtriata atque imbricata; anteriore quidem ſui parte obtuſior, mediòque foramine (quà viſio fit) peruia, quod minorem in oculo apparentem circulum nigricantem efformat, quæ vulgo pupilla dicitur, ſiue pupula, aut acies; Græcis κόρη ἢ γλαύξ, vt patuit, aut iis quæ antè expoſui ſynonymis. forma quidem, vuæ acino (vt poſui) à quo pedunculus eſt auulſus, vacuato allimilis, à quo & denominatur, læuitatem eius externam, & internam aſperitatem imitata. aut vt Rufi verbis vtar, τὸ περιφερὲς σῶμα, λεῖον μὲν ἔξωθεν ἔχοντα, καθ' ὃ συνάπτεται τῷ κερατοειδεῖ· ἔσω δὲ ἀπὸ τοῦ ἀπεφραγμένου· ὅθεν περιφερὲς τῷ κατασκευῇ· ἢ εὐγενεῖς λόγῳ τῆς ὑμενώσεως· ἢ χοροειδὲς λόγῳ τῆς ἐπιχορίου κατασκευασμένης κοιλότητος. id eſt, corpuſculum illud perforatum & in medio dehiſcens, foris quidem læue eſt, quà in corneam incumbit: auerſis autem partibus rude & aſperum. vnde à ſtructura & compoſitione, forata tunica: à ſimilitudine & effigie, vuiformis ſiue acinſormis: & choroides, velut ſecundina, quòd ſecundis ſiue chorio ſimiliter multis vaſculis implexa ſit, denominatur. Hæc autem vna præcipuè (non autem humores, vt Ariſtoteli viſum eſt) tunica vuea colores oculorum varios effingit, vt mox dicam: nigra ferè, quatenus dura tunica ſuccingitur: in anteriore autem compreſſionis ſede ad iridem diuerſos víxque certos colores repræſentat. interna autem ſuperficie, communiter ternos exprimit colores: in poſteriore ſui origine primum ſubalbi[illegible], mox viridem, tandem cæruleum, poſtremò dictum anteriori parte nigrum, quamdiu corneæ ſiue duræ ſubeſt. A qua varietate colorum, Iris dicitur per analogiam cœleſtis arcus, vt mox declarabo.

Pupilla quæ & qualis & à quo. Vuea figura.

Tunica vuea figura & ſynonyma.

Oculorum colores vnde ſint. N. contra Ariſt.

Iris quid, & quot conſtet coloribus.

Quarta ἀμφιβληστροειδὴς, à ſimilitudine retis, retiformis vocatur: ἢ ἀφὰ τοῦ τῆς ἀγγείων κατασκευῆς, ἢ τὸ σχῆμα, ait Rufus: id eſt, aut propter vaſculorum contextum & complicationem, atque ob figuram ipſam. nam ex anguſto in latum ſibi ſemper continua; neque tamen plagarum inſtar, rara atque pertuſa, effunditur & ſinuatur naſſæ in modum. In hanc neruus opticus in oculi cauitatem illapſus, tranſmutatus degenerat, humorémque vitreum multis vaſis intertexens atque implicans, poſteriorem totum ambit: ex eóque, ἀπὸ τῆς μὴ τοῦ ὑγροῦ πήξεως, ab humoris concretione, ὑαλοειδὴς, vitrea à Rufo cognominatur. eſt enim tota ſubſtantia, muco vel cerebri ſubſtantiæ, quàm tunicæ ſimilior: formáque, dimidiato oui putamini haud abſimilis. cum araneoſa Rufo confunditur: de qua dicere incipio.

4. retiformis vnde dicta & qualis, & vnde.

Quinta à tenui meninge exorta, quia araneolarum telas & texta imitatur, ἀραχνοειδὴς, velut araneiformis perhibetur: vitreúmque humorem ambit, & vniuerſæ anteriori ſedi cryſtallini humoris, inſtar tenuiſſimæ ceparum pelliculæ, ac velut ſemiglobulus

5. araneoſa, vnde, ad quid.

Digitized by Google

Idolum visionis. obtenditur. ex quo idolum & simulacrum visionis à Galeno nuncupatur. nisi de crystallino simul humore dici hoc epitheton accipias.

His vtique nec pluribus adeo tunicis aut inuolucris oculos constare plerique arbitrantur, certa quidem origine constantibus. Sed qui plures addunt, vnam velut sextam à tenui illa meninge, quæ ἀμφοειδὴ tunicam effinxerat, præterea deducunt: quam ciliis aut palpebrarum pilis, nigro colore textúque assimilant. ideóque διαφοειδὴ ἢ ὑφοειδῆ ausim equidem nominare. Hæc à processibus ἐκφυάδων enascitur, suo foramine, crystallino globulo connata, plana superficie, non concaua neque conuexa, inter vitreum & albugineum humorem, velut pro septo interponitur; latitudine quidem, vitreo anteriori humori æqualis; sed dempta de medio æquali portione ad crystallinum contiguum perforata. quæquidem omitti, vndecumque originis sit (nam sunt qui ab vuea deducant) nullo modo debuit, tam conspicua, vt vel oscitantem in maiorum animalium oculi anatomia subterfugere non possit. licet quidam pro ligamento habere malint.

6. ciliaris.

N. fingit nomina.

Figura.

7. dura, qualis. Alteram è duabus postremis, quæ septima & vltima futura sit, à dura meninge repetunt: vel potiùs conflatam ex ea tunicam, quam κερατοειδῆ vocabamus, duplici nomine velut geminam distinguunt (totum enim oculi bulbum circumplecti sumus professi) corneam quidem dicentes, quatenus parte antica oculi nigrum spectat, ab vuea dirempta ac planè diuulsa: cornuum (sicuti dixi) & splendorem & duritiem & læuorem imitata. sed internam eius superficiem, qua cornu modo non pellucet lurida & obscura, quæque vueam nullius rei interuentu succingit, eidémque venarum & arteriarum beneficio adnascitur & in orbem annectitur secundùm maiorem oculi circulum, quam iridem iam antè nominaui.

Iris. ea (inquam) sede atque situ interiori, quia & crassa & dura est, σκληρότης, velut dicas duritiem: aut vt ego malim, ac potius censeo, σκληροειδὴ ἢ σκληροειδίδα, duram siue induratam speciali nomine insignire libet ac licet: curioso potiùs quàm vero aut necessario (mea quidem sententia) appellationis discrimine: cùm sibi continua, ab eodem ortu vna & simplex sit. Hæc à Rufo, licet non satis distinctè, videtur

Synonymorum ratio. intelligi, cùm dicitur διαφοειδὴς ἢ φακοειδὴς, ἀπὸ τῆ χάλασης. ὑαλοειδὴς ἢ, ἀπὸ τῆς τῆ ὑγροῦ πήξεως. id est, disco aut lenti conformis, à figura: sed ab humidi concremento, crystallina. subiungit autem, τῶν δὲ εἰς ἀξιόπιστοι ἔσης χεῖρα ἐφαίζειν δύνασθαι τὸ ἕνα ὑποκεῖσθαι πέντε ὄντας. Hanc verò

8. vitrea. quidam ne tunicam quidem appellandam censent: membranosam enim congelationem quandam esse tradunt. Nisi vitrei humoris perexiguam & paucis obseruatam tunicam iam mihi ex eodem Rufo citatam intellexit, totum illum ambire solitam. quam ideo ἀμφοειδὴ denominari volunt, & specialem quãdam tunicam faciunt. nisi potiùs eiusdem humoris superius est concrementum. Vnde efficitur, vt senario numero omnis oculorum

Quòd sex tantùm sint tunica siue membrana perfectè & absolutè (nisi Galenus septem numerasset ac descripsisset) comprehendi possit, aut etiam debeat. Licet nouam quandam Columbus à neruis musculorum oculi tenuitatibus deduci profiteatur subiectam adnatæ nominatæ, velut nonam ordine futuram. *oculorum tunicæ.* *9. nerueæ.*

Qua verò se parte omnes istæ tunicæ contingunt, vbi album oculi nigro coniungitur; à multiplici colore, quem ipsæ tunicæ effingunt, Iris à similitudine arcus cœlestis; aut vt aliis, ob circularem figuram, στέφανος ἢ στεφάνη, corona [vt pridem dixi] nominatur; septem circulos sibi inuicem insidentes, crassitie tamen & colore discrepantes, exactè atque euidenter complexa. Vnde colligere est, colorem in oculo, quem diximus glaucum, cæsium, nigrum, fuscum, puniceum, cæruleum, rubrum, cyaneum, caprinum Aristoteli celebratum, viridem, aut à re externa quapiam denominatum; non ab humorum copia vel inopia, crassitie aut tenuitate, hoc aut illo colore præditorum; aut à pupillæ contractione vel dilatatione, aut ab oculi exerti vel profundi situ: sed ab ipsis [vt iam insinuaui] tunicis, præcipuéque vuea siue perforata variari. Quę quidem in oculis colorem, sicuti & cutis ipsius [magna enim est huius cum illo affinitas] pro varia regionum natura, & forcassis animalium discrimine, ferè simul immutari qui dixerit, à verò minimùm aberrabit. Fidem autem sibi faciet, qui oculum capiti insertum, eundémque mox érutum, omnibus intumescentem humoribus irriguum, vel iisdem effusis arentem & squalidum flaccentemque expenderit atque examinarit. Solus autem animalium homo potissimùm numerosa oculorum varietate notatur, cùm cæteris in suo singulis genere color idem sit, ait Aristoteles cap. 10. lib. 1. histor. animal. quod idem repetit cap. 1. lib. 5. genera. animal. vbi de coloribus oculorum multa discutit: nos pauca huc referemus. Oculi puerorum (ait) ob imbecillitatem, statim à partu cæsiusculi sunt. Cæteris animalibus oculi vnicolores potiùs sunt: at hominum oculos varios versicoloréscque esse euenit: nam alij cæsij, alij flauidi, alij nigri, alij caprini. equus maximè omnium cæterorum animalium versicolor est. Homines nonnulli altero oculo diuerso gignuntur. vbi mox de oculorum discrimine contra Empedoclem, qui cæsios plus ignis habere, nigros plus aquæ dicebat. atque ob eam rem, cæsios interdiu acutè cernere non posse, ob aquæ inopiam: nigros noctu deficere, ob ignis inopiam. sed malè, vt credit Aristoteles, quia visus non igni, sed aquæ tribuendus sit: de quo nos alibi. cæsios autem, ob humoris defectum, moueri magis à luce: nigros contrà, ob humoris copiam, minùs moueri censet. visum autem eum esse optimum, qui inter multum & parum humoris moderatus constet. Sed & natura cutis, quæ pupillæ obtenditur, ad visus acumen facit: quæ pellucet, quia tenuis, alba, læuis: ac tenuis quidem, vt motus qui extraneus venit, recto

Iridis quæ & vnde, eadẽ & corona, quot circulos habeat. *Oculorum color vnde.* *Cutis oculo ferè concolor, & vnde varietas.* *Ab experientia.* *Hominis propria colorum oculi varietas, & eius causa: deinc æqua.* *Oculi puerorum cæsij.* *Oculi cæsij & nigri, vnde, & qui cernãt.* *Visus optimus, qui.* *Tunica oculi cur tenuis, alba, lenis.*

Digitized by Google

tramite feratur. læuis, ne rugis obumbret, vt in ſenibus. alba, vt tranſluceat, quia nigrum non pellucet. & quæ ibidem plura.

Cicero & Rom. anatomes ignaui.

Enimuerò mirificam iſtam planéque artificioſam oculorum fabricam cùm Cicero oculis animi potiùs quàm corporis videret; & foris potiùs apparentia tueretur, quàm quæ intus latent (neque enim fit veriſimile, in tanto Romanorum faſtu anatomiam corporis vel oculorum aggreſſum fuiſſe illum) perſcrutaretur atque indagaret; Quis verò opifex (inquit) præter naturam, qua nihil poteſt eſſe callidius, tantam ſolertiam perſequi potuiſſet in ſenſibus? quæ primùm oculos membranis tenuiſſimis veſtiuit & ſepſit: quas primùm pellucidas fecit, vt per eas cerni poſſet: firmas autem, vt continerentur. Sed lubricos oculos fecit & mobiles, vt & declinarent, ſiquid noceret; & aſpectum quò vellent, facilè conuerterent. Aciéſque ipſa, qua cernimus, quæ pupilla vocatur, ita parua eſt, vt ea quæ nocere poſſint, facilè vitet. Palpebræque (quæ ſunt tegumenta oculorum) molliſſimæ tactu, ne læderent aciem, aptiſſimè factæ & ad claudendas pupillas, ne quid incideret, & aperiendas. idque prouidit, vt identidem fieri poſſet cum maxima celeritate. Munitæque ſunt palpebræ tanquam vallo pilorum: quibus, & apertis oculis, ſiquid incideret, repelleretur; & ſomno conniuentibus, cùm oculis ad cernendum non egeremus, vt qui tanquam inuoluti quieſcerent. Latent præterea vtiliter, & excelſis vndique partibus ſepiuntur. primùm enim ſuperiora ſupercilijs obducta, ſudorem à capite & fronte defluentem repellunt. Genæ deinde ab inferiore parte tutantur ſubiectæ leuitérque eminentes. hæc Cicero: quibus ad verborum elegantiam nihil addi; ad rerum explicationem pauca deſiderari videantur. Vt mihi doctus Lactantius æmulatione potiùs aliqua laudis alienæ ductus, quàm rei veritate perſuaſus dixiſſe videatur; M. Tullium virum ingenij ſingularis, in eo argumento nihil prorſus effeciſſe; cùm nec voluntatem ſibi defuiſſe, nec curam profiteretur. In quo ipſa mihi magis rei difficultas culpanda, quàm Ciceronis ingenua voluntas reprehendenda cenſetur. Atque vt hæc ita ſint, audi tamen quibus & quàm preſſis eum veſtigiis ſit ſecutus Firmianus, verbis penè iiſdem, rebus nihilùm diſcrepantibus, cùm inſit in ſuo opificio diuino.

Natura ſolertia in oculorum fabrica, qualis.

Membrana.

Motus.

Pupilla.

Palpebræ.

Cilia & ſupercilia.

Situs & munimen.

Genæ.

N. pro Cic. aduerſus Lactant.

Oculorum præcipuè inexplicabilis eſt ac mira ſubtilitas: quia eorum orbes gemmarum ſimilitudinem præferentes, ab ea parte qua videndum fuit, Deus membranis prælucentibus (vel pellucentibus) texit, vt imagines rerum contrà poſitarum, tanquam in ſpeculo refulgentes, ad ſenſum intimum penetrarent. Qui quò munitiores eſſent ab iniuria, eos ciliorum tegminibus occuluit: vnde oculos dictos eſſe Varroni placet. Nam & ipſæ palpebræ [quibus mobilitas ineſt, & palpitatio vocabulum tribuit] pilis in ordine ſtantibus vallatæ, ſeptum oculis decentiſſimum præbent. quarum motus aſſiduus; incomprehenſibili celeritate concurrens, & videndi tenorem non impedit, & reficit obtutum. Acies enim, id eſt membrana illa perlucens, quam ſiccari & obareſcere non oportet, niſi humore aſſiduo terſa putè niteat, obſoleſcit. Quid ipſa ſuperciliorum faſtigia pilis breuibus adornata? nónne quaſi aggeribus & munimentum oculis, nequid ſupernè incidat, & ſpeciem ſimul præſtant? Ex quorum confinio naſus exoriens, & veluti æquali porrectus iugo, vtráque aciem ſimul & diſcernit & munit. Inferiùs quoque genarum non indecens tumor, in ſimilitudinem collium leuiter exurgens, ab omni parte oculos efficit tutiores. prouiſúmque eſt ab artifice ſummo, vt ſiquis fortè vehementer ictus exiterit, eminentibus repellatur. ita ille.

Acies.

Supercilia.

Naſus.

Gena.

Cic. & Lactantij comparatio, & ſcopus.

N. excuſat imitationē.

Vides quomodo vir diſertus hominis omnium eloquentiſſimi vim verborum expreſſerit, & mutata paulùm dicendi forma, ſuum fecerit quod erat alienum. Quò mihi magis ignoſcendum, minúſque ſuccenſendum erit; ſiquando ab hoc aut ab illo præclarum quiddā mutuabor, quod huic tractationi eſſe poſſit ornamento? cùm vtroque inferior dicendi facultate, per quos profecerim, gratus profitear: ſi non paſſim, at pluribus ſanè locis [aliquoties nomina præfatus] tum & iſtorum, tum & aliorum authorum honorifica mentione facta, & nomine locóque vt frequentiſſimè citato. Rectè igitur vterque, ſed nondum rem omnem, vt eſt, planè aſſecutus, quantum in oculis videre oculus potuit, tandem eleganti oratione expreſſit. intima autem illa, in quibus omnis latet admiratio, & diuina quædam ſtructura eluceſcit, velut inexplicabilia ne attigit quidem alteruter. Nec mirum, cùm vterque aliud inſtitutum ſequeretur; Cicero quidem, vt primus inter Rom. eloquentiæ parens haberetur: Cælius autem Lactantius, lactea & ipſe cum Tito Liuio diffluens eloquentia, vt inter Chriſtianos, bonus rhetor, diſputator ſubtilis, orator in veteres philoſophos ſanè acer ac vehemens exiſteret. vterque equidem (quantum mihi iudicare licet) voto potitus. Si, quam veterum religionem deſtruxit, hanc vtique ſynceriorem veriorémque Lactantius potuiſſet adſtruere, vt de illo loquens Hieronymus candidus iudex deſiderat. Verùm vt rectè Horatius,

Oſtenditur mira oratorum de rebus phyſicis oratio.

Lactantij etymon & encomium.

——— *quod medicorum eſt,*
Promittunt medici: tractant fabrilia fabri.

Oculorum orbes.

Quomodo fiat viſio.

à ſimil. Oculi vnde dicti, item palpebra, & ad quid.

hæc ſunt videlicet alterius diſciplinæ, hæc ſunt phyſicorum & medicæ artis propria. Neque enim bonus medicus eſſe, niſi idem & phyſicus vnquá poterit, ſicuti rectè Ariſtoteli viſum eſt. Itaque palmam vtrique in eo quidem argumento pertractando, ſuo ſibi iure Galenus præripuit, de vſu partium corporis humani libris totis XVII. & copioſiſſimè & perfectiſſimè omnium qui ad memoriam noſtram pernenerunt, commentatus. è cuius vberrimis fontibus atque exundante alueo nos in hanc tractationem & vberem commentationem, de rebus tamen grauiſſimis & peraruis inſtitutā, irriguos vbi opus erit, riuulos deriuabimus,

Medicus nonniſi phyſicus.

Galeni laus.

atque ab illis ſiquid videbitur cõmodè dictum, obiter quædam mutuabimur cum fœnore: ſicuti & illi ipſi ab aliis olim ſunt mutuati; Cicero potiſſimùm à Stoïcis, quod ad hanc partem attinet; Lactantius à Cicerone, Celſo, Eraſiſtrato, Praxagora, Chryſippo, Aſclepiade, Herophilo, Heraclide, Themiſone & Galeno ipſo omnium doctiſſimo, hac quidem in parte. ne veteres illos nominem, Hippocratem, Dioclem, Euryphontem, & medicos eoſdémque philoſophos, Pythagoram, Empedoclem, Democritum, reliquóſque illos tum Græcos, tum Rom. quorum ne litera quidem ex tot ſcriptis vberrimis extat: nomina ex Plinio, Galeno, Celſo & aliis vix nota ſunt poſteritati.

Cicero & Lactantius quos ſequãtur authores.

Omni igitur ex parte (vt cum Galeno concludam) viſus inſtrumentum eſt à natura excultum: ſiue ſpectes ipſius in mollitie ſymmetriam: ſiue poſitionis ac ſitus opportunitatem: ſiue coloris fulgorem, ſeu vim operimentorum. Nam operimentum id, quod huic naturale eſt, & læue eſt, & lucidum, & ſplendens inſtar ſpeculi. & quidem læue (inquam) ne qua aſperitas oculum interiorem afficiat: lucidum, vt lucem illabentem per totam ſuam ſubſtantiam transfundat: ſplendens, tum ob eandem cauſſam, tum vt de ſe fulgorem eiaculetur. Quod verò huic eſt proximum, venoſum, molle, nigrum ac pertuſum eſt. venoſum quidem, quo corneam abundè nutriat: molle autem, ne contactu ſuo humorem cryſtallinum afflictet: nigrum, vt ſplendorem colligat atque ad pupillam tranſmittat: pertuſum, vt quem tranſmittit ſplendorem foràs emittat. Extremum autem omnium operimẽtum, ac velut propugnaculum, tenue, album & durum eſt, quaſi cornu. tenue quidem & album, vt ſplendores promptè tranſmittat: durum, vt tutò conſeruet. Hæc autem omnia opifex noſtri muniit ciliis, ſuperciliis, palpebris, circunfuſis oſſibus, atque etiam cute. Cilia quidem, quaſi vallum quoddam corporibus exiguis, vt arenæ, puluiſculo, minutis animalculis, aut muſcis obuolitantibus, ſuis pilis (quomodo ariſtæ minorum auium impetus arcent) propulſandis, ne facilè apertis oculis inciderent, primo loco conſtituit. Supercilia verò, quæ id omne quod à fronte, atque adeo à capite defluit, priùs quàm oculis incidat, excipiant. Palpebras autem ipſas, vt ſimul coirent & complicarentur, oculúmque claderent, ſiquid fortè corporum maiorum in eum incurrat. Ideóque omnes natura duce, cùm lucis ſplendore offendimur, palpebras repentè claudimus, ad naturale præſidium properantes. Porrò aduerſus maiorum rurſus molium incurſus, ſupernè quidem (vt dixi) ſupercilia conſtituit, infernè autem, malas, quas & genas ex Plinio & Cicerone appellaui. ad maiorem autem angulum ſiue canthum, naſum ipſum: ad minorem verò, iugalis oſſis productionem. A quibus omnibus, maiorum corporum occurſus priùs excipientibus, oculus ipſe, dux & author viſionis, in medio locatus nihil lædi-

Viſus organorum conſummatio & compoſitio.

Membrana tales.

Vuea cur talis.

Adnata cur talis.

Oculi munimenta.

Cilia.

Supercilia.

Palpebræ.

Mala ſeu genæ.

Naſus.

Zygoma.

Oculi ſitus.

tur. cutis motu ad patiendi difficultatem non mediocriter ipſi illi conferente. Vndique enim hęc contracta oculum intrò comprimit, ipſum in anguſtiſſimum ſpatium compellens, ipſa verò in multas demùm velut ſtrias rugáſve (plicas iſti vocant) & coacta & caperata, vnà cum palpebris, ſiquid oſſium conuexitatem prætergreſſum, intrò in oculos feratur, prima vim omnem excipit, prima patitur, periculum prima ſubit, prima labefactatur. Secundæ verò poſt ipſam palpebræ (ſicuti dixi) velut ſcuta ante corneam obiecta, ictus excipiunt, apta in id ſubſtantia fabricatæ, ad motus agilitatem, patiendi difficultate accedẽte. lege porrò Ariſt. vltimis capitibus lib. 2. part. animal. ne ſermonis exitum quærens, diutiùs remoter aut hoc aut illo ſeuocatus. *Cæcit.* *Palpebra.*

Poſtremò igitur, quia fixi & immoti oculi, nonniſi quod eſſet pupillę è directo obiectum, videre poterant; non autem quæ ex obliquis, aut lateralibus, aut poſterioribus, aut ſuperioribus, aut inferioribus partibus: ideo ſagax & prouida natura, quod eſt optimum, delegit; morúmque tereti illi bulbo lubricóque globo facilem commenta eſt, quò in omnem propemodùm partem formámque (quod vni chamæleonti natura proprium eſſe voluit) ſe vertere ac circumagere contuerique poſſet. multum in id conferente colli motu in omnem partem verſatili. Sicut nihil fuerit neceſſe homini, eſſe Iano bifrónti,

Motus & figura. *Chamæleontis natura.* *Collum.*

——*à tergo quem nulla cieuntia pinſit.*

Ianus bifrons.

vt ait Perſius. aut Argo illi Iûs bouis Iunoniæ cuſtodi (vt ſic diem) ἑκατοφθάλμῳ ἢ ἑκατονταφθάλμῳ, non magis quàm ἑκατογχείρῳ ἢ ἑκατόμπαλλ. Nam vt eſt in axiomate philoſophorum, Fruſtrà fit per plura, quod poteſt per pauciora fieri. cùm leui declinatione, in omnem ſe partem gemini ocelli conuertant, nihílque poſſit fallere attentos. Cuius voluntarij motus non alia vtique quàm in reliquo corpore inſtrumenta eſſe potuerunt: nempe muſculi ſeptem (quibus hoc proprium eſt, verſus ſuum cuique principium tendi) atque in eos demiſſi à cerebro nerui, qua olim à nobis ratione dictum eſt. ac de muſculis forſan alibi, quia anatomen non totam percurrimus; verùm quod eſt in rebus ad hominem pertinentibus perfectiſſimum, id obiter attingimus, quatenus inſtitutæ analogiæ ratio ferre poteſt.

Argus centoculus. *N. fingit nomina.* *Fruſtrà fit per plura.* *Muſculi & nerui ad quid.* *N. Scopus.*

Ac de oculis cùm multa & præclara dixerimus, illud omittendum non erit; carunculas quaſdam vtrique ad maiorem canthum, naſum verſus obductas foramini; ne inuitis nobis (vt moribundis ſæpe contingit, alioqui enim αἰδῶ ἄωτον, ait Hipp.) lacrymæ effluant: aut ea parte cerebrum & oculi ipſi ab excrementis ſe ſuis exonerent. cuius ideo carunculæ ferro ab imprudenti chirurgo ophthalmico reſciſſæ; aut ab indocto medico, vi cauſtici pharmaci conſumptæ; aut vi morbi (vt fortè venerei) vt ex rhyade ſeu fiſtula (vt loquuntur) lacrymali exeſæ, vſum neceſſarium miſeri homunciones ſuo graui & irreparabili damno ſæpe

Caruncula in canthis. *Lacryma qua lethales.* *Cautio circa caruncu-las oculorum.* *Partes in oculo admiſtra.*

fruſtrà deplorarunt. Quid autem attinet de glandulis, humore ad lacrymas ſemper madẽtibus, aut de adipe ad motum lubricandũ, dicere? quid de venis, arteriis, & aliis quæ ſunt oculis communia cum multis? maiora ſunt quæ quærimus, & altioris ſpeculationis digna. quale eſt problema philoſophis multis quæſitum hoc, nequedum ſatis explicatum.

Tranſitio.

PROBLEMA.

Quî ſit ὄψις, viſio?

Philoſophorũ opiniones de viſionis modo.

EQVIDEM iſta quæſtio multos hactenus & graues philoſophos exercuit: vt poſt multas vtrò citróque adductas rationes, quid certi teneas, non ſatis tibi conſtet. ac ſi lubet controuerſias philoſophorum opiniones mecum ſubducere, quæ occurrũt, Democritus & Epicurus à re viſa ad aſpectum, εἴδωλον ſiue ſpectrum aut imaginem ſeu ſimulacrum quoddã attolli putant, idque in oculos contuentis incidere. quos Lucretius ſequitur & explicat lib. 4. vti mox clarum dabo.

Democriti & Epicuri.

αἰτιολογία.

Nonnulli radios ab oculis ad res egredi, & inde ad oculos reuerti volunt:

Empedoclis.

Empedocles radios εἰδώλοις ſiue imaginibus commiſcet, compoſitúmque iſtud, ἀκτῖνας εἰδώλιας, radios idoli vel ſimulacri nuncupat.

Hipparchi.

Hipparchus radios ait vtroque ab oculo ad res peruenire, atque earum ſuperficiem, tanquam manum quã piam attrectare: & ſic rem foris viſam intus renuntiare.

Platonis.

Plato videre nos cenſet ex duorum cõcurſu & conuentu luminum, idque ξυναύγειαν vocat: atque horum alterutrum ab oculis emiſſum, ad certam prodire diſtantiam: alterum, quod à rebus viſis conſurgit, obuiàm procedere: aërem autem qui medius interuenit, διαφανὲς ὑπὸ ἑκατέρου ὄντος, id eſt affinis luci cùm ſit & planè faciléque mutabilis, facilem quoque vtrique congreſſum præbere: præſertim cùm ignea vis oculorum ad id plurimùm conducat. atque hæc Platonica συναύγεια, velut colluſtratio quædam eſt. de qua mox copioſiùs: vbi & de Ariſtotele.

Dubium.

Sed antequàm opiniones ſingulorum digero & exploro, volo & hoc à Macrobio proponere ex lib. 7. Saturnal. cap. 14. Omnino (inquit) ipſum videre qua nobis ratione conſtet, etiam de hoc ſolent nonnulli nec vera, nec veriſimilia ſentire. Ipſam verò videndi naturam non

Epicuri & Democriti ſententia.

inſubidè introſpexit Epicurus, cuius in hoc non eſt, vt exiſtimo, improbanda ſententia, adſtipulante præcipuè Democrito: qui ſicut in cæteris, ita & in hoc paria ſenſerunt. Ergo cenſet Epicurus ab omnibus corporibus iugi fluore quæpiam ſimulacra manare, nec vnquam tantulam moram interuenire, quin vltro ferantur inani figura cohærentes corporum exuuiæ, quarum receptacula in noſtris oculis ſunt: & ideo ad deputatam ſibi à natura ſedem proprij ſenſus recurrunt. hæc ſunt

Contra eorum opinionem.

quæ vir ille commemorat. In quibus eũ falli reponit, quatuor ſenſuum aliorum exemplo: quia in audiendo & guſtando & odorando atque tangendo nihil è nobis emittimus, ſed extrinſecùs accipimus, quod ſentium ſui moueat. Quippe & vox ad aures vltrò venit, & auræ in nares influũt, & palato ingeritur quod gigna, ſaporem, & corpori noſtro applicantur tactu ſentienda. Hinc putauit & ex oculis nihil foràs proficiſci, ſed imagines rerum in oculos vltrò meare. Cuius opinioni repugnat,

Ab imaginibus in ſpeculo.

quòd in ſpeculis imago aduerſa contemplatorem ſuam reſpicit. cùm debeat (ſiquidem à nobis orta recto meatu proficiſcitur) poſteram ſui partem, cùm diſcedit, oſtendere: vt læua læuam, dextera dexteram reſpiciat. Deinde interrogare hunc virum vellem, an tunc imagines è rebus auolant, cùm eſt qui velit videre: an & cùm nullus aſpicit, emicant vndique ſimulacra. nam ſi quod primum dixi, teneat: quæro, cuius imperio ſimulacra præſtò ſint intuenti, & quoties quis voluerit ora conuertere, toties ſe & illa conuertant? Sin ſecundo inhæreat, vt dicat, perpetuo fluore rerum omnium manare ſimulachra: quæro quandiu cohærentia permanent nullo coagulo iuncta ad permanendum? Aut ſi manere

Quæſtio per dilemma.

Color à corpore inſeparabilis.

dederimus, quemadmodum aliquem retinebunt colorem, cuius natura cùm ſit incorporea, tamen nunquam poteſt eſſe ſine corpore. Deinde quis poteſt in animum inducere, ſimulatque oculos verteris, incurrere imagines cœli, maris, litoris, prati, nauium, pecudum & innumerabilium præterea rerum, quas vno oculorum iactu (vel ictu aut nictu) videmus:

Ab abſurdo.

cùm ſit pupilla, quæ viſu pollet, oppidò parua? Et quónam modo totus exercitus viſitur? an de ſingulis militibus profecta ſimulacra ſe cõgerunt, atque ita collocata tot millia penetrant oculos intuentis? Sed quid laboramus opinionem ſic inanem verbis verberare, cùm ipſa rei vanitas ſe refellat? Conſtat autem viſum nobis hac prouenire ratione: Genuinum lumen è pupilla, quacumque eam verteris, directa linea emicat. id oculorum domeſticum profluuiũ ſi repererit in circunfuſo nobis aëre lucé, per eam directim pergit, quãdiu corpus offendat. & ſi faciem verteris, vt circunſpicias, vtrobique acies videndi directa procedit. ipſe autem iactus, quem diximus de noſtris oculis emicare, incipiens à tenui radice, in ſumma fit latior, ſicut radij à pictore finguntur. ideo per minutiſſimum foramen contemplans oculus videt cœli profunditatem. Ergo tria nobis iſta neceſſaria ſunt ad effectũ videndi, lumen quod de nobis emittimus, & vt aër qui interiacet, lucidus ſit: & corpus quo offenſo, deſinat intenſio. quæ ſi diutiùs pergat, rectam intenſionem laſſata non obtinet, ſed ſciſſa in dextrã læuãmque diffunditur. Hinc eſt quòd vbicumq; terrarũ ſteteris, videris tibi quandam cœli cõcluſionem videre. & hoc eſt, quod horizõtem veteres vocauerunt: quorum indago fideliter deprehendit, directam ab oculis aciem per planũ cõtrà aſpicientibus nõ pergere vltra CLXXX. ſtadia, & inde iam in orbem recuruari. per planum ideo adieci, quia altitudines longiſſimè

Viſus quã fiat, per emiſſionem radiorum.

Coni axis in oculo cernentis. Tria requiruntur ad videndum.

Cœlũ vndique cernitur, & horizon.

Acies oculi quã procul extendatur per planũ.

Digitized by Google

aſpicimus, quippe qui & cœlum videmus. Cũ igitur lumen quod pergit è nobis, per aëris lucem in corpus inciderit, impletur officium videndi. ſed vt poſſit res viſa cognoſci, renuntiat viſam ſpeciem rationi ſenſus oculorum, & illam aduocata memoria recognoſcit. Ergo videre, oculorum eſt, iudicare, rationis, memoriæ, meminiſſe. quia trinum eſt officium, quod viſum complet, ad dignoſcendam figurã, ſenſus, ratio, memoria. ſenſus rem viſam rationi refundit: illa quid viſum ſit, recordatur. Ita vt ſenſus vnus inter res certiſſimas habendus ſit, comitante ratione, contrà quàm Academicis viſum eſt.

Cernere ſi diſcernere quatenus liceat.

Officia oculorum & animi in videndo & diſcernẽdo. Viſum tria complent, quæ & qualiter. Viſus quãdo certus.

Aulus Gellius (quem Agellium à nonnullis dici video) cap. 16. lib. 5. De videndi ratione, déque cernendi natura (inquit) diuerſas eſſe opiniones philoſophorum animaduertimus. Stoici cauſſas eſſe videndi dicunt radiorum ex oculis in ea quæ videri queunt, emiſſionem, aëriſque ſimul intenſionem. Epicurus affluere ſemper ex omnibus corporibus ſimulacra quædam corporum ipſorum, eaque ſeſe in oculos inferre, atque ita fieri ſenſum videndi putat. Plato exiſtimat genus quoddã ignis luciſque de oculis exire: idque coniunctum continuatúmque vel cum luce ſolis, vel cum alterius ignis lumine, ſua vi & externa nixum efficere, vt quæcumque offenderit illuſtraueritque, cernamus. hæc ambo iſti viri ſanè diligentes, ſæpéque idem argumentum ſimiliter verſantes, ac velut communicatis ſchedis ſcripſitantes, quid de viſionis modo compertum legendo haberent, ſatis diſertè pro ſuo modo expoſuerunt: neſcio an & alij eadem de re plura: nos certè quod lõga obſeruatione exploratum habemus, iam dictis à nobis liberè & ingenuè adijciamus, parati ſiquis plura & certiora indagãdo ſibi cõperta protulerit, viciſſim audire. Ac primũ Democriti & Epicuri propoſitam à me & ab illis ſententiã luculẽtis his verſibus vtriuſque diſcipulus ſic expreſſit Lucretius lib. 4.

Opiniones philoſophorum de modo vigendo. Stoicorum per emiſſionem. Epicuri. Platonis.

N. de Gellio & Macrobio.

Democriti & Epicuri.

Lucretij.

Vis imaginum, ad viſum, vnde.

εἴδωλα, veras imagines: ſic Cic. 2. de fin. & Lactantius in ſequentib.

Esſe in imaginibus quapropter cauſſa videtur
Cernendi, neque poſſe ſine ea res vlla videri.
Nunc ea quæ dicto rerum ſimulacra, ferantur
Vndique, & in cunctas iaciantur diuiſa partes.
Et quantum quæque à nobis res abſit, imago
Efficit vt videamus, & internoſcere curat.
Nam cum mittitur, extemplo procurrit agíque
Aëra, qui inter ſe cumque eſt oculóſque locatus:
Iſque ita per noſtras acies perlabitur omnes,
Et quaſi perterget pupillas, atque ita tranſit.

Empedoclis autem ſentẽtia, qua velut emiſſo lumine fieri putat obtutum, his verſibus explicata legitur,

Empedoclis. per ſimilitudinẽ.

Ὡς δ' ὅτ' ὀπωρινὸν τοῖον ἀνιηκότα κύκλον,
Χειμερίῃ δηὶ νυκτὶ, πυρὸς σέλας αἰθομένοιο.
Ἀΐσσει πανύιον αὐτμὴν καμινόθεν ἀμπνοιὰς.
Οὔτε γὰρ αὐτμὴν μὲν πολύμιτα δέρκεται ἀὴτην·
Φῶς δ' ἔκθορον δέρονται, ὅθι πταίσαντα ἴκηται,
Λαμπόμενον κατὰ κύκλον ἀλεερίην αἰκίνητον.
Ὡς δὴ τότ' ἐν μελέεσσι μεγήθεα πάντοθεν πῦρ

Αἰτῆται, χθονίην, λοχάζειν κύκλασιν πόρων.
Αἱ δ' ὕδατος μὲν βίπτος ἀπείργουν ἀμφαδίουσας·
Πῦρ δ' ἔξω ἐφέρουσαν, ἔως πταίσαντα ἵκοιτο.

Id eſt, ſi carmine Latino exprimere, & par pari referre velis,

Vt cum quis meditatus iter noctem per opacam,
Aſſolet ardentem faculam lychnúmve parare,
Addens laternam quæ flatus arceat omnes.
Diſſipat iſta quidem flantis ſpiramina venti:
At lux egrediens quantum ſe fundere poſſit,
Collustratque viam radijs, vincítque tenebras.
Sic tunicis clauſus validis, ſubtilibus, amplis,
Ignis natiuus pupillarem impetit orbem:
Hæ magnam latices vim, qui circumfluit, arcent:
Diſtilat ille foras, quantum ſe fundere poſſit.

Bella ſimilitudo, ad illuſtrandũ videndi modum.

Interdum verò idem ἀποῤῥοίας, defluxibus ac velut exuuijs à re conſpecta emiſſis fieri viſionem aſſerit. ſed modi huius poſterioris verſus nullos aſſertores inuenio. niſi ſi tum Democriti, tum Epicuri ſententiam rurſum ſic complexus eſt ibidem Lucretius, ad Empedocleam alludens lib. 4.

Lurida præterea fiunt quæcumque tuentur
Arquati, quial vrorum de corpore eorum
Semina multa fluunt ſimulacris obuia rerum:
Multaque ſunt oculis in eorum denique mixta,
Quæ tentago ſua palloribus omnia pingunt.

Illeritorũ oculi flauoriem inducunt viſis, qualiter.

De Democrito autẽ ſic Ariſt. lib. de ſenſu & ſenſili, Democritus quatenus viſum, eſſe aquã aſſerit, rectè dicit. ſed quatenus viſionem, eſſe ἴψιν, i. apparitionem ſiue apparentiam, non rectè. id enim euenit, quia oculus læuis eſt: ac ἴψις nequaquã in re viſa, ſed in videte exiſtit. quippe cũ ea affectio, ſit ἀνάκλασις, refractio. Cõſpectum igitur eſſe aqueũ, veritati quidẽ conſonum eſt: non tamen viſio fit vt eſt aqua, ſed vt tranſlucet. quod & aëri cõmune eſt: verùm aqua faciliùs quàm aër comprehendere atq. retinere poteſt. iccirco pupilla & oculus ex aqua conſtãt. Quod quidẽ & experientia latè patet: nam quod ſauciatis oculis effluere aſſoler, videtur eſſe aqua. Quin & fœtibus nuper efformatis oculi ſupra modum ſplẽdent refulgéntque. atque in ſanguine præditis animalibus albida portio oculi opima pinguiſq. ob id eſt, vt ne humor frigore concreſcat. Et ob id oculus minimè omniũ partiũ corporis gelu obrigeſcere ſolet. nemo enim vnquam interna oculorum parte obriguit. Exanguium verò oculos tunica dura ambire ſolet, quæ illos ab iniuria frigoris tuetur ac defendit.

Democriti expoſitio ſententiæ & Epicuri.

Oculus cur aqua, & nõ emphaſis.

Viſio quã fiat.

Ab experientia.

Oculus cur pinguis in ſanguine: & quod nunquam congelet.

Tunica oculi exanguium protenta, ad quid.

Hæc Ariſtotelis eſt de oculorũ fabrica & eorundẽ vſu temperiéq; ſentẽtia. cuius de modo viſionis opinionẽ mox ſubijciã, vbi priùs Euclidis graué ſanè & multis nixã firmiſſimis rationibus, tanquã radicibus opinionem in mediũ adduxero: non Megarenſis illam quidem, opinor: ſed vt Proclus ſcribit, philoſophi Platonici, temporibus Ptolemæi primi, magno in pretio ob mathematicarum artium cognitionem habiti: qui στοιχειώτης cognominatus eſt, ob congeſtam in libros XV. totam τὴν στοιχειώδη μαθηματικὴν, de principijs mathematices doctrinã (neque enim author tam vberis tãmque amplæ

Euclidis opinio, & qui extiterit, & ſtoicheiotes cur dictus.

Euclid. non eſt author propoſitionũ mathematicarũ.

diſciplinæ,quã vix multa ſecula peperẽrũt, haberi debet: ſola collectionis & ordinis qualiſcumque contentus gloria) ſic verò ille initio opticôn, ſi Latinè reddantur, tùm cõpendii, tum facilitatis gratiâ. Cùm ea quæ ad aſpectum attinent, demonſtraret, iucũdas rationes afferebat, quibus concluderet, Omnem lucem ſecundùm rectas ferri lineas. huiuſq. rei maximum argumentũ dabat, tum vmbras è corporibus proiectas, tum radios per feneſtras & rimas delatos. quorum nihil fieri videremus, vt nunc fit, niſi radij à ſole miſſi in rectam lineam tenderent. Dicebat enim radios ab igne hoc noſtro emiſſos, cauſſam eſſe cur obiecta corpora partim illuſtrentur, partim vmbras iaciãt nunc æquales obiectis corporibus, nunc maiores, nũc minores. Sed vt horũ cauſſas prætereã, quas luculentas ſubiunxit, ita idẽ infert ex hypotheſi, à ſimili. Itaque cũ omnem lucem ferri in rectã lineam, euidens cuilibet & exploratũ ſit, inde ſe ad aſpectus, ἀ τῆς ὄψεως explicationẽ conuertens, concedendum cenſuit, vt radij ab oculo manantes, ad rectã lineam ferrentur. ita tamen, vt alij ab alijs interuallo diſtarent aliquo. Ex quo fieri dicebat, vt nullum aſpectabile ſimul totũ ſpectaretur. exẽplum adferens de acu, aut tenui corpuſculo in terrã lapſo: quod diù fruſtrà quæſitum, fortè viſui occurreret, priùs eodem loco oculis luſtrato minimè perceptum aut deprehenſum. itẽ de ijs qui intẽtis oculis libros legũt, qui vno obtutu, omnes paginæ literas videre non poſſunt: quòd oculorũ radij nec cõtinui, nec coniuncti cernere queãt: ſed aliquo interuallo alij ab alijs diſtent. Vnde concludebat, quæ cernuntur, ſimul tota non cerni: ſed ita falſò exiſtimari, ob multã celeritatem radiorum continuè & obiter per rẽ ſubiectam delatorum, nihilque intactum relinquentium.

Omnis lux fertur ad lineas rectas. Ab exẽplo.

Vmbrarũ ratio, & cauſſa.

Quî fiat viſus emiſſione radiorum in directum.

Nullũ viſibile ſimul totum cernitur. Ab exẽplo.

Oculorum radij ſunt diuulſi.

Quòd autem plerique dicunt, imaginem à re viſa ad oculum fluere, qua motus oculus rem viſam comprehendat, ita refellebat. Nam & de corpuſculo quod diſquirebatur, & de eo qui intentis oculis librum inſpiceret, hanc dubitationem afferebat. Si viſio fiat affluxu ſimulacrorum ad oculum, ab omnique corpore ſimulacra continenter fluant, quæ ſenſum noſtrum moueant: Quî fit, vt acum quærens, eã non videat? aut librum quis attentè inſpiciens, cuncta elementa non cernat? Idne eo fit, quòd mentem maioribus rebus intentam habeant? Atqui nihilo ſciùs ratiocinantur, dum rem quærunt, nec planè inueniunt. & tamen ſæpe dum alios alloquuntur, mentémque aliis rebus occupatam & diſtractam habent, citiùs reperiunt. At (inquiunt) non omnia ſimulacra ad viſum confluunt. Vnde igitur fit, inquam, vt quædam non influant, ſed potiùs excludantur?

Quòd viſus non fiat receptione imaginum. Ab exẽplo.

Mens pluribus rebus intenta.

Obiectio.

Senſuum organa alia recipiendo, alia emittendo comparata Ab exemplo.

Enimuerò dicebat Euclides, naturam in animalibus ſentiendi inſtrumenta ita fabricatam eſſe, vt eorum quædam ad recipiendum accommodata eſſent, quædam minimè. Auditum quippe, guſtatum, & odoratum intus caua fecit, vt reciperent corpora venientia extrinſecùs, quæ hos ſenſus mouerent. Vox enim ad auditum applicans, locum idoneum reperire debuit, vt in eo aliquandiu maneret: ne ſi ſtatim poſt applicationem inde reſiliret, ſenſum immotum redderet, vocémque delatam confunderet.

Auditus qui fiat: itẽ odoratus & guſtatus.

Eadem ratione odoratum cauum fecit natura. nam de guſtatu quid attinet dicere? Concaui ergo & cauernæ inſtar à natura facti ſunt hi ſenſus, vt eis adhibita corpora diutiùs immorentur.

Quamobrem ſi in viſione corpora viſum mouentia ad viſum potiùs accedant extrinſecùs, quàm vt oculus aliquid ex ſe emittat: deberet oculus ipſe cauus eſſe, vt ad receptionem ſimulactorum eſſet accommodatior. Id autem ſe aliter habere conſtat: globoſum enim eſſe oculum perſpicuũ eſt. Hæc igitur in præſentia ei ſufficere viſa ſunt, vt confirmaret, radios effuſos & emiſſos eſſe, qui videndi affectum moueant. ex quibus hæc ille lemmata colligit, velut hypotheſes ad ea quæ in Opticis deinceps demonſtrare intendit. reliqua quę ad rem præſentem non faciunt, indidem per otium repetes. atque interim hæc habe.

Viſus quò fiat: & oculi cur rotundi, non autem cami.

Concluſio.

Lemmatà optica.

1 Radios ab oculo emiſſos ad rectam lineam ferri, & aliquo à ſe inuicem interuallo diſtare.

Radiorum emiſſio quæ.

2 Figuram à radijs comprehenſam, eſſe conum, qui verticem habeat in oculo, baſim verò in extremis rerum viſarum.

Conus viſorius qualis.

3 Ea demùm cerni, ad quæ radij perueniunt: non cerni autem, ad quæ illi nõ perueniunt.

Radiorum vis.

4 Quæ ſub maiore angulo cernũtur, maiora: quæ ſub minore, minora: quæ ſub æquali, æqualia videri.

Angulorũ ratio.

5 Quæ à ſublimioribus radijs videntur, ſublimiora: quæ à depreſſioribus, humiliora: quæ à dexterioribus, dexteriora: quæ à ſiniſterioribus, ſiniſteriora apparere.

Locorum diſcrimen.

6 Quæ ſub pluribus angulis ſpectentur, illa accuratiùs videri.

Angulorũ modus.

Hæc ille planè philoſophicè & mathematicè & ſanè quàm grauiter. quæ tamen quia nihil neceſſarium concludunt, demonſtratione egere videantur, ſintque alterius ſpeculationis, & maioris otii: malóque ab ipſo Vitellione, aut à Piſano Epiſcopo Cameracenſi, in doctrina Opticen (quam illi inſcribũt de perſpectiua communi) talia requirere huiuſce rei & ludicræ doctæque ſpeculationis ſtudioſos, quàm obiter tam ſeria pertractando, pluribus nunc à me verbis exponi. Illud tamẽ mirari ſubit, Vitellionem, hominem grauiſſimũ, & mathematicum adeo illuſtrem, ab Euclidis ſummi & antiquiſſimi mathematici opinione deſciuiſſe (ſi modò Græcè ſcriptam vidit, quã & ſeriùs accepimus) viſionem receptione radiorum fieri prorſus & abſolutè opinatum. Quod tamen ad Optices leges non magis videtur neceſſarium, atque adeo minùs, quàm ſi radiorum emiſſione, cum magiſtro ſuo Euclide tueatur. Liceat tamen in eo genere ſentire

Vitellionis optici opinio de modo videndi per receptionẽ.

N. liberam cupit opinationem.

Digitized by Google

cuique quod libet: dummodò nihil inde ſequatur incommodi. Cuperem autem Ptolemæi inſignis vtique mathematici περὶ ὀπτικῶν libros quinque, quos Regiomontanus in lucem editurus dicebatur, fraude an inuidia plagióve quorundam ſuppreſſos euulgari, tum vt illa quæſtio innoteſceret longè pulcherrima, tum vt & alia ab iſto ingenio ſumma ſemper admiratione digna iam olim profecta, pari cum voluptate omnium fructúque legenda proponerentur.

De Ptolemæo.

Veruntamen & illa etiam quæ adducam ipſe ab experientia rerum petita exempla, fidē Euclideæ ratiocinationis non parum augebunt. Primum de mulieribus menſtrualibus, quarum aſpectu, ſpeculorum fulgor hebetatur, acies ferri præſtringitur, eboriſque nitor: æs ac ferrum (vt de cæteris taceam) rubigo protinus corripit, vt Plinius ipſe teſtatur cap. 15. lib. 7. quin & quod præiudiciū eius opinioni faciat, iam ante illū ſic Ariſtoteles ipſe lib. de inſomniis: Inſuper ex eodem facilè conſtat, viſum vt pati, ita etiam agere aliquid ſibiere: Nam cùm mulieres tempore menſium è ſpeculis admodùm nitidis aliquod inſpectant, tunc ſuperficies ſpeculi quadā velut nebula ſanguinis obducitur: atque ſi nouitium ſpeculum ſit, haud facile eſt ejuſmodi maculam abſtergere: ſin peruetus, facile.

N. pro Euclidis opinione. *Ab experientia.* *3. Miſtrua mulieris menſtruatæ.* *Viſus agit & patitur.* *Ariſt. contra ſe.* *Mulier menſtruata cur inquinat ſpeculum, & nouū ſpeculum.*

Cauſſa autem eſt, quòd non ſolùm ab aëre viſus quippiam patitur, ſed etiam in aërem quippiam agit, atque eundem mouet, perinde atque ſplendida: Nam viſus de genere ſplendidorum & habentium colorem eſt. Hoc igitur tempore, quo menſes profluunt, eodem modo oculos, quo quamlibet aliam corporis particulam affici ratione optima euenit. quandoquidem ſuapte natura venulenti ſunt. Quocirca tempore menſtrualis profluuij. quod cōmotione & inflammatione ſanguinis prouenit, diſcrimen in oculis habetur. quod quanuis nobis ineuidens ſit (eſt enim natura feminis & menſium eadem) reuera tamen in eiſdem eſt. Ab ipſis autem menſibus, qui ad oculos penetrarunt, aër mouetur & inficitur. aër infectus aliuin aërem qui ſpeculo proximus eſt, ſibi adhærentem inficit: & talem, qualis ipſe eſt, reddit. à quo poſtremùm ipſi ſpeculo eluuiecula quædam adlinitur. Nam ſpecula haud ſecùs quàm mundiſſimæ veſtes, celerrimè notā aliquam contrahunt. quod enim mundum eſt atque purum, exactè commonſtrat quicquid exceperit, & potiſſimùm minimos motus. æs verò quod læue terſúmque ſit, qualemcumque tactum maximè ſentit.

Viſus ſplēdida & colorata. *Oculi in menſtruis patiuntur, quì.* *Natura ſeminis & menſium eadem.* *Nota confeſſionem Ariſt. contra ſe.* *Speculorū natura, & rerū mundarum.*

Scire autem oportet, tactum aëris, eſſe quandam velut attritionem deterſionémq. & ablationem: atque eundem, quantuluſcumq. ſit, conſpicuum, propter ſpeculi puritatem, reddi. Cur verò maculæ nouis ſpeculis inductæ difficilè eluantur, cauſſa eſt, quòd ea pura ſunt & terſa: nam maculæ ſeſe per talia & in profundum, & in omnes partes diffundūt. ac in profundum quidē, quòd pura ſint: in omnes verò partes, quòd terſa. in vetuſtis autem maculæ non permanēt, quia non tam altè figuntur, ſed eminentiuſculè. Verùm de his nunc plus ſatis: cæteras rationes perſequor.

Aëris natura. *Cur labet nouis ſpeculis tenacior quàm veteris.*

In Aphrica familias quaſdam effaſcinantium Iſigonus & Nymphodorus tradiderunt, quarum laudatione (an cantatione) intereant probata (πρόβατα, id eſt pecora ſeu pecudes, cum Solino idem referente accipio) areſcant arbores, emoriantur infantes. Eſſe eiuſdē generis in Triballis & Illyriis adiicit Iſigonus, qui viſu quoque effaſcinent, interimántque quos diutiùs intueantur iratis præcipuè oculis: quod eorum malū faciliùs ſentire puberes. Notabilius eſſe, quòd pupillas binas in oculis ſingulis habeant. Huius generis & fœminas in Scythia, quæ vocantur Bithyæ, prodidit Apollonides. Philarchus & in Ponto Thibiorum genus, multóſque alios eiuſdem naturæ. quorum notas tradit in oculo altero, geminam pupillam: in altero, equi effigiem. Fœminas quidem omnes vbique viſu nocere, quæ duplices pupillas habeāt, Cicero quoque apud nos author eſt. Quinetiam Virgilius 3. Bucolico. eôdem reſpexit dicens,

2. Effaſcinātium operа mirанda. *Probata, quid.* *Oculi faſcinantium, quales.* *Oculi monſtroſi.* *Fœmina quæ viſu faſcinent.*

Neſcio quis teneros oculus mihi faſcinat agnos.

Faſcinum agnorum.

Adeo naturæ, cùm ferarum morem veſcendi humanis viſceribus in homine genuiſſet, gignere etiam in toto corpore & quorundam oculis quoque venena placuit: Nequid vſquam mali eſſet, quod in homine non eſſet, vt infert Plinius lib. 7. cap. 2. Ficinus cōment. in ſymposium Platonis cap. 4. quomodo amor, ſit faſcinatio quædam, inquirit: atque inter plura, Quorſum hæc? ait. nempe vt intelligatur, ſpiritus in iuuenili ætate ſubtiles & claros, eſſe calidos atque dulces.

Venena hominū innata, & omne genus malorum. *Cur amor faſcinet, quoquo modo.*

Hi enim cùm à cordis calore ex puriori ſanguine generentur, tales in nobis ſunt ſemper, qualis eſt & ſanguinis humor. Quemadmodum verò ſpirituum vapor huiuſmodi creatur ex ſanguine: ita & ipſe ſimiles ſibi radios per oculos, quaſi vitreas feneſtras, emittit. Atque etiam ſicut cor mundi, ſol ſuo circuitu lumen, pérque lumē, virtutes ſuas ad inferiora demittit. ſic corporis noſtri cor, motu ſuo quodam perpetuo proximum ſibi ſanguinem agitans, ex eo ſpiritus in totū corpus, pérque illos, luminum ſcintillas per membra diffundit quidē ſingula: per oculos autem maximè. Ad altiſſimas quippe corporis partes, ſpiritus maximè cùm ſit leuiſſimus, euolat: eiúſque lumen per oculos, cùm ipſi perſpicui ſint atque omnium partium nitidiſſimi, vberiùs emicat. Ineſſe verò oculis & cerebro lumen aliquod licet exiguum, animalia multa quæ noctu vident, teſtimonio eſſe poſſunt, quorum in tenebris coruſcant oculi (de quibus nos antea, productis etiam hominum quorundam oculis micantiū, hiſtorijs.) Quòd autem radius emiſſus ab oculis, vaporem ſecum ſpiritualem trahat, & vaporis ſanguinem: ex eo perſpicimus, quòd lippi & rubentes oculi, ſpectantis proximè oculos radij ſui emiſſione cogunt morbo ſimili laborare, vt mox ſubijciam. Ergo quid mirum, ſi patefactus oculus & intentus in aliquem,

Spirituum generatio & vſus. *Oculi faſcināt, quomodo.* *A ſimili.* *Sol, cor mundi.* *Spiritus per oculos mauge micat, qua de re.* *Oculorum lumen, ab experientia.* *Lippitudo cur contagio afficiat.*

Digitized by

radiorum ſuorum aculeos in adſtantis oculos iaculatur? atque etiam cum aculeis iſtis, qui ſpirituum vehicula ſunt, ſanguineum vaporem illum, quem ſpiritum nuncupamus, intendit? (vel incendit.) Hinc virulentus aculeus transuerberat oculos: cúmque à corde percutientis mittatur, hominis perculſi præcordia, quaſi regionem propriam repetit: cor vulnerat, inque eius duriori dorſo hebeſcit, reditq. in ſanguinem.

Oculi quomodo feriant intuendo.

Peregrinus hic ſanguis à faucii hominis natura quodammodo alienus, ſanguinem eius propriũ inficit, infectus ſanguis ægrotat. hinc duplex ſequitur faſcinatio. Aſpectus fœtidi ſenis, & mulieris menſtrua patientis, puerum faſcinat. aſpectus adoleſcentis faſcinat ſeniorem: quæ grauiſſima faſcinatio eſt: leuis autẽ, quâ ſenior adoleſcentem. ita ille, & multò plura: quæ vereor vt parum pudica ſint: ideo mihi prorſus deinceps omittenda, & ſympoſiarchis iſtis relinquenda apud Platonem turpiter & fœdè colloquentibus.

Oculorum radij cor lancinant, qualiter, & ſanguinem inficiunt. Faſcinum ex oculis ſenũ vi menſtruatarũ, & mentis, atque differentia. φθὸν ἀφροσύνης. Quòd viſus fiat emiſſione radiorum 3. Ophthalmia tranſit aſpectu in alium, quomodo. Oculi fœminarum.

Quod autem cœperam dicere, ex eo facilè deprehenditur, viſionem emiſſione radiorum fieri, quòd oculorũ ophthalmia ſiue lippitudine laborantium affectio, ſpectantium oculis ſeſe transfundens atq. inſinuans, ſuã his labẽ mutuò affricat: iuxta iſtum Ouidii verſiculũ:

Dum ſpectant oculi læſos, læduntur & ipſi.

Emiſſus enim ab ægris oculis radius vaporẽ ſecum ſpiritalem trahit cum vaporis ſanguinei mixtum exhalatione. indéque radio ad obuiũ oculum protenſo, & cum radio, vnà vapore corrupti ſanguinis emanante, oculus ſpectantis contagione inficitur. quæ vis oculi radiorum, etiam ad cor diffundi creditur, atque amore conciliare, vt nuper ex Marſilio dicebã.

4. Senes per conſpicilia cernunt acutiùs, quã de re.

Quid? nónne & ex ſeniorum conſpiciliis colligere eſt, viſionem emiſſione radiorũ fieri? qui ob denſitatem obiecti vitri pauliſper remorati, nouis veluti viribus collectis ac geminatis, demum in rem obiectam feruntur acriores?

5. Teſtudines ſuo obtutu excludũt ouа, qualiter.

Haud ſcio an verum ſit, quod vulgo ferunt, quod nunc tamen verum eſſe patior. teſtudines oua enixa ſolo obtutu longo & aſſiduo fouere, demúmque excludere (licet Ariſt. incubare diu aſſerat.) Quòd ſi ita eſt, vtique vim quandam ab oculis earum iaculari fatendũ eſt, quæ in oua propria, ob affinitatem & ſympathiam agat, donec fouendo velut animet ac viuificet.

6. Myopes cernũt propinqua ſitam. Μυωπες vnde dicti.

Hoc tamen certius eſt, eſſe quoſdam qui eminùs diſſita haud cernunt: ſed cominus ſita acutè cernunt atque actutùm diſcernunt. hos Graij μυώπας vocant: credo ἀπὸ τῦ μύειν τοὺς ὀφθαλμούς, quòd oculis nictent & conniueant velut ſemicluſis limiſque contuentes: μυωπία, id vitium eſt. Et quid aliud indicat, niſi emiſſione radiorum debilium obiecta contueri? cùm alioquin à remotis atque propinquis æquè ferãtur & excitentur ἐνέργεια?

7. Feneſtrata qui cernant, & quamobrẽ.

Sunt porrò quibus feneſtrata videntur, quæcumque cernũtur. nónne ob id quia radiis per vueam prorumpere volentibus, denſi vapores, aut craſſi humores obiecti illos diſſipant atque ſeparant, & dirimũt à ſe inuicem diuidúntq.?

Duo ſunt porrò affectus oculis communes, tum nominibus, tum natura diſcrepantes. alteri φθίσις nomen eſt, ob conſumptionem humorum, pupilla anguſtiore & corrugata denſatáque: alteri autem, μυδρίασις, ob humorum copiam, dilatata pupilla longè ſupra naturam. Hoc autem poſteriore vitio qui tenentur, multò minora cernunt omnia quàm ſint è natura: contrà qui priore vitio laborant, omnia ſibi obiecta longè maiora veris hallucinantur ſe videre. Nónne ob radiorum foràs miſſorum naturam? nónne res ipſæ ſibi vſquequaq. manẽt ſimiles, vt modo maiores, modò minores cerni ex ſe nequeant, neque ab ſe imagines modo maiores, modo minores iaculentur?

8. Qui phthiſi oculorũ laborãt, metuunt: qui mydriaſi, minora vident, cur.

Solis diſco radianti perſimiles in nobis eſſe oculorum orbes dixi, atque inde analogiam vtriuſque deſignaui. Quis porrò eſt, qui Solem ex aduerſo contemplatus, non fateatur vel etiam inuitus, tam acres & lucidos ab eo radios proijci, vt tueri non ſit?

9. Sol ex ſe acres vibrat radios, ſic & oculi. A ſimili.

Et verò meminiſti, opinor, à me cõmemoratum, quarundam ferarum, præſertim immanium hanc eſſe naturam, vt noctu de micantibus oculis aſpectabiles vibrent radios, ſuo fulgore noſtrorum præſtringentes aciem oculorum. quo in genere, lupus eſt, leo, pardalis, & alia ferarum genera: & inter cicures animantes, rapax & vafer ipſe felis: peſſimus & ipſe futurus, niſi inter nos cicur degeret. Et quis porrò dubitet, ſi non tam lucidos & acres, tamen aliquos ſuo temperamento reſpõdentes, ab homine (qua nulla eſt immanior fera) ex oculis radios vibrari? qui ne ipſi quidem latent in quibuſdam: vt fortè Marij dimiſſo ad interficiendum ſpiculatore, vt Romana perhibet hiſtoria.

10. Feræ immanes ex oculis micantes vibrant radios. Ab experientia. Æluri ſe videre. Homine nulla feræ immanior. Marij oculi micantes.

Apud Heſperios Æthiopes (ait Plinius libro octauo cap. vigeſimoprimo) fons eſt Nigris, vt plerique exiſtimauere, Nili caput, iuxta hunc, fera appellatur Catoblepas, modica alioquin, cæteriſq. membris iners, caput tantũ prægraue ægrè ferens. id deiectũ ſemper in terram, aliàs internecio humani generis, omnibus qui oculos eius videre, cõfeſtim expirantibus.

11. Catoblepas viſu necat.

Eadem & baſiliſci ſerpentis eſt vis: Cyrenaïca hunc generat prouincia, XII. non ampliùs digitorum magnitudine, candida in capite macula, vt quodam diademate inſignem. Sibilo omnes fugat ſerpẽtes. necat frutices nõ contactos modò, verùm & afflatos: viſu exanimat, exurit herbas, rumpit ſaxa. talis vis malo eſt, vt & Ælianus cap. 1. lib. 7. & Oppianus & Plinius, & alii qui hiſtoriam animalium ſunt proſecuti, verum an falſum, affirmant.

12. Baſiliſcus ſerpẽs, quã fer.

Atque hæc ſunt, quæ pro confirmãda Euclidis opinione dici poterant, inter alia plura, quę nunc prudens omitto. Ariſtoteles tamen hanc licet veriſimillimam (ne veram dicam in totũ) de modo viſionis ſententiam Euclidis forſan condiſcipuli minùs probauit, contrariámq. potiùs (licet de menſtruis ſpeculum inquinantibus præiudicium faciat recepta eiuſdem adſti-

Google

pulatio) atripuit, cui ne ipſa quidem magiſtri Platonis probari potuit (ſic in multis φιλότιμος à ſuo doctore deſciuit prudens de induſtria) dicta illa συναυσίας ratio. atque vtramque illam opinionem ſic refellit lib. de ſenſu & ſenſili.

Ariſt. ambitio, cuiſdémque de modo vidē. do, ſententia.

Potrò illud omnino metas egreditur rationis: nempe aſpiciendi vim exeunte quopiā videre: & aut ad aſtra vſq. deduci: aut cū aduſque certum quoddam ſpatium proceſſerit, cū lumine externo vniri atque coniungi, ſicuti quidā aiunt. Nam iſto præſtabilius id erat: nimirū coniunctionem in oculi principio fieri, quanquam & id quoq. ſtultum. quid enim eſt lumen lumini coniungi? aut quónam pacto id eſſe poteſt? nō enim quoduis cuiuis ſine diſcrimine coniungitur. Item quî internum lumen externo coniungetur, cùm membrana ipſa inter illa, media ſit? De hoc igitur, videlicet quòd ſine lumine non videatur, alibi diximus.

Quòd non videamus per emiſſionem radiorū, neq. per συναυσίαν Platonicā. Lumen lumini coniungitur, quō.

Viſio nō ſine luce.

Hæc ferè diſcipulus in magiſtrum, hæc condiſcipulus in condiſcipulum, pro ſolita φιλονικίᾳ & φιλοτιμίᾳ contorſit. quorū ille authoritati non magis pepercit, quàm aliorū philoſophorum alterius ſectæ ac diſciplinæ, tum hîc, tū in Phyſicis, tum alibi paſſim idem nomini & famæ pepercerat. Sed quę illi in omnibus ſcriptis conſuetudo eſt, confutatis priùs (vt ipſi quidē videtur) aliorum erroribus, audi quid ipſe de modo viſionis non multò probabiliùs, imò vel minùs veriſimiliter enuntiet.

Ariſtot. libertas & acerbitas in philoſophā. do, & conſuetudo.

Verùm ſiue lumen, ſiue aër id ſit, quod oculum & rem conſpectam interiacet, motio ipſa quæ per eum fit, viſionem efficit, atq. ratione euenit optima, vt interna oculi portio aquea ſit: nam aqua perſpicua eſt. Vt autē extrà non ſine lumine videtur, ſic & intrà. Perſpicuū ergo eſſe oculum oportet, eundémque, aquā eſſe neceſſe eſt, quando aër non eſt. non enim anima ipſa, aut animæ ſenſoriū in oculi extremo: ſed in parte, vt patet, interna exiſtit. Quamobrē neceſſe eſt vt pars oculi interior pellucida & luminis exceptiua ſit. atq. etiā hoc ex hiſce quæ contingere ſolent, apertum eſt: Iam enim quidā accepto in prælio circa tempora vulnere adeo profundo, vt pori oculi & meatus fuerint execti, ſeſe tenebris offundi, quaſi extincta lucerna putarunt. propterea quòd pellucida pars oculi & vocata pupilla abſciſſa, cui laterna quędam fuit. Atque oculi generatio ad hunc ſeſe habet modum: nā oculus à cerebro conſtitutus eſt, quod omnium partium corporis humidiſſimum frigidiſſimúmq. exiſtit. idē cap. 1. lib. 3. de genera. animal. Acumen cernendi bifariam ferè dicitur, ſicut audiendi & olfaciendi. Dicitur enim acutè cernere, aut quod procul cernere poteſt: aut quod differentias rerum quæ cernuntur, quàm maximè ſentiat: quæquidem nullis ſimul eiſdē contingunt. idē enim manu admota, aut per fiſtulā, quanquā nihilo magis colorū differentias indicat, tamen longiùs cernet. & quidē ex foueis puteiſq. interdū ſtellas conſpiciunt. Cauſſa autē cernendi tam acutè, vt differentiæ percipiantur, in ipſo oculo eſt. nam vt in veſte mūdiſſima, vel minima macula perſpicua eſt: ſic in puro ſynceróq. oculo, vel parua motio patet, ſenſūmq. afficit. Atvt procul cernatur, motúſq. à longinquis viſibilibus veniat (videſis tamen, inquio, ne hæc tuam opinionē euertere videantur) cauſſa, ſitus eſt oculorū. Qui enim oculis prominētibus ſunt, procul cernere nequeunt: qui contrà intus in cauo oculos habent poſitos (quod & de fiſtula diximus) longè aſpicere poſſunt: quoniam motus in vaſtū non diſſipatur, ſed recto tramite meat. Nihil enim intereſt, an viſus exitu cerni dicatur, vt quidā aiunt. Nam niſi ante oculos, quicquā ſit, diſſipari viſum, atq. ita minorem rebus occurrere quæ cernuntur, neceſſe eſt: minúſq. procul videre, quā ſi motu à rebus quæ videntur, proficiſcente cernatur. ſimilem enim motui effici viſionem neceſſe eſt. hæc ita ſcripſit Ariſt. loco appellato, parum tamen accōmodatè ad tuendā ſuam de ratione vidēdi, opinionē.

Viſio quid fiat, & oculi natura, ex Ariſt.

Viſio non ſine lumine.

Animus vbi.

Oculo laſo perit viſus, quatenus.

Cerebri natura.

Acumen cernēdi duplex, vt in aliis ſenſibus.

Qui apti procul cernere, aut ſecus.

Viſio quādo certior.

Alex. Aphrodiſæus doctus ac diligens Ariſtotelis interpres, magiſtri ſententiā tueri maluit, labantémq. & nutantē his vtiq. rationibus, ceu vallis ac tibicinibus fulcire contēdit: Quòd ſi emiſſione radiorū fieri viſum ponamus, non ſecùs in tenebris, quā in luce videremus: neque mediante luce egeremus: imò neque integris oculorū tunicis. Quòd eminùs & cominùs itidē videremus, & ſub ijſdē dimenſionibus ac figuris. Quòd tempore ventoſo radij tum pyramidales, tū triangulares frangerētur. Quòd radij nō ſint tantæ magnitudinis, vt tot & tantas támq. remotas rerū differentias ambiāt. Quòd cū omnis actio & paſſio per contactū fiat, radii optici remotiſſima quæq., vt cœlū & aſtra pertingere nequeant. Quòd cū virtus ſentiendi in calore conſiſtat, tot emiſſione radiorū, videndi poteſtas exhauſta frigeſceret. Deniq. quòd ſenſus reliqui omnes ſuſcipiendo, non autē emittendo agant. Hæc enim Peripatetici illius pro magiſtro argumenta ſunt, & in aduerſariorum opinionē obiectiones, non ipſius quidē verbis relatæ, ſed cōtracta verborū tali quadā ſumma: quæ ſi cupis, ab eo copioſiora cum ſuis demōſtrationibus repetes. Cui ego vicißim iſta repono: namque ſingulas obiectiones diluere nō admodùm laboro: quod tamen ei facile ſit, qui noſtras hypotheſes & rationes vniuerſas in cōtrarium habet exploratas.

Alexandri pro Ariſt. argumēta, quòd viſio non fiat emiſſione radiorum.

Quòd viſio non fiat emiſſione radiorum, ab abſurdo.

Sed fac (inquam) rerum viſarū imagines ad oculos deferri: fac viſionem non emiſſione radiorū, ſed receptione imaginū ad oculos allabētiū fieri. Omninò fortè colores & qualitates aſpectabiliū viſu percipiētur: ſed eorundē quāritas locúſq. certus viſu diſcerni aut ratione æſtimari nūquā poterit. Quid enim? efferri à rebus omnibus atq. effluere ſimulacra quædā per aërem ſpargenda? At eadē antè occurrēt, quàm oculos eò verſum conuerteris. At velis nolis, infinita ſimul rerum idola cernes, quæ cernere non laboras neque deſideras: & cōfuſa omnia videbis. Et quidē ſi à re viſa aut videnda, exurgit imago ad oculos perferenda: vnde illa prodierit, certò nunquam definias: neque locum certum rerum cernendarum conſtitues, quas cernere te putas, non vbi ſunt vtique, ſed in teipſo. Quinetiā rerū magnitudines multò minùs diſcernes.

N. ad Aphrodiſiēū.

At receptio radiorū nec locum, nec quantitatē rerum enuntiat.

At ſimulacra antè occurrunt, quàm rem videas, & quidē multa confuſa.

At locum ſimulacrorū incertum vnde ſint.

At rerum ingentium simulacra vix fobrant pupillam.

discernes. Quod enim? mons ingens, ciuitas ampla, vasta camporum planities, nemus spatiosum, mare immensum, cœlum profundum, non dico tantillum oculum subeat; sed etiam angustissimam oculi pupillam acus foramini non multò maiorem patentiorémve? Citiùs (inquio) camelum per foramen acus traieceris: est enim proportio æquabilior ac tolerabilior. quòd tamen *ἀδύνατον* censetur.

Proverb. Ab impossibili.

Quæsita in rerum imagines. Ab absurdo.

Age verò, dic à re aspectanda quot imagines assurgunt; & quanto ab eadem interuallo; & qua proportione magnitudinis ad rem visam se habent? an à monte immenso, & exiguo milij grano æquales? Enimuerò quocumque ad ista modo respóderis, in absurdum te conijcias necesse est. quod per partes possem ostendere, si vacaret in id diutius aut placeret inquirere. Quanquam à rebus lucidis & splendidis atque coruscis spectra fortè atque imagines obuiàm oculis emicare haud eo inficias: sed à rebus opacis, luridis, terreis, aqueis, vmbrosis, qualia visa excitari posse credas? aut quales imagines ijs à quibus prodierunt, corporibus adsimiles? Hinc fit, vt si fortè acus aut acicula, si spinter aut armilla, si vnio aut fibula, si stylus aut numus aliquis rutilus humi exciderit, oculis circumlustrando, potiùs quàm attentè & immotè contuendo, mox amissum recuperes ac deprehendas, ipso sese sua luce & fulgore coruleo prodente corpore, vel potiùs corpusculo delapso. quod idem in alio corpore multò vastiore & crassiore densioréque vix post longum tempus, & laborioſam inquisitionem contingat. Præterea si tandiu tibi expectandum est vt cernas, donec à re aspectabili imago ad oculum resultet: profectò multas horas tibi expectandum est, dum cœlum altissimum, aut dissitum horizontem videas, tam procul abs te atque abs tuis oculis remotum. à quo delatæ imagines, quanuis ocyssimè moueantur, tamen non nisi tardissimè affluent atque allabentur.

Non ab omni re exurgunt simulacra, quidni.

A rebus lucidis emicãt imagines.

Ab exẽplo.

At imagines à rebus remotis tardò allabuntur.

Sed valeat omnis ratiocinatio, facessat omnis argumentorum rationúmque subtilitas. interroga more Socratis in Menone, pusionem prima elementa etiamnunc addiscentem, aut primos literarum ductus effingentem atque imitantem; vbi legat, vbi cernat, vbi obiectæ imaginis lineamenta & varios colores inspiciat; vbi vel minutissimos apices distinguat & internoscat: Nunquam tibi (sat scio) in oculo se isthæc intueri ac perspicere respondebit: sed oculo quidem tanquam organo, ad ista obiecta suam vim iaculante & emittente (quos radios dicimus & sentimus, quósque ophthalmici & gramiosi aduerso lumine nictando facilè deprehendunt, & à spiritibus opticis emitti asserimus) omnia se videre in subiecta tabula & abaco, aut libro obiecto, vel charta oculis opposita, nihil cunctatus asseuerabit; tibique fortè hæsitanti ac stupẽti, indice digito demonstrabit. sicéque ducem naturam secutus, tuarum rationum malè constituta fundamenta leui impulsu diruet, atque vnico verbulo labefactabit. Mihi quidem indubiè constat (opinor etiàm aliis omnibus) dum hæc scribo legóque, non alibi quàm in charta obiecta legere & exarata recognoscere. vt si quid minùs graphicè depictum sit, quod tamen legendo velim cognoscere, versando, remouendo, appropinquando, declinando, & modis variis torquendo agitandóque librum chartámve, indidem venari coner, quod scire expeto: non autem oculos explicem, pandam aut exporrigam, & quantum queam, diductis palpebris aperiam ac patefaciam. quin potiùs contraham & in angustum palpebras ipsas cogam; quò vis maior radiorum inde sese ad cernendum acriùs exerat. quod idem de omnibus videntibus & videndis ac cernendis discernendísque iudicandum puto. Cedò, solem nunquam vidisti? huic enim oculos pridem comparabamus: & nunquid radios tibi ardentes vibrare videtur, quos nulla oculorum acies ferre queat? Inde iubar solis, & solis radij, & Phæbus auricomus, & cinctus radiis Hyperion, & aliis epithetis apud poëtas celebratur. Huic verò persimiles oculos ducito, lucidos, flammantes, rutilos, igneos, radiis continuis res aspectandas ferire. Quod si nondum credis, lupum, leonem, pardalim nocte intempesta & in tenebris aspicito: aut quò citra periculum, id facias, feles, domesticum animal, aut viuerram de nocte oculis micantes intuere; & quod rationi non credebas, tuo sensui facilè condonabis. quod etiam paulò antè oppossui, & nunc iterum repono. Verùm satis hactenus ex aduerso reposui par pari quod remorderet, vt ait ille apud Comicum: aut ille suo tiuali apud Virgilium,

Ab experientia simplici & naturali.

Radios ab oculis emitti probat experientia.

A testimonio communi omnium.

Ironia.

Vt sol, ità & oculi ferunt radios.

A testimonio.

Ab experientia.

Die quibus in terris &c.

Vellem autem ad manum esset Priscianus Lydus in Theophrastum de anima, vt tibi ex illo subijcerem, de modo videndi, déque colorum natura quid sentiat. vbi ex Plotino istud cap. 3. libr. de visione citatur: Magnum argumentum est, non propterea cerni sensibilium formas, quia jam aër illorum species per continuatam traductionem patiendo susceperit: quòd obscura nocte, ignis & siderum, horúmque formæ cernuntur, &c. cui Ficinus subiungit: Lumen non fit propria diaphani qualitate, quia neque suscipitur paulatim, neque etiam retinetur, neque simul cum hoc inficitur, vel mouetur, neque confunduntur inter se lumina, neque cum cæteris commiscentur. Non confundi apparet ex eo, quòd si tribus luminibus corpus vnicum opponatur, tres in oppositum vmbræ resultant; quoniam ibidem tria lumina sunt distincta. Præterea si tribus candelis opponatur ingens tabula, in cuius medio sit foramen; tria lumina in oppositum inde resiliunt, aliud quidem in rectum, alia duo è transuerso se inuicem intersecantia, non confusa. & quæ isti plura, quos tibi indicasse sit satis, ex quibus non licuit plura indipisci, librorum isthic penuria.

Imagines rerum continuæ adsunt non suscipiuntur.

Lumen quid sit.

Lumina non confunduntur ab experientia.

Denuò ad Aristotelem regredior, quem in philosophia planè admiror, neque habeo quem illi anteponam. sed vt de aliis liberè

Arist. laus.

ſenſit & indicauit ſuis maioribus, & ipſo Platone magiſtro: ita nobis permittat de ijs quæ aſſerit, candidè & liberè iudicare, atque in medium noſtras vtriuſque rationes exponere lectori æſtimandas ponderandáſque, ſingulis vt auditis atque expenſis & diligenter penſiculatis, optionem faciat, quidque ſibi ſequendum ſit, eligat, veritatis quàm hominis amantior. de modo videndi quid ſentiret, nuper admodùm expoſui: hæc autem quæ ſequuntur, ad inſtitutam viſionis rationem multùm neceſſaria, lubet ab eodem fœnerari ex lib. 2. de anima cap. 7. quæ ſunt vt verè, ſic philoſophicè dicta, & ἀξίωμα.

N. imitatur Ariſt. libertatem in philoſophando.

Viſibile quid, & quale.

Cuius igitur (ait) viſus eſt perceptiuus, id ipſum eſt viſibile. viſibile verò, eſt color, & id quod oratione quidem explicare ac dicere licet, nomine autem caret. atque idipſum maximè patebit, cùm vlteriùs procedemus. Viſibile igitur, eſt color. hic autem, eſt id quod eſt in eo quod per ſe viſibile eſt. per ſe verò, non ratione, ſed quia in ſe cauſſam habet, vt ſit viſibile. Color autem omnis motiuus eſt eius quod eſt perſpicuum actu: & id, eſt eius natura. Quapropter non eſt viſibile abſque luce: ſed omnis vniuſcuiuſque color, in lumine ſanè videtur. quamobrem quidnam ſit ipſum lumen, priùs dicere declararéque oportet. Eſt igitur aliquid perſpicuum. perſpicuum autem id dico, quod eſt quidem viſibile: non eſt autem, vt ſimpliciter dicam, per ſe, ſed per alienũ colorem viſibile. atque res talis, eſt aër & aqua & ſolidorum cõplura, vt vitrũ & glacies & huiſmodi corpora. Non enim aqua, vel aër, vt eſt aqua, vel aër, perſpicuum eſt: ſed quia natura eadem ineſt in his vtriſque, & in perpetuo ſupero corpore. Lumen autem, actus eſt huiuſce perſpicui, ea nimirum ratione qua perſpicuum eſt. at id eſt potentiâ, in quo nunc idipſum ineſt, nunc tenebræ. atque lumen, quaſi perſpicui color eſt, cùm eſt perſpicuum actu ab igne, vel ab huiuſcemodi corpore, quale eſt ipſum ſuperum corpus: nam huic ineſt aliquid vnum & idem. Quid igitur ſit perſpicuum, diximus, & quid etiam lumen: nam neque ignis eſt, neque omnino corpus, neque corporis eſt vllius defluxus (eſſet enim quoddam hoc quoque pacto profectò corpus) ſed eſt ignis, vel huiuſcemodi cuiuſdam in perſpicuo, præſentia corporis. Fieri namque non poteſt, vt in eodem ſint duo corpora ſimul. Videtur autem tenebris contrarium eſſe lumen. at tenebræ, priuatio ſunt talis habitus: atque ignis vel corporis talis abſentia à perſpicuo. Quare patet huiuſce præſentiam, eſſe lumen. Atqui coloris quidĕ id eſt ſuſceptiuum, quod colore vacat: ſoni autem, id quod ſono. Vacat autĕ colore perſpicuũ ipſum & inuiſibile, vel id quod vix tandem videtur. quale id eſſe videtur, quod tenebris eſt affectum. atque tale eſt ipſum, vt patet, perſpicuum: attamen non cùm eſt perſpicuum actu, ſed cùm potentiâ. eadem enim naturâ, modò eſt tenebræ, modo lumen. At verò non tota ſeu vniuerſa viſibilia, in lumine ſunt viſibilia: ſed ſolùm vniuſcuinſque proprius color. Nonnulla namque in lumine quidem non videntur: in tenebris verò afficiunt ſenſum: vt ea quæ apparent ignea, atque ſplendent. hæc autem nomine carent vno, vt fungus, cornu, piſcium capita, ſquamæ, oculi: ſed nullius horum proprius color videtur. Atque quam ob cauſſam hæc viſibilia ſint, alia ratio eſt. nunc tantùm patet, id (inquam) quod in lumine videtur, eſſe colorem. hæc eſt enim ſanè coloris ratio; eſſe (inquam) eius motiuum, quod eſt perſpicuum actu. actus autem perſpicui, lumen eſt, vti diximus. Id ita eſſe, ex eo tanquam è manifeſto ſigno patere poteſt: nam ſi quiſpiam id quod habet colorem, ſuper ipſum vitum poſuerit, non ſanè videbit. ſed color quidem mouet perſpicuum, vt aërem: ab hoc autem, cùm ſit continuus, ſenſus inſtrumentum mouetur. Eadem autem eſt & de ſono, & de odore eadem ratio. nihil enim ipſorum ſenſus inſtrumentum tangens, efficit (imò afficit) ſenſum: ſed ab odore quidem & ſono mouetur medium: ab hoc autem, vtrumque ſenſuum inſtrumentum. Simili modo res ſeſe habet in tactu & guſtu, ſed non apparet: quàm verò ob cauſſam, aliàs patebit.

Color quid & quale: & quod per ſe viſibile.

Viſibile & color non ſine luce.

Lumen & perſpicuum, quid. Ab exẽplo.

Perſpicua non per ſe.

Lumen vbi potentiâ vel actu, & quid ſit.

Duo corpora non in eodẽ ſimul.

Tenebræ, quid: item lumen. Coloris ſuſceptiuum, quid, aut ſoni.

Perſpicuum actu vel potentiâ. Viſibilia nõ ex toto, &

Quæ in luce aut tenebris cernuntur.

N. nõnulla hæc ſunt ἀνάλογα.

Color tantùm in lumine cernitur, eiuſque natura.

Lumen quid.

Colorata impoſita oculo non cernuntur, quamobrẽ. Omnis ſenſus per medium fit aërem.

His igitur ita poſitis atque conſtitutis, reſtat vnam Galeni ſententiam omnium exactiſſimam, & meo quidem iudicio (ne à præceptoris ſenſu temerè recedam) omnium reliquarum jam antè poſitarum (licet Platonis huic conformem ſententiam amplectar: licet Euclidis rationes magni faciam) vſquequaque veriſſimam examinare: in eáque tandem, quomodo viſio fiat, concludere. Quam quæſtionem vt perarduam ac perdifficilem, & quia Mathematicam ſpeculationem attingeret (cuius non modò ſunt ignari eorum plerique, qui ſeſe tamen doctos profitentur: verumetiam eius peritos auerſantur & oderunt) ideo intactam prætermittere ſtatuerat: ſed monitu cuiuſdam (vt credi vult, vtque nos magnæ & mirificæ rei narrationi attentos faciat) patrij Dei in ſomnis eum & hortantis & increpantis, & ſub finem decimi de vſu partium adiecit, ſuiſque demonſtrationibus ſtabiliuit. quam inde totam nondum ſatis, vt mihi quidem videtur, explicatam repetet qui volet. ego ne in re perobſcura illuſtranda, & examinandis omnibus omnium opinationibus (quæ tractatio librum requirat integrum) diutiùs immorer, ſummas rerum velut poſtulatarum (αἰτήματα vocant Mathematici) concluſiones, ac velut κοινὰς ἐννοίας, communes notiones iiſdem vocatas, variè collectas à nobis, atque vt maximè videbitur, ad faciliùs docendum, & accuratiùs intelligendum diſtinctas atque digeſtas, licet ex his quaſdam Euclideis conformes, proponam primùm: tum deducta oratione vbi opus erit, rem pluribus aperiam.

Gal. de modo videndi veriſſima opinio.

Quæſtio obſcuriſſima.

Mathematum cõmunis ignorantia.

Gal. filius ſoleis.

Propoſitio.

Poſtulata mathematum.

Hoc igitur primum præſupponit Galen. (quanquam aliis quibuſdam minùs confeſſum)

1 Primum ac præcipuum viſus inſtrumentum, eum eſſe humorem, quem cryſtallinum diximus nominari.

2 Deinde neruos opticos (quos πόρους Heroph.

Gal. lemmata de modo videndi. Primũ viſus organũ. Pororum

opticorum natura & origo.

nominabat) à cerebro ad oculos molliſſimè demiſſos, ſolos mirabili quodam modo perforatos eſſe. quò, ſpiritui optico ſplendidiſſimo, ac limpidiſſimo ab eodem cerebro effluenti, via ſic faciliùs ſterneretur. quod tamen quidam negant: de quo ſub finem operis.

Pororum opticorum figura & habitus.

3 Tum ex diuerſis illos proficiſci locis: ac paulùm progreſſos, in morem literæ X (quæ forma eſt deculſis) concurrere & cohærere, vt ſuos ductus atque meatus interſecando vniant & coniungant: dein rurſum dirimi ac ſeparari, donec vterque in oculum ſibi è regione poſitum inferatur, eo quidem quo jam dixi modo. à quo hæc diuulſa ſparſaque pariter elici lemmata videntur poſſe ἀναπλωτὰ, ſummatim colligendo.

Viſio per lineas rectas.

4 Quæ cernuntur, ea per lineas rectas (quod etiam paulò antè ex Euclide proponebam) cerni, more radiorum à ſole emiſſorum.

Radiorum reflexio qualis, & vbi.

5 Si aſpectus in aliquod læue ac politum corpus fulgidúmque inciderit, quale eſt ſpeculum, inde quà occurrit, per rectos angulos reflecti atque retorqueri.

Conus viſionis qualis.

6 Emiſſos ab vtriſque oculis radios conum imitari (id etiam Euclides profitebatur) cuius vertex in pupilla, baſis ſit in re viſa.

Axis in radio.

7 Radiorum qui plures ab oculis emittuntur ad rem viſam (quos dicere potes ὄψεις metonymicè) coni totius mediam velut lineam, qui & medius eſt omnium radius, axem vocitari.

Aſpectabile quale.

8 Rem omnem videndam atque aſpectandam, omni caligine atque obice carere debere: neque quicquam medium in linea, quæ recta ab oculo ad ipſum eſt extenſa, conſtitui oportere.

Aëris alteratio à radiis oculi.

9 Spiritum qui ad oculos fertur, primo occurſu cum aëre ambiente vniri: atque ipſum contactum ad naturæ ſuæ proprietatem alterare & immutare.

Vis optica.

10 Virtutis facultatiſque opticæ diffuſionem, alterationis eſſe traductionem.

Radiorũ ad axẽ ratio.

11 Earum ὄψεων (viſiones aut radios accipe) quæ oculi à ſe eiaculantur, quæcumque æqualiter abſunt ab axe, in quauis planitiei parte fuerint, dici ὁμοβαθεῖς, velut eiuſdem ſtationis: quæ ſecùs, ἀνισοβαθεῖς.

Nullum corpus per ſe cerni.

12 Eorum corporum quæ videntur, nullum ſolum ac ſimplex videri: ſed quippiam eorum ſimul, quæ ipſum circumſtant.

Diſcrimen viſionis, à ſitu.

13 Corpus, quod à ſolo dextro oculo cernitur, id ſi propius eſt, in ſiniſtris magis partibus apparere: ſin longiùs abeſt, magis quodammodo in dextris. Contrà, quod à ſiniſtro ſolo, ſi eſt propinquius, in dextris magis: ſin remotius, magis in ſiniſtris eſſe videri. Ac ſi repentè & ocyùs alternes, rem viſam, velut huc illuc ſubſultantem apparere. Ex quo ſequitur, Quod ab vtroque ſimul oculo cernitur, id medium videri.

Certior duorum luminum obtutus.

14 Siquis vtroque oculo aperto contueatur, plura viſurum hinc inde, quàm ſi eorum altero tantùm: cùm vterque ſibi è directo oppoſita, certiùs colluſtret.

15 Si pupilla deorſum proſpiciat, ac deprimatur, humilius cerni obiectum: eadem ſurſum reuulſa, ſuperius apparere. Vnde ſequitur, Niſi in vna ſuperficie plana & æquali, viſoriorum conorum axes fuerint conſtituti; alteri oculorum, altiùs; alteri, depreſſius quod ſpectatur, viſum iri. Cuius enim rei axis ipſe altior cono fuerit, hac & conum fore altiorem: vt contrà depreſſiorem, vbi ille humilior fuerit. *Viſionũ differentia, ex ſitu pupillæ.*

16 Quod altioribus viſionibus cernitur, altius videri: quod humilioribus, humilius. quod & cono pariter accidit. *A ſitu radiorum.*

17 Si alterius oculorum pupilla comprimatur, aut ſurſum deorſúmve adducatur, duplicia viſum iri, quæ antea ſimplicia apparebãt. *Quomodo ſimplex videatur duplex.*

18 Non omnem pupillæ inuerſionem, duplicem rei videndæ adferre phantaſiam: ſed quæ ipſam altiorem aut humiliorem habitu naturali fecerit. *Quando pupilla, duplicia imaginetur: & contrà.*

19 Cùm pupillam ad maiorem aut minorem canthũ adducimus, fieri, vt quod cernitur, ſiniſtrum magis, dextrúmque appareat; non tamen duplex: quia manent in vno plano, conorũ axes. ſiue illud homini à natura vitium inſit; ſiue quis experiundi gratiâ, ita pupillam contorqueat. vt ſi pupilla ſuperiùs aut inferiùs adducta ſit, maximus in æquando labor ad rectè videndum ſubeundus ſit. *Conorum axes in eodem plano. Pupilla deflexa.*

20 Tantumdem à pupilla in medio ſpatio augeri viſorium conum, quantus pro rata interualli portione, ipſius orbis exiterit. *Coni incrementum, vnde pendeat.*

21 Quibuſcumque, conus maior à natura ineſt, in ijs etiam maiorem ſplendoris orbem conſpici: quibus autem minor, minorem. denique pro ratione magnitudinis aut paruitatis coni, maiorem aut minorem orbem cerni. *Coni proportio ad orbem ſplendoris.*

22 Axes conorum viſoriorum in vno eodémque plano habere poſitionem debere: ne, quod eſt vnum, duplex appareat. axium autem illorum principia, à poris opticis duci. *Axiũ coni ſitus in plano, quod faciat, & vnde.*

23 Duorum pororum opticorum in vno plano poſitionem, cùm natura in cerebro non ſatis tutam vel aptam reliquiſſet, ſolerter commentam, vt mutua inter ſe eorundem coïtio fieret. *Pororum opticorum coitus, quorſum.*

24 Duas lineas rectas ſibi inuicem ad commune quoddam punctum occurrentes, quòd ſit illarum velut extremitas, in vno & eodem eſſe plano: quanuis inde in immenſam longitudinem à ſe mutuò digreſſæ, abeant in diuerſa. *Linea quæ dicantur in eodem eſſe plano.*

25 Duas lineas, quæ totidem alias quantumuis protractas contingunt quocumque loco, idem planum habere cum illis duabus. quòd,

Omnis triangulus in eodem eſt plano: ſic omnis linea aliam interſecans. Oculorum ſitus æqualis, cur: & pororum ratio.

Omnis triangulus in vno omnino ſit plano: ſic enim Euclides lib. 11. docuit:

Si duæ lineæ rectæ ſeſe ſecent, in vno ſunt plano. Omníſque triangulus in vno eſt plano.

26 Neruorum opticorum in partibus cerebri anterioribus cõcurſum (à quo permeare per vnum planum auſpicantur) ipſos oculos in iuſta & æquali poſitione ſtitiſſe: ac pupillarum, quæ ipſis inſunt, neutram reddidiſſe altiorem.

Digitized by Google

Neruorum opticorum origo, & vsus.

27 Neruos opticos sensum videndi oculis exhibituros, ab vno & eodem principio proficisci: sed primo & summo ortu, à cerebro vtrimque emanantes distingui: cùm non possint tam insignes magnitudine, mollitie & vsu, nerui, à medio cerebro simul produci. A

Cur obliqui?

28 Meatus visorios ob id extitisse obliquos, ne facilè dirumperentur.

Spiritus opticus cur ab vno oculo ad alterum commeet.

29 Satius fuisse, spiritum, qui à cerebro ad vtrumque oculum proficiscitur, siquando illorum alter clausus fuerit, aut omnino mutilus, in alterum commeare. Visoria enim facultate eo modo duplicata, visum reddi acutiorem.

Natura ingenium in arcando.

30 Naturam alia quidem primaria ratione facere, alia ex abundanti. sic prima ratione neruos opticos coniunxisse eo quidem loco, quo in vnum corriuant; ne, quod extrà intuemur, duplex appareat. secundaria autem, vt altero oculo clauso, alterius lumen geminatetur, quo nuper dictum est modo. B

Cur nerui optici corriuent.

Visio quomodo fiat; & cur media pupilla foratа.

31 Cùm visio fiat secundùm rectas lineas, vt patuit; ante humorem crystallinum, foramen vueæ esse situm, per quod ille cum suis obiectis, communionem erat habiturus.

Humor crystallinus cur rotundus, sed compressior.

32 Figuram exactè rotundam, paucioribus sui partibus: planam autem, pluribus, cum suis obiectis communicare. ideóque crystallinum humorem forma quidem rotundum fuisse, quò sit ab iniuriis tutior: tamen ob aliquantulam compressionem φακοειδῆ, siue lentis instar, & pupillæ orbiculatum foramen latiusculum, pluribus sui partibus cum obiectis externis communicare. C

Visus certissimus, cur tales neruos habeat, eiúsque vsu.

33 Sensuum omnium certissimum esse visum, propter vtilitatis dignitatem. maximos simul ac mollissimos neruos sortitum: vt qui plurima & maxima eorum, quæ corporibus insunt, eminùs discernat, colorem, magnitudinem, figuram, motum, positionem, atque interuallum inter se, & ea quæ cernit, interiectum. D

Transitio.

Atque hæ quidem sunt, ni fallor, positæ à Galeno hypotheses (tu vide an plures deprehendas) variis quidem apud illum locis sparsæ, & longiori orationis filo permixtæ atque insertæ; à me, vt cernis, collectæ, & in formam quandam propositionum Euclidearum vtcumque digestæ, ac velut ἀξιώσεων dispositæ: quibus suas demonstrationes (nisi ex se fidem faciant: διαμέτρους enim, breuitas & facilitas sermonis reliquit) arrexere sit in promptu. denique ita comparatæ atque institutæ ad id concludendum, quod mox audies. Nam quarundam subobscurarum demonstrationes ipsas malo ab eodem repetas, aut à Mathematicis elementis condiscas: ne hic sermo inductus ἐπ᾽ ἄπειρον, abeat in infinitum. E

Cur omissa demonstratio.

Propositio.

Sed antequàm ipsam seriem orationis Galenicæ, de modo videndi, vtrò citróque disputantis, afferam in medium; lubet consimiles aliquot theses è Pisani perspectiua conformes dictis adscribere, præcipuè quæ à rebus medicis petitæ videbuntur: ideóque nec ordine seruato, quem ille tenuit. In quibus, quædam tamen dictis videbis contraria: quia visionem fieri receptione radiorum à reipsa delatorum; non emissione ab oculis ad rem visam, supponit, contra Platonem, Euclidem, Galenum, Alkindum, D. Augustinum, & eos, quos antè appellaui. In quo tamen nolim superciliosè, aut sanè superstitiosè attendas verbis non tam barbaris, quàm disciplinæ huic quodammodo propriis, & affectaris. quin potiùs ætatis ac seculi habita ratione, boni consulas quæ dicuntur: quæ quidem vt habent, (quod passim ex Latinis Græcorum authorum interpretibus soleo) ita subiicere volui nihilum immutata. & quò res breuius conficeretur, demonstratione omissa: quam ipse tibi author reposcenti facilè suggerer. sic ergo ille:

Visio à receptione radiorum.

Excusatio stylo rudis.

Radij corporum.

1 Omne corpus visibile, radios habere.

Visio quomodo.

2 Visionem fieri per lineas radiosas rectè super oculum orientes.

Oculus cur rotundus.

3 Oculus quantitati capiendæ non congrueret, si rotundus non esset.

Oculi compositus.

4 Corpora diuersarum dispositionum requiruntur necessariò ad oculum constituendum.

Oculi partes quales.

5 Aliqua corporum oculum constituentium, à sphæræ necesse est deficere complemento.

Oculorum vnio.

6 Oculorum dualitatem necesse est reduci ad vnitatem.

Sphæra oculi.

7 Sphærarum oculum constituentium necesse est aliquas mutuò esse eccentricas.

Lineæ centrorum media.

8 Omnium tunicarum & humorum centra, vna continet linea.

Radij ad oculum.

9 Omnium radiorum super visum orientium, vnum solummodò necesse est transire non fractum.

Visus in quo.

10 Visum vigere in humore crystallino, vel glaciali.

Visio vbi fiat.

11 Visionem fieri per hoc, quòd in glaciali est ordinatio speciei, sicut rei exteriùs.

Visio quomodo fiat.

12 Rei visibilis comprehensio fit per pyramidem radiosam. certificatio verò comprehensionis, fit per axem eius, super visibile transportatum.

Angulus visionis.

13 Non sub quocumque angulo rem videri.

Pyramis visionis.

14 Visionem fieri sub curta pyramide, & angulo inchoato.

Quantitatis perceptio, vnde.

15 Declinatio radiorum angularis, iuuat ad comprehensionem quantitatis.

Radij visionis obliqui.

16 Per radios, qui obliquè super oculum oriuntur, visio vigoratur & ampliatur.

Passio à re visa.

17 Operationem visibilis in visum, esse dolorosam.

Lumen oculo ad quid.

18 Lumen oculi, naturali radiositate sua, visui conferre.

Lucis necessitas.

19 Sine luce nihil videri.

Interualli ratio.

20 Visum nihil comprehendere, nisi proportionali distantia præsentatum.

Quæ videri contingat.

21 Sola videri rectè facialiter obiecta.

Quantitatis proportio.

22 Nihil videri, nisi proportionaliter quantum.

Medium diaphanum.

23 Visum non fieri, nisi per medium diaphanum.

Tempus perpendo.

24 Omnia quæ videntur, tempore comprehendi.

Pisanus.

Digitized by Google

Oculi ſanitas.

25 Viſionem non fieri lucidè, ſine congrua ſanitate oculi.

Scopi viſionum.

26 Varias & multas eſſe intentiones viſibiles; & quaſdam primariè, quaſdam ſecundariè comprehendi.

Quòd viſio non emiſſione radiorum.

27 Mathematicos ponentes viſum per radios ab oculo micantes fieri, ſuperflua conari.

Radij emiſſi non ſufficiunt videndo.

28 Radios quoſcumque ab oculo micantes, & ſuper viſibile orientes, ad viſionem impoſſibile eſt ſufficere.

Hæc ille, & ſanè longè plura: quæ, ſi vacat, aut ſi cordi eſt, ab ipſo authore recognoſces. è quibus perſpicis, de modo viſionis quid ſentiat cum quibuſdam veterum, præcipuè cum ſuo Vitellione, primario Optico, & quem ſequitur in pleriſque omnibus. Qui, qua de cauſſa in hanc opinionem venerit, non video: Niſi quòd intellexiſſet ab illuſtribus Anatomicis, mutuam interſectionem neruorum opticorum, antequàm ad oculos perueniant (vt paulò antè è Galeno oſtendebamus) cauſſam eſſe, cur vna & eadem res vtroque viſa oculo, ſimplex & vnica, ac non gemina appareat. qua opinione imbutus, pronuntiauit vnionem formarum in neruorum interſectione, efficere, vt vnica res, vnica appareat.

Vitellio cur receptione radiorum fieri viſum euadat.

Neruorum opticorum interſectio, quorſum.

Quam tamen ratiocinationem, memini ante annos xx. Iohannem Penam, meum condiſcipulum, & mihi olim familiaritate germanum (nam improbis atque aſſiduis vigiliarum laboribus, & ſtudiorum irrequietæ contentioni, ante annum ætatis xxx. ſuccubuit, immatura, & literis lugenda morte præreptus) ſuo merito Regium Lutetiæ profeſſorem artium Mathematicarum, graniter & philoſophicè, non ex perſuaſione authoritatis, ſed cognitione veritatis docentem ac diſputantem, minùs approbaſſe, & inefficacem iudicaſſe. Quia ſi iſta formarum cõiunctio in interſectione neruorum opticorum, ſit cauſſa, cur vna eadémque res ambobus oculis viſa, vnica appareat. quî fit, vt digito alterum oculorum premente, vnica res, gemina appareat? vt paulò antè è Gal. recenſebamus: cùm etiſmodi oculi compreſſio, neruos optieos non dirimat?

Io. Penam, & ſatum immaturum.

Vitellionis improbatur ſententia.

Obiectio, de re geminata, quæ eſt vnita.

Quam controuerſiam ita Galenus, idem & medicus, idémque opticus & Mathematicus illuſtris, acutè & ſolerter componebat. Pyramidum ſub radiis ab oculo miſſis comprehenſarum, eandem eſſe baſim: ob idque, vnam & eandem rem duobus oculis vnam tamen apparere & ſimplicem. Digito verò alterum oculorum premente, & pupillam deprimente, baſes illas dirimi, geminarique. ob id, eandem rem geminam cerni, quæ reuera vna & ſimplex ſit, vnáque & ſimplex priùs certò deprehenderetur.

Solutio, cum Galeni laude.

Cur res vna gemmis oculis viſa, non videatur gemina?

Cur ab oculis res vna videatur duplex?

Venio jam ad demonſtrationes Galeni ex 7. de placitis Hipp. & Plat. quibus ille ſuam cum Platone conſentientem de modo viſionis opinionem ſtabilitat, aliorúmque contrà ſentientium ſententiam eneruet & conuellat. cuius quidem diſſertationis tale eſt exordium, & tota deinceps ſeries. Corpus quod videtur, duorum alterum: Vel ex ſe ipſo ad nos aliquid mittit, quo cum propriam etiam ſui dignotionem nobis oſtendit: Vel ſi nihil mittit, vim aliquam ſenſiuam à nobis ad ſe vſque peruenire expectat. vtrum verius ſit, ita indagabimus atque indicabimus. Per pupillæ exiguum foramen inſpicimus: quod ſi expectaret, vt partem, aut facultatem, aut ſimulacrum, aut qualitatem ex corporibus extrinſecùs obiectis, ad ſe accederet, rerum magnitudinem nullo modo perciperemus: verbi cauſſâ, vaſti alicuius montis. tam magnum ſiquidem ſpectrum, quantus ipſe eſt, in oculos noſtros ingredi oporteret. quod penitus eſt abſurdum. vt omittam interim, quòd vel in vno eodémque temporis momento, etiamſi innumerabiles eſſent; qui viderent, ad ſingulos eædem imagines ferrentur. Si contrà, ſpiritus viſiuus exiret; nulla ratione poſſet tanta diffuſione dilatari, vt omnes viſui expoſitas res circumfuſus complecteretur. Nam quid aliud eſſet, quàm commentitia illa Stoïcorum gutta, quæ cum toto mari commiſcetur? hæc ille. quibus Opticorum rationes, atque adeo Euclidis, aliorúmque, qui idem cum hoc, aut cum illis ſentiunt, ſibi quidem ſatis videtur refelliſſe. quanquam Euclides mihi pro ſe ipſe ſatisfecit: cuius & nos luculentas demonſtrationes euidentibus exemplis illuſtrauimus. quid Optici illi poſſint reſpondere, video: Tot nempe eſſe minimas partes, quot ſunt maximæ partes quantitatis; ſiue magnitudinis eiuſdem ſpeciei. quin & ſpecies viſibiles ſine materia in oculum recipi. ideóque quantumuis, & quamlibet ingens ſit viſibile; ſpecies tamen eius in humore cryſtallino diſtinctas poſſe repreſentari. Poterunt verò illud etiam obijcere: Si radij ab oculo feruntur in rem viſam; aut redeunt ijdem ad ipſum oculum; aut obiecto aſpectabili defixi, non remigrant eò, vnde profecti ſunt. At ſi non redeunt, quomodo viſionem mouebunt tam longo diremptí interuallo? cùm & anima ipſa à corpore non migret? Recurrere autem ac reuerti ad oculos quis dicat, cùm ſint inanimati? Porrò neque omnia viſibilia radios reflectunt, vt de ſpeculis & corporibus lucidis, læuibus, ſolidis diximus. Sed neque remeare neceſſe habent, quoniam lux ipſa, aut forma viſibilis & colorata, luci æquiualens, in totum ſeſe medium diffundit. Poſtremò ne ſi ipſum quidem totum corpus in radios reſoluatur, inque ſpiritus opticos; tamen poſſit ſufficere perluſtrando toti ſpatio, quod ab ima terra ad ſummum cœlum interiacet. hæc, & ſanè multa ſimilia obijci poſſunt; quibus ſoluendis, vix multum tempus ſatis ſit, cùm à concepta ſemel opinione rarus ſit, qui deflectere ſuſtineat. Iſta ineluibilis labes, aut ſi Græcè mauis, πολὺς αἰῶν ὁ κακός, eſt ipſa ſectæ ſeruitus: cùm ſit, vt ait philoſophus, ἡ δόξα, ἱερὸν νόσημα· opinio, ſacer morbus. vt nihil ſit tam abſurdè dictum, quod idem aſſertores non inueniat ſuos; & quod rationibus quibuſdam, aut ſaltem rationum fucis, fultiri non poſſit.

Ratio omnium ad viſionē.

Viſio fit aut receptione, aut emiſſione.

Quòd non receptione; ab incommodo.

Quòd nec emiſſione radiorum: ab abſurdo.

Stoïcorum gutta.

Euclidis opinio valida, de emiſſione radiorum.

Prolepſis, de receptione imaginū.

Obiectiõ cõtra emiſſionē radiorum, per dilemma.

N. metuat ſcilicet habens alienum, ſine ab anima: ſiue à facultate optica.

Qua radios reflectant.

Stella ſeruitutem contemax.

Opinio, ſacer morbus.

Google

Galeni ſententia de viſionis modo.

Sed audi Galenus tandem quid ipſe ſentiat; cui & nos adſtipulari non pigebit vera aut perquàm veriſimilia profeſſo. Reſtat igitur adhuc, inquit, vt aër circumfuſus, tale inſtrumentum nobis ſit, & oculis ipſis, quo tempore videmus, quale eſt ſemper neruus in corpore. Siquidem eodem pacto aër nos ambiens, à ſpiritus viſiui occurſu, quo à Solis fulgore, affici videtur. Nam & ille, ſupremo aëris termino contacto, ſtatim vim ſuam fulgidam in totum diſpergat. ſic & noſtra per viſorios neruos acies progreſſa, ſpiritali ſubſtantia prædita (cui ſi præcludi iter contingat, vt in ſuffuſis; viſum deperdi contingit, ſublato oculi conſortio cum aëre ambiẽte) cùm in aërem incidit, primo appulſu, in eum alterationẽ inducit: quæ longè latéque in continuum ſcilicet nos ambiens corpus ſparſa, repétè in totum diffunditur. Id quod liquidò etiam in vi Solis ineſſe conſpicimus: Nam ſi ſolidum aliquod corpus in medio opponamus, videbimus confeſtim aërem interceptum, fulgore deſtitui; vtpote qui dum continuam accipit mutationem, illuſtratur; nec in ſemel accepta mutatione perſeuerat: Nam ſi ita eſſet, aliquandiu lux in eo, ſublato etiam illuſtrante, permaneret. Eodem quoque modo ſi neruum præcidas, tota ea pars, quæ à continuitate cerebri per ſectionem fuerit ſeparata, illico ſtupida efficitur. Patet igitur, ſimilem quandam affectionem vtriſque contingere, & neruo, & aëri: quiquidem ex ſua etiam ipſorum natura, ſimilitudinem quandam jam habent, & ad rem immutantem exquiſitè aſſimulantur, æquabili continuitate; ſempérque aſſidua ac recenti informatione indigent: ſicuti circumfuſus nobis aër, cùm illuſtratur: Nam calor in eo diutiùs, vel ſemoto calfaciente, perſpicuè remanet: frigiditas item nihilo ſeciùs abſente illo, quod frigus inducebat. fulgor verò ſtatim cum illuſtrante euaneſcit. Ergo, vt dixi, tale inſtrumentum eſt aër ipſi oculo ad propriorum ſenſibilium dignotionem, quale eſt cerebro, neruus. vnde, quam habet rationem cerebrum ad neruum; eandem oculum ad aërem habere, manifeſtum eſt. Proprium autem ſenſile viſus, ſiue primum ſenſibile, eſt colorum genus. illos enim primos, & per ſe, & ſolus ex omnibus ſenſibus percipit viſus: ſicut ſuccos guſtatus. cum illis verò poſtea coloratum corpus: ſicuti guſtatus, id quod ſuccos in ſe habet, etiam dignoſcit. In eo tamen differunt, quòd guſtus, quemadmodum cæteri animalis ſenſus, expectat, vt ad ſe afferatur ſenſile: viſus, per medium aërem, ad coloratum porrigitur. Quo fit, vt ſolus vnà cum colore rei vitæ, & magnitudinem, & formam etiam percipiat. quod nullus alius ſenſus, niſi quandoque tactus (atque id per accidens) poteſt. Soli item viſui præter alia, conceſſum eſt, corporis colorati & ſitum, & diſtantiam inſuper diſcernere: nullo alio ſenſu id valente. Si igitur viſus ſolus ex aliis ſenſibus, proprium ſenſibile, medio aëre vius, non quaſi baculo; ſed quaſi conformi ſibi ac cognato membro, attingit.

Aër neruo ſimilis ad viſum, qui.

Vis ſpiritus optici in aërem, ſicut & Solis.

A ſimili.

Fulgor aëris abſente illuſtrante, diſparet: non calor, non frigus.

Vt neruus ad cerebrũ, ſic aër ad oculum.

Viſus ſubiectũ color eſt.

A ſimili.

Differentia viſus & guſtus ad ſuum ſubiectum.

Viſus vis & prerogatiua ad reliquos ſenſus.

Aër oculi eſt non pro baculo, cur.

ſoliq́ue hæc præcipua dos ipſi conceſſa eſt: cum eo quoque, vt per inflexionem intueri queat: meritò illo deſuper influente lucido ſpiritu indiguit; qui in aërem occurrens, eum quadam quaſi percuſſione, ſibi ſimilem redderet. Aptè igitur dicemus, viſus inſtrumentum, lucidum eſſe: aëreum, auditus: vaporoſum, olfactus: guſtatus, humidum: terreum, tactus. Iam verò viſus inſtrumentum, quia colorum erat dignotionem habiturum, lucidum eſt effectum. Natura enim comparatum eſt, vt ſola eiuſmodi corpora, à coloribus alterentur. vt manifeſto eſt indicio ambiens aër, qui cùm maximè purus nitidúſque eſt, tunc colorum alteratione præcipuè afficitur. Nam videre eſt, ſi in eiuſcemodi aëre ſub arbore aliqua recubuerit quiſpiam, arboris colore eum totum perfundi. Et ſicut à ſolari ſplendore, ſolo ipſo attactu, totus aër apertè aſſimilatur: eodem pacto à colore ſtatim immutationem accipit. Porrò ſolus color per refractionem poteſt à viſibilibus rebus ad noſtram aciem peruenire: forma, aut magnitudo non poteſt: Nam cùm varietas figuræ, membrorum formam conſtituat; ne excogitare quidem poſſumus, vel eam aliquo modo ſpeculo occurrere: vel ſi occurrat, quamuis non refringatur, refractionem eius ad nos peruenire. Probabiliores ſanè, quantum ad hoc, Epicuri imagines ſunt. Magnitudinem verò in pupillam ingredi, etiam abſurdius eſt. hoc tamen ipſum, quod quidem omnium aliorum opiniones ſubuertit, quaſi paruum quid ac leue prætereunt. cumque de diſtantia, & ſitu, neſcio quid conentur cõminiſci; de magnitudinis dignotione, quomodo exiſtat, nihil dicunt; ſed totum hunc locum omittunt. quo proculdubio Ariſtotelis opinio ruit. Fieri enim quî poteſt, vt magnitudinem viſilium ſentiamus, niſi rem ipſam, quocumque in loco illa fuerit, inſpexerimus? Quanquam mihi videtur Ariſtoteles, vbi de refractione loquitur, quæ à ſenſilibus rebus ad nos peruenit, animaduertiſſe hanc abſurditatem: atque ideo minimè audere ea alicubi vti: ſed eam ſemper, quaſi omni carentem probabilitate, eludendo euadere. Nam cùm diſſerit, quomodo Iris efficiatur: quomodo item vel circa Solem, vel Lunã, qui obſolani, vel anteſolani nominantur, exiſtãt: tum quomodo in ſpeculis viſiones fiant: omnia hæc in refractionẽ viſionis refert; nihil intereſſe affirmans, ſiue intuitum ipſum, ſiue aëris ambientis ex rebus, quæ videntur, alterationes refringi ac reflecti exiſtimemus. Non diuerſum, hac præſertim in re, cauillum commentus ab illo Aſclepiadis, qui attractionis vocabulo, pro delatione vtebatur. Cùm enim ille abſurditatem in delatione vereretur aſſerere; mutata appellatione, audacter ſententiam ſuam tutatus eſt. Ita Ariſtoteles, quoniam certò ſciebat, ſi ſuam ipſius ſeruaret opinionem, fore vt abſurdas, miniméque veritimiles viſionis cauſſas ſingularum rerum afferret; ad alienam ſententiam ſe tranſtulit, aſſerens, vtrolibet modo interpretẽris, nihil

Viſus per reflexionem intuetur: & quomodo ſpiritu optico aërem alteret.

Senſibilium proportio ad elemẽta 4.

Oculus cur lucidus, & habitus ad colores.

Aër lucidus facilius coloratur, quã.

Solus color recurrit ad viſum illuſtr.

Forma vim pendet à figura.

Epicuri imagines.

Magnitudo non ſubit oculum.

Grauis ſententia in perceptionem viſus.

Ariſt. euertitur opinio.

Magnitudo res cernatur ſua loco.

N. vide, ne ob id tas παιδείας laboret, aut corrumpat.

Vis refractionis viſionis in meteoris.

Ariſt. elenchus.

A ſimili.

Aſclep. attractio.

intereſſe. quo dicto, non parum ſuæ doctrinæ & dogmatum authoritatem labefactauit. Nos porrò per aërem medium intueri euidens eſt, atque inter omnes conſtat. ſed de eo quæſtio eſt; Vtrùm per aërem, tanquam viam quandam mediam, aliquid ex rebus, quas videmus, ad nos veniat: An, quale eſt neruus ad tactiles; tale inſtrumentum nobis ſit aër ad viſibiles res diſcernendas? Plerique eius ſunt ſententiæ, vt dicant, alterationem illam ab impellentibus rebus factam, per neruum ad principalem animæ partem diſtribui: atque ita in dignotionem rerum nos venire. Non intelligentes, nullum nos doloris ſenſum eo in membro, quod vel cæderetur, vel confringeretur, vel adureretur, habituros fuiſſe; niſi in eo aliqua ſentiendi facultas ineſſet. Aliter igitur atque illi opinantur, veritas habet: Ipſe ſiquidem neruus, cerebri pars cùm ſit, ſicuti arboris, virga aut ramus, efficit vt membrum, in quo inſeritur, vi eius in ſe totum recepta, habile ad omnia, quæ ipſum attigerint, ſentienda reddatur. Simile quid etiam in ambiente nos aëre euenit: vbi enim illuſtratus à Sole fuerit; tale continuò viſus inſtrumentum efficitur, qualis eſt is, qui à cerebro proficiſcitur, ſpiritus. priùs verò quàm lucem recepe-
A rit, ex alteratione videlicet, quæ ex emiſſione
C ictúve ſpirituum cauſſatur, conſentiens cognatúmque inſtrumentum non euadit. Deſinant igitur dicere Stoici, per circumfuſum aërem, quaſi per baculum, viſionem noſtram fieri: Renitentia enim corpora eo modo cognoſcuntur; atque etiam magis per ratiocinationem. At oculorum ſenſus non ſoliditatem, aut duritiem, aut mollitiem: ſed colorem, ſed magnitudinem, ſed ſitum corporis percipit: quorum nihil baculo dignoſci poteſt. Multò ſanè eſt melius dicere, quod in
D erratis Stoïcorum Epicurus pronuntiat: Illi enim nihil viſibile volebant ad inſpectricem vſque facultatem traduci: Epicurus traduci affirmat. Atque ipſo Epicuro multò meliùs Ariſtoteles; quippe qui non corporeum ſimulacrum: ſed qualitatem quandam per circunfuſi aëris alterationem à rebus ad intuitum vſque noſtrum peruenire aſſeueret. Cauebat ſcilicet aërem ſenſus capacem omnino efficere: cùm tamen carnem perſpicuè cerneret ex emanante ab origine ſua facultate, ad ſenſum percipiendum habilem effici. Quid abſurdi in ſe habet illud, ſi ſolarem fulgorem ſenſificum ſtatuas? cùm talem maximè oculorum ſpiritum, qui à cerebro deriuatur, eſſe liquidò pa-
E teat? fulgidus quippe etiam ipſe eſt. Verumtamen ſi de animæ quoque ſubſtantia, ſententia eſt proferenda; de duobus alterum dicamus, neceſſe eſt; vel ipſam, eſſe fulgidum hoc & quaſi æthereum corpus (ad quod aſſerendum, velint nolint, conſecutione eos cogente, deſcendunt & Stoïci & Ariſtoteles) vel ipſam incorpoream quidem eſſe ſubſtantiâ; vti tamen hoc corpore, tanquam principali vehiculo. quo vtique medio, aliorum corporum poſtea commercium habet. Dicendum verò huiuſcemodi corpus per totum diffuſum eſſe cerebrum: cuius poſtea particeps factus oculorum ſpiritus lucidus efficitur.

Spiritus animalis ſedes.

Hæc ferè ſunt, quæ multis quidem verbis, ſed ſuo loco etiam longè pluribus (vt Aſiatica quadam eloquentia, & verborum copia atque ſupellectile lectiſſima abundat) Galenus de ratione modóque videndi vltrò citróque diſputat. quibus nihil ampliùs concludit, quàm quod paucissimis verborum periodis diuinus Plato in Timæo, tanquam ex oraculo ſic enuntiat, de ſublimi & erecta hominis ſta-
B tura præfatus, déque facie & capite & anterioribus capitis partibus, in quibus naturale hominis imperium Deus ineſſe voluit.

Galeni aſiatiſmus.

Platonis ſententia de modo videndi.

Τοὺς δὲ ὀφθαλμοὺς παρῆγε μὲν σωτηρίας σπουδῇ τοιαύτῃ, πῦρ δὲ ἀδιάφθορον αἰτίαν· τὸ μὲν γὰρ, ὅσον τὸ μὲν καίειν οὐκ ἔχει, τὸ δὲ παρέχειν φῶς ἥμερον αἰτίου, ὁπόσα ἡμέρας σῶμα ἐμφανέσθαι γίγνεσθαι. τὸ γὰρ ἀπὸ τοῦ ἐνόντος ἀδελφὸν ὂν, πρὸς πῦρ εἰλικρινὲς ἐπίοντα, δι' ὧν τὰ ἀραιότατα ῥᾷστα διέρχεται μᾶλλον, μᾶλλον δὲ τὸ μίσον ξυμπᾶσαν τὴν ἀραιότητα· ὥστε τὸ μὲν ἅπαν ὅσον παχύτερον εἶναι πυρός· τὸ πρὸς δὲ μόνον αὐτὸ κατέχειν δυνηθῆναι. ὅταν οὖν μεθημερινὸν ᾖ φῶς, ὁμοῖον τὸ τῆς ὄψεως ῥεῦμα, διὰ στενότητα ὁμοίου σφᾶς ὄμμασιν ξυμπαγεῖς ἡμῖν φανῆναι, τὸ σῶμα ὅλον δι' ὅλου τοῦ τῶν ὀμμάτων διὰ συνοχείας, ὅταν τε αὐτοῦ πρόσω τὸ ἐκπορευόμενον ἐνδοθῇ, σφᾶς τὸ ἔξω ξωνίσαντος. ὁμοιοπαθὲς δὴ δι' ὁμοιότητα πᾶν ἡνίκαμον, ὅταν τι ἂν αὐτῷ πλησίασῃ, ἢ ὃ ἂν ἅπαν ἐκείνῳ, πᾶσαν τὴν αὐτοῦ δι' ὅλου διάδοσιν, εἰς ἅπαν τὸ σῶμα, μέχρι τῆς ψυχῆς, αἴσθησιν παρέχῃ ταύτην, ἣν δὴ ὄψιν φασίν. ἀπολαμπόμενον δὲ ὅταν ἐντὸς, τῷ συγγενεῖ πυρὶ ἀπαντήσαν. σφᾶς γὰρ αὐτὸ ἐκεῖσε, ἀπαυθαίρετόν τε αὐτὸ ἐκ καταστάσεως, συμφυὲς ὑπὸ τῆς πλησίον αἰεὶ γιγνόμενον, ἅπαν πῦρ ὂν ἔχοιεν. πανταχοῦ δὲ ὅσῳ ἐφ' ἑαυτῷ, ἓν τι ὑπαγορὸν γίγνεται ὅπερ.

Oculorum natura, & communio cum aëre.

id eſt, Ex omnibus organis, primi luciferi oculorum orbes coruicant, hac cauſſa dati. Ignis certè illius, qui non vrit quidem, ſed illuminando ſuauiter diem inuehit mundo, participes oculorum orbes Dij fecerunt. Intimum ſiquidem noſtri corporis ignem, huius ignis germanum ſincerúmque per oculos emanare voluerunt, in quibus lenis congeſtúſque vbique ignis huiuſmodi ſit: ſed per eorum duntaxat ſolidiorem anguſtámque medietatem, ignis purior euolet, craſſior verò cohibeatur. Itaque cùm diurnum lumen applicat ſe viſus radio; tunc ea duo inter ſe ſimilia concurrentia atque commixta, quò oculorum acies diriguntur, ibi in vnius jam domeſtici corporis cohærent ſpeciem: vbicumque videlicet tam intimi, quàm externi luminis ſit concurſus. Totum igitur hoc propter ſimilitudinem, paſſionem eandem ſortitum, cùm quid aliud tangit, vel ipſum ab alio tangitur; motum huiuſmodi ad corpus omne, pérque id ad animam vſque diffundens, ſenſum efficit qui viſus vocatur. At poſtquam in noctem diſceſſerit cognatus ignis, viſionis radius euaneſcit. nam in aërem ſibi diſſimilem erumpens permutatur atque extinguitur; cùm nullam habeat cum proximo aëre, vtpote ignis ſplendore carente, naturæ communionem. iccirco videre deſinit, ſomnúmque inducit. Hæc diuinitùs

Πῦρ, ignis pro calore naturali, vt ſuprà.

Spiritus optici quomodo per aërem videat, & quà tranſeat.

Στωικὰ Platonis quæ.

Viſio quæ fiat, & anima communicetur: & cur non in tenebris.

Ariſt. obiecta hinc facilè ſoluuntur.

N. ſilicet aër, opticum ſpiritum ad viſibile, velut baculus caeci, aut ſilum Theſei, deducat.

Ἐνδοθῆναι. Stoicorum errata, & Epicuri contraria ſententia.

Ariſt. opinio de viſione

Caro ſentit, non aër, aut ſpiritus ſentit.

Anima ſubſtantia.

Anima vehiculum, & organum.

Aër non niſi lucidus, ſpiritus optico ſubſeruit.

Stoicum dogma, per aërē, velut baculum, viſionem fieri, falſum, cur.

Viſus obiectum.

Aër neruo ſimilis ad viſionem.

An receptione omnis ſiat ſenſus? Quod, non ab abſurdo.

Neruus, pars cerebri.

A ſimili.

Apodoſis.

pro ſuo more dixit Plato, modum viſionis argutè explicans. quod enim de ἰδιλωμία, ſiue ſimulacri repræſentatione in ſpeculo ſequitur, minùs nobis neceſſarium hoc quidem tempore occurrit. ſed quod de vſu oculorũ ſubiũgit, non poſſum ſine piaculo præterire. ſic ergo ille; Ὄψις δὴ κατ' τὸν ἐμὸν λόγον, αἰτία τῆς μεγίστης ὠφελείας γέγονεν ἡμῖν· ὅσον γὰρ νῦν λόγον περὶ τοῦ παντὸς λεγόμενον, ἐπὶς ἂν τοτε ἐφάνη. μήτε ἄστρα, μήτε ἥλιον, μήτε οὐρανὸν ἰδόντων. νῦν δ' ἡμέρα τε ἡ νὺξ ὀφθεῖσα, μῆνές τε ἡ περιτροπὴ μεμηχάνηται μὲ ἀριθμὸν, χρόνον δὲ ἔσχομεν, περί τε τῆς τοῦ παντὸς φύσεως ζήτησιν ἐδόμεθα· ἐξ ὧν ἐπεκάμομεν φιλοσοφίας ἥρας. οὔ μεῖζον ἀγαθὸν ἦλθεν, οὐδ' ἥξει ποτὲ τῷ θνητῷ γένει δωρηθὲν ὑπὲ θεῶν. λέγω δὴ τοῦτο ἡμῖν μέγιστον ἀγαθὸν· τὰλλα δὲ ὅσα ἐλάττω, τί ἂν ὑμνοῦμεν; ὧν ὁ μὴ φιλόσοφος πανωδὴς, ὀδυρόμενος ἂν θρηνῶν μάτην. ἀλλὰ τοῦτο λεγέσθω περ' ἡμῶν, κατὰ θεὸν τοσοῦτον τὸ αἴτιον θεὸν ἡμῖν ἀνευρὼν, δωρήσασθαί τ' ἀνθ', ἵνα πᾶς ὁ ἐχόμενος τῶν νῦν καλλιόνως ἀποδόσεως, χρυσίμαθὲς ὄντ πᾶς ἀποφαίνοις τὰς τῆς περὶ ἡμῶν διανοίσεως συσσοὺς ἐκείνας ὅσας ἀδιανοήτοις πλανωμένοις ἐπιφαίνεται. ἐπιμαθὼν δὲ καὶ λογισμὸν κατ' φύσιν ἐρασθεὶς μαθόντες, μιμήμασι τοῖς τοῦ θεῖ παντὸς ἀπλανέσιν οὖσιν, τὰς ἐν ἡμῖν περιπλανήσεις καθεστεμένοις. id eſt, Equidem rerum optimarum, vt arbitror, cognitionem nobis oculi attulerunt: nam hæc quæ de mundo diſputantur, nunquam inuenta eſſent, ſi neque ſidera, neque ſol, neque cœlum ſuſpici potuiſſent. cognitio verò diei ac noctis ab oculis orta, fecit vt dinumeratione quadam, menſium annorúmque ambitus metiremur, tempus cognoſceremus, vniuerſæ naturæ ordinem ſcrutaremur, quibus ex rebus philoſophiam adepti ſumus. quo bono nihil (vel nullum) vnquam maius mortalium generi datum eſt Deorum munere, nec dabitur. Hoc igitur maximum oculorum beneficium eſſe dico: minora alia prætereo: quibus qui à philoſophia alieni ſunt, orbati ſi querantur, fruſtrà querentur. Nobis verò aſſerendum eſt, ob hanc potiſſimùm rationem Deum oculos genuiſſe, vt mentis circuitus, qui in cœlo peraguntur, intuiti, in vſum redigamus noſtræ mentis; cogitationíſque noſtræ diſcurſiones illis cognatas, ſed perturbatas quodammodo, ad illorum temperiem reuocemus. & cùm illos agnouerimus, & recta ratione ſecundùm naturam præditi, ſingulorum ordinem perceperimus; conuerſiones Dei, quæ ſine vllo errore aguntur, imitemur; atque ad earum exemplum, diſcurſiones noſtræ cogitationis vagas & erraticas componamus. hæc ille: nam de coloribus eorúmque varietate (quod eſt proprium viſus obiectum) ibidem in progreſſu legere poteris. Timæus autem Locrus Platonis ἀρχήτυπος, ſic Dorica phraſi rudiore jam antè multò breuiſſimè, Ταῦ δ' ἀθανάτου, τῷ μὲ ὄψιν ἄμμιν τὸν θεὸν ἀπάλαψε ἐς θεᾶν τῶν ἰρατῶν, & ἐπιστάμας ἀπάλαψιν. id eſt, E ſenſibus viſum nobis Deus accendit, ad res cœleſtes contemplandas, & ſcientias percipiendas. & paulò pòſt, πυραμὶς μὲν ἦρος ἀθανάτου, πολυθέατος & πανεπόπτης ἔφυτε δὲ λίγατο, ὧν ἕ χρώματα τὰ τοῦτα & καχεσπέρια ἀπεία. σφαῖρα δὲ πόλος, λάμπει, μέλαν, λαμπρόν, φαεσιμβρῶ. πᾶσα γὰ ἁ

Eidwlo-mania.

Oculorum vſus & beneficium.

Temporis menſura & cognitio, vnde.

Philoſophia origo & præſtantia.

Imperiti rati querela.

Oculorum finis, & explicatio moralis.

Dei imitatio.

Color, viſus obiectum.

Viſionis vſus.

A συναμφὶ πάντα ἥρωτον. id eſt, Quartum genus rerum quæ ſentiuntur, plurimarum ſpecierum eſt & maximè varium. aſpectabilia autem ea nuncupantur. quo in genere colores varij, coloratáque innumera. ac prima quatuor ſunt, album, nigrum, ſplendidum, puniceum: alia enim ex horum temperatione naſcuntur. & quæ deinceps.

Aſpectabilium natura.

Colorum 4. differentiæ.

Ego verò ſtatueram nullam deinceps cuiuſquam opinionem de modo videndi adijcere; aut Euclidis quodammodo ſecutus illam probabilem: aut Platonis & Galeni affinem veritati ſententiam: aut denique hanc conflatam è duabus longè veriſimillimam, cuius alibi demonſtrationem ſubijciam; Videlicet ex emiſſione radiorum ab oculo ad rem viſam & illuſtratam (ex quo cernimus) viciſſimque celeri recurſu perceptæ imaginis (ex quo & diſcernimus) atque ſimulacri reditu ad oculum ocyſſimo, imò omnem celeritatem vincente internuntio, πρὸ ὄψεως, viſionem fieri. Sed cùm hanc expendiſſem ſententiam à Lactantio viro acuto & ſolerti propoſitam, quæ penitiora conſideraret, atque ad ipſam mentem internam, poſt Platonem, Lactetium Ciceronémque, videndi originem reduceret (quod ſimiliter de aliis ſenſibus omnibus poſſet enũtiari, qui ipſius animæ, velut reginæ cuiuſdam dominantis in corpore ſunt miniſtri atque ſatellites, vt eſt ſæpè à nobis dictum) libuit in hanc ſummam ſubductam reducere, & in medium proferre, dignam quæ attentiùs obſeruetur & clariùs innoteſcat.

N. opinio & aſſenſus de modo viſionis.

B

Cernere & diſcernere, quid.

Mens videt: at eiuſdẽ miniſtri, ſenſus.

C

In oculis (ait) videndi organum eſt conſtitutum; quorum præcipuè inexplicabilis eſt ac mira ſubtilitas. quia eorum orbes gemmarum ſimilitudinem præferentes, ab ea parte qua videndum fuit, membranis perlucentibus Deus texit; vt imagines rerum contrà poſitarum, tanquam in ſpeculo refulgentes, ad ſenſum intimum penetrarent. Per eas igitur membranas, ſenſus ille qui dicitur mens, ea quæ ſunt foris, tranſpicit (eadem verò ratione liceat dicere mentem audire, odorari, guſtare, tangere, per idonea & peculiaria ſua organa, dixerim ego) Ne fortè exiſtimes, aut imaginum incurſione nos cernere, vt philoſophi dixerunt (quoniam videndi officium in eo debet eſſe quod videt, non in eo quod videtur) aut intentione aëris cum acie: aut effuſione radiorum. quoniam ſi ita eſſet, tardiùs quàm oculis aduertimus, videremus: donec intentus aër cum acie, aut effuſi radij ad id quod videndum eſſet, peruenirent. Cùm autem videamus eodem momento temporis, plerumque verò aliud agentes: nihilominùs tamen vniuerſa quæ contrà ſunt poſita, intueamur: Verius & manifeſtius eſt, mentem eſſe quæ per oculos ea quæ ſunt oppoſita, tranſpiciat, quaſi per feneſtras lucente vitro aut ſpeculari lapide obductas. & iccirco mens & voluntas ex oculis ſæpe dignoſcitur. ſimile verò quiddam mox ex Plinio primo ante hunc authore reponam depromptum. & quid ſi mens deſit, vt intecto & mutis? imò oculi vi-

Viſionis fides, & oculorum fabrica.

D

Oculus, vetuſt ſpeculũ.

Mens quo videat.

Quòd viſio nec emiſſione, nec receptione radiorum fiat, nec per euanẽſcẽtiã.

E

Mens videt per feneſtras oculorum.

A ſimili.

Voluntas ex oculis.

dent, ſed mens diſcernit, inquam.

Obiectio & ſolutio. At ſi mens per oculos videt: quî fit (obijcit Lucretius ex Epicuro) vt éruris & effoſſis oculis non magis videat, aut ſaltem videat? nam

A ſimili. & euulſæ cum poſtibus fores plus inferunt luminis, quàm ſi ſint obductæ. Quoniam (inquam) multa ſunt & nobilia munia, quæ ſola

Anima munia per ſe vel per organa. per ſe intus anima obire poteſt: multa quæ nonniſi idoneis vſa organis. qualis eſt ipſa illa videndi functio, quam oculorum miniſterio vſurpat. Quantulum enim videre poſſemus, ſi mens ab intimis penetralibus capitis per exiguas cauernularum rimulas (quo etiam vtique nihil ad ſpeciem fœdius, nihil ad viſum

Ab abſurdo. inutilius fieri poteſt) attenderet? Vt ſiquis vellet tranſpicere per cicutam, non multò plus profectò cernat, quàm cicutæ ipſius capacitas

A ſimili. comprehendat: ſiárque ſolubile hoc modo paſtoris ænigma;

Ænigma de ſpatio cæli tricubitali.

Dic quibus in terris, & eris mihi magnus Apollo,
Tres patet cæli ſpatium non amplius vlnas.

Verùm rurſus opponam; Quî fit vt obductis palpebris, tam tenuibus membranulis,

Alia obiectio. mens non videat? vt non in tenebris? vt non eminùs poſita? vt videndo fallatur, & diſcernendo hallucinetur? An hæc imbecillitatem mentis arguunt? vel nos potiùs alio modo quodam videre? his videlicet internuntiis, ſicut & aliis in reliquis ſenſuum organis? ſed neque oculis audiat, neque auribus cernat? verùm propriis quæque ſenſoriis obiecta apprehendat? Itaque ad videndum, membris potiùs

Oculi cur lucidi, rotundi, antici, verſatiles, vndi. in orbem conglobatis, ijſque lucidis ac ſplendentibus opus fuit, vt viſus in latum ſpargeretur; & vis optica, tanquam per ſpecilla ſeu vitreos ſenum orbiculos (conſpicilia aut perſpicilia vocant, lunulas ſiue lunetas vulgò dicitrant) ſeſe foras diffunderet: & quidem in primori facie ſitis & collocatis, vt liberè poſ-

Diuina prouidentiæ opus. ſent omnia contueri. Ergo ineffabilis diuinæ prouidentiæ virtus fecit duos ſimillimos orbes: eóſque ita deuinxit, vt non in totum conuerti; ſed moueri tamen ac flecti cum modo poſſent. Orbes autem ipſos humoris puri ac liquidi plenos eſſe voluit: in quorum media parte, ſcintillæ luminum concluſæ tenerentur, quas pupillas nuncupamus: in quibus

Pupilla quid. puris ac ſubtilibus cernendi ſenſus ac ratio

Mens quâ videat, & mixtio luminum. continetur. Per eos igitur orbes ſeipſam mens intendit, vt videat: mirâque ratione in vnum miſcetur & coniungitur amborum luminum viſus. de qua mihi antea dictum memini.

Sed vereor ne quis (quod opinor, de Apel-

Prouerb. manum de tabula. le iactari ſolebat) de me id iure dicat; Manum tu de tabula: cùm in vna corporis noſtri particula ſingillatim explicanda atque illuſtranda tam prolixus fiam. Cui illud reſponſum

N. excuſat prolixitatẽ. velim: me & ipſa rerum pulchritudine allectum, earundémque nonnulla obſcuritate implicitum multis ideo intacta, aut leuiter & primoribus labris (vt canis è Nilo) delibata,

Prouerbiũ. Cur tam longa de oculorum vſu. vel etiam conſultò prætermiſſa; me (inquam) ſic implicatum atque irretitum, longiùs opinione euagatum fuiſſe (nam vt eſt in Græcorum prouerbio, *δύσκολα τὰ καλὰ*, difficilia quæ

Prouerb. pulchra) in reliquis autem minùs ſplendidis, magiſque vſu tritis, breuitate ſermonis hanc tantam *μακρηγορίαν* compenſaturum. Et tamen, ni fallor, in ijs eſt verſata rebus oratio, quæ bonis & doctis & philoſophiæ ſtudioſis gratiſſimæ ad inueſtigandum, & amœniſſimæ ad inueniendum exiſtimentur: indoctis autem

Docti & indocti oppoſito. & maleuolis penitúſque *ἀμούσοις*, vel ipſo titulo nauſeam excitent. Vt tamen ijs quæ multa dicenda reſtant, locum faciat oratio; vbi ex Plinio aliquot teſtimonia & hiſtorias lepidas in commendationem ſuauiſſimorum oculorum expoſuero, ad proximum ſenſus organum me conuertam.

Oculorum commendatio, ſitus, vſus. Fronti & ſuperciliis ſubiacent oculi (inquit vir ingenioſiſſimus, & naturæ operum præco eloquentiſſimus) pars corporis pretioſiſſima, & qui lucis vſu vitam diſtinguant à morte. Non omnibus animalium hi. quadrupedum

Talparum oculi, & quibus nulli, vſuſque cornuculorũ. talpis viſus non eſt: oculorum effigies ineſt, ſiquis prætentam detrahat membranam. Nigidius nec locuſtis nec cicadis eſſe dicit. cochleis oculorum vicem cornicula bina prætentatu implent. nec lumbricis vlli ſunt, vermúmque generi. Oculi homini tantùm di-

Oculi humani varij, ac differentia. uerſo colore: cæteris in ſuo cuique genere ſimiles: & equorum quibuſdam glauci. ſed in homine numeroſiſſimæ varietatis atque differentiæ, grandiores, modici, parui, prominentes, quos hebetiores putant; conditi, quos clariſſimè cernere: ſiue in colore, caprinos. Præterea alij contuentur longinqua: alij niſi propè admota non cernunt. multorum viſus fulgore ſolis conſtat, nubilo die non cernentium, nec poſt occaſus. alij interdiu hebetiores, noctu præter cæteros cernunt. cæſij in

Hiſtoria. De Augusti & Tiberij oculis, & Claudij, Caij, Neronis. tenebris clariores. Ferunt Tiberio Cæſari, nec alij genitorum mortalium, fuiſſe naturam, vt expergefactus noctu paulíſper, haud alio modo quàm luce clara, contueretur omnia, paulatim tenebris ſeſe obducentibus. Diuo Auguſto equorum modo glauci fuêre, ſupráque hominem albicantis magnitudinis. quam ob cauſſam diligentiùs ſpectari eos iracundè ferebat, vt jam notaui. Cl. Cæſari ab angulis candore carnoſo, ſanguineis venis ſubinde ſuffuſi. Caio principi rigentes. Neroni, niſi cùm conniueret, ad propè admota, hebetes.

Oculi inconsuëtos ad quid. Viginti gladiatorum paria in Caij principis ludo fuere: in ijs duo omnino qui contrà comminationem aliquam non conniuerent: & ob id inuicti. tantæ hoc difficultatis eſt homini. pleriſque verò naturale, vt nictare non ceſſent: quos pauidiores accepimus. Oculus vnicolor nulli: cum candore omnibus medius color

Oculorum colores, & phyſiognomia. differens. neque vlla ex parte maiora animi indicia cunctis animalibus, ſed homini maximè. id eſt, moderationis, clementiæ, miſericordiæ, odij, amoris, triſtitiæ, lætitiæ. contuitu quoque multiformes, truces, torui, flagrantes, graues, tranſuerſi, limi, ſummiſſi, blandi.

Aſpectus varij. & quòd oculi, animæ domicilium. Profectò in oculis animus inhabitat. ardent, intenduntur, humectant, conniuent. hinc illæ miſericordiæ lacrymæ. hos cùm oſculamur,

Lacryma vnde. animum ipſum videmur attingere. hinc fletus

Digitized by Google

& rigantes ora riui. Quis ille humor eſt in dolore tam fœcundus & paratus: aut vbi reliquo tempore (Nempe à cerebro eſt, inquam, ſeſe comprimente, & pituitam qua abundat humiditſimum, ex ſe exprimente, ac velut lentorem ſaliuante, vt lib. de riſu exponam) Animo autem videmus, animo cernimus. Oculi ceu vaſa quædam, viſibilem eius partem accipiunt atque tranſmittunt. Sic magna cogitatio occæcat, abducto intus viſu. ſic in morbo comitiali aperti nihil cernunt, animo caligante. Quin & patentibus dormiunt lépores, multíque hominum; quod ὑποβλεφάρους Græci dicunt (at medicis ex eo ſæpius λαγοφθαλμία dicitur hæc affectio: λαγὼς enim, lepus eſt; & ὀφθαλμὸς, oculus) Tenuibus multíſque membranis eos natura compoſuit, calloſis contra frigora caloréſque in extremo tunicis. quas ſubinde purificant lacrymationum ſaliuis; lubricos, propter incurſantia, & mobiles. Media eorum cornea feneſtrauit pupilla: cuius anguſtiæ non ſinunt vagari incertam aciem, & velut canali dirigunt: obitérque incidentia facilè declinant. aliis nigri, aliis atri, aliis rufi, aliis glauci coloris orbibus circundatis. vt habili mixtura & accipiatur circunfecto candore lux, & temperato repercuſſu non obſtrepat. adeóque ijs abſoluta vis ſpeculi, vt tam parua illa pupilla totam imaginem reddat hominis. Ea cauſſa eſt, vt pleræque alitum è manibus hominum oculos potiſſimùm appetant: quòd effigiem ſuam in ijs cernentes, velut ad cognata deſideria ſua tendunt. Veterina tantùm quædam ad incrementum Lunæ, morbos ſentiunt: ſed homo ſolus emiſſo humore liberatur. Poſt viceſimum annum multis reſtitutus eſt viſus. quibuſdam ſtatim naſcentibus negatus, nullo oculorum vitio: multis repentè ablatus ſimili modo, nulla præcedente iniuria. Venas ab ijs pertingere ad cerebrum, peritiſſimi authores tradunt (imò per neruulos potiùs, quàm per venas conſenſus ille fit.) ego ad ſtomachum crediderim. certè nulli ſine redundatione eius, eruitur oculus. Morientibus illos operire, turſúſque in rogo patefacere, Quiritium magno ritu factum eſt: ita more condito, vt neque ab homine ſupremùm eos ſpectari fas ſit: & cœlo non oſtendi, nefas. Vni animalium hominí deprauantur; vnde cognomen Strabonum & Pætorum. ab ijſdem qui altero lumine orbi naſcebantur, Coclites vocabantur. qui paruis vtríſque, Ocellæ. Luſcini iniuriæ cognomen habuére. hæc & plura Plinius lib. 7. cap. amplíſſimo & pulcherrimo 37. pleraque ex Ariſt. mutuatur tum aliunde, tum ex lib. 2. part. animal. capitibus 10. 11. 12. 13. 14. 15. quæ tibi legenda relinquo per otium, atque ad ſequens σύστημα accedo multò paucioribus verbis tranſigendum.

N. lib. de riſu.

Animus videt, quomodo.

Ita Firmianus.

Cogitatio & epilepſia occæcat

Corybantia & lagophthalmia, quid. Oculorum cõpoſitio & ſecuritas.

Oculi cur lubrici & feneſtrati: ac pupilla natura.

Iridis colores, & viſus.

Pupilla quomodo ſpeculum. Et cur eam impetant.

Morbi oculorũ in veterinis, & in homine ſuffuſio, & viſus oblatus, quãdo.

Oculorum ſympathia cum cerebro & ſtomacho, vnde.

Superſtitio claudẽdi & aperiendi oculos mortuorũ, quorſum.

Cognomina ex vitio oculorum.

De Auditu.

CAP. II.
Seu liber vnus.

VENIO igitur ad proximum ſenſus organum, tum loco, tum nobilitate ſecundum. de quo pauciora ideo dicenda erunt, quia nec tam multa controuerſa habet, nec adeo abſtruſa & à communi notione remota, & quodammodo admiratione digna. Illud tamen ſi huic ademero, quod Ariſt. libr. 1. de ſenſu & ſenſili, iure tribuit; næ, iniurius ſim & parum gratus aut beneficij naturæ memor. Senſus illi (inſit) qui intercedente aliquo extrinſecùs medio fiunt, olfactus (inquam) auditus & viſus, ex animantium numero inceſſibilibus omnibus eos quidem habentibus, turelæ ac ſalutis gratiâ adiuncti ſunt, vt præſentientes alimentum perſequantur; & quæ prauâ ſunt atque exitialia, fugiant. Sed ijs quæ prudentiæ quoque participes ſunt, gratiâ cuiuſpiam commodi melioris acceſsére. nam auditus & viſus multas annunciant differentias, quibus rerum tam intellectilium, quàm quæ ſub rationem cadere ſolent, peritia comparetur. Horum ipſorum ad paranda quæ neceſſaria ſunt, magis vel per ſe viſus conducit. ad cultum ingenij capeſſendum, per accidens auditus. Nam viſus complures variáſque differentias aduehit, quòd corpora omnia colore participent. quare hoc ſenſu maximè communia ſentimus: communia dico, figuram, magnitudinem, motum, ſtatum, numerum. At auditus, ſoni tantùm diſcrimina, paucis etiam vocis renuntiat. ſed per accidens, magnum adfert adiumentum ad acquirendam ſapientiam prudentiámque. Nam ſermo cùm ſit audibilis, diſciplinæ cauſa non per ſe, ſed per accidens, exiſtit. conſtat enim ex nominibus: ſingula autem nomina, quarundam notionum ſymbola ſunt. Quamobrem ex ijs qui jam inde ab ortu naturæ, vtroque (aut potiùs alterutro) ſenſu priuati ſunt; qui cæci ſunt, hiſce qui muti ſurdíque ſunt, ſapientiores euadunt atque prudentiores. hæc ille planè graniter ac philoſophicè. Cui & diſcipulus Alexander Aphrodiſieus ſubſcribit probl. 138. lib. 1. Quamobrem qui ſurdi ab ortu naturæ ſunt, ijdem & muti viuunt? Quoniam quæ nunquam audierunt, hæc fari nequeunt. medicis tamen placet, vt par idem neruorum ſit, cuius pars altera ad linguam, altera ad aures vſque porrigatur. atque ita neceſſe ſit communem accidere affectionem. & quæ ille adijcit partim vera, partim ſimilia veri. quia ne illud quidem in totum fatemur, quod primò attulit in cauſſam, de communione neruorum, vt mox audies.

Tranſitio.

Senſus quâ fiant per medium, aërem, & ad quid.

Viſus & auditus cõmoda in homine, eorúmque differentia.

Viſus quid percipiat, vtémque audiens: & vix ad diſciplinas aliquæ externa.

Nomina ad quid: & vis ſermonis ad diſcendum.

Surdi à natiuitate, ijdem & muti, cur: & comparatio ad cæcos.

De auribus, & auditus organo.

VErùm antequàm longiùs euehar dicendo, operæpretium facturus videor, ſi vt

Auditorij ſenſus fabrica & compoſitio.

ſuprà de oculis & viſione, ita hîc de auribus & auditu ſermonem ab ipſa partium compoſitione ordiar. Eſt igitur in capite os ad tempora ſitum, duritie inſigne, quod ideo phyſici λιθοειδὲς, quaſi petricoſum vel lapidoſum dixerunt; non diſſimilis illud quidem naturæ ab oſtracis & teſtis concharum. Id os protenſis lambdoideos ſuturæ finibus terminatur. in eo

Apophyſis ſtyliformis.

ſtyloides proceſſus ineſt (στυλοειδὲς ἢ βελονοειδὲς ἢ ϰαρφοειδὲς, à ſtyli vel acus ſimilitudine denominatur) in quo meatus auditorius (Græcis πόροι ἀκουστικοὶ) à natura ſolerter excauatus, tribus ſeptus oſſiculis (vt recens notauit anatomia) continetur: ſitu quidem ſublimis, quia ſonum recipere debet, qui naturâ in ſublime fertur. Hunc meatum neruulo, velut tympano inſtratum, vt in oculo cryſtallinum humorem ad viſum, ſic auribus ad auditum, primum ac præcipuum (nobilitate tamen longè inferius) eſſe inſtrumentum multi crediderunt. Eiuſmodi autem oſſis durities & ſiccitas, excipiendo ſono exteriori mirificè conducit. obliqua verò & anfractuoſa figura (à qua, πόροι πλάγιοι, ductus cæcus denominatur) helicem quodammodo referens ſpirali orbita, vel labyrinthi cuiuſdam ambages, mira ſagacitate à conditore Deo efficta eſt; vt eo ductu obliquo vox & ſonus ſenſim ferretur intrò. quomodo per infundibulum, vaſa oris anguſti liquore ſolent citra effluuium aut iacturâ compleri. Patente autem ſemper foramine, quia hoc ſenſu etiam dormientes egemus: à quo cùm ſonus eſt acceptus, etiam à ſomno excitamur.

Meatus auditorius, ad quid, vbi, qualis, & cur in ſublimi.

Primarium audiendi inſtrumentum.

A ſimili.

Os auditus cur durum & ſiccum & anfractuoſum, & quale.

Meatus cæcus.

Similiando.

Aures cur in ſomno pateãt, oculis clauſis: & quod ſegnitbalmus.

Oculos autem dormituri, natura ſuadente, aduerſus exteriorem iniuriam eludimus. quanquam ſunt qui ὅσ ijs patentibus, more leporũ (vt propoſui) obdormiſcunt, quod in ijs videre eſt & mirari, qui dormientes exurgunt, & pleraque agunt in ſomno, ſed citrà ſomniũ videntes & ambulantes eodem modo, quo qui vigilant.

Aſſiones ſomni, ſimiles vigilarum, vnde & quales.

Ab experientia.

ijs enim ſenſus accidentium contingit, quanquam non vigilantibus; tamen non vt ſomnium. quod & frequens experientia, & Ariſtotelis authoritas libr. 3. de genera. animal. cap. 1. confirmat, & aliuſpiam ex Gal. clarum feci. Vt autem de viſione aliquando diximus, obiecto lucidiſſimo ac rutilante non parum offendi: ita & de auditus iſta fabrica ſentiendũ eſt; grauiſſimorum & ex inopinato horrendiſſimorum ſonorum violentia, vt fortè tonitrus, aut nolarum, aut vt noſtro penè æuo inuentarum bombardarum bellicarum terrifico bombo atque ſtlopo, grauem imminere auditui noxam, multíſque adeo ſurditatis ortam inde occaſionem fuiſſe: atque adeo ſæpius oriturarum; niſi iſta ambagioſa obliquitas, ſoni vehementiam ſua mora frangeret ac retardaret. quod & Ariſt. libr. de inſomniis ita ſentit & ſcribit; Ab ingentibus ſonis ſurdaſtri reddũtur: & ab odoribus vehementibus, ægerrimè olfaciunt. Præterea verò cùm via illa breuis ſit ad cerebrum naturâ frigidum; ſiquidem recto ferretur ductu, ab aëre hyberno frigido non mediocriter offenderetur. quem jam iſto anfracto diutiùs retentum alterat quodammodo & mitificat: vt fractior ac temperatior ad intima penetret. Accedit & illud beneficij, quòd cùm meatus ſit anguſtus; maioribus corporibus excipiendis patêre non poteſt: minorum autem, quæ celeriter ac violenter & rectâ ferrentur, mæandris illis priùs inciderent, erat neceſſe: quæ verò leniter, & velut in ipſis volutata, citra violentiam, ac manſuetè inſtratum operimentum erant contractura: quod ſecùs accideret, ſi ſimplex & directum iter pateret. Prouiſum etiam, vt ſiqua minima beſtiola conaretur irrumpere, in ſordibus auritum (κυψαλίδες Græci, Latini dicunt cerumina quibus hac ſe via cerebrum quandoque repurgat) tanquam in viſco aut glutino conuoluta inhæreſceret. Quibus etiam hoc accedit, cùm auditus ſenſibile obiectum ſit aërium; vt illapſus hoc obliquo tramite flexuoſóque itinere ſonus, cunctando perciperetur facilius: & inde vocum vel minimarum prolationis varietas fallere non poſſet: cùm & illa ipſa ſtructura non modò non minuat aut obſcuret, ſed augeat, & tanquam moduletur tinnitus ad audiendum neceſſarios; pulſato & leniter colliſo ſpiritu illo animali, quem ad eas partes quietum à cerebro natura deuoluit. quiquidem blando ſuo calore attrahit: inſita moderata humiditate ſuſcipit & quodammodo alterat ſoni immiſſi naturam. His etgo de cauſſis duros & quaſi corneolos, vt Tullius loquitur, aures habuerunt introitus, multíſque cum flexibus; quod his organis illatus amplificetur ſonus. Quomodo & in fidibus, teſtudine reſonatur aut cornu: & ex tortuoſis locis incluſi & diutulè luctati ſoni referuntur ampliores. Neque verò ad audiendum, illud ſatis erat; niſi ab eodem cerebro, primo ſenſibili, nerui auditorij gemini (νεῦρα ἀκουστικὰ Graij vocitant) à quinta potiſſimum coniugatione ad illas concauas & concameratas partes demitterentur: qui tam idoneam nacti fabricam percipere poſſent externa, & quæ extrinſecùs occurrunt ſenſibilia (namque auditum fieri recipiendo jandudum diximus, atque ipſa organi concaui compoſitio ſatis docet) eáque demùm referrent imaginationi. Quam tamen fallunt non rarò, ea foris fieri, quæ intus geruntur, cùm intra ſeipſas ſonant, mentitæ aures: vt in deſipientibus, in vertigine, in coriza, in animi morbis cerebríque affectibus: ſicuti de phreniticorum viſis antea meminimus. Quæ porrò audiendo percipiuntur (τὰ ἀκουστὰ Græci dicunt) ea ſunt ſiue ſonus, ſiue vox, ſiue aër percuſſus, ſiue aëris quædam percuſſio: nihil enim intereſt, quo nomine appelles. modò hoc vnum duntaxat conſtet, motum qui percuſſione fit, quaſi procellam ac fluctum progredi oportere, atque ad cerebrum ipſum κατ' ἐκεῖνο, per impulſionem aſcendere, ſenſui communi repræſentãdum. Non igitur licebat ampliùs, vt in oculis, ita & hîc neruorum tegumentum quoddam apponere: id enim certè maximè impediuiſſet, quò minùs aër motus ipſis accideret accederéve. idque potiſſimùm, ſiquidem eſſet morbus, cuiuſmodi in exiguis

Vſus cerumnum.

Sonus quà illabatur in aures ſonoſas.

Spiritus animalis quomodo aërem præparet ad audiendum.

Auriũm talis fabrica cauſſa.

Similiando.

Nerui auditorij qui, vnde, quotſum.

Auditus fit recipiendo, & ratio organi eiusdam.

Contrà de oculis & viſu.

Soni fallaces vnde, & quibus.

Quid ſit audibile, & quomodo ad cerebrũ pertingat.

A ſimili.

Auditus qui fiat.

Nerui auriũm cur non nudi, & tamen aperti, & quatenus.

Auditus & odoratus obleſio, vnde.

Meatus auditus cur obliquus, durus, anguſtus.

Natura prouidentia aduerſus ſurditatem.

Digitized by Google

ineſt voculis. Non tamen nudi penitus nerui erant relinquendi, ne omnibus externis iniuriis eſſent expoſiti. ſed neque rurſus adeo rarum ac tenue operimentum hoc faciendum fuit, vt aëri eſſet penetrabile ac peruium. Quod ſi ita eſſet, non modò nerui ipſi facilè læderentur variè: verùm etiam vt eſt propoſitum, cerebrum ipſum refrigeraretur. quod cùm proſpexiſſet natura, eam conſtructionem machinata eſt, qualem nuper diximus. Neruis autem ſeu poris auditoriis (Græci πόροις ἀκουστικοῖς) qui oſſa illa lapidoſa cum portione duræ meningis intexunt atque implicant; paulùm dilatati, panniculo quodam velut præſtruunt ac ſublinunt obliqua eorundem foramina, ſimilem ipſis foraminibus cauitatem adepti; non quantam maximam licebat patiendi difficultatem natura comparauit: verùm etiam propriæ ipſorum conſtructionis rationem habuit, duros vtroſque, quoad licebat, efficiens. Nam ſi duri planè fuiſſent, minùs quidem iniuriis obnoxij fuiſſent: ac ſenſum haberent apprimè obtuſum. Quòd ſi contrà molles forent æquè ac nerui optici; ſenſum quidem haberent acutum, ſed iniuriis forèt opportuniſſimi. quam patiendi opportunitatem natura omnium maximè fugit: cum qua videlicet actionem pariter perire intelligat. Vt autem in genere cum noſtro Galeno dicam, Senſoria omnia neruum poſtulant mollem. neruum quidem, quia is ſenſuum eſt inſtrumentum. mollem autem, quia vt ſenſus fiat, ab extrinſecùs occurrente ſenſorium ipſum efficiatur quodammodo neceſſe eſt ac patiatur. Porrò quod molle quidem eſt, id ad patiendum: quod autem durum, illud ad agendum eſt aptius: proinde ſenſoria quidem, mollibus; reliquæ verò partes motu voluntario prædituæ, neruis duris indiguerunt. Ob eámque cauſſam ſenſoria omnia prope cerebrum eſſe oportuit. cuius cauſsà & hæc omnia inſtituta: ipſum autem, oculorum gratiâ, vt jam patuit, & Galenus ipſe demonſtrauit; quem hîc ducem præcipuè ſequimur, vt & ſæpe aliàs, cum Ariſtotele & paucis Latinis ſæpe nominandis. ex quibus vnus M. Tullius 2. nat. Deor. Aures (inquit) cùm ſonum recipere debeant, qui naturâ in ſublime fertur, rectè in altis corporum partibus collocatæ ſunt.

Verùm luſtratis animo organis illis, per quæ auditum natura molita eſt; lubet externa hæc (de quibus jam antè in nomenclatura partium) obiter contemplari, & vſum cauſſamque eorum paucis perquirere. Nam primum quod oculis cernitur & extrà eminet, propriè loquentibus auris dicitur (Græcis οὖς ἢ οὖας ἢ ἀφτὶς ἢ ἀφτὶς, vti jam inſinuaui) vel ſanè auricula per diminutiuum: ac non quod intus cælatum eſt. Auribus autem ſiquis dicat à vocibus hauriendis nomen inditum, forſan non aberrabit, Virgilij quodammodo ſecutus hac in re veſtigia, qui eôdem alludens dixit,

—— *vocémque bis auribus hauſi.*

Niſi ſicui magis placet à Græco, αὐὴ, id eſt vox; aut ab audiendo, per mutationem literæ, aures, quaſi audes nominati. Has igitur aures geminas (vt antè de geminis paſſim ſenſoriis diximus) Deus vtrimque capiti ad latera affixit, tegendi cauſsà factas tutandique ſenſus: & ne adiectæ voces laberentur atque erraruut, priuſquàm ſenſus ab his pulſus eſſet. Aures autem homini tantùm immobiles dixiſſe me antea memini ex Plinio. quod ille ex more ab Ariſtotele ſumpſerat cap. 11. libr. 1. hiſtor. animal. Qui & notam morum optimorum à mediocribus auribus deſumpſit. quæ enim magnæ & arrectæ, ſtultitiæ indices eſſe ſolent, ait idem, ad naturam (opinor) aſinorum alludens, nec ſanè multùm abludens. Ab his ſunt apud Latinos Flaccorum cognomina. Nec in alia parte fœminis maius impendium, margaritis dependentibus. in oriente quidem & viris aurum geſtare, eo loci decus exiſtimatur. verùm hæc ἄκαιρα ſunt: potiora perſequor.

Enimuerò non vt oculos in antica faciei parte (quia viſio è directo emiſſis radiis fit) ſic & aures ſonos vndequaque allabentes excepturas conſtitui oportuit: cùm & ipſa neruorum ad eas deducendorum è medio propè cerebro à quinta coniugatione ortorum ratio aliud poſtularet. Quarum duplicitas incredibile eſt quantam pulchritudinem præ ſe ferat: tum quòd pars vtraque ſimilitudine ornata eſt: tum vt venientes altrinſecùs voces facilius colligantur. Nam & forma ipſa mirandum in modum ficta; quòd earum foramina, vt in auibus, piſcibus, reptilibus (nam auriculæ omnibus animal duntaxat generantibus, excepto vitulo marino atque delphino, & quæ chartilagines appellantur: pennatorum autem animalium buboni tantùm & oto, plumæ velut aures; cæteris cauernæ ad auditum, ait ex Ariſtotele Plinius) atque aliis multis imperfectis animalibus, natura noluit eſſe nuda & inobſepta: quod & minùs decorum, & minùs vtile fuiſſet. quoniam ſimplicium cauernarum anguſtias præteruolare vox poſſet, & ſpargi: niſi perceptam per cauos ſinus, & reperculſu retenta foramina ipſa conuecherent. illis ſimillima vaſculis, quibus impoſitis ſoient anguſtiora vaſa compleri, vt paulò antè commemorabam. Has itaque aures artifex ipſe Deus noluit carne ſola, ne formam non ſatis ſuam retinerent; & concidentes, meatus ſuos obſtruerent, effingere: noluit vel mollibus pelliculis informare, quæ pulchritudinem demerent pendulæ atque flaccentes: noluit duris ac ſolidis oſſibus compingere, ne ad vſum inhabiles eſſent, immobiles atque rigentes. ſed quod horum medium eſt, excogitauit, vt eas chartilago mollior alligaret; vt flecti, non autem frangi poſſent; & haberent aptam ſimul & flexibilem firmitatem. Sic enim decuit, nudas ac eminentes partes, queque externis iniuriis eſſent expoſitæ, ex ea conſtare ſubſtantia, quæ neque contundi, neque frãgi facilè queat. Ideóque aures replicari perſpicuè cernũtur, cùm nihil interea patiãtur. & ſiquando quis pileum aut galeam capiti circum-

Aër cur ad cerebrum non rectà feratur.

Nerui auditorij cur duri & quatenus.

Neruorum molliũ durorumque natura.

Natura diminutiones fugit, quæ de re.

Nerui ad ſenſum, molles: ad tactum, duri requiruntur, quamobrẽ.

Molles & duri vis contraria.

Senſoria cur cerebro vicina.

Aures cur in ſublimi.

De externis auditus partibus.

Auris & auricula quid, & vnde dicta.

Aurium geminarum vſus, ſitúſque ratio.

Aures homini immobiles, & inde phyſiognomica.

Flacci qui.

Aurium ornamenta ſine mauors.

Oculi cur in anterioribus, & aures ad latera.

Nerui auditorij vnde.

Aures cur gemmæ, & forma ratio.

Auritæ animalia & ſine auribus, quæ.

Foraminum vſus in auribus. A ſimili.

Aures cur arrectæ & chartilagineæ.

Partes chartilagineæ quæ & ad quid.

circum-

Cur non ossea, non carnea aures.

circumpoſuerit, nihil aur parũ ex aurium cõpreſſione offendi cernitur. molles enim cùm mediocriter ſint, eóque facilè incidentibus cedant, eorum vim exoluunt. Nam ſi duræ penitùs æquè ac oſſa, forent: aut molles, vt carnes: duorum alterum (vti dixi, & poſt Galenum repeto) accideret neceſſariò: aut enim rumperentur facilè, aut omnino contunderentur. ob eámque cauſſam chartilaginoſæ exiterunt.

Organa ſenſuum munita omnia.

Porrò autem natura cùm omnibus ſenſuũ inſtrumentis operimentum fabricaretur, aliis quidem, ne cerebrum, quod eis eſt propinquũ, lædatur: nonnullis autem propter ſecuritatem propriã. ſic & meatui, qui eſt in oſſe lapidoſo,

Auditui munimentum, & eius ſedes, & curtale.

præcipuo (vt propoſui) audiendi organo inuolucrum foràs prominens effecit, nequid eorũ quæ extrinſecùs incidunt, ipſi noceret. Quæ autem ipſi erant præſtruenda, non modò ſonũ illabi prohibere non debebant, ſed inſuper ſonum aliquem & ipſa fundere. Cuius rei Adrianus Rom. conſul teſtis eſt locupletiſſimus, qui (vt Galenus & ipſe teſtis oculatus retulit) cùm ſenſum hũc læſum haberet, manus cauas, quo audiret faciliùs, à poſterioribus ad anteriora ſpectantes, auribus obtendebat. Huc accedit,

Hiſtoria. Adriani mot in audiendo.

Animalia cur aures ingentes circumagant, & quandã audiant meliùs. Hominicur aures breuiores.

quod ſolers Ariſtoteles norauit, equos, aſinos, canes, & reliqua animalia omnia; quæ magnas habent aures, eas ſemper circumagere ac vertere ad ſonos & voces, vſum partium à natura edocta. quin & lib. 3. genera. animal. cap. 1. auriculas longas imbricatáſque, intúſque longiore anfractu intortas meliùs adminiſtrare dixit: quippe quæ motum eminùs excipientes, ad ſenſorium reddant. At verò tanta hominibus magnitudo eſſet incommoda: dum caput pileis aut galeis aut aliis id genus tegere vellẽt: quod non rarò erant facturi. Niſi ſiqua hominum mõſtra in India ita prægrandes habent aures,

Monſtroſa Indorum aures.

vt iis ad talos demiſſis tota contegant corpora: more chlamydis militaris, aut gauſapis Hiſpanici, Plinio, Solino & aliis referentibus. Tantũ autem ſurſum aures extendi, meatibúſq. extare, quantum nunc extenſæ ſunt, præſtiterat. ita enim ſimul adſonant. meatúmque operiunt: ſimul autem nihil impediunt, quò minus quidquis capiti inijciatur. Meritò igitur (vt dixi ex Plinio) aures homini tantùm immobiles: aut exiguum quendam atque obſcurũ habent motum. niſi quibus ea obtigit compoſitio, qualẽ ſuprà memoraui: vt aſininas Midæ in morem auriculas quatiant ac motitent, cùm velint. Cũ autem paruæ ſint, parum omnino, aut prorſus nihil erat quod nos iuuiſſent, ſi mobiles ac verſatiles eſſent. Quòd autem forinſecùs conuexæ, intrinſecùs cauæ extiterint, factum id propterea eſt, nequid meatui incideret: néve ipſæ facilè afficerentur, vt & iam dictum eſt. Quod enim rotundum eſt, id omnium ab iniuriis remotiſſimum eſſe etiam aliàs eſt dictum. Ad eũdem etiam vſum vtraque ipſarum aurium multos habuit flexus: magis enim eo modo cõplicari poſſent, atque in ſeipſas duplicari, quàm ſi ſimplex tota vniuſque figuræ vtraque fuiſſet, vt Plinio viſum eſt.

Aures cur arrectæ, & patulæ.

Aures hominis immobiles, quatenus.

Midæ auricula.

Aures cur intus anfractuoſæ & flexuoſæ. Retũdæ iniuriis minùs opportunæ.

Lucretius etiã ipſe lib. 4. de auditu multa ſcribit, quî fiat, ſitne corporea vox, quid ſit echo. & quæ eôdem pertinẽt, ab eodem recognoſcenda per otium, non ſine fructu & voluptate: nunc enim locum indicaſſe ſit ſatis, vbi canit:

Principio auditur ſonus & vox omnis in aures
Infenſata, ſua penetrare vbi corpore ſenſum.
Corpoream quoque enim vocem conſtare fatendũ eſt,
Et ſonitum, quoniam poſſunt impellere ſenſus, &c.

Auditus qui fiat.

Vox corporea.

Et quæ plurima ſequuntur tũm de voce, tum de ſermone, præcipuéque de echo, prorſus eximia & notanda: niſi verſuum copia citati moleſta foret. Cæterùm quo pacto natura aurium pulchritudini prouiderit (nam id quoque ex abundanti facere conſueuit, nullam partem impolitam, nullam illaboratam, aut ſine rhythmo & lepõre relinquens) id iam conſideres, licet. Quemadmodum enim boni artifices, præter opus inſtitutum, artem ſuam oſtentant: verbi gratiã, in clauſtris ſiue obicibus, clypeis, & plerumque enſium capulis manubriiſque, nõnunquam etiam in phialis, ornamẽtum quoddam ac ſtatuarium opus aliquod, quod ad vſum partis nihil pertineat, aut hederam quandã flexilem, aut mollem acanthum, aut vites flexuoſas & ambagioſas, aut cupreſſum, aut id genus quiduis inſculpentes. ſic & natura ex abundãti, omniũ animalium membra omnia, ſed hominum præcipuè exornauit. Quæquidem ornamenta multis in partibus clarè apparent (obſcurantur tamen aliquando ab ipſius vtilitatis ſplendore) in auribus certè omnium manifeſtiſſimè. Quo tamen naturali ornamento plerique minimè contenti, multa & alia arte quæſita, ſuperflua tamen adiecerũt. Nulla alia in parte fœminis maius impẽdium, margaritis inde pendentibus, vt propoſui. Id docuit olim Cleopatra Ægypti reginarum nouiſſima, quæ amatori Antonio vnionem illũ appoſuit centies H-S. æſtimatum, quem auribus antè geſſerat: maximè ſingulare illud & verè vnicum naturæ opus, Plinij quidem æſtimatione. Ac vix vlla maior ignominiæ nota inuri cuiquam poteſt, quàm ſi altera vel vtraque aure putata, trũcus & deformatus, Zopyri in modum (quibus tamẽ organis ad ornatum potiùs, quàm ad neceſſarium audiendi vſum egere videbatur) aliquo ſuo maleficio, aut inſigni ſcelere cõuictus, in hominum riſus & contumeliam exponatur atque ludibrium.

Natura ſtudet partim pulchritudini, vt & auriũm, quomodo.

Similitudo. Operum ornamenta ex abundanti: ſtatim partiũ corporis humani.

Auriũ ornamenta duplicia.

Cleopatræ vnio, & inauris.

Auriũ putatarum ignominia.

Zopyrus.

Enimuerò quod ſuprà de modo vidẽdi plura longéque præclariora, rei difficultate dignitatéque quodãmodo cogente, editſeruis hoc quidem loco nihil neceſſe eſt, ſimile vt quippiã aggrediar: quia res & facilior & magis in prõptu eſt. quod tamẽ video à quibuſdã haud obſcuris philoſophis quæſitũ, id verò te vt & alia multa nũc & olim minimè celabo: vt ſi voles, animo plura altiorãq. mediteris: aut data occaſione, in cauſſas rerũ excurras cãpo patẽtiore.

N. cur de auditu pauciora.

Problema, Quî fiat auditus.

Ariſt. opinio.

ARISTOTELES igitur cap. 2. lib. 5. de genera. animal. Meatus ſenſoriorũ omnium ad cor tendere putat. itaque meatus audiendi, quoniam ſenſorium hoc aëris eſt, quà ſpiritus

Auditus & sermonis affinitas.

natiuus in aliis pulsum, in aliis spiratione facit, hàc definit. Quapropter verba ediscuntur, vt quod audieris, reddere ore possis. Qualis enim motus subierit per sensoriũ, talis quasi ab vna eadémq. effigie motus per vocẽ agitur: vt quod audieris, idem dicas. Oscitantes etiã aut spiritum reddentes accipientésve minùs audiunt. quoniam extremum sensorij auditus ad partem spiritalẽ terminetur, & quatiatur moueatúrque vnà cum instrumento spiritali, quoties illud spiritum mouet. mouetur enim cùm mouet. necnon temporibus anni temperamẽtisque humidis idem accidit, vt aures impleri spiritu videantur: quoniam vicinæ sint origini loci spiritalis. hæc ille vtcumque verisimiliter, postremò alludens ad aphorism. 5. & 17. lib. 3.

Qualis vocis minùs audiamus.

Empedocles.

Empedocles autem longè antiquior, audire nos centet aëre partem aurium intimã impellente. eæ siquidem in modum cochleæ obuolutæ, ac tanquam tintinnabulum, edito in loco suspensæ, irruentes in aërem pulsus omnes agnoscunt. versus mihi nunc nõ sunt ad manũ: sed versuum isthæc occurrit sententia.

Aures cur in sublimi. A simile.

Alcmæon.

Alcmæon verò auditionem fieri dicit, quòd aures intus vacuæ sint: vacua namque omnia resonare, quoties in ipsa fertur vox aliqua.

Vacuorum natura.

Diogenis.

Diogénes aërem quem in capite habemus, percuti vocibus & commoueri credit.

Platonis.

Plato in Timæo, & qui ipsum secuti sunt philosophi (à quo nunc dissidere, vti iam antè in modo videndi, modicè videor) pulsari volunt aërem, qui auribus insidet: pulsúmque in principalem animæ sedem ferri: & à capite cœptam motionem, in iecur desinere: sensúmq. auditus illic ita committi. inquit igitur;

N. improbat Plat. de audito.

φωνὴς τε δὴ καὶ ἀκοῆς πέρι πάλιν ὡδὲ λέγωμεν· τίνα τρόπον τῶν αὐτῶν ἕνεκα θεὸς ἡμῖν δεδώρηται. λόγος τε δὴ ἐστὶ καὶ τούτων πάντων, μοίρᾳ ξυμβαλόμενος εἰς αὐτὰ μοῦσαν, ὅσον τ' ἐν μουσικῆς φωνῆς χρήσασι, πρὸς ἀκολουθίαν αἱμοίας δεῖ δοθέν. ἡ δὲ αἱμοία ξυγχυθεῖσα ἔχουσα φορὰς πᾶσι τοῖς ἐν ἡμῖν τῆς ψυχῆς περίδοις, τῷ μετὰ τοῦ προσχωρήσαντος μούσας, ἐκ τοῦ ἀκούειν ἄλογον, καθάπερ πνεῦμα δι' ὠτὸς, χέουσας. ἐλθοῦσαι δὲ τοῦ γεγονότος ἐν ἡμῖν ἀπείρατον ψυχῆς περίοδον εἰς κατανόησιν καὶ συμφωνίαν ἑαυτῇ ξύμπασαν ἐκ μουσικῆς δίδοσθαι. καὶ ῥυθμὸς αὖ δι' τὴν ἄμετρον ἐν ἡμῖν καὶ χαεῖσαν ἕνδειᾳ χρειώδη ἐν τοῖς πολίοις ἕξιν, ὑπάρχοις δὲ τῶν αὐτῶν ἕνεκα. id est, Vocem quoque auditúmq. eiusdem rei gratiâ deos dedisse nobis existimo. nam ad hæc ipsa sermo pertinet plurimúmque cõducit: omnisque musicæ vocis vtus harmoniæ gratiâ est tributus. Atqui & harmonia, quæ motiones habet animæ nostræ discursionibus congruas atque cognatas, homini prudenter musis vtenti, non ad voluptatem rationis expertem, vt nunc videtur, est vtilis: sed à musis ideo data est, vt per eam, dissonantem circuitum animæ componamus, & ad concentum sibi cõgruum redigamus. Rhythmus quoque ad hoc videtur tributus esse, vt habitum in nobis immoderatum gratiàq. carẽtem aptissimè temperemus. & mox ibidem,

Auriũ beneficia, & vtrũ auditusque.

Musicæ vsus quorsum.

Musica anima.

Rhythmi vsus.

ὅπως μὴ ἐῶσι φοβεῖν θεῶν τινα δι' ὥραν ἐπ' αἰῶνος ἐγκρύπτειν τε καὶ αἴσασθαι μέχρι ψυχῆς πλείω διαδιδόντα, τὸν δὲ ἐπ' αὐτῷ κίνησιν, ἀντὶ τῆς καθαλῶς ἀρὶ ἀσχοίβλου, πολυτίμως δὲ αὖ τὸν ἀπεῖρον ὕμνον, ἀκολὺ ὄντ' ἀν-

τῆς πλείας, ἕξιν, ὃν δὲ ἐφεδρίσεις βαρύτητος, τὸν δὲ μέσον ἁρμοσθέντα πρὸς λύραν· τὸν δ' ἐναντίας, πρᾳότητος· μεγάλην δὲ, τὸν πολὺν· ὃν δ' ἐναντίαν, σμικράν. id est. Omnino igitur vocem, ponamus pulsationem quandam ab aëre per aures cerebrumq. & sanguinem vsque ad animam penetrantem. natam quoque ex ea motionem, incipientem à capite, & in iecoris desinentem, auditum vocemus. motio quidem velox, acuta prouenit, tarda, grauis. vna æqualis atque læuis: contraria vero aspera. magna quæ multa, parua quæ pauca. & ibidẽ postea de respiratione differẽs, subiungit alias eodẽ modo factas in nobis actiones, per ὦσιν impulsionẽ aëris. Voces præterea (inquiens) quæcumque veloces & tardæ, acutæ & graues audiri solent, alias dissonæ, propter motus eius qui in nobis ab ipsis fit, dissimilitudinẽ, aliàs propter similitudinẽ consonæ.

Vocem differentia, de his mox, vbi de voce.

ὦσιν, impulsionẽ vti.

Vocum ratio & differentia.

Priorum enim velociorúmq. cessantes motus iamque ad simile quiddam progressos, tardiores ipsæ voces succedentes illis, eósque mouẽtes occupant. comprehẽdentes vero nõ alium quidem motum injiciendo perturbant: sed tardioris lationis initium secundùm principiũ velocioris inducunt. dum vero desinẽtis motionis similitudinẽ sibi quandã accommodãt, vnũ ex acuta & graui concentum contẽperant. Vnde insipientibus voluptatẽ, sapientibus gaudiũ, propter diuinæ harmoniæ imitationem in lationibus mortalibus repertam tribuunt. sed de voce dicam posthàc: vbi & his etiã locus erit. Sic verò iã ante Platonẽ, Timæus ille Locrẽsis scripserat, ἔστι δ' ἀκοὴ, λόγου καὶ μελῶν ἀκολουθήσεως ἕνεκα. ἃς τελευτήσας ὁ ἄνθρωπος, οὐκ ἄλογον ἐν σοφίᾳ διανάστημα. διὸ καὶ συγγενέστατα τῷ λόγῳ πάντων αἰσθάνεται φωνὴ ἀμφί. i. Auditum generauit Deus, ad sermones & concentus capessendos. quo si quis à natiuitate homo priuetur, ne verba quidẽ posthàc vlla facere valebit. itaque maximè cognatũ orationi dicunt hunc esse sensum, qua de re dictum à me ex Aristotele memini aliàs. Hippocrates lib. de carnibus, auditus naturam modúmq. sic describit: Foramina auriũ ad os durum & siccũ lapidi simile pertingunt, iã verò ad ipsum os, est cauitas antrosa. Strepitus autẽ ad durum firmãtur: os autẽ cauum resonat per durum. pellicula verò in aure iuxta os durum, tenuis est velut aranei tela, & omniũ pellicularum ficcissima. quòd autem id quod ficcissimum est, maximè resonet, multa signa sunt. cùm autem plurimùm resonuit, maximè audimus. Et sunt quidã qui de natura scribẽtes, prodiderunt, quòd cerebrum est quod sonum edit. hoc autem fieri non potest: ipsum enim cerebrum, humidum est: & membrana siue tunica circùm ipsum, humida est & crassa: itémque circùm tunicam, ossa. Nullum igitur humidum resonat, sed sicca: resonantia autem auditum faciunt. hæc ille præclarè & philosophicè. sed breuiùs idẽ lib. de locis in homine: Cæterũ natura corporis, principiũ sermonis in arte medica, primùm perforata est, qua parte audimus. etenim vacua circumcirca aures non aliud inaudiunt, quàm strepitum & clamorẽ. quicquid autem per membranam in cerebrum

Timæi Locri.

Auditus vsus, & huius cum sermone affinitas.

Hippocrat.

Auditorũ organi fabrica ratióque.

Sicca resonant.

Ab sonus à cerebro. Ita tamen Aphorism. 52. lib. 7.

Sonũ quæ edant Aristot. lib. de anima sequtꝰ.

Subiectum medicinæ.

Auditus qui fiat, eiúsque organa.

peruenit, id liquidò & clarè auditur. ob id etiam foramen ſolum per membranam circùm cerebrum extentam eſt. Atque hæc de auditu & eius organis, quanta maxima breuitate potuit, à me nunc dicta ſint.

De Odoratu.

CAP. III.
Siue liber vnus.

Quòd obtuſiſſimum ſenſuum ſit odoratus, qualiter.

TERTIVM ſuccedit odoratus inſtrumentum: qui quanuis in homine obtuſiſſimus ſit ſenſuum reliquorum: ſitu tamen ſublimiori & vſu commodiore natura reliquis illum qui ſequuntur duobus videtur anteruliſſe. ideóque & nos de eodem ſamus hoc loco atque ordine medio inter reliquos dicturi. Cuius tamen de ſitu & organis vix & habemus aut quærimus aliud quod dicamus, quàm quod iam antè propoſitum eſt, vbi ſuprà neruorum à cerebro coniugationes earundémque vſum tradidimus. vbi & illud dictum memini; Hunc vnum ex omnibus ſenſum, communi medicorum celeberrimorum conſenſu, non vi & ope neruorum fieri; ſed potiùs à fungoſis apophyſibus ſeu proceſſibus mammillaribus, tenuibus, oblongis, neruorum quidem ſubſtantiæ ſimillimis, ſed longè molliotibus & magis corpulentis, de cerebri ſubſtantia enatis, in antica cerebri parte, ad baſim illius; ſiue prioribus in eiuſdem ventriculis, ad oſſa quæ dicuntur *ἠθμοειδῆ*, quia cerebri excrementa veluti cribro percolant (quibus muco aut coryza oppletis, ideo minui vel aboleri olfactum contingit) quà naſi ora ſumma & ſpongioſa, inter cerebrũ & os ſphenoïdes atque os frontis deſinit. Quo non aptius vllum inſtrumentum elatos ſurſum vapores à corporibus defluentes, aëri permixtos, ac deinde per narium inſpirationem in cerebrum delatos, excipere & continere queat diiudicandos. ſitu quidem (vt dixi) ſublimes, eò quòd omnis odor ad ſuperiora fertur. naribus autem ſemper, propter neceſſarias vtilitates, patentibus: iis vt ductibus aſſidua fiat vaporum ſummiſſorum, & aëris ad inſpirationem attractio. Quarum contractior introitus, nequid in eas quod noceat, poſſit peruadere, efficit. Nam quanuis humorem, quem ſemper habent, ad puluerem multáque alia repellenda non inutilem dixerit Tullius: ipſi tamẽ cerebro expurgando à tali excremento longè vtiliorem ductum illum ceu aquæ ductum iudico. Ac multùm hîc quidem à Diogene diſſentio, qui vim olfaciendi in corde ponit (licet bonis odoribus recreari, teetris illud ipſum offendi profitear) cuius per dilatatas arterias, ſpiritus ad pulmones adductus, ſinuum cauernas ſubiens, odores pariter diiudicãdos eidem inuehere, nulla quidẽ ratione, nedum veriſimili opinatione, æſtimatur. Licet philoſophorum princeps Ariſtoteles (Platonem vnum excipio, aut ne hũc quidem) cap. 2. lib. 5. de geneta. animal. ſenſoriorũ omnium meatus ad cor tende-

Odoratus, quomodo fiat, & vbi.

Odoratus organi deſcriptio breuis.

Oſſa ethmoïdea, cur dicta, & vſus.

Vapor quò percipiatur, & quomodo fiat olfactus.

Odoratus cur in ſublimi, & quò fiat, & cur naribus apertis, ſed anguſtis.

Nares cur humectæ.

N. contra Diogenem, de ſede odoratus.

Cor delectatur odoratu.

Senſus omnes ad cor referuntur.

N. negat Ariſt.

re parum probabiliter ſentiat. hoc autem rectiùs; Auditum & olfactum (vt & de viſu iam conſtitit) ſic affici tradit, vt vel eminùs percipiant, vel differentias rerum diſtinguant: quod faciunt, ſi ſenſorium ipſum ſyncerum ſit. Quæ autem ante ſuas ſenſorias partes, productiores velut aquæ ductus habent, hæc procul ſentire, more canum Laconicorũ. ita enim motus non interpellantur, ſed à longè directi, ſenſorium ſubeunt integri. quomodo in eis qui manu admota fronti, lõgiùs cernũt. nã de auribus paulò antè ex Gal. & Adriani Rom. Imperatoris exẽplo, cõſtitit. dein ſubdit philoſophus, Homo pro magnitudine, minimè ferè omniũ animaliũ procul ſentire poteſt: cũ tamen differentiarum ſenſu maximè omniũ valeat. Cuius rei cauſſa eſt, quòd ſyncerum minimèque terrenũ ſenſum corpulentúmque obtinet. curé etiam tenuiſſimam præ cæteris animalibus homo ſuapte natura pro magnitudine habet. ita ille pleraque bene, nonnulla veriſimiliter potiùs quàm verè. ſed cordis regnum paſſim deprædicat, iuſto amplius, vt ſuis deinceps locis declarabo.

Auditus & odoratus qui fiat ocyſſime.

A ſimili.

Hominis odoratus cur, qualis & quatus per analogiam.

Hippocrates ſanè hanc rationem, vt & alias de cæteris ſenſibus, modicè attigit, ac tantum non delibauit. ſic autem lib. de locis in homine; In nares non ineſt foramen: verùm mollis laxitas, velut ſpongia. & propterea per longiorem diſtãtiam audit, quàm olfacit: odor enim ab olfactu longè diſpergitur. idem lib. de carnibus; Olfacit porrò cerebrum humidum exiſtens, aridorum odorem vnà cum aëre per corpuſcula chartilaginoſa illum trahens. Cerebrũ enim in cauitatem naſi pertingit: atque hac parte non eſt ante ipſum, os aliquod: ſed cartilago mollis, velut ſpongia: neque caro, neq. oſſiculum. & vbi quidẽ cauitas naſi ſicca fuerit, ipſum ſeipſo exactiùs arida olfacit: aquam enim non olfacit: humidior enim eſt quã cerebrum: niſi ſit putrefacta: putrefacta enim aqua craſſior fit, & alia omnia. Quid (inquam ego) ſi aqua ſtillatitia ſit & odorata? & tamen limpidiſſima? quales pleræque, & præſertim roſacea, naſſæ, ſpicata, & aliæ eiuſmodi? Cùm verò nares humectæ fuerint, ait, olfacere non poſſunt: non enim aërem attrahit cerebrum ipſum ad ſeipſum. ſimiliter etiam vbi cerebrũ ipſum de ſeipſo, plurimũ liquefecerit in palatũ & fauces & pulmonem ac reliquum ventrem, cognoſcunt autem hoc homines, & ex capite deſtillare dicunt: deſtillat autem & in reliquũ corpus. ita ille. huc pertinẽt aphoriſm. 5. & 17. libro tertio de auſtrina conſtitutione nuper indicata.

Hipp. de odoratu, & eius organo.

Odor non percipitur à longinquo, cur.

Odoratus qui fiat, & quarũ rerum, & quando acrior.

Aqua cur inodora, & quæ. N. ad Hippocr.

Nariũ munus cum inhibet odoratum, qualiter.

Odoratus quare hebetior.

Odor, quid, & cur in cerebro percipiatur. Ariſt. de odoratu.

Ariſtoteles autem rurſum, quem in philoſophia plurimũ admiror & colo, ita cap. 2. lib. de ſenſu & ſenſili. & rectè quidem, & quẽ propè ad verbum Galenus lib. 4. de facult. ſimpl. cap. 21. ſequitur. Odor (ait ille philoſophus) nonniſi fumida quædã exhalatio exiſtit: quæ profectò ignea eſt. quocirca & peculiare ſenſorium olfactus in cerebro ſitũ eſt: nam rei frigidæ materia, potẽtiâ calida eſt. Galenus autẽ ſic; Odorabilium vaporoſa eſt ſubſtantia: ea enim quæ

N. imò vapor aëreus & nebuloſus eſt, contra Ariſt.

Odorabilium ſubſtantia, & odoratus qui fiat.

Digitized by Google

Odorabile calidū, quæ de re. N. at camphora & alia multa odora frigent. & odores tetri, qui.

à corporibus defluunt, ambienti permixta, ac deinde per nariū inſpirationē in cerebrū delata, ſenſum mouēt. Recta ergo ratione, quę cūq. vaporoſa, omnia eadē & calida ſunt: quippe cùm vaporum copia à calore proueniat. Non tamen protinus, quicquid odoratum eſt, ſuaue etiam colligitur. ſiquidem non omne id ſpiritui in cerebri ventriculis cōtento familiare eſt. & ſequenti cap. 4. cùm dixiſſet Ariſtoteles, De odore verò & ſapore nunc agendum: nam eadem fermè affectio eſt, ſed non in eiſdem vterque exiſtit. porrò ſaporum genus quàm odorū nobis euidētius eſt. cuius cauſſa eſt, nos habere olfactum cæterorum animalium olfactu inferiorem: & omnium ſenſuum qui in nobis ipſis ſunt, ſtupidiſſimum. tactum verò ſuperiorem, & omnium exactiſſimum. guſtatum autem, tactum quendam eſſe. ita ille.

Odorū & ſaporū affinitas.

Odoratus & tactus homini quales, per analogiā.

Viri docti ſæpe idem ſcribunt citra plagiū. N. pro Gal.

His autem philoſophi dictis Galenus ſimilia iſta ibidem reponit. vt ſcias, viris eruditis idem ſæpe venire in mentem: aut ne protinus plagiū putes, ſiquis poſterior à priore pauca quædam gratus mutuetur, licet illius ſuppreſſo nomine. Sanè verò (inquit medicus) pletiq. odores ſimiliter ſaporibus nos afficiunt. etenim quemadmodum qui linguæ obueniunt ſapores, ij qui familiariſſimi, ijdem & dulces erant: qui verò non familiares, complures habebant differentias. ita odores qui familiares ſunt cerebri ſpiritui, ijdem & grati ſunt & ſuaues: qui verò non familiares, multis differentijs à ſeſe mutuò diſſident. Cæterùm non omnino impoſita ſunt nomina, perinde vt ſaporibus. ſed de hoc quod & Ariſtoteles prior exmiſit, poſteriùs forſan pluribus inquirā. Vides in his omnibus quomodo Galeno cum Ariſt. & mihi quidem cum vtroque conueniat. ſed in ijs quæ ſequuntur, nonnulla erit diſcrepantia, & iuſtiſſima Galeno occaſio ab Ariſtotele diſcedendi.

Odorū differētiæ, ſed minōres.

Ariſt. & Gal. conſenſus.

Lubet autē ſummam priùs eorum ſubducere, quæ philoſophus de odoratu ſenſit, vt ex ijs quæ annotata erunt, deprehendatur Galeni à philoſopho defectio, eiuſdémque demùm omnis hac de re ratiocinatio loco poſteriore concludatur. Sic ergo Ariſtoteles cap. 5. lib. de ſenſu & αἰσθητῶν, id eſt ſenſili, ſiue ſenſibili, ſiue ſenſato, ſeu potiùs eo quod ſub ſenſum cadit. ſed interpretē nunc nō ago: ſed interpretis fidem ſequor, vt ferè hîc paſſim, quod iam monui.

αἰσθητόν, τό.

Olfactilis natura ſedéſque.

Olfactile, ſapidæ ſiccitatis diluendæ ac diffundendæ vim ſortitur. nam non in aëre modò, ſed etiam in aqua olfactio fit. id autem tam in piſcibus, quàm in teſtaceo animalium genere palam eſt: nam piſces olfacere videntur, quanuis nec aër in aqua ſit (nam ſimulac aër in aqua gignitur, emergere aſſolet) nec ipſi reſpirent. Siquis igitur vtraque, aërem ſcilicet & aquā, humida poſuerit: ſaporoſæ profectò ſiccitatis natura in humido exiſtens, odor erit: & quod tale fuerit, olfactile. Quòd autem affectio ipſa à re ſapida pendeat, per ea quæ odorem habent, & quæ odoris expertia ſunt, patere poteſt. ipſa etenim elementa, ceu ignis, aër, aqua, terra, inodora ſunt propterea quod ſua (natura) tam ſicca, quàm humida, ſapore carent: niſi mixturam recipiant.

Piſces odorantur, ſed non reſpirant, cur. Odor quid, & vnde pendeat. Elementa inodora, cur.

Qua etiam de cauſſa mare odorem habet: iam enim ſaporis & ſiccedinis quippiam imbibit. & ſal nitro odoratior eſt. id quod oleo, quod è ſale exprimi conſueuit, declaratur: nitrum verò terroſius. Lapides quoque inodori ſunt, quia inſipidi. ligna contrà odora, quia ſaporem continent. at inter hæc, quæ aquoſa ſunt, ea minùs odorata ſunt. item è genere metallico, aurum inolidum eſt; nullum enim ſaporem obtinet: Æs autem & ferrum, olida. (Et quorſum igitur iſti impoſtores, aurum ſuum potabile credulis & improuidis obtrudunt: quod nec alere poteſt, nec odore, nec ſapore hominem recreare nèc reficere valet?) At vbi humor per vſtionem abſumptus eſt, recrementa omnium inodoratiora redduntur. argentum verò & ſtannum, his quidem magis odora ſunt, illis verò minùs: aquoſa enim ſunt. Cæterum nonnulli fumidam exhalationem, quæ terræ & aëri communis eſt, odorem eſſe putant: atque hi homines de odore in hanc eunt ſententiam, & ob id Heraclitus hoc dixiſſe videtur: Quòd ſi omnia quæ ſunt, euaderent in fumum, nares ea dignoſcerent. ad odorem autem vniuerſi accedunt dicentes eum eſſe alii vaporem, alij exhalationem, alij vtrumque. Eſt autem vapor, humiditas quædam. fumida verò exhalatio, vti iam diximus, communis aëri & terræ eſt. & ex illo quidem fit aqua, ex hac verò, ſpecies quædam terræ. At neutrum horum, odor eſſe videtur: Nam vapor ad aquam pertinet: fumida exhalatio in aqua fieri nequit.

Mare cur odoratum: item ſal & nitrum: item lapides, ligna, metalla quæ odorata. N. de auro potabili.

Odor, quid.

Heraclitus de odore.

Opiniones de odore, quid ſit.

Vapor & fuligo, quid & quemadmodū ſeiungantur.

Odorantur autem & quæ ſunt in aqua, vti dictum iam eſt. Præterea exhalatio perinde dicitur, atque defluxio. ſi ergo iſta non probè dicitur odor, nec illa. Quòd igitur humor, tum aëris (nam & aër ſuapte natura humectus eſt) tum aquæ, recipere ac pati quippiā à ſapida ſiccitate poſſit, haud obſcurum eſt. Præterea ſi diluta quaſi ſiccitas perinde in humidis agat, atque in aëre, palàm eſt, oportere odores ſaporibus eſſe proportionales. Imò verò iam hoc in quibuſdam accidit: nam odores & acres ſunt, & dulces, & auſteri, & acerbi, & pingues. quin & putidos amaris ſaporibus analogos dicas.

Odor non fit.

Aër humet.

Odor qui fiat.

Odorū ſaporumque proportio: item putidi & amari: & odorum differentiæ, per analogiam ſaporum.

Quocirca quemadmodum ſapores amari ægrè deglutiuntur. ita odores putidi non ſine faſtidio hauriri naribus aſſolent. Clarum itaque eſt, quod ſapor in aqua eſt, id odorem in aëre & aqua eſſe. ob idque frigus & concretio vt ſapores hebetant, ita odores abolēt: quippe quæ calorem illum deleant, qui mouēdi vim obtinet atque creandi. Porrò olfactilis duæ ſunt ſpecies: nō enim non ſunt, vt quidā aiūt, ſed ſunt. determinandū autē eſt, quomodo ſunt, & quomodo nō ſunt. Nā odorum alii ſaporibus reſpondent, vt diximus: & per accidēs, cū oblectatione aut faſtidio ſentiūtur. Nā quia ſapores, ſunt affectiones partis alticis,

Odorū & ſaporū ſubiectum.

Vis frigoris in odoris & ſaporis.

Superquid. Et cius cum odore affinitas.

eorum odores esurientibus suaues occurrunt: repletis verò & nihil desiderantibus non suaues. quo tempore ne cibus quidem ille qui odoribus differtus est, suauis habetur. Quare illi quidem, vt diximus, ex accidenti commotione voluptatis aut doloris afferũt. vnde fit, vt omnibus cõmunes animalibus sint, alij per se voluptifici sunt, nempe qui è floribus spirantur: nihilo enim magis minús ve ad edendum prouocant, nec quicquam ad cibi cupiditatem excitandum cõferunt: quin potiùs obsunt, nam illud verum est, quod ait Stratis Euripidem taxans,

Odor cibi quibus gratus, vel non.

Odores qui per se gratis in cibo, vel non.

Ὀτιτ' ὄφελ' ἥδιστα; μὴ ξύγχεε μόρον.
Ne misceas vnguentum, vbi lentem coquis.

Proverb. In lente vnguentũ, & expositio.

At qui nunc tales facultates potionibus demiscent, ij consuetudine voluptatem ipsam tantisper vrgẽt, quoad è duobus sensibus oblectatio quasi vna & ab vno proueniens exulter. Hoc igitur olfactile homini peculiare est: illud verò quod saporum generi respondet, cæteris quoque animantibus promiscuum, vt antè retulimus. Atque illud in species secũdùm sapores diuiditur, quòd per accidens delectationem afferat: hoc minimè, quòd eius natura per se iucunda sit aut molesta. Caussa quamobrem talis odor familiaris ac proprius homini sit, à cerebri refrigeratione petenda est: Nam cùm cerebrum suapte natura frigidum sit: & sanguis, qui circa ipsum in venulis habetur, tenuis quidem & purus, sed facilè refrigerabilis sit (qua de caussa & cibi vaporatio, ratione loci refrigerata, fluxiones morbidas committit) hominibus auxilio vt sanitatem tueantur, talis species odoris existit. eius enim nulla alia quã hæc functio habetur: hanc autem apertè exercet. Nam cibus tam siccus quàm humidus, delectabilis existens, plerumque morbos excitat. at qui præ odore, qui per se bene oleat, delectabilis est: vtrumque homines habeãt, is semper, propè dixerim; vtilis aduenit, ob idque sensus eius per respirationẽ, non omnibus, sed hominibus, & è sanguineo genere, quadrupedibus, ac ijs quæ vberiùs aëris naturam participant, fieri videtur. Cùm enim odores propter leuitatem caloris qui est in eis, ad cerebrum ascendunt: locus iste incolumiùs habere solet, quãdo vis odoris per naturam calida est. Natura autẽ spiratione abutitur ad duo: ex instituto, ad opitulãdum interaneis partibus pectoris: præter institutum, ad odores excipiendos. Nam spirante homine, natura quasi obiter per nares motum facit. eiusmodi verò odoris genus, naturæ hominis proprium est, quòd homo inter animantia, maximũ proportione corporis humidissimúmque cerebrum habeat. ob id enim & è cunctis animantibus vnus florum taliúmque rerum odores sentit, & eisdem gaudet: Nam calor eorum ac motio exsuperationi humiditatis & frigiditatis loci illius commensu quodam respondet. Cæteris autem pulmone præditis, per respirationẽ, sensum alterius generis odoris natura concessit, vt ne duo sensoria faceret: vnum enim sufficit. quandoquidẽ vt homines vtrumque olfactile respirando olfaciunt, ita hæc alterum solum. Quæ verò nõ spirant, olfactilis sensum habere in aperto est. etenim pisces totúmq; insectorum genus exactè vel eminùs etiamsi multùm distent, cibum sibi familiarem sentiscunt, propter alimentariam speciem odoris, vt mel apes, & paruarum formicarum genus, quas quidam culices dictos muliones appellant, & è marinis, purpuræ, & pleraque alia id genus animalia, suum cibum, propter odorem acriter sentiũt. quo verò sentiant, non perinde manifestum est. Quocirca dubitauerit quispiam, quo percipiant odorem, si respirantia quidem vnico simplicique modo odorentur (id enim in omnibus quæ spirant, contingere videtur) ex illis autem nullum respiret, tametsi odorari soleant. nisi quidã alius præter istos quinque sensus habeatur. At hoc fieri nequit: nam ipsius olfactilis, olfactus est. illa verò hæc sentiunt, sed forsitan non eodem modo: sed respirantibus quidem, spiritus, id quod instar operculi cuiusdam superpositum est, infert. vnde fit, vt quando non respirant, nullum odorem sentiant. non respirãtibus autem hoc natura denegauit. Et quidẽ hac in re, perinde atque in oculis euenit. nam ex animalibus quædam palpebras habent, quibus non apertis, cernere nequeunt. quædam, nempe quibus duri sunt oculi, eisdem carent. quocirca nullo indigent, quod eas aperiat: sed protinus ex quo spatio fieri potest vt videant, vident. Consimiliter & è cæteris animantibus quodlibet, neque odorem rerum per se grauiter olentium auertatur: nisi quid fortè occurrat, quod illi perniciem afferre possit. ab his autem perinde vt homines, exanimatur. Inde est quòd cimices, pulices, angues, & fortè dæmones (vt patet ex historia Tobiæ de suffitu extricante dæmonum omne genus) nidore suę naturæ aduerso fugantur. inde est apud poëtam.

Galbaneóque agitatè grauis nidore chelydros.

Et quemadmodum homines haliru prunarum, grauedinẽ capitis contrahunt, & plerumque suffocantur: hóque modo Q. Catulus à Mario mori iussus, recenti calce illito, multóq. igni percalefacto cubiculo se inclusum peremit, referẽte Val. Maximo ca. 12. lib. 9. eodémque penè modo nuper in agro Lochensi haud procul à Turonibus, duo fratres viri nobiles ad nuptias cognati aut affinis profecti, in cubiculo camini experte & prunis cõcalfacto dormiẽtes, manè mortui sunt inuenti. Vt (inquã) homines iis ac similibus modis strangulantur, caro & grauedine oppressi: somno inortẽ copulantes ac sociantes. ita & multa animalia insectáque, vi sulphuris bituminosarúmq. rerum fugitant, quòd malè afficiantur, & interdũ extingui solent. neque ipsam per se graueolẽtiam persequuntur: quamuis stirpes plurimæ per se grauiter vel bene vel malè oleant: nisi quid illis ad irritandã gulã cibũmve sumendum conferat. Quod ne ipse quidẽ Lucretius nesciuit, dũ odoratus naturã sic indagare conatur lib. 4.

Odor quã petat cerebrum, vel afficiat.

Spirationis vsus genuinus. Hominis odoratus & cerebri natura, quatenus.

Solus homo gaudet odore simplici, quæ de caussa. Brutorum odoratus mixtus, quã.

Dubium. Odoratus citra respirationẽ, vbi. Ab exẽplo.

Animãtes cibi odore procul sentiunt & persequuntur.

Quomodo odorantur, quæ non spirant? Dubium.

Amplures sensus quã quinque?

Quomodo odoretur, quæ spirat, & quando. N. an verum? & de operculo. A simile. Oculi sine palpebris.

Cur bruta non auersentur elida, nisi sibi perniciosa.

Quo nidore testro fugantur.

Prunarum halitus suffocat. Historia Catuli Rõ. & 2. nobilium Gallorum, habitu extinctorum. Alibi de amsanctis & lacunis odoratis uecãtibus.

Quæ elida fugiens mota & infecta.

Odoratus qui fiat.

Nunc age, quæ pacto nares adiectus odoris
Tangat, agam. Primum res multas esse necesse est,
Vnde fluens volnat varius se fluctus odorum.
Nam fluere & missi volgò, spargique putandū est.
Verum alijs alius magis est animantibus aptus,
Dissimiles propter formas. ideóque per auras
Mellis apes quamuis longè ducuntur odore,
Vulturisque cadaueribus: tum fissa ferarum
Vngula, quò tulerit gressum, præmissus canum vis
Ducit, & humanum longè præsentit odorem,
Romulidarum arcis seruator candidus anser.
Sic alius alius uidor datus, ad sua quemque
Pabula ducit, & à tetro refilire veneno
Cogit, cóque modo seruantur secla ferarum.
Hic odor ipse igitur nares quicunque lacessit,
Est alio vt possit permisti longius alter.
Sed tamen haud quisquam tam longè fertur eorum,
Quàm sonitus, quàm vox: mitto iã dicere, quã res
Quæ ferium oculorum acies, visúmque lacessunt.
Errabundus enim tardè venit, &c.

Odorū varietas varie afficit animantes.

Odora eanum vis, & anseruin.

Fera quæ odorata persequantur, quæ fugitant.

Odorabilia quàm procul ferantur, & cōparatio ad alios sensus.

Sensūs numerus impar, & odoratus qui medius.

Videtur igitur (vt cū Arist. concludam atque agere pergã) & ipse sensus olfactus, cum sensus numero concludatur impari, & numerus impar mediū obtineat, esse medius inter eos qui tangendo, suo munere funguntur (quales sunt tactus & gustus) & eos qui intercedente aliquo sentiūt, cuiusmodi sunt visus & auditus. Quapropter & ipsum olfactile, affectio quædã nutritiuorum est: hæc autē in eodem genere sunt: quin & audibilis, & visibilis. Vnde fit, vt animantia tum in aëre, tum in aqua odorentur, Quare ipsum olfactile, his vtrisque commune quippiam existit, quod & tangibili, & audibili, atque perspicuo inest. Quo etiam fit, vt nõ abs re per similitudinē quandã dicta sit, esse quasi tinctura quædã & collutio siccitatis in humido & fluido. & quod est sapor in nutritiuo, & ad ea, quæ nutriuntur, id est olfactile ad sanitatem.

Olfactile, quid, & vbi fiat, quoq. modo.

Odor quid sit.

Saporis & odoris finis, & analogia.

Quomodo igitur olfactilis species dicere cõueniat, & quomodo non conueniat, hactenus ex Aristotele dictum sit: qui multis quidē verbis à me citatus est: sed quæ, quia plurimū ad institutum faciūt, sũtq. & dicta subtiliter, & grauiter disputata: iccirco adscribere integra, quàm truncare per mẽbra & particulas malui.

Extensatio prolixitatis.

Quanquam video, quid in iis controuersum esse possit, & mox de ratione odorandi, & obducto operculo, enucleatiùs rem expendemus. reliqua autem controuersa, aliis discutienda relinquam, vel ipse alibi inquiram, sed maiore cum otio, tum alia, tum hoc etiam: An aër in aqua contineatur. quod Hippocrates vt alibi, sic libro de flatib. cõstanter asserit: Neq. mare ipsum spiritus exors esse: alioqui enim natantia inibi animantia viuere non posse, nisi de spiritu participarent. quomodo autem participarent, nisi per aquam, & ex aqua spiritum ducerent? Vbi & respirare pisces cernis Hippocrati placere. quam tamen opinionem, licet (opinor) à se minimè obseruatam, validissimis & plurimis rationibus doctissimus æui nostri medicus Gul. Rondeletius, præclaris suis de natura piscium commentariis adstruit libro 4. capite nono, & Plinius secutus (opinor) Dio-

Apophasis.

Problemata.

1. An aër aquæ insit.

Pisces respirant in aqua. Hipp. sententia.

Rondeletij laus.

genem, Anaxagoram, & propriam sententiam atque experientiam prodidit libro nono cap. septimo. Spirant autem (ait) confessione omnium, & paucissima alia in mari, quæ internorum viscerum, pulmonem habent: quoniam sine eo nullum animal putatur spirare. nec piscium branchias habentes, anhelitum reddere, ac per vices recipere existimant, quorum hæc opinio est: nec multa alia genera etiam branchiis carentia, in qua sententia fuisse Aristotelem video, & multis persuasisse doctrinæ indaginibus. Nec me protinus huic opinioni eorum accedere haud dissimulo: quoniã & pulmonum vice aliis possunt alia spirabilia inesse viscera, ità volẽte natura: sicut & pro sanguine est multis alius humor. In aquas quidẽ penetrare vitalem hunc halitũ quis miretur, qui etiam reddi ab his eum cernat? & in terras quoque, tanto spissiorem naturæ partem penetrare, argumento animalium, quæ semper defossa viuunt, ceu talpæ: accedunt apud me certè efficacia, vt credam etiam omnia in aquis spirare, naturæ suæ sorte. Primũ sæpe adnotata piscium æstiuo calore quædam anhelatio, & alia trãquillo velut oscitatio. ipsa quoque qui sunt in aduersa opinione, de somno piscium, confessio. quis enim sine respiratione, somno locus, Præterea bullantium aquarum sufflatio. Lunæque effectu, concharum quoque corpora augescẽtia. Super omnia, esse auditum & odoratum piscibus, non erit dubium ex aëris vtrũque materia. odorem quidem, non aliud quàm infectum aëra intelligi posse. Quamobrem de his opinetur, vt cuique libitum erit. Branchiæ non sunt balænis, nec delphinis. hæc duo genera fistulis spirant, quæ ad pulmonem pertinent: balænis, à fronte: delphinis, à dorso. Et vituli marini, quos vocant phocas spirant ac dormiunt in terra: item testudines. Plinius idem lib. 11. cap. 37. Sed auriculæ omnibus animal duntaxat generãtibus: excepto vitulo marino, atque delphino, & quæ chartilaginea appellauimus, & viperis. Hæc cauernas tantùm habent aurium loco: præter chartilaginea, & delphinum, quem tamen audire manifestũ est: nam & cantu mulcentur, & capiuntur attoniti sono. quónam modo audiant, mirũ. Iidem nec olfactus vestigia habent, cùm olfaciant sagacissimè.

Nullum animal spirat sine pulmone: & qui pisces spirent, aut quomodo.

Arist. opinio, quòd pisces non respirent.

Plinij contraria sententia.

Quòd aër insit aquæ, sed & terræ.

Quod pisces respirẽt. 1. ratio.

2. ratio.

3. ratio.

4. ratio.

5. ratio. Odor quid.

Balænæ & delphini quomodo spirent.

Phocarum natura.

Auriculæ quibus insint.

Plinio tamen Aristoteles tum alibi, tum libello de respiratione, tum nuper citato, apertè refragatur: & lib. 2. de anima cap. 8. ita eludit obiectionem: Pisces, qui vocem dicũtur emittere, vt Acheloi fluuij, ij brãchis, sanè sonitãt, vel aliqua simili parte, sed & Aristotelem secuti tum alij complures, tum Massarius, & ingenij vir acutissimi Cardanus lib. de rerum varietate 7. cap. 37. qui longè plurima mutuatus, ne dicam suffuratus eodem tractatu à Rõdeletio, gratiam illi longè aliam, quàm meretur, rependit, mendacij videlicet, ostentationis, ignorãtiæ dicam impudenter appingés. Sed hoc quidem loco (nam posthac nostrã interponemus sententiam.

Piscium vox, vnde.

Massarius. Cardani arrogantia, & ἀγνοεσία.

Non nostrum est tantas istas componere lites.

2. An odor, sit vapor.

Deinde & an odor, sit vapor, cùm verbo neget Aristoteles, alibi tamen adstruere videtur: & reliqui certatim id assumunt velut pro confesso. Tum, An cerebrum habeat salubriùs, quando vis odoris per naturam calida est. cùm Hippocrates rectiùs moneat, suffitum aromatum, κεφαλαίων excitare: & multis locis Galenus, experientia comprobante, scribat, odores acres, aromaticos & vehementes, cerebrum grauiter ferire, & caput lædere. dixeris forsan calidos iuuare, sed minimè aromaticos. Tum, An homo solus, florum, & aliarum rerum odores sentiat, iisdémque gaudeat: cùm nec satis certum sic asserere, & rerum experientia repugnare videatur; cùm feles, domesticum animal, instratam pauimento nepetam seu calamintham quandam (catariam inde denominant) suauientur, rotando & volutando, sibi affricent, suauissimè odorentur. Videlicet non eodem planè modo vtrisq. illa grata sunt: cùm homo aliis, aliis animantes reliquæ, sibíque cognatis odoribus gaudeant: vt sus, luti magis ac stercoris, quàm cypheos, aut thymiamatis, aut nardini vnguenti odoratissimi. Noui tamen puellam, quæ stercoribus humanis mirificè delectetur vorandis. Et virum scio alioqui nobilem, qui foria puellarum recentia auidissimè sorbillet atque helluetur. quæ exempla etiam ad sequentia pertinent. Tum, quòd ambigit, quo tandem organo insecta spirent, & odores cibarios persequantur, id quidem ex his duobus videtur esse alterum, vt aut διαπνοῇ, perspiratione, quæ fit per poros corporis vniuersi (quod est διαπνοια ἐκ ἰσοπνοια, intrò & foràs spirabile) aut certis quibusdam cæcis ductibus, qui ipsa tenuitate, subtilitate, conniuentia, visum & obtutum nostrum fugiant. Postremò an odoribus animal ali possit, quod Pythagoreorum nonnulli affirmant, & nos alibi agitabimus.

3. An odores calidi ramèt cerebrum.

Aromatum suffitus.

4. An homo solus gaudeat bene odoratis.

Felinum herba catoria.

Discretio odorabilium in homine & bellua. Historia.

5. Quo organo insecta spirent.

Corpora animalium perspirabilia & exporabilia.

6. An odor possit alere. Transitio.

Veràm iis omissis, vel in aliud tempus, occasionémve commodiorem reiectis, iubet iis, quæ Aristoteles de odore, odoratu, & odorabili scripsit; nonnulla, quæ pro suo more, conformia, aut adeo prope eadem, Theophrastus, eiusdem discipulus, idémque acutissimus philosophus edisserit, hoc quidem loco inferere: sic enim de caus. plant. lib. 6. cap. 1. primùm definit: O dor, est partis siccæ, sapidæ, in ὑγρῷ, hoc est transiucido corpore demixtio. id enim aëris atque aquæ commune est. eadem fermè saporis & odoris affectio est: sed non in eisdem vtrumque proficiscitur. Quod idem repetit eiusdem lib. cap. 11. Quæ odorata sunt, saporem gustantibus aut manducantibus exprimunt. quasi non modò sensus vicini inter se sint: verùm etiam quæ sub sensum venire valeant, proxima quodammodo inter se collocari natura voluerit. Vnde haud perperàm dictum appareat, odores pro saporis ratione sistere. Hæc enim opinio planè illi respondet, quæ cognatione aliqua coniungi istos inter se, atque ex eodem quodammodo oriri significat. Iam verò saporem & odorem permixtione quodammodo effici, hinc etiam constat: Nihil enim è simplicium numero, saporem aut odorem habere videtur: nisi mixturam recipiat; vt aër, vel ignis, vel aqua. Quòd autem odorata sint calida (quanquam rosa, viola, caphura, & alia multa odorata, frigida censentur) idem sic capite vltimo primi de causs. plant. Illa potissimùm calida tam sensu, quàm ratione percipi possunt, quæ pinguia, acria, odoratáque sunt: hæc enim caliditatem proculdubio sortita videntur. Succus enim dulcis, crassior atque terrestrior est: odor autem, humoris tenuioris, siccioris, aptíque distillari potiùs. Omnia porrò odorata, amara sunt, ait lib. 6. cap. 13. ex dulcibus contrà, nullum ferè bene olet, ait cap. 12. Eadem & calore iuuantur: & loca feruida, odoris fertilia sunt. Quanquam non omnia genera odoratorum, locis omnibus feruidis proueniunt: hæc enim siccitate omnia veniunt: siccum autem parum humoris habere certum est. quod paruum est, facilè excoqui potest: ac suauitas odoris ex coctione consistit, quæ olfactui congruit. ac prorsus odoratiora suauioráque locis placidi spiritus, ac siccis proueniunt. exhausto humore aquoso, excoctóque reliquo, meliùs. ideóque in Arabia, Syria, India, omnia odoratissima gignuntur: quod peculiare est locis ad exortum meridiémque vergentibus. Ideóq. & plantæ syluestres odoratiores vrbanis: & quæ in apricis positæ sunt, præstantiores vmbratilibus. Siccitas enim odori conuenientior est: & omnia odorata, eò potiùs vergunt. Quæ autem debilia sunt, celeriter euanescũt. porrò omnia quæ vigent, præstantiora tum sapore, tum odore intelliguntur: modò finem hunc natura illis statuerit. Frigore gelúque, quin & imbribus tam sapores, quàm odores hebetiores, ob densationem, redduntur. Flatus enim, & aquæ aduersantur, perimúntque odores. Odoratorum autem, quæ tractus frigidi pariunt, rationem caloti in terra conclusa imputare debemus: Vis enim caloris est, quæ vbique excoquit. Siquidem odoris immutatio præcipuè cœli agríque statu prouenit. Quo fit, vt in genere plantarum, odora comperiri permulta possint. Animal nullum penitus odoratum sit. nisi siquis pardalin dixerit sensui belluarum bene olere: ideo venari in senecta bestias, alliciendo gratiâ sui odoris. At nobis nullam odoris affert suauitatem (Nisi verum etiam illud dixeris, vt certè est verum, olfactũ homines habere omnium fermè deterrimum) genus etenim animalium siccum & calidum suapte natura est. ita halitus eius tenuior atque purior. Plantæ plus habent humoris, & magis naturales sunt. ideóque halitum quoque earum talem esse necessarium. Illud autem fortasse mirum sit, in plantis, alia atque alia parte saporem & odorem, sed hunc magis, variari. atque adeo flores eorum, quæ tota natura sunt odorata, nullos ferè odoratos creari: ceu serpylli, sisymbrij, helenij. Atqui ratio exigebat, vt quod in cæteris, quanquam inodoratis, odoratissimum est, idem etiam in odoratis esset odoratissimum. Mirum etiam, florem

Theophrasti lam, & Arist. imitatio.

Odor, quid.

Sapor & odor finitæ permixtio.

ne, cur, & quomodo.

An omnia odorata, amara, calida, & qua.

Dulcia inodora.

Calor omnia iuuat & intendit odorem: sic & siccitas.

Suauitas odoris ex coctione.

Loci tranquillitas & temperies parit, vel auget odorem.

Ab exẽplo. N. Hunt docemur, quo maximè sito, horti odoratiores conserendi, & herba coronaria complantanda.

Debilitas & vigor quid saporis & odoris conferat.

Frigoris, flatuũ, imbrium vis in odores & sapores.

Odor vnde in solo alegado & aliquo.

Odoris qualitas, à cœlo & solo est.

Hinc plãtæ odoratæ.

At odoratum animal nullum.

Pardalis mira natura.

Hominum olfactus deterrimus: bruterum vnde sagax odoratus.

Plantarũ qualitas.

In plantis sapor & odor partibus variis varius.

Plantarũ odoratarum

flores inodori : in aliis, secus.

quorundam odorem ſuauiſſimum reddere, quorum nulla pars alia bene olet: quod in violis rosiſque patet. Sed & inter plantas, quæ ſunt virides, aut non olent, aut non æquè. ſiccitatæ nimirum redolent, vt radix iridis, gladioli, arundinum, iuncorum, atque omnino generis aquatilium. quibus & hoc aliis ferè cõmune eſt, vt quæ diluta & inſipida ſunt, ea quoque penè omnia inolida ſentiamus. In omnibus verò tum his, tum cæteris odoratis, redditum illud per definitionem omnino eſt, vt demixtum ſicco, quod ſapidum eſt, vim aliquam pariat odoris. Odorum autem omnium poteſtas, pro ſubiectæ naturæ ratione proculdubio eſt. Inde quæ debilia ſunt, celeriter euaneſcunt: & quæ multùm exſiccata, deteriùs olent: eò quòd acriorem duriorémque reddant odorem. in aliis res aliter habet. Atque in totum, quemadmodum ſucci ſaporiſque duritia eſt, ac vehementia, ſic etiam odoris. ideo agreſtium odores duri, expertéſque dulcedinis; vrbanorum odores, vnà cum remiſſione, dulcedinis quoque aliquid benignitatiſque habent. Eſt enim vt in ſapore, ſic in odore dulcedo. Omnino tamen fructus agreſtes, odoratiores vrbanis ſui generis ſunt: Cùm enim odor per coctionem acquiratur, quæ maximè cocta ſunt, hæc olere meliùs putaueris oportere. Genus autem agreſte, ſiccius, ieiunius, ſpirantius, feruentius, atque adeo ſucco tenuius eſt, nec ſuccum carni permixtum gerit, more vrbani: in quo humor ſe largiùs permiſcens, odorem hebetat. Cæterùm aliqui ex numero florum, diſtantes, odoratiores, quàm proximi ſentiuntur, quòd ad locum remotiorem odor purus ſyncerúſque deferatur. Effluunt enim de cæteris plantæ partibus aliqua, quæ longinquiùs tranſire non poſſunt, quia terrena magis, craſſioráque ſunt. Quippe in vniuerſum, odorum generi imbecilli, ſynceritas valentiore mixtura conueniens, commodior eſt; ſicuti & ſaporibus: Odor enim melior ac dulcior redditur temperatus. quod idé & ſuccis euenit. Omninóque odores plurimi ſyncериores manè ſentiuntur: die decreſcente, minùs, meridie, minimùm: quòd Sol omnia ſiccet. Et quemadmodum horis diei, ita etiam anni temporibus pro ratione mutantur. niſi ſiqua ſuos odores, maturitatéſque tẽpore alio capere ſolent: aut cœli temperies aliqua ad odores conficiendos accommodata contingat. Sic quæ medio ſui ſpatio vigent, odoratiſſima ſunt, vel vbi paululùm à ſuo vigore declinarunt. nouella, minùs: quia vberius tractum alimentum non poſſunt conficere. Annoſa imbecilla penitus, ob inopiam caloris: hæc tamen, illa eſt odoratior, quia minus humoris ineſt. Quî fit autem, vt iuxta coronarias plantas, acria quædam ſerere, ceu allia, cepas, ſoleant? id enim iuuare ad creandum odoris ſuauitatem affirmant. quod ſi verè narretur, alterum ex duobus illis, cauſſam dixerim: aut quòd quantum mali odoris adſit, hæc detrahunt: alitur enim vnumquodque ſibi ſimili: quódque ſibi cognatum ſit, nimirum attrahit: itaque parte aliena illa ſublata, reſiduum purius odoratiúſque relinquitur. Aut quòd locum ſua caliditate edacitatéque exſiccant: ſiccis etenim locis omnia proueniunt odoratiora. ſed hoc velut per hypotheſin, dictum accipies: quod autem ſequitur, velut experientia comprobatum: Ex ſiccis, ea potiſſimùm odorem ſuſcipere, quæ ſoluta, inolida, atque inſipida ſunt: è liquoribus, oleum & vinum. aqua verò, nullum poteſt odorem recipere: ſapida, olida, craſſa, poſſunt: vis enim caloris eſt, quæ attrahit. quod autem odorem ſit recepturum, neque præaridum, neque præhumidum eſſe oportet: alterum enim, nullo odoris tranſitu affici poteſt; alterum diffundit ac diluit omnem odorem.

Plantæ virides minùs olent: contrà de ſiccis.

Quæ inſipida, eadem inolida ſunt.

Odor quomodo ex ſapore.

Odorum poteſtas pro natura ſubiecti variatur, qui.

Nimia ſiccitas abolet odores.

Aëria calfaciunt ſolum: ideóq. augent odorem.

Sicca liquidique, quæ potius idonea odori ſuſcipiendo

Quæ valdè arida aut humida, inepta odori recipiendo, cur.

Hæc ferè ex Theophraſto, variis quidem apud illum locis ſparſa & diffuſa collegimus, vt vno obtutu perſpicias, quid de odoribus ſentiat grauis author, & quàm conuenienter iam antè dictis ab Ariſtotele multa velut diuinitùs (inde enim cognomen retulit) ille ſcripſerit: multa inſtituto ſuo propria, & conuenientia cautiis rerum indagandis, doctiſſimè & ſolertiſſimè attigerit. vt Ariſtotelis diſcipulum, & dignum ſcholæ Peripateticæ ſucceſſorem poſſis agnoſcere. Sed antequàm à Lyceo recedam, iubet eadem manu ab ipſo Ariſtotele deſumere, quæ iam dictis conformia, verbis autem paulùm diſcrepantia, repetit idem lib. 2. de anima cap. 9. De odore & odorabili non æquè bene, atque de hiſce, quæ dicta ſunt, diſcernere determinaréque poſſumus: non enim ſic patet, quale quid ſit odor, vt ſonus, vel lumen, vel color. cuius cauſſa eſt, nos non habere hunc ſenſum exactum, ſed inferiorem complurium animalium ſenſu: remiſsè namque homo olfacit: & nihil odorabilium percipit abſque dolore, vel voluptate. propter quod, ſenſus inſtrumentum huiuſce, non eſt exactum atque perfectum. atque conſentaneum eſt rationi, tam animalium ea, quæ duros oculos habent, ſic ſentire colores, vt non eorum percipiant differentias: niſi terrore, cõtrarióque ipſius, quàm hominum genus, odores. Similem autem rationem ſubire videntur odoratus ad guſtum, & odoris ſpecies ad ſpecies ipſas ſaporum. Atqui ſicut auditus, eſt audibilis atque inaudibilis; & viſus, viſibilis atque inuiſibilis; & quiſque ſimiliter ſenſuum: ſic & odoratus, eſt odorabilis, atque inodorabilis. Inodorabile autem multipliciter dicitur: nam & id quod omnino caret odore, neque vnquam odorem habere poteſt: & id quod exiguum habet: & id etiam, quod malum, tetrúmque habet odorem, hoc appellari nomine ſolet. ſimiliter & ipſum inguſtabile dicitur. Fit autem olfactus, etiam per medium, vt aërem, aut aquam. Etenim animalium ea, quæ in aquis degunt, videntur odorem ſentire, tam habentia, quàm non habentia ſanguinem: ſicut & ea, quæ verſantur in aëre. horum namque nonnulla odorẽ alimenti percipiunt eminùs, pergúntque ad ipſum. Quocirca dubitationẽ is locus habere videtur, ſi cuncta quidem

Obſcuritas inueſtigandi odoris, & ratio.

Homo redit mutis animantibus vt odorandi, & quomodo.

à ſimili.

Analogia ſaporis & odoris differentiarũ.

à ſimili.

Inodorabilis ſpecies, & aliorum ſenſuum analogia.

Olfactus quo fiat medio.

Aquatilia odorantur, vt aëria, qui.

Dubium an odoratus fiat reſpirando.

Odor & ſapor dulcior, qui temperatus.

Odoris ratio quomodo cum partibus diei variet: ſic & anni tempeſtatibus.

Peculiaris cuiuſque natura.

Odor quomodo cum ætate plũrimũm mutetur.

Aëria cõfita intendunt odores herbarum; & ratio.

Quodque alitur ſimili.

Florum ſuauis odor diſtantia loci augetur, qui.

Cultu humidiora, ſpe odoratiora.

similiter olfaciunt; homo verò respirans. at non respirans, sed spirans, aut detinens spiritum, non olfacit neque eminùs, neque cominùs, neque si in ipsis naribus intus rem olentem posuerimus. Atque sensum quidem non fieri, si in instrumento sensus res ipsa sentienda percipienda ponatur, commune omnibus est. sed non sentire sine respiratione, proprium hominum esse videtur: quod quidem experientia latè patet. Quare ea, quæ sanguinis expertia sunt, cùm non respirent, sensum quendam præter eos sensus, qui dicuntur, alium habent. At id esse non potest. quippe cùm odorem percipiant. sensus enim rei tam malè, quàm bene olentis, olfactus sine controuersia est. Præterea à vehementibus & ipsa corrumpi videntur odoribus. à quibus & homo corrumpitur, vt bituminis, sulphuris, & similium. necesse est igitur ipsa olfacere, non respirantia tamen. Atque huius instrumentum sensus, in homine perinde videtur ab instrumento differre talium animantium, quæ duros oculos habent: Na[illegible] animalium ea, quæ molles oculos habent, palpebras ipsas, vti sepem & tegmen habent: quas nisi mouerint, ac aperuerint, non vident, vt clarè patet. At ea, quæ durorum sunt oculorum, nihil habent profectò tale: sed illico res eas vident, quæ in perspicuo sunt. Sic igitur & instrumentum olfactus in hisce quidem, quæ non respirant, velamine caret, perinde atque oculus durus, vt diximus. in his autem, quæ suscipiunt aërem, habet velamen: quod, cùm respirant, aperitur, venis meatibúsque distentis. & idcirco quæ respirant, non olfaciunt in aqua: necesse est enim olfaciant respirando: at id in aqua facere nequeant. Est autem odor, sicci; sicut humidi, sapor. ipsum verò instrumentum olfactus, est potentia tale. hæc ille rursum, paucioribus quidem, sed penè iisdem verbis cum superioribus: vt Aristotelem in Aristotele agnoscas.

Sensus non fit, si sensibile imponatur organo.

Quomodo odorentur quæ sunt aquatica, cùm non respirent.

Nullum est sextum sensus.

Tetter odor affert pernicium animanti.

Similitudo visus cum odoratu in organi, quò ve inter sa differant.

Palpebrarum usus.

Odoratus quidde præsentium velamen, vt oculo, aut faciès.

Quæ olfaciant respirando, quæ faciès.

Odoris & saporis subiectum.

Iam verò si voles ista ad medicorum reuocare calculum, videbis quo differat arguta philosophi subtilitas à certa & explorata, velúrque manu palpabili medicorum veritate. ille enim animo perpensa & opinata sæpe describit, & aliis probare vi argumentorum, atq. orationis vehementia, & styli sublimitate conatur: hi autem, vsu comprobata, explorata visu, atque oculis percepta, ratione & experientia confirmata, sine fuco, sine fallaciis, remotis ambagibus (si boni sunt & veridici, quales & maximè optamus, & plurimùm probamus) explicare, ac velut ob oculos proponere solent. Cæterùm, vt & Aristoteles ipse rectè sentit primo statim capite libri de sensu & sensili; ad physicum quoque spectat, prima sanitatis & ægritudinis principia cognoscere: etenim fieri non potest, vt quæ vita destituta sunt, sana sint aut ægra. iccirco tam physicorum ferè plurimi, quàm Medicorum ij, qui doctiusculè artem ipsam persequi ac tractare studeant; alteri, in iis, quæ ad artem medicam pertinent, suæ considerationi finem imponunt:

Medici ac philosophi differentia.

N. de medico indicium.

Physicum quantum in medicina sibi vendicet.

Medici & physici scopus, & differentia.

alteri, ab iis, quæ ad contemplationem naturæ spectant, medendi scientiam auspicantur.

A

Audi verò, quid Galenus idem & physicus, idémque & Medicus omnium celeberrimus, contra istam Aristotelicam velatam odorandi facultatem edisserat libro de instrumento odoratus; imperfecto tamen opere, vt arbitror, & sine trunco. Primùm ergo asserit, quòd odoris sensus in narium tunica moueri nullo modo potest. id enim, quod paulum probabilitatis ab Aristotele acceperat, cùm exquireretur, falsum inuentum est. Mihi igitur cogitanti, quid caussæ sit, si in naris tunica, odorum sensus positus est; cur tantummodò dum

B

spiritum trahimus, odorem percipimus; reliquo autem tempore, odoris sensu caremus: illud tantùm probabile repertum est; Instrumentum odoratus non in summa superficie tunicæ narium; sed multò interiùs in ea esse locatum. sic vt foramina quædam ad ipsum pertinentia habeat, quæ non semper aperta sint: sed operculis quibusdam membranæ similibus tenuibúsque tegantur. quæ opercula, ab impetu attracti spiritus referentur, vt ad eam partem, in qua vis odoris dignoscendi posita est, proprium eius sensibile perueniat.

C

Tale est, quod Aristoteles sentire videtur libris & locis citatis: qui locum quærere, in quo primùm odoris sensus positus sit, nulla ex parte tentauit. eáque, quæ de foraminibus dixit aperiri solitis, quanquam non intelligentiam fugiunt, vt quædam à quibusdam dicta: non tamen locum habere in nasi meatibus possunt. In palpebris igitur, motus animalis voluntate cietur: & ob eam rem, nobis licet quoties volumus, & componere, & abducere. In odorandi verò sensu, non ita se res habet: apertio enim quam dixit foraminum, attracti spiritus accidens est, non

D

opus nostrum. sed quónam modo accidat; deinceps videndum. Quanquam æquum erat; Aristotelem orationis parentem, suam opinionem verbis constituere, non absolutè pronuntiare, nobísque relinquere, vt quænam eius sententia fuisset, veluti vaticinaremur, cùm nihil ipse dilucidè dixisset: nec eam, quam in scriptis posuit, foraminum constitutionem declarasset; in tunicáne narium, an loco quodam alio hæc sua odoratus foramina esse arbitraretur. Quæ non in naribus esse, ex eo patet, quòd si ita esset, ea impetus aëris foris irruentis aperiret, etiam sine vllo attracto

E

spiritu. hoc autem non fieri, perspicuum esse potest, siquis aut mòrum aëris in cubiculo, odore admodum vehementi repleto mollatur: aut eodem in loco, vento nates obiiciat. aut iisdem instrumenta quædam cana admoueat, per quæ sufflantem quempiam adhibeat. eiusmodi calami sunt, & vesicæ vtrimque foratæ, quibus cornicula inhærent. Cùm aër igitur his rebus omnibus impulsus sit, nullus tamen odoris sensus excitatur. Nec verò id quenquam dicere licet; talem nasi tunicæ foramina habere motum, qualem cordis ventriculi habent: qui cùm dilatantur,

Galeni locus, & concertatio cum Arist. de modo odorandi.

Odoris sensus vbi fiat.

Odoratus sit respirando, & cur sic tantum.

Odoratus organum vbi, & quale, ex Arist.

Quòd odoratus organo nulla prætenditur tunica contra Arist.

Dissimilis ratio videndi & olfaciendi.

Omissa philosopho.

De loco foraminum odorabilium.

Ab experientia.

Dissimilitudo cum cordis motu.

tized by Google

ora vaſorum aperiuntur, quibus in cor materiæ inuehuntur. Aut enim dicendum eſt, motum foraminum nobis volentibus cieri, aut noſtra voluntate remota, vt cor ipſum mouetur. Si igitur ea foramina, noſtra voluntate mouentur: licebit ſine vllo etiam attracto ſpiritu, eadem dilatare, indéque odorem percipere. ſin autem in motum lege naturæ cientur, nihilominùs hoc licere perſpicuum eſt. At nunquam, niſi adducto ſpiritu, odorem ſentimus. ex quo apertum relinquitur, foramina, vt ait, odores dignoſcentia, neque animali volente, neque ſine eius voluntate, proprium motum habere, quorum oſtiola referentur. Nec verò motus inſtrumentorum, quæ reſpirationi accommodata ſunt, illos odorandi meatus dilatare poterunt. Pectus enim à muſculis dilatatur, pulmo autem ex omni parte conſequitur, vnáque cum pectore, continui ratione dilatatur. cuius item motum aër extrinſecus ſequitur. corpora verò aërem vehentia, ſiue ſit os, ſiue nares, ſiue guttur, non dilatari neceſſe eſt. quandoquidem his, vt tantummodò vehant, opus eſt; non vt maiorem latitudinem ſibi aſſumant.

Ex quo intelligitur, tenuia illa tunicæ narium foramina, motu inſtrumentorum, quæ ad ducendum ſpiritum natura aptauit, aperiri non poſſe. Vt reliquum ſit, eoſdem ſolo aëris impetu referari: quem (vt dictum eſt) moliri etiam non attracto ſpiritu, poſſumus. Quòd ſiquis eorum, qui ob vecordiam, multa inaniter iactant, foramina eo tantùm tempore aperiri dicat, quo ſpiritum trahimus: is à nobis admonebitur, vt ea meminiſſe velit, quæ ſuprà, dum hoc idem redargueremus, diſputata ſunt, eo orationis loco, vbi illa foramina, aut animalis voluntate, aut quodam naturali motu aperiri diximus: quorum neutrum fieri apertum eſt. Nam ſi animalis voluntate aperirentur; noſtræ poteſtatis eſſet, quoties vellemus, ea aperire, etiam nullo ſpiritu adducto. Idem verò ſi naturæ operâ herer, qualis motus cordis eſt; non ſemper cum adducto ſpiritu contingeret: ſed proprium ſui motus ordinem haberet, vt in idem tempus nunc cum accepto ſpiritu concurreret, nunc cum eodem reddito, nunc cum tota reſpiratione retenta. Si igitur neque per ſe, neque cum motu inſtrumentorum, quæ ad ducendum ſpiritum accommodata ſunt, illa tunicæ narium foramina aperiuntur: reliquum eſt, id ſpiritus impetu fieri: quem (vt dixi) ſine attracto ſpiritu mouere poſſumus.

Siquis autem dubitet, quid cauſſæ ſit, cur tali ſpiritus motu, etiamſi valdè violentus ſit, nulla tamen odoris pars in cerebrum impellatur, quanquam tam lata extant foramina, vt à cerebro mucus etiam craſſiſſimus per ea tranſfluat, nos eum docebimus, in tali aëris per nares impulſu, neque in guttur quicquam, neque in pulmonem propelli: quandoquidem ea à proprio repleta ſpiritu præoccupantur. Si igitur ne in amplas quidem vias quicquam extrinſecùs aëris illabitur, niſi inſtrumenta dilatentur: conſentaneum eſt, nec in ea illabi foramina, quæ tam anguſta ſunt, vt quidam parum diligenter corpora incidentes, éáne ſiquidem extent, animaduerterint. Si in alterum igitur naſi foramen aliquid ſic iniicias, vt id ad vnguem obſtruas, nullus ſpiritus inire antè poterit, quàm os aperueris. quo aperto, ſpiritus is, qui palato circumfluit, cùm foràs effunditur, eum qui continuus eſt, ſequela quadam ſecum trahit. Ne arbitrêris igitur in eiuſmodi ſpiritus per nares impetu, quicquam in cerebrum impelli. quandiu enim alter ſpiritus, cerebri anfractus, locáque vacua occupat, tandiu nulli alteri vllus eſt ineundi locus, priùs quàm cerebrum dilaretur. id quod fieri nobis ſpiritum trahentibus poteſt: Primùm enim dilatatur, vt attrahat: deinde ſic aërem foris in ſe recipit. At idem cerebrum, ſpiritum recipere, niſi dilatetur, non poteſt: ne ſiquidem is violenter impulſus ſit. Quòd ſi illud alicui demus, vt vi impulſus ſpiritus inire per eam cauſſam liceat: hoc [illegible]em tamen non aliam ſatis ob cauſſam poſſibile eſt. Aër enim, vt ſcimus, vi comprimitur: idémque vndique funditur, cùm horum alterutrum pati contra naturam ſuam cogitur. vt nulla eiuſmodi violenta cauſſa eum à loco, quem iam occupat, dimouere valeat. Nec verò cùm idem compreſſus, in anguſtiorem locum cogitur, aut remiſſus, in ampliorem diffundi-tur, ea ad vtramuis partem contingat, magna mutatio eſt, ſed exiguo & proceſſu, & receſſu comprimitur idem, & funditur. Quam ob cauſſam, nihil in cerebrum impellitur, quamuis vehementer ſpiritum plenis naribus comprimas. Tunica verò, quæ illas ambit, in qua illa odoratus foramina exquirenda poſuimus, ſe ab aëre foris violenter irruente verberari haud dubiè ſentit. Itaque ea foramina ex tam vehementi aëris in nares impetu referari oporteret, & ſimulac aperta eſſent, odoris ſenſum moueri. At non mouetur. ergo ea eſſe non poſſunt. Sed nec probabile eſt, naturam tale quiddam fruſtrà machinatam eſſe: Nam ſi foramina quædam ad odorandum apta conſtituiſſet, non ea impoſitis operculis occluſiſſet: vt nec ea occluſit, quæ in auribus extant. Melius enim eſt, omnem ſenſum aptum eſſe, qui proprium ſenſibile ſemper dignoſcat, non tantummodò dum ſpiritum trahimus. Nec natura propteréa oculis operimenta dedit, quia melius eſſet, eos non perpetua in actione teneri: ſed quia molles erant, & ob eam rem lædi ab incurſantibus rebus facilè poterant. à quibus vt defenderentur, natura palpebras ipſis, quaſi quædam propugnacula dedit. Sed nónne & ab ipſo Ariſtotele dictum eſt, Naturam animalibus iis, quorum oculos exterior tunica dura protegit, ideo palpebras non dediſſe, quòd eos non facilè lædere eſſet? & ipſi per ſe nullum vel munimentum, vel tegumentum, vel operculum in eo animalium genere deſiderarent? At nos iure deſideramus, egemúſque,

Dilemma, de modo aperiendi foramina odoratus.

Quòd neutro modo.

Quòd ne reſpirando quidem: & qui fiat reſpiratio.

Pulmonis motus vnde.

Quòd neq. aëris impetu, neque reſpiratione aperiantur foramina: ſed nec ex arbitrio, aut naturali impetu.

Prolepſis.

Foraminũ amplitudo.

Aër non ſubit pro-

cordia, niſi organis dilatatis.

Naribus obſtructis inhibetur via ſpiritui.

Sic neque in cerebrum inſufflando impelliur, car.

Cerebrum quomodo perſpiret, aut aërem admittat.

Conceſſio,

Aër in corpore nullo vi externa cogitur loco cedere.

Aër quomodo arctetur, aut diffundatur.

Spiritus in nares adactus, nec apertis foraminibus, nec odoratum mouet.

Natura non fruſtrà machinata eſt foramina operta narium. & ſimili.

Senſus omnis aptus dignoſcendo ſenſibili.

Cur oculis pretenta membrana, & opercula, & cur talia.

& ob cauſſam proximè expoſitam, & ſomni gratiâ. quiſque enim in aëre lucido dormire, A niſi tectis oculis, non poteſt. Itaque illis ipſis animalibus, quæ palpebris carent, vt locuſtæ, gammari, paguri, cancri, natura ſinus quoſdam tribuit, qui inſtante ſomno, quaſi cubicula quædam, oculos totos reciperent. qui mox inde, cùm cernendi voluntas ſubiret, eruerentur; vnàque cum ceruicibus ſuis, in ſublime extollerentur. Quare in ſummis partibus, oculi, tanquam in ſede ſua, collocati ſunt, quæ in excelſis animalium partibus poſita eſt. Sic natura in id ſemper eſt intenta, vt ſenſus in ſuis actionibus retineantur. Quòd ſi maioris vtilitatis cauſsâ, eos certo tempore ceſſare neceſſe eſt, in nullam ea de re noſter ſermo difficultatem incurrit. Nam quæ ſimul eſſe non poſſunt, ea ne dij quidem omnes, ſi vellent, coniungere poſſent. Quicquid enim ſuapte natura fieri nequit, id diis etiam ipſis impoſſibile eſt. Ne miteris igitur, cur natura, cùm ſenſus ſemper agere velit; his tamen per ſomnos quieſcere mandat: eo enim tempore ſomnum, rem ab his actionibus diuerſam, mauult. Dum igitur animal dormit (ſiue ſomnus, generale ſit opus, ſiue affectio: id quod iudicare non facile eſt) ſenſus ipſi non adeo agere poſſunt, vt bene ſentiant. Ex quo intelligitur, quanquam per ſomnos non æquè, atque per vigilias, ſenſibus agere poſſumus, non tamen falſum eſſe, quod dictum eſt; ſenſum omnem melius eſſe in perpetua actione teneri, quàm eam intermittere. nec, quamuis à quibuſdam rebus foris incurſantibus cauentes, oculos claudere interdum cogimur: tamen ſatius eſt, nos eo tempore non cernere. Melius enim, ſi oculi ſine noxa ſeruari poſſent, vt per id temporis etiam cerneremus. ſed quoniam id fieri nequit; iccirco noſtros oculos natura palpebris D muniuit. hæc in præſenti de vtilitate palpebrarum dicta ſunt. Ergo Ariſtoteles naturam ait opercula quædam odoratus foraminibus impoſuiſſe: neque tamen quæ vtilitas ab eis, animali præbeatur, expoſuit: neque eſſe demonſtrauit. Talia igitur foramina, qualia ab Ariſtotele dicta ſunt, adeo nullius vtilitatis cauſsâ, conſtituta ſunt; vt etiam per longa vitæ ſpatia, magnum animalibus detrimentum importent: quandoquidem eorum vitio, odorandi ſenſus diminutus, ac veluti mutilus & truncus relinquitur: quod nulli ex reliquis ſenſibus contigiſſe videmus. qui omnes, dum vigilamus, in continuis actionibus verſantur: ſi modò propria ſenſibilia habeant, à quibus moueantur. Odoratus igitur foraminum opercula ab Ariſtotele poſita, rem eſſe & incertam, & demonſtratione carentem, & quam nulla euidens fides teſtificetur; equidem mihi demonſtraſſe videtur Galenus, longiori adeo oratione, quàm res tam exigua poſtulabat: ſuo tamen more, & Aſiana eloquentia, campo aperto expatiatus.

Vſus palpebrarum in ſomno, & quibus.

Oculorum receptacula loco palpebrarum, vbi.

Oculorum ſitus.

Senſus in perpetua actione, ſolo in ſomno ceſſant.

Impoſſibile dijs coniungere ea, quæ ſimul eſſe non poſſunt.

Somnus & actio, oppoſita, quæ.

Somnus, quid.

Oculi cur in ſomno ceſſent.

Omiſſa Ariſtotelis.

Foramina odoratus inutilia, damnoſa.

Senſus in continua actione.

Concluſio.

Opercula foraminum odoratus nulla, & commentitia.

Galeni aſiatiſmus.

Verùm ſatius eſt, nos à capite repetita breuiter oratione, & omiſſis iſtis controuerſiarum gryphis nodiſque, ſtatuere tandem cum Galeno noſtro, quid ſit odoratus, vbi, & quo fiat modo: déque odorabilium natura & nominibus (ſiqua eſſe poſſunt, quibus res tam implicata, & priſcis philoſophis velut inexplicabilis oratione, ac proprietate verborum, habita & derelicta, explicari vtcumque poſſit) ſummatim, quoad eius fieri poſſit, pertractandum.

Epilogus orationis de odoratu.

Propoſitio.

Eſt ergo odoratus, tum ipſe odoris ſenſus; tum vis illa, cuius odorandi officium eſt. quomodo guſtum dicimus: non ſolùm earum rerum, quæ guſtu percipiuntur, ſenſum; ſed etiam & vim ipſam guſtandi. idem tamen vtriuſque odoratus inſtrumentum eſt, quod oculo viſus, & linguæ guſtus organo, proportione reſpondet. Id autem, prima quidem fronte, naſus eſſe videtur: quandoquidem ſi occluſis naribus, ſpiritum ore adducimus (quod iam antè Diogeni diximus refragari) odorem nullum ſentimus. ſin autem ſpiritum apertis naribus attrahimus, odor ſenſum protinus mouet. Certum eſt enim, quamuis nares odoramentis repleas, non antè odorem perceptum iri, quàm ſpiritum attraxeris. Quam ob cauſſam, naſus quidem, ſemita olentium rerum rectè iudicabitur: quod autem odores ſentit, vtique ſuperiore loco aliquo locatum debet æſtimari. Cùm igitur naſus in ſe ſeptum quoddam per media loca deductum habeat, duoque foramina ſatis conſpicua: hæc (inquam) quæ cernuntur; & in ſingulis naribus ſingula ſunt; ſciendum eſt, eorum vtrumque, ſupra media naſi loca, in duas partes eſſe diuiſum: quarum alteram, pars oris intima excipit: altera verò alta, vt ab initio ferebatur, ad ipſum cerebrum ſcandit. Quod & ipſum, foramina duo ad hæc ipſa loca ſpectantia habet, eáque oblonga & concaua: quæ ex anterioribus cerebri ventriculis ortum habent, & ad eam caluariæ partem, vnde naſus oritur, deſcendunt. Quo loco, oſſa ἠθμοειδῆ (quaſi colatoria, aut coliformia dixeris, à coli ſimilitudine, & vſus affinitate percolandi) poſita ſunt. quorum quæ vtilitas ſit, ex ipſo nomine ſatis declaratur, & nos ſuprà attigimus. Membrana autem ea, quæ craſſa eſt, ea parte, qua oſſibus modò nominatis ſubſternitur, minutis eſt foraminibus traiecta: per quæ, primùm quæ craſſiora cerebri ſuperuacua ſua, tranſmittuntur. quæ, cæteráque aliarum partium ſimilia recrementa, de more ab Ariſtotele orto, ἀτειδήματα, eò quòd ſuperuacua ſint, nominantur. Naſi autem foraminibus, quæ recta ſunt, & ad oſſa colo ſimilia conſcendunt: itemque iis, quæ obliqua, vt in os ipſum traducta ſunt, exanguis tunica craſſior, quàm membrana, ſubſternitur: quæ ei tunicæ continua eſt, quæ totam oris circumferentiam, capacitatémque interiorem, & linguam complectitur: fauceſque, vt &

Odoratus, quid, & quid ſenſus.

Odoratus organum.

Quòd non naſus.

Naſus, ſemita odorabilium.

Naſi compoſitio.

Narium foramina bipartita, quà ſeruantur.

Summa narium duo foramina, vbi, vnde, & qualia.

Oſſa ethmoidea.

Membrana narium interior conſtitutio, & vſus.

ἀτειδήματα, quod.

Tunica totius oris, & naribus, & aliis communis, & qualis.

Digitized by Google

primam aſperæ arteriæ partem, quam ἀδρόλαιμα Græci vocant, & totam aſperam arteriam, atque gulam ambit & inuoluit. In quam tunicam (quæ vna eſt, & ſibi vndique continua, & in omnibus memoratis partibus eandem ſubſtantiæ ſpeciem habere cernitur, quanquam non æqualem craſſitiem) nerui quidam à cerebro orti diſtribuuntur, & ij quidem exiles. exceptis iis, qui in linguam inſeruntur: quibus natura ſatis craſſitudinis dedit: propterea quòd partem hanc acutiori ſenſu præditam eſſe oportuit. quippe quam natura, guſtatus inſtrumentum eſſe voluit, vt poſtea clariùs patebit.

Larynx.

Nerui tunica, vnde; & quales in lingua.

Cùm igitur in vtroque naſi ſpiramine, tunica oſſibus obducta ſit, quam & eiuſdem naturæ, & continuam cum ea eſſe diximus, quæ os, linguámque, & fauces ambit (quanquam eo differt, quòd tenuior eſt) aut hæc, inſtrumentum odoris ſentiendi ſtatuenda eſt, aut os ipſum naſi: quandoquidem pars tertia hîc nulla quidem relinquitur. Sed oſſi non modò non odorandi, ſed ne tangendi quidem ſenſus datus eſt: Tunica verò, quæ intus ſubſternitur, vt ei ſimillima eſt, quæ cœlum capitis, & ipſum palatum ambit; ſic eadem ſuperare ſenſus acumine non poteſt. Poterat tamen ſola neruorum magnitudine præſtare, vt lingua fecit. at nec ea præſtare cernitur: ſed neruorum tantum adepta eſt, quantum ad ſenſum tactus neceſſarium erat. Item natura eius tunicæ, ſubſtantiæ earum rerum, quæ odoratum mouent, non reſpondet. at reliquæ reſpondent: Quandoquidem guſtandi inſtrumentum, humidum & ſpongioſum eſt. quod verò ad tactum attinet, durum ac terreſtre: cùm natura in fabricandis cuiuſque ſenſus inſtrumentis, ſimili-tudinem ſenſibilium ſecuta ſit. Itaque & odoratus inſtrumentum, vaporis ſimile eſſe oportebat (talis enim eſt odorum ſubſtantia) non durum & terreſtre, vt tunica, quæ naribus indita eſt: quæ non ſolùm talis eſt, ſed etiam neruis iuſtæ magnitudinis caret. quos certè habuiſſet, & in ea re, linguæ prælata eſſet: cùm in ordine inſtrumentorum ſenſus, tertium locum ad dignoſcendam tenuem ſubſtantiam teneat. Ex quibus rebus efficitur, vt ipſi quoque in inueſtigando odoratus inſtrumento, à naribus abducamur; ſi quæſtionem quidem diiudicandam à conſtitutione partium ſumamus. ſi verò rem à propriis actionis accidentibus inueſtigare voluimus, nullum odoris ſenſum, niſi ſpiritu naribus attracto, moueri videbimus: quanquam ipſæ nares vapore etiam vehementer olente repletæ ſint. His de cauſſis, pars corporis, quæ odores dignoſcit, alia quædam ab iſtis eſſe videtur; eáque interiùs in corpore poſita: non quæ tam in promptu eſt, & in ſummo atque extimo corpore locata; vt tunica illa, quæ naribus indita eſt. Quare videndum eſt, cùm naſi tunica (contraquàm cenſuit Ariſtoteles) odoratus inſtrumentum non ſit; an ei, quæ palatum ambit, hoc delatum munus ſit. mox idem de faucibus, vt aſpera arteria, quærendum eſt. Palati igitur tunica ſanè haud erit odoratus inſtrumentum: quãdoquidem obſtructis naribus, aut digito ſic compreſſis, vt claudantur; ſpiritu autem ore adducto, nullus odoris ſenſus mouetur. Eandem ob cauſſam, nec faucium, nec aſperæ arteriæ id officium eſſe putandum eſt. Sed iam reſtat, vt de reliqua foraminum parte conſideremus, quæ per oſſa colo ſimilia ad ipſum cerebrum aſcendit: quæ & ipſa, cæterarum ſimilitudinem in conſtitutione ſecuta eſt. Nam ea tunica, quæ hanc meatuum partem ſuccingit, ſubſtantiam cum inferiori tunica eandem habet, eandémque neruorum tenuitatem. Hac igitur in parte penitiſſima, ſenſum odoris ad ventriculos cerebri anteriores moueri, & ratio, & experientia eorum, quæ altiſſimè inſpirando exhauſta ſunt, conuincit fateri. Habet autem id peculiare ſibi olfactus ſenſorium, vt ſolum ex omnibus ſenſoriis intra cranium exiſtat, in ipſis cerebri anterioribus ventriculis: qui etiam vaporoſum quendam ſpiritum continent. Oportebat enim huius quoque ſenſus proprium ſenſibile, cerebri portionem alterare: oportebat etiam ei operimentum quoddam eiuſmodi eſſe circumiectum, quod tum conſeruare ipſum poſſet, tum tranſitum ipſorum ſenſibilium interea non impedire. Verùm ſi impediturum non erat, tantò id rarius eſſe oportebat operimento auditus, quantò ſenſibile huius, quàm auditus, craſſiorum erat partium. Ferè enim quantum aër partium tenuitate à luce relinquitur; tantùm vapor etiam ab aëre. Videre autem eſt ex ipſis quoque, quæ nobis in dies euidenter apparent, quàm latos eſſe oporteat partium illarum operimenti meatus. Obſtructis enim ab aliquo naribus (vt quodam loco etiam Plato ait) odor quidem nullus tranſcolatur. aër verò ſine odore ſolus ipſe ſequitur. Atqui perſpicuum iam eſt (quod res hæc, quæ apparet, ſatis indicat) vaporem, craſſiorum eſſe partium, quàm pro meatuum latitudine, qui in obſtructis inſunt naribus: quódque ſenſorij olfactus operimentum rarius hîc eſſe oportuit. Atque etiam tale eſſe apparet, ſiquis in animali mortuo ipſum acceperit, in omnéſque partes diſtenderit, ad lucem ipſum conuertens. Quandiu enim rugoſum fuerit, & laxum, incidentibus aliis ſuper alia, his quæ circum meatus ſunt, corporibus, obſcura ac inuiſibilia ſunt hæc foramina. ſeiunctis verò rurſus dum tenditur, facilè deteguntur, ac pateſiunt. niſi fortè in corporibus à vehemente frigore, aut tempore diuturniore contabeſcentibus iam atque exſiccatis, id experiaris. Quòd ſi paulò antè mortuum etiam fuerat animal, ſatius fuerit aqua calida id perfundendo, periculum eius quod dicimus, facere. Magnum autem

An tunica palati? An fauces? An trachea arteria? Quòd non.

An foramina cribroidea? & eorum cõſtructio.

Inquiritur odoratus inſtrumentum.

An tunica intexòs? an in naſi?

Quòd neutrum, cur.

Guſtandi inſtrumentum, quale: itâ tactus, & odoratus,

Organa ſenſus ſimilitudinem habent cum ſenſibilibus, quæ.

Odorum ſubſtantia, quale.

Tunica narium, quale.

Odoratus ordo inſtrumentis.

Quòd odor ſolo inſpiratu dignoſcatur, ac non à naribus.

Sedes odoratus gemina, in promorſibus cerebri ventriculis.

Solus odoratus ſit in cranio, & quomodo.

Odoratus manuductum.

Organum odoratus cur auditu rarius, & meatus laxiores.

Analogia vaporis, aëris, & lucis, in tenuitate.

Odor non penetrat, naribus obductis, cur.

Vaporis craſſities, & meatuum laxitas.

Ab experientia.

Cautio in experiendo.

Ab excretu.

autem laxitatis harum partium operimenti eſt argumentum, quæ ſæpenumero accidit à partibus ſuperioribus excrementorum ſimultanea confertáque vacuatio; quæ ſanè βαίνειν quidem antiqui, & κόρυζαν, id eſt diſtillationem ſeu grauedinem: iuniores autem, μύξας, hoc eſt mucores appellant.

Muci varia appellatio à naribus fluentis.

Natura ſolertia in vſu partiũ multiplici.

Ea eſt enim naturæ ſolertia, quam ferè vſurpare ſolet, vt nuſquam inſtrumenti cuiuſquam vllam prætermittat actionem aut vtilitatem, cùm multæ ab vno probè præſtari queant. Proinde hîc quoque cùm cerebri ventriculi loco inferiore ſint poſiti, ex partibúſque ſibi propinquis neceſſariò excrementa affluentia ſæpe excipiant: animal ipſum apoplexiis frequenter prehenderetur; niſi viam quandam horum effluxui accommodam, hic quoque natura ſecuiſſet, atque excauaſſet.

Ventriculorum cerebri anteriorum collocatio, & vacuandi neceſſitas, modúſque.

Atqui ne melior quidem excogitari vlla poterat, ea quæ ampla ſimul eſſet, ac decliuis. Intus igitur foràs per narium meatus excrementa feruntur: foris autem intrò, facultatis olfaciendi ſenſibilia. duabúſque his vtilitatibus inſtrumentum vnicum ſubſeruit; alteri quidem ad vitam neceſſariæ; alteri verò, ad vitam commodiorem. Sunt autem præter hæc, alij duo canales, qui per palatum in os, totius cerebri excrementa eructant: qui duo ſoli purgando cerebro ſufficiunt, quando animal omnino rectè habet, alimentúmque bellè vincit, ac percoquit.

Narium foraminum vſus duplex, & finis.

Canales expurgandi cerebri.

Quo fit, vt prima vtilitas ipſorum à cerebro in nares foraminum, propter quam potiſſimùm facta ſunt, non ſuperfluorum ſit excretio: ſed ea quidem ex abundanti, cerebro malè affecto eſt ſubſidium. Ante enim ſuperfluorum excretionem, eſt ipſa odorum dignotio: & hac adhuc antiquior, ad vitámque certè neceſſaria in cerebrum inſpiratio.

Narium foraminum vſus primarius & ſecundarius.

Nam ne id quidem, quemadmodum neque aliud quicquam, fruſtrà dixit Hippocrates; Ob hæc igitur omnia, & præterea quæ dicturus ſum, olfactus præter alios ſenſus, in cerebro ipſo extitit. At quoniam operimentum eius oportebat eſſe foraminulentum, ſimul & rarum, vt ad cerebrum quidem, aëtem reſpirationis cauſſa celeriter deduceret; vaporem autem dignotionis odorum: tum autem vacuaret repentè ac ſemel, ſiquando vſus inciderit, excrementorum copiam: magna ipſius operimenti ad patiendum facilitas, conſtructionem eiuſmodi neceſſariò ſecuta eſt. magna præterea viſceris principaliſſimi, cerebri ſcilicet offenſio: Natura, os vatiè pertuſum, velut ſpongiam ipſi appoſuit; ſimul ne aliud corpus durum quoddam extrinſecùs incidat: ſimul ne viribus integris, aër frigidus inſpirantibus nobis rectà in cerebri ventriculos ſeſe inſinuet.

Olfactus in cerebro.

Odoratus operculum tut perfo-ratum.

Os cum tunica præpoſitum.

Aëris frigidi inſpi-

Non enim ſemper eramus inſpiraturi aërem moderatè frigidum; ſed nonnunquam vel frigidiſſimum. qui ſi rectà in cerebrum incideret, ipſum profectò immodicè refrigeraret, omnémque vitam in periculum adduceret. Quin & quæ ſunt ante meningas, oſſa hæc admodum foraminulenta & cauernoſa, & ab Anatomicis à cribri ſimilitudine vocantur ἠθμοειδῆ, vt eſſent aduerſus hanc noxam auxilio, fuerunt comparata. Satius autem fuiſſet, ipſa non magis ἠθμοειδῆ appellaſſe, quàm à ſpongiæ ſimilitudine, σπογγοειδῆ, quemadmodum Hippocrates ea comparauit.

rati dãna, & correctio.

Vſus oſſiũ ethmoidũ.

Varia ſanè habent foramina, quomodo & ſpongiæ: neque ea habent recta, vt cribra: Nam ipſa dura meninx, quæ cerebrum contegit, inſtar cribri eſt perforata. at præpoſita ipſi oſſa, magis adhuc variè: & quemadmodum ſpongiæ meatus, neque ex directo ſibi ipſis reſpondent, neque recti planè ſunt omnes. & quanquam eorum nonnulli ſunt eiuſmodi: plurimi tamen ſunt tortuoſi & anfractuoſi; vt alia ſubinde atque alia periodus longa ei priùs ſit conficienda, quod per eos ad cerebrum peruenturum eſt. Qua in re, videor ipſe mihi (ait Galenus) aliam quandam oſtendere non contemnendam opificis animalium ſapientiam: Antea enim ipſum laudabamus, quòd plerumque inſtrumentum vnum ad multas actiones aptum efficeret: nunc autem maius quippiam poſſumus oſtendere: quòd ſcilicet actionibus his mutua inter ſe, & ea non mediocris eſt vtilitas. Poſtquàm enim ſemel propugnacula hæc ſpongiis ſimilia, ſecuritatis ipſius cerebri cauſsâ extiterunt: propè factum, vt olfactus inſtrumentum mancum ipſa effecerint; niſi reſpiratio ipſa acceſſiſſet.

Cur & ſpongioſa dicantur, & foraminum figura.

Dei opificij ſapientia in creando animali.

Idem inſtrumentum plures actiones obit.

Odoratus inſtrumentum ſine reſpiratione mancũ, cur.

Nam per corpora hæc σπογγοειδῆ permeare nihil facilè poteſt, ſi ſolo corporis momento atque impulſu agatur. cùm aqua etiam plerumque in ipſis contenta, etſi ſuapte natura ſemper deorſum tendat, & hac feratur via; non poſſit tamen effluere: quanquam ipſa per ἠθμοειδῆ certè inſtrumenta excidat repentè. Atque etiam ſi contra vapores ſupponantur; hos quoque aſcenſu prohibent ſurſum σπογγοειδῆ, quibus tamen aſcenſum ἠθμοειδῆ concedunt. hæc enim ſolam ipſorum continuitatem diuidunt: σπογγοειδῆ verò, vel proprium inhibent ac morantur momentum.

Foramina ſpongioſa minus permia, quàm coleatera, qui.

Quocirca ſiquid celeriter ex huiuſmodi corpore eſt elapſurum: aut comprimatur corpus hoc vndique oportet, vt ſpongia manibus; aut violenter trahatur: vt ſi labiis adhibitis vehementer emulgeas, aut pulſu à tergo propellatur. vt cùm in eiuſmodi inſtrumenta inſufflantes, ea obſtructionibus liberamus. Quod igitur ad illa oſſa σπογγοειδῆ attinet, inſpirationis ac expirationis munus bellè perficiebatur. quandoquidem illa, cerebro aërem intrò trahente; hæc autem, foràs pellente, perficitur. Neque enim ſuper-

Spongia quomodo humorem deponat.

Quomodo cerebrum

Digitized by Google

Inſpiret aut expiret, & motum deponat.

Vaporum cõcretio, & excretio.

flua hæc purgari, ea niſi tempore multo paulatim tranſcolarentur, poterant: neque vapores omnino aſcenderent. quippe qui propter tranſitum tardum, inter ſe coaleſcerent, connecterentur, concreſcerent, atque ad priſtinam rurſus naturam reuerterentur, ex qua extenuata facti fuerant. At nunc certè mixtis actionibus, illapſu inſpirationis quidē odorū fit dignotio: expirationis verò, ſuperfluorum excretio. Nam in eiuſmodi actionibus, motionis ipſius ſpiritus impetus, multa eorum, quæ ex ſeſe tranſire nequeunt, vnà ſecum trahit. Ipſa verò rurſus odorum dignotio non parum iuuat totam reſpirationem, non ſinens vapores prauos (qui alioqui nos lateret) vnà cum puro ſpiritu ingredi. Senſus enim ab illis offenſus ac læſus, duorum alterum nos cogit: aut ſcilicet aufugere quàm celerrimè ab illis: aut aliquid naribus admouere eiuſmodi, quod vapores quidem arcere queat; aërem autem tranſmittat. Quin & meatus olfactorios interdum à craſſis ac viſcoſis obſtructos, purgare non erat commodius, ſi aliam habuiſſent conſtructionem: Cùm enim non olfactorij modo, verumetiam reſpiratorij exiterint; vtroque modo purgantur: ſpiritu nunc quidem intrò, nunc autem foràs commeante.

Cerebri inſpirationis & expirationis beneficium, & modus.

Odoratus beneficium ad reſpirationem.

Vapores tetri quomodo declinentur.

Quomodo meatus odoratus repurgentur.

Siquando autem vehementiùs obſtruantur, quàm vt mediocribus ac conſuetis motibus purgari queant: quam appellamus ἐκφύσησιν, efflationem (quæ ſimultanea & vehemens eſt expiratio) efficientes; motus vehementia, omne id quod impactum erat, amolimur. Itaque non paruam hanc gratiam, nec vulgarem beneficij mercedem ſibi mutuò referunt actiones hæ & vtilitates, quæ in anteriorum ventriculorum finibus complures ſimul conſtiterunt. Sed earum inter ſe communionem natura inuenit, partim vt animal viueret, partim vt meliùs viueret. Cui rei lucrum etiam accedit haudquaquam exiguum: quòd ſcilicet non tot inſtrumentis, quot vſibus egeamus: ſed vnicum ſæpenumerò inſtrumentum, multis actionibus atque vſibus ſufficiat. Ergo, vt eſt demonſtratum, olfactus inſtrumentum non in meatibus ſedem habet, vt plerique putant; ſed in extremitatibus anteriorum cerebri ſinuum, quò narium meatus pertinent. qua maximè in parte vaporoſos eſſe cerebri ventriculos perſæpe dixi. Cùm autem non ſint quinque elementa, ſed quatuor tantùm, quibus ſingulis ſinguli ſenſus reſpondent, vt in ſuperioribus eſt dictum: hic tamen ſenſus omnium velut medius, vt propoſui, euaſit: quia odorum genus, mediam inter aërem & aquam, naturam ſortitum eſt. Id quod etiam Plato in Timæo inquit; his verbis de facultate odorandi & modo locutus: Περὶ δὲ τοῦ μεταξὺ τῶν μικτῶν δυνάμεῶν, εἴδη μὲν οὐκ ἔστι· τὸ γὰρ τῶν ὑγρῶν πᾶν ἐμπίπτει· εἴδη δὲ ὀσμαὶ ξυμβέβηκεν συμπαντὰ, σχεδὸν τὸ ὑπὸ ἀέρος ὑγροῦ. διὸ ὑμῶν ἐν οἷς τὰ πλεῖστα φλέγας,

Plures vſus, quàm inſtrumenta partium corporis.

Odoratus ſedes, & cur vaporoſa.

Analogia ſenſuum cũ elementis.

Odoratus ſenſuum medius, cur.

σχεδὸν μὲν τὰ γῆς ὕδατός τε ἧττω, συνάπτει ξυνίσταται· σχεδὸν δὲ τὰ πυρὸς ἀέρος τε, διῄρηται. διὸ πάντα σχεδὸν ὀσμὰς ἀσήμους πάντα ἔχοντα πρὸς ἀλλήλα, ἢ σπανίους, ἢ πικρούς, ἢ ὀξυμιμήσεις γίγνεται πάντα· μεταβάλλοντος γὰρ ὕδατος εἰς ἀέρα, ἀέρος τε εἰς ὕδωρ, ἐν τῷ μεταξὺ πάντα γιγνόμενα· πίπτει τε ὀσμαὶ ξύμπασαι, πλησὸς ἢ ὁμίχλη. πάντα δὲ, τὰ μὲν ἐξ ἀέρος εἰς ὕδωρ ἰόντ, ὁμίχλη· τὰ δὲ ἐξ ὕδατος εἰς ἀέρα, καπνός. ὅσα λειότερα μὲν ὕδατος, παχύτερα δὲ ὀσμαὶ ξύμπασαι γιγνόμενα ἀέρος. διακωλύει δὲ, ὅπόσα πυκνὰ ἀλλοφεγγέσιν αὖραι ἀεὶ ἀναπνοαὶ, ἄγνοιά τις ἡμῖν τὸ πάθημα εἰς αὐτόν. πᾶν γὰρ ὀσμὴ μὲν ἀνάληπτον συμβαίνειν· τὸ δὲ πάθημα τῶν ὀσμῶν ἑρμηνεῦσι, αὐτὸ μόνον ἔστιν. διὰ ταῦτα δὴ, ἀνάσιμα τὰ πάντα πολλαχῆ γίγνεται, ὅσα ἂν πλεῖστα, ὀσμὴ ὀσμῇ ἐναντία ἔστιν. ὀσμαὶ δὲ λέγω τὸ ὑδὼρ, καὶ τὸ πνεῦμα, αὐτῷ μόνον διαφανῆ λέγων. τὸ μὲν πραχυτέρα τε καὶ βαπτόμενον τὸ πᾶσι ἄπτον, ὅσον ὑμῶν μεταξὺ καταφαῦσι. πᾶν τε ὑμφαιῦ πάσης· τὸ δὲ ξανὸ πᾶν καταφαύσιον καὶ πάλιν ἢ πίφυκε, ἀγνοητῶς ἀναδιδόν. id eſt, Circa natium vim ſpecies non ſunt: ſemigenia enim odorum natura. ſpeciei verò nulli competit odorem vllum habere: ſed noſtræ circa hæc venæ, ad terræ & aquæ genera anguſtiores ſunt: ad ignis verò aëriſque genera, latiores. Quocirca nemo vnquam iſtorum aliquem ſenſit odorem. ſed in madefactione quorundam, vel putredine, vel liquefactione, vel euaporatione gignuntur odores. Cùm enim in aërem aqua, vel aër in aquam tranſit; in medio iſtorum, odores fiunt. omniſque odor, aut fumus eſt, aut caligo. ſed horum, quod ex aëre mutatur in aquam, caligo: quod verò ex aqua in aërem, fumus. Hinc fit, vt aquâ odores tenuiores ſint, aëre craſſiores. Quod maximè perſpicuum fit, quando certa quadam re naribus occurrente, aliquis in ſeipſum vehementer ſpiritum retrahit: tunc ſanè nullus ſimul influit odor; ſpiritus autem ab odore nudus ſolus ſequitur. Igitur in his varietates abſque nomine ſunt, nec ex pluribus, nec ex ſimplicibus ſpeciebus: ſed duo ibi nomina tantùm manifeſta ſunt, ſuaue ſcilicet, & moleſtum. Hoc quidem diſturbat, violátque omnem eam capacitatem, quæ à ſummo capitis vertice ad vmbilicum protenditur: Illud verò eandem mulcet, & amico quodam ingreſſu, naturalem eius ſeruat habitum. hæc ille; imitatus ex more Locrum Pythagoreum ſic prælocutum: Ὀσμαὶ δὲ ἴδιαι μὲν οὐ καλέονται· διὰ γὰρ στενὸν πόρον διαβαίνουσι, τετράπορον ὄντα, ἃ δὲ σωματοῦται καὶ διίσταται· εἰσὶν δὲ καὶ πίφυκε, γῆς τε καὶ γεωδέων, διαίρεσιν καὶ δυνάμεις ἔχοντα. id eſt, Odoris autem ſpecies non ſunt diſtinctæ: nam ſi per meatus anguſtos diſcurrant, qui ſint ſolidiores: vel ſi contrahantur & diſpergantur, putredinibus & coctionibus, tum è terra, tum è terreſtribus naturis, vel odori ſunt, vel inodori. Vt autem cùm habet corpus è natura, ſenſus omnes vigent alacres, & ſuis fungũtur muneribus: ita & corporis affectibus variis variè comparantur;

Odorum natura, & differentia quales.

Cur terra, aqua, aër, ignis, nullus in nobis ſit odor.

Odores in quo gignãtur, & quomodo.

Odoris diuiſio: & quid caligo, aut fumus.

Odores quomodo medij inter aquam & aërem.

Odorum duo ſola diſcrimina, & vis amborum.

Odorum cur differẽtiæ nullæ: eorúmque natura, & duo ſumma genera.

Senſuum integritas & vitium, vnde.

& priuata quadam offensione, singuli deteriùs agunt, aut etiam ab actione desistunt. Quomodo & obturatione in narium meatibus facta (quod frequens in multis contingere video, vel adeo polypo minimè obsessis, nec ozana infestatis) odorum sensus omnis euanescit.

Odoratus abolitio, vnde.

Porrò quemadmodum ex ijs patuit, quæ paulò antè ex Aristotelis libello de sensu & sensili citabam; sic è dicendis, vel eò clariùs, perspicuum euadet, odores saporibus esse proportionales: & odoris species ad species ipsas saporum, quadam analogia referri. Sic enim idem 2. de anima cap. 9. consimiliter ijs, quæ libro illo de sensu, extulerat, atque adeo verbis propè ijsdem. Vt autem saporum alius dulcis (ait) alius est amarus: sic & odorum quosdam dulces, quosdam appellamus amaros. Verùm quædam odorem habent saporémque similis rationis: dulcem (inquam) saporem, dulcémque odorem: quædam contrà. Similiter & acer est, & acerbus odor, & acutus, & pinguis. Nam quia odores non sunt (vti diximus) manifesti, perinde atque sapores: ideo nomina odorum deducta sunt à saporibus, per similitudinem rerum. Alius enim est dulcis, vt croci mellísque: alius acer, vt thymi, ac huiusmodi rerum. idem & in cæteris modus seruatur. Sed tamen Theophrastus libr. 6. de causs. plant. cap. 15. rectè addubitat, cùm dicit; Verùm non omnes odores appellationibus reddi fortasse possunt eisdem. Quippe amarum odorem, aut salsum, aut pinguem, aut acerbum nominare minùs quispiam velit.

Odorum & saporum proportio.

Odorum & saporum in differentius affinitas.

Odores ex saporibus cognoscuntur, & nomina mutuantur, quomodo.

Nomina saporum minùs conueniunt odoribus: & amborum affinitas.

Neque enim saporum omnia genera, odorum rationem sequuntur. Nihil tamen id prohibet, quò minùs hæc inuicem coniungantur, & vtrumque alterum quodammodo consequatur. Enimuerò philosophorum istorum sententiam, Galenus noster non vno loco, sed pluribus inculcat: vt 4. de simpl. facult. cap. 21. vnde & quædam suprà protuli. Sanè plerique odores (ait) similiter saporibus nos afficiunt: quippe cùm huius sensibilium generis gratia, odoris sensum natura crearit. Siquidem acida omnia, & ante ista, ipsum adeo acetum, similiter odoratum gustúmque mouet: tum acria quoque, velut allia, cepæ, & ipsa non minùs quàm gustum, odoratum quoque offendunt, mordicántque.

Odor erectus propter saporem, & amborum cognatio, vsque in sensus.

Sic in aliis singulatim similis propemodum est odoris sensus sensui gustus. itaque quorundam corporum etiam non gustantes, qualitatem cognoscimus, velut fimi: proinde omnino ne gustare quidem aggredimur: quia scilicet admodũ fides habeatur odoratui. Quinetiam liqua boni odoris edulia, putrilagine corrupta, odore nos suo offendunt; protinus ea abijcimus, haud gustare dignati. feréque in omnibus mutuò consentiunt odoratus & gustus. Attamen in odore suauissimis, velut rosa, plurimùm differunt, dissidéntque: Tantùm enim abest, vt gustantibus suauia sint, vt amaritudinem non pau-

Odor indicat saporis qualitatẽ.

Consensus odoratus & gustus, & amborum discrepãtia.

cam præ se ferant: Tametsi amarum nunquam odoratum est; neque vt medicamen, nobis suaue, neque vt cibus. Iam verò odoris sensus in ipsis (vt demonstratum jam est) cerebri est ventriculis: & odorabilium vaporosa est substantia. Ea enim, quæ à corporibus defluunt, ambienti permixta, ac deinde per narium inspirationem, in cerebrum delata, sensum mouent. Recta ergo ratione, quæcumque vaporosa, omnia eadem & calida sunt: quippe cùm vaporum copia à calore proueniat.

Amari ingratitudo communis.

Odoratus sedes, & odorabilium natura, & quomodo percipiãtur.

Omnia vaporosa, calida, cur.

Non tamen protinus quicquid odoratum est, suaue esse colligitur: siquidem non omne id spiritui in cerebri ventriculis contento, familiare est. Etenim quemadmodum qui linguæ obueniunt sapores, ij qui familiarissimi, ijdem & dulces erant: qui verò non familiares, complures habebant differentias. ita odores, qui familiares sunt cerebri spiritui, ijdem & grati sunt, & suaues: qui verò non familiares, multis differentiis à sese mutuò dissident. Cæterùm non omnino imposita sunt nomina, perinde vt saporibus: Dicimus enim quippiam, acidum acrémque habere odorem: sed austerum, acerbum, salsum, aut amarum (quanquam paulò aliter, inquam, citatus nuper Aristoteles sentit: Theophrastus, vt patuit, quodammodo suffragatur) haud etiam dicimus. verùm in hasce duas appellationes, odorabilium pleraque reducimus, beneolentia & graueolentia appellantes. beneolentia quidem, proportione quadam ad ea, quæ linguæ sunt dulcia: graueolentia verò, ad ea quæ non dulcia. vno enim nomine totum hoc in saporibus genus appellari nequit. Idem commentario ad Hippocratem de natura hum.

Non omne odoratum, suaue idem est.

A simili.

Sapor dulcis, odor suauis vnus; multi ingrati.

Odorum ingraterum species sine nomine.

Philosophorum controuersia.

Odorabilia summa duo genera, & analogia ad sapores.

Olfactus qualitates totidem sunt, quot gustatus: verùm peculiaria vocabula non sunt sortitæ: Nam odorum in fragrantia & odore differentia, rectè sanè differentia existimabitur, dicetúrque multas formas comitari. Et ne plura proferam, idem sub finem 3. libri de different. puls. In olfactu quidem non omnium qualitatum sunt nomina, vbi translatitiis nominibus permittas vti.

Gustus & odoratus proportio, & horum species.

Ex quibus locis apertè patet, veteres philosophos etiam clarissimos, nondum distinctis nominibus & propriis, singulos odores denominasse: sed sumptis è propinquo sensu metaphoricis quibusdam notis, rudi quadam Minerua adumbrasse. Quo in negotio, solers & acutum Cardani ingenium laudare & approbare soleo, qui multa noua & arguta in philosophiæ variis partibus commentus, hac in parte strenuam nauauit operam. quam multis encomiis prædicarem, nisi ille ipse suarum laudum eximius, & sæpe profusior præco ac buccinator extitisset. Satius est autem hanc totam odorum per classes digestorum seriem ab eo ipso, iisdem verbis, nequid detractum vel adiectum videri possit (nisi siquod vitium in Grammaticis vocibus

Odorum species prius adhuc nominibus caruerunt, & vnde mutuentur.

Cardani laus, & ambitio.

Digitized by Google

interuenerit, quod authori minùs cogitanti, vel aliud agenti interdum obrepit, reſtituendum) repetere è libr. 3. cap. 14. eius operis, quod ab argumenti multiplicis tractatione, de rerum varietate inſcripſit, his quidem verbis.

Odorum differentiæ cur nulla habeantur.

Sunt qui negent diſcrimina odorum haberi, quòd homo inter perfecta maximè animantia odoret peſſimè: nec niſi iucundum & grauem odorem cognoſci à nobis. Argumento etiam eſt, quòd non odoribus, velut ſaporibus, coloribus, & qualitatibus, quæ tactu percipiuntur, propria nomina indita ſint. nec certè ab aliquo veteri, hæc ratio tractata eſt. vt poſtmodùm qui ſecuti ſunt, & magna ſtipendia receperunt: quanuis de his, quæ ab aliis tradita ſunt, & ipſi dolium vertant: & iuſto plus quàm conueniat, nihil dicere de hoc auſi fuêre. Vt tractatio hæc nobis integra relicta ſit; & veluti nouo Herculi, quicquid intentatum eſt ab aliis, nobis ſubeundum eſt. Sed ſi primùm hoc ſtatuerimus, quod commune eſt omnibus qualitatibus ſenſibilibus: ſcilicet, quòd mixtarum cauſſarum ſaporum, odorum, colorum, & cæterorum, mixti etiam ſunt ſapores, odores, colores. Et quòd à maioribus cauſſis maiores procedunt qualitates. Et rurſus aliud; Quòd odoribus & ſaporibus tantùm conuenit, quòd ſapor fit per humidum mutatum à ſicco: Odor verò, ex ſicco terreo tenuato per colorem, & ab humido exhalans. jam ſtatuemus principia conſtituendæ doctrinæ de odoribus nouæ, nec ab aliquo alio tentatæ. Odorem etiam in craſſa ſubſtantia eſſe docuimus alias. quapropter quæ multùm olent, pinguia ſunt: fibri teſtes, moſchus, laſeris, ſuccus, ſtyrax, zibettum, xylaloë. hæc enim omnium, quod ſciam, odoratiſſima ſunt: poſt quæ, eſt caryophyllum. Atque hæc omnia, vt dixi, pinguiſſima ſunt. Ergo vt rem aggrediamur, primùm nobis res ſimplices ſtatuemus, in quibus odor eſt manifeſtus: odoréque temperamento coaptabimus. Neque enim dubium eſt, quin ſicui clauſis oculis offeras maioranam, chamæmelum, roſas, & violas purpureas; non ſtatim referat, cuius herbæ, aut floris ſint odores illi, quamuis omnes iucundi ſint. Conſtat igitur, eſſe cognitas differentias odorum & longè meliùs, & plures, quàm ſaporum. neque enim ſapore quicquam horum diiudicare licebit. Dixêre ob id quidam, Ariſtotelem intellexiſſe, quòd homo non tam procul ſentit odorem. ſed & hoc falſum eſt, cùm valdè procul odorem ſentiamus. Hoc tantùm dubium eſt, quòd canes acutiorem hunc ſenſum habere videntur, cùm feras ſectantur, quas ſolo olfactu percipiunt. Verùm non hoc eſt optimè olfacere, ſed acutiùs: nec homo peſſimè ob id olfacere dicitur; ſed ſolùm canibus deteriùs. Sed quid mirum eſt, vinci odoratu à canibus, cùm in omnibus ſenſibus ab aliquo animali vincatur? Neque enim cernit vt aquila: nec tactu tam tenui eſt, quàm aranea. At dicas non erraſſe philoſophum. non contendo: modò fatearis, his verbis factum eſſe, & quòd nomina ipſa deeſſent: vt odorum differentiæ jam duobus fermè annorum millibus latuerint. Verùm quis negabit alium eſſe odorem carnis putridæ, alium rancidæ, alium allij, alium meconij? cùm tamen omnes ſint fœtidi? Ex odoribus, res ipſas licet non videat, diſcernere poterit. Ergo meconij grauem dicemus, allij fœtidum, carnis putridæ marcidum, rancidæ rancidum. Ecce jam quatuor habemus differentias grauis odoris notiſſimas, ac ſaporibus etiam pluribus cuique notiores. videamus modò an aliæ eſſe poſſint: idque jam certum ſupponamus; Omnes prauos odores ex praua coctione conſiſtere. Coctio praua eſt vel cum ſummo frigore; ſitque odor grauis, vt in meconio: vel cum ſummo calore, ſed humido, ſitque fœtidus, vt in allio: aut cum putredine perfecta, vt in carne, ſitque marcidus: aut cum imperfecta putredine, ſitque rancidus. Relinquitur igitur odor à calido & ſicco, vt in abrotono (grauis & hic eſt) quem vocabimus agreſtem, quòd pluribus agreſtibus plantis ſit familiaris, vt rutæ, artemiſiæ, menthaſtro. Porrò licebit, quod & Dioſcorides fecit, ſpecies etiam diſtinguere: quod in ſaporibus non licet: vt dicamus rutaceum odorem, menthaſtrinum, & artemiſiacum; velut de coloribus fecimus. Agreſtis igitur odor, calidam & ſiccam ſubſtantiam, & terream craſsámque oſtendit. fœtidus, calidam & humidam; vt allij, porri, ceparum, ſcalongiarum, ſcortij, ſcorodi, immodicámque oſtendit. grauis autem, frigidam, vt meconij, apollinaris, ſolani, mandragoræ, cicutæ. marcidus, putredinem. talia comeſta poſſunt ſtatim peſtilentem febrem inducere. rancidus, imperfectam putredinem oſtendit, vt olei, carnis ſalitæ, adipis, lardi, farciminum. manifeſtum eſt autem, quòd & talia nocent, maximè pectori.

Sed ne, velut milui in Britannia, perpetuò immunda ſequar, & putria: ſunt & odorata quædam frigida & humida, vt violæ, & nymphææ croceæ flores, quæ ſomnum dulcem ſtrata conciliant: velut & frondes vitium, multóque magis flores, & maximè albarum. hunc vocabimus amœnum. Eſt qui à frigido & ſicco, vt roſarum, mirti, aſpalathi: húncque dicemus ſuauem. confirmat cerebrum, ſenſúſque recreat. Eſt qui à calore immenſo fit, & ſicco: in quo genere eſt caſſia, crocus, xylaloë, aniſum, & pleraque redolentia, quæ Græci ἀρώματα vocant, thus. ſed præcipui, & tanquam reges, moſchus & zibettum. hunc odorem aromaticum dicemus. Quæ eo prædita ſunt, attenuant, excalfaciunt, ſternutamenta mouent, membra principalia confirmant, ſiccant pituitam. Qui verò fit in materia calida, ſicca, tenui, vt in laſeris ſucco, & ſtyrace, & hyacinthi floribus, liliis, aliiſque pleriſque redolétibus,

Odorum differentiæ notiores ſaporibus.

Homo non odoratur eminùs?

Odora eminùs vix, ex Hom. Virg.

N. Atqui & vultures etiam ſagacius canibus, & diſtantius odorantur.

Quid ſit optimè olfacere: & homines cum canc collato.

Homo in omnibus ſenſibus vincitur ab animalibus, quæ ex Plinio.

Odorum differentiæ quandoque incognitæ.

Fœtidorum odorum differentiæ plures.

Odor rem indicat.

Odorum 10 genera.
1 Grauis.
2 Fœtidus.
3 Marcidus.
4 Rancidus.

Omnis pravus odor ex prava coctione oritur: & hæc unde fit.

Odorum origo à primis qualitatibus cal. frig. hum. ſicc.

5 Agreſtis.

Agreſtis odoris ſpecies, & ſubſtantia ſingulorum.

Marcida edulia peſtifera.

Marcidorum damna.

Milui Britannici.

Odorata frig. hum. & vti ad ſomnum.

6 Amœnus.

Odor à frig. ſicco, & vti.

7 Suauis. Odor à cal. ſicco, & vti.

8 Aromaticus.

Odor aromaticus, Rex omnium.

9 *Antherinum.*

10 *Earinum.*

Odores mixti.

Summa odorũ genera dari, sed ſpecies ſingulorum complecti.

N. longè tamen ſignificantiùs poëta in Georg. viroſa caſtorea denominauit.

Earini & antherini vis.

Specialium odorum exempla.

Contra Galenum, de mentha qualitate.

Humidum crudum excitat Venerem: & cur mētha.

Mētha vis.

Triplex odorum differẽtia, quã.

11 *Pinguis.*

Pinguis odoris vis. Ex Ariſt.

Odores quomodo ab igne immutentur.

12 *Oleraceum.*

13 *Terreſtre.*

14 *Mellem.*

15 *Temperatum.*

Odor mediocris, eſt exiguus.

Mediocris odoris ſpecies cuiuſnã

iaſmini, cyclaminis, rum lilij conuallium; vocabimus hunc antherinum. Qui verò quaſi temperatus eſt, vt chamæmeli florentis; earinus, quaſi vernalis dicatur. Erunt & odores mixti, qualis coriandri. Sub his igitur decem generibus omnes odores continebuntur. Nam fibri teſticuli, ſub agreſti: cupreſſi lignum, aromaticum habet odorem. Earini odores (nam vniuſcuiuſque generis multæ ſunt ſpecies) relaxant, & ſomnum conciliant. antherini omnes grauitatem capitis faciunt: & ſi applicentur, dolores leuant. Licebit & vt dixi, ſpecierum nomine ſignificare ſingulos. Amaracinus, qui inter aromaticos numeratur. menthæ (qui antherinus eſt) menthæceum dicemus. talem ſubſtantiam tenuem, calidam & humidam, benéque concoctam dicemus. In quo mirum eſt de Galeno, qui eam cùm ſtatuat tenuium partiũ, & calidam: humidum non concoctum illius eſſe velit, cùm bene oleat. Scio dicturos, humidum eſſe crudum, quoniam (vt ipſe ait) Venerem excitat: partem tamen ſiccam, eſſe bene concoctam: vnde bonus prouenit odor. Verùm humidum concoctum eſt: quoniam verò tenui calido admiſcetur, Venerem excitat, cùm ſemen non abſumat. quanuis de hoc ſit quæſtio. In vniuerſum, nulla ratio ſuadet, menthæ humidum eſſe non concoctum: quando & ventriculum confirmet, & tam bene oleat. Animaduertendum autem eſt, triplicem eſſe differentiam odorum. alij enim vix ſentiuntur, niſi ſapor percipiatur, vt rancidus & pinguis, qui eſt eduliorum elixorum: aſſatorum enim pinguis odor, abſque ſapore percipitur. atque hic vndecimus odor eſt, diuiſione per genera habita. Animalibus hic familiaris eſt, vt dixi, & iucundiſſimus: homini non ita: eſt tamen gratus. Secunda eſt eorum, quæ ſolùm exuſta olent, vt thus & coria. alia verò cùm olent, admota igni non olent, vel non idem quod antea, vt roſæ & flores vniuerſi. Pinguia igitur ex tertio quodam genere ſunt: nam neque bene, neque malè olent: atque ipſa circa temperamentum conſiſtunt. alia verò, quæ frigida, olerum habent odorem, vt lactucæ, portulacæ, atriplicis, & talium, quæ parum olent, nec bonum, nec malum. Terreſtria, vt terra, & legumina pleraque, & lentes coctæ. A calido & ſicco mediocriter concocto, fit melleus odor: & hic ſacchari, ſaluiæ, & talium, quæ calida & ſicca, mediocrem odorem retinent, & exiguum; Omnis enim mediocris odor, exiguus eſt. panis verò, temperatus. vini odor, melleus: quoniam ex eo eſt genere, non quia illi ſimilis. Tria ergo genera maxima odorum, principalia quindecim: ſpecies autem infinitæ. Circa mediocrium genus, omnia alimenta poſita ſunt: quoniam immoderata, apta non ſunt vſibus hominum: excellentia autem ab immoderato calore vel frigore. pingue etiam humidum, alimento neceſſarium. At hoc coctionem ſimul, quæ perficcum fit, & frigus & cruditatem non admittit. Omnia igitur edulia circa medium odorum genus poſita ſunt. Sed cur dulcia, cùm bene cõcocta ſint, parum tamen olent? vt lac, mel, ſaccharum, manna, vinum dulce, ſapa, ficus, mora, & vuæ prædulces, & paſtæ? Nullum dulce, bene; ſed mediocriter (vt ſuperiùs oſtẽſum eſt) cõcoctum eſt: pinguia bene cõcocta ſunt. indicio eſt, quod nullum dulce, multùm nutrit. Quomodo igitur Galenus dixit, omnia dulcia nutrire, vt oblitus ſui? cùm mel dulciſſimum eſſe dixerit, & tamen valde parum nutrire? Debuit ergo dicere, vt pinguia: Nam quæ pinguia ſunt multùm, omnia multùm nutriunt: tametſi dulcia minimè ſint, vt oua, caro, & panis. forſan in hoc ſecutus Ariſtotelem. Sed Ariſtoteles ibi ſub dulci, pingue manifeſtè comprehendit. & ideo ignoſcendum eſt Ariſtotelicæ breuitati, quæ tamen abſoluta eſt, at Galeno minimè: qui ſi per dulce, pingue non intelligit, planè errat: ſi autem pingue comprehendit, præſtabat rem tanti momenti clarè tractare: poſtquam in eiſdem libris multa perſequitur longè minùs vtilia, longis diſputationibus ad ſatietatem vſque. hæc autem quæſtio præſtantiſſima eſt. Sed omiſſo Galeno (nam

——— *Non omnia poſſumus omnes,*

dicebat Vergilius: & ille,

——— *Et quandoque bonus dormitat Homerus:*)

cœptam diſputationem de nutritione, quæ non in dulci, ſed in pingui ſita eſt, proſequamur. hæc ille, & ſanè longè plura, quæ ab eo repetes.

Vides quomodo exultet jam victor Cardanus, & more Thraſonis glorioſuli, ex parta victoriola triumphet, debellato Ariſtotele, & Galeno deuicto, opimis ſpoliis deportatis. Heus tu (inquam) nequid inſolẽtius, nequid aſperius. Magna enim ſemper laus eſt tributa duci aut imperatori, ſi in victoria ſibi temperare potuit: vt norit non magis vincere, quàm victoria vti. Galeno inſultas iuueniliter, nec ſatis circumſpectis rebus. aut ſanè diſſimulatis, medium (quod dicitur) oſtendis vnguem; ſeu digitum porrigis medium: quòd de alimento alibili, dulci ac non pingui, malè ſenſerit, & imperfecta oratione enuntiarit. Hæc quidem impoſtura eſt: nam eo ipſo, quo arguis, loco, verbis diſertis illud expreſſit, ſiue titulo capiti præfixo (eſt autem nonum quarti de facult. ſimpl. medicam.) Quòd pinguia, atque adeo quæcumque nutriunt, ex dulcium ſint genere: ſiue ſtatim ab initio cap. ita præfatus; Sanè verò fortaſſis & pingue ipſum, dulce eſt: & quicquid nutrit, ex genere eſt dulcium. Ac ne plura, tu ſi Logicus es (vt es ſanè, vel adeo acutiſſimus) necte in hanc formam ſyllogiſmum (nam Galenus enthymemate contentus fuit, docendo breuiùs) & habebis quod è tua fingis officina prodiiſſe.

Omne pingue, eſt dulce:
Quicquid nutrit, ex genere eſt dulcium:
Ergo quicquid nutrit, idem eſt & pingue.

Verùm de pingui, & dulci, & ſaporibus deinceps reliquis poſtea: & niſi prolixitatis metus

Dulcia cur tardiùs & cuiusnam modus.

Contra Gal. nullũ dulce multùm nutrit.

Pinguia multùm nutriunt, vel adeo nõ dulcia.

Sub dulci continetur pingue.

Ariſt. excuſatur, Gal. cõuincitur erroris.

Gal. faſtidioſa prolixitas.

Galeni friuola excuſatio.

Prouerb.

Horatius in arte poëtica.

Nutritio in quo.

Cardani infrenatur proterua victoria.

Temperandum in victoria.

N. Gal. excuſat & crimen in Cardanum rejicit.

Prouerb.

Omnia pinguia ſi oleribus, dulcia.

igitized by Google

sit, ad obiectionem liberior erit solutio. Magnas interim gratias tibi pro ingenuo conatu debet medicina, atque adeo philosophia ipsa, qui primus velut Hercules (vt iure quodam tuo glotiaris) hæc monstra difficultatum debellaris, ditámque Hydram contuderis. cuius tamen multa subinde renascentia capita, multam etiamnum operam efflagitant, Theseique cuiusdam adiutrices manus postulant; quæ, quod reliquum est operis (restat autem adhuc plurimum) conficiant. Mihi quidem cùm longè plurima dicenda supersint, in aliud tempus differtur isthæc disceptatio. cui, præter jam dicta, hoc in præsens sufficit cum Aristotele & Galeno dicere: Odorum tam varias esse formas, vix vt ad certum numerum reuocari queant: & in ista rerum velut infinitate, licere dici; Quicquid odorem ex se emittit (neque enim omnia odorata sunt, vt quæ multùm aquea, aut crassarum partium; qualis terra, & terrena corpora frigida; vt & salsa, & acerba, à quibus aut nihil, aut omnino parum defluit, quod nares feriat) & quicquid sensum odorandi suo vapore ferit, id vel suauiter & amœnè, vel grauiter & fœdè olere; quod & Timæus Pythagoreus apud Platonem jam antè profitebatur. Proximum autem esse, si verba desunt propria, mutuari è vicino, per metaphoricam similitudinem: vt à saporibus, qui ferè odoribus congenitam retinent naturam. Tertium est, vt siquid minùs sapori quadrat, (quî enim saporibus compares, quæ nemo vnquam nimiùm fœda & abominanda gustare sustinuit? quæ non Xenocrates impudens, neque ipse μισοπώγων Aristarchus, saris explorata habuit?) nec gustu vnquam dignosci potuit: illud ipsum ad id referas, cuius odorem aut volens didicisti: aut nolens etiam coactúsque aliquando persensisti: indito per analogiam nomine, & à re simili ducta appellatione vel honesta, vel citra turpitudinem, rei naturam exprimente.

N. Carbano refert gratiam communi medicinæ nomine. Ironia.

Hydra Lernæa. Allusio.

Conclusio de odoribus.

Quæ odore careant.

Odorabilium summa genera.

Odorum nomina vnde desumenda.

Odorum & saporum affinitas, & eorundem repugnantia.

Xenocratis & Aristarchi cynica impudicitia.

Fugienda docti fastidia.

Transitio per apophasin.

Reliqua, quæ de odorandi facultate dici multa possunt, non persequor, ratus ea, quæ dixi hactenus, posse sufficere cuilibet etiam supercilioso: quæque antea copiosè edisserui, Galeni cumprimis præceptoris mei, summique doctoris in arte medica semper habendi, secutus vestigia; atque adeo verba ipsa, vbi maximè decuit, dicíque melius non potuit, bona cum venia æmulatus, & cum fœnore mutuatus.

N. profitetur se Galeni imitatorem.

Cæterùm vt paulò antè, absoluta tractatione de auditu, aures expositi, earúmque fabricam, & totius constructionis causam: sic eram hoc loco etiam facturus, nisi permulta per analogiam è simili vtriusque structura, vir prudens animo assequi & speculari posset: ac nisi inter dicendum, præcipuéque in accuratissima illa partium corporis enumeratione, omnis mihi nasi nariúmque esset propemodum circumscripta delineatio. cui illud tantùm velut auctarium adiungam, aut sanè è superioribus summatim reperam, vt ad proximum sensorium deinceps transeam.

Præteritio.

De nasi partibus.

Nasus dictus opinor à naribus, quasi narus: vel ab eo ipso epitheto, quòd odorum narus siue gnarus sit, in geminas dirimitur nares: quas Græci ῥῖνας vocant, puto à ῥέω. à quo & Latinum fortè nomen fluxit. vel, seruata ratione etymologiæ Græcæ, quia nare seu fluere per eas aër non desinat. ῥεῦσι ab officio nonnullis dicuntur. Nasus autem ita locatus est, ait Tullius, vt quasi murus oculis interiectus esse videatur. Illum, parte superiore ad medium vsque solida ossa duo componunt, quæ futuris à medio superciliorum descendentibus discernuntur. præter quas, tertia quædam in naribus ipsis futura est, quæ à medio superciliorum incipiens, rectà à summis ad imas nares procedit. Has sub ossibus, chartilaginea tenuiáque corpuscula (Græci πτερύγια, nostri alas vocant) ab vtroque latere effingunt, ad animalis arbitrium, vi musculorum circumpositorum, mobilia. Nam in inspirationibus paulò maioribus, & subitis, item & efflationibus, motus earum non parum confert. quæ caussa sanè fuit, cur mobiles eiusmodi pinnæ fuerint. Chartilaginosæ verò fuerunt, quòd ea substantia (sicuti de auribus dixi) non facilè contundatur, nec rumpatur: & mollitie ipsa, ad vsum digitorum fit quodammodo tractabilis. ideo Plinius cap. 37. lib. 11. Item omnium auriculæ ac nares, quæ modicum eminent, flexili mollitia, naturæ prouidentia, ne frangeretur. cartilago rupta non solidescit. Et quidem ex animalis voluntate mouentur, quòd ita fieri præstiterat, quàm sine voluntate: quomodo solent cor & arteriæ. quibus autem & quot neruis ac musculis moueatur, & vnde ortis, aut quomodo insertis, ne expedit quidem aliò festinanti singillatim explicare; cùm hæc artis partem insignem faciant, quam à dissecando cadauere (id enim in viuis experiri horror est, & facinus Christiano homine indignum, licet priscis seculis vsurpatum) & frustulatim concidendo, ἀνατέμνειν ἢ ἀνατόμειν ἢ ἀνατομὴν ἐπιχείρειν vocant: sed nec minutissima quæque persequi aut rimari ad vnguem, studium est institutóque nostro congruum, vti jam sæpe sum protestatus. hoc tamen quod cœperam, sic pergo velut obiter exponere.

Nasus & nares vnde ducatur.

Nasi situs.

Nasi ossa, futura, chartilagines, motus.

Nares cur molles, & mobiles. Item aures cur cartilagineæ.

Anatomia quid, & vsorum fadus.

Natura igitur illa nostri formatrix, velut pariete per medium ducto & palato incumbente (διάφραγμα Graij vocant) nasum interscpsit atque diuisit, fecitque ipsa duplicitate pulcherrimum. Ex quo intelligitur, quantum dualis numerus vna & simplici compage solidatus ad rerum valeat perfectionem. Sic igitur (ne nunc plura de eius vsu & partibus repetam) à cranio exoriens ex oculorum confinio nasus, & velut æquali porrectus iugo (vt pridem dicebamus) vtramque aciem simul & discernit & munit. In quo quamuis simplici membro, tria diximus officia constituta: vnum, ducendi spiritus: alterum, capiendi odoris: tertium, vt per eius cauernas, purgamenta cerebri defluant. eo tamen artificio tecta & celata, ac longiore velut tubulo seu siphone deuecta, nihil vt fœditatis aut

Nasi septum, & nares genuina forma.

Dualis numerus partium corporis.

Nasi septi ad quid, formique & vsus.

Nasi officia, & natura in eo solertia.

ſpurcitiæ foris pareat. Quomodo in fuſoriis metallicis aut teſtaceis valis ſtillatitiis, ſeu figlinis aut vitreis capitellis (quæ Alembica dicimus vulgo) longa prominet tanquam proboſcis, per quam procul à vaſe liquatus humor ex concretione vaporum collectus effunditur & eiaculatur. Tam mirabili denique, quàm diuina ratione, Deus ipſe hæc in nobis organa molitus eſt: vt tamen hiatus ipſe naſi, oris ſpeciem non deformaret, ſed potiùs honeſtaret ac mirificè decoraret. quod erat tamen planè futurum, ſi ſimplex foramen pateret. Qualem vtique Megaſthenes gentem inter Nomadas Indos, narium loco foramina tantùm habentem anguium modo, loripedem, vocati Syrictas retulit. Et ad extremos fines Indiæ ab oriente circa fontem Gangis, Aſtomorum gentem ſine ore, corpore toto hirtam, veſtiri frondium lanugine, halitu tantùm viuentem, & odore quem naribus trahant. nullum illis cibum, nullúmque potum, tantùm radicum florúmque varios odores & ſylueſtrium malorum, quæ ſecum portant longiore itinere, ne deſit olfactus. grauiore paulò odore haud difficulter exanimari. Sed tamen ſine cibo & potu an vita animali conſtet, aliàs poſthàc inquiremus, vbi & horum Aſtomorum meminerimus. Licet quidam Pythagorei ſolis odoribus ali nonnullas animantes ſcripſerint. quod tamen Ariſtoteli haud quaquam rationi conſonum videtur. Nam primò quidem videmus oportere cibum eſſe compoſitum: etenim ea quæ aluntur, ſimplicia non ſunt. quocirca & cibo ſuperuacua quædam gignuntur aut intra illa aut extra: quomodo plantis accidit. Denique nec aqua ipſa per ſe & incommixta alere ſolet: cùm oporteat id quod ex aliquo conſtituatur, corpulentum eſſe. Sed & adhuc multò minùs conſentaneum eſt, aërem corporari. Præterea omnibus animalibus locus ineſt, qui cibum recipiat, à quo ipſum corpus alimoniam trahit. at olfactilis ſenſorium in capite ſitum demonſtrauimus. Item illud vnà cum ſpirituoſa exhalatione ingreditur: quare ad aſpirandi officinam commeabit. Quod igitur olfactile, quatenus olfactile, nihil ad nutricationem conferat, ex Ariſt. certum eſt. ſed quod ad ſanitatem, & per ſenſum, & per ea quæ diximus, ſatis patère arbitror. vt quod eſt ſapor in nutritiuo, & ad ea quæ nutriuntur, idem ſit & olfactile ad ſanitatem. Iam verò alij animalium nulli, præter hominem, nares eminent: auibus, ſerpentibus, piſcibus foramina tantùm olfactus ſine naribus. Altior homini tantùm, quem noui mores ſubdolæ irriſioni dicauêre, naſus. hinc cognomina Simorum, Silonum, Naſonum & Naſicarum. Septimo tamen menſe genitis (ſi vera narrat Plinius, quod minùs mihi fit veriſimile, ac de hoc poſtea, probl. de legitimo partus tempore) ſæpenumerò foramina aurium & narium defuêre. ideo forraſſe, quòd calor natiuus, & ſpiritus animalis, embryonis artifex & formator habitus Hippocrati, vel languidior eas partes perforare nondum potuit: vel immaturo atque intempeſtiuo præueniente partu (ſi ratio vlla quærenda eſt, vbi euentus nullus apparet) opus affectum & inchoatum nondum confecit neque conſummauit. quod de pueris ante ſeptimum menſem editis, qui medius eſt annus Solaris dierum CLXXXII. cum dimidio & tribus circiter horis, poſthàc verum probabimus poſt Hipp. & Ariſt. Hoc autem nec ſeciùs certum ſcio; inuentam noſtro æuo rationem, qua naſus reſectus in bello aut certamine, arte quidem reparari poſſit: renouatis videlicet vlceris labris, & brachio alterutro leuiter inciſo: ſicque capite ad brachium admoto & affirmato, donec ambæ partes coaleſcant, & caro excreſcat informis, mox arte formanda aptéque perforanda. res mihi & experimento & ſcripto & teſte idoneo, homine nobili & docto comprobata conſtat.

Naſi cum alembico ciparatio.

Naſi forma decora, & narium.

Syrictæ Indi ſine naſo.

Aſtomorũ natura, victus victuſque.

An ſine cibo & potu vita eſſe queat.

Quòd non, 1 ratio.

2 Ratio.

3 Ratio.

4 Ratio.

5 Ratio.

Vſus olfactilium, à ſimili.

Hominis naſus ad alia compatatio.

Naſus ridiculus, & inde cognomina.

Naſus quibus ab ortu non fo-

ratus, & aures, & quamobrẽ.

Spiritus noſtri formator.

Partus ſeptimeſtris atas quæſita.

Qua naſus arte amiſſus reparetur.

Nouum.

De gustu, lingua, & saporibus.

CAP. IIII.
ſiue liber vnus.

SVCCEDIT quartum αἰσθητήριον ſiue ſenſorium, in guſtu & guſtatili qualitate conſtitutum. de quo ſi dicere velim, quæcumque mihi occurrunt dicenda; non vnus, ſed plures libri de eo ſolo ſenſu ſcribendi ſint. quum & μάγειρος Eraſmus vni linguæ (ſed ſub alio longè argumento) librum totum eúmque lepidiſſimum multíſque præclaris hiſtoriis atque exemplis illuſtribus differtum dicarit. de qua multi multa præclarè: ſed qui meliùs & appoſitiùs D. Iacobo epiſtolæ vnicæ & ſingularis cap. 3. locutus ſit, vidi ſanè neminem. Græca ſignificantiùs rem ob oculos ponentia ſic ſe habent authori genuino propria. quem tamen aliquando miratus ſum, Hieroſolymorum Epiſcopum communi Apoſtolorum ſuffragio delectum, Hebræum inter Hebræos verſantem, peregrina quàm natiua lingua loqui & ſcribere maluiſſe. quo ferè idiomate etiam cæteri Apoſtoli & Euangeliſtæ ſcripſiſſe traduntur: vnum præter Matthæum Hebraiſmo potiùs vſum: & fortè Marcum Latino eloquio, vt quidam perhibent. An Spiritus ſanctus præuidebat gentem Hebræam peruicacem & incredulam ab Eccleſia Chriſti & ſorte Euangelij ſegregandam, & in nationes exteras variè ſpargendam? Græcos autem, quos & gentiles interpretatur Paulus, ad agnitionem Chriſtianæ fidei frequentes vndique colligendos, & deſertæ ab illis Religionis cultores futuros, & nouæ hæreditatis participes hæredóſque à Deo olim conſtituendos? cùm etiam eius gentis & linguæ imperium Conſtantinopoli conſtitutum, leges orbi reliquo exinde per multa ſecula eſſet datarum, haud ita multis ante noſtram ætatem annis deſitum. ſed hoc πάρεργον à me obiter ſit quæſitum. ait igitur vir ſanctus; Πολλὰ γὰρ τὰ ἀγνοούμενα

Eraſmi lingua.

Dubium.

Cur D. Iacobus Hebraum inter Hebræos ſcripſerit Græcè, vt & alij Apoſtoli.

An D. Marcus Latinè ſcripſit?

N. reſpõſio, de gentibus ad agnitionem veritatis ventura.

Imperium Græcorum, & eius fœdus.

Digitized by Google

ἄπαντας. οὗτος ὁ λόγος ὁ πολύς, ὃν πάλαι ἀνὴρ δεινὸς χαλεπαίνων ἐμοὶ ἔλεγε τὸ πρῶτον. ἰδοὺ δὴ ἐγὼ πρὸς ὑμᾶς ἥκω τὸ σῶμα βαλλόμενος, ὅπως ὁ πείθων ὑμᾶς ἦν, ἐγὼ ὁ τὸ σῶμα αὐτῷ μαλαχθεὶς· ἰδοὺ δὲ καὶ πολλοῖς πολλαπλῆ ὄντες, καὶ ὑπὸ πολλῶν αὐτῶν ἐλαυνόμενα μαθήσεται ὑπὸ ἐλαχίστου πράγματος, ὅτι οὐ τὸ σῶμα τῶν διδασκάλων βλαπτει. ὅτου δὲ ἡ γλῶττα, μικροῦ μέλους ὄντος, καὶ μεγαλαυχεῖ. ἰδοὺ ἐλίγου πῦρ ὀλίγην ὕλην αἰθάλης· καὶ ἡ γλῶττα, πῦρ, ὁ κόσμος τῆς ἀδικίας. οὕτως ἡ γλῶττα καθίσταται ἐν τοῖς μέλεσι ἡμῶν ἡ σπιλοῦσα ὅλον τὸ σῶμα, καὶ φλογίζουσα τὸν τροχὸν τῆς γενέσεως, καὶ φλογιζομένη ὑπὸ τῆς γεέννης. πᾶσα γὰρ φύσις θηρίων καὶ πετεινῶν, ἑρπετῶν τε καὶ ἐναλίων δαμάζεται καὶ δεδάμασται τῇ φύσει τῇ ἀνθρωπίνῃ· τὴν δὲ γλῶσσαν οὐδεὶς δύναται ἀνθρώπων δαμάσαι, ἀκατάσχετον κακόν, μεστὴ ἰοῦ θανατηφόρου. ἐν αὐτῇ εὐλογοῦμεν τὸν θεὸν καὶ πατέρα· καὶ ἐν αὐτῇ καταρώμεθα τοὺς ἀνθρώπους τοὺς καθ' ὁμοίωσιν θεοῦ γεγονότας. ἐκ τοῦ αὐτοῦ στόματος ἐξέρχεται εὐλογία καὶ κατάρα. οὐ χρή, ἀδελφοί μου, ταῦτα οὕτω γίνεσθαι. vulgaris

De vulgari bibliorum interpretatione.

versio quocunque tandem authore, ita Latinè expreſſit, ſiue Hieronymo interprete, ſiue alio quolibet: quem tamen ob antiquam fidem & pridem in Eccleſia receptam potiùs, ſequimur: licet alias verſiones quorundam poſteriorum Latina puritate & elegantia ſermonis nitidiores ac ſplendidiores ſciamus: non tamen opinor, fideliores aut ſynceriores. Nolo offendaris in ſcripturis ſanctis ſimplicitate & quaſi vilitate verborum; quæ vel vitio interpretum, vel de induſtria ſic prolata ſunt, vt ruſticam concionem faciliùs inſtruerent; & in vna eadémque ſententia aliter doctus, aliter audiret indoctus, ſicut idem Hieronymus ad Paulinum prudenter ſcribens admonet. quod ego pariter ſemel à me propoſitum deinceps remineri volo. inquit igitur communis & vetus interpres: In multis quidem offendimus omnes. ſiquis in verbo non offendit, hic perfectus eſt vir, potens etiam fræno circumducere totum corpus. ſi autem (vel fortè, en verò, iuxta Græcum) equis fræna in ora mittimus ad conſentiendum & parendum nobis, & totum corpus illorum circumferimus. Ecce & naues cùm magnæ ſint, & à ventis validis minentur (ſeu potiùs agantur) circumferuntur autem à modico gubernaculo, quocumque impetus dirigentis voluerit. Ita & lingua, modicum quidem membrum eſt, & magna exaltat. Ecce quantulus ignis quàm magnam ſyluam incendit? Et lingua, ignis eſt, vniuerſitas (ſiue ornatus) iniquitatis. Lingua conſtituitur in membris noſtris, quæ maculat totum corpus, & inflammat rotam (ſeu curſum & reuolutionem) natiuitatis noſtræ, inflammata ipſa à gehenna. Omnis enim natura beſtiarum & volucrum & ſerpentium & cæterorum (vel potiùs marinorum) domatur & domita eſt à natura humana: linguam autem nullus hominum domare poteſt: inquietum malum, plena veneno mortifero. In ipſa benedicimus Deum & patrem: & in ipſa maledicimus homines, qui ad imaginem & ſimilitudinem Dei facti ſunt. ex eodem ore procedit benedictio & maledictio. Non oportet, fratres mei, hæc ita fieri. Ita quidem vir ſanctus & continens ſanctè & continenter ho-

Verborum ſimplicitas in ſcripturis ſanctis, ad quid, & vnde ſit.

Homo vtcunque aliter peccat in ſermone.

Similitudo linguæ cum fræno, igniculo, gubernaculo.

Lingua vis & imperium.

Lingua ſola omnium indomita.

Lingua diſſimillima opera.

minibus ad ſanctimoniam & continentiam reuocandis ſcribebat. in quibus ſiquid à vulgata verſione Latina paulùm declinauimus, Græcæ linguæ proprietas exprimenda, vt id faceremus, impulit. quod tamen bona cum venia factum eſſe volo, & parentheſi incluſum ſeparatim legi velut ἐκφωνῶς.

Extenſatio mutata verſionis.

Eat igitur nunc fabulator Æſopus, omnium hominum homo γελοιότατος, maximéque ridiculus ac deridiculus, atque opſonium lautiſſimũ, idémque omnium inquinatiſſimum hero ſuo è coemptis linguis inſtruat. à quo & illud haud illepidum.

Æſopi apologus de lingua.

Quid melius lingua, lingua quid peius eadem?

Amaſis tamen Rex Ægypti, miſſa ad Pittacum vnum de ſeptem ſapientibus victima, idem iudicium retulerat; poſtulans vt partem de victima tum optimam, tum peſſimam remitteret: vna & eadem tamen lingua miſſa, velut vtramque naturam ſortita. Eat & qui gruinum ſibi collum optabat helluo ac paraſitus ille vorax Philoxenus, vini delicias & cupediarum tantiſper dum deglutiret, falsò perſenturus, quas ſibi lingua & palatum, non autem œſophagus, vendicant. Cuius vtique helluonis inter dipnoſophiſtas aptè meminit Athenæus. Licet vtique Ariſtoteles cap. 11. lib. 4. part. animal. ſcripſerit; Eſculentorum omnium voluptas in deſcendendo contingit. dum enim deglutimus, pinguia ſentimus & ſalſa & dulcia & reliqua generis eiuſdem. ita & Lucretius ſenſit & ſcripſit; minùs tamen omnes rectè, mea quidem ſententia. Sed nos hoc quidem loco Æſopos & Philoxenos & ſcurras reliquos nil moramur, aliúdque habemus in votis. Verùm neque de linguæ continentia, ſiue ἐγκρατείας agere hoc tempore inſtituimus. quanuis, vt ait Ethicus poëta ille quiſquis eſt,

Lingua continentia.

Virtutem primam eſſe putem compeſcere linguam.

hanc nos curá philoſophis ethica tractãtibus, hanc theologis ſanctæ vitæ præcepta inſtituẽdæ ac moderandæ tractantibus tradẽtibúſque ſuo ſibi iure relinquimus. Vt tamen ab his miraculum iſtud celebre repetamus, quo quidem die Pentecoſtes, apud ſanctam Sion, in domo Iohannis Apoſtoli congregatis duodecim diſcipulis, Spiritus ſanctus tertia diei hora, ingenti priùs edito ſtrepitu, linguis igneis pari cum diſcipulis numero diſpertitis, vertici ſingulorum conſidere viſus eſt, ſicuti refert Nicephorus lib. 2. cap. 2. ex actis Apoſt. ſed locupletiore relata hiſtoria. Namque ego poſthàc vſpiam aliam hiſtoriam referam vt raram, ita & notandam ab Io. Bohemo repetitam in moribus gentium: Eſſe apud Æthiopum gentem, genus quoddam hominum bifida lingua aut ea gemina prædi-torum, qui duos homines ſimul & eodem tempore alloqui de rebus diuerſis diuerſa oratione & ſono ronóque diſcrepãte queant. quod mihi fit permirum: ideóque poſtea ex authore genuinis verbis reſumã ac repetam. ac ſub finem operis, vbi de hominis præſtantia, & quòd ſit velut μικρὸς θεὸς, de ſermonis & orationis excellentia dicam inter alias eiuſdem dotes. nunc autem inſtitutum ſermonem promouco.

Deflores morũ, qui.

Spiritus ſanctus ſub forma linguarum ignitarum inſidet Apoſtolis, vbi & quando.

Mirum, quòd vnus duos ſimul de diuerſis alloquatur.

Gusta ne fides, vis & instrumentum.

Ergo gustatus, qui sentire eorum quibus vescimur, genera debet, habitat in ea oris parte, qua esculentis & poculentis iter natura patefecit: præclarè septus ille quidem: ore enim cõtinetur, & ad vsum aptè, & ad incolumitatis custodiam. Præterea verò palati concauo, tanquam testudine tegitur lingua; eámque dentium ordine sepiens Dèus, quasi muro circumuallauit. In ore enim sita lingua est, primarium gustus instrumentum, quo de agere cœpimus, finita & circumscripta dentibus. Quæ id muneris præterea homini peculiare & admirandum præstat, vt vocem immoderatè profusam fingat ac terminet: vt sonos vocis distinctos & pressos efficiat; cùm & ad dentes & ad alias partes appellit oris. Itaque plectri similem linguam Tullius cum philosophis solet 2. natu. Deor. dicere: chordarum autem, dentes. nares verò cornibus ijs comparat, qui ad neruos resonant in cantibus, vt aliàs dixi. Nec verò minùs diserte poëtico suo stylo prisco Lucretius libr 4.

Lingua vsus & firma custodia.

Similitudo partiũ oris ad vocem & cantum.

Vocem lingua articulat, quò.

Hasce igitur penitus voces cum corpore nostro
Exprimimus, rectóque foràs emittimus ore:
Mobilis articulat verborum dædala lingua:
Formaturáque labrorum pro parte figurat.

vbi deinceps quomodo per iustum interuallum sermo percipiatur. redeo enim ad oratorem. inquit igitur ille ibidem; Hinc illa domina rerum, vt solent dicere Academici, eloquendi vis non minùs præclara, quàm diuina, & homini à Deo immortali, cum ipso rationis vsu, præter reliquas animantes concessa. Ac quemadmodum animus ratione, consilio, prudentia instructus (vt alibi à me dictum cum Cicerone memini) perspicit quanta primùm intelligentia, deinde quæ consequentium rerum cum primis coniunctio & comprehensio sit in nobis: ex quo quid ex quibusque rebus efficitur. idque ratione concludimus, singulásque res definimus circumscriptéque complectimur. ex quo scientia intelligitur quam vim habeat, qualis sit: qua ne in Deo quidem fortassis est res vlla præstantior. Sic linguæ eloquentis artificio & facundia primùm efficimus, vt ea quæ ignoramus; discere; & ea quæ scimus, alios docere possimus. Deinde hac cohortamur, hac persuademus, hac consolamur afflictos, hac deducimus perterritos à timore, hac gestientes comprimimus, hac cupiditates iracundiásque restinguimus, hac lugubres voces mœsti edimus, hac suauissimos cantus & melos dulcissimum læti modulamur. Hæc nos iuris, legum, vrbium societate deuinxit: hæc à vita immani & fera segregauit. De quo dum disputarem, tuam mihi dari, Marce Tulli, velim eloquentiam: tuam illam diuinam linguam: cuius olim præcisæ ignominia illaudatum M. Antonium apud posteros, impiámque vxorem Fuluiam in eandem linguam acu cruenta stylóve præacuto sæuientem, perpetua infamiæ nota dedecorabit. quo enim tu illa modo & dixisti aliquando, & dicere potuisti?

Eloquentia laus, ratiocinationis & orationis & scientiæ.

Eloquentia vis, vsus & beneficia.

Cic. laus eloquentiæ.

Antonij Fuluiæ sæuitia in Cic. linguam.

Sapientia vis & effecta.

——*fuit hæc sapientia quondam,*
Publica priuatis secernere, sacra profanis:
Concubitu prohibere vago, dare iura maritis:
Oppida moliri, leges incidere ligno.

vt ait Flaccus in arte poëtica, hanc vim suæ poëticæ poëta tribuens, quam M. Tullius orator eloquentiæ tuæ vendicabat. cuius rei disceptatio nobis expensa est commentariis in illum Horatij librum sanè grauissimum & planè *γνωμικὸν*. Vnde poëta suæ arti tribuit laudi, quòd homines à vita agresti & belluina ad ciuilem & humaniorem vitam deduxerit: sicque de Orpheo & Amphione fabulas interpretatur ibid.

N. cõmen. in artem poëticam.

Poëtices vis ab exẽplo: ista musices.

Syluestres homines sacer interpresque Deorum,
Cædibus & victu fœdo deterruit Orpheus.
Dictus ob id lenire tigres rapidósque leones.
Dictus & Amphion, Thebanæ conditor arcis,
Saxa mouere sono testudinis, & prece blanda
Ducere quò vellet.——

Verùm istas linguæ dotes & eloquentiæ, pluribus non persequor, priuata oratione à me exornata: alia sunt quæ nunc de lingua, dicenda consector; quomodo aut qua vi persentiscat, gustet, sapiat. Quæ quò mihi liceat exactiùs exponere, quod in aliis feci, & deinceps sum facturus; lubet primùm partis ipsius & circumpositarum administrarum partium structuram contemplati, ab hoc mihi initium dicendi facienti.

Propositio.

Linguam in omnem partem ad motum expeditissimam, pro hominis arbitratu volubilem, summus rerum opifex ex ea condidit materia, quæ est vt omnium ad motum expeditissima agillimáque: ita ad eum perficiendum omnibus corporis partibus apprimè necessaria. musculos intelligo, quibus penè dixerim solis lingua composita possit videri. Cuius fabrica eò posteris obscurior est habita, quòd is cuius ope niti in aliis consueuerant Anatomici, suis de vsu partium præclarissimis libris Galenus hanc obiter admodùm percurrit: ac temporum iniuria, de præclaro opere anatom. administr. excidit. Qua in retexenda historia, summi Anatomici & nostro seculo notissimi Andreæ Vesalij non possum non magnopere laudare industriam; qui rem multis obscuram, plerisque visam inexplicabilem, quoad eius potuit, & claram & explicatam reliquit docto illo & accurato opere, quod de corporis humani fabrica edidit. quam, dum breuitati studeo, & ad alia nitor, suadeo vt ex eodem repetas lib. 2. cap. 20. mihi autem in præsentia satis erit dixisse; Linguam carnosa substantia rara & fungosa ac veluti spongiosa, humente mollique constare, aptissima ad humores combibendos ac diiudicandos, nouem conspicuis musculis (decimus enim vix paret, aut potiùs vnus bifidus duos ementitur) sed multùm implicitis, sese inuicem intercursantibus, nec satis secretam figuram atque distinctam speciem effigiantibus conflatam. Quibus ex vniuersis coagmentata linguæ velut duo musculosa corpora constituuntur, media linea dirimente. ne vna hæc ex omnibus sensoriis descriptis non esset tanquam gemina. Horum autem musculorum beneficio, in omnem sese partem illa pro nostro arbitrio ocyssimè moritat: id

Lingua cũ musculis constet.

Gal. & Vesalij laus in anatomia.

Lingua natura & compositio, & musculi quorsum.

Lingua velut gemina, sensu & reliqua sensoria.

Lingua mobilis vnde, & quemodo, & qualiter per fibras.

Digitized by Google

quodammodo peculiare ſortita, horum vt plerique genus omne fibratũ ſint indepti. Ac rectis quidem lingua in ſemicirculum ad palatum faucéſque conuolui ſpectatur: obliquis in latera agitur: tranſuerſis in ſe contrahitur, cõdenſatur, & mox explicata complanatur & gracileſcit; quantum quidem ex ſitu & inſertione ductúque eiuſmodi fibrarum conijcere homini datur. In lingua enim motum omnem videre poſſis, ſurſum deorſum, antè ponè, dextrorſum læuorſum, breuiſſimo temporis momento agitata & conuoluta, cieri; partim reflexa & replicata, partim ingeminata & ſupplexa. aliàs in orbem circunducta. Vt multùm falli eos neceſſe ſit, qui linguam totam, muſculum vnicum, eúmque velut animatum, hominis parère imperio dixerunt: cùm muſculus vnus tam multiplices motus edere ſecundùm naturam nequeat. His autem fibris omnibus tam variorum motuum authoribus dictis, Natura quaſi molita frenum, ad moderandam linguæ ipſius petulantiam atque proteruiam incontinentiámque, ligamentũ quoddã (vnde lingua Varroni forſan à ligando; mihi potiùs à lingendo vel loquendo dici videtur) ſubſtrauit atque affirmauit, ſolidiore quidem materia, velut ſubiectam carinam: cùm ad motum & reliquas actiones expeditiſſimas, oſſe aut cartilagine mediam traduci in longum minimè deceret. Hoc ligamentum, expediri linguam ad ſermonem articulatum, pleriſque infantibus ac pueris in multos annos vetat. ἀγκυλόγλωσσον Græci vocant: vulgus autem, filum. An eo impedimento Cræſi filius ſibi mutus, ſaluti parentis mirabili quodam caſu vocalis factus eſt? Porro linguæ moles tota ita internæ oris capacitati quadrat, vt quaquà verſus exporrecta contingat, & circumſitos dentes inter loquendum vaga diuerberet. Quę quamuis in obtuſum mucronem deſinat (σφῆνα Graijs dicitur) tamen ita ferit nonnunquam, vt nulla quidem acies, nullus mucro, nulla cuſpis lethaliorem plagam inferat. ad quam ferè partem anticam, muſculi paulatim gracileſcentes finiunt. Ea autem in parte radices agit lingua, qua corpus laryngem in ciborum voratu obturans ſeſe offert, ὑοειδῖ oſſi, quaſi baſi innixa: καρκίνῳ γόμφῳ eo loco dicta, quòd ibi guſtus potiſſimè reſideat: tota neruis pluribus, venis maiuſculis duabus, arteriis totidem inſignibus intertexta, nonnullóque adipe óblita, ad ſenſum, motum, vitam & alimentum conuenientibus. foris autem membrana exquiſitiſſima veſtitur & communitur. Ex qua, ob communicationem cum ventriculo per communem illam tunicam (nam eadem nares, palatum, fauces, arteriam aſperã, œſophagum, inteſtina ſimul omnia circunte-
git, intus omnibus obtenſa) non ſecùs atque ex vrina, ſignum ſuccі in corpore dominantis aut vitium facientis, vt Hippocrates lib. 6. epidem. tradidit, caprare licet: ſicut & ex oculis, vt idem ibidem monet. Eſt enim omnino ſuo humori concolor lingua, ſiue à ventriculo ſurſum repenti & allabenti, ſiue per venas alterices affluenti, ſiue per vapores quoſdam ſublatos exteriùs adhærenti, penitioráque minimè humectanti; ſed foris tantùm concreſcenti. ait igitur Hipp. ſect. 5. lib. 6. epidem. Lingua ſerum humorum denotat (non enim ſatis aptè interpres vrinam vertit) linguæ virides cum pallore, biliоſæ: rubicundæ verò à ſanguine: nigræ ab atra bile: ſiccæ à fuliginoſo ardóre: albæ verò à pituita. Lingua concolor attingentibus ipſam humoribus: quapropter per hanc humores cognoſcimus. item ibidem, ſect. 4. Oculi vt valent, ita & reliquum corpus. & quæ ille plura velut ænigmaticè in ſuis illis ἐπιρρήμασι deſignat magis, quam apertè deſcribit.

Ariſtoteles autem cap. 6. libr. 5. de genera. animal. Linguæ ſimplicium ac variorum inter ſe differunt: atque etiam ipſorum ſimplicium, ſed verſicolorũ, vt alborum & nigrorum. Cauſſa verò eſt, quòd variorum cutes variæ ſunt, alborum albæ, nigrorum nigræ. Linguam autem perinde ac partem aliquam eſſe exteriorem putandum, qualis manus aut pes eſt; quanquam ore operiatur. Itaque cùm variorum cutis non ſit vnicolor, cutis quoque linguam ambientis ea ipſa cauſſa eſt. ita ille, quem ferè Plinius ſequitur.

Nos autem reliquis modò poſthabitis, velut omnium partium communibus particulis, de neruis linguæ peculiaribus, & vim præcipuam ſaporis diiudicandi impartientibus, pauca deguſtemus. Huic igitur natura duo neruorũ genera tribuit: alterum quidẽ molle, quo ipſa ſapores diſcerneret omnigenas: alterum verò durum, quo motus varios iam mihi commemoratos effingeret. Non quòd putem motui deſtinatos neruos, ſenſus expertes eſſe (eſſem enim & ipſe ſenſus expers) aut eos qui ſenſui ſunt dicati, nihil ad motum conferre (quanquam minùs hi mouent, quàm illi ſentiunt) ſed quia hi aut illi hoc aut illud in primis agunt, atque in id magis incumbũt: alterum autem ex abundanti explent. Senſus enim magis patiendo, motus magis fit agendo, vt ex philoſopho patebit. Porrò quòd vox hominis propria ſermonem articulans, principaliſſima ſit omnium animæ actionum (nam cogitationum mentis eſt interpres ac nuntia, vti jam propoſui, & alibi dicam poſt Ariſt. περὶ ἑρμηνείας, & fusè pridem in Horatium ſcripſi) oportuit eam quoque fieri per inſtrumenta, quæ neruos à cerebro aſſumerent: Sed & guſtum ipſum, qui inter alios ſenſus non poſtremum locum ſortitur. Neruorum itaque ad linguam deſcendentium molles quidem ex inferioribus & anterioribus, dicti guſtatorij: duri autem, ex poſterioribus & obliquis emergunt cerebri partibus. atque illi quidem in extimam linguæ ſuperficiem & tunicam externam toti inſerũtur, ſubiectos muſculos ne attingentes quidem: hi verò in muſculos diſſeminantur. Nam lingua quidem partibus extimis ſapores aſſequitur: mouetur verò ab intimis & à muſculis. Rectè igitur molles, qui ſenſum ſaporum habituri erant, locis ad dignotionem aptioribus: duri verò, motus inſtrumentis, id eſt muſculis fuerunt inſerti. Hinc videmus ſolum per ſe interdum linguę motum,

Lingua omnẽ motũ effingit, qui.

Lingua, nõ eſt vnicus muſculus.

Lingua frenum ad quid.

Lingua vnde dicta, & ligamẽto vſus.

Ἀγκυλόγλωσσον quid.

Cræſi filius è mato vocalis.

Lingua ad eſt proportio.

Lingua mucro periculoſus.

Lingua radix vbi, & vnde.

Lingua partes, & vſus.

Tunica linguæ & ventriculo communis, & alijs partibus.

Ex lingua & oculis ſignum dominantis humoris, qualiter.

Indicia de colore linguæ.

Lingua animalis varijcõcolor.

Lingua neruis quales, & ad quid.

An ijdem neruus ſenſus & motus?

Nerui qui dicuntur ſenſus aut motui ſeruire.

Senſus patiendo, motus fit agendo.

Vocis dignitas, vſus & origo.

Neruorum lingua origo & inſertio.

Linguæ guſtus & motus vbi & vnde.

Lingua guſtus &

motus qui separatim pereat.

interdum gustandi sensum lædi, nonnunquam tactum quoque. Qui autem gustus, ijdem & tactus nerui linguæ insunt, ijdem à tertia coniugatione pridem mihi dicta originem ducunt. Mouendi autem vis eidem aduenit à septima neruorum à cerebro exortorum coniugatione, non procul à spinalis medullæ initio. Verùm crebriùs læditur gustandi, quàm tangendi facultas, quanuis ijsdem neruis vtraque vtatur: Nam ad gustum quidem, exacto iudicio opus est: tangendi verò sensorium crassissimum: vt contrà cernendi, tenuissimum. auditus verò sensorium vt in tenuitate à visu: ita sensorium gustus in crassitudine à tactu secundum locum obtinet. olfaciendi verò sensorium, in illorum quatuor constituitur medio, vti Galenus quidem tradit & demonstrat.

Neruorum linguæ origo & discretio.

Gustus sapius tactu perit.

5 Sensuum comparatio in tenui & crasso.

Aristoteles autem rursum cap. 17. libr. 2. part. animal. Lingua in ore palato subiacet, ait. Homo linguam absolutam, mollissimam & latam præcipuè habet, vt commoda ad vtrumque officium sit; hoc est, & ad sapores percipiendos, & ad literas exprimendas. est enim homo omnium maximè animalium sensu facilis. & lingua quæ mollis est, vim tangendi præcipuè obtinet: gustus autem, tactus quidam est. Ad literarum etiam explanationem, & ad sermonis expressionem lingua mollis, lata & absoluta accommodatior est: quippe quæ contrahere, producere, dilatare, denique variè afformare maximè possit. patet hoc in ijs, quibus non satis absoluta est: blæsi enim, balbi & torti sunt: quod vitium, literarum defectus est. τραυλοὺς forsan intelligit, quos diarrhœæ obnoxios scripsit Hipp. aph. 31. lib. 6. quos Galenus commentario eos exponit, qui ob linguæ breuitatem vel humiditatem diffluentem, voces à literis ϱ & ρ inchoatas proferre nequeunt. Qualis fortè fuit Demosthenes, qui primam artis quam profitebatur literam ρ proferre initio non valebat; sed coniectis in os calculis, longo labore & studio enuntiare ῥῶξιν ἀλῶ didicit, vt de eo scribit in vita parallela Plutarchus.

Homini lingua cur mollis & lata & libera.

Homo omnium sensu facillimè.

Balbi vnde, & qui τραυλοὶ.

Demosthenes fuit τραυλὸς, & quomodo vitium correxerit.

Qualis etiam fortasse Metellus pontifex, quem Plinius scribit adeo inexplanatæ fuisse linguæ, vt multis mensibus tortus credatur, cùm meditatur in dedicanda æde Opiferæ dicere. quo lib. 11. cap. 39. de linguæ varietate multa ille post Arist. Cæterùm lata elephanto præcipuè: reliquis in suo genere semper absoluta: homini tantùm ita sæpe constricta venis, vt intercidi eas necesse sit. Cæteris septimo fermè anno sermonem exprimit. multis verò talis eius ars contingit, vt auium & animalium vocis indiscretè edatur imitatio. Intellectus saporum est cæteris in prima lingua, homini & in palato. ita ille vestigiis ferè insistens Arist. ex more; raróque ab eo recedens, vt in multis deinceps patefaciam suis quibusque locis eos cum aliis & secum inter se componens.

Metellus balbus.

Elephanti lingua qualis.

Humana lingua vinculum, & instrumentum.

Saporum fides.

Verùm explicata hunc in modum linguæ fabrica, satius est deinceps de eius vsu & actione post Gal. præsertim paucis differere. Cuius vel potissimùm causa, os ipsum, velut eiusdem receptaculum conditum esse apparet. neque enim nudam ipsam & penitus sine operimento esse melius fuit: neque alio potiùs quouis, quàm ore tegi & contineri. Etenim sapores ibi collocata, meliùs erat diiudicatura, loquendique instrumentum melius futura, ciborúmque masticationi & transglutitioni non mediocriter opitulatura. quos dentibus attritos ac læuigatos. lingua instar manus cuiusdam in ore assiduè versans transfert & voluit, quò pars ipsorum omnis identidem conteratur. tandémque planè ac penitus confectos & conglobatos, vi sua deprimit & transmittit ad ventrem. Cui vni inest illa præcipua à cæteris facultas, sensus vt perfectionem sortita, rerum omnium naturas percipere possit & gustu dignoscere. Nam præter quàm quòd aliis communia partibus præsentit, calidum, frigidum, humidum, siccum: eadem præterea dulcedinem, amaritudinem, salsedinem, acorem, austeritatem, acerbitatem, acrimoniam, & siquis alius præter hos sapor, sola discernere creditur. Nam quæ communia sunt, sicut & reliqua corpora sensibilia: quæ verò propria, ea tanquam gustus organum percipit. quod illi inest peculiare ac proprium, à totius substantiæ proprietate.

Lingua vis sapiendi quanta sit vndique.

Lingua gustatus vnde, & insita proprietas.

Cùm enim innasci animantibus organum conueniret, quod naturæ similitudines ac dissimilitudines discernendi potestate polleret, quod agnoscens rerum naturas, familiaria quidem eligeret, aliena verò refugeret: Eiusmodi quidem lingua constituta est, quæ exuberanti sensu non calida modò frigidáque, humida siccáque: sed etiam quæ familiaria quæque talia non sunt, agnosceret. In hanc enim duntaxat particulam complures, vt proposui, inseruntur nerui: cùm aliæ omnes aut vnius tantùm, aut duorum triúmve sint participes, nec ita magnorum tamen.

Vis gustādi vnde, & quorsum in lingua.

Cuius etiam exquisitam sentiendi facultatem auget quodammodo ipsa linguæ raritas: qua fit, vt succi faciliùs penetrantes in profundum, atque in molliculas partes actionem exerentes, tum validam quidem affectionem, tum verò sensum imprimant euidentiorem. Hic autem sensus humidus à natura constiturus, elemento aquæ magis respondet: vt alij aliis atque aliis elementis sunt magis affines, partim vt est in singulis demonstratum, partim vt posthàc docebitur.

Lingua nerui & raritas, quorsum.

Gustus aquam.

De Saporibus.

CVm igitur quædam naturæ nostræ magis sint familiaria, quædam minùs: ac partim in hac coniugatione, partim in illa: ideo plures gustus qualitates necessariò extiterunt. de quibus ordine dicturus, ab Aristotele initium dicendi capiam, velut summo philosopho, & rem propositam acutissimè fusissiméque pertractante. Ille porrò lib. 2. de anima cùm

Gustus differentiæ, vnde.

Hominis odoratus & gustus qualis.

oſtendiſſet odorandi ſenſum homini ineſſe ſtupiditiſſimum: contráque, guſtum longè exactiſſimum eidem ineſſe profeſſus eſt. Vt autem guſtus, tactus eſt quidam: ſic & guſtatile, tangibile quoddam eſt: ideóque nullo interiecto medio percipit obiectum. Quinetiam corpus illud in quo, tanquam in materia, ineſt ipſe ſapor, qui guſtu percipitur, humidum eſt: quod eſt tangibile quoddam. vtque viſibile, eſt color: ſic & guſtatile, eſt ſapor. Atqui nihil abſque humiditate, ſaporis efficit ſenſum: ſed omne quod ſui ipſius ſenſum efficit, humiditatem aut actu aut potentiâ nimirum habet, vt ſalſum. nam & ipſum liquefcere poteſt facilè: & linguam, vt patet, cùm liquefcit, humidiorem efficere poteſt. At verò vt viſus, eſt viſibilis & inuiſibilis: quales ſunt tenebræ, quas & viſus diſcernit. vt auditus, eſt ſoni ſilentiíque, id eſt audibilis & inaudibilis (vtor interpretis verbis tum hîc, tum paſſim alibi) ſic guſtus, guſtabilis eſt & inguſtabilis: quod quidem aut exiguum habet ſaporem, aut prauum, aut vaſtantem guſtum ipſum, & quodammodo euertentem.

Guſtus ſit tactu, ſine medio.

Guſtatile humidum.

Vt color ad viſibile, ſic ſapor ad guſtatile.

Viſus, auditus, guſtus obiectum duplex.

Potabile ad guſtum quomodo pertineat.

Videtur autem potabile & impotabile, eſſe principium: vtrumque enim guſtu percipitur. verùm alterũ eſt prauum, guſtúmque deuaſtat: alterum eſt amicum naturæ. eſt autem potabile guſtui cum tactu commune. At verò cùm guſtabile ſit humidum; neceſſe eſt & inſtrumentum ſenſus ipſius neque humidum eſſe actu, neque etiam tale, vt humectari non poſſit, humidúmque euadere. Patitur enim aliquid guſtus ab ipſo guſtabili: ea nimirum ratione, qua guſtabile eſt. Neceſſe eſt igitur inſtrumentum guſtus, potentiâ quidem humidum eſſe, humectari autem actu. ita autem humectari, vt eius conſeruetur, cùm humectatur, & ratio. Signum autem eſt, linguam neque cùm eſt valde ſicca, neque cùm eſt nimiùm humida, ſentire. is enim tactus ſit humidi primi; perinde atque ſi, cùm præguſtauerit quiſpiam vehementem acrémve ſaporem, deinde alium guſtet. Et vt in ægrotantibus ſit, quibus cuncta videntur amara: quia linguâ ſentiunt tali humiditate referta. Species autem ſaporum ita ſeſe habent, quemadmodum colorum. dulce namque & amarum, contraria ſimplicia ſunt. hæret autem dulci quidem, pingue: amaro autem, ſalſum. at inter hæc collocantur acre, acerbum, acidum, atque acutum. hæ namque ferè differentiæ videntur eſſe ſaporum. Quare guſtus quidem inſtrumentum id eſt, quod eſt potentiâ tale: guſtabile autem, id quod ipſum actu facere poteſt. Vnumquodque enim iſtorum bifariam dici ſolet, actu ſcilicet, & potentiâ. Sed de ſaporum differentiis poſtea exquiremus diligentiùs. quæ autem philoſophus libro de ſenſu & ſenſili, de guſtu & ſapore, dictis iſtis forſan clariora & vberiora protulit, ea ſunt huiuſmodi: Vt qui colores ſuccóſve in aqua eluunt, talem reddere aquam aſſolent: ſic ipſa quoque natura, cùm in humore partem ſiccam terrenámque diluit, aut per eandem, humorem percolat, & calore incoquit, humori qualitatem quampiam inſerit: quæ nonniſi ſapor eſt: id eſt, affectio, quæ à prædicto ſicco in humore genita, guſtatum, qui in poteſtate ſit, ad actum demutat. Nam ſentiendi vim, quæ priùs poteſtate erat, eódem perducit: cùm ſenſio non diſciplinæ, ſed contemplationi reſpondeat. Cæterùm ſapores non cuiuſuis ſicci, ſed eius quod alere poſſit, aut affectiones eſſe, aut priuationes, hinc ſumendum, quod nec ſiccum ſine humido ſit; nec contrà humidum ſine ſicco. neutrum enim horum animantibus, aut plantis ipſis, cibus eſſe poteſt: ſed quod ex vtriuſque mixtura conſurgit. Quin etiam in genere cibi, quem animalia ingerunt, quæ è ſenſibus tactilia ſunt, ea incrementum taciunt atque decrementum. Etenim id quod ingeritur, horum cauſſa eſt, quatenus calidum eſt aut frigidum. nam calor & frigus auctionem efficiunt atque decretionem. alit autem, quatenus guſtabile eſt: omnia namque dulci aluntur, vel ſimplici, vel commixto. Nam calor vt auget, ita etiam alimentum præparat: atque quod leue eſt, attrahit: quod verò ſalſum amarúmque, ratione ponderis relinquit. Quod itaque exterior calor in extraneis corporibus efficit, hoc idem interior in animantium plantarúmque natura efficere ſolet. vnde fit, vt ea dulci ſapore alantur. cæteri tamen ſapores, perinde vt ſalſus & acutus, pro condimento cibis admiſceri ſolent. at iſti, vt retrahant: quia quod dulce eſt, & innatat, nimiùm alit.

Inſtrumentum guſtus potentiâ humidum, quamobrẽ.

Lingua nonniſi temperatè humida, ſentit.

Ægri cur omnia amareſcant.

Saporum & colorum analogia.

Dulce pingue, amarũ ſalſum.

Sapores extremi, & medij.

Guſtatorium & guſtabile duobus modis dicitur.

Saporis ad colores ſimilitudo.

Sapor, quid.

Guſtatum ſenſit potentiâ.

Sapor cuius ſit ſicci.

Alimẽtum, mixtum ex humido & ſicco

Animalia quæ creſcãt aut minuũtur, ratione alimenti.

Alimẽtum, omne dulce & guſtabile.

Vt calor in alimentum, & ea cætera.

Sapor dulcis alit, reliqui pro condimento ſunt.

Porrò quemadmodum colores, ex albo & nigro commixtis proueniunt: ſic & ſapores permixtione dulcis & amari exultant. Quin & ſecundùm proportionem, quod plus minúſve adſit, ſinguli producuntur: ſiue ſecundùm numeros quoſdam mixtionis & motus, ſiue etiam indefinitè. Qui verò voluptatem important demixti, hi ſoli in numeris ſunt: acer, auſterus, acerbus, & acidus, intermedij. Quandoquidem ſaporum & colorum ſpecies, ferè numero pares ſunt: nam vtrorumque ſpecies ſeptem habentur: ſiquis, vti conſentaneum eſt, fuſcum colorem non alium, quàm nigrum poſuerit. Reliquum enim eſt, vt flauus color ad album, ſicuti ſapor dulcis ad pinguem pertineat. puniceus verò, purpureus, viridis, & cæruleus, album & nigrum interiacent: cæteri ex horum mixtura gignuntur.

Proportio ſaporum & colorum, & vtrobique extrema duo.

Sapores intermedij.

Colorum & ſaporum differentia 7.

Flaui ad albũ, dulcis ad pinguẽ proportio.

Item quemadmodum nigrum albi in diaphane, id eſt tranſlucido corpore priuatio eſt: ita ſalſum & amarum, dulcis in humore, qui alere poſſit. Vnde fit, vt etiam cinis deuſtorum omnium, amarus ſentiatur: vtpote à quibus id quod potui idoneum erat, exuctum ſit. Hæc quidem eo loci Ariſtoteles, atque adeo plura contra Empedoclem; qui veriſimili nixus ratione, quòd aqua, ſuapte natura inſipida ſit; ideo neceſſum inferebat eſſe, aut aquam in ſe omnia ſaporum genera, ob exiguitatem inſenſibilia, continere: aut in aqua talem materiam ineſſe, quæ quaſi ſemina gignendi, ſaporum generibus ſuppediteret: & omnia

Nigri ad album, ſalſi & amari ad dulce proportio.

Cinis cur amareſcat.

Empedocles.

De aquæ viribus, ad ſapores.

Digitized by Google

omnia ex ea generari, ſed alia ex alia parte. aut ſi aqua nullas ſubeat differentias, cauſſam agentem ſoli & calori tribuendam. Quæquidem Ariſtoteles pluribus rationibus ſingula improbat, ſtatuítque, ſapores calore ſolis igníſve immutari. deinde ſapores permutari, quòd aqua quippiam patiatur. tum aquam non vi ſola caloris facultatem eam imbibere, quam ſaporem vocamus, cùm ſapores omnes ſint craſſiuſculi: aqua dum calfit, nihilo amplius craſſeſcat. quin potiùs talem eſſe aquam ſapore, qualis eſt terra, per quam meat: cui toridem ſapores, quot & fructibus inſunt. Quibus poſitis, concludit ſaporum genus in plantis præcipuè gigni: nam humidum, perinde vt cætera, pati à ſuo contrario, igne videlicet, qui naturâ ſiccus eſt (quanquam calidum igni peculiare eſt, ſiccum terræ) omnia enim quatenus contrarietatem ſubeunt, eatenus agunt patiuntúrque.

Sapor à calore.

Aqua non fit ſapida vi caloris, nec inſtraſſeſcit.

Aqua terra ſua refert ſaporem.

Saporum genus in plantis.

Contraria inuicem agunt & patiuntur.

Sed enim omiſſis iſtis philoſophorum controuerſiis, perſcrutemur paulò ſubtiliùs, & expendamus accuratiùs ſaporum & naturam, & differentias: quas antè quidem iis locis Ariſtoteles attigit, eundémque ſecutus demum Theophraſtus eius diſcipulus, non minùs argutè & ſolerter, dulci & propemodum diuina eloquentiæ ſuauitate (inde enim Θεόφραστος nomen meruit, qui priùs Tyrtamus dicebatur) magiſtri veſtigia æmulatus tradidit. ac primùm ſaporem ita finiit de cauſſ. plant. lib. 6. cap. 1.

Tranſitio.

Theophraſtus unde doctus, & quis.

Sapor, quid.

Sapor, partis ſiccæ terrenæque in humore demixtio eſt. vel partis ſiccæ per humorem ex vi caloris percolatio. quod fortè nihilo differt. Eadem fermè ſaporis & odoris affectio eſt: ſed non ex eiſdem vtrumque proficiſcitur. Cùm verò contraria inter ſe ſint dulce & amarum; alterum, velut initium grati ſaporis: alterum, grati odoris eſſe videtur. Saporum verò genera numero quidem complecti facile eſt. exempli gratiâ, dulcis, pinguis, auſterus, acerbus, acris, ſalſus, amarus, acidus: ſed naturam explicare cuiuſque, difficile. Hanc tamen deinde explicat, tum ſecundùm affectiones ſenſuum, de quibus alio loco dicemus, tum ſecundùm figuras Democriti: quas nec ille probat, nec nos probare poſſumus. Saporem autem & odorem permixtione quodammodo effici, inde probat: Nihil enim è ſimplicium numero, ſaporem aut odorem habere videtur, niſi mixturã recipiat, vt aër, vel ignis, vel aqua: nam & aqua per ſe inſipida eſt. qua de cauſſa veteres authores dixere, talem eſſe aquam, qualis terra, per quam fluit: quod & paulò antè ex Ariſt. memorabam: à quo, quæ multa ſequuntur, diſcipulus videlicet à magiſtro, liberè ac liberaliter mutuatur. Sed cùm in tribus generibus odores ſaporéſque verſentur, id eſt, plantis, animalibus, atque iis, quæ arte commiſcentur parantúrque, aut etiam ſponte alterantur; aliis in melius, aliis in deterius, ceu quæ putreſcunt: de his omnibus diſputare, cùm ſint communiora, ne aggreditur quidem: ſed de naturalibus potiùs ſaporibus rerum terrenarum, & è terra productarum diſſerit. in quibus cùm ſint mixtionum rationes innumeræ; idcirco veteres naturæ interpretes, ſapores eſſe innumeros ſtatuerunt. quorum tamen alij genera certo numero complexi, ſeptenario incluſerunt: ſicut & odorũ atque colorum omne genus. quod admittit quidem Theophraſtus, in eo etiam doctorem Ariſtotelem ſecutus: ita tamen, vt ſalſum, non alium quàm amarum poſueris: quemadmodum ſi & fuſcum colorem, non alium quàm nigrum. at ſi ſecernes, octauum hunc eſſe neceſſe ſit. quippe dulcis, pinguis, amarus, auſterus, acris, acutus, acerbúſque enumerantur, ſalſúſque octauus ſubiungitur. ſunt qui vinoſum quoque adiciendum putarunt: fructibus enim compluribus ineſt, & in terra nonnunquam talis comprehenditur ſapor. ad hæc, lactis ſapor redigendus ad dulcem minùs appareat: hic enim interdum tanquam ſpecies dulcis, obiici poteſt. nec verò vini ſaporem tribuere alicui facile eſt, ſed ſui generis eſſe is quoque videtur, qui & dulcem, & acerbum, & auſterum poſſit recipere. Quibus poſitis, variæ agitantur quæſtiones: vt, An alios è ſaporibus, tanquam principia; alios, tanquam priuationes dici oporteat. An omnes naturales vi generandi nutricandíque præditos. An cætera animalia ſecundùm naturam ſint, an ſecundùm priuationẽ. Quibus omiſſis, illud potiùs ſcire refert, quantũ in vniuerſum cõmunéque res exprimi poſſit; dulces, & qui in eiuſmodi genere cõſocientur, ſapores, aptiores eſſe ad alẽdum, propiúſq. ad naturã accedere. deinde ſapores tum dulces, tum qui omnino alere poſſint, atq. adeo omnem odorũ ſuauitatem, concoctione prouenire. Hinc omnes plantæ in generãdis ſaporibus, tranſeunt per excoctionem ex alia in aliã qualitatem ſaporis: velut ex genere priuationis, ad formæ habitum. Omnino enim quiſque fructus primùm ſiccus & acerbus cõſiſtit, mox humeſcit. & hæc generatio eſt ſaporum; humore ſcilicet plenius influẽte, ac velut articulato perfectiùs, & aſſiduè maiorem in modũ augeſcente. Omnes autem fructus ſaporem quoq. plantæ aliquatenus mõſtrant. quod forſitan ita fiat, neceſſe eſt, cùm inde ſuam iſti trahant originem: ſed crudi magis, maturi minùs: vtpote cùm humoris effuſio, quò plus tẽporis proceſſerit, eò purior factiterur. Porrò omnium communis ſaporum materia, humor ſubeſt: alterat autem agítque calor cùm externus, tum internus (hic animalibus, ille plantarum generi accommodatior) modò excernendo, modò euaporando, modò incraſſando atq. cogendo, modò attenuando, modò (vt in vniuerſum dicã) alterando. quomodo in iis videre eſt, quæ igne ferueſcũt. Omnino enim cũcti ſapores inſunt potentiâ immutationéque: ſed ſubſiſtere nonniſi actu cõtingit. Hæc atq. adeo his plura, Peripateticæ ſcholæ ſucceſſor, & ab Ariſtotele ſecundus, ſcribit Theophraſtus, variis quidem locis citati operis; ac plerumq. ita premens & ſimulãs magiſtri veſtigia, vt eadem eſſe propemodum dixeris. Lucretius lib. 4. de guſtándi modo non malè philoſophatur, ab Epicuro voluptario philoſopho hac in parte

Saporum numerus incertus.

Odorum, colorum, ſaporum genera 7.

Salſum amaro, fuſcum nigro commungendum.

Sapores an octo.

Sapor vinoſus.

Lactis ſapor diſſert à dulci.

Vinoſus ſapor nullo copulatur velut idem.

Quæſtiones de ſaporibus.

Quò quiſque ſapor dulci propinquior, eò alendo magis idoneus.

Dulcia & ſuaueolentia calore perficiuntur.

Fructus coquendo paulatim humeſcunt ac dulceſcunt.

Fructus indicat plãta ſaporem, cur.

Saporum materia, humor eſt.

Calor quomodo ſaporem in fructibus elaboret.

Sapores actu vel potentiâ, qui.

Aqua ex ſe inſipida, ac ſapor illi à terra.

Theophraſtus Ariſtotelis imitator.

Odorum ſaporúmq. tria ſubiecta.

Sapor & odor mixtione fiunt, qui.

Saporis & odoris analogia: Item dulcis ad ſaporem, & amari vis ad odores

Saporum differentia.

Natura ſaporum perobſcura.

R

zed by Google

bene inſtitutus. ſic verò ſcribit libro citato.

Hæc quæ ſentimus ſuccum, lingua atque palatum, A
Pluſculum habent in ſe rationis, plúſque operis.
Principio ſuccum ſentimus in ore, cibum cùm
Mandendo exprimimus; ceu plenam ſpongiam aquaï
Si quis fortè manu premere exſiccareque cœpit.
Inde quod exprimimus, per caulas omne palati
Diditur, & rara per plexa foramina linguæ.
Hæc vbi lauia ſunt manantis corpora ſuccï,
Suauiter attingunt, & ſuauiter omnia tractant
Humida linguaï circùm ſudantia templa.
At contrà pungunt ſenſum lacerántque coorta,
Quantò quæque magis ſunt aſperitate repleta.
Deinde voluptas eſt è ſucco in fine palati:
Cùm verò deorſum per fauces præcipitauit, B
Nulla voluptas eſt, dum diditur omnis in artus.

Platonis ſam. Quos tamen antè omnes Plato tanquam aliquis philoſophorum deus, ea de re acutiſſimè ex Timæo Pythagorico, dialogo ita inſcripto, philoſophatus erat. quem vtique priùs introducam loquentem, & ſui, vel potiùs Pythagoræ ſenſa de ſaporibus enuntiantem, & verò ſua verba reſonantem. Sed quia Platonis ipſius quædam breuiter & obſcurè dicta, *Galenus Platonis interpres.* Galenus longiore facilioréque oratione explanauit lib. 1. de facult. ſimpl. cap. 37. 38. 39. hunc medicorum facilè principem illi philoſophorum coryphæo ſubiiciam. ſic igitur Plato: Πρῶτον μὲν οὖν ὅσα δὴ χυλοῦ πέρι λέγομεν ἐν τοῖς σώμασιν αὖ πέρι, ἴδωμεν πάθημα σφῷν περὶ τὴν γλῶτταν, ἐμφανίσαντε ἡμῖν δυνατόν. φαίνεται δὴ ἡ ἕψησις, ὥσπερ οὖσα ἐν πυρί, διὰ ἀνωμαλίαν τῶν ἐν αὐτῷ μερῶν γίγνεσθαι. σφᾶς δὲ αὐτοὺς, καχθέντας μᾶλλόν τι δι' ἄλλων, τραχύτητά τε ἐν αὐτοῖς λαβόντας. ὅσα μὲν οὖν τὴν αἴσθησιν σφῷν παρέχεται τὰ φυσικὰ, δι' ὧν δυνάμεων τῆς γλώττης ἕξεις, πειρᾶσθε λέγειν τῶν ἑπομένων ἑξῆς. τὰ δὲ ὑποδύσεις τῆς ὑγρότητος ἴξεως, ἢ τι μόριόν τι τῇ ῥύψει χεόμενα, ἀλυκὰ αὖθι πικρότητος τραχείας, ἢ φίλα μᾶλλον ἡμῖν φαντάζοντα. τὰ δὲ δὴ τῇ σύμπαντι ξηρότητι κατασκάπτοντα, ἢ λειαίνοντα, ὑπ' αὐτῆς πυκνοπορούμενα, ἢ πάλιν αὖτε αὐτὰ αὐτοῖσιν τὰ ὑγρὰ πυκνοῦντα, φερόμενά τε ὑπὸ κουφότητος αὖθι ἐφεδρεύοντα τοῖς τῆς κοιλίας αἰσθήσεσι, τήκοντά τε παρ' ὅσον αὖ συγκαίοντα· ὅσα δὲ τούτων τοῖς δυνάμεσι, ἁρμόσαι αὐτὰ τοῖς διεξόδοις ἐπιχθόν. ἅπερ δὴ αὖθις συγκαλυπτόμενα μὲν ὑπὸ σαπιδόνος, εἰς δὲ τὰς τῶν φλεβῶν ἀναδύοντα, ἢ δὶς ἀνὼν αὐτὴ μόνη χαίδνη. ἢ ὅσα αἴρος ξυμμετρίαν ἔχοντα, ἅτε κινούντα αὖθι ἄλλα πρὸς κινοῦντα· κινούμενα δὲ, αἰσθητόν τι, καὶ εἰς ὕπερ ἀναδύοντα, ὕπερ κεῖται ἀνάγκη αἰσθητόν τι τοῖς σώμασι, ἃ δὴ κοινὰ αὖθι αἴρος κοιλίας αἰσθάνεσθαι, ὅτι μὲ χαίδνος, ὅτι δὲ ἢ καθαρᾶς, ὅτι περὶ ἀχλὺν αἴρος ὕδατος κεῖται αἰσθητῶν τι χαίδνης· ἢ τὰ μὲν τῆς καθαρᾶς ὀξαφανῆ αἰσθητὰ κλῶσιν ὄσμα παρέχοντας· τὰ δὲ τῆς χαίδνης ἀμυδρὰ κινούμενα ἢ αἰρούμενα, ἰσότι τι ἢ ἰύμφυτα ὀδμὴν κλῶσιν. τὰ δὲ ὕδατος αὖτε αὖθ' ὑγρότητ', ἐξὺ διαφερόντως· ξύμπαντα ἢ τοῖς αὖθι ὕδατι σύνεδρος πᾶσα ἀναπλεως αὖτ' ἀναπλεως ὑδὶ περφαίνοντος· ὑπόταν ἢ αὖθ' ὑπάρχοντα σύστασις ἀν ὑγρᾶς οὐσίας τῷ τῆς γλώττης ἕξει πανυτία, λειαίνει μὲν παλάσσοντα τὰ πραχυθέντα· τὰ δὲ σαρκὸς φύσει ξυνεστῶτα, ἢ κυρίμφατα, τὰ μὲν ξυνάγει, τὰ δὲ χαλᾷ· ἢ παρ' ὃν μάλ-

λιστα ἰδρύσει κατὰ φύσιν, ἰδὼ δὲ αἰσθητικὸς παρὰ πᾶν τὸ ζῷον ἴσχει δὴ δύναμιν παθητικὴν γεύσεως, κίνησιν γένους. ἃ δὲ μὲν δὴ ταῦτα ταῦτα. id eſt, Principio quæ ſuprà, quando de humoribus agebamus, reliquimus, cùm linguæ paſſiones ſint, ſi quo modo poſſumus, declaremus. Videntur autem hæc, quemadmodum & alia multa, concretionibus quibuſdam & diſcretionibus fieri: ac præterea læuitate aſperitatéque magis quàm cætera, vti. Tenduntur à lingua [a] venæ ad cordis ſedem, ſaporum nuntiæ: in quas ſiqua ita inciderint, vt humidam carnis mollitiem penetrantia, terreſtri ſua natura modicè liquefacta, venas ipſas contrahant arefaciántque, ſapores huiuſmodi pariunt; videlicet ſi aſperiora ſint, [b] acerbos acréſque: ſin aſpera minùs, auſteros. Quæ & illas purgant, & ſi qua linguæ inhæreſcunt, abluunt; ſi vltra modum id faciant, naturæque ipſius nonnihil liquefaciant, qualis eſt in nitro potentia, [c] amara omnia nominantur. Sin autem nitro vim temperatiorem habent, leniúſque abſtergunt, [d] ſalſa ſine amaritudinis aſperitate, magiſque amica nobis apparent. Quæ autem applicata oris caliditati, [e] ab eóque mollita & feruefacta, ipſum viciſſim feruefaciunt: ſuáque leuitate ſurſum ad ſenſus capitis eleuantur: ſuóque attactu ſingula diuidunt; propter huiuſmodi vires, acuta vocantur. Quandoque verò hæc eadem ex putredine attenuata, anguſtas venas ingrediuntur, cogúntque partes interiores tam terrenas, quàm quodammodo aëreas iactatas inuicem commiſceri, permixtáſque circumlabi alias, & alias ingredi, ingreſſúque ſuo penetratas concauas tenſáſque efficere; vbi concauus & ampulloſus humor aëri circũfunditur: íſque humor aliàs terreus quoquo modo eſt, aliàs purus: ſitque ex aqua concaua vaſculum aëris humidum atq. clarum: ſed quod ex pura naſcitur aqua, pellucet vndique, ampulláque vocatur: quod autem ex lutulento magis humore ſimul agitato quidem, elatóq· & circumtenſo conficitur, ebullitio, bulla, fermentúmque dicitur. harum omnium paſſionum cauſſa, acida qualitas appellatur. His omnibus, quæ de his dicta ſunt, cõtraria paſſio à cõtraria cauſſa proficiſcitur: Quando enim ingredientium qualitas humida eſt, linguæ qualitati naturaliter concors & conſentanea, ac lenit mollítque eam, contractámque demulcet aſperitatem, & quæ in nobis præter naturam contracta, vel ſparſa fuerunt, relaxat vel colligit: ac ſummatim naturalem ſingulis reſtituit habitum: ſuaue eiuſmodi omne amicúmq. eſt omnibus, violentarum quoq. paſſionum medicina atq. remedium, dulcéque vocatur. atque hæc quidem hunc in modum ſe habent: quæ paucioribus quidem, ſed ferè iiſdem verbis, ſed Dorica dialecto, Timæus Locrus ſic libello de natura expreſſerat, vel potiùs adumbrarat. Τὰ δὲ αὖθι τοῦ χύσου ἴσως τῷ αἰσθ' οὐσιρίσι χῦ ἢ ἁφαιρίσι, ἐν δὲ τι ἐς τὰς πόρους ἁφάδιοι. ἢ ὅσα χωλαίνοντ' ἢ ῥυσσά, ἢ λᾶπα. λυπεῖ κοντα δὲ ἢ ῥύπτοντα τὰν γλῶτταν, ῥυσσὰ (χ. πικρὰ) φαίνεται. μαρμαίροντα δὲ τᾷ ῥύψι, ἁλμυρά. ἀκροποῦντα δὲ καὶ διαρίοντα τὰν σάρκα, ἁρμόκα. ἐκτροποῦντα δὲ τὰ λαπαρὰ τᾶς γλώσσας κυλίοντα. id eſt,

Sapores ſiue ſuccs concretione & diſcretione fiunt: lauore & aſperitate diffe-runt.

a Venæ ſaporum nuntiæ, communes cordi & linguæ (ſed ſæpiùs: quia ſapor per neruos.)

b Acerbi & auſteri generatio.

c Amari generatio.

d Salſi.

e Acri ſiue acuti.

Ampullarum creandarum modus, & bullarum.

Acidi generatio.

Dulcis generatio.

Timæus Locrus.

Google

Gustus & tactus affinitas, & quomodo fiant.

Cæterùm quæ ad gustandi sensum pertinent, tactui similia sunt: nam concretione & discretione, insuper & se in meatus insinuando, itémque figuris, aut acerba sunt, aut læuia. ac quæ liquefaciunt & abstergunt linguam, acerba (meliùs amara) videntur: quæ moderatè abstergunt, salsa: quæ exurunt & lancinant carnem, acria. quæ his contraria, & læuia & dulcia, in succos abeunt. vel sic, contraria autem, nempe læuia & dulcia, sapida sunt, & linguam suauiter humectant, ac læuigant. His verbis & Plato, & Timæus quem sequitur & celat authorem, ea quæ nos vocare solemus austera, quæ acerba, quæ salsa & nitrosa, quæ amara, quæ acria, quæ acida, quæ dulcia, vterque exposuit, sed Plato enucleatiùs & vberiùs: atque his septem summis illc generibus, omnes saporum differentias, quæ videbantur esse innumerabiles, complexus est. quas vt exactiùs assequaris, vtque tota de propriis linguæ sensoriis definiatur oratio, hoc primùm sciendum est; Nuncupari tum ab Arist. tum à Theophrasto, tum à Mnesitheo medico, gustandi facultatem, Græcè χυμὸν. nos saporem dicimus. at ex humido siccóque consistentium, vel crassum eorum humorem, quæ à calore concocta sunt, χυλὸν vocari: nos succum, vel cremorem dicere possumus; aut formam Græcam imitati, chylum nominare, recepto iam inter medicos nomine. quanquam apud veteres, vt Hipp. & Platonem, & alios tum Athenienses, tum Iones, χυμὸς de vtroque efferebatur. Sciendum ergo sapores, qui tum in vnoquoque animali ac planta, tum in terra inueniuntur, plurimos esse, nec facilè specierum numero comprehensibiles. cæterùm differentias gustabiles aliis octo vitas, aliis numero septem: nonnullis autem & his quoque pauciores. At Plato in Timæo, supraposita dictione, primùm duos sapores memorat eiusdem speciei, sed in ratione maioris & minoris differentes: eorum alterum austerum, alterum acerbum nominat. fuerit autem austerus (nam de Græco αὐστηρὸς, Latinum fluxit vocabulum) quem σύφον, astringentem reliqui Græci appellant. porrò acerbus, huius intentione prouenit, velut & ipse Plato significauit. atque hoc sanè pro vna specie numerabimus. Altera est eorum, quæ illis opposita sunt, nitrosorum videlicet, salsorum & amarorum. & in his quoque amarus ex nitrosi prouenit intentione: salsus verò aut nitroso imbecillior, aut adstrictionis quoque assumés aliquid. deinde à Platone acris expositus est; mox acidus, postremò dulcis. at à Theophrasto additus est vnctuosus siue pinguis: à Platone quidem in sermone de propriis linguæ sensoriis præteritus; verùm paulò antè plantarum succis adscriptus, vbi vinosum ab oleoso & melleo discernebat. Porrò in illo sermone vnum adiecit succi genus, vna appellatione comprehensum, ἁπλοῦν nominans. vbi autem ad gustus sensoria transijt, protinus dulcem memorauit: nihil enim retulerit, dulce an melleũ dicas: velut nec pingue an oleosum. omisit autem pinguem, vt qui ad gustum nil attineret. Quale autem sit istorum vnumquodq., exponi quidem exactè nequit: verùm productis exẽplis, & modo exposito, quo nos alliciunt eorum singula, hominí sensus & rationis compoti cuadet manifestum. Nam quæ adstringunt aut refrigerant, introrsum pellere contactam nostri partem ex omni parte apparent: idque æqualiter velut pellentia ac stipantia cõtrahentiaque. At austera, in profundum etiam subire videntur, atque asperum quendã inæqualémque mouere sensum, tanquam resiccantia, & humorem omnem corporum sensibilium depascentia. Ex quo fit, vt alia sit passionum proprietas, & quæ haud facilè lucidéq explicari possit; tum ab adstringentibus nos corporibus, tum ab austeris saporibus diuersa. sed quiuis tamen, qui homo est, facilè quod dico, comprehenderit. Porrò quando quod linguæ nostræ admotum fuerit corpus, validè desiccat, contrahit, & in multam profunditatem vsque illam exasperat, sicut pyra syluestria immaturata, & corna; eiusmodi omne acerbum appellatur, ab austeris intentione duntaxat diuersum. at quod nunc adstringens vocitamus, vix à Theophrasto dictum reperias. videtur autem idem significare, quod austerum: aut certè cõmune esse genus tum huius, tum etiam acerbi. Quæcumque verò linguam dum contingunt, non contrahunt, neq. cõstipant, velut adstringentia: imò contrà planè agere apparent, nempe detergentia & abluentia; etiamsi adstringentium quidpiam adiunctum sit; hæc omnia salsa cognominamus. At quæ his etiam magis detergunt, adeo vt etiam exasperent, amara nominantur. Porrò quæ mordicant rodúntque, idque cum valida quadam caliditate, acria vocantur: sin hæc absit, acida. cætera hæc fermentandi vim quoque obtinent. At quæ velut inungunt atque implent, atque in statum suum restituunt exasperatas, ac veluti erosas linguæ particulas; hæc si cum voluptate manifesta cõtingant, dulcia: sin hac sine, pinguia vocitantur. Atque hoc quidem pacto res explicatu longè difficillima, ductu & auspiciis tum Platonis, tum Galeni potissimùm vtcumque definita sit. quibus & hoc adde; Ex saporibus acidum, austerum siue adstringentem, acerbum, ferè frigidos esse: salsum, amarum, acré, calidos: dulcem & pinguem, temperatis proximos, sed calori magis affines. Sic lingua, proprium gustus organum, peculiari quadam totius substantiæ proprietate, vt proposui, & communia cum reliquis sensibus obiecta tactu percipit, & propria gustu discernit, rerum gustabilium similitudines ac dissimilitudines inuicem diiudicat; dulcia vt familiaria persequitur; à quibus solis toti corpori accedit alimentum: amara refugit, tum ingrata sapore, tum ad alendum, si merè sunt talia, prorsus inepta. similitérq. omnia fœda, olida, insipida, ingrata, aliena, tanquam sibi & toti animali, cui vnicè prospicit, aduersantia auersatur. Quæ vis illi ab exuberanti sensu accessit, quod in vnam hanc particulam (vt patuit) complures inserantur nerui, reliquæ autem

Acerba. Amara. Salsa. Acria.

Dulcia. (reliqua desunt)

Saporum species.

χυμὸς & χυλὸς, qui differant.

Chymus pro chylo.

Saporum differentiæ, quot sint.

Austeri & acerbi affinitas.

αὐστηρὸς.

Nitrosa, salsa, amara, & eorum affinitas.

Acria. Acida. Dulcia. Pinguia.

ἁπλοῦς.

Dulce & melleum,

pinguc & oleosum pro eodem.

Saporum differentiæ quot sint.

Austeri & astringentis assumta.

Acerba.

Astringens copulatiuè austerum & acerbũ.

Salsa.

Amara.

Acria. Acida.

Dulcia. Pinguia.

Saporum qui calidi, qui frigidi, qui temperati.

Lingua tactu & gustu prædita, & eius iudicium, vnde.

Dulcia sola nutriũt, amara vero neutiquam.

Lingua quæ afficiat, aut auersatur, & qua vi.

Inſpiret aut aſpiret, & motum dispenſat.

flua hæc purgari, ea niſi tempore multo paulatim tranſcolarentur, poterant: neque vapores omnino aſcenderent. quippe qui propter tranſitum tardum, inter ſe coaleſcerent, connecterentur, concreſcerent, atque ad priſtinam rurſus naturam reuerterentur, ex qua extenuata facti fuerant. At nunc certè mixtis actionibus, illapſu inſpirationis quidē odorū fit dignotio: expirationis verò, ſuperfluorum excretio. Nam in eiuſmodi actionibus, motionis ipſius ſpiritus impetus, multa eorum, quæ ex ſeſe tranſire nequeunt, vnà ſecum trahit. Ipſa verò rurſus odorum dignotio non parum iuuat totam reſpirationem, non ſinens vapores prauos (qui alioqui nos laterent) vnà cum puro ſpiritu ingredi. Senſus enim ab illis offenſus ac læſus, duorum alterum nos cogit: aut ſcilicet aufugere quàm celerrimè ab illis: aut aliquid naribus admouere eiuſmodi, quod vapores quidem arcere queat; aërem autem tranſmittat. Quin & meatus olfactorios interdum à craſſis ac viſcoſis obſtructos, purgare non erat commodius, ſi aliam habuiſſent conſtructionem: Cùm enim non olfactorij modo, verumetiam reſpiratorij exiterint; vtroque modo purgantur: ſpiritu nunc quidem intrò, nunc autem foràs commeante.

Vaporum cōcretio, & excretio.

Cerebri inſpirationis & expirationis beneficium, & modus.

Odoratus beneficium ad reſpirationem.

Vapores tetri quomodo declinentur.

Quomodo meatus odoratus purgentur.

Siquando autem vehementiùs obſtruantur, quàm vt mediocribus ac conſuetis motibus purgari queant; quam appellamus ἐκφύσησιν, efflationem (quæ ſimultanea & vehemens eſt expiratio) efficientes; motus vehementia, omne id quod impactum erat, amolimur. Itaque non paruam hanc gratiam, nec vulgarem beneficij mercedem tibi mutuò referunt actiones hæ & vtilitates, quæ in anteriorum ventriculorum finibus complures ſimul conſtiterunt. Sed earum inter ſe communionem natura inuenit, partim vt animal viueret, partim vt meliùs viueret. Cui rei lucrum etiam accedit haudquaquam exiguum: quòd ſcilicet non tot inſtrumentis, quot vſibus egeamus: ſed vnicum ſæpenumerò inſtrumentum, multis actionibus atque vſibus ſufficiat. Ergo, vt eſt demonſtratum, olfactus inſtrumentum non in meatibus ſedem habet, vt plerique putant; ſed in extremitatibus anteriorum cerebri ſinuum, quò narium meatus pertinent. qua maximè in parte vaporoſos eſſe cerebri ventriculos perſæpe dixi. Cùm autem non ſint quinque elementa, ſed quatuor tantùm, quibus ſingulis ſinguli ſenſus reſpondent, vt in ſuperioribus eſt dictum: hic tamen ſenſus omnium velut medius, vt propoſui, euaſit: quia odorum genus, mediam inter aërem & aquam, naturam ſortitum eſt. Id quod etiam Plato in Timæo inquit; his verbis de facultate odorandi & modo locutus: Περὶ δὲ τοῦ τῶν μυκτήρων δυνάμεῶς, εἴδη μὲν οὐκ ἔστι· τὰ δὲ τῶν ὀσμῶν πᾶσι ἀμέθυστα· εἴδει δὲ ὑγρῷ ξυμβίβασις συμμετρίας, πρὸς τὸ πνεῦμα ἀεὶ ὀσμᾶσθαι. διὸ ἀμυδρὰ μὲ πρὸς τὸ πνεῦμα φλέβες,

Ἐκφύσησις.

Motus opera actionum anteriorum cerebri, & quorſum.

Plures vſus, quàm inſtrumēta partium corporis.

Odoratus ſedes, & cur vaporoſa.

Analogia ſenſuum cū elementis.

Odoratus ſenſuum medius, cur.

A ποὸς μὲν τὸ γῆς ὕδατός τε ῥεῦν, συνάπτουσι ξυνέτευσε· πρὸς δὲ τὸ πυρὸς ἀέρος τε, διϱύπορα. διὰ πάντων ὑγρῶν ὑγρὸς ἀφῆς πάντα ἔδατά τινες. αἰεὶ δὲ βραχυφόρα, ἢ σπερμόρα, ἢ πυκνόρα, ἢ διαμιμόρα γίγνεται πάντα. μεταβάλλοντος γὰρ ὕδατος εἰς ἀέρα, ἀέρος τε εἰς ὕδωρ, ἐν τῷ μεταξὺ πάντα γεγένηται· εἰσὶ τε ὀσμαὶ ξύμπασαι, πλησὺς ἢ ἀμίχλα. πάντα δὲ, τὸ μὲν ὑπὸ ἀέρος εἰς ὕδωρ ἰὸν, ὁμίχλη· τὸ δὲ ὑπὸ ὕδατος εἰς ἀέρα, πλησύς. ὅσα λειότερα μὲν ὕδατος, παχύτερα δὲ ὀσμῆς ξύμπασα γεγένηται ἀέρος. διαπεπταμένη δὲ, ὁπόταν πνεῦ ἀνέμοις ἐφ' ἑαυτὸν ἀναπολῶ, ἄχνη τις ἔσα τὸ πνεῦμα εἰς αὐτόν. πᾶν γὰρ ὀσμὴ μὲν ὑγρότητος σωματοειδῆς· τὸ δὲ πνεῦμα τῶν ὀσμῶν ὑγρασθὲν, αὖθι μένει ἔτυμον. διὰ ταῦτ' ἔσῶ, ἀναίσθητα τὰ πάντα πνεύματα γίγνεται, ὅσα μὴ πολλῶ, ἐκεῖ ἀσμῶν εἴδεσι ἔοικε. πάσαι δὲ τῷ ὑδὶ, καὶ τὸ λυπηρὸν, αὐτῷ μᾶλλον διαφανῆ λέγουσι. τὸ μὲν πραχυῶδες τε καὶ βιαζόμενον τὸ πνεῦμα ἄσπνον, ὅσον ὑμῶν μεταξὺ καταφαίνεται, τοῦ τε ὑμφανοῦ πάντος· τὸ δὲ ἕωσὶ πνεῦ καθαρεύον· καὶ πολὺ ἥ πίφυκεν, ἀμυστικῶς ἀναδίδωσι. id eſt,

Odorum natura, & differentia quales.

Circa narium vim ſpecies non ſunt: ſemigenia enim odorum natura. ſpeciei verò nulli competit odorem vllum habere: ſed noſtræ circa hæc venæ, ad terræ & aquæ genera anguſtiores ſunt: ad ignis verò aëriſque genera, latiores. Quocirca nemo vnquam iſtorum aliquem ſenſit odorem. ſed in madefactione quorundam, vel putredine, vel liquefactione, vel euaporatione gignuntur odores. Cùm enim in aërem aqua, vel aër in aquam tranſit; in medio iſtorum, odores fiunt. omniſque odor, aut fumus eſt, aut caligo. ſed horum, quod ex aëre mutatur in aquam, caligo: quod verò ex aqua in aërem, fumus. Hinc fit, vt aquâ odores tenuiores ſint, aëre craſſiores. Quod maximè perſpicuum fit, quando certa quadam re naribus occurrente, aliquis in ſeipſum vehementer ſpiritum retrahit: tunc ſanè nullus ſimul influit odor; ſpiritus autem ab odore nudus ſolus ſequitur. Igitur in his varietates abſque nomine ſunt, nec ex pluribus, nec ex ſimplicibus ſpeciebus: ſed duo ibi nomina tantùm manifeſta ſunt, ſuaue ſcilicet, & moleſtum. Hoc quidem diſturbat, violátque omnem eam capacitatem, quæ à ſummo capitis vertice ad vmbilicum protenditur: Illud verò eandem mulcet, & amico quodam ingreſſu, naturalem eius ſeruat habitum. hæc ille; imitatus ex more Locrum Pythagoreum ſic prælocutum: Ὀσμαὶ δὲ εἴδια μὲν οὐ μιχθείσης· ἅμα γὰρ οὐκ ἔστιν ἅπαν διαθεῖναι, ἡμίσεσιν ὄντα, ἢ ὡς σπανιάκις καὶ διαθεῖναι· σπάνια δὲ καὶ πάντα, γῆς τε καὶ ὑγροῦ, διαθέσιμα καὶ δυνάδα ἔιδη. id eſt, Odoris autem ſpecies non ſunt diſtinctæ: nam ſi per meatus anguſtos diſcurrant, qui ſint ſolidiores: vel ſi contrahantur & diſpergantur, putredinibus & coctionibus, tum è terra, tum è terreſtribus naturis, vel odori ſunt, vel inodori. Vt autem cùm habet corpus è natura, ſenſus omnes vigent alacres, & ſuis fungūtur muneribus: ita & corporis affectibus variis variè compatiuntur;

Odorum cur terra, aqua, aëris, ignis, nullus in nobis fit odor.

Odores in quo gignātur, & quomodo.

Odoris diuiſio: & quod caligo, aut fumus.

Odores quomodo medij inter aquam & aërem.

Odorum duo ſola diſcrimina, & vis amborum.

Odorum cur diffrētiæ nullæ: eorūmque natura, & duo ſumma genera.

Senſuum integritas & vitium, vnde.

Digitized by Google

& priuata quadam offensione, singuli deteriùs agunt, aut etiam ab actione desistunt. Quomodo & obturatione in narium meatibus facta (quod frequens in multis contingere video, vel adeo polypo minimè obsessis, nec ozana infestatis) odorum sensus omnis euanescit.

Odoratus abolitio, vnde.

Porrò quemadmodum ex ijs patuit, quæ paulò antè ex Aristotelis libello de sensu & sensili citabam; sic è dicendis, vel eò clariùs, perspicuum euadet, odores saporibus esse proportionales: & odoris species ad species ipsas saporum, quadam analogia referri. Sic enim idem 2. de anima cap. 9. consimiliter ijs, quæ libro illo de sensu, extulerat, atque adeo verbis propè ijsdem. Vt autem saporum alius dulcis (ait) alius est amarus: sic & odorum quosdam dulces, quosdam appellamus amaros. Verùm quædam odorem habent saporémque similis rationis: dulcem (inquam) saporem, dulcémque odorem: quædam contrà. Similiter & acer est, & acerbus odor, & acutus, & pinguis. Nam quia odores non sunt (vti diximus) manifesti, perinde atque sapores: ideo nomina odorum deducta sunt à saporibus, per similitudinem rerum. Alius enim est dulcis, vt croci mellísque: alius acer, vt thymi, ac huiusmodi rerum. idem & in cæteris modus seruatur. Sed tamen Theophrastus libr. 6. de causs. plant. cap. 15. rectè addubitat, cùm dicit; Verùm non omnes odores appellationibus reddi fortasse possunt eisdem. Quippe amarum odorem, aut salsum, aut pinguem, aut acerbum nominare minùs quispiam velit.

Odorum & saporum proportio.

Odorum & saporum in differentus affinitas.

Odores ex saporibus cognoscuntur, & nomina mutuantur, quomodo.

Nomina saporum minùs conueniunt odoribus: & amborum affinitas.

Neque enim saporum omnia genera, odorum rationem sequuntur. Nihil tamen id prohibet, quò minùs hæc inuicem coniungantur, & vtrumque alterum quodammodo consequatur. Enimuerò philosophorum istorum sententiam, Galenus noster non vno loco, sed pluribus inculcat: vt 4. de simpl. facult. cap. 21. vnde & quædam suprà protuli. Sanè plerique odores (ait) similiter saporibus nos afficiunt: quippe cùm huius sensibilium generis gratia, odoris sensum natura crearit. Siquidem acida omnia, & ante ista, ipsum adeo acetum, similiter odoratum gustúmque mouet: tum acria quoque, velut allia, cepæ, & ipsa non minùs quàm gustum, odoratum quoque offendant, mordicántque.

Odor erauti propter saporem, & amborum cognatio, vsque in sensus.

Sic in aliis singulatim similis propemodum est odoris sensus sensui gustus. itaque quorundam corporum etiam non gustantes, qualitatem cognoscimus, velut fimi: proinde omnino ne gustare quidem aggredimur: quia scilicet admodũ fides habeatur odoratui. Quinetiam liqua boni odoris edulia, putrilagine corrupta, odore nos suo offendunt; protinus ea abijcimus, haud gustare dignati. feréque in omnibus mutuò consentiunt odoratus & gustus. Attamen in odore suauissimis, velut rosa, plurimùm differunt, dissidéntque: Tantùm enim abest, vt gustantibus suauia sint, vt amaritudinem non pau-

Odor indicat saporis qualitatẽ.

Consensus odoratus & gustus, & amborum discrepãtia.

cam præ se ferant: Tametsi amarum nunquam odoratum est; neque vt medicamen, nobis suaue, neque vt cibus. Iam verò odoris sensus in ipsis (vt demonstratum jam est) cerebri est ventriculis: & odorabilium vaporosa est substantia. Ea enim, quæ à corporibus defluunt, ambienti permixta, ac deinde per narium inspirationem, in cerebrum delata, sensum mouent. Recta ergo ratione, quæcumque vaporosa, omnia eadem & calida sunt: quippe cùm vaporum copia à calore proueniat.

Amari ingratitudo communis.

Odoratus fides, & odorabilium natura, & quomodo percipiãtur.

Omnia vaporosa, calida, cur.

Non tamen protinus quicquid odoratum est, suaue esse colligitur: siquidem non omne id spiritui in cerebri ventriculis contento, familiare est. Etenim quemadmodum qui linguæ obueniunt sapores, ij qui familiarissimi, ijdem & dulces erant: qui verò non familiares, complures habebant differentias. ita odores, qui familiares sunt cerebri spiritui, ijdem & grati sunt, & suaues: qui verò non familiares, multis differentiis à sese mutuò dissident. Cæterùm non omnino imposita sunt nomina, perinde vt saporibus: Dicimus enim quippiam, acidum acrémque habere odorem: sed austerum, acerbum, salsum, aut amarum (quanquam paulò aliter, inquam, citatus nuper Aristoteles sentit: Theophrastus, vt patuit, quodammodo suffragatur) haud etiam dicimus. verùm in hasce duas appellationes, odorabilium pleraque reducimus, beneolentia & graueolentia appellantes. beneolentia quidem, proportione quadam ad ea, quæ linguæ sunt dulcia: graueolentia verò, ad ea quæ non dulcia. vno enim nomine totum hoc in saporibus genus appellati nequit. Idem commentario ad Hippocratem de natura hum.

Non omne odoratum, suaue idem est.

A simili.

Sapor dulcis, odor suauis vnus; multi ingrati.

Odorum ingratorum species sine nomine.

Philosophorum controuersia.

Odorabilium summa duo genera. & analogia ad sapores.

Olfactus qualitates totidem sunt, quot gustatus: verùm peculiaria vocabula non sunt sortitæ: Nam odorum in fragrantia & odore differentia, rectè sanè differentia existimabitur, dicetúrque multas formas comitari. Et ne plura proferam, idem sub finem 3. libri de different. puls. In olfactu quidem non omnium qualitatum sunt nomina, vbi translatitiis nominibus permittas vti.

Gustus & odoratus proportio, & horum species.

Ex quibus locis apertè patet, veteres philosophos etiam clarissimos, nondum distinctis nominibus & propriis, singulos odores denominasse: sed sumptis è propinquo sensu metaphoricis quibusdam notis, rudi quadam Minerua adumbrasse. Quo in negotio, solers & acutum Cardani ingenium laudare & approbare soleo, qui multa noua & arguta in philosophiæ variis partibus commentus, hac in parte strenuam nauauit operam. quam multis encomiis prædicarem, nisi ille ipse suarum laudum eximius, & sæpe profusior præco ac buccinator extitisset. Satius est autem hanc totam odorum per classes digestorum seriem ab eo ipso, iisdem verbis, nequid detractum vel adiectum videri possit (nisi siquod vitium in Grammaticis vocibus

Odorum species prius adhuc nominibus carebant, & vnde mutuentur.

Cardani laus, & ambitus.

Digitized by Google

interuenerit, quod authori minùs cogitanti, vel aliud agenti interdum obrepit, reſtituendum) repetere ii libr. 3. cap. 14. eius operis, quod ab argumenti multiplicis tractatione, de rerum varietate inſcripſit, his quidem verbis.

Odorum diſcrimina cur nulla habeantur.

An homo omnium animantium odoretur peſſimè, & quare.

Sunt qui negent diſcrimina odorum haberi, quòd homo inter perfecta maximè animantia odoret peſſimè: nec niſi iucundum & grauem odorem cognoſci à nobis. Argumento etiam eſt, quòd non odoribus, velut ſaporibus, coloribus, & qualitatibus, quæ tactu percipiuntur, propria nomina indita ſint. nec certè ab aliquo veteri, hæc ratio tractata eſt. vt poſtmodùm qui ſecuti ſunt, & magna ſtipendia receperunt: quanuis de his, quæ ab aliis tradita ſunt, & ipſi dolium vertant: & iuſto plus quàm conueniat, nihil dicere de hoc auſi fuêre. Vt tractatio hæc nobis integra relicta ſit; & veluti nouo Herculi, quicquid intentatum eſt ab aliis, nobis ſubeundum eſt. Sed ſi primùm hoc ſtatuerimus, quod commune eſt omnibus qualitatibus ſenſibilibus: ſcilicet, quòd mixtarum cauſſarum ſaporum, odorum, colorum, & cæterorum, mixti etiam ſunt ſapores, odores, colores. Et quòd à maioribus cauſſis maiores procedunt qualitates. Et rurſus aliud; Quòd odoribus & ſaporibus tantùm conuenit, quòd ſapor fit per humidum mutatum à ſicco: Odor verò, ex ſicco terreo tenuato per colorem; & ab humido exhalans. jam ſtatuemus principia conſtituendæ doctrinæ de odoribus nouæ, nec ab aliquo alio tentatæ. Odorem etiam in craſſa ſubſtantia eſſe docuimus aliàs. quapropter quæ multùm olent, pinguia ſunt: fibri teſtes, moſchus, laſeris, ſuccus, ſtyrax, zibetum, xylaloë. hæc enim omnium, quod ſciam, odoratiſſima ſunt: poſt quæ, eſt caryophyllum. Atque hæc omnia, vt dixi, pinguiſſima ſunt. Ergo vt rem aggrediamur, primùm nobis res ſimplices ſtatuemus, in quibus odor eſt manifeſtus: odoremque temperamento coaptabimus. Neque enim dubium eſt, quin ſicui clauſis oculis offeras maioranam, chamæmelum, roſas, & violas purpureas; non ſtatim referat, cuius herbæ, aut floris ſint odores illi, quamuis omnes iucundi ſint. Conſtat igitur, eſſe cognitas differentias odorum & longè meliùs, & plures, quàm ſaporum. neque enim ſapore quicquam horum diiudicare licebit. Dixêre ob id quidam, Ariſtotelem intellexiſſe, quòd homo non tam procul ſentit odorem. ſed & hoc falſum eſt, cùm valdè procul odorem ſentiamus. Hoc tantùm dubium eſt, quòd canes acutiorem hunc ſenſum habere videntur, cùm feras ſectantur, quas ſolo olfactu percipiunt. Verùm non hoc eſt optimè olfacere, ſed acutiùs: nec homo peſſimè ob id olfacere dicitur; ſed ſolùm canibus deteriùs. Sed quid mirum eſt, vinci odoratu à canibus, cùm in omnibus ſenſibus ab aliquo animali vincatur? Neque enim cernit vt aquila: nec tactu tam tenui eſt, quàm aranea. At dicas non erraſſe philoſophum. non contendo: modò fatearis, his verbis factum eſſe, & quòd nomina ipſa deeſſent: vt odorum differentiæ jam duobus fermè annorum millibus latuerint. Verùm quis negabit alium eſſe odorem carnis putridæ, alium rancidæ, alium allij, alium meconij? cùm tamen omnes ſint fœtidi? Ex odoribus, res ipſas licet non videat, diſcernere poterit. Ergo meconij grauem dicemus, allij fœtidum, carnis putridæ marcidum, rancidæ rancidum. Ecce jam quatuor habemus differentias grauis odoris notiſſimas, ac ſaporibus etiam pluribus cuique notiores. videamus modò an aliæ eſſe poſſint: idque jam certum ſupponamus; Omnes prauos odores ex praua coctione conſiſtere. Coctio praua eſt vel cum ſummo frigore; fitque odor grauis, vt in meconio: vel cum ſummo calore, ſed humido, fitque fœtidus, vt in allio: aut cum putredine perfecta, vt in carne, fitque marcidus: aut cum imperfecta putredine, fitque rancidus. Relinquitur igitur odor à calido & ſicco, vt in abrotono (grauis & hic eſt) quem vocabimus agreſtem, quòd pluribus agreſtibus plantis ſit familiaris, vt rutæ, artemiſiæ, menthaſtro. Porrò licebit, quod & Dioſcorides fecit, ſpecies etiam diſtinguere: quod in ſaporibus non licet: vt dicamus rutaceum odorem, menthaſtrinum, & artemiſiacum; velut de coloribus fecimus. Agreſtis igitur odor, calidam & ſiccam ſubſtantiam, & terream craſsámque oſtendit. fœtidus, calidam & humidam; vt allij, porri, ceparum, ſcalongiarum, ſcortij, ſcorodi, immodicámque oſtendit. grauis autem, frigidam, vt meconij, apollinaris, ſolani, mandragoræ, cicutæ. marcidus, putredinem. talia comeſta poſſunt ſtatim peſtilentem febrem inducere. rancidus, imperfectam putredinem oſtendit, vt olei, carnis ſalitæ, adipis, lardi, farciminum. manifeſtum eſt autem, quòd & talia nocent, maximè pectori.

Sed ne, velut milui in Britannia, perpetuò immunda ſequar, & putria: ſunt & odorata quædam frigida & humida, vt violæ, & nymphææ croceæ flores, quæ ſomnum dulcem ſtrata conciliant: velut & frondes vitium, multóque magis flores, & maximè albarum. hunc vocabimus amœnum. Eſt qui à frigido & ſicco, vt roſarum, mirti, aſpalathi: húncque dicemus ſuauem. confirmat cerebrum, ſenſúſque recreat. Eſt qui à calore immenſo fit, & ſicco: in quo genere eſt caſſia, crocus, xylaloë, aniſum, & pleraque redolentia, quæ Græci ἀρώματα vocant, thus. ſed præcipui, & tanquam reges, moſchus & zibetum. hunc odorem aromaticum dicemus. Quæ eo prædita ſunt, attenuant, excalfaciunt, ſternutamenta mouent, membra principalia confirmant, ſiccant pituitam. Qui verò fit in materia calida, ſicca, tenui, vt in laſeris ſucco, & ſtyrace, & hyacinthi floribus, liliis, aliiſque pleriſque redolentibus, vt

Cardanus, nouus Hercules.

Poſtulat.

Mixtarum cauſſarum mixti effectus.

A maioribus cauſſis maiores qualitates.

Odor & ſapor quid habeant commune, & quemodo fiant, & in quo.

Noua doctrina de odoribus.

Odorata ſunt pinguia, craſſa, vt.

Odor in re ſimplici, & cum reperie commixto.

Odorum differentia maiores ſaporibus.

Homo non odoratur omnibus? Odora eorum vis, ex Hom. Virg.

N. Atqui & vultures etiam ſagacius canibus, & diſtantius odorantur.

Quid ſit optimè olfacere: & hominis cum cane collatio.

Homo in omnibus ſenſibus vincitur ab animalibus, qui ex Plinio.

Odorum differentiæ quandiu incognitæ.

Fœtiderum odorum differentiæ plures.

Odor rem indicat.

Odorum 10 genera.
1 Graue.
2 Fœtidum.
3 Marcidum.
4 Rancidum.

Omnis prauus odor ex praua coctione oritur: & hæc unde fit.

Odorum origo à primis qualitatibus cal. frig. hum. ſicc.

5 Agreſtis.

Agreſtis odorum ſpecies, & ſubſtantia ſingulorum.

Marcida edulia peſtifera.

Marcidæ damna.

Milui Britannici.

Odorata frig. hum. & vis ad ſomnum.

6 Amœnus.

Odor à frig. ſicco, & vi.

7 Suauis.

Odor à cal. ſicco, & vi.

8 Aromaticus.

Odor aromaticus. Rex omnium.

9 Anthe-rinum.

iasmini, cyclaminis, tum lilij conuallium; vocabimus hunc antherinum. Qui verò quasi temperatus est, vt chamæmeli florentis; earinus, quasi vernalis dicatur. Erunt & odores mixti, qualis coriandri. Sub his igitur decem generibus omnes odores continebuntur. Nam fibri testiculi, sub agretti: cupressi lignum, aromaticum habet odorem. Earini odores (nam vniuscuiusque generis multæ sunt species) relaxant, & somnum conciliant. antherini omnes grauitatem capitis faciunt: & si applicentur, dolores leuant. Licebit & vt dixi, specierum nomine significare singulos. Amaracinus, qui inter aromaticos numeratur. menthæ (qui antherinus est) menthæum dicemus. talem substantiam tenuem, calidam & humidam, benéque concoctam dicemus. In quo mirum est de Galeno, qui eam cùm statuat tenuium partiũ, & calidam: humidum non concoctum illius esse velit, cùm bene oleat. Scio dicturos, humidum esse crudum, quoniam (vt ipse ait) Venerem excitat: partem tamen siccam, esse bene concoctam: vnde bonus prouenit odor. Verùm humidum concoctum est: quoniam verò tenui calido admiscetur, Venerem excitat, cùm semen non absumat. quanuis de hoc sit quæstio. In vniuersum, nulla ratio suadet, menthæ humidum esse non concoctum: quando & ventriculum confirmet, & tam bene oleat. Animaduertendum autem est, triplicem esse differentiam odorum. alij enim vix sentiuntur, nisi sapor percipiatur, vt rancidus & pinguis, qui est eduliorum elixorum: assatorum enim pinguis odor, absque sapore percipitur. atque hic vndecimus odor est, diuisione per genera habita. Animalibus hic familiaris est, vt dixi, & iucundissimus: homini non ita: est tamen gratus. Secunda est eorum, quæ solùm exusta olent, vt thus & coria. alia verò cùm olent, admota igni non olent, vel non idem quod antea, vt rosæ & flores vniuersi. Pinguia igitur ex tertio quodam genere sunt: nam neque bene, neque malè olent: atque ipsa circa temperamentum consistunt. alia verò, quæ frigida, olerum habent odorem, vt lactucæ, portulacæ, atriplicis, & talium, quæ parum olent, nec bonum, nec malum. Terrestria, vt terra, & legumina pleraque, & lentes coctæ. A calido & sicco mediocriter concocto, fit melleus odor: & hic sacchari, saluiæ, & talium, quæ calida & sicca, mediocrem odorem retinent, & exiguum; Omnis enim mediocris odor, exiguus est. panis verò, temperatus. vini odor, melleus: quoniam ex eo est genere, non quia illi similis. Tria ergo genera maxima odorum, principalia quindecim: species autem infinitæ. Circa mediocrium genus, omnia alimenta posita sunt: quoniam immoderata, apta non sunt vsibus hominum: excellentia autem ab immoderato calore vel frigore. pingue etiam humidum, alimento necessarium. At hoc coctionem simul, quæ per siccum fit, & frigus & cruditatem non admittit. Omnia igitur edulia circa medium odorum genus posita sunt. Sed cur dulcia, cùm bene cõcocta sint, parum tamen olent? vt lac, mel, saccharum, manna, vinum dulce, sapa, ficus, mora, & vuæ prædulces, & pallæ? Nullum dulce, bene; sed mediocriter (vt superiùs ostẽsum est) cõcoctum est: pinguia bene cõcocta sunt. indicio est, quod nullum dulce, multùm nutrit. Quomodo igitur Galenus dixit, omnia dulcia nutrire, vt oblitus sui? cùm mel dulcissimum esse dixerit, & tamen valde parum nutrire? Debuit ergo dicere, vt pinguia: Nam quæ pinguia sunt multùm, omnia multùm nutriunt: tametsi dulcia minimè sint, vt oua, caro, & panis. forsan in hoc secutus Aristotelem. Sed Aristoteles ibi sub dulci, pingue manifestè comprehendit. & ideo ignoscendum est Aristotelicæ breuitati, quæ tamen absoluta est, at Galeno minimè: qui si per dulce, pingue non intelligit, planè errat: si autem pingue comprehendit, præstabat rem tanti momenti clarè tractare: postquam in eisdem libris multa persequitur longè minùs vtilia, longis disputationibus ad satietatem vsque. hæc autem quæstio præstantissima est. Sed omisso Galeno (nam

——*Non omnia possumus omnes,*

dicebat Vergilius: & ille,

——*Et quandoque bonus dormitat Homerus:*)

cœptam disputationem de nutritione, quæ non in dulci, sed in pingui sita est, prosequamur. hæc ille, & sanè longè plura, quæ ab eo repetes.

Vides quomodo exultet iam victor Cardanus, & more Thrasonis gloriolus, ex parta victoriola triumphet, debellato Aristotele, & Galeno deuicto, opimis spoliis deportatis. Heus tu (inquam) nequid insolẽtius, nequid asperius. Magna enim semper laus est tributa duci aut imperatori, si in victoria sibi temperare potuit: vt norit non magis vincere, quàm victoria vti. Galeno insuleas iuueniliter, nec satis circumspectis rebus. aut sanè dissimulatis, medium (quod dicitur) ostendis vnguem; seu digitum porrigis medium: quòd de alimento alibili, dulci ac non pingui, malè senserit, & imperfecta oratione enuntiarit. Hæc quidem impostura est: nam eo ipso, quo arguis, loco, verbis diserris illud expressit, siue titulo capiti præfixo (est autem nonum quarti de facult. simpl. medicam.) Quòd pinguia, atque adeo quæcumque nutriunt, ex dulcium sint genere: siue statim ab initio cap. ita præfatus; Sanè verò fortassis & pingue ipsum, dulce est: & quicquid nutrit, ex genere est dulcium. Ac ne plura, tu si Logicus es (vt es sanè, vel adeo acutissimus) necte in hanc formam syllogismum (nam Galenus enthymemate contentus fuit, docendo breuiùs) & habebis quod è tua fingis officina prodijsse.

Omne pingue, est dulce:
Quicquid nutrit, ex genere est dulcium:
Ergo quicquid nutrit, idem est & pingue.

Verùm de pingui, & dulci, & saporibus deinceps reliquis posteà: & nisi prolixitatis metus

10 Earinus.

Odores mixti.

Summa odorũ genera decē, sed species singulorum complectes.

N. longè tamen significantiùs poëta in Georg. diuersa tactuum genera denominauit.

Earini & antherini vis.

Specialium odorum exempla.

Contra Galenum, de menthæ qualitate.

Humidum crudum excitat Venerem: & cur mẽtha.

Mẽtha vir.

Triplex odorum differẽtia, quã.

11 Pinguis.

Pinguis odoris vis. Ex Arist.

Odorum quomodo ab igne immutentur.

12 Oleracei.

13 Terrestris.

14 Mellei.

15 Temperati.

Odor mediocris, est exiguus.

Mediocris odoris species cibaria

A

B

C

D

E

Dulcia cur valida: & collectus modus.

Contra Gal. nullũ dulce multùm nutrit.

Pinguia multùm nutriunt, vel adeò nõ dulcia.

Sub dulci continetur pingue.

Arist. excusatur, Gal. cõtinuatur error.

Gal. fastidiosa prolixitas.

Galeni frigida excusatio.

Prouerb.

Horatius in arte poëtica.

Nutritio in quo.

Cardani infrenatur protervum victoria.

Temperandum in victoria.

N. Gal. excusat & crimen in Cardanum regit.

Prouerb.

Omnia pinguia & alibilia, dulcia.

sit, ad obiectionem liberior erit solutio. Magnas interim gratias tibi pro ingenuo conatu debet medicina, atque adeo philosophia ipsa, qui primus velut Hercules (vt iure quodam tuo gloriaris) hæc monstra difficultatum debellaris, ditámque Hydram contuderis. cuius tamen multa tubinde renascentia capita, multam etiamnum operam efflagitant, Theseíque cuiusdam adiutrices manus postulant; quæ, quod reliquum est operis (restat autem adhuc plurimum) conficiant. Mihi quidem cùm longè plurima dicenda supersint, in aliud tempus differtur isthæc disceptatio. cui, præter jam dicta, hoc in præsens sufficit cum Aristotele & Galeno dicere: Odorum tam varias esse formas, vix vt ad certum numerum reuocari queant: & in ista rerum velut infinitate, licere dici; Quicquid odorem ex se emittit (neque enim omnia odorata sunt, vt quæ multùm aquea, aut crassarum partium; qualis terra, & terrena corpora frigida; vt & salsa, & acerba, à quibus aut nihil, aut omnino parum defluit, quod nares feriat) & quicquid sensum odorandi suo vapore ferit, id vel suauiter & amœnè, vel grauiter & fœdè olere; quod & Timæus Pythagoreus apud Platonem jam antè profitebatur. Proximum autem esse, si verba desunt propria, mutuari è vicino, per metaphoricam similitudinem: vt à saporibus, qui ferè odoribus congenitam retinent naturam. Tertium est, vt siquid minùs sapori quadrat, (quî enim saporibus compares, quæ nemo vnquam nimiùm fœda & abominanda gustare sustinuit? quæ non Xenocrates impudens, neque ipse μισογέλως Aristarchus, satis explorata habuit?) nec gustu vnquam dignosci potuit: illud ipsum ad id referas, cuius odorem aut volens didicisti: aut nolens etiam coactúsque aliquando persensisti: indito per analogiam nomine, & à re simili ducta appellatione vel honesta, vel citra turpitudinem, rei naturam exprimente.

Reliqua, quæ de odorandi facultate dici multa possunt, non persequor, ratus ea, quæ dixi hactenus, posse sufficere cuilibet etiam supercilioso: quæque antea copiosè edisserui, Galeni cumprimis præceptoris mei, summíque doctoris in arte medica semper habendi, secutus vestigia; atque adeo verba ipsa, vbi maximè decuit, dicique meliùs non potuit, bona cum venia æmulatus, & cum fœnore mutuatus.

Cæterùm vt paulò antè, absoluta tractatione de auditu, aures exposui, earúmque fabricam, & totius constructionis caussam: sic eram hoc loco etiam facturus, nisi permulta per analogiam è simili vtriusque structura, vir prudens animo assequi & speculari posset: ac nisi inter dicendum, præcipuéque in accuratissima illa partium corporis enumeratione, omnis mihi nasi nariúmque esset propemodum circumscripta delineatio. cui illud tantùm velut auctarium adiungam, aut sanè è superioribus summatim reperam, vt ad proximum sensorium deinceps transeam.

N Cardano refert gratiam communis medicinæ nomina. Ironia.

Hydra Lernæa. Allusio.

Conclusio de odoribus.

Quæ odore careant.

Odorabilium summa genera.

Odorum nomina vnde desumenda.

Odorum & saporum affinitas, & eorundem repugnantia.

Xenocratis & Aristarchi cynica impudentia.

Fugienda dicti fœditas.

Transitio per apophasin.

N. profitetur se Galeni imitatorem.

Præteritio.

De nasi partibus.

Nasus dictus opinor à naribus, quasi narus: vel ab eo ipso epitheto, quòd odorum natus siue gnarus sit, in geminas dirimitur nares: quas Græci ῥῖνας vocant, puto à ῥέω. à quo & Latinum fortè nomen fluxit. vel, seruata ratione etymologiæ Græcæ, quia nare seu fluere per eas aër non desinat. μύξαι ab officio nonnullis dicuntur. Nasus autem ita locatus est, ait Tullius, vt quasi murus oculis interiectus esse videatur. Illum, parte superiore ad medium vsque solida ossa duo componunt, quæ futuris à medio supercilíorum descendentibus discernuntur. præter quas, tertia quædam in naribus ipsis futura est, quæ à medio supercilíorum incipiens, rectà à summis ad imas nares procedit. Has sub ossibus, chartilaginea tenuiáque corpuscula (Græci πτερύγια, nostri alas vocant) ab vtroque latere effingunt, ad animalis arbitrium, vi musculorum circumpositorum, mobilia. Nam in inspirationibus paulò maioribus, & subitis, item & efflationibus, motus earum non parum confert. quæ caussa sanè fuit, cur mobiles eiusmodi pinnæ fuerint. Chartilaginosæ verò fuerunt, quòd ea substantia (sicuti de auribus dixi) non facilè contundatur, nec rumpatur: & mollitie ipsa, ad vsum digitorum sit quodammodo tractabilis. ideo Plinius cap. 37. lib. 11. Item omnium auriculæ ac nares, quæ modicum eminent, flexili mollitia, naturæ prouidentia, ne frangeretur. cartilago rupta non solidescit. Et quidem ex animalis voluntate mouentur, quòd ita fieri præstiterat, quàm sine voluntate: quomodo solent cor & arteriæ. quibus autem & quot neruis ac musculis moueatur, & vnde ortis, aut quomodo insertis, ne expedit quidem aliò festinanti singillatim explicare; cùm hæc artis partem insignem faciant, quam à dissecando cadauere (id enim in viuis experiri horror est, & facinus Christiano homine indignum, licet priscis seculis vsurparum) & frustulatim concidendo, ἀνατομὴν ἢ αἱστομὴν ἢ ἀνατομικὴν ἐπιχείρησιν vocant: sed nec minutissima quæque persequi aut rimari ad vnguem, studium est instituróque nostro congruum, vti jam sæpe sum protestatus. hoc tamen quod cœperam, sic pergo velut obiter exponere.

Nasus & nares vnde dicatur.

Nasi situs.

Nasi ossa, futura, chartilagines, motus.

Nares cur molles, & mobiles. Item aures cur cartilagineæ.

Anatomia quid, & vsorum fœdus.

Natura igitur illa nostri formatrix, velut pariete per medium ducto & palato incumbente (διάφραγμα Graij vocant) nasum interscpsit atque diuisit, fecitque ipsa duplicitate pulcherrimum. Ex quo intelligitur, quantum dualis numerus vna & simplici compage solidatus ad rerum valeat perfectionem. Sic igitur (ne nunc plura de eius vsu & partibus repetam) à cranio exoriens ex oculorum confinio nasus, & velut æquali porrectus iugo (vt pridem dicebamus) vtramque aciem simul & discernit & munit. In quo quamuis simplici membro, tria diximus officia constituta: vnum, ducendi spiritus: alterum, capiendi odoris: tertium, vt per eius cauernas, purgamenta cerebri defluant. eo tamen artificio tecta & celata, ac longiore velut tubulo seu siphone deuecta, nihil vt fœditatis aut

Nasi septum, & naturæ forma.

Dualis numerus partium corporis.

Nasi septi ad quid, formique & origo.

Nasi officia, & natura in eo selecta.

ſpurcitiæ foris pareat. Quomodo in fuſoriis metallicis aut teſtaceis vaſis ſtillatitiis, ſeu figlinis aut vitreis capitellis (quæ Alembica dicimus vulgo) longa prominet tanquam proboſcis, per quam procul à vaſe liquatus humor ex concretione vaporum collectus effunditur & eiaculatur. Tam mirabili denique, quàm diuina ratione, Deus ipſe hæc in nobis organa molitus eſt: vt tamen hiatus ipſe naſi, oris ſpeciem non deformaret, ſed potiùs honeſtaret ac mirificè decoraret. quod erat tamen planè futurum, ſi ſimplex foramen pateret. Qualem vtique Megaſthenes gentem inter Nomadas Indos, narium loco foramina tantùm habentem anguium modo, loripedem, vocari Syrictas retulit. Et ad extremos fines Indiæ ab oriente circa fontem Gangis, Aſtomorum gentem ſine ore, corpore toto hirtam, veſtiri frondium lanugine, halitu tantùm viuentem, & odore quem naribus trahant. nullum illis cibum, nullúmque potum. tantùm radicum florúmque varios odores & ſylueſtrium malorum, quæ ſecum portant longiore itinere, ne deſit olfactus. grauiore paulò odore haud difficulter exanimari. Sed tamen ſine cibo & potu an vita animali conſtet, aliàs poſthàc inquiremus, vbi & horum Aſtomorum meminerimus. Licet quidam Pythagorei ſolis odoribus ali nonnullas animantes ſcripſerint. quod tamen Ariſtoteli haud quaquam rationi conſonum videtur. Nam primò quidem videmus oportere cibum eſſe compoſitum: etenim ea quæ aluntur, ſimplicia non ſunt. quocirca & cibo ſuperuacua quædam gignuntur aut intra illa aut extra: quomodo plantis accidit. Denique nec aqua ipſa per ſe & incommixta alere ſolet: cùm oporteat id quod ex aliquo conſtituatur, corpulentum eſſe. Sed & adhuc multò minùs conſentaneum eſt, aërem corporari. Præterea omnibus animalibus locus ineſt, qui cibum recipiat, à quo ipſum corpus alimoniam trahit. at olfactilis ſenſorium in capite ſitum demonſtrauimus. Item illud vnà cum ſpirituoſa exhalatione ingreditur: quare ad aſpirandi officinam commeabit. Quod igitur olfactile, quatenus olfactile, nihil ad nutricationem conferat, ex Ariſt. certum eſt. ſed quod ad ſanitatem, & per ſenſum, & per ea quæ diximus, ſatis patére arbitror. vt quod eſt ſapor in nutritiuo, & ad ea quæ nutriuntur, idem ſit & olfactile ad ſanitatem. Iam verò alij animalium nulli, præter hominem, nares eminent: auibus, ſerpentibus, piſcibus foramina tantùm olfactus ſine naribus. Altior homini tantùm, quem noui mores ſubdolæ irriſioni dicauére, naſus. hinc cognomina Simorum, Silonum, Naſonum & Naſicarum. Septimo tamen menſe genitis (ſi vera narrat Plinius, quod minùs mihi fit veriſimile, ac de hoc poſtea, probl. de legitimo partus tempore) ſæpenumerò foramina aurium & narium defuére. ideo fortaſſe, quòd calor natiuus, & ſpiritus animalis, embryonis artifex & formator habitus Hippocrati, vel languidior eas partes perforare nondum potuit: vel immaturo atque intempeſtiuo præueniente partu (ſi ratio vlla quærenda eſt, vbi euentus nullus apparet) opus affectum & inchoatum nondum confecit neque conſummauit. quod de pueris ante ſeptimum menſem editis, qui medius eſt annus Solaris dierum CLXXXII. cum dimidio & tribus circiter horis, poſthàc verum probabimus poſt Hipp. & Ariſt. Hoc autem nec ſcius certum ſcio; inuentam noſtro æuo rationem, qua naſus reſectus in bello aut certamine, arte quidem reparari poſſit: renouatis videlicet vlceris labris, & brachio alterutro leuiter inciſo: ſicque capite ad brachium admoto & affirmato, donec ambæ partes coaleſcant, & caro excreſcat informis, mox arte formanda aptéque perforanda. res mihi & experimento & ſcripto & teſte idoneo, homine nobili & docto comprobata conſtat.

Naſi cum alembico cõparatio.

Naſi forma decora, & nanum.

Syrictæ Indi ſine naſo.

Aſtomorũ natura, victus viſuſque.

An ſine cibo & potu vita eſſe queat.

Quòd non, 1 ratio.

2 Ratio.

3 Ratio.

4 Ratio.

5 Ratio.

Vſus olfactilium, à ſimili.

Hominis naſus ad alia comparatio.

Naſus ridiculus, & inde cognomina.

Naſus quibus ab ortu non fo-

rami, & aures, & quæ membra.

Spiritus noſtri formator.

Partus ſeptimeſtris ætas quæſita.

Qua naſus arte amiſſus reparetur.

Nouum.

De guſtu, lingua, & ſaporibus.

CAP. IIII.
ſiue liber vnus.

SVCCEDIT quartum αἰσθητήριον ſiue ſenſorium, in guſtu & guſtatili qualitate conſtitutum. de quo ſi dicere velim, quæcumque mihi occurrunt dicenda: non vnus, ſed plures libri de eo ſolo ſenſu ſcribendi ſint. quum & παίγνιος Eraſmus vni linguæ (ſed ſub alio longè argumento) librum totum eúmque lepidiſſimum multíſque præclaris hiſtoriis atque exemplis illuſtribus differtum dicarit. de qua multi multa præclarè: ſed qui meliùs & appoſitiùs D. Iacobo epiſtolæ vnicæ & ſingularis cap. 3. locutus ſit, vidi ſanè neminem. Græca ſignificantiùs rem ob oculos ponentia ſic ſe habent authori genuino propria. quem tamen aliquando miratus ſum, Hieroſolymorum Epiſcopum communi Apoſtolorum ſuffragio delectum, Hebræum inter Hebræos verſantem, peregrina quàm natiua lingua loqui & ſcribere maluiſſe. quo ferè idiomate etiam cæteri Apoſtoli & Euangeliſtæ ſcripſiſſe traduntur: vnum præter Matthæum Hebraiſmo potiùs vſum: & fortè Marcum Latino eloquio, vt quidam perhibent. An Spiritus ſanctus præuidebat gentem Hebræam peruicacem & incredulam ab Eccleſia Chriſti & ſorte Euangelij ſegregandam, & in nationes exteras variè ſpargendam? Græcos autem, quos & gentiles interpretatur Paulus, ad agnitionem Chriſtianæ fidei frequentes vndique colligendos, & deſertæ ab illis Religionis cultores futuros, & nouæ hæreditatis participes hæredéſque à Deo olim conſtituendos? cùm etiam eius gentis & linguæ imperium Conſtantinopoli conſtitutum, leges orbi reliquo exinde per multa ſecula eſſet daturum, haud ita multis ante noſtram ætatem annis deſitum. ſed hoc παίγνιον à me obiter ſit quæſitum. ait igitur vir ſanctus; Πολλὰ γὰρ ἀκούσῃ

Eraſmi lingua.

Dubium.

Cur D. Iacobum Hebræum inter Hebræos ſcripſerit Græcè, vt & alij Apoſtoli.

An D. Marcus Latinè ſcripſit?

N. reſpõſio, de gentibus ad agnitionem veritatis venturis.

Imperium Græcorum, & eius ſedes.

ἄνωπις. οὗτος ὁ λόγῳ ὁ πλαί, ὕδος πλέως ἀνὴρ, δυνατὸς χαλιναγωγῆσαι ὅλον τὸ σῶμα ἰδοὺ καὶ ἵππων τοὺς χαλινοὺς εἰς τὰ στόματα βάλλομεν, εἰσεῖς τὸ πείθεσθαι αὐτοὺς ἡμῖν, καὶ ὅλον τὸ σῶμα αὐτῶν μετάγομεν· ἰδοὺ καὶ τὰ πλοῖα τηλικαῦτα ὄντα, καὶ ὑπὸ σκληρῶν ἀνέμων ἐλαυνόμενα μετάγεται ὑπὸ ἐλαχίστου πηδαλίου, ὅπου ἂν ἡ ὁρμὴ τοῦ εὐθύνοντος βούληται. οὕτω καὶ ἡ γλῶσσα, μέρος μικρὸν ἐστί, καὶ μεγαλαυχεῖ. ἰδοὺ ὀλίγον πῦρ ἡλίκην ὕλην ἀνάπτει; καὶ ἡ γλῶσσα, πῦρ, ὁ κόσμος τῆς ἀδικίας. οὕτως ἡ γλῶσσα καθίσταται ἐν τοῖς μέλεσιν ἡμῶν ἡ σπιλοῦσα ὅλον τὸ σῶμα, καὶ φλογίζουσα τὸν τροχὸν τῆς γενέσεως, καὶ φλογιζομένη ὑπὸ τῆς γεέννης. πᾶσα γὰρ φύσις θηρίων τε καὶ πετεινῶν, ἑρπετῶν τε καὶ ἐναλίων δαμάζεται καὶ δεδάμασται τῇ φύσει τῇ ἀνθρωπίνῃ· τὴν δὲ γλῶσσαν οὐδεὶς δύναται ἀνθρώπων δαμάσαι, ἀκατάσχετον κακόν, μεστὴ ἰοῦ θανατηφόρου. ἐν αὐτῇ εὐλογοῦμεν τὸν θεὸν καὶ πατέρα· καὶ ἐν αὐτῇ καταρώμεθα τοὺς ἀνθρώπους τοὺς καθ' ὁμοίωσιν θεοῦ γεγονότας. ἐκ τοῦ αὐτοῦ στόματος ἐξέρχεται εὐλογία καὶ κατάρα. οὐ χρή, ἀδελφοί μου, ταῦτα οὕτω γίνεσθαι. vulgaris

De vulgari bibliorum interpretatione.

verſio quocumque tandem authore, ita Latinè expreſſit, ſiue Hieronymo interprete, ſiue alio quolibet: quem tamen ob antiquam fidem & pridem in Eccleſia receptam potiùs, ſequimur: licet alias verſiones quorundam poſteriorum Latina puritate & elegantia ſermonis nitidiores ac ſplendidiores ſciamus: non tamen opinor, fideliores aut ſynceriores. Nolo offendaris in ſcripturis ſanctis ſimplicitate & quaſi vilitate verborum; quæ vel vitio interpretum, vel de induſtria tic prolata ſunt, vt ruſticam concionem faciliùs inſtruerent; & in vna eadémque ſententia aliter doctus, aliter audiret indoctus, ſicut idem Hieronymus ad Paulinum prudenter ſcribens admonet. quod ego pariter ſemel à me propoſitum deinceps retineri volo. inquit igitur communis & vetus interpres: In multis quidem offendimus omnes. ſiquis in verbo non offendit, hic perfectus eſt vir, potens etiam fræno circumducere totum corpus. ſi autem (vel fortè, en verò, iuxta Græcum) equis fræna in ora mittimus ad conſentiendum & parendum nobis, & totum corpus illorum circumferimus. Ecce & naues cùm magnæ ſint, & à ventis validis minentur (ſeu potiùs agantur) circumferuntur autem à modico gubernaculo, quocumque impetus dirigentis voluerit. Ita & lingua, modicum quidem membrum eſt, & magna exaltat. Ecce quantulus ignis quàm magnam ſyluam incendit? Et lingua, ignis eſt, vniuerſitas (ſiue ornatus) iniquitatis. Lingua conſtituitur in membris noſtris, quæ maculat totum corpus, & inflammat rotam (ſeu curſum & reuolutionem) natiuitatis noſtræ, inflammata ipſa à gehenna. Omnis enim natura beſtiarum & volucrum & ſerpentium & cæterorum (vel potiùs marinorum) domatur & domita eſt à natura humana: linguam autem nullus hominum domare poteſt: inquietum malum, plena veneno mortifero. In ipſa benedicimus Deum & patrem: & in ipſa maledicimus homines, qui ad imaginem & ſimilitudinem Dei facti ſunt. ex eodem ore procedit benedictio & maledictio. Non oportet, fratres mei, hæc ita fieri. Ita quidem vir ſanctus & continens ſanctè & continenter hominibus ad ſanctimoniam & continentiam reuocandis ſcribebat. in quibus ſiquid à vulgata verſione Latina paulùm declinauimus, Græcæ linguæ proprietas exprimenda, vt id faceremus, impulit. quod tamen bona cum venia factum eſſe volo, & parentheſi incluſum ſeparatim legi velut ἐξηγητικῶς.

Excuſatio mutatæ verſionis.

Æſopi apologus de lingua.

Eat igitur nunc fabulator Æſopus, omnium hominum homo γελοιότατος, maximéque ridiculus ac deridiculus, atque opſonium lautiſſimũ, idémque omnium inquinatiſſimũ, hero ſuo è coemptis linguis inſtruat. à quo & illud haud illepidum.

Quid melius lingua, lingua quid peius eadem?

Lingua optima, eademque peſſima.

Pittaci hiſtoria.

Amaſis tamen Rex Ægypti, miſſa ad Pittacum vnum de ſeptem ſapientibus victima, idem iudicium retulerat; poſtulans vt partem de victima tum optimam, tum peſſimam remitteret: vna & eadem tamen lingua miſſa, velut vtramque naturam ſortita. Eat & qui gruinum ſibi collum optabat helluo ac paraſitus ille vorax Philoxenus, vini delicias & cupediarum tantiſper dum deglutiret, falsò perſenturus, quas ſibi lingua & palatum, non autem œſophagus, vendicant. Cuius vtique helluonis inter dipnoſophiſtas aptè meminit Athenæus. Licet vtique Ariſtoteles cap. 11. lib. 4. part. animal. ſcripſerit; Eſculentorum omnium voluptas in deſcendendo contingit. dum enim deglutimus, pinguia ſentimus & ſalſa & dulcia & reliqua generis eiuſdem. ita & Lucretius ſenſit & ſcripſit, minùs tamen omnes rectè, mea quidem ſententia. Sed nos hoc quidem loco Æſopos & Philoxenos & ſcurras reliquos nil moramur, aliúdque habemus in votis. Verùm neque de linguæ continentia, ſiue ἐγκρατείας agere hoc tempore inſtituimus. quanuis, vt ait Ethicus poëta ille quiſquis eſt,

Philoxeni helluonis votum, factum.

Ad gluttiendo voluptas guſtus.

N. quòd non.

Lingua continentia.

Virtutem primam eſſe putem compeſcere linguam.

hanc nos curã philoſophis ethica tractãtibus, hanc theologis ſanctæ vitæ præcepta inſtituẽdæ ac moderandæ tractantibus tradẽtibúſque ſuo ſibi iure relinquimus. Vt tamen ab his miraculum iſtud celebre repetamus, quo quidem die Pentecoſtes, apud ſanctam Sionã, in domo Iohannis Apoſtoli congregatis duodecim diſcipulis, Spiritus ſanctus tertia diei hora, ingenti priùs edito ſtrepitu, linguis igneis pari cum diſcipulis numero diſpertitis, vertici ſingulorum conſidere viſus eſt, ſicuti refert Nicephorus lib. 2. cap. 2. ex actis Apoſt. ſed locupletiore relata hiſtoria. Namque ego poſthàc vſpiam aliam hiſtoriam referam vt raram, ita & notandam ab Io. Bohemo repertam in moribus gentium: Eſſe apud Æthiopum gentem, genus quoddam hominum bifida lingua aut ea gemina prædi-torum, qui duos homines ſimul & eodem tempore alloqui de rebus diuerſis diuerſa oratione & ſono tonóque diſcrepãte queant. quod mihi fit permitum: ideóque poſtea ex authore genuinis verbis reſumã ac repetam. ac ſub finem operis, vbi de hominis præſtantia, & quòd ſit velut μικρὸς ζάθεος, de ſermonis & orationis excellentia dicam inter alias eiuſdem dotes. nunc autem inſtitutum ſermonem promouco.

Doctores moriũ, qui.

Spiritus ſanctus ſub forma linguarum igniterum inſidet Apoſtolis, vbi & quando.

Mirum, quòd vnus duos ſimul de diuerſis alloquatur.

Homo naturaliter peccat in ſermone.

Similitudo linguæ cum fræno, igniculo, gubernaculo.

Lingua vis & imperiũ.

Lingua ſola omnium indomita.

Lingua diſſimillima opera.

Google

Gusta ut fides, vti & munimentum.

Ergo gustatus, qui sentire eorum quibus vescimur, genera debet, habitat in ea oris parte, qua esculentis & poculentis iter natura patefecit: præclarè septus ille quidem: ore enim cõtinetur, & ad vsum aptè, & ad incolumitatis custodiam. Præterea verò palati concauo, tanquam testudine tegitur lingua; eámque dentium ordine sepiens Dèus, quasi muro circumuallauit. In ore enim sita lingua est, primarium gustus instrumentum, quo de agere cœpimus, finita & circumscripta dentibus. Quæ id muneris præterea homini peculiare & admirandum præstat, vt vocem immoderatè profusam fingat ac terminet: vt sonos vocis distinctos & pressos efficiat; cùm & ad dentes & ad alias partes appellit oris. Itaque plectri similem linguam Tullius cum philosophis solet 2. natu. Deor. dicere: chordarum autem, dentes. nares verò cornibus ijs comparat, qui ad neruos resonant in cantibus, vt aliàs dixi. Nec verò minùs dilertè poëtico suo stylo priſco Lucretius libr 4.

Lingua vsus & firma custodia.

Similitudo partiũ oris ad vocem & cantum.

Vocem lingua articulat, quò.

Haſce igitur penitus voces cum corpore noſtro
Exprimimus, reſtéque foràs emittimus ore:
Mobilis articulat verborum dædala lingua:
Formaturáque labrorum pro parte figurat.

vbi deinceps quomodo per iustum interuallum sermo percipiatur. redeo enim ad oratorem. inquit igitur ille ibidem; Hinc illa domina rerum, vt solent dicere Academici, eloquendi vis non minùs præclara, quàm diuina, & homini à Deo immortali, cum ipso rationis vsu, præter reliquas animantes concessa. Ac quemadmodum animus ratione, consilio, prudentia instructus (vt alibi à me dictum cum Cicerone memini) perspicit quanta primùm intelligentia, deinde quæ consequentium rerum cum primis coniunctio & comprehensio sit in nobis: ex quo quid ex quibusque rebus efficitur. idque ratione concludimus, singulásque res definimus circumscriptéque complectimur. ex quo scientia intelligitur quam vim habeat, qualis sit: qua ne in Deo quidem fortassis est res vlla præstantior. Sic linguæ eloquentis artificio & facundia primùm efficimus, vt ea quæ ignoramus; discere; & ea quæ scimus, alios docere possimus. Deinde hac cohortamur, hac persuademus, hac consolamur afflictos, hac deducimus perterritos à timore, hac gestientes comprimimus, hac cupiditates iracundiásque restinguimus, hac lugubres voces mœsti edimus, hac suauissimos cantus & melos dulcissimum læti modulamur. Hæc nos iuris, legum, vrbium societate deuinxit: hæc à vita immani & fera segregauit. De quo dum disputarem, tuam mihi dari, Marce Tulli, velim eloquentiam: tuam illam diuinam linguam: cuius olim præcisæ ignominia illaudatum M. Antonium apud posteros, impiámque vxorem Fuluiam in eandem linguam acu cruenta stylóve præacuto sæuientem, perpetua infamiæ nota dedecorabit. quo enim tu illa modo & dixisti aliquando, & dicere potuisti?

Eloquentia laus, ratiocinationis & orationis & scientia.

Eloquentia vis, vsus & beneficia.

Cic. laus eloquentiæ.

Antonij & Fuluiæ facinus in Cic. linguam.

Sapientia vis & effecta.

——*fuit hæc sapientia quondam,*
Publica priuatis secernere, sacra profanis:
Concubitu prohibere vago, dare iura maritis:
Oppida moliri, leges incidere ligno.

vt ait Flaccus in arte poëtica, hanc vim suæ poëticæ poëta tribuens, quam M. Tullius orator eloquentiæ tuæ vendicabat. cuius rei disceptatio nobis expensa est commentariis in illum Horatij librum sanè grauissimum & planè *γνωμικὸν*. Vnde poëta suæ arti tribuit laudi, quòd homines à vita agresti & belluina ad ciuilem & humaniorem vitam deduxerit: sicque de Orpheo & Amphione fabulas interpretatur ibid.

N. cõmen. in artem poëticam.

Syluestres homines sacer interpresque Deorum,
Cædibus & victu fœdo deterruit Orpheus.
Dictus ob id lenire tigres rapidósque leones.
Dictus & Amphion, Thebana conditor arcis,
Saxa mouere sono testudinis, & prece blanda
Ducere quò vellet.——

Poëtices vis ab exẽplo: ineũ muſicæ.

Verùm istas linguæ dotes & eloquentiæ, pluribus non persequor, priuata oratione à me exornata: alia sunt quæ nunc de lingua, dicenda confector; quomodo aut qua vi persentiscat, gustet, sapiat. Quæ quò mihi liceat exactiùs exponere, quod in aliis feci, & deinceps sum facturus; lubet primùm partis ipsius & circumpositarum administrarum partium structuram contemplari, ab hoc mihi initium dicendi facienti.

Propositio.

Linguam in omnem partem ad morum expeditissimam, pro hominis arbitratu volubilem, summus rerum opifex ex ea condidit materia, quæ est vt omnium ad motum expeditissima agillimáque: ita ad eum perficiendum omnibus corporis partibus apprimè necessaria. musculos intelligo, quibus penè dixerim solis lingua composita possit videri. Cuius fabrica eò posteris obscurior est habita, quòd is cuius ope niti in aliis consueuerant Anatomici, suis de vsu partium præclarissimis libris Galenus hanc obiter admodùm percurrit: ac temporum iniuria, de præclaro opere anatom. administr. excidit. Qua in retexenda historia, summi Anatomici & nostro seculo notissimi Andreæ Vesalij non possum non magnopere laudare industriam; qui rem multis obscuram, plerisque visam inexplicabilem, quoad eius potuit, & claram & explicatam reliquit docto illo & accurato opere, quod de corporis humani fabrica edidit. quam, dum breuitati studeo, & ad alia nitor, suadeo vt ex eodem repetas lib. 2. cap. 20. mihi autem in præsentia satis erit dixisse; Linguam carnosa substantia rara & fungosa ac veluti spongiosa, humente mollique constare, aptissima ad humores combibendos ac diiudicandos, nouem conspicuis musculis (decimus enim vix paret, aut potiùs vnus bifidus duos ementitur) sed multùm implicitis, sese inuicem intercursantibus, nec satis secretam figuram atque distinctam speciem effigiantibus conflatam. Quibus ex vniuersis coagmentata linguæ velut duo musculosa corpora constituuntur, media linea dirimente. ne vna hæc ex omnibus sensoriis descriptis non esset tanquam gemina. Horum autem musculorum beneficio, in omnem sese partem illa pro nostro arbitrio ocyssimè motitat: id

Lingua cõ musculis constet.

Gal. & Vesalij laus in anatomia.

Lingua natura & compositio, & musculi quorsum.

Lingua velut gemina, sicut & reliqua sensoria.

Lingua mobilis vnde, & quomodo, & qualiter per fibras.

by Google

quodammodo peculiare sortita, horum vt plerique genus omne fibrarũ sint indepti. Ac rectis quidem lingua in semicirculum ad palatum faucésque conuolui spectatur: obliquis in latera agitur: transuersis in se contrahitur, cõdensatur, & mox explicata complanatur & gracilescit: quantum quidem ex situ & insertione ductúque eiusmodi fibrarum conijcere homini datur. In lingua enim motum omnem videre possis, sursum deorsum, antè ponè, dextrorsum læuorsum, breuissimo temporis momento agitata & conuoluta, cieri; partim reflexa & replicata, partim ingeminata & supplexa. aliàs in orbem circunducta. Vt multùm falli eos necesse sit, qui linguam totam, musculum vnicum, eúmque velut animatum, hominis parêre imperio dixerunt: cùm musculus vnus tam multiplices motus edere secundùm naturam nequeat. His autem fibris omnibus tam variorum motuum authoribus dictis, Natura quasi molita frenum, ad moderandam linguæ ipsius petulantiam atque proteruiam incontinentiámque, ligamentũ quoddã (vnde lingua Varroni forsan à ligando; mihi potiùs à lingendo vel loquendo dici videtur) substrauit atque affirmauit, solidiore quidem materia, velut subiectam carinam: cùm ad motum & reliquas actiones expeditissimas, esse aut chartilagine mediam traduci in longum minimè deceret. Hoc ligamentum, expediri linguam ad sermonem articulatum, plerisque infantibus ac pueris in multos annos vetat. ἀγκυλόγλωσσον Græci vocant: vulgus autem, filum. An eo impedimento Cræsi filius sibi mutus, saluti parentis mirabili quodam casu vocalis factus est? Porro linguæ moles tota ita internæ oris capacitati quadrat, vt quaquà versus exporrecta contingat, & circumsitos dentes inter loquendum vaga diuerberet. Quę quamuis in obtusum mucronem desinat (ὀξύλωτον Graijs dicitur) tamen ita ferit nonnunquam, vt nulla quidem acies, nullus mucro, nulla cuspis lethaliorem plagam inferat. ad quam ferè partem anticam, musculi paulatim gracilescentes finiunt. Ea autem in parte radices agit lingua, qua corpus laryngem in ciborum voratu obturans sese offert, ὀστέῳ ossi, quasi basi innixa: ἀφελῶς γλῶσσα eo loco dicta, quòd ibi gustus potissimè resideat: tota neruis pluribus, venis maiusculis duabus, arteriis totidem insignibus intertexta, nonnullóque adipe óblita, ad sensum, motum, vitam & alimentum conuenientibus. foris autem membrana exquisitissima vestitur & communitur. Ex qua, ob communicationem cum ventriculo per communem illam tunicam (nam eadem nares, palatum, fauces, arteriam aspera, œsophagum, intestina simul omnia circunte-
git, intus omnibus obtensa) non secùs atque ex vrina, signum succi in corpore dominantis aut vitium facientis, vt Hippocrates lib. 6. epidem. tradidit, captare licet: sicut & ex oculis, vt idem ibidem monet. Est enim omnino suo humori concolor lingua, siue à ventriculo sursum repenti & allabenti, siue per venas altrices affluenti, siue per vapores quosdam sublatos extetiùs adhærenti, penitioráque minimè humectanti; sed foris tantùm concrescenti. ait igitur Hipp. sect. 5. lib. 6. epidem. Lingua serum humorum denotat (non enim satis aptè interpres vrinam vertit) linguæ virides cum pallore, bilioſæ: rubicundæ verò à sanguine: nigræ ab atra bile: siccæ à fuliginoso ardore: albæ verò à pituita. Lingua concolor attingentibus ipsam humoribus: quapropter per hanc humores cognoscimus. item ibidem, sect. 4. Oculi vt valent, ita & reliquum corpus. & quæ ille plura velut ænigmaticè in suis illis ἀπορρήτοις designat magis, quàm apertè describit.

Aristoteles autem cap. 6. libr. 5. de genera. animal. Linguæ simplicium ac variorum inter se differunt: atque etiam ipsorum simplicium, sed versicolorũ, vt alborum & nigrorum. Caussa verò est, quòd variorum cutes variæ sunt, alborum albæ, nigrorum nigræ. Linguam autem perinde ac partem aliquam esse exteriorem putandum, qualis manus aut pes est; quanquam ore operiatur. Itaque cùm variorum cutis non sit vnicolor, cutis quoque linguam ambientis ea ipsa caussa est. ita ille, quem ferè Plinius sequitur.

Nos autem reliquis modò posthabitis, velut omnium partium communibus particulis, de neruis linguæ peculiaribus, & vim præcipuam saporis diiudicandi impartientibus, pauca degustemus. Huic igitur natura duo neruorũ genera tribuit: alterum quidé molle, quo ipsa sapores discerneret omnigenas: alterum verò durum, quo motus varios iam mihi commemoratos effingeret. Non quòd putem motui destinatos neruos, sensus expertes esse (essem enim & ipse sensus expers) aut eos qui sensui sunt dicati, nihil ad motum conferre (quanquam minùs hi mouent, quàm illi sentiunt) sed quia hi aut illi hoc aut illud in primis agunt, atque in id magis incumbũt: alterum autem ex abundanti explent. Sensus enim magis patiendo, motus magis fit agendo, vt ex philosopho patebit. Porrò quòd vox hominis propria sermonem articulans, principalissima sit omnium animæ actionum (nam cogitationum mentis est interpres ac nuntia, vti jam proposui, & alibi dicam post Arist. ἀεὶ ἐμμελῶς, & fusè pridem in Horatium scripsi) oportuit eam quoque fieri per instrumenta, quæ neruos à cerebro assumerent: Sed & gustum ipsum, qui inter alios sensus non postremum locum sortitur. Neruorum itaque ad linguam descendentium molles quidem ex inferioribus & anterioribus, dicti gustatorij: duri autem, ex posterioribus & obliquis emergunt cerebri partibus. atque illi quidem in extimam linguæ superficiem & tunicam externam toti inserũtur, subiectos musculos ne attingentes quidem: hi verò in musculos disseminantur. Nam lingua quidem partibus extimis sapores assequitur: mouetur verò ab intimis & à musculis. Rectè igitur molles, qui sensum saporum habituri erant, locis ad dignotionem aptioribus: duri verò, motus instrumentis, id est musculis fuerunt inserti. Hinc videmus solum per se interdum linguę motum,

Lingua omnẽ motũ effingit, qui.

Lingua, nõ est vnicus musculus.

Lingue frenum ad quid.

Lingua vnde dicta, & ligamẽtis vsus.

Ἀγκυλόγλωσσον quid.

Cræsi filius à muto vocalis.

Lingua ad os proportio.

Lingua mucro periculosus.

Lingua radix vbi, & vsus.

Lingua partes, & vsus.

Tunica linguæ & ventriculo communis, & alius partibus.

Ex lingua & oculis signum dominantis humoris, qualiter.

Indicia de colore linguæ.

Lingua animalis vnis cõcolor.

Linguæ neruus quales, & ad quid.

An ijdem neruus sensus & motus?

Neruus non dicatur sensus aut motui seruire.

Sensus patiendo, motus fit agendo.

Vocis dignitas, vsus & origo.

Neruorum linguæ origo & insertio.

Linguæ gustus & motus vbi & vnde.

Linguæ gustus &

motus qui separatim pereat.

interdum gustandi sensum lædi, nonnunquam tactum quoque. Qui autem gustus, ijdem & tactus nerui linguæ insunt, ijdem à tertia coniugatione pridem mihi dicta originem ducunt. Mouendi autem vis eidem aduenit à septima neruorum à cerebro exorrorum coniugatione, non procul à spinalis medullæ initio. Verùm crebriùs læditur gustandi, quàm tangendi facultas, quanuis ijsdem neruis vtraque vtatur: Nam ad gustum quidem, exacto iudicio opus est: tangendi verò sensorium crassissimum: vt contrà cernendi, tenuissimum. auditus verò sensorium vt in tenuitate à visu: ita sensorium gustus in crassitudine à tactu secundum locum obtinet. olfaciendi verò sensorium, in illorum quatuor constituitur medio, vti Galenus quidem tradit & demonstrat.

Neruorum linguæ origo & discretio.

Gustus sæpius tactu perit.

§ Sensuum comparatio in tenui & crasso.

Aristoteles autem rursum cap. 17. libr. 2. part. animal. Lingua in ore palato subiacet, ait. Homo linguam absolutam, mollissimam & latam præcipuè habet, vt commoda ad vtrumque officium sit; hoc est, & ad sapores percipiendos, & ad literas exprimendas. est enim homo omnium maximè animalium sensu facilis. & lingua quæ mollis est, vim tangendi præcipuè obtinet: gustus autem, tactus quidam est. Ad literarum etiam explanationem, & ad sermonis expressionem lingua mollis, lata & absoluta accommodatior est: quippe quæ contrahere, producere, dilatare, denique variè afformare maximè possit. patet hoc in ijs, quibus non satis absoluta est: blæsi enim, balbi & torti sunt: quod vitium, literarum defectus est. τραυλοὺς forsan intelligit, quos diarrhœæ obnoxios scripsit Hipp. aph. 31. lib. 6. quos Galenus commentario eos exponit, qui ob linguæ breuitatem vel humiditatem diffluentem, voces à literis ϱ & ρ inchoatas proferre nequeunt. Qualis fortè fuit Demosthenes, qui primam artis quam proficebatur literam ρ proferre initio non valebat; sed coniectis in os calculis, longo labore & studio enuntiare ῥῆσιν didicit, vt de eo scribit in vita parallela Plutarchus.

Homini lingua cur mollis & lata & libera.

Homo omnium sensu facillimè.

Balbi vnde, & qui τραυλοὶ.

Demosthenes fuit τραυλὸς, & quomodo vitium correxerit.

Qualis etiam fortasse Metellus pontifex, quem Plinius scribit adeo inexplanatæ fuisse linguæ, vt multis mensibus tortus credatur, cùm meditatur in dedicanda æde Opiferæ dicere. quo lib. 11. cap. 39. de linguæ varietate multa ille post Arist. Cæterùm lata elephanto præcipuè: reliquis in suo genere semper absoluta: homini tantùm ita sæpe constricta venis, vt intercidi eas necesse sit. Cæteris septimo fermè anno sermonem exprimit. multis verò talis eius ars contingit, vt auium & animalium vocis indiscretè edatur imitatio. Intellectus saporum est cæteris in prima lingua, homini & in palato. ita ille vestigiis ferè insistens Arist. ex more; ratóque ab eo recedens, vt in multis deinceps patefaciam suis quibusque locis eos cum aliis & secum inter se componens.

Metellus balbus.

Elephanti lingua quale.

Humanæ linguæ vinculum, & industria.

Saporum fides.

Verùm explicata hunc in modum linguæ fabrica, satius est deinceps de eius vsu & actione post Gal. præsertim paucis differere. Cuius vel potissimùm causa, os ipsum, velut eiusdem receptaculum conditum esse apparet. neque enim nudam ipsam & penitus sine operimento esse melius fuit: neque alio potiùs quouis, quàm ore tegi & contineri. Etenim sapores ibi collocata, meliùs erat diiudicatura, loquendique instrumentum melius futura, ciborúmque masticationi & transglutitioni non mediocriter opitulatura. quos dentibus attritos ac læuigatos, lingua instar manus cuiusdam in ore assiduè versans transfert & voluit, quò pars ipsorum omnis identidem conteratur. tandémque planè ac penitus confectos & conglobatos, vi sua deprimit & transmittit ad ventrem. Cui vni inest illa præcipua à cæteris facultas, sensus vt perfectionem fortita, rerum omnium naturas percipere possit & gustu dignoscere. Nam præter quàm quòd aliis communia partibus præsentit, calidum, frigidum, humidum, siccum: eadem præterea dulcedinem, amaritudinem, salsedinem, acorem, austeritatem, acerbitatem, acrimoniam, & siquis alius præter hos sapor, sola discernere creditur. Nam quæ communia sunt, sicut & reliqua corpora sensibilia: quæ verò propria, ea tanquam gustus organum percipit. quod illi inest peculiare ac proprium, à totius substantiæ proprietate.

Lingua vim sapiendi quanta sentiendique.

Lingua gustatus vnde, & insita proprietas.

Cùm enim innasci animantibus organum conueniret, quod naturæ similitudines ac dissimilitudines discernendi potestate polleret, quod agnoscens rerum naturas, familiaria quidem eligeret, aliena verò refugeret: Eiusmodi quidem lingua constituta est, quæ exuberanti sensu non calida modò frigidáque, humida siccáque: sed etiam quæ familiaria quæque talia non sunt, agnosceret. In hanc enim duntaxat particulam complures, vt proposui, inseruntur nerui: cùm aliæ omnes aut vnius tantùm, aut duorum triúmve sint participes, nec ita magnorum tamen.

Vis gustãdi vnde, & quorsum in lingua.

Cuius etiam exquisitam sentiendi facultatem auget quodammodo ipsa linguæ raritas: qua fit, vt succi faciliùs penetrantes in profundum, atque in molliculas partes actionem exerentes, tum validam quidem affectionem, tum verò sensum imprimant euidentiorem. Hic autem sensus humidus à natura constitutus, elemento aquæ magis respondet: vt alij aliis atque aliis elementis sunt magis affines, partim vt est in singulis demonstratum, partim vt posthàc docebitur.

Lingua nerui & raritas, quorsum.

Gustus aquæus.

De Saporibus.

CVm igitur quædam naturæ nostræ magis sint familiaria, quædam minùs: ac partim in hac coniugatione, partim in illa: ideo plures gustus qualitates necessariò extiterunt. de quibus ordine dicturus, ab Aristotele initium dicendi capiam, velut summo philosopho, & rem propositam acutissimè fusissiméque pertractante. Ille porrò lib. 2. de anima cùm

Gustus differentia, vnde.

Digitized by Google

Hominis odoratus & gustus qualis.

ostendisset odorandi sensum homini inesse stupidissimum: contráque, gustum longè exactissimum eidem inesse professus est. Vt autem gustus, tactus est quidam: sic & gustatile, tangibile quoddam est: ideóque nullo interiecto medio percipit obiectum. Quinetiam corpus illud in quo, tanquam in materia, inest ipse sapor, qui gustu percipitur, humidum est: quod est tangibile quoddam. vtque visibile, est color: sic & gustatile, est sapor. Atqui nihil absque humiditate, saporis efficit sensum: sed omne quod sui ipsius sensum efficit, humiditatem aut actu aut potentiâ nimirum habet, vt salsum. nam & ipsum liquescere potest facilè: & linguam, vt patet, cùm liquescit, humidiorem efficere potest. At verò vt visus, est visibilis & inuisibilis: quales sunt tenebræ, quas & visus discernit. vt auditus, est soni silentíque, id est audibilis & inaudibilis (vtor interpretis verbis tum hîc, tum passim alibi) sic gustus, gustabilis est & ingustabilis: quod quidem aut exiguum habet saporem, aut prauum, aut vastantem gustum ipsum, & quodammodo euertentem.

Gustus fit tactu, sine medio.

Gustatile humidum.

Vt color ad visibile, sic sapor ad gustatile.

Visus, auditus, gustus obiectum duplex.

Videtur autem potabile & impotabile, esse principium: vtrumque enim gustu percipitur. verùm alterũ est prauum, gustúmque deuastat: alterum est amicum naturæ. est autem potabile gustui cum tactu commune. At verò cùm gustabile sit humidum; necesse est & instrumentum sensus ipsius neque humidum esse actu, neque etiam tale, vt humectari non possit, humidúmque euadere. Patitur enim aliquid gustus ab ipso gustabili: ea nimirum ratione, qua gustabile est. Necesse est igitur instrumentum gustus, potentiâ quidem humidum esse, humectari autem actu. ita autem humectari, vt eius conseruetur, cùm humectatur, & ratio. Signum autem est, linguam neque cùm est valde sicca, neque cùm est nimiùm humida, sentire. is enim tactus sit humidi primi; perinde atque si, cùm prægustauerit quispiam vehementem acrémve saporem, deinde alium gustet. Et vt in ægrotantibus fit, quibus cuncta videntur amara: quia linguâ sentiunt tali humiditate referta. Species autem saporum ita sese habent, quemadmodum colorum. dulce namque & amarum, contraria simplicia sunt. hæret autem dulci quidem, pingue; amaro autem, salsum. at inter hæc collocantur acre, acerbum, acidum, atque acutum. hæ namque ferè differentiæ videntur esse saporum. Quare gustus quidem instrumentum id est, quod est potentiâ tale: gustabile autem, id quod ipsum actu facere potest. Vnumquodque enim istorum bifariam dici solet, actu scilicet, & potentiâ. Sed de saporum differentiis postea exquiremus diligentiùs. quæ autem philosophus libro de sensu & sensili, de gustu & sapore, dictis istis forsan clariora & vberiora protulit, ea sunt huiusmodi: Vt qui colores succósve in aqua eluunt, talem reddere aquam assolent: sic ipsa quoque natura, cùm in humore partem siccam terrenámque diluit, aut per eandem, humorem percolat, & calore incoquit, humori qualitatem quampiam inserit: quæ nonnisi sapor est: id est, affectio, quæ à prædicto sicco in humore genita, gustatum, qui in potestate sit, ad actum demutat. Nam sentiendi vim, quæ priùs potestate erat, eôdem perducit: cùm sensio non disciplinæ, sed contemplationi respondeat. Cæterùm sapores non cuiuslis sicci, sed eius quod alere possit, aut affectiones esse, aut priuationes, hinc sumendum, quòd nec siccum sine humido sit; nec contrà humidum sine sicco. neutrum enim horum animantibus, aut plantis ipsis, cibus esse potest: sed quod ex vtriusque mixtura consurgit. Quin etiam in genere cibi, quem animalia ingerunt, quæ è sensibus tactilia sunt, ea incrementum faciunt atque decrementum. Etenim id quod ingeritur, horum caussa est, quatenus calidum est aut frigidum. nam calor & frigus auctionem efficiunt atque decretionem. alit autem, quatenus gustabile est: omnia namque dulci aluntur, vel simplici, vel commixto. Nam calor vt auget, ita etiam alimentum præparat: atque quod leue est, attrahit: quod verò salsum amarúmque, ratione ponderis relinquit. Quod itaque exterior calor in extraneis corporibus efficit, hoc idem interior in animantium plantarúmque natura efficere solet. vnde fit, vt ea dulci sapore alantur. cæteri tamen sapores, perinde vt salsus & acutus, pro condimento cibis admisceri solent. at isti, vt retrahant: quia quod dulce est, & innatat, nimiùm alit.

Potabile ad gustum, quomodo pertineat.

Instrumentum gustus potentiâ humidum, quamobrẽ.

Lingua nonnisi temperatè humida, sentit.

Ægris cur omnia amara fiant.

Saporum & colorum analogia.

Dulce pingue, amarũ salsum.

Sapores extremi, & medij.

Gustatorium & gustabile duobus modis dicuntur.

Saporis ad colores similitudo.

Sapor, quid.

Gustatum sensu potentiâ.

Sapor cuius sit sicci.

Alimẽtum, mixtum ex humido & sicco

Animalia quæ crescũt aut minuũtur, ratione alimenti.

Alimẽtum, omne dulce & gustabile.

Vt calor in alimentum, & reliqua.

Sapor dulcis alit, reliqui pro condimento sunt.

Porrò quemadmodum colores, ex albo & nigro commixtis proueniunt: sic & sapores permixtione dulcis & amari exultant. Quin & secundùm proportionem, quod plus minúsve adsit, singuli producuntur: siue secundùm numeros quosdam mixtionis & motus, siue etiam indefinitè. Qui verò voluptatem important demixti, hi soli in numeris sunt: acer, austerus, acerbus, & acidus, intermedij. Quandoquidem saporum & colorum species, ferè numero pares sunt: nam vtrorumque species septem habentur: siquis, vti consentaneum est, fuscum colorem non alium, quàm nigrum posuerit. Reliquum enim est, vt flauus color ad album, sicuti sapor dulcis ad pinguem pertineat. puniceus verò, purpureus, viridis, & cæruleus, album & nigrum interiacent: cæteri ex horum mixtura gignuntur.

Proportio saporum & colorum, & vtrobique extrema duo.

Sapores intermedij.

Colorum & saporum differentiæ 7.

Flaui ad albũ, dulcis ad pingue proportio.

Item quemadmodum nigrum albi in diaphane, id est translucido corpore priuatio est: ita salsum & amarum, dulcis in humore, qui alere possit. Vnde fit, vt etiam cinis deustorum omnium, amarus sentiatur: vtpote à quibus id quod potui idoneum erat, exuctum sit. Hæc quidem eo loci Aristoteles, atque adeo plura contra Empedoclem; qui verisimili nixus ratione, quòd aqua, suapte natura insipida sit; ideo necessum inferebat esse, aut aquam in se omnia saporum genera, ob exiguitatem insensibilia, continere: aut in aqua talem materiam inesse, quæ quasi semina gignendi, saporum generibus suppediteret: & omnia

Nigri ad album, salsi & amari ad dulce proportio.

Cinis cur amarescat.

Empedocles.

De aqua viribus, ad sapores.

omnia ex ea generari, ſed alia ex alia parte. Aut ſi aqua nullas ſubeat differentias, cauſſam agentem ſoli & calori tribuendam. Quæquidem Ariſtoteles pluribus rationibus ſingula improbat, ſtatuítque, ſapores calore ſolis igniſve immutari. deinde ſapores permutari, quòd aqua quippiam patiatur. tum aquam non vi ſola caloris facultatem eam imbibere, quam ſaporem vocamus, cùm ſapores omnes ſint craſſiuſculi: aqua dum calfit, nihilo amplius craſſeſcat. quin potiùs talem eſſe aquam ſapore, qualis eſt terra, per quam meat: cui totidem ſapores, quot & fructibus inſunt. Quibus poſitis, concludit ſaporum genus in plantis præcipuè gigni: nam humidum, perinde vt cætera, pati à ſuo contrario, igne videlicet, qui naturâ ſiccus eſt (quanquam calidum igni peculiare eſt, ſiccum terræ) omnia enim quatenus contrârietatem ſubeunt, eatenus agunt patiuntúrque.

Sapor à calore.

Aqua non fit ſapida vi caloris, nec incraſſeſcit.

Aqua terræ ſuæ refert ſaporem.

Saporum genus in plantis.

Contraria inuicem agunt & patiuntur.

Sed enim omiſſis iſtis philoſophorum controuerſiis, perſcrutemur paulò ſubtiliùs, & expendamus accuratiùs ſaporum & naturam, & differentias: quas antè quidem iis locis Ariſtoteles attigit, eundémque ſecutus demum Theophraſtus eius diſcipulus, non minùs argutè & ſolerter, dulci & propemodum diuina eloquentiæ ſuauitate (inde enim Θεόφραστος nomen meruit, qui priùs Tyrtamus dicebatur) magiſtri veſtigia æmulatus tradidit. ac primùm ſaporem ita finiit de cauſſ. plant. lib. 6. cap. 1. Sapor, partis ſiccæ terrenæque in humore demixtio eſt. vel partis ſiccæ per humorem ex vi caloris percolatio. quod fortè nihilo differt. Eadem fermè ſaporis & odoris affectio eſt: ſed non ex eiſdem vtrumque proficiſcitur. Cùm verò contraria inter ſe ſint dulce & amarum; alterum, velut initium grati ſaporis: alterum, grati odoris eſſe videtur. Saporum verò genera numero quidem complecti facile eſt. exempli gratiâ, dulcis, pinguis, auſterus, acerbus, acris, ſalſus, amarus, acidus: ſed naturam explicare cuiuſque, difficile. Hanc tamen deinde explicat, tum ſecundùm affectiones ſenſuum, de quibus alio loco dicemus, tum ſecundùm figuras Democriti: quas nec ille probat, nec nos probare poſſumus. Saporem autem & odorem permixtione quodammodo effici, inde probat: Nihil enim è ſimplicium numero, ſaporem aut odorem habere videtur, niſi mixtúrâ recipiat, vt aër, vel ignis, vel aqua: nam & aqua per ſe inſipida eſt. qua de cauſſa veteres authores dixere, talem eſſe aquam, qualis terra, per quam fluit: quod & paulò antè ex Ariſt. memorabam: à quo, quæ multa ſequuntur, diſcipulus videlicet à magiſtro, liberè ac liberaliter mutuatur. Sed cùm in tribus generibus odores ſaporéſque verſentur, id eſt, plantis, animalibus, atque iis, quæ arte commiſcentur parantúrque, aut etiam ſponte alterantur; aliis in melius, aliis in deterius, ceu quæ putreſcunt: de his omnibus diſputare, cùm ſint communiora, ne aggreditur quidem: ſed de naturalibus potiùs ſaporibus rerum terrenarum, & è terra productarum differit. in quibus cùm ſint mixtionum rationes innumeræ; idcirco veteres naturæ interpretes, ſapores eſſe innumeros ſtatuerunt, quorum tamen alij genera certo numero complexi, ſeptenario incluſerunt: ſicut & odorũ atque colorum omne genus. quod admittit quidem Theophraſtus, in eo etiam doctorem Ariſtotelem ſecutus: ita tamen, vt ſalſum, non alium quàm amarum poſueris: quemadmodum ſi & fuſcum colorem, non alium quàm nigrum. at ſi ſecernes, octauum hunc eſſe neceſſe ſit. quippe dulcis, pinguis, amarus, auſterus, acris, acutus, acerbúſque enumerantur, ſalſúſque octauus ſubiungitur. ſunt qui vinoſum quoque adiiciendum putarunt: fructibus enim compluribus ineſt, & in terra nonnunquam talis comprehenditur ſapor. ad hæc, lactis ſapor redigendus ad dulcem minùs appareat: hic enim interdum tanquam ſpecies dulcis, obiici poteſt. nec verò vini ſaporem tribuere alicui facile eſt, ſed ſui generis eſſe is quoque videtur, qui & dulcem, & acerbum, & auſterum poſſit recipere. Quibus poſitis, variæ agitantur quæſtiones: vt, An alios è ſaporibus, tanquam principia: alios, tanquam priuationes dici oporteat. An omnes naturales vi generandi nutricandique præditos. An cætera animalia ſecundùm naturam ſint, an ſecundùm priuationẽ. Quibus omiſſis, illud potiùs ſcire refert, quantũ in vniuerſum cõmunéque res exprimi poſſit; dulces, & qui in eiuſmodi genere cõſocientur, ſapores, aptiores eſſe ad alẽdum, propiúſq. ad naturã accedere. deinde ſapores tum dulces, tum qui omnino alere poſſint, atq. adeo omnem odorũ ſuauitatem, concoctione prouenire. Hinc omnes plantæ in generãdis ſaporibus, tranſeunt per excoctionem ex alia in aliã qualitatem ſaporis: velut ex genere priuationis, ad formæ habitum. Omnino enim quiſque fructus primùm ſiccus & acerbus cõſiſtit, mox humeſcit. & hæc generatio eſt ſaporum; humore ſcilicet pleniùs influẽte, ac velut articulato perfectiùs, & aſſiduè maiorem in modũ augeſcente. Omnes autem fructus ſaporem quoq. plantæ aliquatenus mõſtrant. quod forſitan ita fiat, neceſſe eſt, cùm inde ſuam iſti trahant originem: ſed crudi magis, maturi minùs: vtpote cùm humoris effuſio, quò plus tẽporis proceſſerit, eò purior factiterur. Porrò omnium communis ſaporum materia, humor ſubeſt: alterat autem agítque calor cùm externus, tum internus (hic animalibus, ille plantarum generi accommodatior) modò excernendo, modò euaporando, modò incraſſando atq. cogendo, modò attenuando, modò (vt in vniuerſum dicã) alterando. quomodo in iis videre eſt, quæ igne feruefcũt. Omnino enim cũcti ſapores inſunt potentiâ immutationéque: ſed ſubſiſtere nonniſi actu cõtingit. Hæc atq. adeo his plura, Peripateticæ ſcholæ ſucceſſor, & ab Ariſtotele ſecundus, ſcribit Theophraſtus, variis quidem locis citati operis: ac plerumq. ita premens & ſimulãs magiſtri veſtigia, vt eadem eſſe propemodum dixeris. Lucretius lib. 4. de guſtándi modo non malè philoſophatur, ab Epicuro voluptario philoſopho hac in parte

Saporum numerus incertus.

Odorum, colorum, ſaporum genera 7.

Salſum amaro, fuſcum nigro eominus gendum.

Sapores an octo.

Sapor vinoſus.

Lactis ſapor differt à dulci.

Vinoſus ſapor nullo copulatur velut idem.

Quæſtiones de ſaporibus.

Theophraſtus vnde dictus, & quis.

Sapor, quid.

Saporis & odoris analogia: Item dulcis ad ſaporem, & amaris ad odores

Saporum differentiæ.

Natura ſaporum perobſcura.

Sapor & odor mixtione fiunt, quo.

Aqua ex ſe inſipida, ac ſapor illi à terra.

Theophraſtus Ariſtotelis imitator.

Odorum ſaporúmq. tria ſubiecta.

Quò quiſque ſapor dulci propinquior, eò alendo magis idoneus.

Dulcia ſuauiolentia calore perficiuntur.

Fructus coquendo paulatim humeſcunt ac dulceſcunt.

Fructus indicat plãta ſaporem, cur.

Saporum materia, humor eſt.

Calor quomodo ſaporem in fructibus elaboret.

Sapores actu vel potentiâ, quo.

Gustus & tactus affinitas, & quomodo fiant.

Cæterùm quæ ad gustandi sensum pertinent, tactui similia sunt: nam concretione & discretione, insuper & se in meatus insinuando, itémque figuris, aut acerba sunt, aut læuia. ac quæ liquefaciunt & abstergunt linguam, acerba (meliùs amara) videntur: quæ moderatè abstergunt, salsa: quæ exurunt & lancinant carnem, acria. quæ his contraria, & læuia & dulcia, in succos abeunt. vel sic, contraria autem, nempe læuia & dulcia, sapida sunt, & linguam suauiter humectant, ac læuigant. His verbis & Plato, & Timæus quem sequitur & celat authorem, ea quæ nos vocare solemus austera, quæ acerba, quæ salsa & nitrosa, quæ amara, quæ acria, quæ acida, quæ dulcia, vterque exposuit, sed Plato enucleatiùs & vberiùs: atque his septem summis ille generibus, omnes saporum differentias, quæ videbantur esse innumerabiles, complexus est. quas vt exactiùs assequaris, vtque tota de propriis linguæ sensoriis definiatur oratio, hoc primùm sciendum est; Nuncupari tum ab Arist. tum à Theophrasto, tum à Mnesitheo medico, gustandi facultatem, Græcè χυμὸν. nos saporem dicimus. at ex humido siccóque consistentium, vel crassum eorum humorem, quæ à calore concocta sunt, χυλὸν vocari: nos succum, vel cremorem dicere possumus; aut formam Græcam imitari, chylum nominare, recepto iam inter medicos nomine. quanquam apud veteres, vt Hipp. & Platonem, & alios tum Athenienses, tum Iones, χυμὸς de vtroque efferebatur. Sciendum ergo sapores, qui tum in vnoquoque animali ac planta, tum in terra inueniuntur, plurimos esse, nec facilè specierum numero comprehensibiles. cæterùm differentias gustabiles aliis octo vitas, aliis numero septem: nonnullis autem & his quoque pauciores. At Plato in Timæo, suprapositа dictione, primùm duos sapores memorat eiusdem speciei, sed in ratione maioris & minoris differentes: eorum alterum austerum, alterum acerbum nominat. fuerit autem austerus (nam de Græco αὐστηρὸς, Latinum fluxit vocabulum) quem σύφωνα, astringentem reliqui Græci appellant. porrò acerbus, huius intentione prouenit, velut & ipse Plato significauit. atque hoc sanè pro vna specie numerabimus. Altera est eorum, quæ illis opposita sunt, nitrosorum videlicet, salsorum & amarorum. & in his quoque amarus ex nitrosi prouenit intentione: salsus verò aut nitroso imbecillior, aut adstrictionis quoque assumés aliquid. deinde à Platone acris expositus est; mox acidus, postremò dulcis. at à Theophrasto additus est vnctuosus siue pinguis: à Platone quidem in sermone de propriis linguæ sensoriis præteritus; verùm paulò antè plantarum succis adscriptus, vbi vinosum ab oleoso & melleo discernebat. Porrò in illo sermone vnum adiecit succi genus, vna appellatione comprehensum, ὀξὺ nominans. vbi autem ad gustus sensoria transijt, protinus dulcem memorauit: nihil enim retulerit, dulce an melleũ dicas: velut nec pingue an oleosum. omisit autem pinguem, vt qui ad gustum nil attineret. Quale autem sit istorum vnumquodq., exponi quidem exactè nequit: verùm productis exẽplis, & modo exposito, quo nos alliciunt eorum singula, homini sensus & rationis compoti cuadet manifestum. Nam quæ adstringunt aut refrigerant, introrsum pellere contactam nostri partem ex omni parte apparent: idque æqualiter velut pellentia ac stipantia cõtrahentiaque. At austera, in profundum etiam subitè videntur, atque alperum quendã inæqualémque mouere sensum, tanquam resiccantia, & humorem omnem corporum sensibilium depascentia. Ex quo fit, vt alia sit passionum proprietas, & quæ haud facilè lucidéq explicari possit; tum ab adstringentibus nos corporibus, tum ab austeris saporibus diuersa. sed quiuis tamen, qui homo est, facilè quod dico, comprehenderit. Porrò quando quod linguæ nostræ admotum fuerit corpus, validè desiccat, contrahit, & in multam profunditatem vsque illam exasperat, sicut pyra syluestria immatura, & corna; eiusmodi omne acerbum appellatur, ab austeris intentione duntaxat diuersum. at quod nunc adstringens vocitamus, vix à Theophrasto dictum reperias. videtur autem idem significare, quod austerum: aut certè cõmune esse genus tum huius, tum etiam acerbi. Quæcumque verò linguam dum contingunt, non contrahunt, neq. cõstipant, velut adstringentia: imò contrà planè agere apparent, nempe detergentia & abluentia; etiamsi adstringentium quidpiam adiunctum sit; hæc omnia salsa cognominamus. At quæ his etiam magis detergunt, adeo vt etiam exasperent, amara nominantur. Porrò quæ mordicant rodúntque, idque cum valida quadam caliditate, acria vocantur: sin hæc absit, acida. cætera hæc fermentandi vim quoque obtinent. At quæ velut inungunt atque implent, atque in statum suum restituunt exasperatas, ac veluti erosas linguæ particulas; hæc si cum voluptate manifesta cõtingant, dulcia: sin hac sine, pinguia vocitantur. Atque hoc quidem pacto res explicatu longè difficillima, ductu & auspicijs tum Platonis, tum Galeni potissimùm vtcumque definita sit. quibus & hoc adde; Ex saporibus acidum, austerum siue adstringentem, acerbum, ferè frigidos esse: salsum, amarum, acré, calidos: dulcem & pinguem, temperatis proximos, sed calori magis affines. Sic lingua, proprium gustus organum, peculiari quadam totius substantiæ proprietate, vt proposui, & communia cum reliquis sensibus obiecta tactu percipit, & propria gustu discernit, rerum gustabilium similitudines ac dissimilitudines inuicem diiudicat; dulcia vt familiaria persequitur; à quibus solis toti corpori accedit alimentum: amara refugit, tum ingrata sapore, tum ad alendum, si merè sunt talia, prorsus inepta. similitérq. omnia fœda, olida, insipida, ingrata, aliena, tanquam sibi & toti animali, cui vnicè prospicit, aduersantia auersatur. Quæ vis illi ab exuberanti sensu accessit, quod in vnam hanc particulam (vt patuit) complures inserantur nerui, reliquæ autem

Acerba. Amara. Salsa. Acria.

Dulcia. (reliqua desunt)

Saporum species.

χυμὸς & χυλὸς, qui differant.

Chymus pro chylo.

Saporum differentiæ, quot sint.

Austeri & acerbi affinitas.

αὐστηρὸς.

Nitrosa, salsa, amara, & eorum affinitas.

Acria. Acida. Dulcia. Pinguia.

ὀξὺς.

Dulce & melleum,

pinguc & oleosum pro eodem.

Sæpe tamen diffinitas positu exẽplis declarasse.

Astringentia.

Austera.

Austeri & astringentis assumtas.

Acerba.

Astringens coprehenditur austerum & acerbũ.

Salsa.

Amara.

Acria. Acida.

Dulcia. Pinguia.

Saporum qui calidi, qui frigidi, qui temperati.

Lingua tactu & gustu prædita, ei eius iudicium, unde.

Dulcia sola nutriũt, amara neutiquam.

Lingua qua afficiat, aut auersatur, & qua vi.

Digitized by Google

Lingua ſenſus exquiſitus, vnde.

corporis partes, vnius tantùm aut duorum, nec valdè inſignium neruorum ſint participes. Rectè verò Theophraſtus, alimentorum quædam pinguia, qualis eſt adeps & pinguedo, quædam dulcia minùs magíſve tradidit: quales ſunt fructus omnigeni, quibus veſcimur, & carnes, herbæ item multæ, & radices, floréſque & germina. ex quibus, vt iam dixi, niſi quæ planè dulcia ſunt, aut dulcedine plus minúſve participant, nulla ad alendum apta cenſentur. Quanquam virginibus fœdo colore laborantibus, aut mulieribus cirta ſeu pica affectis, aut quibuſcumque etiam exolutus nimio vel prauo humore ſtomachus eſt, acida, acerba, auſtera, & ſimilia, grata eſſe ſolent: non tam profectò vt his alantur, quàm vt iiſdem humorũ corruptela & tenacitas corrigatur ac detergatur. omnes enim homines dulcia in alimoniam expetunt: & qui bene habẽt, dulcia cum primis appetunt. Sanè verò fortaſſis & pingue ipſum, dulce: & quicquid nutrit, ex genere eſt dulciũ, vt & Galenus poſt Ariſt. ſcripſit. cùm enim nutritio, ſit vacuati repletio: & quod vacuatum eſt, familiare fuerit. vtique quod nutrit, familiare ſit, neceſſe eſt. & quatenus replet ac reſarcit id quod vacuatum erat, vtique hoc nomine iucundum eſſe ſolet. ſed ſiqua animali acceſſit intemperies; eidem contraria qualitas adhibita, calida frigidæ, humida ſiccæ, aut diuerſó modo, planè remedio eſt: non tam vt alimentum tamen, quàm vt medicamentum. alioqui temperatis temperata ex vſu ſunt: Niſi quòd naturæ bene habitæ benéque conſtitutæ, interdum modico contrariorum vſu gaudent. Vt nutrimenta verò, ſola ea iuuant, quæ cognata ſunt & familiaria totis nutriendorum ſubſtantiis; ſed calida potiùs, quàm frigida: niſi vitium ſtomacho alicunde acceſſit, vt antea patuit. Et cùm id quod eſt vnicuique familiare, vnum ſit, quia & natura eius familiaris vna: contrà, quæ ſunt aliena, vix certo numero comprehendi poſſunt, veluti plus minúſve à ſubſtantia eius diſſidentia. Quæ igitur ſummè acida ſunt, acerba, aut amara, aut ſimpliciter aliam quamuis qualitatem, præter dulcem, ſortita ſunt, ea omnia nutrire nequeunt. ſicuti quæ ſolùm dulcia ſunt, ea omnia nutriunt. Inter ea verò, quæ mixta ſunt, quotquot dulcia ſimul & acerba ſunt, eadem & craſſitiei ſunt eſſentiæ, & temperaturæ frigidæ. quæ verò acida ſimul & dulcia: tenuiora quidem ſunt, quàm acerba: ſed & ipſa tamen refrigerant. quinetiam amara quidem, calida ſunt: ſed acria, his etiam calidiora. nutriunt autem hæc omnia, ſi iunctam habeãt dulcedinem: alioqui per ſe vnumquodque dictorum nutrire non ſufficit. Sicut ergo quod eſt ſummè dulce, aptum eſui eſt: & idem ſi pingue ſit, nutrire aptiſſimum: ſic ſolùm ac ſyncerè amarum, & eſui eſt, & alimento ineptum habendum. quæ autem in medio ſunt amborum, nutriunt illa quidem, ſed minùs quàm dulce, per analogiam ſui ab eo receſſus. Vt enim odores putidi ac fœtidi non ſine faſtidio hauriri naribus ſolent; ſic & ſapores amari, ægrè & inuitis nobis deglutiri conſueuerunt, ait Ariſt. cap. 5. lib. de ſenſu & ſenſili. Eadem verò ratio eſt in aliis etiam qualitatibus: nam nutrire præter dulcem, vt ſæpe repeto, nullæ omnino poſſunt: ac elementa multò ſanè minùs, cùm nullam guſtui qualitatem (quatenus pura & ſimplicia) offerant. proinde & terra, & aqua (cùm ſint ambo inſipida) minimè nutrire idonea ſunt: ſicuti nec aër, nec ignis: niſi hic pyrauſtam & ſalamandram, ille chamæleonem, alere dicatur poſſe, qui ea elementa præ cæteris familiaria habent, vt alibi dicetur. At ex his compoſita, & blando calore ſolari, aut luculento igne excocta, ac dulcorata, ea omnia alimento conuenientia ſunt, vt iam ſatis ſupérque videmur oſtendiſſe: & ſanè longè pluribus verbis Galenus prioribus libris de ſimpl. medicament. facultatib. & lib. de facult. aliment. pridem nos docuit; quem tum hîc, tum in multis aliis præcipuum ſequimur authorem. Venio autem deinceps ad quintum, eúmque vltimum, & latiſſimè omnium diffuſum tactus ſenſum, & organum.

Alimentorum alia dulcia, alia pinguia.

Stomacho male habẽti grata ſunt, quæ non dulcia.

Ab exẽplo.

Dulcia ſuum ſuauiſſima.

E dulci optimum alimentum, quamobrẽ.

Intemperies à contrario tollitur.

Temperata gaudent temperatis, vel modico contrariorum vſu.

Alimenta natura familiaria.

Vnicum familiare naturæ cuiuſque, contraria infinita.

Sola dulcia nutriunt.

Dulcium cum aliis mixtio, & qualitas.

Mixta dulci quæ nutriant.

Quò eſt vnumquodque dulci propinquius, eò nutrire aptius: aliàs aliter.

Fœtidorum & amarorum analogia.

Elementa nutrire nequeunt, cur.

Pyrauſta & ſalamandra an igne, chamæleon aëre nutriantur?

Concoctа alere poſſunt.

De Tactu.

CAP. V.

IAM verò cùm natura in fabricandis cuiuſque ſenſus inſtrumentis, ſimilitudinem ſenſibilium ſecuta ſit: & viſum luci atque igni affinem machinata ſit, auditum aëri, guſtum aquæ vel humori, odoratum vapori, inter aërem & humorem medio, vt ſuprà eſt à nobis explicatum (quanquam elementorum ad ſenſus proportio nonnihil controuerſiæ habet, vt patuit) ſic eadem natura, ſi ſic nobis fas eſt loqui, tactum durum ac terreſtrem eſſe voluit, & reliquis eatenus ſtupidiorem, quatenus acrimonia & ſubtilitate à reliquis ſenſibus vincitur: non certo, vt illi cæteri, loco affixus; ſed per corpus vniuerſum diſtributus. ideóque pauciores, & minores, & duriores neruos ſortitus, eóſque maxima ex parte à ſpinali medulla originem ducentes: præter quaſdam appendices, quas à ſeptem coniugationibus cerebri in paucas eáſque nobiliores corporis partes diduci antea docui. nulli enim neruo ſenſum tactus adimere fas eſt: motum non omnis neruus tamen habet. In partes verò, quas ſuprà nominaui, videlicet in oculos, viſus inſtrumenta, aures auditus, nares odoratus, linguam guſtatus, neruos & maiores & molliores natura prouida & ſagax, eoſdémque à cerebro exortos, inſeruit. Naturam tamen cùm dico, & paſſim nomino, nolim quiſpiam exiſtimet, me Deo rerum omnium authori ſuam laudem præripere, & rei fortuitæ ac inanimatæ tribuere: ſed hoc verbo vim rebus à Deo ingenitam me intelligere profiteor, & philoſophorum ac medicorum potiùs aſſuefo, quàm recto & legitimo loqui more palàm prædico: nequis tum rei ſacræ authores mihi opponat, tum vel Senecæ alioqui parũ pij hominis ſententiã veram licet obtrudat; Tu Naturæ Deo nomen muras. & hoc mihi ſemel dictum ſit: pergo enim vt

Senſibilium ad ſenſus inſtrumenta proportio, & horum cũ elemẽtis analogia.

Tactus terreſtris, & omnium ſenſuum ſtupidiſſimus, & latiſſimè fuſus.

Nerui tactus, quales, & vnde.

Nerum omnis tactus particeps, non motus.

Nerui ſenſuũ molles, à cerebro.

N. excuſat modum loquendi, cùm Naturam aliquid moliri dicimus in corpore

Natura, quid nobis ſignificet.

Seneca.

cœpi. Vt igitur tactus ille per omnes corporis partes diffusus sit tum internas, tum externas (nempe quæ neruorum participes sint, & molles: quia & ossibus, & medullis, & adipi, & chartilagini nullius eius sensus ineſt, & cæteris partibus neruorum exortibus) sic verò præcipuè is in cute externa elucet: penes quam, torum penè dixerim rerum tactilium est iudicium. quanquam membranis internis sensus vtique acutissimus ineſſe solet: sed citra eam, quam dico, discretionem. Omnium autem corporis membranarum amplissima est cutis, quia toti prætenta, partium subiectarum tegumentum, munimentum, ornamentum: ex neruulis, carne, venulis, arteriolis contexta & constrata. non illa tamen extima cuticula, quæ ideo Ἐπιδερμὶς dicitur, quòd Ἐπὶ τῷ δέρματι insternatur; sensu potiùs, vt putant, aut eo sanè potiùs exiguo prædita, ex cutis substratæ veluti excremento producta, & cuti toti veræ superextensa: à qua, nullo aut pauco cum dolore eximi potest. cui tamen vni omnis decor & venustas, omnis forma & pulchritudo propemodum debetur. cui tergendæ, lauandæ, fricandæ, pingendæ, fingendæ, expoliendæ, expurgandæ, læuigandæ, venustandæ (vt Plautus in Pœnulo iocatur, nauim mulieri instruẽdæ comparans) omnis mulierum cura incumbit, & ei studio totus vix dies sufficit; sicut & eorum, qui muliebri ingenio præditi, pulchelli videri volunt: quos alibi exagitaui, velut parum virili animo & robore præditos; & cum verecundo Poëta, à sermone & consuetudine nostra reiecì: ex Ouidio,

Sint procul à nobis iuuenes, vt fœmina, compti:
Fine cali modico forma virilis amat.

Et Horatio:

In cute curanda plus æquo operata iuuentus.

De mulieribus autem rectè Comicus in Heaut.

—— dum poliuntur, dum comuntur,
Annus est ——

Ambabus autem dictis tunicis siue membranis summis propemodùm æqualis crassitie, aut vtraque interdum densa magis, cuti toti subiecta tertia est membrana: interiacente tamen passim adipe, carne interdum adiuncta, aliàs neruosa tantùm substernitur, venarum subcutanearum vehiculum. Cutem verò ex carne siccescente fieri tradidit Arist. Sed eam sensu pollere negauit idem cap. 11. lib. 3. hist. animal. cúmque secutus Plinius cap. 39. lib. 11. vbi tamen à suo ille Aristotele desciscit, qui ingenij acumen à tenuitate cutis desumpserat: quòd crassa animalium tergora, & villosæ setæ, tenuitati immeantis spiritus obstent, nec purum liquidúmque transmittant. sic & in homine, crassiore & callosiore eum cute excludi. cùm tamen crocodilis & duritia tergoris tribuatur, & solertia: & hippopotamis in tali corij crassitudine, quædam ingenio insit medica diligentia: elephantorum quoque tergora impenetrabiles cetras habeãt. cùm tamen omnium quadrupedum subtilitas animi præcipua perhibeatur illis. id verum sit, an secùs, aliàs decidi poterit cõmodiùs: cùm in hominum genere (& forsan singulorum animalium) & sanguinis, & spirituũ, & carnis, & cutis tenuitas, puritas, mollities, candor, æquabilitas, non partũ acumini ingenij conferre videatur, si gentem vnam aliquam inter se compares: quin & sensus acriores & exquisitiores habere, & patiatq. affici faciliores videamus. Nam D. Iacobo, qui & Iustus, & frater Domini cognominatus est, assidua genuum flexio, camelorum duritiem genibus cõtraxit, vt Hegesippus refert: & forsan D. Iohanni Baptistæ texta vestis de pilis camelorum, & Zona pellicea, Marci 1. & aliis viris sanctis & piis assidua inedia, cilicium, humi cubile stratũ, pellem indurare, & cutem corrugare potuit: ingenij acumen obtundere non potuit. Verùm de cute iam antè distinxi, ipsi quidem epidermidi acumen sensus auferendo: sed veræ cuti eius ipsius supremum gradum concedendo. Quin & Arist. ipse cap. 8. lib. 2. part. animal. cutem inter ea numerat, quæ tactus caussâ instituta sunt. & quia locus ille huc facit, non pigebit adscribere. Animal eo definimus, quòd sensum obtinet: primúmque eum qui primus est. tactum autem primum esse certum est. tactus verò sensorium, pars eiusmodi est aut prima, vt pupilla, visus: aut coniuncta, per quam agitur: perinde quasi pupillæ omne diaphanes, hoc est, transluciduin coniungas. Cæteris igitur sensibus nec tribui hoc poterat, neq. operæ pretium erat effici à natura. at verò tactui dari necesse fuit: sola enim, aut maximè omnium sensoriorum sedes tangendi corpulenta est. Sensui autem patet, cætera omnia eius vnius gratiâ haberi: ossa dico, neruos, cutem, venas, pilos etiam, & vnguium genus, & quicquid eiusmodi iunctum est. Sed ad Arist. mox reuertemur, qui cap. 12. lib. 2. de anima, instrumentum sensus definit esse primum id, in quo est talis vis atq. potentia collocata. ideo de cute ad tactum perquàm cõgrua lubet priùs dicentem audire Galenum. Cutis in homine (ait sub finem lib. 1. Temperam.) omniũ extremorum, calidi, frigidi, humidi, sicci, verè media est: maximéque ea quæ est in manu: hæc enim omnium sensibilium veluti norma futura erat, prudentissimo nimirum animãtium, tactus instrumentum ab ipsa natura prępparata. quò magis eam ab omnibus extremis, calido (inquam) frigido, sicco, & humido, pari abesse interuallo oportuit. sed & omnium animalium, tum & omnium corporum temperatissimus est homo: simul & quæ in eo sunt particularum, cutis quæ intra manum habetur, omnis excessus planè est expers. Cùm autem gemini vsus caussâ, manus sint factæ (vt posthàc pluribus dicetur) tactu discernendi, & rem quampiam comprehendendi: vtique quæ molles sunt, ad exquisitiùs tangendum: duræ, ad aliquid maiore vi capiendum & prehendendum, magis sunt idoneæ. Quinetiam cutis, quæ non solùm omnium hominis partium, sed etiã vniuersæ, quæ generationi corruptioniq. subiicitur, substãtiæ media est; ea nec callosa, nec dura lapideáve est: sed secundùm naturam se habẽs. quo scilicet cutis genere, maximè perfectum

Tactus per totum corpus diffusus. Et quæ partes neruorũ, & sensus expertes sint.
Cutis præcipuum tactus, & iudicij.
Cutis natura, & vsus.
Epidermis vnde orta vel dicta; & an sentiat.
Epidermidis vsus.
Locus in mulierum curam comptoriam.
Sarcasmos in viros effœminatos.
Hominum qui tenuiores cute, spiritu, humoribus, & acutiores esse solent.
D. Iacobi & D. Iohannis Baptistæ, & aliorum sanctorum austeritas vitæ, & animi puritas.
Cutis vtra sentiat.
Animal omne sensu & tactu præditum.
Tactus sensorium, quale, & quotuplex.
Quæ partes facta tactus gratiâ.
Organum sensus, quodnam.
Cutis temperies, præcipuè in vola manus, & exactum in tangendo iudicium.
Isaaci sensus & tacti imbecillitas filiorum ex tactu, Genes. 27.
Homo omnium animalium temperatissimus.
Et vola manus instrumentum tactus.
Manuum duplex vsus: molles tactui, duræ apprehensioni meliores.
Cutis natura, & sensus.
Infima cutis natura.
Cutis origo, & an sentiat.
An cutis tenuis, indicat acuti ingenij?
Quòd non, ex Plinio. Ab exẽplis, Crocodili, Hippopotami, Elephanti.

esse sensum censemus. Galenus necnon lib. 5. de vsu partium, per manus, ex tactu certissimam dignotionem profitetur: præsertim partibus internis, quas multi & insignes nerui consternunt. est enim internus tendo manuũ, veluti sanguine præditus neruus, qui sit inter neruum & carnem, quiddam planè medium: ac si ex mixtis vtrisq. constitueretur. Cæterùm neruus omnis exanguis est, & frigidus: caro autem, multi sanguinis, & calida: media inter vtrumque est cutis, nec planè exanguis, vt neruus: nec sanguine abundãs, vt caro. Ad hanc igitur partem, præcipuámque volam manus internæ, velut normam indicémque, & vt dici solet, Polycleti cánonem, omnium rerũ tactilium examen certum reuocabis. cuius ea natura est, vt & ipsi volæ manus, & plantæ pedũ, cutis cum tendone coalescat. ex quo partes & sensiles, & glabræ sunt effectæ. in reliquo enim corpore, cutis cum musculosa subiecta substantia hæret appensa, non autem coaluit.

Tendo palmæ nerueus, acuti tactus.

Tendo manus medius, inter nerũ & carnem: sic & cutis.

Vola manus, index tactus præcipuus.

Manuum & pedum tendo compositus: & cur grauior & sensilis.

Cutis vbi coaluit subiecto, aut secùs.

Sed de cutis essentia, poris, vsu, & natura tota, iam antè non pauca sunt exposita: itaque ad Arist. reuertor, priùs exposito, & verò repetito Ciceronis paruo, sed arguto de sensu tactus elogio. Tactus (inquit) toto corpore æquabiliter fusus est, vt omnes ictus, omnésq. nimios & frigoris, & caloris appulsus sentire possimus. Aristoteles igitur cap. 3. lib. 2. de anima; Sine tactu, nullus cæterorum sensuum est, at: at ipse tactus sine cæteris est: complura namque sunt animalium, quæ neque visum, neque auditum, neque sensum habent odoris. animalia verò cuncta, vnum ex sensibus habent, tactum ipsum, vt alibi exponetur, cùm de alimento fiet sermo. ibidem cap. 9. Exactiorem gustum habemus, quàm odoratum; ex eo, quia gustus, tactus est quidam: quemquidem sensum homo exactissimum habet. in cæteris namque sensibus, vehementer à cæteris animalibus superatur: at tactu longè cæteris omnibus excellentiùs percipit (qua tamen de re tum antè, tum etiam paulò pòst.) Quapropter & prudentissimum est animalium. indicium autem est in hominum genere, ob hoc instrumentum sensus, ingenioſos esse hebetésve, & non ob aliud quicquam. qui namque sunt duri carne, ij sunt inepti mente: qui verò sunt molles carne, ij sunt ingenioſi, mentéque dexteri. quod tamen paulò antè visus est Plinius negare voluisse, philosophi sapienter dicta paulùm detorquens. Sed si hominem homini cõpares, id frequentiùs experiere verum, quàm contrarium. de elephanto, & crocodilo, & simili quolibet belluarum genere, nihil ad hominis cutem, nihil ad carnis mollitiem, nihil ad tactus sensilis acumen. & forsan in suo quodque genere, quò tenuiori cute ac tergore, eò acumine ingenij maiore deprehendi solet. Cæterùm nullus alius sensus absque tactu haberi potest, ait vlt. cap. lib. 3. de anima: corpus enim animalis omnis, vim habet sentiendi tangẽdo. ac reliqua sensuum instrumenta, per aliquod medium fiunt, vt patuit in singulis superiorum. solus tactus in tangendo sensibilia sua, positus est: vnde illi nomen accessit, ἀφὴ παρὰ τὸ ἅπτεσθαι, tactus à tangendo. Et quanuis cætera sensuum instrumenta tactu sentiant: tamen per aliud medium sentiunt: tactus autem solus, per seipsum. qui licet terræ multùm sit affinis: tamen totus terreus non est: sed veluti mediocritas est omnium tangibilium. & instrumentum ipsius, non modò terræ differentiarũ est susceptiuum, sed etiam calidi frigidique, & omnium deniq. tangibilium. Ideo neq. ossibus, neq. pilis, neq. talibus partibus vllis omnino sentimus, quia prorsus terreæ sunt. Hinc & plantæ, omnium sensuum sunt expertes: quia & ipsæ terreæ sunt. Portò de tactu, amplissimum est cap. 11. lib. 2. de anima, multis quæstiunculis implicitum: ex quo nonnnulla licebit decerpere, extra controuersiam magis posita. Vt in cæteris igitur sensibus, sic in tactu, plures sunt contrarietates rerum tactilium. Tactus instrumentum, caro videtur esse (idem lib. de partibus animal. & eorum historia ac generatione repetit & inculcat) & id quod in cæteris simile est carni. ideo sensus fit, cum primùm res tactu percipiendæ tanguntur. In pelle autem, tactus instrumentum non videtur illi inesse, contrà quàm ex Galeno statuimus. Sed vt cæteri sensus per medium quoddam agunt: sic & tactus ipse, nempe tangibilia sentimus, non à medio, sed vnà cum ipso medio moti. ideóque sensibilium reliquorum perceptio non fit, si instrumentis sensuum superponantur. at si super carnem ponatur tangibile, fit sensus, vt docet experientia. Quare sine dubio, ipsa caro, medium est in tactu. tactu autem percipiuntur, quæ corporis sunt differentiæ, vt calidum, frigidum, humidum, siccum, quæ dicuntur primæ qualitates. item & secundæ, vt molle durum, leue graue, libricum aridum, asperum lene, crassum tenue, & reliqua, de quibus postea enucleatiùs. Atque vt id, quod album nigrúmque percepturum est sensu, neutrum ipsorum actu, sed potentiâ sit vtrumque, oportet; & in cæteris eodem modo. sic & in tactu, neque calidum, neque frigidum id actu sit, oportet: sed vtrumque potentiâ, quod vtrumque est percepturum. Atque vt visus, est visibilis rei & inuisibilis; cæteríque sensus similiter sunt oppositorum. ita & tactus, est rei tangibilis & intangibilis (seu tactilem & intactilem mauis appellare.) Denique instrumentum omnium sensuum id primum est, in quo est vis talis atq. potentia collocata. Postremò sensuum omnium instrumenta (ait Arist. cap. 1, lib. 3. de anima) ex aëre & aqua constant: etenim pupilla ex aqua, auditus ex aëre, odoratus ex horum altero (vel potiùs ex vtroq., vt puto) cõstat. ignis autem, aut nullius est instrumenti, aut communis est omnium: quippe cùm sine caliditate nihil sit sensitiuum. Plato tamen post Empedoclem, visum igni cõparabat; & nos iam inde ab initio ita suppoſuimus, visum esse igneũ. terra deniq. aut nullius est instrumẽti sensibilis, aut in tactu est maximè commixta. quanquam negat Arist. idem cap. vlt. lib. 3. de anima, instrumentum tactus, terræ esse, aut vllius elementorum.

Tactus per totum corpus fusus.

Tactus cõmunis omnium sensuum.

Sine tactu nullum animal: & quibus is solus sensus.

Tactus homini exactissimus: tum gustus. reliquis vincitur ab aliis animantibus. ita Plinius suprà.

Ex Arist. Ex tactu, indicũ acumen ingenij.

Contra Plinium.

Solutio obiectionis. In vnoquoque animantium genere, quò cutis melior, eò acumen maius ingenij esse solet.

Nullus sensus sine tactu. & solus tactus sit sine medio, & per se.

Vnde dicatur tactus.

Tactus terrestris.

Tactus indicium cetera quid.

Partes planè terreæ, insensiles.

Plantæ cur non sentiãt. Aliter alibi ex Theophr.

Tactus organum, caro.

An non & cutis?

Quòd tactus fiat per medium carnem. At suprà aliter.

N. Nempe si caro est, quæ sentit, sine medio, tactus fit: sed reuera cutis est; ideò rectiùs dicitur sine medio fieri.

Tactus obiecta. 1. & 2. qualitates.

Visus & tactus potentiâ suo obiecto similes.

Omnes sensus percipiunt opposita.

Organum primum sensuum, quódnam.

Et an omne ex aëre & aqua?

Ab exẽplo.

An ignis, nullius sit sensorij?

Sic & terra?

Imò visus est igneus.

Tactus nec terra, nec vllius elementi, ex Arist.

Quòd omnia sensoriũ ex aëre & aqua, ex Arist.

Quòd visus aqueus: auditus aëreus: odoratus ignеus: tactus terreus, item gustus.

Ex Arist. Cur quinque sensus, nec plures aut pauciores.

Quocirca secundùm illum, restat nullum sensus organum esse, præter aërem & aquam. Et tamen idem cap.2.lib.de sensu & sensili, oculi partem, cui videndi facultas data est, ex aqua quidem constare profitetur, secutus Democritum: & cap.10.lib.2. part.animal. Visus aquæ naturam obtinet,ait: hæc enim omnium pellucidorum facillimè conseruari potest. ex aëre autem, id quod sonos percipit: olfactum verò, ex igni,cùm nonnisi fumida quædam exhalatio existat: tactum porrò,ex terra:gustum deniq., speciem quandam tactus esse. Postremò præter quinque sensus expositos, nullum esse alium concludit cap. 1. lib. 3. de anima, & variis rationibus atque argumentis comprobat, nunc quidem omittendis, ob insignem totius capitis prolixitatem. hoc quia breue est, & argutũ Alex. Aphrodisiei problema 61.lib.2. non prætermittam. Cur sensus quinque tantùm, non plures neque panciores habeamus? Quoniam pro rerum natura sensibilium, atque numero, sensus quoque condi debuerũt. Tactus enim, asperum, læue, durum, molle, atque cæteras qualitates, quæ positæ in solidis sunt, percipit. Gustus,dulce,amarũ,salsum, & cætera saporis genera, quæ in humoribus succisve constãt. Olfactus,bene maléve olentia, quæ vaporibus tribuuntur. Auditus, sonos & strepitus, quæ ictu aëris efficiũtur. Visus,colores, qui tenuissimo ætherique finitimo spiritu continentur. quippe res solida resoluta diffusáque humor redditur: humor in vaporem transit: vapor in aërem: aër in æthera atque spiritum tenuissimum. ita vt quasi series quædã ex terra ad cœlum vsque deducatur perpetua. qua de successione elementorum, alibi ex Timæo dicemus. Sed totius disputationis huius de sensibus, & quidem tractatus de anima,Arist. istum quendam colophônem non prætermittam, si lubet obiter ex eo cognoscere. Hæc cùm ita sint,ait, patet animalia necessariò mori, cùm hoc sensu tactus priuantur. Neque enim fieri potest, vt hunc sensum animal non habeat: neque si animal est,alium sensum præter hunc habere necesse est. Et propterea fit, vt cætera quidẽ sensibilia non corrumpant suis exuperationibus animal: color (inquã) sonus,& odor: sed ipsa tantùm sensuum instrumenta: nisi per accidẽs, vt si simul cum sono, pulsio ictúsque fiat: & si à rebus quæ videntur, atque ab olẽtibus, alia moueantur, quæ tactu corrumpunt. antea tamen de odoribus lethiferis à me dictum memini.) Sapor etiam hoc sanè corrũpit, quò simul accidit ipsum tangibile esse. Exuperationes autem tangibilium,vt calidorum, frigidorum,& huiusmodi,ipsum interficiunt atq. interimunt animal. Exuperatio enim sensibilis cuiusuis, sensus destruit instrumentum atque deuastat: quare & tangibile exuperans, ipsum destruit tactum. sine tactu namque fieri non posse vt sit animal, demonstrauimus. Quamobrem exuperationes (siue excessus) eorũ quæ tactu percipiuntur, non solùm instrumentum ipsius sensus, verùm etiam animal ipsum interimunt atque corrumpunt: quia necesse est animal hunc solum habere. cæteros autẽ sensus animal habet, non vt sit, sed vt bene sit, vt antea diximus. Visum enim habet, vt videat: quoniam & in aëre, & in aqua, & omnino in perspicuo degit. Gustum autẽ ob id, quòd voluptate afficit, aut dolore, vt in alimento ea sentiat,& cupiat,ac moueatur. & auditum, vt aliquid significetur. linguã præterea, vt ipsum aliquid alij per ipsam significet. hæc quidem Aristoteles. à quo Galenus lib. 14. & lib. 2. de semine, & hoc repetit præclarè scriptum: Est sanè naturarum in animalibus nõ parua differentia. alia enim non longè à plãtis recesserũt: persũntque ea omnium animalium imperfectissima.sensu vnico, tactus scilicet, prædita, vt ostrea. his autem ampliùs recesserunt, quæ gustandi habent instrumentum. & iis adhuc ampliùs,quæ odorandi simul. quibus adhuc multò magis,quæ audiẽdi. proxima verò perfectis, quibus cùm hæc omnia, tũ etiam visus adest. Solis autem hominibus præter illa, & manus, & ratio: quia animal omnium perfectissimum atque sapientissimum, homo est. Galenus autẽ de tactu,sicut & de reliquis sensibus, præclarè sensit & scripsit, licet ab Arist. interdũ dissentiens: veriùs tamen,mea quidem sententiâ, & ad rei naturam accommodatiùs philosophatus, vt partim patuit,partim è dicendis patebit. Is libro finitionũ medicinalium (simodò eius ille author est) de sensibus sic breuiter transigit. Sensus,est affectus animæ per corpus,nuntius rei,quæ mouere idonea est. est enim sensus,agens facultas. Sensorium vero, instrumẽtum est, quod sensum aliquẽ creditum habet. Sensibile autem,quod sub sensum cadit. Sensu verò præditum, est id ipsum quod sentit. Sensus quinque sunt, visus,auditus,gustus, odoratus,tactus: omnes quidem illi animæ ministri. Visus est,qui fit per oculos, contemperato in ipsis tenui spiritu pupillæ locum potissimũ obtinente: per quem visoriæ apprehẽsiones fiũt. Auditus obitur per spiritum auribus temperanter insertum, sicciorem potiùs, quàm tenuiorem: quo auditoriæ apprehensiones efficiuntur. Olfactus absoluitur spiritu in naribus contento, vliginoso, halituosóque: per quem olfactilium fiunt apprehensiones. Gustus est, qui fit spiritu linguæ insito, sed humidiore. Tactus denique, est qui per spiritum corpus permeantem perficitur: quo apprehensiones fiunt corporeæ. sed de cæteris abundè suprà: de hoc postremo lubet subijcere nonnulla. Vim igitur tangendi valdè hebetem, duram, & terrestrem natura creauit: nec eam certo loco secluſit,more sensuum reliquorum: sed in vniuersum corpus distribuit. eique neruos ideo minores,quã sensorijs reliquis, eosdémque duros,& qui maxima ex parte à spinali medulla ortum habẽt, sicuti nuper ex Galeno nostro proposui: quiquidem tactus differentias sic lib.1. facult. natural. recensẽt, & iam antè ex Arist. protuli: duritiam & mollitiem, lentorem & friabilitatem, leuitatem & grauitatẽ, densitatem & raritatem, aspredinem & læuorem,crassitudinem & tenuitatem. Aristoteles

Elementa quomodo in se degenerent.

Mors ex priuatione tactus.

Solus tactus ex sensibus potest animali satisfacere.

Reliqui sensus sine excessu animal non corrumpũt, sed solus tactus.

Ab exemplis.

Excessus rerum sensibiliũ sola sensoria destruunt.

Excessus in tactu ipsum animal abolet.

Tactus facit vt fit animal: reliqui sensus, vt melius sit. Ab exemplis.

Animalia differentia penes sensus: & hominis perfectio. Gal. & Arist. cõparatio.

Sensus, quid.

Sensorium, quid.

Sensibile, quid.

Sentire, quid.

Sensus quot sint.

Visus quo fiat.

Auditus qui.

Odoratus quo

Gustus quomodo.

Tactus quomodo fiat.

Tactus facultas qualis, & vbi, & quos neruos & vnde habeat.

Tactus differentiæ.

verò, vt antè docui, his quidem ſecundis qualitatibus primas qualitates meritò accenſet, calidi, frigidi, humidi, ſicci: quarum ſimul omniũ primarum ſecundarum & tertiarum (inquam) qualitatum tactus vnus & præcipuus, & optimus eſt iudex atque arbiter. D. Auguſtinus de ſenſuum analogia ita ſenſit: Oculus, quia luce mediante videt, igni reſpondet: & abſque igne & luce nequaquam percipit. Aures cum aëre conueniunt, quo ſonus reboat: aut ipſo percuſſo ſonus efficitur. Olfactus autẽ & guſtus cũ aqua, in qua reſidet ſapor & odor. Tactus autem terram & craſſiorem materiam ſibi aſciſcit. hæc ille. Porrò aptè vetus ille Phyſicus Empedocles olim ſcripſit, quem & nos alibi citauimus:

Γαῖαν μὲν γὰρ γαίῃσιν ἐπιπρομάθομεν, ὕδατι δ' ὕδωρ,
Αἰθέρα δ' αἰθέρι δῖον, ἀτὰρ πυρὶ πῦρ ἀίδηλον. Id eſt,
Conſpicimus terram tellure, liquore liquorem,
Aëre naturam aëriam, ignem cernimus igne.

Sentimus enim reuera (vt Galenus exponit 7. plac. Hipp. & Plat.) terreſtri ſenſu, hoc eſt tactu, terreſtrem inſitam rebus naturam: lucidiſſimo, qui eſt viſus, lucidam. non ſecùs etiam aëreo auditus ſenſu, proprias aëris affectiones dignoſcimus. quemadmodum guſtatu, qui humidus natura ſpongioſúſque eſt, ſuccorũ qualitates nobis innoteſcunt. odorum autem genus, mediam inter aërem & aquam naturam ſortitum eſt, vt patuit. Ideo dixit Plato in Timæo: Cum aqua in aërem, aër in aquam mutatur, medij extiterunt odores vniuerſi. Vbi de tactu nihil admodũ video ab illo fuiſſe dictũ: niſi quod tactile nihil ſit ſine ſolido: ſolidum autem nullum citra terram. ex quo inferre licet, tactum terreſtrem eſſe præcipuè: quod vtique demonſtrauimus. Ibidem durum exponit Plato, cui caro noſtra cedit: molle, quod carni. quod ab eo repetitum Galenus crebris locis inculcat. Deinceps & graue, quod deorſum ferri dicitur: leue, quod ſurſum. & mox de læuore & aſperitate ita ex cauſſis breuiter tranſigit. Durities inæqualitati permixta, aſperitatem gignit: æqualitas autem mixta denſitati, læuorem, de cæteris tactus differentiis, neſcio an ille plura. Timæus ille Locrus vtcũque ſplendidiùs hoc de ſenſu ſenſit & ſcripſit: Οσέων δ' πάντων σωμάτων ἰσομοίρησις, πλὴ τὰν ἀφὰν πλαίσιον· τᾶς δ' ἁφᾶς, τὰ μὲν χείρω. τὰ μὲν ἁφὰ κρίνει τὰς ζωϊκὰς (ἴσως ἀτικὰς) δυνάμιας, θερμόταν, ψυχρόταν, ξηρόταν, ὑγρόταν, λειόταν, τραχύταλα, ἁπλόταν, ἀπλότατον, μαλακὰ, σκληρά. Ταὐτὸ δὲ καὶ τοῦτον ἁφὰ μὲν σωματεῖ, λόγος δ' οὐκ ἔστι τᾶς ἐς τὰμέζω, καὶ τὰν τοῦ μέσου τάξιν. id eſt, Porrò quæcumq. corporum affectiones nuncupantur, ad tãgendi ſenſum referuntur, & ad locum inclinant. nam tactus vitales (fortè tactiles) iudicat facultates, caliditatem, frigiditatem, ſiccitatem, humiditatem, læuorem, aſperitatem, cedentia, reſiſtentia, mollia, dura: at graue atque leue præiudicat tactus: ratio definit ex inclinatione aut ad medium, aut à medio. hæc ille de tactu & tactilibus.

1. & 2. qualitates.
Tactus, qualitatũ iudex.
5. Senſuum cum elemẽtis affinitas.
Elementa ſimilia ſimilibus ſenſibus percipiuntur. qui.
Tactus terra, viſus igni, auditus aëri, guſtus aquæ, odoratus vtriſq. hũ affinis.
Odorum generatio quomodo fiat.
Tactile an omne ſolidum & terreſtre? N. non videtur cõtra Platonem, vt igni, aquæ.
Durum & molle.
Graue & leue.
Aſperum & lene.
Tactus ſubiectum, & differentiæ.

De Dolore & Voluptate, liber vnus.

CAP. VI.

VERVMENIMVERÒ tum propter ſermonis conſequentiam, tum propter affinitatem tractationis huius, lubet de voluptate déque dolore obiter adijcere, tum quæ Plato idem conſequenter, tum quæ aliunde dicẽda, tum quæ de noſtro prompta ingenio ſcribenda occurrent. Ac primùm quidẽ rectè Galenus lib. 5. de vſu partium, tres ſcopos in neruorum diſtributione obſeruat: primum, vt ſenſoriis dictis inſtrumentis ſenſum impertiant: alterum, vt motoriis motum: tertium, doloris & voluptatis indicem. Enimuerò & voluptas, & dolor, omnibus quidem ſenſibus ex æquo videntur competere: qui cùm valent, & vegeti ſunt, ſuis quique obiectis lætis & iucundis blandè affici, & ſuauiter demulceri ſolent: ægri autẽ & malè affecti, doloribus anguntur triſtificis. Sic viſus inſpectandis gratis & amœnis coloribus delectatur, & verò luminoſis: mediocribus tamẽ, quia immodico lumine ac ſplendore grauiter affici oculos diximus: eoſdémque albo diſſipari, & radios eorum diſijci, viſúſq. acumen diſgregari. Sic formis, ac rerum variarũ figuris, quæ animo pérplacent, contemplandis, oculi recreãtur. quod vel amatores facilè teſtantur, dum ſuas amicas laſciuo intuentes aſpectu, animis geſtiunt: ita in illorum præcordiis

—— lætatur præpetibus cor,

vt ait poëta. Sic hortis, & viridariis, & pratis variegatis, vel tabulis fabrefactis & variè depictis, ſigniſque artificioſè exſculptis, animus oculúſque mirificè gaudet inſpectandis: dum ſe, vt eſt apud poëtam,

—— pictura paſcit mẽti.

Sic auditus cantu muſico, & harmonia ſuauium vocum humanarum cumprimis, tũ auium concentu, tum muſicorum inſtrumentorum rhythmicis modulis ſuprà quã dici queat (niſi quis planè ſit ἄμουσος) oblectatur. Sic ſaporibus dulcibus, aut pro ſuo cuiuſque appetitu conditis ac temperatis, & lingua, & palatum exhilareſcit. paritérque dulci nectare, & ſuaui ambroſia, aut decocta mellita guttur ſapidè afficitur. quanquam Nero ſitti propemodũ enectus, ſupplicium patriæ debitum fugiens, nunquam ſuauiorem decoctam ſe guſtaſſe conclamauit, aqua ſibi fortè ſitibundo porrecta, vt Suetonius refert. & Socrati optimũ condimentũ, fames: vt ſcribit Cic. in Tuſcul. Sic nares odorandis vaporibus gratis & placidis (neq. enim ijdẽ omnibus æquè placẽt, etiam qui habentur ſuaueolentiſſimi) miris modis demulcentur. Denique tactu molli & blãdo, & ferè ad teporem vel caloré propiùs accedente, non vna aliqua pars corporis: ſed ipſum adeo illud totum (quatenus tamen ſenſile, & neruoſum eſt) prurit, titillatur, geſtit, exultat, & voluptuosè commouetur. præcipuè autem attactu illo laſciuo genitalium partium, quem in complexu vene-

Neruorum tres ſcopi, & cauſſa doloris ac voluptatis.
Voluptas & dolor omniũ ſenſuum communis, quò. Ab exemplis
1. *Viſus.*
A ſenſibus ad animum voluptas & dolor tranſit.
2. *Auditus.*
3. *Guſtus.*
Decocta Neronis.
Optimum condimentum famis.
4. *Odoratus.*
5. *Tactus.*
Prioritas partiũ genitalium, quorſum,

Digitized by Google

sentire solent amantes, quo ad propagationem sui quæque generis incitari, & vt Græci loquũtur, ἱμερῶν natæ sunt. de qua forsan poſtea pluribus, & loco cõmodiori. Hæc est illa voluptas, quæ & sensus omnes, & corpus (vt dixi) vniuersum deliniendo blandè afficit. de qua cuperem audire ipsum illam voluptatis patronum Epicurum, aut de eius grege non porcũ equidem, sed disertum hominem quempiam bene narum & peritum: si modò à petulãtia verborum obscœnorum sibi temperare quiret. Epicurus enim ipse incitat ad conspiciendas, totáque mente contrectandas varias voluptates: quibus & ille præteritarum memoria, & ipe consequentium, sapientis vitam refertam putat. cuius verba ista velut interpres Cicero 3. Tuscul. recenset. Nec equidem habeo, quod intelligam bonum illud, detrahes eas voluptates, quæ sapore percipiuntur: detrahens eas etiam, quæ auditu & cantibus: detrahens eas etiam, quæ ex formis percipiantur oculis suaues motiones: siue quæ aliæ voluptates in toto homine gignuntur quolibet è sensu. Hæc ille suo de summo bono, libello. quo nos voluptatis præceptore carere, non admodum ægrè fero: quia sibi quisque plus satis est ad eam rem idoneus magister: dum attentè spectat florida & varia: dum fasciculum ad nares admouet: dum incendit odores, & sertis se redimit ac rosa. nequid de impurioribus voluptatibus dicã, de quibus ita idem ille Epicurus: Saporem intelligo, & corporum complexum, & ludos atque cantus, & formas eas, quibus oculi iucũdè moueantur. sed multò lasciuioribus versibus, eiusdem discipulus, & præco laudum Lucretius toto extremo libro 4. ab eo loco.

Voluptatis vis.

Epicurus voluptarius.

Voluptatibus referta vita sapientum. ex Epicuro.

Summum Epicuri bonum in voluptate multiplici sensuum.

Homines voluptatẽ sensuum sectantur.

Tum quibus ætatis freta primitiùs infimuntur,
Semen vbi ipsa dies membris matura creauit:
Conueniunt simulacra foris è corpore quòque
Nuntia præclari vultus, pulchríque coloris:
Qui ciet irritans locà turgida femine multo:
Vt quasi transactis sæpe omnibu' rebu' profundant
Sensimus ingentes fluctus, vestémque cruentent.

Somnia inanem Veneris, vsum.

Et quæ plurima consequuntur. De dolore autem & voluptate tum idem alibi (nam plura eius exciderunt, quàm supersunt scripta) tum sic libro secundo vel proximè ad Platonis sententiam.

Præterea quoniam dolor est, vbi materiai
Corpora vi quadam per viscera viua, per artus
Sollicitata suis trepidant in sedibus intus:
Inque locum quando remigrant, fit blanda voluptas, &c.

Dolor & voluptas quò fiant.

Denique voluptatem Epicurus finem dicit ducitque ac principium beatæ vitæ. ita tamen, vt dolores nõnullos voluptatibus præstare arbitretur: quòd ex diutina toleratione dolorũ, maior nos voluptas sequi soleat. & quæ apud Laërtium similia tum ille idem Epicurus, tum Aristippus, & cæteri isti philosophorũ nomine indigni philosophi nugantur. nam venio ad Platonis locum designatũ ex Timæo. vbi post nonnulla, quæ ad tactum pertinent, cúmq. latè per corpus diffusum: mox de voluptate & dolore, cùm cæteris sensibus communi, tum maximè tactui familiari, sic paucis transigit, institutum de vtriusque sermonem ad suas causas reuocans, propositis antè sensuum exemplis.

Voluptatis vsu, ex Epicuro. Voluptatem dolore, quo.

Dolor & voluptas omnibus sensibus communis.

τὸ δὲ τῆς ἡδονῆς ἢ λύπης ὧδε δεῖ διεξιέναι· τὸ μὲν παρὰ φύσιν ἅμα καὶ βίαιον γιγνόμενον αἰσθητὸν παρ' ἡμῖν, πάθος ἀλγεινόν· τὸ δ' εἰς φύσιν αὖτις πάλιν αἰσθητόν, ἡδύ· τὸ δ' ἀναισθήτως πάντως, οὐκ ἔναιμον. τὸ δὴ μεθ' ὑστεραίας γιγνόμενον ἅπαν, αἰσθάνεται μὲν ἧττον μᾶλλον· λύπης δὴ ἢ ἡδονῆς ἡ μετέχον· ἕξιν δὲ περὶ τὰ ἐναντία αὐτῶν παρίστησιν. ἡ δὲ σῦτις ἐν τοῖς ἡμετέροις ἐφεξῆς καθ' ἡμέρας ξυμφυὴς ἡμῶν γίγνεται. ταύτην γὰρ πρώτην μὲν, ἢ καυσεῖς, ἢ ὅσα ἄλλα πάσχει, λύπης ἐν ἐμποιεῖ· ὑπὸ ἡδονὰς πάλιν δὲ πάντων αὖτις ἔστησε. μέγιστοι δὲ αἰσθήσεις ἡ σαρώσεως, καθ' ἃς τ' ἄν πάθη, καὶ ὅσῳ ἂν αὖτη τὰ μεγαλύνουσα ἐφάπτηται. βίᾳ γὰρ τὸ παρὸν ἐν ἔτι τῇ διεξιέναι τ αὖτις ἢ συλλογίας. τὸ δὲ ἐκμιγνύσθαι μηδὲν σώματα, μόνῃ ἅπτεσθαι τῷ ὁρᾶσθαι, διαλιθάνειν δὲ εἰς ἅπαν τὰς κενώσεις. ἡδονὰς ἴσχει & λύπας· ἀλλοτριώτατα μὲν λύπας. καθεστῶτα δὲ εἰς τὸ αὐτὸ πάλιν, ἡδονάς. ὅσα δὲ κατ' ὀμμάτων τὰς ἀπαχθείσεις ἑαυτῇ ἢ καυσεῖς ἅλληται, τὰς δὲ πληρώσεις αὖθις ἢ κατ' μεγάλα· κινήσεως μὲν αἰσθάνεται, πλειόνους δὲ αἰσθητικὰ γιγνόμενα, λύπας μὲν ἢ παρὰ τῷ θνητῷ δ' ψυχῇ, μείζους δὲ ἡδονάς. ὅτι δ' ἥδεται περὶ τὰς διεξόδους. ὅσα δὲ ἀπαλλοτριοῦται μὲν αὖθις, κατ' ὀμμὰ δὲ μόνῃ εἰς ταυτὸν πάλιν ἑαυτῇς. καθεστῶτα, ἀνώδυνα, τοῖς ἐμφερέσιν πάντα ἀπαθῆ. τοῦτο δ' αὖ περὶ τὰς καυσεῖς ἢ πυκὸς τῶ ξύμπαντος γιγνόμενα, ἀνώδυνα. id est, Quod præterea ad voluptatem attinet, & dolorem, ita consideretur. Passio violenter prætérque naturam abundè simúlq. nobis illata, molesta fit. Rursus quæ in naturam abundè simúlque reuertitur, dulcis: quæ contrà fit, contrà. Passio verò, magna cum facilitate illata, sentitur quidem maximè: voluptatis autem & doloris minimè particeps. huiusmodi sunt, quæ ex aspectu proueniunt. cui quidem corpus nostrum cognatum fieri in die (siue in luce) suprà narrauimus. huic enim adustiones sectionésve, & quæcunque passiones huiusmodi, dolorem non inferunt: nec etiam quando in suam speciem fit restitutio, voluptatem. Sensus tamen vehementes clarissimique ipsi competunt, quatenus aliquid patitur, incurritque in aliquid, & attingit. Violentia siquidem huius discretioni concretionive nulla penitus inest. Corpora verò ex partibus grandioribus constituta, & vix agenti cedẽtia, quando motiones illatas in totum corpus trajiciunt, voluptates doloréque continẽt. quando videlicet è suo statu mouentur, dolores: quando redeunt, voluptates. Quæcumq. paulatim abscessus euacuationésque sui perpetiũtur, repletiones verò simul atque abundè: cùm euacuationis quidem sensum habeãt nullum, repletionis autem habeant: mortalitate ipsius potentiæ (siue parti mortali animæ) dolores nullos, voluptates verò maximas afferãt. quod ex suauium odorum perceptione cognoscitur. At quæ è sua natura simul & abundè pelluntur, paulatim verò vix in eam restituuntur, cõtrà quàm superiora affici solent. hoc planè in secandis vrendisq. membris apparet. Hæc Plato de communibus toti corpori passionibus, déque doloris & voluptatis modo & causis. nam deinceps specjatim de singulis sensibus transigit, de quibus nos abundè vtique: neque

Dolor & voluptas quò fiat.

Quod sensim fit, dolorem & voluptatẽ non facit. Vt quæ circa visum.

Visus quomodo afficiatur.

Dolor & voluptas in partibus insignibus, vnde.

& repletione & inanitione quando dolor aut voluptas.

Digitized by Google

Dolor & voluptas, quid, & vnde.

illa omiſimus, quæ ex eodem Platone, noſtro ſermoni conuenire iudicauimus. Timæus autem Locrus ante Platonem ita ſcripſerat: ἐπάσας μὲν οὖν ἐξιστᾶσα τὰς φύσεις, ἀλγεινὰ μὲν ἐπάγουσα τὰ παρὰ φύσιν ἢ ἀποκαθιστᾶσα εἰς αὐτάς, ἡδονὰς ὀνομάζομεν. id eſt, Omnes ergo motus, quotquot naturæ ſtatum excedunt, cruciant dolore: quot quot inſtaurant naturam, voluptates nominántur. Cæterum ſuam illam de voluptate & dolore ſententiam, ſub perſona Socratis, facta velut experientia, Plat. in Phædone cõprobauit. Socrates enim quo die ex decreto Athenienſium cicutam lethiferam hauſturus erat: adeuntibus ipſum amicis, ſic in carcere loquitur è lectulo, cruribus ad ſe paulùm reductis & contractis, blandé que manu perfricatis: ὡς ἄτοπον, ἔφη, ὦ ἄνδρες, ἔοικε τῷ τῶν, ὃ καλοῦσιν οἱ ἄνθρωποι, ἡδύ· ὡς θαυμασίως πεφυκότε τὸ ἀπεναντίον αὐτοῦ εἶναι, τὸ λυπηρόν, ᾧ ἅμα μὲν οὐ θέλει παραγίγνεσθαι τῷ αὐτῷ ἀνθρώπῳ ἅμα δὲ ἂν τις διώκῃ τὸ ἕτερον, ἀναγκάζεται σχεδὸν ἀεὶ λαμβάνειν ἐν τῷ ἑτέρῳ ἅπτεσθαι καὶ μιᾶς κεφαλῆς ἀμφω δύ' ὄντε. καί μοι δοκεῖ, ἔφη, εἰ ἐνενόησεν αὐτὰ Αἴσωπος, μῦθον ἂν συνθεῖναι· ὡς ὁ θεὸς βουλόμενος αὐτὰ ἐρίσαι μάχεσθαι πολεμοῦντα, ἐπειδὴ οὐκ ἐδύνατο, συνῆψεν εἰς ταὐτὸν αὐτοῖν τὰς κορυφάς. κἄπειτα, ὧν ἂν τὸ ἕτερον προσῇ, ἐπακολουθεῖ ὕστερον ἐν τῷ ἑτέρῳ. οἶσθα οὖν ἐν αὐτοῖς μοι ἔοικε, ἐπειδὴ ὑπὸ τοῦ δεσμοῦ ἦν ἐν τῷ σκέλει τὸ πάλαι, αἴφνης δὲ ἐκείνης ἐπακολουθεῖν τὸ ἡδύ. id eſt, Quã mira videtur (inquit) hæc res eſſe, quam nominant homines voluptatem: quámque miro naturaliter ſe habet modo ad dolorem ipſum, qui eius contrarius eſſe videtur: quippe cùm ſimul homini adeſſe nolint, attamen ſi quis proſequitur, capitque alterum, ſemper fermè alterum quoque accipere cogitur: quaſi ex eodem vertice ſint ambo connexa. Arbitror equidem Æſopum, ſi hæc animaduertiſſet, fabulam fuiſſe facturũ: Videlicet Deum ipſum, cùm ipſa inter ſe pugnantia vellet conciliare, neque id facere poſſet, in vnum eorum apices conjunxiſſe, propterea q. cuicumque adeſt alterum, eidem mox alterum quoque affuturũ. Quod quidem mihi accidit in præſentia: ſiquidem modò crus propter vincula afficiebatur dolore: ſed huic ſuccedere voluptas iam videtur. Neque verò fallebatur Socrates, cùm hæc diceret: nam & apud Æſopum extat in eã ſententiam lepida fabella, quam alibi citare commodius erit. quod certè neque ipſe ille Socrates ignorabat, ſed ſuo potiùs more diſſimulabat: cùm, quo tempore carcere incluſus mãſit, nouo quodam & inuſitato ſuo more atque inſtituto, poëticam tentare ſit aggreſſus, quã fortè nunquam antea exercuerat (ſunt enim, qui nihil ſcripſiſſe vnquam illum aſſerant: ſunt qui Tragica & Comica ſcribere aggreſſum dicant, & Laërtius in eius vita indicat) oraculi tũ demum iuſſu & monitu hymnos in Apollinẽ meditatus, & illas ipſas Æſopi fabulas carmine conatus exponere. imitatus eo facto Apollineum olorem, qui morte inſtante, ſuauiùs canere fertur, quàm vllo alio vnquam aliàs vitæ anteactæ tempore.

Socratis extrema cum amicis colloquia.

Dolor & voluptas ſimul eſſe negantur: ſed ambo ſibi inuicem ſuccedunt.

Æſopi apologus, de dolore & voluptatis nexu mutuo.

Socrati femur ex cõpede prurit ſuauiter.

Socrates ἀφυὴς

Socrates an aliquid ſcripſerit? Sane in carcere poëticam tentauit. Olor impẽdente fato ſuauiùs canit.

Galenus in lectione Platonis ſedulò verſatus, has de voluptatis & doloris modo cauſſáque ratiocinationes arripuit, & frequenter vſurpauit: vtrique affectui communem vocem aſſerens (ἄφατος) in eo Platonem nihilominùs atque in tota ratione cauſſæ aſſignandæ imitatus libro de tremore. Idem porro lib. 7. plac. Hipp. & Plat. non ſatis eſſe ad voluptatis doloriſque creationem putat, vt vel lenis, vel aſpera in corpore motio efficiatur: ſed vtriſq. his agitationibus, ſenſus quoque accedat neceſſe eſt. quæ autem alterationem percipit, neruorum participatio eſt. Cùm verò dicit Hippocr. Dolor fit propter calidum, propter frigidum, propter plus, propter minus: in refrigeratis quidẽ partibus, ex calore: in calefactis, ex frigore: corruptam item naturam habẽtibus, dolores fiunt. ne putes leuem aliquam alterationem: ſed vehementem alterationis ſenſum, ipſum Hipp. intelligere. quiquidem ſenſus exiſtere nullo modo poteſt, ſine patientis corporis immutatione præternaturali. Leuis enim illa & prona corporum mutatio, ſentum quidẽ efficit, qui facultatem & vim agẽtis dignoſcit ac percipit (ſimodò id quod alterationem ſuſcipit, ſenſituum fuerit) non tamen dolorẽ inducit: promptéque vnumquodque leuem hac ex cognatis patitur mutationem. Idẽ verò Plato in Politia, & in Gorgia, quaſdam ex voluptatibus fugiendas, quaſdam admittendas præcipit. Voluptates enim, quæ in honeſtis vtilibúſque diſciplinis, omnibúſque demum probis actionibus prouenium, admittere debemus: fugere contrà eas, quas ebrietas, crapula, res Venereæ exhibent. At quæ nihil horum in ſe diſtinctum habent, illæ verò neque fugiendæ, neque expetendæ. cæterùm de differentiis voluptatum, Philebus ſatis tibi faciet. At Galenus rurſum libro 1. de ſympt. cauſſ. Voluptas (ait) & dolor omnibus ſenſibus contingunt: non tamen pari euidentia; ſed in oculis minùs, quàm in cæteris euidenter: in tactu autem & guſtu, maximè luculenter: ab ijs deinceps in odoratu: & poſt hunc, in auditu. Quænã igitur eſt tum omnium communis, tum cuiuſque cauſſa propria? Sanè communis ea eſt, quam Plato in Timæo reddit, ſic ſcribens: Τὸ μὲν παρὰ φύσιν ἐν διαίσει χωρίζον αἴσθησιν ἐν ὅλῳ σώματι, ἀναγκαῖον· τὸ δ' εἰς φύσιν αὖθις αὖ πᾶσαν αἴσθησιν, ἡδύ. τὸ δὲ αἰσθητὸν, ἐν ᾧ μικρὸν, ἀνώδυνον. id eſt, Violẽta paſſio, quæ præter naturam eſt, cùm ſimul multa & celeriter fit, dolorem affert. è diuerſo, quod ad ſuam naturam vniuerſim & celeriter redit, iucundum eſt. quod autem ſenſim & paulatim fit, ſenſum latet. atque ita quidem Plato: quãquam Platonis verba tenore quidem diuerſa, ſed ſenſu eadem paulò antè protuli. Hippocrates verò Platone antiquior: οἷς γὰρ φύσει διαλλάσσει καὶ διαφθείρεται, αἱ ὀδύναι γίγνονται. id eſt, Iis (inquit) quibus natura alteratur & corrũpitur, dolores fiunt. celeritatem ſimul & magnitudinem mutationis ijs verbis indicãs. Hæc poterant ſufficere: ſed placet ſpecialibus ſenſuum exemplis vtramque affectionem doloris & voluptatis explanare, ex citato Galeni libro. in quibus tamen non pauca Platonicis principijs iuuabit obiter annotare, & velut per pa-

Ad dolorẽ & voluptatem neceſſariò requiritur ἄφατος, & ſenſus patiẽs.

Dolor non niſi intentam alterationem ſequitur.

Leuis alteratio ſentitur quidẽ, ſed citra dolorem.

Voluptatũ differentiæ: & quæ admittenda, aut fugienda.

Voluptas & dolor, communes omnium ſenſuum, verùm inæqualiter, quomodo: & gradus ſingulorũ.

Doloris & voluptatis cauſſa.

Dolor in agendo.

Digitized by Google

Exempla doloris in ſingulis ſenſibus. 1. de Tactu.

rentheſin interponere. Sanè verò tactui accedunt magnæ mutationes naturæ à frigidi calidique violento contactu (quippe humidum & ſiccum, ſi abſint calfactio & refrigeratio, citra violentiam corpus contingunt) præterea ab ijs, quæ quaſſandi, vel ſecandi, vel pungendi, vel diſtendendi, vel exedendi vim habent. à quibus omnibus, ὁ τῆς ὀδύνης, quaſi dicas inſieri, dolor acerbus excitatur. neq. enim poſtquàm aliquid diuiſum ruptúmque eſt, doloré infert ex ſe, ſed ex accidenti: ſiue mordicans humor exulceratum corpus exeſt: ſiue phlegmone ſuperueniens, ſuo calore, & tenſione, & humorum mordicante acrimonia, moleſtiam parit. Diuellitur autem & guſtus inſtrumẽtum, quatenus vtique tactus eſt, à cauſſis ijſdem, à quibus tactum affici diximus. quatenus autem guſtus eſt proprium, ab acutis, amaris, acerbis & acribus ſuccis: à quibus continuitas ſoluitur. Contriſtant verò & olfactum, qui à iam dictis ſuccis exhalant vapores: quòd hi quoque continuitatem diſtrahant. Auditum verò infeſtant, vox aſpera, & maxima, & celerrima. ex quo, in magnis tonitribus, quidam auditus ſenſu omnino ſunt priuati. inſtrumento nempe auditorio à ſoni violentia diuulſo. Iam verò ipſum viſum maximi ſplendores nimia ſecretione non infeſtant modò, ſed etiam corrũpunt. ſecretio enim, ex diuidẽtium genere eſt. Denique omnibus ſenſibus communis eſt paſſio, quæ infeſtat, & dolorem ciet, ſecretio, & continui diuulſio, vniuerſim, ſimul ac ſemel celeritérque facta. Græci vno verbo rem expediunt, ἀθρόως, τοῦτ' ἔστι μετὰ τοῦ μεγάλου, ἅμα καὶ τάχους, id eſt, portionibus magnis, ſimul ac celeriter. quod Plato dixerat, συμβαῖνε δὲ διαίρεσιν τινὰ ἅμα καὶ ἀθρόαν γίγνεσθαι τοῖς αἰσθητικοῖς μορίοις, τῆς αἰσθήσεως γένεσιν. id eſt, Doloris ſenſum ex paſſionis tum violentia, tum quæ magnis portionibus cum celeritate ſenſibilibus corporibus incideret, prouenire. Ac quod contriſtat quidem, in omnibus ſenſibus ad hũc modum prouenit. iucundum verò, quod illi eſt cõtrarium, contrariis ex cauſſis. Quippe eius, quod diuelli periclitabatur, reditus ad naturã ſimul & celeriter factus, voluptatem adfert. Iccirco oculis iucũdiſſimum ſpectrum, cæruleum eſt: ſicuti è diuerſo, grauiſſimum triſtiſſimúmque, quod ſplendidum ſimul albúmque eſt; vt Sol. proxima ijs ſunt, inter ea quidem quæ contriſtant, album: inter ea verò quæ delectant, fuſcum. illud quidem, quòd ſubſtantiam eius ſegreget, ſimul ac reſoluat: hoc autem, quòd citra violentiam congreget. Neque enim ſola congregatio ſatis eſt, cùm & nigrũ ea quoque ratione iucundum foret: quod tamẽ ſecus habet. (& tamen læſum ex albi contemplatione oculum, ciriſſimè in contrarium ſtatum reducit, quod Plato poſtulabat.) Cùm ſit enim ſubſtantiæ viſus nigrum contrarium, violentiùs eã cogit, quàm vt eam ad naturam reducat. At verò quod nigerrimum eſt, eo quod ſplendidiſſimum eſt, minùs infeſtat. non vtique quod cõtrarium minùs ſit triſte, quàm exceſſus, qui eſt in genere cognato (Quippe hac ratione magis contriſtaret nigrum, quàm quod eſt ſplendidiſſimum) ſed quòd viſus inſtrumentum ſit ſplendidum: talis verò ſubſtantia omnis, ſubtilium ſit partium: nigrum verò, ſemper craſſarum. Eſt autem perpetuò quod tenuium eſt partium, magis actiuum naturâ, quàm eſt id quod craſſarum. Ergo cùm inter ſe cõmittuntur, quod tenuium partium eſt, & quod craſſarum; remiſſiùs agit, quod craſſarum eſt, in id quod tenue eſt: quatenus ſcilicet id à tenui potiùs pati eſt natum. Ita igitur & Sol viſum offendit, quòd cùm tenuioris ſubſtantiæ ſit, facilè eum ſegreget (cùm & iuxta Ariſt. album præterea diſgreget ac diuellat viſum. & Timæo Locro, τὸ μὲν λευκὸν διακρίνει ἴσως ὄψιν· τὸ δὲ μέλαν συγκρίνει. i. Album quidem, aſpectum diſgregat: nigrum verò cõgregat.) At cognatione quidem ſubſtantiæ, minùs contriſtat, quàm ea, quæ ſunt contraria. Sed cùm actionis vehementia ſit violentior: hoc ipſo celeritatẽ quoque ad viſus noxã obtinet. Quod enim in minimo tempore viſus noſter à Solis ſplendore patitur, id nonniſi in plurimo ſentit, vbi omnino nullum ſplendorem videt: ſed in profundis tenebris eſt verſatus. Quippe is quoque ad lucem reductus, videre nõ poteſt: eo quòd extinctus ad quendam modum incraſſatúſq. ſit, ac tenebricoſus redditus. Quo commẽto vſus Dionyſius tyrannus (vt antè inſinuauimus) quos cruciandos iuſſerat, diu in tenebris concluſos, ad Solem meridianum educebat, apertis palpebris, & inconniuentibus oculis ſine vlla nictatione contemplandum. Iucundiſſimus igitur meritò gratiſſimúſque cæruleus color viſui eſt: ſi tamen is à Sole nõ eſt digeſtus. Huic enim, cùm vtique laborat, contrarium remedio eſt. Sicut ei qui laborauit quidem, ſed iam ſanus eſt, cæruleum aut fuſcum ſaluberrimum eſt ſpectrum: vtpote quod nec eum ſegreget, veluti tum album, tum ſplendidũ: neq. cogat & extinguat, veluti nigrum. Ac fuſcũ quidẽ, ex albo & nigro ſimul mixtis efficitur: cæruleũ verò, ex albo & ſplendido tũ coëuntibus, tum in futurum nigrum incidentibus. ſic enim nos Plato de ambobus docuit: Ariſtoteles autẽ, ſiue Theophraſtus is author eſt, de coloribus illuſtri libello eſt doctè commẽtatus: & Galenus ſe facturum erat pollicitus lib. de plac. Hipp. & Plat. Ergo hi colores ex contrariis immodiciſque mixtis, medij ac mediocres fiunt: qui & exceſſum vtrumque, quo viſus læditur, declinant, & mediocres ipſius fatigationes recreant: non ſecùs ac morbos, qui ex ſegregatione prouenium, nigrum. Sanè voluptas, quę ab iis prouenit, perinde euidens nõ eſt, ac in aliis ſit ſenſibus: propterea ſcilicet quòd nec dolor par erat. Quippe ſubſtãtiæ tenuitas in viſu necdum ſegregatur: ſed propter ſubſtantiæ cognationem, violentum aliquid patitur: quando ad quod ducitur, ipſe per ſe prior properat, non autem dum congregatur, propter mutationis imbecillitatẽ. Quod enim tenuis ſubſtãtiæ eſt, id ab eo quod craſſum eſt, languidè cogitur. atque ita quidem in viſu ſe habent voluptas & dolor. In auditu verò, iu-

Dolor nonniſi in actu: niſi per accidens.

2. De Guſtu.

3. De Odoratu.

4. De Auditu.

5. De Viſu.

Cõmunis cauſſa doloris. ἀθρόως, quid ſit.

Dolorem ſegregat.

Exempla voluptatis in ſingulis ſenſibus: & qui fiat. 1. De Viſu.

Contra Platonem.

Albi & nigri vis ad viſum affectum.

Tenuis & craſſorum vis ad agitandum.

Sol cur viſum ladat.

Albũ diſgregat viſum.

Oculi cur à tenebris in lucem educti, ægrè cernant.

Dionyſii tyrannis ijs reos torquendos. Cæruleus.

Oculo laboranti, quid gratiſſimum.

Cæruleus & fuſcus compoſitio.

Author libri de coloribus.

Colores medij.

Voluptas dolorque in viſu minimi, cur.

Tenue à craſſo ægrè affici tur. 2. De Auditu.

cundiſſima vox eſt, quæ leniſſima tardiſſimáq. eſt: propterea quod è diuerſo, infeſtiſſima eſt, quæ aſperrima celerrimáque ſit. quo in caſu, voluptatis ratio à Platone deſcripta, vtcumque labat, vt poſtea notabitur. Verùm ea, quæ de vtroque genere vocis dicta ſunt, ſano integróq. ſentu iucunda triſtiáve ſunt. ei verò qui ægrotauit, ea vox grata ſit, quæ præter lenitatem & tarditatem, etiam parua eſt (quod tamen Platonicis quoque principiis repugnat.) At ei, qui iam ægrotat: quæ ſimul & leniſſima & tardiſſima, & maximè exilis eſt: atque hæc etiá magis, quæ numeroſa. Quippe omnimodũ ſilentium, ſimile quid in auditu eſt, atque tenebræ in viſu. Atq. ex eo patet, ſicuti in reliquis ſenſibus, diuerſam eſſe rationem voluptatis & doloris tum in ſanis, tum in ægroris, vt aliàs tradetur. Voluptas porrò euidẽtior in auditu eſt, propterea quòd ſubſtantia eſt craſſiore. ſicut in odoratu adhuc manifeſtior eſt delectatio: propterea quòd eius ſubſtantia eſt magis craſſa. Quantò enim aër ſplendore eſt craſſior: tantò & craſſior aëre eſt halitus atque vapor. eſt verò ſplendoris quidem ſenſus, viſus: aëris verò, auditus: vaporis autem, odoratus: æquè ſcilicet vt humidæ naturæ, guſtus: & ſolidi corporis ac terreni, tactus, vt iam ſæpe dixi.

Cõtra Platonem.

Diſtinctio ſani & ægri ad voces, & alia ſenſibilia. Contra Platonem. Silentij ad tenebras analogia. Auditus viſu cur magis afficiatur. Item odoratus.

Aëris, ſplendoris, & vaporis cõparatio: ut ſenſui proportionalium ad elementa.

Quoniam autem cognati generis cum guſtu, odoratus eſt, ſola ſubſtãtiæ tenuitate ab eo diſſidens (eſt enim vapor, ſiue halitus, humor extenuatus) de ambobus ſimul agemus, à guſtu claritatis gratiâ incipientes. Gratiſſimi igitur huic ſucci ſunt, cùm naturaliter ſe habet, omnes qui dulces ſunt & pingues (vt Platonis finitio hîc etiam circũſcriptione egeat.) hi enim omnes monſtrati ſunt corporis ſubſtantiæ maximè conſentientes. recèns autem ab aliquo, quod contriſtabat, affecto guſtui ſapores pingues grati eſſe ſolent: quippe qui exaſperatum eum maximè leniunt. Iam verò etiamnum laboranti, iis qui affligant, contrarij ex vſu ſunt: craſſis quidem, ij qui attenuant: tenuibus autem, qui incraſſant: glutinoſis, qui diſſecant: exaſperantibus, qui leniunt. ad eundem modũ calidis, qui frigidi ſunt: frigidis, qui calidi: ſicut ſiccis, qui humidi: & humidis, qui ſicci. Siquidem venter viſceribus veniſque ſubſeruit: itaque & quales hæc ſuccos requirũt, tales appetit. Porrò huic pro diſcernendi inſtrumento, lingua proſtat: ijs ſcilicet ſuccis maximè gaudens, quos ventriculus deſiderat. Huiuſce autem ſocietatis, tunica qua veſtitur, maximè eſt cauſſa. ſed de ventriculo aliàs ſuo loco. Delectatur autem lingua diuerſis temporibus, ijs ſuccis qui ſibi admouẽtur, alijs atque alijs. delectatur etiam nonnunquam, dulce illud quod in ſe habet, ſentiens. eſt autem hic ſuccus, quædam pituitæ ſpecies: in quo nonnulli vim maximam, & ad guſtum neceſſariam ponunt: guſtum denique eſſe nonnulli ſupponunt.

Guſtus & odoratus affinitas. 3. De Guſtu.

Cautio in Platonem.

Cõtrariorũ vſus, quãdo.

Venter viſceribus gratas eſcas appetit. At guſtus non eſt in ventriculo. Linguæ vetri grata expetit, cur. Contra tritum prouerbium. Linguæ ſaniores ſuccos. Linguæ pituita efficacia.

At in odorandi facultate, externorum quidem tum iucundorũ, tum triſtiũ ſenſus perinde ſe habet, vt in guſtatrice. halitus autem & vapores, quos in ſe habet, graueolentes illos quidem aliquando ſentit: bene autem olentes, aut ſanè iucundos, non ſentit: ſicuti neque viſus, neque auditus. hi namque ſenſus cùm tenuis ſubſtantiæ ſint, nulla in ſeipſis valida paſſione afficiuntur. Tactus verò & guſtus, vehemens quidem tale aliquid neque ipſi ſentiunt: confuſum tamen eiuſmodi aliquid nonnunquam patiuntur. lingua quidem, vt dictum eſt, à dulci in ſe pituita, quã Praxagoras & Philotimus ſpeciali nomine dulcem ſuccum appellant. Tactus verò ipſum motum in ſe non ratò ſentiens, quando ſcilicet iis, quæ ipſum exaſperant, vel concoquendis, vel diffandis, vel ſenſibiliter excernendis, ad naturã ſuam reuertitur. Quinetiam qui laſſitudine laborant, vbi molli frictione, vel in balneo loti, ab ijs quieſcunt, euidentem ſentiunt voluptatem. (Neque tamen hic reditus ad naturã violentus eſt & cõfertus, vt Plato præcipiebat.) Iam magis etiam ſub iam dictis motibus, in laſſatis ipſis particulis, dum ad ſtatum naturalẽ redeunt, oblectantur. Sanè non ſolùm lauando, & molliter cum largo oleo fricando, voluptas laſſatis partibus accedit: ſed etiá in maioribus doloribus pertractatio, quæ blanda, mollis & lenis ſit (contra Platonis tamen ſententiam, & Socratis prurientem illam frictionem) ſolatium quoddam adfert non exiguum. Denique (vt vno verbo dicam) delectamur tactu ipſo, dum ad naturalem ſtatũ reducimur. contingit autem id nobis ſemper per contraria primò ac per ſe, non autem ex euentu. Ac ſiquidem ſimul & celeriter id fiat, ſanatio cum delectatione perficitur: ſin paulatim, inſenſibilis erit ad naturam reditus. Similiter autem & de abitione à naturali ſtatu ad ſtatum non naturalem, eſt intelligẽdum. quæ enim ſimul multa & celeriter fit, ea & violenta eſt, & cum dolore coniuncta: quæ autem paulatim, ea ſenſum fugit, vt patuit. Quanquã ſi corpus in ſuo & natiuo ſtatu maneat, alia quædã ratio creãdæ voluptatis erit excogitanda, quàm quo modo Plato tradidit, & iam adſcripſimus.

Viſus, auditus, odoratus cur à contentio in ſuo ſenſorio non efficiantur, aut parcius reliquis ſenſibus. Linguæ pituita, dulcis ſuccus. 5. De Tactu. Laſſitudinis curatio.

Contra Platonem.

Contra Platonem.

Quòd ad voluptatem & doloris cauſſam requiritur in alipte. Platonis ratio voluptatis non valet in ſanis.

Egregium verò quiddam & proprium habet generationi dicatarum partium genitalis ſenſus: propterea quòd eam facultatem habeant valentiſſimam: & quidem in ipſo mare, ſeminis expultricem: in fœmina verò, tum hanc ipſam in teſtibus & ſeminalibus vaſis, tum attractricem in toto vtero. Coniunxit enim natura & cum ſeminis effuſione, & cum eius cõceptu, ingentem cupiditatem ſimul & voluptatem. Cæterùm offenſa & læſio redundantis, & intus remanentis ſeminis, quod paulatim multo tempore, atque idcirco plus colligitur, quanquam magnopere infeſtat: impar tamen eſt magnitudini voluptatis, quæ in Venere ſentitur ac percipitur. Offendentis enim expulſio ſimul & celeriter facta, etiam delectationis magnitudinẽ celeritati reditus ad naturam proportione reſpondentem habet. quam proportionem, & ſtatum ſalubrem, ſi Plato in cauſſa doloris & voluptatis aſſignanda obſeruaſſet, minùs in tuenda eius ſententia Galenus cum ſuis laboraſſet. Verùm hac de re, déque cauſſa & modo percipiẽdæ in coïtu voluptatis, poſthac

Voluptas è re Veneria, vnde. Demus ex redundante ſemine. Voluptas à copia ſeminis profuſi. Platoni emiſſa cirsa

doloris & voluptatis cauſſas.

tis,poſthac vſpiam dicetur à nobis: ſicuti & de exquiſito ventriculi ſenſu, & cibi ac potionis voluptate,& multis aliis tũ quæ ad ſenſus iſtos pertinẽt, tũ ad alia illuſtria,quæ nos paſſim venamur & indagamus. iam enim tempeſtiuum eſt, tã prolixum de ſenſibus ſermonem claudere.

Obiecta in Platonem & Galen. de cauſſa voluptatis & doloris.

Verumenimuero antè quã id fit, cõtra hunc poſterioré locũ de voluptatis doloriſq. cauſſaà Platone & Galeno poſita, iuuat audire nõnulla,quæ obijci queunt,& qualia nos paulò antè planè obiter pauca de multis attigimus. Ac primũ quidẽ voluptas ſenſibus accedit, nõ modò cũ ad naturã redeũt:ſed ſanis adeo, dũ obiectis quiſq. ſuis(vti propoſuimus) blãdis & expetitis ſuauiter ac molliter afficitur. Deinde non ſemper ad priſtinã naturam reuertẽtibus, voluptas cõciliatur,ſi reditus eiuſmodi fiat ἀθρόως, confertim celeritérq.: ſed etiã interdũ ſi ſenſim ac paulatim, vt tum docuimus de laſſitudine, & ſenſibus læſis,cũ ad naturã redeũt: tũ percipimus in iis,quibus frigore manus & digiti congelarũt: potiſſimũ rigẽtibus & obſtupeſcẽtibus ipſis digitorum extremitatibus, & vnguiũ radicibus. quibus ad luculentum ignẽ diu multúmque & violenter admotis, ingens dolor & cruciatus interiora contundens ac dilacerans, ſuccedit.Hoc vniuerſim,& ad ſubitã qualitatis mutationẽ accidere arbitrãdũ eſt, ait Alexãder probl. 44. lib. 1. fit enim vt ex multo frigoris, repẽtè tranſeant ad multũ caloris. Omne autẽ quod immodicè vniuerſimq. malo agitur habitu,doloré naturæ infligere poteſt. ſicut quod per habitũ bonũ modicè, atq. ad naturalẽ conditionẽ vniuerſim mutatur,naturã verò vehementer permulcet atq. oblectat. corpus enim humanũ habitu temperatiori, quã cætera animalia cõſtat.hæc Aphrodiſeus.deinde obijcio. Tum verò nec dolor tantũ accidit, cùm ſimul multa & celeriter imprimitur paſſio:verùm & lentè ac paulatim facta cõtinui ſolutione. ſicut ij percipiũt, quibus acus,aut ſtylus acutus partes neruoſas,præcipuéq. vnguib⁹ ſubiectas cõpungit:vt tyrãni olim alieno damno & miſeria experiebãtur,ſecãdis mediis hominibus piis,leniter & tractim ádacta ſerra:aut igne lento viuis aduſtis ſanctis Chriſti martyribus.Ideóque tũ in aliis chirurgicis operibus,tũ in ſecãdo vrendóq. edixerat Hippocrates : Citò,Turò,Iucũdè.quaſi hoc quidé modo, doloris acerbitas brenitate & celeritate operis nõ feſtinata, ſed maturata,minuẽda videatur. Poſtea ſiqua eſt analogia corporis affectuũ animiq. (vt eſt certè aliqua) nõ quæ grauiſſimo & acerbiſſimo dolori mœroriq. ſuccedit de repẽte ingens lætitia,naturæ grata eſt & familiaris,ſed ſæpe funeſta atq. lethalis:vt plurima docẽt exempla virorũ ac mulierũ repentino & immoderato præ gaudio cõfeſtim exrinctorũ. vt Polycritæ Naxiæ: cuius operâ & gratiâ cùm foret obſidione ſoluta ciuitas:in tãto populi vniuerſi applauſu, & fauſta acclamatione, cùm diceretur patriæ protectrix,& Naxi liberatrix, præ gaudio exanimata concidit.vt duarũ mulierũ Romanarũ, quæ nũtiata cæde filiorũ in clade ad lacũ Thraſymenũ accepta, cũ ex inopinato illi ambo rediiſſent, in mediis eorũ amplexibus ambæ expirarũt.vt Sophocles tragico certamine victor, in promptu læti nuntij rumore perculſus, animã ſenex exhalauit:ſimilitérq. Iuuẽtius Talua Tiberii Gracchi in Cõſulatu collega, cũ decretas ſibi à Senatu ſupplicationes intellexiſſet, ante foculũ ſacrificando collapſus interiit, ſic Philemon in ipſo riſu exanimatus eſt. idem de Chryſippo narrat Laërtius:de aſino ſycophãta narratur fabula. ſed quod mirũ magis videtur, Cornel. Gallus Prætorius, & Titus Ætherius Eques Rom.in vſu rerũ Venerearum ſunt abſumpti. eadẽ propè ſorte ſublatus è viuis Pindarus,dũ in ſinu dilecti pueri, vel potiùs impuri cinædi obdormiſſet. quorum & alibi forſan mentio à nobis repetetur. An verò mors iſtis ſine dolore obrepſit?an dolor mixtus voluptati, animã protinus eliſit? Sed nũc nõ vacat horũ cauſſam euentuũ prolixiùs exquirere, ſicuti neq. examinare ſingillatim, quæ multis verbis acutè & ingeniosè ſanè doctus Argẽterius cõtra Platonẽ, Ariſt.& & Galen. de voluptatis & doloris cauſſis modiſque diſſerit lib. de cauſſ. ſympt. cuiquidẽ illi nouo ſcriptori, & noſtro vtriq. coæuo, Omnis dolor in ſolutione continui(quod locis quibuſdã, & ſuperioribus illis poſt Hipp. inſinuauit Galen.) videtur cõſiſtere: nec tantũ corporis, ſed etiã animi, quod eſt μεμελέτηκεν. quod problema nos alibi diſcutiemus,affine illi.quo doloré omnẽ dixerat Hipp. vlcus eſſe quodãmodo. hęc autẽ quia ſunt prolixa,& in diſceptationẽ cadunt lõgis verborũ circuitibus enodanda, nunc à nobis præteribuntur. illud autem potiùs clauſuro mihi ad extremum de ſenſibus & longum & verò pervtilem ſermonem, tandem dicendum videtur.

Dolor cõgelatorũ vnguium, vnde, & quã percurretur.

Citò, tutò, iucundè, præceptum chirurgicũ.

Hiſtoria. Mulierũ ſubito gaudio mortuarum.

Sophoclis mors ex gaudio repentino.

Item Iuuẽtij Taluæ.

Item Philemonis & Chryſippi.

Corn. Gallus & T. Ætherius in cõitu mortui.

Pindari mors.

Problema.

Argenterij lam.

1. Quòd omnis dolor in ſolutione continui.

Quòd omnis dolor, vlcus quodammodo.

Tranſitio.

3. Quòd dolor à ſolutione continui ſolutione. Tyrannorum ſæuitia impios.

4. Quòd in animi affectibus, ἄθρόως contraria inducere, funeſtum.

Epilogus tractationis de Senſibus.

CVM elementa rerum omnium ſola ſint quatuor : hoc tamẽ numero nõ circũſcribi ſenſuũ in nobis proportionẽ.cúmq.horum quilibet cum aliquo elemento affinitatem habeat iã ſæpe à nobis ſingulatim, cõmemoratã & accõmodatã (quanquã cognatio illa philoſophis controuerſia eſt , vti declaraui) vnũtamen odoratum ſupereſſe, qui ſolus ad elemẽta duo accedat,aërem videlicet & aquam.

Elementa quatuor, at ſenſus quinque: & horum affinitas.

Odoratus nulli elementorum ſoli reſpondet.

Deinde & illud licet ab initio poſitũ, hoc tamẽ poſtremo loco repetere ex vſu erit: ex omnibus ſenſib⁹ vnũ homini tactũ præſtantiſſimũ eſſe:ab hoc guſtum præ reliquis vigere: cæteris tribus ſuperari à multis, tũ Ariſt. tũ Plinio, tũ ipſa experiẽtia ſatis cõprobãtibus.Cicero tamẽ oratorio potiùs more, quã veritatis tuẽdę ſtudio,contrariã partẽ aſſerit. 2. natu.deor. Omnis sẽſus hominũ,ait,multò antecellit ſenſibus beſtiarũ.Primũ enim oculi in iis artibus, quarum iudicium eſt oculorũ, in pictis, fictis, cælatiſq. formis.corporum etiam motione atque geſtu, multa cernunt ſubtiliùs:colorũ etiã & figuratũ tũ venuſtatẽ atq. ordinẽ, & vt ita dicã, decentiam, oculi iudicant : atque etiam alia maiora. nam & virtutes, & vitia cognoſcunt : iratum,

Senſuum in homine qui acutiſſimi: & quibus vincatur à bellua.

Dubium.

Senſus in homine perfectior, quã in quouis animante.

Abexẽple.

Viſus.

Auditus.

propitiũ,lætantẽ,dolentẽ,fortẽ,ignauũ, audacẽ,timidúmq. cognoſcunt. Auriũ itẽ eſt admirabile quoddam,artificioſúmq. iudiciũ,quo iudicatur & in vocis, & in tibiarũ neruorúmque cantibusvarietas ſonorũ,interualla,diſtinctio, & vocis genera permulta, canorũ,fuſcũ, læue, aſperũ,graue,acutũ,flexibile,durũ:quæ hominũ ſolũ auribus iudicãtur. Nariúmq. itẽ,& guſtãdi,& apertè tangẽdi magna iudicia ſunt: ad quos ſenſus capiẽdos &perfruẽdos, plures etiã quá vellẽ,artes repertæ ſunt. Perſpicuum eſt enim,quò cõpoſitiones vnguentorũ, quo ciborum conditiones, quò corporũ lenocinia proceſſerint. Hæc orator omniũ eloquentiſsimus, ſed inter philoſophos minimè omniũ acutiſſimus, ac potiùs philoſophorũ interpres. cuius nõ obſcura,nec iners,&tamẽ ab aliis diſcrepãs ratio,paucis verborũ periodis ſic ſolui poterit, leui diſtinctione adhibita: Scilicet cæteris animalium generibus, ſenſuũ propè dixerim omniũ organa eſſe vegetiora, acutiora, ἐυρυθμότερα, & ad percipiẽdã rei ſenſibilis qualitatẽ,impreſſionẽmve recipiendam celerrima: ſed vni homini iudiciũ ex ſenſibus omniũ eſſe exquiſitiſſimũ, & facultatẽ ad omniũ ſenſibiliũ differẽtias dignoſcẽdas exercitatiſſimã.aquilas enim clariùs cernere:talpas vulpéſq. limpidiùs audire:vultures & canes ſagaciùs odorari:omnium cõfeſſione conſtat.gallinas atq. aues pleraſque guſtui præpollere, facta experiẽtia facilè probabis, tactũ(fateor) impediũt ſetæ, cetræ, pili, villi,pellis,tergus,plumæ,pinnæ,ſquamæ,&ſimilia in diuerſis animantiũ generibus externa corporis munimenta:quẽ homini certiſſimum atq. exploratiſſimũ,iſtorũ impedimẽtorũ amotio,& cutis corporiſq. totius natiuũ temperamentũ effecit. & quidẽ ſuo merito, cũ ſit homo omniũ animantium perfectiſſimus, anima immortali donatus, ad beatitudinẽ & æternitatẽ creatus.quẽ quia nudũ,& inermem,& iniuriæ externæ expoſitum natura cõdiderat, ratione ſumma, & prouidẽtiæ pleniſſima inſtruxit, manus tactu præcellẽtes cõtulit,corpus tactu vndequaque exquiſito præditũ ornauit:quò ſibi ab omni impetu,damno, vi & iniuria extrinſeca promptiſſimè caueret: quod partim alibi demõſtraui, partim poſthac ſuo loco proſequar. Porrò naturarum eſt in animalibus (vt Ariſt.copioſiſſimè oſtẽdit) nõ parua differẽtia: quo fit,vt gradus quoſdã habere videatur: Primũ,cùm parũ à plantis recedẽs,tactus ſolo ſenſu præditum animal fingit: Secundũ, cũ guſtũ: tertium,cùm olfactum adiungit: quarto gradu progreſſã,auditũ: quinto, viſum addit. homini ſoli & manus, & ratio inſuper acceſſit, qua nihil diuinius mortali animali ineſt. Gal. cap. 6. lib.14. de vſu part. & cap.5.lib.2.de ſemine.

Vocum differẽtia. Odoratus. Guſtus. Tactus.

Cicero melior orator, quã philoſophus.

Solutio dubij. Quòd organa ſenſuũ in multis animãtibus ferè vegetiora: at homini vni iudiciũ ex ſenſibus certiſſimum. Ab exemplis. Tactus in homine vnus exquiſitiſſimus, cur.

Hominis præſtantia, ſupra animãtia,qui.

Hominis conditatem quæ compoſcunt.

Quinque gradus perfectionis animalium à totidem ſenſibus.

Poſtremum illud erit: Vnumquemq. ſenſuũ circa propriũ ſenſibile minimè falli. his tamen conditionibus,vt organũ ipſum probè ſit affectũ,éque natura habeat.(nã de iudicio oculorũ & auriũ in phreneticis,ebriis,melãcholicis: de ſapore iſtericorũ,& guſtu: de odoratu,polypo vel ozæna correptorũ: de tactu paralyticorum vel apoplecticorum,dicere quid attinet?) deinde vt proportio medij iuſta ſit, & obiecti aptitudo idonea: poſtremò vt interuallũ à ſenſu ad ſenſile,iuſtæ ſit ac debitæ quãtitatis.quę tria ſi abſint, hallucinari ſenſibus plerumq. cõtinget: quod Academici quidam ſemper illis accidere falſò tradiderũt, & alij neſcio qui εὐπλανεῖς, & qui omnia olim ἀνεπίληπτα eſſe amentes ruebãtur: contra quos vel ipſe Lucretius ẽ picuri ſomniorum interpres & aſſertor diſſerit lib.4. veritatẽ ſenſuũ(vt antè oſtendi)adſtruẽs: corporis quidẽ, quàm animi lumine magis illuſtratus: qui Solem, Lunã & Stellas reliquas ea eſſe magnitudine lib.5.contẽdat,qua à nobis tã immẽſo diſiunctæ interuallo vidẽtur:opticis principiis, & ipſi rerũ aſpectabiliũ experientiæ imprudẽter,ne dicã impudẽter refragatus. cur tamen quadrata quæ ſunt,eminùs ſpectata, videãtur rotunda:cur vmbra ſequi corpus in ſole exiſtimetur: cur ij qui naui feruntur, ſtare ſe putent, & vicina corpora moueri: cur ſidera quieſcere putentur, reliquis omnibus dimotis: cur vertigine actis, omnia ſurſum deorſum ferri & cõuolui iudicẽtur: cur ſol mox ab ortu, in diſſitiſsimis luſtrans montibus & trans multa maria,tamẽ in propinquo eſſe appareat: cur cœlum & ſidera in aquæ riuulo reflexa, tãtam diſtantiã ementiãtur noſtris ſubiecta pedibus, quãta in cœlo poſitis intereſſe vulgo creditur: cur equus ſtans in flumine,impetu fluẽti rapi ferriq. fingatur: cur porticus æqualibus fulta columnis, in conũ gracileſcere ac deſinere ſimuletur: cur nauigãtibus ſol è mari exoriri,& in mare condi occideréq. imaginetur: cur remi & apluſtra refringi in vndis conſpiciãtur: cur noctu per nubes cõſpecta ſidera,modò labi, modò aliò ferri cẽſeantur: cur cõpreſſo oculo duplicia videre videamur: cur in ſomnis quieti ambulare nos aut currere,&omnia moueri ſomniemus: de his(inquam) omnibus Lucretius ſi non veras, at veriſimiles cauſſas reddere conatur eodem lib.4. ſic tandem concludens (nam verſus omnes citare fuerit & longum,& minimè neceſſarium.)

Academici ſenſuũ fallaces.

Lucretius Epicureus.

Epicureorũ hallucinatio circa ſenſuũ iudicium.

Quæſtiones circa viſus erroneas cauſſas.

Lucretius.

Cætera de genere hoc mirando multa videmus:
Quæ violare fidem quaſi ſenſibus omnia quærunt:
Nequicquam, quoniam pars horum maxima fallit,
Propter opinatus animi,quos addimus ipſi:
Pro viſis vt ſint,quæ non ſunt ſenſibu' viſa.

Senſus ſuo falli, ſed opinatione.

Et quæ deinceps multa dicuntur & pulchrè, & plauſibiliter in eam ſentẽtiam: pro ſenſuum fide adſtruẽda in ſuo cuiuſq. idoneo ſubiecto: & rationis inde petẽda ducendáq. authoritate.

De principibus Animæ facultatibus.
CAP. VII.

Porrò philoſophi ſuo quodam modo philoſophati & ratiocinati, omnium ſenſuum originẽ non vnde medici:ſed à quodam, quem cõmunem appellãt, deriuari cenſent: à quo in ſingulos ſenſus diſtribui ferriq. neruos opinãtur:& eos deindę ſingulos,percepta ſibi ſingula, ad eundẽ ſenſum cõmunẽ, mox futurũ iudicẽ & arbitrũ,referre.quiquidẽ ipſe mox phãtaſiæ acceptas rerũ ſpecies obtrudat:& hęc ipſi tãdẽ,memoriæ aſſeruãdas demãdet.ac ſi effluãt, per reminiſcentiã, ſiue ἀνάμνησιν eaſdẽ exuſciter. Eſſe autẽ tres has facultates, ſenſum dico com-

Senſus cõmunis, quid ſit, & cur dictus.

Ordo rerũ perceptarũ à ſenſu ad memoriam deducendarum.

Principes animæ facultates quæ homini propriæ, aut cum belluis communes. An bellua rationis sint participes? Plutarch. Animarũ differentiæ tres.

munẽ, phantasiã, ac memoriã, homini cũ belluis cõmunes arbitrãtur: homini verò propriũ intellectum, & adiunctã intellectui memoriã siue reminiscentiã. nãq. rationẽ si nõ perfectã: at inchoatã saltẽ, rudémq. mutis etiã animalibus inesse, pleriq. opinãtur tũ poëtæ, tũ philosophi: & Plutarchus lib. peculiari id cõprobare post Philonẽ tentauit. quã tamen solis iis animãtibus rectiùs deferemus, quę & animam habẽt: nõ vegetatiuã, quæ est plantarũ propria: & tamen anima Stoïcis, & quibusdã Academicis denominatur: non sensitiuã, quæ cõmunis est homini cũ bestiis: sed ratiocinatiuã, immortalẽ, diuinã, homini propriã ac peculiarẽ. de qua tã multa ab initio diximus, eã ab interitu ab impiis intẽtato, vindicare conati. quin & Aristot. lib. 3. de anima cap. 3. Imaginatio (inquit) quibusdã belluis inest: ratio autẽ nullis. idẽ c. 1. li. 1. hist. animal. Homo vnus ex numero animaliũ omniũ, vim obtinet cogitandi. & cũ memorię atque disciplinæ cõplures animãtes esse participes possint: nulla tamẽ præter hominẽ, potest reminisci. ac nos sæpe antea ostendimus, & rationẽ, & orationẽ soli homini propriè conuenire: eúmq. in quibusdã animalibus instinctũ, non rationem dici debere monuimus. Porrò à quibusdã additur tribus dictis potentiis animæ interioribus, etiã quarta quædã, cogitatiua, siue intellectiua, aut rationalis dicta: & earũ singulæ certis seclusæ locis dirimuntur. Namq. sensum cõmunẽ in antica parte capitis, supra dextrum oculum collocãt: phantasiã siue imaginatiuam illi oppositã, supra oculũ sinistrũ: intellectiuam autẽ, in supremo capite intimóq.: memoriam deniq. in postico sincipite. Aut si medicorum, præcipuéq. Arabũ more loqui velis, totidẽ vẽtriculis cerebri, & eodẽ situ atque ordine digestas totidẽ facultates illas animæ principes, aut vt Plato vocat, ὑ μενικὰς numerabis. ita tamen, vt rationẽ, siue intellectũ, seu iudiciũ, siue cogitationem, aut quocumque tandem nomine diuersam ab imaginatione memoriáq. facultatẽ, mediis vtrisque cerebri ventriculis assignes.

Imaginatio in belluis: istẽ memoria & disciplina. Ratio & oratio homini propria: item cogitatio & reminiscentia.

Quarta animæ facultas.

Principum animæ facultatum sedes quomodo distincta.

Facultatũ animæ ad ventriculos cerebri proportio.

Sed quoniã has facultates animæ semel attigimus, licebit ob affinitatẽ argumẽti, ex doctrina eorundẽ philosophorũ, adijcere de facultate appetitiua breue quippiã: non ea, quæ appetitui ciborũ præest, & in ventriculo residet: sed quæ in capite posita, rerũ delectũ habet, vimq. persequendi aut fugiẽdi. Has igitur illi facultates, seu cõmemoratas à nobis potentias interiores alii tres, alii quatuor numerant, & vniuersas ad vnũ cõmune genus referunt: atque apprehẽsiuã. Græcè φανταστικὴν, si mauis, perceptiuã totã illã animæ vim denominãt: quæ vna per se sensus omnes interiores & exteriores cõplexa cõtineat. Alterã autẽ hanc, qua de nunc agimus, appetitiuã siue motiuam: quia animans omnis motu quodã & propensione naturali ad id fertur, ruitq., quod semel concupiuit, ὑ καθ' ὁρμὴν, ὑ κατ' ὄρεξιν· cũ impetu quodã, aut rerũ delectu, vt iã aliàs diximus. Arist. lib. 3. de ani. ca. 9. alterã discernẽdi, alterã mouẽdi potentiã significauit appellans, M. Tull. 1. Off. à Stoïcis (opinor) edoctus, id vidit: Duplex est (inquiens) vis

Facultates animæ quomodo vna aut plures. Apprehensiua quotuplex. Appetitiua, quæ. Inde fera à ferendo.

Appetitus & ratio.

A animorũ atq. naturæ: vna pars in appetitu posita est, quæ est ὁρμὴ Græcè, quæ hominẽ huc & illuc rapit: altera in ratione, quæ docet & explanat, quid faciẽdum fugiendúmq. sit. ita fit, vt ratio præsit, appetitus verò obtemperet.

Triũ principiorũ tres facultates. Cõcupiscibilis in hepate. Irascibilis in corde.

Huc igitur pertinent tres istæ facultates, quas variis quidẽ nominibus philosophi vocant: sed tamen sedibus, & effectu distinctas, communi consensu tradunt. Primã ἐπιθυμητικὸν, cõcupiscibilẽ, in hepate cõstituunt, & ad sensus rerũ extrinsecùs percipiendarũ referunt, homini cum belluis cõmunem. Altera est ὁρμητικὸν Aristoteli, θυμοειδὲς Platoni vocata: huic animosa vel iracundia: illi, pari sensu irascibilis, in corde collocata: & hæc nihilominùs ad sensus referẽda (sensualem vulgo nuncupant) homini pariter cũ bestiis cõmunis. Tertia est voluntas, opinor dicta Platoni λογικὸν λογιστικὸν, rationalis, in capite, velut in arce residens: quæ iubet ea quæ recta sunt, & à contrariis reuocat ac dehortatur: homini magis propria (si modò recta est) eadem cõsilii particeps, & intelligendi gnara, rerũ delectũ faciẽs bonarũ & malarũ. Has tres animas Plato vocare solebat, & parũ diuersis nominibus appellare à recepto Peripateticorũ more, vt patuit iam ab initio, vbi de anima & animæ facultatibus ageremus: & posthac conuenienti loco repetẽdo cõmemorabimus. Nunc autem non conijciã me in eas angustias, vt voluntatis, intellectus, rationis cuncta discrimina explicẽ, & quæ ad has principes animę facultates pertinent multa nondũ iis ipsis philosophis, fortè autem neq. theologis authoribus satis cognita & explorata, qui talia se scire profitentur.

Voluntas & ratio in capite.

Tres animæ Platonis.

Transitio.

De Somno & vigilia, liber vnus.

CAP. VIII.

De somno & vigilia.

ILLVD inquirere malo, vt summatim quæ in capite fiunt, aut ab eo pendent, absoluã: Cùm D sensus vigilando suas edãt actiones, dormiẽdo autẽ sopiantur & quiescãt: de somno & vigilia quid breuiter statui possit. Somnus multus neque corporibus, neq. animis, neq. rebus gerẽdis natura cõducit, vt dicebat Plato 7. de Legib. Nemo enim dũ dormit, alicuius pretij est, non magis quã si non viueret. Quare quicumq. viuere & sapere cupit maximè, quã longissimo tẽpore vigilet, sola sanitatis cõmoditate seruata. ad hanc verò non multo opus est somno, si bene assueueris. Hęc Plato videbatur ab Hipp. mutuatus: aut sanè ipse velut medicus & philosophus extulisse. sic autẽ Hipp. aph. 4. libro 2. E Somnus & vigilia, vtraq. si modũ excesserint, malum. Siquidẽ, vt idẽ 2. de diæta acut. addidit, somnus immodicus, & corpus exoluit, & capitis grauitatẽ parit. sicuti immoderatæ vigiliæ siccãt, & concoctionẽ fieri prohibẽt. Alteram verò partẽ dicti Platonici Plinius est æmulatus lib. 36. cap. 1. Ceu verò nõ tenebris noctiũ, dimidiæ parti vitæ cuiusq. gaudia hæc auferentibus. & elegantiùs idẽ cap. 50. lib. 7. Quid quòd æstimatione nocturnæ quietis, dimidio quisq. spatio vitæ viuit suæ? pars æqua morti similis exigitur, aut pœnæ: nisi contingit quies. Vis autem poëticam suauitatem de somni natura

Somni immoderatio noxia.

Somnus ineptum rebus agẽdis.

Somni & vigiliæ modus.

Somni & vigiliæ modum excedentis damna. Plinius.

Vitam nostram dimidiat somnus.

Hominis odoratus vt gustus qualis.

ostendisset odorandi sensum homini inesse stupidissimum: contráque, gustum longè exactissimum eidem inesse professus est. Vt autem gustus, tactus est quidam: sic & gustatile, tangibile quoddam est: ideóque nullo interiecto medio percipit obiectum. Quinetiam corpus illud in quo, tanquam in materia, inest ipse sapor, qui gustu percipitur, humidum est: quod est tangibile quoddam. vtque visibile, est color: sic & gustatile, est sapor. Atqui nihil absque humiditate, saporis efficit sensum: sed omne quod sui ipsius sensum efficit, humiditatem aut actu aut potentiâ nimirum habet, vt salsum. nam & ipsum liquescere potest facilè: & linguam, vt patet, cùm liquescit, humidiorem efficere potest. At verò vt visus, est visibilis & inuisibilis: quales sunt tenebræ, quas & visus discernit. vt auditus, est soni silentíque, id est audibilis & inaudibilis (vtor interpretis verbis tum hîc, tum passim alibi) sic gustus, gustabilis est & ingustabilis: quod quidem aut exiguum habet saporem, aut prauum, aut vastantem gustum ipsum, & quodammodo euertentem.

Gustus obiectum duplex.

Potabile ad gustum quomodo pertineat.

Instrumentum gustus potentiâ humidum, quamobrẽ.

Videtur autem potabile & impotabile, esse principium: vtrumque enim gustu percipitur. verùm alterũ est prauum, gustúmque deuastat: alterum est amicum naturæ. est autem potabile gustui cum tactu commune. At verò cùm gustabile sit humidum; necesse est & instrumentum sensus ipsius neque humidum esse actu, neque etiam tale, vt humectari non possit, humidúmque euadere. Patitur enim aliquid gustus ab ipso gustabili: ea nimirum ratione, qua gustabile est. Necesse est igitur instrumentum gustus, potentiâ quidem humidum esse, humectari autem actu. ita autem humectari, vt eius conseruetur, cùm humectatur, & ratio. Signum autem est, linguam neque cùm est valde sicca, neque cùm est nimiùm humida, sentire. is enim tactus sit humidi primi; perinde atque si, cùm prægustauerit quispiam vehementem actémve saporem, deinde alium gustet. Et vt in ægrotantibus fit, quibus cuncta videntur amara: quia linguâ sentiunt tali humiditate referta. Species autem saporum ita sese habent, quemadmodum colorum. dulce namque & amarum, contraria simplicia sunt. hæret autem dulci quidem, pingue: amaro autem, salsum. at inter hæc collocantur acre, acerbum, acidum, atque acutum. hæ namque ferè differentiæ videntur esse saporum. Quare gustus quidem instrumentum id est, quod est potentiâ tale: gustabile autem, id quod ipsum actu facere potest. Vnumquodque enim istorum bifariam dici solet, actu scilicet, & potentiâ. Sed de saporum differentiis postea exquiremus diligentiùs. quæ autem philosophus libro de sensu & sensili, de gustu & sapore, dictis istis forsan clariora & vberiora protulit, ea sunt huiusmodi: Vt qui colores succósve in aqua eluunt, talem reddere aquam assolent: sic ipsa quoque natura, cùm in humore partem siccam terrenámque diluit, aut per eandem, humorem percolat, & calore incoquit, humori qualitatem quampiam inserit: quæ nonnisi sapor est: id est, affectio, quæ à prædicto sicco in humore genita, gustatum, qui in potestate sit, ad actum demutat. Nam sentiendi vim, quæ priùs potestate erat, eódem perducit: cùm sensio non disciplinæ, sed contemplationi respondeat. Cæterùm sapores non cuiuslibet sicci, sed eius quod alere possit, aut affectiones esse, aut priuationes, hinc sumendum, quòd nec siccum sine humido sit; nec contrà humidum sine sicco. neutrum enim horum animantibus, aut plantis ipsis, cibus esse potest: sed quod ex vtriusque mixtura consurgit. Quin etiam in genere cibi, quem animalia ingerunt, quæ è sensibus tactilia sunt, ea incrementum faciunt atque decrementum. Etenim id quod ingeritur, horum caussa est, quatenus calidum est aut frigidum. nam calor & frigus auctionem efficiunt atque decretionem. alit autem, quatenus gustabile est: omnia namque dulci aluntur, vel simplici, vel commixto. Nam calor vt auget, ita etiam alimentum præparat: atque quod leue est, attrahit: quod verò salsum amarúmque, ratione ponderis relinquit. Quod itaque exterior calor in extraneis corporibus efficit, hoc idem interior in animantium plantarúmque natura efficere solet. vnde fit, vt ea dulci sapore alantur. cæteri tamen sapores, perinde vt salsus & acutus, pro condimento cibis admisceri solent. at isti, vt retrahant: quia quod dulce est, & innatat, nimiùm alit.

Sapor, quid.

Gustatus sensit potentiâ.

Sapor enim fit fieri.

Alimẽtum mixtum ex humido & ſicco

Animalia quæ crescũt aut minuũtur, ratione alimenti.

Alimẽtum omne dulce & gustabile.

Vis caloris in alimentum, & res cæteras.

Sapor dulcis alit, reliqui pro condimento sunt.

Porrò quemadmodum colores, ex albo & nigro commixtis proueniunt: sic & sapores permixtione dulcis & amari exultant. Quin & secundùm proportionem, quod plus minúsve adsit, singuli producuntur: siue secundùm numeros quosdam mixtionis & motus, siue etiam indefinitè. Qui verò voluptatem important demixti, hi soli in numeris sunt: acer, austerus, acerbus, & acidus, intermedij. Quandoquidem saporum & colorum species, ferè numero pares sunt: nam vtrorumque species septem habentur: siquis, vti consentaneum est, fuscum colorem non alium, quàm nigrum posuerit. Reliquum enim est, vt flauus color ad album, sicuti sapor dulcis ad pinguem pertineat. puniceus verò, purpureus, viridis, & cæruleus, album & nigrum interiacent: cæteri ex horum mixtura gignuntur.

Proportio saporum & colorum, & vtrobique extrema duo.

Sapores intermedij.

Colorum & saporum differentiæ 7.

Flaui ad albũ, dulcia ad pinguem proporto.

Item quemadmodum nigrum albi in diaphane, id est transluciđo corpore priuatio est: ita salsum & amarum, dulcis in humore, qui alere possit. Vnde fit, vt etiam cinis deustorum omnium, amarus sentiatur: vtpote à quibus id quod potui idoneum erat, exuctum sit. Hæc quidem eo loci Aristoteles, atque adeo plura contra Empedoclem; qui verisimili nixus ratione, quòd aqua, suapte natura insipida sit: ideo necessum inferebat esse, aut aquam in se omnia saporum genera, ob exiguitatem insensibilia, continere: aut in aqua talem materiam inesse, quæ quasi semina gignendi, saporum generibus suppeditet: & omnia

Nigri ad album, salsi & amari ad dulce propensio.

Cinis cur amarescat.

Empedocles.

De aqua viribus, ad sapores.

Lingua nonnisi temperate humida, sentit.

Ægri cur omnia amarescant.

Saporum & colorum analogia.

Dulce pingue, amarũ salsum.

Sapores extremi, & medij.

Gustatorium & gustabile duobus modis dicũtur.

Saporis ad colores similitudo.

by Google

omnia ex ea generari, ſed alia ex alia parte. aut ſi aqua nullas ſubeat differentias, cauſſam agentem ſoli & calori tribuendam. Quæquidem Ariſtoteles pluribus rationibus ſingula improbat, ſtatuitque, ſapores calore ſolis iguiſve immutari. deinde ſapores permutari, quòd aqua quippiam patiatur. tum aquam non vi ſola caloris facultatem eam imbibere, quam ſaporem vocamus, cùm ſapores omnes ſint craſſiuſculi: aqua dum calfit, nihilo ampliùs craſſeſcat. quin potiùs talem eſſe aquam ſapore, qualis eſt terra, per quam meat: cui toridem ſapores, quot & fructibus inſunt. Quibus poſitis, concludit ſaporum genus in plantis præcipuè gigni: nam humidum, perinde vt cætera, pati à ſuo contrario, igne videlicet, qui naturâ ſiccus eſt (quanquam calidum igni peculiare eſt, ſiccum terræ) omnia enim quatenus contrarietatem ſubeunt, eatenus agunt patiuntúrque.

Sapor à calore.

Aqua non ſit ſapida vi caloris, nec incraſſeſcit.

Aqua terra ſua refert ſaporem.

Saporum genus in plantis.

Contraria inuicem agunt & patiuntur.

Sed enim omiſſis iſtis philoſophorum controuerſiis, perſcrutemur paulò ſubtiliùs, & expendamus accuratiùs ſaporum & naturam, & differentias: quas antè quidem iis locis Ariſtoteles attigit, eundémque ſecutus demum Theophraſtus eius diſcipulus, non minùs argutè & ſolerter, dulci & propemodum diuina eloquentiæ ſuauitate (inde enim Θεοφραστου nomen meruit, qui priùs Tyrtamus dicebatur) magiſtri veſtigia æmulatus tradidit. ac primùm ſaporem ita finiit de cauſſ. plant. lib. 6. cap. 1. Sapor, partis ſiccæ terrenæque in humore demixtio eſt. vel partis ſiccæ per humorem ex vi caloris percolatio. quod fortè nihilo differt. Eadem fermè ſaporis & odoris affectio eſt: ſed non ex eiſdem vtrumque proficiſcitur. Cùm verò contraria inter ſe ſint dulce & amarum; alterum, velut initium grati ſaporis: alterum, grati odoris eſſe videtur. Saporum verò genera numero quidem complecti facile eſt. exempli gratiâ, dulcis, pinguis, auſterus, acerbus, acris, ſalſus, amarus, acidus: ſed naturam explicare cuiuſque, difficile. Hanc tamen deinde explicat, tum ſecundùm affectiones ſenſuum, de quibus alio loco dicemus, tum ſecundùm figuras Democriti: quas nec ille probat, nec nos probare poſſumus. Saporem autem & odorem permixtione quodammodo effici, inde probat: Nihil enim è ſimplicium numero, ſaporem aut odorem habere videtur, niſi mixturâ recipiat, vt aër, vel ignis, vel aqua: nam & aqua per ſe inſipida eſt. qua de cauſſa vereres authores dixere, talem eſſe aquam, qualis terra, per quam fluit: quod & paulò antè ex Ariſt. memorabam: à quo, quæ multa ſequuntur, diſcipulus videlicet à magiſtro, liberè ac liberaliter mutuatur. Sed cùm in tribus generibus odores ſaporéſque verſentur, id eſt, plantis, animalibus, atque iis, quæ arte commiſcentur parantúrque, aut etiam ſponte alterantur; aliis in melius, aliis in deterius, ceu quæ putreſcunt: de his omnibus diſputare, cùm ſint communiora, ne aggreditur quidem: ſed de naturalibus potiùs ſaporibus rerum terrenarum, & è terra productarum diſſerit. in quibus cùm ſint mixtionum rationes innumeræ; idcirco veteres naturæ interpretes, ſapores eſſe innumeros ſtatuerunt, quorum tamen alij genera certo numero complexi, ſeptenario incluſerunt: ſicut & odorũ atque colorum omne genus. quod admittit quidem Theophraſtus, in eo etiam doctorem Ariſtotelem ſecutus: ita tamen, vt ſalſum, non alium quàm amarum poſueris: quemadmodum ſi & fuſcum colorem, non alium quàm nigrum. at ſi ſecernes, octauum hunc eſſe neceſſe ſit. quippe dulcis, pinguis, amarus, auſterus, acris, acutus, acerbúſque enumerantur, ſalſúſque octauus ſubiungitur. ſunt qui vinoſum quoque adiiciendum putarunt: fructibus enim compluribus ineſt, & in terra nonnunquam talis comprehenditur ſapor. ad hæc, lactis ſapor redigendus ad dulcem minùs appareat: hic enim interdum tanquam ſpecies dulcis, obiici poteſt. nec verò vini ſaporem tribuere alicui facile eſt, ſed ſui generis eſſe is quoque videtur, qui & dulcem, & acerbum, & auſterum poſſit recipere. Quibus poſitis, variæ agitantur quæſtiones: vt, An alios è ſaporibus, tanquam principia; alios, tanquam priuationes dici oporteat. An omnes naturales vi generandi nutricandíque prædítos. An cætera animalia ſecundùm naturam ſint, an ſecundùm priuationẽ. Quibus omiſſis, illud potiùs ſcire refert, quantũ in vniuerſum cõmunéque res exptimi poſſit; dulces, & qui in eiuſmodi genere cõfocientur, ſapores, apriores eſſe ad alẽdum, propiúſq. ad naturã accedere. deinde ſapores tum dulces, tum qui omnino alere poſſint, atq. adeo omnem odorũ ſuauitatem, concoctione prouenire. Hinc omnes plantæ in generádis ſaporibus, tranſeunt per excoctionem ex alia in aliã qualitatem ſaporis: velut ex genere priuationis, ad formæ habitum. Omnino enim quiſque fructus primùm ſiccus & acerbus cõſiſtit, mox humeſcit. & hæc generatio eſt ſaporum; humore ſcilicet plenius influẽte, ac velut articulato perfectiùs, & aſſiduè maiorem in modũ augeſcente. Omnes autem fructus ſaporem quoq. plantæ aliquatenus móſtrant. quod forſitan ita fiat, neceſſe eſt, cùm inde ſuam iſti trahant originem: ſed crudi magis, maturi minùs: vtpote cùm humoris effuſio, quò plus tẽporis proceſſerit, eò purior factiterur. Porrò omnium communis ſaporum materia, humor ſubeſt: alterat autem agítque calor cùm extetnus, tum internus (hic animalibus, ille plantarum generi accommodatior) modò excernendo, modò euaporando, modò incraſſando atq. cogendo, modò attenuando, modò (vt in vniuerſum dicã) alterando. quomodo in iis videre eſt, quæ igne feruefcũt. Omnino enim cũcti ſapores inſunt potentiâ immutationéque: ſed ſubſiſtere nonniſi actu cõtingit. Hæc atq. adeo his plura, Peripateticæ ſcholæ ſucceſſor, & ab Ariſtotele ſecundus, ſcribit Theophraſtus, variis quidem locis citati operis; ac plerumq. ita premens & ſimulãs magiſtri veſtigia, vt eadem eſſe propemodum dixeris. Lucretius lib. 4. de guſtandi modo non malè philoſophatur, ab Epicuro voluptario philoſopho hac in parte

Saporum numerus incertus.

Odorum, colorum, ſaporum genera 7.

Salſum amaro, ſuſcum nigro conungendum.

Sapores an octo.

Sapor venoſus.

Lactis ſapor differt à dulci.

Vinoſus ſapor nullo copulatur velut idem.

Quæſtiones de ſaporibus.

Quò quiſque ſapor dulci propinquior, eò alendo magis idoneus.

Dulcia & ſuaueolẽtia calore perficiuntur.

Fructus coquendo paulatim humeſcunt ac dulceſcunt.

Fructus indicat plãta ſaporem, cur.

Saporum materia, humor eſt.

Calor quomodo ſaporem in fructibus elaboret.

Sapores actu vel potentiâ, quì.

Theophraſtus vnde doctus, & quis.

Sapor, quid.

Saporis & odoris analogia: Item dulcis ad ſaporem, & amari vis ad odorem.

Saporum differentia.

Naturæ ſaporum perobſcura.

Sapor & odor mixtione fiunt, quì.

Aqua ex ſe inſipida, ac ſapor illi à terra.

Theophraſtus Ariſtotelis imitator.

Odorum ſaporúmq. vtra ſubtilia.

Gustus & tactus affinitas, & quomodo fiant.

Cæterùm quæ ad gustandi sensum pertinent, tactui similia sunt: nam concretione & discretione, insuper & se in meatus inlinuando, itémque figuris, aut acerba sunt, aut læuia. ac quæ liquefaciunt & abstergunt linguam, acerba (meliùs amara) videntur: quæ moderatè abstergunt, salsa: quæ exurunt & lancinant carnem, acria. quæ his contraria, & læuia & dulcia, in succos abeunt. vel sic, contraria autem, nempe læuia & dulcia, sapida sunt, & linguam suauiter humectant, ac læuigant. His verbis & Plato, & Timæus quem sequitur & celat authorem, ea quæ nos vocare solemus austera, quæ acerba, quæ salsa & nitrosa, quæ amara, quæ acria, quæ acida, quæ dulcia, vterque exposuit, sed Plato enucleatiùs & vbertiùs: atque his septem summis ille generibus, omnes saporum differentias, quæ videbantur esse innumerabiles, complexus est. quas vt exactiùs assequaris, vtque tota de propriis linguæ sensoriis definiatur oratio, hoc primùm sciendum est; Nuncupari tum ab Arist. tum à Theophrasto, tum à Mnesitheo medico, gustandi facultatem, Græcè χυμὸν. nos saporem dicimus. at ex humido siccóque consistentium, vel crassum eorum humorem, quæ à calore concocta sunt, χυλὸν vocari: nos succum, vel cremorem dicere possumus; aut formam Græcam imitari, chylum nominare, recepto iam inter medicos nomine. quanquam apud veteres, vt Hipp. & Platonem, & alios tum Athenienses, tum Iones, χυμὸς de vtroque efferebatur. Sciendum ergo sapores, qui tum in vnoquoque animali ac planta, tum in terra inueniuntur, plurimos esse, nec facilè specierum numero comprehensibiles. cæterùm differentias gustabiles aliis octo vitas, aliis numero septem: nonnullis autem & his quoque pauciores. At Plato in Timæo, suprapositа dictione, primùm duos sapores memorat eiusdem speciei, sed in ratione maioris & minoris differentes: eorum alterum austerum, alterum acerbum nominat. fuerit autem austerus (nam de Græco αὐστηρὸς, Latinum fluxit vocabulum) quem σύστομον, astringentem reliqui Græci appellant. porrò acerbus, huius intentione prouenit, velut & ipse Plato significauit. atque hoc sanè pro vna specie numerabimus. Altera est eorum, quæ illis opposita sunt, nitrosorum videlicet, salsorum & amarorum. & in his quoque amarus ex nitrosi prouenit intentione: salsus verò aut nitroso imbecillior, aut adstrictionis quoque assumés aliquid. deinde à Platone acris expositus est; mox acidus, postremò dulcis. at à Theophrasto additus est vnctuosus siue pinguis: à Platone quidem in sermone de propriis linguæ sensoriis præteritus; verùm paulò antè plantarum succis adscriptus, vbi vinosum ab oleoso & melleo discernebat. Porrò in illo sermone vnum adiecit succi genus, vna appellatione comprehensum, ὀπὸν nominans. vbi autem ad gustus sensoria transijt, protinus dulcem memorauit: nihil enim retulerit, dulce an melleũ dicas: velut nec pinguem an oleosum. omisit autem pinguem, vt qui ad gustum nil attineret. Quale autem sit istorum vnumquodq., exponi quidem exactè nequit: verùm productis exẽplis, & modo exposito, quo nos afficiunt eorum singula, homini tenuis & rationis compoti cuadet manifestum. Nam quæ adstringunt aut refrigerant, introrsum pellere contactam nostri partem ex omni parte apparent: idque æqualiter velut pellentia ac stipantia cõtrahentiáque. At austera, in profundum etiam subire videntur, atque alterum quendã inæqualémque mouere sensum, tanquam resiccantia, & humorem omnem corporum sensibilium depascentia. Ex quo fit, vt alia sit passionum proprietas, & quæ haud facilè lucidéq. explicari possit; tum ab adstringentibus nos corporibus, tum ab austeris saporibus diuersa. sed quiuis tamen, qui homo est, facilè quod dico, comprehenderit. Porrò quando quod linguæ nostræ admotum fuerit corpus, validè deficcat, contrahit, & in multam profunditatem vsque illam exasperat, sicut pyra syluestria immatura, & corna; eiusmodi omne acerbum appellatur, ab austeris intentione duntaxat diuersum. at quod nunc adstringens vocitamus, vix à Theophrasto dictum reperias. videtur autem idem significare, quod austerum: aut certè cõmune esse genus tum huius, tum etiam acerbi. Quæcumque verò linguam dum contingunt, non contrahunt, neq. cõstipant, velut adstringentia: imò contrà planè agere apparent, nempe detergentia & abluentia; etiamsi adstringentium quidpiam adiunctum sit; hæc omnia salsa cognominamus. At quæ his etiam magis detergunt, adeo vt etiam exasperent, amara nominantur. Porrò quæ mordicant rodúntque, idque cum valida quadam caliditate, acria vocantur: sin hæc absit, acida. cætera hæc fermentandi vim quoque obtinent. At quæ velut inungunt atque implent, atque in statum suum restituunt exasperatas, ac velut erosas linguæ particulas; hæc si cum voluptate manifesta cõtingant, dulcia: sin hac sine, pinguia vocitantur. Atque hoc quidem pacto res explicatu longè difficillima, ductu & auspiciis tum Platonis, tum Galeni potissimùm vtcumque definita sit. quibus & hoc adde; Ex saporibus acidum, austerum siue adstringentem, acerbum, ferè frigidos esse: salsum, amarum, acré, calidos: dulcem & pinguem, temperatis proximos, sed calori magis affines. Sic lingua, proprium gustus organum, peculiari quadam totius substantiæ proprietate, vt proposui, & communia cum reliquis sensibus obiecta tactu percipit, & propria gustu discernit, rerum gustabilium similitudines ac dissimilitudines inuicem diiudicat; dulcia vt familiaria persequitur; à quibus solis toti corpori accedit alimentum: amara refugit, tum ingrata sapore, tum ad alendum, si merè sunt talia, prorsus inepta. similitérq. omnia fœda, olida, insipida, ingrata, aliena, tanquam sibi & toti animali, cui vnicè prospicit, aduersantia auersatur. Quæ vis illi ab exuberanti sensu accessit, quod in vnam hanc particulam (vt patuit) complures inserantur nerui, reliquæ autem

pinguia & aliosiam pro eodem.

Sæpenumero difficultas posito exẽplo elaresset.

Astringentia. Austera.

Austeri & astringentis assumtum.

Acerba.

Salsa.

Amara.

Acria. Acida.

Dulcia. Pinguia.

Saporum qui calidi, qui frigidi, qui temperati.

Lingua tactu & gustu prædita, & eius iudicium, unde.

Dulcia sola nutriũt, amara nequaquam.

Lingua qua afficiat, aut auersatur, & qua vi.

Austeri & acerbi assumtum.

Nitrosa, salsa, amara, & eorum affinitas.

Acria. Acida. Dulcia. Pinguia.

Dulce & molleum,

Chymus pro chylo.

Saporum differentiæ, quot sint.

χυμὸς & χυλὸς, qui differant.

Linguæ ſenſus exquiſitus, vnde.

corporis partes, vnius tantùm aut duorum, nec valdè inſignium neruorum ſint participes. A Rectè verò Theophraſtus, alimentorum quædam pinguia, qualis eſt adeps & pinguedo,

Alimentorum alia dulcia, alia pinguia.

quædam dulcia minùs magíſve tradidit: quales ſunt fructus omnigeni, quibus veſcimur, & carnes, herbæ item multæ, & radices, floréſque & germina. ex quibus, vt iam dixi, niſi

Stomacho male habiti grata ſunt, quæ non dulcia. Ab exẽplo.

quæ planè dulcia ſunt, aut dulcedine plus minúſve participant, nulla ad alendum apta cenſentur. Quanquam virginibus fœdo colore laborantibus, aut mulieribus citta ſeu pica affectis, aut quibuſcumque etiam exolutus nimio vel prauo humore ſtomachus eſt, acida, acerba, auſtera, & ſimilia, grata eſſe ſolent: non tam profectò vt his alantur, quàm vt iiſdem humorũ corruptela & tenacitas corrigatur ac detergatur. omnes enim homines dulcia in alimoniam expetunt: & qui bene habẽt, dulcia cum primis appetunt. Sanè verò fortaſſis & pingue ipſum, dulce: & quicquid nutrit,

Dulcia ſunt ſuauiſſima.

E dulci optimum alimentum, quamobrẽ.

ex genere eſt dulciũ, vt & Galenus poſt Ariſt. ſcripſit. cùm enim nutritio, ſit vacuati repletio: & quod vacuatum eſt, familiare fuerit. vtique quod nutrit, familiare ſit, neceſſe eſt. & quatenus replet ac reſarcit id quod vacuatum erat, vtique hoc nomine iucundum eſſe ſolet.

Intemperies à contrario tollitur.

ſed ſiqua animali acceſſit intemperies; eidem contraria qualitas adhibita, calida frigidæ, humida ſiccæ, aut diuerſó modo, planè remedio eſt: non tam vt alimentum tamen, quàm vt

Temperata gaudent temperatis, vel modico contrariorum vſu.

medicamentum. alioqui temperatis temperata ex vſu ſunt: Niſi quòd naturæ bene habitæ benéque conſtitutæ, interdum modico contrariorum vſu gaudent. Vt nutrimenta verò,

Alimenta naturæ familiaria.

ſola ea iuuant, quæ cognata ſunt & familiaria totis nutriendorum ſubſtantiis; ſed calida potiùs, quàm frigida: niſi vitium ſtomacho alicunde acceſſit, vt antea patuit. Et cùm id quod

Vnicum familiare naturæ cuiuſque, contraria infinita.

D eſt vnicuique familiare, vnum ſit, quia & natura eius familiaris vna: contrà, quæ ſunt aliena, vix certo numero comprehendi poſſunt, veluti plus minúſve à ſubſtantia eius diſſidentia. Quæ igitur ſummè acida ſunt, acerba, aut amara, aut ſimpliciter aliam quamuis qualitatem, præter dulcem, ſortita ſunt, ea omnia nu-

Sola dulcia nutriunt.

trire nequeunt. ſicuti quæ ſolùm dulcia ſunt, ea omnia nutriunt. Inter ea verò, quæ mixta ſunt, quotquot dulcia ſimul & acerba ſunt,

Dulcium cum alijs mixtio, & qualitas.

eadem & craſſioris ſunt eſſentiæ, & temperaturæ frigidæ. quæ verò acida ſimul & dulcia; E tenuiora quidem ſunt, quàm acerba: ſed & ipſa tamen refrigerant. quinetiam amara quidem, calida ſunt: ſed acria, his etiam calidiora.

Mixta dulci quæ nutriant.

nutriunt autem hæc omnia, ſi iunctam habeãt dulcedinem: alioqui per ſe vnumquodque dictorum nutrire non ſufficit. Sicut ergo quod eſt ſummè dulce, aptum eſui eſt: & idem ſi pingue ſit, nutrire aptiſſimum: ſic ſolùm ac ſyncerè amarum, & eſui eſt, & alimento ineptum habendum. quæ autem in medio ſunt

Quò eſt vnumquodque dulce propinquius, eò

amborum, nutriunt illa quidem, ſed minùs quàm dulce, per analogiam ſui ab eo receſſus. Vt enim odores putridi ac fœtidi non ſine faſtidio hauriri naribus ſolent; ſic & ſapores amari, ægrè & inuitis nobis deglutiri conſueuerunt, ait Ariſt. cap. 5. lib. de ſenſu & ſenſili. Eadem verò ratio eſt in aliis etiam qualitatibus: nam nutrire præter dulcem, vt ſæpe repeto, nullæ omnino poſſunt: ac elementa multò ſanè minùs, cùm nullam guſtui qualitatem (quatenus pura & ſimplicia) offerant. proinde & terra, & aqua (cùm ſint ambo inſipida) minimè nutrire idonea ſunt: ſicuti nec aër, nec ignis: niſi hic pyrauſtam & ſalamandram, ille chamæleonem, alere dicatur poſſe, qui ea elementa præ cæteris familiaria habent, vt alibi dicetur. At ex his compoſita, & blando calore ſolari, aut luculento igne excocta, B ac dulcorata, ea omnia alimento conuenientia ſunt, vt iam ſatis ſupérque videmur oſtendiſſe: & ſanè longè pluribus verbis Galenus prioribus libris de ſimpl. medicament. facultatib. & lib. de facult. aliment. pridem nos docuit; quem tum hîc, tum in multis aliis præcipuum ſequimur authorem. Venio autem deinceps ad quintum, eúmque vltimum, & latiſſimè omnium diffuſum tactus ſenſum, & organum.

nutrire aptus: aliàs aliter.

Fœtidorum & amarorum analogia.

Elementa nutrire nequeunt, cur.

Pyrauſta & ſalamandra an igne, chamæleon aëre nutriantur?

Concoctæ alere poſſunt.

De Tactu.

CAP. V.

C IAM verò cùm natura in fabricandis cuiuſque ſenſus inſtrumentis, ſimilitudinem ſenſibilium ſecuta ſit: & viſum luci atque igni affinem machinata ſit, auditum aëri, guſtum aquæ vel humori, odoratum vapori inter aërem & humorem medio, vt ſuprà eſt à nobis explicatum (quanquam elementorum ad ſenſus proportio nonnihil controuerſiæ habet, vt patuit) ſic eadem natura, ſi fas eſt loqui, tactum durum ac terreſtrem eſſe voluit, & reliquis eatenus ſtupidiorem, quatenus acrimonia & ſubtilitate à reliquis ſenſibus vincitur: D non certo, vt illi cæteri, loco affixus; ſed per corpus vniuerſum diſtributus. ideóque pauciores, & minores, & duriores neruos ſortitus, eóſque maxima ex parte à ſpinali medulla originem ducentes: præter quaſdam appendices, quas à ſeptem coniugationibus cerebri in paucas eáſque nobiliores corporis partes diduci antea docui. nulli enim neruo ſenſum tactus adimere fas eſt: motum non omnis neruus tamen habet. In partes verò, quas ſuprà nominaui, videlicet in oculos; viſus inſtrumenta, aures auditus, nares odoratus, linguam guſtatus, E neruos & maiores & molliores natura prouida & ſagax, eoſdémque à cerebro exortos, inſeruit. Naturam tamen cùm dico, & paſſim nomino, nolim quiſpiam exiſtimet, me Deo rerum omnium authori ſuam laudem præripere, & rei fortuitæ ac inanimatæ tribuere: ſed hoc verbo vim rebus à Deo ingenitam me intelligere profiteor, & philoſophorum ac medicorum potiùs aſſueto, quàm recto & legitimo loqui more palàm prædico: nequis tum rei ſacræ authores mihi opponat, tum vel Senecæ alioqui parũ pij hominis ſententiã veram licet obtrudat; Tu Naturæ Deo nomen mutas. & hoc mihi ſemel dictum ſit: pergo enim vt

Senſibilium ad ſenſus inſtrumenta proportio, & horum cũ elemẽtis analogia.

Tactus terreſtris, & omnium ſenſuum ſtupidiſſimus, & latiſſimè fuſus.

Nerui tactus, quales, & vnde.

Neruus omnis tactus particeps, non motus.

Nerui ſenſuũ molles, à cerebro.

N. exuſat modum loquendi, cùm Naturam aliquid moliri dicimus in corpore

Naturæ, quid nobis ſignificet. Seneca.

by Google

cœpi. Vt igitur tactus ille per omnes corporis partes diffusus sit tum internas, tum externas (nempe quæ neruorum participes sint, & molles: quia & ossibus, & medullis, & adipi, & cartilagini nullus eius sensus ineſt, & cæteris partibus neruorum exortibus) sic verò præcipuè is in cute externa elucet: penes quam, totum penè dixerim rerum tactilium est iudicium. quanquam membranis internis sensus vtique acutissimus inesse solet: sed citra eam, quam dico, discretionem. Omnium autem corporis membranarum amplissima est cutis, quia toti prætenta, partium subiectarum tegumentum, munimentum, ornamentum: ex neruulis, carne, venulis, arteriolis contexta & constrata. non illa tamen extima cuticula, quæ ideo ἐπιδερμὶς dicitur, quòd ἐπὶ τῷ δέρματι insternatur; sensu potiùs, vt putant, aut eo sanè potiùs exiguo prædita, ex cutis substratæ veluti excremento producta, & cuti toti veræ superextensa: à qua, nullo aut pauco cum dolore eximi potest. cui tamen vni omnis decor & venustas, omnis forma & pulchritudo propemodum debetur. cui tergendæ, lauandæ, fricandæ, pingendæ, fingendæ, expoliendæ, expurgandæ, læuigandæ, venustandæ (vt Plautus in Pœnulo iocatur, nauim mulieri instruẽdæ comparans) omnis mulierum cura incumbit, & ei studio totus vix dies sufficit; sicut & eorum, qui muliebri ingenio præditi, pulchelli videri volunt: quos alibi exagitaui, velut parum virili animo & robore præditos; & cum verecundo Poëta, à sermone & consuetudine nostra reieci: ex Ouidio,

Sint procul à nobis iuuenes, vt fœmina, comptis
Fine coli modico forma virilis amat.

Et Horatio:

In cute curanda plus æquo operata iuuentus.

De mulieribus autem rectè Comicus in Heaut.

—— dum poliuntur, dum comuntur,
Annus est ——

Ambabus autem dictis tunicis siue membranis summis propemodùm æqualis crassitie, aut vtraque interdum densa magis, cuti toti subiecta tertia est membrana: interiacente tamen passim adipe, carne interdum adiuncta, aliàs neruosa tantùm substernitur, venarum subcutanearum vehiculum. Cutem verò ex carne siccescente fieri tradidit Arist. Sed eam sensu pollere negauit idem cap. 11. lib. 4. hist. animal. eúmque secutus Plinius cap. 39. lib. 11. vbi tamen à suo ille Aristotele descisceit, qui ingenij acumen à tenuitate cutis desumpserat: quòd crassa animalium tergora, & villosæ setæ, tenuitati immeantis spiritus obstent, nec purum liquidúmque transmittant. sic & in homine, crassiore & callosiore eum cute excludi. cùm tamen crocodilis & duritia tergoris tribuatur, & solertia: & hippopotamis in tali corij crassitudine, quædam ingenio insit medica diligentia: elephantorum quoque tergora impenetrabiles cetras habeãt. cùm tamen omnium quadrupedum subtilitas animi præcipua perhibeatur illis. id verum sit, an secùs, aliàs decidi poterit cõmodiùs: cùm in hominum genere (& forsan singulorum animalium) & sanguinis, & spirituũ, & carnis, & cutis tenuitas, puritas, mollities, candor, æquabilitas, non partũ acumini ingenij conferre videatur, si gentem vnam aliquam inter se compares: quin & sensus acriores & exquisitiores habere, & patiatq. affici faciliores videamus. Nam D. Iacobo, qui & Iustus, & frater Domini cognominatus est, assidua genuum flexio, camelorum duritiem genibus cõtraxit, vt Hegesippus refert: & forsan D. Iohanni Baptistæ texta vestis de pilis camelorum, & Zona pellicea, Marci 1. & aliis viris sanctis & piis assidua inedia, cilicium, humi cubile stratũ, pellem indurare, & cutem corrugare potuit: ingenij acumen obtundere non potuit. Verùm de cute iam antè distinxi, ipsi quidem epidermidi acumen sensus auferendo: sed veræ cuti eius ipsius supremum gradum concedendo. Quin & Arist. ipse cap. 8. lib. 2. part. animal. cutem inter ea numerat, quæ tactus caussâ instituta sunt. & quia locus ille huc facit, non pigebit adscribere. Animal eo definimus, quòd sensum obtinet: primúmque eum qui primus est. tactum autem primum esse certum est. tactus verò sensorium, pars eiusmodi est aut prima, vt pupilla, visus: aut coniuncta, per quam agitur: perinde quasi pupillæ omne diaphanes, hoc est, translucidum coniungas. Cæteris igitur sensibus nec tribui hoc poterat, neq. operæ pretium erat effici à natura. at verò tactui dari necesse fuit: sola enim, aut maximè omnium sensoriorum sedes tangendi corpulenta est. Sensui autem patet, cætera omnia eius vnius gratiâ haberi: ossa dico, neruos, cutem, venas, pilos etiam, & vnguium genus, & quicquid eiusmodi iunctum est. Sed ad Arist. mox reuertemur, qui cap. 12. lib. 2. de anima, instrumentum sensus definit esse primum id, in quo est talis vis atq. potentia collocata. ideo de cute ad tactum perquàm cõgrua lubet priùs dicentem audire Galenum. Cutis in homine (ait sub finem lib. 1. Temperam.) omniũ extremorum, calidi, frigidi, humidi, sicci, verè media est: maximéque ea quæ est in manu: hæc enim omnium sensibilium veluti norma futura erat, prudentissimo nimirum animãtium, tactus instrumentum ab ipsa natura pręparata. quò magis eam ab omnibus extremis, calido (inquam) frigido, sicco, & humido, pari abesse interuallo oportuit. sed & omnium animalium, tum & omnium corporum temperatissimus est homo: simul & quæ in eo sunt particularum, cutis quæ intra manum habetur, omnis excessus planè est expers. Cùm autem gemini vsus caussâ, manus sint factæ (vt posthàc pluribus dicetur) tactu discernendi, & rem quampiam comprehendendi: vtique quæ molles sunt, ad exquisitiùs tangendum: duræ, ad aliquid maiore vi capiendum & prehendendum, magis sunt idoneæ. Quinetiam cutis, quæ non solùm omnium hominis partium, sed etiã omnium animantium, quæ generationi corruptioniq. subiicitur, substãtiæ media est; ea nec callosa, nec dura lapideáve est: sed secundùm naturam se habẽs. quo scilicet cutis genere, maximè perfectum

Tactus per totum corpus diffusus. Et quæ partes neruorũ, & sensus expertes sint.

Cutis præcipuus tactus, & iudicium.

Cutis natura, & vsus.

Epidermis vnde orta vel dicta; & an sentiat.

Epidermidis vsus.

Locus in mulierum curam comptoriam.

Sarcasmus in viros effœminatos.

Infima cutis natura.

Cutis origo, & an sentiat.

An cutis tenuis, index acuti ingenij?

Quòd non, ex Plinio. Ab exẽplo, Crocodili, Hippopotami, Elephanti.

Hominum qui tenuiori cute, spiritu, humoribus, & sanctiores esse solent.

D. Iacobi & D. Iohannis Baptistæ, & aliorum sanctorum austeritas vitæ, & animi puritas.

Cutis vera sensus.

Animal omne sensu & tactu præditum.

Tactus sensorium, quale, & quotuplex.

Quæ partes facta tactus gratiâ.

Organum sensus, quódnam.

Cutis temperies, præcipuè in vola manus, & exactum in tangendo iudicium.

Isaaci sensu & cuti illusio filiorum ex tactu, Genes. 27.

Homo omnium animalium temperatissimus.

Et vola manus inuentum tactus.

Manuum duplex vsus: molles tactui, duræ apprehensioni meliores.

Cutis natura, & sensus.

esse sensum censemus. Galenus necnon lib. 5. de vsu partium, per manus, ex tactu certissimam dignotionem profitetur: præsertim partibus internis, quas multi & insignes nerui consternunt. est enim internus tendo manuũ, veluti sanguine præditus neruus, qui sit inter neruum & carnem, quiddam planè medium: ac si ex mixtis vtrisq. constitueretur. Cæterùm neruus omnis exanguis est, & frigidus: caro autem, multi sanguinis, & calida: media inter vtrumque est cutis, nec planè exanguis, vt neruus: nec sanguine abundãs, vt caro. Ad hanc igitur partem, præcipuámque volam manus internæ, velut normam indicémque, & vt dici solet, Polycleti cánonem, omnium rerũ tactilium examen certum reuocabis. cuius ea natura est, vt & ipsi volæ manus, & plantæ pedũ, cutis cum tendone coalescat. ex quo partes & sensiles, & glabræ sunt effectæ. in reliquo enim corpore, cutis cum musculosa subiecta substantia hæret appensa, non autem coaluit.

Tendo palmæ neruosus, acuti tactus.

Tendo manus medius, inter neruũ & carnem: sic & cutis.

Vola manus, index tactus præcipuus.

Manuum & pedum tendo compositus: & cur graber & sensilis.

Cutis vbi coaluit subiecta, aut secus.

Sed de cutis essentia, poris, vsu, & natura tota, iam antè non pauca sunt exposita: itaque ad Arist. reuertor, priùs exposito, & verò repetito Ciceronis paruo, sed arguto de sensu tactus elogio. Tactus (inquit) toto corpore æquabiliter fusus est, vt omnes ictus, omnésq. nimios & frigoris, & caloris appulsus sentire possimus. Aristoteles igitur cap. 3. lib. 2. de anima; Sine tactu, nullus cæterorum sensuum est, ait: at ipse tactus sine cæteris est: complura namque sunt animalium, quæ neque visum, neque auditum, neque sensum habent odoris. animalia verò cuncta, vnum ex sensibus habent, tactum ipsum, vt alibi exponetur, cùm de alimento fiet sermo. ibidem cap. 9. Exactiorem gustum habemus, quàm odoratum; ex eo, quia gustus, tactus est quidam: quemquidem sensum homo exactissimum habet. in cæteris namque sensibus, vehementer à cæteris animalibus superatur: at tactu longè cæteris omnibus excellentiùs percipit (qua tamen de re tum antè, tum etiam paulo pòst.) Quapropter & prudentissimum est animalium. indicium autem est in hominum genere, ob hoc instrumentum sensus, ingenioso esse hebetémve, & non ob aliud quicquam. qui namque sunt duri carne, ij sunt inepti mente: qui verò sunt molles carne, ij sunt ingenioſi, mentéque dextri. quod tamen paulò antè visus est Plinius negare voluisse, philosophi sapienter dicta paulùm detorquens. Sed si hominem homini cõpares, id frequentiùs experiere verum, quàm contrarium. de elephanto, & crocodilo, & simili quolibet belluarum genere, nihil ad hominis cutem, nihil ad carnis mollitiem, nihil ad tactus sensilis acumen. & forsan in suo quodque genere, quò tenuiori cute ac tergore, eò acumine ingenij maiore deprehendi solet. Cæterùm nullus alius sensus absque tactu haberi potest, ait vlt. cap. lib. 3. de anima: corpus enim animalis omnis, vim habet sentiendi tangẽdo. ac reliqua sensuum instrumenta, per aliquod medium fiunt, vt paruit in singulis superiorum. solus tactus in tangendo sensibilia sua, positus

Tactus per totum corpus fusus.

Tactus cõmunis omnium sensuum.

Sine tactu nullum animal: & quibus is solus sensus.

Tactus homini exactissimus: tam gustus. reliquis vincitur ab aliis animantibus. ita Plinius suprà.

Ex Arist. Ex tactu, indicũ acuminis ingenij.

Contra Plinium.

Solutio obiectionis. In vnoquoque animantium genere, quò cutis mollior, eò acumen maius ingenij esse solet.

Nullus sensus sine tactu. & solus tactus sit sine medio, & per se.

Vnde dicatur tactus.

Tactus terrestris.

Tactus indefinitum circa quid.

Partes planè terreæ, insensiles.

Planta cur non sentiat.

Aliter alibi ex Theophr.

Tactus organum, caro.

An non & cutis?

Quòd tactus fiat per mediam carnem.

At suprà aliter.

N. Nempe si caro est, quæ sentit, sine medio, tactus sit: sed reuera cutis est; ideò rectiùs docetur sine medio fieri.

Tactus obiecta.

1. & 2. qualitates.

Visus & tactus potentiâ suo obiectu similes.

Omnes sensus percipiunt oppositum.

Organum primum sensuum, quodnam.

Et an omne ex aëre & aqua?

Ab exẽpla.

An ignis, nullius sit sensory?

Sic & terra?

Imò visus est ignea.

est: vnde illi nomen accessit, ἀπὸ τοῦ ἁπτεσθαι, tactus à tangendo. Et quanuis cætera sensuum instrumenta tactu sentiant: tamen per aliud medium sentiunt: tactus autem solus, per seipsum. qui licet terræ multùm sit affinis: tamen totus terreus non est: sed veluti mediocritas est omnium tangibilium. & instrumentum ipsius, non modò terræ differentiarũ est susceptiuum, sed etiam calidi frigidique, & omnium deniq. tangibilium. Ideo neq. ossibus, neq. pilis, neq. talibus partibus vllis omnino sentimus, quia prorsus terreæ sunt. Hinc & plantæ, omnium sensuum sunt expertes: quia & ipsæ terreæ sunt. Porrò de tactu, amplissimum est cap. 11. lib. 2. de anima, multis quæstiunculis implicitum: ex quo nonnnulla licebit decerpere, extra controuersiam magis posita. Vt in cæteris igitur sensibus, sic in tactu, plures sunt contrarietates rerum tactilium. Tactus instrumentum, caro videtur esse (idem lib. de partibus animal. & eorum historia ac generatione repetit & inculcat) & id quod in cæteris simile est carni. ideo sensus fit, cum primùm res tactu percipiendæ tanguntur. In pelle autem, tactus instrumentum non videtur illi inesse, contrà quàm ex Galeno statuimus. Sed vt cæteri sensus per medium quoddam agunt: sic & tactus ipse. nempe tangibilia sentimus, non à medio, sed vnà cum ipso medio moti. ideóque sensibilium reliquorum perceptio non fit, si instrumentis sensuum superponantur. at si super carnem ponatur tangibile, fit sensus, vt docet experientia. Quare sine dubio, ipsa caro, medium est in tactu. tactu autem percipiuntur, quæ corporis sunt differentiæ, vt calidum, frigidum, humidum, siccum, quæ dicuntur primæ qualitates. item & secundæ, vt molle durum, leue graue, libricum aridum, asperum lene, crassum tenue, & reliqua, de quibus postea enucleatiùs. Atque vt id, quod album nigrúmque percepturum est sensu, neutrum ipsorum actu, sed potentiâ sit vtrumque, oportet; & in cæteris eodem modo. sic & in tactu, neque calidum, neque frigidum id actu sit, oportet: sed vtrumque potentiâ, quod vtrumque est percepturum. Atque vt visus, est visibilis rei & inuisibilis; cæteríque sensus similiter sunt oppositorum. ita & tactus, est rei tangibilis & intangibilis (seu tactilem & intactilem mauis appellare.) Denique instrumentum omnium sensuum id primum est, in quo est vis talis atq. potentia collocata. Postremò sensuum omnium instrumenta (ait Arist. cap. 1. lib. 3. de anima) ex aëre & aqua constant: etenim pupilla ex aqua, auditus ex aëre, odoratus ex horum altero (vel potiùs ex vtroq., vt puto) cõstat. ignis autem, aut nullius est instrumenti, aut communis est omnium: quippe cùm sine caliditate nihil sit sensitiuum. Plato tamen post Empedoclem, visum igni cõparabat; & nos iam inde ab initio ita suppositimus, visum esse igneũ. terra deniq. aut nullius est instrumẽti sensibilis, aut in tactu est maximè commixta. quanquam negat Arist. idem cap. vlt. lib. 3. de anima, instrumentum tactus, terræ esse, aut vllius elementorum.

Tactum nec terra, nec vllius elementi, ex Arist.

Quòd omne sensorium ex aëre & aqua, ex Arist.

Quòd visus aqueus: auditus aëreus: odoratus igneus: tactus terreus, item gustus.

Ex Arist.

Cur quinque sensus, nec plures aut pauciores.

Quocirca secundùm illum, restat nullum sensus organum esse, præter aërem & aquam. Et tamen idem cap. 2. lib. de sensu & sensili, oculi partem, cui videndi facultas data est, ex aqua quidem constare profitetur, secutus Democritum: & cap. 10. lib. 2. part. animal. Visus aquæ naturam obtinet, ait: hæc enim omnium pellucidorum facillimè conseruari potest. ex aëre autem, id quod sonos percipit: olfactum verò, ex igni, cùm nonnisi fumida quædam exhalatio existat: tactum porrò, ex terra: gustum deniq., speciem quandam tactus esse. Postremò præter quinque sensus expositos, nullum esse alium concludit cap. 1. lib. 3. de anima, & variis rationibus atque argumentis comprobat, nunc quidem omittendis, ob insignem totius capitis prolixitatem. hoc quia breue est, & argutũ Alex. Aphrodisiei problema 61. lib. 2. non prætermittam. Cur sensus quinque tantùm, non plures neque pauciores habeamus? Quoniam pro rerum natura sensibilium, atque numero, sensus quoque condi debuerũt. Tactus enim, asperum, læue, durum, molle, atque cæteras qualitates, quæ positæ in solidis sunt, percipit. Gustus, dulce, amarũ, salsum, & cætera saporis genera, quæ in humoribus succisve constãt. Olfactus, bene maléve olentia, quæ vaporibus tribuuntur. Auditus, sonos & strepitus, quæ ictu aëris efficiũtur. Visus, colores, qui tenuissimo ætherique finitimo spiritu continentur. quippe res solida resoluta diffusáque humor redditur: humor in vaporem transit: vapor in aërem: aër in æthera atque spiritum tenuissimum. ita vt quasi series quædã ex terra ad cœlum vsque deducatur perpetua. qua de successione elementorum, alibi ex Timæo dicemus. Sed totius disputationis huius de sensibus, & quidem tractatus de anima, Arist. istum quendam colophônem non prætermittam, si lubet obiter ex eo cognoscere. Hæc cùm ita sint, sit, patet animalia necessariò mori, cùm hoc sensu tactus priuantur. Neque enim fieri potest, vt hunc sensum animal non habeat: neque si animal est, alium sensum præter hunc habere necesse est. Et propterea fit, vt cætera quidẽ sensibilia non corrumpant suis exuperationibus animal: color (inquã) sonus, & odor: sed ipsa tantùm sensuum instrumenta: nisi per accidẽs, vt si simul cum sono, pulsio ictúsque fiat: & si à rebus quæ videntur, atque ab olẽtibus, alia moueantur, quæ tactu corrumpunt. antea tamen de odoribus lethiferis à me dictum memini.) Sapor etiam hoc sanè corrũpit, quòd simul accidit ipsum tangibile esse. Exuperationes autem tangibilium, vt calidorum, frigidorum, & huiusmodi, ipsum interficiunt atq. interimunt animal. Exuperatio enim sensibilis cuiusuis, sensus destruit instrumentum atque deuastat: quare & tangibile exuperans, ipsum destruit tactum. sine tactu namque fieri non posse vt sit animal, demonstrauimus. Quamobrem exuperationes (siue excessus) eorũ quæ tactu percipiuntur, non solùm instrumentum ipsius sensus, verùm etiam animal ipsum interimunt atque corrumpunt: quia necesse est animal hunc solum habere. cæteros autẽ sensus animal habet, non vt sit, sed vt bene sit, vt antea diximus. Visum enim habet, vt videat: quoniam & in aëre, & in aqua, & omnino in perspicuo degit. Gustum autẽ ob id, quòd voluptate afficit, aut dolore, vt in alimento ea sentiat, & cupiat, ac moueatur. & auditum, vt aliquid significetur. linguã præterea, vt ipsum aliquid alij per ipsam significet. hæc quidem Aristoteles. à quo Galenus lib. 14. & lib. 2. de semine, & hoc repetit præclarè scriptum: Est sanè naturarum in animalibus nõ parua differentia. alia enim non longè à plãtis recessẽrũt: sũntque ea omnium animalium imperfectissima. sensu vnico, tactus scilicet, prædita, vt ostrea. his autem ampliùs recesserunt, quæ gustandi habent instrumentum. & iis adhuc ampliùs, quæ odorandi simul. quibus adhuc multò magis, quæ audiẽdi. proxima verò perfectis, quibus cùm hæc omnia, tũ etiam visus adest. Solis autem hominibus præter illa, & manus, & ratio: quia animal omnium perfectissimum atque sapientissimum, homo est. Galenus autẽ de tactu, sicut & de reliquis sensibus, præclarè sensit & scripsit, licet ab Arist. interdũ dissentiens: veriùs tamen, mea quidem sententiâ, & ad rei naturam accommodatiùs philosophatus, vt partim patuit, partim è dicendis patebit. Is libro finitionũ medicinalium (simodò eius ille author est) de sensibus sic breuiter transigit. Sensus, est affectus animæ per corpus, nuntius rei, quæ mouere idonea est. est enim sensus, agens facultas. Sensorium verò, instrumẽtum est, quod sensum aliquẽ creditum habet. Sensibile autem, quod sub sensum cadit. Sensu verò præditum, est id ipsum quod sentit. Sensus quinque sunt, visus, auditus, gustus, odoratus, tactus: omnes quidem illi animæ ministri. Visus est, qui fit per oculos, contemperato in ipsis tenui spiritu pupillæ locum potissimũ obtinente: per quem visoriæ apprehẽsiones fiũt. Auditus obitur per spiritum auribus temperanter insertum, sicciorem potiùs, quàm tenuiorem: quo auditoriæ apprehensiones efficiuntur. Olfactus absoluitur spiritu in naribus contento, vliginoso, halituosóque: per quem olfactilium fiunt apprehensiones. Gustus est, qui fit spiritu linguæ insito, sed humidiore. Tactus denique, est qui per spiritum corpus permeantem perficitur: quo apprehensiones fiunt corporeæ. sed de cæteris abundè suprà: de hoc postremo lubet subijcere nonnulla. Vim igitur tangendi valdè hebetem, duram, & terrestrem natura creauit: nec eam certo loco secluſit, more sensuum reliquorum: sed in vniuersum corpus distribuit. eíque neruos ideo minores, quã sensorijs reliquis, eosdémque duros, & qui maxima ex parte à spinali medulla ortum habẽt, sicuti nuper ex Galeno nostro proposui: quiquidem tactus differentias sic lib. 1. facult. natural. recensẽt, & iam antè ex Arist. protuli: duritiam & mollitiem, lentorem & friabilitatem, leuitatem & grauitatẽ, densitatem & raritatem, aspredinem & læuorem, crassitudinem & tenuitatem. Aristoteles

Tactus nec terra, nec vllius elementi, ex Arist.

Elementa quomodo in se degenerent.

Mors ex priuatione tactus.

Solus tactus ex sensibus potest animali satisfacere.

Reliqui sensus sine excessu animal non corrumpũt, sed solus tactus.

Ab exemplis.

Excessus verorum sensibiliũ sola sensoria destruunt.

Excessus in tactu ipsum animal abolet.

Tactus facit vt sit animal: reliqui sensus, vt melius illi sit.

Ab exemplis.

Animalia differentia penes sensus: & hominis perfectio.

Gal. & Arist. cõparatio.

Sensus, quid.

Sensorium, quid.

Sensibile, quid.

Sentiens, quid.

Sensus quot sint.

Visus quò fiat.

Auditus qui.

Odoratus quò

Gustus quomodo.

Tactus quomodo fiat.

Tactus facultas qualis, & vbi, & quos neruos & vnde habeat.

Tactus differentiæ.

sentire solent amantes, quo ad propagationem sui quæque generis incitari, & vt Græci loquũtur, ἱέσθαι natæ sunt. de qua forsan postea pluribus, & loco cõmodiori. Hæc est illa voluptas, quæ & sensus omnes, & corpus (vt dixi) vniuersum deliniendo blandè afficit. de qua cuperem audire ipsum illum voluptatis patronum Epicurum, aut de eius grege non porcũ equidem, sed disertum hominem quempiam bene narum & perirum: si modò à petulãtia verborum obscœnorum sibi temperare quiret. Epicurus enim ipse incitat ad conspiciendas, torãque mente contrectandas varias voluptates: quibus & ille præteritarum memoria, & ipe consequentium, sapientis vitam refertam putat. cuius verba ista velut interpres Cicero 3. Tuscul. recenset. Nec equidem habeo, quod intelligam bonum illud, detrahes eas voluptates, quæ sapore percipiuntur: detrahens eas etiam, quæ auditu & cantibus: detrahens eas etiam, quæ ex formis percipiantur oculis suaues motiones: siue quæ aliæ voluptates in toto homine gignuntur quolibet è sensu. Hæc ille suo de summo bono, libello. quo nos voluptatis præceptore carere, non admodum ægrè fero: quia sibi quisque plus satis est ad eam rem idoneus magister: dum attentè spectat florida & varia: dum fasciculum ad nares admouet: dum incendit odores, & sertis se redimit ac rosa. nequid de impurioribus voluptatibus dicã, de quibus ita idem ille Epicurus: Saporem intelligo, & corporum complexum, & ludos atque cantus, & formas eas, quibus oculi iucũdè moueantur. sed multò lasciuioribus versibus, eiusdem discipulus, & præco laudum Lucretius toto extremo libro 4. ab eo loco.

Voluptatium vis.

Epicurus voluptarius.

Voluptatibus referta vita sapientum, ex Epicuro.

Summum Epicuri bonum in voluptate multiplici sensuum.

Homines voluptatũ sensuum sectantur.

Tum quibus ætatis fœta primitùs infamantur,
Semen vbi ipsa dies membris matura creauit:
Conueniunt simulacra formæ è corpore quòque
Nuntia præclari vultus, pulchrique coloris:
Qui ciet irritans locà turgida femine multo:
Vt quasi transactis sæpe omnibũ' rebu' profundant
Seminis ingentes fluctus, vestémque cruentent.

Somnia iuuenum Veneria, vnde.

Et quæ plurima consequuntur. De dolore autem & voluptate tum idem alibi (nam plura eius exciderunt, quàm supersunt scripta) tum sic libro secundo vel proximè ad Platonis sententiam.

Præterea quoniam dolor est, vbi materiai
Corpora vi quadam per viscera viua, per artus
Sollicitata suis trepidant in sedibus intus:
Inque locum quando remigrant, fit blanda voluptas, &c.

Dolor & voluptas quò fiant.

Denique voluptatem Epicurus finem dicit ducitque ac principium beatæ vitæ. ita tamen, vt dolores nõnullos voluptatibus præstare arbitretur: quòd ex diutina toleratione dolorũ, maior nos voluptas sequi soleat. & quæ apud Laërtium similia tum ille idem Epicurus, tum Aristippus, & cæteri isti philosophorũ nomine indigni philosophi nugantur. nam vènio ad Platonis locum designatũ ex Timæo. vbi post nonnulla, quæ ad tactum pertinent, eúmq. latè per corpus diffusum: mox de voluptate & dolore, cùm cæteris sensibus communi, tum maximè tactui familiari, sic paucis transigit, institutum de vtriusque sermonem ad suas causas renocans, propositis antè sensuum exemplis.

Voluptatis & dolor quæ sint.

τὰ δὲ τῆς ἡδονῆς καὶ λύπης ὧδὲ δεῖ διανοεῖσθαι· τὸ μὲν παρὰ φύσιν καὶ βίαιον γιγνόμενον αἰρόμενον ἡμῖν, πάθος ἀλγηδών· τὸ δ' εἰς φύσιν αὖθις πάλιν αἰρόμενον, ἡδύ· τὸ δ' ἀναίσθητον πάλιν, ἀναισθησίαν. τὸ δὴ μεῖζον διαστὰσεως γιγνόμενον ἄνευ, αἰσθητὸν μὲν ἔτι μάλιστα· λύπης δ' ἢ ἡδονῆς τὸ μετέχον· οὐκ ἐν τοῖς περὶ τελεώσεως αὐτῶν παθήμασι. τὰ δὲ σώματα ἐν τοῖς ἡμετέροις ὁρᾶτε καθ' ἡμέραν ξυμφυᾶ ἡμῶν γιγνόμενα. ταῦτα γὰρ πρωΐ μὲν, ἡνίκα, ἐξ ὅσου ἄλλα πάρεστι, λύπης ἐν ἐμπειρίαν· ὑπὸ ἡδονὰς πάλιν δὴ πολὺν ἀπέρασιν ἔρχεται. μίαν δὲ αἰσθήσεις ἐν σωρίσασαι, καθ' ὃν τ' ἂν πάθη, τοῦ ὅλου δὴ ἄνευ τὸ ἀναισθήτου ἐφάπτεται. διὰ τὸ πάντων ἐν τῷ ἀρχείῳ τῆς αὐτῆς ἐν συμφορᾷ τὸ ἐκμέζων μέρος σώματος, μόνης ἅπτεται τοῦ ὅλου, διαδίδωσι δὲ εἰς ὅλην τὴν κίνησιν. ἡδονὰς ἴσχει & λύπας· ἀλλοιουμένων μὲν λύπας. καθισταμένων δ' εἰς τὸ αὐτὸ πάλιν, ἡδονάς. ὅσα δ' ἐν ἐμμέσῳ τοῖς ἀποχωρήσεις ἑαυτῶν ἐν ταράσεις ἔλαθε, τοῖς δ' παρούσαις αἴρουσ ἐν ἐν μεγάλαι· κινήσεως μὲν αἰσθήσεις, παρούσης δὲ αἰσθητὰ γιγνόμενα, λύπας μὲν ἐν παρὰ τῷ ὅλῳ τῷ & ψυχῆς, μείζους δ' ἡδονάς. ὅτι δ' ἐνδέλα περὶ τὰς διώσεις. ὅσα δ' ἀπελλαγέντα μὲν αἴρουσ, ἐν ἐμμέσῳ δ' μόνης εἰς ταὐτὸν πάλιν ἑαυτῶν καθίσταται, ἀναισθησίαν, τοῖς ἐμπρόσθεν πάντα ἀναλόγων. πᾶσι δ' αὖ περὶ τὰς καύσεις ἐν τομὰς τῶ ὅλου τὰς γιγνόμενα, ἐστὶ καταδήλα. id est, Quod prætereà ad voluptatem attinet, & dolorem, ita consideretur. Passio violenter prætérque naturam abundè simúlq. nobis illata, molesta sit. Rursus quæ in naturam abundè simúlque reuertitur, dulcis: quæ contrà fit, contrà. Passio verò, magna cum facilitate illata, sentitur quidem maximè: voluptatis autem & doloris minimè particeps. huiusmodi sunt, quæ ex aspectu proueniunt. cui quidem corpus nostrum cognatum fieri in die (siue in luce) suprà narrauimus. huic enim adustiones sectionésve, & quæcumque passiones huiusmodi, dolorem non inferunt: nec etiam quando in suam speciem fit restitutio, voluptatem. Sensus tamen vehementes clarissimique ipsi competunt, quatenus aliquid patitur, incurritque in aliquid, & attingit. Violentia siquidem huius discretioni concretionive nulla penitus inest. Corpora verò ex partibus grandioribus constituta, & vix agenti cedẽtia, quando motiones illatas in totum corpus trajiciunt, voluptates dolorésque continẽt. quando videlicet è suo statu mouentur, dolores: quando redeunt, voluptates. Quæcumq. paulatim abscessus euacuationésque sui perpetiũtur, repletiones verò simul atque abundè: cùm euacuationis quidem sensum habeãt nullum, repletionis autem habeant: mortalitate ipsius potentiæ (siue parti mortali animæ) dolores nullos, voluptates verò maximas afferũt. quod ex suauium odorum perceptione cognoscitur. At quæ è sua natura simul & abundè pelluntur, paulatim verò vix in eam restituuntur, cõtrà quàm superiora affici solent. hoc planè in secandis vrendisq. membris apparet. Hæc Plato de communibus toti corpori passionibus, déque doloris & voluptatis modo & caussis. nam deinceps speciatim de singulis sensibus transigit, de quibus nos abundè vtique: neque

Dolor & voluptas omnibus sensibus communes.

Dolor & voluptas quæ fiant.

Quod sensim fit, dolorem & voluptatẽ non facit.

Vt quæ circa visum.

Visus quomodo afficiatur.

Dolor & voluptas in partibus insignibus, vnde.

A repletione & inanitione quando dolor aut voluptas.

Dolor & voluptas, quid, & vnde.

illa omiſimus, quæ ex eodem Platone, noſtro ſermoni conuenire iudicauimus. Timæus autem Locrus ante Platonem ita ſcripſerat: ὁσαι μὲν οὖν ἐξιστᾶσι τὴν φύσιν, ἀλγηδόνες· ὅσαι δ' ἀποκαθιστῶσιν εἰς αὐτήν, ἡδοναί· ἐνομάσθησαν. id eſt, Omnes ergo motus, quotquot naturæ ſtatum excedunt, cruciant dolore: quot quot inſtaurant naturam, voluptates nominántur. Cæterum ſuam illam de voluptate & dolore ſententiam, ſub perſona Socratis, facta veluti experientia, Plat. in Phædone cõprobauit. Socrates enim quo die ex decreto Athenienſium cicutam lethiferam hauſturus erat: adeuntibus ipſum amicis, ſic in carcere loquitur è lectulo, cruribus ad ſe paulùm reductis & contractis, blandé que manu perfricatis: ὡς ἄτοπον, ἔφη, ὦ ἄνδρες, ὃ τι ποτ' ἐστὶ τῶν, ὃ καλοῦσιν οἱ ἄνθρωποι, ἡδύ· ὡς θαυμασίως πεφυκεν πρὸς τὸ δοκοῦν εἶναι ἐναντίον τῷ, τὸ λυπηρόν, τῷ ἅμα μὲν αὐτὰ μὴ θέλειν παραγίγνεσθαι τὸν αὐτὸν ἄνθρωπον ἐὰν δὲ τις διώκῃ τὸ ἕτερον, ἢ λαμβάνῃ, σχεδόν τι ἀναγκάζῃ ἀεὶ λαμβάνειν καὶ τὸ ἕτερον· ὥσπερ ἐκ μιᾶς κορυφῆς ἡμμένω δύ' ὄντε. καὶ μοι δοκεῖ, ἔφη, εἰ ἐνενόησεν αὐτὰ Αἴσωπος, μῦθον ἂν ποιῆσαι. ὡς ὁ θεὸς βουλόμενος αὐτὰ ἔριν παῦσαι πολεμοῦντα, ἐπειδὴ οὐκ ἠδύνατο, συνῆψεν εἰς ταὐτὸν αὐτῶν τὰς κορυφάς. ᾗ δὴ ταῦτα, ὃ ἂν τὸ ἕτερον προσῇ, ἐπακολουθεῖ ὕστερον ἡ τὸ ἕτερον. ἔοικεν οὖν ἡ αὐτὴ μοι ἕξειν, ἐπειδὴ ὑπὸ τοῦ δεσμοῦ ἐνῶ τὸ πρότερον τὸ ἀλγεῖν, εἶτα δὴ φαίνεται ἐπακολουθοῦν τὸ ἡδύ. id eſt, Quã mira videtur (inquit) hæc res eſſe, quam nominant homines voluptatem: quámque miro naturaliter ſe habet modo ad dolorem ipſum, qui eius contrarius eſſe videtur: quippe cùm ſimul homini adeſſe nolint. attamen ſi quis proſequitur, capitque alterum, ſemper fermè alterum quo que accipere cogitur: quaſi ex eodem vertice ſint ambo connexa. Arbitror equidem Æſopum, ſi hæc animaduertiſſet, fabulam fuiſſe facturũ: Videlicet Deum ipſum, cùm ipſa inter ſe pugnantia vellet conciliare, neque id facere poſſet, in vnum eorum apices conjunxiſſe. propterea q. cuicumque adeſt alterum, eidem mox alterum quoque affuturũ. Quod quidem mihi accidit in præſentia: ſiquidem modò crus propter vincula afficiebatur dolore: ſed huic ſuccedere voluptas iam videtur. Neque verò fallebatur Socrates, cùm hæc diceret: nam & apud Æſopum extat in eã ſententiam lepida fabella, quam alibi citare commodius erit. quod certè neque ipſe ille Socrates ignorabat, ſed ſuo potiùs more diſſimulabat: cùm, quo tempore carcere incluſus mãſit, nouo quodam & inuſitato ſuo more atque inſtituto, poëticam tentare ſit aggreſſus, quã fortè nunquam antea exercuerat (ſunt enim, qui nihil ſcripſiſſe vnquam illum aſſerant: ſunt qui Tragica & Comica ſcribere aggreſſum dicant, & Laërtius in eius vita indicat) oraculi tũ demum iuſſu & monitu hymnos in Apollinẽ meditatus, & illas ipſas Æſopi fabulas carmine conatus exponere. imitatus eo facto Apollineum olorem, qui morte inſtante, ſuauiùs canere fertur, quàm vllo alio vnquam aliàs vitæ anteactæ tempore.

Socratis extrema cum amicis colloquia.

Æſopi apologus, de doloru & voluptatu nexu mutuo.

Socrati fomur ex cõpede prurit ſuauiter.

Socrates ἀφρων.

Socrates an aliquid ſcripſerit? Sane in carcere poëticam tentauit. Olor impẽdente fato ſuauiùs canit.

Galenus in lectione Platonis ſedulò verſatus, has de voluptatis & doloris modo cauſſáque ratiocinationes arripuit, & frequenter vſurpauit: vtrique affectui communem vocem aſſerens (ἄλγος) in eo Platonem nihilominùs atque in tota ratione cauſſæ aſſignandæ imitatus libro de tremore. Idem porrò lib. 7. plac. Hipp. & Plat. non ſatis eſſe ad voluptatis doloriſque creationem putat, vt vel lenis, vel aſpera in corpore motio efficiatur: ſed vtriſq. his agitationibus, ſenſus quoque accedat neceſſe eſt. quæ autem alterationem percipit, nemorum participatio eſt. Cùm vero dicit Hippocr. Dolor fit propter calidum, propter frigidum, propter plus, propter minus: in refrigeratis quidẽ partibus, ex calore: in calefactis, ex frigore: corruptam item naturam habẽtibus, dolores fiunt. ne putes leuem aliquam alterationem: ſed vehementem alterationis ſenſum, ipſum Hipp. intelligere. quiquidem ſenſus exiſtere nullo modo poteſt, ſine patientis corporis immutatione præternaturali. Leuis enim illa & prona corporum mutatio, ſenſum quidẽ efficit, qui facultatem & vim agẽtis dignoſcit ac percipit (ſimodò id quod alterationem ſuſcipit, ſenſituum fuerit) non tamen doloré inducit: promptéque vnumquodque leuem hac ex cognatis patitur mutationem. Idẽ verò Plato in Politia, & in Gorgia, quaſdam ex voluptatibus fugiendas, quaſdam admittendas præcipit. Voluptates enim, quæ in honeſtis vtilibúſque diſciplinis, omnibúſque demum probis actionibus prouenunt, admittere debemus: fugere contrà eas, quas ebrietas, crapula, res Venereæ exhibent. At quæ nihil horum in ſe diſtinctum habent, illæ verò neque fugiendæ, neque expetendæ. cæterùm de differentiis voluptatum, Philebus ſatis tibi faciet. At Galenus rurſum libro 1. de ſympt. cauſſ. Voluptas (ait) & dolor omnibus ſenſibus contingunt: non tamen pari euidentia; ſed in oculis minùs, quàm in cæteris euidenter: in tactu autem & guſtu, maximè luculenter: ab ijs deinceps in odoratu: & poſt hunc, in auditu. Quænã igitur eſt tum omnium communis, tum cuiuſque cauſſa propria? Sanè communis ea eſt, quam Plato in Timæo reddit, ſic ſcribens: Τὰ μὲν παρὰ φύσιν καὶ πολλοῖς σφοδροῖς γιγνόμενα πάθη, ἀλγηδόνες· τὰ δ' εἰς φύσιν αὖτιν καὶ πάλιν ἁπλᾶ, ἡδέα· τὰ δὲ ταχέα, καὶ μεγάλα, μανικά. id eſt, Violẽta paſſio, quæ præter naturam eſt, cùm ſimul multa & celeriter fit, dolorem affert. è diuerſo, quod ad ſuam naturam vniuerſim & celeriter redit, iucundum eſt. quod autem ſenſim & paulatim fit, ſenſum latet. atque ita quidem Plato: quã quam Platonis verba tenore quidem diuerſa, ſed ſenſu eadem paulò antè protuli. Hippocrates verò Platone antiquior: οἷς γὰρ φύσει διαλλοιοῦται καὶ διαφθείρεται, οἱ πόνοι γίγνονται. id eſt, Iis (inquit) quibus natura alteratur & corrũpitur, dolores fiunt. celeritatem ſimul & magnitudinem mutationis ijs verbis indicãs. Hæc poterant ſufficere: ſed placet ſpecialibus ſenſuum exemplis vtramque affectionem doloris & voluptatis explanare, ex citato Galeni libro. in quibus tamen non pauca Platonicis principijs iuuabit obiter annotare, & velut per pa-

Ad doloré & voluptatem neceſſariò requiritur ἀλλοίωσις, & ſenſus pars.

Doloris & voluptatis cauſſa.

Dolor non niſi ingentem alterationem ſequitur.

Leuis alteratio ſentitur quidẽ, ſed citra dolorem.

Voluptatũ differentiæ: & quæ admittendæ, aut fugiendæ.

Voluptas & dolor, communes omnium ſenſus, verùm inæqualiter, quomodo: & gradus ſingulorũ.

Dolor in agendo.

Digitized by Google

Exempla dolorū in ſingulis ſenſibus. 1. de Tactu.

renthesin interponere. Sanè verò tactui accedunt magnæ mutationes naturæ à frigidi calidique violento contactu (quippe humidum & ſiccum, ſi abſint calfactio & refrigeratio, citra violentiam corpus contingunt) præterea ab ijs, quæ quaſſandi, vel ſecandi, vel pungendi, vel diſtendendi, vel exedendi vim habent. à quibus omnibus, ὁ πᾶς πόνος, quaſi dicas in fieri, dolor acerbus excitatur. neq. enim poſtquàm aliquid diuiſum ruptúmque eſt, doloré infert ex ſe, ſed ex accidenti: ſiue mordicans humor exulceratum corpus exeſt: ſiue phlegmone ſuperueniens, ſuo calore, & tenſione, & humorum mordicante acrimonia, moleſtiam parit. Diuellitur autem & guſtus inſtrumẽtum, quatenus vtique tactus eſt, à cauſſis ijſdem, à quibus tactum affici diximus. quatenus autem guſtus eſt proprium, ab acutis, amaris, acerbis & acribus ſuccis: à quibus continuitas ſoluitur. Contriſtant verò & olfactum, qui à iam dictis ſuccis exhalant vapores: quòd hi quoque continuitatem diſtrahant. Auditum verò infeſtant, vox aſpera, & maxima, & celerrima. ex quo, in magnis tonitribus, quidam auditus ſenſu omnino ſunt priuati. inſtrumento nempe auditorio à ſoni violentia diuulſo. Iam verò ipſum viſum maximi ſplendores nimia ſecretione non infeſtant modò, ſed etiam corrũpunt. ſecretio enim, ex diuidẽtium genere eſt. Denique omnibus ſenſibus communis eſt paſſio, quæ infeſtat, & dolorem ciet, ſecretio, & continui diuulſio, vniuerſim, ſimul ac ſemel celeritérque facta. Græci vno verbo rem expediunt, ἀθρόως, τοῦτ' ἔστι καθ' ὃ μεγάλα, ἅμα καὶ τάχεως, id eſt, portionibus magnis, ſimul ac celeriter. quod Plato dixerat, παθήματα ἐκ βιαίου μὲν ἅμα καὶ ἀθρόα παρέχεσθαι ἰσχυρὰν πρὸς αἴσθησιν ὁρμήν, τὸν αὐτὸν δὲ καὶ ἀβίαστον καὶ κατὰ μικρὰ ἀσθενῆ. id eſt, Doloris ſenſum ex paſſionis tum violentia, tum quæ magnis portionibus cum celeritate ſenſibilibus corporibus incideret, prouenire. Ac quod contriſtat quidem, in omnibus ſenſibus ad hũc modum prouenit. iucundum verò, quod illi eſt cõtrarium, contrariis ex cauſſis. Quippe eius, quod diuelli periclitabatur, reditus ad naturã ſimul & celeriter factus, voluptatem adfert. Iccirco oculis iucũdiſſimum ſpectrum, cæruleum eſt: ſicuti è diuerſo, grauiſſimum triſtiſſimúmque, quod ſplendidum ſimul albúmque eſt, vt Sol. proxima ijs ſunt, inter ea quidem quæ contriſtant, album: inter ea verò quæ delectant, fuſcum. illud quidem, quòd ſubſtantiam eius ſegreget, ſimul ac reſoluat: hoc autem, quòd citra violentiam congreget. Neque enim ſola congregatio ſatis eſt, cùm & nigrũ ea quoque ratione iucundum foret: quod tamẽ ſecus habet. (& tamen læſum ex albi contemplatione oculum, citiſſimè in contrarium ſtatum reducit, quod Plato poſtulabat.) Cùm ſit enim ſubſtantiæ viſus nigrum contrarium, violentiùs eã cogit, quàm vt eam ad naturam reducat. At verò quod nigerrimum eſt, eo quod ſplendidiſſimum eſt, minùs infeſtat. non vtique quod cõtrarium minùs ſit triſte, quàm exceſſus, qui eſt in genere cognato (Quippe hac ratione magis contriſtaret nigrum, quàm quod eſt ſplendidiſſimum) ſed quòd viſus inſtrumentum ſit ſplendidum: talis verò ſubſtantia omnis, ſubtilium ſit partium: nigrum verò, ſemper craſſarum. Eſt autem perpetuò quod tenuium eſt partium, magis actiuum naturâ, quàm eſt id quod craſſarum. Ergo cùm inter ſe cõmittuntur, quod tenuium partium eſt, & quod craſſarum; remiſſiùs agit, quod craſſarum eſt, in id quod tenue eſt: quatenus ſcilicet id à tenui potiùs pati eſt natum. Ita igitur & Sol viſum offendit, quòd cùm tenuioris ſubſtantiæ ſit, facilè eum ſegreget (cùm & iuxta Ariſt. album præterea diſgreget ac diuellat viſum. & Timæo Locro, τὸ μὲν λευκὸν διακριτικὸν ὂν ὄψιν τὸ δὲ μέλαν συγκριτικόν. i. Album quidem, aſpectum diſgregat: nigrum verò cõgregat.) At cognatione quidem ſubſtantiæ, minùs contriſtat, quàm ea, quæ ſunt contraria. Sed cùm actionis vehementia ſit violentior: hoc ipſo celeritatẽ quoque ad viſus noxã obtinet. Quod enim in minimo tempore viſus noſter à Solis ſplendore patitur, id nonniſi in plurimo ſentit, vbi omnino nullum ſplendorem videt: ſed in profundis tenebris eſt verſatus. Quippe is quoque ad lucem reductus, videre nõ poteſt: eo quòd extinctus ad quendam modum incraſſatúſq. ſit, ac tenebricoſus redditus. Quo commẽto vſus Dionyſius tyrannus (vt antè inſinuauimus) quos cruciandos iuſſerat, diu in tenebris concluſos, ad Solem meridianum educebat, apertis palpebris, & inconniuentibus oculis ſine vlla nictatione contemplandum. Iucundiſſimus igitur meritò gratiſſimúſque cæruleus color viſui eſt: ſi tamen is à Sole nõ eſt digeſtus. Huic enim, cùm vtique laborat, contrarium remedio eſt. Sicut ei qui laborauit quidem, ſed iam ſanus eſt, cæruleum aut fuſcum ſaluberrimum eſt ſpectrum: vtpote quod nec eum ſegreget, veluti tum album, tum ſplendidũ: neq. cogat & extinguat, veluti nigrum. Ac fuſcũ quidẽ, ex albo & nigro ſimul mixtis efficitur: cæruleũ verò, ex albo & ſplendido tũ coëuntibus, tum in futurum nigrum incidentibus. ſic enim nos Plato de ambobus docuit: Ariſtoteles autẽ, ſiue Theophraſtus is author eſt, de coloribus illuſtri libello eſt doctè commẽtatus: & Galenus ſe facturum erat pollicitus lib. de plac. Hipp. & Plat. Ergo hi colores ex contrariis immodiciſque mixtis, medij ac mediocres fiunt: qui & exceſſum vtrumque, quo viſus læditur, declinant, & mediocres ipſius fatigationes recreant: non ſecùs ac morbos, qui ex ſegregatione prouenium, nigrum. Sanè voluptas, quę ab iis prouenit, perinde euidens nõ eſt, ac in aliis ſit ſenſibus: propterea ſcilicet quòd nec dolor par erat. Quippe ſubſtãtiæ tenuitas in viſu necdum ſegregatur: ſed propter ſubſtantiæ cognationem, violentum aliquid patitur: quando ad quod ducitur, ipſe per ſe prior properat, non autem dum congregatur, propter mutationis imbecilliratẽ. Quod enim tenuis ſubſtãtiæ eſt, id ab eo quod craſſum eſt, languidè cogitur. atque ita quidem in viſu ſe habent voluptas & dolor. In auditu verò, iu-

Exempla voluptatis in ſingulis ſenſibus: & qui fiat. 1. De Viſu.

Contra Platonem.

Albi & nigrorum ad viſum affectandum.

Tenuiũ & craſſorum ad agilidem.

Sol cur viſum ladat.

Albũ diſgregat viſum.

Oculi cur à tenebris in lucem educti, agrius cernant.

Dionyſii tyranni in reos torquendos.

Cæruleus.

Oculo laboranti, quod gratum.

Cæruli & fuſci compoſitio.

Author libri de coloribus.

Colores medij.

Voluptas dolorque in viſu minimum, cur.

Tenue à craſſo quo pacto agitari.

2. De Auditu.

Dolor nonniſi in actu: niſi per accidens.

2. De Guſtu.

3. De Odoratu.

4. De Auditu.

5. De Viſu.

Cõmunis cauſſa doloris.

ἀθρόως, quod ſit.

Dolorunde fiat.

cundiſſima vox eſt, quæ leniſſima tardiſſimáq. eſt: propterea quod è diuerſo, infeſtiſſima eſt, quæ aſperrima celerrimáque ſit. quo in caſu, voluptatis ratio à Platone deſcripta, vtcumque labat, vt poſtea notabitur. Verùm ea, quæ de vtroque genere vocis dicta ſunt, ſano integróq. ſenſu iucunda triſtiáve ſunt. ei verò qui ægrotauit, ea vox grata ſit, quæ præter lenitatem & tarditatem, etiam parua eſt (quod tamen Platonicis quoque principiis repugnat.) At ei, qui iam ægrotat: quæ ſimul & leniſſima & tardiſſima, & maximè exilis eſt: atque hæc etiã magis, quæ numeroſa. Quippe omnimodũ ſilentium, ſimile quid in auditu eſt, atque tenebræ in viſu. Atq. ex eo patet, ſicuti in reliquis ſenſibus, diuerſam eſſe rationem voluptatis & doloris tum in ſanis, tum in ægrotis, vt aliàs tradetur. Voluptas porrò euidẽtior in auditu eſt, propterea quòd ſubſtantia eſt craſſiore, ſicut in odoratu adhuc manifeſtior eſt delectatio: propterea quòd eius ſubſtantia eſt magis craſſa. Quantò enim aër ſplendore eſt craſſior: tantò & craſſior aëre eſt halitus atque vapor. eſt verò ſplendoris quidem ſenſus, viſus: aëris verò, auditus: vaporis autem, odoratus: æquè ſcilicet vt humidæ naturæ, guſtus: & ſolidi corporis ac terreni, tactus, vt iam ſæpe dixi.

Cõtra Platonem.

Diſſimilitudo ſani & ægri ad voces, & alia ſenſibilia. Contra Platonem. Silentij ad tenebras analogia. Auditus viſu cur magis afficiatur. Item odoratus.

Aëris, ſplendoris, & vaporis cõparatio: nẽ ſenſuũ proportionalium ad elementa.

Quoniam autem cognati generis cum guſtu, odoratus eſt, ſola ſubſtãtiæ tenuitate ab eo diſſidens (eſt enim vapor, ſiue halitus, humor extenuatus) de ambobus ſimul agemus, à guſtu claritatis gratiã incipientes. Gratiſſimi igitur huic ſucci ſunt, cùm naturaliter ſe habet, omnes qui dulces ſunt & pingues (vt Platonis finitio hîc etiam circũſcriptione egeat.) hi enim omnes monſtrati ſunt corporis ſubſtantiæ maximè conſentientes. recèns autem ab aliquo, quod contriſtabat, affecto guſtui ſapores pingues grati eſſe ſolent: quippe qui exaſperatum eum maximè leniunt. Iam verò etiamnum laboranti, iis qui affligant, contrarij ex vſu ſunt: craſſis quidem, ij qui attenuant: tenuibus autem, qui incraſſant: glutinoſis, qui diſſecant: exaſperantibus, qui leniunt. ad eundem modũ calidis, qui frigidi ſunt: frigidis, qui calidi: ſicut ſiccis, qui humidi: & humidis, qui ſiccã. Siquidem venter viſceribus veniſque ſubſeruit: itaque & quales hæc ſuccos requirũt, tales appetit. Porrò huic pro diſcernendi inſtrumento, lingua proſtat: ijs ſcilicet ſuccis maximè gaudens, quos ventriculus deſiderat. Huiuſce autem ſocietatis, tunica qua veſtitur, maximè eſt cauſſa. ſed de ventriculo aliàs ſuo loco. Delectatur autem lingua diuerſis temporibus, ijs ſuccis qui ſibi admouẽtur, alijs atque alijs. delectatur etiam nonnunquam, dulce illud quod in ſe habet, ſentiens. eſt autem hic ſuccus, quædam pituitæ ſpecies: in quo nonnulli vim maximam, & ad guſtum neceſſariam ponunt: guſtum denique eſſe nonnulli ſupponunt.

Guſtus & odoratus affinitas. 3. De Guſtu.

Cautio in Platonem.

Cõtrariorũ vſus, quẽdo.

Venter viſceribus gratas eſcas appetit. At guſtus non eſt in ventriculo. Lingua vẽtri grata expetit, cur. Contra tritum proverbium. Lingua familiares ſuccos. Lingua pituita efficacia. 4. De Odorato.

At in odorandi facultate, externorum quidem tum iucundorũ, tum triſtiũ ſenſus perinde ſe habet, vt in guſtatrice. halitus autem & vapores, quos in ſe habet, graueolentes illos quidem aliquando ſentit: bene autem olentes, aut ſanè iucundos, non ſentit: ſicuti neque viſus, neque auditus. hi namque ſenſus cùm tenuis ſubſtantiæ ſint, nulla in ſeipſis valida paſſione afficiuntur. Tactus verò & guſtus, vehemens quidem tale aliquid neque ipſi ſentiunt: confuſum tamen eiuſmodi aliquid nonnunquam patiuntur. lingua quidem, vt dictum eſt, à dulci in ſe pituita, quã Praxagoras & Philotimus ſpeciali nomine dulcem ſuccum appellant. Tactus verò ipſum motum in ſe non rarò ſentiens, quando ſcilicet iis, quæ ipſum exaſperant, vel concoquendis, vel diffiandis, vel ſenſibiliter excernendis, ad naturã ſuam reuertitur. Quineriam qui laſſitudine laborant, vbi molli frictione, vel in balneo loti, ab ijs quieſcunt, euidentem ſentiunt voluptatem. (Neque tamen hic reditus ad naturã, violentus eſt & cõfertus, vt Plato præcipiebat.) Iam magis etiam ſub iam dictis motibus, in laſſatis ipſis particulis, dum ad ſtatum naturalẽ redeunt, oblectantur. Sanè non ſolùm lauando, & molliter cum largo oleo fricando, voluptas laſſatis partibus accedit: ſed etiã in maioribus doloribus pertractatio, quæ blanda, mollis & lenis ſit (contra Platonis tamen ſententiam, & Socratis prurientem illam frictionem) ſolatium quoddam adfert non exiguum. Denique (vt vno verbo dicam) delectamur tactu ipſo, dum ad naturalem ſtatũ reducimur. contingit autem id nobis ſemper per contraria primò ac per ſe, non autem ex euentu. Ac ſiquidem ſimul & celeriter id fiat, ſanatio cum delectatione perficitur: ſin paulatim, inſenſibilis erit ad naturam reditus. Similiter autem & de abitione à naturali ſtatu ad ſtatum non naturalem, eſt intelligẽdum. quæ enim ſimul multa & celeriter fit, ea & violenta eſt, & cum dolore coniuncta: quæ autem paulatim, ea ſenſum fugit, vt paruit. Quanquã ſi corpus in ſuo & natiuo ſtatu maneat, alia quædã ratio creãdæ voluptatis erit excogitanda, quàm quo modo Plato tradidit, & iam adſcripſimus.

Viſus, auditus, odoratus cur à contentu in ſuo ſenſorio non efficiãtur, aut partibus reliquis ſenſibus. Lingua pituita, dulcis ſuccus. 5. De Tactu. Laſſitudinis curatio.

Contra Platonem.

Contra Platonem.

Quòd ad voluptatis & doloris cauſſam requiritur ἀπάθεια. Platonis ratio voluptatis non valet in ſanis.

Egregium verò quiddam & proprium habet generationi dicatarum partium genitalis ſenſus: propterea quòd eam facultatem habeant valentiſſimam: & quidem in ipſo mare, ſeminis expultricem: in fœmina verò, tum hanc ipſam in teſtibus & ſeminalibus vaſis, tum attractricem in toto vtero. Coniunxit enim natura & cum ſeminis effuſione, & cum eius cõceptu, ingentem cupiditatem ſimul & voluptatem. Cæterùm offenſa & læſio redundantis, & intus remanentis ſeminis, quod paulatim multo tempore, atque idcirco plus colligitur, quanquam magnopere infeſtat: impar tamen eſt magnitudini voluptatis, quæ in Venere ſentitur ac percipitur. Offendentis enim expulſio ſimul & celeriter facta, etiam delectationis magnitudinẽ celeritati reditus ad naturam proportione reſpondentem habet. quam proportionem, & ſtatum ſalubrem, ſi Plato in cauſſa doloris & voluptatis aſſignanda obſeruaſſet, minùs in tuenda eius ſententia Galenus cum ſuis laboraſſet. Verùm hac de re, déque cauſſa & modo percipiẽdæ in coïtu voluptatis, poſthac

Voluptas à re Veneria, vnde.

Damna ex redundante ſemine.

Voluptas à copia ſeminis profuſi.

Platonis omiſſa certa

doloris & voluptatis cauſſas.

tis, poſthac vſpiam dicetur à nobis: ſicuti & de exquiſito ventriculi ſenſu, & cibi ac potionis voluptate, & multis aliis tũ quæ ad ſenſus iſtos pertinẽt, tũ ad alia illuſtria, quæ nos paſſim venamur & indagamus. iam enim tempeſtiuum eſt, tã prolixum de ſenſibus ſermonem claudere.

Obiecta in Platonem & Galen. de cauſſa voluptatis & doloris.

Verumenimuero antè quã id fit, cõtra hunc poſteriorẽ locũ de voluptatis doloriſq. cauſſaà Platone & Galeno poſita, iuuat audire nõnulla, quæ obijci queunt, & qualia nos paulò antè planè obiter pauca de multis attigimus. Ac primũ quidẽ voluptas ſenſibus accedit, nõ modò cũ ad naturã redeũt: ſed ſanis adeo, dũ obiectis quiſq. ſuis (vti propoſuimus) blãdis & expetitis ſuauiter ac molliter afficitur. Deinde non ſemper ad priſtinã naturam reuertẽtibus, voluptas cõciliatur, ſi reditus eiuſmodi fiat ἀθρόως, confertim celeritérq.: ſed etiã interdũ ſi ſenſim ac paulatim, vt tum docuimus de laſſitudine, & ſenſibus læſis, cũ ad naturã redeũt: tũ percipimus in iis, quibus frigore manus & digiti congelarũt: potiſſimũ rigẽtibus & obſtupeſcẽtibus ipſis digitorum extremitatibus, & vnguiũ radicibus. quibus ad luculentum ignẽ diu multúmque & violenter admotis, ingens dolor & cruciatus interiora contundens ac dilacerans, ſuccedit. Hoc vniuerſim, & ad ſubitã qualitatis mutationẽ accidere arbitrãdũ eſt, ait Alexãder probl. 44. lib. 1. fit enim vt ex multo frigoris, repẽtè tranſeant ad multũ caloris. Omne autẽ quod immodicè vniuerſimq. malo agitur habitu, doloré naturæ infligere poteſt. ſicut quod per habitũ bonũ modicè, atq. ad naturalẽ conditionẽ vniuerſim mutatur, naturã verò vehementer permulcet atq. oblectat. corpus enim humanũ habitu temperatiori, quã cætera animalia cõſtat. hæc Aphrodiſeus. deinde obijcio. Tum verò nec dolor tantũ accidit, cùm ſimul multa & celeriter imprimitur paſſio: verùm & lentè ac paulatim facta cõtinui ſolutione. ſicut ij percipiũt, quibus acus, aut ſtylus acutus partes neruoſas, præcipuéq. vnguib⁹ ſubiectas cõpungit: vt tyrãni olim alieno damno & miſeria experiebãtur, ſecãdis mediis hominibus piis, leniter & tractim adacta ſerra: aut igne lento viuis aduſtis ſanctis Chriſti martyribus. Ideóque tũ in aliis chirurgicis operibus, tũ in ſecãdo vrendóq. edixerat Hippocrates: Citò, Tutò, Iucũdè. quaſi hoc quidẽ modo, doloris acerbitas breuitate & celeritate operis nõ feſtinata, ſed maturata, minuẽda videatur. Poſtea ſiqua eſt analogia corporis affectuũ animiq. (vt eſt certè aliqua) nõ quæ grauiſſimo & acerbiſſimo dolori mœroriq. ſuccedit de repẽte ingens lætitia, naturæ grata eſt & familiaris, ſed ſæpe funeſta atq. lethalis: vt plurima docẽt exempla virorũ ac mulierũ repentino & immoderato præ gaudio cõfeſtim extinctorũ. vt Polycritæ Naxiæ: cuius operã & gratiã cùm foret obſidione ſoluta ciuitas: in tãto populi vniuerſi applauſu, & fauſta acclamatione, cùm diceretur patriæ protectrix, & Naxi liberatrix, præ gaudio exanimata concidit. vt duarũ mulierũ Romanarũ, quæ nũtiata cæde filiorũ in clade ad lacũ Thra-

1. Quòd voluptas in ſanis, quæ: modo.

2. Quòd voluptas à reditu ad naturã ſenſim fallo.

Dolor cõgelatorũ vnguium, vnde, & quò percurretur.

3. Quòd dolor à læsa continui ſolutione.

Tyrannorum ſeuitia in pios.

Citò, tutò, iucundè, præceptum chirurgicũ.

4. Quòd in animi affectibus, ἀθρόως contraria inducere, funeſtum.

Hiſtoria 3. Mulierũ ſubito gaudio mortuarum.

ſymenũ accepta, cũ ex inopinato illi ambo rediiſſent, in mediis eorũ amplexibus ambæ expirarũt. vt Sophocles tragico certamine victor, in promptu læti nuntij rumore perculſus, animã ſenex exhalauit: ſimilitérq. Iuuẽtius Talua Tiberii Gracchi in Cõſulatu collega, cũ decretas ſibi à Senatu ſupplicationes intellexiſſet, ante foculũ ſacrificando collapſus interiit, ſic Philemon in ipſo riſu exanimatus eſt. idem de Chryſippo narrat Laërtius: de aſino ſycophãta narratur fabula. ſed quod mirũ magis videtur, Cornel. Gallus Prætorius, & Titus Ætherius Eques Rom. in vſu rerũ Venerearum ſunt abſumpti. eadẽ propè ſorte ſublatus è viuis Pindarus, dũ in ſinu dilecti pueri, vel potiùs impuri cinædi obdormiſſet. quorum & alibi forſan mentio à nobis repetetur. An verò mors iſtis ſine dolore obrepſit: an dolor mixtus voluptati, animã protinus eliſit? Sed nũc nõ vacat horũ cauſſam euentuũ prolixiùs exquirere. ſicuti neq. examinare ſingillatim, quæ multis verbis acutè & ingeniosè ſanè doctus Argẽterius cõtra Plaronẽ, Ariſt. & & Galen. de voluptatis & doloris cauſſis modiſque differit lib. de cauſſ. ſympt. cuiquidẽ illi nouo ſcriptori, & noſtro vtriq. coæuo, Omnis dolor in ſolutione continui (quod locis quibuſdã, & ſuperioribus illis poſt Hipp. inſinuauit Galen.) videtur cõſiſtere: nec tantũ corporis, ſed etiã animi, quod eſt μεριζόμενον. quod problema nos alibi diſcutiemus, affine illi. quo doloré omnẽ dixerat Hipp. vlcus eſſe quodãmodo. hęc autẽ quia ſunt prolixa, & in diſceptationẽ cadunt lõgis verborũ circuitibus enodanda, nunc à nobis præteribuntur. illud autem potiùs clauſuro mihi ad extremum de ſenſibus & longum & verò pervtilem ſermonem, tandem dicendum videtur.

Sophoclis mors ex gaudio repentina.

Item Iuuẽtij Talua.

Item Philemonis & Chryſippi.

Corn. Gallus & T. Ætherius in cõitu mortui.

Pindari mors.

Problema.

Argenterij laus.

3. Quòd omnis dolor in ſolutione continui.

Quòd omnis dolor, vlcus quodammodo.

Tranſitio.

Epilogus tractationis de Senſibus.

Epilogus tractationis de ſenſibus.

CVM elementa rerum omnium ſola ſint quatuor: hoc tamẽ numero nõ circũſcribi ſenſuũ in nobis proportionẽ. cúmq. horum quilibet cum aliquo elemento affinitatem habeat iã ſæpe à nobis ſingulatim, cõmemoratã & accõmodatã (quanquã cognatio illa philoſophis controuerſia eſt, vti declaraui) vnũtamen odoratum ſupereſſe, qui ſolus ad elemẽta duo accedat, aërem videlicet & aquam.

Elementa quatuor, ac ſenſus quinque: & horum affinitas.

Odoratus nulli elementorum ſoli reſpondet.

Deinde & illud licet ab initio poſitũ, hoc tamẽ poſtremo loco repetere ex vſu erit: ex omnibus ſenſib⁹ vnũ homini tactũ præſtantiſſimũ eſſe: ab hoc guſtum præ reliquis vigere: cæteris tribus ſuperari à multis, tũ Ariſt. tũ Plinio, tũ ipſa experiẽtia ſatis cõprobãtibus. Cicero tamẽ oratorio potiùs more, quã veritatis tuẽdę ſtudio, contrariã partẽ aſſerit. 2. natu. deor. Omnis ſẽſus hominũ, ait, multò antecellit ſenſibus beſtiarũ. Primũ enim oculi in iis artibus, quarum iudicium eſt oculorũ, in pictis, fictis, cælatiſq. formis. corporum etiam motione atque geſtu, multa cernunt ſubtiliùs: colorũ etiã & figuratũ tũ venuſtatẽ atq. ordinẽ, & vt ita dicã, decentiam, oculi iudicant: atque etiam alia maiora. nam & virtutes, & vitia cognoſcunt: iratum,

Senſuum in homine qui acutiſſimus: & quibus vincatur à beſtiis.

Dubium.

Senſus in homine perfectiores, quã in quouis animante.

Aberxplo. Viſus.

S

Auditus.

propitiũ,lætantẽ,dolentẽ,fortẽ,ignauũ, audacẽ,timidúmq. cognoſcunt. Auriũ itẽ eſt admirabile quoddam,artificioſúmq. iudiciũ,quo iudicatur & in vocis, & in tibiarũ neruorúmque cantibus varietas ſonorũ,interualla,diſtinctio, & vocis genera permulta, canorũ,fuſcũ, læue, aſperũ,graue,acutũ,flexibile,durũ:quæ hominũ ſolũ auribus iudicãtur. Nariúmq. itẽ,& guſtãdi,& apertè tangẽdi magna iudicia ſunt: ad quos ſenſus capiẽdos & perfruẽdos, plures etiã quã vellẽ,artes repertæ ſunt. Perſpicuum eſt enim,quò cõpoſitiones vnguentorũ, quo ciborum conditiones, quò corporũ lenocinia proceſſerint. Hæc orator omniũ eloquentiſsimus, ſed inter philoſophos minimè omniũ acutiſſimus, ac potiùs philoſophorũ interpres. cuius nõ obſcura,nec iners,& tamẽ ab aliis diſcrepãs ratio,paucis verborũ periodis ſic ſolui poterit, leui diſtinctione adhibita: Scilicet cæteris animalium generibus, ſenſuũ propè dixerim omniũ organa eſſe vegetiora, acutiora, ἐυγνωμονέστερα, & ad percipiẽdã rei ſenſibilis qualitatẽ,impreſſionẽmve recipiendam celerrima: ſed vni homini iudiciũ ex ſenſibus omniũ eſſe exquiſitiſſimũ, & facultatẽ ad omniũ ſenſibiliũ differẽtias dignoſcẽdas exercitatiſſimã.aquilas enim clariùs cernere:talpas vulpẽſq. limpidiùs audire:vultures & canes ſagaciùs odorari:omnium cõfeſſione conſtat.gallinas atq. aues pleraſque guſtui præpollere, facta experiẽtia facilè probabis, tactũ(fateor) impediũt ſetæ, cetræ, pili, villi,pellis,tergus,plumæ,pinnæ,ſquamæ,& ſimilia in diuerſis animantiũ generibus externa corporis munimenta:quẽ homini certiſſimum atq. exploratiſſimũ,iſtorũ impedimẽtorũ amotio,& cutis corporiſq. totius natiuũ temperamentũ effecit. & quidẽ ſuo merito, cũ ſit homo omniũ animantium perfectiſſimus, anima immortali donatus, ad beatitudinẽ & æternitatẽ creatus.quẽ quia nudũ,& inermem,& iniuriæ externæ expoſitum natura cõdiderat, ratione ſumma, & prouidẽtiæ pleniſſima inſtruxit, manus tactu præcellẽtes cõtulit,corpus tactu vndequaque exquiſito præditũ ornauit:quò ſibi ab omni impetu,damno, vi & iniuria extrinſeca promptiſſimè caueret: quod partim alibi demõſtraui, partim poſthac ſuo loco proſequar. Porrò naturarum eſt in animalibus (vt Ariſt. copioſiſſimè oſtẽdit) nõ parua differẽtia: quo fit,vt gradus quoſdã habere videatur: Primũ,cùm parũ à plantis recedẽs,tactus ſolo ſenſu præditum animal fingit: Secundũ, cũ guſtũ: tertium,cùm olfactum adiungit: quarto gradu progreſſa,auditũ: quinto, viſum addit. homini ſoli & manus, & ratio inſuper acceſſit, qua nihil diuinius mortali animali ineſt. Gal. cap. 6. lib.14. de vſu part. & cap.5.lib.2.de ſemine.

Poſtremum illud erit: Vnumquemq. ſenſuũ circa propriũ ſenſibile minimè falli. his tamen conditionibus,vt organũ ipſum probè ſit affectũ,ẽque natura habeat.(nã de iudicio oculorũ & auriũ in phreneticis,ebriis,melãcholicis: de ſapore iſtericorũ,& guſtu: de odoratu,polypo vel ozæna correptorũ: de tactu paralyticorum vel apoplecticorum,dicere quid attinet?) deinde vt proportio medij iuſta ſit, & obiecti aptitudo idonea: poſtremò vt interuallũ à ſenſu ad ſenſile,iuſtæ ſit ac debitæ quãtitatis.quę tria ſi abſint, hallucinari ſenſibus plerumq. cõtinget: quod Academici quidam ſemper illis accidere falſò tradiderũt, & alij neſcio qui εὐηλιτικοὶ, & qui omnia olim ἀναίσθητα eſſe amentes iuebãtur: contra quos vel ipſe Lucretius Epicuri ſomniorum interpres & aſſertor diſſerit lib.4. veritatẽ ſenſuũ(vt antè oſtendi)adſtruẽs: corporis quidẽ, quàm animi lumine magis illuſtratus: qui Solem, Lunã & Stellas reliquas ea eſſe magnitudine lib.5.contẽdat,qua à nobis tã imməſo diſiunctæ interuallo vidẽtur:opticis principiis, & ipſi rerũ aſpectabiliũ experientiæ imprudẽter,ne dicã impudẽter refragatus. cur tamen quadrata quæ ſunt,eminùs ſpectata, videãtur rotunda:cur vmbra ſequi corpus in ſole exiſtimetur: cur ij qui naui feruntur, ſtare ſe putent, & vicina corpora moueri: cur ſiderã quieſcere putentur, reliquis omnibus dimotis: cur vertigine actis, omnia ſurſum deorſum ferri & cõuolui iudicẽtur: cur ſol mox ab ortu, in diſſitiſsimis luſtrans montibus & trans multa maria,tamẽ in propinquo eſſe appareat: cur cœlum & ſidera in aquæ riuulo reflexa, tãtam diſtantiã ementiãtur noſtris ſubiecta pedibus, quãta in cœlo poſitis intereſſe vulgo creditur: cur equus ſtans in flumine,impetu duẽti rapi ferriq. fingatur: cur porticus æqualibus fulta columnis, in conũ gracileſcere ac deſinere ſimuletur: cur nauigãtibus ſol è mari exoriri,& in mare condi occideréq. imaginetur: cur remi & apluſtra refringi in vndis conſpiciãtur: cur noctu per nubes cõſpecta ſidera,modò labi, modò aliò ferri cẽſeantur: cur cõpreſſo oculo duplicia videre videamur: cur in ſomnis quieti ambulare nos aut currere, & omnia moueri ſomniemus: de his(inquam) omnibus Lucretius ſi non veras, at veriſimiles cauſſas reddere conatur eodem lib.4. ſic tandem concludens (nam verſus omnes citare fuerit & longum, & minimè neceſſarium.)

Cætera de genere hoc mirando multa videmus:
Quæ violare fidem quaſi ſenſibus omnia quærunt:
Nequicquam, quoniam pars horum maxima fallit,
Propter opinatus animi, quos addimus ipſi:
Pro viſis vt ſint, quæ non ſunt ſenſibus viſa.

Et quæ deinceps multa dicuntur & pulchrè, & plauſibiliter in eam ſentẽtiam: pro ſenſuum fide adſtruẽda in ſuo cuiuſq. idoneo ſubiecto: & rationis inde petẽda ducendáq. authoritate.

Vocum differẽtiæ. Odoratus. Guſtus. Tactus.

Cicero melior orator, quã philoſophus.

Solutio dubij.

Quòd organa ſenſuum in multis animãtibus ferè vegetiora: at homini vni iudiciũ ex ſenſibus certiſſimum. Ab exemplis.

Tactus in homine vnus exquiſitiſſimus, cur.

Hominis præſtantia, ſupra animãtia, quò.

Hominis auxiliatrix quæ compenſent.

Quinque gradus perfectionis animalium à totidem ſenſibus.

Senſus quãdo falli contingat, aut fiat. Tres conditiones.

Academici ſenſum fallaces.

Lucretius Epicureus.

Epicureorũ hallucinatio circa ſenſuũ iudicium.

Quæſtiones circa viſus erroneam ſenſionem.

Lucretius.

Senſus non falli, ſed opinionẽ.

De principibus Animæ facultatibus.
CAP. VII.

Porrò philoſophi ſuo quodam modo philoſophati & ratiocinati, omnium ſenſuum originẽ non vnde medici:ſed à quodam, quem cõmunem appellãt, deriuari cenſent: à quo in ſingulos ſenſus diſtribui ferriq. neruos opinãtur:& eos deindę ſingulos,percepta ſibi ſingula, ad eundẽ ſenſum cõmunẽ, mox futurũ iudicẽ & arbitrũ,referre.quiquidẽ ipſe mox phãtaſiæ acceptas rerũ ſpecies obtrudat:& hęc ipſi tãdẽ,memoriæ aſſeruãdas demãdet.ac ſi effluãt, per teminiſcentiã, ſiue ἀναμνησιν eaſdẽ exuſcitet. Eſſe autẽ tres has facultates, ſenſum dico com-

Senſus cõmunis, quid ſit, & cur dictus.

Ordo rerũ perceptarũ à ſenſu ad memoriam deducendarum.

Principes animæ facultates quæ homini propriæ, aut cum belluis communes. An bellua rationis sint participes? Plutarch. Animarũ differentiæ tres.

munẽ, phantaſiã, ac memoriã, homini cũ belluis cõmunes arbitrãtur: homini verò propriũ intellectum, & adiunctã intellectui memoriã ſiue reminiſcentiã. nãq. rationẽ ſi nõ perfectã: at inchoatã ſaltẽ, rudémq. mutis etiã animalibus ineſſe, pleriq. opinãtur tũ poëtæ, tũ philoſophi: & Plutarchus lib. peculiari id cõprobare poſt Philonẽ tentauit. quã tamen ſolis iis animãtibus rectiùs deferemus, quę & animam habẽt: nõ vegetatiuã, quæ eſt plantarũ propria: & tamen anima Stoïcis, & quibuſdã Academicis denominatur: non ſenſitiuã, quæ cõmunis eſt homini cũ beſtiis: ſed ratiocinatiuã, immortalẽ, diuinã, homini propriã ac peculiarẽ. de qua tã multa ab initio diximus, eã ab interitu ab impiis intẽtato, vindicare conati. quin & Ariſtot. lib. 3. de anima cap. 3. Imaginatio (inquit) quibuſdã belluis ineſt: ratio autẽ nullis. idẽ c. 1. li. 1. hiſt. animal. Homo vnus ex numero animaliũ omniũ, vim obtinet cogitandi. & cũ memorię atque diſciplinæ cõplures animãtes eſſe participes poſſint: nulla tamẽ præter hominẽ, poteſt reminiſci. ac nos ſæpe antea oſtendimus, & rationẽ, & orationẽ ſoli homini propriè conuenire: eúmq. in quibuſdã animalibus inſtinctũ, non rationem dici debere monuimus. Porrò à quibuſdã additur tribus dictis potentiis animæ interioribus, etiã quarta quædã, cogitatiua, ſiue intellectiua, aut rationalis dicta: & carũ ſingulæ certis ſeclusæ locis dirimuntur. Namq. ſenſum cõmunẽ in antica parte capitis, ſupra dextrum oculum collocãt: phantaſiã ſiue imaginatiuam illi oppoſitã, ſupra oculũ ſiniſtrũ: intellectiuam autẽ, in ſupremo capite intimóq.: memoriam deniq. in poſtico ſincipite. Aut ſi medicorum, præcipuéq. Arabũ more loqui velis, totidẽ vẽtriculis cerebri, & eodẽ ſitu atque ordine digeſtas totidẽ facultates illas animæ principes, aut vt Plato vocat, ἡγεμονικὰς numerabis. ita tamen, vt rationẽ, ſiue intellectũ, ſeu iudiciũ, ſiue cogitationem, aut quocumque tandem nomine diuerſam ab imaginatione memoriáq. facultatẽ, mediis vtriſque cerebri ventriculis aſſignes.

Imaginatio in belluis: istẽ memoria & diſciplina. Ratio & oratio homini propria: item cogitatio & reminiſcentia.

Quarta animæ facultas.

Principum animæ facultatum ſedes quemodo diſtincta.

Facultatũ animæ ad ventriculos cerebri proportio.

Sed quoniã has facultates animæ ſemel attigimus, licebit ob affinitatẽ argumẽti, ex doctrina eorundẽ philoſophorũ, adijcere de facultate appetitiua breue quippiã: non ea, quæ appetitui ciborũ præeſt, & in ventriculo reſidet: ſed quæ in capite poſita, rerũ delectũ habet, vimq. perſequendi aut fugiẽdi. Has igitur illi facultates, ſeu cõmemoratas à nobis potentias interiores alii tres, alii quatuor numerant, & vniuerſas ad vnũ cõmune genus referunt: atque apprehẽſiuã, Græcè φανταστικὸν, ſi mauis, perceptiuã totã illã animæ vim denominãt: quæ vna per ſe ſenſus omnes interiores & exteriores cõplexa cõtineat. Alterã autẽ hanc, qua de nunc agimus, appetitiuã ſiue motiuam: quia animans omnis motu quodã & propenſione naturali ad id fertur, ruitq., quod ſemel concupiuit, ὑπ' ἐπιθυμίας, ἢ κατ' ὄρεξιν cũ impetu quodã, aut rerũ delectu, vt iã aliàs diximus. Ariſt. lib. 3. de ani. ca. 9. alterã diſcernẽdi, alterã mouẽdi potentiã ſignificauit appellans, M. Tull. 1. Off. à Stoïcis (opinor) edoctus, id vidit: Duplex eſt (inquiens) vis

Facultas appetitiua, quæ, & vbi.

Facultas animæ quemodo vna aut plures. Apprehenſiua quotuplex. Appetitiua, quæ. Inde fera à ferendo.

Appetitus & ratio.

A animorũ atq. naturæ: vna pars in appetitu poſita eſt, quæ eſt ὁρμὴ Græcè, quæ hominẽ huc & illuc rapit: altera in ratione, quæ docet & explanat, quid faciẽdum fugiendúmq. ſit. ita fit, vt ratio præſit, appetitus verò obtemperet.

Triũ principiorũ tres facultates. Cõcupiſcibile in hepate. Iraſcibile in corde.

Huc igitur pertinent tres iſtæ facultates, quas variis quidẽ nominibus philoſophi vocant: ſed tamen ſedibus, & effectu diſtinctas, communi conſenſu tradunt. Primã ἐπιθυμητικὸν, cõcupiſcibilẽ, in hepate cõſtituunt, & ad ſenſus rerũ extrinſecùs percipiendarũ referunt, homini cum belluis cõmunem. Altera eſt ἀφετικὸν Ariſtoteli, θυμοειδὲς Platoni vocata: huic animoſa vel iracundia: illi, pari ſenſu iraſcibilis, in corde collocata: & hæc nihilominùs ad ſenſus referẽda (ſenſualem vulgo nuncupant) homini pariter cũ beſtiis cõmunis. Tertia eſt voluntas, opinor dicta Platoni λογικὸν ἡγεμονικὸν, rationalis, in capite, velut in arce reſidens: quæ iubet ea quæ recta ſunt, & à contrariis reuocat ac dehortatur: homini magis propria (ſimodò recta eſt) eadem cõſilii particeps, & intelligendi gnara, rerũ delectũ faciẽs bonarũ & malarũ. Has tres animas Plato vocare ſolebat, & parũ diuerſis nominibus appellare à recepto Peripateticorũ more, vt patuit iam ab initio, vbi de anima & animæ facultatibus ageremus: & poſthac conuenienti loco repetẽdo cõmemorabimus. Nunc autem non conijciã me in eas anguſtias, vt voluntatis, intellectus, rationis cuncta diſcrimina explicẽ, & quæ ad has principes animę facultates pertinent multa nondũ iis ipſis philoſophis, fortè autem neq. theologis authoribus ſatis cognita & explorata, qui talia ſe ſcire profitentur.

Voluntas & ratio in capite.

Tres animæ Platonis.

Tranſitio.

De Somno & vigilia, liber vnus.

CAP. VIII.

De ſomno & vigilia.

ILLVD inquirere malo, vt ſummatim quæ in capite fiunt, aut ab eo pendent, abſoluã: Cùm ſenſus vigilando ſuas edãt actiones, dormiẽdo autẽ ſopiantur & quieſcãt: de ſomno & vigilia quid breuiter ſtatui poſſit. Somnus multus neque corporibus, neq. animis, neq. rebus gerẽdis natura cõducit, vt dicebat Plato 7. de Legib. Nemo enim dũ dormit, alicuius pretij eſt, non magis quã ſi non viueret. Quare quicumq. viuere & ſapere cupit maximè, quã longiſſimo tẽpore vigilet, ſola ſanitatis cõmoditate ſeruata. ad hanc verò non multo opus eſt ſomno, ſi bene aſſueueris. Hęc Plato videbatur ab Hipp. mutuatus: aut ſanè ipſe velut medicus & philoſophus extuliſſe. ſic autẽ Hipp. aph. 3. libro 2. Somnus & vigilia, vtraq. ſi modũ exceſſerint, malum. Siquidẽ, vt idẽ 2. de diæta acut. addidit, ſomnus immodicus, & corpus exoluit, & capitis grauitatẽ parit. ſicuti immoderatæ vigiliæ ſiccãt, & concoctionẽ fieri prohibẽt. Alteram verò partẽ dicti Platonici Plinius eſt æmulatus lib. 36. cap. 1. Ceu verò nõ tenebris noctiũ, dimidiæ parti vitæ cuiuſq. gaudia hæc auferentibus. & elegantiùs idẽ cap. 50. lib. 7. Quid quòd æſtimatione nocturnæ quietis, dimidio quiſq. ſpatio vitæ viuit ſuæ? pars æqua morti ſimilis exigitur, aut pœnæ: niſi contingit quies. Vis autem poëticam ſuauitatem de ſomni natura

Senſus aegros vigilando.

Somni immoderatio noxia.

Somnus inptus rebus agẽdis.

Somni & vigiliæ modi.

Somni & vigiliæ modum excedentis damna. Plinius.

Vitam noſtram dimidiat ſomnus.

audire? Homerus Odyſſ. τ. ita finxit.

Δοιαὶ γάρ τε πύλαι ἀμενηνῶν εἰσὶν ὀνείρων.
Αἱ μὲν γὰρ κεράεσσι τετεύχαται, αἱ δ' ἐλέφαντι.
Τῶν οἳ μὲν κ' ἔλθωσι διὰ πριστοῦ ἐλέφαντος,
Οἳ ῥ' ἐλεφαίρονται, ἔποσι ἀκρήαντα φέροντες·
Οἱ δὲ διὰ ξεστῶν κεράων ἔλθωσι θύραζε,
Οἳ ῥα τύπτουσι κραίνουσι δ' ἔτυμα βροτοῖσιν, ὅτις κε ἴδηται.

Id eſt, ſi verbum verbo expreſſum efferas:

Somniorũ fores geminæ. Falſa & vera, qua.

Duæ quippe portæ debilium ſunt ſomniorum:
Vna quidẽ enim cornibus facta ſunt, altera autẽ e-
Horũ quæquidẽ egreſſa fuerint per ſectũ ebur, (bore.
Hæc læduns, verba imperfecta portantia.
Quæ autem per polita cornua eunt foràs,
Hæc vera perficiunt, hominum quãdo aliquis videt.

Platonis oratio ſublimis. Somniorũ porta.

Plato breuiter eò ſic alluſit in Charmide (nõ enim verebor hunc poëtis intermiſcere. cuius oratio pedeſtri ſublimior, poëticæ affinis haberur grauitati ac ſublimitati.) Audi iã(inquit) meum ſomnium, ſiue per cornu, ſiue per ebur emerſerit. Græcè ſic: Ἀκουε δὴ τὸ ἐμὸν ὄναρ· ὅτι διὰ κεράτων, ἢ διὰ ἐλέφαντος ἐλήλυθεν. Sed Virgil. vim poëticã apertiùs expreſſit ſub finem. lib. 6. Æneidos, Homerum, vt ſæpe aliàs, æmulatus.

Somniorũ porta veri & falſi. Explicatio Homerici figmenti.

Sunt gemina ſomni portæ, quarum altera fertur
Cornea, qua veris facilis datur exitus vmbris.
Altera candenti perfecta nitens elephanto:
Sed falſa ad cœlum mittunt inſomnia manes.

Veritas quomodo deprehendatur.

Nempe latet omne verũ: hoc tamen anima cũ ab officiis corporis ſomno eius paululũ libera eſt, interdũ aſpicit: nonnunquã tendit acié, nec peruenit tamen. & cũ aſpicit, tamen nõ libero & perfecto lumine videt, ſed interiecto velamine, quod nexus naturæ caligantis obducit. Hoc autẽ velamen cũ in quiete ad verum vſq., acié introſpiciẽtis admittit, de cornu creditur: cuius iſta natura eſt, vt tenuatũ, vitui peruiũ ſit. cũ autẽ à verò hebetat, atq. repellit obturum, ebur putatur: cuius corpus ita naturã denſatum eſt, vt ad quãtumlibet extremitatem tenuitatis eraſum, nullo viſu ad interiora tendente penetretur, vt Porphyrius interpretatur. Náq. hũc locum obſcurum atq. ambagioſum variè varij interpretes Homeri exponũt. alij ſynecdochicôs, per portã corneã, totũ intelligi oculum dicũt, cuius prima tunica cornea ſit: (falſò tamẽ) per eburneã autẽ, & os & dentes eburneos indicari putãt. certiora autẽ eſſe viſa, iis quæ dici ſolẽt. & quæ diſtento epulis vẽtre ſomnia fiũt, eſſe mendacia. eôdẽ adducunt notatũ Homeri carmine etymon κέρασι, ᾧ τῷ ἐκέρασε. Alii per corneã, intelligi viſa volunt & ſomnia veracia: per eburneã, incerta & fallacia: illa, velut cœleſtia: hæc, tanquã terreſtria: quòd cæterorum quidẽ animaliũ cornua, ſurſum: elephantorum autẽ (ſimodò cornua ſunt, ac non potiùs dentes, ex Oppiano) deorſum vergant. Sed iſthæc de ſomniis inſomnia mythologicorum nihil moramur: nã ne de ſomniis quidẽ, & eorũ natura, nunc dicere inſtituimus, atque ad Virgil. de ſomni natura & modo reuertimur, ex 4. Æn.

Somni hypotypoſis, ac deſcriptio.

Nox erat, & placidum carpebant feſſa ſoporem
Corpora per terras, ſyluæque & ſæua quierant
Æquora: cùm medio volumntur ſydera lapſu:
Cùm tacet omnis ager, pecudes, pictæque volucres:
Quæque lacus latè liquidos, quæque aſpera dumis
Rura tenent, ſomno poſitæ ſub nocte ſilenti
Leuibant curas, & corda oblita laborum.

Lucretius Marique parum pij ambo.

Lucretius verò Marone antiquior, haud ſcio an religionis obſeruantior, ac potiùs eiuſdem negligentior, ſomniorum, vim & naturam accuratè ſcrutatur lib. 4.

Nunc quibus ille modis ſomnus per mẽbra quietem
Irriget, atque animi curas è pectore ſolnat;
Suanidicen potiùs, quàm multis verſibus edam.

A ſimili.

Parnus vt eſt cygnis melior canor ille, gruum quàm
Clamor in æthereis diſperſus nubibus Auſtri.

Attentio.

Tu mihi da tenues aures, animúmque ſagacem:
Ne fieri negites quæ dicam poſſe: retroque
Vera repulſantis diſcedas pectore dicta:
Tutemet in culpa cùm ſis, ne cernere poſſis.

Somnus quid ſit.

Principio ſomnus fit vbi eſt diſtracta per artus
Vis animæ, partimque foràs eiecta receſſit,
Et partim contracta magis conceſſit in altum.
Diſſoluuntur enim tum demum membra, fluúntque.
Nam dubium non eſt, animai quin operâ ſit
Senſus hic in nobis: quem cum ſoper impedit eſſe,

Senſus ab anima eſt.

Tum nobis animam perturbatam eſſe putandum eſt:
Eiectámque foras non omnem: namque iaceret
Æterno corpus perfuſum frigore lethi:

Mortis & ſomni affinitas. A ſimili.

Quippe vbi nulla latens animai pars remaneret
In membris, cinere vt multa latet obtutus ignis:
Vnde recenſtari ſenſus per membra repentè
Poſſit, vt ex igni tecto conſurgere flamma.
Sed quibus hæc rebus nomitas conſtetur, & vnde
Perturbari anima, & corpus langueſcere poſſit,
Expediam: tu fac ne ventis verba profundam.

Quin tu potiùs ab eodem repete, ne longa ſeries carminum alienorum, noſtram orationem interrumpat: ſimul & ſolertem ſomniorum cauſſæ indaginem, varietatémque ex eodẽ conſequenter diſce, ab eo loco (quem & Claudianus lib. 6. ad Honorium ſcribens, imitatur.

Somnus cur à cibo, aut laſſitudine.

Deinde cibum ſequitur ſomnus: quia quæ facit æſt,
Hæc eadem cibus in venas dum diditur omnes,
Quem ſatus aut laſſus capias: quia plurima tum ſe
Corpora conturbant magno contuſa labore.
Fit ratione eadem coniectus porrò animai
Altior, atque foràs eiectus largior eius,
Et diuiſior inter ſe, ac diſtractior intus.

Somniorũ origo. & varietas.

Et cui quiſque ferè, ſtudio deuinctus adhæret:
Aut quibus in rebus multùm ſumus antè morati:
Atque in qua ratione fuit contenta magis mens:
In ſomnis eadem plerumque videmur obire.
Cauſſidici cauſſas agere, & componere leges:

Beſtiæ ſomniant & imaginantur.

Induperatores pugnare —— & quæ ſequuntur multa in eã ſententiã, ad quadrupedes vſque & volucres in ſomno ſomnia videntes & imaginantes: ne hanc partẽ belluis deeſſe fortè exiſtimes: de qua proximo ſuperiore capite, vel adeo ex Ariſtotelis ſententia, ad quem mox diuertemur, vbi Ouidii de Somno, velut Deo, Homericum figmentum, & poëtico, & philoſophico Romani vatis facilè ſecundi, ingenio ſolerter excogitatum, & iucundè explicatum, parte ſui quadam huc inſeruerimus.

Ouidij lans.

Somni Dei

Eſt prope Cimmerios longo ſpelunca receſſu,
Mons cauus, ignaui domus & penetralia ſomni:

Somni Dei aula deſcriptio.

Quò nunquam radijs oriens, meridiéve, cadéve
Phœbus adire poteſt. nebulæ caligine mixtæ
Exhalantur humo, dubiaque crepuſcula lucis.
Non vigil ales ibi criſtati cantibus oris
Euocat auroram: non vere ſilentia rumpunt

Somni instrumenta.

Sollicitive canes, canibus ve sagacior anser:
Non fera, non pecudes, non mota flumine rami,
Humanaue sonum reddunt conuitia lingua.
Muta quies habitat: saxo tamen exit ab imo
Rivus aquæ Lethes, per quem cũ murmure labens,
Invitat somnos crepitantibus vnda lapillis.
Ante fores antri, fœcunda papauera florent,
Innumeraque herba, quarum de lacte soporem
Nox legit, & sparsit per opacas humida terras.
Ianua ne verso stridorem cardine reddat,
Nulla domo tota, custos in limine nullus.
At medio torus est ebeno sublimis in antro
Plumeus, vnicolor, pullo velamine tectus:
Quo cubat ipse Deus membris langvore solutis.
Hunc circa passim varias imitantia formas
Somnia vana iacent totidem, quot messis aristas,
Sylua gerit frondes, eiectat littus arenas.
Quò simul intrauit, manibúsque obstantia virgo
Somnia dimouit: vestis fulgore reluxit
Sacra domus: tardaque Deus grauitate iacentes
Vix oculos tollens, iterúmque iterúmque relabens,
Summaque percutiens nutantis pectora mento,
Excussit tandem sibi se: cubitoque leuatus,
Quid veniat (cognouit enim) scitatur, at illa:
Somne, quies rerum, placidissime somne, deorum:
Pax animi, quem cura fugit, quo corpora duris
Festa ministerus molces, reparásque labori, &c.

Somni insensibilis in rebus humanis.

Somni experfactio.

Sed nũc missos poëtas faciamus, quos in Artẽ poëticã cõmentariis excussimus, de somnis & somniis ibidẽ multa prolocuti: atq. ad ipsos philosophos veniamus: vel potiùs philosophorũ velut Homerũ quendã, Arist. audiamus: quẽ cur Platoni postponeret, cũ de Deo & rebus diuinis ageretur, habui: cur autem Platoni ipsi, & reliquis adeo philosophis omnibus, cùm mera philosophica tractãtur, lõgè anteponã, habeo equidẽ pleraſque, quibus adducor rationibus. Is igitur somni & vigiliæ naturã vnus omniũ optimè explicuit tũ aliis libris, tum eo qui sibi hũc titulũ præfert, De somno & vigilia inscriptus. quẽ totũ perlegere, breuis labor erit: nos ex eo nonnulla desumere statuimus: nõ ad verbũ tamen transcribẽda, neque de Græco fonte hauriẽda, propter lõgitudinẽ orationis amputandã: sed hinc inde decerpentes, quod nostro quadrare sermoni videbitur. Ac primũ quidem illud velut ex confesso accipiamus: Ad eandem animalis partẽ, & somnũ & vigiliã pertinere: quandoquidẽ oppositа inuicẽ sunt: éstq. contrariorũ sedes vicissim eadẽ atq. subiectum: & quidẽ somnus, velut priuatio quædã vigiliarũ habetur. nã semper extrema tã in aliis, quàm in hisce quæ natura depẽdent, in eodẽ recipi, & eiusdẽ affectionis esse videntur. Sed ex iis quæ sequuntur, id palàm fiet: nã quo vigilare aliquẽ cognoscimus, eodẽ & dormire deprehẽdimus. qui enim sentit, eundẽ & vigilare cẽsemus. atque vigilantẽ omnẽ cognoscimus, aut quia externũ motũ aliquẽ sentiat, aut quia intestino aliquo feriatur. Si ergo vigilia ipsa in alio nullo, quàm in sentiendo cõsistat: certũ est, quæ vigilant ac dormiunt, eodem vigilare ac dormire, quo sentiebant. Cum autẽ sentire ipsum, neque animæ, neq. corporis propriũ sit, sed vtriusque: & vigilia vtiq. ad vtrumq. referatur. Porrò nullum est animal, quod aut semper dormiat, aut semper vigilet: sed vtrumq eidẽ tributũ à natura, & vterq. hic affectus circa sensum primi sensitiui accidere solet. Nã fieri nequit, vt vllũ animal semper vigilet: quando quæcumq. munia aliqua naturę obeunt, simul ac tẽporis modum excesserint, in quãtum sufficere operi poterant, lassescant succumbãntq., & à muneribus quæque suis desistãt, oportet: vt oculi, manus, & quicquid aliud functionẽ aliquã exercere solet. Cũ ergo vigilia, exolutione sensus finiatur: & contrariorum si alterum adsit, alterũ abesse oporteat: vigilia verò, somno contraria sit: sitq. necessarium, cuilibet alterum inesse. sequitur vt ea dormire & vigilare alternis oporteat. Igitur si talis affectio, somnus est: somnus verò, impotentia, quã vigiliæ excessus cõmittit: vigiliæ autẽ excessus, interim ab ægritudine pendet, interim citra ægritudinem existit. Vnde fit, vt quẽadmodum exolutio duplex est, ita & impotentia duplex haberi possit. necessariũ est, vt quicquid vigilat, dormire eidẽ aliquando contingat: quia vt semper agat, fieri nõ potest. Consimiliter fieri nequit, vt semper dormiat: nam somnus, affectio quædã sensorię partis, quasi vinculum quoddã & immobilitas existit. Ex quo sequitur, quicquid dormit, sensitiuã partẽ habere. sensitiuum autẽ est, quod sentire actu potest. sentire verò actu simpliciter & propriè nemo per quietẽ potest. Nullus igitur somnus est (animali viuo) qui expergisci bilis nõ sit. An verò cuncta animantia terrestria, volatilia, natatilia, somno indulgeãt: quæri potest, & Aristoteles ipse, & post Arist. Plinius hunc tibi nodum soluẽt. Sicuti somnus an vigilia præcedat: & simlia velut problemata soluta leges tũ libris problematũ, tũ lib. de somno & vigilia, tũ cap. 1. lib. 5. de genera. animal. Somnũ igitur animalibus cõmunicatum omnibus esse, hac ratione patescit. Nã animal eo finiri solet, quod sensum habeat: sensus verò immobilitatẽ quandã, & quasi nodum ac vinculum, somnũ esse dicimus: cõtrà, exolutionẽ atque relaxationẽ, vigiliã. Somnus autem talis sua natura esse videtur, vt viuendi & nõ viuẽdi velut interliminium sit: & neque omnino sit, qui dormit, neque non sit. quorsum dixit poëta Ouidius post Aristotelem:

Platonis & Aristot. cõparatio.

Somnum & vigilia ad eandem partem pertinent.

Oppositа versantur circa id in subiectum.

Motus & sensus, cumes vigiliarum.

Sensus cõmunis animæ &

Stulte, quid est somnus, gelida nisi mortis imago?

Ideóq. Gorgias Rhetor cùm mortem sibi instare sensisset, & somno profundo mergeretur: Iã me mortis frater occupat, ait. aut sanè sic, Somnus iã me suo fratri (vel sorori morti) cõmẽdare occipit. Homero enim Mors, Somni frater dicitur. Viuitur tamen potissimũ vigilia, propter sensum, quẽ somnus vtcumq. sopit & obtundit. Quanquã accidere quibusdã cõpertum est nostra experiẽtia, & Aristotelis authoritate, & Galeni ipsius testimonij, vt dormientes surgerent, ambularẽt, pleraque domi aut foris oberrantes agerent: qualia sunt vigilantium munia, videntes eo modo, quo & qui vigilãt. quod & Gale. ad primum lib. Prorrhet. profitetur, & causſam lib. 2. de motu muscul. inquirit. Ac mihi quidem videtur imaginatio,

corporis: ità vigilia Somnus & vigilia alternant necessariò, cur.

Operi lõgo lassitudo et somnus succedit.

Contraria se mutuò expellunt.

Vigilia & somnus, quid.

Exolutio duplex.

Somnus & vigilia, sunt primi sensoriꝰ & sibi mutuò succedunt.

Quæstiones circa somnum.

Somnus & vigilia nec animali sentienti necessaria.

Somnus medius inter vitã & mortem? velut imago mortis.

Gorgias. Apophthegma.

Somnus frater mortis.

Vita ob vigiliam.

Somno capti quidam multa obeunt vigilantiũ munia: & tamen non percipiunt, ut.

Somnus & vigilia pertinent ad ſenſum cõmunem.

& ſenſus ille,quem communem diximus (cuius affectio propria videtur ſomnus eſſe ac vigilia) tum ſopitus fuiſſe: vt quæ agerent, non intelligerent.Quãquam in ſomno profundiſſimo ſuis priuatis muniis animã vacare, iam ab initio,vbi de anima egimus, probandũ ſumpſimus.habéntq. & corpus, & anima, ſua quædã ſeparata officia, quædam verò quodammodo communia.Et Hippoc.initio lib.de inſomniis, Anima vigilat, ait: & cùm quidem corpori inſeruit,in multas partes diſtributa, nõ ſui iuris eſt; ſed partem aliquam ſingulis corporis partibus,ſiue ſenſibus diſtribuit, auditui, viſui, tactui,greſſui, actioni, ac omni corporis facultati : ipſa autem animæ cogitatio , ſui iuris non eſt. Cùm autem corpus quieſcit,anima in motu eſt,& corporis partes perreptans, domũ ſuã gubernat,&omnes corporis actiones ipſa perficit. Nam corpus dormiens non ſentit: ipſa verò vigilãs cognoſcit, ac viſibilia videt,& audibilia audit:vadit,tãgit, triſtatur, animaduertit. In ſumma, quæcũque corporis aut animæ munia,ea omnia anima ipſa in ſomno obit. hæc ille. Cũ enim natura ſenſibus ſingulis propriũ quid iniunxerit,vt viſui videre, auditui audire: eadem & in omnes ſenſus aliquid commune ſparſit : vim nempe promiſcuam , quæ omnes comitatur,qua animal & videre, & audire, & reliquis denique ſenſibus ſua obiecta percipere ſentit. Non enim viſu ſefe videre videt percipitve, aut de ſingulis ſenſibus ſimiliter : ſed particula quædam communis eſt , quæ adiuncta ſenſibus omnibus, de iis dijudicat. Nam ſenſus vnus eſt, & principale ſenſorium vnũ : ratio autem ſingulorum diuerſa, quæ cũ tactu maximè cõiuncta eſt. nam tactus à cæteris ſenſibus diuelli poteſt : ab hoc cæteri nõ poſſunt, vt antea probatum fuit. Cùm igitur ſenſus, qui cæteris aliis præeſt , & quo ſeſe cæteri conferunt,afficitur : neceſſariò & reliqui omnes cõſentiunt. At ſi quiſpiam ex iſtis elangueſcat,& impotens ſentiendi reddatur, non cõtinuò neceſſe eſt illum flacceſcere, & viribus deſtitui. Atque ſentiendi impotentia, ſi in primo iſto ſenſu,quo animal omnia percipit,obueniat: tũ demum ſomnus eſt. cùm enim hic laſſatur,cæteri ſenſus ſuos actus exercere nequeunt. contrà, ſiquis ex illis impotens reddatur, non protinus neceſſe eſt idem huic euenire. Cæterùm cùm naturam ſemper agere alicuius gratiâ, id eſt boni,dicamus : quietem verò vtilem eſſe,atque adeo neceſſariam iis omnibus, quæ moueri quidem nata ſunt:ſed ſemper & continuè moueri cum voluptate nequeũt. cúmq. ob veritatẽ ipſam,tranſlatio hæc vulgo recepta ſit,vt ſomnus, quietis nomine deſignetur. Somnus profectò ad ſaluté iunctus animalibus fuit: vigilia verò,rationẽ finis obtinet.nam ſentire, & ſapere,finis omnibus eſt, quibus alterũ eorum competit. hæc enim optima ſunt : finis autem optimus eſſe ſolet.Eſt autem ſomnus (ait idem Ariſt. cap.1. lib 1.Ethic. Eudemiorum) vitæ otiũ,non operatio.Quapropter nutritiuæ partis virtus,quẽadmodum nec corporis, pars totius virtutis nequaqua cenſeri debet: eò quòd in ſomno vim ſuã vberiùs exerat , agátque nutrix facultas. cũ contrà ſenſitiua õcupiſcénſq. (vt patuit) dormientibus imperfectiores ſint, quatenus motu non participant. phantaſiæ verò, niſi morbo, aut alio quopiam malo præpeditæ fuerint,in ſapientibus efficaciores.

Anima in ſomno locũ mediatur & actus.

Corporis & animæ munia cõmunia & propria.

Anima quomodo agat vigilãtibus aut dormientibus nobis.

Senſibus ſingulis proprium quidam, & vniuerſis cõmune.

Quæ pars de ſenſibus dijudicat.

Senſus vnus, ratio ſingulorum diuerſa.

Tactus omnibus ſenſibus cõmunis.

Senſu communi affecto, reliqui afficiũtur: non è contrario.

Somnus, primi ſenſorij affectio.

Natura agit alicuius gratiã.

Quietis neceſſitas, ſine ſomno

Vigilia rationem finis obtinet, quî.

Somni finitio.

Vis nutrix agit in ſomno poti-

Iam verò vt de ſomni modo cauſſáq. dicã,ita conſiderandũ eſt.Cũ animal,vbi ſenſum habet, tũ primũ ali & creſcere oporteat : ſicq; alimẽtũ nouiſſimũ ſanguineis,ſanguis: & exanguibus, quod ſanguini proportione reſpondet : cúmq. venæ,conceptacula ſanguinis ſint:venarũ autẽ initiũ ,cor (vt Ariſt.præſupponit:nos aliter habere ſentimus ,& alibi docebimus)cibũ vtique illũ,qui per os ingeri ſolet,in loca ſua receptũ, euaporari in venas,inibiq. mutatũ,in ſanguinẽ verti,& mox principiũ ipſum adire cõſtat. Atque in iſta diuaporatione aliméti,quod ſurſum exhalat,quadantenus attolli : deinde regredi ac refluere inſtar euripi neceſſe eſt. Nã animantis cuiuſq. calidũ in ſublime natura fertur. at vbi eò loci ſubuectũ eſt, mox vniuerſum reciprocat,ac deſcédit,vt Ariſt. credit: nos autẽ poſtea expendemus.Quãobrem ſomnus maximè poſt cibũ fieri ſolet:tũc enim copioſus humor, ſeu vapor,& corpulẽtus ſurſum cõmeat. qui cùm cõſiſtit,caput aggrauat, & addormiſcere facit. cũ verò iã deſcendit,& reciprocãdo,caloré repulit:tũ ſomno ſepultũ iacet, dormitq. animal. Neq. enim omnis impotẽtia ſentiẽdi, ſomnus eſt:ſed quæ eo quo dixi modo cõtingit. alioqui enim & demẽtia, & præfocatio,& animi defectus,ſomni dicendi forent , cũ talé impotentiã inferát : quod tamen ſecùs habet. Somnũ autẽ tali euaporatione creari,indicãt ipſa ſomnifica, Græcis ὑπνωτικὰ dicta:eadéq. ab inducẽdo torpore , νάρκωσις. omnia enim illa, ſiue poculẽta ſint, ſiue eſculenta,grauedinẽ capiti adferũt: vt papauer,mãdragora,temetũ,loliũ. Ad hũc item modũ affecti vidẽtur, qui ſoporãtur dormitãtque : quia nec caput erigere, nec palpebras attollere queunt.& maximè à cibis ſomnus talis exrat:tũc enim(vt dictũ nuper eſt) multa exhalatio conſit. præterea à fatigationib⁹ nõnullis: nã fatigatio,colliquandi vim obtinet:colliquamentũ autẽ, vim incocti alimenti, niſi frigidũ ſit,præſtare ſolet. Eadẽ præterea multos ſpiritus exhaurit,& artus illigat ac deſiccat:vt ſomnus. tũ reparandis nouis ſpiritibus, tũ humectandis & oblinendis articulis optima medicina ſuccedat, dixerit medicus, aut medicorum more locutus philoſophus. Quidã etiã morbi ſomnũ faciunt,qui ab humido & calido excremento proueniunt : quemadmodum in febre & lethargo euenit. Item prima ætas: nam pueri alto ſopore premuntur,quia alimentum ſurſum omne reſpirat. cuius rei ſignum eſt, quòd ſuperiora proportione inferiorũ maxima ſunt, quia incrementum illò contendat. Nec alia de cauſſa morbo comitiali obnoxij ſunt : is enim morb⁹ perſimilis ſomno eſt:& iccirco huiuſce peſtis exordium pleriſque per quietem accidit (ephialten ſeu incubũ tũ dicere medici ſolent) qui poſtea dũ dormiunt,ea corripi ſolẽt ; dũ vigilãt,nõ ſolẽt. Cũ enim largus ſpirituũ affluxus

tùs: ſenſiẽs & cõcupiſcibile, debilèsve: phantaſia vbi potior.

De ſomni cauſſa.

Alimentũ quando neceſſariũ, & quale.

A vapore cibi ad principiũ, ſomnus fit.

Vapor ab alimento ſurſum effertur, tum deprimitur ad cor: vnde ſomnus, ex Ariſt.

Somnus cur mox à cibo.

Non omnis impotentia ſentiendi, ſomnus eſt, quî.

Narcoticorum vis.

Sopiterum natura.

Somnus cur ex laſſitudine: & vtriuſque vis.

Somni morbifici, vnde.

Pueri cur ſomnolenti, & epileptici.

Cur partes ſuperne craſſiores.

Epilepſia in ſomno, quî fiat.

Digitized by Google

in ſublime effertur, vbi rurſum deſcēdit, venas extumefacit & inflat, quibus meatum ſpirabilē comprimit, atq. intercludit. Hinc vinum pueris vtile non eſt (quod alibi ex Platone definietur) nec etiam mulieribus (nihil enim fortè interest, nutrices an pueri ebibant) niſi dilutū & modicum hauriatur. Nam vinū ſpiritoſum eſt, præſertim atrum. & vſque adeo ſuperiora pueri plena cibo continent, vt quinque menſium ſpatio collum obuertere nequeant. quippe cùm illis, haud ſecùs ac ebriis, multus vapor ſurſum ad caput feratur. Quam affectionem, cauſſam eſſe, cur initiis, fœtus intra matris vterum queſcant, rationi conſonum eſt. Atq. in totum ſomniculoſi ſunt, qui conditas venas habent, eáſque graciles & anguſtas: & qui forma pumilionis, & capite ſunt vaſto ac prægrandi: propter multam diuaporationem atq. effluentiam, quæ ad partes ſuperiores viam capeſſit. (Adde ex medicorum decretis, multam in capite puerorum aceruatam pituitæ copiam, & mucum frigidum humidúmque.) In cæteris res ſecùs habet, ob amplitudinem & latitudinem meatuum. & in melancholicis, ob refrigerationem interiorum, à quibus pauca ſurſum euaporant. (vel potiùs ob cerebri ſiccitatem, ſi medicè, quàm Ariſtotelicè loqui mauis.) Quare ex iis quæ dicta ſunt, apertum eſt, ſomnum, eſſe coïtum quendam caloris ad intima refugientis: & naturalem συνάθροισιν circumobſiſtentiámve (vt verbum verbo exprimas) propter eam quam diximus cauſſam. Quocirca qui ſomno premitur, in motu & agitatu vario eſt: vnde & deficit, & refrigeratur; atque ob frigus, palpebræ decidunt. quinetiam partes ſuperiores & extimæ frigent: contrà, inferiores & intimæ incaleſcunt, vt pedes, & quæ intrinſecùs continentur. Vnde mirari ſubit nonnullis, cùm à cibo, eóq. calido, & meri potione ſomnus obrepat, quî refrigeratio fiat ex ſomno, cùm ſomni cauſſæ ſint calidæ. cuius problematis ſolutiones malo ex ipſo repetas Ariſt. quas non omnes forſan admiſerim: ac de his poſtea formaſſis ex medicorum placitis: quibus non ſatis cum Ariſt. conuenit vt in multis, ſic in illa ſomni explicatione, quam hunc in modum propoſuit. Principium ſenſus eadem in parte oriri, qua & principium motus. & rectè hactenus. hoc autem in eo contineri loco, qui inter caput & aluum medius ſit, & putat ille, & ita tradit. principium nempe mouendi, in iis quæ ſanguinem habent, partem eam quæ circa cor eſt: vel vno verbo, cor ipſum obtinere: quòd quæcumque ſanguinem habent, habeant cor, à quo motus ſenſúſque principis origo atque initium pendeat. ideóque & ſpiritus, & refrigerationis principium in corde eſſe collocatum. quinetiam eo refrigerato, ſomnum obrepere: quia ſomnus fiat corpulento quopiam vi caloris in ſublime pervenas euecto. quod cùm diutiùs eo loci perſiſtere non poteſt, ſed copia exuberante aggrauatur, rurſum depelli, & ad ima, atque adeo ad cor & præcordia refluere ceaſet. Quapropter & homines corruere, calore eo, qui eleuandi munere fungebatur, ſubtracto. atque ſimul ac in cor incidit, mentem auferre: deinde imaginationes & viſa ſuggerere. Quorum omnium acutè inuentorum, & diſertè enuntiatorum bonam partem medici negant: ac de principio ſenſus & motus, déque primo ſenſorio longè aliter ſtatuunt: cùm certò affirment, inde ſenſum motúmque oriri, vnde & neruorum ſit origo. quamquidem à cerebro duci, ipſa luce clariùs demonſtrant: & id primarium ἀρχικῶς meritò ſtatuunt: quia cæteris omnibus, atque adeo cordi ipſi, vt ſentiant, vim ex te & organa impertit. Qui fiat autem, vt cerebrum ipſum ſenſus expers, toti corpori ſenſum conferat, quem nullum habet, aliàs inquiremus. Cor autem in ſomno refrigerari, & ideo ipſius motum ſegniorem fieri (quod Ariſtotelis dictis conſequens eſt) neque medici vnquam concedent, & ipſa ratio atque experientia reclamat; ſi quis manum pectori, & carpo digitum admouere ſtertentis à largo poru meraco velit. & rectiùs alibi Ariſtoteles idem, velut errorem profeſſus, ſcribit ſomnum refrigerato fieri cerebro: quodquidem partium corporis omnium frigidiſſimū ſit. Quemadmodum enim cùm humor exhalat, & calore ſolis in ſublime fertur: vbi ſupernum aëris locum ſubierit, prærigore loci refrigeratus conſiſtit, ac denuò in aquam conuerſus, in terram refluit. ita cùm calor ad cerebrum eleuatur, excrementitia diuaporatio in ſaniem & pituitam concreſcit. (ideóque fluxiones è capite oriri videmus.) Quòd tamen rurſum exhalatio illa, aut concreta pituita, ad cor deſcendat, eiúſque feruorem delapſa refrigeret; ideóque ſomnum concilier; dicenti licet & aſſeueranti ſummo philoſophorum Ariſtoteli non poſſum concedere: illa, quia rationi conſentanea ſunt, ſcribenti eidem facilè credo & aſſentior. ſicuti & expergiſci animal, quando abſoluta concoctio eſt: & quando calor, qui ambientis frigoris operâ, ex amplo in arctum coïerat, euicit, atque ſanguinem fæculentum à ſyncero diſcreuit. Nam quoniam ſanguis maximè poſt ingeſtos cibos indiſcretus ſit; tum ſomnus obrepit, & tandiu edurat, quoad ſanguis purus ad partes ſuperas, turbulentus ad inferas ſequeſtratus delegatúſque ſit. quo facto, animantes ab onere cibi abſolutæ, excitantur, vt Ariſt. tradit.

Dictum eſt ex Ariſtotele potiſſimùm, quæ cauſſa dormiendi ſit: inſiti nempe caloris vniuerſim ad primum ſenſorium confugientis συνάθροισις· quæ corpulenti vaporis à natiuo calore ſubuecti operâ prouenit. tum etiam quid ſit ſomnus: nempe nexus & vinculum primi ſenſorij (& quidem cordis, vt ille putat: nos autem, cerebri) vt ſuo fungi munere non poſſit. & quorſum fiat: ſalutis nempe & concoctionis gratiâ: nam quies animal tuetur & conſeruat. rectéq. in eam ſententiam Ouidius;

Quod caret alterna requie, durabile non eſt.

Quamuis autem ſatis multa videor de ſomno & vigilia dixiſſe: tamen quia Peripateticorum

Vinum cur pueris nociuum, præcipuè meracum.

Pueri cur ante mẽſem quintum non obuertant collum.

Cur fœtus primis menſibus in vtero ſtabiles.

Somnolenti quo magis.

Melancholici minùs ſomnolenti, cur.

Somnus, quid.

Somno correptorum ſtatus varius.

Quæſtio.

Controuerſia N. cum Ariſt.

Quòd ipſum & motus ſit principium: nempe cor Ariſtotelis.

Ideo corde refrigerato, ſomnus obrepit, quî.

Somni accidentia cor quomodo afficiant.

Quòd ſenſus & motus & neruorū communis origo: nempe cerebrum medicis.

Quæſtio.

Quòd cor in ſomno non refrigeretur, nec priſtinum minuatur.

Contra Ariſt.

Cerebrum frigidiſſimū in homine.

Exhalationes ſupera capeſſit.

A ſimili.

De pluuia generatione.

Fluxionum origo.

Quòd humor ſiu vapor ad cor non recidat, quò ſomnum pariat.

Contra Ariſt.

Somnus quò diſcutiatur.

Somnus quomodo ſanguinem purificet, ac ſecernat.

Epilogus. Cauſſa ſomni.

Somnus quid.

Somni fruc.

placita, quàm medicorum decreta potiùs attingunt; nihil inconuenier, ab ipſis medicis nonnulla depromere, quæ magnam lucem Ariſtotelicis addent, & dubia taliáque tum ſoluent, tum etiam refellent. Galenus igitur ſomnũ ita primùm finiit lib.1. cap.8. de ſympt. cauſſ. vt ſit animalium facultatum quies. licet anima per ſomnum velut à corporis ſecreta muniis; ratiocinari, iudicare, intelligere, & ſua munera obire per ſe ſoleat liberrimè, quod alibi demonſtraui. ideo dixit Hipp. libro de inſomniis; Anima vigilat: & cùm quidem corpori inſeruit, in multas partes diſtributa, non ſui iuris eſt: ſed partem aliquam ſingulis corporis partibus ſiue ſenſibus diſtribuit, auditui, viſui, guſtatui, odoratui, tactui. greſſui, actioni, ac omni corporis facultati. ipſa autem animæ cogitatio, ſui iuris non eſt. Cùm autem corpus quieſcit, anima in motu eſt, & corporis partes perreptans, domum ſuam gubernat, & omnes corporis actiones ipſa perficit. Nam corpus dormiens, non ſentit: ipſa verò vigilans, cognoſcit, ac viſibilia videt, & audibilia audit, vadit, tangit, triſtatur, animaduertit. In ſumma, quæcumque ſunt corporis aut animæ munia, ea omnia anima ipſa in ſomnis obit. Sed facultates reliquæ, quæ animales dicuntur, & à cerebro vim habent ac originem tum ſentiendi, tum mouendi, illæ verò ſopitæ languent in ſomno. contrà, naturales & vitales validiùs agunt: quia cocto cibi & humorum eo potiſſimùm tempore obitur: & coctorum per corpus vniuerſum diſtributio perficitur. nec verò vitales otioſæ quieſcunt, ſed cordis motus citatior, & venarum pulſatilium diaſtole ſyſtoléque micantior deprehenditur, quod paulò antè Ariſtoteli obiectabamus. Galenus porrò (vt creditur) libro finitionum medicinalium, Somnum definiebat animæ delationem ſecundùm naturam à finibus ad principatum. cui & Paulus lib.1. cap. 97. ſubſcribit, ne cæteros replicem: qui ſimius (vt aiunt) Galeni ſecutus ſententiam, ſomnum dicebat virium animalium requietem eſſe. modúmque eius faciendi breuiter iſtum ſubnectebat; vtili humiditate cerebrum madefaciente, ſomnum prouenire ſcribens: ſecutus non tantùm Galeni, ſed & Ariſtotelis veram ea in re ſententiam. Nam Gal. tum alibi, tum cap.2. lib.1. de ſympt. cauſſ. Cerebrum (ait) in vigilus ſemper exercetur, in ſomnis quieſcit. eóque fit, vt qui liberaliùs ſe exercitarunt, eos altior ſomnus premat: tanquam multæ iis vires cùm laborarent, à principio defluxerint. Igitur cerebrum tum propter virtutis, quam tranſmiſit, abſumptionem; tum propter fatigationem, qua propter multos labores eſt affectum, & requie ſimul, & refectione eget. Velut autem ab exercitationibus, & promptiùs & profundiùs dormitur: ſic & à ſumpto nutrimento, vt antè patuit. quantóq. id humidius natura fuerit, tantò magis ſomnum conciliat. idémque accidit & iis, qui pluſculum vini biberunt, & qui caput liberaliter in balneo calido lauerunt. quippe omnia talia videntur cerebrum humiditate replere: qua vtique indiget, vbi in multo negotio fatigatum eſt & reſiccatum. Quòd autem capite oppleto ſomnus animali ſuperueniat, primúſque ſenſus quieſcat, ab Ariſt. eſt demonſtratum: ſed falsò cordi tributum, quod erat cerebro aſſignandum. Verùm Galenus ſic φιλοσοφοτέρως videtur naturam ſomni expreſſiſſe cap.8. & 9. lib.3. de cauſſ. pulſ. Somnus incidit, cùm natiuus calor aut ex fatigatione & nimia ſiccitate ad alimentum ſe conuertit: aut cùm ob immodicam humiditatem, foràs nequit progredi. quorum ille ſalubris & naturalis eſt ſomnus: hic poſterior, non naturalis eſt: & talis in comate & lethargo deprehenditur. Nam cùm indigeat, ſimúlque deſideret naturalis animalium calor, copioſam humiditatem: ideóque in viſcera conueniat, & in ventrem, fit ſomnus. qui ſimul atque ea ſatis fruitus eſt, vt naturalem iam qualitatem recuperauerit, expergiſcimur. Quòd autem caloris natiui motus, qui foràs tendunt, vigilias; qui verò intrò, ſomnos concilient, Hipp. 6. lib. Epidemion ſententia fuit, vel eodem Galeno teſte. ideóque eodem ille libro ſcripſit Hipp. Somnus in frigore veſtibus contecto: quoniam per ſomnum calor ad interiora corporis mergitur. ideo ſtragulis iniectis hunc foras euocari præcipit ibidem tum Hipp. tum Galenus; ne calor omnis immoderatiùs intrò refugiat: calore eo, qui ob refrigeratas ab externo aëre cutaneas partes repellitur, ei qui per ſomnum intus colligitur, accedente. Quanquam ſomnum ſemper refrigerare negat ibidem Galenus: humectare autem ſemper profitetur: ſicuti vigilia ſemper exſiccat, vt poſtea oſtendetur meliùs. Hipp. lib.2. de diæta: Somni ieiunum attenuant & frigefaciunt, ait, ſi non longi fuerint, præſentem humiditatem euacuantes. qui verò magis calfaciunt, colliquant carnẽ, & corpus diffundentes exoluunt, ac debiles faciunt. A cibo verò ſumpto calfacientes humectant, alimentum in corpus diffundentes. A matutinis autem deambulationibus ſomnus maximè ſiccat. Vigilia in exſatiatis cibo, noxia eſt, non permittens cibum liquari ac concoqui, ieiunos autem attenuat quidem, verùm minùs lædit. Sunto hæc vera: hoc enim magis placet ex eodem lib.3. de cauſſ. pulſ. Somnus (quod vel ex poëtis audias) mortis eſt frater. vna illi hæc conuenit cum viuentibus, nempe confectio alimenti. reliqua mortuis ſunt ſimilia: non videre, non audire, nihil intelligere, vel cogitare, vel ſentire, ratione carere, proiectum eſſe. Et verò quid aliud (ſi illud vnum, quod commune adhuc cum viuentibus habet, ſit ablatum) niſi recta ad mortem via dicatur? Iam verò primum eſſe & natiuum caloris motum, cùm foràs & extra ſe ipſum mouetur: ſecundum, cùm intrò, & in ſeipſum, qui propter nutrimentum comparatus eſt, vtique definitum eſt.

Verùm vt Galenus ab Hippocrate deſciſcit, dum in ſomno, animæ omnem adimit actionem: cùm tamen certò conſtet, animum multa inuenire ſopito corpore, quæ vigilante illo,

De ſomno & vigilia, ex medicis.

Somni definitio.

Anima in ſomno agit.

Anima in ſomno, liberior quàm in vigilia, cur.

Anima in ſomno agit corporis & propria; munia

Senſus & motus in ſomno languent: at facultas vitalis & naturalis vegetior. Quò.

Somni finitio.

Somnus qui fiat.

Somnus cur Laſſitudini ſuccedat: item paſſim.

Somnum quæ faciat

Somnus ex capitis repletione.

Somnus quo fiat, tum naturalis, tum præter naturam.

Somnus ſequitur caloris motum ad interiora: vigilia contra.

In ſomno frigere externa.

Cautio in ſomno.

Somnus ſemper humectat, vigilia ſiccat.

Somni & vigiliæ vis diuerſa à cibo & in ſenectute.

Somnus mortis frater, quis.

Caloris natiui motus duplex.

Anima in ſomno non ceſſat.

nunquam comminiſci antea potuerat, vt & Syneſius lib. de inſomniis tradit: & in ſomnis plurima obuerſari animis non tantùm humana, & ad corporis affectus referenda: ſed diuina etiam, & quodammodo prophetica: ſic ego à Galeno videor mihi poſſe hoc quidem loco deficere, dum conciliandi ſomni rationem à caloris natiui intrò vergentis ad paſtum conuerſatione repetit: vigiliæ contrà, dum paſtus & ſatiatus, foràs effertur. Quantò enim credibilius eſt (quod nec ipſe alibi poſt Ariſtotelem it inficias) ſomnum tunc fieri, quando blandis, iiſdémque craſſis & frigidis infernè emiſſis vaporibus cerebrum madeſcit, & ſuos offercit ventriculos & vaſa, ſenſúſque ligat ac vincit quodammodo? ſed ab eo tempore deinceps ſomnum diſcuti, vigiliámque ſuccedere, quando abſoluta ciborum coctione, idem calor natiuus vapores iſtos attenuauit & conſumpſit, ac cerebrum ipſum ad ſuum ſibi temperamentum redit? quanquam ſomni tempore concoctionem non ſolùm in ventriculo, ſed etiam in venis & arteriis obiri nouimus. & quidem ſomno laſſitudinem tolli, animum refici, corpus ali, cum eodem Gal. & Ariſt. fatemur. atque vt cum Paulo Ægineta ſummatim complectar; Somnus ſi rectè initur, multa præſtat commoda: cibum elaborat, humores excoquit, dolorem lenit, laſſitudinem ſolatur, intenta laxat: animi verò ægritudines obliterat, rationem vitiatam corrigit. Quam demum ſententiam Auicenna, Rhazis, Meſues, Serapio, Auenzoar, & alij poſteriores medici omnes recipiunt. Non ergo, vt puto, caloris natiui intrò vel foràs itio, ſomnum aut vigiliam facit: ſed ſomni & vigiliæ alternam viciſſitudinem, caloris iſta reciprocatio ex accidenti ſequitur. Somni moderari commoda ex Paulo recenſui: eiuſdem immodici damna commodis ex aduerſo repone. nempe corporis excrementa detinet, cruditates parit, humorum prouentum multiplicat, cerebrum grauat, corpori animóque torporem inducit, motus & ſenſus pigros ac ſegnes reddit, colorem habitúmque corporis deteriorem facit, vultum decolorem, tumidum, oculóſque velut humore natantes reddit, calorem natiuum languidiorem efficit, viſcera grauat. quanquam viſceribus prodeſſe ſomnum longum Hipp. 6. Epid. ſcripſit: & in aph. 3. lib. 2. immodicum ſomnum captari vetat. Attamen ſomni tempus exactè definire non eſt: cùm cibi quantitas ac *δυναμις*, caloris natiui paucitas, coctionis debilitas, ventriculi infirmitas, alimenti conficiundi difficultas, hybernæ noctes, longius tempus ſomno indulgeant: & quod pleriſque omnibus vulgo ſeptem horis circumſcribitur, aut octo ad ſummum, Galenus in illis ad horas nouem extendit lib. 6. de ſanita. tuenda. Porrò ſomni tempus optimum eſt à cibo, ait Paulus. Galenus tamen caput implere tam propè à cibo tradit comment. 67. aph. 4. diurnus tamen haud omnibus eſt idoneus: tempus enim quo obdormiſcunt, ad abſolutam ciborum concoctionem non ſufficit. interrupta enim ante horam ſuam coctione, à meridie deſurgentes, ſubinde acidos ructus edunt, & flatibus replentur: nonnulli verò fluctuatione ventris infeſtantur: niſi vel ex conſuetudine, vel ſufficienti ſomno vſi, eiuſmodi mala effugiant. Cæterùm optimus ſomnus eſt nocturnus: quoniam nox naturali humiditate ſilentióque animum in ſomnum deducens, abſolutam molitur concoctionem: item poſt ſomnum nocturnum plurima parte ad excretionem recrementorum inſtigamus. id poëta Romanus vidit, cùm dixit Maro, 2. Æn. ——*& iam nox humida cœlo*

Præcipitat, ſuadéntque cadentia ſidera ſomnos.

Terminus autem ſomni eſſe debet, perfecta ciborum concoctio, quæ tum ructibus, tum vrinis ſubflauis, tum ventris contractione deprehenditur. ſecundùm quam, vigilantia non inutilis, vt quæ recrementorum ex coctione deiectionem moliatur. hæc Paulus breuiter & apertè, vt ſolet. quem ego inſtar multorum aliorum nunc habeo. Hippocrates ſectio. 2. Prognoſt. multò breuiſſimè ſic ſuo more: Interdiu vigilandum, noctu dormiendum, ait. Quanquam poteſt ea interdum ingruere neceſſitas, ob longam vigiliam, aut laſſitudinem multam, aut æſtus diurnos, vt etiam interdiu dormire liceat. itaque omnino eleganter Celſus, Meridiari longis diebus ante cibum: ſin minùs, poſt cibum conuenire, poſt Hipp. lib. 1. & lib. 3. de diæta, præcipit. atque à prima luce ad tertiam diei partem, ſomnum concedit: nempe ad horam octauam, nonam, vel decimam matutinam. ſed ab eo deinceps tempore damnoſum ſtatuit idem Hipp. eadem ſect. 2. Prognoſt. ibidémque lib. 1. formam decubitus naturalem docet. Cubantem enim oportet in latus dextrum aut ſiniſtrum decumbere, ait: manus, ceruicem, & crura paulùm reducta habere, & totum corpus molliter compoſitum. Auicennas fen. 3. 1. argutus videri voluit: atque initio ſomni, in dextrum latus reclinari, deinceps in ſiniſtrum reuolui, curioſa quadam ratione præcepit. Supinum autem decumbere, ſemper malum eſt habitum: quia catarrhos in ſpinam ciet, & multis incubi vel ſuccubi, id eſt ephialtæ vel hyphialtæ imaginem concitat, lumbos excalfacit, renes ad calculorum generationem diſponit, ſomnos venereos excitat, & dictum Græcis *ὀνειρώσσει*, de quo iam antè ex Lucretio lib. 4.

Tum quibus ætatis fœta ——
Sollicitatur id in nobis, quod diximus antè
Semen, adulta ætas cùm primùm roborat artus.
Namque alias aliud res commonet, atque laceſſit.
Ex homine humanum ſemen ciet vna hominis vis.
Quod ſimulatque ſuis ciectum ſedibus exit:
Per membra atque artus decedit corpore toto,
In loca conuenient nernorum certa; ciétque
Continuò partes genitales corporis ipſas.
Irritata tument loca ſemine, fitq; voluntas
Eiícere id, quò ſe contendit dira libido:
Idq; petit corpus, mens vnde eſt ſaucia amore.

Sed ea de re alibi: verendum eſt enim, ne in

N. à Gal. diſſentit in motu caloris natiui in ſomnos conciliandis, aut vigilias.

Somnus reuera quâ fiat, ex N.

Vigilia ità quâ fiat.

Cœlio omnia fiunt in ſomno.

Somni beneficia.

Non caloris natiui motũ ſomnus & vigilia ſequuntur: ſed contrà.

Somni immoderati damna.

Somnus viſceribus prodeſt.

Somni tempus incertum An 7. hora ſufficiant?

Somni octaſio, & vn diurn.

Somni nocturni vſus.

Somni termini, & ſigna completi.

Vigilia excrementâ repurgat.

Nocte dormiendum: & quando interdiu liceat.

Meridiari longis diebus licet; & quando manè dormiendum.

Decubitus forma.

Cubare primùm in dextra.

Decubitus ſupini noxa.

ὀνειρώσσει.

Somnium venereum quomodo excitetur.

Semen à toto corpore.

Partes genitales quomodo à ſemine efficiantur.

Iem.

Dubitum in faciem damna, & signa.

Transitio.

De vigilia.

Vigilia, quid.

Calor natiuus in somno & vigilia diuersimodè mouetur.

N. contra Gal. de somno & vigilia obiectio.

Mecœnas triênio non dormiit, febre perpetua laborauit.

Endymionis ■ Epimenidis somnus.

N. obiectio aduersus Gal. finitionem somni & vigiliæ.

Somni & vigiliæ finitio ex N.

Anima & corporis actiones quædam discretæ.

Vigilia quò fiat, ex N.

Somnus ità qui fiat.

Cor in somno non refrigeratur, contra Arist.

Somni accidentia.

somno somnium occupet: atque de somno institutus sermo semel absoluendus. Dormire igitur in faciem decumbendo, ægritudinem alui & præcordiorum indicat, aut mentem ægrotare denotat, ex Hipp. & verò & indecorum est, & inusitatum: atque adeo oculis, & solitæ in eos fluxioni valdè incommodum. Quanquam hoc loco naturalia persequimur: de morbosis affectibus, & tali tempore conuenientibus, vel sanè nocentibus somno vigiliisque, nunc agere minimè decreuimus: hæc pars ad *iatreia* spectat alio tempore disceptanda. itaque de somno & vigilia dicendi finem facio: quia de somno satis multa in rem præsentem dicta arbitror. de vigilia etiam, tum mixta de ambobus oratione, tum obiter etiam separatim. nisi si ex medicorum placitis pauca hæc adiici placet.

Ac primùm vigiliam finiri à Galeno, eodem libello finitionum medicarum, Expansionem animæ à principio ad corporis partes omnes, & partium particulas. quæ finitio, ei quæ de somno præcessit, ex aduerso respondet: eò quòd in somno, calor natiuus à circumferentia ad centrum corporis fertur, cibandi gratiâ, vt Galenus putat; nos non facilè dicenti illi admittimus. in vigilia autem, iam pastus extenditur, & remigrat à centro ad circumferentiam. Quanquam siquis per dies complures, menses, aut annos (quod Mecœnati dicitur contigisse, perpetua febre, quandiu vixit, laboranti; triennio vitæ supremo, nullo horæ momento somnum capessenti, vt Plinius de eo scribit lib. 7. cap. 51.) siquis, inquam, per annos plusculos à somno abstineat; non video, cur liber calor ille natiuus, totum corpus non oberret; siue pabuli sui gratiâ, siue potiùs concoctionis & distributionis in totum corpus alimenti; & actionum naturalium omnium futurus moderator. Siue quis contrà per dies, menses, annos plures obdormiscat (quod de Endymione & Epimenide referunt) cur idem calor pabuli copia suffocetur, non intelligo. ac nescio, quomodo somni & vigiliæ definitio, ex eo potiùs sumpta sit, quod accidit ex euentu, quàm quod ex ipsa rei natura petitur. vt siquis fortè dicat, Vigiliam, esse liberam functionum animæ simul & corporis exercitationem. Somnum autem, earundem animæ simul & corporis actionum interceptionem. quia speciales quasdam animæ à corpore secretas functiones tradidimus: & corporis vicissim multas actiones proprias videre est. Illam autem (vigiliam dico) fieri peracta intus alimenti concoctione, discussis crassis & frigidis vaporibus, qui meatus sensuum obstruebant: cuiúsque frigore, quo primum sensorium (nempe cerebrum) detinebatur (quia somno cor perfrigescere negauimus) Hunc autem, somnum, inquam, à crassis & frigidis excitari vaporibus; qui à cibis inter concoquendum elati ad cerebrum, & natiua loci frigiditate condensati, meatus offerciebant: sensus ligabant; cerebrum suapte natura frigidũ & humidum, ampliùs refrigerabant & humectabant. non tamen consequente illa reciprocatione frigoris, quod à summo cerebro repulsum ad inferiora, putabat Aristoteles ad cor & præcordia detrudi, & ea supra modum frigefacere, & tanquam in torporem soporémque inducere. Quibus & hoc consentaneum videtur esse, vt in somno, partes externæ magis inalgescant, intimæ magis incalescant. in vigilia contrà (vt ex Hipp. patuit 6. Epidem.) quæ est illa ipsa extensio siue expansio caloris natiui (quam animam etiam illic vocabat Galenus) à principio ad corporis partes omnes: aut contrà, à partibus ipsis & finibus corporis ad ipsum principium, vel principatum. non de cerebro tantùm, opinor, velut primo sensitiuo & principio intelligenda: sed de tota interna capacitate corporis, quam centri nomine vocare solemus: vt partes extimas, circumferentiam vocamus, & corporis habitum: ducta similitudine à circulis.

Frigus in somno non repercutitur à cerebro ad cor, cõtra Arist.

In somno, extima algescunt: in vigilia contrà.

Caloris natiui motus intrò & foràs.

Centrum & superficies corporis, quid.

Sed satis supérque de somno & vigilia hoc quidem loco dictum videtur; vtroque autem naturali. nam de somno morboso, vigiliáque præter naturam, vnde fiant, & quibus de caussis, & quando iniri aut accersi debeant, vel discuti & corrigi, in Iatrologia disceptabimus. hoc tantùm addam; Vt somnum prouocant humida & frigida: sic à contrariis siccis calidisque vigiliam creari. rursus pauca omnino subiiciam de commodis & incommodis vigiliarum, quæ somno per proportionem respondeant: quia ex contrario contrarium facilè intelligitur, cùm sint contrariorũ contraria consequentia. cúmque posita iuxta se duo contraria magis elucescant, vt ait philosophus. Vt igitur somnus, sic & vigilia si modum excedat, malum, ex aph. 3. lib. 1. Nam & omne nimium naturæ inimicum, aph. 51. lib. 2. Ambo si sibi succedant certa ratione & mensura, qua descripsi antea, eas commoditates afferunt, quas & retulimus. Vigilia autem si immoderata sit, calorem natiuum & spiritus dissoluit, totum corpus resoluit, ac lentè exsiccat; coctionem turbat, famem intendit, cruditates congerit, sanguinem bilescere facit, molem, & figuram, & characterem tum faciei, tum corporis totius immutat; cerebrum, & ab eo exortas facultates, sensúmque & motum labefactat, virtutes deiicit omnes tum has dictas animales, tum vitales, tum naturales: cachexiam, & prauum habitum inducit; languidum corpus lenta macie ad mortem ducit; animum de statu suo dimouet ac deiicit, & à ratione alienat. certa hominum studiosorum pernicies, quos incautos opprimit, & sensim literis impallescentes, ac mortuis concolores Zenonio more redditos, tandem ad tumulum deducit, & ad orcum præcipitat: aut aliàs iisdem studiis intenta, ac sine vlla intermissione semper occupata cogitatione, mentem adimit. quod de Aristotele summo philosophorum legimus: quem acerrimo virum ingenio, dum rerum naturas penitiùs scrutaretur, septies in die earum difficultatem, magnitudinem ac diuinitatem demiratus; in eum tandem animi

Transitio.

Somnum & vigiliam quæ faciãt.

Contrariorũ natura.

Somni & vigiliæ modus.

Vigilia immodica damna.

Vigilia, studiosorum pernicies.

Cenobior mortuis, ex Zenone.

Cautio.

Nimium studium dementat.

Arist. pra insano studio, animi morbum contraxit, & mortem.

Ita vulgus censet, nemo studeo homines insanire.

morbum incidiſſe ferunt, ex quo poſtea nunquam conualuerit: eámque illi mortis cauſſam extitiſſe perhibent. De inſomniis, quæ per ſomnos accidunt, alius erit dicendi locus, & ad Artem poëticam Horatij iam non pauca tranſegimus poſt Hipp. Ariſt. Gal. Lucretium, Artemidorum, Syneſium, Apomazarum, Polyd. Virgilium, & alios ſomniorum interpretes & coniectores. Firmianus lib. de opificio hominis diuino, cap. 18. vbi de animo & anima inquirit, multa de ſomno & ſomniis meminit: nos quædam deſumemus. Nam requieſcere (inquit) nullo pacto poſſumus, niſi mens viſionum imaginibus occupata teneatur. Latet autem mens oppreſſa ſomno, tanquam ignis obducto cinere ſopitus: quem ſi paululum commoueris, rurſus ardeſcit, & quaſi euigilat. Traducitur autem mens cogitatione cæca, cùm cogentibus tenebris, ſecum tantummodò eſſe cæperit; dum intenta eſt in ea, de quibus cogitaret, repentè ſomnus obrepit, & in ſpecies proximas ſenſim ipſa cogitatio declinat. ſic ea, quæ ſibi ante oculos poſuerat, videre quoque incipit. deinde procedit vlteriùs, & ſibi auocamenta inuenit, ne ſaluberrimam quietem corporis interrumpat. Nã vt mens per diem veris viſionibus auocatur, ne obdormiat: ita falſis nocte, ne excitetur. Nam ſi nullas imagines cernat, aut vigilare illam neceſſe eſt, aut perpetua morte ſopiri. Dormiendi ergo cauſſâ, tributa eſt à Deo ratio ſomniandi, & quidem in commune, vniuerſis animantibus: ſed illud homini præcipuè: quòd cùm eam rationem Deus quietis cauſſâ daret, facultatem ſibi reliquit docendi hominem futura per ſomnium. vbi mox de ſomniis tum veris, tum falſis; déque geminis eorum portis, de quibus nos paulò antè. Sed nunc de voce, quia ab ore erumpit, ideo dicere magis placet, ab hac eiuſdem Lactantij ſententia exordiendo.

De inſomniis.

Mentis in ſomno, quæ ſit occupatio, & ſomnus quorſum, & quibus.

De Voce, liber vnus.

CAP. IX.

ORIS ſpecies & rictus ex tranſuerſo parefactus, quàm vtilis, quàm decens ſit, enarrari non poteſt. cuius vſus in duobus conſtat officiis, ſumendi victus, & eloquendi. de priore dicetur poſtea. Lingua igitur intus incluſa, quia vocem motibus ſuis in verba diſcernit, & eſt interpres animi: nec tamen ſola poteſt per ſe eloquendi munus implere, niſi acumen ſuum palato illiſerit: niſi adiuta vel offenſione dentium, vel compreſſione labiorum. dentes tamen plus conferunt ad loquendum: nam & infantes non antè incipiunt fari, quàm dentes habuerint (imò linguæ delibuta humore copioſo vincula, & ſermonis imperitia, infantiæ cauſſa eſt: & tamen miraculo quodam, antè bimatum, imò ante annum à natiuitate, locuti quidam leguntur in hiſtoria Polonica & Germanica & Septentrionali) & ſenes amiſſis dentibus ita balbutiunt (vidimus tamen non ratò, qui diſertè, & articulatè, & ſapientiſſimè loquerentur) vt ad infantiam reuoluti denuò eſſe videantur. Sed hæc ad hominem ſolum pertinent, aut ad aues, in quibus acuminata & vibrata certis motibus lingua, innumerabiles cantuum flexiones, & ſonorum varios modos exprimit. Hæc ille & eleganter, & ſanè probabiliter dixerat (niſi obſeruatione digna videantur, quæ de infantibus & ſenibus obiter annotaui) ſed neſcio qua ratione ductus, ſententiam videtur alibi mutare, cùm ita ſcribit; De voce autem quam reddere rationem poſſumus? Grammatici quidam ac philoſophi vocem eſſe definiunt aërem ſpiritu verberatum: vnde verba ſunt nuncupata. quod perſpicuè falſum eſt: non enim vox extra os gignitur, ſed intra. & ideo veriſimilior eſt illa ſententia: ſtiparum ſpiritum, cùm obſtantia faucium fuerit illiſus, ſonum vocis exprimere. veluti cùm in patentem cicutam, labróque ſubiectam dimittimus ſpiritum: & is cicutæ concauo repercuſſus, ac reuolutus à fundo, dum deſcendentem occurſu ſuo reddit, ad exitum nitens, ſonum gignit; & in vocalem ſpiritum reſiliens, per ſe ventus animatur. Quod quidem an verum ſit, Deus artifex viderit: Videtur enim non ab ore, ſed ab intimo pectore vox oriri. Denique & ore clauſo, & naribus emittitur ſonus qualis poteſt. Præterea ex maximo ſpiritu, quo anhelamus, vox non efficitur. & leni, & non coarctato ſpiritu, quoties volumus, efficitur. Non eſt igitur comprehenſum, quomodo fiat, aut quid ſit omnino. Nec me nunc in Academiæ ſententiam delabi putes: quia non omnia ſunt incomprehenſibilia. vt enim fatendum eſt, multa neſciri, quæ voluit Deus intelligentiam hominis excedere: ſic tamen multa eſſe, quæ poſſint & ſenſibus percipi, & ratione comprehendi. Hæc Firmianus: ex quibus nihil certi conficitur, quo poſſit vocis modus intelligi, cùm in dubio nodum relinquat. Cicero 2. natu. deor. totam vocis rationem & breuiter & eleganter expreſſit, nihil de eius modo addubitans, ſed rem narrando velut ob oculos ponẽs, & aliarum ſimilitudine rerum perſpicuè declarans, vt antea ex parte attigimus. Ad vſum (inquit) orationis, incredibile eſt, niſi diligenter attenderis, quanta opera machinata natura ſit. Primùm enim à pulmonibus arteria vſque ad os intimum pertinet, per quem vox, principium à mente ducens, percipitur & funditur. Deinde in ore ſita lingua eſt, finita dentibus. ea vocem immoderatè profuſam fingit & terminat: quæ ſonos vocis diſtinctos & preſſos efficit, cùm & ad dentes, & ad alias partes pellit (an appellit) oris. Itaque plectri ſimilem linguam noſtri ſolent dicere, chordarum dentes, nares cornibus iis, qui ad neruos reſonant in cantibus. hæc Tullius. Sed hos antè omnes philoſophicè quidem & argutè Ariſtoteles vocis naturam indagauit: quem Lactantius ſuppreſſo nomine notare & vellicare antea videbatur. Sed quoniam vox ad ſonum refertur, velut genus, de ſono priùs aliquid dicendum. Eſt

Oris vſus duplex.

Inſtrumenta ſermonis; ac primùm lingua vis & conatus.

Deinde Labiorum, & dentium.

An dentes ſando neceſſarij?

Infantiæ cauſſa ex N. contra Lactantium.

Puſus locutus ante annum vel bimatum.

Senes an infantes, inopia dentium? N. negat.

Animum cantus quâ fiat.

Vocis an incomperta ratio?

Vox quid: & vnde verba dicta?

Quòd vox non fiat aëre verberato, qui fiat. à ſimili.

Fiſtula quomodo reſonat.

Vox à pectore, non ab ore.

Vocis motus incomprehenſibilis.

Academicorum animaduerſio, falſa, cur.

Sermonis ratio, & organa.

Vox à mente.

Similitudo egregia.

Lactantius notauit Ariſtotelem.

Sonus duplex. itaque ſonus duplex, ait cap. 8. lib. 2. de anima: quidam enim eſt actu, quidam eſt potentiâ ſonus. Nam corporum quædam non habere dicimus ſonum, vt ſpongiam, lanam, & huiuſcemodi: quædam habere, vt æs, & quæcumq. ſolida læuiáque ſunt: quia poſſunt ſonare: id eſt, inter ſe & auditum, ſonum efficere. Fit autem actu ſonus alicuius ſemper ad aliquid, *Sonus actu & potentia.* & in aliquo. ictus eſt enim, qui ſonum efficit ipſum. Quapropter fieri non poteſt, vt ſi vnũ *Ad ſonum requiruntur duo.* ſit corpus, ſonus efficiatur. quippe cùm aliud ſit & id quod verberat, aliud & quod verberatur. quare & quod ſonat, ad aliquid ſonat: ſi- *Ictus Latione fit.* ne latione autem nunquam efficitur ictus. Atq. (vti diximus) non quorumuis ictus corporum, ſine vllo diſcrimine, ſonus eſt: nullum enim efficit ſonum, ſi percuſſa fuerit lana: ſed æs, & quæcumq. ſunt læuia concauáque. æs quidem, *Cana & læuia tm reſonant.* quia corpus eſt læue: concaua verò, quia per reflexionem, complures poſt primum efficiunt ictus: quippe cùm non poſſit aër motus ac agitatus exire. Præterea auditur quidem ſonus & in aëre, & in aqua. at verò nec aër eſt *Sonus tantùm à ſolidis.* author ſoni, nec aqua: ſed opus eſt vt inter ſeſe ſolidorum corporum, atque ad aërem ictus *Quomodo igitur tonitru à nubibus? N. obiectio.* fiat. quod quidem tum fit, cùm aër percuſſus permanet, neque diffunditur. Quapropter ſi citò vehementérque percutiatur, ſonat: opus *Aër ne diffugiat ad ſonum.* eſt enim, vt percutientis motus diffuſionem præueniat aëris: perinde atque ſi cumulum aut aceruum arenæ, cùm fertur, velociter *Echo quî fiat.* quiſpiam verberet. Fit autem Echo, ſonus (inquam) is qui poſt ſonum reſultat, cùm aër factus vnus, ob vas vel locum qui terminauit ipſum, atque diſſolui prohibuit, inde reſilit veluti pila, repulſus. Lucretius lib. 4. de voce diſſerens, & quî fiat, de modo echûs ſubiungit:

Quæ bene cùm videas, rationem reddere poſſis
Tute tibi atque alijs; quo pacto per loca ſola,
Saxa pares formas verborum ex ordine reddant:
Palantes comites cum montes inter opacos
Quærimus, & magna diſperſos voce ciemus.
Sex etiam aut ſeptem loca vidi reddere voces,
Vnam cum iaceres. ita colles collibus ipſis
Verba repulſantes iterabant dicta referre.
Hæc loca capripedes ſatyros, nymphásque tenere
Finitimi fingunt, & Faunos eſſe loquuntur.

Echo in ſolitudine reſpondet, mirum, 6. aut 7. verba integra. quî. Superſtitio circa echo.

Et quæ ſequuntur: nam de echo nunc tantùm per digreſſiunculam dictum volui; quam graphicè omnino paucis & fœcundis verbis Plinius expreſſit lib. 2. cap. 44. Montium verò *Echo quæ faciant.* flexus, crebríque vertices, & conflexa cubito, aut confracta in humeros iuga, concaui valliũ ſinus, ſcindunt inæqualiter inde reſultantem aëra. quæ cauſſa etiam voces multis in locis reciprocas facit. Quod autem Lucretius loci meminit multiplicem echo reſonantis, hunc Plinius idem nomine expreſſit, & deſcripſit lib. 36. cap. 15. Eadem (inquit) in vrbe Cyzi- *Echo mirabilis ſeptem voces referens; an ſyllabas?* co, iuxta portam, quæ Thracia vocatur, turres VII. acceptas voces numeroſiore repercuſſu multiplicant: noménque huic miraculo, Echo eſt à Græcis datum. Et hoc quidem natura locorum euenit, & plerumque conuallium: ibi caſu accidit: Olympiæ autem arte mirabili modo in porticu, quam oppidani hepταφωνον *Ἑπτάφωνος ἠχώ.* A appellant, quoniam ſepties eadem vox redditur. (vt loco ſuperiore illo ambiguo, nõ turres VII. ſed voces VII. coniunctè legas & intelligas.)

Porrò veteres vacuo nos inquiunt audire, ac *Auditus non in vacuo.* perſonante: quia audimus eo quod determinatum aërem habet. (nos autem de auditu iam ſuprà; ac de auditus modo, Lucretius eodem lib. 4. ab eo verſu,

Principio auditur ſonus, & vox omnis —— &

deinceps.) Sed vtrum horum duorum ſonat? vtrùm id quod verberatur, an id quod verbe- *Verberatum verberatumne reſonet, an vtrumque?* B rat? At conſtat vtrumque ſonare, modo autem diuerſo. Sonus enim, motio eſt eius, quod eo *Sonus, quid, & quæ apta ſono.* motu moueri poteſt, quo mouentur ea, quæ reſiliunt à corporibus læuibus, cùm quiſpiam percutit. Nec omne quoduis tam verberatum, quàm verberans, ſonum efficit, vti diximus. non enim, vt patet, ſonus efficitur, ſi acus feriat acum; ſed opus eſt, vt id quod verberatur, ſit planum, quò ſimul aër inde reſiliat, totúſque concutiatur. (vidi tamen non rarò colli- *Quòd non ſola plana reſonent. Contra Ariſt.* ſos duos globos, ſonitum inſignem reddere.) Atque de ſono quidem hæc ſufficiant, quæ Ariſtoteles pluribus diſceptat.

C Vox autem, ſonus quidam eſt animantis: *Vox, quid: & quòd non animatorum.* nihil enim inanimatorum vocem habet: ſed ſimilitudine quadam dicuntur vocem emittere, vt tibia, lyra, cæteráque inanimata, quæcumque extenſionem, concentum, & locutionem habent. horum enim ſoni ſimiles eſſe voci videntur, quia vox & hæc eadem habet. Atqui complura ſunt animalium, quæ non *Animalia quæ muta & quæ.* eliciunt vocem: vt ea, quæ ſanguinis expertia ſunt: & eorum, quæ ſanguinem habent, piſces. atque id non abſque ratione: ſiquidem ſonus, motio quædam aëris eſt. Sed qui vocem dicuntur emittere, vt Acheloï fluuij piſces, ij *Acheloï piſcium ſonus unde.* D branchiis ſanè ſonitant, vel aliqua ſimili parte. Vox autem, ſonus eſt animalis: & non quauis parte, ſine diſcrimine, efficitur: ſed cùm *Vox quid, & quemodo fiat: item ſonus.* aliquo percutiente aliquid, & in aliquo (qui quidem eſt aër) ſonus effici ſoleat; iure profectò vocem animalium ea ſolùm habebunt, quæ ſuſcipiunt aërem. Iam enim ipſa natura, *Linguæ uſus.* vt ad guſtum, & ad locutionem vritur lingua: quorum guſtus quidem neceſſarius eſt: quapropter pluribus ineſt. interpretatio verò, eſt *Guſtus uniuerſalior voce, cur.* gratiâ boni. ſic & aëre, qui reſpiratione trahitur, ad duas vtitur operationes: ad internum *Reſpirationis uſus duplex.* (inquam) diſponendum calorem; quod quidem eſt neceſſarium, & cauſſam in aliis explicabimus: & ad vocem etiam conficiendam, ob bonum. Inſtrumentum autem reſpirandi, *Reſpirandi organa.* fauces ſunt: pulmóque id eſt, cuius gratiâ eſt iſta pars. nam ea quæ gradiuntur, hac in parte plus habent caloris, quàm cætera. Is præterea locus, qui circa cor eſt, primus reſpiratione ni- *Reſpirationis neceſſitas vnde.* mirum eget. iccirco neceſſarium eſt aërem ingredi reſpiratione attractum. Quare vox, eſt *Vox quid fit, & vbi fiat, & ex quo.* ictus aëris reſpiratione attracti: quiquidem ab anima fit ea, quæ his in partibus collocatur, ad eam partem, quæ gurgulio appellatur. Non enim omnis quiuis animalis ſonus, vox eſt, vti

Ad vocem quæ requiruntur.

est, vti diximus (fit enim vt lingua sonus efficiatur, & etiam vt tussientes efficiant) sed oportet & animatum sit, id quod verberat, & aliqua cum imaginatione. Vox enim, sonus quidam est significatiuus, & non aëris eius, qui respiratione trahitur, vt tussis. sed hoc ferit aërem eum, qui est in gurgulione ad ipsum. Signum autem est, non posse quenquam edere vocem, spirantem aut respirantem, sed aërem detinentem: detinens enim aërem, hoc ipso nimirum mouet. Patet autem & quam ob caussam pisces vocem non fundunt: fauces enim non habent. at hãc partem non habent, quia non suscipiunt aërem, neque respirant. sed qui ita dicunt, vehementer aberrant: quam autem ob caussam, alius sermo erit. hæc Aristoteles loco dicto, & verò plura de voce scribens sect. 11. problematum. & cap. 9. lib. 3. de histor. animal. vbi vocem à sono & locutione distinguit. Quæ mihi potissimùm Lactantius, vt dixi, notare & eleuare velle videbatur: cùm tamen non haberet, quid potius, aut melius diceret: & caussam vocis inter ea referendam putaret, quæ sunt homini incognita. licet & hoc loco Aristoteles, & illo superiore Cicero, ea retulerint, quæ rem satis apertè explicare videntur. nisi siquis est, qui sola ea comprobet, quæ ipse inuenerit. Quanquam verba ex eo dici, quòd aërem verberent, cogi nolim vt credam: de re potiùs, quam de etymo agitur.

Vox sine aëre non fit.

Pisces cur muti, necspirabiles.

Arist. an hoc loco pisces respirare insinuet, cùm alibi neget?

Lactantius non putat vocis modũ percipi.

Arist. & Cicero contrà.

An verba ab aëre verberado?

Author finitionum medicinalium (venio enim deinceps ad medicos) vocem fieri dicebat per principis animæ motum, sese ac spiritum simul per fauces vsque in pulmones & linguam extendentis: nempe iis vicinum aërem diuerberantibus. Zeno Stoïcorum familiæ & pater & author, vocem à corde emanare putabat, & sic breuiter colligebat. Vox per guttur procedit: quòd si à cerebro procederet, non per guttur procederet. Vnde autem oratio, inde etiam vox procedit. procedit verò à ratione & mente oratio. non igitur in cerebro mens est. Eandem conclusionem Diogenes Babylonius Stoïcus, aliis & pluribus verbis ita conficit: Vnde emittitur vox, inde etiam articulata vox. si articulata, etiam significans. significans verò vox, nihil aliud, quàm oratio est. oratio igitur inde quoque emittitur, vnde & vox. vox autem non ex capitis sedibus: sed, vt apertum est, ex inferioribus emittitur: per arteriam enim sine dubio transmeat. Neque oratio igitur à capite, sed ab inferioribus potiùs emittitur. Atqui illud quoque, orationem à mente proficisci, verum est: quippe cùm nonnulli etiam ipsam ita definiãt, Oratio, est vox significans, profecta à mente & ratione. Alioqui etiam verisimile est, vt à mentis notionibus informata & quasi expressa oratio exeat: ac tempore intra cogitandi & proferendi spatium, porrigatur. Efficitur itaque vt mens etiam ipsa non in capite, sed in inferioribus, & præcipuè in corde collocata sit. hæc Diogenis conclusio est, pluribus quàm Zenonis, verbis explicata. quibus ita Chrysippus succinit: Conueniens sanè ac

Zeno.

Vox à corde, non à capite. Ideo mens in corde.

Diogenes Stoïcus.

Vox & oratio vnde erumpat.

Oratio quid.

Mens non in capite.

Chrysippus.

probabile est, vt ea sit præcipua ac dominans animæ pars, in qua notitiæ rerum imprimuntur, & ex qua oratio emanat. Neque enim alius orationis, alius mentis: neque alius vocis, alius rationis fons est: neque in vniuersum atque absolutè alia vocis origo est, alia præcipua dominánsque animi pars. Consentaneam quoque his mentis definitionem illi assignant, qui ita dicunt. Mentem, orationis fontem esse. In summa, vnde oratio emittitur, illic etiam ratiocinationem, intelligentias, & meditationes orationis, vt dixi, fieri necesse est. quæ omnia in corde fieri, cùm ex eo & vox & oratio emittatur, perspicuum est. Non alienum præterea à verisimilitudine est, vt in quo, quæ dicuntur, imprimi constet, ex eo quoque exprimantur: vocésque inde, quo prædictum est modo efficiantur. Atque hæ Stoïcorum de voce conclusiones sufficiant, breuibus lemmatis, & quasi minutis orationum aculeis ex more compositæ. quæ quia de animæ principatu controuersam attingunt sententiam, in illud tempus differantur: quoniam multa implicant, quæ longa disputatione egent.

Anima princeps, rerum notitias & orationem & vocem expromit.

Et rationis, & vocis, & orationis, & mentis idem fons in corde ex Stoicis.

Mira quid.

In quo verba imprimuntur, ex eo etiam expromuntur.

Stoïcorum oratio qualis.

Cæterùm quæ ad vocem pertinent, illud satis conuincit falsis niti principiis, quòd facta in viuis experientia, & Galeni testimonio cõprobata lib. 1 & 2. de placitis Hipp. & Plat. fissis olim victimæ lateribus, & corde detecto, eóque vel manu, vel forcipe prehenso, animal nihilominùs vociferari & proclamare pergebat. quin & quod mirum sit, corde putato & auulso, aliquandiu incedere, currere, clamare, respirare (vnde cor, origo neruorum, aut vitæ dici improbatur) At neruis thoracis amputatis & interceptis: at secta spina dorsali, ne dicam capite truncato; at solis neruulis recurrentibus compressis, vel etiam transuersim incisis, continuò voce priuari deprehendebatur. sicuti & vulneratis cerebri ventriculis, aut etiam solummodò compressis, animans statim sine motu & sensu, sine voce & spiritu permanere. Enimuerò hoc vtique verisimilius est, quàm quod de capite referunt, vt abscissum loqui potuerit. nisi id diuino fiat miraculo, vt alibi de Diuo Paulo scripsimus, cuius caput exectum, triplici saltu edito, ter IESVM inclamauit. atque huic miraculo, Tres fontes in Italia locus cognominatus fidem facit. Ferunt etiam Dionysium Areopagitam, Athenensium Episcopum Pauli manibus consecratum, in Gallia & partibus occidentalibus Christi fidem prædicantem, & pro ipso, martyrij corona donatum; caput sibi relectum in manibus gerentem, ad duo millia passuum tulisse: ibique id, in quam inciderat, mulieri tanquam depositum tradidisse; vt scribit Nicephorus cap. 20. lib. 2. Plena vita est his vaticiniis, sed plerumque falsis, sicut ingenti exemplo docebimus, ex Plinio lib. 7. cap. 52. Bello Siculo Gabienus Cæsaris classiarius fortissimus captus à Sexto Pompeio, iussu eius incisa ceruice & vix cohærente, iacuit in litore tota die. deinde cùm adueserauisset, cum gemitu precibúsque congregata multitudine,

Quòd vox non à corde.

Ab experientia.

Animal corde exẽpto spirat, clamat, currit.

Mirum.

At neruis vocalibus interceptis, aut præcisis, vox perit.

Sic cerebri ventriculis confossis.

An capite truncо loqui pote?

Historia. Pauli caput precisum, ter IESVS, dixit. inde Trè fontes.

Dionysium Areopagitã patratum suum sibi caput manibus duo millia passuũ gestat.

Gabienus cæsa ceruice Pompeio mira narrat ab inferis.

petiit vti Pompeius ad se veniret, aut aliquem ex charis mitteret. se enim ab inferis remissum habere quæ nuntiaret. Misit plures Pompeius ex amicis: quibus Gabienus dixit; Inferis diis placere Pompeij caussas & partes pias. proinde euentum futurum quem optaret. hoc se nuntiare iussum. Argumentum fore veritatis, quòd peractis mandatis protinus expiraturus esset. idque ita euenit. qualem vtique euentum belli istius ciuilis Lucanus vates ita cecinerat, sed ex aduerso; *Victrix caussa dijs placuit, sed victa Catoni.* Nempe superis atq. inferis diis aliter atque aliter visum. Sunt tamen qui Homerū testem adhibeant, quasi illud fieri posse insinuarit eo versu Iliad. x. vt caput amputatum loquatur.

Pompeij an Cæsaris partes meliores. N. interpretatur ambages demens.

Φθεγγομένου δ' ἄρα τοῦ κάρη κονίῃσιν ἐμίχθη.

Caput putatum loquitur.

id est, *Ipséque dum loquitur, miscetur pulvere vertex.* Hoc tamen Cares referunt (quorum fides suspecta mendacij esse potest videri) cùm Iouis Hoplosmij sacerdos esset occisus, & à quo, non constant; ex capite resciso auditum,

N. quid quòd caput æneum fabrefactum, locutum perhibetur?

Ἐπ' ἀνδρὶ ἀνδρα Κηρὶς ἀπέπεσεν.

Virum super viro Ceres das occidit.

Cares mendacet. Iouis sacerdos truncato capite homicidam arguit.

Captúmque hoc indicio homicidam supplicio traditum. Sed enim caput æneum ab Alberto Magno ita fabrefactū legimus, vt per se ipsum loqui posset. de quo nos posthàc vspiam. Credibilius est nobis quod refert Nicephorus lib. 18. cap. 25. Golinduch virgo & martyr Persica, post resectionem capitis deinceps vixit superstes: vtique & locuta est. At fieri non potest, ait Arist. cap. 10. lib. 3. part. animal. caput vt præcisa arteria, & sine motu pulmonis loquatur. Hippocrates verò lib. de carnib. vocis & sermonis naturam facultatémque sic explicat; Totum corpus spiritum intrò trahit: plurimum verò in cauitates sibi ipsi accumulat. is enim qui per inane foràs currit, strepitū facit. caput enim resonat (quod aph. 52. lib. 7. repetit, de sternutamento differens) lingua verò articulat occurrens in faucibus obturánsq. ac pellens ad palatum & dentes, claritatem eius facit. Si autē lingua semper occurrens non articularet, non posset homo clarè differere: sed singula à natura vnā vocē haberét. Huius signū est; Muti ex natiuitate differere non possunt: sed vnā tātùm vocem sonant: etiā si quis spiritū efflās, sermonem proferre conetur. manifestum autē hoc est; Homines vbi voluerint magnam vocē edere, attrahentes spiritū sorinsecum, eū foràs propellunt, & magnam vocem edūt, prout spiritus durat: postea verò vox contabescit. Sed & citharœdi, cùm ipsos vocem intendere oportuerit, spiritū quamplurimum intrò trahentes, pronuntiationem extendunt & vociferātur ac vocem magnā edunt, prout spiritus durarit. vbi verò spiritus defecerit, desinūt. Ex quibus manifestum est, quòd spiritus est, qui vocem edit. Vidi autem iā quosdā, qui sibi ipsis manu illata guttur penitus præsecuerāt: atq. hi viuunt quidē, verùm nullā vocem edunt, nisi quis guttur cōstringat: hi autē sermonē proferunt. Manifestum verò & hoc est, quòd præfecto gutture spiritum attrahere intrò in cauitates non possunt: sed per præfectā partem exhalat. Rursus idem sub finē l. 1. de diæta sic ait; Similiter autem & vocis qualiscūq. tandem fuerit, meatus spirituum caussa sunt. per qualescūq. enim aër mouetur, & ad qualescūq. allabitur, talem necesse est esse vocem; & hāc quidem tū deteriorē, tum meliorem facere possibile est: quia læuiores ac breuiores facere meatus possibile est. Sic sanè res de voce ac sermone sese habet de Hippocratis quidē sententia: de qua pòst paulò pluribus. idem verò rursum sic lib. de alimēto, planè Laconicè; Principiū aliméti spiritalis, os est, nares, guttur, pulmo, & reliqua spiracula. quæ nos duce potissimùm Galeno, sed spiritu Dei impellēte & mouēte, deinceps inquirem⁹, rēq. suis ex caussis ac principiis demōstrabim⁹.

Sola lingua vocum discrimen facit.

Muterum vox vna semper sui simulq.

Vox magna sonúsq. quō fiat.

Spiritus vocem edit.

Vocis modum sequitur spiritus meatuum naturam.

Organa spiritus.

Cùm sint igitur tres in genere respirationis caussæ, facultas voluntaria, instrumēta voluntati subseruientia, atq. vtilitas ipsa, cuius caussā fiunt cætera: Vtilitas principem inter respirationis caussas locum obtinet; vtpote quæ innati caloris symmetriā & cōmoderationem cōseruat, & animalis spiritus substantiā nutrit. Voluntas verò disponit, & velut ad rythmum coaptat respiratorias actiones. Instrumentorum autē species multifida ac multiplex existit: quædam enim vehendo spiritui destinata sunt, alia suscipiendo, alia mouēdo. Principium itaq. est aër, qui per os & nares trahitur, materia existēs vtilitatis respirandi, bifariàm partitus: & altera quidē minore sui parte per nares ad cerebrum defertur: altera verò maiore, per asperā arteriā in pulmonem deuehitur. Atqui ipsa arteria, organum vocis, via est respirationis. Pulmo verò, velut ventriculus profundus, aut capax vtriculus spiritui destinatus est. eius autē dilatationē & cōstrictionē thorax gubernat, qui musculis mouetur, & ossibus articulatè connectitur. Quin & ipsum septū trāsuersum, respirationis organum est. atq. adeo musculi intercostales vtrinq. numero viginti duo: quorum alij externi expirationem perficiūt: interni verò, inspirationem (qua tamen de re posthàc suo loco accuratiùs) reliqui dilatāt, cōtrahunt, & singulis cum oppositis, respirationi seruiunt; tū liberæ & nō violētæ, cui isti septū trāsuersum præest: tum violētæ ac vehemēti, quam scapulæ & costæ adiuuant cum suis quæq. musculis. Nerui autē diaphragmatis duo à cōnexione quarti & quinti spōdyli oriuntur. musculorum verò intercostaliū & pectoris à spinali medulla nerui prodeunt. Itaq. si cōferre voles respirandi artificiū cum re aliqua externa; Volūtas similis est equiti habenarū ductu equos regenti. habenis similes sunt nerui: & equis musculi. Vtilitas autem, vltimū est respirationis votū. quomodo victoria, artis aurigandi siue stadiodromi scopus est. Porrò natiuus calor per immissum spiritum refrigeratur, & per eundem emissum repurgatur, fuligine foràs educta: vt nihil admodùm de aëre attracto pereat, sed sola qualitas immutetur. Hæc autem vocis vnica & vera materia est (licet Galenus impropriè expirationem & exsufflationem, materiam vocis fortè per meronymiam dixerit lib. 4. loc. affect. cap. 7.) quam qui à corde emitti dixerit; licet idem Galenus omnino neget; tamen nihil aut parum abertabit. Et Stoïci si vocem à corde

Tres respirationis caussæ, quæ.

Vtilitas respirationis, & via voluntatis.

Organorū spirabilium differentia: & aer quā subeat.

Arteria & pulmonis vsus. A simili.

Pulmonis motus vnde.

Diaphragmatis vsus ad respirationem, & musculorum intercostalium, & vnde his nerui.

Similitudo respirandi organorum cum quadrigis & aurīga.

Respirationis vsus

Vocis materia de corde, quæ & inde vox.

Au homo præfecto gutture superstes loquitur?

Mirum. Aer per larynga sēsim exhalat sine voce.

oriri eo ſenſu dicebant, verum vtique profe-
rebant. quanquam morum aliunde pẽdẽre iam
oſtendimus. Galenus autem eorum ſententiam
vt falſam improbauit; qui primum ac præci-
puum vocis inſtrumentum propriúmque, gut-
tur eſſe tradit: eo motus argumento, quòd ſi
quis infra ipſum, aſperam arteriam inciderit,
vocale animal ampliùs non erit: liberè tamen
& ſine vllo impedimento anhelitum ducere
adhuc valebit. & homo ſic vulneratus, ſi lo-
qui enitatur, nihil aliud quàm cum ſibilo con-
iunctam expirationem quandam reddet. quã-
quidem, ſi ſine loquendi deſiderio fit, exſuffla-
tionem appellare conſueuimus. Nam in expi-
rationibus extrà quidem fertur ſpiritus: non
tamen cum ſibilo aliquo: neq. profusè ſtatim,
ſed paulatim egreditur. Neque præterea cùm
ab inferioribus locis ſurſum aſcendit ſpiritus,
niſi priùs temperetur formetúrque à gutture,
continuò vocis formam: ſed (vt dictum eſt) ex-
ſufflationis ſpeciem adipiſcitur. Percutitur
enim à gutturis chartilaginibus, perinde vt ple-
ctro quodam, exſufflario hæc: atque ita in vo-
cem euadit. Non tamen omnis aëris percuſſio
vocem facit: ſed oportet ſymmetriam quandã
eſſe ſubſtantiæ rei percutientis, ſimul & robo-
ris; quò aliquantiſper aër reſiſtat; nec primo
ſtatim impetu ac coïtione victus deiiciatur.
Quam ſymmetriam guttur chartilaginoſum
adeptum eſt, inter durum & molle media qua-
dam conſtans ſubſtantia. Tribus verò chartila-
ginibus, quæ à multis variiſque muſculis mo-
uentur, guttur ipſum (Græcè βρόγχος dictus)
conſtat, vti poſtea demonſtrabo, totam ſpira-
bilium partium hiſtoriam percurrens. Muſculi
verò ipſi, inſtrumenta ſpirationis vocíſque ef-
fectricia, à neruis qui à cerebro diffunduntur,
motionem adipiſcuntur. quibus ſectis aut cõ-
ſtrictis, motum intercipi neceſſe eſt. Proprium
igitur vocis inſtrumentũ Galeno quidem gut-
tur eſt, & qui id mouẽt muſculi. muſculorum
autem nerui, vt dixi, à cerebro deſcendunt. In-
de lingua, non vocis illud quidem, ſed loquelæ
inſtrumentum, ſuis & ipſa neruis & muſculis
prædita. Vt autem vox fiat, repentè ſimul ac
vehementer ſpiritum effundi neceſſe eſt. nam
ſi leniter & molliter ſpiritus effundatur, expi-
ratio fit ſine ſono (quod Lactantius aſſequi poſ-
ſe diffidebat) & hoc differt expiratio ab exſuf-
flatione, Græcè dicta ἐκφύσησις, quòd in hac, cum
ſono atque impetu expellatur ſpiritus: in illa
autem, ſenſim & cum quiete remiſſiùs exeat.
Indiget præterea vox tranſitu anguſtiore, qui in
larynge fit. non tamen ſimpliciter anguſtiore:
ſed qui paulatim ex amplo ad ſtrictius tendat
paulatímque rurſus ex ſtrictiore amplificetur.
Quod munus eſt ligulæ, ſiue ob ſimilitudinem,
lingulæ dictæ: quam Græci ob eandem cauſ-
ſam, ὑπερῷον nominant, in ſpatio laryngis in-
terno poſitæ (per quod intrò & foràs effertur
ſpiritus) quà arteria & laryux inter ſe conne-
ctuntur: quæ videlicet ipſum aſperæ arteriæ
caput claudit. Dicitur enim larynx, tumor ille
duriuſculus, tribus chartilaginibus duris con-
ſtans, qui foris eminet in gutture, potiſſimùm
in maribus: vbi cum pharynge ſiue gula inter-
A dum vocata (quod eſt ſummum arteriæ caput,
quæ ſimiliter à Græcis βρόγχου τραχεῖα nominatur)
ipſa arteria aſpera iungitur; quæ ſurſum nobis
deglutientibus fertur. ac vulgus neſcio qua ſu-
perſtitione, morſum pomi Adami vocitat. Ve-
rùm in explicanda partium & organorum vo-
calium anatome quid diutiùs moror, cùm ea-
dem mihi poſthàc repetenda ſit: & eam Gale-
nus accuratiſſimè futiſſiméque ſit proſecutus?
apud quem non ratò libri de voce fieri mentio-
nem video: ſed nullum commentarium ſub
hoc titulo apud illum legi. nam qui inter li-
B bros ſpurios reiectus eſt, non videtur tanto
authore dignus: licet ex eius commentariis bo-
nam partem deſumptus poſſit videri.

Porrò autem rediit nuper in lucem fragmen-
tum diſſectionis vocalium inſtrumentorum
Galeno adſcriptum: ex quo, quæ ad vocem
pertinent, hæc pauca ſubduxi, cauſſam, mate-
riam, inſtrumenta, locum, modúmque vocis
inſinuantia. Vox, eſt aër percuſſus. Omnia
fiunt à tribus, nempe artificibus, inſtrumentis
& materia. Rationem cauſſæ & artificis obti-
nent, quæ nobis inſunt facultates tum natura-
les, tum animales. ſed naturales citra noſtram
C voluntatem & electionem agunt: animales
ferè ſecundùm voluntatis imperium. Quo-
niam igitur omnis voluntaria actio ab animali
facultate prouenit: arbitratu verò noſtro vo-
cem tum edimus, tum ſiſtimus: fuerit ſanè,
quæ in nobis vocem artificioſè fabricat, ipſa
animalis facultas. inſtrumenta autem vocis,
muſculi ſunt & nerui. materia porrò, aer eſt,
ſiue ſpiritus in nobis genitus, à facultate ani-
mali per neruos & muſculos percuſſus. De lo-
co, controuerſia eſt: Homerus hoc verſu lo-
cum vocis, caput inſinuat;

Clamorem emiſit, quantum caput huic capiebat.

D Plerique thoracem opinantur, alij pulmonem,
alij linguam. qua inciſa, Tereus Philomelæ vo-
cem dicebatur ademiſſe. ſed perperàm, quia
ἄφωνα, ſalua reſpiratione & lingua contingit.
Galeno quidem bronchi caput, ſeu larynx, ſiue
guttur, vocis inſtrumentum eſt & cauſſa: nares,
meatus: os deniq. receptaculum. Bronchum
enim nerui mouent: muſculi voluntati obe-
diunt: chartilagines ſpiritu colliſo reſonant.
cur autem chartilagines ſint, non oſſa, & quot,
& quales, idem tibi referet in anatomicis, &
nos alibi. ac de muſculorum vocalium numero
& actione, etiam paucis ibi fragmentis tranſi-
E gimus. nos iã meminimus, & pòſt refricabimus.
hoc tamen nunc ſcire conducit. Reſpiratio fit,
dum thoracis muſculi intenduntur. & coſtas in
ſublime attollunt, totámq. internam capacita-
tem latiorẽ maiorémq. reddunt. Interim enim
accidit, vt pulmo dilatatus thoracem dilatatũ
inſequatur. Cùm autẽ ea quæ in pulmone eſt,
capacitas maior reddita ſit; ambiẽs aer per aſpe-
rã arteriã & os & nares, ad ipſam, ab attractio-
ne vacuum conſequente, velut in fabrorum
folles attrahitur. Hoc ergo modo inſpiratio fit,
plurimis thoracis muſculis intẽtis. Spiritus ve-
rò latio, quæ extrorſum fit, quam expirationem

Vocis proprium organum, ex Gal.

Arteriæ ſectio infra laryngem, voce primat.

Exſufflatio quid, & differentia ab expiratione.

Expiratio quando vocem faciat, & quomodo, quãdo non. à ſimili.

Exſufflatio quando vocem fingat: & gutturis ſymmetria.

Bronchi compoſitio.

Muſculi vocales vnde neruos habeant.

Guttur, præcipuum vocis inſtrumentũ: & lingua, ſermonis artifex, ex Gal.

Exſufflatio ad vocem neceſſaria.

Expiratio & exſufflationis differentia.

Vox qualis meatu indiget laryngis.

Epiglottidis vſus, ſitus, figura, nomen.

Larynx quid, & pharynx.

Morſus pomi Adæ.

Gal. liber de voce.

Vox quid.

Tres omnium operum cauſſæ.

Facultatis naturalis & animalis vis.

Quòd vox ab animali facultate.

Vocis organa, locus, materia.

Tereus & Philomelæ fabulatio.

Vocis organũ ex Gal. præcipuum.

Reſpiratio quæ ſint, ac primum inſpiratio.

Inſpiratio qui fiat: à ſimile. Item expiratio.

vocant, hoc pacto fit. Muſculi qui contrario motu thoracem mouere creduntur, coſtas vnà cum ſepto transuerſo, qui & ipſe latus muſculus eſt, trahunt, thoracémque coarctant. qui compreſſus pulmonem conſtringit: atque ille compreſſus, recurrentem ſpiritum per bronchum & os foràs extrudit. Cæterùm per thoracis dilatationem, ſpiritus in pulmonem attrahitur; primaria quidem ratione, ob caloris circa cor exiſtentis refrigerationem: ac præterea ob corporis perſpirationem: & ipſius ſpiritus animalis nutritionem. ſecundaria verò, ob vocem. Nam illius ſpiritus, qui in pulmone confectus eſt, pars tenuior ſynceriórque à corde attracta, primas illas vtilitates præbet: ſuperflua verò ac recrementitia, quia nihil iucundum, nihil graue habet (contrà quàm accidit excrementis cibi & potus grauibus & olidis) per eandem viam recurrendo excernitur. neque illud inutile futurum; ſed inſigni naturæ prouidentia conſilióque, ad vocis generationem vtiliter ceſſurum. Atq. hæc breuiter de vocis cauſſa, organis, materia, loco modóque, ex fragmentis Galenicis conſarcinaui. Idem portò lib. de prænotione, narrat habitam ſibi cum Stoïcis & Peripateticis diſceptationem de voce, quî fiat, & Boëtho ea dictaſſe, quæ non extant. In ſumma autem, inſpirationem fieri, dum diſtenditur thorax: expirationem verò, dum contrahitur. Deinde expirationem ſine ſtrepitu fieri per inuiolentam ſpiritus foràs lationem: violentam autem, cum ſtrepitu, quam efflationem ſeu exſufflationem nominant. & ab hac ſola in tranſitu per fauces, dum à chartilaginibus verberatur, vocem perfici beneficio neruorũ & muſculorum thoracẽ mouentium.

Materia vocis ex aëre expirationis.

Inſpiratio, expiratio qui fiat.

Expirationis & efflationis differentia: & vnde vox.

Differentia ſoni, vocis, ſermonis.

Sed his modò prætermiſſis, quæ ab ipſo authore peti poſſunt, ita de voce & colligo, & ſtatuo; Primùm differre ſonum & vocem & ſermonem, vt partim ex Ariſtotele patuit, partim paucis deinceps verbis explicabo. Sonus enim, rerum inanimatarum eſt, ex colliſione duorum corporum aerem diuerberans. Quanquam & hoc quidem modo vox inarticulata poſſit ad ſonum referri, velut ſpecies ad genus: quia aer ferit aërem, corpus quidem vnum aliud elidẽs. etiãſi philoſophi vox an ſit corpus, inquirunt: & Pythagoras, Plato, Ariſtoteles negant: Stoïci contrà aſſerunt: eò quòd agat & moueatur: vt in echo conſtat; non illa ludicra & cauillatrice Eraſmi, præſertim aduerſus parũ bonos & pios ſacerdotes inſtituta: ſed præcipuè cum dicta Cyzicena, aut fortè Ægyptia, quæ à ſingulis deinceps pyramidibus editur ac repræſentatur. Deinde vox poteſt eſſe non articulata: qualis cantus eſt multorum muſicorum, qui ſuauiter canunt & modulantur, nec tamen vllam vocem edunt, quæ intelligi poſſit. Ad quam tamen cantus etiam diſertus, & qui intelligi poſſit, nunc à me referetur, qui intentione quadam vocis, aut accentu & melodia efficitur. Atque huc omnis muſicæ ſuauiſſima ratio & harmonia ſpectat alibi poſt noſtram Arithmeticam aliàs à nobis excutienda. Sermo denique & intelligi poteſt facilè, & hominis proprius eſt.

Sonus quid.

Vox ſub ſono.

Vox, an corpus.

De Echo, vide Ouidij Metam.

Cantus ad vocem referur.

Vox quid.

Sermo quid.

Quamuis & aues quaſdam artificis induſtria reddat loquaces, vt pſittacos, coruos, picas: de quibus multæ celebrãtur hiſtoriæ Plinio, Suetonio, Dioni & Budæo etiam noſtro in Aſſe, atque aliis: quas nunc non vacat attingere: ne illas quidem nominatiſſimas, An bos Romæ locuta ſit, vt Liuius aſſerit bis térve: & an canis Simonis magi, ex Nicephoro: An deniq. aſina Balaam vatis, non prophetæ, diſerta voce dominum increpuerit, vt Numer. cap. 22. legitur. quanuis Io. Bodinus noſter condiſcipulus poſt Rabbinos quoſdam aliter ſit interpretatus. ſed ad aues humana voce garrulas redeo.

Aues vocales.

Bos, aſina, canis locuti. Hiſtoria.

Pica loquax, hominum certa te voce ſaluto:
Si me non videas, eſſe negabis autem. ait Mart.

Pica loquax.

Ouid. autẽ, *Pſittacę humanas depromit voce querelas.*

Pſittacus

idem, *Pſittacus humanas decantat voce loquelas.*

idem, *Non fuit in terris vocum ſimulantior ales:*
Reddebas blaſo tam bene verba ſono. & Perſius, *Quis expedijt pſittaco ſuum χαῖρε?*
Picáſque docuit noſtra verba conari?
Cornos quis olim concanum ſalutare? Ex quo patet, dentes ad vocem non eſſe neceſſarios, vt ſine his, mera ſit infantia. nam & ſenes edentuli loquuntur: & auibus roſtra cornea, vice ſunt atque inſtar dentium. quod tamen Lactãtius inficiabatur. Galenus autem cap. 7. lib. 4. loc. affect. multam affinitatem fecit expirationis, exſufflationis citra ſtrepitum, exſufflationis cum ſtrepitu, vocis & loquelæ: quæ Græcis nominibus ita eodem ordine efferuntur, ἐκπνοὴ, ἐκφύσησις ἄνευ ψόφου, ἐκφύσησις ψοφώδης, φωνὴ, διάλεκτος. & quidem ea ratione & conſequentia, vt prima læſa expiratione, reliquæ quatuor lædãtur: violata vltima loquela, reliquas ſuperiores inuiolatas manere contingat: deniq. impedita ſumma & prima quaque, inferiores omnes duas, tres, quatuor ſimul impediri. Quinetiam iſtorum vnumquodque ſuis & propriis quodammodo edi inſtrumentis: expirationem nempe ab vniuerſis thoracem contrahentibus muſculis: exſufflationem ſine ſtrepitu (quæ eſt vehemens expiratio) à muſculis potiſſimùm intercoſtalibus: eam verò quæ cum ſtrepitu eſt, exſufflationem ab iis fieri qui ſunt in faucibus: vocem verò à ſummis gutturis muſculis, cum ſuis neruis à cerebro exortis: locutionem tandem ſiue ſermonem, à lingua cum ſuis muſculis vocem articulatim diſtinguente formari, ita tamen, vt nonnihil ad eam rem, dentes, labra, nares, palatũ gurgulio & ipſum linguę vinculum conferre videãtur. In genere tamen, muſculi abdominis, & muſculi intercoſtales cum ſuis neruis, & neruis iis qui recurrentes vocãtur, deinde ſeptum tranſuerſum & pulmo & arteria aſpera & epiglottis & lingua & nuper nominatæ partes oris internæ atque his annexæ, tum vocem, tum ſermonem conficiunt. ſúntque hæ cauſſæ & efficientes & adiuuantes & ſine quibus vox fieri nequeat, aut non ſanè commodè queat. Materiam vocis dixi non Galeni verbo vſus, ſed alio rem magis exprimẽte: fuliginem illam ſiue craſſum aerem, quem priùs attractum extrinſecùs, ipſa inſpiratio per os & nares & arteriam aſperam, in bronchia

Pica loquax.

Pſittacus

Cornos loquax.

Dentes ad vocem neceſſarij.

Differentia expirationis, exſufflationis, vocis, ſermonis, & horũ affinitas.

Sermo quô fiat, & quibus organis.

Communia organa vocis & ſermonis.

Cauſſa vocis, materia, ductus & reciprocatio.

Reſpirationis partes.

pulmonum & cordis ventriculos attraxerat. ipſa autem expiratio (quibus duabus partibus, inſpiratione inquam, & expiratione, tota reſpiratio conſtat) iiſdem viis, ordine quidem conuerſo foràs ſurſum efflauerat. vt non ipſa expiratio aut exſufflatio, ſi propriè loquaris, materia exiſteret vocis; ſed potiùs aërem illum (quod & ipſe Galenus alibi profitetur)pro materia vocis futurum ab intimis præcordiis educeret & expectoraret, vt Tullius cum Comico loquitur. Neq. tamen ita neceſſaria vehementi exſufflatione ad ſermonem aut vocem cõcinnandum,vti Galenus rebatur: cùm tenuiſſimo ſuſurro & leniſſima omnino expiratione, ſermo & quidem diſertus proferri poſſit. non ille quidem,procul qui exaudiatur, ob vocis exilitatem (qualiter Sichæus ille apud Ouidium per manes loquens, *Ipſe ſono tenui dixit, Eliſa veni*) & materiæ paucitatem & facultatis impellentis debilitatem, ſaltem ob cohibitam & repreſſam vehementiam. quibus contrà ſe habentibus, altas & procul intelligendas edi voces neceſſe eſt. quorſum dicebat Hipp.6. Epidem. Quibus plurimum calidum ineſt, vocaliſſimi ſunt: frigidus enim aër plurimus. ex duobus autè magnis magna ſunt & quæ oriuntur. Vox enim tum fit ingens, ait ibidem Gal. cùm multus aër celeriter expiratur; aſpera arteria gutturéq. latè patentibus, & pectore amplo ac dilatato, ſimúlque pulmonibus diſtentis. Semper enim cordis calori ac robori reſpondet ipſa gutturis & arteriæ aſperæ ac thoracis, velut domicilij proprij capacitas & amplitudo,quam ſibi inſitus illic calor molitur,& tanquam exædificat. At thoracis amplitudini non ſemper pulmonum magnitudo proportione reſpondet. ideo vocaliores eſſe ſolent, quibus cor calidius eſt, multúmque habet innati caloris, & ſua ſibi vaſa ad proportionem diſtendit atque amplificat. intelligo vbi nulla eſt vitioſa aut prana conformatio, aut aliud quiddam præter naturam contingens.

Gal. opinio de vocis materia.

Ad vocem & ſermonem non ſemper neceſſaria exſufflatio. N. contra Gal.

Vox aſſa & ſummiſſa qui fiat.

Qui ſint vocaliſſimi, & quamobrem.

Cor fabricatur ſibi proportionale domicilium.

Pulmones non ſemper thoraci proportione reſpondent.

Iam verò vocum differentiæ cùm ſint multæ; inſignes ex his ſunt extremæ duæ, videlicet grauis & acuta. mediæ multæ à rebus externis appellationes per metaphoricam ſimilitudinẽ mutuari ſolent: vt cùm dicitur vox fuſca, vox ſonora, vox limpida, vox clara, vox clangoſa, vox acuta,vox aſpera, vox lenis, vox rauca, ex accidenti. Cicero 2. de nat. Deor. ita opponebat ac diſtinguebat(vt alibi paruit) vocis genera permulta, canorum fuſcum,leue (puto potiùs lene) aſperum,graue acutum,flexibile durum. Denique vt in pulſibus,omnis differentia ſumitur à facultate, vel inſtrumenti conditione, vel ab vſu: idem etiam de voce dici poſſe autumo, & iam vtcumque patefeci. Vbi enim facultas eſt valida, & inſtrumenta lata atque expedita,& neceſſitas vrget ac poſtulat, tum magnam edi vocem contingit. in cauſſis autem contrariis ſecùs res habet. Obſeruatum eſt tamen, vt grauis vox fiat, præter organi latitudinem dictam, ipſum pharyngem deprimi, tres chartilagines vocales dilatari ac breuiari: vt ſit per amplum locum liberior aëris tranſitus.

Vocum differentiæ.

Vocum vt pulſuum ſumma tres differentiæ.

Magnam vocem quæ efficiant, & contrà.

Vox grauis & acuta qui fiat.

contrà autem, vt vox acuta reſonet, ſurſum
A larynx reducitur; tres dictæ chartilagines ſtringuntur; & quantum muſculi ac membranæ ſimul, in longum exportiguntur: fitque in larynge (qui finis eſt ſuperior arteriæ aſperæ, tribus dictis chartilaginibus conſtans) & in ſummo eius capite, cui ligula incumbit, minimus hiatus, per quem aër, vocis materia paulatim foràs expellitur. quibus opitulatur oris hiatus, hîc paruus,illic magnus, & reliquorum inſtrumentorum coadiuuantium paulo antè nominatorũ cõſentiens huîc aut illi voci diſpoſitio.

Larynx quid.

Ariſtoteles de his vocis diſcriminibus, præ-
B ter mihi dicta, tum & hæc diſſerit cap.7. lib.5. de genera. animal. Acuminis grauitatiſque cauſſam eandem eſſe arbitratur, quam & mutationis, cùm minora natu maioraque mutantur. natu enim minora vocem mittunt acutiorem, vt fœmina in omni ferè genere. hanc enim facultatem natura homini potiſſimùm tribuit, quoniam oratione ſolus animalium homo vtitur: orationis autem materia, vox eſt. Cùm autem graue in tarditate motus conſiſtat, acutum verò in velocitate: vtrum quòd moueat,an quod moueatur, cauſſa ſit tardi aut velocis, quæritur. Videtur autem grauitas vo-
C cis, naturæ generoſioris eſſe. necnon in modulatu, grauis modulus præſtantior incitato eſt. perfectum enim in ſuperantia conſiſtit: grauitas autem, ſuperantia quædam eſt. Sed cùm acutum & graue in voce,diuerſa ſint à magnitudine vocis & paruitate (eſt enim & acuta magna,& parua grauis) ſimili modo medius amborum tenor ambigit, quónam alio definienda ſit magnitudo vocis & paruitas;niſi multitudine eius quod mouetur & paucitate? item motus velocitate & tarditate? Graue eſt enim quod grauiter mouetur, multúmq. aëris tardè fertur:& vas per quod ſpiritus fertur,amplum eſt. Acutum fit cauſſis ex contrariis: illud iuuatur à calore,hoc autẽ à frigore:hæc Ariſtotelicæ lõgioris diſputationis ſumma quædã eſt.

Voris grauis & acuta, magna & parua cauſſa, & differentia.

Vox grauis qui fiat, & acuta.

Timæus Locrus de voce & eius differentiis
D ſic breuiter ſtatuit; Φωνὰ δ' ἔστω αἰσθητὸν πάθος ἐν αἰεὶ διαπεμφθὲν πρὸ τᾶς ψυχᾶς δι' ὤτων. ἁ δὲ πρὸς διάνοιαν ἄγοις ἅπασα χωρίστας. ἐν τούτοις πάντα, ἃ μὲν λάσια, ἃ δὲ λάσια, ἁπλᾶ δὲ. φωνᾶς δὲ ἃ μὲν ἁπλᾶς, ἁ μὲν ἐγχρῶα, ἁδρᾶ· ἁ δὲ βαρεῖα, βαρεῖα· μέσα δ' ἁ συμμιξόπικα. ἃ μὲν πλατὺ ἃ δὲ κεχυμένα μεγάλα· ἁ δὲ ὀλίγα ἃ μὲν ἀκαλαμένα, μικρά· ἁ δὲ πυκνὰ πρὸς λόγος μετρίως, ἐμμελεῖς· ἁ δὲ ἄπαντες πᾶ ἄρρυθμος, ἀμελεῖς πᾶ ἀνάρμοστος. id eſt, Vox, ictus eſt in
E aëre ad animum per aures deueniens: quarum meatus ad iecur vſque protenſi pertingunt. in quibus ſpiritus ineſt, cuius motus auditum conficit. Vocis igitur & auditus,hoc celere eſt & acutum; illud tardum & graue: medium dicitur,quod eſt moderatiſſimum. Atq. id quidẽ quod multum eſt & cõfuſum,magnum appellatur:quod paucum & coactum,paruum:quod verò ad muſicas proportiones conſtitutum eſt, modulatum. quod non eſt ita conſtitutum, ſed inordinatum & iners, immodulatum incõcinnúmque dicitur. ita ille Platonis ἀρχέτυπος.

Vox quid & quorſum, ac differentia.

Cæterùm cùm videantur tonorum eſſe infinita interualla: veteres tamen in *δίς ὅλῳ τόνῳ*

Tonorum interualla

quot sint, ac termini vocis humanæ.

istam infinitatem terminarunt; cùm non putarent hominis vocem posse terminum quindecim tonorum excedere: cùm videlicet citra hos vox obmutescat, præ densitate & obtuso conatu: suprà autem, gracilescat & euanescat, auium garritui, quàm humanæ voci similior.

An vox ad vicenum perueniat? Idem terminus naturæ & artis.

Recentiores tamen musici, harmoniarum limitem ad vicesimum vocis gradum extenderunt. Sed cùm artem conueniat naturæ, quoad fieri potest? respondere: haud abs re quidem veteres illi iisdem cancellis videntur rationem artis circunscripsisse, quibus humanam vocem natura terminarat, vt alibi scripsimus, cùm de musica ageremus: quam nunc intactam prætermittimus.

Ergo causas omnes vocis videmur adhuc attigisse, materiámque adeo ipsam, & plurima ex parte formam. nisi si lubet hoc adiicere ex recepta multorum philosophorum sententia (nam de Ciceronе & Stoïcis antea patuit) vocem edi ab anima velut iubente & imperante, aut si mauis, ab ipsa hominis voluntate. vix enim quis loquitur, nisi qui velit (sanè quidem nisi delirat aut somniat aut insanit aut torquetur & cogitur) voluntas autem libera ipsis neruis imperat musculos ciere; musculis, thoracem dilatare; huic, pulmones secum explicare; his, aërem foris intrò euocare; mox intus foràs maiore aut minore impetu, per ea quæ sæpe dixi loca explodere, ac ministerio instrumentorum vocalium, in vocem conformare. Inde est quòd Plato vocem ita definit apud Plutarchum lib. de plac. philosoph. Vox, est imperio cogitationis emissus ore spiritus, & aër impulsus, qui per aures & cerebri neruos in animum vsque peruenit. vbi tamen iusta de caussa, à suo illo Timæo defleit, non ad cerebrum, sed ad hepar perferri vocem dicente, vt nuper patuit: si modò in hac sententia perpaneat.

Vox ab anima & voluntate.

Voluntatis imperio vox quò fiat, per gradus organorum.

Vox quid sit.

Vox quò fiat.

Anaximander vocem oriri putat, cùm aër spiritum repercutit, eúmque ad aures vsque retorquet: quomodo fieri echô antè diximus.

Vox an fiat in ore? imò ab ore.

Alij aliter sentiunt. sed vocem intus & in ore fieri qui dixerit, præter Lactantium video neminem: nec possum intelligere, quî sic possit vox edi; cùm ore cluso, & naribus obductis vox nulla, nullus nedum sonus edatur. Quòd autem imperio animæ & voluntatis iussu prorumpat, indicauit vis illa, quæ Crœsi filium loquendi vsu defectum, ad protegendam patris incolumitatem, ministerio vocis instruxit. Captis enim à Cyro Sardibus, cùm vnus è numero Persarum ignarus viri, in eædem eius concitato impetu ferretur; velut oblitus, quid sibi nascenti Fortuna denegasset; ne Crœsum regem occideret, proclamando, penè iam impressum mucronem iugulo reuocauit. Atys Solino vocatur cap. 7. & ita exclamasse fingitur; Parce patri meo, Cyre, & hominem te vel casibus disce nostris. Ita qui ad id tempus mutus sibi vixerat, saluti parétis, vocalis factus est, vt Val. Maximus cap. 4. lib. 5. disertè narrat: & lib. 1. cap. 8. hunc ferè in modum. Ægles Samius athleta mutus, quum ei victoriæ, quâ adeptus erat, titulus & præmium eriperetur, indignatione accensus, vocalis euasit. Non minori miraculo, Nausimenis Athenienſis vxor, quum filij ac filiæ suæ stupro interuenissent, inopinati monstri perculsa conspectu; & in præsens tempus ad indignãdum, & in posterum ad loquendum obmuruit, ait idem ibidem. Possem vtiq. rem pluribus miraculis demonstrare, vel adeo ex historia ecclesiastica, ex qua aliusquam probabo fidelibus & credulis, nonnullos martyres linguis excisis clarè & disertè locutos, suã aliis iniuriam miserámque apertè narrasse. de quibusdam ita Nicephorus lib. 16. cap. 36. Cabades rex Persarum multos Christianos excruciauerat: adeo vt etiam multis membra & partes eas per quas vox editur, ademerit. qui tamen illis quoque sic amissis, non minùs quàm antea, clarè sunt locuti. de aliis alibi.

Nausimenis vxor obmutescit viso facinore inopino.

Martyres linguis excisis loquuntur. Historia.

Verum enimuerò vt ne finalem vocis caussam vnam de omnibus reliquam prætermittamus, ita Plato de vocis vsu & caussa, quamobrem sit hominibus à natura tributa, differit in Timæo, de oculis præfatus. Maximum opus, cuius gratiâ vtiliter nobis à Deo donati sunt oculi, deinceps explicandum censeo: Rerum enim optimarum, vt arbitror, cognitionem nobis oculi attulerunt: & horũ beneficio philosophiam adepti sumus. quo bono nihil vnquam maius mortalium generi datum est deorum munere, neque dabitur; vt post Platonem iisdem verbis Tullius scripsit, & nos antehàc loco producto ad verbum de Græco fonte protulimus; vt quod ille de oculis ad legẽdum cõmemorat, nos de auribus ad auscultãdum discendúmq. insinuemus: cùm ex auditu plerique non pauciora condiscant, quàm alij nonnulli oculis perlegendo cõsequantur. namq. nos ex Aristotele iam pridem indicauimus; duos ad disciplinam & ad artes perdiscendas omnino necessarios esse sensus, visum auditúmq;. Hoc igitur oculorũ maximum beneficium esse Plato asserit in Timæo post Timæum: vbi post nonnulla visus beneficia tum alia, tum quæ in cœli contẽplatione captantur, ita subiicit; Vocem quoq. auditúmq. eiusdem rei gratiâ deos dedisse nobis existimo. nam ad hæc ipsa sermo pertinet plurimúmq. conducit. omnisq. musicæ vocis vsus, harmoniæ gratiâ est tributus. & quæ sequuntur citata nuper à nobis, dum de visu & auditu ageremus. memini enim me etiã ex Aristotele protulisse, auditum, alterum esse ad disciplinas capessendas sensum necessarium. quo fit, vt qui vtroque priuantur sensu, & surdi & muti, iidem tum rerum omnium, tum disciplinarum rudes sint & ignari: vt etiã post Aristotelem magistrum scripsit in problematis Alexander Aphrodisieus. & quidem isthoc pridem problemate sic lusit Arist. sect. 11. Cur omnes surdi vocem reddere per nares assolent? An quòd propè absunt vt muti sint? muti autem per nares vocem extrudunt. eò namque spiritus illorum compellitur: quia ore compresso sunt. quod compressum ideo est, quoniam lingua his ad vocem reddendã vsui nullatenus est. & mox ibidem consequenter; Cur

Vocis caussa finalis.

Visus hominis cur datus.

Philosophia beneficium.

Auditus vsus ad disciplinam.

Auditus beneficium.

Duo sensus ad disciplinã necessarij.

Muti & surdi, idem ignarri.

Cur muti & surdi nare vocem edant.

Ægles de muto fit vocalis.

Digitized by Google

omnes ſurdi per nares loquũtur? an quòd ſurdi violentiùs ſpirant? quippe qui propè abſunt, vt muti ſint. Meatus itaque narium, ductu ſpiritus laxior redditur. ex quo fit, vt nonniſi per nares loqui poſſint. Quam ſententiam ſecutus Lactantius videtur, vt monui. addam verò vnum problema præterea ex eodem authore, quia ad manum eſt, atque ex Hipp. depromptũ agnoſco. Cur omnes qui natura ſunt calida, magnam vocem emittere ſolent? An quòd multum in his aërem feruidúmque ineſſe neceſſe eſt? vis enim caloris facilè ad ſe & ſpiritũ trahit & aërem: eóq. ampliùs id agit, quò amplior eſt. Vox autem magna tum oritur, cùm aëris multum agitatur. vtque acuta, cùm celeriter: ſic grauis cùm tardè aër incitatur. tu ibidem lege plura, ſi cupis: namque ego hunc de voce ſermonem breui claudere paro: vbi hac ſimilitudine familiari totã vocis naturam velut ob oculos legentis poſuero.

Cur qui calidiſſimi, ijdem vocaliſſimi.

Vox magna, acuta, grauis vnde.

Λάρυγξ τίνος.

Finge animo proponi tibi muſicum vtrem paſtoritium, quam vulgo corneam muſam dicimus: forſan quòd aliquando è cornu fieret, quæ nunc ex aluta. Cornicen is eſt, qui vocem cupit emittere. inſpirat in vtrem, animã, quem nos inſpirando ducimus aërem. tubulus ſeu ſyrinx & fiſtula, qua intrò halitus fertur, aſperã repræſentat arteriam. vtriculus diſtentus, pulmones inflandos & totum thoracem deſignat, futura inducti aëris conceptacula. quanquam aër in vacua thoracis ſpatia vix ſubit: ſed in bronchiis pulmonum, & horum ſubſtãtia fungoſa ac poroſa potiùs cõtinetur, homine quidem ſano. effoſſo enim latere, ſpiritus extra pulmones effuſus, etiam per vulnus & eius rimas efflat: quod admota candela vel flammula quotidie deprehenditur. Galenus tamen ad finẽ lib. 8. anatom. adminiſtra. aliquid ſpiritus ex pulmone in thoracem permeare demonſtrat, per aſſuetam veſicam. ſed pergo in inſtituta ſimilitudine. Aër introductus, compreſſione vtriculi tum eadem via regreditur, qua antè ſubierat: tum inferiore fiſtula, quam foraminibus ſex, aut pluribus perfuſam digiti admoti in ſonos varios animant atque articulant, & vt ita dicã, *ἀναρτίζουσι*. & hæc velut expiratio aut exſufflatio eſt. ac dum foràs aër ille violenter viam affectat, lingulam fiſtulæ offendit, quæ eſt velut noſtra epiglottis, ipſiſſimum vocis plectrum (quãquam Galenus laryngen plectri titulo, minùs tamẽ merito exornat, mea quidem ſententia; quem gargareonem Veſalius habet & interpretatur) ad quam aër cunctatur quodammodo & obluctatur ſonúmque edit, veluti mox vocem futuram. quaſi inſtrumento illo vicem ſuppletura ſit natura noſtræ ligulæ primũ ſeu epiglottidis: deinde vuulæ ſeu gurgulionis: quod etiã quibuſdam, vt ipſi adeo Andreæ Veſalio optimo anatomico lib. 6. cap. 4. magnæ anatomiæ, vocis plectrum habetur. licet eo planè cõſumpto & putrefacto, vt in lue Venerea, aut reſciſſo etiam ex doctrina Hipp. vox tamen maneat, rauca licet, atque vt Perſius ait *ὄνυξ*,

Rancidulum quiddam balba de nare loquantur.

Similitudo cornea muſa ad organa vocũ, per partes.

An aër thoracis ſpacia penetret?

Galen. & Veſalij & N. de voce plectro diuerſa opiniones.

Poſtremò & linguæ. quæ tria ſunt præcipua humanæ vocis inſtrumenta, meo quidem iudicio. licet Galenus primas laryngi tribuerit, quod antea guttur Latinè vocabamus: licet alia primò multa voci ſubſeruiant tum dicta antea, tum nunc repetẽda. Et quidem lingula iſta, inſtrumento huic muſico niſi adſit, inanis & ſtridulus flatus euadet atque erumpet. quomodo in nobis contingit, epiglottide omni motu deſtituta, aut læſione ſua parem inducente voci noxam. Larynx enim, quaſi tibia quædam aut fiſtula, lingua linguláve ſeu ligula, Græcè *γλώττα ἢ γλωττίδ* perſonat. Ipſa demum foramina fiſtulæ, quæ digitis admotis melos efficiũt, & tonos variant, & quibus aëri accinitur, & harmonia cõficitur: tum linguam ipſam, quæ vocem modulatur, referunt: tum ipſum palatum, ad quod concauum & reſonãs allidit vox, veluti *ἰχῶ* quoddam vociſque refractorium. Quo læſo, quantum damni vox accipiat, ſatis ij declarant, quibus lue venerea conſumptis, cœlum palati & dictus nuper gurgulio computruit. Sipho autem ille craſſus, ſiue canalis qui in humeros tibicinis ſeu fiſtulatoris reclinat, & *ὑμένα ἢ ὑμηνίαν* obmurmurat, nares ſignificat, ad quas vocis materia partim appellit, & quæ voci formandæ non parum conferunt. vt iidem illi ſatis oſtendunt, ſiquibus chartilagines naſi cum gargareone, vis atque malitia dictæ luis longo iam tempore adedit. Superſunt dentes & labra, quæ velut clauſtro quodam incluſum intus aërem partim cohibent, partim diſpẽſant pro ratione & neceſſitate vocis attollendæ aut deprimendæ, item acuendæ aut grauandæ. præter illud beneficium dentium, ad quos linguæ mucronem allidere inter loquendum, pridem diximus. atque hæc mihi de voce dicta ſufficiant.

Tria præcipua vocis organa, epiglottis, vuula, lingua.

Lingulæ neceſſitas ad vocẽ & ſonos.

Larynx fiſtula cõparatur.

ἰχῶ vocis.

Palati & gargulionis vſus ad vocem: & luis venereæ damna ad hæc.

Niſi hoc placet ad extremũ ſubijcere ex Io. Bohemo lib. 3. cap. 26. de Æthiopibus mirum. quibus linguã diuiſam natura dedit, & ab inferiori parte duplicem (mira narro, & nũquam audita aliàs) ita varia vtuntur loquela, vt non ſolùm voce hominum loquantur, ſed auium diuerſarum imitentur cantus. & quod admirabilius videtur, omnémque fidem ſuperat, vnà cum duobus hominibus perfectè ſimul reſpõdendo, tum diſputando loquuntur. vna enim linguæ parte vni loquuntur, reliqua alteri. ſic ille tradit: tu vide quid ſtatuas: nec me interim bona fide recitantem irrideas. quid verò ſit riſus, & quod ridiculum, deinceps ſi potero, exponam.

Mirum de Æthiopibus binas ſimul alloquentibus.

FINIS.

Digitized by Google

NICOLAI NANCELII ANALOGIÆ MICROCOSMI AD MACROCOSMON, LIBER QVARTVS.

De OEsophago & aspera arteria, déque cervice seu collo ipso.

CAPVT PRIMVM.

Transitio.

DESCENDO ad eam nostri partẽ corporis, in qua vitalia membra continentur: quæ est positæ iam antè diuisionis generalis pars secũda: haud paulò fortè transigenda breuiùs, quàm summa illa primáque, in qua animi domicilium, & facultatum eiusdem principum, sensuúmque omnium ac motuum sedem primariam inesse ostendimus: eorúmque vnumquodque explicauimus, non quantum argumenti dignitas postulabat: sed quatenus captus nostri mediocritas, & orationis exilitas, & totius tractationis huius magnitudo ferre aut poscere à nobis videbatur.

Capitis dignitas.

Capitis cũ thorace nexus.

Verùm quoniam nexu quodam intermedio caput thoraci annexum cohæret, quem pridẽ cervicem aut collum vocauimus, rigidum illud ac teres capitis fulcrum, nullum nisi quibus trachea arteria & gula (ideóque piscibus nullum, quibus illud vtrumque deest, nec capitis conuersio necessaria est) Græcis αὐχὴν ὁ τράχηλος, vt in nomenclatura humani corporis partium exposui: de hac quoque parte quædam sunt consideranda, multis adeo & claris olim philosophis ignorata. quæ tamen omnium scire interest multò maximè. Hanc igitur partem, forsan cervicem dictam, quia cernendo conuertitur: siue quia contuendo curuatur: & collum, quia per ipsum liquidus cibus ac potus percolatur: siue quòd torquibus & monilibus excolitur: hãc partem (inquam) septem de totis 24. effingunt spondyli inter se aptè compositi & colligari, ac demittendæ ad inferiora medullæ spinali, cæteris subiectis ampliùs & largiùs excauari atque perforati. In eadem sunt præter cæteras, duæ partes insignes: altera vehendo spiritui, respirando & loquendo à natura delegata: altera cibo glutiẽdo, potuique aut pharmaco ingerendo vomendóq. comparata. Hanc partem, οἰσοφάγον ideo veteres dixêre, quòd ea perferat quæ edũtur & bibuntur, vti mox ostendam: atque ab ore septũ per-

Collũ quibus adsit vel desit, & ad quid valeat.

Cervix & collum vnde dicta.

Colli constructio & vsus partésque.

OEsophagus vnde dictus, quátus, &

transiens, ad ventriculum vsque continuata, circa spondylum 11. & 12. (vt pòst dicetur) in eius capacitatem deponat. Ideo quibus collũ deest, nullus est œsophagus, ait Arist. Ea pars duabus est constrata tunicis neruosis: quarum quæ interior, totique ori atque palato cõtinua est, neruosior, durior, tenuior, rectis fibris cibũ attrahit ac deglutit (licet Falloppius omnes illi assignet.) exterior autem crassior, mollior, carnosior, transuersis circularibúsque villis tum deglutitionẽ accelerat, tum vomitum iuuat. Latini gulam vocauêre: quidam stomachum: de quo mox statuam (Columbus aduersus Vesalium internam tunicã œsophagi externa crassiorem contendit.) Illam quidem colli partem alteram, communi cum aliis nomine ἀρτηρίαν Graij indigitant, quòd aëri custodiendo fetendóque destinata sit: sed ob innatam duritiem, asperam & inæqualem, adiecto epitheto, τραχεῖαν distinxerunt: reliquas autem λείας, læues appellarunt. ac de vtroque genere posthàc. Constat illa multiplici chartilagine, quæ & βρόγχια dicuntur (ipsa enim illa aspera arteria, etiam βρόγχος à Græcis nominari consueuit) forma quidem sua, τὸ ὄργανον Græcorum, non quodlibet, sed falcis in modum, aut in morem semicirculi sic depictum C C exprimentia, maiori C. Romano haud absimilia: à quo & ὀργανικὴ nuncupatur: vel ab annuli similitudine, κρικοειδὴς. Larynx tamen, summum & palpabile asperæ arteriæ caput ac principium, faucibus continuum, tribus illis constat densis chartilaginibus per firma inter se ligamenta deuinctis. Quarũ quæ prima & antica & maxima, Θυρεοειδὴς nominatur, quasi quæ θυρεὸν, scutum nõ vndique rotundum, sed oblongum referat, parmę rotundæ seu peltæ paulò dissimilem. Altera ἀρυταινοειδὴς, tum loco, tum magnitudine media, ob similitudinem lecythi siue gutti, vasis olearij longo & angusto collo præditi, quã quidam Græcorum ἀρύταιναν solent appellare. quidam gutturnium aut infundibulum Latinè interpretantur. Infima autem proprio adhuc nomine, sicut & motu caruit. quam duplicẽ quidam faciunt. nostri, ob figuram, œnophoro comparant, quem vulgo brochum (forsan κατὰ

vbi, & ex quo.

OEsophagus nonnisi cum collo.

OEsophagus gula, stomachus pro eodem, quid agat & quomodo.

Arteriæ vnde dictæ, & hæc eadem trachea.

Arteriæ trachææ cõpositio, figura, partes. Βρόγχος & βρόγχια.

Larynx quid, eius compositio, & partium nomina ratióque.

Chartilaginum arteriæ asperæ nominũ ratio figuráque.

Brochus vnde dicatur. τῷ βρέχειν ἢ τῷ βρόχῳ, ab irrigando, aut à bronchi similitudine, quod natura ſit arte prior) dicimus, vt in partium corporis humani nomẽclatura priùs declarauimus. baſin κυκλοειδῆ à forma annuli huic Galenus aſſignat, & ſcutiformi in priore ſui parte ſubijcit: ita vt introrſum œſophagum verſus ſecedat. & illã ἐπιπροσθῆ, tum poſitione, tum magnitudine tertiam numerat lib. de anatome vocalium organorum fragmẽto. Quibus dictis tribus chartilaginibus ſumma ſui parte incumbit, ἐπιγλωττὶς velut ligula, vt dici ſolet ꝫ dempto: ſeu mauis lingula rotũda, chartilaginea, amplitudine paulò maior laryngis orificio, tracheæ dictæ arteriæ ſummo foramini diligenter obturando efficta & appreſſa. ne dum glutimus aut bibimus, aliquid eſculentorum aut poculentorum eò deerret. atque hoc vtrumque paulò antè diximus eſſe præcipuum vocis inſtrumentum.

Natura prior arte.

Cõtrouerſia de ſitu trium chartilaginum arteriæ.

Epiglottis & lingula cur dicta, vſuſque.

Arteria aſpera forma, ſitu, inſertio, vſus.

Hæc canna ſeu fiſtula aut canalis oblongus (aſperam arteriam intelligo) intus læuis, foris aſper, & quà ſubiectum poſteriorémque, ſpinã verſus, tangit œſophagũ, membranoſus, mollis & tenuis (ne cibo glutiendo officiat) rectus ab ore ad pulmones vſque fertur: in quos per tenuiſſima vaſcula ramulóſque diuiſus ſpargitur: aëri ſuſcipiendo probè à natura comparatus, ſuiſque & firmiſſimis membranis intus ac foris firmiter obſeptus atq. obfirmatus. & quà motui expoſitus eſt, ad vocem fingendã, multis & propriis & cõmunibus muſculis inſtructus, propriis quidem 12. communibus autem 8. óbliro pingui perpetuò madens: neruis recurrentibus ad vocem neceſſarius, miro & nouo quodam modo inuolutus.

Laryngis muſculi, & nerui recurrentes.

Philoſophi & medici differentia in re anatomica.

Hæc ferè de medicorum monumentis & anatomicis obſeruationibus certiſſima ſunt. iuuat nunc audire philoſophos ſuo quodã more hac de re diſſerentes: ſimúlque obſeruare, quãtum differat docta & diligens acutáque philoſophi ſpeculatio ac θεωρία, à medici ſolertis atq. induſtrij accurata indagine, & velut oculata fide (αὐτοψίαν Græci vocãt.) Plato in Timæo, longa & vtcumque obſcura ſimilitudine, artificium huius vtriuſque canalis expreſſerat. non placet nunc Græca ſubijcere: imò ne locum quidem integrum, quia prolixior, bonáque ſui parte ad reſpirationem pertinet: tãtùm ex ſuo principio tibi indicabo. Idem (ait) de noſtro vtero cogitandum. nempe cibos & potus ingeſtos retinet. ſpiritum verò & ignem, quia eius compoſitione tenuiores ſunt, demorari non poteſt. His igitur vſus eſt Deus ad irrigationem ab vtero in venas perficiendam. rete enim quoddam ex aëre atque igne, inſtar gibboſæ ſagenæ contexuit: vbi duo ſunt ad ipſum introitum gibbi conuexa. quorum fabricam ex eodem loco repetes, & partim pòſt audies, vbi de reſpiratione agetur, & explicationem ex fragmentis commentarij Galenici aſſequére.

Similitudo œſophagi & arteriæ aſperæ cum naſſa gemina.

Ventris vſus.

PROBLEMA.

In Platonem & eos qui aliam cibi, aliam potionis eſſe viam ſanxerunt.

CAP. II.

Platonis hallucinatio, de via potus.

ENIMVERÒ Plato ſecutus quorundam de priſcis ſententiam, cùm duplicem viam in collo videret: tum eam, quam œſophagum gulámve appellauimus: tum quam trachèam arteriam diximus: hac quidem via potum ferri ad pulmones viſus eſt quibuſdam & ſcribere & ſentire: illa autem, ſoli cibo ſolid. ori ad vẽtriculum naturale iter patêre. qua de nunc lubet verum inquirendo elicere & ſtatuere: repudiata confutatáque eorum ſentẽtia, qui perperàm hac de re ſenſerunt. Plato autem in eodem illo Timęo, alieno potiùs quàm ſuo, poſtquàm de corde breuiter trãſegiſſet, vti pòſt indicabo, ſubijcit hunc in modum. Τῶν δὲ περὶ τὴν καρδίαν τὸ τῆς ἀρτηρίας περιπέπλεκται, καὶ τῇ τῶν δεχομένων ἑλίκι, περιχεόμενος ἐπ' ἄκρα πυρὶ καὶ πνεύματι πᾶσαν ἐμποιεῖ ἄνεσιν τοῖς ὑπὸ θυμοῦ μαχαιρώδους, τῶν τε πεπόμενος ἰδίαν ἐπιφύεται, τρόπον μὲν μαλακὴν ἐξ αἵματος· ἅτε συνεχὴς ἐστὶς ἔχουσα, ἵνα ἀπόχυσιν καταχεόμενος ἔχῃ, τὸ τε πνεῦμα ἐξ τὸ πέμα δεχόμενον, ψύχοντα ἀναπνοὴν, καὶ ῥᾳστώνην ἐν τῷ κάματῳ παρέχῃ. διὸ τὰς ἀρτηρίας, ὀχετοὺς ὅπῃ τὸν πνεύματος ἵκνεῖσθαι, καὶ περὶ τὴν καρδίαν αὐτὴ πεπλέχθαι, ἵνα ἄκμα καματοῖ. ἵνα ὁ θυμὸς ὑπνῷ ἐν αὐτῇ ἀκμάζῃ, πειθὼ τῷ ἐπόμενον, ἐξ ἀναψυχομένῳ πᾶσαν ἄλκὴν, μᾶλλον τῷ λόγῳ μετὰ θυμοῦ δυναμιν ὑπηρετῶν. id eſt, Cùm verò cognoſcerent (dij) cor rerum terribilium obiectu trepidaturum, & ira tæpiùs flagraturũ, idq. opus omne per ignem futurum: æſtus eiuſmodi temperandi gratiâ, pulmonum tegmen cordi adhibuerunt, molle primùm ac exangue (rectiùs tamen poſtea ex Ariſtotele, ſanguine multo diffluere cõſtabit.) deinde cauis extrinſecùs fiſtulis, ſpongiæ inſtar, diſtinctum: vt ſpiritu potúq. hauſto, cordis ardorem huiuſmodi reſpiratione & refrigerio tepefaciat. Quam ob cauſſam, arterias, tanquam aquæ ductus, per pulmonum ſubſtantiam deriuarunt: cúmque cordi quaſi mollem ſaltum circundedere: vt quando nimia feruet ira, inde ad facilioré obedientiam temperatum deferueat: ſedatóq. tumultu, rationi faciliùs cum ira miniſtrare & obſequi valeat. hæc Plato. cuius memoratã de naſſa vel ſagena ſimilitudinem à Gal. explicatam in iis reperies, quæ de commentario in Timæi ἐξηγητὴ pauca ſuperſunt fragmenta. Hanc autem opinionem de potu in pulmonẽ per arteriam aſperam delato, iure confutatam ab eodem videbis tum alibi, tum ad finẽ lib. 8. placit. Hipp. & Plat. vbi & reſpirationis modum à Platone propoſitum meritò eludit, quẽ per circumuolutionem & protruſionem fieri docuit, vti poſtea repetam: non ſua quidẽ ille, ſed de Timæi Locri ſententia: eò quòd natura vacuum non admittat. Sed enim de potu in pulmonem recipiendo audiamus primùm Gal. contra Plat. & pro Platone diſſerentem. Si totum nos potum (ait) in pulmonem deglutire exiſtimat Plato, meritò accuſandus eſt:

Cordis æſtus vnde, & quomodo temperetur.

Pulmonis natura & vſus. A ſimili.

Arteriæ pulmonis vſus.

Reſpiratio qui fiat, ex Plat.

Quòd non totus potus ad pulmones feratur, ſed minima portio.

quippe qui apertiſſimam rem ignoret. ſi portionem quandam potus per aſperam arteriam transfuſam, exudare ad pulmonem arbitratur, probabile quiddam dicit. ſiquidem inter bibẽdum, è potu aliquid in pulmonem per guttur & aſperam arteriam fertur: non repentè totũ, neque per mediam inſtrumenti fiſtulã influẽs: ſed per tunicam ipſam ſenſim irrorans. quod idem lib. 7. vſus partium reperit, & alibi ſiquando opus eſt. Vtrùm verò aliqua potionis pars per interiorem gutturis & aſperæ arteriæ tunicam ingrediatur: vnuſquiſq. in ſeipſo periculum facere, ſi voluerit, poteſt. Stans enim ſatis copioſam aquam in os recipiat: deinde reſupinatus, orificium gutturis, paululũ aperiat (in noſtra ſiquidem eſt poteſtate aperire & claudere cum volumus) tũncque inter labi pauxillũ quippiã in id ex ore perſentiet: quod titillare & irritare, ſi paulò copioſius extiterit, conſueuit. Quod eò faciliùs etiam deprehendes, ſi ſyrupum aliquem glutinoſum & viſcidum (quale Lohoc Arabum voce appellamus) ore ſumptum paulatim in arteriam illabi ſinas: quo & tuſſis mitigari, & catharri acrimonia obtundi, & tenuitas denſari conſueuit. Ex quo ſatis patẽre arbitror, potionẽ, ſi vniuerſa fuerit & multa, ac demùm rãta, vt ſpirationis vias occupet, tuſſim irritare. Si verò adeo pauca ſit, vt per interiorem gutturis aſperæq. arteriæ tunicam, quadam irroratione inſpergatur: neque irritare, neque vllum penitus (niſi potio aëris, aut acida, aut denique medicata ſit) dũ per arteriam delabitur, ſenſum efficere. Perſpicuum quoque inde eſſe poteſt, aliquã potionis particulam ad pulmonem deferri: quòd ſi quodcumque libuerit animal, ad eam ſitim redegeris, coloratam vt aquam haurire pariatur: tum vel cæruleo colore, vel minio infectam potionem exhibueris, ac mox iugulatũ ipſum diſſecueris: colore eodem infectum pulmonẽ habere deprehendes. Verùm ea in ſententia fortaſſe fuiſſe Platonẽ, vt potus ad pulmones per arteriam feratur, minùs mirandum ſit, qui artis medicinæ opera non attigerit, de hiſque, philoſophorum libertate quadam diſſeruerit. At ipſum illum medicinæ parentem Hippocratẽ id ſenſiſſe, id ſcripſiſſe, per mihi mirum videri ſolet: & quidẽ non ſemel, ſed ſæpius. ſic enim lib. de natura oſſium: Potus per fauces ac gulam. larynx enim, qui caput arteriæ eſt, in pulmonem ac arteriam tendit: ab his, in ſummam veſicam. idem rurſus lib. de corde: Cor humiditatem habet tantam, quanta ſatis eſt æſtuanti in medelam. Cæterùm hunc humorem cor eminġit, bibendo ipſum aſſumens ac conſumens: pulmonis nimirũ potum lambens. Etenim homo multò maximam partem in vẽtrem bibit: gula enim ſiue ſtomachus, velut infundibulum, potus copiã & quæcumq. volumus, excipit. Bibit autẽ & in guttur ac arteriã: minùs verò, & quantũ latẽre poſſit, per rimã illapſum. Operculũ enim exactũ, epigloſſis, lingula ſiue minor lingua appellata, ne permiſerit quidem aliquid amplioris potus penetrare. ſignũ autem huius rei hoc eſt. Siquis enim aquam cæruleo colore aut rubrica temperatã, ſitienti valdè bibendã dederit, & maximè ſui (hoc enim pecus non eſt curioſum, neq. munditiei deditũ) deinde dũ adhuc bibit, ipſius guttur reſecet: hoc colore ipſum tinctũ reperiet. ſed non eſt cuiuſuis hæc chirurgiæ aggreſſio. Neq. igitur fides noſtra ſuſpecta eſſe debet de potu, quòd homini in guttur vergat. Sed quomodo aqua aceruatim irruens, turbationẽ ac tuſſim multam exhibet? Propterea (inquã) quòd cõtra reſpirationẽ fertur. quod enim per rimã illabitur, tanquam per parietẽ delabẽs, aëris elationi nõ inſtat: ſed lenẽ ac lubricã quandã viã humectatio ipſi præbet. hũc itaq. humorẽ cor de pulmone vnà cum aëre abducit. hæc Hipp. eo loco. quẽ Plato vtcumq. imitatus videtur: Galen. paulò antè expreſſit, licet nõ nominatũ: Qui & Platonem à calumnia vindicare ſtuduit: quaſi non totũ ad pulmones potũ confluere ſenſerit: ſed eo quo poſteriore modo tradidit Hipp. namque prior Hippoc. illa ratio nullã excuſationem videtur recipere. quã tamen Plutarch. arripuit in Sympoſiis, ex Mochlico citans locum, qui idem Hipp. liber de oſſium natura inſcribitur.

Qui autem Platonem excuſent, ſunt apud illũ loci non pauci in eodẽ Timæo. primus is eſt; τὸ δὲ δὴ σίτου τε καὶ πάσης ὑποδοχὴν τῆς ψυχῆς, ᾗ δὴ ἔσω ἐνδίαιτα ἀμφὶ πᾶσι τοῖς σπλάγχνοις ἐχομένη φύσεως τῶν εἰς τὰ μακρὸν. ἵνα τι φρουρὰν, ᾗ τῶν ἐκεῖθεν ἐπιθυμιῶν ὅσαι καθ' ὑπόνοιαν. id eſt, Eam verò animæ partẽ, quæ cibos & potus concupiſcit, & reliqua, quibus ob corporis naturam indiget: inter præcordia & vmbilici terminos collocarunt. vbi ventriculum, cibi & potus receptaculum deſignat. & paulò pòſt: πάσης ἐδέσματός τε καὶ πόσεως ἀποθήκην τότε κατέλιπον, ὑπερδεχὴν ἔσεσθαι. id eſt, Potus & cibi receptaculũ ſupra eũ, qui inferior venter appellatur, cõſtituit. ibidem, ταύτην δὲ ἐκ τοῦ τῆς περὶ ἧπαρ πηγῆς ἀφορμῶσαν, ὅπως τὴν ἀνακαινιοῖτο, καὶ πᾶσα μὲν ἡ περὶ ὅσον εἰς αὐτὴν ἐμπίπτοι, κτλ. i. Idem profectò de noſtro ventre etiã conſiderandum eſt, qui cibos & potus ingeſtos poteſt retinere. ibidẽ rurſus, Ὅσαπερ γὰρ ἐκεῖ τῆς αἰσθητῆς ἴσους, πρὸς τὸν ἐντὸς ξυναμβλύνει ἕκαστα· διαπορεύεται γὰρ διὰ, ὅλα τῆς κοιλίας αὐτῆς, πᾶσα μὲ περὶ ὅσον εἰς αὐτὴν ἐμπίπτει, τότε δὴ ἐξ ἁπάντων ἄμφω. i. Cùm enim vtrò citróque reſpirano commeat, ignis interior conuexus ſequitur: atque identidem per ventrem diuiſus, cibos potúſque deprehendens macerat & liquefacit in minimas eos partitus partes.

Ex quibus, à ſtolida illa opinione lõgè remotus eſſe Plato oſtenditur: qua illũ quidam aſſerũt ſenſiſſe, potũ totũ in pulmones & eorũ vaſa cõfluere. Imò illi ipſi potiùs, qui illũ adeo ſtultũ putant fuiſſe, vt in pulmonẽ, potũ ferri vniuerſum opinatus ſit, damnandi eodẽ videntur crimine: vel adeo (vt Gal. liberè aſſerit, & paulũ à modeſtia noſtra recedit) accuſandi, quòd ita impudẽter mentiantur. Ac meminiſſe oportet (id quod omnẽ antiquitatẽ latuit, vel adeo Ariſtot. & Galen. ipſum) quod etiã ab initio monui vſpiã: Platonis Timæũ inſcriptũ dialogum, Pythagoræ dogmata cõplecti: extaréque libellũ eo titulo, Timæo Locro relatum authori: cuius tota breuis licet, fœcunda tamen & multiplex tractatio, Platoni propoſita fuit ſuo illo dialo-

Ab experientia.
Lohoc quid, & quale, & ad quid.
Potio decertãs ad pulmones, tuſſim mouet, quando.
Ab experientia, quòd potionis pars ad pulmones feratur.
Mirum de Hipp.
Larynx qui & quà vergat, falsò. N. de Hippoc. anatome.
Cordis humectatio, vnde. Potus quò abeat.
Epiglottidis vſus.
Quòd pars potionis ad pulmones feratur. Ab experientia,
Potio cum tuſſim concitat, & quando nullam.
Plato excuſatur à Galeno.
Quibus locis vera Platonis ſententia de potu receptaculi cõprobatur. Situs receptaculi cibi & potus.
Regeritur crimen in defenſores Platonis.
Timæus nõ Platonis, ſed Pythagoræ dogmata ſequitur & proponit. & Platonis aſſertio.

go, pari titulo Timæo inscripto, amplè & magnificè explicanda.

Plutarch. *Erasistrat.* Extat verò apud A. Gellium, caput sanè lepidum 11. lib. 17. in hanc sententiam: Et Plutarchus, & alij quidã docti viri, reprehensum esse ab Erasistrato nobili medico Platonẽ scripsêre, quòd potũ dixit defluere ad pulmonẽ: eóq. satis humectato, dimanare per eum, quia sit rimosior: & cõfluere inde in vesicã. erroriq. istius fuisse Alcæum ducem, qui in poëmatis suis scriberet:

Potus à pulmone ad vesicam confluit. Alcæus. Τὸν τε πνεύμονα οἶνῳ, τὸ γὰρ ἄκρον περιστέλλει. id est,
Pulmonem vino, summum enim contrahitur.

N. correctio loci Gelliani. (Meliùs tamen sic, vt opinor, contra Gelliani codicis fidem)
Τέγγει πνεύμονα οἶνῳ, τὸ γὰρ ἄκρον ἀστέλλονται. id est,
Tinge pulmonem mero, astrum enim conuertuntur.

siue sol circumagitur: indicãs fortasse meridiẽ, aut pomeridianum tẽpus æstu incalescens. nisi fortè Caniculã intellexit. sed pergo de Gellio dicturus. Ipsum autẽ (inquit) Erasistratum dicere, duas esse quasi canaliculas quasdam, vel fistulas, eásq. ab oris faucibus proficisci deorsum: per earúmque alterã deduci delabique in stomachum esculenta omnia & poculenta: ex eóq. ferri in ventriculũ, qui Græcè appellatur ἡ κάτω κοιλία, id est, inferior venter & aluus: atq. ibi subigi digeriq. ac deinde aridiora ex iis recrementa in aluum cõuenire, quod Græcè κόπρος dicitur: humidiora peruehens (meliùs tamẽ & veriùs peruehi) in vesicã. Per alteram autẽ fistulã, quæ Græcè nominatur τραχεῖα ἀρτηρία, id. aspera arteria, spiritum à summo ore in pulmonẽ, atque inde rursum in os & in nares commeare: pérque eandẽ viam, vocis quoque fieri meatum. Ac ne potus cibúsq. aridior, quem oporteret in stomachum ire, procideret ex ore, laberetúrq. in eandẽ fistulam, per quam spiritus reciprocatur, eáq. offensione intercluderetur animæ via: impositam esse arte quadam & ope naturæ, ἐπιγλωττίδα, id est, appositam lingulam: quasi claustra quædam vtriusque fistulæ mobilia, conniuentia vicissim & resurgentia. eámque ἐπιγλωττίδα inter edendum bibendúmque, operire atque protegere τὴν τραχεῖαν, id est, asperam arteriam: ne quid ex esca potúve incideret in illud quasi æstuantis animæ iter. Ac propterea nihil humoris influere in pulmonẽ, ore ipso arteriæ communito. Hæc Erasistratus. *Plutarchi pro Platone responsio.* medicus aduersus Platonem. Sed Plutarchus in libro Symposiacorum, authorem Platonis sententiæ Hippocratem dixit fuisse: idémque esse opinatos & Philistiona Locrum, & Dioxippum Hippocraticum, veteres medicos & nobiles. Atque illam, de qua Erasistratus dixerit, ἐπιγλωττίδα non in eo loco constitutam, ne quid ex potu influeret in arteriam (nam pulmoni quoque fouendo rigandóque necessarios humores videri) sed appositam quasi moderatricem quandam, arbitram prohibendi admiscendive (malim, admittendi) quod ex salutis vsu foret: vti edulia quidem omnia defenderet ab arteria, depellerétque in stomachum: potum autem partiretur inter stomachum & pulmonem. & quod ex eo admitti in pulmonem per arteriam deberet, non *rapidum id*, neque vniuersum, sed quadam quasi obice sustentatum ac repressum, sensim paulatimque transmitteret: atque omnem reliquum in alteram stomachi fistulam deriuaret.

Gellij somnium. Gellium Macrobius, vt solet, secutus, tum sententiam eandem, tum verba est æmulatus Saturnal. lib. 7. cap. 15. Partem priorem, qua Plato velut ignarus anatomicæ & medicæ rei, risum de se posteris tradidisse arguitur: quia cum Gellianis consentit & re, & verbis propè iisdem. Nisi quòd epiglottida inter loquẽdum inclinari ad operiendam stomachi viam malè sensit, vt arteria voci pateat. quod facit nihilo seciùs illa erecta & sublata modicè, quò spiritum ad vocem & respirationem moderetur: ne totus repentè exeat & erumpat. Sicuti neque illud verum esse puto, quod dicit: Si quis auidiùs hauserit humorem, eodem impetu, quo trahitur, præterire in vesicam, & cibum siccescere. contrà verò, ex potu sensim tracto, ventres reddi humectiores. Cæterùm pars altera, qua Platonis adstruitur sententia, prætermitti non debet: tum quia noua quædam Gellianis adijcit: tum quia egregiam, sed iniuriã & contumelioſam habet philosophiæ cum medicina comparationem. Philosophiam enim, artem esse artium, disciplinam disciplinarum: in quam inuehi parricidali ausu medicinam nefas sit. cùm philosophia illic habeatur angustior, vbi de rationali parte, id est, de incorporeis disputat: & illic inclinetur, vbi de Physica quod est de diuinis corporibus vel cœli, vel siderum tractat. deinde subijcit: Medicina autẽ, Physicæ partis extrema fæx est, cui ratio est cum testeis terreniſque corporibus. Sed quid rationem nominaui? cùm magis apud ipsam regnet coniectura, quàm ratio? Quæ ergo conijcit de carne lutulenta, audet inequitare philosophiæ, de incorporeis & verè diuinis certa ratione tractanti? Verùm quæ sit vtriusque differentia, dixi iam non semel in hac cõmentatione, & quidem citra stomachum vel contumeliam. medicinæ autem laudẽ & apologiam priuata oratione descripsi. Audiamus *N. pro medicina oratio.* ergo Platonis defensionem probabilem illam quidem, licet inanem, si quæ superiùs adscripsi, attentiùs expendas. neque enim Plato defendi postulat: & qui defendit, in eo quod defendit, accusat.

Platonis defensio. Sed ne videatur communis ista defensio tractatum vitare pulmonis, accipe (inquit ille) causſas, quas Platonica maiestas secura est. ἐπιγλωττὶς quam memoras, inuentum naturæ est ad tegendas detegendásque certa alternatione vias cibatus & potus; vt illum stomacho transmittat, hunc pulmo suscipiat. Propterea rot meatibus distinctus est, & interpatet rimis: non vt spiritus egressio, nec habeat cui exhalatio occulta sufficeret: sed vt per eos siquid cibatus in pulmonem deciderit, succus eius mox migret in sedem digestionis. Deinde ἀρτηρία siquo casu scissa fuerit, potus non deuoratur: sed quasi scisso meatu suo, reiectatur foras incolumi stomacho: quod non

Gellij somnium.
Plato ignarus anatomicæ? N. contra Macrobij rationes.
An epiglottis reclinatur supra œsophagũ, & quorsum?
An liquor recta ad vesicam feratur?
Philosophia & medicina cõparatio: & huius ignominia, ibidem laus: & vtriusque subiectum.
Epiglottidis vsus.
Arteria scissa potus an reiectetur?

Digitized by Google

contingeret, niſi ἀρτηρία, via eſſet humoris. Sed & hoc in propatulo eſt, quia quibus æger eſt pulmo, accenduntur in maximam ſitim: quod non eueniret, niſi eſſet pulmo, receptaculum potus. Hoc quoque intuere, quòd animalia, quibus pulmo non eſt, potum neſciunt: Natura enim nihil ſuperfluum, ſed membra ſingula ad aliquod viuendi miniſterium fecit: quod cùm deeſt, vſus eius non deſideratur. Vel hoc cogita, quia ſi ſtomachus cibum potúmque ſuſciperet, ſuperfluus foret veſicæ vſus. Poterat enim vtriuſque rei ſtomachus retrimenta inteſtino tradere, cui nunc ſolius cibi tradit. nec opus eſſet diuerſis meatibus, quibus ſingula traderentur: ſed vnus vtrique ſufficeret ab eadem ſtatione tranſmiſſo. Modò autem ſeorſum veſica, & inteſtinum ſeorſum ſaluti ſeruit: quia illi ſtomachus tradit, pulmo veſicæ. Nec hoc prætereundum eſt, quòd in vrina, quæ eſt retrimentum potus, nullum cibi veſtigium reperitur: ſed nec aliqua qualitate illorum retrimentorum vel coloris, vel odoris inficitur. Quòd ſi in ventre ſimul fuiſſent, aliqua illarum ſordium qualitas inficeretur. Nam poſtremò lapides, qui de potu in veſica naſcuntur, cur nunquam in ventre coaleſcunt? cùm non niſi ex potu fiant, & naſci in ventre quoque debuerint, ſi venter eſſet receptaculum potus? In pulmonem defluere potum nec poëtæ nobiles ignorant. ait enim Eupolis in fabula, quæ inſcribitur Colaces: Πάντ' ἐδ' ὁ Προμηθεὺς ἐκέδασε, ἵνα μετὰ τῶν κακῶν τὸ πνεύμονα ἔχωσιν φαῦλον. Et Eratoſthenes teſtatur idem:

Καὶ βαθὺν ἀναπίτνοντα πνεύμονα πηγάδος.

Euripides verò huius rei manifeſtiſſimus adſtipulator eſt:

Οἷος μεγίστας πλευμόνων ἀμφιβρόχους.

Cùm igitur & ratio corporeæ fabricæ, & teſtium nobilis authoritas adſtipuletur Platoni: nónne quiſquis contrà ſentit, inſanit?

Hæc ille acutè, vt ſibi videtur: mihi autem probabiliter, nequid grauius dicã, ſi paradoxõ tueri voluit. Si verum ſe putat loqui, & malè & captioſè, ad fallendos imperitorum animos. Nam vt poëtæ etiam plures in eam rem teſtes aduocentur; nihil tamen conuincent: quia poëtarum, vel adeo Homeri, ſuſpectum eſt in re medica & anatomica teſtimonium: & ſuo illi potiùs, quàm Phyſicorum more loquuntur, veriſimilia tantùm ſectati, & quæ furor in buccam inſpirauit, multis & tropis, & figuris, & ænigmatis ſuam inuoluentes orationem ac ſententiam. vt Proteũ citiùs compeſcueris, ne vultũ pro arbitrio immutet. Adde quòd eorũ iſta ſententia eo poteſt explicari modo, quo paulò antè diximus. In potu particulã quandã deerrantem per ſpiritus viam, ad pulmonem ferri: eúmque incaleſcentem & reſiccatum, cum ſuo larynge & gurgulione, totáque arteria aſpera, humectare & refrigerare. Et verò potu renouatus & refrigeratus ſanguis, vt corpus reliquum, ſic præcipuè pulmones recreat ac temperat. Quod poëtis vtcumque affine cantorum & ſymphoniacorum genus facilè comprobarit, quibus hac arte, cãtu longo & contento fatigatis, collutæ fauces, & irroratus pulmo ſuauiter reficiuntur ac recreãtur. qui, ſi totus ad ventriculum potus conflueret, nihilo à potu euaderent vocaliores, aut ad cantum integrandum continuandúmque aptiores. quod idem de oratoribus & cõcionatoribus publicis intelligi volo, eodem modo vocis aſperatæ, & arteriæ incalfactæ tædium propulſantibus. Ac nemo neſcit, poëtæ quàm Bacchi & Veneris encomia lubentes ſuſcipiãt decantanda: neſcio an vtrique numini vitam gratam ducere contenti cupidique. ideo iſtorum aliquis dixit, Horatius lib. 1. Epiſt.

Nulla placere diu, nec vincre carmina poſſunt,
Quæ ſcribuntur aquæ potoribus ——

Et Adacreon Ode decimanona, ſic ſe inuitat ad bibendum:

Ἡ γῆ μόναρα πίνει.
Pocunda terra potat. & quæ ſequuntur.

Idémque Ode 24.

Οἶνε μόνε μὴ ζῆν,
Ἐὸν θέλεις αἰμέλητα.
Vt me ſubit Lyæus,
Tunc cura dormit omnis, &c.

Et quæ ille toto poëmate celebrat vinum & amores. Cætera verò, quæ à Macrobio ad Platonis cauſſam tuendam afferuntur, quàm ſint infirma, facile eſt iis intelligere, qui medicinã vel primoribus labris deguſtarint. Nam cibarum in pulmonem decidere, ſuccúmque eius mox migrare in ſedem digeſtionis, vt aiũt nulla eſt via, quæ id fieri patiatur: neque cibo cõcoquẽdo deſtinauit natura pulmones. Deinde arteria fiſſa reiectari potum per rimulam integro ſtomacho (vt forſan in illa, quam Hippocrates lib. de Carnibus præcipit ſynanchicis deploratis arteriotomia ſeu pharyngotomia) nulla eſt ratio aut experientia, quæ cõprobet. Sitim porrò ægro pulmone accendi, non ſemper verum: ſed ſi inflammatione laboret, aut calore æſtuet, vt in caſſo & febre ardente. atque eiuſmodi ſitim à ſolo pulmone excitatam, non tam potu, quàm auræ frigidæ hauſtu & inſpiratu ſedari, veriàs ſcripſit Hippoc. 6. Epidem. Quæ enim febrem ſitis ſequitur, ea cordis & totius corporis ſequitur incendium, præcipuéque ventriculi: nec niſi potu frigido compeſcitur, vt idem ibidem ſcripſit Hipp. Tum verò animalia quibus pulmo non eſt, potũ neſcire, velim mihi ex Ariſtotele, aut probato demonſtret authore, potiùs quàm nudè & ſimpliciter proponat. Quanquam imperfecta eſſe illa neceſſe eſt, & potius ζωόφυτα, quibus pauciſſimus calor natiuus, paucus aut nullus ſanguis, nullus refrigerij vſus aut neceſſitas adſit. Piſces autem, & quæcumque branchias habent, & pulmone ac trachea carent arteria, itémque œſophago collóque deſtituta, & in aquis perpetuò degunt, ea liquore vndique perfundũtur, intus ac foris tota perluente atq. irrigante. Quod autẽ ſequitur, apertè indicat, modũ ignorare illum, quo vrina poſt ſanguificationẽ à renibus attracta, ad veſicã confluat. quaſi ex

Sitis à pulmone.
Quibus pulmo deeſt, potus nõ neceſſarius.
Nullum membrum creatur inutile.
An veſica inutilis, ſi potus in alũ fertur?
An duo meatus neceſſarij, & quorſum?
Cur in vrina nullum cibi veſtigium?
Cur calculi in veſica, non in ſtomacho?
N. cur pariter in pulmone calculi nulli?
Eupolis.
Poëta cenſent, potum ferri ad pulmones.
Eratoſthenes.
Euripides.
Concluſio.
N. contra Macrobiũ cauſantem.
Poëtarum teſtimoniũ in re anatomica reiicitur.
Poëtarum qualis oratio.
Proteus.
Potus quomodo pulmones recreet ac tẽperet.
Cur horreant bibaces.
Oratores & concionatores potu ament.
Poëta Veneris & Bacchi ſacerdotes.
Anacreontis Poëſis qualis.
N. aduerſus Macrobium.
An cibatus ad pulmones ferantur? An fiſſa arteria potus reiiciatur?
Hypoſynanchia ex ſynanchicis deploratis.
An ſitis omnis à pulmonum morbis?
Sitis pulmonum quã ſedetur.
Sitis in febre, vbi & vnde: & quomodo ſedetur.
An quibus pulmones deſunt, an potum neſciant? ζωόφυτα natura. Piſces an bibant?

Google

An crudæ pituitæ à ſtomacho ad veſicam ferantur?

quaſi ex ipſa ſtomachi capacitate, incocta & fæcibus permixta pituitæ, per aluum & inteſtina ſimul debeãt mixta cõfluere excerníque: inutili ſic manẽte vetica; quęquidẽ (vt ille credit) à pulmone demiſſam vrinam certis canalibus vtrique λοβοπωλίδος excipit. quod pariter Lactantius nimiùm credulus exiſtimauit, vt ſuo poſthàc loco repetã. quinetiam vel adeo Plato ipſe inſinuauit ſub finem Timęi; potus diſcurſum ad renes per pulmones in veſicã deſtuere ſcripturãs, vt poſtea loco producto declarabo. quod eos ipſos fortaſſe latuit, qui eius parrocinio, quo de nunc agimus, ratiocinationis ſuſceperunt. Nam quòd in vrina nullum cibi retrimentũ maneat ac veſtigium, id facit cõcoctio. & vis illa hepatis αἱματοποιὸς, quæ cibum edulem in ſanguinem probum demutat: cuius demum ſerum, ipſa vrina futura eſt, vaſis vreticis percolanda poſthac explicandis.

An vrina à pulmonibus ad veſicam rectà ferantur.

Platonis ſententia de ductu vrinæ, improbatur.

Cur in vrina nullum cibi retrimentum.

Vrina quid, & qui fiat.

Calculus renum & veſica, vnde.

Poſtremum verò de cõcretione lapillorum in vetica, quæ nulla fit in aluo, inane nec minùs videtur: quia de renibus idem non complectitur, qui & ipſi ſunt λιθιῶσι obnoxij. ac de pulmonibus idem licebit ei reponere, potum quidẽ excipientibus, calculũ tamen non producẽtibus. licet chalazion interdum expectorantibus. Falſum enim præſupponit, ex ſolo potu calculum gigni. cùm omnis cibus durus, διαπλὸς, glutinoſus, viſcidus, ſua mora in fundo veſicæ cunctantibus reliquiis, aut anguſtia vaſorum renalium detẽtis, arenulas & calculos, accedẽte præter naturam calore, generet. qui an vnquam in ventre gignantur homini, neſcio: alectorium in gallo, bezaar in aluo capreę cuiuſdã agreſtis progigni accepimus. Sanè pylori amplitudo, reliquiis cibi & potus exturbãdis ſufficiẽter patẽs, congeri in fundo vẽtriculi materiam ad calculorum generationem aptã, non ſinit. quãuis tamen per inteſtina redditũ inſignem calculum, poſt lõgos dolores colicis ſimiles, viderimus: & Galenus ipſe l. 1. de locis aff. annotarit. Nõ tamẽ à ſtomacho delapſũ: ſed potiùs in anguſtia quadam tenuium inteſtinorũ, vel potiùs in coli ad alterutrũ renem contractiore ſpira, mirabiliter & nouo quodã modo efformatum. Quid ſiquis per duos tréſve mẽſes ab omni potu abſtineat? vt nos aliquot vidimus integra alioqui valetudine fruentes: alios iuſſu medici hydropẽ incurrere veritos. vnde vrinã illis aceruari & effluere (aceruatur enim & effluit vrina etiã potu abſtinentibus) conſueto aliis modo, dicere poteris? Neque enim potum pulmo excipit vllum: neque alimento conficiundo pulmo eſt à natura inſtitutus.

Arenularũ & calculi generatio qui fiat?

Alectorius & Bezaar lapilli qui.

Quòd calculi in ventriculo non gignantur, & ratio.

Calculus per anum excretus, vbigenitũ.

Vrinam reddunt etiam qui potu abſtinent, vnde, & quomodo.

Nos autẽ vt res eſt, ſic nuper oſtendimus, Ex cibo in aluo bene cõcocto, ſanguinẽ vi hepatis ſanguifica generari: à quo pars tenuis & ſeroſa, vi renũ tractrice, per venas idoneas attracta, in veſicam defluit; & ſtatis tẽporibus vrina, cõueniẽtibus à natura ductibus elaboratis redditur. Sed nos operam ludimus, qui ea ſoluere conamur, quæ illi fruſtrà pro Platone afferunt: cùm Plato ipſe ſententiam illam vel mutarit, vel fortè defendi nolit: nec vt veram, aut ſuam, ſed alienam propoſuerit: verùm aliter & veriùs ſcripſerit, diuerſam pluribus in locis inculcans ſententiam, vt ſatis (opinor) antea docuimus, & Cicero poſt eum explicat, vt alias demonſtrabo.

Vrina qui fiat, & percolatur. Tranſitio.

Quid verò Ariſtoteles Platonis diſcipulus? Collum (ait li. 1. de hiſt. animal. cap. 12.) quod inter pectus & faciem eſt, Græcè αὐχὴν, cuius pars prior, larynx ſeu guttur; poſterior, ſtomachus ſiue gula. quãtúmque ipſius colli chartilagineũ, priorem obtinẽs ſitũ, vocem trãſmittit & habitum, id arteria nominatum eſt. at verò quãtum interius carneum (mallẽ dixiſſet mẽbranoſum) ſpinæ prætacet, gula dicitur, Græcè φάρυγξ. pars autem colli extima, ceruix appellata eſt, Græcè ἰνιὰς. (nos de ſummo potiùs humero hanc vocem vſurpamus, vt alibi antè oſtẽdimus.) Atque hæ ſunt ad thoracem vſque partes capiti ſubiectæ: de quibus iterũ non multò pòſt. vbi οἰσοφάγον vocat, quẽ paulò antè στόμαχον dixerat. ἔχει δ' ἕκαστον αὐτῶν μῆκος καὶ πλάτος ab anguſtia & longitudine nuncupari tradit. quod tu expẽdes ſedulò: namque nos paulò ante διὰ τῆς οἰσοφάγου, τουτέστι φάρυγγος & διὰ τῆς φάρυγγος, τοῦ στόμαχον deflecti inſinuauimus: quòd cibum in ventrẽ perferat œſophagus, & quæcũque veſcẽdo edimus. οἶσω nẽpe, ferre eſt: φαγὼν autẽ, edere, vel eſſe. ſed fortè ſtomachi etymõ & appellationẽ inſinuauit. nobis tamen στόμαχος, ὅτι στόμα ἔχει, quòd oris officium habeat, ideo dicitur ſtomachus, vt poſthàc oſtẽdemus. Sed verba prætermittamus, atque ad rem redeamus. Gula ſiue œſophagus intra collum eſt (ait Ariſt. cap. 16. libri eiuſdẽ) & ab anguſtia & longitudine nũcupatur. cui comes arteria iungitur (non adiũxit epitheton tracheæ, aſperæ) priorẽ œſophago obtinẽs ſitum in omnibus ijs, quæ eam habere naturæ placuit. habẽt autem omnia, quibus pulmo eſt. Natura chartilaginis arteria cõſtat, & ſanguinis perquàm exigui compos eſt, venulis cõplexa tenuibus. Quod ad ſuperiora, id eſt, oris habitũ pertinet, è regione poſita eſt foraminibus narium, quæ in oris partem pateſcũt. vnde fit, vt quoties inter bibẽdum humor retrahitur, effluat ex ore per nares. Iungitur linguæ poſtremę, quæ ligula nominata eſt (Græcè ἐπιγλωττὶς) poſita inter ea, quæ modò dixi foramina. videlicet apta, quæ per vices, arteriæ foramẽtum (vtor paſſim verbis interpretum) quod ad os ſpectat, operiat. Arteria altero ſui extremo cum lingua ima cõiungitur: altero, ad pulmonis intercapedinem deſcendit: tum in vtramque finditur partẽ pulmonis. Hæc doctè de partium illarũ naturâ ambarum. verùm aduerſus illam opinionem, quæ cibum œſophago, potum arteria illabi præſupponit, ſic idem ipſe Ariſtoteles diſertè cap. 3. libr. 3. de partib. animal. multis licet repetitis eorum, quæ idem alibi ſcripſerat, & nuper produximus, iterúmque ob ſeriem orationis annectemus. Collum capiti ſubiacet in ijs quæ id habent, animalibus. non enim omnia habent, ſed ea tantùm, quibus ſunt partes illæ, quarum gratiâ collum conditum eſt: hoc eſt, guttur, & quæ gula vocatur. (Græcè φάρυγξ & οἰσοφάγος.) Guttur, ſpiritus cauſsâ datum eſt: hoc enim, ſpiritum animalia trahunt & reddunt inſpirando & expirando.

Colli deſcriptio, eius partes, & vſus earundem.

Arteria.

Gula.

Epõmis.

Oeſophagus & vnde dictus.

N. aduerſus Ariſt. de etymo œſophagi.

Stomachi derivatio vt etymologia.

Oeſophagi ſitus, & nominis ratio.

Arteriæ aſperæ ſitus, & quibus adſit, eiuſque natura.

Cur humor ab ore per nares reſiliat.

Epiglottidis ſitus, & vſus.

Arteria aſpera a. finis.

Colli ſitus, & quibus adſit, aut quorſum.

Pharyngis vſus.

Digitized by Google

Quamobrem quæ carent pulmone, collo etiam carent, vt genus piſcium. Gula eſt, qua cibus & potus deuoratur. itaque ea quæ carent collo, gulam hæc manifeſtam non habent. nec gulam haberi cibi cauſsâ neceſſe eſt: nihil enim ad cibum parat. Et quidem à ſitu oris continuo venter eſſe poteſt. pulmo non poteſt: aliquem enim quaſi tractũ cõuallis adeſſe cõmunem oportet, quo ſpiritũ ad fiſtulas per arterias digerat bipartitus: atque ita efficere ſpiritus reciprocationẽ maximè poteſt. Cùm igitur inſtrumentũ ſpirationi accõmodatũ, longitudinẽ habeat, neceſſe ſit gulã inter os & ventrẽ (Græcè μεσάιον) haberi neceſſe eſt. Cõſtat gula ex neruo, & carne: ex neruo, vt extẽdi poſſit, cùm cibus ingeritur: ex carne, vt mollis ſit, & cedat, nec lædatur aſperitate cibi deſcẽdentis. (Sanè verò vtraque tunica eſt: ſed interior oris continua tunicæ, neruoſior: exterior autem, carnoſior, vt antè docui.) Guttur autem, quod arteria vocatur, corpore conſtat chartilaginoſo: non ſolùm enim ſpirandi cauſſa eſt, ſed etiam vocis: quòd autem ſonet, læue ac ſolidum eſſe oportet. Ante gulam arteria poſita eſt. quanquam impedimento ſit, cùm cibus ingeritur. Nam ſiquid vel cibi, vel potus in arteriam dilabitur, ſtrãgulationes, tormina, & tuſſes grauiſſimæ incitantur. Quamobrem non audiendi ſunt, qui hàc potum meare dicunt. accidunt enim apertè, quæ modò dixi, omnibus, quoties aliquid cibi delapſum eſt. Profectò opinionem eorũ, qui potum hàc admitti exiſtimãt, irridendam eſſe plura oſtendunt. Meatus enim nullus de pulmone ad ventrem pertinet: ſicut ex ore gulam tẽdere cernimus. Quinetiam per vomitum & nauſeam, vndènam humor remeet, incertum non eſt. Ad hæc, humorem non continuò colligi in veſicam; ſed priùs in ventrem, certum eſt: excrementa enim alui tingi videntur fæce vini atri. Vulnere etiam ventris ſæpe hoc idem patefactum eſt. Sed enim ſtultas opiniones admodum ſcrutari, ſtultum fortaſſe eſt. Author lib. de morbis inſcriptorum, haud ſcio an Hipp. cuius inter opera referuntur (ita diſcrepans eidem authori affingitur ſententia) ſimiliter Ariſtoteli, hanc opinionem cõuellit lib. 4. Quidã dicunt, ait, quòd potus in pulmonem deuenit: ex hoc verò, in reliquum corpus. Hi autem qui hæc dicũt, redarguũtur ex hoc quod dicturus ſum; Quòd videlicet pulmo cauus eſt, & in ipſo fiſtula eſt. Quòd ſi pulmo cauus non eſſet, & fiſtula non ipſi adhæreret, animalia vocem non ederent: Vocem enim edimus de pulmone, quia cauus eſt, & fiſtula ipſi adeſt. vocem autem articulant labia & lingua. Porrò procedit potus in ventrem: à ventre autem in reliquum corpus expẽditur. Quòd ſi potus procederet in pulmonem: cùm pulmo expletus eſſet, homo non facilè reſpiraret, neque loqui poſſet: non enim eſſet, pulmone pleno exiſtente, quod reſonaret. Deinde ſi potus in pulmonem procederet, cibi in nobis ſicci exiſtentes, non ſimiliter concoquerentur. Sed & medicamenta aluum ſubducentia, ſi in potu ſumantur, extra ventrem procederent. & medicamenta acria teneram pulmonum carnem corrumperent.

Oeſophagi vſus, & quæ habeant, ante ſecus, & quorſum.

Pulmo non poteſt ori contiguus eſſe, cur.

Oeſophagus quibus neceſſarium.

Oeſophagi natura, & ſtructura ratio.

N. modificatur verba Ariſt.

Arteriæ natura, & compoſitio, atque vſus, ſitusque.

Quòd potus per arteriã feratur.

1 *Ratio.*

2 *Ratio.*

3 *Ratio.*

4 *Ratio.*

Hipp. malè aſſingnuntur deſcrepantes ſententiæ, quî.

Quòd potus ad pulmonem nõ feratur, argumenta nouem.

Vox quomodo fiat, & vbi.

A Deinde à vino nigro vbi homines repleti fuerint, nigra recrementa excernunt. Similiter & vrinam comeſtorum odore reddimus. Et ciczon aut farina cocta ſi ſorbeatur, ſtrangulet, cum forti tuſſi, & conuulſione, & calore, & dolore. Præterea quomodo lac infantes pueros nutrire poſſet, ſi ad pulmonem deſcenderet? Poſtremò quia cõtigua & annexa eſt pulmonibus gula hominis ſẽper hians; ideo in hãc potus procedit. cõtrà, pulmonis fiſtulæ, velut hederæ folium incũbit (ἐπιγλωττίδα vocant). Quare neque deſcendere permitteret in tranſglutiendo, ſi in ipſum procederet. hæc & plura author ille, quiſquis eſt, & verè, & acutè, ad euertendam
B eorum ſententiam, qui potum in pulmonem ferri aſſeuerant. Arteria verò quod exterior, vt diximus, poſita eſt, à cibo infeſtatur. Attamen natura ad hoc molita eſt minorẽ linguam ſiue lingulam (Græcè ἐπιγλωττίδα) quæ arteriã operiret. Non omnia viuipara eam obtinent: ſed ea tantùm, quibus pulmo, & cutis pilo intecta: non cortex, non penna operimẽto eſt. corticatis enim pennatiſque guttur vice lingulæ operientis ipſum, contrahitur, & diducitur: quemadmodum illis operitur aliunde, & aperitur. videlicet ſpiritui trahendo reddendóve aperitur. cibo ingerendo operitur, nequid illabatur.
C Quòd ſiquid erroris in eo motu committitur, vel deerrante cibo in alienum tramitem, vel reſpiratione præueniente; tuſſes ſtrangulationéſque excitantur, vt dictum eſt. Iam verò ſolerti ingenio motus & lingulæ & linguæ adhibitus à natura eſt, vt cibus neque in ore cùm molitur, cadat ſub dentes: neque, cùm per fauces meat, in arteriam labatur. Hipp. non ſatis accuratè arteriam aſperam, lib. de natu. oſſ. deſcripſit: Cæterùm, inquiens, principalis vena iuxta ſpinã ſparſa, per dorſum, & iugulum, ac guttur, in cor inferitur, & de ſeipſa venam magnam multorum
D oſculorum in corde producit: inde verò in os procedens, fiſtulã facit, quæ ſanè arteria appellatur, per pulmonem tranſiens, pauci ſanguinis (meliùs dixiſſet, nullius) ac multi ſpiritus exiſtens. propter ſpatioſitatem enim ac raritatem viſceris, multis locis per pulmonem deriuatur. cætera verò chartilaginoſa facta eſt.

Epiglottida vſus, & quibus neceſſarium.

Guttur quãdo clauditur aut aperitur, & quorũ.

Linguæ & lingulæ vſus.

Plinius Ariſtotelis ſententiam voluit exprimere Latinè ille quidem, ſimodò ſatis eſt aſſecutus. nam Galenum de œſophago, arteria, epiglottide, earúmque partiũ ſtructura & vſu producere, longum ſit, & verò ſuperuacaneum: cuius libri de vſu partium, præſertim ſeptimus, & quartus, & de ſanit. tuenda liber tertius, & alij
E etiammum, ſatis prolixè ſuo more, eas partes explicarunt. ſed ex lib. 4. de vſu part. cap. 1. notabis communem illam ab ore viam ad ventriculum, velut angiportum quendam, proprio quidẽ nomine οἰσοφάγον dici: cõmuni autem, στόμαχον. omni enim ventri & capacitati collum præpoſitum, inſtar iſthmi cuiuſdam, anguſtum, ſic nominari conſueuit, vt poſt dicemus & jam alibi diximus. & quidem Hippocrates libello de Anatomia, idem jam antè ſcripſerat: Oeſophagum à lingua incipere, & in ventrem deſinere: quem eundem & ſtomachum vocat, nominis vtraque

Arteria trachea origo & diſtributio naturáque, ex Hipp.

Stomachus quid ſignificat.

Oeſophagi fines.

ratio jam mihi dicta eſt,& ex Ariſt. ſcripto expenſa. nunc autẽ Plinium audiamus ex cap.37. lib.11. Tonſillæ in homine: in ſue, glandulæ. quod inter eas vuæ nomine,vltimo depẽdet palato,homini tãtùm eſt. nos de iſtis partibus oris antè in nomẽclatura partium corporis humani tranſegimus Græcis & Latinis: cùm *ἔντομον*, palatum: *μεσόμφαλα* & *ἀδήδες*, tonſillas ſiue glandulas ad radicem linguæ ſitas,catarrho excipiendo,& linguæ atque ori gutturique inter loquendum & canendum irrigandis aptas diximus. vulgus anatomicorũ à forma vocat amygdalas. ſitus oppoſitus *ἀδήδες* fecit nominari. interna oris capacitas, velut *ἰδμὼν*, peninſula quædam,nomen alterum finxit *μεσόμφιον*. Galenus tamen cap.4. lib.3. cauſſ. ſympt. antiadas à pariſthmiis diſtinxit. *κίων δ' ὑπερῴου*,vuula,columella,& gurgulio eſt; caruncula à ſummo palato dependẽs,pituita ſẽper madens partibus ſubiectis irrigãdis, vocis plectrũ,vt paulò antè dixi. reliquas oris partes ibidem nominani: linguam ſpeciatim deſcripſi: has volui nunc breuiter attingere,ex Plinij dicto admonitus: qui ſic ibidem pergit; Sub vua,minor lingua, epiglottis appellata,nulli oua generantium. opera eius gemina,duabus interpoſitis fiſtulis. Interior earum appellatur arteria (melius dixiſſet, anterior)ad pulmonẽ atque cor pertinens. hãc operit in epulando,ne ſpiritu ac voce illàc meante,ſi potus cibúſue in alienũ deerrauerit tramitem,torqueat. Altera exterior (meliùs etiam dixiſſet,poſterior,vel interior) appellatur ſanè gula, qua cibus atque potus deuoratur. tendit hæc ad ſtomachũ: is in vẽtrem. Hanc per vices operit,cùm ſpiritus tantùm aut vox cõmeat,ne reſtagnatio intẽpeſtiua alui obſtrepat. Ex chartilagine & carne, arteria: gula, neruo & carne conſtat. Ceruix nulli, niſi quibus vtraque hæc: cæteris collum,quibus tantùm gula. Sed quibus ceruix è multis vertebratíſque orbiculatim oſſibus flexilis ad circumſpectũ, articulorũ nodis iungitur:leoni tamen & lupo & hyænæ,ex ſingulis rectíſque oſſibus rigens:cætero ſpinæ annectitur. Guttur homini tantùm & ſuibus intumeſcit,aquarum quæ potãtur,plerumque vitio. Summum gulæ,fauces vocãtur: extremum,ſtomachus.hoc nomine eſt ſub arteria jam carneſa inanitas adnexa ſpinę,ad latitudinẽ ac longitudinẽ lagenæ modo fuſa. Quibus fauces nõ ſunt, ne ſtomachus quidẽ eſt,nec colla,nec guttur,vt piſcibus:& ora vẽtribus iungũtur. hæc Plinius, nonnihil ſecum pugnãs,& Ariſtotelem non ſatis fideliter exprimens,vt ex ijs apparet,quæ de vtroque protuli. ac ſanè quomodo vltima iſta primis congruant,ipſe viderit.

M. Tullius libr.2. de natur. Deor. has partes eleganter deſignat: Linguam autem,ait,ad radices eius hærens excipit ſtomachus,quò primùm illabuntur ea, quæ accepta ſunt ore. is vtraque ex parte tonſillas attingens,palato extremo atque intimo terminatur. Atque is agitatione & motibus linguæ cùm depulſum,& quaſi detruſum cibum accepit,depellit. Ipſius autẽ partes eæ,quæ ſunt infra id quod deuoratur,dilatãtur: quæ autem ſuprà,cõtrahuntur. Sed cùm aſpera arteria (ſic enim à medicis appellatur) oſtium habeat adiũctum linguæ radicibus,paulò ſuprà quàm ad linguam ſtomachus annectitur;eáque ad pulmones vſque pertineat,excipiátque animam eam,quæ ducta ſit ſpiritu: candémque à pulmonibus reſpiret & reddat; tegitur quaſi quodam operculo:quod ob eam cauſſam datum eſt,ne ſiquid in eam cibi fortè incidiſſet,ſpiritus impediretur. Mirandum autẽ eſt,ſiquidem verum,quod ad id poſtremum Ciceronis dictũ refert Val.Maximus lib.9. cap.12. Anacreonti, dum paſſæ vuæ ſucco tenues & exiles viriũ reliquias foueret,vnius grani pertinaciori in aridis faucibus humore ſuffocatum fuiſſe. Plinius cap. 7. lib.7. huic & alium haud diſſimilem accẽſet: vt Anacreon poëta acino vuæ paſſæ: ſic Fabius Senator Prætor, in lactis hauſtu, vno pilo eſt ſtrangulatus. quibus rectã hãc infert ſententiã; Is demum profectò vitã æqua lance penſirabit, qui ſemper fragilitatis humanæ memor fuerit.

Sed vt ad illas partes redeam explicando abſoluendas,Celſus,non ille (vt puto) Epicureus impius & *ἄχρηστος*, quem Origenes tam acriter conuellit; ſed medicus, & optimus latinitatis author, potiùs quàm in arte medica exercenda verſatus, cap.1. lib.4. duo iſta itinera alimenti & ſpiritus,ſic exponit. Alterũ (inquit) aſperam arteriam nominãt: alterũ, ſtomachum. arteria exterior,ad pulmonem:ſtomachus interior, ad ventriculum ferrur. illa ſpiritum,hic cibum recipit. à quibus cùm diuerſæ viæ ſint,quà coëunt exigua in arteria;ſub ipſis faucibus, lingua eſt: quæ cùm ſpiramus,attollitur: cùm cibum potionémque aſſumimus, arteriam claudit. Ipſa autem arteria dura & chartilaginoſa, in gutture aſſurgit,cæteris partibus reſidet. Conſtat ex circulis quibuſdam cõpoſitis ad imaginem earum vertebrarum,quæ in ſpina ſunt. ita tamen,vt ex parte exteriore,aſpera: ex interiore, ſtomachi modo,læuis ſit. eáque deſcendens,ad præcordia cum pulmone committitur. Ibidem tamen ſtomachum, pro orificio ventriculi videtur accipere:aut ſanè parte laxiore,quæ circa ſeptimam ſpinæ vertebrãm cum ventriculo committitur. ille tamen vt volet:nam Græcorum authoritate & Latinorum,hanc partem,quæ ab ore incipit, cibúmque & potum glutit, *οἰσοφάγον* & *στόμαχον*, œſophagum & ſtomachum;& à Plinio, Lactantio,& aliis quibuſdam, gulam Latinè priuatim dici ſatis probauimus. Reſtat Lactantij ipſius ſenſum & verba proferre, & ad alia tranſire. Quoniã ergo(ait)duo ſunt in homine receptacula,vnum aëris,quod alit animam:alterum ciborũ,quod alit corpus: vt flecti ceruix ac moueri facilè poſſit,duas eſſe per collũ fiſtulas neceſſe eſt,cibalem ac ſpiritalem: quarũ ſuperior ab ore ad ventrem ferat; inferior,à naribus ad pulmonem. (verba audis:res quomodo habeat, non paulò certiùs antea expoſui.) Quarum ratio & natura diuerſa eſt. ille enim, qui eſt ab ore tranſitus,mollis effectus eſt,& qui ſemper clauſus cohæreat ſibi,ſicut os ipſum: quoniam potus & cibus dimota & patefacta gula, quia corporales ſunt,ſpatium ſibi tranſmeandi faciunt. Spiritus contrà,qui eſt incorporalis ac

Tonſillæ. Glandulæ. Vua.
Palatum. Iſthmus. Pariſthmia. Antiades vnde dicta. Amygdalarũ vſus & appellatio. Pariſthmia.
Gurgulio.
Epiglottis vbi, eiuſque vſus.
Arteria ſitus & gulæ, vſuſque ambarũ, & compoſitio.
N. correctio Plinij loci.
Stomachus & venter.
Ceruix & collum quibus adſit, & quorſum verſatile, aut rigidũ.
Guttur vnde.
Fauces. Stomachus vbi, & qualis.
Quæ cum faucibus deſint, & quibus.
Stomachi ſitus, & vſus. Tonſillæ.
Glottidis ratio.

Arteria aſpera ſitus, & vſus.
Epiglottidis vſus.
Anacreon acino ſuffocatus.
Fabius pilo vno ſtrangulatus.
Humanæ fragilitatis cõſideratio. N. de Celſi ſententia.
Arteria aſpera & ſtoma. hi ſitus vſuſque.
Lingulæ vſus.
Arteria aſpera compoſitio.
Stomachi ſignificatio.
Oeſophagus, gula, ſtomachus, pro eodem.
Arteriæ aſperæ & ſtomachi vſus, & ſitus, & compoſitio, ex ratio.

Digitized by Google

tenuis,quia ſpatium ſibi facere non poterat,accepit viam patentem,quæ vocatur gurgulio. Is conſtat ex oſſibus flexuoſis ac mollibus, quaſi ex annulis in cicutæ modum inuicem cõpactis & cohærentibus: patétque,ſemper hinc tranſitus. nullam enim requiem meandi habere ſpiritus poteſt: quia is,qui ſemper commeat, demiſſa vtiliter de cerebro membri portione, cui vua nomẽ eſt,velut occurſu quodã refrænatur, ne aut teneritudinẽ domicilij cum impetu veniens attracta peſtilenti aura corrumpat:aut totam nocendi violentiam internis receptaculis perferat. ideóque etiã nares breuiter ſunt apertæ. quę idcirco ſic nominantur,quia per eas vel odor,vel ſpiritus nare non deſinit. Tamen hæc fiſtula ſpiritalis non tantùm ad nares,verùm ad os quoque iter patet in extremis palati regionibus,vbi ſe colles fauciũ ſpectãtes,vuã tollere incipiũt in tumorẽ. Cuius rei cauſſa & ratio nõ obſcura eſt:loquendi enim facultatem non haberemus,ſi ſicut gulæ iter ad os tantùm;ita gurgulio ad nares tantùm pateret. Aperuit igitur viam voci diuina ſolertia,ex illa fiſtula ſpiritali, vt poſſet lingua miniſterio ſuo fungi: & vocis ipſius inoffenſum tenorẽ, pulſibus ſuis in verba concidere. Qui meatus ſi aliquo modo interceptus ſit,mutum faciat,neceſſe eſt. Errat enim profectò,quiſquis aliam cauſſam putat,cur homines muti ſint. Non enim (vt vulgo creditur) vinctam gerunt linguam: ſed ij vocalem illum ſpiritum per nares,quaſi mugiẽtes profundunt: quòd voci trãſitus ad os aut nullus omnino eſt, aut non ſic patẽs,vt plenam vocem poſſit emittere. Quod plerumque naturã fit,aliquãdo etiã caſu accidit, vt morbo aliquo hic aditus obſeptus,vocem non tranſmittat ad linguã,faciãtque de loquẽtibus muros. Quod cùm acciderit, auditum quoque obſtrui neceſſe eſt:vt quia vocem emittere non poteſt,ne admittere quidem poſſit. Loquendi ergo cauſsâ patefactus eſt hic meatus. Illud quoque præſtat,vt in lauacris celebrãdis,quia nares calorem ferre non poſſunt, aër feruẽs ore ducatur. Item ſi fortè ſpiramentarium,frigoris pituita præcluſerit, per os auram trahere poſſumus:ne obſtructa meandi facultate,ſpiritus ſtrãguletur. Hęc Firmiani verba ſunt ſanè ſpecioſa,& leniter fluentia,& ad perſuadẽdum multùm efficacia: ſed pleriſque locis parum veritati conſona,ſiquis eorum bene memor eſt,quæ non ita pridem ex veris medicinæ theſauris deprompſi. Vtra enim fiſtularum ſuperior ſit,non multum diſcrimen ineſt. Tranſitum cibi ſemper clauſum eſſe negamus:niſi ſenſim tunicæ inter ſe conniueant. Spiritum ſibi, quia tenuis ſit,ſpatium non poſſe facere, abſurdum videtur:quia vix quicquã eſſe poteſt aëri, ob ſui tenuitatem, minimè peruium. & quò vnumquodque tenuius, ὲ λεπομερέστερον, eò & penetrantius eſſe naturã conſueuit. Ex oſſibus porrò conſtare arteriam aſperam,nunquam fatebimur:Niſi fortè vni illi furcifero & homicidæ,cui bis térve ad reſtim acto, nunquam vita pendulo eripi potuit: eõtinuitate arteriæ oſſea ſpiritum ſemper admittenti,& velut miraculo quodam ſeruato,vt de eo Cardanus vſpiam ſcribit. Cæteris enim hominũ, laryngem ijs tribus chartilaginibus conſtare certum eſt,quas antea vtique expoſuimus. licet chartilaginum naturam,ob ſiccitatem & duritiem,ad oſſium notionem accedere: & in decrepitis,velut oſſeam effici. qualem omnibus ineſſe Columbus nobis perſuadere voluit. ſed Galenus incõmoda inde ſecutura vidit libr. de organis vocalibus: quòd ſua duritie oſſa gulam ſubiectam premerent,& glutitionem impedirent: quòd põdere ſuo linguam & φαρύγγιον deprimerent: quòd maioribus & fortioribus craſſa muſculis mouentibus eguiſſent,non ſine deformitate gutturis: quòd oſſa tenuia fragilia forẽt:quòd voci minùs apta forent; quia nec molle,nec durũ & oſſeum voci formandæ cõueniat: ſed quod moderatè cedit, blandéque pulſat aërem:qualis eſt cartilago inter os & carnem media,ægrè patibilis,& reſonare,& cedere apta: non tamen concidere & collabi. & quia voluntati obedire bronchus debuit: ideo ad motum expeditiorẽ,triplici chartilagine conſtitit,tum dilatando,tum contringendo,tum claudẽdo,tum aperiendo facilibus, per geminam articulationem. nam dilatatio & conſtrictio,per articulationem primæ ad ſecũdam; clauſio & apertio,per articulationem ſecundæ ad tertiam,perficitur. Vox autem quomodo fiat,puto à nobis antea ſatis expoſitũ. & Lactãtius hoc loco, Ariſtotelis problematicam ſolutionẽ aſſumpſit,de ἀφωνίας cauſſa,ob ſpiritus per nares eruptionẽ omnimodã,vt putat:vt autẽ nos non cõcedimus. ſicuti neque ex morbo mutos redditos,auditus facultate priuari,vt ex Thucydide de peſte Athenienſi ſcripſimus.

Sed profectò iniurius ſim,ſi & philoſopho,& Theologo os,manum,mentem,obſtruere,vincire,& impedire velim,quò minùs quæ de natura rerum,& de corporis huius,functionúmque eiuſdem mirãda natura ſentit,liberè & loquatur,& ſcribat,& ſentiat. Eſtque laus iſta medico non parua,apertè,& verè, & palàm profiteri, quæ philoſophi acumen nondum potuit eruere; & quę nemo,niſi medicus,idémque philoſophus, aut medicinæ opera vſus philoſophus,quantumuis acutus,vnquam potuit animi ſolertia,aut ingenij acie,aut ratiocinandi acumine ſatis expromere.

Qua eadem ratione,inanis Macrobij labor oſtenditur, medicinam obtrectantis & calumniantis:qui,niſi medicinæ beneficio,nõ tantùm de cibo & potu,eorũque officina & modo peragendi operis poterit probabiliter differere:ſed nec reliqua tum obſcuriora,tum apertiora,aut mente aſſequi, aut oratione veriſimili pertractare vnquam poterit. Cui interim illa per me dabitur optio; Aut vt cum Platonici Timæi loco malè intellecto,& cum falſitate pertinaciter ſentiat: Aut cum eodẽ Platone,& cum Ariſtotele,ſummo (quantum ego iudico) in philoſophia authore, veritatẽ nobiſcum amplectatur. Ita tamẽ vt ſuis iſtis verborũ ambagibus,vt rationibus parum validis,vt poëtarũ parum veris, imò ne veri quidem ſimilibus teſtimoniis,ſimplicium & imperitorum atque credulorum animis minimè imponat,illudat,fucum faciat.

Gurgulionis compoſitio.

(Suprà gurgulio pro vuula.

Vua neceſſaria.

Nares vnde dicta.

Gurgulio cur in os feratur.

Vocis ratio.

Muti qua de cauſſa fiant.

Muti, ſunt etiam ſurdi, quomodo.

Cur arteria aſpera in os aperiatur.

N. in Lactantium breuis animadverſio.

Quòd ſtomachus non ſemper clauſus.

Quòd aër ob ſui tenuitatem facilius penetret.

Quòd arteria aſpera non conſtet oſſibus, ſed tribus chartilaginibus.

Homo pendens laqueo ſtrangulari non potuit, cur.

Mirum.

Columbus eſſemum brẽchum ſcribit: Gal. negat ab incommodis inde ſequentibus.

Bronchus cur triplici chartilagine conſtet.

Quòd muti non fiant ob totam ſpiritum nariũ efflatũ.

Quòd muti ex morbo, non ideo ſurdi.

Conceſſio.

Phyſici medici laus ſupra philoſophos.

Macrobij contumelia medicinæ refutatur.

Macrobius licet cum Platone erret.

Ariſtoteles philoſophorũ ſummus.

Concluſio aduerſus Macrobium.

Digitized by Google

De Thorace.

CAP. III.

In quo primùm quæritur; An anima in corde habitet?

Pectus vnde dicatur.

Thorax vnde dicatur.

An anima in thorace habitet?

A testimoniis.

Christus hominem erexit.

Quòd anima & mẽs in corde.

Mentis error.

Cor, perturbationũ animi sedes.

Cor pro anima.

SED venio nunc tandem ad propositam secundam corporis humani vniuersalem partem, quam thoracem aut pectus appellari dixi. posteriore quidem nomine Latino, à pangẽdo, quòd sit costis duodecim, & vertebris totidem, totóque antico sterno, quinque, sex, septem, rarò plurium, interdum pauciorum ossium, bene compactum, & firmiter communitum. Græco autem illo priore vocabulo, θώραξ, ὅτι θωρακίζει τὰ σπλάγχνα, quòd cor obsepiat & muniat. aut, vt quibusdam videtur, ἀπὸ τοῦ θορύβου, ob continuum cordis saltum eodem inclusi (quarum derivationum mox ratio patebit) aut denique ἀπὸ τοῦ θώσσειν καὶ φυλάττειν, quòd diuinam nostri partem, animam nempe seruare & custodire credatur. Plerisque enim non tantùm philosophorum; sed etiam authoribus Theologiæ sacræ, pectus, animi sedes & domicilium præcipuum existimatur. Permulta sunt, quæ proferri possent è sacra pagina, ad id probandum, testimonia: ego nonnulla proponam: reliqua obseruanda tibi relinquam.

CHRISTVS ipse, qui hominem fecit (sic enim Pater ad Filiũ, Genes. 1. Faciamus hominem ad imaginẽ & similitudinẽ nostrã) quique scit, ait Paulus, quid sit in homine, dicẽs Marci 12. Diliges Dominũ Deũ tuũ ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, & ex tota virtute tua; synonymis vtitur istis pro eodem, velut ἐν καρδίᾳ. idem Matth. 15. De corde exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, blasphemiæ nimirum quasi sit anima in corde, cuius sint bonæ & malæ cogitationes, & earundem effectus. ibidem ex Esaia 29. Populus hic me labiis honorat: cor autẽ eorũ longè est à me. id est animus, qui in corde habitat. Nam mẽte nos orare satis Paulus ostendit, & ratio conuincit. Orabo spiritu, orabo & mẽte, ait 1. Corinth. 14. & Ioannis 12. Cùm diabolus jam misisset in cor. & apud eundem cap. 16. Tristitia impleuit cor vestrum. & paulò pòst, Gaudebit cor vestrum. quasi lætitiæ tristitiæque focum in corde statuat, & fortè reliquarum affectionum animi, quæ pathemata & perturbationes diximus. Ideo Paulus 1. Timoth. 1. Charitas de corde puro. & Act. 4. Multitudinis autem credentium erat cor vnũ, & anima vna. (&, pro, id est) item 2. Petri 2. Cor exercitatum in auaritia habentes. Ex his enim & pluribus aliis locis, affectuũ animi sedes, cor ipsum μεταφορικῶς designatur. sicut idem, animæ domiciliũ significatur, tum ex citatis è nouo testamẽto, tum permultis aliis locis & noui & veteris instrumẽti: quos ego Theologis relinquo discutiendos: vbi tamen de veteri testamẽto paucos quosdã in medium adduxero. Nam Exodi 7. 8. 9. & deinceps, Cor Pharaonis induratum & ingrauatũ, quid aliud sonat, quàm animum pertinacem & obfirmatum in malitia atque contumacia? & Deuteron. 6. *Diliges* Dominum Deum tuũ ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua. dicta omnia ἐν καρδίᾳ, vt paulò antè monui è nouo testamẽto repetitum. & 1. Reg. 16. Dominus intuetur cor. & Dauid Psalmo 23. Innocens manibus, & mundo corde. idem 50. Cor mundum crea in me. & Prouerb. 2. Si intrauerit sapiẽtia cor tuum. nempe animam tuam. ibidem 14. In corde prudentis requiescit sapientia. & 21. Cor regis in manu Domini. & 22. Stultitia colligata est in corde pueri. & quid plura persequor? vix enim finis erit, si omnia perscrutari velim: ex quibus; cor per metonymiam subiecti, pro anima ipsa, velut in eodem sibi domicilium deligente & statuente, sumitur. & pari tropo, cor idem capax disciplinæ, stultitiæ, amoris, odij, virtutis, vitij, & omnium penè dixerim affectuum jam sæpe antea commemoratorum, clarè ostẽditur. quam loquendi formulam totus Doctorum chorus sequitur, rectè à suo authore & doctore CHRISTO, & Spiritu sancto, prophetarum, & legis sacræ, atque hagiographorũ authorũ inspiratore, duce, impulsore diuinissimo institutus. Sic Euthymius cõment. in psalmum 50. acutè cordis multiplex significatũ exponit: Cor apud scripturam, multa significat. aliquãdo enim pro singulari corporis mẽbro accipitur. aliquando verò pro interiori illa rationis atque intellectus parte, à qua regimur: iuxta illud, Quare cogitationes ascendunt in corda vestra? aliquando sententiam significat, & propositum: iuxta illud, Cor autem eorum longè est à me. aliquando beneplacitum, & animi affectionem: iuxta illud, Inueni Dauid virum secundùm cor meum. & aliquando animam, vt hîc; Cor mundum crea in me. hæc ille & Theologicè, & verò acutè. Quanquam vbi de animæ sede determinare volunt plerique Theologi, non eam vllâ aliqua certa parte includunt & arctant: sed liberrimè per totum corpus diffusam, totãque in toto & qualibet totius parte insitam affirmant. Vnus Ambrosius erit mihi instar multorũ: sic enim sub finem Hexaëmeri, libello de dignitate hominis cap. 2. (si modò is libelli author est) Sicuti Deus vnus semper vbique totus est, omnia viuificans, mouẽs & gubernans (sicut Apostolus confirmat Act. 17.) Quòd in eo viuimus, mouemur & sumus. Sic anima in suo corpore vbique tota viget, viuificans illud, mouens & gubernãs. Nec enim in maioribus corporis sui membris maior, & in minoribus minor: sed in minimis tota, & in maximis tota. & hęc est imago vnitatis omnipotentis Dei, quam anima habet in se. hæc ille grauiter, & verò probabiliter. licet doctissimus vsquequaque Melanchthon parui hãc faciat sententiam, & ad D. Augustinum authorẽ referat, incerto tamen loco libróque scriptam; neque velut necessariã, aut sacris voluminibus comprehensam, approbet eo quidẽ opere, quod ad Aristotelẽ de Anima conscripsit; multis illud quidẽ fœcundũ sentẽtiis, & verbis bene Latinis exaratũ: sed quod ad Anatomiam corporis humani pertinet, parum certũ; & multis obscurorum imperitorũque medicorũ placitis plerumque

Spiritus sanctus sacrorum veritatum author.

Euthymius.

Cordis μεταφορικὸν vsus.

Quòd anima tota in toto, & totà in qualibet corporis parte.

Ambrosius.

Vt Deus vnus vbique totus latet; sic anima in toto corpore, & singulis eius partibus.

Animæ imago Dei.

N. de Melanchthone; & eius de anima commentario, sententia.

Cæteris,

que falsis refertū. qua de re monitum lectorem volui,ne falsa pro veris,dubia pro certis, probabilia pro compertis improuidus & credulus probet aut recipiat. Et hoc vel monere me, vel percontari puta. Orus Apollo in Hieroglyphicis,pro anima aquilam olim pingi solitam memorat (alij accipitrem accipiunt) iuxta nominis interpretationem. Siquidem Ægyptiis aquila (siue accipiter) Baieth dicitur: quod nomen si diuiseris,animam & cor sonat. Bai enim, anima est: eth,cor. Cor autem ex Ægyptiorum sententia, animæ ambitus est. Itaque nominis compositio animam cordatā notat. (velut corde inclusam.) Vnde & aquila, (siue accipiter) ob eum,quem cum anima habet naturæ consensum,aquam omnino non bibit: sed sanguinem,quo & ipsa nutritur anima. hæc ille statim sub initium opusculi, propiùs ad Galeni & Hippocratis jam à principio positam de anima accedens sententiam. De Aristotele paulò antè protuli cap.10. libr.3. de partib. animal. cordi prudentiam tribuente. & libro de respiratione, animi in corde feruorem collocante. Eundem secutus Lactantius lib. de opificio Dei,Cor,sapientiæ domicilium asseuerat. & lib.1. de falsa religione, cap.9. vitia de corde prodire putat. & Ciceroni 2. de finib. cor sapere dicitur. & Tusc. 1. Aliis cor ipsum,animus videtur: ex quo,excordes,vecordes, concordésque dicuntur. *Διανοίας* simili de causa vocat Chrysippus, principatum animæ in corde statuens, vt pòst paulò repetam. Empedocles animum esse censet cordi suffusum sanguinem. alij in corde animi esse sedem & locum dixerunt. Stoïci in corde animi sedem locarunt,vt docuimus,cùm de voce ageremus. in eodem etiam rationem, iram,cupiditatem,& reliquos ab his ortos affectus cum Aristotele statuunt, vt Galenus de Zenone testatur lib.3. de plac. Hipp. & Plat. & ego alibi disceptabo. Idem Arist. lib.3. de part. animal. cap.4. motus lætitiæ ac tristitiæ, denique omnium sensuum, à corde oriri, eodémque desinere statuit, vt postea probabimus productis ex eodem locis. Quinetiam discrimina cordis, quæ amplitudine, exiguitate, duritie, mollitie existant,vel ad mores pertineant aliquatenus. pauida enim, quibus cor grandius: audentiora fidentioráque,quibus minus sit,vel mediocre etiam. Huc pertinet festiua illa de Aristomene Messenio relata apud Val. Maximum cap.8. lib.1. historia: cui Athenienses, ob eximiam eius calliditatem, execto,cor pilis refertum inuenerunt. cùm eum aliquoties captū, & astutiâ elapsum,cepissent tandem & exenterassent. Alij tamen ad fortitudinem referunt: trecentis enim ab eo cæsis hostibus, tandem captum illum, vna sua morte tot funera persoluisse,vt postea repetam: eandem hanc quæstionem,an anima in corde sedem legerit, paulò pòst discussurus, & longiori oratione disceptaturus.

Orus.

Quòd cor, anima sedes.

Testimonia.

Aquila cum anima affinitas.

An anima sanguine alatur?

Cor, affectuum animi origo.

Cordis ad mores efficacia.

Aristomenes cor pilosum, quod portendat.

Aristomenes solus 300. occidit.

De Pectoris constructione & vsu.

CAP. IIII.

SED ad Aristotelem postea reuertemur, & ad cordis memorabilem historiam: de thorace enim priùs considerandum; quod amplissimum & capacissimū munitissimúmque cordi domicilium natura est machinata, vt tuto in loco ipti primario cuidam, & principi maximo tutus esset recessus, & contra vim externam,validum vixque penetrabile tegumētum. sic enim antea,cùm de voce loqueremur,videmur scripsisse ex Hipp. & Gal. ad 6. Epidem. sect.4. Cor statim ab initio cùm formatur in vtero,amplificari & increscere illis, in quibus insitus calor plurimus inest. ad cordis verò portionem,& pectus plerumque magnum effici: & hoc iterum pulmonum magnitudinem consequi. Vnde si istis asperæ arteriæ magnitudo respondet,& huic plerūque guttutis;haud abs re sæpissimè percalidæ naturæ homines vocaliores euadere.

Thoracis vsus, & cordis munimen.

Cordis, & thoracis, & pulmonum analogia ad naturalem caloré, quā.

Indéque arteriæ & vocis.

Thoracem autem nominant, quod à costis comprehenditur: quæ in omnibus ferè animātibus, duodenario vtrinque numero comprehenduntur. quotuplex etiam vertebrarum motáphreni numerus esse consueuit. rarissimè enim tredecim, aut vndecim tantùm in altero latere deprehenduntur. Licet Adamo ἀγρυπνήσαντι, graui sopore immisso, Deum vnam de costis exemisse credamus Mosi scribenti cap. 2. Genes. & eius locum carne repleuisse: ex eáque costa mulierem efformasse,& Adamo coniugem dedisse: quasi arctioris in posterum amicitiæ vinculum symbolúmque futurum. quatenus sibi quisque bene esse cupit,seque amat, & quæ sua sunt,vt postea latiùs declarabo. Nemo enim vnquam carnem suam odio habuit, ait Paulus Ephes.5. Non enim vir ex muliere est,sed mulier ex viro. nec est creatus vir propter mulierem: sed mulier propter virum, vt infert appositissimè idem Paulus 1. Corinth. 11. Ideo Adamus agnita velut parte sui; Hoc (ait Euæ coniugi) nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea. hæc vocabitur virago, quoniam de viro sumpta est. qua de re postea.

Thoracis circumscriptio.

Costarum numerus.

Deus Adamo sopito costam exemit: de qua femina genuit; deorum genus.

Quorsum Euæ de costa Adami.

Vir supra mulierem, prærogatiua.

Euæ, cur virago dicta.

Nihilominùs progenies tota Adami,duodecim costas vtrimque sortita est; seu vi manante à prima illa parentis formatione: siue ita volente potiùs & iubente Deo, qui hunc numerum ab initio conuenientiorem instituerat. solent enim dextræ partes sinistris pari numero respondere, vt sæpe dico. Quanuis etiam Hippocrates hoc iactet,semen rapere secum ideam omnium partium. ex quo, & numerus earundem, & forma vt plurimùm similis existit. sed ad medicos redeamus, & Theologica mysteria nunc omittamus.

Qui fiat, vt Adam 23. costas, posteri habeant 24.

Dextra sinistris pares.

Semen rapit secum ideam omnium partium.

Homini igitur clauiculas habenti, thorax elatior & amplior, sed breuior esse naturâ solet: reliquis autem animantibus, strictior & angustior & longior, & in carinæ formam quandam conformatus. Lactantius id vidit,cùm lib.

Thoracis humani cū aliis analogia, & prærogatiua, vsúsque diuersus.

igitized by Google

de opificio Dei ſcriberet; Nam pectoris latitudo ſublimis, & expoſita oculis, mirabilem præfert habitus ſui dignitatem. cuius hæc cauſſa eſt: quòd videtur hominem ſolum Deus veluti ſupinum formaſſe (nam nullum ferè animal iacêre in tergum poteſt) mutas autem animantes quaſi alterno latere iacentes finxiſſe, atque ad terram compreſſiſſe. Iccirco illis anguſtum pectus, & ab aſpectu remotum, & ad terram verſus ſubiectum. homini autem patens & rectum; quia plenum rationis à cœlo datum, humile aut indecens eſſe non debuit. hæc ille.

Coſtarum, & vertebrarum proportio, & cõnexio.

Coſtæ parte quidem antica, oſſi pectoris vtrimque ſeptem adhærent: poſtica autem, vertebris pari, vt dixi, numero conſtantibus: ſi geminari vtrinque coſtas intelligas. ex quibus, quinas vtrinque, quæ ad os pectoris non perueniunt, νόθας & ſpurias cognominarunt: quæ ad diaphragma extremis ſuis chartilagineis, anteriore parte; poſteriore autem, cum cæteris ad ſpondylos pertingunt. Ariſtoteles neſcio quo conſilio inductus, octo numerat coſtas in homine, cap. 15. lib. 1. hiſt. animal. Me puero, Lutetiæ carnifici publico triginta coſtæ ineſſe dicebantur; vtique etiam in vulgus inde ſic denominato: nonnullis 26. deprehenſæ.

Coſta vera, ſpuria: notha, quæ, quomodo cõmiſſa.

Ariſtotelis coſtæ octonæ.

Carnifex trigintacoſtanus.

Os pectoris, quod ſternon vocant (quod & pectus à nonnullis dici video) totámque anteriorem thoracis partem hoc nomine cenſent: os (inquam) illud modò pluribus, modò paucioribus conſtat oſſiculis, à tribus ad ſeptem, vel octo, vt Galenus putat. ſæpius tamen hoc ævo, in noſtro quidem genere, ternis; aut ad ſummum quinis. Illi ad infimam ſui partem, chartilago quædam adhæreſcit, ab enſis ſimilitudine, ξιφοειδὴς cognominata: præcipuum oris ventriculi propugnaculum, partim & ſepti tranſuerſi, & cordis adeo ipſius. vulgus malum granatum, & aliis barbaricis nominibus appellat.

Sterni compoſitio, & oſſium numerus.

Os enſiforme, eiuſque vſus, & ſynonyma.

Thoracis circumſcriptio.

Quod igitur à coſtis vtrinque circunſcribitur, pertinétque anteriore quidem parte ad pectus, ac ſeptum tranſuerſum; declinat verò poſteriore, ad ſpinam, ac reflectitur: hanc omnem molem medici conſueuerunt appellare thoracem, vt Galenus libr. 6. de vſu part. circumſcribit.

Mediaſtini natura, & vſus, formáque & connexio, & nominis ratio.

Quem medium exortæ de pleura validæ membranæ vtrinque ſingulæ geminatæ interſepiunt; ideo Græcis dictæ, διὰ τὸ διὰ δυοῖν τείνεσθαι, à ſe inuicem plus minùs diductæ, cor intra ſe complexæ, & validè obfirmantes: & venis & arteriis peculiaribus præditæ: totum thoracem pulmonémque bifidum, ſecundùm longitudinem dirimunt, à iugulo ad totam ſepti tranſuerſi longitudinem ſupernè deorſum tendentes, parte quidem poſteriore, ſpinæ vertebris, anteriore verò, medio pectoris oſſi adnexæ, quod ſternon diximus: ex quo fortè mediaſtinum, quaſi mediaſternon vocitatur: aut medians ſternon. Ex quibus contingit thoraci duos ſinus habere: vt ſi fortè magno vulnere in alterutram eius partem accepto, reſpirationis munus ea parte perierit, reliquus venter incolumis, dimidium ſaltem actionis retineat.

Thoracis ſinus, eorúmque vſus.

Vtroque enim ventre ſimul conſoſſo, & vocis & reſpirationis omnimoda fit iactura: ab altero, tantùm media quædam vtriuſque portio actionis deperit. mediaſtinum (quòd medium ſtet atque intercedat) recentiores Anatomici, ratione ſitus & officij, nominarunt.

Similium thoracum ambobus conſoſſis, penitus reſpiratio eam vocem.

Pectoris ſitus ratio.

Ariſtoteles cap. 10. libr. 4. part. animal. Pectus (ait) inter lacertos homini conſtitutum eſt: cæteris inter crura priora. Latum id eſſe in homine ratione permittitur, cùm nihil lacerti adiuncti lateribus impediant. At quadrupedibus, quòd ante ſe crura, cùm ambulant, locúmque mutant, protendunt, pars hæc coarctata eſt. vnde fit, ne quadrupedes eo loco habeant mammas. idem cap. 7. lib. 1. hiſt. animal. Thoracem definit & circunſcribit à collo ad pudenda vſque. ibidémque cap. 13. maris penem de poſtremo thorace propendêre dicit. nimis tamen amplè & largè thoracem definiens: cùm non totum corporis truncum hoc nomine ſignificari velimus. ideóque ipſe lib. 4. part. animal. cap. 10. ita ſententiam quodammodo retractat. A pectore venter ſubiacet, coſtis non cluſilis. vbi nihilominùs in veterem ſententiam relabi mox videtur; finem thoracis faciens, qua parte oſtium excrementi tum ſicci, tum humidi continetur. forſan Hippocratem legerat, qui libro de arte, hepar thorace contineri ſcripſit. ſed de hoc poſtea. nam de ſuccingente coſtas membrana (quæ Græcis περιζώνης χιτὼν dicitur) nonnihil ſubijcere placet.

N. in Ariſt. animadverſio, de thoracis amplitudine.

Ventris terminus.

Tunica thoracem ſuccingens natura, & vſus.

Hæc tunica totam thoracis cauitatem & capacitatem oſſeam, quantuſcumque eſt, omni ex parte veſtit & operit, eius amplitudinem & figuram æmulata: neruulis, venulis, arteriolis interrexta: propugnaculi vicem præbens pulmoni; ne, dum hic reſpirante animali ſe pandit, nudis oſſibus incidat. Eadem tunica ſiue membrana, toti interno thoracis ſinui duplex vbique, ampliſſimè & latiſſimè ſubtenſa, ſedes habita eſt pleuritidis; quæ πλευρῖτις occupare (à quibus nomen ſortitur, quaſi lateralis ſiue coſtalis morbus) & grauiter angere, cum dolore pungenti, tuſſi, dyſpnoea, febre continua, pulſu ſerratili, conſueuit.

Pleuritidis ſitus, & appellationis ratio, náturáque.

Non debet hoc loco prætermitti ſcapula vtraque, quæ & omoplata dicitur, ἀπὸ τῆ ὤμου & πετάνης. quia figura quidem plana eſt, fermè autem triangula: humerum autem producit, & id quod dici ſolet ἀκρώμιον: quæ eſt oſſea humeri apophyſis continua. Celſus ſcoptula operta vocauit; haud ſcio an mendosè, pro, ſcutula aperta. vtraque enim ſcapula (quæ & pala ob ſimilitudinem inſtrumenti ruſtici dicitur, præſertim ab Aureliano methodico) ſcuti non modò formam æmulatur; ſed vſum etiam præſtat. Quja enim Iano eſſe non licuit noſtrûm cuilibet, vt à tergo poſita poſſet aut videre, aut declinare: Natura prouida, inſito cordi hac potiſſimùm parte proſpexit, oſſibus duriſſimis & latiſſimis oppoſitis, quæ & ictus exciperent, & impetus rerum appellentium extrinſecùs, vel contundentium retunderent.

Omoplata etymon, vſus, figura.

Acromion, quid.

Scoptula operta, an ſcutula, ab vſu, & forma, quæ.

Pala cur dicta.

Ianus bifrons.

Thoraci ampliando, & humero ſummo cum pectore colligando, clauiculas etiam natura

Clauiculárum nomen & vſus.

opifex artificiosè effinxit, vtrinque suam, nec admodum solidam, ne nimio ponderi esset; neque rectam, sed qua figura incuruata & obliquata, thoraci dilatando esset aptissima. paucis vtique animalibus data: quibus iccirco pectus angustum, & velut carinatum esse diximus.

Quadrupedum cur pectus carinatum.

Quæ tamen veræ carinæ in nobis vicem gerit, & cuius beneficio recti incedimus, ea spina est, vt plurimùm, & è naturæ instituto (quod in nonnullis indiuiduis variari contingit) spondylis seu vertebris 24. constrata: ceruicis quidem, 7. lumborum autem, 5. dorsi amborum medij, 12. ad motuum varietatem & flexibilitatem in omnem partem expedita. quod non contigisset, si vnico osse continuo constitisset, in morem pali, aut pili, aut veru semper rigens. de his sic Firmianus in opificio hominis: Atque vt ipsam corporis crassitudinem firmiter comprehenderent, maiotibus & breuibus ossibus inuicem colligatis, quasi carinam compegit, quam nos dicimus spinam: eámque noluit ex vno perpetuóque osse formare, ne gradiendi flectendique se, facultatem animal non haberet. Hipp. lib. de articulis; Obliquatur spina etiam sanis iuxta multos modos: nam & in natura, & in vsu ita se habet: sed & præ senectute ac doloribus. Tota autem secundùm longitudinem rectobliqua est: à sacro quidem osse vsque ad magnum verticulum; iuxta quod crurum annexio dependet, gibba est. nam & vesica, & genituræ, & intestini recti laxa pars ibi constituta est. inde verò vsque ad septi annexionem, in directum repanda est. ab hac parte vsque ad magnum verticulum, quod supra supernas humeri partes est, è directo gibbosa est. ipse verò ceruicis articulus repandus est. hæc ille: vbi & de costis.

Spina compositio, vsusque.

Cur è pluribus vertebris.

Item cur obliqua, & quomodo.

Costarum numerus, figura, nexus, & vsus.

Porrò spina dorsi, veluti transtra quædam, foros, & antennas, vtique costas de se vtrinque duodenas iam mihi dictas, aut emittit, aut intra se excipit. de quibus sic idem Lactantius consequenter ad spinam: Ex eius parte quasi media costas, id est transuersa & plana ossa porrexit in diuersum: quibus clementer curuatis, & in se, velut in circulum penè conductis, interna viscera contegantur: vt ea quæ mollia & minùs valida fieri, opus erat, illius solidæ cratis amplexu possent esse munita. Celsus cap. 1. lib. 8. spinam & costas ab eo loco describit: Caput autem spina excipit. ea constat ex vertebris 24. sed longam orationem tibi per otium legendam relinquo. Tandémque ima sui parte, in os sacrum, Græcis ἱερὸν, id est magnum, quod & latum cognominatur, tribus aut quatuor pluribúsve constans particulis: denique in coccygem, velut in puppim quandam, spina velut nauis desinit; aliquot ossiculis chartilagineis compositum: haud scio an à similitudine rostri cuculi auis denominatum, qui κόκκυξ, fictitio à cantu nomine Græcis dicitur. Hanc infimam spinæ totius partem basímve cuculatam, Gallicum vulgus ridiculo nomine *crupion* vocitat, in pueris & tenellis infantulis, ex leui casu aut lapsu intrò conuerti aut euerti solitam, & suo acumine rectum intestinum pungendo, diuturnam ac permolestam alui fluxionem excitare consueram. Coccygem tamen in partu retrò cedere & viam atque exitum infanti prodituro ampliorem facere nouimus, & alibi repetemus. neque enim pubis ossa per συμφύσεων iuncta, partu instante dirimi, ac diduci separarique, principi Arabum medico Auicennæ asserenti credimus: & anili ex eo deductæ barbarorum & mulierc ularum sententiæ. Celsus cap. 1. lib. 8. os pectinis rectius in viris, recuruatum magis in exteriora in fœminis profitetur: ne partum prohibeat. quod verum duco. Galenus libr. 12. de vsu part. multus est in coccygis expositione: à quo nos hæc pauca sumemus de spinæ dorsi vtilitatibus. namque de externis appellationibus alibi transegimus. ac de spina iterum sub finem, vbi de neruis & medullis nominatim.

Coccyx euersi dicitur.

Coccyx in partu retrò cedit.

Ossa pubis in partu nõ separantur sed in fœminis ad exteriora recurrũtur.

Prima igitur spinæ seu rhacheos vtilitas, est velut sedis cuiusdam & fundaméti instrumentorum ad vitam necessariorum. secunda autem, velut viæ cuiusdam & ductus tutissimi medullæ spinalis: de qua erit nobis aliàs speciatim dicendum. tertia, firmi præsidij. quarta, motus instrumenti, quem dorso ac spina animalia obeunt. (addo ego, propter iumentorum vsum, in gestandis oneribus tanquam fulcrum validissimum.) quibus quinta vtilitas ex abundanti accedit, viscerum extrinsecùs spinæ incumbentium munimentum. Nam quòd velut carina est, & totius animalis stabilimentum: ob eam causam ex ossibus constata est, & his duris. Quod verò spinalis medullæ est via: ob id intus est cana. Quòd autem ipsi instar muri est: ob id multis propugnaculis in orbem est communita. Quod verò motus est instrumentum: ob id ex pluribus ossibus per articulos commissis inter se constitit. Ac quoniam instrumentorum copia primos spondylos oppletos ideo minores, & magis cauos, & tenuiores, ac leuiores summi quique extiterunt. Quod enim gestatur, minus & leuius eo conuenit esse, quod gestat. ideóque infimum spinæ ossium, idem est & maximum, & solidissimum, velut reliquorum fundamentum & fulcrum futurum. Cæterorum verò, quò vnumquodque illi propinquius, eò maius, & grauius superioribus esse solet, ac debet. & quæ situ ab infimo discedunt, eidem & ad portionem magnitudine cedunt. Sed de apophysibus seu productionibus ilterum ossium, déque neruis, & ligamentis, & cæteris partibus spinalibus, satius est eundem Gal. legere disputantem toto libro 12. & 13. de vsu partium, déque osteologia libello, & alibi: nam de thorace postea dicemus, cũ de pulmonibus erit sermo, & motu thoracis sequaci. hæc enim delibare volumus, non deuorare: & ex ijsdem voluptatem capere, non satietatem aut fastidium concitare.

Spinæ vtilitas.

Spinæ cur ossea, & cana, & valida, & pluribus constans ossibus.

Cur spondyli summi quique latissimi, & infimi crassissimi.

Spinæ os infimum, idé & crassissimũ: sit deinceps inferiora sunt crassiora.

Transitio.

Os sacrum, quid & quale.

A simili.

A simili.

Coccyx cur dicatur, & eius natura.

Crupion Gall.

Digitized by Google

De Mammis.

CAP. V.

Thoracis vſus & encomia.

HAEC eſt igitur aula pulcherrima, hæc regia ſplendidiſſima, hoc munimentum tutiſſimum magno illi regi vel principi à natura cordi fabricatum, in quo commodè & tutò habitet, ſuáſque functiones liberè & expeditè obeat, de quo priùs quàm dico; volo in ipſo pectore contemplari pulcherrimos aſpectui colliculos, & vtiliſſimos alendis fœtibus, vberrimóſque lactis fontes: aut, vt iocari ſolemus, lagenas geminas vtrinque pectori muliebri & pulchrè, & decorè, & molliter incumbentes mammas. quarum natura tota glandoſa eſt, & ſpongioſa, lacti & faciendo & cõtinendo aptiſſima. Quomodo in alio animantium genere (non tamen volucrum, præter vnam aut alteram ſpeciem) ſpectari ſolent & loco, & forma multùm diſcrepantia vbera, ſed vſui ſimili reſpondentia.

Propoſitio.

Mammarũ vſus & encomia.

A ſimili.

Volucribus perpaucis mamma inſunt. Vbera animalium.

Hippocrates lib. de glandulis, ſic deſcripſit: Quin & glandulæ in pectoribus, mammæ appellantur, & attolluntur, & lac faciunt: aliquibus verò lac non faciunt. & faciunt quidem lac mulieres: viri verò non faciunt. Mulieribus enim rara eſt glandularum natura: quemadmodum etiam reliquum corpus rarum habent: & alimentum, quod in lac permutant. Et ab vtero accedit ad mammas, quod poſt partum puero ceſſarum eſt in alimentum. quod ipſum ſanè exprimit (quod lib. de natura pueri repetit) ac ſurſum mittit omentum, ad ſupernas partes ab ipſo fœtu coarctatum. Verùm maribus locorum anguſtia, & corporis inſuper denſitas conducit ad hoc, vt glãdulæ non ſint magnæ. Mas enim plenus eſt, & velut pallium, denſus, tum ad viſum, tum ad tactum: Fœmina verò rara, & laxa, & velut fluida, tum ad viſum, tum ad tactum. Quare humiditatem non remittit id quod eſt rarum & molle. Mas autem non amplius quid eius ſuſceperit, cùm denſus exiſtat, ac cohærens, & compactus. ſed & labor corpus ipſius corroborat: vt non ſit locus, vbi redundantia ac ſuperfluitates recipiat. Atque hoc modo cogit & concludit hæc ratio, & pectora, & mammas, & reliquum corpus mulieribus laxa & mollia eſſe, tum ob otium ac ſegnitiem, tum ob alia prædicta: viris autem, vice verſa. hæc Hipp. eo libello diſertè & probabiliter. Galenus ſub finem libr. 7. de vſu part. potiùs Ariſtotelem ſecutus cap. 10. lib. 4. de partib. animal. vt aliàs proferam; Quandoquidem lac (inquit) vtilis alimẽti eſt ſuperfluum: iure optimo quibus animantibus in cornua ac dentium magnitudinem, inbam, & ſiquid eiuſdem generis eſt, in partibus ſuperioribus copia ſuperfluorum abſumebatur; in his quidem ad thoracem non poterat aliud aceruari vtile excrementum. vnde ad ventrem eorum natura mammas ex thorace deduxit: quibuſdam autem ad imas adeo totius ventris partes depreſſit, vt poſterioribus cruribus ſint proximæ. Ad hæc, fœcundis quidem multas, infœcundis autem binas effecit.

Lactis natura, & generatio.

Multis animantium nõnullæ cur mammæ nõ incumbant thoraci: in neonullis ſpeciebus.

Mas & fœmina rara, vnde.

Mammarũ numerum fere reſpondet fœtuum numero.

Homini cur mammæ in pectore, & earum vſus.

Cur poſſit aptè mammarum productio & barũ vſus.

Lactis generatio.

Cor, fontũ caloris.

Venarum ad mãmas ductus & origo: itémque arteriarum: & quomodo ſanguinem in lac mutent.

Natura parti plures vſus indit, præter primarium.

Mammarũ ad cor commercium.

Mammarũ natura vſibus apta.

A ſimili.

Veſtimenta calfacta vicem calfaciunt.

Porrò quibus animalibus in partibus ſuperflui nihil abſumitur, his in pectore ipſas collocauit. & ſi vnum aut duo concipiant, duas: ſin verò plura, duas quidem in pectore, alias verò inferiùs adhiber. In homine verò mammæ pectori meritò cohærent: primùm quòd locus hic ipſis omnium eſt aptiſſimus, ſi aliud nihil vetat. tum autem quòd cùm cor oſſi pectoris (quod ſίφυν Græci appellant) ſubiiciatur, tegumentum quoddam hoc ipſi accedit, ex mammis vtrinque ipſi appoſitis. poſtremò quòd eo in loco copioſiſſimum benigni alimenti ſuperfluum in hominibus poteſt colligi. Demonſtrándum in primis ſanè eſt ex ijs, quod primo loco diximus; quòd ſcilicet locus hic mammarum generationi eſt aptiſſimus: Nam ſi lactis cauſſa extiterũt, eámque primam ac maximam animalibus præbent vtilitatem: lac autem, eſt cibus exactè confectus. in eo potiſſimùm loco conſtituere eas cõueniebat, vbi facillimè ſimul & citiſſimè lactis copia perfectè elaborati pote conſiſtere. Nam quis locus alius magis inſito animantibus calore (cuius cor eſt fons) frui queat, quàm is qui in hominibus, mãmis eſt deſtinatus? Aut quæ pars alia magis, quàm mãmæ, ſanguinem in venis atque arteriis priùs confectum recipit? An non vides, quòd cùm natura poſſet ex vena maxima: quæ ſurſum ab hepate per phrenas fertur (quam cauam nominant) productionem aliquam ad mammas ducere; id non fecit, tametſi ea prope mammas eſſet? ſed priùs ſurſum ad cor duxit, & per totum thoracem traduxit: pòſt autem, cùm jam prope claues peruenisſet, illinc duas venarum commemorabilium, duas etiam cum eis arteriarum productas propagines, quatuor ſimul eas infrà per totum pectus deduxit: eóque modo binas demum vtrique mammillæ inſeruit; in tam longo iſto itinere id modò agens, vt plurimùm in vaſis ſanguis eſſet percoctus. qui cùm fertur ſurſum, per cor ſanè iter facit: turſúſque deorſum tendens, occurrit exagitatúrque ſemper quidem à motu ipſius thoracis, & in his eiuſmodi vagationibus incaleſcit, parti motu perpetuo prædite immoratus. quæ omnia ſimul ad perfectam coctionem ipſi conferunt. Quomodo igitur hæc non eſt optima ac principaliſſima mammis poſitio? quo pacto autem non hoc etiam omnium naturæ opetum in primis eſt admirabile, quæ inſtrumentorum quodque ad vſum aliquem animali ipſi cõparatum, mox ad aliud quidpiam vtile, quæ ipſius eſt ſolertia, efficit? Nam quid vtilius, aut quid iuſtius, ſi cùm mammæ tantos fructus ex corde percipiant, quam ipſæ ſolam cordi poſſunt referre gratiam, eam quanquam exiguam, ipſi referũt? tegere autem id poſſunt extrinſecùs. natura enim ipſarum eſt glandoloſa, craſſis indumentis haud diſſimilis. Quare tum quaſi propugnaculum quoddam ad tegumẽtum cordis ſunt; tum autem ipſum calefaciunt; non aliter quàm operimenta alia, quæ nobis ipſis extrinſecùs inijcimus. Vt enim ea frigida corpori circumpoſita, deinde ab ipſo calefacta, paulò pòſt recalefaciũt. ad eundem modum, mãmarum ſubſtantia

corpus. (ita & Plutarchus in opuscul. Simulando

glandulosa,operimentum simul cordi est,calefactáque ab eo,ipsum recalfacit. At in mulieribus in magnam molem extuberãtes,duo hæc commoda magis quàm in viris,cordi suggerũt.

Mulebres mamma viribus valuere.

Quibus accedit,quod etiam subiecta ad hypochondrium viscera,eædẽ in mulieribus mammæ iuuant,quæ in ijs quidem minùs sunt calida. demonstratum est enim alibi, fœminam omnem mare esse frigidiorem. Atque etiam (quod tertium erat eorum,quæ diximus) quia neque in crines,neque in dẽtes,aut cornua,neque in aliud quicquam eius generis, superioris thoracis alimentum consumebatur: futurum erat,vt mulieribus certè plurimùm abundaret.

Fœmina mare frigidior.

Cur fœminæ lacte abundet.

quæ etiam caussa est, cur in homine mammæ B positionem optimam habeant: nam de cæteris animantium generibus, nihil attinet ad hanc disputationẽ plura dicere:& de Aristotele aliàs viderimus:à quo,hæc interim accipe,ex cap.10. lib.4. part.animal. Nam homini,quod & spatij laxitas permittit, & carnosa ea pars est, cùm operiri sedem cordis cõueniat,mammæ pectori affabricatæ sunt carnulentæ. in quibus fœmina cibum suis paruulis recondit. Binæ homini mammæ,quoniam binæ sunt partes, dextra & sinistra,duriusculæ,spatio interposito distermi nantur: quòd & costæ eodem loco sibi cocant, sine vlla molestia. vbi cõsequenter de vberibus C brutorum. verùm vt breuiter,sic eleganter Firmianus: Papillæ in thorace leuiter eminentes, & fuscioribus ac paruis orbibus coronatæ, nõnihil addunt venustatis;fœminis ad alendos fœtus datæ,maribus ad solum decus: ne informe pectus,& quasi mutilum videretur.

De Sympathia vteri cum mammis.

Mammarũ situs ratio, numerique, forma & vsus.

POrrò quid caussæ sit, cur mammæ tantum habeant cum matricibus consensum,toties & tam accuratè ab Hipp. memoratum, id verò jam explicabo, Galenum præcipuè secutus ex D 14.lib.de vsu part. etenim mirabilem quandam id quoque Naturæ artem indicabit.Cùm autem illa partes vtrasque ad vnum opus obeundum comparasset; ipsas per vasa coniunxit,quas venas & arterias ad mammas venire nuper diximus,ad hypochondria ac totum hypogastrion deducendo: pòst autem ijs,quæ à partibus infernis sursum feruntur,coniungendo; à quibus venæ ad matricem ac scrotum perueniunt. Sola enim hæc in animalibus vasa, partim quidem ex partibus,quæ sunt supra phrenas, profecta, ad inferna corporis feruntur: partim autem ex inferioribus sursum; quòd prædictas solas par- E ticulas per vasa coniungi erat necesse. vt quãdo in matricibus fœtus augeretur ac conformaretur,illi soli venæ cõmunes ex vtrisque alimentum effundant: quãdo verò natus fuerit,mammis rursum alimentum totum affluat. Quæ caussa est, cur eodem tempore menstrua bellè procedere nequeant,& fœmina lactare. Altera enim pars,dum sanguis ad alteram transfertur, ficca ferè semper (nonnullis enim nutricibus eriam stato tempore menses profluere cernimus,sed pauciores) relinquitur. Cæterum ante

Vteri & mammarũ communio per vasa, qui fiat.

Vasa vteri cur sursum, & mammæ deorsum ferantur, eorumdemque vsus geminus.

Cur menstrua nutricibus pauca aut nulla fluxerint.

conceptum in muliere ætate florente,quicquid sanguinis superflui colligitur, natura singulis A mensibus per venas ad vterum pertinentes id excernit. Cùm autem jam cõceperit,ex iisdem vasis fœtus trahit alimentum. Porrò venæ,quæ illic sunt,latitudine ac longitudine sunt tantæ, vt fœtum non modò affluenter nutriant: verùmetiam superfluum quidpiam semper congerant. Quod cùm toto conceptus tempore in his communibus vasis, ceu promptuariis quibusdam alimenti,aceruatum ea attollit,ac omnino distendit,&veluti exundat,locum,in quem transferat sese,requirit: quem reperire non potest,nisi in pectore;in quod simul venæ distentæ ac grauatæ id immittunt: simul autem ventris totius moles,quæ propter conceptum ipsis incidit,ac premit,ad locum cedentem propellit. Ita igitur lac menstruo germanum esse ait Hippocrates. Proinde cùm vitium aliquod fœtui ipsi acciderit eiusmodi,vt non amplùs alimentum,quod satis sit,attrahere queat:aut cùm in mulieris corpore delictum eiusmodi contigerit,vt non satis sanguinis suppeditare ei amplùs possit: eo casu,operum naturæ ordo quidem confunditur ac perturbatur: contrariis autem affectibus mammæ prehẽdantur est necesse: impleantur quidem lacte ante tempus, C cùm fœtus est imbecillus: gracilescant autem postea,cùm matrices alimẽti penuria laborant. Vnde Hippocrates dicebat aph.52. lib. 5. Mulieri in vtero habenti si lac ex mammis fluxerit copiosum,fœtus redditur imbecillus. nempe quòd superfluum omne sursum ad mammas ascendat, quod fœtus in venis reliquit,cùm ipse præ imbecillitate,quantum sibi ad moderatam nutritionem satis esset,attrahere nequit.Quando verò rursus inquit aph.37. 5. Mulieri in vtero habenti, si mammæ graciles repentè fiant, abortiet. tunc fœtum fortem quidem esse putandum est,sed copiosum ei alimentum deesse. D Nam primum quidem ex venis matrici communibus sanguiné trahit,atque interim mammæ gracilescunt: non ita verò multò pòst fit abortus:cùm scilicet nutrimentum omnino deficit. Sed hæc quidem omnia physica sunt problemata, quæ consecutione quadam ad ea,quæ nunc sunt proposita, recensuimus. Quorsum etiam illud spectat consideratione dignum, licet rarum;

Menstruum ratio, & cur à conceptu sistantur.

Embryonis alimentum, vnde.

Suppressis à conceptu mensibus, sanguis quomodo ad mãmas regurgitet.

Lac menstruo germanum.

Mammæ qui lacte profluant vtero gerente, deinde gracilescant.

Lactis de mammis largè fluxio fœtum debilitat.

Mammæ gracilescentes, abortum fœtum, tur.

Transitio.

PROBLEMA.

An virgini & interrupta lac in mammis possit concrescere?

CVius ignoratione,multis integris virginibus de vita grauiter periclitari,quibusdam acerbissimæ mortis crimen incurrere,aut pœnã diram subire contigit : dum imperitus iudex ac præceps, re parum explorata ac perspecta, medicinæ rudis,ex certis quibusdam persuasus coniecturis,necati atque elisi & abiecti partus puellam criminatus est, cui virginitatem asserenti atque iuranti, lac è mammis turgidulis confectum & probè concoctum erumperet.

Iudicis ardua consideratio.

Lac virginis quomodo & quando erumpat.

Cuius temeritatem in ferenda ſententia retardare potuit ac debuit grauis illa & philoſophica Hipp. ſententia, aph. 39. lib. 5. Si mulier non prægnans, neque puerpera, lac habeat, huic menſtrua ferri deſierunt. Vbi tamen, ne credulo alteri iudici fucum faciat philoſophi authoritas, non de virginibus, ſed de mulieribus, quas vtero geſſiſſe olim credibile ſit, ſermonem haberi conſtat. quia illud idē virgini incorruptæ perrarò accidit, cui nondum vbera lactificare (vt ita dicam) conſueuerunt: ideóque licet defectis menſibus, mammæ lacte vix vlli puellæ ſcaturiunt. ne cui merenti ſupplicium aphoriſmus ille remoueat: aut immerenti periculum creet. Cùm autem ſit communis & lactis, & menſtruorum (Ariſtoteles addit & ſeminis) naturalium materia (pleraque enim per vterum feruntur hoc nomine indigna, vt alibi dicetur) & purum, & viuidum ſanguinem referentium; qualis victimæ recèns iugulatæ ſanguis eſſe ſolet, vt Hipp. comparat: menſibus quidem ſuppreſſis (lactantibus enim purgationes non fiunt ſecundùm naturam: neque lactantes cõcipiunt: & ſi conceperint, lac extinguitur, ait Ariſt. cap. 8. lib. 4. de genera. animal.) regurgitãs ſanguis, & ſuperiora capeſſens, ad mammas glandulosas & ſpongioſas illico defertur per venas vtrique parti communes, mammis (inquam) & vtero: illas ideo mammarias vocatas, quæ à venæ cauæ ramo ſubclauio oriuntur: has epigaſtricas, quæ à venæ cauæ ramo inferiore prodeunt: ac ſurſum emiſſis multis ſurculis, totidem alijs occurrunt, velut per ἀναστόμωσιν: quas illæ mammariæ deorſum ad regionem & thoracis & abdominis demittunt. Deinde mammis illis exceptus ſanguis, vi quadam naturæ ſpecialis, & parti ingenita, tum proprij temperamenti ad iuſtitiam ratione, tum formæ inſitæ, tum naturæ glandoſæ, adipoſæ, multis & venis, & arteriolis, & nerulis conſtratæ & compactæ, ſimilitudine quadam ſubſtantiæ (glandulæ enim ipſæ ſunt albæ & exangues) alterando & aſſimilando, in candorem vertitur; fitque lac, velut ſanguis dealbatus, & vt ait Ariſt. concoctus ac non corruptus: primùm quidem ipſis mammis alendis idoneũ; deinde optimum & commodiſſimum infantis alimentum futurum. Infans enim, præ teneritudine oris & palati, edentulus, cibum duriorem atterere aut conficere nequit: papillam autem (ita vocant teneram illam & prominulam caruncularn) admoto tenero anguſtóque oſculo prehenſam, natura duce, & alimenti indigens, multis illam quidem anguſtis foraminulis venularum pertuſam, vndique molliuſculis labiis conſtrictam ſugit, inferiorem deducens maxillam, & buccas contrahens, linguámque inſtar canalis inflectens: per quam lac ſuctum, in ſtomachum deriuatur. Quæ munia, vel prima ſtatim die à nullo edoctus facit: verum vtique comprobans illud Hippocraticum, ἢ αὐτὸς ἢ ζῷον διδάσκει. quòd naturæ animalium per ſe ſunt edoctæ. Quod dum facit, & ipſi ſuæ nutrici quandam voluptatem creat, blando ſuctu, tenero contactu, & pruritu ac titillatione papillæ: quæ ob multos neruos, exquiſiti admodum ſenſus eſt particeps, & peni humano ſimili quadam ſubſtantia conſtans, neruea cute, ſpõgioſa intus carne oppleta. ideo penis etiam inſtar, modò ſubrigi, modò flaccescere & laxari ſolita, & tali contactu blando laſciuiens. qua de cauſſa, & vteris præter dictam, noua quædam cum partibus genitalibus accedit affinitas. Vt enim illis ad Venereum congreſſum, generiſque propagationē, illecebram ac voluptatem indidit natura: ſic & vberibus quoque, ait Velalius diligentiſſimus Anatomicus: potiſſimúmque papillis: vt mater in lucem jam editi fœtus tenerulo, & nondum dentato ori papillam libentiùs titillandam pruriendámque inderet, ac ſugendam offerret. Quæ enim infantem mater non alit, ſi poteſt; jam non mater, ſed fœuiſſima nouerca dici debet, vt alibi ex pulcherrimo Auli Gellij capite 1. lib. 12. & ex Catonis apud Plutarchum authoritate docui.

Mares quidem natura & tali voluptate, & functione lactandi (lactare enim, mater; partus autem, lactere dicitur) priuauit: quibus potiùs adumbrata quædam, quàm pleuè & perfectè expreſſa ſunt vbera, leui ac depreſſa quadam papilla nigricante, & corona illa fuſca (quam Græci θῆλας vocant) pectus anterius exornante. lacte autem nullo vt in plurimis quidem, & ex naturali inſtituto. Quanquam Ariſt. libr. 4. de hiſtor. animal. cap. 20. maribus lac ex longo ſuctu, & blanda confricatione, titillatu, & contrectatione elici poſſe tradit, & nonnulli facto à ſe periculo teſtantur. ſed viroſum illud cõijcio, & paucum, & nulli vſui: & quidem illi Maronis dicterio affine, ex Bucolico 3.

Atque eadem iungat vulpes, & mulgeat hircos.

Ideo Ariſtoteles ibidem; In Lemno inſula, capro ex mammis, quas geminas iuxta genitale gerit, tantum lactis emulgeri ſolitum ſcribit, vt coloſtra inde fierent. ſed hæc oſtentis numerandæ ducit. vbi de natura lactis multa ille quidem & doctè diſſerit, itémque cap. 8. libr. 4. de genera. animal. & poſt eum Galenus plurima, & poſt vtrumque nos poſthàc, qua parte operis de humoribus agetur. interim ad productum Hipp. aphoriſmum iuuat hoc de Ariſt. loco poſteriore ſubijcere. Lac, res eſt concocta prorſus: nec lactãtibus fiunt purgationes ſecundùm naturam: neque lactantes concipiunt: & ſi conceperint, lac extinguitur: quoniam eadem lactis & menſtruorum natura eſt.

Natura autem non tam largè profundere poteſt, vt anceps ſit. ſed ſi alterutram in partem ſecernitur, in alteram deſit, neceſſe eſt: niſi quid acciderit violentum, & præter id, quod ſolitum magna ex parte eſt. Non paucis tamen nutricum hoc ævo fluere menſes monui: & quibuſdam poſt conceptum nutrire vberibus admotum infantem, familiare eſſe: & paucis adeo grauidis nihilo minùs menſtrua, ſed pauciora ferri.

Sed vt ad mares redeam; Viro indecorum fuit domi ſedenti in hemicyclo, vagientem puerum mammis turgidis, & thoracem turpiter ac inutiliter occupantibus, admouere: aut infantem in cunis iacentem molliter agitare,

Cautio in ſententia Hipp. obſeruanda.

Virgini perraro fluxerunt menſibus Lac gignitur: ſed nupta ſæpius, & quamobrē.

Lactis, menſtruorum, & ſeminis affinitas.

Menſium naturalium color.

Lactãtibus conceptio & menſtrua ſuppreſſa, cur.

Sanguis ab vtero quomodo ad mammas remeet

Venarum vteri & mammarũ communis origo, & occurſus.

Lac quomodo generatur, & quamobrē in mammis.

Lac ſanguis albus.

Lactis vſus, & cur infanti neceſſarius.

Papillæ, quid.

Infans quomodo ſugat, & lac glutiat.

Natura animalium per ſe edocta.

Nutricis voluptas in lactando, quorſum.

Papillæ conſtructio qualis, & natura.

Affinitas papillæ cum cole vtili, quorſum.

Voluptas cur lactationi commodata

Mater ſit nouerca, niſi nutriat ſuus jecur.

Lactare & lactere quid differant.

Mares cur vbere non alunt infantes.

Maſculorũ vbera inutilia.

Maribus qua arte lac proluatur, & quale.

Ridiculum.

Lac capri Lemnij, nouum.

Lac, quid.

Lactãtibus neque menſtrua, neque conceptio cur fiant.

Lac menſtruo germanum.

Nutricibus hoc ævo pleriſque menſes fluũtes mox à conceptu lac extinguitur: & grauidis etiam fluunt menſtrua.

Viri cur domi non nutriant.

Infantes, nec mammas turgent. Virilia munia, itemq; muliebria.

vt Perſius ait, lallare recuſantem. cui magis competebat ruri agere, ciuilia obire negotia, A mercari, peregrinari, arma tractare, venari, nauigare, opes denique foris comparare; quas domum comportaras, vxor fida & ſedula tum cõſeruaret, tum pro neceſſitate & vſu quotidiano parcè ac prouidè exponeret atque expenderet, ſicuti nos alibi comment. in Strabum, ex Xenophontis Politico & Columella recitauimus.

Virginum qualia vbera, & quo tempore erumpant, & quid ſecum affrent.

Virginibus autem & iuuenculis jam catulire, & in Venerem ruere incipientibus (quod ἐρᾶν & ἀφροδισιάζειν Græci dicunt) & coïtum maris appetere, ac libidine concubitus incendi, cum vocis quadam inæqualitate aſperiore, & quidem viroſo quodam ac tetro odore plus ſolito, B vt Ariſt. cap.1.lib.7. de hiſtor.animal.rectè annotauit, hircúmque quodãmodo redolere (qui Græcè τράγος dicitur; à cuius innato putore, & vocis inæquali aſpredine, τραγίζειν dicuntur adoleſcentes, vt puto) mammillæ virilibus paulò turgidiores, in molem velut pomiformem paulatim cum pruritu attolluntur, compactam & duriuſculam, nullóque etiam dum lacteo humore diſtantem (quo maximè tempore, vt ſemper aliàs, arctiſſima cuſtodia matrum opus habent, in Venerem proniores, quàm vnquam aliàs: ideo Gallico prouerbio, Inter annum 15. & 14. inſanientes ac furentes) ſecùs atque jam C lactantibus, aut propediem parituris accidit, præ lactis ingenti vbertate mammas diſtendi: vt non magis, iuxta poëtam,

Virgines quo tempore magis catuliant, & arctiori cuſtodia egeant. Prouerbium.

Ipſa lacte domum referant diſtenta capella
Vbera ——

Mamma muliebres

ſecùs etiã atque aniculis & vetulis mulierculis, quibus glandulæ conſidunt, reſiccantur, contrahuntur in ſtrias, & flaccidæ per thoracem dependent: vt pleriſque reijci in humeros & in tergum poſſint: nonnullis vix vllum ſui veſtigium relinquant, ſucco toto olim protuberãte, demum conſumpto, & intrò retractis glandulis ſiccis ac pelle reſtricta ſtriatáque; ſimul & partibus genitalibus languidis, vietis, contractis, vt D hoc Martialis diſticho iocari licear;

Mamma anuſi.

Locus.

Cùm ſit anus comux, cùm ſint tibi mortua membra:
Nil aliud bulbus quàm ſatur eſſe potes.

Bulbi excitãt Venerẽ.

aut potiùs iſto:

Locus in mammas anuſi.

Mammas atque tatas habet Aphra: ſed ipſa tatarã
Dici & mammarum maxima mamma poteſt.

De Amazonibus.

CAP. VI.

Amazones quæ, & vnde dictæ, miſque earum in mammis inuentis.

SED de mammis ſatis hoc quidem loco. niſi ſi de Amazonibus pauca quædam ſubijcere affinitas nominis & argumenti poſcit. Nam has quidem Marte genitas, & Marte bellóque feroces, tradunt ideo nomen reportaſſe, quod dextram ſibi mammam iuuenculæ inurerent: quò forent ad iaculandum expeditiores, & ad manus dextræ agilitatem promptiores. ſic enim magis placet Ἀμάζονες dici ἀπὸ μαζῶν, ſine mammis (Titianus ideo Vnimammas vocitabat) quàm ἀπὸ τῆ ἅμα ζώνης, quòd ſimul viuerent, & in commune, nulli virorum ſubditæ imperio. de his multa multi, & fabuloſa pleraque: vt poëtarum figmenta, rei penè obliterarint hiſtoriam, & falſam haberi credíque coegerint. Virgilius 1. Æneidos vnam ex illis principem deſcribit, & cæteras eodem habitu intelligendas proponit exornari in bello ſolere.

Penteſilea Amazonidu habitus & feritudo.

Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis
Penteſilea furens, mediſque in millibus ardet;
Aurea ſubnectens exertæ cingula mammæ
Bellatrix, audétque viris concurrere virgo.

Camilla habitus & feritudo.

Iterúmque lib.11. ſub Camillæ Volſcæ virginis perſona:

At mediis inter cædes exultat Amazon,
Vnum exerta latus pugnæ pharetrata Camilla:
Et nunc læta manu ſpargens haſtilia denſat:
Nunc validam dextra rapit indefeſſa bipennim.
Aureus ex humero ſonat arcus, & arma Dianæ.

Herodotus qualis hiſtoricus, & quando.

Sed Amazonum hiſtoriam parens hiſtoriæ ſub Longimano clarus Herodotus (ſimodò hiſtoriam narrat, non fabulam) luculenter tibi depinget in Melpomene: Quomodo à Græcis victæ prælio ad Thermodontem commiſſo, & nauibus aduectæ, inopinantes omnes & incautos victores, victæ victrices interemerint: & nauigandi imperitæ, ventis atque vndis impellentibus, ad paludis Mæotidis Scythicæ præ- C rupta ſint allaptæ: ibíque Scythis multis obtruncatis, qui viros iuuenes omnes eſſe eiuſdem ætatis putarent, ignoti ſermonis habitúſque, cùm ex quibuſdam in certamine trucidatis, fœminas comperiſſent; miſſis iuuenibus, eas in connubiorum rationem ineundam ſolicitarint: vt ex tam generoſa ſobole viri fortes gignerentur, venatu ac præda ex earum inſtituto victuri. arcubus enim tela excutere, iaculari, equitare, muliebribus operibus neglectis, illis mos fuit. quibus ſubinde traiecto Tanaï, ſedem figere ſit viſum. hæc ferè ex Herodoti hiſtoria.

Amazonum ſumma hiſtoria.

Qu. Calaber. Iuſtinus.

D Alij ab Hercule & Achille ferunt earum genus omne extinctum. Quintus Calaber earundem bella & victorias deſcribit. Iuſtinus ex Trogo lib. 2. rem paulò aliter narrat: ſed hoc tamen inſinuat; Occiſis per inſidias maritis iuxta amnem Thermodoonta, omni nuptiarum deinceps abiecto conſilio, quaſi ſeruitus, non matrimonium foret, pacem cum finitimis quæſiſſe armis. ac ne genus ſuum interiret, concubitum finitimorum inijſſe. & qui mares naſcebantur, interfeciſſe: virgines reſeruaſſe in eundem ipſum morem, non otio, neque lanificio; ſed armis, equis, venationibus exerceri ſolitas, E inuſtis infantium dexterioribus mammis, ne ſagittarum iactus impediretur: vnde Amazonides dictæ ſunt. Denique ab illarũ reginis Marthefia & Lampedone, Europam penè totam ſubactam, & bonam Aſiæ partem; Epheſum conditam: & ne ſucceſſibus deeſſet authoritas, generatas ſe Marte prædicaſſe. Tandem tamen à barbaris vicinis, & Hercule Theſeóque, collecta Græciæ iuuentute, victas & abductas tum reginas, tum reliquas Amazonas propè omnes ab Athenienſibus fuiſſe deletas. donec Penteſilea reliquias ad Troiam deducens, vnà cum vita,

Alia Amazonidũ hiſtoria ſumma.

Amazones vnde dictæ. Marthefia, & Lampedon, & Penteſilea, & Thaleſtris Amazones.

vita, ſocias in illa expeditione amiſit. niſi ſiquas tandem Alexander ad ſua tẽpora reſeruatas numero paucas, & viribꝰ attritis inualidas oppreſ. ſit: vltima Thaleſtri regina, quæ fruſtrà ab Alexandro dierũ concubitu 14. ſobolem neceſſariò tuenti & perituræ genti ſufficere cõcupiuiſſet.

Thaleſtris ſobolem ab Alexandro quærit.

Harum Plinius, Strabo, Pauſanias, Solinus, Mela, Oroſius, Diodorus Siculus, Ammianus Marcellinus, Martianus Capella, Qu. Curtius, Propertius, Claudianus, Pius, & hos ante omnes Pindarus, & plurimi ſanè alij meminerunt, diuerſi diuerſa diuerſimodè narrantes. ſed cæteris omiſſis, ex Hipp. libro de aëre, locis & aquis, teſtimonium omniũ, vt puto, verißimũ proferã, & de his dicẽdi finem faciã. In Europa genus hominum eſt Scythicũ, circa paludẽ habitãs Męotim, quod à reliquis gentibus maximè differt: Sauromatæ appellantur. Horũ fœminæ equites ſunt, arcubus vruntur, ac ſagittas iaculantur, ex equis cum hoſtibus cõgredientes, dum virgines exiſtunt: neque deuirginãtur (vtor hîc & paſſim verbis interpretis, pro, defloratur) priùs quàm hoſtium tres confecerint. neque priùs maritis cohabitant, quàm ſacra Deo, patrio more fecerint. Quòd ſiqua ſibi virũ acceperit, ab equitatu libera eſt: niſi neceſſitas cogat cõmuni expeditione omnes arma ſumere. Dexteram autem mammam non habẽt: nam puellis adhuc infantibus matres æreo inſtrumento in hunc vſum parato, ignéque candefacto eam auferũt atque exurunt, ne iterum ſuccreſcere cõringat: atque vt omnis vis ac robur in dextrum humerum & brachium defetatur. Hæc mihi quidẽ & hiſtoricè & phyſicè recitata atque explicata vidẽtur fuiſſe, maximè ad Herodoti imitationẽ. ſed idẽ rurſus Hippocrates hiſtoriæ fidem eleuat, cùm de maribus Amazonũ ita ſcribit libro genuino de Articulis. Quidam fabulãtur (ait, fortè pro, narrant vel memorant) Amazonides maſculam ſuam ſobolem, ſtatim dum infantes ſunt, luxare aliàs circa genua, aliàs circa coxas: quò nimirum claudi fiant & maſculum genus fœmineo inſidias non ſtruat. Vtuntur autem his pro opificibus, ad coriaria, aut fabrilia, aut alia ſedentaria opera. An equidẽ vera hæc ſint, ego non noui. quòd autem tales fiant, ſcio. ſiquis ipſos ſtatim dum infantes ſunt, luxet. hæc ille, licet circa eadẽ ferè tẽpora vixerit, incõperta fide, nonniſi ex auditu & relatu aliorũ refert: quibus ego non plus adhibeo fidei, quàm is poſtulat, qui recẽſet.

Alia Amazonum hiſtoria ſumma.

Sauromatarum mores, & Amazonum.

Amazones cur, quando, & quorũ dext. mammam amputent.

Amazones cur & quando ſuos filios luxent, & quorsũ.

De contentis in pectore partibus: ac primùm de reſpiratione.

CAP. VII.

Pectus, quid, & vnde dictũ, quale & quos in vſus factum.

ILLVD potiùs inquiro; conſideratis thoracis partibus externis, & eiuſdẽ oſſea iſta cõpage, à qua & pectus nominari dixi (licet hoc nomine quidam anticã eius tantùm partem intelligant, quod ſinum Græij dicunt) pulchra illa quidem ad aſpectũ, oui forma quadã (dixiſſem ouali, ſi licuiſſet ſic Latinè loquenti) in longum rotunda, ampla & capaci: ſed ad vſum longè accõmodatiore, & magis neceſſaria tum cordi, tum contentis intus partibus: de quibus breuiter meo more dicere aggredior. vbi priùs iſtam prouidentiam Dei & naturæ propoſuero.

Quemadmodum caluariã totam oſſeam, velut galeam quãdam ſolidam (κρανίον, ἀπὸ κράνος) ob mollem & quodãmodo humidam cerebri medullam (de qua poſtea in rerum humidarũ hiſtoria) effinxit: Abdomen autem oſſe nudum, & prorſus carneum efformauit, vt venter cibo & potu plenus, liberè diſtẽdi; vterus autem, augeſcente fœtu, in quãlibet magnã molem protuberare liberrimè; & inſtante partu, emittendo comprimi poſſet. ſic Thoracẽ velut amborum medium, media quadam ſubſtantia compoſuit, oſſea illa jam dicta (cuius cauſsã, frigori extetno obnoxius eſſe ſolet, ex Hipp. aph. 25. libr. 5.) & muſculoſa intermedia, ad motum pro voluntate noſtra, & neceſſitate ſpirandi loquendíque alternandum. Pulmo enim, præcipua ſpiritus & reſpirationis officina, proprio motu caruit: ſed thoracis circumpoſiti vt formã æmulatur, cum eodem magnitudine contendens, ſic & motum imitatur, cõtracto eo cõtractus, dilatato autem dilatatus & extẽſus. neque enim Columbo facilè acceſſerim, qui thoracem ob pulmonis dilatationem & cõſtrictionẽ moueri tradidit lib. 5. anato. Namque quatuor iſtis potiſſimis vſibus natura thoracem architectata eſt, vt voci, & reſpirationi, & cordi, & pulmoni ſubſeruiret. tãta ferè interna capacitate, quãta fortis eius magnitudo cernitur. niſi quãtum coſtarũ tenuia corpuſcula de ipſa amplitudine demũt ac minuũt. Partes inter coſtas poſitę, μεσοπλεύρια ideo à Græcis vocãtur, rationẽ ſitus habentibus. Atque his in partibus inſerti muſculi, μεσοπλεύριοι illis quidem, nobis autẽ intercoſtales eadem de cauſſa dicuntur. Quanquam inſpirationi ſoli omnes illos muſculos ſeruire ſcribit Galenus libr. 2. de motu muſculorum. expirationis enim nullus muſculus eſt opifex: ſed hoc opus, decidentiæ nomine appellatur. eidẽ tamen alibi, vt interni ſeruire inſpirationi; ſic externi expirationem iuuare videntur libro de cauſſ. reſpir. Veſalius contrà omnes thoracis muſculos, expirationem conſtringendo facere cõtendit. quæ cõtrouerſia vix aliter, quàm per anatomiam viuorũ decidi poterit, quam ego nondum tractaui. Columbus in viui canis anatome ſibi deprehẽſum tradit lib. 6. anat. cùm ſoli agunt muſculi intercoſtales tum interni, tum externi, thoracem dilatare: cùm autem ſimul omnes mouentur, eundẽ conſtringere. tu fac periculum, quò certior fias. Vt autem inſpirationi cõtraria eſt expiratio: ſic efflationi vehemens opponitur inſpiratio (hæc enim peculiari adhuc nomine caruit: inflationẽ auſim fortaſſe dicere; & Græcè, ἐμφύσησιν quia illam, ἐκφύσησιν ab ijs dici video; & à noſtris, exſufflationem) & verò priorem oppoſitionẽ inſpirandi atque exſpirandi, ſolæ phrenes efficiunt, quod & diaphragma dicitur (de quo paulò pòſt ſuo loco) alteram verò illam, qua tibicines, præcones, cantores, intenta voce vruntur, quam diximus oppoſitionem efflandi atque inflandi (vt ita dicam) intercoſtales muſculi interni & externi, cum ijs qui ad thoracem perueniunt ex ſcapulis & collo: quorum externi maximam

Similitudo thoracis cum cranio, ad vſum.

Cranium vnde dicatur.

Abdomen cur exoſſe. Venter & vteri laxitas.

Thoracis compoſitio, eiuſque ratio.

Frigus thoracis inimicum.

Pulmonis officium, & motus vnde.

Columbus.

An thoracis vacuitas pulmonis motum ſequatur.

Thoracis vſus quadruplex.

Thoracis capacitas.

Meſopleuria, quæ, & cur vocata: & muſculi ideo intercoſtales.

An muſculi intercoſtales ſoli inſpirationi ſeruiant? & expiratio quî fiat? Veſalius.

Columbus.

An muſculi intercoſtales thoracem dilatent, an contrahant, an vtrumque præſtent? Inſpiratio expirationi, inflatio efflationi contraria.

N. audet fingere nomina per analogiam.

Inſpiratio & expiratio à ſolo diaphragmate. Inflatio & efflatio quibus muſculis fiat.

Externorũ & internorum muſculorum intercoſtalium actio. Tranſitio.

expirationem efficiunt: interni autẽ, maximam contrà inſpirationẽ. de quorũ numero, ſitu, ductu, figura, neruis, ligamẽtis, fibris, malo ex Galeno & Anatomicis repetas, quàm nunc ex me audias, aliud quoddam ab exacta Anatomia diuerſum inſtitutum premẽte. illi autẽ, tibi octoginta & vnũ muſculos thoraci dilatãdo & conſtringendo in homine quidẽ (nam cani & ſimię forſan plures) neceſſarios enumerabant. quibus ſi octo muſculos abdominis adiũxeris, thoracis arctationi partim ſubſeruientes, nonaginta vno minùs habebis: vtrinque ſcilicet quadragenos quaternos (quorum intercoſtales vtrinque 34. cenſentur: Falloppius tamen non quaternos cũ ſuo Veſalio, ſed binos tantùm in ſingulis coſtarum ſpatiis vndecim deprehendit: vt ſedeni vtrinque ſuperſint: præter illũ reliquũ ſolitariũ & ambiguum, qui vtrique lateri cõmunis eſt.) quibus omnibus ſi ſeptũ trãſuerſum addas, totũ & integrũ nonagenarium numerũ expleueris.

Muſculorũ intercoſtalium numerus, & vniuerſorum ſpirabilium.

Controuerſia inter Anatomicos.

Quòd reſpiratio ſit voluntaria. Ab exẽplo.

Ex quibus inferre licet, cùm muſculi & nerui voluntati noſtræ pareant: ipſam vtique reſpirationem eſſe voluntariã ac ſpõtaneam: vt facere ac ſiſtere, vt accelerare & tardare cùm volumus, poſſimus: & forſan etiam in totum ſupprimere. quod aliquot hiſtoriæ planum facient. C. Licinius Macedo, vir Prætorius, repetundarũ reus, dum ſententiæ dicerẽtur, ſudario, quod fortè in manu habebat, ore & faucibus coarctatis, incluſo ſpiritu pœnam morte præcurrit; ait Val. Maximus l. 9. cap. 12. Idem in Italia noſtro æuo cõtigiſſe militi ac nobili cuidã perduelli narrãt Cardanus & Scaliger contẽporanei medici celeberrimi. qui cùm inuectus equo, ad carcerẽ, & inde ad ſuppliciũ ducẽdum ſe ſentiret, obuoluta capiti & collo chlamyde, qua erat amictus, vultu in ſinũ demiſſo, & cõpreſſo ore naribúſque, ſpiritũ ſibi intercluſit, animámque eripuit. ſed iſti naribus & ore obturatis, ſeſe ſuffocarũt.

Licinius ſe ſuffocauit.

Dux quidã Italus perduellis ſibi animam intercluſit.

Galenus tum alibi, tum lib. 2. de motu muſcul. vbi reſpirationẽ à voluntate & animæ imperio fieri tuetur, ſic ait, & rem exẽplo cõprobat: Motus voluntarius eſt, quãdo quæ fiunt, ſedare potes cùm vis, & quæ nõ fiunt, facere. talis autem eſt reſpiratio, quæ fit motu phrenũn & muſculorum thoracis, anima iubente. ideóque voluntas reſpirationi dominatur: licet anima ſegniùs attendat, vt in aliis pleriſque. Animæ enim inſtrumẽta motu voluntario ſemper agũt: inſtrumẽta verò naturæ, ſine motu voluntario. Quòd autẽ totum reſpirationis opus, voluntate & ſponte ab anima fiat, declarauit ſeruus barbarus: qui cùm veheméti ira incitatus, mortem ſibi cõſciſcere decreuiſſet; proſtratus humi, reſpirationẽque cohibita, longo quidem tẽpore immobilis erat: poſtea verò paulùm volutatus, hoc pacto mortuus eſt. quam theſim probat author libelli, An animal ſit, quod in vtero eſt, inſcripti, & Galeno attributi: Puerile enim eſt (ait) putare reſpirationẽ extra opera animæ præſcribi, cùm ſine volũtate reſpirare dormiẽs dicitur. ſiquidem reſpirãdi actio voluntaria eſt. Anima enim noctu cõtracta collectáque, neque à viſis rebus turbata, neque ab auditis territa, neque à guſtatis alienata, neque ab olfactis euerſa, neq; ab ijs, quæ tactui occurrũt, alterata, nec curſu ambulationéve, aut alia exercitatione fatigata, neque in his verſans, reſpirationis actionẽ obit.

Motus qui voluntarius.

Seruus ſpiritu cohibito ſe ſuffocat.

Reſpiratio ſpontanea ſit anima imperio, etiã ſopitis nobis, quomodo.

Animæ libertas in ſomno.

Iam verò de reſpiratione, cùm de voce ageremus, multa antea & opportunè diximus: & poſthàc nõnulla dictis adijcemus. ideóque nũc pauciora erunt repetenda, & ſummatim tractãda. Omnibus, quæ aërem inſpirãt, animãribus, cúmque turſus expirant, pulmo per os thoracis capacitatem implet, vt qui vocis ſimul ac reſpirationis à natura inſtrumẽtum extiterit. quo carent quidẽ piſces; ideo muti. ſed an reſpirẽt, alibi meam interpoſui ſententiã. Pulmonis autẽ motus initiũ à thorace eſt, vt jam ſæpe diximus; & Galenus opere ſpeciali, & locis adeo innumeris docuit. thorace enim dilatato, cùm natura non ferat vacuum, διὰ τὸν ἀποτεθέντα ἀέρα τῶ κενωθέντι, vt loquũtur Phyſici; per conſequẽtiam ad id quod vacuatur, eodẽ ferè momẽto & pulmo ipſe explicatur ac diſtẽditur, & thoracis motũ ſua ſegniore commotione excipit: illóque arctato & compreſſo, ſimul & laxa pulmonũ ſubſtãtia cõtrahitur atque ſubſidit. Quo autẽ modo fiat aëris attractio, Galenus ipſe tibi familiari exẽplo demõſtrat l. 8. plac. Hipp. & Plat. Si fiſtulã altero orificio in aquã immittas, altero labris ipſam comprehẽdas, atque aërẽ, qui in ipſa eſt, ſuctu extrahas, ſimul aquã ſequi cõtinuò videbis. Nõ ſecùs etiam infantes labiorũ admotione, tum ex papillis, tum ex bombyliis, anguſtiſſimi oris vaſculis, humorẽ qui in ipſis cõtinetur, attrahunt. Quin & fabrorũ folles (hoc enim exẽplum rem magis explicat) diſtenti, exteriorẽ aërem per fiſtulas annexas, ad explendã diſtentionẽ attrahere cernũtur. ſed non quà ſubit aër, eâdẽ efflatur in follibus: cõtrà quàm in reſpiratione accidit. Nam in animalibus diſtentus thorax, per aſperã arteriam neceſſariò in os aërem exteriorẽ inſpirando attrahit: & paulò pòſt cõtractus, in expirando, per os illum eundẽ exprimit: alteratũ tamen, & cõcalfactũ, & fuliginoſum, eo quo alibi dicetur modo. Eſt verò pretiũ operę, exẽpto pulmone ab animali, inſufflare in ſupremũ laryngem, vt cõfeſtim totũ pulmonis corpus amplitſimè diſtẽdi cernas: mox autẽ cõcidere & flacceſcere, aëre exeũte. quomodo in animali viuo, vi thoracis inflari ſolet, & totã ipſius capacitatẽ implere. Niſi ſicut pulmonũ lobi purulenti, aut putres, aut pituita craſſa, viſcida, & tenaci oppleti & offerti, aut coſtis agglutinati, ſolitã tenſionem obire prohibentur: aut pus in vacuis inter pulmonẽ & thoracẽ ſpatiis contentũ, vt in empyemate, dilatationẽ fieri ad proportionẽ occupati ſpatij prohiber. Ideo rectè Hippocrates lib. de natura humana; Et hęc omnia tibi faciet omnibus dieb⁹ & noctibus, hyeme & æſtate, donec idoneus ad attrahendũ in ſe homo exteriorem aërẽ per os in pulmonẽ; & per cutẽ, in arterias: ac rurſus per coſdẽ meatus, per quos accepit, remittit. Alteráque ex his operationibus, ἀναπνοὴ, reſpiratio: altera, quæ per cutim fit, διαπνοὴ, perſpiratio ſeu diffiatio, medicorũ more exactiori, appellatur. Quæquidẽ multò veriora ſũt, & clariora, quàm quæ Plato ex Timæo in ſuo Timæo hunc in modũ ſcripſit. (Græca quidẽ, quia locus

Reſpiratio quò fiat.

Pulmo neceſſarius ad vitam: ideo piſces muti. an ſpirant?

Pulmo ſequitur motũ thoracis, qui.

Inſpiratio aëris quomodo fiat, ab exẽplo. Puerorum ſuctus.

Reſpiratio fabrorum follibus aſſimilata, qui.

Inſpiratio ſi expiratio ſit communis ductus.

Aëris expirati qualitas.

Pulmo totus inſpirando dilatatur: expirando concidit & cõtrahitur.

Pulmones inflati totã thoracis capacitatem complent.

Et quibus cauſis impediatur diſtentio.

Empyema, quid.

Reſpiratio & perſpiratio quæ ſint.

Digitized by Google

Platonis de respiratione sententia improbatur.

longior,& implicatior,pauca de multis assumã, quæ sufficere nunc queat: alibi forsan citaturus & plura,& integra.) Cùm nihil sit vacuum,inquit,in quod ex ijs quæ feruntur,aliquid possit irrumpere:& spiritus è nobis foràs exiliat: omnibus perspicuum est,eum nõ in vacuum ferri: sed vicinum aërem è sede propria depellere:depulsum verò illum,proximũ; atque hunc item, alium subinde impellere:eáque necessitate fieri, vt circumagitatus cõpellatur iterum eum in locum,vnde exierat spiritus: ingressúsque illuc, ac repleta sede,halitũ ipsum subsequatur:atque hoc totum,quasi rota circũuoluatur,ita fit,propterea quia vacuũ nullum reperitur.Quamobrem cùm è pectore & pulmone foràs exierit spiritus; ab aëre,qui corpus ambit, intróque per raritatem carnis penetrat, & circumuoluitur, locus eius repletur. Qui aër rursus regrediẽs,& foràs per corpus exhalans, intrò respirationem per oris & narium tramitem intrudit.Græca sic habent: *Ἐπειδὴ ταῦτ' ἐκβέβηκεν, εἰς ὃ τῶν φερομένων ἀναγκαῖον ἀπολήγειν τ' ἢ ἐμβάλλειν πρὸς αὐτῶν ἄλλο. τὸ μὲν οὖν, ὅτι πᾶν ἄδηλον, εἰς ὃν εἰς πάντα, εἶπεν· τὸ πλησίον δὲ τοῦ ὠθοῦντος αὐτῷ. τὸ δ' ἐκθλίβεται, ἐξωσθὲν τὸ πλησίον ἀεί· ἓν δὲ τοῦτο τῶν ἀναγκαίων, πᾶν ἀφικνούμενον εἰς τὸν ὦδον, ὅθεν ἐξῆλθε τὸ πνεῦμα πρῶτον ἐκεῖνο, ἐκ τοῦ ἀναπνεῖν αὐτόν. ξυνίησι) τῇ πυθμένι. ἐκ πᾶσι ἄρα πᾶσι ἔσχε κύκλου γένεσιν, ὅτι τὸ κενὸν μηδὲν ἦν. διὰ δὴ τὸ πᾶν πλῆρες, ἐκ τοῦ πυθμένος ἴσον μᾶλλον τὸ πνεῦμα, πάλιν ἐπὶ τὸ αὐτὸ τὸ εἰσιὸν αἴρει, οὕτω δὴ μανὸν τῶν ὑγρῶν ἀναπίμπλησι, ἐκ πυκνοτέρων γίνεται πάντες. αὖθις δ' ἀναθρῴσκει ὁ ἀὴρ, ἐκ δὴ τῶν σωμάτων ἔξω ἰὼν, οὗτω πλὴν αὐτοπολὺ αὖθις ἐκ τοῦ, ἐκ τῶν σωμάτων, ἐκ τῶν μακρόθεν ὧδον.* vbi multa mox de caussa & origine respirationis subiũgit,posthac à nobis,vbi de corde agetur,considerãda. Hîc autem dicta rotæ cõuolutio seu circũuolutio illa non simpliciter vel simplex est intelligẽda,sed quę è contrariis motibus cõstat: cùm scilicet ad cutẽ innato calore incitato cõtruditur, & circumagitur in corpus per os externus aër: & cõtrà,eodem per os exeunte,aër corpori nostro circũfusus, in corpus per cutim impellitur: vt expiratio & perspiratio,operatio ex natura nostra sit:inspiratio autẽ, affectio tam quæ per os,quã quæ per cutim fit.

Examen loci Platonici.

Aër quomodo in ebrem ab ore in poros cutis, & à poris in os reflectatur, ex Platone.

Platonis obiicitur, quòd respirationem voluntariã non faciat: quòd respirationem cum perspiratione confundat: quòd respirationem in suas species non distinxerit.

Vbi tamen Plato respirationem à voluntate pendẽre non dixit:& *ἀναπνοὴν*,respirationẽ cum *ἄσθματος*,difflatione dicta cõfudit. Neque respirationis genus,*ἀναπνοὴν*, respirationem fecit(quæ *ἀνὰ*, vltrò citróque meat ac remeat) verùm *ἀνὰ πνοῆς*, pro inspiratione illam specialiter vsurpauit: cui mox *πνοὴν*,expiratio succedit. illa foris intrò aërem attrahens:hæc intus foràs eundem expellens.& magistrum secutus Cicero,respirationẽ pro inspiratione speciali significatu accipit 2. de nat. Deor. Omnino enim propriè & distinctè loqui cupiẽti,respiratio inspiratione & expiratione constat; id est, attractione & reiectione spiritus & animæ,qua respirãdo viuimus. Græcè dixerim sic; *ἀναπνοὴ μέν, ἐκ ἀναπνοῆς δὲ ἀναπνοὴ συνέστηκε. τῆς μὲν ἕξεως, τῆς δ' ἐνεργείας.* Sed philosophus philosophico, non medico more loqui voluit: & plurium consensum,paucorum cautæ obseruationi anteposuit.Sit ita:quis enim Platonem Athenis editũ,& omniũ Athenien-

Platonis de respiratione sententia improbatur.

Non datur vacuum.

Aër expiratus vicinum impellit cõtinuò; donec circumactus, remeet eò, vnde exijt.

Aër per os expiratus, per poros corporis regreditur, & contra. Ex Plat.

Platonis obiicitur, quòd respirationem voluntariã non faciat: quòd respirationem cum perspiratione confundat: quòd respirationem in suas species non distinxerit.

Inspiratio & expiratio, duæ respirationis species, quomodo fiant.

Respiratio pro inspiratione.

sium *εἰσπνοὴν, ἐκπνεῖν* docere præsumat?Et tamen post arteriæ cõtractionem,cõtinuò inspirationem fieri,necessariũ diffitemur:sicuti post expirationem, illico arteriarum distentionem subsequi. licet expirationem mox inspirationi succedere, & inspirationem expirationi cõtinuò superuenire necessum fateamur. Neque enim cordis & arteriarum motus & quietis interualla, nostræ inspirationis & expirationis, totiúsve respirationis interuallis spatiísque congruunt. cùm vnicæ respirationis morâ (quæ inspiratione& expiratione constare intelligitur) cor cũ suis arteriis,& sui motus sequacibus comitibúsve,sexies,octies,decies,duodecies,pluriésque adeo pulsare & micare (nisi in *δυσπνοίαις, ἐμφυσήμασι, βεχνιασμοῖς*) deprehendamus. Omnísque illa ratio circumuolutionis & protrusionis,ex Timæo,& Pythagora eiusdẽ magistro repetita,& quidẽ merito ab Aristotele derisa l. de respiratione,& à Galeno lib.8.plac. Hipp.& Plat.plus habet ostentationis & venustatis ad se magnis de obscuritatibus explicandum, quàm necessitatis aut veritatis ad aliquid comprobãdum vel adstruẽdum. Quibus tamen rationibus,caussam sibi vidẽtur expediuisse,cur admotæ medicæ cucurbitæ (ventosas vulgus ab effectu denominat) vel diminutiua formula cucurbitulæ,carnem ad se pertrahãt. qua de re nõ paulò accuratiùs Hero in mechanicis,à me adhuc iuuene Latina lingua donatus.eodẽque cõpendio,de aquarũ fluxu,ductúque per siphũculos,de lapidũ iactu,dèque fluminum impetu,& illo vix vnquam satis explicato,mirabili electri siue succini (ambrã vulgo dicimus) attractu,& sequaci festucarum tractu (vt eadẽ ratio ad magnetem,siue Heraclii lapidẽ,ferrúque admotũ & attractũ valere intelligatur) certã & indubitatam rationẽ attulisse,& acu attigisse,& actutũ transegisse. quasi nullius horũ attractio fiat:sed cùm nusquã sit vacuũ, & hæc se inuicẽ pulsent atque repulsent, cõcretáque & discreta singula suũ sibi locum poscant,diligẽti harum rerũ,& euẽtuũ talium inuestigatori,ex his mutuis pulsionibus euẽtus illos mirabiles contingere videri.

Sed de Platone & jam sæpius antehàc,& forsan rursum posthàc dicetur. Idem verò Plato & cum Hippocrate,& cũ veritate cõsentit,de respirationis vsu tractãs:inspirationis quidem, ad refrigerium & nutrimẽtum caloris innati,qui est in corde (quãquã & animali spiritui cerebri cõferre plurimùm nutriẽdo,temperãdo,& purificando reor) expirationis autẽ,vt fuliginosa excremẽta difflẽtur ac dissoluãtur,qua de re sic Galenus initio L6. de vsu part. ne tibi totos de vsu respirãdi commẽtarios replicẽ,priuatim potiùs euoluendos.Vsum (inquit) respirationis in animalibus, cordis caussã inesse docuimus: simul quòd & ipsum,aëris subsidium requirit:simul etiam quod feruido calore effericescens,eo refrigerio vti necesse est. Refrigerat ipsum inspiratio quidem,frigidam qualitatem ei affundẽs. expiratio verò,quod in ipso feruet,& quasi cõbustum ac fuliginosum est,ex ipso profundens. Ex quo efficitur,vt & duplicem habeat motum contrariis partibus constantem: nam attrahit

Arteriæ, ἀρτηρίαι, qui differant.

Plato excusatur & laudatur.

Contrà Platonem, quòd pulsus cum respiratione non consentiat.

Expiratio & inspiratio se inuicẽ cõsequuntur: sic & systole & diastole sibi succedunt: sed non systole inspiratione, nec diastole expiratione.

Vnica respirationis spatium, plures systoles & diastoles complectitur.

Arteriæ sequuntur, vel comitãtur cordis motum.

Circumuolutio & protrusio aëris Pythagorica vana & inutilis, quorsum inuenta.

Platonis non est hoc inuentum.

Cucurbitularum attractionis caussa

Heronis mechanica à N. Latina falla.

Aquarum fluxionis, lapidum iactus, electri & magnetis tractus caussa, ex Timæo.

Respirationis vsus, tum inspirando, tum expirando, qui.

Respiratio cordis grãtissima, quatenus sum: & inspirationis respirationisque vsus

Motus cordis duplex, & eius actio.

quidem dilatatum,inanitur verò contractum. accedit autem ex naturæ ſolerti prouidentia,vt materia illa fuliginoſa,alioqui ſuperuacua,idonea voci effingendæ extiterit: quam ſine aëre fieri non poſſe antea demonſtrauimus,cùm de voce commentaremur. A

Vſus effluxi ſpiritus ad vocem.

De reſpiratione nemo Galeno meliùs,nemo diſtinctiùs: reliquorum ſimilis vero ſententia potiùs,quàm vera. quorum Aſclepiades, reſpiratione animam generari putabat: Praxagoras non generari illam quidē,ſed corroborari:Philiſtion & Diocles,ventilari ac perfrigerari:Eraſiſtratus,arterias impleri. quibus illis nos quidem minimè aſſentimur:licet hæ opiniones ad veritatem quandam explicatione modificata reduci queant: ſed Hippocrati illi medicinæ parenti potiùs,&eius filio primogenitoGaleno nunc aſſentiri decreuimus. B

Varia medicorum præſertim de reſpiratu ſententiæ, Aſclepiadis, Praxagoræ, Philiſtionis, Diocli, Eraſiſtrati.

Galenus Hipp. filium primogenitum, honoris grauâ dicitur.

Cæterùm obſeruari hoc etiam loco magna debet opificis induſtria: quòd cor ipſum attrahere aërem externum non protinus per fauces inſtituit:ſed per vtriuſque medium pulmonem, quaſi ſpiritus promptuarium quoddā,qui vtriſque ſimul actionibus ſeruire poſſet. Nam ſi cor dilatatum (ait Galenus lib.6.de vſu part.)ex faucibus traheret,rurſuſque in illas adſtrictum aërem emitteret; concentū eſſe reſpirationis cum pulſu cordis eſſet neceſſe.quam rem ſequerētur multæ ac magnæ ipſius animantis offenſiones: nec deteriùs modò viueret, ſed periculis etiam vitæ eſſet opportunius.Nam ſi hęc ita haberēt, verba continuare diu non poſſemus: ob idque ipſum,vitam omnino degeremus impeditā atque laborioſam. Simili ratione, & quòd metu ſuffocationis vrinari, mergíque in aquam non poſſemus.Tum autē quod ſine inſpiratione nūquam poſſemus fumū,vel puluerē,vel peſtiferā aliquam aëris ac venenoſam qualitatē percurrere,putredinibus quibuſdam animaliū,aliíſve occaſionibus infecti;qui ob id,vitæ ipſi promptiſſimè officeret,ipſúmque animal funditùs labefactaret.Quòd verò non ex faucibus, neque protinus extrinſecùs,ſed ex pulmone cor ſpiritum ducat,eámque rurſus in pulmonē reddat; licitum fuit nobis aliàs voce vti,& quidem diutiſſimè: aliàs eriā nihil omnino inſpirare,corde nihil impedito,neque offenſo. Nam ſi cor ſtatim per fauces ſpiritum extrinſecùs hauriret, & rurſus foràs profunderet;duorum ſanè alterum nobis neceſſariò accideret:vel vt aërem peſtiferum intempeſtiuè inſpiraremus;vel omnino nihil inſpirātes,protinus ſuffocaremur.Quocirca natura cor ipſum non tantummodò reſpirandi inſtrumērum fecit: ſed ipſi extrinſecùs pulmonem ac thoracem circundedit,qui ſpiritum illi ſimul adaptarent,&vocem animanti efficerent. Nunc autem his omnibus præter demetitum (ſeu potiùs demenſum) modum accedit,quòd illum quidem ipſius cordis velut ſubſultus (ſic enim appellat Plato) mollitudine ſua excepturum:hunc autem,velut ſeptum aliquod præualidum,turelæ cauſsā circūdedit non cardi modò,ſed etiam pulmonibus;vt nō ita multò pòſt planiùs explicabitur. in quem (pulmonem, inquam) ſi ſpeciatim audire cupis, & particulatim,quomodo aër attrahatur,deinde diſtribuatur,quorſúmve & quatenus id fiat,ſic accipe. C

Cor per pulmonem aërem attrahit?

Cordis diaſtole non inſpirat, ſed nec ſyſtole exſpirat aërem.

Ab incommodo.

Reſpiratio non poteſt congruere cum pulſu cordis,quā cerebrum.

In ijs, qui ſe habēt ē natura,tum nec vitiatis inſtrumētis,tū nec vrgēte inteſtino incēdio:ſed caloris innati tēperata qualitate,neque ea ſupra modum naturalē aucta;neque ad extufflationē, neque ad vocē edendā plurimū aëris poſtulante neceſſitate;neque ore patulo & hiāte inſpirātibus nobis: tunc (inquam) aërem modò per nares,diſtenti thoracis beneficio, ad vacui fugam jam mihi dictam,inſpirādo ducimus atque trahimus.Cuius portio protinus ad cerebrum (vt lib.1. de peſte poſt Hippocratem demonſtraui) & ſublime,& propinquum, & recto foraminū oris,naſi & palati ſitu effertur, animali ſpiritui enutriendo,augendo,temperando,ac depurādo ſeu purificando: atque (vt illic oſtendimus) ſi peſtilens ſit & corruptus,cōtrà eidem inficiēdo & corrumpēdo inquinandóque. Verùm copioſior per nares attracti aëris portio,ex amplis earundem foraminibus,in fauces ſecūdùm poſteriorem gurgulionis ſedem ducitur,nonnihil ab illo,propter breuem quandam moram, cōtemperanda & mitificanda. hinc in laryngē: deinde per totam aſperam arteriam,in frequētes ipſius per pulmonis ſubſtantiam propagatas ſoboles fertur. Poſtquàm verò aër ab hac pulmonum ſubſtantia,cordi quodammodo præparatus eſt: à venalis arteriæ ſurculis,pulmoni etiā intextis, ex aſperæ arteriæ ramis elicitur: atque in ſiniſtrum cordis ventriculum delatus,tenui,admodúmque feruido,quem cor inibi continet,ſanguini commiſcetur. Huius aëris qualitate,contenti in hoc ventriculo caloris (qui aëre,& ſpiritalis ſanguinis exhalatione conſtat) ſubſtantia enutritur.Quod autem velut fuliginoſum, ex hac peculiari cordis functione cōgeritur,rurſus per venalem arteriam in pulmonē ablegatur,& ab aſperæ arteriæ propaginibus exceptum,vnà cum aëre reliquo, quem ex illis arteriæ venalis germinibus,tanquam cordi ineptum, non attraxerāt,denuò per aſperam arteriam,& laryngem,pērque fauces & nares,concidentis contractiáque thoracis operā educitur. Ab aëris autem ſubſtātia,in ſiniſtro cordis ventriculo,ſanguini ibidem cōtento permixta,vitalis ſpiritus conficitur (de quo nos multa jam ab initio)qui ex hoc ventriculo in magnam arteriam aortam dictam, vna cum ſanguine impetu ruente ac feruido diffuſus, per vniuerſum corpus, ſecundùm arteriæ ſeriem digeritur,& calorē ſingulis membris (non dicam frigus cum quibuſdam) priuatim innatum ſufficit temperátque: quic quid ipſius diffuſum eſt,inſtaurans: haud ſecùs ſanè atque mēbrorum ſubſtantia à ſanguine per venas adducto reſtituitur. Et quemadmodū reſpiratio,& ſanguinis ex dextro cordis vēntriculo in ſiniſtrum aſſumptio (quantumuis obſcuriſſima) cordi ad vitalis ſpiritus,caloríſque natiui repoſitionem faciunt: pari ratione, materia à ſiniſtro cordis ventriculo per arterias reliquo deducta corpori, aliarum partium ſpiritum & calorem natiuum recreat. Quo fit,vt pulſus & reſpirationis vſus idem cenſeatur. quod enim inſpiratio,materiei in ſiniſtro cordis ventricu- D E

Reſpiratio per pulmonem facta commodè.

Cor cur immediatè aërem de faucibus nō attrahat?

Cor quatenus reſpirationis ſocium, & quibus adminiſtrio,tum etiam ad vocem.

Pulmo ſcutum cordis ſalutis.

Thoracis nominem partium incluſarum.

Pulmo quā aërem trahat, & diſtribuat, & quorſum

Reſpiratio naturalis quomodo fiat.

Inſpiratus aër quā feratur: & cur ad cerebrum primùm, quorſúmve. N. de peſte.

Inſpiratio aëris via ad pulmonem & cor.

Aëris inſpirati beneficium cordi quale. Calor cordis unde.

Exſpiratio qui fiat, & quorſum.

Aër exſpiratus eſſe dem dotibus, quibus & inſpiratus, & quibus rēdem.

Vitalis ſpiritus ubi, & unde conſtet. & quo feratur, & quā, & quorſū.

Sanitas de eorum venis & ſanguine.

Vt vitalis ſpiritus, aëre inſpirato, & ſanguine dextri ventriculi cordis fouetur: ſic de ſiniſtro educta materia, corporis nutritiō calorē exſuſcitat.

Pulſus & reſpirationum vſum idē. Et quæ amborum analogia.

lo repoſitæ præſtat: id reliquis partibus in pulſu, arteriarum dilatatio largitur: expiratio autem, arteriarum cōtractioni reſpondet, vt poſthàc explanabitur, cùm de corde particulatim agemus. Sed de reſpiratione naturali ſatis hactenus: quia (vti dixi) ſub eo argumento extant priuatim ampliſſimi Galeni commentarij. de difficultate enim reſpirādi præter naturā, eiúſque cauſſis ac differentiis nunc agere minimè ſtatui, quæ tractatio ad morbos pertinet & pathologiam ſpectat, & à Galeno ſimiliter ſpecialibus libris tractata eſt. id tantùm dictis adijci volo. Spiritus cohibitio, pulſuum quieti reſpondens, tribus fit modis ac temporibus: vel dum adhuc inſpiramus, dilatantibus thoracem B muſculis: vel dum expiramus, conſtringentibus illis: vel dum ſpiritum in pulmonibus diu ſupprimimus. ſed maius eſt quod ſequitur.

Inſpiratio diaſtolen, & expiratio ſyſtolen, vſu refert. Tranſitio.

Spiritus cohibitio quibus & quot modis fiat.

Quandoquidem reſpiratio fieri etiam in ſomno conſueuit, ſopita voluntate noſtra, & iudicio atque delectu conſopitis: quando etiam differri eadem aliquantiſper poteſt, non tamen diutius differri: nec viuis nobis in totum auferri: quatenus rectè dixit Hipp. libr. de flatib. Tantam omnibus corporibus ineſſe ſpiritus neceſſitatem, vt potu quidem & cibo abſtinere aliquandiu poſſint, vel adeo aliquot diebus (intra 7. dies alibi inediæ ſpatium terminauit) at C breui vnius diei parte interceptis in corpus viis ſpiritus, neceſſariò emoriundum; quod & Galenus initio lib. de vſu reſpir. ab Hippocrate repetit. his (inquam) de cauſſis, reſpirationem voluntariam quidem non omni ex parte, vt Gal. lib. 2. de motu muſcul. tradit; ſed tamen magna ex parte eſſe: ſed & quodammodo naturalem & violentam, quæ neſciētibus nobis, & non aduertentibus, inter dormiendum, vt dixi, fiat: & vigilantibus intermitti aliquantiſper, ſed vix vicēſima horę vnius parte queat. Licet vrinatores dicantur, aut arte, aut exercitatione longa, aut D certa manus cauæ ad os applicatione, aut ore continentes oleum paulatim expuendū, aut alia quadam vſi ſolertia, vt per longos folles, aut canales ſpiritu & aëre inducto, vt Ariſt. cap. 16. lib. 2. part. animal. ſcribit, in aquis merſi, vel in fundum maris deuoluti, vt anchoras reſoluant atque extricent, (quod de famoſiſſimo homine, dicto piſce Cola referunt) diutius verſari & viuere. Vt enim pungente acrimonia, aut grauāte copia, vrinam & alui excrementa diutius cohibere non poſſumus: ſic vrgente neceſſitate, & metu ſuffocationis, reſpirare cogimur. Rarus enim quiſque eſt, qui ſua culpa mori aut ſuffocari velit, etiam infinitis moleſtiis, miſeriis, doloribus & calamitatibus obrutus. exemplo eſt E anus illa Æſopica, & annis & pannis obſita.

Quòd reſpiratio ſit partim voluntaria, & partim naturalis.

Reſpiratio in ſomno quì fiat.

Reſpiratio ad vitam neceſſaria.

Inedia terminum.

Primatores quomodo ſub aquis merſi reſpirent, vtámque.

Piſcis Cola. Stercoris & vrinæ excretionis neceſſitas, vnde: item reſpirationis.

A ſimili. Nemo mori cupit. Anus Æſopica. Solutio. Reſpirationis vſus naturalis, actio ipſa voluntaria.

Quid ergo? an reſpirationis vſus naturalis & neceſſarius tum homini, tum animantibus reliquis & rationis, & fortaſſe volūtatis expertibus? quod κατ' ὀρεκτικὴν Græci dicunt. actio autem ipſa functióque κατ' αἴσθησιν dicenda; & voluntaria & ſpontanea dici idcirco poteſt ac debet, quòd per neruos & muſculos voluntatis noſtræ miniſtros edatur? Et quòd alioqui ſine reſpiratione, vita hominum conſtare nequeat?

PROBLEMA.

An ſine reſpiratione vita conſtat? — *Queſtio.*

NAM quòd hyſtericæ mulieres velut mortuæ iaceant, nulla quę perſpici ac dignoſci poſſit, ſpiratione, aut cordis & arteriarū motu: non eſt tamen credibile, vtroque priuari omnino poſſe, ſuperſtite vita: licet ita paruo, vt vix ac ne vix quidem percipi queat. Conſtans enim eſt hoc medicorū axioma; Et ſpirationem à vita, & vitam à ſpiratione ſeparari non poſſe. adeo vt viuentem no ſpirare, & ſpirantē non viuere, impoſſibile ducant. Licet Heraclides Ponticus eo libro, quem ἄνοιαν, quaſi non reſpirantem, inſcripſit, hyſtericis quibuſdā lanæ carptæ floſculis ad nares admotis, & poculis aquæ plenis ori ventriculi impoſitis, nec agitari illos, nec humorem effundi aut dimoueri ſcripſerit. adde ſi vis, admota ori & naribus ſpecula terſa mundāque, expirationis halitu neutiquā obnubi aut maculari vel obſcurari. vt nonnulli emortuas dicerent, quæ tamen poſtridie reuiuiſcerent. Ac nonnullas eiuſcemodi rogo illatas, percepto ignis calore excitatas velut à ſomno, ſic ab illa Lethæa affectione legimus: quaſdam priùs ſeminſtulatas, nō antè potuiſſe rogo eximi, quàm planè vi ignis & flāmarum atque fuliginis priùs aliquantiſper agitatæ, concuſſæ & cōmotæ animam efflarint. Plinius tibi nonnulla exempla ſuppeditabit eorū, qui elati reuixerunt; vt Auiolæ viri Conſularis, L. Lamiæ prætorij, & Ælij Tuberonis prætura functi; & ex Varrone, Corfidij materteræ ſuæ mariti, & Capuani cuiuſdā, itémque Aquini. Hæc videlicet cōditio mortalium eſt: ad has & eiuſmodi occaſiones fortunæ gignimur, vti de homine ne morti quidem debeat credi. Præclarè autem ille deinceps, & ad propoſitum accōmodatè eodē loco, cap. 52. l. 7. Fœminarum ſexus huic malo videtur maximè opportunus, cōuerſione vuluæ: quæ ſi corrigatur, ſpiritus reſtituitur. Huc pertinet nobile illud apud Græcos volumen Heraclidis, ſeptem diebus fœminæ exanimis, ad vitam reuocatæ, vt jam cœperā dicere. Talem eam fuiſſe exiſtimo, quam relatā è funere ab Aſclepiade ſcribit idē Plinius lib. 7. cap. 37. Qua de cauſſa, à me ſcriptū & cautum eſt, ne mulieres ſuffocationi ab vtero obnoxias, quæ alioqui mortuæ iudicantur; & fortè apoplexia aut lethargo ſemianimes, potiùs quàm verè mortuas, licet ſenſu motúque omni deſtitutæ videantur; vel ſaltem ante triduū ſepeliāt inhuméntve: quòd non paucæ intra id tempus reuixiſſe perhibeantur. Poſſem de S. Renato notam in vulgus proferre hiſtoriam: poſſem & noua commemorare exempla, & noſtro penè ſeculo prodita & producta, ſi tantum eſſent habitura fidei, quantum priſcis illis deferimus; noſtris propè dicam auribus, quàm oculis, longè licet fidelioribus, magis creduli. quale hoc ex relatu cognoui: Deoſſam ante annos viginti in alta ſcrobe, pro more patrio, mulierem; ſimiliter & puſionem, poſt vnum aut alterum diem, vel etiam tertium

An hyſterica reſpirent? an pulſent?

Vita à reſpiratione, & contrà non ſeparatur à vita reſpiratio. Heraclides.

Hyſtericā ſpiratio quomodo perſentiatur.

Hyſterica elata à rogo reuixerunt, aut excitata aſſerūt.

Plinius.

Qui elatī reuixerint. Hiſtoriæ.

Conditio mortalium incerta, vel in morte.

Mulieres obnoxiæ ſuffocationi ab vtero.

Mulier 7. diebus mortua reuixit. Aſclepiades mortuum à funere retulit.

N. cautio, ne hyſtericæ, néve apoplecticī ante triduū à morte inhumētur.

S Renati hiſtoria.

Veterū potiùs, quàm noſtra credimus hiſtoria.

Hiſtoriā inhumatorum, quo reuixerunt.

(ſi credere dignum eſt) ſiue motu & eiulatu quodam, ſiue diuina inſpiratione, ſiue genio vel Angelo ſepultorum (qualis Angelus Petri act. 12. perhibetur, & Angeli paruulorum Matth. 18. memorantur) propinquos admonente & ſolicitante, aurémque (vt aiunt) vellente ſeu vellicante ſuperſtitum & amicorum parentúmve, viuere animaduerſos, & effoſſos viuos, domum fuiſſe reportatos, pérque annos complures ſuperuixiſſe. ſed miracula omittamus, atque ad phyſica redeamus.

Angeli ſpectatores noſtri.

Animalia hyeme latentia, ſine cibo & ſpiratione viuũt, quæ. Thoës.

Quid quòd latebris incluſa animalia, quæ φωλάδες, & φωλίνες vocantur à Græcis, nulla apparente in ipſis ſpirationis nota deprehenduntur? tales Thoës, luporum genus, memorantur: tales vrſi fortan, & hiſtrices, & frequens ſerpentum atque reptilium genus: vt lacerti, ſtelliones, crocodili: menſibus enim quatuor frigidiſſimis hæc latét, nec per id tempus, quicquam comedunt, vt ſcribit Ariſt. cap. 15. lib. 8. hiſt. animal. nam de gliribus, domeſtico exemplo, animalculo noſtris in ædibus oberrare ſolito, certum narrant: hyeme inuentos, velut obrigeſcere mortuos, & ſenſus atque ſpirationis expertes. quos in ignem, aut ardentem fornacem coniectos, tenui clamore ſonóque edito, excitatos, commori aſſerunt. de quibus feſtiuè Martialis (quod de his & de muribus Ponticis, déque vrſis & hiſtricibus antè Ariſtoteles ſcripſerat cap. 17. lib. 8. hiſtor animal.)

Glires ſomno hyberno pingueſcunt ſine cibo.

Tota mihi dormitur hyems; nec pinguior vlle
Tempore, quàm cùm me nil niſi ſomnus alit.

Hyſterica & φωλάδες ſola perſpiratione vtuntur, ob frigidum temperamentum.

Galenus ad frigidum eorum temperamentum animalium retulit: ſimilitérque de hyſterica ſuffocatione ſenſit: retento in corpore, corruptóque ſemine, aut menſtruo, habitú totum mirabiliter refrigerari. in quibus relictus exiguus calor, arteriarum cordiſque officio conſeruetur. quæ actio, à medicis perſpiratio dicitur, Græcè διαπνοὴ ea autem, quæ thoracis pulmonúmque officio obitur, reſpiratione propriè dicta, Græcè ἀναπνοῆ, intimum aliorum animalium calorem & refrigerari, & ventilari diffiarique. Qua de cauſſa, in vteri ſuffocatione, refrigerato vniuerſi corporis habitu, reſpirationem ab ore nullam prodire conſpicuam: quanuis ea quæ in arteriis fit, nequaquam intercipiatur, ait cap. 5. lib. 6. loc. aff.

Hyſterica ſuffocationis cauſſa.

Ἀναπνοὴ & διαπνοὴ, reſpiratio & perſpiratio quid differant: & earum vſus.

De Pulmone.

CAP. VIII.

Sed redeo ad partium ſpirabilium ſtructuram reliquam, & ipſam pulmonis explicandam ſubſtantiam, hoc breuiter præfatus. Vt in pulſu, ſic in reſpiratione tres cauſſas obſeruandas venire: facultatem voluntariam; inſtrumẽta voluntari ſubſeruientia: & eam vtilitatem, cuius cauſsà ſunt reliqua comparata, vt Galenus libro ſub hoc titulo diſertè & breuiter docet: & nos ex eodem jam antè, cùm de voce ageremus, propoſito aurigæ exemplo declarauimus.

Et pulſus & reſpirationis cauſſæ tres.

Igitur Pulmo, quaſi pneumo, Græcis πνεύμων ἀπὸ τῆ πνεῖν (ait Ariſt. lib. de reſpir. origine nominis indagans) denominatur, eò quòd flatus ſit ac ſpiritus receptaculum; primum ac præcipuum reſpirandi organum: vt verò à thorace monetur, ſecundum (quia innato motu priuatus eſt) ſpongioſa, fungoſa, aërea, rara, leui, molli, quæ inſtar tomenti atque ſtœbes, vaſorum interualla opplet & farcit, carne conſtat, quam παρεγχύματος nomine Eraſiſtratus appoſitè vocauit, quaſi confuſam ex humorum concretione molem (eſt enim velut ſpuma ſanguinis concreti, ſiue ſpumoſus ſanguis concretus) tribus vaſorum generibus per totam ſui ſubſtantiam diffuſis, atque intertextis: arteria venali ſeu venoſa, de ſiniſtro cordis ventriculo procedente: arteriali autem ſiue arterioſa vena (hic enim propemodùm noua fingenda ſunt nomina, Romanis medicæ artis contemptoribus inaudita) de dextro ventriculo cordis prodeunte; quarum ambarum tenuiores per totum pulmonem ſparguntur ſoboles. & à ſummo phárynge deducta, pérque mediam pulmonis ipſius regionem diducta atque diſperſa arteria aſpera, quæ & trachéa nominatur: primùm duos illa in truncos diuiſa, & vtrique pulmonis parti dextræ atque ſiniſtræ diſtributa, binis primùm ramis, deinde innumeris, ſempérque dictorum vaſorum propagine craſſioribus ſuis chartilaginibus σχιστοῖσι vocatis, quòd ſigma Græcorum referant, ac velut ſemicirculum C. minutim & concisè per totum illum pulmonem ſparſis atque intertextis, aërémque inſpiratum excipientibus. tunica prætenui, & ad motus edendos ac ſequendos aptiſſima, pulmonem ipſum totum ambiente & muniéte; neruulúmque ſuſcipiente à ſexto pari recurrente dicto, exiguum quidem ſenſum in ſuperficie ſummis partibus potiùs, quàm toti ipſi viſceri interiori conferente. Officina eſt & conceptaculum atque promptuarium attracti per reſpirationem ſpiritus, inſigne reſpirationis & vocis organum, vt ſæpe dico ac repeto; ſolis ideo ijs animantibus datum, quæ & reſpirant, & collum habẽt. Cuius diſtenti tota ſubſtantia, pedi bubulo (cuius pars dorſum verſus, ſuperiorem pedis bubuli partem: reliqua, inferiorem eiuſdem veſtigij formam figura ſua exprimit) haud abſimilis ſpecie, primùm bifariàm diuiditur, fortibus & validis dirempta membranis; eáque vtráque conuexa ſui parte dorſo cum aſpera arteria alligatur (rarò enim ſanis ad coſtas & thoracem interiorem deuinciri & irretiri conſueuit; ægris & empycis contrà non infrequenter) alarum quarundam inſtar, dextra læuáque per internam thoracis exporrecta capacitatem; quam totam diſtentus implet, & cum eiuſdem caua gibbáve thoracis figura contendit, tuberáque illius aut ſinus variè exprimit. iterum ſingula (pulmonis ſubſtantia, inquam) geminas in fibras diuidenda, quos & lobos chorus omnis medicorum vocitat. ſic vt pulmonis totius inſignes quatuor partes euadant (rarò plures aut pauciores) vtrinque duæ; vt promptiùs & faciliùs diſtendi atque explicari aëre plenus queat, & mox comprimi conſtringíque. quibus tamen Galenus initio lib. 7. de vſu part. & lib. 7. admi-

Pulmo vnde dicatur.

Eius vſus, motus, & natura tota, compoſitióque.

Parenchyma, quod: & eiuſdẽ vſus.

Pulmonum vaſa tria, quæ, & qualia, & vnde, & quò.

Fingenda nomina in medicina, quare.

Vena arterialis, & arteria venalis.

Arteria trachèa.

Chartilagines figuriformes.

Pulmonis tunica & neruus.

Pulmonis vſus.

Forma.

Nexus.

Quando pulmo coſtis inhæret.

A ſimili.

Pulmo implet thoracem, eiusque motum & figuram imitatur.

Lobi pulmonis, & eorum vſus.

Digitized by Google

Quintus pulmonis lobus, & vſus

niſtr. anatom. quintum lobum adijcit, vt & Hipp. in libello anatomico; paruum illum quidem, & dextram thoracis partem, venæ cauæ incumbentis, cum thymo, glandula ſic vocata, velut molle ſubtemiculum atque fulcrum futurum. cui ſuffragantur Syluius, acerrimus Galeni propugnator, Maſſa, Mundinus & nonnulli præter hos non ignobiles Anatomiſtæ, in homine ſibi deprehenſum teſtati (nam de ſimus & canibus nulla dubitatio eſt) Sed Veſalius his ſe omnibus opponit, nullum ſibi viſum vnquam in humana anatome conſtanter aſſeuerans: eúmque lobum inutilem futurum; quòd vena caua ſeptum permeans, ſimul cordis inuolucrum penetret, neque vllum relinquat interuallum inter ſeptũ & inuolucrum cordis. Obſeruatio quotidiana multorum (namque mihi ſemel tantùm in hominis cadauere prægrandi quintum pulmonis lobum alioqui ratiſſimum videre contigit) rei veritatem (quæ mater temporis dicitur) eruet. nequis pertinaciter, cauſſa incognita, huius aut illius partes tuendas ſuſcipiat.

Thymus.

Syluius.

Maſſa.

Mundinus.

Veſalius.

Quòd deſit quintus pulmonis lobus, & inutilis futurus.

Veritas, mater temporis.

Pulmo complectitur cor, quorſũ.

Totus igitur pulmo ſic bifidus, & quaſi biſulcus, vtriſque ſuis chelis totum cor ambiens, eius ſubſultus ſua mollitudine excipit. vt nuper patuit. cuius caro mollis, foraminulis velut multis, ſpongiarum inſtar, peruia, & ſpirituola, externum aërem ſuo ſinu exceptum concoquit: quem, familiare ſpiritibus alimentum internis futurum prouidit: quo dilatato, aër, vtpote leuiſſimus, aſperas implet arterias: deinde quod ex ſiniſtro cordis ventriculo effertur, læues eiuſdem dictas & habitas (per aliarum analogiam, læuore interno inſignes) complet arterias: tertiò autem demum, denſiſſimus reliquorum languis. Nam antequam arteriæ aſperæ aëre impleantur, nihil ſanguinis in arterias læues, & in venas influere à corde poteſt: Mutuam enim operam & gratiam cor pulmoni referre videtur, cùm ipſum ſanguine nutrit: idque beneficij loco ipſi rependere, pro illo ſpiritu, quem ab eodem adſpirat. Cuius rei gratiâ, natura ſolers, vaſorum tunicas hac ſola in parte commutauit, venam quidem faciens arteriоſam, ſiue arteriæ tunica induens, craſſiore illa quidem, ad poſticam pulmonis partem ſitam, & aſperæ arteriæ propaginibus, ſemper tamen maioribus, permixtam, per quam venam arterialem, ali à corde ipſis pulmonibus contigit, vt & cordi ab hepate. In antica autem parte ſui, & eiuſdem aſperæ arteriæ propaginibus implicatam arteriam venalem ſeu venoſam (per quam magis & copioſiùs nutriri pulmonem à corde, & cor à pulmone aërem accipere, viciſſimque reddere natura voluit) venæ membrana veſtiens, longè quidẽ tenuiori. Pulmo enim ob motum continuum, & caloris copiam, tum ex motu proprio, tum ex cordis vicinia contractam, plurimo eguit alimento, eóque tenui, leui, vaporoſo, & ſuæ ſubſtantiæ haud abſimili (contra quam hepati aut ſpleni accidit: quia ſimili ſimile conuenit alimẽtum) cùm ſit corpore rato, leui, aëreo, velut ex ſanguinis ſpuma concreto, ſicuti dixi, conflato. Ideóque vena illa

Pulmo ſuſceptum aërem elaborat, quomodo & quorſum.

Pulmo dilatatus quid attrahat, & quo ordine.

Arteriarum pulmonis duo genera.

Aër pulmonem intrat priùs quàm ſanguis, cur.

Cor ab pulmonem, & à pulmone refrigeratur, mutuo beneficio.

Vena cor arteriæ & arteria cor vena tunicam induens.

Vena arteriоſa ſitus, & vſus: itemque arteria venoſa.

Pulmonis alimentum quale, & quorſum.

Simile ſimili gaudet alimento.

A arteriæ tunica craſſiore conſtans, vt cordis & pulmonum motus perferat illæſa, nil niſi quod tenuiſſimum eſt ſanguinis, in eius alimentum elabi ſinit; idque ideo paucum: niſi quòd venarum frequentia & magnitudo illam paucitatem compenſat. atque adeo iſtam deinde parſimoniam ſupplet arteria venæ conſtans tunica, eáque molli, quò & ſpiritui inuehendo, & fuligini excludendæ (nam à corde materiam excipit, & in ipſum aliam quandam introducit, vt trò citróque ſe pandens) ſuo perenni motu facilè obtequatur; eadem ſanguinem pulmoni tenuem, ſyncerum, leuem, aëreum, vaporoſum, flauúmque ſeu fuluum à corde multum impertiens, vt Galenus lib. 6. de vſu part. demonſtrat. Qualis vtique pulmonis color eſſe debuit, ſed diluti ruboris: qui tamen in pleriſque fuſcus, & velut nebulotus variuſque deprehenditur, & diuturnitate luridus nigreſcit; atque collapſus & conſtrictus flaccеſcit mortuis perexiguus; multúmque inter ſe & inter thoracem vacui ſpatij relinquit, quod totum viuo animali diſtentus complebat.

Vena cor arteriale, & eius munus.

Arteria cor venalis, & eius munus: & quòd vtrò citróque pandatur, quorſũ.

B

Pulmonis color, & conſiſtentia in viuo & mortuo.

Et quidem certè natura prouidebat tria alia ad alimenti affluentiam pulmoni neceſſariò adfutura adiuméta. Primum quidem, copiam domeſticæ ac natiuæ caliditatis, alimentum omne in partes minimas comminuentis ac diffundentis, vt citiùs euaporetur. Alterum autem, pulmonis in inſpirationibus dilatationem, vel ex denſiſſimis inſtrumentis violenter quid dam arripientem. Tertium ac omnium maximum, ab eo ſanguine, qui ſoli pulmoni à corde emittitur, priùs in illo confecto planè atque extenuato. Ideo pulmoni à corde alij, quàm ab hepate præſtitit, quòd venas in ipſo tunicis arteriarum conſtare, tum autem quarundem membranarum habere epiphyſes conducebat: quorum neutrum ex vena caua gigni poterat.

C

Pulmo cur plurimum alimenti conſtitat, & attrahat.

Pulmo cur à corde alatur, & per quæ vaſa.

Mirúmque hîc ſubit, quòd cor pulmoni, ſuo clienti paret alimẽtum: ſibi autem ipſi minimè: ſed ab hepate, velut ſuo coquo accipiat. Cùm enim ex ſe moueatur, corpus validum habere ipſum oportebat, & craſſum ac denſum. pulmonem verò, vt qui à thorace moueatur, neque grauem, neque denſum: ſed leuem & rarum eſſe præſtiterat. Cùm autem quale eſt vnumquodque, tali ipſum nutriri alimento oporteat: iure optimo cor quidem craſſo; pulmo autem, vaporoſo ſanguine indiguit, vt nos cum Galeno ſentimus.

D

Cor cur pulmone, nõ ſibi parat alimentum.

Cordis & pulmonis quale corpus, & motus, & alimentum.

Quodque ſimile ſuo alimento nutritur.

Columbi tamen vendibilis apparet ratio; arteriam venalem in id factam eſſe adſtruentis, vt ſanguinem cum aëre à pulmonibus mixtum & elaboratum adferat ad ſiniſtrum cordis ventriculum. quanquam fuliginis de cordis incendio eructantis (vt Hippocrati, Platoni, Galeno, & ſummis vſquequaque medicis ac philoſophis viſum eſt) modum & neceſſitatem leuiter, nec probabili quidem iſta ratione; quia venalis arteria cum ſpiritu ſanguinem, non aërem ſolum contineat (quis enim præter Eraſiſtratum & Columbum iſtum ſimplicem, neſcit ſanguinem cum vitali ſpiritu in arteriis contineri?) ſed ironicè, ne dicam ſcurriliter irriſit. arteriam

E

Columbus.

Arteriæ venoſæ vſus nouus, & verisimilis.

An fuligo de corde eructet?

Arteria continent ſanguinem cum ſpiritu.

Nulla arteria pulsatilis in pulmone, & quamobrē.

pulsatilem in pulmone nullam esse verè tamen monuit: quia (inquam) & nulla indiguit; vasis, quæ contineret, ambobus sufficienter tum nutritus, tum temperatus. Ex quo videlicet consectarium inferens, vitales in corde spiritus minimè gigni; sed in eodem illo semper agitato & ventilato pulmone; & alius ex eo quidam, in liene arteriis pleno conflari, σφυγμωδῶς & ἔμφυσιν, licet falsò, vt opinor, proposuit.

An spiritus vitales in pulmone, vel liene, non in corde elaborentur?

Verùm vt pulmonis alendi dictus ille ex Galeno modus, multùm admirationis habet: sic & illa ratio, qua deprehenditur, per vrinam & per aluum sua excrementa purulenta deijcere: cùm per cannam pulmonis tussiendo reijcere & extulire, atque vt Tragico verbo vtar, expectorare sit à natura comparatus. An id verum est vtique, quod scripsit Hipp. totum corpus esse conspirabile & confluxile? idémque intrò & foràs spirabile? aut si Græcè mauis, quia Græca significantiùs & luculentiùs docent, ὅλον σῶμα συμπνοεῖ & συῤῥοεῖ, ἐσπνοεῖ & ἐκπνοεῖ τε: vel vt idem loquitur, lib. de alimento, ξύῤῥοια μία, ξύμπνοια μία, ξυμπάθεια πᾶσα. Sic enim hydropicorum aquas ex capacitate abdominis, aut ad intestina rapi, aut in vesicam cōfluere videmus, & Hipp. intellexit aph. 16. lib. 6. Sic articulorum tumores & tophi penè scirrhosi, vt in lue Venerea frequenter vidimus, aliàs per os, aliàs per aluum regeruntur, litu hydrargyri liquante prægresso. Sic pulmones à succingēte membrana pus exugunt, & expuunt. sic ijdem empyēma medio cōceptum thoracis spatio reuellunt. Sic emplastra καταπλαστὰ & μαλαγματικά, ab ossibus effractis, integra cute, sanguinem & ichôres foràs emulgent atque extrahunt. sed de his aliàs: atque vt ad pulmonem reuertar, num potiùs natura machinata ductus quosdam est, per quos longo viarum tractu sic sese expedit atque explicat? Et verò Falloppius notauit (si vera narrat) ab azygo vena, quæ paris est & vocatur expers (Græcè ἄζυγος) ramulum vnum pluréſve infrà ad emulgentem venam ferri: & hac quidem via (quod mihi sit verisimillimum) pus in pleuriticis per vrinas aliquādo repurgari. At Galenus, omni exceptione maior testis; Nos (ait libr. 6 loc. aff. cap. 4.) pulmonis vomicam, per vrinam: thoracis autem, per intestina & aluum expurgari vidimus. Etenim vt à vena cava, sic ab arteria magna rami descendunt ad renes. ac læuis arteria pulmonis, quantum puris ex rupta vomica suscepit, id in sinistrum cordis sinum deferre potest. quod inde in magnam ipsius arteriam incidens, per renes trahit in vesicam. sed raro admodum euentu: sicuti & hoc. Quippe vena caua, mediante vase quodam, τῇ φλεβὶ σπληνικῇ (ita vocant recentiores Anatomici venam ad portas iecoris sitam; quòd arboris πρὸς παλάμῃ, caudici, proportione respōdeat ipsa, velut aliarum venarum truncus, vt alibi dicetur) venæ stelechiæ videtur interdum aptari. Quo fit, vt ex partibus septo transuerso superioribus, pus in ventrem defluat. quomodo ex partibus septo inferioribus, vtique pus idem per renes in vesicam peruenire diximus, & vrinis permixtum, critico motu quodam excerni.

Pulmo pus conceptum per vrinas & aluum deijcit. quo pacto?

Corpus perspirabile & confluxile

Hydropicorum aqua per aluum & vrinas effluunt.

Scirrhi & tophi luis venereæ qui liquentur & defluantur.

Pleuriticorum sputa quomodo fiant, & empyematum

Ichor & sanguis quomodo de vulnere & poro ossium resudet cute integra. Falloppius.

Vena ab azygo thoracis ad emulgentes tramit.

Via puris à pulmone ad vrinas.

Pulmonis vomica, per vrinas: & thoracis, per aluum qui repurgetur.

Vena stelechiæa.

Via puris à partibus thoracicis ad aluum: & ab inferioribus ad vrinas.

Sed corporum raros habitus par est vt rara etiam accidentia consequantur. Verùm de parte illa medicinæ, quæ morborum causas, signa, prognostica, & curationem scrutatur, alibi dicetur ex professo commodiùs. namque hîc nihil turpe aut fœdum, nihil putre aut purulentum, nihil denique stercorosum vel morbosum quærimus.

Rari habitus rarum accidens.

Transitio.

De respiratione, & eius præcipuis organis claudere sermonem parabam: quamuis longè plura dici possent: at nos summa quæque & præclarissima quoque inquirimus; nec minutissima quælibet perscrutamur aut persequimur. Occurrit verò deinceps septum transuersum, quod diaphragma vocatur, non ignobile illud quidem liberæ respirationis organum, & sanè magni semper momenti ad eam rem habitum. de quo, ratione situs ac separationis partium vitalium à naturalibus, forsan commodiùs post totum thoracem, & eo contenta viscera, transigetur. in quo pars princeps, & velut Rex ipse tua versans in aula, Cor cum suo inuolucro videtur esse reliquum, non segniter aut perfunctoriè explicandum. de quo priùs quàm dicere aggredior, positam jam antè quæstionem in tractatione de odoratu, volo refricare, & accuratiùs examinare, velut huius loci magis proprtiam;

N. scopus.

Diaphragmatis vsus.

Cordis velut regulis aula regia.

PROBLEMA.

An pisces in aquis, & sub aquis respirent? liber vnus.

Quæstio.

CAP. IX.

ILLIC enim ostendi, pisces aquis immersos audire atque odorari. quod satis inter cæteros, Plinius lib. 10. cap. 70. indicat; itémque illa celebris apud eundem Plinium de Delphino historia lib. 9. cap. 8. qui cùm ad vocem Simonis (siue similitatem sibi à natura inditam velut subolfaciens; siue vocis jam inde ex longa consuetudine, à maioribus ad pronepotes traductæ & cognitæ lepido sono illectus) ex profundo pelago euocatus adnatabat; & plerisque pueris, variis in locis varius, & velut Arioni illi poëtico vector per mare frequens & præstò semper adfuit. ne de illo puero plura commemorem, quem dorso exceptum & inuectum, pinna spináve erecta traiectis visceribus enectum & exanguem, comes & amicus blandus Delphinus, accersita sibi morte prosecutus est, vt narrant fide digni authores, à Petro Messia Hispano in suis Miscellaneis citati. qualia legi apud Arist. possunt lib. 9. de historia animal. cap. 48. vel adeo de Delphinorum in pueros amoribus. Non habeo nunc necesse ea repetere, quæ ex Hipp. lib. de flatib. & Arist. lib. de sensu & sensili, & Plinio lib. 7. cap. 9. post suum Aristotelem referente, in medium protuli, ne cogar μεταλογῶ. sed indicta priùs, aut obiter indicata tantùm, nunc vel dicenda, vel latiùs explicanda aggrediar.

Pisces in aquis audiunt & odorantur.

Delphinus cur vox Simonis grata fit.

Historia Delphini puerum amantis, & per mare vehentis, & commorientis.

Arion Delphino inequitans euadit.

P. Messia.

Delphinus puerorum amatores.

Pisces non obmutescũt, nec respirẽ.

Aristotelis est sententia, piscibus neque pulmonem, neque arteriã vocalem, neque guttur, neque collum, neque linguam explanatam adesse: ideóque mutis esse, & non vocalibus, illis naturã obtigisse, atque respiratione priuari; cap. 9. lib. 4. hist. animal. & 15. 2. & 8. 2. de anima, & lib. de spiratione, & 3. 3. part. animal. Loco autẽ pulmonum, branchias habere scribit eiusdem lib. cap. 6. & 13. 4. part. animal. Sic enim piscibus pulmone carentibus, & sub aquis degentibus, branchiarum beneficio facta refrigeratio, pro respiratione est, ait lib. de spiratione. Idem rursus cap. 11. lib. 6. hist. animal. spirare quæ fistulam habent omnia, & recipere aërem, nec pulmone carere testatur, ideo visum Delphinum dormire & stertere rostro emerso. & cap. 2. libr. 8. hist. animal. & 9. 3. eiusdem operis, & alibi non rarò eandem sententiam inculcat. Sic Anaxagoras, sic Diogenes Apolloniata, sic illos secutus Plinius, vt patuit, pisces spirare tradunt. Vtraque sententia (& spirare illos, & spiratione carere) suos assertores & sequaces habuit. Prioris illius acerrimus assertor fuit Gul. Rondeletius, medicus Monspelien sis, Doctor suo & nostro hoc æuo clarus, præclaro suo illo de natura piscium opere, lib. 4. cap. 9. vt jam antè citaui. cuius summam rationum lubet hoc quidem loco subijcere, antehàc à nobis non tam prætermissam, quàm dilatam. verborum seriem totam non attexam: sensum breuiter subducam, hunc quidem in modum.

Branchiæ piscium, loco pulmonum. & earundem vsus.

Pisces fistulam spirant.

Delphinus dormiens stertit.

Anaxagoras.

Diogenes.

Pisces spirare quo asserunt.

Rondeletius.

Quòd pisces respirẽt, Rondeletij assertio.

Respiratio, quod: & eius partes.

Respiratio, est aëris circumfusi frigidi attractio, calidi verò expulsio. cuius partes, ἔμπνοη & ἔκπνοη, inspiratio & expiratio: vtraque per pulmones, branchias, & totius corporis exiguos, ac sensum fugientes meatus facta. deinde totum corpus conspirabile & confluxile, inspirabile & expirabile. Et hac ratione animalia exanguia respirant, quibus respiratio ex circumfuso aëre, vel aqua satis est ad eas ab interitu vindicãdum. Exiguo enim calori exigua refrigeratio præsidio est, vt ex Aristotele alibi ostendimus lib. de respir. Et hæc διαπνοη, transpiratio dicitur, aëris per totum corpus introitus & exitus. Respiratio non solam aëris substantiam desiderat: sic enim plenis pulmonibus foret inutilis. neque solam eiusdem qualitatem: alioqui perfrigeratis supernacua, vt hystericis & apoplecticis. sed simul cum aëris substantia, etiam eiusdem qualitatem refrigerantem flagitat; tum ad spiritũ animalium nutritionem, tum ad calidi innati refrigerationem, vti diximus; tum ad caloris eiusdem ventilationem, & fuliginosam excrementorum vacuationem, recentioribus licet improbatam.

Corpus conspirabile & confluxile.

Exanguia quomodo respirent.

Respiratio, quid.

Respiratio qualem aërem desiderat, & quorsum.

Obiectiuncula Arist. & Rondeletij solutiones.

At piscium venter spirando non mouetur. Responsio.

At pisces demersi in aquam, non

At dicet Aristoteles, Piscium venter inter spirandum non mouetur. Dicat verò Rondeletius; Nempe quia carent musculis epigastricis: sed horum loco, brachijs agitant. Atenim quæ spirant, demersa in aquam, suffocantur, & bullas sursum excitant. quorum neutrum piscibus accidit. Nempe branchiarum rimula à natura, piscibus semper in aqua victuris data, efficit vt aër & aqua liberè egrediantur, citra bullas, aut suffocationis periculum. in aliis autem, aqua pulmones innatando farcit, & aërem intercipit. ideo neque aërem sine aqua trahere, nec aquam solam possunt regetere: quia branchijs carent. At cur pisces in aëre libero extra aquam moriuntur? non enim alimenti inopia: non quòd copiosiorem spiritum trahant, vt Diogenes dicebat; & hunc sanè in aqua vix mediocrem. Nempe aër multus, & repentè occursans, cor eorum statim obuium immodicè refrigerat: & suo impetu atque appulsu subito extinguit calorem, quem habent exiguum. quodquidem ijsdem in aqua minimè contingit, eum ipsum aërem paulatim & sensim trahentibus atque alterantibus. Contrà in animantibus reliquis, in quibus aër ad cor alteratus & lentè penetrat. Ideo quò angustior branchiarum rimula, eò diutius extra aquam pisces viuunt, vt anguillæ, murænæ, cancri, & alij complures: aliàs secùs accidit. At si omnia spirant; etiam insecta spirare necesse est. & tamen horum partes dissectę viuunt singulæ. Nempe animalia exanguia exiguo calore prædita, ab aëre circumfuso, vel ab aqua satis refrigerantur: & per poros corporis perspirando viuunt. Enimuerò Aristoteles licet aërem sub aquis contineri libro de spiritu (si modò eiusdem authoris liber est) neget: tamen idem lib. 3. de genera. animal. cap. 11. mare humidum, multóque corpulentius aqua potulenta: atque etiam sua natura calidum, & particeps omnium partium, videlicet humoris, aëris, terræ (restabat ignis, cùm tamen calor viuificus & genitalis omnia penetret) disertè scribit. ex quo sequitur, vt pisces aqua per branchias attracta, etiam aërem trahant: eandémque ipsam, aërea parte refrigerati, statim per suas brachias emittant. quod est piscibus naturæ suæ sorte spirare. Præterea spiritus animalium dissipatos nutriri necesse est: Principium autem alimenti spiritus, sunt nares, os, arteria, pulmo, & reliqua transpiratio, ait Hipp. Ideóque omne animal spirare necesse est, vt spiritus similis alatur simili: quomodo solida solidis, carnosa inter vtrumque mediis. quibus tribus partibus etiam pisces constant, similibus necessariò reficiendi. Aër enim, seu vitalis halitus, ac diuinus, cœlestis, salutaris spiritus, per totam rerum vniuersitatem etiam densissimarum penetrat ac permeat, vt lib. 1. meteor. cap. 2. & libr. 3. de genera. animal. Aristoteles disertè profitetur, spiritum elemento stellarum proportione respondentem, aut animam vocitans. quiquidem aliis cœlestis & æthereus tepor; Platonicis, magnum naturæ seminarium; Pythagoricis, spiritus vitalis, honorificis titulis prædicatur: de quo Virgilius lib. 6. Æneidos intellexit;

Principio cœlum ac terras, campósque liquentes,
Lucentémque globum Lunæ, Titaniáque astra
Spiritus intus alit: totámque infusa per artus,
Mens agitat molem, & magno se corpore miscet.

Hunc igitur spiritum hauriunt pisces: hoc, respiratione & transpiratione spiritus suos & calorem innatum reficiunt, instaurant, tuentur & moderantur.

Pisces non bullas, nec suffocantur. Responsio.

Branchiarum vsus.

At pisces extra aquã moriuntur. Responsio.

At in animantibus quomodo respiratus alteretur.

Qui pisces diutius in aëre viuãt, & quamobrem.

At insecta pariter spirare contendet. Responsio.

An aër in aqua contineatur?

Marmoratura.

Ignis per omnia miscetur, quã.

Pisces quomodo aërem cum aqua trahant, & quorsum.

Spiritus quomodo instauretur.

Quòd omne animal spirat, quorsũ.

Omnes animans tribus rebus constat, & reficitur similibus, quæ.

Aër quomodo per omnia diffusus, eiusq; natura. & synonyma. Virgilius.

Spiritus naturalis & vitalis efficacia.

Piscium spiratio à quo spiritus.

Massarius Aristotelis sui tuetur partes, vt fidus interpres. Cui Rondeletius contrarias

Massarius.

Digitized by

Quòd aër sua tenuitate subit aquam, & penetrat.

Quòd aër ex aqua euocatur, quomodo.

Quòd pisces in aqua respirant.

Rondeletij conclusio aduersus Arist.

Ab experientia, quòd pisces vase incluſi aqua pleno & aperto vnam, eodem operto statim commoriantur. Ergo pisces egent aere libero, non sola aqua.

Pisces vase obducto, summa petunt, aëre fruituri.

Septa viua extra aquã edunt filiorum.

Sic cruſtacea bullas excitãt.

Conclusio.

Quòd pisces non respirẽt, Cardano negatio.

Cardanus genium; & quòd aër & cõmunis disputator.

Rondel. scopus in opere de pisib. & argumenta in Arist.

Experientia falsa.

Rond. falsa hypotheſis.

Veritas qualibet authoritate potior.

rationes opponit, ſtatuens ſine aëre, & aura vitali aquam eſſe nunquam; quam ille ſua tenuitate ſubeat ac penetret. Maſſarius contrà, tum ſponte per bullas, tum vi ſolari ad aërem ſurſum euocari, & in vapores reſolui aſſiduè, conatur oſtendere. Rondeletius autem, ex rationum ſuperiorum momentis concludit contra Ariſt. piſces in aqua reſpirationis egere, & reuera omnes in ſuo genere reſpirare, tum quibus pulmo & aſpera arteria, tum quibus ſolæ ſunt branchiæ à natura datæ. & veteres philoſophos iniquè ab Ariſt. reprehenſos, qui piſces reſpirare cenſuerunt.

Quibus rationibus adiungit & hanc experientiam: Si in vaſe oris anguſti, & aquæ pleno concludantur piſces; illic viuunt & natant, non dies aut menſes, ſed annos aliquot. Sin vel manu, vel aliquo operculo ita os vaſis obtures, vt omnis aëri aditus intercludatur; ſubitò ſuffocantur. quod non fieret, ſi ſola aqua ad refrigerationem ſatis eſſet. Aërem igitur liberum, & ſuo nutu quaquà verſum ſeſe in aquam inſinuantem, non torpeſcentem & immotum deſiderant. Porrò ſi in eodem vaſe ad ſummum os non oppleto, neque obtecto, vt maior aëri locus ſit, contineantur: illic natantes & ludentes piſciculos cum voluptate cernas. Si manum ori vaſis admoueas, tum certatim alius alio ſuperior in aqua eſſe contendit, vt modici aëris vſura fruantur. Quin & captæ ſepiæ diu toto corpore agitantur, aërémque tractum affatim reijcientes, ſonant *phlon* ſiue *flec*: quæ magnæ expirationis indicium eſt. Similiter cruſta intecta (Græcis ὀστρακόδερμα) bullas multas circa oris opercula excitant: argumentum reſpirationis efficax. Quare piſcium genus omne reſpirat, concludit Rondeletius, multis & grauibus rationibus, teſtimoniis, experimentis ſuam firmans ſententiam.

Aduerſus Rondeletium, vir magni animi ac præfidentis, ſed & ingenij acuti ac ſolertis Hieronymus Cardanus, Mediolanenſis philoſophus grauiter inſurgit, & contumelioſè inuehitur. Quòd hic vir famam potiùs quæſiſſe in hoc volumine, quod de piſcibus ſcripſit, quàm veritatem videatur. cùm adeo conſtanter Ariſtoteli, ex profeſſo rem tractanti, contradicat: nullum habens argumentum efficax, quo ſeipſum tueatur: niſi id, in quo apertè mentitur; ſcilicet piſces in vaſe aqua pleno cõcluſos, protinus interire, ſi operculũ obducatur. Nam nõ celeriùs multò, ſi aqua permutetur, intereunt, operculúmque calidum haud ſit. Quod argumentum ſi veram haberet aſſumptionem, concluderet. vbi enim ſtatim interirent, indicio eſſet, prorſus illos aëris reſpiratione indigere. Cùm igitur falſa aſſumat, vt Ariſtotelem oppugnet, manifeſtum eſt, illum iniquam cauſſam tueri.

Hæc ille ita præfatur. ſed audi hominis confidentis, ne dicã arrogãtis de ſe ſententiã. Laudo equidem (ait) quòd propter veritatem, Ariſtotelem & Galenum relinquat. quòd autem veritatem relinquat, vt ab Ariſtotele, vel alio diſcedat, non laudo. Multi enim conantur nos imitati, qui ab Ariſt. diſſentimus vno vel altero loco. ſed nos ita diſſentimus, vt experimentum & validas rationes illi opponamus. atque id, non vt illum oppugnemus: ſed quoniam ars ipſa, quæ innumera docet artificia, aliter conſtitui non poterat. Adeo vt ſi ipſe reuiuiſcat Ariſtoteles, vel in noſtram opinionem venturus ſit; vel ſaltem non ægrè laturus, quòd tam euidentibus rationibus, ob tantámque vtilitatem ab eo diſceſſerim: atque adeo pudenter ac modeſtè; vt diſceſſiſſe videar: voluiſſe diſcedere non videar. At is contentionem hanc quæſiſſe gloriæ cauſsâ, manifeſtè videtur: qui falſa aſſumit experimenta, vt illum oppugnet. & paulò pòſt ſic ſermonem integrat.

Cardanus quando & quomodo ab Arist. diſſentiat.

Arti via artificia.

Modeſtia Cardani Ariſtotelis oppugnãtis.

Rondel. gloria apparens.

Ergo, vt ad rem redeam: quæ latis branchiis ſunt, celeriùs intereunt: quod non aſſueti aërem haurire, dum in aqua ſunt, copioſiùs haurientes, ſtatim ſuffocantur. Quòd ſi in aquis aërem haurirent, nullus piſcis tam celeriter extingueretur extra aquas. At dicit, Anguillæ in turbida aqua pereunt breui, ob eam cauſſam, quia reſpirare nequeant. Falſum hoc: facilè enim capiuntur, quia excæcantur: non autem intereunt: cùm etiam ſub terra, eo teſte, viuant. viuunt & tincæ in turbida aqua, & diu extra aquam. Nam hæc animalia ob id diu viuunt, quia frigidi ſunt cordis: atque ob id, branchias arctas habent: nec ſuffocationis periculo ſubijciuntur. Non ergo reſpirant: nam faciliùs hi, quàm alij piſces in turbida aqua ſuffocarentur. Vitioſo igitur argumenti genere vtitur, quod aduerſus ipſum concludit. Mare verò ſpiritum continere certum eſt, ſi per ſpiritum calorem quendam cœleſtem intelligit: ſi aërem, omnino falſum. qui enim fieri poteſt, vt aër ſub aqua contineatur cùm ſtatim erumpat; eadémque ratio ſit paruæ quantitatis & magnę. Quo fit, vt deterrimo argumenti genere vtatur, quod in homonymia conſtet. Nam cùm ſpiritus, quatuor ſignificet; tenuiorem ſanguinis partem, quæ in animalibus eſt; dæmonas, aërem, & calorem cœleſtem; ex vno in aliud tranſit. non meliùs concludens, quàm ſiquis dicat; Canis oſſa arrodit: igitur ſtellæ in cœlo oſſa arrodunt. ſunt enim ſtellæ, quæ canis nomine vocantur. Imò hoc vnum eſt firmiſſimum argumentum, non reſpirare piſces, quoniam aër ſub aqua latere non poteſt. Quòd ſi adſit quandoque; non decuit rem naturalem ac generalem à tam fortuito ac raro euentu pendêre: imò non ſolùm fortuito, ſed omnino contra naturam. Cur verò oſſa attollant, quæ ſunt opercula branchiarum, ſit partim vt ab aqua refrigerentur. nam cùm calor innatus paruus ſit: ſufficiet vt refrigeratis partibus proximioribus, cor refrigeretur. Nam neque meatus vllus apparet, per quem aër, etiamſi adeſſet, ad cor perferri poſſet. Et etiam ſi quoquomodo reſpiraret, conſtrictis operculis branchiarum, extra aquam diutius viuerent, quod tamen falſum eſt. imò minus viuunt, quia minùs perfrigerantur: licet non adeo lædantur ab aëre. Quæ verò dicuntur de reparatione ſpiritus animalis ex aëris ſubſtantia: in piſcibus fit per frigiditatem aquæ.

Quòd piſces in aqua reſpirent.

Aqua ſuffocat.

Anguillæ in aqua turbida cur breui moriantur, & an ita ſit.

Tincæ & anguillæ cur extra aquã diutius viuant aliæ.

Spiritus in mari, pro calore accipiendus non aëre.

Aër nullus ſub aqua.

Spiritus nomen homonymũ, & multiplex.

Homonymia falsa, ab exemplo.

Aër nullus in aqua, à natura: ideo nec piſces reſpirant.

Piſces cur attollant branchiarũ opercula: & quomodo cor refrigerent.

Nullus aëris ad cor à branchijs meatus.

Cur piſces extra aquã non poſſint viuere.

Aqua reparat ſpiritus piſcium, aëra non.

Spiritus animalis quò reparetur.

nam neque in animalibus terreſtribus verè fit ex aëre: ſed ab aëre ex tenuiſſimo ſanguine. Ob id piſces, qui aërem non reſpirant, omnes ſunt obtuſi ſenſus: quia ſpiritus tenues habere non poſſunt. Haurire verò aquam, & cor refrigerari, tum hæc, tum ea quæ adducuntur de æſtiua anhelatione ac oſcitatione: ſed etiam ſitus ipſe cordis iuxta branchias, ad partem ſuperiorem, vt perpetuò decurrentis aquæ frigore recreetur, declarãt. An verò muſcæ reſpirẽt, Ariſtoteles exiſtimat eodem modo illas, & piſces multos ſonũ edere: vocẽ non edere ſcilicet attrito ſpiritu, quẽ cõtinent, interiore. Nam (vt diximus) piſces omnes aërem continent intus, aut intra veſicam, aut inter dorſum & ventrem, nulla peculiari tunica. Igitur aërem continere nemo negat: reſpirare autem, atque externum aërem attrahere, falſum eſt. Facilius etiam eſt, muſcas reſpirare, quàm piſces: quòd muſcæ in aëre degant: omne autem animal à continenti elemento fouetur. Sed quòd piſces occluſo vaſe, protinus in aqua intereant, falſum eſt. & ſi ob id interirent, ſtatim ad vaſis apicem aſcenderent: quod falſum eſt.

Piſcium cur ſenſus obtuſi.

Piſcium cur refrigeratur ab aqua: idem cor brãchia vocatum.

An muſcæ reſpirent: & hæc vt piſces, quomodo ſonum edant.

Aër in piſcibus vbi cõtinetur, non tamen externum trahunt.

Piſces etiam omnes aliquando ad ſuperficiem aquæ prodirent: quod haud faciunt, niſi pabuli gratia. Et cùm venti flant, ad aquæ ſuperiorem partem aſcenderent: cùm tunc maximè lateant. Moriuntur tamen aliquantò celeriùs occluſo vaſe, quòd aqua non temperetur: velut homines in aëre ſicciſſimo in deſertis: tametſi potu minimè careant. In vaſe autem non pleno, ſiquis illud occludat, accurrunt ad ſuperiorem partem, ob calorem aëris. neque enim ob inopiam: nam primùm aëre ſub aqua contento non priuantur ob hoc, ſi ibi aërem eſſe velis: nec aëre ſuperiore; imò prorſus nullo: quãdoquidem aërem non prohibet manus, ſed per digitos ingreditur. Suffocantur igitur immoto aëre, qui perflat aquas. Deinceps de ſonis piſcium, & eorum auditu, & ſenſibus reliquis, obtuſis tamen. tum ſic concludit. Declaratum eſt igitur, illos non reſpirare, ex propriis eius (Rondeletij videlicet) aſſumptis. nunc videamus ex aliis, quomodo id demõſtrari poſſit. Dico autem proprias aſſumptiones, quarum prima eſt, quòd careant propriis inſtrumentis: nam in cor aër non ingreditur in aliis animalibus, quæ reſpirant, niſi per proprios meatus: aliter occideret. Hi in reſpirantibus, in pulmone ſunt. piſces autem & pulmonibus carent, & meatibus. Ab operatione etiam: quoniam quæ reſpirant, diſtenduntur, vt aues & quadrupeda. piſces neque diſtenduntur, neque diſtendi poſſe videntur. Homines etiam, & quæ reſpirant animalia, diutiùs ſub aquis viuerent, ſi aër ſub aqua eſſet. videntur autem vt ſtrangulati, pari tempore ſuffocari. Inſecta etiam non reſpirant, quanuis in aëre ſint, vt vermes. quantò minùs igitur piſces? Cumque piſces quadrupedibus ſint frigidiores, vtpote exangues: duplici refrigeratione, aquæ ſcilicet & aëris indigeant: cùm quæ reſpirant ſanguine prædita, ſolo aëre indigeant. Quæcumque etiam animalia reſpirant ſub aqua, vt delphines & vituli, non diu ſub ea manere poſſunt. quòd ſi aër ſub aqua eſſet, non ſuffocarentur. Denique piſces aut ſolùm aquam reſpirant (quod veriſimum eſt) nec tamen aqua in cor, vt aër in quadrupedibus, ingreditur: aut aërem & aquam. hoc autem ſolùm piſcibus quibuſdam cùm conueniat, velut delphinis: generi proprium eſſe non poteſt. aut nihil: fruſtráque eſſet motus ille operculorum. calor etiam naturalis non poſſet moueri, nec difflari: omne enim quod mouetur, ab aliquo mouetur. Aut aërem ſolum piſces reſpirant: itaque naturâ proximiores homini pedeſtribus eſſent hi piſces, quàm delphines, & cæteri ſanguinei atque perfecti piſces.

Piſces obturato vaſe mõ celeriter intereunt, ob id tamẽ.

Piſces non aëre, ſed pabuli cauſa ſurſum enatant.

Piſc. ſi ſurgunt vbi.

Piſces occluſo vaſe cæteris moriuntur: vt homines in aëre ſicciſſimo, cur.

Cur piſces occluſo vaſe ſuperne petãt: & cæteris moriantur.

Rondel. proprio cõficitur gladio, & ſua euertitur argumenta.

Ab organis.

Aër nullus meatus in piſcibus ad reſpirandũ.

Ab actione.

Piſces non diſtenduntur à ſpiritu.

Quæ ſpirãt, ſuffocantur in aqua, ob aëris defectum.

Inſecta in aere non ſpirant: eodem piſces.

At piſces quadrupedibus frigidiores, non egẽt duplici reſpiratione, qui.

Piſces ſpirabiles diu ſub aqua viuere nequeunt.

Concluſio, de piſcium ſpirandi modo.

En tibi duorum eximiorum in re medica & phyſica, athletarum certamen; en exerti antagoniſtarum geminorum lacerti; en animorum & laudis contentio generoſa.

——ἀγαθὴ δ' ἔρις ἥδε βροτοῖσιν,

ait Heſiodus initio ὑργοσυνὴ ἀγαθὴ: en rationum momenta, quæ lancem æquam modò in hanc, modò in illam partem nutare ac propendere faciunt. cuius nos contentionis & æmulationis honeſtæ ſpectatores eſſe volumus: iudices aut arbitri eſſe nolumus: ſed ſuum ſibi cuique iudicium relinquimus, & examen trutinæ huc illuc inclinare facilè ſinimus. Iuuat tamen in vtroque nonnihil obſeruando accuratiùs notare, ac de re propoſita breuiter noſtram tandem, huc meritò reiectam, explicare & interponere ſententiam.

Motus ſit ab aliquo.

Laus antagoniſtarũ, Cardani & Rondeletij.

Heſiodus.

Contentio laudabilis.

Anceps pugna.

N. moderatio, & apophaſis, ſeu reticentia.

Allegoria.

Propoſitio.

Rondeletius igitur (vt eum hoc priore loco agam, cui magis accedo. & ſuo ſibi iure, patrioque amore faueo) cùm inſpirationem & expirationem per exiguos & ſenium fugientes meatus fieri dicit; in eo quidem hallucinari videtur, quòd ἀναπνοὴν αἰὲν ἄμπνευσιν vſurpet; ſi modò medicorum more loqui, ac non vulgi vſu, ne dicam abuſu, agere inſtituit, vt ipſe paulò pòſt agnoſcit. ac nos vtique de reſpiratione jam antea pluribus egimus. In certamine porrò, quod cum Ariſt. inijt, priorem inſtitui Ariſtotelis obiectionem: poſteriorem verò huius ſolutionem; ſi non huius ipſius verbis; at eadem ſaltem ſentẽtia vſus, perpetuáque prolepſi rem breuiter exponens. vbi quæ nunc quidem probabo, eadem indiſcuſſa præteribo: quæ verò mihi acriori examine digna videbuntur, ea non vtique prætermittã intacta vel indiſcuſſa. priùs tamen moneo lectorem huius diſceptationis conſcium vel arbitrum futurum, vt Ariſtotelis initium libelli de reſpiratione, vel adeo libellum totum perlegat; quò philoſophorum opiniones, & earum fulcimenta cognoſcat: deinde Ariſtotelis machinas agnoſcat, quibus eas nititur euertere: eſt enim diſputatio prolixior, quàm vt hîc inſeri tota debeat.

Nauteliũ examen rationum Rondeletij quorũdam, & fauor in illum.

Quæ neceſſaria ad hanc diſceptationẽ.

N. ſolutiones ad Ariſt.

Primùm igitur, quòd piſcium non reſpirantium ventrem moueri Ariſtoteles negat, reliquorum ſpirabilium in morem: id facit pulmonum in ipſis & thoracis cum ſuis muſculis defectus: non ſola muſculorum abdominis penuria.

1 *Reſpiratione, pro perſpiratione abutitur Rond.*

2 *Piſcium venter cur ſpirãte non moueatur.*

Deinde quòd ſpirantia bullas in aquis excitent, piſces autem minimè: præter naturalem

3 *Piſces cur bullas in*

aquâ non existent, aliorum instar spirabilium.

Bullæ qui fiant.

Qualis spiritus à piscibus attrahatur.

Ἀμφίβια, quid.

Amphibia non semper in aquis degunt.

branchiarum constructionem, id facit aëris copia, & impetus efflationis, quæ spiritum vi magna exprimit: qui mox bullas & ampullas ideo facit, quas aqua spiritum includente constare nouimus. pisces autem si spiritum ducunt, eum omnino paucum & vaporosum humentémque, & quasi aqueum attrahũt. Nam qui pisces multum aërem trahunt, & pulmonibus sunt præditi, sicut & omne animal amphibium vocatum, quod duplici vitæ genere degat, terrestris & aquaticæ; omne animans id genus, aut non perdiu, aut non semper sub aquis viuit: atque è profundo gurgite violenter expirando, bullas commouet, hominum vel quadrupedum instar. indicant Physetêres, Phocæ, Crocodili, Testudines, Ranæ, & similes.

4 Pisces cur in aere moriantur.

Tum verò quòd pisces in aëre expositi commoriantur; non mihi videtur copia spiritus frigidi id efficere, cor immoderatè refrigerando: Nam vel media æstate calidissima & æstuãtissima, celeriùs illis extingui contingit: & flante potiùs austro, quàm aquilone, repentè suffocari. sed huius euentus caussam potiùs hanc duco, quòd extra suum natiuum solum, & suum sibi familiare subiectum, ac naturale elementum diutiùs viuere nequeant; eo quidem humore destituti, quo interna viscera & allui, & refrigerari, & refici solent. Rectéque in hac caussa iudex & actor Aristoteles dicit lib. de respiratione; Animalibus (inquiens) quæ spirant, in humore pręfocari cõtingit, sicut piscibus in aëre: hi enim, aqua: illa, aëre refrigerari solent. reliqua indidem paulò pòst. Si enim ad respirationem id pertineret, tum vel maximè essent viuaces, quo tempore, plurimo forent aëre circumfusi. Hominibus autem, & animãtibus spirabilibus violentiâ aëris suffocari plerumque contingere, atque frequenter animo linqui & deficere, humíque prosterni semianimes, indicant contra Aristotelem hoc loco inductum & loquentem, equites & populi Septentrionibus proximi: qui nisi os & vultum à vento auertant, huimi semineces, aut mox adeo moribundi prosternuntur.

Cuique animanti suum elementum familiare ad vitam: vt piscibus aqua, quorsum.

Cur pisces in aëre, reliqua spirabilia in aquis moriantur.

Quòd homines & iumenta possint ab aquilone & vento exanimari.

5 An insecta respirent? sani audiunt, odorantur, videnr, bombilant.

Tum verò an insecta respirent, nos quidem adhuc dubitamus. nam antea odorem percipere, & videre, & audire, & sonum emittere, & nidore extingui diximus ex Arist. qui idem cap. 8. libr. 4. histor. animal. insecta tam pennata, quàm non pennata, procul sentire asserit, & è longinquo ad cupita cibaria accedere aut aduolare. quod in muscis quotidie cernimus nimiùm φιλαυθρώπως, & conuiuiorum importunis sectatricibus. sulphuris item nidore (namque oleo cur potissimùm extinguantur, aliàs inquisiui) pleraque horum necari: similiter cotnu cernimi, styracis, & multò (vt opinor) magis & efficaciùs, galbani. de quo sic poëta, in Georg.

Galbaneóque agitáre graues nidore chelydros.

Musca hominum & cupediarum amantes.

Insecta quo nidore extinguantur: & potissimè oleo immersa.

At insectorum dissectæ partes viuunt & mouentur, dicet Aristoteles. Quidni, inquam, cùm & serpentium anguiúmve? quos tamen respirare nouimus. Nempe & vermes concisos minutim viuere aliquandiu, & moueri cernimus: spirare tamen diffitemur: neque inter

Insectorum, & multorum exanguium secta partes viuunt.

ἔντομα aut insecta censemus, quod feciſſe Cardanus loco producto visus est; licet Aristotelicæ sectæ assertor acerrimus, & disciplinæ Peripateticorum gloriosus vindex, tanquam sibi notissimæ & perquàm familiaris. immemor tamen tum multorum aliorum, tum horum locorum; vt cap. 6. libr. 4. part. animal. & cap. 7. lib. 4. hist. animal. Omnium insectorum partes tres haberi, caput, alnum, & quod inter hæc situm est. quæ partes inuicem anulsæ viuunt. caput tamen sine pectore, minimè. tum præcipuè cap. 1. lib. 1. histor. animal. vbi sic depingit; Insecta ea appello, quorum corpus incisuris præcingitur; aut parte tantùm supina, aut etiam prona. Græcè ἔντομα, ἀς ἐντομὰς ἔχοντα. quem secutus Plinius ita expressit; Insecta appellata ab incisuris, quæ nunc ceruicum loco, nunc pectorum atque alui præcincta separant membra, tenui modò fistula cohærentia. Aliquibus verò non tota incisura eas ambiente rugas; sed in aluo aut supernè tantùm, imbricatis flexilibus vertebris: nusquam alibi spectatiore naturæ rerum artificio. Hæc Plinius cap. 1. libr. 11. nequis nostrûm tam confidens sit, vt vllius authoris magni nota sibi omnia vsquequaque scripta putet aut iactitet. sed de Cardano postea. ad Arist. enim reuertor: qui de sono insectorum, bombóque ab illis edito video quid respondeat cap. 9. libr. 4. hist. animal. Spiritu videlicet illum interiore cieri, non exteriore (& verò muscas alis euulsis aut inuiscatis nihilominùs bombilare vidimus) nullum tamen ex ijs spirare: sed alia murmur edere, vt apes: alia canere, vt cicadas. omniáque eiusmodi, per membranam septo transuerso subditam sonare: vt genus cicadarum, attritu spiritus. Sic in muscis & aliis, sonum, esse attritum interioris spiritus. quod idem lib. de respir. repetit, & alibi sæpe. acutè sanè, sed incertò tamen. Quia enim foramina & meatus non patent nostris oculis; ideo noua quædam fuerunt excogitanda diuerticula. Sed aures illorum non videmus, audire tamen certò scimus. & proboscidum, seu promuscidum (linguas putauit noster Arist. lib. 2. part. animal. cap. 17.) tenuissimos foratus non cernimus: fugere tamen illis, vescíque more elephantorum (de quorum manu, & eius vsu, idem Arist. cap. 16. libri eiusdem) nouimus: atque in muscis, culicibus, apibus, crabronibus, tabanis, phalangiis, scorpiis experimur. quinetiam eâdem forsan ratione spiritum ducunt: sed via ductúque nostram aciem fugiente. Et Aristoteles ipse de piscibus fatetur, pleríque omnibus ferè auditus & odoratus nullum membrum apparere, cap. 8. libr. 4. histor. animal. audire tamen atque odorari manifestò, vt idem repetit cap. 10. lib. 2. part. animal. Audiunt (inquit) atque olfaciunt, cùm nullum sensorium eorum sensuum in capite habeant manifestum, Scilicet naturæ artificium, humani sensus acumen longè antecellit, manuúmque industriam. vel vt Ciceronis verbis vtar 1. nat. Deor. Nulla ars imitari, naturæ solertia potest. Et tamen in nuce Iliadem, Homeri carmen in membrana scriptum tradidit Cicero. & Callicrates

Nec semper respirationem exercere ob id necesse est. An vermes spirent?

Cardanus male vermem insectis annumerat, & ab Arist. dissicit. asserter schola Peripatetica acer.

Insectorum segmenta.

Ἔντομα, insecta, quæ sint, & vnde dicta, & quomodo incisa.

Nemo gloriari debet de doctrina aliena, sibi velut notissima.

Notatur Cardani audacia, & iactantia.

Bombus insectorum, quid sit.

Musca bombilant, non ab ala.

Cicadarum cantus quomodo edatur.

An habitacõra Arist. an bombus insectorum intus fiat: an per inuisibiles fibulas dictum.

A simili.

At insecta audiunt & fugiunt, nec meatum cernunt.

An pari modo per inuisibiles tubas spirant & bombilant? Sic piscibus plerisque audire & odoratus foramina non apparent: & tamen audiunt & odorantur.

Natura artificiũ humano longè superior.

Digitized by Google

Elias indoctus mucc.

Formica eburnea.

licrates ex ebore formicas,& alia tam parua fecit animalia, vt partes earum à cæteris cerni non pollent. & Myrmecides quidam in eodem genere quadrigam ex eadem materia, quam musca integeret alis,fabricauit. & nauẽ, quam apicula pinnis abscõderet,vt Plinius lib.7. cap. 21. memorat,& ex eo Solinus Plinij simius repetit cap. 6.

Quadrigæ alis muscæ tegendæ. Nauis, apis pinnis occultanda. Callicrates. Myrmecides. Solinus, Plinij simius.

Verùm de spiritu illo animabili, æthereo, cœlesti naturam rotam permeante & viuificante, malè mihi quidem Rondeletius videtur spirabilem existimare; eúmque efficere,quem respirando & transpirando pisces hauriunt. est enim vterque affinis ille quidem,quia spiritus: sed diuinitate & excellentia longè discrepans, & effectis admodum diuersus. Namque ille,vel Aristotelis testimonio, elemento astrorum par est, totius naturæ velut animus, vt philosophi censent;omnium operum in rerum natura opifex & architectus, & nostri adeo corporis in vtero materno fabricator,vt Hippocrates scribit.

6 Spiritus aetherius, id est aër spirabilis: & eius differentiæ. Spiritus cœlestis qualis, & eius virtus mirabilis.

Aëris natura, & usus.

Aër autem hic nobis circumfusus, vt ab initio docui,vnum ex quatuor elementis statuit: vtilis ille quidem & necessarius ad vitam; sed illo longè inferior dignitate,potentia, viribus. Nam mihi quidem jam non cum philosophis, sed Theologis loquenti, is ille quodammodo videtur spiritus intelligi, de quo Moses initio generationis rerum omnium (quam ideo Genesin inscripsit Græca interpretatione,Hebraicè Bereshith) Spiritus Domini ferebatur super aquas. (Hebraïca diuinius resonant, si placet audire) quem & Basilius,videtur spiritum sanctum interpretari,cùm ait; Siue, quod verius est,& enarratum ab ijs,qui ante nos fuerunt,loquitur de Spiritu sancto Dei. quia scriptura hoc obseruat, vt cùm ait, Spiritus Dei, intelligat Spiritum sanctum, qui est diuinæ Trinitatis tertia persona. Ac si hoc modo intelligas dictũ Mosis, maiorem capies vtilitatem. Quomodo enim ferebatur super aquas? Narrabo tibi sermonem Syri cuiusdam,qui ait,vocem hîc positam,significare idem,quod fouere vitali calore: sicut auis incubans fouet ova. hæc Basilius. de hoc spiritu sapiens intellexit,cùm ait, Spiritus Domini repleuit orbem terrarum. de quo memini me jam ab initio dicere. Nomen namque spiritus, est πολύσημον, & largæ significationis. aliquando ventos,aliàs hominis vitam,aliàs naturam seu vim agitantem,aliàs genios siue Angelos& bonos& malos;aliàs sanctum peculiari epitheto vocatum spiritum designat, quem in fidei professione, tertiam S.Trinitatis personã agnoscimus,& profitemur,& vnà cùm patre & filio proni veneramur & adoramus.

Genesis cur inscripta.

Spiritus vniuersi, vel Dei, est Spiritus sanctus.

Spiritus Domini quomodo ferebatur super aquas, Syri interpretatio.

A similib. Spiritus Domini replet orbẽ. Spiritus significatus varie.

Spiritus sanctus, tertia in Trinitate persona. Transitio.

Verumenimuerò nunc quidem non vacat prolixiùs πολυσχιδῶς. itaque venio ad Cardani aculeatam orationem breuiter considerandam: quia satis fusè & copiosè quodammodo hanc mihi videor quæstionem in alteram partem agitasse.

Nascelæ examen quarúndam rationum Cardani.

1 Rondel. verba male fide refert.

Primùm non bona ille fide Rondeletij verba refert, nec sensum satis exprimit. eósque solos spirare pisces tradit,qui pulmones habẽt.

Deinde quòd mentiri illum tam crudè & apertè, ne dicam impudenter, clamat & bacchatur,nonnihil inuerecundæ frontis supercilium redolet, & tumultuantis ac feruescentis animi proteruiam,qui mox à verbis ad verbera peruentum cupiat. Sed modestè cum modestis agendum est: & talis blasphemia, vel conuitiandi libido,militibus inter se digladiantibus, aut mendicis in foro rixantibus,aut rabulis forensibus litigantibus,aut ἰχθυοπολίταις denique inuicem obiurgantibus relinquenda.

2 Impudenter mendacij arguit. Iurgia indigna professoribus literarum: & quæ magis deceant.

Pisces autem vase vel dolio inclusos, multò celeriùs emori,ne illæ quidem ipsæ,quas vltimo loco appellaui, piscium & saperdæ vel salgamorum venditrices mulierculæ ignorant:nec qui pisces doliis aqua plenis, non tamen summo tenus conuehunt longiùs,multis illa foraminibus hàc atque illàc perforantes,quò liber aër intrò ac foràs permeet: experimento,& suo ipsi damno edocti (quod & piscatori iuxta vetus prouerbium accidit) nisi hac arte,pisces inclusos breui tempore suffocandos. An quia aqua ab aëre puro & incorrupto,velut à forma superiore conteruatur? vt scribitur ab Arist. lib.4. phys. & 2. de cœlo. inde iactatur vulgo carmen,

3 Quòd pisces dolio clauso celeriter moriantur. Ab experientia. Piscator illum sapit. Prouerb. Aër, velut forma, conseruat aquam. Aqua immota putret.

Et vitium faciunt, ni moueantur aquæ.

Quanquam ne id quidem ignorant ἰχθυόπολαι, aquam subinde renouandam. sed multò celeriùs extingui illos vasis penitus obturatis,quàm aqua eadem triplo, vel adeo decuplo spatio permanente nihilum immutata. Quod tamen glaciatis amnibus non contingit, quia plurimus aër inter aquam & glaciem intercipitur.

Aqua pisces sæpe renouanda. Corpisces sub glacie non suffocentur.

Sed hoc quod sequitur, magnæ ostentationis plenum,& fastus inanis ostenditur turgidum: Esse quosdam,qui Cardanum imitati studeant,dum ab Aristotele dissentire audet. Quasi verò ista libertas ante Cardanũ natum vsurpata non fuerit ab ipso Aristotele, Platone, Galeno,& cæteris philosophis,& nobis adeo ipsis toto hoc opere, & alibi, rei veritatem omni amicitiæ & antiquitatis religioni anteponentibus.

4 Cardani iactãtia, & cur ab Arist. audeat dissentire. Communis libertas, relicta authoribus, sequi veritatem, & usurpata.

Quòd autem anguillas in aqua turbida suffocari dicit Rondeletius, id potiùs ex Aristotele dicit libr.8. histor. animal. cap. 2. quàm de sua sententia. quippe qui in cœno & luto & arena & terra diu viuere eas scripserit: quod & experientia satis probat,eas sine parentum semine, de limo pingui coalescere,& in eodem degere: sed non velut in proprio & delectabili solo, tolerabili tamen: quia & ipsæ vtcumque cœnosæ sunt ac lutulentæ: ideóque praui succi & alimenti: scilicet de limo quodam viscoso concretæ. Quinetiam Aristoteles ipse capite penultimo operis de partibus animal. cùm negat fieri posse,vt idem & branchias habeat,& spiret; vtique addidit, Cauſſam copiæ & inopiæ branchiarum,caloris cordi insiti copiæ vel inopiæ adscribi oportere. In quibus enim plus inest caloris,hæc celeriùs moueri oportet & vehementiùs. Geminæ autem branchiæ atque duplices,talem naturam potiùs, quàm simplices pauciorésque obtinent. Vnde fit, vt nonnulli

5 Quòd anguillæ in aqua turbida non suffocentur. Anguillarũ origo de limo terræ & natura earundem. Pisces qui branchias habent, non spirant. Branchiarũ ratio respõdet proportioni caloris cordis: sic & motus.

Pisces rararum & pancarum branchiarũ, diutius extra aquã viuunt, cur.

ex ijs, qui branchias habent pauciores, minúsque continentes, diu extra aquam viuere possint: vt anguilla, & quicumque serpentis speciem referunt: non enim multùm refrigerationis desiderant. Malè tamen Cardanus infert, Ideo non respirare anguillas, quòd in aqua turbida & cœnosa degant: nam & talpæ altissima terra óbrutæ, spirant nihilominùs; sicut & serpentes, & quæ ἐναιόρεα alibi diximus. Quinetiam libr. de mirabilibus auscultationibus, qui Aristoteli tribuitur, circa Babylonem in cauernis aquosis piscículos latére scribitur, qui arefacto flumine, ad areas pastum prodeant, alarum subsidio, caudæque motu: & capitibus humo immersis, persequẽtium vitare insidias. Ibidem, apud Heracleam piscium genus esse memoratur, intra terræ cauernulas defossum: & arescẽtibus vadis, instar ferarum, in latibulis vel mediocriter vdis viuere solitum. In Paphlagonia, pisces altè in terram defossos, in summa aquarum penuria degere.

Etsi anguilla in aqua turbida degunt; non tamen respirant.

A pari. Historiæ, de piscibus in terra Latibulis instar ferarum degentibus.

A

Deinde mare continere spiritum, id est calorem quendam cœlestem, aërem autem minimè; id verò parte priore verum est, & omnibus receptum: posteriore autem, ei ipsi contradicit, quem vltra aras tuetur, ac mordicùs defendit. ita enim Aristoteles loco à me ad verbum producto loquitur libr. 3. de genera. animal. cap. 11.

6 Quòd aër etiam mari insit, vt & spiritum cælestem.

Mare, esse humoris, aëris, & terræ particeps. vbi ex reliquis elementis nominatim appellatis, aërem intelligi satis datur. licet nomine ὑδατώδες, αἰὼ αἰερος sit vsus: & hæc duo interdum à se quodammodo differant. Nec est ad alia homonyma confugiendum, cùm ex adiunctis & simul enumeratis elemẽtis aliis, omnis tollatur amphibologia. Ex quo inferre aduersus illũ licet: Quoniã aër sit in aqua & sub aqua: ideo pisces respirare. cõtrà quàm ille inferebat his verbis: Hoc firmissimũ esse argumentũ, non respirare pisces, quoniam aër sub aqua latere non potest. & verò siquis insit, statim exprimi atque elidi, & foràs euocari, potuit cum nonnullis affirmare.

Mare, omnium elementorum particeps, qui.

Πῶς μὴ ἐνῇ ἀὴρ, an differat. Si aër insit aquis, quid vetat pisces spirare?

A contrario sensu Cardani.

B

C

D

Tum verò quòd nullus meatus appareat, per quem aër ad cor perferri possit; id quidem inspicienti satis patebit, cor inter branchias situm, & tenui membrana circundatum apertè videnti. vt ad ipsum & propinquum, & rectà ferri illum contingat: Sed nec Aristotelis, quẽ tanti facit, meminit, qui sub finem libri de respira. ita scribit: Cor in piscibus suum mucronem ad os iactat. ac fistula venæ & nerui faciem repræsentans, de cordis extremo ad medium illud tẽdit, vbi brãchiæ omnes inter se coëunt, copulantúrque. Hæc igitur amplissima est. sed & aliæ de vtraque parte cordis ad branchiarum extrema singularum tendunt, per quas in cor refrigeratio penetrat, discurrante semper aqua per branchias. hæc eo loco Aristoteles.

7 Quòd aër ad cor conclusum à branchijs rectà feratur: & ratio.

Aristoteles confutat Cardanũ, testis & index rei.

Cordis mucro ad os vergit in piscibus, & ductus à brãchijs ad cor, qualis sit.

Cor quomodo à brãchijs refrigeretur.

8 Non si piscibus desint pulmones, ideo & spirare, quamobrẽ. Arist. mos loquendi, vt pars desit, aut partis proportionale.

Branchiæ sola pro reliquis partibus spirabilibus, sufficiunt piscib. quomodo.

9 Quæ spirant, dilatantur: eadem brãchia piscũ, quorsum.

Ab experientia, cur pisces oscitent.

10 Non si aër aquis insit, ideo in his vitã spirabilis, quam ob caussam.

Branchiarũ vsus.

Branchiæ loco pulmonum, & earum fabrica, & vsus.

Hinc colligere potes, Galeno respirare pisces videri.

Pisces frigidi pauca respiratione egent; & quòd non ob insitum calorem, in aquis degant.

11 Non si insecta non spirãt, ideo neque pisces, quamobrẽ.

Insectis sola perspiratio potest sufficere.

12 Qui pisces spirant, diu sub aqua manere nequeunt, ob aërem inclusum. Card. Cardanus sibi contradicit.

A contrario sensu.

E

Quòd autem pulmonibus careant pisces; ideo non respirare illos, non statim conuincit, vel adeo Aristotelis mentem & scripta tenenti ac tuenti. Quoties enim dicit, vbi quid deesse alicui animanti memorat, vt cor, linguam, sanguinem, & similia; eidem tamen adesse, quòd his ἀνάλογον sit, & proportione respondeat? Cordi dico, linguæ, sanguini, & similibus? Pariter hoc tibi loco intelligendum est, pulmones quidem deesse plerisque piscibus, & omnibus illis collum, atque asperam arteriam. quorum tamen munus expleant brãchiæ fungosæ, molles, foraminibus peruiæ, partibus extimis vicinæ, dilatando & constringendo faciles, cor medium vtrinque complexæ, vt eius calorem tractu aëris contemperent. quod munus partes nuper commemoratæ in cæteris animantibus explere nosc untur.

Postea, diltendi quæ respirant, fatemur: & branchias pariter in piscibus distendi atque constringi manifestò cernimus: & os plerumque hiare oscitantibus. quod si claudas, tum magis eos videas branchias dilatare, & velut anhelas fieri: quasi per os parulum aliquid priùs aëris traherent: quod ego facilè credo, & expertus recordor.

Denique homines in aqua, & cætera spirabilia posse viuere, si aër insit, neque verum esse, neque adeo probabile fieri potest: quia his non est vis data à natura, aërem ab aqua secernendi, & velut pereolandi: quæ solertia piscibus solis ab vsu branchiarum accedit, per earum rimas aquam eiaculãtibus, & aërem tenuiorem emulgentibus ac secernentibus. Accedit nostræ sententiæ, Galeni authoritas: sic enim ille libr. 6. de vsu part. Branchiarum constructio piscibus vice pulmonis est: cùm enim crebris ac tenuibus foraminibus sint branchiæ interceptæ, aëri quidem & vapori peruiis: subtilioribus tamen, quàm pro mole aquæ: hãc quidẽ extrà repellunt; illa autem promptè intromittunt. Frigidi enim pisces, & pauci sanguinis (neque enim eorum sententiæ accedimus, qui pisces omnium calidissimos, æstus sui temperandi gratiã, in aquis sibi domicilium delegisse arbitrabantur) pulmone destituti, cor multùm refrigerari minimè postulant: cæteris autem secùs accidit, quod libro de respiratione confirmat.

An verò insecta spirent (à quorum tamen natura & lege; vermes ac lumbricos iure sustuli) dubium paulò antè reliqui. acsi ne spirent quidem; tamen piscibus idem accidere non erit necesse: quis his plus est sanguinis, caloris, & spiritus: insectis autem, vel totis exanguibus, vel pauciss imi sanguinis & caloris, sola (si ita fors tulerit) perspiratio sufficerit: piscibus autem sanguineis, minimè.

Postremò, quòd qui pisces sub aqua respirant (ac vide, quomodo tuis te laqueis implices: his enim ipsissimis verbis veteris: & quod videris verbo negare, idem nominatim asseris, pisces sub aqua respirare: ideóque scilicet, & in aqua aërem subesse. quinetiam animalia spirare omnia manifestè vel occultè, tute ipse in lib. de subtilitate profiteris) qui, inquis, sub aqua respirant, vt delphines, vituli, non diu sub ea manere possent. quòd si aër sub aqua esset, non suffocarentur. Ego verò in diuersam partem rapio: siquidem diu sub aqua possint permanere (quod faciunt sanè, & nos in ranis,

Digitized by Google

Cancri vulgo, sunt astaci celebrati.

& astacis (quos cancros vulgo dicimus) euidentissimè percipimus, tam exiguo vtique corpusculo, frequentioris respirationis egente) si pisces spirabiles, inquam, diu sub aquis possint degere; ex eo vtique inferri posse, sub aquis illis nanciscì aërem, quam sensim inspirãdo possint attrahere. quanquam fortasse pauciorem, quàm pro sua natura & commoditate vsus expetant. Licet perdifficile esse existimem, ne dicam impossibile, Delphinum (cui branchiarum loco, quibus caret, fistulam sui pulmonis caussâ, qua humorem, quem ore acceperit, respuat, adscribit Arist. Ipse cap. 13. libr. 4. part. animal.) vel medio pelago per tres horas, imò tres dies immersum, aut adeo plures vel dies, vel menses, vel annos, suffocari nouæ ac recentis respirationis inopia. Quid enim quòd toto triginta dierum spatio, circa Canis ortum abdi illos, occultarique incognito modo, Plinius cap. 8. libr. 9. testatur: & vbi tandem? an in terram prosilientes, antra sibi & speluncas suffodiunt, léporum instar? Imò verò tellure tacta statim moriuntur, ait ibidem. an in aëra subuolant? Quî verò, cùm alis careant? Restat igitur vt in aqua & occultentur, & occulti spirét, & spirando viuant; & viuendo, triginta dies, imò tricenos annos exigant. Quod præuidens ac sentiens ibidem Plinius veracior naturę interpres, quàm vulgo apud imperitos habeatur, subiecit isti 30. dierum occultationi; Quod eo magis mirum est, si spirare in aqua nequeunt.

13 Pisces spirabiles diu sub aqua degunt: ergo aër aquæ inest. Nanc. N. non putat Delphinũ aquæ mergi & suffocari posse. Delphinus quomodo respiret. Delphinus 30. diebus occultatur, vbi? Delphinus tellure tacta moritur. Delphinus aëra. Plinij obstruitur fides & auctoritas.

Ergo, ô docte Cardane, vt reliqua minutiora præteream longiori digna examine, & alibi disceptanda; de quatuor abs te propositis, aut pisces aquam solam respirare, aut aërem solum, aut vtrumque, aut neutrum; Tu primum arripis & vltimum: ego secundum ac tertium tuebor, donec melior vincat ratio. Quanquam quid sit aquam respirare, ne ego quidem satis possum assequi: aut aqua sit ne spiritus; aut spiritus, aqua, siue aqueus. Nisi tu fortè Platonem tantus philosophus imitari voluisti (quod tamen credo ne somniasti quidem) qui sic sub finem Timæi, graui quodam & philosophico suo modo ex affinitate rerum, per metaphoram Γυναικωνῖτιν loquitur; Ex tenui ac pura aëris illa respiratione, in aquæ respirationem profundam turbidámque merserunt. (de ijs loquitur, qui stolidissimi & imperitissimi hominum, in aquaticum genus, videlicet, à Dijs transformatoribus sunt conuersi.)

Conclusio in Cardanum. Card. & N. diuersa statuitur de piscium respiratione sententia. Aquam respirare, quid sit. Ironia. Platonis ironia quædam. Homines inertes degenerant in pisces Platoni. Epilogus.

Et hæc mihi quidem breuiter, quatenus fieri potuit, sint ad vtrumque responsa: non quòd plura non licuerit, sanè verò non libuit; vel quòd disputatione non egerent, vel quòd alia ex aliis facilè possent intelligi. Sic igitur hanc quæstionem concludo: Respirare pisces certò ac manifestè eos, quibus soli pulmones sunt; aut cum pulmonibus fistulæ supra aquam eminent, vndis euomendis necessariæ. spirare nihilominùs & eos, quibus pulmonũ loco (neutri enim adest vtrũque, sed alterum alteri tantùm) branchiæ siue apertæ siue opertæ sunt à natura datæ: sed tamen minùs apertè, & minùs frequenter, & minùs necessariò; quatenus cor-

Omne piscium genus respirat; & quæ manifestè aut occultè.

de & sanguine sunt frigidiore ac pauciore. reliquos etiam, quibus nedum branchiæ satis apparent, habere tamen quod ijs proportione respondeat, & sua quadam, suæque sorti ac naturæ conditioníque aptè respondenti & quadrãti spiratione vti: quæquidem & caloris magnitudini, & sanguinis ac spirituum multitudini, qualitatíque siue temperamento proportione respondeat. Cætera exanguia, zoophyta, imperfecta quædam animalium rudimenta, qualia plurima terra gignit & alit; mare etiam ipsum longè fœcundissimum, vel adeo plura producit, vt pinnas, patellas, mitulos, vngues, spongias, vrticas, vertibula, pectunculos, & similia, inter plantas & animalia ambiguæ naturæ; ea (inquam) omnia respirationis loco, perspiratione sola, vt antè docui, exigui sui caloris particulas, & natiuos illos auræ vitalis igniculos tueri atque conseruare ducimus. Ita tamen, vt respirationem in illis impropriè dictam accipias. quæ si à voluntate & anima proficiscitur, vt Galenus nobis voluit persuadere (quanquam motorum animalium respirantium conditio repugnat) piscibus vera atque genuina nequeat adesse: quibus voluntas nulla, anima nulla (qualem in homine respirante intelligimus) nisi vegetabilis ac sensualis per naturam inest. nisi si naturæ impetum, quo feruntur ad id, quo naturali instinctu appetitus instigantur, pro illa voluntate libera, & vitam vegetatiuam ac nutritiuam, Stoïco quodam vel Peripatetico vocabulo, pro anima te accipere profiteris. Sic enim Aristoteles cap. 2. lib. 2. de genera. animal. Animal ab anima dici tradit: elléque animal parte animæ sensuali: atque adeo in stirpibus animam inesse vegetabilem: sensualem in mutis animalibus: & præter has, rationalem in homine. qua de re, ex Platonis & Stoïcorum decretis, dictum à me abundè in tractatu de anima.

Respirationis modum & vsum sequitur cordis & sanguinis rationem, quã. Zoophyta & exanguia frigida, sola perspiratione viuunt, contenta. Si respiratio à voluntate & delectu pẽdet, impropriè de piscibus vsurpatur. Quales animæ in mutis animalibus, & quales volunt. Anima triplex, vegetatiua, sensitiua, rationalis. Animal ab anima, & quali.

Illud interim non obiter notari volo, quod Aristoteles idem, cuius de caussa agitur, scripsit sub finem capitis 8. lib. 2. de anima. Patet autem & quam ob caussam pisces vocem non fundunt: fauces enim non habent. at hanc partem non habent, quia non suscipiunt aërem, neque respirant: Sed qui ita dicunt, vehementer aberrant. quam autem ob caussam, alius sermo erit. hæc ille; An verò tali sermonis genere, suam hoc loco de piscium respiratione, quam alibi negauerat, sententiam voluit retexere, & quodammodo retractare? neque enim nouum est, mutare sententiam, cùm nos æras, & rerum maior experientia eruditi. hos autem de anima commentarios puto jam seni ipsi Aristoteli exaratos: sicuti libros de natura animalium, triplici volumine distinctos, de historia, de partibus, de generatione, ab eodem in florenti ætate, & rerum statu conscriptos: in quibus præclarissima multa, & diligenti lectione atque cognitione dignissima: multa ex aliorum fide & narratione potiùs, quàm scriptoris opinione & experimento consignata. sed hoc alij viderint.

N. alia primæ rationes, quibus efficere, vult, vt pisces spirare duci possint. Pisces cur muti. I Arist. videtur suam sententiã mutare, quòd pisces spirit. Homini licet mutare sententiam, quando. Arist. quædo de anima & animalibus scripserit. N. sententia de libris Arist. de anima.

Illud porrò ex eodem Aristotele adiungo

2 *Piſcibus inſunt omnes ſenſus, ſed obtuſi, plus minus.*

cap.8. libr.4. hiſtor. animal. Piſcibus vniuerſis ſenſus quidem omnes ineſſe: ſed aliis alios acutiores, alios obtuſiores contigiſſe. rem ille per quinque ſenſuum exempla deducit, quæ nunc breuitati indulgens omitto. vt tamen veluti rem mirabilem obſerues, teſtaceis & cruſtaceis, animalium omniũ ſtupidiſſimis, & quodãmodo ζωοφύτοις, mediámve inter plantas & animalia naturam ſortitis, eoſdem ſenſus ab eodem philoſopho aſſignari. & quantò perfectis piſcibus perfectiores.

Zoophyta, quæ.

3 *Atqui ſenſus fiunt per medium aërem. ergo aër aquæ ineſt.*

Enimuerò cùm per medium quoddam ſenſus pleroſque omnes fieri (tactum vnum excipio) jam antè ſuis locis, vel eodem Ariſt. adſtipulante, tradiderimus: auditum autem nonniſi per medium aërem fieri, viſúmque adeo ipſum, fateatur. equidem aërem in aquis ſubeſſe, ex eo facilè & neceſſariò colligitur; eò quòd piſces acutiſſimè audiant, vt de Delphino memoranimus; ſicque illi piſcatorum inſidias acutiſſimo obtutu declinent. Quod vel ij norunt, qui anguillas (quaſi anguiculos dixeris) expiſcari volunt venaríque, aquam perturbantes, vt in prouerbio eſt. quod & ipſa Sepia, & Lolligo, & Polypus, & forſan alij piſces marini, natura duce æmulantur; dum ſparſo attramento, & lymphis affuſo, latebras ſibi quærunt, & piſcatorum inſidiantium captantiúmque retia ſagenáſque declinant ac deuitant.

Anguillæ vnde dictæ.

Prouerb.

Piſces qui effuſo attramento effugiant piſcatorum retia.

4 *Omne viuiparum ſpirat. ergo & piſces plerique, vt & mulli.*

Rurſus idem Ariſtoteles 2. de genera. animal. Nullum eorum, quæ viuum animal pariunt, non recipere aërem, ſpiratéque profitetur. piſces autem idem tibi multos memorat, qui viuos pariant fœtus. ideóque ſpirare illos fateatur ipſe neceſſe eſt. tales autem chartilagineos ſiue molles omnes dictos piſces aſſerit cap.11. lib.1. genera. animal. qui intra ſe ouum primò pariant; deinde ob imbecillitatem caloris, in aluo celent, donec animatum excludant. Et rurſum lib.2. part. animal. Spiritum omnibus animalibus ineſſe palàm prædicat. Et verò quæ demergi piſces prohibet, vnde veſica illa natatilis, vento & aëre plena, ſi aër aquis nullus ineſt? vt antè obieci.

Mullus parit ouo & viuos fœtus, quò.

5 *Spiritus ineſt omnibus animantibus.*

6 *Veſicula piſcis aëre plena, hunc aquis ineſſe arguit.*

Poſtremò Ariſtoteles nominatim lib. de ſpiritu, ita enuntiat: Hac parte cibum capiunt piſces, & reſpirant: qui ſi non ſpirarent, tum ex aqua profectò exempti, morerentur illico. Iuuat autem ad extremum, rem nouis exemplis illuſtrare.

Titelliſius.

7 *Quòd piſces ſpirẽt, teſte Ariſt. Hiſtoria.*

1 *De Ciconiis in Lacu profundo hyemantibus.*

Nauarr. Fulgoſius.

2 *Ibides aquis immerſæ hyemant.*

3 *Boſa*

Geruaſius Titelleſius ad Othonem 4. Imp. ſcribit, in quodam lacu Arelatenſi, circa mediam hyemem, complures Ciconias expiſcatas fuiſſe, quæ velut ſimul iunctæ & connexæ, mutuis roſtra defixa anis habebant, velut mortuæ: mox autem concalfactæ, & motu & ingreſſu & clangore ſeſe viuere, ſpectantibus & mirantibus incolis perſuaſerint. Quale miraculum in Lotharingia cõtigiſſe anno 1467. ſcribit Baptiſta Fulgoſius, lepidus author. Valerij Maximi æmulus; qui & Ibides deſinente æſtate diſparere, & aquis immergi ac viuere credit traditque; cùm nuſquam tunc temporis alibi inueniantur. Idem Auguſtoduni, in agro Virodunenſi, bufonem: & in Latio, ſerpẽtem in medio marmore ſaxóve viuum deprehenſum, Martino 5. Pontifice, confirmat. idem mihi de piſcibus rupe incluſis videor legiſſe, & P. Meſſias & Matthiolus ſimilia tibi exempla ſuppeditabunt.

Vt ſerpens viuant in marmore. P. Meſſia.

Quæſtio obſcura.

Vnde his omnibus ac ſimilibus, dices, alimentum? vnde reſpiratio? nam infinita eiuſmodi paſſim in terræ viſceribus, in metallis, in ſaxis & rupibus latêre & viuere fit veriſimile. Cauſſam alibi quæſiui, & mihi probabilem reddidi: neque enim nunc vacat his immorari. hoc ſummatim repetam: Ex eadem materia pingui & limoſa, quæ dedit originem, eſſe his alimentum & incrementum: paucum quidem, quod circumlambendo & atterendo circumradant: quia nec multo indigent: ſicuti neque inſigni reſpiratione: quia frigida ſunt, pauci caloris & ſanguinis, veterno ferè perpetuo ſopita, parum admodum difflata, & ſola propè dixerim perſpiratione, loco reſpirationis, contenta: vt alibi ἀπὸ συμβάσεως demonſtraui.

N. ſolatio.

7 Cataracta & mergulus, anes, diu perſtant in aqua roſtro immerſo.

Similiter & ipſi Ariſtoteli lib.9. hiſtor. anim. cap.12. Cataracta auis mari victitare traditur: quæ cùm ſe alto ingurgitarit, manet intus occulta non minùs temporis, quàm quo ſpatium tranſieris iugeri. quod nos in mergulis aliquando non ſine voluptate ſumus contemplati, ſurſum verſum in aqua merſo capite victum quæritantibus. Sed nónne has interim auiculas ſpirare, & aërem mari fluuióque incluſum cæcis ductibus & anguſtis foraminibus trahere credibile eſt? quanquam auium non paucas, neſcio an omnes, ano non ſecùs ac roſtro ſpirare, & aërem haurire, exploratum habemus.

Ait ſpirãt. ergo aër in aqua ineſt.

Auis ſpirãs à podice.

8 Nondatur vacuũ: & aër ſub tenuitate omnia penetrat: & aqua vrget.

Sed quid plura? Natura non patitur vacuum: nullúmque elementum manet ſimplex ac ſyncerum. neque tam compreſſa ſibi & applicita vel aggeſta vſquam aqua mutuò cohæret, quin aëris longè tenuiſſimi ſpiracula admittat, & jam olim admiſerit: cùm ſint omnia ſpiritu plena jam inde ab ipſo creationis initio, vti dixi antea. Quod vel ipſe Hippocrates, extra controuerſiam poſitus, & iudex irreprehenſus (metuo irrefragabilẽ cum Iuriſconſult. dicere) ita ſtatuit lib. de Flatibus: Neque mare ipſum ſpiritus exors eſſe: alioqui enim natantia viuere non poſſe, niſi de ſpiritu participarent. Quomodo autem participarent, niſi per aquam, & ex aqua ſpiritum ducerent? Et quidem familiari experimento id tibi explorare licet: Repleto enim calice, aut vaſe quolibet, ſummis labris oriſque tenus: tamen aliquot ſubinde calculos nummóſve blandè & quietè immerges, vt vas nihilominùs contentum humorem non protinus effundat: cui tamen liquoris antea nihil poterat adijci, ni redundaret. Idem tibi continget, plena manu leniter ſuſpenſa, modicum cinerem immergenti: aut partem quandam arenæ vel pulueris inſpergenti.

9 Mare continet ſpiritum, ad vitam marinorum neceſſe.

10 Vas aqua plenũ admittit tamen calculos. Sic arenam aut cinerẽ. Ergo aër inerat, qui nunc exit.

Porrò & glacies, expreſſo priùs aëre, ex aqua concreuit: ex quo fit, vt aquæ quantitas demum minuatur: quòd rurſum liquata glacie, & aqua menſurata, minor inde quantitas inueniatur, quàm ante gelu & conglaciationem fuerat. Atque hoc ſignum eſt, ait Hipp. lib. de

11 Glacies fit expreſſo aëre. ideo aquæ quantitatem minuit.

Digitized by Google

aëre, locis & aquis, quòd à congelatione, id quod leuiſſimum ac tenuiſſimum eſt, diſperditur: & non quod grauiſſimum ac craſſiſſimum exiſtit. Et cur Cardanus medicus & philoſophus, Ariſtoteli philoſopho potiùs, quàm Hippocrati medico credat? niſi fortè, quòd melior ſit philoſophus, quàm medicus. Rurſum cur huic aut illi potiùs, quàm veritati, & experientiæ rationique? Adeo miſera eſt ingeniorũ ſeruitus, vbi ſe quis alienæ ſententiæ mãciparit!

Card. medicor philoſophus, quàm medicus.

Seruitus ſectarum.

Epiphonema.

De Corde, & ijs, quæ ad ipſum pertinent.

CAP. X.

Cordis dignitas, & epitheta.

Vnde dicatur.

Κῆρ, cor, caur.

Κῆρ, quid.

Cordis prærogatiua.

Cordis aula, & area.

Cor cur in medio poſitũ pectore.

Καρδία vnde dicta, & cur.

Cor, præcipuum ad vitam, cerebro paret, ſi inferius eſt.

Controuerſia.

Homonyma diſtinguenda.

Καρδία, cor, de duabus partibus vſurpatur, quæ de cauſſa.

Orificij ſtomachi vbi.

COR, primum viuens, & vltimum moriens (vt philoſophi putant) viſcus princeps, & regulus quidam, de principatu cum cerebro & hepate contendens, primáſque ſibi (ſi cerebrum pateretur) vendicans: cor, quaſi κῆρ (ex quo & Francis, *le cœur*, quaſi dicas ker, vt vulgus ferè loquitur, Græca origine deflexum: quo nomine, Graij & cor, & pectus, & animam ſignificant; rerum, vt videntur, affinitate ducti) cor & animæ, vt Peripatetici, Stoici, & alij philoſophi nonnulli putant; idémque ſapientiæ, vindictæ, iræ, ambitionis, & paſſionum (vt credũt) affectionúmque animi reliquarum; quinetiam vitæ, caloris natiui, ſpirituum, arteriarum ſedes, origo, fons, domicilium, principiúmque; & vt putat Ariſt. cap. 2. libr. de iuuentu. & ſenectu. cum ſentientis, tum vegetantis animæ ſcaturigo; cor (inquam) talis ac tantus princeps, & vitæ vitaliúmque actionum artifex; in pectore valido & firmo, benéque munito & compacto, velut in aula quadã regiáque illuſtri, ſuum ſibi tabernaculum delegit. ex quo, ſtipantibus vndique partibus, velut ſatellitibus cuſtodibúſque fidis ex æquo ſuis omnibus proſpiceret, & velut medium reſidens prouideret. de cuius originatione & potẽtatu ita loquitur Chryſippus; Græci καρδίαν nuncupant quaſi' κρατοῦσαν, à quodam dominio & principatu; quòd in ipſo dominans ac princeps animæ pars (vt putat) contineatur. Galenus tamen lib. 1. de decretis Hipp. & Plat. Cor, viſcus quidẽ ineſſe in nobis, quod ad vitam attinet, omnium præcipuum fatetur ſed abſolutè & ſimpliciter præcipuum negat: & regere enim & gubernare, hominis, non cordis opus eſſe: ſed cerebro imperium, cordi obedientiam demandatam. de qua cõtrouerſia philoſophorum tum alibi à me dictum nonnulquã eſt, tum poſtea fortè dicetur: quia de corde nobis inſtituta tractatio eſt ſuis numeris vtcumque abſoluenda.

Illud verò nunc ad tollendam homonymiam debet intelligi (homonyma enim antè diſtinguenda, quàm definienda, docent Logici) καρδίας nomine duo apud medicos ferè deſignari; & cor proprie dictum, quo de nunc agimus; & ipſum ventriculi orificiũ, circa vertebram vndecimam ſubſtratũ; tum ob viciniam partium & propinquitatem, tum ob ſymptomatum cõmunionem, tum ob dolorem propè æqualem vehementiam, vt alibi oſtendi, præcipuéque comment. in Strab. tum ob neruorum vtrò citróque pertingentium à 6. coniugatione cerebri demiſſorum ſympathiam. Res exemplis docenda eſt: ſic igitur primùm Nicander;

Sympathia cordis & ſtomachi, eiúſque varia. Nicander. A teſtimonium.

Ἦι καρδίην ἔνεσσιν, ἠδὲ δοχείου
Κεῖνον ὀμφαχέος. —— id eſt,
Quódque gula excepter, ſeu cor epulare vocatur.

Thucydides.

Sic & Thucydides; Καὶ ἐπεὶ ἐς τὴν καρδίαν ἐσέπεσεν, αἰέρεσι ἤ ἀνίει, καὶ ἐνταῦθα δὴ πολὺς χολὴ πᾶσα, ὅση ὑπό τῶν ἰητρῶν εἴωσι ὀνομαζέσθαι, ἐπῆει. id eſt, Et vbi ad cor, malum hoc deſiderat, ipſum ſubuertebat atq; turbabat: vt omnes, quæ à medicis nominatæ ſunt bilis expurgationes, poſtea ſequerẽtur. Nam Hippocrati & Galeno frequens omnino eſt talis appellatio: apud quos, καρδιαλγία & καρδιογμός, velut cordis dolor ac morſus, non alia de parte, quàm de orificio ſtomachi dolente intelligitur. non tamen qualibet de cauſſa, ſed præcipuè ac potiſſimùm à bilis & humorum acrimonia mordicante: quæ pleriſque vomitu, aut alui perturbatione excernitur, vt ſcribit Galenus ſub finem libr. 2. de plac. Hipp. & Plat. & ad aph. 17. & 65. libr. 4. Conſortij autem ſiue ſympathiæ cordis ad ſtomachũ ſeu ventriculum, & eius potiſſimùm orificium (quod Græcis, καρδίας ἢ τῷ στόματι nomine vocari ſæpe moneo) ex libr. 1. de ſympt. cauſſ. & libr. 5. loc. affect. repetenda tibi eſt; quamquidem & nuper attigimus, & jam antehàc, cùm de ſtomacho ageremus, vtique notauimus, & poſthac forſan inculcabimus.

Vomitus bilioſus in peſte.

Καρδίαλγία, καρδιογμός, & c.

Cordalgiæ cauſſa.

Sympathia cordis & ſtomachi.

Καρδία ἢ στόμαχος.

Iam verò remota atque diſcuſſa homonymia, de corde conſideremus propriè dicto, & primario quodam viſcere; eiúſque fabricam, vſum, & vſum contemplemur: non omnia tamen dicturi, quæ de eo multi multa ſcribunt: ſed pro noſtro more, & rata, & probata, & potiſſima quæque deligendo ſcripturi.

Propoſitio.

De Pericardio.

Medici abutuntur nomine naturæ, pro Deo: & N. cauſarij.

Cordis ſapientem.

AC primùm, natura prouida & ſagax (ſinite, quæſo, medicos medicè loqui; non ignaros vtique, totius opificij humani eundem eſſe auctorem, qui & vniuerſi, Deum totius naturæ & ortus rerum parẽtem) cùm principi illi parti, quam cor dicimus, modis omnibus proſpectum vellet: non ſolo illo thoracis ſepto validiſſimo contenta fuit, quem thoracẽ diximus, atque deſcripſimus: ſed ad eius ſubſultus molliter excipiẽdos, & aduerſus circunſtantiũ oſſium duritiẽ, vel cedẽtem pulmonum mollitiẽ; mediæ cuiuſdam naturæ tunica forti & valida, ceu vagina aut theca & capſula quapiam, in medio thorace, & medio ipſo mediaſtino vocato collocata (ita tamẽ, vt thoracis ſpatia non cõpleat, aut impediat, & cordis motum minimè arctet aut comprimat) circumſepſit: quæ ex eo nomen habet περικάρδιον ἢ περικάρδιος, ipſo nomine officium & appellationis cauſſam præ ſe ferente. quæquidem membrana dici ob ſubſtantiam, tunica autem ab vſu poteſt. totum enim cor à ſuprema baſi circulari, & vaſa excipiente (quod caput viſceris appellatur) ad extremum vſque verticem turbinatum cõgit, & corona

Pericardij vſus, ſitus, natura, & nomina.

Pericardij, quòd cor circundet. Membrana & tunica vnde dicta. Caput cordis.

Pericardium quomodo cor ambiat.

modo ambit. non vtique toti connexa cordis corpori: ſed motui & dilatationi eiuſdem, vbique ad baſin, & latera, & mucronẽ, ei liberum ſpatium relinquẽs: ipſius ſitum in anteriora læuáque magis vergentẽ, & figuram vbique æmulata turbineam ſiue pineam; orbiculari quidem, vt dictum eſt, baſi; obtuſo autem mucrone. infima verò ſui parte, pectoris oſſi ad os xiphoides, atque ad nerueum diaphragmatis circulum in hominibus quidẽ alligatur (vnde riſum cieri à corde per diaphragma quidam autumant) nõ ab ipſo vtique cordis corpore exorta illa pericardios tunica; ſed ex vaſis inde procedẽtibus, arteria venáque maximis, & vena arteriali, arteriáque venali: quibus per ſuam baſin exeuntibus viam liberam fecit; tenuiſſimis & vaſis & neruis prædita. Cuius cùm ea ſit natura, quam dixi; vulnus excipere poteſt, nec lethale tamen: cùm nullum cordis vulnus non ſit eiuſmodi: de quo tamen poſtea. Ideo Marylli mimographi puero, ſecto licet pericardio cor appareret, mors tamen non eſt conſecuta, vt Gal. lib. 7. adminiſtr. anatom. teſtatur. Quiquidem Ariſtotelem ſecutus, cùm circa cor gigni adipem negauerit; ipſo tamen rerum euentu ſæpe arguitur, deprehenſo copioſo etiam in pecudibus, circa cor, viſcus licet calidiſſimum, adipe, inter ipſum & ſuum pericardium innatãte. Hoc tamen rarius eſt, ob partis præſtãtiam, vt cordi deſit pericardiũ. quo deficere viſum à ſe iuuenem quẽdam ſcripſit Columbus l. 15. iccirco in graues, & frequentes, & lethales ſyncopas labi ſolitum.

Pericardij nexus, & ortus, & vaſa, & neruuli.

Riſum quomodo diaphragma ciet.

Pericardij vulnera minime lethalia.

Hiſtoria. Marylli.

Adeps circa cor gigni negatur, contra Ariſt. & Gal.

Hiſtoria. Iuuenis ſine pericardio, & eius defectus ſymptomata. Columbus.

Cæterùm an vacua ſint pericardij ſpatia, an ſpiritu plena in viuẽtibus, an tenui quodam humore innatent, non eſt admodum certum: ſed illud certius, mortuis aquoſo potiùs liquore vel ichôre quodam diffluere. Fortè quòd ſpiritus illi promptè ob mortis refrigerationẽ, ad membranas illa naturâ frigidas ſtatim in aquam cõcreuerint. Ideóque, ſiqua naturalis (potuit enim præter naturam, in naturæ Deo, ſicut & pleraque alia, contigiſſe) poteſt reddi ratio, ac non potiùs miraculo adſcribi; ea fuit vtique, cur cùm vnus militũ lancea latus CHRISTI, cruci & clauis confixi, ac jam mortui pro noſtra redemptione, & omnium qui in eum credituri ſunt (alioqui enim in ruinam multorum incredulorũ & infidelium paſſus eſt) aperuiſſet, continuò exiuit ſanguis & aqua, vt refert is qui vidit, & verum teſtimonium perhibuit, & nos dicenti credimus Iohanni cap. 19. quanquam alio loco ad potum in cruce vinum myrrhatũ, & ſtomachum eodem ictu & ferro confoſſum, referri poſſe monui. vel ſanè quòd mortuis in ſaniem & tabum aqueum ſanguis conuertatur. quanquam non me latet, quæ myſteria, ſanguis paſſionis ſynaxeos fideique; & aqua baptiſmi futuri index præſagiret. ſed pergo, de aqua pericardij cauſſam perſcrutari. An cor motu continuo, & propria natura calidiſſimum, hunc tenuem liquorem habuit (qui & in viuis animalibus conſectis haud dubiè inuenitur) in quo aſſiduè volut balneo temperandum mergeretur? An ex eius vaſis & capacitate interna tenuiſſimus mador ſeroſulentus exudat, & hac tunica denſa craſſáque cohibetur? An verò (ſicuti propoſui) contenti in eo, dum viuit animal, ſpiritus, eodem mortuo citiſſimè congelant, & in humorem tenuem concreſcunt? Nam quò diutiùs extinctum eſt animal, eò plus liquoris inueniri ſolet. qui tamen, vt dixi, in viuis animãtibus mutis (bruta vulgo dicimus, aut impriè tamen, aut potiùs metaphoricè) diſſectis per anatomiam viuorum, inuenitur.

Cur è latere Chriſti confoſſo exiuit ſanguis & aqua?

Chriſti mortis meritum, quibus.

Ioannes Euãgeliſta.

Sanguis mortui, ſibi ſitienti.

Sanguis & aqua de latere Chriſti profluentium myſteria.

Vſus aquæ pericardiæ cauſſa, & cauſſa veræ generationis.

Liquor in pericardio viuorum inuenitur.

Bruta animalia quò dicantur.

Hominem enim viuum incidere, durum & acerbum auditu, & flagitio proximũ. Viuorum enim hominum aluum atque præcordia incidi, & ſalutis humanæ præſidem artem, non ſolùm peſtem alicui, ſed hanc etiam atrociſſimam inferre, crudele indicãt non immeritò apud Celſum Empirici. cùm præſertim ex his, quæ tanta violentia quæruntur, alia non poſſint omnino cognoſci, alia poſſint etiam ſine ſcelere. Contra quos tamen Logici aſſerunt, longè optimè feciſſe Herophilum, & Eraſiſtratum, qui nocẽtes homines à regibus ex carcere acceptos, viuos inciderint, conſiderárintque etiam ſpiritu remanente, ea quæ natura antè clauſiſſet. Neque eſſe crudele, hominum nocentium, & horum quoque paucorum ſuppliciis, remedia populis innocentibus ſeculorum omnium quæri.

Digreſſio in anatomiam hominum viuorum.

Empyrici.

Crudele hominem viuum incidere.

Medicina ſalutis, non mortis author.

Logici Herophilus, Eraſiſtratus.

Ego verò lubenter à tortoribus & carnificibus iſtis, experimento ſibi comprobata & comperta, certóque deprehenſa, non ſine voluptate diſcendi intellexerim: viuo tamen homini, admota propria manu (proh nefas!) viſcera ferro patefacere ac perſcrutari, nunquam equidem ſuſtinuerim. & verò quondam oblatam iſtam conditionem à D. Mareſchallo Coſſæo, podagra laboranti, & morbi ſui focum cauſſámque ſcire, & remedium inuenire alieno damno periculóque cupienti, vt aſſentirer, nunquam potui animum inducere; aut vt acceptarem, quod vltrò per nocentum meritã pœnam, & quidem imminutam, deferebatur & porrigebatur. quãuis Veſalius tali ſe Tragœdiæ immiſcuiſſe olim in Italia profiteatur. ſed de his hactenus.

V'ilitas conſectionis viuorum hominum ſentium.

N. animum abhorret à tali carnificina.

D. Mareſchalem Coſſæum copiá fecit N. vinus ſontes ad ſupplicia.

Veſalius gloriatur ſe viuis hominum ſectionibus interfuiſſe.

De Corde, & eius partibus.

Cordis prærogatiua, ſitus, motus, figura, ſitus, baniſque rotus.

COr igitur (vt ad id deinceps veniam explicandum) iracundæ animoſæque virtutis (quæ Platoni θυμοειδὲς dicitur) & caloris nativi fons atque principiũ, pulſus & arteriarum omnium author, motu irrequieto agitatũ, & diaſtole & ſyſtole per vices elatũ atque depreſſum, foris læue & politum, adipe lubricum, intus inæquale, multis foueolis interrumpentibus ſinuum interiorum capacitatẽ, & viciſſim multis carunculis prominentibus aſperum (quod idem eius pariter auriculis accidit) cor, inquã, tale & eiuſmodi, quale hactenus deſcripſimus, inter vtraque thoracis ſpatia, duplici mediaſtino diempta, medium cõſiſtit; tum ob ſecuritatẽ ſitus ſibi tuto acquirendã; tum vel eò magis, vt facultatum, quæ ab ipſo prodeunt, in omnẽ corporis partẽ quaquà verſum æqua fiat diſtributio: baſi quidem ſua media, vtrãque regionem thoracis dextram læuámque exactè interiacẽte: ſed vertice ad ſiniſtram (& verò paulò magis ad anteriorem) paulatim regionẽ obliquè deuergente;

Cor cur in læua pulſet magis?

nec ſuæ baſi ad perpendicularem lineam exactè reſpondente. qua de cauſſa in ſiniſteriori parte conſtitutum cor plerique arbitrãtur: tum præcipuè quod ea in parte magis perſpicuè pulſum motúmque ſuum edat: nẽpe quia ſpiritus vitalis conceptaculum, qui eſt ventriculus ſiniſter, ibi conſiſtit. Quãquam Galenus l. 7. adminiſtr. anatom. vtroſque cordis ſinus æqualiter pulſare affirmat. Quod ſi ita eſt, cur nõ æqualiter ad dextram mammam, cordis pulſus percipitur? Quin potiùs in læuo latere euidentior pulſatio cordis deprehenditur. de quo ſic diſertè Galenus idem lib. 6. de vſu part. nam de reliquis aliorũ ſententiis poſtea, vbi anatomẽ, actionẽ, & vſum ipſius ex naturæ prõptuario, & genuinis medicorum ſcriptis eliciuerimus. Cor (ait) natura nõ tantùm reſpirãdi inſtrumẽtum fecit: ſed ipſi extrinſecùs pulmonem ad thoracẽ circundedit, qui ſpiritũ illi ſimul adaptarẽt, & vocem animãti efficerẽt. Ac pulmonẽ quidem ipſius cordis velut ſubſultus (ſic enim appellat Plato, & nos ex illo iam paulò antè) mollitudine ſua excepturũ; ſuis lobis, ceu digitis quibuſdã in orbem illud cõplectentem, eíque vndiq; circũfuſum, atque inſtar mollis culcitræ (ſi fas eſt ea ſimilitudine vti) ſubſtratum, vt antehàc oſtẽdi. Thoracem autẽ, velut ſeptũ aliquod prætalidũ, tutelæ cauſſã circundedit nõ cordi modò, ſed etiã pulmonibus, vt patuit. Nã ipſum cor in medio omnino thoracis ſinu collocauit, loco cùm ad firmitatem aptiſſimo, tum autem ad æquabilem ex toto pulmone refrigerationem opportuniſſimo.

Au cordis vtrique ſinus pulſet?

Cordis vſus, ſitus.

Pulmonis mollities cor excipit. A ſimili.

Thoracis miniſterium cordi quale.

Cor cur in medio thorace & pulmone.

Æſtimant autem non in medio ad amuſſim, ſed magis ad læuã quodã pacto cor eſſe locatũ, decepti eo, qui ad ſiniſtram mammam ſentitur, ſiniſtri ventriculi pulſu: qui illic ſitus eſt, omniúmque arteriarum eſt origo. Verùm ad huius dextram alter vẽtriculus exiſtit, ad venã cauam & hepar cõuerſus. qui, argumẽtum eſſe debet, non in ſiniſtris vtique cor omnino poſitũ eſſe: ſed mediũ planè, non ſolùm huius modò dimẽſionis, quę ex latitudine ſpectatur: ſed aliarũ etiã duarum, quæ ad profunditatẽ thoracis ac lõgitudinem pertinent. Quantus eſt enim ex parte poſteriore vertebrarum à corde receſſus, tantus anteriore eſt pectoris. atque etiã quãtum claues ſurſum; tãtùm ab eodẽ deorſum ſeptũ trãſuerſum digreditur. Ex quo intelligi poteſt, ipſũ cùm in medio omnium poſitionũ ſit poſitum, æquabiliter ex omnibus pulmonis partibus ſpiritum ducere. & cùm ab omnibus, quæ ſibi extrinſecùs per thoracẽ occurſura ſunt, ſit remotiſſimũ, ſedẽ habere tutiſſimã. Hæc Galenus de ſitu cordis: de cuius figura & ſubſtãtia & partib⁹ omnibus proximè & cõſequenter cõſiderandũ.

Cor cur ad lænam pulſus magis? & an lænorũ vergat?

Cordis duo ſinus, eorúmque vſus.

Cor cur ſit in medio thoracis ceteris paribus, quæ, & quarſum.

Cordis figura.

Cor igitur non omnino rotũdum (quãquam in maximis dilatationibus, ad ſphæricã rotunditatem proximè accedit) ſed ab ampla atque orbiculari ſuperna baſi (quã caput eius nominãt) exorsũ, pòſt autẽ paulatim gracileſcẽs modo cuni ſimillimo (κωνοειδὴς Græcis vocãt) parte ſua inferna in anguſtũ velut mucronẽ, acuméve obtuſum deſinit: ſi motu naturali priuatũ, aut ſanè contractũ (nam de dilatato in orbẽ quondã jam dixi: in mortuis ſtaccoſcẽs & cõcidens gracileſcit, & quieti cordium figurã variat.

Transitio.

Cordis caput.

Motus & quies cordium figurã variat.

ciracuitúrque) ipſum experrdas & cõtemplẽris. Cuius formę ac figurę cordis (pyramidi, aut nuci pineæ, turbiníve puerili ludicro cõferre ſoleo, rebus externis & notis) non alia quippe videtur ratio fuiſſe, præter cõmunia illa, de amplitudine & capacitate ſphærici corporis (ad quam vtcũque accedit) & ab omni iniuria, ſecuritate maiore (de qua dixi antea tum aliàs, tũ quando de capitis figura diſceptaui) quàm quòd ſpeciatim & priuatim, quæ ad baſin eius ſunt, ea vaſorũ originibus ſunt addicta. quæ verò vtraque ex parte cõſequuntur, ad vltimã vſque orã, quaſi latera quædã, ventriculorum generationi ſunt deſtinata. quorũ gratiã, in homine quidem latitudo eius profunditatem excedit; & latera vtrinque modicè protuberant: vt pars antica & poſtica velut cõpreſſæ quodãmodo appareant. qualis ferè ſolet eſſe forma caſtaneæ, quã Maronum Lugdunenſe vocamus. de volucrum, & quadrupedum cordis forma verè pinea non intelligo, & acutiore, & oblõgiore, & anguſtiore, & ad proportionẽ corporis ferè ſemper minore. Ora cordis inferior, proceſſus eſt fortis & denſus, qui ſimul quidẽ velut operculum ventriculis ipſis eſt: ſimul etiã quaſi propugnaculum totius cordis: ne fortè in vehemẽtioribus motibus, violenter incidẽs præpoſitis thoracis oſſibus, impediatur, atque adeo afficiatur non nunquã. ob eámq; cauſſam cõfundere cogatur motus ſui motũ & cõcentum, ait Galenus: cùm tamen eò vſque diſtẽdi per ſuã diaſtolen nõ videatur poſſe, ac pertingere: niſi fortè in vehementi palpitatione, in qua, vel adeo coſtarum clauſtra & clathros effringere magno impetu ſuo perhibetur. Hæc itaq; pars cordis infima & acutiſſima, eadẽ & ignobiliſſima eſt & abiectiſſima: vti ex aduerſo, quæ ſuprema, eadem & digniſſima & præſtantiſſima: nãque inter has mediæ, vt ſitu locóque, ſic dignitate & præſtantia mediũ ſortitę ſunt. Quãquam nulla pars in corde nõ valdè inſignis haberi debet; & quę vilillima videtur, multis aliis in corpore longè anteponenda partibus videtur. Partis enim vtilitas ad vitã neceſſariæ, eiuſdẽ dignitatẽ auget. Cor autem, caloris natiui, quo animal regitur, quaſi fons quidã & domicilliũ, ideo iure ſuo principatum tenet, tum in toto, tum in qualibet ſui parte. Cùm enim triplex ſit genere vtilitas, tum quæ ad vitam, tum quæ ad vitam cõmodiorem, tum quæ ad ambarum conſeruationem & ſalutem: quæ ad vitam partes conferunt, principes ſine dubio ſunt habendæ: tum quæ his compatiuntur, & conſortij lege iunguntur.

Cordis caput & latera quid continent.

Cordis figuræ ſimilitudo, eiúſque ratio.

Cor humanum formæ diſcrepat ab alijs.

Cordis motus qualis, eiúſque vſus, & compoſitionis ratio.

Cor non videtur poſſe pulſando thoracem tangere niſi in palpitatione. Hiſtoria.

Partiũ cordis ſumma, media & ima comparatio.

Partes quæ magis ad vitam neceſſariæ, eò dignieres.

Cordis principatus.

Triplex vtilitas partiũ, eárúmque comparatio.

E Cordis ſubſtãtia, peculiaris quædã caro, fibris multiplicibus conſtat, dura, ægrè patibilis, ob actionis conſtãtiam & robur: non tamen muſculoſa, vt nonnullis eſt viſum, & Galenus multis rationib⁹ impugnat: quòd formatione, cõtextu, craſſitie, duritie, & vſu motúque, multũ à muſculis cor diſcrepet. Nãque muſculis vnius tantùm generis fibrarũ natura ineſt, ſiue rectarũ per ſui longitudinẽ: ſeu trãſuerſarũ per latitudinẽ (ambarum enim nulli muſculo vſus ineſt) ſiue obliquarũ per obliquũ ductũ eorundẽ exporrectarũ. Cor autẽ his trib⁹ validiſſimis villorũ generi-

Cordis ſubſtãtia, eiúſque ratio.

Cor, non eſt muſculus, & quæ differentiæ.

Fibrarum tria genera. Nulli muſculo plura villorum genera.

Cordis tria fibrarum genera, quorſum.

bus prædictum eſt: ideo neque muſculus eſt. multiplici enim vſu fibrarum vtitur, ſicut & aliarum partium nonnullæ, vt ventriculus, veſica, vterus. rectis enim, tractio fit: tranſuerſis & orbicularibus, expulſio: obliquis & cæteris vndique adſtringentibus, retentio.

Fibrarum vſus & vſ.

Muſculi motus voluntarius. cordis inuoluntarius. Alter ſubſtantiam emulatur.

Deinde omnis muſculi motus à voluntate pendet: cor etiam inuitis nobis naturali impetu cietur aſſiduè, & quidē omniū vehementiſſimè. Actiones enim, ſubſtantiæ proprietatem imitantur. Quàm ſit autem diſcrepans ac diuerſa muſculi & cordis ſubſtantia, quilibet viſu guſtúque facilè percipiat. (ideóque vt ſubſtātiam diuerſam, ſic functionem diſcrepantem cor habet à muſculis.) Etenim cor quouis muſculo durius eſt, & fibrarum varietate, ſicut & colore minus rubente, palàm diſcrepat: & guſtu adeo multò magis, vt dixi: Muſculorum enim caro mollis & rubicunda eſt: ſúntque carnes vniuerſæ, partes muſculorum.

Cordis ſubſtantia qualis, color & guſtus.

Muſculorū caro qualis, & quod caro.

Tum verò (vt cœperam dicere) cor nulla vi nervorum mouetur: quod muſculis ſolis accidit. Sanè quidem ab exili ſextæ coniugationis recurrentis ſeu reuerſiui dicti portione, ſuperficies cordis exiguum ſenſum eſt ſortita: ſed nullus (vt apparet) neruus in eius ſubſtantiam intimam (ſi carnem auſim dicere: vel pulmonis & hepatis inſtar, παρέγχυμα potiùs) videtur diſtribui: ſicuti neque in pulmonem, hepar, lienem & renes: quarum partium ſummæ tantùm tunicæ, neruorum propagines percipiuntur excipere: corpora autē ipſa minimè. Quemadmodum enim muſculis omnibus, quòd actionis animalis eſſent inſtrumenta, magis neruis opus fuit: ita & cordi nullam actionem animalem habenti, tantis neruis opus fuit, quantis & prædictis ſingulis viſceribus. Cómunia enim omnia hæc, ne ſenſu omni carerent, plantarum inſtar, neruulos habuerunt. priuatim autem hepar & cor, quòd hæc eſſent facultatum quarundam principia: hepar quidem, animæ concupiſcibilis: cor autem, iraſcibilis & animoſæ virtutis, quæ Græcis (vt patuit) θυμοειδὴς, velut Platoni & Ariſtoteli, vocatur.

An cor parenchyma eſt?

Viſcerum nerui quales, & quorſum.

Cordis cum cæteris cognatio & diſſ.

Cordis actio nō eſt animalis.

Hepatis & cordis actio & principatus, & neruorum vſus.

Poſtremò nullo neruorum beneficio cor dimoueri, ex eo ſatis apparet, quòd illud thorace exemptum, diu & moueri & palpitare deprehenditur. eiúſque actionis excellentia, & vis pulſatilis huic vni propria primariò, & ab eo deinde arteriis communicata, ex ſua viſceri ſubſtantia, & ipſa ſui corporis natura ineſt. & ſanè (opinor) ab ipſo vitali ſpiritu, non à neruis aut aliunde inuecta. Praxagoras & Philotimus ſuapte vi pulſare tamen putant arterias: Herophilus veriùs, accepta à corde vi pulſificat Eraſiſtratus contrario cordi motu cieri cenſet arterias: illud enim cùm diſtenditur, repleri, propter vacui fugam: arterias contrà cùm replentur, vtrium inſtar diſtendi: repleri autem immiſſo à corde ſpiritu. ideóque cordis diaſtolen antecedere, deinde repletionem arteriarum conſequi. quod ſimilitudine à follibus & vtribus ducta probare conabatur: Folles enim diſtendi, vt implerentur; & cor pariter his: vtres autem ideo diſtendi, quòd priùs impleantur;

Cor non mouetur vi nervorum. Ab experientia.

Vis cordis pulſifica unde ſit, ex N.

Praxagoras. Philotimus. Herophilus. Eraſiſtratus.

Arteriarū pulſus, unde; & an cum motu cordis conſentiant.

Arteriæ qui pulſent. A ſimili.

ſicut & arteriæ. cuius tamen opinionem Galenus lib. de puls. eludit, & libr. 6. plac. Hipp. & Plat. conuincit, & libr. 6. de vſu part. eleuat: Arterias enim non ob id dilatari, quòd impleantur; ſed contrà, ob id quia dilatentur, impleri aſſerit: non vtrium, vt ille putabat, ſed follium in morem. Eraſiſtrati intermortuam opinionē exuſcitare voluit Columbus; & quod mihi fit mirum, anatomica fide viuorum animalium comprobare: ſimul & cum ipſo cordis motu, cerebri motum cōincidere adſtruxit. quod tamen, ſi arteriarum per ipſum & complurium & inſignium perreptantium motum (vt credo) ſequitur; cur non harum potiùs, quàm cordis ipſius motui quadrare & concordare dixit? ſed nequid videar affingere, ſic ille ſcribit lib. 14. de ſectione viua: Ad hæc, pulcherrimum viſu illud quoque accedit; motus ſcilicet cordis quemadmodum amplificetur atque arctetur: item qualis ſit motus arteriarum in viua anatome, ſi lubuerit, conſpicaberis: nunquid idem ſit, vel oppoſitus motui cordis. Comperies enim, dum cor dilatatur, conſtringi arterias: & rurſus in cordis conſtrictione, dilatari. Verùm animaduertas, dum cor ſurſum trahitur, & tumefieri videtur, tunc conſtringitur: cùm verò ſe exerit quaſi relaxatum (mendum hîc ſubeſt, vt alibi frequens, forſan à typographo) deorſum vergit: atque eo tempore dicitur cor quieſcere: eſtque tunc cordis ſyſtole: propterea quòd faciliùs ſuſcipit, minoréque labore: at cùm tranſmittit, maiori opus eſt robore (contra Gal. vt patebit.) Neque hoc floccifacias: etiam non paucos reperias, qui eo tempore cor dilatari certò opinantur, quo verè conſtringitur. hæc ille. quibus verbis, & implicitis, & quodammodo ſecum pugnantibus, non ille me docet, quod neſciebam: ſed quod ſciebam, hoc dedocet potiùs. Mihi enim ſemper tum videnti & contemplanti viuorum animalium (non hominum tamen, à qua abhorret animus) anatomen, ſiue manibus palpanti cor in thorace pulſans, & arterias in carpo; ſemper vtique tum illius, tum harum motus & quies, diaſtoléque & ſyſtole inuicem reſpondere percipiuntur. Et ſanè aut ille, aut nos fallimur: & ſuis ipſe ſe verbis, velut forex proptio prodit indicio. Quid enim aliud eſt diaſtole, quàm diſtentio & amplificatio cordis, ſuos ventriculos ad ſuſcipiendum ſanguinem & ſpiritum, explicantis? aut quid aliud ſyſtole, quàm contractio eiuſdem, tum ſanguinem in pulmones, tum ſpiritum vitalem in arterias (quibus mox dicetur vaſis) effundentis? nónne & pulmo ipſe ſuſceptarus aërem, eundémque viciſſim efflaturus, primò ſe pandit, deinde conſtringit? nónne & ea quæ quotidie ob oculos cernimus? dilatantur enim omnia, tum impleta, tum vt impleantur: conſtringuntur autem & conuraduntur tum vacuata, tum vt vacuentur. Sed ne tum quidem cùm cor & arteriæ aguntur hoc aut illud quieſcere, imò moueri dicuntur: ſicuti interualla dilatationis & conſtrictionis, viciſſitudo quietis dirimit ac ſeparat. Verùm ſi fallor, aliorum eſto iudicium, & Galeni doctiſſimi,

An arteriæ dilatentur, vt impleātur, vel contrà. A ſimili. Columbus.

Cerebrum, cordis motū imitatur, quo de cauſſa. Columbus pugnantia dicit.

Columbo, cordis & arteriarum diaſtole & ſyſtole ſibi aduerſātur, quomodo. Cordis ſyſtole fit, dū intumeſcit. & contrà. Nouum. Columbus videtur pugnantia dicere.

Columbi noua doctrina.

N. cor & arteria ſimul moueri ſentiuntur. Ab experientia. Prouerbiū. Diaſtole & ſyſtole, quid & quorſum.

A pari, & exempla.

Cor & arteria non quieſcunt in ſyſtole, & quies quando.

Dubium notabile.

acutiſſimi,& longiſſimi de pulſu commentarij nodum ſoluant. Quanquam vnum eſt, in quo mihi nondum ſatisfeci,quónam tam breui momento temporis, cor dilatatum dilatare poſſit arterias; & eo contracto illæ ſimul contrahi,vt amborum motus diaſtoles & ſyſtoles penè cõcidere,imò penitus conuenire videantur. Nónne enim æquum duxeris,cor ipſum motum inchoare,& hunc vicißim arterias ſubſequi? nónne credibile fuit,cor priùs cõſtringi,& arterias ab ipſo impleri diſtendique: quomodo vter aliquis in alterum vtrem effunditur? vt corde dilatato arteriæ conſtringantur: aut eo conſtricto, illæ dilatentur? An tam cita operatio eſt, vt nullum inſigne interuallum intercedat? an ſpiritus vitalis ea vis eſt, vt citiſſimè à centro corporis,& corde ipſo,ad circumferentiam,& extimas partes corporis vniuerſi, per venas micantes,quas arterias diximus, penetret? an cor vna pulſatione præuenit arteriarum morum: ita vt ſequens cordis ſyſtole impleat arterias:& plenæ arteriæ,priore ſua diaſtole,antecedentem cordis diaſtolen aſſequantur & æmulentur? vt in marinis fluctibus alternantibus,& mutuò ſe impellentibus videre eſt. an oculi nos fallunt? an tactus decipit? an ſenſuum tarditas hallucinatur? vt cùm fulgur aut fulgerram longè antè oculis cernimus: aut adactam arbori aſciam ſecuriſmve: quàm huius ictum,& illius conſequens tonitru, auribus percipimus? denique an nos noſtra fallit ratio,& Columbus clariùs cernit accipitre vel aquila? ſed de his alibi,quia longa verborum ambage res definiri poſtulat.

Quòd ſit, vt cordis & arteriarum diaſtole & ſyſtole concurrant? & tamen cor ſit motus cauſſa? Problema.

A ſimili.

Vis à corde in corpus vniuerſum.

Aliud ſimile.

Senſus falli poſſunt, ab exemplo.

Locus.

Concluſio.

Ergo rationibus illis jam à me poſitis,ni fallor,efficitur,vt cor,muſculus eſſe,& neruorum origo(de quo mox pluribus) falsò perhibeatur. Verùm vt ex eius motu hallucinati quidã,cor, muſculum eſſe malè aſſeruerunt: vel ſaltem μεταφορικῶς & impropriè,vel adeo cum Ariſtotele ipſo,vt patebit,locuti arguuntur; Nónne & ex eiuſdem externis auribus decepti, audire etiam ipſum (quod antea clariſſimorum quorundam philoſophorum teſtimonio parum veriſimili dici memini) pariter falsò iactabunt?

Cor,non eſt muſculus, neque neruorum origo.

Ironia.

De cordis auribus.

Cordi enim vtrinque epiphyſes ſiue proceſſus quidam peculiarem ſortiti ſubſtantiam,aurium formam præ ſe ferentes eminent: ſed ſiniſtra multò minor duriórque ac ſtrigoſior. Vt enim aures capiti vtrimque ſunt annexæ; ita & hæ cordi,quadam velut pyramidum obtuſa figura,baſi ad cor incumbente: ſed neruoſiores, & magis cuticulares ipſo cordis corpore,manifeſtò apparent, & colore nigriores corde reliquo: ſimiliter tamen illi, fibris multiplicibus præditæ, & neruulos,venulas, arteriolas cum eo communicantes: ſinus cuiuſdam ante cor efficiendi gratiâ à natura,vt apparet,inſtitutæ. Quam ob cauſſam,ipſas natura & concauas & cuticulares condidit: cõcauas quidem,vt ſinus producerent: cuticulares autem, neruoſas tenuéſque,tum ad robur, tum vt cordis motum promptè ſequerentur,dilatatæ dum conſtringitur,conſtrictæ dum dilatatur,vt Galenus lib. de vſu part. accuratè expoſuit. Imò verò & motu cordis ceſſante,adhuc aliquantiſper moueri ac

Auriam cordis ſubſtantia,forma, ſitus, color, compoſitio, & vſus.

Aures cordis cur cauæ & cuticulares.

Aures diuerſo cordis motu cientur,qui.

palpitare videntur. ſic enim materiam ex ſe expreſſam, cordi dilatato per vaſa ſibi inſerta A præmittunt. Ipſum porrò cor,omnibus,quæ in mentem cuiuſquam venire poſſunt, attrahendi facultatibus præditum, arripiens ac velut exorbens expreſſam intra ſe ab auribus materiam, citiſſimè ſuorum ventriculorum ſinibus excipit: vt ſolent folles aërem externum attrahere: aut magnes ferrum: aut vt ellychinum ſoler oleum exugere in alimentum flammæ. Quid enim ſpiritu ad refrigerationem cordi familiarius? quid ſanguine ad nutritionem vtilius?

Quidni & arteria? Aures cõtra cor moueantur & earũ vſus. Cordis vis trahendo, & recondendo ſinum, atque materia, & huius vtilitas.

A ſimili.

Duæ verò ſunt aures baſi cordis circumpoſitæ,in vtroque vaſorum materiam inuehentium B ſingulæ: in dextra quidem parte venam cauam dextra excipit in ſinum dextrum cordis hiantem: qua etiam parte, vena arterioſa in cordis eundem ſinum inibi inſeritur. in ſiniſteriore verò, arteria venoſa, & arteriæ magnæ principium collocatur: & ambæ in ſiniſtrum cordis ſinum radices agendo firmantur.

Aures cordis quæ vaſa excipiãt, vtrimque bina.

Et verò non ab vſu aut actione, aures eiuſmodi dictæ ſunt: ſed à ſimilitudine externa,vt jam attigi. non enim fruſtrà factæ, ſed temerè ſunt aures nominatæ: nam præter dictos vſus, etiam venam cauam, & arteriam venoſam, quæ in pulmones diuiditur, ab omnibus tutam iniuriis aſſerunt. de quibus vaſis,& aliis in corde C contentis dici nunc ex ordine conuenit: vbi priùs de differentia venæ & arteriæ hoc obiter adiecero.

Aures cordis cur nominatæ.

Propoſitio.

Primùm enim hoc ſcire intereſt,venæ nomine,ſiue τῆς φλεβὸς, apud antiquos omnes communiter intellectam fuiſſe tum venam,tum arteriam: & ita Hipp. & Plato & Ariſt. frequenter loquuntur,atque indigitant: nequis legendo hallucinetur,venam propriè intelligés,quæ non ratò arteria ſignificatur: nam & Plinius lib.7.cap.51.venarum inæquabilem aut formicantem percuſſum ex Hipp. vocat. & Cicero D 2. nat. Deor. A corde in totum corpus cibum per venas diſtribui ſcribit. ac de aliis alio loco, & præcipuè Græcis. Ætas tamen poſterior, diuerſa ſitu & origine ac ſubſtantia,duo iſta vaſorum genera diſtinxit. quæ enim pulſu caret, tenui & ſimplici ac peculiari tunica conſtat (quæ enim venis atque arteriis quibuſdam extrinſecùs circunfunditur membrana tenuis,cõnectens aut affirmans illas vicinis particulis,ea nunc prætermittitur, illis velut minimè propria aut peculiaris) & ſolum ſanguinem (niſi fortè ſimul & ſpiritum perexiguum, vt reor) continet,alẽdis partibus deſtinata: ea (inquam) E communi vſu atque appellatione, vena peculiari nomine dici meruit: quòd per eam ſanguis ad omnes corporis partes veniat,ſic (vt videri poteſt) appellata. Græcè φλεὼ, ἀπὸ τῆ φλύσις ἢ φλύσεως, vt mihi quidem videtur: quòd ſanguine ſcaturiat ac plena ſit. ἀπὸ τῆ θέρμης τῆ φλύσις, ob calorem & æſtum intus contenti ſanguinis. Tantum enim caloris habet quiſque, quantum & ſanguinis,vt dicebat Hippocrates.

Vena nomen olim complectebatur etiam arteriam.

Vena & arteria differentia.

Vena,quid, & vnde dicta.

Membranula ſuperficiaria venæ & arteriæ.

φλεὼ vnde dicatur.

Calor à ſanguine eſt.

At quæ pulſu citatur aſſiduo, & tunica peculiari duplici conſtat,omni fibrarum genere, præcipuaque tranſuerſarum,ad expulſionis ro-

Arteria, quid ſit, eiuſque compoſitio.

Digitized by Google

& vſus, & vnde dicta.

bur & celeritatem, intertexta, ex ipſis cordis denſis ac fibroſis partibus efficta (nam vnde venarum tunica conſtet, poſthac inquiremus) quarum geminarum tunicarum quæ exterior, ea venæ tunica conſtat: interior autem, craſſitie huius ferè quintupla, vt veteres Anatomici notarunt (intima namque, velut aranеæ telæ ſimilis, ac veluti tenue quoddam concremẽtum, vix niſi in magnis arteriis, & vetuſtiorum hominum vel animalium conſpicitur; ideo neque aliis annumeratur: ac de extima tenuiſſima, & velut quarta quadam communi tunica nunc nuper monui) illa quoniam ſpiritui tenuiori, aut ſpirituoſo ſanguini, eique pauco vaporoſóque, ſi venis compares, continendo & arctè custodiendo dicata fuit, atque ad vitam partis ſuſtentandam; ob eam ipſam cauſſam, ὅθεν ἀπὸ τοῦ ἀείρειν τηρεῖν; à capiendo & ſeruando aëre, arteria dici meruit. Rectéque Plinius cap. 37. lib. 11. Inter neruos latent arteriæ, id eſt ſpiritus ſemitæ. his innatant venæ, id eſt ſanguinis riui. Arteriarum pulſus in cacumine maximè membrorum euidens, index ferè morborum, in modulos certos legéſque metricas, per ætates ſtabilis aut citatus, aut tardus, deſcriptus ab Herophilo medicinæ vate miranda arte, nimiam propter ſubtilitatẽ deſertus. Obſeruatione tamen crebri aut languidi ictus, gubernacula vitæ tẽperat. Arteriæ carẽt ſenſu: nam & ſanguine (ſed hoc falsò) nec omnes vitalem continẽt ſpiritum, præciſiſque torpeſcit tamen pars ea corporis. Diximus alibi de arteria aſpera cognominata, quæ à gutture incipiẽs, per collum inuecta, in pulmones ſpargitur (niſi tu contrario ductu, à pulmonibus ex corde ortam, ex quo reliquis arteriis origo eſt, per collum euectam, in fauces deſinere, mecum malis aſſerere) ramulis ſuis chartilagineis, figma ſine ſemicirculi figuram referentibus, per totam pulmonum ſubſtantiam diducta. quæ tota & ſola ſoli aëri excipiendo ac perferendo vltrò citróque, deſtinata & comparata eſt; eadem propriè ab illo officio arteria nominanda: cùm reliquæ arteriæ pulſatiles confuſum ſpiritui ſanguinem contineant, vt Galenus contra Eraſiſtratum peculiaribus monimẽtis & verè & neceſſariò demonſtrauit, & anatomia vinorum certò comprobauit. Quarum vſum cùm alij aliò referant; plerique autem ad frigus toti corpori impertiendum, ratione infiti aëris, factas arterias aſſerant: ego aut ad calfaciendum potiùs, ob ſanguinem de corde viuificum hauſtũ & delatum, cum ſpiritu vitali præcalido permixtum, comparatas & inſtitutas à natura duco arterias: aut ſaltem ad calorem & frigus contemperandum, & ad vitam fouendam, vi à corde quoquò verſum delata, & earundem beneficio diſtributa. Quomodo enim frigus importent, cùm à foco calidiſſimo prodeant; & ſpiritus atque ſanguinem feruentiores, vt mox patebit, conuehant?

Membranula intima arteriarũ.

Vena & arteria differentia, vſu, & natura.

Herophili doctrina de pulſu, quæ ſit.

Arteria trachéa origo ex N. eius compoſitio, & vſus.

Differentia trachææ ab aliis arteriis.

Arteriarũ vſus, ex N.

Arteria non refrigerant, cur.

Arteria aorta ſynonyma, origo. ſoboles, vti, ſubſtãtia, motus.

Porrò autem omnium arteriarum vnus communis veluti caudex (maiora autem, eſſe minorum principia, tum fontes comparati riuulis; tum caput ſeu radicatio arboris, inter truncum & radices media, ſatis arguit, & nos poſtea exactiùs expendemus) & commune principium, arteria magna exiſtit: quæquidem aliquibus recta, aliis craſſa, & Hippocrati primùm, vt apparet (contra quorundam ſententiam tamen) deinde Ariſtoteli, Macedonico idiomate Aorta dicitur (forſan quòd illi ἀορτὴν, vaginam Macedones vocitent) à corde ipſo, iuxta baſis centrum, ex elatiori eiuſdem ſiniſtri ventriculi ſede exorta, & ſimiliter illi aſſiduè viuo animali pulſans: accepta ab eodem necnon ſubſtãtia conſimili, & facultate pari, & motuũ proportione. Quorum, qui cor & arterias conſecutione quadam dilatat, διαστολὴ, diſtentio ſeu dilatatio dicitur: qui vtraque contrahit, συστολὴ, conſtrictio vocatur. quos geminos motus, duplex quies diuidit, altera diaſtolen, altera ſyſtolen excipiens. inter duos enim contrarios motus, media ſemper quies, vt Phyſici docent, intercedat neceſſe eſt. Vterque autem ille motus dilatatione & contractione comprehenſus, communi nomine σφυγμὸς, pulſus appellatur: actio ſiue operatio naturalis, extra voluntatem & arbitrium poſita. de cuius cauſſis, differentiis, prognoſticis, Galenus & multa & præclara ſcripſit volumina, ipſo ingenij acumine cum naturæ induſtria certans, & argumenti varietatem, ſermonis copia atque vbertate ſi non ſuperans, at æquans tamen. niſi quòd rei tractatæ obſcuritas, & ipſa orationis implicita ſeries, Delium nonnuſquam natatorem, vt de Heraclito dicere ſolitum accepimus Socratem, aut coniectorem Oedipum deſiderat. hanc enim medicinæ partem valdè neceſſariam, Hipp. propemodùm intactam reliquit, vt aliàs monui: & veteres omnes modicè attigerunt; aut rem aggreſſi, malè & imperfectè tractarunt, nouitate, & obſcuritate, & difficultate argumenti deterriti, vt credi par eſt, & de Herophilo nuper monui. ſed Hippocratis tibi haud infacetam pulſus arteriarum cauſſam ſubiungo, ex initio lib. de locis in homine: vbi nec minùs egregia venarum partitio & ortus notatur. Venæ temporum, ait, ſemper pulſant. ſolæ autem ex venis, ſanguine non rigãtur; ſed auertitur ex ipſis ſanguis. qui autem auertitur, influenti occurrit: & quidem auertitur, volẽs diſcedere: qui verò ſupernè influit, volens infrà procedere; hîc impelluntur ac diffunduntur, ac mutuò circumagitantur, & pulſum venis exhibent. hæc bonus ille ſenex: quæ ſi vera eſſent, nos fruſtrà de conſenſu pulſus cordis & arteriarum, eiúſque cauſſa inaniter laboraſſemus. Qui autem πάλμος, palpitatio dicitur; vtique cordis motus eſt, ſed præter naturam, & affectus morboſus, nonnullis aut lethalis, aut ſanè mortem citam accelerans, & hominem primæuo ætatis flore, repentè & ex improuiſo extinguẽs: alterius vtique & loci, & tẽporis. de pulſu enim naturali agim⁹, & ſola naturalia perſequimur.

Maiora ex ſint minorum principia? Ab exẽplo.

Diaſtole & ſyſtole quid, & quid intercedat ambarum quies.

Quies inter motus diuerſos.

Pulſus, quid.

Gal. lib. de pulſ. & de q. N. iudicium.

Prouerb. Delius natator.

Oedipus.

Hipp. ſæpe nil de pulſu ſcripſit, & male: etiamſi pulſus, cur.

Palpitatio cordis, quid.

Neque igitur corde ſublato, arteriæ ſubmittuntur; aut contrà, ſubmiſſo illo, attolluntur: ſed ambo (vt plerique omnes docti ſentiũt) eodem tempore, ac propè momẽto, & ſubmittuntur & eleuantur tum cor, tum arteriæ: quod admotæ (vt antè dixi) cordi carpóque manus facilè diiudicãt: & viuorũ anatomia deregit. quanquã mihi

Cordis & arteriarum motus proportio.

Ab experientia.

Google

quidem fit verisimile, ipsum cor, motus pulsifici causſam, vtique priùs cieri, ac velut præsulis cuiusdam (vt sic dicam) officio fungi: sed vix vllo tamen satis notabili spatio anteire. nisi fortè magis arridet nostra illa paulò antè quæsita, & in medium posita examinanda doctis ζητήματα. vel nisi siquis est, cui haud aspernandam Erasistrati priscam, & Columbi interpolatam sequi placet sententiam: cuius te meminisse ex antegressis volo & cupio. Vt hoc deinceps intelligas, quod ex Galeno contra Erasistratum antehàc attigi, Non ob id dilatari, quòd impleantur arteriæ: sed quia dilatantur, ideo repleri. vt res ad follem, non ad vtrem, similitudine potiùs accedat.

N. sententia de pulsu cordis & arteriarũ.

Problema de pulsu.

Erasistratus.

Columbus.

Arteria an dilatetur vt impleatur, vel contrà.

Cæterùm cor dilatari aut comprimi (vt idem per analogiam & consequentiam, de arteriis intelligas) nihil aliud est vtique, quàm ipsius ventriculorum latitudinem (quod Columbus non videtur reputasse) plurimùm diduci aut concidere. nam diastole, distendens est motus: systole autem, contrahens, vt ipsa verba sonant; διαστολὴ μὲν ἐπεκτατικὴ καὶ συστολὴ συνεκτικὴ. Quam in rem, & fortia ligamenta, & omne fibrarum genus, cor habuit eiusmodi, & expeditè & celeriter, & concitatè (sed præcipuè caloris & spiritus vitalis ὁρμὴν καὶ διαχυσιν, vi & potentiâ, commotorum & agitatorum, vt reor) ad tres diuersas constitutiones ageretur ac traduceretur. dilatetur quidem, quando quod naturæ suæ est accommodatum, trahere appetit: sanguinem verò trahit à vena caua in dextrum ventriculum; & ab arteria venosa, sanguinem cum spiritu, in sinistrum. adstringatur autem vndique, quando ijs quæ traxerit, frui tempestiuum sit. contrahatur denique, quando sibi superfluis excernendis sese accinxerit, vt Galenus pulcherrimè discreuit libr. 6. de vsu part. expellit autem sanguinem ad pulmones per venam arteriosam; & per arteriam aortam, spiritus vitales in totum corpus diffundit. sed de vsu respirationis cordi necessario satis antehàc.

A simil. Systole & diastole cordis & arteriarũ, quid, & vnde dicantur, & quô fiant. Contra Columbũ.

N. de motu cordis, eiúsque causſa efficiente, opinio.

Cordis triplex motus dilatandi, astringẽdi, & contrahendi, quorsum fiat, quidve faciat.

Arteriarum porrò per totum corpus distributionem nunc minimè persequar; & cur, aut quomodo arteria magna in totum animantis corpus diuidatur, duas quidem primò in partes, imparibus tamen portionibus diffundenda: quarum maior deorsum (vbi & plures & maiores partes insunt) per medias vertebras feratur: minor sursum & ad pauciores & minores (simodò bene metimur) deducatur. hæc Anatomicis specialia relinquimus: nobis autem satis sit, vniuersalia nunc & potissima quæque speculari. hoc tamen interim sic habe. In toto corpore mutuam esse quandam ἀναστόμωσιν, atque oscillorum apertionem arteriis simul ac venis communem: transsumíque ac traduci vicissim sanguinem & spiritum per dicta vasa: vijs tamen non ita patentibus aut manifestis: sed angustis planè & conniuentibus, ac si licet dicere, inuisibilibus, quas Græcorum nonnulli ἀοράτους vocant.

Arteria magna bifaria & impar diuisio, quæstio.

N. institutum circa anatomicam partium. Anastomosis venarũ & arteriarum quâ fiat, & quorsum.

Quemadmodum igitur pulsans ipsum viscus, cor omnes appellant: sic etiam vasa singula pulsantia, à sinistro cordis ventriculo exorta, & propagata, tũ sibi inexicè, tum cordi ipsi pulsandi modo numeroque respõdentia, Arterias nuncupant; continuitate quadã illi aortæ vocatæ affines & cognatas, & verò illi tanquam parenti suæ cohærentes. Enimuerò natura in fabrica duorum vasorum à corde exortorum lusit insigniter; cùm ex sinistro cordis ventriculo, arteriam venosam; ex dextro, venam arteriosam eduxit. sic enim vocant arteriam, quæ ex dextro cordis sinu oritur: venam autem, quæ ex sinistro, habita substantiæ corporeæ, & tunicarum ratione; quòd hæc, venæ simpliciore tunica, ob viciniam, & mollitiem, motúmque facilem pulmonis: illa, arteriæ plus quàm quintuplici constet. Vt contrà, habita ratione vsus, quæ ex sinistro prodit ventriculo, arteria sit, vi prædita pulsatili & spirituosa, ad vitam fruendam magis comparata: atque adeo ad sanguinem cum aere à pulmonibus mixtum, ad sinistrum cordis ventriculum perferendum. Quæ autem è dextro, vena sit, pulsus expers, & sanguini atque alimento potiùs à natura destinata, sicuti antea in pulmonum descriptione diligenter notauimus.

Arteria orta, & pulsu communis.

De arteria venali & vena arterialis ortu, nominis causſa, compositionis ratione.

Quanquam arterias in pulmonum substantia dispersas & abstumpias, parum euidenter pulsare perspicias. sed à cõmunione, quã cum vtroque cordis ventriculo habẽt, indi nomen debet venæ aut arteriæ: appendix verò, à corporea substantia, arteriosa venosáque: illa quippe tum motui cordis, tum materiæ contentæ, tum vsui vasorum conuenientissima. de vsu autem venæ arterialis, & arteriæ venalis dictum à nobis antea copiosè.

Arteria pulmonum vix pulsat.

Nomen & cognomen venæ & arteriæ; itẽ venalis & arterialis, vnde: & cõpositionis ratio.

Arteria verò magna, de sinistro (vt dictum paulò antè est) cordis exorta supremo ventriculo, non huic aut illi parti designata; sed toti adeo corpori comparata debet intelligi: cuius in partes penè vniuersas, comite quidem vena (rarò enim fit, vt alteram altera deserat) longè latéque dispescitur, spiritum vitalem atque viuificum circunferens: quo sine, vita toti aut parti salua esse nequit.

Arteria aorta origo, vsúsque.

Arteria vix sine vena.

Enimuerò in cordis vasis omnibus obseruari nihilo seciùs debet naturæ prouidentia ad materiam continendam vel arcendam, vascula & eorum orificia solerter fabricantis. In tribus enim reliquis vasis cordis, ternas: in sinistra autem arteria venali, binas artificiosè membranas, vasorum insertioni obduxit; figura quidem, ternas illas ternis telorum cuspidibus haud absimili: quas idcirco τεσσαρόγκους Anatomici veteres denominarunt, quasi trisulcas dixeris. Quarum radices cor dilatatum trahens, aperit quidem intromittentium materias orificia vasorum, claudit autem educentium: sed adiuuante sanguinis impetu, vel membranulas euertentis, vel comprimendo firmiùs occludentis. Duo autem duorum vasorum orificia singulis ventriculis inhiant, dextro quidem per venas sanguinẽ inuehentia: spiritum autẽ sinistro per arteriam venosam importantia. at per aortam arteriã, spiritũ tori corpori inspirãdum exorbentia. Orificiorũ autẽ istorum maximum est, quod à vena caua, orbem insignem effingẽs.

De membranulis trisulcis vasorũ, cordis, earúmque vsu, & figura.

Τεσσαρόγκους membranas. Vasa quæ, & quid, & quomodo in cor, quáque parte se exonerẽt.

Arteria aorta, quid à corde edat, & quorsum.

Digitized by Google

Quatuor orificiorum eorundem vaſorum collatio inter ſe.

è reliquis, quod ab arteria venali, cum eo quod à magna arteria editur, amplitudine contendit, circulum cauæ haud abſimilem, minorem tamen exprimens. reliquum venæ arterialis orificium cæteris amplitudine concedit. A

Verùm ſatiùs eſt audire Galenum libr. 6. de vſu part. harum vndecim membranarum vſum & artificium ſubtiliter indagantem atque expromentem, ac de multis eius verbis, ſummam rei (addendo pauca, vbi deficere videbitur oratio) narrationem ſic breuiter contexere. Cùm

Quatuor orificiorum in corde cõpoſitio, & membranarum obductarũ ratio, numerus & ortus.

quatuor ſint in corde orificia: tres quidem in ſingulis aliis ſunt membranæ; duæ autem duntaxat in arteria venoſa. Oriuntur porrò omnes ex ipſis orificiis: vnde profectæ, aliæ quidem foris introrsùm progrediuntur in cordis ventriculos: ad quos etiam ligamentis fortibus annectũtur: aliæ verò intus foràs vergunt, quà primùm vtrumque vas è corde emergit. Sunt autem in B

De vena arteriali, eiúſque vſu, & membranarum ſitu figuráque.

vena quidem arterioſa (per quam pulmonem ali à corde contracto, antea diximus) membranæ tres intus foràs ſpectantes; quas à figura literæ Σ (hac quidem ſemicirculari forma C) qui accuratiùs tractarunt anatomas, σιγμοειδεῖς appellarũt. In caua porrò vena, quæ ſanguinem (in cordis ſinum dextrum dilatatum) introducit, tres quoque foris introrsùm pertinentes inſunt

De vena caua, eius vſu, & mẽbranarum forma.

membranæ: ſed quæ multùm craſſitie; robore ac magnitudine illas antecedant. aliud tertium nullum eſt in dextro ventriculo orificium. C

De arteria magna, eius vſu, & membranarum figura.

In altero autem cordis ventriculo, alterum quidem omnium maximum eſt orificium (vide tamen, an cauæ venæ orificio maius, ac num potiùs anguſtius ſit) nempe arteriæ magnæ, à qua omnes ducuntur, vt nuper diximus, quæ in totum animal diſpertiuntur arteriæ. tres verò

An orificiũ aorta ſit maximum vaſorum cordis?

huic quoque membranarum σιγμοειδῆ intus foràs vergentium inſunt epiphyſes. Aliud verò

De arteria venoſa, eius vſu, & membranarum figura ſitúque.

arteriæ venoſæ, quæ in pulmonem diſtribuitur (& cordi dilatato ſpiritum ſuggerit; eóque contracto, fuliginem excernit) orificium duarum mẽbranarum foris introrsùm (vt putant; quanquam inducendæ & educendæ materiæ ſeruit) pertinentium habet epiphyſin: non tamen σιγμοειδῆ, aliarum inſtar. (quia videlicet conceptã intra ſe materiam vltrò citróque cõmeare fuit neceſſe: in reliquis verò ſecùs, aut foris introrsùm, aut intus foràs tantùm, vt oſtendimus.) D

Sola venalis arteria duas habet membranas. & hæc illàc perfluit.

Porrò tres illas, quæ ſunt ad venæ cauæ orificium (in dextrum nempe cordis ventriculum dilatati ſeſe exoneraturæ) τριλαχίνας, à mutua inter ſeipſa compoſitione nominant, telorum angulis atque eminentiis ſimiles cuſpidibúſque, vt paulò antè diximus. Quæ verò ſunt ad os venoſæ arteriæ, cùm eæ tantùm duæ ſint, nemo τετραλαχίνας nominarit; tum quòd cuiuſque figura, tum quòd ambarum coniunctio cuſpidem non æmuletur. ſunt qui mitræ epiſcopalis ſummis duobus acutis apicibus comparent. E

Τετραλαχίνου figura & appellationis ratio: & cur nihil ad venalem arteriam.

Arteria venalis cuſpidum forma.

A ſimili.

Vaſorum intromittentium & emittentiũ comparatio roborũ mẽbranarum, & impulſus vehemẽtia.

Atque in vaſis quidem, quæ materias intromittunt, fortes & magnæ ſunt membranæ, quæ vim impulſionis ſuſtineant. in ijs autem, quæ foràs emittunt & eiaculantur, imbecilliores extiterunt. maiore enim vi cor dilatatum trahit, quàm contractum expellit (contrà quàm Columbus antea ſenſit.) Quæ res tamen inſpectione, & τῇ ἀνθῴᾳ, multo facilius, quàm ſcripto aut oratione percipi poteſt. & quia demonſtratio longior eſt, & parum vtilitatis habet; ideo nunc à nobis prætermittitur: eámque curioſam ſpeculationẽ Galeno relinquimus ſingillatim & copiosè ſuo more explicandam l. 6. de vſu part.

Tranſitio.

Cæterùm vt alacriter atque expeditè reliqua illa oſcula patefierent, & exactè clauderentur; membranas natura ternas conſtituit ſibi inuicem implicandas & incumbentes mutuò. ſolius autẽ arteriæ venoſæ orificio duas tantùm præfecit, ne adamuſſim clauderetur: ſed vt trãſitum à corde ad pulmones excrementis fuliginoſis omni momento eiaculandis relinqueret. Sic igitur tenſæ à corde vaſorum iſtæ tunicæ foris introrsùm ſpectantes, materiam impellunt, & cordi ſuggerunt egenti: neque tamen mox relabi ſinunt. At quæ intus foras vergunt: eo pariter diſtendente, & à radicibus earum trahẽte, materiam extra ſe pellunt, neque regurgitare mox patiuntur. Quo fit, vt cor nullum inanem ſubeat laborem, tum noxia expellendo, tum vtilia attrahendo. ſic vt trahẽte illo, nihil egrediatur: & expellente, nihil ingrediatur, oſculis per dictas mẽbranas ad vnguem cõmiſſis & copreſſis. trahit enim cor, mittunt autem quæ ad aures cordis adiacent cauitates: vaſa denique deducunt. quorum omnium vnum eſt motionis principium; cordis nempe dilatatio. Sic contracto thorace, pulſæ atque introrsùm cõpreſſæ vndique fortiter, quæ in pulmone ſunt, venoſæ arteriæ exprimũt quidem quàm celerrimè ſpiritum intra ſe contentum: tranſſumunt autem per ſubtilia illa oſcilla, ſanguinis portionem aliquam. quod numquam cõtingeret, ſi ſanguis per maximum & ſemper patulum oſculum retrò commeare potuiſſet. ſed intercluſo aditu, dum comprimitur vndique, diſtillat quippiam per exigua illa orificia in arterias, pulmoni alendo perutile futurum.

Cur reliquæ ternæ vaſis ternis; vni autem venali arteriæ, inſint membranæ binæ.

Membranarum ſitus introrsùm ſpectantium, vſus, itemque earum foràs; & hinc cordis labor allenatur, quomodo.

Cordis tractio quæ ſit.

Arteriæ venalis quomodo ſpiritum alidat, & ſanguinem propellat, & quem in vſum.

Idem thorax quantumlibet contrahatur, comprimet quidem venas: ſed vt per os quicquam regeratur, nunquam efficiet: cùm ſit os diligenter à membranis concluſum & obſitum. Quantò enim thorax contendit vehementiùs, ſanguinem elidens: tantò membranæ ipſæ exactiùs occludunt. Ab interiore enim parte extrà emergentes, totúmque orificium in orbem obſidentes; figuram præterea atque magnitudinem ita exactam habentes, vt ſi tenſæ omnes atque erectæ ſimul fuerint, vnius magnæ totũ orificium obturantis ſpeciem referant: ab ijs quidem, quæ ab internis extrà erũpunt, euerſæ, & extrinſecùs tunicæ ipſius venæ accidentes, tranſitum ipſis adaperto ac plurimùm diducto orificio facilè dant. Quòd ſiquid extrinſecùs intrà feratur; hoc ipſum cogit membranas in vnum, vt aliæ incumbant aliis, atque ex ipſis quandã velut portam adamuſſim clauſam cõſtituant. In omnibus itaque vaſorũ à corde proficiſcentiũ orificiis, mẽbranæ aliæ aliis incumbẽtes extiterũt, eo artificio cõſtitutæ, vt ſi tenſæ ſimul fuerint, ſteterintque erectæ, totũ orificiũ obſtruant. Cõmunis autem ipſarũ omnium eſt vſus,

Venæ contracto thorace cur ſanguinem non profundant; & vis vſuſque membranarum, atque ſitus & figura: & quomodo ſe pandãt, aut occludant.

Digitized by

Vasorum cordis membranarum omnium communis vsus, & singularum speciatim: horum cordis allevatio, quorsum. Quatuor vasorum cordis bifida partitio, & vsus distinctus. De ventriculis cordis, eorum numero, sitv, vsúque. A simili.

vsus,vt materias retrò meare prohibeant: vtrarúmq. verò proprius, educentiũ quidẽ è corde materias,ne ampliùs ad ipsum remeent: inducentiũ verò,ne ampliùs ex ipso effluant. Nolebat enim natura vano labore cor fatigari: neq. in eã partem aliquando emittere, vnde trahere præstiterat: neq. rursus ex illa ducere,ad quam mittere erat necesse. Proinde ex quatuor orificiis,quæ bina in vtroq. cordis ventriculo cõsistunt;altera quidẽ inducunt,altera verò educũt eam quã dixi materiã. Sed de his iam plus satis: plura etiam tibi Galenus libro citato recitabit.

De vẽtriculis cordis penitissimis & abditissimis postremo hoc loco videtur dicẽdum, quò mihi tota cordis & partiũ eiusdẽ natura explicãda decurrat.sic autẽ vocãt insignes quasdam capacitates,quæ cordi vtrimq. insũt,dextra lęuáq.; duo veluti arcana promptuaria diuitiarũ naturę præcipuarũ,abditissima,penitissima,occultissima,& loco omniũ munitissimo recluſa. quasi thesaurũ præcipuũ & nobilẽ solers natura sic occultare ac recondere voluerit, ne esset externis iniuriis,& tanquã rapinis obnoxius latronũ,grassatorũ, furũ,prædonũq. Sinistrũ vocãt Anatomici spirituosum,vel aëreũ, qui altero minor est,coniformis,in lõgũ rotũdus. Dextrũ autẽ, altero nõ paulò maiorẽ & capaciorẽ, ac semicirculi figura inæqualiter intus exporrectũ,sanguineũ appellãt,quòd sanguis in hoc aut solus, aut sanè plurimus: in illo autẽ, spiritus cõtrà solus,aut potiùs plurimus pauco sanguini cõfusus insit. quæ proportio mihi videtur in arteriis ab hoc fonte manantibus ceu tiuulis etiãnum seruari. Hũc autẽ spiritũ vitalem vocãt(minùs enim rectè Zeno animalẽ dicebat) quòd sit vitæ efficax,& caloris natiui fomes atque basis: ex naturali spiritu crassiore elaboratus:& animalẽ spiritũ de se potissimũ generãs, in plexu illo admirabili dicto perficiũdũ ac depurandũ; quẽ in cerebri basi arteriæ cõplusculæ intertextæ efficiũt. de quo,vt & de tota spirituũ natura,ortu,differẽtia,numero,vi atq. efficacia, satis supérq. iã inde ab initio huius operis,& 1.lib.de peste. Quòd autẽ in sinistro cordis vẽtriculo,cũ spiritu vitali plurimo, sanguinẽ paucũ,tenuẽ,præcalidũ atq. æstuantẽ(cõtra Arist.de quo patebit) cõtineri dixi: id quidem tũ experiẽtia cõuincit, tũ ratio nõ obscura docet. Nemo enim tã acutus aut subtilis vnquam extitit, qui viuo animali hũc vẽtriculũ mucrone aperuerit,vt nõ statim cũ spiritibus sanguis effũderetur: nihilóq. minùs mortuo, cõcretus in eo sanguis, paucior tamen, inueniri solet. Deinde siqua ratio est, quæ persuadeat in arteriis sanguinẽ cũ spiritu cõtineri: nõne eadẽ cõuincet,in sinistro cordis sinu vtrũq. cõmisceri? cũ arteriis sua inde origo constet? & ab hoc veluti fonte, vt dixi, suos ille innumeros riuulos sanguinis & spiritus viuifici, per corpus vniuersum diffundant? Hic nẽpe focus caloris natiui,quo animal regitur:hic fons spirituũ vitaliũ longè vberrimus: hic focus tanquã ignis illius Vestalis nunquã nisi morte extinguibilis: aut si Græcè mauis, ἀσβέστου. vt non immeritò ignẽ,non caloré Plato vocarit: sed

2. Ventriculorũ differentia, forma, & denominatio, quæve contineant.

Arteriarũ ortus, & contenta.

Spiritus vitalis vbi, & cur dictus, vnde exoriatur, quid gignat. Rara mirabilis situs & vsus.

Sinistri vẽtriculi sanguis & spiritus qualis: & quòd sanguinem necessariò cõtineat.

Vt in arteriis, sic in sinistro cordis ventriculo sanguis cum spiritu continetur. Arteriarũ ortus & vsus.

Laus & vsus sinistri cordis ventriculi. A simili.

Platonis oratio & caussa defenditur.

Cor sectũ vivo animali æstuat.

Vita in calore, eiusq. sedes, & origo.

Cor primũ viuens, vltimum moritur.

Cõparatio duorũ ventriculorum cordis inter se, & cum aliis partibus corporis.

Cordis partes cur sinister dẽsior, dexter tenuior sint.

Moles cordis vtraque quemodo pondere æqualis: & è diverso incõmoda.

2. Ventriculorũ cordis comparatio amplitudinis.

Sanguinis & spiritus in vtroque ventriculo dispar quãtitas.

Parmenides.

Melissus.

Omnia in omnibus.

Cordis & hepatis differentia sanguinis.

Venarũ & arteriarum qualis sanguis & spiritus contusus in vtrisque.

In corpore nil fyncerum.

Ambo vẽtriculi cordis pulsant, etiã extra animal, sed inæqualiter, quæ de causa.

Platonis caussam aduersus reprehensores rutatus,vel adeo cõtra ipsum Aristotelẽ: qui tamen secutus magistrũ, tali tropo eleganter vti non reformidauit,vt postea citatus ostendet. Ita vt siquis inter iugulãdum & confodiendũ, suam inferat animali manũ,& cordi diffisso insinuet; vix ferẽdo calori tanto par esse possit. quasi hęc vitæ sedes,quæ in calore consistat: hæc caloris per animal totum diffundendi vna sit origo, & quasi dixeris,minera quædam. vt inde vita oriri,ibidẽq. desinere nõ immeritò, neq. omnino abs re(de quo tamẽ nõ ita multò pòst)videatur Aristoteli,cor primũ viuens, & vltimũ moriẽs asserẽti. Ac si per comparationem loqui libet; tãtò sinister cordis sinus dextro præstãtior est; quãtò dexter reliquis penè totius corporis (cerebrũ tamen excipio,sua quadã prærogatiua insigne) partibus vniuersis dignitate antecellit. Porrò autẽ corpus ipsum cordis,sinistra quidẽ parte totum crassum est admodũ,ac durum; vt quod ventriculi spirituosi tegumẽtum esset futurum: dextra verò,tenue ac molle: simul quidem vt materiis vtrobique esset consentaneũ: simul autem ne cor in alterutram partem propenderet,ait Gal.lib.6. de vsu part. Nam satius fuit,tum spiritum ipsum tunica crassiori contineri: tum sanguinis dextro ventriculo cõtendentem habere. Quòd si natura eundem ventriculum simul quidem crassum, simul etiam sanguine plenum effecisset: omnino ad illum, cor totum conuerteretur atque inclinaret.nũc autem,quòd corporis moles grauior, materiæ leuiori sit circundara: leuior autem, grauiori: æquabilis momenti cor ac ponderis ab vtraq. parte fuit. Ex quo simul datur intelligi,tum ex ponderis,tum ex carnis modo & copia, sinum dextrum longè capaciorem,& magis cauum sinistro: hunc illo compactiorem & angustiorem extitisse.nõ quòd sanguis & spiritus in vtroque ventriculo cordis non comprehendatur: quia rectè Hipp. & Physici quidam apud Aristot. vt Parmenides ac Melissus, omnia quodammodo in omnibus esse contendunt: sed copiosior multò in dextro quidem, sanguinis: in sinistro autem, spiritus copia. ambo tamẽ sanguine pleni deprehẽduntur,tenui,flauo, subtili,calido, sicco, si cũ sanguine hepatis cõpares rubidiore humidioréque. Similitérque arteriæ quidem tenuem & purum ac vaporosum paucúmque continent sanguinẽ,venæ autem,paucum,eundémque caliginosum aërem: sanguinẽ autem rubidiorẽ crassiorémq. plurimum. Deniq. in corpore humano nihil planè syncerũ: sed omnia omnibus mixta confusáq. sunt, non tamen æqualiter. Ex quo efficitur, vt cordis ventriculi pulsare quidem vtrique thorace patefacto,imò etiam corde ipso extra animal viuũ educto & calido & palpitanti videantur. non pari tamen mẽsura vtrisque sanguis & spiritus contineatur. sed nec opinor, pari pulsatione ambo citentur & agitentur: sed sinister eò magis, quàm dexter, quòd plus ille spiritus, hic plus sanguinis inclusum continet. Nam li-

Cordis pulsus an à substãtia, an à spiritu vitali? N. à Gal. discrepat sententia.

παλμὸς, quid.

Spiritus vitalis natura ignea, quietis impatiens.

Cor quomodo à spiritu agitetur.

Rei mobili quies funesta est.

Carnis cordis usus, & proprietas.

Alimentum suos venarũ & arteriarum usus.

De cordis foraminibus ventriculorum pervijs.

Ventriculorum cordis sympathia, & foraminum usus intermediorum, & spiritus ac sanguinis discursus mutuus.

Foraminũ cordis figura.

Columbus negat vllã cordis septo inesse foramen.

Quòd vitales spiritus in pulmone elaborẽtur, & quibus vasis.

Mors intõ spiritus vel dat stipãla foramina.

Foraminũ septi cordis necessitas.

Vt ventriculus ad venas, sic se venæ habent ad arterias.

Spiritus animalis alimẽtum. vnde, & quid sit.

Venarũ &

cet Galenus vim pulsandi ipsi cordis substantiæ & corpori tribuat, vt patuit: mihi tamen credibilius sit, vim pulsificam, Græcè σφυκτικὴν dictam (πάλμον enim, palpitationem, velut præter naturam, & ex caussa morbifica enatam, ab hoc sermone excludi volo) à spiritu vitali pẽdere: cuius natura, ignis elemẽto affinis, quiescere nescia, motus affectat æternos: & sua cõceptacula agitatus exagitat, motus commouet, pulsans pulsat & impellit. Rei enim semper mobili, ipsa quies, certissima mors est atq. pernicies, vt Phylici tradunt. Caro autem peculiaris cordis (liceat ita vocare, ob similitudinem nulli alij rei magis cognatã) sua quidem temperie, & essentiali forma, ad spiritus vitales elaborandos, & sanguinem conficiendum purificandúmque, potissimo vsui erit: motui tamen vel faciundo, vel iuuando, sanè potiùs perferendo sustinendóq. longè accommodatissima.

Atque vt venis & arteriis mutua quædã affinitas, & contentæ intus materiæ vltrò citróq. commeans reciprocatio, per oscilla vasorum, mutuis inter se orificiis applicatorum atq. insertorum (quas Grai ἀναστομώσεις vocitant) respirationis ac pulsuum vtilitatem non cordi soli & arteriis, sed venis etiam impertit: sic ventriculorum cordis non tantùm vicinia est quædã, tenui discreta velut pariete muróve aut maceria: sed etiam sympathia & societas per tenuia foramina intermedium illum parietem leniter & occultè apertientia, vt calor huc atque illuc diffundatur: vt spiritus liber vtraque velut aula obambulet: vt sanguinis pars purior, tenuior, calidior, à dextro sinu cordis (in quem se vena caua effundit) in vicinum specum transiliat, ac veluti transcoletur. Ea est enim istorũ foraminum fabrica, vt ex ore latissimo, paulatim in angustiores meatus desinant: ita vt obtutum fugiant tandem ea, quæ ab initio patentissima cernebantur, vt Galenus asserit: alij autem diffitẽtur. Columbus inter cæteros, istiusmodi foramina exclusit. sanguinem autem per arteriosam venam ad pulmonem ferri, ibique attenuari sensit: deinde cum aëre vnà per arteriam venalem ad sinistrum cordis ventriculum deferri statuit. sicque in pulmonibus potiùs, quàm in corde, vitales spiritus gigni concludit. Atque hæc ille probabiliter, vt antè attigi. sed pleraque in nobis foramina inesse iam alibi dixi, cáque tam angusta strictáque, vt in mortuis conniueant & concludantur, neque iam deinceps oculorum acie perspici queant. Galeni tamen ratio non obscura est. quæ enim in corde apparent foramina, ad ipsius potissimùm medium septum, prædictæ cõmunitatis gratiã extiterunt. Nam alioqui priùs in venis confectum sanguinem arterias trãssumere erat melius. vt quod ventriculus est venis, hoc venę sint arteriis. in quibus contentus sanguis purus ac tenuis, spiritui animali alimentũ suppeditat. quẽ, nihil aliud, quã exhalationẽ quandam sanguinis benigni Galenus putat, & nos alibi docuimus. Hæc igitur omnia cùm in toto animalis corpore, tum maximè in ipso corde à natura rectissimè fuerunt cõparata: vt quæ per tenuia illa orificia, venas cũ arteriis commercio quodam iunxerit. Quamobrem quæ vena in cor infigitur, maior est ea, quæ ab eo exoritur: tametsi ea fusum iam à cordis calore sanguinem recipit. Sed quoniã multus is per septũ mediũ, & quæ in ipso sunt foramina, in sinũtrũ ventriculũ transumitur: factũ iure est, vt quæ vena in pulmonẽ inferitur, ea minor esset vena sanguinẽ in cor introducẽte. Ad eundẽ autẽ modum, arteria etiã, quæ ex pulmone ad cor spiritũ perducit, multò minor est arteria magna (à qua, quæ toto corpore sunt fusæ, ducũt originem) propterea quòd arteria magna à dextro ventriculo portionẽ aliquam sanguinis assumit: tum quòd etiã omniũ, quæ toti animali insunt, arteriarũ futura erat principiũ. Quod verò corpus ipsius cordis crassum erat, ac densum; cibóque egebat crassiore: ob id, sanguinem ducit à vena caua, quo nutriatur priùs, quã ea ad cor immigret: eò enim cũ peruenisset, calidus, tenuis ac vaporosus erat futurus. Qua in re quod nõnullis videtur absurdũ, maximè omni rationi congruere est putãdũ: vt cor scilicet pulmoni præparet alimentũ, sibi autẽ ipsi minimè. Ille enim sanguinẽ postulabat tenuẽ ac vaporosum: hoc autẽ nequaquã. Cũ enim ex se moueatur, corpus valdu habere ipsum oportebat, & crassũ, & dẽsum: sed leuẽ ac rarũ esse pulmonẽ præstiterat, vt in pulmonis historia paulò antè notauimus. Cũ enim quale est vnumquodque, tali ipsum nutriri alimento oporteat, vti tũc ex Galen. eodẽ diximus: iure optimo cor quidẽ crasso; pulmo autem vaporoso sanguine indiguit. Quæ caussa est, cur cor nõ alatur ex seipso: sed priùs quã vena caua dextro ipsius vẽtriculo inferatur, pars eius tãta, quãta maximè cordi nutriendo satis sit, seiuncta, circa cordis caput extrinsecùs obuoluitur, & in omnes ipsius partes dispergitur. sed de hac re (vt nuper monui) iam antea, & Galenus diserte & copiosè ad finẽ lib. 6. de vtilitate partiũ. Quòd autẽ venæ & arteriæ mediocri interuallo sint in toto animalis corpore collocatæ, itidẽ diximus: vt per venas, alimẽtum; per arterias, vitalis aura contẽperãs; ac viuificans; calorémq. potiùs, quã frigus & toti & singulis partibus impertitura accedat. Quo beneficio, neque cor ipsum carere voluit, coronæ modo arteriã sibi cingẽs, & intrò quaquà versum dispergens: sed & parte sui sinistra cõpactiore dẽsioréq., multò etiã plures suscipiẽs. Ex quo intelligitur, vt ventriculus & intestina contento chylo minimè ali demonstrata sunt: sic ipsum cor, sanguine intra suos alueos sinúsq. cõcepto, spiritúque vitali ibidẽ cõtento neutiquam ali fouerique: sed eo tũ sanguino, tũ spiritu, quẽ per venas & arterias particulares suscipit. Sãguis autẽ à vena caua in dextrũ sinũ cordis effusus, visceris calore percoctus & elaborat', pulmoni & arteriis præparatur; per has in totũ deinceps corpus cũ spiritu vitali distribuẽdus; & per septi media foramina in sinistrũ cordis sinũ, priùs trãssumitur, & bona sui, eáq. tenuiori & calidiori parte, in spiritus vitales cõuertitur. Quòd autẽ natura materias dimittere sine ampla via nõ possit (sed per analogiã partis & vasorũ) satis perspicuũ est è rebus & vasis externis. De neruulo non cordis corpori,

Cordis pulsus an à substãtia, an à spiritu vitali? N. à Gal. discrepat sententia.

παλμὸς, quid.

Spiritus vitalis natura ignea, quietis impatiens.

Cor quomodo à spiritu agitetur.

Rei mobili quies funesta est.

Carnis cordis usus, & proprietas.

Alimentum suos venarũ & arteriarum usus.

De cordis foraminibus ventriculorum pervijs.

Ventriculorum cordis sympathia, & foraminum usus intermediorum, & spiritus ac sanguinis discursus mutuus.

Foraminũ cordis figura.

Columbus negat vllã cordis septo inesse foramen.

Quòd vitales spiritus in pulmone elaborẽtur, & quibus vasis.

Mors intõ spiritus vel dat stipãla foramina.

Foraminũ septi cordis necessitas.

Vt ventriculus ad venas, sic se venæ habent ad arterias.

Spiritus animalis alimẽtum. vnde, & quid sit.

arteriarum cum musculo.

Venarum cordis ingressus & egressus quo pacto.

Vena arteriosa cur caua sit minore & foraminum septi cordis supplemento.

Arteria venalis cur cauæ sit minor.

Aorta arteria vsus.

Cordis alimentum vnde & quale.

Cor pulmoni, an sibi cur alimentum paret: & quale vtrique quæque alatur sanguine.

Cordis & pulmonis cur tam subſtantia.

Quodque simili alitur: & cordis ac pulmonis quale alimẽtum.

Cordis alimentum quo de vena.

Venis comites ferè semper arteriæ: & earum vsus.

Arteria cordis peculiaris.

Conflatorium N. Ergo cor sanguine de ventriculo non aliter: neq. vẽter aut intestina chylo contento.

Sanguinis de vena caua in dextrum cordis effusi finem vsus & præparatio, ex N.

Vasa recipiendæ materiæ cõtinenda quantitati.

ſed eius inuolucro atq. tegumento (quod *veſpidia* diximus) inſerto, cóq. aut rarò, aut perquã exiliter cordis corpus penetrãte, nullã ſcilicet actionem animalem habentis, memini à me dictum ſuprà: & ex eo illatum, cor propria vi cieri; non autem neruorum, aut muſculorũ beneficio: & quidem ita moueri, vt voluntatis noſtræ imperium reſpuat. deinde & ſenſus exigui hoc viſcus eſſe particeps. denique (quod nonnulli falſò aſſerunt) à corde neutiquã eſſe neruorum originem: qua de re etiam poſthàc, vbi aliorum opiniones philoſophorũ de corde percenſebimus. nunc enim medicorũ placita & vera, & palpabilia tractamus: mox autẽ coniecturas veriſimiles philoſophorum rei anatomicæ non ſatis peritorum, enucleabimus. nihil enim admodum videtur de corde eſſe reliqui, quod oratione non ſimus complexi, tum partium naturam, tum vſum & facultatem, & poſt Galenum, & cum Galeno potiſſimo duce, & verò ſine illo, & aliquando contra illum, diligẽter & ſedulò rimati. Niſi ſiquis de oſſe cordis à me dici aliquid cupit: quod tamen in homine inueniri non puto: in cæteris animalibus non omnibus, ſed magnis & peruetuſtis: cùm in minoribus & iunioribus, pro ratione ætatis ac magnitudinis, non os, ſed chartilago potiùs; aut in his adultioribus, chartilago oſſea; in illis, tũ ætate, tũ proceritate grandioribus, os chartilagineum, cordis caput firmet ſtabiliátq., & mẽbranis ac ligamentis de ſe originẽ exhibeat.

De neruo cordis, & huius motu quali, & ſenſu: & quòd non à corde ſit neruorum origo.

Philoſophi pauci anatomes periti. Tráſitio, & epilogus. N. nõ ſemper cum Gal. ſentit. An vllũ os in homine corde: & in cæteris, quale inſit, vbi, & quorſum.

Sequuntur Problemata quædam circa cor & eiuſdem facultates.

Cap. II.

Problema primum, An cordi tres inſint partes & ve ventriculi?

Philoſophi non medici plerique.

IAM verò expoſita cordis phyſiologia, & partium pectoralium; lubet controuerſas quaſdam medicis & philoſophis, non iiſdem tamen philoſophis atque medicis, opiniones & quæſtiones obiter & animi cauſsâ diſcutere. Prima erit de numero vẽtriculorum cordis, de quibus poſtremo loco dixi, & recens memoria mẽtem refricabit. Hos duos omnes in ſumma eſſe ſtatuimus, de homine quidem locuti, ad quem noſtra omnis dirigitur oratio. Hunc numerum ſpirabilia omnia, & pulmonibus prædita animalia retinent. at pilces & pulmone, & collo, & aſpera arteria, & voce deſtituti, vnicũ cordis ventriculum habuere, eúmque ſiniſtrũ, qui arterijs omnibus ſui motus cauſſa eſt, dux & author. Duo enim hæc neceſſariò vnà cùm pulmone intereunt: animalis vox, & cordis vẽtriculus dexter. quaſi hic, illius cauſsâ factus ſit, potiùs quàm ille huius gratiâ. Dexter enim ventriculus cordis, pulmonis alendi cauſsâ factus, apparet quodammodo: cui conueniẽs alimentum tenue & elaboratũ nulla pars conficere meliùs potuit, quàm cor vicinum, omnium viſcerum calidiſſimum & efficaciſſimũ: nec verò debuit: quia ex omnibus, nulla pars in corpore tot beneficijs & tam neceſſarijs cor afficit, atque ipſe pulmo: pulmo (inquam) reſpirationis ſimul & vocis inſtrumentum. Ariſtoteles autem (cui malè cùm medicis hac in parte conuenit, vt poſtea patebit) numerum ſinuum cordis ad magnitudinem corporis animalis retulit: non ſatis accuratè ille tamen: quia hanc analogiam ſecuris, minimis quibuſq. animantibus, vnicus (aut fortè præ exiguitate corpuſculi, nullus) mediocribus autem, geminus: maximis denique, tergeminus ſiue ternus aut triplex foret. & quidem ſic ille nominatim cap. 4. lib. 3. part. animal. Ventriculum triplicem cor magnorum animalium habet, duplicem minorum, vnum ad poſtremum. Quod vtique falſum deprehendunt non tantùm medici in confectionibus corporum humanorũ, aut quadrupedum: ſed adeo coqui ipſi & lanij in cuiſceratione volucrum, pecudum, & cæterorum animalium. Neque enim natura pro corporis magnitudine aut paruitate, formas inſtrumentorũ mutat: ſed in ipſa conſtructione propoſitam habet ſibi, velut ſcopum in quẽ collimet, actionis varietatem. actiones autem prima vtilitate metitur, ad eámque ipſas reuocat. Fitque eo modo admirabilis quædam ſeries & continuatio actionum atque vtilitatum inter ſe colligatarum & connexarum, vt Galen. docet eodẽ lib. 6. de vtilitate part. Prima enim agendorum omnium cauſſa ipſius actionis eſt ſcopus, vt ſcripſit ante illum Plato. Sed Galen. cùm in hoc ſuo verſaretur campo ampliſſimo, Ariſtoteli medium (quod aiunt) porrexit vnguem, veluti confectionum rudi & imperito: cùm ipſe facto periculo, Romæ in grandi elephanto duos tantùm ventriculos cordi ineſſe, multis ſpectantibus palàm oſtenderit. Ac miri nihil eſt, ait lib. 7. adminiſtr. anatom. ſi etiam in multis, quæ ad anatomen ſpectant, Ariſtoteles errauerit, qui triplicem ſinũ cor habere in magnis animalibus exiſtimat. Quòd igitur in cõfectionibus non exercitatus, circa partium inuentionem, errorem cõmiſerit, neque mirandum eſt, & condonate homini conuenit. Vbi enim qui totam ſuam vitam huic ſpeculationi dedicarunt, quemadmodum Marinus, in pleriſque falſi ſunt: quid exiſtimandum eſt iis accidere, qui repentè, ceu heri aut nudiuſtertius ipſam adierint, perſuaſi ea, quæ priùs non viderunt, vt denuò inſpicere non aggrediantur? Sed philoſophum acutiſſimum & ſapientiſſimum cauillari deſinamus: illud potiùs teneamus, quod aſſidua oſtendit experientia: animalibus vocalibus & ſpirabilibus duos tantũ, nec plures aut pauciores cordi ineſſe ventriculos: cóſque non variari magnitudine aut paruitate animãtis. ſed in vſus iam expoſitos, à natura ſic geminos inſtitui. Ariſtoteles autẽ cap. 17. lib. 1. hiſt. animal. & cap. 4. lib. 3. part. animal. ingens naſcentis arteriæ magnæ orificiũ, ad ſiniſtrum cordis ventriculum patẽs, in magnis præſertim animalibus conſpicuũ: aut ipſam in dextrũ cordis ſinũ inhiantem maximo omniũ foramine venam cauã: aut neſcio quã inter duos vẽtriculos imaginariã capacitatẽ, pro tertio cordis vẽtriculo habuerit: vſu tamen & natura nulla peculiari neceſſariam, aut ab iis denique deceptus ſit, à quibus per Alexandrum cõductis & gnaris naturam animalium didicit, & conſcripſit.

Ariſtot. ſententia de ventriculorũ cordis numero & proportione ad corpus.

Ariſtot. fallitur, ab abſurdo.

Cordis vẽtricule, l. 3. quomodo communicent.

Falſum, ab experientia.

Natura nõ mutat formas organorum pro quantitate corporis: ſed pro actionũ varietate.

Actionum cõ vtilitate conſenſus.

Actio, eſt prima agendorum cauſſa.

Galenus exprobrat Ariſtotelis anatomicæ rei imperitiam.

Elephanto duos ſinus in corde tantum.

Marinus anatomicus.

Ariſtot. extra ſcenam.

Quod animalibus ſpirabilibus duo in corde ſint ventriculi, quamlibet magni aut parui.

Ariſtot. quid impoſuerit, vt tres in corde ſinus notare tentarit.

PROBLEMA II.

An à corde, neruorum origo est?

Peripatetici, cũ Stoïcis qui consentiunt.

AN ILLVD credibilius sit, à corde suam neruis esse originem? Ita enim tum idem Aristoteles, tum Peripatetici, tum Stoïci affirmant: quos in cæteris plerisque, re quidẽ ipsa consentire, verbis autem discrepare inter se multi asserunt. Equidem Aristoteles cap. 5. lib. 3. histor. animal. Origo neruorum (ait) in corde est: id enim neruulos suo ampliore ventriculo continet. vnde diducti distractique passim ad artus & flexus ossium applicantur. & cap. 4. lib. 3. part. animal. huius neruorum putatæ originis caussam sic reddit. Copia neruorum in corde est: idque recta ratione: hinc enim motus oriũtur, qui intẽdendo remittendóque efficiuntur. In quo mirari subit tam diuersam philosophi à medicorum assertione & veritate sententiam: qui animo & cogitatione sibi concepta scripsisse potiùs, quàm sectis corporibus deprehensa visu tactúque & iudicio certo comprobata, constanter & verè enunciasse videatur. Quid enim? siquis tibi diceret, præclarus licet philosophus, ab vngui-bus extremis vim sensus & motus per neruos indidem ortos deduci, quòd forsitan in ijs nerui quidam desinere videãtur; an authoritati illius tantum tribueres, vt verum duceres? num potiùs ipse diligenti facto examine disquireres, res ita haberet, an secùs? Nunc autem, reseratis partibus internis, scrutata neruorum origine, cerebrum de se, déque sua substantia & medulla conformes atque similes suæ substantiæ albæ, exangui, frigidæ, mucosæ, neruos producere, tum per se & primò, tum per medullam spinalem secundariò ac mediatè deprehenditur: cor autem vnico tantùm, eóque exili & superficiario neruulo præditum, & munere quodam cerebri donatum cernitur: quia sensu pauco præditũ; quia motu arbitrario priuatum erat futurum. Et Aristoteli rem à veritate deuiam ac diuersam asserenti, quàm tuis sensibus rem manifestã cernentibus, tangentibus, contrectantibus, palpãtibus, credere potiùs animum induces? Sed Aristoteli forsan venia danda sit, altiora per rerum speculationem indaganti: læuiora hæc; vt tu putabis, & sordidiora per anatomiã persequi negligenti. at verò iis, qui moniti de errore, à prauitate opinationis non recedunt, nulla danda est venia. sicuti forsan neque ipsi Praxagoræ medicinam olim professo: qui, deliberata quadam calliditate, cùm nullum videret è corde neruum enatum; contra Hippocratem ita tandem commentus fallaciam est, vt diceret, arterias, dum progressu in neruos diffinduntur, angustiores, graciliorésque factas, tandem in neruos degenerare. cùm enim earum corpus neruosum sit & cauum; postquàm iam in animalis corpore multùm ac variè fissæ & distributæ fuerint; adeo paruas atque angustas reddi earum cauitates, vt tunicæ partes in se cóncidant. vbi tamen id primùm fit, neruum iam pro arteria apparere. Quod commentum parum abest ab artificioso mendacio, vt Galenus acriter confutat lib. primo plac. Hippocr. & Plat. Quæ si vera essent, vt esse falsa quilibet inspiciens facilè dijudicabit; iam vera pariter adstrui posset Aristotelis sententia, neruorum originẽ à corde repetentis: sed tamen mediatè, & ea quidem ratione, qua dicebat arterias in neruulos diffindi ac degenerare Praxagoras. Quin potiùs Aristoteli siquid imposuit, vt ita senserit, corde quidem inspecto, non autem sola citra anatomiam ratiocinatione inducto; ea mihi caussa videtur fuisse: Quòd multiplices in corde villos cerneret, de quibus nos antè diximus. quos cùm videret in longum, latum atque profundum diductos per totam cordis substantiam, hos pro neruis habuit, affinitate quadam naturæ & formæ elusus, & externa figuræ similitudine haud parum dissimili deceptus. Qui si ad vsum & actionem, animum intendisset, quod alibi rectè præcipit faciundum; næ, longè aliter sensisset.

Origo neruorum à corde, cur & quomodo, & inde matur.

Aristot. sententia discrepat à medicis.

Aristot. anatomiam nõ tractauit.

Nõ temerè credendum quidlibet asserenti. Ab hypothesi.

Origo neruorum certa à cerebro & spinali medulla: & substantiæ similitudo.

Cordis omnis neruulus, qualis, & vnde, & quorsum. Sensibus potiùs, quàm authoritati credẽdum.

Aristot. excusatur, excusantur medici obstinati.

Praxagoræ vsuenia, arterias in neruos gracilescere, quã.

Tria sunt porrò instrumenta, quæ corporis formâ inter se vicina sunt, alba, exangua, solida: sed quæ tamen functione atque vsu multùm à se inuicem variant. Horum vnum, neruus est: secundum autem, ligamentum: tertiũ denique, tendo nominatur. Ex his, neruus omnino aut ex cerebro, aut ex spinali medulla exoritur, sensum, vel motum, vel vtrumque partibus, quibus inseritur, impertiens. Ligamentum, sensu quidem caret (vnde ne in arthriticis quidem dolorem creare potest) quia ab osse insensili producitur: vsum verò eũ habet, quem & nomen ipsum indicat. Tendo autem, musculi neruosus finis est, ex ligamento & neruo genitus, vtriusque naturam vimque retinens. Horum porrò trium forma non parum dissimilis est, quia neruus omnis teres: tendo autem, hoc minùs: ligamentum denique, minimè. vt idem hoc postremum, reliqua duo duritie longè superat: sicuti neruum medius amborum tendo. & tamen nullum ex his tribus à corde oritur. Cæterùm cum neruis aliquid fortan similitudinis, iam mihi dicæ cordis fibræ habebunt (quas tamen non satis pernosse videntur poëtæ, fibras *νευρώδεις μυοσώπους*, pro ipso corde vsurpãtes) & tamen fibræ, non sunt nerui: quia neque sensum, neque motum largiuntur partibus: quorum vtrumque à neruis dari & conferri diximus. Ac ne forrè diutius te suspensum teneam; fibras intelligo, tum quos villos triplices numerauimus: tum quas membranæ dictæ *σησαμοειδεῖς*, orificiis vasorum, præstructæ, & quodammodo per cordis ventriculos dispersæ, finibus & extremitatibus suis firmando dicatis efficiũt: quas neruosas tenuitates nõ malè dixeris: neruos dicere sine errore manifesto, aut nisi *κατὰ χρησιν*, nequeas, quarũ interuentu, membranæ illæ cordi alligãtur: sũntq. ligamẽti neruosi potius, quàm neruorum officio destinatæ. Sic Hipp lib. de corde, ventriculorũ pelliculas

Sic origo neruorum à corde per arterias probaretur, pro Arist.

Arist. quid imposuerit, vt neruorũ originem à corde repetentis.

Arist. cordis villos pro neruis habuit, quomodo.

Ars vsus & actio discrepat.

Tria neruorũ genera qui consentiãt aut discrepent.

1. Neruus origo, vsus & actio.

2. Ligamẽti vsus & origo: & cur sine sensu.

3. Tendinis ortus & natura. Triũ istorum figura dissimilitudo, neruus, tendo, ligamenti: nec duritiei & mollitiei differentia.

Fibræ apud poëtas, quid.

Fibrarum cordis à neruis differentia.

Fibræ seu villi cordis, quid: & quòd non sint nerui: & earum vsus.

Hipp. mali fibras cordis, facit neruorum principia. Quod si hic Aristotelis imposuit? Chrysippi soluto, quòd neruorũ origo à capite, & motus à corde.

aranearum telis similes, quæ vndiq. oscula cingunt, & strias atque segmenta in solidum cor inserunt, neruorum & vasorum principia (abusiuè, & impropriè, & falsò, vt semel dicam) statuit. Chrysippus cũ Aristotelis & Praxagoræ mutare sententiam de origine neruorum à corde, cerneret, aliud quæsiuit diuerticulum, hac similitudine amphiboliam soluens. Quemadmodu ex pectoris partibus emitti oratio dici quidem potest; ita tamen, vt initium motus à capite ducatur: sic & nerui exortũ à capite dici possunt habere; sed initium facultatis motricis à corde proficisci. Hæc subtilitas an nodum soluerit, fregeritve dubitationis, considerandum est. Certè equidem cor nulla cerebri adiutũ operâ, pulsus edit perennes comite vita. cerebrũ sine cordis officio, & sensum, & motum, & suas interiores edit actiones. vtrumque tamen mutua vtitur opera, vt alibi dictum est. éstque harum partium sympathia quædam sanè quàm insignis, & vasorum communione, & operis societate, in elaborandis spiritibus. Cor enim cerebro tria vasorum genera connectũr, eadem toti corpori communia: nempe nerui, venæ, & arteriæ. arteriæ quidem καρωτίδες impropriè vocatæ, quasi quæ κάρον, soporé compressæ faciant: venæ autem σφαγίτιδες, iugulares appellatæ: & neruulus ille, quem à sexta cerebri coniugatione demitti iam aliquoties diximus. Ex his, si venas & arterias validis excipias, stringas, aut arctes vinculis, nihil admodũ incommodi animal breui sentiet. si præcidas, ab hæmorrhagia grauius erit periculum: simul & continuæ sectis arteriæ pulsare desinent superiores vel inferiores à corde remotiores: nã quicquid infra vinculum, aut sectionem, cordi continuum est, pulsum retinebit. quanquam Galenus de tota arteria immobili videtur extulisse lib. 6. plac. Hipp. & Plat. Quo signo certissimo arguitur, arteriis vim pulsificam & originem esse à corde. At nerui laqueis excepti, aut secti, & sensum & motum parti adimunt, ab ipso demum cerebro, aut spinali medulla, sua videlicet origine, longiùs semotæ atque diremptæ. ita vt pars superior, & sui nerui principio vicinior & continua sentire possit ac moueri: remotior autem, & à continuo diuulsa, & sensu, & motu ab eo neruo depẽdentibus in totum priuari conspiciatur: licet eadẽ ad cor accedat proximè. Et quis est tam obtuso atque hebeti ingenio, qui si duos videat specus aqua plenos, meduimque currentem riuulum; non inde originem riui & aquæ dixerit, à quo fluere primùm, & cursum suũ inchoare perspiciat? non autem ad quem tendere, & in quem ferri ac confluere videat? Quod si neget, medio interposito obice, riuum alterum minui arescereque; alterum augeri, & subinde magis magisque rigari implerique facilè animaduerter. Quid quòd secta vspiam spinali medulla, omnes inferiores ab ea sectione partes, ad quas neruos ferri par erat, sensu motúq. continuò priuari contingat: reliquis superioribus suum sibi motum sensúmque retinentibus? Quid quòd compressis, confossis, cõtusis, collisis, vulnere sauciatis cerebri ventriculis, torum animal obmutescere, & spiratione, sensu motúque defici necesse est? cordis nihilò secius arteriarúmque motu perseuerante? At manu validissimè prehẽso corde viuit animalis, vel adeo forcipe compresso, nihilominùs spirare, vociferari, concuti, calcitrare, moueri, sentire illud idé animal manifestè percipies: solo motu arteriarum pulsúque vitiato læsóque. Dicã maius, & quod paucis, nisi facto periculo, fidé facies. Animali viuo ac vegeto, si patefacto thorace per os ensiforme, & mediastinorum capacitatem mediam (est enim hæc in medio pectore à reliquis duabus distincta inanitas) cor ad suum principium capútque præcidatur, sectis ibi vasis omnib⁹, & illud mox humi abijciatur, aut manu retineatur, exenterato ereptũ atque exemptum: tamen si thoracis cauitates dextra læuáque, mediastini tunicis circumseptæ, illæsæ maneant (quibus vtrisque confossis, vocem eripi antea diximus: ab altera perforata, vocem permanere, sed remissiorem vidimus) illud idem animal & reuitare, & intentè clamare, & tantisper aufugere conabitur, donec præ nimia sanguinis spirituúmque profusione, languidum & debilitatum & exanime cõcidat, quod imponendæ olim aris victimæ, & hostiæ immolatitiæ docuerunt, & Galenus ipse oculatus testis lib. 1. plac. Hippoc. & Plat. tradidit in sacrificiis prisco de more peragi solitis, à se quidem obseruatum: erepto corde, arisque imposito, eum conatum motus & clamoris edente victima, qualem nuper commemorauimus. Et Aristoteles lib. de respira. sub finem, de morte tractans, insecta quædã præcisa viuere memorat. quin & sanguineorum quæcumque viuacia admodum nõ sunt, exempto corde, longo temporis spatio viuere, non satis suorum principiorum tenax confirmat: in exemplum, testudines adducit. nos pisces vidimus corde & corpore secretis, vtroque moueri tamen. Quinetiam Plinius ac Suetonius sacrificanti Iulio Cæsari bis in extis cor defuisse memorant. Quod non multò credibilius apud multos fuerit, quàm quod ex eodem Aristotele & Plinio antea retulimus (quæ enim cum miraculo facta fuisse nobis creduntur, ea non reuocamus in dubium) capite resecto fuisse vnum aut alterum inter innumeros mutos, qui loqui sit auditus. nec verò multò credibilius est, quod idem Plinius lib. 11. cap. 37. de Pyrrho rege recẽset: quo die perijt, præcisa hostiarum capita repsisse sanguinem suum lãbentia. Quæ si vera essent, his vtique euerti fas esset Aristotelis illam toties decantatam sententiam: cor primum & vltimum viuens assueuerantis. itémque sensus & motus principium à corde duci confirmantis, vt vel antè ostendimus, & rursum posthàc productis locis ostendemus. Et tamen hoc interim notãdum venit: sine corde vitam aliquãtisper prorogari posse, quanuis idem Arist. scripserit cap. 4. lib. 3. part. animal. cor solum viscerũ, atque omnino partium corporis, nullum vitium noxiámve pati grauem, quoniam corrupto principio, nihil

A simili. Sec vox à capite & thorace. At cordis motus non pẽdet à capite: sicuti neq. actiones cerebri, à corde. Cordis & cerebri sympathia, & motus vasa communia. Carotides vnde dictæ. Venæ iugulares. Nerous cordis vnde. Ab interceptione, aut sectione venarũ & arteriarum cerebro & cordi communium, quid incõmodi. Signum originis arteriarum à corde, & neruorum à cerebro, per vincula aut sectionem eorundem. Constellationum necessariũ, nerues à corde minimè oriri. A simili. De riuuli origine. Sic secta spinali medulla, partes sectione inferiores sensum & motum amittunt, superiores minimè. Sic cerebri ventriculis consectis, perit sensus & motus, vox & spiratio, manente pulsu. At corde prehenso, pulsu vacuatur: sensu & motu manẽte. Mirum. Corde prosecto vt dicet, manet sensus & motus tantisper. Quemodo patefaciendus thorax, vt vox & spiratio maneat. Consecto vtroque thoracis latere, vox perit. Ab experientia. Insecta præcisa viuunt. Animalia sanguinea parum vitiatis, exempto corde viuũt aliquãdiu, & testudo. Arist. suo sẽ confirmat gladio. Iul. Cæsar. Victima tacuit. Historiã Mirum. Sine corde viuere, & truncum caput loqui. Historiã. Pyrrhus. Hostiarum præcisa capita sanguinem lambunt. An cor primum & vltimum viuens? An sensus & motus author? Vita sine corde cõstat aliquantisper. At vel nullã grauem pati potest nox. sine: quòd principium est.

Ab experientia.

fit, quod cæteris, quæ inde pendeant, præbere poſſit auxilium. ideóque in nulla hactenus hoſtia cor ita affectum fuiſſe deprehenſum, vt in reliquis viſceribus cerni ſolet. quãuis etiam apud medicos, nullum cordis vulnus non ſit lethale, vt Hippoc. aphoriſm. 18. lib. 6. & Celſus libro 5. capite 25. & poſt hos proceres, alij minorũ gentium medici tradiderunt. quia ſpiritum & caloris vitalis fontem tam graui affici iniuria; citra conſecutionem mortis, natura non patiatur: nec vllum cordis vulnus, propter motus aſſiduos diaſtoles & ſyſteles, coaleſcere queat. Quæ etiamſi vera ſunt, tamen illud falſum non efficiunt; corde exempto, animal ſuperſtes viuere aliquandiu. ita tamen, vt neceſſariò tum ex vulnere inſigni, tum eo exciſo, mors ineuitabilis conſequatur. An etiam ex phlegmone, aut vlcere, aut abſceſſu, aut ſuperficie tenus ſectione facta, & vulnere minimè profundo, vaſa magna & ventriculos minimè pertingente? nam de abſceſſu in pericardio, vel cordis ſubſtantia enato, déque leui vulnere eiuſdem, videor mihi intellexiſſe ab idoneis authoribus (quanquam inficiari Galenus lib. 1. loc. aff. videtur) vt tamen animans cum illo diu ſuperuixerit: tandémque commortua, mortis cauſſam aperto thorace, & corde conſecto demonſtrarit. quod neque alibi inficias ire videtur Gal. lib. 5. part. malè aff. & Columbus recens Anatomicus, ſub finem operis, à ſe obſeruatum confirmat, in corde & vlcera, & tumores duros pronaſci: & quod maiori admiratione dignum iudico, abſceſſum in ſubſtãtia cordis iam putrefcentis deprehenſum: & nobis hoc peſtilenti tempore confirmatum alibi docui, & aliorum teſtimonio comprobatum. quę tamen omnia nonniſi longiore temporis tractu & gigni & perdurare & putreſcere viuo aliquantiſper animali potuerunt. Hipp. lib. 4. de morb. quia cor ſolidũ ac denſum ſit: ideo nullum in eo morbum oboriri, nimiùm credulus putauit. Atenim illud potiùs quæramus;

Cordis vulnus lethale, &c.

Vulnera cordis non coalescunt, cor.

At corde exempto animal superuixit, sed breui commoriũdum. cor. Dubium.

An ex phlegmone, abscessu, vlcere aut vulnera cordis superficiario. mori necessaria? Columbus.

Mirum. Cordis vlcus, scirrhus, abscessus, putredo, sine morte subita.

Ab experientia.

An cordis nullus morbus?

PROBLEMA III.

An vt arteriarum, sic cor venarum est principium?

Cor & arteriarũ & venarum principium habetur à multis.

SANE verò & Hippocrates, & Plato, & Ariſtoteles, & Chryſippus, & alij nõ pauci poſt tantos ac tales authores, vt arteriarum, ſic venarum originem cordi aſſignarunt. de arteriis quidem conſtat, & hactenus à nobis eſt trãſactum: nec, ſiquis neget, difficile ſit conuincere repugnantem, ſi primam earum originé ſpectet à corde productam, ex aorta dicta dependentem, deinceps per corpus vniuerſum innumera ſobole diſperſarum, tum venis ſuperextantibus, tum his ſuppoſitis arteriis, vt naturæ fere ſolertia. eóque euidẽtiùs rei veritas iſthæc patebit, ſi prehenſam quamliber arteriam vinculo ligatam excipiat: cuius motum pulſúmq. ceſſare cõtinuò videbit, qua parte vinculo cordis continuitas diuiditur ac ſeparatur. verſus quod, quicquid erit arteriæ reliquum, pulſare cernet, vt arbitror: quicquid autem infra vinculũ eſt à corde remotius, id omne nullo ampliùs motu cieri deprehendet.

Arteriarũ origo à corde ex aorta.

Arteriis vena superextant. Quomodo probetur arteriarum à corde origo, per vincula.

Sed antequàm de origine venarum, quæſtionem diſſoluam (nam & de his longè vberiùs poſthàc ſuo loco) ſitne à corde, an aliunde, volo poſitam antea refricare homonymiã nominis venę, necui fortè imponat nominis amphibolia. Certum eſt enim ex priſca loquendi conſuetudine, cor, venarum eſſe principium: ſi venam pro arteria communi appellatione ſubintelligas. Et hac quidé ratione Ariſtoteles verè dicet, cor eſſe venarum principium: quippe qui & venæ nomine aortam vocat cap. 16. lib. 1. hiſt. animal. & cap. 4. lib. 3. part. animal. idémq. ſub finem libri de reſpira. venas omnes pulſare dicit, id eſt arterias: nam de venis propriè dictis, falſa fuerit aſſertio. Dixi enim non ita pridem, nomine τῆς φλεβὸς, venæ, veteres etiam ἀρτηρίαν, arteriam comprehendiſſe: quod nũc licebit nouis inſuper aliquot teſtimoniis euidentibus comprobare: ac primùm Platonis, qui in Timæo καρδίαν ἅμα καὶ φλεβῶν ἡ πηγὴ τῷ περιφερομένῳ πᾶσι τοῖς μέλεσι σφυγμῷ. Cor ſimul & venarum originem, & fontem ſanguinis per totum corpus impetu quodam ruentis atque manantis ſcribit, vt poſthàc referemus in recenſendis philoſophorum ſententiis. Quo loco, nomine φλεβὸς, priuatim ἀρτηρίας intellexit. quod ſequẽti clauſula velut interpretatur: fontem ſanguinis non cuiuſuis, ſed eius qui cum quadam vehementia circumfunditur, cor & arterias afferens. Qui enim è ſiniſtro cordis ventriculo defertur ſanguis, & calidus eſt, & ſpirituoſus, & vaſis pulſantibus includitur, quas arterias pridem nominari diximus. Itáq. non refrigerium partibus conferunt arteriæ, vt aliqui putant: ſed vitalem calorem & ſpiritũ, ſeu vitam denique, quæ in calore conſiſtit. At verò qui ab hepate promanat ſanguis, is & caloris minus, & paucos continet ſpiritus, & vaſis defertur pulſus expertibus, & ſine impetu concitato: quas venas propriè vocari pariter inſinuauimus. éſtque ille ſanguis alendis partibus corporis idoneus. Hippocrates non rarò venam pro arteria vſurpat: vt 2. & 6. epidem. cũ infantis ingeniũ ex pulſu arteriæ metitur: Cui vena (inquit) quæ eſt in cubito, pulſauerit, furioſus ille & iracundus euadit: cui ſenſim mota fuerit, lentus. Quo loco arteriam intelligit illam, quam manu carpo admota, medicus tãgere morbum exploraturus ſolet. cuius agitatio cũ in ortu infantis, velox & magna & valida reperitur, validam in corde iraſcibilem vim ineſſe ſignificat, ac præditam vegeto feruidóque calore: quem furioſum & iracundum appellare conſueuerunt. Idem lib. de alimẽto, & lib. de criſib. pulſum venarũ nominat. idem & ſæpe repetit, & hæc addit lib. de carnib. Duæ ſunt cauæ venæ à corde: alteri nomen eſt arteria, alteri vena caua, iuxta quam cor ſitum habet. & plus habet calidi arteria, quàm vena caua: & ſpiritum condit ac conſeruat. & ibidem, Cor & venæ cauæ ſemper mouentur: & plurimũ calidi in venis ineſt: & propterea ſpiritum cor trahit, ex omnibus in homine maximè calidũ exiſtẽs (præcipuè in ſiniſtro ſuo ventriculo.) Nã

Vena nomẽ æquiuocũ. Cor quomodo venarum prigo.

Venæ dicitur etiã de arteria.

Vena propriè dicta nõ pulsant

A testimonio.

Cor, venarum & sanguinis vitalis origo.

Cor, sanguinis spiritusi fons, & qualis, & vbi.

Arteriæ nõ refrigerant corpus, sed viuificant: & quid continent.

Hepar, sanguinis propriè dicti fons, & qualis, & vbi, & quorsum gratia.

Venarum munus.

Signum fœtus in partu, ex pulsu item calidi cordis.

Vena pro arteria.

Origo venarum à corde, qui. Item arteriæ & venæ quomodo differãt.

Cordis ſinus ſiniſter calidiſſimus.

inſitus à natura ignis, non eſt in dextro cordis ſinu, ait idem lib. de corde. cuius verba Plato demum eſt æmulatus, vt alicubi iam ab initio recitauimus, ignem pro ingenti calore interpretati. vbi exortum venarum è ventriculis cordis mox deſcribit Hipp. & cordis auriculas, & venas in ſiniſtrum ventriculum refrigerationis gratiâ immitti ſubiicit, vt poſthàc pleniùs referemus. Ergo licet ſanguinis cuiuſdam æſtuantis, flaui, tenuis, & ſpirituoſi, cor ſit principium: non tamen ideo etiam venarum origo dici debet; ſed potiùs arteriarum, quæ motus & pulſus cum corde eiuſdem ſunt participes: cùm venæ & diuerſum longè ſanguinem contineant, craſſiorem, rubidiorem, frigidiorem (ſi frigidus dici per comparationem debet, qui nullus niſi calidus eſſe poteſt) & minùs ſpirituoſum, ſimul & motus atque pulſationis omnis & feruoris ſint expertes. quarum radicatio, iecur eſt vtique, vt Hipp. lib. de alimento diſertè ſcribit; & quidem Græcè ſignificantiùs hûc in modũ: ῥίζωσις φλεβῶν, ἤτοι ῥίζωσις ἀρτηριῶν, κεφάλη δὲ ἑκατέρων ἀναστοιχειοῖ τοῖσι σπλὴν ἄιμα, & πνεῦμα, & θερμασίη, & ἀφὶ ἑκάστου φορεῖ. id eſt, Radicatio venarum, iecur: radicatio arteriarum, cor eſt. ex his euagatur per omnia ſanguis & ſpiritus & calor per omnia promanat. Et Plato cùm de corde, eiúſque vi & potentia, veniſque & ſanguine diciſſet; de hepate demum & eius ſanguine peculiari ſubiunxit: In hepate, ὡς φάτνην τινὰ ἔσω, quaſi præſepe quoddam corporis alimenti à natura fabricatum fuiſſe. de quo poſtea, vbi ad hepar venerimus, commodiùs dicetur: ſicut & de venarum natura, & ortu; præcipuéque de causa, quam in dextrum cordis ſpecum hiare, & ſanguinem plurimum effundere, ibidem elaborandum ac perficiundum, & quaquà verſum poſthàc diſtribuendum, tum antè diximus, tum poſtea ſuo loco repetemus: illud tamen nunc minimè tacituri; Siquis diligenter examinet venæ cauæ ad dextrum cordis ſinum applicationem, eiuſdem potiùs orificio adhærere illam, quàm intrò ſubire percepturum. id quod Columbus hæſitanti mihi, & meis oculis parum fidenti confirmauit iam aliquoties quæſitum, & dubitanter creditum. Ex quo efficitur, & vinculis iniectis, aut ſectione facta (vt de neruis & arteriis oſtendimus) facilè colligitur & oſtenditur, vt cor, venarum propriè dictarum origo dici nequeat: imò ne venæ quidem arterioſæ, quam ille potiùs & veriſimiliùs à iecore poſt Veſalium deducit: ſi modò verè coniicit vterque, embryoni in vtero materno venam arterialem cauæ venæ continuam trahi.

Ignis pro calore, metonymicus.

Cor, qualis ſanguinis ſit ſeminium: & quòd arteriarum, non venarũ principium.

Differentia venæ & arteriæ, & ſanguinis vtrarq. contenti.

Omnis ſanguis calidus.

Venarum origo, hepar.

Cor autem, arteriarum.

Sanguis & ſpiritus ab hepate & corde.

Hepar, præſepe alimẽti corporis.

Vena cauæ in dextrum cordis ſinũ hiat, quorſum.

Columbus.

Vena cauæ orificio dextri ventriculi cordis adhæret, potiùs quàm penetrat.

Hinc colligunt, cor non eſſe venarum propriè dictarum originem, aut.

Quòd venæ arterioſæ non oriantur à corde.

PROBLEMA IV.

An cor primum in nobis formatur? aut quanam pars alia?

Anappat.

An cor primum & vltimum

COnſtat ex Ariſt. & poſtea ex illo docebitur, vbi priuatas philoſophorum de corde opiniones percenſebimus, cor primum & vltimum viuens haberi. probauimus autem, ſine corde vitam aliquantiſper manere, facto de vitimis periculo, quibus viuis cor erat exemptum. viuere autem primum cor, etiamſi primum omnium non gignatur, dici quodammodo poteſt, ſi eius vim vitalem, & motum tum proprium, tum ſimul & arteriarum conſideres. quanquam reliquæ partes ſuo quodam modo, & plantarum inſtar viuere rectè dicuntur: neque cor ſimul ac genitum, moueri & pulſare incipit. Sed ne hoc quidem quæritur. ſicuti neque quo tempore anima in corpus ſubeat. ſunt autem, qui iam inde ab initio: ſunt qui circa diem quadrageſimum putent: ſunt qui ſeriùs, circa menſem tertium quartúmue, quo tempore moueri fœtus deprehenditur. ſunt qui ſuum ſibi corpus formare & architectari ſentiant: ſunt qui cum ſemine infundi ex traduce natura peruersè tueantur: licet Tertullianum adſtipulatorem iactent. Verùm de iſtis aliàs inter theologica. nempe hoc potiùs nunc inquiramus ab initio propoſitum, Cor an primum & ante membra reliqua omnia gignatur? Stoïci ſimul omnia compingi & conformari tradunt. Empedocles ſpinam, veluti corporis vniuerſi carinam, primam omnium gigni, vt de eo prodit Plutarchus. nam Cenſorinus, ante omnia cor increſcere ſcribit aſſerere, quem in hoc ſit Ariſtoteles ſecutus. Democritus aluum cum capite. Anaxagoras cerebrum, vnde ſunt ſenſus. Diogenes Apolloniates ex humore carnem, tum ex carne neruos & oſſa & cæteras partes enaſci. Alcmæon & Hippon, caput, in quo princeps animæ facultas habitet. Ariſtoteles vbi multùm in hanc quæſtionem incubuit, tandem cor primum formari ſtatuit, vt tum antehàc oſtendimus, tum poſthàc locis productis manifeſtiùs oſtendemus. nunc autem ab eodem nonnullos locos proferemus, in quibus hanc eandem quæſtionem agitauit. ac primùm cap. 1. lib. 2. de genera. animal. Aut enim (inquit) ſimul omnes partes generantur: verbi gratiâ, cor, pulmo, iecur, oculus, & reliqua omnia: aut ordine deinceps: vt in his carminibus, quæ ad Orpheum authorem referuntur: Similiter enim vt retis implexum, conſtitui animal ibi ſcribitur. Græcè, ὁμοίως γὰρ ὥσπερ τὸ τῶ δικτύου πλεκτὸν. Sed enim non omnia ſimul effici, vel ſenſu percipi poteſt, cùm partes aliæ iam ineſſe, aliæ nondum adeſſe cernantur. Nec dici poteſt, eas præ ſui exiguitate latere: Pulmo enim, qui amplioris quàm cor, magnitudinis eſt, poſterior corde in primo ortu conſpicitur. Sed cùm aliud priùs, aliud poſteriùs fiat; vtrùm alterum efficiat alterum, & ſit propter proximum: an potiùs hoc poſt hoc fiat, inquirit, propoſitis exemplis demonſtrandum. & paulò pòſt adiicit, Simul autem partes ſimilares, & inſtrumentales ſiue officiales efficiuntur. Et quemadmodum non ſecurim, non aliùd inſtrumentum dixerimus factum eſſe ab igne ſolo: ſic non pedem, non manum, eodémque modo ne carnem quidem. nam eius quoque aliquod officium eſt. deinde paucis interiectis concludit, Quamobrem non ſimul omnes partes generantur, ſed

An viuat?

At vita ſine corde conſtat aliquandiu.

At cor primum poteſt viuere, & poſterius gigni, cur.

At partes corporis omnes ſuo quodam viuunt modo, qui.

At cor non ſtatim pulſat, vt genitum eſt.

Quo tempore anima ſubeat cor? Pucl Tertullianus.

An cor primum omnium gignatur.

Stoïci ſimul omnia formantur.

Empedocli prima ſpina, aut cor.

Hipponi & Alcmæoni caput.

Ariſtotelis cor primũ.

Democrito alumus cum capite.

Anaxagora cerebrũ.

Diogeni caro.

Partes corporis aut ſimul gignũtur, aut ordine ſucceſſionis.

A ſimili. Orpheus.

At non omnes ſimul partes gignuntur: nec minimè latent ſemper.

Si diuerſo tempore gignuntur partes, an altera gignat alteram? aut vna poſt alteram?

An partes ſimilares & organica ſimul fiunt? à ſimili.

Non ſimul omnes cor-

porò partes gignuntur: & quæ primæ reliquarum.

Cor primò gignitur.

Idem principium augendi.

à simili.

De semine germinãte.

In cõcepto, partes omnes insunt potentiâ, sed tantùm actu primum: & ratio.

Fœtus à se debet als & regi.

à simili.

Ideo necessariũ principium absoluendis partibus: idque intrinsecum, quamobrẽ.

Motus & augmentũ à principio intrinseco.

Democritus putat externa animalia primùm discerni.

Absurdum, à simili.

Cor, principium generandi animalis.

Dubium.

Non omne alimentum extrinsecũ, quò.

à simili.

Fœtus aliter per vmbilicum, à simili.

Principio motionis dato, cætera consequuntur.

à simili.

Simile fertur ad simile.

Partes in corpore mouẽtur motu interiore, quò.

Cor, principiũ animalis: reliquæ partes è potentia prodeunt in actum.

Superiora

vnà primùm: eámque primùm oriri necesse est, quæ principium augendi contineat. & mox, Itaque si cor primum in nonnullis oritur animalibus, aut cordis proportionale in iis, quæ corde carent; ex corde principium illud est, in iis quæ cor habent: cæteris ex proportionali. Idem cap. 4. lib. 2. genera. animal. hac similitudine rem demonstrat; Principium primum semina quoque intra se continent: quod potentiâ primò cõuentum, vbi secretum mox est, germen mittit, & radicem, qua alimentum assumitur: incrementum enim desideratur. Sic in conceptu quodãmodo cùm partes corporis omnes potentiâ insint, principium maximè promptum habetur. Quamobrem cor primum actu secernitur. quod non modò sensu ita fieri constat, verumetiam ratione: Cùm enim quod gignitur, de ambobus abiunctum iam est; seipsum gerere, gubernare & dispensare debet, perinde quasi filius à patre emancipatus, seorsúmque collocatus. Itaque principium haberi oportet, à quo etiam post ordo membrorum describatur, & quæcumque ad absoluendum animal pertinent, disponantur. Nam si extrinsecus aliquando aderit, & pòst inesse incipiet; non solùm dubitaueris, & quónam tempore accedat, quæsieris: sed etiã cùm pars quæuis distinguitur, id primum substare necesse est, ex quo & incrementum, & motus cæteris partibus contingat. Quamobrem qui ita vt Democritus, aiunt exteriora primùm animalis discerni, tum interiora: quasi lapideum aut ligneum animal condant, non rectè dicunt. res enim talis nullum principium habet. at animalia omnia habent, atque intrà se continent. Quapropter cor primum distinctum in omnibus inspicitur animalibus, quæ sanguinem habent. id enim principium est & similiarum & dissimiliarum partium. & ibidem pòst paulò: Sed dubitaueris, cùm primum cor oriatur sanguine præditum: sanguis autẽ, sit alimentum, quod extrinsecùs venit; vndénam primum alimentum subierit? An id verum non dicitur, alimentum omne esse extrinsecùs: sed protinus vt in plantarum seminibus inest aliquid tale primum, quod lacteum vocatur: sic in animalium materia, incrementum constitutionis, alimentum est. Incrementum igitur fœtui per vmbilicum contingit eodem modo, quo plantis per radices. & ibidem postea, Sed cùm partes omnes potentiâ in materia insint; cùm principium motionis adfuit, perinde, vt in spontinis illis miraculis, quod subinde sequitur, excitatur. Et quod nonnulli naturales authores exponere volunt, cùm dicunt, simile ferri ad simile. dicendum, partes moueri non mutantes locum, sed manentes, & alterascentes mollitie, duritie, colore, & reliquis partium similarium differentiis, factæ iam actu, quæ antè erãnt potentiâ. Fit autem primò principium, quod in sanguineo genere cor est: in cæteris, proportionale, vt sæpe iam dictum est. idémque post obitum vltimò deficit, vt posthàc repetam. Gignuntur autem post principium, interiora priùs quàm exteriora: sed priùs maiora, quàm minora visuntur: quanuis nonnulla priùs non oriantur. Primùm superiora præcordiis formantur, eadémque magnitudine præstant: Nam inferiora & minora sunt, & minùs discreta: idque in omnibus, quæ parte superiore inferioréque distinguuntur, exceptis insectis. & ibidem post nonnulla; Iam antiquorum nonnulli naturæ interpretum, quæ post quam efficeretur pars, tenerunt quidem exponere: sed parum vsu periti earum quæ accidunt rerum. Partium enim aliæ priores aliis sunt: quod in cæteris etiam rebus. quod exemplis docet, vt geniti & generantis, vt tibiarum & tibicinis. Cùm itaque tria hæc sint; primùm finis, quem esse dicimus, cuius caussâ: secundum, quod eius caussa; scilicet principium generans & mouens: tertium, vtile, & quo finis vtatur. primum eam partem habere necesse est, in quo principium motus continetur: quod cor Aristoteli haberi sæpe dicimus. Hæc enim protinus pars finis prima & potissima est. tum post eam, totum & finis. tertium & vltimum, partes iis accommodatæ instrumentales ad vsus nonnullos. & paucis adiectis. Quamobrem (inquit) ea pars quæ principium continet, prima existit; mox tota superior moles. Quapropter caput & oculi fœtus, maximi inter initia apparent. inferiora ab vmbilico, crura dico, exigua cernuntur. partis enim superioris gratiâ, inferior est. Malè igitur Democritus Abderitanus caussam cur ita sit, reddit; quòd semper ita fit: idque principium in his existimat, quòd sempiterni & infiniti principium nullum sit. Caussa autem cur ita sit; principium est & infinitum, quod sempiternum est. Itaque qui de his interrogat, principium infiniti quærit. Hæc memini ab Aristotele in hanc quæstionem dici, & verò plutibus demonstrari locis à me indicatis. quẽ sequitur Auicenna lib. 3. fen. 21. tract. 1. cap. 2. Valeriola 191. 20. Galenus lib. de semine, primis statim fœturæ diebus, cor, quasi fundamentum quoddam, perinde ac iecur, gigni scripserat. sic enim illic philosophatur; Ex sanguine calido & tenui, qui per arterias vmbilicales fertur, cor gigni. quod ob eximiam caliditatem, velut ignis focus (sic enim Platonem imitatus loquitur; quem alibi reprehenderat, vt ostendimus) aut quasi flamma quædam assiduè moueri non desinit: sed mutua reciprocatione, semper distenditur & contrahitur. Ex eo autem sanguine crasso, qui per venas influit, iocinoris formam constitui. Tertium verò principium, ex quo nerui omnes procedunt, cerebrum vocatum, ex solo semine ortum habere. Sic tria principia iam inde ab initio consistere: quæ tamen ob exiguitatem, principio dignosci nequeant: deinde aucta conspici, & ita vicina sibi collocari, vt sese mutuò contingant. cerebrum quidem sublimius, hepar inferius, cor autem medium. à quibus deinde similaria germina prorumpunt: à cerebro quidem, medulla spinalis: à corde, arteria maxima, quam aortam cum Aristotele, sed & cum Hipp. nominauimus: ab hepate denique, vena

& interiora gignuntur ante exteriora & inferiora.

& maiora priùs pariter, non priùs gignuntur tamen.

Inferiora minora & posteriora superioribus.

Antiqui Physici ignorarunt ordinem generationis partium in animali.

Alia alijs partibus priores gignuntur.

Ab exẽplo.

Tria sunt in generatione, finis, caussa efficiens, & vsus: & quo ordine succedant.

Cor, principiũ motus, primum gignitur: deinde partes superiores: postremò inferiores, quæ de caussa.

Caput & oculi cur primò conspicui.

Democritus errat; non fit, quia semper. at sempiterni nullũ principium: & principium sempiternũ.

Infiniti principium nullum.

Cerebrum, cor & iecur inuicem gignũtur, cur.

Cordis generatio quò fiat; & cur semper mobile sit.

Gal. malè reprehendit Platonem.

Iecoris generatio qui fiat.

Cerebri origo, vnde.

Trium principiorū manifestatio, & ordo generationis partium.

à simili.

cata. Et his quidem omnibus subinde suum munimentum concrescit; cerebro caluaria, medullæ spina, cordi thorax, hepati circumfusa viscera, & reliquæ deinceps totius corporis partes molles, solidæ, carneæ, membraneæ, osseæ. postremò artus de trunco velut rami prominent. Sic videmus in plantis radices primùm humi pangi: truncum extra terrā emergere: ab hoc deinde ramos produci. Nam in fœtu, venæ & arteriæ vteri cotyledonibus affixæ & continuæ, radices stirpium referunt: tria dicta principia, truncum: artus ipsi, ramos facilè repræsentant. Vtrùm autem homo, arbor sit inuersa; an secùs, vt Aristoteles & Varro contrariis rationibus asseruerunt, alibi inquisiui. Atque his quidem rationibus inductus Galenus, cor, hepar, cerebrum simul formari statuit. idem tamen postea rebus accuratiùs pensiculatis, cùm apud se perpendisset vulgatam philosophorum opinionem; Fœtum ad expressam vsque & consummatam formationem, plantæ modo dispensari, neque cordis & arteriarum motu pulsúve indigere; cor posterius ab hepate gigni sensit; neque verò nulla ductus is quidem ratione. nam ex his duobus alterum videri necessarium; Vel vt ex iecore, ascendente sanguine, simul cum iecoris venæ productione, cor generetur: Vel per magnam arteriam, quæ etiam ipsa sanguinem & spiritum continet, idem illud cor concrescat & coaguletur. quamquidem in assertionem ac demonstrationem libellum conscripsit, deque fœtuum formatione inscripsit, philosophorum contrariam opinionem eludens atq. euertens. Hepar enim vtero proximum, & celerrimè & facillimè è sanguine concrescere: vtpote sanguini substantiā quàm simillimum. Nam si vena animalis incisa, sanguinem effluere in aquam modicè calidam fines, iecoris substantiæ quàm simillimam coagulationem adipiscetur. reliquæ verò partes, quæ carnosæ & sanguineæ sunt, vt generentur, longius tempus requirunt: quas inter, cor venit numerandum. cuius tamen quando prima formatio existat, inueniri certò posse idem ibidem negat, cùm ex abortu, tum ex sectione animalium. vbi enim discerni possunt, tria simul cōspici inter se vicina principia, cor, cerebrum & iecur. cor autem pulsare tum demum quando ventriculos habuerit, & in eos inserta vasa, & infusum sanguinem ac spiritum. Antè enim, plantarum instar, sine pulsu viuere fœtum in alto, vt nuper dixi, & paulatim augescere. tūc autem vbi pulsare primùm cor incipit, animalis vitam auspicari. Vt autem cor secundum ab hepate formatur, vtpote nondum necessarium: sic à corde cerebrum posterius tertio loco atque ordine succedit: quo neque fœtus ab initio opus habuit: neque iis qui ab eo pendent & oriuntur, sensibus & principibus functionibus. Hinc fit, vt infantes altricis animæ functiones validissimas habeant: imbecilliores quæ à corde: imbecillimas quæ à cerebro proueniunt, sentiendi, mouendi, imaginandi, cogitandi, recordandi; & siquæ sunt aliæ alibi à

Comparatio hominis partium cum plantis, tum inde ab vtero.

Homo, an arbor recta vel inuersa?

Gal. mutat sententiam.

Quòd prima hominis vita plantæ similis.

Cor gignitur hepate posterius, quod de re.

Cordis generatio quò fiat.

Hepatis generatio, vnde.

à simili.

Interuallum cordis generandi tempus.

Tria principia initio conspicua simul: & quando cor pulsare incipiat, & embryo vt animal viuere.

Cerebrum post cor, & cor post iecur gignitur, quam ob causam.

Infantum facultas altrix valida, vitalis minùs.

hobis tractatæ principes animæ facultates functionésve. Malè igitur Peripatetici & Stoïcis visum, cor omnium animalis partium primum generari, ab eóque alia deinceps oriri: & quia primum formatum sit, debere necessariò & neruorum & venarum esse originem. Idem verò lib. 15. de vsu part. cap. 6. ita ratiocinatur; Cùm fœtus magis eo vsu indigeret, quem præstant venæ, vt qui diutissimè plantarum more regatur; principium harum hepar mox à prima conformatione fecit robustissimum. Cerebro enim & cordi & instrumentis quæ ab iis emergunt, vtilitas quæ à venis proficiscitur, erat necessaria: quòd ea sine sanguine neque generari, neque augeri possint. hepati verò ac venis arteriarum vsus erat exiguus; neruorum autem nullus, antequàm essent consummata. Ob eā causſam natura venosum genus statim ab initio robustum fecit ac magnum: pòst autem alia duo cœpit augere. & quæ ibidem plura.

Iis minùs mum.

Cor non gignitur primum; nec ideo venarum & neruorum ergo est.

Partium quæ prima & maxima vtilitas.

Hæc igitur ferè sunt, vt in summa dicam, quæ de cordis & aliarum principum partium generationis ordine scripsit locis citatis Galenus. quibus adde, Vnicuique generi corporum alia generationis, alia dispensationis esse principia. sic alij nauim fabricantur, alij in ea nauigant; alij domos & vrbes ædificant, alij inhabitant & administrant. Et tamen vt idem artifex toti operi simul incumbit vno & eodem temporis momento, licet ab aliquibus certis partibus opus suum inchoet, vt nauim à carina, domum à fundamento; donec totum ex imperfecto ad perfectum deducat. Sic generando animali credibile est vim & facultatem illam nostri architectatricem, totum simul opus aggredi; sed alias partes aliis partibus priùs absolui, & absolutas cōspici, prout huius aut illius vsus naturæ animantis magis aut minùs necessarius est. Rursum cùm in corpore animantis ea sit partium inter se connexio, ea societas & colligatio, mutuaus inter sese opera indigeant: verisimile est, omnium simul perfectionem à natura fabricante promoueri. Nisi si quis quandiu animal imperfectum est, & adhuc elaboratur, partium actionem multarum respondeat adhuc inanem & inutilem esse. ideóque eas quæ magis necessariæ futuræ sunt, primas institui. Inde factum, vt primis statim à conceptu diebus, genitura vocetur quod in vtero seminis specie contineatur. proximo tēpore, quo tria principia rudem quandam delineationem ostendunt, & substantia fœtus carnea cernitur, non iam amplius genitura, sed fœtus appelletur: sicuti etiam cùm deinceps eadem principia manifestè discernuntur, & aliarum partium aut obscura delineatio deprehenditur. postremò vbi artus, qui postremi exporriguntur, distinctam suam formam cum toto sortiti sunt, adéstq. & motus & palpitatio, infans nominatur, vt Galenus post Hippocratem notauit. Cuius obseruatio ex libro Hipp. de natura infantis (nisi eius author Polybus Hippocratis discipulus haberi debet) multum huic loco & quæstioni adferat lucis & authoritatis. historia equidem certè lepida est, sed

Partiū corporis sympathia & mutua connexio facit vt simul à natura inchoetur.

At magis necessaria prius absoluuntur.

Conceptus, genitura, appellationes, vnde.

mali exempli: ideo quæ neceſſaria huic locó duxero, ſubiungam tantùm. Pſaltria quædam inſignis & formoſa (cui Muſurgo nomen fuiſſe, vel potiùs ſtatum conditionémve Galenus lib. 2. facult. natural. ſcribit) ſexto die fecit abortum: modum enim dicere quid attinet? abortiui autem fœtus hæc erat figura; Perinde ac ſiquis oui crudi exterius putamen detrahat, vt per interiorem membranulam interior humiditas pelluceat. rubrum quiddam ac rotundum inerat (Galenus hepar fuiſſe ſuſpicatur) in membrana autem, fibræ quædam venularum albæ & craſſæ, ſanie craſſa rubráque inuolutæ. extrinſecùs circa membranam, cruenti liuores. in medio tenue quippiam hiabat, qui vmbilicus videbatur; quò fœtus primùm ſpiritu & foràs & intrò meante reſpiraret. ab eo, membrana quæ continet genituram (chorion poſteritas appellauit) tota erat producta. Talis fuit ſex dierum genitura, vt illi quidem referunt, qui ſe vidiſſe teſtantur: ſed in qua ob nouitatem & recentem etiamdum concretionem, omnia minùs conſpicua, minùs diſtincta, minùs integrè effigiata conſpiciebantur. Certè Galenus de menſtruo abortu certiora & diſtinctiora prodidit: in quo tria hæc principia, iecur & cor & cerebrum iuxta ſe collocata viſuntur: maius autem veriſque hepar. Ex quibus tamen efficitur, vt ex ſola inſpectione, nihil certius de partium priore vel poſteriore generatione ſtatui queat: ſed tantùm quæ partes auoprimæ aut magis diſtinctæ pareant. Quin & idem Gal. liberè atque ingenuè fatetur, vniuerſum fœtus corpuſculum ſimul formari: & quolibet temporis momento, omnes ſimul partes ali augerique: nullo vnquam tempore quieſcente, vel otioſa manente illa vi noſtri corporis opifice. Sed & longè ante Galenum Democritus apud Ariſt. cap. 4. lib. 2. de genera. animal. Sempiterni atque infiniti principium vllum eſſe negat, vti paulò antè citaui. Quinetiam Democriti vel diſcipulus, vt quidam putant, vel certè contemporaneus Hippocrates non paucis locis illud idé indicat, vt lib. 1. de diæta; Diſcriminantur autem partes & augeſcunt ſimul omnes, & neq. prius aut poſteriùs aliæ aliis. verùm maiores naturâ priores apparent minoribus, cùm non priores exiſtant. Idem lib. de oſſib. vbi principium aut finis ſit, neſcire ſe profitetur, hac ſimilitudine illuſtri; Circulo enim facto, principium non inueniter. quam ſententiam iiſdé penè verbis initio libri de locis in homine ſic reperit & amplificat; Mihi quidem videtur principium corporis nullum eſſe: ſed omnia ſimiliter principium, & omnia finis: Circulo enim ſcripto, principium non reperitur. & lib. de carnib. hanc theſin experimento probare nititur, haud abſimili paulò antè citatæ hiſtoriæ, quam vtcumque innuere videtur. ſermonem ſic orditur & contexit; Porrò vita hominis ſeptem dierum eſt. primùm etenim poſtquàm genitura in vteros peruenit, in ſeptém diebus habet quæcumque corpus habere debet. Mirari autem quis poſſit, quomodo ego ſciam. verùm multa ego vidi hoc modo. Meretrices publicæ, quæ ſæpius de ſeipſis copiam fecerunt, vbi cum viris rem habuerint, ſciunt quando in ventre concipiant, & poſtea conceptum intra ſe perdunt. poſtquàm autem iam perditus eſt, elabitur velut caruncula. Hanc caruncúlam in aquam coniectam ſi conſpicatus conſideraueris, omnia membra habere reperies, & oculorum regiones, & aures, & manus, & manuum digitos, & crura, & pedes, & pedum digitos, & pudendum, & reliquum totum corpus manifeſtum. Vides autem, quomodo hæc quadrent cum hiſtoria pſaltriæ antehàc citata. Qualia nobis frequentia exempla fortuitò contingunt, ex abortu non procurato, ſed fortè contingente. nam abortus procurare ne ipſe quidem Hipp. iureiurando permittit: lex autem diuina prohibet: vt nihilo leuior culpa ſit, hominis ſpem perdere, quàm hominem perimere.

Et verò Hipp. iſta ratio mihi admodùm ſimilis veri videtur, non dubiæ coniuncta experientiæ. Cùm enim præſto adſit vna & eadem communis omnibus materia, nempe ſemen & ſanguis menſtruus; vna & eadem facultas adſit architectatrix; vnus atque idem formationis focus finiſque: cur non ſimul omnes ex æquo obedientes & agenti cauſſæ cedentes particulæ, impreſſionem opificis ſuſcipiant? cur non eodem temporis momento cælentur, fingantur, ſculpantur, dolentur, conſummentur ac perficiantur? Neque verò abs re erit rem ſimilitudine illuſtrare. Lacti ſimulatque coagulum admixtum eſt, id ipſum cauſſæ efficientis & formantis obtinens imaginem, ſanéque virilis ſeminis ſpeciem atque facultatem præ ſe ferens, in totâ maſſam mulctrámve agit æqualiter, ſi modò æqualiter permixtum, totíque ſit confuſum: atque eodem momento vniuerſam ſubigit, alterat, informat, cogit. dicíq. vix poteſt (ſiquidem cætera conſentiant, penes mixtionem coaguli, & caloris contemperationem, & lactis vniformem naturam, & ſini vaſíſve naturam atque capacitatem) vtra pars lactis prior aut poſterior concreuiſſe diligenter inſpectanti & attentè conſideranti videatur. Quod etiam forſan in formatione animalium ſimiliter contingit. atque in eam quidem ſimilitudinem videtur intendiſſe Iobus cap. 10. cùm dixit, Nónne ſicut lac mulſiſti me, & ſicut caſeum me coagulaſti? & paulò antè, Memento (quæſo) quod ſicut lutum feceris me. & Ariſtoteles ipſe cap. 4. lib. 2. genera. animal. eandem ſimilitudinem affectauit, Cùm autem excrementum fœminæ in vtero conſtiterit à maris genitura, quæ ſimile facit, vt lactis coagulum. coagulum enim, lac eſt continens calorem vitalem, qui partes ſimiles ducit eôdé, & vnit atque conſtituit. Et genitura ita ſe habet ad menſtruorum naturam: eadem enim natura lactis & menſtruorum eſt. qua de re nos alibi hoc in opere. ſed alteram Iobi ſimilitudinem contemplemur. Si quis terram aut puluerem vniformem & æqualem aqua ſeu liquore aliquo diluat & ſubigat exactéq. permiſceat:

Hiſtoria pſaltriæ 6. die abortú facientis, & figura.
à ſimili.
Hepar.
Vmbilicus.
Chorion.
Abortus menſtrui figura.
Abortiui fœtus non indicat ordinem generandarum partium.
Totus embryo ſimul formatur.
Infiniti & ſempiterni principium nullum.
Quòd totũ in fœto corpus ſimul formetur: ac maiores partes priùs conſpicua.
Corporis principium nullum.
à ſimili.
Vita hominis 7. dierũ: item genitura, qui.
Meretrices ſibi crebro procurant abortus.
Fœtus partes quomodo primùm aguoſcendæ.
Abortũ procurare nefas, quare.
Quòd totũ corpus ſimul cõpingatur, ex cauſſa.
Similitudo à lacte coagulato.
Cõditionem ad coagulationẽ lactis ſimultaneã.
Homo eâdem ſimiliter formatur.
Semen virile coagulo ſimile, & lacti menſtruo: & coagulum quid.
Similitudo hominis ab lute, & quòd totus ſimul formatur.

eadem opera atque eodem momento temporis æquabile lucum & vniforme contemperabit: neque altera pars prior aut posterior madefacta coiuisse & compacta fuisse diiudicabitur. Sic vbi semel ambo nostræ generationis principia confusa in vtero materno, & ab eodem calore natiuo & facultate formatrice elaborata fuerint; vix alia pars vlla quapiam prior aut posterior, concreuisse, formámque propriam induisse discernetur.

Hominis generandi modus & vsus, & necessaria conditio.

Sin est sequenda interior, & animo potiùs quàm oculis æstimanda ratio, ita quidem poterit institui, habita positorum principiorum & generationis humanæ (quanquam & ad alia animantia extendi potest) modi & figuræ consideratione. Cùm primùm semen viri in temperatum mulieris vterum est iniectum, fœcundum illud quidem & prolificum, idq. vterus retinet & concipit (vnde σύλληψις, conceptio nominatur) & amicabiliter amplectitur, muliebri & ipsum semini (menstrua putabat Arist.) eodem temporis articulo confusum ac permixtum: non ita multo pòst, tum calore loci, tum vi naturæ gignentis, tum ex seminis crassi & viscosi natura, pellucida quædam (χόριον siue secundæ appellantur, vti posthàc docebo) concrescit pellicula cotyledonibus vteri adnata & cohærens. Ex quibus hæc tunica totidem vasa vasis totidem correspondentia excipit, venas & arterias penè innumeras: quibus solis fœtus cum matre fœta connectitur. Quæ tandem omnes ita inter se coalescunt, vt ex illis penè innumeris venis & arteriis duæ vtriusque generis supersint magnæ de minimis conflatæ. velut è multis radiculis pauculæ radices, & tandem truncus arboris consurgit, vti posthàc suo loco declarabimus apertiùs & ampliùs. Quas inter duas venas totidémque arterias, medius quidam meatus & velut aquæ ductus (οὐραχὸς ab officio denominatur) ad vesicam infantis pertingit. Per hunc meatum, vrinam ille excernit in mẽbranam allantoidem dictam, de qua hàc dicendum. Per venas autem & arterias, sanguinem à fœtante attrahit, tum ad sui nutricationem, tum ad cordis, hepatis & aliarum partium primam generationem, præter eas quas exangues & albidas de feminis substantia gigni partes receptum est. Quomodo autem ex sanguine venarum & arteriarum commemorararum deinceps hepatis & cordis substãtia similis de simili concrescat, & paulò antè explicaui, & postea suo loco repetam, & nunc relinquo æstimandum. Hanc enim velut summariam quandam generationis humanæ adumbrationem, velut in tabula obiter spectandam exhibere volui, donec perfecta delineatio suis depingenda coloribus, absoluenda proponatur.

Conceptio quid.

Chorij generatio.

Ligamenta fœtus ad fœtum, vsusque. à simili.

Vrachus quid, & vnde duplex, & infantis vrinæ conceptaculum.

Partium infantis generatio, vnde, & quale.

Desinant ergo philosophi de primaria partium generatione altercari ac digladiari: desinant cordi primas deferre, atque inde absurdarum opinionum fundamenta struere: cùm nostræ generationis posita ratio manifestè declaret, vasa vmbilicalia quatuor dicta (pauciora an sint, pòst viderimus) & quintum vrinaculum, omnium prima genetari (siqua tamen pars alia ante aliam gigni sit dicenda, ac non potiùs simul omnes informari, vti posita nuper similitudo demonstrauit) quæ sine, nec augeri, nec accrescere, nec ali denique, imò ne formari quidem reliquis partibus omnibus in animante contingit. nam chorion ad natos & editos iam nihil ampliùs attinet; alioqui prima intus genita fœtui inuoluendo & vasis implicandis tunica necessaria; matri & fœtui coniungendis tanquam naturale & familiare vinculum futurum.

Epiphonema in erroneam philosophorum de generatione fœtus opinionem.

Ordo generationis partium fœtus.

Chorij natura & vsus.

Digitized by Google

NIC. NANCELII PROBLEMA,

An ſedes animæ in cerebro? an in corde? aut vbi denique?

N. quæſtiones varie, ac multiplices in ſua Analyſi.

INTER multas & præclaras quæſtiones, quas A paſſim agitat N. vbi de capitis & cordis principatu contendit, hanc vtique περίεργον inquirit; An anima in corde, vel in cerebro habitet? Atque vbi de corde ex profeſſo agit, varias opiniones recenſet eorum, qui huic principio animam affigunt atque addicunt. hîc non pigebit nonnullarum obiter meminiſſe, reliquis in ſuum locum relictis ac reiectis: deinde ad præſentis tractationis argumentum fit tranſitus. ſic autem ille exorditur NANCELIVS.

CHRISTVS ipſe, qui hominem fecit (ſic enim Pater ad Filium Geneſ. 1. Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram) quíque ſcit, ait Paulus, quid ſit in homine, dicens Marci 12. ex Deuter. 6. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, & ex tota virtute tua; ſynonymis vtitur multis velut pro C eodem. idem Matth. 15. De corde exeunt cogitationes malæ &c. nimirum quaſi ſit anima in corde, cuius ſint bonæ & malæ cogitationes, & earundum effectus. & ibidem ex Eſaia 29. Populus hic me labiis honorat: cor autem eorum longè eſt à me. id eſt, animus, qui in corde habitat. & Ioan. 12. Cùm diabolus miſiſſet in cor. & cap. 16. triſtitia impleuit cor veſtrum. & paulò pòſt, gaudebit cor veſtrum. & Paulus 1. Timoth. 1. charitas de corde puro. & act. Apoſtol. 4. multitudinis autem credentium erat cor vnum, & (pro, id eſt) anima vna. & Prouerb. 2. ſi intrauerit ſapientia cor tuum. & Pſal. 23. Innocens manibus, & mundo corde. idem Pſal. 50. Cor mundum crea in me. Sed quid plures locos proferam? ſunt enim penè innumeri in vtroque teſtamento; ex quibus colligere eſt, cor per metonymiam ſubiecti, pro anima ipſa, velut in eodem ſibi domicilium deligente ac ſtatuente, ſumi. quinetiam ibidem ſi non omnium, at plurimarum ineſſe ſaltem animi affectionum (quas & paſſiones & perturbationes vocant) velut domicilium ac receptaculum. de quibus ego iudicium penes Theologos relinquo. Quibus locis inductus ac perſuaſus D. Hieronymus, ſic ad Fabiolam ſcripſit; Senſus in corde eſt: habitaculum cordis in pectore. quæritur vbi ſit animæ principale. Plato in cerebro: Chriſtus monſtrat in corde, Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt. &, Quid cogitatis mala in cordibus veſtris? Idē in cap. 15. Matth. ad illud citatum, De corde exeunt cogitationes malæ. Ergo animæ principale (infert Hieronymus) non ſecundùm Platonem, in cerebro: ſed iuxta Chriſtum, in corde eſt. Lata eſt ſententia: nihil pluribus verbis opus eſt. hîc nos acquieſcere poſſumus. ſed tamen iuuat bona cum venia rem penitiùs inſpicere, ac problematicè agitare. Euthymius comment. ad Pſalm. 50. cordis multiplex ſignificatum exponit. Quem locum, vt & complures alios, quia alibi citaui, nunc minimè iterabo, ne *δὶς τὰ αὐτὰ*, bis idem repetam, quod lex Logicorum prohibet. Sed eandem nunc quæſtionem nouis quibuſdam & penè contrariis philoſophorum potiſſimùm rationibus agitandā propono: quas ij demum facilè intelligent & agnoſcent, qui lib. Galeni de plac. Hippoc. & Plat. diligenter euoluerint, ac fideliter meminerint: ſed & nouis quibuſdam teſtimoniis tum philoſophorum, tum etiam Theologorum illuſtrium aliunde mihi depromptis adſtruendam. & poſtremo hoc proprióque loco diſceptandam atque confirmandam aſſumo. Ita tamen vt inconcuſſa rei veritas, Theologorum & ſanctorum Patrum iudicio ſtabilienda relinquatur.

Quod anima & mēs in corde.

Cor, paſſionū animæ ſedes.

Vbi anima principale, in corde, an in cerebro? Quid ſit in corde.

Ac primùm vt rem velut à ſuo capite, & à D medicorum coryphæo arceſſam; Hippocrates antiqua fide dignus philoſophus, & doctrina ſingulari commendabilis, lib. de corde: *Τὸ μὲν ἐν τῷ ἀριστερῷ πέφυκε ἐν τῇ κοιλίῃ, ἡ ἀρχὴ τῆς ἄλλης ψυχῆς.* Mens hominis in ſiniſtro cordis ventriculo ſita eſt, & reliquæ animæ imperat ac præeſt, inquit. Non obſcura eſt philoſophi ſententia, animæ principatum cordi, nec toti, ſed ſiniſtro eius ventriculo, vtpote digniori, & calidiori, & ſpiritibus pleniori, & ſanguinis purioris, ſyncertoris, æſtuantioris, feruentioris, agilioris compoti aſſignans. Idem libello de virginum

Mentis ſedes ſiniſter cordis ventriculus.

virginum morbis; Ex retento ſanguine menſtruo, & ad cor, & ad ſeptum tranſuerſum reſiliente, cor fatuum fieri (id eſt, mentem deſipere, furere, alienari) deinde ex fatuitate torpedinem, ex torpedine delirium (maniámque, vt aſſolet) oriri ſcribit. Quanquam author lib. de morbo ſacro, qui & Hippocrati adſcribitur, forſan rectiùs, non cordi, ſed cerebro ſapientiam tribuit: de phrenibus dicam ſuo loco ex eodem, & quòd fruſtrà hoc nomen cauſſámque habeant. quemadmodum quæ ad cor ſitæ ſunt aures, fruſtrà appellantur, cùm nihil conferant ad auditum. Porrò dicunt quidam (ſubiungit ibidem Hippocrat.) quòd corde ſapimus: & quòd hoc eſt, quod angitur, & quod curam gerit. Verùm hoc non ita ſe habet: ſed conuellitur quidem, velut præcordia; & magis etiam propter eaſdem cauſſas. Ex omni enim corpore, venæ ad ipſum tendunt, & concluſiones habet, vt ſentiat, ſi quis dolor aut collectio homini contingat. Neceſſe eſt enim & dum angitur, inhorrere corpus ac diſtendi. & ſiquis nimio gaudio perfundatur, idem pati. Quapropter cor quidem & præcordia maximè ſentiunt: ſapientia tamen minimè participant: ſed omnium horum cerebrum cauſſa eſt. Ita quidem eo loco Hippocrates, aut alius neſcio quis grauis author cumprimis (de quo & paulò pòſt iterum copioſiùs) non cerebro vtique, ſed conceptæ & reſidenti in illo animæ ſapientiam tribuens, vt nos paulò pòſt interpretabimur.

Manifesta vecordia mentem percellunt, qui.

Sapientia cerebro potiùs, quàm cordi assignanda.

Cordis sympathia & motus in gaudio & dolore.

Non cor, sed cerebrum sapit.

Heraclitus Phyſicus Epheſius dictus σκοτεινὸς, ob affectatam poëmatis obſcuritatem, idémque lachrymabundus philoſophus, de anima ſic apud Laërtium tradit: Eius naturam inueniri non poſſe, quantalibet quis viæ conficiat ſpatia. adeo profundam eius eſſe rationem & indagationem. quod non ineptè ille quidem ſenſit: rei obſcuritatem vix animo eruendam penitius contemplatus. Qua ratione Simonides Hieroni tyranno, quid aut qualis ſit Deus, roganti, dilata reſpondendi mora, quæſtionis inexplicatam rationem inſinuauit. de qua nos iam ab initio Analogiæ.

Quòd animæ ratio inueſtigari nequeat.

Chryſippus inter Stoicos eximius philoſophus, librum de anima ſcripſerat, eiúſque principatum cordi addixerat. in corde enim eſſe omnium affectuum & perturbationum animi ſedem: ibidémque iccirco etiam rationis, & rationalis animæ domicilium adſtruxerat, liber excidit ille quidem: opinionis autem fragmẽta quædam ſuperant, ex quibus hoc colligitur. Quando dicimus (ἰοὺ) ait ille, hác in parte nos monſtramus, vt noſtram ibi eſſe mentem aſſeueremus. quaſi propriè, & natura duce, monſtratio illa huc deferatur. Quinetiam ſine hac per manum facta monſtratione, nutu in nos ipſos relato, ſolemus vocem hanc (ἰοὺ) proferre: cùm protinus talis ſit naturæ, vt cum demonſtratione, quam mox ſubſcribam, pronuntietur. Ἰοὺ enim ita pronuntiamus, vt in prima ſyllaba eius proferenda, labrum inferius in nos ipſos cum demonſtratione quadam deprimamus. ſecunda verò ſyllaba ita appoſitè ad menti motum nutúmque *in pectus inclina-*
A tum: talémque demonſtrationem ſubſequitur, atque adiuncta eſt, vt nulla remotio ac ſeparatio inde, quemadmodum in verbo (ἀπὸ τοῦ) appareat. hæc ille primùm, arguté quidem; ſed frigidè tamen, ad indicandum nutu menti, nudæ mentis in pectore & corde domicilium: quo argumento, parum mihi videtur profeciſſe, cùm innumeræ voces habentes ι, υ, ε & g, plurimùm diſcrepantem ab ea ſignificatione habeant ſententiam

Cor, animæ & eius perturbationũ sedes, ratioque.

Idem Chryſippus ferè ſimiliter de præcipua animæ ſede ac domicilio, aliquando ſic infit. Ita ſedes ipſa animæ cognitionem noſtram vi-
B detur effugere (quod paulò antè ex Heraclito citaui) cùm neque vllus ſenſus huiuſce rei extet, ſicut in reliquis: neque argumenta aliqua ſint, quibus ratiocinando confici hoc poſſit. neque enim alioquin in tantam tum medicis, tum philoſophis controuerſiam res deueniſſet. Idem tamen mox ſubiecit: Plerique verò omnes in hanc ſententiam propendêre, ac mihi ferri videntur, vt in pectore, & præcipuè eo loco, quo ſitum eſt cor, quaſi ſentiant affectus, qui in mente acciderunt. quod maximè in timoribus, ægritudinibus, ira, atque excan-
C deſcentia contingit. Quæ enim ſingulorum affectuum in mente accidit perturbatio, ea ita in pectore extat, vt ſenſum non effugiat. Ac ſi ira hoc in loco eſt; vt ibidem reliquæ cupiditates collocentur, conſentaneum eſt: ſimul etiam & amantium, & rerum venerearum appetitiones. Idem verò, vbi ſit affectuum ſedes, ibidem eſſe animæ domicilium ſtatuit cum reliquis Stoicis. Sed contrà, dum cogitamus, diſcimus, docemus, ratiocinamur, nullus præcipuus in corde motus apparet (dixerit quiſpiam, & nos poſtea declarabimus) quod in ira, excandeſcentia, metu, triſtitia, & nonnullis
D aliis animi perturbationibus contingit. Ideo vt affectuum illorum ſedes in corde videatur ineſſe (quod permultis ex Homero & Heſiodo teſtimoniis probatur apud Galen. lib. 3. decret. Hipp. & Plat.) ibidémque eius partis, quæ rationi obtemperat, veluti domicilium collocetur: Tamen rationalis animæ partis (quam & principalem, & dominantem, & mentem vocant Stoici) aliunde quærendum eſt domicilium. Neque enim inconuenit, rationi obtemperantem animæ partem, intelligentémque diuerſo loco ſecludi ab ea, quæ rationi refragatur ac repugnat, & ab animi paſſionibus appel-
E latis, vt Plato ſenſit. quod tamen nondũ apud reliquos philoſophos ſatis eſt conſtitutum.

Animæ sedes ignota, tum sensibus, tum argumentis.

Si ira est in corde, ibidẽ & reliquæ passiones, ibidem & anima.

Ratiocinatio non est in corde, sed ira cum reliquis passionibus.

Rurſum Chryſippus non obſcurè, ſed apertè de animæ eſſentia, partibus, & ſitu, ita ratiocinatur. Anima, eſt ſpiritus nobis innatus, per totum corpus (ita ferè noſter Ambroſius, vt parebit) quoad vitæ habilitas in eo extiterit, diffuſus ac permeans. Ex huius igitur partibus, quæ ſingulæ ſingulis membris diſpenſatæ ſunt, eam, quæ ad arteriam aſperam pertingit, vocem eſſe dicimus: quæ ad oculos, viſum: quæ ad aures, auditum: quæ ad nares, olfactum: quæ ad linguam, guſtatum: quæ per totam

Anima quid, & eius partes.

Vocis & quinque sensuum, & seminis, & animæ sedes principalis.

Quatuor orificiorum eiusdem vasorum collatio inter se.

è reliquis, quod ab arteria venali, cum eo quod à magna arteria editur, amplitudine contendit, A circulum cauæ haud absimilem, minorem tamen exprimens. reliquum venæ arterialis orificium cæteris amplitudine concedit.

Verùm satiùs est audire Galenum libr. 6. de vsu part. harum vndecim membranarum vsum & artificium subtiliter indagantem atque expromentem, ac de multis eius verbis, summam rei (addendo pauca, vbi deficere videbitur oratio) narrationem sic breuiter contexere. Cùm

Quatuor orificiorum in corde cõpositio, & membranarum obductarũ ratio, numerus & ortus.

quatuor sint in corde orificia: tres quidem in singulis aliis sunt membranæ; duæ autem duntaxat in arteria venosa. Oriuntur porrò omnes B ex ipsis orificiis: vnde profectæ, aliæ quidem foris introrsùm progrediuntur in cordis ventriculos: ad quos etiam ligamentis fortibus annectũtur: aliæ verò intus foràs vergunt, quà primùm vtrumque vas è corde emergit. Sunt autem in

De vena arteriali, eiúsque vsu, & membranarum situ figuráque.

vena quidem arteriosa (per quam pulmonem ali à corde contracto, antea diximus) membranæ tres intus foràs spectantes; quas à figura literæ Ω (hac quidem semicirculari forma ☾) qui accuratiùs tractarunt anatomas, σιγμοειδεῖς appellarũt. In cava porrò vena, quæ sanguinem (in cordis sinum dextrum dilatatum) introducit, tres quoque foris introrsùm pertinentes insunt C membranæ: sed quæ multùm crassitie; robore ac magnitudine illas antecedant. aliud tertium nullum est in dextro ventriculo orificium.

De vena cava, eius vsu, & mẽbranarum forma.

De arteria magna, eius vsu, & membranarum figura.

In altero autem cordis ventriculo, alterum quidem omnium maximum est orificium (vide tamen, an cauæ venæ orificio maius, ac num potiùs angustius sit) nempe arteriæ magnæ, à qua omnes ducuntur, vt nuper diximus, quæ in totum animal dispertiuntur arteriæ. tres verò huic quoque membranarum σιγμοειδῶν intus foràs vergentium insunt epiphyses. Aliud verò arteriæ venosæ, quæ in pulmonem distribuitur (& cordi dilatato spiritum suggerit; eóque D contracto, fuliginem excernit) orificium duarum mẽbranarum foris introrsùm (vt putant; quanquam inducendæ & educendæ materiæ seruit) pertinentium habet epiphysin: non tamen σιγμοειδῆ, aliarum instar. (quia videlicet conceptã intra se materiam vltrò citróque cõmeare fuit necesse: in reliquis verò secùs, aut foris introrsùm, aut intus foràs tantùm, vt ostendimus.)

An orificiũ aorta sit maximum vasorum cordis?

De arteria venosa, eius vsu, & membranarum figura sitúque.

Sola venalis arteria duas habet membranas, & hæc illàc perfluit.

Porrò tres illas, quæ sunt ad venæ cauæ orificium (in dextrum nempe cordis ventriculum dilatati sese exoneraturæ) τριλαιχῖνας, à mutua inter seipsa compositione nominant, telorum angulis atque eminentiis similes cuspidibúsque, vt paulò antè diximus. Quæ verò sunt ad os venosæ arteriæ, cùm eæ tantùm duæ sint, nemo τετραλαιχῖνας nominarit; tum quòd cuiusque figura, tum quòd ambarum coniunctio cuspidem non æmuletur. sunt qui mitræ episcopalis summis duobus acutis apicibus comparent. Atque in vasis quidem, quæ materias intromittunt, fortes & magnæ sunt membranæ, quæ vim impulsionis sustineant. in ijs autem, quæ foràs emittunt & eiaculantur, imbecilliores extiterunt. maiore enim vi cor dilatatum trahit, quàm contractum expellit (contrà quàm Co-

Τετραλαίχινος figura & appellationis ratio: & cur nihil ad venalem arteriam.

Arteria venalis cuspidum forma.

A simili.

Vasorum intromittentium & emittentiũ comparatio roboris mẽbranarum, & impulsus vehemẽtia.

lumbus antea sensit.) Quæ res tamen inspectione, ἐ τῇ ἀνατομῇ, multo facilius, quàm scripto aut oratione percipi potest. & quia demonstratio longior est, & parum vtilitatis habet; ideo nunc à nobis prætermittitur: eámque curiosam *Transitio.* speculationẽ Galeno relinquimus lingillatim & copiosè suo more explicandam l. 6. de vsu part.

Cæterùm vt alacriter atque expeditè reliqua illa oscula patefierent, & exactè clauderentur; membranas natura ternas constituit sibi inuicem implicandas & incumbentes mutuò. solius autẽ arteriæ venosæ orificio duas tantùm præfecit, ne adamussim clauderetur: sed vt trãsitum à corde ad pulmones excrementis fuliginosis omni momento eiaculandis relinqueret. Sic igitur tensæ à corde vasorum istæ tunicæ foris introrsùm spectantes, materiam impellunt, & cordi suggerunt egenti: neque tamen mox relabi sinunt. At quæ intus foras vergunt: eo pariter distendente, & à radicibus earum trahẽte, materiam extra se pellunt, neque regurgitare mox patiuntur. Quo fit, vt cor nullum inanem subeat laborem, tum noxia expellendo, tum vtilia attrahendo. sic vt trahẽte illo, nihil egrediatur: & expellente, nihil ingrediatur, oculis per dictas mẽbranas ad vnguem cõmissis & compressis. trahit enim cor, mittunt autem quæ ad aures cordis adiacent cauitates: vasa denique deducunt. quorum omnium vnum est motionis principium; cordis nempe dilatatio. Sic contracto thorace, pulsæ atque introrsùm cõpressæ vndique fortiter, quæ in pulmone sunt, venosæ arteriæ exprimũt quidem quàm celerrimè spiritum intra se contentum: transsumunt autem per subtilia illa oscilla, sanguinis portionem aliquam. quod numquam cõtingeret, si sanguis per maximum & semper patulum oculum retrò commeare potuisset. sed intercluso aditu, dum comprimitur vndique, distillat quippiam per exigua illa orificia in arterias, pulmoni alendo perutile futurum.

Cur reliquæ ternis vasis ternæ, vna autem venalis arteria, tot sint membranabus.

Membranarum vasa intrò spectantium, vsus, itemq; intus foràs; & hinc cordis labor allenatur, quomodo.

Cordis tractio quæ sint.

Arteriæ venalis quomodo spiritum eiiciat, & sanguinem pulmonis, & quorum in vsum.

Idem thorax quantumlibet contrahatur, comprimet quidem venas: sed vt per os quicquam regeratur, nunquam efficiet: cùm sit os diligenter à membranis conclusum & obsitum. Quantò enim thorax contendit vehementiùs, sanguinem elidens: tantò membranæ ipsæ exactiùs occludunt. Ab interiore enim parte extrà emergentes, totúmque orificium in orbem obsidentes; figuram præterea atque magnitudinem ita exactam habentes, vt si tensæ omnes atque erectæ simul fuerint, vnius magnæ totũ E orificium obturantis speciem referant: ab ijs quidem, quæ ab internis extrà erũpunt, euersæ, & extrinsecùs tunicæ ipsius venæ accidentes, transitum ipsis adaperto ac plurimùm diducto orificio facilè dant. Quòd siquid extrinsecùs intrà feratur; hoc ipsum cogit membranas in vnum, vt aliæ incumbant aliis, atque ex ipsis quandã velut portam adamussim clausam cõstituant. In omnibus itaque vasorũ à corde proficiscentiũ orificiis, mẽbranæ aliæ aliis incumbẽtes extiterũt, eo artificio cõstitutæ, vt si tensæ simul fuerint, steterintque erectæ, totũ orificiũ obstruant. Cõmunis autem ipsarũ omnium est vsus,

Venæ contractio thorace cur sanguinem non profundant; & eius vsusque membranarum, atque situs & figura: & quomodo se pandat, aut occludat.

Digitized by Google

Vasorum cordis membranarum omnium communis vsus, & singularum speciales: hinc cordis alleuatio, quorsum.

Quatuor vasorum cordis basi data partitio, & vsus distinctus.

De ventriculo cordis, eorum numero, sitv, vsuque. A simili.

vsus, vt materias retrò meare prohibeant: vtrúmq. verò proprius, educentiũ quidé è corde materias, ne ampliùs ad ipsum remeent: inducentiũ verò, ne ampliùs ex ipso effluant. Nolebat enim natura vano labore cor fatigari: neq. in eã partem aliquando emittere, vnde trahere præstiterat: neq. rursus ex illa ducere, ad quam mittere erat necesse. Proinde ex quatuor orificiis, quæ bina in vtroq. cordis ventriculo cõsistunt, altera quidé inducunt, altera verò educũt eam quã dixi materiã. Sed de his iam plus satis: plura etiam tibi Galenus libro citato recitabit.

De vẽtriculis cordis penitissimis & abditissimis postremo hoc loco videtur dicẽdum, quò mihi tota cordis & partiũ eiusdẽ natura explicãda decurrat. sic autẽ vocãt insignes quasdam capacitates, quæ cordi vtrimq. insũt, dextra lęuáq.; duo veluti arcana promptuaria diuitiarũ naturę præcipuarũ, abditissima, penitissima, occultissima, & loco omniũ munitissimo recluſa. quasi thesaurũ præcipuũ & nobilẽ solers natura sic occultare ac recondere voluerit, ne esset externis iniuriis, & tanquã rapinis obnoxius latronũ, grassatorũ, furũ, prædonũq. Sinistrũ vocãt Anatomici spirituosum, vel aëreũ, qui altero minor est, coniformis, in lõgũ rotũdus. Dextrũ autẽ, altero nõ paulò maiorẽ & capacioręm, ac semicirculi figura inæqualiter intus exporrectũ, sanguineũ appellãt, quòd sanguis in hoc aut solus, aut sanè plurimus: in illo autẽ, spiritus cõtrà solus, aut potiùs plurimus pauco sanguini cõfusus insit. quæ proportio mihi videtur in arteriis ab hoc fonte manantibus ceu riuulis etiãnum seruari. Hũc autẽ spiritũ vitalem vocãt (minùs enim rectè Zeno animalẽ dicebat) quòd sit vitæ efficax, & caloris natiui fomes atque basis: ex naturali spiritu crassiore elaboratus: & animalẽ spiritũ de se potissimũ generãs, in plexu illo admirabili dicto perficiũdũ ac depurandũ; quẽ in cerebri basi arteriæ cõplusculæ intertextæ efficiũt. de quo, vt & de tota spirituũ natura, ortu, differẽtia, numero, vi atq. efficacia, satis supérq. iã inde ab initio huius operis, & 1. lib. de peste. Quòd autẽ in sinistro cordis vẽtriculo, cũ spiritu vitali plurimo, sanguinẽ paucũ, tenuẽ, præcalidũ atq. æstuantẽ (cõtra Arist. de quo parebit) cõtineri dixi: id quidem tũ experiẽtia cõuincit, tũ ratio nõ obscura docet. Nemo enim tã acutus aut subtilis vnquam extitit, qui viuo animali hũc vẽtriculũ mucrone aperuerit, vt nõ statim cũ spiritibus sanguis effũderetur: nihilóq. minùs mortuo, cõcretus in eo sanguis, paucior tamen, inueniri solet. Deinde siqua ratio est, quæ persuadeat in arteriis sanguinẽ cũ spiritu cõtineri: nõne eadẽ cõuincet, in sinistro cordis sinu vtrũq. cõmiscerit cũ arteriis sua inde origo constet? & ab hoc veluti fonte, vt dixi, suos ille innumeros riuulos sanguinis & spiritus viuifici, per corpus vniuersum diffundant? Hic nẽpe focus caloris natiui, quo animal regitur: hic fons spirituũ vitaliũ longè vberrimus: hic focus tanquã ignis ille lius Vestalis nunquã nisi morte extinguibilis: aut si Græcè mauis, ἀσβεστος. vt non immeritò ignẽ, non caloré Plato vocarit: sed ἀσβεστους ἡ

Arteriarũ ortus, & contenta.

Spiritus vitalis vbi, & cor dictum, vnde eodem, quid significet.

Rara mirabilis situs & vsus.

Sinistri ventriculi sanguis & spiritus qualis: & quòd sanguinem necessariò cõtineat.

Vt in arteriis, sic in sinistro cordis ventriculo sanguis cum spiritu continetur. Arteriarũ ortus & vsus.

Laus & vsus sinistri cordis ventriculi. A simili.

Platonis oratio & caussa defenditur.

Cor sectũ viuo animali agitat.

Vita in calore, eiusq. sedes, & origo.

Cor primũ viuens, vltimum moriens.

Cõparatio dextri ventriculorum cordis inter se, & cum aliis partibus cõporis.

Cordis partes cur sinister dẽsior, dexter tenuior sint.

Moles cordis vtriusque quomodo pendere æqualis: & è diuerso mõmenta.

2. Ventriculorũ cordis comparatio amplitudinis.

Sanguinis & spiritus in vtroque ventriculo dispar quãtitas.

Parmenides. Melissus. Omnia in omnibus.

Cordis & hepatis differentia sanguinis.

Venarũ & arteriarum qualis sanguis & spiritus confusus in vtrisque.

In corpore nil frustra.

Ambo vẽtriculi cordis pulsant, etiã extra animal, sed inæqualiter, quæ de causa.

Platonis cauſſam aduersus reprehensores tutatus, vel adeo cõtra ipsum Aristotelẽ: qui tamen secutus magistrũ, tali tropo eleganter vti non reformidauit, vt postea citatus ostendet. Ita vt siquis inter iugulãdum & confodiendũ, suam intulerat animali manũ, & cordi diffisso insinuerit vix ferẽdo calori tanto par esse possit. quasi hęc vitæ sedes, quæ in calore consistat: hæc caloris per animal totum diffundendi vna sit origo, & quasi dixeris, minera quædam. vt inde vita oriri, ibidẽq. desinere nõ immeritò, neq. omnino absre (de quo tamẽ nõ ita multò pòst) videatur Aristoteli, cor primũ viuens, & vltimũ moriẽs asserẽti. Ac si per comparationem loqui liber; tãtò siniſter cordis sinus dextro præstãtior est; quãtò dexter reliquis penè totius corporis (cerebrũ tamen excipio, sua quadã prærogatiua insigne) partibus vniuersis dignitate antecellit. Porrò autẽ corpus ipsum cordis, siniſtra quidẽ parte totum crassum est admodũ, ac durum; vt quod ventriculi spirituosi tegumẽtum esset futurum: dextra verò, tenue ac molle: simul quidem vt materiis vtrobique esset consentaneũ: simul autem ne cor in alterutram partem propenderet, ait Gal. lib. 6. de vsu part. Nam satius fuit, tum spiritum ipsum tunica crassiori contineri: tum sanguinis dextro ventriculo cõtenti pondus, siniſtri molem æqualiter sibi pendentem habere. Quòd si natura eundem ventriculum simul quidem crassum, simul etiam sanguine plenum effeciſſet: omnino ad illum, cor totum conuerteretur atque inclinaret. nũc autem, quòd corporis moles grauior, materiæ leuiori sit circundata: leuior autem, grauiori: æquabilis momenti cor ac ponderis ab vtraq. parte fuit. Ex quo simul datur intelligi, tum ex ponderis, tum ex carnis modo & copia, sinum dextrum longè capaciorem, & magis cauum siniſtro: hunc illo compactiorem & anguſtiorem extitiſſe. nõ quò sanguis & spiritus in vtroque ventriculo cordis non comprehendatur: quia rectè Hipp. & Physici quidam apud Aristot. vt Parmenides ac Melissus, omnia quodammodo in omnibus esse contendunt: sed copioſior multò in dextro quidem, sanguinis: in siniſtro autem, spiritus copia. ambo tamẽ sanguine pleni deprehẽduntur, tenui, flauo, subtili, calido, sicco, si cũ sanguine hepatis cõpares rubidiore humidioręque. Similitérque arteriæ quidem tenuem & purum ac vaporosum paucúmque continent sanguinẽ, venæ autem, paucum, eundémque caliginosum aërem: sanguinẽ autem rubidioręm crassioręmq. plurimum. Deniq. in corpore humano nihil planè syncerũ: sed omnia omnibus mixta confusaq. sunt, non tamen æqualiter. Ex quo efficitur, vt cordis ventriculi pulsare quidem vtrique thorace patefacto, imò etiam corde ipso extra animal viuũ educto & calido & palpitanti videantur. non pari tamen mẽsura vtrisque sanguis & spiritus contineatur, sed nec opinor, pari pulsatione ambo citentur & agitentur: sed siniſter eò magis, quàm dexter, quò plus ille spiritus, hic plus sanguinis inclusum continet. Nam li-

Cordis pulsus an à substãtia, an à spiritu vitali? N. à Gal. discrepat sententia.

cet Galenus vim pulsandi ipsi cordis substantiæ & corpori tribuat, vt patuit: mihi tamen credibilius fit, vim pulsificam, Græcè σφυξικὴν dictam (πάλλειν enim, palpitationem, velut præter naturam, & ex caulla morbifica enatam, ab hoc sermone excludi volo) à spiritu vitali pẽdere: cuius natura, ignis elemẽto affinis, quiescere nescia, motus affectat æternos: & sua cõceptacula agitatus exagitat, motus commouet, pulsans pulsat & impellit. Rei enim semper mobili, ipsa quies, certissima mors est atq. pernicies, vt Physici tradunt. Caro autem peculiaris cordis (liceat ita vocare, ob similitudinem nulli alij rei magis cognatã) sua quidem temperie, & essentiali forma, ad spiritus vitales elaborandos, & sanguinem conficiendum purificandúmque, potissimo vsui erit: motui tamen vel faciundo, vel iuuando, sanè potiùs perfecrendo sustinendóq. longè accommodatissima.

Spiritus vitalis natura ignea, quietem impatiens.

Cur quomodo à spiritu agitetur.

Rei mobili quies summa est.

Carnis cordis vsus, & proprietas.

Atque vt venis & arteriis mutua quædã affinitas, & contentæ intus materiæ vltrò citróq. commeans reciprocatio, per oscilla vasorum, mutuis inter se orificiis applicatorum atq. insertorum (quas Graij ἀναστόμωσεις vocitant) respirationis ac pulsuum vtilitatem non cordi soli & arteriis, sed venis etiam impertit: sic ventriculorum cordis non tantùm vicinia est quædã, tenui discreta velut pariete muróve aut maceria: sed etiam sympathia & societas per tenuia foramina intermedium illum parietem leniter & occultè aperientia, vt calor huc atque illuc diffundatur: vt spiritus liber vtraque velut aula obambulet: vt sanguinis pars purior, tenuior, calidior, à dextro sinu cordis (in quem se vena caua effundit) in vicinum specum transiliat, ac veluti transcoletur. Ea est enim istorũ foraminum fabrica, vt ex ore latissimo, paulatim in angustiores meatus desinant: ita vt obturum fugiant tandem ea, quæ ab initio patentissima cernebantur, vt Galenus asserit: alij autem diffitétur. Columbus inter cæteros, istiusmodi foramina exclusit. sanguinem autem per arteriosam venam ad pulmonem ferri, ibique attenuari sensit: deinde cum aëre vnà per arteriam venalem ad sinistrum cordis ventriculum deferri statuit. sicque in pulmonibus potiùs, quàm in corde, vitales spiritus gigni concludit. Atque hæc ille probabiliter, vt antè attigi. sed pleraque in nobis foramina inesse iam alibi dixi, eáque tam angusta strictáque, vt in mortuis coniueant & concludantur, neque iam deinceps oculorum acie perspici queant. Galeni tamen ratio non obscura est, quæ enim in corde apparent foramina, ad ipsius potissimùm medium septum, prædictæ cõmunitatis gratiâ extiterunt. Nam alioqui priùs in venis confectum sanguinem arterias trãssumere erat melius. vt quod ventriculus est venis, hoc venę sint arteriis. in quibus contentus sanguis purus ac tenuis, spiritui animali alimentũ suppeditat. qué, nihil aliud, quã exhalationé quandam sanguinis benigni Galenus putat, & nos alibi docuimus. Hæc igitur omnia cùm in toto animalis corpore, tum maximè in ipso corde à natura rectissimè fuerunt cõparata: vt quæ per tenuia illa orificia, venas cũ arteriis commercio quodam iunxerit. Quamobrem quæ vena in cor infigitur, maior est ea, quæ ab eo exoritur: tametsi ea fusum iam à cordis calore sanguinem recipit. Sed quoniã multus is per septũ mediũ, & quæ in ipso sunt foramina, in sinistrũ ventriculũ transumitur: factũ iure est, vt quæ vena in pulmoné inseritur, ea minor esset vena sanguiné in cor introducẽte. Aq eundẽ autẽ modum, arteria etiã, quæ ex pulmone ad cor spiritũ perducit, multò minor est arteria magna (à qua, quæ toto corpora sunt fusæ, ducũr originem) propterea quòd arteria magna à dextro ventriculo portionẽ aliquam sanguinis assumit: tum quòd etiã omniũ, quæ toti animali insunt, arteriarũ futura erat principiũ. Quod verò corpus ipsius cordis crassum erat, ac densum; cibòque egebat crassiore: ob id, sanguinem ducit à vena caua, quo nutriatur priùs, quã ea ad cor immigret: eò enim cũ peruenisset, calidus, tenuis ac vaporosus erat futurus. Qua in re quod nõnullis videtur absurdũ, maximè omni rationi congruere est putãdũ: vt cor scilicet pulmoni præparet alimentũ, sioi autẽ ipsi minimè. Ille enim sanguiné postulabat tenuẽ ac vaporosum: hoc autẽ nequaquã. Cũ enim ex se moueatur, corpus validũ habere ipsum oportebat, & crassũ, & dẽsum: sed leuẽ ac rarũ esse pulmonẽ præstiterat, vt in pulmonis historia paulò antè notauimus. Cũ enim quale est vnumquodque, tali ipsum nutriri alimento oporteat, vti tũc ex Galen. eodẽ diximus: iure optimo cor quidẽ crasso; pulmo autem vaporoso sanguine indiguit. Quæ causa est, cur cor nõ alatur ex seipso: sed priùs quã vena caua dextro ipsius vẽtriculo inferatur, pars eius tãta, quãta maximè cordi nutriendo satis sit, seiuncta, circa cordis caput extrinsecùs obuoluitur, & in omnes ipsius partes dispergitur. sed de hac re (vt nuper monui) iam antea, & Galenus disertè & copiosè ad finẽ lib. 6. de vtilitate partiũ. Quòd autẽ venæ & arteriæ mediocri interuallo sint in toto animalis corpore collocatæ, itidẽ diximus: vt per venas, alimẽtum; per arterias, vitalis aura contéperãs ac viuificans; caloremq. potiùs, quã frigus & roti & singulis partibus impertitura accedat. Quo beneficio, neque cor ipsum carere voluit, coronæ modo arteriã sibi cingẽs, & intrò quaquà versum dispergens: sed & parte sui sinistra cõpactiore dẽsioreq., multò etiã plures suscipiẽs. Ex quo intelligitur, vt ventriculus & intestina contento chylo minimè ali demonstrata sunt: sic ipsum cor, sanguine intra suos alueos sinúsq. cõcepto, spiritúque vitali ibidẽ cõtento neutiquam ali fouerique: sed eo tũ sanguine, tũ spiritu, quẽ per venas & arterias particulares suscipit. Sãguis autẽ à vena caua in dextrũ sinũ cordis effusus, visceris calore percoctus & elaborat°, pulmoni & arteriis præparatur; per has in totũ deinceps corpus cũ spiritu vitali distribuẽdus; & per septi media foramina in sinistrũ cordis sinũ, priùs trãssumitur, & bona sui, eáq. tenuiori & calidiori parte, in spiritus vitales cõuertitur. Quòd autẽ natura materias dimittere sine ampla via nõ possit (sed per analogiã partis & vasorũ) satis perspicuũ est è rebus & vasis externis. De neruulo non cordis corpori,

De cordis foraminibus ventriculorum pertus.

Ventriculorum cordis sympathia, & foraminum vsus intermediorum, & spiritus ac sanguinis discursus mutuus.

Foraminũ cordis figura.

Columbus negat vlla cordis septo inesse foramina.

Quòd vitales spiritus in pulmone elaborẽtur, & quibus vasis.

Mors incõspirata reddit stipãlo foramina.

Foraminũ septi cordis necessitas.

Vt ventriculus ad venas, sic se vena habent ad arterias.

Spiritus animalis alimẽtum, vnde, & qualis sit.

Venarũ & arteriarum cum ossibus. Venarum cordis ingressũ & egressũ situm proportus.

Vena arteriosa cur caua sit minor: & foramina septi cordis supplementum.

Arteria venalis cur minor.

Aorta arteriæ vsus.

Cordis alimentum vnde & quale.

Cor pulmonis, non sibi cur alimentum paret: & quale vtrũque alatur sanguine.

Cordis & pulmonis cur talis substantia. Quodque simili alitur: & cordis ac pulmonis quale alimẽtum.

Cordis alimentum, quæ de vena.

Venis comites ferè semper arteriæ: & earum vsus.

Arteriæ cordis peculiares.

Confectarium N. Ergo cor sanguine de ventriculo non alitur: neq. vtetur intestinis chylo contento.

Sanguinis de vena caua in dextrum cordis effusi finem vsus & præparatio, ex N.

ed by Google

Vasa respondent materiæ cõtinendæ quantitati.

ſed eius inuolucro atq. regumento (quod περικάρδιον diximus) inſerto, eóq. aut rarò, aut perquã exiliter cordis corpus penetrãte, nullã ſcilicet actionem animalem habentis, memini à me dictum ſuprà: & ex eo illatum, cor propria vi cieri; non autem neruorum, aut muſculorũ beneficio: & quidem ita moueri, vt voluntatis noſtræ imperium reſpuat. deinde & ſenſus exigui hoc vilcus eſſe particeps. denique (quod nonnulli falsò aſſerunt) à corde neutiquã eſſe neruorum originem: qua de re etiam poſthàc, vbi aliorum opiniones philoſophorũ de corde percenſebimus. nunc enim medicorũ placita & vera, & palpabilia tractamus: mox autẽ coniecturas veriſimiles philoſophorum rei anatomicæ non ſatis peritorum, enucleabimus. nihil enim admodum videtur de corde eſſe reliqui, quod oratione non ſimus complexi, tum partium naturam, tum vſum & facultatem, & poſt Galenum, & cum Galeno potiſſimo duce, & verò ſine illo, & aliquando contra illum, diligẽter & ſedulò rimari. Niſi ſiquis de oſſe cordis à me dici aliquid cupit: quod tamen in homine inueniri non puto: in cæteris animalibus non omnibus, ſed magnis & peruetuſtis: cùm in minoribus & iunioribus, pro ratione ætatis ac magnitudinis, non os, ſed chartilago potiùs; aut in his adultioribus, chartilago oſſea; in illis, tũ ætate, tũ proceritate grandioribus, os chartilagineum, cordis caput firmet ſtabiliátq., & mẽbranis ac ligamentis de ſe originẽ exhibeat.

De neruo cordis, & huius materiali, & ſenſu: & quòd non à corde ſit neruorum origo.

Philoſophi pauci anatomes periti. Tráſitio, & epilogus. N. nõ ſemper cum Gal. ſentit. An vllũ os in hominis corde: & in cæteris, quale inſit, vbi, & quorſum.

Sequuntur Problemata quædam circa cor & eiuſdem facultates.

Cap. II.

Problema primum, An cordi tres inſunt pauciores ve ventriculi?

Philoſophi non medici plerique.

IAM verò expoſita cordis phyſiologia, & partium pectoralium; lubet controuerſas quaſdam medicis & philoſophis, non ijſdem tamen philoſophis atque medicis, opiniones & quæſtiones obiter & animi cauſsâ diſcutere. Prima erit de numero vẽtriculorum cordis, de quibus poſtremo loco dixi, & recens memoria mẽtem refricabit. Hos duos omnes in ſumma eſſe ſtatuimus, de homine quidem locuti, ad quem noſtra omnis dirigitur oratio. Hunc numerum ſpirabilia omnia, & pulmonibus prædita animalia retinent. at piſces & pulmone, & collo, & aſpera arteria, & voce deſtituti, vnicũ cordis ventriculum habuere, eúmque ſiniſtrũ, qui arterijs omnibus ſui motus cauſſa eſt, dux & author. Duo enim hæc neceſſariò vnà cùm pulmone intereunt: animalis vox, & cordis vẽtriculus dexter. quaſi hic, illius cauſsâ factus ſit, potiùs quàm ille huius gratiâ. Dexter enim ventriculus cordis, pulmonis alendi cauſsâ factus, apparet quodammodo: cui conueniẽs alimentum tenue & elaboratũ nulla pars conficere meliùs potuit, quàm cor vicinum, omnium viſcerum calidiſſimum & efficaciſſimũ: nec verò debuit: quia ex omnibus, nulla pars in corpore tot beneficijs & tam neceſſarijs cor afficit, atque ipſe pulmo: pulmo (inquam) reſpirationis ſimul & vocis inſtrumentum. Ariſtoteles autem (cui malè cùm medicis hac in parte conuenit, vt poſtea patebit) numerum ſinuum cordis ad magnitudinem corporis animalis retulit: non ſatis accuratè ille tamen: quia hanc analogiam ſecutus, minimis quibuſq. animantibus, vnicus (aut fortè præexiguitate corpuſculi, nullus) mediocribus autem, geminus: maximis denique, tergeminus ſiue ternus aut triplex foret. & quidem ſic ille nominatim cap. 4. lib. 3. part. animal. Ventriculum triplicem cor magnorum animalium habet, duplicem minorum, vnum ad poſtremum. Quod vtique falſum deprehendunt non tantùm medici in confectionibus corporum humanorũ, aut quadrupedum; ſed adeo coqui ipſi & lanij in euiſceratione volucrum, pecudum, & cæterorum animalium. Neque enim natura pro corporis magnitudine aut paruitate, formas inſtrumentorũ mutat: ſed in ipſa conſtructione propoſitam habet ſibi, velut ſcopum in quẽ collimet, actionis varietatem. actiones autem prima vtilitate meritur, ad eámque ipſas reuocat. Fitque eo modo admirabilis quædam ſeries & continuatio actionum atque vtilitatum inter ſe colligatarum & connexarum, vt Galen. docet eodẽ lib. 6. de vtilitate part. Prima enim agendorum omnium cauſſa ipſius actionis eſt ſcopus, vt ſcripſit ante illum Plato. Sed Galen. cùm in hoc ſuo verſaretur campo ampliſſimo, Ariſtoteli medium (quod aiunt) porrexit vnguem, veluti confectionum rudi & imperito: cùm ipſe facto periculo, Romæ in grandi elephanto duos tantùm ventriculos cordi ineſſe, multis ſpectantibus palàm oſtenderit. Ac mirum nihil eſt, ait lib. 7. adminiſtr. anatom. ſi etiam in multis, quæ ad anatomen ſpectant, Ariſtoteles errauerit, qui triplicem ſinũ cor habere in magnis animalibus exiſtimat. Quòd igitur in cõfectionibus non exercitatus, circa partium inuentionem, errorem cõmiſerit, neque mirandum eſt, & condonare homini conuenit. Vbi enim qui totam ſuam vitam huic ſpeculationi dedicarunt, quemadmodum Marinus, in pleriſque falſi ſunt: quid exiſtimandum eſt iis accidere, qui repentè, ceu heri aut nudiuſtertius ipſam adierint, perſuaſi ea, quæ priùs non viderunt, vt denuò inſpicere non aggrediantur? Sed philoſophum acutiſſimum & ſapientiſſimum cauillari deſinamus: illud potiùs teneamus, quod aſſidua oſtendit experientia: animalibus vocalibus & ſpirabilibus duos tantũ, nec plures aut pauciores cordi ineſſe ventriculos: eóſque non variari magnitudine aut paruitate animãtis, ſed in vſus iam expoſitos, à natura ſic geminos inſtitui. Ariſtoteles autẽ cap. 17. lib. 1. hiſt. animal. & cap. 4. lib. 3. part. animal. ingens naſcentis arteriæ magnæ orificiũ, ad ſiniſtrum cordis ventriculum patẽs, in magnis præſertim animalibus conſpicuũ: aut ipſam in dextrũ cordis ſinũ inhiantem maximo omniũ foramine venam cauã: aut neſcio quã inter duos vẽtriculos imaginatiã capacitatẽ, pro tertio cordis vẽtriculo habuerit: vſu tamen & natura nulla peculiari neceſſariam. aut ab iis denique deceptus ſit, à quibus per Alexandrum cõductis & gnaris naturam animalium didicit, & conſcripſit.

Ariſtot. ſententia de vẽtriculorũ cordis numero & proportione ad corpus.

Ariſtot. falſitur, ab abſurdo.

Cordis vẽtriculi, 1. 2. 3. quomodo contingant.

Falſum, ab experientia.

Natura nõ mutat formas organorum pro quantitate corporis: ſed pro actionis varietate.

Actionum cũ vtilitate conſenſus.

Actio, eſt prima agendorum cauſſa.

Galenus exprobrat Ariſtoteli anatomicæ rei imperitiam.

Elephanto duo ſunt in corde tantum.

Marinus anatomicus.

Ariſtot. excuſatus.

Quod animalibus ſpirabilibus duo in corde ſint ventriculi, quamlibet magno aut paruo.

Ariſtot. quid impoſuerit, vt tres in corde ſinus notare vellet.

PROBLEMA II.

An à corde, neruorum origo eſt?

Peripatetici, cũ Stoïcis qui conſentiant.

AN ILLVD credibilius ſit, à corde ſuam neruis eſſe originem? Ita enim tum idem Ariſtoteles, tum Peripatetici, tum Stoïci affirmant: quos in cæteris pleriſque, re quidẽ ipſa conſentire, verbis autem diſcrepare inter ſe multi aſſerunt. Equidem Ariſtoteles cap. 5. lib. 3. hiſtor. animal. Origo neruorum (ait) in corde eſt: id enim neruulos ſuo ampliore ventriculo continet. vnde diducti diſtractique paſſim ad artus & flexus oſſium applicantur. & cap. 4. lib. 3. part. animal. huius neruorum putatæ originis cauſſam ſic reddit. Copia neruorum in corde eſt: idque recta ratione: hinc enim motus oriũtur, qui intẽdendo remittendóque efficiuntur. In quo mirari ſubit tam diuerſam philoſophi à medicorum aſſertione & veritate ſententiam: qui animo & cogitatione ſibi concepta ſcripſiſſe potiùs, quàm ſectis corporibus deprehenſa viſu tactúque & iudicio certo comprobata, conſtanter & verè enuntiaſſe videatur. Quid enim? ſiquis tibi diceret, præclarus licet philoſophus, ab vnguibus extremis vim ſenſus & motus per neruos indidem ortos deduci, quòd fortitan in ijs nerui quidam deſinere videãtur; an authoritati illius tantum tribueres, vt verum duceres? num potiùs ipſe diligenti facto examine diſquireres, res ita haberet, an ſecùs? Nunc autem, reſeratis partibus internis, ſcrutata neruorum origine, cerebrum de ſe, déque ſua ſubſtantia & medulla conformes atque ſimiles ſuæ ſubſtantiæ albæ, exangui, frigidæ, mucoſæ, neruos producere, tum per ſe & primò, tum per medullam ſpinalem ſecundariò ac mediatè deprehenditur: cor autem vnico tantùm, ęóque exili & ſuperficiario neruulo prædituin, & munere quodam cerebri donatum cernitur: quia ſenſu pauco præditũ; quia motu arbitrario priuatum erat futurum. Et Ariſtoteli rem à veritate deuiam ac diuerſam aſſerenti, quàm tuis ſeqſibus rem manifeſtã cernentibus, tangentibus, contrectantibus, palpãtibus, credere potiùs animum induces? Sed Ariſtoteli forſan venia danda ſit, altiora per rerum ſpeculationem indaganti: læuiora hæc; vt tu putabis, & ſordidiora per anatomiã perſequi negligenti. at verò iis, qui moniti de errore, à prauitate opinationis non recedunt, nulla danda eſt venia. ſicuti forſan neque ipſi Praxagoræ medicinam olim profeſſo: qui, deliberata quadam calliditate, cùm nullum videret è corde neruum enatum; contra Hippocratem ita tandem commentus fallaciam eſt, vt diceret, arterias, dum progreſſu in neruos diffinduntur, anguſtiores, gracilioréſque factas, tandem in neruos degenerare. cùm enim earum corpus neruoſum ſit & cauum; poſtquàm iam in animalis corpore multùm ac variè fiſſæ & diſtributæ fuerint; adeo paruas atque anguſtas reddi earum cauitates, vt tunicæ partes in ſe cõcidant. vbi tamen id primùm fit, neruum iam pro arteria apparere. Quod commentum parum abeſt ab artificioſo mendacio, vt Galenus acriter confutat lib. primo plac. Hippocr. & Plat. Quæ ſi vera eſſent, vt eſſe falſa quilibet inſpiciens facilè dijudicabit; iam vera pariter adſtrui poſſet Ariſtotelis ſententia, neruorum originẽ à corde repetentis: ſed tamen mediatè, & ea quidem ratione, qua dicebat arterias in neruulos diffindi ac degenerare Praxagoras. Quin potiùs Ariſtoteli ſiquid impoſuit, vt ita ſenſerit, corde quidem inſpecto, non autem ſola citra anatomiam ratiocinatione inducto; ea mihi cauſſa videtur fuiſſe: Quòd multiplices in corde villos cerneret, de quibus nos antè diximus. quos cùm videret in longum, latum atque profundum diductos per totam cordis ſubſtantiam, hos pro neruis habuit, affinitate quadam naturæ & formæ eluſus, & externa figuræ ſimilitudine haud parum diſſimili deceptus. Qui ſi ad vſum & actionem, animum intendiſſet, quod alibi rectè præcipit faciundum; næ, longè aliter ſenſiſſet.

Origo neruorum à corde, curſũ quomodo, & inde motus.

Ariſt. ſententia diſcrepat à medicis.

Ariſt. anatomiam nõ tractauit.

Nõ temerè credendum quidlibet aſſerenti. Ab hypotheſi.

Sic origo neruorum à corde per arterias probaretur, pro Ariſt.

Ariſt. quid impoſuerit, vt neruorũ originem à corde repetuerit.

Ariſt. corda villos pro neruis habuit, quomodo.

At vſus & actio diſcrepat.

Tria ſunt porrò inſtrumenta, quæ corporis formâ inter ſe vicina ſunt, alba, exanguia, ſolida: ſed quæ tamen functione atque vſu multùm à ſe inuicem variant. Horum vnum, neruus eſt: ſecundum autem, ligamentum: tertiũ denique, tendo nominatur. Ex his, neruus omnino aut ex cerebro, aut ex ſpinali medulla exoritur, ſenſum, vel motum, vel vtrumque partibus, quibus inſeritur, impertiens. Ligamentum, ſenſu quidem caret (vnde ne in arthriticis quidem dolorem creare poteſt) quia ab oſſe inſenſili producitur: vſum verò eũ habet, quem & nomen ipſum indicat. Tendo autem, muſculi neruoſus finis eſt, ex ligamento & neruo genitus, vtriuſque naturam vimque retinens. Horum porrò trium forma non parum diſſimilis eſt, quia neruus omnis teres: tendo autem, hoc minùs: ligamentum denique, minimè. vt idem hoc poſtremum, reliqua duo duritie longè ſuperat: ſicuti neruum medius amborum tendo. & tamen nullum ex his tribus à corde oritur. Cæterùm cum neruis aliquid fortan ſimilitudinis, iam mihi dicta cordis fibræ habebunt (quas tamen non ſatis pernoſſe videntur poëtæ, fibras καρδιὸς ἡ μετεγκεφάλους, pro ipſo corde vſurpãtes) & tamen fibræ, non ſunt nerui: quia neque ſenſum, neque motum largiuntur partibus: quorum vtrumque à neruis dari & conferri diximus. Ac ne fortè diutius te ſuſpenſum teneam; fibras intelligo, tum quos villos triplices numerauimus: tum quas membranæ dictæ ἀφλεβότομοι, orificiis vaſorum, præſtructæ, & quodammodo per cordis ventriculos diſperſæ, finibus & extremitatibus ſuis firmando dicatis efficiũt: quas neruoſas tenuitates nõ malè dixeris: neruos dicere ſine errore manifeſto, aut niſi κατὰ χρῆσιν, nequeas, quarũ interuentu, membranæ illæ cordi alligãtur: ſũtq. ligamẽti neruoſi potius, quàm neruorum officio deſtinatæ. Sic Hipp lib. de corde, ventriculorũ pelliculas

Tria neruorum genera qui conſentiãt aut diſcrepent.

1. Neruus origo, vſus & actio.

2. Ligamẽti vſus & origo: & cur ſine ſenſu.

3. Tendinum ortus & natura.

Triũ iſtorum figurarum diſſimilitudo, neruus, tendo, ligamentũ.

Nè duritiei & molitiei differentia.

Fibræ apud poëtas, quæ.

Fibrarum cordis à neruis differentia.

Fibræ ſeu villi cordis, quod: & quòd non ſint nerui: & earum vſus.

Hipp. malè fibras cordis, facit neruorum principia.

aranearum telis ſimiles, quæ vndiq. oſcula cingunt, & ſtrias atque ſegmenta in ſolidum cor inſerunt, neruorum & vaſorum principia (abuſiuè, & impropriè, & falſò, vt ſemel dicam) ſtatuit. Chryſippus cũ Ariſtotelis & Praxagoræ nutare ſententiam de origine neruorum à corde, cerneret, aliud quæſiuit diuerticulum, hac ſimilitudine amphiboliam ſoluens. Quemadmodu ex pectoris partibus emitti oratio dici quidem poteſt; ita tamen, vt initium motus à capite ducatur: ſic & nerui exortũ à capite dici poſſunt habere; ſed initium facultatis motricis à corde proficiſci. Hæc ſubtilitas an nodum ſoluerit, fregeritve dubitationis, conſiderandum eſt. Certè equidem cor nulla cerebri adiutũ operâ, pulſus edit perennes comite vita. cerebrũ ſine cordis officio, & ſenſum, & motum, & ſuas interiores edit actiones. vtrumque tamen mutua vtitur opera, vt alibi dictum eſt. eſtque harum partium ſympathia quædam ſanè quàm inſignis, & vaſorum communione, & operis ſocietate, in elaborandis ſpiritibus. Cor enim cerebro tria vaſorum genera connectũt, eadem toti corpori communia: nempe nerui, venæ, & arteriæ. arteriæ quidem καρωτίδες impropriè vocatæ, quaſi quæ κάρον, ſoporé compreſſæ faciant: venæ autem σφαγίτιδες, iugulares appellatæ: & neruulus ille, quem à ſexta cerebri coniugatione demitti iam aliquoties diximus. Ex his, ſi venas & arterias validis excipias, ſtringas, aut arctes vinculis, nihil admodũ incommodi animal breui ſentiet. ſi præcidas, ab hæmorrhagia grauius erit periculum: ſimul & continuæ ſectis arteriæ pulſare deſinent ſuperiores vel inferiores à corde remotiores: nã quicquid infra vinculum, aut ſectionem, cordi continuum eſt, pulſum retinebit. quanquam Galenus de tota arteria immobili videtur extuliſſe lib. 6. plac. Hipp. & Plat. Quo ſigno certiſſimo arguitur, arteriis vim pulſificam & originem eſſe à corde. At nerui laqueis excepti, aut ſecti, & ſenſum & motum parti adimunt, ab ipſo demum cerebro, aut ſpinali medulla, ſua videlicet origine, longiùs ſemotæ atque diremptæ. ita vt pars ſuperior, & ſui nerui principio vicinior & continua ſentire poſſit ac moueri: remotior autem, & à continuo diuulſa, & ſenſu, & motu ab eo neruo depẽdentibus in totum priuari conſpiciatur: licet eadẽ ad cor accedat proximè. Et quis eſt tam obtuſo atque hebeti ingenio, qui ſi duos videat ſpecus aqua plenos, meduſúmque currentem riuulum; non inde originem rioi & aquæ dixerit, à quo fluere primùm, & curſum ſuũ inchoare perſpiciat? non autem ad quem tendere, & in quem ferri ac confluere videat? Quod ſi neget, medio interpoſito obice, riuum alterum minui areſceréque; alterum augeri, & ſubinde magis magiſque rigari implerique facilè animaduerter. Quid quòd ſecta vſpiam ſpinali medulla, omnes inferiores ab ea ſectione partes, ad quas neruos ferri parerat, ſenſu motúq. continuò priuari contingeret: reliquis ſuperioribus ſuum ſibi motum ſenſúmque retinentibus? Quid quòd compreſſis, confoſſis, cõtuſis, collisis, vulnere fauciatis cerebri ventriculis, totum animal obmuteſcere, & ſpiratione, ſenſu motúque defici neceſſe eſt? cordis nihilò ſeciùs arteriarúmque motu perſeuerante? At manu validiſſimè prehẽſo corde viui animalis, vel adeo forcipe compreſſo, nihilominùs ſpirare, vociferari, concuti, calcitrare, moueri, ſentire illud idẽ animal manifeſtè percipies: ſolo motu arteriarum pulſúque vitiato læſóque. Dicã maius, & quod paucis, niſi facto periculo, fidẽ faciet. Animali viuo ac vegeto, ſi patefacto thorace per os enſiforme, & mediaſtinorum capacitatem mediam (eſt enim hæc in medio pectore à reliquis duabus diſtincta inanitas) cor ad ſuum principium capútque præcidatur, ſectis ibi vaſis omnib', & illud mox humi abijciatur, aut manu retineatur, exenterato ereptũ atque exemptum: tamen ſi thoracis cauitates dextra læuáque, mediaſtini tunicis circumſeptæ, illæſæ maneant (quibus vtriſque confoſſis, vocem eripi antea diximus: ab altera perforata, vocem permanere, ſed remiſſiorem vidimus) illud idem animal & reuitare, & intentè clamare, & tantiſper aufugere conabitur, donec præ nimia ſanguinis ſpirituúmque profuſione, languidum & debilitatum & exanime cóncidat. quod imponendæ olim aris victimæ, & hoſtiæ immolatitiæ docuerunt, & Galenus ipſe oculatus teſtis lib. 2. plac. Hippoc. & Plat. tradidit in ſacrificiis priſco de more peragi ſolitis, à ſe quidem obſeruatum: erepto corde, ariſque impoſito, eum conatum motus & clamoris edente victima, qualem nuper commemorauimus. Et Ariſtoteles lib. de reſpira. ſub finem, de morte tractans, inſecta quædã præciſa viuere memorat. quin & ſanguineorum quæcumque viuacia admodum nõ ſunt, exempro corde, longo temporis ſpatio viuere, non ſatis ſuorum principiorum tenax confirmat: in exemplum, teſtudines adducit. nos piſces vidimus corde & corpore ſecretis, vtroque moueri tamen. Quinetiam Plinius ac Suetonius ſacrificanti Iulio Cæſari bis in extis cor defuiſſe memorant. Quod non multò credibilius apud multos fuerit, quàm quod ex eodem Ariſtotele & Plinio antea retulimus (quæ enim cum miraculo facta fuiſſe nobis creduntur, ea non reuocamus in dubium) capite reſecto fuiſſe vnum aut alterum inter innumeros mutos, qui loqui ſit auditus. nec verò multò credibilius eſt, quod idem Plinius lib. 11. cap. 37. de Pyrrho rege recẽſet: quo die perijt, præciſa hoſtiarum capita repſiſſe ſanguinem ſuum lãbentia. Quæ ſi vera eſſent, his vtique euerti fas eſſet Ariſtotelis illam toties decantatam ſententiam: cor primum & vltimum viuens aſſeuerantis. itémque ſenſus & motus principium à corde duci confirmantis, vt vel antè oſtendimus, & rurſum poſthàc productis locis oſtendemus. Et tamen hoc interim notãdum venit: ſine corde vitam aliquãtiſper prorogari poſſe. quanuis idem Ariſt. ſcripſerit cap. 4. lib. 3. part. animal. cor ſolum viſcerũ, atque omnino partium corporis, nullum vitium noxiámve pati grauem, quoniam corrupto principio, nihil

Aranearum tela.
Quid ſi hic Ariſtoteli impoſuit? Chryſippi ſolutio, quòd neruũ origo à capite, & motus à corde.
A ſimili.
Sic vox à capite & thorace.
At cordis motus non pẽdet à capite: ſicuti neq. actiones cerebri, à corde.
Cordis & cerebri ſympathia, & motus vaſa communia.
Carotides vnde dictæ.
Venæ iugulares.
Nerui corde vacãt.
Ab interceptione, aut ſectione venarũ & arteriarum cerebro & corde communium, quid incõmodi.
Signum originis arteriarum à corde, & neruorum à cerebro, per vincula aut ſectionem eorundem.
Conſectarium neceſſariũ, nerui à corde minimè oriri.
A ſimili.
De riuuli origine.
Sic ſecta ſpinali medulla, pars ſectione inferiores ſenſum & motum amittunt, ſuperiores minimè.
Sic cerebri ventriculis

conſectis, pars ſenſus & motus, vox & ſpiratio, manent pulſus.
At corde prehenſo, pulſus vitiatur: ſenſus & motus manẽt. Mirum.
Corde præciſo vt decet, manent ſenſus & motus tantiſper.
Quomodo patefaciendus thorax, vt vox & ſpiratio maneat.
Conſoſſo vtroque thoracis ſpecu, vox perit.
Ab experientia.
Inſecta præciſa viuunt.
Animalia ſanguinea parum vitalia, exempto corde viuũt aliquãdiu, & teſtudo.
Ariſt. ſuo ſe confutat gladio.
Iul. Cæſar. Victima extorſ.
Hiſtoriã Mirum.
Sine corde viuere, & truncum caput loqui.
Hiſtoriã.
Pyrrhus.
Hoſtiarum præciſa capita ſanguinem ſuum lambunt.
An cor primum & vltimum viuens?
An ſenſus & motum author?
Vita ſine corde cõſtat aliquantiſper.
At vt nullã grauẽ pati poteſt noxã: quia principium eſt.

Cordis ſinus ſiniſter calidiſſimus.

Ignis pro calore, metonymicè.

Cor, qualis ſanguinis ſit ſeaturigo: & quod arteriarum, non venarum principium.

Differentia venæ & arteriæ, & ſanguinis vtriuſq. contenti.

Omnis ſanguis calidus.

Venarum origo, hepar. Cor autem, arteriarum.

Sanguis & ſpiritus ab hepate & à corde.

Hepar, præſepe alimenti corporis.

Venæ cauæ in dextrum cordis ſinũ hiant, quorſum.

Columbus.

Venæ cauæ orificio dextro ventriculi cordis adhærere, potiùs quàm penetrare.

Hinc colligitur, cor non eſſe venarum propriè dictarum originem, qui.

Quod venæ arteriosæ non oriantur à corde.

inſitus à natura ignis, non eſt in dextro cordis ſinu, ait idem lib. de corde. cuius verba Plato demum eſt æmulatus, vt alicubi iam ab initio recitauimus, ignem pro ingenti calore interpretati. vbi exortum venarum è ventriculis cordis mox deſcribit Hipp. & cordis auriculas, & venas in ſiniſtrum ventriculum refrigerationis gratiâ immitti ſubiicit, vt poſthàc pleniùs referemus. Ergo licet ſanguinis cuiuſdam æſtuantis, flaui, tenuis, & ſpirituoſi, cor ſit principium: non tamen ideo etiam venarum origo dici debet; ſed potiùs arteriarum, quæ motus & pulſus cum corde eiuſdem ſunt participes: cùm venæ & diuerſum longè ſanguinem contineant, craſſiorem, rubidiorem, frigidiorem (ſi frigidus dici per comparationem debet, qui nullus niſi calidus eſſe poteſt) & minùs ſpirituoſum, ſimul & motus atque pulſationis omnis & feruoris ſint expertes. quarum radicatio, iecur eſt vtique, vt Hipp. lib. de alimento diſertè ſcribit; & quidem Græcè ſignificantiùs hûc in modũ: ῥίζωσις φλεβῶν, ἤτοι ῥίζωσις ἀρτηριῶν, παρὰν· ὅτι ἔστιν ἀπὸ ταύτης ἀρτηρίαι τε καὶ φλὲψ, καὶ νεῦρα, καὶ ὀστέα, καὶ ἄλλα τοῦτο φορεῖ. id eſt, Radicatio venarum, iecur: radicatio arteriarum, cor eſt. ex his euagatur per omnia ſanguis & ſpiritus & calor per omnia promanat. Et Plato cùm de corde, eiúſque vi & potentia, veniſque & ſanguine dixiſſet; de hepate demum & eius ſanguine peculiari ſubiunxit: In hepate, ὡς φάτνῃ ἔοικε, quaſi præſepe quoddam corporis alimenti à natura fabricatum fuiſſe. de quo poſtea, vbi ad hepar venerimus, commodiùs dicetur: ſicut & de venarum natura, & ortu; præcipuéque de causa, quam in dextrum cordis ſpecum hiare, & ſanguinem plurimum effundere, ibidem elaborandum ac perficiendum, & quaquà verſum poſthàc diſtribuendum, tum antè diximus, tum poſtea ſuo loco repetemus: illud tamen nunc minimè tacituri; Siquis diligenter examinet venæ cauæ ad dextrum cordis ſinum applicationem, eiuſdem potiùs orificio adhærere illam, quàm intrò ſubire perceptrurum. id quod Columbus hæſitanti mihi, & meis oculis parum fidenti confirmauit iam aliquoties quæſitum, & dubitanter creditum. Ex quo efficitur, & vinculis iniectis, aut ſectione facta (vt de neruis & arteriis oſtendimus) facilè colligitur & oſtenditur, vt cor, venarum propriè dictarum origo dici nequeat: imò ne venæ quidem arterioſæ, quam ille potiùs & veriſimiliùs à iecore poſt Veſalium deducit: ſi modò verè coniicit vterque, embryoni in vtero materno venam arterialem cauæ venæ continuam trahi.

PROBLEMA IV.

An cor primum in nobis formatur? aut quænam pars alia?

πρωτογ. An cor primum & vltimum viuens?

COnſtat ex Ariſt. & poſtea ex illo docebitur; vbi priuatas philoſophorum de corde opiniones percenſebimus, cor primum & vltimum viuens haberi. probauimus autem, ſine corde vitam aliquantiſper manere, facto de vitimis periculo, quibus viuis cor erat exemptum. viuere autem primum cor, etiamſi primum omnium non gignatur, dici quodammodo poteſt, ſi eius vim vitalem, & motum tum proprium, tum ſimul & arteriarum conſideres. quanquam reliquæ partes ſuo quodam modo, & plantarum inſtar viuere rectè dicuntur: neque cor ſimul ac genitum, moueri & pulſare incipit. Sed ne hoc quidem quæritur. ſicuti neque quo tempore anima in corpus ſubeat. ſunt autem, qui iam inde ab initio: ſunt qui circa diem quadrageſimum putent: ſunt qui ſeriùs, circa menſem tertium quartúmue, quo tempore moueri fœtus deprehenditur. ſunt qui ſuum ſibi corpus formare & architectari ſentiant: ſunt qui cum ſemine infundi ex traduce natura peruersè tueantur: licet Tertullianum adſtipulatorem iactent. Verùm de iſtis aliàs inter theologica. nempe hoc potiùs nunc inquiramus ab initio propoſitum, Cor an primum & ante membra reliqua omnia gignatur? Stoïci ſimul omnia compingi & conformari tradunt. Empedocles ſpinam, veluti corporis vniuerſi carinam, primam omnium gigni, vt de eo prodit Plutarchus. nam Cenſorinus, ante omnia cor increſcere ſcribit aſſerere, quem in hoc ſit Ariſtoteles ſecutus. Democritus aluum cum capite. Anaxagoras cerebrum, vnde ſunt ſenſus. Diogenes Apolloniates ex humore carnem, tum ex carne neruos & oſſa & cæteras partes enaſci. Alcmæon & Hippon, caput, in quo princeps animæ facultas habitet. Ariſtoteles vbi multùm in hanc quæſtionem incubuit, tandem cor primum formari ſtatuit, vt tum antehàc oſtendimus, tum poſthàc locis productis manifeſtiùs oſtendemus. nunc autem ab eodem nonnullos locos proferemus, in quibus hanc eandem quæſtionem agitauit. ac primùm cap. 1. lib. 2. de genera. animal. Aut enim (inquit) ſimul omnes partes generantur: verbi gratiâ, cor, pulmo, iecur, oculus, & reliqua omnia: aut ordine deinceps: vt in his carminibus, quæ ad Orpheum authorem referuntur: Similiter enim vt retis implexum, conſtitui animal ibi ſcribitur. Græcè, ὁμοίως γὰρ κἀζῶον τι τὸ δικτύου πλοκῇ. Sed enim non omnia ſimul effici, vel ſenſu percipi poteſt, cùm partes aliæ iam ineſſe, aliæ nondum adeſſe cernantur. Nec dici poteſt, eas præ ſui exiguitate latere: Pulmo enim, qui amplioris quàm cor, magnitudinis eſt, poſteriùs corde in primo ortu conſpicitur. Sed cùm aliud priùs, aliud poſteriùs fiat, vtrùm alterum efficiat alterum, & ſit propter proximum: an potiùs hoc poſt hoc fiat, inquirit, propoſitis exemplis demonſtrandum. & paulò pòſt adiicit, Simul autem partes ſimilares, & inſtrumentales ſiue officiales efficiuntur. Et quemadmodum non ſecurim, non aliùd inſtrumentum dixerimus factum eſſe ab igne ſolo: ſic non pedem, non manum, eodémque modo ne carnem quidem. nam eius quoque aliquod officium eſt. deinde paucis interiectis concludit, Quamobrem non ſimul omnes partes generantur, ſed

vtrum? At vita ſine corde conſtat aliquandiu. At cor primum poteſt viuere, & poſterius gigni, cur. At partes corporis omnes ſuo quodam modo viuunt modo, quò. At cor non ſtatim pulſat, vt genitum eſt. Quo tempore anima ſubeat cor-pus? Tertullianus. An cor primum omnium gignatur. Stoïci ſimul omnia formantur. Empedoclis prima ſpina, ante cor. Hipponis & Alcmæonis caput. Ariſtotelis cor primũ. Democrito aluus cum caput. Anaxagoras cerebrũ. Diogenis caro. Partes corporis aut ſimul gignũntur, aut ordine ſucceſſionis. à ſimili. Orpheus. At non omnes ſimul partes gignuntur: nec minimè latent ſemper. Si diuerſo tempore gignuntur partes, an altera gignit alteram? aut una poſt aliam? An partes ſimilares & organica ſimul fiunt? à ſimili. Non ſimul omnes cor-

Partes corporis gignuntur: & quæ primæ reliquarum.

Cor primò gignitur, idem principium augendi.

à simili.

De semine germinante.

In cõceptu, partes omnes insunt potentia; sed cur actu primum: & ratio.

Fœtus à se debet alis & regi.

à simili.

Idem necessariò principium absoluendis partibus: idque intrinsecum, quamobrẽ.

Motus & augmentũ à principio intrinseco.

Democritus putat exteriora animalia primum discerni.

Absurdum, à simili.

Cor, principium generandi animalis.

Dubium.

Non omne alimentum extrinsecũs, quo.

à simili.

Fœtus alitur per umbilicum, à simili.

Principio motionis dato, cætera consequuntur.

à simili.

Simile fertur ad simile.

Partes in corpore mouentur motu interiore, quo.

Cor, principiũ animalis: reliquæ partes è potentia prodeunt in actum.

Superiora

vnà primùm : eámque primùm oriri necesse est , quæ principium augendi contineat. & mox, Itaque si cor primum in nonnullis oritur animalibus , aut cordis proportionale in iis, quæ corde carent ; ex corde principium illud est , in iis quæ cor habent : cæteris ex proportionali. Idem cap. 4. lib. 2. genera. animal. hac similitudine rem demonstrat ; Principium primum semina quoque intra se continent : quod potentiâ primò cõuentum , vbi secretum mox est, germen mittit , & radicem, qua alimentum assumitur : incrementum enim desideratur. Sic in conceptu quodãmodo cùm partes corporis omnes potentiâ insint , principium maximè promptum habetur. Quamobrem cor primum actu secernitur. quod non modò sensu ita fieri constat, verumetiam ratione : Cùm enim quod gignitur , de ambobus abiunctum iam est ; seipsum gerere , gubernare & dispensare debet , perinde quasi filius à patre emancipatus , seorsúmque collocatus. Itaque principium haberi oportet , à quo etiam pòst ordo membrorum describatur , & quæcumque ad absoluendum animal pertinent, disponantur. Nam si extrinsecus aliquando aderit , & pòst inesse incipiet ; non solùm dubitaueris , & quónam tempore accedat, quæ facis : sed etiã cùm pars quæuis distinguitur, id primum substare necesse est , ex quo & incrementum, & motus cæteris partibus contingat. Quamobrem qui ita vt Democritus, aiunt exteriora primùm animalis discerni , tum interiora : quasi lapideum aut ligneum animal condant , non rectè dicunt. res enim talis nullum principium habet. at animalia omnia habent , atque intrà se continent. Quapropter cor primum distinctum in omnibus inspicitur animalibus, quæ sanguinem habent. id enim principium est & similiarum & dissimiliarum partium. & ibidem pòst paulò ; Sed dubitaueris, cùm primum cor oriatur sanguine præditum : sanguis autẽ, sit alimentum , quod extrinsecùs venit; vndénam primum alimentum subierit? An id verum non dicitur, alimentum omne esse extrinsecùs : sed protinus vt in plantarum seminibus inest aliquid tale primum , quod lacteum vocatur : sic in animalium materia, incrementum constitutionis , alimentum est. Incrementum igitur fœtui per vmbilicum contingit eodem modo , quo plantis per radices. & ibidem postea, Sed cùm partes omnes potentiâ in materia insint ; cùm principium motionis adfuit, perinde, vt in spontinis illis miraculis , quod subinde sequitur, excitatur. Et quod nonnulli naturales authores exponere volunt, cùm dicunt', simile ferri ad simile. dicendum , partes moueri non mutantes locum, sed manentes, & alterascentes mollitie , duritie, colore, & reliquis partium similarium differentiis, factæ iam actu , quæ antè erant potentiâ. Fit autem primò principium, quod in sanguineo genere cor est: in cæteris , proportionale , vt sæpe iam dictum est. idémque post obitum vltimò deficit, vt posthàc repetam. Gignuntur autem post principium , interiora priùs quam exteriora: sed priùs maiora, quàm minora visuntur: quanuis nonnulla priùs non oriantur. Primùm superiora præcordiis formantur , eadémque magnitudine præstant : Nam inferiora & minora sunt, & minùs discreta: idque in omnibus, quæ parte superiore inferioréque distinguuntur, exceptis insectis. & ibidem post nonnulla; Iam antiquorum nonnulli naturæ interpretum, quæ post quam efficeretur pars, tentarunt quidem exponere : sed parum vsu periti earum quæ accidunt rerum. Partium enim aliæ priores aliis sunt: quod in cæteris etiam rebus. quod exemplis docet , vt geniti & generantis , vt tibiarum & tibicinis. Cùm itaque tria hæc sint; primùm finis , quem esse dicimus, cuius caussã : secundum , quod eius caussa ; scilicet principium generans & mouens : tertium, vtile, & quo finis vtatur. primum eam partem habere necesse est, in quo principium motus continetur : quod cor Aristoteli haberi sæpe dicimus. Hæc enim protinus pars finis prima & potissima est. tum post eam , totum & finis. tertium & vltimum , partes iis accommodatæ instrumentales ad vsus nonnullos . & paucis adiectis. Quamobrem (inquit) ea pars quæ principium continet , prima existit: mox tota superior moles. Quapropter caput & oculi fœtus, maximi inter initia apparent. inferiora ab vmbilico , crura dico , exigua cernuntur. partis enim superioris gratiâ , inferior est. Malè igitur Democritus Abderitanus caussam cur ita fit , reddit ; quòd semper ita fit : idque principium in his existimat , quòd sempiterni & infiniti principium nullum sit. Caussa autem cur ita sit ; principium est & infinitum, quod sempiternum est. Itaque qui de his interrogat, principium infiniti quærit. Hæc memini ab Aristotele in hanc quæstionem dici , & verò pluribus demonstrari locis à me indicatis. quẽ sequitur Auicenna lib. 3. fen. 21. tract. 1. cap. 2. Valeriola 191. 20. Galenus lib. de semine, primis statim fœturæ diebus, cor, quasi fundamentum quoddam, perinde ac iecur, gigni scripserat. sic enim illic philosophatur; Ex sanguine calido & tenui, qui per arterias vmbilicales fertur, cor gigni. quod ob eximiam caliditatem, velut ignis focus (sic enim Platonem imitatus loquitur ; quem alibi reprehenderat, vt ostendimus) aut quasi flamma quædam assiduè moueri non desinit : sed mutua reciprocatione , semper distenditur & contrahitur. Ex eo autem sanguine crasso, qui per venas influit, iocinoris formam constitui. Tertium verò principium , ex quo nerui omnes procedunt, cerebrum vocatum , ex solo semine ortum habere. Sic tria principia iam inde ab initio consistere : quæ tamen ob exiguitatem , principio dignosci nequeant : deinde aucta conspici, & ita vicina sibi collocari , vt sese mutuò contingant. cerebrum quidem sublimius, hepar inferius , cor autem medium. à quibus deinde similaria germina prorumpunt : à cerebro quidem , medulla spinalis : à corde , arteria maxima , quam aortam cum Aristotele , sed & cum Hipp. nominauimus : ab hepate denique, vena

& interiora gignuntur ante exteriora & inferiora.

& maiora priùs parêt, non priùs gignuntur tamen.

Inferiora minora & posteriora superioribus.

Antiqui Physici ignorarunt ordinem generationis partium in animalib.

Alia aliis partibus priores gignuntur.

Ab exẽplo.

Transeunt in generationẽ; finũ, caussa efficiens , visus: & quo ordine succedant.

Cor, principiũ motus, primum gignitur: deinde partes superiores: postremò inferiores, quæ de caussa.

Caput & oculi cur primò conspicui.

Democriti error; vnde fit , quòd semper. at sempiterni nullũ principium: & principium sempiternũ.

Infiniti principium nullum.

Cerebrum, cor & iecur initio gignũtur, cur.

Cordis generatio quò fiat ; & cur semper mobile sit.

Gal. malè reprehendit Platonem.

Iecoris generatio quò fiat.

Cerebri origo, vnde.

Trium principiorũ numeratio, & ordo generationis partium. à simili.

caua. Et his quidem omnibus ſubinde ſuum munimentum concreſcit; cerebro caluaria, medullæ ſpina, cordi thorax, hepati circumfuſa viſcera, & reliquæ deinceps totius corporis partes molles, ſolidæ, carneæ, membraneæ, oſſeæ. poſtremò artus de trunco velut rami prominent. Sic videmus in plantis radices primùm humi pangi: truncum extra terrã emergere: ab hoc deinde ramos produci. Nam in fœtu, venæ & arteriæ vteri cotyledonibus affixæ & continuæ, radices ſtirpium referunt: tria dicta principia, truncum: artus ipſi, ramos facilè repræſentant. Vtrùm autem homo, arbor ſit inuerſa; an ſecùs, vt Ariſtoteles & Varro contrariis rationibus aſſeruerunt, alibi inquiſiui. Atque his quidem rationibus inductus Galenus, cor, hepar, cerebrum ſimul formari ſtatuit. idem tamen poſtea rebus accuratiùs penſiculatis, cùm apud ſe perpendiſſet vulgatam philoſophorum opinionem; Fœtum ad expreſſam vſque & conſummatam formationem, plantæ modo diſpenſari, neque cordis & arteriarum motu pulſúve indigere; cor poſterius ab hepate gigni ſenſit; neque verò nulla ductus is quidem ratione. nam ex his duobus alterum videri neceſſarium; Vel vt ex iecore, aſcendente ſanguine, ſimul cum iecoris venæ productione, cor generetur: Vel per magnam arteriam, quæ etiam ipſa ſanguinem & ſpiritum continet, idem illud cor concreſcat & coaguletur. quamquidem in aſſertionem ac demonſtrationem libellum conſcripſit, deque fœtuum formatione inſcripſit, philoſophorum contrariam opinionem eludens atq. euertens. Hepar enim vtero proximum, & celerrimè & facillimè è ſanguine concreſcere: vtpote ſanguini ſubſtantiã quàm ſimillimum. Nam ſi vena animalis inciſa, ſanguinem effluere in aquam modicè calidam ſines, iecoris ſubſtantiæ quàm ſimillimam coagulationem adipiſcetur. reliquæ verò partes, quæ carnoſæ & ſanguineæ ſunt, vt generentur, longius tempus requirunt: quas inter, cor venit numerandum. cuius tamen quando prima formatio exiſtat, inueniri certò poſſe idem ibidem negat, cùm ex abortu, tum ex ſectione animalium. vbi enim diſcerni poſſunt, tria ſimul cõſpici inter ſe vicina principia, cor, cerebrum & iecur. cor autem pulſare tum demum quando ventriculos habuerit, & in eos inſerta vaſa, & infuſum ſanguinem ac ſpiritum. Antè enim, plantarum inſtar, ſine pulſu viuere fœtum in alno, vt nuper dixi, & paulatim augeſcere. tũc autem vbi pulſare primùm cor incipit, animalis vitam auſpicari. Vt autem cor ſecundum ab hepate formatur, vtpote nondum neceſſarium: ſic à corde cerebrum poſterius tertio loco atque ordine ſuccedit: quo neque fœtus ab initio opus habuit: neque iis qui ab eo pendent & oriuntur, ſenſibus & principibus functionibus. Hinc fit, vt infantes altricis animæ functiones validiſſimas habeant: imbecilliores quæ à corde: imbecillimas quæ à cerebro proueniunt, ſentiendi, mouendi, imaginandi, cogitandi, recordandi; & ſiquæ ſunt aliæ alibi à nobis tractatæ principes animæ facultates functionéſve. Malè igitur Peripatetici & Stoïci viſum, cor omnium animalis partium primum generari, ab eóque alia deinceps oriri: & quia primum formatum ſit, debere neceſſariò & neruorum & venarum eſſe originem. Idem verò lib. 15. de vſu part. cap. 6. ita ratiocinatur; Cùm fœtus magis eo vſu indigeret, quem præſtant venæ, vt qui diutiſſimè plantarum more regatur; principium harum hepar mox à prima conformatione fecit robuſtiſſimum. Cerebro enim & cordi & inſtrumentis quæ ab iis emergunt, vtilitas quæ à venis proficiſcitur, erat neceſſaria: quòd ea ſine ſanguine neque generari, neque augeri poſſint. hepati verò ac venis arteriarum vſus erat exiguus; neruorum autem nullus, antequàm eſſent conſummata. Ob eã cauſſam natura venoſum genus ſtatim ab initio robuſtum fecit ac magnum: pòſt autem alia duo cœpit augere. & quæ ibidem plura.

Cor non gignitur primum; nec idro venarum & neruorum origo eſt.

Partium quæ primò & maximè vtilium.

Hæc igitur ferè ſunt, vt in ſumma dicam, quæ de cordis & aliarum principum partium generationis ordine ſcripſit locis citatis Galenus. quibus adde, Vnicuique generi corporum alia generationis, alia diſpenſationis eſſe principia. ſic alij nauim fabricantur, alij in ea nauigant; alij domos & vrbes ædificant, alij inhabitant & adminiſtrant. Et tamen vt idem artifex toti operi ſimul incumbit vno & eodem temporis momento, licet ab aliquibus certis partibus opus ſuum inchoet, vt nauim à carina, domum à fundamento; donec totum ex imperfecto ad perfectum deducat. Sic generando animali credibile eſt vim & facultatem illam noſtri architectatricem, totum ſimul opus aggredi; ſed alias partes aliis partibus priùs abſolui, & abſolutas cõſpici, prout huius aut illius vſus naturæ animantis magis aut minùs neceſſarius eſt. Rurſum cùm in corpore animantis ea ſit partium inter ſe connexio, ea ſocietas & colligatio, mutuavt inter ſeſe opera indigeant: veriſimile eſt, omnium ſimul perfectionem à natura fabricante promoueri? Niſi quis quandiu animal imperfectum eſt, & adhuc elaboratur, partium actionem mutarum reſpondeat adhuc inanem & inutilem eſſe. ideóque eas quæ magis neceſſariæ futuræ ſunt, primas inſtitui. Inde factum, vt primis ſtatim à conceptu diebus, genitura vocetur quod in vtero ſeminis ſpecie continetur. proximo tẽpore, quo tria principia rudem quandam delineationem oſtendunt, & ſubſtantia fœtus carnea cernitur, non iam ampliùs genitura, ſed fœtus appelletur: ſicuti etiam cùm deinceps eadem principia manifeſtè diſcernuntur, & aliarum partium aut obſcura delineatio deprehenditur. poſtremò vbi artus, qui poſtremi exporriguntur, diſtinctam ſuam formam cum toto ſortiti ſunt, adeſtq. & motus & palpitatio, infans nominatur, vt Galenus poſt Hippocratem notauit. Cuius obſeruatio ex libro Hipp. de natura infantis (niſi eius author Polybus Hippocratis diſcipulus haberi debet) multum huic loco & quæſtioni adferat lucis & authoritatis. hiſtoria equidem certè lepida eſt, ſed

Quid nili corpus ſimul cõpingant.

Corpora alia generationis, alia diſpenſationis principia. à ſimili.

Facultas formatrix totum ſimul aggreditur: ſed quaſdam partes priores facit, ẽ vſum. à ſimili.

Partiũ corporis ſympathia & multa tum nexio facit vt ſimul à natura inchoentur.

At magis neceſſaria prius abſoluuntur.

Conceptus variæ appellationes, vnde.

Cordis generatio quã fiat.

Hepatis generatio, vnde. à ſimili.

Interuallum cordis generandi tempus.

Tria principia initio conſpicua ſimul: & quando cor pulſare incipiat, & embryo vt animal ciere.

Cerebrum poſt cor, & cor poſt iecur gignitur, quam ob cauſam.

Infantum facultas altrix valida, vitalis minùs animo-

Trium principiorũ numeratio, & ordo generationis partium. à ſimili.

Compatratio hominis partium cum plantis, iam inde ab vtero.

Homo, an arbor recta vel inuerſa?

Gal. mutat ſententiam. Quòd prima hominis vita planta ſimilis.

Cor gignitur hepate poſterius, quæ de re.

mali exempli: ideò quæ necessaria huic locò duxero, subiungam tantùm. Psaltria quædam insignis & formosa (cui Musurgo nomen fuisse, vel potiùs statum conditionémve Galenus lib. 2. facult. natural. scribit) sexto die fecit abortum: modum enim dicere quid attinet? abortiui autem fœtus hæc erat figura; Perinde ac siquis oui crudi exterius putamen detrahat, vt per interiorem membranulam interior humiditas pelluceat. rubrum quiddam ac rotundum inerat (Galenus hepar fuisse suspicatur) in membrana autem, fibræ quædam venularum albæ & crassæ, sanie crassa rubráque inuolutæ. extrinsecùs circa membranam, cruenti liuores. in medio tenue quippiam hiabat, qui vmbilicus videbatur; quò fœtus primùm spiritu & foràs & intrò meante respiraret. ab eo, membrana quæ continet genituram (chorion posteritas appellauit) tota erat producta. Talis fuit sex dierum genitura, vt illi quidem referunt, qui se vidisse testantur: sed in qua ob nouitatem & recentem etiamdum concretionem, omnia minùs conspicua, minùs distincta, minùs integrè effigiata conspiciebantur. Certè Galenus de menstruo abortu certiora & distinctiora prodidit: in quo tria hæc principia, iecur & cor & cerebrum iuxta se collocata visuntur: maius autem vtriusque hepar. Ex quibus tamen efficitur, vt ex sola inspectione, nihil certius de partium priore vel posteriore generatione statui queat: sed tantùm quæ partes auæprimæ aut magis distinctæ pareant. Quin & idem Gal. liberè atque ingenuè fatetur, vniuersum fœtus corpusculum simul formari: & qualibet temporis momento, omnes simul partes ali augerique: nullo vnquam tempore quiescente, vel otiosa manente illa vi nostri corporis opifice. Sed & longè ante Galenum Democritus apud Arist. cap. 4. lib. 2. de genera. animal. Sempiterni atque infiniti principium vllum esse negat, vti paulò antè citaui. Quinetiam Democriti vel discipulus, vt quidam putant, vel certè contemporaneus Hippocrates non paucis locis illud idē indicat, vt lib. 1. de diæta; Discriminantur autem partes & augescunt simul omnes, & neq; priùs aut posteriùs aliæ aliis. verùm maiores naturâ priores apparent minoribus, cùm non priores existant. Idem lib. de ossib. vbi principium aut finis sit, nescire se profitetur, hac similitudine illustrâ; Circulo enim facto, principium non inuenitur. quam sententiam iisdē penè verbis initio libri de locis in homine sic repetit & amplificat; Mihi quidem videtur principium corporis nullum esse: sed omnia similiter principium, & omnia finis: Circulo enim scripto, principium non reperitur. & lib. de carnib. hanc thesin experimento probare nititur, haud absimili paulò antè citatæ historiæ, quam vtcumque innuere videtur. sermonem sic orditur & contexit; Porrò vita hominis septem dierum est. primùm etenim postquàm genitura in vteros peruenit, in septē diebus habet quæcumque corpus habere debet. Mirari autem quis possit, quomodo ego sciam. verùm multa ego vidi hoc modo. Meretrices publicæ, quæ sæpius de seipsis copiam fecerunt, vbi cum viris rem habuerint, sciunt quando in ventre concipiant, & postea conceptum intra se perdunt. postquàm autem iam perditus est, elabitur velut caruncula. Hanc caruncúlam in aquam coniectam si conspicatus consideraueris, omnia membra habere reperies, & oculorum regiones, & aures, & manus, & manuum digitos, & crura, & pedes, & pedum digitos, & pudendum, & reliquum totum corpus manifestum. Vides autem, quomodo hæc quadrent cum historia psaltriæ antehàc citata. Qualia nobis frequentia exempla fortuitò contingunt, ex abortu non procurato, sed fortè contingente. nam abortus procurare ne ipse quidem Hipp. iureiurando permittit: lex autem diuina prohibet: vt nihilo leuior culpa sit, hominis spem perdere, quàm hominem perimere.

Et verò Hipp. ista ratio mihi admodùm similis veri videtur, non dubiæ coniuncta experientiæ. Cùm enim præsto adsit vna & eadem communis omnibus materia, nempe semen & sanguis menstruus; vna & eadem facultas adsit architectatrix; vnus atque idem formationis focus finisque: cur non simul omnes ex æquo obedientes & agenti caussæ cedentes particulæ, impressionem opificis suscipiant? cur non eodem temporis momento cælentur, fingantur, sculpantur, dolentur, consummentur ac perficiantur? Neque verò abs re erit rem similitudine illustrare. Lacti simulatque coagulum admixtum est, id ipsum caussæ efficientis & formantis obtinens imaginem, sanéque virilis seminis speciem atque facultatem præ se ferens, in totā massam mulctrámve agit æqualiter, si modò æqualiter permixtum, totique sit confusum: atque eodem momento vniuersam subigit, alterat, informat, cogit. dicíq. vix potest (siquidem cætera consentiant, penes mixtionem coaguli, & caloris contemperationem, & lactis vniformem naturam, & sini vasíve naturam atque capacitatem) vtra pars lactis prior aut posterior concreuisse diligenter inspectanti & attentè consideranti videatur. Quod etiam forsan in formatione animalium similiter contingit. atque in eam quidem similitudinem videtur intendisse Iobus cap. 10. cùm dixit, Nónne sicut lac mulsisti me, & sicut caseum me coagulasti? & paulò antè, Memento (quæso) quòd sicut lutum feceris me. & Aristoteles ipse cap. 4. lib. 2. genera. animal. eandem similitudinem affectauit; Cùm autem excrementum fœminæ in vtero constiterit à maris genitura, quæ simile facit, vt lactis coagulum. coagulum enim, lac est continens calorem vitalem, qui partes similes ducit eòdē, & vnit atque constituit. Et genitura ita se habet ad menstruorum naturam: eadem enim natura lactis & menstruorum est. qua de re nos alibi hoc in opere. sed alteram Iobi similitudinem contemplemur. Si quis terram aut puluerem vniformem & æqualem aqua seu liquore aliquo diluat & subigat exactéq. permisceat:

Historia psaltriæ 6. die abortū facientis, & figura.
à simili.
Hepar.
Vmbilicus.
Chorion.
Abortus menstrui figura.
Abortiui fœtus non indicat ordinem generandarum partium.
Totus embryo simul formatur.
Infiniti & sempiterni principium nullum.
Quòd totū in fœtu corpus simul formetur: at maiores partes priùs conspicua.
Corporis principium nullum.
à simili.
Vita hominis 7. dierū: item genitura, quā.
Meretrices sibi crebrò procurant abortus.
Fœtus partes quomodo primùm agnoscendæ.
Abortus procurare nefas, quare.
Quòd totū corpus simul cōpingatur, ex cauſa.
Similitudo à lacte coagulato.
Cōditionem ad coagulationē lactis simultaneā.
Homo cæteris similiter formatur.
Semen virile coagulo simile, & lacti menstruæ: & coagulum quod.
Similitudo hominis cū luto, & quòd totus simul formatur.

Digitized by Google

eadem opera atque eodem momento temporis æquabile iutum & vniforme contemperabit: neque altera pars prior aut posterior madefacta coiuisse & compacta fuisse diiudicabitur. Sic vbi semel ambo nostræ generationis principia confusa in vtero materno, & ab eodem calore natiuo & facultate formatrice elaborata fuerint; vix alia pars vlla quapiam prior aut posterior, concreuisse, formámque propriam induisse discernetur.

Hominis generandi modus & ratio, & necessaria conditio.

Sin est sequenda interior, & animo potiùs quàm oculis æstimanda ratio, ita quidem poterit institui, habita positorum principiorum & generationis humanæ (quanquam & ad alia animantia extendi potest) modi & figuræ consideratione. Cùm primùm semen viri in temperatum mulieris vterum est iniectum, fœcundum illud quidem & prolificum, idq. vterus retinet & concipit (vnde σύλληψις, conceptio nominatur) & amicabiliter amplectitur, muliebri & ipsum semini (menstrua putabat Arist.) eodem temporis articulo confusum ac permixtum: non ita multo pòst, tum calore loci, tum vi naturæ gignentis, tum ex seminis crassi & viscosi natura, pellucida quædam (χοριον siue secundæ appellantur, vti posthàc docebo) concrescit pellicula cotyledonibus vteri adnata & cohærens. Ex quibus hæc tunica totidem vasa vasis totidem correspondentia excipit, venas & arterias penè innumeras: quibus solis fœtus cum matre fœta connectitur. Quæ tandem omnes ita inter se coalescunt, vt ex illis penè innumeris venis & arteriis duæ vtriusque generis supersint magnæ de minimis conflatæ. velut è multis radiculis pauculæ radices, & tandem truncus arboris consurgit, vti posthàc suo loco declarabimus apertiùs & ampliùs. Quas inter duas venas totidémque arterias, medius quidam meatus & velut aquæ ductus (ὀχετὸς ab officio denominatur) ad velicam infantis pertingit. per hunc meatum, vrinam ille excernit in membranam ἀλλαντοειδῆ posthàc dicendam. Per venas autem & arterias, sanguinem à fœtante attrahit, tum ad sui nutricationem, tum ad cordis, hepatis & aliarum partium primam generationem. præter eas quas exangues & albidas de seminis substantia gigni partes receptum est. Quomodo autem ex sanguine venarum & arteriarum commemoratarum deinceps hepatis & cordis substãtia similis de simili concrescat, & paulò antè explicaui, & postea suo loco repetam, & nunc relinquo æstimandum. Hanc enim velut summariam quandam generationis humanæ adumbrationem, velut in tabula obiter spectandam exhibere volui, donec perfecta delineatio suis depingenda coloribus, absoluenda proponatur.

Conceptio quid.

Chorij generatio.

Ligamenta fœtus ad fœtum, vsusque. à simili.

Vrachus quid, & vnde dicatur, & quam primùm conceptaculum.

Partium infantis generatio, vnde, & quando.

Epiphonema in erroneam philosophorum de generatione fœtus opinionem.

Desinant ergo philosophi de primaria partium generatione altercari ac digladiari: desinant cordi primas deferre, atque inde absurdarum opinionum fundamenta struere: cùm nostræ generationis posita ratio manifestè declaret, vasa vmbilicalia quatuor dicta (pauciora an sint, pòst viderimus) & quintum vrinaculum, omnium prima genetari (siqua tamen pars alia ante aliam gigni sit dicenda, ac non potiùs simul omnes informari, vti posita nuper similitudo demonstrauit) quæ sine, nec augeri, nec accrescere, nec ali denique, imò ne formari quidem reliquis partibus omnibus in animante contingit. nam chorion ad natos & editos iam nihil ampliùs attinet; alioqui prima intus genita fœtui inuoluendo & vasis implicandis tunica necessaria; matri & fœtui coniungendis tanquam naturale & familiare vinculum futurum.

Ordo generationis partium fœtus.

Chorij natura & vsus.

Digitized by Google

NIC. NANCELII PROBLEMA,

An ſedes animæ in cerebro? an in corde? aut vbi denique?

N. quæſtiones variæ, ac multiplices in ſua Analogia.

INTER multas & præclaras quæſtiones, quas A paſſim agitat N. vbi de capitis & cordis principatu contendit, hanc vtique περιεργοτάτην inquirit; An anima in corde, vel in cerebro habitet? Atque vbi de corde ex profeſſo agit, varias opiniones recenſet eorum, qui huic principio animam affigunt atque addicunt. hîc non pigebit nonnullarum obiter meminiſſe, reliquis in ſuum locum relictis ac reiectis: deinde ad præſentis tractationis argumentum fit tranſitus. ſic autem ille exorditur NANCELIVS.

CHRISTVS ipſe, qui hominem fecit (ſic enim Pater ad Filium Geneſ. 1. Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram) quique ſcit, ait Paulus, quid ſit in homine, dicens Marci 12. ex Deuter. 6. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, & ex tota virtute tua; ſynonymis vtitur multis velut pro C eodem. idem Matth. 15. De corde exeunt cogitationes malæ &c. nimirum quaſi ſit anima in corde, cuius ſint bonæ & malæ cogitationes, & earundum effectus. & ibidem ex Eſaia 29. Populus hic me labiis honorat: cor autem eorum longè eſt à me. id eſt, animus, qui in corde habitat. & Ioan. 12. Cùm diabolus miſiſſet in cor. & cap. 16. triſtitia impleuit cor veſtrum. & paulò pòſt, gaudebit cor veſtrum. & Paulus 1. Timoth. 1. charitas de corde puro. & act. Apoſtol. 4. multitudinis autem credentium erat cor vnum, & (pro, id eſt) anima vna. & Prouerb. 2. ſi intrauerit ſapientia cor tuum. & Pſal. 23. Innocens manibus, & mundo corde. idem Pſal. 50. Cor mundum crea in me. Sed quid plures locos proferam? ſunt enim penè innumeri in vtroque teſtamento; ex quibus colligere eſt, cor per metonymiam ſubiecti, pro anima ipſa, velut in eodem ſibi domicilium deligente ac ſtatuente, ſumi. quinetiam ibidem ſi non omnium, at plurimarum ineſſe ſaltem animi affectionum (quas & paſſiones & perturbationes vocant) velut domicilium ac receptaculum. de quibus ego iudicium penes Theologos relinquo. Quibus locis inductus ac perſuaſus D. Hieronymus, ſic ad Fabiolam ſcripſit; Senſus in corde eſt: habitaculum cordis in pectore. quæritur vbi ſit animæ principale. Plato in cerebro: Chriſtus monſtrat in corde, Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt. &, Quid cogitatis mala in cordibus veſtris? Idē in cap. 15. Matth. ad illud citatum, De corde exeunt cogitationes malæ. Ergo animæ principale (infert Hieronymus) non ſecundùm Platonem, in cerebro: ſed iuxta Chriſtum, in corde eſt. Lata eſt ſententia: nihil pluribus verbis opus eſt. hîc nos acquieſcere poſſumus. ſed tamen iuuat bona cum venia rem penitiùs inſpicere, ac problematicè agitare. Euthymius comment. ad Pſalm. 50. cordis multiplex ſignificatum exponit. Quem locum, vt & complures alios, quia alibi citaui, nunc minimè iterabo, ne δὶς τὰ αὐτὰ, bis idem repetam, quod lex Logicorum prohibet. Sed eandem nunc quæſtionem nouis quibuſdam & penè contrariis philoſophorum potiſſimùm rationibus agitandā propono: quas ij demum facilè intelligent & agnoſcent, qui lib. Galeni de plac. Hippoc. & Plat. diligenter euoluerint, ac fideliter meminerint: ſed & nouis quibuſdam teſtimoniis tum philoſophorum, tum etiam Theologorum illuſtrium aliunde mihi depromptis adſtruendam. & poſtremo hoc proprióque loco diſceptandam atque confirmandam aſſumo. Ita tamen vt inconcuſſa rei veritas, Theologorum & ſanctorum Patrum iudicio ſtabilienda relinquatur.

Quod anima & mēs in corde.

Cor, paſſionū animi ſedes.

Vbi anima principale, in corde, an in cerebro? Quid ſit in corde.

Ac primùm vt rem velut à ſuo capite, & à D medicorum coryphæo arceſſam; Hippocrates antiqua fide dignus philoſophus, & doctrina ſingulari commendabilis, lib. de corde: Γνώμην ἐν τῷ ἀνθρώπῳ πάντων ὀρθοτάτην τὴν κατὰ κοιλίην, & ἀρχὴ τῆς ἁπάσης ψυχῆς. Mens hominis in ſiniſtro cordis ventriculo ſita eſt, & reliquæ animæ imperat ac præeſt, inquit. Non obſcura eſt philoſophi ſententia, animæ principatum cordi, nec toti, ſed ſiniſtro eius ventriculo, vtpote digniori, & calidiori, & ſpiritibus pleniori, & ſanguinis purioris, ſyncertioris, æſtuantioris, feruentioris, agilioris compoti aſſignans. Idem libello de virginum

Mentis ſedes ſiniſter cordis ventriculus.

Digitized by

virginum morbis; Ex retento ſanguine menſtruo, & ad cor, & ad ſeptum tranſuerſum reſiliente, cor fatuum fieri (id eſt, mentem deſipere, furere, alienari) deinde ex fatuitate torpedinem, ex torpedine delirium (maniámque, vt aſſolet) oriri ſcribit. Quanquam author lib. de morbo ſacro, qui & Hippocrati adſcribitur, forſan rectiùs, non cordi, ſed cerebro ſapientiam tribuit: de phrenibus dicam ſuo loco ex eodem, & quòd fruſtrà hoc nomen cauſſámque habeant. quemadmodum quæ ad cor ſitæ ſunt aures, fruſtrà appellantur, cùm nihil conferant ad auditum. Porrò dicunt quidam (ſubiungit ibidem Hippocrat.) quòd corde ſapimus: & quòd hoc eſt, quod angitur, & quod curam gerit. Verùm hoc non ita ſe habet: ſed conuellitur quidem, velut præcordia; & magis etiam propter eaſdem cauſſas. Ex omni enim corpore, venæ ad ipſum tendunt, & concluſiones habet, vt ſentiat, ſi quis dolor aut collectio homini contingat. Neceſſe eſt enim & dum angitur, inhorrere corpus ac diſtendi. & ſiquis nimio gaudio perfundatur, idem pati. Quapropter cor quidem & præcordia maximè ſentiunt: ſapientia tamen minimè participant: ſed omnium horum cerebrum cauſſa eſt. Ita quidem eo loco Hippocrates, aut alius neſcio quis grauis author cumprimis (de quo & paulò pòſt iterum copioſiùs) non cerebro vtique, ſed conceptæ & reſidenti in illo animæ ſapientiam tribuens, vt nos paulò pòſt interpretabimur.

Menſtrua retenta mentem percellunt, quò.

Sapientia cerebro potiùs, quàm corde aſſignanda.

Cordis ſympathia & motus in gaudio & dolore.

Non cor, ſed cerebrum ſapit.

Heraclitus Phyſicus Epheſius dictus σκοτεινός, ob affectatam poëmatis obſcuritatem, idémque lachrymabundus philoſophus, de anima ſic apud Laërtium tradit: Eius naturam inueniri non poſſe, quantalibet quis viæ conficiat ſpatia. adeo profundam eius eſſe rationem & indagationem. quod non ineptè ille quidem ſenſit: rei obſcuritatem vix animo eruendam penitius contemplatus. Qua ratione Simonides Hieroni tyranno, quid aut qualis ſit Deus, roganti, dilata reſpondendi mora, quæſtionis inexplicatam rationem inſinuauit. de qua nos iam ab initio Analogiæ.

Quòd animæ ratio inueſtigari nequeat.

Chryſippus inter Stoicos eximius philoſophus, librum de anima ſcripſerat, eiúſque principatum cordi addixerat. in corde enim eſſe omnium affectuum & perturbationum animi ſedem: ibidémque iccirco etiam rationis, & rationalis animæ domicilium adſtruxerat, liber excidit ille quidem: opinionis autem fragmẽta quædam ſuperant, ex quibus hoc colligitur. Quando dicimus (ἰγὼ) ait ille, hác in parte nos monſtramus, vt noſtram ibi eſſe mentem aſſeueremus. quaſi propriè, & natura duce, monſtratio illa huc deferatur. Quinetiam ſine hac per manum facta monſtratione, nutu in nos ipſos relato, ſolemus vocem hanc (ἰγὼ) proferre: cùm protinus talis ſit naturæ, vt cum demonſtratione, quam mox ſubſcribam, pronuntietur. Ἐγὼ enim ita pronuntiamus, vt in prima ſyllaba eius proferenda, labrum inferius in nos ipſos cum demonſtratione quadam deprimamus. ſecunda verò ſyllaba ita appoſitè ad menti motum nutúmque in pectus inclinatum: talémque demonſtrationem ſubſequitur, atque adiuncta eſt, vt nulla remotio ac ſeparatio inde, quemadmodum in verbo (ἐγὼ) appareat. hæc ille primùm, argutè quidem; ſed frigidè tamen, ad indicandum nutu menti, nudæ mentis in pectore & corde domicilium: quo argumento, parum mihi videtur profeciſſe, cùm innumeræ voces habentes ι, γ, e & g, plurimùm diſcrepantem ab ea ſignificatione habeant ſententiam

Cor, anima & eius perturbationũ ſedes, ratioque.

Idem Chryſippus ferè ſimiliter de præcipua animæ ſede ac domicilio, aliquando ſic inſit. Ita ſedes ipſa animæ cognitionem noſtram videtur effugere (quod paulò antè ex Heraclito citaui) cùm neque vllus ſenſus huiuſce rei extet, ſicut in reliquis: neque argumenta aliqua ſint, quibus ratiocinando confici hoc poſſit. neque enim alioquin in tantam tum medicis, tum philoſophis controuerſiam res deueniſſet. Idem tamen mox ſubiecit: Plerique verò omnes in hanc ſententiam propendêre, ac mihi ferri videntur, vt in pectore, & præcipuè eo loco, quo ſitum eſt cor, quaſi ſentiant affectus, qui in mente acciderunt. quod maximè in timoribus, ægritudinibus, ira, atque excandeſcentia contingit. Quæ enim ſingulorum affectuum in mente accidit perturbatio, ea ita in pectore extat, vt ſenſum non effugiat. Ac ſi ira hoc in loco eſt; vt ibidem reliquæ cupiditates collocentur, conſentaneum eſt: ſimul etiam & amantium, & rerum venerearum appetitiones. Idem verò, vbi ſit affectuum ſedes, ibidem eſſe animæ domicilium ſtatuit cum reliquis Stoicis. Sed contrà, dum cogitamus, diſcimus, docemus, ratiocinamur, nullus præcipuus in corde motus apparet (dixerit quiſpiam, & nos poſtea declarabimus) quod in ira, excandeſcentia, metu, triſtitia, & nonnullis aliis animi perturbationibus contingit. Ideo vt affectuum illorum ſedes in corde videatur ineſſe (quod permultis ex Homero & Heſiodo teſtimoniis probatur apud Galen. lib. 3. decret. Hipp. & Plat.) ibidémque eius partis, quæ rationi obtemperat, veluti domicilium collocetur: Tamen rationalis animæ partis (quam & principalem, & dominantem, & mentem vocant Stoici) aliunde quærendum eſt domicilium. Neque enim inconuenit, rationi obtemperantem animæ partem, intelligentémque diuerſo loco ſecludi ab ea, quæ rationi refragatur ac repugnat, & ab animi paſſionibus appellatis, vt Plato ſenſit. quod tamen nondũ apud reliquos philoſophos ſatis eſt conſtitutum.

Anima ſedes ignota, tum ſenſibus, tum argumentis.

Si ira eſt in corde, ibidẽ & reliquæ paſſiones, ibidem & anima.

Ratiocinatio non eſt in corde, ſed ira cum ſeqq; paſſionibus.

Rurſum Chryſippus non obſcurè, ſed apertè de animæ eſſentia, partibus, & ſitu, ita ratiocinatur. Anima, eſt ſpiritus nobis innatus, per totum corpus (ita ferè noſter Ambroſius, vt parebit) quoad vitæ habilitas in eo extiterit, diffuſus ac permeans. Ex huius igitur partibus, quæ ſingulæ ſingulis membris diſpenſatæ ſunt, eam, quæ ad arteriam aſperam pertingit, vocem eſſe dicimus: quæ ad oculos, viſum: quæ ad aures, auditum: quæ ad nares, olfactum: quæ ad linguam, guſtatum: quæ per totam

Anima quid, & eius partes.

Vocis & quinque ſenſuum, & ſeminis, & animæ ſedes principalis.

carnem æquabiliter ſpargitur, tactum: quæ ad teſtes pertinet, vim aliam quandam huiuſcemodi. ſeminariam vtique ac genitalem. principem verò huius animæ partem, in qua omnes hæ aliæ conueniunt, atque ex qua dependent, eſſe in corde aſſeueramus. hæc Chryſippi de animæ principatu & ſede ferè eſt oratio: probabilis ſanè, & ad philoſophi ſimplicem captum ſufficiens.

Anima principatum in corde, cur.

Idem verò Chryſippus ſibi nondum ſatisfaciens, ex vulgi & fœminarum ſimplici ſermone, motu, nutu, renutu, principatum animæ in corde conatur adſtruere. idem καρδίαν, quaſi κρατεῖαν (vt alibi notaui, de corde diſſerens) à dominio mentis cor denominatum putat. idem cordatos & ſecordes ideo vocari ſcribit, quòd in corde animus inhabitet. quem ſecutus fortaſſe Cicero Tuſcul. 1. Aliis cor ipſum, animus videtur, ait. ex quo, excordes, vecordes, cõcordéſque dicuntur. (Græcè ἀνάφρονα, velut ſine corde dicuntur: quomodo de ignauis Galli pronuntiant.) Idem cor dolore laborare credit Chryſippus; ſiquidem cura, ſolicitudine, mœrore angitur. Nam & cordis palpitatio (ait) & totius animæ concurſus ad cor, in pauoribus euidens eſt: cùm minimè ſuperueniendo ſuccedendóque aliis accidat: vt ea quæ natura mutuam quandam cognationem inter ſe habent. Vnde etiam in ſemetipſos contrahuntur ad cor, vt pote principatum, collecti homines: atque ad mentem, vtpote ſui ipſorum conſeruatricem. Ægritudinis quoque affectus hûc perbellè apparet, nullo alio corporis loco contagionem vllam conſenſúmque doloris patiente. Si enim vehementes aliqui dolores exiſtant, nullus alius eſt locus, qui affectus hos præ ſe ferat: at cor vel maximè. Quibus ille verbis quanuis diſertis, quanuis popularibus; non id tamen efficit, vt ratio, & intellectus, & mens in corde ineſſe concludatur: ſed animi paſſionum atque affectionum ibi ſedes ſtatuatur. quod Peripateticis, & quadantenus Platoni atque Galeno placuit.

Non ſe reliquæ paſſiones in corde, ibidẽ tamen anima, mens, & ratio.

Hoc tamen negabũt, quod illic aſſerit Chryſippus, mœſtitiam, anxietudinem, ægritudinem, & ſimiles dolores, nõ alibi, quàm in principatu animæ fieri: ídque in corde. quod Stoicis cum Ariſtotele & reliquis Peripateticis conuenit, ſed in hoc diſſentiunt, quòd Ariſtoteles plures in anima noſtra facultates, quæ in genere inter ſe diſcrepent, ineſſe dicit: & cor vnum eſſe commune omnium principium, vti poſtea declarabo, cùm de corde & eius facultatibus ſuo loco & ordine diſſeram.

Non omnes paſſiones fiunt in principatu animæ.

At idem Ariſtoteles cap. 10. lib. 3. part. animal. cordi prudentiam tribuit. idem lib. de reſpir. animi in corde feruorem collocat, vt citato loco noſtrarum theſeon, & aliis nonnullis declaraui. vbi & de Lactantio Ariſtotelem ſecuto protuli, Cor ſapientiæ domicilium dici, lib. de opificio Dei. & lib. 1. de falſ. relig. vitia de corde prodire. Necnon de Cicerone, cui cor ſapere traditur lib. 2. de finib. quæ licet ibidem à me prolata, tamen hîc obiter attingi debuerunt. Idem Ariſt. lib. 3. partium animal. cap. 4. motus lætitiæ ac triſtitiæ, denique omnium ſenſuum, à corde oriri, eodémque definere ſtatuit, vt productis locis alibi oſtendam, vbi de corde eiuſdem rationes à medicorum placitis ſæpe diſcrepantes accuratiùs expendam. Idem tres ſupremas & interiores animæ functiones aſſignat; quem & noſtri ferè Theologi ſequuntur, cùm intellectum, memoriam, & voluntatem memorant: inque capite collocant; vt ibidem animæ ſedem tacitè inſinuent. quæ quia ad vnum tria illa principium referuntur, cùm alioquin inter ſe differant; inde aliquam Sanctæ Trinitatis facilem demonſtrationem & Auguſtinus, & alij Theologi arripiunt, vt in Strabum demonſtraui.

Animæ functiones interiores, quæ, quot, & vbi.

At Chryſippus vt in aſſignandis paſſionum animi cauſſis, à Platone & à veritate deſciſcit: ſic & animæ facultates inter ſe differre negat: neque aliam vim qua excandeſcat animal; aliam, qua concupiſcat; aliam, qua ratiocinetur, eſſe concedit. brutiſque ſeu mutis (vt meliùs loquar) animantibus, rationis expertibus, & iram & cõcupiſcentiam adimit. vtrumque malè, vt & reliqui Stoici. nam de poſtrema ratione, cum multis conſentiunt, brutis eam adimentes: vnde & ἄλογα, rationis expertia dici meruerunt. Alibi tamen oſtendi, & Plutarchus in Gryllo contendit, & nonnulli tuentur, ſi non exquiſitæ atque exactæ rationis; at alicuius tamen rationis imperfectæ veſtigia quædam aut in multis, aut in præſtantioribus ineſſe; vt elephanto, ſimia, cane, equo, ape, formica, aranea, & multis aliis. ſed mox de Platone: ad Stoicos reuertor.

Quibus animantibus inſint minora rationis veſtigia.

Protuli vſpiam, cùm de vocẽ agerem, Stoicorum quorundam, Zenonis, Diogenis Babylonij, & ipſius adeo Chryſippi, rationes ac demonſtrationes, vt illi putant, ἀναπόδεικτους & ἐπιστημονικὰς, demonſtratiuas & ſcientificas, quibus efficì credunt, vt animi ſedes ſit in corde: quia & ab eo fit vox, & ex eo emanet oratio: non autem à cerebro. Vnde enim vox & oratio, ibi & mens, & ratio, vt illi colligunt. quæ ratio iam antè à nobis excuſſa atque exploſa eſt, lib. de voce: adhibita tamen diſtinctione quadam. Voluntas eſt enim, quæ vocem ciet. muſculi per neruos moti, inſtrumenta vocis agitant. materia vocis ex pectore erumpit. ſed & ſine loquela, cogitatio ſola per ſe, animi locum apertè deſignat, vt ibi ſanximus.

Malè tamen hoc iſti cum Peripateticis quibuſdam accipiunt Stoici: Vnde origo alimoniæ eſt animanti, in eodem membro rationalis animæ partem exiſtere. in corde autem eſſe alimenti animalis originem: atque eam, quam altricem facultatem dicimus. quare & in eodem rationalem animæ partem conſiſtere. Nam poſteriore hoc ſublato, etiam prius corruat, neceſſe eſt. non enim à corde, ſed à ventriculo & hepate, prima eſt alendi corporis origo, vti ſuo loco apertè docebimus. Primum enim alimenti principium, ſi placet altiùs repetere ex Hipp. lib. de alimento, eſt os, ſtomachus ſiue gula, & venter. Secundum verò, quæ ad ventriculum ab hepate pertinent

Alimenti origo vnde, & eius quadruplex principium.

venæ, in quibus ſanguis prima ſui rudimenta capit. tertium, iecur ipſum. quartum poſt iecur, vena caua, in qua primùm ſanguis purus ac defœcatus continetur, tum cordi ipſi, tum reliquis partibus alendis comparatus.

Neque verò rurſum Diogenes Stoicus rectè concludit; Quod primum alimentum & ſpiritum haurit, in eodem eſſe animæ principatum. eſſe autem cor, à quo primum alimentum & ſpiritus hauriatur. nam de alimento conſtitit eſſe falſum. de ſpiritu autem, multò dixit Hippocrates veriora, eodem illo lib. de alimento: Principium alimenti ſpiritalis (inquiens) os, nares, guttur, pulmo, & reliqua ſpiracula. Quanquam principium motus organorum ſpirabilium, & cibi atque potus excipiendi, non à corde, ſed à cerebro proficiſci, indubitatum eſt, & à nobis alibi demonſtrabitur, maiorum veſtigia prementibus, atque inſecutis.

Spirationis organa, & motus principiũ vnde.

Quæ cùm ita ſe habeant, de aliis omnibus inter omnes conſtat: de ſolo principatu animæ, cùm alij aliis in locis eum dicant ineſſe, in eo diſſentiunt. nonnulli enim in pectore, & in corde ibidem poſito, in capite alij, alij in ſanguine, alij in toto corpore, alij aliis in partibus collocant, vt tum alibi dixi, tum paulò pòſt repetam, neque etiam in eo conſentiunt omnes; ſed diſſident quoque ſimili modo, quánam in pectoris, vel capitis, vel alia parte ſit. Plato autem tripartitò animam diuidens (vt ſæpe dico, & ſæpius repetere cogor) rationem in capite, iracundiam in pectore, & ad vmbilicum cupiditatem ſubeſſe tradit. Ita ſedes ipſa animæ (vt iam dixi ex Heraclito atque Chryſippo) cognitionem noſtram videtur refugere, cùm neque vllus ſenſus huiuſce rei extet, ſicut in rebus aliis: neque argumenta certa ſint, quibus ratiocinando confici hoc certò poſſit. neque enim alioquin in tantam tum medicis, tum philoſophis, ne dicam & Theologis, controuerſiam res deueniſſet. ſed enim in iſto tam opiparo philoſophorum conuiuio, & velut ἐν πάσῃ ἀριστοφανείῳ, ſuum eſto cuiuſque ſymbolum: ac ne ego ἀσύμβολος diſcedam, etiam meum publicè & palàm exponam, ſed priùs cedo magiſtrum.

Ignoratur animæ ſedes, tum ſenſu, tum argumẽtis.

Plato igitur, & ex eo Galenus, tres diſtinctas facit animas (de quibus nos ſæpe aliàs) totidémque diſcretas potentias (quas & partes, & facultates etiam vocat) à quibus vita noſtra diſpenſatur. Nos verò vnius quidem animæ tres illas facultates diuerſas eſſe reſpondimus, eáſque locis (vt quidem apparet) ſecretas, ſicuti & muniis atque actionibus. Et quidem ex vna harum concupiſcibili, naſcitur voluptas: ex iraſcibili, victoriæ ſtudium: ex rationali, honeſtas. Nam & pueri (quo ferè modo, contra Chryſippi opinionem poſitam, & animantes mutæ atque irrationales) cupiditate cibi potúſque tenentur: & adulti, etiam venereorum libidine ſolicitantur: vtrique leui de cauſſa incandeſcunt. At viri ſapientes, rationem ducem ſecuti, & cupiditatem & iram facilè edomant atque vincunt. quod de Vlyſſe & Neſtore fingit Homerus, viris vtique ſapientibus habitis: & nos de Archita legimus, Socrate, Platone, Diogene, Xenocrate, Catone, Athenodoro Auguſti ſubmonitore, & paucis aliis. At de Medea verè μεγαλοσπλαγχνίᾳ, Euripides contrà, omnium viſcerum potenti dominatu teneri illam rectè tradidit: quòd libidini cum Iaſone indulgeat: quòd iræ vel acerrimæ pareat, liberis necandis: quòd rationis impos, rem apud ſe diu multúmque expendat, priùs quàm aggrediatur: tandémque ſic ſtatuat;

Καὶ μανθάνω μὲν οἷα δρᾶν μέλλω κακά.
Θυμὸς δ' ὑπερβὰς τῶν ἐμῶν βουλευμάτων. id eſt:
Agnoſco quàm nefanda perpetrem mala:
Sed ira conſilio eſt potentior meo.

eadémque apud Ouidium 7. metamorph. ſecum queſta, & anxia conſilij;

Eluctata diu, poſtquàm ratione furorem
Vincere non potuit: ——

tandem ſic erumpit;

Excute virgineo conceptas pectore flammas,
Si potes, infelix. ſi poſſem, ſanior eſſem:
Sed trahit inuitam noua vis: aliúdque Cupido,
Mens aliud ſuadet. video meliora, probóque,
Deteriora ſequor. ——

Scilicet eandem rationem & analogiam obtinent (vt rectè ſenſit Plato) & ratio & iracundia, quam eques & equus; aut quam venator & canis. quod enim præſtantius, id vtique dominari æquius eſt. Vt autem equus ferox & indomitus, ſeſſorem aut præ virium imbecillitate, aut equitandi imperitia, nolentem ac repugnantem ſecũ rapit, aut etiam excutit. itémque canis venaticus aut moloſſus aliquis, odora vi feram acriter perſequens puerum vel ſenem debilem, ductorem ſuum fune ſuo ſecum trahit impetu quodam, ac per dumeta & ſpineta rapit inuitum. ſic & ira effrænata, & vindictæ appetens, infirmas rationis habenas negligit, frangit, cogítque:

Dum præceps odio per vim feſtinat inulto.

vt Horatius ait. 1. epiſtol.

Hanc igitur frenis, hanc in compeſce catena.

& contrà, Quemadmodum ſolers & exercitatus auríga iugales regit equos, atque habenis & imperio moderatur. ſic ratio dominans in homine, & valida, ſubiectas ſibi iraſcibilem & concupiſcibilem facultates domat, vincit, cicurat, atque pro arbitrio verſat quocumq. lubet. maximè ſi ab ineunte ætate contumaciam affectionum frænare didicerit, & longa mox aſſuetudine, prudentia, ſtudióque compeſcuerit.

Tres animæ, totidémque facultates. N. Imò vnius animæ plures facultates, vbi, earúmque vis.

Sed quoniam ad poëtas ventum eſt; Homerus rationalem animæ partem, ſicuti & paſſionum atque affectuum vim omnem in corde collocat: de ira enim, inuidia, amore, & aliis perturbationibus in corde ſitis, Galenus ex Chryſippo innumera tibi teſtimonia ſuggeret ab eodem Homero & aliis poëtis vſurpata. ſed de rationis & animæ ſede, hæc tibi pauca ſubiiciam.

Quòd ratio & animæ perturbationes in corde.

Καὶ νῦν δὴ τοῦτόν γ' ἄφρονα φρένας ἐξέλετο Ζεύς.
Iuppiter eripuit nunc illi è pectore mentem.

idem, *Ἐγὼς ἀπούρας, ἐμπαλὶν ἐν στήθεσι θυμὸν.*

Anima in corde, & cogitatio, & voluntas.

Digitized by Google

Conſilium quòd ſit nobis in pectore noſtri,
O Neptune. —— idem,
Αἰεί τοι Τρώεσσι νόος τέθηπεν ἀνίαν.
Iſta tuo ſemper ſententia pectore fixa eſt. idem,
Αλλο δ' ἐνὶ στήθεσσι νόος, ἣ μῆτις ἀμείνων.
Aſt hoc conſilium, prudéntiſque in pectore meus eſt.
idem, Αλλ' ἐμοὶ ἔνθεν θυμὸς ἐνὶ στήθεσσι τέτυκται.
Verùm animo nunquam noſtro ſub pectore ſuaſit.
& Parmenides apud Laërtium lib. 9.
—— κρίνω δὲ πάντα πυθέσθαι,
Ἠ μὴ ἀκαπνίης ὑπεμυδέος ἄκριτα εἶπε.
—— *Velim ſimul omnia noſcas,*
Aut verum ſimplex, & pectore ſemper aperto.

Quid opus eſt è Latinis poëtis venari verſus innumeros, in quibus pectus pro corde, & cor pro ira & prudẽtia, per metonymiam ſubiecti, accipi debet? Et tamen iidem poëtæ omnes Mineruam de Iouis enatam cerebro fingunt: hoc quidem commento, & conſilium, & prudentiam, & mentem denique in cerebro ſubeſſe ſignificantes: ideóq. ibidẽ animæ ſedem ineſſe fateantur, neceſſe eſt. quanquàm paulò aliter fabulatur Heſiodi Theogonia; ſed nobis fabulas recitandi non eſt otium. Et quis poëtarum teſtimonia Græcorum & Latinorum colligere in rem propoſitam omnia poſſit, aut ſuſtineat? aut quis diſcrepantes eorum ſententias de ſuorum deorum ortu, conciliare ſtudeat? cùm eiuſdem vanitatis aſſecla, M. Tullius in lib. de natu. deorum, non potuerit? Nos quidem ex Dauidis noſtri diuino poëmate nonnulla priùs attulimus, cordi ſedem animæ (vt videri queat) rationis, conſilij, prudentiæ vendicantis: id quod plures citati de bibliis à nobis loci videntur indicare. de Virgilio, Lucretio, & nõnullis poëtis Latinis Macrobius tibi proferet; nos pauca produximus; plura in medium poſſumus proferre. ſed vanus atque inutilis fuerit hic omnis labor; cùm à poëtis profanis omnia omnium philoſophorum decreta, aliis atque aliis verſibus introduci norimus; & dicenti vel introductæ perſonæ ſuum decorum aſſignari; atque ornatu orationis adhibito, ab iis explicari ſolere. quod Plutarchus in Homericis meditationibus oſtendit; Seruius apud Virgilium monet, modò Epicuri, modò Zenonis, modò Platonis dogmata carmine vario complexum. itaque poëtis modò relictis, reuertor ad philoſophos.

Minerua orta è Iouis cerebro, qui.

Author citati libri de morbo ſacro (quem vereor Hippocratem dicere: antiqui tamen & inſignis viri fuiſſe cum Galeno perhibere auſim) ſub finem totus in eo eſt, vt oſtendat, ſapientiam non à corde, non à phrenibus ſiue præcordiis, ſed à cerebro pendẽre, vti iam paulò antè cœpi probare. Porrò expedit homines noſſe (ait) quòd ex nulla alia nobis parte voluptates contingunt, & lætitiæ, & riſus, & luſus, quàm ex cerebro, itémque mœrores, & anxietates, triſtitiæque ac eiulatus, & querelæ. Et hoc ſapimus maximè, atque intelligimus, & videmus, & audimus, & cognoſcimus turpia & honeſta, mala & bona, iucunda & iniucunda partim conſuetudine diſcernentes, partim vtilitate percipientes. Eodem voluptates & iniucunditates pro opportunitate dignoſcimus, & non eadem nobis placent. Eodem & inſanimus, & deliramus, & terrores & timores nobis accedunt partim noctu, partim interdiu, & inſomnia, & errores intempeſtiui, & curæ inanes, & vt non noſcamus adſtantes, & deſuetudo, & inexperientia. Atque hæc omnia perpetimur à cerebro, cùm ſanum non fuerit; ſed aut calidius quàm ex natura fiat, aut frigidius, aut humidius, aut ſiccius, aut aliud quid perpetiatur præter naturam, & conſuetudinem. Quanto verò tempore cerebrum quieuerit, tanto etiam homo ſapit. Et propterea iudico cerebrum vim plurimam in homine habere. hoc enim eſt nobis eorum, quæ ab aëre fiunt, interpres, ſi ſanum fuerit. ſapientiam autem ipſi exhibet aër. Oculi verò, & aures, & lingua, & manus, & pedes, qualia cerebrum ſtatuit ac cognoſcit, talia ſubminiſtrant. Sapientia enim toti corpori contingit, prout aëre participarit. ad intelligentiam verò internuntius eſt cerebrum. Quapropter dico cerebrũ, intelligentiæ ac prudentiæ internuntium ac interpretem eſſe. hæc & ſanè plura iſtius libri author in encomium ſapientiæ & intelligentiæ cerebri ſani: vbi & eiuſdem morborum cauſſas varias recenſet: vt vnde ſapientiæ origo, inde & deſipientiæ fons agnoſcatur, prout bene aut malè habuerit. vbi & riſus ſedem, ſicuti & multorum affectuum, deſignat, quod nos lib. noſtro de riſu tuebamur: quò & inſpiratum aërem primò ferri dicit; quod nos lib. 1. de peſte adſtruebamus. ſed in eo nobis ab illo recedere neceſſe eſt, quòd non cerebri ſubſtãtiæ mucoſæ & inerti ac ſtupidæ, tantam vim ſapiendi & intelligendi tribuimus; ſed potiùs ac iuſtiùs ipſi illi animæ, cuius ſedem ac domicilium nuſquã meliùs ac potiùs alibi, quàm in cerebro collocatam aſſeueramus. ſiquis tamen tropo quodam locutum illum dicat fuiſſe, vt per metaplaſmum, metonymicos, per cerebrum, animam ipſam cerebri incolam acceperit, ſenſuum interiorum atque exteriorum præſidem; is verò me adſtipulatorem habebit nec inuitum, ſed vltrò pedibus eandem in ſententiam euntem.

Cerebri vis in homine, vnde.

Poſidonius relicto ſuorum Stoicorum ad tempus collegio & cõſenſu, ſimilitérq. Cleanthes ille φυσικὸς, alter iam minimè ærumnoſus Stoicus, cum Platone ſentit, perturbationes animi ſiue affectus, non vnius & eiuſdem, ſed diuerſarum facultatum motiones eſſe: quarum altera, iraſcibilis dicitur: altera, concupiſcibilis: tertiam ab his rationalem facultatem ſupereſſe. Idémque contra ſuorum Stoicorum decreta, animalia, quæ immobilia penè ſunt, ſaxíſque ſtirpium modo, aliiſve huiuſmodi affixa hærent (ζωόφυτα vſpiam ex Ariſtot. nominaui) cupiditate ſola regi aſſerit: irrationabilia autem omnia, vtríſque facultatibus, concupiſcibili atque iraſcibili vti. hominem ſolum, aſſumpto præter illa duo, rationali principio, tres adeptum eſſe partes ſeu facultates animæ diuerſas.

Quòd animæ facultates differant re, loco, nomine.

Plato, quem præcipuum atque vnicum Ga-

Sapientia à cerebro, non à corde, aut phrenibus. item reliquæ animi pathemata: item ſenſus omnes & animi motus, quò.

Digitized by Google

lenus ſequitur authorem (exprimam nunc tantùm Latinè, compendij cauſsâ) ſub finem Timæi; Sæpe in ſuperioribus diximus (ait) tres eſſe animæ ſpecies in nobis trifariam diſtributas, ſingulaſque ſuos motus habere. De præſtantiſſima igitur animæ noſtræ ſpecie ira eſt ſentiendum: Nempe hanc Deus, vt dæmonem noſtrûm cuique tribuit: hanc in ſumma corporis arce ſedem habere dicimus, atque ad cœli cognationem à terra nos tollere, tanquam animalia cœleſti potiùs, quàm terreno ſemine nata. quod quidem rectè admodum dicitur: Vnde enim primus animæ datus eſt ortus, inde diuina vis, caput, radicémque & originem noſtram pendentem ſuſpendens, totum dirigit corpus. In eo igitur, qui concupiſcentiæ & ambitioſæ iracundiæ affectibus implendis incumbit, neceſſe eſt opiniones omnes mortales fieri: atque eum quam maximè fieri poteſt, mortalem prorſus euadere, cùm mortalem naturam pro viribus auxerit. At eum, qui totus diſcendæ veritatis cupiditate flagrauerit, atque omnem ſuam operam præcipuè in hoc vno impenderit; neceſſe eſt omnino, ſiquidem veritatem attingat, immortalia & diuina comprehendere: & quatenus humana natura immortalitatem aſſequi poteſt, eatenus hunc penitus immortalem euadere: nulla videlicet immortalitatis parte dimiſſa. quinetiam cùm ſemper diuinum colat, ipſúmque familiarem dæmonem in ſe habeat, ornatiſſimum, hunc præcipuè beatum fore. Idem lib. 4. de Repub. ita propoſuit, Tres eſſe animæ noſtræ partes ſiue ſpecies (ſic ego aliquando me contra Galenum expoſuiſſe memini lib. de immortalitate animæ) quæ non ſedibus tantùm corporis, verùmetiam ſubſtantiis naturíſque, quin & functionibus ipſis differant. & quidem ex his, concupiſcibilem vocatam, velut multorum capitum belluæ ſimilem facit: iraſcibilem verò, leoni: rationalem denique, homini. alibi etiam illas vtraſque, duobus equis ferocibus comparat, vt nuper inſinuaui; poſtremam autem, aurigæ & rectori confert. & quidem diſcerni à ſe inuicem & ſecludi locis, vt alibi repetiui; concupiſcentiam inter præcordia & vmbilicum ſtatuens: genium in ſupremo noſtri corporis parte, vt nos à terra ad cœleſtem cognationem attollat: iraſcibilem vim in corde efferueſcere. vtramque autem priorem illam animam grauibus obnoxiam perturbationibus, eſſe mortalem: animam ſolam in capite reſidere, immortalem, vt iam aliquoties oſtendimus, & cum diſtinctione quadam explicauimus. Quod autem illic longa ſatis oratione de tribus animæ partibus demonſtrat, nos breuiter per ſumma capita ſic colligimus. Id verò ita ſe habere, ex ea ſatis pugna cernitur; quæ accidit ſanis & ægris, pueris & viris ætate florentibus, cùm naturæ quodam impetu, ad cibi & potus deſiderium incitantur: aut ad rerum venerearum fruitionem ſtimulantur: aut ad iram & vindictam incenduntur. atque iſtis motionibus tum ſeſe opponit ratio, damna & incommoda metiens, quæ ex intempeſtiua, aut importuna atque immodica rerum iſtarum fruitione captationéve prouenire queant. nec non ira rationi opitulata, propriam temeritatem increpitans cohibet faciliorem aſſenſum. Neque verò idem, & vnum, & ſimplex, eadem parte ſui, diuerſa poteſt agere, aut pati; ideóq. à diuerſis manare diuerſas actiones motúſq. appetendi aut abhorrédi fugiendíque, neceſſarium eſt. An tamen ſemper ira cum ratione, velut duce, ſe comitem adiungat aduerſus vnam concupiſcibilem, vt Galenus hoc loco putat, nondum apud me ſtatui: quia euentus rerum video ancipites: & ille, donec naturalem ſtatum ſeruarit iracundia, rationi fauere decernit: alioqui ambarum ſocietatem diſſolui. Ac tum vt in bigis alter equorum validior & potentior, alterum debiliorem impetu facto ſecum rapit, ſimúlque & bigas & aurigam corripit; qua ratione dixit poëta;

Vt cùm carceribus ſeſe effudere quadrigæ,
Addunt ſe in ſpatia; & fruſtra retinacula tendens,
Fertur equis auriga, nec audit currus habenas.

3. Georg. ſic ira effera rationem euertit, & præcipitem agit: aut vtramque indomita concupiſcentia vel contrà, vt paſtor incitatum ferociùs canem, metu ac minis retrahit, aut funè coercitum reuocat: ſic iram & concupiſcentiam ratio vna moderatur & cohibet, ſi poteſt. vnde Homerus:

Σπῖσθε ἦ μᾶλλον, κραδίην ἐνέπαιπτε θυμῷ
Pectora contundens, cordi ſic increpat iram.

Hîc enim Homerus partem de meliori & peiori ratiocinantem, obiurgare: alteram irrationalem, quæ indignabatur, quaſi diuerſam, inducit.

Ariſtoteles & Poſidonius fatentur quidem diuerſa eſſe inter ſe ea, quibus ratiocinamur, iraſcimur, & concupiſcimus: non tamen ſpecies aut partes animæ, vt Plato vocat; ſed vnius ſubſtantiæ è corde proficiſcentis, & vnius naturæ potentias ſeu facultates tantùm eſſe affirmant. Galenus non facultates modò, ſed etiam partes ſpecie inter ſe diſcrepantes eſſe probare nititur: quarum concupiſcibilis per ſe in plantis & ſtirpibus reperiatur, quam naturam vocant Stoici, prudentia & ratio ſumma, in diis etiam per ſe, at iraſcibilis in homine ſemper harum alteri coniuncta inhæreat: ſicuti de ira cum ratione aduerſus concupiſcentiam contendente demonſtraui paulò antè. Cæterum ex doctrina Platonis, quicquid ſpecies fuerit, etiam pars dici poteſt: non tamen quicquid pars eſt, etiam ſpecies valet appellari. Denique ex omnium conſenſu philoſophorum, Galenus hoc arripit; Vbi ſenſus & voluntariæ motionis origo ſit, ibidem eſſe animæ principatum. cor autem ab illis falsò neruorum principium haberi, quos anatomica ſectio euidenter à cerebro oriri deprehendit: quod vinculo intercepti, aut gladio præciſi nerui declarant, partes à vinculo aut ſectione reliquas ſenſu motúque priuando: cùm tamen ſuperiores, aut cerebro, aut ſanè adhuc continuæ, medulleve ſpinali, priſtinas functiones integras

Ira rationi opitulata.
Ira ſuppetias.
Tres facultates animæ quâ differant, & vbi ſingulæ vigeant.
Iraſcibilis ſemper alteri cõiuncta.
Vbi ſenſus & voluntas, ibi eſt animæ ſedes: eſt autem cerebrum, non cor.
Anima orige vnde: & hominis dignitas: cùr ſublimi capite.
Anima, eſt dæmon ſe uniuerſi cuíſque ſui.

conſeruent. ventriculis autem cerebri ſemel colliſis & contuſis, noxam toti corpori animalis communicari. at corde prehenſo,& tenaciter vel etiam forcipe conſtricto, nihil accidere eiuſmodi, alibi probauimus. Præterea ex tribus dictis illis animæ partibus, totidem virtutes exiſtere, Galenus cum Platone adſtruit: prudentiam ſiue ſapientiam à rationali: fortitudinem ab iraſcibili: à concupiſcibili denique, continentiam ſeu temperantiam. quæ ſingulæ animæ partes cùm pro dignitate ſua pulchritudinem quandam habeant: recta ratione totam animam iuſtam appellari. in rationali tamen ſola ſcientiam ineſſe virtutem ipſam: in reliquis, non ſcientiam, ſed habitus & bonos & malos, ſiue potentias tantùm. vbi enim ratio nulla ſit, ſcientiam vtique non conſiſtere. neque verò in ſingulis illis animæ partibus, plus vna virtute repériri: quia, quicquid eſt in re quâque optimum, id vnum eſt, & vna in ſingulis rebus perfectio. qualis in rationali animæ parte virtus, ſcientia dicta eſt. & in aliis ſuo modo.

Tres virtutes à triplici animæ potentia, quæ: & cur non plures.

Scientia vbi & habitus, vbi.

Poſtremò cuiuis ſummam diſputationis omnem more Stoico in pauca contrahere volenti (quam totis libris nouem de Hipp. & Plat. decretis Galenus verſat, demonſtrat, inculcat; nos paucis iſtis paginis incluſimus) ita tandem ſtatuendum eſt, Platonis, Galeni, & fortaſſis omnium antiquiſſimi Hippocratis ſententiam ſequenti; primùm ſic, Vbi eſt neruorum origo, ibidem & animæ principatus. origo autem neruorum in cerebro eſt. illic ergo eſt & animæ principatus. deinde ſic, Vbi affectus animi manifeſtius membra corporis agitant, ibidem affectibus obnoxia pars animi reſidet. at cor in ira & timore, magna motus immutatione affici cernitur. in corde igitur, affectibus obnoxia pars animæ collocata eſt. poſtremò, Hominem à tribus principiis agi eſt in confeſſo, quorum vnum in capite collocatum, id munus habet, per ſe quidem, vt imaginationem, memoriam, intellectum, cogitationémve efficiat; quæ ego maxima & præcipua atq. intima & verè ἀμυητα (vt cum Græcis loquar) animæ munia & puto & voco: per aliud verò, vt ſentientibus animalis membris, ſenſus; & iis quæ per appetitionem mouentur, motus originem, neruorum beneficio largiatur, ſpiritu animali influente, ſiue in ſubſtantia, ſiue qualitate, ſeu facultate à cerebro demiſſa. Alterum principium in corde ſitum eſt: cuius opera per ſe ſunt, animæ tenor, quem νοῦν dicunt: & in iis, quæ ratio iuſſerit, inuicta conſtantia. eiuſdem in perturbationibus eſt quaſi feruor quidam inſiti caloris, cùm anima vindictam de eo ſumere cupit, qui læſiſſe videatur iniuria: quæ ira ſiue excandeſcentia appellatur, aut iracundia. per aliud autem id efficit, vt membris ſingillatim omnibus calorem, arteriiſque pulſus aſſidui agitationem ſuppeditet, ſpiritus vitalis in corde poſiti beneficio. Tertia facultas in iecore ſedem obtinet, vniuerſámque in animali nutricationem procurat: cuius maxima pars, & nobis, & ſanguineis omnibus, eſt ſanguinis procreatio, de qua poſtea viderimus. ad eandem præterea hanc facultatem pertinet iucundarum rerum fruitio (de venereis tamen negaui alibi) in qua, cùm vehementiùs quàm par eſt, mouetur, incontinentiam intemperantiámque efficit. hæc ferè ſumma eſt Galenicæ tam longæ támque verboſæ diſputationis. quam multò breuiùs Lactantius noſter amputat, obſcuritatem quæſtionis huius inſolubilem ratus; nec ſtatui certò poſſe, vnde affectus animi veniant: fieri enim poſſe, vt aliunde veniant: & aliud viſcera illa, quàm ſuſpicamur, efficiant. nec tamen conuinci poſſe, falſa illos, qui hæc diſputant, dicere: ſed omnia, quæ ad motus animi animæque pertinent, tam obſcuræ altæque rationis eſſe, vt ſupra hominem ſit, ea liquidò peruidere. quæ ferè ſententia Heraclyti & Chryſippi antè fuerat.

Anima ſedes vbi & origo neruorum, id eſt, in cerebro.

Anima pathetica in corde reſidet, quò.

1 Animæ functiones in capite primariæ & ſecundariæ, quomodo exerceantur.

Spiritus animalis quò influat neruis.

2 Animæ actiones in corde primariæ & ſecundariæ.

Iracundia, quid.

3 Animæ functiones in iecinore, quæ aut quales.

Incerta animæ affectuum origo.

Sed nos iſtam ἀκαταληψίαν Academicam nihil moramur: iuuat in rebus arduis periclitari; & aliquid dicere, quod ſit cum ratione aliqua coniunctum, quàm in totum ſilere de talibus ſatius duco: & hoc iam dictis, & prolatis philoſophorum iſtorũ dogmatibus adiicio. Quẽadmodum in cerebro, ſpiritus animalis è vitali in rete illo mirabili vocato (quod & χρονδὲς à ſecundinarum ſimilitudine, & πλέγμα δικτυοειδὲς, à figura plagarũ vocatur) elaboratur & conficitur; non anima ille quidem neq. animæ ſubſtantia; ſed præcipuum animæ functionum inſtrumentũ futurum. atque in corde & arteriis, vitalis ſpiritus ex naturali ſpiritu, & ex inſpiratione, & humorum exhalatione gignitur. ſic in hepate, ex tenuiore ſanguinis portione, ſpiritum naturalem gigni dicimus, operibus naturalibus vocatis, ſeu facultati altrici obeundæ perquàm neceſſarium. Neque tres ideo animas eſſe has, vt Galenus cum Platone vocabat: ſed vnius immortalis animæ, lõgè ab illis diuerſæ, & præſtantioris ac diuinioris naturæ in cerebro reſidentis, hos tanquam miniſtros eſſe atque ſatellites, vt iam ab initio & alibi me ſcribere memini. Vt interim eos obiter moneam, qui rerere illud dictum, nulla non modò admiratione, ſed potiùs riſu multo dignum dicunt, quòd mortuo homine nullum deinceps appareat (quod tamen in maioribus animalibus euidenter cernitur) quoniam vaſis minutis conſidentibus, calore & ſpiritu exoluris, poſtea minùs patet in mortuis: vt illos moneam (inquam) ad fidem rei faciendam, vt meninge leniter & ampliter patefacta atque diſciſſa, carotidem in collo per tubulum immiſſum inflent: à qua vtraque, multiplici plexu textúque, intus ad baſim cerebri, in oſſe cunei formi (Græci σφηνοειδὲς vocant) ſub craſſa meninge conſicitur. aut vt pari modo ex arteriis cerebri inſignioribus quamlibet inflando diſtendant: ſubitò enim vniuerſas illas arteriolas turgeſcere, moueri, mirificè inter ſe inuolui atque implicari, non ſine voluptate & animi oblectamento cernet. ac mirum, niſi & ipſe, quod antea irridebat, facto demum ſic periculo, demirabitur. Hæc ferè ſunt philoſophorum &

Spiritus animalis, vitalis, naturalis quò ſint, vbi, & quorſum.

Rete mirabile, eiuſque ſynonyma, & eorundem ratio.

Spiritus animalis, non eſt anima, & quid tandem.

Non tres animæ, ſed vnius animæ diuinæ miniſtri in ſuis ſtationibus.

Rete mirabile vbi ſit, & à quo contextum.

medicorum placita de animæ ſede, déque animæ paſſionum & facultatum omnium tũ numero, tum loco, tum vi & natura. quorũ partim valde probabilia ſunt, partim ſimilia veri, partim proꝛſus falſa, partim omnino vera, quatenus iudicare nobis licet. de quibus, & pro quibus, & contra quæ, multa dicere & ſcribere liceret, ſiquidẽ vacaret, aut libẽret: ſed aliud nunc inſtitutum vrgemus, & alibi his de rebus commodiùs agetur. & verò pluribus. Vt tamen philoſophis, & aliis, qui ſe contemplationi rerum totos dediderũt, hæc ſpeculatio grata ſit & ſuauis futura: tum verò medicis vtcumq, non tam voluptati, quàm vſui ceſſura. Philoſophis enim ad conſtituendum virtutum numerum, atque earundem differentiam æſtimandam, multum adiumenti cõfert iſtiuſmodi indagatio: medicis autem ad morbos animi (ſi ſic fari licet cũ priſcis & medicis & philoſophis) inquirendos, dignoſcendos, curandos, nõ minimum adfert & lucis, & opis, & vtilitatis. Vbi enim remedium admoueas, ſi locum affectum neſcias? vbi topicon à loco denominatum externum medicamentum applices, ſi morbi focum ignores? Delirat quis? inſanit? furit? omnium rerũ, & ſui adeo (quod de Meſſala Coruino oratore Rom. & de Athenienſibus ciuibus peſte infeſtatis alibi ſcripſimus: de pluribus aliis conſtat, vel etiam recenti memoria) & ſuorum obliuiſcitur, vel adeo proprij nominis? Accerſitus medicus, huius rei, qua de toties agimus, ignarus, cui parti ſua dicabit ore ſumenda pharmaca? cui parti admouebit externa cataplaſmata, cerata, malagmata, epithemata? Anima eſt tota per totũ diffuſa corpus, dicet aliquis, magno idcirco & toti corpori imponendo emplaſtro erit opus, ad vitium animi, vel potiùs corporis, cui anima tunc compatitur & conſentit (Græcè melius ὁμοπαθεῖ, vnde ὁμοπάθεια dicitur) cortigendum, incendiũ contemperandum, frigus & torporem diſcutiendum, ſiccitatem diluendam, humiditatem infatuantem conſumendam, intemperiem denique corrigendam. Minimè verò, reſpondebit Stoïcus aut Peripatericus aliquis: ſed anima in corde habitat, & iis præcordiis, quas ideo φρένας Græci vocãt. Protinus medicus cataplaſmatis, ceratis, malagmatis, illitibus torum thoracem onerabit atque obducet: epithematis, cataclyſmis, fotibus perluet atque irrigabit: ſed inani labore atque conatu, vt Galenus lib. 13. method. med. & lib. 1. & 3. loc. affect. aduerſus Athenæum, Aſclepiadem, Archigenem, & Theſſalios contendit. Accedet nouiſſimè Platonicus aliquis, & in Galeni placitis doctrinâque feliciter & gnauiter verſatus: Et, ſiſte (inquiet) oleum & operam perdis: ægrum nihil alleuas: præpoſtera curatione vteris. Nam ſi ratio aberrat, capiti debes tua dicare & aptare remedia: ſin irarum feruor exæſtuat, cordi applicare: ſi verò concupiſcentia effrenato motu atq. effero cietur, hepati & genitalibus denique admouẽre. Hîc attentus ac circumſpectus medicus, rectè monenti obtemperabit. capiti embrochas, ſinapiſmos, dropaces, ceratomalagmata dicabit & admouebit: ſua ſimili de cauſſa cordi, & iracundæ parti laboranti: ſua necnon hepati, & concupiſcibili facultati circumponet. vſu medicamentorum & alimentorum refrigerãtium, cordis & ſanguinis incendium contemperabit: humorum luxuriem compeſcet, atque ὀργασμὸν furorémque inhibebit. nec forſan à ſpe & expectatione ſua delufus abibit. Atque vt rẽ minuriùs concidamus: ſcimus facto periculo in iis, quib⁹ memoria labaret, ob intẽperiem cerebri ſolã frigidã, aut frigidã ſimul & ſiccã, vel frigidã & humidã (vix enim vnquam à calida aut ſimplici, aut cõpoſita) ex admotis ad occiput conuenientibus remediis ſolis calidis, aut calidis ſimul & humidis frigidisve, nempe primario affectui & eius cauſſæ contrariis, multum fuiſſe allatum adiumenti, aut malum perſanatum. ſcimus in moróſi & fatuitate, vel ob ingens frigus ſeu refrigerationem cerebri, vel ob immodicam largi humoris pituitoſi frigidi copiam, poſt vniuerſales vacuationes, ex admonitione calidorũ & ſiccorum remediorum ad caput, & ex vſu apophlegmatiſmorum & errinorum, rẽ multò meliùs ceſſiſſe. ſcimus in phrenetide, & delirio ac furore, ex inflãmatione cerebri aut meningum, aut amborum, cum febre continua vel ardenti, ex capitis embroche refrigerante & repercutiente, feruorem bilis edomitum, & ſopitum deliriũ fuiſſe: quibus tamen admota cordi nil profeciſſent eadem remedia. Eos cõtrà, qui corde vulnus accepiſſent, quandiu vixerũt, ratione ſibi conſtitiſſe. At vbi rationis error, quod delirium vocamus: ibidem & rectus rationis vſus, & recta ratio, & prudentia, & anima denique ipſa: nempe in capite, non in pectore. Et quod nos frequenter in vnoquoque noſtrũm experimur, ſiue alioqui ſani, ſiue neutro in ſtatu degamus: ſi cui caput dolet, pituita grauatur, vertigine agitur, ebrietate percellitur, aut ſimili quapiam de cauſſa laborat: ſic affectus quilibet noſtrũm, tum ratiocinãdo ineptus, tum intelligendo inhabilis, tum meditãdo impotens, & ſtupido vel fatuo ſimilis (etiãſi cor ſanum ſuas è natura edat actiones, pulſando, arterias agitando, corpori & vitam, & ſpiritus diſtribuendo) denique diſſimillimus ſui deprehenditur: quod & Alexand. Aphrodiſæus in problem. de intemperie cerebri agnoſcit. quod tamen nullis gibbis, nullis κυρτώσεσι, κυφώσεσι, στενώσεσι (qui tres ſunt gibborum ſeu gibberorum modi, antè, ponè, & obliquè diſtortorum) laborantibus, nullis anguſto, preſſo, contracto thorace præditis, nullis aſthmaticis, empyicis, phthiſicis, cordis palpitationi, vel ſimilibus cardiacis affectibus obnoxiis accidere experimur. Et quid plura exempla perſequar? in omnibus omnino animi affectibus, qui rationem, intellectum, memoriam, aut imaginationem offendunt, nuſquam alibi, quàm in capite noxam ſentimus: nuſquam alibi, quàm capiti, meliùs aut conueniẽtiùs remedia adhibemus. Quo modo neque in iis, qui neruorum diſtentione, aut conuulſione, ſiue reſolutione vniuerſali laborãt, alius eſt topicis remediis locus,

Vſus diſputationum huius, de animæ ſede. Primò philoſophis, quorſum deinde medicis.

Remedia applicanda partibus læſis: ſed vbi in egritudine animi.

Σημείωσις quid, & vnde.

Ratione læſa, capiti: ira cordi: concupiſcẽtia hepati deberitur remedia.

Quo doctrinæ quoque curandi ſint animi morbi.

Memoria læſæ cauſſa & curatio.

Mopsorum cauſſa & curatio.

Delirij cauſſa & curatio.

Intemperiæ capitis ſequitur rationis aberratio, qualis læſio, quæ.

Gibberum quot modi.

In omnibus animi morbis principium functionum, caput affligitur, & cauſſatione ægrotat.

quam capiti, & cerebro, ſpinalique medullæ. Ex quo certiſſimum capiatur indicium, à cerebro A eſſe neruorum, & ab iis orti ſenſus atque motus initia. An verò licet idem de animæ principatu ſtatuere? & per analyſin, κατ' ἀνάλυσιν ἐς σημεῖον, vt Logici loquuntur, ac Rhetores, ſic ad theſin ordine retrogrado recurrere?

Vbi commodè & vtiliter admouentur remedia, ibi morſus ineſt.

Vbi morbi, ibidem & eius cauſſæ ſedes eſt.

Vbi morbi & cauſſæ ſedes ineſt, ibidem & partis vſus atque actio.

Vbi partis actio & vſus, ibidem eſt vis & facultas eiuſdem.

Vbi vis & facultas: ibi domicilium eſt eius, quæ B *facultatem illam habet, & ea vtitur.*

Anima manus. *Talis autem eſt anima, quæ ſenſus & motus ciet in corpore neceſſarios: quæ imaginando, ratiocinando, intelligendo, memorando, intimas & principales ſuas ipſa per ſe edit actiones: eáſque non alibi, quàm in capite: à quo, & à cerebro ibidem contento, neruorum primordia manifeſtè duci videntur.*

Ergo anima ſedes eſt in capite cerebróve.

Sic Galenus concludere volebat. ego verò etiã hæc adijcio: & quidẽ maximi, ni fallor, futura ponderis ac momenti.

Vbi dictarum animæ functionum propriarum, & C *actionum rationis perfectio, depranatio, abolitio ineſt. tum, cui parti vni, & ſoli & præcipuæ ac primariæ, aduerſus cauſſas morbificas dictas, & rationis vſum perturbantes, propriè & conuenienter remedia dicantur & admouentur: ibi eſt & anima ſedes.*

Eſt autem caput eiuſmodi. Ergo in capite ſedes eſt animæ.

Vel ſi mauis recepto Logicorum more loqui, de primo ad vltimum:

Ad morbos animi, ſiue affectus & pathemata, ſoli capiti aptè & conuenienter dicantur & admouentur remedia. Ergo & rationis, & animæ (cuius eſt ratio & recta ratio) ſedes eſt in capite: ſiue toto, vt D Anima in capite, quô. *Democritus & Plato putant: ſiue potiùs in pellucidis eius ventriculis, velut calo cryſtallino, vt Herophilus magis probabiliter ſenſit: & cui ego facilè aſſentior: ſiue in cerebri ſubſtantia, vt Galenus lib. 7. plac. Hipp. & Plato. tradidit: ſiue in meningibus, vt Eraſiſtratus credit: ſiue inter meninges: ſiue in aliqua ibidem cellula & capacitate, quam ſolus Deus nouit.*

Sed quia tam multorum philoſophorum de ſede animæ ſententias percurrimus, etiã has breuiter ſubijciamus. Strato in ea capitis parte animam locat, quæ ſuperciliis reſpõdet. de aliis, nihil ad nos, de quibus iam partim diximus, E partim ſic tranſigimus. Homerus & Stoïci in corde & ſpiritu cordis: Diogenes in arteriis: Empedocles in ſanguine: quidam in pericardio: alij in phrenibus: Parmenides & Epicurus in toto pectore: Pythagoras vitalem facultatem in corde: mentem & rationem in capite, tanquam in arce collocat: ſicut & Hippocrates, ſiue author libri de morbo ſacro, vt patuit: quorum vtrumque vt plurimùm ſequitur Plato. Galènus autem lib. 7. plac. Hippoc. & Plat. ex duobus alterum ſtatuit: ſi incorporea ſit anima, ſpiritum illum, qui in cerebri vẽtriculis continetur, primum animæ quaſi domicilium eſſe. ſin anima eſt corporea, eundem illum ſpiritum, eſſe animam. quod pridem impugnauimus. Et quidem ſpiritũ pro anima dicere, iamdudum obtinuit vſus: ad ſubtilitatem ſubſtantiæ indicandam. & Danielis cap. 5. flatus pro eodem dicitur: & Iob. 17. ſpiritus: & cap. 27. halitus: & forſan Sap. 2. fumus. Sed animæ, & angeli, & dæmones, an corpora habeãt, controuerſantur Theologi: quæ de re nos alibi ex Petro Lombardo ad 3. lib. ſentent. & eius interpretibus acutiſſimis Scholaſticis: quorum alij aiunt (& in ea ſententia videtur Baſilius cũ Auguſtino fuiſſe, vtérque ſecutus Platonem, Pſellum, Plotinum, Iamblichum, Apuleiũ, Porphyrium, Philoponum, Plutarchum, & plerósque Platonicos atque Peripateticos) alij negãt, quorum ſententia viris Eccleſiaſticis magis recepta eſt, ac probata Gregorio Nazianzeno, Ioanni Damaſceno, Thomæ Aquinati, & illi ipſi Magiſtro ſentẽtiarum cognominato. quod vnus tamen omnium optimè nouit, qui & animas, & angelos, & homines creauit Deus: cui honor in ſecula. Amen.

Anima ſynonyma: & cur ſpiritus dicatur.

Sed hæc omittamus: an anima ſit in capite, id verò potiùs inquirere pergamus. Neque verò ex cauſſis morbificis modo, vel perturbatione mentis atque rationis, id licet oſtendere, vt nũc nuper de intemperie ſimplici vel compoſita capitis & cerebri docui: itémque de ἀμορφίᾳ & prauæ conformationis vitio: verumetiam ex hominis alioqui bene ſani & animo & corpore, naturali ſua quadam & bene habita atq. cõformata temperatáque conſtitutione. quod de cordis ſepimento quomodo libet deformato, incuruo, contorto, obliquo, confoſſo (vita tamẽ ſuperſtite) dici nequit, vt nuper docuimus. ac poſtea, vbi de corde in Analogia pertractabitur, problem. 2. An à corde ſit origo neruorum: multis forſan μεγάλῳ demonſtrabo, & experientia confirmabo: Corde exempto, fieri poſſe vt animal aliquandiu ſuperſit, clamet, incedat, currat: & ſi homo ſit, ratiocinetur etiam. habeo teſtem oculatum Galenum lib. 2. plac. Hipp. & Plat. habeo adſtipulatorem Ariſt. lib. de reſpira. habeo Plinium & Suetoniũ, de victimis, quibus cor defuerit in extis, ſacrificãre Iulio Cæſare. locos ibi produxi: nunc obiter memoriam refrico. non retexo miracula, de S. Catharina ſuum cor manu porrigente, aut S. Vincentio idem (vt referunt) faciente. Quæ ſi vera ſunt, potéſtne dici, in corde eſſe ſedem animæ: cùm ſine corde vita conſtet: & per conſequens, ipſa etiam ratio, memoria, intellectus, voluntas, & quicquid ad interiores animæ facultates addi conſueuit? vel etiam ab ipſis Theologis, qui verbo negare, reipſa videntur aſſentiri.

Πῶς δὲ ἄνευ καρδίας ζῷον δύναται εἶναι. *Quòd ſine corde viuere animal poſſit.*

At capitis & cerebri longè eſt diuerſa ratio, quo ſine, vita eſſe nullo modo poteſt, non ſenſus, non motus, non quicquid ſuperiorum animæ facultatum haberi ſolet. Quinetiam ſiquibus è natura deeſt antîca capitis ἐγκεφαλὴ (proiecturam Vitruuius, & Architecturæ Latini

Quòd anima in capite, alias N. demonſtrato, ex naturali capitis conformatione.

authores appellant) his imaginatio & perceptio rerum prima, siue apprehensio (qui & cõmunis sensus dicitur) debilis, infirma atq. inconstans semper visa est. Quibus autem posticа deest capitis eminentia; hos omnes fluxa & labili memoria videmus, ac penè nulla. Quibus acuminatum caput prominet (quod Græci φοξὸν dicunt) his ratio labat, iudicium vacillat, intellectus hebescit, mens stultitiam resipit: φοξίζει denique, vt vulgo loquimur, morionem Gallum Thoninũ nomine indicantes, & similes non alio ferè, quàm phoxo capite præditos: insito pauco & semper volubili spiritu animali. Talem ideo Thersitem finxit Homerus:

—— quo non deformior alter
Venerat ad Troiam, —— vt ait Latinus poëta. Græcè autẽ iam antè Homerus Iliad. 6.

——αἰσχιστος δ' ἀνὴρ ἦλθε Πριηνδε·
Θερσίτης ἴλυν, χαλκὸς δ' ὑπερ ὦμον ἀείρει
Κορθὰ δὲ τέτρηχε, σαοχροὰ δ' ἐντὸς ἐόντα,
Φοξὸς ἴλυν περαλὴ· ψαδρὰ δ' ἐπενήνοθε λάχνη·

id est, verbum de verbo expressum;

Turpissimus autem vir ad Troiam venit:
Strabus erat, claudus autem altero pede: & ipsius humeri
Curui, in pectus contracti. caterùm desuper
Acuminatus erat caput: rara etiam inerat ei lanugo.

φοξὸς quis & qualis, & quid indicet.

Φοξὸν, ἐξυπαλον Græci interpretes vocauerunt interpretati. Poëta autem, incontinentis linguæ hominem, nullius consilij, improuidæ mentis, stultitiæ denique affinem non frustrà nec temerè: sed ex ipsa ἀμετρίᾳ & incommoderatione, paruáque capitis, quam dixi., figura & compositione, prudenter ac philosophicè, vel magis quàm poëtam decet, Thersiten illũ confinxit. At Hippocrates initio lib. de vulneribus cap. sic φοξὸς depingit, neque nominat tamen: Sed qui neutra parte vllam prominentiam habet, hic futuras habet, velut χ litera Græca pingitur. consistunt autem hæ lineæ, altera quidem trãsuersa ad tempora perringés: altera secundùm longitudinem per mediũ caput. Quem ex eodem libro secutus Celsus cap. 4. lib. 8. de curatione vulnerum capitis loquẽs: Si manu facienda plaga est (ait) ea ferè cõmodissima est, quæ duabus transuersis lineis, literæ χ figuram accepit. Vtérque autem eandem figuram intellexit, siue χ Græcam, siue X Latinam literam. Nostri autem omnes, quotquot vidi, legi, audiui, malè accipiunt: & Chirurgi in secando pericranio prauè vsurpãt, angulos impares faciendo, sic, X nempe obtusos duos, & totidem acutos: cùm ambo æquales esse debeant, vt ex Hippoc. loco euidenter constat. qualem crucem sic pingimus †. quam si in latus inclines, Græcorum literam chi verè exprimes sic, X. quam nos malè ac perperàm inæqualibus angulis pingere solemus. quod ego tũ alibi, tum in meis ad Celsum correctionibus monere me memini. atque hæc obiter de re medica & chirurgica, déque capitis phoxi, figura, futuris, natura seu physiognomia.

X. correctio erroris chirurgorũ in secando pericranio, & interpretatio loci Hippoc. & Celsi.

Ex his colligere datur, eos quibus cranij & capitis naturalis est compositio, suo quidẽ loco à me initio Analogiæ descripta, in orbem quidem rotunda: sed compressis vtrinque lateribus, alioqui sphærica: necnon quibus spiritus animalis copia multa, & qualitas temperata: quibus denique temperies cerebri, meningum, & partium cerebro contentarum insit; hos & acutis vigere sensibus ac vegetis, & ratione atque intellectu synceriore & limpidiore (naturali quidem instinctu & intentione) vti. quod & Galenus agnoscit comment. 1. ad 6. Epidem. Cùm enim membra hæc (ait) grandiora sunt, & cerebrum & medullam ampliores latioréſque spiritus cauernas in ipsis efficiunt. ac si pusilla fuerint, contrarium euenit. Vis præterea cogitandi his, qui aut nimis magna capita, aut nimis exigua euidenter possident, oblæsa est. vt de Pericle Atheniẽsi viro peritissimo ac prudentissimo, licet vasti capitis, ideóque à Comicis derisо, legimus: vt in fortissimo & sapiẽtissimo principe, strenuissimóque duce quodã Gallo cernimus.

Veràm incurrit mihi hoc quidem loco discrepans à multis, & fortassis à Platone atque Galeno ipso vtcumque dissentiens ratiocinatio: necnon cõuersim ἀνωτερικῶς à Stoicis antè citatis dico & statuo: Vbi anima sit, ibi etiã animæ, de quibus dixi, actiones & passiones edi. Ac siquidem ira, si concupiscentia, est animæ passio: vtique ibi vtramque consistere affectionem iudico, vbi & anima resident. anima (inquam iam sæpius) nõ triplex, sed simplex & vna, & partitis facultatibus atque officiis, non autem substantiis diuisa. Neque enim ipsa cordis substantia, nouit irasci: neq. hepatis perenchyma, concupiscere (vt de cerebri medulla ad ratiocinandum inepta, idem intelligas) sed voluntatis sequax aut repugnans est tum iracundia, tum concupiscentia. Ideóque vbi voluntas sit, ibi esse iracundam vim & concupiscentem (adde & ratiocinantem atque intelligentem) necesse sit. Vbi autem voluntas, ibi & ratio, & anima. Est autem anima in cerebro, vt Plato, vt Galenus, vt plerique viri percelebres sentiunt (quorum in albo nostram adscribi sentẽtiam facilè patiar) & nos iam non inualidis (opinor) firmauimus rationibus. Ergo in cerebro est & anima, & omnis ab ea pẽdens facultas, rationalis, irascibilis, concupiscibilis. aut, vt Peripatetici loquũtur, intellectus, voluntas, memoria, iracundia & concupiscentia. Sed in ira cor incitari vehementiùs, ob æstuantẽ sanguinem, & spiritum efferuescẽtem, cernimus: in metu, contrahi, contraria de caussa: in aliis affectibus, pro ratione motus sanguinis ac spirituum intus foràs, vel foris intrò, sic cor affici videmus. Sic concupiscentia ciborum & cupediarum, in ventriculo & hepate concitatur: fruendi desiderium in voluntate consistit. Sic rerum venerearum ἀφροδισιακῶν, & blanda fruitio, non ab hepate (vt Plato & Galenus hîc cẽsent: & nos in obesis quotidie cernimus, Veneris illos, & coïtus appetitu minimùm affici) sed ab ipsis testibus, & partibus genitalibus, & loculis vasisque spermaticis, sanguinis opimo excremento benignissimóque confertis (vt suo

Vbi anima resident, ibidem & anima passiones.

Quòd anima in cerebro, & omnes eius actus, passiónque.

Animæ functiones, quæ.

Pingues & obesi, terrã venerearum inappetentes. Coïtus desiderium in partibus genitalibus qui concretum.

Digitized by Google

loco fusissimè vel cũ ipso Galeno dicam seminisq. larga copia turgẽtibus, glíscit. quibus tamen omnibus naturaliter habentibus, volũtas vna præest, obtemperando (qui sensualis appetitus dicitur) vel inhibendo atque repugnando (qui rationalis intellectus, & recta voluntas perhibetur.) Sed de his iam alibi satis à me dictum memini. quanquam hoc loco post multas multorum aliorum opiniones, etiam nostram sententiam interpositam volui.

Sensus omnes interiores & exteriores à cerebro, in quo & anima.

Quæ cùm ita sint, nónne credibile est, cerebrum in capite, táquam in arce, magni regis instar, collocatum, sensus omnes quasi apparitores & satellites habere circumsitos ac circumiacentes? in eóque, velut in aula quadam illustri, residentem ac præsidentem animam, laqueatibus & fornicibus ventriculorum cerebri pellucidis & crystallinis decorè circumseptã, vniuersum corpus regere ac moderari: sensum motúmq. toti largiri: neruos huc illuc ad sensum & motum diffundere: sensus quinque exteriores, velut internuntios habere: quorum ministerio, videre, audire, odorari, gustare, tangere concedítur? Et quod non rarò dixi plus habere ad institutam quæstionem momenti, sensus illam ibidem possidere interiores, ad actiones proprias edendas, imaginando, ratiocinando, recordando? & quod etiamnum magni momenti æstimo, somniando denique? Nã in somnis animam solam & præcipuè agere, iam antè alibi probauimus, ac de somno & insomniis speciatim tractauimus. Somnia autem non aliundè, quàm à capite & in capite fiunt (quis enim pectore vnquam, aut corde somniare se meminit? quod vnusquisque nostrũm facilè percipit dormiendo vel dormitando: & Daniel ipse post Iosephum singularis somniorum coniector atque interpres testatur cap. 2. de Nabuchodonosore rege Babylonio loquẽs: Somnium (inquiens) & visiones capitis tui in cubili tuo, huiusmodi sunt. & similiter idem cap. 4. & 7.

Somnia in capite fiunt ab anima. Ergo anima in capite.

Anima à capite prospicit tanquam speculatorio.

Ergo anima in capite, velut in aliqua sublimi specula residet, & ab excelso loco cuncta prospectat atque circunspicit. Vt enim in vniuerso cœlum, est tabernaculũ summi Dei (si quis tamen locus finitus infinitum numen capere potest) ex quo cuncta intuens, omnia summa sua prouidentia regit ac moderatur, quæcumq. admirabili prudentia, & inscrutabili solertia, & inimitabili potentia condidit. Sic in homine procẽrum & sublime atque excelsum caput, est velut Olympus quidam: atque in ipso capite cerebrum, tanquam firmamentum: & in cerebro sinus cælati ac pellucidi, tanquam cœlũ supremum empyreum vel crystallinum refulget ac renidet: in quo anima, velut hospes in aliena domo, superam & natiuam semper affectãs domum, cunctas res hominum dispicit, agitat, mouet, contemplatur, regit, moderatur, sicuti tum alibi sæpius, tum ab initio Analogiæ dictũ à me recordor fuisse. Quinetiam citatum à me aliàs Firmianum illum Tullium Christianum, cui ita visum fuit lib. de opificio Dei, diuinam mentem, corporis humani sortitam domina-

Mẽs in capite, cor.

tum, in summo capite fuisse collocatã: vt tanquam in arce sublimis speculetur omnia & contueatur: eóque tanquam cælo, & mentem, & diuinum illum ignem tegi. Sed idem rursus longa & clara oratione in hanc quæstionẽ incumbit cap. 16. eiusdem libri. Mentis (ait) rationém incomprehensibilem esse quis nesciat? nisi qui omnino illam non habet? cũ ipsa mens quo loco sit, aut cuiusmodi, nesciatur? Varia ergo à philosophis de natura eius ac loco disputata sunt. At ego nõ dissimulabo, quid ipse sentiam: non quia sit etiam, affirmem (quod est insipientiæ in re dubia facere) sed vt exposita rei difficultate, intelligas, quãta sit diuinorum operum magnitudo. Quidam sedẽ mentis in pectore esse voluerunt. Quod si ita est, quanto tandem miraculo dignum est, rem in obscuro ac tenebroso (siue tenebricoso) habitaculo sitam, in tanta rationis atque intelligẽtiæ luce versari? Tum quòd ad eam sensus ex omni corporis parte conueniunt, vt in qualibet regione membrorum, præsens esse videatur? Alij sedem eius in cerebro esse dixerunt: & sanè argumentis probabilibus vsi sunt. Oportuisse scilicet, quod totius corporis regimẽ haberet, potiùs in summo, tanquam in arce habitare: nec quicquam esse sublimius, quàm id, quod vniuersum ratione moderetur. Sicut ipse mundi dominus, & rector in summo est. Deinde quòd sensus omnis, id est videndi, & audiendi, & odorandi (adde gustãdi) ministra membra in capite sunt locata, quorum omniũ viæ, non ad pectus (quod nos alibi de Platone & Arist. improbauimus) sed ad cerebrum ferãt. alioqui necesse nos esset tardiùs sentire, donec sentiendi faculras longo itinere per collũ ad pectus vsque descenderet.

Difficilis quæstio, de mente & eius sede.

Quòd mẽs in pectore.

Sensus undique ad mentem feruntur.

Quòd mẽs in toto corpore.

Quòd anima in cerebro.

Sensus in capite, non in pectore.

Ij verò aut non multùm, aut fortasse non errant: Videtur enim mens, quæ dominatũ corporis tenet, in summo capite constituta, tanquam in cœlo Deus. Sed quando in aliqua sit cogitatione, commeare ad pectus, & quasi ad secretum aliquod penetrale secedere, vt cũsilium tanquam ex thesauro recondito eliciat ac proferat. Ideóque cùm intenti ad cogitandum sumus, & cum mens occupata, in altum se abdiderit: neque audire, quæ circumsonant: neque videre quæ obstãt, solemus. Id verò siue ita est, admirandum profectò est, quomodo id fiat, cùm ad pectus ex cerebro nullum iter pateat. Sin autem non; hoc tamen nihilominùs admirandum est, quòd diuina nescio qua ratione fiat, vt ita esse videatur. An potest aliquis nõ admirari, quòd sensus ille viuus atque cœlestis, qui mens vel animus nuncupatur, tantæ mobilitatis est, vt ne tum quidem, cũ sopitus est, conquiescat? tantæ celeritatis, vt vno temporis puncto cœlum omne collustret: & si velit, maria peruolet: terras ac vrbes peragret: omnia denique, quæ libuerit, quamuis longè latéque summota sint, in conspectu sibi ipse constituat? Et miratur aliquis, si diuina mens Dei per vniuersas mundi partes intenta discurrit, & omnia regit, omnia moderatur, vbique præsens, vbique diffusa? cùm tanta sit vis

Mens à capite ad pectus trãsit, cur & quando. & simili. N. non videtur.

Cur mens cogitando intenta nõ videat, nec audiat.

Mẽs diuina per omnia diffusa.

Digitized by Google

ac poteſtas mentis humanæ intra mortale corpus incluſæ, vt ne ſeptis quidem grauis huius ac pigri corporis, cui illigata eſt, coërceri vllo pacto poſſit, quò minus ſibi liberam vagãdi facultatem quietis impatiens largiatur?

Sensus sedes, cadē & anima, vbi.

Siue igitur in capite mens habitat, ſiue in pectore: poteſtne aliquis comprehendere, quæ vis rationis efficiat, vt ſenſus ille incomprehẽſibilis, aut in medulla cerebri hæreat: aut in illo ſanguine biparrito, qui eſt incluſus in corde? ac non ex eo ipſo colligat, quãta ſit Dei poteſtas: quòd animus ſeipſum non videt, aut qualis, aut vbi ſit? nec ſi videat, tamen perſpicere poſſit, quo pacto rei corporali res incorporalis adiuncta ſit. Siue etiam mentis locus nullus eſt, ſed per totum corpus ſparſa diſcurrit: quod etiam fieri poteſt, & à Xenocrate Platonis diſcipulo diſputatum eſt (& paulò antè de Chryſippo memorabam) ſiquidem ſenſus in qualibet parte corporis præſto eſt: nec quid ſit mens, nec qualis, intelligi poteſt: cum ſit natura tam ſubtilis ac tenuis, vt ſolidis viſceribus infuſa, viuo & quaſi ardente ſenſu, mẽbris omnibus miſceatur. Illud autem caue, ne vnquam ſimile veri putaueris, quod Ariſtoxenus dixit, Mentem omnino nullam eſſe: Sed quaſi harmoniam in fidibus, ex conſtructione corporis, & compagibus viſcerum, vim ſentiendi exiſtere. Muſici enim, intentionem concentúmque neruorũ in integros modos ſine vlla offenſione conſonantiũ, harmoniá vocant. Volũt igitur animum ſimili ratione cõſtare in homine, qua & cõcors modulatio cõſtat in fidibus, ſcilicet vt ſingularũ corporis partiũ firma coniunctio, membrorúmque omnium cõſentiens in vnum vigor, morum illum ſenſibilẽ faciat, animúmque concinnet: ſicut ſunt nerui bene intenti ad conſpirantem ſonum. Et ſicuti in fidibus, cùm aliquid aut interceptũ, aut relaxatũ eſt, omnis canendi ratio turbatur & ſoluitur: ita in corpore, cùm pars aliqua membrorũ duxerit vitiũ, deſtrui vniuerſa: corruptiſq. omnibus atq. turbatis, occidere ſenſum, eãq., mortẽ vocari. Verũ ille ſi quicquã mẽtis habuiſſet, nõ harmoniã de fidibus ad hominẽ trãſtuliſſet: Non enim canere ſua ſpõte fides poſſunt: vt ſit vlla in his comparatio ac ſimilitudo viuentis. Animus autẽ ſua ſpõte & cogitat, & mouetur. Quòd ſi quid in nobis harmoniæ ſimile eſſet, ictu moueretur externo: ſicut nerui, manibus: qui ſine tactu artificis, pulſúq. digitorum, muti atq. inertes iacẽt. Sed nimirũ pulſãdus ille manu fuit, vt aliquãdo ſentiret, quia mens eius ex membris malè cõpacta torpebat. Hæc Firmianus. Cicero autẽ multò breuiùs Tuſc. 1. de Ariſtoxeni ſententia: Is velut in cantu & fidibus, quæ harmonia dicitur: ſic ex corporis totius natura & figura, varios motus cieri dicebat, tanquam in cantu ſonos. cuius & Ariſtotelem video meminiſſe in lib. de anima. origo tamen opinionis, ex Platonis Timæo deſumpta eſt. Quid autem muſicus amplius in animæ tam obſcura ratione videre potuiſſet, in qua & cæteri philoſophi caligant: quàm quantùm ars illi ſua, & manuum motus, & modulatio in ſono fidium, ſuggereret? Vt mihi ſimiliter Xenocrates (opinor) dixiſſe perhibeatur? Si muta animantia pingendi fingendique artem callerent: non alia vtique (cùm nihil norint melius, aut pulchrius) quàm ſua, aut ſuæ ſimili figura imaginẽve deos deáſque pictura fictúráque fuiſſe. Et tamen ex illa Lactantij confeſſione demonſtrationéque, obſcuritas quæſtionis huius facilè intelligitur: eiuſdémque in eã ſententiam propenſio, quam nos arripuimus: & niſi me fallit animus, mens, & ipſa ratio, rationibus validis, & demonſtratione probabili, ſi non neceſſaria, confirmauimus.

Quòd mens in toto corpore.

Senſus in qualibet corporis parte.

Mēs, qualis ſit, neſciatur.

Ariſtoxeni error, quòd mens ſit harmonia, & qualis.

Neque verò nobis ſatis aut efficax, aut liberalis vnquam viſa eſt Chalcidij ratiocinatio, non tam verbis horrida & inculta, quàm ſenſu ipſo, neſcio an auſim dicere, ſubruſtica. Anima cùm ſit ſimplex (ait) non habet quantitatẽ dimenſiuam, ſed virtualem. ideóque anima ſecũdùm eſſentiam, nõ eſt in toto corpore, ſed parte determinata, id eſt, centro cordis. Vnde ſine ſui diſtenſione, virtutem influit toti corpori, ipſúmque ſibi vnitum ſenſificat, viuificat, mouet. Atque hæc ille quidem ſpecioſa hactenus, & laudabilia. Sed quòd rem ſimilitudine probat ab aranea, quæ in medio telæ ſuæ cẽtro poſita, extrema tuetur, & percurrit, in prædã ſemper intenta: talis quidem ſimilitudo obſcœna & ominoſa, probari mihi nunquam potuit. Quid eſt enim tam diſſimile, quàm animus araneo? diuinus, æternus, ſapiens, intelligens, immortalis: caduco, corruptibili, de putredine genito, lucifugæ, tenebrioni, prædoni, inſecto horribili, immundo, tetro, fœdo, venefico (quanquam puella Moguntina plures innoxiè eſitaſſe, venenis aſſueta, perhibetur) phalangiorum denique deleteriorum affini animalculo? Fugienda eſt enim omnis turpitudo earum rerum, ad quas eorum animos qui audiunt, trahet ſimilitudo, ait Rhetor 3. lib. de Oratore. quamuis enim ſit aliquid ſimile: tamen eſt deformis cogitatio ſimilitudinis. Quis enim vnquam tam vecors, tam ruſticus, tam ab omni ratione alienus erit, qui animam, multipedam, tardigradam, aſpectu atrucí toruóque, Arachnẽ (ex metamorphoſi videlicet) nendo indefeſſam, inciſa ceruice longam aluum inglorià trahentem, ſuſpicacẽ, inſidioſam, perfidam, prædæ ſemper inhiantem imaginetur? Ac non potiùs diuinam ſubſtantiam, angelica ſpecie decoram, ſacra ſemper ex ſe cogitantem, fidam & prouidam corporis cuſtodem ſui, ſagacem, meditabundam, diuinitatis exemplar, mortis exors?

Anima eſſentiã non in toto, ſed cẽtro cordis ſui corporis, quã.

Megitina puella vorecbatur araneũ innoxiè.

Diſſimilitudo animæ & araneoli, ab vtriuſq. forma, moribus, ſtudiis diſſimilimis.

Sed nec multò verecundiùs, aut rectiùs, aut honeſtiùs Plato dialogo 9. de Republ. ſiue de Iuſto. Imaginem (inquit) animæ figuremus: vt qui illa dixit, qualia dixerit, recognoſcat. Qualem? Talem aliquam, quales quondã memorãtur fuiſſe naturæ Chimæræ ipſius, Scyllæ, & Cerberi, & aliæ multæ, in quibus feruntur variæ in eodẽ formæ congenitæ. Hæc Plato (Græcè enim recitare tã læuia, piguit ac puduit) aut aliquis alius delirus apud Platonẽ ſenex. Quid enim? hominẽ ſapientẽ ſemper ha-

Harmonia fidium non quadrat homini, nẽpe viuo id quod motus experti.

Mens Ariſtoxeni torpula.

Miſtra ex variis formis conſtãtia & congementia.

bitum, philosophorũ numen, diuinum deniq. cognominatum, tam absurda loqui? tam inepta & inconcinna similitudine vti? tam inopẽ fuisse consilij & mentis, vt à rebus abiectißimis, fœdißimis, mõstrosis, analogiã animæ diuinæ, præstantis, immortalis (vt ipse tuetur ac demonstrat) & augustißimæ summi Dei imaginis, peteret? At nullum aliud ex iis, quæ in mundo nunc sunt, inuenit, cui magis propriè magisque accommodatè animam nostram assimilaret, ait Galenus fragmento commentarij in Timæum. Nugaris (inquam) mi Galene & nimia tui te magistri trãsuersum agit ambitio, φιλανθία, & cæcus amor. Imò non potuit ineptiùs, & magis impropriè, ne dicã impiè ac nefariè, rem sacram contaminare ac prophanare. Vt mihi dux ac præuius author Serueti blasphemi hæretici, videatur fuisse: qui hoc æuo miser & impius, tali similitudine rem omni adoratione, supremáque λατρείᾳ dignißimam, ore sacrilego, ausus est polluere atque blasphemare. Imò & tu ipse, Galene doctißime atque acutißime, sensisti ἀνωφελῶς, cùm subinde adiecisti: Maledicant igitur, vt sui moris est, ridẽtes simul ac scurrantes, detrahentésque sermoni nostro, quasi nos nugemur, &c. Sed desino lacessere, desino vtrumque vrgere: alterum in philosophia, in medicina alterum semper admirãdum, agnosco homines, & labi & errare procliues. vt tamen dolori meo, & iustæ indignationi venia concedatur: si pro veritate tuẽda, & honestate asserenda, ab amicitiæ & cõiunctionis fœdere tãtisper recessi. amicus Platoni, amicus Galeno: sed veritatis & pietatis amãtior: sed veræ religionis, quàm inanis philosophiæ, & verum Deum minimè agnoscẽtis humanæ sapientiæ studiosior.

Platonis & Galeni laus in quo.

Prolepsis. Quòd Deus in cœlo nõ habitet, sed sit vbique, quoq. modo.

Atenim verò nostris istis tot rationibus ac demonstrationibus, videlicet scientificis, Theologorum sese quorũdam opponet authoritas: Deum enim non in cœlo habitare: sed sua præsentia, sua potentia, sua prouidentia vbiq. adesse, omnia posse, rebus omnibus à se conditis prouidere affirmantium. dictúmq. illud Isaiæ cap. 66. Cœlum, sedes mea: terra autem, scabellum pedum meorum, dicit Dominus: repetitum à Dauide, & à prophetis, & actorum Apostol. cap. 7. & Apocalypseõs 21. alio quodam modo intelligẽdum. Similiter animam in homine, non vnam aliquam partem & solam & certam incolere & inhabitare, siue cor, siue cerebrum, seu quamlibet de memoratis antehac à nobis aliam: sed per totum corpus totã diffusam: atq. adeo totam in toto, & totam in qualibet esse parte. quam opinionem antè ex D. Ambrosio repetiui, Xenocratis & Chrysippi, & potißimùm Procli Platonici alibi à me citati, veteri priùs inuulgatam sententia: quámque D. Augustini fuisse nonnulli asserunt. de hoc posteriore, nihil certi compertum habeo, aut affirmo: videor mihi tamen in ciuitate Dei legisse. sed hoc certum scio, sub finem Hexaemeri Ambrosiani, ita scriptũ legi. Sicuti Deus vnus semper vbiq. totus est, omnia viuificans, mouens, & gubernans. Sic anima in suo corpore vbique tota viget, viuificans illud, mouẽs, & gubernans. nec enim in maioribus corporis sui membris maior, & in minoribus minor sed in minimis tota, & in maximis tota. & quæ plura alibi protuli, loco quem ab initio citaui, vbi de corde ex professo differo. de cuius opinionis veritate, & rationibus eam fulcientibus, nihil habeo necesse curiosius agere aut inquirere: vtrique homini Christiano, & Doctori Ecclesiæ sancto, & pio facilè credo, vel si nullã dicti rationem adferat. & vbi de religione agitur, fide potiùs, quàm demõstratione opus esse non ignoro. Hoc autem dico: quemadmodum hanc opinionem consentaneam Xenocratis, Chrysippi, Procli sententiæ ostendi: sic nullã esse aliarum, quas reliqui Theologi adstruunt, quæ non aliquem de priscis philosophis acstipulatorem, non dicam authorem, habeat. Vis cum Hieronymo dicere, sedem animæ in corde esse? assentiuntur Peripatetici & Stoïci omnes: itémque Homerus, Parmenides, Epicurus, & horum sequaces. Vis in sanguine? idem tuentur Empedocles & Critias iam à me citati. Et quidé author glossæ interlinearis, Theologus peracutus, ad cap. 9. Geneseos: Carnẽ cũ sanguine non comederis. Quia sedes (inquit) animæ in sanguine est. itẽ, Cur animantiũ sanguis repudietur ad vsum, sapientibus satis notũ: vitam in sanguine versari nouit etiã poëta.

Theologorũ quorũdam sententia obiecta.

Quòd anima in toto corde, qui.

Vt Deus vbique, sic anima in toto corpore, qui.

Fides in religione, non ratio dominatur.

Virgilius.

——— *multo vitam cum sanguine fudit.* item, *Purpureum vomit ille animam.* ——— de Virgilio alias protuli.

Vis cum Lactantio, & nobiscum, in capite animam residere? Tota Academicorum schola: tota Medicorum caterua, Platonis & Galeni dogmatum æmula, consentit & suffragatur. quibus accedunt Democritus, Herophilus, Erasistratus, Strato, & ante hos, Pythagoras, cum suis omnes illi asseclis. At non numero testium res probanda: sed rei veritate ponderanda: sed authorum dignitate & maiestate æstimãda est. Christus & Deus & homo, animã in corde habitare insinuauit: & Hieronymus ex eius verbis ita collegit. Iam antè respondi, captiuando intellectum in obsequium Dei, me isti sententiæ bene intellectæ neutiquam refragari velle: ac mihi singula Christi verba, totidem esse oracula profiteor: & quicquid Christus dixerit, cùm sit ipsa veritas, id vtique verum, ratum, firmum habere me asseuero. Hoc tamen dico, cũ Christus ad populum loqueretur, vsum populari fuisse sermone: & cùm pleraque de veteri testamento citaret, eodem tenore, ac forma verborum nihil immutata protulisse. scimus autẽ in lege & psalmis & prophetis, vocẽ cordis frequentißimè ita vsurpari: eundémque loquendi morem in nouum inde instrumentũ irrepsisse. Sed ne id quidem dixit Christus, animæ sedem esse in corde: quod si dixisset nominatim, nullus esset dubitationi relictus locus, & Ecclesia ita sanxisset. cuius est in obscurè dictis interpretandis iudicium. pleraque enim in Euangelio ita enuntiantur, vt si nudè ac simpliciter accipias, erres non parum: cùm modificatè & οἰκονομικῶς efferri multa constet inter

Quòd anima in corde.

bonos &

bonos & doctos minimè contentioſos: & ex bene dictis, malè autem intellectis, infinitæ hæreſes jam olim ceperunt originem. Quicquid Chriſtus dixit, verè dixit: ſed non quomodo ego aut tu intelligimus forſan: at potiùs vt Chriſti mens fuit: vt hanc mentem aperuit demum ipſa Eccleſia: cuius ſententiæ iudicióque nos omnes, velut parenti filios obedire par eſt. Eſto, in iſta opinionum diſcrepantia, arripuerit Hieronymus, quod ſibi maximè probabile videbatur, non tamen animæ in corde ſedem eſſe abſolutè intulit; ſed ibidem eſſe animæ principale, quo vocabulo, Græcum (opinor) illud intellexit, quod τὸ ἡγεμονικὸν vocánt philoſophi, non tamen me vnquam memini corde ratiocinari, intelligere, velle, meminiſſe: imò ne ſomniare quidem. & quæ de intemperie & amentia capitis, eiuſque remediis antè protuli, longè diuerſum probant. Sed ita ſenſit Hieronymus, aliter Ambroſius, aliter Auguſtinus, aliter Lactantius, aliter Gloſſator ille à me productus: vt animus cuiuſque in hanc aut in illam ſententiam propenſior ferebatur.

Quomodo principes animæ facultates exerdo inſinuat?

Vides autem etiam apud authores Theologicæ veritatis, nónullum diſcrimen opinionum de vera certáque animæ ſede, nec tantùm apud philoſophos, exiſtere, quæ ſi tam certa indubitatáque foret, vt nullus quæſtioni relictus locus eſſet: vtique ſimpliciter credendum aſſentiendúmque ſupereſſet, & cócluſis nihil addendum duceretur. Iam verò cùm eam libertatem ſibi vendicent viri primarij, & coryphæi noſtræ religionis, vt probabili aliqua ratione ducti, de animæ ſede diuerſa ſentiant. licet etiam nobis poſtmodùm, non ad aliquid ſanciendum, aut ſtatuendum, aut innouandum in Eccleſia (abſit enim, vt vel leuiſſima ſubſit coniectura ſuſpicióve) ſed ad Theologorum animos excitandos (quorum nemo, *Quod ſciam, hanc quæſtionem adhuc ventilauit*) *aliquid in medium* εὐλογιμένως differendo *adducere*, quò rei veritas (ſi modò in hac vita queat) tandem conſtituatur; nullo, quod ſciam, adhuc definita concilio, aut Eccleſiæ cenſura.

Incerta hactenus animæ ſedes in corpore.

Nos autem (vt antè profeſſus ſum) theologica Theologis relinquimus: philoſophicè & phyſicè cum philoſophis & phyſicis philoſophica & phyſica tractamus. ſuas Theologi, Phyſici priuatim ſuas demonſtrationes habent. neminem ad credendum his meis concluſionibus problematicis cogo aut impello. Si Ambroſius, ſi Auguſtinus, ſi Hieronymus, ſi quis vir ſanctus & pius iſtam opinionem ex reuelatione diuina habet: ſi quis Angelus Dei, hominum cuipiam arcanum aperuit: ſi quis animus in ſeipſum deſcendit, ſe vidit, ſuum ſibi domicilium luſtrauit & agnouit: ſi quis certis & mihi incompertis bibliorum ſacrorum locis ac teſtimoniis, compertam & comprobatam rem ſententiámque tenet: illi credo, illi acquieſco, illi aſſentior, neque verbum ea de re vllum poſthàc. Sin vt homines & philoſophi loquuntur: ſi licuit Auguſtino nonnulla retractare: ſi ab Hieronymo diſſenſit in nónullis, & hic à Rufino, & alij ab aliis, pij tamen à pijs: Si libellus ille, fini Hexaëmeri aſſutus cento, non Ambroſij eſt, ſed cuiuſdam alterius, vt titulus præmonet: Permittant aliis hominibus ac philoſophis humaniter ac philoſophicè & loqui & ſentire, & opera Dei perſcrutari, & in his Deum prædicare ac mirari. Præſertim vbi nulla impietatis, aut violatæ religionis coniectura; nullus deſerti in fide vadimonij metus; nulla *ſuſpicio* vrget, aut ſcrupus angit conſcientiæ; nulla denique peccati aduerſus Spiritum ſanctum ſuſpicio ſubeſt.

FINIS.

Digitized by Google

NICOLAI NANCELII,

LIBRI QVARTI

PARS TERTIA.

In quo priſcorum de Corde, Pulmone & alijs partibus Thorace contentis ſententiæ referuntur.

CAP. XII.

Tranſitio.

SED IAM ſatis quæſtionem circa cor, princeps viſcus, inſignium & vtilium atque iucundarum tum agitandarum, tum non inerter, nec ſupinè aut inſubidè, nec ineptè (vt puto) ſolutarum. videamus nunc poſt rei veram & ſolidam eſſentiam, fabricam, vſum & actionem expoſitam, quid de ea parte & ſociis eodem ſepto contentis philoſophi & illuſtres authores ſenſerint atque ſcripſerint, initio facto ab Hippocrate, antiquitatis merito. Hic igitur libro de *Thoracis partes.* B oſſibus inſcripto thoracem compingit, & ſuis oſſibus, vertebris, coſtis, clauiculis, ſcapulis, forſan & pluribus adeo inſtruit. Sterni tamen non videtur meminiſſe, & quarundam particularum, quas nos antea accuratiſſimè deſcripſimus, neque nunc opus eſt retexere. Ibidem, *Arteriarũ fons.* Arteriarum fons cognatus, cor eſt, air. idem libello de anatomia, has partes vitales ſic breuiter attigit (vtar autem, vt ſoleo, verbis interpretis, etſi potiora & expreſſiora ſæpe requiro) *Arteria trachea termini & compoſitio.* Arteria ex vtraque faucium parte exortum faciens, in ſummitatem pulmonis deſinit, circulis compoſita conſimilibus, rotundis, in ſuperficie ſe mutuò contingentibus. Ipſe autem pulmo teſtudinem coadimplet (ſic χέλυν vocat, inane thoracis ſpatium teſtudini haud abſimile) in ſiniſtram conuerſus, quinque apices habens, quos lobos & ſummitates vocant (de *Pulmonis forma, à ſimili. & cur lobi, non 1 ſed 4 tantùm.* quinto lobo dictum à nobis ſuprà, quem & Galenus ſtatuit; multi negant: nos ſuſtulimus, nec immeritò) cinereo colore præditus, notis cauernoſis compunctus, naturáque antroſus exiſtens. Ad medium verò ipſius, cor ſitum eſt rotundius atque oblongius quàm in omnibus *Cordis ſitus, figura, arteria venáque magna.* animalibus. A corde verò ad hepar (re tamen A vera aliò tendit) multa chartilaginoſa arteria procedit: & cum ipſa, vena magna appellata; per quam totum corpus nutritur.

Vna cana origo conuerſa. Intelligit autem venam cauam, quam ab ipſo hepate ad cor ferri Galenus tuetur, huic & loco & Ariſtoteli adeo ipſi contradicens, vt jam patuit, & poſtea repetitur. ac libro de carnibus vtriuſque viſceris modum generandi ſic tradit; Pulmo iuxta cor ita natus eſt. Cor ex humido quod glutinoſiſſimum erat, calfaciens, *Pulmonis & cordis generandi modus, ſeparatio.* cirò exſiccauit veluti ſpumam, fecítque antroſum, & venulas multas in ipſo. dein de corde ſubiungit; Cor multum glutinoſi ac frigidi habet, & à calido calfactum, caro euaſit dura & *Cordis ſubſtantia, ſitus, ſinus, æſtus, ſpiritus, arteria, pulſus.* viſcoſa, & membrana circùm ipſum: & cauum factum eſt: & ſitum eſt in capite venæ cauiſſimæ. & calidum plurimum in venis ac corde ineſt. & propterea ſpiritum cor habet, vtpote quòd omnium intra hominem membrorum calidiſſimum exiſtat. Ideo cor & venæ (id eſt arteriæ) ſemper mouentur: & propterea ſpiritum cor trahit, quòd ſit in homine calidiſſimum, qua de re ex Gal. jam patuit. ſed car- *Vena pro arteria.* nem dici cordis ſubſtantiam oſtendimus κατὰ μεταφορὰν ſicuti mox, vbi muſculus adſtruitur. *Cor, an carno, an muſculus.*

Porrò extat eiuſdem Hipp. liber de corde inſcriptus, in quo naturam cordis totam exC plicat: quem legere licet volenti. ex eo per interpretem (quod facimus ferè citandis ijs authoribus, qui de Græco in Latinum ſunt conuerſi, compendij maioris gratiâ, & laboris minuendi, alioqui ſat nunc magni, ne dicam ingentis) neceſſaria huic ſermoni deſumemus, & mox ad Platonem conuolabimus. Cor, figura velut pyramis eſt: colore autem abundè puniceum. & tunicam leuem circundatam habet: & eſt in ipſa humor modicus, velut vrina. vt putare poſſis in veſica cor diuerſari. Facta eſt autem ea gratiâ, vt ſanum in cuſtodia floreſcat. habet autem humiditatem tan- *N. ſequitur interpretes Græcorum, quæ deſunt.* *Cordis forma, color, tunica, humor & vſus. & vnde concreuerit.*

Digitized by Google

tam, quoniam satis est æstuanti in medelam.

Cor à pulmone potu exugit humorem, & in pericardion exoffat. N. nuga.

Cæterùm hunc humorem cor emingit, bibendo ipsum assumens ac consumens. pulmonis nimirum potum lambens, & humorem reliquum parum in culeum ac vaginam suam expuens; partim rursus vna cum aëre foràs propellens. Quæ sententia quàm vera sit, & potiùs ex ore vulgi, quàm ab ipsa anatomiæ fide desumpta, antea ostendimus. deinde pergit, Cor, musculus est valdè fortis, non neruo, sed densitate ac constrictione carnis. & duos ventriculos habet discretos in vno amiculo, ab vtraque parte vnum. nihil autem inter se similes sunt: alter enim in dextris ad oculum latus est, contingens alteram venam; alter in sinistris. totum enim cor in his sedem suam firmauit. sed ille etiam omnino amplioris ventris, & magis inanis, quàm alter (nempe sinister) est. neque extremitatem cordis attingit, sed caudam eius ambit. solidus item est, veluti extrinsecus assutus. Alter autem subter sinistram mammam maximè in directum situs est. vbi etiam saltus ipsius significationem sui præbet. amiculum autem habet crassum, itémque foueam: foueæ enim speciem præ se fert similem mortario. Sedenim hic etiam pulmonem subit cum mãsuetudine & circumiectu, ipsius caloris intemperantiam castigat, Etenim pulmo naturâ frigidus: sed & inspiratione perfrigeratur. ambo autem densi ac asperi sunt interna sui parte, & velut subcorrosi: magísque sinister quàm dexter. Nam insitus à natura ignis (id est calor, vt ab initio & alibi imitationem Platonis, Aristotelis & Galeni designaui) non est in dextro. Quare mirum est, sinistrum asperiorem fieri, vbi intemperatum aërem inspirauerit. quapropter etiam roboris caloris custodiendi gratiâ, crassiùs intus constrictus est. Oscula autem ipsius non sunt aperta. nisi siquis cordis auriculas præsecet, aut caput cordis præcîdat. siquis autem præsecet, apparebunt duplicia oscula in duobus ventriculis: crassa enim vena ex altero excurrens, visum decipit, si fuerit resecta. Hi fontes sunt humanæ naturæ: & hìc flumina sunt, quibus totum corpus irrigatur. atque hi etiam vitam homini conferunt: & vbi resiccati fuerint, homo moritur. At verò prope exortum venarum, corpuscula circùm ventriculos consurgunt mollia, cauernosa; quæ auriculæ appellantur. Non sunt foramina aurium: non enim clamorem exaudiunt: verùm sunt organa, quibus natura aërem rapit. Et sanè videtur mihi boni ac præstantis artificis opificium esse. cùm enim considerasset, figuram solidam futuram ipsius visceris, propter sanguinis ex venis effusi collectionem ac concretionem: deinde attractorium ipsum esse totum vidisset; folles ipsi apposuit: quemadmodum fabri ferrarij fornacibus solent, quò per ipsos spiritum apprehenderet. Signum autem sermonis hoc est, etenim cor videas ex toto ventilari: aures verò priuatim tum inflari, tum considere ac contrahi. (Num inquam, & arteriarum à corde pulsus diuersus est? & aures primæ, deinde cor, postremæ moyemur arteriæ?) Sic propter

Cordis substantia musculosa, & ventriculi quales & vbi, item amiculum & foueæ ad quid.

Cor ad latum magis quàm sat. quare.

Pulmo frigidus quoniam. N. imò ob aërem, qui natura calidus.

Cordis ventriculi quales.

Et ignis pro calore.

Cur sinister cordis sinus densior.

Oscula sinuum cordis. N. imò in vtroque ventriculo sima.

Cordis ventriculorum vsus.

A similib.

Auriculæ cordis quales & ad quid.

Opera naturæ solertia in corde fabrica.

A similib.

Auricum cordis motus diuersus à pulsu.

N. dubium.

hoc etiam dico, quòd venæ quidem operantur respirationem in sinistrum ventriculum; arteria autem in alterum. molle enim magis attrahit, & incrementum capit. oportebat autem nobis magis incumbentia cordis tegmina perfrigerari: est enim calor non in dextris. quare propter hanc affectionem, non acceperunt amplum organum, vt ne in totum ab ingrediente aëre superarentur. Restant dicendæ cordis pelliculæ latentes: opus dignissimum cognitione. sunt enim & aliæ quædam in ventriculis pelliculæ, velut araneorum telæ extentæ, quæ vndiquaque oscula cingunt, & striàs ac tegmenta in solidum cor inserũt. Hæ mihi nerui ipsius visceris & vasorum principia aortis esse videntur, est autem ipsarum par vnum. Cæterùm osculis singulis tres pelliculæ subornatæ sunt, rotundæ in summo, velut circulus semiectus. & qui rei intelligentes sunt, admirantur quomodo oscula & aortarum fines claudant. Et siquis veteris eximendi cor mortui moris gnarus, aliam auferat, aliam reclinet; neque aqua, neque flatus immissus in cor penetrarit. Atque hæ magis in sinistri ventriculi osculis exactiùs, & meritò sanè subornatæ sunt: Mens enim hominis in sinistro ventriculo insita est, & reliquæ animæ imperat. Nutritur autem neque cibis, neque potibus à ventre: sed pura & illustri substantia ex sanguinis discretione nata. assumit autem alimentum ex proxima sanguinis cisterna, radios suos eò immittens & depascens: velut ex ventre intestinorum alimentum non naturale exibat (de hoc, vbi de anima egimus, vbi similem Lactantij opinionem confutauimus) Quòd verò non in mora sit, qui in arteria est in fluctuatione constitutus cibus, viam in ipsam occludit. magna enim arteria ventrem depascitur ac intestina, plenáque est alimento non principali. Quòd autem non nutritur sanguine apparente, & quem videmus, arteria magna, ex hoc manifestum existit: Mactato enim animali, & sinistro ventriculo dissecto, tota desolata apparet; modico seroso humore excepto, flauáque bile ac pelliculis, de quibus jam mihi dictum est (sanè continet etiam arteria sanguinem, & à sanguine venali diuersum, vt ex Gal. aduersus Eratistratum probatum est) Arteria autem altera sanguine non est destituta, neque ventriculus dexter. Hoc quidem igitur vas, causa fuit, mea sententia, vt pelliculæ producerentur. id verò quod ex dextro fertur vẽtriculo, etiam ipsum quidem commissura pellicularum clauditur: verùm non valdè salit præ imbecillitate: sed aperitur quidem in pulmonis vasa, sanguinem exhibens ipsis in alimentum: clauditur autem in cor: non tamen confestim: quò ingrediatur quidem aër, non autem multus: debilis enim hic calor frigiditatis facultate superatus (Hipp. non satis naturam & vsum venæ arterialis, & arteriæ venalis definit apertè, de quo nos suprà certiùs) Sanguis enim non est naturâ calidus (neque enim alia aliqua aqua) sed calefcit. multis autem videtur naturâ calidus esse. Et de corde sanè talia dicta sint ex Hipp. In cuius verbis

Venæ & arteriæ sinuum cordis ad quid N. imò ex aduerso sitæ sunt, atque mediæ.

Cordis membranularum vsus, & quid inde origo nervorum. N. ita Arist. sed falsò.

Membranæ cordis vasorũ gemmas ἀναλόγως. N. at non certiùs aperta.

Membranæ cordis foramina intrò quorsum. N. sed non omnes.

Mentis sedes & principium.

Aortæ arteriæ sanguis vndæ & qualis.

Arteria nõ continet verum sanguinem.

Sanguis dextri sinus cordis, qualis. N. at non ab aorta.

Membranula ex; λόγου χάριν ad quid.

Sanguis nō est naturæ calidus. N. falsum, vt patuit, & patebit. Obseruāda & dilucnda in verbo Hipp.

sanè disertis, & accuratis, quid sit à natura & veritate rei alienum, de musculo cordis, de potu & aqua ad pulmonem, & inde ad cor confluente, de sero in pericardium effuso, de distinctione & origine venæ cauæ, & arteriæ aortæ, déque vsu, & contenta in vasis cordis materia, atque eius vtilitate, de animæ sede pabulóque non corporali & humorali, sed spiritali; qui superiora meminit, satis intelligit, quid de his statuere debeat: ne in distinctione rerum, & confutatione errorum diutiùs immoter. Multa enim docuit diligens posterorum obseruatio, quæ quidem prudens & simplex & credula nimis antiquitas nondum attingere aut pernolle potuit, rerum indagationi primæ incumbens, nullis admodum inuentis adiuta maiorum: sua tamen laude minimè fraudanda: quia, vt est in veteri prouerbio,

Antiquitas multa ignorauit in anatomia, quæ de caussa. Recentiorū anatomicorū laus, sed & priscorū cūmēdatio.

In rebus magnis est voluisse satis.

Proverb. Hipp. & Plat. comparatio.

Plato antiquitate Hippocrati suppar, philosophiæ intelligentia, & tractationis splendore non paulò superior: in re tamen medica & physiologica, non tarò se illius discipulum atque imitatorem præbet. is neque anatomicæ partis ignarus videri voluit, & periclitari, quàm tacere de corporis humani partiū fabrica & œconomia, satius habuit. multa jam de eo sumpsimus. de parte hac secūda vniuersali proposita, & quæ spirabilia membra rimatur, præter jam dicta, sic ille ferè tradit in Timæo, ex Timæi & Pythagoræ sentētia, & fortassis etiam quadantenus sua. Καὶ δὴ διὰ ταῦτα δὴ πάντα μαλίστ' ἡ φύσις, ἵνα μὴ πᾶσα ὑφ' αὑτῆς καταπίγνυται εἰς ἄνλον τὸ σωματῶδες ὄγκον τὸ θερμὸν, ἰδρυτὸ ἐν μέσῳ διαφράγματος τῆς τ' ὑφαλῆς & τῦ πνεύμονος, ἵ αὐχένα μαλακὸν ποιῆσα, ἵνα εἴη χαλεπὸ. ἐν δὲ τῇ πλήρει, ἵ τῇ καλουμένῃ διάφραγμα, τὸ τῆς ψυχῆς θνητὸν ἥμισυ ἐνίδρυσαν. & ἐπειδὴ τὸ μὲ ἄμφω αὐτῆς, τὸ δ' χεῖρον πρόκει, διαπεφυκὸς ἀμφοῖν τῦ πνεύμονος καὶ τῦ πνεύμ, ἡ αὐχένος ἵνα τῷ λόγῳ κατήκοον ἦ, καὶ μᾶλ' ἐκείνου βίᾳ τὸ τῶν θνητῶν κατέχοι ἦθος, ἐπεὶ ἂν τῶν ἀφρόνων, τῷ θυμοειδεῖ ἵ λόγῳ μηδαμῶ πείθεσθαι ἐθέλειν. τὸν δὲ δὴ καρδίας ἅμα τῶν φλεβῶν & πυκνὸ τῦ πνεύμονος κῦμα παύσε τὸ μάλιστ' ἐμφῦσαν, ἵν' ἐν τοιῷδε εἴκοντ' κατέχοντα· ἵνα ὅτ' ζέοντ' τὸ τῦ θυμῦ ἦθος, τῷ λόγῳ ὑπηρετοῦντες, ὥστε ἅπασι τοῖς ἀπὸ παντὸς ἥκουσι παρᾶξις ἐξωθεῖν, τὸ ἵ τε λόγῳ τῶν ἐνδον ὑπεισδῦσ' ἐξίους ἔῃ παύσῃ τῇ στοιχῶν. πᾶ ἔσον αὐθυπὸ ἐν τῷ σώματι, τῇ τ' ὑφαλλόμενον & ἀπιλῶν αὐξανόμενον χρονῷ ἐπίκαιρ, ἵ ἔπειθ' πάντ, & τὸ βέλτιστον εὖπας ἐν παῖδὶ πᾶσι ἡγεμονικὸν ἐφ'. τῶδε δὴ πηδῆσι τῆς καρδίας ἐν τῇ τῦ ἀρτῆ πορείᾳ, ἵ τῷ τῦ θυμῦ ἐχίρει, πεφυκώσαντες ὧδε ἅπ' ἀνάγκ' τὸ πᾶν ἅμαπαν αἴσθησιν χρεῖσθαι τῇ θυμοειδοῦς· ὅπαν ἐκείνῃ μαχαιρώθρει, τὸν τῶ πεθίμενος ἴδιαν ἀντιτάσσεσθαι, ὁρῶσι μὲ μαλαχὸν & ἄκαμπ, εἶτα συέχεσθαι ἐπὶ ἔχοντα εἶν αὐχένου καταπεφυκότος· ἵνα τὸ, ἐ πεθίμια & τὸ πᾶν ἀλογιστὸν ψυχῆς, ἀπατηλὸν ἵ ῥᾳθύμιον ἐν τῷ κεφαλῇ παρέχοι. διὸ τῆς ἀρτηρίας, ἐχόντος αὐτὴ τὸ πεθίμενα ἅπαν, & εἴσω τὸν καρδίαν ἀφῖσ' σφύζοντα, εἶτ' ἄλμα μαλακὸν· ἵνα ὁ θυμὸς αὐτὸς ἀκμάζῃ, πεθῆται δὲ ἐνδον, & ἀπαγγέλῃ πᾶσῃ ἥτις μᾶλλον τῷ λόγῳ ἐξ θυμῷ διάκειται ἕκαστα.

A *Animæ mortalis vna, & immortalis altera, Platonis.*

id est, Cæterùm (ait, de anima immortali, mortali corpore, veluti vehiculo inclusa; déque anima mortali locutus, quæ sit perturbationibus obnoxia) ne diuinum vlla mortalium contagione, nisi quantum summa necessitas cogeret, pollueretur; seorsum ab illo in aliæ corporis sede, mortale collocarunt (de natis Deorum loquitur, quibus summus Deus diuinorum author, generationem mortalium absoluendam tradidit) atque à pectore caput, ceruice & collo interiecto separarunt. In pectore igitur & thorace mortale genus animæ

Anima immortalis & meliorem distinctum à mortali. Deus summus author diuinorum: Dij minores, mortalis generauerunt. N. commētum eſt.

B posuerunt. cúmque id naturaliter partim melius, partim deterius esset; disposuerunt rursus thoracis capacitatem: discernentéque sedem tanquam virorum alteram, alteram fœminarum: chartilaginem enim quandam (malè tamen hic interpres: quia nec chartilago est, nec Plato sic nuncupat) nomine diaphragma, quod etiam phrenas vocant, inter hæc, mediam interiecerunt. Partem igitur animæ fortitudinis iracundiæque participem, contentiosámque, capiti propinquiorem fecere inter diaphragma ceruicémque mediam: vt hæc obediens rationi,

Septi transuersi vsus.

Anima iracunda sedet in thorace, quamobrē.

C vnà cum ipsa cupiditatum genus vi illata coërcear, siquando rationis in arce capitis habitātis iusta cupiditas respuat. Cor verò venarum originem, fontémque sanguinis per omne corpus impetu quodam manantis, in stipatorum regione, siue satellitum domicilio suspendere voluerunt: vt quando iræ vis exardescit, ratione nuntiante, siquid extrinsecùs iniustè fiat, vel intrinsecùs aliqua concupiscentia turbet; tunc celeriter per angustos quoslibet meatus, quicquid in corpore sensus est particeps, iussa minásque persentiat, atque ita obediat obsequatúrque omnino, tolerétque in omnibus præstantissimi

Cupiditatis repugnatio.

Cor, origo venarū, & sanguinis impetuosi, vbi sitū, & quare: & eius imperium.

D illius imperium. Cùm verò cognoscerent, cor rerum terribilium obiectu trepidaturum, & ira sæpius flagraturū; idque opus omne per ignem fore: æstus huiusmodi temperandi gratiâ, pulmonum tegmen cordi adhibuerunt, molle primùm atque exangue, deinde cauis extrinsecùs fistulis spongiæ instar distinctum: vt spiritu potúque hausto, cordis ardorem huiusmodi respiratione & refrigerio tepefaciat. Quam ob caussam, arterias, tanquam aquæ ductus, per pulmonum substantiam deriuarunt: eámque cordi, quasi mollem saltum circundederunt. vt quando nimia feruet ira, inde ad faciliorem

Pulmonis ad cor vsus & obsequium.

Pulmonis substantia qualis, & quorsum.

Arteriæ pulmonis vsus.

Pulmonum substantia quid cordi conferat.

obedientiam temperatum deferueat: sedatóque E tumultu, rationi facilius cum ira ministrare & obsequi valeat.

Hæc Plato, non multis ille quidem verbis, multa tamen & maxima complexus, quorum examen antea locis diuersis fecimus, & quædam veritati minimè consona ideo iure reiecimus: quorum meminisse potes, nec modò repetenda ducimus: tum quòd diuersa non sit, nec multiplex in nobis anima mortalis & immortalis: tum quòd cor non venarum, sed arteriarum propriè sit origo: tum quòd pulmo non refrigeret, nec ipse perfrigescat: tum quòd

N. quid in hac Plat. sententia desideret.

Digitized by

idem pulmo potum minimè excipiat: tum quòd non ſit exanguis,& ſimilia jam à me ſuis locis expenſa.

Ariſt. economia.

Ariſtoteles vt in natura rerum inquirenda, ſic in partium hominis & animalium inueſtigatione tum longior, tũ multò accuratior fuit: qui ſi aciei acerrimæ ingenij, manuum in

Ariſt. parcè in anatomia verſatus.

conſectione animalium, & oculorum diligentiam adhibuiſſet, nullum ſanè poſteris locum reliquiſſet & inuentionis & induſtriæ, tum penes naturam & eſſentiam tum penes vſum & actionem partium corporis ſingularum. Qua in peruestigatione, tum in multis aliis,

N. non probat omnia Ariſt. dicta.

tum in partibus ſpirationi dicatis (de quibus agimus) multa ſcripſit parum fide digna: quæ nos jam antè partim attigimus, partim nunc percurremus,non omnia ex illo repetituri,quæ ſunt bene multa,& varijs locis inculcata: ſed de multis præcipua & ſumma quæque complexuri. ſic ergo cap.12. libr.1.hiſtor. animal. Partes thorace tenus diſpoſitæ, hæ ſunt. Thorax ipſe parte priore poſterioréque cõſtat. mox à collo pectus priorem obtinet ſitum bipartitum,in mammam parte ſui vtraque extuberans. Mammis laxior contextus corporis eſt, iuncta papilla,per quam fœminis lac tranſmiſſum elicitur. ſed de lacte alibi poſthàc:de mammis autem antehàc. Idem cap.7. lib.3. eiuſdem operis:Oritur(ait) à ſpina,fibula,iugale,& ordo coſtarũ. Pectus etiã coſtis impoſitũ eſt:quæquidem aduerſæ inter ſe coëunt,cùm reliquæ breuiores ſint,quàm vt facere idem queant. Nullum enim animal eſt, quod circa ventrem, os habeat. ſunt autem oſſa humerorum, & quæ ſcapulæ appellantur. Rurſus lib.4.part.animal. cap.10. Pectus inter lacertos homini conſtitutum eſt,cæteris inter crura priora. latum id eſſe in homine, ratione permittitur, cùm nihil lacerti adiuncti lateribus impediant. At quadrupedibus,quòd ante ſe crura,cùm ambulant,locúmque mutant,protẽdunt,pars hæc coarctata eſt. vnde fit. ne quadrupedes eo loco habeant mammas. Nam & homini, quod & ſpatij laxitas permittit,& carnoſa ea pars eſt;cùm operiri ſedem cordis conueniat, mammæ pectori afformatæ ſunt carnulentæ: in quibus fœminæ ſuis paruulis cibum recondunt. Binæ autem ſunt,quoniam binæ ſunt partes, dextra & ſiniſtra,duriuſculæ, ſpatio interpoſito diremptæ: quòd & coſtæ eodem loco ſibi coëant ſine vlla moleſtia. ſed de mammis jam anteà ſatis abundè.

Thoracis deſcriptio, eiúſque partes.

Pectus, quod.

Mamma.

Spinæ productiones.

Pectoris & coſtarum deſcriptio.

Nullum os in ventre.

Scapulæ.

Pectoris ſedes, & forma, & cur diſſimilis in brutis.

Mamma quadrupedum cur nõ in pectore: at hominũ contrà, quorſum.

Mammæ cur homini binæ, & earũ diſcretio.

Hîc tamen notabis,ab Ariſtotele thoracem finiri, qua parte oſtium excrementi tum ſicci, tum humidi continetur: & ab eodem ita circumſcribi cap.7. lib.1.hiſtor.animal. Thoracem eam partem appellante,quæ à collo ad pudenda vſque trunca pertendit. ea deſcriptione etiam ventrem complexo: ſed impropriè,quia coſtis definiri rectè antehàc oſtẽdimus. Verumtamẽ ille partitionem ſequebatur ſuã,qua corpus in ſummas has partes diuiſerat ibidem,capur, collum,thoracẽ,brachia & crura vtraque. pro qua partitione minùs (vt arbitror) artificioſa, nos antea corpus humanum in præcipuas partes quatuor diuiſimus,caput,thoracem,ventrem,& artus,cuius quidem partitionis nunc ſecundum membrum iandiu perſequimur, breui tamen ſuò τῷ, abſoluturi. Sic ergo liceat Ariſtotelis dictum nunc excuſare,alioqui falſum, quia nemo vnquam vẽtrem ſub thoracis nomine comprehendere eſt viſus. ſed nos antea de hac re diximus ſatis. Inſtructo autem velut tabernaculo ac domicilio cordis,nunc de hoc,déque contentis in pectore partibus,ex Ariſtotele tranſigamus. vbi hoc obiter adiecerimus,quod ſcribitur cap. 15. lib.1.hiſtor.animal. Coſtas homini octonas. de Turdulis enim ſeptenas coſtas ſortitis,incertum eſſe authorem tradit. de Liguribus tamen ἀδιϛ veteres ſceleti teſtantur hodiéque. An iſto numero voluit Ariſt. omnes coſtas vnius tantùm partis (quia vtrimque totidẽ numerantur) in homine complecti? an ſuas ille nunquam,nũquam alienas coſtas dinumeranit? an potiùs veras & integras intellexit; & nothas ſeu ſpurias neglexit? Quod neque tamen verũ eſt: cùm prioris generis,ſeptem;poſterioris autem,quinque ſint coſtæ,vtrinque eo quo antè deſcripſi modo cõpoſitæ. rarò enim pauciores aut plures:nẽpe 11. vel 13. vt antea demõſtraui. Quanuis autem in numero coſtarum falſus ſit Ariſtoteles: tamen in vſu earum minimè:coſtis enim pectus,ſalutis viſcerum gratiâ cludi rectè ait cap.9.lib. 2. part.animal. Sed quorum tandem viſcerum?nẽpe (quia ventrem excluſimus) pulmonis atque cordis:de quibus ſic idẽ Ariſt. tradit,primùm nominis etymon notans lib. de ſpiratione.

Corporis partitio ex N. Ariſt. excuſatur.

Venter non debet comprehendi ſub thorace.

Coſtarum numerus varius. Turduli. Ligures.

N. inquirit in numerũ coſtarum ab Ariſt. propoſitum.

Ariſt. frigida excuſatio.

Coſtarum diſtinctio, & numerus verus.

Coſtarum vſus.

Pulmones refrigerationis cauſsâ inſtituti, quam flatus ipſe præſtat. ac ſpirabile quidem viſcus,idem πλεύμων, pulmo appellatur,quòd ſit πλεύματος, flatus ſiue ſpiritus receptaculum. Is eandem quam & cor obtinet ſedem,ipſum amplectens,ait cap.3. l.3. part.animal. verùm idem cap.7. eiuſdẽ libri,ſimplicem pulmonem ſcribit eſſe. quem tamen cap.16.lib.1.& cap.3.lib.3. hiſtor.animal. multò veriùs eſſe bipartitũ (inæqualem tamen,nec læuem) non ſolùm in homine,ſed in omni animante pulmonem habẽte teſtatur. Habent autem pulmonem omnia,quæ ſpirant,vt ſubiungit cap. 15. ſequentis libri 2. Piſces enim,& omnino quæ branchias habent, pulmone carẽt,quod etiam antea dictum memini. Et quæ pulmoné non habent,ne collum quidem,vt ex cap.3. lib.3.part. animal. antea citauimus. Pulmo autẽ licet inanis & fungoſus, riuulos tamen venę maioris ſingulis ſuis fiſtulis excipit:ſicq; ſanguinis plurimũ prę cęteris mẽbris continet. licet ſectis animalibus ſanguine vacans inueniatur: qui inciſis vaſis totus illico effluit,ait cap.17. l.1. hiſtor.animal. veriùs equidem,quàm paulò antè productus Plato.

Pulmonum vſus, & nominis ratio, & ſedes.

Pulmo an ſimplex, an biſidus, & quomodo.

Pulmo quibus adſit, vel deſit.

Piſcibus pulmo nullus.

Si pulmo, & collum pariter deſit.

Pulmonis forma.

Caloris verò naturalis ratio,pulmone deſcribitur ſanguinis cõpore. Quæ enim pulmonem habẽt,omnino calidiora,ſed & perfectiora ſunt ijs,quæ non habent. & inter ea, ſuperant, quæ non fungoſum, aut retortidũ,& pauci ſanguinis habent pulmonem:ſed ſanguinolentum & mollem,ait cap.1. lib.2. genera.animal. De pulmonis autem vſu & natura ſic ille diſertè cap.6.

Pulmonis præditio calor ineſt largior, quã eodem deſtituta: & quali tandem illo.

Pulmonis vſus.

libr.3. part. animal. Pulmo ideo habetur, quia genus animalium quoddam pedeſtre eſt: calorem enim refrigerari neceſſe eſt. quod extrinſecùs ea, quæ habent ſanguinem deſiderant: ſunt enim calidiora. At quæ ſanguine carent: vel ſuo natiuo ſpiritu ſatis refrigerari poſſunt; extrinſecùs autem vel aëre, vel aqua refrigerari neceſſe eſt. Quamobrem omnia quæ ſpirant, habent pulmoné. (ſed de reſpiratione ex Ariſt. poſtea.) Pulmo enim ſpirandi officio delegatus eſt: qui originem quidem tui motus accipit ex corde: ſed ſua tum amplitudine, tum inanitate, aditum ſpiritui patefacit. cùm enim attollitur, influit ſpiritus: cùm contrahitur, effluit. Ad cordis palpitationé, pulmonem ſpectare, malè opinatum eſt: cor enim homini propè dixerim, animalium vni palpitat: quia homo ſolùm ſpei futuræ expectationéque mouetur (ſed de hac palpitatione ex eodé authore paulò pòſt.) In pluribus etiam cor laxo interuallo diſtat à pulmone, ſitúmque ſuperiùs tenet. vt nihil ad cordis palpitationem conferat pulmo. Differentia pulmonis varia eſt: aliis enim ſanguineus magnúſque: aliis minor, fungoſus, exanguis. ſed de volucrum & viuiparorum differétia pulmonum ille tibi plura ſuggeret: nobis enim ad alia veniendum, quæ ſunt noſtro inſtituto propinquiora. Namque in iſta pulmonis natura, quid cum medicis quadret, quidve diſcrepet, qui memor eſt priùs à nobis dictorum, ſatis perſpicit. ſimul & illud videt, non ex cordis motu vel impulſu cieri pulmones: ſed motum thoracis inſequi; cùm ipſi nullos muſculos, nullos ad motum neruos poſſideant, vt patuit. Neque pulmonum dilatatio & contractio, inſpirationem & expirationem faciens, cordis pulſui reſpondet, vt alibi dixi: quodquidem motu ſuo diaſtaltico & ſyſtaltico, ſeque & ſuas arterias breuiſſimo interuallo concutit: neque ex voluntatis noſtræ imperio, vt de reſpiratione diximus, ſed vi ſua peculiari & vitali & naturali. quo de viſcere, velut omnium nobiliſſimo, deinceps dicentem audiamus Ariſtotelem, eiúſque velut panegyrim recitantem. cuius tamen nos ſummam tantùm ſubducemus, nimiam prolixitatem vitaturi.

Sanguinea animalia ſunt calidiora & perfectiora cæteris.

Spirabilia omnia habent pulmonem.

Pulmonis vſus, & motus vnde: & quomodo aërem excipiat.

Pulmo non facit ad cordis palpitationem, cur: & cur homini vni cor palpitet.

Pulmonum diff. rentiæ.

Diſcrepat Ariſt. à medicis in nonnullis.

Pulmones non ſequũntur motum cordis, ſed thoracis, cur.

Cordis motus & arteriarũ quæ ſint: & quomodo à reſpiratione diſcrepet in cauſſa.

Cor omnium partium primum conſiſtit, ait cap.4. lib.3. part. animal. ſtatim enim cùm conſiſtunt, quæ ſanguinem habent, exiguáque admodum ſunt, deprehendi cor & iecur ſine dubio poſſunt: quippe cùm in ouis triduo incubitis, puncti jam magnitudine appareant: necnon in partubus abortitiis, perquàm exigua cernantur. Cùm enim principium ſenſuum, totiúſque animalis in corde contineatur; hoc eam ob rem primum omniũ gignitur: in cæteris, quod cordi ſit proportionale, ait idem cap.4. libr.2. genera. animal. Nam in partuum prima generatione, ſtatim cor palpitare cernitur (quod tamen antè Galenus inficiabatur) quaſi animal ſit: vt quod principium ſit naturæ eorum, quæ ſanguinem habent, ait cap.4. libr.3. part. animal. Neque verò primum cor fieri ſatis erat, niſi & vltimum ſuperſtes maneret. ſic enim idem Ariſt. colligit eodem cap.4. libr.2. genera. animal. Fit autem

Primũ genitum, deinde hepar.

Ab experientia.

Cor cur primum gignatur, & eius prærogatiua.

Cor palpitat fœtui in aluo materna.

Cor principium in ſanguineis.

primò principium, quod in ſanguineo genere cor eſt: in cæteris proportionale. idque effici primum non modò ſenſu percipitur: ſed etiam quòd per obitum vita hîc vltimò deficit. Euenit namque in omnibus, vt quod vltimum fit, id primum deficiat: & quod primum, id vltimum. quaſi natura decurſionem reducem agat: & à calce ad carceres, vnde prorſuit, redeat. Eſt enim generatio ex non ente in ens: corruptio contrà, ex ente in non ens. Docuimus autè antea facto periculo, corde auulſo, vitam ſupereſſe aliquãtiſper: quod vel ipſo teſte Ariſtotele confirmauimus. ſed an cor primum gignatur, paulò antè [illegible] diſcuſſimus. venio ad alia, de ſitu & figura cordis expenſurus.

Cor iacet paulo à pulmoné ſuperius ad arteriæ fiſſuram; opertum membranæ inuolucro pingui & corpulento (nos pericardion ab vſu antea nominauimus) quà venæ maiori annectitur, & aortæ, ait idem Ariſt. cap.17. lib.1. hiſtor. animal. Cor cæteris animalibus in medio pectore eſt: homini tamen paulò vergit ad læuam, vt eius partis refrigerationem moderetur & compenſet. ſitum tamen in pectore eſt, & omnino parti priori pectoris cõmiſſum, ne refrigeretur. cuius extremum deorſum nutãs, turbinatur in mucronem & carnoſum & ſpiſſum. Nam parte ſui ampliore & gibba, ſuperiora corporis ſpectat: nec magnum eſt, & ſpecie tota non oblongum, ſed rotundius, ait eodem cap.4. lib.3. part. animal. & cap.17. libr.1. hiſt. animal. Tendit enim omnibus priorem in partem, læuámque, ſuo turbinato mucrone: præterquàm piſcibus, in quibus cordis mucro ad pectus, ſed os verſus vergit, ait cap.17. lib.2. part. animal.

Enimuerò cor & iecur, omnibus neceſſaria ſunt: alterum, propter caloris originem: alterum, cibi concoquendi gratiâ. nullúmque eſt ex ſanguine præditis, quod ijs duobus viſceribus poſſit carere. Cor enim, quaſi focus eſt, quo naturæ fomites, & ignis primordia natiui continentur ac ſeruantur in tuto, velut in arce corpòris, ait diſertè cap.7. lib.3. & cap.7. lib.2. part. animal. imitatus Platonis non modò ſententiã, ſed verba etiam, quibus ignem, pari tropo calorem natiuum appellabat: & quem Galenus poſt ipſum Ariſt. velut impropriè locutum reprehẽdere audebat: nos paulò maiore modeſtia tuebamur antea. Argumentum verò vel inde deduci poteſt, quòd nullum animal ſanguinis compos, careat corde: principium enim ſanguinis habeant, neceſſe eſt. eiuſmodi autem cor eſſe, ac non iecur, idem contendit Ariſt. ſed fruſtrà, cap.1. lib.2. & 9. eiuſdem libri, & cap.4. l.3. part. animal. Sanguinis enim & venarum principium, tum ibidem cor eſſe contendit, tum cap.4. lib.2. & cap.8. lib.4. generat. animal. & lib. de ſomno & vigilia, & lib. de reſpira. & alibi ſæpe. Quinetiam venoſam illi totam ineſſe ſubſtantiam tradit cap.4. libr.3. part. animal. qua de quæſtione antea pertractatum in problem. & pòſt iterum agetur. Quinetiam cor, principium eſſe & ſimilarium & diſſimilarium partium; & primum diſtinctum in omnibus animalibus ſanguineis inſpici, toties citato cap.

Cor vt primum genitum viuit, ſic vltimum emoritur.

Quod primum gignitur, id poſtremum deficit: & contrà.

A ſimili.

An cor vel auulſo vita ſuperſtet, aut N. & an cor primum gignatur.

Cordis ſitus, & pericardios tunica; item nexus cum vena & arteria.

Cor hominis ad læuam, cæterũ in medio thorace, cur: & poſitionis forma, figuráque eadem.

Cordis mucro quò demergat tum hominum, tum piſcium genere.

Cordis & hepatis vſus, & in omnibus neceſſitas.

Cor focus caloris nativi.

A ſimili.

Ariſt. & Galenus in quo reprehendunt Platonem, in eo illum imitantur.

N. tacetur Platonem.

Cor, venarum & ſanguinis principiũ, Ariſt.

Cordis ſubſtantia venoſa.

Cor principiũ omniũ partiũ, primũ formatur, Ariſt.

Cor, origo nernorum, & motus, Arist. item & sensus, & nutritionis.

4. lib.2. genera. animal. adstruit. Copiam quoque nernorum in corde esse: quia & hinc motus oriantur, qui intendendo remittendóque efficiantur, eodem cap.4. libr.3. part. animal. statuit. Quinetiam eidem cordi vim sentiendi, vim mouendi, vim nutriendi inesse. Quod ideo simplex, quà omnium capax sensibilium est: & dissimilare, quà mouens & agens est, cap. 1. libr.2. part. animal. nec multùm diuersis verbis, cap.3. & 4. libr.3. part. animal. In corde principium vitæ, omnisque motus & sensus esse censet ibidem. & citato libro de spiratione, cordi, venarum principium, sentientis, & vegetantis, & nutrientis animæ originem, & sensuum principatum adstruit. & in corde, omnium sensuum commune sensorium haberi. & eò tangendi gustandíque sensus apertè tendere, vel ex anatomia, si Dijs Aristotelicis placet, nobis conatur ostendere. Idem tamen cap. 11. lib.3. part. animal. principatum vitæ, cordi cum cerebro benignus communicat. quæ de ea suprà dictum à nobis copiosè. Priuatim tamen, lætitiæ, tristitiæ, & passionum reliquarum, cor vnum facit & fundamentum, cap. 4. eiusdem libri quid autem ad animi mores conferat cordis magnitudo, paruitas, durities, mollities; dixi alibi antea ex eodem cap.4.

Cor qui similare & dissimilare.

Cor, principium vitæ, sensus, motus, venarũ, nutritiuæ, vegetatiuæ.

Cor suscipit omnia sensoria.

Principatus vitæ cõmunis cordi & cerebro.

Cor, sedes passionum animæ.

Cordis ad mores efficacia.

Enimuerò quòd caloris & animæ origo à corde pendeat, de Arist. sententia, antè differui, & is asserit tum locis citatis, tum lib. de iuuenta & senecta, & lib. de respira. Cordi tria tribuuntur: quæ tametsi eadem in natura congruere videntur, tamen non congruunt: palpitatio, pulsus, spiratio. Palpitatio autem, est impulsus caloris in corde vigentis, è refrigeratione vel excrementitia, vel colliquatrice. qualis est, quæ cùm aliis in morbis accidere solet, tum maximè in subsultu & in metu. nam superiores metu perculsorum partes refrigescunt: calor autem fuffugiens & contractus, motum adfert: cùm ita angusta sede sese colligat, vt animalia vitæ lumine restincto, aliquando concidant, & vel propter metum, vel propter vitium parum salubre exanimentur. hæc de palpitatione philosophatur Arist. libr. de respirat. (nam de respiratione ex eodem postea videbimus: de pulsu autem jam antè diximus, licet breuiùs, quàm res tanta dici mereatur: sed alia specialis de eodem nobis instituenda erit oratio.) Quæ licet probabilia videantur, tamen à cautis medicinalibus pleraque recedunt: quas si vellem assignare, possem ego quidem ab his diuersas enumerare: sed de morbosis affectibus non est nobis nunc instituta disputatio. id tamen dicam obiter. Nomen παλμὸς, palpitationis, apud medicos est antiquum: effertur enim tum de motu quodam musculorum præter naturam, qui in sua aliqua capacitate flatum crassum continent, eúmque amoliri motu continuo & interrupto conantur.

Caloris & animæ sedes in corde.

Cordis palpitatio, pulsus, spiratio, qui differant.

Metus refrigerat: & inde cordis motus, quomodo.

Mors ex metu & palpitatione, quomodo.

De pulsu.

Palpitationis causa Aristotelicæ differunt à medicinalibus.

Παλμὸς quid, & quotuplex, & vtriusque causa.

Sed & cordis παλμὸν, palpitationem, motum cordis præter naturam accipimus, quem cor edit à caussa morbifica læsum: vt sæpe ob aquas pericardio inclusas; aut ab alia quadam intemperie, vel *sapillo*, vel pure, vel sanie, vel qualibet *materia* siue tumore & abscessu cor præter naturam *lacessente*. cui malo (præcipuè si sanguis æstuantior, copiosior, vaporosior, impurior sit) vna phlebotomia summo remedio esse solet. Nam ex meru cor palpitat quidem, si impropriè loquaris; & ex amore & cupidine. quinetiam ex Aristotele paulò antè produximus, vni præcipuè homini cor palpitare; quòd solus hic spe rei futuræ expectationéque moueatur, ait cap. 6. libr. 3. part. animal. vel potiùs pulsare, licet inordinatè, & inæqualiter, & præter naturam: vt ex historia priùs notauimus, deprehensum è pulsu Perdicæ amorem ab Erasistrato medico. Pulsum enim cordis, sunt & qui palpitationem vocitent, licet malè & abutiuè: quos tamen nunc redarguere non datur. pergo enim ad reliqua: quæ eò breuiùs percurram, quòd horum multa mihi jam antè sunt exposita. sicut & illud, quòd cordi triplex insit Aristotele iudice, ventriculus: sic enim ille nominatim cap. 17. lib.1. & cap. 3. libr. 3. histor. animal. Cor sinum triplicem continet: maximum dextro in latere: minimum in sinistro: medium magnitudine, inter sinistrum & dextrum. omnes ad pulmonem foraminibus penuij redduntur. maximo sinu, venæ coniungitur maiori: medio, aortæ annexum est.

Palpitationis impropriæ caussa.

Palpitatio cordis hominis propria, quare.

Historia. Erasistr. ex pulsu deprehendit Perdicæ amorem.

Cordis tres sinus, quales: & ductus ad pulmonem, qui.

Idem tamen sic moderatur sententiam cap. 4. libr. 3. part. animal. Ventriculum triplicem cor magnorum animalium habet, duplicem minorum, vnum ad postremum. nullúmque est, quod sine vllo ventriculo constet (Quibus tamen pulmo deest, his dextrum sinum cordi deesse antea probauimus, vel eodem Aristotele iudice, vel maximis licet in animantibus, vt piscibus: cùm tamen & muscæ geminus adsit). Locum enim conceptaculúmque sanguinis penúmve in corde haberi ipse tradit. sanguinémque in corde primo gigni: & ex eodem venarum principium oriri, vt ostendimus, & posthàc probabimus. Medium enim cordis spissum cauúmque corpus est: plenum etiam sanguinis: quasi hinc venæ oriantur. & cauum quidem est, vt contineat sanguinem: spissum autem, vt principium caloris seruare possit. In hoc enim viscerum solo, & partium omnium corporis, sanguis sine venis continetur: cæteræ partes sanguinem venis habent contentum. sanguis enim ex corde ad venas derivatur, ait cap. 4. libr. 3. part. animal. In minutissimis tamen animantibus sinus arctiores vix conspici profitetur cap. 3. lib.3. histor. animal. Sed vt hæc contra medicorum placita tuetur; ita in eo errat (ignoscant mihi tanti philosophi manes) quod sequitur. Melius fuit, tres esse ventriculos, vt vnus, commune principium fit: medium autem & impar principium est. Itaque magnitudo amplior subinde desideratur. Vtile fuit, vt quæ maxima sunt (atqui minimis etiam totidem tribuerat cap. 3. libr. 3. histor. animal. contrà quàm capite 4. lib.3.

Cordis sinus 1. 2. 3. quomodo variet. N. falsum.

Cordis sinus dexter pulmonem comitatur, & hoc deficiente deficit.

Cor, sanguinis & venarum promptuarium, qui.

Cor solum sine venis in se continet sanguinem.

Cordis sinus vix conspicui in minimis.

Cordis tres ventriculorum vsus in maximis, & quale sanguinem capiat, per cõparationẽ.

part. animal. vt nuper monui: vbi ad vnicum tandem deuenerat) maxima, inquam, triplicem cordis ventriculum habeant. Dexter (subiungit idem) plurimum sanguinis & calidissimum continet. quamobrem pars corporis dextra calidior: sinister parum, idque frigidissimum (quod tamen falsissimum esse & ratio probat, & experientia conuincit, vt antea probauimus:) Hippocratis etiam atque Galeni verissima arguit authoritas, & medicorum consensus adstipulatur) medius mediocrem tum copia, tum calore: sed puriorem. Principium enim quam maximè quiescere oportet. tale autem erit, si sanguis purus & mediocris tum copia, tum calore sit.

Cordis situs qualem sanguinem contineant: & quòd dexter calidus, sinister frigidus. N. falsum.

Principium quietis.

Epilogus.

Hæc ferè summa sunt capita eorum, quæ Aristoteles de cordis figura, situ, dignitate, vsu, ventriculis, principiis, motu, & prærogatiua, variis locis scribit ac repetit. in quibus quantum cum medicis & veritate consonet, quantum discrepet, partim obiter monui, partim ex superioribus te volo meminisse. Cuius quidem sententiam cùm vellet Auicenna tueri, sic fen 1. primi doctrina 5. cap. 1. conciliare studuit cum Galeno. Philosophorum maximus Aristoteles dixit, quòd membrum tribuens, & non suscipiens, est cor. ipsum namque est omnium virtutum prima radix, & omnibus aliis membris suas tribuit virtutes, quibus nutriuntur & viuunt, & quibus comprehendunt & mouétur. Et philosophi quidem sermo cùm subtiliter indagatur, est veracior. sed medicorum sermo in primis cùm attenditur, est magis manifestus. idem libr. de viribus cordis; Vt membra (inquit) vi naturæ genita, etsi plura numero sunt; vnum tamen est cæteris generatione prius, quodcumque illud sit, secundùm opinionum varietatem: quo tandem genito, aliorum sequitur generatio membrorum. Sic itidem & spiritus etsi plurimi sunt; vnus tamen ipsorum generatione primus est; qui secundùm potiorem philosophorum sententiam, in corde gignitur: & inde procedens, in cætera principalia membra manat ac penetrat. in quibus cùm sufficienter moram traxerit, adipiscitur temperiem peculiarem quandam, sibique propriam; vt in cerebro temperiem eam, qua ad susceptionem sensus & motus disponitur: in hepate, susceptiuam virtutem nutritionis & augmenti: in testibus, eam qua ad generationem præparatur. & existit tamen harum omnium virtutũ principium, vt philosophi censent, in corde. sed de spiritibus nos quidem alibi. quod autem ad hanc controuersiam attinet, sic idem Auicenna statuit fen 1. cano. 1. doctr. 6. cap. 1. de virtutib. Summo (inquit) philosophorum Aristoteli videtur, omnium functionum vitalium, animalium, & naturalium, principium esse cor: sed primarum operationum facultatum manifestationem in his prędictis existere principiis, nempe, cerebro, hepate, testibus. quemadmodum apud medicos cerebrum, est sentiendi principium: & post hoc, quisque sensus membrum habet, in quo eius apparet operatio. At medico, vt medici nomen & rationem subit, minimè congruit, harum opinionum vtra sit verior, indagare: cùm illud philosophi, non medici munus. Abundè autem fuerit medico id nosse: à cerebro, sensus & motus facultatem manere: ab hepate, nutriendi: à testibus, generandi: siue id vicaria potestate illis à corde demandata, siue propria sua & peculiari id præstent. Quid si verò (inquam) & philosophus & medicus idem sit? nónne vtroque hoc nomine illi permittitur verum exactiùs examinare? an satis esse ducet, more Pythagoreorum dicere; Αὐτὸς ἔφα? Sed de his aliàs: quod autem supereſt, de cordis imaginaria articulatione, deque osse maiorum cordis animalium, vt equorum & boum generis cuiusdam, tum ex eodem Arist. condisces, cap. 4. lib. 3. part. animal. tum ex ijs, quæ antea tradidimus, repetes. hinc enim digresso mihi placet ad reliquos authores diuertere, & breuiter annotare, quid hac de parte vitali & spirabili senserint. postmodùm enim de respiratione ex Arist. & Platone, & aliis philosophis, sed non medicis (nam de his jam antè egi) transigam: vt videas quantum sit inter eorum sententias discrimen.

Auicenna tuetur Arist. sententiam, & Galeno conciliat.

Cor, pars maxime vitalis, origo virtutum sensus, motus.

Arist. de corde oratio verior, sed medicorum manifestior.

Philosophi est, non medici, conciliare controuersias.

Medico quantum in facultatibus nosse sufficiat.

Αὐτὸς ἔφα, ipse dixit. Pythag.

Cordis os, & articulatio.

Transitio.

Ac primum inter reliquos Plinium adorior; non quia ætate aut doctrina antecellat: sed quia in plerisque his Aristoteli velut interpres (innominato tamen, vt sæpe de aliis philosophis) deprehenditur. sic ergo ille capite solenni 37. lib. 11. Cor animalibus cæteris in medio pectore est; homini tantùm infra lævam papillam, turbinato mucrone in priora eminens. piscibus solis ad os spectat. Hoc primum nascentibus formari in vtero tradunt, deinde cerebrum, sicut tardissimè oculos. sed hos primùm mori, cor nouissimè. Huic præcipuus calor. Palpitat certè, & quasi alterum mouetur animal; intrà præmolli firmóque operum membranæ inuoluero, munitum costarum & pectoris muro, vt pariat præcipuam vitæ causſam & originem. Prima domicilia intra se animo & sanguini præbet, sinuoso specu; & in magnis animalibus triplici, in nullo non gemino. Ibi mens habitat. Ex hoc fonte duæ grandes venæ in priora & terga discurrunt: sparsæque ramorum serie, per alias minores, omnibus membris vitalem sanguinem rigant.

Plinius Aristotelis interpres.

Cordis situs in homine & brutis diuersus, & in piscibus, quo.

Cor, cerebrum, oculi, quo ordine nascãtur & intereant. N. quæ prima generãtur, vltima moriuntur, & contrà.

Cordis vsus, & earũ vsus.

Solum hoc viscerum vitiis non maceratur, nec supplicia vitæ trahit: læsumque mortem illico adfert. cæteris corruptis vitalitas in corde durat. Bruta existimantur animalium, quibus durum riget, audacia, quibus parum est: pauida, quibus prægrande. maximum autẽ est pro portione, muribus, lépori, asino, ceruo, panthéræ, mustélis, hyænis, & omnib' timidis, aut propter metum maleficis. In Paphlagonia, bina perdicibus corda. In equorũ corde & boũ, ossa reperiũtur interdũ. Augeri id per singulos annos in homine; ac binas drachmas põderis ad quinquagesimum annum accedere: ab eo detrahi tantumdem: & ideo nõ viuere hominẽ vltra centesimũ annum defectu cordis, Ægyptij existimant: quibus mos est cadauera asseruare medicata. Hirto corde gigni quosdam homines proditur, neque alios fortioris esse industriæ, sicut Aristomenem

Cor nullam perfert lesionem citra mortem. N. contrarium docemus.

Perdicũ cor geminum.

Cordis et quibus nõsit.

Ægyptiorũ obseruatio.

Cor hirtum in seruib. vt Aristomene.

Solutio. Cor, omniũ functionum principium est.

At opera facultatum eduntur in suo quæque principio, quo.

Aristomenis historia viri fortis & cordati, mira.

Messenium, qui CCC. occidit Lacedæmonios. ipse conuulneratus & captus semel, per cauernam latomiarum euasit, angustos vulpium aditus secutus. iterum captus, sopitis custodibus somno, ad ignem aduolutus, lora cum corpore exussit. tertiò capto Lacedæmonij pectus dissecuêre caussâ videndi: hirsutumque cor repertum est. In corde summo pinguitudo est quædam lætis extis. Non semper autem in parte extorum habitum est. L. Posthumio Albino rege sacrorum, post centesimam vigesimam tertiam Olympiadem, cùm Rex Pyrrhus ex Italia discessisset; cor in extis aruspices inspicere cœperunt.

Cordis adeps, vbi. N. ac Galenus, sed perperam.

Historia Posthumij, & Iul. Cæsaris.

Cæsari Dictatori quò die primùm veste purpurea processit, atque in sella aurea sedit, sacrificanti bis in extis defuit. vnde quæstio magna de diuinatione argumentantibus, potuerintne sine vllo viscere hostia viuere? an ad tempus amiserit? Negatur cremari posse in ijs, qui cardiaco morbo obierint: negatur & veneno interemptis. Certè extat oratio Vitellij, qua reum Pisonem eius sceleris coargúit, hoc vius argumento; palámque testatus, non potuisse ob venenum cor Germanici Cæsaris cremari. contrà genere morbi defensus est Piso. Sub eo pulmo est, spirandique officina, attrahens ac reddens animam: iccirco spongiosus, ac fistulis inanibus cauus. Pauca eum (vt dictum est) habent aquatilia: ac cætera quà patientia, exiguum, spumosum, nec sanguineum: ideo non sitiunt. eadem est caussa, quare sub aqua diu ranæ & phocæ vrinentur. testudo quoque quanuis prægrandem, & sub toto tegumento habeat, sine sanguine tamen habet. Quantò minor hic corporibus, tantò velocitas maior. chamæleoni portione maximus, & nihil aliud intus. Ibidem Plinius: Nerui orsi à corde, bubulóque etiam circumuoluti, similem naturam & caussam habent. de quibus nos forsan alibi. hoc tamen minimè nunc ex eodem prætermittemus: Pectus, hoc est, ossa præcordiis & vitalibus natura circumdedit at ventri, quem necesse erat intrescere, ademit. nulli animalium circa ventrem ossa (qua de re paulò post) Pectus homini tantùm latum; reliquis carinatum, volucribus magis, & inter eas, aquaticis maximè. Costæ homini tantùm octo: suibus denæ, cornigeris tredecim, serpentibus triginta. atque hæc Plinius, & quidem ferè ex Arist. vt patet comparanti. ità vt quæ mihi aduersus Arist. antea dicta sunt, eadem aduersus Plinium possint valere: vereor enim in refutádis inueteratis erroribus tempus consumere, & potissimùm inani repetitione eorum, quæ alibi dicta sunt, in aliis seriis rebus potiùs insumendum. transeo igitur ad reliquos.

Vitellius accusat Pisonem veneficij in Germanico Cæsare.

Pulmonis situs, vsus, substantia.

Pulmo quibus desit, aut qualis quibusdam esse videatur.

Pulmo velocibus maximus.

At chamæleoni maximus.

Pectus ossosum, vnde exostia, aut.

Pectoris forma in homine & bruto densa.

Costarum numerus. N. sed fallax in homine solid.

Errorum correctio Plinij cur prætermittatur.

Tullij laus.

Marcus Tullius eloquentiæ Latinæ parens, de pulmone & corde sic agit libr. 2. nat. Deor: In pulmonibus inest raritas quædam, & assimilis spongiis mollitudo, ad hauriendum spiritum aptissima. qui tum contrahunt se aspirantes, tum spiritu dilatant, vt frequenter ducatur cibus animalis, quo maximè aluntur animantes. & paulò post: Nam quæ spiritu in pulmones anima ducitur, ea calescit primùm ab ipso spiritu: deinde coagitatione pulmonum: ex eáque pars redditur respirando, pars concipitur cordis parte quadam, quam ventriculum cordis appellant. cui similis alter adiunctus est, in quem sanguis à iecore per venam illam cauam influit. eóque modo, ex his partibus & sanguis per venas in omne corpus diffunditur, & spiritus per arterias. Vtræque autem crebræ multæque toto corpore intextæ, vim quandam incredibilem artificiosi operis diuinique testantur. quo loco, quid de tota respiratione sentiat, eadem opera Cicero paucis verbis aperuit: additò tantùm vno isto paulò antè verbulo; Pulmones & cor extrinsecùs spiritum adducere. itaque quod ad eam rem attinet, nihil ampliùs ab eo deinceps expectamus, qui paucis istis verbis rem tam amplam, tam fusam, tam difficilem, támque perplexam attigit potiùs, quàm explicauit. Cuius in verbis nihil est admodum, quod discère aut notare possimus; nisi quòd pulmones, quàm pulmonem, numero multitudinis dicere maluit. Quòd autem contrahi pulmones, adspirando dicit, id quidem sic accipe, vt non more medicorum (aspirare) nomine generali ad inspirationem & exspirationem significandam vsus sit: sed ad expirationem tantùm: quómodo Platoni ἀναπνεῖν vsurpari antea monui. pulmones enim inspirando distendi, & expirando contrahi, & nos antè diximus, & res ipsa docet, & folles fabrorum simili exemplo id clarè ostendunt.

Respirationis vsus. N. de hoc alimento posteà.

Respiratio qui fiat.

Cordis singulare vsus.

Sanguinis & spiritus communicatio varie mirificè.

Cic. de respiratione sententia breuis.

Cic. pulmones numerare plur. maluit.

Adspirare pro exspirare.

Pulmonum inspiratio & exspiratio, à simili.

Porrò spiritu animalia ali sic accipe, vt simile simili nutriri intelligas, spiritum spiritu: quem Hippocrates ἐμφύσημα nomine comprehendit; quia vix cohiberi potest, & quoquò versum irrequietus irrumpit spiritus. continentia enim, iuxtà eundem, τὰ ἐγκράτη, cùm sint solida, nonnisi solidis ali cibis possunt. sicuti contenta, τὰ ἐγκράτα, esculentis & poculentis farciri humidam omnem substantiam postulant; & posteà decernemus. Verùm vnico illo verbo Tullius ab omni sese enarratione vsus respirationis breuiter expediuit; quem totum, ni fallor, nos antea satis luculenter explicauimus: misi quid proximè ex philosophis addendum supersit. Ex eiusdem tamen Ciceronis verbis obserua, & venam & arteriam distinctis nominibus appellatam: & venæ cauæ originem, vt est, ab hepate repetitam: solósque duos cordis ventriculos receptos. & in his quidem omnibus, philosophum Romanum, siue potiùs oratorem ἀπαράσκευον, pro veritate ipsa à Græco philosopho defeciusse, licet probatissimo alioquin authore, & ipsi illi M. Ciceroni gratissimo. atque hæc de tota spirabilium partium natura, vsu, & actione, quæ diceret Tullius tantùm cognita habuit.

Spiritus quomodo alat. nempe simile. alitur simili. Ab exemplo.

Continentia, contenta, & impetuosa, qua & quibus nutriantur.

Cicero vocem ab arteria distinxit.

Vena cauæ ab hepate.

Cordis ventriculi duo.

Cicero pro veritate, ab Arist. defecit.

Lactantius eiusdem in eloquentia æmulus, dicendo inferior, rectè sentiendo longè superior; in loquendo socius, in caussa religionis aduersarius, primùm de thorace, & externo isto apparatu ac munimento cordis & partium spirationi

Lactantius cum Cic. comparatus.

Pectoris constructio, & eius ratio.

dicatarum, sic sensit. Pectoris latitudo sublimis, & expositа oculis, mirabilem præfert habitus A sui dignitatem. cuius hæc causa est, quòd videtur hominem solum Deus veluti supinum formasse. & quæ paulò antè reliqua adscripsi. Papillæ neque (subiungit ibidem) leuiter eminentes, & fuscioribus ac paruis orbibus coronatæ, nonnihil addunt venustatis, fœminis ad alendos fœtus datæ: maribus ad solum decus: ne informe pectus, & quasi mutilum videretur. qua de re nos jam antè suo loco. idem verò de costarum vsu antea tradderat, vbi de spina, ve-

Solus homo supinus.

Papillarum descriptio, & vsus.

Spina cur pluribus cõstet ossibus.

lut carina corporis ageret: quæ non vno perpe- tuóque osse formata sit, ne gradiendi flectendi- B que se facultatem animal non haberet. Ex eius enim parte, quasi media, costas, id est transuersa & plana ossa porrexit in diuersum. quibus clementer curuatis, & in sese, velut in circulum penè conductis, interna viscera conteguntur. vt ea quæ mollia, & minùs valida fieri opus erat, illius solidæ cratis amplexu potlent esse munita, vt antehàc dixisse videor. In his verò disertis Firmianus verbis nihil videtur scripsisse,

Costarum fabrica, vsusque.

Lactantio prætermissa.

quod à communi vsu medicorum, & natura rerum abhorreat, penes thoracis cõstructionem: quam tamen per partes singulas exami- C nare neglexit, ne numerum quidem costarum assignandum sibi ratus, aut spondylorum. cuius prudens silentium hic malo, quàm temerariam eorum assertionem, qui pro veris falsa obtrudunt: & ea volunt videri non ignorasse (quo tamen in crimine idem & deprehensus est, & iterum deprehendetur aliquoties) quæ nescisse forsan satius fuerit, quàm prauè intelligere, & peruersè docere: & quæ, velint nolint, minimè calluisse ipsi sua oratione & confessione conuincuntur. mox tamen idem de vitalibus par-

Notantur quorundam logistarũ errores.

Hominis partes.

tibus thorace contentis sic infert: Cùm homo constet ex corpore atque anima; aliud receptaculum soli corpori præstat alimentum (de quo posthàc suo loco) animæ vero aliam sedem de- D dit prouidentissimus artifex. Fecit enim genus quoddam viscerum molle atque ratum, quod pulmonem vocamus, in quod spiritus reciproca vicissitudine commearet. cúmque non in vteri modum finxit, ne effunderetur simul spiritus, aut inflaret simul. ideóque ne plenum quidem viscus effecit: sed instabile, atque aëris capax, vt paulatim spiritum reciperet, dum vitalis ventus per illam spargitur raritatem: & eundem rursus paulatim redderet, dum se illo explicat. ipsa enim vicissitudo flandi & spirandi respirandique tractus, vitam sustentat in E corpore. vbi mox de duabus fistulis, cibali & spiritali, earúmque vsu; de quo nos jam antè suo loco. De corde autem, primario quodam visceре, miror ab homine tam docto, tam diligenti, támque curioso nihil propemodùm esse actum dictúmve: sed inter ea viscera connumeratum, quorum ratio homini sit incognita, hoc versiculo tantùm breuissimè commemoratum. Quid globus cordis, qui vnus sanguinis fons est; Quo dicto quid breuius pro tantæ partis dignitate dici potuit? cùm vel nasum, vel calcem, aut supercilium, aut articulum quemlibet digitúmque, vel vnguem denique extremum longiori oratione declarasset? Sed ignoscendum est homini & Theologo, & pro religione asserẽda, contra tot monstra opinionum hominum insanorum & fanaticorum, tantum abest vt sapientum, & occupato & acriter decertanti. De respiratione nihil ab eodem amplius expectabis: hæc enim exposuit, quæ sensit, modum & vsum paucis, tantùm non periodis complexus,

Pulmonis fabrica, vsusque.

Inspiratio & expirationum ratio, & vsus.

Lactantius cordis naturam non satis calluit.

Cor, fons sanguinis.

Lactantius excusatur, & laudatur eius sapientia.

De corde quæ dixit, perinde est, ac si tacuisset: cùm neque cordis globosa in totum sit rotundáque figura; sed κωνοειδὲς, coni similis siue nuci pineæ, vt jam indicaui. neque is vnus fons & solus sanguinis; cùm aliunde suam sanguis habeat primam & originem & scaturiginem & officinam, vt partim innotuit, partim posthàc innotescet. Ibidem tamen idem multò antè, velut obiter de corde agens, luculentèr ita scripserat: Sed & cor, quod sapientiæ domicilium videtur, licet sit vnum, duos tamen intrinsecùs sinus habet, quibus fontes viui sanguinis continentur, septo intercedente diuili. Vt sicut in ipso mundo summa rerum vel de simplici duplex, vel de duplici simplex & gubernat, & continet totum: ita in corpore de duobus vniuersa compacta, indissociabilem prætenderent vnitatem.

Lactantius notatur de corde opinatus: tum quòd non rotundum: tum quòd non vnus sit fons sanguinis.

Cor sapientiæ domicilium: & eius duo ventriculi quorsum.

A simili. Summa rerum simplex vel duplex, quid. Celsi laus.

Celsus inter priscos Latinos penè solus medicus, thoracem & costas circunscribit, & spinæ annectit atque omoplatis (scoptula operta denominat, haud scio; an scutula apta vel aperta scripserit, librarij mendosè excripserint) quo capite jam aliquoties citato, compagem ossium omniũ vniuersam explicat octaui libri primo. cuius verba, propter minimè necessariam prolixitatem, mihi nunc prætermittenda, tibi verò priuatim legenda duco. de partibus autem thorace contentis sic ille cap. 1. lib. 4. & breuiter, & luculentè, si modò verè, transigit: Pulmo spongiosus; ideóque spiritus capax, & à tergo spinæ ipsi iunctus, in duas fibras vngulæ bubulæ modo diuiditur. Huic cor annexum est, naturâ musculosum, in pectore sub sinisteriore mamma situm: duósque quasi ventriculos habet. hæc ille, nec pluribus quidem verbis. quibus duas tantùm pulmoni fibras tribuit, cùm antea quatuor eidem verè attribuerimus (quintam autem vt raram omisimus) sed forsan duas maximas intellexit, quæ velut bubuli pedis vngulam vtramque bisulcam referunt: vtramque fibram iterum in duas minores fibras seu lobos diuidendam ratus. Cor autem qua ratione musculosum sit habendum (neque enim verè musculus est, cùm sit spontanei & voluntarij motus per neruos edendi, immune: sed velut carne cõstat dura dẽsáque, & vtcumque musculorum carni haud abſimili; quam neque carnem Galenus interdũ veretur appellare) & cur sub læua situ máma existimetur, ob motum sui sinistri ventriculi euidentiorẽ; dictum & explicatum satis abundè à nobis antea. neque enim Celsum nunc ad rei quæsitæ asserendam veritatem tam adhibemus testem; quàm vt pateat, quantum antiqui autho-

Pulmonis natura, nexus, vsus, sectio.

A simili. Cordis situs, natura, sinus.

Celsi examen, quòd a fibra pulmonum.

A simili.

Quòd cor, non sit musculus: & quomodo caro dici possit.

Quòd cor non sit sub læua sinistra mamma.

Digitized by Google

N. cur citet philosophos in tractatu medicinali: cùm vbi philosophos cum medicis compenset.

res hac in parte viderint; & quî philosophi à medicis,& quî inter se hi quantúmve discrepent. quod vt in ipsa partium anatome patuit, sic nunc deinceps in explicando vsu & modo respirationis intelligetur. qua de nihil amplius à Latinis istis authoribus expectabis; quia aut omnino minimè attigisse, aut velut per transennam appellasse, & obiter meminisse deprehenduntur.

Transitio.

De respiratione, ex Græcorum philosophorum sententia.

CAP. XIII.

Lam Græcorum.

ERGO ad Græcos me authores conuerto, velut totius philosophiæ cæteræ, sic & medicinæ proceres. de Galeno, & rei veritate (vt iudicare possum) jam à nobis transactum est: cum quo & Hippocratem implicaui. sed de Hipp. iterum pauca singillatim. sic autem ille lib. de flatibus. Corpora omnia tum hominum, tum reliquorum quoque animantium, à triplici nutrimento sustentantur, cibo, potu, spiritu. de reliquis aliàs dicetur. Tanta autem omnibus corporibus spiritus necessitas extat, vt siquidem omnibus aliis abstineat homo, neque cibum sumat, neque potum, possit tamen dies duos vel tres & plures ducere. sicui verò spiritus in corpus viæ intercipiantur; in breui parte vnius diei intereat. Vt vel hinc, quanto vsui spiritus corpori sit, liceat æstimare. & quæ deinceps ibidem plurima velut per panegyrim, de vi, vsu, & necessitate spiritus: quorum partem jam antè citauimus, cùm de respiratione ex sententia medicorum disceptaremus. illud verò nunc ex eodem Hipp. subijciemus, respirationis differẽtias breuibus notis, & obscuris symbolis sic suo more designante, 6. epidem. sect. 2. Spiritus parui densi, magni rari: parui rari, magni densi: extrà magni, intus parui: intus magni, extrà parui: alius extendens, alius vrgens: dupla intrò reuocatio, velut superinspirationibus (siue insuper spirantibus) calidus, frigidus. qua de re ad prognostica, & in libr. Gal. de respira. namque huius quidem commentaria in hunc locum in meo codice desiderantur. sed prætermittis medicis venio ad philosophos.

Triplex corporis alimentum.

Respirandi quanta necessitas, per comparationem.

Hipp. instituit panegyrim spiritus.

Spiritus siue respirationum differentiæ.

Plato respirationis artificium imperfectè tradidit.

Plato equidem hoc artificium spirandi, subtili prorsus & sanè tamen obscuro quodam modo per similitudinem expressit longis vtcumque verborum ambagibus, & præter suum morem, nec multùm certis, nec adeo probabilibus. de quibus demum iudicare, vbi audieris & intellexeris, commodiùs poteris. nos ex his antè pauca quædam produximus: reliqua nunc inferimus: sed Græcis in præsens omissis, tum ob prolixitatem, tum ob paruam vtilitatem, ne dicam vilitatem tractationis.

Minuta continent maiora, non contrà.

Quæcumque (ait) ex minutioribus componuntur, maiora detinent: quæ verò ex grandioribus, minutiora cohibere non possunt. Ignis autem præ cæteris generibus, minutissimis constat particulis. ideóque aquam, aërem, terram, & quæ ex his componuntur, omnia penetrat transilitque: vsquedeo vt nihil ipsum valeat cohibere. Idem quoque de nostro vtero cogitãdum: nempe cibos & potus ingestos retinet: spiritum verò & ignem, quia eius compositione tenuiores sunt, demorari non potest. His igitur vsus est Deus ad irrigationem ab vtero ad venas perficiendam.

Ignis omnia διαπερᾷ. ideoque omnia permeat.

Similitudo.

Rete enim quoddam ex aëre atque igne, instar gibbosæ sagenæ contexuit: vbi duo sunt ad ipsum introitum cibi conuexa: quorum alterum bifariàm bino pulli iterum implicauit, & ab ipsis gibbi conuexis, veluti funes per totum corpus, vsque ad texturæ illius extrema, circumtendit. Interiora igitur ipsius tricæ omnia ex igne composuit: conuexa verò, & receptaculum ipsum ex aëre. demum hæc assumens in animali formato, hoc pacto disposuit. conuexa quidem in os diuisit. cùm verò conuexum gibbosúmque sit duplex; per arterias alterũ in pulmonem vsque traiecit: alterũ circa arterias in vterum. alterum verò partitus, vtramque illius partem ad fistulas narium communiter duxit. ita vt quando alterum ad os non peruenit; ex hoc ipso omnes illius fluxus meatúsque repleantur. Alterum verò gibbi retisque capacitatem, circa omnes partes corporis cõcauas esse voluit. idque omne aliàs quidem in conuexa incuruáque cõfluere molliter, quasi aër illic sit, effecit: aliàs autem conuexa incuruáque ipsa refluere.

Venter continet cibum potúmque, spiritum & ignem non potest.

Similitudo stomachi & pulmonis, itemque œsophagi & arteriæ asperæ cum nassis duplici.

Ignis & aër quamodo pulmones fabricentur, cum suis ductibus.

Œsophagi & trachææ arteriæ distributio.

Rete verò quoniam rarum sit, corpus penetrare per ipsum, rursúsque emergere. Radios autem ignis interiores successione continua subsequi, in vtramque partem aëre transeunte. idque donec mortale cõsistit animal, fieri nunquam cessat. Huius agitationem, meritò aspirationem respirationémque nominatam esse censemus (Græcè ἀναπνοὴν καὶ ἐμπνοὴν) omne autem hoc opus, omníque nostra hęc pallio in corpore fit irrigatione quadam & refrigerio ad vitam & nutrimentum. Quando enim exspirante & respirante halitu, ignis simul interior sequitur; pérque vterũ diffusus poculenta esculentáque offẽdit, liquefacit protinus ipsa, partitur in minima, per exitus quà progressio patet, tanquam ex fonte quodam educit: in meatus videlicet venarum traijcit, quæcumque exhausit, atque per corpus, quasi vallem, venarum fluenta diducit.

Respirationis tantisper, per similitudinem, eiúsque vsus.

Respiratio qui fiat, & eius effectus ad ciborum collationẽ & distributionem.

A similib.

Sed videamus iterum quibus cauſsis respiratio hunc in modum, quem nunc cernimus, fuerit instituta. cuius quidem rei talis erit cõsideratio. Quoniam vacuum nusquam est, quò quicquam eorũ, quæ perferũtur, ingredi queat spiritus autem è nobis euolat: cuius constat, in vacuum quidẽ, hunc spiritum euolare: sed proximum sibi è sua sede depellere: depulsum, rursus illum proximũ sibi semper extrudere: ac secundùm necessitatem huiusmodi, quicquid in sedem illã percutitur atque impellitur, vnde exclusus est halitus, ingressũ illuc, replénsque halitum ipsum subsequi. idque totũ simul reuolutione quadã, qua nusquã sit vacuũ, fieri. Quamobrem cùm pectus pulmonésq; spiritũ effluerint, mox aëre corpori circũfuso meat' corporis

N. at collatio & distributio cibi non fit à spiritu inspirato.

Respirationis modus & occasio.

Nihil vacuum.

Spiritus quomodo reciproca vicissitudine in pulmonem & per cutis poros rẽmeet.

Digitized by Google

penetrante replentur. ac rursus euolans à corpore aër, & emissus anhelitus, inspirationem intrò retrahi cogit per oris narium̃que meatus. Causas verò, quæ his principium dant, huiusmodi ponimus.

Respirandi necessitatis causa.

Omne vniuersi huius animal in venis & sanguine calorem, quasi fontem ignis aliquē possidet. idque teti lagenæ comparauimus, per medium extensum, totúmque ex igne contextum, cùm exteriora omnia ex aëre sint. Calorem sanè putandum est natura sua in regionem suam extrà, ad id quod sibi cognatum est, emanare. cùm verò discursiones duæ sint, vna per corpus extra; altera rursus (intrà) per os ac nares: cùm anhelitus ad alia impetum facit, detruditque, alia contrà retrahit atque repercutit. quod autem retractum est in ignem incurrens, calescit: quod exhalauit, friget. Dum ergo caliditas permutatur, & quæ alio transitu vtuntur, calescunt: ac rursus quod feruet, ad naturam suam emigrat; & hac emigratione, alia in aliud iter repercutit, rutúsque hæc idem petiuntur agúntque semper: certè anhelitus hic circulo quodam hinc & illinc iugiter fluctuans, expirationem & inspirationem continet, Græcè τὸν ἀναπνοὴν & ἐκπνοὴν, inspirationem & expirationem dixerim: vt sit ἀναπνοὴ ἀπὸ ἐκπνοῆς, vt alias notaui. Hæc euocat similitudines cucurbitarum medicinalium, potionis, iaculorum, vocum, mutici concentus, fluminum, fulminum, electri, magnetis.

Calor fons in venis & in sanguine.

A simile.

Calor ad sui simulacrum affectat.

Calorem & spiritum vltrò citróque meatus qui fiat.

Spiritus cur intus calescat, & frigescat exterius.

Inspirationis & expirationis reciprocatio.

Reuera enim (ait) nullius horum attractio fit: sed cùm nusquam sit vacuum, & hæc inuicem pulsent atque repulsent, concretáque & discreta suum locum singula poscant: diligenti harum rerum inuestigatori, ex his mutuis passionibus, euentus illi mirabiles contingere videbuntur. Atqui respiratio ab his causis, & hunc in modum, vt quidem Plato putat, prouenit: Dum videlicet ignis cibos diuidit, eleuatúrque intrinsecùs assecutus spiritum, venas à ventre communi eleuatione huiusmodi replet: ex eo quòd attrita inde haurit: & ob hanc rationem, per totum animalium omniū corpus, alimentorum liquores penitus diffunduntur. de quibus non ita multò pòst.

N. Plato ἀναπνοὴν pro specie vsurpat, nempe ἀπὸ ἐκπνοῆς.

Præclarum Platonica vulnera, ab exemplis ne detur vacuum.

N. sic Plato euertit attractionē rem planè necessariā.

Respirationis explexus: & vndè ciborum distributionis ratio.

Hoc tamen tam longum, tam solers, tam præclarum respirationis artificium, reliquorum artificibus, summus licet artifex Plato probare hactenus non potuit. ideo Galenus licet illum, velut numen aliquod in philosophia & sua theologia colat; tamen ab eius ista fictitia respirationis explicatione, velut absurdo & inani commento, recessit. in ijs tamen, quæ supersunt in Timæum fragmentis commentariorum, hanc totam similitudinem de gemina nassa, familiariter explicauit. & nos non ita multò antè eandem attigimus; & quid in Platonis ista oratione desiderari posset, breuiter indicauimus, producta etiam parte quapiam, & nunc eadem nihilominùs ob verborum consecutionem, repetita.

N. improbat Platonis de respiratione summopere.

Aristoteles Platonis auditor, & æmulus.

Cæterùm Aristoteles & ipse licet Platonis discipulus, & annorum viginti auditor assiduus, vt perhibent; argutus sanè atque acutus philosophus: tamen probare magistri commentum non potuit: sed sic eleuat lib. de respiratione, authore quidem innominato, vt Platonis authoritati parceret, opinor. Illa circularis pulsio (inquit) quæ in Timæo scripta est, & ἀείκινος nominatur, de cæteris animantibus nihil definit, quo pacto, eadémne an alia quadam ratione, ipsa suum calorem tuentur atque conseruent. Nam si solis pedestribus spiratio adiuncta sit: caussa dici debuit, cur solis competat: si verò etiam aliis insit, sed modus differat: & de hoc quoque determinandum fuit, si cuncta spirare possint.

Πτερώματα Platonis an homini propria? an communia pedestribus.

Omissa Platoni in tractatu de respiratione.

Præterea modus caussæ fictitius est: nam cùm calor foràs per os egreditur, circumfusum nobis aërem pelli asserit, & latione concepta, eodem per carnes, quæ raræ solutæque sunt, interlabi; vnde calor interior exiuit: propterea quòd nihil vacuum sit, cùm sibi mutuò circumobsistant. vbi verò calefactus sit, rursum egredi per eundem locum, & intrò per os repellere calidum illum aërem, qui priùs foràs excidit: atque id respirando & expirando cōtinuè, semper fieri. Euenit autem hisce, qui sic arbitrantur, expirationem priùs fieri, quàm inspirationem: argumēto quòd hæ alternatim fiāt. At morientes expirant, quare necessarium est inspirationem, vicem subire principij.

Aër & spiritus an ab ore in pectoris corpora recipiantur, & à pectoris in organa spirandi?

An expiratio inspirationi prior? certè posterior est.

Item cuius gratiâ isthæc, respiratio (inquam) & expiratio animalibus tributa à natura sint, non dixēre, qui in hunc modum loquuntur: sed solùm quasi de re aliqua temeraria, & quæ casu cōūstat, enuntiauēre. Atqui ista principatum vitæ & necis obtinere videmus: tunc enim accidit, vt quæ respirandi vsum habent, intereant, cùm respirare non possunt. Ad hæc, absurdum est, caloris quidem per os egressum, & rursum ingressum nos minimè latēre: spiritus verò in pectus ingressum, & rursum eiusdem calefacti egressum latēre. Absurdum etiam & illud est: respirationem esse caloris ingressum: è conuerso enim tem habere videmus: nempe quod expiratur, esse calidum: quod inspiratur, frigidum.

Platoni omissus respirationis vsus.

Respirationis necessitas.

Si caloris motus reciprocus patet, cur non & spiritus?

Platonis ἄλογα.

Cùm verò hoc calidum est, anhelantes respiramus. nam quia id quod ingreditur, nos satis refrigerare non potest: euenit vt sæpius trahamus spiritum. At verò neque nutricationis gratiâ, respirationem fieri existimandum est: quia ignis interior alatur spiritu: & respirante quidem homine, ceu igni materiam incendio aptissimam adijci: alito verò ignis expirationem fieri. Eadem enim & ad hunc quoque sermonem rursum dicemus, quæ ad priores adducta sunt. etenim in cæteris animantibus hoc idem euenire oportebat, aut quod ei proportione respondeat: cùm omnia calore vitali prædita sint. Deinde & quo dicere modo oporteat, calorem è spiritu gigni, figmento persimile est: potiùs enim hunc è cibo fieri videmus: iuxta quod euenit, vt animal cibum capiat, & excrementum emittat. hoc autem in aliis fieri haudquaquam cernimus.

Aër inspiratus aër nondum calet.

Aër calidus respiratus non facessant natiuo calori.

Respiratio non fit nutritionis gratiâ, cur.

His rationibus Aristoteles aduersas Platonis magistri rationes confecit. quanquam non Platonis

An cōmunis vsus respirandi in cæteris animalibus?

Calor non gignitur de spiritu, sed alimento.

Digitized by Google

Opinio de modo reſpirationis, nō eſt Platonis, ſed Timæi Locri.

Platonis debui dicere, ſed Timæi Locri Pythagorici, cuius tantùm verba & ſenſum Plato in Timæo expreſſit: ſic enim Locrus ille Doricа ſua & patria vernaculáque dialecto loquitur in libello, quem περὶ φύσιος inſcripſit: Α' ἢ ἀναπνοὰ γίνεται, μυδνὺς μὲν κατὰ τὰ φύσει ἔνερθε, διὰπνοίης δὲ ἢ ἐκπύρωσις τοῦ ἀέρος ἀπὸ τοῦ ἀναπνέοντος ἐξω· ἔστι δ' ἀναπνοὰ σώματος, δι' οὗ ἢ ἀ τοῦ ζῆν δύναμις· πνοὶς δὲ ἐστὶ τᾶς φυσικᾶς θερμότατος ἀποκαλυμμάνω. ἀνάγκα οὖν ἀναπνεόμενον χωρεῖν τὸ ἔσω τοῦ ἀναλισκόμενου. εἰ δὲ μή, κενὰν εἶμεν ἄμφω, ὅπερ ἀμάχανον. ἰδοὺ γὰρ ἔστι σῶν καταὐτόμενον (ἃ μᾶλλον, ὄντα πόρινα) ἢ ἐν τῷ ζῶντι· διαμεμέφθω τῶ σκαίνος ὑπὸ τοῦ πνεῦ. ἃ δ' ἐμοία ἀγαπνοία γίνεται ἐν ὅλᾳ τᾷ ψύχᾳ, καλοῦσι τᾶς ἀναπνοᾶς ἀναλογίαν. ἃ γὰ πνοὰ, ἢ τὰ ἀναπτερᾶ, σώμας ἀναπνοᾶς ἐστί. ῥεῖ γὰρ ἔξω τοῦ σώματος ἴξω διεξόδω τὰ πολίματα· ἀναπληροῦται ἢ ἔξω τᾶς ἀναπνοᾶς, τᾷ τὰ σώματι, ἐκ τᾶς γᾶς. ὅταν πάλιν, ἢ θύελλας ἀναπνεύσας ἐς τὸ σῶμα. τὸ δὲ ἀναλόσκεται καθ' ἑκάστας· ἃ δὲ πνοὰ, ἀναλαμβάνεται ὑπὸ τοῦ πυρὸς, τοῦ ἀέρος, ἐφίλκεται τὸ ὑγρὸν· τὸ δ' ἄλλαγμα, ἐκπυρώσις τοῦ σώματος, ἀναλαμβανᾷ τὸ ὅμοιον σῶμα.

Reſpiratio qui fiat.

Id eſt, Reſpiratio fit, non quia vllum in natura ſit inane: ſed quòd influat & attrahatur aër, pro eo qui effluit per ora venarum, quæ non

Nil vacuū.

cernuntur, per quæ & humor exiſtit: & alio etiam quodam naturali calore abſumitur: cuius conſumpti loco, tantundem reſtituatur ac ſuccedat, eſt neceſſe. alioquin eſſet inane: quod fieri non poteſt. neq. enim pertluum eſſet (vel potiùs, iam eſſet confluum) ac vnum remaneret animal, ſi ab inani corporis ſtatus diuideretur. Similis etiam extitit in inanimis partium officioſarum procreatio, analogia quadam & proportione reſpirationis. Nam cucurbitula & electrum, ſimulachra ſunt quædam reſpira-

Analogia & ſimilitudo reſpirationis in cucurbitula medica, & ſuccino.

tionis: vt enim per corpus, ſpiritus exeunt foràs, & reſpiratione per os & nares reuocantur: ac deinde quaſi euripus, in corpus reciprocantur: ita cucurbitula, abſumpto ab igne, aëre, attrahit humorem: & electrum excreto ſpiritu, ſimile corpus reſumit. Hæc Timæus ille

Timæi genus, inſtitutum, doctrina.

Locrenſis, vir nobilis, & philoſophiæ ſtudio, & Reip. adminiſtratione clarus: quod paucis aliis contigit, vt fortaſſe Soloni, Lycurgo, Pericli, Piſiſtrato, Demetrio Phalereo, Plinio, neque adeo pluſculis: vt philoſophiæ ſtudium, ſimul & Reip. curam ſuſceperint. Ex quibus vtique perſpicis (id quod & alibi monui Platonis in Timæo doctrinam illam ſublimem &

Pauci philoſophi eidem & Reip. adminiſtratores.

abſtruſam, & à cōmuni vſu atque ſenſu & hominum & philoſophorum plerorumq. abhorrentem atque remotam. non ipſius quidē de

Exempla' Timæum Platonis vnde ſumpſerit.

Platonis ingenio expromptam, ſed à Pythagoricis (Pythagoras ipſe ſiquidē nihil ſcripſiſſe perhibetur) philoſophis repetitam, & eo libello comprehenſam, quem Timæi Locri nomine ac titulo nuper hoc æuo inuulgatum, iam

Pythagoras nil ſcripſit.

ab initio commentationis huius diximus: quémque Plato ipſe inter peregrinandum, forſan in Doride, vel ora illa Italiæ, quæ magna Græcia quondam dicebatur, & Dorienſibus colonia parebat (vbi docuiſſe Pythagoras fertur) precean ptetio vel precario ſibi comparauit, excoluit, & latiſſimè tractando diffudit: ornatum rei addens de ſuo: rem ipſam à

Timæus Locrus quando in lucem prodierit.

Pythagoricis ſenſis & ſcriptis repetes, & (quod mirum eſt) ſuos ipſe diſcipulos, Ariſtotelémque cumprimis æmulum, rem celans: ne dicam dolum, vel aſtum, aut arcanum potiùs. Nequis deinceps doctrinam Timæi apud Platonem, Platonis eſſe totā exiſtimet: aut quæ ibi traduntur, ex Academicorū ſpatiis profecta credat, & eorum veritatem Platoni præſtandam poſtulet. Sed venio ad reliquos philoſophos.

Pythagoras vbi docuerit.

Timæi doctrina, non eſt Platonica.

Empedocles antiquiſſimus & doctiſſimus, ſed obſcuritatem ſuis ſcriptis affectans, carminib⁹ heroïcis poëta ſingularis ſua ſenſa expreſſit: quibus inſpirationem & expirationem fieri aſſerit, propterea quòd venæ (quas arterias dicimus) quædam habeantur, in quibus ineſt quidem ſanguis, non tamen plenæ ſunt eodem: ſed meatus extrà prominentes obtinēt, corporis quidem partibus anguſtiores, aëris verò ampliores. Ideóq. cùm ſanguis aptus ſua natura ſit ſurſum ac deorſum moueri: quando deorſum fertur, aërem influere, & reſpirationē fieri: quando verò ſurſum commeat, aërem effluere, & expirationē committi prædicat. quod vbi euenit, ei quod in vaſis accidit quæ clepſydras vocamus, aſſimilat. inquit enim:

Empedocles poëta Phyſicus, quomodo reſpirationem fieri ſenſerit.

Arteriarū pori ad eadem.

Similitudo.

Ὡδὶ δὲ καὶτῶ πνοὰ, ἢ ἐκπνοὰ· πάσῃ λίφαιμοι
Σαρκὸς ἐνείλυς πόματος κῆρ' σῶμα τέτυκται·
Καὶ σφὶν ὕδωρ σώμασι πυκνῶς πάρθετον ἄλοξι
Ῥωᾶς, ἁμᾶ τίφρα διαμπερὲς, οὗτι φανὸν μὲν
Κέκρυπ., αἰθέριες δ' ὑπεμείαι διέδυσαν πτερύγες.
Ἐξῆς ἔνθεν ἑκάστα μὲν ἐπιξὺν τίφρα ἅμαι,
Αὖτὰρ παραλάζων καταζόντως ὕδατι μάρψαι.
Εὖτα δ' ἀπαλφάνεϊ, πάλιν ἐκπρὸ, ὅππερ ἔπεσσε πρὶν
Κλεψύδρας παῖγνιν δ' ἐνπαίας χαλκίοιο·
Ἔστι μὲν αὐλὸν πρῆμνον ἐπ' ἐσχάρᾳ χερὶ θέσθαι,
Εἰς ὕδατος δεξαμενὰν πρὸς δίμνας ἀργυφέοιο.
Οὐδὲ γ' ἐς ἄγγος ἔτ' ἐμβρὸς ἐπέρχεται· ἀλλά μιν ἀρχὴ
Ἀέρος ἔσχει, ἔσω πυκνὸν ὅλῃ πρήσσουσα πνοιὴ,
Βύσσῃ λεπταλέῃ πυκνὸν ῥέον. αὐτὰρ ἔπειτα
Ῥείθρων ἐλλείπουσι, ἐπερχέται ἀμφὶς ὕδωρ.
Ὡς δ' αὖτις τὸ ὕδωρ μὲν ἔχει κῆρ βύσσα χαλκοῦ·
Πνεύματι χωόμενος ξεστὸν χρὶ ἡ δὲ πόρευε.
Αἰθὴρ δ' ἐκπὸς ἴσαν πλαταμῶνας, ἔμβρυα, ἐρύκει
Ἀμφὶ πύλας ἰσθμῷσι διαπρὸς ἄκρα πραπίδων
Εἰσόκεν χεῖρ μεθῇ· τότε δ' αὖ πάλιν ἴμπαλιν, ἢ πρὶν
Πνεύματος ἐμπίπτοντος ὑπεκθὲν ἅμμιγα ὕδωρ.
Ὡς δ' αὖτως πῦρ ἅμμα καταζήλῳσι δι' ἀγγεῖ,
Ὀκτοίη μὲν πλείοσιν ἐπιξύῃ, μιχθῇ,
Θαίρων ἰσθμὸς ῥίμμα κατέρχεται· οὐδέ μιν ἔσω
Εὗτ' ἀπαφάνεϊ πάλιν ἐκπρὸ ἴσαν ἰσοπέσσον.

Id eſt, vt Vatablus noſter interpretabatur,

Patablus regius Lectionis profeſſor.

Reſpiratio qui fiat.

Hoc trahitur pacto cunctis & redditur aër.
Nam partim exangues ad corporis vltima venæ
Tendunt, quarum extrema cauo ſub nare ſatisſimus
Oſcillis: adeo vt cruor occultetur, & aura
Inceſſum facilem valeant præſtare meatus.
Hinc vbi commotus reperit tener intima ſanguis:
Tunc aër feruendo ſubit permultus eōdem.
Aſt vbi ſe ille effert, tum rurſum redditur iſte.
Vt cùm clepſydra virguncula ludit abena:
Quando tubum properat formoſa clauder e dextra:
Et mox indit aquæ, molli qua corpore conſtat:
Nondū in vas penetrat deinerſum lympha: ſed ipſam
Aëris ingreſſi per denſa foramina moles

CC

Digitized by Google

Aëret, dum ſtricta mi illa viam patefecerit: at mox
Aëre decedente, ſubintrat limpidus humor
Contrà cùm fundum vaſis tenet humor abeuntis:
Et iam virgo manu tubuli præcluſit hiatum:
Tunc imbrem retinet vergens intrò exterus aër,
Ad ſtreperi portas iſthmi ſuprema tenendo,
Dum manus abſcedat. tum contrà quàm priùs intrò
Aëre prorumpente, ſubinſtat imber amœnus.
Sic tener ille liquor motis per membra cruoris,
Quando pedem referens ſubit intima: protinus alter
Aëris inſtaxus demittitur agmine magno.
At cùm ſeſe effert, tum rurſum expirat abundè.

Similitudo Empedoclis improbatur, ad reſpirationẽ.

Hæc ille de reſpiratione. Videſis tamen, quomodo ſimilitudo iſta reſpirationi, quæ fit per os & nares, reſpondeat: quia per nares nec tota, nec ſemper reſpiratio fit. & ſimilitudo cũ follibus fabrorum, rem magis explicat: qui diſtenti, aërem abſorbent, compreſſi exprimũt. hoc tamen intereſt, quòd in his aër alio foramine ſubit, alio prætertluit: in ſpirantibus autem, aër ijſdem ductibus accipitur & remittitur. An omnia animantia ſpirẽt, & in his præcipuè piſces, antea excuſſum eſt, examinata opinione Democriti, Anaxagoræ, & Diogenis, aliorúmque cum iſtis piſces reſpirare affirmãtium. deinde Ariſtotelis apertè negantis, vt ex eius docto libello colligere eſt, quem de reſpiratione inſcripſit: ex quo hæc tibi ſummæ opinationis eiuſdem eſto. totam, ſi vacat, apud eum legito.

Simil. Empedoclis improbatur, ad reſpirationẽ. Similitudo follium cum reſpiratione conueniens: & quid habeat diſſimile.

An piſces ſpirent.

Ariſtot. de reſpiratione ſententia.

Igitur animalia, quæ pulmonem habeant, ſpirare omnia dilucidum eſt: & ex his, quæ exanguem fungoſúmque eum gerunt, ſpiratione minùs indigere: qualia ferè ſunt ouipara omnia: ſic ranæ, mures amnici, teſtudines: quibus ſub aqua demerſis viuere diutius licet. Quotquot autem ſanguinem obtinent, ſpiratione magis indigent, propter caloris abundantiam. cætera quæ pulmone vacant, Ariſtotele iudice, ſpirare non ſolent: quale eſt piſcium genus, paucis exceptis, vt delphinis, phocis, & cetaceis iam antè commemoratis. Quam ille opinionem multis rationibus cõprobat, aduerſus dictos philoſophos. nos cõtrariis impugnauimus: tu fac periculum. Portò ex iis, quæ ſanguine prædita ſunt, & cor habent, quæcumque pulmonem ſortiuntur, omnia aërem recipiunt, & ſpiritum trahendo reddendóque, refrigerantur. Talia ſunt viuipara omnia: & ex ouiparis, tum quæ alas, tum quæ teſtas habent, ſiue cortices. Verùm illa pulmonem habent ſanguineum: horum verò plurima, fungoſum. quo fit, vt reſpiratione rariùs vtantur. Cæterùm ſimul & pulmonem, & branchias habere, nullum animal vnquam viſum eſt: quia pulmo aërem reſpirando refrigeratur: branchiæ autem, ob eam refrigerationem, quæ ab humore prouenit. Eſt autem inſtrumentum vnum vni rei vtile. cúmque natura nihil agat fruſtra: ſi duo eſſent organa, alterum fruſtra foret. ideóque alia branchias habent, alia pulmonem, nulla vtrumque. Cùm autem quodque animal vt ſit, cibo indigeat: vt autem conſeruetur, refrigeratione: in iis, quæ pulmonem habent, natura eodem vtitur inſtrumento, nempe ore, tam ad cibum conficiendum, quàm ad ſpiritum trahendum reddendúmque. in aliis, os cibo & potui capiẽdo, branchiæ refrigerationi ſeruiunt. Simul autem reſpirare, & cibum vel potum admittere non licet. alioquin eo per arteriam illabente in pulmones, ſtrangulari animal periclitaretur, vt antea docuimus. Iccirco in ſanguineis animantibus, minor lingua ceu ligula eſt (Græcè ἐπιγλωττὶς dicta) qua ceu operculo, arteria clauditur. in auibus & ouiparis nulla eſt: ſed contractione arteriæ idem præſtatur. cùm enim cibum ingerunt, arteriam contrahunt, vt illa ligulam gutturi ſuperponunt: qui vt deglutitus illabitur, hæc ligulam attollunt, illa guttur diducunt, & refrigerationis gratia, ſpiritum recipiunt. Piſces contrà branchiis præditi, nullam habent arteriam: cibúmque per os, humorem per branchias admittunt. qui ne in aluum ſubeat, cibo glutiendo, raptim hunc ſummáque celeritate ingerunt ac tranſmittunt: nec cibo molendo diutiùs occupantur, acutis ſerratiſque dentibus præditi, & gutture latiſſimo cibum denſum confeſtim ingurgitante. de delphinibus, balænis, & reliquis ceraceis alia ratio eſt: quibus fiſtula extra aquam prominens, reſpirando eſt: pulmonéſque habẽt, & ore roſtróve exerto dormiunt ac ſtertunt: cibúmq. glutiendo, aquam permixtam, in qua viuere illis datur, per fiſtulam ante cerebrum ſitam ẽgerunt, quam per branchias cæteri elidunt atque exprimunt. cruſtatis & mollibus aquatilibus natura alia dedit organa, quibus cibum ab humore diſcernant, tum cauum quiddam, tum applicamina aquæ egerendæ efformata. Cæterũ inter animalia, quæ honoratiora ſunt, plus caloris ſunt ſortita: quia & animam honoratiorem habent. Quocirca & quod pulmonem maiore copia refertum ſanguinis & caloris habet, ei corporis magnitudo maior: & quod plurimi ac puriſſimi ſanguinis compos eſt, vt homo: id ex omnibus animalibus erectiſſimum incedit. atque partem ſuperiorem ad vniuerſi ſupremum erectam obtinet: propterea quòd hanc particulam talem habeat. Cauſſa autem ſpirandi, pulmo eſt, fungoſus exiſtens, & fiſtulis plenus, & omnium viſcerum ſanguine refertiſſimus. Quæ igitur ſanguineum pulmonem habent, ea celeri refrigeratione indigẽt, quòd calor animalis paululũ deuergat. indigẽt & penetratione, quæ per totũ eat, ob ſanguinis caloriſq. copiã. quod vtrũque aër cõmittere facilè poteſt: nã quia natura tenui eſt: & celeriter & per totũ ſubit, atque refrigerat: aqua autem non poteſt. Deinde id quod calidius eſt, idẽ & refrigeratione indiget vberiori. Adde, quòd, ſpiritus ad originem caloris cordi inſiti, facilè commeat. Omnino igitur animantium natura refrigerationẽ deſiderat, ob animæ in corde incendiũ: eã autẽ per reſpirationẽ moliri ſolẽt animalia, quæ nõ tantũ cor habẽt, ſed etiã pulmonẽ. quę autẽ cor habẽt, ſed pulmone carẽt, vt piſces, aqua per brãchias refrigerantur: quòd eorũ natura aquatilis

Cibi & reſpirationi neceſſitas quæſtum.

Orificij breuitatem vſus.

Epiglottidis vſus: & cur ambobus nulla: vel quomodo glutiant.

Reſpirationis vſus. N. non aliũ aluum ſuprà alimentum excludendo ſuffitum.

Piſcibus branchiis arteria nulla: & quã cibum potúmque admittant, quoque modo.

Piſces ſiſtulati quomodo reſpirẽt, ſtertántque: item cibum ingerant.

Cruſtata & mollia quomodo aquã cibũ ſumentes eliduant.

Animalia quò digniora, eò calidiora.

Quibus pulmo maior & calidior, item & reliquũ corpus.

Homo cæteris animalibus.

Pulmonis ſubſtantia, & vſus.

Aër tenuis penetrat & refrigerat.

Calidiora maiori indigent frigoris cura.

Aër ad cor penetrat, quorſum.

Reſpirationis vſus, & quibus maior.

Sanguinea magis ſpiratione egent, ob calorem.

Pulmone cærulea nõ ſpirant. An piſces ſpirent?

Sanguinea & pulmone prædita ſpirant, quæ.

Pulmonum differentia in animalibus.

Nulli ſimul pulmo & branchiæ, cur.

Inſtrumentum vnum vſui dicatũ. N. interdũ & pluribus.

Natura nil facit fruſtrà.

Piſcibus aqua pro aëre eſt. Cõparatio branchiarũ cũ thorace. Paucum aër & pauca aqua cur ſuffocent.

ſit. Porrò quemadmodum branchiæ piſcibus: ſic reſpirantibus thorax crebrò ſurſum deorſúmque mouetur, cùm ea ſpiritum accipiunt reddúntque. Item quæ ſpirant, in pauco & eodem aëre: quæ verò aquatilia ſunt, in pauca eadémque aqua ſtrangulari ſolent: nam eorum vtrumque celeriter calidum redditur. caleſcit enim vtrumque contactu ſanguinis: qui cùm calidus eſt, refrigerationem præpedit. Quinetiam cùm ſpirantia, pulmonem: aquatilia, brãchias mouere non poſſunt, ob affectionem ſeniúmve: tum ea emori contingit. ſed de mortis cauſſa nos alibi.

Mors ab intercepto motu pulmonum & branchiarum. N. ſed ſi piſces non ſpirant, cur branchias extra aquã mouent? Cordis tres affectus è natura. Pulſus non reſpondet reſpirationi. Pulſus ſimilitudo cũ pulſatione phlegmonarũ, qui. N. nempe vtrobique arteria: ſed cauſſa longè diſcrepat, quomodo. Ariſt. quæ cauſſa pulſum cordis citet. N. at totũ cordis corpus pulſat, & quidem vi inſita, ob æſtum naturalem.

Porrò dixi antea cordi tria obuenire è natura: dèque palpitatione egi, præſertim ex Ariſtotelis ſententia, quam nunc potiſſimùm tractamus. de pulſu (quem reſpirationi proportione motus minimè reſpondere, libro de ſpiritu rectè cẽſet, & nos paulò antè probauimus) ſic idem ſentit: Cor perpetuò pulſum edere ei motioni ſimilem, quam phlegmonæ in partibus excitatæ edunt, cùm dolore & feruore infeſtant, dum ſanguis in pus cõuertitur. Nec iniuria: vtrobique enim pulſant arteriæ, vel è natura (vt in pulſu naturali) vel contra naturam (vt in phlegmone.) In ipſo denique corde, tumefactio humoris, qui temper è cibo accedit, vltimam cordis tunicam eleuantis, pulſum facere Ariſtoteli creditur, nobis no item. idémque lib. de ſpiritu, pulſum eo modo fieri tradit, quo humor à calore in bullas feruendo attolli ſolet: ſimilitudine facili quidem, & popularí, ſed minùs apta tamen. Pulſum autem illo modo ſine intermiſſione fieri tradit: eò quòd humor, ex quo natura ſanguinis oritur, continuè inſtuit: quem primùm in corde gigni ſtatuit: quia venis nondum deſtinatis (ait) cor ſanguinem habere cernitur. Ob id, iunioribus magis, quàm ſenioribus, pulſat: vtpote quibus diuaporatio maior fiat. Quinetiam venæ omnes & ſimul inter ſe pulſare aſſolẽt, quia omnes ex corde ſua initia trahunt: cor autem, ſemper mouet. quare & illæ ſemper mouent, & ſimul inter ſe, cùm illud mouet. Palpitatio igitur, eſt compellentis frigoris repulſio. Pulſatio verò, humoris concaleſcentis inflatio. Reſpiratio autem fit, calore augeſcente in ea parte, vbi vegetale principium habetur. Nam quemadmodum cæteræ partes alimento indigent: ita & illa quoque: imò magis quam cæteræ: quippe quæ cæteris nutricationis cauſſa ſit. Neceſſe itaque eſt, vt cùm amplior efficitur, inſtrumentum attollat. Exiſtimare autem oportet inſtrumenti conſtitutionem ſimilem eſſe follibus, qui in officinis ferrariis habentur (parum enim abeſt, quin pulmo & cor ſibi formam talem vendicent.) Geminum autem eſſe, quod tale eſt, cùm eam naturalem potentiam, cui nutriendi officium delegatum eſt, in medio conſiſtere oporteat. Medium igitur cũ amplius redditur, eleuari ſolet: cùm verò eleuatur, & eam quoque partem, quæ illud ambit, eleuari neceſſe eſt. id quod in reſpirantibus fieri cernitur: quãdoquidem pectus attollitur: propterea quòd eiuſmodi partis principium in eo contentum, hoc idem efficit. cùm enim attollitur, eôdem perinde vt in folles, aërem exterum algidúmque influere, & refrigerando, ignis exuperantiam reſtinguere neceſſe eſt. Quemadmodum autem cùm augetur, hæc pars attolli ſolet: ita & cùm decreſcit, eandem reſidere neceſſe eſt: atque ea reſidente, aërem ingreſſum rurſum egredi: aërem (inquam) qui cùm ingreditur, frigidus eſt: dum egreditur, calidus: propter contactum caloris hac in parte contenti, & potiſſimùm in iis, quæ ſanguinolentum habent pulmonem. eum ſiquidem introrumpere oportet in multos quaſi tubos & fiſtulas pulmonis: quarum ſingulis venæ adiunctæ ſunt: adeo vt totus pulmo ſanguine plenus videatur. Aëris autem ingreſſus, reſpiratio (vel potiùs inſpiratio, vt alibi oſtendi) vocatur: egreſſus, expiratio. idque ſemper cõtinuè fit, quandiu animalia viuunt, & hanc particulã continuè mouent. & ob id, in reſpirãdo & expirando vita conſiſtit.

Inſpiratio-nis vtilitas, & modus. A ſimili. Syſtole quæ ſint, item q. expiratio. Aër cur frigidus exeat, & quomodo inſpiretur. Pulmo totus ſanguinem, qua de cauſſa. Reſpirationis partes duæ.

Hæc ſumma quædam eſt Ariſtotelicæ de reſpirationis modo ſententiæ. non obſcuræ nec incertæ illius quidem: ſed apta verborũ ſtructura, & rem ſimilitudine illuſtri declarante. In qua, non ita multa deprehendes medicorũ placitis repugnantia: licet de reſpirationis cauſſa modóque minùs verè: de palpitatione ità, ſuo quodam arbitratu, potiùs quàm facta ipſe experientia locutus videatur fuiſſe: de pulſu autẽ partim vera, partim ex artificioſa quadam coniectura enuntiaſſe cenſeatur. Atque hæc ex vnico libello eo, qui de ſpiratione inſcribitur, excerpſimus. extat verò de ſpiritu liber alter ſub Ariſtot. nomine: opinor falſò, aut [illegible] veriùs, quam [illegible] habendum. vel ne id quidem, ſed cuiuſdam poſterioris Peripatetici cõmentarius, multis in quæſtionibus problematicis poſitus, nihilque admodum determinans aut definiens. in eo quidem multa de reſpirationis vſu, ad augmentum & nutritionẽ ſpiritus natiui inquiruntur, & alia pleraque [illegible] diſceptantur. quæ omnia ad diſputationem de calore natiuo, déque ſpiritu vitali magis pertinent, de qua iam inde ab initio. Idẽ porrò Ariſt. cur ſpiremus, problemate inquirit ſect. 34. ſed cauſſam tantùm probabilẽ reddidit, non neceſſariã: ſicuti de iis, quæ ad reſpirationem pertinent, ibidem nonnulla trãſigit, problematicè diſputans: alibi quædã obiter attingit. ſed ſuam ea de re ſententiam libro illo à me excuſſo & expenſo de ſpiratione, euidentiſſimis rationibus & argumentis demõſtrauit.

Reſpirationis vſus. N. ſententia de libro Ariſtot. de ſpiritu, & huius ſumma.

Ex poſteris, Aſclepiades pulmonem infundibuli vicem præſtare dixit: cauſſámque reſpirationis eſſe attenuatum aërem in concauitate pectoris. illuc enim externus aër, quod craſſior ſit, fertur, & inde reijcitur: cùm pectus tale ſit, vt neque multum aëris continere, neque prorſus eo carere poſſit. Is igitur, qui in pectore ſubſiſtit aër, tenuior paulatim efficitur (Ariſtoteles tamen libro nuper citato, de ſpiritu, aliter ſenſit) & quia totus ſimul nequit excerni, ingredientis ponderi cedens, fòràs egreditur: non aliter ac in cucurbitulis euenit.

Aſclepiadis opinio de reſpiratione. A ſimili. An ſpiritus in pulmone attenuetur?

Digitized by Google

Respiratio an voluntaria? Asclepiadis atomi, molesti & meatus.

Idem voluntariam esse respirationem credidit, collectis quibusdam angustissimis meatibus (atomos enim cum Democrito & Epicuro recipit) qui pulmoni insunt, & voluntati nostræ obtemperant.

N. apud Gal. lib. de fact. & Aurelianū. Herophili sententia de respiratione, atque motus causis, & quadruplici motu pulmonum. Pulmonis duo præcipui motus, atque thoracis.

Herophilus multò rectiùs, & vt medicum loqui ac sentire decet, motricem facultatem ponit in neruis & musculis: pulmonémque censet motus quatuor habere: vnũ, quo extrà positum aërem attrahit: alterum, quo attractum, in pectus exprimit: tertiũ, quo expressum denuò recipit (non tamen necessariò eundem) quartum, quo receptum, foràs demum ejicit. qui tamen quatuor motus, ad duos possunt reduci: nam primum & tertium pulmonis extẽsio facit: secundum & quartum, eiusdem visceris contractio peragit. pectus autem bis tantùm mouetur: semel cùm se dilatat, & aërem per pulmonem adducit: iterum cùm se colligit, & acceptum anhelitum exprimit atque efflat.

Transitio.

Et hæc mihi quidem de respiratione iuxtà veterum sententiam dixisse hoc loco sufficiat. namque rei veritas paulò antè ex medicorum placitis, per suas partes omnes à me satis exposita videtur: nihilq. factũ reliqui, quod circa partem hãc secundam, & præcipuam, & spirationi ac vitæ à corde pendenti necessariã, dici aut quæri admodum queat, de quo nõ sit à nobis sufficienter, & ad præsens institutũ abundè tractatum. itaque ad alia transire tempestiuum erit, vbi discrimen ipsum vitalium & naturaliũ partium breuiter explicauerimus.

Cordis dignitas, & partium spirabilium.

De diaphragmate, sine septo transuerso.

Cap. XIIII.

Diaphragma vnde dictum, idemque septum, ante præcordia, amphremes.

Hanc partem Graij ab vsu, διάφραγμα, ἐν διαφράττει, quia intersepit ac dirimit. Latini simili de caussa septum transuersum nominarunt: & quia cordi prætenditur, idcirco præcordia quidam appellarunt, quasi *πεκορδίδα*, sicuti mox patebit. φρὴς etiam à veteribus Græcis dicebantur, ea in parte animæ domicilium statuentibus, vt patuit. quam tamen opinionẽ Hippocrates lib. de morbo sacro, vt vanam & ridiculam reijcit. Præcordia enim (ait) aliàs fortuitum nomen apud Græcos per consuetudinem habent, cùm φρὴς à sapientia dici videantur: reuera autem non, neque ex natura. neque ego sanè noui, quam vim habeant præcordia, vt sapiant & intelligant: præterquàm si homo ex improuiso, nimio gaudio perfundatur, aut tristitia afficiatur, tunc sanè exiliunt, & anxietatem exhibent præ tenuitate, & quòd distenta sunt maximè in corpore, & ventriculum non habẽt, ad quẽ suscipiant aut bonũ, aut malum allabens; sed ab vtrisque his turbãtur, propter naturæ debilitatem. Nam nullo sanè priùs sentiunt ex his, quæ in corpore insunt: sed frustrà hoc nomen & causſam habent. & quæ sequuntur de corde & cerebro velut sapiẽtiæ authoribus falsò habitis, vt memini me paulò antè differere.

Phrenetici de septo transuerso, atqui non sapiunt.

Diaphragma in gaudio, & mœrore subsilit, quamobrẽ.

Mentis φρενῶν fortuitum & inane.

An cor vel cerebrum sapiant? Præcordia quo differant à septo. Externum separatio per præcordia. Præcordia & phrenes cur dicantur & quem in vsum. Viscera omnia inclusa membrana propria, quorsum. Mentis agilitas pendet à diaphragmate, quomodo: ibidẽ hilaritatis sedes. N. de hoc antea flatus. Mœrens risus ex transectu præcordiũ. Plinius interpres Arist. Diaphragmatis vsus. Phrenes, quid, & quibus adsit, & quorsum. Separatio partium vitalium à naturalibus, quæ de causſa: & quid superius aut inferius in animante. Diaphragmatis nexus, & compositionis ratio. Diaphragmatis vsus. Phrenes cur dicantur. N. rectiùs paulò antè ex Hipp. Cor, sapiẽtiæ domicilium. N. suprà aliter. Diaphragmatis compositionis ratio.

Celsus in præfatione, præcordia à septo trãsuerso diuersa facit: quod membrana quadam superiores partes ab inferioribus diducit. Plinius vtriusq. appellationes causſam istã reddit cap. 37. lib. 11. Exta homini ab inferiore viscerũ parte separãtur membranis, quæ præcordia appellant, quia cordi prætenduntur: quod Græci appellauerunt phrenas. Omnia quidem principalia viscera membranis propriis, ac velut vaginis incluſit prouidens natura. in hac fuit & peculiaris causſa, vicinitas alui, ne cibo supprimeretur animus. Huic certè refertur accepta subtilitas mẽtis. ideo nulla est ei caro, sed neruosa exilitas. in eadem præcipua hilaritatis sedes: quod titillatu maximè intelligitur alarum, ad quas subit: nõ alibi tenuiore cute humana. ideo scabendi dulcedine ibi proxima. Ob hoc, in præliis, gladiatorúmque spectaculis, mortẽ cum risu traiecta præcordia attulerunt. Sed de his antea, cùm de risu ageremus, producto in medium iudice Aristotele, quem tum alibi, tũ in his passim sequitur Plinius authorem. Sic enim ille cap. 10. lib. 3. part. animal. de pulmone, corde, & subiectis visceribus locutus: Separantur hæc inter se (ait) septo transuerso, quod Græcè διάζωμα & φρένες vocant. dissterminat hoc à reliquis pulmonem & cor. id autem septum transuersum, præcordia in sanguine præditis, vt modò dixi, vocatur, Græcè φρένες. Habent hoc omnia, quæ sanguinem obtinent, æquè vt cor & iecur. cuius rei causſa est, quòd ideo habetur, vt sedem cordis à ventre dirimat. videlicet vt animæ sentientis origo inoffensa seruetur, nec facilè occuperetur exhalatione cibi, & caloris aduentitij copia. Hac enim causſã, natura intercepit præcordiorum, quasi parietis sepisque interuentu, distinxitque partem nobiliorem ab ignobiliori: in quibus, superioris inferioriſque ratio posſet haberi. superius est enim, cuius gratiâ reliqua sint, quódque melius sit: inferius autem, quod eius gratiâ sit, & conceptaculum cibi necessariũ. Annectitur hoc septum siue cinctus, costis parte sui carnosiore validioréque. media autẽ constat membrana exiliori, seu membranosiori. ita enim & ad robur, & ad prætentum cõmodius est. Contra calorem se efferentem, hoc velut sobolem esse, argumentum ex iis, quæ plerumque accidunt, ducitur. vbi enim propter vicinitatem, attraxerint humorem calidũ atque excrementitium, continuò mentem sensúmque planè perturbant. Quamobrem φρένες appellantur, quasi participes prudentiæ sint. atqui nullatenus participes sunt: sed quia propinquæ sunt iis, quæ vim obtinent illam (cordi enim prætenduntur) hinc mentis mutationem aperiunt. Quamobrem tenues parte sui media sunt, non modò de necessitate, quòd cùm carnosæ sint, parte sui costis admota, carnosiores esse necesse sit: verumetiam vt minùs vaporis excipiant. Nam si carne pleniore constarent, copiã vaporis haberẽt, & traherent. Partẽ hanc calefactã, celeriter sensum aperire

Diaphragmatis ſenſus exquiſitus, qui.

vel id quod titillatu euenit. ſed de hoc iã antè ex eodẽ Ariſt. vbi de riſu egimus. Sed vide interim (inquã) quomodo Plinius Ariſt. expreſſerit, interpres. verũ quoniã Ariſt. præ manibus habemus, pauca ex eodẽ ſubiungemus, de eadem parte ſic tranſigente, cap. 17. lib. 1. hiſt. animal. Sub pulmone ſeptũ tranſuerſum pectoris

Diaphragmatis ſitus, nexus, cõpoſitio.

eſt, quæ præcordia & cinctũ appellãt (Græcè διάζωμα ἢ φρένας) coſtis & hypochondriis, velut ſubchartilagineis & ſpinæ annexum: parte media, tenue, membraneáq. exilitate contextum

Gal. reprehendit Ariſt. in ſeptiuſu, & appellatione. N. ſed male in nomine.

Venas etiam per ſe continet porrectas. hæc Ariſtoteles. cuius appellationem διαζώματος, & vſus ignorantiam culpat Galenus lib. 5. loc. aff. cap. 3. Ariſtoteles (inquiens) hãc animalis particulam, ὑπόζωμα, ſuccinctură appellat (protuli tamen ſemel atque iterum ex eo dici διάζωμα: forſan, vt puto, quia per corpus traiectũ velut cingulum eſt: ὅτι διὰ σώματος ζώνυται) neſcius ipſam magnæ ac perquàm neceſſariæ actioni in

διάζωμα vnde dicatur. N. pariationeatq. διαφραγμα.

animalibus eſſe deputatam: quippe quæ ſpirationis inſtrumentum eſt. quo læſo, ſpirationẽ lædi, neceſſe eſt. Ibidem nominis φρενῶν rationem & vſum ex Platone iam antè poſitum, ſic repetit: Terminum quo thoracis pars inferior finitur, antiqui φρένας, id eſt mentem appellauerunt: ſiue ſimpliciter id ipſis in animum venit: ſiue (vt aliqui putant) quia ex inflammatione affecto illo, mens quoque læditur. At à Platone διαφραγμα, ſeptum vocari cœpit (antea tamen repetiui ex Timæo Locro, quem Galenus neſciuit) quidquidem etiam ipſe φρένας, ſimiliter vt reliqui veteres, appellauit. verùm ſepti vſum in animalibus habere putauit. Animi enim iraſcentiam (vtor paſſim verbis interpretum) in corde contentam, à cupiditate, cuius ſedes in iecinore eſſe creditur, interſepit ac diſtinguit. Poſtea medici, neglecto priſco nomine φρενῶν, ipſum διάφραγμα, ſiue ſeptum appellare conſueuerunt. videlicet eò quòd ſpiritus inſtrumenta ab alimenti organis διαφράττει, ſecluditac ſeparat. ſed de partis huius compoſitione naturali primùm, tùm de vſu viderimus.

Diaphragmatis forma, connexio, naturalis compoſitio.

Huius figura ſpeciali quadam inter muſculos habitu, Raiæ piſci plano & chartilagineo, ſed cauda huius reſecta, prorſus aſſimilatur. coſtis ſpuriis, & oſſi enſiformi, ſuis propugnaculis, antica ſui parte: poſteriore autem, per duos tẽdines diuiſus, ſpinæ annectitur, & partibus laterum, quæ ad vtramque illam pertinent, vſquequaque cohæret. In medio ſui muſculus eſt neruoſus, rotundus, geminum orbem effingens, qui in tendinem latum omni ex parte à carnoſis partibus comprehenſum, deſinit. Namque vt quæ ad medium magis vergunt, ea membranæ ſimiliora tenuioráque ſunt: ſic quæ à medio magis diſtant, & coſtis magis propinquant, ea & carnoſiora, & denſiora paulatim euadunt. Ex vtraque ſui parte ſupera & infera, tenuis illi mẽbrana obhæreſcit: quarum quæ nutritionis organa ſpectat, peritonæũ ſuccingit: quæ cor & pulmonem reſpicit, mẽbrana coſtas ſuccingente obducitur.

Membranulæ diaphragmatis.

Diaphragmatis foramina

Cæterùm ſepti tranſuerſi duo foramina, Galenus notauit: alterum grande & ſemicirculare, ſpinam verſus, ſtomacho & magnæ arteriæ præparatum eſt: alterum minus venam cauam ad ſupera reptantem excipit, & magna cum ſecuritate tranſmittit. de cuius forma & modo Galenus tibi libro quinto anatom. adminiſtra. faciet ſatis. Cum iis tamen & alia vena, quæ ἀζygos dicitur, & nerui duo à ſexto pari demiſſi permeant. quibus vaſis tertiũ in diaphragmate foramen aſſignant neoterici, neque ſtomachum cum aorta eodem ductu trajici volunt. Sanè quidem per dextrum ſepti foramen, vena caua in thoracem aſcendit: per ſiniſtrum autem, & œſophagus & nerui dicti

N. opinio de tertio foramine.

duo perreptant. ſed de tertio ambigo: quia aorta dicta arteria in ſuo deſcẽſu vertebras circũlambit, nec inſigni foratu phrenas traijcit.

Diaphragmatis vſus ad reſpirationẽ, & quomodo agat.

Sed leuiora illa prætermitto, illud dico: Totum thoracis, viciſſimque pulmonis motum, ab vno & præcipuo ſepto tranſuerſo regi, dum intenditur laxatúrque viciſſim, dilatans compriménſq. indidem terminum, & ab ima parte trahens pectoris os per os enſiforme, ſiue mucronatam charthilaginem: coſtas autẽ ſpurias ſurſum leuiter ac prorſum. Denique reſpirationem vniuerſam (quam naturalem diximus) ſeptum tranſuerſum ſuppeditat: quod non modò ſubſtantia, ſed vſu quoque muſculus eſt. partem enim thoracis imam cum præcordiis manifeſtè mouet, ſuperiore parte penè immota. ſed efflationem, & vocem intentam, & cantum, & vehementem in curſu reſpirationem, vnà cum ſepto iuuant intercoſtales muſculi, & qui ſurſum ac deorſum ſiti, thoraci dilatando ſeruire dicti ſunt. nam ne id quidem perſequimur dicendo, qua ratione idẽ ſeptum mictionem aut aluinam excretionem adiuuet cum muſculis abdominis. quibus omnibus æqualiter omni ex parte premẽtibus validè, inferiora verſus expulſio fit, ait Galenus libro quinto de vſu part. idque ex profeſſo libro ſecundo de motu muſcul. perſequitur: quemadmodum neruorum ad ipſum demiſſionem à ceruicis ſpinali medulla, libro octauo adminiſtr. anatom. & libro decimotertio de vſu part. Quòd autem ſepti tranſuerſi vulnera ſint inſanabilia, ob motum continuum, & mediam naturam ſui neruoſam, tradidit Hippocrat. aphoriſm. libro ſexto, & ex eo Celſus cap. 26. libro quinto, qui & ſeptum ipſum ita deſcribit capite primo libri quarti. Sub corde atq. pulmone tranſuerſum ex valida membrana ſeptũ eſt, quod à præcordiis (vides quomodo diſcrepet à citato Plinio in hoc nomine & ſignificato) vterũ diducit æquè neruoſum: multis etiam venis per id diſcurrẽtibus: à ſuperiore parte non ſolùm inteſtina, ſed iecur quoque lienémq. diſcernit. Differt autem diaphragma ab aliis communibus muſculis. vt Galen. 15. lib. de vſu part. tradit, non figura modò, verumetiam actione: rotunda enim eſt tota ipſius figura, vt patuit, duóſque orbes licet inæquales & anguloſos (reticulo pilæ luſorio non malè comparant) in medio ſui effingens: maiorem & exteriorem, carneum: minorem

Diaphragmatis ſeruit excretioni.

Nerui diaphragmatis, vnde.

Diaphragmatis vulnera cur inſanabilia.

Septi ſitus & vſus.

Septum & præcordia ab inuicem differũt.

Diaphragmatis muſculi à cæteris muſculis differentia, eiuſque ductũ forma orbium.

Diaphragmatis situs, eiúsq; principium.

& intimum, velut centrum siue caput, membraneum. Situs verò obliquus, partibúsq. anterioribus ac superioribus ad pectus pertingit: inde autem retro semper ac deorsũ fertur, donec spinam contingat multò inferiorem, quã vt mucronatæ pectoris cartilagini è directo respondeat. cui etiam spinæ ad lumbum adhæresicit. caput autem seu principium huius musculi, cui fibræ in musculis omnibus annecti solent, in media est totius diaphragmatis parte, quam neruosam seu membranosam esse diximus: in quam nerui inseruntur, velut in ipsum principium ac centrum: à quo fibræ, instar linearum ad extrema ipsius disperguntur & ad circumferentiam, mox carne vestiẽdæ ac muniendæ, reliquorum musculorum instar. Cùm autem motus dilatationis in circulo, à medio puncto incipiat, & ad circũferentiam desinat: motus autem constrictionis, à circũferentia & extremis ordiatur, idẽq. in mediũ velut circuli pũctum terminetur: ideo fuit necesse, vt principiũ motus diaphragmatis à medio sui ordiretur. Quare nonnulla hîc difficultas oritur, quo se modo diaphragma dilatet, thoraci & pulmoni deinceps ampliandis, & costis diducendis: quomodo idem sese constringat, vt reliquas istas respirationi dicatas partes contrahat & coarcter: vt hinc expiratio, illinc inspiratio fiat: quodquidem vix nisi ex viuorum anatomia disci potest. imaginari quilibet, & facto de se periculo, palpando & contrectando thorace inter spirandum, vix statuere certò potest: cùm in aliis corporis partibus musculus musculo velut antagonista opponatur, in partem contrariam mouens trahensq.: septo autem transuerso nullus sese opponat, sed solum ipsum se moueat: principio tamen motus à medio, velut à centro, inchoante. quo contracto,

Diaphragmatis principium motus cur à medio.

Dubium, quomodo diaphragma dilatetur & constringatur, & vsus amborum.

Musculi quomodo agant oppositi at septo nullus opponatur.

A & in se coacto, partes vicinas contrahi atque cogi verisimile est: remotiores autem, & quæ ad thoracis extrema, costarúmque circumferentiam feruntur, distẽdi & ampliari ad inspirationem edendam: contrario autem motu atque ordine, laxante videlicet sese principio, id est medio diaphragmatis ipsius, ẽque dilatante, remotiores illas partes cõtrahi, & suopte ponderẽ, nutu, motúque naturali concidere, probabile mihi quidem videtur. quo in situ si diutulè à respiratione te cohibeas, totum thoracem manere immotum facilè obseruabis. Id B licebit à simili vtique sic experiri: siquis ex vimine cratem sic componat, aut ex iunco, aut (vt poëta vocat) —— *fiscellam texat ibisco*, sic vt ad medium extrema omnia virgarum viminearum concurrant, & angustum in medio centrum faciant: extrema autem latè fusa, abs sese secedant. quomodo ferri fibras atque dirigi in diaphragmate diximus. tunc enim filo quodam, vel fune, vel digitis siquis medium centrúmque cratis vimineæ vel iunceæ in sese adducat & contrahat, externa diduci à se inuicem & separari videbis. contrà filo funẽve remisso & laxato, medium dilatari, circumferen- C tiæ extrema contrahi, & in suum sibi naturalẽ statum sitúmque redire obseruabis. Sed quid mirum, siquid natura nobis ita occultare voluit, vt nullo artificio externo imitari eius solertiam possimus? nulla coniectura imaginari aut comprehendere eius subtilitatem & mirabilem prudentiam ac prouidentiam queamus? Certum est tamen ex anatome viuorum, ipsum diaphragma inspirãdo dilatari ac deorsum ferri: expirando autem cõtrahi, ac sursum versum agi. Verùm de partibus septo superioribus, déque medio isto velut repagulo atque obice, hactenus à me dicta sufficiant.

Diaphragmatis contractio & dilatatio quâ fiat, & quorsum.

A simili, de crate vimínea.

Natura nobis multa occultauit. Diaphragma quomodo moueatur inspirando & expirando. Transitio.

FINIS.

Digitized by Google

NICOLAI NANCELII ANALOGIÆ MICROCOSMI AD MACROCOSMON, LIBER QVINTVS.

De *Ventre, & contentis eo viſceribus atque inteſtinis* χυλώσεως *organis.*

CAPVT PRIMVM.

Anacephaleoſi.

DE quatuor vniuerſis noſtri corporis partibus, duæ ſupremæ vt & ſitu, ſic & ordine & dignitate primæ, ſunt adhuc expoſitæ: prima, ſenſuum, neruorum, ſpiritus animalis, & præcipuarum animæ facultatum origo (niſi & eadem animi domicilium dici debet) tot & tantarum capax rerum, ideo caput nominatum: deinde ſubiecta illi proxima capacitas maxima, & maximè inſignis, thorax cum ſuis theſauris, ibidem reconditis, corde, pulmone, & vitalibus ſuccis atque ſpiritibus. Tertia nunc explicanda ſuccedit, facultatem nutritiuam eiúſque organa, fornacem, tubulos, & velut coquinam totius corporis vniuerſam altricem complexa: quam κοιλίαν Græci à cauitate vocant, ἐν κοιλίᾳ δέ. quanquam adiuncto potiùs articulo, teſte Galeno, ἡ κοιλία dicitur: cùm ſine articulo, ad omnem cauitatem commune nomen extendatur. Iidem Græci etiam interdum γαστέρα vocant, cùm ſpecialiùs ac veriùs de ipſo ventriculo ciborum conceptaculo vſurpetur, vt poſtea expendemus. neſcio an κατὰ τὸ γῆρυ, τὸ κοιλαίνειν ἢ δέχεσθαι, eò quòd eſculenta & poculenta ſuſcipiat.

Caput.

Thorax.

Propoſitio dicendorii.

Venter, cur dicatur κοιλία.

γαστὴρ vnde dicatur.

Celſus cap. 1. lib. 4. nomine abdominis hanc totam partem videtur comprehendiſſe ac finiuiſſe hunc in modum; Ipſa ilia inter coxas & pubem imo ventre poſita ſunt; à quibus ac pube, abdomen ſurſum verſus ad præcordia peruenit; ab exteriore parte, euidenti cute: ab interiori, leui membrana incluſum, quæ omento iungitur: περιτόναιος autem à Græcis nominatur. Hunc bonum Latinitatis authorem ſecuti recentiores, nomine abdominis, totam regionem inter coſtas & os pubis poſitam intellexerunt, Græcis ὑπογάστριον vocatum, Arabibus & eorum ſequacibus, mirach, vt alibi forſan dicetur. Latini tamen communi vſu ventrem, quaſi vterem, aut quòd hinc venæ ad totius corporis alendi partes, atque ipſum alijs diſtribuendum alimentum veniant, denominarunt: communi nihilominùs cum ipſa aluo nomine, & cibi & potus officina, qua de pòſt paulò. nunc enim πάσαν τὴν ὑπὸ τὸν διάφραγμα διάστασιν, vt Erotiani verbis vtar, id eſt, totam ſub ſepto tranſuerſo poſitam capacitatem, hoc nomine intelligi volumus. quam ſub nomine thoracis comprehenſam, Ariſtoteles (vt patuit) ad pubem vſque extendebat. ſpeciatim autem cap. 7. lib. 3. hiſtor. animal. oſſibus carere dixit, & τὴν κοιλίαν vocauit. cauſſámque cap. 9. lib. 2. & cap. 10. lib. 4. part. animal. reddidit; ne aut cibi tumorem, aut vteros plenos impediant, & partuum incrementis obſtent. Quibus ego adiicio, ad coitus facilitatem exoſſes iſtas partes extitiſſe, ne ex mutuo attritu indecens ſtlopus, aut ſtrepitus ridiculus ederetur: eſſétque vel eò maior voluptas, ex mollitie partium inferiorum blanda & ſuaui ac cedente tactui, non parum adaucta. Galenus Ariſtotelem ſecutus lib. 7. de vſu part. fieri potuiſſe negat, vt venter plurimùm dilataretur ac comprimeretur, ſi extrinſecùs oſſa ei appoſita fuiſſent. Nam ſi ita fuiſſet, primùm neq. fœminæ concipere: deinde ne ſemel quidem ad ſaturitatem comedere homines poſſent. Sed vt reſpiratione continua, ſic eſu aſſiduo indigerent. Idem lib. 9. de decretis Hipp. & Plat. anguſtiſſimum ex omnibus animalibus pro corporis magnitudine homini ventrem ineſſe à priore in poſteriorem partem, præſertim ad pectus, aſſerit. quod iam antè ſcripſerat Hipp. libro de articulis. Anguſtiſſimum ventrem ex omnibus homo habet, quantum ad magnitudinem attinet à poſteriore ad anteriorem partem, inſupérque etiam iuxta pectus. vt Galenum ex Hipp. & verba & ſententiam deſumpſiſſe pollis dicere. Et tamen ex eo videor mihi

Ilium ſitus.

Abdominis ſitus.

Peritonæus vbi.

Epigaſtrium

ſiue abdomen, quid.

Venter vnde dicatur, & quid.

Thoracis Ariſtotelis.

Cur venter exoſſis.

N. alia ratio.

Gal. imitatur Ariſt.

Venter hominis anguſtiſſimus.

Digitized by Google

infestè posse, qui ventri & abdomini nati sunt, & in cute curanda toti operosè incumbunt, hos non tam homines, quàm belluas censeri debere; quibus equidem, vt cum scommate dixit Persius,

Homines belluas ventrosi.

Pinguis aqualiculas propenso sesquipede extat.

Sed de ventre priùs quàm dico, & conceptis in eo visceribus; de externa parte & conspicua & media, quem vmbilicum vocant, pauca delibabo; neque enim ventris externi nomina partium & particularum repetam, quæ antehàc in onomasia partium corporis humani recensui. illud potiùs inquiram, quid sit; vnde dicatur, & an medio corpore consistat ac protuberet vmbilicus.

Vmbilicus.

Propositio.

De Vmbilico.

Cap. II.

Vmbilicus, quid, ex qui. compositus.

Dixi antea vmbilicũ esse velut resegmen vasorum, quibus ali embryonem in aluo materno contingit, venis constans duabus, & arteriis totidem, cum medio vrinaculo. cui parti apud Græcos varia sunt imposita nomina, vt antè exposui in generali partium corporis nomenclatura. ὀμφαλὸς Græcis vsitatissimo nomine dicitur, ἀπὸ τῆ ἐμφύσεως, ἐνπνεύσεως, eò quòd embryo per vmbilicum spiret, seu spiritum ducat. ἀ κόσμῳ τῆ ὀμφαλοῦ, quòd ornamento sit toti alioquin æquabili ventri. ἀ τῆ ὀμφαλοῦ φύσεως, aut quòd in tuber & apicem protuberet & assurgat, sitque velut vmbo, aut apex, aut clauus insignis. Sanè vmbilicum vocari à Latinis non aliunde puto, quàm quòd sit vmboni simillimus, qua ratione postrema ex Græco insinuaui; quemquidem medium protuberare in scuto & parma vel clypeo videmus. qualiter vmbilicus è multis tunicis ac ligamentis collectus & striatus, supra ventrem prominet, præsertim in macilentis aut διαπνεύσει in pinguibus namque & carne & adipe obruitur, atque intrò contrahitur, & iam occultatur quodammodo.

ὀμφαλὸς vnde dicatur.

Vmbilicus vnde dictus.

à simili.

Quibus prominet vmbilicus, aut secùs.

Illic etiam, si memini, disquirebam, an vmbilicus in humano corpore sit medius: atque ita esse, multorum testimoniis authorum confirmabam. ex quo, & qui rei alicuius medium volunt insinuare, vt Cicero Siciliæ, Plinius Italiæ, Martialis libri, Varro mundi, Callimachus de Cariæ loco, & noster Ezechiel terræ, atque alij rerum aliarum; non alio vtique conuenientiori, quàm vmbilici nomine per metaphoricam similitudinem vtentur. Lactantius lib. de opificio Dei, communem sequitur opinionem, hunc in modum scribens: Pectori subdita est planities ventris: quam mediam ferè vmbilicus non indecenter nota signat: ad hoc factus, vt per eum fœtus, dum est in vtero, nutriatur. Et certè Galenus lib. 2. plac. Hipp. & Plat. & lib. 5. & 15. de vsu partium, & aliis fortè locis, vmbilicum exactè medium totius corporis locum occupare dixit. cuius sententiam receptam in vulgus, difficile sit ab hominum animis reuellere: atq. vsus communis loquendi, longè ante Galeni seculum, ex eo sic inualuit, mutari vix vt possit.

An vmbilicus sit in medio corporis.

Quòd sit.

Vmbilicus pro medio.

Vmbilici nota, situs, & vsus.

Quòd vmbilicus sit in medio corporis.

A Qui tamen accuratiores in indagando videri voluerunt (quos inter doctus ac diligens Vesalius nomen profitetur suum) non ad vmbilicum, sed infra eundem, circa summum pectinem, qua parte pubis ossa supernè coalescunt, medium in homine exactiùs designant: facto forsan de se & paucis aliis periculo, per mensuram admotam. quod idem cuiuis etiam licet in se & in aliis experiri; & ego verum in me & nonnullis aliis deprehendi. Mihi tamen à veterum & vulgi sententia non tam promptum, & à communi vsu loquendi tum per metaphoras, tum ex genuino sensu, non tam facile est protinus recedere. neq. enim frustrà hæc nota eum locum occupauit; sed natura tali nota & indice, velut corporis (aut saltem ventris) medium designauit. siquidem tum gemina arteria vmbilicalis ad cor per lumbos deuehenda, rectum vena vtraque cauam hepatis partem, qua parte caudex prodit, in embryone per mediam rimulam siue sectionem iocineris subiens, superiori in parte rectius & breuius iter nacta foret; nisi natura quiddam aliud instituisset. est autem recta linea omnium breuissima, vt rectè Euclides tradidit. Ac si secùs in quibusdam, aut C in multis adeo visum est & exploratum (quod & nos vtique sumus experti) non ideo tamen in omnibus necessariò, neque omnibus forsan seculis, neque maiorum nostrorum memoria. multis enim & crura & tibiæ longitudinem multam præ corporis superioris proportione obtinent: nonnullis collum procerum, & velut gruinum: raris caput acuminatum (quale quondam dictis inde μακροκεφάλοις apud Hipp.) partem superiorem vmbilico tenus longiorem efficit. verùm communi vsu & naturæ instituto prisco ac primo (contrà quàm vulgo nostri seculi hominibus accidit) vmbilicus D ipse medium æquali spatio atque interuallo corpus discriminat, & ex æquo metitur. neque (vt puto) aliter olim Polycleti gnomon, & liber & statua sub hoc titulo, corpus humanum dimensus est: neque aliter (opinor) Fabius ille Pictor, nobilis artifex idémque Senator Rom. & quisquis alius denique partium corporis analogiam inter se omnium libro exactissimo, & mensu exquisitissimo complexus fuisse perhibetur. Sanè verò Aristoteles cap. 10. lib. 4. de partib. animal. & iisdem penè verbis cap. 1. lib. 2. histor. animal. quæstionis huius nodum sic vtcumque soluit: Animalia omnia, excepto homine, formam gerunt pumilionis: est E enim pumilio, cuius pars superior magna est; inferior, quæ sustinet pondus, motúmq. exercet, parua, miniméque respondens superiori. superiorem intelligi eam volo, quæ à capite vsque ad excrementi ostium pertendit, qua pectus etiam continetur. Hominibus igitur hæc pars modicè ad inferiorem condita est, multóque minor adultis iam profectísque euadit. infantibus enim è diuerso est, superior magna, inferior minor est. Quamobrem serpunt infantes, nec ambulare possunt: iam principio ne serpere quidem possunt, sed immob les

Quòd non sit medius vmbilicus.

N. sufficit sententiam.

Quòd vmbilicus medius, ob vasa vmbilicalia.

Recta linea breuissima.

Quòd non omnibus, nec semper non medius vmbilicus.

Macrocephali.

Quòd olim vmbilicus medius, nunc secùs.

Polycleti regula.

Fabius Pictor.

Pumilionis natura.

Quòd homo alias puero, alias adulto superus vel infera sint longiora.

Cur infantes repant.

& sint pumiliones. iacent. omnes enim infantes, pumiliones sunt: tum profectu ætatis, hominibus pars inferior augetur: quadrupedibus contrà. &c. Ex quo & hoc problema profluxit 10. sect. 63. Cur vita breui, imbecillisque viribus sunt, qui partem vmbilico subiectam maiorem, quàm superiorem habent pertinentem ad pectus? nisi de vno ventre quæsitum iure dixeris. quid autem sit vmbilicus, & quæ ad eum pertinent, idem author tibi referet: ex quo nos postea.

Nota breuis aui ab vmbilico.

Vmbilicus quid, & vsus. Vmbilicus autem, velut puramen est circa venas, quarum origo ab vtero est, aut acetabulis, si habentur, aut venæ commissa est, ait cap. 8. lib. 7. histor. animal. idem cap. 4. lib. 2. de gener. animal. venam vnam aut plures, quas putamen cuticulare ambit, vmbilicum definit, & cap. 5. lib. 2. demum repetit, & per ipsum alit fœtum in vtero tum iis locis, tum cap. 8. lib. 4. eiusdem operis asserit, & cap. 8. lib. 7. histor. animal. qua de re nos in sequentibus transigemus. Illud porrò festiuum est, quod Aristophanes in symposio Platonis iocatur; cæso per medium Androgyno suo illo primæuo, Apollinem Iouis iussu contractam ventris cutem instar marsupij colligasse; eámque nexum, vmbilicum vocasse.

Androgyni bisfecti fabula, & vmbilici nomen.

De musculis abdominis, epigastrio, peritonæo, epiploo, & partibus ventris exterioribus.

CAP. III.

IAM verò interiora perscrutemur, atque abdita eruamus in lucem: nam de partium corporis externarum nominibus, vt monui, diligenter antè perquisiuimus. atque vt ad præcipua viscera deueniamus, partes superiectas obiter transeamus; Epidermida (quæ *ἐπιδέρμα* incumbit, ideo dicto, quòd *ἐπιδέρεσθαι*, excoriari possit) cutem ipsam seu *δέρμα*, adipem, membranam carnosam, musculos abdominis, peritonæum, omentum; hæc (inquam) omnia breuiter perstringamus, vt sub aspectum vel oculorum, vel mentis, partes subiectæ & his inuolucris tectæ ac munitæ, atque in apertum veniant. de cute dixi iam antea: de adipe forsan dicetur inter humida: musculos primùm abdominis nunc obiter tantùm attingemus: quia de musculis vniuersis agere, alius est instituti, & anatomicæ contemplationis aliàs exponendæ; quos illos plures trecentis singillatim depingere, nunc quidem non intendimus, nec instituimus.

Epidermis. *Derma.* *Partes alui superiores.* *Musculorũ numerus.*

De Abdomine.

ABdomen igitur sic à Latinis primùm denominatur, eò quòd intus abditum conditur: vel potiùs quòd recondita sub se viscera abdit & contegit. Græcis autem *ὑπογάστριον*, quia *ὑπὸ τῇ γαστρὶ*, ventri seu aluo incumbit. Arabibus gentili nomine mirach dicitur. Iam verò abdominis musculi octo numero, vtrinque quaterni, perpetuam naturæ iustitiam declarant & ipsi, quæ partibus dextris sinistras, & sinistris pares dextras atque æquales perpetuò studet efficere. nisi qua peculiaris ratio aliter flagitat, vt antè patuit, tum posthàc patebit de nonnullis partibus singularibus. Ex his obliqui quatuor omnium supremi, ab ilibus ad hypochódria extenduntur. recti duo secundùm animalis longitudinem extant, per medium ventrem traiecti, reliquorum in abdomine musculorum medij, ab ossibus pectoris ad pubis ossa protenduntur. trãsuersi item duo duos illos ad angulos rectos intersecantes, & peritonæo incumbentes, reliquorum sunt omniũ infimi. multiplici quidem vsui cum diaphragmate & musculis intercostalibus vniuersi subseruiunt, omni fibrarum genere similes similibus instructi, recti rectis, obliqui obliquis, transuersi transuersis decussãtibus: loquendi, clamandi, cantandi, spirandi, tussiendi, pariendi, vomendi, alui & vesicæ exonerandæ administri. præter eum vsum, quem præbent partibus subiectis muniendis, tegendis, calfaciendis. Horum venas, arterias, neruos nunc non persequor, quia minuta, vt sæpe sum professus, nunc non attingo. nisi fortè data occasione, vel insignis notæ gratiâ: vt antè de mammarijs venis cum vterinis communionem & connexum habentibus, vtrisque ipsum istud abdomen perreptantibus.

Musculorũ abdominis fibræ, & vsus. *N. studium in hac commentatione.*

De Peritonæo.

ITaque ad proximum peritonæum deuoluor, quod Græcis varia forma finitur ac effertur, *περιτόναιος*, *περιτόναιον*, *περιτόνιον*, *περιτόναιον* à *περιτείνειν* communi tamen nominis origine, *ἀπὸ τοῦ περιτείνειν*, à circuntendendo, quòd velut saccus intestinis omnibus ac visceribus, à phrenibus & mucronata chartilagine adusque pubis ossa contentis, atque ad ilium, coccygis, & ossis sacri terminos, circuntendatur membrana illa, pars simplex & similaris, omnium simplicium corporis membranarum amplissima (cutem enim compositam accipio) tenuis ac solida, fibrarum expers, laris aranearum telis haud absimilis, præsertim tota anteriori sua latitudine; in viris quidem supernè crassior paulò ad vmbilici partes atque ventriculi: in mulieribus autem, ob fœtum & partum, in imo ventre ac pube tenus, non paulò crassior: Vel adeo etiam ab vmbilico deorsum versus geminatur peritonæi tunica, ob vasa insignia, quæ ambit & continet: sursum vorsum alioqui simplex. Latinis nullum nomen proprium sortitur, sed Græcam dictionem retinet: nisi siquibus abdominis membrana *ἀπὸ τοῦ ἐντείνειν* dicta est. Arabum sequacibus, & vulgo chirurgorum, siphac aut ziphac: Arabibus ipsis tum hoc nomine, tum chamel vocatur. Galenus lib. 6. anatom. administr. de appellatione hæc tradit: quem nos in hac parte anatomica sequimur ducem, & postea sequemur præcipuum, vt & alij omnes, qui tamen illi conflare conantur inuidiam, siquid suis sensibus minùs quadrare apud illum deprehendant. sic ergo ille; Non tantùm absolutè appellatur *περιτόναιος* sed à non-

Peritonæi denominatio, & etymon, & vsus, & natura. *Peritonæi crassities in viris & mulieribus diuersa, &c.* *An peritonæon geminum, & quatenus.* *Gentilia nomina.* *N. sequimur Gal. ducem præcipuum.*

Digitized by Google

Peritonæi nomina.

nullis hæc tota appellatio inditur, περιτόναιος ὑμὴν, peritonæos membrana: à nonnullis hæc integra, περιτόναιος χιτὼν, peritonæos tunicæ sunt qui etiam περιτόναιον σκέπασμα, peritonæum tegumentum appellent. hæc ille de nominibus, substantiam & vsum partis adumbrantibus, & vtcumque denotantibus, deinde subiicit; Profecto peritonæum inde nomen sumpsit, quòd

Peritonæum vnde dictū.

prætendatur omnibus tum visceribus, tum intestinis, tum vasis quæ inter septum transuersum & crura habentur. sed Græcè significantiùs hoc modo; κάλυπταί γε μὴν περιτόναιον, ὑπὸ τῶν ἐντέρων πᾶσι μὲν ὅσα κατὰ λαγόνας, πᾶσι δὲ ὅσα ὑπὸ ὑποχόνδριον, ὅσα δὲ ὑπὸ ὑψοῦσιν, ὅσα μεταξὺ φρενῶν τ' ἐστὶ, καὶ πλευρῶν.

Peritonæum quas partes tegat.

Cæterùm quæ peritonæo partes obducuntur, hæ ferè sunt; ventriculus, iecur, lien, renes, intestina, omentum, mesenterium, vesica atque vterus. quibus ille singulis propriam de se tunicam largitur, & emissis de se processibus inuicem colligat. hæc igitur est peritonæi natura atque substantia.

De vsu peritonæi multiplici.

De vsu eiusdem tunicæ, præter mihi dicta, hæc ferè ex Galeno specialiùs lib. 4. de vsu partium. Substantia certè corporis, membrana est peritonæum. vtilitates autē ipsius plures sunt animalibus. Prima quidem (licet omnium minima) vt operimenti tenuis ac leuis, sed validi tamen, & facilis, promptéque cedentis, omniū subiectarum particularum, tum ventriculi, tum intestinorum, & quæ sub phrenibus sunt, viscerum. Secunda autem vtilitas, sicut & diaphragmatis, nequod viscerum aut intestinorū in spatia inter musculos abdominis inania intercidat: sed suo loco & statu vniuersa cohibeantur. Tertia, vt sicci nutrimenti excrementa citiùs subeant: quem motum si non facit, iuuat tamen suo circumplexu, & cum aliis partibus connexu. Quarta, vt ne flatibus distendantur facilè intestina, & ventriculus, quibus arctè apprimitur, nec vacuum extendendo spatium relinquit. Quinta, vt omnia quæ sunt sub phrenibus, colligentur ab eo, & velut pelle quadam vnumquodque priuatim tegatur. & hæc ferè ex Galeno, & rerum natura breuissimè, quæ idem fusiùs demonstrando dilatat. quibus tamen istis nihil admodùm adiici potest ad perfectam rerum explicationem: ad pompam quidem & ostentationem multa possunt. Iuuat tamen hoc scire: Peritonæo à ligamentis vertebrarum lumbarium, & ossium

Peritonæi origo, forma, natura.

tum facti, tum ilium, originem datam videri. ac sicui externæ rei illud comparare velis, oualem (vt vocant) figuram, sacci vel vteris instar quodammodo referre: interna facie intestina versus, plana & læui, & adipe quodam, vel humore lento óblita: externa autem aspera & fibrosa, quò musculis abdominis, septo trāsuerso & aliis pleriſq. firmiùs adhæresçat, & tenacius adnascatur, ægrè interdum ab iis solubile citra fracturam. Variis vasis instratum peritonæum est, tum propriis, neruis, venis, arteriis; tum

Vasa peritonæo tradita.

alienis, quibus per suam substantiam patenti multiplici foramine aditus patefacit exitúsque. de quibus singulis ne nunc quidem plura. nisi hoc obiter moneam ex Faloppio, omnium generum fibris sibi videri prædium & omentum & peritonæum: quod tamen cæteri negarunt. tu in percocto illo minutim dilacerando facito periculum.

An peritonæus habeat fibras?

De Epiploo.

Epiploï synonyma.

HVIC peritonæo deinceps substratum ἐπίπλοον siue omentum: Arabum sequacibus zirbus dicitur. vulgus ventris mappam à forma: nostri coeffam à similitudine formæ nuncupant. Latini vnde denominarint, nondum apud me statui. an quasi augmentum, ceu additamentum, quòd peritonæo additum, eius commemoratos vsus adiuuet? an quòd omnia intestina siue enterа (vnde & exenterare dicitur) implicet & inuoluat? præcipuéque concoctionem suo calore promoueat, vt patebit, vētriculo & intestinis innatans? Vtut sit, certè Græcis non aliunde dictum constat ἐπίπλοον, ὑπὸ τοῦ ἐπιπλεῖν per contractionem, quàm quòd ἐπιπλεῖ, innatat tum ventriculo, tum intestinis: maximum illud homini inter animantia cætera, vt Gal. lib. 6. administra. anatom. scribit. vnde dicuntur nonnulli ἐπιπλοκήλαι, quasi dicas omenti gestatores, quibus epiploon meatui ad scrotum descendenti incidit: ἐπιπλοκήλη id herniæ siue ramicis genus Graij frequentiùs vocant. ego de iis accipiebam potiùs, quibus præ adipe & pinguedine multa, venter prominet ac protuberat, atque vt Persij versu loquar,

Omenti significatio.

Omentum cur dictum.

Epiploon vnde denominatum.

Omentum hominis maximum.

N. alia nostro contrariè Gal.

Pinguis aqualiculus propenso sesquipede extat.

Sicuti paulò antè dicebam. Iisdem Græcis etiā ἄγγειον, sagena; quomodo quibusdam Latinis rete aut reticulum à forma & specie reticulata denominatur. Omentum verò hoc inter cibi instrumenta, quæ primaria ratione facta sunt, à Galeno ibidem refertur: veluti congenitum operculum caloris fouendi gratiâ conditum, vt mox patebit. ex duplici peritonæi velut plexu compositum, medium inter vasa, quæ in ipso continentur: nulli intestinorum connatum: nisi quòd pauculis quibusdam ligamentis dextra parte colo annectitur: sinistra verò, ipsi lieni: anteriore autem, ventriculo. Figura quidem omentum constat quasi marsupij, sacculi, aut peræ: cuius orificium ventriculo imminet, reliquum autem spatium deorsum versus ad ossa pubis vsq. extenditur. Cuius caussâ conceptum impediri (quod tamen perrarum, & vix credibile fit, cùm facile sit peni vel mediocri hunc obicem summouere) in obesis mulieribus scripsit Hipp. aph. 46. lib. 5. quanquam in nonnullis infra vmbilicum non descendit. Atq. si experiri eius figuram velis, exéptum integrum à reliquo corpore, sacci vel marsupij seu peræ pastoritiæ instar implere vel re liquida, vel solida poteris. Qua ratione non iam epiploon dici, quia sursum deorsum circunfunditur & circunflectitur; sed velut periploon vocari iure poterit.

Omenti vsus & compositio, & nexus, & figura.

An omentū possit conceptum impedire? N. dissentitur Hippocrati.

Forma omenti quā deprehendatur.

Sed de vsu epiploi ex lib. 4. de vsu partium sic discere possumus: quid enim me pudeat, discere profiteri, quod & illi ipsi faciunt, qui

Omenti vsus, & compositio.

alios docere inſtituunt, & Galeno tamen inſcitiæ calumniam non verentur impingere? Natura igitur cùm reliquis ventriculi partibus ad tutelam & calefactionem idoneam proſpexiſſet; in anteriore verò ipſius parte nihil haberet propriæ vtilitatis gratiâ illic locatum; quo ad id abuteretur: commodè atque opportunè per totum ipſum ventrem anteriorem, epiploon ſiue omentum, corpus nempe denſum ſimul & lene (quale iccirco fuit peritonæum) prætereáque & calidum ac velut ſuffultum extendit. & denſum quidem, ac duabus validis tunicis conſtans, vt vaſa ſibi commiſſa firmiter colliget, & vt intus concludat innatam caliditatem. lene autem, vt ſine dolore & compreſſione calfaciat. calidum denique, quia tale oportuit eſſe, quod calfaciendi gratiâ factum fuerat. vt autem leue ſimul ac denſum foret, id membranoſum eſſe oportebat: quæ enim particula in animali denſior ac leuior eiuſmodi corpore inueniatur? ſi verò calidum, & vaſa vtique habere quamplurima, quibus ſanguis & ſpiritus continetur, venas & arterias, ac præterea pinguedinem quandam copioſam circumfuſam decebat. quæ quia ſolis arteriis ac venis circumnaſcitur, & in ſpatiis intermediis nulla concreſcit; ideo ex reſudante ab iis ſanguine, & tunicarum frigore condenſato gigni rectè conijcitur. Adeps autem quòd res ſit calida, dignoſcitur & ſenſu ipſo, vrentibus ea nobis olei vice: tum quòd citò & aptè flammam concipiat, velut ad huius naturam proximè accedens: nihil enim frigidum promptè accenditur, vt probat Galenus: cùm tamen alij frigidam adipem aſſerant: de quo alibi diximus. Quòd autem calfaciendi gratiâ factum ſit omentum, docent illi, quibus accepto vulnere in abdomine, omentum putre ac liuidum exciſum eſt: hi enim omnes frigidiorem ventriculum ſentiunt, ægriùs concoquunt, & externis operimentis egent plurimis, concoctionis iuuandæ gratiâ. quam omentum iuuat, non ſoli ventri incumbens (cui tamen præcipuè) ſed in homine quidem longiſſimè deinceps per inteſtina omnia protenſum: quorum coctio alioqui debilis, & tunicæ molles, multíſque noxiis expoſitæ, hoc tegmine mollitur & tegúntur, & fomite blando tepeſcunt. calfacit autem? ergo calidum eſt. de quo aliàs pluribus. Galenus exemplum athletæ ſeu gladiatoris cuiuſdem profert (nos hoc ipſo tempore, quo ſcribimus, idem in milite vidimus) cui ob exciſum omentum, coctio multò deterior euaſit. Hipp. aph. 58. lib. 6. omentum delapſum putreſcere dixerat. quo autem modo ſit excidendum, & reliqua curatio per ἐπιποίησιν adhibenda, idem Gal. lib. 6. meth. med. & ex eo Paulus lib. 6. docent. ſed de hac medicinæ parte alibi commodiùs. nam de omento ſic tandem concludo.

Epiploon igitur (vt & hoc reſumam, & cætera deinceps ſubiungam) ex eo videtur potiſſimùm dici, quòd cùm cæteris, tum maximè & vnicè vni ventriculo innatet, velut innatat (eſt enim vox metaphorica, à re natali tradu-

Anatomiſta Galeno iniurij.

Omentum cur denſum, lene, calidum, lene, adipe & vaſis conſertum.

Adipis generatio, & temperamentum.

Adeps an calida.

Quòd omentum ſuo calore iuuat coctionem, ex contrario tumor.

Omenti magnitudo, & vſus calfaciendi, & coctionis iuuandæ.

Hiſtoria.

Omentum quando computreſcat.

Epiploon vnde dictum.

vbi mox è natare, nauigatio & nauigare propriè dicitur) duabus tunicis dictis (Veſalius cum multis priſcis vnicam notauit) & denſis & ſubtilibus, ſibi ipſis incumbentibus, ſine fibris tamen (niſi Faloppio vni credis) conſtans: quamplurimis verò arteriis & venis de porta, & neruulis à ſexto pari, præcipuéque pancrea (de quo non multò pòſt) & glandulis & pinguedine non pauca (in obeſis autem; plurima; in tabidis etiam nonnulla) conſarcinatum. Cuius epiploi generationis principium è partibus oritur peritonæi, quæ à dorſo vtrinque aſcendunt, ſibi inuicem occúrrentibus ad gibboſiſſimam & altiſſimam ventriculi partem, ibíque magnam arteriam & venam ſecundùm longitudinem eius extenſam inuenientibus. à quibus duobus maioribus vaſis innumeræ venæ & arteriæ minores per omentum excurrunt; mediámque inter vaſa regionem contexunt peritonæi portiones, velut filamenta quædam, ſibi inuicem implexæ. ibíque plurimum adipis congerunt, quod fouet ſimul ventrem, iungítque & inungit membranas: ac per inedíam, calori natiuo ſuggerit alimentum. ſicq. tum dictis partibus, colo, ventriculo, lieni validiùs connexum, tum aliis partibus applicitum, vt pancrea, meſenterio, ecphyſi, & per vaſa communia firmiter alligatum, partes ſubiectas contegit ac fouet. alioqui enim & facilè duplicaretur, & in ſeipſum frequenter inuolueretur ac colligeretur, multáque, quibus tegmine opus eſt, relinqueret.

Cuius cùm ea ſit natura & cõpoſitio, quam dixi; præter vſus ex Galeno commemoratos, ei rei maximè ſubſeruit, vt venas, arterias, neruos per ipſum ſparſos ac diſſeminatos, ad proximas partes, quibus horum ſingula deſtinantur, rutò vehat ac circumducat: ſimul & vt ventriculum dorſo colliget atque affirmet: & hunc hepati ac lieni, interuentu vaſorum connectat: atque inferiore ſua membrana, loco meſenterij, colo inteſtino, quà ventriculo exporrigitur, ſeruiat; à quo ſuam illi connexam tunicam aſſumere idcirco Veſalius credidit, Ariſtotelem & Herophilum ſecutus. Ex quibus ſatis apparebit, quantò feliciùs in rei theologicæ ſpeculatione, quàm anatomicæ cognitione verſatus Lactantius ſcripſerit; An aliquis enarrare ſe putat poſſe, quid vtilitatis, quid effectus habeat tenuis membrana illa pellucens, qua circumnectitur aluus ac regitur? (vel potiùs tegitur) vbi peritonæum, aut omentum, aut vtrumque videtur intellexiſſe, & velut de re ſibi incognita locutus fuiſſe. Celſus paulò maius quiddam ſic lib. 4. cap. 1. adiicit de inteſtinis locutus: Contegit verò vniuerſa hæc omentum, ex inferiore parte, lætè & ſtrictum; ex ſuperiore, mollius. cui adeps quoque innaſcitur; quæ ſenſu (ſicut cerebrum quoque & medulla) caret. His de partibus externis partes nutritionis tegentibus ac protegentibus, nihil omninò, aut ſaltem quod notatu dignum ſit, Plato, Cicero, Plinius, Lactantius, adiecêre. itaque ad Ariſt. teuertor paulò antè à me nominatum. Venter (ait cap. 13. lib. 1.

Omenti compoſitio controuerſa.

Epiploi origo.

Omenti adipis vſus.

Omenti alius vſus.

Lactantius omentum parum pertinuit.

Omenti compoſitio & vſus. Adeps, cerebrum, medulla nil ſentiunt.

Ventris partes vmbilic.

cui, ilia, fames, aqualiculus, hypochondria, ch. 1320.

hiſtor. animal.) infra pectus eſt parte priore: eiúſque radix, vmbilicus eſt. cui radici pars ſubiecta in latus vtrumque, λαγόνες, ilia dicitur. quæ autem recta ſubiungitur, νῶτα, ſumen eſt: ſiue abdomen. cuius poſtremum, ἔντερα, aqualiculus. Sed ſupra vmbilicum, hypochondriũ eſt, à chartilagine quaſi ſubchartilagium denominatum. cauum autem commune ſubchartilagij & ilium, cholagò eſt, Græcè χολάς. Idem cap. 11. lib. 13. part. animal. & cap. 14. lib. 3. hiſtor. animal. Membranis (ait) omnia viſcera includuntur: pro tegmine enim opus eſt, quo illæſa ſeruentur, eóque leuiori. Membrana autem talis ſuapte natura eſt, quippe quæ & denſa ſit, vt arcere poſſit: & carne vacet, vt vaporem nec trahat, nec habeat: & tenuis prætendatur, vt leuis ſit, & nihil ponderis afferat. quam ſententiam paulò antè iiſdem penè verbis expreſſimus. & cap. 3. lib. 4. de partib. animal. hic idem Ariſtoteles; Omentum, Græcè ἐπίπλοον, membrana eſt aut ſeuoſa, aut adipoſa; ſcilicet vtro modo pingueſcere (ſepo vel adipe) animal. ſolet. Oritur id de medio ventre, tam vniuentri, quàm multiuentri generi (Græcè μονοκοιλίοις & πολυκοιλίοις) quà veluti ſutura deſcribitur. ineſt enim & in ventre & in corde, ſuturæ veſtigium quoddam, vnde omentum exorſum reliquam ventris partem, cunctáque inteſtina complectitur in omnibus ſanguine præditis tum terreſtribus, tum aquaticis animalibus. Ortus omenti talis neceſſariò euenit: cùm enim ſicca aut humida miſcella caleſcit, vltimum ſemper cutis membranæve ſpeciem recipit. hic autem locus plenus alimenti eiuſmodi eſt. Item propter membranæ denſitatem, quod ſanguinei alimenti tranſmiſſum colatúmque eſt, id pingue eſſe neceſſe eſt: tenuiſſimum enim hoc eſt, & calore loci iſtius concoctum, pro carnoſa & ſanguinea coagmẽtatione, in ſeuum aut adipem euadere neceſſe eſt. Omentum ratione hac gignitur: ſed natura eo abutitur ad cibi meliorem concoctionẽ, vt faciliùs celeriúſque cibus concoquatur. calor enim vim habet concoquendi: pingue autem calidum eſt: & omentum pingue eſt. itaq. de medio ventre oritur: quoniam reliquã ventriculi partem iecur incidens fouet. hæc de omento Ariſtoteles: quæ lecta ſibi & obſeruata ita Galenus eſt æmulatus, diſſimulato philoſophi nomine, vt ad viuum expreſſerit. Idem verò ſed breuiùs ſcripſerat cap. 14. lib. 3. hiſtor. animal.

Viſcerum tegmen.

Peritonæi & omenti natura, vſus.

Omenti natura, ortus, ſitus.

Sutura cordis & ventris.

Omentum cur ſeuum, denſum, pingue.

Omenti vſus.

Pinguedo calida.

Gal. imitatur Ariſt.

De vmbilico autem idem Ariſtoteles, præter ſuperiora, ita ſcripſit cap. 8. lib. 7. hiſtor. animal. Vmbilicus, velut putamen eſt cuticulare circa venas, quarũ origo ab vtero, aut acetabulis, ſi habentur, aut venæ cõmiſſa eſt. Suut fœtui maiori quatuor venæ, minori duæ, minimo vna. Pertinent duæ ad fœtum per iecur, quà portas appellant, ortæ à vena maiori: reliquæ duæ, ob aorta, qua finditur, & duæ de vna efficiuntur. Vtrumq. venarum par membranulæ ambiunt: & membranulas ipſas ambit velut putamen, vmbilicus. quibus verbis ſimilia repetit cap. 4. & 5. lib. 2. de genera. animal.

Vmbilicus, quid, & vnde ortus.

Vaſa fœtus vmbilicalia.

Atque hæc vnus inter cæteros Ariſtoteles omnium diligentiſſimus, de partibus ventris tum externis, tum primis & membraneis, inteſtinorum & viſcerum ſubiectorum teguminibus ac munimentis, & velut tomentis, coctionis obeundæ tanquam culcitris adminiſtris. quem in nonnullis rectè præcipientem Galenus prudenter eſt ſecutus, vt patuit; nos vtrumque, & ſiquis tum ad eorum ſententiam, tum ad veritatem accedere viſus eſt: aut ſiquid ætas poſterior, & experientia in ſectione corporum humanorum docuit; cùm veteres anatomici ſe ad ſimiarum canúmque & aliorum quadrupedum ſectionem magis exercuerint, præ cadauerum humanorum inopia; quæ aut flammis rogo impoſita ſtatim conſumebantur, aut protinus extincta vita inhumabantur. cùm ducerent crudele, & tanquam impium, mortui hominis viſcera per ſectiones perſcrutari. Quæ vna præcipua eſt ratio, quamobrem priſcis cum recentioribus in pleriſque minùs conueniat: cùm vtrique viſa ſibi & explorata ſcribant, diuerſa tamen diuerſis in animantium diuerſorum corporibus diſſecandis animaduerſa. cùm & natura in nonnullis ludere interdum videatur, & partes, vel potiùs particulas quaſdam alio atque alio modo effingere. Vt tamen vtriſque fides derogari, ſiquid ſtatim ſecùs apparet, non debeat: priſcis quidem ita olim obſeruata ſibi, memoriæ ad poſteros tradentibus: & neotericis diuerſa quædam, licet particularia & minoris momenti, deprehendentibus, & ſcriptis pariter ſuis illa mandantibus. Neque enim natura à ſuo & primario ſcopo facilè aberrat: ſed principales aut inſigniores partes eidem vſui & actioni futuras, ſimiliter conſtruere ſoler: in leuioribus quibuſdam rarò fortaſſe, vti dixi, ludere & laſciuire conſueuit.

Ariſt. laus.

N. quos imitetur authores.

Veterũ & recentium Anatomicorum diſcrimen: & quòd olim humanis cadaueribus caueretur.

Anatomicorum cauſa diuerſarum opinionum.

Natura ludit in humanorum corporum fabrica.

Fides vtriſque deferenda priſcis & nouis diſſectoribus.

Natura non aberrat à ſcopo primario.

De Ventriculo & nutricatione.

CAP. IIII.

PROBLEMA.

An ſine cibo vita conſtet, hiſtoria multiplex.

SED iam tempeſtiuum eſt ventris partes intimas perſcrutari, & totam iſtam officinam alimoniæ ac nutricationis hominum (nam de aliis animantibus dicere nunc niſi in quibus cum homine conueniunt, minimè ſtatui) per partes ſummas ſingulas ac præcipuas expendere; initio ab ipſa gula (quem Græcis œſophagum & ſtomachum, ducibus Hippocrate & Platone & Ariſtotele antehàc vocari monui, ab Arabibus, Meri) velut ſuperiore, altiùs repetito: quem communem ductum & canalem tum cibi, tum potus eſſe demonſtraui. Priùs tamen hoc intelligi debet; eùm tria ſint, quæ hominem conſtituunt, ſpiritus, humores & partes ſolidæ (quæ tria nomine impetẽtium, contentorum & continentium indicauit Hippocrates) huius triplicis noſtræ ſubſtantiæ effluuium quotidie & momento vitæ quolibet fieri, vi

Oeſophagi ſynonyma.

Oeſophagi vſus.

Tria sũma hominum principia, quibus reparentur, & aſſimant.

fieri, vi caloris nativi atque insiti, sicuti Galenus docuit tum locis aliis, tum lib. 1. de sanitate tuenda, & lib. de dissolu. continui, & lib. de tabe, & lib. de aliment. facult. & ad lib. 1. aph. 15. & lib. 6. de vsu partium, & alibi: ita vt breui tempore homini sit commoriendum: nisi triplici simili substantia triplex illa deperdita sarciatur. Quanquam triplex illud effluuium extra corpus fieri, potuimus negare: quin potiùs assumptum alimentum intus confici & paulatim consumi, deinde reliquias per naturales ductus excludi. quomodo videmus oleũ à lucerna, lignum ab igne: sic vt solus cinis supersit. sed receptam priscorum hac de re doctrinam nunc quidem sequi maluimus, alibi de nostra priuata sententia pluribus disserturi, & rem demonstraturi. sic ergo pergimus. Spiritus quidem respiratione & perspiratione frequenti ac propè assidua reparantur, tum iis instrumentis, tum iis modis, quibus à me superiùs est expositum. Humores autem nobis cõgeniti quatuor præcipui (de quibus posthàc in humidorum tractatu) sanguis, pituita, & bilis vtraque: & partes solidæ (quæ ferè ex semine constant, vt alibi dixi) quo naturæ artificio, quibúsve organis instaurari ac refici soleant, deinceps considerandum.

N. triplex effluuium tripleu substantiæ fieri putat intra corpus.

à simili.

Spiritus nostri vnde reparentur.

Humores vnde.

Partes soli. dæ vnde.

Enimuerò Pythagoreis quibusdam nos minimè assentimur, sine vllo & cibo & potu vitam diutiùs constare posse, ac solis odoribus sustentari. Licet Astomorũ gentem solis odoribus viuere apud Plinium legerimus lib. 7. cap. 3. Ad extremos enim (inquit ille) fines Indiæ ab oriente circa fontem Gangis, Astomorum gentem sine ore (illud nempe Graiis sonat, ἄστομοι, ἀπὸ στόματος) corpore toto hirtam, vestiri frondium lanugine, halitu tantùm viuẽtem & odore, quem naribus trahant, Megasthenes scribit. nullum illis cibum, nullúmque potum: tantùm radicum florúmque varios odores, & syluestrium malorum, quæ secum portant longiore itinere, ne desit olfactus: graviore paulò odore haud difficulter exanimari. Licet idem cap. 2. lib. 7. Sauromatas tertio die cibum semper capere scripserit. Licet Augustum quartidui inedia mortem irritam inuocasse dicat libri eiusdem capite 45. Licet Democritum legerimus, vltimum vitæ triduum solo olfactu panis calidi vino affusi traxisse ac produxisse, metuentem ne Cereris sacra, intempestiua sua morte prophanaret, vt Laërtius lib. 9. memorat. Licet sola contemplatione diutiùs viuere homines affirmet Cardanus cap. 41. lib. 8. de varietate rerum. Licet Leonardus Pistoriensis se ita assuefeciss memoret, vt septimo quôque die cibum sumere contentus vixerit. Licet Scotum quendam Anglica historia referat, per dies 40. in turri Londinensi sine cibo perduraſſe, & primo lactis hausto, cum cibis postea nouam gratiam iniisse. Nam apud Val. Maximum cap. 4. lib. 5. filia pia exerto vbere famem matris captiuæ, lactis sui subsidio leniebat. Quid verò tam inauditũ, quàm matrem vberibus natæ alitam esse? hoc verò demùm est verè αἰσχιστορῶν. Nisi hoc adeo insolentius videri posſit, Cimona consimili fortuna affectum, pariq. custodiæ traditum, iam vltimæ senectutis hominem, velut infantem, pectori filiæ suæ admotum, suxisse alimentum vitæ sustinendæ necessarium, pro ea quam natę vitam olim dederat, vsuram repetentem. Sed in his pietas fuit, & pietatis mirabilis effectus: alimẽtum non defuit, quod tum dictis, tum dicẽdis dẽfuisse, certi authores affirmant. Albertus magnus Ratisponensis Episcopus, lib. 7. de animalib. mulierem Germanicam se vidisse asserit, quæ dies viginti, & sæpe 30. famem & inediam omnimodá viuendo pertulerit. Idem regnãte Friderico II. Coloniæ quendam melancholicum (id genus hominum ad omnem tormẽti vim induratissimũ & cõstantissimum esse solet) & alienatæ mẽtis hominẽ, sepтẽ hebdomadas ab omni cibo abstinuisse testis oculatus refert, sola interim aqua victitantem. Ego testis auritus, ex multis fide dignis intellexi, in confinio Turonici & Andegauẽsis agri, Haïæ puellã viuere nunc etiamnũ superstitẽ, quę pari modo per totũ biennũ, & amplius eo, nihil cibariorũ sumpserit, aquæ potu ex interuallis recreari solitam. ea non procul à nobis habitat, iure digna quæ à nobis inuisatur, si superuixerit. iter est non vnius integræ diei. D. Augustinus suo tẽpore quendam vidit per dies 40. ab omni cibotum genere abstinentem. Idem Petrarcha sibi visum Venetiis cõfirmat. Olympiodorus Platonicus Aristotelis testimonio asseuerat hominem visum, qui quandiu vixit (vixerat autẽ ad virilem vsq. ætatẽ) nec esse, nec dormire sustinuerit, soláq. mora in sole, loco alimẽti pasci solitum. Gallus quidã Romæ diu versatus, post susceptam Hierosolymitanã peregrinationem, Romã reuersus, Nicolao V. Pontifice, bienniũ, (ita Poggius Florẽtinus testis oculatus asserit) sine cibo & potu traduxit. Et quod omniũ mirabilissimũ est, Nicolaus quidã Heluetius Vnderualdensis, anno Christi 1460. post susceptos ex coniuge liberos quinq., solitariã vitã vouẽs, per annos quindecim (mirabile dictu) sine cibo & potu superuixit, futura velut augur hominibus sui seculi prædicens, vt Episcopus Constãtiensis de illo suo parocho seu paroeco & subdito, memoriæ mandauit, & Fulgosius sub finẽ libri primi tũ de hoc, tũ de aliis subiecit. cuius abstinẽtiæ tẽpus alij ad annos 22. ausi sunt extendere: & Ioannes Damascenus tuetur factũ: Bocarius ad annos 30. aut huius, aut alterius cuiusdam Alemani omnimodam inediam adstruit. Nam Philo Iudæus lib. de vita contemplatiua, recensens *iuuẽtã*, veterum Christianorum instituta, ieiunium Eremitarum ad tertiũ, quartum, quintũ, sextum diem extendit, vt Eusebius lib. 2. cap. 7. histor. eccles. citat, & cap. 11. lib. 1. histor. tripart. repetitur. Et hoc iam in admirationem nos rapit, cum pauco pane, sale, hyssopo, & aquæ potu (ἐφοδιάσιον vocabãt) tam multos dies transigi posse: imò sic vitam deinceps totam traduci. Nam Cataphrygum & Montanistarũ ieiunia, de quibus Eusebius hist. eccles. lib. 5. cap. 18. & eorum multiplicem quadragesimam: deinde Arabũ & Mahometistarũ

6 Cimonis filiam lactantis.

10 Germanicæ malieris.

11 Coloniẽsis hominis melãcholici.

12 Puella Turonensis.

13 Alium eiusdam.

14 Veneti.

15 Hominis Graci.

16 Galli.

17 Heluetij.

18 Alemani.

19 Supplicium Christianorum.

20 Cataphrygum & Montanistarum, & Mahometistarum.

An sine cibo vita constare possit? Historia.

1 Astomorum.

2 Sarmatarum.

3 Augusti Cæsaris.

4 Democriti.

5 Sueporũ.

6 Leonardi.

7 Scoti cuiusdam.

8 Filia matrem lactantis.

insanam inediam, quia cum fide orthodoxa non suscipiuntur talia, sed phanatico furore exercentur, impietati proxima iudico; & à dæmone præcipi atque foueri puto. De Æthiopum autem monachorũ sub presbytero dicto Ioanne degentium prorsus admiranda abstinentia, & victus atque cultus austeritate per historiam recentem & modernam testificam, nihil nunc statuo, incertus an sanctimoniæ, an superstitioni magicæ (sicuti de Mahomete ipso Alcoranus, de alijs multiplex testatur historia velut ἐνεργουμένοις, & à dæmoniis possessis, nihil cibi in totum gustantibus) tribui talis & tanta esuries debeat. sicuti de Scytharum pastu, quem decimo aut duodecimo die vnicum inire & capessere perhibentur.

21 Æthiopum.
22 Energumenum.
23 Scytharum.

Hoc autem quia verissimum credimus, ideo & demiramur; Eliam, Mosem, Christum, nostræ legis ac fidei diuinum authorem, inediam per dies totos 40. & noctes totidem pertulisse: sed diuino quodam modo, & omnes naturæ limites excedente. sicuti de eorundem imitatrice ieiunij Maria Ægyptiaca memorant. sed ipsa vis miraculi iam efficit, vt mirari desinamus. & quæ nunc subiicimus, illa & fidem, & admirationem, & naturam omnem superant.

24 Elie, Mosis, Christi, Mariæ.

In agro Tullensi apud nostros Gallos, circa annum D. 1312. puellam XII. annorum, post sumptum crustulum sanctificum, quam hostiam sacram vocant, per triennium nihil cibi aut potus assumpsisse. In Perusia alteram puellam annorum circiter XX. Palũbam Interamnensem dictam, nullo alio cibo, quàm semel sumpto pane illo angelico, & planè substantifico, per septennium sustentatam fuisse; siquidem Innocentio VIII. Pontifici testi præsenti asseueranti credimus. Alex. Benedictus lib. 11. cap. 10. Ætate sua virginem sacerdotalem, Columbam nomine, inediam pluribus mensibus sustinuisse testatur. Athenæus lib. 2. refert Timonis amitam bimestre tempus absq; cibo traducere solitam. Poggius Imp. Lothario puellam vndecim annis ieiunam permansisse refert. Rondeletius nostro æuo puellam vidit toto decẽnio cibi ieiunam, pòst nuptam, & fœcunda prole parentem. P. Aponus mulierem vidit Normanam per annos octodecim ieiunam: aliam duplo spatio. Hermolaus Barbarus Romæ sacrificulum vidit, sola aëris inspiratione per annos quadraginta superstitem. Talis apud Spiram in Germania visus.

25 Puella Tullensis.
26 Perusinæ puellæ.
27 Columbæ monialis.
28 Amitæ Timonis.
29 Puellæ cuiusdam.
30 Puellæ alterius.
31 Normanæ fœminæ.
32 Alterius mulieris.
33 Sacerdotis.
34 Spirensis Germani.

Quid mirum, dices, idem homini contingere, quod & Haiæ quadrupedi in America regione noto, quod & Chamæleoni animali quadrupedi, lacertæ simili, sed vastiori, naturale esse circumfertur? Imò vel multò maximè, inquam. quia Chamæleo, macilentum & gracile animal, amplissimo thorace ac pulmone, ventre substricto, assiduè inhiãs, aërem trahit, quo cordis sui calorem exiguum temperet, pauci adeo cùm sit animal sanguinis: aut vt Aristotelis verbis vtar ex cap. 11. lib. 4. de partibus animal. Omnium ouiparorum pedestrium tenuissimus Chamæleo est: quippe qui omnium maximè inopia sanguinis rigeat. Causa ad

Sic Haia vel Chamæleo viuunt sine cibo.
At dissimilis est hominum natura, qui.
Chamæleonis naturæ, & mores.

mores animæ eius referenda est: præ nimio namque metu (quod & de Polypo idem eodẽ loco testatur) multiformis efficitur. metus enim, refrigeratio per inopiam sanguinis caloríque est. At homo nihil sortitus horum, caloris natiui & sanguinis multum habet è natura: ideo crebrioribus alimentis, velut ignis insiti fomitibus quibusdam eget; alioqui periclitaturus de ignis & caloris sui extinctione repentina. Quid si nec Chamæleo quidem à cibis abstinet? quod Aristoteles vtique non tacuisset eius describens historiam cap. 11. lib. 2. de historia animalium, & cap. 11. lib. 4. de partib. animal. Plinius quidem adiecit lib. 8. cap. 33. in eius descriptione naturæ; Ipse (inquiens) celsus hianti semper ore, solus animalium nec cibo, nec potu alitur, nec alio quàm aëris alimẽto, reddítque semper quemcumque proximè attingit colorem, præter rubrum candidúmque. Dixerit Plinius: alij aliter sentiunt atque affirmant, qui in Arabia & in Ægypto, lingua longa ac tereti insecta caprare, & muscas, scarabeos, locustas, formicas lentore saliuæ irretitas venari conspexerunt. licet annuam inediam perferre iidem fateantur, vt Bellonius de aquatilibus lib. 1. asseuerat. Quòd si in annum poterit, & in duos ac plures poterit. Sed quid homini cum Chamæleone? bipedi cum quadrupede? rationali ac diserto, cum muto & ἀλόγῳ animali? calido & sanguineo cum frigido ac propemodùm exangui? edaci ac voraci, cum ieiuno & squalenti? Nisi quòd vt ille omnem propè colorem æmulatur: sic homo omnes hominum atque animalium mores, voces, figuras, opera imitatur: lingua & oratione fallaci atque inconstanti, ad istius colorum varietatem accedens quàm proximè: à reliqua autem natura longè latéque distans ac diuersus; de quo tamen illud iure dixeris;

A
B
C

Chamæleonis & Polypi natura.
Metus quid.
Chamæleonis natura & mores.
An Chamæleo solo aëre inspirato viuat. Quid non.
Quòd annuam ferat inediam.
Hominis & Chamæleonis discrimen & affinitas.
à simili.
Hominis æmula & vafra natura.

Quo teneam vultus mutantem Protea nodo?

D

Homo, Proteus.

Nos igitur de rebus physicis ac medicis physicè ac medicè tractantes, ex physicorum & medicorum placitis asseueramus: naturæ leges ita ferre & statuere (quibus tamen diuina ratio, mens, voluntas & imperium parêre ac subiici recusat) vt longiorem inediam omnimodam perferre homo nequeat, quàm fortasse tridui, aut sanè intra septiduum, quod summum est. quam metam quisquis sine cibo & potu vllo transigit, huic ad vitam & sanitatem recuperandam nulla spes reditus supereſt, viribus ac spiritibus interim resolutis: calore natiuo suis pabulis vniuersis depastis & consumptis, paulatim langueſcente: sanguine defecto: facultatibus omnibus prostratis atque sopitis: stomachi & intestinorum viscerúmque habitu, mole, temperamento, charactere, facultate collapsis, euersis, emortuis, deperditis. quod & Hippocrates noster in medicina coryphæus edixit sũmo & principali edicto lib. de carnib. hunc in modũ cõcepto ac promulgato: Quòd verò vita hominis septem dierum sit, etiam ex hoc manifestum redditur. Siquis in septem diebus nihil edere aut bibere velit, pleriq. quidem in ipsis moriuntur. sunt autem qui ipsos

Homini longissimus inedia terminus.
Inedia supra septiduum lethalis, cur.
Hipp. edictum de vltimo inedia humanæ termino.
Vita humi-

E

viii septem diebus.

transmittunt, & tamen moriuntur. sunt etiam quidam, qui persuasi sunt, vt ne desperaten[t] A seipsos fame conficientes, sed comederent ac biberent. Verùm venter non ampliùs suscipit: ieiunum enim intestinum in his diebus concreuit, moriuntúrque etiam illi. Hæc summa Hippocratici edicti est, quod nos tueri & obseruare (nisi diuinæ legis authoritas, aut miraculi fides aliud à nobis postulet) in totum decreuimus. hæc meta atque hic finis iciunij naturalis est, quam prudens Philo sua illa narratione prætergredi non est ausus: & quam qui dicuntur prætergressi, aut falsò id fecisse memorantur (quales sunt pleræque veterum historiæ, ad admirationem magis confictæ, quàm ad rei veritatem conscriptæ) aut diuina quadam ratione, & naturæ modum, humanæque fragilitatis terminum superante, excessisse existimantur. Ideóque viderit Plinius, quo se authore tueatur, cùm scribit capite vltimo lib. 11. Homini non vtique septimo lethalis inedia. durasse & vltra vndecimum pleroſque certum est. mori esuriendi semper inexplebili auiditate, animalium vni homini. Quanquam quid impossibile (vtar hoc verbo, iam frequenti scriptorum Latinorum vsu recepto) ei qui potuit & potest solus omnia, esse tandem potest? Vnde bufoni illi apud Augustodunum in agro Virodunensi: aut vnde serpenti illi in Latio, Martino V. Pontifice, lapide & marmore durissimo inclusis; vnde geminis pisciculis similiter in rupe vel caute solidissima inuentis, generandi, spirandi, nutriendi, augendi facultas accessit? Quanquam & de hoc mirabili casu, reddi aliqua potest ratio: vt hæc fortè, aut similis alia quæpiam: In omnibus inesse omnium semina: & animali sic incluso, nec perspiranti, naturâ frigido, in subiecto & frigido & solido vitam prorogari posse, calore pauco nativo tali frigore circumstantis marmoris & lapidis foto & contemperato; & lapide ipso, lento atque assiduo suctu, paulatim tum ad accrementum, tum ad nutrimentum attrito & excauato; sicuti mihi videor antehàc quodam problemate de piscium respiratu demonstrasse. Sed nunc miracula rerum non persequimur: quod homini naturale & consuetum est, id verò inquirimus. Animanti compositio quaquà versum perspiranti, caloris insiti vi semper concoquenti, assimilapti, nutrienti partes sui corporis singulas, longa vel immodica inedia, certa mors est. quomodo plantæ excisæ & eradicatæ, & à terræ consortio auulsæ, necessaria imminet ἄωρος, sua quædam illi mors naturalis & familiaris: imò & homini, & animali cuicumque, longè breuior vitæ terminus (nisi alimenti succedat perpetua vicissitudo) quàm plantæ stupidæ, hebeti, nec perspiranti (nisi suo quodam modo & sorte) suóque congenito succo quodam viscido ac tenaci suum sibi virorem & vitam vegetatiuam sustentanti; certam perniciem & exitium breui tempore impendere comminatur; sicuti nostro in Strabum commentario ex Theophrasto probauimus.

Inedia vltra septimum diem cur necessariò perimat.

Inedia vltra diem septimum, naturæ limites excedit, & diuina est.

Inedia adusq. diem vndecimũ.

Bulimos hominem prorsus.

Deo nil impossibile.

Historia, de bufone, angue, piscibus in marmore inuentis.

Qua ratione ibi nascãtur & viuere illis contingat.

Animali ligato inedia, mors est, quamobrẽ.

à simili.

ἄωρος plãtarum.

CAP. V.

PROBLEMA.

An solo aquæ potu vita sustentari possit? vbi de vino, lacte, alimenti necessitate, animæ facultatibus, fame & siti.

AN verò possit homo aquæ solius hausta aliquandiu viuere (quod nos paulò antè aliquot historiis mirificis ostendimus) qua ratione stirpem per dies complusculos irrigatam, virescere, frondescere, florescere, vigescere videmus, etiam quæri potest. Sanè verò refrigerari æstus cordis & sanguinis poterit, ventriculus atque intestina venæque humescere, tumescere, irrigari; genius fraudari, vis concoctrix eludi fallique poterunt. sed verum alimentum ab aqua meraca corpori accedere non poterit; cùm sit aqua simplex: homo autem compositus, simplici quopiam ali nequeat. Quinetiam Hippocrates aquam alere in totum negauit. & libro de victus ratione in morb. acu. Aquæ potui in acutis morbis nullum aliud opus habeo, quod attribuam. neque enim lenit tussim in peripneumonicis, neque sputum educit: sed minùs quàm alia, siquis semper aquæ potu vtatur. neque sitim sedat, sed exacerbat. Est enim naturæ bilioſæ bilioſa, & præcordio mala, imò pestima fit ac bilioſissima, & vires maximè prosternit, vbi in vacuitatem ingressa fuerit. sed & splenem auget & hepar, vbi inflammatum fuerit, & fluctuat ac superinnatat. Nam & tardi transitus est, eò quòd frigida est & cruda ac incoctilis: & neque per aluum secedit, neque per vrinas transit. insuper autem & propterea læsionem inducis, quòd à natura stercus non subducit. hæc ille de aquæ potu.

Vini & lactis alia est ratio: alere enim vtrumque potest; hoc quidem, quia sanguini congener, & sanguen album (vt ille vocat) & compositum de composito alimentum. illud autem, quia fructus est, isque ideo compositus, quia de terræ visceribus, vitis suum sibi congenerem & familiarem succum pertraxit in alimentum; eúmque compositum, in vinum compositum & ipsum sua quadam vi insita & familiari conuertit: ideo sanguinem terræ à philosopho cognominatum. Vinum potaturus rex, memento te bibere sanguinem terræ, dicebat Androcydes Alexandro magno apud Plinium lib. 14. cap. 5. Nihil enim propè est, quod tam citum alimentum homini conferre, atque vinum queat (Facilius est autem potu, id est liquido alimento, quàm cibo impleri, iuxta aph. 11. lib. 2.) naturæ expetitum, homini familiare, visceribus amicum, facile concoctu, in sanguinem conuerti conuenientissimum, distributione promptum, assimilando expeditum, alendis partibus perquàm idoneũ. Vaporibus quidẽ blandis prima ocyssimi alimenti gratia defertur: sed hoc alimentum quia spirituale est, spiritibus solis sufficit:

An solo, vt vinum, aqua sola vitam sustentet.

Aqua sola non potest alere, quare.

Nil simplex alit.

Aqua inutilis in acutis morbis.

Aqua nec famem, nec sitim lenit, cur.

Aquæ potionis damna in acutis.

Vinum & lac possunt alere, quàm obrem.

Vinum alit, quia compositum.

Vinum, sanguis terræ.

Historia.

Potu quàm cibo facilius impleri, cur.

Vino dapes.

Quæ citissimè alant; nempe vapores, deinde vinum.

hos excitat, reficit, recreat, reparat, auget. *Spiritus, humores, partes solidæ, quibus alantur.* sustinet: humores & partes solidas (altera duo dicta nostri principia) instaurare nequit, cùm sint naturæ grauis, densæ, solidæ, mixtæ, & à vapore plurimùm discrepantis: ideóque cibo, eóque composito reparari sarcirique postulant, similes vtique simili. cuius alimenti post coctionem & distributionem reliquias egeri contingit: quod è re simplici neutiquam fieret. eáque de causa, Chamæleonem ali conuenienti suæ naturæ, & pauco alimento credibile est: quia & excrementa aluo reddere perhibetur: quod vtique non faceret, si solo aëre inspirando viuere posset contentus, vt vulgo creditur. Nam & embryo simulàc lucem aspexit, & aërem hunc persensit, quodam sui generis excremento aluum exonerat, quod μηκωνίαν, quasi papauerculum cum Hipp. & Arist. ac priscis suo loco vocauimus. Quin & plantis, quia viuunt, per medium sui, siue centrum trunci atque ramorum, reliquias alimenti velut per quendam alueolum (contrà quàm Aristoteles sensit, vt mox patebit) aut aquæ ductum decurrere videmus.

Chamæleo reddit alui excrementa: ideo ali coniectura est.

Embryo natus aluũ exonerat, qualiter.

μηκωνίαν, &.

Plantæ egerunt sua quædam excremẽta, quæ. N. contra Arist.

De aqua autem atque vapore ita iam olim statuerat Aristoteles, vt antè protuli vspiam ex lib. de sensu & sensili: Aquam ipsam per se & incommixtam alere non posse: cùm oporteat id quod ex aliquo constituatur, corpulentum esse. & eò minùs consentaneum videri, vt aër corporetur. cum autem non in ventriculum, officinam alimenti, sed ad cerebrum ferri (non tamen totum, vt suo loco ostendimus) qua parte odoratus organum esse docuimus. Ideóque olfactile, quatenus olfactile, nihil ad nutricationem conferre: sanitati tamen ea ratione prodesse, qua & nuper, & iam antehàc demonstrauimus.

Aqua non potest alere, quia simplex. Sic nec aër.

Aër quà & quò feratur in corpus.

Odorata per se non alunt.

Epilogus. Ita ergo statuimus naturam humanam physicè contemplati; non diuino quodam miraculo supra naturam, neque cibo cœlesti, neque verbo substantifico, neque pane illo ἐπιούσιῳ (quod paucis & viris sanctis, & mirabili quodam ratóque modo accidisse credimus) alitum ac sustentatum corpus, vtique nutrimento suæ naturæ conuenienti indigere, vt vitam sospitem tueri, suásque actiones edere queat. *Vita quid?* Quid est enim vita? Nempe iuxta philosophum cap. 1. lib. 2. de anima, vita nihil aliud est, quàm nutritio, accretio & diminutio: quæquidem per id ipsum fit, quod viuere dicitur. Aut vt idem lib. de vita & morte definit; Vita, prima est nutritiuæ animæ in calido participatione mora. Quare corpus omne naturale particeps vitæ, substantia est, eáque cõposita. ideóque ali & quidem substantia non simplici, sed composita, necesse habet. Quomodo enim sine alimento vita diutiùs prorogari possit? quomodo corpus incrementum capessere, nisi nouis quotidie fomitibus, velut ignis lucernæ, oleo; aut velut planta, terræ succo velut irrigetur? Ideo rectè idem Aristoteles cap. 12. lib. 3. de anima; Necesse est omne quod viuit, animámque habet, nutriendi vim habere ab ortu generationéque vsque ad interitum corruptionémve suam. necesse enim est omne quod est ortum, accretionem & statum & decretionem habere. quæquidem, vt patet, sine nutritione fieri nequeunt. Necesse est igitur vniuersis his quæ accrescunt atque decrescunt, inesse potentiam nutriendi, eámque sensuum beneficio accedere, de quibus antehàc dictum à nobis copiosè.

Corpus necessario eget alimento secundum naturam.

Corpus cõpositum composito eget alimento.

Corpus sine alimento nequit viuere.

Animantia egent alimento, absentia incremento, statui, decremento. (Hic locus explicas sequentem ex Tomeo Lucensi.)

Illud verò ex eodem Arist. scire nec minùs interest ex cap. 3. lib. 2. de anima; Animæ potentias esse has, nutritiuam, sensitiuam, appetitiuam, loco motiuam, intellectiuam. de aliis partim diximus antè, partim aliàs sumus dicturi: nunc enim de nutritiua facultate considerabamus. Plantis quidem nutritiuum est duntaxat: aliis autem & idipsum, & sensitiuum. quòd si sensitiuum inest, & appetitiuum etiam inest: nam appetitus, cupiditas est, & ira, atq. voluntas. Animalia verò cuncta vnum ex sensibus habent, tactum, inquam. atque cui sensus inest, ei voluptas etiam & dolor inest, & perceptio iucundi atque molesti. quibus autem hæc insunt, & cupiditatem etiam habent: hæc enim est appetitio eius, quod afficit voluptate. alimenti præterea sensum habent: tactus enim, sensus est alimenti: nam siccis & humidis, calidis & frigidis aluntur viuentia omnia. horum autem, vt patet, sensus est tactus: cæteris verò sensilibus nutriuntur per accidens: nihil enim conducit ad alimentum, sonus, vel color, aut odor. sapor autem, vnum quid est eorum, quæ tactu percipiuntur. At verò fames sitísve, cupiditas est; sicci quidem & calidi, fames: frigidi verò & humidi, sitis. at sapor, horum quasi quoddam est condimentum. Similiter Gal. lib. 1. sanit. tu. cibo quicquid siccioris substantiæ effluxit, sarciri; vt potione, quicquid humidioris, post Arist. scripsit.

Quibus adsit sola nutritiua facultas, aut simul sensitiua, & appetitiua.

Tactus omnium animalium communis.

Voluptas & dolor, comites sensus.

Concupiscentia quid.

Tactus percipit qualitatem alimenti solus.

Fames & sitis, quid. item sapor.

Quinquam quæri potest, fames an solius sicci calidíque appetentia sit: vt sitis, frigidi humidíque, contrariæ nempe vtriusque qualitatis. Nam potu impleri satiaríque famem rectè scripserat Hipp. aph. nuper citato 11. lib. 2. & 21. lib. 2. & solo lactis haustu vitam sustentari legimus & scripsimus & credimus. potum autem ex Hipp. pro liquido alimento, quale & ex lacte accedit, accipies. Deinde ex iis quæ alunt, multa insignem qualitatem calidam aut frigidam nullam habent, sed temperata vtcumque sunt, aut sanè temperatis proxima, vt panis ipse: aut frigidis etiam propinquiora, vt sunt fructus permulti, præsertim quos Græci vocant ὀπωρινὰ· quædam omnino frigida, qualia febricitantibus præscribuntur hordeata, auenata, iuscula, & eiusmodi. Sitim autem multi ex instituto priuato & peculiari, aquæ tepidæ aut simul mixti vini haustu satiant: quales etiam nouimus anili persuasione potionem sanguinis calori natiuo æquare: quidam posca sitim restinguunt, cùm tamen acetum siccet. vinum autem manifestè calfaciat, sicuti multa potionum & μεσμάτων genera.

Dubium, an fames calidi sicci, sitis frigidi humidi appetentia sit?

At multa humida nutriunt.

Imò Aristoteli sola humida nutriunt.

At multa alimenta in actum temperata, aut frigida etiam.

At sitim sedant tepida, & calida.

Superstitio in potu.

Sed his amplior respõsio alio loco parabitur:

Dubium, an ſimile alatur ſimili, vel contrario?

ſicut etiam huic dubitationi, An ſimile ſimili alatur & accreſcat: an contrarium contrario ſit nutrimentum. vtraque enim opinio ſuos aſſertores habuit: Hi enim alimentum mutari ac digeri; mutationem autem rerum omnium in oppoſitum vel in medium eſſe tuentur.

Quòd à contrario, qui.

Præterea conſtat nutrimentum aliquid pati ab eo, quod alitur: hoc autem ab alimento non patitur quicquam: quemadmodum nec à materia faber, ſed materies à fabro. Quanquam

Alimentũ patitur ab alendo: & an à contrario.

Gal. lib. 3. facult. natural. cap. 7. fieri poſſe negat, duo corpora ad agendum & patiendum apta, vbi conuenerunt, quin ſimul agant patiantúrque, vt mox repetam. Atenim intereſt planè, an nutrimentum ſit id quod vltimò tandem adiungitur atque aſſimilatur: an non hoc, ſed in quod primùm ingreditur. Quòd ſi vtrumque quidem eſt alimentum, alterum tamen eſt digeſtum, alterum indigeſtum: vtrũque in modum profectò & contrario contrarium, & ſimile ſimili dicere licet nutriri. Nam ſi vt indigeſtum ſumatur, contrarium contrario alitur: ſin vt digeſtum, ſimile ſimili nimirum hoc pacto nutritur. Quare patet illos vtroſque partim rectè, partim non rectè dicere ac ſentire, vt Ariſtoteli quidem videtur cap. 4. lib. 2. de anima.

Alimentũ quid.

Quòd à ſimili, quomodo.

Sed ea de re nos iterum forſan poſtea, ex medicorum placitis: Nam nunc antequam à Peripateticorum placitis ſpatiiſque diſcedimus, libet ſubiicere ex eorundem decretis, tres animæ facultates eſſe ſummas ac præcipuas (genera vel ſpecies partéſve illi conſuetiùs appellant: vt patuit: licet minùs propriè: quaſi anima in quantitate ſua diuidi poſſit per partes; aut ſuas ſpecies diſtinctas habeat, inque plures diuidatur) videlicet vegetatiuam, ſenſitiuam, intellectiuam. Vegetatiua ſola plantis adeſt: ſenſitiua cum vegetatiua, in mutis, quæ etiam bruta dicuntur, ineſt: intellectiua ſeu rationalis cum duabus illis, ſoli homini quadrat. de ſenſibus internis atque externis, déq. anima rationali, & eius potentiis diximus antea. reſtant pauca quædam circa vegetatiuam conſideranda, à qua & per quam rebus ineſt viuere. ad quam referendæ ſunt facultates triplices, eæq. naturæ primæ ac principes actiones, nutritiua, augmentatiua, generatiua. Nutritiua, accedente extrinſecùs alimento, per alterationem quandam ſiue aſſimilationem (quæ vis ſingulis corporis particulis ineſt) corpus alit & fouet, repoſito in locum deperditi, ſimili alio familiariſque nutrimento, vi caloris natiui ipſum alterantis ac ſubigentis. Ex quo conſequens eſt, ex copioſiore eo quod affluit, quàm fuit id quod deceſſerat, vt corpus in triplicem dimenſionem, nempe in lõgum, latum & profundum (quod ſolius naturæ opus eſt) aliquatenus augeatur & accreſcat, donec ad ſtatum, vel ad ætatis vigorem peruentum ſit. quod in homine ferè ad annum 25. contingit (quanquam Plinius lib. 11. ad annos ter ſeptenos hominem creſcere in longitudinem putauit) oſſibus paulatim in omnem magnitudinis modum, corpus reliquum extendentibus: cùm ipſa hactenus ſequacia ſint, & augeri facilia, donec iuſtum naturæ ſuæ incrementum ceperint. quod in aliis animalium generibus, diuerſo quidem temporis ſpatio, & ſuo, pariter accidit. Neque enim moles in infinitum abire poteſt, licet alimentum ſupetat ac ſuperet: ſed quæ cuiq. generi animantium conueniens eſt à natura magnitudo, καθ' ὑδὸν & μέτρον, ſecundùm plus & minus, ea vi alimentorum efficitur, ac ſuſficitur, in aliis maior, in aliis minor, per analogiam alẽtis atq. alti. ita tamen vt naturæ, regioni, parentum indoli, temporum cõſtitutioni, animantis temperamento, ſoli ac cœli genio aliquid tribuendum ſit. Hac (inquam) ratione vis auctrix ab alteratrice & nutrice adiuta, hominem, ſicut & animal quodliber, ad iuſtam molem perducit. Deniq. ex ſuperflui benigna quadam portione, vis gignendi in ſuo quæque genere ſimile non numero, ſed ſpecie procreat, ſuum ſibi ſic perpetuãs genus, & mirabili quodam modo veluti æternum atque immortale efficiens, ac per vices reparans, vt poſtea ſuo loco fuſiſſimè demonſtrabimus. Nam de generatione, quæ in vtero perficitur per alterationem & formationem: de auctione, quæ hominem ad perfectam magnitudinem & iuſtum incrementum prouehit: de nutritione, quæ vitam tuetur & conſeruat, legendus eſt tibi Galenus lib. 1. facult. natural. & reliquis deinceps longiori oratione, ſed docta & cumprimis accurata philoſophatus. de quo hanc tibi opinionem Ariſtotelicæ iſti contrariam de nutritionis modo nunc ex occaſione proponam, ex lib. 1. de ſemine; Perpetuò (ait) è ſubſtantia vniuſcuiuſque aliquid effluit ac digeritur: vnde alimento opus eſt. Atque id quod per alimentum additur, ſimile eſſe omnino debet ei quod digeſtum eſt. vtque hîc quoque tua verba tibi, ô bone Ariſtoteles, in memoriam reuocem, alterum ex duobus neceſſe eſt: vel ſimilis ad ſimile acceſſione, ſi vniuſcuiuſque corporis quod alitur, partes in cibo continentur: vel ſi id non eſt, immutato cibo atque alterato, nutritionem fieri. Sed priorem illam opinionem de ſimilaribus, tu ipſe vt falſam confutaſti: alteram, quæ alterationem introducit, vt veram commendas. Neque tamen ex omnibus in omnia mutationes fieri dicendum eſt; ſed in id quod naturæ illius quod mutatur, vicinius eſt, facilior eſt mutatio. atque ideirco facillimum eſt ſanguini, vt caro efficiatur: membranæ verò, neruo, venæ, arteriæ ac tunicæ, difficillimum. Quæ igitur nutriuntur, primùm proprium ſingula è ſanguine ſuccum trahunt, vt Hippocratis ſententia eſt. alia enim ſunt quæ craſſiore ſanguine, alia quæ tenuiore indigent; alia quæ calidiorem, alia quæ frigidiorem; alia quæ pituitoſum, alia quæ melancholicum deſiderant: nonnulla itẽ quæ exquiſitiorem ac puriorem; rurſúſque his alia etiam multò puriorem requirunt: quòd etiam quibuſdam ferocior perfectiúſque concoctus conueniat, quibuſdam nihil obſtet quin alãtur, etiãſi huiuſmodi non fuerit id quod alit. Deinde poſt proprij humoris in ſingula mẽbra

Vegetatiua cui propria: cui comes ſenſitiua: cui tertia adiuncta intellectiua.

Vis vegetatiua facultates, & eius tres numeri.

Nutritio, quid, & quomodo alat.

Auctrix corporis, vnde, & natura propria.

Hominis incrementum, & ſtatus, quãdo, & quo de cauſſa.

Incrementi ſtata cuique generi animantium periodus.

Quæ incrementum adiuuent.

Auctricem iuuant alteratrix & nutrix.

Vis genetratrix quid agat.

Perpetuatio generis quã fiat.

Neceſſitas alimenti ex aſſiduo effluuio.

Quòd ſimile alatur ſimili, contra Ariſt. & nutritio qui fiat.

An partes alti contineantur in cibo?

Nutritio per alterationem, quomodo?

Alendi quomodo trahant è ſanguine ſibi ſimile alimentum.

attractionem, id quod est attractum, in multas particulas dissolutum, paulatim quasi exhalatione, attrahentibus membris adiungitur, ac quadam temporis mora immutatur: diutinâque ea mora, parti illi quæ attraxit alimentum, sibique assimilauit, concorporatur. Ne igitur opinêris, singula ex principalibus membris animalis è semine à principio constitisse, aliunde verò suum vltimum atque accommodatissimum habere alimentum. hæc eo loco Galenus, ex aliunde à se demonstratis, aduersus Aristotelis de generatione & nutritione, & aduersus positam paulò antè de nutritionis modo sententiam pronuntiat: ex quo mox plura, sed suo quidem ordine: nam ad maiores regredior.

Assimilatio qui fiat, & aggiumatio.

Non omnia membra ab initio constant semine, & alantur sanguine.

A

B

De Nutritione, ex philosophis.

CAP. VI.

PLATO in Timæo, suo quodam & sublimi modo de nutricationis ratione differens, allegoricè totam rei naturam sic exposuit: Τὸ δὲ ὅτου τε ἕνεκα τοῦτο διεσκευάσατο τῆς ψυχῆς, ἡ ὅτου ἐνδεᾶ ἐξ ἀνάγκης τὸ σῶμα τοῦτο ἔχει φύσει, νῦν ἐκ τοῦ μεταξὺ ἤδη τοῦτο φράσει, καὶ τῇ σοφίᾳ τὸν ἀμφαλὸν ὅρον κατάπασαν, ἣ φάτνιον ἐν ἅπασι τούτοις τοῖς σώμασι θεοῦ πεπαιδιᾶσθαι· καὶ κατέδησαν δὴ τὸ ζῷον ἐντεῦθεν ὀπίσω δὲ, ὡς θρέμμα ἔμελλεν. ἵνα φέρον ἢ δὲ ξυνεστιάσιν ἀναλίσκῃ, ἔνθεν τε μέλλοι τοῖς ἔπειτα ἥξειν ἥξειν. ἵν' οὖν ἀεὶ παρεσκευασμένον ἔχοις φάτνην, ἐκ τοῦ πρόσθεν τὸ βυλευόμενον ἐκτείνειν, ἥρμοσεν ἡ βουλὴ ὡς ἐλαχίστην παρέχοι, τὸ κράσιμον καὶ ἀνοχλοῖεν ἐξεῖ τὸν πάντα κοινὸν ξυνδιαφθείρουσι τοῦ βυλεύσαι, ἡ ἔξω ἔκ τ' ἀνάγκης ἔδοσαν εἰσπεσὸν εἰσπεῖ τὸν πάξιν. εἰδὼς ἢ αὖτὸ ὡς λέγω μηχανᾶται ξυνόντι ἐμεῖναι, ἐπὶ τε καὶ μεταλαμβάνοι ζώων αὖθις ἀεὶ θνητοῖς, οὐκ ἐμοῦσιν αὖτοῖς τὸ μέλλον ζῴοις ἔσεσθαι λέγω, τοῦτο ἢ πάλιν ἐν καὶ φαντασμάτων νυκτὸς τε ἢ μᾶλλ ἡμέρᾳ μάλιστα ψυχαγωγήσαντ· τοῦτο δὲ ἡμῖν ὀνειρώσεις, αἷσπερ ἕκαστος ἰδίας ξυνίησιν, ἐς ἥκειν εἰς τὸν αὐτὸν καταίνων. id est, Postremò eam animæ partem, quæ esculenta & poculenta cupit, & reliqua omnino, quibus corpus indiget, concupiscit, mediæ regioni inter diaphragma & vmbilicum applicauêre: vbi quoddam quasi præsepe ad totius corporis alimoniam extare volebant; & ibidem illam vim animæ, tanquam agreste animal, alligauerunt. Hic sanè illam corpus suum alere necessarium est, si quando mortale quandoque futurum est genus. Vt ergo ad præsepe semper illa pascatur, habitétque procul à consultore; ideóq. illum clamore & strepitu suo minimè turbet; sed permittat præcipuum nostri ducem tranquillo in otio, communi omnium vtilitati consulere, regionem idcirco inferiorem ipsi habitandam dij dedisse videntur. Quoniam verò videbat Deus partem illam animæ talem fore, vt rationem non exaudiret: & siquo sensu pulsaretur, nullo modo rationibus obtemperaret; sed simulacris visisque nocte diéque maximè raperetur; idcirco naturam iecoris procreauit, & in eius habitationem disposuit, de quo postea suo loco & ordine.

Platonis stylus sublimis.

Naturalis facultatis seu concupiscibilis sedes vbi, & quamobrē. à simili.

Alimenti necessitas.

Vti altrix cur procul à rationali.

Hepatis natura.

C

D

E

Timæus autem ἀρχέπολις ipse Locrensis hac quidem de re sic breuiter transigit: Τροφὴ δὲ πᾶσι τοῖς ῥίζας ἔχουσι καὶ πεδίας, πηγὴ δὲ τῆς πασῶν ὑπάρχουσα τοῦ σώματος, ἡ δὲ ἔστι πάσης τῆς καταβρώσεως ὑπόδεσις, αὐξῆσαι λέγουσι· ἔστι δὲ μείωσις, φθίσις· ἡ δ' ἀκμὴ, μεθόριον ἑκατέρων ἐστί, καθ' ὃ τὸ ἴσον ἀναιρέσεως καὶ ἀναβάσεως πέφυκε. λυομένων δὲ τῶν ἀρχῶν τῶν σωμάτων, ἔστι παλαιὸν δίδος πολίτευμα, ἡ Θεοὶ ἀμείβονται, ἀνάπαλιν τὸ ζῷον. id est, Vniuersum alimentum à corde, tanquam radice; & à ventriculo, tanquam fonte, corpori subministratur: quod siquando maiori copia, quàm quod effluit, irrigetur, accrètio nuncupatur: sin minori, diminutio: quarum medium tenet, quæ ἀκμὴ nominatur, & virilis ætas (siue flos ætatis & vigor; vel potiùs æquabilis tenor citra accrementum ac diminutionem, eodem manens in statu) & in effluendi & influendi cernitur paritate. Cùm autem constitutionis modulatus ac numeri soluti sunt; siquidem spiritui præcludatur transitus, nec cibus distribuatur, moritur animal.

Alimenti origo & fines.

Accretio, diminutio, status ab alimento qui fiat. (See antea ex Arist. sum interpretatus, contra interpretis sensum)

Sed & Platonem suum secutus Aristoteles cap. 3. lib. 2. de partib. animal. hunc scripsit in modum; Sed cùm omne quod augetur, capiat alimentum, necesse sit: alimentum autem omnibus ex humido & sicco suppediteturi; quorum concoctio & mutatio nonnisi per caloris vim agitur; fit vt tam animalia omnia, quàm stirpes, etsi non alia de caussa, tamen ob eam rem principium caloris naturale habeant, necesse sit: idque ipsum partibus sit pluribus accommodatum, quemadmodum cibi conficiendi administrationes. Prima enim administratio perspicua est, cùm per os, partésque ore contentas perficiatur animalibus, quorum cibus sectionem desideret. sed hæc nullius caussa est concoctionis, sed facilitatem concoquendi potiùs præstat. Cibi enim illa minutatim diuisio, facit vt calor faciliùs conficiendo expediat. at superior & inferior venter iam cum calore naturali, suo concoquendi officio funguntur. Sed vt os animalis, cibi inconfecti meatus est, atque etiam pars ei annexa, quam gulam appellant, cibum quibus data est animalibus, vsque ad ventriculum deducit: sic alia quoque adesse principia oportet, quorum operâ, membra omnia corporis ex ventre naturáque Intestinorum, quasi præsepi, pabulum capiant. Stirpes enim siue plantæ suis radicibus alimentum iam confectum ex terra hauriunt. quocirca ne excrementum quidem (quod tamen antè improbaui) contrahi in stirpibus solet: terra enim calorèque eius perinde ac ventre vtuntur. At animalium genus omne ferè, sed apertè quæ incedunt, quasi terram, intra se continent sinum ventris, ex quo vt illæ radicibus, ita hæc aliquo intercedente, cibum assumere debent, donec finem sequentis concoctionis faciant. Cibus enim ab oris officio, ventri mandatur: hinc membrum aliud capiat necesse est. & quidem ita natura constituit: venæ enim per totas lactes ad ventrem tendunt vsq. exorsæ inferiùs. venæ enim, quasi vasa sunt sanguinis: sanguis autem animalibus sanguineis vltimũ alimentum:

Alimentum vnde, & cur necessarium, & cibo qui fiat.

Calor naturalis necessarius ad alendum & coquendum.

Alimentum qui suppeditetur: & masticationis vsus.

Colli in vtroque venire, qui.

Cibi ductus.

Partes vnde & quibus alimentum trahant. à simili.

An stirpes habeant alimẽti excrementũ? N. contra Arist. ex Theophrasto.

Similitudo ventris & terræ ad alendum.

Venæ quomodo à ventre alimẽtũ emulgeant:

Digitized by Google

& earum vſus : item ſanguinis.

exanguibus verò, id quod vice ſanguinis habetur proportionale. ſed de ſanguine & venis poſtea ſuo loco.

Cibariũ ſunt cum generes noſtri humores.

Vt autem ſermonis huius partem à Platone deſumpſit Ariſtoteles; ſic alteram ab Hippoc. fœnenatur: ſic enim ille initio lib. 4. de morbis: In omnibus cibis ac potibus,& bilioſi aliquid ineſt, & aquoſi, & ſanguinei,& pituitoſi, in alio plus,in alio minus. Quapropter & quæ eduntur ac bibuntur, alia alius præſtant ad ſanitatem. Poſtquàm verò comedit ac bibit homo, corpus in ſeipſum humorem relatum ex ventriculo, & fontes trahunt per venas de vẽtriculo ſimilis humor ſimilem, & corpori diſtribuunt. Quemadmodum etiam in plantis ſimilis humor ſimilem trahit de terra. habet enim eodem modo terra omnigenas in ſeipſa ac innumeras facultates. Quæcumque enim in ipſa naſcuntur,his omnibus exhibet humorem ſimilem vnicuique, qualé & hoc ipſum quod naſcitur, ſibi ſimilem iuxta cognationem ſuã habẽt. & trahit vnumquodque de terra alimẽtum,quale etiam ipſum exiſtit. Cui porrò plãtæ in terra cognatus humor multò vberior eſt quàm conuenit, ea planta ægrotat: cui verò paucior quàm opportunum eſt, ea reſiccatur. exempla de roſa & allio ſubijcit: Meſues hunc æmulatus, de colocynthide proponit. ſed idẽ rurſum Hippocrates libro de natura pueri ſic philoſophatur: Quemadmodum quæ in terra creſcunt, à terra nutriuntur: & prout terra habuerit,ſic etiam naſcentia in terra habent. Etenim ſemen vbi deiectum fuerit in terram, humiditate quadam ab ipſa impletur. habet enim in ſe terra omnigenum humorem, vt naſcentia nutrire poſſit: impletum autem humore ſemen inflatur & intumeſcit, & vis quæ in ſemine leuiſſima eſt, ab humore cõdenſari cogitur: condenſata autem à ſpiritu vis, & humore folia producente, ſemen rumpit, & primũ folia foràs emergunt: Vbi verò emerſerint,cùm non ampliùs ab humore in ſemine exiſtẽte, folia nutriri poſſint,rũpitur infernè ſemen,itémque folia & ſemen à foliis coactum, vim ſuam ad inferna demittit, quæ videlicet in ipſo reſtat propter grauitatẽ, & fiunt radices ex foliis diſtentæ. Poſtquàm autem plãta iam firmiter radices infernè egerit, & alimentum à terra ſumit,tunc ſanè totum euaneſcit, & in plantam conſumitur, præter corticem, qui ſolidiſſimus exiſtit. Rurſus autem cortex in terra putrefactus, progreſſu temporis euanidus fit,& quædam folia ramos producunt. Ex ſemine itaque, tanquam ex humido nata planta, donec quidẽ tenera & aquoſa fuerit, in augmentum ſupernè ac infernè procedens, fructum excludere non poteſt: non enim vim habet fortẽ ac pinguem, ex qua ſemen cõdenſari queat. Vbi verò ſolidior facta eſt, & progreſſu temporis radices egerit; tunc iam & venas habet amplas, tum ad ſupernam, tum ad infernam partem: & tunc ſanè non ampliùs aquoſum ex terra trahit alimentum, ſed craſſius & pinguius ac copioſius: quod calfactum à ſole, efferueſcit in extremitates,& fit fructus iuxta cognationem, ex

Nutritio qui fiat.

A ſimili.

Plãta quomodo alantur à terra.

Plantarum morbi cauſſa.

Plantarum alimentum à terra.

Plantarum ortus è ſemine qui fiat.

Semẽ quomodo germinet ſurſum ac deorſum.

Corticũ natura. Ramorum germinatio.

Plantæ incrementum & fructificatio.

A quali etiam generatus eſt. Multus autẽ ex modico propterea fit, quòd ſingula ex terra naſcẽtia,maiorem vim ex terra,quàm ex eo vnde generata ſunt, trahunt: & efferueſcant non ſecundùm vnum, ſed ſecundùm multa. Quum autem fructus prodierit, à planta ſua nutritur. planta enim à terra trahens,fructui tranſmittit: Sol autem fructum coquit, & ſolidum facit, quod aquoſius in ipſo eſt, ad ſeſe trahens. hæc eo loci Hippocrates: cuius ſimilitudinis ratio ad fœtum traducitur, pari quodam modo in aluo matris per venas & coryledonas alitũ: quo de naturæ opificio quoniã poſthàc vberrimè à nobis tranſigetur, ideo nunc iure prætermittitur, & ad nutritionem corporis, quæ à vẽtriculo dependet,per analogiã nunc aptari cõcipitur. vt tamen medici acumen admirari hubeat, plantarum originem, incrementum, fructuum productionẽ, nullo Phyſico minùs accuratè & ſolerter perquirentis ac demonſtrantis.

Cur multi fructus ex vno ſemine.

Terra reddit eum ſœnore.

Fructus nutritio & accretio, vnde: item maturitas.

Fœtus quò nutriatur in vtero:

& quomodo partes corporis à ſtricule.

A ſimili. Hipp. lam.

Enimuerò iſtam nutricationis neceſſitatem, & incrementi conſequentiã,& potionis vſum, neq. craſſus alioquin Epicureus ignorauit Lucretius: ſic enim cecinit lib. 4.

Illud item non eſt mirandum,corporis ipſa
Quòd natura cibum quæris cuiuſque animantis.
Quippe etenim fluere atque recedere corpora rebus
Multa modis multis,docui: ſed plurima debent
Ex animalibus iis, quæ ſunt exercita motu:
Multáque per ſudorem ex alto preſſa feruntur:
Multa per os exhalantur, cùm languida anhelant.
His igitur rebus rareſcit corpus, & omnis
Subruitur natura,dolor quam conſequitur tum.
Propterea capitur cibus, vt ſuffulcias artus,
Et recreet vires interdatus, atque patentem
Per membra ac venas, vt amorem obturet edendi.
Humor item diſcedit in omnia,quæ loca cumque
Poſcunt humorem: glomeratáque multa vaporis
Corpora, quæ ſtomacho præbent incendia noſtro,
Diſſupat adueniens liquor, ac reſtinguit vt ignem,
Vtrere ne poſſit calor amplius aridus artus.
Sic igitur tibi anhela ſitis de corpore noſtro
Abluitur: ſic expletur icinna cupido.

Corporis alimenti neceſſitas vnde.

Corporis effluuij perennis cauſſa.

Alimenti neceſſitas atque vſus, & diſtributio.

Sitis modus atque ſanus.

De facultatibus naturalibus & primariis, & de nutricatione, ex mediis.

CAP. VII.

Tranſitio.

SED ſatis de extremis, ad manus conſerendum veniamus,& ex medicorum veriſſimis ac certiſſimis monimentis tem totam explicemus,ac velut ſub oculos ſubijciamus: facultates primùm cibi & potus conficiendi præſides expenſuri, quas velut cauſſas effectrices Galenus definire ſolet,vt libris de facult. naturalib. & de ſimpl.medicament.facult. Harum igitur facultatum beneficio corpus animantis,præcipuéque hominis quo de agimus, architectata natura,& idoneis membris ad ſuam quibuſque actionem idoneã compoſitis fabricata, ex materia caduca & fluxa,vt diutiùs perdurare poſſet atque ſubſiſtere,effecit. Has autem ſummas & primarias in corpore humano triplices eſſe

Facultatũ naturalium.

Corporis humani fabricatio.

Facultatū numerus, & vſus.

facultates eadem natura voluit, quarum mutuis operis incolumis vita atque ſolpes exiſteret, vt Galenus noſter ille dux & author multis locis tradidit, vt lib. 7. plac. Hippoc. & Plat. & lib. 8. meth. med. & ad librum de natura hum. & totis libris de facult. naturalib. & ſanè alibi ſæpiſſimè. quarum quæ vitalis dicitur, vitam homini largitur, in corde poſita, θυμικὸν ex Platone & Ariſtotele à Galeno vocata, quaſi animoſa ſiue iracunda. animalis deinde animam diſpenſat, in capite collocata, ſenſus & motus præſes, & functionum animæ principalium (quas ἡγεμονικὰς diximus, ſiue ἡγεμονικὸν) dux & moderatrix: λογιστικὸν, rationalem ex eorundē philoſophorum ſententia vocauimus. tertia denique atque omnium infima, naturalis, ijſdem dicta ἐπιθυμητικὸν, concupiſcibilis, naturā corporis alendo & fouendo conſeruat, in hepate potiſſimùm ſita: ſed & reliquis organis naturalibus, quæ corpori nutriendo natura præfecit, de quibus nunc inſtituta nobis diſceptatio eſt: namq. de duabus reliquis iam antehàc à nobis tranſactum: quas duas illas & influentes vocant, quòd à ſuis principiis ad partes quaſcumque vel adeo diſſitiſſimas dimānent: poſtrema autem naturalis, inſita nominatur, quaſi à principio naturæ ſingulis membris ingenita ad cōſeruationem ſui.

Facultas vitalis, qualis & vbi.

Facultas animalis, quæ, & vbi, & vſus.

Facultas naturalis, quæ, & vbi, & vſus eiuſdem.

Facultates influētes & inſitæ, quæ.

Facultatis naturalis ſpecies, & earū vſus, ac nomina.

Huius naturalis facultatis (quæ etiā ἕξις, altrix ab officio nuncupatur) quatuor ſpecies vſitatiſſimæ celebrantur, & toti corpori, & totius corporis ſingulis partibus cōmunes, motu & quiete alternantibus, villorum ſeu fibrarum præcipuè beneficio agētes: rectorum, qui trahendi: tranſuerſorū, qui expellendi: obliquorum, qui retinendi vim habent. Iſtarum quatuor facultatum, communi apud medicos vſu, hæc recepta ſunt vocabula: tractrix, retentrix, concoctrix, expultrix: aut ſi Græcè mauis, ἑλκτικὴ, κρατητικὴ, πεπτικὴ, ἀποβλητικὴ δυνάμις. Eædē verò etiā adminiſtræ nutritionis dicuntur, quòd alimentum & toti & partibus ſubminiſtrent & ſuggerant. Quibus ſingulis totidem actiones pari numero reſpōdēt; eò quòd facultates ipſæ, actionum cauſſæ habentur, non modò in naturalibus, verùm etiam duabus illis ſuperioribus. ſed nunc de naturalibus tantùm.

Fibrarum vſus.

Actiones facultatū.

Alimentū quomodo partibus accedat, & facultatum, opera mutua.

Id verò tum ſingulis, tum vniuerſis partibus inſitum eſſe natura voluit, vt ad ſui conſeruationem & incrementum, conueniens alimentum ſibi ſenſu defectus ſolicitatæ pertraherēt: ipſúmque attractum tandiu retinerent, quandiu quantum & quale neceſſariū habent, coxerint, ſuxerint, ſibi aſſimilarint: poſtremò reliquias ſuperflui tum copia, tū qualitate graues, expellere ſatagant. Vt enim pars alatur, augeatur, foueatur, ſimilem ei ſubſtantiam ſuffici ac reſarciri neceſſum eſt, qualis antea effluxit. ſicque cū nunquā idem reſtituatur alimētum, ſaltem priori ſimile, & parti familiare inſtaurari decet. quia non idē ac ſimile ſingulis partibus conuenit, ſed his atq. illis aliud atq. aliud qualitate, ſubſtātia, tēperamento lōgè diuerſum, & ſuæ ſubſtātiæ cognatum. Ex quo patet Ariſtotelicæ quæſtioni reſponſio, ſimile ſimili, nō autē contrario contrariū ali. Oportet enim toti nutrientis ſubſtantiæ cum tota nutriti natura cōmunionem aliquā intercedere atq. ſimilitudinē, qua facilè alimentum in aliti ſubſtantiam trāſmutari & aſſimilari queat, vt Galenus lib. 3. de tēperamen. & lib. 1. de elemēt. & lib. 4. ſimpl. medicam. facult. cap. 10. & lib. de ſanitate tu. & & alibi docuit. Ideo quæ aſſumentis naturæ cōuenientiora ſunt, ea minore negotio, vt trāſmutētur, egent. Quanquam autē familiaria alimēta dicuntur: tamē naturā quandā aduentitiā tum vētriculo, tū aliis partibus inferunt. nā etſi maximè tranſmutētur, à corpore: ipſum tamen quodāmodo pro ſui natura diſponunt, ait ide Galen. cōment. ad aph. 50. lib. 1. contrà quā Ariſtot. docuit lib. 2. de anima, & antè protuli.

Alimenta familiaria, quomodo alterēt & alterentur.

Iam verò concoctum alimentum, & in partis ſubſtantiā conuertendū: primū per certos ductus & canales, quas venas dicimus, diſtribui ac diſpergi: mox ex iiſdē vaſis excedere, ſpargiq. roris in morē: deinde eidem parti apponi, poſt agglutinari quodāmodo ac velut concreſcere atq. neceſſe habet: tandē verò aſſimilari, & tanquā concorporari: quæquidē ipſa demū nutritio eſt: eius nempe quod nutrit, ad id quod nutritur, aſſimilatio, vt Galen. lib. 1. facult. natural. definit. ſiue eius quod vacuatur, repletio, vt idē comment. ad aph. 15. lib. 1. exponit, præcipueq. toto amplißimo illo de facultatibus naturalibus tractatu rē omnē accuratißimè ſpeculatus. ſicuti & illud: Vi cōcoctricis ac nutricis facultatis (quæ & alteratrix appellatur) adiutā facultatē auctricē, toto eo tēpore, quo ad ætatis vigorē peruenitur, corpus in omnem dimenſionem extendere ac producere: nempe in longū, latū, & profundū. id autem incrementū fieri, vbi alimentū excedit copiā eius quod effluxit: & calor natiuus validus concoctū aſſimilā, e valet: ſiſti autē, cū oſſa ſuū robur adepta ſunt, ſolidiora facta: & cum calor natiuus elanguēſcit, neque paret materia ſequax & ad incrementū parata, toto iam corporis reſiccato habitu, vt idē Galen. reperit lib. de opt. corp. conſtit. & cōment. ad lib. de natura humana. quodquidē ſtati incrementi ſpatiū triplici annorum ſeptenario aliàs ex Plinio finiuimus, poſt Ariſtotelē. Conſtantinus ad 35. extendit, ſed malè. deinceps pingueſcere hominē, & artus in molē maiorē turgeſcere multis cōtingit, ſed in longū porrigi, minimè. de conſequēte verò procreatrice facultate, vt nuper ſum pollicitus, ſuo poſthàc loco dicetur.

Alimenti diſtributio, oppoſitio, agglutinatio, aſſimilatio.

Nutritio quid.

Corporis incrementi cauſſa, & ſtatus, & modus.

Incrementum & ſtatum quæ perficiant.

Corpus humanum quo tempore increſcat & deſinat.

Cū igitur omnis animantiū natura diſſolutioni cōtinuæ, & inanitioni triplicis dictæ ſubſtātiæ ſit obnoxia: perpetuóq. illo effluxu, potior ac tenuior puriórq. noſtræ ſubſtantiæ pars diffletur ac diſſipetur: diſſipationi iſti ſarciendæ ac reparādæ, ſagax & prouida atq. artificioſa natura, & animantiū præcipuā curā gerēs, nutrimētū, velut præſens inanitionis remediū excogitauit, vt eius beneficio, quicquid continuo illo effluxu diſſolutū atq. inanitū foret, id totū cōuenienti alimentorū ope inſtaurari poſſet atq. reſtitui, ſicuti locis antè productis, poſt Galenū oſtendimus, idēmque lib. de aliment. facultat.

Reparatio alimenti neceſſitas, & vſus.

Similia ſimilibus, non contraria alit.

Alimentum necessaria cognitio, quæstio.

inculcat. quorum huc omnis natura pertinet atque dignotio, vt sciat quisque, quo alimoniæ genere ſimilem deperditæ ſubſtantiæ aliã ſubſtantiam ſubſtituat. ſed cùm aliud nobis ſit inſtitutum, hanc tractationem & longam & fuſam relinquemus, ſummatimque sic colligemus.

Alimentũ, quid, & quomodo alat.

Alimentum vocat Galenus lib. 1. de ſimpl. medicam. facult. & lib. de facult. naturalibus, quicquid corporis noſtri ſubſtantiam augẽdo nutrit ac foueat. vt autem nutriat, id quidem à naturali calore alterari ac ſubigi poſtulat, & in familiarem alimenti qualitatem ſubſtantiámq. demutari. Medicamentum contrà non alere, ſed alterare noſtri corporis ſubſtantiam valet, vt idem ibidem ſcribit author. Sed & Ariſtoteles cap. 4. lib. 2. de genera. animal. Alimenti ratio duplex eſt, ait: altera nutriendi, altera augendi. Nutriens eſt, quod eſſe præbeat, & toti & partibus. augens, quod acceſſionẽ ad magnitudinẽ faciat. id quod ſubiectis docet exẽplis.

Medicamẽtum quid.

Alimenti vtrumque, quo.

Alimentũ quomodo triplex, à tempore, mutatione & actione.

Sed vnus omniũ optimè Hippocrates lib. de alimento, triplex alimentum ita diſtinguit, & poſt eum Galenus non infrequenter: nempe id quod nutrit, & id quod velut nutrimẽtum eſt, & quod nutrimentũ futurũ eſt. tẽplici namq. ſic diſtincto tẽpore, tũ præſenti, quatenus actu nutrit: tũ imperfecto, nempe quatenus parat ſe ad alendũ: tum deniq. futuro, quatenus poſthàc alere debeat. Conſtãtinus loc. commun. lib. 4. cap. 2. Hipp. (ait) cibo impoſuit tria nomina. vnũ, cùm iam nõ eſt cibus, ſed potiùs ſuccus: alterũ, cũ iam in ſanguinẽ mutatur: tertium, cùm augmentet, ſolidet, & aſſimilet. Verũ latius erit fortaſſis Galenũ audire interpretantẽ ex cap. 11. lib. 1. facult. natural. Nutritio, ait, eius eſt quod nutrit, ad id quod nutritur, aſſimilatio. quæquidẽ vt fiat, agglutinatio ſiue adhærentia (Græcè συμφυσις) antecedat oportet. ſicuti etiã vt illa fiat, requiritur appoſitio ſiue ἐφαψις. poſtquã enim ſuccus is, qui omnẽ animalis particulam nutriturus eſt, à vaſis excidit, in totam eam primũ diſpergitur, mox adiungitur, deinde agglutinatur, demum aſſimilatur (ἐξομοίωσιν Graij vocãt) quodquidẽ ſubiectis exẽplis diſtinctionẽ illã verborum artificialiũ declarantibus docet, vitiliginis atq. hydropis: deinde ſubijcit: Ac propriè quidẽ nutrimentum eſt, quod nutrit: quod autẽ velut nutriens eſt, nondũ tamen nutriuit (cuiuſmodi ſcilicet eſt quod agglutinatur, vel quod apponitur) id propriè nutrimentum nõ eſt, ſed æquiuocè. quod autem in venis eſt, atque hoc etiam magis quod in ventriculo eſt, id tanquam nutriturum aliquando ſit, ſi probè concoctum fuerit, nutrimentum appellatur. qualia ſunt omnigena edulia nutriendo repoſita. Id namque eſt quod ab Hippocr. dicitur: τροφὸς ἡ μὲν πρώτη, τὸν πρωτὸν, ἡ δὲ δεύτερη, ἡ δὲ μέλλουσα τρέφειν. id eſt, Nutrimẽtum quod nutrit: nutrimentum quod velut nutrimentum eſt: nutrimentum quod nutriturum eſt. Siquidem quod iam aſſimilatur, nutrimentum appellauit: quod vero tale eſt, quale illud, nempe appoſitum agglutinatúmve genus, velut nutrimentum: reliquum omne, ſiue id in venis

Alimentũ propriè & æquiuocè.

Alimentũ triplex.

Nutritio quid, item agglutinatio, item appoſitio, item digeſtio, item aſſimulatio.

A continetur, ſeu ventre, futurum nutrimẽtum. hæc eo loco Galenus, Hippocratis obſcurè dicta, dilucidè & clarè interpretatus. ſimodò is Hippocrates fuit, ac non potiùs Theſſalus: aut vt quidam credunt, Herophilus: doctus vir tamen, & cumprimis acutus: qui iſtam nominum differentiam circa alimentum (qualis & medicamento triplici poteſt aſſignari) obſcurè indicarat potiùs, quàm diſtinxerat: cùm dicere augere, corroborare, incarnare, aſſimilare, & diſſimilia facere quæ in ſingulis ſunt, iuxta vniuſcuiuſque naturam ac facultatem, quæ ab initio adeſt. Facultas enim alimenti,

Vis alimenti & effectus.

B ait, peruenit & ad oſſa, & ad omnes partes, & ad neruum, venam, arteriam, muſculum, pelliculam, carnem, pinguedinem, ſanguinem, pituitam, medullam, cerebrum, medullã ſpinalem, interanea, omnéſque ipſorum partes: & ſanè in caliditatem, & ſpiritum, & humiditatem: imò & ad pilos, vngues, & extimam ſuperficiem. vbi mox de ſucci aſſibilis differentia in colore & viribus. Et quidem alimentum ſi nutrire non poteſt, nomen ſolum eſt, non opus: alioqui ſi nutrit, & nomen & res eſt. & mox poſt pauca. Principium alimenti ſpiritalis, nares, os, guttur, pulmo, &

Alimenti diſtributio ad omnes partes.

Alimentũ quid.

Spirationis & alimenti organa.

C os, gula, venter: antiquius autem per abdomen, vmbilicus.

Eſt verò & eidem Hippocrati in cibo medicamentum, quando præter quàm nutrire corpus, ſimul etiam alterare idem valet. qualia multa ſunt in morbis vſurpata, quæ contrariã intemperiem ſua contraria temperatura corrigunt, & ad naturalem ſymmetriam reducunt. Talia duplici nomine iucunda, ait Galen. cap. 10. lib. 4. ſimpl. medicam. facultat. tum quòd impleant quod vacuatum eſt, tum quòd medeantur ei quod alteratum eſt. nempe vt me-

Alimẽtorũ medicamẽtoſa duplici nomine grata, cur, & qualia.

D dicamenta, refrigerant, calfaciunt, humectant, ſiccant: vt nutrimenta verò, cognata ſunt & familiaria totis nutriendorum ſubſtãtiis. quod repetit idem lib. 3. de temperamen. & cõment. ad aph. 13. lib. 4. & aliàs nonnuſquàm.

Alimẽtum præcipuum vnde.

Omnia porrò alimenta aut ex terra naſcũtur, aut ex animalibus & animalium partibus petũtur, aut ex iis quæ ab animãtibus prodeunt, nec ſunt tamen eorum partes. quorum ſylua ingẽs ex Galeno de ſimplicium & alimentorum facultatibus, déque cibis euchymis & cacochymis, aliiſq. qui id argumentum ſubinde tractarunt, peti debet, & ab ipſo partim Hippocrate,

E qui de alimento & diæta, cibiſque variis & eorum facultatibus, multã paſſim & ſpecialibus ſub hoc titulo libris conſcripſit. quibus omnibus vti fruique, non autem abuti, diuina liberalitas homini conceſſit, vt patet ex Geneſeos cap. 1. & act. Apoſtol. cap. 10. & 1. Timoth. 4. Quanquam alibi inquiſiui, An ante diluuium homines carne veſci ſolerent: cùm nominatim id Biblia ſacra non doceant: & ea copia Noëo eiúſque poſteris demum cap. 9. Geneſ. fiat. Licet Beroſus (ſimodò ſuppoſititius is author nõ eſt) ex vſu carnis, vel adeo humanæ, & recèns natorum infantium, vel abortiuorum eniſce-

Vtendum cibis quos Deus creauit, tũ gratiarum actione.

Quæſtio, an ante diluuium homines carne veſcerentur?

Dilunij causſa.

ratorum paſtu infando, cauſſam vnam aliquã diluuij illius maximi & vniuerſalis (plura enim ſpecialia recenſet Xenophon in æquinoctis) ſubinde repetat. Sed de ciborum delectu, ordine ſumendorum, tempore, qualitate, quantitate, conſuetudine, veſcendi præparandique modo, & aliis cõdem pertinentibus, ſcriptum eſt à me profusè & copiosè lib. 2. de peſte.

Quæ ſpectanda in cibis genere.

De Organis concoctionis & nutritionis, vt gula & ventriculo, & de famis generibus atque modis.

Cap. VIII.

Tranſitio.

HÆc igitur de nutricatione & alimento prolocuti, deinceps ad partium nutritioni & alimento conficiendo dicatarum ſtructuram fabricámque & earundem vſum accedamus, nonnulla ſuis deinceps in locis, & quidẽ ob affinitatem partiũ magis propria, ſi fors ferat, inquſituri.

Ventriculi ſitus & vſus. A ſimili.

Cùm igitur opus eſſet, vt terrenum hoc corpus ſucco aliquo de cibis ac potibus aleretur, ſicut terra ipſa imbribus ac pruinis, vti noſter Firmianus luſit à ſimili: prouidentiſſimus artifex in medio eius receptaculũ cibis fecit, quibus cõcoctis & liquefactis, vitales ſuccos mẽbris omnibus diſpertiret. Ad quod fiſtulã quãdem cibalem (quã gulam, œſophagum, ſtomachũ appellari diximus) ſupernè demiſit, anguſtam, longã, mollem, ſibi incumbentẽ, cibo potuique glutiendis idoneã, ipſis ſpatium ſibi per eam tranſmeandi, quia corporales ſunt, facientibus. Cibi verò in aluum recepti, & cum potus humore permixti, cùm iã calore percocti fuerint, eorũ ſuccus inenarrabili modo per membra diffuſus, irrigat vniuerſum corpus & vegetat. & hactenus quidem vidit Lactantius.

Oeſophagi natura, & vſus.

Alimenti deſcriptio.

Cicero nihil admodùm maius aut accuratius peruidit: ita enim eloquitur libro ſæpius dicto: Cũ alui natura ſubiecta ſtomacho, cibi & potionis ſit receptaculum: pulmones autẽ & cor extrinſecùs ſpiritũ adducãt: in áluo multa ſunt mirabiliter effecta (forſan efficta) quæ conſtãt ferè è neruis. Eſt autẽ multiplex & tortuoſa, arcétque & continet, ſiue illud aridũ eſt, ſiue humidum quod recipit, vt id mutari & concoqui facilè poſſit. eáq. tum adſtringitur, tum relaxatur. atque omne quod accepit, cogit & cõfundit: vt facilè & calore, quẽ multum habet, & terendo cibo (quod tamen pòſt viderimus) & præterea ſpiritu omnia cocta atque confecta in reliquum corpus diuidantur.

Alui ſitus, & vſus, & natura.

Ciborum concoctio & diſtributio.

Plinius de eadẽ parte ferè ſimiliter, ſed breuiùs loquitur: nec tamen verè, vt poſtea patebit. Stomachus (ait) denticulatus callo in modum rubi ad conficiendos cibos, decreſcentibus crenis, quicquid appropinquat ventri, nouiſſima aſperitas, vt ſcobina fabri. Hæc autem pulchra in ſpeciem, quàm vera ſint, licet probabilia ac plauſibilia, poſthac inquiremus, vbi partium ipſarum compoſitionem paulo accuratiùs, quàm ab iſtis Latinis authoribus pertractata ſit, excuſſerimus. Tu mihi ſermonẽ continuari ex eo loco intellige, vbi de œſophago antè tractaui: interruptum illum quidẽ, ob neceſſariam partium pectoralium & ſpirabilium tractationẽ: vt eodem deinceps orationis filo, tota mihi ſeries continuatarum illi partiũ conſequenter decurſat.

Stomachi forma & natura.

N. improbat Plinij ſententiam. Admonitio.

De Gula ſeu œſophago.

Oeſophagi ſitus & conſtructio.

OESOPHAGVM, ſiue ſtomachum, ſeu gulam, Arabibus Meri aut veſcet dictum, ab ore incipere dixi, & linguam ad radicem eius affixum, excipere, inter tonſillas & palati extrema ſitum. nominis vim varietatémq. expoſui: vſum explicaui: conſtructionem attigi: cõſtare enim duabus tunicis neruoſis (quò faciliùs dilatari & conſtringi queant) duúm generum fibris intertexentibus: externis quidem, trãſuerſis ſiue circularibus, ad propulſandum: internis autem rectis, ad trahendum, & iuuandam in primis glutitionem, partibus infernis dilatatis, ſuperioribus verò conſtrictis: intima tunica trahente, externa contrahente & vnà trudente deorſum. contrà quàm in vomitu, per eandem fiſtulam longam, tererem, intus læuem ac lubricam, contrario motu peracto: ſed ſola tunica externa agente. obliquis enim fibris gula non indiguit, vt Galen. cenſet (Veſalius tamen etiã aliquot villis obliquis tunicam ſtomachi exteriorem implicari ſcribit: quam controuerſam differentiam *ipſã* αὐτοψία dirimet) quia cibum in œſophago morari neutiquam expediebat, ſed cititſimè deſcendere ac deuolui, ne partes vicinas premeret, de quibus mox dicetur. Neque enim ſatis fuit ad glutiendum, ipſa eſculentorum moles ac pondus deorſum nutans: niſi & vis quædam circunſtringens adeſſet, quæ motum ac momentum adderet. quod in pleriſque volucribus atque aliis animantibus cernere eſt, demiſſo capite, & collo propendente depaſcẽtibus, & herbas aut idonea alimenta carpentibus atq. rimãtibus, vt Galenus aduerſus Eraſiſtratum conuincit lib. 3. facult. natural. Vt tamẽ etiam hoc intelligas, deglutitionem iuuari lubrico ductu œſophagi, quẽ intus ſaliuali quodam humore irrigant tum ſuperiores dictæ tõſillæ, tum glandulæ duæ, quæ ipſi ferè medio ſtomacho extrinſecùs vtrimque, velut paraſtatæ ad collum veſicæ, annectuntur.

Fibrarum gulæ vſus.

Glutitio qui fiat, ità vomitus.

Gula cur obliquas careat fibris.

Glutitio qui fiat.

Oeſophagi labrorum vnde.

Iuuat autem audire Galenum de hac parte differentẽ cap. 1. lib. 4. de vſu partium. Cõmunis ſanè & maxima primáque omniũ via ab ore fertur ad ventriculum, quaſi ad promptuarium quoddã omniũ particularum cõmune in medio animali poſitum. nomẽ autẽ ingreſſus huius, proprium quidẽ, στόμαχος: cõmune autem, eſt φάραγξ. omni enim vẽtri collũ præpoſitum, inſtar iſthmi cuiuſdã, ſic nominatur. Idẽ deinceps lib. 5. de vſu part. cap. 4. Eã partem (inquit) quæ inter fauces & os ventriculi media eſt, quã veteres στόμαχον nominabãt, qui poſt Ariſtotelis ſeculũ ſcripſerunt, φάραγγα (nos gulã dicimus) appellare conſueuerunt. Quanquã Ariſtoteles priſco ſemper vocabulo hãc animalis particulã nominauit. ita Galenus ſcripſit: nos tamẽ etiã illo altero nomine ab eodem nominari antea

Gula & alui ſitus ac vſus.

Oeſophagus & ſtomachus, quid.

Οισοφάγος & στόμαχος.

N. contra Galen. de Ariſt.

Digitized by Google

Oesophagi vsus duplex.

probauimus. Eius duplex est vsus: vnus, quòd veluti via est eorum quæ deuorãtur: alter, quòd circa vtrãque viã, actionẽ quandã efficere videtur, tum deuorãdo ea quæ ab ore ad ventriculũ deferuntur: tũ reijciendo ea quæ ab hoc ad os eleuantur. Cũ enim geminæ sint ei partes, quas anatomici tunicas nominãt, altera ad cibi potúsque deglutitionem vtitur, altera ad eam quæ vomendo fit, expulsionẽ. hæc ferè ex Galeno: quibus adde, inter deglutiendum, laryngẽ quidem (ita vocãt asperæ arteriæ caput) tantundẽ sursum ascendere, quantum gula ipsa siue œsophagus, glutitionis organũ, deorsum deprimitur: facta autẽ glutitione, ipsum laryngẽ insigni cũ motu descẽdere. eius rei causa est mutuus stomachi & laryngis cõnexus. namq. interior ventris tunica rectis fibris prædita, & quæ tum gulã intrinsecùs vestit, tum os ipsum: eadẽ super internis laryngis partibus extensa est: qua deorsum à vẽtriculo tracta, & laryngem simul deprimi necesse est: ita Galenus adscripsit lib. 3. facult. natural. cap. 8. Idẽ verò rursus lib. 6. de vsu part. ductum sitúmque œsophagi accuratè & multis verbis, pro more patrio, describit: nos summatim sic complectimur.

Tunicæ vtriusque œsophagi vsus.

Larynx quid.

Inter glutiendum, larynx attollitur, gula deprimitur. quamobrem.

Communis tunica oris & laryngis & gulæ.

Galeni assertum.

Ab ore ad ventriculum supernè deorsum demittitur œsophagus, per spirabiles partes, thoracẽ, pulmonẽ, septũ trãsuersum, & cor ipsum, cum suis arteriis viam sibi artificiosè molitus, necui partium illarũ insigniũ molestus hospes negotium facessat, néve motum illarum assiduum dilatationis & cõstrictionis interturbet. ideóq. nõ per medium thoracis spatiũ, viã sibi fecit: sed ponè & à tergo seorsim spinæ vertebris inuectus descendit, per colli spõdylos omnes, & quatuor primos thoracis medios iter faciens (ait lib. 16. de vsu partium) & eisdem per ligamenta dorso producta (à quibus membranulis tertia illi tunica fibrarum expers accedit) firmiter alligatur, nequà vacillet aut concidat nobis currentibus aut reclinatis, sed immotus loco stabiliatur. Quinetiã tum sibi ad securitatem, tum partibus thoracicis velut prospiciẽs, non rectà imperiosè descensum sibi parat, sed occurrantibus venæ cauæ ascendẽti, & arteriæ magnæ vltrò cedit. Itaq. ad quartam vsq. dorsi vertebram rectus, citra partis cuiusquã offensam, deductus, deinceps ad quintam vertebram deerrat ab eo cursu, quem secundùm rectitudinem, deorsum instituerat, digreditúrque ad dextram, vt locum faciat præstantiori parti, & forsan digniori, nempe maximæ omnium arteriæ, nuper è sinistro cordis ventriculo exortæ, & in totum corpus superum inferúmque distribuendæ. Neque tamen ea stomachi facilitate abutitur arteria: sed de suo iure similiter cedens, mediæ alioqui spinæ inuecta, paululũ ad lævam recedit, vt velut in communionẽ sortis & soli sedisve ipsum œsophagum admittat, tanquam inferiorem se, sed magni tamen alioqui momenti partem futuram. & eo quidem congressu, stomachus, qui suprà rectus quatuor thoracis spondylos sine vlla offensa percurrerat, deinceps ex occursu magnæ arteriæ, subiectos octo decurrit reliquos spõdylos dorsi, atque dextrorsum aliquãtisper declinans, ad vẽtriculi capacitatẽ contendit: eius ori statim vbi diaphragma trajecit, sese insinuans: sed mutata priori sede, à dextra ad lęuã transilit: qua parte, minor lobus hepatis illi viã facit, in sinũ velut semicirculare sectus: sed & ipsi arteriæ superuectus, qua parte ambo phrenas per partem neruosam traijciunt: illã tamen ipsam arteriã non comprimens, sed fortibus membranis in sublime elatus, ne in asperiorũ & duriorũ ciborum transitu, arteriam ipsam cõprimat. atque à nona thoracis vertebra eleuatus (sicuti Vesalius obseruauit) per diuersum à magna arteria foramen, contra Hipp. & Gal. cum suis neruulis peculiari foramine vehitur. Arqui sic lævorsum vergere & ferri orificio stomachi fuit satius, & locũ obliquè descendentibus ad ipsum neruis insignibus a sexto pari, cedere. cũ enim molles sint ac tenues, longóq. interuallo recta ferantur, & partẽ graué cibisque differtã vtcũque sustineãt: metus foret vtique, ne abrumpi & morâ & põdere periclitarentur. cui damno obliquus stomachi situs prospexit: simul vt ab insigni dextro heparis caudice declinaret, néve ipsum perforare cogeretur.

Oesophagi cum aëre cõmissura.

Anæsophagus & aorta arteria eodem foramine septũ trajciunt?

Orificium stomachi cur ad lęuã magis.

Nerui ad os stomachi, quales.

Stomachum autẽ cùm dico, nunc quidẽ œsophagum mihi descriptũ hactenus intelligo. vt tamen certum sit, eodem nomine orificiũ ventriculi censeri. illud dico, quo superiore ad nonam thoracis vertebram & infrà, nempe ad vndecimam Galeno, authori autem de anatomia viuorum, ad duodecimam sito, poculenta atque esculenta in magnam ventriculi capacitatem decidunt. sic enim vocant os ventriculi, nempe stomachi coniunctionem cum ventriculi sinu, velut ex isthmo quodam prælongo & angusto enascentem angustiam (vt Galenus tradit: Vesalius enim æqualem toti superiori spatio tuetur) paulatim amplificatam ac dilatatam, sensu præditam acerrimo, vti mox patebit, & velut tubere quodam densiore, fundum summo canali coniungens. Nominis origo certa est, atque alibi à me expositа: στόμαχος ἀπὸ τῦ στόματος, ὁ περιεχόμενος στόμα ἔχων· ab ore, vel quòd orificium habeat. sic enim Galen. cap. 16. lib. 13. meth. med. Voco hoc loco stomachũ, gulam, quã propriè Græcè στόμαχον appellãt. nõnunquam enim ita vocãt os vẽtriculi: veluti cũ anima stomachica linqui aliquos dicunt. atque idẽ Gal. de homonymia nominis huius monuit tum alibi, tũ lib. 8. χρ. νόσ. cap. 1. Sæpenumerò iam dictum est, quòd medici in more habent, os ventris velut καρδίαν, hoc est cor, sic etiã στόμαχον appellare. verùm quondam frequentior καρδίας appellatio erat: nunc autem ab eo restant adhuc καρδιώσσειν & καρδιαλγία. quibus vocibus non cordis, sed oris ventriculi dolores significãtur. particulã autem ipsam, στόμαχον vocãt, æquiuocè cum parte illa, quæ cibũ ex ore in ipsum defert. quorsum καρδίαν & ductis ab hoc nominibus, orificiũ stomachi cũ suis affectibus intellexerint, dixi nõ ita pridẽ, ex lib. 2. de plac. Hipp. & Plat. & Gal. sæpe notauit: sic enim cap. 5. lib. 5. loc. aff. Veteres os ventriculi καρδίαν, cor nominabant, ab accidẽtibus quæ inducere videtur, hanc deducentes appellationẽ: quales sunt syncope, cõuulsio, sopor, epilepsia, melãcholia, &

Stomachus & œsophagus pro eodem, ità de orificio stomachi.

Os ventriculi superius, quid, & vbi, & quale.

An os ventriculi angustius gula?

Στόμαχος vnde dicatur, & quid, & quot vocetur. or.

Καρδία cur dicere stomachi?

Google

& huius cū corde ſympathia.

ſimiles affectus. de quibus idē ſic cōment. 5. in lib. 6. epidem. Alibi declaratū eſt, hāc particulā in conſenſum ſui, affectus & animā adducere: tardiores enim ad intelligendū atq. agendū homines reddit, quo tēpore ipſa frigidior euaſerit. contrà prōptiores atq. iracundiores, cū magis incaluerit: haud naturali calore ſcilicet, ſed aduētitio, & à natura alieno. de quo poſthāc inter humores dicetur. Nunc autē (ſubiungit loco illi ſuperiori) illud os vētriculi, nō cor vt olim, ſed ſtomachū nominat. aut ſi Græcè mauis τὸ στόμαχος εἶναι, ὁ καρδίας, ἀλλὰ στόμαχον ὀνομάζουσι. quod idē repetit lib. 1. de ſympt. cauſſ. ca. 7. & lib. 6. de facult. natural. & ad aph. 65. lib. 4. & ca. 26. li. 1. de aliment. facult. & alibi ſæpe. ſed tamen cōment. ad aph. 56. lib. 7. & ad lib. 6. aph. apertè declarat id per catachreſin fieri, vt ſtomachus pro orificio ventriculi vſurpetur. ſcilicet cùm propriè & ſpecialiter hoc nomine ſtomachi, aut œſophagus (vt patuit) aut potiùs ac ſæpius vētriculus ipſe vſurpetur, vt locis plus cētenis in vno lib. 8. τῆς μεθ. videre eſt, & noſtris in Strabum cōmentariis explicauimus, naturam & officiu ſtomachi interpretati, & cur rex corporis dicatur, percontati: citato etiam apologo Menenij Agrippæ ex Liuij decadis 1. lib. 2.

Os ventriculi qui mores eſſingat.

Os alui, cor & ſtomachus dicitur.

Stomachus impropriè de orificio ſtomachi: propriè autem de œſophago, & ventriculo. Stomachus rex corporis.

Illud nunc refricandū memoria ducimus alibi demōſtratum: Cōmunem quandā tunicam toti ori, & linguæ, & œſophago, & ventriculo intus conſterni: & quidē tota illa ſuperficie, veluti cruſta quadam partes illas omnes obduci cornea quodamodo denſáq., & veluti villoſa, fibris ipſis tanquā à centro ad circumferentiā eductis rigidiſq. vt in elixis quadrupedum linguis videre eſt: quales vtique in purpura villos cernimus, ſine panno bombycino, aut ſerico, quē velutum vulgo dicimus, ad humorē cōbibendum & diutiùs retinendū, atque ad molliùs excipiendos durorum & aſperorū ciborum appulſus: néve horum continuo cōtactu tota illa ſuperficies occalleſcat. Sed & hoc alibi annotatum, lubet commemorando iterare: Huic vni parti, ſtomacho ſeu ori ventriculi, præcipuum quendā atq. exquiſitum ſenſum à natura datū, beneficio inſignis portionis neruorum, quos à 6. coniugatione demitti nuper diximus. neq. verò fruſtrà: namq. hæc vna particula defectū alimenti & inopiā perſentiſcit, ac toti corpori nutriendo velut excubat. Et cū reliqui corporis partes vniuerſæ ab exhauſto laborent, & alimēto reparandæ neceſſario videantur: Tamen ita hebetes ſunt ac ſtupidæ, & ſui tā negligentes, vt ſuā inopiā non ſentiāt, vt ſuæ neceſſitati ſubueniri non flagitēt: ſed ab vnius huius velut œconomi pendētes ſolertia & vigili cura, velut admoneātur ſui, ſibiq. proſpici, hoc ſtomachi orificio iubēte, clamitent. Quæ fames naturalis dicitur, ex inedia atq. aliméti inopia proueniēs. ſic enim famē definit Gal. lib. 5. de vſu partium, & cōment. ad aph. 15. lib. 1. & 16. & 21. lib. 2. & ad 2. epidem. ſect. 4. & 6. epidem. ſect. 4. quibus locis fames duplex inſinuatur: altera, pro eſurie illa inſigni, quæ ciborū penuriam ſequitur: altera, pro ea inedia, quæ cōſilio, aut voluntate, aut iuſſu ſuſcipitur: nulla tamen cogēte rerum penuria. vt quoſdā videmus bibere, qui valdè ſiticiunt, cōſumpto ventriculi humore atque reſiccato: quoſdā ex conſuetudine, aut præ laſciuia, aut ſolicitatos acri humore ventriculū lancināte. Verū de cauſſis morbificis nunc nō agimus, famis naturalis cauſſam potiùs modúmq. ex Galen. ſic repetimus, omnino doctè ac diligenter tradēte cap. 7. lib. 1. de cauſſis ſympt. Reliquū eſt (ait) de iis ſymptomatis, quæ circa os ventris cōtingunt (cor vulgo appellāt) differere: ſunt enim hæc quoque ex tactorio genere. Cæteràm nullū membrorum aut ita exactum habet ſenſum, aut ita vtrumq. principium vnà ſecum afficit, ſicut os vētriculi. nominatur autē in conſuetudine non vulgo ſolū, ſed etiam à medicis, ſtomachus: quæ namque ſtomachicæ vocantur ſyncopæ, huius particulæ ſymptomata ſunt. quēadmodum & cardialgiæ, quæ ab altera eius appellatione nomen ſunt ſortitæ. Inducit præterea & diſpnoeas, & apnoeas, & demorſus, & epilepſias, & deliria, & melancholias. Atq. hæc quidē omnia ſocietatis ratione. inappetentias verò & diminutas vitioſāſq. appetētias, per ſeipſum. Voco autē inappetentiā, cū quis nihil omnino appetit. diminutam verò appetentiā, eam quæ imbecilla eſt. Porrò vitioſarū aliæ ad immodicā cibi & potus ſumptionē ſunt deditæ, aliæ ad alienarū qualitatū deſideriū propēſæ. de quibus Gal. ibidē ſuo quidē ordine. Sequuntur autē hæc, ipſas naturales particulæ functiones: quarū vtiq. gratiā, maximos à cerebro requirebat neruos: propter quos, etiā excellentiā hanc ſenſus præter cæteras particulas poſſidet: Nam quoniā cute tenus vnúquodq. animal in ambientē aērem digeritur, accidit vt mēbra, quæ ſub ea ſunt, prima vacuētur: quorū ingenita vis, ex proximis ſibi alimentum trahit: id ſcilicet quod vacuatur, reficiens: deinde rurſus illa, ex iis quæ ſibi ſunt proxima: ſicut quæ tertio loco ſunt poſita, ab iis quæ ſibi. Atq. ita ſemper per cōtinuum, veluti in choro quopiā, tranſlatione celerrimè facta, ad venas quæ ad ventriculum pertinēt, vacuatio peruenit. Hę verò & ſolent pariter & natæ ſunt ex vētriculo nutrimentum trahere: perinde vt ſtirpium radices, quæ in terrā ſunt demiſſæ, ab ea. Cùm enim hoc opus vniuerſum naturale ſit, non animale, ſimiliter in ſtirpibus & animalibus perficitur. Ac in ſtirpibus quidē, terra perpetuò patarum largúmq. alimentum rigantis ritu ſubminiſtrat, quandiu cœlitùs tēporum ſtatus pro natura ſe habet: quando ſi ex terra ſqualoris exceſſu ſiccatus eſt humor, ſtirpes nutriméti penuria marceſcunt. Animalibus autem, vtpote terræ non affixis, præter vtique pauca quædā, natura ventrem pro nutrimenti veluti penu fabricauit, quēadmodum ſtirpibus terrā. Dedit autem animalibus & penuriæ ſenſum, quo ſcilicet ad cibū potionémq. proritata, in tempore expleantur. vocatúrque eiuſmodi implēdi deſiderium, appetentia. Fit autem ex penuriæ ſenſu: cùm ſcilicet venæ ex ipſo ventriculo veluti emulgentes, ſugentéſque aliquid trahunt. Non ferens autem eum ſuctum ventriculus, ſed veluti diuulſus, offenſæ eius medelam,

Cor, de orificio ſtomachi.

Os ventriculi ſenſum exquiſitiſſimum habet, & inde compatitur ac cerebro.

Stomachus pro orificio ventriculi.

Affectus ab ore ventriculi, qui. Appetentia ſymptomata & differentia, vnde.

Senſus orificij ſtomachi, cur & vnde.

Alimenti trahēdi viciſſitudo ab extimis ad intima.

Primum alimentum vnde.

A ſimili.

Quòd nutritio ſit naturalis.

Stirpium alimentum, vnde.

Venter, penus alimenti.

Fames, ſeu ſua penuria, appetentia, ſolitum quid.

medelam, cibum comparat. Quippe venæ hoc pacto ad obiectos cibos conuertuntur, atque ex ijs nutrimentum trahunt, nequaquam ex ventriculo. firque post cibi sumptionem, vt & venæ simul ad cibos se conuertant, & ventriculus ex ijs, quantum priùs per venas est exhaustum, in seipsum trahat. Ac suctus quidem ipsius sensus, fames est. reliquorum duorum, alterum venarum suctum præcedit, vocatúrque appetentia, homonymos cum altera. est autem naturale opus, non animale. talem autem appetentiam vacuatio præcedit. existúntque in totum quinque symptomata ordine quodam sese deinceps sequentia: quorum primum, vacuatio est. secundum, vacuatorum appetentia naturalis. tertium, vētris suctus. quartum, eius sensus. quintum, appetentia eius animalis, quæ omnium est vltima. de cæteris autem famem præter naturam variantibus, legendus indidem tibi Galenus erit.

Ventriculus quâ alatur.

Appetentia naturalis vel animalis.

Quinque symptomatum in fame ordo.

Idem verò lib. 4. de vsu partium, cap. 7. Omnibus animalis particulis, quantumuis easdem facultates habeant (nempe attractricem, retentricem, alteratricem siue concoctricem & excretricem, quæ sunt in ventriculo eximiæ) non indidit tamen natura sensum eorum quæ desunt: sed in plantarum modum nutriuntur hæ, assiduè ex venis nutrimentum haurientes. Soli verò ventriculo, & maximè eius partibus his, quæ ad orificium pertinent, sensum indigentiæ & inanitionis contulit, ad cibum sumendum animal ipsum excitantem. idque è natura rectè fuit comparatum: cùm enim totius corporis particulæ nutrimentum ex venis hepatis; hæ rursum ex his quæ sursum ad portas feruntur; illæ rursum ex ventriculo & intestinis: cùm autem nulla jam supersit ampliùs particula, à qua ventriculum capere oporteat; animalibus ipsum extrinsecùs replere fuit necesse: in eóque differunt jam à plantis. Sibi quidem his etsi quàm maximè alias quatuor facultates paulò antè memoratas, vt animalia ipsa habere contigerit: eis tamen sensus certè eorum quæ sibi desunt, abest. non enim pro os nutriendæ erant, promptuarium copiosi alimenti subiectam habentes ipsam terram, cui hærentibus atque vnitis semper affluunt alimenta. ipsi verò substantiæ animalium, præterquàm quòd multum à terra differt secundùm innatas particularum qualitates; insuper etiam motus inest voluntarius, & loci ex loco permutatio. Itaque propter hæc duo, impossibile fuit ipsis plantarum ritu sugere ex terra humorem. Opus igitur fuit vnumquodque pro sua natura, aut herba, aut semine, aut fructu arborum, aut aliorum animalium carnibus nutriri: eáque id temporis edere, quo ventriculus senserit indigentiam. Sed nulla animalis particula ex seipsa sensum habet innatum, vt & hoc in aliis monstratum est. Affluere igitur ventriculo eiusmodi facultatem aliunde oportebat, velut per canales quosdam à sensifico principio. cuius rei gratiâ, ad eum, partem neruorum haud mediocre superinè defertur & disseminatur: contexítque maximè quidem os

Facultates 4 omnium partium communes, imò & plantarum.

Partes reliquæ nutriũtur in modum plantarum.

Partium attractionis nutrimenti ordo ab intimis ad extima.

Necessitas edẽdi, vnde.

Differentia plantarum à partibus animalium in alimonia, & motu locali.

Alimenta animalium externa, vnde.

Facultas sentiendæ opus vnde adsit ventriculo, & quomodo.

eius, & partes ipsi contiguas, & in alias jam partes vsque ad fundum ipsius ventriculi protenditur.

Hinc fit, vt rectè Aristoteles scripserit libr. de histor. animal. In vehementiore appetentia venter omnibus animalibus sursum procurrit: adeo vt nonnulli cumprimùm incipere eum affectum sentiunt, foràs repere sibi ventrem dicant: aliis verò cibos, quos adhuc mandunt, necdum satis eos ore confecerunt, eripit planè inuitis. Ergo ijs animalibus quæ naturâ sunt gulosa, quibúsque oris laxitas est ampla, ac ventris situs propinquus, veluti in synodonte ac channa cernitur; nihil miri est, cùm in admodùm vehementi esurie, minorum piscium aliquem persequuntur, ac jam in eo propè sunt, vt comprehendant, si auiditate perurgente, venter eorum in os sursum rapitur. Fieri autem id aliter prorsus nequit, nisi venter cibos per gulam, veluti per manum ad se trahat. sicuti enim & nos præ studio aliquando nos totos vnà cum manu extendimus, quò promptiùs corpus quod petimus, apprehendamus: ita & venter cum gula, veluti cum manu, vnà extenditur.

Venter in summa media, cibo occursat.

Synodonti & channæ esuriẽtibus, venter ad os fertur, quo.

Gula, velut manus ventris est.

Proinde in quibus animalibus hæc tria simul incidunt, vehemens nutrimenti auiditas, gula parua, & oris laxitas ampla: in his paulum extensionis momentum, totum ventrem sursum in os agit, vt post Aristotelem Galenus libr. 3. de facult. natural. repetit. Vnde verò, & quales nerui ad os ventriculi descendant tot ac tanti, eò quòd sit instrumentum appetitus eduliorum, velut porta omnium instrumentorum, quæ ad alimenti dispensationem pertinent, idem tibi deinceps libr. 16. de vsu part. cap. 5. percensebit, & libello de anatomia neruorum sigillatim percurret. sed hoc etiam quærere liceat.

Venter quibus animalibus ad os allabatur.

Os ventriculi, porta alimenti.

PROBLEMA.

Estne sitis origo, vbi & fames?

Sanè sitis causas Galenus libr. 1. simpl. facult. cap. 32. aut ad humoris defectum, aut ad caloris copiam retulit. humor autem irrigans & irrorans partes, nusquam meliùs, quàm in stomachi fundo residet. sed tamen sua cuique parti & particulæ humiditas inspersa, naturalem temperiem fouet. ideóque Hippocrates causi originem non aliunde, quàm à siccitate immodica deduxit. sic enim initio sect. 4. lib. de diæta acut. Causus fit, cùm venulæ tempore æstiuo exsiccatæ, acres & biliosos tenuésque ad se trahunt ichôres. quod Galenus æstate calida sicca contingere ibidem testatur, & nos quotidie experimur. ex quo, incendi sanguinem & humores contingit, & febrem ardentem cum siti intensa accendi.

Sitis origo, vbi, & eius causa.

Humor cuique parti insitus.

Causi generatio, vnde.

Quanquam & κατὰ particularis esse potest, neque semper cum siti: sed si ille in ventriculo, præcipuéque eius orificio insederit. verùm de natura causi, & Hippocrates & Galenus

Causi quando cum siti.

eodem illo loco diſertè: nos autem de ſiti quærimus: quam non ſolùm ab humoris inopia, ſed etiam à calore interno accendi prædiximus: maximè autem oris & capacitatis totius ventriculi, deinde & viſcerum inteſtinorúmque: necnon ab inflammatione pulmonis: quam tamen ſitim non tam potus, quàm frequens & frigida inſpiratio iuuat, vt idem Hipp. 6. epidem. ſect. 3. indicauit hoc tanquam ænigmate inſinuans: Siti carentem, os claudere, tacere, auram frigidam cum potu haurire. quibus in verbis, ſumma quædam totius febrium curationis conſiſtit.

Sitis vbi accendatur.

Sitis remedia.

Aut igitur ſitis cauſſa ſimplex eſt, nempe ſiccitas, vel caliditas, vti diximus: aut ſanè compoſita, vt cùm humiditas caliditati, aut caliditas ſiccitati (quod ferè fit) copulatur. Huic autem ſiti vinum dilutum optimè medetur: quia vinum ipſum humor per partes diſſitiſſimas atque anguſtiſſimas deducit: aqua autem frigidiſſima omnium humidiſſimáque, contrariam vtique intemperiem tollit. quod eidem contingit aceto permixtæ, & poſcam componenti: ſuo nempe vehiculo, vim habenti refrigerandi permiſtignem. quo fit, vt oxycratum (ſic enim vocatur aquæ & aceti miſcella) ſiti à cauſſa, calida humidáque optimè medeatur. quo remedio & hydropici iuuari, & febrientes poſſunt: & quo vſum Catonem domi militiæque legimus apud Plutarchum. ſolum autem & vinum & acetum, ſimul refrigerare & humectare nequit: ideo neque ſitim compeſcere. aqua verò ipſa cùm ſit grauis, plerumque in hypochondriis cunctatur, nec poteſt per partes corporis diffundi: quod illi ſic permixtæ contingit facillimè.

Sitis cauſſa ſimplex & compoſita.

Sitis optimum remedium.

Poſca, oxycratum, quid, & vſus.

Vinum, aqua, aceti vtilitas ad ſitim.

Atque hæc de ſiti, pauca mihi dicta ſint: quam ab aliis etiam cauſſis fieri nouimus, vt pituita ſalſa, humore bilioſo, acri, calido, cibóve corrupto ſtomachum infeſtante, hauſtu vini παλαιοτάτου, morſu dipſadis, purgatione alui conferta, & forſan aliis, de quibus Galenus ad aphoriſmos, & libr. 1. de ſympt. cauſſis, & alibi, & ex eo Paulus libr. 2. cap. 52. atque alij vicißim. ſed cauſſas morbificas, aut ægritudinum præter naturam nunc minimè tractamus. itaque ad ipſum illum ventriculum orificio eiuſdem ſuperiori ſubiectum deſcendimus examinandum.

Alia ſitis cauſſa.

De Ventriculo propriè dicto, & Chyloſi.

CAP. IX.

HIPPOCRATES lib. de humoribus, his ſimilibus alluſit. Quemadmodum arboribus terra, ita animalibus ventriculus & nutrit, & calfacit, & frigefacit. frigefacit, dum euacuatur: calefacit, dum impletur. & quemadmodum terra ſtercorata, hyeme calida eſt: ita etiam ventriculus. & quemadmodum hydria, quod recens eſt, tranſmittit; quod inueteratum eſt, retinet: ſic & ventriculus tranſmittit alimentum, & fæcem retinet, velut vaſculum. quod tamen poſtremum an ſit verum, mox exquiremus, cùm de inteſtinis agemus, quæ excrementa cohibent, ac non ipſe ventriculus. licet Hippocrates nomine κοιλίας, etiam receptaculum excrementi intelligat: ſed diſtincta appellatione, hanc τὴν κάτω, inferiorem; illam τὴν ἄνω, ſuperiorem, cibo atque potioni deſtinans, vt è prognoſticis patet, & Galenus libr. 1. de criſib. & comment. 2. cap. 3. in prognoſtica, & ad aph. 35. lib 2. & alibi ſæpe diſtinxit. Quorſum ſpectare videtur, quod idem Hipp. lib. de arte ſcripſit: Habet corpus non vnum ventriculum, ſed plures: duo enim ſunt, qui cibum ſuſcipiunt & demittunt: alíque præter hos, plures. Et Galenus libr. 1. de alimen. facult. inteſtinorum ſubſtantiam nomine ventris complectitur: ſic enim μεγάγαστρας καὶ μεγαντιναίους, id eſt, qui ventre ſunt prominulo, quaſi ventricoſos ſeu ventrioſos aut ventroſos cum Plauto diceres, vulgus Græcorum appellabat. Latini frequentiùs aluum de inferiore ventre vſurpant: quem tamen & ventrem Columella, Celſus, atque alij Latini authores ſæpenumerò appellant. alui naturam ſtomacho ſubiectam Tullius dixit 2. natur. Deor. Plinio ſubeſt venter ſtomachum habentibus, libr. 11. cap. 37. Et verò alibi ſcripſi, nomine ἔντερα, alimenti, apud Hipp. etiam excrementa interdum intelligi ex libr. 6. epidem. ſed ad rem propiùs accedamus examinandam.

Similitudo ventris cum terra, & hydria.

N. inquirit in Hipp. de ſuccum receptacula.

Κοιλία quid Hippocrati.

Venter plures homini.

Venter & inteſtinum.

Alui & vteri, quid.

Ventriculus, qui receptaculum cibi eſt, conſtat ex duobus tergoribus, ait rectè & verè Celſus lib. 1. cap. 4. iſque inter lienem & iecur poſitus eſt, vtroque ex his paulùm ſuper eum ingrediente: ſúntque etiam membranulæ tenues, per quas inter ſe tria iſta connectuntur, iunguntúrque ei ſepto, quod tranſuerſum eſſe ſuprà poſui. hæc ille verè quidem, ſed breuiùs quàm vt totam partis naturam explicet. itaque ad ipſa medicorum vberrima fluenta diuertamus, atque inde hauriamus, quantum ſiti reſtinguendæ ſit ſatis. ſanè Galenus vnus erit inſtar omnium, præcipuè ex libris anatomicis, ac de vſu partium.

Ventriculi compoſitio, ſitus, ornatus.

Cùm igitur vnus ſit vſus, ait lib. 6. de adminiſtra. anatom. cunctis animantibus communis, cuius gratiâ alimento indigeant, teperies inſtrumenta in ſingulis ipſorum generibus triplicia. Quædam prima ratione à natura facta ad concipiendum alimentum conficiendúmque, & in totum corpus deferendum. Alia ſecunda ratione, quæ excrementorum ſunt receptacula. nihil autem refert, excrementa dicas an ſuperflua, vt Græcè περιττὰ, ſiue vt Ariſtoteles, ἀποπιτώματα. Reliquas alias particulas tertia ratione ſtruxit, quæ horum excretionibus ſubſeruiunt. In quam itaque particulam cibum animantia recipiunt, ventriculus nominatur. in hoc leuem quandam & primam ſubeunt mutationem ingeſta, ac præparantur iecinori: quod maximam cibi in ipſum permeantis alterationem emolitur. hinc venæ confectum ipſum in totum

Communis vſus alimenti in animalibus; at organa diuerſa, eáque triplicia.

Prima alimenti, ſecunda excrementi, tertia excrementis vtilium.

Ventriculi natura & vſus: ibi vtuntur.

Digitized by Google

corpus deriuant. Porrò vt ex iecinore purum nullúsque superflui particeps vniuerso corpori dispensetur, natura instrumenta ad id accommodata condidit: idque secunda jam ratione, non primaria certè, sicut priora quæ commemorauimus. Ex his instrumentis alia quod subtile & leue in eo habetur, expurgant: alia quod terrestre & graue est: alia quod inter hæc duo consistit, aquosum serosúmque. Priora, quod bilem recipiant, meatus bilis receptores, Græcè χοληδόχοι à medicis appellantur: & vesica similis meatibus bilis receptrix, Græcè χοληδόχος dicta.

2 Organa quæ repurgent sanguinem ab excrementis.

Meatus bilis, & vesicula.

Quæ verò terrestre & graue excrementum continent, ex visceribus lien est: ex intestinis, ima pars intestini recti. Quæ reliquum tertium excipiunt, meatus vrinarij (οὐρητῆρες Græci vocant) renes & vesica. Vt autem in arbitrio animantis, superfluorum sit excretio, musculos natura terminis vasorum ea continentium affabricata est, qui tertia jam ratione, inter cibi instrumenta habentur. Itaque necessariò tria hæc instrumentorum genera in omnibus animantibus ad alimenti distributionem natura condidit. atque hoc est commune & idem in vniuersis. intestina quidem & ventriculus, venæ & iecur, ex eorum numero sunt, quæ prima ratione facta dicuntur. discretionis autem purgationisque recrementorum gratiâ condita sunt vasa, quæ bilem recipiunt: & iecoris vesica: insuper lien & renes ex secundis consistunt. musculi verò qui excrementis egerendis subseruiunt, tertiis annumerantur.

Lienis vsus, & intestinorum.

Meatus vrinæ

3 Musculi sphincteres, quorsum.

Triplex genus organorum alimẽti, quale.

Non dicam hoc loco de differentiis ventriculorum in muris animalibus, tum penes magnitudinem, tum penes numerum, tum penes structuram. vel quòd quæ ruminant, & pabulis vtuntur rudibus atque asperis, illa tum plures ventriculos, tum maiore intus asperitate rudes habeant: alia verò secùs: nam hæc consideratio ad hominem ipsum, quem nunc vnum expendimus, minùs pertinet. ac de istis Aristoteles capite vltimo libr. 3. de partib. animal. transigit, itémque lib. de historia animal. & post eum Galenus in lib. administra. anatom. & de vsu partium.

Brutorum plures ventriculi, quorsum.

Ventriculi situs, & cur in medio.

A simili.

Ventriculus igitur in homine, velut promptuarium quoddam, omnium corporis partium commune, in medio animali positum est, vt idem Galenus lib. 4. de vsu part. adstruit. non aliam (opinor) ob caussam, quàm vt officio probi functus promi condi, exceptos ac reconditos cibos, vicinis partibus adiuuantibus concoctos, ex æquo ad omnes totius corporis particulas, velut æquus arbiter aut œconomus dimittat atque distribuat; ea quidem ratione alteratos, & in chylum ac sanguinem demutatos, quæ postea dicetur. Quanquam diligentiùs examinanti, vt de vmbilico antea dixi, & supra medium corpus sursum magis tendit: & penes latitudinem ac profunditatem, in anteriora dextráque magis deuergit.

Ventriculus non exquisitè in medio corporis, qui.

Promptuarium autem hoc, alimentum vniuersum excipiens, ceu diuinum, non humanum sit opificium, primum subit in cibatus laborem (licet facta in ore masticatio, quædam velut primordia concoctionis inchoarit) sine quo, cuncta alimenta inutilia animanti futura sint. Vt autem colonj in purgando tritico, vanno agitato, quicquid puluueris, terræ, lapillorum, syluestrium seminum permixtum est, studiosè agitant, perquirunt, abijciunt, tanquam alendo inutile, & saluti incommodum futurum: sic & ventriculi facultas, liquid fuerit eiusmodi inter alimenta, totum illud infernè detrudit; reliquum autem omne, quod naturâ vtile futurum sit, vtilius adhuc ab ipso redditum, venis quæ tum ad ipsum ventriculum, tum ad intestina perueniunt, distribuit.

Ventriculi munus.

Prima coctio ab ore incipit.

Ventriculus secernit alimenti partẽ superfluam abvtili.

A simili.

Rursus vt dicta ratione repurgatum in agro frumentum, in villam aut in vrbem comportant baiuli, & horreo recondunt, aut ad pistores & pantifices deferunt in panes compinsendum & concoquendum, nutriendo mox homini futurum: sic priùs elaboratum in ventriculo alimentum, venæ ipsæ deferunt ad aliquem concoctionis locum communem totius animalis, quem hepar nominamus. de quo posthàc suo loco dicemus.

Venarum munus. A simili.

Nunc autem mirari subit, qua tandem substantifica proprietate loci, qua temperie partis, qua essentiali forma specificáve, acceptus ore cibus, & in ventrem depositus, eam alterationem sortiatur, vt quolibet olim colore varius, qualibet olim consistentia inæqualis, demùm post concoctionem albescat, æquabilem formam sortiatur, pulticulæ aut lacti modicè excocto, priùs cum farina modica bene subacto, simillimus. quemquidem sic natiua quadam partis indole, & natura formáque essentiali tunicarum assimilarum, ipsíque concoquentibus tunicis concolorem redditum, χυλὸν Graij, nos Latina forma eosdem imitati, chylum communi nomine, aliquando cremorem Latinè vocitamus: nullo illum alio externo opificio, nulla exquisitissima arte coquinaria, nullo foco temperatissimo, calore & humore mediocri, non assando, non elixando, non frigendo, non torrendo, aut siquis est alius coctionis apud Arist. modus in meteoris, talem consistentiam adepturum. Adeo miranda est naturæ vis & solertia, adeo inimitabilis industria!

Chyli miræ coctio qui fiat.

Chyl fit nulla arte externa fieri queat.

Naturæ vis inimitabilis.

Sanè omne quod aquæ & terræ commune est, crassescere cùm concoquitur, Aristoteles cap. 5. lib. 3. part. animal. rectè scripsit. Alimentum autem & sanguis, mixtum ex ijs est: calor verò concoquere non potest, non modò quia exiguus est; verùm etiam præ nimia cibi assumpti copia. fit enim exiguus comparatione tanti cibarij. Duplex autem exuperantia cibi est: aut enim quantitate, aut qualitate, id est, modo & genere: quippe cùm cibus non æquè concoctu facilis quilque sit. Concoctio quid sit. qui fiat, quot species habeat, dicetur mox ex eodem Aristotele. nunc autem ex eodem illud obiter attingam, ex cap. 3. lib. 4. meteor. Quæ matureſcunt, ex spirabilibus diluta &

Quæ coquẽdo crassescant.

Coctionem quæ impediant in alimento.

Cibus quãdo incertus coctionis.

Maturitas & coctio qui fiat. *Aqua coquendo non crassescit.*

aquea, ex aquis terrena coagmentatur: & generatim omnia maturitatem consecuta, ex tenuibus crassiora redduntur. aqua autem rerum humidarum sola calefacta non crassescit. de cæteris aliàs. χυμὸς & χυλὸς qui differant, antehàc cùm de saporibus ageremus, ex Galeno & priscis Græcis definiuimus.

PROBLEMA,
Seu liber vnus,

An Chylo Ventriculus alitur?

CAP. X.

Quid ventriculus chylo alatur. *Sic quæque pars sibi operam navat.* *A simili.*

GALENVS ita quidem fieri indicat, & nos in cæteris particulis pluribus ita fieri obseruamus; vnamquamque primò ac præcipuè sibi nauare operam: deinde ex eo quod superat, aliis partibus gratificari: sic nihilo vtique prudentiores pueri, cibo eo quem præ manibus habent, ad satietatem implentur: reliquias adstanti catellæ aut æluro famelico, vel obseruanti tripudia solistima pullo porrigunt. Sic

Ventriculus sibi coquit, hepar sibi sanguificat: inde reliquas alimentum.

venter alimentum ipsi sibi primò conficit, & eo fruitur: non autem ideo immutat, vt iecori suppeditet: deinde reliquias abijcit, quas sibi deinde iecur accommodat. sic iecur sibi sanguinem conficit: dein quod sibi superuacuum est, reliquis omnibus partibus corporis alendis vtile efficitur. Equidem certè verisimilis est sententia: & partis atque nutrimenti affinitas,

Color chyli & ventris est affinis. *Quòd ventriculus chylo non alatur, sed sanguine, qui.* *A simili.*

& color congenet & chyli & tunicarum ventriculi cibum alterantium ac sibi assimilantium, eam coniecturam auget. Sed insertio venularum in ipsum ventriculi corpus atque tergus, quemadmodum & in vterum, & in vesicam vtramque (quas partes aut semine, aut vrina, aut felle nutriri dicere, perabsurdum sit) à sanguine ex hepate per ea vascula demisso, & in propriam similémque substantiam conuerso (quãdoquidem vnumquodque membrum succo suæ substantiæ simillimo nutricari, eúmque sibi alterando & immutando præparare receptum est) ventriculum ipsum ali, sicut vterum & vesicam vtramque, probabilius apud me multò videtur: siquidem licet aperte profiteri quod sentio. Neque verò par-

Parti quæque assimilat sibi alimentum. *Oeconomia nutrimenti qui administretur.*

tibus stupidis & inertibus brutisque (si sic loqui fas est) & prudentiæ expertibus, eam inesse à natura prouidentiam iudico, vt sibi bene esse velint solis, & suæ nutritioni studeant peculiari, suique tãtummodò rationé habeant. sed

Corporis partes curã prudentia atque delectu.

ita puto comparatum esse à natura, vt anima siue facultas corporis præses, corpus vniuersum architectata, eidem ipsi prospiciat, alendóque sustineat, & velut œconomiam aliquam instituat, quaquidem, partitis muniis officiisque, singulæ partes non sibi, verùm toti fouendo ac sustentando incumbant: hæc terendo, illa deducendo, alia coquendo, alia distribuendo per totum illud idem corpus idoneo

Anima toti corpori prospicit, & partibus singulis sua munia assignat, quomodo.

alimento: quò, vita sospite diutissimè frui simul omnes partes cum suo toto queant. Quomodo bonum œconomum suas cuique seruo & colono partes designare videmus, vt singuli munus iniunctum explentes, domum familiámque totam alant ac sustentent; ipsi pariter cum tota ea rebus necessariis ad victum cultúmque fruituri. Sed Galeni rationes aduersas audiamus & expendamus.

Similitudo à bono patrefamilias.

Gal. rationes, quòd ventriculus chylo alatur.

Atenim sub finem libr. 4. de vsu partium, in epiploo quamplurima numero vasa inesse tradit, quò propinqua nutriantur: eóque commento, naturam, perfectam intestinorum & ventriculi nutritionem moliri: vt de intestinorum & mesenterij venis propriis censuit Herophilus, ad hepar minimè pertinentibus, vt ex eo Galenus confirmat, & mox vrgebimus. atque ibidem duo ventriculi & intestinorum nutritionis auxilia subijcit: vnum quidem in ipsa cibi concoctione, vt paruit, & mox iterum patebit de chylo eas partes alente: alterum, cùm per longiores medias infernæ partes attrahunt quiddam etiam ex ipso hepate, iam distributione ad hepar, & distributorum ipsorum exacta elaboratione ac separatione absolutis. eo enim casu, instrumenta eiusdem venæ chyli inferatur, & sanguis regeratur? Quòd sic.

Venæ mesenterij propriæ, non ab hepate.

Partes hepatis ministrantes, quomodo ab eo sanguinem repetant.

An ipsæmet venæ chyli inferatur, & sanguis regeratur? Quòd sic.

Cæterùm fontes hi quatuor quos nominant (nempe sanguinis, bilis, pituitæ, & aquæ) quum pleni fuerint, semper corpori distribuunt: quum verò vacui, vice versa trahunt ab ipso. sic etiam ventriculus facit. Et habet se res hoc modo: Veluti siquis tria aut plura ænea vasa in planissimo loco componat, & coaptata quàm optimè disponat, fistulis ad foramina insertis; atque ita placidè in vnum vas aquam infundat, donec omnia ab aqua fuerint expleta: Ab vno enim diffluet in reliqua vasa, donec etiam alia fuerint expleta. postquàm autem plena facta fuerint vasa, siquis de vno aquam effundat, retribuet se retrò fluens aqua ad vnum vas, & vacua fient reliqua vasa rursus, quemadmodum etiam susceperunt. sic sanè & in corpore res se habet: Postquàm enim cibi & potus in ventriculum inciderint, fruitur corpus de ventre, & vnà cum fontibus impletur. Vbi verò aluus vacuatur, rursus retrò humor ab ipsa redditur, quemadmodum susceperat, veluti ex aliis ad vnum vasculum.

4 Venæ 4 humorum, quomodo corpori ministrent, & ad se reuocent. & venter.

A simili.

Venter fingens corpori alimentum, & indigum ad se retrahit per easdem venas.

Venæ enim sunt per totum corpus tendentes, aliæ tenuiores, aliæ crassiores, multæ ac frequentes. Hæ autem, donec viuit homo, apertæ sunt, & suscipiunt & dimittunt nouum humorem. vbi verò mortuus fuerit, clauduntur & extenuantur. Quandiu igitur viuit homo, fruitur corpus de ventriculo, vbi quid in seipso habuerit: fruuntur etiam fontes; & impleti corpori distribuunt. Si enim corpus non traheret de ventriculi humore, sed soli fontes, & hi ad corpus distribuerent: non sanè haberet corpus sufficiens alimentum, sed

Venarum munus, vno animante.

Venter quomodo corpus alat.

Digitized by Google

paucius. non enim amplius haberent alimentum fontes, quod corpori subministrarent. At verò si fontes isti non essent, dum edimus ac bibimus, verè non cognosceremus neque quid iucundum, neque quid iniucundum esset. sed de hoc aliàs.

Quòd ventriculus chylo alatur, quomodo.

Galenus porrò lib. 3. de facult. naturalib. cap. 6. & 7. ventriculum chylo ali scribit hunc in modum: Si appetentia quædam est, & attractio; fuerit profectò & fruitio aliqua: cùm nihil in rerum natura sit, quod propter ipsum (vt sic dicam) trahere, siue trahendi functionem, trahat: imò vt eo, cuius per tractum sit compos, fruatur. Atqui frui eo non licet, nisi retineat. Iam huic rursus retentrix vis necessariò genita esse probatur: quippe ventriculus manifestè conuenientes qualitates expetit, alienas respuit. Sed si expetit & trahit, & retinendo ac vtrimque complectendo fruitur, erit vtique & finis illi quispiam fruitionis, post quem jam expultricis facultatis agendi tempus succedit. Verùm si & retinet & fruitur, etiam ad eum finem, ad quem sic retinet & fruitur, abutitur.

Trahio sit fruitionis gratiâ.

Venter dijudicat sibi conuenientia.

Ventriculus quomodo trahat, retineat, excernat.

Porrò is finis est, vt eius quod in qualitate conueniens consentiensque est, partem aliquam capiat. Itaque quod in cibis optimum est, id halitus specie & paulatim sibi attrahit, atque in tunicis suis reponit, ijsdémque adiungit. vbi abundè satiatus est, quicquid reliquum nutrimenti est, veluti onerosum aliquid reijcit. Quanquam ex eo quod cum ventriculo habuit, commercio, ipsum quoque consecutum est salutare aliquid. Neque enim fieri potest, vt duo corpora, quæ ad agendum ac patiendum sunt nata, vbi conuenerunt, non vel simul patiantur agántque, vel alterum agat, alterum patiatur. Quippe si pares ijs vires sunt, ex æquo tum agent, tum patientur: sin longè superet vincátque alterum, magnum quiddam, & quod sensu percipi possit, in id quod patitur, efficiet: ipsum verò vel exiguum aliquid, & quod sensu deprehendi non possit, vel omnino nihil patietur.

Venter fruitur chylo, velut per halitū, qui.

Ventris & ciborū mutua actio passióque.

Agens quomodo & quatenus repatitur.

Porrò in hoc potissimùm differt nutrimentum à medicamento venenoso. hoc namque vim corporis vincit; illud ab hac vincitur. porrò vinci aliud non est, quàm alterari. At quoniam particularum aliæ viribus sunt firmioribus, aliæ magis imbecillis; vincent quidem omnes nutrimentum id, quod animali est conueniens; non tamen æquali omnes modo. Ergo vincet etiam venter, ac nutrimentum alterabit: non tamen sic, vt iecur & venæ & arteriæ & cor. Quanta igitur sit ventris alteratio, agè jam videamus.

Alimenti à veneno differentia.

Partium robur inæquale.

Venter vincit cibos, quatenus, per cōparationē.

Iecur & vena qui nutrint alimentum.

Sanè ea maior est, quàm quæ in ore perficitur: minor verò ea, quæ in iecinore & venis. horum namque alteratio, nutrimentum in sanguinis substantiam mutat. quæ in ore agitur, mutat quidem id in alteram speciem manifestè, non tamen ad perfectionem transformat. Discas id ex ijs, quæ ex cibo in dentium interuallis relicta per totam noctem hæserunt. neque enim panis inibi relictus, prorsus est panis, neque caro: sed olet quidem eiusmodi quiddam, cuiusmodi olet animalis os, cæterùm & dissolutum est, & liquatum, & carnium animalis admiscuit sibi qualitates. Licet autem contemplèris, quàm magna sit in ore ciborum alteratio, si mansum triticum crudis furunculis applicueris: cernes namque id ocyssimè hos mutare, & concoquere: cùm tamen si aquæ admisceatur, nequeat tale quicquam efficere. Nec est quòd id mirere: nam pituita hæc, quæ in ore habetur, & lichenum remedium est, & scorpios statim necat. præterea multas ex ijs, quæ venenum mittunt, bestias partim protinus perimit, partim spatio: omnes certè insigniter lædit.

Mastication quatenus cibū alterat.

Ab experientia.

Tritici mansicatis vsus, & ab unde.

Salina, lichenum remedium, scorpio permixti, & serpentum.

Sed qui mansi sunt cibi, primùm quidem hac pituita imbuuntur, & cum ea miscentur: deinde carnem quoque oris omnes contrectarunt. Itaque maiorem mutationem sunt consecuti, quàm ij qui in vacuis dentium interuallis fuère impacti. Verùm quantùm ij qui mansi sunt, ijs qui inhæserunt, magis sunt alterati: tantò etiam his etiam magis ij, qui deuorati sunt. Siquidem incomparabilis erit horum alterationis excessus, si & quæ in ventre est pituita, & bilis, & spiritus, & calor, & tota ventris substantia æstimentur. Quòd si viscera quoque, quæ illi adiacent, tanquam magno lebeti plures ignis foci, pariter æstimata sint: à dextris quidem iecur, à sinistris lien, supernè cor, & transuersum septum leuatum & assiduè motum; his etiam amplius omentum, quod prædictá tegit; ingentem quandam ciborum, qui in ventriculum sunt deuorati, alterationem fieri credas. Quo autem pacto mutari in sanguinem facilè possent, nisi tali essent mutatione præparati? Nihil enim in contrariam qualitatem totum *alterat*, simul ac semel migrat.

Cibi mansi alteratio quanta, & comparatio ad chylum elaboratū.

Cibum quæ mutent in alios.

Partes concoctionem iuuantes.

Ergo quomodo fiet sanguis ex pane? quomodo ex beta fabáve, aut reliquis id genus, nisi hæc alteram priùs mutationem sint adepta? Iam quomodo in tenuibus intestinis confestim creabitur stercus? Quid enim, quæso, in his efficacius ad alterationem dicas ijs, quæ sunt circa ventrem? num tunicarum numerum, an circumpositorum viscerum vicinitatem, an moræ spatium, an innatum quendam in instrumentis calorem? atqui nullo horum superant intestina ventrem. Cur igitur vbi panis tota sæpe nocte moratus est in ventre, etiam seruari eum volunt, ac pristinas suas qualitates tueri: vbi semel intestinis incidit, statim effici stercus? Quippe si tantum tempus ad alterandum satis non est; certè breue satis non est. sin breue ad alterandum est satis; quomodo non magis sufficiat tempus longum? An igitur alteratur quidem alimentum in ventre, cæterùm diuersa alteratione, & non tali, qualem ex mutantis instrumenti habet natura? An hac quidem est alteratum, non tamen ea, quæ est corpori animalis propria? Hoc longè profectò minùs fieri

Sanguificatio chylo mistificato. actui negatur statim in contrariam qualitatem. Ab exēplo.

Stercus quomodo in intestinis fiat?

Non maior vn alterādi intestinū, quam ventriculo.

Ratio temporis ad moram concoctionis.

Cibus quæ vi in vētre alteratur.

Concoctio quid.

quouis pacto poteſt: quando non aliud eſt concoctio, quàm alteratio in propriam eius quod nutritur, qualitatem.

Coctio ciborum in alvo qui fiat.

Si igitur concoctio hoc eſt, etiam nutrimentum in ventre ſuſcipere qualitatem, quæ ſit in animali, quod ex ipſo nutriendum eſt, conueniens, ex eo demonſtratum eſt, quod in ventre concoquitur. Sed multò breuiſſimè Galenus idem libr. 6. de dogmatis Hipp. & Plat. Conſtringitur (ait) venter ad cibos,

Ventriculus alimentum trahit e chylo, qui.

accommodatum ſibi alimentum ex ipſis eliciens, quoad ſaturatus ac perfectè repletus, quicquid ſuperat excrementi, in ieiunum expellat. quod ijſdem penè verbis lib. 4. de ſanitate tuenda, & comment. ad aph. 18. lib. 2. reperit. iterúmque eiuſdem libr. 3. de facult. natural. cap. 12. Ac venter quidem poſtquàm

Venter quomodo chylum trahit in alimentum, & reliquias depellat.

cibis & eo humore, quem chylum diximus, abundè eſt ſatiatus, & quod vtiliſſimum ſibi in his eſt, in tunicas ſuas ſugendo repoſuit: tum quod reliquum eſt, tanquam alienum onus ſubijcit, ac deorſum trudit; ipſe ſcilicet ad aliud opus conuerſus, quam agglutinationem ſeu μεζωσιν vocant. Idem & veſicæ faciunt, vbi quoduis eorum quod attraxerint, vel multitudine diſtendens, vel qua-

Veſica vtraque ſuum excernit humorem, quido.

litate mordens, redditur moleſtum. pari modo & vteri: hi namque vbi vel diſtendi ampliùs non tolerant, vel etiam qualitate humoris in ſe effuſi, morderi; quod offendit,

Sic vterus excernit ſibi moleſta.

abijcere properant. hæc Galenus. cui aſſentitur Conſtantinus loc. commun. libr. 4. cap. 2. qui & buccam & meri, cùm cibus per eos tranſit, ſubtiliſſimo quaſi eius fumo ali credit: ali tamen ſanguine ab hepate.

N. ad Gal. quòd vter non alatur chylo.

Verum ô bone magiſter, inquam ego, ſi paria paribus, & ſimilia ſimilibus referre ac reponere voluiſti; An quomodo venter chylo à ſe elaborato fruitur, viuit, alitur ac voluptatur:

At cyſtis non nutritur felle.

ſic cyſtis fel deguſtat, comeſt ac conficit ſua capacitate reconditum? ſic veſica vrinam in ſeſe repoſtam? ſic vterus fœtum, ſemen, menſtruum ſanguinem depaſcitur in alimentum?

At os, dentes, gula, nõ aluntur cibarijs.

An os maſticatis à ſe cibis; dentes conciſis & molitis aluntur? an œſophagus deglutitis nutritur? Breuior (dices) in his mora eſt. Fac, inquam, aſſiduè mandi, vorari, glutiri. nihil tamen alimenti ſic os, dentes, gula ſentient. Et verò inteſtina diutiſſimè cibum &

At inteſtina non aluntur chylo vel ſtercore.

ſtercus continent, & chylum in ſanguinem vertendum aſſeruant. an ideo ali eodem putas? Fortaſſis equidem, vel cum Herophilo ſentiens, vel cum Conſtantino, vt patuit. Imò verò potiùs (inquam) ſanguine elaborato,

Inteſtina repoſcunt vſuram ab hepate, cur.

quem ab hepate per venas portæ inteſtina ipſa eliciunt, talionis vſuram repoſcentia: vt cui chylum aſſeruarunt, fouerunt, coxerunt quadantenus; ab hoc viciſſim, beneficij mutui loco, mercedem nanati operis accipiant; ſanguinem in alimentum natiua ſua vi & facultate alteratrice demutandum.

Inteſtina nõ aluntur chylo: ſaltẽ ex omnib⁹, iecunũ, cur.

Quòd ſi vis illa ventriculi tunicis ineſt, vt chylo in ſe contento alantur: vtique & inteſtinis eundem chylum trahentibus, vel potiùs excipientibus & continentibus, eadem vis inerit: ac ſiquidem vniuerſis, vtique & ſingulis. Verùm vt reliquis adſit; qui tandem ieiuno adeſſe poterit, breuiſſima atque ocyſſima mora chylum traijcienti, neque tandiu intra ſe cohibenti, quandiu ſugendo atque trahendo in alimoniam ſui ſibi ſit ſatis? Herophilus tamen, vti dixi (quem Gal. ad finem libr. 4. de vſu partium ſequi videtur) venas toti meſenterio proprias, nutriendis priuatim inteſtinis dicatas adſtruit: quæ ad hepar minimè traijciant, ſed in glandoſa quædam ibidem corpora deſinant: cùm cæteræ omnes ſurſum ad portas dictas ferantur. Verùm iſta ratione nouum ſtatim errorem inuexerint, non omnes ab hepate venas oriri: quod tamen pro confeſſo habetur. quanquàm de hac re noſtram poſthàc proferemus ſententiam.

Quibus venis inteſtina & meſenterium alatur ad hepar non pertinentibus.

An non omnes venæ ab hepate?

Denique hunc nutritionis modum ad dentes & ad oſſa vſque extendere licet, quæ non tam recluſa intus medulla (quanquam & ab hac, bonam partem, vt poſthàc enucleabo) quàm venulis & arteriolis per ſua ſpatiola inania traductis ac diſpertis, & ſpiritum ſanguinémque modicum iaculantibus (vt in dentibus, maxillis, & caluaria cernere eſt: quis enim cranium cerebro ali auſit dicere?) temperari ac nutriri duco: eodem mox ſanguine vi propria in ſimile & familiare & concolor alimentum demutato. cætera in totum ſolida, & nullis poris peruia, ab adiacentibus & incumbentibus carnoſis partibus foueri, & vix perceptibili modo velut irrigata nutriri exiſtimo. Quis enim dorſi ſpinam ſua medulla, quis cranium ſuo intus contento cerebro ac cerebello paſci dixerit? Et tamen Galenus ipſe oſſa intus incluſa medulla ſola nutriri, ſub finem lib. 3. de facult. natural. tradit: & qualis eſt carnibus ſanguis, talem eſſe oſſibus medullam profitetur.

At oſſa & dentes non ſola nutriũtur medulla.

At cranium non alitur cerebro: ſic neque ſpina, ſua medulla.

Oſſa ſolida quõ alãtur.

Oſſa nutrivi ſola medulla, ex G.

A ſimili.

Quid ſi nulla (inquam) intus medulla ineſt? vt in pleriſque videmus, vel adeo in equis, leonibus, canibus certum conſtat experientia, & Galenus ipſe poſt Ariſt. profitetur: quæ ſi frangantur, ideo non coaleſcant; quia medulla in totum carent, aut paucam continent, & ariditate nimia ſqualent. Contrà puerorum oſſa tenuia & mollia & ſanguinolenta ſunt cauáque; non antroſa, non denſa, non ſolida, ait Hipp lib. de tremaris capitis. idémque lib. de natura pueri, caua oſſa trahere ad ſeſe à carnibus quod eſt in ſanguine pinguiſſimum, ſcribit. & verò ſuppurati eodem libro de vulnerib. cap. teſtatur. & libro de fracturis, ex oſſe confracto ſanguinem reſudare, & admota ſpuma ſpleniáque cruore ſuo tingere, & verè admonet; & Galenus ipſe fatetur, & nos aſſiduè experimur. non vtique ex medulla, ſed è ſanguine, quo ali ipſa conueniebat, & callum indurari. atque idem initio comment. 1. in lib. de humorib. ex plurib⁹ oſſibus & muſculis, quàm ducentis corpus conſtare, & in ſingula oſſa vaſculum alens peruenire, cui nomen venæ eſt, adſtruit.

At pleriſque oſſibus deeſt medulla, quibus.

Oſſa vermicularium cur fragilia non ſolidentur.

Oſſa ſuppurant, & alitur ſanguine, quõ.

Ab oſſibus fractis reſultat ſanguis.

Vermes ſubeunt oſſa vt alant.

Digitized by Google

Quanquam author libr. de alimento (cui inter Hippocraticos locus eſt) ſub finem ita ſcripſit; Medulla, alimentum oſſis: propterea callo obducuntur. Sed callum dixi non è medulla, verùm è ſanguine glutinoſo allabente & copioſo gigni: quod vel ipſe Hipp. & Gal. lib. 6. meth. med. & tota medicandi ratio comprobat, talem inſtituens in oſſium fractura diætæ & victus rationem. atque ille idem author ibidem nonnulla ænigmaticè loquitur: Pus, vlceris alimentum: pus, alimentum venæ, arteriæ. quæ metaphoricè dicta, interpretatione conuenienti egent, examinanda diligentiùs.

Oſſa ali medulla.

Callus ſeu p. rua vnde conficiat.

Hipp. ænigmatica oratio.

Quid quod ipſe Galenus, qui ſcripſerat locis citatis, & nominatim cap. 13. libr. 3. facult. natural. depulſum à ventriculo humorem chylúmve, ipſis inteſtinorum tunicis apponi: idem ibidem cap. vltimo negat cor eo nutriri ſanguine, quem à vena caua inuectum, ſuis ventriculis recondit? ſed per venam aliam variè per eius corpus diſperſam ali, quæ nec ſanguinem à corde, nec originem ab eodem habeat? coronariam (opinor) recentioribus dictam venam intelligens.

Inteſtina ali chylo.

At cor contento intra ſe ſanguine non alitur, & quò idem.

At quantò credibilius fuit, ſanguine jam elaborato, & in ſuis alueis contento, ipſum cor, viſcus ſanguineum & carnoſum ali: quàm ventriculum atque inteſtina, partes frigidas & ſpermaticas, chylo nondum in ſanguinem conuerſo? Idem verò ibidem ligamentis, membranis & neruis, ex multis fibris conſtructis (quæ partes ſimilares ſint) media quædam ineſſe ſpatiola tradit, in quibus nutritioni eorum conueniens ſuccus ſit inſperſus, quem ex ſanguine traxerint venarum (nam venulas neruis ineſſe ad alimoniam ſui, tam tenuibus corpuſculis, ineptè ſenſerat Eraſiſtratus) electo inde & attracto, quod fieri poteſt, quàm ſimillimo ſibi alimento, ſenſimque in ſuam naturam atque ſubſtantiam mutando & aſſimilando.

At cor ſuo ſanguine, quàm ventrem chylo nutriri, eſt rationi magis conſentaneũ, &c.

Nullæ venæ neruos inſunt.

Sic tunicæ alui per venas aluntur, quomodo.

Quantò autem facilius eſt, tunicas ventriculi amplas & capaces, & à ſe inuicem diremptas, traiectis per ſuam ſubſtantiam venulis nutricari? quod vel oculata fide probari licet, non in hoc tantùm, ſed etiam in vtero & veſica vtraque, multis venis ad ſui nutritionem peruia, vt ipſe ille adſtipulatur.

Sic vterus & veſica vtraque.

Gal. qua ratione inductus credidit ventrem chylo nutriri.

Sed in eam ſententiam fortaſſe Galenum traxerat problema iſtud Ariſt. ſect. 38. Cur venter opimus admodùm eſſe ſolet? Vtrùm quòd cibo propinquus eſt? dúmque cætera membra ex ventre hauriunt, venter ipſe ſibi ſæpius ingerit. An quoniam minimè venter laborat? flexibus enim is nullis contorquetur.

Cur venter obeſus eſſe ſoleat? Soluto N. vitet alitur ſanguine venarũ, ſed delicijs chyli fruitur, qualiter.

Enimuerò illud mihi quidem fide dignius viſum eſt: ali quidem ventriculum ſanguine eo, quem inferiæ venulæ conferunt: ſed chyli parte quadam tenui, pingui, elaboratiore, ſuauiori frui ad cupediam deliciáſque. ſicuti renes ſeroſo illo ſanguine, quem vrinæ permixtum ſecernunt ac percolant. Sed & illud ex libr. 4. de vſu partium, jam appellatum & ciratum perplacet, repetitum eidem Galeno libr. 3. facult. natural. cap. 13. Nempe per quas venas à ventre (vt etiam ab inteſtinis) in iecur facta eſt digeſtio (Græcè ἀπόδοσις) rurſus ex iecinore in ipſum ventrem (ſcilicet & in inteſtina) trahi alimentum in longiore inedia tolere. quod vtique per venas fit, quæ chylum à ventriculo emulgere ſunt natæ, de quibus poſthàc.

Iiſdẽ venis chylus ad hepar fertur, & ſanguis reuehitur, quãdo.

Sed ſanguis ſic remeans, an in ventriculi fundum regurgitat & effunditur? num potiùs (vt credo) in ſubſtantiam tunicarum rapitur, & ab ijs conficitur? Quippe eiuſmodi effectis fidem abrogare, ſimile ducit ibidem Gal. ac ſiquis purgantia medicamenta (vt idem de ileo & cholera morbo intelligas) per quæ ora priùs eſt facta digeſtio, ſiue ἀπόδοσις (nam digeſtionem pro coctione cum vulgo medicorum dicere, videtur vtcumque à communi Latinorum recta conſuetudine remotum) per eadem neget ex toto corpore in ventrem proprios ſuccos trahere: vaſorum finibus, quicquid vicinum ſibi eſt, exugentibus, & propinquæ parti tradentibus, móxque aliis atque aliis, donec ad vltimum peruentum eſt: ſed alia digeſtionis, alia purgationis ora requirat.

Sanguis ad ventrem remeans, quò ſe inſinuet.

Sic per eadem vaſa fit ſanguinis diſtributio, & humorum attractio, vbi medicamẽta, quæ.

Digeſtio, quid.

Atqui ſi vnum idémque os, geminis, quæ in contrarias partes diuerſis temporibus trahunt, potentiis ſubſeruit; priùs quidem ei quæ eſt hepatis: purgandi verò tempore, ei quæ eſt medicamenti. quid miri eſt, in his venis, quæ medium ſpatium inter iecur & partes circa ventrem occupant, duplex eſſe miniſterium atque vſum? ita vt cùm in his abundantia fuerit alimenti, per jam dictas venas ſurſum feratur in iecur: cùm autem vacua ſunt, nutritíque auent, per eaſdem ipſas ex hepate rurſus trahatur. quomodo per os & gulam cibus accipitur, & idem vomitu reijcitur: per arteriam aſperam & nares, ſpiritus inducitur, & viciſſim educitur: non ſimul quidem, ſed viciſſim, & alternante duplici inter totidem quietes motu. Sic nempe in vno & eodem animali, geminum & idem inſtrumentum contrariis materiarum meatibus viciſſim & alternatim ſubſeruit. Quinetiam totum ex toto trahere, ac toti impertire, vnáque omnium confluxio & conſpiratio eſſe videtur (Græcis σύμπνοια & συμπάθεια) quemadmodum admirabilis Hipp. lib. de alimento dixit.

Quibus venis chylus ad hepar feratur, & ſanguis ad ventrem reuehatur. A ſimili.

Quies geminos diuerſos motus.

Corpus totum conſpirabile, conſpirabile.

Ergo naturali quidem ſorte atque inſtituto, hepar de ventriculo trahit alimentum, tum ſibi primùm, tum deinceps toti corpori nutriendo. Sed ſi venter inopia multa laborat; eo quo diximus modo, ab hepate emendicat ac fœneratur. alioquin excrementis repletur: vt ſunt ſanies quædam bilioſæ, pituitoſæ, & feroſæ: quas ſolas trahenti illi, tum ſcilicet cùm

Hepar trahit à ventre, & eidem remittit alimentum, quomodo.

nutrimento indiget, iecur remittit. éstque hæc vna vocatarum fluxionum seu ῥεύματων caussa: cùm pars valentior in debiliorem quamque sua excrementa deponit. Pari denique ratione, ab extima corporis superficie, & summa cute, ad ventrem & intestina regurgitare humores possunt, ijsdem viis retrogressi, quibus olim alimentum partibus circumferre solita erant. Quod idem nos quoque bonus docuit Hipp. scilicet non spiritum modò aut excrementum: verumetiam nutrimentum ipsum ab vltima & summa corporis parte, eò vnde primùm ascenderat, rursum deferri ac retrogradi.

Fluxionis modus.

Sic ab extimo corpore ad intima humor remeat, & contra commeat.

Sic spiritus & excrementa.

Quomodo à sumptis per os medicamentis videmus ictteri bilioſos ichôres intrò remeare atque expurgari, & fœdum colorem paulatim exteri atque extergeri, per eadem vasa & venas regurgitante intrò bilioso sanguine, per quas olim nutriendis partibus distributus sanguis fuerat: Quippe minimum momentum expultricem facultatem huc vel illuc impellit, vt quæ per transuersas fibras functionem suam obeat; ocyssiméque ab eo, vnde principium motus extitit, ad eum qui extrà positus est, multis mediis vasis percursis, finem traducatur ac referatur. Huc etiam pertinet quod scripsit idem Hipp. à nobis alibi productum, Vniuersum corpus humanum esse σύμπνουν ξ ἀρρόον, ἔσπνουν & ἔκπνουν, consspirabile & confluxile, intro & foràs spirabile. Denique Galenus omnem naturæ circa nutrimentum, operam, in tres temporum vices cogitatione partitur, sub finem libr. 3. facult. natural. In prima quidem, simul & manere id in ventriculo & concoqui intelligit: tum ventri ipsi ad saturitatem apponi: tum portiunculam eius exiguam in omnem corporis partem ferri.

Ab exẽpla.

Facultas expultrix quomodo expellat superius, & quo vltimo.

Corpus humanum consspirabile & confluxile, intro & foràs spirabile.

Tribus temporibus in nutricãdo corpore, coctio, appositio, distributio fiunt.

Porrò hoc tempore, quod in prima est appositum, id ventriculo affigi credit: in tertia verò temporis portione, ventriculum quidem jam nutriri ijs, quæ affixerat, planè sibi assimilatis: affigi verò tam iecori, quàm intestinis, quæ ijs fuerant apposita. præterea in omnes corporis partes digestionem appositionémque fieri. & pòst quidem, si animal statim nutrimentum accipiat, rursum quo tempore id venter concoquit, eóque fruitur, quicquid vtile ex eo est, tunicis suis apponens, hoc intestina quidem eum quem sibi affixerant, succum prorsus assimilabunt (de quo tamen paulò antè quid sentiremus, aperuimus) pari modo & iecur. in toto verò corpore partes nutrimenti, quæ fuerunt appositæ, affigentur. Sin autem venter manere sine cibo cogatur, hoc tempore & à venis, quæ in lactibus & iecinore sunt, nutrimentum trahet: non enim ex ipso iecoris corpore.

Post appositionem, affigitur eibus, idem assimilatur, & nutrit.

Venter chylo fruitur, & intestina.

Ventriculus venarum retrahit ab hepate; aliis solo chylo nutritur.

Porrò corpus iecinoris appello, primùm ac maximè ipsam propriam eius carnem (quam παρέγχυμα posthàc nominabimus) post hanc, etiam singula quæ sunt in ipso vasa. Siquidem qui in quaque particula jam contentus est succus, hunc alteram particulam reuellere,

Venter non alitur à corpore hepatis, & quid sit.

A credibile non est: maximè vbi jam agglutinatus vel assimilatus est. Quod autem est in venarum finibus, id quidẽ pars valentior, simúlque indigens alimento, in diuersum ad se reuellit. Sic itaque & venter, quo tempore ipse nutrimenti est indigus, animal verò non comedit, hoc ab ijs quæ in iecore sunt, venis rapit: sicuti tum idem à splene; tum & partes spleni per societatem venarum sociatæ, alimenti indigæ, sanguinem reuellunt. hæc ferè istum in modum Galenus concludit, & à simili demonstrat. quasi dixeris, velut si positum in medio pabulum, à multis & diuersis animantium generibus varie ac diuersimodè rapi atque deuorari B intelligas. Sic igitur mirum non debet videri, si ab vltimo & summo corpore aliquid intrò reuertitur: sed nec si ab iecinore & liene aliquid in ventriculum per ea, per quæ ex hoc in illa priùs subiit, defertur. qualiter per arterias & pulmones accessus & recessus aëri vicissim patere paulò antè indicaui.

Venter quando attrahat ab hepate & splene, & alia partes ab alijs.

Similitudo ab animalibus in cõmune pascentibus.

Sic à vẽtre ad hepar & splenem, & contrà.

A simili.

Sed fortè in hac quæstione diutiùs immorator. quam tamen priùs quàm claudo, placet vno aut altero teste confirmare. Fuchsius Doctor scholasticus perdiligens, cap. 4. libr. 1. sect. 4. institu. medicinæ, ita obiectionem soluit: Refectionem eam, quam ex cremore è cibis profecto capessit ventriculus, veram nutritionem non esse, nec appellari à Galeno, sed potiùs oblectationem quandam, & satietatem nutritionis æmulam. Quippe quod in cremore longè optimum habetur & congruens, id ad se rapit ventriculus, ínque suas tunicas fugendo recondit: ex quo fructum voluptatémque, perinde atque vesicula iecinori substrata, ex bile percipit, & quodammodo reficitur. Verùm cùm cremor ille vacua tunicarum spatia referciens, in vaporem fusus & extenuatus, ad extremum euanescit, D ísque sua qualitate conuenienti, cognata ac familiari, potiùs quàm substantia, animalem appetentiam, nequaquam autem naturalem depellat; quæ ex eo fit refectio, nutritio propriè dici non potest.

Ventriculus non alitur chylo, sed fruitur ad voluptatem, qui.

A simili.

Chylus animalem ventriculi famem depellit, non naturalem.

Nam naturalem appetentiam, quæ vacuationem & dissipationem partium sequitur, vna duntaxat sanguinis substantia per ventriculi corpus & molem effusa, dum in eius naturam conuertitur, mutatúrque, satiare potest. Animalem verò, non modò sanguis, sed & quicquid qualitatis cuiusdam suauitate cognationéve & conuenientia præditum, in ventriculum ingeritur, compescit.

Fames naturalis ventriculi, sedatur solo sanguine alimento: animalis autẽ, etiam cibo quolibet suam.

Cæterùm nemini absurdum videri debet, E aliquid voluptatem è re quadam capere, non tamen inde nutriri: Nam simile est quod accidit ijs, qui æstiuo tempore se in aqua frigida lauant: Quippe illi non leuem ex ista lotione voluptatem sentiunt, ac qualitatis frigidæ suauitate mirum in modum delectantur, non tamen nutriuntur. Idem lib. 1. sect. 7. cap. 5. cùm in hanc mẽtionem de coctione ventriculi incidisset, sic intulit; Cibum tandem ventriculi facultas concoctrix mutat, conficit, & plenius concoquit, atque ex eo humorem procreat, qui

Ali, & voluptatem capere differunt inter se.

A simili.

Cibi esitio qui fiat & chyli inde generatio.

Digitized by Google

proprio nomine Græcis χυμὸς, Latinis cremor nominatur (candido priſanæ cremori perſimilis.) Quod verò in hoc cremore longè optimum & familiare habetur, id halitus ſpecie ad ſe rapit, inque ſuas tunicas ſugendo reponit, eis etiam adiungit & agglutinat, atque ex eo demum fructum voluptatemque capit, & quodammodo ſaturatur; non tamen propriè nutritur. Neque enim paſtio illa, quam ex cremore capeſſit, vera eſt nutritio, ſed ex qualitatis cognatione & conuenientia, oblectatio quædam, & ſatietas nutritionis æmula: quòd ſcilicet ventriculo non aſſimiletur. Hinc eſt, quòd Galenus religioſè vitet, ne dicat ventriculum ſibi aſſimilare chylum, ſed tantùm reponere & adiungere.

Ventriculus chylo quò frnatur, non antè alatur.

Chylus nõ aſſimilatur ventri: ideo neque nutrit.

Quæ verba cùm lego, & eadem planè repeti apud Fernelium video, ita vt neuter neutrum appellet aut nominet, & vterque eodem tempore viuat ſcribátque: mirari ſubit hominum ingenium, atque φιλοψευσιαν, ſimul & ſupinam ſecuritatem, qui aliena ſcripta verbáque exſcribere non verentur, neque quid poſteri dicant aut iudicent, quicquam penſi habent: cùm nemo ſit, qui non facilè iudicet, eandem ſententiam pluribus in mentem venire poſſe: ſed vt eandem rem animo perceptam & comprehenſam, iiſdem verbis exprimant, non dico per plures paginas, ſed ad ſummum tribus verſiculis, non facilè contingere; imò ne fieri quidem hactenus viſum fuiſſe aut obſeruatum. Quale vt ita dicam, κακοζηλιας, & Plinius ipſe notauit ſua ad Veſpaſianum præfatione: Scito (inquit) conferentem me authores, deprehendiſſe à iuratiſſimis & proximis veteres tranſcriptos ad verbum, neque nominatos; non illa Virgiliana virtute vt eſſetarent, non Ciceroniana ſimplicitate &c. Verùm iſti vt libet: nos non pudebit, per quos profeceriмus, palàm profiteri. quæ autem iiſdem planè verbis, præter citata de ventriculi concoctione & nutritione vtrobique ſcribuntur, ea ſic eleganter & diſertè apud Fernelium leguntur cap. 1. libr. 6. phyſiologiæ; Hoc interim ſpatio (quo ventriculus cibum ad plenam perfectámque concoctionem concludit & cohibet) facultas concoquens, cibum omnem mutat & conficit, nullis quidem fibrarum adminiculis; ſed tum proprio ingenitóque calore & ſpiritu, tum eo, quem vt lebeti magno circumiectus ignis, ita & proximæ partes illi inferunt, iecur, lienis, cor, diaphragma, vena cava, & omentum, quod illius calorem coërcet duntaxat atque continet.

Fernelius & Fuchſius cõtemporanei ſcribunt idem & iiſdem verbis, nec ſe appellant.

Eadem ſententia poteſt pluribus venire in mentem: ſed verba diuerſa.

Cacozelies authorum alienа ſcripta ſibi vendicantium.

Virgilij & Ciceronis modeſtia, & N. imitatio.

Cæterùm propria ventriculi ſubſtantia, concoctionis illius abſolutionem perficit; idque non modò vulgatis & notis illis qualitatibus, verùm etiam tacita & recondita proprietate. Itaque his omnibus tanquam miniſtris adiutus ventriculus, primùm quidem alimenta in vnum cogit, & alia cum aliis, arida cum humidis confundit, ſimul verò omnia frangit, & exterendo comminuit: vt jam partes quandam ſubſtantiæ æquabilitatem adeptæ videri poſſint. Quæ dum ita exquiſitè permiſcentur: neceſſariò cùm ex miſtionis lege, tum ex affectionis natura mitigantur, & depoſita omni qualitatum exuperantia, in quendam mediocritatis ordinem adducuntur & recidunt: fitque vniuſmodi eiuſdémque naturæ ſubſtantia, ſpeciem quandam cremoris conſecuta. Hoc primum eſt concoquentis facultatis opus, ciborum in cremorem conuerſio; quam & ventriculi, & vicinarum partium ſolo calore fieri credibile eſt. At verò id concoctio nondum cenſeri debet, quòd talem ars ſola plerumque nobis exhibeat: ſed duntaxat præparatio quædã ad cõcoctionẽ.

Chylus quomodo elaboretur, eiuſque forma.

Ciborum in cremorẽ mutatio, nondum eſt concoctio.

Poſthæc verò cremor hic aptam & accommodatam nutriendo animali qualitatem atque ſubſtantiam ſumit, túmque perfectè mutatur & conficitur: eáque mutatio, & in chylum facta conuerſio, concoctio ea eſt, quam definimus. Fit autem hæc non modò vi & ardore caloris; ſed etiam tota ventriculi ſubſtantia, & inſita, quam diximus, proprietate.

Chyloſis, eſt abſoluta concoctio.

Mox paulò aliter ex Gal.

Coctio in ventre quò fiat.

Sic ſtruthiocamelus ferrum coquit & exterit, quod non leo calidiſſimus, ſed ne ignis quidem ardor effecerit. ſic fruges aridas & prædiras minutæ aues conficiunt, omnéſque crudum quippiam ſubigunt & mutant, quod vix audeat homo attingere. ſic coturnix verarrum coquit & mitigat, nobis prorſus inimicum, inuictum, indomitum, & quod omnem corporis noſtri vim, omnes conatus reſpuit & aſpernatur. Quodcumque autem idoneum & conueniens alimentum ventriculus acceperit, id demum vincit atque mutat, omnéſque in id tum qualitates, tum naturæ ſuæ vires confert. Hoc jam plenè coctum, tametſi ingratum guſtatui videtur; poteſtate tamen & viribus conueniens eſt & ſalutare. Idipſum autem concoctio eſt: nempe in peculiarem & propriam eius quod alitur, qualitatem conuerſio. Ariſtoteli quidem hæc ἕψησις exiſtit, id eſt (vt iuniorum nomine vtar) elixatio: eſt enim in humido facta coctio. Quidam ex veteribus hanc falsò corruptioni annumerant: iccirco alimenta temporis ſpatio in ventriculo commutata, putreſcere exiſtimãtes, quòd priſtinam ſaporis odoriſque gratiam non ſeruent: ſed prorſus iniucunda, graui moleſtóque tum ſapore, tum odore ſenſus feriant. At illi parum cognitum habent, eam cõcoctionis ſalubritatem, non guſtatu, non olfactu, ſed virium præſtantia, & ſubſtantiæ familiaritate ponderandam eſſe & æſtimandam.

A ſimili.

Sic ſtruthiocamelus ferrum coquit.

Vis ventriculi in cibo.

Concoctio quid ſit.

Coctio cibi horũ ſimilis elixationi, quomodo.

Quòd coctio cibi, nõ ſit putrefactio.

Coctio quomodo metienda.

Eius porrò quod jam conuenientem & familiarem qualitatem eſt adeptum, portionem quandam ſibi arripit ventriculus. nam quod in cremore longè optimum eſt, & congruens, id halitus ſpecie ad ſe rapit, inque ſuas tunicas ſugendo recondit, eis etiam adiungit & agglutinat: ex quo demum fructum voluptatémque percipit, & quodammodo ſaturatur. Veram hanc eſſe nutritionem, à Galeno quidem videtur proditum literis: quod tamen nonnulli de interiore ipſius duntaxat tunica accipiendum interpretantur, hâncque ex tenuiore benigniorèque chyli vapore ſuſtineri; externam verò ex ſanguine alimentum capere per venas conſpicuas ex iocinere in ſe pertinentes atque

Ventriculus chylo quò frnatur: ea etiam eódẽ alatur.

An ventriculi tunicã interior chylo, exterior alatur ſanguine?

Cibi concoctio à ventriculo quò fiat.

Concoctio fit à tota ſubſtantia, non à manifeſtis qualitatibus.

Coctionis modus in alio.

directus. Ego verò vt hanc, sic & interiorem illam sanguine nutriri duco, neque passionem eam, quam ex chylo ventriculus capessit, veram nutritionem appello: sed ex qualitatis cognatione & conuenientia oblectationem quâdam & satietatem nutritionis æmulam. Exanguia, fateor, non pauca animantia, vt conchæ, vt vermes, succo aluntur, qui veram sanguinis speciem non accipit. at non protinus existimandum est, idipsum in sanguineis obtingere; quòd nihil quicquam præter sanguinem pollit in eorum substantiam conuerti. Quocirca fieri non potest, vt chylus proximum sit ventriculi alimentum. Quæquidem mea assertio ne inanis esse videatur, illa me cautio mouet, quòd dum fœtus vtero continetur, totus ventriculus, maximéque interior eius tunica, puro ac syncero sanguine alebatur, nullo nimirum tum vspiam existente chylo.

Ventriculus chylo frustr. ad voluptatem, non alitur. Succo quæ aluntur pro sanguine: non tamen sanguinea animalia.

Galeno chylo ventr. non alitur, sed sanguine.

Sic embryonis ventr. solo alitur sanguine.

Nunc igitur quia cumulatiùs atque perfectiùs is ali postulat, optima ratione similiter ex sanguine nutrietur, & incrementum suum capesset. Quinetiam ossa, quæ longiore intervallo quàm ventriculus, à sanguinis natura recedunt, sanguine ali fatemur. quantò magis igitur ventriculi membranæ sanguinem pro suæ naturæ custodia requirent? Qui fit igitur, inquies, vt cibus ventriculo conceptus, famem & appetentiam sedet atque saturet, si is neque ventriculum pascit, neque nutrit? Fames quidem, & animalis appetentia, totius est ventriculi, præsertimque oris eius, tum temporis potissimùm excitata, quum supra modum exinanita ventriculi capacitate, eius latera collapsa, in sese cócidunt, conuellúntque grauiter vicina sibi præcordia: & quum interiores recessus, & quasi rugæ, proprio humore exhausto inaruerunt.

Sic ossa sanguine aluntur.

Quæstio, cur cibus famem sedat? Fames animalium ore ventriculi, qui fiat.

Hoc interim spatio, ventriculus tum se suámque capacitatem implere, & quasi farcire; tum verò succi vtilioris quippiam in interiores illos recessus recondere desiderat. Vtroque autem desiderio eum laborare, argumento est, quòd medico cibo, qui interiorem duntaxat tunicam óblinat, saturari non solet, nisi ipsa etiam (vt Gal. scripsit) interior capacitas expleatur. quod etiam dominante fame, dum quis cibum capit, non protinus vt hic intrò demissus est, sed aliquanto pòst satiatur desiderium: quum perutilem succum ventriculus in tunicam tapiens, summa cum voluptate amplexatur, sibíque apponit, perinde ac si eo verè aleretur. At certè ea nequaquam propria est nutritio: sed succus illa vacua tunicæ spatia referciens, in vaporem fusus & extenuatus, ad extremum vanescit: isque sua potiùs qualitate, quàm substantia famem depellit. Famem, dico animalem appetentiam: naturalem quippe vna duntaxat sanguinis substantia per ventriculi corpus & molem effusa, satiare potest, dum in eius naturam conuertitur. cæterùm animalem non modò sanguis, sed & quicquid qualitatis cuiusdam suauitate præditum, in ventrem demittitur, compescit. fames porrò quotuplex

Fames animalium nõ sedatur pauco cibo, sed vtre pleno, ex Gal.

Venter chylo famem sedet, non satiat: quia qualitate, non substantia fruitur.

Fames animalis, non nisi sanguine sedatur.

A sit, quoque modo hæc quinque symptomata sese mutuò consequantur, vacuatorum naturalis appetitio, ventriculi suctio, suctionis tensio, atque vltima animalis apperentia, dictum est nuper, & fortè dicetur alias ex Gal. lib. 1. de sympt. caus. Sentio enim me diutiùs in hac quæstione immorari, tum ob varietatem opinionum, tum ob demonstrationis nostræ & alienæ prolixitatem. cui jam modum finémque impono, veritus istorum morosulorum hominum minas & contumeliam, cùm & Galenus, & Fuchsius, & Fernelius, & alij nonnulli, Vetalij reprehensionem fugere nequiuerint, quasi integros libros hac quæstione, An ventriculus suo, quem iecori conficit, succo, aut sanguine seorsum, an simul amborbus enutriatur, commaculantes, ait ille cap. 3. lib. 5. Cuperem autem, vt eiusmodi homines, suo quisque studio plus iusto delectati, in suum penium gnauiter incumberent, nec alienum laborè vitio suis cultoribus verterent, modúmque alienæ ponerent industriæ. Scimus enim in anatome explicanda, oculorum aciem, & manuum sagacitatem requiri, cum eo vt quis obseruata sibi fideliter in acta referat, eáque explicet oratione si non diserta (quod rarò accidit) at intelligibili saltẽ. Verùm theses istiusmodi proponere, & probabiliter demonstrare, tum rerum multarum cognitionem, tum orationis haud ieiunam vbertatem desiderat. sed enim, vt aiunt, suum cuique pulchrum. τὸ γὰρ αὐτῶν αὐτοῖς ἡδὺ καὶ καλόν. sua cuique iucunda esse necesse est, ait Arist. 2. Rheror. Sed finamus quemque sibi scribere: Suam cuique sponsam, mihi meam: Suum cuique amorem, mihi meum, ait ex Attilio poëta Tullius ad Att. lib. 14. Sed pergo de ventriculi natura, situ, & constructione dicere, & quidem ex Galeni potissimùm auspiciis lib. 4. de vsu partium, ex quo jam pleráque huc contulimus: cui summo medicorum omnium sua authoritas semper sacta tectáque seruanda est: licet in paucis non videatur omnium votis aut expectationi respondere: sicut ex subiectis aliunde collatis, & naturæ archetypo quadrantibus, facilè erit dignoscere.

Fames quotuplex, & ordo generanda.

Excusatur sermonis prolixitas, & notantur homines morosi & fastidiosi.

Vesalius sua arti dũ impensius fauet, alienam deijcit & damnat.

Libertas scribendi non est cuiusquam adstringenda iudicio.

Theses & problemata illustria describere, est curandum, cur.

Suum quisque laudat & amat, prouerb.

Transitio.

Excusatur Gal. reprehensio, & error hominũ communis.

De sitv, forma, & compositione, vsúque Ventriculi.

CAP. XI.

E POSITVS est ventriculus non statim post os (tametsi id quidem postulabat alimenti susceptio) sed quem vocamus thoracem, & quæ in ipso sunt viscera, præposuit, ac superiore loco esse voluit natura, vt ille quidem in inferioribus partibus effluuia haberet superfluorum, quæ procul à capite & sensibus remota esse conducebat. hic verò per os attrahens, & rursus emittens aërem inspirando & expirando, vocis & respirationis fiat author, vt antea demonstrauimus. Ille (inquam) ventriculus thoraci subiectus quidem est: non tamen exactè medius inter sinistram & dextram

Ventriculi situs, & suscep tio.

Thoracis vsus.

Digitized by Google

Ventriculus non eſt vſquequaque medius in homine, quid.

animalis partem: verùm ad dextram longulè porrigitur (de parte ſuperna & anteriore dixi paulò antè, ex Veſalij potiſſima admonitione, vera quidem, licet Galeno paulùm contraria.) Cùm enim natura circumpoſitura ei eſſet duo viſcera, neque magnitudine æqualia, neque pari præſtantiâ: propterea maiori & principaliori maiorem ſimul & honoratiorem locum tribuit: & hoc quidem dextra parte locauit. Alterum verò, quod eſt velut expurgatorium ipſius, ſiniſtris ventriculi partibus protendit. (Quanquam reuera lien ventriculum minùs in anteriora conuoluit, minúſque eius lateri ſiniſtro attenditur, in poſteriora magis retractus, & inferiori aliquantum ſede ſitus.) Sed quoniam hepar quidem ſublimem habuit poſitionem, adeo vt contingat ſeptum tranſuerſum: ſplen autem inferiorem: ratio fuit, ad dextram fundum ventriculi extendiſſe. Otioſus enim fuiſſet locus iſte, & omnino vacuus, vtpote ad quem hepar non etiam peruenieba.

Ventriculus inter iecur & lienem modus.

Fecoris & lienis ſides.

Ventriculus ad lienem vt ſe habeat.

Hepar tangit ſeptum.

Ventriculi ad dextrã cur fundũ vergat magis.

Hæc tamen Galeni demonſtratio, vereor vt hominibus quadrare poſſit, in quibus ventriculi maior portio, eáque craſſior, amplior, rotundior & capacior, læuam partem inferiorémque lienem verſus, vtpote magis vacuam occupare deprehenditur, ad ſeptum vſque pertingens: cùm tamen ad dextram anguſtior & gracilior & velut acuminata (cuculle inſtar) hepatis causa ſubire cogatur. Atque hæc quidem eſt prouidentia poſitionis trium inſtrumentorum, hepatis, ſplenis & ventris. Prouidentia verò figuræ & conformationis vniuerſæ, præterea connexionis, ſeu cum adiacentibus cohærentiæ, ſic habet.

Imò ventriculus in homine magis ad læuam incumbit, contra Gal. quamobrẽ.

Ventriculi ſitus ad hepar quomodo ſe habeat.

Ventriculus quidem, vt qui recipiendorum ciborum gratiâ exiterit, & locum omnem inter hepar & ſplenem, medium eſſet occupaturus, meritò rotundus ſimul & oblongus fuit. Rotundus quidem, quòd hæc figura minimùm omnium læſioni obnoxia, eadémque capaciſſima ſit: (Omnium enim figurarum æqualem habentium ἐπιφάνειαν, id eſt menſuram, planarum quidem circulus; ſolidarum autem, ſphæra, maximæ ſunt.) Oblongus autem, quoniam infernè quidem, στόμαχος ad inteſtinum eſt; ſupernè autem ad œſophagum, ipſe quidem progreditur; quà verò incumbit vertebris, comprimitur: ob idipſum vitiata eſt ipſius conuexitas. In hanc ſententiam, author libri de anatomia viuorum ita ſcripſit: Creauit Deus ſtomachum, membrum concauum & oblongum; rotundum in ſua longitudine: concauum, propter meliorem receptionem: rotundum, ne ſi eſſet angulosus, colligeret in ſe nimias ſuperfluitates: oblongum, quia ſi fuerit penitùs rotundus, impediret ipſum diaphragma à motu ſuo, & ipſa ſpiritualia: vnde illi qui habent ſtomachum rotundum, poſt prandium difficulter inſpirant & expirant. hæc ille non omnino incommodè, ſi paulò elegantiùs.

Ventriculi figura, & eius ratio, atque vſus.

Cur rotundus, & figura rotunda proprietas.

Cur oblongus.

Cur non exactè rotundus.

Stomachi figura, & eius ratio triplex.

Stomachi rotundi incommoda.

Porrò in hominibus quidem fundum ventriculi latius eſt ipſo orificio, quòd infernè vergat in hoc animali, quodquidem ſolùm inter cætera omnia extitit. in aliis verò animalibus, verſus anteriora ad hypochondria tendit ventriculus: propterea quòd id illis eſt deorſum. Porrò tibi manifeſta jam erit vniuerſa ipſius figura: Sphæram enim perfectiſſimam mente complexus, poſtea ipſum ampliorem finge animo parte inferiori. Deinde duplicem facias productionem: latiorem quidem, quæ eſt ad œſophagum: ſtrictiorem autem, quæ infernè. poſtremò ipſum comprimendo, & ſimam faciendo gibboſitatem poſteriorem, omnem figuram ventriculi didiceris.

Ventriculi fundi vergat magis.

comparatio, vt humor ſitus in homine cum brutis collatio.

Ventriculi figura, à ſimili.

Cæterùm alia quidem perſpicua ſunt: ſed quam tandem ob cauſam contrario modo ſe habent ipſæ partes atque explantationes? Supernè enim, vbi ipſe ventriculus eſt ſtrictior, ſtomachus ſeu œſophagus factus eſt amplus: infernè autem, vbi eſt latior, explanatio ad inteſtinum ſtrictior facta eſt. An quòd moles non tritas, duras, ac magnas aliquando tranſglutit animal; quæ vt tranſirent, amplam viam factam fuiſſe eam, quæ per ſtomachum fert, oportet? Infernè autem contrà nihil oportet tranſire magnum, durum, non verſum in chylum, atque incoctum. ſed velut σαφὲς, id eſt ianitor quiſpiam iuſtus, eſt huius meatus anguſtia, nulli, antequàm in chylum redactum ſit, & concoctum, facilè concedens ad inferna tranſitum. Atque in multis certè animalibus, velut glandulosa quædam ſubſtantia ibi adiacet, adaugens anguſtiam: & maximè quando ventriculus retentrice vtens facultate, & colligens vndique ac contrahens in ſpiras ſeipſum, & quæ in ipſo continentur, circumplexus, in coctionem eorum incumbit. tunc enim vtrumque orificium arctiſſimè coactum & contractum clauditur. quemadmodum rurſus quando propultrice vocata facultate vtitur, cætera omnia coarctat, cogit, ac conſtringit: meatum autem aperit, per quem euacuari oportet, quæ propelluntur. Quanquam quod ad glandulam iſtam pyloro adiacentem ſpectat, poteſt vaſorum in ecphyſin inferrorum diſtributioni inſeruire dici, eò quòd fibris careat: niſi fortè ſua mole tantummodò anguſtias loci augere dicatur. Quid ſi ſuo lentore, bilis illàc allabentis, & inteſtinum conuerrentis acrimoniæ infringendæ præficitur? Nam muſculum eum dicere, velut pylori ſphincterem, quanuis quidam aſſerant, tamen pudor eſt: quòd neruis, & motu voluntario careat, reliquorum inſtar ſphincterum.

Cur ventriculus parte ſumma & ima ſit inæqualis: & cur hac ſtrictior, illa autem amplior ſit.

Pyl. rum, velut ianitor, cur anguſtus, & ob glandulam arctius, præcipuè dũ ſit coctio.

Pylorus dilatator ad excrementum.

Glandula ad pylorum vſus: & quòd nõ ſit ſphincter vel muſculus.

Cæterùm glandulam iſtam cùm nomino, nolim intelligas tuberoſum illud corpus, quo interiore velut in orbem circulo ambitur inferius ventriculi orificium: neque id ſolùm, ſed ſuperius etiam: velut vtroque hoc tubere, tum finem œſophagi, & ventris initium; tum ventris finem, & duodeni principium inſinuante: cùm ſint duo iſti annuli reliquis tunicis longè ſolidiores, duriores, craſſiores: tum vt conſtrictio vtriuſque orificij arctior fiat: tum denique vt ne duritie vel aſperitate ingredientium aut egredientium promptè lædantur.

Tuber orbiculare ad ſtomachum & pylorum, eiuſque vſus.

Digitized by Google

Tunica ventriculi & œsophagi, quales, & earum fibræ.

Cæterùm tunicarum natura ventriculo quidem & stomacho adsimilis est, dissimilis autem intestinis. Interna namque tunica in ventriculo simul ac stomacho membranosior, villos rectos supernè deorsum tendentes habet; externa verò carnosior, transuersos villos (quales habent duæ intestinorum tunicæ) idque meritò. Siquidem ventriculus trahat, oportet, ad se ipsum per stomachum cibum & potum, tanquam manibus, rectis his villis; propellat verò transuersis. Intestinis verò (attractrice enim non indigebant facultate) soli ad propellendum idonei sunt facti villi. Quinetiam continua est interna ventriculi, & stomachi, & omnium quæ sunt in ore, tunica (quin & intestinis omnibus eadem tunica communis est.) Siquidem id magis conferebat tum ad attractionem contentorum in ore cibariorum, tum etiam vt lingua deorsum trahatur cum musculis, qui sunt ad μεσόμια, hoc est tonsillas: à quorum omnium tensione, sublato larynge, & sursum ad epiglottida currente, obturatóque ab ea, repentè ac simul humor incidere in pulmonem prohibetur.

Fibrarum ventriculi vsus.

Intestina cur solas transuersas fibras habeant.

Tunica interna ventriculi communis, quibus partibus communis, & vsus.

Glutitio quo fiat.

Ar cur duriora & densiora sunt interna horum, quàm intestinorum? Quia intestina quidem ad διάδοσιν, hoc est distributionem: ventriculus verò, & stomachus, & os, ad patiendi difficultatem comparata sunt. Duras enim & magnas atque asperas moles sæpe transglutimus, à quibus comprimátur & abradantur parviculæ; nisi duræ & densæ extitissent. ob idipsum autem etiam tunica hæc communis ori, stomacho, ac ventriculo, ratior & mollior fit paulatim vsque ad fundum ventriculi. vt si partem hanc ventriculi comparaueris illi, quæ in ore est, multò mollior tibi appareat. Instrumentum enim, quod primum occurrit cibariis, antequàm vllam receperint elaborationem, cõsentiens fuit, omnium ad patiẽdum fuisse contumacissimum. Et verò si externam ventriculi superficiem internæ compares, deprehendes illam prorsus albicantem: hanc autem vario colore, rubro, fusco, nigro, flauo maculatam (fortè ingestis in stomachum iusculis & eiculentis, vtu alliduo concolorem redditam) deinde illam rursus longè læuiorem, politiorem, planéque æquahorem: hanc contrà rudem, inæqualem, & in obesis, multo adipe præsertim infundo obsitam: rimulis denique & crenis aspe-

Tunica intima ori, gulæ, ventriculo, cur densior quàm intestinorum: & horum tunicarum vsus.

Tunica illa communis, ab ore ad fundum ventriculi paulatim molescit, quamobrẽ.

Disparatio ambarum tunicarum ventriculi, actus & fe-

Interior ventriculi tunica aspera: & quamobrẽ.

ram. quam ideo scobinam dixerat Plinius, & cibis atterendis vtilem cum Cicerone ac multis ex veteribus scripserat: cùm tamen eadem ferè sit vesicæ atque intestinorum natura. sed de hoc iterum pòst paulò. Hæc etiam causa fuit, cur venæ quamplurimæ quidem ad singula intestina immittantur, paucæ autem ad inferiora ventriculi, paucæ etiam ad eius oris partes, & omnino obscuræ quædam ad œsophagum. Siquidem hic, via erat solùm ciborum; ventriculus verò, coctionis instrumentum; vt distributionis, intestinum. Vbi sanè oportuit, solùm coqui cibaria, omnino paucis opus fuit venis transsumẽtibus quicquid jam benignum & vtile fuerit. Quod verò jam coctum est, quàm citissimè distribui cõuenit: ipsi autem viæ cibi pro se ipsa solùm erat opus venis. Meritò igitur ipsa quidem pauciss imas habuit venas, mediocres autem ventriculus, copiosas intestina. sed de ventriculi venis vtique pauca mox subijciam. Cur autẽ circumambit ventriculum hepar? An vt ille quidem ab hoc, cibaria verò ab ipso ventriculo calefiant? Ob id enim ipsum, hepar quibusdam κοῖλος, id est fibris (vt putat Galenus post Hipp. sed nostri iure negant) tanquam digitis, ventriculum ad vnguem complectitur. Neque est vnus ipsorum numerus in singulis animalibus: propterea quòd neque figura, neque magnitudo ventriculi omnibus exactè est eadem. Quemadmodum etiam ventriculus ex sinistris longum habet protensum splenem, à quo sinistræ illius partes calefiunt. retrorsum autem sunt spina, & spinales vocati musculi. illa quidem, velut propugnaculum quoddam dentium & crassum: ij verò, velut substerniculum quoddam molle, simul cum pinguedine sibi ipsis adnata, calefaciunt ventriculum. Hæ quidem omnes memoratæ particulæ, vtilitatis propriæ gratiâ singulæ exiterunt. at ingeniosa natura prope ventriculum posita est, velut caloris fomites quoldam constituit. In reliqua verò anteriore ipsius ventriculi parte, nihil habebat propriæ vtilitatis gratiâ illic locatum, quo ad id abuteretur. vnde eam non piguit ad eandem ventriculi (quasi lebetis cuiusdam carne & aqua pleni, & foco expositi) calfactionem, etiam parte anteriori per totum ventrem obtendere duplici tunica constans epiploon (vt Galenus suo tempore obseruauit; nostri hoc æuo parcè, aut nullo modo reperiunt) densum illud quidem, & leue, & calidum, & vasis multis ac multa pinguedine obsitum, sicut antea exposuimus, cùm de eo superpositο (si fors ferat) diceremus: déque peritonæo, & musculis abdominis, cutéque & cuticula: præter hepar, lienem, diaphragma, venam cauam, & arteriam aortam, dorsi musculos, intestina, cor ipsum, licet remotius: quæquidem partes vniuersæ, præter reliquos vsus proprios, etiam coctionem ventriculi, pro sua quæque virili parte adiuuant. Inde est, vt quibus corpus ventriculi gracile est, ij deteriùs cõcoquant, quàm quibus carnosum, vt Galenus libr. 5. de vsu part. & comment. ad libr. 2. aph. scribit. In ventriculo enim, triplicis vsus gratiâ, tunicæ duæ extiterunt propriæ (nam tertia communis à peritonæo est, vti dixi, & fibrarum expers) variarum scilicet actionum, patiendi difficultatis, & crassitiei. Carnosa enim substantia ventriculi, calorem auget, & coctionem promouet. cæterùm de duabus propriis ventriculi tunicis, earúmque vsu & natura, sic idem Gal. lib. 3. de facult. natural. cap. 8. Venter duas habet tunicas, quæ omnino alicuius gratiâ sunt conditæ: pertinéntque hæ etiam ad ipsum vsque os: quæ interior est, qualis in ipso est ventre, talis persistens: altera ad carnosiorem speciem in gulam conuersa. Ac quòd contrarias inter se fibrarum dispositiones hæ tunicæ habeant, ipsa rei euidentia testatur: cuius autem causâ,

Hepar cur ventriculũ ambiat.

Hepatis an villi sint fibræ sim lales?

Lien cur vtriculo ad lauam: penè autem, ipsa & spina.

Ventriculi quæ partes ambiant, & quorsum ad cotectiones.

Epiploon cur ventri incumbat, & quorsũ, & quale, ex Gal.

At nostri negant.

Quæ partes ventriculo circũpositæ, coctionẽ iuuent, licet alia vsibus propriis destinata.

Ventriculus quo melius aut deterius concoquat.

Ventriculi quotuplex tunica, & quæ eius vsus.

Ventriculũ duarũ præterea tunicarum vsus.

cauſsâ, tales ſunt conditæ, Eraſiſtratus certè ne vel conatus eſt dicere: nos verò nunc dicemus. Quæ interna eſt, in directum porrectas habet fibras, vt trahendi cauſsâ ſit inſtituta: externa tranſuerſas, quò circulo contrahant. Quippe ſingulorum quæ mouentur, inſtrumentorum corpora, pro fibrarum poſitura motus habent. Hoc autem loco monere iuuat, quam hîc tunicam ventriculi externam, tranſuerſis fibris præditam dicit: eaſdem lib. 5. de vſu part. rotundas vel orbiculatas, & eiuſdem operis lib. 4. tranſuerſas, vt ferè ſemper aliàs, nominare: & eodem rurſus lib. 3. facult. natural. vbi de inteſtinorum tunicis agit, & earum fibris, προμήκεσι, ἢ πρὸς ὀρθὰς κύκλοις, ἢ ἑλικοειδέσι, rotundas, orbiculares, ſeu tranſuerſas pro eodem nominare, & λοξαῖς, obliquis opponere. Quod eò moneo, ne Veſalius, aut Columbus, aut alius aliquis fallat imprudentem, dum obliquas, eaſdem circulares vocitabit. quod epitheton ratione ſitus, propriè tranſuerſis conuenit: quas circulares orbicularésve priuatim nuncupari idem Veſalius rectè ſcribit: vel potiùs has ſolas & propriè & ſemper. Sed quando in recentiores incidi, placet hoc ex illis adijcere: Præter duas tunicas illas proprias, nullis donatâ fibris tertiam quandam extimam ventriculo accedere, velut operimenti gratiâ, eáque à peritonæo communem cæteris partibus naturalibus ſuperinduci. Notatum etiã eſt à recentioribus, tertium fibrarum genus, in tunica interiore, obliquarum: nempe in externa tunicæ ſede, qua ſecunda primam amplectitur, ſitum. Et meritò quidem: neque enim ſufficiebat rectis internis villis cibum trahi primùm, niſi proximis obliquis retineri iuſto ad concoctionem interuallo contigiſſet. quam deinde ſequeretur expulſio fibris trãſuerſis externæ tunicæ peragẽda. Falloppius interiorem pariter ventris tunicam neruoſam, omni fibrarum genere intertextam aſſerit: eámque villoſam, quo mox dicetur de inteſtinis modo, & de aliis continuis tunicis eſt dictum: exteriorem autẽ carnoſam, & carnoſis villis pluribus obductam. Fundum tamen ventriculo carnoſius & craſſius reliquo tergore eiuſdem negat. quin potiùs partem vtrîque orificio conterminam, & ad deorſum obuerſam, eſſe eiuſmodi, vt antè oſtendimus, cui conſentit Columbus capite quarto lib. vndecimi. Bina ventriculi orificia, ne cibus vel incoctus elaberetur, vel retrocederet, craſſiora facta ſunt, fibriſque orbicularibus (imò potiùs obliquis) à quibus rectè detinetur: natura verò iubente, dilarantur, permittúntque cibos tum ingredi, tum egredi. Illud interim annotes, velim, inferius orificium ventriculi in decliuiori regione ſitum neutiquam eſſe, quemadmodum aliqui pinxerunt: ſed ſuperiora verſus ſpectat. neque glandulam illud complectentem videbis, licet à Galeno (ſed non ſpeciatim in homine) deſcribatur. Tribus tunicis, illiſq. nerueis præditus eſt: quarum vna aliquantulùm carnea eſt. Ex his tunicis, duæ propriæ ventriculi ſunt, alia cõmunis, quæ à peritonæo proficiſcitur: éſtq. fibrarum expers. Primæ, obliquæ fibræ cõtigẽre, vt cibũ porúmq. tandiu contineant, quãdiu coquatur. Secunda tranſuerſio fibris cõſtat, vt poſtquã confectus fuit, extrà propellatur. Tertia fibris caret, vt dixi, & inuolucri duntaxat vice fungitur. Galenus & poſt illum Veſalius, rectas fibras internæ ventriculi tunicæ ineſſe crediderunt, vt attrahẽdi munere fungerẽtur. Verũ œſophagus, quæcumq. deuorantur, ad illũ deducit: propterea rectis fibris non eguit. Nõ eſt tamẽ negandũ, quin quatuor illæ naturales virtutes, quæ reliquis membris adeſſe cõſueuerunt, vẽtriculo quoq. adſint, attractrix ſcilicet, retentrix, cõcoctrix atq. expultrix. Præterea ſecunda tunica, quã carnoſam aliquo pacto dicebat, non eſt tamẽ in fundo carnea magis, quàm in ſuperiori parte, quicquid Galenus ſcripſerit. Hæc Colũbus cõſtanter aſſerit, neque Galeno, neque ipſi adeo Veſalio ſuo parcẽs. quorũ diſcrimina opinionũ, αἰνιγμὰ citra zelum aut contentionem vllã facilè dijudicabit. quando autẽ de fibris ventriculi tam frequens mihi mentio facta eſt, placet de iis aliquid ſummatim prælibare, de quibus poſthàc in ſenſu ſimilarium dicetur abſolutiùs.

De Fibris.

FIBRAE ſeu villi, Græcis ἶνες, partes ſimilares & ſpermaticæ & perquàm exiles, trium omnino ſunt generum, ſtamen & ſubtegmen velut telæ aut panni alicuius referẽtes, & motu triplici partem omnẽ, cui inſunt, cientes, ſiue vnius, ſiue duorum, ſiue trium ille ſit generum. Rectæ autem ſunt fibræ, quæ ſecũdùm corporis aut organi ſui longitudinem extenduntur: quorum munus, trahere eſt. Tranſuerſę autem, ſecundũ corporis latitudinem, cui inſunt, velut in orbẽ porriguntur, & rectas ad rectos angulos interſecant, eóſq. pares & æquales, crucis ferè hunc in modum, † quarum ideo munus, vt & forma, rectis contrariatur, expellẽdo ac propulſando. Obliquæ tandẽ medium quẽdam modum, figurã & actionẽ ſeruãt, obliquo ductu quodam cõſtratæ, & angulos rectos inter ſe, vel impares cum rectis ac tranſuerſis efficiunt, acutos nempe & obtuſos vocatos, velut iſtum decuſſis in modum. Súntque velut obices interpoſiti, ad ſiſtendũ & cohibendum retinendúmque. Et hoc mihi ſemel obitet dictũ ſit, ne legendis multorum non medicorũ medicinalibus libris hallucinẽre: vel adeo ſub Galeni nomine editis: vt eo qui de natura humana, ſeu de compagine membrorũ inſtituitur: vbi vis trahendi, rectis rectè tribuitur: ſed obliquis, expellendi: & tranſuerſis, retinendi, malè & peruersè aſſignatur. ſed de his iterum forſan poſtea ſuo loco.

Non dicã de venis, arteriis, neruis ventriculo inſertis, ſingillatim percurrens ſingula: iam enim antea dixi, à ſexto pari. & dictis reccurrentibus neruis, inſignẽ portionẽ neruorũ ad vẽtriculũ, præcipuéq. ipſius orificiũ ſuperius demitti, ſenſum acerrimũ & exquiſitiſſimũ inuehẽdo, & famis damna percipiẽdo. Arterias autẽ à magna arteria habere conſtat: de venis mi-

Ventriculi tunicarum quæ ſit vtilitas.
Motus corporum fit pro ratione fibrarum.
Fibræ trãſuerſæ, circulares, rotundæ, orbiculares, pro eodem. Admonitio.
Tertia ventriculi tunica cõmunis, eiúſque natura.
Ventriculi tunica interior, tria habet fibrarum genera, quorſum.
Tunica ventriculi, quales.
Ad fundũ ventriculi craſſius reliquo.
Quòd bina ventriculi orificia craſſiora, eor: & quando cõſtringi aut dilatari cõtingat.
Pylorus nõ vergit ad ſiniſtra, ſed ſupera.
Quòd nulla glans in pyloro.
Œſophagi vſus.
Ventriculo 4. facultates inſunt.
Tunica ſecunda ventris non eſt craſſior in fundo.
Anatomicorũ cõtrouerſia index, ſenſus.
Fibræ ſeu villi, quid, & quales, & quot, & quorſum. A Simili.
Rectæ, quæ, & earum vſus.
Tranſuerſæ quæ, & earum vſus, formáque. A ſimili.
Obliquæ, quæ & quales, eorúmque vſus.
Admonitio de abuſo fibrarũ nominis.
Tranſitio.
Ventriculi nerui, vnde, vbi, quorſum.

Arteria vnde ad ventriculum: item vena.

nùs, quas à vena caua ſub ventriculo ſecundùm eius longitudinem delata, accedere illi Galenus videtur aſſerere libro ſexto de adminiſtra. anatom. & libro quarto de vſu part. Cui tamen Veſalius accuratiſſimus diſſector ſeſe opponit omnino probabiliter, à vena porta prodire ventriculi venas aſſeuerans. quod & mihi probatur magis: quia ſugere è ventriculo elaboratum chylum illas nouimus, mox ad hepar perferendum. Nos tamen à venis ali ventriculum credimus, & probare intédimus iam antè, cùm per totam eius ſubſtantiã ſparſæ ſint ad ſummum vſque orificiũ: à quo excugere cremorem illum nequeant, quem nullum continet, ſuo fundo demerſum. Ideo neque chylo ali ventrem facilè Galeno licet confirmanti aſſentimur. ſicuti demiſſas à caua in vẽtrem venas dicenti obijcere poſſumus: non vt attrahant chylum ad hepar, ſed vt purum & elaboratum nutriendo illi ſanguinem conuehant: Idcirco ne chylo quidem ad ſui nutritionem egenti. Quid verò ſi ad ventriculum duo venarum genera deriuantur, duplicis muneris gratiã comparata & inſtituta? aliæ quidem à porta, vt chylum emulgeant: aliæ autem à caua, vt puro & defæcato ſanguine eundem vẽtriculum alant? quod mihi veriſimilius fit, quã ab hac, aut ab illa omnes prodire. & hoc quidem meo more μεσολαμπως dictum ſit. Columbus tamen à vena porta productas venas meſaraïcas, duplici munere fungi autumat, tum chylo reuehendo, tum ſanguini conuehendo, qui meſenterio, ventriculo, inteſtinis omentóque alendis ſit. quod mihi ſit minùs probabile, eodem canali tam diuerſam materiam, & tam contrario motu adduci atque reduci. Sed hæc obiter mihi de venis nunc dicta ſint. vt interim venã à liene vnam aut plures non taceam, quæ delatum ab eo melãcholicum ſuccum in ventriculi fundum eructare creduntur, ſuperiori eiuſdem orificio inſertæ: tum ad ipſius robur, tum ad inuitandam ſuo acore appetentiam: quam in melãcholicis eſſe ingentem tum videmus, tum Ariſtoteli, Galeno, Auicennæ, aſſeuerantibus facilè credimus, & eſu acidorum eduliorũ exacui quotidie ſentimus ipſi, atque in aliis experimur.

Controuerſia de venis ventriculi, vnde ſint.

Venarum ventriculi vſus.

Quòd ventriculus nõ poſſit ali chylo.

Si venæ vẽtriculi ſunt à caua, non poſſint chylum ad hepar.

N. putat duo venarum genera ad vẽtriculum duci, & quidem duos in vſu, quæ.

Venarum meſaraïcarum vſus duplex.

N. putat eodem canali non poſſe chylũ effici, & ſanguinem vehi.

Venæ à liene in ventrem vſus.

De Ventriculi actione.

Ventriculi actio, qua, & qui fiat. A ſimili.

IAM verò propriam ventriculi actionem, coctionem eſſe, tum ex dictis patet, tum Galenus rectè adſtrui lib. quinto de vſu partium, & libro de facultat. natural. eámque clauſo arctiſſimè vtroque orificio: & quidem, qua ratione fœtum vterus amplecti ſolet: arcto circumplexu ventriculi cibum fouentis fieri, ad librũ ſextum aphoriſm. & aliàs ſæpe inculcat, itémque librũ ſecundum aphoriſ. triceſimo octauum & eodem paſſim opere, & lib. quarto de vſu partium, & libro ſecundo & tertio facultat. natural. vel adeo ex Eraſiſtrati conſenſu, & communi philoſophorum ac medicorum ſententia. Alioqui enim fluctuationes & murmurillos (Græcè κλύσματα & βορβορυγμοὺς) contingere percipique imbecillæ facultatis ventriculi indicia, & prauæ concoctionis ſigna cauſſáſque: quod illi è natura habẽti neutiquàm accidit, quamlibet exiguum ſit, quod in ſe complexum continet, totum id vndique prementi & implicanti (quod idem omnibus partibus alendis ſuo quodam modo accidit) nullúmque locum vacuum relinquenti. Contrà imbecillus, quacumque parte exactè complecti aſſumpta non valet. ideóque laxũ quoddam relinquens ſpatium, permittit ea, quæ in ſe continet, humida & fluida, pro figurarum varietate ex alio in alium locum tranſire, ac fluctuationum ſeu κλυσμῶν ſonitus edere, ſicuti Galenus libro tertio facult. natural. & lib. de ſympt. differ. tradit. Cùm enim retentricis & complectentis facultatis agendi probitas in duobus conſiſtat: tum vt nullum locum relinquat inter ventrem & cibos vacuum: tum vt complectẽdi tempus cum tempore coquendi exæquet: vel altero tantùm non probè actionem obibit, vel vtroque: ſymptomatáque conſequentur ab imbecillo quidem complexu, fluctuatio cum ſonitu (Græcè κλύσμα) & flatulentia. ab iniuſto autem complectendi tẽpore, excretio celeris, & ciborum in inferiore ventre corruptela. indéque coctionis vitia vel imperfectæ, vel tardæ, vel fruſtratæ: quæ à Græcis ἀμετρίαι, δυσπεψίαι, & ἀνωμαλίαι dicuntur, vt capite quarto libri de differ. ſymptom. Galenus multis & diſertis verbis declarat: quæ nos in aliud tempus, & ſcriptionis diuerſum argumentum reiecimus: idque nunc potiùs ex antecedentibus reſumimus: Tandiu claudi vtrinque ſtomachum, donec perfecta concoctio euadat, in bene habentibus, verum vtique atque vſitatum eſſe. nihil tamen aluo excidere ſolere, non priùs læuigatum & comminutum, propter pylori, velut oſtioli conniuentis rimulam & anguſtiam, nihil ſinentis elabi atque effluere integrum & inelaboratum. Quod licet è natura, atque vtplurimùm accidat, præſertim in eſculentorum & poculentorum genere: tamen perpetuum non eſt. Nouimus enim quoſdam, qui ad colicos affectus, globulos plumbeos deglutiant craſſis piſis maiores: quos perendie aut poſtridie per poſticum reddant. alios qui nummis, qui annulis, qui aciculis, qui oſſiculis fructuum deuoratis, intra biduum aut triduum integra ſingula per podicem reiectarent: quod & Galenus confirmat de quodam, qui annulum aureum, quem fortè ore tenebat, imprudens deglutiuerit: quod & de puella Germana, quæ aciculas multas deglutiuerat, recẽſet Io. Lãgius: ſed per vias vrinæ reiectas. quod Cardanus ca. 8. lib. 4. refert, qui vrceos vitreos, clauos ferreos, aliáque & multa deuorabat modica ſtipe: indéque paululũ contractis præcordiis ſingula reddebat. idem ſemel 80. porros eruditos vorauit, vt eſt lib. de var. rerũ. quod etiã Veſalius mira quadã hiſtoria illuſtrat, ſimodo vera: de quodam Hiſpano helluone & ganeone, quiquidem Clinianæ cuiuſdam

Cur neceſſe ſit ad coctionem tibi, ventriculum arctè conſtringi & quæ, alioqui damnum pariant.

Ventriculum è natura habere, cibum vel minimum arctiſſimè cõplectitur.

Ventriculo cibum non amplectente, murmur ſit & fluctuatio, quotuplo.

Retentricis ventriculi facultas & vſus, & damna vtriuſque.

Conuulſiones tres vitiatæ, vnde.

Vtrumque os ventriculi cur claudatur, & quidem.

Nũ è ventriculo excidat meconium.

Atqui nummos & globos magnos euctlas, & alia. Hiſtoria.

Hiſtoria mira de deuoratis annulo, vuis-bum, cruce, manili, aciculis, clauis, ferris, & aliis.

Digitized by Google

Bacchidis meretriculæ quadraginta vniones cum aurea cruce quinque gemmis instructa, & fidicula, qua cuncta colligebantur, cúmque monili deuorarit: hac arte furtum celans, & scorti pretium quinquaginta aureis pro nocte pactum redimens. Et verò potio ac liquidorum esus, nónne staro ad concoctionẽ tempore inaluo permanẽt, vel adeo liquidiora chylo; nec interim pylori angustias penetrãt, ipsi retentrici facultati vim molita? Nempe qua solertia naturæ, vterus fœtum (vt idem de vesica ad fel & vrinam se habente intelligas) ad natiuitatem vsque intus clausum retinet, & arctato orificio accuratissimè cohibet, donec partum instare sentit. eadem etiam ventriculus secundùm naturam affectus, arctè cibum complexus, non antè sinit poculenta & esculenta pyloro descendere, aut sursum vomitu regurgitare (quod tamen illi præter naturam contingit habenti, ab acrimonia, aut copia & grauitate cibariorum lancinato vel oppresso) quàm probè concocta & confecta sint: quámque chylo perfecto atq. consummato, in sanguinem demutari postulent, qua postea dicetur ratione. Quanquam conuersio ciborũ in cremorem chylúmve, non est moræ cibi in vẽtriculo manentis atque morantis terminus: sed potiùs concoctio, quæ à χυλώσει, velut conuersione in cremorem, res quidem est diuersa: sicut nutritio à sanguificatione, quã αἱματώσιν Græci vocant. Vt enim hæ functiones, qualitatum mutatione alterationéque fiunt: sic ciborum concoctio in aluo, mutatio est eorum, in propriam eius quod nutritur, qualitatem. Vbi autem ad perfectionem cibos concoxit, tum aperit os inferius, quem pilórum diximus (quasi ianitorem nomines) excidúntque per ipsum cibi: etiamsi lapides, ossa, acinos, nucleos vt mespilorum, cerasiorum atque etiam armeniacorum aut persicorum (vt in nonnullis vidimus) aliáve quæ verti in chilum minimè queunt, plurima secum habeant admixta. Quãquam concoctionis in ventriculo mora & tẽpus non omnibus idem: sed aliis longius, aliis breuius contingit, pro naturalis caloris modo, temperamento, habitu, mole, charactere, natura denique ventriculi, viscerum, intestinorũ: quæ partes aut concoctionem faciunt, aut eã iuuant ac promouent. Neque tamen ex illo arcto, quem diximus, ventris circa cibos complexu, cum Erasistrato intelligas necessariam excrementorum impulsorum eductionem, aut chyli & sanguinis ad partes alẽdas distributionem, quæ consequentiã vacuati (ἀναπλήσεως κενωθέντος ὑπὸ τοιούτου Graij vocant) coacta subeat. Vt enim vis quædam est ventriculo insita, per deglutitionem attrahendi eius quod gratum aut necessarium est: & altera facultas, quæ illud attractum, quo frui liceat, retinet, & ad tempus cohibet: demúmque tertia quædam, quæ retentum idem concoquit. sic & quarta & postrema illis tribus facultas succedit, quæ id attractum, & iusto interuallo ad concoctionem retentum, postquam abundè & velut ad satietatem eo frui contigit, deinceps velut graue & molestum expellit, & à se aliò amandat, aut vomitu sursum excernendum (quod rarum quidem, sed in nonnullis per ἰδιοσυγκρασίαν quotidianum vidimus, non alio vtique modo frequentiore, aut magis solito, aluum exonerantibus, quàm per os superuacanea & ἀσύμφορον reiectantibus) aut secundùm naturam, atque vt plurimùm per venas hepatis, ac per tenue intestinum depellit, partibus deinceps reliquis alendis necessarium futurum: aut denique per inferiora deturbat crassius excrementum, & succi alibilis reliquias. sed de his iam satis, ac forte ubi plura Galenus tum alibi, tum lib. de facult. natural. lib.

At liquidiora chylo continentur in aluo ad iustam ecclisionem.

A simili.

Vt infantis vterus, sic cibũ aluus iusto tẽpore detinet.

Mira idiosyncrasia per quã sternutando.

De forma Ventriculi.

FIGVRA ventriculi quæritam esset, attigi in superiori oratione: nunc autem eam clariùs & apertius demonstro. Author libri, qui inscribitur Introductio, adscripti Galeno, cõparabat haud illepidè capacitatem ventriculi, Græcorum νῆ, (nempe minori, & cui locus in media dictione esse, aut initio vocis assolet: non autem in fine, neque maiusculæ) quæquidem littera intus ventrem rotundum, vtrumque oblongum porrigit, lineámque rectam sursum erigit, velut œsophagum suo apice designantem. Ego verò huic rei externæ conferre velim, quanuis varia & multiplici subinde forma variet, tamen nihil habeo, quod similius ventriculo esse iudicem, quàm vtrem (vnde forsitan nomen ventris inuentum, vt insinuaui) neque tamen omnem, sed pastoritium illum, quam vulgò corneam musam vocitamus: fundo tamen hunc ventriculum non toto quidem in orbem rotundo: sed longiore, & inæqualiter ad vtrumque latus expanso & exporrecto. tum ob situs opportunitatem, tum propter geminti orificij distantiam. quæquidem parte sui suprema, vtrumque orificium interiacente, angustior apparet: inferiore autem ad imum fundum, longè latior, ampliórque (quidam addunt carnosiorem, quò meliùs cõcoquat: sed negant recentiores) parte quidem antica, æqualiter gibbus: postica autem, velut duo tubera inæqualia, sinistrum nempe maius, ostentans: media quadam linea depressiore, velut sulco, propter subiectorum vasorum, & spinæ molem ac renitentiam, vtrumque tuber velut dirimente.

Ventriculi figura per comparationem.

N. cliparũ ventriculũ vtri pastoritio musico, quã cornea musam dicimus, per analogiam partium, quamodo.

Cæterùm tubulus ille crassior, qui monotonon canit, vel potiùs obstrepit atq. obmurmurat in vtriculo pastoris, & brachio vel humero inflantis incumbit vtricinis (liceat hoc vocabulum à simili confingere) œsophagum tibi refert, qui ad ventriculi læuam vtrumque & supremam partem, mediam tamen, suo iũgitur amplíori orificio, alter autẽ minimus fipho, siue siphũculus, quo per foramina operto, velut è tibia erũpit modulandus spiritus, quique percussione digitorũ, harmoniã musicã ex-

Chylosis & concoctio differunt. quo. Supra paulò aliter ex Fernelio.

Coctio quid sit.

Post coctionem, cibum aluo excidere, & quæ simul coctionẽ subterfugiant.

Concoctionis tempora varia quæ faciant.

Vterus suo amplexu nõ facit excretionẽ, vel distributionem.

Ventriculi 4. facultates quomodo agant. quoque ordine.

Digitized by Google

primit, pylorum & duodenum repræsentat, versus hepar, chylum venis ex illo vtroque emulgens, ad dextram magis posito ventriculi orificio inferiore: quod tamen alteri superiori dicto, ne cibus ante perfectam coctionem ventre excidat, velut æquali interuallo ad perpendiculum fermè ex aduerso opponitur, eandem ob causſam superiore orificio ventriculi non paulò strictius. Deinceps autem tota capacitas veris è tergore constans, ventriculi ipsius tunicas & capacitatem exactissimè imitatur. Et quomodo iocari solemus, Quemadmodum paltoritia musa ex vtre non resonat, nisi eo pleno, & flatibus distento: sic rarus quisque in sermones & iocos & sales & dicteria erumpit, aut in risum & cachinnos soluitur, nisi ventre, velut vtre, lautis cibis & cupediis, vinóque generoso repleto ac turgescente.

Similitudo festiua.

De Concoctione.

CAP. XII.

VERVM exposita accuratè ventriculi natura, eiusdémque vsu, vel potiùs necessitate demonstrata: lubet ad extremum circa concoctionem & concoctionis modum pauca quædam considerare, adhibito in sermonis consortium doctissimo & diligentissimo philosopho Aristotele: non medico quidem illo, sed medici filio, & verò ex Asclepiadarum genere tum nobilissimo, tum antiquissimo, atque ab Hippocrate ipso, longa proauorũ serie deducto nepote. Est autem concoctio, perfectio quædam, ait sectione vigesima probl. éstque coctio ipsa, calor quidam, ait capite secũdo lib. tertii de generatione animal. vel potiùs calore efficitur, ait idem capite primo lib. quarti, & capite sexto libri quinti eiusdẽ operis. Sed cùm nomen coctionis ambiguum sit, & de ea perfectione intelligatur, quæ tum solis tepore, tum ignis calore, fructibus & alimentis accedit: tum humoribus in corpore, ab eo quod præter naturam est, in naturæ dominiũ & consuetudinem quandam reuocandis (quæ potiùs *πέψις* speciali vocabulo dicitur) de priuata ventriculi coctione, quæ *πέψις* speciatim vocatur, agendum nobis hoc loco instituitur. Cùm autem perceptum sit, vitam, ipsiúsq. animæ statum, nisi quodam cũ calore permanere non posse: tum & hoc constare debet, concoctionem eam, per quam alimentum animalibus paratur, sine anima aut calore effici non posse. quandoquidem omnia cibum igni subigunt atque exterunt, ait lib. de spiratione. Sed cùm omne quod augetur, capiat alimentum, necesse sit: alimentum autem omnibus ex humido & sicco suppeditetur: quorum cõcoctio & mutatio, non nisi per caloris vim agitur: fit vt tam animalia omnia, quàm stirpes, etiam non alia de causſa, tamen ob eam rem, principium caloris naturale habeant, necesse sit: idque ipsum partibus sit pluribus accommodatum, quemadmodum cibi conficiẽdi administrationes. Prima enim administratio perspicua est, cùm per os partésque ore cõtentas perficiatur animalibus, quorum cibus sectionem desideret: sed hæc nullius causſa est concoctionis, sed facilitatem concoquẽdi potiùs præstat. Cibi enim illa minutatim diuisio, facit vt calorem faciliùs concoquendo & cõficiendo expediat. at superior & inferior venter, iam cum calore naturali, suo coquendi officio funguntur. Sed vt os animalis, cibi inconfecti meatus est: atque etiam pars ei annexa, quam gulam appellant, cibum quibus data est animalibus, vsque ad ventriculum deducit: sic alia quoque adesse principia oportet, quorum operâ, membra omnia corporis ex ventre, naturáque intestinorum, quasi præsepi pabulum capiant. Stirpes enim siue plantæ, suis radicibus alimentum iam confectũ ex terra hauriunt. quocirca ne excremẽtum quidem contrahi in stirpibus solet: terra enim, caloréque eius, perinde ac ventre vtuntur. At animalium genus omne ferè, sed apertè quæ incedunt, quasi terram intra se continent sinum ventris, ex quo vt illæ radicibus, ita hæc aliquo intercedente, cibum assumere debẽt, donec finem sequentis concoctionis faciunt. Cibus enim ab oris officio, ventri mandatur: hinc membrũ aliud capiat, necesse est. & quidem ita natura constituit, atque ita philosophus tradidit lib. secundo partium animalium cap. 3.

Cibi masticatio, nõ est coctio, sed præparatio.

Cœcellium os sistens.

Oris & gulæ vsus ad alterũ præparandi.

Alimenti officina.

Stirpes qui nutriãtur.

Similitudo.

Venter, quasi terra, animalis sufficit alimentum, quomodo.

Cibi distributio quo fiat.

Sed ad definitionem & partes concoctionis seu species deueniendum est. Est autem cõcoctio, rei concoquẽdæ mutatio siue alteratio, ait probl. sect. 12. verùm de concoctione nullibi meliùs aut enucleatiùs, quàm lib. 4. meteor. cap. 1. & 3. Concoctio (ait) ad calorem pertinet, ad concoctionem maturitas, elixatio, assatio: ad frigus, cruditas: ad hanc, immaturitas, leuis coctio, frictio, aut tostio. Sed hæc nimirum nomina iudicare debemus non propriè illas ipsas res sonare, quandoquidem iisdem similibus in vniuersum non imponuntur: ideo proposita genera existimãda sunt non eadem, sed alia esse. quid singula sint, exponamus. Cõcoctio, est perfectio à calore tum naturali, tũ proprio, ex oppositis patibilibus: hoc est, ex subiecta materia: quæ sanè oppositæ patibilia, sua & propria: cuique rei concoquendæ sunt materia. Nã quæ concoquuntur, simul ac concocta sunt, perfecta sunt: & id planè quod potentia erat, actu statũ obtinet: perfectionisque origo & causſa, proprio natiuóque rei concoquendæ calori assignatur: etiamsi illa adiumento aliquo extrinsecùs adhibito compleatur. Cibus enim per balineas, & alia eiusdem generis adiumenta, exteritur & cõficitur. origo tamen, quæ nihil aliud est, quàm calor ab re, quæ alatur, ducitur. Natura quam designamus, vt forma & essentia est. concoctionis enim finis, nonnullis in rebus ad subſtratam quãdam formã est, quotiescumq. humor vel per assationẽ, vel per elixationem, vel per putredinẽ, vel per aliud caloris genus, talis redditur & tantus. siquidem vtilis tum est atque commodus, ad concoctionémque peruenisse dicitur. Ita mu-

Concoctio, quid. & quò fiat, eiúsq. species.

Cœlestium & cruditatis causſa efficiens, & differentia, & catachresis.

Concoctio, quid.

Cœlia debent in actũ & perfectionem, per calorem efficientem, quomodo.

Calor duplex.

Concoctionis forma, itémque finis, & modus.

Aristo. medici filius, & Asclepiades, Hippocrat. proauus.

Concoctio, quid.

Cœlestium nomen homonymũ, quibus.

Πέψις. quæquáq.

Vitã finit calor.

Cœlia fit à calore.

Augendo necessariũ est alimentum: & alimentum unde fit.

Calor naturalis inest plantis, & animalibus, quorsum.

Digitized by Google

stum concoctum asserit: ita quæ in panis colligũtur, cùm suppuruerint: ita lacrymæ, cũ in gramias conuersæ sunt, eadem ratio aliorum est. Atque hoc quidem omnibus vsuenit, postquàm naturalis calor materiam atque humorem domuit. is enim à calore naturali circumscribi solet, atque natura tantisper est, quoad calor ad humorem, quo cõtinetur, proportione respondeat. Quamobrem firmæ valetudinis signa, tum eiusmodi res sunt, quæ cõcoctæ dicantur, tum lotium & deiectiones & omnino excrementa. concoctionémque assecuta dicuntur, quòd indicent proprium calorem humorem vincere. Res autem quæ cõcoquuntur, crassiores atque calidiores necessariò B iis sunt, quæ ad concoctionem adhuc non peruenerint. Calor enim res calidiores atque sicciores reddit multò corpulentiores atque crassiores: & hoc quidem, concoctio est. Cruditas autem, est imperfectio, ob proprij caloris defectum. proprij calotis defectus, proprium est frigus. imperfectio ad oppositа patibilia refertur, quæ sanè cuique concoctioni subijciuntur materia. concoctionis & cruditatis ratio talis est.

Porrò quî differat πέψις à μαλάξει, discès ex cap. 1. eiusdem lib. 4. meteor. Et quòd illa generalior sit, ac velut genus, alteram sub se cõtineat: & quòd hæc de fructibus potiùs vsurpetur: quam ideo maturitatem Latini exponunt. neque de his tantùm, sed & de humoribus ac tumoribus præter naturam, aliisque eiusdem generis rebus, quarum innati humoris à calore profecta naturali, concoctio siue πέψις, maturitas quædam est, siue μάλαξις. quandoquidem fieri non potest, vt calor humorem circumscribat, nisi vicerit. Et verò quam μάλαξιν eo loci vocat Aristoteles; hanc Galenus, & ex eo medici cõplures, ab eodem themate μαλάξεις vocitare deprehenduntur, ἀπὸ τῆ μαλάξαι, à matutescendo ac suppurando. Quinetiam ex eodem Aristotele discitur, nomen πέψεως vt ad μάλαξιν, sic ad ἕψησιν & ἕψεσιν, assationem & elixationem extendi: quarum, μάλαξις (qui & μαλαξμὸς) à calore fit interno: duæ reliquæ species, ab externo: nisi quando μάλαξις illa de fructibus vsurpatur, quos tum solis calor lentus maturat, tum calor ignis excoquit. Sed & Galenus comment. ad librum primum Epidem. & ad librũ sextũ Epidem. & alij plerique medici Græci, nomine πέψεως αἱ μαλάξεως frequenter abutuntur, pro ea coctione, quæ in morbis fit, qua humoris morbifici maturatio & mitificatio fit: & quod assimilatur, E paucum est: quod autem semicoctum & superfluum relinquitur, multum est. vt in pure, quod à calore naturali, an ab eo qui præter naturam est, an ab vtroque concoquatur, aliàs inquiretur, & magis ad ἕψησιν pertinet. Sed Aristoteles idem libro quarto meteor. ita dictis subiungit: Elixatio, concoctio est (Græcè ἕψησις, πέψις δέ) à calore profecta humido, cùm humor in rebus quæ elixantur, indirus, indefinitus sit, & aquosus. elixæ enim res tantummodò hoc propriè signantur nomine. Assatio (Græcè ἕψεσις) contraria ratione obitur à calore tum sicco, tum alieno. sed quia ad præsens institutum hæc nihil attinet, ideo nunc à me prætermittitur. sicut & quæstio illa, Assa an elixa, humidiora sint: nempe hæc proprio humore amisso, elixa sicciora: alieno liquore perfusa, humidiora. contrà, quæ assa sunt, proprio humore, vi ignis amburentis, intus cohibito, humidiora: sed externo calore retorrida sicciorâque. Cæterùm quia coctio cibi in ventriculo, elixationi simillima est, de hac potiùs illud adijcio ex eodem Aristotele capite tertio lib. quarti meteor. Ars quidem ad naturæ imitationem se componit. nam & cibi in corpore concoctio, elixationi similis est: quòd à corporis calore partim in humore, partim in calore præstetur. Nec verò vllum animal in cibi concoctione, quæ in ventriculo efficitur, procreatur, quod nonnulli asserunt: sed in reliquiis cibi putrescentibus, quæ à natura respuuntur, formata, ventriculum petunt. Concoctio enim in ventriculo nauatur: in aluo excrementa putrescunt. Græcè verò significantiùs, hæc dicitur ἡ κάτω κοιλία, venter inferior: illa autem, ἡ ἄνω κοιλία, venter superior, verbis & Hippocrati, C & medicis, vt antè docui, vsitatis. quanquam aphorism. 38. libri septimi τὴν ἄνω κοιλίαν, de thorace intellexit, in quem catharri influunt. aphorism. autem 20. libri sexti. τὴν κοιλίαν, pro omni cauitate aut capacitate absolutè enuntiat, vt Galen. interpretatur. qui ad aphorism. 35. lib. secundi, τὴν ἄνω κοιλίαν, imum ventrem, eam ventris partem accipit, quæ vmbilicum & pudenda interiacet: alibi verò, rectum intestinum, vt patebit. sed hoc obiter dictum sit, cuius etiamnum antea mihi mentio facta est. Galenus superiorem illum Aristotelis locum, sicuti & alios alibi complures, sic libro D tertio faculr. natural. est æmulatus. Si concoctio (ait) nihil aliud est, quàm alteratio in propriam eius quod nutritur, qualitatem: sanè nutrimentum in ventre suscipere qualitatẽ, quæ sit in animali, quod ex ipso nutriẽdum est, conueniens, ex eo demonstratum est, quod in vẽtre concoquitur. Estque ridiculus sanè Asclepiades, cùm dicit, nec in ructibus, nec in vomitionibus, nec dissectionibus, concoctorum ciborum qualitatem vnquam apparere. siquidem hoc ipsum, quod corporis ventriculi odorem referunt, ex ipsa prouenit concoctione. Hic verò adeo est rudis, vt cùm veteres dicere audiat, cibos in ventre ad salubritatẽ conuerti, non eã quæ in viribus spectetur, sed eã quæ gustui probetur, quærendã putet. Tanquã vel pomo magis pomo (ita enim disputandũ tũ hoc est) in ventre reddito, vel melle magis melle. Porrò multò magis rudis, magisque ridiculus est Erasistratus, aut non intelligens, quẽadmodũ à veteribus dictum sit, concoctionẽ elle elixationi similẽ: aut sponte seipsum fallens. Atq. elixationi quidẽ, quæ tam leuẽ habeat calorẽ, concoctionẽ assimilari posse, negat verisimile

Calor quô concoquat.

Signa valetudinis à concoctione, vbi.

Concocta quæ sint, & quibus indicem.

Cruditas, quid, & vnde.

Πέψις & μαλάξις à ποιηταῖς, qui differant, & quod designent, & quomodo fiant.

Πέψεως & μαλάξεως species, & causse efficientes.

Πέψις αἱ μαλάξεις, & quî fiat.

Exiplam.

Dubium.

Elixatio, quid sit, qui fiat.

Assatio, quid sit, qui fiat.

Dubium, assa an elixa, humidiora.

Concoctio cibi in ventre, similis elixationi, quamobrẽ.

Ars imitatur naturã.

Nullũ animal generatur in ventriculo. N. dubitat, in eo quæ præter naturam habent: quæ & hic causse concurrat ad generationem apta.

Ἡ ἄνω, ἡ κάτω, & ἡ κοιλία, &c.

Gal. imitatur Arist.

Concoctio quid, & vbi fiat.

Asclepiades, negat concoctionem fieri in ventriculo.

Cibi concoquuntur in ventre, potentia, non gustu.

Contra Erasistratũ.

Cœlio elixationis similis.

Et Erasistrat. negat, ob eorum dissimilitudinem.

Digitized by Google

Confutatio Erasistr.

esse. tanquam aut AEtna subijcienda ventri sit, aut aliàs alterari ab eo cibi non possint: aut possint quidem alterari, non tamen per insitum illi calorem, qui humidus sit, eóque elixare, non torrere dicatur. Debebat autem, siquidem contrà de rebus disceptare voluit, maximè quidem ac primum illud docere: nec mutare prorsus, nec alterare in qualitate ventrem cibos. Secundo loco, si id confirmare non potuisset, alterationem eorum in ventre, animali esse inutilem. Si nec id calumniari licuisset, opinionē quæ de actiuis habetur principiis, refellere; monstratéque, nō prouenire in particulis actionem ex certa calidi, frigidi, humidi, siccique temperatura, sed alio quopiam. Quòd si nec id calumniari est ausus: saltem illud docere: non esse calidum in iis quæ naturæ administratione reguntur, cæteris efficacius. Vel si nec id, nec cæterorum, quæ dicta sunt, quicquam demonstrare potuisset: minimè nugari, frustrà de nomine contendendo: tanquam Aristoteles tum in aliis non paucis, tum in quarto meteorologicon, quemadmodum concoctio elixationi sit similis, quódque nec primùm, nec propriè sic nominetur, non clarè prodiderit. Verùm, sicuti iam dictum est, vnum omnium horum principium est, de calido, frigido, humido, & sicco, considerationem iniuisse: sicut in secundo de genera. & corrupt. Aristoteles fecit, omnes quæ in corpore sunt mutationes alterationésque, ab iis proficisci demonstrans. Cæterùm Erasistratus neque iis, neque alio vllo ex iam dictis refutato, ad nomen elixationis tantummodò se conuertit: atque de concoquendo quidem, tametsi cætera omnia prætermisit, illud saltem demonstrare conatus est, differre ab externa elixatione, eam quæ in animalibus est, concoctionem. Erasistratus tamen apud Galenum libro secundo eiusdem operis, in disceptatione de concoquendo, eos qui putrefieri cibos autumant, refutandi occasionem ambitiosè captauit. qua vtique in sententia fuerunt è priscis medicis quidam haud ignobiles: atque inter philosophos seu physicos, ipse (vt audio) Empedocles: quiquidem illi ἄπεπτα vocare solebant, quæ postea ἀπεπτα dicta sunt (hæc incocta, illa imputria dixeris). quòd alimenta in ventriculo, saporis odorisque pristini gratiam amittant: & à debili calore, in ἀποτηγμίαν atque acorem: à fortiori autem, in ὀσμήν, seu nidorem demutentur: à moderato denique, in chylum puri colore & consistentiâ simillimum. Quibus autem argumentis Erasistratus aduersus illos sit vsus, nobis quidem non constat, ob libros eius amissos, & nobis incognitos: facile tamen sit tam absurdum commentum refellere, vel adeo ex vno Aristotele capite primo lib. quarti meteorum, hoc aut simili modo. Siquidem simplici ortui res maximè contraria & communis, est putredo. nam omne naturalis interitus genus, ad eam ipsam via est: cuiusmodi senectus & ariditas sunt. Putredo enim, finis est omnium, quæ naturâ constituuntur. nisi quippiam vi corrumpitur & labefactatur. siquidem licet carnem, os, & quoduis eius generis deürere: quibus omnibus finis naturalis interitus, est putredo. Quamobrem quæ putrefiunt, primùm humescunt, demùm siccitatem contrahunt. ab his enim formata sunt: siccitásque humore circumscripta est, facultatibus agentibus in opus incumbentibus. Interitus quidem importatur, quotiescumque id quod finibus describitur, id vicerit, quod finibus describit, propter ipsam rem continentem. Enimuerò putredo in iis propriè dicitur, quæ per partes corrumpuntur, cùm à sua ipsorum natura distracta sunt. Idcirco reliqua etiam omnia, vno igni excepto, in putredinem delabuntur. terra enim, & aqua, & aër putrescunt: propterea quòd ea omnia igni materia substernuntur. putredo autem, est interitus proprij ac naturalis caloris in quouis humore, ab alieno proficiscens calore: hic autem rei continentis est. Putridis etiam in rebus bestiolæ innascuntur: propterea quòd naturalis calor, idémque discretus, facultatem eorum cogendorum habet, quæ excreta iam sunt. His (inquam) Aristotelicis rationibus, atque ipsa putredinis finitione, satis eorum euertitur sententia, qui putrescere cibos in ventriculo, non concoqui dixerunt. in quo vtique vermes creari, vel eodem Aristotele iudice, & multorum medicorum adstipulante suffragio, verè an falsò negatum est. Atque huiusmodi Aristotelicæ rationes quamuis per se sufficere videantur ad istorum errorem confutādum (nam quæ de putredine ille ibidem disceptat, nihil nunc opus habeo singula expendere) tamen & hæc adiici possunt: Quicquid putrescit, tetrum & olidum acquirere odorem. cibo autem in ventriculo secundùm naturam habente, nihil accidit eiusmodi iam probè & perfectè concocto: sed substantiæ blanda fit alterario in colore & consistentia, à priore distans, cibo quolibet in chylum æqualem, læuem, ac sui similem commutato, sapore dulcem, colore album, consistentia pulti vel cremori hordei siue ptisanæ veræ similem. Deinde nutrimentis putrefactis ali salutis naturæ rebus, homini quî contingat? Omnino enim morbos complures, cósque assiduos gigni necesse sit, dum putri alimento alitum corpus, putrescere particulatim ac resolui sit necesse. similia enim similibus ali vtique receptum est. Et verò quæ aluntur, similem quandam iis qualitatem induere, à quibus aluntur, & congeneres alimentis succos generari, medici doctissimi quique profitentur. Ergo cibi in ventriculo concoqui, nō autem putrefieri natura solent.

An verò probabilius Erasistratus? ventriculum cibos amplecti ac terere, sicq. coctionem fieri? vt contrà, ex debili complexu, triturāque vitiata, morbos gigni? ideóque in febribus deteriorē esse ciborū coctionē: quia lāguidior

Ciborum ventre alteratio.

Actio à principio actiuo.

Caloris vis.

Ius de nomine.

Contentio elixationis similis.

Omnis alteratio in corpore fit à 4. qualitatibus.

Erasistrat. differt concoctio ab elixatione, cur.

Quòd cibi non putrescant, sed coquantur in alue.

Quòd cibi in vētre putrescant, nō coquantur, & quōmodo figūr.

Calor moderatus aut immodicus quomodo agat in cibos.

Quòd cibi in alue coquantur, non putrescant.

Quid putredo, & quotuplex.

Putredo certis contrarijs, quō.

Interitus & corruptio qui fiat.

Putredo quid sit, & qui fiat.

Omnia præter ignē, sunt obnoxia putredini.

Putridis cur innascantur bestiolæ.

Galeno cibi in ventre nō cōcoquūtur.

An vermes in ventriculo gignātur?

Cibus non potest in ventriculo quia non putat.

Chyli qualitas.

At cibi putridi ali homo non sustinet, cur.

Simile alitur simili, & alitum ab alimēto afficitur.

An concoctio fiat vrendo.

ventriculus exactè cibum circumplecti nequit, neque exactum ad læuorem conterere? Hæc enim ſententia multos adſtipulatores habuit: quos inter, è Latinis Ciceronem & Plinium numerauī: non illos quidem de ſua tam locutos ſententia, quàm de medicorum eorum mente, quos olim fortè legerant. quibus Plinius de ſuo videtur adieciſſe, ad rei miraculum augendum, denticulatum ſtomachum in crenis horridum, & ea quidem præditum aſperitate, vt ſcobinam ferri æmularetur: ac ſi auſit dicere, vinceret etiam. hyperbolicos videlicet de re tam plana & oculis expoſita, locutus. Quis enim ſecto vnquam ventriculo demortui animalis, vel potiùs hominis, eóque euerſo, non ſtatim conſpexerit interiorem capacitatem vtcumque læuem & expolitam, ſi non æqualiter, at modicè tamen, rugis quibuſdam ac velut plicis ſeu plicaturis inæqualem? non vt cibum terendo, velut lima & ſcobina frangere, ac velut molere: ſed arctiùs amplecti ſtringendo queat? At quadrupedum, eorúmque maximè vētres intus aſperi, duri, inæquales, crenis horrent. Sit ita, & Ariſtoteles ſcripſerit, & Galenus aſſenſerit. at in homine, animali manſueto & politico, nihil neceſſe eſt talem ineſſe. iſtis namque naturæ ſuæ ſimilibus eſcis veſci duris, aſperis, ſiccis, aculeatis contingit, vt arborum cymis, ruborum & ſentium vepriúmque ſpinetis, tribulis & carduis paliuríſq. aculeatis, rhamnis & ſpinis peracutis, oſſibus denticulatis, vrticis pungentibus atque vrentibus: vt habeant (quod eſt in Catonis prouerbio) ſimiles labra lactucas. Homo autem mollibus, dulcibus, læuigatis, mólitis atque mollítis, dente commanſis, contuſis, & attritis cibis veſcitur. quos exceptos, demum ſtomachus blando calore humente fouet, & viſceribus circumſitis concalfactus, blandè ac ſenſim concoquit, ſingulari quodam modo ſibi ſuíſque tunicis aſſimilans, & pulticulæ inſtar (quod ſæpe dixi) immutans. Quam vim ac rei nouitatem miratus Ariſtoteles, problemate inquiſiuit ſect. 24. Cur aqua feruens liquefacere nequeat, venter autem queat? Verùm ventris calor ſua tenuitate ſubire poteſt, aqua ſua craſſitudine nequit? ſic ille reſoluit: nos aliā cauſſam antè produximus. Scilicet piſtrinum illic aut moletrinam iſti ſubeſſe imaginabantur, vt aſperis ventriculi tunicis inter ſe colliſis, velut molis quibuſdam mutuò ſeſe atterentibus, cibus interpoſitus moleretur, & minutiſſimè frāgeretur, ac veluti prælo tortus exprimeretur: aut quaſi limis vtrimque denticulatis attritus, in ſeobem comminueretur. Hæ verò ſunt philoſophorum non de re ſibi comperta ratiocinationes: ſed ſimplicium & credulorum hominum, citra corporis humani notitiam, & anatomicam experientiam, à rebus externis imaginando ductæ falſæ ſimilitudines.

Eôdem pertinet eorum ſententia, qui cibos, quibus veſcimur, extrinſecùs antequàm ore ſumpti, à ventre concoquantur, alios ſanguine, alios pituita, alios bile alterutra turgere, & velut farciri ſunt arbitrati. quorum ſententiam confirmat, & fortè peperit author lib. 4. de morbis, qui præfertur Hippocrates. In omnibus cibis ac potibus (ait) & bilioſi quid ineſt, & aquoſi, & ſanguinei, & pituitoſi: in alio plus, in alio minus. Quapropter & quæ eduntur ac bibuntur, alia aliis præſtant ad ſanitatem. Quibus nihil admodùm certius aut exploratius ſapuiſſe videtur Eraſiſtratus, cùm ſcripſit; Verùm verò inter coquendum in ventre alimentum, talis gignatur humor (nempe ſanguis, bilis flaua nigráue, aut pituita) an mixtus in exhibitis extrinſecùs accedat; id cōſideraſſe, ad nullum pertinet medicinæ vſum. Contrà quem meritò Galenus inſurgit, abſurdum eius ſermonem iure cauillatus lib. 2. facult. natural. Atqui vir egregie (inquiens) tum vacuari humorem hunc ex animalis corpore, tùm magnopere nocere, niſi vacuetur, ipſe fateris. Quo pacto igitur, cùm nihil boni ex ea fieri exiſtimes, inutilem eſſe ad medicinam ais de generatione eius, conſiderationem? Fac namque in cibis contineatur, nec in iecinore exacta eius ſit ſecretio: ambo enim hæc fieri poſſe exiſtimas. Atqui permultum hoc loco intereſt, minimam plurimámve bilem in ſe contineant, qui exhibentur cibi. illi namque omni periculo vacant: hi verò, qui plurimam in ſe continent, quoniam non poteſt tota ea commodè in iecinore expurgari; occaſio erit tum aliorum affectuum, quos ipſe ex bilis redundantia naſci ais, tum non in poſtremis, morbi regij, quem Græci ἴκτερον vocant. Quo pacto igitur medico noſſe maximè neceſſarium non ſit, primùm illud, quòd extrinſecùs in cibis ipſis bilis contineatur? ſecundò quòd beta, verbi gratiā, mulua tam; panis minimam, rurſus oleum plurimam, vinum minimam, reliquáque impari modo inter ſe bilis portionem ſingula cōtineant? Quomodo enim non maximè ſit ridiculus, qui ſpōre ſua, ea quæ plus in ſe bilis contineant, potiùs eligit, quàm contraria? Quid verò ſi non continetur bilis in cibis, ſed in corpore animalium gignitur? Nonne illud quoque noſſe ad rem pertinet: in quo ſtatu corporis, amplior eius generatio proueniat, in quo minor? Quippe alterandi mutandique ſemper in melius vitioſos corporum ſtatus facultatem habemus. Verùm ſi ignoramus, quatenus vitioſus ſit, & qualiter à legitimo exceſſerit; quo tandem pacto licebit nobis eum in meliorem vindicare? Non eſt igitur, vt Eraſiſtratus affirmat, ad medendum inutilis ipſa de bili generanda veritas. Sed & illud nec difficile inuentu eſt, nec obſcurum, quòd mel non eò quòd plurimam in ſe bilem continet: ſed quod intra corpus eſt mutatum, in hanc alteratur ac vertitur. Quippe amarum guſtantibus eſſet, ſi bilem in ſe extra corpus contineret. Præterea omnibus ſimiliter hominibus æqualis ex eo gigneretur bilis copia. verùm id ſecùs habet: ſiquidem qui iam in flore ſunt, potiſſimùm ſi calidiore natura ſint, ac vitam degant laborioſam, in iis totum mel vertitur in fel ſeu flauam bilem: ſenibus verò admodùm eſt accommodum; vtpote quibus non in bilem, ſed in ſanguinem conuet-

Ventriculi aſperitas maxima ad cibum conterendum.
à ſimili.
N. Plinio aduerſatur de ventriculo.
Ab experientia.
Querſum ventriculus intus aſper, & quantum.
Quadrupedum ventres cur horrida & aſpera: at homini contrà.
Similes labra habent lactucas. prouerb.
Hominum à brutis ciborum differentia, & cauſſarum modus.
Cur venter liquefaciat?
Ironia.
Quòd cibus non concoquatur terendo, in ventriculo.
à ſimili.
Eluditur ſententia de attritione ſtomachi.
Vt cibi in ſint humoris varij, & qui.
Dubium.
An humores varij pendeant à cauſſione, an à natura ciborum.
Humor nimius vacuandus: & vnde genitus.
An à cibis? An à cauſſione?
Cibi bilioſi quæ damna inferant.
Scire intereſt medici, an humores à cibis, & quales: an in corpore gignantur.
Humorum vitium corrigitur: Sed gradus corruptionis tenendus.
Mel quomodo vertatur in fel.
Humorum generatio ſit in corpore, non accidat à cibis extrinſecùs, quomodo.
Mel ſenibus bonum, iuuenibus malum.

tatur. vt idem de aliis per analogiam intelligas, in hunc aut illum humorem conuerti facilibus alimentis. Demonstratum est enim ab Hippocrate, Aristotele, Praxagora, Philotimo; & potissimè à Galeno, alimentum dum in venis à calore innato alteratur, sanguinem quidem ex mediocri, reliquos verò succos ex pauciore aut immoderatiore gigni. de quibus etiam aliàs.

Sanguis & humores reliqui gignuntur in venis ex alimento, pro diuersitate caloris nativi.

Functionum igitur, quæ natura duce ac magistra administrantur, summa atque suprema nutritio existit. hæc autem à natura fit, quæ spiritus caloríque appulsu & operâ, alimentum assiduè exagitat: id enim est tanquam subiecta materia, in qua versatur, & in quam vires exercet suas, dum plenè & omnino in corporis substantiam sit conuersum. At non de repente, sed longa continuatáque rerum serie, fit ea conuersio: multorum enim operis concurrentibus varié commutatur, expurgatur, in omne corpus distribuitur, huicque ad extremum assimilatur. In ea longa distributione, multiplex incidit concoctio, varij gignuntur humores, diuersa item superuacanea. Itaque assumptum alimentum quanquam vbique mutatur, & in omni corporis loco conuersionem subit (quandoquidem vnaquæque corporis particula proprio calore in id incumbit, & quasi culturam subigendo adhibet) non tamen vbicumque fit, concoqui id iure ac merito aliquispiam dixerit. Non enim quæuis vel leuissima alimenti mutatio, qua id aut exteritur, aut mollitur, siue mólitur, aut odore saporéve mutatur: sed dumtaxat quæ à nativo calore fit in alimento perfecta substantiæ conuersio, concoctio existit. Quæ perfecta futura est concoctio, haud quidem exiguo breuique tempore, sed mora & cunctatione quadam absoluitur. Quocirca firmum ratúmque esse debet, eo duntaxat loci hanc fieri, vbi alimentum diu multúmque hæret, & vis illa continendi valens est, simúlque concoquendi facultas copioso circumfluit & abundat calore. Hoc autem tribus tantummodò locis concessum videmus, è quibus etiam triplex existit concoctio: prima in ventriculo, secunda in iocinere, tertia in singulis particulis. Sua quamque antecedit præparatio, suáque sequitur absolutio, suum cuiusque alimentum, tanquam subiecta materia, suus genitus humor, suúmque excrementum. Itaque prima omnium est πέψις, quæ in ventriculo magna caloris vi perficitur, vertitúrque multiplex & varium alimentum in quippiam vnius substantiæ, candidum id quidem, & ptisanæ cremori persimile. Huius præparatio quædam prægressa est in ore; qua non atteritur modò & mollitur cibus, sed & leuem conuersionem subit: qualem manifestò cernimus in subrubro vino, quod pauco momento ore conceptum, tum ardorem, tum ruborem deponit. Eius autem absolutio in intestinis est, quæ ipsa modicam concoquendi more ventriculi vim obtinent. Quanquam enim è ventriculo valente, & cui integritas est valetudinis, nihil prorsus excidit, quod non plenam con-

Nutritio, summum naturæ opus, & qui fiat, & quot gradibus.

Concoctionis multiplex opus.

Alimentũ in omni parte corporis alterari, at coqui nisi in ventre non potest, cur.

Concoctio quid, & quomodo fiat, & vbi.

Collio triplex in loco triplici, vbi.

Collimenta quæ antecedant, comitentur, aut subsequantur.

2 Cõcoctio in alue, qualis.

Masticatio præparat ad coctionem, quatenus. Ab exẽplo.

Collio prima in intestinis absoluitur.

Nihil excidit

coctionem acceperit; siquidem ad hanc aptum erat: quoniam tamen innatus partium calor nunquam otiosus cõquiescit: necesse est quæ cumque in intestina illabũtur, perfectiùs quodammodo mingari & concoqui. Secunda coctio celebratur in iocinere, *ἡπάτωσις* Græcis appellata. de qua haud ita multò pòst. Tertia in partibus singulis, qua appositus adiectúsque sanguis, iam à priore natura deficiens, in ideneam alendæ parti substantiam conuertitur. de qua partim antea, partim posthàc transigitur. hæc enim ad extremum volui ex doctissimo Fernelio veluti per epilogum subnectere, ex cap. 6. lib. 6. Physiologiæ.

dis à ventre non concoctum, si coqui velit.

At coctio fit in intestinis absolutior, cur.

2 Coctio in hepate.

3 In singulis partibus, quomodo.

Sed de concoctione, & concoctionis modo planè mirabili iam satis, déque ventriculi ipsius natura, compositione, vsu, necessitate, & cæteris quæ ad eam partem, eiúsque vsum atque actionem pertinent, iuxta verissima decreta medicorum, & eorum qui cum illis vera sentiunt. nisi si ex Aristotele pauca quædam priuatim sunt subiicienda. sic autem ille cap. 16. lib. 1. histor. animal. Gula ab ore dependet cõtinua tum spinæ, tum arteriæ, nexu fibrarum: & per septum transuersum in ventriculum finit, carnis speciem referens, & pariter distendi in longum latúmque habilis. Ventriculus autem humanus canino similis est; quippe qui non multò amplior sit, quàm intestinum: sed quasi intestino similis ampliori. Tum intestinum simplex flexuosis orbibus est: à quo proximum intestinum admodùm amplum. Aluus autem ipsa suillæ similis est: quippè quæ & ampla sit, & quod vsque in sedem porrigitur, breue id corpulentúmq. transmittat. vbi ventriculum, πυλωρὸς, ventris absoluto nomine: aluum autem, πυλωρὸς ἄνω κοιλίας, ventris inferioris appellatione distinguit. Idem verò similibus propè verbis libro sequenti cap. 17. Gula ad ventrem perfertur, transiens septum transuersum: scilicet in iis quæ gulam habent: pisces enim magna ex parte gula carent, vt qui annexum statim ori ventrem habeant. Quocirca sæpius euenit grandibus nonnullis, vt dum per impetum insectantur minores, ventriculus in os procidat, vt antè de hiatulis diximus ex eodem Arist. apud Galenum citato. Habent autem omnia, quæ adhuc enumerauí (ait ille ibidem) ventrem situ consimili: septo enim trãsuerso continuò subest: intestinúmque de eo porrectum, finit ad exitum cibi, & eam partem, quæ podex dicitur. vbi mox de quatuor finibus ventris quadrupedum ruminantium; nempe ventre propriè dicto, reticulo, omaso, & abomaso: déque eorundem asperitate, duritie, crenis, crustis, crucellis, ad partum conficiendum & velut conterendum cibum accommodatis. Rursus idem lib. 4. de part. animal. cap. 10. Tertiam partem subiecit eam, quæ aditum cibo præberet: hîc enim commodè collocaretur: quippe cùm neque supra cor, & vitale principium, venter constitui posset: neq. si inferiùs, quàm nunc est, poneretur, fieri posset vt æquè aditus cibo pateret. corporis enim prolixior longitudo faceret, vt longè à prin-

Transitio.

Gula finis, & initium.

Ventriculi forma, cum intestinorũ.

Aluus figura, seu tertij intestini.

πυλωρὸς & ἄνω πυλωρὸς.

Oesophagi finis.

Pisces cur non gula, & quibus aut quando ventriculus in os procidat.

Ventris finis, cum intestini.

Ruminantium 4. ventres, quales.

Gulæ locus, & vbi.

Digitized by Google

cipio mouendi & concoquendi differret. Hæc & forsan plura de ventre Aristoteles, déque coctionis officina & modo, vt nuper declaraui. vt nihil admodùm sermoni huic deesse videatur, expensis summorum philosophorum & medicorum sententiis, Hippocratis, Platonis, Aristotelis, Galeni, Celsi, Ciceronis, Plinij, Lactantij; quorum testimoniis vti in hac partium corporis explicatione consueui. quibus vbi hoc addidero, & velut altero epilogo conclusero, ad subiectas partes explicandas descendam.

Alter epilogus de concoctione.

Coctio triplex vbi fiat.

Concoctionem in homine & quolibet animante triplicem esse demonstraui: primam in ventriculo, chylum de cibo commutante: alteram in hepate, sanguinem de chylo conuertente: tertiam in partibus singulis, aduectũ sibi per venas sanguinem assimilantibus, agglutinantibus, & pro deperdita portione substituentibus. nam quæ ore fit mansio seu masticatio, non tam coctio est (quamuis primam de quatuor quidam medici Arabes faciant) quàm futuræ coctionis præparatio, ac velut rudimẽtum. aut si mauis, rem tibi Galenicis verbis exponam; de quo iam tamen satis multa: sed hæc ad extremum omnino breuiter: primùm sub finem lib. 4. de sanitate tuenda: Eadem ratione se habent & quæ in ventre malè sunt confecta, ad secundam coctionem, quæ agitur in venis, qua malè præparati cibi, ad concoctionem quæ est in ventre. Quinetiam quæ in venis malè sunt concocta, sic se habent ad concoctionem, quæ agitur in carne, quemadmodum se habebant cibi ad eam, quæ est in ventre: & quæ ex hoc subeuntia, ad eam quæ est in venis. Libris autem de facult. natural. illud demonstrauit, & nos iam, vel ex Fernelio, antè protulimus; & quia ad sequentium seriem continuandam facit, repetemus hoc primùm;

Mandatio sive masticatio cibi quorsum.

Coctionis forma & ordo triplex, vbi, & earum inter se proportio.

Venter cui concoquat, & quomodo.

Ventrem sua ipsius caussâ nutrimentum suscipere, vt eo tum fruatur, tum quod sibi desit, suppleat. eóque amplecti id vndique, ac retinere totum, quoad se satiauerit. Secundò illud; Eundem ventriculum vbi ali præterea non desiderat, imam sui partem (στόμαχον Græci vocant, id est portam) recludere, ac quod ciborum superfuit, exprimere, pessúmque, ceu alienum onus trudere. Deinde quòd ipso transitu per intestina, ac potissimùm tenuia, venæ quæ huc pertinent, alimentum ad se rapiunt: quod ex mora, quam in ventre habuit, & alteratum, & animali magis idoneum est effectum; mox in ipsis venis quoque ab alia in aliam trahitur: ad eundem modum, quo ex ventre in venas. Hinc verò iam planè confectum, in singulas pertrahitur animalis partes. vbi tertiam concoctionem nactum, ipsi alendo corpori assimilatur. hæc ille loco citato repetit. sed de masticatione cibi, quæ ore fit, & quam dixi Arabas primam numerare, sic eodem de facult. natural. opere lib. 3. Quanta sit ventris alteratio, agè iam videamus. sanè ea maior est, quàm quæ in ore perficitur: minor verò ea, quæ in iecore & venis. Horum namque alteratio, nutrimentum in sanguinis substantiam mutat: quæ in ore agitur, mutat quidem id in alteram speciem manifestè, non tamen ad perfectionem transformat. sed de his haud ita multò antè, quæ nunc breuiter commemorata volui, ad species seu differentias concoctionis constituendum, antequàm ad continuam intestinorum & subiectam historiam transirem: quam nunc aggredior, & eodem orationis filo persequor.

Reliquiæ de ventriculo quà & quando & quorsum excedant.

Venarum traslio ab intestinis, quomodo.

Tertia coctio in singulis partib.

An masticatio, sit prima coctio.

Comparatio coctionum in ore, & in ventre, & hepate.

De Intestinis.

CAP. XIII.

DEINCEPS igitur de intestinis dicendum, præcipuè ex Gal. lib. 4. de vsu partium, & lib. 6. de anatom. administra. Coquitur sanè quidem adhuc alimentum & in ipso per intestina transitu; vt in venis etiam omnibus sanguis (qua tamen de re posthàc) cùm neq. intestinorũ quoduis coquẽdi aliméri, neq. venæ sanguinis gignendi gratiâ (quod tamen Galenus alibi putat & affert, vti dicemus suo loco) extiterit. sed natura aliàs quidem organorum quôque in melius abutitur; aliàs autem id necessariò sequitur omnia, quæ alicuius gratiâ extiterunt. Quemadmodum igitur venis (cùm eas distributionis instrumenta fecisset) facultatem sanguinis generatricem indidit (quo de tamen post paulò viderimus) ne dum per eas fertur, tempus ipsi alimento frustrà periret. ad eundem modum & intestinis, distributionis in venas gratiâ institutis, facultas quædam concoctrix inest. quod fieri omnino non poterat, quin singulæ animalis particulæ virtutem quãdam haberent alteratricem. Iam verò intestinorum substantia haud multùm à ventriculo est diuersa. quo fit, vt si facultatem alteratricem ipsis quoque inditam esse oportuit ipsi ventriculo adsimilem; in his quoque cibum concoqui necessariò consequatur. Nam vt in hepate est velut officina sanguinis: ita in ventriculo, concoctionis. Quòd autem neque superfluorum prorsum delationis, neque concoctionis gratiâ: sed vt id omne, quod in ventriculo in chylum est mutatum, assumatur in venas, constructa fuerunt intestina, hinc discas licet. Primò quidem quòd in nullo animali ventriculus sua structura iis instrumentis sit cõtiguus, quibus superflua deiiciuntur. Quanuis non esset impossibilè, mox ad vocatam sedem, extremitatem ventriculi inferiorem protendi. Secundò autem quòd quamplurima intestinorum inuolucra in plurimis animalibus fuerunt. Tertiò quòd non antè emittatur è vẽtriculo cibus, quàm perfectè sit concoctus. Quòd autem animallum ventriculi, sedi minimè cohæserint, satis magno indicio est, aliud esse oportere coquendi alimenti instrumentum, aliud distribuendi. Nam si idem esset, periculum vtique esset, ne identidem venæ crudum atque incoctum assumerent alimentum: quod tamen nequaquam accidere oportebat. Satis igitur constat, aliam quidem concoctionis, aliam autem distributionis oportuisse esse

Coctio ciborum in intestinis quatenus fiat: vt & sanguinis in venis.

An verè sanguificet.

Natura solertia in vsu partium & auctorio.

Vt venæ distributionis organa, etiam sanguificant: sic intestina & distribuant, & concoquant alimentum.

Intestinorũ cũ stomacho communio in substãtia & actione.

Hepar sanguificat, venter cibũ coquit.

Intestinorũ proprius vsus, & ex accidenti.

Quòd non ad excretionem superfluorum, qui.

Triplex ratio.

Quòd aliud concoquẽdi, aliud distribuendi organum, quamobrẽ.

Intestinorũ longa est in orbem conuolutio : ne alimentum citò elabatur.

particulam. Quòd verò ipsa non extendantur simplex vsque ad anum ; sed quàm plurimis conuersionibus & spiris orbiculatis in medio intercipiatur (cùm constet id, ne alimentum ex animali ocyùs elabatur, factum fuisse) iis quæ haud ita pridem diximus, consonat. Quandoquidem si secundus quispiam ventriculus priorem exciperet, essétque vt ille, coctionis instrumentum ; eo casu secundus hic, promptuarium distributionis : nequaquam breui tempore quamplurimum & per plurimas venas alimentum hepar assumeret. Iam verò intestinorum circumuoluriones cùm innumerabilem quandam venarum multitudinem ex hepate sibi ipsis habeant insertam, omnem in ventriculo coctum succum sursum mittunt. Tunc autem paucis orificiis venarum, paucum cibi in chylum versi assiduè applicatum, tardam & diuturnam faceret distributionem. Etenim oportet ora vasorum contingere elaboratum ac coctum succum. Si verò magno priori ventriculo secundus suppositus esset : paruam vtique partem eius ventriculi tangeret cibus, eam duntaxat, quam ipse contingeret. plurima verò alimenti pars, quæ vtique in profundo esset, apprehensiones venarum effugeret. Nunc autem angustia transitus, in paruas particulas alimentum comminuens, cogit vt id propemodùm totum contingat tunicam intestinorum (ad quam venæ ἀναστομῶνται, hoc est oscillis luant) ob idque ipsum, etiam ora vasorum. Siquid verò alimenti effugerit in transitu per primam circumuolutionem, per secundam quidem continget. quòd si hîc quoque effugerit, per tertiam, vel quartam, vel quintam, vel quamlibet sequentium : sunt enim plurimæ. In transitu igitur adeo angusto & longo, quàm plurimáque inuolucra habente, omnes partes alimenti coguntur tanquam versari cum vasis orificio. Condensatum enim est in orbem omne intestinum innumerabili quadam multitudine orificiorum intrò peruenientium, à quibus rapitur sursum, quod ex prætereunte alimento vtile est. Vnde fieri nequit, vt succus vllus nutriendo animali idoneus fallat, atque ex animali elabatur : quando saltem naturaliter corpora se habent. Eorum enim hæc à nobis instituitur expositio, non morbidorum, in quibus ordo quidem confunditur, naturæ autem ars impeditur ; adiutoréque quopiam opus est, qui manum porrigat, & quod angit, educat. Hoc quidem certè etsi non dicatur in vnaquaque vtilitatum, quas recensemus ; non qui prætermittit, negligentiæ ; sed qui subintelligit, tarditatis est accusandus. Porrò intestinorum inuolucra extitisse probauimus, vt quicquid alimenti concoctum esset, ad vnguem distribueretur. Eóque spectabat, quod à Platone dictum est, & à nobis posthàc nominatim producetur ; ne alimentum celeriter permeans, corpus extemplo in necessitatem adigeret sumendi deintegro alimentum : suggerénsque insatiabilem gulositatem, à philosophia ac musis vniuersum mortale genus reuocaret. Quibus autem animalium non insunt eiusmodi inuolucra, sed intestinum à ventriculo simplex vsq. ad anum protensum habent, insatiabilia omnia ac gulosa, plantarúmque modo, cibo assiduè adhærent ; de quibus Aristoteles, & nos vspiam alibi antehàc.

Quòd alterum ventriculo nil opus sit.

Venæ ad intestinos quorsum tam multæ.

Alterius ventriculi incommoda futuri.

Intestinorũ angustia quorsum.

Intestina cur tam multos orbes habeant.

Venarum orificia cur intestina penetrent.

Chylus nullas euadit ansulas venarum ad intestina.

De naturalibus hic agitur.

Obseruatio necessaria.

Intestinorũ inuolucra, tum ad distributionẽ, tum vt ne cibi frequẽtia sit sumendi, cet.

Animalia gulosa vnã habẽt id illud rectũ intestinum.

De cõstructione autem intestinorum dicturus, non aliunde melius, quàm à Galeno dicendi argumentum delumam. Vt interim memineris, omnes actiones atque facultates, quas excretrices ac propultrices nominant, trãsuersorum villorum motu ; & attractrices, erectorũ, vt & retentrices, obliquorum tensione constare, sicuti paulò antè delibauimus, & fortè repetemus. Intestinis verò pleræque circulares insunt fibræ, quibus pauculæ rectæ superpositæ sunt. illarum beneficio, motus illis accedit peculiaris quidam, quem Græci ἑλικοειδῆ ideũ nominant, quòd fibræ in orbem circunstent, atque intestina comprimant & obuoluant, siue ἑλίττουσιν. hácque ratione sensim excrementa deorsum propellant, vt Gal. comment. 5. in lib. 6. Epid. part. 27. & alibi annotat, ad illud Hippocratis ; Refrigeratio, quæ sunt in ventre, durat. quod cùm Galenus demonstrasset, infert ; Naturale sanè opus est, ciborum per intestina delatio, quæ intestinorum circa illos constrictione fit, vt lib. de facult. natural. docetur, & nos aliàs proponemus. Imis autem partibus musculi sedem claudentes impositi sunt, qui per frigus coguntur constringuntúrque, contrà affecti, atque cùm quis eos calida aqua perfundit : tunc enim remolliscunt, excrementáque impulsu & constrictione intestinorum in sedem detrusa, & maximè calido pronocante, suscipiunt. Hoc enim inter omnes constat, excretiones à calido prouocari. Partibus autem, quæ in sede sunt, frigescentibus, atque adeo contractis, & in angustum redactis, contrariũ symptoma sequitur : ἑλκυσμὸν seu constrictoriam scilicet intestinorum actionem ab inferioribus partibus incipientem, sursum versus contenta propellere. Quo naturæ perturbato ordine', cùm motus ille ab imo sphinctère & recto intestino incipiens, sursum materiam comprimendo, paulatim retrudit & regerit atque reprimit ; contingit licet rarò, vomitus stercoris ; vti sæpe vidimus, potissimè in ileo, ab inflammatione vel obstructione ; & intestinorũ inrer se mutua conuolutione atque insertione, quam nobis anaromia aperuit, priscis inauditam aut saltem intactam. Eodem casu & clysterum per sedem iniectorum contingit per os fœda & abominabilis reiectio, sicuti ipsi vidimus, & Aurelianus ipse lib. 3. tard. pass. adstipulatur. Galenus autem tum comment. aph. 12. lib. 4. tum nominatim lib. 13. meth. med. cap. 16. illud accidere pernegat ; neque infusa per anum, ad ieiunum posse conscendere : ac si admodùm nitaris, fortasse tenue tantùm intestinum contingere. idem tamen mutata sententia, & facta in contrarium veslificatione, sic vtiq. lib. 3. de sympt. causis euentum posibilem agnouit, cùm dixit : Ac venter quidem cùm naturæ lege se habet, trahet quidem ad se supernè per stomachum, deorsum

Attractrix, retentrix, expultrix qui fiat per villos.

Intestina quale t villos habeant, & quorũ.

Intestinorũ motus peristaltcus, qualis.

Cibi per intestina qui labantur.

Sphincter sedem cohibet & claudit, potissimùm frigore.

At fœtus sedis tuetur sfincter, vi caloris.

Sphincter refrigeratus retrudit faces ad superiora, motu peristaltico.

Vnde vomitus stercoris.

Historia, de constrictis intestinis, excretionem omnem intercipientibus.

Clysteres per os reiecti.

Historia.

Gal. an clysteres ad os recurrant, dubitat.

Veris effectus naturalis, Et præter naturam.

Digitized by Google

verò excernit. cùm præter naturam eſt affectus, etiam ab inferioribus aliquid capit. Nam & clyſteris aliquid nonnullis in ventrem ſubiit, ita vt vomerent: præterea ſtercus in lethalibus fluxis. Satius enim eſt, exiſtimemus eum in eiuſmodi affectibus non trahere: ſed quod ab inteſtinis violenter retrudentibus aſcendit, duntaxat recipere. Quippe in inteſtinis complexio comprehenſioque eſt (Græci ἕλιγμα) ceu alibi eſt monſtratum. qua vſa, nutrimentum ad inferiorem ſuum exitum propellunt. In quibuſdam tamen affectibus, cùm conſtringendi complectendique motus (Græcè ἀθροιστικὴ κίνησις) infernè incipit: ea quæ in iis cõtinentur, ſurſum feruntur. Qua ratione acer quoque ſuccus quiſpiam, qui ad ſedem aliquãdo fuerat delatus, ac vel in foro, vel alio quopiam loco verſatis, aut negotio aliquo, quod deſerere non licuit, diſtrictis, violenter retentus, ſurſum eſt ſubductus, ventrémque momordit, ac caput vaporando implcuit: principio quidem motus ab animali organo, ſphinctere, id eſt muſculo ad imum inteſtinum accepto: ab hinc verò vnoquoque inteſtino retrò id à ſe ad ſupra ſe poſitum trudente; ſimili modo ac priùs in præceps trudebat. Ad eundem verò modum crepitus quoque deſcendere prohibitus, interim reuertitur. Ergo mirum non eſt, clyſmatis quoque aliquid & ſtercoris ex tam violenta inteſtinorum conſtrictione, ad ventrem aliquando præter naturam reuocari, deinde ad exitum properare. ſed de his aliàs forrè commodiùs: inteſtinorum motus quidam peculiaris fecit vt inſererem. pergo igitur de inteſtinorum conſtructione dicere, potiſſimùm ex Gal. ad finem lib. 4. de vſu partium.

Clyſterum & ſtercoris reiectatio qui fiat.

Inteſtinorũ motus propriſſimus, quorſum, & quot modis fiat.

Faces ſuppreſſæ quomodo ſurſum regerantur: ſic & crepitus.

Clyſter & ſtercus qui per os egerantur.

De inteſtinorum conſtructione, priùs gradum.

Quemadmodum igitur ventriculo vtroſque villos fortito, duabus opus fuit tunicis, contrario inter ſe modo habentibus: ita & inteſtinum quodque vnam ſpeciem cùm habeat propultricem, vnam pariter tunicæ ſpeciem in tranſuerſos & rotundos villos diſſoluendam obtinuit. Quid tandem tunicæ binæ extiterũt, ſiquidem ambæ itidem ſe habeant? ſuperflua enim videtur eſſe altera: at non eſt ita. Nam inteſtinorum tunica duplex fuit, partim vt facultas ipſorum expultrix eſſet valentior; partim vt ipſa inſtrumenta ab iniuriis omnibus eſſent tutiora. Vt enim in ventriculo manere diutiùs cibaria, vt exactè coquerentur; ita hîc non manere, è re magis fuit. Nã dum per viam longam ac ſtrictam feruntur, perfecta ſimul ac celeris fit ad iecur diſtributio. Quòd autem ad ſecuritatem ſummam, & patiendi difficultatem, non paruum inteſtinis momentum dunt tunicæ conferant, indicant vel maximè morbi dyſenterici. Multos ſanè ac ſæpe vidimus, quibus, cùm morbis grauibus atque diuturnis eſſent conflictati, maxima inteſtinorum pars putredine erat tentata: adeo vt compluribus locis tunica omnis interior eſſet exeſa. Attamen vixerunt ij, & ſuperſtites fuerunt: quod non feciſſent, niſi ſecunda quædam alia extrinſecùs corruptæ tunicæ acceſſiſſet. Nonnullis verò inteſtinorum, quidam villi recti ſecundùm longitudinem obtenduntur, ad tranſuerſorum tutelam: idque animalibus tenues habentibus inteſtinorum tunicas, aut actiones vehementiores, potiſſimùm ineſt. periculum enim erat, ne tranſuerſi villi à ſeſe mutuò auellerentur, niſi extrinſecùs à rectis, velut vinculo quodam fuiſſent deuincti. Quo fit, vt in recto inteſtino complures eiuſmodi fuerint: quòd multis & duris alimenti ſicci illic congeſti excrementis, eius inteſtini tunicas apprimi validè oportuit. Extrinſecùs igitur tranſuerſis, ceu ligamentum, villi quidam recti iniecti ſunt. In pluribus verò animalibus, totum colon validis vinculis ſecundùm longitudinem ſupernè deorſum vtrimque porrectis cõſtrictum eſt. Porrò quòd & peritonæum ipſum rurſus hanc ſecundam veſtit tunicam, colligítque inteſtina omnia, tum quæ ad ſpinam ſunt corporibus, tum aliis, ſuprà comprehenſum eſt. Nam vt ſemel dicam, nullum eſt ſub phrenibus inſtrumentum, quod non operiatur aliqua tunica initium generationis à peritonæo ſumente. Verùm de inteſtinis quidem tenuibus hæc ſufficiant: niſi placet hoc è recentiorum obſeruatione ſubtexere, atque in genere effari.

Villorum vſus in inteſtinis.

Recti inteſtini plures villi, quorſum.

Coli vincula quorſum.

Inteſtinorũ tunica tertia à peritonæo.

Partium ſub ſepto communium tunica à peritonæo.

Falloppius internam quidem inteſtinorum tunicam neruoſam agnoſcit: ſed omni fibrarum genere donat, non tranſuerſo tantùm: eámque tunicam interiori ventriculi tunicæ confert, tum ſubſtantia, tum ſuperficie villoſa, & ſpongioſa, & telis illis panniſque ſericis ſimili (quos villutos ſeu velutos vulgò appellãt) eoſdémque in vſus conſtante, ac velut incruſtata, & in dyſenteriis radi ſolita. Externam autem carnoſam membranam eſſe fatetur, ſed interiore craſſiorem, ac fibris præditam potiſſimùm tranſuerſis, ad fæcum expreſſionem. Columbus autem interiori tunicæ propriæ obliquas ad retinendum: exteriori autẽ tranſuerſas ad expellendum fibras aſſignat: rectas tamen omnino paucas, aut nullas. Idem porrò noua quadam obſeruatione ſibi exploratum aſſerit, venas meſaraïcas, quæ in inteſtina feruntur, ac penetrant inde chylum exhauſturæ, ad ſui extrema mẽbranulam habere obductam, foris intrò vergentem; quæquidem chylum ſemel attractum, foràs dilabi atque regredi prohibeat: vtique de vaſis vreticis in veſicam inſertis poſthàc patebit. Illud verò notatu dignum eſt, non ſolùm venas chylum de inteſtinis haurire ad hepar perferendum: verùm etiã, ſi Veſalio, atque adeo ipſi Galeno credimus, orificia etiam arteriarum ad ipſa inteſtina pertingentia modicum quiddam cibi aſſumere, plurimum autem venas ipſas. Quanquam mihi vix ſit veriſimile, arterias vllas iſti muneri à natura deſtinatas eſſe: quas ſpiritui ad vitam conferendo ſcimus inſtitutas; & ſanguinem puriſſimum in ſe cõplecti, non autem ἀμίκτου αἵματος, vt quis dicat, ſemicoctum ſanguinem cõtinere. quas quidem chylo albo diſtentas, aut ſanguine candicante & incocto turgidas oſtẽdere, opinor, nemo inter diſſecandum queat.

An tunicã interna inteſtinorum habeant omnes villi, & quales ſint. à ſimili.

Externæ inteſtinorum tunicæ, quales, & earum fibræ.

Venarum meſaraïcarum oſcula quali membrana obducantur, & quorſum. à ſimili.

Chylum ab inteſtinis emulgens vena & arteria.

N. dubitat de arteriis, & harum vſus, quos.

Fides ab experientia.

Inteſtinorũ tunica duplex, & fibrarum genera duo, quorſum.

Cauſſa duæ.

Cibi in alno manere, in inteſtinis debẽ offluere.

Præcipua vtilitas duarum in inteſtinis tunicarum, aduerſus proſluuium. Hiſtoria.

Digitized by Google

verùm & huius dubij fidem faciet κύων-λία. de craſſis porrò inteſtinis diſſerentem Galenum audiamus.

De craſſo inteſtino.

Vſus tenuiũ inteſtinorũ ad diſtributionem, & craſſorum.

Quemadmodum inteſtinum tenue diſtributioni deſtinatum eſt, eiúſque gratiâ extirit (quanuis etiam concoquat alimentum, ac propellat) ita & craſſum inteſtinum non repentinæ excretionis cauſsâ comparatum eſt. quanquam in multis animalibus voracibus, quibus rectum hoc inteſtinum eſt, videre licet inferiore ipſius parte, nihil latitudine à ſeſe diſcrepare. Verumtamen hæc aſſiduè vt paſcuntur, ſic égerunt aſſiduè: quorum vita ab omni muſa ac philoſophia (vt Plato dicebat) reuerâ eſt aliena: Quæ verò perfectiſſima ſunt animalia ac præſtantiora, vt non comedunt ſemper, ita nec égerunt. Iam verò demonſtratum à nobis eſt, ipſa inteſtinorum inuolucra in cauſſa eſſe, cur externo alimento aſſiduè nobis minimè opus ſit. Quòd autem ſubinde non egeramus, ſed longo interuallo, in cauſſâ fuit craſſi inteſtini latitudo (ceu ſecundus ſit quidam venter) ipſis ſubiecti: quomodo veſica vrinis. Nam ne egererent aſſiduè, néve meierent animalia, humidis quidem excrementis veſica ſubiacet, ſiccis autem inteſtinum quod craſſum appellamus. quod vtique & inferiorem ventrem quidam nominant (quos inter, Hippocratem olim accenſui) principium autem eius, eſt cæcum inteſtinum. Vbi enim tenue inteſtinum deſinit, illinc ad dextram quidem, cæcum (ſi Galeno credimus, & mox enucleabimus) ad ſiniſtram autem, colon emergit, dextra priùs ilia præteruectum. Porrò cæcum (vt idem Galenus credidit, & tradidit, minùs tamen certò) prorſus velut venter quidam eſt, in auibus geminus, craſſis excrementis recipiendis appoſitus: cui ad portionem, colon reſpondet.

Animalia voracium qualia inteſtina, & quamobrẽ ampla & vaſta.

Animalia politica neq. eſſe, neque egerere ſolẽt aſſiduè. Ideo ambagioſa habent inteſtina, obliquáque.

Sic vrinam veſica.

Venter inferior, de inteſtino craſſo.

Cæcum inteſtinum diuimit tenuia à craſſis vbi.

Cæci vſus in auibus.

Coli figura.

His accedit præterea, quòd muſculi vtriſque ſuperfluorum effluuiis incumbunt, inſtar clauſtri cuiuſdam, ne continenter excernantur, néve intempeſtiuè. Siquidem veſicæ collum, quod vocamus, muſculoſum eſt: recti verò inteſtini ora inferior, à muſculis in orbem circumfuſis σφίγγεται, id eſt conſtringitur. ex quo σφιγκτὴρ nominatur, quaſi compreſſorem dixeris. Nam muſculi omnes cùm ſint motus voluntarij inſtrumenta, non ſinunt excrementa foràs ferri, antequàm ratio iuſſerit. idque vnicum duntaxat animalis facultatis inſtrumentum, tanto atque eiuſmodi naturalium inſtrumentorum exitui incubat in vtroque excrementorum effluuio. Sed ſphinctêris huius naturam (nam de poſteriore aliàs) Galenus idem tibi lib. 5. de vſu part. cap. 14. ſic exponet: Muſculorum qui ſunt ad anum, vnus quidem eſt ſolutus ac ſine pari, tranſuerſus ipſi circunfuſus, vt rectum inteſtinum adamuſſim & fortiter claudat. Corpus porrò ipſi extrinſecùs ad vltimam oram incumbit tranſuerſè, cuius ſubſtantia eſt inter cutem ac muſculum, velut ex vtriuſque mixtura conflata: cuiuſmodi eſt labiorum pars vltima. Huius vſus eſt idem ferè ac muſculi: præterquàm quòd viribus actionis ac robore à muſculo relinquitur. Idem porrò Galenus ſub finem lib. 6. adminiſtra. anatom. ita ſcripſerat; Supereſt autem vt tertiam cibi inſtrumentorum differentiam commemorem, quæ nimirum muſculi ſunt: alij in abdomine, qui non excrementis tantùm egerendis, ſed ad efflationes quoq. & voces edendas haud parum adferunt vtilitatis, vt pridem patuit: alij in ſede, ad ſtringendum, claudendúmque meatus extremum accõmodati: rurſus cùm in deiectionibus eductus fuerit, reuellentes: veſicæ verò, vt cludant ſolùm appoſiti. & paulò pòſt; Eodem igitur tempore, quo animal aluum exonerat, octo abdominis muſculi pariter cum ſepto, pro communi omnium muſculorum functione tenduntur, orbicularí muſculo relaxato, qui circulatim ſedem complectitur. Reliquo omni tempore, circularis hic muſculus conſtrictus, ſedis os cludit. de ſphinctere veſicæ dicetur ſuo loco, tum figura huic ſimili, tum functione & vſu reſpondenti. Sed quando hanc partem totam explicare inſtituimus, quid poſteri priorum inuentis addiderint, ex vno ſaltem recognoſces. Veſalius cap. 51. lib. 2. Muſculus qui extremum recti inteſtini amplectitur, non admodùm carneus, ſed mucore quodam óblitus exiſtit, fibras orbiculares tranſuerſáſve adeptus, & elatiori ſede, quàm inferiori, craſſior: & quà cuti (vt labrorum muſculi) permiſcetur, commune cum ipſa corpus efformans. Cohæret autem fibroſis nexibus meatui veſicæ in viris: in mulieribus verò, cernicis vteri principio. quanquam etiam duorum muſculorum, quibus in viris principium porrigit, interuentu, peni committatur. Cæterùm poſteriori ſua regione, quatuor ad oſſis ſacri finem locatis oſſiculis (quæ coccyx os nuncupauimus: mallem coccygis dixiſſes) adnaſcitur. Ex lateribus, connectitur teretibus ligamentis, à ſacro oſſe in coxendicis os pronatis. Præſens muſculus non adeo atque medentium vulgus arbitratur, breuis eſt: ſed longus, ſecundúmque magnum recti inteſtini longitudinis interuallum exporrectus viſitur, mirè ſedem attollentium muſculorum inſertioni commixtus. Quod non perfunctoriè ab illis venit expendendum, qui ſedis fiſtulas & excreſcentias ſubinde ſcindere verentur, huius muſculi muneris abolendi metu. Licet enim muſculi portio aut ferro diuidatur, aut quauis alia occaſione diuulſa lacteretur: tamen cùm latior ſecundùm inteſtini longitudinem ſit, eius vſus non ita promptè, atque vulgò arbitrantur, in eiuſmodi adminiſtrationibus deperditur. Muſculus iſte circulatim inteſtinum ambiens, cùm in media ſua figura, ac veluti quiete conſiſtit, inteſtini recti finem ita collectum, in ſeque concidentem ſeruat, vt excrementa ſuo duntaxat põdere defluentia, & non magnum conatum ad excretionem molientia, haudquaquàm tranſmittat. dein ſiquando illa ab inteſtinis, aut abdominis etiam muſculis, & ſepto tranſuerſo comprimuntur, vimque ad egreſſum tentant; muſculus propria functione ſua extra mediam figuram & habitum ita colligitur conſtringitúrque, vt non volũtariam excremen-

Sphinctẽris vſus & inſertio quale.

σφιγκτὴρ vnde dicatur.

Muſculi parent voluntati.

Sphinctẽris ad anum vſus & inſertio.

Sphinctẽris & policis ſubſtantiæ qualis. à ſimili.

Muſculi organa in coctione, & egeſtione.

Sphinctẽres ani & veſicæ.

Egeſtio alui excrementorum qui fiat.

Ani ſphinctẽris natura, ani fibræ, nexus, coherentia, longitudo.

Cæcum in inferas rhagadas & fiſtulam ani.

Sphinctẽr vt agat ad excretionẽ tum per ſe, tum cum aliis: & quomodo conſtringat.

Digitized by Google

excrementorum eductionem concinnè prohibeat. Quæ si fortè est tempestiua, musculúmque proprio munere fungi noluerimus: is extra mediam figuram sic sese exeuntium vi laxari educíque permittit, vt excrementis egressus pateat. post quem, musculus denuò cùm cute, intestinique substantia, in mediam redit figuram, ceruicis vesicæ musculo vt imagine, substantia, conformatione; ita quoque functione respondens, sedulíque ianitoris vices gerens; & perinde ac ille ἐφίστηρ Græcis, Latinis autem constrictor & anulus nuncupatus. hæc ille ad Galeni imitationem paulò fusiùs, & verò rectè. Tu siquid cupis breuius, dicito sphincterem vtrumque, velut crumenæ aut marsupij scorteum vinculum & strictorem, tum forma haud absimili, tenui & lata, sed multò longiore & ampliore; tum vsu admodùm conueniente, nequid nolentibus nobis excidat aut effluat: nisi resolutione & paralysi huius vis constrictoria, aut incisione, vt plerisque contingit, remittatur atque exoluatur. vnde fœda admodùm proluuies, & stercoris atque vrinæ inuoluntaria quolibet tempore excretio: de qua inter causas & symptomata morborum ex Gal. de locis aff. & sympt. causis.

Sphincteris & ejusque analogia.

Sphincteris vtriusque vsus, & forma à simili.

Sphincteris quomodo vis resoluatur, & damna ex eo.

De Intestinorum serie & numero, & alijs obseruatione dignis, præcipuéque de cæco.

IAM verò de serie & ordine intestinorum dicturus, eundem ducem primum ac potissimum sequar Galenum ex lib. 6. aggressionum anatom. hunc in modum: Primùm itaque totus exortus (ἔκφυσις Græcè dicitur) quem ex pyloro intestinum excipit, satis est angustus. Ab hoc, quod à duodecim digitorum longitudine, δωδεκαδάκτυλα appellant, vt Herophilus verè prodidit, multifariàm conuoluitur in orbes, vasorum plurium serie contextos, quod ieiunum nominant: quia semper cibo vacuum inuenitur. Inde tenuius intestinum est, substantiâ huic simile. Differt autem, quòd neq. vacuum reperiatur, neque tot vasis scateat. Deinde cæcum appellatum. Postea cœlon. Ab hoc in extremo rectum intestinum ad sedem vsq. porrectum est. Sed lib. 5. de vsu partium, historiam eandem pluribus explicauit. Primũ omnium intestinum, quod ventriculo coniunctum est, non protinus in circumuolutiones reflexit natura; sed eousque ad spinam protensum produxit, quoad prædictis corporibus amplum satis spatium suppeditasset. Quod autem hoc consequitur, circumuoluitur ac flectitur, vocatúrque hæc pars intestinorum, νῆστις, hoc est, ieiunum, quòd semper inueniatur inanis, nec tantillum quidem in seipsa alimenti contineat. Quod autem inter hoc, & fundum ventriculi, sine circumuolutione mansit, Anatomici ἔκφυσιν, hoc est exortum in intestinum nominare consueuerunt. vt is sit instrumentorum post ventriculum, alimentum vicissim recipientium catalogus. Primũ quidem est ἔκφυσις; secundum autem, ieiunum: tertium, intestinum tenue: quartum, cæcum: quintum, cœlon: & sextum, rectum. In cuius fine sunt musculi, qui constringunt ac continent excrementa, de quibus nos iam paulò antè. Eandem seriem & nominum rationem seruauit lib. 6. loc. aff. de affectibus ventriculi & intestinorum ita scribens; Cùm omnia intestina ordine quodam à ventriculo descendant, atq. omnium supremum, ieiunum sit, deinde quod tenue vocatur, postea cæcum, quod vsque ad infernas partes extenditur: deinde cœlon, quod ad superiores reuertitur partes, donec extenumerò & lienem & iecur attingat. hæc ille, de ecphysi & duodeno rectóque nihil locutus.

Intestinorum ortus.
1 Ecphysis.
2 Duodenum.

3 Ieiunum, & cur dicatur.
4 Ileon, & à ieiuno differentia.
5 Cæcum.
6 Cœlon.
7 Rectum.

Alia narratio.
1 Duodenum, seu ecphysis.

2 Ieiunum, cur dicatur.

3 Ileon.
4 Cæcum.
5 Cœlon.
6 Rectum

Sphincter ani.

Alia narratio.
Intestinorum ortus à ventriculo.
1 Ieiunum.
2 Gracile.
3 Cæcum.
4 Cœlon.
Vbi notâ cæcum ad inferna descendere, citra Sylium.

Quibus vtique locis mirari subit nostrorum corporum à priscis differentiam, aut anatomiæ fidem exactiorem requirere necesse est: quandoquidem nostro seculo nullum videre (opinor) licet, cui ea longitudine & crassitie cæcum intestinum producatur ac protuberet: cùm sit potiùs exigua quædam appendix, vermi haud absimilis cralliori, & quidem vacua stercore, & vnico foramine ad cœlon peruia: ideo monoculi cognomine dicta; cæca denique, ob eandem rationem. Ideo neque verum esse potest, quod multi iactant, in enterocéle (qui intestini ramex est) cæcum illud in scrotum deuolui: cùm ea sit breuitate, vt eousque protendi nequeat, palmum rarò excedens longitudine: & ea mole, vt tumorem penè nullum, vel si soluris mesaræi vinculis, eò delapsum sit, queat efficere. Sed neque dicentibus quibusdam Arabum sequacibus facilè credo, in isto cæco intestino stercora suam nanciscí figuram: & quòd in eodem diutiùs cunctentur ac putrescant, ideo fœtorem illic & grauiolentiam acquirere. quorum omnium nihil fieri, naturalis eius particulæ compositio conuincit, atque ipsa αὐτοψία dubios facilè confirmabit. Syluius Galeni acerrimus doctrinæ propugnator, cæcum aliter interpretatur, haud scio an satis bene ac verè, depulsione 25. contra Vesalium; quem iracundè alludens, παρονομαστῶς Vesanum iniuriosè appellat tractátque. Vbi intestinum tenue desinit (ait) illinc ad dexteram quidem cæcum, ad sinistram verò cœlon emergit Galeno. Id quod etiam hodie in omnibus apparet, contra calumniatoris sententiam, putantis intestinum esse cæcum, gracilem quandam cæci intestini epiphysin, & prælongam, & eam nunc inanem, nunc plenam seroso quodam humore aut stercore. Cuius epiphyseos cùm nulla mentio (quod sciam) apud veteres legatur, suspicio est, eam intestino cæco accreuisse, vel intestini cæci portionem in hanc degenerasse. Est tamen præter hanc, & intestinum cæcum, quale Galenus descripsit: sed aliquanto breuius, quàm porco aut cani. cui tamen πρόσθε, id est crassa intestina similia hominem habere, sed maiora scribit Hippocrates. Quinetiam τὸ ἔντερον, id est intestini nomine, cœlon aut cæcum, scilicet ob vtriusque magnitudinem insignem, intelligi scribit Galenus initio comment. 4.

Ileon, & cur dicatur.

Cæci origo.

Cæcum, non est ista appendix.
At Gal ipse 6 loc. aff. ita tradidit, vt paulò antè monui.
Appendicis cæci origo vnde.
Coli similia hominis & cani.
Intestinum per emphasin de colo & cæco, cap.

in lib. 6. Epid. Hanc verò epiphysin solam, vocare intestinum cæcum, & quòd Galenus cæcum vocauit, cœli principium constituere, quod calumniatori placet, non probo: quòd ea nominis vsurpatio, sit contra veterum authoritatem & veritatem conficta. Huc pertinet quod Nicolaus Massa Venetus annis abhinc sexdecim scripsit, cæcum se vidisse ventriculo maius, sæpe tamen minus, & planè mediocre, & vtrumq. sine hac epiphysi. quam tunc adesse solam scribit, quàm cæcum tam est paruum, vt cœli pars videri possit. hæc Syluius: cui licet ciui meo & populari, & verisimilia dicenti, tamen non possum assentiri vel credere: quòd sciam hominem iratum facilè à recto abduci, & impetu quodam ferri, in id quod sibi persuasit, & mordicùs tenet. tum quòd non aliud video, quod cæcum dici iure possit, cùm sibi continuum ac peruium hàc illàc, & præter quasdam illas angustias velut annulares, æquale passim incedat ipsum cœlum, nusquam qualitate aut quantitate aut substantia à sè ipso diuersum. tum quòd illud verè monoculum seu μονόφθαλμον sit, quod cæcum ob id dicitur. tum quòd in aliis quadrupedibus quàm in homine longè maius, crassius, longius appareat: vt horum æstimatione, de homine idem sentientes falli potuerint. tum denique quòd iam à multis non dico annis, sed seculis, nulla alia cæci intestini figura visa sit. Nam quod cæcum ducit dicítque Massa, & nos vtique vidimus, non tamen verè cæcum intestinum, sed cœli portionem more sacculi difflatam atque distétam, post longos colicos cruciatus, & flatu & sumptis cibariis ac medicamẽtis ampliter protuberantem, cùm descensus ad inferiora foret interceptus. quódque magis mirum est, post diros eiusmodi affectus, totum propè colon ita coaluisse vidimus & induruisse, vt corneum aut chartilagineum dici & haberi posset. Satius ergo est veritatem amplecti, eique omnem amicitiam obsequiúmque postponere. ita tamen, vt antiquitati venia concedatur hallucinanti, aut sanè etiam aberranti, ac non sponte, sed ex occasione, & deceptæ & decipienti.

Cæcum, non est illa epiphysis.

Historia.

Cæci capacitas quasi centeni.

Quando epiphysis cæco continuata.

N. contra Syluium sentit de cæco, quam obrem.

Rationes quinque.

Cæcum illa in colo, non est cæcum intestinum, & vnde.

Historia.

Colon in quibusdam transit in duram corneam, vnde.

à simili.

Conclusio.

Porrò sectum aut diuisum quadam parte sui, an cæcum intestinum possit coalescere, dubium est, cùm inter crassa (quibus falsò annumeratur) & inter tenuia ambigat. posse tamen coalescere ex mediocri vulnere crediderim, quia carnosum vtcumque est: sicuti crassa & carnosa intestina solidari receptum est: tenuia autem difficillimè, ieiunum verò nunquam, vt Hippocrates & ex eo Galenus scribunt ad aph. 18. & 24. lib. 6. tum propter magnitudinem multitudinémque vasorum, tum quòd tunica eius prætenuis neruosáque est; addit Gal. lib. 6. meth. med. E duabus autem, quibus propriis tunicis constant omnia intestina, ad distentionem aptis, ad retentionem firmis, interna durior & membranosior, siue transuersis, siue orbicularibus prædita est fibris ad citam excretionem: externa autem tenuior, mollior, atque carnosior; rectis quibusdam in colo fibris prædita, & in recto intestino, ad robur circularium, & ad attractionem excrementorum: necnon & transuersis quibusdam (quibus solis interior abundat) ad promptiorem expulsionem. eadémque eò magis paulatim crassescens, & corpulentior facta, quò ad rectum intestinum propiùs accedit, ideóque vlceribus eo loci curatu facilioribus, quàm sursum tenuia versus, vti dixi. Quanquam natura multa sanè molitur & facit supra omnem hominum fidem. & quo tempore primùm hæc colligebam anno 1582. mulier quædam Azensis, in agro Turonensi, ex graui & inueterato vlcere putri, cauernoso, gangrænoso, insignem resectam portionem intestini crassi (vt putant) amisit palmi longitudine. sicque relicta intus extrema duo intestini coaluerunt vel inter se, vel cum carne & musculis epigastrij, tunicísque circumpositis, vt fæces per illam interruptam continui solutionem aliquandiu iuxta vmbilicum redditæ, factis cuniculis iter solutum per inferiora repererint. mirantibus nobis, & naturæ solertiam vix alioqui credibilem prædicantibus. sed de morbosis affectibus aliàs erit speculandi & commentandi occasio. pergo enim ad reliqua.

Historia, de portione intestini rursus & adempta, sospite vita.

Intestinorum tenuia ambo, quales, & earum fibra.

An cæcum possit coalescere diuisum.

Intestina crassa possunt solidescere, tenuia contrà, cur.

Intestinorum nomina, series, & appellationum vulgarium ratio.

AVTHOR anatomiæ viuorum Galeno adscriptæ, in varietate nominum & vsu lusit festiuè, interdum verè quidem ac seriò, secutus Galeni vestigia; alioquin interdum frigidè & infusè atque adeo falsò, vt patebit ex eius verbis. Creauit Deus (ait) plura vasa fæcũ in longitudine sua inuolura & reuoluta, vt moram faciat in eis massa contenta, donec attrahatur ab hepate per venas mesaraïcas, id quod subtilius est & melius ad nutritionem omnium membrorum. Si enim omnium vnum vas esset & breue ipsarum fæcum, statim separaretur fæx illa à corpore: vnde duplex accideret incommodum; resumptio continua ciborum, & continua desessio. Per primum impediretur homo à suis negotiis aliis, & oporteret eum semper vacare super acquisitionem victus. Per secundum, & turpe haberet nocumentum, & potiùs assimilaretur belluæ, quàm creaturæ rationali. Item alia est ratio melior, quare sunt longa & inuoluta: scilicet vt nutrimentum contentum in intestinis, cuadat & elabatur à primo ordine venarum mesaraïcarum, & reuolutione sequente redeat ad tertium ordinem: quia multiplex est ordo venarum mesaraïcarum: quarum quædam sugunt à stomacho, quædam ab intestinis: quæquidem venæ in multis locis subintrant ipsa intestina, quædam superiùs, quædam inferiùs: quarum venarum orificia contiguantur cum fæcibus ipsis. Sunt autem sex intestina numero: quorum primum est duodenum, siue portenarium: secundum ieiunum: tertium inuolutum, siue ileon: quartũ cæcum,

Intestina vt longa & inuoluta.

Intestini vnum breuis & amplius incommoda.

Ordo venarum mesaraïcarũ, & vsus, & inserto.

Intestinorũ numerus.
1 *Duodenũ.*
2 *Ieiunum.*
3 *Ileum.*
4 *Cæcum.*

Digitized by Google

5 Colon. 6 Longaon.

siue orbum, aut monoculum: quintum colon: sextum extale, vel extensum, siue longaon. Quorum intestinorum superiora tria, sunt graciliora & subtiliora, propter hoc, vt facilùs penetret ad ea virtus delata ab hepate; quia massa in eis contenta & subtilior & liquidior est. Tria verò inferiora sunt grassa: quia massa in eis contenta crassior est & terrestrior, pungens & mordicans ipsa vasa, in quibus continetur.

Intestinorũ diuisio, & eor alia tenuia, alia crassa.

2 Duodenum cur dictum, & eiusmodi eiusdem.

Primum autem intestinum, quod dictum est, duodenum appellatur, quia continet duodecim digitos eius cuius est, in longitudine: & coniungitur ipsi stomacho inferiùs, sicut gula superiùs. Differunt tamen, quia largum est orificium gulæ, plus quàm illius intestini: & ipsa gula crassiorem & fortiorem habet compositionem, propter massam crassiorem, quam in se continet; quæ est liquidior, quando descendit in hoc intestinum. Dominatur autem in hoc intestino neruus secundùm latitudinem; quo mediante, expellit contenta à se. Et componitur ex duabus tunicis, sicut quodlibet aliorum: tamen debilem habet expulsiuam. attractiuam verò non oportet vt fortem habeat, quia stomachus superpositus expellit à se, quod continet ipsum intestinum: & inferius intestinum trahit ab ipso intestino, massa ex sui grauitate seipsam deprimente. Est autem hoc intestinum rectum & extensum duplici de caussa: quarum vna est, vt det locum hepati à dextra parte, & spleni à sinistra. alia caussa est, quia omnis penetratio per rectum & extensum facilior est, quàm per nodosum & tortuosum. Post hoc intestinum, sequitur aliud, quod ieiunum appellatur: quia in animalibus mortuis vacuum inuenitur. cuius rei caussa duplex assignatur: vna, multitudo venarum mesaraïcarum sugentium ab ipso fortiter massam in eo coadunatam. alia caussa, est multitudo choleræ descendentis à cysti fellis ipsum pungentis, & mordicantis ipsum, & cogentis ad expulsionem. Sed quæritur, quare non accidit idem de inferioribus intestinis? Ad hoc dico, quòd cholera in stomacho pura est & sine admixtione cum massa, & propter hoc, magis violenta quàm in aliis intestinis, in quibus admiscetur cum fæcibus, & vires suas amittit. Hoc intestinum sequitur aliud, quod ileon appellatur, ab ile, quoniam confusum siue inuolutum appellatur, quia multas habet inuolutiones, propter multiplicem ordinem venarum mesaraïcarum in ipsum descendentium. cuius inuolutionis ratio superiùs assignata est. Post hoc sequitur aliud, quod orbum siue monoculum appellatur: quod crassum & gibbosum est, absque inuolutione, vt in eo tota fæx colligi possit. quia in ipso intestino, primò fit putrefactio massæ, quia colliguntur ibi sordes, vt simul expelli possint: quia facilior est expulsio fæcis in summa, quàm illius dispartitæ. Item aliud est in caussa, vt colligantur sordes siue fæces, vt excusetur homo à continua desessione. quod accideret, si statim quãdo acciperetur, descenderet fæx illa. Item hoc intestinum declinat magis ad dextram partem,

Quæstio.

Bilis acrior quæ stomacho vicinior, aut?

3 Ileon vnde dictum.

4 Cæcum, quale, & vsus, & situs, & substantia, cur sic dicatur, neruus.

Fæces vbi colligantur, & cur.

vt conforteretur per calorem heparis in illa parte existentis. Crassam & amplam habet compositionem, ne lædatur à crassitie fæcis contentæ in ipso. Habet autem vnum solum foramen: & hoc, propter situm suum & positionem. non dico quod sicut stomachus; quia stomachus protenditur in longum: vnde facta sunt ei duo orificia, vnum inferius, & aliud superius. Istud verò eleuatur in gibbositatem, & latus versus dextram. & vt dictum est, vnum foramen habet à latere, cui iunguntur duo foramina duorum intestinorum: quorum vni continuatur inferiùs, & alteri superiùs. Et decipiuntur quidam, dicentes in stomacho crassati fæces, propter nimiam suctionem venarum mesaraïcarum ab ipso: cùm paucæ vel nullæ ad ipsum dirigantur. Post hoc intestinum, sequitur aliud, quod colon appellatur, à colando, quia angustum est ad modum colatorij. Istud inuolutum est, vt fiat gradatio fæcis contentæ in orbo ad ipsum: ne simul tota fæx ad vnum descendat. Vnde in ipso diuersæ accidunt passiones, propter eius angustationem, & fæcis crassitiem. Eius inuolutio incipit ab vna parte, & flectitur in oppositum: & tandem tedit ad medium: vbi coniungitur cum ore vltimi intestini, quod longaon vel extensum appellatur. Et in sui extremitate, quatuor habet lacertos, quibus mediantibus anus clauditur, vt teneatur fæx & expellatur. Istud autem intestinum habet villos longitudinales: quibus mediantibus, fortem habet attractionem. Sed quæritur, quare non habet villos latitudinales, propter compressionem, quæ ei necessaria esset? Ad hoc dicendum, quòd ab extrinseco habet iuuamentum fortis expulsionis: quia in mirach, pellicula inuoluente intestina, sunt octo lacerti, quibus mediantibus, fit expulsio fortis ab isto intestino. Hoc autem vltimum intestinum rectum & extensum est ratione superiùs assignata. Sed proximum suprà positum, scilicet colon, est inuolutum; ne si esset rectum & extensum, fæx tota descenderet in ipsum, quæ debet colligi in orbo paulatim & successiuè. Et in illa comparatione se habet orbus ad stomachum, colligendo eius superfluitates: in qua comparatione se habet vesica ad hepar, colligendo eius superfluitates.

Comparatio cæci cum stomacho.

Quòd fecit in ventre non intrasentiat.

5 Colon, vnde dictũ, cur inuolutum, neruus.

Coli dolaris caussa.

6 Longaon.

Musculi ani & vsus.

Villi longaonis quales & quorsum.

Quæstio.

Facum excretionem qua iuuent.

Colon cur plures habeat orbes.

Comparatio cæci ad ventrem, qualis vesicæ ad hepar. N. de hoc authore sententia.

Hæc ille prolixa admodùm oratione, licet non omnino inepta, si spectes sententiam: nã si verba & modum loquendi, Arabistam aliquem barbarum & setmone & genere dicendi facilè deprehendes. Græcum non legi: suspicio autem est ex Arabico conuersum; forsan de Ioannitij scriptis haudquam indoctis. Ita tamen, vt eius me oratio mouerit ad intestinorum appellationes & appellationum originem indagandum; sumpto à pyloro initio, quod idem intestinorum principium futurum est (nam à summo œsophago repetere, vt nonnulli faciunt, abs re videtur) deinceps ad inferiora descendenti.

Propositio, & dicendorum occasio.

Initium intestinorum vnde.

Digitized by Google

De Inteſtinorum appellationibus, numero, ordine, vſu & abuſu.

CAP. XIV.

πυλωρὸς vnde dicatur, & quamobrē.

Πυλωρὸς, velut ianitor, ab officio nomen accepit, quia deſcenſuris à ventriculo cibariis præficitur, inde vulgo portonarius cognominatus, eidémque incumbit ἀπὸ τῆς πνοῆς ἄνω (ſpiritu tenui) ianuæ cura & ſolicitudo: ἀπὸ τοῦ πύλην πύλαι ὀρῶν ἢ αἰρόντων, aut quòd portam ſeruet atque cuſtodiat. Huic autem annectitur & appendet ἔντερον nominata, velut ipſa quædam appendix, atque è ventriculi corpore educta propago: ideo ſic vocata, ἔντα ἐκφύεται, quia enaſcitur quo dixi modo. exortum aut proceſſum ſeu productionem Latinè forſan dixeris: non tamen ideo inteſtinis non annumeranda, quòd recta ſit, nec in orbes conuoluta: quia inteſtinum non neceſſaria facit in ſpiras conuoluta compago: ſed vſus & connexio. Qui δωδεκαδάκτυλον primus appellauit Herophilus, aut ambobus nominibus iunctis, ἔντερον δωδεκαδάκτυλον, ille profectò exactè eius longitudinem dimenſus fuerat, duodecim ſuos in vnoquoque noſtrûm digitos æquantem: non in viro pueriles, aut in puero viriles. duodenum ideo Latini per imitationem appellarunt. vellem dixiſſent duodedigitalem, ſi vim etymi ſeruare voluiſſent, ἀπὸ τῆς δώδεκα δακτύλων. Re tamen vera nomine ἀρχόμενος, initium duodeni anguſtius, pyloro iunctum intelligi malim, quàm totum dodecadactylon. vt ſit hoc potiùs inteſtinorum initium, quàm inteſtinum aliquod peculiare intelligendum ἀρχόμενος nomine. Secundum deinceps ludicra appellatione metonymicâ inſignitur, νῆστις, ieiunum: licet nihilo ieiunet aliis magis: ſed quòd vacuum nullo non tempore, vel adeo recenter paſtis, aut ſaltem reliquis ſubiectis multò inanius (duodenum enim & ipſum vacuum ferè inuenitur) deprehendi ſolcat: ἀπὸ τοῦ νηστίου, à ieiunando. Varroni, & Latinis quibuſdam hilla, vel lira denominatur. Ab hoc emerſit in vulgus prouerbium; Cuiq. noſtrûm vlnam inteſtini vacui amicis excipiendis conuiuando relictam eſſe. An quia acrimonia fellis lancinante, ſicuti & ipſum duodenum, inane perpetuò conuertitur? An quia pluribus & maioribus conſperſum atque conſtratum vaſis, totum exugi ſuum ſibi chylum à proximo hepate vacuo, quouis momento temporis patitur? An quia primùm recipit ea quæ cocta ſunt, mox in varias partes diſtribuenda? An quia liquidiora etiamnum & fluidiora continet? An quia fibris ſolum obliquis præcipuè caret? An quia paucioribus curuatum orbibus, contentum intus cremorem, & eum quidem liquidum adhuc & fluidum præterfluere ſinit? aut quid tandem aliud cauſſæ quis ſubeſſe putat? Quanquam Veſalius inaniter inanitatem nominis & inteſtini deridet; quaſi ileo inanius non deprehenderit illud, quod ieiunum omnis ætas & natio nominauit; vnus ſeſe contra communem fidem atq. opinionem opponens. Tertium ſuccedit λεπτὸν, gracile ſiue tenue per aliorum comparationem vocatum. quanquam ægerrimè huius initium à ſuperioris ieiuni fine diſtinguitur. niſi vacuitas dicta, & vaſorum frequentia magnitudóque, & color vtcunque diſcrepans, candidius hoc tenue dictum, à rubidiore ieiuno dirimat. Idem etiam priuatim à Græcis εἰλεὸς, ἀπὸ τοῦ εἰλεῖν, à vertendo voluendóque, quaſi dicas, volubilos: vel εἰλεὸς ἀπὸ τοῦ ἐλίσσεσθαι ἢ εἱλίσσεσθαι, à conuoluendo nominatur; morbo de ſe genito (de quo poſterius hoc nomen apud Græcos magis accipitur; de inteſtino autem ipſo longè rariùs) vtique cognominis: quia pluribus in orbem ſpiris, quàm vllum aliorum inteſtinorum, præcipuéque gracilium torqueatur. Hoc enim inteſtino finitur pars omnium inteſtinorum media, quæ μέσα ἔντερα, graciliа inteſtina denominantur: quia comparatione inferiorum, multò ſunt tenuiora: & tredecim cubitorum longitudinem æquare à Rufo traduntur. Vt autem vnum eſt omnium inteſtinorum continuum ac perpetuum corpus, ſitu, figura, ſubſtantia, vſúque, per nomina varia diſtinctũ: ſic cõmune omnibus nomen, ἔντερον apud Græcos eſt, Latinè verò inteſtinum: vtrobique ſeruata ſymboli & notæ cauſſa: ἔντα ἔνδον τείνεται, ἢ μένει ἔνδοθεν, quia intus vniuerſa condũntur & celantur, aut fluitant; quaſi interna: & verò Latino tum ſenſu, tum vocabulo, interanea atque inteſtina, quaſi ἐνόσια. niſi fortè Græcis ἔντερα, quaſi ἕνατα, propter diuerſitatem, & quòd nullum ſit aliud alij ſimile. Sunt verò rotunda omnia, quò capaciora cundãt, & iniuriæ minùs obnoxia ſint. eadémq. per ſpiras longas diducta, vlnas propè quindecim Italicas in vniuerſũ æquantia: quò fuctio chyli per venas diutiùs & meliùs atq. exactiùs fiat: quôq. mora deſcenſionis, neceſſitatem frequenter eſitandi & aluũ exonerandi minuat. Porrò tenuia quanuis prima nominentur; non tamen ea ſupremo loco ſita ſunt vniuerſa: ſed in orbes cõplures ſurſum ac deorſum inuoluta, & colo parte ſui quadam ventriculum, hepar, lienem, renes contingente, gracilibus tamen alioqui cedente, ſæpe quidem inferiora: tandem tamen ad rectum contendente illo, ſuperiora eadem tenuia euadunt. cæteroquin præcipua ſui parte, mediam vẽtris regionem, ieiunum atq. ileon dictum iuſtiſſimè occupant: quòd inibi meſenterij centro ſint proxima: breuiſſimóque ductu, & venæ portæ rami, & arteriæ magnæ propagines illis hîc diffundi poſſint. Neq. verò abs re hoc natura inſtituit, vt ad maiorem ſecuritatem, inter craſſiora recondita delitеſcerent tenuia excarnia, lædi faciliora, & curatu planè difficiliora.

Sed iam deinceps de craſſioribus inteſtinis dicendũ, numero quidem (vt putant) paribus: vt autem ego iudico, quemadmodum craſſitie & mole vincentibus, ſic numero inferioribus atq. cedẽtibus: vnicũ enim, aut ad ſummũ duo mihi cenſentur: quia cæcum dictum nullo inteſtini dignor nomine: & rectũ vocatum, coli pars eſt, ſolo ſitu & figura aut his præcipuè differens à reliquo colo dicendo. ſicuti quæ

Inteſtinorum appellationes, numero, ordine, vſus & abuſus.

Proverb.

An ieiunũ non magis vacuum ileo.

λεπτὸν ἀπὸ λείους, cur dicatur.

Nota diuiſionis ieiuni & ileõ, quæ.

ἔντερα quid, & vnde dicta, & cur inteſtina annumeranda.

Diuiſio inteſtinorum in tenuia & craſſa: & eorum longitudo.

δωδεκαδάκτυλον cur dictum.

Inteſtini vnitas in eorum vnde petatur diſtinctio: & communis appellatio, vnde.

Ecphyſis quid proprie.

Alia nominis ratio.

νῆστις, ieiunum cur dicatur, & cauſſa vacuitatis.

Inteſtina cur tenuia, longa, conuoluta.

Tenuium ſitus, & ſurſum deorſum inuolutio.

Tenuia cur potiſſimum ventrem medium occupent.

De craſſis inteſtinis.

Cõparatio tenuium & craſſorum inteſtinorũ in numero & mole.

Digitized by Google

Quòd omnia intestina reduci possint ad vnum vel duo.

tota illa gracilia numerauimus, vnum dicere potuimus; vel adeo de omnibus à pyloro ad podicem vsque, vnicum intestinum numerare, ea varietate distinguendum, quam nuper attigi. Crassorum igitur intestinorum primũ (vt censent ac numerant) τυφλὸν, cæcum est: sic dictum ex euentu, per metaphoram quandam; quia vnica parte foratum & peruium est, velut angiporti in morem. haud scio an intestini appellatione dignandum, ac num potiùs appendicis cuiusdam loco deputandum, ob vsum contemptibilem, ac penè nullum: ob breuitatem omnium minimam, vel digito propemodùm æqualem: ob gracilitatem præ cæteris maiorem, & planè ἐντερόκοιλον, vermi seu lumbrico conuoluto, quàm capaci alicui intestino magis adsimilem: semper (vt iudico) vacuam: nisi quid ichoris aut seri à stercore resudans illuc decumbat; non habens quà effluat aliàs nullius penè dixerim, vsus, maximè verò in homine: quia in simiis, canibus, & aliis plerisq. quadrupedibus volucribúsque (quæ ad hoc nostrum institutum nihil attinét) & vsu, & natura, & magnitudine quadam sua circumscripta designari meretur, & priuatim nominari. Orbum & monoculum eadem allusione vulgus indigitauit, ob vnius foraminis insignem formam. saccus etiã nominatur, quia fæcibus repleri; & primam figuram dare, & putorem ex mora acquirere, à quibusdam existimatur; licet falsò, vt prænonui, vel Syluio amico & populari contradicens. Et pari ratione Galeno licet præceptori minimè assentior, comment. 4. in 6. Epidem. asserenti, ab hoc cæco intestino vinculis omnibus soluto ac libero, & in scrotũ fortè delapso, fieri enterocélen: & hoc quidẽ præcipuè, quòd cætera lactibus alligentur. (vbi vides epiphysin illam pendulam apertè inditari, & perperàm à Syluio Galenum defendi, vt etiam è 6. loc. aff. insinuaui.) cùm tamen si sponte, vel casu cæcum totum intestinum in scrotum deuoluatur, nunquam vel pugni minoris magnitudinem excedere queat. nos autem viderimus scrotum ita plenum ac distentũ intestinorum spiris permultis, & fæce longè plurima, & facilè palpabili, & temerè exhibitis cathartícis, & iniectis enematis turgidum, vt caput ægri, mole & crassine vel superaret, vel saltem adæquaret: solutis intestinorũ vinculis, & mesenterio dirupto. & hanc obiter notabis historiam. Anno quo ista exscribebam 1584. mulier quædam Turonensis, partu infeliciter succedente, retentis intus secundinis, chirurgum euocauit: qui vt erat præceps atq. inconsuleus, iniecta in vterum manu, obuium fortè intestinum, quod illuc deerrauerat, ex ranice inueterato (rarum auditu) extrahere cœpit, chorion esse ratus siue secundas dictas; neque ab instituto destitit, donec supernè diruptũ ad ecphysin intestinum foràs totum prosiluit. cúmq. vitam & salutem miserè se dedisse putaret, vtraq. illã miserabiliter priuauit. & quod mireris, quatuor toras vlnas mensurabiles & Francicas intestinorum per vim effractorum auulsit. quod ideo posteros monco, nequis in posterum chirurgus ad puerperam accitus, fortè ramicosam, cui intestinum rupta vteri cerui-ce, in eius capacitatem (quod rarissimum est) desederit, secundas extractarus, intestinum pari temeritate hallucinatus auellat atque extorpet; simúlq. post longos & difficiles partus labores, fœtam cum fœtu perimat. sed pergo de intestinis dicere.

Cæcum cur dictum, & an intestinum dicendum.

Quòd cæcum non sit intestinum, vt vulgo me.

Cæcum in multis animalibus.

Vnorum nominum ratio.

N. de cæco non assentitur Gal. nec Syluio.

Quòd enterocèle non à cæco intestino. & qui fiat potius.

Historia, de exemptu puerpera intestini, loco secundarum.

Cautio.

Post illud igitur, vt ita dicam, tenuiorum à crassioribus intestinis dilerniculum, atq. discrimen in homine, veriùs quàm peculiare intestinum; subinde crassiorum primum, vt puto, vt autem vulgo numerant, secundum succedit colon dictum Latina quidem nomenclatura de Græco ficta: κῶλον enim Graiis dici solet neutro genere (nam κῶλος, vt alibi dixi, culus intelligitur, siue podex) communi quidem appellatione tum cum multis, tum præcipuè cum membris extimis, quos artus Latini nominãt, Græci κῶλα. vt minùs ideo mihi arrideat quorundam originatio, κῶλον ducentium ἀπὸ τοῦ κωλύειν, à torquendo: habita ratione doloris cuiusdam insignis, qui in hoc intestino creari, & ab eo colicus appellari consueuit, & quem semel inuasit, mirificè angere. Sed si in hac significatione, inquam, etiam mutato ω in ο, colo talis deriuatio est: quæ tandem aut qualis erit, quando artus & membra & orationis segmẽta significare volent? Mihi quidem tam hæc differre videntur, quantum ὀ μικρὸν ab ὠ μεγάλῳ, siue quantum magnum à paruo. maluissem à cauitate dicere, quòd sit præ cæteris κοῖλον, cauum. sed ne hoc quidem placet, quia omni significatui nominis huius, talis etymologia quadrare nequit. ideo minùs arridet Latina inflexio, à colando seu percolando; quia Græcæ dictioni deriuationem Latinam assignare, ineptum iudico. Vt vt sit (nam de eius certiore etymo aliàs videro) omnino insigne est inter cætera, colon hoc intestinum, amplitudine magnum, crassitie inæqualiter protuberans, ac velut cellulis quibusdam distinctum, multis orbibus ac spiris ambagiosum, vsu singulare, crassioribus fæcibus cohibendis, dum venæ reliquias cibi alibilis exugunt, destinatum, capax & amplum, præcipuè qua parte ieiuno iungitur, & cæcum de se emittit. ideo alui cuiusdam nomine, sanè & figura, vt dixi, denominatum atque constructum. quorum è numero, Aulus Gellius est, qui nostris neotericis correctoribus Agellius denominatur, bonus apud me Latinitatis author; cuiquidem lib. 17. cap. 11. aridiora recrementa in aluum conuenire perhibentur, quæ Græcè κόπρανα dicitur. & Galenus loco superiore, colon, ventrem inferiorem dixit. Quæ tamen Hippocrati ἡ κάτω κοιλία, venter imus aut aluus dicitur, potiùs de totis intestinis, aut eorum infimo, quod rectum nominatur, accipi debere iudico, vt alibi scripsi: sicuti ventris superioris, τῆς ἄνω κοιλίης appellatione, nonnunquam thoracem intelligi; sicuti necessariò aph. 38. lib. 7. Nam τῆς γαστρὸς, ventris speciali nomine, totum spatium istud laxum, quod est infra septum transuersum, & intra peritonæum, quod iuxta abdomen est, designat,

Improbatur etymon coli.

Cæcum, non peculiare intestinum, sed deterrimũ crassiorum de tenuibus.

κῶλον vnde dictũ & quod.

Colon, pars imus venter.

ἡ κάτω κοιλία, ἡ.

ἡ ἄνω κοιλία, ἡ. γαστὴρ, ἡ.

vt aph. 55. eiuſdem lib. 7. Galenus notauit. Sed de his alibi. Hoc enim, quicquid ſupereſt inteſtinorum, abſoluendum reſtat: quod vt eſt vſu perquàm neceſſarium; (quæ enim videntur membra infirmiora eſſe, neceſſariora ſunt: & quæ putamus ignobiliora membra eſſe corporis, his abundantiorem honorem circundamus: & quæ inhoneſta ſunt noſtra, abundantiorem honeſtatem habent, ait Paulus 1. Corinth. 12.) ſic & re, & nomine fœdiſſimum ac ſordidiſſimum & obſcœniſſimum eſt habetúrque; & quidem ab oſſe ſacro ſupremo recta ad podicem exporrectum: ideo ab iſta rectitudine, nomen recti mutuatum, Græcè ὀρθὸν ἀπὸ εὐπρεπείας vocatum. ac mihi ſi noua licet conſingere nomina, ὀρθοδάκτυλον, aut ſimili quopiam nomine menſum exprimente, appellitandum: qua ratione ὀρθοδάκτυλον vocitari diximus. Aureliano, & nonnullis neotericis vix bene Latinis authoribus, longaon, aliis longanon nuncupatur. Sed & idem ἀρχὸς verbo priſco inſignitur: vel quòd ſit reliquorum principium: peruerſo tamen ac præpoſtero ordine; velut ἀρχὸς πᾶς, ὁ ἐν ἀρχῇ. vel potiùs ab imperio & dominatu, quaſi princeps, ἐν ἅπασι ἄρχοντι, quia aliis præeſt ac prædominatur, ἢ ὡς ἀρχὴ ἔχει κυριεύοντος, ac veluti dominio quodam præpollet. ὁ ἐν ἀρχῇ τῆς ὑπερίου κατασκευῆς· ἢ ὃ αὐτὸ & πέρας & ἀρχὴ νομίζεται. aut quòd infernè inchoet inteſtina: idem enim & finis & principium ducitur.

Partis perquàm neceſſariæ ſedes naturæ & nomenclatura, & honor eiuſdem maior, quì.

Rectum cur dicatur, & quibus nominibus.

ἀρχὸς cur dicatur.

Digreſſio in ſceleratam παιδερασταῖς & ἀρσενοκοίταις nequitiam.

SED vndecumque ſit nominis origo, rectum iſtud inteſtinum, poſticum efformat oſtium, ſuo ſibi ſphinctère circúndato, intempeſtiuum fæcum exitum cohibens. magnus vtique princeps, dicebat ſcurra vagus, quòd primus cubitum vergat atque ſubſidat, vltimus cubitu deſurgat. Imò tetra quædam & olida ſentina, nullo non tempore ſtercoribus plena, & merdis inquinata recentibus: tanto cæteris partibus in corpore vilior & ſpurcior, quantò ſitu ad totum corporis truncum relato, inferior atq. demiſſior, ob vſus neceſſitatem expoſita: quàtò maiori ludibrio, infamiæ, & flagitio, impuris & hircoſis iſtis effœminatis, mollibus, cinædis, ſubactis, pathicis, denique ἀρσενοκοίταις, μαλακοῖς, πυθωνίσταις vertenda: qui relicto partium genitalium naturali vſu, propria exardeſcentes inuicem concupiſcentia, & nefaria libidine æſtuantes, cæcas latebras & à natura abditos receſſus flagitioſè ſectantur, digna tum ipſo actu percipientes ſuis ſceleribus & nequitia, præmia, in ſtercore, foriis, putore, fœtore, pædore ac fœdo ſterquilinio ſe lutati: tum hoc indicio, noua quædam & horrenda ſupplicia reprobi ſenſus ac veſaniæ ſuæ digna poſthàc luituri ac reportaturi, ſicuti D. Paulus priſcis illis Romanis, ſed & Romanorum, Græcorum (quos prophera Daniel hircos ob id denominat) Arabum & gentilium æmulis; nunc autem fortè quibuſdam iſtorum, & præcipuè Indis, Turcis, Mahometiſtis, Saracenis, barbaris, idololatris, atheis, achriſtis, & ſiquid eſt his, corporibus animiſque magis perditum ac deploratum, olim vir ſanctus & integer meritò denuntiabat atque imprecabatur: & qualem pœnam Pentapolis illa circa Iordanem de cœlo tacta, horrendo exemplo perſenſit, vt ſcribitur Geneſ. 19. & apud Berolum, & alios deinceps hiſtoricos legitur. Nam in hominum genere, maribus diuerticula Veneris excogitata, omnia ſcelere naturæ, ait Romanus & ipſe Plinius lib. 10. cap. 63. ſic autem iam antè citatus Paulus cap. 1. ad Rom. ab idololatria repetens huius nequitiæ & abominationis ἀρχὴν originem: Propterea tradidit illos Deus in paſſiones ignominiæ: Nam fœminæ eorum immutauerunt naturalem vſum in eum vſum qui eſt contra naturam. Similiter autem & maſculi, relicto naturali vſu fœminæ, exarſerunt in deſideriis ſuis in inuicem, maſculi in maſculos turpitudinem operantes, & mercedem quam oportuit, erroris ſui in ſemetipſis recipientes. Et ſicut non probauerunt Deum habere in notitia; tradidit illos Deus in reprobum ſenſum, vt faciant & quæ non conueniunt. & qui talia agunt, digni ſunt morte. quod & repetit 1. Corinth. 6. ſic enim ſcriptum eſt Leuitici 18. & 20. Qui dormierit cum maſculo coitu fœmineo, vterque operatus eſt nefas: morte moriantur. ſit ſanguis eorum ſuper eos. maledictus enim eſt talis, & lapidibus obruite eos. Aduerſus tale facinus etiam Imperatoria lex inſurgit, vt patebit, & vltricibus flammis perſequitur. Lactantius lib. 6. de vero cultu cap. 23. Idem etiam (Diabolus) mares maribus admiſcuit, & nefandos coïtus contra naturam contráq. inſtitutum Dei machinatus eſt. ſic imbuit homines & armauit ad nefas omne. Quid enim poteſt eſſe ſanctum iis, qui ætatem imbecillam & præſidio indigentem, libidini ſuæ depopulandam fœdandámque ſubſtrauerint? Non poteſt hæc res pro magnitudine ſceleris enarrari. nihil amplius iſtos appellare poſſum, quàm impios & parricidas; quibus non ſufficit ſexus à Deo datus, niſi & ſuum prophanè ac petulanter illudant. hæc tamen apud illos leuia, & quaſi honeſta ſunt. &c. Ariſtoteles autem gentilem nequitiam diſſimulat, & contra ſolitum morem philoſophatur vt obſcœniùs, ſic & ineptiùs ſect. 4. probl. 27. Quorum natura mollis & fœminea eſt, ita ij conſtant, vt genitura vel nulla, vel minima conueniat, quò illorum ſecernitur, qui præditi integra natura ſunt: ſed ſe in partem ſedis diuertat. quod propterea euenit, quia præter naturæ normam conſtiterunt. Cùm enim mares crearentur, ita degenerarunt, vt partem virilem mancam atque oblæſam habere cogerentur. Læſio autem alia rem omnino corrumpit, alia peruertit & vitiat. At genus illud corrumpens, vt in his ſit, fieri non poteſt: ita enim mulieres, non viri crearentur. Ergo peruerti, citaríque aliorſum, quàm ſecernendum natura voluit, neceſſe eſt. Vnde fit vt inſatiabiles etiam ſint modo mulierum:

Sodoma, Gomorrha, & aliarum ciuitatum horrenda pœna exẽplum.

Idololatriæ fructus, ἀφροσύνη.

Rom. idololatrarum nequitia in mares & fœminas.

Senſus reprobi pœna.

ἀφροσύνης pœna.

ἀφροσύνης à diabolo, & eius deſignatio.

Iocus de cubi dominatu.

Sarcaſmus in libidinis præpoſteræ ſectatores, à partis obſcœnitate naturali, & indignitate actꝰ, & fœneris pœna.

Hirci cur Græci dicti.

Pathicorum & cinædorũ mollities è natura, quomodo. N. contra Ariſt. ac molla vaſa fœminalia in ſedem feruntur.

Læſio præter naturam, duplex.

Digitized by Google

Drauri & pathici inclinatio.

humor enim ſolicitãs ille exiguus eſt, nec quicquam ſe promere conatur, refrigeratúrq. celeriter. Quibus itaque ſedem humor ex toto adiuit, ij pati tantummodò auent. quibus autem in vtramq. partem ſeſe diſpertiit, ij & agere & pati concupiunt: idque amplius, quò tandem pleniùs fluxerit. Sed ſunt quibus vel ex conſuetudine affectus hic accidat: fit enim vt tam geſtiant, quàm cùm agunt: vtque genituram nihilominùs ita emittere valeãt. Ergo agere cupiunt, quibus hæc ipſa vſu euenerunt: & conſuetudo magis veluti in naturã iccirco illis euadit, quibus nõn ante pubem, ſed in ea vitiũ patiendi innaluit: quoniam his recordatio rei, cùm deſiderant, oritur. vnà autem cum recordatione, geſtiens exultat voluptas: deſiderant autem perinde ac nati ad pariendum. Magna igitur parte vel ob conſuetudinem res exiſtit. ſed ſi accidat, vt idem & ſalax & mollis ſit, lõgè expeditiùs hæc omnia euenire poſſe putandum eſt. hæc eo loci Ariſtoteles. idem libro 2. politic. cap. 7. Viri ſunt mulieribus obnoxij in omnibus fermè militaribus bellicoſiſque gentibus, præterquàm Celtis, aut ſiqui alij coïtum maſculorum palàm receperunt. Plato qui alioqui diuinus dici & haberi ſolet, ſuos alioqui præclaros dialogos etiam hac labe & infamia reſperſit: ſed conuiuio & ebrioſitate rem pudendam velans, & hoc ſe prouerbio excuſans: Vinum & cum pueritia, & ſine pueritia eſt veridicum. Is enim ſub finem Sympoſij, in oratione Alcibiadis, hunc inducit narrãtem & profitentem, ebrium cum ebrio, ſolum cum ſolo, de amoribus noctu collocutum: & hominem ſolicitaſſe ad licita perditis: bonis autem vt illicita, ſic & nefaria: denique formæ ſuæ præſtantia, ſenem auſterum, deformem, ſimum, Satyro vel Marſyæ perſimilem, conatũ inflammare: quem ne vel tantillum quidem excalfecit vel repefecit. obſcœniora & fœdiora ſunt verba, quàm vt referre lubeat. quod factũ Phædrus exemplo Patrocli ad Achillem excuſare nititur. atque Ariſtophanes generoſitatẽ & fortitudinem quandam maſculam virilémque ibidem interpretatur. alij huius ſceleris cauſſam impellentem à cœlo repetunt, quibus naſcentibus Venus fuerit in Leone, vel Luna Venerem aſpexerit vehementiùs, illos maſculis irretiri amoribus. ac de Phædro Platonis amaſio extant epigrãmata apud Laërtium lib. 3. & de Agathone: qualia & alia aliorum eiuſdẽ nequitiæ plena extant apud Ciceronem & A. Gelliũ, & Græcos pleroſque, nunc mihi quidem ſilentio inuoluenda. illud ex Cælio Aureliano minùs pudebit indicaſſe, cap. 9. lib. 4. quiquidem dum chronicas paſſiones deſcribit, in huius morbi animi potiùs, quàm corporis mentionem volens ac prudens incidit. quæ ſcitu non indigna videbũtur, nec auditu abominanda, ea huc appingam, vt Græcos, id eſt gẽriles & ethnicos, imò & barbaros, Græci hominis (Sorani nempe, cuius interpretem ſe Aurelianus profiterur) oratione & monitu, à tanta & tam flagitioſa turpitudine reuocẽ. locus mendoſus eſt, ſicuti volumen totũ mendis ſcatet: quas multas, imò plurimas per totũ opus correxi. hîc parentheſi aliquas includam, ex noſtris illis coniectaneis reſtitutas: cæteras cum ipſo volumine imprimendo reſeruamus. Molles ſiue ſubactos (ait ille) Græci malthacos vocauerunt: quos quidem eſſe nullus virorum facilè credit. Non enim hoc humanos ex natura venit in mores: ſed pulſo pudore, libido etiam indebitas partes obſcœnis vſibus ſubiugauit. Cùm enim nullius cupiditati modus, nulla ſatietatis ſpes eſt, ſingulis Spartanum ſufficiunt ſua (ſpadones non ſufficiunt ſui.) Nam ſi noſtri corporis loca, diuina prouidẽtia certis deſtinauit officiis: tum denique volẽtes (nolentes) alliciunt veſte atque greſſu & aliis fœmininis rebus, quæ ſunt à pathionibus corporis aliena, ſed potiùs (ſeu potiùs) corruptæ mentis vitia. Nam ſæpe tumentes (timentes) vel quod eſt difficile, verentes quoſdam, quibus fortè deferunt, repentè mutati, paruo tẽpore, virilitatis quærunt indicia demonſtrare: cuius quia modum neſciunt, rurſum nimietate ſublati, plus quoque quàm virtuti conuenit, faciunt, & maioribus ſe peccatis inuoluunt. Cõſtat itaque etiam noſtro iudicio, hos vera ſentire. eſt enim, vt Soranus ait, malignæ ac fœdiſſimæ mentis paſſio. Nam ſicut fœminæ Tribades appellatæ, quòd vtramque venerẽ exerceant, mulieribus magis quàm viris miſceri feſtinant, & eaſdem inuidentia penè virili ſectãtur: & cùm paſſione fuerint deſertæ, ſeu temporaliter releuatæ, ea quærunt aliis obijcere, quæ pati noſcuntur, iuuamini humilitate (vnanimi voluptate) duplici ſexu confectæ, velut frequenti ebrietate corruptæ, in nouas libidinis formas erumpentes, cõſuetudine turpi inutritæ, ſui ſexus iniuriis gaudent. Illi, comparatione talium, animi paſſione iactari noſcuntur: Nam neque vlla curatio corporis, depellendæ paſſionis cauſsâ, rectè putatur adhibenda: ſed potiùs animus coërcendus, qui tanta peccatorum labe vexatur. Nemo enim pruriens, corpus fœminando correxit, vel virilis veretri tactu mitigauit: ſed communiter queremur ſiue dolorem alia ex materia tolerauit. vbi mox de morbis tali nequitia dignis, & eorum curatione. Parmenidis verſus ita demum interpretatur, ac ſubijcit Latinè:

Fœmina virque ſimul Veneris cùm germine miſcent
Venis informans diuerſo ex ſanguine virtus,
Temperiem ſeruans, bene condita corpora fingit.
At ſi virtutes permixto ſemine pugnent,
Nec faciant vnam: permixto in corpore diræ
Naſcentem gemino vexabunt ſemine ſexum.

Hæc ille, & his plura. Qui porrò flagitij huius authorem primum inquirunt, hunc ferè Orpheum agnoſcunt: cuius fabula ſub extremum 4. Georg. Maroni deſcribitur, & fatum attingitur his verſibus, ſimul & tacita [illegible], mortis cauſſa inuoluitur.

——ſpreta Ciconum quo munere matres
Inter ſacra Deûm, nocturnáque Orgia Bacchi,
Diſcerptum latos iuuenem ſparſere per agros.

Vbi interpretes iſtum muliebrem impetum, & illatam violentiam Orpheo ad id refetũt, quòd

Pathici ex conſuetudine, qui.

Viri qui mulieribus magnè obnoxij. Celta olim pedicones. Plato notatur ἀφροσυνης. Prouerb. in vino ἢ puero, veritas.

Alcibiadis cum Socrate impudica colloquia. Ironia in Socratis formam: ineptè tam cõtumelioſe. Achilles Patrocli amator. Excuſatur amor in pueros, qui, & à quibus. Qui naſcãtur in maſculam Venerẽ prouẽi. Phædrus notatur ἀφροσυνης, item Plato, ἔρως maſculus animi morbus.

Aureliani Sorani interpres.

N. correctiones ſic Aurelianum.

Μαλθακοὶ, molles, qui & vnde.

Libidinẽ æſtus quò impellat.

Partium corporis naturalis officia. Pathicorũ & ſtrebra, & improbe mores.

Mollities, quid. Tribadum mulierum nequitia, & facinus.

Comparatio mollium cum tribadibus.

Animi morbus, mollities eſt, quæ

Generatio quando naturalis aut contra naturam.

Orpheus author Orphei, quæ ei cauſſa.

Orpheus mortis reus, & cauſſa.

hic amiſſa ſemel coniuge Eurydice, nuptias & mulierum congreſſum perofus, in fœdos & inuſitatos puerorum amores ſit deuolutus. vnde & Ouidius in metamorphoſi,

Orpheus docuit Thraces in pueros.

Ille etiam Thracum populis fuit auctor, amorem
In teneros tranſferre mares: citraque iuuentam,
Ætatis breue ver, & primos carpere flores.

Qui & ipſe Ouidius de ſe non eſt veritus profiteri, in Amorib.

Ouidij de ſuis amoribus profeſſio.

O ds concubitus, qui non vtrinque reſoluunt:
Hoc eſt cur pueris tangar amore minùs.

Thamyræ amator Hymenæi. Thala Rhadamanthi.

Sunt qui Thamyram primum flagitioſis iſtis puerorum amoribus operam dediſſe ferunt, cũ Hymenæum arderet. Alij Thaloni Cretenſi inauſpicatæ inuentionis præpoſteræ libidinis principia tribuunt, qui Rhadamanthum adamarit. inde Ariſtoteles lata lege, in Creta liberè permiſſam maſculam Venerem memorat: ne liberorum mulieres innumeram multitudinem párerent (ideo peculiaribus vocibus adblandientibus, ἀνασίων quidem, κλεινὸν, quaſi venuſtulum & illuſtrem: amatorem verò, φιλήτορα denominatũ in ea inſula Strabo refert. qua ſimili in ſententia eſt Athenæus. inde forſan Græcum prouerbium,

Cretenſes paderaſtæ, qua de cauſa.

Blandities amatorum.

——— ἀρὶα κἀτὰ κλεινὸν.

Prouerb. Laïus amator Chryſippi.

Alij ad Laïum referunt, Chryſippi Pelopis filii amatorem. Herodotus ſcribit Perſas à Græcis didiciſſe id nequitiæ genus: apud quos Thebani, Cretenſes, Aelienſes, Lesbii præcipuè, Plutarcho cenſore, diffamantur. Herculem & Alexandrum Imp. hac ignominiæ labe negãt caruiſſe: Sophocles, Æſchylus, Anacreon, Alcæus, & Sappho ipſa, ſuis carminibus indignis quæ legãtur, rem alioqui fœdam & abominãdam extulerũt. Virgilius in Alexi celebrat, poſt Theocritum. Ciceroni crimen tale obijcit impurus & ipſe & flagitioſus Salluſtius. Plato is quem depinximus, 8. Leg. abſtinere à maribus iubet: quòd qui talibus vtantur, genus humanum videantur extinguere, eò ſemina conijcientes, vbi nunquam germinent aut expullulent. Cui calamitati nimis frequenti aduerſum euntes Romani (nam Athenienſibus & Laconibus talem turpitudinem improbatam, & legibus coërcitam volunt) legem de iure & priuilegio trium liberorum tuleruntquã & ipſe Martialis citat, & eius beneficio gaudere poſtulat à Domitiano. quem ob id laudat, quòd caſtrari mares pueros vetuerit, & innocentem infantum vitam à lenonum manganio proſtigatiſſimo vindicarit. Mirum eſt, quòd Iaſon frater Oniæ, Antiocho Nobili magnam vim auri pollicitus eſt, quò ſibi liceret ritu gentili gymnaſium & ephebiam conſtituere, 2. Machab. 4. quod interpretantur, formoſiſſimos ephęborum proſtituere. quod vitium Sodomiticum dicitur. nota eſt hiſtoria ex cap. 19. Geneſeos. de qua ſic Iudas apoſtolus in epiſt. Sicut Sodoma & Gomorrha & finitimæ ciuitates ſimili modo exfornicatæ & abeuntes poſt carnem alteram, factæ ſunt exemplum, ignis æterni pœnam ſuſtinentes. Imp. Valentinianus, Theodoſius & Arcadius Auguſti ad Oriẽtium vicarium vrbis Romæ ita reſcripſerunt: Viro-

Cretenſes paderaſtæ, quæ de cauſa.

Blandities amatorum.

Prouerb. Laïus amator Chryſippi.

Perſæ & Græci præpoſteræ libidinis cultores.

Hercules & Alexander paderaſtæ; cũ poëta plerique, & alij.

Damna Reipub. ex παιδερασ-τίᾳ.

Athenienſes & Lacedæmonij continẽtiores cæteris Græcis.

Iura trium liberorum apud Rom. quorſum. Domitiani edicta pro puerorum ciuitate aduerſus paderastes.

Iaſonis facinus.

Sodomorũ peccatum, & vitium.

Sodomitarum pœna.

rum lupanaria ſpectante populo, flammis vindicibus, laudanda experientia tua expiabit: vt vniuerſi intelligant, ſacrolanctum cunctis eſſe debere hoſpitium virilis animi: nec ſine ſummo ſupplicio alienum expetiſſe ſexum, qui ſuum turpiter perdidiſſet. Lex Viſigothorum lib. 3. titulo 5. vtroſq. caſtrari iubet. At L. Cùm vir nubit in fœminam. C. ad leg. Iul. de adulteriis & ſtupro, ita Conſtantius & Conſtans Auguſti ſtatuerunt: Cùm vir nubit in fœminam viris porrecturã: quid cupiatur vbi ſexus perdidit locum? vbi Venus mutatur in alterã formã? Iubemus inſurgere leges, armari iura gladio vltore, vt exquiſitis pœnis ſubdantur infames, qui ſunt vel qui futuri ſunt rei. & Iuſtinianus conſtitu. 77. colla. 6. in Authenticis: Præcipimus permanentes in prædictis illicitis & impiis actibus, poſt hanc admonitionẽ noſtram comprehendere, & vltimis ſubdere ſuppliciis: vt non ex contemptu talium inueniatur & ciuitas & reſpublica per hos impios actus lædi. de quo ſic conſtitutio Apoſtolorum lib. 6. cap. 28. Contra naturam eſt Sodomorum peccatũ. nam tales quærunt mundum diſſolui, iis quæ ſecundùm naturam ſunt, contra naturam abutentes. hoc peccatum appellant mutũ theologi, id eſt ſilentio inuoluendum & infandũ, clamans in cœlum vindictam aduerſus reos. Non repetam quæ Marrhanus Auicennas, homo & natione barbarus, & religione impius Mahometiſta, & ſcriptione impudẽs, ac ſermone oſcus & ſpurcus homo, de infanda iſta μυσαττείᾳ conſcripſit: aut alius quilibet eiuſdem farinæ, de priſcis aut neotericis, parum caſtis auribus, minùs etiam pudicis moribus conſona, libris parum pudicis mandauit: quos in totum diſperiiſſe velim, & ſimul atque nati ſint, abolitos cupiam: ne tenera & laſciua ætas, & nimiùm curioſa, atque incauta, labem ſibi aliquam iuuentus legendo affricet: his potiſſimùm tam corruptis & moribus & temporibus, quibus in noſtram gentem iam aliquid licentiæ & nequitiæ exterorum inuehi cœpit: ætas (inquã) lege diuina & imperatoria vltrices flammas minitante, perterrenda: atque honeſtatis, caſtitatis, verecundiæ, continentiæ, pietatis denique & timoris Dei frœno potiùs cohibenda: vt non tantùm continentes oculos (quid enim refert, qua parte cinædus ſis? dicebat ille) ſed & manus, & corpus adeo totum, vas quippe Spiritus ſancti, integrum, purum & illibatum habere & conſeruare conſueſcat. cuius quidem ætatis alioqui iuuenilem temeritatem, & nimis affectatam, planéque muliebrẽ comendi & ornandi ſui laſciuiam, luxúmque diffluentem alibi in Strabum commentario, iure reprehendimus: ſubiecta etiã boni poëtæ & probi conſultoris iſta ſententia:

Sodomitarum crimen Reip. damnoſum.

N. de Auicenna indoctum. Apoſtaſ.

N. deteſtatur libros & auctores paderaſtæ.

Temporũ calamitas deploratur. Deterrẽtur homines à tali flagitio, metu legum.

Continẽtia in omnibus corporis partibus. Notatur adoleſcẽtia laſciuia, & cultus ſuperfluus corporis.

Sint procul à nobis iuuenes vt fœmina compti:
Fine cole modico forma virilis amat. Ouid.

Formæ virilis decor.

In quos pleroſque forſan haud malè quadret illud Martialis haud illepidum diſtichõ ex lib. 8.

Pars maxillarum tonſa eſt tibi, pars tibi raſa eſt,
Pars vulſa eſt: vnum quis putet eſſe caput?

Iocus in barbas noſtri temporis hominũ.

De Natibus, & excretorijs membris, atque inteſtinis.

CAP. XV.

Tranſitio. SED ab hoc cœno lutóq. nos ſubducamus, atque ab hac fœda olidáq. nos cloaca eripiamus atque extrahamus, & ſanctiora ſyncerioráq. ſpeculemur. Quãtò igitur rectiùs M. Cicero? primũ lib. 1. Offic. Principio corporis noſtri magnã natura ipſa videtur habuiſſe rationẽ, quæ formam noſtrã, reliquámq. figurã, in qua eſſet ſpecies honeſta, eã poſuit in promptu: quę autẽ partes corporis ad naturæ neceſſitatẽ datæ, aſpectũ eſſent deformẽ habituræ atq. turpẽ, eas cõtexit atq. abdidit. Hanc naturæ tã diligẽtem fabricã imitata eſt hominũ verecũdia. quæ enim natura occultauit, eadẽ omnes qui ſana mente ſunt, remouẽt ab oculis: ipſique neceſſitati dant operam, vt quã occultiſſimè pareant. quarúmq. partiũ corporis vſus ſunt neceſſarij, eas neq. partes, neq. earũ vſus ſuis nominibus appellãt. quódq. facere nõ turpe eſt, modo occultè, id dicere obſcœnũ eſt. itaq. nec actio rerum illarũ, aperta petulantia vacat, nec oratio obſcœnitate. Nos igitur naturã ſequamur, & ab omni quod abhorret ab ipſa oculorũ auriũque comprobatione, fugiamus. ſtatus, inceſſus, ſcitio, accubatio, vultus, oculi, manuũ motus tenẽt illud decorũ. Quibus in rebus duo ſunt maximè fugienda, nequid effœminatũ aut molle, aut nequid durũ aut ruſticum ſit. Sed enim idẽ M. Tullius libro eo, quẽ totiẽs præ manibus habemus, 2. de nat. deor. Vt in ædificiis architecti auertũt ab oculis & naribus dominorum, ea quæ præterfluẽtia, neceſſariò tetri eſſent aliquid habitura: ſic natura res ſimiles procul amandauit à ſenſibus. Quanquã hanc quam tractamus inteſtinorũ naturã atq. vſum ſic auerſaritidẽ videtur: Quẽadmodum (inquiens) reliquiæ cibi depellantur, tũ aſtringẽtibus ſe inteſtinis, tum relaxãtibus, haud ſanè difficile dictu eſt: ſed tamen prætereundum eſt, nequid habeat iniucunditatis oratio. Imò verò (inquam ego) nõ eſt prætereundũ à nobis, nequid mancum aut deficiens, & quidem cognitione neceſſariũ, prætermiſiſſe noſtra videatur oratio.

Similitudo. Partes à natura occultatæ, non debent aperiri.

Verecundia in nomine & actione partiũ pudendarum.

Imitanda natura modeſtia, quatenus: & partiũ decorum in quo.

Similitudo. Natura res turpes remouet à ſenſibus.

Excretio facem quẽ fiat.

N. ſupplet & explicat ea, quæ Cicero ſibi dixit omittenda.

Eat igitur nunc Momus ille ineptus ac ſtultus, idémq. haud parum piger, qui in extremo ſibi calce podicẽ optabat efforatũ, ne lecto ſurgere aluum exoneraturus cogeretur. Quantò enim plus moleſtiæ erat futurũ, tã lõgo & inepto canali fæces ad extremos vſq. artus deuolui, curſus celeritatẽ retardari, greſſus facilitatẽ impediri: hominis, quàm iumenti, imò quàm reptilis abiectiſſimi conditionẽ ea in re eſſe deteriorẽ? quorum nulli in pede, aut in pedis calce, natura effluuiũ craſſioris excremẽti molita eſt? Sed audiamus Galenũ ea de re diſſertantem lib. 3. de vſu part. Diffluebat (inquit ille) adeo deliciis, ac fractus erat, qui hæc mihi auſus eſt dicere; vt graue eſſet è lecto ſurgere, reddendorum alui excrementorum gratiã. Satius enim fuiſſet ita conſtructum fuiſſe ipſum hominẽ, ſi ſolum pedẽ porrigens, excrementa per ipſum excernat. Quid tandẽ eiuſmodi homini exiſtimas accidere priuatiui, vel ipſum agere, aut qui conuitiari in omnes corporis meatus, aut quomodo corruptas ac vitiatas dotes animi pulcherrimas, cũ diuinam ipſam virtutẽ (qua ſola poteſt homo veritatẽ contemplari) mutilã quidem & cæcã effecerit: magnam verò & potentẽ atq. inexplebilẽ, dominantẽ prætet leges, & iniquè tyrannida exercentẽ, habeat peſſimã ac immaniſſimã facultatẽ? & quæ ille ibidem plura de naturæ prouidentia ſapientiáq. in cõponendo corpore humano: in quo, non tã materiæ dignitas (quæ ſanguis menſtruus eſt, & ſemen vtriuſque parentis) quàm artificis ingenium, & artificij præſtantia venit conſideranda, vt rem apertis Phidiæ & aliorum ſculptorũ exemplis declarat, de quibus alias.

Veritatis ſtudium.

Humani corporis materia vilis, & præſtãs artificium.

Ab exẽplo.

Porrò autem turpitudini iſtarũ partium celandæ & contegendæ, natura in cæteris quidem animalium generibus caudam acuminauit, & à ſpina longiùs produxit: aut in volucrum genere, orthopygio ſeu orthopygio vocato contexit. Homini autem nates conglobauit, ex multis muſculis compactas, ſedentibus inſtar puluinaris ſubſternens. & quidem firmiore quodãmodo carne, quã in cæteris mẽbris, ne premente corporis mole, oſſibus cederet. Ariſtoteles id acutè peruidit lib. 2. hiſtor. animal. cap. 1. Homo contrà quã cætera animalia, & volucres ipſæ, nullã ferè ſui partem corporis tam carnoſam habet, quã nates, femora, tibias. quas enim ſuras vocamus, nonniſi carnis copia parte tibiæ poſteriore complẽtur. Partis verò excretoriæ quod ſubditũ quaſi ſtragulũ eſt, nates appellãtur, ait cap. 13. libri prioris. quod diſerte & prolixè ſic idẽ lib. 4. de partib. animal. cap. 10. explicat: Hominis partes poſteriores & crura, peculiari modo præ quadrupedibus habentur. Caudã omnia ferè non ſolũ viuipara, ſed etiam ouipara habent. Nam etſi pleriſq. magnitudine mẽbrum id caret: tamen aliquid prominet, quod caudã deſcribere poſſit. Homo vnus cauda vacat (audiui tamen qui certò aſſeuerarent, Anglorum gentem eſſe caudatã, eámq. cæterorum fortiſſimã) idẽ verò homo nates habet: quod nulli quadrupedũ datum eſt. Crura etiã homini femore ſuráq. carnulenta ſunt: cùm cætera animalia omniá non modò viuipara, verùm etiam quæcunque cruribus conſtant, vacua carne hæc habeant: neruoſa enim, oſſulenta, ſpinoſa, rigida. Quorum cauſſa vna eſt, propè dixerim, omnium: quòd homo ſolus animalium erectus eſt. Vt igitur facilè ſuſtinere ſuperiora poſſet, natura corpulentiam parti ſuperiori dempſit, inferiori addidit. Itaque nates carnoſas fecit, & femora, & ſuras. ſed nates vel ad corporis requiem vtiles reddidit. Quadrupedes enim ſtare diu infatigatis viribus poſſunt, vtque quaſi iaceant, cùm quaternis fulcris innitantur. At verò homines non facilè erecto corpore ſtando durant, ſed requiem ſediléque deſiderant. Homo igitur nates & crura carnoſa habet, ob eam quam diximus cauſam, & cauda ob eam rem vacat. Hunc perinſignem Ariſtotelis locum Galenus noſter, diligens antiquitatis obſeruator, vtique

Humani corporis materia vilis, & præſtãs artificium.

Ab exẽplo.

Cauda vſus in animalibus.

Natium conſtructio & vſus in homine.

A ſimili.

Hominũ nates deformitatis maximæ, quorſum.

Sura in homine.

Natium vſus, à ſimili.

Hominũ differentia à pecudibus in partibus poſterioribus, & infirmis.

Cauda in animalib.

Homini cauda nulla, ſed notæ.

Anglicandata.

Hominis differentia ab aliis in cruribus & femoribus, & ratio.

Hominũ baſis corporis denſior, quorſum: in brutis contrà.

Natium vſus.

Homo ſtare diu nequit, quãobrem.

Inde vſus natium, nõ cauda.

Digitized by Google

non neglexit, sed imitatus illustrauit & auxit: diuinis suis libris de vsu partium corporis humani. sic enim lib. 5. cap. 8. Quæ dicuntur clunes, carnes sunt ad ischia, retrorsum quidem cooperientes & occultantes meatum excretionibus superfluitatum destinatum: sedentibus autem super eas, commodissimum futuræ munimẽtum aduersus subiecta corpora. Rursus idem cap. 8. lib. 15. operis eiusdem: Homo carnosos natium musculos habet sitos bellissimè, tum ad decus partium necessariarum, tum ne anus sedendo contunderetur, aut alioquin angeretur. hæc ille: quibus addo, præcipua fuisse ossium femoris fulciméta, & velut molles culcitras aut puluinos: ne dura ipsa durorũ corporum tactu & contusione inter sedendũ, vt assolet ex more, & ex necessitate, læderentur tum ipsa, tum potiùs tenues musculorum excarnium propagines collíderent atque cõrunderent. Vt enim homini necessarium est, crebrò sedere, cùm diutiùs stare nequeat, vti diximus: sic eius dignitati & grauitati tali status quadrat præcipuè, cùm decumbere sit minùs honestum: quod tamen olim veteres facitabãt, tum aliàs, tum verò præcipuè cibum sumpturi, vt aliàs ostendimus de toris & triclinijs esitantium locuti, atque cœnantium: vt & illud poëtæ indicat:

Nates sine clunes, quid, & quorsum.

Natiũ forma, & vsus.

Homini cõuenit sedere, quamobrem.

Veteres cibum sumebant, accubando.

Sæpe tribus lectis vidi cænare quaternos.

Eòdem spectat illud Martialis, quo dicitur

——*exstructos frangere mane toros.*

Priscorum de intestinis sententia.

IAM verò de externis harum partium appellationibus pudendarum pudendis, dictũ est à me in vniuersali partium corporis nomẽclatura. de venis autem, arteriis, neruisque intestinorũ singillatim dicere non placet, generalia percurrenti. itaque ad interiora reliqua remigrandum est, post absolutam vniuersam intestinorum naturalem & generalem contemplationem vsúmque. de quibus ita per epilogũ quendã subduco, & priscorum authoritate exorno. Græci τὰ ἔντερα vocarunt, quòd ἀπὸ τοῦ ἔνδον, intus fluitent, tum ob teneritudinem & orbiũ spirarúmque ingentem quandã multitudinem (vlnas enim vniuersa propè quindecim metiri vulgo perhibentur: sed opinor, brachij vlnas, ac non nostras mensurales longè maiores futuras) tũ ob noxæ fugã sic intus à natura cõclusa & condita. pari ratione à Latinis intestina denominãtur. de quibus sic Hippocrates & breuiter & luculenter 6. Epidem. sect. 4. Intestina crassa homo habet, qualia sunt canis: verũ maiora, ex medianis membranis suspensa. hæc verò ex neruis à dorso sub ventrem. Vbi & obiter notabis, μεσέντερα seu medianas membranas hîc vsurpari, pro mesenterio deinceps mox explicando, communiori videlicet nomine: quia illud ad gracilia intestina nihil attinet, sed ad colon & solum & propriè, siue crassa intestina. Locus verò ille idem Hippocraticus refertur iisdem verbis expressus (ne mireris nos idẽ interdum verbis iisdem scriptum repetere) libro

Transitio.

Epilogus.

Ἔντερα, intestina vnde dicta, & cur intus condita.

Intestinorũ omnium mensura.

Hominis intestinorũ cum canina analogia.

Μεσέντερα, quæ.

Boni etiam authores idem repetunt eisdem verbis.

de ossium natura: Intestina crassa homo maiora quã canis habet. dependent autẽ ex mesenterij membrana, quæ mesocolon hac parte vocatur. mesocolon autẽ ex neruis de spina sub ventrẽ. de quo sic ille rursus libello anatomico: A ventre extat intestinum ventri simile, longum cubiros nõ minùs duodecim. (vlnas paulò antè vocabam, & ad brachij πῆχυ aptabam, non ad vlnam Francicam mensurabilem, ne quis legẽdo hallucinetur) pampini in modum finibus conuolutum: quod aliqui colon vocant: per quod alimenti delatio contingit. A colo situm est rectum ac princeps intestinũ postremum, carnem copiosam habens, & in summum anũ desinẽs. Qua autem ratione caua facta sint intestina, nisi piget, ex eodem disces lib. de carnibus. Quum enim frigidũ semper calescat (ait) quantum eius circumcirca glutinosum erat, exaßatum est, & membrana, tunica facta est. quod verò intus frigidum erat, colliquatũ est, & factum est liquidum. non enim erat in ipso neque pinque, neque glutinosum multum. Sed hæc sunt simillima veri. neque fidem necessariam postulant: & Galenus ferè similiter philosophatur lib. 1. de semine, & alibi. Ego verò vt materiæ sequacis naturam: sic causßæ efficientis energiam & efficacitatem duco inspiciendam: quam formatricem facultatem posthàc describam copiosè.

Intestinorũ origo & longitudo ac mẽsura. Canis, de vlna mensura, & eorum. Intestina summa duo in Hipp.

Intestina qua arte cauata.

N. simãis de causis intestinorũ

De Platone porrò nihil amplius habeo quod dicam, quàm quod Galenus præoccupauit antea citatum (à quo intacta longè plurima, tum ex Platone, tum ex Arist. tum ex aliis Græcorũ primarijs authoribus, nominatim à nobis appellata passim deprehẽdis) nisi fortè ex Timæo genuina authoris verba desideras. Τὸν ἐσχατίαν τε καὶ πυκνὴν τοῦ ἰδίου κοιλότητος, ὕδατος τε ἕνεκα τοῦ πίνειν, καὶ τῶν σιτίων ἕνεκα καὶ μαγείρου τινὸς χρησόμενοι πάσης. τὸ δὲ πρὸς μὲ ἕω τείνον ἐξῆκε μῆκος, καὶ κοιλίαν τε ἔχειν ἐποίησαν. τὰ πολλὰ δὲ ἐλικοειδῆ, τῆς τε πολυσιτίας καὶ πολυποσίας. τοῦτο ἐπιτηδεύσαντες, τῷ τὸ πεφυκὸς ἀεὶ τὰ ἐπιτήδεια ἐπὶ τὸ ἄριστον ἰέναι, τὸν ἀνθρωπείων πάντα λογισμὸν ἐκ τοῦ θείου λαβόντες ἐπιτηδεύειν. ἐπειδὴ πρὸς τὸ θεῖ ἀνήκουν γένος, ἔστιν μὲ ταχὺ διακρῖνον ὁ φρὴν, ταχὺ πολλὰ φρονῆσ ἐπιεικὲς δ' ἐκ τοῦ σώματος ἀναλίσκειν. ἐν παίχνια ἀπαντῶν ἀεὶ γαστρομαργίαν, ἀφιλόσοφον καὶ ἄμουσον καὶ λάτριν τὸ θνητὸν αὐτοῦτον ἀεὶ παρ' ἡμῶν. Id est, Cognoscebant profectò illi nostri generis fabricatores, nos ad cibum potúmq. intẽperatos fore: ac propter ingluuiem, plus quã modus aut necessitas postularet, ex his sumpturos. Igitur ne subitus propter morbos interitus proueniret, atque ita imperfectum mox genus mortale desineret: inferiorem ventrem fabricauerunt, ad esculentorum poculentorúmq. superabundantiam capiendam. Eum præterea spiris intestinorum circumplicauêre, ne subitò alimenta nobis assumpta defluerent, ac tursus noui alimenti confestim necessitas immineret. Ob illam enim inexplebilem perpetuámque voraginem, genus nostrum philosophiæ musicæque & moderationis omnis expers relictũ fuisset, illi parti, quæ in nobis diuinissima est, minimè obsecutum.

Hominum insita ingluuies, & eius fraus.

Ventris opus, & intestinorum involutio, quorsum.

Hanc necessitatem Aristoteles nihilo seciùs

Pisces gulosi, sic quibus intestina recta, quare.

vidit cap.14.lib.3.de partib.animalium: Genus piscium omne, quoniam cibum conficere minùs possit, crudáq. egerat, & vorax & gulosum est (quod antè ex Gal. docuimus, & exemplis Aristotelicis illustrauimus) cætera etiam omnia, quibus intestina sunt recta, ciborum auida sunt. Cùm enim cibus celeriter egeratur, proindóque breuis vsus fruendi sit, breui repetant cibum auida, necesse est. & paulò pòst, A ventre natura intestinorum posita est omnibus animalibus. vbi mox de quorundam animalium differentia vētris & intestinorum. deinde subijcit, Quibus autem intestinum non directum, iis omnibus ampliùs tendit, quà & quod colū vocatur, habent, & cæcum: ac tumidum quiddam mox arctatur & complicatur. ab hoc, rectum ad exitum vsque excrementi perrendit: quæquidem pars, quam podicem vocant, aliis pinguis, aliis sine pingui est (tenuium & superiorum intestinorum hîc non ampliùs meminit, vt cernis: dein vsum solerter subijcit.) Quæ omnia natura solers molita est, ad congruam cibi confectionē, & excrementi vsum, & trāsmissionem. Procedenti enim descendentique excremento, aut subsistenti, vt immutetur in animalibus, quæ præ magnitudine, aut locorū calore vegetiora, cibique plenioris indigētiora sint, via ampliatur. Tum vt ventrem intestinū angustius excipit; sic à colo, quod laxum intestinum vocatur, & alui amplitudine, rursus semitam angustiorem, clauiculam à flexuosis orbibus dictam, subit excrementum iam penitùs euaporatū: vt natura seruetur, nec vniuersim exitus fiat excrementi. Quæ igitur animalia continentiora esse ad cibi desiderium conuenit, hæc sua in aluo laxiores sinus non habent, sed anfractus orbésque plures continent, nec recto intestino vtuntur. laxitas enim intestini, auiditatem auget cibi: rectitudo accelerat auiditatem. Quamobrem animalia quæ vel simplex habent intestinum, vel conceptacula ampla, cibum aut copiosum capiunt, aut celeriùs repetunt. Sed cùm in ventre superiore cibum ingestum recentem esse necesse sit; in imū autem delapsum, fœculentū euaporatúmque: locum etiam aliquē interpositum esse, in quo immutetur, & nec recens adhuc, neque iā exactus in stercus sit necesse est. Itáque genus id animalium omne habet eam partem, quæ ieiunū vocatur, positam in eo quod à ventre tenue tēdit, intestino. hoc enim medium est inter ventrem superiorem, in quo cibus crudus adhuc sit: & inferiorem, in quo iam superuacuū excrementum contineatur. Hoc cùm in omnibus ita sit, tum in iis patet, quæ & maiora sint, & ieiunarint: ita enim interstitium loci vtriusque conspicitur. nam si ederint, mutationi parum temporis suppetit. Sed fœminis pars nulla certa superioris intestini ieiuna est. alia enim aliis, vt fors tulerit. maribus autē proximè ante cæcum aluúmque omnibus est. quæ quàm vera sint, si eorum meministi, quæ paulò antè recēsui, facilè diiudicabis. est enim oculata fides medicorum & anatomicorum non paulò certior philosophica probabili & splēdida quam-

Intestinorū exortus.

Intestinorū numerus & nomina & vsus.

Intestinorū distinctio vbi fiat.

Intestina cur in orbes conuoluta: & laxitatis vis & rectitudinis ad inglutiem.

Cibus in ventre & intestini, quale: & eorum affinium.

Ieiuni situs, vsúsq.

Ieiunum medium inter ventrem & crassa intestina: & quòd in fœmina non vnum sit. N. negat. N. modò.

libet oratione. Idē Aristoteles cap. 16 lib.1.de cauſ. dict. hiſtor.animal. Ventriculus humanus Anſt. Caninoſimilis est: quippe qui non multò ampliorſit, quàm intestinum: sed quasi intestino simili eam partem ampliori. Tum intestinum simplex flexuosis orbibus est: à quo proximum intestinum admodùm amplum. Alius autem ipsa suillæ similis est: quippe quæ & ampla sit, & quod vsque in sedem porrigitur, breue id corpulentúmque transmittat. Et cap.17.lib.2.proximi, Intestinū de ventre porrectum, finit ad exitum cibi, & eam partē, quæ podex dicitur. vbi mox de differentia ventris & intestinorum pro animaliū discrimine. sed nos cæteris posthabitis, vnum hominem speculamur.

Celsus lib.4.cap.1. intestinorum naturam diserte explicauit: nisi quòd de cæco communē opinionem priscorum tuetur & tradit. sic autem de intestinis sermonē cum stomacho (quē & œsophagum diximus, & quem intestinorū principium censet) cúmq. ventriculo cōtinuo connectit. Vnde ima ventriculi pars paululùm in dexteriorem partem conuersa, in summum intestinum coarctatur. Hanc iuncturam, πυλωρὸν Græci vocāt, quoniam portæ modo in inferiores partes ea quæ excreturi sumus, emittit. Ab ea ieiunum intestinum incipit, non ita implicitum. cui tale vocabulū est, quia nunquā quod accipit, cōtinet: sed protinus in inferiores partes transmittit. Inde tenue intestinum est, in sinus vehementer implicitum. Orbes verò eius per membranulas singulicū inferioribus connectuntur: qui in dexteriorem partem cōuersi, & è regione dexterioris coxæ finiti, superiores tamen partes magis complent. Deinde id intestinum cum crassiore altero transuerso cōmittitur, quod à dextra parte incipiēs, in sinisteriorem peruiū & longum est: in dexteriorem nō est: ideóq. cæcum nominatur. Ad id quod peruium est, latè fusum, atque sinuatum, minúsq. quàm superiora intestina neruosum, ab vtraq. parte huc atque illuc volutum, magis tamē sinisteriores inferioréſque partes tenens, cōtingit iecur atque ventriculum. deinde cum quibusdam membranulis à sinistro rene venientibus iungitur: atque hinc dextrā recuruatum, in imo dirigitur, quà excernit: ideóque id ibi rectum intestinum nominatur.

Plinius has partes ita cōnexuit sermone, quas natura situ & cōnexione iunxerat: multáque ex Arist. repertiit propria certis animaliū generib⁹, homini autem priuatim minimè conuenientia: quorū nihilominùs quædam adscribam, vt insignia & notatu digna & luculenter enuntiata. Subest vēter stomachū habētibus, cæteris simplex, ruminātibus geminus, sanguine carentibus nullus. In homine adnexus infimo stomacho, similis canino. his solis animaliū inferiore parte angustior: itaque & sola vomunt, quia repleto propter angustias supprimitur cib⁹. quod accidere nō potest iis, quorū spatiosa laxitas eū ad inferiora transmittit. Ab hoc ventriculo lactes in homine & oue, per quas labitur cibus: in cæteris, ile. à quibus capaciora intestina ad aluū, hominique flexuosissimis orbibus. iccirco

Ventriculi forma.

Intestinorū differentia.

Aluus intestina, qualia.

Intestinorū termini.

Pylori structura, & officium.

Ieiunū cur dictum.

Tenue intestinū conuolutum, usúsq. situs & necessi.

Cæcisedet, & nominis ratio.

N. Colon mutato nomine deputauit.

Rectisitus.

Ventris differentia, & humani situs, necessi, figura, usus.

Vomitus, quibus animalibus facilis.

Latius situs & usus.

Digitized by Google

Craſſa intestina vbi: & quæ magn' quioſa ex animalib.

magisauidi ciborũ,quibus ab aluo longius ſpatium.iidẽ minùs ſolertes, quibus obeſiſſimus venter. Aues geminos ſinus habent. Vẽter ſolidipedũ aſper & durus.terreſtrium aliis denticulatæ aſperitatis, aliis cancellatim mordacis.

Vẽter qualis in brutis, & quorſum.

Quibus neque dentes vtrimq. nec ruminatio, hîc conficiuntur cibi, hinc in aluum delabuntur. Media hæc vmbilico annexa omnibus: in

Colon homini, quale, & cur.

homine, ſuillæ infima parte ſimilis, à Græcis appellatur colon: vbi dolorum magna cauſſa eſt. anguſtiſſima canibus: qua de cauſſa,vehementi niſu,nec ſine cruciatu leuant eam. Inſatiabilia animalium, quibus à ventre protinus

Animalibũ guloſorum inteſtina qualia.

recto inteſtino tranſeunt cibi, quibus venter carnoſus calloſúſque. In ventre hirundinum,

Aurium venter.

pullis lapilli candido aut rubenti colore, qui

Lapis chelidonius.

chelidonij vocantur, magicis narrati artibus, reperiuntur. & in iuuẽcarum ſecundo ventre,

Pilæ ventriculorum alius.

pilæ rotunditate nigricans tophus, nullo pondere: ſingulare(vt putant) remedium ægrè parientibus,ſi tellurem non attigerit.

Lactantius lacteo quodam ac ſuaui ſuo modo ſic partium harum percurrit hiſtoriam: Ci-

Cibi & pœnitus coctio ac diſtributio vbi fiat.

bi in aluum recepti, & cũ potus humore permixti, cùm iam calore percocti fuerint, eorũ ſuccus inenarrabili modo (quem tamen enarrare poſthàc cum noſtris conabimur, & iam vtcumque fecimus) per membra diffuſus, irri-

Inteſtinorũ ſpiræ, & earũ vſus.

gat vniuerſum corpus & vegetat. Inteſtinorũ quoque multiplices ſpiræ, ac longitudo in ſe conuoluta,& vno tantùm ſubſtricta vinculo, quàm mirificum Dei opus eſt: Nam vbi maceratos ex ſe cibos aluus emiſerit, paulatim per illos internorum anfractus extruduntur: vt quicquid ipſis ineſt ſucci,quo corpus alitur, membris omnibus diuidatur. Et tamen ne qui

Inteſtina lubrica ob præcauitatem, quorſum.

fortè obhæreant ac reſiſtãt, quod fieri poterat, propter ipſorũ voluminum flexiones in ſe ſæpe redeuntes, & fieri ſine pernicie nõ poterat: obleuit (potiùs quàm oppleuit) ea intrinſecùs craſſiore ſucco,vt purgamenta illa ventris ad exitus ſuos facilius per lubricum mitterentur. hæc ille. Rhazes porrò iſtum inteſtinorũ è pituita illitum, non ineptè figlinis comparabat

Similitudo à figlinis.

iis, quæ plumbo aut ſtanno intus induci & operiri ſolent, magnum vtique aduerſus dyſenterias & inteſtinorum ramenta vlceráque munimentum,de quo nos in therapeutica.

Non prætermittam ad extremũ antiqui medici Aretæi partitionem iſtam ex libro ſecundo Chronicorum morb. Ἔστιν τὰ μὲν ἄνω λεπτὰ καὶ χολώδεα, μέχρι τῦ τυφλοῦ, χολώδεος ὑπάρχοντος. κάτω δὲ παχέα, τὰ κάτω παχέα καὶ σαρκώδεα μέχρι τῆς ἀρχῆς τῦ ἄντρου ἐστίν. id eſt,Superiora inteſtina ad cæcum vſque, tenuia & bilioſa ſunt: atque inde

Inteſtinorũ partitio.

Græcè χολώδεις nominãtur: poſt hæc,inferiora vſq. ad inteſtini recti initium, craſſa & carnoſa ſunt. ſed de his ſatis.

De Meſenterio. CAP. XVI.

Inteſtinorũ vincula quorſum neceſſaria.

ENIMVERÒ tã longa & teres inteſtinorũ omniũ ſeries, variè ſub peritonæo fluitare, circumuolui & implicari, graui naturæ damno,periclitabatur:niſi quæ mẽs illa fabrefecit, eadem firmiter immota tum ipſa inter ſeſe, tũ partibus ſolidis, dorſo nempe & lumbis vniuerſa alligaret. quem in vſum præcipuè enatũ de peritonæo,eóque velut duplici exortũ meſenterium condidit,quod & meſaræum vocatur. vtroque nomine ab accidentibus ipſi parti indito, vt Galenus rectè ſcripſit lib.6. anatom. aggreſſ. meſenterio quidẽ à ſitu: meſaræo autem,à peculiari ſubſtantia. Græcè ſignificãtiùs hunc in modum: μεσεντέριον μὲν, ἀπὸ τῆς θέσεως· μεσάραιον δὲ, ἀπὸ τῆς οὐσίας εἰρῆσθαι. Haud dubiè priori nomine indicans ſic vocari, ὅτι μέσον ἐστὶ ἐντέρων πάντων, quòd medium inteſtinorum ſit cõſtitutum (neque enim eo nomine intelligi peculiare aliquod mediũ inteſtinũ decet, vt tum alij,tum vel Cicero ipſe falſò credidit 2. natur. deor.tum vt apparet,Plinius,dũ lactes deſcribit & nominat.) Poſteriorem modum in obſcuro relictum,doctus interpres Syluius expoſuit. à raritate quadam media corporum,vt opinatur, glandoſorũ in pancrea, & locis quibuſdã aliis. Hæc doctor & diſcipulus profitentur, ſummi viri ambo,mei maiores ambo,meique adeo, vt liberè & ingenuè profiteor, præceptores ambo. quibus tamen ſubſcribere hoc quidem loco minimè poſſum. ignoſcant,quæſo, amborũ manes veritatem inquirenti. Nõ enim μεσάραιον ex eo dici puto, quòd ſit μέσον, medium inter ἐρυθρὰ, rara quædam corpuſcula, laxa & fungoſa.neq. μεσεντέριον legi cum dictionariis quibuſdã patior. ſed iccirco μεσεντέριον appellari autumo, quòd ſitu, μέσης πως ἀρτηρίας μέσον, ad inteſtina relatũ,ſit mediũ. ſic enim didici ex Rufo, Aretæo, & Homero ipſo: ἀρτηρίας apud priſcos Græcos, inteſtina vocitari, præcipuéque gracilia. vt quemadmodum μεσόπλευρον Hippocrati, de cœli quodã mediaſtino (vt ita dicã) peculiariter dicatur: ſic μεσάραιον de gracilium inteſtinorũ mediano,vt vocant,intelligatur. ſic μέσαιχμον de interſtitio & ligamento μεσαίχμιον, rectum inteſtinum dorſo affirmante. ſic denique μεσεντέριον generaliter de omniũ inteſtinorũ generali vinculo mediante accipiatur. Lactes Plinius loco citato (niſi pro tenuibus inteſtinis,vt monui) videri poteſt extuliſſe:& ex eo Gaza in Ariſt.vt nuper patuit. Nobis Latina forma Græcã æmulata retinebitur,meſenterió &meſaræon liberè appellãtibus. quidam pinguẽ membranã vocarũt, à copioſo quẽ præ cæteris continet, adipe. & hæc de nominis quidẽ ratione: nã de natura rei,nemo noſtro Gal.meliùs, nemo perfectiùs, nemo antiquiùs. Ariſt.tamẽ antiquitatis cauſsã excipio,qui cap.16.lib.1.hiſt.animal. ita ſcribit, Gaza interprete, quẽ hîc ex eodẽ opere paſſim ſequor. Lactes ſuper inteſtina poſiti ſunt:qui & ipſi latiore cõſtant membrana, & pingueſcũt, pendẽt ex vena maiore atq. aorta: venáſq. permultas frequenti cõcurſu deferunt,ex pari illo venarũ grandiũ ad inteſtina. de ſummis ad ima vſq. ſpargẽtes. Idẽ pluribus, ſed ſimilibus penè verbis ſic repetit c.4.lib.4.de part. anim. Quod autẽ lactes vocãt,membrana & ipſum eſt, pertẽdés cõtinua de inteſtinorũ tenore ad venã vſq. maiorẽ & aortã, plena venarũ multarũ atq. frequẽtiũ,quę ab inteſtinis ad venã maiorẽ aortãq. permeãt. Ortũ eius ſimiliter atq. cæterarũ partiũ neceſſariò eſſe cõperimus.ſed quá ob cauſsã data ſit

Meſenterij origo, & vſus, & nominum ratio.

Μεσεντέριον vnde dictum: & quòd nõ ſit inteſtinũ.

Μεσάραιον vnde deductum.

N. Gal. & Sylui minimè aſſentiuntur, de meſaræo.

Μεσάραιον verum etymon.

Ἀρτηρίαι, vi.

Μεσόπλευρον, vi.

Μέσαιχμον, vi.

Μεσεντέριον, vi.

Lactes, quid.

Nominum varietas.

Lactũ ſitus, ſubſtantia.

Lactũ natura, ſitus, ortus, vſus.

Digitized by Google

data ſit animalibus ſanguine præditis, conſiderandum eſt. Cùm enim neceſſe ſit, vt animalia cibum extrinſecùs capiant, rurſúſque ex hoc alimentum fiat, quod in omnes corporis partes digeratur (quod in exanguibus nomine vacat, in ſanguineis ſanguis appellatur) ideo aliquid eſſe oportet, quo, tanquam radice, cibus de ventre ad venas deferatur. Itaque vt ſtirpes radicibus terræ innixæ, cibum inde hauriunt: ſic animalibus venter & inteſtinorum vires pro terrâ ſunt, à quibus capiunt alimentum. quamobrem lactes ſunt, venas ſibi inditas habentes, quaſi radices. Deinceps autem ex Galeno præcipuè placet rem exponere ſic totam & certiùs & veriùs: quia meſenterij venas à porta, non à caua ſpargi, licet Ariſtotele dicente, aſſentimur Galeno potiùs.

Sanguinis generatio unde, & vbi.

Similitudo.

Venter & inteſtina ſunt animali pro terra alumna. ſic lactes.

Meſenterium igitur ſi Galeno credimus, ex peritonæo enaſcitur. Falloppius è membranulis arteriarum & neruorum lumbarium deducit. illud inter inteſtina medium poſitum eſt: ideo quaſi μέσον ἔντερον dictum: & omnes venas ex iecore in ipſum deſcendentes, vnà cum vicinis arteriis & neruis in orbem complectitur: quemadmodum & inteſtina ſingula, tum inter ſe, tum ad dorſum alligat, & in orbem pariter cingit vniuerſa. In quibus cùm permulti ſint anfractus; neceſſariò pars horum altera gibba, altera concaua eſt. atque in hanc ſanè vaſa, quæ per meſenterium ad vnumquodque inteſtinum excurrunt, inſeruntur. quorum ſingulis orificiis membranulas velut decuſſantes affigi atque affingi Columbus ſolerter obſeruauit; vt enuctum ab omnibus inteſtinis ſuccum chylúmve regredi, & in eorum cauitatem, vnde hauſtus eſt, redire prohibeant: ſicuti de vretêrum in veſicam inſertione parebit. Per gibbam porrò partem neque vas aliquod inteſtinis immittitur, neque alius quidam cõnexus eſt vel ad aliud inſtrumentum, vel inuicem. At ipſum quidem meſenterium, vbi vaſis & inteſtinis obducitur, ibi ſimplex eſt: vbi verò ipſis medium interiacet, non ampliùs indumenti vſum, ſed copulæ exhibet. duplex enim eſt, & varias in ſe glandulas intus cohibet, vaſorum diſtributionem ſingulorum fulcientes. Quà enim omnia vaſa diuiduntur, facilè lædantur: vt ſi eorum quodnis mali quippiam propter violentum motum, eſſet incurſurum; id vbi ſcinditur, potiſſimùm incurreret.

Meſenterij origo, ſitus, denominatio, vſus, ſubſtantia.

Inteſtinorũ pars altera cana, quã.

Vaſorum inſertio, vbi.

Ora vaſorũ meſenterij quomodo clauduntur, & quorũ.

Gibba inteſtinorum vaſis carẽt.

Meſenterij vbi ſimplex aut duplex: & glandularum vſus.

Magno igitur indigebat locus hic præſidio, quo vaſa in ipſo diſtribuenda ac diſcindenda munirentur. Cuius haud ignara natura, vt putat Galenus libr. 5. de vſu part. glanduloſum quoddam corpus fabricata, quod pancreas appellatur (Græcè enim ὁ πάγκρεας, ἕλον τοῦ κρέως, quaſi totum carnoſum, vel tota caro, meſenterij centrum occupat, vbi prima fit vaſorum diſtributio) ſubſtrauit, atque in orbem omnibus circumdedit, diuiſionéſque replenit; vt nullum ipſorum facilè jam findatur, aut ſine fulcimento ſit. ſed cùm in molli, & mediocriter cedente corpore conquieſcant; ſi motu cientur paulò vehementiore; quòd tamen corporibus non duris, neque non cedentibus incidunt: ſed leniter quidem ea excipientibus, violentiam motus exoluentibus, illæſa, inconcuſſa, infractáque perpetuò conſeruãtur. Quinetiam membranas fortes tum priuatim ſingulis vaſis, tum communiter ipſis omnibus circundedit, veſtientes ac iungentes ea non modò cum glandula; ſed præter eam, in primis ac maximè ſubiectis corporibus, quæ ad ſpinam, poſitionem habent. poſt illa autem, & cum aliis omnibus circumfuſis inſtrumentis.

Pancreas quid, vbi, quorſum, & vnde dicatur.

Vaſorũ meſenterij ſecuritatem quæ faciãt.

Pancreatis vſus ad vaſorum ſecuritatẽ.

A ſimili.

Porrò de meſenterij venis, & earum vſu atque origine dicetur pòſt paulò: & an aliquæ ſint ei propriæ, quæ in glanduloſa quædam corpora deſinant; cùm cæteræ omnes ſurſum ad portas ferantur, vt Galenus quidem ex Herophilo cenſuit, tum antea quæſiuimus, tum poſtmodò inquiremus. Quod verò nunc reliquum eſt, proſequamur ex Galeni demonſtratione ad finem lib. 4. de vſu partium. Nam quamplurima venarum oſcilla ad vnumquodque inteſtinum penetrare oſtendimus; velut arboris cuiuſdam radicum extremas ac tenues extremitates. Colligens verò natura vt in arboribus exiguas illas radices, in craſſiores: ita in animalibus vaſa minora in maiora, & ea rurſus in alia maiora: idque ſemper agens vſque ad hepar; in vnam omnia venam coëgit, quæ ad portas ſita eſt. à qua etiam, vena, quæ tum ad ventriculum, tum ad ſplenem fertur, enaſcitur. atque etiam arterias omnes in vnam magnam dorſo incumbentem pari modo contraxit, quo dicetur poſthàc modo. Nam cùm longum eſſet inter principium & finem, omnium vaſorũ interſtitium; non erat tutum ſine præſidio vaſa tenuia deducere. Quæ enim ſurſum ad portas hepatis ferũtur, velut pendérent, niſi fulcimento quodam ſtabilirẽtur. nec præſidium ipſis aliud erat in ipſo itinere, in quo, velut ſede firmarentur, vel interſepirentur, ac fulcirentur. Quo pacto igitur ſecuritati horum proſpexit natura, vt ne ſalienti, aut impingenti, aut pulſato vehemẽter extorſum animali, vaſa ipſa comprimantur alicubi, vel perrumpantur, aut omnino afficiantur? A tunica colligente ac veſtiente inteſtina (quam à peritonæo oriri cum Gal. diximus) tunicam ipſi peritonæo ſimilem eùm produxiſſet, ea, vaſa ſingula induit. in ſpatiis verò inter vaſa inanibus, eandem hanc tunicam ſibi ipſi applicans, ac duplicem efficiens, minùs quidem patibilem, ac vaſis ipſis inſtar vinculi ac munimenti validi conſtituit: plurimis verò eorum, quæ admodùm ſublimia atque erecta ad hepar potrigebantur; quà mutuò coëunt, hanc ipſorum partem iniuriis magis obnoxiam cùm exploratum haberet; corpus quoddam carneum inſeruit, quas glandulas appellamus: quæ vtique velut cunei quidam, vaſorum diuiſionibus incubantes, fulcimentum ipſis totum ſuggerunt, vt à nullo violento caſu afficiantur. jam verò oratione meſenterium ſumus executi.

Aſt aliqua vena propria meſenterio, quæ cum hepate nil cõmune habeant?

Vaſa ad meſenterium vbi affigantur.

A ſimili.

Vena portæ quomodo de pluribus venulis coaluit.

A ſimili.

Sit de arteria.

Vaſiformis fulcimen, quorſum.

Vaſorum tunica communis, quæ & meſenterij, vnde & quorſum.

Glandularum vſus ad vaſorum ſecuritatẽ.

A ſimili.

PROBLEMA.

Ad Herophilum & Galenum, An meſenterij venæ aliquæ non ſint ab hepate?

An aliquæ venæ nil cũ hepate commune habeant? nec hepar ſit omnium venarum principium.

ENIMVERÒ ô docte Herophile, & tu ô doctiſſime Galene, ſi ſunt aliquæ venæ (vt vulgo nullas eſſe ducimus) quæ cum hepate nihil habeant commercij, nihil affinitatis, vt quas meſenterio proprias affingitis: certè hepar venarum omnium principium eſſe, abſurdum erit profiteri: quod vos mordicus tenetis, arctèque defenditis. erítque ipſi illi meſenterio vis quædam gemina, de ſe tunicas venarum producendi. quod propter ſubſtantiæ ſimilitudinem minùs videtur abſurdum. eidémque pariter facultas inerit quædã ſanguinem gignẽdi, quem ſuis iſtis venis recluſum cõtinet, tum ſibi, tum alendis inteſtinis aptũ; neque ab hepate, vt vultis, acceptum. quod mihi non paulò abſurdius videtur, vt jam antè inficias iui. Sed quod nunc iuuat ex confeſſo à vobis arripere, & ſimilitudine illuſtri per vos comprobatum eſt, ac jam antè ab Ariſtotele deſignatum cap. 4. lib. 4. de partib. animalium, & à me productum, vt patuit de analogia terræ & ſtirpium ad meſenterium, ventrem, inteſtina, & eorum venas, ſuccúmque alibilem. quod ergo ex eo infero, inquam, illud eſt eiuſmodi.

An meſenterio vis ineſt ſanguificandi? *videtur.*

Conſectarium ex Gal. decretis.

Magna quidem certè, imò vel maxima mouet me ratio, vt à meſenterio venarum (quod ad corpus & ſubſtantiam attinet) originem primam, ac velut natales repetam. Siquidem ſubſtantiæ, vt nuper dixi, affinitas, tunicis procreandis idonea videtur vel maximè, neruoſa quippe ſeu membranoſa & fortis validáque. Hepatis enim ex ſanguine concreta moles, atque verum περίχυμα, tunicas venarum membranoſas & extendi faciles, quo tandem modo de ſe procrearit? ſimilis enim ſimilem ſibi generat, vti dixi, & alibi poſthàc demonſtrabo.

1 Demonſtratio N.

Quòd venarum tunicæ oriantur à meſenterio.

Ob ſubſtãtiæ ſimilitudinem: contrà de hepate.

Et tamen vt hoc ita ſit, vis ſanguificandi non ineſt ab hepate. ab ipſo meſenterio (à quo vtique non eſſe fateor) videlicet ab ipſo erit hepate, ad quod omnes meſaraï venas ferri, & in portas deſinere (niſi ſiqui furculi ad cauam pertinent, vt ambigunt) nos quidem contendimus. eáſque duplici potiſſimo, vt ego quidem iudico, deſtinatas mugeri. alteri, quo chylum de ventriculo, & magis ac potentiùs ex inteſtinis, iiſque potiùs graciliboꝰ emulgent, ad hepar perferendum & concoquendum, móxque in ſanguinem conuertendum. alteri, quo ſanguinem jam confectum ab hepate, velut fonte ſanguinis, ad inteſtina & meſenterium reuehunt, retroacto itinere, & conuerſis ſtudiis, mutuíſque operis, tum hoc, tum illa, mutuo iocineris beneficio alentia. vt ſit per vas idem, tanquam per idem iter, vehendi ac reuehendi reciproca viciſſitudo quædam, mutuáque materierum, vt loquitur Veſalius, tranſſumptio. quo etiam modo per eundem tubulum aut ſiphonem liquor affundi & refundi ſolet. Niſi tamen credibilius ſit, quod antè monui; alias venas à porta exortas, chylum ab inteſtinis exugere: alias à vena cava deductas (quas Galenus quidem admittit, Veſalius autem ſe vidiſſe negat) purum ſanguinem alendis inteſtinis aduehere. Vtvt ſit, quemadmodum arboris duo ſunt extrema; alterum ſublime pẽdens in aëre, ramos, flagella, flores, folia, fructus emittens: alterum radicibus altis humi pactum atque defixum, per quas & fulciri, & erigi, & ali toti illi contingit. ſic & venis omnibus duo quædam ſua ſunt extrema: alterum, quo vel cum arteriis ἀναστομοῦνται (quod fit per corpus vniuerſum) vel in cutis & membrorum extrema deſinunt: alterum, quo primùm pangi & ſolidari occipiunt, & ſuccum tum ſibi, tum partibus aliis ſolent exugere hauriréque.

A

Quòd meſenterij aliæ venæ à porta, aliæ à cava, quorſum.

Similitudo, qua oſtendantur duo venarum extrema, quæ.

B

Hoc autem, quod veluti ſolum eſt in animalibus, ex quo alimentum ſolet attrahi, vtique meſenterium eſt, corriuans in capacitatem inteſtinorum, & venarum oſcula intrò demittens, ad chylum in ijs contentum ebibendum. Hæc verò eſt illa ῥίζωσις, radicatio, quam celebrat Hippocrates libr. de alimento: hæc prima venarum origo: hæc prima alimenti in corpus attractio. Ideo, ſiquid bene conijcio, & ſi rectè ſtatuo, ex eodem meſenterio prima venarum origo & dicenda & ducenda poteſt videri. nam quæ prima olim vena ab vmbilico inſerta hepati fuerat, ea mox adultis euaneſcit, neque deinceps vena haberi poteſt aut debet. Venarum tamen & arteriarum tunicas è ſemine fieri in vtero materno, & ante cor & hepar gigni, poſthàc demonſtrabimus.

C

Meſenterium, eſt velut tellus alumna, quomodo.

Ῥίζωσις, v.

Quòd primam venarum inuriũ, & extremã prima, fit à meſenterio.

Quòd venæ & arteriæ à ſeminegenitali, ante cor & hepar genitæ.

Ecquis autem vnquam arboris principium, eſſe truncum ipſum dixerit? num potiùs depactas humi radices? Et verò quæ plurimæ venulæ per meſenterium ſparſæ cernebantur, illæ paulatim numero diminutæ, & magnitudine auctæ, in pancas quaſdam deſinunt: tandémque eam effingunt, quam venam portæ ideo vocarunt, quòd per eam chylus importari, & alimẽtum partibus aluinis exportari ſoleat. inde Graij πυλαίαν nuncupant, quòd πύλαρος, caudicem quodammodo referat (ob quam rationem ſimili tudinémque, & venæ cauæ, & arteriæ magnæ tribui communis appellatio πυλαίας iure poteſt, authore Galeno) princeps ideo vena primáque habita, & interdum magna Galeno nuncupata.

D

Truncus, nõ eſt principium arboris.

Venæ meſenterij caliginantur in venam portæ: & cur dicamus.

Πυλαία, ἡ, ἡ πύλη λέγεται.

Quòd ſi à meſenterio non eſt origo venarum, vt poſui: ſanè ab hepatis ſima parte (ſimodò gignendis tunicis ea pars idonea eſſe poteſt, quod paulò antè negauimus) earundem origo erit repotenda: è cuius extremis & circumferentia tota vndique collectæ venæ complures, tandem circa eius medium in pauciores & craſſiores paulatim deſinunt; donec truncum venæ portæ ferè in medio, ſed ad interiora magis & poſteriora iecoris ipſius effingant. niſi potiùs truncus è venis meſaraï concretus, in iſtos veluti ramulos deinde diffunditur. ſed ab hepatis ambitu illo circumferentiæ pronaſci, hoc argumento erit, quòd rami deinceps in inferiores partes, & in lienem diſtribuendi, rectà velut ſurſum à caudice ad acutos angulos interiores, & obtuſos exteriores ferri

E

Aliter ratio N.

Quòd origo venarũ ſit à ſima hepatis, nempe porta.

Sed materia repugnat.

Vena porta quomodo è multis coaliſcat, & vbi.

An à venis meſenterij? quomodo.

Digitized by Google

videntur. quomodo ramos in arbore ſurſum erectos, rectà tendere atque aſſurgere cernimus. nec imaginari poſſumus, à ſummo culmine exortos ſurculos & ramulos, in pauciores & craſſiores ramos deinde trunco tenus deſinere.

3 Demonſtratio N. Quòd origo venarum à corde, ſalte quod ad eam attinet. Nam vt cauæ maximi ad cor, & è diuerſo. Deinde cauæ purum cõtinet ſanguinem. Atqui cauæ neque recto, neque craſſiore caudice ab hepate oriuntur: imò illi adhærent tantùm. Ponderãda rationes, potiùs quàm authoritates. Gal. quibus ſimilitudinibus vtatur ad demonſtrandã originẽ venarum & arteriarum.

Enimverò eſt & alia non obſcura, nec ineſficax ratio, qua venarum ſi non tota & vniuerſa ſubſtantiæ atque compago, ſaltem portio maior & inſignior à corde ſumere initium dici, & cum Peripateticis adſtrui queat. Nempe quòd ore omnium maximo, eóque recto, de cordis ſinu dextro ſupremo prodeat (neque enim ramum in cordis ſubſtãtiam intromittit, vt quidam tradunt) & quidem aortæ, & venæ arterialis, & arteriæ venalis ſimilem in modum: quas tamen à corde oriri nemo negat. Deinde quòd puriorem ſanguinem contineat eo, qui in venis portæ viſitur. eadem namque vena cava non recto, ſed tranſuerſo caudice: neque eodem omnium craſſiſſimo, non dico ex hepatis gibbis egreditur, ſed potiùs illis velut affixa inhæret, eiuſdémque ſubſtantiæ ſuperficie tenus adnaſcitur, & ramos intrò de ſe per inſignia duo præcipua orificia emittit. Hæc autem ratio cum Galenicis conferenda eſt, & æqua lance ponẽs examinandum: neque tam videndum quis hoc aut illud dixerit, quàm quid ab vnoquoque dicatur: ne fortè perſonæ authoritas rei veritati præiudicium faciat.

1 Similitudo ab arbore.

Scimus autem quibus tandem ſimilitudinibus alludere Galenus ſoleat, ad arteriarum & venarum originem probandam: ſimodò ſibi vſquequaque conſtaret, & valeret ad omnia ſimilitudo, quæ in quibuſdam magnam probabilitatem habet. ſubijciam locum vnum aut alterum, vt expendas tute ac diiudices. Primùm initio lib. de ven. & arter. diſſectione ſic proponit: Nunc autem quò facilior euadat ſermo, cogitatione volo complectaris arboris quẽdam truncum parte quidem inferiore in multas findi radices, ſuperiore in numeroſam ramorum ſobolem diffundi. hanc enim docendi gratiâ ſimilitudinem non vnus tantùm ſecutus eſt Hippocrates, ſed quicumque tempore poſteriores Anatomici famâ celebres extiterunt. igitur quę in ventrem inteſtinaque deferuntur venæ, proportione radicibus reſpondent. Eam verò quam tum iecorariam, tum cauam appellant quidam, veluti truncus eſt omnium, quæ toto corpore ſparguntur, venarum. Eadem ratione arteriæ, quarum origo eſt à corde. quæ namque ex illis ſparſæ, ramorum ſerie pulmones petunt, radicum imaginem oſtendunt. Quam verò Ariſtoteles aortam, alij arteriam magnam vocant, ea etiam caudicis in arbore proportionem ſubit. vbi mox de venis portæ, & earum exortu.

Radices venarum in ventre & inteſtinis. Cauæ, truncus eſt. Sic arteriarum radices in pulmonibus. Aorta, truncus eſt.

Idem libr. 6. plac. Hipp. & Plat. poſt deſcriptionem ortus ſtirpis ſeu plantæ in terra, de arteria magna ita demonſtrat, quæ quaſi truncus à corde exorta, in duos ramos diſcinditur, minorem, qui ſurſum; & maiorem, qui deorſum fertur. dein de altera arteria ex eiuſdem cordis ſinu exeunte, quæ parti illi, plantarum quæ in terram radices agit, perquàm ſimilis, in pulmones ſciſſa diſpergitur. per quas ambas arterias, cor aërem è pulmonibus attrahit, quo modo per radices plantæ ex humo alimentum omne concipiunt. Atque hæ duæ quidem è corde emanantes arteriæ, maiores vtræque ſuis pullulationibus exiſtunt. Ac quemadmodum in plantis pars ea quæ terra eminet, truncus eſt, omniúmque aliarum ſuperiorum craſſiſſima cernitur: quæ in radices diſpertitur, omnium itidem inferiorum. quæ verò media inter vtraſque eſt, totius plantæ principium eſſe conſtat. Eodem modo illa arteria (de vena potes nunc per analogiam idem intelligere) quaſi ſtirps omnium, quæ per totum corpus ſparguntur, maxima eſt. Item quæ ad pulmones permeat, omnium earum quæ in pulmone ſunt, latiſſima cõſpicitur. Cor verò ipſum vtrarumque medium cùm ſit, meritò ipſas gubernãtium facultatum initium cenſendum eſt. Quanquam naturæ haud inexperto homini, abſque his etiam quæ diximus, ſatis liquet, Maiora eſſe minorum principia. quemadmodum fontem, omnium in quos diſtribuitur, riuulorum initium eſſe non dubitamus. fons enim ſuo principio maximus eſſe ſolet. at flumina, iuxta fontem parua, longo receſſu augentur, aliorum aucta incrementis & acceſſionibus: niſi de pluribus fontibus coaleſcant. Nullus enim fluuius vnquam reperietur, qui ex vno tantùm fonte ortus, caput ſuum exilius reliquo corpore habeat. ſed ſi ex pluribus fontibus colligatur: nemini dubium, quin tota illa collectio, ſingulis fontibus maior appareat. Sed ſi in animalium corpore, minora vaſa maiorum eſſe initia ſtatuemus; efficietur vt ratio ſecum ipſa pugnet, dum in quolibet corporis membro originem eſſe arteriæ, nerui, venæ cogimur affirmare. Similiter & arborum cacumina, & extremas radicum fibras, principia plantæ dicamus. quo quid abſurdius eſſe poſſit, non video. nam radicum extremitates, dici quidem poſſent arborei alimẽti principia, perinde ac venæ, quæ in ventrem perringunt: necnon arteriæ, quæ in pulmonem numeroſa pullulatione diffunduntur. Ita verò abſolutè omnes venarum fibras, principia vocare, abſurdiſſimũ eſt: quippe cùm neque alimenti, neque diſpenſantis facultatis quippiam aliud, niſi id quod diximus, eſſe principium poſſit. At iſto modo, quodlibet membrum principium erit. Quòd ſi aliquas fibras eſſe principia, aliquas non eſſe dixerint, improbatum dubiúmque fundamentum ſtatuent. qui enim magis hæc, quàm illa? Denique ſic concludit, Quemadmodum in plantis maiora corpora ſunt minorum & ortus & diſpenſationis principia: eodẽ modo in animalibus quoque eſſe. parua autẽ eſſe maiorũ principia ducit abſurdũ. Cuius ſpeculationis capita iterum ſubducit initio lib. 8. eiuſdem operis, & ad venas accommodat. Sicut in plantis craſſiſſimæ partes (inquit) oſtendimus ex origine ipſarum prodire: ita in neruorum & arteriarum principiis latiores partes, quaſi ſtirpes & truncos ipſis originibus adhærere dicimus, alias tenuiores ramis ſimiles truncorum progreſſu germinare. Deinde alteram ſumptionem ſub-

Similitudo à plantarũ trunco & radicibus. Piſcium inter truncum & radices. Sic de vena & arteria. Cor medium eſt, initium arteriarum & facultatum. Similitudo à fonte aut fluuio. At ſi minora ſint maiorum principia, ſequitur ἄτοπα, quł. Principium alimenti differt à principio generationis, quã. Aliud incommodũ, de principio à fibris, & quibus illis? N. At non ibi primariò, & plantæ oriũtur. Galeno minora ſunt minorum principia: non contrà. A ſimili. Similitudo à plantis; quòd craſſiſſima partes ab origine.

Vena, arteria facultatis naturalis, orta à iecore, ad omnes corporis partes ramos mittit.

A simili.

iungit iſtam: Vegetabilis ſeu naturalis in nobis facultatis, quam communem cum plantis ſortiti ſumus, inſtrumenta eſſe venas: cùm tenues quidem in ventrem & inteſtina pertingãt; quemadmodum arborum radices in terram detodiuntur; omnéſque ab vna iecoris ianitrice ortum habeãt: & rurſus à iecore maxima egrediatur vena, quam cauam appellant. ex qua venulæ aliæ, quaſi rami quidam finduntur, ac per omnes corporis partes diſſeminantur. Quibus confici ducit & ſtatuit, iecur, venarum originẽ eſſe. cæteras rationes poſthàc afferemus: hanc à ſimili petitam volui huc adferre, veri quidem ſimilem, ſed tamen nó vſquequaque efficacem. Namque argumentum à ſimili petitum, eſſe ἀπόδειξιν negant Logici: & eadem ſimilitudine conuinci poterit, neque à cerebro, neruorum: neque à corde, arteriarum: neque ab hepate, eſſe venarum omnium originem: ſed vbi ſorte è ſtorea craſſiſſima quæque moles muenietur: quod ne in arboribus quidem aut fontibus & fluuiis ſatis valere iudicamus. ſed de his etiam aliàs ex profeſſo. Adde quòd hæc ratio valet, vbi eſt ſimilitudo ſubſtantiæ; quæ hîc nulla eſt, vt Galenus agnoſcit, & mox docebo. Vt tamen interim venarum originis ratio in obſcuro eſſe cõfitigatur, penes quidem ſubſtantiã tunicarum; cùm & ipſe Galenus, euerſis priorum rationum momentis, ita dubitarit lib. de fœtus formatione; Cùm eadẽ ſubſtãtia eſſe deprehẽdatur, indicat tenuiora à craſſioribus fuiſſe propagata; vt rami de ſtirpe prodire cernuntur. At arteriatũ ſubſtantia ne propè quidem ad cordis, ſicut nec iecoris ad venarum naturam accedit. Cùm verò alia venæ, alia cordis & iecoris ſubſtantia manifeſtè appareat: incertum relinquitur, quantum ad hoc ſignum, an ex corde exorta caua vena in iecur pertineat, an à iecore in cor feratur, an item horum neutrum ſit, ſed aliud quoddã tertium membrum venæ huic originem præſtet.

Sic caua ab hepate in ramos ſpandetur.

A ſimili.

1 Quia argumentum à ſimile non euincit.

2 Quia argumentum poteſt torqueri in cõtrarium.

3 Quia ſimilitudo valet tantùm, vbi eſt ſubſtantiæ ſimilitudo; quæ hic nulla eſt.

Origo venarum penes tunicas, ex Galeno.

Quare non iniuria de iecorariæ venæ origine quæſtio apud diſſectionis peritos exiſtit: de neruorum principio, ſine vlla dubitatione omnes conſenſere. & paulò pòſt, Neque enim arteriarum & venarum corpora videntur è iecoris aut cordis ſubſtantia progerminaſſe; ſicut è cerebro & membranis medulla dorſi & nerui. idémque lib. 1. de ſemine, facto priùs periculo, aſſentus huic ratiocinationi eſt. Quinetiam è recentioribus, Columbus, quibuſdam Veſalij rationibus inductus, à cerebri meningibus exortum venarũ repeti, velut ex abſurdo, haud tamen abſurdè deducis. qua de re nos iterum poſthàc, vel adeo ſpeciali problemate, de venarũ exortu. Hæc enim ſatis habui in præſentia de mea vel ſententia vel coniectura monere, non vt conſtanter atque indubitanter adſtruerem de venarum origine alia, quàm vt vulgo creditur: ſed potiùs vt noſtra argumenta diſcutienda & examinanda poſteritati relinquerem: vt quandoquidem de origine venarum, tam diuerſam multorum ſententiam priſcorum videmus: noſ etiam ipſi, an aliquid & noui & veri, aut ſaltem veriſimilis excogitare poſſemus, periculum vtique faceremus. vt autem aliàs profeſſus ſum,

In magnis rebus ſat voluiſſe ſatis.

At de venis & arteriis ſecùs res habet. ergo Cauæ venæ incertæ origo, quamobrem.

Nota. Venarũ & arteriarum ſubſtantia non poteſt eſſe ab hepate & corde, quamobrem.

4 Demonſtratio, quid ergo venarũ ſit à meningibus, & torculari.

Concluſio.

FINIS.

Digitized by Google

NICOLAI NANCELII ANALOGIÆ MICROCOSMI AD MACROCOSMON, LIBER SEXTVS.

De Hepate & famulantibus ei partibus ad αἱματοποίησιν ἢ αἱμάτωσιν.

In quo priſcorum de Hepate & Venis ſententiæ prælibantur.

CAPVT PRIMVM.

Tranſitio.

Tres corporis partes principales.

1 Caput ſiue cerebrum.

DE TRIBVS antea propoſitis totius corporis humani partibus principalibus, duæ ſummæ & primariæ ſuis antea locis ſunt expoſitæ; Caput primò, & ſenſuum, & motuum, & functionum animæ præcipuarum ſedes, neruorúmque origo prima, & cerebri cuſtos, ſpiritus animalis & rationalis animæ partis fons, ipſius etiam fortaſſis animæ aula atque domicilium, vt multis me non inefficacibus rationibus demonſtrate memini.

2 Cor.

Deinde thorace validiſſimo & firmiſſimo præclarè ſeptum, & ad actiones obeundas conuenienter, & ad firmam cuſtodiam tutiſſimè locatum cor, arteriarum principium, pulſus author, caloris vitalis domicilium, vitæ præcipua cauſſa, & vitalis ſpiritus per totum corpus diffundēdi præſes, animæ ſi non primarium tabernaculum (vt plerique tamen ſtatuunt) at certè iraſcibilis animæ, & animoſæ facultatis, animæque paſſionum, affectionum, & perturbationum ſedes habita: ſi modò vera Stoici & Peripatetici de eo affirmant, qualia nos antè ſuo loco expreſſimus.

3 Hepar.

Tertia poſtremò pars in homine princeps ſupereſt, vt loco & ſitu reliquis inferior, ita & dignitate ac præſtantia poſterior: vſu tamen & neceſſitate nihilo vilior aut abiectior habenda; & qua fine, reliquas eſſe aut ſupereſſe non datur: concupiſcibilis animæ ſeu ἐπιθυμητικῆς ἐπιμονῆς focus, naturalis & facultatis & ſpiritus fons, venarum (vt medici cenſent) principium, αἱματουργεῖον officina, alèndi corporis promptuarium. Ἧπαρ Græi, Latini è Græco hepar, & A ſuo gentili nomine iecur vocant. hi forſan ideo, quòd infrà cor iactum ſit & collocatum à natura: illi, quòd forma & figura ſit ὑπερφυὲς, ſublatum & in ſublime elatum atque appenſum (namque phrenibus firmiter alligatur) ac velut in modum fornicis incuruatum & conuexum; gibba potiſſimùm ſui parte (nam ſima, & cauа ſunt & deuexa) eſt enim Græcis ὑπερθεν, τὸ κυρτωτὸν· attolli ac deuexum eſſe. ἀπὸ τοῦ τὸ ὑπερφυὲς τοῦ αἵματος τὸ αἷμα. quòd ſuggerat corpori ſanguinem, irrorétque: ἀπὸ τοῦ ἐπαίρειν, aut irriget: vt ſit ἧπαρ, quod ἄρδειν: ἀπὸ τοῦ ἥδεσθαι, quòd oblectet, & voluptati atque concupiſcentiæ præſit, quaſi ἥδεσθαι ἔοικε ἧπαρ. huic enim vni viſceri præcipuè cupedia & liguritio & cupiditas poculentorum & eſculentorum tribuitur. Eſt autem viſcus hoc læue ac perpolitum ſpeculi inſtar, multis lobis ac fibris (ſi priſcis credimus) diuiſum, & jam antè ex Galeno prolatum potiùs quàm probatum, cùm de vſu horum loborum, ceu digitorum quorundam ad ventriculi amplexum fotúmque ageremus. de quibus tamen non ita multò pòſt tranſigemus.

Hepatis nomina & etymologia.

Iecur vnde dicatur.

Ἧπαρ cur dictum.

Hepar, concupiſcentiæ ſedes.

Hepatis figura.

Neque verò nunc lubet cum Pythagoricis, vel adeo interprete Platone in Timæo, philoſophari, ne dicam nugari hunc aut ſimilem in modum: Quoniam videbat Deus hanc animæ partem talem fore, vt rationi non obtemperaret, ſed ſimulacris viſiſque nocte diéque raperetur: ideo naturam iecoris procreatam denſam, læuem, claram, dulcem, & amaritudinis minimè expertem, vt cogitationum ex mente deſcendens potentia, in ipſo iecore, velut in ſpeculo figuras ſuſcipiente, affectui ſimulacra redderet. ex quo contingat ipſum terreri, minari, incandeſcere, felleos & terribiles colores ac ſapores oſtentari, corrugari, dolores

Pythagoræ & Platonis opinio de hepate, improbatur: quorſum animi viſa & pathemata exempta & mouet.

tum ſibi, tum vicinis partibus creare. Contrà, quando manſuetudinis ex mente inſpiratio, A contraria viſa effingit, amarore repreſſo, dulcedine ſibi ingenita vſum, omnia recta, læuia, libera digerere. tunc pacatam manſuetámque animæ partem in iecore habitantem reddi. *Hepar in ſomnos vaticinatur, qui.* adeo vt etiam in ſomno moderatè affecta ſit, vaticinióque vtatur: quoniam rationis prudentiæque eſt expers. Ita deteriorem noſtri partem à Dijs inſtitutam, vt ipſa quoque veritatis foret quodammodo particeps. ſiquidem in ea expleri vaticinium ſtatuerunt. & quæ ibidem Plato ſub finem Timæi de diuinatione in hepate obita recenſet, partim ſuperſtitioſa, partim vana & inania, & Pythagoricis ſomniis, quàm philoſophicis theorematis digniora: ea (inquam) prætermittere nunc quidem ſtatui, & veriora atque grauiora & cognitione digniora ſcrutaturus. Quale hoc eſt, quod Timæus Locrus Platonis ἀρχέτυπος Dorica dialecto ſcribit hunc in modum: Τᾶς μὲν ἀθανάτου ψυχᾶς τὸ μὲν λογικὸν ἔδει ἢ νοερόν, τὸ δ' ἄλογον ἢ ἄφρον· τὸ δὲ λογικὸν, τὸ μὲν κρίσιος ἐν τᾷ κεφαλᾷ φύσιος· τὸ δ' χόλου, ἐν τᾷς τᾶ ἤπατος. ἐπιθυμίας δὲ ἔδρα τᾶς καρδίας ἴδρυ) ἀφ' ὗ, ὡς τ' ἄλλα μέρεα τᾶς ψυχᾶς, & τᾶ σώματος ἐπιτηδείων ποιῶν, καθάπερ ἐπ' οἰκείᾳ τᾷ σύντας ἄνακτος. τᾷ δ' ἀλόγῳ μέρεϊ, τὸ μὲ θυμοειδὲς, ἔδρα περὶ καρδίαν. τὸ δ' ἐπιθυμητικὸν, ἔδρα τὸ ὕπερ. id eſt, Hominis animi pars vna, ratione vtitur, atque intelligit: altera nec rationem habet, nec mentem. Partis autem quæ rationis eſt particeps, melior particula ex eiuſdem natura eſt: deterior, ex alterius. vtraque autem ſedem habet in capite permanentem: vſque adeo vt aliæ partes animi & corporis, huic debeant obtemperare, cui totum corporis quaſi tabernaculum ſubiectum eſt. Partis autem quæ rationis eſt expers, id in quo irarum ardor exiſtit, cor ambit: id in quo cupiditas, iecur. quod nos antea ex Platone & Ciceronе produximus, verbis quidem diuerſis, ſed idem ſignificantibus. rationem in capite, iracundiam in pectore, ad vmbilicum cupiditatem eſſe collocatam, vt Galenus ſæpe repetit libr. de plac. Hipp. & Plat.

Ἀπόρημα. B

Anima partes duæ.

Pars rationis particeps, vbi.

Animi tres partes, & earum ſubſella.

Illud etiam ex eodem Platone verius non reor omittendum, cuius necnon antea memini, de vſu hepatis per inſignem allegoriam expoſito. Τὸ δὲ δὴ σῖτον ἐν ᾧ πολὺ ὑπόδημα ἐν ψυχᾷ, & ὅσον ὑπόδημα ἔφη τὸν τᾶ σώματος ἔχει φύσιν· τῶν μὲν μαλακὸν πολὺ φρενῶν, ἐν τᾷ σφὶν τὸν ὑμφαλὸν ἔχον καθίσαντα, ὅπη φάτνην ἐν ἄπαντι τούτῳ τῷ τόπῳ τᾷ τᾶ σώματος ἕρπειν πεποίηκεν· & καθίσαν δὲ τὸ πᾶν ὑπὸ τὰ φρένα ὡς δρόμον ἄγειν. πρόχυν δὲ δὴ ξυνεμφύσαν ἀπάγειν, ὅπερ ἐν μέσῃ τε ἐστὶν ἁπάσῃ ἥδιστος. ἐν ὑπαλεῖ σκιαθέντα πρὸς φάτνῃ, & ἓν περιβάλλοντα τᾷ βουλευτικῷ ἐμπυκεῖν· ὑπνῶντι & βελτίοις ἐπιτήδεια παρέχειν, τὸ κραῖνον καθ' ὑπνίαν αὖτε τᾷ πάντα ἐκπεφρασμένῳ ἐᾷ βουλεύειν. ἢ ἔδει ἔμ' ἐντὸν ἔσεσθαι ἔφαν αὐτᾷ τᾷ πάλαι. id eſt, Poſtremo eam animæ partem, quæ eſculenta & poculenta cupit, & reliqua omnia, quibus corpus indiget, concupiſcit: mediæ regioni inter diaphragma & vmbilicum applicauere: vbi quoddam quaſi præſepe ad totius corporis alimoniam extare volebant: & ibidem illam vim animæ, tanquam agreſte animal alligauerunt. hic ſanè illam corpus ſuum alere neceſſarium eſt: ſiquidem mortale quandoque futurum eſt genus. Vt ergo ad præſepe ſemper illa paſcatur, habitétque procul à conſultore: ideóque illum clamore & ſtrepitu ſuo minimè turbet: ſed permittat præcipuum noſtri ducem tranquillo in otio, communi omnium vtilitati conſulere: regionem iccirco inferiorem ipſi habitandam Dij dediſſe videntur. & quæ plura ibidem ſubiungit, partim à nobis antè appellata, partim & potiùs ab ipſo authore repetenda: quia vt prima mihi multùm probantur: ſic vltima ἀποδείξεις plena, ſeu mauis ἀποδοχὰς, minimè poſſunt probari. Ibidem verò paulò antè, cùm de corde ageret, illud aſſeuerauit eſſe venatum originem, fontémque ſanguinis: vt ſuo loco produxi. Quod ſiquis nudè & ſimpliciter accipiat, vtique venarum à corde principium repetet, & ſanguinis originem. quam vtique germanam futile Platonis ſententiam arbitror: vt diſtinctione apud Platonicos nihil hîc ſit opus. ſed nos adhibito διαιρέσει, venatum nomine ex priſcorum loquendi conſuetudine, ſimul etiam arterias accipi debere prædiximus, atque harum veram originem vtique eſſe à corde ſanximus. ſanguinis autem non omnis cor eſſe fontem definiuimus: ſed eius tantùm, qui per totum corpus cum impetu quodam fertur, feruidus, tenuis, fuluus aut flauus, idémque arteriis incluſus. Qui enim per venas diſtribuitur, calore remiſſior, colore rubidior, conſiſtentia craſſior, & citra pulſum ferri ſolet. Hepati denique opinionem, rationem, mentem nullam ineſſe: ſenſum tamen rei ſuauis ac triſtis, vnà cum cupiditatibus ei præcipuè conuenire, ibidem ſcribit Plato: veri & præcipui iocinoris vſus (quantam ego iudico) cæteroquin ignarus.

Cur hepar à capite ſemotum.

Cor, origo venarū, & ſanguinis, Platoni N. ſæpè locutum Platonē putat.

Venæ pro arteria, priſcum nomen.

Cor, cuius ſit fons ſanguinis.

Differentia ſanguinis arteriarum & venarū, in quo.

Plato videtur N. ignorasse verum hepatis vſū.

C

D

Timæus autem Locrus ita inſit, & nos antè produximus: Τροφὰ δὲ πᾶσι τοῖς ζῴοις μέλλουσι καρδίας, πηγὰς δὲ τᾶς κοιλίας ὑπάρχειν τῷ σώματι. ἐκ δὲ τούτου πάσῃ τᾷ ἐμπύρῳ ὑπάρχειν, αὔξεσθαι τοῦτον δὲ μείων, φθίνειν. ἐν δ' ἀκμᾷ, μηδέτερα τούτων ἔδει, ἐν δὲ ἰσότητι ἐμπύρου καὶ ὑγροῦ τοῦτο. id eſt, Vniuerſum alimentum à corde, tanquam radice, & à ventriculo tanquam fonte, corpori ſubminiſtratur. quod ſiquando maiori copia quàm effluit, irrigetur, accretio nominatur: ſin minori, diminutio: medium tenet ſtatus quidem, in effluendi & affluendi poſitus paritate ſeu æqualitate. hæc ille. idem curſus ibidem, Τρέφεσθαι δὲ τὸ πᾶσαν τοῦ ἐναντίου ζῴου καὶ ἐναντίᾳ, τᾶς μὲ ὑγρᾶς ἀφαιρεθείσας ἀπὸ τᾶς πλείους εἰς ὅλον τὸν ὄγκον, καὶ ὑπερβάσας, ἐξ δὲ ἐγκεῖσθ' ἀέρος καὶ πρόσθησιν ὑπὸ τοῦ πλείονος, ὃ ἔμπροσθεν αὐτὸ δὴ τὸ πίεζε φέρον. id eſt, Ali verò corpus ærearum animantum & coaleſcere, cùm alimentū per venas ad totam molem diſtribuitur influxione, & quaſi per canalem vehitur, ac ſpiritu irrigatur, qui diffundit ipſum ad extrema quæque ferens. Quam rationem incrementi & adoleſcendi ſic attigit Lucretius libr. 2.

Alimenti ergo, cor & venter.

Accretio, diminutio, ſtatus corporis quò ſit.

Alimentū qui in corpus diſtribuatur.

A ſimile.

Hepatis & concupiſcentia ſitus, & vſus.

A ſimili.

Corporis incrementũ qui fiat.

Plura sibi assumunt, quàm de se corpora mittunt.
Dum facilè in venas cibus omnis diditur.
Omnia debet enim cibus integrare nouando.

Similitudo ab hortorũ riuulis, de corporis nutritione.

Sed ad nouissimam similitudinem Timæi de modo nutricationis per venas, ceu canales ac tubulos quosdam, quo horti solent irrigati, plerique solent alludere omnino eleganter ac festiuiter. ac primus ipse Plato, licet de ortu ac distributione venarum omnino exiliter ac ieiunè locutus: quarum an hepar sit principium, non memini me apud eundem legere. quin potiùs præter illa de corde dicta, velut fonte sanguinis ac venarum, idem in Timæo,

An Platonis principium venarum, iecur.

An vena saporis à lingua ad cor.

tendi à lingua venas ad cordis sedem saporum nuntias ariolatur, vt antè produximus vlpiam. vt de cætero rem non satis intellexisse videatur, sicuti ex eius verbis patebit, & jam patuit: sed de hoc paulò pòst; priùs enim ex Aristotele similitudinem proferam, diem ex Galeno, licet jam vspiam antè memoratam. sic igitur cap. 5. lib. 3. part. animal. Caussa verò vt venæ in omnes corporis partes digerantur, quòd sanguis, aut quod vicem sanguinis tenet, totius corporis materia est, quæ in vena, aut in vicario venæ continetur. Cùm autem partes ex sanguine omnes consistant, venarum riui in omnes corporis partes ratione recta expanduntur. sanguinem enim fundi per omnia, adesséque omnibus oportet: siquidem partes quæque ex eo consistunt.

Venarum vsus, & sanguinis discursus.

Similitudo ab hortorũ arcis.

Et vt in hortis rigandis de vna origine fonteque vno, aqua riuis permultis diducitur, aliisque ab aliis ductus subinde excipiunt, quousque humor in omnes partes deueniat: atque etiam vt in fabricis per totam fundamentorum descriptionem lapides apponuntur: videlicet ea ratione, quòd sata hortorum, humoris beneficio nascantur, fundamenta ex lapidibus condantur. Sic natura sanguinem per totum corpus censuit deriuandum, cùm is omnium materia sit. & cap. 4. lib. 2. de genera animal. Venæ ex corde tendunt diductæ modo riuorum, qui in parietibus proficiscentes ab eodem fonte pinguntur: partes enim coniunctæ ijs sunt, vtpote quæ ex ijs coagmententur atque consistant.

Alia similitudo à fundamẽtis.

Venarum à corde distributio.

A simili.

Alimẽtum quomodo per venas resudet.

A simili.

Per venas igitur & meatulos quosdam alimentum resudans, quemadmodum aqua per crudiusculam fusem, in carnem aut carnis proportionale conuertitur frigore consistens. sed de hoc etiam fortè alibi. Galenus similiter lib. 16. de vsu part. cap. 10. Natura sanè videtur vasis maximis, vt aquæductibus vti: ex omnibus enim locis, per quæ ea prætereunt, vicinis omnibus velut riuos quosdam ac canales mittit magnitudine discrepantes, pro dignitate & vsu partium receptrarum, omnes certè breuissimo interuallo mittit. Sed Platonem tandem audiamus grandius aliquid resonantem in Timæo. Græca non apponam, quia locus longior est, & quæ de venis subiungit, mihi non valdè probantur. Cùm hæc omnia superiores illi nostri ad nutrimentum nobis inferioribus suppeditassent; in nostro corpore, quasi quodam horto, meatus veluti aquæductus varios di-

Venarum vsus, à simili.

Corpus quomodo alatur.

duxerunt, vt liquoris derivatione affrigeretur. Conflatione

A simili.

Principio meatus occultos sub cutis & carnis, duas scilicet venas in tergo diuiserunt, secundùm geminam corporis ipsius figuram, ad dexteram & sinistram. has vtique ad spinam demiserunt, mediámque medullam genitalem comprehendère, vt & hæc quàm maximè vigeat pullulétque, & vberior hinc ad alia quasi decliuis effusio, irrigationem æquabilem præbeat. Post hæc parientes circa caput venas, cáseque inuicem ex opposito implicantes, partim à dextris ad sinistra; partim à sinistris ad dextra corporis dispertierunt: vt capiti ad reliquum corpus vnà cum cute connexio foret: postquàm neruis quidem non erat circulo quodam secundùm verticem comprehensum atque distinctum: atque etiam vt sentiendi vis ab vtrisque partibus per totum corpus vndique demanaret. hinc verò aquæductum hoc ordine deduxerunt, quem tu ab eodem prolixiùs demonstratum, & longa similitudine illustratum repetes, & nos alibi vspiam attigimus.

Venarum duplex ex Platone.

Medulla genitalis in spina dorsi, cur inter venas.

Nerui in capite, quorsum.

Hanc autem mirificam venarum anatomiam videtur ipse Plato ab Hippocrate didicisse, ex lib. de ossium natura, ita non multò artificiosius aut certius tradente, de quo multo pòst. hepar enim primùm sic ille componit lib. de carnib. Cùm vnà cum calido multum humidi concluſum esset, citra glutinosum ac pingue, frigidum superauit calidum, & congelatum est. huius signum hoc est: Quando quis victimam mactat; donec calidus fuerit, liquidus est sanguis: postquàm autem perfrigeratus est, congelatur. si verò quis ipsum conquassat, & fibras eximat, non congelatur: fibræ enim frigidæ sunt, & glutinosæ. Quæquidem vera nos agnoscimus; & nominis vim apertè exprimunt, quod ἐμπύημα posthàc vocauit Erasistratus, & ex eo medicorum chorus appellationem commodam retinuit; tanquam concrementum humorum coëffusorum diceres. quo non tantùm hepar, sed & lien, & pulmo concreuisse modo existimatur.

Plato didicit ab Hipp. anatomiam venarum, sed manc.im.

Hepatis compositio qui facta.

A simili.

Quòd hepar, sit sanguis concretus.

Fibræ cogũt sanguinem, cur.

Hepar, est parenchyma, quamobrem.

Viscera, quæ sint parenchymata, & quomodo concreuerint.

A simili.

Imò & ad alia viscera traduxit Aristoteles cap. 1. libr. 2. part. animal. cùm ait; Igitur perinde quasi ex aquæ profluentis, cætera viscera (Græcè σπλάγχνα) vt & ipsum cor, veluti profusiones sanguinis per venas fluentis, consistunt. Græcè tamen σπλάγχνα nominauit. Idem rursus Hippocrates libr. de alimento istud verè & eleganter, sed breuiter & concisè extulit: Radicatio venarum (Græcè ἔζωσις) hepar: radicatio arteriarum, cor. ex his aberrant in omnia sanguis & spiritus, & calor per hæc meat.

Hepar venarum, cor arteriarum origo.

Venarum autem Hippocratica distributio hæc est ex libr. de ossium natura, eiusdémque hepatis delineatio. Hepatis extremitates quinque sunt (Græcè λοβοί, qua tamen de re paulò secùs mox dicetur) Venæ autem per corpus diffusæ spiritum & fluxum ac motum exhibent, ab vna multæ germinantes. atque hæc vna vnde oriatur, & vbi desinat, non scio. circulo enim facto, principium non inuenitur. cæterùm

Hepatis lobi 5.

Venarum vsus ac distributio ex Hipp.

Hipp. profitetur se ignorare venarum originem.

rami ac germina ipsius vnde pendeant, & qua parte corporis desinant, & quòd vna his consentit, & in quibus locis corporis extentæ sunt, ego declarabo. Circa caput iuxta medium ex obliquo circunsita est vena lata & tenuis, non multi sanguinis. in cerebrum enim iuxta commissuras multæ tenues venulæ radices egerunt, & circum totum caput extentæ sunt vsque ad frontem ac tempora. & quæ plurima sequuntur indigesta & confusa, neque satis tanto authore digna. sicuti neque alia quædam consimilis venarum distributio, sed alijs verbis repetita libr. de locis in homine, nihilo superiore artificiosior. quemadmodum neque illa, quam Galenus ab Hipp. alienam rectè censet sub finem libr. de natura hominis: cuius authorem non Hippocratem, sed Polybum nominatim atque indubitanter facit & nominat Aristoteles cap. 3. lib. 3. histor. animal. Quatuor paria venarum sunt in corpore (ait ille) & vnum quidem à capite retrò per ceruicem forinsecùs ab vtraque spinæ parte ad coxendices & in crura progreditur: deinde per suras & malleolos forinsecùs ad pedes peruenit. Alterum par principium ex capite iuxta aures habet per ceruicem, & sphagitides appellantur, hoc est, iugulares. deseruntúrque vtrimque iuxta spinam intrinsecùs ad lumbos, in testes ac femora; & per poplites ex interna parte, deinde per suras ad malleolos intrinsecùs & in pedes. Tertium par venarum ex temporibus per ceruicem sub scapulas tendit, & ad pulmonem defertur, altera quidem à dextris ad sinistram partem, altera verò à sinistris ad dextram. & dextra quidem sub mammam abit, & in splenem, & in renem: sinistra verò in dextram partem tendit à pulmone sub mammam & in hepar, & in renem. vtraque autem in rectum intestinum ac pudicem desinit. Quartum par à priore capitis parte & oculis sub ceruicem ad clauiculas deuenit, deinde super brachia supernè in flexuras, postea per cubitos in manuum iuncturas ac digitos: deinde à digitis rursus per cubitos ac manus supernè in flexuras, postea per cubitos in manuum iuncturas ac digitos: deinde à digitis rursus per cubitos ac manus supernè in flexuras, & per brachiorum infernam partem ad alas: vnde supernè à lateribus altera in lienem peruenit, altera in iecur, postea supra ventrem vtraque in pudendum desinit. & crassissimæ quidem venæ hic se habent, ex authoris istius traditione: & ijsdem omnino verbis repetitæ libro de ossium natura, qui & μοχλικὸς inscribitur, & cuius authorem Hippocratem asserit Plutarchus in symposiacis.

Quatuor paria venarum à capite qui distribuitur.

Hipp de venis pariū probabilia scripsit.

Quatuor paria venarum qui digeruntur.

1

2

3

4

Cur origo venarum à capite repetatur prisci.

An tunica venarum de meningibus?

An hinc venarū & arteriarum corpora?

An verò Hippocrati & alijs quibusdam, vt Polybo, vt Pelopi Galeni præceptori id imposuit, vt à capite & cerebro venarum originem repeterent, quòd de substantia meningum, tunicas venarum aptissimè concinnari crederét? Certè obseruandum interim cumprimis illud est, paucis hactenus obseruatum; ex substantia crassioris meningis multos sinus rotundos & capaces sub cranio formari, venarum & arteriarum haud absimiles, sed ampliores ferè & inæqualiores interrupta crassitie: & quod mirum sit, sanguine distendi, imò & spiritu, more tum venarum, tum arteriarum in eos se sinus exonerantium & effundentium primo suo statim ad cerebrum appulsu: eosdémque sinus pulsare etiam in viuis, arteriarum instar: non tamen veras & exquisitas aut venas aut arterias habentias: neque ideo à capite venarum originem fuisse Hippocrati aut alteri cuipiam certò repetendam. qua tamen de re nos iterum in tractatu partium similarium sub finem operis huius.

Quòd malè origo venarum à capite.

Et tamen Galeni excusationem pro Hippocrate jam allegatam admitteremus facilè, nisi idem rursus in eundem lapidem impegisset, vti demonstraui, lib. de ossium natura eandem venarum anatomiam repetens, quæ jam ad finem lib. de natura humana adscripta fuerat; & nisi idem eodem libro citato de ossium natura, & de alimento, rursúmque 2. libr. epidem. apertè fatsus esset, venarum originem se ignorare: ideo & earum certam accuratámque distributionem nescire fateatur, necesse est. Quid ita? quia medicinæ pars illa in obscuro adhuc latebat: consequens ætas multa priscis ignota eruit in lucem, atque in apertum prodidit, authoribus primarijs anatomicis Eudemo, Herophilo, Marino, Galeno, & alijs deinceps compluribus alibi à me nominatis: ne his antiquiores replicem, minùs adhuc hac in parte versatos, Euryphontem, Dioclem, Dieuchen, Praxagoram, Erasistratum, Chrysippum, Ptolemaicum, Philotimum, Mnesitheum, Antigenem, Medium, & quos in apologia medicinæ longè plurimos recensui, ipséque Plinius in sua Bibliotheca nominat, & Celsus tum nominatim sequitur, tum frequenter & liberè duces profitetur suos tum alibi, tum libris posterioribus illis cultissimis ac lectissimis de re & materia chirurgica.

N. non admittit excusationem Galen. pro Hipp. quàm obrem.

Hipp. liberè fatetur se ignorare venarum originem.

Anatomici prisci.

Celsi liber qui præstantissimus.

Porrò & hanc mihi caussam ignoratæ quondam anatomiæ (in osteologia tamen Hippocrates in primis excelluit) lubet referre: Priscis seculis miram paucitatem cadauerum humanorum extitisse, quòd ea vitâ functa quamprimùm rogo imposita concremarent: quin & cruci, vel patibulo suffixa, lex Mosis intra biduum aut triduum inhumari vel concremari iubebat, aut etiam eodem die, vt lex Deuteronomij iubet cap. 21. Quia maledictus à Deo dicebatur is (de Christo vaticinium est) qui in ligno pendebat. Vt aliquando Galeni studium atque industriam miratus sim, qui in ista paucitate & inopia cadauerum humanorum, viscera simiarum omnis generis sit perscrutatus; sepulcra & monumenta effoderit; ac fortè (vt ipse fatetur libr. 1. aggress. anatom.) obuium sibi in monte quodam latronis cadauer, jam licet semiputre, dissecare & rimari scrutarique sit ausus; quò certum aliquid de hominis ossibus ac viscéribus partibúsque scribere posset ad posteros; alioqui meliorem anatomiæ suæ partem in canibus, suibus, cercopithécis, cynocéphalis, simijs, sciúris, exploratam scriptitans.

Hipp. calus ostalogiam.

Anatomia prisci temporis cognita: & quòd tum cadavera humana deserét, unde.

Gal. diligentia in hum. carnū cadaverum inopia.

Gal. obuiū cadauer in monte dissecat jam putre.

Gal. anatomia præcipuadè simpl. est, non tota tamen. qui.

Digitized by Google

Ergo posthabita Hippocratis & Platonis summorum licet virorum sententia, nunc quidem de hepate & venarum origine certiora indigemus; nec à Galeni mente, quoad eius fieri potest, doctrinâque recedamus. quandoquidem Eudemi, Herophili, Marini scripta & priscorum non habemus; estque Galenus vnus è veteribus tum propè solus legi dignus: tum verò reliquorum omnium accuratissimus, inque vsu partium inuestigando, nemini omnium secundus, omnisque æui comparandus.

Gal. dux certissimus.

Prisci anatomici exoleuerunt.

Gal. laus.

De hepatis natura, generatione, vsu, & productione venarum.

CAP. II.

Organorū nutritioni seruientium genera.

ORGANORVM nutritioni dicatorum alia prima quidem ratione à natura effecta diximus, & nunc iterum dicimus, vt ipsum alimentum concipiant, conficiant, atque in totum corpus deferant: alia, vt sint excrementorum receptacula: tertia, vt horum excretionibus subseruiant: de quibus partim iam transactum, partim deinceps à nobis tractabitur. Primi generis, ventriculus, intestina, venæ, & hepar, censentur; partim muneribus ventriculi quidem excipiens & coquens nutrimentum: intestina verò excipientia, percoquentia, & eiusdem nutrimenti distributioni seruientia; venæ autem, vt partim ipsum chylum à ventre & intestinis emulgent (vnde & emulgentes dici etiam ipsæ queant: quanquam id nominis sibi vendicarunt venæ illæ, quæ serosum sanguinem ad renes deferunt, eundemque percolant, & ab vrina secernunt) partim vt sanguinem ab hepate elaboratum deferuent, atque in totum corpus deferant (quæ enim excretioni superfluorum seruiunt, nescio an venæ dici debeant, de quibus posthàc) hepar denique vt attractum delatámque ad se chylum vi propria & specifica in sanguinem commutet, ipsum sibi assimilando, tum sibi ipsi nutriendo (haud tamen scio, an per venas, vt postea expendam accuratiùs) tum ad alias partes amandando. Vt enim baiuli in ciuitatibus repurgatum in aceo, vel subactum in pensu aut mactra frumentum, in communem aliquam ciuitatis officinam deferunt coquendum, & vtile nutriendo futurum. sic priùs elaboratum in ventriculo alimentum venæ ipsæ deferunt ad aliquem concoctionis locum totius animalis communem, quem hepar nominamus, sicuti jam vspiam antea post Gal. monuimus.

Organa nutritionis primaria, & secundaria.

Venæ emulgentes, quæ, & vnde dictæ.

Cauda vrinæ, an sint venæ.

Hepatis officium.

Oeconomia naturalium in alimenti administratione. A simili.

Ingressus autem in locum hunc, multis angustis viis diuisus, vnus est; quem vir quidam antiquus, naturæ peritus (vt idem Galenus initio libr. 4. de vsu partium annotauit) πύλας, portas nominauit, ciuili quodam vsus vocabulo, quod in hunc vsque diem vsitatum permanst. Quin & Hippocrates ipse, & cum eo vniuersa Asclepiadarum familia, ita nominauerunt, laudantes sapientiam primi illius, qui

Vena porta vocata. A simili.

Cōparatio oeconomiæ corporis cum ciuili.

moderationem ærui, quæ animali ἴσον est, politicæ assimilauit.

Vulcani officium à Dorvillio in quo per se mouentur. A simili.

Porrò quemadmodum Homerus finxit sua sponte moueri Vulcani ἀυτόματα instrumentáque, & folles quidem simulatque iusserit Dominus, varium & vehementem flatum emittere: ancillas verò illas aureas, vt ipsummet opificem moueri ex seipsis. Ad eundem modum & tu intellige mihi in animalis corpore nihil esse otiosum, neque immobile: sed omnia conuenienti constructione constare, diuinásque quasdam ipsi virtutes à conditore esse inditas. & venas quidem non deducere solum nutrimentum ex ventriculo, sed attrahere simul, & hepati præparare modo quo ipsum simillimo: quippe quæ natura ipsi sint adsimiles, & primum germen ex illo ducant, vti supponimus. Ipsum autem hepar postquam id nutrimentum acceperit à famulis jam præparatum, & veluti rudem quandam delineationem, obscurámque speciem sanguinis referens, inducit ei postremum ornatū ad sanguinis exacti generationem. quanquam hanc vltimam perfectionem, cordi vspiam antehàc certa ratione inducti assignauimus.

Sic in corpore humano omnes partes per se sua obeunt munia, vide.

Venarum officium triplex. An etiam sanguificēt?

Hepatis sanguificatio.

Enimuerò totam hepatis naturam & circumscriptionem disertis verbis sic expressit Herophilus apud Galen. libr. 6. aggress. anatom. lecoris fibræ minimè pares numero in cunctis animantibus vel genere, vel specie habentur: quemádmodum neque magnitudo est æqualis tum fibrarum, tum totius visceris. Gulosis verò & timidis inest magnum secur, & multi fidum aliter quidem affectis quibus autem magnum est, in plures maiorésque fibras quàm hominibus fissum est. Quanquam in ipsis hominibus vniuersis nec magnitudo, nec fibrarum numerus similis visitur. Enimuerò iecur humanum si ad alia quædam animantia eiusdem cum homine magnitudinis conferas, perquàm magnum est: & quà septum transuersum attingit, gibbum est & læue: quà verò ventriculum & ipsius gibbum, cauum est & inæquale.

Hepatis descriptio, & eiusdem differentiæ, vide.

Hepatis humani cū cæteris comparatio, eiúsque forma. A simili.

Porrò assimilatur cuidam rupium intervallo, quà & fœtibus ex vmbilico vena in iplum innascitur. Verùm in omnibus non respondet, sed latitudine, longitudine, crassitie, altitudine, fibrarum numero, inæqualitate ex anteriori parte, quà crassissimum est, & summitate orbiculari, quà extenuatur, inuicem diuersum est: Etenim in quibusdam ne fibras quidem habet (sicuti nostri æui hominibus, vt mox patebit) sed ex toto rotundum est, minúsque rectum quibusdam duas, aliis plures, multis & quatuor obtinet. Præterea sinistrā ipsam occupare partem paucis in hominibus, non autem in paucis aliis animantibus verè idem post Arist. alibi citatum prodidit Herophilus. cui de hac parte scribenti magis vtique credimus, quàm ipsi illi Galeno, tum alias ob causas, tum propter fibrarum assertionem nunc quidem vsu communi, & experientia frequenti, iure ac merito improbatam; licet reclamantibus nonnullis neotericis, Galeni quàm ipsius veritatis potiùs iuratis fautoribus: quæ de re iterum posthàc.

Hepatis differentia in homine solo.

Hepar humanū sinistra fibra: in aliis fibrarum varietas, qualis.

Hepar in sinistris partibus, nonum.

Gal. malè asserit hepatis fibras, contra experientiam

Digitized Google

Hepar cauſſa ſanguificationis, à proprietate ſubſtantiæ.

Quòd autem hepar ſanguinis generandi ſit author & cauſſa, ſic probat Galenus eodem libr. 4. de vſu part. In compoſitis corporis particulis, quibus aliqua actio commiſſa eſt, oportet ſcrutari per anatomas eiuſmodi particulam, cui nuſquam in corpore alia ſit ſimilis: eámque propriæ totius inſtrumenti actionis authorem putare: alias verò partes eſſe communes; vt & nunc in hepate ſubiacentium venarum principium eſſe, & primum ſanguinis generandi (quam *ἁιματωσιν* Græci vocant) inſtrumentum. Sed quærendum, quænam tandem ſit hæc particula, quæ venarum eſt principium, & generationis ſanguinis cauſſa. Nam neque venis, neque arteriis, neque neruis cauſſam hanc tribuere licet (communia enim ſunt hæc totius corporis) ſed neque membranæ extrinſecùs viſceri ipſi circunfuſæ, quam à peritonæo ortam diximus: neque etiam veſicæ bilem ſuſcipienti, aut eiuſdem meatui, de quibus poſthàc. Reſtat igitur id quod eſt velut caro hepatis (quod ſanè eſt & propria ſubſtantia viſceris) eſſe primum ſanguinis gignendi organum, & venarum principium. Quinetiam ſiquis ipſius conſideraſſit naturam, proxima ſanguini manifeſtè apparebit. ſi enim animo cogitaris, portione tenuiore exhauſta à calore, ipſum ſanguinem craſſiorem factum: nihil aliud inuenies eſſe, quàm hepatis carnem. Quinetiam comprobat ipſam rei euidentiam, quòd partium alimentum alterantium quælibet eum velut ſcopum & finem habet ſibi propoſitum, vt ſibi ipſi aſſimulet id quod alteratur.

Hepar, origo venarū, & organum ſanguificationis.

Hepatis caro ſanguificat, nō alia eius partes, qui.

Hepatis propria ſubſtātia, etiāſq; ex aliis, & proprietas.

Quòd hepatis caro ſit velut ſanguis concretus.

Si verò mente repræſentaris aſſumptum ex ventriculo chylum alterari à carne hepatis, & paulatim tranſmutari in illius naturam, craſſiſſimus ſimul & maximè rubicundus ex neceſſitate erit, antequàm illi perfectè aſſimilatus ſit. Nulla enim res contrarias, vel omnino multùm differentes qualitates recipere poteſt, niſi per media priùs iter fecerit. Quocirca ſi hoc quidem agit caro hepatis, vt ſibi ipſi nutrimentum aſſimilet: hoc autem repentè ac ſimul fieri non licet: medium vtriuſque erit ſanguis; tantò à carne hepatis relictus, quantò ſuperat coctum in ventriculo chylum. Caro igitur hepatis, quæ eſt proprium ipſius corpus, primum ſanguinis gignendi eſt organum, & venarum principium. Quapropter & venis, quæ ad ventriculum & vniuerſa inteſtina pertinent, ineſt facultas quædam ſanguinis effectrix, qua ſuccum, qui ex cibis diſtribuitur, venis in ſanguinem mutare (ſi Galeno credimus) naturale eſt, priùs quàm ad hepar perueniat. Membrana verò exterior, velut cutis quædam hepatis eſt. Neruus in ipſum inſeritur, ne omnino viſcus ſit ſenſus expers. quemadmodum certè & arteria, vt caloris nativi ſymmetriam ipſi conſeruet.

Sic hepar chylū mutat in ſanguinē, quomodo.

Nulla mutatio qualitatum contrariarum, niſi per medium.

Hinc ſanguis medius inter hepatis carnē, & chylū, qui.

Hepatis caro, organum hæmatoſeos, & venarum principium.

Poſtremò vinculum hepati eſt, tum tunica illi à peritonæo oriunda, quæ ipſi pro tegmine eſt; tum & aliud, quo phrenibus, atque aliis quibuſdam membranoſis & paruis nothis coſtis connexum eſt: quodquidem ortum habet ex tunica ambiente ipſum hepar, & ea quæ phrenas infernè ſuccingit, vtraque à peritonæo exorta. craſſities autem eius, robur, ac patiendi difficultas, permultùm à peritonæo diſtat: neque id immeritò. Nam ſi recti ſteterimus, à phrenibus neceſſe eſt hepar pendère. quo fit, vt periculum non paruum fuerit, ne vehementioribus motibus promptè abrumperetur, repentéque animal interiret. Copulatur enim hepar non ſolis phrenibus ibi, ſed etiam cordi per phrenas, & per venam cauam. Momentaneus igitur in primis hic locus futurus erat, noxáque venæ eius loci omnibus communis erat futura: non aliter quàm ſiquando truncus arboris affectus ſit. Vulneratam enim hanc venam aut diuulſam, adeo acuta ſequitur mors, vt olim Cyclopi, quanquam longè omnium maximo, ſapientiſſimum Vlyſſem poëta ſcriberet inſidiari, mortémque machinari, non in aliam corporis partem eum impulſurum fuiſſe finxerit, quàm quà hepar phrenes continent. feciſſéque ita, inquit, ſeruucidato eo, quod ſperatas, aſſecuturus fuiſſet: manibúſque lapidem grandem, quem alios ianuis ille oppoſuerat, potuiſſet amoliri. adeo certè huic loco confidebat, vt ſi vulnere affectus eſſet, ne temporis quidem momentum viuere ipſi eſſet permiſſurus. Eadem porrò ſolertia finxit poëta, Tityum apud inferos concupiſcentiæ pœnas in iſto viſcere luere, Odyſſ. λ. quòd impudicè Latonam ſollicitaſſet: ſic autem cecinit.

Hepatis membrana, arteria, neruus, ligamētū, & vſus.

Hepatis vinculum, vnde, & quale, & quorſum.

Καὶ Τιτυὸν εἶδον γαίης ἐπιδέρκιον εἶναι
Κείμενον ἐν δαπέδῳ, τοῦ δ' εἰν ἴκελα πτύσσω
Γῦπε δύω ἑκάτερθε παρημένω ἦπαρ ἔκαστω,
Δέρτρῳ ἐν ἀθανάτῃ, ὁ δ' οὐκ ἀπεμύσσετο χερσὶ
Κεῖτο γὰρ ἐννοσίγαιον ἀνὰ πρόμολον ἐλάσσας,
Ὕβριν ἑῇ μητρὸς Λητοῦς, ἣ εἰσῆλθε Πυθῶνδε.

Id eſt,

Et Tityum vidi clarè tellurīs alumnum,
Porrigitur cui tota nouem per iugera corpus;
Hinc atque hinc geminus roſtro vrget vultur adunco,
Immortale iecur rodens, iacet ille ſupinus:
Nec depellendi manibus datur vlla poteſtas:
Latonæ namque auſus erat temerare cubile
Impius, æterno fuerat quæ inuicta tenanti:
Cùm Pytho Panopæi peteret peramœna virenta.

Cur in Tityo iecur ſolum rodatur, & penas luat.

Non cor fecit, non cerebrum, non aliud quodpiam membrum Tityi, qui ex amatoria concupiſcentia Latonam ſtuprare conatus fuerat; ſed iecur rodi: cùm idcirco in viſcere eo, vnde contumeliæ cauſſa exiterat, quemadmodum conueniebat, ipſum cruciari. ſicuti Galenus interpretatur ſub extremum librum 6. plac. Hipp. & Plat. Vnde lex extitit, Per quam partem quis peccat, per eandem plecti debere.

Nempe quia cauſſa mali fuit, quā.

Quòd venæ de ſubſtantia hepatis gigni nequeant: earundem origo, diſtributio & vſus, ex N.

SEd fabulas miſſas faciamus, atque ad rem redeamus. Ego verò vt cætera Galeno condonem; non tamen ſatis video (quod jam antè

naturam accedit. & quæ plura produximus indidem.

Idem rursus libr. 6. administra. anatom. de hepate locutus; Hoc viscus (ait de hepate) venas ex mesenterio ad concauam ipsius partem pertinentes excipit. vocat autem hunc locum, in quem omnes venæ colliguntur, portas iecinoris. Quam recentiores anatomici, quòd aliatum velut σύριγξ, caudex sit, συριγγῶσιν nominant, sicuti paulò antè monui. ad quam vnam omnes ex mesenterio venæ, ad ventriculum, intestina, lienem, omentum distributæ, tendunt C atque pertinent. Quo argumento, inter plura alia, hepar venarum originem primam esse nuper negaui, & nunc possem adstruere, si vacaret demonstrare, aut si dicta resumere liceret. hoc tamen jam dictis placet addere ex ipsius Galeni confessione, libr. de forma. fœtus: Arteriarum & venarum corpus cùm prorsus exangue sit, simili modo primam è semine generationem habere verisimile, continuò vbi id vuluæ vasorum orificiis adhæserit: quippe cùm facillimum promptissimúmque sit, vt ex eius substantia, quæ lentorem multum habet, talis membrorum species procreetur.

Venæ mesenterij ad portam tendentes.

Σύριγξ quo sit dicta vena porta.

Venarum mesenterij distributio.

Arteria & venæ sanguinis spermatica, & qui ejiciatur ex alimento in vtero matris.

Facta autem hac in orificiis vuluæ prima radicatione, consentaneum videtur, vt semen, quod ipsa formauit, ipsis etiam ex vulua sanguinem attrahendo, alimentum suppeditet, & paulatim ita quæ priùs genita sunt, dilatet, atque in longitudinem producat, tum augendo, tum in vnum paulatim cogendo, tenuiora ad latiorum procreationem. Ac vasa quidem & membranas ita gigni verisimile est ex semine tam prima constitutione, quàm, reliquo in longitudinem & latitudinem incremento accepto. quemadmodum in arboribus videmus ex eadem trunci origine, reliqua etiam & in altum E subijci, & in ramos discindi. Sed iuuat ob affinitatem argumenti, subijcere indidem hepatis generationem, longè tamen à superiore venarum compagine discrepantem: vt vtriusque discrepantiam vel è causa efficiente & materia prima agnoscas. sed de hoc iterum posthàc accuratiùs.

Sic membranæ, sanguinis spermatica portio, & qui fiant.

Celerrimè viscus hoc (ait Galen.) è sanguine consistit, vtpote sanguini substantia cùm sit simillima iecinoris caro. Nam si vena animalis incisa, sanguinem effluere in aquam modicè

Hepatis generatio qui fiat, & quæ dissimilitudo à venis.

vmbilico proueniens, vbi primùm cutem fœtus subijt, statim bifariàm scinditur: quemadmodum in duas maximas partes plerumque truncos arborum diffindi videmus: deinde ex vtriusque his partibus, venæ aliæ instar ramorum, tum ex illis aliæ, atque ex his aliæ item progerminant; atque hoc tantisper, donec ad fines quosdam peruenerint, quibus postea propria iecoris substantia circumcirca adnascitur, ita vt ramulorum interstitia perinde ac stoebe impleat atque obturet. Depressioris autem venæ progerminationes in caua visceris parte efficiuntur, quà dexterius ventris latus circundat: altioris in gibba, quà septum transuersum attingit. ac propterea duæ iecoris portæ in fœtibus contigêre. Ex magna enim vena, quam per vmbilicum ferri videmus, omnes totius corporis venæ; partes autem omnes ipsarum & progerminationes existunt: altiore porta effecta, vt omnes quæ in iecore sunt, venæ gignerentur: humiliore, vt illæ quæ in ventrem, lienem, intestina omnia, & reliqua pertinent, procrearentur.

A similit.

Primò de vena umbilicali.

Hepatis caro adnascitur venis.

N. Ideo nō venæ ab hepate, sed potius hepar à venis.

Vena vmbilicus dissipat.

Vena porta & mesenterica.

Absoluto autem iecore, ex venis quæ in D gibbis partibus sunt, quasi radicibus quibusdam stirps colligitur: hoc est, maxima venarum, quæ in corpore sunt. quam ideo ob præstantiam, qua omnes alias antecellit, cauam, magnitudinem eius significantes, nuncuparunt: Hippocrates iecorariam dixit à iecore, vnde eam exoriri videbat. hæc autem vena in vtramque partem per animalis longitudinem sursum deorsúmque protenditur, quo ab Anatomicis huic traditioni sese totos addicentibus figillatim percurri solitum est. hæc enim visum est addere, tum ad hepatis & venarum declarandam originem atque cõformationem, tum ad vtriusque discrepantem naturam demonstrandam: vt venarum ab hepate generationem repetere aut perdifficile, aut etiam *ἀδύνατον* doceamus.

Vena cava generatio, & nominatio.

A similit.

Vena tota distributio.

Cæterùm à portis hepatis in singulas eiusdem fibras, siquæ sint, aut sanè circumferentiam ipsius *αἱμάτων*, venam vnam insignem porrigi videre est, deinceps in multas diuidendam exiles; vt solet caudex in plures ramos partiri. deinde rursus illis ceu in surculos quosdam discissis; postea ijsdem in germina quædam tenuia desinentibus,

Venæ ab hepate vtin orsæ posse videntur, cur.

Vena porta collectio & generatio, vnde.

Digitized by Google

Hepatis caro repleta venarum interstitijs: eur dictum parẽchyma.

quantum vasa interiacet, totum illud visceris carne repletum est, quam Erasistrati sectatores περίχυμα vocant; quòd istis vasorum propaginibus vndique circunfundatur. Hanc igitur substantiam, siue carnem mauis appellare, seu parenchyma, stipationis modo omnibus inter vasa scitè regionibus expositum licet oculis videre, licet manibus contrectare, & Galenus ad finem libr. 6. aggress. anatom. demonstrat.

Idea venæ ante hepar genitæ, & alimentæ.

Quin & Aristoteles cap. 1. libr. 2. part. animal.

Viscera omnia concreta à sanguine, qui. A simili.

Natura viscerum omnium (ait) sanguinea est; quoniam posita sunt ad venarum meatus atque intercapedines. Igitur perinde quasi fæx aquæ profluentis, cætera viscera, velut profusiones sanguinis per venas fluentis consistunt; quod paulò antè produxi.

Hepatis generatio vsque fit: & quod posterior venæ.

Mihi verò, vt sum jam professus, si liceat liberè effari quod sentio, hepatis caro illa informis, & ex sanguine concreta moles, aut ex vena vmbilicali infantis coaluisse in vtero materno creditur: aut sanè (quod minùs fit credibile) ex multis illis furculis venularum mesenterij conceptum humorem veluti saliuantibus, & per oscula sua hiantia eiaculantibus, cõcreuisse existimatur. Per hanc autem iecoris molem traiectæ venæ complures, & numero infinitæ, & mutuò implexæ, quò longioti mora contentum in suis capacitatibus sanguinem magis concoquant (vt de vasis seminalibus, déque reti mirabili alias dicetur) tandem vniuersæ duas insignes venas cõstituunt, singulas vnica tunica propria constantes (nam arteriarum tunica duplex, & quidem candidior venis jam mihi dicta est: & venæ atque arteriæ noua quædam tunica à vicinis membranis, extra viscera & musculos, tutelæ causâ, accedit) sed eadem triplici fibrarum genere intertextas. Harum vna est, quæ porta, vel ianitrix, à situ; vel manus hepatis ab officio emulgendi chyli; vel lactea, ob lacteum chyli candorem nominata est; infernè ad caua hepatis, non vtique media, sed quà dextro dorsi lateri iecur proximum est, sita, & per totam humiliorem eius sedem innumeris propaginibus distributa: cuius jam antè ex Galen. copiosè memini. Altera longè maior, & latissimè sursum ac deorsum per corpus totum diffusa, è gibbis enata hepatis, non planè mediis, sed dextra & suprema dorsum versus, posteriore magis sede, qua septo iecur incumbit; è duobus insignibus ramis in anteriorem canæ illius sedem, quà iecori innascitur, pertinentibus primùm coalita: deinde per totam superiorem hepatis sedem numerosis dispersam furculis: è quibus oriri dici quodammodo potest, è summis orbicularibúsque iecoris partibus atque finibus. nisi aliunde exortam, hos de se furculos in substantiã hepatis traducere per singula ex se foramina mauis dicere. Hanc autem venam cauam, Græcè κοίλη, ab insigni capacitate; & μεγάλη, à magnitudine præ cæteris illustri; & ἀκόλουθος, iecorariam per emphasin nuncupant. de qua jam nos ex Galeno, ex quo & hæc sic habe è lib. 4. de vsu partium.

Venarum implexus, quorsum. A simili.

Venæ vniuersæ cõstituunt duas, quomodo.

Vena & arteria tunica quâ differat: & earundem fibra.

1 Vena porta, quæ, & eius synonyma, & situs.

2 Vena cana, vbi & vnde.

Vena cana an è multis coalita, an verò in multas diuidua.

Vena cana synonyma.

Postquàm deposuit, qui apparatur in hepate A χυμὸς, hoc est humor, ad nutrimentum animalis, excrementa duo bilis vtriusque (de quibus posthàc suis locis dicetur à nobis) & ab innata caliditate coctionem exactam est adeptus; ruber jam & purus sursum ad gibbas partes hepatis ascendit, ignis in humido diuini portionem ab eodem deterſam colore præ se ferens, vt Plato dicebat. Excipit autem ipsum illico vna vena maxima ex gibbis hepatis enata, quæ ad vtramque animalis partem fertur, superiorem simul & inferiorem. Diceres sanè ceu aquæductum quendam plenum sanguine ipsam esse, riuósque quamplurimos à se mauantes habere paruos & magnos in omnes particulas animalis distributos. de qua egregia similitudine paulò antè transegimus ex Platone, Timæo, Aristotele, Galeno, & aliis: quibus nouissimo loco subiungo Fernelium ita maioribus subscribentem physiologiæ libr. 6. cap. 5. Quando iecur quidem sanguinis officina atque principium est, è quo, tanquam è fonte alimentum defluere, & in omne corpus diffundi conueniret, vt iustitiæ quadam mediocritate, sanguis vnicuique parti conferretur: venas inde tanquam à fonte riuulos sanguinem delaturos deduci par erat. hæ etenim si defuissent, quæcumque iecori viciniores sunt partes, exuperantis sanguinis copia óbrutæ mergerentur: quæ verò longiore interuallo distant, ab hoc destitutæ, penuria languerent & exarescerent; quippe ad quas hic minimè permanaret.

Sanguis è chylo qui generetur, ac reportetur, & in cauam recondatur.

Vena cana distributio.

A simili.

Iecur, sanguinis officina, & alimonia corporis per venas distribuenda.

A simili.

Venarum vsus necessarius.

Quemadmodum igitur qui hortum aliquem summo artificio irrigare conituntur, ab ipso fonte, aut ab amplo quodam riuo tubos complures, tum magnitudine, tum spatiis discretos, in omnes horti partes deducunt, sic existimantes humorem quocumque trahi commodiùs & consequi posse: ita profectò per venarum productiones è iecore, partes corporis omnes iusta sanguinis mensura perfunduntur. At non vt aqua per riuulos, sic per venas sanguis sua sponte & impetu perlabitur: sed is tum iecoris vi expellitur, tum à propinquis venæ partibus attrahitur, quæ deinde in alias proximè consequentes extendunt: ad húncque modum pellentibus quidem prioribus, trahentibus verò ijs, quæ deinceps subsequuntur; commoda fit sanguinis in extremas corporis partes distributio. Huc non parum momenti afferunt propriæ singularum partium vires, quę naturali appetitu incitatæ, id ex præterlabente sanguine prolectant, quod sibi tota substantia familiare est atque iucundum: idque proprio venæ ductu ad se pertinente. sed jam plus satis in hac illustri similitudine alluſum est: ad proxima verò Galeni verba de vena caua placet hęc adijcere.

Similitudo ab horteri riuulis.

Sanguis qua vi in venas feratur, & in corpus diffundatur.

Partes trahunt sibi, familiare alimentum, quid.

Vesalius Anatomicus industrius ortam à gibbis hepatis canam venam mox in duos ramos diuidi negat; quod Galenus videbatur asserere, vti mox, & paulò pòst ex libr. 8. plac. Hipp. & Plat. adscribam: simúlque inferiorem superiore ramo abnuit maiorem aut crassiorem, quòd plures partes alitura sit, quod idem Galenus insinuat. quin potiùs pauciores alere adstruit, cùm

Quòd cana non statim ab ore fabricatur.

Quòd vena cana ramus inferior non sit crassior superiore: contra de aorta.

cùm à vena porta pleræque nutriantur. ideóque anguſtiorem hunc truncum eſſe debere, & eſſe reuera aſſerit. mirabile litem dirimet. de arteria verò magna, nulla relinquitur controuerſia, quin ramus eiuſdem inferiora petens, maior ſit ſuperiore.

Vena cana exiamſi in duos ramos ab ortu deuidatur, nõ ſequitur vt ab hepate oriatur.

Porrò neque Veſalius idem ſatis efficax Galeni argumentum illud eſſe arbitratur, vt cõuincat hac ratione ab hepate venam cauam exoriri, quòd mox ab ortu duos in truncos diuidatur: qualiter à corde aortam arteriã mox in duos ramos diuidendam, ab eodem exoriri arguit. imò diuerſam eſſe vtriuſque vaſis rationem: quia citra diuiſionem bifidam, vena cava commodiſſimè ſurſum ac deorſum ferri atque diſtribui poſſit è corde egreſſa. Quod tamen illi ipſi venæ cauæ ſic vno termino in cor penetranti, aut ex eo emergenti (nam quomodo à corde exorta diuidenda fuerit, non inquiro) quomodo poſſit contingere, non video: cùm in alteram partem ferri ſit neceſſe, in vtramque autem vnico recto ſuo trunco deduci nequeat. quod longè quidem illi facilius eſt, ſi per medium gibbum hepar traiectæ, & duobus ſuis terminis duos inſignes ramos diuerſimodè ſpargenti mox in ſurculos innumeros diſpeſcendos. alioqui ſi fallor, expecto quid quis dicat ex aduerſo. Quibus autem argumẽtis, Galenus exortas ab hepate venas demõſtrare conetur, & nos paulò antè quæſiuimus, & nunc rationes eiuſdem in mediũ adducere ſtatuimus, obiter refricata eorum memoria, quæ produximus.

Aorta arteria diuerſa eſt ratio.

Vena cana ſi à corde oriretur, aliter diuideretur, quã.

Habet enim vnicũ extremũ in cor immerſum.

Quibus rationibus Gal. probet venarum venarum ab hepate.

Quòd hepar ſit origo venarum, ex Gal. & quã chylum in ſanguinem demutet.

CAP. III.

Quòd hepar, origo ſit venarũ.

PRIMVM igitur hoc ſupponit Galenus: Sicuti arteriarum principium eſt cor, & neruorum cerebrum (quod alibi demonſtratũ eſt) ita venarum non cor, vt Ariſtoteles & pleriq. cenſent, ſed hepar eſſe originem. taliſque cuiuſpiam facultatis originem eſſe iecur, qualem in plantis eſſe conſtat. à quibus etiam iſtam præclaram ducit ſimilitudinem, rei propoſitæ demonſtrandæ multum lucis ac ſplendoris allaturam, & alibi à me ex Hippocrate libro de genitura pueri citandam. Semen cùm iactum in terram fuerit (ait libro 6. plac. Hippocratis & Platon.) ſi aridus ſit ager & ſiccaneus, nihil amplius ad plantæ procreationem inde concipit: ſed cùm terra ad ſeſe totum innatum ipſius humorem attrahat, ſatiſcit. Quòd ſi moderatè rigua gleba fuerit: tunc emollitur primùm ſemen, & tegumentum, & cortex, quo quaſi cute circundatur, intumeſcit: mox humore inſito in aërem conuerſo, rumpitur. Inde ex illa rupturata germinatio quædam, tenuis illa quidem ac mollis, egrediens in vtramque partem protenditur: in ſuperiorem, aërem verſus: & inferiorem, in terræ profunditatem. quamquidem &

Hepatis facultas vegetatrici ſimilis.

A ſimili.

Semẽ quomodo plantã generet.

Platæ progerminatio ſit extremadue.

dia eſt totius plantæ principium eſſe conſtat. Eodem prorſus modo, maximæ latiſſimæq. ex omnibus animalibus arteriis, illæ proculdubio ſunt, quæ è corde prodeunt. Sic & neruorum à cerebro origines craſſitiſſimæ ſunt. Sic caua de gibbis hepatis exoriens vena, craſſior ſeipſa (vt putat Gal. nos nõdũ aſſentimur) per totũ corpus diſperſa deprehẽditur. Anne verò eadẽ etiã de vena porta valebit ratio? Vereor vt ex Gal verbis iã poſitis id minimè cõſequatur. ſed tamen Galenum dicẽtẽ porrò audiamus ex lib. 6. plac. Hipp. & Plat. Sic in plantis quoq. videmus (ait) quarũ & trũcus ramis omnibus, & radicatio radicibus ipſis atq. fibris longè maior craſſiórq.. Radicationẽ appello partẽ eã inferiorem, quæ plantæ origo eſt. Quinetiam Hipp. ipſe mihi videtur hinc ad animalia nomẽ hoc tranſtuliſſe, cũ inquit: Sicut arteriarũ cor, ita venarũ iecur radicationẽ eſſe. Nã quemadmodũ è plantarum radicatione, radices deorſum aguntur, & ſtirpa ſurſum oritur: eodẽ pacto è corde arterię, altera in pulmones, altera in totũ corpus animalis diſperguntur. E iecinore item venarũ altera in vẽtrẽ, altera in corpus vniuerſum diſtribuitur. atque illæ radicibus perſimiles ſunt venæ, quæ in ventrẽ pertingunt. quod etiã idẽ Hippoc. ſcribens ita, declarat: Quod arboribus eſt term, id animalibus vẽter eſt. Caua vera eſt, quæ trũci vice fungitur: quæ ex gibbo iecoris exorta, inde in vtramq. animalis partẽ tam ſuperiorẽ, quã inferiorẽ recta protẽditur. Latiſſima tamẽ ea pars eſt, quæ infra iecur: minùs lata, quæ per venas ſuperiùs ſpargitur, ac cordi applicatur. Atqui ſi cor eſſet cauæ etiã venæ, ſicut eſt arteriæ magnæ principiũ, nullo modo nõ maxima ea pars, quæ cordi continua eſt, cõſpiceretur. quod Galenus pernegat: nos antè obiecimus contrarium, & fortè mox reponemus.

Maiora autem eſſe minorũ principia, quẽadmodum fontẽ omniũ in quos diſtribuitur, riuulorum initiũ eſſe, Gal. pro confeſſo aſſumit, & nos paulò antè ex illo citauimus, tum lib. 6. plac. Hipp. & Plat. tũ lib. de venarũ & arteriarũ anatomia, tũ rurſus 8. lib. de decret. Hippoc. & Plat. vbi aliquot rem ſimilibus exornat, tum à plantis, tum à fonte, tum à fluuio petitis, vti pòſt reſumemus. Cuius argumenti vim ex eo eleuaui ac minui: tum quòd probatio à ſimili ſit inefficax: tum quòd talis ſimilitudo valeat, vbi & ſubſtantiæ ſimilitudo eſt: quæ hepati cum venis nulla eſt, duro cum molli, tenaci cũ fragili, longo cum interrupto, ſeminali cum ſanguineo, frigido cũ calido. quod ne ipſe quidem Galenus diffitetur lib. de fœtuum formatione iam allegato.

Sed fac verum eſſe argumentum: fac maiora eſſe minorum principia. quid tum ad Galeni cauſſam ſequi putas? nónne potiùs cõtrarium inferendum? Namque ſi diligenter inſpicias, nec te præiudicatæ opinionis errore abduci ſinas, niſi me animus fallit, vena caua nuſquam craſſior, nuſquam denſior inuenitur, quàm quà in dextrum cordis ventriculum, ore omnium patentiſſimo inferitur. Deinde nõ quemadmodum radices humi depactæ, paulatim colliguntur, & ῥίζωσιν, radicationẽ (pedem trunci vocamus) efficiunt in eum ſingulæ caudicem impactæ atque obfirmatæ. ſic venæ cauæ ab hepate oriundæ accidit (contrà quàm de vena porta nuper diximus, multò magis quadrante huic ab arboribus iſta ſimilitudine) vt de multis collectis ſurculis, velut radiculis, vel etiam radicibus, caudex vnus ſiue ῥίζωσιν conſurgat. ſed illa ipſa toti inſtrata gibbo hepati tranſuerſa, anteriore & interiore ſui parte media hos omnes ſurculos excipit in duos inſigniores ramos deſinentes. & verò eadem alios ramulos aliis de partibus non dico excipiens ad ſui generationem, quin potiùs de ſe emittens. Veſalius id quidem vidit, atque vt alia multa, ſic & hoc accuratè his verbis notauit libri tertij capite ſexto. Neque verò, etſi Galeno & omnibus diſſectionum profeſſoribus aliter viſum ſit, venæ cauæ rami ex iecore procedentes, cauam in eum modum conſtituũt, quo radices ad arboris caudicem pertinere colligique conſpicimus. Nam cauæ rami, ac ſi venam per poſteriorem iecoris ſedem, rectà quodammodo deorſum porrectam, & duntaxat iecoris cuidam ſinui innatam ingrederentur, ipſi continuantur. Sunt autem hi duo inſigniores rami, propter iecoris elationa, in anteriorem cauæ ſedem, nõ autem latera, aut poſteriorem ſedem ſubingredientes, & neutiquam cum venæ cauæ amplitudine comparandi. imò ſi non nimis anxiè in Galeni verba mecum iuraueris, proculdubio aſſeres venam cauam à corde deorſum per iecoris poſteriora ferri, atque ab huius anteriori ſede duas inſignes venas pullulare, numeroſa ſerie in iecoris ſubſtantiam diffuſas, portæque venæ ramulis continuatas. Præter has inſuper venas, quæ à caua iecori offerũtur, in reliquo ipſius per viſceris poſteriora deſcẽſu (qui ſanè breuiſſimus eſt) paruulos etiã ſpectabis ramulos ab anteriori cauæ ſede etiam in iecoris ſubſtantiam excurrẽtes, & in omnibus hominibus numero neutiquam pares. hæc ille: quibus ſuadeo, ſi velis, non antè credas, quàm in ſubiecto cadauere facias periculum. ſed reuertor ad Galenum.

Si verò aliquis in eam opinionem venit (ait libro ſexto plac. Hippocrat. & Platonis) vt credat facultatem venis à corde, materiam à iecinore, à quo ſcilicet ſanguis emanat, ſuppeditari: atque idcirco eam venæ partem inferiorem ſuperiore eſſe latiorem dicat, eò quòd infra iecur plura ſint membra, quàm ſuprà: quibus omnibus alimenta ſubminiſtrari neceſſe ſit: is ſanè illis iiſdem, quæ ipſe ſtatuit, ea quæ non vult, mihi videtur concedere. Nam ſanguinem è iecore emanare cùm dicimus, quid aliud ſtatuimus, quàm ſanguinis procreatricem facultatem in eo viſcere contineri? Si igitur, vt alatur animal, ſanguinis generatio eſt, atque ea in iecore fit: viſcus hoc, non cor, altricis facultatis principium erit exiſtimandum. Quod enim membrum materiam

Nerui, venæ, arteriæ, principio ſuo ortus craſſiores.

N. an vena porta tunicæ ſuæ craſſiſſima? Minimè? Truncus ramis, radicatio radicibus craſſior.

Radicatio, quid.

Cor arteriarũ, iecur venarum origo, ſeu radicatio. A ſimili.

Arteriæ duæ, venæ item duæ.

Vena ventris, ſunt quaſi radices. Sic venter quaſi terra. A ſimili. Caua vena pars inferior, craſſior. Aut?

Quòd maiora ſint minorum principia. A ſimili.

N. at probatio à ſimili eſt inefficax. N. at ſubſtantia diſſimilis eſt, qui.

N. at vena caua nuſquam maior, quàm in corde inſerta.

N. at vena caua non oritur à multis radicibus, vt fiat vna radicatio. Ideo ſimiliudo non valet. Contrà de vena porta. Vena caua quomodo hepati incumbat. Incertũ an venæ cauæ ramus exoriatur, an deſe emittat. Vena caua non oritur à ramis venarũ mare arboris. Vena ea quomodo hepati circumuertatur, per duos ramos.

Vena caua à corde orta ad hepar ſertur per duos ramos.

Vena caua cõmittitur venæ portæ.

Ramuli dicũ à caua in iecur ingreſſi, partim quàm ramum conſtituentes.

An venis facultas à corde, materia ab hepate?

An ob id vena cauæ pars inferior, ſit maior? quæritur.

Sanè ſanguis ab hepate, qui.

ad alimentum totã corpori idoneam procurat, id verisimile est esse altricis & vegetabilis facultatis principium, sicut videlicet in plantis eam partem esse diximus, quæ radicatio nuncupabatur. Illa siquidem per numerosas radicum fibras nutrimentum è terra eliciendo, in se colligit, atque in totam plantam per stipitem digestum iam, transmittit. Nam si huiusce facultatis, perinde ac pulsatilis cor principium esse posuerimus: supernacaneum iecur, eã quæ nihil temerè operatur, naturam fuisse conitabit: quippe cùm in corde cibi (seu chyli) illa in sanguinem mutatio fieri potuisset. Quod si dicas, iecur quasi ministrum ad magnum quoddã opus à natura cordi adiunctum fuisse, quo videlicet ipsi materiam præpararet, sicut ipsam à ventre præparatam accipit: v esilimilis quidẽ erit ratio: non tamen vera. Apparet enim non tanquam ministrum principi iecur cordi materiam idoneã præparare: sed ipsum esse principem, qui distribuendi habeat potestatem. cuius rei euidentia exempla in corpore animalis licet considerare: Omnia enim membra, quæ materias aliis præparãt, totas eas atque integras illis ipsis, quibus præparant, solent reseruare: neque alius quispiam meatus à pulmone aliorsum tendit, quàm vnus ad cor: neque è vẽtriculo & intestinis, præter quàm ad iecur, aliquod permeat foramen: atque ex reticulari contextu, nisi in cerebrum: neque ex semen præparantibus conceptaculis, nisi ad testes, exitus aliquis patet. sic de meatu & cysti fellis, déque vasis venticis. Si itaq. iecur ex consilio natura fabricasset, vt cordi sanguinẽ præpararet: nequaquam ei dimidium tantùm suppeditandi munus iniunxisset. Hoc enim neque ministri, sed ducis ac principis: neque materiæ quæ non tota præparata fuerit, officium est: sed ministri est præparare tantũ: materiæ, nisi prius integrè fuerit digesta, non distribui. Verùm perspicuũ est iecori neque vt ministro, sed principi: neq. vt deficientem materiã præparanti munus hoc sanguinis fuisse demandatum. Nam membra quæ infra septum transuersum in animali reperiuntur, quæ supra dimidium esse constat, nemini dubium est, quin omnia à iecinore sanguinem accipiant: similiter & quæ supra: quin & septum ipsum & pericardion cum tota vicinia. indicio est fides anatomica, & ipsa sanguinis excrementorum purgatio, de quibus proximè & consequenter dicetur, liene, renibus, cysti fellis. At in corde neque aliud purgatorium instrumentum natura præparauit, neq. humorem ipsum diuersum alioqui reddit. Nam qui in dextro cordis ventriculo sanguis est, nõ dissimilis ab eo reperitur, qui per omnes venas in toto animalis corpore diffunditur. sic illũ qui per arterias fertur, ab eo qui in sinistro sinu cõspicitur, nõ esse diuersum, manifestum est. quî autem ambo differãt, dicam alibi, & iam attigi de corde agens. Qui tamẽ in dextro cordis sinu inest, an sit reliquo similis, qui in iecore & venis continetur, vt Galen. asserit (de venis portis omnino & in totũ pernego) inquiri velim: quia perfectionem quandã suã à corde adipiscialias

Similitudo à plantis.

Si cor sit altricis & pulsatilis facultatis principiũ, hepar erit inutile.

An hepar cordi materiam præparat?

Imò iecur non ministrum, sed princeps est.

Atqui partes quæ aliis præparant materiam, totã asseruant.

Ab exẽplis.

At iecur præparatã distribuit materiam.

Ergo hepar non solã materiã præparãdã succumbit.

Partes omnes corporis accipiunt ab hepate alimẽtum.

Inde sanguinis excrementorũ organa, ab hepate, non à corde.

Sanguis cordis in dextro sinu est similis vniuerso. N. at falsũ eo portas, qui ad portas.

nullatenus copulatur, aut coniungitur: sed ab hepate certum ratúmque habebitur. Sed vereor vt ita sit: & quæ dextro sinui inseri debebat, ea vt saltem dextro cordis lateri, vel sinistro ventriculo apteturr vena cava, ortu & natura respondens arteriæ aortæ. quod si ita est (fidem faciet experientia) adhuc in controuerso manet quæstio.

At omnes venæ cum hepate continuantur: ideo venarum principium est. N. atqui vena mesenterij quadam propria.

Sedenim euidentissimũ argumentũ originis venarum à iecore illud Gal. assumit, quòd omnes venæ cõtinuatæ cum ipso esse cõspiciuntur. id quod nullius, nisi principij indicium esse potest. Quanquam mesenterij venas quasdam peculiares ad hepar pertingere ex Herophilo negauit idem Galenus sub finem libri quarti de vsu part. & nos paulo antè corollarium aduersum intulimus. Quinetiam venæ portæ ramulis insertæ venæ cauæ propagines, continuitatem quandam venarum omnium ad cor deinde referendarum efficere Vesalius obijcit, (& Galenus ipse agnoscit) de arteria venali, & vena arteriali, nihil commune cũ hepate habentibus, vicissim Galeno reponens, à pari ducto argumento. Sed tamen à simili Galenus infit libro sexto plac. Hippocr. & Plat. Nulla alia de caussa in nervorum dissectione principium doctrinæ aliud, prætermisso cerebro, facere possumus, nisi quia horum principium est cerebrum. Quod si minimè concedatur, nulla alia excogitari caussa amplius potest. neque aliam ob caussam similiter principium in arteriarum doctrina, cor statuimus, aut hepar venarum (inquam ego) nisi quia reuera est. quod enim à natura principium constitutum est, id à se fieri doctrinam etiam cogit. Nam siquis aquæ alicuius inductitiæ in vrbem exponere distributionem vellet, is non aliunde, quàm à primo aquæ ingressu, narrationis exordium sumeret: necesséque omnino esset, vt loco priùs explicato, vbi aqua à principio intrò influxit, ab eo omnem narrationem contexeret. Quocirca stultum est velle aliud naturæ rei, aliud doctrinæ inuenire principium. doctrina enim quæ secundùm rei naturam fit, idem principiũ cum reipsa habet. neque potest quispiam, qui rectè exponere vel generationem & ortum, vel gubernationem alicuius velit, initium quàm id quod verum est, conuenientius inuenire. Ortus quippe domus de fundamentis coget, ortus nauis de carina primam mentionem facere. eodem modo si volueris ciuitatis alicuius, aut gentis, aut exercitus administrationẽ explicare, prima in vnoquoque origo tibi erit repetenda.

N. atqui vena portæ cauæ tũica fermè vsq; ad cor.

N. atqui arteria venosa, & vena arteriosa nil habent cõmune cum hepate.

Vt nervorũ principiũ, cerebrum. Sic cor arteriarum: sic hepar venarum.

Doctrina oritur à principio.

A simili.

Idem natura rei & doctrinæ principiũ, qui.

A simili.

Cæterùm quòd cor, sanguinis corpus totum alentis (licet alterius cuiusdam sanguinis in alios vsus geniti cor principiũ sit à nobis antea probatum) & receptaculorum eius, venarum nempe, idẽ cor non sit origo, sed hepar vtriusque principium habendũ, ita demonstrat Gal. ibidem argumento perquàm efficaci: Nisi (inquam ego) venali arteriæ idem contigisset, vt olim ostendimus, à corde tamen exortæ: vt par valeat vtrobique ratio: & quod huic quadrat,

Quòd cor nõ sit principium venarum & sanguinis corpus alẽtis, sed hepar.

N. argumentũ nõ in arteria venosa non valet.

idem etiam illi conuenire dicatur. vt nisi huius inde origo sit, neque illius (quod ad hanc tationem attinet) indidem principium esse dici possit. & contrà, si huius, etiam vtiq. & illius. sed tamen Galenum demõstrantem audiamus: neq. magna & seria dicturum interpellemus. Primùm id antecedat: Membranas esse quasdã τριγωνοειδεῖς ἢ τριγλώχινας, id est sigma literam referentes, atque tricuspides à figura denominatas, ad materiæ tum admittendæ, tum amandandæ ministerium, cùm de corde ageremus, ostendimus, & Galenus adstruit, & omnes anatomici fatentur. In orificio autem venæ cauæ tres sunt huiusmodi membranulæ, cuspidum aciebus structura quàm similimæ. vnde (vt puto) nonnulli Erasistratæi τριγλώχινας, tricuspides eas appellarunt. In arteria venosa (ita voco eam, quæ ex læuo cordis ventriculo in pulmonem dispergitur) sunt item forma similes, numero verò dispares mẽbranæ. soli enim huic orificio duæ adhærent: reliquæ, tres mẽbranulas habent, σῖγμα literam Græcam effigie imitantes: quorum vtrumque (vt Erasistratus inquit) educit sanguinem in pulmonem, spiritum alterum in totũ corpus. Atque ita fit, vt membranæ istæ opportunis vicissitudinibus alternatæ, contraria ministeria cordi exhibeãt, vt eidem placet. quæ intromittẽtibus materias vasis inhærent, deforis introrsum vergunt, vt à materiarum introeũtium impetu impulsæ reclinentur, atque in cordis cauitatibus resupinatæ, ora ipsa aperiant, expeditúmque aditum materiis quæ attrahuntur, præstent. Neque enim sponte materias influere, tanquam in inanem aliquam cisternam: sed cor ipsum distendi, ac perinde vt fabrorum folles attrahere, atque ita repleri inquit. In vasis verò quæ materias educunt, contrario modo insertantur mẽbranæ ab interiori parte foràs versus: vt reiectæ ab exeũtibus, quo tẽpore scilicet cor materias suppeditauerit, ora patefaciãt: aliàs semper diligenter claudãt, neq. quippiam quod ingressum fuerit, regredi sinant. Si igitur ita se habet res, ô Erasistratæi, reliqua omittamus, atque id tantùm, quod in controuersia est, consideremus. Caua vena, quæ è iecore sanguinẽ in cor inuehit, vtro tandẽ modo insertas membranas habet? ab interiori parte foràs versus, an è cõtrario, deforis introrsum tendẽtes? Sed fortasse neq. hoc magnũ aliquod momentũ adfert. respondebitis enim ita esse effectum, vt in iecore sanguis præparetur, atq. inde in cor deferatur: ibi postea reliquã propriæ formæ absolutã recepturus perfectionem: quod perfectò ratione mihi vacare non videtur. Nullũ enim perfectũ & magnũ opus repentè vnàq. aggressione fieri, totámq. suã expolitionẽ ab vno instrumẽto acquirere potest. Quod si ita est, ostendite nobis vas aliud, quod è corde sanguinem absolutè perfectum educat, atque ipsum vt arteria spiritum, in totum corpus dispenset. Atqui orificia omnia sunt numero quatuor: duo in vtroque ventriculo: in sinistro vnum, quod spiritũ è pulmone immittit: alterũ quod educit. reliqua duo in dextro: alterũ quod in pul-

Valor: quæ licet à corde ortæ, nõ pulsat tamen: & cauæ similes habet membranulas decussatas.

Vena cauæ membranulæ tricuspides. item arteria venosa.

Vsus membranularũ venæ arteriosæ, & arteriæ venosæ.

Differentiæ membranarum ad materiam inducendã vel educendã, quas.

Cor quomodo attrahat materiam.

à simili.

Venæ cauæ mẽbranæ habet fere intrò versus? quorsum.

An vt sanguis à iecore elaboratus, in cor immittatur ibi absoluendus? N. ne.

Quatuor orificia eorum cordis ventriculorum, quorsum.

Digitized by Google

monem ſanguinem immittit : alterum quod è iecore admittit, de quo tota hęc noſtra diſputatio eſt. neq. vllum aliud quintum os in corde poſſumus inuenire, quo è iecore admiſſum ſanguinem in totum corpus diſtribuat. Ne igitur dicatis vniuerſo corpori à corde & ſanguinem & ſpiritum tranſmitti, ac principium eſſe & arteriarum & venarum idem viſcus. cũ nequeatis vas vllum aliud oſtendere, quod è corde exoriatur, neque aliunde quàm ex membrani, quas quidem ea, quæ nihil temerè operatur, natura nequaquam in præſtantiſſimo viſcere cõſtituiſſet, niſi maximum aliquod miniſterium illi fuiſſent exhibituræ.

At nullam vt à corde abſolutam ſanguinem vegetet in corpus.

Quòd ſiquis dicat à corde ideo venarũ eſſe originem, quòd illud primum gignatur: is verò aſſumit pro cõceſſo, quod adhuc in quæſtione verſatur, quã ſuprà alicubi attigimus, atque expendimus. Vt ne ſic quidem cor venas producere, ſed vena vmbilicalis dicenda ſit, quæ prima omniũ facta, ſubſtãtiam heparis de ſe effingit, & natis atq. adultis reſiccatur, obliteratur, perit denique. Conuenit igitur, ſicut arteriarũ omnium cor principiũ ſtatuimus; ita & venarũ omnium, & vmbilici, & inuolucri infantis vtriuſque originem eſſe iecur ſtatuamus. Nã vaſa quæ à deriuatis ab alio deriuantur, eandem originẽ quam illa à quibus deriuantur, habere neceſſe eſt. Quantum igitur ex diſſectione cõſpicitur, cùm euidẽtiora originis indicia iecur habeat, multò magis ipſum venarum, quã cor arteriarum principium ſtatuendum eſt.

An cor ideo venarum principium, quia primũ gignatur?

Imò vena vmbilica ante cor gignitur, & ante ipſum hepar.

Deriuata ab alio, cũmanẽ alia deriuata indidem habent originem.

Neque præterea illud te lateat, venas ſi originẽ à corde traherent, pulſum habituras fuiſſe, ſicuti alibi cum Galeno diximus. Pulſare autem venas propriè dictas, nemo vnquam aut vidit, aut aſſeruit. Hippocrates enim lib. de carnib. & lib. de reſpiratione, & alibi aliàs cũ pulſum venis tribuit, de arteriis intellexit, vt pridem diximus. Siquis tamen viuo animali, aperto thorace, & corde nudato, gladiali chartilagine extracta, iuxta quam inuolucrum cordis annexũ eſt, dextra thoracis parte in rectum diuiſa, cordis ventriculum dextrum conſpiceret: vtique & ipſum pulſare, & meatum venæ cauæ illi annexum ſimul moueri inſtar arteriæ deprehenderet: ita tamen, vt motus vlteriùs nõ procedat, & à cordis corpore particulam illam cieri ſolã vicinitatis cauſſâ contingat: cùm alioquin arteriæ vel à corde remotiſſimæ, ſuum ſibi pulſum peculiarem & proprium retineant. An verò motus ille meatui venæ cauæ ad cor affixæ ex eo accidat, quòd vim & facultatem ſuſcipiat à corde, adeo vehementer influentem, vt illuc vſque ebulliat & redundet: an ex ſanguinis in contrarias partes agitatione, quæ ad dextram cordis auriculam fit: an alio quopiam modo caua vena motionem illam à corde adipiſcatur, Galenus indefinitum reliquit. illud ad propoſitum ratus ſufficere, quòd pateret venam hanc, non ſicut magna arteria vnà cum aliis omnibus quæ per totum corpus diſcurrunt, pulſare. Igitur neque primæ generationis venarum, neque poſt primum ortum,

Probatio ab anatomia.

At ſi venæ orirentur à corde, pulſarent.

N. non ſequitur. Vena pulſatilis, ſunt arteria.

At caput venæ cauæ in corde, pulſat, & quatenus, & vnde.

Cor caput venæ cauæ pulſat, ratione.

Gal. cornũ eſt origo venæ cauæ.

N. at neq. venæ arte-

Hepatis principatus.

Medici à philosopho differentes.

rum enim ex altero demonstrari perspicuũ est. ita Hipp.& Plato videtur scripsisse, hic de corporis instrumentis, ille de animæ facultatibus, nos autem vtrumque antea loquentem & sua recitantem induximus.

Conclusio.

Hæc ferè sunt argumenta, atq. hæ rationes, quibus Galenus conatur probare, & hepar esse venarũ originẽ, & sanguinis generandi officinam.quarum demonstrationum capita sic idem retexit, ac velut ὑπογυίζει lib. 8. plac.Hippoc & Plat. velut per breuia lẽmmata summam longioris disputationis totam complectens, quorum licet quædam antea contra eundem disserens, in medium protulerim: tamen nunc ad extremũ, ne quid huic Galenicæ probationi B desit,nõ verebor obiter ac breuiter meminisse.

Quòd matera sint principia minorum. Similitudo à planta. N. Sed sunt colligitur à maiori ramulis: & pro alueo defluentis ouerint, modò ampliat, modo exiguat.

Sicut in plantis crassissimas partes ostendimus ex origine ipsarum prodire: ita in duobus superiùs demonstratis principiis, neruorũ & arteriarum latiores partes,quasi stirpes & truncos ipsis originibus adhærere diximus, alias tenuiores ramis similes, truncorum progressu germinare. vnam hanc sumptionem euidentibus demonstrationibus cõfirmauimus: dehinc alteram assumpsimus: Vegetabilis scilicet seu naturalis in nobis facultatis, quam communẽ cum plantis sortiti sumus,instrumenta esse venas: cùm tenues quidem in ventrem & intestina perringant: quemadmodum arborum radices in terram defodiuntur, omnésq. ab vna ea iecoris inmittice ortum habeant: & rursus à iecore maxima egrediatur vena, quam cauam appellant. ex qua venulæ aliæ, quasi rami quidam finduntur, ac per omnes corporis partes disseminantur. quibus conficiebatur,iecur venarum originem esse. cui postea adhærebat & illud :Communis illius cum plantis facultatis, quæ à Platone cõcupiscibilis nominatur,principium in eodem vilcere contineri: atque hæc vna fuit demonstratio, qua iecur venarum & concupiscibilis originẽ esse probabatur: altera D est illa,quæ inde sumpta fuit: Quòd nullum aliud membrum in animali reperiretur, cui venæ omnes annexæ coniunctæque essent. cauã enim venam è gibbo iecoris exorientem,è dextro cordis sinu exoriri alij opinati sunt. Quòd si è corde similes ramis per totum corpus discinderentur venæ, possemus fortasse eam esse omnium venarum originẽ affirmare. sed non ita compertum est: non enim illæ, quæ è simis iecoris exeunt, atque in ventrem, in ieiunum, & tenue exiléque intestinum,& cæcum,& colon,& rectum, tum in lienem & omẽtum penetrant venæ radicibus similes,ab eo oriuntur: E sed alia est harum omniũ origo ad iecoris portam collocata. Quî fiet igitur,vt dexter cordis ventriculus,venarum principium existimetur, cùm neque aliæ venæ, neque hæ quæ in simis iecoris sunt, cordi vspiam committantur? At iecur non modò his,sed aliis etã omnibus, quæ per totum corpus sparguntur, coniungitur per eam quæ à cõuexis partibus eius exoritur, quã medici pleriq. cauã ob magnitudinem appellarunt: Hippocrates verò,eiusq. sectatores, iecorariã à vilcere vnde egreditur, nominauẽre.Secundam iam habes iecoris demonstrationem,qua esse id venarum omnium, atq. iccirco altricis facultatis originem, conficiebatur. alia subsequitur tertia, ab exuperatione seu abundanti probatione,hoc modo: Si dextrum cordis ventriculum,cauæ venæ principium statuerimus,contrariũ erit euidentibus, iisq. quæ in piscium reperiuntur dissectionibus: quorum nullius (quippe cũ pulmone omnes careãt)cor dextrum ventriculũ habere compertum est. Ab exuperatione denique, nõ parua ex hac etiã ratione dogmati affertur confirmatio. Quin alia quoque huic non dissimilis ratio accedit, dum cauæ rectitudinẽ contẽplamur: cuius quidem dextra pars à gibbo iecoris rectæ lineæ inflexibilitate ad iugula vsq. protẽditur: sinistra, germen in dextrũ cordis ventriculũ emittit: hunc nonnulli venarũ omniũ per totum corpus diffusarum quasi muncum esse opinãtur. Quod si verum esset,prorsus etiã ipsa post exitũ è corde findereturr,sicut magna arteria: quæ cùm omnium aliarũ,absq. vlla controuersia,origo habeatur,vbi è corde primũ emersit,in duas scindi partes cõspicitur: quò scilicet alter eius ramus sursum, alter deorsum per corpus dispensaretur.Quocirca si cana vena è corde oriretur, C præcul dubio etiã ipsa, quẽadmodũ arteria, bifariã diuisa,altera parte ad iugula ascẽdisset, altera ad iecur descendisset.quod cũ minimè appareat,neq. ex corde eius initiũ esse perspicuũ concludit tandem doctissimus Galenus.

Quo hepar sanguificet.

Quónam autẽ modo hepar de chylo sanguinem faciat (quod paulò antè attigerã, sed breuiùs)ita postremò ex eodẽ accipo Gal.ex lib. 6. plac.Hipp.& Plat. Quod nutrit, in eius quod nutritur,naturã substantiámq. immutatũ abit: & quod mutatur,in mutantis speciẽ similem euadit.Quid autẽ iecoris carne conueniẽtius ad sanguinis generationẽ reperias? cũ & caro iecoris,nonnisi cõspissatus sanguis appareat? qui autẽ sanguis è chylo gignatur,sic accipe. Constringitur venter ad cibos, accommodatum sibi alimentum ex illis eliciens,quoad saturatus, ac perfectè repletus, quicquid superat excrementi,in teiunum expellat. Attrahit inde etiam iecur cibum in ventre priùs concoctum: qui non ea quidem causſa à ventre immutatur,vt iecori suppeditetur: sed quia non datur, vt cum simul duo corpora in mutuum congressum venerint, non mutuò agant, & patiantur. Naturâ enim ita comparatum est, vt fortius & validius,alterũ quod imbecillius facerit, vincat atq. immutet. Sicut igitur ventris reliquiæ iecinori accõmodæ sunt: eodem modo quod à iecoris alimento superuacaneũ est,reliquis omnibus vtile efficitur.neq. tamẽ illorum causſa iecur nutrimentũ immutauerat: sed eo quo dixi modo res cessit,dum immutatur & diuersificatur,habilius ad alia mẽbra alenda euadit.Quẽadmodum enim ipsum iecur tũ ex vẽtre, tũ ex intestinis per venas alimoniam attraxit: ita quæ post ipsum constituta sunt, per alias venas in se illam cãdem à iecore exugunt,

Vnæ omnes cõmunicant hepar per cauam.

N. ergo etiam cordi per eãdem. Demer sinus cordis, non posset cana esse principium in piscibus, cur.

Cana bifido fortasse ramo ad iugula, altero ad cor.

At si cana oriretur à corde, non egrè à findiretur, vt sorta. N. hucusq; responsum est.

At cana mox à corde non findetur.

Aliquid mutatur in substãtiam alit. sic sanguis assimilatur, hepati qui.

Vter quomodo chylũ gignat, & quorsum. N. ut supra dixisti totam materiam à preparante effingari.

Venter hepati, hepar reliquis partibus tradunt. quod super est sibi. Quæq. pars sibi studet primatim.

Hepar per venas tribus chylũ, &

Google

per alias distribuit sanguinem in totum corpus.

tum deinceps ex his alia: atque hoc tantisper, A
vsque dum in omnia animalis membra alimentum digeratur. atque ita fit, vt frequenti continuáque illa successione, vnumquodq. membrum alteri sequenti materiam præparare ac præcoquere videatur. Eodem modo iecur redditum à ventre succum sibi ipsi similem efficit, hoc est carni substantiæque suæ, quæ videlicet à quibusdam medicis parenchyma nuncupatur, quasi interfusionem dixeris. Nam vnumquodque instrumentarium animalis membrũ compositum cùm sit ex aliis simplicioribus partibus, proprium quiddam in substantia ita adeptum est, vt nihil aliud in vniuerso animalis corpore simile reperiatur. sic ventris corpus proprium quoddam diuersum ab aliis omnibus habet, sic lienis, sic cerebrum, sic renes, lingua etiam, necnon oculi, & vesicæ, & vteri simili modo se habent. arteriæ verò, nerui & venæ communis vtilitatis caussâ instrumentis indita sunt, sicuæ nonnullis membranæ & colligamina. At fine his tamen vniuscuiusque corporis proprietas consistit. vnde præcipuam quandam præter alia omnia functionem adipiscuntur. nam in communi, communis sit functio necesse est. Neque enim fieri potest, vt ex corporis locis, aut venæ, aut arteriæ, aut C
nerui functio immutetur: sed siue in calce, siue in cerebro arteriam consideres, continuò etiam communem omnium arteriarum functionem simul concipis. idem in neruo, vena, osse, chartilagine, membrana, colligamine, adipe facis. Ex propria igitur specie substantiæ, propriam etiam esse functionem oportet.

Par pari prius præparat sequenti materiam alibilem.

Organa composita ex simplicibus.

Cuique organo inest substantiæ proprietas ad opus naturale. Ab exẽplo.

Partes communes, quæ.

Communis functio, qua.

Locorum diuersitas non mutat alterius proprietatẽ in partibus.

Functio à proprietate substantiæ. Ab exẽplo.

Porrò qualis est pulmonis substantia, talem nullam aliam inuenies. cerebri item corpus id est, quale nullum aliud. cordis substantiæ simile nullum membrum aliud reperiri potest. renum lieníque natura ab omnibus aliis diuersa habetur. Quocirca in singulis ex substantiæ D
proprietate, propria quædam functio consequitur: singulorum quoque horum caro, præter alias omnes, præcipuam quandam nacta est proprietatem. De oculo quid dicam? quàm eximius est, quam nulli ne minimùm quidem similis glacialis humor? nempe neque similis cuiquam eius est functio. Nihil itaque mirandum, si iecoris etiam corpus ex propria sua natura functionem propriam consecutum est. maximè rubrum enim cernitur, perinde ac sanguis, non qui ab aëre frigido circumfuso spissatus ac coagulatus fuerit, caliditate eius extincta, atque inde è refrigeratione, nigrore contracto: sed qui à calore innato perficiente magis, quàm vitiante concreuerit: vtroq. enim modo siue coagulatio, siue iecoris caro fiat, sanguis immutatur. sed quæ in coagulationem fit mutatio, via est quædam ad putredinem: quæ in iecoris substantiam, naturæ operatio. Adeo nihil quicquam tam simile sanguini inuenire possumus, quàm iecoris species est. Neque bene id à nonnullis dictum est, cùm affirmant sanguinem, si in tepidam aquam instillaueris, carni quæ primùm recenti concretione constiterit, esse perquàm similem: cùm

Partium omniũ caro peculiaris. Ab exẽplo.

Sic iecoris caro à proprietate substantiæ gignit sanguinem, qui.

Hepatis caro, qualis.

Sanguinis mutatio duplex.

Hepar malè comparatur sanguini

Digitized by Google

Tunica venarum hepatis tenuis.

Galenus idem lib. 6. aggreſſ. anatom. tunicas venularum hepatis carni inſertarum longè graciliores & tenuiores aſſerit, quàm reliquarum per totum corpus diſperſarum: vt per eas faciliùs reſudet atque ſaliat ſanguis (ἱδρῶτα Graij vocant) fortè etiam vt vis ſanguifica hepatis per eam raritatem ac tenuitatem promptiùs ac liberiùs permearet, ſéque inſinuaret. adde quòd loco tuto ſitis nulla fuit opus validiore ad ſui cuſtodiam membrana.

Contrariæ rationes Ariſt. quòd vena ſint à corde: & N. concluſio de multiplici origine venarum.

Propoſitio.

SED quando momenta rationum Galeni, quibus conatur probare, cor eſſe venarum originem, ſunt adhuc in procinctu; & noſtræ rationes in contrarium, non ita pridem ſunt expoſitæ, dum recens iſtarum memoria viget, & velut æſtuat, haud abs re videor facturus, ſi ſumma capita rationum Ariſtotelis ſubducam (quia argumenta vberiora ſunt iam antè adſcripta) quibus originem venarum primariam cordi vēdicat & adſcribit. ſic igitur proponit lib. 3. de part. animal. cap. 4. Cor, venarum principium eſt: ex hoc enim venæ, & per hoc eſſe videntur. Natura etiam venoſa eſt: vtpote generis ſocietate iuncti cum venis. quoniam & ſitus eius ſedem obtinet principalem: in medio enim poſitum eſt. cúmque per cætera viſcera venæ tranſigant, nulla per cor tendit. Itaque partem & principium venarum cor eſſe apertum eſt: idque optima ratione. medium enim cordis ſpiſſum cauúmque corpus eſt: plenum etiã ſanguinis eſt: quaſi hinc venæ oriantur. Cauum eſt, vt contineat ſanguinem. ſpiſſum, vt principium caloris ſeruare poſſit. in hoc enim viſcerum & partium omnium corporis, ſanguis ſine venis continetur: cæteræ partes ſanguinem venis habent cõtentum: idque recta ratione: ſanguis enim ex corde ad venas quoque deriuatur. at verò ad cor non aliunde deuenit: id enim origo prima & fons ſanguinis eſt, aut conceptaculum primum. hæc ex conſectione animalium perſpici poſſe confirmat tum illic, tum lib. de ſomno & vigilia, tum lib. de reſpiratione, vt alibi citauimus. Præſertim cùm nullæ venæ per cor traiiciant, ſed omnes inde pendeant. Argumentum verò aliud vel inde deduci poteſt (ait cap. 4. lib. 3. part. animal.) quòd nullum animal ſanguinis compos careat corde: principiũ enim ſanguinis habeant, neceſſe eſt. Iecur etiã omnibus ſanguine præditis ineſt. ſed nemo id cenſuerit eſſe principium vel corporis totius, vel ſanguinis: ſitum enim nequaquam obtinet principalem. Adhæc, vena per iecur tendit, nec vlla ex eo prouenit. venæ enim omnes ex corde ſua initia trahunt. Itaque cùm alterutrum ipſorum, principium eſſe neceſſe ſit: iecur autem non ſit; cor ſanguinis quoq. principium eſſe concludit à neceſſario, vt credit, Ariſtoteles. cætera enim alibi expoſita & producta ſunt.

Quòd cor, ſit venarũ principium, qui.
Ob naturã venoſam.
Ob ſitus cõmoditatẽ.
Ob id quòd nulla vena per cor tẽdit ac tranſcit.
Ob denſitatẽ cordis.
Ob ſanguinis copiam.
Cor cur ſit cauum & ſpiſſum.
In ſolo corde ſanguis ſine venis continetur.
Hinc in venas deriuatur.
Probatio ab anatomia.
Nulla vena per cor tranſcurrit.
Nullum animal ſanguineum caret corde, cur.
Iẽ hepate.
Hepar non poteſt eſſe principium corporis & ſanguinis, ob ſitum.
Aut cor, aut hepar, eſt principiũ ſanguinis.
Non hoc autẽ: illud igitur.

Hæc igitur ſumma quædam eſt argumentorum, quibus efficere conatur philoſophus, cor venarum & ſanguinis veluti fontem quẽdam eſſe, & quaſi lacum vel torcular; ex cuius vbere alueo ſanguis per venas de corpore cordis neruoſo & membranoſo exortas, in corpus reliquum tanquam per quoſdam aquæductus deriuetur. Quæ quàm ſint efficacia, iam antè expendimus, & ponderanti momenta rationum Ariſtotelis & Galeni, veritas ipſa ſatis (opinor) innoteſcet. Quibus nihilominùs noſtram interponere ſumus auſi ſententiam, non obſcuris illam quidem, vt puto, nec abſurdis nixam fultámq. rationibus. quas ſigillatim reperere fuerit omnino ſupernaceneum. illud modò dicam ad extremum, quod aliàs ſignificaui; Expenſis hinc inde atq. ſubductis omnibus omnium argumentis rationibúſque, ita fortè ſtatui poſſe haud iniuria; Venas quidem non omnes ex eodem loco pronaſci, ſed alias aliunde. Siquæ enim ſunt propriæ meſenterij, quæ cum hepate & corde nihil habeant commercij, vt Galenus cum Herophilo quentur, ſunto illæ indigenæ, & meſenterio vni dicatæ: ſanguinem tamen & eius generandi vim à vicino hepate ſortitæ. Venæ autem quæ à porta denominantur, Galeno haud dubiè hepati vendicantur, cum corde nihil commune immediatè habentes. Mihi verò ob dictas rationes, à meſenterio velut radicatione & ſeminario quodam exoriri, & ad hepar ferri viſæ ſunt, in vnum truncum velut portæ tandem & ſingulæ & vniuerſæ conflandæ & coaleſcendæ. quod vel ipſe Galenus agnoſcit lib. 6. adminiſtr. anatom. venas ex meſenterio ad concauam heparis partem eam pertinere ferríque, in quam omnes venæ colliguntur, portas iecoris dictas haud cunctanter aſſerens, vt antè indicaui. Denique vena cana atq. ampliſſima omniúmque maxima, & quaquà verſum latiſſimè fuſa, peculiari quodam ortu à corde ſumere originem dici poteſt; ex quo emergere apparet, & potiùs per tranſuerſa atque extima gibba hepatis, duplici hàc illàc extremo tranſiliente (cùm in cor vnico termino, vt nuper dixi, inſeratur) permeare, ac leuiter incumbere cælaríque velut ſuperficie tenus, quàm ex iis emergere educíque.

Poſtremò & hoc diligenter obſeruari velim, quod cum Galeno ex lib. de formatione fœtus intuli; Venas omnes ante hepar & cor videri creatas, & è ſemine genitali in aluo materno concretas: quibus hepatis parenchyma velut pro tomento eſt & ſtœbe, replendis vacuis inter eas ſpatiis. tantúmque abeſſe, vt ipſæ ab hepate genitæ ſint, ortu quidem poſteriore, vt potiùs hoc ab illis ſanguinem eructantibus coaluiſſe credi poſſit. Simul & hoc meminiſſe debemus, è meningibus & ſinibus cerebri haud abſurdè venarum ſi non omnium, at quarundam tunicas dici poſſe exortas: cùm & ſubſtantia par ſit & ſimilis, & materia intus contenta congener, & diſtributio maiorum venarum à capite iuxta Hipp. ſententiam producta, repetatur. Quarum opinionum quænam veriſima ſit, Deus nouit; doctis autem diiudican-

Quomodo ſanguis à corde deriuetur.
à ſimili.
Comparandæ rationes Ariſt. & Gal.
N. reſolutio de venarũ origine.
Quòd non omnes venæ ab eadem origine.
1 Propria meſenterij.
Vis ſanguifica ad omnia ab hepate.
2 Vena porta propria hepatis.
An etiam hæ à meſenterio? & quomodo communicentur.
3 Vena cana à corde.
Quomodo cana à corde exeat, & per hepar tranſeat.
4 Venæ omnes indigenæ, ante cor & hepar genitæ, quãdo, vbi, & vnde.
5 A meningibus eſt origo tunicarũ venarum ex ſinibus, quã.
N. reliquæ originũ venarũ partes hæc, ſunt abſurdæ.

Digitized by Google

dum & æſtimandum relinquo: quam tamen in ſententiam ferar, non obſcuris verbis indicaui, & poſthàc vbi de partibus ſimilaribus agam, tertiò reſumam, prouerbij memor antiqui, δὶς & τὶς τὸ καλόν. Tandem verò vndequaque originis, venæ omnes mutua ἀναστόμωσι ſibi inuicem inſeruntur, & generis ſimilitudine, & operis ſocietate, & vaſorum communione, mutua quadam συμπάθεια conſentiunt, ac velut compatiuntur. eadémque ratione, cognatis arteriis attenſæ, & paſſim obuiæ, ac mutuis oſcillis occurrentes & connitentes, inter ſe pariter arteriis venæ, & venis arteriæ ſimul omnes ἀνεύρυσμα. Atque hoc mihi nunc quidem ἀναπόδεικτον dictum ſit: nam rationes omnium partium antea ſatis luculenter & prolixè ſunt explicatæ, ac de his iterum poſthàc profusè.

Prouerb.

Venarum inter ſe & cum arteriis anaſtomoſes, quid ſint.

A

B

PROBLEMA.

An venæ ſanguificent? ad Gal.

VERVM antequàm ſermonem de venis claudo, volo breuiter in illud inquirere, quod Galenus ſcripſit in lib. 4. de vſu part. & nuper in medium adduxi; An venis, quæ ad ventriculum & inteſtina pertinent, inſit facultas ſanguinis effectrix, qua ſuccum, qui ex cibis diſtribuitur, venis in ſanguinem mutare, priùs quàm ad hepar perueniat, naturale ſit? ita enim Galenus ibi aſſeruit, & quidem iiſdem verbis vſus, vt patuit: quippe quæ natura ipſi ſint adſimiles, & primum germen ex illo ducant, vt ibidem addit. Poſſem multis hanc ſententiam verbis, poſſem multis rationibus euertere: ſed quia iam de venis & hepate permulta dixi, non placet pluribus agere. vnica ratione, & authoritate vnica totum negotium conficietur. Recepta eſt apud medicos ſententia; Partem quamque ſibi ipſi alimentum ſuccúmque attractum aſſimilare: idque proprietate ſuæ ſubſtantiæ, quæ ſua cuique parti peculiaris ineſt. Sic ventriculi tunicæ albidæ chylum ſibi concolorem vi inſita efficiunt. ſic mammarum glandulæ ſanguinem rubidum dealbant. ſic hepatis parenchyma cruétum & ſanguineum, chylum exalbidum rufat, imò in rubeum colorem mutat. ſic vaſa ſpermatica albida ſanguinem in ſe contentum longa mora ſibi aſſimilando dealbant. an tamen ſola vi inſita, an verò potiùs aduentitia, & à teſtibus accedente, nos quidem poſthàc viderimus. nunc autem illud aſſerimus (quod etiam de iſtis præſumitur) non vi propria & peculiari tunicarum ſanguinem in venis rubidum fieri (quomodo enim album rubere, rubrum albere faciat?) ſed facultate vicini & continui iecoris, à quo vis emanans, non tantùm intra ſe chylum mutat in ſanguinem, ſed etiam in locis & venis paulùm diſſitis: quomodo de teſticulorum robore ad ſemen gignendum aliàs dicetur. Licet enim ſanguis rudimentum quoddam iam inde à meſenterio & venis inteſtinorum adipiſci videatur; non tamen vi tunicarum ſic conuer-

An venæ meſaraïcæ ſanguificent?

Quòd non.

N. ratio, quòd pars quæque aſſimilet ſibi humorem vel alimentum, qui ab extra.

Vaſa ſpermatica quæ vi ſanguinē immutent.

Venæ albæ non poſſunt ſanguinem facere rubeum.

Hepar ſolum ſanguificat, quomodo.

à ſimili.

Sanguis in

C

D

E

Transitio.

reſeruo. reliquorum de venis & hepate ſententiam deinceps ſubtexo, & à neotericorum obſeruatione priſcis contraria ſermonem ordior.

In quo explicantur neotericorum de hepatis natura obſeruationes, & cauſſa diſcriminis à priſcorum ſtem Ariſt. de eodem ſententia, & de venis.

CAP. IV.

Hæc ex priſcis, & præcipuè ex Galeno, atq. anatomicis ſuperioris ævi, à me collecta atque expenſa ſint: reſtat breuiter audire reliquos. Recentiorum equidem diligens obſeruatio ſicuti multa veteribus inuenta comprobauit, ita pauca quædam ſecùs atque illi tradidiſſent, habere deprehendit & ſcripſit. vt hic rurſum neceſſe ſit (quod ſæpe aliàs diximus) aut priſcos in anatomia corporum humanorum minùs exercitatos fuiſſe, & multa hominibus aſſinxiſſe, quæ in ſimiis, porcis, canibus, & aliis animalium generibus deprehendiſſent: aut ſanè naturam ab inſtituto priore degeneraſſe, & corpora noſtra ſicuti minora & vitæ breuioris effecit, ſic multis partibus & particulis ab illis antiquis diuerſa fabricata fuiſſe. delirare enim aut falli ipſam dicere vel putare, piaculum quodammodo fuerit. Senio ingraueſcentem, beni conſilij impotem, & actionis ſolitæ immemorem, vel etiam impotentem, Epicuri ſit calumnia, ac non cordati philoſophi ſententia. ſic enim Lucretius terram, velut mulierem ætate confectam, párere deſituram, augurantur lib. 5. fortaſſe tamen veriùs, quàm vt putet.

Sed quæ finem aliquem pariendi debet habere,
Deſiuit vt mulier ſpatio defeſſa vetuſto.

ac Solis lumen nunquam idem eſſe, ſed ſemper diuerſum ſcribit eodem libro,

Largus item liquidi fons luminis, æthereus ſol
Irrigat aſſiduè cælum candore recenti,
Suppeditátque nouo confeſtim lumine lumen.

Pari quoque de cauſſa ludit in corporum humanorum fabrica parens natura, & multa à priſcorum & proauorum corporibus diſſimilia format in nobis aſſiduè, vſum quidem retinens eundem, ſed partium figuram nonnihil euarians. Quis enim credat, primos illos medicinæ parentes vel tam rudes fuiſſe, vt viſcera hominis nunquam viderint, nunquam replicarint, nunquam examinarint? quis ira peruerſis animis extitiſſe, vt falſa & incomperta pro veris & certis mandare ſcriptis ad poſteros non ſint veriti? neque hic aut ille ita ſenſerit, ita ſcripſerit; ſed communi omnes conſenſu idem ſenſerint, idem ſcripſerint? Hippocrates, Ariſtoteles, Celſus, Herophilus, Galenus, ſummi in medicina & philoſophia proceres, in varias fibras (Græci κιρσοὺς appellant) numero tamen varias, modò duas, modò tres, modò quatuor, modò quinque (nam totidem Hippocrates lib. de oſſium natura numerat, vt paruit) diuiſum hepar vno ore profitentur. recens ætas ne vnũ quidem obſeruauit in homine; ſed continua propè figura, & ſibi vſquequaque cohærente iecur conſtare cernit ac tradit. quod & Herophilus olim obtenuarat, vt patuit, in quibuſdam hepar ne fibras quidem habere, ſed ex toto rotundum eſſe, ex lib. 6. anatom. adminiſtr. ſed hoc intereſt, quòd ille rarò, nos frequenter, ne dicam ſemper ſic habere reperimus. Gibbis autem læuibus & æqualibus ſub diaphragmate ſitis hepar conditur, eique per ligamenta firmiter annexis, & eius formam velut impreſſam, atque vndique incumbentem (niſi qua parte caudici venæ cauæ loco cedit) ſeruantibus & retinentibus, craſſis alioquin ac prædenſis, & vt veterum quidam annotarunt (ex Herophilo nuper citaui) rupes & prærupta montium imitantibus; ſupremo inter partes nutritioni dicatas loco poſitis, rurſùmè coſtis ſuccingitur, dextrámque magis occupantibus partem, & potiſſima ſua craſſitie implentibus calfacientibúſque. homini enim vni præ cæteris animalium generibus, hepar maximum eſſe iam monui, & omnes profitentur, præſertim tumidis, ignauis, edacibus & voracibus: quos ideo μεγαλήπατας Græij vocant. ſiniſteriorem verò partem hepar minùs occupat quanquam & hanc ſenſim attenuatum, & in angulum velut acutum paulatim deſinens: ſed maiorem ſimbi meliorémque partem lieni occupandam relinquit, vt poſtea dicetur. ita vt velut in æquilibrio corpus totum poſitum conſiſtat. Porrò ſimis ſuis partibus ventriculum non vtique velut digitis quibuſdam, vt ex Galeno ſuprà ſcripſimus, ſed planis & continuis ac propè vniformibus vndique amplexatur & fouet, eiúſque tuber ſua concauitate penè æquabili vſquequaque imitatur, & ſenſim ſemper ad extremam ſui circumferentiam gracileſcentibus. nam paucis & exiguis vtique ſinibus ac tuberibus inæqualia ſima cernuntur, inæqualitatem ſubiectorum viſcerum æmulantia, & cyſti fellis locum cedentia, venámque vmbilicalem quodam velut ſegmento aut foramine excipientia. Nullos tamen, vt dixi, lobos per ſegmẽta exhibent: quos imaginarios quidam homines otioſi ac feriati, ab vſu quodam fictitio focum, menſam, cultrum, aurigam, inanibus titulis ornant: quos meritò Veſalius accuratiſſimus anatomicus eluſit. Ac mihi quidem quodammodo hiſtrionicum eſt viſum, quod apud Hipp. 6. Epidem. ſect. 7. ſcribitur à tabella; Cui apex hepatis complicatus erat, eum concuſſi: derepente dolor ſedatus eſt.

Illud verò conſiderationedignum eſt, & ſolerti obſeruatione; An venarum à porta dicta germinantium ſurculi extremi, aliis venæ cauæ propaginibus, per totam vtriſque hepatis ſubſtantiam diſperſis, vt paruit, & aſſumpſi aduerſus Gal. inſerantur, ac mũtuis oſcillis inhient atque conniueant, quod Græci vocant ἀναστομοῦσθαι. vt deinceps non contigui tantùm, ſed etiam continui mutua inſertione fiant? indéq. ſanguis in venis portis rudi modo coctus, in cauæ ramis perfectiùs elaboretur? Namque has medias anguſtias vaſculorum pertranſire neceſſe eſt, ſero adhuc permixto tranſitum

Quamobrẽ anatomia priſcorum differat à noſtra.

An priſci humanam anatomiam neſciuerint?

An corpora hominum hodie ſint diſſerunt à veteribus.

An natura ea delirat & ſenſerit.

Terra quãdam párere deſinet prae ſenio.

Sol lumen nunquam idem.

Natura ludit in corporum humanorum fabrica, & multa variat.

Excuſatur à veterum anatomia.

Hepatis humani lobi quinque, aut pauciores, unus nullus.

Hepar olim viſum rarò ſine fibris: nunc ferè ſemper.

Hepatis ſitus & figura, penè gibba.

Hepar humanum maximum proportione, & ampliſſimum.

Hepar quomodo dextram & ſiniſtram partem contingat.

Hepatis ſitus & figura penè ſima.

Hepatis multi lobi hoc ævo.

Locus in recentes anatomici quæſitus.

Curatio dolore ſi fallax ſub nomine Hipp.

Dubium An venæ portæ extrema inoculentur venæ cauæ propaginibus.

Quòd ſit.

Hinc vena cava perfectius elaborat ſanguinem à porta.

Digitized by Google

adiuuante, vti posthàc dicetur. Neque alienum à ratione (meo quidem iudicio) videri debet, siquis dicat, sanguinem à venis portæ in venam cauam per mutua oscilla diduci, potiùs quàm ab hepatis substantia transsumi aut deriuari. Galenus ipse id sensit quodammodo, & hoc tradidit lib. 5. loc. aff. Etenim quòd simarum partium venæ (inquit) ab ea quæ in porta est, exortæ, in tenuissimas extremitates finiantur, haud obscurè apparet. atque quòd ad eundem locum aliæ quoque venarum extremitates, à concaua vena in gibbas visceris partes distributarum perueniant, similiter constat. licet quomodo per sua ora ipsæ inter sese coniungantur, videre nequaquam possimus.

Sanguis adhuc ferosus transit à porta venis ad cauam, quâ.

Venæ à simis concurrunt & obuiant venis quæ à gibbis: at quâ inserantur, videre non est.

Nemo tamen dubitat, sed omnes ferè medici ex vno ore enuntiant, quòd cibus vniuerso corpori distributus, ex omnibus simarum partium venis exiens, ad gibbas partes per dictas extremitates transsumitur. hæc ille. Fernelius tamen cap. 11. lib. 1. patholog. venam cauã quàmplurimis ex quibus exurgit, riuulis & quasi radicibus per intimam iecoris partem diffusis, aliis quæ ex portis oriuntur, continuari negat. cui nos minimè assentimur. Vtriusque autem venæ & portæ & cauæ vasorum mutuam insertionem fieri quo diximus modo, eò credibilius fit, quia & venæ per corpus vniuersum disseminatæ, cùm sint à diuerso fonte exortæ, & dispari natura atque vsu: tamen arteriis aliunde ortis, & duas tunicas habentibus, & sanguinem tenuem, flauum, calidum, cum spiritu feruido continentibus, ac motu perpetuo agitatis, illæ passim vnica licet eáque tenui tunica præditæ venæ, & sanguine solo crassiori, fæculentiori, rubicundiori, minùs calido distentæ, nullóque modo citatæ aut cõcussæ, per ἀναστόμωσιν dictam vbique copulantur, ac mutuis oscilis insertantur. Nãm & arteriolis quibusdam hepar esse prædituin constat, præsertim caua sui parte, quibus natiuus eius calor à corde foueetur: sicuti & aliarum partiũ corporis vniuersi. de duobus verò neruulis summæ & tenuissimæ tunicæ iecinoris instratis (vix enim substantiam eius penetrant) & exiguum quendam sensum conferentibus (etsi vnicum Gal. lib. 4. de vsu part. agnoscit) de ligamentis etiam ipsum cum diaphragmate firmiter & validè annectentibus, superiùs memini. vt simul intelligas, aliis quibusdam tenuioribus & membranosioribus cum peritonæo colligari ex hoc eodem enatis, & tunicam hepatis ex se generantibus. Quid igitur restat? Sanè verò multa, siquidem vtriusque venæ & portæ & cauæ denominatæ diuisiones ac distributiones in partes & particulas corporis vniuersas singillatim persequi velim, & ramos & surculos singulos longa & minuta oratione examinaturus. Quod non magis facturus hoc loco mihi videor, quàm antea de arteriis faciundum mihi necessarium iudicaui: cùm non anatomiam tradere instituam; sed contemplationem partium nobilium & singularium, atq. examen rerum vel in controuersia positarum, vel singulari animaduersione dignarum, mihi

Quòd mutuæ venarũ portæ & cauæ anastomoses fiant.

A masoro

Atqui & venæ arteriis ἀναστομοῦνται, quâ.

Sanguis arteriarum & venarũ qui differat.

Hepati arteriæ insunt, quorsum.

Hepatis neruuli duo, vbi, & quorsum.

Hepatis tunicæ, & ligamenta, vnde.

N. non persequitur singillatim anatomiam partium corporis.

N. scopus in hoc opere.

Cor & hepar cur animalibus neceſſaria, & ad quid.

& quidem nullum animal ſanguine præditum, iis duobus carere poteſt. Iecur enim ad temperiem ſanitatémque corporis multùm confert: finis namque eorum in ſanguine potiſſimùm ſitus eſt: iecur autem, omnium viſcerum excepto corde, ſanguine refertiſſimum eſt,, ait cap. 12. lib. 3. de part. animal. Quòd autem cor, origo non modò arteriarum, ſed venarum etiam Ariſtoteli iudicetur, antea expoſui, cùm de corde ageretur, & non ita multò antè capita rationum ſubduxi. de venis potrò earúmque vſu & commodis ſic idem cap. 5. lib. 3. de part. animal.

Iecur ſanguinis abundat.

An cor venarum origo?

De venis ex Ariſt.

Duæ primariæ venæ, & earũ vſus.

N. hic nomen venæ cõmunicatur arteriæ.

Sequitur vt de venis diſſeramus, videlicet de maiori & de aorta. Hæ namque ex corde primæ recipiunt ſanguinem: reliquæ earum ſoboles ſunt. Igitur ſanguinis gratiâ eas eſſe dictum eſt. humor enim conceptaculum quiſque deſiderat: venarum autem genus, conceptaculum & vas eſt. itaque ſanguis in iis, quaſi in vaſe eſt. quamobrem autem duæ ſint, & de eadem origine in omnes corporis partes diſcurrant, paulò antè per ſimilitudinem ab hortis irriguis declarauimus; vbi & Platonis, & Galeni, & alior em luſus in pari ſimilitudine aperuimus. De origine autem venarum controuerſiam totam aliquot integris capitibus 2. 3. 4. lib. 3. hiſtor. animal. perleges ſi vacabit: nam ſermonis prolixitas non patitur huc inſeri. cauſſam tamen controuerſiæ & ignorationis iſtam ex eo diſces; Quòd venæ in corpore occultæ ſint, nec viſui pateant: nam in animalibus mortuis natura venarum principaliorum aboletur: propterea quòd ipſæ in primis effluente ſanguine langueſcant & collabantur. Ex iis enim, quaſi vaſe, vniuerſus ſanguis effunditur: quippe qui omnis in venis contineatur: præter exiguum, qui in corde eſt. In viuis autem fieri non poteſt vt quemadmodum habeant, cernantur; intus enim natura earum occultatur. Ieaque alij cùm in cadaueribus diſſectis inſpicerent, ſumma principia cernere nequiuerunt. alij in hominibus admodùm extenuatis, per ea quæ extrinſecùs viderentur, interna venarum principia definiere. Ibidem videbis Syenneſis medici Cyprij partitionem venarum & ortum ab oculo mirificum. ibidem mox leges Diogenis Apolloniatæ, à ventriculo non multò artificioſiorem, longè tamen prolixiorem earum originem diſtributionémque. vbi notabis obiter, tenues quaſdam venas per dorſi medullam ad teſtes & vterum ferri; ſi modò vera ſcribit, ac non potiùs eorum vt ſuffragetur ſententiæ, qui ſemen à ſpina defluere cenſent, ibidem etiam obſeruabis Polybij diſtributionem venarum illam, quam plerique Hippocrati affingunt; quod neque Galenus ex Ariſt. reſciuerat; aſſutam fini libri de natura humana; de quatuor venarum paribus à capite exortis, & per corpus deinceps totum demiſſis ac diſtributis eo quo antè paruit modo. Quo tamen loco prætermitti Ariſtotelis ipſius ſententia non debet, ita venas & venarum naturam recenſentis. Omnes phyſici ac medici (aic) ortum venarum à capite atque à cerebro deducunt: quod eſt error. Cùm itaq. per difficile ſit venarum examen, ſolis in ſtrangulatis animalibus iam antè extenuatis effici poteſt vt ſatis percipiat, cui hæc res curæ ſit. ſedenim natura venarum ita ſe habet. Duæ intra pectus venæ continentur ſpinæ appoſitæ, altera maior, altera minor. maior partem priorem adit, minor poſteriorem. & maior dextrã potiùs ſedem obtinet, minor ſiniſtram; quam aortam nonnulli vocant, eò quòd neruoſa eius pars conſpici vel in mortuis poſſit. (Græcè ſic, διὸ καλοῦσί τινες ἀορτὴν, ὅτι τῶν νεύρων ἐστὶ τῶν νεύρων τὸ παχύτατον αὐτῆς μόριον.) Ambæ ex corde originem ducunt: tranſigunt enim totæ cætera viſcera, per quæ tendunt, ſuam ſeruantes naturam, vt nihil contrahant detrimenti, quò minùs & ſint venæ, & appellentur. Sed cor non eodem permeant modo: verùm ei tanquam ſuæ parti continuantur, magiſque ea quæ prior & maior eſt. Situ autem tali oriuntur, vt altera ſuprà, altera infrà ſit, & cor inter ſe poſitum amplectantur. Habent intra ſe corda omnia ſinum triplicem, ſed magnitudine varia. quod quàm verè dictum ſit, ſuo loco expendimus. Ex ampliſſimo ſupremóque ſinu oritur vena maior, ſedémque dextram tenet: mox per medium ſinum, formam recipit venæ: vtpote cùm ipſe ventriculus cordis, venæ particula ſit, in qua ſanguis reſtagnet. Aorta de ſinu medio exit non eodem modo, ſed per fiſtulam multò arctiorem init ſocietatem, & tendit à latere cordis; cùm vena maior, ſua radice cor tranſigat, cùm ſe promit. Vena item ipſa maior, membrana & cute conſtat. Aorta arctior eſt, & vehementer neruoſa deductáque longiùs, hoc eſt ad caput, aut imas partes, in anguſtum admodùm coarctatur, ac nerui naturam ex toto accipit. Pars prima venæ maioris ſurſum à corde proueniens, ſcinditur bipartitò. hinc quo feratur diſtribuenda modo, itémque aorta ipſa, eidé ferè comes adiuncta, enarrat quàm poteſt luculentiſſimè cap. 3. & toto 4. cuius ſeriem orationis prolixiorem conſultus omitto, cùm & anatomicorum veris placitis non vſquequaque quadret. Reſtat vnus author anatomiæ viuorum inter Galeni opera locum ſortitus; quiquidem Ariſt. & Gal. contrarias de hepate & venis opiniones ita conciliare nititur cap. 15.

Venarum origo perobſcura, ideò tamen facultior.

Duarum inſignium venarum ſitus & diſtributio.

Venarum origo à corde, qualis.

Vena non permeant cor, vt alias partes, quæ.

Cordis ſinus triplex. N. negat.

Vena maior ſeu cana ortus vnde, & quales.

Sanguinis lauc in corde.

Aorta ortus vnde & quales.

Vena cana quæ de corde exeat, & vnde exiſtat: comparatio eiuſdem cum aorta.

Venæ cauæ diſſectio.

Ariſt. diſcrepat à vera anatomia venarum.

Et creauit Deus hepar, vt eſſet vas generationis ſanguinis, & origo venarum. tamen in hoc diſſentiunt Ariſt. & Galenus. Vult enim Ariſt. quòd cor ſit principium ſanguinis: & probat quòd non hepar, his rationibus. Hepar enim componitur ex venis: componentia verò ſunt priora compoſito. ergo hepar non eſt principium venarum. Item hepar carnoſum eſt: & venæ potiùs à neruo, quàm à carne naſcuntur: neruo enim magis aſſimilantur. Item virtus vitalis influit à corde ad cætera membra. vita autem in calido & humido conſiſtit: & ita in ſanguine. quare ſanguis à corde. Galenus dicit quòd ab hepate, hac ratione. Sanguis generatur ab hepate. ergo hepar eſt principium ſanguinis. item alia ratione. Superfluitates rei

Hepatis vſus.

Ariſtoteles cur venarũ & ſanguinis origo, quæro.

3 Rationes.

Galenus cõtrà hepar venarũ & ſanguinis principium. 2 Rationes.

originem

originem illius circunſtant. ſed vrina eſt vna ſuperfluitas ſanguinis, quæ continetur in veſica. ita ſanguis melancholicus, eſt alia ſuperfluitas, quæ continetur in ſplene. item ſanguis cholericus eſt alia ſuperfluitas, quæ continetur in cyſti. Omnes iſtæ ſuperfluitates, & earum vaſa collocantur circa hepar. ergo in hepare eſt principium ſanguinis, cùm ſuperfluitates circunſtent ipſum. A

Solutio controuerſiæ, quod hepar ergo ſanguinis, & ventrum, à ſimili.

Ad hoc dicit author, quòd nihil prohibet ſanguinem habere ortũ ab hepate, licet hepar carnoſum ſit, vena autem ſit neruo ſimilis: ſicut in luto creſcit corallus. Poteſt autẽ dici, quòd tam cor, quàm hepar, eſt principium ſanguinis. ſed primum & mediatum principium eſt cor: ab eo enim eſt calor artifex. hepar verò eſt principium immediatum & proximum. deinde ſubiungit. Hepar concauum eſt ex vna parte, gibboſum ex alia, poſitum ſub diaphragmate, declinans magis verſus dextram. concauũ, propter meliorem receptionem: recipit enim ſtomachum ex parte intra concauitatem ſui: vnde habet plura additamẽta (lobos intelligit) quædam minora, quædam maiora. quæ ſe habent ad concauitatem ſtomachi, in cõparatione digiti ad manum. membra enim bonæ comprehenſionis debẽt eſſe, ſicut volæ manuum. Extrinſecùs autem gibboſum eſt hepar, vt forma eius exterior ſit ſimilis formæ corporis interioris: corpus enim interius rotundum eſt. Et hepar coniungitur ſpinæ dorſi: vnde ſecundùm formam rotundam ei aſſimilatur. ponitur autem in dextra parte ex directo, vt directè ſuſcipiat ſupra ſe inſufflationẽ cordis ipſum viuificantis. Ab inferiori autẽ cõcauitate hepatis exit quædam vena, quæ poſt ſuum exitum, in vna parte diuiditur in plures ramos, ſcilicet in quaſdã venas ſubtiles, quæ meſaraïcæ dicuntur: quarum quædam ſubintrant inteſtina, & ſugunt ab eis: quædam verò ſubintrãt ſtomachum, & ibi terminantur ſugentes ab ipſo quod melius eſt & ſubtilius. Prædicta autem vena ramificatur, & diffunditur per totam ipſius ſubſtantiam. Ex parte quidem eius gibboſa, rami hepatis iterũ conueniunt, & cõſtituunt quãdam venam maximam à gibbo hepatis, quæ caua vena appellatur, & dirigitur ad ipſum cor: vbi ramificatur interiùs in concauitate quæ lactea appellatur, quia quaſi lacteus eſt humor ille, quem ſugit ab inteſtinis & à ſtomacho. hæc ille, quiſquis eſt, partim ex Galeno, partim ex Auicenna: vtriuſq. enim imitatorem facilè agnoſco: & laudo conatus hominis, licet parum promouerit in reſolutione opinionũ philoſophi & medici: quia pleraſq. rationes vtriuſq. intactas reliquit, quas nos, vt videmur, vniuerſas & propoſuimus, & ſi modò potuimus, ſoluere ſumus enixi. atque hæc hactenus: de cæteris authoribus poſthàc viderimus. B C D E

Hepar cur gibbum & cauum, & vbi ſitum.

Hepatis lobi quorſum. à ſimili.

Hepatis ſitus & forma.

Vena meſaraïca vbi, & vſus.

Vena parta vbi, & vnde.

Vena cana vbi & vnde.

Cauitas lactea vbi.

N. de hac authore iudicium.

Omiſſa ab hac authore

alterari in ſanguinis boni generationem. in ebullitione autē hac, ex ipſis excrementis quod fæculentum quidem eſt ac craſſum, ſubſidere: innatare verò quod tenue eſt ac leue, & velut ſpumam quandam in ſanguinis ſuperficie fluitare. His ſanè ratio fuit inſtrumenta præparari, caua quidem, vt recipiant facilè: prælonga verò colla, velut ſtomachos quoſdam vtraq. parte cauitatis habentia: alterum quidem eorum attrahendo excremẽto, reliquum autem emittendo idoneum. Sed & poſitionem conueniẽtem eſſe oportuit lationi excrementi: & ipſas ſtomachorum ad hepar implantationes poſitionibus reſpondere.

Organa bilis vtrumque, qualia, & vſus.

Cæterùm apparent quoq. hæc ſic diſpoſita. Siquidem veſicam, quæ leue & flauum ſuperfluum receptura erat, natura impoſuit hepati, qua de nunc ſumus acturi. hanc κύστιν ἀπὸ κύστεως, vt puto, ἀφ' ἧς κύπτουσι, ἀπὸ τοῦ κύπτειν, propter capacitatẽ Græci vocant: ἢ ἀπὸ τῆς κύστεως τοῦ χολοῦ, ἐν ᾧ κύπτει ὑγρόν· quòd bilem, aliàs etiam vrinam celet & condat. Latini neſcio an primigenia origine, an quòd ſuopte tẽperamento, valdè ſicca; vel quòd vrinâ madens, nunquam ſicca ſit, altero cadẽpto (ſi ludere in etymologiis poſt Varronem & priſcos Grammaticos licet) veſicam nominarunt, communi cum altera vrinaria nomine. ſed hæc diſcriminis gratiâ, & vſus cui deſtinatur, χολοδόχος ἢ χολοδόκος, fellis ſuſceptrix cognominatur: quoniam altera ſuſcipiendæ vrinæ delegatur. quam pari ratione ſi voluiſſent, maiores noſtri οὐροδόχον cognominare poterant. ſed ex alterius nota diſtinctionis, altera diſcerni facilè potuit. Eiuſdem verò meatus ab hepate deriuati, eiuſdem ſubſtantiæ & compoſitionis cũ ſua veſicula, ab officio, χολοδόχοι ἢ χολοδόκοι vocantur, velut bilis receptores. de cuius humoris generatione, vſu & natura tum dicetur à nobis, cùm & de humoribus reliquis, & horum analogia ad quartum elementum aqueum.

Cyſtis fellis ſitus, forma, vſus.

κύστις vnde dicatur: item veſica.

Vtriuſque veſicæ differentia, & proprietas.

Cyſtes pori.

Nunc illud intelligatur; Inter venam cauã & portæ dictã, hepatis ſimæ parti affigi innaſcive & appendère folliculum ſeu veſiculam quandam, membraneam, teretem, oblongam, velut pyriformem, fundo capaciore, ceruice dura & oblonga, ſubſtantia, forma, & vſu nil admodùm diſcrepantem ab ea, quã in piſcibus (non intelligo illam inanem aut flatu diſtentam, ſed bile plenam minorem alteram) aut animalibus volucribus terreſtribúſve exenteratis quotidie cernimus, vnica tunica conſtantem: quemadmodum & eam quæ vrinam excipit, arq. vterũ adeo ipſum. ſecunda enim quæ habetur in his tunica, peritonæos eſt, in prætenuem tunicam his & multis aliis partibus internis forinſecùs inſternendam omnino degenerans. quanquam Veſalius cyſti fellis communem hepatis tunicã facit. Eius autem veſiculæ meatus de venoſo genere coaliti, aut ab ipſo hepate bilioſum humorem pluribus oſculis propaginum ſuarum inter venæ portæ & cauæ ramos diſperſatum, exugunt, ſanguinémq. amariſſimo eo felle deputant: aut exuctum eundem in ecphyſin, iuxtà ieiuni principium (ne in ventriculum regurgiter, damno naturæ grauiſſimo) eructant ei vſui futurum, quo de inter humores dicemus, & iam vtcumq. attigimus, cùm de inteſtinis ageremus. quæquidem pituita & muco obducta quo dixi modo, hoc acri liquore conuerri, & ad excretionem ſtercorum irritari nouimus. Eſt vbi meatus ille bilioſus exiguum de ſe tamum ſupra pylorum emittit fundo ſtomachi inhiãtem: nam in ipſam ventriculi capacitatem, tam acrem & mordacem humorem effundi (quod raris contingit, & quidem malè natis, vt Galenus fatetur) tum inutile & ſuperuacuum, tum verò graue & moleſtum naturæ fuerit, coctionem ciborum ea in parte molienti. qua de re ſic ſubtiliter ſuo more proponit Galenus ac reſoluit cùm lib. 2. de temperam. tum lib. 3. de vſu part. prior locus ſic habet: Incidit hoc loco ſpeculatio quædã anatomica, quam aliqui medicorum ignorantes, ex ſymptomatum diſſonantia magnoperè anguntur, dum parum intelligunt meatum illum, per quem iecur bilem in ventrẽ euomit, aliis geminum eſſe, aliis vnicũ. id quod in quadrupedum diſſectionibus videre licet. Ac plurimùm quidem vnicus is eſt in id inteſtinum, quod πυλωρὸν, id eſt exitus fundi vẽtris & ieiuni medium eſt, inſertus. Græci medium id, μεσέντερον, quaſi quiddã è vẽtre enatum vocant. Vel ſi geminus meatus ſit, in ἔντερον illã maior inſeritur, minor in fundũ vẽtriculi paulò ſupra pyloron inuenitur. ſed tamen in pauciſſimis ſuperior pars maior, inferior minor. Cæterùm quibus eſt maior, his in ventrẽ quotidie non exiguum bilis effunditur: quã & euomant ante cibos oportet: & niſi id faciant, læduntur. Quibus autem vnicus eſt omnino meatus, iis tota bilis cõfluit in ieiunum. dignotionis notas proponit à tẽperamento, & excretis; Eudemi exẽplo, qui bilioſa meraca per ſedẽ excernebat. tales vocãt Graij πικροχόλους κένους vt ex aduerſo, qui bilioſa reuomunt, πικροχόλους ἄνους vocitant. Porrò qui pituitoſo ſunt corporis habitu, & bilem vomunt, his aluus haudquaquàm bilioſa eſſe ſolet, cùm minimum flauæ bilis gignãt, & plurima eius portio in ſuperiorem vẽtrem perueniat. Quibus autem in ventre bilioſum excrementum ex cibis prauis malè concoctis gignitur, id porri virorem præ ſe fert. at quibus ex iecinore deſcendit, iis vel planè flauum eſt, vel omnino ſaltem pallidum, & poſt abſoluram coctionem, aut in lõga inedia, bilem euomunt, vel aliquo graui pathemate animi perculſi. ſed & horum alibi forſan meminero, poſterior autẽ locus eſt eiuſmodi; Cur igitur in ventriculũ bilis portionem aliquam natura infixit, cùm non pauca ſanè & ipſe generet huiuſmodi excrementa? Hic impenſiùs ipſius naturæ prouidentiã, ni fallor, admiraberis. nã homines in vtilis delectu ſæpẽ fallũtur, cùm id quod hac in re vtile ſibi fore putarant, in aliis neſcio quo pacto incõmodi pl'afferre experiũtur. At natura cõtrà nunquã ne in vno quidẽ ſuorũ operum inconſideratè aut ſocorditer magna incõmoda minori bono antepoſuit; ſed cuiuſque pondus velut appendens, infinitis partibus ipſum vtile, eo quod noxium eſt, amplius ſemper efficit. Nam ſi bilis flaua in ventriculum influendo, nullum admodùm afferret dolorem, iniquè vſum eum natura præteriiſſet, quẽ abſtergendo

Cyſtis fellis locus, natura, forma.

Secunda tunica veſicarum, vnde.

Cyſtis pori, & earum vſus.

Bilis à cyſti vſus.

Porus à cyſti in ventriculum, vbi ſi quãdo, aliàs ad pylorum.

Damnabilis in venerem regressus.

Geminus porus à cyſti, quando, & vbi: aliàs vnicus in orbyſia.

Porus à cyſti ad fundum ventriculi, qualis, & vbi, & vnde damna.

πικροχόλοι ἄνοι & κένοι.

Pituitoſi vnde fiat vt bilem reuomant.

Bilis per vomitus vomitus vnde.

Differentia vtriuſque vomitus, bilioſi, & cauſſa.

Cur bilis à natura non detineatur in ventriculo.

Naturæ prouidentia maior quàm humana.

Natura ſemper maxima de malis eligit.

Digitized by Google

Incommoda bilis in ventrem regurgitantis cõparantur commodis.

quotidie excrementum viſcoſum nobis humor iſte ſuppeditaſſet. Sin verò malum hoc quidem adeo eſt exile, vt præſidio corrigi externo abũdè queat: mala verò quæ bilis in ventriculum influxum manent, magnitudine ſunt tanta, vt ventriculi munus funditùs euertãt: non video quia is ſit erga naturã, quæ ſibi ipſi ita proſpexit, ingratiſſimus, aut meritas laudes ipſi inuideat, ſi cùm laudare ipſam decuerit, ipſe etiam inculat. Quis, quæſo, ignorat bilis flauæ facultatem acrem admodùm eſſe, ac mordentem, & omnia abradentem? Aut quis vnquam ſuccum hunc copioſiorem deiecit, qui priùs mordicationem in inteſtinis non ſenſerit? Adhæc, cui non liquet neceſſariò vomitũ bilioſum præcedere, cùm alios quoſdã affectus, tum verò καρδιαλγίαν, quæ oris ventris mordicatio eſt? Ideo ſi bilis ad ventriculũ cõfluxerit, omne eius officium euertit. Qua enim ratione, pura primis inteſtinis incidens, ea morſu cõmouet, prohibẽtq. alimentũ in his ipſis morari: ad eundem etiã modũ, ventriculum ſenſu quàm ieiunum exactiori præditum, cogeret alimentum priùs propellere deorſum, quàm planè cõcoctũ eſſet. Quod quidem certè ita in promptu eſt, vt res longiori demonſtratione non egeat. ſiquidem morſus vehementes, crudos cibos cogunt excernere. Satis igitur cõſtat, in quauis corporis cõſtitutione, ſi bilis copioſior in ventriculũ influat: aliméta in eo cõſiſtere non poſſe. morſus enim vẽtriculus à ſucci acrimonia, cõmouetur ab ipſo ac pungitur ad ea quæ in ſe ipſo continet, celeriùs excernẽda. Si igitur humor iſte ad os vẽtriculi irrepſerit (vt quod maximè eſt ſenſile) morſi ab ipſo anguntur vehementer, nauſeant, ac vomunt. ſi verò ad fundũ pertinuerit, celeriter deorſum ſubit, ac ſecum aſſiduè ſimul cibos excernit. Cùm enim ventriculus vndiq. validè cõprimitur, os autem ſiue ſupernũ, ſiue infernum patefactum eſt, omnia pariter quæ in ipſo ſunt incluſa, excernuntur. Ex quo concluditur, quòd ſi plurimus humor iſte ad vẽtriculum confluxerit, corruperit vtiq. ac perturbarit propriã ipſius actionem. Quandoquidem ventriculi quidem propria actio, eſt concoctio: poſtulant autem quæ concoquunt, temporis diuturnitatem. hic autem humor non ſinit in ipſo cibos morari. Rectè igitur veteres medici, vt alia omittam præcepta ſalutaria, vomitus à cibis in ſingulos menſes repeti præcipiebant, alij quidem ſemel, alij verò bis. qua de re alibi cõmodiùs ex Hipp. lib. de diæta idiotarum. nunc enim illuſtrare volo Galeni demõſtrationẽ iſtã ſpeciali exẽplo, nõ noſtro quidem, quanuis pleraq. ſuppetant, ſed eiuſdem, ex cap. 74. lib. qui inſcribitur ars medicinalis. Hominẽ vidi, cuius totus habitus pituitam præ ſe ferebat: quotidie tamen bilem pallidam euomebat. Cenſui igitur inſpiciendã alui excrementa in quib. minimum bilis apparebat. Quare coniectura quadã cõprehendi, eum meatũ, qui bilioſum egurgitat humorem, non minimã eiuſdem partẽ ad imum vẽtriculi locũ, quem Græci πυλωρὸν, id eſt oſtiarium vocant, effundere: vt in quibuſdã apparet animalibus: ex quibus id conſtat, quod plurimùm ad eorum quæ latent ſenſum, cõfert

Bilis natura, & temperamentũ, & eius effectus.

Bilis ad ventrem confluentũ incommoda.

Bilis vis ad inteſtinorũ excrementũ promouendum.

Bilis in vẽtriculo expultricem irritat: & quàm ſit artificio eius moleſta, minùs autem funda.

Ventric contenta quomodo hac illàc erumpant.

Ventriculi affectus, qua: & quomodo à bile interturbetur.

Vomitus ſemel in menſe quid iuuet.

Hiſtoria de homine pituioſo bilem quotidie reuomente: & eius cauſſa.

Digitized by Google

Ab omnibus villis fit motus omnes, qui.

extenditur. Ergo cùm vtraque veſica tunicam ſimplicem eſſet habitura, facius fuerat, omnè fibrarũ genus in ipſis inſiſtere, vt omnis etiam motus ſpecies conſequeretur.

Inſertio meatuum cyſtis in inteſtina, qualis.

Quo autẽ modo meatus πανδέκται, quaſi dicas bilicipes, inſerantur in inteſtinũ, intelliges cùm de vreteribus in veſicam cõtinuantibus enucleabimus: ſimilis eſt enim amborum ratio; ipſis obliquè in ſinus laxos conniuentibus, & membranã ſinuum obiectã euertẽtibus (vnicã Galenus, duas Veſalius obſeruauit) vi excremẽtorũ ipſam impellẽte ac reſertãte: ſed deinceps contra nitẽtem eandẽ tunicam; ita vt ſit velut firmum quoddã meatui obſtaculũ, quò minùs quicquam ex illa laxa capacitate in meatus regurgitet. quæ autẽ aut qualis huius cyſteos (folliculũ à ſimilitudine follium Latini interdum vocãt) & meatuũ eius materia ſit, vena, an arteria, an neruus, difficile quidem dictu eſt. veſicis tamen ipſis ſuis affinem eſſe meatuum ſubſtantiam membraneam & iam monui, & nunc repeto, potiùs quàm venæ, arteriæ, nerui naturæ participem. Non ſunt verò arteriæ, quia neque pulſant, neq. ex duabus tunicis conſtant, neq. à corde oriũtur. non ſunt venæ, ſi propriè loqui velis; quia nec ſanguinem in ſe continent, nec ſimilẽ venis tunicã habent: ab ipſo tamen hepate educi poſſunt videri inſtar reliquarum venarum, ſimili cæteris materia ſubſtãtiáq. conſtantes: ſed à ſua veſicula, de materia & conformatione primigenia produci credibilius duco namq. à neruis plus etiam diſcrepãt, tum ſenſu obtuſiore, tum cauitate perquàm inſigni, tum ortu prorſum diſcrepante: quanquam membranoſa omnis ſubſtãtia, naturæ cuiuſdam affinitate, etiã neruoſa dici conſueuit. Quid ergo? nempe vnicuiq. particulatim organo ſua ſubſtantia ineſt actioni & vſui à natura deſtinatis mirificè cõſentiens, vt Galenus etiã ipſe lib. 1. facult. natural. docuit. & mox lib. 2. aduerſus Eraſiſtratum, iiſdem illis meatibus vim tractricem tribuit, qua vi, de ſubſtãtia iecoris mixtam toti ſanguini bilem emulgeãt: & ἀναστόμωσιν horũ in venam cauã ab Eraſiſtrato cõfictam eludit: aſtutiámq. hominis, verborum obſcuritate ſuã ignorantiam velantis, feſtiuè cauillatur. Quòd autem cyſti fellea, ſeu folliculo fellis careãt columbæ, id efficit natura volucris hoc humore carentis: ideo neq. eius receptaculo indigẽtis; quod in aliis nonnullis deprehẽditur, exiguam fellei liquoris copiam habentibus per maſſam ſanguinis & corporis vniuerſi habitũ diffuſi, vt ex Ariſt. & Plinio aliàs dicetur. niſi de columba id religioni vertere mauis, propter auſpicatum nuntium deſiti diluuij, & ramum virentis oliuæ roſtro exportatum. Geneſ. 8.

Pori cyſtis hiant in inteſtina, ſed non retrò meant, quamobrẽ.

Folliculus vnde dicatur.

Veſicarum & meatuũ quæ ſit materia, & vnde.

Quòd meatui veſtra bibi, non ſit arteria, non vena, non neruus.

Membranoſa omnis ſubſtantia, neruoſa eſt.

Organo cuique ſua eſt peculiaris eſſentia actionis author.

Meatus cyſtis vim habent extrahendi, qui. neque in venam cauam aperiuntur.

Columbæ cur cyſti & felle careat.

Columba nuntia deſiti diluuij.

De cyſti & felle, opiniones aliorũ: itẽ de hepate & vena.

AVthor anatomiæ viuorum Galeno adſcriptæ, cyſtis naturã vſũmq. ſic inueſtigat cap. 16. Cyſtis fellis, folliculus continens choleram, ſupponitur in concauitate hepatis, ſcilicet in loco generationis ſanguinis, habens continuationem cũ hepate. & habet tres meatus. Vnus dirigitur ad fundũ ſtomachi, quo tranſmittitur cholera in ipſo ſtomacho, propter digeſtionem conforrandam. Aliũ habet meatũ, qui ad inteſtina dirigitur per plures ramos, vt ad ieiunum, per quos traſmittitur cholera ad mundificationẽ ipſorũ inteſtinorũ. Vnde ex oppilatione cyſteos fellis, plures accidunt paſſiones in inteſtinis. cholera enim quæ tranſmittitur, mordicãdo & pungẽdo mouet inteſtina ad expulſionẽ. Habet autem meatũ ad ipſum hepar, quo mediante, ſugit ab hepate quod calidum eſt, ad ſui nutrimẽtum: quia calidæ & ſiccæ cõplexionis eſt. Collũ habet iſte folliculus, in quo dominãtur fila longitudinalia, propter attractionem fortem. cõponitur autem filis latitudinalibus, propter expulſionẽ: & filis trãſuerſis, propter retentionem. hæc ille magis verè, quàm diſertè. qui autẽ morbi retẽto in venis, & ſparſo per corpus felle gignãtur, dicetur in pathologia, & Galenus accuratè expoſuit ſub finem lib. 5. loc. aff. de ictero multiplici ſubtiliter & acutè commentatus: præcipuéq. eo, qui cyſteos meatuum obſtructionem, vel tractricis imbecillitatem, ſequitur. Meatus autem in cyſti tres nuper memoraui: alij tantùm duos perpetuos aſſerunt, alterũ hepati inſertũ, alterũ modo in ecphyſin ſolam, modò in ventriculi fundum inſertũ tantùm. alij vnicũ ab hepate emulgẽtem, ſed alterum præterea bifidum, parte ſui quadã in duodenũ, quadam verò in fundũ vẽtriculi hiare aſſerunt. vtplurimùm tamen è geminis cyſtidos ductibus, alter ſurſum hepati, alter deorſum duodeno cõmittitur. rariſſimè enim ad ventriculum ferri vllum fellis ductũ cõtingit; quia fel naturæ partis inutile, & actioni ipſi perquàm graue atq. moleſtum foret. Et tamen in paucis quibuſdam, è ductibus geminis inferioribus, alter; aut ſi vnicus eſt, totus ille quidẽ ſinui & capacitati ventriculi inſeritur; demiſſiùs tamen, quàm vt ſuperius orificiũ (quod grauiſſimo ſit incõmodo) cõtingat. Atq. hos eſſe puto, quos vetus medicina Græcorũ ὑπερέχοντας ἄνω nuncupauit: quales nos aliquot vidimus quotidie manè multã bilis meracę copiã vomitu reiectãtes. ſintne verò aliqui, quibus cyſtis fellea in totum deſit, ex Ariſt. & Plinio condiſces: noſtro enim ævo, quod ſciam, tales hactenus defuêre.

Cyſtis fellis natura, vſus, locus compoſitio. 3 Meatuum inſertio, &c vſus. Ac primum ſtatura Gal. & veritatem.

Vſus bilis ad inteſtina deferentis.

Cyſtis nutrimentum, vnde, ſtatura Gal. & veritatem.

Febres folliculorum fellis, & vſi.

Cõtrouerſia de numero meatuum cyſtis, & eorum inſertione.

Rarus à cyſte meatus ad ventriculum, cur, & vbi.

ὑπερέχοντα ἄνω, qui.

Ariſtoteles equidem multa de felle locutus lib. 4. part. animal. cap. 2. quòd maior pars animaliũ fel habeat, eorum quibus & ſanguis ineſt: ſdq. aut in iecore, aut inteſtinis ſepoſitum; vt quod ſuam naturam non minùs aluo familiarẽ habeat: & quòd nullius ſenſus gratiã datum ſit animalibus: non vt animæ partem ſitã in iecore, mordendo excitet, aut laxando exhilaret. deinceps quibus animalibus fel deſit, ibidem ſubiungit. quo in numero hominem reponit, cui fel nullũ ineſſe aliquando arbitratur. non ex eo forſan inferens, nullum homini fel eſſe omnino; ſed fortè fellis folliculum nullum metonymicæ, in quibuſdam reperiri, cùm ipſum certis ductibus in inteſtina deriuetur, neq. cyſti illa vrcumque capaci colligatur: aut ſanè toti maſſæ ſanguinis confundi: ſicuti in nonnullis tum auibus, tum quadrupedibus contingit. Quanquam noſtro ſeculo tantum fellis & choleræ noſtris hominibus ineſt, vt tota

Fel in ſanguine, vbi, & quorũ.

An homini fel nullum, vel ſine cyſte, & vbi.

In morem hominum noſtri temporis prorſus fellea.

Digitized by Google

tam parno vaſculo comprehendi nequeat; ſed foràs effuſa, rixas, iurgia, conuitia, pugnas cædéſque cruentas excitet: contrà quàm æuis illis, quibus mitius hominum genus pacem & concordiam mutuò fouebat, morum facilitate, & ſermonis blando candore, & conuictus atq. conſuetudinis dulcedine certantibus inter ſeſe vniuerſis. nunc enim ſuppreſſa bile, & per habitum corporis effuſa, qui morbi contingãt, non ita pridem diximus. Pulchrè autem à veteribus illis dicebatur, teſte Arist. cauſſam cur diutiùs viuatur, fellis vacuitatem eſſe: argumento ex ſolipedum ceruorúmque genere deducto. hæc enim & felle vacant, & diu viuunt. ſed de felle ſeu bile dicetur à nobis inter humorum genera. de altero autem excrementi hepatici receptaculo dicẽdum nunc eſt: quod quidem fæci comparauimus colore & conſiſtentia & generationis modo quadrantibus. Priùs tamen Latinorum authorum de hepate & felle & huius veſicula iuuat audire diſertam ſententiam. incipiam autem à Plinio, propter huius affinitatem cum Arist. vt ex collatione locorum deprehendes.

Comparatio ſeculi hominis cum priſcis.

Fellis paucitas producit vitã, ab exẽplo.

Melancholia, ſuci ſimilis.

Plinius igitur lib. 11. cap. 37. Iecur in dextra parte eſt, in eo, quod caput extorum vocãt, magnæ varietatis. Caput extorum, triſtis oſtenti cæſum quoq. eſt, præterquàm in ſolicitudine ac metu: tunc enim perimit cutes. Bina iocinera leporibus circa Briletum & Tharnen, & in Cherrhoneſo ad Propontidem. mirúmq., trãſlatis aliò interit alterum. In eodem eſt fel non omnibus datum animalibus. In Eubœæ Chalcide nullum pecori. in Naxo prægrande geminúmque, vt prodigij loco, vtrumque aduenæ. Equi, muli, aſini, cerui, capræ, apri, cameli, delphini non habent. murium aliqui habẽt. Hominum paucis non eſt: quorum valetudo firmior, & vita longior. ſunt qui equo non quidem in iecinore eſſe, ſed in aluo putent. & ceruo in cauda aut inteſtinis. ideo tantam habent amaritudinem, vt à canibus non attingãtur. Eſt autem nil aliud, quàm purgamentum peſſimi ſanguinis: & ideo in materia eius eſt. Certè iecur nulli eſt, niſi ſanguinem habentibus. accipit hoc à corde, cui iungitur, fundítq. in venas. Sed in felle nigro inſaniæ cauſſa homini, mórſque toto reddito. hinc & in mores crimen bilis nomine. Adeo magnũ eſt in hac parte virus, cùm ſe fundit in animum. quin & toto corpore vagum, colorẽ quoq. oculis aufert. illud quidẽ redditũ, etiam ahenis. nigreſcúntq. contacta eo: nequis miretur id venenũ eſſe ſerpentium. carent eo, qui abſinthium veſcuntur in Ponto. ſed renibus & parte tantùm altera, inteſtino iũgitur in coruis, coturnicibus, phaſianis: quibuſdam inteſtino tantùm, vt columbis, accipitri, muræna. paucis auium in pectore. ſerpentibus portione maximè copioſum, & piſcibus. eſt autem pleriſq. toto inteſtino, ſicut accipitri, miluo. Præterea in pectore eſt & ceteris omnib": virulis quidem marinis ad multa quoq. nobile. Taurorum felle aureus ducitur color. Murium iecuſculis fibræ ad numerũ Lunæ in mẽſe congruere dicuntur, totidémq. inueniri, quorum

Iecoris ſitus.

Caput extorum, quid.

Leporibus bina iocinera, vbi.

Fel quibus animalibus deſit, & vbi.

Hominũ nullum fel parũ, & quorſum.

Fel equi & cerui, vbi.

Fel, quid ſit.

Cor & iecur omnibus ſanguineis: & vnde ſanguis.

Melancholia damna.

Fel in auibus, vbi. Item in piſcibus.

Serpentum fel.

Pellis tantum vſus.

De fibris iecoris mu-

lumen eius ſit. Præterea bruma increſcere. Cuniculorum exta in Bætica gemina ſæpe reperiuntur. ranarum rubetarum altera fibra à formicis nõ attingitur, propter venenum, vt arbitrãtur. Iecur maximè vetuſtatis patiens, cẽtenis durare annis obſidionum exempla prodidêre. Exta ſerpentibus & lacertis lõga. Cæcinæ Volaterrano dracones emicuiſſe de extis lętro prodigio traditur. Et profectò nihil incredibile ſit exiſtimantibus Pyrrho regi quo die periit, præciſa hoſtiarum capita repſiſſe, ſanguinem ſuum lãbentia, ſi eidem Plinio credimus. ſic etiã dicenti eidem, Aues nec venas, nec arterias habent: item ſerpentes, teſtudines, lacertæ; minimúmq. ſanguinis. Venæ, id eſt ſanguinis riui, in prætenues poſtremò fibras ſubter totã cutẽ diſperſæ, adeo in anguſtã ſubtilitatẽ tenuantur. vt penetrare ſanguis non poſſit aliúdve, quàm exilis humor ab illo, qui cacuminibus innumeris ſudor appellatur in vmbilico venarum nodoſo coitu.

viũ, mirum.

Cuniculorum exta.

Iecur patiẽtiſſimum vetuſtatis, quũ.

Hiſtoria de draconibus ab extis.

Hiſtoria de præſiſis boſtiarum capitibus ſuũ ſanguinem lambentibus.

Venarum extrema vbi deſinãt, & inde ſudor.

M. Tullius lib. 2. nat. deor. diuerſo quodam modo ab Arist. de iſtis partibus ſic breuiter & ſummatim trãſigit: Ex inteſtinis autem & aluo ſecretus à reliquo cibo ſuccus is quo alimur, permanat ad iecur per quaſdam à medio inteſtino (nolim tamen ego hoc nomine meſenterium intelligas, quia inteſtinum non eſt) vſq. ad portas iecoris, ſic enim appellãt, ductas & directas vias, quæ pertinent ad iecur, cíq. adhærent. Atq. inde aliæ pertinentes ſunt, per quas cadit cibus à iecore dilapſus. Ab eo cibo cùm eſt ſecreta bilis, iſq. humores qui ex renibus profundũtur, reliqua ſe in ſanguinẽ vertunt, ad eaſdémq. portas iecoris cõfluunt, ad quas omnes eius viæ pertinent: per quas lapſus cibus in hoc ipſo loco, in eam venam, quæ cana appellatur, confunditur, pérq. eã ad cor cõfectus iam coactúſq. perlabitur. A corde autem in totum corpus diſtribuitur per venas admodùm multas in omnes partes corporis pertinẽtes. Nam quæ ſpiritu in pulmones anima ducitur, ea caleſcit primùm ab ipſo ſpiritu, deinde cogitatione pulmonũ: ex eáq. pars redditur reſpirando, pars cõcipitur cordis parte quadã, quã vẽtriculũ cordis appellãt: cui ſimilis alter adiunctus eſt, in quẽ ſanguis à iecore per venam illã cauã influit. eóq. modo ex his partibus & ſanguis per venas in omne corpus diffunditur, & ſpiritus per arterias. hæc Tullius certè ad medicorum placita propiùs, quàm ipſe Arist. eadem de re licet argutè philoſophatus.

Chyli ad iecur tranſmeatus, quẽ fiat.

Vena porta & cana.

Bilis & vrinæ ſecretio à ſanguine.

Sanguis quomodo per venas tenuatas ad cor & hepar, & ab eo corpus.

Lactantius Firmianus cap. 7. lib. de opificio Dei, vſum venarum poſt Platonem & Arist. ſic explicat; Item viſceribus ipſis venas admiſcuit, quaſi riuos per corpus omne diuiſos, per quas diſcurrens humor & ſanguis, vniuerſa membra ſuccis vitalibus irrigaret. & ea viſcera formata in eum modũ, qui vnicuiq. generi ac lòco aptus fuit, ſuperiecta pelle cõtexit, &c. ſed mox cap. 11. ita profitetur; Cibi verò in aluum recepti, & cum potus humore permixti, cùm iam calore percocti fuerint, eorum ſuccus inenarrabili modo per mẽbra diffuſus, irrigat vniuerſũ corpus & vegetat. quẽ modũ cùm explicare

Reſpiratio qui fiat, & quo aër feratur.

2 Ventriculi cordis, quorſum.

Sanguis per venas, ſpiritus per arterias diffundatur. Cicero laudatur.

Venarum ſimilitudo cum riuis, & vſus.

Chylus & ſanguis quomodo ferantur, incertum.

Multa in humano corpore nobis incognita.

posse diffideret, tacitus prætermisit. ideo nominatim sic extulit cap.14. Multa esse constat in corpore, quorum vim rationémque perspicere nemo, nisi qui fecit, potest. Quid splen? quid iecur? quæ viscera quasi ex conturbato sanguine videntur esse concreta. Quid fellis amarissimus liquor? quid globus cordis, qui vnus sanguinis fons est? Nisi fortè illis credendum putabimus, qui affectum iracundiæ in felle constitutum putant, pauoris in corde, lætitiæ in splene. Iplius autem iecoris officium volunt esse, vt cibos in aluo concoquat amplexu & calefactu suo. Quidam libidines rerum venerearum in iecore contineri arbitrantur. Primùm ista perspicere acumen humani sensus non potest: quia horum officia in aperto latent, nec vsus suos patefacta demonstrant. Nã si ita esset, forrasse placidiora quæq. animalia vel nihil fellis omnino, vel minus haberent, quàm feræ & timidiora plus cordis, salaciora plus iecoris, lasciuiora plus splenis habuissent. hæc ille: cuius quidem obiectionibus nos partim respondimus, partim posthàc in tractatu de humoribus, ad plura sumus responsuri.

Ab exiplis. Cor, sanguinis fons.

An ira in felle, pauor in corde, lætitia in splene? Iecoris officium.

Viscerum officia nobis sunt incomperta, quare. Coniectanea de felle, corde, liene. N. & quidé verum, ex Arist.

Celsus lib. 4. cap. 1. Iecur à dextra parte sub præcordiis ab ipso septo ortum, intrinsecùs cauum, extrinsecùs gibbum: quod prominens leuiter ventriculo insidet, & in quatuor fibras diuiditur. Ex inferiore verò parte ei fel inhæret. quæ quàm verè dicta sint, memor antecedentium æstimabis.

Iecoris sedes & vrtus, & figura. Fel sub iecore.

Fernelius postremò, quem vnũ priscis subiiciam, his de partibus ita scripsit, cap. 6. lib.1. Physiolog. Inter partes nutritioni dicatas, princeps est iecur, cui ventriculus subministrat cibum ex parte coctum: alij ministri complures illorum eluuiem culina excludunt: viæ tandem multiplices, per quas tum fiat eductio, tũ purioris alimenti distributio. & sequenti mox capite 7. Viæ ab intestinis ad iecur ductæ ac directæ, venæ quidem sunt mesaraïcæ, quæ illuc è ventre alimentum deuehunt. id enim primam & principem statuimus nutriendi officinam: quòd ingenita sibi facultate sanguinem efficiat proferátque: est enim ipsa illius actio, Græcis αἱματώσις. Magnum id datum hominibus, præsertim helluonibus abdomini suo natis: subtèt quidem concauum, suprà & extrinsecùs prominens, ferè in fibras quinque (Græci λοβοὺς appellant) dissectum. quanuis conspectum à nobis est (nec tarò) solidum, nullísque fibris diuulsum. Dextrã corporis regionem sub septo transuerso obsidet, ab eo digiti latitudine disiunctum: ne fortè obesset illi quasi flabello præcordia ventilanti. Insidet autẽ leniter ventriculo, omnémq. illius editiorem partem non modò dextrá, verumetiam priorem fibris suis amplexatur. Ex septo trãsuerso ex dextris præcordiis atque ex spina id pendet ac nititur: quibus atque ventriculo per medias membranas & venam cauam adhæresci. Vix denique pars vlla corporis habetur, qua cum illi per venas & arterias non intercedat communio. Membrana integitur tenuissima, in qua exilis neruus sensu præditus è sexta cerebri coniugatione

Iecoris principatus & munus, ac ministri.

Venarum mesaraïcarum vsus, item iecoris.

Iecoris officium, & quantitas, & figura, & sedes, & vincula.

De fibris iecoris.

Iecoris sympathia cum toto corpore, qui.

Iecoris membrana

excidens absumitur. multis arteriis, sed quàm plurimis venis, vt quarum initium est & origo, conspergitur: quas illius caro (παρέγχυμα Græci vocant) stabilit atque firmat; propria quidem visceris substantia atque moles, primúsq. omnium effector & author. Similitudinem autem gerit speciémque sanguinis ardore tosti, exhaustóque vapore aridi atq. concreti. Ex iocineris porrò maiore sæpe fibra, bilis folliculus parte caua resimáq. propendet; vesicula quidé ex simplici tunica cõstans, omni staminũ genere intexta, expurgatæ è iecore bilis flauæ receptaculum. Duo enim bili ferẽdæ ductus in illã pertinẽt; alter ex eo loco, vbi vena portæ iecur subit, quo bilem in se allicit: alter ad duodeni terminum, ieiuniq. initium: aliàs autem in vẽtriculi fundum proiectus, quo bilis exuperantia exigitur atq. expellitur. hac enim solẽt intestina ad fæcum deiectionẽ quasi adhibito stimulo acui & irritari: ipsæ autem fæces subflauo colore inficiunt. Hãc vesiculam nonnunquã deprehẽdimus subnigris calculis, iisq. duris ac solidis confertam. Idẽ cap.3. lib.6. Geniti (inquit) sanguinis portionem quandam familiarem ac benignam sibi iecur adiungit, agglutinat, & assimilat; non vt ventriculus aut intestina, chylũ; sed nutritione perfecta, illam in propriã naturam conuertẽs. reliquam verò sanguinis partẽ ceu redundãtem & sibi superuacaneam, in venam cauam perlabi sinit, à qua in totum corpus distribuitur per venas sanè quàm multas in omnes corporis partes pertinẽtes. Similiter vesicula proprio ductu & via ex iecore bilem flauam attrahit, eámque synceram, nec alio quoquam humore adulteratam: tum quòd viæ angustia crassiorem illabi non sinit; tũ quòd eiusmodi attractio maximè ex humoris familiaritate & occulta conuenientia incitetur. Quanquã enim mordax est & acris hic humor: vesiculæ tamen proprióq. receptaculo tristis non est aut infestus, sed mutua cognatione iucundus & amicus: ex quo illa voluptatem & incunditatis sensum percipit. Cæterùm eo haud quaquàm alitur, quòd vsquequaq. amarus sit, nullo benigno succo perfusus: sed sanguine quem suscipit per venã cõspicuam ex portis iecoris in suũ ipsius collum insertam. hæc ille, ex placitis & decretis potissimùm Galeni, vt ex superioribus potest esse manifestũ obseruanti. Sed antequàm hunc dimitto, volo etiã pauca ex eodẽ insignia obiter appellare. primũ illud erit ex cap.5. l. 6. physiolog. Venæ & arteriæ quãquam proximũ in se sanguinem cõtinent, quo aluntur; hunc tamen non possunt leui momẽto in se conuertere: sed quæ portio tunicis proximè afflixit, primùm cõmutata albescit, móxq. tanquã ros in angusta foramina venæ aut arteriæ rapitur: quibus penitùs apposita, crassiórq. facta annectitur, tãdémq. assimilatur. Idẽ verò lib. eiusd. c.2. Vt arboris tenuissimæ radices è terra succũ trahunt: ita quæ in quoduis intestinũ pertinẽt venarũ ora, quantum chyli cõcoctum est, & à reliquo cibo secretum, id omne hauriũt & exsorbent: ab hisq. venis minoribus ad maiores permanat, dum tandẽ ad iecoris portas se applicet.

& meatus, venæ & arteriæ. Parenchymatis hepatis vsus & officium.

Iecoris caro qualis, & similis.

Bilis folliculus vnde, & eius natura vsusque.

Cystis fellis ductus, vbi, & quò.

Bilis vsus ad intestina.

Calculi vesicæ.

Iecoris nutrimentum.

Sanguinis ab hepate dimissio, qui.

Cystis quomodo fel exugat.

Cystis non offenditur acrimonia bilis, quamobrem.

Cystis non alitur felle, sed: & quomodo sanguine.

Venæ & arteriæ quo alantur, & quomodo.

Venæ quomodo chylũ ab intestinis emulgeant, & simile.

Digitized by Google

Vſus venarum meſaraicarum & portarū, & vrge.

ad hanc quippe regionem aditus eſt & introitus per multiplices admodùm vias, cáſque perangustas. Præparant hæ quidem chylum iecori, conferúntque quaſi rudimentum ſanguinis, quale in eis per conſectiones deprehendi ſolet: iccirco ſanè quòd à iecore initium ducunt, cuius proinde naturam referunt & æmulantur. Si arteriæ, quæ ad inteſtina feruntur ac pertinent, nonnihil etiam humoris è cibo alliciunt, id omnino perexiguum eſſe debet, quòd craſſior illic ſuccus exiſtat, ſintque arteriæ ſpiritui halituique trahendo accómodatæ. Qui vnum ſenſum æſtimatorem iudicémque adhibuerit, meſenterij venas ventriculi & inteſtinorum nutricationi, non autem ſuccorum diſtributioni deſtinatas eſſe contendet: quòd omnes ſemper rubro, nunquam albo ſucco confertæ videntur: quódque in vẽtriculi & inteſtinorum ſubſtantiam ſe figant, neque ad interiorem capacitatem apertæ ſint. Verũtamen quoniam aliæ nuſquam viæ ex inteſtinis in iecur directæ feruntur, per quas alimentum influat: ratio magis quàm ſenſus cõuincit, eas etiam ad diſtributionem accommodari. Quanquam quomodo ventriculo & inteſtinis interantur, iiſque membranulæ decuſſantes præfigantur, paulò antè videor aperuiſſe, ex fide anatomica recentiorum, præſertim Falloppij Columbique.

An arteriæ chylum ab inteſtinis attrahant.

Venæ meſaraicæ dubium quomodo chylum ab inteſtinis attrahant: quæ ſanguinem: reuerent: quæ intrò penetrare non videntur.

Quæſtio.

Verùm exiſtet mox quæſtio non parum difficilis atque ardua, multùm & ſæpe quæſita: Per ſingulásne meſenterij venas tum nutritio, tum diſtributio ſit: an potiùs aliæ ad nutritionem, aliæ ad diſtributionem aptæ ſint & conſtitutæ. Omnes vna ſanè & communi conditione ſeruitutis vtuntur, nec vlla operæ varietas illas ſeiunxit, ſed ſingulis vtrumque datum eſt, tum vt in iecur chylum tranſportent, tum vt ex hoc in inteſtina ſanguinem refundant. neque id quidem temporum & officiorũ quadam viciſſitudine, ſed ſimul vna eadémq. humorum congreſſione. Quanquam autem eiſdem venis permiſcentur chylus atque ſanguis: trahentium tamen partium naturæ & deſideria, cauſſæ ſunt, quòd diuerſæ diuerſa prolectent atque ſecernant: quemadmodum in alui purgationibus non obſcurè fieri deprehendimus. Ad hæc verò ſciendum probè eſt, ſuperiores venas, quæ in ventriculum & gracilia inteſtina concedunt, minùs ſanè quàm inferiores humoribus è venis & ex iecore purgãdis deſtinari. vnde in dyſenteria atque tineſmo mordax & acris humor in craſſa inteſtina illabitur, alimento interim per venas ſuperiores in iecur rapto atque importato. Ad hunc igitur modum alimentum in iecur perlabitur. trahentibus quidem tum meſenterij venis, tum verò iecore per venas. rapiunt autem id maximè, ob conuenientis cuiuſdam facultatis cõmunionem. veruntamen aliæ permultæ ſunt cauſæ, quæ tranſuectioni celeritatem addant: vaſorum amplitudo, ſucci tenuitas, cum permeandi impetu, & attrahẽtis facultatis robur. Vt autem hæc vera aut veriſimilia ſint: tamen

An per eaſdem venas meſenterij fiat nutritio & diſtributio.

Communis omniũ meſenterij venarũ opera, vtque geminata, quã.

Eaſdẽ venis chylus & ſanguis contemitur.

Attractrix vtrobique diuerſa, quomodo. A ſimili.

Venæ meſenterij ſuperiores magis vacant alendo, inferiores autem expurgando, quã.

Chyli tranſitionẽ quæ accelerent.

paulò antè vel Galeno adſtipulatore dixi, duplex genus venarũ diuerſum ab hepate ad ventriculum & inteſtina ferri videri: illud quidem chylo exugendo & conuehendo: hoc autem ſanguini. ad iſtarum partium alimoniam exportando: has à cauſa, illas à porta originẽ ducere præmonebam, aut potiùs percontãdo inquirebam: quia probatio ex anatome non ſatis efficax ſuppetebat: & Veſalium Galeno refragari licet non apertè, attamen dubitanter videbam.

Quòd duplex diuerſum in meſenterio genus venarũ poſſit aſſignari, alterum alendo, alterũ chylo vehendo: qualiter & quãdo.

De Liene.

CAP. VI.

Lienis ſitus, figura, vſus.

HEPATI ex aduerſo lien opponitur, forma quidẽ humano veſtigio haud abſimilis, veluti Hippocrates lib. de anatomia cõparabat: homini tamen largior & craſſior, præcipuè ſuperna ſui parte: quadrupedibus autẽ longior & arctior, ſoleæ aut veſtigio haud abſimilis, vel etiam linguæ. Siniſtram verò partem ſub præcordiis occupat è natura, & corpus velut in æquilibrio ſtatuit, tantúdem huic lævæ parti adijciens ponderis, & loci vacui tãtundem complens, quanto hepar dextris amplius adiecerat. Quæcumque enim iecur habent animalia, iis & lien omnino ineſt, ac meatus bilis receptores: etſi veſicam, quæ amaram bilem colligit haud omnibus natura conceſſit, vt poſt Ariſtotelem Galenus contra Mneſitheum adſtruit lib. 6. de adminiſtra. anatom. ſed rem à nomine extorſi aggrediamur.

Corpus hũmanũ velut in æquilibrio, quo. Hepar, lien, cyſtis, ſeſe comitãtur.

Σπλὴν vnde dicatur.

Σπλὴν à Græcis vocatur, vt puto, ὅτι σπᾷ τὰ αἵματα, quòd fæces ſeu fraces ſanguinis ſpongioſo ſuo corpore attrahat atque abſorbeat. ἢ ὅτι τὰ εἰς ἰσχνὸν ἕλκοντα ἢ τὰ φαυλότατα τοῦ ὑγροῦ. aut quòd intra ſe prauos humores quoſque allectet: potiſſimè autem ſuccum atrũ, quo quidem degenerante & corrupto nullus eſt humor in corpore deterior. Latinis eodem nomine ſplen dicitur: à quibus etiam lien ſeu lienis vocitatur: haud ſcio, an ex eo, quòd liberet ærumnis & morbis multis atque ægritudinibus, quandiu videlicet habet è natura. an quòd cæteris inteſtinis, & proximis viſceribus alligetur? aut alia quacumque tandem derivatione vocabuli. nam de eius vſu certior eſt, quàm de notatione & etymologia, ratio.

Lien vnde dicatur.

Plato in Timæo ſic effatur: Ἡ δ' αὖ τῶν γένυος αὐτῷ ξύμπασα ἢ ἴδια σπληνὸς γίγνεται ἐξ ἀνάγκης, χάριν ἰσχνότητος τοῦ περιχύτι αἵματι λαμπρᾶς αὖ καὶ καθαρᾶς, καὶ πανταχῇ παρεκδεκομένου ἢ ἴσχνωσιν αὖ τοιαύτην ἐκπιεζόμενον. διὸ δὴ καὶ ὅταν τῶν ἐδεσμάτων γίγνωται πλῆθος τοῦτο ἐκ τοῦ ὕπνου, πάντα τὰ ἐπιτήδεια τοῦτο ἀλγήσαν μανίας, ἢ τοῦ ἐναντίου ἐμπίπλησιν. ὅταν πλησμονὴς τοῦ ἀναπαυομένου, ῥᾳδίως ἢ ὑπνώσας ἐξανίστη, ἢ πάλιν ὅταν πληρωθῇ τὸ τοῦτο, πανταχόθεν τοῦτο ἀναζῇ. id eſt. Proximum hepati ad ſiniſtram locatum eſt huius gratiâ membrum (ſeu viſcus) vt purum hepar ſemper clarúmque reddat, & inſtar ſpeculi nitens atque perpicuum, ad imaginéſque

Lienis ſitus & vſus. A ſimili.

Digitized by Google

N. euſalſa hypotheſi de recetis vſu.

exprimendas accommodatum. Quapropter quando propter corporis morbum ſordibus iecur abundat, lienis raritas id purgans, eas combibit, cùm membrum hoc concauum ſit & exangue. vnde purgamentis impletum excreſcit rumétque ſanie: ac rurſus cùm mundatum corpus eſt, reſtrictum in ſeipſum cõtider.

Traiani apophthegma de fiſco regio. A ſimili.

Hanc philoſophi ſententiam fortè legerat vel audierat Trajanus Rom. Imperator minimè malus (melior tamen futurus, ſi à Chriſtiano ſanguine ſibi temperaſſet) qui fiſcum eſſe veluti lienem iactabat: quòd eo creſcente, reliqui artus contabeſcant, vt Eraſmus in Apophthegm. ex Dione repetit, & Langus ex hoc in Nicephorũ annotauit, ne aliunde Adagium repetam altiùs. Et verò eos ante omnes Hippocrates ſic breuiter extulerat libro de locis in homine: Quibus corpus floret, iis lien minuitur. ex iiſdem enim & ſplen floreſcit, & corpus contabeſcit. cui Galenus ſuccinens addiderat libro ſecundo facult. natural. At quibus viſcus id magnum & tumens augeſcit, iis corpus minuit, & cacochymum reddit.

Lien quando magnus aut paruus, & comparatio ad corpus.

Lienis ſitus, forma, vſus.

Lien igitur in ſiniſtra parte poſitus conſiſtit, parte ſui caua dextràm verſus contra iecur & partes ibi ſitas: gibba autem, foràs ad ſpurias coſtas & ad læuam conuerſa. Namq. has duas partes inſignes habet, alioqui polito, ſed rudi & aſpero corpore: niſi ſiqua parte à circumiacentibus partibus, vt ventriculo ſeptóque & aliis, quibus per exiles fibras alligatur, ob compreſſionem leuitèr cælatur aut protuberat. parte tamen caua lineam inſignem & longam habet, qua vaſa inſerta excipit per totam ſui longitudinem. eſt autem longior, quàm latior, & latior quàm craſſior ſeu profundior. & quantum latitudo à longitudine, tantum craſſities à latitudine ſuperatur. Ad hunc vena quædam ex iecinore à porta pertinet, cuius proceſſus in ventriculum derinat, & in eũ (vt medici vulgo putant) ſuccum melancholicum eructat, tum robori, ob ſuam adſtrictionem, tum appetitui ciborum, ad acorem ingenitum ſtimulando vtilem. Ita ſenſiſſe videtur Galenus lib. quinto de vſu part. Nihil igitur amplius miri ſit, ſi etiam excrementum melancholicũ, quod in liene elaborari ac mutari non potuit, non in propinqua ano inteſtina, ſed in ipſum ventriculum excretum eſt. Etenim ſi nihil moleſtum illic quidem futurum oſtenderimus, oportuiſſéque, ſi in proxima ano inteſtina meatum id excepturum natura extendiſſet, ad portionem paucitatis ipſius excrementi, nõ modò eſſe anguſtum, ſed etiam longum omnino, propter ipſius interualli longitudinem, cóque iniuriis opportunum: non abs re tibi factum videbitur, vt in propinquum ſibi ventriculũ per breue aliquod vas confluat. Porro quòd nihil doloris erat allaturum, ſi memoria tenes, quæ de bile flaua prodidimus, ſupernacaneum eſſe arbitror, pluribus id verbis te edocere. Quandoquidem ſi neque in totum animal poſtmodùm aſſumatur, neque ipſum ventriculum vllo pacto offenſurus erat quid iam reſtat, quod lædere queat? Cæterùm quòd non aſſumatur, ex eo intelligitur, quòd ne flaua bilis quidem, quæ multò eſt tennior, aſſumitur. Quòd verò nullam ventriculo adferat noxã, indicat ipſa qualitas: Acerba enim cùm ſit atque acida bilis atra, contrahere ipſum ac conſtringere, non vt flaua, ſubuertere nata eſt. Conſtat ergo quòd quemadmodum hæc noxia eſſe memorabatur, propterea quod vetaret cibos diutiùs in ventriculo concoqui: pari modo atram bilem non modò non lædere comperiemus, ſed etiam actionem ipſius propriè promouere. Nam vẽtriculum intendit, ac contrahit in ſeipſum, cogitq. cibos ad vnguẽ circumplecti atq. retinere, quouſq. fuerint percocti. ea igitur naturæ prouidéria in bilioſi excrementi effluxu fuit.

Lienis ſitus, quorſum.

Vena à porta ad lienem, quorſum.

Excrementum melãcholicum à ſplene in ventriculũ demittitur, quorſum. Nullum excremento melãcholico à liene ad inteſtina ductus, quamobrũ.

Excrementum melancholicum non lædit ventriculũ.

Excrementum melancholicum à

ventriculo nõ aſſumitur in corpus: ſed neque bilis.

Vſus excrementi melãcholici ad ventriculũ.

Hanc tamen prouidentiam nõnulli ne mirantur quidem, ſed velut figmentum irrident, vel tacitè prætereunt. quos inter, Veſalius eſt, ex anatome nihil ſibi tale compertũ adſtruens: nullum peculiarem meatum, vt in cyſti videre fuit, ſic à ſplene ad ventriculum ferri conſpicatus: cùm omnes venæ comites habeant arterias: cúmque omnes venæ lieni & ventriculo interiectæ, non liquore atro plenæ deprehendantur. Quod tamen diligenti obſeruatione eget, ne iampridẽ recepta apud omnes priſcos tum Græcos, tum Arabas ſententia, ſimplici nudáque paucorum quorundam negatione euertatur. Ex iis porrò, qui admittunt, nõnulli ad ſuperius ventriculi orificium dehiſcere venam à ſplene eductam volunt, quos inter eſt Fernelius & Columbus: alij plerique è neotericis, ad ventriculi potiùs ac ſæpius fundum contendère adſtruunt. litem & cõtrouerſiam totam dirimet *αὐτοψία*, ne cuius affirmatio vel negatio veritati officiat.

Quòd nullus meatus excrementi melancholici à liene ad ventriculum, & quare.

Auicennæ cenſura de flatu à liene in ventriculum, & vſum à Galen. propoſitum.

Meatus à ſplene ad ventriculũ, vbi ſit.

At verò Galen. lib. 6. aggreſſ. anatom. Poſtquàm (ait) omnibus lienis partibus propagines ſunt tranſmiſſæ, quædam pars huius venæ, ad gibbum ventriculi ſurſum emergit, quædã in ſiniſtram omẽti regionem diuaricatur. Etenim & hæc in omnibus ſanguineis animantibus, communia ſunt. non tamen lienis magnitudo, neque color idem omnibus ineſt. quippe leo, canis, omniáq. fortia & calida (ſiccáq.) animalia nigrum affatim obtinent: ſus autem, humidiorãque & frigidiora, albicantem magis. quod idem repetit lib. de atra bile, vtiq. nigriorem ſemper hepate lienem verè affirmans. Veſalius colore & tuberoſa inæqualitate elephanticis comparauit: opinor iis qui ab Hipp. denominantur *μελαγχολικοὶ*. quanquam ad nigrius vergit magis, & velut plũbeum colorem refert perobſcurũ ac luridũ. Iã verò Gal. lib. 4. de vſu part. poſt illã ſimilitudinẽ à vini partibus ſumptã, & ſanguinis maſſæ toti accommodatã, ita intulit: Splenẽ verò qui craſſum & limoſum attracturus erat excrementũ (quod idẽ lib. de atra bile demonſtrat) maximè quidẽ natura voluiſſet ipſis portis ſubijcere, quò certè vel ſua ſponte inclinaturum erat, pódere delatũ melancholicũ illud excrementum. At enim nullus illic erat locus vacuus, quòd ventriculus ipſum omnẽ prior occupauerat. Magnũ igitur & ampluin ſpatiũ cũ in ſiniſtris partibus relin-

Vena à ſplene ad ventriculi gibbum.

Lienis differentia in magnitudine & colore, quã.

Lien hepate nigrior, A ſimili.

Splenis munus, & locus.

tized by Google

Ductus ab hepate ad lienem, & vſus.

quereetur,illic ſplenẽ poſuit: & quendam velut ſtomachũ ex ſimis partibus ipſius ſplenis producturn,venoſum vas ad portas extendit:vt nihilo minùs hepar certè purgetur, quàm ſi prope ipſum eſſet ſplen locatus : neque longo, vt nunc, ſed breui aliquo ſtomacho excrementũ traheret. Ibidem paulò pòſt ventriculi ſitum enarrãs : Cũ (inquit) natura circũpoſitura eſſet duo viſcera ventriculo neq. magnitudine æqualia,neq. pari præſtãtia: propterea maiori & principaliori maioré ſimul & honoratioré locũ tribuit:& hoc quidem dextra parte locauit. Alterũ verò,quod eſt velut expurgatoriũ ipſi*, ſiniſtris ventriculi partibus protendit,& quidé inferioribus.ac de hepate nõ ita multò antè patuit.Eodémque rurſus libro:Splen expurgat limoſos & craſſos ac melãcholicos ſuccos in hepate genitos : attrahit enim hos per vas venoſum,tanquã per ſtomachũ quendam : attractos autẽ non protinus in ventriculũ excernit, ſed ipſe priùs per multum otiũ cõficit atq. immutat,vtens ad hanc actionẽ potiſſimùm arteriis: quæ certè multæ & magnæ ſunt per totũ viſcus nõ abs re neq. fortuitò à natura ipſi tributæ: ſed quòd motus aſſiduitate, & innatæ caliditatis,quæ ipſis à corde affluit, robore cõfici, frangi,mutari,atq. alterari poſſit craſſities trãſumptorũ ab hepate ad ſplenẽ ſuccorũ. Quicquid igitur eorũ in ſuccũ huic viſceri maximè conuenientẽ tranſlatũ fuerit,alimentũ id ſpleni efficitur. Quod autẽ ab ea quæ in ſplene fit, elaboratione exciderit,neq. in ſanguinis tenuis ac vtilis ſpeciẽ tranſmutari potuerit,omninóq. inutile fuerit ad nutriendũ : hoc ad vẽtriculum per aliũ quendã venoſum ſtomachũ ſplen eructat,vtilitatẽ & ipſum quandã haud cõtemnẽdam præſtaturum : quã cùm de excrementis agemus,declarabimus,& nuper adeo nos notauimus. in præſentia autem reliquã ſplenis cõſtructionẽ expendemus : in primiſque propriũ ipſius corpus,quod nõnulli παρέγχυμα, hoc eſt affuſionẽ vocant. Ipſum namq. eſt,quo facultatem habet ſplen ad ſeipſum trahendi ſuccos melancholicos,rarũ admodum ac laxum inſtar ſpongiæ cuiuſdã,vt ſuccos craſſos facilè & attrahat & excipiat. Vt autẽ talis perpetuò ſeruetur ſplenis caro,faciunt arteriæ in totum viſcus diſſeminatæ. quæ tamen & aliũ præſtant vſum non mediocrẽ, cuius etiã meminimus : Nã ad ſuccos,qui ex hepate ad ſplenẽ feruntur, conficiendos,cõferre ipſas diximus. quin & carnẽ viſceris hæ ſemper conſeruant, quemadmodũ & pulmonis. Quæ enim nutriuntur, omnia ad ſe trahunt ex proximis vaſis alimentũ: ſic lieni ex arteriis,ſed tenuius:ex venis autẽ craſſius attrahi par eſt.nã & tunica arteriarũ, quam venarũ,eſt denſior:& ſanguis qui in ipſis cõtinetur, eſt ſubtilior & vaporoſior. Ex eiuſmodi autem præſtitit fungoſam ac laxã carnem nutriri:quẽadmodum ex craſſiori denſam. At qui ſanguis adeo tenuis in arteriis huius viſceris eſt, generationẽ habet ex craſſo illo & melãcholico excremento. quò fit, vt & caro ſplenis, quamuis laxa ſit,à pulmonis tamen carne magno interuallo relinquatur : laxiſſima enim eſt ea atque leuiſſima, & paulò minùs alba, vtpote ex ſpuma quadam velut coagulata: nutritur enim ex ſanguine puriſſimo,flauo,ſubtili,& ſpirituoſo, vt pridẽ demonſtratũ eſt. Splenis verò corpus cum tantò rarius hepate ſit,quantò eſt craſſius pulmone:meritò ex tenuiore parte ſanguinis nutritur. qui namq. attrahitur ad ſplenẽ, craſſior eſt eo qui eſt in hepate:at quia elaboratus ab arteriis,quæ illic ſunt,atq. adeo venis multò denſioré tunicã habentibus,quàm quæ ſunt in hepate: non affatim,neq. craſſus carni ſplenis, ſed ſubtilis & paulatim mittitur. Ob id carõ quidẽ huius viſceris rarior eſt & leuior quã heparis : nõ tamẽ rubicũdior ſanguis,aut flauior: melancholicus enim erat humor quẽ purgauit, eóq. elaborato nutritus eſt. Hepar verò benigno ſimul & craſſo nutritur,tũ propter ſubtilitatẽ tunicæ venarũ,quæ ſunt in hepate,tũ propter magnitudinẽ foraminũ. Vt autẽ ſummatim perſtringã,nutritio horũ triũ viſcerũ ſic habet. hepar quidẽ ex rubicũdo & craſſo ſãguine: ſplẽ autem ex ſubtili,ſed nigro: pulmo ex elaborato ad vnguem flauo,ſubtili,ſpirituoſo ac puro ſumit alimentum. Iã verò carnis eorũ ſpecies ad portionẽ nutrientis ſuccí ſe habẽt. quin potiùs quòd eiuſmodi eas eſſe oportuit, familiare ipſis natura etiam alimentũ parauit. Hæ igitur ſunt duæ vtilitates, quas diximus, cur multas arterias in liene natura produxerit. Eſt & alia quædã præter has tertia, ſecundũ propriã ipſarũ actionẽ & vtilitatẽ. Monſtratũ enim eſt, quòd motus ipſarũ ſeruãdi potiſſimum cuiuſq. partis caloris inſiti gratiã extitit. Refrigerãs quidem diaſtole,hoc eſt dilatatione,attrahendo ſcilicet frigidã qualitatẽ : purgãs autem ex ipſis ſyſtole, hoc eſt cõpreſſione,excremẽta fuliginoſa. Cuiuſmodi cũ in ſplene plurimũ futurũ eſſet,propter prauitatẽ & craſſitiem ſuccorũ, qui in ipſo elaborãtur:ratio fuit,arterias multas & magnas ipſi tribuere. Vt enim pulmo refrigeratione vehemẽti:ita ſplẽ purgatione inſigni indiget: hepar verò neq. tali egẽs purgatione (habet enim alias tres maximas)neque refrigerio magno, vt cor (propter quod ipſe pulmo factus eſt) iure optimo paruis indiguit arteriis. Ob eas certè cauſſas rarũ & leue & arterioſum eſt lienis corpus.Conuerſa autem ſunt etiã ſima ad hepar & ventriculũ : gibba videlicet ſimis opponuntur, & ſima quidẽ, arteriarũ & venarũ immiſſiones cõtinent,& quæ ad omentũ pertingit,inſertionem. gibbis autẽ, quod ad nothas coſtas & ilia ſecedant, nullũ vas inſeritur:ſed quædã fibroſa ligamenta ibi colligant ipſa adiacentibus; quæ neq. magnitudinẽ, neq. multitudinẽ æqualem habẽt in omnibus animalibus ; ſed & ſecundũ ſpeciẽ in ipſis eſt quædã differẽtia,quæ in quoque animali pariter inuenitur. neq. enim alterius cuiuſdã gratiã extiterũt,quã vt dictum eſt, colligandi. vnde plura,vel pauciora, fortiora, imbecilliora,&locis ſibi ipſis mutuò oppoſitis extiterunt,nõ ſplenis ſolũ, ſed hepatis quoque vincula. Tunica verò quæ ipſum ambit, non modò eſt vinculũ,ſed etiã vt & nominatur, tunica tegẽs & veſtiens omni ex parte ipſum viſcus. principiũ autẽ generationis huic etiã eſt à

Splenis parenchyma ſuccos attrahit melancholicos, quæ vt.

Arteriarũ lienis.

Pars quæq. trahit ſibi familiare alimẽtum: ac ſplen vnde, & quale.

Arteria lienis quomodo ſanguinẽ melancholicũ attenuat, & quorſum.

Cõparatio lienis cum carne hepatis. & amborum alimentum.

Splen quomodo elaboret ſuum ſibi alimẽtum, & quale, & vnde.

Hepatis quale alimentum. Comparatio nutrimenti pulmonis, hepatis, & lienis : item & carnis eorundem.

Alius vſus arteriarũ lienis, quã & communis,quomodo.

Splenis excrementa fuliginoſa: & vſus inde arteriarum.

Pulmo refrigeratione per arterias : ſplen purgatione eget, hepar neutro:idcirco parnas habet arterias.

Simæ lienis inſertæ vaſa.

Gibba lienis qualia, & qui differant: & eorundem vincula.

Lienis tunica, quorſum, & vnde.

peritonæo, vt alibi dictũ est. Ab omenti membranis ortã Vesalius maluit lienis tenuẽ & simplicẽ tunicã: in quam superficiariã, potiùs quã intimã visceris substantiã, pars exilis neruulorũ à sexto pari inspergitur, leuẽ quendam sensum parti alioqui stupidæ impartiens. Sed hoc tamẽ mirum est, cùm tot tãmq. insignes venæ & arteriæ ad lienẽ ferãtur, pẽrq. mediã limæ partis rimã inseranturitita illas vniuersas minutè concidi, & in tã tenues partes diffindi, vix vt in tota lienis substantia formã venæ aut arteriæ integræ (contrà quã Gal. videbatur) agnoscas: sed fibras potiùs quã vasa. quibus circũfusus crassus sanguis & fæculentus, ipsum lienis corpus effinxit: ideo etiã μαγχώματος nomine ab Erasistrato vocandũ. Vesalius carnẽ lienis istiusmodi pumici cõparabat, quã Gal. spongiæ: ob substantiã vtẽrq. crassam, nigrã, raro concretóque sanguine constantẽ, frequẽtibus illis dictis fibris filisq. inualidis, de venarũ & arteriarum in minimas partes diuisa tunica implicitã. An hæc vna quoq; ia elaborãdi spiritalis spiritus officina, & velut fornax excoquendi, & ad cor vsque mittendi, dici & haberi potest? an vt quibusdã visum est, cõmodior eidem opificio sedes in palmone, arteriam venalẽ, & venam arterialẽ per suã substantiam multis modis distributam habente, assignanda venit? sed de spiritibus iã pridem tranſegimus tum generatim, tum speciatim in cuiusque suæ visceris historia, ac posthàc iterum de animali, vbi de cerebro.

Porrò qui morbi ab obstructo & indurato liene exoriãtur, Gal. tũ alibi, tũ lib. 2. de facult. natural. tũ lib. de melãcholia, tũ lib. 6. loc. aff. tũ lib. περὶ κρίσεως, & aphorism. & lib. meth. med. & ad Glauc. & alibi scripsit: idẽ generosè in Erasistratũ inuehitur lib. 2. & 3. facult. natural. quòd lienis vsum nullũ cognouisset, aut tradidisset, neq. icteri nigri ab eodẽ exorti rationẽ modúque percepisset. prætermitto lib. aph. Hipp. & de locis in homine, & lib. de morb. & de internis affect. vbi & de lienis morbis agitur: quoniã ab hoc nostro instituto diuersa est morborũ disceptatio. Sed neq. de viribus alimentorũ inquiro, vt discutiã, quale nutrimentũ lien animaliũ homini præbeat. & an gustu acerbus sit, vel acor iste vnde sit. videlicet saporẽ melãcholici humoris ebibiti referens: & quidẽ praui alimẽti: hepar autẽ minùs eo, sicuti cor & pulmo. Neq. rursus hoc inquirã, lien an spiritũ vitalẽ elaboret, quod quidã anxiè & scrupulosè contẽdunt, & cuius nuper obiter memini. Nedum illud, An eximi viuo animali splen possit, vt Erasistratus & nonnulli tradunt, ad cursus celeritatẽ augendã, vt mox ex Plinio audies. quod mihi non magis fit credibile, quã si de rene aut vesica dicatur. Quãquam vim sanguificãdi lieni cum quibusdã non concedimus, vt Hipp. & Gal. quidã falsò affingunt: sed neq. æstus cordis refrigerandi, vt Arabes medici credũt. quin potiùs sanguinis purificãdi, vt patuit, & coctionis ventriculi adiuuandæ suo natiuo calore. Ex quo consequens est, vt sanum & vegetum animal naturalibus muniis probè functum exhilaretcat. quorsum pertinet ille versiculus,

Splen videre facit, cogit amare iocum.

A De quo iã antè constitit, cũ de risu ageremus. Vnde Feldius Alexandrinus apud Constantinũ Aphricanum lib. 5. de morb. cogn. & cura. cap. 12. Splen (inquit) risus est instrumentum: cuius actio est, turbulentiã sanguinis trahere. cũ autẽ virtus deficiat attrahẽdi sanguinis turbulentiã, remanet in sanguine clausa, & obscuritatẽ cũ nigredine ei præstat. vnde per totum corpus obscurus euadit & melãcholicus, & ideo color corporis mutatur, & niger efficitur. Cũ autem splen turbulentiã trahat sanguinis & fæces, vt clarificetur in substãtia sua, necesse est, vt & sic clarus & tẽperatus per totũ corpus spargatur. B Sanguis cùm huius ùt tẽperamenti atq. clarificationis, animũ non solicitã & gaudentem reddit. quod Feldius intellexit, cùm splenẽ, instrumentũ risus dixit. Nã tumente liene risum augeri neq. puto verisimile, neq. vetũ in plerisq. splenetricis deprehendi, quos Graij μελαγχολικοὺς nuncupãr, de quibus Hipp. aph. 45. lib. 6. & Galen. lib. 9. περὶ τόπων. Huc pertinet problema Alex. Aphrodisiei 146. lib. 1. Quare multi existimãt risum ex liene oriri: hoc argumẽto, quòd quibus lien scirrho, id est tumore duro vitiatus est, non perinde sint ad ridẽdum cõparati, vt qui sunt incolumes: sed sint mœstiores? Lien non proprè acper se, sed ex accidenti risus caussa censendus est. quandiu enim est sanus, omnino fæculentum & melancholicum succum ex iecinore trahit. atque ita dũ sanguis purus & defæcatus, totum corpus cerebrũmq. permadit, naturã simul & animã non aliter quàm vinum oblectat, exhilarat, & in tranquillã rectãmque cõstitutionẽ traducit. inde autẽ risus excitatur.

Splen, cur gaudii risum, quare.

Iterum vnde succedat: & quando splẽ corpus, purificet atque exhilaret.

Lien quando & quomodo gaudium indicat.

Quòd à scirrho lienis nullus risus.

Cur dicatur risus à liene oriri? Nempe ex euentu.

De eodem Splene, sententia priscorum.

D VTRVMENIMVERÒ post traditam de splenis natura, vsu, situq. verã historiam, supereſt authorum nobis familiariũ de eodem recensere sententiã, non tã supplendo sermoni, quã exornando futurã. De Platone iam patuit, déq. Hippoc. nisi sicui placet ista qualiscumq. splenis cõpositio ex lib. de carnibus: Splẽ hoc modo cõstitutus est, cũ calido & glutinoso cõclusum fuit calidum quidẽ plurimũ, frigidi autem minimum, tãtum solummodò, quãtum ad glutinosi cõpactionem satis erat. sunt autẽ id, fibræ in splene existentes. & propter has fibras, mollis est splen & fibrosus. Idem lib. de locis in homine: Ex iisdem splen floreſcit, & corpus E contabescit. quod idem paulò antè appellaui. & lib. 4. de morbis: Assero autẽ vbi homo bibit amplius, & corpus & splenem aquam in seipsa trahere ex ventriculo. quod tum eodẽ libro, tum aliis repetit, vt hydropis inde generãdi caussam arripiat atque arcessat.

Splen primo compositus qualis.

Splene florente, corpus tabescit.

Lien quomodo aquã epotam absorbeat.

Inde hydrops.

Aristoteles lib. 1. histor. animal. cap. 17. hepatis & lienis historiam coniungens, mutatis interdum sedibus locum mutare dextrum lienẽ sinistro hepate retulit, sed prodigiosè & præter naturam. quod cap. 4. lib. 4. de genera. animal. repetit, & iam antehàc appellaui. Namq. lien à natura ad lævam hepati obuersus in omnibus

Vena & arteria lienis nulla remanent integra.

Corpus lienis ex quo constet.

Lienis cortex quomodo comparandus.

Dubium, an splen officina spiritus vitalis? an secus?

Lienis scirrhus, quid faciat.

Iterum niger à liene.

Lien quale præbeat alimentũ.

Apophasis.

An splen viuo animali queat eximi. & quorsum.

Quòd lien, à natura non sanguificat.

Quòd cor non refrigeret.

Liũ dexter, hepar sinistrũ, rarò.

Digitized by Google

Hepatis & lienis situs à natura, & circa hunc varius error.

cernitur, quæ membra ista habent. Nam liene carens, & duplicem habens lienem vitium animal testatur idem eodē cap. 4. lib. 4. de genera. animal. Cæterùm ventri lien annectitur, quà omentum obducit. éitq. hominis lien tuillo similis, sed specie anguilla & longa. nos discrimé verum in colore & figura iā attigimus, homini attiorem & breuioté præfati. Idé Arist. cap. 7. lib. 3. de part animal. lienem, quasi adulteratum hepar fingit, vt antè indicauimus: nec in omnibus credit necessariū. ita vt in iis admodū exiguus sit, veluti notæ cuiuspiam gratiā. sed quoniam iecur parte dextra potiùs situm est: ideo natura lienis adhibita est. itaq. quanquam necessariò quodammodo est, tamen non admodùm omnibus animalibus. Omniū autē viscerum (inter quæ & lien numeratur) communis vsus iam dictus est ex Arist. venarum gratiā. Videlicet quò venæ, vtpote pentiles fultiner., & copula viscerū stabiliri ad corpus possint (quod tamen munus fulciendarum venarum nos cū medicis iam priùs glandulis assignauimus: de quibus posthac.) Quasi enim ancoræ per partes deductas iaciuntur ad corpus. verbi gratiā, de vena maiore ad iecur & lienem deuenitur. Etenim viscerum eorum natura, quasi clauus eam corpori affigit. scilicet iecur & lien in latera corporis venam maiorem affirmāt: ad hæc enim sola, rami ab illa mittuntur. hæc viscerum beneficia institutioni animalium præstantur. Atque etiam iecur & lien iuuant ad cibi cōcoctionem: quòd enim sanguinea sunt, calidā habent naturam. Lien per accidens necessarius est quomodo excrementa tum alui, tum vesicæ. ex quo fit, vt in nonnullis deficiat magnitudine. ideóque & pisces, & ouipara cum habeant perexiguum. Sed in iis quæ vesicam habent, & pulmonem sanguineum, humidus est lien: quia partis sinistræ natura humidior & frigidior est. Lien enim vapores vacantes diuertit & attrahit ex ventriculo, & concoquere eos potest, vt qui sanguineus sit. Quòd si plus excrementi sit, patúmque caloris habeat lien, corpus præ alimēto immodico langueſcit: & propter confluuiū huc humoris, sæpe accidit vt lienosis ventres præduri efficiātur. quomodo iis qui supra modum mejunt, ex diuerticulo humoris. Hæc ferè Aristot. de natura & vsu lienis. Quo autem modo splen mollis & spongiolus aquā de ventre propinquo potam ebibat & exugat, & inde intumescat, modò mollis ceu pluma vel lana, modò durities remitens, diserè exposuit Hipp. lib. 1. de morbis muliebrib. præter ea quæ aliunde produxi.

Lienis locus & forma.

Lienis necessarius, quammodo.

Viscerum communis vsus.

A simili.

Lien quomodo venam affirmet. Lien vsus quoad excrementorum, tum ad cibi concoctionem. Lien necessarius per accidēs ad similia. Lien quibus humidus, & cur minus in vaporibus trahendis.

Lien quando corpori incommodet, & vnde ei fortibus.

Lien qui aquā potā trahat, & intumescat.

Plinius autem Aristotelis æmulus, de lienis necessitate pariter ieiunè & exiliter sensit capite 47. libri 11. Ventriculo annectitur lien in sinistra parte aduersus iecur: cum quo locum aliquando permutat, sed prodigiosè. Quidam eum putant inesse ouа parientibus, item serpētibus, admodùm exiguum. ita certè apparet in testudine de crocodilo & lacertis & ranis. Ægocephalo aui non esse constat, neque iis quæ careant sanguine. Peculiare cursus impedimētum aliquando in eo: quamobrē inuritur cur-

Lienis situs.

Lien qualis cuibus & alias anomalus.

sorum laborantibus. Et per vulnus etiam exemto viuere animalia tradunt. sunt qui putent adimi simul risum homini: intemperantiámq. eius constare lienis magnitudine. Ideo lib. 10. cap. 15. vsu quotidiano radicis capparis, splenēticis in vino triginta quinque diebus per vrinam & aluum totum lienem emitti liberaliter & prodigaliter, sed etiam fallaciter promittit. qualem mihi historiam de porcello aquā fabrorum quotidie potante visus est narrare Galenus.

Lien, imperdimentum cursus, quò corrigatur. An superfluus possit eximi? Capparis vsus ad lienem. Item aqua ferrata.

Quid de liene senserit Tullius, ex libro illo vsitato mihi, non cōmemini. Celsus cap. 1. lib. 4. omnino breuiter: At lienis sinistra nō eidem sepro, sed intestino innexus est, natura mollis & rarus, longitudinis crassitudinisque modicę: isque paulùm à costarum regione in vterū excedens, ex maxima parte sub his conditur. reliqua de hepate paulò antè produxi. vbi tamen obiter vtrobique notari velim proprietatē sermonis primùm: præcordia, omnes partes vitales & cordi circumpositas nominantis. deinde vterum, quem Tullius & Lactantius aluum, idémq. alibi Celsus cum medicis vētriculum, alij stomachum nuncupant. tum lienis, pro, lien, prisco more & casu nominandi. posteà etiam tentum verborum breuiter obseruari cupio: vt cùm iecur ab ipso septo ortum dicit. quod simpliciter acceptum, falsum est: sin eidem mox subijci intelligit, verum. neque enim hepati à diaphragmate origo esse potuit, sanguineo à membranoso, molli à duro, diuulso à continuo, debili à valido, insensili & immobili à sensili & semper dimoto, sanguifico (vt ita dicam) seu Græcè αἱματικῷ visceri à spirabili. quod autem de quatuor fibris hepatis scribitur, illud cōmentum suprà eleuaui. sed quòd lienem non septo, verùm intestino innecti putat, nescio quomodo verum esse possit, cùm illi potiùs per tennes membranulas illigari dixerimus. sed de istis alibi.

Præcordia, quid. Iecur vterū. Lienis prælien. Iecur quomodo à septo ortum. Hepatis fibræ. Lienis illigamenta.

Lactantius velut apophasi quadam & præteritione obliqua, totum hoc artificiū, in quo iamprīdem elaboramus ac desudamus, sicco pede velut amnem minimè nauigabilem desultat, vt paulò antè ostendimus: Academico more quodam velut ἐφεκτικῶς insinuans: vt quæ dixit, velut indicta putes. imò & nihil dicere fortè fuit satius, quàm bene dicta à veteribus, velut perperàm dicta interpretari. Quæ omnia quantum veritatis in se contineant, qui superiora nostra legit, intellexit, & meminit, is vtique facilè potest dijudicare. nam si his confutandis immorari velim, dicédis aliis fructuosis tempus & opportunitatem præripiam.

Lienis fides, & forma. Lactantius anatomes malignum.

Fernelius postremò cap. 7. lib. 1. Lienis parte sinistra sub præcordiis, ex aduerso iocineris positus est, viámq. veluti porum quendam ex illius cauo suscipit, qua crassam luculentámque succorū eluuiē, & humores melāncholicos prolechet, & in se recōdat. Figura is oblōga, & prope modū tetragona, aliàs rotūda, linguæ bubulę specie offert: quà ventriculū cingit, concauus, extrinsecùs intumescens. Non vna omnibus magnitudo, vt neq. color vnus: sed facilè com-

Lienis situs, figura, nexus, vsus. Porus ab hepate ad lienē, quer-sum. Splenis differentia.

Digitized by Google

mutabilis ex naturarum varietate. Turgescit enim hoc viscus humorũ appulsu, quos laxa raritate cõbibit. perexiguũ lumiæ, ac propè nullũ. vitium est aliquando mole sua & magnitudine iecur superare. quod adhibitorum medicorum sententia existimatũ est iecori ad sanguinis cõfectionem opitulari. Conditus est sub costas adulterinas: in longum ventriculo incumbit: cui, sicut & omento cõnexus adhæresit. appẽsus autem est conuexa parte non è septo, vt iecur, sed è peritonæo, gracilibus membranis. à quo tunica etiam hunc extrinsecùs integens & obuelãs emergit. quam exilis neruus permeat, tractabiliũ qualitatum iudex & æstimator. Venæ intrò se inferunt, per quas ex iecoris cauo, succus alter quasi haustus allicitur. arteriæ insuper plurimæ, & eæ amplæ, ab aorta mox vt è septo transuerso excidit, acceptæ: quarũ spiritu & calore raptã melancholiã attenuat, & in vtile accommodatúmq. sibi alimentũ conuertit. eo enim enutritur tenui, nigro tamen & squalido. quod à nutritione reliquũ fecit, crassum quidé & vinaceæ fæcis æmulũ, in os ventriculi per venæ suæ extremũ cõdé pertinẽs desinẽsq. profundit. His vasis diffusum circũijcitur lienis corpus: nõ id quidé caro simplex, sed παρέγχυμα ratum, molle, fungosum & solutũ, excipiendis fæcibus destinatũ. de cuius nutrimẽto, & sanguinis melancholici per arterias attenuatione, eiusdémq. reliquiis in os vẽtriculi proprio ductu effusis, iterũ repetit iisdé penè verbis cap 5. lib. 6. physiolog. vbi & Gal. antè à nobis appellato subscribit rum in cæteris, tum in vsu delatæ ad vẽtriculum fæcis. Hæc (ait) cùm austera sit & acerba, ventriculum adstringit, & in angustum adducit: vt inde omnis illius actio firmior sit & validior. deinde verò in vẽtris capacitatem relabitur: hinc vnà cum alimẽtis in intestina excidit: tãdé verò quia inutilis in cibi reliquiis inhærens, cum eis foràs propulsatur.

Sed redeo ad Lactãtium, cap. 14. lib. de opificio Dei: Sicuti (ait) nos sentimus audire auribus, oculis cernere, naribus odorare: ita profectò sentiremus nos felle irasci, iecore cupere, splene gaudere. Cùm autẽ vnde affectus isti veniãt, minimè sentiamus: fieri potest, vt aliunde veniãt, & aliud viscera illa, quã suspicamur, efficiãt. Nec tamen cõuincere possumus falsa illos qui hæc disputãt, dicere: sed omnia quæ ad motus animi animæq. pertineãt, tã obscuræ altæq. rationis esse arbitror, vt supra hominẽ sit, ea liquidò peruidere. Id tamẽ certum & indubitatũ esse debet, res tot, tãtáq. viscerũ genera, vnum & idem habere officium, vt animam cõtineant in corpore. sed quid propriè munetis singulis sit iunctũ, quis scire nisi artifex, potest, cui soli opus suum notum est? hæc Firmianus ille: cui de cæteris alibi satisfeci: ac de sensibus & sentiendi modo, déque animi pathematis vtique antea copiosè: vt modũ quis desiderare, quàm prætermissi arguere iustius queat: ac de affectuum origine nostram liberè inter Academicos, Peripateticos, Stoïcos alibi sententiam diximus, & pòst inter humores aliquid iam dictis adijciemus. De liene autẽ, eiúsque si Lactantio ipsi, at medicis minimè ignoto vsu, nunc nuper abundè egimus. Iam verò non modò hunc lienẽ humoris melancholici recipiendi & exhaurièdi officiũ fungi dicimus: sed & melancholiæ atq. maniæ, grauissimorum animi morborũ affectuúmve deprauatorũ originẽ focúmq. primariũ (cui & cerebrum deinceps compari nouimus, aut Græcè ἐμπαλὲς) agnoscimus atq. asserimus. qua in sentẽtia video fuisse antiquissimũ illum & sapientissimũ philosophũ Abderitam Democritũ, cognominatũ γελασῖνον, diuersis planè ab Heraclito illo sẽper flebili & lacrymabundo philosopho, moribus & vitæ instituto: licet vterq. ob eundẽ finẽ tã diuersis studiis ageretur: hic vitã hominum cõtinuis & ingib. lacrymis deplorãs: ille contrà, risu & cachinno assiduè eandẽ incessens ac prosecutus. Democrit. igitur Hippoc. suo & familiari, & medico, & vt nõnulli tradũt, discipulo, splenem vt humoris melancholici receptaculum, sic & melancholiæ focum esse conatur persuadere: vt ipse adeo Hippoc. festiuè atq. suauiter recensẽt, colloquium mutuũ apud Abdera habitum inter sese, & lepidos ridiculósque, vt cẽsebantur, Democriti mores, absurdáque vulgo credita, re autem vera, planè seria atque philosophica studia, bella & suaui illa, longa licet & præclara ad Damagetum epistola, commemorans. Vbi præter multa, notandus est philosophi habitus à vulgari multùm discrepans ciuilitate: cùm Democritus ille sub ampla atque humili platano sedet in veste crassa citra humeros desinente, solus, discalceatus, super lapidea sede, valdè pallidus ac macilentus, promissa barba, non procul à Nympharum deiubro quodam, fortè & ipse περιλυπτος, musæum suum sub diuo habens, medius inter animalia multa per medium secta, ipse modò scribens, modò quiescens, modò se diu multúmq. continens, atque apud sese meditans: deinde citatè consurgens & inambulans, viscerãque animalium inspectans: mox in risum & cachinnos dissolutus, caput concutiens & vibrans, & eos denique toto habitu gestúque exprimẽs mores, quorum ipse caussam & originem indagare profitebatur, ac præ se ferebat. de insania enim commentabatur, quid sit, quomodo in homine gignatur aut percuretur, vtriusque bilis naturam & sedem per sectionem variorum animalium quæritans, quam ille furoris in hominibus caussam esse existimabat. reliquum dialogismum planè festiuum ac lepidum, sed & grauem atque serium malo ex eodem Hippocrate repetas: nam deinceps ad institutũ sermonem reuoluor. libellum Hippoc. de insania ibidem recognosces.

Lienis tumor vnde.

Lien hepatis æqualis, & quorsum.

Lienis tunica vnde: item nerui.

Lienis venæ & arteriæ.

Arteriæ quomodo attenuẽtes sanguinẽ in alimentum.

Lienis excrementum quomodo ad ventriculum deponatur, & quorsum.

Lienis parenchyma, quale, & quorsum.

Excrementi melancholici à liene ad ventriculũ vsus, & successio.

Senserũt sentire nos sentimus.

Animi affectuũ ignota origo.

Viscerum ignota actio.

Viscerum omniũ munus finis, quis sit.

Ac peculiare munus, homini nõ incognitum. N. negat.

Democritus & Hecatei mos dissimulãdi, & scopus communis ridendique.

Splen, receptaculum humoris melancholici, idem melancholiæ focus.

Democritum Hippocratis quis, & cur illum quæ notanda.

Sedile. Vestis. Habitus. Calor. Pulvis. Musæum. Animalia. Mores & quies. Risus, &c.

Democritus de insania.

Bilis caussa furoris.

De Renibus & vretheribus.

CAP. VII.

EXPOSITIS duobus excrementorum hepatis receptaculis, ac velut cloacis aut sentinis, tertium superest serosi liquoris excrementum, quod sanguinis massæ toti in venis permixtum, vehiculi loco boni & laudati

Prius quid, & vnde: & vsus seri sanguinis.

laudati ſanguinis eſſe ſolet: quiquidem ſua innata craſſitie, ad loca diſtitiſſima per tenues angustias vix perferri queat, niſi naturæ beneficio, mixtione ſeri huius, tarditas illius citaretur, & craſſities extenuaretur. ideo Hippocrati dictum ὄχημα τροφῆς, vehiculum alimenti ab vſu ipſo, vt tum pluribus explicabitur, quando de humoribus agetur. idem per venas dictas emulgentes permixtum laudabili ſanguini aductum, poſtquàm vi renum ſecretrice à reliquo ſanguine ſeparatum eſt, vrina vocatur; ſerum nempe eorum qui ſunt in venis humorum, vt Galenus interpretatur; ὀρροὺς μὲν ὁ πᾶς φλεβῶν χυμός. ſed de vrinis ſuo poſtea loco: de partibus ipſis priùs agendum.

Renum vſus ſecernendi ſeri ſanguinis: inde vrina, quid.

Nunc autem ad renes ire tempeſtiuum eſt, quaſi rinos dicas; ſiue ἀπὸ τῶ ῥίπτω, eò quòd ſint velut colatoria quædam ſeroſi ſanguinis. Græcis νεφροὶ ἀπὸ τῶ νίφειν, à ningendo per ſimilitudinem dicuntur: ὅτι πρὸς ὄμβρον γίνονται, πῶς ἐν ἀέρι νίφουσι· eò quòd vrina irrigentur. quorum dexter in omnibus animantibus vt plurimùm eminet elatior, nonnunquam grandem iecoris fibram attingens, vt Galenus ſcribit libr. 6. aggreſſ. anarom. Inſuper concaua in ſeſe conuerſa obtinent: gibba verò ad animantis latera conuerſa. Verùm altiùs petito principio ſic cum Galeno dicimus ex lib. 4. de vſu part. continuata illa ſimilitudine à ſecretis muſti partibus antè citata. Poſtquàm igitur depoſuit, qui apparatur in hepate χυμὸς, id eſt, humor, ad nutrimentum animalis prædicta duo excrementa, & ab innata caliditate coctionem exactam eſt adeptus: ruber jam & purus ſurſum ad gibbas partes hepatis aſcendit, ignis in humido diuini portionem ab eodem deterſam colore præ ſe ferens, vt Plato dicebat. Excipit autem ipſum illic vna vena maxima ex gibbis hepatis enata, quæ ad vtramque animalis partem ferur, ſuperiorem ſimul & inferiorem. Diceres ſanè ceu aqueductum quendam plenum ſanguine ipſum eſſe, riuóſque quàmplurimos à ſeſe manantes habere paruos & magnos in omnes particulas animalis diſtributos. Atenim in hac vena quoque multo adhuc humore tenui & aquoſo plenus eſt ſanguis. vocat autem ipſum Hippocrates ὄχημα τροφῆς, hoc eſt vehiculum nutrimẽti, ſimul cum appellatione vſum quoque eius oſtendens. Neque enim ex ventriculo in venas commodè tranſſumi poterat chymus jam ex cibis factus, neque facilè pertranſire venas, quæ ſunt in hepate & multæ & anguſtæ, niſi tenuis quædam & aquoſa humiditas tanquam vehiculum fuiſſet ei admixta. Hunc itaque vſum præſtat animalibus aqua. ſiquidem ex ea nutriri nulla particula poteſt, diſtribui verò ex ventre, quod nutriturum eſt, non poterat, niſi deductũ fuiſſet ab quopiam ita liquido. Hos igitur tenues humores, poſtquàm ſuo officio perfuncti fuerint, non oportet amplius manere in corpore, onus alienum venis futuros. Huius ſanè vtilitatis gratiâ renes extiterunt, inſtrumenta concaua, ſtomachis aliis quidem attrahẽtia, aliis autem emittentia tenue hoc & aquoſum excrementum. Adiacent autem vtrimque ipſi venæ cauæ, paulùm ſub hepate: vt quicquid in ipſam A ſanguinis aſſumatur, confeſtim purgetur, ſolúſque poſtea is purus eat per totum corpus, pauco omnino ipſi admixto aquoſo humore. Non enim eget amplius ſanè multo hoc vehiculo, vt qui tum per amplas vias illinc feratur, tum fluxilis magis jam natura redditus ſit. quod ei accidit primùm ab ipſius hepatis, deinde cordis calore multò vehementiore. In nobis ſiquidem & quadrupedibus animalibus omnibus, ad dextrum ipſius cordis ventriculum inſerta caua vena. In ijs verò, quæ huiuſmodi ventriculum non habent, venæ per totum animal ſparſæ, calorem à corde tranſſumunt per ἀναστόμωσιν, id eſt B apertionem orificiorum ad arterias. Enimverò quoniam partium harum natura eſt affinis, & vſus ferè communis, ita de his coniunctim Gal. lib. 5. de vſu part. Porrò cùm excrementum tenue atque aquoſum (quòd οὖρον, hoc eſt vrinam nuncupamus) adhuc ſupereſſet; conſtructos ſanè, quò id ſecerneret, renes prope hepar conſtituit: vt verò commodè excerneret, primum quidem receptaculum, velut ciſternam quandam, ipſam veſicã; deinde ad ipſius finem, muſculum fabricata eſt, qui aduigilaret, ne ſuperflua intempeſtiuè effluerent.

Sanguis quomodo purificetur.

Sanguis nõ eget demũ vehiculo, quamobrẽ.

N. hoc eſt quod dico, ſanguinem à corde perfici: quod Gal. negabat.

Renum vſus, & ſitus.

Veſica & ſphincteris vſus.

Cæterùm cùm veſicam quidem in imo præſtaret collocare, vnde etiam alimenti ſuperflua C euacuantur; renes autem iuxta hepar; neceſſe fuit ex ipſis ad veſicam vias quaſdam ſtruere. Atque meatus quidem prælongi fortéſque extiterunt, quos οὐρητῆρας Græci, nos vrinarios nominamus, qui renes veſicæ committunt. Sic igitur & vrinæ vi renum ſegregantur à ſanguine, & illinc per vretéras ad veſicam emittũtur, indéque excernantur: quo ſcilicet tempore ratio ipſa iuſſerit. Vt autem venas, ſic & arterias inſignes natura molita eſt, ad cauitatem renum diuiſas, ſanguinis in ipſis contenti expurgandi gratiâ. Quòd autem & renes ipſi ſerum ſanguiD nis omne purgare verè aſſerti ſunt, declarat vtriuſque vaſis magnitudo. Iam verò ſi excrementum renum nutritionis eſt vrina (eò enim amentiæ Lycus Macedo progreſſus eſt, vt id etiam adſtrueret) cur demum in exigua renum corpora, is qui nihil agit temerè Conditor, arterias adeo magnas ac venas inſeruerit, cauſſam nullam dicere poterimus; ſed omnino damnanda imperitiæ erit natura: aut is Lycus nihil veri de actionibus ſcite palàm eſt conuincendus. Quòd verò alter quidem renum, dexter nempe ſuperiorem habuit poſitionem, alter verò inferiorem ſiniſter, id quoque conſentaneum eſt E ijs, quæ de ipſis demonſtrauimus. quandoquidem ſi ſerum trahendo ita demùm purgãt ſanguinem; perſpicuum eſt, quòd ſi aduerſam poſitionem haberent, alter tractu ſuo in contrarium alterius tractui moram afferret. Nunc autem vterque agit liberè, ſolúſque attrahit, cùm nihil ſibi è regione habeat oppoſitum. At cur dexter quidem eſt ſuperior ac primus, ſiniſter verò inferior ac ſecundus? Quia viſcus ipſum quod purgatur, in dextris locatum erat; & plurima ex gibbis iecoris germina in partem ipſius cauæ venæ dextram, ſanguinem eò du-

Vaſa venã à venis & arteriã, & vſus.

Renum ſitus, & cur dexter elatior: inde vis renum adſtruitur.

Renes ſi à directo conſiſtunt, motum actionem impedunt.

Cur ren dexter elatior ſiniſtro.

Renes vnde dicti, & Græcè νεφροὶ.

Ren dexter ſublimior ſiniſtro.

Renum ſitus & gibbæ quomodo ſe habeant.

Sẽguis qui generetur, & inde excrementa: illiúſque diſtributio.

Similitudo.

Serum ſanguini permixtum, quorſum.

Chymus craſſus eſſet ſeri tenuis ad ſui diſtributionem, qui

Aqua non nutrit, ſed diſtributionis ſeruit.

centia ſuis orificiis deſinunt.

Traſlio melius fit per directè oppoſita.

Cæterùm corpus omne virtute attractrice ptæditum, expeditiùs ex directè oppoſitis attrahit. & quantò hepar ſuperiorem ſplene poſitionem eſt adeptum, tanto & dexter ren altero eſt editior. At cur ad ſeroſam humiditatem

Proportio ſitus renum inter ſe, ad hepar & lienem.

purgandam, naturæ duobus opus fuit inſtrumentis? Quia ſolus ren dexter purgando tanto excremento non ſufficiebat; niſi maior quàm nunc eſt, duplo fuiſſet. Quòd verò ſi hic quidem duplicatus fuiſſet, alter autem omnino periſſet;

Renem unicum & duplum ſuo fuiſſe, incommodum eſt, cur.

jam non criminaretur quis, ſed verè naturæ, quòd inæquale animal ipſum effeciſſet, obijceret; vt nuper de hepate & liene oſtendimus. Ideo pro vno magno rene in altèrutra parte locando, duos paruos, vtrimque vnum ponere æquius eſſe putauit.

Renes ambo vtrinque quales.

Porrò quòd vſque eò magnus vterque ſit, vt ſatis ab ipſis purgetur, quotidiana experientia comprobatur. vnde ſecta vena multo ſanguini coagulato paucam aquam ſupernatare quotidie deprehendimus. Atqui ſiquod ſatis eſt quidem, vterque ſerum ſanguinis perpurgat; eſt autem aliis hoc excrementum multò copioſius ſecretnendarum reliquiarum tenuitas potiùs quàm aliud quiduis, celeritatem eam in purgando efficit. Quandoquidem id obſcurum non eſt, tenuia omnia craſſis promptiùs attrahi. Iam verò apparet etiam ſpiſſitudinis renum cauſſa, aut potiùs cauſſæ: duæ enim ſunt hæ: facilis ſcilicet eiuſmodi humidi attractio, idque potiſſimùm, quando quod attrahit, propinquum adeo fuerit, atque ex ipſo neceſſaria renum nutritio. Quæ enim particulæ per ampla quidem orificia ſuccum accommodatum trahunt, non poſſunt ſolum ipſum neque purum, neque ſyncerum trahere: ſed alterius cuiuſdam diuerſi generis admixtione adulteratum. Si verò in tenuia admodùm ac mente contemplanda orificia, trahentium inſtrumentorum fines deſierint: impermixtum demum exactéque ſyncerum ſuccum familiarem attrahent. Renum verò vterque multum quidem bilis flauæ attrahit, ac propemodùm omne id, quod venæ & arteriæ, quæ in ipſis ſunt, continuerint: multum verò & ſanguinis; quod ſcilicet in eo eſt humidius ac tenuius. at bilioſi quidem excrementi quicquid non admodùm craſſum fuerit, cum vrinis permeat: ſanguis verò carni ipſi renum aſpergitur inſtar fæcis cuiuſdam: inde jam paulatim vaporis modo in toram diſpergitur, adhęreſcit, vnitur, atque demum alimentum fit renibus. Ne igitur cum vrinis per aliquod foraminum, quæ in renibus habentur, quemadmodum tenue bilioſum, ita & ſanguis elaberetur, denſum corpus eorum fuiſſe præſtiterat. quibus ad ſui nutritionem, duo magna vaſa ſufficiunt: quorum alterum oritur ab arteria, quæ ſpinæ incubat; alterum à vena caua. Habent præterea renes ipſi neruum, quantum hepar, lien, & bilem excipiens veſica. Omnia enim hæc exiles recipiunt neruos in ſuis ipſorum tunicis extrinſecus conſpicuos, natura ſenſus cuique tantum elargita, quantum conueniebat, vt à plantis ſcilicet ſciungerentur, eſſentque animalis particulæ; atque vt quæ ſibi moleſtiam exhiberent, ea ſenſu dignoſcerent. Poſtremò & hoc ſcire conuenit; qua parte arteria & vena dicta in renes inferuntur, ſimos eſſe illos: oppoſita verò parte rotundos. Quòd autem renes vrinam ſuapte vi attrahant, non tamen vt nutriantur, vt de Lyco diximus, ſed bono & laudabili admixto ſanguine, ita demonſtrat Galenus lib. 1. facult. natural. Qui attractricem conuenientis qualitatis vim nulli ineſſe particulæ volunt, ij ſæpe ijs, quæ euidenter apparent, cõtraria dicere cogũtur: quemadmodum Aſclepiadi medico de renibus contigit. quos non ſolùm Hippocrates, Diocles, Eraſiſtratus, Praxagoras, aliorúmve optimus quiſque ſecernere à ſanguine vrinas crediderũt; verùm etiam coqui ferè omnes norunt: cùm quotidie eorum non tantùm ſitum contemplentur; ſed etiam meatus, qui ab vtroque procedunt, & vrinarij ſunt dicti, in veſicam ſe inſerentes. nimirum ex ipſa compoſitione compagéque tum vſum eorum, tum vim colligentes. Iam etiam priores ipſis coquis omnes homines cùm ſubinde difficulter meiunt, aut etiam ſuppreſſam vrinam habent, vbi circa lumbos dolent, ac arenoſa meiunt, nephriticos ſeipſos nominant. ſed iſta Galeni demonſtratio diſceptatióque longior eſt, quàm vt adſcribendam putem. at idem pòſt ibidem; Vbi Aſclepiadis nugas diſſimulemus, ac cum ijs, quibus percolari vrinam per renes eſt perſuaſum, quiſnam eius ſit operis modus, conſideremus? Prorſus enim aut per ſe ipſam fertur ad renes vrina, id ſcilicet melius rata, non aliter quàm nos, cùm ad forũ abimus: aut ſi hoc fieri non poteſt, alia quæpiam ferédæ eius inuenienda eſt cauſſa. Quænam igitur eſt ea? niſi enim, ſicut Hipp. cenſuit, renibus eiuſmodi qualitatis trahendæ vim quandam dederis, nullam aliam inuenies. Quòd namque vel hos eam trahere oporteat, vel venas eam mittere, ſi ſcilicet non per ſe feratur, cuique patet. Verùm ſi venæ cõtractæ circumplexæque eam protrudunt; vtique non illam modò, ſed etiam omnem qui in ipſis continetur, ſanguiné ſimul cum ea in renes compellẽt. Quòd ſi id fieri non poteſt, ſicut monſtrabimus; reliquum eſt vt renes trahant. At cur non poteſt id fieri? nempe quia renum ſitus ei repugnat. non enim ſic cauæ ſubiecti ſunt venæ, quemadmodum cerebri excrementis ſimiles meatus in naſo & palato ipſis colatoriis ſunt ſubditi, ſed vtrinque illi annexi. Iam ſi ad eum, quem colatoria modum, quicquid tenuius planéque ſeroſũ eſt, id prõptè tranſmittunt; quod craſſius eſt, id retinent: vtique omnem ſanguinem, qui in caua eſt vena, conueniet in eos meare: quomodo viminea crate vinum percolatur: aut quallo ſerum à caſeo ſecernitur. Ergo ſi ad eum modum, percolandum per renes eſt ſanguinis ſerũ: vtique totum ſanguinem ad eos peruenire oportebit, ac non partim eius ſic, partim non. At quomodo igitur ſe habet, quod ex diſſectionibus apparet? Nẽpe venæ cauæ pars altera ſurſum ad cor aſcendit, reliqua ſuper ſpinam incedit, per totam eam ad crura vſque porrecta. itaque altera eius pars, ne

Renes attrahunt bilem, vnde: item & ſanguinem tenuem, qui.

Renes quomodo alãtur ſanguine, tenui & bilioſo.

Renes denſi non ſinunt ſanguinem effluere.

Renum nerui, venæ, & arteria vnde & quorſum.

Renes non attrahunt vrinã, non in alimentũ ſui.

Error eorũ qui renes attrahendo negant.

Renũ vſus & actio, ab experientia, & anatome.

Vretimus actio.

Nephritici quo dicãtur.

Renes ea attrahunt vrinam, aut ea per ſe ad ſe confluit.

Quid renes vrinam trahant.

An vena vrinam dimittat? ſed quomodo?

Quòd vena vrinam ab extrudant, cur.

Renes non ſunt ſubiecta vena caua à directo, quã.

Si vena dimitteret vrinam, ſimul & ſanguinem profunderet, cur.

A ſimili.

Vena caua diſtributa.

Digitized by Google

propè quidem renes accedit: altera propè quidem accedit,nō tamen in ipſis inſeritur. Oportebat verò ſiquidem per renes cen colatoria expurgādus erat,vt totus in eos ſanguis ferretur. deinde deorſum quidem tranſiret, quod tenue eſt: ſuprà detineretur quod craſſum eſt. Nunc aliter res habet: quippe cauæ venæ renes à lateribus vtrinque adhærent. Minimè igitur illa ratione tenere,colatorij more percolant,nullam ſcilicet ipſi opem conferentes: ſed trahunt videlicet. At Eraſiſtrato, conſecutione ad id quod vacuatur vrinæ per renes fit ſecretio. Sedenim ſola,& omni commētorum ope deſtituta relinquitur iſta ad id quod vacuatur, conſecutio: amiſſa ſcilicet eius probabilitate, tum propter eos,qui ex retinenda vrina interemunt, tum nihilominùs propter renum ſitum. Si namque omnis ad eos ferretur ſanguis,meritò quis omnem eum purgari diceret. nunc verò cùm non totus ad eos feratur,ſed tanta eius portio,quantam ex vnæ recipiunt,quæ ad renes pertingunt; is ſolus expurgabitur. ac quod ſeroſum eius & tenue eſt,id per renes,cen per colatoria quædam tranſibit: quod ſanguineum & craſſum eſt, in venis remanens, impedimento erit ei quod à tergo confluit. Quare recurrat is priùs ad cauam venam eſt neceſſe, atque ita vacuæ fiant venæ,quæ ad renes tendunt; quæ ſecundò etiam non adferēt ad eos impurum ſanguinem. quippe occupante eas priore,additus nullus relinquitur. Quænam igitur nobis vis erit,quæ retrò à renibus purum ſanguinem abducet? quæ rurſus facultas exceptum hunc ad infernam cauæ partem deſcendere iubebit? quæ alteri, qui ſupernè aduenit, priùs quàm ad renes abeat,ne deorſum feratur,imperabit? Has dubitationes cùm Gal. obieciſſet,neque ſoluiſſet,deinceps in Eraſiſtratum & Aſclepiadem incubitur, ſeruis mendacibus illos comparans; & hunc mendacij, illum ſtupiditatis arguit ac diſſimulationis: Lycum præterea,qui renes vrina nutriri dicebat, ignorantiæ conuincit. atque ita diu multúmque agitantem ſuo more quæſtionem,in librum 2. transfert. Quòd autem neceſſe ſit (inquiens) non Eraſiſtrato modò, ſed etiam omnibus,qui de vrinæ ſecretione dicturi aliquid ſunt,quod ad rem pertinet, fateri vim quampiam in renibus eſſe,quæ eiuſmodi qualitatem,qualis in vrina percipitur,ad ſe trahere ſit habilis,demonſtratum eſt. qua videlicet ratione,ſanguis in omnes animalis partes,aut flaua bilis ſecernitur: eò quòd in vnoquoque organo vis tractrix inſit. quod tum alibi,tum toto eo poniſſimùm opere doctè & accuratè demonſtrat.

Venæ cauæ quomodo ad renes ſe habeat, & ſitus earum.

Renes vacuant vrinā, & quomodo.

Non per vacuati ſectationem, quare.

Non omnis ſanguis fertur ad renes expurgandus, & quatenus.

Renes non eos tractūve ſanguinis ſeroſi, qui.

Sanguis repurgatus à renibus quomodo vetrò remeet, & infrà deferatur, aut ſubſiſtat?

Galen. in Eraſiſtratum, Lycū, & Aſclepiadem, de vi renum ſecretrice, & alijs.

Galenus renibus vim ineſſe vrina allectanda.

Ad ſimili.

Cuique parti vis tractrix ineſt.

De Vreteribus.

Vreteres vnde dicti, vnde orti, quóque modo, & quorſum, & eorum ſubſtantia.

IAm verò de vreteribus dicendum, qui παρὰ τὸ οὖρον, ἐυφώνως Græcè vocantur; & à renibus exorti, de medio ſinu ſinguli vtrinque ad veſicam ferum vrinæ perferunt, ſingulis propriis conſtantes tunicis, denſis quidem, & quas obliquæ tantùm fibræ intexunt. de his ſic ferè Gal. lib. 6. aggreſſ. anatom. Porrò à ſpinæ vaſis, A arteria (magna) nempe, & vena (cava) inſeruntur in renes (in eóſque ſanguinem ſeroſum deferunt) haud exiguæ magnitudinis vaſa (vtrinque bina, vena ſcilicet & arteria) in plures ramos per totam deinceps renum ſubſtantiam diuiſa, ſinum in medio inſignem (duos tamen notauit poſteritas) efficientia, corpore quodam membraneo circundatum. Aliqua verò ipſius parte, non procul à vaſorum inſertione, alterum quoddam corpus obtinēt concauum & oblongum. quod nonnulli iuxta communem omnium concauorum & oblongorum corporum appellationem, vas nominant; quidam meatum; alij arteriam; ſunt qui venam nuncupent. Tu autem ſi mihi & Platoni miſculitas, nominibus ſemper neglectis, ad rerum ſcientiam primùm & præcipuè incumbes: deinde cùm alterum quendam doces, perſpicuitati ſtudebis: cuius & Platonem & nos pro virili curam habere vides.

Cæterùm os huius meatus ſenſui expoſitum eſt: licet animans non adeo grande fuerit. Nominatur autem meatus iſte Græcè ab vrina οὐρητήρ. cui vnica peculiaris tunica adeſt, quæ ſimiliter aliis omnibus, quæcunque peritonæo ſuſpenſa ſunt, obducta eſt. Fruſtrà autem de hoc meatu vrinario contendunt quidam ex anatomicis, meliúſne ſit ipſum arteriam appellare, an venam. conſtat enim vna tunica, quemadmodum venæ: nō tamen ita gracili, ſicut illæ.

Porrò ſi exteriore ipſa mēbrana ablata, libeat iuxta longitudinem diſſecare ad veſicam vſque: tum veſicæ ſubſtantiæ ſimilis apparebit, exēpto videlicet illius tegmine: tum meatus in ea naturam inſpicies, qui obliquus ſimul ad ipſam pertinet, & huiuſmodi internæ ipſius regionis operculum ſortitur, quale in columbariis ſcyphones appellati. Atqui hoc operculum non à veſicæ ſubſtantia diuerſum eſt; ſed corporis ipſius vna quædam portio, ſimul cum eius forma tam clarè cōcinnata, vt ab ijs ſolis adaperiatur, quæ per meatū deferuntur. qua de re etiam poſthàc. ſed Galenus idem libr. 14. de vſu part. Nam vena cāua quàm primum adhuc ex hepate emergens, ſublimis ad ſpinam flectitur, dextrum habet renem ad dextram ſibi adiacētem: tum deinceps paulò infrà ad lævam, ſiniſtrum. Producitur autem ex ipſa vas venoſum maximum in vtrumque renem; atque etiam ſub vtroque rene videas alia duo vaſa æquè magna, à maxima arteria, quę ſpinę incumbit, profecta, non aliter quàm venas in renes inſeri. Tanquam autem ren dexter prope iecur ſit locatus, ſiniſter autem inferiùs; ſolis ijs vaſis, quæ in renes infiguntur, peculiare quiddam obtigit, cuiuſmodi aliis nullis, neque eorum etiam quæ à magna arteria promanant. Illa enim omnia bina ex ijſdem locis vaſis vtriuſque exoriuntur: venę autem & arteriæ, quæ ad renes pertinent, à magnis quidem vaſis, at non ijſdem locis oriuntur: ſed quantò ren dexter altero eſt altior, tantò & vaſorum, quæ in ipſum infiguntur, productio, ea eſt altior, quæ in alterum inſeritur. Atque eiuſdem operis libr. 5. Ergo tum in his iuſta ſine dubio fuit natura, tum verò quòd vreteras quidem ſubſtātia corporis, maiori veſicæ,

Vaſa renū quot, & quæ, & vnde, & quorſum.

Renū ſitus medius, vnde, & quatenus.

Vreterum ſubſtantia, forma, nomina.

Nominibus neglectis, rerum vſu habendo ſemper ratio.

Vreter vnde dicatur, eius naturalis figura.

Vreter an arteria, an vena, an nerous.

Vreterum ſubſtantiæ ſimilis vteſica.

Vreterū meatus, eiúſque operculum, quale

A ſimili.

Meatus vreterū qui aperiatur.

Renum ad cauam venam ſitus: & vna ab eadem in renes ſingulos.

Renū ſitus.

Proprietas vaſorū renū vtriuſque: quid venæ & arteriæ ex locis diuerſis oriātur, cur & quomodo.

quæ vrinam recipit; meatus verò bilem recipientes, minori quæ ad hepar est, similes effecerit, satis constat inter omnes naturam eandem hîc æquitatè retinuisse. Non enim ex alia quidem substantia esse oportebat superfluorũ receptacula, ex alia verò meatus ipsa deducentes: sed ex eadem, ac pari modo excrementum toleratura.

Meatus sunt similes ijsdem vesicæ, cur.

Vretères in vesicam, vti ostia desinunt in intestina, & quomodo inserantur.

Porrò ratio qua vretères quidem in vesicam, in intestinum verò meatus bilem qui continet, infigitur, omnem superat admonitionem. Nam obliquè in ipsa inditi, & intrò vsque ad laxiorem sinum obliqui ac prælongi pertinentes, velut membranam quandam instrumẽtorum intus succidunt; quæ ab excrementorum quidem intrò irrumpentium impetu euertitur ac patefit: reliquo verò tempore omni cóncidit ac contrahitur; atque ita meatui firmum efficitur operculum: vt non solùm humoribus, sed flatibus reditus omnis sit intercluſus: etiamsi vesicæ ipsæ aëre maximè inflẽtur atque impleantur, tum autẽ ad collũ arctissimè colligétur. Apparet enim rorus aër in ipsis concludi ac contineri, etiamsi valenter admodùm quis extrinsecùs vesicam ipsam cõprimat. Nam vt ab influẽtium impetu intrò euertitur: ita ab ijs quæ ipsi intrinsecùs accidunt, constringitur, ac circùm ipsum porum contrahitur. Quod tibi argumẽtum etiam esse debet excellẽtis cuiusdam Conditoris nostri sapientiæ, simul & in ipsis animalibus prouidentiæ. Ad eum modum omnia alimenti instrumẽta mirabili artificio ornata fuerunt. nam & superfluorũ receptacula mos medicis est, vt dictum alibi, aliis cibi instrumentis annumerare. Ex quo efficitur, vt & vesicas vtrasque, & crassa intestinorum, nutrimenti organa nominent. Idem porrò Gal. libr. 1. facult. natural. Sed & actiones proprias cuique membratim particulæ necesse est esse, quemadmodũ & vsus. veluti meatuum eorum qui à renibus ad vesicam pertinent, qui Græcè οὐρητῆρες, id est vrinarij nominantur. Hi namque nec arteriæ sunt, vt jam antè monui; quia nec pulsant, nec ex duabus tunicis constant: nec venæ, quia nec sanguinem in se cõtinent, nec similem omnino venæ habent tunicam. at à neruis quidem plus discrepant, quàm à jam dictis. Quid igitur tandẽ dicat aliquis. Quasi verò necesse sit omnem corporis particulam vel arteriam, vel venam, vel neruum esse, vel ex ijs componi: non autem vnicuique particulatim organo suam esse substantiam. Quippe tum ambæ vesicæ, tam ea quę vrinam, quàm quæ flauam excipit bilem, non modò à cæteris omnibus, sed etiam inter se differunt; tum meatus, qui tanquam stomachi quidam à bilis vesica exorti, in iecur inserũtur, omnino nec arteriis, nec venis, nec neruis sunt similes. de quibus scriptum à se in ijs quæ de sectione secundùm Hipp. scripta sunt, Galenus monet: sed hos commentarios desideramus, opinor, aut alio titulo si extant, inscribuntur.

Receptacula excremẽtorum annumerantur cibi organis, quonam.

Vretérum natura, & quòd non arteria, non vena, non nerui: sed peculiaris substantiæ.

Sic ambæ vesicæ à se inuicem differunt.

Sic pari ejusdem nec vena, nec arteria, nec sunt nerui

De Vesica & Sphincte.

CAP. VIII.

ATENIMVERÒ harum partium, quæ vrinæ deducendæ, secernẽdæ, excipiendæ, excernendæ dicantur, nequid faciam reliqui, de vesica subiungam, eodem primùm Galeno authore, deinde & aliis. Vesica igitur communi nomine cum fellea, tum Latinis, tum Græcis κύστις, vt patuit, & vnde patuit, denominata; vnica & singulari pariter tunica propria constat: purúmque vtraque & ab aliis secretum attrahit proprium excrementum, & quidem alius vasis alimentum sibi familiare & conueniens. Verùm cùm copiosius multò serosum excrementum, quàm bilioſum esset, maius esse ipsius receptaculum par fuit. Quare factum est, vt venis atque arteriis & neruis meritò ipsi maioribus opus fuerit.

Vesica nomen commune, eius natura, vsúsque.

Discrepant vasa ad vrinam, & alimentum attrahendam remissa.

Porrò quodque horum videre est in vtraque vesica, ea magnitudine, qua potissimùm pro vsus ac magnitudinis portione sibi conueniebat. Cæterùm non vndecumque ad vtramque ipsarum, neruum, arteriam, ac venam produxit: sed in his quoque videtur quod commodius erat, secuta fuisse. commodius enim erat, ne per longam viam, néve sine munimento ducerentur. Quocirca vesicæ ei quæ vrinam excipit, neruos à spinali medulla, qua parte os, quod latum seu sacrum nominamus, situm est, infixit (proximè enim ipsam ea medulla locata erat) venásque & arterias à propinquis ipsis vasis, qua scilicet primùm arteriæ à magna, quæ spinæ incumbit, crura subeunt, vti Gal. demonstrat lib. 5. de vsu part. & pluribus de eadem re dicere prosequitur. Pari modo in vesicam maiorem ad collum ipsum vasa sex infixit natura, vtrinque videlicet tria. nam & vasis traiectus ita potissimùm futurus erat breuissimus; vt vesicæ etiam ipsi è re fuerat carnosis suis partibus ea excipere: & membranis quibusdam tenuibus vasa pro sui magnitudine inuoluit. Quæ autem vasa in vesicam minorem infiguntur, in ipsam totam dispersa ad fundum vsque perueniunt. At quæ ad collum vesicæ maioris procumpũt, in ipso statim primo ingressu bifariàm diuisa, partim quidem eorum, in totam vesicam distribuuntur: pars verò auersa fertur deorsum secundùm ipsum collum: exiguum quidem in fœminis, vt quod omne sistendum ibi fuerat: magnum verò in masculis, quòd hi particula quadam insigni ad extremum collum vesicæ sita exuperabant, quam Græci οὐραχὸν, Latini colem appellant; de quo suo posthàc loco & ordine. Denique sic Galenus lib. 5. de vsu part. cap. 10. de hepatis purgamentis, & eorum receptaculis concludit; Hepar à quatuor instrumentis purgatur, duobus quidem renibus, tertio autem splene, tum quarta vesica ipsi inhærente.

Vesica quamobrẽ impares, & ambarum vasa impares, pro vsu & magnitudine, & vnde.

Nerui magna vesicæ, vnde.

Item venæ & arteriæ.

Vasa vesicæ quot, & vbi, & vnde.

Vasa ejusdem quomodo inserta, itémque vesicæ maioris.

Collum vesicæ qui differat aperta secũ.

Hepar quo repurgetur, & quot, & quæ singula.

Porrò hæ quatuor partes, quæ iecur ipsum perpurgant, quòd à propriis excrementis nihil incommodi essent acceptúræ, sensum maiorem

Partes quæ hepar repurgant, sunt obtusi sensus, quamobrē. & affinitas cum excrementis, extra dolorem.

non postularunt. neque enim trahere huiusmodi excrementa potuissent, nisi qualitatis communitas quædam cum excrementis ipsis intercessisset. Vnicuiq. autem quod cognatum ac familiare est, sine dolore omnino atq. innoxium est. Ergo his instrumentis natura sensum acutiorem non adhibuit, vt quæ nihil vnquam negotij à comprehensis in sese excrementis erant habitura. At maiori vesicæ, quæ lotij receptaculum est; nisi lotium id quod biliosius acriúsque est, repentè excernatur, magnas sæpe noxas adferat. Non enim quemadmodum vesica, quæ bilem recipit: ita & huius substantia corporis, bilis qualitati est affinis; sed vrinarum dumtaxat, quarum gratiâ à natura constituta fuerat. Quo fit, vt cùm vndequaque animal sanum est, neque pars vlla malè afficiatur, neque serosi excrementi substantia acris sit, aut vesicæ dolorifica. Cùm autem in coctionis instrumentis peccatum antè fuerit, vt sanguis bonus inde non gignatur; cùm excrementa alia, tum verò lotium acre existit ac malignum; adeo vt ab eis vesica radatur atque erodatur. Quòd cum animali accidit, tempus reddendi lotium à natura præscriptum non ampliùs expectat: sed statim ipsum excernere, vel priùs quàm referta sit, properat. Quæ cùm antè natura prospiceret, vt sensu prædita esset maiore, plures & eos quidem maiores neruos ipsi tribuit.

Vesica ledi tur à bile acri, quare.

Cysti communio cum bile, & vesica cum vrina.

Pars nulla afficitur à suo excremento è natura habenti, aliàs aliter.

Vrina acrimonia, vnde. hinc cita vrinæ excretio.

Vesica nerus & sensus vnde & quorsum.

Porrò crassitiem quoque tunicarum extrinsecùs antè dicta omnia operientium (quas à peritonæo oriri dicebamus) natura non pro instrumentorũ dignitatibus neq. magnitudinibus, sed pro cuiusque vsibus iure distribuit. Non enim quòd iecur omnibus iis momentaneum magis, aut maius erat, propterea validiorem ipsum vesica tunicam habere oportuit: quin potiùs vesicæ ipsi operimentum robustius dari præstiterit; quòd ea subinde dies ac noctes erat refarcienda atque distendenda: pòst autem vacuanda ac comprimenda. Quod enim commodè breui interuallo modò distẽdendum summè, tum autem deprimendum seu comprimendum fuerat, id validum esse, & vicissim tolerare posse vtrasque has constitutiones inter sese pugnantes oportuit. Ergo à natura iustè cõparata hæc fuerunt, & iis multò etiam magis substantiæ tunicarum omnium: non externarum quidem, quæ tenuitate & figura sunt araneis assimiles: sed internarum potiùs, quæ corpora ipsa particularum constituunt. Vna autem vtriusque vesicæ tunica cùm sit, ea quidem vt ad omnem motus speciem idonea foret, constructionem adepta est accommodam, rectis & rotundis & obliquis fibris prædita. Siquidem & eum motum, qué attrahendi caussâ villi recti; & eum quem excernendi gratiâ, trãsuersi; ad extremum etiam eum, quem vt ea etiam retineant, vt quæ vndique constricta sint, obliqui conficiunt, instrumenta ipsa habere æquum fuerat. Nam tensis solis transuersis, latitudo ipsa contrahitur: at rectis solis, longitudo minuitur: omnibus porrò simul tum rectis, tum transuersis, tum obliquis in seipsos *cõtractis*, tota contrahitur particula: quemadmodum certè longioribus his omnibus redditis, tota etiam extenditur.

Tunicarum vsus vsui respondet, non dignitati.

Ad exemplo. Inde vesica tunica validæ & dẽsa, quadere.

Tunica vesicarum cur tales, & quare triplici fibrarũ genere constans singula.

Fibrarum quis sit peculiaris motus.

Figura vesicarũ quomodo pro varietate actionis fibrarũ mutetur sic de aliis partib.

Ergo cùm vtraque vesica tunicam simplicem esset habitura, satius fuit omne fibrarum genus in ipsis insistere, vt omnis etiam motus species consequeretur. Vtraque autem vesica vnicam tunicam habere fuit contenta, quia ei quidem quæ ad hepar est, flaua bilis prorsus familiaris est & innoxia: ei verò quæ lotium recipit, bilis ratò negotium exhibet, cùm scilicet multa & maligna est aceruata: plurimùm autem ipsi bilis commercium ac contagio est blanda ac sine dolore. Ventriculi autem ad ciborum concoctionem; & intestinorum aduersus dysenteriæ rosiones & vlcera, longè diuersa est ratio, vt de vtrisque iam suo loco antea patuit. Sed Galenus idem lib. 3. facult. natural. hac similitudine eleganter alludit; licet sordidiore & obscœniore; Tanquam stercus hominum est canibus suauissimum: ita iecinoris excrementorum aliud lieni, aliud bilis vesicæ, aliud canibus est iucundum.

Vesica omnia habent vnicam tunicam, sed fibrarum omne genus, ad quid.

Vesica vtraque cur tunicâ vnâ fortita sit: at venter & intestina duplicem, ad quid.

Hepatis excrementa partibus repurgantibus familiaria & expetita. à simili.

De Sphincte're vesicæ.

TAndem verò de sphincte're vesicam claudente sic ille ad finem lib. 6. de anatom. administra. Vesicæ musculus vt cludat solùm appositus. & paulò pòst, Nunc autem cùm vesicæ termini musculum, vbi primùm vocata ceruix ipsius oritur, derexeris, manifestò iam similem esse orbiculari sedis, tum functione, tum vsu cernes. Quippe & hic, sicut ille, orificium cui est præpositus, constringit. vnde etiam appellant vti illum, sic hunc nonnulli σφιγκτῆρα, quasi dicas strictorem. Similiter ad finem lib. 4. de vsu partium; Musculi vtrisque superfluorum effluuiis incumbunt, instar claustri cuiusdam, ne continenter excernantur, néue intempestiuè. siquidem vesicæ collum, quod vocamus, musculosum est. recti verò intestini ora inferior à musculis in orbem circumfusis σφίγγεται, id est constringitur. quapropter nomen ei σφιγκτῆρα, id est compressórem puto quosdam imposuisse, vt de hoc antea patuit: nominis autem & vsus communio etiam ad vesicæ strictorem seu clausorem ianitorémve extenditur, vti nuper diximus. Nam musculi omnes, cùm sint motus voluntarij instrumenta, non sinunt excrementa foràs ferri, antequàm ratio iusserit. idque vnicum duntaxat animalis facultatis instrumentum, tanto ac eiusmodi naturalium instrumentorum exitui incubat in vtroque excrementorum effluuio.

Sphincteris officium, & situs, & figura. & vnde dicatur.

Sphincteris vsus, & forma, & etymon.

Musculi parent vtioni, vt & sphincter, quo.

Porrò quibus aut resoluti hi musculi fuerint, aut quoquo modo vitiati, inuitis iis effluentia superflua satis indicant, quàm turpis atque inepta nobis vita fuisset, nisi principio natura melius quippiam prospexisset. Denique lib. 2. de motu muscul. sub finem; In musculo, ait, qui est ad anum, & eo qui est ad vesicam, & qui in phrenibus est, res aliter habet atque in aliis musculis (vnus enim est in singulis his rotundus sine vllo opposito musculo) vnde

Sphincteris necessitas, & resoluti incõmoda.

Sphincteris & diaphragmatis proprietas.

Digitized by Google

perſpicuum eſt, in contrarios deduci motus has particulas, non æquè facile neq. in promptu eſſe. ſed ſic tibi perſuade; Muſculi quidem qui eſt ad veſicam & anum, officium eſt non excernere ſuperflua alimenti, ſed retinere. Qua in re multi ſtatim errauerunt, putantes cauſſa excernendi ſuperflua, muſculos hos factos eſſe. neque potuerunt animaduertere, quòd reſolutis ipſis excernuntur quidem, verùm nobis inuitis. Quinetiam propter malam chirurgiam exciſo ſæpe vltra modum ani muſculo, nobis inuitis effluit hàc ſtercus. nempe (opinor) inſtrumentis quæ fluere prohibent, non manentibus. Non igitur ſimpliciter neq. primùm muſculus hic excretionis inſtrumentum eſt: ſed ne quòd cùm exciſus fuerit ac reſolutus, accidit, id perpetuò animali accidat, hunc muſculum cuſtodem intempeſtiui exitus excrementorum natura præfecit. Quamobrem non modò non agit quicquam ipſe ad excretionem, ſed ne permittit quidem agentibus.

Sphincter manus, & quòd no vt excernant.

Sphincteris reſolutio quid faciat, vel exciſio.

Sphincteris vſus.

Poſtremò cùm de alui excrementis, & excernendi modo dixiſſet Galenus, deinceps de potionis excremento, quod lotium appellant, & excretionis ratione vel retentionis ita ſtatuit ad finem lib. 5. de vſu partium. Demonſtratum in aliis eſt, muſculum ani tranſuerſum haudquaquàm ſimilem vndequaque habere rationem cum eo, qui ſedem in collo veſicæ habet. ſiquidem ille ſolùm claudendi meatus gratia extitit: hic autem priori quidē ratione, vt contractus vndique, depellat quicquid in ipſo continetur: poſteriore autem, vt ipſum claudat. Siquidem veſicæ ipſi, præter quàm quòd meatum habet anguſtum, omnis etiam fibratum ſpecies ineſt, quomodo & ventriculo ac matrici. Quemadmodum igitur orificia horum clauduntur, quando circùm ea, quæ in ipſis continent, cōtrahuntur, pari modo & veſicæ. Secùs verò in inteſtinis habet, quæ cùm fibras quidem haberent tranſuerſas, meatum autem admodùm amplum; conſentaneum ſanè fuit, eis clauſula quadam egentibus, muſculū qui id præſtaret, parare. At veſica in hoc quidem genere nullo admodùm magno eget ſubſidio, cùm claudi etiā ſine muſculo queat. Ne verò id omne quod ex ipſa comprimente, in meatum vrinariū tortuoſum admodùm inciderit, diutiùs ibi inſideat: muſculum hunc, qui ex fibris tranſuerſis conflatus eſt, extrinſecùs ipſi circumiecit, qui protinus & oris ipſius veſicæ clauſioni ſubſidio futurus eſſet. Ne quid verò denuò à veſica ſurſum ad renes remeet, facit ipſorū vretērum obliqua in veſicā inſertio. ne verò continua fiat excretio, præſtat fibrarum ipſius veſicæ varietas, & maximè obliquarum. Cùm enim omnes intendit, vndique iis quæ continet, aſtringitur, donec ſupra modum referta pondere grauetur; opitulante tunc antedicto muſculo, ac ſuppetias ferente. cùm verò excretioni accingitur, cæteras quidem fibras laxat, ſolas autem intēdit tranſuerſas. Quo tempore muſculi quoq. non mediocre ipſi ferunt auxilium; is quidem qui ad meatū eſt vrinarium, ſuum ipſius principium, quo veſicæ annectitur, laxās, tenſi verò omnes vehementer epigaſtrij muſculi, vt intrò propellant veſicam, ac comprimant. contractus poſtremò vndique, qui circùm collum eſt, & premens, ac foràs protrudens id lotij, quod in meatum ſubierit. Neque enim repentè quomodo nunc, neq. ad abſolutionem meatū vrinarium tota vrina peruaderet, pulſa à preſſura tum veſicæ, tum muſculorum epigaſtrij ſuperiorum; niſi muſculum hunc quoq. extrinſecùs natura toti meatui, qui obliquus admodùm eſt, circumdediſſet.

Muſculi abdominis vt iuuent vrina excretionem.

Sphincteris ſitus ad veſicam, & alia.

Porrò quæ ipſam mictionem excipit eius quod reliquum eſt, guttatim expreſſio, ac potiſſimùm quādo vrina mordax admodùm fuerit, à nullo ſuperiorum inſtrumentorum, ſed ab hoc ſolo perficitur muſculo. Ex quo intelligi debet, hanc primam eius eſſe vtilitatem, vt nihil in meatu vrinario relinquatur: ſecundam autem, vt ori veſicæ claudendo opituletur: vltimam, vt excernendorum celeritatem acceleret. Vt enim pleraque alia, ea quæ alicuius cauſſa extiterunt, neceſſariò ſunt conſecuta: ita & colli ipſius veſicæ, & totius meatus obliquitas. ſubeſt enim ipſius pubis oſſibus, ſubiacéntque ei infernè rectum inteſtinum, & id os, quod ſacrum nominamus; atque in fœminis, collum etiam vteri: quo loco omni ſecundùm animalis longitudinem fertur deorſum, quouſq. extra oſſa emicuerit. inde autem ſecundùm perinæum fertur ſurſum vſq. ad ipſū virgæ virilis exortum: pòſt hinc rurſus deorſum per ipſam virgam. Ex quo intelligi poteſt, ipſum admodùm eſſe obliquum, inſtar Romanæ literæ potiſſimùm. Hos igitur tantos meatus anfractus, vrinæ ocyùs permeare non erat, à ſola ſuperna preſſione impulſæ, niſi præſidiū quoddam ei fuiſſet hîc quoque comparatum.

Sphincter reliquias vrinæ ſolus propellit: & ideò vſus triplex.

Conſentio ad id quod neceſſariō.

Sphincteris veſicæ ſitus, & meatus vrinarij.

Meatus vrinarij virilis ſumma, & ſimilis.

Porrò in mulieribus vnicam habet meatus hic in collo veſicæ flexionem. At viris, in quibus pudendum extrorſum ad collum veſicæ promineat, ſecunda velut auctarium acceſſit. Quo perſpicuum fit, viris quidem neceſſariò contigiſſe, vt magis: fœminis verò, vt minùs flexuoſum haberent meatum vrinarium. Ne quid igitur in ipſo ſubſiſteret, muſculus iſte multis tranſuerſis præditus fibris ei circumfuſus eſt, qui ſimul vrinam à veſica ad pudendum vſque deducat. Sed hæc ſi ita ſunt, Cur igitur fœminæ intento corpore meiunt, mares autem minimè? An quòd fœminarum remotiùs tum profunditate, tum longitudine ſita eſt? iacet enim vulua earum inter ſedem atque veſicam. itaque humor emittendus, vim propter ſpatium vuluæ deſiderat pleniorem: quæ per ſpiritum corpore intento acquiritur. ſic enim problema ſoluit Ariſt. ſect. 10. 22.

Inde vrina retentio in ſuo ductu.

Meatus vrinarij virilis flexio duplex, at muliebris ſimplex, quorſum.

Sphincter impellit vrinam in radio obliquo conſiſtente.

Problema, cur fœminæ meiunt intento corpore?

Et muliebris veſicæ ſitus, vterique.

De Anatomia renum & veſicæ.

Renum vſus, & cur gemini.

IAM verò author anatomiæ vinorum Galenū ſecutus, ita ſcribit cap. 17. de anatomia renū primùm. Creauit Deus duo colatoria, quibus ſeparetur aquoſitas à ſanguine, ne ſanguis corrumpatur per ipſam; quæ quidem renes appel-

Sphincteris vtriuſque differentia, ob partium deſimilem naturā, quibus ſeruiūt.

Sphincter veſica vſus, & quomodo agat.

Præterea quomodo ſubibeant vrinam regredi ad renes.

Veſica quomodo vrinā excernat, & ſphincter quid conferat.

Sphincter veſica excretionem vrinæ iuuat, quò.

Veſica habet omne fibrarum genus.

lantur. Et ſunt duo potiùs quàm vnus: quia ſi eſſet vnus ſolus, oporteret eſſe amplum, propter ſuperfluitatem aquoſam, quam reciperet & ſui amplitudine impediret alia membra vicina ſibi. propterea ſunt duo parui, vt ſuppleatur officium vnius magni; quia non habet locum aliis membris ſufficientem. Item alia eſt ratio, quare ſunt gemini: vt ſi impediatur vnus aquoſam ſuperfluitatem recipiendo, accipiat eam alter pro maiori quantitate. Habet autem ſitum vnus in dextra parte, alter in ſiniſtra, vt directè ſibi opponãtur. quia ille qui eſt à dextra parte, ſuperiùs collocatur, & coniungitur hepati. ille qui eſt à ſiniſtra, inferiùs locatur, vt amplificet locum ſpleni. Sunt autem renes ex ſolida ſubſtantia, propter multiplex iuuamentum. Vnum eſt, vt concurrant multa in vno ſpatio, & recipiant multam ſuperfluitatẽ in paruo ſpatio. Aliud eſt, vt ſua ſoliditate reſiſtant humoribus, vt humori cholerico pungenti & ſcindenti, qui tranſiit ad ipſos à ſtomacho. Tertium iuuamẽtum eſt, vt ex ſua duritie & ſoliditate cõprimant ſanguinem cum ſuperfluitate, ad modum duorum nodorum comprimentium aliquos meatus, rectificando ſanguinem ad ſui nutrimentum, reprimendo aquoſitatem. Triplex enim eſt ſeparatio ſanguinis ab aquoſitate. prima in gibbo hepatis. ſecunda in caua vena, à qua trãſmittitur aquoſitas cum primo ſanguine, quaſi lotura carniũ. ad ipſos renes, quibus fit ſecunda ſeparatio. in renibus verò tertia. Vnde ſi meatus renum nimis aperiantur, vt ſanguis fluat in veſicam, ſanguis tunc exit in vrina. Habent autem renes duplex os. vnum ſuperius, per quod trahunt ab hepate per quoſdam canales: aliud per quod emittitur inferiùs ad veſicam. Dirigitur autẽ quædam arteria à corde ad hepar per medium hepatis ad renes, deferẽs eis ſpiritum vitalem, ſiue vitam. Item quædam venæ diriguntur ab hepate ad ipſos renes exteriùs, deferentes ſanguinis nutrimentum ad exteriores partes renum. interiùs enim non habent renes venas: ſed nutriuntur à ſanguine, quem attrahunt per canales cum aquoſa ſuperfluitate. Coniungũtur autem renes cum quibuſdã ſpõdylis dorſi: vnde tranſmittunt eis veſtem, quæ veſtit eos exteriùs, & dant eis ſenſibilitatem. Habent autem figuram intus concauam aliquãtulùm, exteriùs gibboſam & nodoſam. & circa orificia, quædam habent additamẽta, quæ circundantur pinguedine: cuius ratio per ſimilia alibi aſſignatur. & mox ibidem de anatomia veſicæ ſubiungit caput 18.

Renum ſitus, & ſimilitudo.

Renum ſubſtantia cur ſolida, & cur multum.

Sicut creauit Deus proprium vas ſuperfluitatis primæ digeſtionis: ita creauit proprium vas ſuperfluitatis ſecundæ digeſtionis, vt veſicam, vas vrinæ. Habẽt ergo renes duo emunctoria, quaſi duos canales, per quos tranſuehitur vrina poſt ſeparationem eius à ſanguine in veſica. Subintrant ergo illi duo canales exteriores tunicam veſicæ circa medium tumorem eius, & fluit vrina inter duas tunicas ex vtraq. parte veſicæ ad os illius: vbi tandem intrant per interiorem tunicam veſicæ penetrando ipſam.

Renum à ſanguine tribus locis ſecernitur, vbi.

Cauſſa vrinæ creatæ.

Renum orificia duo, & vſus.

Arteria renum, vnde & quorſum: item vena.

Renum duplex nutrimentum, vnde.

Renum tunica exterior, vnde.

Renum figura, & orificiorum additamenta.

Vaſa vrinæq. concoctionis, quæ.

Veterum natura, vſus, inſtitio.

Et dum intrat veſicam vrina tranſmiſſa à renibus, clauditur exterius os veſicæ, ne aliquid exeat. & è conuerſo, dum exit vrina à veſica, clauduntur duo prædicti meatus, ne aliquid ſubintret veſicam interim. & hoc per dilatationem interioris tunicæ, & comprehenſionem eius cum exteriori. Contexta eſt autem exterior tunica ex filis longitudinalibus: & viget in ea magis attractiua. interior autem tunica contexitur ex filis latitudinalibus: & hoc propter comprehenſionem (ſiue potiùs compreſſionem) & ex tranſuerſis, propter retentionem. Os autem veſicæ conſtat ex quibuſdam lacertis, quibus mediantibus cõſtringitur & aperitur in horis neceſſariis. Duplicatur autem eius interior tunica ad exteriorem, & in fundo veſicæ: quia neceſſarium fuit, vt eſſet denſa & fortis, ne acutis humoribus & ſanguine melancholico ſcinderetur: quod accideret ſibi, ſi ſubtilis eſſet compoſitionis. hæc ille quoquo modo Galenum conatus imitari, ſi modò aſſequi potuiſſet.

Veſica orificia patent alternis vicibus, qui.

Veſica tunicarum quales fibræ, & quorſum.

Sphincteris vſus.

Veſicæ tunicarum ratio.

De Renibus, & Veſica, & reliquis partibus vretericis, opinio recentiorum, & noſtra.

CAP. IX.

POSTERITAS à maiorum obſeruatione & doctrina hîc etiam parum deflexit, maioré viſu ſpectatæ, & manibus contrectatæ fidem adhibens hiſtoriæ, quàm librorum mutæ lectioni. Ac primùm exortas de magna vena & de aorta venas arteriáſque vtrimque binas, & his venis ſubiectas, ab officio emulgentes vocauit, quòd à ſanguine ſerum velut emulgeant exugántque: vtrumque tamen adhuc confuſum, ad denſam renum ſubſtantiam, velut ad colum aliquod deferentes: in ipſo ſtatim renum appulſu, in duos vtramque venam, & arteriam item vtramque ramos diuiſam: mox autem in ipſa renum ſubſtantia in plures propagines diſtribuendam. Quarum ortus ſitu ſemper impar, ob renum diſparem ſitum inuenitur, dextris ferè ſemper altioribus. Dexter enim ren non lobum hepatis, ſed limbum ſeu portionem eius infimam tangit. ſiniſter ad lienem vſque contendit. vterque iuxta vertebrarum corporum latera humiliori ſepti ſedi incumbit, infima ſui parte ad ilia deſcendente; & coſtis humilibus ac poſticis vertebris, velut aggere quodam munitus atque obuallatus. Ren tamen dexter non ideo ſuperior, vtè directo trahat magis, quia venæ vtrinq. æquales, vt quidem tradit Veſalius. Columbus etiã tuetur & aſſerit, nimiùm ſanè confidenter, nè dicam impudenter Galeno contradicens, renem ſiniſtrum dextro ſemper ſuperiorem (raro equidem ſic euenire concedimus) ob lienis patuitatem, & hepatis magnitudinẽ, in homine quidem. quamuis in brutis ſitus ille ſit diuerſus. ideóque de ortu emulgentium ab aliis diſcrepat anatomicis, vtique velut ſuperiores ſint ſiniſtræ.

Poſteriores anatomici à priſcis diſcrepant.

Venæ emulgentes, quæ, quot, vnde, & quorſũ: quomodo diſtribuantur.

Ortus venarũ emulgentium.

Renum ſitus.

Ren ſui dexter ſuperior.

An ren ſiniſter ſuperior? & cur.

Et quòd reſpondeant emulgentes renibus.

Quanquam id libenter fatemur, in his natu-

Natura lusus in renũ situ variãdo.

ram ludere persæpe, modò renem dextrum sinistro, modò dextro sinistrum superiorem collocare solitam. sed tamen ex his neutrum est perpetuum: vt neque Galeno, neque Columbo simpliciter hoc aut illud asserenti credas. renis tamen situm sua vasa positione apta sequi par est. Sed non est illud prætereundum, quod vspiam monui: in nonnullis renem vnicum, eumque densiorem & maiorem inueniri: ideóque necessariò medium, & lumbis instratum, vt iustitia naturæ seruetur. Quas enim natura partes solitarias creat in corpore, has vtique in medio collocare consueuit: vt quæ geminæ sunt, eadem seruata iustitiæ lege, in dextris altera, altera in sinistris sedem sibi deligit. Quod vtique etiam renibus accidit, dextro sublimiori, sinistro inferiori vt plurimùm, atque è natura. quia hic inferiùs quàm iecur descendit, & prior locum occupat. Nisi siquibus lien supernè retrahitur breuior, aut in totum minor: hepar autem naturali mole maius, dextram partem cumulatiùs implet: tunc enim vice versa, sinistrum renem superiorem dextro contingit, licet rarò inueniri, & cauæ venæ propinquiorem: à qua vterque vasa emulgentia dicta mutuatur. qui si ambo æquali situ locarentur, alter alterius munus interturbaturus existimatur quatenus ex æquo trahentes, humorem huc illuc distractum, velut immotum tenerent vtrinque pari nisu reuulsum. Quod mihi tamen non fit multùm verisimile in re liquida & facilè cedente: non quasi canes gemini pari robore os vtrinque mordicùs nostro prehẽsum distraherent. quod vel pueri ostendunt, quando gemini impositi ori siphone, de vasculo vel dolio aquam mustúmve oppositi exugunt. aut cùm artificio adhibito, tubulum geminum nuci aut auellanæ cauæ & inani defixum, aut laneam laciniam, vel licium aliquod panneum, seu virtam vtrimque vasculo appendunt, liquorem ex sese attracturum, & vas sensim exhausturum.

Ren quandoque vnicus, & quando, & vbi.

Partes singulares occupant medium corpus, geminæ autẽ vtrinque.

Ren dexter cur vt plurimùm elatior. & quando cõtingat renẽ sinistrum fieri superiorem.

Renes cur è directo minimè expositi.

N. rationẽ improbat.

Similitudo.

Ab exemplo.

Cæterùm magnitudo vtrique reni æqualis, forma similis, ad phaseolum (quod est legumi-

Renum forma, natura, vsus.

nis genus) proximè accedens, substantia par, vsus idem qui & iam . . . . . magnitudo tanta, quanta operi peragendo sit satis. ideóque vnicus longè . . . . . rum singuli: forma oblongior . . . . . compressior . . . . . rius magis caua, præsertim qua vasa gemina . . . . . sursum quàm deorsum vastior: superficies . . . . altera, altera à peritonæo, & hæc quidem renis fascia vulgo nuncupatur, multis venulis interspersa, multóque vtplurimùm adipe obsita (quibus interior caret vtrisque) color impensè rubens: substantia carnea, densa & solida, velut è renibus pluribus exiguis, siue multis carunculis rotundis conglobata, & vero parenchymati proxima: fibrarum expers, præter eas quas triplices inserta vasa obtinent, trahendo, retinendo, excernendo dicatas: & quidem substantia (inquam) ad naturam calculi tam propè accedens, vt verè videatur

Renũ, adeps vbi.

Renes carẽ fibris: at ureteres possident, quorsum.

A

B

C

D

E

doctus Fernelius monuisse, totam renum substantiam aliquando visam lapidescere. Quanquam huic eidem authori omnem calculorum vesicæ originem primam à renibus, & rudimentum quoddam illorum repetenti, licet ita frequenter accidat, non facilè semper inde duci assentior, certus in omni capacitate interna, si calor & materia idonea subsit, calculum gigni posse: vel adeo in corde, pericardio, pulmone, cerebro, colo, vesica vtraque, & aliis partibus innumeris: sed in vesica potiùs vrinaria, ob recrementum pituitosum illuc è toto corpore commeans. rectiúsque Hippocrates, pueris ob id in vesica lapidem concrescere; adultis autem & viris, in renibus potiùs calculum gigni tradidit. sed de hoc in iatricis. Vt interim hoc moneam, dolorem qui in nephritide percipitur tantus, non à renum substantia, exigui quidem illa sensus participe, vel potiùs propria tantùm membrana neruulum à sexta coniugatione cerebri excipiente: sed potiùs ab vretere sentiri: cuius est natura neruosa ipsi vesicæ perquam affinis, vt iam dixi. ideo rectè dictum ibidem ab eodem Hipp. In renem grauis dolor, 6 lib. Epidemiõn.

Renum substantia facilè lapidescit.

N. contrà Fernelium, quòd non omnis calculus à renibus, qui.

Calculi vbi gignantur, & ex quo.

Cur magis in vesica.

Cur calculus, pueris in vesica, adultis in rene.

Dolor nephriticus vbi & vnde.

Porrò idem Fernelius acutè sanè & probabiliter sic scribit. In medio renis vtriusq. concauus est sinus propria membrana succinctus, quæ propriè incerniculum est percolandæ vrinæ: non enim cum multis existimandum est, id in rene sinum medium dirimere. sed quẽ renes dilutiorem sanguinem per venas emulgẽtes quasi suxerunt, in suam deinde substantiam recondũt vice alimẽti. hinc quod plane aquam aut serum refert, in intimam capacitatem per incerniculi membranam colatũ excidit: móxque per ureteres profunditur in vesicam.

Sinus renis, vbi, & ex quo, & qualis.

à simili.

Renum alimentum.

Serum vrinæ qui percolatur.

Vesalius tamen tũ plerasq. alias Fernelij opiniones, tũ hanc improbauit, vt semel moneam, suppresso nomine Fernelium à Vesalio frequenter notari: vt mox iterum, cùm hic renes musculis lumborum incumbere scribit, quos ψοας Græci vocant. fabulosúmque tradit eiusmodi incerniculum, vt & alia multa à multis, de renum officiis, finibus, membranis, vasis conficta. vt cùm duos renib vtriusque sinus fingunt, alterum superiorem, alterum inferiorem, media vt dixi, dirimente mẽbrana distinctum, eáque angustissimis foraminibus peruia, qua serum cum bile à reliquo sanguine secretũ percoletur, retento propter sui crassitiem sanguine: & ab inferiori sinu meatum vrinarium explantari vrinæ deducendæ idoneum. Quin potiùs hoc totum commentum falsum esse: ac renum substantiam facultate sibi innata, propriáq. ad iustitiã temperie, & forma essentiali, ex venis & arteriis per ipsorũ corpus diductis, serosum illud recrementum excolare, atque in sinum, qui vrinario meatu excipitur, diffundere. Cui Galenus vtcumque fauere videtur locis citatis, venas & arterias per renis corpus diffundi scribens, sinúmq. vnum effingere, & per spissam duramque renum substantiam, retendo sanguine, vrinam cum bilis portione mixta transmittit, inque vrinarium meatum à rene in vesicam pertinentem effluere.

Quòd renũ incerniculum sit nobile.

Quòd non grumosum sit, qualis.

Renes quo vti videant vrinam, quóque modo.

Digitized by Google

Renis sinus geminus qualiter efficitur.

Cui tamen Vesalius repugnat etiamnum, non vnicum, sed geminos vtrique reni sinus impartiens, hoc quidem modo effictos. Vena A nempe & arteria, inquit, in renem subeuntes, in vnum degenerant corpus, quod arteriarum tunicis duritie crassitiéque respondens, cauum, & venæ arteriæque cuiusdam modo per renis corpus distributum cernitur. Primùm enim paulatim latescens, in duas quodammodo partes diducitur: quarum vnam quidem anteriorem, alteram verò posteriorem vocat. Anterior vna serie vnóque ductu, modò sex, modò septé, modò plures etiam æquè crassos producit ramos, qui per anteriorem renis partem æqualiter à seinuicem secundùm renis formam abscedentes, versus exterius renis latus properãt: non quidem ad externam vsque lateris eius superficiem, sed interiùs multò in renis corpore permanent. & hic in aliquot propagines rursus dissecti, corporis membranei posterioribus ramis, quos nunc prosequar, commiscentur. Posterior enim corporis eius pars, eodem modo quo & anterior, in ramos digeritur, ad externũ renis latus contendentes. Quum verò posteriores ramiB eò vsque quò anteriores deuenerunt, mutuò cum anterioribus coëunt: ac singuli singulis, ac si vnum idémque corpus essent, vniuntur, & mutuam cauitatem cõstituunt. elegánsque istorum ramorum coitus, instar semicirculi, ad exterioris scilicet renum lateris formam perficitur. Membraneum cauúmque istud cum suis ramis corpus, non vndecumque renum adnatam habet substantiam. corpori enim ipsi, prinsquàm in ramos digeratur, anteriùs posteriúsque & ad internum latus suum, non autem ad externum, renis substantia adnascitur. ramis verò anterioribus duntaxat anteriùs, posterioribus verò tantùm posteriùs renis substantia adnascitur, quousque ad multum coïtum rami ducantur. Hic enim vbi in plures ramos singuli D diuidantur, anterioréque cum posterioribus coëunt, renis substantiam adnatam vndique habent. quanquam inter ramos ipsos, quà nihil adnascitur ad renis interiora, velut septũ quoddam procedit tamen non connatum, & ab ilia renis substãtia prodiens, quæ ramis, dum coëunt, connascitur. Adest hic inter anteriores posterioréque corporis illius membranei ramos, alter quidam renis sinus exurgat quodammodo bipartitus. Quà enim is exterius membranei corporis latus, vbi id primùm ramos germinat, respicit, vnicus esse apparet: quum autem secundùm septum ex renis substantia pronatum, E velut ad exteriora fertur, geminus conspicitur. Vna enim eius pars inter septum & ramos anteriores, altera inter idem septum & posteriores ramos porrigitur. Sinus hic inter dissecandum subhumidus exanguísque omnino occurrit: corpus autem illud membraneum cum suis ramis omnibus, aut primus renis sinus (si ita corpus id appellare visum sit) sanguine plenus semper inuenitur. Homines vt passim pinguitudine, quemadmodum & porci scatent; secundum sinum quoque adipe duriusculo & quasi seroso humore enutrito oppletum habent.

Vasa renũ quomodo secernantur aut cõeant, vbi.

Renis substantia qui sinum inuoluat, & adnascatur.

Coitus earum renis.

Septum sinus vtriusque.

Sinus idem renis quomodo simplex & duplex appareat.

Sinus renis qualis sit vterque.

Renum adeps.

qui non solùm humanorum renum speculationem dissecãtibus obscurauit, sed quibusdam accuratiùs sectionem aggredientibus ita imposuit, vt hunc adipem, vrinarij meatus operculum quoddam esse, & vrinæ in renibus excretioni seu colationi præfici, & quoddam velut colatorium esse, scriptum reliquerint. Qui enim suis imaginationibus & somniis non contenti, plenã operã vnà cum ratione sectioni quoque impenderunt, si nihil aliud, saltem meatus vrinarij initium viderunt: quod sanè ex secundo renis sinu pendet, non quidem ex humiliori sua sede, sed ex interni lateris ipsius medio. incipit enim meatus ille ab externo latere membranei corporis, vbi primùm in ramos scinditur: deinde per eius corporis medium procedens, ex renum medio per internum renis latus venæ cuiusdam instar procidit. hęc & plura Vesalius.

Cautio, ne adeps pro renũ colatorio habeatur.

Meatus vrinarij initiũ, vbi.

At Columbus isto posterior Anatomicus, omnem hanc cribrorum fabricam reijcit, & aduectum per emulgentes venas fero confusum sanguinem, in densam renum substantiam quasi collium aut monticulorum, impingere: quæquidem sanguini occurrenti obiecta, obsit quò minùs sanguis serúmque ad membranam deferantur, ex qua fiunt vreteres. sicque per ramos tum sanguinem, tum serum per renum substantiam distribui: renes autem sanguine seruos, reliquum serum purum iam redditum, ad vrinarios meatus transmittere, in vesicam postmodò percolandum ac deferendum.

Quòd nulla sint in renibus cribra, & vrina qua percolentur.

Quid ergo? anne quod aiunt; quot capita, tot sensus? Sanè quod ad partis naturam attinet, ipsa anatomia fidem faciet dubitanti: simul & de colo isto vel incerniculo edocebit: sunt- *Fides ex inspectione qui.*
que ad manum quotidie renes maiorum animalium, in quibus verum explorare licet. Credibile autem est, per eas angustias sanguini seroso esse transitum, vt nonnisi quod tenuissimum est, traijci queat. ita tamen, vt partis natura multum huic actioni conferat, à proprietate substantiæ, quicquid sanguini percolando reliquum fit, quod tingere liquorem rubido colore queat, ad se rapiens, exugens, absorbens in proprium alimentum. Illas autem dictas angustias ego non alias nunc quidem esse iudico, quàm vbi prioris sinus rami graciles, cum posterioris sinus ramis coëunt: quomodo de venis à caua & porta in hepate coniungendis jam antè declaratum est.

Anatomicorum controuersia.

Sanguis qui per renes percolatur, & horum proprietas.

Angustiæ vasorum in renibus, vnde & quæ, à simili.

Nisi cum Falloppio omnino probabiliter dixeris, & verisimillimè; Inter venas & arterias, quæ in duas partes diuisæ disseminantur, alias per gibbam renis substantiam posteriorem, alias per anteriorem & sinuatam, vel simam eius partem subire: ex quibus in plures ductus, vt octo vel decem distributis, intra renis substantiam (sic mihi findenti & contemplanti visum est) vnus communis sinus fiat, nerua membrana constans. singulis autem illis ductibus & fistulis extremis singula opercula carnea (Colũbus ex ipsamet renis substãtia illas eminẽtias procreatas arbitratur) venarũ instar

Vasa renũ quomodo per gibbã simámque dispergantur, máneque finem continuum generent, & qualem.

Ductus in renes quomodo obtegantur ad fieri secretionem.

apponi : ſicque obduratis illis, vrinæ liquidæ & tenuis per ſe ac meracæ ſtillicidium per exortos ſingulos à ſinguls ſimbus illis (Columbus ab emulgentis venæ concauo deducit) vretéres fieri, intus ſanguine retento atque cohibito. Namque alioqui quátumuis denſa renum ſubſtantia, tot valis peruia, vtique nunquam ex ſe eam ſecretionem tam exactam fecerit, patentibus vtique ductibus liberum ſemper exitum facientibus. Quorum dictæ anguſtiæ ſi dilatétur, vt pleriſque contingit, tum demum cruentas excernit vrinas vſuuenit. quarum cauſſam Hippocrates ad renum venulæ ruptionem retulerat aph. 75. lib. 4. Fernelius ad calculum atterentem referebat. Et tamen mulieribus ob defectos mentes, vrinæ tales interdum mictu prodeunt: & quibus retentrix facultas debilis eſt, cruenta mictu pariter excernuntur. quomodo hepaticis dictis cruenta ex aluo proluuies recedit. Ideóque rectiùs Galenus cap. 3. lib. 6. loc. aff. Cuius (inquit) rei cauſſa eſt affectio haud abſimilis ei, qualem in iecore diximus imbecillitatem eſſe: inſuperque cùm ora aut meatus, per quos ex caua vena in renes vrina percolatur, ſupra modum dilatantur. Quo loco non renum denſæ & ſolidæ compagis, non colatorij aut inceruiculi meminit: vſu ipſo edocéte, & euentu comprobante, quid hac in re verum ſit, & quàm fallaces ſæpe ſint hominum coniecturæ, quámque inanes ratiocinationes, imaginatione arguta, non re ipſa arguente excogitatæ. Nam quis foramina colatorij in iſtis dirupit? quis renum ſubſtantiam diſſoluit? Et verò ſi calculus rene exturbandus ſit, quomodo per tenuiſſima illa coli foramina traijci queat? neque enim omnem infra ipſum inceruiculum, creari calculum neceſſe eſt: ſed potiùs ſupra idem, vel in ventre renis medio (vbi ſæpe inuenitur) quatenus craſſior retenta materia in calculum formari cogique aptior.

Veterum error & ſubſtantia.

Renum denſa text. ſubſtantia non percolat vrinam, cur.

Vrina cruenta vnde contingat, & quomo.

Vrinæ mulierū cruentæ ex defectu mentis.

Cauſſa cruentæ vrinæ, & ſimili.

Eluditur opinio quorundam de ſecretione vrinæ.

Renum colatoria elenat.

Quæſtiones.

Calculi renum vbi, vnde, & qui excidant.

Sed dicet aliquis, An ſanguinis ſerum à ſola caua, eáque deſcendente, emulgetur venis, ſeu potiùs vaſis ad id idoneis, vt tranſlumptum ad renes, percoletur ad veſicam mox deducẽdum, vt vrina fiat? Certè credibile eſt, vt jam receptũ demonſtrauimus, eiuſmodi ſeri mixtionem, veluti vehiculi loco tum maximè requiri, vbi ſunt maximæ viarum anguſtiæ. quales cumprimis intercedunt à ſimis hepatis partibus ad gibbas: quo nempe loco extremitates venæ portæ, finibus exilibus venæ cauæ inſeruntur. Sed tamen eiuſdem ſeri neceſſitas toti corpori ſupereſt, & totius corporis partibus vniuerſis: quæ quamlibet diſſitæ ab ipſo ſanguinis fonte, cùm alimẽto egeant, & quidem per loca anguſtiſſima ad extimas vſque partes perferẽdo: certè ſanguini ſerum illud permiſceri fuit neceſſe, alioqui paſſim in anguſtiis cunctabundo. Quod ita eſſe indicio eſt vndecumque ſanguis mundus & extractus è corpore, nonnullam ſeri portionem ſuprema ſui parte innatantem oſtentans. Atque hæc ſudorum futura materia eſt, vrinæ ipſi natura quidem affinis, ſed loco & excernendi modo diuerſa, vt aliàs dicetur. Idem autem ſerum quia grauius eſt quodammodo reliquo ſangui-

Seri vſus cum ſanguine mixti.

Anaſtomoſis venæ cauæ & portæ in hepate.

Omni ſanguini ſerum inneſt.

Vrinæ & ſudorum communis materia.

ne, & aqueum tenuéque & penetrans; ideo ad inferiora magis fertur. Et quanuis venæ emulgentes à ſola vena caua lumbari deſcendente, videantur ſeroſum liquorem exugere (quod idem forſallis etiam arteriæ renibus inferendæ ab aorta ſerum & bilem fugendo præſtant) tamen conſequentia vacuati, & continuitate vaſorum, & confuſione humorum, à tota maſſa ſanguinis etiam ſuperioti (nam venæ cauæ partem alteram ſuperas, alteram inferas partes petere jam antea diximus) quantum poſſunt ſeroſi ſanguinis exugunt & emulgent, per renes deinceps cum toto percolandum: vt ſanguinis maſſa purior in totum ſuperſit. Quod niſi fiat, impurum & ſeroſum ſanguinem per totũ corpus ferri contingit, eóque tali corporis vniuerſi partes ali neceſſe eſt. ex quo in toto corpore gignitur κακοχυμία· aut ex eodem in ſpatia ventris erumpente, oritur ἔμφυσις· interdum & flatu permixto, φυσώδης. ſed de morboſis affectibus alibi.

Serum quid feratur ad renes, quomodo.

Arteria exugunt ſerum.

Venæ emulgentes ſerum à tota maſſa ſanguinis, quo.

Qui morbi ſero retento ſignificatur.

Iam verò veſicæ corpus amplum & capax & membranoſum, inuectam ab vreteribus vrinã excipit. Vretéres intelligo ductus illos, qui de renibus egreſſi, & ex membranulis vaſorum per renum corpus diſperſorum coaliti, vnica propria tunica conſtantes (alteram enim communem a peritonæo demum aſciſcunt) eáque obliquis fibris ſolis interexta, de medio renum ſinu exorti, ſpatio breui decurſo, rectà à renibus ad veſicam, modicè verſus interiora reflexi, ferũtur in huius intimam membranam paulò ſupra orificium & collum dictum, parte poſteriore humilioréque obliquè inſerti, membranulis geminis ita obductis, vt ingredienti quidem vrinæ cedant, regredienti verò ſeſe opponant. quomodo de cyſtis fellis & de cordis membranulis antea diximus tum geminis, tum tergeminis, quas Græci διπλόϊκας & τριπλόϊκας à forma cuſpidum nuncupant. Graij vti dixi, ὡσὶ δὲ ἐν ἑκατέρῳ ἐμφύτῳ ἀ ἐνεγκαί, ijdem ab officio, παρὰ ἐμπλῆσαι nominãtur. Celſus à ſimilitudine ſubſtantiæ, venas albas nominat. Galenus tamen à vena & arteria ita ſeparat, quemadmodum paulò antè indicaui, ex lib. 6. anatom. adminiſtra.

Vreteres qui, & quales, & quomodo inſerantur.

Vretera vocant, ſed nõ recedit vrinã, qui. A ſimili.

Vreteres unde dicti.

Cæterùm quemadmodum ex Platone diximus inteſtinorum orbes cõplures in id machinatam eſſe naturam, vt ſenſim excrementa per tot anfractus deuoluta, tum fugendi chyli reliqui ſpatium venis meſenterij darent; tum verò quò tanta mora interpoſita deſcendenti ad exitum materiæ, homo, ciuile animal, & negotiis publicis, & philoſophiæ ſtudio, aut honeſtis ſtudiis vacare poſſet. ita nunc nobis intelligẽdum eſt, eadem naturæ ſolertia ſuppoſitam ſtillanti ſenſim vrinæ veſicam, velut peluim ſeu pelluuium aut lacunam quandam, quæ guttatim decidentem ac ſtillantem vrinam exciperet, exceptámque, ſuo ſphincțere tandiu cohiberet, donec copia grauans, aut acrimonia pungens, nos ad excretionem ſui ſolicitaret. ne quolibet temporis momento (vt in ſtranguria per morbum veſicæ accidit) mictioni vrgenti parcẽdum nobis eſſet: ſed tam longo ſpatio cohibere vrinã, quanto rebus neceſſariis peragendis ſatis eſſet;

Inteſtinorum orbes à multis orbes reuoluta.

A ſimili.

Veſica tanquam peluis excipit vrinam.

Meiendi cauſſa.

Vrinam cohibere, quatenus vtile.

Digitized by Google

Mira conſuetudo indeſinenter mingendi.

valeremus: multùm ab ijs diſſimiles, qui oleo præguſtato, aut aliquo diuretico epoto, ſimul & bibendi & meiendi finẽ non faciunt: non dico per horam vnam continuam, ſed adeo plures horas, & fortè diem totum, ſi velint. Quales bibones, & vrinatores (vt ita loquar) ſeu commictores tingendis pannis dibapho multùm neceſſarios haberi vulgo teſtantur, & Cardanus ſe vidiſſe affirmat, & multi mihi ſe vidiſſe retulerunt vel adeo publicè expoſitos in ingreſſu Regis in vrbem Pariſienſem. Mirum tamen eſt, quomodo tam brevi ſpatio vinum rubrum cõfici ab hepate & ventriculo poſſit, & colorem mutare atque ſubſtantiam, ac velut per cribrum aut prælum torcularis, eodem momento traijci (argumento vrinam non à ſolis renibus trahi, ſed eò ſeorsum ſuopte impetu ferri) Niſi ſciremus vinum eſſe naturæ familiare, hepati dulcium auido expetitum, & coctione & diſtributione expeditiſſimum. quod haud ſcio an alij cuipiam liquori quantumlibet diuretico poſſit contingere. Sic multis eorum qui immodicè bibunt, ocyſſimè pertranſit quod biberunt, ait Gal. ſub finem lib. 3. facult. natural. & meijtur intra breue tempus paulò minus totum. Quippe in his quoque tum qualitatis conuenientia, tum humoris tenuitate, tum vaſorum laxitate, non ipſorum modò, ſed etiam eorum oris, tum trahentis facultatis robore, celeritas digeſtionis perficitur.

Hiſtoria.

Mirum quomodo vinũ rubrũ tam citò confectum pertranſiuat, & cauſſa.

Quòd non ſoli renes vrinam trahant.

Bibaces tam citò, támque multum mingunt.

Veſica cur rotunda, & figura ratio.

Eſt autem veſica, tum forma, tum ſubſtantia, tum ſitu, ſuo iſti muneri admodùm apta idoneáque. eſt enim rotunda, tum ad maiorem capacitatem, tum ad ſecuritatem: ſed oblongæ lagenæ ſimilior, ſurſum amplior & latior, quod fundum eius dicitur: deorſum anguſtior, qua parte gracileſcens, in collum ſeu ceruicem deſinit, & eas deinde partes, quas in enumeratione vniuerſali partium corporis notauimus. Sic enim ars imitata naturam, fundum in vaſis ſolet vaſtius & amplius oſculo collóve fingere. Et quidem veſica eam nacta figuram, vicinis partibus, recto inteſtino, cui incumbit, & muliebri vtero ſubiecto, licet plena atque diſtenta, plus erat relictura ſpatij; quantum huic oſſa pubis, quibus tutò incubat, nec amplius dare poterãt. quibus ſupernè egreſſa, latiùs extẽdi liberè potuit. Quam alioquin extenſionem ſubſtantia eius adiuuat: membrana enim conſtare diximus vnica & valida, & læui, in fundo & circa collum craſſiore ac denſiore, vrinæ acrimoniæ perferendæ, & iniuriæ declinandæ promptiore: triplici per totum fibrarum genere interrexta, vt patuit, rectis internis, tranſuerſis extimis, mediis obliquis: quarum beneficio trahere, retinere ad tempus, & excernere conceptam intus materiam valeat. Foris autem altera tunica veſtitur à peritonæo communi: addita vtique ad robur partis & actionem vtcumque iuuandam; vel potiùs aduerſus iniuriam vlcerum, calculi, ſcabiei, & eorum morborum, quibus obnoxia eſſe ſolet, de quibus Hippocrates aph. 75. 77. 79. 80. 81. libr. 4. & 18. lib 6. de lethali & immedicabili eius plaga, inter principes partes meminit, ex eóque Celſus, Galenus, Paulus, & alij deinceps.

Ars naturæ æmula.

Veſica ſitus, & vſus.

Veſica membranea.

Veſica ſubſtantia cur talis, & eius fibra, vſuſque.

Veſica tunica ſecũda, quorſum.

Situs ipſe decliuis, officium partis adiuuat: & omni propemodùm ex parte aduerſus vim externam munit. Porrò non vt renes purant vrinã, non velut vnico alimento (aluntur enim ſanguine) ſed tanquam condimento delectatis ita de veſica ſentiendum eſt, aut ali eam, aut oblectari concepta ſuo ſinu vrina. cuiquidem continendæ ita è natura aſſueuit, vt non magis ab ea lædatur, quàm à ſtercore ſolent inteſtina: ſimodò ſecundùm naturam ſe habent omnia. Sed chylo intus concepto ali ventriculum & inteſtina Galenus credidit. nos aliter ſtatuimus: & conſequens à ſimili de veſica lotio nutrienda deduximus, ab abſurdo. Vt igitur illa propriis venis & arteriis adducto ſanguine & ſpiritu: ſic & veſicã ipſam tum venis, tum arteriis propriis ali vegetarique par eſt vtique credere. Ac licet tota membranea & neruoſa ſit: tamen ad ſenſus vim exquiſitam, neruis etiam præditam eſſe decuit, partim à ſexta illa cerebri coniugatione, partim à medulla lumbari demiſſis, & per eius tunicam interná diſperſis.

Veſica cur in declini ſita.

Veſica non alitur, nec oblectatur vrina.

Prima non eſſicit veſicam è natura.

Veſica vnde alatur.

Veſica neruea, & ſenſus ſcamen, vnde.

Falloppius tamen partim neruoſam, partim carnoſam adſtruit, & præter communem tunicam illam à peritonæo exortam, duas alias vt ventriculo & inteſtinis, recenſet: intimam, tenuem, nerueam, omni fibrarum genere præditam: mediam carnoſam, denſam, ſuis pariter ternis villis præditam. quod tibi ſedulò obſeruandum propono. De infantilis veſicæ munere alias dicetur. de ſphinctere veſicæ ceruicem ambiente, & vrinam intus cohibente, quandiu ratio iuſſerit, eiuſdémque reliquias à mictione vibrando propulſante, antea diximus. Hunc quidam annulo comparant in orbem cingenti totum in mulieribus; at in viris, ſuperius tantùm veſicæ collum, fibris tranſuerſim circularibus prædito. De reliquis partibus collum veſicæ conſequentibus dicetur in genitalium hiſtoria. niſi nunc obiter interim placet intelligere; Vt à renibus ad veſicam ductores vrinæ gemini extiterunt: ſic deinceps à veſica non geminum aut tergeminum, vt quidam falsò tradunt, ſed vnicum eſſe ductum communem illum & ſemini iaculando, & vrinæ percolandæ. Græci ab eodem nomine & vſu, οὐρήτρας καὶ τῆ οὐρεῖν nominarunt: Latini pari forma vrethram dicere ſunt auſi. quidam radium nominant: alij venam. in mulieribus quidem breuiorem, & ſuperiori vteri ceruici non procul à pudendo inhiantem, ſinque communem vteri capacitatem membraneis quibuſdam fibris corriuantem, breui quidem, & recto propemodùm ductu. viris autem & longiore, & anguſtiore, & obliquiore, non diſſimili figura à maiuſcula litera Latinorum S, aut Græcorum parno & finali ς, ſicuti jam ex Galeno notauimus. Quæ cauſſa vna eſt, quamobrem calculi in maribus maiore conatu, & dolore ingentiori deuoluantur. Quòd autem muſculi abdominis, & ſeptum trãſuerſum, mictionem iuuent, à τοῦ ὀμεῖν dictam Hippocrati, ſicut & alui excretionem, pariter intelligi ex partium ſitu & natura vſúque pridem docto ſatis conuenit.

Communis ductus vnus ſemĩnis & vrinæ, vrethrã, vnde dicta.

Vrethra muliebris vbi & qualis.

Vrethra virilis qualis, & ſimilis.

Cur calculi in maribus difficilieres.

Mictionem iuuantes muſculi.

Sphincteris vesicæ vsus, & quomodo vrinam expellat.

Sed sphincter vesicæ id habet peculiare, quòd superioribus partibus cessantibus, ipse circunstringitur: & quicquid in ductu vrinatio reliquum est, illud totum foràs nisu & motu proprio expellit, vibrandóque eiaculatur, vt jam dictum aliquoties est, atque vt vnusquisque nostrûm post emictam largam illam affatim vrinæ copiam in sese experitur (qua propemodùm vi semen in vterum intromitti similiter per vices vibrando dici & æstimari queat, de quo tamen posthàc) idem supernis partibus vicissim agentibus, & vesicam comprimentibus, ipse sphincter remitti & laxari videtur, potiùs quàm aliorum actionem iuuare. quod tamen à Galeno facere dicebatur lib. 15. de vsu partium. ex quo licet pleraque horũ antè adscripta sint; tamen continua serie orationis à me de omnibus vrinalibus partibus peculiariter istum in modum dici placuit.

An sphincter vesicæ actione musculorum vtatur.

An ejiciat semi vibrat?

In quo priscorum his de partibus vrinariis veteribus sententia explicantur.

CAP. X.

Sed jam audiamus aliorum his de partibus sententiam. Hippocrates libello anatomico: Renes, ait, consimiles colore, malorum speciem præ se ferunt. ab his canales obliqui, ac fermè triangulares, in summum vesicæ apicem tendunt. Vesica autem tota neruosa est, magnáque, ac latè se extendens capacitas à natura intra eam disposita est. idem lib. de ossium natura: Renes ex neruis de spina. habent autem cordis formam ipsi renes: nam etiam ipsi ventriculos habent. At verò ren cauum sui partem ad venas magnas habẽs situs est. vnde enascuntur ex ipso venæ in vesicam, qua parte potus trahitur per venas in renes, & per ipsa intestina, per quæ procedit. deinde verò velut per qualum, per renes aqua percolatur. spongiforme est enim ipsorum corpus ad vesicam. & hìc percolatur ac secernitur à sanguine vrina: quapropter etiam rubra existit. Neque enim in renes aliæ procedunt venæ, quàm quæ dictæ sunt: neque est alius locus, vbi potus colliquescat, quantum ego noui. Idem libr. de carnib. sic vtrumque compingit: Renes sic producti sunt. parum glutinosi, parum calidi, multum frigidi conclusum fuit, & ab hoc congelatum est, & durissimum viscus euasit, & minimùm rubens, quia non multum calidi simul constitit. luxta eandem rationem etiam vesica. multum frigidum, quod ipsam circùm circa concluſit, à calido calfactum, dissolutum est, & euasit liquidum, cùm neque pingue, neque glutinosum in ipso esset. quod verò supererat, tunica euasit. Vides quæ senis fuerit de vrinæ artificio sententia, quóque modo potus ilicet inconfectus, ad renes & vesicam rapiatur.

Renũ color, & forma, ita veterũ.

Vesicæ natura.

Renum figura, situs, vsus.

Veterum minus potus deferendo, qualiter. N. labitur hoc loco Hipp.

Vrina cur cruenta.

Potio quò derivet ex Hipp. sed falsò.

Renum compositio.

Vesicæ compositio.

N. non probat Hipp. rationem de potionis collatura.

Quid Plato? nihil (opinor) de his partibus nominatim aut speciatim; sed earum vsum inter ventris inferioris structuram comprehendit. referam pauca breuiter olim mihi citata Græcè Latinéque. Cùm Dij cognoscerent nos ad cibum potúmque intemperantes fore, ac ingluuiem, plus quàm modus aut necessitas postulat, ex ijs sumpturos: ne subitus propter morbos interitus perueniret, atque ita imperfectum mox genus mortale desineret, inferiorem illos ventrem esse fabricatos tradit ad esculentorum, poculentorúmque superabundantiam capiẽdam, vt antè proposito intestinorum exemplo ex eodem protulimus. nequid amplius à Platone hac de re expectes. nisi hoc fortè minùs accuratè expensum scriptúmque ad finem Timæi: Ipsum potus discursum, quo per pulmones sub renes in vesicam defluens, & spiritui mixtus elitúsque depromitur, Dij in fistulæ modum in compactam medullam à capite per ceruicem & spinam derinauerunt: quod quidem sperma, id est semen nuncupamus. hæc Plato, in paucis multa aberrans, vt de potu docuimus ad pulmones minimè concedente, & de semine paulò pòst ostendemus, & de vrinariis meatibus ductibúsque nuper multò aliter & verè tamen demonstrauimus, & eadem verba mox vbi de spermate, resumemus.

Ventris inferioris vsus.

Potionis & seminis defluxus ex Platone.

N. sed falsò.

Plato male de potu & semine ratiocinatur.

Aristoteles multò diligentiùs ac fusiùs tum reliquas corporis humani partes, tum has examinauit. de renibus dicam primùm. Renes iuxta spinam ipsam adhærent bubulis similes, ait cap. 18. lib. 1. histor. animal. Dexter in omnibus, quibus sunt renes; animalibus superiorem obtinet locum, minúsque pingui obducitur, & siccior est. quod vel in omnibus manifestatur æquè liquidò. Pertinent ad renes meatus tam ex vena maiore, quàm ex aorta, sed non ad cauum: quod alij amplius, alij arctius sua media parte continent. Meatus verò qui eò pertinẽt, omnes in rerum corpus absumuntur. cuius rei argumentum est, quòd sanguine carent, nec intra se quicquam concrescere ostendunt. Habent igitur, vt modò dixi, sinum exiguum: à quo meatus duo insignes ad vesicã deueniunt. Quo loco, iterúmque cap. 9. libr. 3. de partib. animal. vt cætera bellè & eleganter dicta sint, tamen memor eorum quæ probauimus, obseruabis minùs verè dici, venas emulgentes siue meatus à caua & aorta ad cauum renis minimè ferri: quia & eò feruntur ambo, & ex tunicis eorundem, id cauum (quod geminum notauimus, hic vnicum agnoscit) constituitur & consternitur. Sanguine autem carere non de renibus accipe, vt nonnulli; falsum esset enim: sed meatus ipsos intellige & vreteras etiam: quos neque venas, neque arterias dici posse docuimus, & soli vrinæ percolandæ seruire sanguinis vacuos. Idem cap. 7. libr. 3. part. animal. Renes bipartitos esse, nulli dubium est, ait. Quanquam liene carens, & altero rene vacans visum animal scribit cap. 4. libr. 4. de genera. animal. Vbi & renes ad excrementum quod in vesicam secedit, opitulari profitetur. & tamen mox eodem libr. 3. part. animal. cap. 7. nulla necessitate renes haberi scribit, planè & sui, & naturæ oblitus, vt loco producto jamjam constabit. Quod non mihi veri magis videtur simile, quàm si vesicam inutilem diceret, aut eò etiam minùs, quia sine vesica percolari vtcũque vrina posset, non

Renũ situs, figura, differentia.

Venæ emul. genitus vnde & quales.

Renum cauitas vnde, & qualis.

Venæ non recipiunt sanguinem, ratio.

N. quid hic improbet in Arist.

Veterum natura, & vsus, item emulgentium.

Animal sine liene, & cum vno rene.

An venæ inutiles in Arist.

Digitized by Google

Renes non omnibus necessarij quàm vesica, cur.

non leui tamen incommodo assiduæ mictionis. sine renibus autem homini viuere inculpatè non liceret; quia sanguinis serum citillimè hydropem accerseret, & perpetuam induceret cachexiã. Qui si abessent, ne vesica quidé vtilis foret, quia neq. vrinæ à corpore quicquã secerneretur. Sed forsan dictũ philosophi non nudè subaudiendũ: vti neq. de liene, quem per accidẽs tantũmodò necessariũ adstruit. vti neque de testibus sermo crudior inaudiri debet, vt suo loco patebit. ergo de renũ natura & vsu sic eodé illo cap. 7. lib. 3. de partib. animal. Renes nulla necessitate habentur, sed vt melius & locupletius sit. humoris enim excrementitij gratiã, qui cõfluit in vesicã, adiuncti sunt ex sua natura; in quibus plus huiusce modi sedimenti fieri solet, vt vesica melius suo munere fungeretur. Quibus verbis nõ satis videtur assecutus renum vtum atq. officiũ: quasi soli veluti aquæ ductui subseruiant, transeunte per vesicam; quibus tamen lõgè dignius munus incũbit, & magis necessariũ; vt à sanguinis * * * secernant: & * * in vesicam demittant, tum demum vrinam * * * quod * * ample Arist. viderit, certè eo loco non tradidit. sequenti verò cap. 9. de renibus plura subiungit hunc ad modũ. Cæteris animantibus, quæ sanguineum habent pulmonem, renes omnibus natura tribuit: quippe quæ simul & ad venas continendas iis vteretur, & ad humorem superuacuũ excernendũ abutereretur. meatus enim de vena maiore ad renes vsque perfertur. Cauũ in omnibus inest renibus aut amplius, aut arctius. Hominum renes bubulis similes sunt: quippe qui tanquã compositi ex multis renib⁹ exiguis cõstent. neq. æquabiles sunt, vt in quadrupedibus. quo fit, vt morbus eorum difficilè curari hominibus possit, etiãsi nuper ægrotare cœperint: accidit enim vt quasi multis renibus laborent, difficiliùs remediũ adhibeatur, quàm si vno infestarentur. Meatus qui ex vena pertendit, non cauum subit renum, sed in eorum corpus absumitur. quamobrem in cauis eorũ nihil sanguinis continetur, neque concrescit mortuis. Meatus verò de cauis renũ exangues duo insignes ad vesicã feruntur singuli ex singulis: atq. etiã alij ex vena aorta validi frequẽtesq. eõdem deueniunt. Quæ ita naturã instituit, vt & vena, humoris excrementũ ad renes veniret: in renibus autem sedimen humoribus per corpus renum colatis, in mediũ cõflueret, vbi plurimi cauum continent. Quo fit, vt renes omniũ maximè viscerũ fœdum reddant odorem. Tum deinde ex medio per eos meatus in vesicã iam magis magisque tanquam excremẽtũ secernitur, atq. reijcitur. Vesica ipsa ex renibus dependet: tendunt enim in eã, vt dictũ est, validi meatus. Renes his de caussis habentur, & virtutes quas diximus, obtinẽt. Omnibus autẽ quæ renes habent, dexter superior sinistro est. quòd enim motus ex parte dextra proueniat, naturáq. dextræ proinde validior sit; ideo partes omnes mouendi caussã vergant ad situ potiùs superiorem oportet: Tangitur in omnibus à iecore dexter, quòd elatior est. Pingue plenius renes ambit, quàm reliqua viscera. quòd & necessariò fit, cùm excrementum per renes transmissum coletur. fit tamen non intra ipsos renes, quoniã densum hoc viscus sit, sed circùm renes. Necessariò igitur ea de caussa pinguescunt, scilicet ex iis quæ necessariò cernuntur animalibus, quæ renes habere debuerunt. salutis autem caussã, vt renum natura calida sit. cùm enim posti loco vltimo sint, reporem desiderant ampliorẽ. itaq. vice carnis, adipe renes obsepti muniuntur. quinetiam humorem meliùs discernunt & concoquunt sua pinguedine. pingue enim omne calidũ est: calor autem cõcoquit. his igitur de caussis renes pingui operiuntur. Sed cùm vsus eiusdẽ caussã renes atque vesica habeantur, differendũ nunc de vesica consequenter, ex eiusdem Arist. sententia, & libri eiusdem 3. de partib. animal. cap. 8. Vesica non omnibus animalibus data est, sed iis tãtùm tribuere voluisse natura videtur, quæ pulmonem haberent sanguineum. ídque recta ratione. Caloris enim excessu, qui in eo ipso membro continetur, sitibunda hæc omnium præcipuè animalium sunt, cibíq. indigent non modò sicci, verumetiã humidi copiosioris. Itaque excrementum etiam copiosius contrahi necesse est. nec solùm tantum, quantum à vẽtre concoqui excerníq. cum eius excremento possit. Ergo huius quoq. excrementi cõceptaculum quoddã haberi necesse est. quamobrem omnia quæ talem habent pulmonem, vesicam obtinent: quæ autem tali carent pulmone, & vel parum bibunt, quoniam fungosum pulmonem habeant, vel omnino potũ assumunt non potus, sed cibi gratiã, vt insecta & pisces, vel etiã quæ pẽna aut squama aut cortice integuntur; hæc tũ propter humoris assumpti exiguitatẽ, tum quia quantũ excremẽti cõtrahitur, in ea ipsa absumatur, vesica omnia carent. Quod autẽ scribitur, citato cap. 18. l. 1. hist. animal. id verò obseruatione eget, ne fortè falsi redargui possit. Ex medio (ait) renum singulorum, venæ singulæ, cauæ, neruosæ depẽdent, spinam prætereũtes ipsam angusto itinere. & rectè hactenus. tũ in vtrãq. abolentur coxã (ἰσχίον Græcè) ac denuò ibi porrectæ apparent, denuóq. in vesicã descendunt. quæ quàm vera sint, si meministi demõstratorum à nobis, satis tu quidẽ intelligis. vretẽras enim insinuat; quos vtrinq. singulos breui & recto ductu in vesicã ferri diximus, paulò supra eius ceruicẽ insertendos. neq. tamen ad ischiũ priùs demitti, deinde sursum reflecti nouimus. & fortassis aliorũ vasorũ seminalium vocatorũ contigua istis subsitia, & ad inferiora, obliqua demissio, mox sursum reflexa, minùs diligenter obseruanti imposuit. deinde rectè subiicit, Vesica enim loco vltimo posita est, meatibus annexa illis porrectis à renibus ad ceruicem, vrinariũ producentẽ meatũ (Græcè οὐρήθρα) & ferè circũ vndiq. extenuatis in fibras mẽbranulis proximis quodãmodo septo illi trãsuerso pectoris deligata. Est profectò vesica hominis proportione quã cæterorũ amplior. Cæterũ quod problematicè inquirit sect. 3. Quam ob caussam quod vniuersim raptimq.

Renum tenuitas, figura.

Cur renum morbus humanus difficilis.

Vretrorum insertio, & quòd exangues, sicuti vena emulgentes.

Meatus renum plures, & vretrorum origo, atque emulgentiũ vsus

Vrina qui perculetur renibus, & cur malè oleant.

Vesica situs, & vretrorum.

Renũ situs, & differẽtia, cúrq. dexter elatior.

Renes quæ animalia habeant, quæ non, & quorsũ.

Renes quorsum.

Arist. vsum renum exiliter explicat & immutat.

Verum renum officium.

Renum adeps, quorsum, & vbi. N. at si adeps pulsum extrinsecus, quorsum, ad vrinæ acrimoniã?

Adeps calefacit renes: quia pingue calidũ. & quorsum.

Vesica quæ animalia habeant, quæ non.

Cur vesicã ijs adsit, quæ pulmones habent, & quorsum.

Animantiũ quorundam vesicæ carentes, & cur.

Vretrorum natura, situs, insertio.

Arist. errandi: vretras e[x] vasis ij[s] seminalibus.

Vesica situs, nexus, amplitudo.

Vretra, quæ.

Cur à potu copioſiore venter minùs humectetur? bibitur, ventrem id minùs humectet, cùm tamen ab humore copioſiore plus humectari conueniat? non ſatis argutè ſolui hoc modo videtur. Quòd humorem multum ac vniuerſum venter ſuperare non poſſit, ſed locũ adire ſuum indomitum patiatur. locus autem crudi humoris, veſica eſt. Nã primùm cauſſa huius euentus ſiqua eſt (quia alij contrarium ruentur, ſimilitudine ducta à ferro candente, quod aqua multa cõfertim affuſa celeriùs extinguitur, quàm à pauca & ſenſim) nõ alia mihi quidem videtur eſſe, quam quòd ſumptus ore liquor, paulatim & diutulè deglutitus, profundiùs inſinuatur, & partes altas humectat ac diluit abundantiùs. quò fit, vt ſitim potentiùs reſtinguat (modò copia ſufficiens ſit potioni requiſitæ.) Deinde humorem copioſum à vẽtre non eumci ſic accipio, vt concoqui ægriùs contingat: ſed tandem tamen confici par ſit: non talem & crudum ad veſicam ferri. eſſet enim colore, conſiſtentia, odore, ſui ſimilis; vt in *Simulacra* videmus voratos cibos ſui ſimiles ocyſſimè præterfluere. quod paulò antè de vini potoribus illis & aſſiduè permeicntibus retulimus. nam aquam non coqui, non alere, imò ne humectare quidẽ, videntur Hipp. & Galenus voluiſſe: quod tamen dubitatione non caret, vt antehàc videor vtcumque ſoluiſſe. & Ariſt. de vini potu, aut quodam potabili liquore videtur intellexiſſe. vix enim credibile eſt, Græculos ebrioſos in tanta tam laudabilis vini copia aquam bibere ſolitos fuiſſe. Poſtremò de iis quæ circa veſicam accidunt, ſic idem cap. 15. lib. 3. hiſtor. animal. Veſica, membrana eſt: ſed genus id aliud membranæ eſt, quippe quod tendi ingenuè poſſit. Non omnibus data veſica eſt, ſed iis tantùm quæ animal gignunt. Aphrodiſeus de auibus ſolerter poſtmodò cauſſàm retulit, cur veſica careant, in probl. Veſica præciſa coire non poteſt, niſi ad ipſum exordium ſuæ cerucis. Quanquam non ignoro ita aliquando contigiſſe, vt vulnerata veſica ſolideſceret. ſed quod admodùm raro contingit, parum id obſeruandum cenſeo. ita Ariſtoteles: ſed rectiùs meo iudicio ſcripſit Hipp. aph. 18. lib. 6. non modò non coaleſcere veſicæ vulnera, ſed etiam eſſe lethalia. quem Galenus, Celſus, Paulus, & alij deinde ſequuntur. vbi tamen dictionis proprietas obſeruãda eſt, ἕλκεσιν, compoſito nomine enuntiata. quoquidem non leuia quædam & ſimplicia, ſed alta & profunda vulnera intellexit, & quæ ad intimam vſq. capacitatem penetrant. Quomodo enim pars neruoſa & exanguis tandem conſolideſcat? & quam vulneratam veſicam perſanaram ſcripſerat Ariſtoteles, hanc intelligo aut ad ſuam ceruicem, aut in ſola ſuperficie vulnus accepiſſe. ſed de his aliàs.

Similitudo.

Alia N. ratio.

Humor copioſus à ventre non ſtatim coquitur, ſed tandem conficitur, qui.

Similitudo ferrea ad lentiginem, in diabete.

Aqua non nutrit, nec coquitur.

Græci non fuerunt δεψητικοί.

Veſicæ natura, & quibus data.

Veſica inciſa non coaleſcit, & quando ſecus.

Veſicæ vulnera, quæ ſint.

Explicatio loci Hipp.

Veſica vulnera quæ ſolideſcunt.

Ariſtoteli ex more Plinium ſubiungo, multa ex eodem repetentem lib. 11. cap. 37. At in Briſeto & Tharne, ait, quaterni renes ceruis: cõtrà pennatis ſquamoſiſque nulli. cætero ſummis adhærent lumbis. Dexter omnibus elatior, & minùs pinguis, ficciórque. vtriq. autem pinguitudo è medio exit, præterquàm in vitulo marino. animalia in renibus pinguiſſima. oues

Cerui ubi renes quaterni, & quibus nulli, eorum ſitus, & differentia

Renium adeps, calculi.

A quidem lethaliter circùm eos cõcreto pingui. aliquando in eis inueniuntur lapilli. Renes habent omnia quadrupedum, quæ animal generant. oua parientium teſtudo ſola, quæ & omnia alia viſcera. ſed homo bubulis ſimiles, velut è multis renibus compoſitos. Et paulò pòſt, Infra aluum eſt à priore parte veſica, quæ nulli oua gignentium, præter teſtudinẽ: nulli niſi ſanguineum pulmonem habẽti: nulli pedibus carentium. Inter eam & aluum, arteriæ ad pubem tendentes, quæ ilia appellantur. In veſica lupi lapillis, qui ſyrites appellatur. ſed in hominum quibuſdam diro cruciatu ſubinde naſcentes calculi, & ſetarũ capillamenta. Veſica membrana cõſtat, quæ vulnerata, cicatrice non ſolideſcit: neq. qua cerebrũ aut cor inuoluitur. plura enim mẽbranarũ genera. hæc ille. de Cicerone iã patuit quàm breuiter hoc totũ artificiũ percurrat, vt non tã non intellexiſſe, quam neglexiſſe videri velit: mihi non tam neglexiſſe, quàm minimè intellexiſſe videatur.

Renes quæ animalia habeant, quæ non.

Veſica ſitus, & quibus adſit, aut non.

Ilia, quæ. N. non probo de arteriis.

Calculi veſicæ & capillamenta.

Veſica cicera non ſolideſcunt, cur.

N. de Ciceronc.

Celſus paulò diligentiùs ſic deſcribit cap. 1. lib. 4. Renes diuerſi, qui lumbis ſub imis coxis inhærent, à parte earũ reſimi, ab altera rotũdi: qui & venoſi ſunt, & vẽtriculos habent, & tunicis ſupèr conteguntur. & eodem deinceps capite: At à renibus ſingulæ venæ colore albæ ad veſicã feruntur; οὐρητῆρες Græci vocant, quòd per eas inde deſcendentem vrinã in veſicã deſtillare cõcipiunt. Veſica autẽ in ipſo ſinu neruoſa & duplex, ceruice plena atq. carnoſa, iungitur per venas cum inteſtino, eóque oſſe quod pubi ſubeſt. Ipſa ſolura atq. liberior eſt, aliter in viris atque in fœminis poſita: nam in viris iuxta rectum inteſtinũ eſt potiùs in ſiniſtram partem inclinata. in fœminis ſuper genitale earum poſita eſt, ſupérq. elapſa, ab ipſa vulua ſuſtinetur. Tum in maſculis iter vrinæ ſpatioſius & compreſſius à ceruice huius deſcẽdit ad colem. in fœminis breuius & plenius ſuper vuluæ ceruicem ſe oſtendit. Quòd tamen vreteres, venæ non ſint, antè euidenter oſtẽdimus: quia & ſanguine carent, & venarum officio fungi minimè poſſunt. tunicarũ ſubſtãtia vtcũque affinis eſt: ſed has albas ideo vocauit, aut quòd inanes ſint, aut quòd ſerũ percolent, nec ſanguine diſtẽtæ rubeãt. Ac ſi memini, arterias albicãtes diximus, ſi venis cõpares. ſed ne arteriæ quidẽ hæ ſunt, cùm nec ſubſtãtia, nec vſus aut contenta tunicæve reſpõdeant. cætera ex poſitis quàm vera ſint, facile eſt intelligere.

Renum ſitus, figura.

Veteres, non ſunt venæ: cur venæ albæ dicantur.

Arteriæ albidiores venis.

Vnus ſupereſt Lactantius, in multis ille quidẽ huius arguméti diligẽs indagator, & accuratus ac diſertus naturæ interpres; verùm hac in parte minùs perſpicax aut acutus coniector. ac primùm de renib. elegãter. Quid renũ gemina ſimilitudo? quos ait Varro ita dictos, quaſi rini ab his obſcœni humoris oriantur. quod eſt longè ſecùs: quia ſpinæ altrinſecùs ſupini cohærent, & ſunt ab inteſtinis ſeparati. Vbi tamen in eo quòd Varronem reprehendit, non ſatis ipſe aſſequitur, quid ille ſibi velit. neq. enim obſcœni eius humoris riuos, renes intelligit, qui per inteſtina fertur in aluum, & fæcibus permixtus, per ſedem excernitur. ſed cũ potiùs, quẽ modeſtia Romana nominatim

N. de Lactantio.

Renes vnde dicti, vbi ſiti.

N. cur renes, rum dicantur obſcæni humoris, & cuius, cõtra Lactãtium.

Digitized by Google

appellare ſubueretur. & periphraſi circumſcripſit, quíque per partes obſcœnas & genitales in coitu ſecedit, σπέρμα Græcis, ſemen Latinis metaphorica ſimilitudine cognominatum: de quo nos poſthàc ſuo loco & ordine. Huic enim etiam liquori obſcœno per renes eſſe trãſitum Varro credidit, non verè ille quidem, ſed apud eos qui medicinæ ſacra non tractant, prorſus veriſimiliter, ob ſimilitudinem vaſorum deferentium & contiguitatem, vt poſthàc patebit. quanquam infra vrinarios meatus illa inſeri in collum veſicæ, aliàs docebitur. Quid ſi per obſcœnum liquorem, vrinã ipſam intellexit, & propriè, & verè, & inculpatè locutus? Sed cui iam non liceat de ſeminis via ſentire vt libet, cùm & medici & philoſophi clariſſimi tam abſurda ſenſerint & ſcripſerint? vt poſtea demonſtrabo. Refert Conſtantinus Africanus medicus libello de coitu: Hippocrates dicit, Quibuſcumque venæ quæ poſt aurem ducuntur, exciſæ fuerint, ſemine non effuſo, gignere non valent. Il verò aliquod emiſerint, non eſt ſemen, ſed aquoſus humor: vnde nullus conceptus fieri poteſt. & paulò pòſt, Illi verò qui hæc integra habuerint, coëũtes ad generationem proficere valent: & deducitur eis ſemen à cerebro per venas quæ poſt aures deſcendunt, & per eas in ſpinalem medullam imittitur, & à medulla in renes, & à renibus ad clunes, & à clunibus per virgam emittunt, non quidem vrinali via, ſed alia ſeminis ſcilicet propria. hæc ille, quæ quàm verè dicta ſint, poſthàc expendemus, & Platonem & Timæum & Hippocratem & alios in medium producemus. De veſicæ autem & vrinæ natura modóque prorſus abſurdè ibidem deinceps cap. 11. Firmianus: Illa autem ratio ſubtiliſſima eſt, ait, quòd veſica, cuius vſum volucres non habent, cùm ſit ab inteſtinis ſeparata, nec vllam habeat fiſtulam, qua ex illis vrinam trahat: completur tamen, & humore diſtenditur. id quomodo fiat, non eſt difficile peruidere. Inteſtinorum enim partes, quæ ab aluo cibum potúmque ſuſcipiunt, potentiores ſunt, quàm cæteræ ſpiræ, & multò tenuiores. Hæ veſicam circumplectuntur, & continent: ad quas partes cùm potus & cibus mixta peruenerint, ſimum quidem craſſius fit & tranſmeat: humor autem omnis per illam teneritudinem percolatur: eúmq. veſica, cuius æquè tenuis ſubtiliſque membrana eſt, abſorbet & colligit, vt foràs quà natura exitum patefecit, emittat. Quaquidem Firmiani ratiocinatione vix dici quicquam poteſt à vero magis alienũ, & ex falſa hypotheſi, quòd veſica nullam habeat fiſtulam, qua vrinam deductam excipiat (non dico trahat, quod renes faciunt) in iſtas abſurditates eſt delapſus; quæ ne confutatione quidem vlla egent, ſatis ex ſe, & ex ipſo ſenſu, & ex iam dictis refutatæ: ſiue ipſe id cõmentum primus cõfixerit, ſiue potiùs ab Aſclepiade, aut neſcio quo ex antiquis medicis didicerit. Adeo magnũ eſt, bonos authores tibi proponere, quos imitéris. Sed tamen ſic memini apud Galenum dici ab Aſclepiade, quò maior venia Lactantio cõcedatur, ſi à medicis in eum errorem impulſus, nec ſponte lapſus deprehẽdatur. Ergo quemadmodum vrinam in veſicã oratione ſua ducat Aſclepiades, operæpretium eſt audire, atque hominis ſapientiam ſuſpicere; qui relictis tam latis ac manifeſtò apparentibus viis, obſcuras anguſtas, nec vllo prorſus ſenſu perceptas propoſuit. Vult namque eum qui bibitur, humorem in halitus reſolui, atque in veſicam tranſmitti. inibi verò denuò concretos, priorem deinde recipere formã, fieríq. ex halitibus planè humorem: perinde vtique de veſica, ac de ſpongia quapiam, aut lana ratiocinatus, non corpore planè denſo, & quod humorem non tranſmittat; cùm duas tunicas validiſſimas habeat, per quas ſi tranſmitti halitus dicemus; qui fit quòd ſeptum tranſuerſum, & peritonæum non pertranſeunt, ac tum abdomen, tum pectus totum aqua non implent? At craſſius eſt, inquiet, humoriſq. tenacius peritonæum inuolucrum, quàm veſica: eóque id halitus non tranſmittit: veſica verò tranſmittit ac recipit. Verùm ſi ipſe veſicam diſſecuiſſet, fortaſſe non ignoraret, exteriorem veſicæ tunicam, eandem cum peritonæo naturam habere, vtpote ab eo ortam. internam verò, quæ ipſius veſicæ eſt propria, plus quàm duplo eam craſſitudine ſuperare. Verùm fortaſſis nec craſſitudo tunicarum, nec tenuitas, ſed ipſa veſicæ poſitio, ferendorũ in eam halituũ eſt cauſſa. Imò verò ſi per reliqua corporis omnia credibile eſſet huc ferri, certè ſitus ipſe veſicæ ſatis eſſet, qui id prohiberet. quippe cùm veſica in imo ſit ſita: halitus autem naturaliter ferantur in ſublime. ita longè priùs iis implereretur pectus & pulmo, quàm ad veſicam peruenirẽt. Tametſi quid ſitus & veſicæ, & peritonæi & pectoris memini, cùm halitus ſi & ventriculi, & inteſtinorum tunicas ſint egreſſi, aut in ſpatium quod inter eas & peritonæum intercedit, colligentur, atque inibi in humorem vertetur. veluti ipſis hydropibus eò loci plurimũ aquæ aceruatur: aut prorſus per omnia quæcunque contingunt, rectà ferri debebunt, nec vſquam ſiſti. Verùm ſi hoc quis proponat, vtique non peritonæo ſolùm, ſed etiam abdomine ipſo pertranſito, aut in circumfuſum nobis aërem diſſipabuntur, aut omnino ſub cute colligentur. Verùm ne his quidem fortaſſe rationibus acquieſcent Aſclepiadæi, neque pluribus adeo, quas Gal. lib. de facult. natural. aduerſus eos acutè proponit & diſceptat. nos autem fidem à ſenſibus & anatomia petitam ſequimur, quæ vrinam ſtillatim à renibus per vreteras in veſicam influere docet: & quidem ita in huius ſubſtantiam inſertos, vt ſemel intromiſſus liquor, per eoſdem regeri demum nequeat, propter valuulas & decuſſantes tunicas foris intrò hiantes, ac non intus foràs, vt pridem demonſtratum eſt. Adeo indelebile malum eſt, eluíq. non potens, iſta circa ſectas ambitio, ac ſcabie quauis ad ſanandum rebellius, aut ſi Græcè mauis ex ipſo Galeno lib. 1 ſanit. tu. Οὔτως ἄρα δυσπαθὲς τὸ νοσῶν ἦθος ἀεὶ πρὸς αἱρέσεις φιλονεικίας, ἢ δυσπαθὲς ἐν τοῖς μάλιστα, ἃ μηδεμίαν ἀνάγκην ἔστιν ἀναπαίειν.

Varro & alij credunt ſemen per renes fluere: & vnde error ori-

Lactantius excuſatur.

Potio quomodo in veſicam abſorbeatur, ex Aſclepiade.

Veſicam ſpongioſam imaginatur Galen.

Venis poſt aures ſectis ſterilitas inducitur, cur.

Ab abſurdo.

Veſica duplex tunicã denſa.

Seminis ductus à cerebro ad penem. N. nega.

Seminis ductus deorſum ab vrina N. falſum.

At halitus ſurſum ferantur, veſica autem declinis eſt.

Veſica quo impleatur ſine fiſtula vrinali. N. falſum.

Vrina per tunicam veſica tranſeatur. N. falſum.

Falſa hypotheſis, quòd nullus ductus vrinæ ad veſicam.

Veterum collectio hydropis ſimulq, fabulax.

Vrina ſtillare in veſicam manifeſtè erroneum in anatomia vitioſum.

Vrina in veſicam illapſa, non poteſt regredi, cur.

Boni authores imitanda.

Hæreſis, inelubilis lues.

De Stercore & Vrina. CAP. II.

SErmonis affinitas poſtulare videtur, vt de ſtercore & vrina coniunctim pauca dicamus: ſed quia de vrina poſthàc nominatim inter humida tractabitur, ideo nunc non niſi per tranſennam meminero. In ore eſt omni populo carmen illud ludicrum & ioculare in medicos iactari ſolitum;

Iocus in medicos, & recrimination.

Stercus & vrina, medicorum fercula prima.

Cui nonminùs elegans ex eadem officina alterum iſtud reponitur, velut à medio par pari referente, quod aduerſarium remordeat.

Nobis ſunt ſigna, vobis ſunt prandia digna.

Signa 1. & 2. ceſſionis, vnde.

Sunt enim reuera duo iſta ſigna certiſſima coctionis primæ & ſecundæ: ſtercus quidem, eius quæ prima in ventriculo perficitur: vrina verò, ſecundæ illius quæ in iecore & venis obitur. Cùm enim duplex ſit excrementum; ſiccũ & humidum: humidi quidem excrementi conceptaculum, veſicam; ſicci autem, aluum nominamus, ait Ariſt. cap. 2. lib. 1. hiſtor. animal. & poſt eum Galenus lib. de ſanit. tu. Illã enim vrinam, veluti ſerum percolari à renibus ſanguinis accipimus. quomodo in caſeo compingendo ſerum qualo ſecretum percolatur. ſtercus autem, ſiccum alimenti excrementum & terreſtre & exuccum, quoad eius fieri potuit, venis meſaræi emulgentibus quicquid in eo laudabilis & alibilis ſucci inerat. nunc autem olidum ac fœtidum & abominandum, ob longam moram non in cæco inteſtino, vt plerique arbitrantur: ſed in ſpiris coli præcipuè & ilei: quod deinceps formam à recto inteſtino, in quo congeri ſolet, accipit. de vrina & eius etymo & ſynonymis alibi. nunc autem ano cacare, pedere, oletum facere, & crepitum edere moris eſt: χέζειν, χεζήσαι, κενεῶσαι, ἀφοδεύειν, κενεαγεῖν &c, cacare, deijcere, deſidere, aluum exonerare dicimus. & κόπρος, σκώρ, κόπανος, κόπανα, ἄφοδος, ἀφεδρών, σκύβαλον, σκυβάλιον, ἐπιχόρημα, ἐπιχόρησις, ſtercus, merda, ſeceſſus, excrementum, foria, alui purgamenta dicuntur. at κενεόω, flatus emittere; κενεαγεῖν, pedere eſt. ſed ſatis obſcœnorum verborum: medicos audiamus. Hippocrates lib. de carnib. Venæ ex ventre atque inteſtinis, in quæ cibi ac potus colligũtur, poſtquàm hi fuerint calfacti, tenuiſſimum ac liquidiſſimum trahunt, craſſiſſimum autem & fæx iſthic relinquitur, computreſcítque, & fit ſtercus, in inferioribus inteſtinis. Tenuiſſimum verò trahunt venæ ex ventre ac inteſtinis, quæ ſupra ieiunum inteſtinum exiſtunt; atque hoc, calfactis iam cibis. vbi autem ieiunum inteſtinum tranſierint, & in inferiora inteſtina collecti fuerint, ſtercus fiunt. Idem in Prognoſticis: Egeſtio alui optima eſt mollis & cohærens, & ſecundùm horã in qua etiam à ſano egerebatur. iuxta copiam verò, pro ratione ciborũ ingeſtorum. tali enim contingente exitu, venter infernus ſanus fuerit. Si verò liquida fuerit egeſtio, conducit neq. ſtridere, neque frequentem eſſe, & paulatim ſecedere. delaſſatur enim homo ex frequenti deſeſſu, & vigilias vtiq. contraxerit. ſi verò ſæpe acernatim egerit, periculũ eſt ne in animi deliquium incidat. Quin & iuxta copiam ingeſtorũ egerere oportet, bis aut ter in die, & noctu ſemel. plura vero manè, quemadmodũ in conſuetudine eſt homini. Inſpiſſari autem oportet egeſtionem, morbo ad iudicationem tendente. ſit autem ſubfulua, & non valdè graueolẽs. At verò aquoſum valdè, aut albũ, aut pallidum, aut viride, aut vehementer rufum, aut ſpumoſum ſtercus egerere, hæc omnia mala ſunt. malũ inſuper eſt & quod exiguũ eſt, & viſcoſum, ac albũ, & quod ſuppallidũ, aut ſubuiride ac læue. His verò magis lethalia fuerint ſtercora nigra, aut pinguia, aut liuidia, aut æruginoſa, & malè olentia. quæ verò varia ſunt, diuturniora quidẽ his ſunt, nihilominùs autem pernicioſa. ſunt autẽ talia rametoſa, & bilioſa, & cruẽta, & praſina, & nigra, aliquãdo ſimul inter ſe exeuntia, aliquando particulatim. Flatum porrò ſine ſtrepitu ac crepitu prodire optimum eſt. melius autẽ eſt & cum ſtrepitu exire, quàm iſthic reuolui. & qui ſic progreſſus eſt flatus, aut dolere quid hominem ſignificat, aut delirare: niſi ſua ſponte homo ita flatũ emittat. atq. hæc de primo medicorũ ferculo; vbi conſequenter & de ſecundo, nẽpe vrina, de qua inter humidorũ analogiam: nam alibi cõtra ναυφαγίας dicetur. In quo, vt cætera bene dixerit Hipp. tamen mirari ſubit hominum eius ævi ingluuiem, quib. ſemel ac ne bis quidem quotidie deiicere ſatis eſt, niſi ter die, nocte ſemel aluũ exonerent, & quidem ſeceſſu ad proportionem reſpondente ciborũ copiæ & quantitati, atq. vt opinor, paſſuum numero. ita vt parum fuerit Græcos eſſe bibones & ebrioſos, niſi forẽt iidem epulones helluonéſque & comedones. quibus illud Lucilij aptè conuenerit ex Nonio;

Duplex excrementum, & eius receptaculum.

Vrina, quid. à ſimili.

Stercus vnde fiat, & vbi.

Obſcœna verba cerũ qua pudice exeunt.

Numerus deſidendi apud priſcos.

Stercoris boni & mali nota.

Stercus liquidum, ſeu ſanum, quid.

Flatus ſine ſtrepitu & ſtrepitu.

Ingluuies veterum.

Ironia in Græcorum luxum.

Editè lurcones, comedones viuite ventres.

dixit verò etiam aliquis ex iis proprius ipſorum propheta apud Paulum Tit. 1.

Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται, κακὰ θηρία, γαστέρες ἀργαί.

Cretes ſemper mendaces, malæ beſtiæ, ventres pigri.

Cretenſes quales.

Enimuerò vniuerſam illam Hippocraticæ ſeriem orationis ſi explicando percenſere velim, & Gal. cõmentaria perſequi, næ multus ſim, & quidẽ in argumẽto ſordido: malo igitur vt recognoſcas ab eodẽ, cap. 3. cõment. 2. in progn. qui ſummã dictorũ ad pauca refert capita, cõſiſtẽtiã, quãtitatẽ tẽpus, & præterea colorẽ, odorẽ, ſonitúmq;. dein ſubiungit Hippocrati; Deiectio optima eſt, ſi mollis cõſtánſque eſt, & eo tẽpore ſecreta, quo ſecũda valetudine aſſueuit, ac ſubruffa, nec admodùm graueolens. & hæc ad ſanos magis & propriè pertinẽt: reliqua illa ad ægros, de quibus agere præter inſtitutum eſt. Idem verò Hipp. lib. 4. de morb. Humores homini quatuor: quatuor itẽ ipſorũ fontes: quatuor quoq. loci, per quos homo de ſingulis expurgatur: sũt autẽ hi, os, nares, podex, vrinæ meatus. & paulò pòſt, Poſtquàm homo comedit ac bibit, & humor ad corp. peruenit admixtus alij, tũ ei qui in corpore, tũ ei qui in fõte eſt; ea quidẽ die qua acceſſerit, in corpore manet: poſtridie verò alius humor ad ipſũ accedit. atq. hi quidẽ duo sũt dies, duo verò in corpore

Obſeruanda circa ſtercus, 6.

Deiectionis laudabilis ſigna.

Humorum 4. fontes, & emiſſaria.

Cibi & potus quamdiu maneãt in corpore, & quomodo mutentur.

Digitized by Google

humores. & alteri quidem humori duo dies sunt, alteri vnus. & quiquidem postridie accessit, manet in corpore, vt qui sit crassus. alter autem coctus à caliditate diffunditur, & tenuis factus, postera die ad ventriculum accedit, & per omne tempus à recenti expellitur. vbi verò ad vẽtriculum peruenit, cibos in hoc loco coquit, & de eo sanguinem in corpore facit. Si verò permanserit, tempore graueolens fit. tertia verò die vnà cum stercore & vrina exit copia ipse sibi ipsi æqualis & consimilis & æquilibris, etiamsi sui ipsius pars quædam sit, quo humor maneat in corpore, iuxta relatam rationem. Influit autem & tertia die humor de corpore ad ventriculum amplior & graueolẽtior, qui videlicet reliquus fuit à secundo, & defert cibos concoctos, & quicquid est in corpore morbosum, & rursus simul exit. Indicio est autem vrina, quæ salsuginosa est, quòd cibi defecerunt de corpore, etiam id quod morbosum est. Et cibi quidem semper postridie per aluum secedunt, humor autem ad tertiam diem. hoc modo sanitas contingere solet, ait Hipp. & ibidem repetit paucissimis verbis: Excernit semper hesternum stercus per omnes dies, si sanus homo esse debet. Et rectè ille quidem. plerisq. enim eodem die, nonnullis eadem hora, & eodem propè momento, vt lientericis, cibi excremẽtum, vel cibus ipse impermutatus deijcitur. Vidi qui intra triduum nihil egererent, & tamen inculpata valetudine frui viderentur, aluo ficca præditi, & venis omnẽ succum cibariorum emulgentibus. Vidi qui vix quinto, sexto, septimo, octauo quôque die: paucis vix demũ die decimo, duodecimo, aut decimoquarto aluus soluta est: nec tamen decumbentibus, sed ex more, & pro naturali quodam temperamẽto sicco aridóque. nam & suppressam omnimodam vrinam diebus totis septem vidimus, vidimus & diebus vndecim, denique ad diem decimumquartum, vt tamen vita superstes maneret: quod tamen perrarum, & monstri simile. Sed de his in iatricis commodiùs: nunc enim ἄλλο πρᾶγμα, ἀπ' ἄλλης ἀρχῆς, vt est in prouerbio. Itaque ad aliud subiectum organum & aliam facultatem transeundum est, quando de œconomia tota naturali abundè dictum est, déque prima & secunda concoctione, simul de chylósi & hæmatósi, & organis χυλώσεως & αἱματώσεως efficientibus, vsúq. & actione ambarum, & excrementis vtriusque superuacaneis, quæ περιττώματα cum Aristotele vocauimus. deinceps videndum, an & quo modo venter plenus despumet in libidinem, sicuti noster Hieronymus extulit: déque libidinis caussa, & effectis, & partibus generationi dicatis, longa quidem, sed suaui admodàm & plausibili oratione, scitúque perquàm necessaria. de qua illud demum Flacci verè dici potest,

Omne tulit punctum qui miscuit vtile dulci.

Ciborum coctio & distributio.

Ciborũ reliquiæ & excretio, quando.

Vrina cur salsa.

Stercus exit postridie sumpti cibi.

Stercoris à cibo egestio di tempore variant, qui. Historia.

Vrina suppressa longissima.

Transitio.

Venter plenus non despumat in libidinem.

Propositio.

FINIS.

Digitized by Google

NICOLAI NANGELII ANALOGIÆ MICROCOSMI AD MACROCOSMON,

LIBER SEPTIMVS.

De Partibus genitalibus, & humani generis inſtauratione fabricáque vniuerſa.

CAPVT PRIMVM.

Vbi de ſexuum diſcrimine, & androgyno Platonis, & mutatione fœminarum in mares, aut contrà.

Tranſitio.

EXPOSVI vniuerſa nutrimenti organa, eáq. genere triplicia, vt antehàc propoſui: tum prima & principaliſſima, quæ concoquunt, vtiléque alimentũ aliis tranſmittunt: tum ſecunda, quæ ipſum repurgant, deducunt, & excipiunt: tũ tertia, quæ excernendis excrementis ſunt deſtinata: eáque genere duplicia, tum quæ effluuium intempeſtiuum cohibent, vt ſunt muſculi orbiculares extremo ano & veſicæ collo circundari: tum quæ tempeſtiuum illud idem incitant & adiuuant. excrementa dico naturæ ſuperflua, ac deinceps inutilia futura, ſtercus & vrinam, de quibus partim nunc nuper, partim poſtea tranſigam.

De ſemine, quid.

Enimuerò ſupereſt vnum quoddam excrementum naturæ familiare & amicum, tertiæ concoctionis effectus opúſque, generationi animalis, propagationique generis perneceſſarium: de quo pariter inter humores dicetur poſthàc: nunc autem de partibus ipſum elaborantibus, reſeruantibus, emittentibus ac recipientibus dicendum ordine cõſecutionis inſtituti ſermonis videtur: quarum quidem partium tum generales, tum ſpeciales particularum appellationes internas & externas antè diligenter, & propè curioſè explicaui in catalogo partium corporis vniuerſi onomaſtico, non longè à principio huius operis.

Natura ſolerſia in propagãdo genere humano.

Natura igitur cùm interitũ generis humani prouida meſueret, qui neceſſariò principia generationis [illegible]æ ſecuturus erat; illa ſexu diſcernens genus, marem & fœminam creauit: non ἀνδρόγυνον quempiam vno & eodem corpore confuſum, vt quidam arbitrantur loco illius Geneſ. capite 1. hallucinati, quo dicitur Deus maſculum & fœminam illos ab initio creaſſe. & cap. 5. vbi repetitis iiſdem verbis, vocaſſe nomen eorũ Adam perhibetur. ſed corporibus diſcretis, & organis vtriſque generãdi congruis aptiſque, quæ ab officio, γενετικὰ μόρια, genitales partes: & à naturali quadam inſita verecundia, αἰδοῖα, verenda ſeu pudẽda nominantur. ita quidem aptata & efformata, vt cùm paria ſint, & quodammodo ſibi ſimilia: tamen altera intus condita, altera foris cõſpicua ſint efficta. Mas enim calore naturali auctior, foràs virilia promiſit: quas eaſdem partes fœmina calore debiliori prædita (non tamẽ maiore verecundia, vt iocari quis poſſit) intus celatus condidit: ἀντὶ γυναικείων, muliebria dicere hæc: vt illa, ἀντὶ ἀρρενείων αἰδοίων. virilia potes appellare. Quanquam alibi me docuiſſe memini, ex fœminis & virginibus quaſdã in mares fuiſſe demutatas, cùm inopinatò prorupiſſent extrinſecùs eæ partes, quas hactenus natura intus abdiderat. Talis fuit illa Abderitana Phaëthuſa Pytheæ vxor, cui ob exilij maritalis tædium, corpus virile redditum eſt, hirſutum, promiſſa barba, voce aſpera: opinor, & genitalibus foràs promiſſis. Talis Gorgippi Thaſij vxor Namyſia, vtraque Hippocrati memorata ſub finem lib. 6. Epidem. Tales in Caria barbatæ ſacerdotes apud Ariſtotelem cap. vndecimo libri tertij hiſtor. animalium. Pili in mento mulieris non prodeunt, niſi interdum pauci, cùm menſtrui curſus ſubſtiterunt: & vt in terra Caria mulieribus ſacerdotibus euenire aiunt: quod diuinationis indicium interpretantur, ait ille. Tales Plinius toto capite quarto libri ſeptimi plures memorat: Ex fœminis mutari in mares (inquiens) non eſt fabuloſum. Inuenimus in annalibus, P. Licinio Craſſo, C. Caſſio Longino Conſs. Caſſini

Homo non ab initio androgynus.

Sexũ diſcrimen, & partium genitalium differentia, & vnde dicta.

Virilium à muliebribus diſcrimen, & cur illa prominent, hæc intus condita ſunt.

Virgines quædam in mares degenerarunt.

Hiſtoria.

Mulieres barbatæ.

Fœminæ mutari in mares.

Hiſtoria.

Digitized by Google

puerum factum ex virgine sub parentibus, iussúque aruspicum deportatum in insulam desertam. Licinius Mutianus prodidit visum à se Argis Arescontem, cui nomen Arescuiæ fuisset: nupsisse etiam, mox barbam & virilitatem prouenisse, vxorémque duxisse. Eiusdem sortis & Smyrnæ puerũ à se visum. Ipse in Aphrica vidi mutatum in marem nuptiarum die L. Cossitium ciuem Tisdritanum. quod idem caput Gellius vt singulare & memorandum, in suos geniales libros aptissimè & conuenientissimè retulit cap. 4. lib. 9. Sed de his iterum vspiam posthàc. addam tamen nunc dictis sequentia. T. Liuius lib. 4. secundi belli Punici memorat, Q. Fabio Maximo & M. Cl. Marcello Coss. virum ex muliere Spoleti factum. sed & Ausonius poëta,

Nec fatu antiquum, quòd Campano in Beneuento
Vnus ephebeorum, virgo repentè fuit.

Quod etiam Sabellicus retulit lib. 9. cap. 8. de ostentis, & Pontanus & alij, de quibus nos alibi. Plato in symposio sub Aristophanis poëtæ ioculari persona, de hominis prima generatione nouo & mirifico quodam modo philosopharur, ex malè intellecto, vt auguror, priùs nuper citato Geneseos loco. nam genesin legisse Platonem facilè credimus, & vt credamus, non sunt obscura ex eodem testimonia. sic igitur poëta fingit, & conuiuis ridendum narrat sermonem. Græca consultus prætermittam, propter orationis prolixitatem. Principio (inquit) tria hominum erant genera, non solùm quæ nunc duo, mas & fœmina, verumetiam tertium quoddam aderat ex vtrisq. compositum. cuius solum nobis restat nomen, ipsum periit. Androgynum quippe tunc erat & specie & nomine, ex maris & fœminæ sexu commixtum. ipsum profectò defecit, nomen solum infame relictum. Præterea tota cuiusque hominis species erat rotunda, dorsum & latera circùm habens, manus quatuor, totidémque crura, vultus item duos tereti ceruice connexos, & omnino consimiles. caput vtrisque vultibus contra versis, vnum. aures quatuor, genitalia duo, & alia singula, vt ex his quisque conuenienter existimare potest. Incedebat tunc & rectus vt nunc, in vtram vellet partem: & quoties celeriùs ire contenderet, instar eorum qui prono capite crura sursum circumferétes, circularem choream exercent: tunc octo membris innixus, celeri circulo ferebatur. Ob hanc verò causſam, tria genera & talia erant, quia masculum sole genitum erat; fœmina, terra; promiscuum denique, Luna. vtriusque enim luna est particeps. Sphærica verò erant & figura, & motu, quia parentum similia. vnde & robusto corpore, & elato animo erant. quare cum diis pugnare tentabant, & in cœlum ascendere, quemadmodum de Ephialte & Oro scribit Homerus Iliad. λ. Iuppiter igitur vnáque dij cæteri quid agendum esset, cõsultauerunt. qua in re non parua inerat ambiguitas. nam neque quomodo eos interficerent, reperiebant: & eorum sicuti gigantum fulminando genus delerent. extincto enim hominum genere, humanus deorum cultus veneratióque periret: neque in tanta insolentia perseuerare illos permittendum censebant. Tandem sententiam Iuppiter suam explicuit. Inueni (inquit) qua ratione fieri possit, vt & sint homines, & modestiores sint. idque erit, si imbecilliores fiant. Vnumquemq. nunc duas in partes diuidam: ex quo & debiliores erunt, & nobis etiam magis id conducit. numero siquidem plures erũt, qui nos colent. recti duobus cruribus ibunt. Quòd si rursus impiè insurgere videantur, iterum in duo secabo, vt vnico crure nixi, vtpote claudi saltare cogantur. Hæc fatus, bifariàm partitus est singulos, instar eorum, qui oua diuidunt, vt sale condiant, vel qui capillis oua secant. Mandauitq. Apollini, vt partitione starim facta, cuiusque vultum ceruicísque dimidium in eam partem qua sectus est, verteret: vt scissionem suam considerans, modestior fieret: reliquis autem mederi iussit. Ille continuò vultum vertit, & contrahens vndique cutem, in eum qui nunc venter vocatur, tanquam cõtracta marsupia & os vnum faciens, medio in ventre ligauit. quemquidem nexum, vmbilicũ vocant. & alias quidem rugas maxima ex parte læuigauit, pectoráq. articulatim distinxit, instrumento quodam tali vtens, quali coriarij, cùm corij rugas super pedis formulam poliũt. nonnullas verò circa medium ventrem vmbilicúmque reliquit, vt quasi cicatrices quædam passionem nobis veterem semper repræsentarent. Postquàm natura hominũ ita diuisa fuit; cùm quisque dimidium sui agnitum cuperet, inter se concurrebant, circumi actísq. brachiis se inuicem complectebantur, conflari vnum affectantes. Vnde fame & torpore deficiebant, eò quòd nunquam seiungi vellent. & cùm dimidium vnum moriebatur, restabátq. alterum: quod supererat, rursus aliud ascisceba, similitérque congrediebatur, siue solius cuiusdam totiúsque fœminæ dimidium esset, quam fœminam nunc vocamus, seu viri. atque ita genus hominum deperibat. Quocirca miseratus Iuppiter, remedium aliud excogitauit: permutauit genitalia, & quæ priùs retrò erant, ad anteriores partes transtulit. Antea siquidem cùm ad nates hæc haberent, non inuicem, sed in terram spargentes semina, cicadarum instar concipiebant atque generabant. Cùm verò ad anteriora transposuisset, per hæc generationem in se inuicem fecit expleri: per masculum quidem in fœmina, hac de causſa, vt si in amplexu vir fœminæ commiscereture, genita prole speciem hominum propagarent. sin autem masculo masculus, satietate ab amplexu amouerentur, & ad res gerendas conuersi victum curarent. Hinc vtique ex illo tempore mutuus hominibus innatus est amor, priscæ naturæ conciliator, annitens vnum ex duobus efficere, hominúmque naturæ mederi. Est igitúr quisque nostrũm, dimidium hominis, vtpote sectus, quemadmodum pisciculi, qui plectæ vocantur, scissi ex vno, duo efficiuntur. Quærit autem perpetuo sui quisque dimidium. quod quoties alicui cuiuscumque sexus occurrit, vehemen-

Plato legit Geneſin.

Prima hominum genera tria.

Androgyni, qui.

Prima hominis ſpecies ſpharica, qui.

Hominis priſcus inceſſus.

Trium generum hominum origo vnde,

Hominum primorum mores,

Concilium deorum aduerſus homines.

Iouis deponendo genere humano ſententia, mediique per ſciſſionem.

Iouis mina in homines.

Bella ſimiliudo.

Hominis inſtauratio ab Apolline.

Similitudo.

Vmbilicus vnde ſit.

Hominis motuò ardens in ſuũ dimidium, & eius rei damna.

Iuppiter genitalia permutat, qui.

Prima olim hominum generatio, & noua, qualis.

Amor hominum inter ſe, vnde & quorſum.

Homo hominis nunc tantum dimidium.

à ſimili.

Quisque sui quærit dimidium, & inde amor.

tissimè concitantur & obstupescunt, amicitiáque & familiaritate & amore ardent; neque momentum quidem, vt ita dixerim, scinngi à scinuicem patiuntur. Atque hi sunt, qui per omnem vitam amare pergunt; neque quid potissimùm à se vicissim expetant, exprimere possunt. neque enim venereus coïtus id esse videtur, cuius gratiâ alter alterius consuetudine tantopere delectatur. aliud quiddam est profectò, quod animus vtriusque cupit, nec exprimere valet: sed vaticinatur potiùs, coniicitque, & affectum insitum, vestigiis signat obscuris. sed satis lepidæ fabellæ: ad seria nobis deuenundum est.

Amantium mos tacitus, & finis.

Aristoteles cap. 1. lib. 4. de genera. animal. ad Empedoclem authorem huius figmenti cómétum videtur referre. Cùm partes eius quod gignitur, discerptas esse fateatur (partim enim in mare, partim in fœmina esse putat: ideóque alterum coïre cum altero concupiscere) magnitudinem earum quoque partium esse diuisam, velléque coniungi necesse est, non refrigeratione calefactionéve ita institui. Sed seminis huiusmodi causas complura fortasse obiici possunt: modus enim hic causæ figmento similis est omnino. Cæterùm si ratio seminis ita se habet, vt explicatum à nobis est; & neque ex omni corporis parte decedit, neque materiam vllam iis quæ gignuntur, præbet quod proficiscitur à mare: iam & ei, & Democrito, & siquis alius ita censet, occurrendum simili modo est. Neque enim discerptum esse potest seminis corpus, vt partim in fœmina sit, partim in mare, vt Empedocles censet, cùm dicat;

Mares & fœmina deuisa genitalia: & inde amor.

Figmentum physicum.

Seminis conditio.

Seminis corpus an discerptum, quóve modo.

Αμὰ δίκαντες μελέων φύσις, ἔμπλεον ἀνδρὸς,
Η δ' ὁ γυναικός. ——

Sed discerpta gerunt mas ipse & fœmina membra.

Et quæ sequuntur alibi repetenda. ex quo Galenus lib. 2. de semine cap. 3. ita intulit; Empedocles quidem diuulsa esse sobolis membra aiebat, vt in fœminæ alia, alia in maris semine continerentur: atque inde oriri animalibus venerei complexus appetentiam, dum partes illæ inter se distractæ, coniungi atq. vniri cupiscunt. cuius absurda ratio ex Gal. demonstranda sumitur, aut alibi dicenda reseruatur. Eôdem forsan Aristoteles ipse respexit capite vltimo lib. 1. de genera. animal. Quanquam diuersa sunt animalia, mas & fœmina (inquiés) tamen specie idem sunt: verbi gratiâ, homo vtrumque. At in plantis facultates istæ miscentur, nec mas à fœmina separatur. quamobrem ex se ipsæ progenerant, nec genituram emittunt: sed conceptum, quod semen vocatur, adferunt. idque Empedocles bene retulit suo carmine;

Sexus vtriusque diuulsa membra in semine.

Inde amor: vt ergo, qui.

Mas & fœmina qui differant aut consentiant: seres in plantis.

Οὕτω δ' ὁπόσοι μηρὸς ἀνέρα καρπὸν ἵησιν.
Deinde etiam emisere genus arborum tulit ortu.

An sexus in plantis non distinguitur? contrà Theophrastus.

Ouum enim, conceptus est; & animal ex parte eius creatur: reliquum alimentum est. Animalis seminis etiam aliqua ex parte consistit quod oritur: reliquum alimentum germini radicique primæ est. Hoc idem quodammodo in iis quoque éuenit animalibus, quæ sexu distinguuntur: cùm enim vniuntur, & generant, inseparata redduntur, vt plantæ: idque natura eorũ nititur, vt vnum fiat: quod cùm coëunt & coniunguntur, conspicitur vnum effici animal ex ambobus. & paulò pòst, Profectò animalia, tanquam plantæ diuisæ esse videntur; perinde quasi illas quoque, postquàm semen attulêre, dissoluas & separes in sexum insitum maris & fœminæ. Atque hæc omnia rectè ita à natura condita sunt. plantarum enim substantiæ non aliud munus, nulla actio, nisi generatio seminis est. quod cùm maris ac fœminæ coïtu efficiatur, miscuit ea natura, indiscretúmque sexum maris & fœminæ, plantarum generi tribuit. sed de his alibi.

In ouo animal & alimentum: sic in semine vtroque.

Animalia generando vniuntur, sicq. vnum.

Animalia diuisa, vt plantæ, quorsum.

Sexus in plantis confusus.

Huic autem narrationi lepidæ iuuat miscere fabulas, quæ aliquid sensus mythologici complexæ videntur. De Cæneo fabulantur Poëtæ, de viro mulierem, & rursum de muliere virum extitisse. de quo Virg. 6. Æneidos;

De fabulis.

—— *& iuuenis quondam, nunc fœmina Cæneus;*
Rursus & in veterem fato reuoluta figuram.

Cæneus mas & fœmina.

Fabula ab Ouidio 12. Metamorph. describitur ab eo loco;

Clara decore fuit proles Elateia Caenis,
Thessalidum virgo pulcherrima.—— &c.

Idem de Tiresia fabulantur poëtæ, & Ouidius lib. 3. Metamorph. mutationem formæ descripsit, quam posthàc inter problemata recensebo; & Iouis cum Iunone controuersiæ arbitrium ab eodem repetam, ab eo loco;

Tiresias mas & fœmina.

Fortè Iouem memorant diffusum nectare, curas
Sepositisse graues. ——

Et quæ sequuntur; mas an fœmina in coïtu plus voluptatis percipiat; quam postea quæstionẽ cũ multis aliis disputatam. Sed mittamus fabulas. Amatus Lusitanus inter medicos nostri seculi minimè postremus, editis libris practicis clarus, centuria 2. curatione 39. ita scribit: In oppido Esgueira, nouem leucis à Conymbrica, nobili apud Lusitanos ciuitate, puella quædam genere nobilis erat, cui nomen (si rectè teneo) Maria Pacheca erat: quæ cùm ad ætatem peruenisset, in qua mulieres menstrua primùm emittere solent, vice mensium, priapum vsque ad id tempus intus latitantem extrà eiecit. & sic ex fœmina factus est masculus, & virili toga indutus, ac sacra aqua respersus, Manuel fuit vocatus. Qui ad Indos perueniens, & diues ac clarus factus, postea ad suos rediit, & vxorem duxit. sed an liberos genuit, non satis compertum habeo. Conscij tamen sumus, imberbem hunc semper mansisse.

Quæstio.

Historia de puella in marem degenerante.

Paucis antè annis, cùm apud Honoratum Castellanum ἀρχέτυπον reginæ degerem, & cum eo ex more de medicinæ atque humaniorum literarum studiis familiariter agerem, ita intellexi: In ea peregrinatione, quam cum Catharina Medicea regina Regum matre medicus celeberrimus per Campaniam & Lotharingiam fecerat, circa annum 1566. de quadam puella certum compertisse; cuiquidem nuptiarum prima nocte idem contigisset, quod Plinius de Cossitio scripserat, de virgine mutatam fuisse in virum. Vt tamen facilius sit, intus foras

Alia historia de puella in virum mutata.

Honorati Castellani.

Digitized by Google

Natura potiùs furiosa matrem facit, quàm contrà.

prodite partes genitales, quàm foris intrò recondi. quod haud scio, an verè cuiquam vnquam contigerit, præter quàm isti illi poëtico Cæneo ac Tiresiæ. nisi fortè carmine vel incantamento quodam sortilegorum, aut arte diabolica, vt de Alemanicis quibusdam memorant Germani scriptores de sortilegis & maleficis sagisque; quarum carmine, intrò reductis genitalibus virilibus, nihil iam virile ampliùs illic oculis conspici licebat. Atque in huius rei fidē scribit Sprangerus quidam Germanus lib. de maleficis mulieribus, vidisse se apud Spiram, hominem quendam, qui cùm crederet sese cuitatum, medicos consuluerit, an hoc vi morbifica contigisset. quod cùm illi negarent, in suspicionem incidit incantationis cuiusdam: quam & exitus confirmauit, conciliata sortilega, & donis ac muneribus corrupta, in suam illo pristinam & virilem naturam restituto. Quod idem apud Rauenspurgum alteri cuidam contigit, per vim & minas sortilegam cogenti, sibi vt seipsum restitueret, sexúmque & sexus discrimina priùs carmine adempta instauraret. Quorsum Philo & Hebræi interpretes respexēre, cùm de serpēte Euā tentante exponunt, voluptatem & illecebras Cupidinis per anguem illum denotari: & quidem dæmoni illi sub specie serpētis ludificanti, magnam vim afferunt esse tum aduersus hominum concupiscentiam veneriam, tum aduersus genitales partes; vtpote hosti acerrimo humani generis, quod totum extinctum & abolitum, aut suo sibi seruitio addictum mancipatúmque cupiat. Qua de caussa, inter profligatissimos ac perditissimos homines, hyphialten, succubum ementitur. inter perditissimas & omni execratione dignissimas sortilegas, ephialten, incubum fingit ac simulat. quod qui fiat, tum in Strabum inquisiuimus, tum alibi forsan disquiremus. ac de monstroso Seruij Tulli ortu paulò pòst ex Plinio.

An carmine liceat euirare.

Historia.

Vir carmine recuperat amissa virilia.

Alia historia.

Serpens Eua, pro voluptate illecebra.

Diabolus sub angue latet, quorsum.

Diabolus incubus & succubus.

Verùm istis omissis præstigiis, ita dicimus cum Platone, dialogo 4. de legib. Humanum genus naturâ immortalitatem consequitur quodammodo. cuius rei quisque naturâ sum, mopere cupidus est. nemo enim est, qui non desideret perpetuū apud posteros nomen habere. Genus itaque hominum immortale hoc modo in sempiternum perdurat, quòd filiorū filios relinquendo, vnum & idem semper per generationem, immortalitatem adipiscatur. nefas autem est immortalitate seipsum sponte priuare. hac verò ex animo ille se priuat, qui filios & vxorem negligit. vbi & de legitimo nuptiarum contrahendarum tempore, & mulcta cœlibatus voluntarij. Enimuerò prudens & sagax natura, morem videtur imitata artificum; quiquidem vt idoneis vsi instrumentis, sua moliuntur opera: sic à natura videmus esse comparatum, vt ad generis humani propagationem ac velut perpetuationem, certæ quædam partes creatæ sint generationi aptæ, tum viriles, tum muliebres: quas ironicas M. Tullius epistola quadam ad Pætum, diuisoris & intercapedinis iocosis nominibus subobscurè

Hominum genus per generationem perennat.

Hortatur ad connubia colēda.

Comparatio naturæ & artis in organis genitalib.

Locus. Diuisor & intercapedo pro membris virisq.

significabat, & velut ænigmate denotabat. sic enim malo de Venere naturali & licita, quàm de præpostera & præter naturam intelligere. sumptâ allegoriâ à fabrilibus instrumentis, vt forte cuneis; quibus adactis, ligna diffindi solent.

genitalib. à simili.

Verrius Flaccus Pontificij iuris peritissimus, quoniam cautum sciebat, ne feriis fossas facere nouas liceret, etiamsi veteres detergere fas foret; iucundè dicere solebat, ferias idoneas magis esse viduis, quàm virginibus ad nubendum. veluti fossarum loco veterum, censerentur viduæ: quas feriatis diebus tersisse, nullum foret piaculum. ita festiuum refert Cælius lib. 15. cap. 18. Quorsum ego intuens, soleo dicere, secutus philosophi sententiam, de duobus corporibus, virili & muliebri, velut geminis hemisphæriis aut semiglobulis, totam sphæram globúmq. vnitis ambobus integrari (sic enim ille marem cum fœmina, globum totum effingere iocabatur. cuius partem dimidiam alteruter staueret) & quidem isto diuisore intra suā intercapedinem recepto; tum demum iustam & naturalem sphæram absolui. quomodo tignum tigno, trabes trabi, segmentum segmento, adacto valido cuneo per vtrumque medium, & velut foramine compacto, arctè solet deuinciri, alligari, & quodammodo vniri.

Feria vidui idoneæ, à simili. Iocus.

N. de vtrisque corporibus coniugum lepida comparatio.

Homo totus, ſphærâ perfectâ. à simili.

In quo de hominis naturali generatione, & fœtu primo spontaneóque, per exempla & opiniones varias.

CAP. II.

VERVM satis iocatum hactenus in re minimè ioculari: ad rem propiùs deueniendum & accedendum est. Et verò vtrâ tandem à parte inchoandum? nónne potiùs ab ea, quæ & agere, & agendo pati; quàm quæ pati, & patiendo agere vtcumque nata est? Nam quantò mas fœmina præstantior, quantò gladius vagina dignior; tantò viriles partes muliebribus gignendo dicatis antecellunt. Et tamen tam arcta est ambarum necessitudo, vt altera sine consorte nihil egregium possit efficere. Nam posse aliquid fortè dederim: & hymenæus ille Diogenis amicam præueniens, apud Gal. lib. 6. loc. aff. & mastupratores fœdo suo exemplo satis declarant: & illæ ipsæ Tribades, infames mulierculæ: ne de aliis etiam sceleratioribus, & præter naturam, turpitudinem in sese patrātibus dicam. Sed quemadmodum oua subuentanea, Græcis ἀνεμίαια dicta, generandis pullis inutilia euadunt: sic omnis sine fœmina, masculi concubitus; aut sine viro, fœmineus, & inanis, & irritus, & exlex, vel etiam nefarius & sceleti facinoríque affinis esse solet. Licet in fabulis, cùm lis inter Iouem & Iunonē incidisset, vt Gal. refert lib. 3. plac. Hipp. & Platonis, Iuno sine Ioue marito Vulcanum se genuisse gloriaretur: Iuppiter contrà sine Iunone ex aduerso, deuorata priùs Metide, Mineruam cerebro edidisse filiam reponeret. Sed hæc mythologica sunt, & poëtica figmenta à nobis alibi discutienda. ac de iis qui se

Cur de viris lib. primò docet. à simili.

Mas sine fœmina nil facit egregium. Diogenis hymenæus, mastuprator. Tribades mulierculæ infames.

Vir sine fœmina non generat, aut contrà: à simili de suis substantiis.

Iuno Vulcanum sine Ioue, Iuppiter Mineruam sine Iunone generat.

ἀνώνυμοι & ἀμάνυμες, qui.

ἀνώνυμες vel ἀμάνυμες nominant, in Strabum commentariis transegi, vt Remo & Romulo, Perseo, Æneæ, Homero, Platone, Tage, Merlino, Mithro, & aliis, quorum illic perstrinxi historiam.

Verumtamen extra hominem, de aliis etiam animantium generibus inquirendum. Constat in Lusitania, ait Plinius lib. 8. cap. 42. circa Olyssiponem oppidum, & Tagum amnem, equas Fauonio flâte obuersas, animalem concipere spiritum; idque partum fieri & gigni pernicillimum ira, sed triennium vitæ non excedere. quòd idem ferè repetit cap. 15. lib. 16. & alibi nonnusquam. Idem verò cap. 60. lib. 10. Irrita oua, quæ hypenemia diximus, aut mutuâ fœminæ inter se libidinis imaginatione concipiunt, aut puluere: nec columbæ tantùm, sed & gallinæ, perdices, pauones, anseres, chenalopeces. Sed de his iam ante Plinium non ratò Aristoteles: sic autem cap. 1. lib. 5. genera. animal. Consistunt vel sponte conceptus in auium genere, quos subuentaneos & Zephyrios à Fauonio quidam appellant. & cap. 1. lib. 5. histor. animal. Nec desunt quæ mare vidua, sexu vno fœmineo formentur, quæ perinde vt aues pariunt, quæ vento oua concipiunt: quibus ab argumento conceptus, nomen hypenemia, quasi subuentanea, inditum est. Verùm ea quæ aues concipiunt, omnia sunt infœcunda. ita enim eorum natura nihil vltra ouum creare potest, nisi quo alio modo matris operâ contingat. Idem repetit cap. 2. lib. 5. histor. animal. vbi & hoc adiicit; Sunt qui hypenemia, id est subuentaneos illos partus, Zephyria nominent; eò quòd verno tempore aues flatus illos fœcundos ex Fauonio recipere videantur. sed idem faciunt etiam, si digito in genitali palpetur. Redditur certè subuentaneum illud ouum fœcundum, & quod iam cœceptum per coïtum est, transit in genus diuersum, si priùs coëat. & quæ plura sequuntur, repetita etiam lib. 3. de genera. animal. Ex quo Galenus lib. 2. de semine multa disseruit de ouis, quæ sine vlla maris commixtione concepta, subuentanea & zephyria appellantur. Animalia enim, quæ sicciore temperaturâ sunt, vt aues pleræque, & pisces etiam non pauci, oua gignere sine maris concubitu solent. quanquam deest semper aliquid etiam his ad perfectionem, nisi masculi caloris vigor accesserit. sed de hoc etiam alibi ex lib. de vsu partium. Nonne verò constat, insecta multa sine maris coïtu gigni? nonne & reptilia? nonne & mures & sorices innumeros? ita enim comperrũ est vsu frequenti nauigantium, qui à muribus infestari solent, non de terra importatis; sed in portu, sed in alto, vel in litore genitis; vbi sola aqua, & nauigia innatantia terram minimè contingunt. nam & de Claki aui, sponte naturæ in aquis nata alibi egimus, aut sanè in arboribus, vt tradunt: vel potiùs in vtrisque. in Hebridibus ea generatio miranda conspicitur, proiecto in mare ligno, mox enatis vermibus, qui in volucres pennatas tandem adolescunt anserum similes, sicuti testis oculatus Hector Boëthius refert visum sibi in Buthquhania, & portu Edimburgensi. quinetiam ibidem extracta alga marina, inter caulem & ramos à radice enatas passim conchas: in quibus (quod omnem admirationem vincit) apertis inuentas esse aues concharum magnitudini respondentes. quasi hæc semina insint Oceano; quem ob id fortasse poëta patrem rerum denominat. Nam & conchas è putrentibus nauigiis oriri referunt.

An fœmina sine mare generet: & an sine vtroque generatio fit.

Sic equæ concipiũt ex vento.

Sic oua Zephyria.

Aues sponte concipiunt.

Oua hypenemia infœcunda.

Cur Zephyria dicantur, & quomodo fœcunda fiant.

Aues in conchis enatæ.

Et conchæ è nauigijs.

Sed operæpretium est audire Aristotelem de his philosophantem; simul & illud inquirentem; An homo de terræ habere nasci sponte naturæ queat, quóve modo. sic igitur ille cap. 11. & vltimo lib. 3. de genera. animal. Natura testati generis consistit partim sponte, partim aliqua ab ipsis emissa facultate. quanquam fœpenumerò ea quoque spontina oriuntur constitutione. Quæ autem vel sobolem nullam procreant, vel non fouant, eorum omnium ortus spontinus est. omnia verò quæ hoc modo consistunt, aut in terra, aut in aqua cum putredine gigni visuntur; & imbre admisso (quales nos ranulas frequenter cum imbre cœlo, vel potiùs ab aëria regione infima decidere cernimus.) Cùm enim dulce in principium constituendum secernitur; quod supereſt, talem accipit formam. nihil autem gignitur putrescẽs, sed concoctum. putredo verò & puttidum excrementum rei concoctæ est. nihil enim ex toto efficitur; quomodo neq. in iis, quæ ab arte conduntur. nam nisi ita esset, facere non requireretur. sed quantum inutile est, id aut à natura, aut ab arte detrahitur. Generantur autem in terra humoréque animalia & plantæ; quoniam humor in terra, spiritus in humore, calor animalis in vniuerso inest: ita vt quodammodo plena sint animæ omnia. Quamobrem cõsistunt celeriter, cùm calor ille comprehensus siue exceptus est. comprehenditur autem, & humoribus corporeis incalescentibus efficitur velut bulla spumosa. sed nobilioris differentia ignobilioríque generis constituendi in comprehensione principij animalis est. huius autem rei causſam & loca habent & corpus quod comprehenditur. in mari verò multum portionis terrenæ est. ex tali igitur concretione, natura testati generis oritur.

Testatorũ ortus genuinus, & quomodo sponte oriantur.

Rauulæ coniungunt, vnde.

Ortus à concretio, non putredo.

Generatio naturalis & artificialis quæ fiat.

Animalium & plantarum ortus è terra & humore quo fiat: & cur in mari potissimum.

Aues & pisces fœmina gignunt sine mare: sed fœtus imperfectos.

Insecta sine coïtu gignũtur, & reptilia, & alia.

Mures in nauigijs vrbertimi, vnde.

Hinc refert historiam duris Polonos à muribus in mari infestati, ex Munstero.

Historia Claki auis.

De hominis prima generatione, secundùm philosophos.

DE prima autem hominum atque quadrupedum generatione, ita ibidem philosophatur; Siquando primùm terriginæ orieban-tur, vt aliqui dicunt, altero de his duobus modis oriri. Aut enim ex verme constituto primùm, aut ex ouo. quippe cùm aut intra se habeant cibum ad incrementum, necesse sit; quiquidem conceptus vermis est: aut aliunde accipere; idque aut ex parente, aut ex parte conceptus. Itaque si alterum fieri non potest, vt affluat ex terra; quomodo cæteris animalibus ex parente: relinquitur necessariò, vt ex parte conceptus accipiatur. talem autem genera-

Hominem terrigenam ortus qualis.

Digitized by Google

tionem esse ex ouo aut verme, fatemur. Ergo si initium vllum generationis omnium animalium fuit, alterutrum de his fuisse probabile esse apertum est. Sed minùs rationis est, vt ex ouo prodierint: nullius enim generationem animalem talem videmus: sed alteram cum sanguineorum, quæ diximus, tum exanguium: qualia sunt insectorum nonnulla, & ea quæ testâ operiuntur, de quibus paulò antè. Quod genus omne sponte institui apertum hinc est, quòd nauigiis putrescente fæce spumosa adnascuntur; & locis multis, vbi nihil tale antè aderat, pòst autem per inopiam humoris facto cœno, ostreæ prouenerunt. vt apud Rhodum insulam, cùm classis applicuisset, & fictilia proiecta essent in mare; tempore pòst cœno obducto testis, ostreæ in iis repertiebãtur. sed de his plus satis: ad hominem reuertor. Putandum verò est priscos illos homines, siue ex terra geniti fuerint, siue ex corruptione aliqua seruati, fuisse ignaros & imprudentes: quod de terra natis dicitur, ait idem lib. 2. politic. cap. 6. Plato ipse in ciuili seu dialogo de regno; Quid verò? nonne & priscos illos è terra procreari, haud verò ex se inuicem ferunt? ait hospes. Hoc quoque in antiquis rebus commemoratur, respondet Socrates. Alibi autem ex initio Timæi, colloquium Solonis & Ægyptij sacerdotis huic quæstioni affine referam. At dialogo 6. de legib. Scire omnes oportet, ait, hominum generationem, vel nullum prorsus vnquam initiũ habuisse, neque terminum habiturum: sed fuisse semper omnino & fore: aut si cœpit, inæstimabili iam ante nos temporis magnitudine incepisse. Censorinus libelli de die natali cap. 3. Prima & generalis quæstio (inquit) inter antiquos sapientiæ studiosos versata est, quòd cùm constet homines singulos ex parentum seminibus esse procreatos, successione prolis, multa secula prorogare; alij semper homines fuisse, nec vnquam nisi ex hominibus natos; atque eorum gratiâ, caput exordiúmq. nullũ extitisse arbitrati sunt. Alij verò, fuisse tempus cùm homines non essent, & his ortũ aliquãdo principiumq. naturâ tributum. Sed prior illa sententia, qua semper genus humanum fuisse creditur, authores habet Pythagoram Samium, & Cereïum Lucanum, & Architam Tarentinum, omnésque adeo Pythagoricos. sed & Plato Athenienſis, & Xenocrates, & Dicæarchus Missenius, item antiquæ Academiæ philosophi non aliud videntur opinati. Aristoteles quoque Stagirites, & Theophrastus, multíq. præterea non ignobiles Peripatetici idem scripserunt: eiúsque rei exempla dicunt, quòd negant omnino posse reperiri, auésne ante oua generatæ sint: cùm & ouum sine aue, & auis sine ouo gigni non possit. Itaque & omnium quæ in sempiterno isto mundo semper fuerunt futuráque sunt, aiunt principium fuisse nullum: sed orbem esse quendam generantium nascentiúmque, in quo vniuscuiusque geniti initium simul & finis esse videatur. Cælius cap. 40. lib. 1. ita insultat priscis; Sed in hac rerum augustiore excellentia mirari succurrit quorundam parte hac parum perspicacem, parúmque excussam prudentiam, imò veriùs oscitantem planè ac dormitantem sapientiam: qui eximiam, vltráque quàm pro dignitate possit quis expendere, hominis amplitudinem nil prorsum suspicientes, nec artificis statera, sed trutinâ examinantes populari, eius productionem & initialem originem incertis fortunæ flatibus mandare nil sunt veriti. Phœnicum siquidem & Ægyptiorum theologia, casu homines ac reliqua animantium genera prorepsisse è terra assueuerabat, nullum inter rationalem animam & irrationalem substantiam interstitium opinata. Scribit enim Porphyrius, visibilis solis agẽte vi, animantes cunctas ex terræ profusas visceribus, inter Ægyptiorũ placita censeri. quod ipsum nec Euripidi, Anaxagoræ consectatori displicuisse videtur. asseruit & Archelaus cognomento Physicus. Verùm inter alios, mirari me plurimùm ingenuè fateor singulari scientiâ virum, & ingenio exactissimo ac subacto in primis, id est vsu, auditione, lectione, ac literis perpolito cultóque Auicennam, qui opere eo quod de diluuiis est, adstruere est ausus; Post immensas terrarum inundationes, humano semine nullo, rabidis tantùm cadaueribus, seminij vberratem præstante cœlestium corporum affluentiâ, hominem & solere & posse reparari. Proinde colligit, non videri ad generationis necessitatem, vulnam requiri aut locos, nisi vt melùs formetur infans: aliàs per rarò admodùm regionem inueniri generationi accommodam, ob repentinas elementorum mutationes. Assertioni verò suæ argumentum inde profert: non modò alicubi è terra mures progigni, qui mox per coïtum mirè excrescant: verùm serpentes quoq. ex mulierum præcipuè capillis concipi, quod productiores sint humectiorésque naturâ. Quinetiam lapides è terra erui monstrificâ formâ, ad membri virilis muliebrísque imaginem. Auerrhoïs etiam ipse hominem è terra generari posse arbitratur. Anima tamen hominis educi de potentia materiæ nequit, sed contribuitur ab datore primo, vt pridem demonstratum est. De Tage scripsi aliàs, & nunc repeto ex Cic. 2. de Diuina. Tages quidam dicitur in agro Tarquiniensi, cùm terra araretur, & sulcus altiùs esset impressus, extitisse repentè, & eum affatus esse qui arabat. puerili specie visus, sed senili prudentiâ, & quæ ibidem ille plura memorat. Iam enim adhibeo peëtas in colloquium. Ouidius 15. Metamorph.

Haud aliter stupuit, quàm cùm Tyrrhenus arator,
Fatalem glebam motis aspexit in armis,
Sponte sua primùm, nullóque agitante moueri:
Sumere mox hominis, terræque amittere formam:
Oráque venturis aperire recentia fatis.
Indigenæ dixêre Tagem; qui primus Hetruscam
Edocuit gentem casus aperire futuros.

Lucretius Epicuri sententiam eleganti versu, sed captioso & fallaci incluſit, hac quidem de re lib. 2.

Homo ex animalia potuit ex verme, quàm ouo, quamobrẽ.

Testatorum vermes è nauigijs putrescentibus & cœno.

Historia.

Homines terrigenæ, imprudentes

Homines è terra nati.

Hominum generatio an ab æterno.

An hominum genus, ab æterno, an verò, & quando, quóque modo.

Quòd homo ab æterno.

Auis an ouo prior? vide Plutarchum in sympos.

Nullum entium principium.

An ex quo hominum fortunam generationẽ affectent.

Homines ex animalia casu nasci, quo.

Sol hominũ genitor, & animantiũ è terra.

Homo genitum sponte è diluuio, quõ.

Verum quorsum generationis necessarium.

Sic mures sponte enascuntur, & angues.

Lapides formâ virilium.

Anima non gignitur ex corporis materia, masiáque.

Tages historia.

Tagis vatis origo.

Homo cæleſti orin.

Homo è terra natus more plantarum: ſic animantes reliqua.

Terra cur mater dicatur.

Omnes ſectæ philoſophorum conueniũt, hominem natũ ſponte de terra.

Animalia qui in terra concreſcãt, & qualiter ab initio.

Animantiũ prima olim generatio, qualis.

Infantum è terra ortus, educatio, & nutricatio, qualis.

Prima mundi ætas, qualis.

Terra parens, cur.

Deinque cæleſti ſumus omnes ſemine oriundi:
Omnibus ille idem pater eſt: vnde alma liquentes A
Humorum guttas mater cùm terra recepit;
Fœta parit nitidas fruges, arbuſtáque læta,
Et genus humanum: parit omnia ſecla ferarum;
Pabula cùm prabet, quibus omnes corpora paſcunt
Et dulcem ducunt vitam, prolémque propagant.
Quapropter meritò maternum nomen adepta eſt.

quod argumentum etiam lib. 5. continuat planè poëtico lépore, ſiquidem vero, ac non potiùs fictitio & plauſibili. in quo tamen vides conuenire omnes ſectarum principes, vt de cæteris iã patuit, nunc de Epicurea oſtenditur.

Linqu tur vt meritò maternum nomen adepta
Terra ſit; è terra quoniam ſunt cuncta creata.
Multáque nunc etiam exiſtunt animalia terris, B
Imbribus & calido ſolis concreta vapore.
Quò minùs eſt mirum, ſi tum ſunt plura coorta,
Et maiora, nondũ tellure, atque æthere adulto.
Principio genus alitum, variæque volucres
Ova relinquebant excluſa tempore verno.
Folliculos vt nunc teretes æſtate cicadæ
Linquunt, ſponte ſua victum vitámque petentes.
Tum tibi terra dedit primùm mortalia ſecla:
Multus enim calor atque humor ſuperabat in arui.
Hinc vbi quæque loci regio opportuna dabatur,
Creſcebant vteri terræ radicibus apti.
Quos vbi tempore maturo patefecerat ætas,
Infantum fugens humorem, auráſque petiſcens:
Conuertebat ibi natura foramina terræ,
Et ſuccum venis cogebat fundere apertis,
Conſimilem lacti. ſicut nunc fœmina quæque
Cùm peperit, dulci repletur lacte, quod omne
Impetus in mammas conuertitur ille alimenti.
Terra cibum pueris, veſtem vapor, herba cubile
Prabebat, multa & molli lanugine abundans.
At nouitas mundi nec frigora dura ciebat,
Nec nimios æſtus, nec magnis viribus auras.
Omnia enim pariter creſcunt & robora ſumunt.
Quare etiam atque etiam maternum nomen adepta
Terra tenet meritò: quoniam genus ipſa creauit D
Humanum, atque animal propè certo tempore fudit
Omne quod in magnis bacchatur montibu' paſſim,
Aëriaſq; ſimul volucres variantibu' formis, &c.

Quam poëtæ elegantiam imitatus Io. Bohemus ita expreſſit cap. 2. lib. 1. de hiſtoria gentium; ſi tamen verus author, vt in eum mox inquiram. Terra cùm ſolis ardore denſior euaſiſſet, eius poſtmodùm ſuperficie, vi caloris tumefacta, multis in locis humores quoſdam eſſe concretos: in quibus putredines tenui contectæ pelliculâ ſint excitatæ: quemadmodum in paludibus Ægyptiis, & ſtagnis accidere videmus, cùm frigidam terram ſubitò æſtus aëris calefacit: tum verò in humidis, calore adhibito, generatio fiat: & noctu quidam circunfuſus aër humorem præſtet; qui in die, ſolis virtute conſolidetur. tandem putredines illæ ad ſummum perductæ, aduenientè veluti partus tempore, exuſtis confractiſque pelliculis, omnis generis educunt animantium formas. quorum ea quæ maiorem calorem ſortita ſunt, in ſuperiorem regionem volatilia effecta abierunt: quæ verò plus terræ continebant, ſerpentia, aliáque terreſtria euaſerunt E

Animantiũ generatio è terra, qualis.

Animantiũ regio pro diuerſa ſtirpe genetu cuiuſque.

animantia. naturam aquoſam nacta, in ſui generis elementum delata ſunt, & piſces appellata. Terra deinceps tum ſolis ardore, tum ventis in dies magis areſcens, à gignendis maioribus animalibus deſiit: ſed quæ generata erant, mutuâ commixtione alios animantes procrearunt. Eodem quoque modo & homines à principio genitos dicunt, in agris paſtum quærentes, ſylueſtri & incultâ vitâ vixiſſe: quibus herbæ & arborum fructus vltrò victum præberẽt. hæc ille, non à ſe tamen, vti mox patebit, ſed ex Diodoro furtim ſubtecta, diſſimulato authore genuino; qui mos eſt plagiariorũ, in furto deprehẽdi negligentiũ. Illa ſanè doctrina Ægyptiorũ fuit, fuit & Arabũ, à qua neq. Plato abhorruit, cùm illud legiſſet Geneſ. 2. Formauit igitur Dominus Deus hominem de limo terræ. ex quo ille ex Menexeno, Protagora, Politico, Critia aſſerit, prouidentia diuinæ bonitatis id agente, è terra propagatum olim humanum genus. idémque teſtatur, exundante humoris elemento, móxque reſidente eo, ex humiditatis copia, & inſequente æſtu, terram tot tantáque fœcunditatis ſemina concipere, vt cuiuſcumque modi prorumpant inde animalia. abs qua origine ſpontanea, ne homo quidem abiungatur, vt Cælius iterum interpretatur lib. 4. cap. 19. Quam ſententiam nec improbaſſe videtur Maro 2. Georg. C

Terrea progenies duris caput extulit arui. idem,
Hinc lapides Pyrrha iactos, Saturnia regna.

Ac iam pridem circa initia operis, de Prometheo, déque Deucalione & Pyrrha, & ſatis in terram hominibus à lapidum iactu, ex Virgilio 1. Georg. & Ouidio 1. Metamorphoſeos. quorſum ſpectare videtur Græci vis nominis, ἀνθρώπου; quaſi inſinuans, hominem ex humo excitatum & pronatum. Quod tamen nos non ita accipimus, quaſi fortuito caſu homo è terra in morem boleti ſurrexerit: ſed Dei prouidentiã, è limo terræ genitus; vt eſſet ſuæ memor originis, omnémque faſtum & arrogantiam poneret, tenuis & abiecti principij ortum contemplatus. Deinde non inſtar reliquorum animalium, ſolo corpore & corporeis ſenſibus atque organis inſtructum: ſed corporis elegantiã ſupra omne genus animantium præſtanti donatum; inſuper animâ immortali præditum intelligimus, ad diuinam naturam proximè accedere: vnde & Platoni & Mercurio, Σοφὸς eſt cognominatus. Vulgus autem minutorum philoſophorum, cùm Dei prouidentiam negare ſtatueret, mundúmque genitum à Deo, & homini datam animam immortalem; talia de hominis ſpontanea & vili generatione comminiſci præſumpſit; nihílque illi ſupra reliquarum animantium ſortem conditionémque conceſſit. Inde author hiſtoriæ philoſophicæ cap. 124. Qui mundum genitum dicunt, ait, animalia quoque genita concedunt & interitura. qui ingenitum aſſerunt, ea ſibi volunt ſemper ſuccedere: partes enim mundi ſunt animalia. Quamobrem Anaxagoras & Euripides, nihil (inquiunt) interit eorum quæ ſunt: ſed in aliud commutatum, diuerſam ſpeciem ſuſcipit.

Animantiũ ſecunda generatio.

Hominum primorum ortus & victus.

Plagiariũ frequentia.

Homo de limo terræ.

Hominum genus è terra.

Animantiũ procreatũ poſt diluuia vnde.

Homo, terræ progenies.

ἀνθρώπου *cur dicti.*

Homo qualiter è terra genitus, & quorſum.

Hominis à cæteris animantibus diſcrimen.

Homo cur Σοφὸς.

Philoſophi cur talia de hominum fato primo commenti.

Mundo genitum an ingenitum, item animantia.

Digitized by Google

Animalium ortus in aqua, quale.

Hominum ortus triplex, seu quadruplex.

Animalium quatuor discrimina, eorundemque regiones.

Hominis caussa mundum genitum.

Homo vetus fungus: imo Deûs molestum.

An homo ab æterno.

Hominis à natura præceptio, quæ Censorinus.

Naturæ solertia in animantib. & præcipuè

ſuſcipit. Anaximander in aqua putat animalia primùm orta, ſpinoſiſque corticibus inuoluta fuiſſe. verùm poſtea cùm ætatis proceſſu in ſiccum exiuiſſent, obtrito cortice, modicum tempus ſuperuixiſſe. Empedocles animalia primùm edita, quemadmodum & ſtirpes etiã, nequaquam inter ſe rectè commiſſa credidit: ſed parum conuenientibus partibus compoſita, ſecundo nata, ſic inter ſe partibus iuncta fuiſſe dicit; vt quales nunc ſtatuæ ſunt, tales viderentur. tertiò poſtmodùm orta, membris ex teſe prodeuntibus extitiſſe. quartò demùm genita, non ampliùs ex vno aliquo ſimili, vt terrã vel aquã conſtitiſſe: verùm è teſe iam fœminarum pulchritudine ad procreandum vitos inciraſſe. Cuncta verò animalia pro temperaturæ conditione, quatuor generibus eſſe diſtincta. ſponte namque alia aquas petunt, tanquam naturæ ſuæ plus accommodas: alia aërem adeunt, quòd eius in ſe plurimùm contineant: alia terram incolunt, ex eo quia ſuapte grauitate illuc trahantur: alia toto pectore vocem effundunt, quòd æquali temperaturã conſtituta ſint. Lactantius breui ſermone iſtã philoſophorum *ἀνοησίαν* conuicit cap. 4. lib. 7. Videamus (inquit) quæ ratio fuerit fingendi generis humani: quoniam conſtat, id quod Stoici aiunt, hominum cauſsã mundum eſſe fabricatum. quanquam in hoc ipſo non mediocriter peccent, quòd non hominis cauſsã dicunt, ſed hominum. vnius enim ſingularis appellatio, totum comprehendit humanum genus. Sed hoc ideo, quia ignorant vnum hominem à Deo eſſe formatum: putántque homines in omnibus terris & agris, tanquam fungos eſſe generatos. At Hermes non ignorauit hominem & à Deo, & ad Dei ſimilitudinem fictum. Auguſtinus eos pluribus conuellit tum alibi, tum cap. 10. lib. 12. de ciuitate Dei: Omittamus (ait) coniecturas hominum neſcientium quid loquantur de natura vel inſtitutione generis humani. alij namque ſicut de ipſo mundo crediderunt, ſemper fuiſſe homines opinantur: vnde & Apuleius cùm hoc animantium genus deſcriberet; Sigillatim (inquit) mortales, conctim tamen vniuerſo genere perpetui. & quæ ibidem plura: namque hæc mihi nunc quidem videtur ſufficere; nonnulla fortè inter problemata adiiciẽtur poſtea.

His igitur prætermiſſis, illud nunc dico; Vbi mas & fœmina ambo ætate pares, iuuenta florentes, amore mutuo feruidi, matrimonij vinculo coniugari, non more iumentorum inſipientium, vt Tobiæ præcipiebat comes angelus Raphaël: ſed cum timore Dei, & verecundia quadam naturali congrediuntur: ipſa illa animorum conſpirans & conſentiens affectio; ipſe ille æſtuans in vtroque genuinus amor; ipſa illa turgens in loculis atque pruriens materia; ipſa illa corporum commiſcendorum titillans voluptas, quantos excitat libidinis ignes? Quo veluti oeſtro perciti coniuges, velint nolint, naturæ legibus obtemperare coguntur. quo velut aculeo natura ſolers, repugnantes alioquin & alienos à coniugio homines, imò etiam ad nouam in ſuo quodque genere ſobolis procreationem animal incitat & cogit. vt quos nulla propagandi generis humani cura tenet: vt quos ius triũ liberorum à legibus Romanis genti impiæ ac præpoſteræ propoſitum non mouet; vt quos coniugalis amor non afficit: hos inſita & ingenita medullis flamma, atque innatans venis obſcœnus liquor ad quærẽdo nõ veneris expetita ſceleratis diuerticula: ſed ad cõnubij iura perſequẽda exuſciter. vt Deo iubenti, vt naturæ volenti, vt Reipubl. egenti pareant atque obtemperent.

Sic ab initio rerum, Adam per afflatum propheticum de vxore poſt ſoporem locutus eſt; Hoc nunc os ex oſſibus meis, & caro de carne mea. Sed minus ſe coſtarum alterius lateris experrectus habere ſentiens, poſtquàm ad cuncta ſingulatim animantia terræ, maris ac aëris, facto circuitu peruenĩſſet; de ſubito intuitus Heuam, vir robuſtus & iuuenis, adoleſcentulam ſucci plenam, facie venuſta, vultu blando, & humana energia præditam; mutua prurigine cœpit exardeſcere, ac genitali cupidine oppleri; quæ tum ſe non erga vllum animal aliud terigiſſet, ait Reuchlinus lib. 2. de arte Caballiſtica.

Ecquis verò tandem rerum humanarum ſtatus poſt annos centum futurus ſit, ſi ſpreto matrimonio, vnuſquiſq. hominum, cœlibem vouerat & ſequatur vitam? nónne ante id tempus, & verò multò breuius, reliquiæ generis humani exhauſtæ, fato conſumptæ fuerint? Adeſte ſpectatores ludis ſeculatibus, nunquam poſthàc adfuturi aut ſpectaturi, dicebat olim alta voce præco frequentiæ populi congregatæ. Et Xerxes Imperator maximus, innumera quondam hominum multitudine de tota Perſide & Media, quantam nullus vnquam hominum ſimul vidit, coacta, atq. adueẽtus Græciam armata, quantam nullus Regum aut Imperatorũ ſeculis prioribus aut conſecutis coëgit vnquam, illacrymans, ſortem humanam miſerari cœpit, quòd de tanto numero infinitæ plebis, nullus poſt annos 50. aut fortè 60. aut 100. ad ſummum foret ſuperſtes. O diuinum beneficium erga hominum genus, quo ex mortali velut immortale per rediuiuam ſemper ſobolem reuiuiſcit ac perpetuatur! & quidem mirabili quodam modo, quem omnes vident & agnoſcant, & ferè exercent, aut ſanè expetunt: pauci autem intelligunt: ac nos ſic hactenus velut præfati, deinceps vtcunq. ſumus explanaturi ab ipſa partium genitalium fabrica, & naturali conſtructione (nam de materia prolifica & ſemine alibi poſthàc inter humores dicetur) exorſuri: ſed vbi priùs veterum philoſophorũ reliquas de hominis generatione varias opiniones, ex citato antè cap. 3. Cenſorini ſubiecero. Prætermittã verò in præſens fabulares poëtarũ hiſtorias, tum qui Promethei molli luto eſſe formatos, tum qui è Deucalionis Pyrrhæque duris lapidibus eſſe natos ariolantur, vt alias patuit. Quidam verò ex ipſis ſapientiæ profeſſoribus, neſcio an magis monſtroſas, certè non minùs incredibiles

hominis generationem cupiditas.

Stimulus amoris.

Connubij cauſsa & finis.

Eua de coſta Adæ.

Adam quomodo in Euam exarſit.

Connubij neceſſitas: aliquam ante annos centum genus hominum exuleſcat.

Ludi ſeculares.

Xerxes tot tam hominum frequentiam cernens, illacrymatur, quæ ſint.

Hominum genus quodammodo perpetuum, qui.

Propoſitio.

Fabulæ de hominis generatione.

Philosophorum de prima hominũ generatione opiniones.

rationum suarum proferunt opiniones. Anaximander Milesius videri sibi ex aqua terràque calefactis exortos esse siue pisces, siue piscibus similia animalia: in iis homines concreuisse, fœtúsque ad puberratem intus retentos: tum demum ruptis illis, viros mulierésque, qui iam se alere possent, processisse. Empedocles autem egregio suo carmine, quod huiusmodi esse prædicat Lucretius, vt vix humana videatur stirpe creatus, tale quiddam confirmat; Primò membra singula ex terra quasi prægnante passim edita: deinde coiisse & effecisse solidi hominis materiam, igni simul & huiusmodi permixtam. Cætera quid necesse est persequi, quæ non capiant similitudinem veritatis? Hæc eadem opinio etiam in Parmenide vel inserta fuit, pauculis exceptis, ab Empedocle dissentiente. Democrito verò Abderitæ, ex aqua limóque primùm visum esse homines procreatos. Nec longè secùs Epicurus: is enim credidit, limo calefacto veteros nescio quos radicibus terræ increuisse, & infantibus ex se editis ingenium lactis humorem naturâ ministrante præbuisse: quos ita educatos & adultos, genus hominum propagasse; sicuti ferè ex Lucretio recensuimus. Zenon Citticus Stoïcæ sectæ conditor, principium humano generi ex nouo mundo constitutum putauit: primósque homines ex solo adminiculo diuini ignis, id est Dei prouidentia genitos. Denique etiam vulgo creditum est, vt plerique genealogiæ authores sunt, quarundam gentium, quæ ex aduentitia stirpe non sint, principes terrigenas esse, vt in Attica & Arcadia Thessaliáque; eósque autóchthonas vocitari: vt in Italia poëta cecinit, nymphas indigenásque Faunos nemora quædam tenuisse; non difficilè rudis antiquorum credulitas recepit. Nunc verò eò licentiæ poëticæ processit libido, vt vix auditu ferenda confingat: Post hominum memoriam, progeneratis iam gentibus, & vrbibus cõditis, homines è terra diuersis modis editos. vt in Attica fertur regione Erichthonius ex Vulcani semine homo exortus: & in Colchide vel Bœotia, consitis anguis dentibus armati partus; è quibus mutuò inter se necatis, pauci superasse traduntur, qui in conditu Thebarum, Cadmo fuerunt adiumento. Necnon in agro Tarquiniési puer dicitur diuinitùs exortus nomine Tages, qui disciplinam cecinerit extispicij; quam Lucumones Hetruriæ potentes exscripserunt. cuius etiam paulò antè meminimus. sed iam rem propositam aggredior; & cæteris posthabitis, ad medicinæ proceres me conuerto; quibus eò maior fides habenda est, quòd eorum oratio à sensibus argui potest. Verùm vt ostendã, vnde recentiores isti suam traxerint de philosophorum penes generationem hominis sententia, tam lepidam narrationem, producam in medium inter eos antiquiorem Diodorum Siculum, qui ita priscam historiam orditur.

Democriti, & Epicuri.

Zenonis.

Homines terrigenæ & autóchthones.

Poëtarũ de hominis generatione figmẽta.

Hominum fictæ è terra, vt Erichthonij

Homines è dentibus anguũ, Cadmi adiutores.

Tagis exortus.

De Mundi & hominum primaria creatione.

De prima mundi & hominis creatione.

1. Opinio, quòd ingenitus.

2. Opinio, quòd ortus, quò vt modo.

Chaos prisciũ.

4. Elementorum ordo & situs.

PRima hominũ generatio apud doctissimos ac præstantissimos viros, qui veram naturam & historiam tradiderunt, duplex fertur. Quidam mundum ingenitum & incorruptibilem; & genus hominum ab æterno extitisse, neque habuisse ortus principium sensêre. Quidã genitum corruptibilémque arbitrati, & homines dixerunt generationis initiũ tempore esse sortitos. Nam à rerũ primordio, & cœlũ & terrã, vnicam habuisse ideam in mixta eorũ natura: exinde distinctis inuicem corporibus, cepisse mundũ hunc ordinem quem videmus. Aërem quidem motũ hunc continuum sortitum: & igneam partem eius superiora loca propter leuitatem aiunt appetisse. eâdem causâ solem & astra cursus suos sortita. quod verò humori mixtum, eodem stetisse in loco propter grauitatem. quæ cùm mixta essent; ex humidis quidẽ mare effectum: ex durioribus verò, terrã lutosam euasisse & omnino mollem. Hæc primùm cùm solis ardore dẽsior euasisset, eius postmodùm superficie, vi caloris tumefacta, multis in locis humores quosdam esse concreatos (seu concretos) in quibus putredines tenui contectæ pelliculâ sint excitatæ: quemadmodum in paludibus & stagnis Ægyptiis videmus accidere, cùm frigidam terram subitò æstus aëris calefacit. Quum verò in humidis, calore adhibito, generatio fiat; & noctu quidem circumfusus aër humorem præstet, qui die, solis virtute consolidetur: tandem putredines illæ ad summum perductæ, aduenientе veluti partus tempore, exustis confractísque pelliculis, omnis generis educunt animantium formas. quorum ea quæ maiorem calorem sortita sunt, in superiorem regionem, volatilia effecta abierunt. quæ verò plus terræ continebant, sepentia aliáque terrestria euaserunt animantia. naturam aquosam nacta, in sui generis elementum delata sunt; & appellati pisces. Terra deinceps tum solis ardore, tum ventis in dies magis arefacta, à gignendis maioribus animalibus desiit. sed quæ generata erant, mutuâ commixtione alios animantes procrearunt. Hoc & Euripides Anaxagoræ Physici discipulus sentire videtur, cùm in Menalippo, cœlum & terram mixta olim fuisse tradat: separata postmodùm generasse singula, arbores, volatilia, feras, ac omne mortalium genus. De prima terræ generatione, quamuis præter opinionem nonnullis esse videatur; tamen ea quæ nunc quoque fiunt, his testimonium videntur afferre. Nam iuxta Thebaïdem Ægypti, cùm Nili cessauit inundatio, calefaciente sole limum ab aqua relictum, multis in locis ex terræ hiatu multitudo murium oritur. quod argumento est, ab ipso orbis primordio animantia similiter omnia generata esse. Eodem quoq. modo & homines à principio genitos dicunt, in agris pastũ quærentes, syluestri & incondita vitâ vixisse; quibus herbæ

Animalia prima generationis vasa.

Animantiũ secreta fabulosa.

Chœrilus.

Murium spontaneum ortus.

Hominum prima generatio, qualis.

Digitized by Google

& arborum fructus vltrò victum præberent. vbi & de reliquo cultu victúque primorum hominum. & mox, Tradunt Ægyptij, ab orbis initio primos homines apud se creatos; cùm bonitate felicitatéque soli, tum propter Nilum, qui & multa generat, & suapte naturâ, quæ genuit, facillimè nutrit. vbi & de spontaneo murium ortu in agro Thebaïdis. ex quo concludit, ab ipso orbis ortu primos homines Ægyptum protulisse. & hæc quidem hactenus.

Quòd prima hominũ origo in Ægypto.

Galeni præcipuè sententiam de pene exponens.

CAP. III.

GAlenus meritò à nobis totius medicinæ princeps habitus, sic vtique librum 14. de vsu partium inchoat, de hisce partibus genitalibus dicturus. Cùm tres primi naturæ sint in partibus animalis construendis scopi; ex iis quasdam fecit ad viuendum necessarias; cuius generis sunt cerebrum, cor & hepar: quasdam ad viuendum commodiùs, vt oculos, nares, aures: quasdam ad generis instaurationem, vt pudenda, testes ac matrices: ac de cæteris cùm partim & præcipuè antè dictum sit, partim deinceps sit dicendum; ab ipsis nunc partibus, quæ nobis ad generis instaurationem à natura sunt tributæ, ducendum exordium. Enimuerò natura, si fieri potuisset, maximè optasset suum opificium esse immortale: quod cùm per materiam non liceret (nam quod ex arteriis, venis, neruis & ossibus, ac præterea carne est compositum, incorruptibile id esse non potest) subsidium quod potuit, ipsi ad immortalitatem est fabricata; sapientis cuiusdam vrbis conditoris exemplo; qui non id modò agit, vt vrbem suam in præsens tantùm tempus populo frequentet; sed prouidet, quo pacto in omne tempus, aut saltem diutissimè ciuitas conseruetur. Nulla tamen ciuitas floruisse adeo memoratur, vt non dies ipsa, conditoris memoriam deleuerit. Naturæ verò opificium multis annorum millibus iam constitit, atque in posterum stabit. nam mirabilem quãdam rationem inuênit, quomodo in demortui animalis locum, nouum aliud sufficiat. quam nos rationem hoc volumine, *ἐυ δεύτ.* quod nũc est in manibus, explicabimus. pertinet enim ea cùm ad alia omnia, tum autem ad hominem, vt nullum animalis genus pereat, sed incolume semper sit atque immortale. atque hinc auspicabimur.

Scopi naturæ in partibus animalium.

Subsidium mortale hominum conditorum, generatio.

Similitudo.

Sic nulla ciuit. se perennem, qualiter ederet.

Natura solertia in substituẽdis hominibus.

Omnibus animalibus natura concipiendi instrumenta tribuit; ipsisque instrumentis eximiam quandam vim voluptatis effectricem: animæ verò ipsis vsuræ, incredibilem quãdam atque ineffabilem vtendi cupiditatem coniunxit, à qua animalia incitata ac stimulata, etiamsi mentis ac rationis expertia, ætatéque tenera sint; prouident tamen non secùs ac si essent prudentissima, vt genus suum sit superstes. Cùm enim non ignoraret, substantiam, ex qua animalia est molita, perfectam sapientiam non admittere: pro eo quod solùm recipere ipsa poterant, id eis est largita; escam scilicet atque illecebram ad salutem generis ac conseruationem, incredibilem voluptatem vsui partium coniungens. In primis igitur id naturæ commentum est admirabile. secundo autem loco, instrumentorum constructio, quam cuiq. animali dedit corporis ipsius formæ conuenientem. Porrò quod ad cætera animantia pertinet, licebit olim discere, præsertim ex Aristotele. In homine verò (huius enim modò constructionem suscepimus exponendam) prima quidem pudendorum substantia quàm sit ad suum vsum apposita, nemo ignorat: Nam & positionem habet accommodam, & magnitudinem, & figuram, ac totam denique conformationem. ac de muliebribus quidem pòst paulò; priùs enim de virilibus ob præstantiam, dignitatem, antiquitatem, transigendum.

Organa generationi respondent formæ: vt in homine, in quibus.

Cur priùs de virilib⁹.

Cùm igitur duo facere animalia, quæ procrearent, esset melius: ob eam causam natura, partium alias quidem ad recipiendũ, alias verò ad excernendum semen fecit accommodatas. ac de his priore loco, pòst de illis dicendum. Deinde facultates iis partibus eadem natura indidit, quæ commodè instrumentis iis vterẽtur. Postremò partibus omnibus illis eriã minimis eam positionem dedit, magnitudinem, connexionem, conformationem, quâ nulla melior, nulla commodior excogitari potuit; quámque Galenus ipso toto libro 14. & initio lib. 15. de vsu partium clarè demonstrat, & verò prolixè, vt tu ab illo recognosces; nos partim mutuabimur, partim aliunde supplebimus.

Partium genitalium genera duo, & facultates, & positio, magnitudo, connexio, cõformatio.

De ortu primùm & materia constructionéque virilis membri considerandum: quam neque ex venis, neque ex arteriis, neque ex neruis aut ligamentis vel tendinibus solis ac simplicibus; neque ex carne, neque ex glandula, neque ex osse, neque ex chartilagine: sed propria quadam & conuenienti substantia constare par fuit, vt extendi, laxari, impleri, vacuari, semen emittere conuenientissimè posset. Quàm enim turpe & fœdum foret, quámque rebus agendis alienum, arrecto semper pene esse, Satyrorum instar? quàm verò incommodum ad res venereas peragendas, eundem semper laxum & flaccidum gestare? rectè tamen, licet obscœnè, suo more lasciuus Martialis;

Virilis mẽbri compositio, materiáque, & curatio.

Penis semper arrecti incõmoda, itemq laxi.

Stare iubes nostrum semper tibi Lalia, penem:
Crede mihi, non est mentula, quod digitus.

Aristoteles autem cap. 10. lib. 4. part. animal. Augetur & minuitur hoc vnum membrum, sine vlla membri mutatione. horum enim alterum vtile ad coïtum; alterum ad cæteros corporis vsus commodum est. Nam si semper simili modo se haberet, impedimento nimirum esse constat hoc membrum ex eiusmodi partibus; vt eorum, quæ modò dixi, vtrumque possit euenire: partim enim neruum, partim chartilaginem habet. itaque & contrahi potest, & extendi: atque etiam flatus capax est.

Membrum virile vnũ augeri & minui posse à natura, quorsum.

Membri virilis compositio & materia. N. sed citra chartilaginem.

Quid ergo? an non mirari oportet sapientiam nostri opificis? simul & prouidentiam?

Digitized by Google

Facilius de re loqui, quàm rem conſtruere.

Cùm enim multò ſit facilius, rerum omnium ortum verbis explicare, quàm rem ipſam opere conſtruere: tantùm tamen verba noſtra ſunt ſapientiâ eius qui nos condidit, inferiora, vt ne exponere quidem poſſimus ea, quæ ille nullo negotio condidit. Sed tamen anatomu partiũ corporis humani diligenter exercita tractatáq. nos docuit, & ita Galenus ſcripſit, corpus quoddam neruoſum à pubis nuncupatis oſſibus ſuperioribus, propter ſitus commoditatem, & coitus opportunitatem, enaſci cauum ſimul & omni humore vacuum (ſic enim erat melius, vt rectum ac ſtabile totum pudendum ſeruaretur, à corpore ſtabili ſolidóque exoriri) qui Græcis κυσὶς, nobis coles & penis, & virga vulgo, atque aliis in generali partium corporis onomaſia dictis nominibus nuncupatur. Puto autem Græcis illis à ſimilitudine trunci aut haſtilis cuiuſdam: ſic enim iidem in braſſica caulem, & in armorum genere, haſtam ſeu iaculum nominant; vtrobique per ſimilitudinem quandam tum figuræ oblongæ, teretis; tum vſus, à vibrando & iaculando, alludentes. & fortaſſe κυσὶς, ὡς αὐλὸς, dempto α. ſimili ut Βάκτρος, αὐλὸς λέγεται. quicquid enim oblõgum eſt, αὐλὸς dicitur: & ſanè veretrum haud abſimile eſt tibiæ, tum ſi longitudinem, tum ſi cauitatem ſpectes. ſed miſſo nomine, ad rem veniamus.

Opificis noſtri prudentia.

Membri virilis ortus & natura, miſique ratio.

Penis ſynonyma.

κυσὶς vnde dictum.

Cur penis ex oſſibus exortus, & cur cauus.

Quòd ſi reuera ſumus phyſici, ait Gal. lib. 15. de vſu part. omnino intelligimus, quòd poſtquàm durum ſimul & cauum propriũ corpus pudendorum eſſe oportebat, ex oſſe quidem emergit, non aliter quàm reliqua omnia ligamenta: ſolum autem ex omnibus erit cauum, quòd vtilitas ita flagitet. hæc ſanè opifex noſtri fieri voluit. Cùm autem factum ſit, haudquaquàm ingrediaris, neque audeas quo pacto factum ſit, inquirere. quæ enim ne quòd facta quidem ſint, inuenias, niſi diſſecando edoctus fueris; quónam iure quærere audeas, quomodo facta ſint? ſatis habes tantùm quidem inueniſſe, quòd pars omnis, qualem vſus exigebat, fuit conſtructa. ſcrutari autem quo pacto talis facta fuit, ſi aggrediaris, conuincaris non intelligere neque tuam imbecillitatem, neq. opificis tui potentiam.

Admiranda opificis induſtria.

Partis cuiuſque compoſitio reſpondet vſui.

Corpus humanum duplex, at pars ſine coniuge, ſit media, vt cœlex.

Cùm autem iam ſæpe dixerimus, humanum corpus ferè ſemper duplex eſſe, & tantundem à dextra, quantum à læua parte fuiſſe nactum: ſimul & hoc conſtitit, quando pars vna aliqua eſt ſine cõiuge, mediam ſortiri poſitionem. ac ſi coniugium duarum partium fuerit, vtraq. pars à media abeſſe vult æqualiter. Quod ſiquando aliter accidat, vt de hepate & liene antea diximus, id peculiaris quædam cauſſa efficit, vt patuit. Nunc autem coli humano id accidit, vt & medius ſit, & ex duobus velut fungoſis, ſpongioſis, & neruoſis, potiùs quàm carnoſis ligamentis coalitus, tantum à dextra oſſium pubis parte, quantum à ſiniſtra traxerit. Et quidẽ propiùs ano quàm nunc eſt, oriri potuit; ſed non fuit vtilius. à partibus autem quæ ſunt ſupra pubem, omnino non potuit, nullum enim ibi eſt os, proinde ex oſſibus pubis oriri decuit; & quidem è ſuperioribus eorum partibus, vt iam dixi: ſic enim plurimùm ab ano diſtat; & ad coitus, locum opportuniorem nactus eſt. Medius autem & vnicus illi quidem meatus cauus ineſt, idem cõmunis vrinæ & ſemini excernẽdis: quanuis Hippocrates duos meatus; & ex illo Arabes quidã duplicem duplici iſti vſui, ſed falsò ac perperàm, diſtinguant: alij tertium ductum & foramen adiungant, vehendo humori glutinoſo illi, qui coitum antecedit: forſan duo penis illa corpora neruoſa pro ſingulis meatibus habentes: nam de tertio & medio & vero meatu ambigere nemo poteſt: illa, niſi quis excutit, nullo foratu ſuo ſatis oſtendunt meatuum ſe vice minimè perfungi.

Communis meatus ſeminis & vrinæ, contra Hipp. & Arabes.

Sed Galenum audire ſatius eſt ex lib. 15. de vſu partiũ: procul tamen & procul ſummotis virginum atque impuberum caſtis & oculis & auribus, dum ἀκαταλήπτως ἀκατονόμαστως exponuntur, vt alibi Martialis epigrammate inſinuaui, harum partiũ propria nomina vniuerſa explicaturus.

Medici dicendi ratio.

——procul ô procul eſte puellæ,
Et pueri caſti——
Triſte ſupercilium, durique ſeuera Catonis
Frons, & aratoris filia Fabricij:
Et perſonati faſtus, & regula morum;
Quicquid & in tenebris non ſumus, ite foras.

Penis quãdo arrigat, & cauſſa.

Ac primùm tum volentibus nobis, tum nolentibus, pudendum intendi & arrigere conſtat: nempe dum neruus cauus ſpiritu eſt refertus. Cur autem in coitu pudendum tenſum eſſe oporteat, ſic accipe. Non enim (quod fortè quiſpiam exiſtimarit) ſolius coitus cauſsâ pudendum tenſum exactè eſſe eſt vtile: ſed quò, meatu diducto ac directo, ſemen quàm longiſſimè euibretur. Qui meatus niſi rectà ferretur; ſed aut obliquus eſſet, aut alicubi in ſeſe concideret; ibi tum ſemen hæreret. Siquidem εὐνοῦχοι, quos vocant, quòd ob id vinculum, quod ad finem virgæ habent, meatus eis eſt contortus, generare non poſſunt: non quòd ſemen fœcundum non habeant: ſed quòd in virgæ flexibus hærens, ferri prorſum nequeat. quam rem curatio ipſa comprobat: vinculo enim abſciſſo, generant. Hoc certè vitium omnibus ſemper contigiſſet, niſi natura prouidiſſet, vt in coitibus, meatus latus ſimul & rectus omnino eſſet. Secunda autem alia naturæ machina ad id ipſum eſt vtilis, corporis ipſius neruoſi ſitus, tum muſculorum vtrimque appoſitio. In partibus enim pudendi inferioribus, ſeminis meatus ſecundùm longitudinem exporrectus, medius eſt conſtitutus. incubat autem huic neruus cauus: vtrâque verò horum parte, muſculi duo: quò meatus ceu à manibus quibuſdam in vtramque partem diſtractus dilataretur, toto pudendo ſtabili manente. Futurum verò ſanè erat, vt meatus latitudo per huiuſmodi conſtructionem conſeruaretur. Vtile autem eſt, meatum, dum ſemen excernitur, latiſſimum ſimul & quàm rectiſſimum ſeruari: quò ſemen totum ſibi ipſi continuũ confertim quàm celerrimè ad matricũ ſinus perueniat. At cùm veſica

Cur penis in coitu arrigat.

Meatus ſeminis cur rectus & amplus. Hypoſpadiæi qui, & cur non generent.

Penis ſitus commodatus ad coitum.

Meatus ſeminis, & neruus cauus: item dicti muſculi lenatores, quare.

Meatus cur latus & rectus.

by Google

etiam propè esset constituta, non erat meatus ad excernendum lotium, alium efficere meatum; sed meatu seminis simul vti. Iure igitur & ipsius collum, totum perinæum occupauit; vt quod sursum abeuno (cui primò incubabat) vsque ad pudendi exortum feratur. atque hæc præcipuè ex Gal. de constructione membri virilis: posthàc autem de muliebri.

Cur communis ductus vrinæ & seminis.

Collum vesicæ pudendo concurrit.

Sed antequàm Galenum dimitto, author anatomiæ viuorum falsò Galenus habitus, de anatomia genitalis virgæ tale caput conscripsit 21. Habet autem virga virilis compositionem ligamentalem. componitur enim ex crassis venis, neruis, & arteriis: vt recipiat multum intra se de spiritu & ventositate; quæ faciunt ipsam inflari & erigi, quando opus fuerit, & per ipsam, deportari materiam sementalem. Longitudinem naturalem habet inter sex & nouem digitos; vt possit attingere ad locum sibi destinatum in proiectione spermatis. Item habet duos meatus: vnum, in quo defertur sperma à testiculis: alium, in quo defertur vrina à vesica, qui tamen meatus conueniunt tãdem in vnum meatum. In ipsa enim virga sic accidit, sicut in collo matricis: quia per alium meatum exit vrina; & per alium meatum intrat sperma viri: tamen ipsi duo conueniunt in ipso collo, & fit meatus vnus. Veniunt autem nerui ad eius compositionem, ab inferiori parte spinalis medullæ: veniunt etiam quædã ligamenta à pubis ossibus. Virga habet duo paria musculorum: vnum par lõgitudinalium & protensorum, quibus erigitur & extenditur: & aliud par habet musculorum trãsuersorum, quibus mediantibus erigitur. Quare si vnus musculorum spasmaretur, tunc declinat versus vnum latus: alter versus alterum declinat, si neuter dirigitur. Istis etiam mediantibus, post iniectionem spermatis, retrahitur ad priorem mensuram.

Penis compositio, & vnde insetur, & quorsum.

Penis longitudo naturalis.

Colis duo meatus, quorsum. N. falsum.

Veteri alius meatus vrinæ, alius seminis recipiendo.

Penis nerui, ligamenta, musculi, & horũ vsus.

In quo recentiorum & nostra de genitalibus viri partibus sententia explicatur.

CAP. IIII.

HAc ferè ex Galeni desumpta doctrina, authoritatem sibi ab antiquitate & dignitate personæ vendicant. Recẽtiores tamen paulò exactiùs, harum partium naturam rimati, deprehenderunt tum pauca quædam aliter sese habere, tum nonnulla & Galeno & priscis intacta: quorum partim subiungo, partim discrepo ab aliis, vel authoritibus genuinis.

Recentiorũ accuratior obseruatio circa penem.

Primùm duo corpora illa fungosa, neruea potiùs quàm carnea, rubra & cruẽta, aut ex rubro nigricãtia, spongiosa, ab ossibus quidẽ pubis vtrimque in morem ligamenti, iuxta anum (vnde nonnulla forsan pathicis istis imputis & cinædis obscœnis, contrà quàm Aristoteles citatus philosophabatur, voluptas in coïtu affricatur) exoriri: sed non superioribus eorum ossiũ partibus (quod Gal. tuebatur) quin potiùs inferiùs multò, quàm vbi inuicem pubis ossa dehiscere incipiunt; aut quàm humillima pubis ossium commissuræ sedes consistat: penémq. mox ad anum & per scroti regionem æquè crassum corpulentúmque esse; atque ea parte, quæ à superiori pubis ossium sede propendet aut erigitur. Ex quo cõcludit Vesalius, originem penis Galenum latuisse. quod mihi non magis fit verisimile, quàm quod idẽ obiicit Galeno; vnicum agnouisse pẽnis corpus, & non geminum, vtrimq. æqualiter ab osse pronatum. aut de duobus tantùm musculis secundùm meatus vrinarij longitudinem per totum penem digestis: quod ille nec scripsit, nec sensit vsquam. Quanquam faceor duorum tãtùm musculorum meminisse eo loci, nescio an alibi cõmemoratorum plurium. sunt enim reuerà quatuor in eum vsum comparati; quem & ipse vidit, & alios docuit Galenus. Sanè verò duo dicta illa penis corpora, origine diuersa, principio sui ortus diuisa, postea confusa coalescũt: vtrimq. foris rotunda, intus cana, coniunguntur inter se plana; simul iuncta autem, latiora quàm profundiora; & ad quadratam formã (vt visu & tactu dignoscere est) quodãmodo accedentia: non omnis vtiq. humoris, vt quidã putant, expertia, sed plurimo cóq. nigro sanguine, velut tabo diffluentia; vt quis dixerit, lucanicarum siue hilãrum instar obferta (bodinos & andullas Franci vocant) sicuti aliàs ex Arist. patebit. eadẽ inferiore sui parte, meatum vesicæ, & quidem de ipsa vesicæ substantia enatum, ac velut cõtinuatam eius in longum substantiam amplexantur, toto suo ductu ad glandis vsque radicẽ (vbi capacior esse solet meatus, idémq. ad extremũ angustior, glandem ipsam penetrat totam) sibi quidem substratum, ac non connatum; eúmque (vti dixi) vnicum, vrinæ & seminis excernendis cõmunem; contra Arabum notatam sententiam, de qua etiamnũ posteà rursus patebit; fortè etiã adeo Hippocratis ipsius; Procedit enim semen (ait) non quà vrina, verùm alia ipsi via est contigua. & Arist. cap. 19. lib. 1. hist. animal. post Hippocratem; Genitale (inquit) ceruici vesicæ adnectitur, foramine foràs directo peruium: sed paulò inferiùs altero intra eandem semitam conuio deductum. quorũ foraminum alterũ ad testes, alterum ad vesicam neruosum chartilaginosúmq. tendit. sed de vtrisq. forsan iterũ posteà. vt hoc obiter notes; quod à nemine vidi hactenus obseruatũ.

Penis consistentia æqualis.

Vesalius Galeno iniurius.

An Gal. duos musculos solos penis agnouerit?

4. Penis musculi.

Penis ligamentorum ortus, & processus, & forma.

Penis forma, à situ sui.

Meatus communis vrinæ & seminis, vnde & qualis: & quomodo inuestiens penis substantiã, glandem tranſeat.

Quid veram penis meatus, ĩtra Hipp. & Arabes, & Arist.

Membri virilis situs, & ductus geminus. N. falsũ.

Non absterrẽ autẽ putat Vesalius, in extremo isto meatũ, glãdem mediam penetrante, semen breuem quandam morã facere, ad augẽdam in coïtu voluptatẽ: vt & in gonorrhœa venerea ibidẽ cunctando putrescere, & dolores intolerabiles excitare, vlceráque excoriando permolesta. Et sanè nulla pars mihi quidem in toto corpore, acutiori sensu prædita videtur ipsa glande, ob proprietatem substãtiæ mollis, fungosæ, teneræ: ne teneros videlicet muliebres loculos contẽta duritie nerui fungosi dicti allideret aut contũderet (quam vim cerua fugax dicitur in coïtu à suo mare metuere, currens coëunti ceruo supposita) quã rationem miror à Galen. in vsu partium, & ab aliis deinceps omnibus prætermissam; planè tamen efficacem

Locus voluptatis & dolorum in glande. Gal.

Glans acutissimi sensus, vnde & quorsum. & quamobrem adeo tenera & mollis, N. ratio.

Cerua currit in coitu, cor.

Omissa anatomicu bella ratio, ex N.

verámque. Sed & neruorum complurium ab osse sacro emissorum, & vasorum perquàm insignium eôdem desinentium & corriuantium multitudo, sensus acumen adauxit, tum ad voluptatis, tum ad doloris perceptionem. Ex quo

Glans in coïtu præcipuè afficitur. item à doloribus, vnde.

fit, vt in coïtu glans illa mirificè pruriat & catuliat, eadémq. plurimùm delicietur ac voluptuetur, vt alibi repetam. eádem necnon in vlceribus & calculis vesicæ, stranguria, dysuria, & aliis partium vreticarum affectibus insano quodam & immani intolerabilique cruciatu diuexetur: vt voluptatem dolor velut ex æquo compenset.

Vrethra vnde dicta: & eius forma.

Hunc verò meatum, ἰσθμὸν iam antè à Græcis nominari monui, ab altero officio; ἀπὸ τοῦ οὐρεῖν, quòd vrinam excernat. Quem obliquum ac tortuosum vtcumque esse sciendum est, quâ potissimùm parte pòst pererratum perinæum siue interfemineum, sursum ad vesicam, κυματοειδῶς reflectitur, vt antè depinxi Latinorum maiori simílem. Vnde est illa difficultas, per collum vesicæ immittendi catheterîs; quam vulgus Arabistarû algaliam vocat; nostrates sondam appellant. Malè igitur Auicennas cum suis sequacibus, fen. 20. de dispositionib. generationis masculorum; In virga sunt meatûs tres:

Quòd non tripleæ ductus in vrethra, contra Auicennam.

scilicet meatus vrinæ, & meatus spermatis, & meatus alguadi.

Parastata vbi, & vnde dicti, & quales, & quas in vsum.

Vrethra verò illa ad orificium supremum, vesicæ capacitati proximum, glandosum quoddam corpus sibi circundatum obtinet, quod Græci παραστάτην, velut adstitem vocant; quòd ipsi suprema vesicæ ceruici παράκειται, adstat seu prostat; muco quodam seminali turgescens, partim vrêthræ ipsi oblinêdæ, quò vrinæ acrimoniam obtundat: partim coïtus tempore saliuante, vel adeo in sola imaginatione rei veneræ: & maximè ac frequentissimè iis, quos gonorrhea virulenta infestat. quem ad locum vasa semen deferentia inseri postea audies. ἀπὸ τοῦ βάλανος à similitudine ἄβαλος, glandis, denominatur. quibusdam παρόμοιος pari forma & deriuatione dicitur; ἐκ περισσοῦ, quia prostat ac præponitur testibus subiectis, & hinc inde appensis. sed de his etiam postea.

Prostata, eadem parastata, qui & cur dicantur.

Venæ & arteriæ insignes, vincula, cutis propria, & membrana carnosa, neruique multi totum penem subeunt & ornant; ad alimentum, vitam, firmitatem, tegmen, sensúmque exquisitissimum largiendum. Neque enim potui adhuc assequi, quid sibi Realdus vellet, cùm in

Penis partes & particulæ, earumque vsus.

An penis nullus neruus, nulla vena? contra Colûbum.

pene nullam adesse venam, nullum neruum contentiosè affirmat; reclamante sensu, & ratione. Sed neque priapismi causam aliò retulerim, quàm ad fungosam istam colis compositionem, & arteriarum copiam, spiritu multo feruidóque abundantium, distendentium, pulsantium, in tensione veretri tum ad coïtum arrecti intensíque (quod inuentum sibi Columbus, falsò tamen arrogat, iam antè Aristoteli & Galeno præuisum, vt partim innotuit, partim innotescet) tum etiam priapismo præter naturam laborantis. Est autem priapismus,

Priapismi & tensionis veretri causa.

Priapismus, quid.

cùm coles & in longitudine & circulo totus augetur, nullo stimulante ad libidinem aut desiderio, aut acquisitio calore: vt quibusdam accidere consueuit, qui supini decumbunt: quod & Arist. in problematis annotauit. siue breuiùs sic; Priapismus, est permanens colis auctio ac tumefactio. quali habitu Priapus deus ille Lampsacenus, & Ithyphallus olim depingi solebat, vt ipse adeo Gal. tradit lib. 6. loc. aff. Fieri autem potest, vt nullo præcipuo proprióque colem infestante affectu, causa priapismi ad arterias referatur: vtpote quæ solæ interdum huiusmodi habeant præter naturam affectionem: quali videlicet affici consueuerint, cùm naturaliter totus coles intenditur. Atqui à spiritu in tumorem, ipsum attolli, manifestè patet iis, qui celeritatem eius & cùm intumescit, & cùm iterum residet, perpendût. quippe nullus humor tam subitam in alterutrâ partem mutationem efficere posset; quicquid Gal. de epilepsia à pituita excitata, alibi ratiocinetur, rectiùs nunc loco dicto philosophatus. His sic se habentibus, cùm in corporum dissectione, magnæ videantur arteriæ in pudêdum (exiguam scilicet particulam) irruere; sitque coles, essentiâ talis, qualem in nulla alia parte videre est; vtpote cuius corpus neruosum sit, ac vndiquaque fistulosum; exceptâ ea parte, quam glandem vocant: quid aliud excogitauerit quis, quàm quòd à vaporoso spiritu ab arteriis affluente, per extensiones in tumorem attollatur? Ideóque glandem, æqualem semper habere magnitudinem, ibidem asserit Galenus; quod fistulosus in ipsam neruus non ingreditur. cui tamen experientia refragatur; balano multò vastiore ac tumidiore ad coïtum incitata, quàm post rem veneream peractam, exclusis spiritibus: quod idem comparatione viui ad mortuû facilè diiudicatur. Ergo quid causæ est, cùm libidinis impetu quis stimulatur, aut vbi ob supinum decubitû calfacti sunt lumbi, vt coles extendatur? Nempe hac inuêta, facilè priapismi quoque affectionem inuenire nos posse speramus. Quòd verò princeps causa, sit plenitudo vel arteriarum, vel nerui fistulosi, aut etiam vtriusque, cùm ex priore conditione mutantur, palàm constat. quem Galeni locum, & plures alios si Columbus obseruasset, non sibi immerenti inuentionem pulchræ causæ vendicasset.

Gal. reprehenditur suo contra se vsu, à N.

Colis substantia qualis, & cur facilè arrigat.

An glans nunquam inarrigescat, & cur. N. falsum.

Priapismi & arrectionis priapi causa.

Columbus notatur.

Auicennas fen. 20. de dispos. genera. masculi. Et scias (inquit) quòd virgæ aduenit virtus erectionis & ventositas à corde: & aduenit ei sensus ex cerebro & nucha: & aduenit ei sanitas æqualis & desiderium ex hepate. & desiderium naturale, quandoque fit ei causa tenum. & apud me principium eius est ex corde. hæc Arabum princeps Auicennas. Constantinus autem Aphricanus hunc ducem secutus; Tria sunt in coïtu (ait lib. de coïtu) appetitus excogitatione phantastica ortus, spiritus, & humor. Appetitus ab hepate, spiritus à corde, humor à cerebro. sed de his posthàc pluribus, & loco opportuniore.

Penis arrectio, & sensus, vnde: item voluptas.

In coïtu tria concurrunt appetitus, spiritus, humor: vnde tria hæc.

Digitized by Google

De præputio & circumcisione.

Præputij vsus & origo, à similis, & vnde dicatur.

DE præputio dixi in nomenclatura partium simul cum cæteris loci huius appellationibus. hoc tantùm nunc adiiciam; Quod vna pharyngi; quod nympha vtero, id summæ glandi præputiũ efficere, vt partem teneram, mollem, læuem, lubricam, lasciuam tueatur ac muniat, atque ab aspero tactu rerum externarum protegat tegmen illud cutaceum, de membrana penis carnosa, déque cute suprema coalitum, & adduci & reduci non sine voluptate in coïtu affricanda, & facile & promptum. Quod nescio an à præponendo dictum videri, ob dictam rationem, possit: an, vt quidem tentur, ex eo quòd præputetur, non tantùm Iudæorũ more, sed etiam earum gentium, quas antè in onomasia partium corporis humani appellaui.

Virginum nobilium nympha præcidi solita, vbi.

cùm & Ægyptij, & Phœnices nubilibus virginibus, aut iamiam sponsis futuris, caruncularam ab vtero longiùs propendentem resecare pariter solerent. sic Æthiopes non secùs fœminas, atque Hebræi suos mares circuncidere. Quas

Partes minimi superuacaneæ naturæ.

tamen vtique partes natura nunquam creasset, nisi certo & necessario vsui futuras animaduertisset. & Romani Hebræos multis probris incesserunt, ob morem gentilitium præputij amputandi; Apellas, & Verpos, & Recutitos

Probra in Iudæos circumcisos solita.

nominando; atque aliis vix ferendis conuitiis lacessentes. suo vt iure quodam illis respondere Virgiliano hoc versu possint;

Parcùs ista viris tamen obiectare memento.

Emanuerò inter cæteros, Persius sat. 5.

—— recutitæq; Sabbatha pallet.

& Martialis,

Nec recutitorum fugis inguina Iudæorum. idem,

Delapsa est misero fibula, verpus erat.

Horatius, *—— credit Iudæus apella.* quasi sine pelle; allusione ad Græcum vocabulum, ἀκροβυστος. Iuuenalis 14.

Quidam sortiti metuentem sabbatha patrem.
Nil præter nubes & cæli numen adorant:
Nec distare putant humana carne suillam,
Qua pater abstinuit: mox & præputia ponunt.
Romanas autem soliti contemnere leges.
Iudaicum discunt, & seruant, & metuunt ius,
Tradidit arcano quodcumque volumine Moses,
Non monstrare vias eadem nisi sacra colenti.

Ironia in Iudæos, & calumnia Iuuenalis & Taciti historici. Moses.

ibidem,

Quæsitum ad fontem solos deducere verpus.

Cornelius Tacitus lib. 21. multa nefariè de Iudæis commentus, ac profectò mentitus; Separati epulis, ait, discreti cubilibus, proiectissima ad libidinem gens, alienarum concubitu abstinent. inter se nihil illicitum. circuncidere genitalia instituêre, vt diuersitate noscantur. trãsgressi in morem eorum, idem vsurpant. nec quicquam priùs imbuuntur, quàm contemnere deos, exuere patriam; parentes, liberos, fratres, vilia habere. & quæ sequuntur similiter antecedentibus falsa pleraque. Sed hæc conuitia parui faciunt, quibus lege diuinâ nihil priùs, nihil antiquius haberur. Moses autem genes. 17. pactum Dei cum Abrahamo, hoc

De Iudæorum superstitiosis moribus.

Dei cum Abrahamo

symbolo comprehendit; Hoc est pactum meum, quod obseruabitis inter me & vos, & semen tuum post te. Circumcidetur ex vobis omne masculinum. & circuncidetis carnem præputij vestri; vt sit in signum fœderis inter me & vos. Infans octo dierum circuncidetur in vobis. & quæ ibidem plura in eandem sententiam: & Leuitici 12. sanciuntur in legem perpetuam, aut saltem tamdiu obseruandam, donec nouo & sanctiore & verecundiore ritu baptismi purissimi (cuius typum gerebat circuncisio) per nouum legislatorem & mediatorem Christum aboleretur. Paruit autè Abraham Domino, & omne semen electum. quin & Mosi in Ægyptum eunti, iratus Dominus mortem comminatus est, ob neglectum circuncisionis præceptum. At Sephora coniux tulit illico acutissimam petram, siue silicem, & circuncîdit præputium filij sui: tetigitque pedes eius, & ait; Sponsus sanguinum tu mihi es, ob circuncisionem. Exodi 4. At Dauid cùm à Saule accepisset conditionem nuptiarum Michol filiæ regis, vt centum præputia Philistinorum bello victor sibi referret (cùm tamẽ Dauidis mortem tex percuperet atque vrgeret) ipse cum suis expeditus contendit in Accaron, & percussit ex Philist im duc.entos viros, & attulit eorum præputia, & annumerauit ea regi, vt esset gener eius. quibus spontalibus ac paraphernis contẽtus Saul, dedit Dauidi Michol filiam suã vxorem, vt scribitur lib. 1. Reg. cap. 18. Quin & Timotheum longo pòst tempore Paulus circuncidit Act. 16. consilium ex tempore capiens, & Iudæorum te ingenus accommodans: quòd inter Iudæos Iudæus versaretur: & ipse Timotheus Græci quidem patris, fidelis autem Iudææ matris esset filius, ait Nicephorus cap. 19. lib. 2. Cùm tamen Paulus de extinguẽda circuncisione diu multúmque postea laborauit, vt actus apostol. & epistolæ eiusdem declarant. Quin & hunc circuncidendi morem aboleri postea visum apostolis in Ierusalem congregatis, edicto eo promulgato primæ olim synodi, quod cap. 15. act. apost. conceptis verbis exprimitur atque inuulgatur. Sed quamobrem hoc signum & symbolũ Deus elegerit, omni castimoniâ, syncritate, puritate, verecundiâ, modestiâ gaudens, sanctus & purus, nondum potui excogitare: cùm multa alia vel in corpore humano, vel extra corpus humanum captare & sancire potuerit. Nam & lex XII. tabularum præcepit, Ad deos accedunto castè. & Leuitici 11. Sancti eritis, quia & ego sanctus sum, ait Dominus. An vt Iudæorum gentem sibi velut mancipi seu mãcupi, hoc signo (quod alij raso capillitio faciũt) designaret? an vt ab omni spurcitia & fornicatione reuocaret? an vt fragilitatis illos humanæ admoneret? an vt à contrahendis cum alienigena gente matrimoniis abduceret? an vt eos de cordis & mentis castitate atque integritate, resectis omnibus vitiis superfluis, commonefacerer? Quorsum & Paulus dixit ex Deuteron. 10. Circuncidite præputia cordis vestri. & Christus Ioan. 7. circuncisionem à Mose;

pactum de circuncisione.

Baptismus supplet locũ circuncisionis, parus fordente.

Historia circuncisi Mosis filij.

Historia Dauidis 100. præputijs Michol pacisc entis in sponsalia.

Historia Pauli Timotheum circumcidentis.

Paulus destruit circuncisionem. Item concilium apostol.

Dubium. Cur Deus circuncidi Iudæos voluit? N. rationes variæ.

Deus sanctus gaudet sanctimonia.

imò ne à Moſe quidem, ſed à patribus repetit. *Circumciſio quorſum valeat.* Et quidem circunciſio nihil eſt, & præputium nihil eſt: ſed obſeruatio mandatorum Dei, ait Paulus 1. Corinth. 7. & ad Galat. 5. Nam in Chriſto Ieſu neque circunciſio aliquid valet, neque præputium: ſed fides quæ per charitatem operatur. Sed placet Origenis aliquot verba in illum Geneſ. locum adſcribere, ξυνοπτικώτατα peracutæ ac liberrimæ. Vos (inquit) ô populus Dei, & populus in acquiſitionem electus, ad enarrandas virtutes Dei, ſuſcipite dignam circunciſionem verbi Dei in auribus veſtris, & in labiis, & in corde, & in omnibus omnino membris veſtris. vbi mox ſigillatim de modo circuncidendi aures, labia, cor, guſtum. vt horum exemplo, de circunciſione membrorum omnium intelligas, in obſequium Dei captiuandorum, vt officiis mandatorum Dei deſeruiant. & mox, Confer (ſubdit idem) hæc noſtra cum Iudaïcis fabulis, & narrationibus fœtidis: & vide ſi in illis, an in his, quæ in Chriſti eccleſia prædicantur, circunciſio diuinitùs obſeruetur. Si non etiam ipſe ſentis & intelligis hanc eccleſiæ circunciſionem honeſtam, ſanctam, Deo dignam: Iudæorum autem turpem, fœdam, deformem, ipſo etiam habitu & aſpectu καύσωνος præferentem. hæc ille planè liberè, & vt philoſophum & Chriſtianum decet, ad circunciſionis vſum abrogandum, velut oſcæ, fœdæ, ſpurcæ & abominandæ. Sed ſatis hac de re in præſentia, per quandam digreſſionem dictum eſt: nam theologica alibi diſceptabuntur: medicinalia nunc verſamus.

Circumciſio Chriſtianorum in quo conſiſtat, quóq. modo.

Iudaica & Chriſtianæ legis comparatio: item circunciſionis & baptiſmo.

Origenes deteſtatur circunciſionem præputiorum.

De Teſtibus. CAP. V.

Tranſitio. VErumenimuerò cùm penis naturam totam hactenus, vt puto, examinauerimus; proximum eſt de teſtibus vtrinque illi adiacentibus inquirere; nondum tamen muliebribus, de quibus in vteri inquiſitione conſtructionis commodiùs dicetur. Hos autem quis primus, teſtes; ſeu diminutionis formâ, teſticulos appellare inſtituerit, vel pari ratione Græcè διδύμους, quaſi gemellos indigitarit, neſcio: hoc tamen ſcio, ſolerti præditum hominem fuiſſe ingenio, qui partis naturam penitiùs conſideraſſet. nam ita naturali lege comparatum eſt, vt nonniſi gemini in vnoquoque hominum inuenianiur. niſi ſi paucis quibuſdam. vt ren vnicus, ſic vnicus teſtis à natura ineſt: paucis adeo & tertius quidam accreſcit. ſicuti & paucioribus duplex in pene via, altera vrinæ, altera ſemini deſtinata. ſed quod rarum eſt, id ſub artem non cadit.

Teſtium & διδύμων appellationum ratio.

Teſtis quibuſdam vnus, duo, tres.

Item gemini penes ductus. Quadruplex.

Illud ratione non caret, ſiquis ambigat, vir ſit an mulier, cùm cætera fortè communia reſpõdeant, non aliunde certius teſtimonium, quàm à teſtibus ipſis captari. qui ideo reuerâ teſtes ſunt, quòd de ſexu virili certiſſimè teſtétur, atq. indubitatum edant teſtimonium. Qui ſi conſulti in creando Papa Ioanne 8. fuiſſent, ſatis vtiq. indicaſſent, non Ioannem, ſed Ioannam; non Papam, ſed Papiſſam; non filiorum in fide Chriſtiana gignendorum parentem, ſed ex inceſto famuli coïtu, nothi cuiuſdam filij matrem futuram. iuuat autem feſtiuam Platinæ narrationem hanc de re audire, antequàm ad rem ipſam explicandam deueniamus.

Teſtes atteſtantur ſexum: & cur dicti.

Hiſtoria Ioannæ Papiſſæ apud plerosque (*apocrypha.*) *Ariſtoteli.*

Iohannes Anglicus ex Maguntiaco oriundus, malis artibus (vt aiunt) põtificatum adeptus eſt: mentitus nempe ſexum, cùm fœmina eſſet, adoleſcẽs admodùm Athenas cum amatore viro docto proficiſcitur, ibíque profeſſores bonarum artium audiendo tantùm profecit, vt Romam veniens, paucos admodùm etiã in ſacris literis pares haberet, nedum ſuperiores. Legendo autem & diſputando doctè & acutè, tantum beneuolẽtiæ & authoritatis ſibi comparauit, vt mortuo Leone, in eius locum (vt Martinus ait) omnium conſenſu Pontifex crearetur. Verùm poſtea à ſerno compreſſa, cùm aliquandiu occultè ventrem tuliſſet; tandem dum ad Lateranenſem baſilicam proficiſceretur, inter theatrum, quod Coloſſæum vocant, à Neronis coloſſo, & ſecundùm Clemẽtem, doloribus circumuenta peperit, eóque loci mortua, Pontificatus ſui anno II. menſe I. diebus IIII. ſine vllo honore ſepelitur. Sunt qui hæc duo ſcribant; Pontificem ipſum, quãdo ad Lateranenſem baſilicam proficiſcitur, deteſtandi facinoris cauſſa, & viam illam conſultò declinare: & eiuſdem vitandi erroris cauſſa, dum primò in ſede Petri collocatur, ad eam rem perforata, genitalia ab vltimo diacono attrectari. De primo non abnuerim: de ſecundo ita ſentio: ſedem illam ad id paratam eſſe, vt qui in tanto magiſtratu conſtitu tur, ſciat ſe non Deum, ſed hominem eſſe, & neceſſitatibus naturæ, vtpote egerendi, ſub[illegible]ũ eſſe. vnde meritò ſtercoraria ſedes vocatur. Hæc quæ dixi, vulgo feruntur, incertis tamen & obſcuris authoribus. quæ ideo ponere breuiter & nudè inſtitui, ne obſtinatè nimiùm & pertinaciter omiſiſſe videar, quod ferè omnes affirmant. erremus etiam nos in hac re cum vulgo. quanquam appareat, ea quæ dixi, ex his eſſe, quæ fieri poſſe creduntur. hæc ille. vide apud eundem contrarias Onuphrij rationes. venio autem deinceps ad naturæ hiſtoriam.

Ioanna cujas, ſtudia, deſtrima, inceſtus, partus, mors, ſepultura confdi.

Mos in explorando Papa ſexu.

Cur Papa inſideas ſedi perforatæ.

De Teſtium naturali compoſitione, ex recentiorum & noſtra ſententia.

TEſtium naturam & compoſitionem quoniam Galenus variè & diuerſimodè tractat, & per partes & particulas modò hîc, modò illic vtcumque deſcribit: ideo ſic aliunde faciamus: deinde variis ab eo petitis locis exornemus. Teſtes igitur, qui & Græcis ὄρχεις (fortè quòd ὄρον χέουσι, vrinam profundere putentur) glandoſa hi quadam conſtãt ſubſtantia, ſicuti lib. 3. aliment. facult. Gal. tradit; eáque molli, rara, laxa, lactea, fragili, alba, oblonga & tereti (de muliebribus latioribus & laxioribus poſthàc conſtabit) humiliori tamen parte obtuſa & ampla, tota autem cauernoſa & ſpongioſa, exiguis tenuibúſque venulis in totum peruia atque oppleta (citra cauitatem inſignem tamen, velut ſeminis receptaculum, vt quidam

ὄρχεις vnde dicti.

Teſtium ſubſtantia, figura, vſus.

Teſtibus nulla tamen rece-

Digitized by Google

piendò ſemina.

arbitrantur) ipſo habitu, vſum naturalem toto præ ſe ferente: quia ſemini genetando & coquendo ſunt à natura deſtinati, vt mox pluribus patebit, cùm Galeni aduerſus Ariſtotelem rationes expendentur. Et verò maribus illi ob vim innati caloris, foris prominent: fœminis contrà, ob natiui frigoris intemperiem, intus occultantur. Sunt qui ouorum figuræ comparent, ſi paulò rotundiores forent: quales vtique ſunt, vbi reliquis ademptis, ſola glàs relinquitur. quo nomine & à nonnullis, vt Auicenna & vulgo, oua denominantur.

Teſtes cur maribus, foris, fœminis intus.

Teſtium cum ouis comparatio.

Teſtes multiplicibus ad ſecuritatem & vſum iuuandum, circundantur tunicis, ceu inuoluceris; & quidem nominibus etiam diſtinctis, nullo vſquam interueniente adipe. Quarum quæ intima & teſti contigua eſt (quod de vno dico, idem de altero dictum intelligi volo) ἐπιδιδυμὶς ex eo vocatur, quaſi ſupergeminalis; quòd ἐπὶ τοῖς διδύμοις, ſupra teſtes inſternatur. quibuſdam etiam ἐπιδίδυμον pari cauſſa dicitur. Veſalius nomine quidem ipſo cum dicto confundit. Galenus lib. 1. de ſemine, pro capite teſtis habendam epididymida cenſet, ſemine turgido, vt pòſt repetam. Hanc epididymidem ſuperior proximè inueſtit ὑπερώνδις vocata; quòd modicum ruborem ſpecie præ ſe ferat, tum ex ſe & ſuis venulis, tum ob muſculum teſticuli talem colorem à natura adeptum. ſic enim malo, quàm vt ἀπὸ τῶ ἐλύτρω ἢ ἐ ὑμὴν, à velamento ſeu vagina denominari dicatur, ῥ in λ mutato. aut ſi malis, ὑμενδὶς, quaſi capreolaris; quòd venarum & arteriarum capreolos gyróſque inuoluat. Hanc deſuper inuoluit δαρτὸς ἢ δέρμα, quaſi δέρις, cutis ſeu corium; ἀπὸ τῶ δέρειν, ab excoriando denominata; quòd à circũpoſitis excoriando diuelli cõmodè poſſit, nonnuſquam humore quodam intercurrente diffluens. Vltima tandem atque omnium ſuprema extimáque, & quæ in rugas ſuperiori cute contrahitur, & quam media linea dirimit (de his enim appellatiunculis dictum in onomaſia partium antè fuit) ſubiectam membranam carnoſam habens adnatam; cum qua vtrumque teſtem extrinſecùs ambit; Græcis ὀχεὺς, ὁ ὀχὴ, ἡ ὄχεον: ſcrotum ſeu ſcortum à Latinis dicitur, quòd ſcortea ſit, ſiue coriacea, alutæ naturam referens. & verò Graiis illo nomine, per ἀ vel marſupium ſolet appellari, à cuius tum forma, tum vſu recondendorum teſticulorum, illud idem oſcheon parum differt. Hæ ſunt genuinæ & primariæ teſtem componentes partes: quarum de vſu paulò pòſt copioſiùs. vt ſimul intelligas, communes particulas his minimè deeſſe: ſed muſculos, neruos, venas, arterias ſuppetere, quales & quantas natura partium flagitat. Ac muſculi quidem teſtium, peculiari nomine ab vſu, κρεμαῆρες vocantur, ἀπὸ τοῦ κρεμᾶν ἢ κρεμάζειν, quia ſuſpendunt teſticulos, vtrinq. vnus à muſculis ilium exortus. Vt interim illud Galeni annotes ex 14. lib. de vſu part. Matricibus totis, & partibus muſculorum omnibus, quæ ad teſticulos & ſcrorum pertinent, pauciſſimis opus fuiſſe neruis, qui ad ipſas diſtribuerentur: vt quæ neq. ad ſenſum exactiorem, neque ad motum aliquem voluntarium inſeruiant, ſed ne meatus quidem ſint excrementorum, velut inteſtina. At virga maris, & matricum collum, atque alia quæ ad pudendum ipſum pertinent, tanquam ſenſum quendam exactiorem, ob cœtum venereum poſtulent, meritò neruos plures ſunt adepta. Si igitur memineris, nos demonſtraſſe, hepar, & lienem, & renes, neruis minimis indigere: & præterea partes genitales, præter eas quæ ad pudẽdum pertinent; deinde videris in animalium diſſectionibus, partes genitales, quomodo & prædicta viſcera, neruis exiguis eſſe præditas: ſolas verò eas, quæ ſunt circa pudendũ, neruos inſignes magis habere: certò ſcio, te in eo quoque iuſtitiam naturæ admiraturum. hæc ille.

Teſtium compoſitio, & tunicarum nomina, & ordo, & vſus, appellationiſq. ratio.

Epididymides varia ſignificatio.

ἐπισπονδὶς parum quid ἐνόρχεως, à No.

Oſcheon, ſcrotum, cur dicatur.

Cremaſtêres qui, & unde dicti.

Penis, & collũ vteri multis abũdãt neruis, quorſum.

Hepati, lieni, renib. pauci nerui, tur.

Sed de vaſis ſeminalibus, ſiue σπερματικοῖς vtrique teſti propriis dicturo aduerte nunc mihi diligenter. Ad ſingulos igitur teſtes ſingulæ pertingunt venæ & arteriæ ſeminales dictæ, de magna vena & arteria aorta pronatæ, hunc quidem ferè in modum. Infra renes & renum vaſa, de medio anteriori venæ cauæ caudice, vena quædam inſignis exoritur, quæ dextra dextrum accedit teſtem, quo mox dicetur modo. In ſiniſtra tamen vena, diuerſus eſt ortus: ſiquidem ex eodem illo ramo à vena caua expromptο, qui ad renem ſiniſtrum fertur, & mixtam vrinam deferre dictus eſt (emulgentem Columbus etiamnum appellat) eóque inferiore, vena deciditur, quæ ad ſiniſtrum teſtẽ pari ratione deſcendit, qua & de dextra nuper dixi. Nonnunquam tamen & à ſiniſtro venæ cauæ caudicis latere, & à dextri renis vena (vt nuper de ſiniſtra ſeminali diximus) ramulus exoritur, qui principali commemoratæ venæ ſpermaticæ commiſcetur dexter dextræ, ſiniſter ſiniſtræ. Realdus dextram à vena caua ſub emulgente: ſiniſtram non à trunco venæ cauæ, ne in deſcenſu, ſupra magnam, craſſam, dẽſam, ſemper pulſantem arteriam inuecta, rumpi periclitaretur: ſed ab ipſamet emulgente deducit: & eorum ridet opinionem, qui ideo ſiniſtram ſeminalem ab emulgente originem trahere cenſuerunt, vt delatus inde ad teſtes ſalſus ille liquor, ſua titillatione voluptatem in coïtu augeret: de quo nos alibi ex Galeno.

De ſpermatis vaſis ſeminalibus: eorundem ortu, numero, ductu.

Ac primùm de venis.

Natura ſpermatis in vaſis ſpermaticis.

Columbi ſententia de ſiniſtra emulgente ſeminali.

Arteriarum ſeminalium facilior eſt dignotio: ambæ enim de magno aortæ deſcendentis anteriore caudice, & trunco ſub emulgentibus, ex oppoſito proximo ortu deprompræ, paulò infra eum, à quo loco exoriri dextram ſeminalem venam diximus (Galenus ſiniſtram à ſiniſtra emulgente deriuabat) tandiu deorſum feruntur ſingulæ ſuo teſti inferendæ dextra dextro, ſiniſtra ſiniſtro, donec venas ſpermaticas dictas inferiores aſſecutæ, cum iiſdem velut coniugibus commiſcentur, & confunduntur, ac mutuis oſculis per ἀναστόμωσιν inhiãt: vniuerſæ in ſuo deſcenſu cum peritonæo per fibras colligatæ, & ab eodem accepta tunica diligenter inuolutæ. Neque enim peritonæos, hæc vaſa nuda vſquam deſerit, ne vicinià aſperiore offendantur, aut viæ ductu longiore collidantur. Hoc interim notauit Veſalius, dextrã

De arteriis ſeminalibus & earum ortu, progreſſu, & cum venis congreſſu.

Tunicæ vaſorum ſeminalium, unde, & quorſum.

Vtero, & muſculis teſtium & ſcroti, pauci nerui, cur.

Arteria innecta vena, contra morem.

Sinistra arteria seminalis defectus.

seminalem arteriam caudici venæ cauæ inuehi: quod alioqui rarò arteriis contingit, ferè semper venas superpositas habentibus. Et quod magis mirum, sinistram arteriam spermaticam nonnullis deesse; quibus sinistra vena seminalis solito amplior, huius vicem suppleat.

Ergo venæ & arteriæ vtræque seminales ita connexæ vt diximus, & supra vrinarium è directo meatum supergressæ, vbi ad ossis coxendicis sedem peruenêre, peritonæum iuxta internum eius musculi latus penetrant (Vnus tamen Fernelius sese reliquis opponit, nusquã perforari peritoneum contendens; vt quodam veluti foramine, ductus seminarij in scrotum illabantur.) deinde ex magna peritonæi amplitudine procidentes, cum neruulo testiũ proprio (qui ferè à spinali oritur medulla, interdũ de sexto cerebri pari restat) in proprium testis inuolucrum erythroïdes, & intimam epididymida se condunt. Quò priusquàm perueniant, paulò postquàm peritonæo exciderunt, obliquè descendentes, confusæ simul inter sese, pyramydis formam quandam inchoant, anteriùs & posteriùs depressæ: cuius conus loco illo superiore dicto eminet, basis infrà subsidit; vbi elatiori testis parti (sunt qui caput testis vocitent) inseruntur. Quo toto pyramidali contextu, mirũ dictu est, quot gyris & anfractibus inter se reuoluantur & implicentur; quò longâ illâ morâ, semen album de sanguine rubro in se contento, excrementum benignum tertiæ concoctionis (ait Galenus; Auicennas autem quartæ) vi tum vasorum ipsorum, tum proximorum testium elaboretur, vt postea disertissimis Galeni verbis audies. nunc enim testium fabricam tantùm delibamus; quã ille diuulsam, minùs accuratè forsan tradiderat. Hunc autem vasorum dictum multiplicem implexum, Græci à similitudine varicum, φλεβοειδῆ κιρσοειδῆ denominarunt: & ita post Herophilum, Galenus. Dixeris bombycum aut erucarum nidum vel officinam hanc esse, huc illuc multimodè traiectis velut filamentis. Tandem verò eadem illa vasa, per elatiorem sedem testi vtrinque committuntur: horum quidem duritiem priùs excipiente epididymide, intimâ & proximâ tunicâ, vt patebit: & per totam testium substantiam mollem ac fungosam disperguntur, dimissis interim aliquot in superiores eorum tunicas venis, quot & quantis tum ad alimentum partium, tum ad semen elaborandum opus sit, vt postea declarabo, de testium nutrimẽto dicturus. Atque hæc nunc quidem de vasis spermaticis, quæ ab officio, vel deferentia, vel præparantia nuncupantur. & quidem præparantia, quatenus materiam testiculis parandam, & in semen conuertendam important: deferentia autem, quatenus eandem materiam iam confectam & elaboratam, à testibus ad penis radicem deferunt: & quidem bina hæc, illa verò quaterna, vt patebit.

An vasa seminalia peritonæum perforent, & vbi.

Nerulus testium, vnde.

Vasorum spermaticorum insertio in testẽ, qualis: eorundem forma.

Pyramis è vasis seminalibus qui fiat, & quorsum.

Semen vbi generetur, & qua vi.

Parastata varicis forma, qui, & qualis.

à simili.

Vasorum seminalium insertio in testes, quô fiat, & vbi.

Vasa spermatica, deferentia & præparantia, cur dicantur, & vsus ac numerus.

Vas ejaculatorium,

Demùm ab huius varicosi parastatæ externo latere, quà testi implantatur, contiguum quidem, sed minimè continuum incipit aliud quoddam vas & ipsum seminale, quod ab officio necnon ejaculatorium videtur cognominari. cuius ea quidem est structura, quantum licet assequi. Corpus album, neruosum, duriusculum, intimæ testis tunicæ epididymidi adnascitur; & verò ex ea, vt apparet, enascitur (ne de vena & arteria seminali coalescere putes: quod hactenus credideram: nisi hunc scrupum mihi ex animo diligentissimus Vetalius exemisset) testis figuræ rotundæ sese applicans: ideo cauum subtus, foris autem gibbũ quodammodo teréisque, cum quadam latitudine inæquali: vt nonnullis imponat, velut arterius testis loco ipsum habentibus. Hoc igitur corpus, quod & quale diximus, secundùm varicosi corporis posteriora, ab eo tamen diuulsum, fertur deorsum primò, donec testiculum ponè, ob maiorem securitatem, subiens (quod de vno dico, de vtroque semper dictum accipe) demùm peracto circuitu, sursum atrolli incipit, ab epididymide nondum recedens; donec peregrato teste, capreolo vitis, formâ & gyro simile æquabili tunc crassitie, per latera eiusdem reuolutum, vermiculi instar crispatum (ideo lumbricum Arabes vocarunt) paulatim gracilescens, insigni semper in viuis cauitate, & vbique præditum, exiguâ tamen ad sensum apparente, rectà sursum adrepit, tereti neruo tunc simillimum: obuio iam inuento dicto corpori varicoso anteriori tantisper cõnexum, donec peritonæum ad foramen vasorum seminalium descriptorum, sub his eiusdẽ securitatis gratiâ latens, in posteriora reflexũ, penetrat. indéque ad posteriorem ossis pubis sedem reductum, & posteriori peritonæi parti connexum, vrinario meatui inuehitur, vesicã subiens, recto autem intestino incumbens. sic eius teneritudini, & longo atque anfractuoso itineri, atque vsus dignitati consultum Natura voluit. quo tandem loco, vtrumque vtrinque sibi appropinquans, diuerso illo tam longo itinere in orbem quendam peracto atque emenso, paulatim tandem dilatescens & crassescens, in vesicæ ceruicis initium supremum conditur: non iam duobus, sed vnico ductu coalescens, glandoso dicendo mox parastatæ immergendum. quò simul ac semel ab vtroque teste delatum semen in vterum effundatur, cõmuni quidem via per vrêthram vocatam, ductum vrinæ & semini communem; in quem pori spermatici ambo in vnum coalescentes inseruntur; non vbi pudendi medium attigerint, antea ab vrinæ ductu diuersi, vt Fernelius putat: vt tandem extremo pene, vnicus cernatur canalis: sed iam à penis initio, & colli vesicæ, quà parastatas illis vasis circunferri diximus, vel adeo supra sphinctêrem vesicæ positos, si Vesalio credimus: vel potiùs eidem implicitos & circunuolutos. Hunc πῆρον σπερματικὸν, ductum seminalem vocabat Herophilus: vulgus Anatomicorum, vas deferens aut ejaculatorium ab officio, vti dixi, denominat: quia semen in se tam longâ morâ & ambage perfectiùs elaboratum, & à testibus inter eas

cum compositio, forma, vsus q. ductus & insertio.

Cautio de eius ortu.

Vas ejaculatorium vermiforme, sine Gr. etymologia.

Ambobus vasorum ejaculatorum vnitio & insertio, & vsus.

Communis ductus vrinæ & seminis vasis.

Spermaticorum insertio peruersa.

Vas deferẽs & ejaculatorium, cur dictũ, eiusque vsus & insertio.

Digitized by Google

moras emulsum, pérque parua quædam, vt putant, foraminula transumptum, in vrêthrã penis eiaculatur; tenui quodam foramine, & vix in mortuis conspicuo; velut pluribus exiguis poris spongiosis cribrato, coïtus tempore cum magna partium earum præcipuè voluptate excernendum. Quo in ductu, dum semen feruidum diutiùs præterfluit, ins anguſtijs & gyris interceptum, & ad exitum glisCens, mirabili titillatu genitales loculos afficit (nam quieto illo & immoto nihil tale accidit, licet cætera dicenda semper adsint) éstque vna illa & præcipua coïtus tum voluptas, tum voluptatis (vt arbitror) sedes primaria: de qua tamen pòst inter problemata. Namque si amplo & recto meatu semen efferretur, & minor multò, & certè tantò breuior voluptas in concumbendo foret: quam & mora, & sinus isti obliqui tantopere augent accedente seminis acrimoniâ quadam lancinante, vt patebit suo demùm loco; & sensu partium genitalium exquisito; & spiritu multo exhalante, simúlque cum semine foràs emisso.

Enimuerò de testibus hoc breuiter dicam: me omnino fugere, quibus vasis aut ductibus vas hoc eiaculatorium, semen ab illis emulgeat, ac velut exugat; cùm nulla admodùm oscula conspiciantur. Vt ea vis ἀπορροφητικὴ (vt ita dicam) quodammodo propria atque insita varicoso isti corpori tam obliquo, tam implicito conuolutóque videri possit, planè albicanti: quam adiuuet vicinitas & calor testium: Aut sanè ipsi testes semen vi insitâ suâ elaborent, inque idem illud varicosum corpus, per occulta & perquàm exigua valorum epididymidem traijcientium oscula refundant, vt Galenus tradit; & ad vrêthram viâ commoratâ deuehant: non tamen quolibet tempore aut occasione semen illud profundendum, quanuis nullo præfecto sphinctêre constringatur. sed postquàm incaluit semen, & spiritus genitalis commotus, ampliùs tam exiguis vasis cohiberi nequit, & iamiam foràs impetu quodam prosilire gestit; distentis meatibus illis spermaticis, qui antè & pòst ferè semper conniuent; nequid seminis præter naturæ institutum, & hominis sani arbitrium præterfluat. Alioqui enim gonorrhœa laborantibus assiduè exsillat; citra tamen voluptatis sensum, vt alias dicetur, & citra voluntatis imperium.

Quin & hoc aldo; non eam esse testium naturam, quam plerique arbitrantur: vt insigni aliqua capacitate, semen à se elaboratum recondant; quo turgescere ac repleri Galenus ipse sub finem lib. 1. de semine asserit. Nulla enim in illis capacitas talis inuenitur: sed densa quædam & æqualis compages omnino glandulosa. Licet aprè mammis comparentur: quia vt hæ lac de sanguine; sic illi de sanguine semen conficiunt (nam lac & semen nihil aliud, quàm sanguen album haberi debet) proprietate substantiæ sibi assimilando, vi quadam inde dicta ὁμοιομερικῇ, de qua posthàc dicetur. Vesalius hanc vim hepati defert, de chylo sanguinem natiua proprietate demutandi. Sed mammis & hepati venæ insignes insunt, quæ confectum lac & sanguinem contineant. in testibus, ea est venularum semen continentium anguſtia, vix vt discernere obtutu liceat. compressione tamen vidi semen prosilire, vel adeo è teste mulicbri (& quidem ex hoc potiùs) contra Arist. sententiam, de qua postea.

Sic hepar sanguificat.

Vene lactis & sanguinis elaboratæ conspicuæ; semenis autem, obscuræ.

De Paraſtata & Proſtata.

Cæterùm quando eò peruentum est, licet iam paulò antè huius meminerimus, tamen nihil nocebit explicuisse diligentiùs naturam corporis cuiusdam glanduloſi inter vesicæ capacitatem & sphinctêrem eius interpositi: aut potiùs mox sub vesica & sphinctêre ipso collocati: in quod sese condere vas eiaculatorium nuper descriptum diximus. etymon nominis notauimus, ὅτι ἀπὸ παραστάσεως. vsum vtcumque attigimus, & mox ex Gal. repetemus. nunc autem eius naturam & constructionem rimati, dicimus primùm, nomen paraſtatæ esse homonymum, & ad duo significanda vsurpari solitum. est enim alter παραστατικὸς, qui à similitudine varicum, προστατικὸς, varico sus seu variciformis denominatur; éstque meo iudicio, id corpus glandulosum, pyramidale, quod proximè descripsimus, è vena & arteria seminali coalitum, & in testis caput simul inserrum, velut alterius cuiusdam testis similitudine à quoquidem paul'm diuulso & distracto separatóque, quidam προστάτης, quasi triorchis cognominantur. Fallopius tamen nomine παραστατικοῦ προστατικῆς ab Herophilo denominati, geminas nerueas vesiculas accipit, circa vesicæ cernicem vtrimque positas, multis anfractibus distinctas, copioso semine refertas, præsertim in longa rerũ venerearum intermissione, prope seminalium meatuum implantationem collocatas, veluti spermatis asseruandi, & particulatim expuendi excernendique penum & promptuarium, inter ligamenta recti intestini & vesicæ latitantes. Et quod mihi mirum fit, Vesalio diligentissimo Anatomico, quémque ille vt virum diuinum, & præceptorem veneratur, partis huius naturam minimè obseruatam ducit. Quæ ergo non alia possium corpora intelligere, quàm quæ paulò pòst, παραστάσεις ἀδενοειδεῖς sum vocitaturus. Qui autem προστατικὰς vocantur, hos perperàm Paulus Ægineta descripsit cap. 61. lib. 6. cùm dicit; Igitur testiculus, substantia quædam est glanduloſa, fragilis, ad vim genitricem seminis effecta. At nerui testium, quos Græci παραστάδας à προστάταις ab eo appellant, quòd ex illis genitales partes dependent, spinalis medullæ ex cerebri membrana propagines sunt, cum venis arterioſis ad testiculos pertinentes, per quos semen in naturalia permeat. (quòd tamen semen à cerebro non distillet, posthàc necessariis addicam rationibus.) Alterum verò corpus & ipsum glãdosum, eodem nomine, & pari etymo (dixi autem ὅτι ἀπὸ παραστάσεως, ab adstando; quia illud

Paraſtatarum situs, denominatio, homonymia, compositio & vsus.

Paraſtata genuina.

Paraſtata varicisormia.

Descriptio paraſtatarum, & vsus.

Contraria sic anatomicorum Vesalij cum Fallopio, &c.

Testium substantia, & vsus.

Paraſtata & tremastêres, qui.

N sed malè contra Paulum

Paulus insinuat semẽ à cerebro defluere.

N. sed perperam: de qua posthàc.

Nam N. dubium. An paraſtata varicosi sperma elaborant? testes autẽ alimentum? an recondunt & retinquunt: ille, sicuti vena sanguinem? vt testes hepar referant? Nam ne hepar quidẽ sanguinem continet, sicut neque testes semẽ

N non inesse testibus virilib constat. semen capacem adstruit.

Comparatio testiũ & mãmarum. & lactis ac seminis proportio.

Nam N. dubium. An paraſtata varicosi sperma elaborant? testes autẽ alimentum? an recondunt & retinquunt: ille, sicuti vena sanguinem? vt testes hepar referant? Nam ne hepar quidẽ sanguinem continet, sicut neque testes semẽ

N non inesse testibus virilib constat. semen capacem adstruit.

Comparatio testiũ & mãmarum. & lactis ac seminis proportio.

Voluptatis in coitu sedes, & occasio. & concussa.

Cur seminis ductus anguſti & obliqui.

N. dubium, quibus ductibus paraſtatarum sperma testibus eiaculatis.

ἀνώνυμος & ἀώνυμος, quis.

ἀνώνυμας vel ἀώνυμας nominant, in Strabum commentariis transegi, vt Remo & Romulo, Perseo, Æneæ, Homero, Platone, Tage, Merlino, Mithro, & aliis, quorum illic perstrinxi historiam.

An femina sine mare generet: & an sine vtroque generatio sit.

Verumtamen extra hominem, de aliis etiam animantium generibus inquirendum. Constat in Lusitania, ait Plinius lib. 8. cap. 42. circa Olyssiponem oppidum, & Tagum amnem, equas Fauonio flãte obuersas, animalem concipere spiritum; idque partum fieri & gigni pernicissimum ita, sed triennium vitæ non excedere. quòd idem ferè repetit cap. 25. lib. 16. & alibi nonnusquam. Idem verò cap. 60. lib. 10. Irrita oua, quæ hypenemia diximus, aut mutuâ fœminæ inter se libidinis imaginatione concipiunt, aut puluere: nec columbæ tantùm, sed & gallinæ, perdices, pauones, anseres, chenalopeces. Sed de his iam ante Plinium non rarò Aristoteles: sic autem cap. 1. lib. 3. genera. animal. Consistunt vel sponte conceptus In auium genere, quos subuentaneos & Zephyrios à Fauonio quidam appellant. & cap. 1. lib. 5. histor. animal. Nec desunt quæ mare vidua, sexu vno fœmineo formentur; quæ perinde vt aues pariunt, quæ vento oua concipiunt: quibus ab argumento conceptus, nomen hypenemia, quasi subuentanea, inditum est. Verùm ea quæ aues concipiunt, omnia sunt infœcunda. ita enim eorum natura nihil vltra ouum creare potest, nisi quo alio modo maris operâ contingat. Idem repetit cap. 2. lib. 5. histor. animal. vbi & hoc adiicit; Sunt qui hypenemia, id est subuentaneos illos partus, Zephyria nominent; eò quòd verno tempore aues flatus illos fœcundos ex Fauonio recipere videantur. sed idem faciunt etiam, si digito in genitali palpetur. Redditur certè subuentaneum illud ouum fœcundum, & quod iam cõceptum per coïtum est, transit in genus diuersum, si priùs coëat. & quæ plura sequuntur, repetita etiam lib. 3. de genera. animal. Ex quo Galenus lib. 2. de semine multa disseruit de ouis, quæ sine vlla maris commixtione concepta, subuentanea & zephyria appellantur. Animalia enim, quæ sicciore temperaturâ sunt, vt aues pleræque, & pisces etiam non pauci, oua gignere sine maris concubitu solent. quanquam deest semper aliquid etiam his ad perfectionem, nisi masculi caloris vigor accesserit. sed de hoc etiam alibi ex lib. de vsu partium. Nonne verò constat, insecta multa sine maris coïtu gigni? nonne & reptilia? nonne & mures & sorices innumeros? ita enim compertũ est vsu frequenti nauigantium, qui à muribus infestari solent, non de terra importatis; sed in portu, sed in alto, vel in litore genitis; vbi sola aqua, & nauigia innatantia terram minimè contingunt. nam & de Claki aui, sponte naturæ in aquis nata alibi egimus, aut sanè in arboribus, vt tradunt: vel potiùs in vtrisque. in Hebridibus ea generatio miranda conspicitur, proiecto in mare ligno, mox enatis vermibus, qui in volucres pennatas tandem adolescunt anserum similes, sicuti testis oculatus Hector Boëthius refert visum sibi in Buthquhania, & portu Edimburgensi. quinetiam ibidem extracta alga marina, inter caulem & ramos à radice enatas passim conchas: in quibus (quod omnem admirationem vincit) apertis inuentas esse aues concharum magnitudini respondentes. quasi hæc semina insint Oceano; quem ob id fortasse poëta patrem rerum denominat. Nam & conchas è putrentibus nauigiis oriri referunt.

Aues in conchis enatæ. Et concha ἀναφυεῖς.

Sed operæpretium est audire Aristotelem de his philosophantem; simul & illud inquirentem: An homo de terræ habere nasci sponte naturæ queat, quóve modo. sic igitur ille cap. 11. & vltimo lib. 3. de genera. animal. Natura testati generis consistit partim sponte, partim aliqua ab ipsis emissa facultate. quanquam sæpenumerò ea quoque spontina oriuntur constitutione. Quæ autem vel sobolem nullam procreant, vel non fauant, eorum omnium ortus spontinus est. omnia verò quæ hoc modo consistunt, aut in terra, aut in aqua cum putredine gigni visuntur; & imbre admisso (quales nos ranulas frequenter cum imbre cœlo, vel potiùs ab aëria regione infima decidere cernimus.) Cùm enim dulce in principium constituendum secernitur; quod supereſt, talem accipit formam. nihil autem gignitur putrescẽs, sed concoctum. putredo verò & putridum excrementum rei concoctæ est. nihil enim ex toto efficitur; quomodo neq. in iis, quæ ab arte conduntur. nam nisi ita esset, facere non requireretur. sed quantum inutile est, id aut à natura, aut ab arte detrahitur. Generantur autem in terra humoréque animalia & plantæ; quoniam humor in terra, spiritus in humore, calor animalis in vniuerso inest: ita vt quodammodo plena sint animæ omnia. Quamobrem cõsistunt celeriter, cùm calor ille comprehensus siue exceptus est. comprehenditur autem, & humoribus corporeis incalescentibus efficitur velut bulla spumosa. sed nobilioris differentia ignobiliorisque generis constituendi in comprehensione principij animalis est. huius autem rei causſam & loca habent & corpus quod comprehenditur. in mari verò multum portionis terrenæ est. ex tali igitur concretione, natura testati generis oritur.

Testatorũ ortus geminus, & quomodo sponte oriantur.

Ranulæ complures, vnde.

Ortus à concretio, non putredo.

Generatio naturalis & artificialis qui fiat.

Animalium & plantarum ortus à terra & humore quò fiat: & cur in mari potissimùm.

De hominis prima generatione, secundùm philosophos.

Hominum terrigenum ortus quo-dam.

DE prima autem hominum atque quadrupedum generatione, ita ibidem philosophatur; Siquando primùm terriginæ oriebantur, vt aliqui dicunt, altero de his duobus modis ortiri. Aut enim ex verme constituto primùm, aut ex ouo. quippe cùm aut intra se habeant cibum ad incrementum, necesse sit; quiquidem conceptus vermis est: aut aliunde accipere; idque aut ex parente, aut ex parte conceptus. Itaque si alterum fieri non potest, vt affluat ex terra; quomodo cæteris animalibus ex parente: relinquitur necessariò, vt ex parte conceptus accipiatur. talem autem genera-

Cur Zephyria dicantur, & quomodo fœcunda fiant.

Oua hypenemia infœcunda.

Aues & pisces fœmina gignunt sine mare: sed fœtus imperfectos.

Insecta sine coïtu gignũtur, & reptilia, & alia.

Mures in nauigiis euehentur, vnde.

Hinc refert historiam ducis Polonie à muribus in mari infestati, ex Munstero.

Historia Claki aui.

tionem esse ex ouo aut verme, fatemur. Ergo si initium vllum generationis omnium animalium fuit, alterutrum de his fuisse probabile esse apertum est. Sed minùs rationis est, vt ex ouo prodierint: nullius enim generationem animalem talem videmus; sed alteram tum sanguineorum, quæ diximus, tum exanguium: qualia sunt insectorum nonnulla, & ea quæ testâ operiuntur, de quibus paulò antè. Quod genus omne sponte institui apertum hinc est, quòd nauigiis putrescente fæce spumosa adnascuntur; & locis multis, vbi nihil tale antè aderat, pòst autem per inopiam humoris facto cœno, ostreæ prouenerunt. vt apud Rhodum insulam, cùm classis applicuisset, & fictilia proiecta essent in mare; tempore pòst cœno obducto testis, ostreæ in iis repertiebãtur. sed de his plus satis: ad hominem reuertor. Putandum verò est priscos illos homines, siue ex terra geniti fuerint, siue ex corruptione aliqua seruati, fuisse ignaros & imprudentes: quod de terra natis dicitur, ait idem lib. 2. politic. cap. 6. Plato ipse in ciuili seu dialogo de regno; Quid verò? nonne & priscos illos è terra procreari, haud verò ex se inuicem fetur? ait hospes. Hoc quoque in antiquis rebus commemoratur, respondet Socrates. Alibi autem ex initio Timæi, colloquium Solonis & Ægyptij sacerdotis huic quæstioni affine referam. At dialogo 6. de legib. Scire omnes oportet, ait, hominum generationem, vel nullum prorsus vnquam initiũ habuisse, neque terminum habiturum: sed fuisse semper omnino & fore: aut si cœpit, inæstimabili iam ante nos temporis magnitudine incepisse. Censorinus libelli de die natali cap. 3. Prima & generalis quæstio (inquit) inter antiquos sapientiæ studiosos versata est, quòd cùm constet homines singulos ex parentum feminibus esse procreatos, successione prolis, multa secula prorogare; alij semper homines fuisse, nec vnquam nisi ex hominibus natos; atque eorum gratiâ, caput exordiúmq. nullũ extitisse arbitrati sunt. Alij verò, fuisse tempus cùm homines non essent, & his ortũ aliquãdo principiumq. naturâ tributum. Sed prior illa sententia, qua semper genus humanum fuisse creditur, authores habet Pythagoram Samium, & Cereium Lucanum, & Architam Tarentinum, omnésque adeo Pythagoricos. sed & Plato Athenienſis, & Xenocrates, & Dicæarchus Missenius, item antiquæ Academiæ philosophi non aliud videntur opinati. Aristoteles quoque Stagirites, & Theophrastus, multíq. præterea non ignobiles Peripatetici idem scripserunt: eiúsque rei exempla dicunt, quòd negant omnino posse reperiri, auésne ante oua generatæ sint: cùm & ouum sine aue, & auis sine ouo gigni non possit. Itaque & omnium quæ in sempiterno isto mundo semper fuerunt futuráque sunt, aiunt principium fuisse nullum: sed orbem esse quendam generantium nascentiúmque, in quo vniuscuiusque geniti initium simul & finis esse videatur. Cælius cap. 40. lib. 1. ita insultat priscis; Sed in hac rerum augustiore excellentia mirari succurrit quorundam parte hac parum perspicacem, párúmque excussam prudentiam, imò veriùs oscitantem planè ac dormitantem sapientiam: qui eximiam, vltráque quàm pro dignitate possit quis expendere, hominis amplitudinem nil prorsum suspicientes, nec artificis statera, sed trutinâ examinantes populari, eius productionem & initialem originem incertis fortunæ flatibus mandare nil sunt veriti. Phœnicum siquidem & Ægyptiorum theologia, casu homines ac reliqua animantium genera prorepsisse è terra asseuerabat, nullum inter rationalem animam & irrationalem substantiam interstitium opinata. Scribit enim Porphyrius, visibilis solis agẽte vi, animantes cunctas ex terræ profusas visceribus, inter Ægyptiorũ placita censeri. quod ipsum nec Euripidi, Anaxagoræ consectatori displicuisse videtur. asseruit & Archelaus cognomento Physicus. Verùm inter alios, mitari me plurimùm ingenuè fateor singulari scientiâ virum, & ingenio exactissimo ac subacto in primis, id est vsu, auditione, lectione, ac literis perpolito cultóque Auicennam, qui opere eo quod de diluuiis est, adstruere est ausus; Post immensas terrarum inundationes, humano semine nullo, tabidis tantùm cadaueribus, seminij vberratem præstante cœlestium corporum affluentiâ, hominem & solere & posse reparari. Proinde colligit, non videri ad generationis necessitatem, vuluam requiri aut locos, nisi vt meliùs formetur infans: aliàs per rarò admodùm regionem inueniri generationi accommodam, ob repentinas elementorum mutationes. Assertioni verò suæ argumentum inde profert: non modò alicubi è terra mures progigni, qui mox per coïtum mirè excrescant: verùm serpentes quoq. ex mulierum præcipuè capillis concipi, quod productiores sint humectiorésque naturâ. Quinetiam lapides è terra erui monstrificâ formâ, ad membri virilis muliebrísque imaginem. Auerrhoïs etiam ipse hominem è terra generari posse arbitratur. Anima tamen hominis educi de potentia materiæ nequit, sed contribuitur ab datore primo, vt pridem demonstratum est. De Tage scripsi aliàs, & nunc repeto ex Cic. 2. de Diuina. Tages quidam dicitur in agro Tarquiniensi, cùm terra araretur, & sulcus altiùs esset impressus, extitisse repentè, & eum affatus esse qui arabat. puerili specie visus, sed senili prudentiâ, & quæ ibidem ille plura memorat. Iam enim adhibeo poëtas in colloquium. Ouidius 15. Metamorph.

Haud aliter stupuit, quàm cùm Tyrrhenus arator,
Fatalem glebam motu aspexit in aruis,
Sponte sua primùm, nulloque agitante moueri:
Sumere mox hominis, terraque amittere formam:
Oráque venturis aperire recondita fatis.
Indigenæ dixêre Tagem; qui primus Hetruscam
Edocuit gentem casus aperire futuros.

Lucretius Epicuri sententiam eleganti versu, sed captioso & fallaci inclusit, hac quidem de re lib. 2.

Homo & animalia potius ex verme, quàm ouo, quamobrẽ.

Testaceum ortum è nauigiis putrescentibus & cœno.

Historia.

Homines terrigenæ, imprudentes

Homines è terra nati.

Hominum generatio an ab æterno.

An hominum genus, ab æterno, an orto, & quando, quóque modo.

Quid homo ab æterno.

Auis an ouo prior? vide Plutarchum in Sympos. lib.

Nullum entium principium.

In eos qui hominum fortuitam generationẽ asserunt.

Homines & animalia casu nasci, qui.

Sol homine genuit, & animantes è terra.

Homo genitus sponte è diluuio, qui.

Viterus quorsum generationi necessarius.

Sic mures sponte enascuntur, & angues.

Lapides formâ virilem.

Anima non gignitur cũ corporis materia, nasciáque.

Tagis historia.

Tagis vatis origo.

Homo cæleſti ortu.

Denique cæleſti ſumus omnes ſemine oriundi:
Omnibus ille idem pater eſt: vnde alma liquentes A
Humorum guttas mater cùm terra recepit;
Facta parit nitidas fruges, arbuſtáque læta,
Et genus humanum: parit omnia ſecla ferarum;
Pabula cùm præbet, quibus omnes corpora paſcunt
Et dulcem ducunt vitam, prolémque propagant.
Quapropter meritò maternum nomen adepta eſt.

Homo è terra natus more plantarum: ſic animantes reliquæ.

Terra cur mater dicatur.

quod argumentum etiam lib. 5. continuat planè poëtico lepore, ſiquidem vero, ac non potiùs fictitio & plauſibili. in quo tamen vides conuenire omnes ſectarum principes, vt de cæteris iã paruit, nunc de Epicurea oſtenditur.

Omnes ſectæ philoſophorum conſentiũt, hominem natũ ſponte de terra.

Linqu tur vt meritò maternum nomen adepta
Terra ſit; è terra quoniam ſunt cuncta creata.
Multáque nunc etiam exiſtunt animalia terris,
Imbribus & calido ſolis concreta vapore.
Quò minùs eſt mirum, ſi tum ſunt plura coorta,
Et maiora, nouâ tellure, atque aëre adulto.
Principio genus alitum, variæque volucres
Ova relinquebant excluſa tempore verno.
Folliculos vt nunc teretes æſtate cicadæ
Linquunt, ſponte ſua victum victúmque petentes.
Tum tibi terra dedit primùm mortalia ſecla:
Multus enim calor atque humor ſuperabat in arui.
Hinc vbi quæque loci regio opportuna dabatur,
Creſcebant vteris terræ radicibus apti.
Quos vbi tempore maturo patefecerat ætas,
Infantum fugens humorem, auráſque petiſcens:
Conuertebat ibi natura foramina terræ,
Et ſuccum venis cogebat fundere apertis,
Conſimilem lacti. ſicut nunc fœmina quæque
Cùm peperit, dulci repletur lacte, quod omne
Impetus in mammas conuertitur ille alimenti.
Terra cibum pueris, veſtem vapor, herba cubile
Præbebat, multa & molli lanugine abundans.
At nouitas mundi nec frigora dura ciebat,
Nec nimios æſtus, nec magnis viribus auras.
Omnia enim pariter creſcunt & robora ſumunt.
Quare etiam atque etiam maternum nomen adepta D
Terra tenet meritò: quoniam genus ipſa creauit
Humanum, atque animal propè certo tempore fudit
Omne quod in magnis bacchatur montibu' paſſim,
Aëriaſq; ſimul volucres variantibu' formis, &c.

Animantiũ prima olim generatio, qualis.

Infantum è terra ortus, educatio, & nutricatio, qualis.

Prima mundi ætas, qualis.

Terra parens, cur.

Quam poëtæ elegantiam imitatus Io. Bohemus ita expreſſit cap. 2. lib. 1. de hiſtoria gentium; ſi tamen verus author, vt in eum mox inquiram. Terra cùm ſolis ardore denſior euaſiſſet, eius poſtmodùm ſuperficie, vi caloris tumefacta, multis in locis humores quoſdam eſſe concretos: in quibus putredines tenui contectæ pelliculâ ſint excitatæ: quemadmodum in paludibus Ægyptiis, & ſtagnis accidere videmus, cùm frigidam terram ſubitò æſtus aëris calefacit: tum verò in humidis, calore adhibito, generatio fiat: & noctu quidam circunfuſus aër humorem præſtet; qui in die, ſolis virtute conſolidetur. tandem putredines illæ ad ſummum perductæ, aduenientè veluti partus tempore, exuſtis confractiſque pelliculis, omnis generis educunt animantium formas. quorum ea quæ maiorem calorem ſortita ſunt, in ſuperiorem regionem volatilia effecta abierunt: quæ verò plus terræ continebant, ſerpentia, aliáque terreſtria euaſerunt

Animantiũ generatio e terra, qualis.

Animantiũ vario pro diuerſa tẽperie genera cuiuſque.

B

E

animantia. naturam aquoſam nacta, in ſui generis elementum delata ſunt, & piſces appellata. Terra deinceps tum ſolis ardore, tum ventis in dies magis arefcens, à gignendis maioribus animalibus deſiit: ſed quæ generata erant, mutuâ commixtione alios animantes procreârunt. Eodem quoque modo & homines à principio genitos dicunt, in agris paſtum quærentes, ſylueſtri & incultâ vitâ vixiſſe: quibus herbæ & arborum fructus vltrò victum præberêt. hæc ille, non à ſe tamen, vti mox patebit, ſed ex Diodoro furtim ſubtecta, diſſimulato authore genuino; qui mos eſt plagiariorũ, in furto deprehẽdi negligentiũ. Illa ſanè doctrina Ægyptiorũ fuit, fuit & Arabũ, à qua neq. Plato abhorruit, cùm illud legiſſet Geneſ. 2. Formauit igitur Dominus Deus hominem de limo terræ. ex quo ille ex Menexeno, Protagora, Politico, Criria aſſerit, prouidentia diuinæ bonitatis id agente, è terra propagatum olim humanum genus. idémque teſtatur, exundante humoris elemento, móxque reſidente eo, ex humiditatis copia, & inſequente æſtu, terram tot tantáque fœcunditatis ſemina concipere, vt cuiuſcumque modi prorumpant inde animalia. abs qua origine ſpontanea, ne homo quidem abiungatur, vt Cælius iterum interpretatur lib. 4. cap. 19. Quam ſententiam nec improbaſſe videtur Maro 1. Georg.

Animantiũ prouentus poſt diluuia vnde.

C

Homo, terra progenies.

Terrea progenies duris caput extulit armis. idem,
Hinc lapides Pyrrha iactos, Saturnia regna.

Ac iam pridem circa initia operis, de Prometheo, déque Deucalione & Pyrrha, & ſatis in terram hominibus à lapidum iactu, ex Virgilio 1. Georg. & Ouidio 1. Metamorphoſeos, quorſum ſpectare videtur Græci vis nominis, ἀνθρωπος; quaſi inſinuans, hominem ex humo excitatum & pronatum. Quod tamen nos non ita accipimus, quaſi fortuito caſu homo è terra in morem boleti ſurrexerit: ſed Dei prouidentiâ, è limo terræ genitus; vt eſſet ſuæ memor originis, omnémque faſtum & arrogantiam poneret, tenuis & abiecti principij ortum contemplatus. Deinde non inſtar reliquorum animalium, ſolo corpore & corporeis ſenſibus atque organis inſtructum: ſed corporis elegantiâ ſupra omne genus animantium præſtanti donatum; inſuper animâ immortali præditum intelligimus, ad diuinam naturam proximè accedere: vnde & Platoni & Mercurio, Stendic eſt cognominatus. Vulgus autem minutorum philoſophorum, cùm Dei prouidentiam negare ſtatueret, mundúmque genitum à Deo, & homini datam animam immortalem; talia de hominis ſpontanea & vili generatione comminiſci præſumpſit; nihílque illi ſupra reliquarum animantium ſortem conditionémque conceſſit. Inde author hiſtoriæ philoſophicæ cap. 124. Qui mundum genitum dicunt, ait, animalia quoque genita concedunt & interitura. qui ingenitum aſſerunt, ea ſibi volunt ſemper ſuccedere: partes enim mundi ſunt animalia. Quamobrem Anaxagoras & Euripides, nihil (inquiunt) interit eorum quæ ſunt: ſed in aliud commutatum, diuerſam ſpeciem ſuſcipit.

Homo è cæteris animantibus deſcriptus.

Homo cur Stendic.

Philoſophi cur talia de hominum ſatu primo commenti.

Mundum genitum an ingenitum, item animantia.

Animalia ortus in aqua, qualia.

Hominum ortus triplex, seu quadruplex.

Animalia quatuor distincta, eorundemque regiones.

Hominis causa minus genesis.

Homo velut fungus: imo Dei similacrum.

An homo ab æterno.

Hominis à natura præmatio, aut imperfectio.

Natura solertia in animantibus, & præcipuè

suscipit. Anaximander in aqua putat animalia primùm orta, spinosisque corticibus inuoluta fuisse. verùm postea cùm ætatis processu in siccum exiuissent, obtrito cortice, modicum tempus superuixisse. Empedocles animalia primùm edita, quemadmodum & stirpes etiã, nequaquam inter se rectè commissa credidit: sed parum conuenientibus partibus composita, secundo nata, sic inter se partibus iuncta fuisse dicit; vt quales nunc statuæ sunt, tales viderentur. tertiò postmodùm orta, membris ex sese prodeuntibus extitisse. quartò demùm genita, non ampliùs ex vno aliquo simili, vt terrâ vel aquâ constitisse: verùm è sese iam fœminarum pulchritudine ad procreandum viros inciasse. Cuncta verò animalia pro temperaturæ conditione, quatuor generibus esse distincta. sponte namque alia aquas petunt, tanquam naturæ suæ plus accommodas: alia aërem adeunt, quòd eius in se plurimùm contineant: alia terram incolunt, ex eo quia suapte grauitate illuc trahantur: alia toto pectore vocem effundunt, quòd æquali temperaturâ constituta sint. Lactantius breui sermone istâ philosophorum *ἀστοχίαν* conuicit cap. 4. lib. 7. Videamus (inquit) quæ ratio fuerit fingendi generis humani: quoniam constat, id quod Stoici aiunt, hominum causâ mundum esse fabricatum. quanquam in hoc ipso non mediocriter peccent, quòd non hominis causã dicunt, sed hominum. vnius enim singularis appellatio, totum comprehendit humanum genus. Sed hoc ideo, quia ignorant vnum hominem à Deo esse formatum: putánrque homines in omnibus terris & agris, tanquam fungos esse generatos. At Hermes non ignorauit hominem & à Deo, & ad Dei similitudinem fictum. Augustinus eos pluribus conuellit tum alibi, tum cap. 10. lib. 12. de ciuitate Dei: Omittamus (ait) coniecturas hominum nescientium quid loquantur de natura vel institutione generis humani. alij namque sicut de ipso mundo crediderunt, semper fuisse homines opinantur: vnde & Apuleius cùm hoc animantium genus describeret; Sigillatim (inquit) mortales, cunctim tamen vniuerso genere perpetui. & quæ ibidem plura: namque hæc mihi nunc quidem vidĕtur sufficere; nonnulla fortè inter problemata adiiciẽtur postea.

His igitur prætermissis, illud nunc dico; Vbi mas & fœmina ambo ætate pares, iuuenta florentes, amore mutuo feruidi, matrimonij vinculo coniugati, non more iumentorum insipientium, vt Tobiæ præcipiebat comes angelus Raphaël: sed cum timore Dei, & verecundia quadam naturali congrediuntur: ipsa illa animorum conspirans & consentiens affectio; ipse ille æstuans in vtroque genuinus amor; ipsa illa turgens in loculis atque pruriens materia; ipsa illa corporum commiscendorum titillans voluptas, quantos excitat libidinis ignes? Quo veluti oestro perciti coniuges, velint nolint, naturæ legibus obtemperare coguntur. quo veluti aculeo natura solers, repugnantes alioquin & alienos à coniugio homines, imò etiam ad nouam *in* suo quodque genere sobolis procreationem animal incitat & cogit. vt quos nulla propagandi generis humani cura tenet: vt quos ius trium liberorum à legibus Romanis genti impiæ ac præposteræ proposituni non mouet; vt quos coniugalis amor non afficit: hos insita & ingenita medullis flamma, atque innatans venis obscœnus liquor ad quærẽdo nõ veneris expetita scelerati diuerticula: sed ad cõnubij iura persequẽda excitet. vt Deo iubenti, vt naturæ volenti, vt Reipubl. genti pareant atque obtemperent.

hominis generationem cupidinæ.

Stimulus amoris.

Connubij causa & finis.

Sic ab initio rerum, Adam per afflatum propheticum de vxore post soporem locutus est; Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea. Sed minus se costatum alterius lateris experrectus habere sentiens, postquàm ad cuncta singulatim animantia terræ, maris ac aëris, facto circuitu peruenisset; de subito intuitus Heuam, vir robustus & iuuenis, adolescentulam succi plenam, facie venusta, vultu blando, & humana energia præditam; mutua prurigine cœpit exardescere, ac genitali cupidine oppleri; quæ tum se non erga vllum animal aliud tetigisse, ait Reuchlinus lib. 2. de arte Caballistica.

Eua de costa Adæ.

Adam quomodo in Euam exarsit.

Ecquis verò tandem rerum humanarum status post annos centum futurus sit, si spreto matrimonio, vnusquisq. hominum, cœlibem vouerat & sequatur vitam? nónne ante id tempus, & verò multò breuius, reliquiæ generis humani exhaustæ, fato consumptæ fuerint? Adeste spectatores ludis secularibus, nunquam posthàc adfuturi aut spectaturi, dicebat olim alta voce præco frequentiæ popoli congregatæ. Et Xerxes Imperator maximus, innumera quondam hominum multitudine de tota Perside & Media, quantam nullus vnquam hominum simul vidit, coacta, atq. aduersus Græciam armata, quantam nullus Regum aut Imperatorũ seculis prioribus aut consecutis coëgit vnquam, illacrymans, sortem humanam miserari cœpit, quòd de tanto numero infinitæ plebis, nullus post annos 50. aut fortè 60. aut 100. ad summum foret superstes. O diuinum beneficium erga hominum genus, quo ex mortali velut immortale per rediuiuam semper sobolem reuiuiscit ac perpetuatur! & quidem mirabili quodam modo, quem omnes vident & agnoscant, & ferè exercent, aut sanè expetunt: pauci autem intelligunt; ac nos sic hactenus velut præfati, deinceps vtcunq. sumus explanaturi ab ipsa partium genitalium fabrica, & naturali constructione (nam de materia prolifica & semine alibi posthàc inter humores dicetur) exorsuri: sed vbi priùs veterum philosophorũ reliquas de hominis generatione varias opiniones, ex citato antè cap. 3. Censorini subiecero. Prætermittã verò in præsens fabulares poëtarũ historias, tum qui Promethei molli luto esse formatos, tum qui è Deucalionis Pyrrhæque ductis lapidibus esse natos ariolantur, vt aliàs patuit. Quidam verò ex ipsis sapientiæ professoribus, nescio an magis monstrosas, certè non minùs incredibiles

Connubij necessitas: aliquot ante annos centum totum hominum excidium.

Ludi seculares.

Xerxes tantam hominum frequentiam cernens, illacrymatur, quorsum.

Hominum genus quodammodo perpetuum, qui.

Propositio.

Fabula de hominis generatione.

Philosophorum de prima hominũ generatione opiniones, Anaximandri.

rationum suarum proferunt opiniones. Anaximander Milesius videri sibi ex aqua terrâque calefactis exortos esse siue pisces, siue piscibus similia animalia: in iis homines concreuisse, fœtúsque ad pubertatem intus retentos: tum demum ruptis illis, viros mulierésque, qui iam se alere possent, processisse. Empedocles autem egregio suo carmine, quod huiusmodi esse prædicat Lucretius, vt vix humana videatur stirpe creatus, tale quiddam confirmat; Primò membra singula ex terra quasi prægnante passim edita: deinde coiisse & effecisse solidi hominis materiam, igni simul & huiusmodi permixtam. Cætera quid necesse est persequi, quæ non capiant similitudinem veritatis? Hæc eadem opinio etiam in Parmenide vel inserta fuit, pauculis exceptis, ab Empedocle dissentiente. Democrito verò Abderitæ, ex aqua limóque primùm visum esse homines procreatos. Nec longè secùs Epicurus: is enim credidit, limo calefacto veteros nescio quos radicibus terræ increuisse, & infantibus ex se editis ingenium lactis humorem naturâ ministrante præbuisse: quos ita educatos & adultos, genus hominum propagasse; sicuti ferè ex Lucretio recensuimus. Zenon Citticus Stoïcæ sectæ conditor, principium humano generi ex nouo mundo constitutum putauit: primósque homines ex solo adminiculo diuini ignis, id est Dei prouidentia genitos. Denique etiam vulgo creditum est, vt plerique genealogiæ authores sunt, quarundam gentium, quæ ex aduentitia stirpe non sint, principes terrigenas esse, vt in Attica & Arcadia Thessaliáque; eósque autóchthonas vocitari: vt in Italia poëta cecinit, nymphas indigenásque Faunos nemora quædam tenuisse; non difficilè rudis antiquorum credulitas recepit. Nunc verò eò licentiæ poëticæ processit libido, vt vix auditu ferenda confingat: Post hominum memoriam, progeneratis iam gentibus, & vrbibus cõditis, homines è terra diuersis modis editos. vt in Attica ferrur regione Erichthonius ex Vulcani semine homo exortus: & in Colchide vel Bœotia, consitis anguis dentibus armati partus; è quibus mutuò inter se necatis, pauci superasse traduntur, qui in conditu Thebarum, Cadmo fuerunt adiumento. Necnon in agro Tarquiniẽsi puer dicitur diuinitùs exortus nomine Tages, qui disciplinam cecinerit extispicij; quam Lucumones Hetruriæ potentes exscripserunt. cuius etiam paulò antè meminimus. sed iam rem propositam aggrediar; & cæteris posthabitis, ad medicinæ proceres me conuerto; quibus eò maior fides habenda est, quòd eorum oratio à sensibus argui potest. Verùm vt ostendã, vnde recentiores isti suam traxerint de philosophorum penes generationem hominis sententia, tam lepidam narrationem, producam in medium inter eos antiquiorem Diodorum Siculum, qui ita priscam historiam orditur.

Empedocles.

Platonis.

Democriti, & Epicuri.

Zenonis.

Homines terrigenæ & autóchthones.

Poëtarũ de hominis generatione figmẽta.

Hominum fictus è terra, vt Erichthonij

Homines è dentibus anguis, Cadmi adiutores.

Tagis exortus.

A

B

C

D

E

De Mundi & hominum primaria creatione.

PRima hominũ generatio apud doctissimos ac præstãtissimos viros, qui veram naturam & historiam tradiderunt, duplex fertur. Quidam mundum ingenitum & incorruptibilem; & genus hominum ab æterno extitisse, neque habuisse ortus principium sensêre. Quidã genitum corruptibilémque arbitrati, & homines dixerunt generationis initiũ tempore esse sortitos. Nam à rerũ primordio, & cœlũ & terrã, vnicam habuisse ideam in mixta eorũ natura: exinde distinctis inuicem corporibus, cepisse mundũ hunc ordinem quem videmus. Aërem quidem motũ hunc continuum sortitum: & igneam partem eius superiora loca propter leuitatem aiunt appetisse. eâdem causâ solem & astra cursus suos sortita. quod verò humori mixtum, eodem stetisse in loco propter grauitatem. quæ cùm mixta esset; ex humidis quidẽ mare effectum: ex durioribus verò, terrã lutosam euasisse & omnino mollem. Hæc primùm cùm solis ardore dẽsior euasisset, eius postmodùm superficie, vi caloris tumefacta, multis in locis humores quosdam esse concreatos (seu concretos) in quibus putredines tenui contectæ pelliculâ sint excitatæ: quemadmodum in paludibus & stagnis Ægyptiis videmus accidere, cùm frigidam terram subitò æstus aëris calefacit. Quum verò in humidis, calore adhibito, generatio fiat; & noctu quidem circumfusus aër humorem præstet, qui die, solis virtute consolidetur: tandem putredines illæ ad summum perductæ, adueniente veluti partus tempore, exustis confractisque pelliculis, omnis generis educunt animantium formas. quorum ea quæ maiorem calorem sortita sunt, in superiorem regionem, volatilia effecta abierunt. quæ verò plus terræ continebant, sepentia aliáque terrestria euaserunt animantia. naturam aquosam nacta, in sui generis elementum delata sunt; & appellati pisces. Terra deinceps tum solis ardore, tum ventis in dies magis arefacta, à gignendis maioribus animalibus desiit. sed quæ generata erant, mutuâ commixtione alios animantes procrearunt. Hoc & Euripides Anaxagoræ Physici discipulus sentire videtur, cùm in Menalippo, cœlum & terram mixta olim fuisse tradat: separata postmodùm genera sse singula, arbores, volatilia, feras, ac omne mortalium genus. De prima terræ generatione, quamuis præter opinionem nonnullis esse videatur; tamen ea quæ nunc quoque fiunt, his testimonium videntur afferre. Nam iuxta Thebaïdem Ægypti, cùm Nili cessauit inundatio, calefaciente sole limum ab aqua relictum, multis in locis ex terræ hiatu multitudo murium oritur. quod argumento est, ab ipso orbis primordio animantia similiter omnia generata esse. Eodem quoq. modo & homines à principio genitos dicunt, in agris pastũ quærentes, syluestri & incondita vitâ vixisse; quibus herbæ

De prima mundi & hominis creatione.

1. Opinio, quòd ingenitus.

2. Opinio, quòd ortus, quò ve modo.

Chaos primum.

4. Elementorum ordo & situs.

Animalia prima generationis ratio.

Animantiũ secretio sola & subtilis.

Chaos empedocleum.

Mortium spontaneum ortus.

Hominum prima generatio, qualis.

Digitized by Google

& arborum fructus vltrò victum præberent. vbi & de reliquo cultu victúque primorum hominum. & mox, Tradunt Ægyptij, ab orbis initio primos homines apud se creatos; cùm bonitate felicitatéque soli, tum propter Nilum, qui & multa generat, & suapte naturâ, quæ genuit, facillimè nutrit. vbi & de spontaneo murium ortu in agro Thebaïdis. ex quo concludit, ab ipso orbis ortu primos homines Ægyptum protulisse. & hæc quidem hactenus.

Quòd prima hominũ origo in Ægypto.

Galeni præcipuè sententiam de pene exponens.

CAP. III.

GAlenus meritò à nobis totius medicinæ princeps habitus, sic vtique librum 14. de vsu partium inchoat, de hisce partibus genitalibus dicturus. Cùm tres primi naturæ sint in partibus animalis construendis scopi; ex iis quasdam fecit ad viuendum necessarias; cuius generis sunt cerebrum, cor & hepar: quasdam ad viuendum commodiùs, vt oculos, nares, aures: quasdam ad generis instaurationem, vt pudenda, testes ac matrices: ac de cæteris cùm partim & præcipuè antè dictum sit, partim deinceps sit dicendum; ab ipsis nunc partibus, quæ nobis ad generis instaurationem à natura sunt tributæ, ducendum exordium. Enimuerò natura, si fieri potuisset, maximè optasset suum opificium esse immortale: quod cùm per materiam non liceret (nam quod ex arteriis, venis, neruis & ossibus, ac præterea carne est compositum, incorruptibile id esse non potest) subsidium quod potuit, ipsi ad immortalitatem est fabricata; sapientis cuiusdam vrbis conditoris exemplo; qui non id modò agit, vt vrbem suam in præsens tantùm tempus populo frequentet: sed prouidet, quo pacto in omne tempus, aut saltem diutissimè ciuitas conseruetur. Nulla tamen ciuitas floruisse adeo memoratur, vt non dies ipsa, conditoris memoriam deleuerit. Naturæ verò opificium multis annorum millibus iam constitit, atque in posterum stabit. nam mirabilem quãdam rationem inuênit, quomodo in demortui animalis locum, nouum aliud sufficiat. quam nos rationem hoc volumine, ἐαν θεὸς, quod nũc est in manibus, explicabimus. pertinet enim ea cùm ad alia omnia, tum autem ad hominem, vt nullum animalis genus pereat, sed incolume semper sit atque immortale. atque hinc auspicabimur.

Scopi naturæ in partibus animalium.

Subsidium mortalis hominum conditionis, generatio.

Similis modo.

Sic nulla ciuitas perennis, quamuis edereet.

Natura solertia in substituendis hominibus.

Omnibus animalibus natura concipiendi instrumenta tribuit; ipsisque instrumentis eximiam quandam vim voluptatis effectricem: animæ verò ipsis vsuræ, incredibilem quãdam atque ineffabilem vrendi cupiditatem coniunxit, à qua animalia incitata ac stimulata, etiamsi mentis ac rationis expertia, ætatéque tenera sint; prouident tamen non secùs ac si essent prudentissima, vt genus suum sit superstes. Cùm enim non ignoraret, substantiam, ex qua animalia est molita, perfectam sapientiam non admittere: pro eo quod solùm recipere ipsa poterant, id eis est largita; escam scilicet atque illecebram ad salutem generis ac conseruationem, incredibilem voluptatem vsui partium coniungens. In primis igitur id naturæ commentum est admirabile. secundo autem loco, instrumentorum constructio, quam cuiq. animali dedit corporis ipsius formæ conuenientem. Portò quod ad cætera animantia pertinet, licebit olim discere, præsertim ex Aristotele. In homine verò (huius enim modò constructionem suscepimus exponendam) prima quidem pudendorum substantia quàm sit ad suum vsum apposita, nemo ignorat: Nam & positionem habet accommodam, & magnitudinem, & figuram, ac totam denique conformationem. ac de muliebribus quidem pòst paulò; priùs enim de virilibus ob præstantiam, dignitatem, antiquitatem, transigendum.

Duo instrumenta perpetuandi genera, sibi & sotum cum voluptate.

Organa generationi respondent formæ: vt in homine, in quibus.

Cur priùs de virilib.

Cùm igitur duo facere animalia, quæ procrearent, esset melius: ob eam caussam natura, partium alias quidem ad recipiendũ, alias verò ad excernendum semen fecit accommodatas. ac de his priore loco, pòst de illis dicendum. Deinde facultates iis partibus eadem natura indidit, quæ commodè instrumentis iis vteretur. Postremò partibus omnibus illis etiã minimis eam positionem dedit, magnitudinem, connexionem, conformationem, quâ nulla melior, nulla commodior excogitari potuit; quámque Galenus ipso toto libro 14. & initio lib. 15. de vsu partium clarè demonstrat, & verò prolixè, vt tu ab illo recognosces; nos partim mutuabimur, partim aliunde supplebimus.

Partium genitalium genera duo, & facultates, & positio, magnitudo, connexio, conformatio.

De ortu primùm & materia constructionéque virilis membri considerandum: quam neque ex venis, neque ex arteriis, neque ex neruis aut ligamentis vel tendinibus solis ac simplicibus; neque ex carne, neque ex glandula, neque ex osse, neque ex chartilagine: sed propria quadam & conuenienti substantia constare par fuit, vt extendi, laxari, impleri, vacuari, semen emittere conuenientissimè posset. Quàm enim turpe & fœdum foret, quámque rebus agendis alienum, arrecto semper pene esse, Satyrorum instar? quàm verò incommodum ad res venereas peragendas, eundem semper laxum & flaccidum gestare? rectè tamen, licet obscœnè, suo more salsus Martialis;

Virilis membri compositio, materiáque, & curatio.

Penis semper arrecti incõmoda, item laxi.

Stare iubes nostrum semper tibi Lelia, penem:
Crede mihi, non est mentula, quod digitus.

Aristoteles autem cap. 10. lib. 4. part. animal. Augetur & minuitur hoc vnum membrum, sine vlla membri mutatione. horum enim alterum vtile ad coïtum; alterum ad cæteros corporis vsus commodum est. Nam si semper simili modo se haberet, impedimento nimirum esse constat hoc membrum ex eiusmodi partibus; vt eorum, quæ modò dixi, vtrumque possit euenire: partim enim neruum, partim chartilaginem habet. itaque & contrahi potest, & extendi: atque etiam flatus capax est.

Membrum virile vnũ augeri & minui posse à natura, quorsum.

Membri virilis compositio & materia. N. sed citra chartilaginem.

Quid ergo? an non mirari oportet, sapientiam nostri opificis? simul & prouidentiam?

Facilius de re loqui, quàm rem conſtruere.

Cùm enim multò ſit facilius, rerum omnium ortum verbis explicare, quàm rem ipſam opere conſtruere: tantùm tamen verba noſtra ſunt ſapientiâ eius qui nos condidit, inferiora, vt ne exponere quidem poſſimus ea, quæ ille nullo negotio condidit. Sed tamen anatomia partiũ corporis humani diligenter exercita tractatáq. nos docuit, & ita Galenus ſcripſit, corpus quoddam neruoſum à pubis nuncupatis oſſibus ſuperioribus, propter ſitus commoditatem, & coitus opportunitatem, enaſci cauum ſimul & omni humore vacuum (ſic enim erat melius, vt rectum ac ſtabile totum pudendum ſeruaretur, à corpore ſtabili ſolidóque exoriri) qui Græcis αἰδοῖος, nobis coles & penis, & virga vulgo, atque aliis in generali partium corporis onomaſia dictis nominibus nuncupatur. Puto autem Græcis illis à ſimilitudine trunci aut haſtilis cuiuſdam: ſic enim iidem in braſſica caulem, & in armorum genere, haſtam ſeu iaculum nominant; vtrobique per ſimilitudinem quandam tum figuræ oblongæ, teretis; tum vſus, à vibrando & iaculando, alludentes. & fortaſſe αἰδοῖος, ὡς αὐλὸς, dempto α. ἀπὸ τῆς ὕβρεως, αὐλὸς λέγεται. quicquid enim oblõgum eſt, αὐλὸς dicitur: & ſanè veretrum haud abſimile eſt tibiæ, tum ſi longitudinem, tum ſi cauitatem ſpectes. ſed miſſo nomine, ad rem veniamus.

Opificis noſtri prudentia.

Membri virilis ortus & natura, miſique ratio.

Penis ſynonyma.

αἰδοῖος vnde dictum.

Cur penis ex oſſibus exortus, & cur tenuis.

Quòd ſi reuera ſumus phyſici, ait Gal. lib. 15. de vſu part. omnino intelligimus, quòd poſtquàm durum ſimul & cauum propriũ corpus pudendorum eſſe oportebat; ex oſſe quidem emergit, non aliter quàm reliqua omnia ligamenta: ſolum autem ex omnibus erit cauum, quòd vtilitas ita flagiret. hæc ſanè opifex noſtri fieri voluit. Cùm autem factum ſit, haud-

Admiranda opificis induſtria.

quaquàm ingrediaris, neque audeas quo pacto factum ſit, inquirere. quæ enim ne quòd facta quidem ſint, inuenias, niſi diſſecando edoctus fueris; quónam iure quærere audeas, quomodo facta ſint? ſatis habes tantùm quidem inueniſſe, quòd pars omnis, qualem vſus exigebat, fuit conſtructa. ſcrutari autem quo pacto talis facta fuit, ſi aggrediaris, conuincaris non intelligere neque tuam imbecillitatem, neq. opificis tui potentiam.

Partis cuiuſque compoſitio reſpondet vſui.

Corpus humanum duplex, at pars ſine coniuge, ſit media, vt quæ.

Cùm autem iam ſæpe dixerimus, humanum corpus ferè ſemper duplex eſſe, & tantundem à dextra, quantum à læua parte fuiſſe factum: ſimul & hoc conſtitit, quando pars vna aliqua eſt ſine coniuge, mediam ſortiri poſitionem. ac ſi coniugium duarum partium fuerit, vtraq. pars à media abeſſe vult æqualiter. Quod ſiquando aliter accidat, vt de hepate & liene antea diximus, id peculiaris quædam cauſſa efficit, vt patuit. Nunc autem coli humano id accidit, vt & medius ſit, & ex duobus velut fungoſis, ſpongioſis, & neruoſis, potiùs quàm carnoſis ligamentis coalitus, tantum à dextra oſſium pubis parte, quantum à ſiniſtra traxerit. Et quidẽ propiùs ano quàm nunc eſt, oriri potuit; ſed non fuit vtilius. à partibus autem quæ ſunt ſupra pubem, omnino non potuit, nullum enim ibi eſt os, proinde ex oſſibus pubis oriri decuit; & quidem è ſuperioribus eorum partibus, vt iam dixi: ſic enim plurimùm ab ano diſtat; & ad coitus, locum opportuniorem nactus eſt. Medius autem & vnicus illi quidem meatus cauus ineſt, idem cõmunis vrinæ & ſemini excernẽdis: quanuis Hippocrates duos meatus; & ex illo Arabes quidã duplicem duplici iſti vſui, ſed falsò ac perperàm, diſtinguant: alij tertium ductum & foramen adiungant, vehendo humori glutinoſo illi, qui coitum antecedit: fortàn duo penis illa corpora neruoſa pro ſingulis meatibus habentes: nam de tertio & medio & vero meatu ambigere nemo poteſt: illa, niſi quis cæcutit, nullo foratu ſuo ſatis oſtendunt meatuum ſe vice minimè perfungi.

Communis meatus ſeminis & vrinæ, contra Hipp. & Arabas.

Sed Galenum audire ſatius eſt ex lib. 15. de vſu partiũ: procul tamen & procul ſummotis virginum atque impuberum caſtis & oculis & auribus, dum ἀφανεῖα ἀφανῶς exponuntur, vt alibi Martialis epigrammate inſinuaui, harum partiũ propria nomina vniuerſa explicaturus.

Medici & Sophiſtæ.

——*procul ô procul eſte puellæ,*
Et pueri caſti——
Triſte ſupercilium, durique ſeuera Catonis
Frons, & araturæ filia Fabriciæ:
Et perſonati faſtus, & regula morum;
Quicquid & in tenebris non ſumus, ite foras.

Penis quid de arrigi, & tenſio.

Ac primùm tum volentibus nobis, tum nolentibus, pudendum intendi & arrigere conſtat: nempe dum neruus cauus ſpiritu eſt refertus. Cur autem in coitu pudendum tenſum eſſe oporteat, ſic accipe. Non enim (quod fortè quiſpiam exiſtimarit) ſolius coitus cauſsâ pudendum tenſum exactè eſſe eſt vtile: ſed quò, meatu diducto ac directo, ſemen quàm longiſſimè euibretur. Qui meatus niſi rectà ferretur; ſed aut obliquus eſſet, aut alicubi in ſeſe concideret; ibi tum ſemen hæreret. Siquidem [illegible], quos vocant, quòd ob id vinculum, quod ad finem virgæ habent, meatus eis eſt contortus, generare non poſſunt: non quòd ſemen fœcundum non habeant: ſed quòd in virgæ flexibus hærens, ferri prorſum nequeat. quam rem curatio ipſa comprobat: vinculo enim abſciſſo, generant. Hoc certè vitium omnibus ſemper contigiſſet, niſi natura prouidiſſet, vt in coitibus, meatus latus ſimul & rectus omnino eſſet. Secunda autem alia naturæ machina ad id ipſum eſt vtilis, corporis ipſius neruoſi ſitus, tum muſculorum vtrimque appoſitio. In partibus enim pudendi inferioribus, feminis meatus ſecundùm longitudinem exporrectus, medius eſt conſiturus, incubat autem huic neruus cauus: vtrâque verò horum parte, muſculi duo: quò meatus ceu à manibus quibuſdam in vtramque partem diſtractus dilataretur, toto pudendo ſtabili manente. Futurum verò ſanè erat, vt meatus latitudo per huiuſmodi conſtructionem conſeruaretur. Vtile autem eſt, meatum, dum ſemen excernitur, latiſſimum ſimul & quàm rectiſſimum ſeruari: quò ſemen totum ſibi ipſi continuũ confertim quàm celerrimè ad matricũ ſinus perueniat. At cùm veſica

Meatus ſeminis cur rectus & amplus. Hypoſpadiæ qui, & cur non generent.

Penis ſitus commodus ad coitum.

Meatus ſeminis, & neruus cauus: item dicti muſculi lenatores, quorũ.

Meatus tot latus & rectus.

Cur communis ductus vrinæ & ſemin.

Collum veſicæ pudendo conuerſæ.

etiam propè eſſet conſtituta, non erat melius ad excernendum lotium, alium efficere meatum; ſed meatu ſeminis ſimul vti. Iure igitur & ipſius collum, totum perinæum occupauit; vt quòd ſurſum ab ano (cui primò incubabat) vſque ad pudendi exortum feratur. atque hæc præcipuè ex Gal. de conſtructione membri virilis: poſthàc autem de muliebri.

Sed antequàm Galenum dimitto, author anatomiæ viuorum falsò Galenus habitus, de anatomia genitalis virgæ tale caput conſcripſit 21. Habet autem virga virilis compoſitionem ligamentalem. componitur enim ex craſſis venis, neruis, & arteriis: vt recipiat multum intra ſe de ſpiritu & ventoſitate; quæ faciunt ipſam inflari & erigi, quando opus fuerit, & per ipſam, deportari materiam ſementalem. Longitudinem naturalem habet inter ſex & nouem digitos; vt poſſit attingere ad locum ſibi deſtinatum in proiectione ſpermatis. Item habet duos meatus: vnum, in quo defertur ſperma à teſticulis: alium, in quo defertur vrina à veſica: qui tamen meatus conueniunt tãdem in vnum meatum. In ipſa enim virga ſic accidit, ſicut in collo matricis: quia per alium meatum exit vrina; & per alium meatum intrat ſperma viri: tamen ipſi duo conueniunt in ipſo collo, & fit meatus vnus. Veniunt autem nerui ad eius compoſitionem, ab inferiori parte ſpinalis medullæ: veniunt etiam quædã ligamenta à pubis oſſibus. Virga habet duo paria muſculorum: vnum par lõgitudinalium & protenſorum, quibus erigitur & extenditur: & aliud par habet muſculorum trãſuerſorum, quibus mediantibus erigitur. Quare ſi vnus muſculorum ſpaſmaretur, tunc declinat verſus vnum latus: alter verſus alterum declinat, ſi neuter dirigitur. Iſtis etiam mediantibus, poſt iniectionem ſpermatis, retrahitur ad priorem menſuram.

Penis compoſitio, & vnde inflatur, & quorſum.

Penis longitudo naturalis.

Colis duo meatus, quorſum. N. falſum.

Veteri alius meatus vrinæ, alius ſeminis recipiendo.

Penis nerui, ligamenta, muſculi, & harũ vſus.

In quo recentiorum & noſtra de genitalibus viri partibus ſententia explicatur.

CAP. IIII.

Hæc ferè ex Galeni deſumpta doctrina, authoritatem ſibi ab antiquitate & dignitate perſonæ vendicant. Recẽtiores tamen paulò exactiùs, harum partium naturam rimati, deprehenderunt tum pauca quædam aliter ſeſe habere, tum nonnulla & Galeno & priſcis intacta: quorum partim ſubiungo, partim diſcẽs ab aliis, vel authoribus genuinis.

Recentiorũ accuratior obſeruatio circa penem.

Primùm duo corpora illa fungoſa, neruea potiùs quàm carnea, rubra & cruẽta, aut ex rubro nigricãtia, ſpongioſa, ab oſſibus quidẽ pubis vtrimque in morem ligamenti, iuxta anum (vnde nonnulla forſan pathicis iſtis impuris & cinædis obſcœnis, contrà quàm Ariſtoteles citatus philoſophabatur, voluptas in coïtu affricatur) exoriri: ſed non ſuperioribus eorum oſſiũ partibus (quod Gal. tuebatur) quin potiùs inferiùs multò, quàm vbi inuicem pubis oſſa dehiſcere incipiunt; aut quàm humillima pubis oſſium commiſſuræ ſedes conſiſtat: penémq. mox ad anum & per ſcroti regionem æquè craſſum corpulentúmque eſſe; atque ea parte, quæ à ſuperiori pubis oſſium ſede propendet aut erigitur. Ex quo cõcludit Veſalius, originem penis Galenum latuiſſe. quod mihi non magis fit veriſimile, quàm quod idẽ obiicit Galeno; vnicum agnouiſſe penis corpus, & non geminum, vtrinq. æqualiter ab oſſe pronatum. aut de duobus tantùm muſculis ſecundùm meatus vrinarij longitudinem per totum penem digeſtis: quod ille nec ſcripſit, nec ſenſit vſquam. Quanquam fateor duorum tãtùm muſculorum meminiſſe eo loci, neſcio an alibi cõmemoratorum plurium. ſunt enim reuerã quatuor in eum vſum comparati; quem & ipſe vidit, & alios docuit Galenus. Sanè verò duo dicta illa penis corpora, origine diuerſa, principio ſui ortus diuiſa, poſtea confuſa coaleſcũt: vtrimq. foris rotunda, intus caua, coniunguntur inter ſe plana; ſimul iuncta autem, latiora quàm profundiora; & ad quadratam formã (vt viſu & tactu dignoſcere eſt) quodãmpdo accedentia: non omnis vtiq. humoris, vt quidã putant, expertia, ſed plurimo eóq. nigro ſanguine, velut tabo diffluentia; vt quis dixerit, lucanicarum ſiue hilãrum inſtar obſerta (bodinos & andullas Franci vocant) ſicuti aliàs ex Ariſt. patebit. eadẽ inferiore ſui parte, meatum veſicæ, & quidem de ipſa veſicæ ſubſtantia enatum, ac velut cõtinuatam eius in longum ſubſtantiam amplexantur, toto ſuo ductu ad glandis vſque radicẽ (vbi capacior eſſe ſolet meatus, idémq. ad extremũ anguſtior, glandem ipſam penetrat totam) ſibi quidem ſubſtratum, ac non connatum; eúmque (vti dixi) vnicum, vrinæ & ſemini excernendis cõmunem; contra Arabum notatam ſententiam, de qua etiamnũ poſtea ruurſus patebit; fortè etiã adeo Hippocratis ipſius: Procedit enim ſemen (ait) non quà vrina, verùm alia ipſi via eſt contigua. & Ariſt. cap. 19. lib. 1. hiſt. animal. poſt Hippocratem; Genitale (inquit) ceruici veſicæ adnectitur, foramine foràs directo peruium: ſed paulò inferiùs altero intra eandem ſemitam conuio deductum. quorũ foraminum alterũ ad teſtes, alterum ad veſicam neruoſum chartilaginoſúmq. tendit. ſed de vtriſq. forſan iterũ poſtea. vt hoc obiter notes; quod à nemine vidi hactenus obſeruatũ.

Penis conſiſtentia æquabilis.

Veſalius Galeno inimicus.

An Gal. duos muſculos ſolos penis agnouerit?

4. Penis muſculi.

Penis ligamentorum ortus, & proceſſus, & forma.

Penis forma, à ſimulacro.

Meatus communis vrinæ & ſeminis, vnde & qualis: & quomodo inuolutus penis ſubſtantiã, glandem tranſeat.

Quòd veritas penis meatus, cõtra Hipp. & Arabes, & Ariſt.

Membri virilis ſitus, & ductus ſeminis. N. falsò.

Non abs re autẽ putat Veſalius, in extremo iſto meatũ, glãdem mediam penetrante, ſemen breuem quandam morã facere, ad augẽdam in coïtu voluptatẽ: vt & in gonorrhœa venerea ibidẽ cunctando putreſcere, & dolores intolerabiles excitare, vlceráque excoriando permoleſta. Et ſanè nulla pars mihi quidem in toto corpore, acutioti ſenſu prædita videtur ipſa glande, ob proprietatem ſubſtãtiæ mollis, fungoſæ, teneræ: ne teneros videlicet muliebres loculos contẽta duritie nerui fungoſi dicti allideret aut contũderet (quam vim cerua fugax dicitur in coïtu à ſuo mare metuere, currens coëunti ceruo ſuppoſita) quã rationem miror à Galen. in vſu partium, & ab aliis deinceps omnibus prætermiſſam; planè tamen efficacem

Locus ſenſatus & doloris in glande. quã.

Glans acutiſſimi ſenſus, vnde & quorſum.

& quamobrem adeo tenera & mollis, N. ratio.

Cerua currit in coïtu, tur.

Omissa anatomicis bella ratio, ex N.

verámque. Sed & neruorum complurium ab osse sacro emissorum, & valorum perquàm insignium eôdem desinentium & corriuantium multitudo, sensus acumen adauxit, tum ad voluptatis, tum ad doloris perceptionem. Ex quo fit, vt in coïtu glans illa mirificè pruriat & catuliat, eadémq. plurimùm delicietur ac voluptuetur, vt alibi repetam. eádem necnon in vlceribus & calculis vesicæ, stranguria, dysuria, & aliis partium vreticarum affectibus insano quodam & immani intolerabilique cruciatu diuexetur: vt voluptatem dolor velut ex æquo compensét.

Glans in coïtu præcipuè afficitur. item à doloribus, vnde.

Vrethra vnde dicta: & eius forma.

Hunc verò meatum, οὐρήθρας iam antè à Græcis nominari monui, ab altero officio; ὅτι τὸν οὖρον ῥεῖ, quòd vrinam excernat. Quem obliquum ac tortuosum vtcumque esse sciendum est, quâ potissimùm parte pòst pererratum perinæum siue inter femineum, sursum ad vesicam, ἀγκυλοειδὲς reflectitur, vt antè depinxi Latinorum maiori simulem. Vnde est illa difficultas, per collum vesicæ immittendi cathetêris; quam vulgus Arabistarũ algaliam vocat; nostrates sondam appellant. Malè igitur Auicennas cum suis sequacibus, fen. 20. de dispositionib. generationis masculorum; In virga sunt meatus tres: scilicet meatus vrinæ, & meatus spermatis, & meatus alguadi.

Quòd non tripliex distinctio in vrèthra, contra Auicennam.

Parastata vbi, & vnde dicti, & quales, & quos in vsus.

Vrethra verò illa ad orificium supremum, vesicæ capacitati proximum, glandosum quoddam corpus sibi circundatum obtinet, quod Græci προστάτην, velut adstitem vocant; quòd ipsi summæ vesicæ cèruici παράκειται, adstat seu prostat; muco quodam seminali turgescens, partim vrêthræ ipsi oblinẽdæ, quò vrinæ acrimoniam obtundat: partim coïtus tempore saliuante, vel adeo in sola imaginatione rei venereæ: & maximè ac frequentissimè iis, quos gonorrhea virulenta infestat. quem ad locum vasa semen deferentia inseri posteà audies. ἀδήνας à similitudine ἀδένος, glandis, denominatur. quibusdam παράστατα pari forma & derivatione dicitur; ἐπὶ παρεστῶτα, quia prostat ac præponitur testibus subiectis, & hinc inde appensis. sed de his etiam postea.

Prostata, & item parastata, qui & cur dicantur.

Penis partes & particulæ, earumque vsus.

Venæ & arteriæ insignes, vincula, cutis propria, & membrana carnosa, neruique multi totum penem subeunt & ornant; ad alimentum, vitam, firmitatem, tegmen, sensúmque exquisitissimum largiendum. Neque enim potui adhuc assequi, quid sibi Realdus vellet, cùm in pene nullam adesse venam, nullum neruum contentiosè affirmat; reclamante sensu, & ratione. Sed neque priapismi causſam aliò retulerim, quàm ad fungosam istam colis compositionem, & arteriarum copiam, spiritu multo feruidóque abundantium, distendentium, pulsantium, in tensione veretri tum ad coïtum arrecti intensíque (quod inuentum sibi Columbus, falsò tamen arrogat, iam antè Aristoteli & Galeno præuisum, vt partim innotuit, partim innotescet) tum etiam priapismo præter naturam laborantis. Est autem priapismus, cùm coles & in longitudine & circulo totus augetur, nullo stimulante ad libidinem aut desiderio, aut acquisitio calore: vt quibusdam accidere consueuit, qui supini decumbunt: quod & Arist. in problematis annotauit. siue breuiùs sic; Priapismus, est permanens colis auctio ac tumefactio. quali habitu Priapus deus ille Lampsacenus, & Ithyphallus olim depingi solebat, vt ipse adeo Gal. tradit lib. 6. loc. aff. Fieri autem potest, vt nullo præcipuo proprióque colem infestante affectu, causſa priapismi ad arterias referatur: vtpote quæ solæ interdum huiusmodi habeant præter naturam affectionem: quali videlicet affici consueuerunt, cùm naturaliter totus coles intenditur. Atqui à spiritu in tumorem, ipsum attolli, manifestè patet iis, qui celeritatem eius & cùm intumescit, & cùm iterum relidet, perpendũt. quippe nullus humor tam subitam in alterutrã partem mutationem efficere posset; quicquid Gal. de epilepsia à pituita excitata, alibi ratiocinetur, rectiùs nunc loco dicto philosophatus. His sic se habentibus, cùm in corporum dissectione, magnæ videantur arteriæ in pudẽdum (exiguam scilicet particulam) irruere; sitque coles, essentiâ talis, qualem in nulla alia parte videre est; vtpote cuius corpus neruosum sit, ac vndiquaque fistulosum; exceptâ ea parte, quam glandem vocant: quid aliud excogitauerit quis, quàm quòd à vaporoso spiritu ab arteriis affluente, per extensiones in tumorem attollatur? Ideóque glandem, æqualem semper habere magnitudinem, ibidem asserit Galenus; quod fistulosus in ipsam neruus non ingreditur. cui tamen experientia refragatur; balano multò vastiore ac tumidiore ad coïtum incitata, quàm post rem veneream peractam, exolutis spiritibus: quod idem comparatione viui ad mortuũ facilè diiudicatur. Ergo quid causſæ est, cùm libidinis impetu quis stimulatur, aut vbi ob supinum decubitũ calfacti sunt lumbi, vt coles extendatur? Nempe hac inuẽta, facilè priapismi quoque affectionem inuenire nos posse speramus. Quòd verò princeps causſa, sit plenitudo vel arteriarum, vel nerui fistulosi, aut etiam vtriusque, cùm ex priore conditione mutantur, palàm constat. quem Galeni locum, & plures alios si Columbus obseruasset, non sibi immerenti inuentionem pulchræ causſæ vendicasset.

Priapismi causſa.

Columbus notatur.

Auicennas fen. 20. de dispos. genera. masculi. Et scias (inquit) quòd virgæ aduenit virtus erectionis & ventositas à corde: & aduenit ei sensus ex cerebro & nucha: & aduenit ei sanitas æqualis & desiderium ex hepate. & desidetium naturale, quandoque fit ei causſa renum. & apud me principium eius est ex corde. hæc Arabum princeps Auicennas. Constantinus autem Aphricanus hunc ducem secutus; Tria sunt in coïtu (ait lib. de coïtu) appetitus excogitatione phantastica ortus, spiritus, & humor. Appetitus ab hepate, spiritus à corde, humor à cerebro. sed de his posthàc pluribus, & loco opportuniore.

Penis erectus, & sensus, vnde: item voluptas.

In coïtu tria concurrunt appetitus, spiritus, humor: vnde tria hæc.

Priapismi & erectionis priapi causſa.

Gal. reprehenditur sua contra se ratio, à N.

Colis substantia qualis, & cur facilè arrigat.

An glans nunquam intumescat, & cur. N. falsum.

De præputio & circumcisione.

Præputij vsus & virgo, à simile, & vnde dicatur.

DE præputio dixi in nomenclatura partium simul cum cæteris loci huius appellationibus. hoc tantùm nunc adiiciam; Quod vna pharyngi; quod nympha vtero, id summæ glandi præputiũ efficere, vt partem teneram, mollem, læuem, lubricam, lasciuam tueatur ac muniat, atque ab aspero tactu rerum externarum protegat tegmen illud cutaceum, de membrana penis carnosa, déque cute suprema coalitum, & adduci & reduci non sine voluptate in coïtu affricanda, & facile & promptum. Quod nescio an à præponendo dictum videri, ob dictam rationem, possit: an, vt quidem rentur, ex eo quòd præputetur, non tantùm Iudæorũ more, sed etiam earum gentium, quas antè in onomasia partium corporis humani appellaui. cùm & Ægyptij, & Phœnices nubilibus virginibus, aut iamiam sponsis futuris, caruncularn ab vtero longiùs propendentem resecare pariter solerent. sic Æthiopes non secùs fœminas, atque Hebræi suos mares circuncidere. Quas tamen vtique partes natura nunquam creasset, nisi certo & necessario vsui futuras animaduertisset. & Romani Hebræos multis probris incesserunt, ob morem gentilitium præputij amputandi; Apellas, & Verpos, & Recutitos nominando; atque aliis vix ferendis conuitiis lacessentes. suo vt iure quodam illis respondere Virgiliano hoc versu possint;

Virginum nubilium nympha præsidio salua, vbi.

Partes minimè supernaneæ naturæ.

Probra in Iudæos circumcisis solita.

Parcius ista viris tamen obiectare memento.

Eminuerò inter cæteros, Persius sat. 5.

—— recutitaq; Sabbatha palles.

& Martialis,

Nec recutitorum fugis inguina Iudæorum. idem,

Delapsa est misero fibula, verpus erat.

Horatius, *—— credit Iudæus apella.* quasi sine pelle; allusione ad Græcum vocabulum, ἀποπέρικος. Iuuenalis 14.

Quidam sortiti metuentem sabbatha patrem,
Nil præter nubes & cœli numen adorant:
Nec distare putant humana carne suillam,
Qua pater abstinuit: mox & præputia ponunt.
Romanas autem soliti contemnere leges.
Iudaicum discunt, & seruant, & metuunt ius,
Tradidit arcano quodcumque volumine Moses,
Non monstrare vias eadem nisi sacra colenti.

Ironia in Iudæos, & calumnia Iuuenalis & Taciti historici. Moses.

ibidem,

Quæsitum ad fontem solos deducere verpos.

Cornelius Tacitus lib. 21. multa nefariè de Iudæis commentus, ac profectò mentitus: Separati epulis, ait, discreti cubilibus, proiectissima ad libidinem gens, alienarum concubitu abstinent. inter se nihil illicitum. circuncidere genitalia instituêre, vt diuersitate noscantur. trãsgressi in morem eorum, idem vsurpant. nec quicquam priùs imbuuntur, quàm contemnere deos, exuere patriam; parentes, liberos, fratres, vilia habere. & quæ sequuntur similiter antecedentibus falsa pleraque. Sed hæc conuitia parui faciunt, quibus lege diuinâ nihil prius, nihil antiquius habetur. Moses autem genes. 17. pactum Dei cum Abrahamo, hoc symbolo comprehendit; Hoc est pactum meum, quod obseruabitis inter me & vos, & semen tuum post te. Circumcidetur ex vobis omne masculinum. & circuncidetis carnem præputij vestri; vt sit in signum fœderis inter me & vos. Infans octo dierum circuncidetur in vobis. & quæ ibidem plura in eandem sententiam: & Leuitici 12. sanciuntur in legem perpetuam, aut tanè tamdiu obseruandam, donec nouo & sanctiore & verecundiore ritu baptismi purissimi (cuius typum gerebat circuncisio) per nouum legislatorem & mediatorem Christum aboleretur. Paruit autè Abraham Domino, & omne semen electum. quin & Mosi in Ægyptum eunti, iratus Dominus mortem comminatus est, ob neglectum circuncisionis præceptum. At Sephora coniux tulit illico acutissimam petram, siue silicem, & circuncîdit præputium filij sui: tetigitque pedes eius, & ait; Sponsus sanguinum tu mihi es, ob circuncisionem. Exodi 4. At Dauid cùm à Saule accepisset conditionem nuptiarum Michol filiæ regis, vt centum præputia Philistinorum bello victor sibi referret (cùm tamẽ Dauidis mortem rex percuperet atque vrgeret) ipse cum suis expeditus contendit in Accaron, & percussit ex Philist im du.entos viros, & attulit eorum præputia, & annumerauit earegi, vt esset gener eius. quibus spontalibus ac paraphernis contẽtus Saul, dedit Dauidi Michol filiam suã vxorem, vt scribitur lib. 1. Reg. cap. 18. Quin & Timotheum longo pòst tempore Paulus circuncîdit Act. 16. consilium ex tempore capiens, & Iudæorum se ingeniis accommodans: quòd inter Iudæos Iudæus versaretur: & ipse Timotheus Græci quidem patris, fidelis autem Iudææ matris ellet filius, ait Nicephorus cap. 19. lib. 2. Cùm tamen Paulus de extinguẽda circuncisione diu multúmque postea laborauit, vt actus apostol. & epistolæ eiusdem declarant. Quin & hunc circuncidendi morem aboleri postea visum apostolis in Ierusalem congregatis, edicto eo promulgato primæ olim synodi, quod cap. 15. act. apost. conceptis verbis exprimitur atque inuulgatur. Sed quamobrem hoc signum & symbolũ Deus elegerit, omni castimoniâ, syncritate, puritate, verecundiâ, modestiâ gaudens, sanctus & purus, nondum potui excogitare; cùm multa alia vel in corpore humano, vel extra corpus humanum captare & sancire potuerit. Nam & lex XII. tabularum præcepit, Ad deos accedunto castè. & Leuitici 11. Sancti eritis, quia & ego sanctus sum, ait Dominus. An vt Iudæorum gentem sibi velut mancipi seu mãcupi, hoc signo (quod alij raso capillitio faciũt) designaret? an vt ab omni spurcitia & fornicatione reuocaret? an vt fragilitatis illos humanæ admoneret? an vt à contrahendis cum alienigena gente matrimoniis abduceret? an vt eos de cordis & mentis castitate atque integritate, resectis omnibus vitiis superfluit, commonefaceret? Quorsum & Paulus dixit ex Deuteron. 10. Circuncidite præputia cordis vestri. & Christus Ioan. 7. circuncisionem à Mose,

Pactum de circuncisione.

Baptismus supplet locũ circuncisionis, purus seruens.

Historia circuncisi Mosis filij.

Historia Dauidis 100 præputia Philistæi pacisci cupientis in sponsalia.

Historia Pauli Timotheum circuncidentis.

Paulus destruit circuncisionem. Item concilium apostol.

Dubium, Cur Deus circuncidi Iudæos voluit? N. rationes varia.

Deus sanctus gaudet sanctimonia.

Deus cum Abrahamo

imò ne à Moſe quidem, ſed à patribus repetit.

Circumciſio quorſum valeat.

Et quidem circunciſio nihil eſt, & præputium nihil eſt: ſed obſeruatio mandatorum Dei, ait Paulus 1. Corinth. 7. & ad Galat. 5. Nam in Chriſto Ieſu neque circunciſio aliquid valet, neque præputium: ſed fides quæ per charitatem operatur. Sed placet Origenis aliquot verba in illum Genes. locum adſcribere, Θαυμάσιε peracutæ ac liberrimæ. Vos (inquit) ô populus Dei, & populus in acquiſitionem electus, ad enarrandas virtutes Dei, ſuſcipite dignam circunciſionem verbi Dei in auribus veſtris, & in labiis, & in corde, & in omnibus omnino membris veſtris. vbi mox ſigillatim de modo circuncidendi aures, labia, cor, guſtum. vt horum exemplo, de circunciſione membrorum omnium intelligas, in obſequium Dei captiuandorum, vt officiis mandatorum Dei deſeruiant. & mox, Confer (ſubdit idem) hæc noſtra cum Iudaïcis fabulis, & narrationibus fœtidis: & vide ſi in illis, an in his, quæ in Chriſti eccleſia prædicantur, circunciſio diuinitùs obſeruetur. Si non etiam ipſe ſentis & intelligis hanc eccleſiæ circunciſionem honeſtam, ſanctam, Deo dignam: Iudæorum autem turpem, fœdam, deformem, ipſo etiam habitu & aſpectu πανύψαυτον præferentem. hæc ille planè liberè, & vt philoſophum & Chriſtianum decet, ad circunciſionis vſum abrogandum, velut oſcæ, fœdæ, ſpurcæ & abominandæ. Sed ſatis hac de re in præſentia, per quandam digreſſionem dictum eſt: nam theologica alibi diſceptabuntur: medicinalia nunc verſamus.

Circumciſio Chriſtianorum qua conſtet, quóq. modo.

Iudaica & Chriſtiana legis comparatio: item circumciſionis & baptiſmi.

Origenes deteſtatur circumciſionem præputiorum.

De Teſtibus. CAP. V.

Tranſitio.

VErumenimuerò cùm penis naturam totam hactenus, vt puto, examinauerimus; proximum eſt de teſtibus vtrinque illi adiacentibus inquirere; nondum tamen muliebribus, de quibus in veteri inquiſitione conſtructionis commodiùs dicetur. Hos autem quis primus, teſtes; ſeu diminutionis formâ, teſticulos appellare inſtituerit, vel pari ratione Græcè διδύμους, quaſi gemellos indigitarit, neſcio: hoc tamen ſcio, ſolerti præditum hominem fuiſſe ingenio, qui partis naturam penitiùs conſideraſſet. nam ita naturali lege comparatum eſt, vt nonniſi gemini in vnoquoque hominum inueniantur. niſi ſi paucis quibuſdam. vt ren vnicus, ſic vnicus teſtis à natura ineſt: paucis adeo & tertius quidam accreſcit. ſicuti & paucioribus duplex in pene via, altera vrinæ, altera ſemini deſtinata. ſed quod rarum eſt, id ſub artem non cadit.

Teſtium & διδύμων appellationis ratio.

Teſtis quibuſdam vnus, duo, tres.

Item geminus pro ductus. Quod rarũ.

Illud ratione non caret, ſiquis ambigat, vir ſit an mulier, cùm cætera fortè communia reſpõdeant, non aliunde certius teſtimonium, quàm à teſtibus ipſis captari. qui ideo reuerâ teſtes ſunt, quòd de ſexu virili certiſſimè teſtẽtur, atq. indubitatum edant teſtimonium. Qui ſi conſulti in creando Papa Ioanne 8. fuiſſent, ſatis vtiq. indicaſſent, non Ioannem, ſed Ioannam; non Papam, ſed Papiſſam; non filiorum in fide Chriſtiana gignendorum parentem, ſed ex inceſto famuli coïtu, nothi cuiuſdam filij matrem futuram. iuuat autem feſtiuam Platinæ narrationem hac de re audire, antequàm ad rem ipſam explicandam deueniamus.

Teſtes aſteſtantur ſexum: & cur dicti.

Hiſtoria Ioannæ Papiſſæ apud pleroſque apocrypha.) Atrebatis.

Iohannes Anglicus ex Maguntiaco oriundus, malis artibus (vt aiunt) põtificatum adeptus eſt: mentitus nempe ſexum, cùm fœmina eſſet, adoleſcẽs admodùm Athenas cum amatore viro docto proficiſcitur, ibíque profeſſores bonarum artium audiendo tantùm profecit, vt Romam veniens, paucos admodùm etiã in ſacris literis pares haberet, nedum ſuperiores. Legendo autem & diſputando doctè & acutè, tantum beneuolẽtiæ & authoritatis ſibi comparauit, vt mortuo Leone, in eius locum (vt Martinus ait) omnium conſenſu Pontifex crearetur. Verùm poſtea à ſeruo compreſſa, cùm aliquandiu occultè ventrem tuliſſet; tandem dum ad Lateranenſem baſilicam proficiſceretur, inter theatrum, quod Coloſſæum vocant, à Neronis coloſſo, & ſecundùm Clemẽtem, doloribus circumuenta peperit, eóque loci mortua, Pontificatus ſui anno II. menſe I. diebus IIII. ſine vllo honore ſepelitur. Sunt qui hæc duo ſcribant; Pontificem ipſum, quãdo ad Lateranenſem baſilicam proficiſcitur, deteſtandi facinoris cauſſa, & viam illam conſultò declinare: & eiuſdem vitandi erroris cauſſa, dum primò in ſede Petri collocatur, ad eam rem perforata, genitalia ab vltimo diacono attrectari. De primo non abnuerim: de ſecundo ita ſentio: ſedem illam ad id paratam eſſe, vt qui in tanto magiſtratu conſtitutus, ſciat ſe non Deum, ſed hominem eſſe, & neceſſitatibus naturæ, vtpote egerendi, ſubeundi eſſe. vnde meritò ſtercoraria ſedes vocatur. Hæc quæ dixi, vulgo feruntur, incertis tamen & obſcuris authoribus. quæ ideo ponere breuiter & nudè inſtitui, ne obſtinatè nimiùm & pertinaciter omiſiſſe videar, quod ferè omnes affirmant. erremus etiam nos in hac re cum vulgo. quanquam appareat, ea quæ dixi, ex his eſſe, quæ fieri poſſe creduntur. hæc ille. vide apud eundem contrarias Onuphrij rationes. venio autem deinceps ad naturæ hiſtoriam.

Ioanna cuiusdam ſtudia, doctrina, meteſim, partus, mors, ſepultura confict.

Mos in explorando Papæ ſexu.

Cur Papa inſideat ſedi perforatæ.

De Teſtium naturali compoſitione, ex recentiorum & noſtra ſententia.

TEſtium naturam & compoſitionem quoniam Galenus variè & diuerſimodè tractat, & per partes & particulas modò hùc, modò illùc vtcumque deſcribit: ideo ſic aliunde ſarciamus: deinde variis ab eo petitis locis exornemus. Teſtes igitur, qui & Græcis ὄρχεις (fortè quòd ὄρον χέουσι, vrinam profundere putentur) glandoſa hi quadam conſtãt ſubſtantia, ſicuti lib. 3. aliment. facult. Gal. tradit; eáque molli, rara, laxa, lactea, fragili, alba, oblonga & tereti (de muliebribus latioribus & laxioribus poſthàc conſtabit) humiliori tamen parte obtuſa & ampla, tota autem cauernoſa & ſpongioſa, exiguis tenuibúſque venulis in totum peruia atque opplera (citra cauitatem inſignem tamen, velut ſeminis receptaculum, vt quidam

ὄρχεις vnde dicti.

Teſtium ſubſtantia, figura, vſus.

Teſtibus nulla cauitas re-

Digitized by Google

piendi fœmina.

arbitrantur) ipſo habitu, vſum naturalem toto præ ſe ferente: quia ſemini generando & excoquendo ſunt à natura deſtinati, vt mox pluribus patebit, cùm Galeni aduerſus Ariſtotelem rationes expendentur. Et verò maribus illi ob vim innati caloris, foris prominent: fœminis contrà, ob natiui frigoris intemperiem, intus occultantur. Sunt qui ouorum figuræ comparent, ſi paulò rotundiores forent: quales vtique ſunt, vbi reliquis ademptis, ſola glãs relinquitur. quo nomine & à nõnullis, vt Auicenna & vulgo, oua denominantur.

Teſtes cur maribus, foris; fœminis intus

Teſtium cum vas coparatio.

Teſtes multiplicibus ad ſecuritatem & vſum iuuandum, circundantur tunicis, ceu inuoluceris; & quidem nominibus etiam diſtinctis, nullo vſquam interueniente adipe. Quarum quæ intima & teſti contigua eſt (quod de vno dico, idem de altero dictum intelligi volo) Ἐπιδιδυμὶς ex eo vocatur, quaſi ſupergeminalis; quòd ἐπὶ τοῖς διδύμοις, ſupra teſtes inſternatur. quibuſdam etiam Παραδιδυμὶς pari cauſſa dicitur. Veſalius nomine quidem ipſo cum dicto confundit. Galenus lib. 1. de ſemine, pro capite teſtis habendam epididymida cenſet, ſemine turgido, vt pòſt reperam. Hanc epididymidem ſuperior proximè inueſtit ἐπισπαδὶς vocata; quòd modicum ruborem ſpecie præ ſe ferat, tum ex ſe & ſuis venulis, tum ob muſculum teſticuli talem colorem à natura adeptum. ſic enim malo, quàm vt ἀπὸ τοῦ ἐπισπᾶν ἢ ἐπίσπαστρον, à velamento ſeu vagina denominari dicatur, ſ ina mutato. aut ſi malis, ἐπισπαδὶς, quaſi capreolaris; quòd venarum & arteriarum capreolos gyróſque inuoluat. Hanc deſuper inuoluit Δαρτὸς ἢ δάρτος, quaſi δέρις, cutis ſeu corium; ἀπὸ τοῦ δέρειν, ab excoriando denominata; quòd à circũpoſitis excoriando diuelli cõmodè poſſit, nonnuſquam humore quodam intercurrente diffluens. Vltima tandem atque omnium ſuprema extimáque, & quæ in rugas ſuperiori cute contrahitur, & quam media linea dirimit (de his enim appellatiunculis dictum in onomaſia partium antè fuit) ſubiectam membranam carnoſam habens adnatam; cum qua vtrumque teſtem extrinſecùs ambit; Græcis ὄσχεον, ἢ ὀσχέα, ἢ ὄσχεα: ſcrotum ſeu ſcortum à Latinis dicitur, quòd ſcortea ſit, ſiue coriacea, alutæ naturam referens. & verò Graiis illo nomine, per aſyl marſupium ſolet appellari, à cuius tum forma, tum vſu recondendorum teſticulorum, illud idem oſcheon parum differt. Hæ ſunt genuinæ & primariæ teſtem componentes partes: quarum de vſu paulò pòſt copioſiùs. vt ſimul intelligas, communes particulas his minimè deeſſe: ſed muſculos, neruos, venas, arterias ſuppetere, quales & quantas natura partium flagitat. Ac muſculi quidem teſtium, peculiari nomine ab vſu, κρεμαστῆρες vocantur, ἀπὸ τοῦ κρεμᾶν ἢ κρεμάζειν, quia ſuſpendunt teſticulos, vtrinq. vnus à muſculis ilium exortus. Vt interim illud Galeni annotes ex 14. lib. de vſu part. Matricibus totis, & partibus muſculorum omnibus, quæ ad teſticulos & ſcrotum pertinent, pauciſſimis opus fuiſſe neruis, qui ad ipſas diſtribuerentur: vt quæ neq. ad ſenſum exactionem, neque ad motum aliquem voluntarium inſeruiant, ſed ne meatus quidem ſint excrementorum, velut inteſtina. At virga maris, & matricum collum, atque alia quæ ad pudendum ipſum pertinent, tanquam ſenſum quendam exactiorem, ob coïtum venereum poſtulent, meritò neruos plures ſunt adepta. Si igitur memineris, nos demonſtraſſe, hepar, & lienem, & renes, neruis minimis indigere: & præterea partes genitales, præter eas quæ ad pudẽdum pertinent; deinde videris in animalium diſſectionibus, partes genitales, quomodo & prædicta viſcera, neruis exiguis eſſe præditas: ſolas verò eas, quæ ſunt circa pudendũ, neruos inſignes magis habere: certò ſcio, te in eo quoque iuſtitiam naturæ admiraturum. hæc ille.

Penis, & collũ vteri malis abũdãt neruis, quorſum.

Hepati, lienc, renib. partes nerui, cur.

Sed de vaſis ſeminalibus, ſiue σπερματικοῖς vtrique teſti propriis dicturo aduerte nunc mihi diligenter. Ad ſingulos igitur teſtes ſingulæ pertingunt venæ & arteriæ ſeminales dictæ, de magna vena & arteria aorta pronatæ, hunc quidem ferè in modum. Infra renes & renum vaſa, de medio anteriori venæ cauæ caudice, vena quædam inſignis exoritur, quæ dextra dextrum accedit teſtem, quo mox dicetur modo. In ſiniſtra tamen vena, diuerſus eſt ortus: ſiquidem ex eodem illo ramo à vena caua exprompto, qui ad renem ſiniſtrum fertur, & mixtam vrinam deferre dictus eſt (emulgentem Columbus etiamnum appellat) eóque inferiore, vena deciditur, quæ ad ſiniſtrum teſtẽ pari ratione deſcendit, qua & de dextra nuper dixi. Nonnunquam tamen & à ſiniſtro venæ cauæ caudicis latere, & à dextri renis vena (vt nuper de ſiniſtra ſeminali diximus) ramulus exoritur, qui principali commemoratæ venæ ſpermaticæ commiſcetur dexter dextræ, ſiniſter ſiniſtræ. Realdus dextram à vena caua ſub emulgente: ſiniſtram non à trunco venæ cauæ, ne in deſcenſu, ſupra magnam, craſſam, dẽſam, ſemper pulſantem arteriam inuecta, rumpi periclitaretur: ſed ab ipſamet emulgente deducit: & eorum ridet opinionem, qui ideo ſiniſtram ſeminalem ab emulgente originem trahere cenſuerunt, vt delatus inde ad teſtes ſalſus ille liquor, ſua titillatione voluptatem in coïtu augeret: de quo nos alibi ex Galeno.

De ſuis ſpermaticis, ſeu vaſis ſeminalibus: eorundem ortu, numero, ductu.

Ac primùm de vena.

Naturæ laus in vaſis ſpermaticis.

Columbi ſententia de ſiniſtra emulgente ſeminali.

Arteriarum ſeminalium facilior eſt diguotio: ambæ enim de magno aortæ deſcendentis anteriore caudice, & trunco ſub emulgentibus, ex oppoſito proximo ortu deprompta, paulò infra eum, à quo loco exoriri dextram ſeminalem venam diximus (Galenus ſiniſtram à ſiniſtra emulgente deriuabat) randiu deorſum feruntur ſingulæ ſuo teſti inſerendæ dextra dextro, ſiniſtra ſiniſtro, donec venas ſpermaticas dictas inferiores aſſecutæ, cum iiſdem velut coniugibus commiſcentur, & confundantur, ac mutuis oſculis per ἀναστόμωσιν inhiãt: vniuerſæ in ſuo deſcenſu cum peritonæo per fibras colligatæ, & ab eodem accepta tunica diligenter inuolutæ. Neque enim peritonæos, hæc vaſa nuda vſquam deſerit, ne viciniâ aſperiore offendantur, aut viæ ductu longiore collidantur. Hoc interim notauit Veſalius, dextrã

De arteriis ſeminalibus & earum ortu, progreſſu, & cum venis congreſſu.

Tunicæ vaſorum ſeminalium, vnde, & quorſum.

Oſcheon, ſcrotum, cur dicatur.

Cremaſtêres qui, & vnde dicti.

Vtero, & muſculis teſtium & ſcroti, pauci nerui, cur.

moras emulſum, pérque parua quædam, vt putant, foraminula tranſlumptum, in vrêthrã penis eiaculatur; tenui quodam foramine, & vix in mortuis conſpicuo; velut pluribus exiguis poris ſpongioſis cribrato, coïtus tempore cum magna partium earum præcipuè voluptate excernendum. Quo in ductu, dum ſemen feruidum diutiùs præterfluit, iis anguſtiis & gyris interceptum, & ad exitum gliſcens, mirabili titillatu genitales loculos afficit (nam quieto illo & immoto nihil tale accidit, licet cætera dicenda ſemper adſint) éſtque vna illa & præcipua coïtus tum voluptas, tum voluptatis (vt arbitror) ſedes primaria: de qua tamen pòſt inter problemata. Namque ſi amplo & recto meatu ſemen efferretur, & minor multò, & certè tantò breuior voluptas in concumbendo foret: quam & mora, & ſinus iſti obliqui tantopere augent accedente ſeminis acrimoniâ quadam lancinante, vt parebit ſuo demùm loco; & ſenſu partium genitalium exquiſito; & ſpiritu multo exhalante, ſimúlque cum ſemine foràs emiſſo.

Volupt. in coïtu ſedes, & occaſio & comitatus.

Cur ſemen ductum anguſti & obliqu.

Enimuerò de teſtibus hoc breuiter dicam: me omnino fugere, quibus vaſis aut ductibus vas hoc eiaculatorium, ſemen ab illis emulgeat, ac velut exugat; cùm nulla admodùm oſcula conſpiciantur. Vt ea vis ἀπομαγματικὴ (vt ita dicam) quodammodo propria atque inſita varicoſo iſti corpori tam obliquo, tam implicito conuolutóque videri poſſit, planè albicanti: quam adiuuet vicinitas & calor teſtium: Aut ſanè ipſi teſtes ſemen vi inſitâ ſuâ elaborent, inque idem illud varicoſum corpus, per occulta & perquàm exigua vaſorum epididymidem traijciendum oſcula refundant, vt Galenus tradit; & ad vrêthram viâ commemoratâ deuehant: non tamen quolibet tempore aut occaſione ſemen illud profundendum, quamuis nullo præfecto ſphinctêre conſtringatur. ſed poſtquàm incaluit ſemen, & ſpiritus genitalis commotus, ampliùs tam exiguis vaſis cohiberi nequit, & iamiam foràs impetu quodam proſilire geſtit; diſtentis meatibus illis ſpermaticis, qui antè & pòſt ferè ſemper conniuent; nequid ſeminis præter naturæ inſtitutum, & hominis ſani arbitrium præterfluat. Alioqui enim gonorrhœa laborantibus aſſiduè extillat; citra tamen voluptatis ſenſum, vt alàs dicetur, & citra voluntatis imperium.

N. dubium, quibus ductibus poros ſpermaticus ſemen à teſtibus educat.

Nota N. dubium. An parastata vari voſi ſperma elaborent? teſtes autè adiuuant? an retundunt & retinent: illi, ſicuti vena ſanguinem? vt teſtes hepar referant? Nam ne hepar quidē ſanguinem continet, ſicut neque teſtes ſemē N non ineſſe teſtibus virilib. tantam ſeminis capacem admittit.

Comparatio teſtiū & mammarum. & lacis ac ſeminis proportio.

Quin & hoc aldo; non eam eſſe teſtium naturam quam plerique arbitrantur: vt inſigni aliqua capacitate, ſemen à ſe elaboratum recondant; quo turgeſcere ac repleri Galenus ipſe ſub finem lib. 1. de ſemine aſſerit. Nulla enim in illis capacitas talis inuenitur: ſed denſa quædam & æqualis compages omnino glanduloſa. Licet aprè mammis comparentur: quia vt hæ lac de ſanguine; ſic illi de ſanguine ſemen conficiunt (nam lac & ſemen nihil aliud, quàm ſanguen album haberi debet) proprietate ſubſtantiæ ſibi aſſimilando, vi quadam inde dicta ἀπομαγματικῇ, de qua poſthàc dicetur. Veſalius hanc vim hepati defert, de chylo ſanguinem natiua proprietate demutandi. Sed mammis & hepati venæ inſignes inſunt, quæ confectum lac & ſanguinem contineant. in teſtibus, ea eſt venularum ſemen continentium anguſtia, vix vt diſcernere obtutu liceat. compreſſione tamen vidi ſemen proſilire, vel adeo è teſte muliebri (& quidem ex hoc potiùs) contra Ariſt. ſententiam, de qua poſtea.

Sic hepar ſanguificat.

Vena lactis & ſanguinis ſi obſcuræ conſpicuæ ſemenis autem obſcura.

De Paraſtata & Proſtata.

Cæterùm quando eò peruentum eſt, licet iam paulò antè huius meminerimus, tamen nihil nocebit explicuiſſe diligentiùs naturam corporis cuiuſdam glanduloſi inter veſicæ capacitatem & ſphinctêrem eius interpoſiti: aut potiùs mox ſub veſica & ſphinctêre ipſo collocati: in quod ſeſe condere vas eiaculatorium nuper deſcriptum diximus. etymon nominis notauimus, ἀπὸ τῆς παραστάσεως. vſum vtcumque attigimus, & mox ex Gal. repetemus. nunc autem eius naturam & conſtructionem rimati, dicimus primùm, nomen paraſtaræ eſſe homonymum, & ad duo ſignificanda vſurpari ſolitum. eſt enim alter ἀπὸ τῆς παραστάσεως, qui à ſimilitudine varicum, κιρσοειδὴς, varicoſus ſeu variciformis denominatur; éſtque meo iudicio, id corpus glanduloſum, pyramidale, quod proximè deſcripſimus, è vena & arteria ſeminali coalitum, & in teſtis caput ſimul inſertum, velut alterius cuiuſdam teſtis ſimilitudine à quoquidem paulùm diuulſo & diſtracto ſeparatóque, quidam παράστατας, quaſi triteſtes cognominantur. Fallopius tamen nomine ἀπὸ τῆς παραστάσεως ab Herophilo denominari, geminas nerueas veſiculas accipit, circa veſicæ ceruicem vtrimque poſitas, multis anfractibus diſtinctas, copioſo ſemine refertas, præſertim in longa rerũ venerearum intermiſſione, prope ſeminalium meatuum implantationem collocatas, veluti ſpermatis aſſeruandi, & particulatim expuendi excernendique penum & promptuarium, inter ligamenta recti inteſtini & veſicæ latitantes. Et quod mihi mirum fit, Veſalio diligentiſſimo Anatomico, quémque ille vt virum diuinum, & præceptorem veneratur, partis huius naturam minimè obſeruatam ducit. Quæ ergo non alia poſſum corpora intelligere, quàm quæ paulò pòſt, ἀπὸ τῆς ἀδηνώδους ſum vocitaturus. Qui autem ἀδενώδεις vocantur, hos perperàm Paulus ἀπὸ τῆς παραστάσεως deſcripſit cap. 41. lib. 6. cùm dicit; Igitur teſticulus, ſubſtantia quædam eſt glanduloſa, fragilis, ad vim genitricem ſeminis effecta. At nerui teſtium, quos Græci ἀπὸ τῆς κρεμαστῆρος ab eo appellant, quòd ex illis genitales partes dependent, ſpinalis medullæ ex cerebri membrana propagines ſunt, cum venis arterioſis ad teſticulos pertinentes, per quos ſemen in naturalia permeat. (quòd tamen ſemen à cerebro non diſtillet, poſthàc neceſſariis addicam rationibus.) Alterum verò corpus & ipſum glãdoſum, eodem nomine, & pari crymo (dixi autem ἀπὸ τῆς παραστάσεως, ab adſtando; quia illud

Paraſtatarum ſitus, denominatio, homonymia, compoſitio & vſus.

Paraſtatæ geminæ.

Paraſtatæ variiformes.

Deſcriptio paraſtatarum, & vſus.

Controuerſia anatomicorum Veſalij cum Falloppio, &c.

Teſtiū ſubſtantia, & vſus.

Paraſtatæ & cremaſteres, quo. N ſed malè contra Paulum Paulus inſinuat ſemē à cerebro deſtuere. N. ſed perperàm de quo poſtbàc.

Paraſtata glandoloſa, vnde dicatur, & eius ſitus.

teſtibus, hoc veſicæ adſtat) ἐπιδύμις vocatur: ſed altero epitheto diſtinguitur, à forma ipſa A *δίδυμος* (ſic enim malo, quàm cum quibuſdam, *ἀλλαντοειδὴς*) denominatus: quòd ſit *ἀδένι ὅμοιος*, glandis formam naturámque quandam ſortitus, ad humillimam veſicæ partem, & initium eiuſdem ceruicis collocatus; vaſorum ſemen deferentium & eiaculantium nuper commemoratorum inſertionem excipiens.

Paraſtata glandoſa an infra ſphinctêrem.

Veſalio quidem ſupra ſphinctêrem veſicæ; Fallopio autem infra illum poſitus: ne ſemper ſemini confuſum lotium excernatur; & illa ſeminalia vaſa, nullo interiecto obice, vrina ſemper alluat & compleat. quæ mihi probabilis viſa eſt ratio, atque accurata obſeruatione digna, ab incommodo.

Proſtata pro paraſtata glandoſa.

Quidam vitandæ cauſsâ ambiguitatis, hunc poſteriorem & iamiam dicendum, non ἐπιδύμιδα, ſed ab eodem themate, *προστάτην* vocandum arbitrantur. Ideo Syluius libello anatomico; Sunt præter hæc, pori ſpermatici ex paraſtata prodeuntes, erythroïde ad imum vſque ventrem educti. quem ingreſſi, & peritonæo tecti, mox reflexi, per proſtatam in vrêthram corriuant, ſeménq. in eam excernunt. & paulò poſt, Veſicæ collum à proſtata, circulari & pertuſa aut duplici glandula inceptum, ſphincter vſque ad ſedem perducit. rectiùs ad Galeni mentem (inquam) Syluius noſtras, quàm Veſalius alioquin accuratiſſimus anatomicæ veritatis interpres: qui Galeni carpendi occaſionem, vt ſæpe aliàs, leui occaſione captans, in nominis huius, & deſignatæ partis natura lapſum arguit. puto tamen mendum ſubeſſe lib. 14. de vſu partium, vbi paraſtatæ varicoſi & glãduloſi diſcrimen attingitur. cuius tamen ex verbis & ſententia, vt pleraſque alias, ſic & hanc partem commodè videmur breuitérque deſignari. Corpus hoc glandoſum, in quod deferentia ſemen vaſa, poſtquam coïêre, inſeruntur, quódque Herophilus primus προστάτην ἀδενώδη, proſtatas glanduloſos appellauit; idé & meatus, qui ex iis corporibus proficiſcuntur, non dubitat vaſa ſpermatica nuncupare. quæ autem à teſticulis explantantur, φλεβώδεις προστάτας, hoc eſt, paraſtatas variciformes nominare occupauit. & quæ ſequuntur de eorundem vſu, alibi commemoranda, & lib. de ſemine. ex quo deprehendes ab hoc loco diſcrepantem Gal. ſententiam.

Proſtata glandoſa vbi & qualis, eiúſque natura.

Veſalij & Syluij controuerſia de paraſtatis.

N. pro non mendum in Gal. ſubeſſe.

Proſtatæ glanduloſi, & vaſa ſpermatica, vbi.

Paraſtatæ varicoſi, qui.

Gal. à ſe diſſentit.

Sed tamen Veſalio monitore notandum venit, factâ experientiâ, vt mox ex Galeno patebit, & caſtrato cane viuo, neceſſariò concludi, ſeminis officinam in teſtibus ineſſe, potiùs quàm in paraſtata glandoſo; cui eam vim vel principem, vel ſaltem adiutricem tribuebamus. Etenim teſtibus ademptis, & vaſis ſpermaticis, quoad eius fieri potuit, illæſis, & paraſtata glandoſo integro permanente, canis generando inhabilis remãniſſe ab eo verè an falsò ſcribitur. tu ſimile fac, ſi voles, periculum. Vnde concludit (quod tamen tu mecum velim obſerues) nullam deferenti ſeu eiaculanti ſemen vaſi, cum venis & arteriis ſeminalibus vocatis communionem eſſe: neq. venam & arteriam illam ſpermaticam in deferentis ſemen vaſis naturam degenerare. quod tamen vaſorum illorum propinquitas, & affinitas operis, & velut continuatio quædam eorundem, niſi diligentiſſimè aduertas, & ſingula inter ſecandum a ſe inuicem ſedulò dirimas, inducit vt facilimè credas. & hactenus ita credidi, nec niſi facto ipſe periculo, mutabo ſententiam. Sed neque vllo modo tunicam epididymida tam ſubtiliter à teſte auelli poſſe putat, aut reſecari, quin ſimul pori vaſorum ſeminalium dirumpantur. eò quòd vena & arteria illa ſeminalis certiſſimè in teſtis ſubſtantiam digeratur. glandoſum autem illud corpus, ſemen deferre ac eiaculari non poſſe, niſi à teſtibus priùs acceptum. Quónam pacto enim (inquit) etiamſi tota ſeminis generandi vis glandoſo huic corpori ineſſet, teſtibus ademptis, ſemen ea producent, quando reſecti teſtes, vaſi ad glandoſum corpus ſemen deferenti nihil exportigent?

An vaſa ſpermatica ſigmoui deferãt?

Dubium.

Vena & arteria ſeminalis in ſubſtantiam teſtis digeritur.

Paraſtata glandoſa accipit ſemi à teſtibus: ideo reſectis hos, ſemen nullum euiaculatur, &c.

Hoc ipſius dictum paulò obſcurius, hac breui ſimilitudine illuſtrabo. tu apodoſin ex hac protaſi facilè aptabis, partes ſimilitudinis inter ſe componens. Riuuli aliqui in foueam de lõginquo fonte deriuant aquam. ab hac fouea exortus alius riuus, aliò aquam deducit: ex ſe autem nullam educit. hic autem riuus ſi à fouea diuellatur abrumpatúrque, quomodo aquã eò perducet, quò antea ſolebat? cùm nullum à ſe, ſed à fouea per ſuperiores riuulos deriuatam poſterior exciperet? Quî factum ſit tandem, vt taurus exectus generarit, vt teſtatur Ariſtoteles, aliàs diſquiremus pluribus. Non enim fortaſſe ſufficiat breuiter reſpondiſſe, paraſtatas & vaſa ſpermatica ante exectionem teſtium, multo ſemine, eóque prolifico abundaſſe: quo poſt exectos teſtes, in aluum fœminæ infuſo, generatio naturalis ſecuta ſit.

Demonſtratio, quòd reſectis teſtibus ſemen nullum vaſa eiaculari queant. Simile.

At taurus exectus generauit: quo autem modo? Dubium.

In quo de partium virilium, præcipuéque teſtium natura & vſu, ex Galeno potiſſimè.

CAP. VI.

Tranſitio.

SED de virilium genitalium naturali compoſitione vt pulchra & perquàm neceſſaria, ſic vtique perdifficili & perobſcura, hactenus à me de libro naturæ, & anatomica fide, recentíque obſeruatione potiùs, quàm veterum traditione dictum ſit. deinceps ad priſcorum volumina ſcriptáque recurramus, & Galeni cum primis, de vſu harum partium ſubtiliter & argutè philoſophati. priùs tamen eorum compoſitionem qualemcumque iſtam ex lib. de ſpermate temerè illi adſcripto ſubiungam. Teſticuli (inquit ille quiſquis author in Galeni opera irrepſit) quatuor habent panniculos; quorum duo calorem & humorem habent, alij duo habent acutionem: quæ acutio, ſperma adiuuaret. habent quatuor vaſa etiam, id eſt venas & arterias, quatuor ſeminaria; quorum duo ex recto ſemine, alia duo ſunt ádenes, quæ ſunt attrahentia & purgantia ſperma. Solet namque cum vero ſpermate deſcendere aquoſum

Teſtium tunica, & vſus: item vaſa ſpermatica, eorúmque vſus: item nerui.

Phlegma ſemini promixtum? an?

aquoſum phlegma, quod ab infirmis retinetur, & emittitur vel dormiendo, vel vigilando: quod ſemper liquefit. ex quo liquore acuto, teſticuli magnum pruritum & ardorem recipiunt; vnde generatur voluntas coëundi. Habent etiam teſticuli neruos duos pendentes & deſcendentes à principali oſſe colli, & fundamento & corporis, per dorſum & renes: qui nerui alios habent neruos coniũctos aliis oſſibus totius corporis. Notandum autem eſt, quòd vna vena eſt propria ſpermatis, vacua ab aliis, quæ recipit id ſperma à quatuor aliis venis: illę verò recipiunt ab aliis venientibus ab omnibus partibus corporis, & ab omnibus oſſibus medullá habentibus: quæ vena ducit illud ſperma ad caput. quarum quatuor prædictarum venarum talis eſt natura. Vna eſt iuxta renes; altera eſt iuxta cor & ſtomachum; tertia in pectore, & extenditur iuxta pulmonem; quarta eſt propè formoſitatem hepatis, in quo eſt poteſtas ſanguinis; vnde diffunditur per totum corpus. ex cuius ſuperfluitate naſcũtur ſpaſmus, apoplexia, diaphragmatis apoſtemata multimoda, & multæ alię paſſiones. & quę multa ſequuntur abſurda, Galeno prorſus indigna, & ab imperitis & iniquis rerum æſtimatoribus inter Galeni opera cum multis temerè & inconſultò relata.

Semen ex oſſibus, eiúſque ductus.

Vaſorum ſpermaticorum natura, & ſitus.

N. improbatur author, & oratio ipſa.

Iam verò ad ipſum genuinum authorem Galenum venio; & quidem ex præclariſſimo eiuſdem omniũ opere de vſu partium. ſic enim ille de virilium teſtium vſu naturáque lib. 14. ſiquidem de muliebribus poſtea fuſiſſimè dicemus: ſed quæ ſunt vtriq. ſexui cõmunia in his partibus, aut marib. propria, illa priore loco expẽdimus. Teſtes igitur (ait) cùm ſint laxi & cauernoſi humorem qui cœptus erat concoqui, excipientes, & ipſi rurſum percoquunt: perfectiùs quidem ad fœtus procreationem, maſculorũ teſtes, maiores cùm ſint & calidiores, ac tum propter interualli longitudinem, tum propter vaſorum coquentium robur, exactiùs iam elaboratum ſit id quod in eos deſcendit. imperfectiùs verò teſtes fœminarum id efficiunt, vt qui minores ſint ac frigidiores, minúſque exactè coctum humorem excipiant. Cur autem ſanguis, cùm diutiùs in vaſis moratur, albeſcat, ſeménque efficiatur, tum dicemus demùm, quando de humoribus agemus.

Propoſitio.

Teſtium natura, vſus.

Cõparatio teſtium virilium & muliebrium.

Hoc autem quãuis ad ſequentia ſit commune, & repeti oporteat; tamen nunc quidem breuiter attingetur, ex eodem lib. 14. de vſu partium, ab Hipp. repetitum ex lib. 6. epidem. Vtcunque teſticulus ἧπαρ extrinſecùs apparuerit, ſi dexter, maſculus: ſi verò ſiniſter, fœmina. aut vt Hipp. interpres vertit, Hircire incipiens, vter teſtis extrà apparuerit, ſiquidem dexter, maſculum: ſi verò ſiniſter, fœmellam portendit, ſect. 4. at ſuperiore ſect. 5. Poſtquàm Vénere vti incepetint, aut hircire, ſanguis ipſis è naribus erumpit. vbi Galenus, Cùm puerilis ætas in adoleſcentiam tranſit, quemadmodum ipſis ſemen & pili in locis genitalibus erumpere incipiunt, perinde & teſtes ſubitò increſcunt quemadmodum & puellis virginibus cùm mammæ extuberant, vnà & menſes fieri incipiunt: tunc igitur & vocis mutatio in maribus fit præcipuè, nam cùm priùs ipſis acuta vox eſſet, cùm perfectè impuberes euaſerint, grauior redditur. tempore autem medio, veluti raucá ipſi vocem edunt. hæc Galenus. Hoc ego τραγᾶς à τριχίζειν alibi expoſui, tum ob vocis inæqualitatem hircis, τράγοις familiarem, tum ob Veneris ſtudium, cui tum hircus, animal petulans & laſciuũ, tum ætas puberũ cumprimis deditur: accedit & odor quidá hircoſus, qui in puellis potiſſimùm percipitur, vbi primùm catulire, & venerem agnoſcere gliſcunt, vt aliàs ex Ariſt. probl. referam, cuius & Hippocraticam hanc imitationem τῷ τράγου deſignabo. Et verò rectè Cẽſorinus cap. 4. In ſecunda hebdomade, vel incipiente tertia, vocem, craſſiorem & inæquabilem fieri, quod Ariſt. appellat τριχίζειν, antiqui noſtri hirquitallire. & inde ipſos putant hirquitallos appellari, quòd tum corpus hircum olere incipiat. cætera vbi ad Ariſt. ventum erit. redeo ad Galenum.

Vocis mutatio quando.

τραγᾶς, hircus, quid ſit, & cur dicatur vel vnde.

Puella puberẽ ſub puberẽtatem.

τριχίζειν, quid, & quando. item hirquitallire.

Cumprimùm (inquit) partes genitales intumeſcunt, vóxque mutatur, & grauior atque aſperior efficitur (id enim eſt τραγᾶν, velut hircire aut caprire dicas) tunc Hipp. præcipit obſeruare, vtra partium ſit fortior. quæ enim priùs tument, incrementóque ſunt maiore, ex vtrique ſunt fortiores (nempe à natura, & frequenti conſuetudine: licet rarò aliter peculiari quadam de cauſſa poſſit contingere.) Sed quod ibidem Gal. ſcribit, id quia obſeruatione anatomica conſtat, ſi fortè in aliis quibuſdam verum, tamen in homine rarum deprehendes. Nempe vt teſtis ſiniſter plures dextro flexus variciformes habeat: ob eámque cauſſam, ſcrotum quo inuoluitur, ſit laxius. Præterea teſticulus dexter cùm altero imbecilliot factus fuerit (vel ob prauam conformationem, vel ob vitium damnúmque acceptum) in eo affectu, quem ἧπαρ nominant, ſiniſter prior attollitur, & indicium de ſe præbet. quo caſu colligere poſſumus, id animal (vt de homine idem intelligas) fœminas procreaturum: quemadmodum ſi ſecundùm naturam ipſe permanſerit, & dexter prior in ἧπαρ attollatur, id animal, quod ad ſe attinet, generandis maribus aptum ſignificatur. ſed de aliis cauſſis ſexum diſtinguentibus poſthàc dicetur ampliùs. Galeni eadem de re verba ſunt hæc lib. 2. de ſemine, Ex teſtibus, quibus dexter craſſior eſt, inque coïtu inflatur prior, ij mares procreant: quibus eſt gracilior, poſteriórque intumeſcit, ij fœminas gignunt.

An teſtis ſiniſter plures dextro flexus habeat, & quorſum.

Quãdo teſtis ſiniſter validior dextro, & vnde, quidque portendat.

Indicium aptitudinis ad maſculũ fœtum, vel fœminã.

Differentia autem vaſis ſpermatici in mare & fœmina, eiuſmodi eſt ex Galeno, eodem lib. 14. de vſu part. Cùm vtilitas vtriuſque ſeminis non eſſet ſimilis, quòd neutrum neque multitudine, neque viribus alteri eſſet ſimile, neque vas ſpermaticum formâ, aut latitudine, aut longitudine ſimile exitit, ſed marium quidem latum eſt ac longum, & cùm iam prope pudendum aſſerit, velut ſinus quoſdam habet: fœminarum verò contrà anguſtum & breue. Hoc enim tametſi eſt exiguum ac tenue, ſatis tamen eſſe poterat recipiendo ſemini, ac

Indicia apti ad generationẽ maris aut fœminæ ex teſtib.

Adoleſcẽtia hæmorrhagiæ obnoxia quando.

Adoleſcẽtia quid actũ, in maſculo tum fœmina.

Differentia vaſis ſpermatici in mare & fœmina.

deducendo. marium verò niſi ſimul longum ac latum & ὑπερῶδες, id eſt varicoſum extitiſſet, quónam pacto ſemen tum multum, tum craſſum excepiſſet? quomodo ité facilè deduxiſſet? quomodo confertim ac repentè in matrices eieciſſet? Verùm hæc quidem naturæ opera ſunt mirabilia: tum etiã quòd in coïtibus partes genitales vndique extendantur, quò ſimul quidem matricum collum dirigatur ac parefiat, ſimul autem ſemen excernatur. Quantum enim ad ea quæ in vaſis continentur, excernenda, ipſa partium velut conuulſio, quæ in coïtu venereo accidit, habeat momenti, ex magnis epilepſiis, & eo affectu, qui γοήρωσις, id eſt inuita ſeminis effluxio nuncupatur, diſcas. Siquidem in vehementibus epilepſiis, quòd corpus totum veheméter conuellatur, & cum eo, partes genitales, ſemen iccirco excernitur. in gonorrhoeis autem, ſola vaſa ſpermatica afficiũtur. Quæ igitur tenſio in prædictis affectibus, vaſis iis accidit, ea & in coïtibus cùm iiſdẽ accidat, ſemen excernũt. Porrò venereorum cupiditatem, & invtendo, partibus ipſis voluptatem, quo pacto ſeminis ſubſtantia cogat fieri, dicetur poſthàc in humorum cenſu, & iam obiter attigimus.

Vaſa ſeminalia cur maribus lõga & ampla.

Partes genitales in coïtu extendũtur, quorſum.

In epilepſia & gonorrhoea, ſemẽ involũtario effluit, quõ.

Coïtus, epilepſiæ ſimilis.

De vſu porrò paraſtarum & proſtatarum, ſic ferè ibidem paulò poſt ſuperiora. Porrò qui humor in corporibus glanduloſis gignitur, in meatum vrinarium effunditur: in maſculis quidem vnà cum ſemine in matricem delatus: in fœminis autem, & foràs, & in muliebre pudendum effuſus. Vtilitates autem eius in vtriſque quidem tam maribus, quàm fœminis ſunt, quòd ad veneré excitet, quòd in coïtu delectet, quòd deniq. meatum vrinarium madore aſpergat. in maſculis autem propria & præcipua eſt, qualis ſeminis in fœminis. Sunt enim ſpecie ſimillima inter ſe, ſemen quod in teſtibus fœminarum continetur, & humor qui in glanduloſis corporibus marium eſt: cùm & robur, & calor maſculorum, detentum in his partibus humorem ita concoquat, vt nihil ei ad fœminarum ſemen deſit. At fœmina cùm maſculo frigidior ſit, incoctum adeo tenuémque (in glanduloſis paraſtatis) hunc humorem habet, vt nihil ad prolis generationem conferat: iuréq. ideo is effunditur ſuo iam functus officio: in vterum verò trahitur alius, mariũ nempe humor. Quòd autem non ſolùm in venerem humor hic meatum excitet, ſed dum erumpit, etiam delectet, meatúmq. madefaciat, ex hiſce præcipuè noſces. Planè liquidẽ tunc fœminis effluit, cùm & ipſæ vehementer in coïtu oblectantur: & qui concumbunt, circa pudẽdum ſibi eum offundi percipiunt. atque & ſpadonibus iſtud ipſum voluptaté adferre videtur, vt nullã poſthàc amplius probationem inquirere debeas. Quòd autem mearum madefaciat ac molliat, eſt quidem & ex ſua ipſius natura notum. tanquam enim viſcoſitatem quandã ac craſſitiem habens, inſtar olei meatum inungit, ne exſiccatus conſideat, prohibeátque quò minùs per ſeſe lotium ac ſemen facilè ferantur. Verùm in coïtu quidem repentè ac ſimul vnà cùm ſemine id elabitur, ſenſúmq. iccirco ſui facit: reliquo autem tempore omni paulatim: ideóque ſenſu non deprehenditur. Quare ne eum quidem qui ex multo venereorum vſu, humore hoc exhauſtus fuerit, & vix mejat, malè putamus ſanari poſſe, victum temperatiorem præſcribendo. quin potiùs corpus per analepticen nutricando, & oleoſis tum ſumptis, tum iniectis, hunc meatum reſiccatum lubricãdo perfundẽdóque. Qualis curatio ferè iis cõperit, qui ardore vrinæ ex immodica venere laborant ab exhauſto. vbi enim gonorrhoeam virulentam Venus damnoſa & lues Hiſpanica peperit, alia inſuper deſiderantur à proprietate occulta, iuuantia priſcis incognita remedia, ſicuti & morbus ipſe inauditus: caldam piſſam, ſeu mictionem vrentem vulgo denominant: vredinem haud abs re dixeris, de qua inter iatrica. namque Galenum placet audire de iiſdem partibus lib. 1. de ſemine hunc in modum diſſerentem.

Humor paraſtatarum glandoſarũ, quorũ, & vſus multiplex.

Humor paraſtatarum virilium ſemini ſemen muliebri, quámobrem. & ideo inutile muliebri ad generationem. Id, videsne hoc glandoloſas paraſtatas vocari, quas proſtatas ex Herophilo mox dicebat vbi mẽdum ſubeſſe premonebã.

Humor à paraſtatis muliebribus quando effluat, & cuius ſignum. quam ſit ſpadonibus neceſſ.

Humor paraſtatarum voluptatem parit, mollit, lubricat.

Humoris paraſtatarum exhauſtarum remedia: item ardoris vrinæ, & gonorrhoeæ virulentæ.

Variola priſcis incognita, & calda piſſa dicta, quod.

Nunc de glanduloſis aſtitibus conſideremus, quos diſſectionis imperiti ne prorſus quidem cognoſcunt: periti verò quaſi vno ore omnes ſemen dixerunt continere. Quídnam, ſi feminis ſunt conceptacula hi aſſiſtentes (ἐφεστῶτες intelligit) exectis teſtibus animal coëundi cupiditatem penitus amittit? Debebat quidem exectum animal coïre adhuc, licet ob tenuitatem ſeroſitatémque ſeminis, quod in ipſis ineſt, non gigneret. id quod euenire nequaquã videmus. Atqui fieri nullo modo poteſt, vt inſtrumenta ſeminandi aliquis habeat, vſum non habeat. Omnium enim inſtrumentorum corporis inſitas natura animalibus faculcates ita dedit, vt ſine vlla diſciplina, illis ad proprias functiones vterentur. Natura autem nullam in animali partim neque inutilem & ſuperuacaneam, neque abſq. facultate, quæ eo vtatur inſtrumento, facere conſueuit. Glanduloſi igitur adſtites cùm nulla in teſtiũ exciſione noxa affecti, caſtratum animal in venereũ congreſſum non incitent, aliud quiduis magis quàm ſeminaria inſtrumẽta ſe eſſe, alteriúſque vſus gratiã factos oſtendunt. Nam quemadmodum ſi oculis illæſis, ex offenſione alicuius alterius mẽbri, viſus periret, eam oculorum eſſe functionem minimè diceremus. Eodem modo quia glanduloſis his aſtitibus incolumibus ſeruatis (experimentum ex Veſalio paulò antè exhibuimus) venereus congreſſus animalibus perit: ij ex membris genitalibus minimè ſunt exiſtimandi. Sicut igitur quia in maribus in eundem locum, in quem ſeminaria vaſa, meatum apertum habere debebant, eos eiuſdem etiam functionis cauſſæ fabricatos eſſe ſatis probabiliter collegerunt: pari ratione debebant, cùm in fœminis diuerſo modo cernerent eos ſe habere, non eiuſdem eſſe functionis, argumenti concluſione ſumpta conficere. atque ita ex demonſtrationũ hac repugnantia, dubitatione ſubortã, perinde atq. nos fecimus, conſiderare, vtrùm neceſſe ſit riuulos, qui in eundem locum foramine ſuo conueniunt, eiuſdem functionis cauſſã omnino eſſe fabricatos, verum eſſe, exiſtimemus: an qui eiuſdem functionis cauſſã conſtituẽre, in eõdem concurrere omnes verum eſſe; qui autẽ in eundem meatum

Glandoſi adſtites, non ſunt ſeminaria vaſa, & quorſum geniti.

Teſtibus exciſis, & paraſtatis manentibus, perit coëundi appetitus. hi ergo non gignunt ſemen, neque continent, ſed teſtes. à ſimili.

Nature nil facit fruſtrà

Ad vnũ eõdem tendentes, aut eoſdẽ cauſſã gerentes, ad conſtitũ-

Communis ductꝰ vrinæ & seminis, quæ.

coëunt, ad eandem etiam prorsus functionem spectare, verũ non esse fateamur. Nam & vesicæ meatus, qui vrinam deriuat, in eundẽ penis canaliculum, quo adstites omnes quatuor, in maribus foramen mittit. vt non ad aliud discedere oporteat: sed ex ipso hoc membro cognoscere manifestè possimus, non esse omnino necesse, vt meatus, qui in eundem locum profundunt, ad eandem etiã functionem pertineãt. Sed ibidem rursum Galenus; Nam si totum oris spatium, fauces & gulam, si item vniuersa intestina glandulæ irrigant: quid mirũ esse debet, quòd collo etiam vesicæ tale quoddam subsidium præparatum fuerit; ne exiccatum, ad motiones torpidum redderetur? Peni verò mariũ multò etiã magis fuisse à natura hoc adiunctum remedium credendum est. hîc enim in maribus, magnitudine etiam conspicuæ glandulæ sunt. quippe cùm periculum esset, ne cùm prælongus his ac nudus penis extet, exsiccatus vel distorqueretur, vel meatu occluso cõniueret. Nam in fœminis, vuluæ cervix neque prominet, neque nuda est; sed intus collocata, tum circumiectis partibus multa exhalatione fouetur, tum à menstruis irrigatur. Quanquam potest fortasse natura, vt vrinæ morsioni occurreret, talem humorem ad colis meatum læuigandum præparasse. Fortasse etiam si quis diligentiùs specularetur, tertiam aliquã causſam inueniret. ita enim pleraq; alia in omnibus artibus diligẽtiore scilicet adhibita inuestigatione, fuerunt reperta. Demonstrandi verò professorẽ decet, sicut huiusce modi quæstiones multùm diúque indagare: ita ab iis quæ demonstrata sunt, nunquã recedere. cuiusmodi illud est; Si in glandulosis adstitibus semen gigneretur, excretionẽ eius castrata animalia appeterent. at hoc non videntur appetere. nullum igitur semen in his gigni perspicuum est. Vnde hoc solum per se irrefutabile seruari à nobis debet, quo ad scientiã efficientibus rationibus inuenerimus, quẽ vsum glanduloſi hi adstites animalibus exhibeant. qua de re fortasse vera sunt quæ nos attulimus: fortasse non ita, vt verius aliquid aliud inueniri nequeat. quippe cùm probabilis sit, quæ huiusce modi inquirit ratio, non demonstratiua; sicut ea est, quæ semen in adstitibus non gigni conficit. Quapropter hoc nos & soli & primi de vsu harum glandulosarum partium non veremur affirmare; quemadmodum superiùs etiã fecimus, cùm probaremus testium naturam esse talem, vt totum corpus alterarent, efficeréntq; vi sua, vt id quod neque mas, neque fœmina per se esset, mas vel fœmina euadat. Nam & illa rario, & hæc, quæ modò neque contineri, neq; gigni in glãdulosis adstitibus semen probauit apud eos, qui demõstrationes sequi dicerunt, satis demõstrat. Si verò duos etiã quos suprà dixi, vsus verè fuisse inuentos quispiam putat; potest inuentionẽ hanc sequi: ita tamen ne melioris alicuius inquisitio impediatur. Semen autem in ipsis non contineri, cùm demonstratum sit; persuasum habere vnusquisq. debet, ac veteribus ignoscere, qui ex eo quòd in eundẽ meatum cum seminariis vasis cõfluunt, decepti falsò opinati sunt. loci siquidem cõmunio, pro-

Paraſtata glandoſi nõ gignunt fœmen, qui, & quorũ. N. Esto: sed alibi genitũ asserunt & retinent.

Vſus paraſtatarũ probabilis.

Testium vis & natura.

An paraſtata glandoſi neque gignãt, imò neq; cõtineãt semen? & veterum quomodo falsi.

Paraſtata glandoſi in eundẽ meatum cũ vasis seminariis cõfluũt.

Vnde error in vſu.

A babiliter tantùm, non autem vetè vsus etiam cõmunionem ostendit. Quibus locis diligenter expensis, nõnulla mendi suspicio iniicitur; neq. sibi Galenus constare videtur, tum lib. 14. de vsu partium, tum extremo lib. 2. de semine, ὑστερικὴν historiam describẽs. Atque omnibus subductis, ita statuo; ὑστερικὰς glanduloſas in collo vesicæ affigi, instar duarum vesicularũ vtrinq. adstantium, & saliuoso humore ductum vrinæ humectãtium, atq. vt loquimur, lubricantiũ. ὑστερικὰς autem, ad capita testiculorum præfigi corpora varicoſa, semini elaborãdo destinata: eosdemq. interdum dici ὑστερικὰς, sed hos προστατικὰς, illos ἐπιδιδυμικὰς. nisi si quis certiora & correctiora testimonia, locósque emaculatiores proferat.

Loci cõmunio nõ facit communionem vſus.

Gal. sibi diuersa pugnãtia de paraſtatis & proſtatis glanduloſis. & N. solutio de vtriſque.

B Idem verò Gal. lib. 14. de vsu part. Cùm testes maris (inquit) vtrinque radicem καυλὸν (sic enim pudendum virile nominat) circunstent; si in vasis spermaticis conformãdis aliud nil fuisset Natura machinata: non solùm non maiora ipsa fœminis effecisset, sed multò etiã minora. Longum igitur quẽdam viæ circuitum ipsis excogitauit, ipsa prius ducens sursum ad ilia: rursum autem per interna deducẽs ad eum vsq; locum, vnde pudendum nascitur, vbi semen erant eructatura. quo loco multis flexibus ea contorsit; varicosósque effecit, vndique plurimùm, quoad licebat, amplificando ac dilatando, receptacula ea affluentiæ seminis comparans innumera. Quòd si nolis oscitãter, quæ hîc à me dicuntur, accipere, sed ad dissecanda animalia concedens, operum naturæ spectator esse velis: videbis vasa spermatica, maris non parum superare, sed longitudine, profunditate, ac latitudine, multis partibus reperies fœmininis esse maiora. Ob eas igitur causſas, mulierum testes parui admodùm exiterunt, & matricibus vtrinque adhærentes ad epigastrion. Virorum autem testes tum magnitudine fuerũt longè maiores: tum sub ventrem fuerunt abducti, vt ne ipsum quidem omnino tangant. Si enim eos Natura in ventre quoque collocasset, præterquàm quòd arctarentur simul, & partes quæ illic sunt, arctarent: vasorum etiam spermaticorum necessariò longitudinem minuissent: quæ nunc quidem infernè sursum subeuntia, ac rursus supernè deorsum descendentia longitudinem acquirunt cõmemorabilem. tunc enim supernè deorsum duntaxat rendentia, de ea longitudine, quã nunc habent, partem totam dimidiam amisissent.

Vaſa ſpermatica cur longiora viris, breuiora mulieribus: & verũ datum, vſusq;

Cõparatio vasorũ spermaticorũ in vtroq. sexu inter testimonia.

Cur testes maſculi non sint in alvo.

De magnitudine autem vasorum spermaticorum, mirari oportet Naturam, quo pacto priùs ipsa à partibus superioribus deducens ad ilia, eadem rursum ad maris pudendum reduxit. quo loco postea ad meatũ, qui à vesica proficiscitur, orificia aperuit, per quem etiam vrina excernitur. Non modò enim quòd propter solam magnitudinẽ, tam longum inuenit circuitum: sed etiam quòd securitati eorũ prouiderit, æquum est ipsam admirari. Quo enim meatu, qui est à peritonæo, velut fistulâ quadã, nutrientia testiculos vasa deduxit: eodẽ ad spermatici vasis accẽsum est abusa, cõmunẽ tribus vasorũ generibus securitatẽ, vnum hunc meatũ inueniens: illinc autẽ rursus deducens, coxendicũ quidẽ ossibus,

Vaſorum ſpermaticorum ductus & inſertio aperitioque.

Cur vasa spermatica tam longè, & quemadmodum nuncta loca & tegmina.

Vaſa teſtis alentia.

N. ergo non fœmen eos alat.

à lateribus, pubis verò, ex anterioribus, ossе lato ex posterioribus ipsum muniuit. In masculis verò vasa spermatica per ossa pubis descẽdunt, & fórnice ossis sacri occultantur, quæ quòd & longa sint, & tendi contrahíque vehemẽter in coïtib. ipsa oporteat, robustam admodùm Natura ipsis tunicã efficit. & quoniã id eis in maribus magis, quàm in fœminis accidit: iccirco & tunica in maribus, beneficio parastatarũ varicifórmiũ robustior extitit. eâdem autem ratione, his multò imbecilliores effectæ glãduloſæ sunt, quòd & minimæ sint, & humorem consistentiâ tenuem contineant. Sic Natura in omnibus est æquissima, cùm reliqua omnia, tum robur & imbecillitatem, tum crassitatem ac tenuitatem, prout cuiq. est æquum, distribuens. Etenim si in dissectionibus cõsideraueris, quanta sit cuiusq. venarum & arteriarum & neruorum, qui ad genitales partes perueniunt, magnitudo, æquitatẽ conditoris, scio, admirabere. Nerui enim sunt mediocres: venæ verò & arteriæ non maximæ solùm, sed etiam duplices ad eas perueniunt. alterum enim earũ iugum ex locis renibus propinquis proficiscitur, quod in testiculos & matricum fundũ diximus distribui. alterum autem ex vasis, quæ sunt ad os sacrum, seiunctũ partibus infertoribus inseritur: vbi primùm in fœminis quidem, matricis collum, in maribus autem, virga (quam μοσχὸν diximus exoriturus.

Cur autem Natura nõ in ipsos testes spermaticum vas, sed in nuncupatã Ἐπιδιδυμίδα, mediam amborum locarit, ita ex eodem Gal. accipe, ad finem lib. 14. de vsu partium: Quoniam laxi admodùm testes & cauernosi ac molles, cum spermaticis vasis densis, fortibus, ac duris coalescere turò non poterant. Quare hic quoque Natura effecisse videtur corpora scilicet, quæ substantiã habent contrariam, non vniuisse, sed semper in eo laborasse, vt vinculum quoddã necessitudinis inter ipsa mediũ collocaret. Quantum enim robore & densitate & duritie, Ἐπιδιδυμὶς à spermaticis vasis superatur, tantum ipsa testes superat. Quin & ex partibus ipsius, eæ quæ vasis spermaticis inseruntur, sunt durissimæ: quæ autem testibus, eæ sunt mollissimæ: quæ verò in medio sunt, omnes ad portionem inter sese exuperant. siquidẽ quæ sunt vasis spermaticis propinquiores, eæ sunt durissimę: quæ testibus, eâdẽ ratione sunt mollissimæ. Cur verò Ἐπιδιδυμὶς in fœminarũ testiculis non sunt sensibiles ac manifestæ, sed vel omnino non videbuntur tibi inesse, vel paruæ omnino esse: nisi quòd primùm quidem diximus, id est testis ipse fœminis est exiguus, & vas spermaticum itidem paruum: proinde nihil miri est, quod ea coniungit, paruum esse. Præterea & substantiæ ipsorum inter se discrimen est exiguum: non autem vt in masculis, maximum. Nam maris testes humidiores sunt ac molliores fœminarum testibus, & vasa spermatica duriora: contraria verò iis sunt in fœmina: ipsa enim spermatica minùs sunt dura, ob memoratas iam causãs: testiculi autem minùs rari & laxi ac humidi, quòd substantiâ sint frigidiores. nequaquam enim ab calore natiuo, flatu distenti fuerunt, & vt dicat quispiam, fermentati. Iure igitur optimo, sibi inuicem substantiis sunt affinia, vtpotè cùm testiculi duriores sint effecti: vasa verò spermatica, quæ in eos inseruntur, sint molliora. Quare non indigebant magno aliquo vinculo, quod sese connecteret, quòdque paulatim ab alterius duritie discedẽs, ad mollitiem alterius accederet. Quòd autem testes in mare essent penduli, ob id & musculus ad ipsorum vtrumque vnus ab ilibus peruenit, vt ij etiam motus voluntarij sint participes.

Cur autem membrum virile non semper tensum aut laxum esse oporteat, sed modò hoc, modò illud, & nos iam produximus, & nunc ex eodẽ Gal. resumimus, initio lib. 15. de vsu partiũ. Namque si id semper oblongum atq. intensum habere, satius existimas fuisse, molestiæ sic multum intulerit: egerentibus enim nihil quidem negotij faceſſet: sed totâ reliquâ vita erit permolestum, tum autem iniuriis expositum: non aliter ac si quis manum protensam semper circunferat. Fortè superiùs alicubi supra pubem, vel ad hypogastrium, locatum esse præstiterat. Sed adde hic rursum, vtrùm tẽsum esse semper, an laxum, an horum alterutrũ vicissim esse debeat. At si tensum semper fuerit, præterquàm quòd iniuriis esset expositum, in omni reliqua vita esset molestiæ: solóq. coïtus tẽpore commodabit. sin verò laxum semper esset, omnino sic quidem esset inutile, vt quod non posset id agere, cuius gratiâ extitit. Quòd si vicissim quidem nunc laxum, nunc tensum erit, in primis quidem admirari est æquum, si cuiusmodi ipsum iure esse oportet, tale nunc esse appareat. sed de hoc nunc quidem ista sufficiant, quia plura iam antè protulimus, vbi de pene ex Gal. egimus.

Testes porrò semen gignere, in confesso est: semine autem ali, in dubio est. Galenus tamen ita insinuat commentario ad aph. 49. lib. 5. Hoc enim cõmune est omnibus animalis partibus, quę aptæ sunt humores aliquos vtiles generare, aut ad vsum aliarũ partium, aut ad generis propagationem, aut ad fœtus nutritionem, esse humorem illum, quandam veluti superfluitatem alimenti partis ipsum generantis. Non enim quia norit ad quid vtilis erit humor animali, ipsius facit pars generationẽ, nisi debeat talem habere intellectum, qualem habere ciuitatum gubernatores arbitrãtur oportere: sed animalis quidem opifex illũ habet intellectũ, ipsa autem pars potentiis regitur naturalib. cùm aliis quibusdam, tum alteratiuâ, per quam assimilat alimentum sibi ipsi. Quantum igitur alimenti ab ipsa alterari fuerit nutrito corpori exquisitè assimilatum, illi apponitur parti, ac nutrit eam. Et hoc est quod ipse Hipp. ait, Alimentũ est quod alit, & quod est veluti alimentum, & quod debet alere: superfluum verò, quod supereſt. Similis autem naturæ, partis humor existit in ossibus quidem, id quod in cauernis eorum continetur, in hepate verò sanguis. ex hoc genere est & spumeus humor, qui in carne pulmonis continetur: & qui in articulorum cõpagibus, glutinosus humor: & id quod in testibus & adstitibus vocatũ semen: & qui in linguâ, cui nomẽ salina:

Parastatæ glandosi cur esse debeant & molles.
Natura æquitas in partiũ qualitate. ab exemplo.
Nerui, venæ, arteriæ genitalium, quales, & vnde.
Vasa spermatica cur ad epididymidas, nõ ad testes: & amborũ natura, vt via eorum medium.
Epididymis natura assimilaris, quorsum.
Epididymides in testibus fœminarũ, & quales?
Cõparatio testium virilium & muliebrium, itẽm vasorũ spermaticorum.
Propter ie testium & vasorũ spermaticorum in duritia, præsertim in fœmina.
Musculi testiculorum virilium, & vsus.
N. vt tamẽ verâ sunt vtrumq. genitalium.
Cur penis non semper tensus & rigidus, ab incõmodo.
à simili.
Cur idem penis non semper laxus.
Cur modò tensus, modò remissus.
Quòd testes semen gignant.
An semine alantur? Quæstio.
Pars quæ gignit humorem sibi alendo, tum superfluum: non tamen certâ prudentiâ.
Pars ipsa nõ intelligit, opifex: & quomodo illa sibi alimẽtũ parat, & apponat.
Alimentum triplex: & superfluum quid.
Ossium, hepatis, pulmonis, arteriarũ, testiũ, parastatarũ linguæ, mãmorum alimentum.

& in mãmis ãdenes vim habentes id quod adeos influit, sibi ipsis assimilandi. qua de re postea ex eodem Gal. & iam antè de ventriculo & intestinis dixi, eorúmque alimenti ratione. Valet enim simile argumentum in iis partibus omnibus, quę intra se succum quemlibet elaborant; velut sibi & suis vsibus primùm, dein aliis ex abundanti futurum. quod dubium antehàc discussimus, & nunc breuiter repetimus; Alias nobis videri venas testi alendo destinatas, alias semini elaborãdo; vt de ventriculo intestinis, & vesicis demonstraui. Quanquam paulùm diuersa est testium & mammarum à cæteris ratio: quia seminis & lactis analogia ad sanguinem maior est; & tali alimento nutriri his, sanguinis vice facile sit. Quanquam neque testibus, neque mammis ea vis ineſt perpetua, vt hæ lac, illi semen actu elaborent; vt in ætatum decursu notare possumus, neque semini, neque lacti generandis habilium. Vt tamen partes interim ali necesse sit, nec alio vtique quàm sanguine: non tamen lacte, vel semine. Sed alia sint hac in parte etiam consideranda, sic vtique à Galeno proposita lib. 1. de semine. ac primùm de vasis spermaticis hunc in modum.

Pars quæ sibi primùm studet.

N. alias venas testibus alendo, alias semini gignendo destinate.

A simili. Testium & mammarum familiaritas cum sanguine: at non semper semine & lacte ala possunt. N.

Valorũ sperm. origo, forma, nomina, & vsus.

Arteria & vena ad vtrumque testem descendere conspiciũtur, non recto itinere, vt reliquæ omnes, sed instar capreoli aut hederæ (Græcè ἕλικος ἢ κισσοῦ) variis nodis inuolutæ. vnde, vt puto, à dissectionis professoribus, partim hederaria, partim capreolaris, natura ipsarum fuit appellata (Græcè κισσοειδὴς ἢ ἑλικοειδὴς.) In his verò capreolis & anfractibus, quos faciũt antè quàm ad testes perueniant, albescere paulatim sanguinem videre licet. tum demùm vbi iam ipsos testes attigerint, seminis substantia in ipsis manifestè apparet. Quod quia fieri naturali vasorum efficaciâ credit Aristoteles; ideo testibus seminis generandi vim adimit. Ex eo verò quod ita sentit, venæ & arteriæ, quæ ad testes feruntur, generandi seminis munus demandat. Et tamen rectè obiicit Galenus, non his modò vasis vim seminis gignendi à natura ineſſe: sed si qua in alia parte animalis, arteria & vena ita sint inuolutæ, vt illæ conspiciuntur; ibi quoque eiusmodi humorem genitalem conspiciẽdum. Sed hoc an sit verum (quod non facilè admiserim, & planè negarim) alibi rursus expendemus, & nuper attigimus, si gignunt semen, ab eodem etiam nutriri. Sed generatio (ait Gal.) nihil simile habet ei, quod digeritur. nutritio verò. partes eorum quæ aluntur, similes iis quæ digesta sunt, gignit. neque ex alia materia totum vas genitum est, ex alia nunc partes eius gignuntur. Vnde aduersus Aristotelem concludit, si ex humore seroso aluntur hæc conceptacula, ex eodem à principio etiam genita fuisse: quòd vnaquæque pars eodem alimento vtatur, semine aut sanguine, ex quo primùm generationem sortita est. Cui obiectioni Peripateticus aliquis haud ægrè responderit. sed nos nunc isthæc nil moramur.

Semẽ quomodo in vasis paulatim immittitur, & qua vi, & vbi.

N. certissimum argumẽtũ, non descendere semen à cerebro, vt alibi patebit.

N. nõ tamẽ hoc à testibus verisimile: vt ex eorum abscissione, sed præsumo, à proprietate totius substãtiæ.

Qualibus humoribus partes aluntur, tales gignuntur, & contrà.

Quæstio. An totum semen à testib. generetur?

Altera verò nunc quæstio exoritur: An totum à testibus semen gignatur? Quod si ita est, cur superiùs in vasis, quæ ad ipsos feruntur, semen contineri deprehenditur? Ita Galenus obiicit lib. 1. de semine. Cur si semen, testium tantùm opus est, superiùs in vasis, quæ ad ipsos feruntur, videtur contineri? Nam quemadmodum in ventre & intestinis sanguinem inuenire non possumus, propterea quòd ad sanguinis generationem nihil prorsus faciunt: ita nequaquam in vasis his, si nil ad id facerent, semen reperiretur. Deinde verò capreoli ipsius vsum requiram. faciliùs quippe fieri poterat & meliùs, vt rectà ad testes, sine huiusce modi reuolutione, vasa hæc tenderent, si eorum tunicas mortuas, & ad alterandam materiam, quæ in ipsis diutinâ morâ permanserit, impotentes statuunt. Vel si hoc concedunt, & volunt, vt ex natura sua alteratio hæc efficiatur, res erit longè absurdior. perinde ac siquis frigidũ esse ignem cùm dixerit, calefacere ipsum affirmet. Nihil siquidem aliud est mutatio secũdùm qualitatem, & alteratio, quàm rei effectæ assimilatio ad efficientem. At verò si etiam hoc concesserint, crassum & lentum & album id quod alteratur, constituent. quod nihil aliud est, quàm ipsis seminis generandi officium deferre. atque hoc quidem hactenus: nunc autem partem alteram dissertationis prosequamur.

A. superiùs in vasis semen elaboratum contineri. à simili, sed pars.

At capreoli vasorũ summi seminis coctionem, quã.

An alteratio seminis à natura? à simili.

Alteratio quid.

Semẽ quale.

Quoniam medici nõnulli sunt, quibus testes nihil ad seminis generationem videntur conferre, probabiles plerique demonstrationes excogitarunt, quibus interrogãtibus respondere, & cauſſas reddere valeant, cùm ita vrgentur, nequaquã, si nihil ad seminis generationẽ faciunt testes, illis magis quàm aliis calefactis vel frigefactis, infœcundum animal redderetur. quarum quidem responsionũ nonnullas Arist. primùm dixit. qualis ea est, cùm ait: Talẽ vsum exhibere seminariis cõceptaculis testes, qualẽ quæ planæ appellantur in distentis telis. cùm enim ipsæ deorsum trahant, replicationẽ augent, quam ille vtilẽ esse inquit ad id, vt stabilior seminarij excrementi meatus reddatur. quibus demptis, vt inquit, vasa retrahuntur. Atenim vehementer frigefacti, licet deorsum adhuc trahere valeant, steriles efficiunt. cúrnam? Quia, inquit, seminariorum conceptaculorum refrigeratio, non testium ipsorũ, sterilitatis in cauſſa est. Sed cur si elisi testes fuerint, id euenit? Propterea quòd (ita enim respõdet) genitalia etiam vasa simul colliduntur. Cur si indurueriut? Quia etiã illa simul indurescunt, & demùm quocumque testium vitio dixeris sterilitatẽ induci, eodem ille vasa seminalia, mutuâ cõtagione affici affirmat. Satius igitur fortasse fuerit, vt originem priùs & fabricam genitalium instrumentorum exactè altiùs ex Gal. repetamus, sine quorum cognitione, intelligi ea non possunt, quæ dicenda sunt.

An testes nil ad seminis generationem? at infœcundum reddit animal intemperati.

A. vsus testium, quasi planarii ad tela dirigẽdas: sic ad vasa seminaria extẽdenda. N. negat.

Testibus elisis vel refrigeratis, pereunt vasa seminalia: ergo sana eam faciunt.

Testium & vasorum seminalium sympathia.

Arteria igitur & vena à conceptaculis dorsi profectæ, per ilia deorsum feruntur, vsque dum ad testium inuolucrum & appendicem pertingant, quam epididymidem appellant, quasi supergeminalem dicas. Est autem ἐπιδιδυμὶς, pars quædam animalis, διδύμη, hoc est testis capiti superimposita: id quod, nomen ipsum præ se fert. ex qua, multæ fistulæ seroso quodam humore plenæ ad testem permeant.

Vasorũ seminalium origo & processus & insertio.

Epididymis, quid. & vnde dicta, & vsus.

Huic ſupergeminali, arteria & vena ſuo illo anfractu & capreolo innectuntur; ſuſque partem quandam exiguam, priùs quàm teſtibus committantur, diſtribuunt. Iam verò meatus etiam genitalis, quem varicoſum aſſiſtentem vel adſtitem vocant, inde genituram hauſtam, ad colis radicem defert. Atque hac de cauſſa, Herophilum eſſe opinatū puto, non admodùm multùm ad ſeminis generationē, teſtes conferre. Donec enim arteria & vena intra ilia eſt, vnà cum aliis viſceribus, communi omnium tegitur operimento, hoc eſt abdominis membranà. inde vbi iam exit, vtrinq; ſatis euidenti foramine, membrana aperitur. ex qua quidem membrana, meatus maximus oritur ad teſtes pertinens: in quo & vaſorum reuolutio efficitur; & genitale receptaculum è ſupergeminali exoriens, ad ilia aſcendit. quod attingit quidem in exortu teſticulum; non tamen ex eo originem habet. In vtroque autem meatu, arteriam vnà cùm vena, quaſi tibiam quandam deorſùm ferri inuenies: genitalem verò meatum, ſurſum: atque inde rurſus, non tamen extra oſſa pubis, ſed per ipſa penetrantem, ſupérque ipſa decliuem tendere, quouſque ſeſe applicet ad ceruicem veſicæ; cui coles ipſe adiunctus eſt. Manifeſtè igitur iam patet, ſiquis hæc in diſſectione animaduerrit, ſeminarium vas, propterea quòd longiſſimum eſt, tam longo circuitu fieri. nam ſi breue eſſet, ſtatim à ſupergeminali, rectà ad veſicæ collum perueniret. Quinetiam ſi intra membranam abdominis, teſtes poſiti fuiſſent; dimidia pars ſeminarij meatus, arteriæ quoque & venæ reuolutio intro iiſſet. Vt igitur & anfractus iſte exiſteret, & meatus genitalis productior efficeretur; Natura tum membranam abdominis, perforauit, tum teſtes inferiùs conſtituit. Ex hoc enim fit, vt & ſanguis, dum diuturniorem in vaſis morem trahit, concoquatur & coagulietur, & meatus genitalis longiſſimus euadat: quò vna functione, ſemen copioſius poſſit eiaculari. Atque hac potiſſimùm cauſſâ effectum eſt, vt iuxta ceruicem veſicæ varicoſior hic meatus conſpiciatur. vnde ei nomen inditum eſt, παρασταδὸς ἀφ' ἑαυτοῦ, varicoſus aſſiſtens. Siquis igitur hæc conſideraſſet, hominum eorum opinionem demirabitur, qui propterea teſtes à natura datos tantummodò dicunt, vt ſeminis inſtrumenta deorſum trahant. Vtrum enim horum volunt? eáne quæ melius fuit vt reuoluerentur, an varicoſum aſſiſtētem dirigi? Quid ea animalia, quæ intra membranam abdominis, teſtes habent? vt eſt auium omne genus: an his etiam appenſos eſſe teſtes ſeminariis vaſis dicent, perinde ac planas; cùm altiori loco ſiti eſſe cernantur, quàm vaſa ipſa ſint?

Sed de vſu & vi teſtium præter mihi dicta, ſic ex eodem Gal. accipe, lib. 1. de ſemine. Non aduertunt iſti, ſicui teſtes ea moderatione fuerint excīſi, vt ſupergeminalis membrana intacta relinquatur, ſeminarium vas nulla læſione affici. inde tamen animal non tantùm ſeminis generandi facultate (id enim iis qui vénere volunt abſtinere, commodum remedium eſſet) ſed virilitate omni, & vt diceret quiſpiam, maſculitate, hoc eſt maſculo ingenio priuari. Pari modo ſi fœmina ſit, quæ id patiatur, neque in Venerem incitari ampliùs, neq; virum coëundi præſertim cauſſâ appetere; ſed omnem prorſus fœmineam naturam amittere. non tamen tutò in fœminis, teſtium extractio adminiſtrari poteſt, qui vuluarum lateribus ex vtraque parte adiacent ad arteriam & vrnam: quemadmodum marium ſeminale vas excipientes, quod reuolutum ipſis innectitur, atque ad vtrumque cornu pertendit. vnde vtraque ilia ſcindere neceſſe eſt, ſiquis fœminas caſtrare voluerit: maiuſque in hoc, quàm in maribus periculum eſt. Hanc igitur tantam quæ in teſtibus ineſt, vim neſcio quo modo omnes præterierunt: ac deinde an conferant, nécne ad ſemen procreandum, quærunt. Qua in re alij maximè aberrarunt; ita vt hāc vim teſtibus prorſus eripuerint: alij quidem gigni ab ipſis ſemen dixerunt: quid verò accidat animali, cur & frigidius & imbecillius caſtratum efficiatur, inueſtigare omiſerunt. At ſi exemptis teſtibus nihil aliud quàm ſeminis emittēdi vis amittitur: propterea quòd vnà cum ipſis diuellitur etiam, vt iſti dicunt, ſeminarium vas: vna tantùm ex eorum exciſione læſio animali contingeret; quòd ſcilicet procreare filios non poſſet, vt qui nullā ſuſcipiendorum filiorum curam habent. Sed non tutum eſt id facere, cum robur etiam totius corporis vnà cùm teſtibus; vel ſi non cum teſtibus, cum meatibus ſaltem ſeminariis, vt aliqui fortaſſe ex iſtis dicerent, excidatur. hoc tamen quomodo fiat, conſiderandum erat. Quanquam neuter horum meatuum exciditur, ſed auellitur tantùm à teſtibus, vt veriſimile ſit, non ob id membrum, quod remanet ac ſeruatur, ſed ob id quod penitus ab animali infertur, omnem maſculi habitū & vires interire. Videntúrne tibi quemadmodum telis planæ, ita ſeminariis vaſis teſtes appenſi fuiſſe? an non potiùs, quantum ad vſum attinet, propè ad cor ipſum accedere? Frigeſcūt enim qui eos amiſerint, inſiti caloris origine priuati: omnéque his corporis robur collabitur, perinde ac ſi ſenes fuerint: neque latæ venæ, neque ſanguis floridus eſt. arteriæ etiam parum & imbecilliter, ſicut ſenibus, pulſant. Vnde patet, teſtes animalibus & roboris originem eſſe, & caliditate multâ totum corpus perfundere. atque idcirco qui ipſis priuantur, depiles nō modò mente, ſed toto etiam corpore euadunt; paruáſque, vt dictum eſt, non ſecùs ac mulieres, venas habent: ac quaſi aliud quiſpiam magis, quàm animalia ſint, nulla venereorum libidine afficiuntur. Vt hoc vel corde ipſo amplius habeant teſtes, quòd præterquàm quòd caliditatē & robur animalibus exhibent, generis etiam perpetuitatis in cauſſa ſunt: & ab his totum corpus alteratur. Quæ quidem ignoraſſe alios quoſdam, mirandum non eſt. at Ariſtoteles certè non debebat; quippe qui nobis ſæpenumerò dixerit, paruas particulas maximarum alterationum toti corpori in cauſſa eſſe. Quanquam illud addere, ipſum oportebat; ſi exemptâ aliquâ particulâ, totum animal alteratur, eam alterationis eſſe in cauſſa: non tamen

Paraſtata varicoſus, quo, vbi, & quorſum.

Cur Herophilus putet teſtes ad ſemen parum conferre.

Vaſa ſeminalia peritoneo perfuſa exeūt.

N. Fernelii argui falſi.

Vaſorū ſeminalium ductus, & anfractus, inſertio que. Ill. legitudo.

Cur vaſa ſeminaria, & genitalis meatus, tam longa. & quod peritoneum perforent.

N contra Fernelium.

Paraſtata cur dicatur varicoſus, explicatio.

Ariſt. vitiolit de vſu teſtium.

Teſtes animalibus in peritoneo, non extra planū.

Excīſis teſtibus, vaſa ſeminalia & epidymides; tamen manet fœcunditas, ergo.

Ab experientia.

Teſtes exciſis maſculi & fœminæ tollunt ingenium.

Caſtrare fœminas intutum, cur.

Vis teſtibus maxima, & ad ſemē gignendū, & ad maſculū ingenium.

Caſtratum animal frigidum & imbecillius, cur.

Excīſis teſtibus, ſemē non remittitur, & generatio inhibetur, & virilitas omnitur, & robur amittitur. an?

At meatus ſeminarij manēte integri. ergo.

Contra Ariſt. de vſu teſtiū

Teſtiū vſus cordi ſuppetiās. an?

Teſtibus exciſis perit virilitas, quomodo, & quatenus.

Teſtes calorem & robur conſeruantia animalis, & generis perpetuitatem.

Teſtes plus quàm cor cōferūt animali, quō. N. Galenus & ſalsū videtur. quod ſi cor excemptū?

Ariſt. culpat Gal.

Digitized by Google

eiusdem,& si auferatur, & si adsit. sed si ablata refrigerat, præsens calefaciebat. si ablata infirmum reddit,roboris erat origo. Eodem modo si abscissa,incitationem ad coïtum aufert,ex ea animalibus generis successio erat. Atque hoc profectò tertium,cor præstare minimè potest: est enim id viuendi tantùm,testes verò bene viuendi principium. Quantò autem melius est bene viuere,quàm solùm absolutè viuere,tantò in animalibus testes corde præstantiores sunt. Debeántne igitur lapidibus isti,testes comparare staminibus appensis, qui ponderis tantùm vsum exhibent? quæ igitur causa est,cur execti vnà secum omnem etiam corporis contentionem auferant? Sed nunc quidem plus satis ad Arist. de vsu testium, cuius postmodò sententia singillatim exponetur: nunc enim quod instituimus,Galeni de partibus generationis sententiam vt prolixam, sic doctam & accuratam prosequamur.

Vis contraria præstantium & ablatorũ testium, quo modo.

Cor vñ dat generandi potestatem. Corde & testib. nobis beneficia: & horum prærogatiua. N. negat Gal Arist carpit, de vsu testiũ, à simil.

D: testium alimento dixi non ita pridem & ex Galeno, & partim contra Gal. nunc autem ex eodem illud adiungo ex lib.1.de semine: vbi ex alimento semen à testibus gigni probat, non solis tamen, sed à vena & arteria seminali inchoatum. inquit enim, Arteria & vena, quæ capiti testis immittuntur, seminalem quendam humorem habere conspiciuntur: & ipse etiam totus testis, huiusmodi humoris plenus reperitur. Ex quoquidem teste, id quod in supergeminali inuolucro continetur, attractum est; sicut ex supergeminali effluit in seminarium meatum: cuius partem, quæ est ad colem, κιρσοειδῆ φλέβια, varicosum allistentem appellauit Herophilus. Quiquidem peccat etiam ipse, cùm seminario vasi maiorem quàm testibus generandi seminis vim attribuat. non tamen eo quo Aristoteles errore inuoluitur, qui telarum planis testes comparauit. Illud sanè constat, vnumquodque animalis membrum, influentem ad se humorem alimenti ratione in suam naturam immutare. vnicuique verò membro esse illud est quòd non ex humorum qui insunt, natura, sed ex solidorum corporum substantia existit: à quibus scilicet & qui continentur humores alterantur. Quòd si hoc ita se habet, & in testibus serosus humor continetur, ab eo nutriri ipsorum corpus manifestum est: vnumquodque verò simillimum sibi alimentum reddit. Semen igitur efficiunt testes: id quod efficere etiam arterias & venas demonstrauimus: sed illæ paucum malto temporis spatio: hi non solum multum & citò, sed exquisitè etiam confectum. quippe cùm synceriſsimam seminis habeant qualitatem, quam etiam in omnes animalis partes quàm citiſsimè diffundunt. quomodo venena lethalia, aut eorum alexipharmaca, simulátque corpus animalis ingressa fuerint, totum id momento temporis immutant, sibíque simili affectione alterant. Quid igitur mirandum, si quemadmodum sentiendi ac mouendi facultas à cerebro in neruos, pulsandi à corde in arterias diffunditur: ita quoque à testibus in totum corpus vim quandam dispergi dicamus? quæquidem in maribus, robusti ac masculi habitus: in fœminis, ipsius fœmineæ naturæ in caussa est. ac propterea efficitur, vt fœmina excisis testibus, mari castrato similis euadat. aliæ enim omnes partes eandem in vtrisque vim habent: hâc verò quæ eximia in vtroque erat, quâ scilicet & hic mas, & illa fœmina efficiebatur, ablatâ, reliquum in vtrisque idem remansit. perinde ac si à principio neque mas, neque fœmina, vterque eorum extitisset sed tertium quiddam, quod ab vtrisque quidem differret, neutrum tamen illorum esset. Quòd autem frequens & immoderatus coïtus, alimento corpus reliquum defraudet, & maciem inducat, demonstrat euidenti ratione Galenus ibidem. simul & hoc inquirit, Vndénam vasa seminaria, quo tempore venereis non vtitur animal, plena & turgida semine conspiciantur, trahántne genituram ipsam, an testes in ipsa per mediam διαδοχήν, eandem emittant. hæc (inquam) & fortasse his plura problemata Galenus proponit, & acutè resoluit. quorum pleraque nos posthàc in historia humorum agitabimus, nunc de partibus solidis vnicè & præcipuè speculati. porrò autem, post absolutam vtcumque partium virilium historiam, Galeni morem atque institutum imitati, antequàm ad muliebria transeamus, nonnulla similiter velut σκεπτικῶς discutienda assumamus: atque hoc in primis.

Semẽ ex alimento à testibus & vasis seminalibus gignitur.

Testiũ cum vasis seminalibus, plenus semine. N. at testiũ substantia solida & compacta, non autem cana: ideoque semine plena. Arist error de testib Pars quæque assuetum humorem sibi assimilat, quo modo

Essentia partũ, est à partibus solidis.

Testes alũntur cognato humore seroso, sibi assimilando.

N. imò à venis per totũ.

Vis à testibus in totũ corpus diffunditur, & qualis à simili.

Ingeniũ animali à testib. inest in vtroque sexu: & in excisis, deperit, quõ.

Coïtus frequens defraudat genium, & corpus emaciat.

Vasa seminalia turgent semine in abstinentibus vnde.

Transitus.

1. MAS AN FOEMINA PRÆSTANTIOR.

CAPVT VII.

Sine liber vnus, seu problema I.

MAGNÆ mehercle & graues rationes permouent, nisi meo sexui melius esse cupiam, quàm alieno, ac nisi φιλαυτία quâdam laboraret vnusquisque nostrûm, simque proximus egomet mihi, multa me & seria adducunt argumenta, fœminam numeris omnibus absolutam, vt viro pariter absoluto & perfecto (si quis in vtroque genere talis reperiatur, sola hominis conditione præditus) velut præstantiorem ausim ad tempus anteponere. Quid enim? si vtriusque authorem atque opificem spectas, nónne qui orbem fecit vniuersum, Deus ab initio masculum & fœminam creauit eos? Geneseos cap.1. pónne pari ambos conditione, paribus animi donis corporísque dotibus instructos? quid enim habet mas, quod non habeat & fœmina? nisi fortè aliquot pendulos de mento pilos setásve, plus horroris sæpe, quàm amoris ac modestiæ præ se ferentes. nam reliqua tum virilia, tum muliebria, hæc iam diximus, & postea demonstrabimus esse in vtroque paria atque analoga. Vt Natura parens æqua, velut suos liberos ex æquo dilexerit & exornauit: quomodo sedula parens æquali suos amore natos solet prosequi, matrem fœminámve. Quid (inquam) mas amplius est à Deo vel Natura cõsecutus? Nisi fortè velut bos ad laborem natus, sic mas domi forísque, pacis & militiæ tem-

1.

Prior pars in laudem fœminæ.

Fœmina anteponenda viro quo dammodo.

Deus marem & fœminã creauit æquales.

Hominis barba hispida.

Analogia partium genitalium maris & fœminæ. Naturæ & matris æqualitas in liberos.

pore, ruti vel in vrbe, muniis grauioribus & magis arduis pleníſque periculi, aptior magno ſuo damno, ſuáque miſeriâ ineuitabili eſſe videatur, ita Domino Deo pœnam decernente Geneſ.3. Cæterùm bonitate & acumine ingenij nihilo mas ſeu vir ſuperior eſt muliere: ac vereor etiam vt inferior, cùm mulier Aſpaſia nomine, ſummum inter Philoſophos habitum Socratem erudierit: cùm Ioanna (vt ex Martini Polono narrat, aut velut multi cenſent, mentitur Platina) virum ementita, cæteris diſputando, docendo, commentando deuictis, Paparum competitionibus viris legitimis præripuerit: cùm Zenobia Syra non tam regni laude, quàm literarum ac diſciplinarum varietate illuſtris: cùm Hypatia Alexandrina (meliore mulier digna fortuna) philoſophiæ artiúmque omnium cognitione celebris: denique cùm pleræque (nec enim omnes nunc enumerare vacat) tum præcedentibus ſeculis, tum ætatibus ſubſecutis, omni doctrinarum diſciplinarúmque genere illuſtres exiterint, quas vix vno volumine complecti potuerunt ij, qui de illuſtribus mulieribus libros ediderunt. An mas robore virium antecellit? Enimuerò Amazones (quarum in hoc volumine vſpiam antè memini) bellicæ virtutis gloriâ, ſuo tempore reliquis excelluerunt, nec niſi dolo vinci corporibus, inuictos gerentes pectoribus animos, potuerunt. Lubet formam ac velut decentiam membrorum, vultúſque dignitatem, & totius venuſtatem corporis contemplari? Longè longéque vinci decôre & formâ corporis maremi à fœmina, ſeu virum à muliere (de his enim præcipuè agimus) deprehendes. Vis ad ipſas velut cunabula & natales recurrere? Mas quidem de limo lutóque impuro, fœmina de oſſe & carne virili, purâ & elaboratâ viuáque, Deo iubente, prodiit. Et quidem nominis prærogatiua penes Heuam manſit, à vita denominatam, quòd viua de viuo educta corpore, viuos de ſe in ſeram poſteritatem filios eſſet procreatura. Adam autem de terra ſumptus, nihil aliud & nomine & corpore, quàm terram ſapit, & de puluere & cinere factus, tandémque in puluerem cinerémque reuerſurus. Quinetiam ſi locus generationis ad excellentiam facit: Adam rure genitus, de gleba campeſtri editus, Heua in ipſo paradiſo terreſtri nata eſt & producta: quem paradiſum voluptatis Dominus Deus plantauerat ab initio, Geneſ.1. Verùm quod præcipua mulierum in laude pono, quàm multi inter homines, fanatici, vecordes, inſani, hæreſiarchæ, prauorúmque dogmatum ſatores extiterunt? At fœmina nulla hactenus ſic ab auita & patria religione deſciuit, ſcriptis vt populũ, vel libris cõcionibúſve in errorem & hæreſin impelleret. Hinc factum forſan, vt Chriſtus fœminis poſt reſurrectionem, tum Mariæ genitrici & virgini ſanctiſſimæ, tum Magdalenæ ad ſanctiorem vitam pœnitentiámque nuper conuerſæ, priùs apparuerit, quàm vllis ſuorum diſcipulorum. quibus per iſtas velut internũtias, ſuam à morte reſurrectionem primùm ſignificauit, quaſi primas noſtræ redemptionis & ſaluationis præ-

Mulierum ſagacitas ingenij. Ab exemplo. Aſpaſia. Ioanna.

Zenobia.

Hypatia. Hiſtoria.

Mulierum fortitudo. Ab exemplo. Amazones.

Mulierum venuſtas præcipua.

Viri & mulieris origo prima.

Heua vnde dicta: item Adam.

Mas & fœmina vbi primùm geniti, quo vno modo.

Fœmina nulla hæreſiarcha.

Chriſtus reſurgens priùs apparuit mulieribus, quam obrum.

cones futuras. Nempe & à viro, & vno ex diſcipulis traditus ac proditus fuerat, Iuda Iſcariote proditore perfidiſſimo nequiſſimóque: nempe à falſis teſtibus accuſatus: nempe ab impiis tortoribus pulſus, vinctus, tortus, cæſus, damnatus, cruci denique ſuffixus. collacrymantibus interim, & ſuam ac poſteritatis miſeriam profuſis lacrymis velut augurantibus mulierculis, filiabus Ieruſalem inclytis: viduis & ſanctis etiam nonnullis ſanctorum hierarcharum adminiſtris fœminis lectiſſimis, & ſacrorum ſermonum myſteriorúmque participibus, omni officio & obſequio, ac potiùs pietate, cum profuſis & obortis lacrymis, Chriſti innocentis prophetæ ac redemptoris noſtri diros atque acerbos cruciatus, immeritámque mortem proſequentibus. Ne de Pilati iniquiſſimi iudicis (licet Galli ac Delphinatis) coniuge ſileam, quæ in ſomnis admonita, de innocentiſſimi Chriſti ſeruatoris innocentia, & immerita indignáque condemnatione maritum pro tribunali ſedentem, miſſo nuntio fruſtrà commonefecit: ſiquidem plus apud eum coniugis fidæ preces, ſi plus valuiſſet æquitas innocentiáque, quàm Imperatoris minæ, quàm magiſtratus & honoris ambitio, quàm populi inſani ac furentis vociferatio importunè quiritantis, ac temerè conquerentis.

Sed theologica prætereamus, atque ad phyſica recurramus. Feræ ipſæ profectò, & bruta elementa, fœmineo ſexui fauere pareréque videntur expetere. nam cicures & domeſticæ animãtes vix à matris familiâs poſſunt arceri veſtigiis, ſequaces dominarum ſuarum, quocunque perrexerint. belluæ autem immanes & famelicæ, nonniſi maximâ vrgente inediâ, & eſurie premente, fœminas venari dicuntur & vocare, imbecillitati ſexus parcere ſatius ratæ, ſi modò Plinius & Ælianus vera narrant. Eædem rurſus à fœminis faciliùs, quàm à viris cicurari & mãſuefieri traduntur. Aues etiam ex voce & cantu fœmineo diſcunt libentiùs ac promptiùs verba humana conari, & cãtus imitari. Quin & flãmis diutiùs inuictæ inuiolatæq. fœminæ perdurare perhibẽtur: Et verò fluminib. aut mari demerſæ, diutiùs ſupernatare, & tardiùs ſuffocari (nouimus Domiſellam, quæ ſecundo Ligeri per binas aut ternas leucas, geſtans in vlnis infantem, ſuperuecta, ſoſpes enatauit.) Et quod modeſtiæ cuidam naturali, atque inſitæ verecundiæ adſcribendum duco, aquarum illuuie tandem ſuffocata fœmina, partes eas quas Natura occultari voluit, etiam Natura ab oculis aſpectantium auertit, in ventrem fluitans ac fluctuans, tergus autem & humeros ad cœlum & obtutum hominum conuertens deprehenditur. aut vt Pliniano vtar eloquio, ex lib. 7. cap. 17. Virorum cadauera ſupina fluitare, fœminarum prona: velut pudori defunctorum parcente natura.

Sunt etiam qui tradant, Rhinocerôta, rarum & ferox animal, à venatoribus & canibus actum & adactum, vltrò ſe in gremium obuiæ fortè puellæ virginis, velut ſacrum aſylum, recepture.

Cæterum analogiam partium ſexus vtriuſque

Chriſtus à viro traditus, accuſatus, damnatus, cæſus, crucifixus.

Mulierum miſericordia & commiſeratio in Chriſtum.

Pilatus Gallus, eiuſdem coniunx. Chriſti innocentiam teſtatur.

Fera & ad famẽ parcũt parẽtque puero ſæpius.

Fœmina potiùs domãti bolum, ac docent.

Fœminarum corpora aquis igne abſumuntur.

Tardiùs ſubmergũtur. Hiſtoria.

Fœmina aqua ſuffocata, prona innatat: vir contrà ſupinus.

N. quòd hic humeros & clunes denſos, illa mammas & alium tergẽtis habeat.

Digitiz

Mari & fœmina quæ partes validiores & corpulitiores.

Fœminarum corpora qualia, per analogiam maris : item vox.

Bos fœmina grauiori voce quàm mas.

Mari an fœmina inter vsu potior.

In animalibus diuersi generis coeuntibus, plus à fœmina confertur in fœtum.

Nati plus à matre, quàm patre contrahunt.

Quod mater plus cõferat nato, quàm pater.

Similitudo à terra & planta de fœmine: vbi & aliarum partium analogia.

Mas colono segnior, qui.

sic ab Aristotele accipe cap. 6. lib. 4. hist. animal. Partes superiores ésque in quocumque animalium genere maribus sunt potiores, validiores, & aptiores. quæ autem dici possunt inferiores posteriores ésque, eas fœminæ habent robustiores tum in hominibus, tum in cæteris animalibus omnibus, quæ pedestria sunt, atque animal generant. Quod tamẽ omnino dixerim, fœmina inneruior atque infirmior est: pilum etiam habet tenuiorem quàm mas: aut quod vice pili ad proportionem haberi Natura statuerat. Caro quoque humidior est fœminæ, quàm maris, & genua pleniora, & crura tenuiora: sed pedes elegantiores: videlicet quocumque in genere hæ partes habentur. Vox item fœminis omnibus tenuior & acutior, boue excepto: bubus enim fœminis vox grauior, quàm maribus est. hæc ille.

Iuuat autem similitudine rem qua de agitur, illustrare, vt ex ea declaretur, vtrius amborum vter maior ac magis necessarius æstimandus sit: sed primùm ex alieno, deinde nostro sensu. ac primùm Hipp. lib. de natura pueri: Quemadmodum (ait) quæ in terra crescunt, à terra nutriuntur, & prout terra habuerit, sic etiam nascentia in terra habent (quod probat exemplo seminis in terram iacti ac germinantis) & post multa, subiicit: Multus autem fructus ex modico propterea fit, quòd singula in terra nascentia, maiorem vim ex terra, quàm ex eo vnde generata sunt, trahunt: & efferuescunt non secundùm vnum, sed secundùm multa. Et Galenus lib. 2. de semine: Sed enim in commixtionibus diuersi generis animalium fieri Athenæus ipse confitetur, vt fœtus à matre quiddam peculiare accipiat, non in colore tantùm, aut tenuitate, aut crassitudine, aut clariore voce, & id genus cæteris, quæ parua sunt, & solius materiæ, non etiam formæ animalium affectionés: sed quod à matre in his prouenit, tale esse ait, vt speciem quoque totam immutet. Si enim asini semen equa in vtero exceperit, fœtus non patris tantùm, sed ex vtrisque mixtam speciem præ se ferre. Denique plus à matre, quàm à patre habere natos asserit idem Athenæus: ideo ab equa mulum, ab asina hinnum pronasci. de quo etiam multò pòst inter problemata. nunc enim quam proponere in medium similitudinem statuetam, ea est eiusmodi.

Fœmina parens terram parentem videtur aptè referre atque imitari: mas, velut agricola est: qui semen in vterum muliebrem eiaculatus, reliquum ipsi naturæ totum opificium relinquit. ille solam ex coïtu voluptatem decerpens, fœminæ paremi reliquum laborem exanclandum finit. in eo nedum coloni imitatus industriam, qui terram arare, vertere, nouare, ocare, purgare, sarrire, auerruncare, etiam post iactum diu semen, non desinit, donec exceptum illud in sese complexa terra parens foueat, germinet, producat: tandémque solis calore blando adiuta, & aëris benigno affluxu & inspiratu tepefacta, maturam frugem edat in vsus humanos atque animantium reliquarum, expetitam. Mas autem vt semel de se semen profudit, atque in vterum maternum depositum, velut reliqui operis nulla pars ad se spectet, non colere, non fouere satagit. At blanda parens susceptum semen aluo concipit & continet, suo nativo calore vegetat, proprio alit sanguine & auget, donec vi formatrice subactum, formam virilem aut muliebrem, vt fors ferret, adipiscatur, idoneũ vas animæ rationalis suscipiendæ futurum. & quidem tam lõgo ipsum intra se tempore complexum continet, donec velut maturus fructus, moræ diuturnioris impatiens fœtus, calcitrando ruptis tunicis ac vinculis, in auras vitales prodit, matrem gemitu nouo salutans, & vtriquetum sibi, tum puerperæ multas educando nutriendóque molestias atque ærumnas, tali voce atque omine præsagiens. Quem deinde lotum, tersum, fasciis munitum, & velut naturæ mancipium, arctis vinculis illigat. sic enim tum alij plures, tum propheta insinuauit Ezechiel cap. 15. exprobrans Hierosolymæ, velut filię, sub Dei persona, exhibitum maternum officium. Quando (inquit) nata es, in die ortus tui non est præcisus vmbilicus tuus, & aquâ nõ es lota in salutem, nec sale salita, nec inuoluta pannis. & Plinius disertè prologo lib. 7. Hominem tantùm nudum, & in nuda humo, natali die abiicit Natura ad vagitus statim & ploratum, nullúmque, tot animalium aliud ad lacrymas, & has prorinus vitæ principio. At hercule risus præcox ille & celerrimus ante quadragesimum diem nulli datur. Ab hoc lucis rudimento, quæ ne feras quidem inter nos genitas, vincula excipiunt, & omnium membrorum nexus. Itaque feliciter natus iacet manibus pedibúsque deuinctis, flens, animal cæteris imperaturum, & à suppliciis vitam auspicatur: vnam tantùm ob culpam, quia natum est. Heu dementiam ab iis initiis existimantium ad superbiam se genitos! verùm de hominis miseria nos alibi. Neque verò satis fuit infanti, quòd

Matri longa decem tulerint fastidia menses :

nisi & aluo atque visceribus eductum, mammis mater admoueat: & quo priùs rubro alebat sanguine, nunc eodem albido & in lac conuerso nutriat: eam præstans illi officiósa parens industriam, donec minima mansa capessere, & tandem solidioribus vesci cibis, crepundiis lusitans, assuescat: nusquam illi officium denegans alendo, educando, vestiendo, fouendo, erudiendo, donec in virum euadens, suo sibi marte prouidere ac prospicere queat. O magnam parentis charitatem! ô nunquam pro nobis compensandos matrum labores! ô iura Naturæ admiranda! Quid sine te esse, veneranda parens, potuissemus? quid si ne esse quidem sine te licuit? quid cùm esse cœpissemus, de nobis actum sine tua cura & solicitudine materna foret? quas tibi dignas grates non dico referre, sed habere possumus? quæ præmia tantæ tuæ erga nos pietati digna? Tu nos propriis visceribus gessisti: tu sanguine tuo, mox & lacte sanguineo nutriuisti: tu in humeros atque in sinum sustulisti: tu flentes & eiulantes cantu & sola-

Parentis partes ac munus circa prolem.

Pueri ortus cum gemitu, quid indicet.

Prima circa infantẽ opera.

Hominis miseria ab ipso ortu. Et quando risus.

Vitæ humanæ auspicium à supplicio.

Patris erga natum officia.

Epiphonema in laudem matrum.

Item apostrophe ad parentem.

Matrum pietas & officia erga liberos.

tio ſuauiter ſublenaſti: tu manu prehenſos & infirmos circumduxiſti: tu domi, tu foris adfuiſti: tu nudos veſtimentis operuiſti: tu famelicos idoneis alimentis pauiſti: tu rudes & ignaros religionum, Abba, pater, balbutire docuiſti: tu Dei veri cultum ac timorem à teneris vnguiculis præiuiſti: tu conſiliis & monitis idoneis teneros & vagos rexiſti: tu ætate tenellos, adultos, grandes, omni ope atque auxilio, omni fauore & gratiâ iuuare nunquam deſtitiſti. nunc autem tantis beneficiis impares, vel ſaltem cum poëta reprecamur,

Optatio ad maiorem.

Dij tibi, ſiqua pios reſpectant numina, ſiquid
Vſquam iuſtitia eſt, & mens ſibi conſcia recti,
Præmia digna ferant. ——

Matrimonij delicia.

Quid verò nunc neceſſe eſt matrimonij ſuauitatem, vxoris in maritum fidem, mutuum coniugum amorem, mutui conſortij delicias, natorum dulcedinem, communis vitæ neceſſitudinem, omnium bonorum, ſermonum, dolorum, voluptatum ac deliciarum communionẽ perſequi? Væh ſoli, dixit Sapiens. Ecce autem, Deus optimus ſolitudini hominum proſpiciẽs, & humani generis propagationi conſulens, viro ſuam comparem, marito ſponſam obiicit: & quidem eodem de corpore velut auulſam particulam, in idem velut corpus deintegro inſerendam. Eritis enim duo in carne vna, dixit Dominus. & quidem tantò arctiore vinculo amoris ac beneuolentiæ conciliandi, quantò ſua cuique caro commendatior eſſe ſolet. Quamobrem relinquet homo patrem ſuum & matrem, & adhærebit vxori ſuæ, Geneſ. 2. Sacramentum ſeu myſterium hoc magnum eſt: ego autem dico in Chriſto & in eccleſia, ſubdit Paulus Epheſ. 5. Quocirca Cato ipſe licet paganus, non minori religione, nec leuiori pœnâ violari matrimonium & connubialia iura, aut vxorem à marito malè tractari ſanxit, quàm ipſa deorum ſimulacra. Quamquam idem in iura mariti propenſior, adulteram necare ἀνυπαίτιον deprehenſam ipſi permiſit marito: coniugi autem adulterum vel digito tangere, aut impellere prohibuit. Ariſtoteles autem lib. 1. œconomicorum cap. 4. Leges (inquit) primùm ſint viro ad mulierem, & iniuria ceſſet: ſic enim nec ipſe iniuriam patietur. hoc enim & communis lex inducit, vt Pythagorici dicunt. Eſt autem viri iniuria, externarum mulierum coïtus. Rectè verò ſe habet illud Heſiodi: Puellam accipere oportere, vt gratis moribus eam imbuere poſſis.

Virgo ducenda vxor, quare.

Παρθενικὴν δὲ γαμεῖν, ἵνα οἱ ἤθεα κεδνὰ διδάξῃ.
lib. 2. ἔργων.

Diuerſitates enim morum nequaquam ſunt ad dilectionem aptæ. Itaque oportet ea quæ ad vxorem ſpectant, rectè diſpoſuiſſe: hoc eſt prouidiſſe, vt talis ſit, qualis eſſe debeat. ſocietas enim eſt maximè ſecundùm naturam mari & fœminæ. eſt enim impoſſibile, fœminam ſine mare, aut marem ſine fœmina opus naturæ adimplere. Maximè autem id in homine conſpicitur, quòd non eſſendi cauſsâ ſolùm, verumetiam bene eſſendi, mas & fœmina ope mutuâ coniunguntur, filióſque procreant, non ſolùm vt id naturæ tributum ferant, verumetiam vt commoda inde ſuſcipiant. Exiſtimare autem debet mulier (ait idem 2. œconomico) bene compoſita, mores viri, eſſe legem ſuæ vitæ impoſitam ſibi à Deo per coniunctionem matrimonij atque conſortij. Quapropter decet non ſolùm in proſperis rebus, ſecundáque fortuna vnanimem ſe viro præſtare, & inſeruire velle, verumetiam in aduerſis. Nam quantò diligentiùs obſequetur, tantò ſibi maiorem gratiam habebit. multóque magis obtemperare viro debet, quàm ſi empta veniſſet in domum. Magno enim pretio empta fuit, ſocietate vitæ, & procreatione liberorum, quibus nec maius, nec ſanctius quicquam eſſe poteſt. Vir autem viceuerſa leges ſibi reperiat ad vxoris vſum, quæ tanquam filiorum vitæque ſocia, in viri domũ peruenit, natos relictura genitorum, viri, ſuique nomina habituros: quibus quid ſanctius eſſe poteſt? aut circa quæ magis ſtuderet vir ſanæ mentis, quàm ex optima laudabiliſſimáque muliere filios procreare, ſenectutis paſtores, quaſi optimos ac reuerentes patris matriſque cuſtodes, ac totius domus ſeruatores? Cùm autem tanta adhibeatur cura pro corporis eſca, quid pro liberis, & matre educatrice? nónne protinus omne ſtudium fuerit adhibẽdum? Hoc enim ſolo, hominum conditio mortalis, per ſucceſſionem, ſempiternitatem conſequitur, omniáque parentum vota huc tendunt. Quamobrem qui iſta negligit, & Deos ipſos videtur negligere. Maximus autem honor eſt ſobriæ mulieri, ſi cernat virum ſuum obſeruantem ſibi caſtitatem, nec de vlla muliere magis cogitantem: ſed præ cæteris omnibus, hanc & ſuam & fidam ſibi exiſtimantem. Tantò enim magis ſtudebit mulier ſe talem præſtare, quantò magis ſe cognouerit fideliter atque iuſtè à viro diligi. Nihil verò magis ſuum eſt vxori, nec magis illi à viro præſtandum, quàm ſancta & intemerata ſocietas. Quapropter non decet hominem ſanæ mentis, vbicumque contigerit, ſemen exponere, ne de vilibus & iniquis, ſimiles legitimis liberis procreentur. Ex quo, & vxor honore ſuo priuatur, & filiis iniuria fit, ac ſibi pro his omnibus dedecus incumbit. Appropinquandum verò eſt vxori, cum magna temperantia atque modeſtia: ſitque pudor in verbis, in operibus verò fas atque honeſtas, in conuerſatione fides & moderatio. Nec metum vir incutiat vxori ſine verecundia & pudore: hæc enim meretrices ad mœchos pati decet. At verò cum verecundia & pudore, iuſta diligere & timere, id ingenuæ eſt mulieris erga proprium virum. Vt ſiue præſens ſit, ſiue abſit vir, non minùs vtilis ſit, quàm ſi ſemper adeſſet, tanquam rerum communium curator. & quando is abeſt, vt ſentiat vxor proba & fidelis, nullum ſibi neque meliorem, neque commodiorem, neque magis ſuum eſſe, quàm virum reliquis vnum omnibus anteponendum.

Mulieris laus vnde petẽda: & obſequium ſocietas animorum.

Fœmina parata viro: & quo ære empta: & viri lex ad matrem.

Fœmina ſoboles.

Liberorum procreatio ad quid: & in eis cura & amor.

Hominis cõditio qua ſint immortales.

Fœmina quid à viro requirat.

Homo à vago concubitu abſtineat, &c.

Quando danda opera liberis, quoque modo.

Amor coniugalis & pudor, non metus in matrimonio.

Fœminæ opinio de marito, quale.

Sed de his, vel Ariſtotele docente, déque coniugij lege ac dignitate, ex ſacris & prophanis authoribus alio dixi loco in Strab. comment.

Vxor, velut res ſacra.

Ius necis mariti in vxorem adulteram, non extrà.

Societas mari & fœminæ, quorſum.

nunc enim fœminæ præstantiam, vsum, necessitatem, in omni vitæ humanæ gradu breuiter considero subducóque, ac nusquam viro cedere fœminam, in multis verò anteire etiam ac præcellere demonstro. An præterijt virginitas debet? minimè illa quidem: quia nuptiæ terram, virginitas cœlum & paradisum repleuisse theologis iure perhibentur. & nos alio quidem opere, comment. in Strab. virginitatis & connubij laudes sumus prosequuti, lilio & rosis virginitatem aptè comparando: quiquidem flores integri atque illibati, odoris fragrantiâ solent esse peramœni: iidem attriti & comminuti, plurimùm de suo odore, déque natiua pulchritudine amittunt. sed forsan abs re non erit indidem pauca de nostris longioribus excursibus huc assúmere. Vt igitur (inquiebam ego) lilij flos emaculati candoris, integer & illibatus, odorem ex se fundit amœnissimum: idémque subtritus omnem amittit odorem, tenuem in auras illico vanescentem. Sic & virginitas Deo hominibúsque grata, suauem ex se virtutis & continentiæ velut odorem profert: eadem autem violata & temerata, omnem bonæ famæ & suauitatis fragrantiam protinus exuit, Deo hominibúsque inuisa, turpi fœdáque fornicatione, aut turpiori fœdioríque adulterio polluta. Lilio nihil fœcundius, vna radice quinquagenos sæpe bulbos emittente. virginitate nihil amabilius, vberrimos ex se virtutis & castimoniæ fructus producente. hæc tamen comparationis pars, nuptis magis conuenit, cùm ex vna radice non quinquageni, sed vix certo numero comprehendendi liberi innumeri pronascantur. Nulli florum excelsitas maior, quàm lilio. nulli virtutú sublimitas magis conspicua, quàm virginitati, quæ sublimi tanquam elata vultu, nullius calumniam secura ac sibi bene conscia pertimescit. At verò flos lilij languido semper collo, & non sufficiente capitis oneri. virginitas præsertim in puella, semper debilis atque infirma, vix vnquam ex se, nisi diuino suffulta auxilio, nisi multâ adhibitâ matrum & cognatarum affiniúmque tutelâ, vigilantiâ, atque custodiâ, tueri sese aduersus procacium amasiorum, & petulantium proteruorúmque procorum (ne dicam porcorum) insidias, quasi ventorum validissimorum vehementissimos flatus atque impetus potuit. Candor illi eximius. huic vitæ integritas vel niue candidior, vel sapphiro pulchrior elucescit. Ille ab angustiis in latitudinem sese paulatim diffundit, effigie calathi, resupinis per ambitum labris. hæc minùs ab initio conspicua, in ætate adhuc tenera, tanquam flosculus in herbula latens, vel quasi latescens, succrescente ætate magis sese prodit, facta tandem conspicua, multíque imitatione sui, admirabilis. Ille tenui filo & semine, stantibus in medio crocis. hæc simplici cultu contenta, eò meliùs ornata, quò magis iuxta morem priscum, omni fuco & ornatu caret: in habitu tamen culto & lauto decentíque, cum omni verecundia & sobrietate, vultu in terram pudenter ac verecundè demisso graditur, fuci omnis intus ac foris expers: contenta suo marito

Fœminanõ cedit viro. *Laus virginitatis, & similis.*

N. elegans planè comparatio virginis cum lilio, per partes. *Ab odore.*

A fœcunditate.

A præcellentia.

A debilitate & infirmitate.

A candore.

A forma figuráque.

Ab ornatu.

A placere (siquidem nupsit) aut si verè virgo est, vni viro cupiens atque spõso perplacere, quem eximium delegit Iesum Christum. sed nunc quidem non lubet plura ex eodem nostro commentario retexere, non Catulli versus lepidissimos in eam sententiam, non eam comparationem, quam illic instituí, Matrimonium an virginitas præcellat: quamquidem iam antè Philo attigerat lib. de vita contemplatiua, & è nostris Hieronymus agitauit: vterque virginitati palmam deferens; quasi angelicam vitam professæ, & certò ad perfectionem summúmque bonum collimanti: & verò vberrimos castimoniæ fructus percepturæ, aliàs sexagecuplum, aliàs etiam centuplum: cùm matrimonio trigecuplum fortè sufficiat, vix vnquam sexagecuplum.

Spõsus virginũ, Christus.

Quorsum verò tam multa? dices. Vt ostendam, in omni parte vitæ humanæ, in omni cõditione & statu muliebri, fœminam viro dignitate & præstantiâ sortis atque conditionis minimè cedere: sed æquali dote à summo parente Deo donatam fuisse; in nonnullis etiam adeo maiore & ampliore, si modò quæ diximus, satis percepisti, multò plura dicturi in eandem sententiam, nisi res aliò vocaret. quia pensi suscepti ratio non patitur longiùs à proposito diuagari, ac velut aberrare. Hoc autem muliebri sexui infirmo & fragili donare volui, vt quem plerique agitant, infligant, & calumniis variis onerant atque lacessunt; ego iustis rationibus, ac meritis laudum titulis assererem commendarémque.

Nulla conditio muliebris viris cedit.

N. gratificatur infirmo sexui muliebri.

1.

Intelligò autem de probis mulieribus virginibúsque: namque improbâ fœminâ nihil arbitror vsquam esse deterius, nihil nequius, nihil miserabilius, nihil scelestius, nihil denique execrabilius. vt nullum commodius vas aut domicilium Diabolus delegisse videatur nefariâ muliere, sortilegâ, pythonicâ, ἐγγαστριμύθῳ. cuius non modò per os impurum, spiritus nequam proloquatur: sed etiam (proh nefas) per anum ipsum & muliebria pudendáque. vt qua parte, fœda & olida excrementa prodire solent, & crepitus olidi prosilire atque prorumpere: eâdem illâ velut dignâ ianuâ, & ore se digno, Dæmon impurus, & hostis generis humani cruentus, sua fundat nunquam credenda, & bono cuique semper abominanda oracula. Talem se Cælius Rhodigynus puellam vidisse testatur; quæ ex pudendis vaticinabatur vera nonnunquam, sæpius falsa, prout à dæmone agebatur, aut potiùs velut in ea dæmon inclusus volebat.

Improbã fœminæ vis imperij & detestatio.

Muliebris improba studia & exercitia: & quale organum spiritus maligni.

Historia mira, de puella per vulnã vaticinante.

Idem Chrysostomus post Græcos historicos scripsit olim fieri solitum à Pythia sacerdote Apollinis: quæ in specu procumbens, & se effundens atque expandens, spiritum hauriebat ab imis terræ latebris Pythonicum: quo concepto, illa furere, spumare, vaticinari, per pudenda eloqui. Quod & Origenes Celso Epicureo obiicit. quales pythonissæ mulieres anno Christi 1554. dicuntur Romæ simul visæ numero 82. in quas Iudæi dicebantur dæmones deuotione & sortilegio quodam immisisse, quòd à Iudaïsmo ad Christianismum defecis-

Pythia mos vaticinandi per uterí.

Historia mulierum pythonissarum.

sent, Theatino Papa clauum tenente. Absit autem à sanctis, vt templum Spiritus sancti, fiat tabernaculum spiritus maligni. Atque vtinam fidei Christianæ splendor acriùs elucens, istas diabolicas tenebras breui discutiat: & ignitus Dei sermo publicè in vulgus & purè veréque ac syncerè annuntiatus & creditus, corda virorum & mulierum inflammet in obsequium Dei & Christi: misera autem plebecula, de religionis & fidei articulis piè edocta, Deo cœli seruire & fideliter obsequi animum inducat, potiùs quàm angelo tenebrarum, Satanæ impostori teterrimóque hosti credere, parêre, sacra nocturna facere; vel potiùs sacrilegia, in specu tetro & abdito, speciem tetri atque impuri hirci ementito ipsi Leuiathan offerre, eidémque & corpus & animam (proh dolor atque nefas!) prodere ac prostituere. quod miseræ ac miserandæ aniculæ, fraude & laqueis dæmonum impulsæ atque irretitæ, factitare dicuntur, mulieres sortilegæ & maleficæ, vasa non iam Spiritus sancti, sed vasa iniquitatis, sed receptacula maligni spiritus, sed impuri vafríque cacodæmonis hospitia atque tabernacula: cui quidem (abiuratâ priùs fide, & Dei cultu abrenuntiato) sese mancipare, & totas in posterum tradere, corporibus cùm libuit, illis permiscendas, animis etiam in eandem impietatem & συνωμοσίαν conspirantes, nefariè & horribiliter deuotæ, conceptis verbis, & mutuis pactis abominandis, vtinàm potiùs falsò, quàm verè, memorantur.

Lumẽ verbi Dei fugat dæmonas, quî.

Sortilegorũ sacrificia magica, nefaria.

Detestatio sagarum, & facinus abominandum.

3. *Altera pars, de laude masculi seu viri.*

Sed de mulieribus in vtramque partem nunc satis. num quídnam (dices) de homine & eius excellentia subtricies? Ecquid (inquam) aliud nunc ago, quid aliud molior toto hoc opere, quàm de homine & eius præstantia scribere & commentari, tum quæ ad animi diuinitatem, tum quæ ad corporis dignitatem pertinent, a-mussim speculatus? Nequis autem iure queratur, suam caussam prodi, & homini fieri iniuriam, ita nunc paucis accipe: nam pluribus forsan sub finem operis huius de homine in vtramque partem dicam, laude an vituperio magè dignus sit. Vt in omni rerum genere tum animatarum, tum inanimatarum, velut stlepium, lapidum, metallorum, mas fœminæ anteferri solet: sic in humana sorte, virum mulieri semper anteponendum statuo, non ego, sed Dominus. sic enim ad Heuam Geneseos 3. Sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui. & verò ibidem cap. 2. postquàm Deus hominem creasset, eique imperium in omne genus animantum dedisset: Non est (inquit) bonum, hominem esse solum: faciamus ei adiutorium simile sibi. Quo ex loco satis inferre licet, non virum propter mulierem, sed mulierem propter virum extitisse. id autem cuius gratiâ fit aliquid, vtique præstantius eo esse solet, quod eius caussâ factum est. sic enim vaginâ gladius, sic domo colonus, sic calix suâ thecâ præstat. Atque vt cæteris animalibus homo præstantior est: sic vir muliere longè antecellit. neque verò tantùm in iure matrimonij, sed etiam extra connubij vinculum,

Mas in omni genere, fœmina antecellit.

Mulier subdita viro, & huius caussâ creata.

Mulier propter virum, non contrà. Ergo vir præstantior. A simili.

Mas vbique præstantior fœminâ.

A mas omnis omni fœminâ, bonus bonâ, perfectus perfectâ, sapiens sapiente, prudens prudente melior & dignior est habendus. Nam de iure mariti in coniugem non tantùm diuina lex, sed etiam humana sanxit: Mulierem in viri potestatem transire. non tamen ea authoritate, quâ olim viro in fœminam ius erat vitæ & necis: sed quatenus humanitatis ratio paritur, & amoris coniugalis reuerentia postulat. Mulieres subditæ sint viris suis, ait Petrus 1. cap. 3. Sicut Sara obediebat Abrahæ, dominum eum vocans, Genes. 18. Sed quod ibidem sequitur, mulieres ipsæ non surdis auribus audiant. Viri similiter cohabitantes secundùm scientiam, quasi infirmiori vasculo muliebri impartientes honorem, tanquam cohæredibus gratiæ vitæ. quam sententiam Ignatius epist. ad pop. Antioch. repetit & approbat. Et Paulus Coloss. 3. Mulieres subditæ estote viris sicut oportet in Domino. Viri diligite vxores vestras, & nolite amari esse ad illas. idem Ephes. 5. Mulieres viris suis subditæ sint, sicut Domino. quoniam vir, caput est mulieris: sicut Christus, caput est ecclesiæ: ipse saluator corporis eius. Sed sicut ecclesia subiecta est Christo: ita & mulieres viris suis in omnibus. Viri diligite vxores vestras, sicut & Christus dilexit ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea. & mox ibidem, Ita viri debent diligere vxores suas, vt corpora sua. qui suam vxorem diligit, seipsum diligit. nemo enim vnquam carnem suam odio habuit, sed nutrit, & fouet eam, sicut & Christus ecclesiam. quia membra sumus corporis eius, de carne eius, & de ossibus eius. Propter hoc relinquet homo patrem & matrem suam, & adhærebit vxori suæ. & erunt duo in carne vna, vt antè ex Genes. 2. produximus: & Arist. 2. œconomico assensus est. Sed de mariti dominio in vxorem non agitur: hoc quæritur, Mas an fœmina præstantior.

Virbonum fœminam, & exiſa infirmitatem.

Vir amet coniugem, sine emulatione.

Vir, caput mulieris, vt Christus ecclesiæ.

Vir diligat vxorẽ, tanquam se, cur.

Fideles, mẽbra sunt ecclesiæ. Lex connubiorum prima.

Ego verò iam asserui, marem in omni rerum animatarum & inanimatarum genere esse fœminâ potiorem perfectiorémque. Quo factum est, vt in cœlo, in aere, in terris, in mari, sub terris, mas imperium teneat. Deus enim author & conditor vniuersi, omnibus quæ de nihilo creauit, latè imperat, nullius egens operâ, nullius adminiculo. deam consortem imperij nullam habet: imò & in vniuerso dea nulla est: nisi qua ratione homines dij dicuntur, participatione diuinitatis, & imitatione recti iudicij imperiique. Itaque nulla Iuno nostro Ioui (si sic vocare sanctum Iehouah licet) comes adest: nulla vxor generandæ soboli necessaria est: contra fanaticum errorem hæreticorum quorundam, qui Epicurum secuti, nihil sanctius de diuinitate sanxerunt. ille enim, vt Cicero refert lib. 1. de nat. deor. & mares Deos, & fœminas esse dicebat. Deus autem ex sese, & per se omnia potest; omnia facit; omnia moderatur & gubernat, quæ cœlo; quæque cœli ambitu continentur. Idem facit angelos, suos ministros: aut vt verbis Pauli vtar Hebr. 1. ex Psalmo 103. Qui facit angelos suos, spiritus: & ministros suos, flammam ignis (siue ignem vrentem.)

Quòd mas vbique fœminâ sit præstantior.

Exempla, 1. de cœlo. Dei imperium sine pari dea.

Hemi. quo modo dicam.

Quòd dea nulla.

2. de aëre.

3. de aëre. Angeli, Dei ministri omnes mares.

Digitized by Google

vrentem.) Deus(inquam)angelos miniſtros facit,& ſuæ voluntatis nuntios,per aërem diſcurſantes,atque ocyſſimo volatu,& præpetibus pẽnis (aligeros enim fingimus, celeritatem indicantes) imperium Domini hominibus comportantes.His nullæ fœminæ ad generationem ſociæ,nullæ ad miniſterium implendum comites adiunguntur.In auium genere, Aquila mas principatum obtinet.In genere quadrupedum, Leo. in piſcium genere, Delphinus: ne cætera percurram ſingillatim. Sub terris, & quocumque locorum verſantur Diaboli,& maligni ſpiritus ætherij,aërij, [illegible],omnes ſunt mares:nullas fœmellas admittunt conſortes ad generationem (an verò mulieribus commiſceantur, aliàs viderimus) & inter hos, qui omnium nequiſſimus & vaferrimus eſt, is imperium tenet Satan, Satanas, Leuiathan, Behemoth, Beelzebub, Lucifer, atque haud ſcio quibus, & quàm multis apud varias gentes nominibus horrendus atque abominandus Cacodæmon. In hominum autem genere, nónne par erat, marem priùs à Deo creatum, maieſtate venerandum, prudentiâ eximium, vultu reuerendum, ſermone facundum, doctrinâ præſtantem, religione præclarum, terrenis hiſce omnibus imperare, atque ipſi illi fœminæ præeſſe, quæ ſibi adiutorio, non imperio, non noxæ, non damno data ab initio fuerat? Rectè enim Plato lib. 5. de Republ. edixit; Vt paſtor ouibus præeſt: ſic maritum vxori, virum fœminæ, velut inferiori, infirmiori, & ignobiliori præeſſe ac dominari. Mulieres tamen multas multis viris ad multa præſtantiores eſſe oſtendit idem dialogo eodem 5. de Repub. Rectè quoque Ariſtoteles cap. 1. lib. 9. hiſtor. animal. ſic mulierem cum viro confert; Homo naturâ perfectiſſima eſt: & ob eam rem, habitus iſti conſpectiores in eo ipſo continentur. ita quòd mulier miſericors magis, & ad lacrymas propenſior, quàm vir eſt: inuida item magis & querula & maledicentior & mordacior: præterea anxia & deſperans magis quàm mas, atque impudentior & mendacior: quinetiam facilior decipi, meminiſſéque aptior: adhæc vigilantior, ſegnior, immobilior denique eſt, & minùs cibi deſiderans: Mas verò iuuantior & fortior eſt, & hæc ſpecialiter de homine. In omnibus verò, quorum procreatio eſt, fœminam & marem ſimili ferè modo Natura diſtinxit moribus, quibus mas differt à fœmina: quod præcipuè tum in homine, tum in iis quæ magnitudine præſtant, & quadrupedes viuiparæ ſunt, percipitur. ſunt enim fœminæ moribus mollioribus (niſi paruulos educant fœtus) miteſcunt celeriùs, & malum faciliùs patiuntur: diſcunt etiam imitantúrque ingenioſiùs. Sed fœminæ omnes minùs quàm mares ſunt animoſæ(exceptâ pantherâ & vrſâ) & in cæteris molliores: verùm malitioſiores, aſtutiores, inſidioſiores, in educanda prole ſolicitiores. mares contrà animoſiores, ferociores, ſimpliciores, minúſque inſidioſi. Quorſum fortaſſe reſpexit propheta, cùm dixit Pſalmo 57. Furor illis ſecundùm ſimilitudinem ſerpentis: ſicut aſpi-

a de terra. 3. de mari 6. de ſubterraneo regno.

Animal. piſcis, quadrupedum vox

Malignorum ſpirituum differentia, & quòd omnes mares, eorúmque duces.

Vir fœminâ præſtantior, hic.

Vir præſit fœminæ. A ſimili.

Mares & fœminæ cõparatio, & vtriuſque proprietates in homine.

Mores & fœminæ cõparatio in mutis.

A dis ſurdæ, & obturantis aures ſuas. Quæ non exaudiet vocem incantantium, & veneſici incantantis ſapienter. & Matth. 10. Eſtote ſimplices ſicut columbæ. & apud Oſeam 7. Ephraïm,columbæ ſeductæ atque excordi comparatur. ſimiliter ouis ſtultitia in Prouerbium abiit. ſed de iſtis aliàs.

Aſpidis & ſtultia. Columbæ ſimplicitas. Ouis ſtultitia.

Præclarè verò Paulus 1. Corinth. 11. Non vir ex muliere eſt,ſed mulier ex viro. etenim nõ eſt creatus vir propter mulierem; ſed mulier propter virum. Quibus verbis,omnis contradicendi anſa præcipitur mulieri, illáq. mariti iugum ſubire cogitur. ita tamen, vt vir de ſuo iure cedens,comitem fidam, quàm ancillam humilem B & abiectam: vt amicam & conſortem charam, quàm æmulam & hoſtem domeſticam, inſidioſámque ſeruam habere malit. Ideóque idem Paulus ſubiungit; Neque vir ſine muliere, neque mulier ſine viro in Domino.nam ſicut mulier de viro: ita & vir per mulierem: omnia autem ex Deo. & paulò antè, Omnis viri caput, Chriſtus eſt: caput autem mulieris, vir: caput verò Chriſti, Deus. idémque cap. 5. Epheſ. Vnuſquiſque vxorem ſuam, ſicut ſeipſum diligat:vxor autem timeat virum ſuum. Amor marito præcipitur erga coniugem; qui non poteſt, nec debet eſſe non mutuus & reciprocus. ideo rectè Martialis;

Mulier ex viro, & propter virum, non contrà. Maris & vxoris concordia, in quo.

Vir non poteſt carere muliere, & contrà.

C *Hoc non fit verbis, Mares, vt ameris, ama.*

Sed præter amorem illum, quo viciſſim vxor maritum amat, aut ſi licet dicere, redamat, ſiue amatur à marito; timor illi iniungitur ac reuerentia obedientiáque in maritum, velut digniorem, præſtantiorem, honoratiorem, dominum denique. Ita tamen, ne tragicum illud vetus in connubio locum habeat;

Vir mulieris, Chriſtus vir, caput, Chriſti Deus. Vir vxorem diligat, vxor virum timeat, quò. Amor viri & mulieris mutuus.

Oderint dum metuant. aut illud Ennij,

Quem metuunt, oderunt:

Quem autem quiſque odit, hunc perire expetit.

Timor cum odio, malus.

Quod pleriſque mulieribus peſſimè erga viros affectis contingit. ſed Apoſtolus de bonis intellexit; & quales eſſe omnes oportet, edixit. D Vetus nempe amor ab honeſto timore non ſeiungitur: & timor modeſtus, comitem ſemper habet amorem. Duplex eſt enim timoris ſpecies:vna cum reuerentia & pudore, qua vruntur ad patres filij modeſti: & ciues bene morati ad beneuolos gubernatores. Altera cum inimicitia & odio; ſicut ſerui ad dominos. & ciues ad tyrannos iniuſtos & iniquos, vt Ariſt. rectè diſtinxit cap. 2. œconomici 2.ex quo nuper leges viri ad vxorem mutuabamur.

Amor coniunctus timori: & timor duplex, quò.

Porrò mulierem, eſſe Dei opus, ac non diaboli (ſicut apud Tertullianum, Euſebium, Epiphanium & alios inſaniunt hæreſiarchæ)& impreſſam habere Dei viui viuam imaginem ſimiliter viro, nemo ſanus negat. eſſe ſolerti & perſpicaci illam ingenio, formâ veneſtâ, conſilio acuto & ſubtili, animo diſciplinarum omnium capaci, & quæ multa illi priùs adſcripſimus, res ipſa ſatis loquitur. ſed quia leuis, futilis, inanis, loquax, mendax, garrula, vafra, ſuſpicax, inſidioſa, contumelioſa, inuida, maledica, imperioſa, faſtuoſa, inſolens, venefica, ſortilega, aptũ Diaboli vas & receptaculum, tentatio & in-

Mulier, Dei opus & imago.

Mulieris laudum & vituperationum comparatio.

cantamentum: denique omni vitiorum genere inquinata esse solet: ratóque bonitate naturę, & Dei beneficio, donisque gratiæ bene & conuenienter vtitur, sæpius autem abutitur: ideo in odium & crimen illa multorum incurrit; qui tamen non tam μισογυναῖς, quàm μισογύναι sunt habendi. Quocirca factum arbitror, vt à Salomone, qui muliebres astutias & nequitias callebat; quique in earum laqueos imprudens inciderat, suóque magno malo se capi, & verò decipi ab iis sinerat, atque ad veneris illecebras pellici, & ad cultus idolorum (quod summum flagitiorum est) peruerti: factum (inquam) arbitror, vt à Sapiente quondam habito, aut sanè ab Iesu filio Sirach scriptum sit Ecclesiastici 42. Vt è vestimentis procedit tinea: sic & à muliere iniquitas viri. item illud ἀγαθὸν; Melior est iniquitas viri, quàm mulier bene faciens. quæ sententia quia paradoxon quiddam sapit & cõtinet, multis fœminis bilem in nasum conciuit: atque ipsis Theologis nonnihil negotij in exponendo facessit. de quo etsi habeo quid dicam, tamen non iuber modò: neque verò etiam de laude hominis seu viri, & ad muliebre encomium ἀντικατηγορία, plura nunc vacat dicere, cùm alibi de hominis in vniuersum dignitate scripserim; & sub operis huius finem, de homine in vtramque partem ἀντιλογικῶς dicturus sim.

Fœmina cur bona dicta.

Salomon à mulieribus deceptus in quo.

Viri iniquitas à muliere. A simili.

Viri iniquitas melior muliere benefaciente. ἀγαθίδιον.

Illud modò ad extremum adiiciam ex Laziardo historico, de vita Adriani sumptum. Secundus quidam dictus philosophus, cùm illud sibi persuasisset, Quòd omnis mulier fornicatrix esset & impudica; & facto ipse periculo, de matre id verum cognouisset: non re quidem peracta, sed ex consensu adulterum filium admissura, si voluisset exequi, quod inter vtrumque fuerat conuentum: cùm sese hospitem ille & peregrinum fingeret, nocte quidem tota in eius sinu materno obdormiscens; manè autem filium se esse foret professus: illa autem præ pudore & confusione, subita morte foret extincta. filius vitæ pertæsus suæ, quòd sua voce & indicio, matri caussam necis attulisset; perpetuum vouit silentium. cuius abrumpendi caussà, interrogatus ab Adriano Imp. cùm mutus obstinatè perstitisset, vitæ periculum incurrit. voce tamen tacitus, manu fari iussus, inter ea quæ multa interroganti Adriano respondit, quid esset mulier, rogatus, subiecit; Hominis confusio, insaturabilis bestia, continua solicitudo, indesinens pugna viri, incontinentis naufragium, humanum mancipium. hæc ille, paucis verbis multa & grauia complexus. quæ pluribus multiplici opere Salomon iam olim fuit persecutus: & post cum in multiplici opere, disertè & elegantèr pro suo more Tertullianus: nunc tamen à nobis necessariò prætermittenda. interim autem hoc tibi Mantuani habeto;

Fœminæum seruile genus, crudele, superbum:
Vult, non vult, secùmque sibi contraria pugnat.

Historia lepida de Secundo philosopho matrem pudicitiam tentante, & matre mortem subita, & patris silentio.

Mulier, quid, eiúsque descriptio & periphrasis.

Mulierum descriptio.

DE VTERO MVLIEBRI: AC PRIMVM ET PRÆCIPVE ex sententia Galeni.

CAPVT VIII.

Vbi de canda seu pene muliebri, déque Tribadum abusu & lascinia.

PLVRA subiecissem problemata circa marem & fœminam quæri solita, & generandi rationem attingentia: sed illa fortasse commodiùs post explicatam partium muliebrium & vteri naturam vniuersam. quemquidem Naturæ nomine vulgus appellat, quòd vterus sit officina nascendi, & nostræ natiuitatis principiũ, procreationis hortus, generationis origo, sationis humanæ focus, generis humani seminariũ. cuius partis, partiúmque eiusdem singularum appellationes varias Græcas & Latinas iã antea singulatim explicaui diligẽtissimè in onomastica partium corporis vniuersi. ex quibus, partis totius naturalis compositio vtcumq. delineari, & velut adumbrari valuit; nunc specialiùs, & verò fusiùs multò vberiúsque describenda. Nam de nominibus puto antea à me dictum obiter vspiam, quæ sit appellationũ ratio. Græca non repetam: Latina breuiter attingam. Vterus, quasi vtriculus mihi videtur dici. Matrix, quòd sit velut mater, ex qua fœtus prodeunt, idemq. ortus nostri principium. Vulua, fortè quòd sit tanquã valua quædam, ac velut porta intromittendi seminis, mentiúmque & fœtus foràs emittendorum. alij quòd in ea fœtus inuoluatur, ideo vuluam, quasi voluam dici autumant. ac mutorum quidem animantium propriam ex Plinio agnoscimus, vt postea patebit ex authore ipso.

Vterus, quid, & cur Natura dicatur.

Vterus unde dicatur, item matrix, & vulua.

Sed de nominibus nunc satis: ad rem aggrediamur. ac primùm duce Galeno, ex libello, cui titulum fecit (si modò is librum fecit) de anatomia vteri, secuti verba interpretis, nostro more, qualiacumque tandem illa, de vtero contemplati, quam magnitudinem, quam formam habeat; vnde annexus pendeat, vnde alimentum accipiat, quib. iungatur, quæ attingat, quib. cõtexatur; quæ præterea in ipso, dum prægnans est mulier, tunicæ contineãtur. sed de his pòst paulò: nunc autẽ de reliquis priùs agendum. Sita est vulua (sic enim interpres vocat) intra abdominis mẽ branam, inter vesicã & rectum intestinũ; ita vt recto intestino toti ferè incumbat: ad vmbilicũ verò, qua parte fundũ eius est, maiori ex parte vesicã excedat: ad cunnum, vesicæ collo excedatur (de hoc tamẽ pòst videtimus.) Vesica enim fœminarũ ad pubem collocata est: breuiorémq. virili ceruicem ac latiorem habet, quæ inter ossa, quæ pubis vocantur, in cunnum, iuxta exteriorem superiorémque eius finem pertingit. At rectũ intestinũ sacro ossi, quod appellatur, quibusdámq. lumborum vertebris insidet. Sinuatur enim hac in parte intrinsecùs spina dorsi, vt extrinsecùs gibba videatur (vt aliàs ex Hipp. patebit.) Magnitudo in omnibus æqualis non est; longè minor siquidem enixæ est, quàm

Propositio.

Vteri situs, & colli eiusdem.

Recti intestini sedes.

Spinæ dorsi finus.

Digitized by Google

Vteri magnitudo, & longitudo, latitudoq.

adhuc prægnantis. at eius quæ nunquam concepit, multò etiam minor. id quod in ætatibus quoque iis, quæ nondum venereorum annos attigêre, contingit. nam alioqui iis quæ venereis non vruntur, minor semper esse consuevit. sed aggrediamur moderatam eius magnitudinem describere. Superiorem suam partem vterus, hoc est fundum iuxta vmbilicum: inferiorem ad cunnum protendit. atque à loco vnde incipit, ad exteriorem cunni terminum, non æquale in omnibus: vt plurimùm tamen vndecim digitorum spatium est. in latitudinem verò ad vtrumque ile suis cornibus porrigitur. de finibus eius quantum ad profunditatem, iam dictum est. vesica enim & rectum intestinum, vuluam his in partibus terminat; illa suprà, hoc infrà. At cunnus, inanitas ea est, quæ inter ossa pubis penetrat; extrinsecùs pelliculam quandam innatam habens, virorum præputio correspondentem. Figuram habet vulua in reliquo corpore, & præcipuè fundo, vesicæ similem. nam quatenus à lateribus, processus quosdam mammillares ad vtraque ilia emittit, in eo à vesica differt. quorum sanè figuram Herophilus dimidiati circuli reuolutioni assimilat: Diocles cornibus exorientibus; vnde cornua etiam nuncupauit: Eudemus verò appellat cirros: neque expedire tamen potest, vtrùm venæ, quæ hàc reuolutæ implicantur, an ipsos processus cirris polyporum compararit. at à Praxagora & Philotimo sinus appellantur. vnde mulierum vuluam isti bisinuatam, aliorum animalium, quæ multipara sunt, multisinuatam dixerunt. sed suis quidem vuluam, & si quod aliud animal est, quod multa simul concipit, multos sinus habere verum est: In mulieribus verò, hoc nomen conuenire minimè existimo: primùm quia vulua porcina anfractuosa sinuosáque est: deinde in sinibus fœtum gestat. Mulier autē & cætera animalia, quæ vuluam sicut mulier habent, vt capra & vacca, non in cornibus (quippe quæ multò minora sunt, quàm vt fœtum continere possint) sed ipsa vteri cauitate fœtum habere conspiciuntur. Partes quæ vuluæ adiacent, aliæ ipsam attingunt tantùm, neque committuntur, aliæ vniuntur partim ita, vt absque incisione nequeant separari; partim vt vel subsecando resoluantur. Porrò vterus multis annexus est, multisque item coniunctus atque vnitus. Qui moderatâ fuerit magnitudine, tenuiora intestina attingit. qui supra modum paruus est, ea tantùm tangit, quibus est innexus. maximus verò, qualis est præcipuè prægnantis, & ilia & abdomen implet, & multa intestina tangit (quod tamen de non grauida, an verum sit, postea viderimus.) Tenuibus quibusdam fibris recto intestino & vesicæ, sed vesicæ pluribus annectitur. sacro item ossi alligatur. ex quo etiam, ex multorum sententia, firmis quibusdam vinculis & neruorum & musculorum dependet: dependet etiam totidem nexibus, ex lumborum vertebris. lumborum enim magni musculi, vtrinque processus quosdam satis magnos promittunt, qui tum in vtrasque vuluæ partes, tum in cervicem vesicæ, tum in sedem distribuuntur. Atque hæc vincula laxa omnia sunt: vnde efficitur, vt latè & moueri & transformari, seu potiùs transferri vulua possit. Nexus nihilominùs, ea sunt, quæ in ipsam penetrant, partim vt corpus ipsius contexant, vt sunt magnâ ex parte nerui à dorsi medulla propagati, partim vt & vuluæ, & fœtui tum augmentum, tum alimentum exhibeant. cuiusmodi officium venæ & arteriæ præstant. Vesicæ, & principi rectóve seu crasso intestino ad cervicem tantùm membraneis & arterioſis partibus, aliquanto cum adipe coniungitur atque vnitur: ita tamen, vt resolui excoriando possit. adeo verò exacta conglutinatio ea est, vt vna & eadem caro efficiatur. Testes verò & seminarios meatus agnatos habet. Cunno autem, cervicis extremitate committitur. atque ita fit, vt vulua cum aliquib. coniuncta vniatur, aliquibus annexa sit, ab aliis dependeat, ab aliis contexatur, alatur ab aliis. Collo quidem vesicæ & recto intestino, iuxta cunnum, perinde ac testibus & vasis seminariis vnita coalescit: aliis partibus, vesicæ & intestino recto annexa est. annexa quoq. est ossi sacro: ex eodem tamen etiam dependere rectè diceretur. ex dorsi medulla, & lumbi musculis dependet solummodò. neruis & annexa, & coniuncta, & contexta. arteriis & venis non tam annexa & coniuncta & contexta est, quàm ex ipsis etiam nutritur. quæ quidem venæ & arteriæ vnde sint; Anatomicorum est docere: certè à vena caua, & arteria magna, binæ demittuntur. præter quas, alia quarnor vasa in nonnullis se vidisse testatur Herophilus, doctissimus vtique Anatomicus, facto in hominum cadaueribus periculo, non vt plerique solent, & fortè Galeni, in brutis tãtum. Ipsum verò corpus vuluæ, duæ tunicæ explent (Gal. tamen lib. 6. administra. anatom. & locis citandis, vnam vuluæ, sicut & vesicæ, dixit esse tunicam, de quo posthàc) oppositò modo inter se applicatæ: quarum exterior neruosa, interior venosa est. eâ naturâ vtræque, vt multùm & distendi & contrahi facilè possint. Exterior simplex atque vna est, interior duplex. cuius partes inter se cohærent quidem, non tamen ita, vt coniunctæ atque vnitæ sint: sed adiacent tantùm ab altera tunica circundatæ. vnde si velles eas subsecando separare, duæ planè vuluæ esse viderentur, sub vna & eâdem tunica conclusæ. nam hanc tunicam non amplius licet, quemadmodum vuluam, in duas partes diuidere. Venosa ab interiori parte satis aspera est, & præcipuè ad fundum. altera quæ huic adiacet, neruosa vesicæ tunica longè crassior, multisque & venis & arteriis intercepta est. de quibus multò accuratiùs idem Galen. lib. 14. & 16. de vsu part. vesicæ quidem exigua, magnæ verò ac duplicia matrici vasa tribuens: vt quæ non solum vterum, sed fœtum etiam ipsum in vtero concipiendum essent nutritura. ac de communione vasorum vteri & mammarum iam antè transegi. Vuluæ cervix musculosa cùm sit, carne dura & chartilaginea constat: duriórque & chartilaginosior in dies fit: vt quæ

Vteri magnitudo, & longitudo, latitudoq.

Vteri fundum quò pertingat. N. sed falsò.

Cunnus, quid: item nympha.

Vteri figura.

Vteri cornua qualia, seu processus, & vsus.

Vteri duo sinus.

Vteri mulieris à vulua animantium differentia.

Vteri partes adiacentes, & annexa.

Vteri ad intestina varie adnexus.

Vteri ligamenta & nerui.

Vterus cur facilè obertet.

Vteri nerui, & venæ, & arteriæ.

Vteri testes, & porri spermatici.

Vteri vulua quò modo vniatur, vel annectatur, vel dependeat.

Vteri vasa quorsum.

Vteri cervix qualis. N. non tamen vt cartilago sit.

Vena & arteria vteri, vnde.

Vteri tunicæ quot & quales. N. num vna propria, & altera à peritonæo?

vel ſæpe conceperunt, vel anus iam ſunt, eam duram admodùm & chartilagineam habeant. Huius naturam Herophilus, gutturis ſummæ parti comparat. Ceruici ſanè huic foramé ineſt, quo fœmina & menſtrua expurgat, & maris genituram excipit. vnde etiam fœtus in lucem egreditur. (ideóque vuluam, quaſi valuam dici paulò antè monebamus.) Incredibile enim eſt, quàm meatus hic pro tempore, latitudine & anguſtiâ diuerſus efficiatur: qui cùm reliquo omni tempore, ſpecilli acuminatum capitulum, vel paulò craſſius aliquid admittat; prægnante muliere adeo vehementer occluſus eſt, vt nulli vel tenuiſſimo inſtrumento aditus pateat. cùm verò à vulua abſoluitur fœtus, à parturiginibus adeo laxatur, vt quod mirum etiam auditu ſit, per eum, totũ animal exeat. ſed de hoc poſthàc ex Hipp. Ceruix autem hæc ad muliebrem ſinum non rectà, neque ſtatim in omnibus peruenit: ſed modò ad dextram, modò ad ſiniſtram, modò ſurſum, modò deorſum declinat ac deflectit. Nam quantum ad anteriorem & poſteriorẽ partem, ſimili modo in omnibus ſe habere iam dictum eſt. Quinetiam tunicæ ipſæ vuluæ non ſemper eãdem craſſitudinem ſeruant: ſed prima ætate ſicut paruæ, ita etiam tenues ſunt: poſtea verò profluentibus iam menſtruis, pro magnitudinis ratione, craſſitudinem etiam augent. quemadmodum minuitur tã magnitudo, quàm craſſitudo, cùm mulier vel concipiendi tempus exceſſit, vel menſes non amplius emittit. atque hæc quantum ad ætates ſpectat, differentia eſt: de morboſis affectibus aliàs. Cùm autem menſtruorum purgatio eſt, craſſa planè ac tumens apparet; vtpote ſanguinis humiditate irrigata: tenuis contrà atque arida, cùm ab hoc expurgationis tempore longiſſimè abeſt. eius quæ iam vterum geſſit, craſſior: craſſiſſima eius, cui ſæpiſſimè id contigit. Iam verò in principio conceptus, craſſa: cùm prope tempus pariendi accedit, maior quidem, ſed tenuis euadit: craſſitudo enim in longitudinem extenſa abſumitur. in reliquo intercedente tempore, pro ratione magnitudinis craſſitudinem habet. Teſtes autem fœminæ à lateribus vuluæ (foris, non intus) adiacent ad fundum, vtrimque alter iuxta cornua; magnitudine quàm viri, longè minores; formâ item & habitu multò diuerſi. lati enim hi ſunt, rotundi illi atque oblongi: hi glandulosâ, molli carne illi conſtant. Horum vterque propria membrana (qualis eſt in maribus, quam dartam (ſeu dartos) hoc eſt excoriabilem dicũt) contegitur. Elytroïde verò, id eſt vaginali ac ſcroto, fœminarum teſtes carent. Arteriæ tamé ac venæ ab iis quæ in vuluam feruntur, profectæ, teſtibus vtriq. altera committuntur: priuſque quàm eò deueniant, inter ſe connexæ, cincinni in modum, non ſecùs atque in maribus implicantur. vt ſi reuolutionem hanc præſcueris, vnâ inciſione multa ora efficiat. non quòd multa vaſa, ſed quòd vnum & idem ſemel multis locis fuerit præfectũ. Qui à teſtibus item exeunt meatus ſeminarij, eodem modo vt in maribus, continere ſemen conſpiciuntur. qui iuxta ipſos teſtes lati ſunt, & foramé ſenſui eui-

Vteri in cervice dextrum ſinum, & quomodo varietur.

Vteri cervix qualis.

Vteri tunicarum varietas, vnde.

Vteri teſtes, vbi, & quales.

Teſtium muliebrium tunica, vena, arteria, quales.

Vteri meatus ſeminarij quales, & quòd priſcis ignoti.

dens habent: paulò à teſtib. recedentes, anguſti, & quaſi imperuij apparẽt: deinde iuxta cornua, vbi in vuluam etiam intrãt, rurſus laxantur. Atque hanc vaſorum coniunctionem neque Ariſtoteles, neque Herophilus, neque Philotimus agnouerunt, optimi omnes Anatomici: neque adeo Diocles & Praxagoras, & reliqui veteres, qui rudé diſſectionis cognitionem habuerunt.

Hæc ferè de libello, Galeni nomine inſcripto, ſed falsò, meâ quidem ſententiâ, ſummatim ſubduximus. extat alter ſub eiuſdem Galeni nomine, vel adeo magis nothus liber de anatomia viuorum (qui mihi Arabiſtam videtur redolere quempiam) ex quo iſta ad verbũ deſumpſi, cap. 19. Creauit Deus matricum radicem, vt eſſet inſtrumentum & locus generationis in muliere. cuius collum eſt in comparatione virilis virgæ: & eius ſiphac, ſcilicet interior concauitas, eſt in comparatione oſchei, id eſt burſæ teſticulorũ. & hac comparatione ſe habet inſtrumẽtum generationis in muliere, ad inſtrumentum generationis in maſculo; in qua ſigillum imprimens ſe habet ad ſigilli impreſſionem in cera. Inſtrumentum fœminæ habet figuram inuerſam & protenſam, id eſt fundatã intus. inſtrumentum hominis habet inuerſam protenſam extrà. Collũ autem matricis lacertoſum eſt, multas habẽs pelliculas & inuolutiones ad modũ burſæ; ſicut & collum veſicæ; vt poſſit dilatari & conſtringi, quando opus fuerit. Quoniam ante horã partus ipſius fœminæ, os matricis conſtringitur ſecũdùm omnes ſui plicas, ad modũ roſæ, cuius folia cõplicantur, antequàm expandatur ipſa. vnde ita ſtrictus eſt meatus colli matricis, quòd ſolũmodò viam habet vrina per ipſum. In prima autem defloratione dilatatur collum matricis, & rumpuntur quædam venæ ſubtiles, quæ ſunt in dextra parte ipſius colli, & exit ſanguis. Duplex verò eſt os matricis: vnum exterius, & apparet viſui; ad quod terminatur collum matricis. aliud verò interius, in quo inchoatur collum. Iſtud verò os, in hora conceptionis ita clauditur, quòd non poſſet etiam acus intrare. ita enim diſpoſuit natura, ne poſt conceptionem aliquid de ſpermate exeat, vel de aliis ſuperfluitatibus ſubintret, & lædat fœtum. In hora autem partus, ita dilatatur collum matricis, quòd eius amplitudo ferè concauitati interiori ipſius matricis adæquatur: ad modum roſæ, quæ tota expanditur ſecundùm omnes ſui partes. Interiùs autem, circa medium tumorem ipſius matricis, ſunt duo additamenta inuerſa ſiue protenſa, ſicut duo cornua, vel duo capita mammillarum: quibus adhærent duo fœtus, vnus à dextra parte, ſcilicet maſculus; alius à ſiniſtra, ſcilicet fœmina. Sicut enim Natura exteriùs præparauit duo inſtrumenta nutritionis, ſcilicet duas mammillas: ita interiùs duo ſuſpenſoria. & ſicut plures ſunt mammillæ extrà & intrà; & plura ſunt inuamenta matricis interiùs, quæ etiam viſui apparent. Vnde quidam per ſimile dicebant, decepti in muliere, eſſe quinque cellulas, quidam ſeptem: quia tot fœtus poſſunt ſimul eſſe in matrice. Ad hoc, dicendum; quòd ſicut

N. quin & Gal. inuenti habiti, ſupra.

Vteri os.

Comparatio partium muliebrium ad virilia. A ſimili.

Vteri cervix qualis, item quemodo varietur. A ſimili.

Vteri defloratarum vnde.

Vteri duplex orificium: & interius qui varietur, quáque de cauſa.

Vterus præparatur roſa, & apiè quidem.

N. nempe virginitas, roſa calyci, roſam ſatis mulier, enim ſpinis aut floribus exuiam refert. Vide N. cõment. in Strab.

Vteri duo ſinus, vt duæ mammæ, & eorũ ſympathia.

Digitized by Google

in arbore plura pyra apparent vel adhærent in stipite prouenienti ex arbore, à qua accipiunt nutrimentum: ita in matrice possunt plures fœtus adhærere vni additamento, à quo omnes alimentum accipiunt. Patiuntur autem ista duo additamenta, duas distinctiones corporis mammillæ: vnam, propter colligantiam vnius cum dextra mámilla: reliquam, ob alterius cum sinistra. Dicit Hipp. quòd si gracilescat dextra mammilla, masculi abortum faciet: fœminæ si sinistra. Ponitur inter longaonem & vesicam: & illi est illud intestinum, quasi culcitra, super quam quiescit. In quibusdam collum matricis est gracilius & longius & tortuosius, & in quibusdam breuius & rectius & crassius: sicut in quibusdam viris virga gracilis, longa & tortuosa, in quibusdam aliter disposita (qualis vtique est analogia vaginæ ad gladium.) Componitur autem matrix ex duabus tunicis: quarum exterior magis carnosa est, interior verò magis neruosa aliquantulùm; vt sensum possit habere, non tamen magnum: quia si nimiù sensum haberet, matrix nimis læderetur in partu. Exterior autem spissior est, propter hoc, vt seruaret naturalem calorem. Interior autem ligamentalis est, id est ex ligamentis: & componitur ex omni genere neruorum, scilicet longitudinalibus, latitudinalibus, & transuersalibus. Alligatur autē matrix spinæ dorsi fortiter posteriùs & duab. coxis, similiter eius ligamenta descendũt ad genua, & à genib. vsq; ad pedes. Superiùs autem alligatur diaphragmati: cuius ligamenta ascēdunt vsq; ad mammillas & oculos. Sub istis autem additamentis extrà ex vtraq; parte inferiùs, prope os matricis ponuntur duo ianitores, quasi duo ouа, scilicet testiculi: qui scilicet aliquantulùm sunt latiores, quàm testiculi maris, qui aliquātulùm sunt oblongi: illi latiores, propter humiditatē descēdentem: isti oblongi, propter caliditatē. Creauit autem Natura, ista gemina, vt in eis esset locus digestionis ipsius spermatis, ad hoc vt ex ipso esset materia corporis humani. Sũt autē vasa seminaria antecedentia & cõsequentia, quib. defertur sperma, vel materia spermatis. Vasa autē antecedētia, sunt quædam venæ, quæ prodeũt à cerebro vsq; ad testiculos; & deferunt sanguinem dealbatũ, qui erat ad nutrimentum cerebri, ad ipsos testiculos: qui mediante sua virtute attractiuà, talē sanguinem attrahũt ad nutrimentũ: residuũ autē illius nutrimenti à testiculis trāsmittitur per seminaria vasa consequentia, in ipsa virga virili; & per illā in matricem, ad generationem fœtus. cuius, quòd spermatis in homine strictus est meatus & tortuosus & longus, vt subtiliter & habilitetur per longũ tempus: in muliere nõ est ita necessarium vt subtilietur; quia eius sperma debet crassius esse & humidius, quàm sperma viri; maximè ab isto agente patiens. Propter hoc, breuior est transitus à testiculis mulieris in matricem: statim enim subintrat matricem sub inferiori ore à latere matricis ex vtraque parte illius, & non per illud os. Vnde non coniungitur cum spermate maris, antè quàm vtriusq. sperma perueniat in matricem. Sub interiore autem ore matricis illius iacet os aliud, scilicet vesicæ; quod subintrat collum matricis: & ita exit vrina secũdùm eandē viam, per quam intrat sperma. Conueniunt autem spermata maris & mulieris in matrice; ita quòd sperma maris agit in sperma mulieris, & in ipsum imprimit formam. sed & agẽdo patitur, vt Gal. tradit. sed de semine posthàc inter humores: & quæ multa hîc paradoxa dicuntur de septem cellulis matricis, & aliis trivialibus, talia omnia pòst inter problemata discutientur; ne nunc seriem alienæ orationis interrumpam.

Venio igitur ad germana Galeni opera, à quo veriora & probabiliora ista subduco: primùm ex lib. 14. de vsu partiũ. In fœmineo (inquit) genere; matrices ventri Natura subiecit: qui locus est tum ad vsum venereorum, tũ ad sperma recipiendũ, & præterea ad fœtus incremẽtũ, & perfecti enixũ opportunissimus. Neque enim locũ vllũ in toto animalis corpore inuenias ad quidquis prædictorũ accommodatiorem. sed is tũ ad coïtũ est optimus; quòd longè ab instrumentis, quæ faciei insunt, sit difficus: tum ad fœtus augmẽtũ opportunissimus, quòd possit sine dolore distẽdi plurimùm: tũ ad partus vtilissimus, quòd ad inferiora & ad crura exitus fœtui sit futurus facilior. Quandoquidẽ matricum collum (quod iter spermati quidẽ intrò, embryo verò iã perfecto extrà Natura antè muniuit) in pudendum muliebre desinit. quod cùm animal concepit, clauditur ad vnguẽ; adeo vt ne minimũ quidem aut intus foràs laxet, aut foris intrò recipiat: quod in coïtu eò vsq; patet, ac tenditur, vt semẽ per latam viã progrediens, facilè in matricũ sinũ perueniat. in partu verò plurimùm distenditur, sic vt totũ embryon eâ viâ permeet. Nõ igitur immeritò factum à Natura est neruosum ac durum. neruosum quidem, vt plurimùm vicissim contrahatur ac dilatetur. durum autem, ne quid in eiusmodi mutationibus afficiatur, & vt ad sperma excipiendum dirigatur. Nam si præmollitie in seipsum concidens, plexus quosdam ac flexus efficeret, ab iis semen prohiberetur, quò minùs ad sinus matricum celeriter perueniret, cum sanguine menstruo permiscendum, vt posthàc patebit. Quod si non repentè in sinus matricis incideret, sed in itinere aliquantùm moraretur; exinaniretur statim, atque ab humore excideret, & expirando euolaret. Vt autem nihil tale accideret, Natura collum matricis durum mediocriter effecit; vt cùm spiritus cum semine intrò fertur, tensum simul ac dilatatũ eò vsq. dirigatur ac dilatetur, quoad satis esset semini sine impedimento ferendo; & post ipsius ingressum, claudendo orificio. Quod si iusto esset durius, facilè quidem dirigeretur, non tamen facilè ac celeriter cõcideret. quemadmodum si esset quàm nunc est, mollius, citiùs in seipsum concidere totum quidem posset: dirigi tamen ac tendi atque dilatari ipsi esset difficile. Ad vtrasque igitur vtilitates, quamquam contrarias, ex contrariis qualitatibus Natura ipsum iusto modo temperauit; tantum ipsi duritiei tribuens, quantam latitudinem simul ac rectitudinem tribuit, vt esset

Patum plures in vno vtero qui concipiantur, à simili.

Abortus iudicũ ex mamma, & virtus. Vteri situs, & eius collo varietas, vt virilis mẽbri.

Vteri tunicæ quot & quales. N hic repugnat illi alteri. Vterus cur obtusiorũ sensuũ. N. falsum de cruore.

Vteri tunicarum fibræ, & nerui. N. ligamẽta. Vteri testes vbi, quales, & vsus.

Vteri vasa spermatica.

Semen à cerebro ad testes, quibus duobus deferatur. N. falsum pòst demõstrabitur.

Differentiæ vasorum spermaticorum maris & fœminæ, quarsum. Semen mulieris quà illabatur in vterum, & vbi virili misceatur, & quando.

Foramẽ vrinarium in collo vesicæ.

Seminis vtriusq; mistio qui fiat.

Matricis situs, eiusque commoditas, & vsus.

Vteri collũ & vsus, eiusque fines, & quãdo claudatur aut aperiatur.

Vteri collũ cur neruosum ac durum.

Semen non debet euolare extra uterum.

Collum vteri tenetur mediocri duritie.

ad ſemen recipiendum, commoderatum. mollitiem verò tantam ei miſcuit, vt celeriter dilatari poſſet plurimùm, ac contrahi. Ne igitur ampliùs mirêris, cùm aut in animalibus diſſecandis intueris, aut ſcriptum ab Herophilo aut alio quopiam Anatomicorum reperis, collum matricum omni alio tempore eſſe contortum atque obliquum; quo ſcilicet neque ſemen intrò fertur, neque embryon extrà. id enim conſtructioni prædictæ eſt conſentaneum, quæ ſe habet in mollitie ac duritie mediocriter. Quandoquidem ſi quàm ſat eſt, matricum collum eſſet durius, haudquaquàm dum ſeſe contrahit, contorqueretur. nunc autem cùm ipſum molle etiam mediocriter effici præſtiterit; quando is laxatus iam in ſe ipſum conſidet, rugas nonnullas ac flexus & contortiones habeat neceſſe eſt. quod ne quæ in matrice habentur, refrigerentur, multum habet momenti. Cauſſa enim, cur in menſtruis purgationibus ac partibus mulieres maximè refrigerentur, eſt quòd tunc matricum collum ſit rectum atque apertum. quod ſi ſimiliter ſemper haberet, ſimiliter etiam ſemper refrigerarentur. At collum hoc vnicum, matricis verò capacitatem Natura non fecit ſimplicem: ſed in porcis quidem atque alis quibuſdam, quæ multos fœtus vtero geſtare eſt neceſſe; concepeacula fecit quàm plurima. in homine verò atque eiuſmodi, quemadmodum corpus totum dextris ac ſiniſtris eſt geminum: ita & matricis ſinus alter quidem in dextris, alius verò in ſiniſtris eſt locatus. Natura enim prouidens, ne quod animalis genus periret, quæ propter corporis imbecillitatem, aut vitâ omnino breuiſſimâ, aut præda fortioribus erant futura; iis omnibus aſſidui interitus remedium excogitauit, fœcundam ſcilicet generationem. Eſt certè hoc opus Naturæ admirabile: omnem tamen certò ſcio, ſuperabit admirationem, ſinuũ numerus, quem Natura mammillis fecit æqualem. Nec eſt quòd ſophiſtæ hîc dicãt, cauſſam hîc nullam eſſe; ſed fortunam quandam imperitam, nullo artificio hominibus quidem dues matricum ſinus, ſuibus verò quàmplurimos effeciſſe. Quòd autem tot ſint mammæ, quot ſinus, id mentem noſtram debet à temerario ortu & auſu reuocare. Quòd ſi in homine ac ſue fortuna dominatur: ſaltem quòd in aliis omnibus animalibus, fœtuum numerus vberibus ſit æqualis, id haudquaquam ne impudentiſſimis quidem ſine prouidẽtia fieri videbitur; niſi impudentiſſimis ſint impudentiores. At quòd mammis lac tunc accedit, quo tempore fœtus iam planè eſt abſolutus, id dementi cuipiam fortunæ, non arti eximiæ ferant acceptum. quod ſi aliud nihil, id tamen ſolum cuiuis perſuadere queat factum fuiſſe artificioſè. Cùm enim tenera adhuc ſint atque imbecilla recens nata animalia, edulia ſolida nondum poſſunt conficere. Ob eam certè cauſſam Natura, perinde ac ſi vtero adhuc gererentur, alimentum ex matre ipſis comparauit. Quibus verò animalibus propter corporis ſiccitatem, humor ſuperfluus ſubnutriri non poterat; vt volucri-

Collum vteri contortum & obliquum, quando, & vnde, & quamobrẽ.

Mulier cur in partu & menſtruo refrigeretur.

Vnicus quidem plures ſinus habet: & quòd mulieri geminum.

Animalia quæ & cur fœcunda.

Matricis numerus ſinuũ, reſpondet mammis: & quòd nõ à fortuna.

Fœtuum numerus nõ excedit vberum.

Lac incipit apparere, fœtu iam grandeſcente, quamobrem.

Volucres ſine lacte, quî pullos educent.

bus omnibus; iis natura nouam quandam pullos educãdi rationem excogitauit. ipſis enim præcipuum quendam amorem in ea quæ procrearunt, ingeneranit; quo impulſa, bellum propullis cum ferocibus animalibus, quæ antè declinabant, intrepidè ſuſcipiunt, victúmque ipſis conuenientem ſuppeditant. ſed de iſtis aliàs. Homo verò cùm partes alias corporis, mirabili quadam arte haberet conſtructas; quæ tamen ad generationem pertinent, nulla in re illis ſunt inferiores. Vt enim matrices duæ mulieribus ſunt factæ, in vnum collum deſinentes: ita & vbera duo, vtrumque ſuæ matrici, inſtar boni cuiuſdam ſerui ſubſeruiens. Vnde Hipp. ait; Mulieri geminos vtero gerenti, ſi mammarum altera erit gracilis, geminúmque fœtum gerat, ipſa alterum abortiet: & ſi dextera quidem gracileſcat, maſculum: ſin verò ſiniſtra, fœminam. Quod Hipp. dictum, illi dicto eſt conſonum; Fœtuum mares quidem in dextris, fœminæ autem in ſiniſtris ſunt potiùs. ſed de his vſpiam poſthàc inter problemata locus erit dicendi: nunc enim analogiam partium muliebrium cum virilibus ex eodem Galeno ita demonſtro, ex eodem lib. 14. de vſu partium.

Omnes igitur quæ viris inſunt partes, in mulieribus etiam reperias: niſi in eo duntaxat diſcrepant, quòd in mulieribus quidem partes hæ intus ſunt conditæ; in viris autem ſunt extrà ad nuncupatum perineum. Vtras enim harum priores mente voles concipere, mulierum quidem extrà euertendo, virorũ autem velut intrò vertendo atque replicando; omnes ſibi inter ſe ſimiles inuenias. Intellige autem mihi priùs virorum pudẽda inuerſa, ſimul & inter rectum inteſtinum ac veſicam intrò ſe recipere. Verùm ſi id accidat; quem matrices locum occupant, eum iam à ſcroto occupari eſt neceſſe: extrinſecùs autem vtrimque teſtes ei adiacere. at collum eius ſinus, colem maris effici. quæ verò cutis eſt in fine colis (quod nunc præputium appellamus) ipſum pudendum muliebre repræſentare. Intellige autem mihi rurſus matricem euerſam, ſimul ac extrà prominentem. nónne teſtes ipſius quoque parte interna eſſe eſt neceſſe: ipſam autem extrinſecùs, velut ſcortum quoddam eſſe ei circundatam? collum autem, quod antè in perinæo erat abditum, nunc pẽdẽre, ac pudendum virile effici: pudẽdúmque muliebre (quod eſt velut cutacea quædam huius colli epiphyſis) in vocatum præputium trãsferri? Contentaneum his ſanè eſt & arteriarum ac venarum & præterea vaſorum ſpermaticorum poſitionem vnà cum his transferri. Nullam enim in viris partem inuenias, quę in mulieribus non inſit; & vice quidem verſa: tantùm poſitione diſſident. quæ enim in mulieribus ſunt intus, eæ in viris ſunt extrà, & contrà. cuiuſmodi & in talparum oculis accidere videas: hæ enim vitreum ac cryſtallinum humorem etiam habent; & præterea tunicas his circundatas à mennigibus ortas non minùs habent, quàm animalia quæ oculis vtuntur. ſed neque eis aperti fuerunt oculi, neque foràs prodierunt: ſed ea re inchoati fuerunt relicti, ſimiles

Fœtus duplex, collum vnicum: mamma gemina, cur.

Iudicium abortus ex mãmis petitur.

Fœtus maris & fœminæ in vteri ſinibus diuerſis, quî.

Analogia & comparatio partiũ muliebrium cum virilib. & quî differant.

1. Ab hypotheſi, de vitiabus matrũ tractãs.

2. De muliebribus foràs conſtis.

Vaſorum tranſmutatio: & quòd nulla pars in viris, quæ non inſit fœminis, ex Gal.

N. falſum demonſtrabit.

Similitudo à talparum oculis.

Digitized by Google

eorum oculis, qui adhuc vtero geruntur, manentes. Idem Gal. rursus lib. 2. de semine hanc analogiã instituit; Eadem est genitalium membrorum maris & fœminæ conuenientia. biformis enim cùm sit mulierum vulua, siquis eam duobus his modis affici mente ac cogitatione conciperet, vt & extra abdominis membranam exiret, & inuerteretur; sic vt quæ foris nunc sunt, intrò clauderentur; quæ intus nunc latent, foris extarent: testes in scroto, proculdubio apparerent; vuluæ vasa in scrotum, abdominis membranâ in elytroïdem, id est vaginalem tunicam mutatâ: testibus verò ipsis non extra vuluam, quemadmodum nunc cernuntur, sed intrò reuolutis. Nam & quod suspendiculum appellatur (est autem vtrinque alterum ab ilium musculis) similiter ad vuluam pertinere conspicitur. quod per membranæ abdominis foramina eodem modo in maribus, arteriis & venis de superiori parte deorsum, seminariis vasis ab inferiori sursum via efficitur. fœminis verò intra abdominis membranam situm est à musculo dependens, atque ad vuluam ex vtraque parte dextra & sinistra transmittitur: vt etiam in hoc cum marium suspendiculis conueniat. Iam vuluarum cervix cùm intus quoque ipsa collocata sit: foràs educta, in maribus ipsum virorum penem; quemadmodum marium præputium, muliebrem cunnum in fœminis efficit. Nam sicut hic cervicis ac gulæ ipsius vuluæ: ita præputium in maribus, virilis penis operculum quoddam est, cùm sit supergenita quædam pellicula ab interiori parte concaua: licet multò amplior in fœminis, quàm in maribus conspiciatur. Omnia igitur genitalia membra éadem esse in maribus & fœminis videntur. nisi quatenus differunt vel situ, quòd hæc intra, illa extra abdominis membranam collocata sunt, vel magnitudine, quemadmodum de præputio & testibus diximus. Nam & quæ testibus alimentum præstant vasa, ab iisdem & venis & arteriis proficiscũtur. simili modo etiam quæ ad penem & præputium in maribus tendunt, illis respondent, quæ ad collum vteri & cunnum in muliebribus pertingunt. Initia item vasorum vuluis alimentum deferentium, éadem sunt cum iis quæ virile scrotum alunt. Neque in origine neruorum discrepantia vlla in vtrisque reperitur: sed ab iisdem spinæ dorsi locis, tam in maribus, quàm in fœminis prománant. Omnia igitur quæ genitalia vtriusque sexus membra constituunt, éadem esse constat: neque vlla in re prorsus vel marem fœminâ, vel fœminam mare amplius habere: sed in eo tantùm differre, quòd huic intus, illi foris membra éadem sunt, & ex aduerso. hæc eo loci Gal. ad verbum inculcat.

Analogia partiũ muliebrium cũ virilib.

Abhypothesi.

Vasorum in vtrisque analogia, & cremastêrũ.

Præputij cũ cunno comparatio.

Eadẽ membra in mare & fœmina, solo situ differre vel magnitudine.

N. nego, & mox improbabo.

Venarũ & arteriarum & neruorũ propertio.

Ego verò narratione Galeni tam accurata támq. soleati admonitus, illud obiter inferam: Quamuis Hippocrates, quamuis Plinius, quamuis Amatus, quamuis alij scripserint, & illis aliquando subscripserimus, mirando euentu rerum contigisse nonnullis, quarum antea memini, vt quæ reliquo vitæ tempore virgo & puella fuisset habita creditáque, ipso nuptiarum die incalescens ac turgescens ad coïtum, distentas acriter partes genitales, quas hactenus aluo celauerat, foràs actutùm promiserit, & confestim de muliere in virum euaserit: Mihi tamen, vt seriò loquar, nunquam persuaderi posse, certò ac verè id fieri vnquam potuisse. Neque enim ea conditio est partium illarum, quæ sacci, aut peræ, vel manticæ, siue chirothecæ, siue ocreæ, seu cáligæ esse solet, vt pro arbitrio euerti aut conuerti queat, modò intus foràs, modò foris intrò replicando. vti de cane iocantur, quem caudâ abreptum, manu brachióque in os per longum intus adacto, aliquis de repentè inuertit. Namque genitales fœminæ partes ita constructæ sunt, ita viciniis illigatæ, ita multis particulis connexæ & coagmentatæ, ita neruis, venis, arteriis, vasis seminariis implexæ & insertæ (infiltratas barbari dicerent) vt nullo prorsus modo intus foras euerti queant: non magis quàm viriles foris intrò reuerti ac replicari. Quod vel adeo in procidentia vteri manifestum fit, vtero quidem ipso nunquam toto, sed parte quadam sui, vt fortè collo reuoluto: nunquam autem virilia referente.

N. Quòd fieri nõ possit, vt puella euadat in marem, & conuertrò.

N. Ligamẽta eorum vteri firmitas, & vasorũ multitudo.

N. vterus nunquam totus procidit.

Similiter & de viris quibusdam Germanis potiùs dementibus atque dementaris, quàm verè dementularis, vt ita loquar: quibus vtique sortilegio quodam & carmine, partes genitales intrò mersæ versæq. videbantur & occultatæ. non tamen ita replicatæ, vt quę extrinsecæ olim fuissent, demùm intrinsecæ extarent. vel vt de viris in mulieres degenerarent, facta partium genitalium conuersione. Quæ enim proportio vasorum seminalium maris ad fœminam? quæ & quanta istorum reuolutio? quàm multa præparantia, deferentia, iaculatoria? qualis insertio in epididymida (qua mulier caret) in testes, in vesicæ collum, in parastatas glandosos? & quàm multa ex his mulieri desunt? quónam tandem pacto, reuoluto vtero & foràs emergente, tot vasa mirè implicita extricabuntur? quomodo breuitas muliebrium vasorum satis esse queat? quomodo suis & idoneis ad functionem locis applicari? Atque vt cætera tibi condonem, in ista partium muliebrium cum virilibus analogia, quæ tandem corpora in vteri compositione, repræsentabunt ea duo ligamenta crassa solidáque, ex quibus colem virilem coalitum diximus? cùm vterus quacumque sui parte, tum fundo capaci, tum collo ipso, membranâ neruosâ, & fortè vspiam modicè carnosâ constet: collum autem ipsum tam tenui tunicâ sit præditum, vix vt vesicæ, aut meningi cerebri, crassitie densitatéque possit comparari? Vt aliquando dissectâ eâ pelliculâ tam tenui, & vulgari nostræ membranæ librariæ seu pergamenæ adsimili, miratus sim, quomodo tam validos masculorum impetus sustinere ac perferre possit. Vt facilius fuerit Neroni, turpissimo pædiconi, de Sporo suo amasio, amasiam per sectionem & *μεταμόσιν* efficere, scortúmque muliebre de semiuiro & pathico parare, quàm Naturæ parenti, prius institutum tali rerum & partium inuersione seu peruersione immutare. ita N. obiectabat.

N. Ad hæc non posse mutari partes genitales.

N. Ergo nec adamãtium argumentum.

N. mira tenuitas tunicæ colli in vtero.

Locus.

Historia.

Sporus Neronis.

N. aduersus Gal. disputatio brevis, quòd mari & fœminæ partes genitales non vsquequaq; respondeant.

De hermaphroditis & androgynis vtrumque ſexum ſortitis, dicum alibi. hoc autem, propter affinitatem ſermonis, quãdo ſemel digredi cœpi, tibi referam, quod ab aliis audiui, ipſe ego non vidi: ſed certo tibi atque oculato teſte & authore, non aurito tantùm confirmabo. Auicennas lib. 3. fen 21. meminit cuiuſdam partis muliebris in pudendo deprehenſæ, quam virgã vel albathara vocat: Albucaſis lib. 2. cap. 71. hãc tentiginem appellat: quæ ſolet aliquando ad tantum incrementum peruenire, vt mulieres hanc habentes, coëant cum aliis, veluti ſi viri eſſent, ait Fallopius anatomicus. Partem hanc Græci κλειτορίδα vocarunt: vnde verbum κλειτορίζειν obſcœnum deductum eſt. Anatomici verò noſtri penitus neglexerunt, neque verbum quidem (quod ſciam) de ipſa faciunt. Particula hæc eadem, virili peni reſpondet; & ex duplici neruo conſtat intus ſpongioſo, atque atriori craſſioríque ſanguine referto, vti in viris. Oritur bifurcato principio ab oſſe vtroque pubis: atque in vtroque principio dicto, muſculum ſatis manifeſtum, paruum tamen pro magnitudine partis, habet. vaſa per dorſum currentia adſunt, quemadmodum in virili membro: deſinítque in quoddam extremum, quod ceu glans videtur, contenta quadam pelle, velut præputio. quæ pellis, iungit pudendi muliebris exterioris gemina illa corpora, quæ à Græcis νύμφαι vocantur. Totum hoc pudendum, quia paruum eſt, & latitat in pinguiori pubis parte, ideo anatomicos etiam latuit, atque ita latuit, vt ego primus fuerim, qui ſuperioribus annis idem amicis patefecerim: & ſi qui alij de hac re locuti ſunt, aut ſcripſerunt (Columbum riualem indicat) ſcias quòd ipſam aut à me, aut à meis auditoribus accepêre: neque tamen ob id, rem ipſam bene norunt. Extremam glandem iſtius penis ſtatim reperies in parte ſuperiori ipſius pudendi exterioris, vbi iunguntur, vel vnde incipiunt dicta νύμφαι. hæc ille prorſus mõſtrificè & ἀνδρογύνους. Aëtius tale quiddam iam antè inſinuarat, citra oſtentationem & fucum. Tetrabi. 4. ſerm. 4. cap. 103. & 4. Nympha, inquiens, ſubſtantia quædam eſt muſculoſa aut pelliculoſa, ſupra alarum pudendi commiſſurã ſita, quo loco vrinarius eſt meatus. Hæc in aliquibus mulieribus ad tantam magnitudinem augetur, vt deformitatem ac pudorem inducat. quin & à veſtimentorum contractu aſſiduo arrigitur, & ad venerem ac coïtum proritat. Quapropter Ægyptiis viſum eſt, vt antequàm exuberet, amputetur, tunc præcipuè cùm nubiles virgines ſunt elocandæ. & mox, In quibuſdam mulieribus, carnoſa quædam ſubſtantia ab vteri oſculo exoritur, & muliebre pudendum repler. aliquando etiam extrà progreditur inſtar caudæ: vnde etiam nomen habet. & iiſdem propè verbis Paulus lib. 6. cap. 70. Caruncula in ſinu muliebris pudendi ſubſultans, Græcorum lingua nymphe dicitur. quibuſdam immenſæ magnitudinis efficitur, & non decentis inuerecundiæ notam præ ſe fert. Quemadmodum verò nonnulli memoriæ produnt, ſunt quæ hanc partem arrigunt vitis ſimiliter, & in venerem ruunt. & paulò pòſt, Porrò Cercôſin, cùm ſit carnis ab vteri ore propago, quæ muliebre pudendum repleat, interim foràs caudæ modo procidat, nymphæ conſimiliter, auferemus. hæc iſti multò veriſimiliùs credibiliúſq., quàm noſtri recentiores Anatomici. quibus ſi credere volumus, nulla erit mulier, quæ ſimul & maris naturam non acceperit: leuíque caſu quodam, vt fortè nimiùm diductis ac diuaricatis clunibus, aut fœminibus diſtractis, aut vehementiùs concuſſo corpore, atque vt dicimus, foſſam tranſiliens, non ſtatim euadat in virum, promiſſo ſtatim pene (vt de iſtis paulò antè diximus) quem fortè præ verecundia, Natura intus occultarat. ſed de his iterum forſan poſthàc. Ego verò vix adduci poſſum vt credam, talia Naturam monſtra gignere voluiſſe, vt in fœmina virum expreſſerit, vtque arrectis ambo artubus, ἄρρεν ὁ ἄρρεν ἐχέπλει (quemadmodum loquitur I. C.) fœdè & ſpurcè inter ſe colludantur: atque vt Horatius ait,

Cedimus, inque vicem prabemus crura ſagittis.

Mihi quidem vt iſti ἀνδρογύνους, potiùs Scyllam Niſi depingere videantur:

—— quam fama ſecuta eſt,
Candida ſuccinctam latrantibus inguina mõſtris,

vt Virgilius deſcribit. Sed quando Poëtas attigimus, etiam lepido Martiali & falſo poëtæ hîc locus erit tribadem liberrimè deſcribenti, fortè qualem noſtri anatomici à ſe inuentam deprædicant, geminis artubus muliebribus atque virilibus, & geminis actionibus infamem.

Quòd nunquã maribus inuida te Baſſa videbam:
Quódque tibi machum fabula nulla dabat.
Omnia & officium circa te ſemper obibat
Turba tui ſexus, non adeunte viro.
Eſſe videbaris, fateor, Lucretia nobis.
At tu, proh facinus, Baſſa, fututer erat.
Inter ſe geminos audes committere cunnos?
Mentitúrque virum prodigioſa venus.
Cõmenta eſt dignũ Thebano enigmate monſtrum:
Hic vbi vir non eſt, vt ſit adulterium.

Sed pergo cum Galeno de vtero dicere, ex citato lib. 14. de vſu part. Quemadmodum talpa oculos habet imperfectos, non tamen imperfectos æquè, vt quibus animalibus ne ipſorum quidẽ omnino eſt vlla delineatio: ſic & mulier partibus genitalibus viro eſt imperfectior. partes enim ipſius formatæ intus fuerunt, dum ipſa, vtero adhunc geſtaretur. cùm autem exſtare, & foràs emicare præ caloris imbecillitate non poſſent, ipſum quidem animal, quod conformabatur, imperfectius eo, quod vndique eſt abſolutum, reddiderunt: toti verò generi vtilitatem non aſpernandam præſtiterunt. oportebat enim quandam eſſe fœminam: nec credendum eſt, opificem, partem totius generis noſtri dimidiam, ſuâ ſponte imperfectam ac velut mancam fuiſſe facturum: niſi imperfectionem hanc magna quædam vtilitas fuiſſet ſecutura. idem rurſus lib. 2. de ſemine: Nihil igitur mirum ſit, ſi quemadmodum talpæ oculi exprimi intus incœpti, foràs à Natura propelli non potuerunt: ita membra genitalia fœminis intus formata, in exteriorem partem nequiuerunt

Nympha, quid, vbi, & quomodo mirè increſcat, vel putetur.

Caudæ in pudendo muliebri.

Nympha, quid, vbi, quomodo increſcat ad venerem.

Attentio.

Virga muliebris apta ad coïtum. Mirum.

Clitoris.

Virga ſeu penis muliebris deſcriptio.

Fallopius ſibi inuentorem vindicat.

An vetuſtis ea incognita?

Cercôſis, quid.

N. dubitat de tali monſtro.

An talia mõſtra ſola ferat Africa, vel Iudea?

Scylla Niſi.

Tribadæ deſcriptio ironica.

Similitudo ab oculis talpæ.

Mulier imperfectior viro, habet tamẽ partes eaſdem.

fœminæ imperfectio modo.

Talparum oculi quales.

Similitudo eõ mulierum partib. genitalib.

Digitized by Google

emergere: ob imbecilliorem videlicet ac imperfectiorem fœminæ naturam, vt Arist. etiam inquit. In eo tamen talpis perfectior fœminea natura exaſit, quòd talpæ nullam ex cæcitate vtilitatem conſequuntur, fœminæ non parum hac membrorum ſuorum imperfectâ fabricâ, ad generis ſucceſſionem conferũt: quippe cùm humidiores ac frigidiores, excrementa ad fœtuum educationem accommodata alere debe-rent. ſed eodẽ lib. 14. de vſu part. ita demonſtrat luculenter; Hæc igitur eſt frigiditatis fœminæ vtilitas, quam mox ſecutura erat partium imperfectio; cùm ipſæ præ caloris imbecillitate, foràs prorumpere non poſſent: quod commodum ad generis inſtaurationem eſt ſecundum ac maximum (nam prius ad fœtus conſtitutionem & incrementum aliàs referetur.) Nam ſi extrà prodiiſſent genitales fœminæ partes, vtiq. vterus, ſcrotum extitiſſet. quod cùm intus iam ſubſideat, matricum ſubſtantia eſt factum, inſtrumentum ſemini recipiendo ac retinendo, fœtui præterea alendo ac perficiendo aptum. Staſim autem & teſticulos fœmina erat habitura minores atque imperfectiores; ac ſperma, quod in ipſis erat futurum, parcius ac frigidius humidiúſque. ſequuntur enim hæc quoque neceſſariò caloris penuriam. Non igitur ſemen eiuſmodi, generando animali ſatis eſſe poterat, fuit tamen in eam rem & ipſum vtile. neque enim fruſtrà factum fuit: quod procedente ſermone exponemus. Mas verò quantò eſt calidior, tantò ipſius teſticuli maiores extiterunt. ſemen autem quod ab ipſis generatur, cùm ſit ſummè coctum, principium eſt animalis effectiuum. Ab vno igitur principio, quod ab opifice ſapienter fuit inuentum, & quo fœmina mare fuit imperfectior, nata ſunt omnia, quæ ad animalium generationem pertinent: tum quòd fœminæ partes foràs excidere nequeant; ipſæq. alimenti benigni ſuperfluum colligant, ſeménque habeant imperfectum; & cauum inſtrumentum ad ſemen perfectum recipiendum. tum quòd in maſculis contrà omnia accidant: pudendum ſcilicet ſit prælongum, ad venerémque ac ſemen excernendum, aptiſſimum: ſemen ipſum ſit multum ac craſſum & calidum. de quo poſthàc ſuo loco.

Fœmina imperfecta vtilitas.

Matrix ſcrotum refert, & vſus.

Muliebres teſtes & ſemen, qualia & vſus.

Cõparatio maris & fœminæ teſtium & ſeminis.

Fœmina imperfectior mas vtilitas, qualis.

De vaſis autem ſpermaticis & viro & fœminæ communibus, ſic idem Gal. ibidem; Nam vena cava, quâ primùm adhuc ex hepate emergens, ſublimis ad ſpinam flectitur, dextrum habet renem ad dextram ſibi adiacentem: tum deinceps paulò infrà ad lævam, ſiniſtrum. Producitur autem ex ipſa, vas venoſum maximum, in vtrumque renem: atque etiam ſub vtroque rene videas alia duo vaſa æquè magna, à maxima arteria, quæ ſpinæ incumbit, profecta, non aliter quàm venas in renes inſeri. Tanquã autẽ ren dexter prope iecur ſit locatus, ſiniſter autẽ inferiùs, ſolis iis vaſis quæ in renes inſeruntur, peculiare quiddam obtigit, cuiuſmodi aliis nullis, neque eorum quæ à vena cava, neq. eorũ etiam, quæ à magna arteria prománant. illa enim omnia bina ex iiſdem locis, vaſis vtriuſq. exoriuntur: venæ autem & arteriæ, quæ ad renes pertinent, à magnis quidem vaſis, at non iiſdem locis oriuntur: ſed quantò ren dexter altero eſt altior, tantò & vaſorum, quę in ipſum inſiguntur, productio, eã eſt altior, quæ in alterum inſeritur. Quoniam verò partes genitales his ſubiacent, iugum venarum & arteriarum, quod ad eas fertur, ex eiſdem partibus proficiſci erat neceſſe. non enim ampliùs aliæ quidem ipſarũ ad editum, aliæ autem ad imum pertinent inſtrumentum: ſed matrix ſiniſtra eandem cum dextra habet poſitionem: tum teſticuli vtrique æquali loco ſiti ſunt. Quocirca vaſorum, quæ ad ipſa feruntur, quæ ad dextram matricem atque ipſius teſticulum progrediuntur, à magnis ipſis vaſis quæ ſunt ad ſpinam, proficiſcuntur, vena quidem à vena cava, arteria autem ab arteria magna. Quæ verò ad ſiniſtrum teſticulum in maſculis, aut ad matricem ſiniſtram in fœminis perueniunt (ſunt autem hæc etiam duo, vna ſcilicet arteria, & vna vena) non ampliùs à magnis ipſis vaſis, ſed ab eis quæ ad renes feruntur, emergunt, ſicuti eſt in virilibus clarè demonſtratum. Atque iterum ibidem, Arteriæ & venæ quæ à locis quæ ad renes pertinent, ad partes genitales feruntur, matricum quidem fundum præteruehuntur, lateralibus verò ipſarũ partibus poſtea iniectæ (ſeu inuectæ) in duo diuidúntur. tum autem pars alia illinc à lateribus ad teſtes fœminæ ſecedit, qui & ipſi, matricibus adiacẽt: altera verò ad fundum progreſſa, multipliciter in ipſum tota diſtribuitur. Committuntur autem hîc fines vaſorum, quæ in ſiniſtrum ſinum matricis ſunt diuiſa, cum finibus eorum, quæ in dextrum eiuſdem ſinum ſunt diſtributa. Iterum pòſt paulò; Ex iis vaſis, quæ pars fertur deorſum, inuoluitur modo perſimili iis vaſis, quæ in teſticulos maſculorum perueniunt: vena enim ſuperiacet, ſubiacet autem arteria: vtraq. flexus multos numero æquales efficiens, inſtar cancellorum quorundam variè implexorum, quo implexu, ſanguis & ſpiritus, qui ad teſtes feruntur, diutiſſimè coquuntur. claréque cernas humorem, qui in primis flexibus habetur, adhuc ſanguineum: in loquentibus deinceps magis magiſque albeſcere: quoad in omnium poſtremis, totus albus omnino fuerit redditus: qui flexus poſtremi in teſtes terminãtur. Teſtes verò cùm ſint laxi ac cauernoſi, humorem qui in vaſis cœptus erat concoqui, excipientes & ipſi rurſum percoquunt: Perfectiùs quidem ad fœtus procreationem, maſculorum teſtes, maiores cùm ſint & calidiores: ac tum propter interualli longitudinem, tum propter vaſorum coquentium robur, exactiùs iam elaboratum ſit id quod in eos deſcendit. imperfectiùs autem teſtes fœminarum id efficiunt, vt qui minores ſint ac frigidiores, minúſque exactè coctum humorem excipiunt. de differentia porrò vaſis ſpermatici in mare & fœmina, iam antè propoſui ex Gal. cùm de teſtibus virilibus agerem, ex eodem hoc libro 14. vſus part. quídque de vtriſque reuerà ſtatuendum foret, ex noſtra & aliorum opinione diſſertauimus.

Vaſorum ſeminalium ortus & inſertio.

Vaſa ſpermatica à diuerſis locis ortus, quã.

Veri & teſtiũ ſitus, & vaſorũ ſeminalium origo vtriuſque.

Vasa ſpermatica ſiniſtra differunt ortu à dextris, quã.

Vena & arteria ad matricem, vnde, quã, quà, & earum commiſſura.

Vena & arteria teſtium muliebrium quã implicẽtur, & quarũ, & quomodo in his paulatim mulieboſcat ſemẽ.

N. certiſſimũ ſignum, non deſcendere ſemen à cerebro.

Teſtes muliebres quales, & corũ vſus: & cõparatio virilium, itemq; ſeminis vtriuſque.

De cornibus autem vteri muliebris dicentem

Vteri vitractrix, & vasa, & succus.

Gal. eodem loco audiamus. Vt cæteris animalis partibus, ſic matricibus præcipuè facultas ineſt propriæ qualitatis attractrix. qua de cauſſa, meatus ipſis ad conuenientem ſuccum attrahendum idoneus fuit cõparatus. Porrò matri-

Semĩ aduersi duplex, & duplex ductus, qui.

cibus ſuccus familiariſſimus eſt (cuius etiã recipiendi gratiâ extiterunt) ſemen. quod cùm ſit duplex, duplices quoq. ipſis meatus extiterunt. ad virile quidem ſemen trahendum, meatus is

Cornua vteri, vbi, & quorſum.

quem κέρατα, id eſt collum anatomici nominant, quod ad muliebre pudendum diximus pertingere: ad ſemen verò à propriis teſticulis

N. malè quidã vteri cornua intus poni diximus, vt antè.

trahendum, ὄρχεις, id eſt cornua fuerunt comparata. Quæ propterea ſurſum ad ilia ſpectant, B paulatímque arctata, deſinunt in fines anguſtiſſimos, vtraque ipſorum, δίδυμοι ſui lateris (ſic enim Herophilus teſticulum nuncupat) coniuncta. Quod autem eò pertingit vas, ad portionem nuncupatorũ in maribus varicoſorum paraſtatarum eſt; id quod paulò antè nominatum à nobis eſt ſpermaticum.

Vas ſeminale fœminæ.

Inſunt autem matrici & corpora muſculoſa, quæ ad teſticulos deſcendunt, in maſculis, à

Muſculi vteri.

muſculis hypogaſtrij. quocirca quod ad hoc etiã pertinet, fœmina ipſa partes omnes habet, quas & maſculus, quòd ſi alias quidem ipſarum

Eadẽ partes in fœmina, quæ & in maribus, ſed minores.

minores, alias autem maiores habet, ars Naturæ hîc quoq. eſt admiranda, quæ nihil, ne in C fœminis quidem fecit minus, quod maius eſſe oportebat, neque rurſus maius, quod minus eſſe conueniebat. Idem verò rurſus lib. 1. de ſemine: Vt ventriculus cùm cibos appetit, à fundo recurrit ac retrahitur ad gulam, atque ea,

Vterus deſcendit ad fœminis extorſum. à ſimili.

quaſi manu quadam vtitur. Pari modo vterus cùm qualitatem ſeminis affectat, totus obuiam ſeſe offert atque accurrit ad cunnum, ſuóque collo ac gulâ, tanquã manu vtitur, quâ ſemen intrò compellat. Quocirca cùm aliquando ægrotat gula hæc, perinde atque altera quæ eſt ventriculi, ad attrahendum ſemen, impotens euadit. Atque hoc eſt quod ab Hipp. dicitur: D Non poteſt ipſius gula genituram attrahere. ſed de his aliàs.

Cõparatio vaſorũ ſpermaticorum mariũ & fœminæ, item teſtium, & muliebrium ſitus.

Vaſa igitur ſpermatica maris mũltò ſuperant fœmina longitudine, profunditate, ac latitudine. At mulierum teſtes parui admodùm extiterunt, & matricibus vtrinque foris adhærentes ad epigaſtrium, vtrâque quidem parte matricis poſiti, paulò autem ſupra cornua abſtracti, vt iam demonſtratum eſt. Cæterùm de neruis vteri ſic idem Gal. eodem deinceps 14. de vſu partium libro: Cùm tres ſint ſcopi in neruis

Tres ſcopi diſtributionis neruorũ.

partibus ſingulis diſtribuendis, ſenſus quidem in inſtrumẽtis ſenſificis: motionis in motoriis, E dignotionis doloris in reliquis omnibus: matricibus quidem totis, & partibus maſculorum

Nerui partium virilium & muliebrium quot, & quales, & quorſũ, & vbi.

omnibus, quæ ad teſticulos & ſcrotũ pertinent, pauciſſimis opus fuit neruis, qui in ipſas diſtribuerentur: vt quæ neque ad ſenſum exactiorem, neque ad motum aliquem voluntarium inſeruiant: ſed ne meatus quidem ſint excrementorum, velut inteſtina. At virga maris, & matricum collum, atque alia quæ ad pudendum ipſum pertinent, tanquam ſenſum quendam exactiorem ob coitum venereum poſtulent, A meritò neruos plures ſunt adepta, vt iam antea conſtitit.

Iam verò de matricis tunica, déque fibris & ligamentis, ſic tranſigit Gal. ſub finem lib. 14. de vſu part. In matricibus, vt quæ ſanguine puro ac benigno alantur, vnica tunica ſatis eſſe poteſt (author libelli de anatomia vuluæ, duplicem tribuebat, & in eo pleriſque aliis, nobis ſuſpectus.) Sed quoniam non ſolùm intrò eas ſemen attrahere in coitibus oportebat, ſed etiam retinere, quo tempore vtero geritur, & excernere, cùm fœtus fuerit perfectus: ob eam cauſſam, genus omne fibrarum Natura ipſis eſt molita. Quæ verò membrana intrinſecùs fibris eſt circundata, vtraſque matrices in idem coniungit tegítque, & cum vicinis corporibus colligat. Quin & alia quædam matricibus ſunt li-

Vteri ligamenta vbi, & qualia, & quorũ.

gamenta, cum eis corporibus, quæ ſunt ad ſpinam, & cum aliis circunfuſis: quæ ligamenta omnia laxa ſunt admodùm, neque laxa adeo in vlla alia parte reperias. nulla enim alia ſuâ naturâ plurimùm diducitur, & poſtea in minimũ conſidet. Oportet ſanè & ligamenta vnà cum viſcere toto extendi, & ipſum ſequi, neque ipſa abrumpi, neque viſcus ſinere errare, aut in ſedes alienas præter modum inuadere.

Quod verò ad ipſius poſitionẽ attinet, quòd collum quidem in muliebre pudendum deſinat, C decenter ibi locatum fuiſſe ſuprà comprehenſum eſt. Quòd ſi illud deorſum ſpectare oporteat, liquet quòd reliquam totam capacitatem in ventre ſitam eſſe oportuit. Cur igitur antè quidem eſt veſica, retrò verò rectũ inteſtinum, in medio verò amborum, matrices: niſi quòd melius fuit, cùm ipſæ dum conceperunt, quamplurimùm extendantur, ex poſterioribus quidem partibus, velut ſubſterniculum quoddam ad ſpinam: ex anterioribus autem, velut propugnaculũ habere? Tenuiſſimæ enim omnino matrices ſunt, quo tempore gerunt: nempe quòd profunditas in longitudinem ſit abſumpta, eóque imbecillimæ. Quinetiam propter humorem, ad loca omnia circunfuſa progrediuntur. Haudquaquam igitur ſine dolore ac pernicie, cum vicinis oſſibus verſatæ fuiſſent, ſi nulla particula media interceſſiſſet.

Vteri ſitus, & ſitibus ſimilis, quæ.

Matrix cum inter veſicã & rectum interſtitium.

Vterus fibras plurimum grauido, qui.

Cur autem Natura non in ipſos teſtes ſpermaticum vas, ſed in nuncupatam διδυμοειδῆ mediam amborum locarit, diximus in explicatione virilium partium. De villis autem vteri ſic ille tranſigit in Iſag. Villos habet vterus rectos intus, nec ita multos, tranſuerſos foris multò plures, obliquos horum medios & plurimos & valentiſſimos.

Vaſa ſpermatica inſertio in mare & fœmina.

Vteri fibra quot & quales.

Cæterùm initio lib. 15. de vſu part. ita edixit; In mulieribus, vt quibus pudendum non eſt prælõgum, collum veſicæ eiuſmodi apophyſin non habet: ſed pudendum quidem ipſum muliebre ano imminet. in finem autem eius ſuperiorem, collum veſicæ deſinit, vnde lotium profunditur: quod non magnopere oportuit eſſe flexuoſum, vt in viris, neque adeo longum. Quod verò ad cutis epiphyſes, quæ ſunt in finibus vtriuſque pudendi, pertinet, in mulieribus quidem, tum ornamenti gratiâ extiterunt,

Collum veſicæ vbi deſinat, & quale.

Nymphæ vſus, item præputij.

2 ſimili. tum ne matrices refrigerentur, operimenta ſunt oppoſita. viris autem præterquàm quòd ornamentum quoddam afferunt, carere ipſi omnino iis non poterant. Cuiuſmodi autem pharyngi, vna eſt propugnaculum: tale eſt matricibus, quam nympham appellant, quæ tegit ſimul ac prohibet colli orificium, quod ad muliebre pudendum pertingit, refrigerari.

Teſtium muliebrium natura, ſitus, figura, tunica, ligamenta.

Herophilus, vetus & inſignis anatomicus, de teſtibus muliebribus ita ſcripſerat: Annexi ſunt vuluæ etiam teſtes à lateribus ex vtraque parte, parum à marium teſtibus differentes. annexi autem ſunt vtriſq. vuluæ humeris, dextro alter, alter ſiniſtro: non vno ſcroto ambo, ſed ſeparatim alteruter tenui quadam & membraneâ tunicâ circúndati, parui, & leniter preſſi, glandulis perſimiles, circundante quidem tunicâ neruoſi, carne verò fragiles, perinde vt in maribus. Vuluæ autem eos annectunt tum membranæ non paruæ, tum venâ & arteriâ, quę à vulua in ipſos ingreditur. à vena enim & arteria in vtrumq. teſtem innectitur vena à vena,

Seminalis teſtium muliebrium meatus, vbi, & quomodo, & quid collo veſicæ inſeratur. N. ſed falsò.

arteria ab arteria. Seminalis porrò meatus vtrinque non admodùm apparet: qui ab exteriore parte vuluæ inhæret alter à dextro latere, alter à ſiniſtro: reuolutúſque eſt, quemadmodum in maribus, priorémque partem reliquámque omnem ferè varicoſam vſque ad finem habet. qui ab vtroque teſte non ſecùs atque in maribus, ad carnoſam ceruicis veſicæ partem inferitur: in anteriore parte, tenuis & torruoſus, quà coxarum oſſa attingit, quò etiam deſinit, intróque ab vtraque parte ad cunnum penetrat. varicoſus aſſiſtens in fœmina minimè

Nullum patentis meatus teſtis in fœmina.

inſpectus eſt, ἀφανὴς παντελῶς dictus. Iſta Herophili oratio plana & perſpicua, Galeno quidem lib. 2. de ſemine, cætera iure probatur, de ſitu, magnitudine, & natura teſtium fœminæ, eorúmque vaſis: ſed quando dixit, ſeminarium

Galenus Herophilo contradicit de meatu ſeminario, eiúſque inſertione.

meatum in muliere non apparere, in eo à Galeno non ſolùm non probatur, ſed Græca leuitate, homo perdiligens & grauis, mendacij etiam arguitur. atque id multò magis, cùm in ceruicem veſicæ, non ſecùs atque in maribus, inſeri eundem ſeminarium meatum affirmat.

Meatus ſeminalis non inſeritur collo veſicæ muliebris, aut vteri, ſed in cornua.

Non modò enim (ait Galenus) in nullo fœminei ſexus animali, huiuſmodi meatus ad ceruicem veſicæ inſeruntur, ſed ne ad ceruicem quidem vuluæ. quæ quamuis longè ſit vicinior, quàm veſicæ fundum: ad eam tamen vſque pertingere minimè videntur: ſed à lateribus vuluarum annexi alter hinc, alter inde, ad ſummũ alteruter, ſibi oppoſitum cornu pertendunt, atque intrò ſemen effundunt: quodquidem eo

Semen muliebre quò effundatur.

in loco in conceptu colligitur: in effuſione verò, quæ in ſomnis fit, primùm in vuluam, deinde foràs ex ea egreditur. qua de re iterum

Improbatur author lib. de anatomia vuluæ, cur.

multò pòſt à nobis dicetur. Quibus geminis Galeni verbis conuincitur author libelli de diſſectione vuluæ iam à nobis citatus, paraſtatas, & vaſorum ſeminalium inſertionem, ideóque ſeminis profuſionem, collo veſicæ ineptè affingentis, de quo poſthàc iterum atque iterum.

Concluſio.

Hæc igitur eſt muliebrium partium compoſitio, magnitudo, conformatio, ſitus, vſus denique & actio, quam ex Galeni tot libris ſparſam colligere potuimus. deinceps venio ad noſtram & recentiorem obſeruationem de iiſdem partibus: hoc tamẽ obiter indicato, quod alibi ex lib. 2. epidim. produximus, tum mari, tum fœminæ commune. ſic igitur Gal. comment. 3. in lib. 6. epidim. Teſticulus tumefactus in tuſſientibus, documentum eſt affinitatis cum pectore, mammis, genitura, voce. ὅθεν καὶ ἀφώνους, ex eodem Hipp. lib. ſect. 4. iam antè nominatim meminimus: ac forſan iam plus ſatis ex vno authore licet perinſigni Galeno: audiendi ſunt deinceps & alij: ac primùm de neotericis, quibus cum Galeno, vt huic cum Herophilo & maioribus vel æqualibus, haud vſquequaque conuenit.

Sympathia partium vocalium non virilib. & muliebrib.

CAP. IX.

In quo noſtra & recentiorum de vtero muliebri ſententia exponitur. vbi iterum de Tribadibus, & mentulatis (horrendùm) fœminis.

POTERAM ego quidem in his tàm multis támque diſertis locis eſſe contentus: ſed quia veterum induſtria in multis recentium diligentiam anteuertit: in re autem anatomica, iſtorum diligentiâ horum vicit induſtria: Non abs re factum videor, ſi quædam à poſterioribus obſeruata, ſuperioribus illis ſubiecero. Non tamen vt Veſalio quanuis diligentiſſimo anatomico protinus conceſſerim, Galeno nunquam vterum muliebrẽ inſpectum, nunquam ſectione anatomicâ perluſtratum. cùm fieri nulla ratione potuerit, de vtero muliebri vt tam certa prodiderit, niſi ſibi ex anatome, & viſa & comperta. in quibus ſuo potius, quàm priſcorum iudicio fretus atque fiſus, multa aliis aut indicta, aut perperàm dicta, vel ipſe in medium attulit, vel aliis accuratiùs tradidit. Hoc enim dicam de Galeno, multas eſſe eius viri laudes, vt in tota philoſophia, ſic in medicina præcipuas, atque ex his, circa rem anatomicam ſummâ methodo traditam & auctam illuſtratámque, prorſus admirandas ſuſpiciendáſque potiùs quàm imitandas: licet de anatomicis commentariis pars fortè media exciderit. ſed quæ multa reſtant, qualia fuerint reliqua vniuerſa, ſatis demonſtrant.

Comparatio veterum & recentium in re anatomica.

N. tuetur Galenũ aduerſus Veſalium, de vteri ſitu.

Laus Gal. prima in re anatom.

At Galenus vteri ſitum ſic tradit, vt ſuo fundo veſicam prorſus excedat, & velut in lumbis contineatur, tenuibúſque inteſtinis contermi-

Obiectiones in Galenũ: de vteri ſitu & longitudine.

nus ſit: cùm tamẽ ad ſacri oſſis cum lumborum vertebris contextum non pertingat. Galeni verò quæ obiiciuntur verba Græcè ſic habent, vbi ſitum vteri in peritonæo inter veſicam & rectum inteſtinum aſſignauit, & huic penè toti incubare dixit. κύστεως δὲ κατ' μὲν ἀρχὰς ὑπὸ τὸν ὀμφαλόν, ἔπειτα ὁ πυθμὴν ὅλος κύστις, ὑπερκεῖται δὲ τὰ πάντα κατ' ὀλίγον, ὑπὸ τὸν ὀμφαλὸν, ὁ κύστις τῆς μήτρας ὑπερκεῖται μόνον.

Vteri extremitas duo, & eorum ſitus.

quem locum interpres ita vertit: Ad vmbilicum verò, quâ parte fundum eius eſt, maiori ex parte veſicam excedit: ad cunnum, veſicæ collo excedit. Syluius autem hoc modo; Vterus, veſicæ fundum ſuo vmbilicum verſus excedit maiori

Digitized by Google

ex parte: à collo autem vesicæ ad pudendum exceditur, & Latiniùs hic quidem, & elegantiùs. Ego verò Græcè sic legi malim, ὑπέρχεται εἰς τὸ μηδέ: homonymiæ autem tollendæ gratiâ, sic verti prætulerim; Hinc quidem à vesica vmbilicum versus, qua parte fundum eius est, vterus plerumque superatur: inde autem pudendum versus, vesica vterum collo superat. Quæ verba quid aliud sonant, quàm vesicam vtero superpositam, fundo suo vteri fundum superare ac supereminere, & quidem plerumque: scilicet nisi in præguantibus, quarum matrix quaquà versùm longè latéque diffunditur, & vesicam superextat? Deinde ipsius vteri capacitatem à ceruice vesicæ superari? quia inferiùs descēdit, & eiusdem vteri propè mediæ, aut paulò inferiori ceruici inseritur. At interpres malè vertit. at Græca mendosè leguntur. Quid hoc (inquã) ad Galeni mentem? tu priùs mendum restitue: deinde ad rei veritatem notitiámque accede. interim tamen hîc plurimùm desidero lib. 15. administra. anatom. in quo partium genitalium anatomia continebatur. atque hæc N. pro Gal.

N. Correctio loci Gal. & expositio.

At idem Galenus duos vtero sinus lib. 14. de vsu part. tribuit, vt numerus par mammis respondeat, & maribus dexter, fœminis sinister sinus excipiendis à Natura destinetur. & tamen vteri sinus vnicus in fœminis: ideóque caprinum ille potiùs descripsit. Nugæ, inquam: quænam enim affinitas muliebri vtero cũ caprino? quænam huic cum scroto virili? cui tamen persimilem vterum internum adstruit, vt ostendi, organum semini recipiendo retinendóque, & fœtui alendo perficiendóque aptum. Vt autem scrotum mediâ quadam lineâ dirimitur: sic & vterus ipse capax & amplus per suam longitudinem mediam, media quadam futurâ duos velut in vtriculos, obscurè licet, nullo septo medio discretos, inanes, læues & peranguſtos diuiditur: quorum dextrum calidiorem mas calidior ferè occupat, fœmina frigidior frigidiorem sinistrum delegit tum aliàs, tum præcipuè si vterus geminos gerat sexus dissimilis, marem & fœminam. quorsum spectat citatus Hipp aph. 48. lib. 5.

De duobus vteri sinibus.

Vteri capacitas scroto similis.

N. Vterus medium-tenũ quadã membrana dirimitur, quã.

N. Mas in dextro vteri sinu, fœmina in sinistro, cur: licet non semper.

Verùm quid authorem libri istius, qui de dissectione vuluæ inscribitur, tueri conor? Profectò enim Galenum non agnosco: tum quia librum de dissectione fœtus citat, quem nullum inter Galeni opera legi: tum quia nonnulla ibi leguntur, quæ manifestè cum Galeni doctrina pugnant, vt de vasorum spermaticorum in vesicæ ceruicem insertione, virorum simili: quasi & paraſtatæ glanduloſi, muliebri collo vesicæ insint, semen illàc profundendum complexi: qui tamen nulli sunt. neque adeo semen illuc inutiliter eiaculari expedit. vt etiam de tunicarum numero & natura: de quibus ille multò veriùs & certiùs lib. 14. de vsu part. & lib. 6. administra. anatom. scripsit, quàm illius libelli author, prorsus à veritate dissonantia proponens, & quæ defendere sine rubore nequeam: cùm sim vtique veritatis, quàm hominis vllius amantior. Licet apud Gal. legerim in catalogo

N. authorē lib. de anatome vulnæ, negat esse Gal. suū, & rationes.

Mulier caret paraſtatis.

Gal. diuersa sentit ab ipso authore.

A propriorum librorum, perparuum de dissectione matricis librum sibi iuueni scriptum. licet ille ætate sapientior factus, fortè mutarit sententiam, vt ex genuinis eiusdem scriptis antea probaui.

An Gal in iuuenili libro illũ scripsit

Illud interim queri lubet & conqueri, in tanta turba medicorum, iam inde à mille & ampliùs annis nullum extitisse, qui genuinos Galeni, sed & Hippocratis libros à spuriis & suppositiciis (quod D. Hieronymus fecit in sacris bibliis) discreuerit. Vt res mihi simillima videatur ei, quam de cuculo fœmina narrant historiæ, ouum in nido alieno ponenti incubandum & fouendum ab aue quapiam, vt fortè B curruca, quæ tamen ipsum ouum non peperit. Quorsum respexit parœmia apud Hieremiam Prophetam cap. 17. Perdix fouit, quæ non peperit. Sic Hippocrates, sic Galenus, sic alij plerique viri perdocti, vt Homerus ipse, Virgilius, & alij viri illustres doctrinâ, alienam ignominiam & doctrinæ infamiam sustinent eorum, quæ nunquam ipsi viderunt, nunquam pepererunt, monimentorum.

N. queritur de medicorũ facilitate, libros Gal. & Hippocratis discernendi.

Similitudo ironica.

Fouet ea quæ non peperit.

Opera multa multis audoribus inscripserunt.

Enimuerò quænam, vt dixi, aut qualis tandem similitudo vaccini, ouilli, caprini vteri cum muliebri? quæ aliarum denique quadrupedum? Vt maior mihi cũ gallinacei oui membranoso inuolucro videatur inesse affinitas, quàm cum istorum animalium quolibet: maior denique lactis fœminei cum gallinaceo, vt aiunt, proportio atque analogia. Sed à conuitiis abstineamus, ac veterum obscuratâ laude, nostram desinamus deprædicere solertiam, grati in vtrosque tum priscos, velut parentes, tum neotericos, velut fratres, atque laboris & industriæ socios: omnes autem veritatis indagandæ nobiscum pariter studiosos.

Ironia de vteri muliebris similitudine.

Conciliatio scriptorum, ad veri inquisitionē.

Vterum igitur de nostris & priscis sunt qui vesicæ cómparent, quod ad formam attinet. Ego fundum vesicæ multò patentius, ceruicem D longè anguſtiorem video (intelligo autem de minimè grauida) neque admodùm similitudo placet. Puellæ vterum anguſtum & breuem & contractum, multùm simílem ficui de arbore pendenti iudico: compressæ tamen, vt interna capacitas, vasto ficus corpori, & tunicæ granula complectenti sit persimilis: ipsi autem pediculo oblongo, ex quo ab arbore propendet, collum matriculæ (liceat diminutiuâ forma in minuta parte vti) sed non paulò latiùs repræsentet. vtero tamen compresso & complanato, cùm ficus distenta vndique, rotunda sit. E Vterum vero grauidę mulieris, nulli admodùm rei conferre licet, cùm concepti fœtus vnius aut plurium, figuram, tuber, sinus, inequalitatem denique omnimodam referat. Vt in iis quæ totâ vteri capacitate, ingentem aquæ vim congesserunt: in quibus ipse vterus, iam verè vteris loco & munere ac figurâ censeri potest: cùm aqua, matricis tergore concepta, interdum ad libras 10. 20. 50. 100. 150. 200. increuisse comperta sit. ac Vesalius ipse Augustæ in mulieris ~~testicis~~ vtero, seroſæ aquæ supra sexaginta Augustanas mensuras (quæ singulæ tres pendent libras) deprehendit: nullibi interim

1. Vteri cũ vesicæ paratio cum vesica.

2. Cum ficu, quo modo.

Hydrops vteri.

Historia mira & memoranda.

circa

circa inteſtina, aut viſcera, aut artus ipſos vſ-
piam aqua innatante. vt merus hydrops vte-
rinus eſſet, raro naturæ miraculo medicis no-
tandus & obſeruandus. ſed pergo de vteri fi-
gura dicere.

In reliquis virginibus, adultis, mulieribus maturis ætate, nuptis innuptiſve (licet rerulis contrahatur, corrugetur, minuatur, in ſtrias
3. Cum matula. indureſcat: nuptis contrà & venerem exercentibus, maior ampliórque ſit) vterus mihi ſuâ quidem figurâ, ne dicam vſu ipſo, matulam vtcumque videtur referre, qualem vitream Medici excipiendæ vrinæ concinnatam & conflatam in vſu habent, collo vniformi, diſtento (namque etiam os vteri in coïtu & arrigitur & diſtenditur, aliàs multis rugis implicitum) prominulis primùm labris, oſculo hiante: ad initiũ autem capacitatis maioris, eodem modicè arctato: quæquidem duo orificia, totidem vteri oſcula exprimunt. deinde ventre quodam velut magis aliquantò, ſed permodicè tamen diſtento atque ampliato, & à ſummo fundo, cornuúmq. dictorum applicatione ſenſim ad collum gracileſcente, vnde Fernelius pyro longiuſculo aptè
4. Cum pyro. conferre iudicatur (quod ad fundum capax illud attinet) internâ ſuperficie leuiter rubrâ albáue,
Vteri figura intus & foris, & fundũ vnicum, cur. læui, æquali, muco óblita, rotundâ, parum profunda (niſi vtero gerentibus) rotunditas enim capacitatem auget, & tutiorem ab offenſa partem reddit. fundum autem ideo vnicum, quia vnico fœtui circumplectendo commodius erat futurum. qui ſi gemellus ſit, etiam huic Natura prouidit, quòd latius, quàm profundius exiſtat: & mediâ quadam ſuturâ, veluti duos in ſinus diſtinctos dirimatur, vt paulò antè demonſtraui. Imum verò ipſum fundum modicè verſus interiora reducitur, & tuber intus, foris cauitatem quandam inſinuat, vt in propoſitis matellionibus videre eſt. quam tamen externam cauitatem carnoſa tunica opplet, illic denſior, quàm vſquam alibi: & totâ illâ cauitate ſinúſque fœtus capaci, ſed tunc fœtum non capiente, craſſitie tunicæ albicantis, ſcriptorium calamum, vel dimidium digitum tranſuerſum, aut vt conferre ſolebam, craſſiorem citrij vel aurei mali corticem inciſum, vel cultri mediocris dorſum plus minùs adæquantis, quàm ipſa ceruicis tunica non paulò, vt fortè duplo denſioris. Cùm tamen matellæ,
Diſſimilitudo matulæ cum vtero. vterum comparo, aut ſi mauis, phialæ cuidam vitreæ, cuius frequens eſt pharmacopœis vſus continendis & propinandis apozematis ac iulepis, nolim exiſtimes, eum ſic vndique diſtendi, vt rotundum corpus referat: ſed tunicis iuxta
5. Cum phiala. ſe concidentibus, & mutuò incumbentibus, anteriori & poſteriori ſui parte compreſſum. ita tamen vt flatu, aut liquore plenus ac diſtentus, in eam figuram facilè orbiculatus conceſſerit. quiquidem à fœtu plurimùm diſtentus,
Vteri tenſio minuit craſſitiem, & contrà. tantum de ſua nariua craſſitie amittat, quantum tenſio facta conſumpſerit, formâ externâ, vt dixi, intus poſitum fortè embrionem, atque vteri tunicâ circumuolutum æmulante. Atque hæc de figura vteri muliebris. quam ſi Galenus non vidiſſet, ſed ignoraſſet, qua tandem motus occaſione, analogiâ partium muliebrium cum virilibus inſtituiſſet? quæ enim (vt ſæpe dico) aut qualis affinitas ſinuum vteri vaccini, aſinini, equini, ouilli, ceruini, captini, cum ſcroto virili? vt cætera taceam multùm diſparia. Sed reliqua conſideremus, & conſenſum medicorum ipſorum inter ſeſe, & cum rei veritate expendamus.

Vteri duæ ſummæ partes, quæ. Vterum componunt omnes è duabus præcipuis partibus, omni ſtaminum ſeu villorum genere præditis, collo nempe, & fundo capaci.
Vteri ceruicis deſcriptio. Collum autẽ, ſeu ceruix, qui & ſinus muliebris (Græcè κόλπος γυναικῶν mihi dictus eſt in onomaſia partium corporis humani, & Fallopius manifeſtè fallitur, hanc partem de collo vteri dici negans, contra Gal. lib. 14. & 15. de vſu part. & lib. 1. & 2. de ſemine) à pudendo ad internum
à ſimili poto tenus. vſque orificium extẽditur: ceu vagina quædam, virili membro capiendo comparata: cuius le
Vteri ceruix quomodo ſe peni accommodet. moli & magnitudini accommodat, vtpotè ſequax & diſtendi & contrahi facillimum: tunicâ conſtat tenui, muſculoſâ tamen, & carne vtcumque rubicante, permultis in orbem rugis penem conuerrentibus atque atterentibus, ac non ſine voluptate ſugentibus, exaratâ, & lubricante, & extendi perfacili. cùm enim peni virili hæc pars comparetur (minùs tamen appoſitè, vt nuper oſtendi) ſic eadem etiam in coïtu,
Vteri ceruicis cum penis comparatio. fungoſa & ſpongioſa, non tamen cartilaginoſa (vt priſci dicebant) turgere, dirigi, & quodammodo arrigi ſolet. citra muſculos tamen aut ſphinctẽras, vterum vel claudere, vel aperire,
Vteri ſphincter nullus. vel ſtringere laxatéve ſolitos: reliquo tempore contracta & corrugata, quò ventum flatúmque & frigus arceat, conuolutim clauſa. Cuius ab
Nymphæ vteri vbi, quales, & vſus. initio circa pudendum vtrinque geminæ cuticulares caruncũlæ, ſiue cutaceæ epiphyſes, velut linguláe geminæ prominent, arcendo aëri & frigori (ſicut & connitentes pudendi gemini colles, in iuuenculis & obeſulis turgiduli, in vetulis autem & macris, flaccidi ſtrigoſique) à Natura præfectæ. fortè & augendæ in re venerea voluptati, ex titillatu, ſuctu, & circumplexu membri virilis: quibuſdam ita longæ, vt
Indecoræ nymphæ figura præter naturam. fœdo aſpectui, & importuno tactui ſint ac pudori & dedecori mulierculis. quæ & in nonnullis, velut coliculi obrigeſcũt, aſtrictúq. veſtium, aut mutuo inter ſe confrictu, libidinem quandam & catulitionem ementiuntur. ideo gentibus quibuſdam, vt Ægyptiis, amputari ſolent ſub ipſum ſponſalium tempus, vti nuper indicaui. Nympham Galenus videtur nominaſſe, &
Nymphæ & præputio comparatio. virili præputio comparaſſe, haud ſcio an ſatis conuenienter: cùm idem præputio virili cunnum conferat lib. 2. de ſemine, & lib. 14. de vſu part. vt patuit. Atque ea forſitan pars eſt, quam Fallopius ex Auicenna & Albucaſi, & ſuopte ingenio (vt nuper protuli) membro virili
Fœmina init fœminam, què. comparabat. vt mulierem mulier inire coïtu velut maſculo (proh pudor!) poſſit, vel auſit: vt de impudicis quibuſdam incubis fœminis narrat Albertus, vt ego de tribadibus antea docui, vt de Androgynis referunt, & inire
Androgynorum mos turpis. & iniri mutuò turpiter ac nefariè lẽporum in morem gaudentibus.

QQ

Penis muliebris conſtructio & hiſtoria nova.

Fallopio palmam inuentionis præripere Columbus voluit cap.15. lib.11. his verbis. A matricis lateribus (mirum audies) bini proceſſus conſtituuntur, quæ duo oblonga ligamenta videntur eſſe neruea cauáque: ligamenti etiam munere fungi creduntur. at ad ſummum os pubis minimè perueniunt, vt Veſalius exiſtimauit: ſed per ea foramina tranſeunt, quæ in neruoſis tenuitatibus muſculorum obliquorum deſcendentium, aſcendentium, & tranſuerſorum ſita ſunt: quemadmodum in viris, per quæ vaſis ſeminarijs aditus patet. etenim fœminis hi tendines perforati cernuntur: quamuis Veſalius id inficietur. Proceſſus igitur hi ab vtero exorti, prope id foramen, quod os matricis vocatur, extra abdomen exeunt, & ſupra pubem aſcendunt: deſinunt autem in particulam quandam

Sedes voluptatis in fœmina.

excelſam in vuluæ apice, circumuolutam ſupra id foramen, vnde lotium exit. Et hæc lector candidiſſime, illa illa præcipuè ſedes eſt delectationis mulierum, dum venerem exercent: quam non modò ſi mentula confricabis, ſed vel minimo digito attrectabis, ocyùs aurâ ſemen hàc atque illac præ voluptate, vel illis inuitis profluet. Hanc eandem vteri partem, dum venerem appetunt mulieres, & tanquam œſtro percitæ, virum appetunt ad libidinem concitatæ, ſi attinges, duriuſculam & oblongam redditam eſſe cõperies. adeo vt neſcio quam virilis mentulæ ſpeciem præ ſe ferat. Hos igitur proceſſus, atque eorundem vſum cùm nemo hactenus animaduerterit, ſi nomina rebus à me inuentis

Anatomicis incognita pars. an?

imponere licet, amor veneris, vel dulcedo appelletur. Non dici poſſet, quantopere admiret tot præclaros Anatomicos, tam pulchram rem, tanta arte effectam, tantæ vtilitatis gratiâ, ne olfecerint quidem. Vos autem qui in has meas lucubrationes anatomicas legendas incideritis,

Pars ad ſignandum neceſſaria.

ſcitote abſq. proceſſibus, quos ego vobis paulò ante fideliter deſcripſi, neq. mulierem aliquam in veneris amplexibus delectationẽ percepturã fuiſſe, nullos fœtus conceptura. non enim abſq. mutua maris & fœminæ voluptate cõcipi poſſe crediderim. hæc ille in ſuam laudem profuſior, ferendus tamen, ſi vti narrat, ita res haberet. ſed Falloppius huius laudis partem ſibi decerpere non verebitur. Viderat hoc iam antè Veſalius, ſed neglectim deſcripſerat, neque tanto rem dignam hiatu duxerat. ſic enim lib.5. cap.15. Nam præter ſcrobiculos quoſdã tranſuerſim ductos, quibus vteri ceruix hìc contra pubis oſſis tenixum, palati cuiuſdam inſtar exaſperatus, vtrinq. ad inſertionis colli veſicæ latera, tennis vteri

Vteri portio in cervicem pendula, qualis, & vſus.

ceruicis portiuncula excreſcit, in ipſius cauitatem propendens, atq. illis membraneis proceſſibus formâ perquàm ſimilis, quos regreſſum vrinæ ad vrinarios meatus è veſica, & bilis confectiue in ventriculo cremotis, ex duodeno inteſtino in deferẽtem bilem meatum, præpedire innuimus. Haud ſecùs, quã ſi vteri ceruix vrinã promptè admitteret, penduli verò illi proceſſus hanc aliámve potiùs materiã in veſicæ collum regurgitare prohiberent. vbi & de nympha, & clitoride vocata Græcis, quæ ſunt cuticulares caruncũlæ geminis vtrinque pendulis linguis adſimiles, de quibus nos tum paulò antè, tum ſuprà etiam ex Paulo atque Aëtio diximus: vbi & de cercóſi, quaſi caudam dicas.

Muliebre foramen vrinarũ, vbi, & quale.

Parte ceruicis vteri & ſuperâ & anticâ, foramen eſt, in quod veſicæ collum corriuat, & vrinam regurgitat: ipſúmque membranulis quibuſdam foris intrò clauditur: nequid ad veſicam remeet (quomodo de inſertione vretêrum in veſicam diximus) éſtque hac parte durior & ſtrigoſior atque rugoſior: & proinde in coïtu interdum moleſta.

Hymen, quid, vbi, quorſum. N. dubium.

Paulò ſupra id foramen, dicitur eſſe tenuis quædam & per medium fiſſa tunica, quam ὑμένα vocant Graij, Latini eugion, virginitatis cuſtodem, in primo ſtatim coïtu dirumpi ſolitam, vt quidam tradunt ſibi viſam. mihi tamen obiter inquirenti nondum comparuit. ſed de hoc poſtea inter problemata copioſiùs. Hanc totam vteri ceruicem in puellis mollem & delicatam, ſicuti & corporis vniuerſi molem ſucci plenam, tactu blandam experiri licet. at in vetulis & aniculis, duram, exuccam, ſtrigoſam, calloſam denique, atque vt veteres teſtati ſunt, cartilaginis naturæ affinem.

Vteri ceruix qualis in senemula & vetula.

Deinceps interiora versùm (qua parte ceruix vteri propriè à nonnullis vocatur, licet ſcrupuloſiùs, vt dixi nuper) patet alterum matricis interius orificium, ferè conniuens, & modicè clauſum (niſi in partu, aut coïtu, & menſtrua purgatione) carne cutacea conſtans valida denſaque, quòd diſtendi plurimùm citra noxiam queat, leuiter proturberans, glandi virili haud abſimile (ſunt qui tineæ piſcis roſtro comparent) molle & delicatum, & ſuo contactu mirè laſciuiens in coïtu, libidinémque maris & fœminæ mirum in modum accendens. quod in grauidis & vtero gerentibus ita claudi ſcripſit Hipp. aph.51. lib.5. vt ne ſpecillum quidem facilè admittat, vt Herophilus & Galenus ſubiecerunt. alioqui in coïtu hians, & in menſium effluxu patulum, & in partu largiſſimè dilateſcens: aliàs tamen pro mulieris libidine arbitrióque vel claudi, vel aperiri recuſans. quod

Internum matricis orificium vbi, quale, & quomodo varie.

à ſimili.

conçipere nolentibus, & maleficis ſcortis volupe ſit, damnoſum tamen.

Vteri ſinus qualis, & quorſum.

Sinus vteri neruoſus & membranoſus, & vtcumque colore & ſubſtantiâ carnoſus, quò faciliùs velut in immenſum extendi queat, foris quidem læuis & æqualis (præter vaſorum ad latera, cornuúmque inæqualem implantationem) viſcidus & lubricus rubet modicè, ſicut & ceruix eiuſdem exterior, candidior tamen, & ob nexum complurium partium aſperior.

Vteri ſinus interior qualis & quantus.

Interna autem vteri capacitas æqualis ac læuis, in virginibus & vetulis contracta atque breuis, vix duos aut tres digitos longitudine latitudinéque æquans, & ipſo collo vteri velut dimidia ſui parte breuior, neque multò latior. In adultis autem mulieribus, vterus in totum latior & longior & profundior eſſe ſolet, maximeque ingruente menſium tempore: quando & rudis, & aſper, & inæqualis efficitur, & ſeipſo turgidior denſiórque. Vt ipſum ſummâ ſui parte prope cornua non-

Digitized by Google

nihil obtusum fundum (nolim dicere *fundus*, in hoc quidem significatu, licet multos hoc nomine abuti videam etiam Latinè loquentes, cùm longè diuersa sit horum nominum significatio, genere masculino aut neutro distincta) cum tota ceruice vteri vix vnquam digitos vndecim, & quidem in mulieribus valdè proceris, metiatur. vnde ὑστέρας ὑδέρους veteres denominarunt: non autem à sola ceruicis longitudine, vt simplex Columbus simpliciter credidit. cùm tamen sæpiùs fundum breuius & angustius, collum pariter breuius esse soleat in mulieribus etiam adultis. illud quidem trium aut quatuor forsan digitorum: hoc autem quatuor, aut sex, aut vix plurium. Ita vt nec totus simul vterus infimam lumborum vertebram excedat, ipso recto intestino, cui anteriùs incumbit, breuior. Vesalius ad sacri ossis initium vltimæ vertebræ articulatum terminat: angusto tamen admodùm concludens fine, opinor, vt priscorum eludat contrariam de immoderatiore eiusdem ascensu sententiam. Excipio semper grauidas, in quibus ipsa vteri moles vasta, totum complet abdomen, vel adeo vmbilicum excedens (quorsum ille in non grauidis falsò extendebat author lib. de anatomia vuluæ) & ilia vtraque distendens, vel vsque ad membranæ alui supremæ atque epidermidis fissuram, vt in multis vtero gerentibus videre est. Ceruix enim multis ligamentis, fibris, & mẽbranis proximas partes sibi deuinctas habet: fundum autem solutum liberiùs diuagatur: idémque in coïtu expetito, deorsum it obuiàm virili membro, instar papillæ exugendo, & semini attrahendo, atque intra se recondendo. ne de vteri procidentia, aut vago eius in hystericis motu dicam. In quo necesse fuit neotericis à quorundam veterum sententia recedere, & eorum qui illos temerè secuti, maléque interpretati, vt patuit, vteri corpus sursum totam vesicæ capacitatem excedere ac superare, falsi falsò falsis tradiderunt, atque ad vmbilicum vsque ferri: cùm hoc æuo vix vltimam & infimam lumborum vertebram (vti nuper asserui, quid priscis acciderit, ipsi cum suis viderint) superemineat: supremo autem suo fundo, ipsi recto intestino, cui anteriori totus incumbit vterus, vix longitudine par, aut suppar etiam. quo interuallo, vix pollicum octo, illud rectà ad colon contendit. Atque sub vesica totus ferè occultatur vterus, fundo illius fundum huius totum, & præterea partem ceruicis integente: quam inæquitat vesicæ collũ, multò tamen angustius ac breuius, ad illud vsque foramen, quo in ductum communem, vrinam eructat, vti nuper dixi. Haud scio, an olim grandioribus corporibus, & vteris amplioribus, quàm nostro hoc æuo vt hàc & illàc magnitudine vterus ampliùs extenderetur, sursúmq. ac deorsum modernam breuitatem excèderet. vt tamen cum vtero reliquas partes grandescere eo seculo per analogiam necesse fuerit.

De vteri tunicis ferè inter omnes constat (sed procul reiecta opinione authoris de anatomia vuluę) vna propria, & altera à peritonæo, A læui, & aquoso humore oblita: illa quidem interna longè crassiore, vt patuit: hac autem tenui licet, tamen velut gemina, mesenterij instar, vasa & neruos intra se cum adipe inuoluente. Quibus autem & qualibus intexta fibris tunica vteri constet, ex Galeno patuit: cui recentiores adstipulantur: rectas quidem intimas paucas, extimas transuersas plures: medias obliquas plurimas professi, suis naturalibus muniis obeundis, trahendi, excernendi, retinendi, necessarias. quarum de vi & vsu fibrarum alibi à me dictum memini.

Porrò vt scrotum virile mediâ quadam lineâ B dirimitur: sic fundum capax matricis muliebris, lineâ quadam siue futurâ superficiariâ, velut per mediam longitudinem anteriùs & posteriùs exporrectâ diuiditur. cuius caussâ, duos vteri sinus ij verè statuunt, qui rem accuratiùs peruiderunt: & quidem minimè grauidis, tam angustos, vix vt fabam maiorem singuli capiant aut vincant ac superent. qua tamen de re antehàc. de corycledonibus autem vteri, sint nécne, vt controuersa quęstio est, posthàc speciali problemate à nobis forsán disceptabitur.

Externæ porrò vteri partes ab omnibus eædem perhibentur; siue testes, siue vasa spermatica, siue cornua spectes, & siquid est præterea, C quod totas eas partes compleat: vt sunt venæ, arteriæ, nerui, de quibus patuit. De situ necnon conuenit, in hypogastrio, inter vesicam & rectum intestinum, vt aliquoties est iam repetitum.

Testes vtrinque singuli vterum cingunt, ad latera circumpositi, seminariis vasis circumfusi, supra summum eiusdem fundum extantes: in grauidis tamen ab ipso fundo sursum vincuntur, paulò inferiùs ad latera positi (Galeno & Vesalio, duriores; Fernelio autem, molliores) flaccidiores, humentiores, compressiores, minores quàm in viris. Alex. Benedictus leporinis comparat, & ab vtraq. parte resimos fingit. sunt autem tum intus, tum foris dissimiles virilibus, extrinsecùs enim inæqualitas est asperior: quasi non vnâ perpetuâ, sed pluribus diuulsis, ac duriusculis, tenum in morem, ceu glandulis constent. intrinsecùs autem cauernulæ & valuulæ insunt, & sinus quidam cælati, humore seroso pleni: quod haud scio, an semen nominare ausim, & colore, & consistentiâ ad seri lactei naturam propiùs accedens. quodquidem ex compressione validâ, longè, & exili riuulo continuo vibrari, non sine risu adstantium vidimus, cùm fortè in faciem minimè cogitantis cuiusdam spectatorum prosiliisset. vnde iam tum dici cœpit ab adstante corona (Lutetiæ in schola Medicorum, à D. du Breüil, viro ætate, doctrinâ, experientiâ, & barbâ conspicuo, Anatomica aggressio celebrabatur) hoc facto facilè conuinci Aristotelem, qui mulieribus semen inesse negauerat, vti patebit suo loco. Quanquam ego nondum apud me statui (licet Columbus incunctanter & intrepidè sibi visum deprehensúmque in muliebri teste semen album, crassum, concoctum profiteatur) an hoc verè semen sit: cùm & virile sperma

Fundus & fundũ abusiuè vsurpata nomina.

Vteri totius longitudo qualis vnde ♂ quot.

Vteri fundũ quot ♂ quales, & quomodo discreti, & quãdiu.

Vteri sinus quot ♂ quales, & quomodo discreti, & quãdiu.

De externis vteri partibus.

Vteri fimbriæ.

Testes matrices vbi, quales, & quomodo, & comparatio eorũ virilibus.

Testes mulieres quales autem & vnde.

An semen fiat cõmunis in testibus femineis liquor; & quale.

Historia lepida.

Quòd fœmina semen habeat, contra Arist. & quale.

Vteri fundũ ad rectũ intestinũ qui sit habitus.

Vesica contegit vteri capacitatẽ, & amplitudinem.

Ductus communis.

An vterus prisci maior?

Vteri tunicæ, quales, & propriæ, & communes.

Errores authoris lib. de anatomia vuluæ.

Vteri ceruix ligamentosa: at fundum liberũ, facilè loco mouetur, ad quid.

Vteri ceruicis terminatio ascensum vteri, quomodo.

Vteri situs.

Vteri fundi ad rectum intestinum qui sit habitus.

An teſtes virilis non continent ſemen?

teſtibus ſolidis contineri negauerimus, & his compreſſis, humorem vllum inſignem elidi ac proſilire. Num potiùs ſeroſus humor aliquis inania teſtium muliebrium ſpatia complet, offercit, atq. irrigat qui vt in ſanis, alicui vſui eſſe ſolet: ſic pleriſque ægrotis, grauiſſimorum ſymptomatum cauſſa eſſe conſueuit: dum à natura degenerans, computreſcit, & venenatam qualitatẽ induit, colore vario, luteo, albido, croceo, viridi, lurido conſpiciendus. Vt non aliundẽ meliùs aut potiùs hyſtericæ ſuffocationis cauſſa repetenda videatur (quanquam & à menſibus interdum ſuppreſſis) & innata in viuis veneni: cuius Gal. meminit lib. 6. loc. aff. cap 5. & nos hoc anno in nobili muliere adhuc iuuencula, frequentiſſimas ſyncopes, cardialgiæ, conuulſionis, delirij, mortis denique occationem extitiſſe vidimus. ſed de morbis & morborum ſymptomatis alibi. Teſticulũ verò muliebrem non triplex, vt in viris, ſed vnica propria inueſtit tunica, epididymis ab vſu & ſitu habenda, ni fallor (alij darton appellare malunt, vt ex authore lib. de anatomia vuluæ paruit) ei vſui dicata potiſſimùm, cui intimam in viris epididymida prædiximus: præter cuſtodiam partis, vt vaſa ſeminalia excipiat, & rurò applantationem eorum cuſtodiat recondárque. Namque à peritonæo, & ſitu ipſo inter oſſa ilium tutiſſimo, penitiſsimè reconditis teſtibus & vaſis ſeminariis muliebribus Natura proſpexit. Vt etiã hinc videre liceat, quid viriles à muliebribus partes differant, præter magnitudinem & ſitum interiũ exteriúmque. Sunt tamen (vt hoc obiter dicam) qui nomine ἐπιδιδύμιδος, velut ſupergeminalis, caput teſtis intelligant, ſiue paraſtatam illum varicoſum, de quo antea diximus & Gal. epididymidas in teſtibus muliebribus minimè ſenſibiles aut manifeſtas dixit ad finem lib. 14. de vſu part. paulò antè citati. idémq. lib. 1. de ſemine cap. 15. partem teſtis capiti ſuperimpoſitam ita vocat, ipſa nominis vi & compoſitione inductus. ibidémque paulò pòſt, pro intima teſtis tunica habet: quod ad teſtes vtrique viriles ſcire magis attinet. ſed dictum à me ſemel vbinis locorum, ſufficiet ad homonymiam verbi tollendam.

Semina fœminæ morboſa damna.

Hiſtoria.

Teſtis muliebris tunica, & vſus, & differentia à virilibus.

Teſtiũ muliebrium ſitus in vtero.

Epididymis duo ſignificata.

Quod ad vaſa ſpermatica ſpectat, aut leue, aut nullum diſcrimen in vtriſque intercedit, ſiue numerum, ſiue ortum ſpectes & implantationem: quanquam mulieribus longè breuius iter emetiũtur, nec tamen peritonæo excidunt, mox in ipſos propinquos teſtes ſeſe inſinuando. Duæ nempe venæ cum totidem arteriis vtrinque ſuo teſti per dictam tunicam implantantur, ſemen aut continentes à teſtibus elaboratum, aut inſitâ vi propriâ vtcumque concoquentes, vel ſaltem coctionem adiuuantes, vt antè de viribus diximus. Cui rei, tum vaſorum albicantium natura, tum plexus innumeri, vel adeo fortaſſe plures, quàm in viris (vt viæ breuitas, flexuum multitudine compenſetur) auxilio ſunt, longâ morâ ſanguinem alterantium & ſibi aſſimilantium. Vt iam ſine dubio conuinci Ariſt. ſententia queat, ſemen fœminis ineſſe negantis: quod & ipſæ mulieres intra ſe profundunt, & extra ſe effundunt tum in coïtu,

Vaſorum ſpermaticorum ortus & ſitus in cõparatione.

Vaſa ſpermatica unde, & quorſum.

An ſemen gignant & quo.

Quòd ſemen è vtero infœti, quale.

Ab experientia.

A tum in ὑπερύῃσι. atque hiſtoria hyſtericæ mulieris apud Gal. lib. 6. loc. aff. cap. 5. clarè teſtatur, & anatomia viuorum declarat, ſemen in iis vaſis manifeſtè deprehendens, & ſectio quadrupedum, vaſa ſeminalia in fundũ vteri apertè traiecta habẽtium, & ſemine albo turgentium, etiam poſt mortem manifeſtè conuincit.

Vaſorum tamen, quæ ab aorta & cana feruntur ad teſtes muliebres, diſpar vtcumque à virilibus ratio eſt, de quibus antè diſſerui. in mulieribus enim pari cum viris ortu, accuratè à nobis expoſito, extra peritonæi capacitatem, vt in viris, illa non prolabuntur: ſed breuiore emenſo itinere, pingui adipe & tunicis obſita, B ſtatim ad teſtes feruntur, & ſeminaria vaſa de ſe eo modo effingunt, quo de virilibus paruit, cùm de paraſtatis ageremus, & nunc breuiter oſtendimus.

Diſſimilitudo vaſorũ ſeminalium maris & fœminæ.

Vaſa illa vtrinque gemina dicta, & ortu diuerſa, & naturâ diſſimili atque inuicem diſcreta primò, deinde copulantur & vniuntur, vt in viris diximus (licet Fallopius neget) varicoſumque corpus efformant (ὀχετοειδὲς καὶ κιρσῶδες nominare auſim, à ſimilitudine virilis antea deſcripti, licet Herophilus mulieri adeſſe neget) ſuâ quidem baſi, elatiori teſtis parti adnatum: multis tamen ſurculis tum in C ſuperiorem vteri ſedem fundúmque, tum in ipſam teſtis & inuoluceri proprij ſubſtantiam, diſtributis, alendis partibus potius quàm ſemini generando dicatis. Ab interna verò ſede dicti varicoſi corporis, teſti implantati, vtrinque vas ſemen à teſte in vterum deferens, originem capit, ab externo teſtis latere inferioríque, velut vniformem epiphyſin nonnihil conuolutam producens: deinde à teſte ſurſum procedens, & ab eo diuulſum (vt de vaſe virili ſemen deferente diximus) inſtar nerui teretis, errabundo quodã ductu, minùs tamen deinceps ambagioſo, capreoli figurâ (vt priſci nominabant) in vterum fertur, in mediam ſui lateris D cornu ſedem inſerendum (licet Fallopius inter teſtes & vaſa ſeminaria, dimidij digiti tranſuerſi ſpatiũ intercedere in ſanis ſemper affirmat, nec ſimul connaſci, aut mutuò inſeri) nonnunquam à peritonæo intra ſe complectente, membranulis tutò reuinctum & obfirmatum. Neque verò deinceps ad veſicæ ceruicẽ fertur, vt paraſtatam ibi effingat virili ſimilem futurã, quem ἀδένα nominauit: quo vtique fœmina caret. ſicque vterum penetrans, per dicta cornua vtrinque coïtus tempore, ſemen intrò profundit atque eiaculatur.

Vaſa ſeminalia vnitio, & paraſtatarũ generatio in fœmina.

Vas ſemen deferens in vterum, vbi & vnde, & quà, quibus tunicis.

Quòd vaſa ſeminaria non contingant teſtes muliebres, nec opinio.

Mulier caret varicoſo paraſtata.

Fallopius tamen cùm vaſa ſeminalia in cornua vteri ferri negaſſet, & procul ab iis diſſita docuiſſet, ita tandem ſtatuit; Meatum ſeminarium gracilem & anguſtum, nerueum & candidum oriri à cornu ipſius vteri: cúmq. parum receſſerit ab eo, latior ſenſim redditur, & capreoli modo criſpat ſe, donec veniat prope finẽ: tunc dimiſſis capreolaribus rugis, atq. valdè latus redditus, finit in extremũ quoddã, quod membranoſum carneúmque, ob colorẽ rubrũ videtur, extremúmque lacerum valdè & attritum eſt, & foramen amplum habet, quod ſemper clauſum

Vaſis ſeminalibus vſus.

Pori ſpermatici muliebris ouati figura.

iacet, concidentibus fimbriis illis exremis: quæ tamen si diligenter aperiantur ac dilatentur, tubæ cuiusdam æneæ extremum orificium exprimunt. quare cùm huius classici organi, dempto capreolis, vel etiam iisdem additis, meatus seminarius à principio vsque ad extremum, speciem gerat, ideo à me, vteri tuba vocatus est. Quæ si ille, vt alia nonnulla, aucupandæ famæ gratiâ commentus est, risu dignus, non laude venit: sin ita deprehendit, næ nouum quiddam & inauditum priscis seculis, & obseruandum posteris deprehendit. quod tamen non priùs fidem mereri, quàm in omnibus aut pluribus probatum, debebit.

Tuba vteri quid.

Neque verò hoc multò credibilius est, quàm è testium inuolucro, in neruosam vteri cerui-
N. contra Fernelium, quòd vasa spermatica non deponãt semen in vteri cervicẽ, & rationes.
cem, iuxta illius os interius, semen proüci: vel è testibus tum in cerui cem, tum in capacitatem vteri, vias duci semini excernendo dicatas, vt Fernelius tradit & credit: & Galenum licet inuitum cogit vt admittat. Quod tamen cõmentum, ipsa partium naturalis fabrica refutat, & sensus atque fides mulierum, & ex Galeno citata de hysterica muliere historia conuincit. Et verò perabsurdum videatur, in coïtu semen muliebre virili occurrere, non in ipsa vteri capacitate, vt credimus & asserimus: sed in ipsa vteri ceruice. quasi eò deriuatis spermaticorum vasorum osculis, vt Herophilus falsò tradiderat, & Galenus falsum conuicit, vt patuit, & fides velut oculata confirmat. sed Fernelij verba audiamus pulchrè quidem sonantia, sed nihil solidi demonstrantia lib. 7. physiolog. cap. 8. post Arist. vt apparebit posthàc. Porrò autem semi-
Seminis emissio marin in vteri cervicem, non in sinum, quã fiat.
nis emissio (ait) non fit in vteri sinum, quoniam eius os internum conniuere occludique solet: sed in ceruicis fundum excidit ad os vteri, quò plerique seminis vasa & testiculos deriuari prodiderũt. Illuc igitur viri & mulieris semina confluunt, hincque, vt author est Arist. in vterum angusto ore rapiuntur. Profusio (inquit) seminis nõ intrò fit, vt quidam volunt (os enim vteri angustum est) sed antè, quò fœmina mittit vaporem illum nonnullarum recrementum. eôdem enim mas etiam mittit quod fuderit, & aut ibidem manet semen emissum, aut intrò ab vtero trahitur, si calidus est & modicè temperatus. Cuius rei indicium, quòd locus qui modò madebat, resiccatus mox sentiatur. Sic & Oribasius: Duo (inquit) orificia habet vterus, vnum interius, alterum externum, in quod viri genitale semen conditur: in illud quidem non ingreditur, sed trahit vterus ad se semen, quemadmodum cucurbitula. Idipsum videbitur alio loco planiùs expressisse. Quemadmodum è profundis cuniculis ceruus serpentem narium inspiratu allicit: sic vterus, viri semen è sua ceruice. Miror ab his, atque etiam à vero Galenum desciuisse, qui putauit mulierem, semen per cornua in solum vteri sinum eiaculari. Cùm illa vterum gerens fortasse concumbet, quónam tandem semen id vteri sinu susceptum euadet? Obsignatũ enim tum adeo est os vteri interius, vt nihil vel minimum subire possit, aut excidere. Hoc si in præscriptum pariẽdi tempus intus

Vterus trahit ad se semen à cervice.

à simili.

Similitudo.

Obiectio in Gal.

An semen in coitu profusum, ma-

A contineretur, inutile prorsus & otiosum computresceret, & grauissima tum animi, tum corporis incommoda necessariò inueheret. Hac forsitan ratione perterritus Auicennas, inconsideratè statuit, grauidã mulierem nullis vitium conatibus posse in concubitu semen effundere. hæc ille. Sed Aristotelis authoritas, vtpote veritati aduersa, nos nihil mouet: sũntque circa rationem generationis, pleraque eius philosophi, licet omnium celeberrimi, minimè recepta in senatum medicorum dogmata. Atque Aristotelem secutus Athenæus sic apud Gal. lib. 2. de semine loquitur & sentit; Seminarios meatus
B cornibus vuluæ annexos quidem esse: sed perforatos tamen à lateribus, extrinsecùs semen supra ipsas vuluas profundere. ac de Herophilo nuper constitit in eandem sententiam propendente. Oribasij autem locus nihil statuit, quia veritati repugnat. imò ne Oribasij quidem est, cuius falsò iactãtur in aphorismos Hippocratis commentarij, in plerisque admodùm pueriles & indocti, in multis etiam falsi atque ridiculi. Et verò eodem capite Fernelius minimè mihi satisfacit, dum glandem, venereæ voluptatis sedem in maribus statuit: qua tamen tota certis de caussis putatã atq. recessisla, voluptatis nihil-
C ominùs illecebras manere à nonnullis intelleximus. Et quod mox idem subiicit, licet verum & necessarium, tamen ex ipsius hypothesi, inutile erat futurum, penem arrigi, vias distendi, per quas directè & impetu semen iaculemur: quia lentè & sensim in ceruicem matricis deponi sic illi satis fuerat, muliebri mox ibidem permiscendum. Frustrà etiam ex Galeno, & rei veritate, vterus obuiàm excipiendo semini procederet, non intrò rapiendo, sed pro foribus deponendo atque exonerando. Verùm anatomiæ ratio, & vasorũ spermaticorum insertio in vteri cornua, & mulierũ testimoniũ, & hystericę illud
D notum exemplum, & masculorũ concumbentium sensus, vel adeo penis ipsius tactus exquisitissimus, extremâ suâ glande glandem muliebrem interiori ostiolo afficans, & vltrò apertũ illud penetrans, pérque ipsum, semen intrò vibrans cum muliebri permiscendum (si modò verus conceptus futurus est) satis constanter & certò probant vera Galenum dicere, & alios temerè contrà niti. & tu coniectis in vasa seminaria vteri cornibus inhiantia, speciliis, intrò penetrare deprehendes, vt Gal. ipse initio lib. 2. de semine, facto ipse periculo comprobauit. Atque ego vicissim demiror, & ab his, & à vero, & à Galeni vera sententia Fernelium virum doctissimum, ciuémque nostrum honoratissimum, desciuisse, qui putarit, seminis vasa & testiculos (vel potiùs à testiculis) in ceruicis vteri fundum deriuari, eóque seminis emissionem fieri: non autem in ipsum vteri sinum: quoniam os eius internum cõniuere occludíq. soleat. Frigida prorsus ratione: cùm incalfactus vterus, ad coïtum glisćens, omnes suas partes, etiam alioqui neruosas, tenues, membranosas, rugosas, laxas, flaccidas distendat, patefaciat, referet: tum vt virile membrum totum excipiat, circumplectatur, circumlambat: tum vt semen

licet in vteri fundo seruat ad vsque parendi tempus? an nullum semen grauida prõfundat?

N. respõsio.

Arist. authoritas non debet mouere.

Quòd pertò seminarij, semen supra vuluas profundant.

N falsum.

Oribasij nõ est sententia.

N. nam verum Oribasium, nõ nisi Galenum est.

Quòd glans non sit sedes voluptatis.

N sententia.

Ab experientia.

N. frustrà ergo partes genitales tenduntur.

N. frustrà vterum in semen obuiã.

N. quòd semẽ marin ad cõceptum in vteri fundõ proiiciatur.

Ab experientia.

Nimis insigne aduersus Fernelium.

N. interim vteri os non cõniuet extra grauiditatem.

N. vteri partes omnes in coitu tenduntur, quorsum.

viri, quo in primis delectatur & voluptuatur, absorbeat, fugat, proliciat. cuius præ desiderio, totus interdum in partes obscœnas protoluitur, vt eidem obuius, illud quasi manu excipiat, exceptumque, in penitissimam sui partem recondat. Alioquin Fernelij ratio forsan in grauidis vtcumque defendi possit: in aliis, ne vmbram quidem veritatis præ se fert. Et quidem vt semel de illis dicam quod sentio, quæsitum subterfugium in id videtur, vt sententia Hippoc. vera retineatur, quâ scripsit aph. 51. lib. 5. & Herophilus adiecit, & Galenus confirmauit lib. 3. facult. natural. & 14. & 15. de vsu part. & ad aph. citatum, & alibi sæpe, post conceptum, vteri os interius (nam externum semper hiat, nisi in ἀφροδ.) sic conniuere, vt specilli aut acus mucronem vix admittat. Cùm autem & à conceptu mulieres concumbant, & semen excernant, periculum illis impendere videbatur, ne intus in capacitate vteri retentum corrumperetur, & praua symptomata inueheret. cùm potiùs voluptates mirificas excitet: & portio virilis feminis intrò recepta interim admittatur, & muliebre ipsum sperma vel solum, vel virili permixtum, statotempore excernatur, euanidum & inutile futurum: aut solum ipsum intra se retineatur, vt de allantoïde, muliebri semine perfusa, paulò pòst ex Arist. & Gal. alicubi dicetur. Quia vtero cùm nihil sit semine virili gratius, nihil iucundius, ad id exugendum obuiàm itirat, & fores patefacit tum intromittendo, tum vbi sariatus illo abundè fuerit, & calor deferbuerit, foràs emittendo excernendoque. Quod ipsum fateri Fernelium, velit nolit, necesse est: vtpotè qui eorum sententiæ subscripserit lib. 1. physiologiæ cap. 8. quiquidem è testibus tum in ceruicem, tum in capacitatem vteri vias seminarias duci volunt: ideoque necessariò semen tum in ceruicem, tum in sinum vteri proiici. vnde nisi aperto orificio interno excidat, & computrescere ibi, & praua symptomata inferre necesse erit: quæ ille frustrà metuebat. Oportet tamen, vt est in veteri prouerbio, mendacem esse memorem.

Ferneliⁱ ratio solu quadrat grauidis, quibus os vteri internum cõnitet, qualiter.

Obiectio.

Semen excernit mulier in coitu intra vterũ, & virile suscipit interdum, & vtrũque mox emollit.

Vterus appetit semen virile, & persequitur.

Atqui Fernelius putat seminales vteri sinum inferi profitetur.

Mẽdax esto memor.

Argumento autem est ad id quod dico & tueor, ipsa superfœtatio, de qua posthàc inter problemata disseram, vel ipsius adeo Hipp. authoritate, & libello peculiari confirmata, & omnium seculorum experientiâ comprobata, cùm & nostro æuo nonnullæ mulieres, secundo, tertio, quarto mense post priorem partum, nouo & mirifico fœtu in lucem edito, eoque vitali, insuper párere visæ sint: & recenti mihi factum historiâ constat, de muliere bis intra duorum mensium spatium enixa, sicuti mihi maritus asseuerauit. Quod non fieret, nisi vteri orificium interius apertum, semini excipiendo in coïtu posteriore, post priorem conceptionem & imprægnationem patuisset. quem euentum, & vocatam Græcis ὑπερκύησιν, Latinis superfœtationem, in leporib. non miramur, quia frequentem cernimus: in mulieribus, & rarum & insolentem casum obstupescimus: tum quia in nixu prioris partus, quicquid vterus intra se conceptum celat & continet, id totum magno sæpius conatu exturbat: atque ignaræ mulierculæ, fœtum inchoatum occultant, quem secum auulsum & exturbatum perfectus fœtus deduxit: cùm illum pro mola, aut falso (vt vocant) germine habeant atque æstimant. cætera posthâc problemate de superfœtatione tractabo.

Cur mulier vtrò superfœtet.

Superfœtatio declarat os vteri non semper in conceptu claudi, & semen vteri in sinũ rapi.

Ab experientia.

Historia.

Sic leporem superfœtât.

Cornua vteri, vitulis aut arietibus primùm sua producentibus, & conisçare incipientibus comparant, ob leuem quandam prominétiam, & geminum tuber, frontem alioqui læuem æqualémque exasperans. forsan aptiùs breuibus mãmarum papillis conferre vtrinque emicantia vteri cornua, & per porum spermaticum illi continua, liceat. ex quo contingit, vteri fundum vtrinque inæqualiter protuberare, & natiuam alioqui rotunditatem aliquatenus immutare, velut obtusis duobus angulis fragosum, vt antehàc attigi, & ex Gal. pluribus verbis declaraui. De reliquis externis & oculorũ subiectis aspectui partium vteri nomẽclaturis, dixi in onomasia partium corporis vniuersi, ac referre aut iterare pudet pigétque. Non dicam plura de cæteris arteriis & venis, quas plurimas & insignes vterus ab arteria magna & vena cava descendentibus accipit, iam mihi ex Galeno satis commemoratas: quas & neoterici agnoscunt, & in earum vsu consentiunt: nempe calori natiuo temperando augendóque atque alendis partibus, & fœtui adeo ipsi, mensibus repurgandis, semini generando, sanguini ad mammas perferendo, & mammariis dictis venis obuiam procedendo dicatarum. Sed neque de neruis vteri necesse est iam dictis quicquam adiicere, siue à sexto pari demissis, iisque & paucis & admodùm exiguis, & ad fundum potiùs vteri sparsis: siue à lumbari medulla tum pluribus, tum insignioribus, & ipsi potiùs vteri ceruici implantatis. Sed ne de masculis quidem vteri lubet perscrutari, quos duos tantùm anatomici agnoscunt, exiguo vteri sursum vergentis motui spontaneo (siquis tamen est, quod non facilè credo) præfectos: quos nonnulli pro cornibus vteri imprudenter accipiunt: alij cremastêras ab officio, & imitatione virilium, prudenter nominant (licet musculorum nomine priuare malint) quorum beneficio vterus suspendatur, & fortè leuiter lenitérque moueatur (namque in hystericis mouetur quidem, sed alio quodam modo, vt mox dicitur) horum κρεμαστήρων muliebrium ad viriles analogiam memini nuper ex Gal. sub finem lib. 2. de semine. Mouetur (inquam) vterus, vt etiam de eo Plato scripsit. (& alibi citauimus ex Timæo) animali viuo ipsum comparans, dum plenis ac retroactis vasis sursum vergit, aliquando ad latera declinat, & hystericis mulieribus grauia & formidolosa inuehit symptomata, vt disertè Gal. interpretatur lib. 6. loc. aff. cap. 5. licet Platonis sui dictum cauillarus, de quo forsan postmodò. hoc interim pro Platone adiecto; Non videri mihi ineptum, si vteri motus, animantis motui conferatur: quia latio fit de loco ad locum, sursum deorsum, & ad latera obliquè. Neque

Cornua vteri vbi, & qualia. à simili.

Fundum vteri ob cornua inæquale.

Transitio.

Vasorũ vteri vsus.

Vteri nerui vnde.

Vteri masculi, quorsum.

Vteri cremasthêres qui & quorũ.

Vteri motus in hystericis quî fiat.

N. tutatur Platonem aduersus Galenũ, de motu vteri animalium simili, quâ.

Digitized by Google

enim dictum ineptè videri debet, vterum instar animalis, generationem appetere. vt si dicam, stirpem plantámve aut pratum sitire, vel potum expetere. Quod nempe aliàs dixi; similitudo ipsa non necessariò identitatem seu unionem inducit: sed affinitatem quandam subiecti & proprietatis, qua de agitur. Vterum reuerâ animal esse si quis dixerit, fortassis absurdè loqui videbitur: & ea ratione, multa sint in animali homine animalia; ventriculus cibum, hepar chylum, splen succum atrum appetens, & sic de aliis. Quinetiam Plato idem simili allegoriâ ludens, vt philosophum decet, inter vmbilicum & præcordia, esse velut præsepe facultatis concupiscibilis eleganter scripsit, vt citaui: quem tantum abest, vt culpet aliquis sic loquẽtem ac philosophantem, vt etiam miretur & laudet. quasi voraci cuidam animali illic suum pabulum ad præsepe sit appositum. sic bilem, & iram in homine, leoni conferre, & alia alis licebit, vti pòst edisseram. Vterum autem seminis appetentem si quis neget, is nunquam mulieres audiit id clarè palámque testantes: vel si taceant, nutu gestúque aperiè indicantes: idémque cœlebs virginalem traduxit vitam. Si quis autem sponte loco moueri (quod animalis proprium est, sponte sua & naturali ductu ferri quocumque libeat) vterum neget, is obstetrices consulat: vel si siuitur, manum muliebris vteri regioni admoueat, vel coïtum appetenti, vel iamiam parturiẽti, vel hysterico affectui obnoxiæ, vel adeo validis odoribus perculsæ: tum enim demùm id de quo ambigit, certum comperiet; percepto vteri vago per intestina & aluum totam motu, modò huc, modò illuc perreptantis, cum leui quodam murmure, aut murmurillo & susurro, & tubere haud inconspicuo. de quo etiam Arist. cap. 11. lib. 1. de genera. animal. ita scripsit; Inanes etiam vteri aut vuluæ sursum adductæ strangulant. Non tamen qua ratione doctissimus alioquin morborum & affectionum muliebrium scripsit Hipp. lib. de natura muliebri, & de morbis mulierum; Si vteri ad hepar accesserint, muta derepente fit. item, Quĩ ad præcordia vteri allapsi fuerint, suffocant. item, Si ad caput conuersi fuerint vteri. item, lib. 1. de morb. mulierum; Si suffocatio derepente accesserit: fit autem maximè his quæ cum viris non coëunt, & senioribus magis quàm iunioribus: leuiores enim vteri ipsarum sunt. fit autem potissimùm tunc, vbi mulieri vasa euacuata fuerint, aut plus solito laborant: resiccati à labore vteri conuertuntur, vt qui vacui sint ac leues. est enim ipsis locus spatiosus vt conuertantur; vtpote ventre vacuo existente. Dum autem conuertuntur, impetunt hepar, & iuxtà consistunt, & ad præcordia irruunt. currunt enim & progrediuntur sursum ad humiditatem, tanquam à labore magis quàm opportunum est, resiccati. hepar autem humidum est. & ibidem lib. 2. Cùm ad caput conuersi fuerint vteri. item, Si verò ad cor progressi vteri, suffocent. item, Si verò ad hepar conuersi fuerint vteri, mulier derepentè voce destituitur, & dentes conserti sunt, & color liuidus fit. Contingit autem maximè virginibus antiquis, & viduis, quæ peperierunt aliquando, & viduitatem agunt. maximè verò cõtigit omnino non ferentibus vterum, & sterilibus ex partu. His atque haud scio an pluribus locis, Hipp. caussam suffocationis ab vtero scrutatus, huius mirificum motum memorat ad hepar, ad præcordia, ad cor, ad caput. Cauesis autẽ putes, vteri corpus eò posse conscendere; non dico ad caput (cui per genus neruosum compatitur) sed neque ad cor; sed ne ad hepar quidem, lambendæ caussâ humiditatis, vt tradit. hæc enim omnem fidem excedunt; & vteri situs infimus, & corpus perparuum, vix pyro maius non grauidis, & ligamenta vicinarum vndique partium, nunquam tam procul errare & euagari siuerint. sed hoc ὑπερβολικῶς scripsit senior Hipp. aut potiùs alius aliquis sub nomine Hippocratis, quem Polybum auguror. Ego verò neque semper ac solùm cum Galeno moueri vterum duco, ob tensionem vasorũ ex repletione; quorum aucta latitudo, longitudinem minuit, vt in conuulsis accidit. sed citra conuulsionem, sed citra repletionem, tum insanis, vt quibus dixi de caussis; tum in hystericis, ob exigui seminis factam intus corruptelam. ipsa videlicet parte conante id de se excernere & excutere, quod molestum esse persentiscit. quæ vis & facultas nulli non parti inest in corpore. & quidem in isto conatu, lancinante ipso semine partes neruosas, & dolore blando cum voluptate quadam afficiente. Quali de caussa poëtæ Amorem γλυκύπικρον solent denominare; quòd cum aliquanto melle, multum fellis coniunctum habeat. Atque hæc mihi breuiter pro Platonis dicto planè philosophico, & allegorico seu metaphysico sensu tuendo explicandóque, cum Galeno, vel aduersus Gal. disceptata sint, pro communi vtriusque magistro, philosophorum sapientissimo diuinissimóque.

Huius autem partis tam fabrefactæ, támque necessariæ historiam claudenti mihi lubet breuiter ad extremum cum Plinio exclamare, ex præfatione lib. 7. Heu dementiam ab iis initiis existimantium ad superbiam se genitos! Si enim natalium tuorum originem repetas (inquam ego) quid fœdius, quid spurcius, quàm inter duas cloacas conceptum, altum, auctum fuisse! has intelligo, quarum anterior, vesica est, lotio olido perpetuo madẽs; posterior etiam sordidior & inquinatior, rectum nempe intestinum, fœtido stercore semper aut sæpius oppletum & confertum. huic enim vterus, ceruice sua totâ incumbit: & quidem ad ceruicis in pudenda finem, vterus podici sic adnascitur, ac si recto intestino & ipsi coniungendum esset communi tunicâ. quam in nonnullis miserè dirumpi, aut violentiore coïtu, aut validiore partu contingit: vt iam diremptâ macerià, ambo foramina velut coalescant: diuersis tamen suis semper manentibus ductibus; & quidem diuerso longè ac dispari vsui reseruatis. Rursus ceruix vteri, anteriori sede, elatiùs quidem, ac iuxta fundi orificium, innitẽtem habet vesicam: paulóque inferiùs, fibris quibusdam humillimam vesicæ partem, & ipsius ceruicem adnatam pos-

A similí.

Similé & idem differunt, quò.

Vterum quo modo dicatur animal. A simile.

Præsepe concupiscentiæ vbi, & quo modo dicatur.

Sic bilis & ira conferantur.

Vterum semina appetere.

Vterum spõte loco moueri.

Ab expetentia.

Vteri strangulatus quòd fiat.

N. improbat Hipp. hyperbolas de ascensu vteri.

Vteri suffocatio quibus & quare accidat.

N. contra Gal. rationem, eamdémque.

Vterum cur hepar ferat.

Vteri suffocatio quibus & quamobrẽ.

N. quòd vterum eò nequeat ascẽdere, quòd dixit Hipp. & quæ dixit.

N. quòd vterus non solùm moueatur, ob vasorũ repletionem, cõtra Gal.

Vera caussa motionis vteri, ex N.

Amor γλυκύπικρος, quis.

Conclusio cum epiphonemate.

Humani vteri contemptibiles principia, qualia.

Vteri ad pudicam ligamenta, & vtriusque dirempti vel vitio.

Vteri cum vesica nexus.

ſider. Idque foramẽ, anticâ ſui & ſuperiori parte excipit, quâ vrinam in communem velut tubulum effundi Natura voluit. Dixeris ioco Naturæ quodam, ac velut ludibrio, hinc potionis, illinc cibariorũ prouiſum embryonis neceſſitati. Miſeret atque etiam pudet, ait idem Plinius lib. 7. cap. 7. æſtimantem, quàm ſit friuola animalium ſuperbiſſimi origo; cùm plerumque abortus cauſſa fiat odor à lucernarum extinctu. His principiis naſcuntur tyranni, his carnifex animus. Tu qui corporis viribus fidis; tu qui fortunæ munera amplexaris; & te ne alumnum quidem eius exiſtimas, ſed partum: tu cuius ſemper in victoria eſt mens: tu qui te Deũ credis, aliquo ſucceſſu tumẽs, tanti perire potuiſti. Imò (inquam ego) his locis, his cunabulis, his latibulis, his ergaſtulis, his denique velut cloacis & lauatrinis prodiiſti; & quidem aut auerſo capite, podicem genitricis ægrè parientis, mas exoſculatus: aut eo aduerſo, dictum veſicæ meatum, & obſcœnas matris partes, & ſi quid eſt his in corpore muliebri abiectius, ſpurcius, fœdiúſque, vultu & ore conuerrens ac circumlambens fœmina. mas enim ventrem & parentis abdomen conuerſum habet in vtero: fœmina ſitu diuerſo ita deprehenditur. vterque enim proditurus in lucem, totum corpus conuertere perhibetur; vt naturali partu in caput procedat, ſicuti doctiſſimi & accuratiſſimi Anatomici obſeruatum à ſe memorant: licet Columbus aliter ſentiat, tres omnes eſſe ſitus embryonis in aluo materno; quorum prior, eſt caput deorſum verſum; qui ſitus omnium frequentiſſimus: ſecundus, capite ſurſum elato; qui rarus: tertius tranſuerſim, qui etiam ſecundo rarior. Et his principiis ortus nunc ſuperbis, nunc efferris inſolens, nunc gloriaris, quaſi diuino ſatu editus; ac non materno inquinamento ſordidatus?

Ductus vrinarius.

Iouis.

Origo humana friuola & abiecta.

Arguitur humana ſuperbia, ex principiis.

Maris & fœminæ naſcentiũ modus diuerſus, & qualis.

Fœtus ſitus in vtero, qualis, & quomodo prodeat ex aluo.

CAPVT X.

SIVE LIBER VNVS:

De infantis in vtero materno procreatione, primùm ſummatim de noſtra ſententia.

VERVMENIMVERO præſtat de infantis conceptu, tunicis, vaſis conſequenter dicere, primùm ex medicorum decretis: poſtea autem ad philoſophos nobis familiares erit digrediundum. Vereor equidem ne multus ſim in percenſendo: ſed tamen res tam nobilis, tam mirifica, tam ſingularis, breuiter tranſigi nec poteſt, nec debet. Si quis autem eſt, cui breuitas grata ſit, ille ſic ex me accipiat: nam cæteris ampliſſimè poſtea fiet ſatis.

Ad conceptionẽ quæ requirantur.

Poſtquàm mulier viro congreſſa temperato temperata, aut intemperato contrariæ intemperici, ſed modicè oppoſita, certo & conueniẽti ad concipiendum tempore fuerit (eſt autem conuenientiſſimum omnium tempus, vt alibi dicetur, mox fluere ceſſantibus menſtruis: minùs aptum, in quo primulùm fluere occipiunt, minimè conueniens, & elephantiaſi plerumque obnoxium partum efficiens, medium menſtrui profluuij tempus, ideóque lege vetitum Leuitici 15.) tali, inquam, tempore legitimè obſeruato, ex illo congreſſu amicabili & expetito, confuſis, & ſi licet dicere, coëffuſis eodem momento amborum ſanis ac vegetis benéque coctis ac temperatis ſeminibus, atque in ipſum vteri ſinum (non autem in ceruicem, vt quidam malè ſenſerunt) depoſitis, deinceps inter ſe totis permixtis, tum loci calidi & membranoſi, tum ſeminis naturæ ac ſubſtantiæ craſſioris, denſioris, tenaciorí ſque ratione, quæ pars exteriùs vteri ſubſtantiam attingit, ea cogi & coagulari quodammodo incipit (vt in placentis, libis, caſeis, iuſculis, & aliis exterioribus rebus vuidis, pinguibus, humore quodam ſubactis, & vt loquuntur medici vulgares, malaxatis cernimus) ac velut cruſtâ tenui quadã, quorum intertori pelliculæ haud abſimili, vndiquaque circumcircà obduci, mox in membranam craſſeſcens, & cum vteri tunica de ſimilitudine naturæ contendens. ſic autem Ariſt. cap. 3. lib. 2. de genera. animal. Humidis corpulentiis cùm incaleſcunt, obducitur vt in pulte refrigerata, cruſtula. ſed de hoc poſtea. In hanc extimam & primam futuram fœtus tunicam (ſic enim longè meliùs & commodiùs, quàm in ipſam embryonis cutem carnémve) permulta quæ diximus alibi, matricis vaſa ſuis oſculis apertis corriuant, carne quadam adnatâ firmiter ſuffulta, ſimilia de ſe velut per quandam cõtinuitatem productura, & mutua ἀναστόμωσι inſerenda (cotylédones priùs nominabamus) tum ad fœtus nutrimentum, tum ad incrementum, tum ad vitam & temperationem conferendam, per venas & arterias tranſſumpto ſanguine benigno, ac ſpiritu vitali, atque vt dixerit aliquis, viuifico & ſubſtantifico. Per hanc autem tunicam non totam, ſed quibus partibus vaſa illam cribri inſtar pertuderunt, vterus annexum & appenſum fœtum alligat alítque, aduſque partus tempeſtiuum exitum: & eam quidem alioqui tenuem, licèt validam. niſi quà mutuis oſculis vaſa inſeruntur, vbi carnoſior & denſior eſſe ſolet, paritérque durior & aſperior & inæqualior: vt quadrupedum cotylédonas propiùs æmuletur. Non tamen vt ea inuerſa, intus demùm rubra, inæqualis, aſpera, foris autẽ læuis & plana futura, farcimẽ (vt aiũt) referat: vt inde ἀλλαντοειδὲς, tanquã farciminalis dici mereatur. ſed à priſcis Græcis nominum inuentoribus, χοριον ſeu χορίων, haud ſcio an à rotunditate & choro vaſorum vel tunicæ, & ſæpe χοριον nominatur: quòd χώρημα, locum & ſpatium fœtui det, vt Galenus lib. finir. medicinal. ſcribit. ſiue ἀπὸ τῦ χωρῦ, à capiendo & continendo. ſiue quòd alimentum fœtui χορήγῃ, ſuggerat & ſuppeditet. ὄμφαλος & μήτρα pariter à Græcis vocantur: & pari ſenſu, à Latinis numero multitudinis ſæpius ſecundæ aut ſecundinæ nuncupãtur, quòd editum in lucem infantem ſubſequi, aut ſecundo loco prodire ſoleant, ortu licet priores. iidem loci, & diminutiuâ formâ, loculi vel locelli vocitantur. Huic toti totum fœtum ambienti altera ſeparatim ſubeſt tunica, verè tuen

Tempus legitimũ coëundi, ad concipiendum.

Tunica extima fœtũ qui generetur.

A ſimili.

Cruſtula generatio.

Vaſorum matris ad chorion cõmune, & inde nouorum generatio, vſuſque.

Fœtus appenſio ex vtero per chorion, ità alimẽtum.

Chorij ſubſtãtia qualis.

Chorij differt ab allantoide, & vnde dicatur, atque eius ſynonyma.

Amnij natura, & vnde dicatur, vſuſque.

do fœtui & ipſa dicata, mollior candidior, & ferè pellucida, agnelli pelliculæ, & colore & mollitie ſimilis: ideo ἀμνειος, vel ut agnina (ἀμνὸς enim, agnus eſt; ἀμνὶς, agna) ipſi embryo contigua, & molliter quaquà versùm applicita: quò molliùs recubet, & quò ſit ab omni offenſa tutior. & verò prodeunti de corpuſculo ſudori, vel potiùs exudanti atque exudanti liquori, concretóque ex vapore (qui tamen ſudori perfecti animalis reſpondet) per tranſpirationem humori albicanti continendo, & innatanti, diligenter à Natura inſtituto amiculum ab amiciendo plerique noſtrorum vocitant. Sicuti & alia quædam tertia, inter duas illas dictas media membrana interiecta, tenuiſſima & longa teréſque, in medio craſſior, ad ſua extrema vteri cornibus illigata, contractior & acuminata, de femine muliebri habens originem: eâdem naturæ prouidentiâ in eum vſum comparata eſt, vt vrinam ſubflauam, per certum mox dicendum tubulum emiſſam excipiat, atque impurrem recondat, in ipſum partus inſtãtis tempus (calor enim natiuus dirigens ac moderans, excrementa illa putrere intus non ſinit) ne ſuâ acrimoniâ & mordaci contactu, tenello embryonis corpuſculo, cuticulæque molliſſimæ, & grauis & moleſta ſit. Inſtante enim partu, rupris calcitrando tunicis, tum liquor ille ſudorificus ex amnio, tum vrina de allantoïde profluens, exituro infanti viam lubricat humectando, oblinítque. Hanc autem tunicam vltimam, maiores noſtri ad extrinſecam formam alludentes, propriè ἀμνιον vocarũt, ὅτι ὁ τὸ ἀμνὸν ἔλκει, à ſpecie & figura hillæ, vel lucanicæ (endulliam vocant) ſeu botelli (bodinum vulgus noſtrate nuncupat) aut vt iſti vocant, farciminis: nempe inteſtini ſuilli, ſanguine, càrne, abdomine, adipe, ſale & aromatis, aliquando & lacte farti. Hæc verò tunica nõ totum, vt ambæ priores dictæ, embryon contegit: ſed ſummas & extantes partes tantùm; nempe caput, humeros, nates, pedes ſummo tenus attingit, in longum exporrecta, ſed in latum perparum diducta; vix ampliùs quàm quãtum nominis & ſimilitudinis ἀμνιακὸς ratio indicat. Atque hæ tres tunicæ fœtui in vſus dictos à parente Natura fabrefactæ ſunt, ſiue vni & ſoli in aluo matris concepto & genito; ſiue gemellorum aut complurium ſingulis, totidem ſpeciatim ac ſeparatim continendis ternæ neceſſariæ. licet Hipp. lib. de ſuperfœtatione, gemellis vnicum inuolucrum commune concedat & aſſignet. quod ſi quando contingat, monſtroſos edi partus ſeſe inuicem complicantes, & mutuò ſibi inhærentes neceſſe eſt. Albucaſis lib. 2. chirurg. Quotquot ſunt fœtus, continet eos ſecundina vna, & ſeparantur per ſiphac, diſtinguens inter eos ligatum in vmbilico cuiúſque eorum. vbi ait, Compertum habeo, quandam mulierem abortiendo emiſiſſe ſeptem; & aliam quindecim, omnes formatos. qua de re poſthàc. Excrementis alui colligendis nullum embryoni receptaculum fuit neceſſarium; quia quandiu ille aluo materna clauditur, nullo cibo peculiari fruitur, nec ore ſugit lac, vel alimentum liquidum capeſſit. licet Hipp. id viſus ſit aſſerere lib. de natura pueri, & lib. de carnib. qua de re nos poſthàc problema inſtituemus. ſed per maternas venas arteriáſque, tum in ſua ſibi inuolucra, tum in ſuum corpuſculum, ſanguinem alibilem & purum allicit, & in tuas ſibi venas recondit, nullo aut pauco reſtante excremento: quod fortè per totos geſtationis nouem menſes in inteſtinis aſſeruatum, aut paucioribus vtique menſibus intus collectum, ſtatim vbi in lucem prodiit, aluo citatâ deijcit, pici liquatæ quodammodo, aut fæci ſanguinis atriori, aut bili qualicumq. ſimile, aut alio quolibet colore vario, vt fors ferat; albidius, flauius, nigrius, pro materni temperamenti, pro natiui alimenti, pro ſanguinis alentis, & vis alteratricis diuerſitate modóque futurum. Ariſt. cap. 10. lib. 7. hiſtor. animal. de hoc infantis excremento ſic tradit: Excrementum reddunt infantes alij ſtatim ab ortu, alij breui, ſed omnes intra diem: quod excrementum, pluris (ſeu copioſius) quàm proinfantis magnitudine eſt. papauerculum hoc mulieres vocant (Graij μηκώνιον) colore cruentum, atque admodùm nigrum & piceum eſt, mox lacteum, iam & albidum redditur. Hipp. ad finem lib. de diæta acutorum, méconium eâdem ratione vocat: opinor, quòd papaueris ſucco, vel opio inſerato ſimile ſit. de quo alibi. Vt autem infans ore alimentum non capit, ſic neque ſpiritum ducit (licet item Hipp. aliter ſenſiſſe libris iiſdem videatur) calori cordis natiuo refrigerando, temperando, expurgando idoneum, vt de adultis antea diximus: ſed per communes & continuas ſibi maternas arterias diflatur, neutiquam adhuc reſpirationis indigens. Vt enim venas à matre, ſanguinis vectrices; ſic & arterias ſpiritus vitalis cum ſanguine ductrices accepit: quæquidem innumeræ de ſubſtantia vteri prodeuntes & hiantes, alias totidem de ſe & ſibi affines, continuas, aut certè contiguas emittunt; quæ primam & ſummam atque extimam eius tunicam & perforant & alunt, atque intimæ membranæ ſurculos peculiares dimittunt. reliqui autem & numero longè plures, & craſſitudine inſigniores, per internam ſuperficiem illius extimi inuolucri perfuſi ac perreptantes, tandem vno loco ſimul omnes, inſtar chordæ aut funiculi complicati & conuoluti, quatuor velut in truncos colliguntur. Non ſecùs atque in arboribus & plantis, numeroſa radicularum ſoboles, in paucas primùm radices, mox in vnum truncum coaleſcit. ſicque de venis omnibus, par venarum; de omnibus arteriis, vnum par arteriarum conflatur: aliquando vena vna, arteria item vna. Atque hæ quidem ſimul omnes, cum medio inter illas quatuor, vrinæ canali (quem ab officio, οὐρηχὸν, ἢ τὸν οὖρον χέον, quòd vrinam profundat, Graij vocitant) pertuſis ambabus tunicis communi membranula contectæ, ad vmbilicum infantis rectà & breui, quantum poſſunt (inſigni tamen & vtcumque oblongo velut fune nodoſo priùs effecto, & ad vmbilicum incidi ſolito) contendunt; ideo vmbilicalia ſeu vmbilica vaſa

Allantoïdis qualis, cum generatio, & vſus.

Cur vrina & ſudor embryonem non putrefaciant ſatim.

Vſus ſudoris circa embryi.

Allantoïdes unde dicta, cuiúſque figura & vſus.

N. ſingulis fœtibus ſpeciales tunicæ, contra Hipp.

Embryonum numerus.

N. fœtui nullum alui excrementum in vtero expelli-

Infans nihil per alium aluũ excernens, qualiter.

Infantis excrementum primũ quale.

Méconium cur dicatur.

N. infantem in aluo materna non reſpirare.

Contra Hipp. & quo perſpiret.

Venarum & arteriarum embryonis vaſa, & origo, productíque.

Vaſorum à tunicis embryonis collectio vnáque.

A ſimili.

Vrachus vnde dictus, cuiúſque ductus & inſertio.

Vaſa vmbilicalia quæ, & quorſum.

Digitized by Google

nuncupata. Quæ omnia vt fœtui, quandiu vtero geritur, neceſſaria ſunt: ſic poſtquàm in lucem prodiit, inutilia fiunt, & omnia areſcunt atque abolentur: ſic vt deinceps vix vlla omnium ſuperſint veſtigia, niſi quis pro ligamentis habere malit. Porrò is quem οὐραχὸν diximus, ad fundum veſicæ pergit (vel ſanè inde exoritur, vtrouis modo mauis) & in eam, vteri ſimillimus vt ſubſtantiâ, ſic vſu affinis, penetrat: vt acceptam hauſtámque ex eo veluti lacu vrinam, ad dictum ἀναστόμωσιν inuolucrum continuo ductu perferat. Venæ autem ambæ iam in vmbilico ipſo in vnam coalitæ, ad hepar infantis procedunt, in idipſum per rimulam quandam ferè mediam, ad ſimas eius partes inferendæ. forſan iecori tum primùm generando, profuſo de ſe & agglutinato ſanguine, concretóque eo παρεγχύματος (ſeu parenchymate) quo de ſuprà egimus. Sicuti demùm arteriæ geminæ, corpuſculum infantis ſubeuntes, ad lumbos perductæ primùm, dein ſurſum, vt credi par eſt, aſcendentes, atque ad locum deſtinatum perductæ, cordi de ſuo ſanguine compar & eiuſdem naturæ corpus architectantur, vt pariter tum de hoc, tum de pleriſque aliis partibus ſuprà oſtendimus. quamquam de facultate noſtri corporis architectatrice, aliàs poſthàc pluribus & ſpeciatim erit differendum. Neruos tamen embryo non à matre, vt venas arteriáſque; ſed à ſe ipſo, & de proprio habet cerebro ſpináque: vnde cerebri prærogatiua quadam ad alias partes nobiles inferri aſtruíque poteſt.

Vrachi ad veſicã ductus, & vſus, formáque.

Venarum vmbilicalium ad hepar in fœtu inſertio qualis, quorſum.

Arteriarũ vmbilicalium ductus, & inſertio, vſúſque.

Nerui embryonis vnde.

Tranſitio.

En tibi paucis, ni fallor, tota totius noſtri corporis in vtero materno fabrica: en partes, en partium origo, progreſſus & propagatio. de qua vniuerſa ſi quis volet pluribus & particulatim audire, attendat deinceps dicendis & citandis locis compluribus ſingillatim enucleandis, & à Galeno potiſſimè deſumendis, quem pleriique omnes ſequuntur. vnus Veſalius aliam init viam, vt patebit tum de hoc, tum de aliis, quos nobis in medium adducere & liberè expendere excuteréque deinceps viſum eſt.

De eadem fœtificatione, ſeu fœtus in vtero materno generatione, ex Galeni & aliorum opinione.

AVTHOR lib. de anatomia vuluæ inſcripti (quem Galenum diffitebar) de iſtis ſic tranſigit, vt quidem interpres conuertit: Reſtat vt proſequamur, quænam in prægnantis mulieris vulua oriuntur; quæ hæc ſunt. Primum eſt chorion, membrana vuluæ adhæreſcens: deinde membranæ quæ fœtum inuoluunt: tum ipſe fœtus: quorum ſingulorum ſpecies & natura huiuſmodi eſt. Chorion, multarum venarum & arteriarum contextus quidam eſt, interualla membranis obducta habens. Membranæ verò fœtum inuoluentes, duæ ſunt: altera toti fœtui circumiecta; altera eminentibus tantùm partibus, capiti, natibus, pedibus, duplex ſuperiniecta: amnion illam, hanc allantoïden vocant, quaſi inteſtinalem dixeris: inteſtino enim ſorto ſimilis cùm ſit, à figuræ ſimilitudine nomen accepit. albæ vtræque ac tenues, ſpecie aranearum proximè accedentes. Chorion vuluæ inhæreſcit hoc modo: Vaſa vuluæ in interiorem partem penetrant; ex quibus etiam menſes expurgantur; cùm fœmina conceptura eſt, ora aperiunt. Conceptionis verò tempus eſt, vel incipientibus, vel ceſſantibus menſtruis. Quamuis enim reliquo etiam alio toto expurgationis tempore, aperta ora hæc ſint: non tamen tunc concipere mulier vllo modo poteſt: cùm ſemen nequeat in vulua remanere, ſed ab influentis ſanguinis copia eluatur. At ceſſantibus vel incipientibus menſtruis, & ora aperta ſunt, & menſtruum non multum, neque vniuerſum, ſed paucum & paulatim effluit: quaſi ex humiditate quadam ſanguinea exudante. Vnde efficitur, vt ob aſperitatem vuluæ, ſemen adhæreat; ſatiſque alimenti ex ſanguinis confluentis paucitate habeat. Antè enim quàm menſes veniãt, conceptus fieri propterea non valet; quia & alimento caret ſemen, & adhærentiam nullam inuenit. Nam cùm eo tempore occluſis vaſis, læuis vulua relinquatur, defluit, neque vniri cum tunica eius poteſt. Aſpera ſiquidem magis idonea ſunt, quàm læuia, ad coaleſcendum. Vnde etiam ex inanimatis rebus (inquit Diocles) vt ligna & lapides, qui coagmentare inter ſe volunt artifices, ſi læuia ſint, atterentes priùs aſperare conſueuerunt. quinetiam labra, & palpebræ, & digiti, ſi vlceratio adſit, ſæpe inter ſe coaleſcunt; ſin ſecundùm naturam permaneant, vt ſunt, læuia; etiamſi ſemper coniungantur, numquam coëunt. Aſpera enim inæqualibus partibus interſe inhæreſcunt, atque ita vniuntur: læuia, cùm nullam firmam prehenſionem nanciſcantur, licet ab aliquo violenter compulſa ac coacta inter ſe fuerint, facilè abſoluuntur. atque hæc hactenus. Ex quibus perſpicuum iam eſt, chorion nulla alia re, quàm vaſorum orificiis, vuluæ inhæreſcere. quæ ſanè inhærentia hoc modo fit. Vaſi quod in chorio eſt, finis illius quod in vuluam emerſit, initium facit: vt duo hæc, vnum eſſe dicere quiſpiam poſſit. oribus enim vniuntur; atque alterum ab altero, vena (inquam) à vena ſanguinem, arteria ab arteria ſpiritum haurit. atque ita fit, vt tanta vaſorum chorij interualla ſint, quæ membrana intertexit, quantum inter ora vaſorum, quæ in vuluam aperiuntur, ſpatiũ intereſt. Adde quòd acetabula, firmum etiam ad vuluam vinculum efficiuntur. de quibus inter problemata, ſint nécne, poſtea diſceptabimus.

Allantoïdes vnde dicatur, & eius figura.

Chorij generatio & vſus.

Conceptionis legitimum tempus: & cur non ſtatutis menſtruis.

Conceptio cur ceſſantib. vel incipientibus miſſ. magis fiat, quàm quo modo.

Cur antè menſes conceptio fieri nequeat.

Aſpera magis coaleſcunt.

Ab exemplo.

Læuia non coaleſcunt, quamobrẽ.

Galenus autem certiſſimo & doctiſſimo opere de vſu partium, lib. 15. rem propoſitam ſic apertè & clarè demonſtrat. Quæ verò in animãte, dum vtero adhuc geritur, Natura machinatur ipſum conformans, & alimentum ac ſpiritum à matre educens, & loca excrementis comparans, explicare quidem apertè fuerit difficile: ſi tamen in diſſectionibus accuratè perſpexeris, admirari te ſtatim cogent. Toti enim ipſi, membrana tenuis vndique eſt circumiecta, quam ἀμνιον, id eſt amiculum appellant; fœtus verò

Chorion, quid.

Amnion, quale.

Chorij ad vterum matrem qui fiat, & vaſorum anaſtomoſi, ita explicatur.

Spatia vaſorum media qui obducantur.

Propoſitio.

Amnion quid, eiuſque vſus.

sudorem excipiens. Huic autem extrinsecùs tenuior alia incumbit, quam ἀμνιοειδῆ, id est, intestinalem nuncupant, in ipsius vesicam perforata; quæ & hæc in seipsa colligit vsque ad partum, ipsum verò fœtus lotium. His autem extrinsecùs in orbem chorion, id est secundæ sunt circumiectæ, matricem totam intrinsecùs subungentes; vt quod ipsis subest, nullo pacto matricem contingat; per eásque medias, fœtus matrici connectitur. In singulis porrò orificiis vasorum, quæ intrinsecùs in matricem pertinent (per quæ etiam sanguis menstruus in ipsam ferebatur) quo tempore vtero geritur, aliud vas gignitur, arteria quidem in arteriæ, vena verò in venæ orificio: vt sint ea quæ generantur, numero æqualia iis orificiis, quæ intrò in matricem desinunt. Colligat autem ea inter se tenuis quidem, sed fortis membrana; quæ extrinsecùs vasis omnibus circumhæret: partibus verò matricum internis inseritur. Hæc membrana omnibus matricis partibus, quæ sunt intra (seu potiùs inter) orificia, duplex subiicitur, producitur ac cum memoratis vasis omnibus progreditur vtraque sui parte, cuiúsque partem dimidiam connectiens: vt duplex hæc membrana, operimentum eis sit ac munimentum & ligamentum, tum inter seſe, tum cum matricibus virisque. Exiguum sanè est vasorum quodque, cùm primùm à matrice exoritur: cuiusmodi sunt arboris radices extremæ in terram defixæ: ex verò paululùm progressæ, per cõiugationem coalescunt; ex duobúsque vnum procreatur. rursúsque illorum singula cum singulis eiusdem generis coalescunt. fitque id perpetuò, quoad parua omnia, in duo magna coëant: quæ velut stipites quidam, fœtui per locum vmbilici inseruntur. Quatuor itaque hîc sunt vasa: duæ scilicet arteriæ, & venæ totidem, nullis diuersi generis inter se commixtis: sed venis quidem semper cum venis, arteriis cùm arteriis in idem coëuntibus. Proinde hoc Naturæ opus esse primarium tibi persuade, etiamsi nullus moneam. Quod enim cum tanto interuallo vasa quàm plurima inter se mixta ferantur, nunquam tamen venam arteriæ, neque arteriam venæ reperias insertam; sed semper vtraque vasa proprium vas agnoscant, eique soli vniantur, artis mirabilis, non fortunæ temeratiæ est indicium. Quòd verò per nullam aliam partem neque vena, neque arteria fœtui inseratur, quàm per solum vmbilicum (qui locum medium totius animalis obtinet, si Galeno credimus; de quo pridem diſseruimus) ne id quidem artem aspernandam indicat. Quòd autem neque venæ hepar prætergressæ, in aliud quoddam viscus infigantur; neque arteriæ aliò quopiam, quàm ad magnam arteriam, quæ ab ipso corde exoritur, ferantur; quomodo id mirãdum non est? Quòd autem non quoduis sit interuallum medium, neque in quemuis locum memoratorum instrumentorum vasa hæc inserantur; sed venæ quidem in partes hepatis simas; arteriæ verò in partem magnæ arteriæ, quæ est ad lumbos: ne hæc quidem artis contemnendæ sunt indicia, siquidem venas videre est statim vt vmbilicum superarint, inter seſe mutuò coïre, vnámque effici: quæ postea membranis fortibus connexita, corporibúsque vicinis colligata, ad viscus vsque vna ipsa, vt erat, progreditur. Oportebat enim ipsam priùs ad venarum principium in fœtu accedere; postea illinc in omnes partes distribui. Arterias autem oportebat & ipsas sanè in arteriarum principium, sinistrum videlicet cordis ventriculum inferi. Verùm cùm hic ventriculus à locis vmbilici longissimè sit dissitus; non erat tutum, eas velut pendentes tanto itinere sursum ducere. Quid igitur reliquum erat, quod esset melius, nisi per breue interuallum ipsas ducere ad eas quæ à corde exoriuntur? Nam à corde quidem maxima arteria exoritur: mediæ autem spinæ incumbit, omnem eius longitudinem occupans. Ad hanc igitur oportebat arterias applicare & cõnectere, quæ à matrice ad fœtum perueniunt. atqui & accedunt, & cum ea iunguntur. Videtúrne hîc quidẽ à Natura frustrà quicquam fieri? Cur igitur non per breuissimam viam eas deduxit ad magnam arteriam? etenim via breuior erat tutior, & Naturæ ipsi consuetior. an hîc quoque mirari oportet ipsius prouidentiam? Vbi enim nihil aliud ex via est commodi, breuissimam eligit: cùm autem ex viæ longitudine maior securitas, quàm ex viæ breuitate accedit; tunc Natura nõ dubitat longiore via circumagere. Ob eam certè causſam nunc quoque viæ compẽdiosæ quidem, sed periculosæ, lõgiorem quidem, verùm tutissimam videtur antepositisse. Noluit enim arterias rectas (seu rectà) ab vmbilico ad spinam ducere, siue duæ, siue vna factæ essent; nullà itineris parte in nullo instrumento conquieturas. Vt interim omittam, quòd locus hic ab intestinis & renib. iam occupatus fuerat. Cùm autem propinqua esset vesica, idque potissimùm in iis fœtibus, qui nuper concepti fuerint (in iis enim fundum vesicæ locis vmbilici adhæresci) facile factu erat, ipsis arteriis eâ vesicam conscendere, ac per totam ipsam, velut per descensum quendam, ad magnam vsque arteriam peruenire. Sed non ascenderunt eam simpliciter: neque enim stabiles potuissent sede conuexa inuehi, nisi vinculo quodam fuissent colligatæ. Quamobrem ipsas vtique membranis fortibus colligauit, vtramque parti vesicæ sui lateris connectens. Atque ita iam velut partes quædam, opinor, ipsius vesicæ vsque ad magnam arteriam tutò perducuntur. quæ igitur ad arterias pertinent, eâ fuerunt prouidentiâ comparata. At cur vena non in gibba hepatis, sed in sima inseritur? nisi quòd bilis receptaculum ibi erat locatum: satiúsque erat purgari sanguinem, priùs quàm in totum animantis corpus distribueretur? Cur autem ipsa in vmbilico statim in vnam est redacta, arteriæ verò longo itinere manent duæ: nisi quòd tutius erat, venas coalescentes vnum magnum vas efficere? minùs enim iniuriis est obnoxium, quod maius est. Præterea etiam vni hepatis parti eam inseri erat necesse: arterias verò, vt quæ ad vesicam minùs tutum habituræ erant vehiculum, neque statim ad cordis sini-

Allantoïdis vsus & officium.

Chorij natura, crassitudoque & generatio.

Membrana connectit vasa inter se, qualiter, & vsus.

Vasa vmbryonis quo modo coalescant. A simili.

Vasa vmbilica quot, & vnde coalita.

Vena non commiscet se arteriis, ac contra.

Vasorum insertio in fœtum quò fiat.

Vmbilicus nostris modum, an?

Vena & arteria fœtum quò feruntur, & vbi inseruntur.

Vena vmbilicalis fertur ad hepar embryonis, qui.

Sic arteria ad cor, quomodo.

Arteria magna incumbit spinæ.

N. atqui arteriam vmbilico primam cordi dedit origo gnam.

Lõgior arteria via, eadem tutior, qui.

Arteria vmbilicalis ascensus, quæ: & eius ligamenta.

Cur vena vmbilica inseratur sinui hepatis.

Cur vena vmbilica coalescant, arteria diuersi ungantur.

ſtrum ventriculum erant peruaſuræ, non erat neceſſe vnam effici. Omnino enim ſi & has ſublimes ad cor ſurſum Natura duxiſſet, vt venas ad hepar, protinus vtique & has vnam fecillet.

Vaſa vmbilicalia quot & qualia, & quò ferantur, & quem in vſum.

Quatuor igitur ſunt prædicta in vmbilico vaſa; duæ ſcilicet arteriæ, & venæ totidem; in medio ſui habentes οὐραχόν, id eſt vrinaculum. ſic enim Anatomici nominare conſueuerunt meatum, qui ex fundo veſicæ exortus, lotium in memoratam paulò antè tunicam inteſtinalem deriuat: quæ ita à ſimilitudine figuræ, quam cum inteſtinis habet, appellatur. Sex ex quatuor vaſis, quæ ſunt circùm vrinaculum, ſuperioribus quidem partibus ſunt venæ (ſurſum enim eas mox progredi ad hepar præſtiterat) inferioribus autem, arteriæ: etenim deorſum & has ferri veſicæ lateribus inuehendas erat melius. Protinus igitur vtrumque vaſorum iugum Natura loco opportuno collocauit, per quæ, velut per truncos quoſdam, fœtus trahit ex matrice ſanguinem & ſpiritum. Inter hæc verò omnia, & vaſa exigua, quæ in matricem ipſam inſeruntur, media eſt quædam velut truncorum radicatio. nominatur autem hæc radicatio, chorion, quod eſt, vaſorum multitudo membranâ tenui connexorum, quæ haud facilè numerare queas. Quòd verò duplex ſit hæc membrana, & cur, dictum nobis antè fuit. per mediam enim ipſam vaſa omnia feruntur, quæ ſecundis inſunt, colligata ſimul ab ipſa ac tecta. Reliquarum verò duarum, quæ inteſtinalis quidem nominatur (quam ad veſicam diximus eſſe pertuſam ad vrinaculum) ad vrinam recipiendam fuit comparata. Longè enim præſtiterat, fœtum non per pudendum, lotium reddere; ſed vt nunc habet, per vmbilicum. Poſtquàm enim totum ipſum membrana, quam amiculum nominant, complectitur, aliam humoris ſpeciem recipiens; non erat conſentaneum, eum humorem cum lotio permiſceri. Euidenter enim apparet humor is, qui eſt intra inteſtinalem, tum tenuior eſſe, tum flauior, tum acrior eo qui eſt intra amiculum: vt etiam hanc membranam diſſecantium, olfactum angat, eiſque horrorem incutiat. Quod igitur ſudoris inſtar, intra amiculum acernatur, in orbem fœtui eſt circunfuſum; quod cutim ipſius lædere haudquaquam poteſt. Seorſum autem lotium à fœtu eſt abductum ac ſeiunctum, neque cutim, neque venas quæ ſecundis inſunt, attingens, ne ab eius acrimonia, partes vicinæ læderentur. Vtilitas autem eſt non contemnenda eius humoris, qui intra amiculum continetur. fœtus enim in eo quaſi innatans, ſurſum tollitur ac vehitur, vt minùs ſit grauis iis vinculis, per quæ matrici cohæreſcit. Quæ res Hippocratem impulit vt diceret; Quæ ventrem ferentes, bimeſtres aut trimeſtres ſine cauſſa manifeſta abortiunt, iis acetabula mucore ſunt plena, neque poſſunt fœtum præ grauitate retinere, ſed ipſe abrumpitur. Acetabula vocat, vaſorum quæ ad matrices perueniunt, orificia (de quibus poſthàc ex profeſſo) dicens ipſa non poſſe fœtum vehere, neque geſtare, cùm mucore referta fuerint: ſed permittere ipſis præ pondere vt abrumpantur. Id certè omnibus ſemper accideret vterum gerentibus; niſi fœtus, humori, qui intra amiculum habetur, innatando, leuior fieret: ipſaque vaſorum cum matrice connexio minùs detraheretur. Qui verò ipſi matri leuiorem aiût eſſe fœtum, quòd ipſe humori, qui eſt intra amiculum, innatet, ridiculi planè ſunt; non intelligentes, ipſum quoque humorem à matre geſtari. Accedit autem & alia quædam iis humoribus communis vtilitas, quo tempore animal paritur: fœtus enim faciliùs collo matricis elabitur, cùm ipſe humore multo perfunditur: quod ei tunc accidit, propterea quòd neceſſe eſt tum membranas rumpi: Non modò enim humor iſte fœtibus lubricandis confert; ſed collum etiam matricum ad maximam dilatationem reddit facile. à prædictis enim humoribus humectatum, mollius redditur, dilatatúrque faciliùs. Comprobant autem quod dicimus, nõ minimum ipſæ obſtetrices: cùm enim repentè ac ſimul humor effluere occuparit, ipſæ Naturam imitari coactæ, humores quoſdam habent, quibus collum matricum perfundant. Omnino enim Naturæ opera ſunt opulenta: aburitur enim ipſa in melius, omnibus iis, quæ alioqui neceſſariò erant comparanda. Pari modo iis humoribus, quos propter fœtum procreare omnino oportebat; tum ad fœtus, dum vtero geritur, vecturam indolentem eſt vſa: tum etiam vt in partubus celeriter excideret.

Allantoïdis vſus.

Amnij vſus.

Qualis humor amnio & allantoïde contineatur, & differentia, atque receptacula, & vſus.

An fœtus ſudori innatans, ſit leuior? N. non ſit veriſimile.

Abortus cauſſa, mucus cotyledonum: & quid acetabula.

Allantoïdes vnde dicatur.

Chorion, quid, eiuſque vſus.

N. at nõne ſudori innatat iis, quibus aquatilia mouere replentur?

Fœtus non ſit matri leuior, quòd ſudori innatet, fœtus.

Alimi vſus liquorem fœtus.

Obſtetricũ induſtria in humectando vtero.

Natura ſollertia in vſu & abuſu.

Idem verò Gall. artificium generationis tunicarum & vaſorum embryonis repetit lib. de fœtuum formatione, initio ducto, & orationis occaſione petita ab illa Hipp. hiſtoria, quam alibi antehàc citauimus; de genitura ſex dierum ex vtero pſaltriæ prolapſa: neque ideo nunc repetimus. vbi tamen de ſerie modóque generationis & formationis ſingularum partium embryonis, multa legi poſſunt cum voluptate & vtilitate maxima alibi à nobis aut iam commemorata, aut ſanè reperenda. Non tamen omitti debet ex libro de ſemine diligens harum tunicarum & vaſorum, atque embryonis in illis reconditi conſideratio; quæ ferè ſic habet, non de verbo ad verbum, ſed ſi ſummatim libet ſubducere, & veluti diuulſa ac diſſipata Sibyllæ folia colligere atque compingere; initio à Platonis ſententia ſumpto. Vterus muliebris, quaſi quoddam procreationis appetens animal, ſemẽ viri ad ſe attrahere, illúdque complecti & continere conſueuit; & leui quodam motu contractionis, velut conuulſus, illud intra ſe arctè cõcipit & retinet, vndique illi circumiectus: præcipuè cùm nuperrimè ceſſarunt menſes; quo maximè tempore genituram vteri recipiunt, ex quo, conceptio à mulieribus dici conſueuit, illa ſeminis dicta comprehenſio. quo de locis profluente ac procidente, nulla vnquam hominis, imò nec cuiuſlibet alius animalis futura eſt generatio. licet Peripateticis quibuſdam aliter viſum ſit: maris ſemen in vuluas muliebres receptum & iniectum, menſtruo principium motionis præſtare tantùm, ac deinde excerni: nullámque partem corpore conceptorum fœtuum

Vterus, quaſi animal, quomodo ſemen alliciat, & cõtineat.

Tũpus conceptionis accõmodatum: & vnde ducatur cõceptio. Gr. σύληψις, id eſt, comprehenſio.

tuum ſubſtantiæ effici. cùm tamen Arist. lib. de genera. animal. ſcripſerit: Sed accidit, quemadmodum conſentaneum eſt, quoniam mas formam & principium motionis, fœmina corpus & materiam exhibet: ſicut in lactis coagulatione, corpus eſt lac; coagulum verò, eſt quod principium concretionis præbet. ſed de Ariſt. iam antè, & rurſum poſtea. neque nũc obuiam rurſus hoc loco ab Hipp. repetitam de pſaltriæ ancilla hiſtoriam commemorabo, ad verbum iterum à Gal. hîc adſcriptam; & alibi à me, vti dixi, expenſam. illud autem pro confeſſo aſſumam, & continuata oratione demonſtrabo; Manere à conceptu ſemen in vtero, membranáque totum accuratè circumdari. quæquidem in diſſectionibus vuluæ facilè apparet, illis tantùm in partibus annexa, quò venarum orificia pertingunt: alibi appoſita quidem vtero, ſed non coniuncta. Continuum enim ſibi ipſi permanens ſemen, quo tempore à vulua attrahitur, cùm ab omnibus eius partibus ſimili modo appetatur, extenditur ac dilatatur; deinde lentore ac craſſitie, calidorúmque corporum adhæſione facilè aſſequitur, vt membranam eam contrahat; non ſecùs atque iſta, quæ extra corpus à dulciariis piſtoribus conficiuntur, quæ liba, placentæ, cruſtula & bellaria appellantur. Talem quandam intra corpus Natura ex ſemine, qualem extrà dulciarius piſtor ex pulte cruſtulam ac membranam obducit: quippe cùm ſemen latiùs diſtendi cogatur, ab omnibus vuluæ partibus appetitum. quamquam dum intenditur, periculum imminet ne diuellatur. quod ſæpe fit, cùm & ipſum humidius imbecilliúſque eſt; & fortiter à multis ſimul partibus diſtrahitur. quod ſi contigerit, defluit atque excidit, diſſolutáque continuitate corrumpitur. ſi contrà, extenſionem illam tolerauerit, vt non diſcerparur, lentum quippe eſſe oportet, multum ac craſſum; ſtatim tota exterior eius pars, quæ vuluam attingit, in membranam concreſcit: quæ ab ipſa tamen vulua, ſicut cruſtulũ à ferreo inſtrumento, ſeparata eſt. fieri enim nõ poteſt, vt læue corpus læui, vllo modo copuletur. cuius rei inde maximum argumentum haberi poteſt, quòd qua in parte, aſpera eſt vuluæ tunica, hoc eſt in venarum orificiis, ea in parte tantùm connexa eſſe conſpicitur. Quãtacumque igitur ſeminis pars vuluam attingit (non poſſet tamen tantilla ſeminis virilis portio totum vteri fundum interius oblinere, niſi fœmineum illi occurſaret, & vim atque copiam augeret) ea ſtatim membrana efficitur: reliquum autem omne, facultates ac vires inſitas habet; attrahentem alteram, ſibi accommodata quâ contineret, immutarétque materias, cibúmque ſibi præpararet; aliena alteram & ſuperuacanea excernentem; materias itẽ habet proprias, quas attrahat à vulua, ſanguinẽ & ſpiritum, per orificia videlicet, quibus connexum eſt. nam per membranam nondum duram effectam, citò id fieri deſiſtit. Simul enim & ea quæ à vulua amandantur, per vaſa attrahuntur, & mẽbrana ſubinde magis ac magis indureſcit, & demùm ad perfectam duritiem venit, continuatúrque tota circumcircà fœtum cõprehendens. ſolæq. illæ partes perforatæ relinquuntur, per quas materiarum tranſmiſſio fit. Nam cùm nullo vnquam tempore quieſcat attractio, mẽbranæ foramen ſemper manſit, neque conſolideſcere vnquam potuit. Naturâ quippe comparatũ eſt, vt nihil cum alio coïre ac iungi queat, ſi aſſidua motio quæpiam interceſſerit. At verò non modò membranæ hoc foramen non coaleſcit: verùm etiam pro ratione multitudinis, quæ intrò fluit, prorſus laxatur. Quamuis enim ſemper alimentum tranſeat; non æquali ſemper multitudine influit: propterea quòd neque ipſum id quod alitur, eãdem ſemper magnitudinem ſeruat, ſed aſſiduè augeſcit. vt neceſſe ſit, pro augmẽti portione, materiarum multitudinem, ſanguinem ſcilicet ex venis, ſpiritũ vnà cum ſubtili admodùm & pauco & calido ſanguine ex arteriis influere: atq. ita diutinâ perforatione canaliculatam (vtor pro more, verbis qualibuſcunque interpretis) ac perfectam viam in vaſorum inſtrumentum euadere.

Vbi igitur in vuluæ fundũ incidit ſemen, neq. ipſã totã poteſt aſpergere, vtpote quę proceſſus, quaſi cornua quædã vtrinq. habeat; hãc partem altero, hoc eſt fœmineo ſemine ſubleuit Natura: In hæc enim cornua, vnũ ex vtraq. parte ſeminariũ vas cõmittitur, ex fœminæ teſtib. procedẽs. Cùm igitur ſub idẽ tẽpus, vnà cum mare, fœmina ſemẽ emittit; per vtraq. hæc cornua ciaculatũ ſemen fertur in mediã vuluæ cauitatẽ, ſimúlq. & humectat vias, & ad ſemẽ vſq. viri peruenit, cũ eóq. miſcetur: atq. ita fit, vt vtraq. hæc ſemina inter ſe mẽbranulis copulẽtur: quas ſcilicet fœmineũ propriâ ſuâ progreſſione tũc effecit ſemẽ: vt totã genituram cõplexum, hũc vſum fœtui exhiberet, virilq. eſſet alimẽtum, tenuius enim ipſo cùm ſit & frigidius, accõmodatius ad alimẽtũ præſtandũ, quàm quippiã aliud eſt. Quẽ verò vſum ex mẽbranæ huius generatione exhibeat, explicare diligẽtiùs neceſſe eſt. Vniuerſã genituram cõplectẽtem membranã ſibi copulatã annectit primùm cornibus; deinde toti reliquo vẽtri ipſius vuluæ cõiungit. Omnes ſiquidẽ vuluæ partes ſemen cõplecti mirificè appetũt, necdũ ramẽ id poſſunt, cùm lõgiùs abſint, quàm attingere ipſum queant. Verùm dum poſt aliquot dies, & ſemẽ augetur, & vulua ſubinde magis ac magis conſtringitur, fit vt modò illa pars voto potiatur ſuo, hoc eſt, ſemẽ comprehendat. Nam cùm mollis adhuc quæ cõtinet ſemen, mẽbrana ſit, & vaſorũ orificia aperta, his vulua mẽbranã arripit, non ſecùs ac polypi acetabulis perquàm ſimilia, vt nomine etiam nõ alio appellentur, de quib. poſtea dicetur. Quodcumq. igitur ex his orificiis attigerit ſemẽ, ſtatim alimentũ per illud ad ſeſe attrahit, mẽbranã ea in parte, vtpote quæ recens ac tenera adhuc ſit, parefacto foramine aditũ præbente: quodquidẽ foramẽ poſtea temporis proceſſu, vas etiã ipſum efficitur, vteri venis coalitũ ac ſimile. Atq. hoc in prægnãtiũ animaliũ diſſectionib. tibi licet contẽplari; vbi vnà cũ arteriis & venis, exteriorẽ fœtus mẽbranã videbis. hanc, chorion appellãr, per quã arteriæ & venæ penetrãtes, materias è vulua ad fœtũ trãſ-

Mas, principium motionis, fœmina præbet materiam. *A ſimili.*

2. Cherij à ſemine generatio quâ fiat, eiuſque modus.

Seminũ in vtero extẽſio ad chorij generationem. *A ſimili.*

Semen diſtractum rumpitur, quî: Et quid inde ſequatur.

Semẽ quomodo in mẽbranã concreſcat. *A ſimili.*

Chorĩ obi adhæreat vtero, & quare.

Seminis vtriuſque effuſio, & eiuſdem facultates.

Semen trahit ad ſe ſanguinem & ſpiritũ, quorſum.

Chorion quâ ſit ſeminum aut diuiſum, & quare.

Motio prorſus impedit coïtionẽ.

Sanguis & ſpiritus quo modo ad chorion accedat.

Chorij foraminum cauſſa.

Semen vtriuſque ſublimit vterũ: fœmineum autem, eius cornua, quo modo.

Seminũ vtriuſq. permixtio, & fœminei quî effundatur.

Seminis fœminei vſus ad conceptionem, & vtriuſque comparatio.

Chorij generatio, & modus materiáque.

Chorij alimentum & incrementũ quî fiat, & quâ.

mittunt. Alteri membranæ, quæ ad cornua pertinet, ex figura nomen impoſitum eſt: ſimilis enim cùm ſit ἀλλάντι, hoc eſt inteſtino farto, ἀλλαντοειδῆ ab eo deductam appellationẽ ſortita eſt, quaſi inteſtinalem dicas. cuius vſus qui fœtibus exhibetur, primis quidem diebus talis eſt, ſicut modò dixi: poſtea verò dum paululùm augentur, vt humidorum excrementorum partem alteram recipiat. Sic igitur chorion, primùm ſemini circumpoſitum, atque vnà cum ipſo, inteſtinalis membrana orta eſt, quæ & chorij generationem adiuuaret, & poſtea iam formati animalis vrinam eſſet exceptura. Neceſſe quippe erat, vt concepto animali, tot ac talia excrementa exiſterent, quot ac qualia fieri abſoluto iam à vulua fœtui conſueuerunt. Ac cùm membra omnia formata ac diſtincta iam ſunt, non tam vrina, quàm ſtercus excernitur. ſtatim verò à principio, ὴ toto fœtu exhalat vapor, qui ſudori perfecti animalis proportione reſpondet. Cùm igitur huic quoque excremento membrana aliqua, quemadmodum vrinę, inteſtinalis eſſet fabricanda; ea extitit, quæ ἀμνὸς appellatur, totum vndequaque fœtum circumplectens. nam inteſtinali, quamuis ea priùs quàm amnios extiterit, ad tale miniſterium vti noluit Natura; partim quia tenuis atque imbecilla erat, vtpote quæ è ſeroſiore ſemine eſſet effecta; & oportebat valida quadam craſſitudine conſtare membranam illam, quæ fœtum eſſet contentura, vt nõ ſolùm ſudoris receptaculum efficeretur: verumetiam membrorũ futuris motionib. poſſet reſiſtere: partim quia erat anguſtior, quàm vt totum fœtum valeret in uoluere. Sed diceres, Cur latiorem eam Natura non fecit? Propterea quòd ſcilicet fœmineum ſemen multò minoris eſt quantitatis, quàm maris. Non poterat igitur & in latitudinem, & in longitudinem extendi inteſtinalis: ſed longa neceſſariò, cùm vtriſque vuluæ cornibus appenſa ſit, extitit, atque ita & meritò & neceſſariò anguſta euaſit. vnde cùm talis eſſet, atque inſuper tenuis; conſentaneum fuit, vt membranam, quæ vaporoſas exhalationes exciperet, latam ac craſſam in primo ſtatim conceptu, Natura, genituræ quæ ob calorem erat exhalatura, circumponeret: nulláque alia, prætet has, eſt membrana, quæ in primis ſtatim diebus neceſſariò generetur. neque enim ad omnes procreandas, ſeminis ſubſtantia ab initio ſatis fuiſſet. ſed tempore procedente, ſemẽ, fœtus iam efficitur, continuóque alimento augeſcens, maximam tunc molem adeptum eſt, cùm cor à iecore iam diſpertiri, ipſúmque per ſe proprio munimine inuolui opus eſt. quum item ventri obducenda eſt abdominis membrana, & thoraci ſuccinctoriũ ſubſternendum. ſub id tempus quoq. & cerebrum geminis & membranulis, & medullam dorſi tertia alia operiri neceſſe eſt. Necnõ toti fœtui tota exterior corporis circumſcriptio membranea eſt euaſura: vt & ab excrementis, quæ cõtentura erat amnios, proprio atq. innato tegumento fœtum defenderet, & poſtea carnea aggenerata ſubſtãtia, cutis efficeretur. Atque ad hæc quidem omnia fabricanda, lentâ ac tenaci ſeminis parte vſa eſt

2. *Allantoïdis generatio quæ ſit, eiuſdemque vſus.*

Similia embryonis ũe excrementa, quæ & natorum.

Stercus, vrina, ſudor embryonis, eorúmque receptacula.

3. *Amnij vſus & natura, eiúſque ab allantoïde differentia.*

Allantoïdes tunica cur anguſta, & longa.

Amnios tunica cur laxa & denſa, & quorſum.

Cur non plures tribus ſint tunica.

Semen ſit fœtus, poſt generatas tunicas, & quomodo augeſcat & informetur per partes.

Partiũ fœtus generatio & diſtinctio, quæ ſint.

A Natura: reliquam craſſiorem ac terreſtrem, minúſque ad diſtrahendum idoneam, in oſſium ſede depoſuit: vtpote quæ vniuerſum ſimul fœtus corpuſculum, nulla in parte otioſa formabat. Iam verò cùm tertium fœturæ tempus aduenit, omnes ſeminis ſubſtantiæ, partes delineatas diſtinguere diligenter, ac membra hæc abſoluere nacta occaſione Natura conſueuit. Aggenerauit igitur ac circumiecit omnibus oſſibus carnes, ſimúlq. ipſa, pinguiſſimâ quáq. parte ſuctu extractâ, terreſtria atque arida, necnon pinguedine omni prorſus carẽtia reddidit: atque ex eo quod extraxit, lentum ac tenax ſingulis & in capitibus colligamina, quibus inter ſe connectũtur, & in lõgitudine circùm vndiq. tenues mẽbranas produxit, quæ circumoſſia, hoc eſt inuolucra oſſium (Græcè ὀστέινα) nuncupantur: quib. ſcilicet carnes aggenerauit. Vſáque eſt ad oſſiũ procreationem, caloris maximè facultate, qua torreret ea, ac prorſus arefaceret. Id quod melius ſanè ipſis fuit, tum quia dura eſſe debebãt, tum propterea quòd omnis quæcumque inerat pinguis pars, quaſi efferueſcentium ſpuma quædam, effundi atque exprimi ita maximè poterat. Qua verò in parte carnes priùs quàm inuolucris membraneis operiret, ſuperinduxit, ea in parte minùs aridum'os totum effectum eſt. ſed tamen ipſa Natura ab inuolucris membraneis
C tenuia quædam tegumenta carnibus protraxit. Quinetiam neruum in ſubtiliores telis araneis priùs fibras diuiſum, in vnamquamque huiuſcemodi membranã diſperſit. Simili modo quoque ex ligaminibus fibras tenuiſſimas immiſit: quæ vtraque fibrarum genera, carne ſuperinducta, in vnum coniunxit: éxque toto hoc inſtrumẽto, in quo hæc machinata eſt, muſculũ: ex eo verò quod eſt fibrarũ coïtione conſtitit, tendonẽ effecit. Ac ligaminum quidem non paruam partem in muſculos indidit: neruos verò non tam in muſculos, quàm in omnia viſcera ſimili diſtributione diſpenſauit. Iã verò fibrarũ aliud
D quoq. genus eſt tum in vẽtre, tum in inteſtinis, tum in vtriſq. veſicis, in vuluis etiam & corde, quæ è ſemine ortum habent: quibus quidẽ venulis, totum viſceris corpus, quod etiam ipſum è ſanguine generatum eſt, quibuſdã quaſi crinibus circũdatur. Omnia enim quæ carneam ſpeciem præ ſe ferunt, è ſanguine cõſtiterunt. quæ membranea ſunt, à ſemine fuerunt producta. Atque iccirco quæ à ſanguine ortum habent, ſi corrumpantur, vtpote quibus materia generationis copioſa ſuppetit, facilè, quæ è ſemine, vel nũquam, vel rarò admodùm rurſus gigni ſolent: quamquam efficiens ſeminis ipſius cauſſa perfectis animalibus ineſt. nam neque deſeruit
E animal: neque ſuarum facultatum, quas inſitas habet, oblita eſt Natura: quas quippe cùm non aliunde acquiſiuerit, ſed ex ſemine habuerit, amittere nullo modo poteſt. Atque hæc ferè ex Gal. conquiſita ſunt à me & variis ex locis collata de tunicis embryonis teſtimonia, iam authoritate & vſu apud pleroſque recepta & confirmata. antequàm autem ad alios tranſeam, volo de ſemine ad allantoïden poſt partum inuento, ſubiicere ex Galeno, quod paulò antè memi-

Memoranarum generatio vnde.

Carnis & oſſium generatio, & aliorum.

Oſſium natura.

Nerui & membranæ generatio inſertióque.

Fibrarum generatio.

Muſculi compoſitio, & tendinis.

Fibrarum origo, & vſus.

Carnea de ſanguine, membranea de ſemine, genita: illa reparari poſſunt, hæc minimè, cur.

Facultates Naturæ comites, vnde.

Tranſitio.

Digitized by Google

Semen viri in vteri capacitatem, item ſeminæ profundit.

neram, vbi aduerſus Fernelium, ſem. virum profundi aſſeuerabam, non modò ante conceptum, ſed etiam in grauidis, vt de ſuperfœtatione docui; & à muliere adeo ipſa quouis tempore.

Semen albidum inhæret allantoidi, vnde.

Viſum ergo nobis, & auditum frequenter à mulierculis, & à Galeno ipſo iampridem obſeruatum initio lib. 2. de ſemine; In exitu infantis, multo & albido ſemine tunicas, præcipuéque inteſtinalem, velut rore quodam denſo cõſpergi. vt indicio ſit argumentóque certo, ſemen mulieri etiam grauidæ in vteri capacitatem à ſeipſa profundi. Qua de re percunctantib. mulierculis; ita rem teſe habere aſſeueraui; quæ falsâ & inani quâdam matronarum narratione perſuaſæ, ex pridiani cibi reliquiis illud eſſe ſuſpicabantur; ſi fortè lac, aut oryzam, aut alicam, aut pulticulam, aut hordeatum, aut auenatum, ſimiléve edulium aut ferculum colore album ſumpſiſſent. Ex quo Galenus allantoïdis originem à ſolo fœmineo ſemine repetit: quippe cùm vtriſque anguſtiorib. extremis ad cornuum inſertionem in vterum alligetur, vti nuper demonſtraui. Non parua (inquit ille) ſeminis copia in iis interdum conſpicitur, quæ iamdiu conceperunt, & grauidæ ſunt. in quibus videre manifeſtè poteris in oblongis proceſſibus, quæ ſcilicet cornua appellant, humorem ſerosum craſſum contineri: ad quem locum, inteſtinalis membrana allantoïdes nuncupata, craſſiórque genitura applicatur. Atque hìc demitari eos conuenit, qui extra vuluã, ſeminarij meatus orificium apertum eſſe dicunt. hæc Galenus, Fernelij obſtinatam cum nonnullis opinationẽ vaticinando notans. Ariſtoteles autem cap. 4. lib. 7. hiſtor. animal. pridem ita ſcripſerat; Plurimis ſi concubuerint menſe octauo, infans mucore oppletus exit. eſculentorum etiam, quæ mater comederit, ſæpe gerulus venit in lucem. & ſi ſale immodicè vſa eſt, ipſe ſine vnguibus naſcitur. ſed de his hactenus: redeo ad tunicarum embryonis numerum.

Semen mulier etiam grauida vtra ſeſe profundit, & ſigna.

Mulierculæ rum error.

Allantoïdis generatio ex quo.

Semen in vteri cornibus, vnde: & allantoïdis generatio

N. G. mulier effundit ſemẽ in capacitatẽ vteri.

Infans mucore obſitus, vnde.

Infans quãdo ſine vnguibus nascitur.

Pollux lib. 2. onomaſtici, non vt medicus, ſed vt diligens antiquitatis obſeruator, ita ſcripſit; δὸς δὲ καὶ τῷ ὑμένι χιτῶνες εἶναι· ὧν τὸ μὲν ἐνδότερον, ἀπόκριμά τι καὶ μαλακώτερον ὄν, ἄμνιον ἐμπεδοκλῆς καλεῖ· τὸ δὲ ἔξωθεν ἐπ' αὐτῷ, τὸ πρὸς τῇ ὑστέρᾳ, χόριον ἐπωνόμασται· οὗ καὶ ὀμφαλὸς ἐμπέφυκεν. id eſt, Duo autem circa fœtum inuolucra ſunt: eorum quæ in interiore parte ad fœtum eſt, tenuius & mollius, amnion (quaſi à mollitie agninum dicas) Empedocles vocat: quod autem in exteriore parte ad muliebres locos eſt, chorion dicitur: cui vmbilicus fœtus annectitur. Plinius lib. 15. cap. 22. hoc binario numero contentus fuit: Nec non & honor nucibus iuglandibus naturæ peculiaris, gemino pro teſtis operimento; puluinati primùm calycis, mox lignei putaminis quę cauſſa eas nuptiis fecit religioſas, tot modis fœtu munito. quod eſt veriſimilius, quàm quia cadendo tripudium ſonúmve faciant. hæc mihi de priſcorum dicta ſint hanc in rem opinionibus.

Fœtus inuolucra duo, qualia.

Iuglãdium tunica duæ, honor vnde, & cur nuptiis ſacra.

Sic fœtus duæ tunicæ.

Empedoclis verò ſeu veterum cuiuſpiam de tunicarum embryonis numero ſententiam, noſtri temporis accuratiſſimus anatomes indagator & illuſtrator Andreas Veſalius arripuit, fortè non tam ſtudio antiquitatis refellendæ, nec tam Galeni ſententiæ impugnandæ & euertendæ cupiditate (cuius illum κακοζηλίας & φιλονεικίας nonnulli accuſant & inſimulant) quàm rei perſpectæ fide ac perſuaſione inductus. vt tamen nos deinceps ad attentiorem inſpectionem, quàm ad nudam credulitatem magis ſtudioſos & circumſpectos reddat. Sic ergo ille cenſet, & iam quibuſdam ſequacibus ſuis, potiſſimùm Italis neotericis perſuaſit; veteres ſenſiſſe, duas tãtùm eſſe fœtus tunicas; exteriorem, quam ἀμνιον denominat; quòd inuerſa, quandam farciminis ſpeciem referat. Quæ tamen ſimilitudo admodùm leuis eſt, & vix alia re, quàm colore ipſo cruento, & carnoſa quadam inæqualitate aſpera, botulum Martiali dictum, ſiue tucetum repræſentat. Altera illi, quæ & interior, ἀμνιὸς vel ἀμνὶς denominatur, ob mollitiem candorémque ab agno deſumptam. De re inter nos hac in tunica poſteriore conuenit, & inter priſcos omnes. ſed potiùs (quod ad nomen attinet) maſculino genere, & ſine diphthongo, ἄμνιος χιτὼν videlicet dici videtur debere. Verùm vt in numero, ſic in nominibus non vſquequaque conuenit: quam enim ſupremam omnium ſpeciali nomine χοεὶον omnis antiquitas vocauit, ille ſynonymo quodam, χόρνιον pariter appellauit: quod me non memini vſquam legere: cùm ſit hoc poſterius, velut prioris etymon atque interpretamentum: χοεὶον, & χόρνιον, ἴον τὸ ἐμβρυον χορῇ, velut conceptaculum, quia fœtum continet, vt ex Galeno expoſui. neque tamen communi nomine, toti illi inuolucrorum ſubſtantiæ aut compagi, vt bonus Veſalius tradit: ſed ſpeciali ad primam & extimam membranam ſignificãdum. Liceat illi tamen pro arbitrio loqui ac denominare. hoc potiùs intereſt noſſe: an duæ omnes ſint embryonis in vtero muliebri tunicæ. tres verò reperiri, neque idem ille diffiteatur: licet Fallopius eius diſcipulus, ipſo magiſtro audacior & confidentior, perneget. ſed duas ſæpius ſolas inueniri, hoc iſthuc eſt quod Andreas contendit: non modò vt in re, ſed etiam in numero ac nominibus, à tota antiquitate, & à communi medicorum conſenſu deſciſcat: in vſu tamen cõueniat. Geminum enim fœtus excrementum, alterum flauum & acre, quam vrinã ducimus, procul ab embryo, inter primam & ſecũdam tunicam, ab vracho deuectam, vagéq. fluctuantem recondi: alterum album, craſſum, minùs mordax, inter ipſum embryon & interiorem tunicam contineri profitetur. neque de modo generationis vtriuſque, vel cõnexionis, à cæteris diſſentit: ac rem ſimilitudine illuſtrat à bombycib. petita; quos geminæ tunicæ ambiunt. Syluius tamen acerrimus Galeni propugnator, contra Veſaliũ, ceu Veſanum quendam, ſic inſurgit, depulſione 28. Ad membranas fœtum ambiẽtes calumniatoti omnino ignoratas, & tamen in his Galenũ iniquiſſimè accuſanti, oratione conuerto. Chorion, extima fœtus mẽbrana, ex ſemine tũ virili, tũ muliebri cõflata, toti internæ vteri & cornuũ eius ſuperficiei ſubtenditur; & omnibus vteri

Veſalius duas in fœtu tunicas agnoſcit tãtum.

Allantoïdis vnde dicatur.

N. malè cũ priſcis conſentit Veſalius.

Amnios cur dicatur.

Veſ. error in voce & appellatione.

Chorion vnde dicatur.

Chorion quid Veſalio.

Dubia quæ ſint.

Andantiõm embryonis tunicæ.

Veſalius ab antiquitate diſſentit de tunicis fœtus, & excrementoriõ receptaculis.

Syluij cum Veſalio certamẽ acerrimum.

Chorij generatio & expãſio nexuſque, & vſus.

& cornuum cotylédonibus adhæret; alicubi etiam ipſi vtero inter cotylédonas, ſed leuiter. Eodem membrana cum fœtu augetur, cum vteroque extenditur, ac fœtum totum inuoluit; etiam quà os eſt vteri, vt Gal. probat lib. de anatome vteri, de fœtus formatione, de ſemine, lib. 15. vſ. part. id quod in omnibus fœtibus in vtero mortuis, nec abortitis, ſemper veriſſimum obſeruaui, non in muliere tantùm, ſed etiam in boue, oue, ſue, cane, & alijs. Quòd ſi chorion facit ſemen virile, quà vteri ſuperficiem ſubungit totam; & muliebre, quà id cornua ſubungit; tota hæc tunica omnino fœtum totum ambit. Calumniator autem neſcio quibus ſpectris deluſus, aut fortaſſe eo chorij habitu, qui à partu apparet; negat totum ambire fœtum, ſed tantùm à xiphoide ad ilia: Quomodo (inquit) circulus ligneus latus vaſa vinaria circundat (clariùs faſciæ amplæ modo dixiſſet.) in muliere enim & vacca & oue & ſimilibus, vidi ſemper chorion totum toti internæ vteri ſuperficiei contiguum, vndique fœtum ambire totum. Quòd porrò chorion mulieris enixæ ſolum viderit calumniator, hinc etiam apparet, quòd ipſi tempore partus, craſſitiem det pollicarē: cùm reuerà conſtet membranis duab. chorion, inter quas vaſa feruntur: quarum interna ſit tenuiſſima, externa aliquantò craſſior, ſed mollior, & cruētatæ papyro bibulæ, craſſitie, mollitie, colore ſubſimilis. Allantoïdes, ſecūdum fœtus inuolucrum malè Galeno cognitum aſſerit calumniator: cuius arrogans ignorantia, cum perfecta Galeni ſcientia eſt committenda, vt lectori appareat clariùs audax hæc ac petulans temeritas. Allantoïdes membrana dicitur (ait calumniator) quia inteſtino craſſo vtrinq. cōſuto & aliis carnib. farto ſimilis eſt; chorio toti, non tamen tota pertinaciter connaſcitur. quantum autem eius chorio non connaſcitur, vterum attingit; non tamen illi connaſcitur. Interna eius ſuperficies læuis & humecta, nulli connata: niſi quòd minima ſui portione, tertio & primo inuolucro (id eſt amnio & chorio) hæret: interuētu tamen vaſorum maximorum ad vmbilicum tendentiū. Inter ſecundum hoc inuolucrum & tertium, ſeu amniō, fœtus vrina colligitur. Hoc inuolucrum ambire totum fœtum Gal. negat; ſed tātùm clunib. & extremis partibus inſidere ſcribit. cùm tamen ſumpto fœtu quouis, & in omnē partem marib. verſato, vrinam eum totū circumcurrere conſpecturus ſis: nec id inuolucrū cum Gal. eſt chorion. hæc calumniator. quæ pauciſſimæ huius lineæ, quàm multis & fœdis errorib. ſcateant (id quod illi eſt familiare) paucis lectores candidi, audiatis: vt quid de eius ignorantia & arrogātia ſentiendum ſit, intelligatis: & allantoïdem tunicam illi nunquam viſam nec cognitam, certiſſimè perſpiciatis: & à malo quodam genio hanc allantoïdis explicationem illi opinor ſomnianti in mentem fuiſſe immiſſam. vbi mox cōfutatio longiſſima & acerrima ſequitur illinc tibi petenda: quia præter dicta iā Galeni placita nihil continet: niſi fortè quòd aptè natatorio quorūdam piſcium vtriculo, ſed continuo & æquali, cōparatur; & duab. tunicis

An chorio, totum fœtum ambiat.

A ſimili.

Chorion, membrana duplex, quorſum, & qualis.

De allantoide diſceptatio.

Allantoïdes vnde dicatur, & qualis.

Vrina fœtus receptaculum.

Confutatio.

Allantoïdis ſimulando.

A conſtare dicitur. deinde, Habeō (inquit) domi allantoïdes inflatas quaſdam ſecretas; alias adhuc amnio connexas etiam inflato. quæ res, circulorum duorum, magni vnius & minimi alterius, ſibi inuicem incumbentium, ſe tamen nuſquā interſecantium aut includentiū imaginem repræſentat. quod ſpectaculum eſt viſu iucūdiſſimū, & præterea cognitu vtiliſſimum. Tertium fœtus inuolucrum (ſubdit calumniator) amnios dictum, allantoïdi formâ ſimile, ſed minùs amplū, & omnium corporis mēbranarum tenuiſſimum, nulli connexum, niſi allantoïdi, & fœtus vmbilico per ſolas venas & arterias à chorio in fœtus vmbilicum adeuntes. hæc pauca calūniatoris verba, mendaciorū plena ſunt. vbi amnios chorio ſimilis adſtruitur, & ei vbique connexa, præterquàm vbi allantoïdes intercedit: & fœtū totum ambit; & præter eum, ſudorem largiſſimū continet: vt allantoïdes, lotium, idq. paucū, & in extremis ferè cornibus. & allantoidem calūniator pro amnio vſurpat & confundit, quæ & craſſior allantoïde. & poſt multa ſic concludit; Chorion ex ſemine virili factum eſt, quà tangit totam vteri ſuperficiē internā: quà autem vteri cornua, ex muliebri. totum itaque vterum & cornua attingit, & totum fœtum inuoluit, & eum vtero per cotylédonas alligat: prohibétq. vterum à ſudore & vrina attingi & offendi; ſed eo magis allantoïdes & amnios. duabus autem membranis cōſtat, inter quas vaſa ad fœtus vmbilicum feruntur. Allantoïdes duabus quoque mēbranis conſtat, & his tenuiſſimis. figura eius eſt cuidā membranaceæ arcuum thecæ ſimilis; quæ ſcilicet in medio eſt latior; ad fines verò, vbi cornua ſunt arcuum, anguſtior. Nō longè eſt à medio vrachus; ex quo dilatato efficitur allantoïdes vrinā recipiens. media autē parte latiore, amnio incūbit & alligatur, & eiuſdē partis mediæ oppoſito latere à chorio cōtinetur. extrema verò & velut cornua, ab amnio libera, ſolū chorion tota ambit: fœtus tantummodò latus alterū, & eius præcipuè partes altas attingit, ſed intercedente amnio & ſudore. Amnios autē chorio nudata, cum ſudore effuſa lateſcit, & partes fœtus altas & humore deorſum ruēte non merſas tangit; & per amniō, allantoïdes; fœtu ſcilicet cum matre ſitum aliquē quietum ſeruāte. nā in viuis ambobus certum eſt allantoïdē à fœtus partibus etiam altis longiùs abſcedere, ſi largus ſudor interceſſerit. Fœtus enim per ſola vaſa vmbilica & vrachon, quia chorio, allantoïdi, & amnio alligatur, cætera liber, velut in ſudore innatat, nulli eorum parti alligatus, variā partium figuram induit, per quam ſudoris & amnij etiā ſitus variant. Amnios figura multùm ab allantoïde diuerſa, fœtum totum ambit: vt halicacabi veſica ſuam baccam. multò quoque eſt amplior allantoïde; qua non circunclauditur, ſed tantùm portione parua eius contegitur, eíque alligatur firmiter per membranam allantoïdis externam. reliquā ſuperficie totā externā, amnios à chorio continetur, eíque alligatur, ſed tam leuiter, vt digitis blandè diduci queat. hæc & multò his plura Syluiūs in Veſalium pro Galeno iracundè

Ab experientia.

Amnij natura & figura nexúſque, & vſus.

Veſalius confundit allantoïdem cum chorio.

Chorij generatio, vſus, nexus, compoſitio.

Allantoïdis compoſitio, figura, ortus, nexus.

Amnij natura.

Fœtus colligatio quæ ſit.

Amnij & allantoïdis figura diſſimilis.

Amnij cum chorio nexus.

contorquet; nõ alia (opinor)re læsus eodem aut offensus, quàm quòd Vesalius à Galeni sententia libertimè desciuerit; accusandus, si iniquè & perperàm; laudandus, si iusta de causſa ab homine licet & docto, & antiquo, & medicorũ coryphæo non indoctus defecit. In eo autem vel saltem mihi laudandus venit, quòd monuit, externum embryonis inuolucrum, non totum toti interno vtero per communia vasa connecti: sed vnica tantùm amplitudine, substantiâ quadam carneâ, exteriori illi tunicæ superficiei, ad vasorum cum vtero connexionis robur, adnatâ: eáque ferè in orbem, non tamen completum (de humano fœtu loquor) neque secundùm latitudinem, neque secundùm longitudinem totam; sed quantum verbi gratiâ, pisum vel globulus aliquis volæ manus nonnihil cauatæ vel adductæ contingat: & quidem modò in dextro, modò in læuo vteri latere, ac potiùs posteriore, eiusdem nexum fieri. quod nempe intelligi expedit, ad ea quæ posthàc vspiam dicentur de sanguinis menstruo effluuio in nõnullis grauidis recurrente. de quo ambigi solet, ab intimo vteri sinu, an à ceruice tantùm prodeat. qua de re nostram in humorum tractatu exponemus sententiam. nunc autem de fœtus tunicis, quod verius putamus, prolocuti; de eius situ in vtero, déque partus modo, pauca volumus subnectere.

Sylua in Vesalium edq; causſa conflurata.

Chorion non adhæret toti vtero, qui. N. ideo patet mẽsibus ab vtero liber exitus.

Dubium.

De situ embryonis in vtero materno.

ARistoteles accuratissimus naturę interpres, & vt nunc loquimur, secretarius, hac quidẽ de re sic agit cap. 8. lib. 7. histor. animal. Situs in vtero quadrupedum omnium extensus est: expedum autem obliquus: bipedum verò inflexus contractúsque. Homo etiam in semet conglobatus sic gestatur, vt nasum inter genua, oculos super genua, aures extra genua habeat. Omnib. æquè animalib. caput primùm superius est: sed cùm creuerint, & iam exitũ appetant, deorsum deducitur. Ita fit, vt omnibus partus secundùm naturam in caput: contra naturam, in pedes, aut inflexo circumactóque corpore agatur. Idem cap. 9. lib. 4. genera. animal. Partus autem pronis in caput conuersis fit per naturam animalibus omnibus; propterea quòd partem ab vmbilico maioré habeant, quàm inferiorem. maiora autem plus ponderis continent. itaque veluti in statéra dependentes, eò vergunt quò trahuntur. Aristotelis sententiam plerique omnes sequuntur, & frequentia experimenta confirmãt; Embryonem intimâ tunicâ cõuolutum, & aluo penitissimè ac tutissimè celatum & conditum, capite leuiter reclinato; nõ tamé vt caput super genua incũbens contingat; neq. vt deorsum nutet, ossibus pubis innitens, clunib. cruribúsque sursum erectis, vt Columb. tradit, euerso homine, velut arbore (pyrũ bifurcatum vulgus appellat) deinde brachiis paulùm reductis, manib. faciem versus blãdè & leniter adductis; interdum pollicis vtriusque articulo vtramque oculorum orbitam contingente, pugnísq. contractis, & in genua reclinatis, capitis pondus molliter excipiétibus; toto corporis trunco modicè in anteriora curuato, artubus extremis, femorib. nẽpe cruribúsq. sensim replicatis & contractis, pede altero tibiáque subiectum pedem tibiámq. decussantibus: figurâ denique omniũ facillimâ, & maximè indolenti, & lassitudinis expertę, & toleratu prõptissimâ expeditissimáq. cõquiescere, atq. legitimam auspicati partus horã præstolari. qualem sitũ facillimum vtique diuinus Hipp. initio prognost. in cubando præcipit his verbis: Decumbentem ægrotum à medico deprehendi cõuenit in latus dextrum, aut sinistrũ, & manus & collũ & crura modicè inflexa habentẽ, & totum corpus flexibile situm: ita enim plurimi ex sanis decũbunt. Qualem vtiq. figuram à dolore & lassitudine prorsus alienam idem luxatis, fractísve brachiis femoribúsq. præcipit libris sub eo argumento diuinitùs scriptis. idémque quodãmodo insinuat lib. de natura pueri: Cæterùm puer in vteris existẽs, manus apud genas habet, caput autem prope pedes. & non datur probè ac certò cognoscere, etiamsi puerum in vtero videas, vtrùm caput sursum habeat, an deorsum. verùm ex vmbilico pelliculæ tentæ sunt ipsum continẽtes. quem locũ velim notes diligenter, propter authorũ discrepãtem de capitis infantilis in vtero situ, differentiam. Fernelius Hippocratem & Aristotelem secutus ita scribit c. 11. lib. 7. physiolog. Vtero gestatus, incuruus totus ac contractus talos ad nates applicat, manibus genua apprehendit, in quæ caput sic demittit, vt oculi, manuum pollicibus veluti affixi hæreãt: nasus verò inter genua procũbat. Prior corporis pars in matris abdomen: posterior in dorsum vergit, si mas geritur: nam fœminæ aduerso situ coilocantur. Auicennas lib. 3. fen 21. tract. 1. c. 2. Et fœtus quidem ante motũ suum ad exitũ, est sustentatus cum facie sua super pedes suos, & cum plãtis seu volis manuum superpositis genibus suis, & naso ipsius inter ambo genua, & oculis super ea ambo: & colligit ea ambo ad anteriorem partem sui, & est inclinatũ collũ eius & facies ipsius ad dorsũ matris eius, defendendo cor. Et hæc quidẽ situatio conuenientior est ad conuersionẽ faciendã. licet quidã dixerũt, quòd faciei fœtus fœminei situatio est secũdùm cõtrariũ huius situationis: & quòd hæc situatio nõ est hisi masculi. & adiuuat ad cõuersionem, grauitas superiorũ fœtus, & magnitudo capitis eius propriè. atque hæc ex authoribus classicis.

Situs animantium in vtero, qualis item hominis.

Animantũ partus qui fiat, & quare.

Cur talis embryoni situs.

Decubitus bonus, qualis.

Luxatorũ figura & situs qualis.

Infantis fœtus in vtero.

Fœtus situs in vtero.

Fœtus quò obuertat fœtum, prò diuerso sexu.

Ecce autem Columbus nouam rem nobis à se deprehensam (vt gloriabũdus asserit) de situ embryonis narrat, his se tum rationibus, tũ authoritatibus, tũ experimentis opponẽs. quem tamẽ vera dicere, quàm apertè mentiri, & nobis imponere, mágis credo. hoc tamẽ præmoneo, instãte partu ægro & difficili, & cui parẽs nondum pariẽs, nõ rarò succumbit atq. cõmoritur, multos intus inq. vtero motus, tortiones, cõuersiones, gyros, cõuolutiones sursũ deorsum fieri: vt miris distortus modis vnus infans prodeat, aut cæsâ matris aluo, Cæsar & re & nomine eximatur (quod superstite & fœtus & fœtæ vitâ fieri vidimus, & testamur: atque alibi modum rationémque viui de viua matre per excisionem

Fœtus ad partum cõuertitur.

Fœtus ægrè parientibus quò distorti queratur. Cæsares; quì. Historiæ;

extrahendi fœtus docebimus) aut mortuus extrahatur. Vt minùs mirum videatur, ita à Columbo deprehensum vnum fortè aut alterum infantem in vtero iacentem materno fuisse, quo illum nunc recitantem modo inducimus, ex lib.12.cap. vlt. Tres igitur fœtus in vtero situs obseruasse fateor & profiteor, præterea nullos. quorum prior est, caput deorsum versum: hícque est situs omnium frequentissimus. Secundus capite sursum elato: quo situ ratò vidétur infantes in vtero. Tertius transuersim iacet: atque hic est secundo rarior. Propterea priore situ infantes, capite præeunte in lucé prodeunt. secundi pedibus, qui & Agrippæ vocãtur. tertij natibus. facie omnes coccygem matris versus respiciunt. Iam enim explosa illorum sententia est, homines priùs quàm vterum exeant, simiarũ instar seu funãbulorum & mimorum, à capite ad pedes, vel è contra dilabi & procumbere, vel è conuerso. id enim loci angustia minimè patitur; quæ tanta est, vt vix nostri sit capax, cum excrementis membranisque; siue capite elato, siue deorsum labente, vel transuersim siti simus. Quocumque autem situ ex hoc triplici toties enumerato nos vterus exceperit; in globũ atq. orbem excipimur, sphæricúsque est omnis situs infantis in vtero: (sphæricus (inquã) in oblongũ vergens. & vt priuatim res magis innotescat, dexterum brachiũ nobis tunc flectitur: manus autem extrema vnà cum digitis extenditur. qui digiti sub aure dextera, supérque ceruice positi sunt sinistrum verò brachium tantùm non extenditur, supráque sinistram mammam, necnó supra faciem (caput namq. in vtero ita flectitur, vt mentum ad thoracem perueniat) sinistrum itaq. brachium medio cubito dextero fulcitur, digitis semiextensis, pollice deorsum crura tãtà arte sursum feruntur, & incuruantur quasi in arcum, vt dictu visúque res pulcherrima & admirabilis existat. femur, tibia, péque extremus dexter, nobis eo tempore flectuntur adeõ, vt à femore abdomen attingatur, à genu vmbilicus: deinde tibia deorsum flectitur, calcéq. sinistras nates attingit, extremum eleuans pedem, pudendáque occultans: adeo vt pollicem dimidiũ, tibiam ipsemet tãgat: sinistrum crus ipsum quoque semiflectitur. femur ventrem imum tãgit: tibia supra abdomen thoracémque vertitur, & sub extremum brachium. pes autem extremus sursum voluitur, dextrum ὠτίαιον attingens, sinistríque brachij μετακάρπιον. dorsum deinde in anteriora fertur: adeo vt ex his omnibus globus sphæricus oblongus euadat. atque hic est, si Columbo credimus, verus & legitimus situs humani fœtus in vtero materno. nisi ob ægrã parturitionẽ, vbi dixi, sic distorto & inuerso ex violenta agitatione toto corpore, figuram prorsus à naturali & facili & indolenti alienam præ se ferente, casu quodam deprehensus est: neque supinam & erectam, vt hominẽ decet, sed pronam & abiectam atq. inuersam velut arborem, vt paulò antè dixi, referente. verùm vt nullius nos sinamus authoritate circumueniri, censeo ex euentu & occursu rerum, faciendam nobis experientiam, omni ratione & demonstratione certiorem veriorémque.

Fœtus in vtero situs triplex, & partus qui fiat.

Infantis facies quo cõuersa.

Quòd ad partum non inuertantur, cur.

Situs infantis in vtero, sphæricus, quis.

Monstrosa figura fœtus in vtero sitúsque.

Cautio.

SECVNDA PARS LIBRI HVIVS SEPTIMI.

In qua priscorum de vtrisque partibus genitalibus, déque fœtus in vtero materno formatione, testimonia proferuntur. Ac primùm ex Platone.

Transitio & epilogus.

DIXI hactenus de genitalibus partib. tum maris, tum fœminæ, déque fœtus tunicis & formatione sitúque in vtero, quatenus medicis & Anatomicis ac physicis omnia fidelissimè & certissimè (quantum homini licet) cognita & explorata perhibentur, atque sermonem de re seria & pulchra & difficili (δύσκολα γὰρ τὰ καλά, ait Plato) produxi fortasse longiùs quàm dicére, aut quàm necesse esse quis obiicere possit: sic tamen vt nihil egregium omissum, nihil obscutis tenebris inuolutum, nihil indiscussum derelictũ à me, nihil inutiliter aut superfluè aut perperàm dictum repetitúmve æquus & modestus lector queri possit aut debeat. Atque hæc quidem tot & tanta potuissent abundè sufficere. sed ne à nostro more & instituto recedam, placet ad extremum, iisdem de partibus ea percensere, quæ celebres illi & familiares tractationi huic authores, doctissimis suis scriptis mandarunt: non tantum sermoni huic necessariæ forsan vtilitatis (cùm omnia sint à nobis examussim discussa) quantum ornamenti & splendoris allatura. Et quamquam de Platone iam obiter constiterit: tamen integra eius verba in medium proferam, breuia quidem, sed fœcunda tamẽ, & sublimioris cuiusdã styli tanto philosopho digni referta. Sic igitur ille in suo, & de suo Timæo, sub finem (nam de modo generationis, déque vi & origine seminis, ex eiusdem Platonis sententia dicam postea, vbi de humoribus mihi disputatio futura est) διὰ δὴ ταῦτ' ἐπὶ μὲν ἀνδρῶν τὸ αἰδοῖον τοῦτο αὐτοῖς ἀτακτότατον καὶ αὐθαδέστατον ἐμφύεται, ὡς ζῷον ἀνυπήκοον τῷ λόγῳ, πάντων δὲ ὀνδυμίαις ἐπιθυμίαν ἄκρατον ἔχον· καὶ δ' ἐν ταῖς γυναιξὶν αὖ μήτραι τε καὶ ὑστέραι καλούμεναι, ἀλλ' ταυτὰ ταῦτα ζῷον ἐνδυμαλὲς ἐν ταῖς γυναιξὶν ὂν τίκτειν, ὅταν ἄκαρπον αὐτὸ τὸν ὥραν χρόνον πολὺν χρόνιον γένηται, χαλεπῶς ἀγανακτοῦν φέρει· ἡ πλανώμενον πάντα αὐτὸ τὸ σῶμα, καὶ τὸ πνεύματος διέξοδους ἀπορείπον, ἀπονοῦν ἐν ἐσχάτοις τε ἄλλας καὶ ἐρήμους ἐμβάλλει, & τίνας πανδεκτικὰς ἄλλας παρέχεται, μέχρι οὗ ἂν ἐκπίπτον ἀπὸ ὀνδυμίας, ἡ ὁ ἵμερος, ἐξαγγέλσης ἅμα διὰ βάθρου καρπὸν, κατὰ ἀμήχανος εἰς εἰς ἄρουραν, τὸν μυθὸν, ἀόρατα τοῖς φανερίσσας ἡ ἀθέατα ζῷα κατασπείρας, & πάλιν ἀμηχάνους, μηχάνας ἀπὸ ἐπιθυμίας ἐκθέλγουσι· ἡ ᾧ πᾶν εἰς φῶς ἀγαγόντες, ζῷον λειπόκαρπον ἔθεντο, id est, Quocirca pudendorum naturæ in viris insita vis inobediens atque imperiosa, & quasi animal non exaudiens rationem furiosarum libidinum violentia subiicere sibi cuncta conatur. Vulua quoque matrixque in fœminis eádem ratione animal auidum generandi, quando procul à fœtu per ætatis florem aut vltra, diutiùs detinetur, ægrè

Virilium partiũ violentia & imperium.

Vteri natura, vis & orgasmus.

fert moram, ac plurimùm indignatur: pessimque per corpus oberrans, meatus spiritûs intercludit, respirare non sinit, extremis vexat angustiis, morbis denique omnibus premit: quousque vtrorumque cupido amórque, quasi ex arboribus fœtum fructúmve producût: ipsum deinde decerpunt, & in matricem, velut ægrum, inspergunt. hinc animalia primùm talia, vt nec propter paruitatem videantur, nec dum appareant formata, concipiunt: mox quæ conflauerant, explicant: ingentia intus enutriunt, demum educunt in lucem, animaliúmque generationem perficiunt. Quo tamen loco, nolim Platonis, vel potiùs Pythagoræ opinioni assentiare, qui in secunda generatione, viros illos, qui iniusti timidíque vixerint, in fœminas conuerti comminiscitur: simplices autem & innocentes, leues tamen, & frustrà in rebus sublimibus curiosos, fatuos, & qui rerum difficillimarum obscurissimarúmque iudicium oculis corporis cõmutant, in auium conforme genus leue & volucre transire ac mutari fingit: tertiò in gressilium ferarum genus, ex his nasciturum hominibus ariolatur, qui à philosophia penitus alieni, ad cœlestia nunquam oculos erexerunt: sed humi semper defixam oculorum & mentis aciem deprestserunt. postremò quartum genus aquaticum, ex illis natum iocatur, qui stolidissimi & imperitissimi fuerunt. Hanc enim animalium mutuam in sese migrationem, & plùs quàm anilem μετεμψύχωσιν à Pythagora excogitatam, & veteribus illis transformatoribus (μετασχηματιστὰς nominat Plato) confictam video, & respuo rideóque, velut à natura rerum, & à ratione alienam, & quæ nunquam reuêra fuerit, aut futura sit. Vt potiùs tota rerum machina peruerratur aut corruat, quàm vt Naturæ institutum sic degeneret, ac mutata priori specie formáque, fœdè ac turpiter corrumpatur. Et tamen ex Timæo Locro Platonici huius archetypo, sic ad finem opusculi, de istis ratio μετεμψυχώσεως nobis constat. λέγωμεν δ' αὖ τὰς τῶν ἀλόγων καὶ θηρείων ζώων εἰς μεταβολὰς τῶν ψυχῶν. ἅπαν μὲν δὴ θνητὸν γενόμενον πᾶν ὅσον ἐνδιδύμων μετέχει, ἅπαν δὲ μεταβάλλει, ἐς ἄλλειον σώματος καὶ ἄλλαιον· κατὰν δὲ ἐς αὐτὸ ἀπόλλυται μορφὰ τοῦτο ὃ ἐμπόρευτον, ἐς πλείω ἀδρότερον. λέγω δὲ καὶ ἀνομοίαν, ἀμαθῆ καὶ ἀνόητον, ἐς τὰν ἀπὸ τοῦδε ἰδέαν. j. Itaque dicantur necessariò pœnæ externæ absurdæque, cùm animi varia subeunt corpora: Ignaui & meticulosi in muliebres figuras ad contumeliam prostitutas transferantur: crudeles ac sanguinarij in corpora feratum ad pœnam: salaces & libidinosi in suum ac aprorum formas: leues & sublimipetæ in alitum pennigerorum species: otiosi & inertes, imperiti & amétes in aquatilium figuram. hæc ille. Non repetam porrò ex eodem Platone, quæ alibi in hoc opus de Symposio ludicra, de nostri ortus primordiis, & sexuum discretione, partiúmque genitalium genitali concremento, & alia istis similia transtuli, ipso Aristophane scurrâ narratore, & conuiuio, vel potiùs compotatione digna: sic enim Græci insignes gulæ & ebrietatis proceres, συμπόσιον ἀπὸ τοῦ συμπίνειν, quàm à conuiuendo vel conuiuando (Gr. συμ-

à simili.

Embryonis generatio.

Viri quomodo in secunda generatione degenerent, ex Pythagora, in fœminas, in aues, in feras, in pisces.

Metempsychosis humana in mulieres, in feras, in aues bestias, in volucres, in pisces.

Præterita.

Symposion cur dicatur: & Græcorũ ebriositas.

A ξυνῶ ἢ συνεῖναι ἢ συνδεῖσθαι) denominare malunt. Talia autem plus voluptatis audiendo, quàm veritatis in docendo, aut fidei in credendo, habere mihi quidem videntur. Nisi sub hoc veluti cortice, inclusam medullam rimari venarique placet, atque sub his quasi velaminibus, diuina quædam mysteria latere credantur. Mos enim erat veterum Theologorum (ait illic Ficinus) sacra ipsorum puráque arcana, ne à prophanis & impuris polluerentur, figurarum vmbraculis tegere. Non omnia tamen (vt ait Augustinus) quæ in figuris finguntur, significare aliquid putanda sunt. itaque prætermissis reliquis: Quòd homines quondam tres sexus habuisse tradit, masculinum, fœmininum, promiscuum (quod androgynum vocat) Solis, Terræ, Lunæque filios, ab initio integros quidem, sed propter superbiam, cùm Deo æquare se vellent, scissi in duo sunt, iterũ si superbiant, bifariàm discindendi. Sectione facta, dimidium amore ad dimidium trahitur, vt integritatis restitutio fiat. quâ completâ, beatum genus humanum est futurum. summa verò nostræ interpretationis erit huiusmodi. Homines, id est hominum animæ quondam, id est, quando à à Deo creantur, integræ sunt, & duobus sunt exornatæ luminibus, ingenito & infuso: vt ingenito, æqualia & inferiora, infuso, superiora conspicerent: Deo æquare se voluerunt, ad amicum lumen ingenitum se reflexerunt. Hîc diuisæ sunt, splendorem infusum amiserunt: quando ad solum ingenitum sunt conuersæ statimque in corpora cecidere. Superbiores factæ iterum diuidentur: id est, si naturali nimiùm confidant ingenio, lumen illud ingenitum & naturale, quod restitit, quodammodo extinguetur. Tres sexus habebant, mares Sole, fœminæ Terrâ, promiscuæ Lunâ genitæ. Dei fulgorem aliæ secundùm fortitudinem, quæ masculæ est, aliæ secundùm temperantiam, quæ fœmina, aliæ secundùm iustitiam, quæ promiscuæ, susceperunt. Hæ tres in nobis virtutes, aliarum trium, quas Deus habet, sunt filiæ. Sed in Deo tres illæ, Sol, Luna, Terra: in nobis, mas, fœmina, promiscuum, nuncupantur. Sectione factâ, dimidium amore ad dimidium trahitur. Animæ iam diuisæ, & immersæ corporibus, cùm primùm ad annos adolescentiæ venerint, naturali & ingenito lumine quod seruarunt, ceu sui quodam dimidio, excitantur, ad infusum illud diuinúmq; lumen, olim ipsarum dimidium, quod cadentes amisêre, studio veritatis recipiendum. quo recepto, iam integræ erunt, & Dei visione beatæ. Hæc igitur esse potest interpretationis ex Marsilio repetendum compendium.

Theologi prisci celabant sua arcana, & inuolucrãbãt, qui.

Non omnia figmenta aliquid denotant.

Expositio loci Platonici de triplici sexu æque bipartito sub bisido.

Animarũ prima perfectio, earumque lumen duplex, & quomodo exciderint quæque itẽ.

Triplicis sexus enodatio.

Animarũ redintegratio in primũ statum qui fiat.

De ritu autem nuptiarum, & matrimonij dignitate inréque, si ex Platone discere aues, euoluendi tibi sunt libri de Rep. & de Legib. præcipuéque dialogus illius quintus, & harum dialogus sextus & septimus: in quo non absre, post nonnullas sacrorum leges alibi traditas, ad iura procedit nuptialia quasi sacra, vt diuini animalis ortum auspicetur à sacris: quæ nunc quidem prætermittimus, naturalia persecu-

Ortus hominis a Deo est, qui.

Hominis generatio legitima in connubio. hinc abigitur adulterium & incestus fœtusque.

taruri potiùs, quàm ritus & ceremonias sacrorum: quæ tamen ab hac viri & fœminæ naturali copula coniugióque abesse nolumus, nequid profanum, aut nefarium, aut exlex, aut præposterum, aut impudicum, aut incestum nostra habere videatur oratio. Liceat tamen hanc legem ex Platone adscribere, planè & rationi, & moribus, atque optimis institutis quadrantem, ex fine dialogi 6. de legib. γάμου δὲ ὥρα νέοις, κόρῃ μὲν ἀπὸ ἐτῶν ἑκκαίδεκα ἕως εἰς ἔτος, τὸ μακρότατον χρόνου ἀνοιστέον· κόρῳ δὲ ἀπὸ τριάκοντα μέχρι τῶν τὰ τριάκοντα. Nuptiarum tempus puellæ sit à sextodecimo in vicesimum, idque sit longissimum tempus ad hoc institutũ: masculo à tricesimo ad quintum & tricesim. Idem 5. de Rep. moderatum integræ ætatis tempus nuptiarum, mulieri quidé annos 20. viro autem, 30. circumscribit. idémq. rursus de maribus idem tempus nuptiarum lege sancit dialogo 4. de legib. à 30. ad 35. annum. & mox ita subdit; Vxorem quitq. à tricesimo anno vsque ad 35. ducat. sin minùs, pecuniâ mulctetur atque decôre. vxorem enim ducere quisque debet, cogitans quòd naturâ quàdam humanum genus quodammodo immortalitatem consequitur. de qua nos alibi vspiam, eodem hoc loco longiùs producto. Non repetam ex eodem Platone, de inani & ridicula vxorum communium, liberûmque incertæ originis lege, minúsque apud multos pios & cordatos viros probatâ sententiâ: non de dotis summa enuntiatione, quæ nunc vilissima fit: non de laudabili copulatione diuitum cum pauperibus, & summorum cum infimis: non de legitimis nuptiis valentium & ætate florentium tantùm, exclusis à connubio tum iunioribus, tum senioribus, tum mancis & inualidis: non de reprimenda cupidine nupturientium, & sorte iis mittenda, qui vxores accepturi sunt, tum ne ciuitas inopiâ ciuium & tutorum sui custodúmque laboret: tum vt ne multitudine (vt nunc fit omnibus ad connubium communiter & licitè admissis) frequentiáq. liberorum confusaneâ (vt aiunt) promiscuáque opprimatur & grauetur. hæc sunt hominum otio diffluentium exercitamenta, quo nos cumprimis caremus atque deficimus. hæc sunt alterius instituti propria, & ad iurisprudentiam aut theologiam, iúsve canonicum aut politicum magis pertinent. nunc autem physica inquirimus. ac de nuptiis & de connubio in vtramque partem nos quidem comment. in Strab. transegimus. nunc autem eâdem de re haud aspernandam Arist. sententiã ex lib. 7. politic. cap. 16. Platoni magistro subijciam. Hoc instituet legis positor, inspiciens ad coniuges, & ad vitæ tempus, vt ætatibus in idem concurrant, nec discrepet gignendi potentiâ. Viro enim adhuc generare potente, si mulier ipsa concipere nõ possit: vel muliere quidem ad concipiendum aptâ, si vir ipse non possit, lites ac discordiæ inter eos oriuntur. Ad filiorum quoque susceptionem est inspiciendum, ne nimis distent ab ætate paterna: quoniam nec ipsi senioribus gratiam referre vllam possunt, nec parentes filiis adiumenta præstare. Nec etiam nimis proximi ad ætatem paternam accedere debent filij: habet enim hoc turbationem non paruam, cùm neq. tanta sit reuerentia huiusmodi filiis erga genitores, vtpotè quasi æqualibus: & circa gubernationem domus, querelæ ex ista quasi paritate soleant prouenire. Insuper quod dicere incipientes, huc digressi fuimus, vt corpora natorum sint secundùm legis positoris voluntatem, ferè quidem hæc omnia prouenient per vnam diligentiam. Nam cùm sit finis gignendi vt plurimùm viris quidem septuagesimus annus: mulieribus autem quinquagesimus, ita coniugandi ab initio sunt, vt ætatibus ad hunc finem concurrant. Est autem adolescentium coniunctio improba ad filiorum procreationem: in cunctis enim animalibus iuueniles partus imperfecti sunt, & fœminæ crebriùs quàm mares, & paruâ corporis formâ gignuntur. quocirca necesse est hoc idem in hominibus prouenire. Huius autem coniectura fuerit, quòd in quibuscumque ciuitatibus consuetudo est adolescentes mares puellásque coniugari, in eisdem inutilia ac pusilla hominum corpora existunt. Ad continentiam quoque vtile est, nuptias fieri seriores. intemperantiores enim esse videntur, cùm puellæ veneri assuescunt. At masculorum corpora crescere impediuntur, si adhuc augescente corpore, consuetudinem ineant. nam huius terminus quispiam esse videtur, quem non multò excedit ampliùs. Quapropter puellas quidem circa ætatem decem & octo annorum nuptui tradere congruit, masculos autem circiter ætatem annorum sex & triginta. In hoc enim tempore, & vigentibus corporibus coniungentur, ac procedente tempore simulatiè desinent procreare posse: & filiorum susceptio partim erit ab initio eis ætate vigentibus adhuc si rectè procedat statim generatio, partim iam vergentibus ad annum septuagesimum. Quibus igitur ætatibus coniugia sint facienda, dictum sit. cætera quæ ad viri & fœminæ coniugum spectant officia, ea ferè dicta sunt paulò antè ex eiusdem authoris œconomico. Nisi hoc placet adiicere; Seniorum fœtus, quemadmodum iuniorum, imperfecti sunt & corporibus & intellectibus: senescentium quoque fœtus, sunt irrobusti. Quapropter illud maximè tempus improbandum est, in quo maximè intelligentia viget in nobis. id autem esset in plurimis circiter annum quinquagesimum, vt poëtarum quidam dixerunt, septenario numero ætatem dimetientes. Itaque qui quatuor aut quinq. annis hanc ætatem excesserint, derelinquere debent in aperto procreandi studium: ac de cætero, vel sanitatis, vel alterius huiusmodi causâ cõcubitum facere videri. Coitus verò omnis alterius quàm coniugis, penitus sit interdictus: quandoquidem sit & appelletur coniux. Quòd si quis deprehendatur contrà facere, per tempus procreationis, dignã pro delicto pœnam reportet. hæc eodem loci philosophus, tum diuino iuri, tum medicorum consiliis consentanea.

Atque isthæc quidem Plato & Arist. de legitimo nuptiarum tempore maris & fœminæ rectè philosophantur: quorum tamen probabi-

Nubendi viro & fœminæ legitimũ tẽpus, metáque.

Homo per matrimonium, acquirit immortalitatem.

Platonis error de vxorib. communibus.

N. obseruata Platonis in contrahendis matrimonijs, notanda.

Transitio.

Coniugũ legis, & cõiugũ paritas, quò sit quorsum.

Vt naturæ ætas paterna respondeat, quò sit quorsum.

Coniugum ætas temperanda habenda in qui, & termonis emborum.

Ne iuniores cõiugio iungãtur, neue seniores, ab incõmodo.

Nuptiæ debent cõtrahi maturo, nec intempestiue, tur.

Tempus cõnubij maris & fœminæ, & inde commoda.

Iuniorũ & seniorũ coniugum incommoda.

Intelligentiæ vigentis tempus.

Quando interrumpendum generationis studium, quæve ætate.

Adulterij probatio.

Digitized by Google

lem ſententiam communis vſus, & frequens & aſſuetus mos noſtri temporis & euectit & aſſentem in

Mandrorū nuptiarum exempla & etas.

Quinetiam iam olim Mandrorum gentem in India Clitarchus & Megaſthenes fuiſſe narrant, iuxta Macrobios populos habitantem, locuſtis alitam, & valdè pernicem, cuius quidem gentis fœminas ſeptimo anno párere, ſenectam quadrageſimo anno ſentire affirmant, referente Plinio lib. 7. cap. 2. vbi & Spithamæos Pygmæos, ternas ſpitamas longitudine, id eſt ternos dodrantes non excedentes, à gruibus infeſtari ſolitos recenſet: quos tam breui corpore, breui quoque vitâ fungi, & matrimonia 4. 5. 6. 7. anno contrahere credibile eſt. Imò etiam breuiori temporis interuallo, & matrimonia & mortem concluſit Auguſtinus lib. 15. de ciuitate Dei: Horum mulieres vt quinto anno pariant, ait, & ſeneſcant octauo. quod iam antè Plinius ſcripſerat cap. 5. lib. 7. In Calingis eiuſdem Indiæ gente, quinquennes concipere fœminas, octauum vitæ annum non excedere. Nos autem has aliquando fabulas riſimus: licet Ariſt. cap. 12. lib. 8. hiſtor. animal. fabulas eſſe neget: idque genus hominum puſillum degere in cauernis affirmet: vnde Troglodytæ à ſubeundis cauernis dicti ſint, & incolere Nili originem, & paludes Ægypto ſuperiores. Sed nunc tales fabulæ fiunt nobis veriſimiles, ac nos tales haud infrequenter

Pygmæi mores, ſtatura, bella, nuptiæ, etas.

Caligarū nuptiæ quo quennes, & etas.

An iſta fabuloſa?

Troglodytarum mos, & appellatio vnde.

Vidimus; accepit fabula priſca fidem,

vt Martialis loquitur lib. 1. Noſtro quippe hoc æuo, Pygmęorum & Mandrorum gens æmula, & mores, & vitam, & ſtaturam imitatur, vix tribus ſpithamis palmiſve alta, & nuptam accipere, & nuptui tradi ſolita, ſi nõ anno ſeptimo, at nono decimóque, nouos ſubinde Pygmæos productura, ſuorum parentum & æui & proceritatis tantulæ ſequaces. Non narro fabulam. Compertum habeo ex fide dignis authoribus, Pictauij matrem fuiſſe puellam decennem: eandem anno vixdũ vigeſimo ætatis ſuæ completo, auiam extitiſſe, cùm filiam pari ætate nupram, puerperam extuliſſet. quod idem contigiſſe apud Armeniacum Nauarræ, dici & confirmati audio. Quidam amicorum haud diſſimile mihi retulit; Lutetiæ puſionem cum puellula cognata ſua conuiuentem, & vt mos puerorum eſt, eodem lectulo cubantem, ſanè verò & vt vno verbo dicam, concumbentem, liberos genuiſſe ſumma omnium admiratione, & parentum ac propinquorum ſummâ tum verecundiâ, tum pudore & infamiâ: cùm ambo ſimul viginti non explerent annos, ſiue decennes ambo, ſiue maiore natu alterutro, & altero minore, vt 9. ad 11. aut 8. ad 12. Vt hoc periculo alieno, diſcant alij parentes ſapere, ſibíque & ſuis cauere, ne eodem cubili (qui mos peruerſus apud pleroſque inoleuit pridem) complures vtriuſque ſexus pueros excipiant. Refert monſtruoſam; ſed veram veridicus Hieronymus hiſtoriam. Audiui (inquit) Domino teſte, non mentior; Quædam muliercula cùm infantem nutriret expoſitum, & ſtillaret cibos, ac nutricis fungeretur officio, cubarétque cum ea paruulus, qui ad decimum annum iam peruenerat,

Pygmæi & Mandri moderni, quales.

Hiſtoria. 1. De matre decenni.

2. De alia ſimiliter.

3. De puero & puella intra decennium genitantib.

N. Cauis, ne pueri vtriuſque ſexus ſimul cubitent.

4. De nutrice à puero alino concipiente.

accidit vt plus quàm pudicitiæ patitur, ſe mero ingurgitauerit, accenſáque libidine, obſcœnis motibus infantem ad libidinem duxit. Prima ebrietas, alterius noctis & cæterarum deinceps conſuetudinem fecit. nondum mentes duo fuerant euoluti, & ecce fœminæ intumuit venter. Mira vtriq. iſta ſunt, & quæ vix imperrent fidem, ni à ſanctiſſimo readita viro puderet non credere. quando & Petronius Arbiter, efferatam mulieris libidinem exequens, ac proſtituti pudoris, eius ipſius ita verba contexit; Iunonem meam iratam habeam, ſi me vnquam meminerim virginem fuiſſe nam infans cum paribus inquinata ſum: & ſubinde prædecentibus annis, maioribus me pueris applicui, donec ad hanc ætatem peruẽni. ita exſcripſit Cælius Rhodigynus lib. 8. cap. 8. ſed hæc recentiora ſunt, & fidei propinquiora. Scripſit doctiſſimus Syluius ciuis meus, libello de menſibus mulierum, his verbis; Quid quod puellam annorum nouem vtero geſtaſſe, viſam ſcribit Sauonarola? & à ſe viſam aliam Ioannes Capella ſenior, medicus Franciſci Regis, vndequaque doctiſſimus mihi coràm affirmauit? Et miramur (inquit) tam paucis annis circumſcribi vitam noſtri huius æui hominum, támque breui claudi interuallo? Et querimur maiores noſtres tam procéra ſtatura ſpectabiles: nos ad Pygmæotum vix bicubitalem longitudinem excreſcere? Hoc facit connubiorum immatura conjunctio: hoc facit immoderata & ante tempus exercita veneris laſciuia. Poſſem pluribus exemplis ac teſtimoniis rem nouam comprobare, ſi liceret, nec fas eſſet diutiùs ea de re ſermonem producere. Sed reuertor ad Philoſophos, ac neſcio an conſequenter ex Ariſt. mihi deſumenda putem, quæ ad propoſitum faciunt, de partibus genitalibus maris & fœminæ, velut generationis organis: deinde de fœtus formatione, & iis, quæ dictis affinia ſunt. Vereor autem, ſi omnia perſcrutari velim, ne oratio in immenſum excreſcat. omittere autem tam præclara teſtimonia, tam profunda Naturæ & arcana & velut oracula, mihi religio eſt. itaque in re infinita modum quæram: neque metuam ex hac anthologia ſuauiſſima & odoratiſſima, nequis morioſus aut tetricus, aut animi ozæna laborans offendatur. ſequar autem, ſi potero, eundem quem mihi propoſui ordinem his de partibus dicendi, à virilibus exorturus, deinde ad muliebria aut communia ſubinde tranſiturus. ſed de ſemine & menſtruo nihil nunc ex profeſſo, niſi obiter, attingam: quia de ſolidis partibus ago, poſthàc de humoribus ſpeciatim ac diffuſè tractaturus. & quidem de hominis tantùm partibus genitalibus, & fœtus humani formatione nunc agam, reliquorum animalium ab hoc inſtituto alienam ſpeculationem alió referens.

5. De mulierem iam à cunabulis proſtituta.

6. De matre nouẽni.

7. De altera ſimiliter.

Immaturi coitus, & nuptiarum intempeſtiuarum damna.

Propoſitio.

N. incepta in citandis authoribus, cur.

EX ARISTOTELE.

Vbi mox de incubis dæmonibus.

HIs ita poſitis & conſtitutis, ad Ariſtotelem venio, nonnullos ab eo inſigniores locos in meam ſententiam deſumpturus: triplex

Ex Ariſtotele teſtimonia.

eius de natura animalium opus euoluturus, & ex singulis tum libris, tum capitibus, testimonia nostro huic instituto quadratura collecturus, quæ apud eũ diuulsa & huc illuc dispersa opere toto leguntur: sic ergo ille primùm lib.1. de genera. animal. cap.2. marem & fœminam discreuit. Generationis principia statuere licet matem & fœminam: matem, vt quod motus & generationis originem teneat: fœminam, vt quod materiæ. Marem namque id animal dicimus, quod in alio gignit: fœminam, quod in seipso (quod repetit cap.3. lib.1. histor. anim 1.) in iis enim, atque ex iis, seminis secretio fit. ideóque mas & fœmina, principium conferunt generationis. Sic in vniuerso quoque Naturam terram, quasi fœminã matrémq. statuunt (ideo alma tellus epitheto insignitur) cœlum autem & solem, & reliqua generis eiusdem, nomine genitoris patrísque appellant. Quod & poëta Latinus sensit Virgilius Ecl. 7.

Iuppiter & lato descendet pluuius imbri.

idémque rursum,

Coniugis in gremium lætæ descendit ——

Mas autem & fœmina inter se differunt ratione, quòd facultas vtriusque diuersa est: sensu autem, partibus quibusdam discrepant. Rationis discrimen ita exultat, vt mas sit, quod in altero (vt dictum est) generare potest, fœmina, quod in seipso: & ex quo fit quod generatur, contentum in eo quod generat. Sed quum facultate & munere quodam hæc distinguantur, ad omnem autem officij functionem, instrumento opus sit: instrumentáque facultatibus partes corporis accommodentur: ad procreationem quoque & coïtum, partes aliquas esse accommodatas necesse est, eásque inter se diuersas, quibus mas à fœmina differat. Nam etsi de toto animali mas aut fœmina dicitur: tamen non quauis sui parte potentiáque, idem mas aut fœmina est: sed certâ quâdam virtute, siue potentiâ & parte: sicut & vim cernendi gradiendíque obtinet, vt sensu patet. Partes verò eiusmodi sunt fœminæ, vteri & vuluæ: maris, testes & coles: aliis meatus eiusmodi quidam sunt, ait idem cap.2. lib.1. genera. animal. sed hoc demùm opus percurrã totum deindustria: reuertor ad priora. Idem de differentia maris & fœminæ sic distinxit cap.6. lib.4. histor. animal. Partes superiores priorésque in quocumque animalium genere, maribus sunt potiores, validiores & aptiores. quæ autem dici possunt inferiores posterioréque, eas fœminæ habent robustiores tum in hominibus, tum in cæteris animalibus omnibus, quæ pedestria sunt, atque animal generant. Quod tamen omnino dixerim, fœmina eneruior atq. infirmior est: pilum etiam habet tenuiorem quàm mas: aut quod vice pili ad proportionem haberi Natura statuerat. Caro quoque humidior est fœminæ, quàm maris, & genua pleniora, & crura tenuiora, sed pedes elegantiores. vox item fœminis omnibus tenuior & acutior, boue excepto. sed hoc à me iam productũ memini vspiam. Idem cap.13. lib.1. histor. animal. Pars fœminæ propria, vterus aut vulua est: maris, penis foràs

Mas & fœmina, quid.

Terra, mater alma, cur.

Sed & cœlum, pater.

Maris & fœminæ discrimen, in quo.

Generationis organa, à semin.

Maris à fœmina discrimen, & amborũ organa.

Mas & fœmina quæ habeãt partes validiores, & amborum differentiæ in totis & partib.

Maris & fœminæ propria instrumenta.

A

B

C

D

E

posterémo thorace propendens (vbi thoracis nomine, vides totum ventrem intelligi, vt aliàs notaui) parte sui primâ, carne propemodùm constans, & æquabili facie turbinatâ. Nomen à glande pars hæc mutuata est. quam quæ integit cutis, vacat nomine (at Hipp. ἐξεπιδίην, reliqui medici Græci ἀκρο vocant) quæ vulnere obducto coalescere nequit: sicut nec genæ aut palpebræ præcisæ (ex Hipp. aph.19.6. reduci ad vnitatem queunt. totum tamen quod ex ea cute glandéque constat, præputium est (nos de cute glandem tegente cum Hipp. vbi suprà, è medicis antè accepimus) Reliqua pars chartilaginea est (nos aliter & verius neruosam statuimus, & ligamenti naturæ affinem) & augeri ampliter potest, & ingredi atque egredi, contrà, quàm iumẽtorum. Subjacent membro genitali testes gemini, cute obducti, quod scrotum nominamus. Testes ipsi nec eiusdem naturæ sunt, cuius caro, nec multùm à carne dissident (nos glandibus vt est, iure cum Hipp. & choro medicorũ accensuimus.) & sequenti mox cap.14. Mulieris autem genitale, contrà quàm viri, formatum est. cauum enim subditum pubi est, non sicut maris, propensum ac prominens. Ceruix ab vtero effertur, accessum prolifico maris semini præbens. Exitum humidi excrementi suo sexus vterque genitali habet subministrandum. eiusdem lib. cap.19. & vlt. Genitale ceruici vesicæ adnectitur, foramine foràs directo peruium: sed paulò inferiùs, altero intra eandem seminam conuio deductum (quam tamen sententiam, licet receptam apud multos, antehàc meritò conuulsimus) quorum foraminum alterum ad testes, alterum ad vesicam, neruosum chartilaginosúmque tendit. Testes ex eo maribus pendent. Hæc eodem modo vel in sexu fœmineo, omnia natura conformauit atque disposuit. nulla enim parte interiore, sexus inter se differunt, nisi vtero (hunc scroto virili antea comparauimus, vbi analogiam partium sexus vtriusque exposuimus) cuius situs ad intestina infra aluum à parte priore: tum vesica iuncta supra vterum est. & mox eiusdem operis lib.1. cap.1. Genitale hominis chartilaginosum carnosúmque est: quod vt parte carnosa inflari nequit, sic chartilaginosa intumescit excrescítque (quod quatenus verum sit, in iatricis veris dogmatis antehàc decidimus.) Idem lib.3. histor. animal. cap.1. meatus seminarios cum annexis testibus, seu vasa spermatica sic describit: Meatus duo venales ad capita testium de vena aorta pertendunt, & alij totidem à renibus eôdẽ deueniunt: sed hi sanguinolenti, illi quos mittit aorta, exanguẽs sunt. A capite autem ipsorum testium, meatus excipit spissior illo superiore atque neruosior, qui progressus per testem, flectit sese inde, & caput eiusdem repetit. vnde rursus in idem coëunt, & in parte priore subeunt genitale. Qui caput reperunt, ipsi tam continuâ membranâ obuelantur, cum iis qui residente testibus, vt vnus esse meatus videantur, nisi membranæ diuortium feceris. Humorem adhuc sanguineum continet is qui residet, sed minùs quàm illi superiores. At verò qui reuersi, cer-

Thorax Arist. quid.

Partium virilium descriptio.

Præputium, quid. N. contra Aristotel.

Penis descriptio ex qua. N. contra Arist.

Testium natura. N. contra Arist.

Vteri descriptio & usus.

An penis duoforatus? N. contra Arist.

Genitalium analogia maris & fœminæ.

Vteri situs.

Penis constructio cutis. N. contra Arist.

Vasorum spermaticorum descriptio.

Semen quâ in vasis seminariis elaboretur, & paulatim maturet.

Digitized by Google

uicem ſubeunt genitalis, humorem iam candicantem. Quinetiam de veſica, perfertur, & ſe ad ceruicem applicat: veluti putamen canaliculatum ambit, quem, id quod penem vocamus. Exciſis detractiſque teſtibus, meatus ſurſum ſe retrahunt. Caſtrare ſolent duobus modis: aut enim teſtes nouellos adhuc frangunt: aut adultos iam firmóſque excídunt. Taurum aliquando exciſum, initu protinus acto, progeneraſſe traditum eſt. quo de tum antea meminimus, tum paulò pòſt memineri-mus. Deinceps ibidem de vtero ſic infit; Vuluæ omnes, ſinus habent geminos, qui iuxta genitale continentur, alterum in latere dextro, alterum in ſiniſtro. initium verò vnum eſt, & commune oſtium, quaſi μυκὸς, ceruix carnoſa admodùm chartilagineáque, parti plurimæ auctiſſimæque animantium triburum eſt. Pars vuluæ interior, τὸ ἔσω μέρος, & loci, & vterus appellatur: vnde ἀδελφεοὺς. fratres vterinos cognominamus. oſtium autem & ceruix, μύτη, matrix dicitur. Extrema vuluarum inuolucra, κέρατα ὑστέρης. cornua vterorum vocantur, à nobis alibi expoſita. His autem verbis cõmunem multis etiam bonis medicis errorem, de ſimilitudine vteri muliebris cum quadrupedũ vulua, ſatis deprehendis, ſuperiùs abundè confutatum. hoc tamen eodem capite de acetabulis vteri notabis philoſophi ſententiam; Solis cornigeris, altera parte dentatis acetabula ineſſe, dum vterum gerunt: reliquis vtrinque dentatis animãtibus fœcundis & pedibus præditis, præter léporem, murem, veſpertilionem, vuluam lænem eſſe, & partus vuluæ ipſi, non autem acetabulis inhærere. De tempore autem coïtus ſic idem tranſigit cap. 8. lib. 5. hiſtor. animal. quod alibi poſthàc ex Plinio, ſicuti & alia ex Ariſt. ab eodem mutuata repetam ſuo loco. Tempora autem coïtus, inquit, deſcripta, & ætates certas ad venerem ſingulis animalium Natura fixit & ſtatuit. Ergo plurimorum animantium Natura vult quidem rem veneream per id tempus, cùm hyemis ceſſante ſæuitiâ, æſtatis clementia oritur: quod ſanè tempus veris eſt, quo plurima & volatilia, & pedeſtria, & natantia ad coïtum excitantur. Sed ſunt quæ per autumnum etiam & hyemem coëant atque pariant, vt nonnulla cùm in aquatilium, tum volucrum genere. Homini maximè temporibus omnibus opportunus eſt. atque etiam alia plura pedeſtris generis, quæ cum homine viuunt, coïtum nullo tempore aſpernantur: videlicet propter teporem, & pabuli vbertatem. de quo mox iterum ex Plinio. Stimulatur porrò ad venerem, mas hominum magis tempore hyberno, fœmina æſtiuo. ſed libri eiuſdem cap. 14. Ætas accommodata ad coïtum quæque ſuo in genere plurima ex parte ferè tempus idem ſortitur: niſi quid præmaturet, & aut aliquam ob rem monſtroſam, aut ex detrimento naturæ & vitio anticipet. Res igitur homini innoteſcit tum vocis mutatione, tum etiam teſtium non magnitudine tantùm, verũetiam ſpecie, quemadmodum mammis etiam declaratur: ſed præcipuè ortu pilorum pubia. Semen autem ferre incipit circiter annos bis ſeptem: ſed vim genitalem recipit circa annos ter ſeptem. ibidem poſtmodùm; Homo mas ad annum vſque ſeptuageſimum, videlicet termino vltimo poteſt generare: fœmina vſque ad quinquageſimum, verùm id rarò. paucis enim proles in eo ætatis tempore procreata eſt. ſed magna ex parte, maribus quintus & ſexageſimus annus, finis progenerandi eſt: fœminis quintus & quadrageſimus. Iam verò vnus liber ſeptimus de hiſtor. animal. totam hominis generationem accuratè perſequitur: cæteri pauca quædam velut obiter attingunt. ſed quia de ſemine & menſtruo ſanguine, duobus noſtræ generationis principiis, hic liber plurima continet, ideo ad tractarum de humoribus commodiùs referri viſum eſt. Itaque ab hiſtoria animalium, ad partes eorundem conſequenter ex Ariſt. tranſeo, inde decerpturus, quæ huic inſtituto cõuenire maximè videbuntur. licet in hoc opere perpauca occurrant eiuſmodi, priùs tamen hoc te monitum volo, de animalium hiſtoria, nouem Latinos extare libros; Græcis vnum præterea decimum accreuiſſe, haud ſcio an genuinum, an ex medicorum commentariis conſarcinatum: qui ad muliebria pertinet, de vteri diſpoſitione ad generationem, eius vitiorum correctione, ex Hipp. veſtigiis, item de mola. quæ, ſi quando dabitur occaſio, Latina faciam, niſi quis præuertat. vt autem inſtitutum ſermonem proſequar, ſic philoſophus cap. 10. lib. 4. de partib. animal. (namque libris & capitibus ſuperioribus nihil admodùm de homine, & præſertim quod ad partes genitales pertineat, de quibus nunc agimus.) Natura (inquit) qua parte excrementi ſicci & humidi oſtium eſt, eâdem tum ad humidi excrementi exitum, tum ad rem venereã, vtitur in ſexu tum fœminino, tum etiam maſculino omni ſanguineo, exceptis paucis: in omníque viuiparo genere, nullo excepto. Cuius rei cauſſa eſt, quòd genitura, humor quidam excremẽtitius eſt. & paulò pòſt, Sed maris inſtrumentum alterum, ab altero differt pro diſcrimine corporum. non enim æquè neruoſa naturâ omnia conſtant. Augetur etiam & minuitur hoc vnum membrum, ſine vlla morbi mutatione. horum enim alterum vtile ad coïtum, alterum ad cæteros corporis vſus commodum eſt. Nam ſi ſemper ſimili modo ſe haberet, impedimento nimirum eſſe conſtat hoc membrum ex eiuſmodi partibus, vt eorum quæ modò dixi, vtrumque poſſit euenire. partim enim neruum, partim chartilaginem habet. itaque & contrahi poteſt, & extrudi: atque etiam flatus capax eſt. qua de re nos antè ex Gal. de vſu partium multò prolixiſſimè. Vbi tamen chartilaginis in pudendo maſculo meminit, de alio vtique animantium genere potiùs, quàm de homine accipiendum puto, cui nullâ chartilagine partes genitales obrigeſcunt, nullóque oſſe indureſcunt: quomodo de viuerris, ceruis, lapis, canibus, vulpibus, & aliis idem alibi, & poſt eum Plinius teſtatur. licet paulò antè citato cap. 1. lib. 2. hiſtor. animal. chartilaginoſum carnoſúmque homini genitale aſſingat, reddita

Vrethra deſcriptio.

Caſtrandi ratio.

Taurum exciſum geneſis.

Vteri deſcriptio, & partium nomina.

Vterus muliebris à vulua quadrupedum differt.

N. contra Ariſt.

Acetabula in vulua, à quando, & quib.

Ergo muliebris deſcript. de quo poſthàc.

Coïtus legitimum tempus.

Vir & fœmina quo potiſſimum tempore coëuliant.

Tempus ſtatum ad coïtum, & ſigna in vtroq. ſexu: & generãdi prima tempora.

Hominis vltimus generandi terminus.

Tranſitus.

N. admiratio de numero Ariſt. librorum de hiſt anim.

Communis via vrinæ & ſeminis, cur.

Virilis diſcrimina, vſus, & vſus: eáque non ſemper regnant: & cõpoſitionis ratio.

Hinc iocus Martialis, Crede mihi nõ eſt mentula, quod digitus.

Penis virilis ſine chartilagine: & quibus ſit chartilagineus.

N. contra Ariſt.

Penis virilis quiarrigat.

etiam hac cauſſa: quòd vt parte carnoſâ inflari nequit (quod nos negamus) ſic chartilaginoſâ intumeſcit excreſcítque. quanquam ſemper rigere antea improbauimus. atque hęc ex libris de partib. animal. Sequens opus de generatione animalium, & plura & veriora proferet circa genitales partes, noſtræque generationis modum, teſtimonia, non negligenter nobis excerpenda expendendáque. ſic ergo Ariſt. iam inde ab initio operis cap. 1. lib. 1. Animalium alia per coïtum fœminæ & maris gignuntur: ſcilicet in quibus generibus ſexus vterque eſt. Non enim in omnibus, ſed in prædictis ſanguine (paucis quibuſdam exceptis, quæ nando, volando, gradiendo locum mutant, exanguia etiam nonnulla: quid ſi adeo & ſtirpes etiam?) alterum mas, alterum fœmina, perfectum euadit. Quæ enim ex coïtu cognatorũ animalium gignuntur, ipſa quoque ſibi cognata progenerant. quæ verò non ex coïtu, ſed putri materiâ (vt terrâ putri, aut excrementis) oriuntur, ea generant quidem, ſed genus diuerſum. quòdque prodiit, nec mas eſt, nec fœmina. Vtrùm autem de gleba terræ fœcundâ & pingui, temperatè concalfactâ, homo excitari citra coïtum poſſit, vt de Tage memorant, tum alibi, tum antehàc inquiſiui; & hiſtoriâ ex Cicerone & aliis confirmaui: quamquidem ludicram potiùs quàm veram duco. licet quidam non modò ſimilem veri, ſed etiam veriſſimam accipiant, & Naturæ (vt ita dicam) poſſibilem: quæ de ſuo fœcundo ſinu, rerum omnium ſemina ex ſe & per ſe & ſponte ſua proferat. quod ſatis nobis apparet tum aliàs, tum de certis auibus memoratis à me Clakidibus vocatis, déque reptilibus, & muribus, & de muſcis inſectiſque omnium generum, déque plantis & ſtirpibus, & de piſcibus loco impluuio pinguíque ſolo genitis. quade re tum paulò antè, tum comment. ad Strab. ſed antequàm ad Ariſt. reuertor, quando fabulas attigimus, etiam hæc mihi inter Romanas hiſtorias lecta, animi reficiendi gratiâ narranda eſt ſeu hiſtoria, ſiue potiùs fabula, ex Plinio cap. vlt. lib. 56. & Liuio, & Floro, & Zonara, & & aliis hiſtoricis; Tarquinio Priſco regnante, tradunt repentè in foco eius apparuiſſe genitale è cinere, maſculini ſexus, eámque quæ inſederat ibi, Tanaquilis reginæ ancillam Ocriſiam captiuam conſurrexiſſe grauidam. ita Seruium Tullum natum, qui regno ſucceſſit. Mihi verò ſit veriſimilius, ab aliquo famulo domeſtico ancillam in foco compreſſam, filium nothum ſuſtuliſſe, qui pòſt ſuâ induſtriâ & fortitudine, ad regni ſolium conſcenderit. ſed de iſtiuſmodi nuper ſatis multa. Ariſtoteles igitur cap. 2. lib. eiuſdem 1. de genera. animal, Principio vel exiguo immutato, multa ex iis, quæ à principio ſunt, immutari ſolent. patet hoc in exectis (quod iam antè Galenus poſt Ariſtotelem docuit) quibus parte genitali tantùm corrupta, tota ferè forma vſque eò commutatur, vt aut fœminæ eſſe videantur, aut parum abſint, tanquam non qualibet ſui corporis parte, aut potentiâ, animal ſit fœmina, aut mas. Conſtat igitur principium quoddam eſſe, marem ac fœminam. itaque meritò ſit, vt multa commutentur, cùm animal quà fœmina aut mas eſt, immutatur, quaſi principium dimoueatur. & ſequenti cap. 3. Vteri omnium bipartiti ſunt, vt teſtes gemini omnibus maribus habentur: ſed aliis iuxta genitale, vt mulieribus, & omnibus quæ animal non ſolùm foràs, ſed etiam intra ſe generant, & piſcibus qui oua edunt: aliis iuxta ſeptum tranſuerſum ſiue cinctum, vt auibus omnibus, & piſcibus qui animal pariunt. Qua de re quid ſtatuendum in muliere foret, diximus, & iam antè ſimilem locum ex Ariſt. produximus lib. 3. hiſtor. animal. quod ſæpe facimus, ſecuti authoris filum orationis: ne noſtram culpam μεταλήψεως putes, quæ potiùs diligentia fuit habenda. Quod autem ſequitur, plenum controuerſiæ eſt, & velut à philoſopho dictum accipies, non à medicis tamen ob id recipiendum, propter eas quas iam antè vel ex Gal. protulimus cauſſas. audi tamen philoſophi probabilem magis, quàm veram narrationem, ex cap. 4. libri eiuſdem: cuiúſnam rei gratiâ teſtium conſtitutio habeatur. Si Natura (inquit lib. 1. genera. animal.) rem quamcumque facit, aut quia neceſſaria eſt, aut quia melius ita eſt, hoc etiam mẽbrum ob eorum alterutrum eſſe debet. ſed non neceſſarium id eſſe ad generationem patet: omnibus enim quæ generant, adiunctum eſſet, ſi neceſſitatis ratio haberetur. nunc verò nec ſerpentibus teſtes ſunt, neque piſcibus. viſi ſunt enim coïre, plenóſque ſeminis genitalis habere ſuos meatus. Reſtat igitur vt melioris cuiuſpiam notæ gratiâ teſtes habeantur. ſedenim maximæ animalium parti munus nullum ferè aliud eſt, niſi quod plantarum ſemen & fructus. Vtque in ratione cibi, voraciora auidioráque ſunt, quibus inteſtinum rectum: ſic ea quæ teſtibus carent, meatúſque tantùm habent: aut non carent, ſed intus habent, omnia propenſiora celeriorâque ad venerem ſunt. At verò quæ caſtiora eſſe cõuenit, iis vt in cibi vſu, inteſtino opus eſt non recto: ſic meatus illi reuolutionem anfractúſque habent, ne libido vehemens crebráque citetur. Et fortaſſis (inquam) non ineptè quis dixerit, homini non intus condi, ſed foris propendere teſticulos, ne calore loci ſolicitatus ad frequentem ſeminis excretionem, vitam à rebus ſeriis agendis ſtudiúmque auocaret: ac profuſa meliore ſui parte, ſenium acceleraret, vt de paſſeribus, & multis volucrum generibus, & ſalacibus aliis animalibus conſtat. ſed pergo ex Ariſt. Teſtes autem ad hanc rem (inſit) emolita eſt Natura. motum enim excrementi genitalis ſtabiliorem faciunt in viuiparis, vt equis cæteriſq. eiuſmodi, atque etiam hominibus, cùm replicationem ſeruent. ſed quemadmodum ſe habeãt, petendum ex animalium hiſtoriis eſt. nullam enim partem meatuum teſtes complent, ſed adiecti pendent eo modo, quo pondera textrices telis annectũt. his enim detractis, meatus intrò ſe retrahunt. quo fit, ne execta poſſint generare. Et iam taurus quidam, cùm ſtatim à caſtratione iniiſſet, impleuit, quoniam nondum retracti eſſent meatus: Hanc philoſophi ſententiam Galenus

Animalia generatio qui fiat: & ſexus diſcrimen.

Generatio ex putredine quomodo fiat, ab exẽplis.

N. An homogenerari queat è terra gleba.

Natura ferax omnis, ſponte ſua.

Ab exemplis

Breuis digreſſio.

Hiſtoria, de genitali mẽ ſtro, ex quo Seruius Tullius exortus mirificè creditus.

N. expoſitio fabulæ.

Teſtium vſus ad maſculã ſpeciem.

Principiũ vnũ ex mare & fœmina.

Teſtes & vteri gemini, qui.

Teſtiũ ſitus in diuerſis animalib.

N. excuſat ſimilium lectorum citationem.

Partis cuiuſque genitalis cauſſa: & paradoxon, quòd teſtes ad generandum minimè neceſſarij. N. contra Ariſt.

Teſtiũ vſus ad quid.

Animalia quæ proniora ad venerem. à ſimili.

Cur teſtes hominis foris pendeãt.

Teſtiũ vſus ex Ariſt. à ſimil. N. negat.

Taurorũ caſtratus generandi, nonnum. N. caponum recẽs caſtratum vidimus gallinam.

Digitized by

Galenus acriter conuulsit & reprehendit, longè diuersum de vsu testium sentiens, & hanc similitudinem Aristotelis festiuiter cauillatus, iure quidem, si paulò modestiùs cum philosopho & magistro ageret.

Taurum cur excisis genuerare pouerit, N. ratio contra Arist. & cauillatio.

Cur verò taurus excisus genuerit, memini à me dictum vspiam: & nunc mirabilis huius affectus diuersa ab Aristotelica, talis quædam mihi ratio reddenda est. Non ex eo concludi posse, testes ad generationem, aut seminis concoctionem inutiles (quod Arist. & tradit, & credit) sed à testibus elaboratum semen, in parastatis & vasis spermaticis asseruari, & quidem fœcundum: quodquidem excisis nuper testibus, & solidato vulnere, in vuluam fœmellæ iniectum, animal in suo genere possit gignere, ascita retentáque sibi illa vi prolifica ab ipsis testibus, quibus olim mas donatus fuit, nunc autem nupertimè priuatus. Ex quo inferre volo, si cui animali, vt tauro (ne ab Arist. exemplo recedam) adhuc inueni testes collidantur aut excidantur (vt de bobus & veruecibus quotidie experimur) talem vtique masculum generationi inutilem olim atque ineficacem futurum, quinetiam & cum ipsum taurum, aut fortè arietem, qui nuper excisis testibus generauit, post semel exhaustos loculos, & semine illo, quo prolifico vasa seminaria turgebant, prorsus inanitos atque vacuatos, deinceps generando inhabilem futurum: quia nec semen gigni in corpore, neque vim generandi habere, exectis testibus, vllâ demum ratione valet. quodquidem ipse Arist. vel adeo videtur agnouisse cap. vltimo histor. animal. de castratione vitulorum anniculorum agens; Si bos (inquiens) à recenti castratu ineat, procreare potest. diuersum vtique ex oppositio intelligendum insinuans. atque hoc mihi breuiter ad Arist. dictum sit. idem rursum eiusdem lib. 1. cap. 5. de genera. animal. In coëundo, crura contenduntur: nam & instrumentum coïtus neruo constat: & crurum natura neruosa est. Quinetiam ea, quorum testes sunt extrà, cùm penis per motum calescit, semen genitale proinde collectum, spiritu retento emittunt: non parato iam semine, contrectant, vt pisces. Aues, & quæ pedibus vacant (de maribus tantùm accipio) instrumento ad coïtum accommodato carent. Caussa inde tibi repetenda venit: quia de homine solo, vel præcipuè agimus. ibidem cap. 6. In testibus quadrupedum, replicationis meatus pars altera sanguinea est, qua recipitur materia seminis: altera exanguis, qua factum iam semen transit. itaque cùm genitura eò deuenerit, celeriter eâ quoque absoluuntur. Non tamen mihi fit credibile quod sequitur, licet recentiores quidam approbent. Quibus penis immodicus est, ait, ij sunt infœcundiores illis, quibus mediocris: refrigeratur enim genitura, propter moram longioris itineris: sicque fit semen infœcundum. refrigeratur autem, quòd longè admodùm fertur.

Mares collisis in inuentute testib. non fore reuerendo habilem.

Semè nullū extra testes generari potest in marib. virisq.

Bos castratus quando generare possit.

N. nempe longo post castrationē intervallo, nunquā generabit.

Cur in coïtu crura extendantur. N. Epicuro coïtus, conuulsionum epilepsiæ speciē habetur.

Semen quo vi profundatur.

Anticarens pœna.

N. quod facile in gallinaceis periculo, verum deprehendi.

Vasa seminalia, quæ ha.

Pessimo modicus generandi impotens, cur. N. contra Arist.

Enimuero (inquam) nunquam audiui mulierem vllam, neque de vlla muliere, quæ de nimia longitudine veretri maritalis aut mœchi quereretur: de breuitate potiùs frequens querimonia est mulieribus salacibus: sicuti viris, de latitudine sinus muliebris, & profunditate inscrutabili, ac velut in abyssum tendente. quo fit, vt à Sapiente, inter ea numeretur vulua mulieris, quæ satiari nequeunt. Tria sunt (ait) insaturabilia, & quartum quod nunquam dicit, Sufficit, infernus, os vuluæ, terra, & ignis. Prouerb. 30. Malim tamen passim legi in sacrorum Bibliorum versione, vterum pro vuluam non tam quòd in obscœnis hoc nomen habeatur, à rebus sacris & sacrosanctis prorsus alienum: quàm quòd impropriè vulua, de mulieris vtero vel matrice vsurpatur, vt alibi dixi, sed non malè iste quidem, quisquis est;

Tu viuendo bonos, scribendo sequare peritos.

Cæterùm longitudinem virgæ virilis aut mentulæ, vt quis dicat, semipedalem, imò sesquipedalem mensuram in vitio esse, & in caussa, quamobrem refrigeretur semen ad fundum vteri conuehendum, mihi quidem absurdè dici videtur: cùm & ipse coles multo affricta incalescat, & semen ipsum longo partium genitalium attritu efferuescat, & vterus muliebris tum ex se, tum ob dictas caussas æstuet. Ex calidis autem omnibus, quomodo frigida gignantur, non video. Illud potiùs video, Græcos & Arabes nonnullos practicos ineptire, docendo quo quis modo longitudinem veretri coëundo, manu intercipiente, pro palmæ aut palmi proportione minuat. Nam quid de Pasiphaë ad taurum insaniente attinet dicere? aut vt Martialis canit;

Iunctam Pasiphaën Dictæo credere tauro?

Quid de istis diabolicis mulieribus loqui fas est, quæ à Satana possessæ, canes admittunt concubinos, imò & cane fœdiores ipsos dæmonas incubos, varia sub forma secum concumbentes? Nuper enim audiui, Arelatæ comprehensam, & publico iudicio damnatam, igne & flammis consumptam viuam fuisse perditam mulierem haud scio dicam, an dæmonem succubam fœminam, quæ publicè fassa sit, sub forma membri asinini, secum diabolum, velut maritum congredi solitum, & semen frigidissimum algido ipsum contactu in vuluam profligatæ mulierculæ iaculari. & verò qui mihi fide dignus amicus retulit D. Medicos, is vestigia ex attritu tam monstrosæ mentulæ liuescentia, pectinis imi & pubis deformatæ, sinúsque genitalis attriti & collisi ac defœdati, sibi propio obtutu deprehensa confirmauit.

Iocus.

Vulua insatiabilis, & alia quæ similiter.

N. improbat in sacris verti vuluam pro vtero, ab interpret. Latinis.

N. Penis longitudo non potest refrigerare semē viri, quamobrem.

N. culpat Arabistarū mediocrium ineptum cōsilium.

Pasiphaës & tauri fabula.

Nefandi concubitus dæmoniū cū mulieribus sortilegis.

Historia, de puella dæmoni succubæ, sub forma asini incubi.

Talis damnis multis nuper obtigit vxoribus dæmoni succubæ, maritum prædemortuo mœrenti.

vt turpiter atrum
Desinat in caudam mulier formosa superne,

dicat Horatius.

O bone Deus (lubenter exclamem cum Polycarpo apud Eusebium lib. 5. cap. 20.) in quæ me tempora reseruasti, vt hæc audiam? vt hæc cernam? Ac nescio num melior habendus impius ille & sacrilegus Celsus, non opinor medicus, sed Epicureus Nicephoro dictus lib. 5. cap. 19. aut sanè iuris & sacrorum inconsultus,

N. exclamatio ex Polycarpo, in temporum nequitiam.

ab Origine ex marito bellè exagitatus, qui eam virginem, καὶ δὶ ἀσεβείαν, καὶ τὸν ἔλεγχον Hebræis Græiſq. iure vocitatam, quam plerique omnes veneramur, admiramur, prædicamus, ſuſpicimus;

Dilatus Celſi blaſphemia in Deiparam Virginem Mariam.

Iurandáſque ſuum per nomen ponimus aras,

vt Poëta loquitur;

de panthéra, monſtro horrendo, ingenti, vario, indomito (proh ſcelus atq. nefas horrendum!) concepiſſe, & partum exuliſſe, tum ore ſacrilego efferre, tum corde impio & abominando excogitare ſit auſus. cuius impudens mendacium, & execrandam blaſphemiam, ipſa rerum natura ſatis coarguit. Namque vt mores diſsimillimos præteream, quæ coniunctio virgini ſanctiſsimæ, integerrimæ, modeſtiſsimæ, illibatæ pudicitiæ, cum fera immani, truculenta, feroci? quæ proportio vel analogia partium longè diſsimilarium? quæ affinitas generis, vitæ, conſuetudinis, ſtudiorum? quæ ratio temporis ad partum? Impoſsibile eſt (ait Ariſt. cap. 3. lib. 4. de genera. animal. & poſt eum Galenus demonſtrat) vt tale monſtrum gignatur: id eſt alterum in altero animal. tempora ipſa graviditatis declarant, quæ plurimùm diſcrepant in homine & cane & in oue & boue & ſimilibus. naſci autem nullum niſi ſuo tempore poteſt. hæc ille & philoſophicè & verè, vbi de monſtris cauſſas perſcrutatur. Duris autem apud Plinium lib. 7. cap. 2. fabulosè potiùs Indorum quoſdam cum feris coïre narrat, mixtóſque & ſemiferos eſſe partus. Ac de Centaurorum fabuloſa generatione. Galenus contra Pindarum diſertè diſputat initio lib. 3. de vſu partium. Cur (inquit) homo non habuit quatuor crura, & præter ea, etiam manus, ſicut centauri? Quoniam primò quidem impoſſibilis eſt ipſi Naturæ, corporum adeo differentium mixtio. Non enim ſicut plaſtæ & pictores ipſi, tum colores, tum figuras ſolùm ipſorum Natura compoſitura erat: ſed etiam ſubſtantias totas commixtura, quæ impermixtæ ac puræ ſunt. Neque enim ſi coïtus quidam venereus homini cum aqua fiat, perficient matrices ſperma. Pindaro autem, ſi vt poëta recipit illam, quæ fertur, de Centauris fabulam, condonandum eſt: ſi verò vt ſapiens vir, & ſibi plus vulgo poëtarum ſcire quiddam aſſumens, audebat ſcribere, quòd equabus Magnetidibus bellicoſis, ſeu pedum malleolos albos habentibus commiſcebantur, ex quibus oriebatur exercitus mirabilis ambobus progenitoribus ſimilis, inferna quidem parte matri, ſuperna verò patri, accuſandus eſt, quòd ſibi ſapientiam arrogauerit. Equa enim hominis ſperma fortaſſis ne receperit quidem in ſinus matricis: longiori enim pudendo opus fuerat. ſiquando autem ſuſceperit, corrumpat vtique vel mox, vel non multò pòſt. Verùm ô Pindare, tibi quidem cantare & fabulari concedimus, ſcientes poëticam muſam inter alia propria ornamenta, maximè ipſo miraculo egere. admiratione enim velut attonitos reddere vultis, opinor, & delectare auditores, non do-

Impoſſibilitas arguitur mendacij.

Animalia mutuò generare nequeunt, quorum tempora graviditatis diſcrepant.

Indi cum feris coëunt.

Centauros non potuiſſe generari, &c.

Diuerſa eſt natura generatio à pictura.

Centaurorum fabuloſa generatio ex equabus cur impoſſibilis.

Poëtica licentia.

cere. Nobis autem, quibus de veritate, non de fabulis cura eſt, ſatis conſtat, ſubſtantiam hominis & equę (multóq. minùs panthéræ & mulieris) miſceri omnino non poſſe. Quo magis, vel Ariſt. & Galeno teſtibus, tua eſt, ô Celſe nequiſſime & execrande, non ſolùm explodenda vt inepta ſententia: ſed etiam oratio vt mendacij, ſic impietatis & ſacrilegij accuſanda, qui quod Natura rerum non patitur, ſtultè comminiſci audes, & nefandà blaſphemià ſanctitatem & integritatem ipſam temerare non erubeſcis. Sed nihil eſt tam abſurdum, nihil tam incredibile, nihil tam prophanum, monſtroſum, flagitioſum, quod parens mendacij, calumniæ, impietatis, blaſphemiæ, flagitij, ſcelerúmque omnium Satanas, vetus impoſtor ille vaferrimus non confingat, non comminiſcatur, & per ſuos miniſtros inuulget ac proferat, ridendum potiùs quàm recipiendum, conculcandũ potiùs quàm excipiẽdum, abominandum potiùs quàm credendum. Illius tamen technam & aſtutias vafritiémque non miror, quem mendacem ab initio & impoſtorem ſeductoremque fuiſſe nouimus. hominum potiùs improuidas mentes, & imprudens conſilium, & fidem imbecillam deploro lugeóque, præcipuéque mulierc ularum vel nimis credulam ſimplicitatem, vel nimiùm ſimplicem credulitatem demiror, vel potiùs momentaneæ voluptatis inanes & pernicioſas, æternæ damnationis futuræ cauſſas, illecebras deteſtor, quarum cupidine cæcâ aut ſemel captæ, aut circumuentæ, in exitium damnationémque certam prævios diabolos ducéſque lento paſſu conſequuntur: atque libidine corporis illectæ, in deteſtandos dæmonum cultus, animarúmq. & corporum miſerabilem ſcortationem ſeſe præcipites labi ſinunt. Sagas iſtas & ſortilegas diabolicas intelligo, in omni gente & natione nimiùm frequentes. Quod ne videar fingere, teſtes mihi ſunt certiſſimæ paſſim dæmonum incuborum hiſtoriæ, & iudiciis, & ſecutâ nocentum pœnâ comprobatæ. quales & Auguſtinus ſuo æuo frequentes agnouit, vt alibi probauimus, qui lib. 15. de ciuitate Dei, Dæmones crebertima fama eſt (inquit) mulierum attentare & peragere concubitus. & quæ plura tum ex eo, tum ex aliis alibi produximus. Vt tamen hoc loco non omittam, quod ex Marco quodam Græco ad Cherroneſum edito refert Cælius Rhodigynus cap. 17. lib. 1. qui ſuum genus in Meſin fluuium referebat, homo ſolitudinis præcipuè amator, & dæmonum cultor eximius, quo nomine, de illorum natura multa proſecutus, aliis etiam eſt impertitus. ſicuti illud: Dæmones non pati ſolùm, ſed valdè vtiq. pati. Quin eſſe item ſemine fœcundos: idque generandi ſtudio effundere, ſuccreſceréq. inde animalia quædã modi non magni: habere enim genitalia, ſed neutiquam noſtris ſimilia. porrò quia excrementitium quiddam effundant, connutriri quoque, alios quidem inſpiratione, alios etiam humore: verùm non ore ſicuti nos, immò verò vt ſpongiæ atque oſtrea.

Celſi impoſtura retunditur.

N. diaboli artes, & impoſtura notantur.

Diabolus mendax ab initio.

N. ſortilegæ meretrix & incubi quam exercrabilis.

N. Diaboli incubi, ab experientia.

Hiſtoria, de Marco Græco, diaboli filio & cultore.

Quòd dæmones patiantur, & ſemã profundant, & animalia gignãt, & nutriãtur, quo quo modo. Dæmonum quale corpora, ſexus, & ſemen.

nec tamen dæmones hoc omnes pati, ſed qui materiæ coniunctiores ſint, quique lucifugæ intelligantur, aquatici atque ſubterranei.

Pſellus tamen lib. de dæmonibus: Nullus dæmon ſuapte naturâ mas eſt vel fœmina: compoſitorum enim ſunt huiuſmodi paſſiones: corpora verò dæmonum ſimplicia ſunt, ductu flexúque facilia, ad omnémque configurationem naturaliter apta, vt nubes & aër. ibidem tamen corporeos & patibiles facit dæmones, & ſemen genitale emittere: ex quo puſilla animalia oriantur.

Fauni & Syluani, incubi. Duſij incubi dæmones. Quòd Angeli Dei nõ cõmiſceãtur mulieribus: alij, quod ſic.

Hinc Auguſtinus multos tradit experientiâ magiſtrâ didiciſſe, Syluanos & Faunos, quos vulgò Incubos vocent, improbos ſæpe extitiſſe mulieribus, earúmque appetiſſe ac peregiſſe concubitus: & quoſdam dæmones, quos Galli Duſios nuncupent, hanc aſſiduè fœditatem tentare. Adiicit tamen, ſe hîc nil admodùm temerè auſum affirmare. Angelos verò Dei ſanctos ea turpitudine inquinatos non credere. vbi & illud Geneſ. 6. Angeli Dei videntes filias hominum quòd eſſent pulchræ, acceperunt vxores ſibi. &c. de hominibus interpretatur: & nos alibi de filiis Seth accepimus, vt patebit. Quanquam Ambroſius & Ioſephus de antiquitate Iudaïca, angelos verè accipiunt: Zonaras, pro viris piis & vitæ Angelorum æmulis habet, Ioſephum excuſans. Iuſtinus martyr, Tertullianus, Lactantius, non niſi de Angelis Dei accipi volunt, quibus Athenagoras philoſophus ſubſcribit, ob id, negatum illis reditum ad cœlum. alij aliter. Auguſtinus Eugubinus lib. 8. cap. 32. de perenni philoſophia, Angelos negat poſſe gignere, vtpotè incorporeos, cibo non vſos, ſemine priuatos, veneris inappetentes. ſed de iſtis etiam alibi in hoc opere, & comment. in Strabum, & in noſtra parecluſi, De natiuitate Domini Ieſu Chriſti. An vtique dæmonem eum iudicabimus fuiſſe, qui ſub draconis ſpecie, ſibi admodùm familiari & vſitata, pulchram illam virginem ludificatus eſt, de qua Cælius idem cap. 59. lib. 13. Proditur ergo memoriæ, apud Idumæos, cùm rebus potiretur Herodes, puellam in ipſo conſtitutam ætatis flore & vigore, inſigniter à dracone magnitudinis viſendæ adamatam. qui commeans ſubinde amanter cum ea decumbebat. Illa tamen etiamſi clementem manſuetúmque (vtique naturam verita inſociabilem, & ab humano diſſitam captu) reformidans, ex loco abſcedere propoſuit longiùs, ac menſem abeſſe: ceu bruto per abſentiam illatura dilectionis obliuium. At diuerſa euenêre omnia: ſiquidem in dies intendebatur affectio, augeſcebátque amoris impetus, deſiderio dum contabeſceret nimio, interdiu noctúque conſuetæ repetens cubilia: nec eſſet eius potiundi facultas, quod appetebat præcipuè. Conflictabatur ergo vti infelix amator. Poſtea verò quàm rediit quandoque puella exoptata, denolans is ad viſam protinus, ac prorſum amatoriè, ſuſpicionum plenus, tanquam neglectui habitus, atque eo nomine indignabundus, caudâ complexus puellæ crura conuerberabat, ſed obſeruatè admodùm, ac verentis modo, vtâ & amore compugnantibus, ſi lepido narratori & congerroni Cælio credimus: cuius hiſtoriam vt plauſibilem & mirabundam, ſed impoſſibilem atque incredibilem antehàc improbauimus. Hanc tamen hiſtoriarum veritatem perpendenti tibi facilè apparebit, fœminas potiùs ac ſæpius quàm viros ad ſortilegia pertrahi, & à cacodæmone vexari, & ad omnem quantumlibet nefariam libidinem, & animorum corporúmque fœdam ſcortationem prouolui atque pellici. Eſt enim mulierum genus fragile & infirmum, idémque peruerſum, acceptæ memor iniuriæ, iracundum, vinctæ appetens, libidinis œſtro magis obnoxium, viſceribus & partibus genitalibus, & clunibus adeo totis vaſtis & immoderatis (qualem antea μεγαλόπυγον Medêam ex Poëta vocauimus & depinximus) deſidiæ nequitiæque ſeſe accommodans, otio, inertiæ, cupiditati deditum, cæco ſui amore laborans, nouitatis amans, curioſi cultus atque inſolentis ſtudioſum, affectatæ fucatæque formæ & pulchritudinis appetens, ſuperſtitioſum, veræ ac ſynceræ religionis parum ſolicitum, timoris diuini negligens, ſuſurris & rumuſculis rerum nouarum ſemper inhians, garrulum, inquietum, mendax, vafrum, ſuſpicax, malè ominoſum, Saranicæ tentationi facilè obſequens, parúmque conſtanter oblutans atque renitens (ſicut Eua mater noſtra ſatis ab exordio mundi docuit) & mediæ cuiuſdam ſortis inter hominem murálque animantes, vt vel ipſe Plato agnouit. De bonis tamen mulieribus aliter alibi ex Paulo & ſacra pagina ſtatui: improbas nunc perſequor & infames ſortilegas, vaſa iniquitatis, turpitudinis, abominationis, diaboli denique, ac non ſancti Spiritus tabernacula, vti ſuprà increpaui. ideo lex Moſaïca de ſortilegis puniendis agens, fœminino genere maleficas extulit Exodi 22.

Quòd fœmina promptior in venerem, & à dæmone fœdos facilior qui. Depinguntur mores, mulieris, & vafrum naturale ingenium. N. an ab id fœmina, à fœminum amplitudine dicta?

Contra inhonestos mulierũ & sortilegas.

Historia mira, de draconepuellam amãte. N. de Troes alibi protuli ex Alex. ab Alex. qui puellas rapiebat & cõprimebat.

Sed age, dic (inquies) de tribus capellis: ſatis enim digreſſionis hactenus. Ariſtoteles igitur, vt reliqua percurram, cap. 8. eiuſdem lib. 1. genera. animal. paruorum hominum ignominiam videtur eluiſſe; cùm ad rem veneream aptiores magnis viris prædicet, à ſimili: Fœcundiſſimos enim eſſe tum in plantis, tum in animalibus, tum in piſcibus mares qui minores, fortè etiam adeo fœminas: In iis enim magnitudinis incremẽtum, in ſeminis copiam conuerti: in illis autem, in alimentum aut incrementum, quicquid edendo aut bibendo ſumpſerint, id propè totum commutari. Quod mihi ſit valdè veriſimile: licet fortè neutiquam perpetuum. atque magis animantibus longius geſtationis tempus antea definiuimus: raróque gemellos ferre, nedum plures fœtus edere. Idémque Ariſt. ſequenti cap. 18. Animalia magni incrementi (ait) minùs fœcunda: parua autem fœcundiſſima: quippe cùm in corpus magnum copia alimenti

Reprehenditur Arist.

Mares in omni genere minores, ijdem fœcundiores, cur.

Magna animalia pauciora, diu geſtant vtero, infœcunda, quamobrem.

Digitized by Google

Semĩ, quid.

Aues & arbores parua cor fœcundiora.

Maiora animalia pauciora, quæ de re. ac cõtra de memorib.

Mediocrium magnitudo in natura.

In omni animalium genere, atq; etiam plantarum, quæ maxima, ea minùs fœcunda esse solent

N. obiectio in Arist. de Hercule magno, & eius mu. robore eximio, jul. Herba mira vrsi tauro. Hesiodus, de 50 Thespiadum ab Hercule una nocte compressis & grauidatis

Herba eiusdem vim mirandi coïtum.

abſumatur, ex quo parum excrementi relinqui neceſſe ſit. ſemen autem, eſſe excrementum vltimum & vtiliſſimum alibi docebitur. idem cap. 1. lib. 5. de genera. animal. ſic inculcat: Paruæ aues ſalaces præfœcundæque: quomodo interdum plantas minores fertiliores videmus. quod enim incremento corporis deeſt, in excrementum ſeminale exundat. iterúmq. cap. 4. lib. 4. de genera. animal. Ratio probabilis eſt, vt maiora animalia plura generare, plúſque adferre ſeminis poſſint. Sed certè id ipſum quod admirari facit, cauſſa eſt ne admiremur. facit enim eorum magnitudo, ne multa pariant. cibus enim in iis abſumitur in corporis incrementum. Minoribus verò Natura demendo de magnitudine auget in excremento ſeminali exuperantiam. Item plus ſeminis genitalis eſſe, quod maioris eſt animalis, minus autem quod minoris, neceſſe eſt. at multa effici parua in eodem poſſunt, multa magna effici difficile eſt. mediocribus verò magnitudinis, medium à Natura datum eſt. Nec ſolùm in pedeſtrium genere, ſed etiam in volatilium & nantium, magna parum fœcunda ſunt, parua verò perquàm fœcunda, eadem de cauſſa. Plantæ etiam non quæ maximæ ſunt, plurimum adferunt fructus. hæc ille locis quidem diuerſis eandem inculcans ſententiam.

Et tamen (inquam ego) Hercules magnus erat: atque inter eius labores, vnus ille plus quàm Herculeus numeratur, quod vna nocte quinquagies concubuerit. Fortè verò herbam illam eſtimarat, quam ab India deferri Theophraſtus memorat, quâ ſemel comeſtâ, ſeptuagies coëundi facultas dat. ſi vera promittebat Indus ille, ſique vera Theophraſtus, & poſt hunc Plinius ſcribebat. Hercules autem, vt eſt in fabulis, adhuc puer, ſed ærate florens, & ſucci plenus, Theſpij filias quinquaginta vna nocte compreſſit, totidémque filios genera uit, quos ab auo, Theſpiadas denominauit. Plinius lib. 26 cap. 10. Prodigioſa ſunt, quæ circa hoc tradidit Theophraſtus, author alioqui grauis, ſeptuageno coïtu durare libidinem contactu herbæ cuiuſdam, cuius nomen ſpeciémque non poſuit. vbi & de alius appetentiam Venéris concitantibus. Sed omittamus fabulas, atque ad rem redeamus: neque enim toties digredi, prolixitas citandorum locorum permittit.

Cur vteri intus, testes foris.

Testes semĩ elaborant N. at longè diuersum ipsum aliis tribuit, à bove Arist. suprà.

Noſter igitur idem Ariſtoteles cap. 12. lib. 1. de genera. animal. quem nunc excutimus, Cur (inquit) vteros aut vuluas omnia intus habeant, teſtes alia extrà, alia intus, cauſſa eſt, quòd cùm vtero contineatur quod gignitur, ſdque cuſtodiam, operimentum & concoctionem deſideret, hinc vteri aut vuluæ omnium intus ſunt. locus enim exterior corporis & frigidus eſt, & offenſioni expoſitus. Teſtes aliis intus, aliis extrà, propterea quòd iis quoque operimento & velamine opus eſt, tum vt ſeruentur, tum vt ſemen genitale perficere poſſint. Haud enim fieri poteſt, vt frigentes & gelidi poſſint retrahi, atque emittere genituram. Quapropter quibus teſtes in propatulo ſunt, habent operimentum cuteum, quod ſcrotum vocatur. ſed quibus natura cutis præ ſua duritia obſtat, ne mollis, cutea, & ad complectendum habilis ſit, vt iis, quæ aut piſcea cute, aut cortice teguntur, iis, intus habeantur, neceſſe eſt. & paulò pòſt, Quæ intra ſe & foris animal generant, vterum habent in aluo, vt homo, bos, canis, & reliqua generis eiuſdem. nam ad fœtus tum ſalutem, tum incrementum, expedit nihil ponderis inſidere vteris. & ſequenti cap. 15. Quia ſeminis natura humida eſt, ideo meatus idem communis cum excremento humidi alimenti haberur. quod autem geminum alibi facit, nos antè & produximus, & confutauimus. iterum mox cap. 18. Idem meatus excrementi & ſeminis eſt: quibúſque excrementum amborum tam ſicci, quàm humidi alimenti, iis quò humidi, eòdem ſeminis quoque ſecretio agitur: humidi enim excrementum eſt. namque omnium alimentum humidum potiùs eſt. Demùm autem cap. libri 1. vltimo (ſic enim totum opus hoc præclarum expendere atque excurere iuuat, ſingula quæque venando, quæ huic ſermoni ſplendorem afferre queant) Sexus (ait) maris & & fœminæ diſtinctus in omnium animalium greſſilium genere eſt. & quanquam diuerſa ſunt animalia, mas & fœmina, tamen ſpecie idem ſunt: verbi gratiâ homo vtrumque. at in plantis, faculiates iſtæ miſcentur, nec mas à fœmina ſeparatur. Contrariam tamen ſententiam diſcipulus à magiſtro ruetur Theophraſtus, cui magis aſſentior, vt alibi profeſſus ſum.

Cur teſtes quibuſdam intus condantur, & quorſum.

Vterus quibus intus, & quòcirca.

Meatus ſeminis & vrinæ, eor.

N. ſtudium in Arist. præclarũ pro ſtantiæ.

Mas & fœmina quo diſcrepent aut conueniant.

In plantis nulla ſexus diſcretio.

N. contra Arist. pro Theophra.

Quæſtio, an mulier ad generationẽ aliquid conferat? & an ſemen habeat?

N. contra Arist.

Incurrit verò hoc loco & libro, grauis ſanè quæſtio: An mulier ad generationem aliquid conferat? an ſolum locum generandi ſuppeditet? an ſemen profundat? quod mordicùs negat Ariſtotel. an menſtrua tantùm excernat? quod illi videtur: nobis tamen ſecùs, vt iam antè attigi, & poſthàc enucleatiùs repetam, vbi de ſemine & menſtruis inter humida tranſigam: ſicuti à quo partes corporis gignantur, non ita multò pòſt ediſſeram, adhibito in colloquium ipſo vtique Ariſtotele. Iam verò ſequenti lib. 2. cap. 1. eiuſdem operis, primùm quod ad melioris rationem, & cauſſam cuius gratiâ, pertinet, cœlitùs principium duci profitetur. Cùm enim rerum (ait) aliæ ſint ſempiternæ, ſummeque diuinæ, aliæ quæ poſſint & eſſe & non eſſe: pulchrum autem diuinúmque illud, cauſsâ ſemper ſuâ melioris conditionis in rebus contingentibus ſit: quod verò ſempiternum non eſt, id & eſſe & particeps tum deterioris conditionis, tum melioris eſſe poſſit, cúmque anima ſit corpore melior, animatúmque inanimato præſtet propter animam: & eſſe quàm non eſſe, & viuere, quàm non viuere, melius ſit: efficitur his de cauſſis, vt generatio ſit animalium. Cùm enim Natura eius ſempiterna eſſe non poſſit, quomodo

Animalia generationis cauſſa, per dimana: & rerũ omniũ denſio.

Anima præſtantior corpore, eoque: ſe vita meliore potior.

fieri poteſt, eo ſempiternum quod gignitur, eſt. Numero igitur non poteſt: ſubſtantia enim rerum in ſingularibus eſt. quæ ſi talia eſſent, ſempiterna eſſent. Specie verò poteſt. itaque genus hominum ſemper, & beſtiarum, & plantarum eſt. Sed cùm principium ſit eorum, mas atque fœmina, ſit vt generationis gratiâ ſit mas & fœmina in rerum natura. cúmque ſuâ naturâ melior: magiſque diuina cauſſa ſit ea, quæ prima mouet, cui ratio inſt & forma, quàm materia: cúmque melius etiam ſit ſeparari à deteriori, quod melius eſt: ideo in quibuſcumque poteſt, & quoad eius fieri poteſt, mas à fœmina ſeparatur. Melius enim magiſq. diuinum eſt principium motus, quod per generationem mas obtinet: fœmina enim, materia eſt: ſed coït & iungitur ad generationis officium mas cum fœmina: id enim commune ambobus eſt. atque hoc ille quidem præclarè & perquàm philoſophicè. & paulò pòſt, Sed enim ea pariunt animal, quæ naturâ perfectiore ſunt, & principium ſyncerius obtinent. nullum enim intra ſe gignit animal, niſi quod aërem recipit, & ſpirat. perfectiora autem ſunt, quæ naturâ calidiore & humidiore, nec terrenâ conſtant. Caloris verò naturalis ratio, pulmone deſcribitur ſanguinis compote. quæ enim pulmonem habent, omnino calidiora ſunt iis quæ non habent: & inter ea ſuperant, quæ non fungoſum, aut retortidum, & parum ſanguinis continentem habent pulmonem, ſed ſanguinolentum & mollem. Denique perfectum naſci ſolet à perfectiore: & perfectiora calidioráque animalia prolem reddunt perfectam qualitate: nam quãtitate nullum omnino animal perfectè generat. omnia enim poſteaquàm nata ſunt, incrementum recipiunt, & generant quoque ea ipſa animalia intra ſe ſtatim. ſanguinea verò omnia, ſemine procreantur: videlicet ea quæ per coïtum oriuntur, emiſsâ à mare in fœminam geniturâ: quâ ingeſtâ, animalia conſtituuntur, ſuámque formam recipiunt. capite autem 4. Deceſſio ſeminis omnium (inſit) non aliter quàm cæterorum excrementorum fieri ſolet. fertur enim vnumquodque ſuum in locum, non vim ſpiritu inferente, non alia eiuſmodi cauſsâ cogente, vt quidam à teſtibus trahi, modo cucurbitarum medicinalium per vim ſpiritus opinantur. quaſi fieri poſſit, vt niſi vis inferatur, aliò tendat excrementum alimenti aut humidi, aut ſicci: quoniam retento ſpiritu ita vniuerſum excernatur. At id commune omnium eſt, quæ mouere volumus: vires enim retento ſpiritu augentur. nam & ſine ea vi, excrementa per ſomnum exeunt, ſi meatus laxi, pleníque excrementi ſunt. Simile ab iis dicitur, vt ſi quis plantarum ſemina dixerit quotannis à ſpiritu ſecerni, eò vbi fructum afferre ſolent. Sed enim cauſſa eius rei, vt diximus, eſt quòd excrementis partes capaces deſcriptæ à natura, habentur omnibus tum inutilibus illis ſicco & humido, tum ſanguini, quæ venæ vocantur. verùm de menſtruis mulierum generationi (vt putat hoc loco Ariſtoteles) neceſſariis alibi. quod ideo excrementum genitale vocat, & viris deeſſe, ſolis mulieribus ineſſe ſcribit cap. 4. libri huius 2. quòd fœmina materiam præbeat, mas autem, vim creandi. à qua differentia, alterum mas, alterum fœmina dicitur. In quo nobis ab Ariſt. diſcrepare neceſſe erit, vt illic dicetur. Corpus igitur ex fœmina, animam ex mare eſſe concludit: quia ſubſtantia corporis alicuius, anima eſt. & paulò pòſt, Pars fœminarum ea quæ ſemen recipit, non meatus traiectúſque quidam eſt, ſed vterus amplior. Mares qui ſemen emittunt, meatus ad id emittendum habent exangues. cùm autem ſemen de mare acceſſit in fœminæ vterum, partem puriſſimam excrementi conſtituit. plurimum enim in menſtruis quoque humoris inutilis continetur, vt in maris genitura, quod humidiſſimum eſt, tum eâdem emiſſione, tum in diuerſis. Prior enim emiſſio minùs fœcunda, quàm poſterior eſt: minùs enim caloris animalis continet, propter cruditatem. at verò quod concoctum eſt, craſſum & corpulentius eſt. de quo poſthàc, vbi de ſemine, vel ex Hipp. ſententia. Quod autem apud Ariſt. ſequitur, non protinus admittimus; Humorem qui à fœminis cum voluptate emittitur, nihil ad conceptum conferre. quamuis ita probare nitatur. Potiſſimùm inde videri poſſe, quòd vt maribus, ſic & fœminis accidat noctu per quietem, quod pollutionem appellant. Verùm hoc nullum indicium eſt: nam & adoleſcentibus idem éuenit, qui etſi emiſſuri aliquando ſunt, tamen nondum emittunt, & iis qui vel emittunt, vel emiſſuri ſunt, infœcundum. Res ita ſe habet, vt ſine maris emiſſione concipi impoſſibile ſit: atque etiam ſine menſtruorum excremento: quod aut redundans effluat foràs, aut intus ſatis ſit. At ſine ea voluptate, quæ fœminis per coïtum euenire ſolet, concipitur, ſi locus turget, & vulua deſcendit propiùs. Verumtamen magna ex parte ſic accidit, vt cum profuſione fœminæ agatur: quoniam os vteri ſe comprimat, cùm profunditur. in qua quidem profuſione, voluptas & mari & fœminæ contingere ſolet. ſemen etiam maris meliùs ita dirigitur & iuuatur. Profuſio autem non intus ſit, vt quidam volunt: os enim vteri anguſtum eſt: ſed antè, quò fœmina mittit vaporem illum nonnullarum recrementum: eôdem enim mas etiam mittit quod fuderit: & aut ibidem manet ſemen emiſſum, aut intrò ab vtero trahitur, ſi calidus eſt, & modicè temperatus. cuius rei indicium, quòd locus qui modò madebat, reſiccatus mox ſentiatur. Quam philoſophi ſententiam iam ante Fernelius arripuit: nos autem iuſtis de cauſſis impugnauimus: Vt conceptio fiat, arbitramur ſemen viri in capacitatem vteri proiici, & fœmineo permiſceri oportere: ibidémque conceptum à Natura informari, & in fœtum animatum conuerti neceſſarium eſſe. Neque mihi ſatisfaciunt iſtæ Ariſt. rationes. quanquam obſeruandas puto generationis haſce formas. Trahit genituram hic locus ſuo calore ait.

Mari & fœmina ad generationẽ neceſſitas, & qui diſtinguantur inuicem, & quorſum.

Generatio à mare & fœmina quò fiat, & vtriuſq. munus.

Animaliũ generatio qui fiat, & quòd in perfectioribus, quomodo.

Caloris ſeminis, pulmonis & quæ animalia ſint calidiora. N. imò cor ſunt caloris.

Animalia perfectiora, quæ, & quomodo gignant. & quòd nullo quantitate perfectum.

Sanguineorũ generatio qui fiat.

Seminis excretio quò fiat.

Teſtes non trahunt ſemen inſtar cucurbitæ.

Quòd ſemẽ à ſpiritu impellatur. à ſimili.

Oniroguum qui fiat.

Meatus excrementorũ cõmunium, qui.

Mas & fœmina quod conferũt ad generationẽ N. contra Ariſt.

Animam mas, fœmina corpus cõferunt natũ. Veteri uſus.

Generatio quò fiat à ſemine virili, & menſtruo muliebri.

In ſemine quid ſcribendum, aut ſecus.

An ſemen quod tribuitur fœmine, nihil conferat ad conceptum. N. contra Ariſt.

Fœmina pollutio nocturna, unde.

Atqui & impuberibus, quæ.

Conceptio è ſemine viri, & menſtruo mulieris: & quãdo citra voluptatem fœminæ. N. contra Ariſt.

Voluptas mari & fœminæ in cõitu, unde ſit.

Semẽ virile non proiicitur in uterũ muliebrem, cur. N. contra Ariſt.

Semen viri quãdo uterus trahat. N. contra Ariſt.

Ad conceptionem requiri ſemen utrumq. in utero confundi, quomodo.

Vterus quomodo semen virtualiciat, & menstrua permisceat.

Menstruorum etiam deceſſio & confluuium, fomitem in ea parte caloris parat.

à simili.

Itaque vt vasa non illita, calido diluta humore, aquam in se trahunt ore inuerso, ita attrahitur semen ab vtero. Nec audiendi sunt, qui partibus accommodatis ad coïtum officialibus id fieri opinãtur: nullo enim pacto sic fieri potest.

Quòd mulier semen emittat, aut ad se retrahat intrò.

Contrà etiam éuenit iis, qui semen à muliere quoque emitti aiunt. accidit enim, vt postquàm foràs emiserunt, retrahant intrò. Siquidem quod emissum est, misceri debet cum maris genitura: quod ita fieri superuacuum est. At verò Natura nullam rem superuacaneam facit. Cùm autem excrementum fœminæ in vtero constiterit, à matris genitura, quæ simile facit, vt

N. negat.

Semen viri, velut coagulum cogit menstrua in vtero.

lactis coagulum: coagulum enim, lac est continens calorem vitalem, qui partes similes ducit eôdem, vnit atque constituit. Et genitura ita se habet ad menstruorum naturam: éadem enim natura lactis & menstruorum est. sed de istis posteriùs erit mihi speciatim dicendum inter humida. Hanc autem quæstionem à philosopho hîc agitatam, antea diuerso quodam modo discussi; Cur fœmina per se non gignat? sic autem Arist. eodem cap. 4. lib. 2. de genera. anim. Sed cùm in plantarum genere, nullo discerniculo sexus, mas distinguatur à fœmina, in animalibus, quanquam non omnibus, distinguitur: & mas ob eam rem desiderat fœminam. Atqui quæsierit quispiam, qua de caussa, fœmina desideret marem, nec ex se ipsa generet. quandoquidem animam habet eandem, & materia, excrementum fœminæ est.

Similitudo lactis & menstruorum.

In plantis nulla sexus discretio.

N. negat, suprà.

Cur fœmina per se nõ generet.

Caussæ illud est, quòd animal sensu differat à planta. nec fieri potest, vt vel facies, vel manus, vel caro, vel alia pars sit, nisi anima sensualis insit aut actu, aut potentiâ: & aut aliquatenus, aut simpliciter. erit enim vt mortuus, aut pars mortui. Quòd si mas est efficiens talis animæ, impossibile est vt fœmina ex seipsa animal generet, vbi mas à fœmina separatur. eo enim quod diximus, mas definitur, qua mas est ratione. Quæstionem verò propositam ratione non carere patet in auibus, quæ ouа subuentanea pariunt. Quo autem pacto partes concrescant, deinceps disertè exponit ibidem, imitatus alibi citatam à me & repetendam Hipp. industriam. Quamobrem omnia quæ sanguinem habent animalia, cor primum possident, vt alibi antè dictum ex eodem. Venæ autem (sed potiùs arteriæ) ex corde tendunt diductæ modo riuorum, vt etiam ostensum est. Ortus verò similarium, frigore caloréve agitur: consistunt coguntúrque alia frigido, alia calido. Per venas alimentum resudans, in carnem aut carnis proportionale conuertitur, frigore consistens. ex quo fit, vt caro ab igne resoluatur. Sed quæ terrena admodùm oriuntur, parum humoris caloríque adepta, hæc dum refrigescunt, humore cum calore euaporante, duram terrenámque formam capiunt, vt vngues, cornua, vngulæ, rostra. quamobrem igne hæc molliuntur. Nerui & ossa, calore interiore conficiuntur, ficcescente humore. quamobrem ossa resolui ab igne non possunt. quomodo testa indissolubilis est. Hic autem calor nec ex quolibet carnem aut os facit, neque quolibet modo aut tempore, sed ex materia apta, & vt aptè, & cùm aptè effici potest. Neque enim quod effici potest, efficietur à mouente, quod actu careat: neque quod actum obtinet, efficere ex quolibet poterit. Inest hic calor in excremento seminali, tantam talémque habens motionem & actionem, quanta modicè ad quamuis corporis partem accommodetur. Quòd si vel deficit, vel excedit, rem quæ fit, aut deteriorem efficit, aut læsam & mancam, similiter vt in iis agitur, quæ foris igne coquuntur ad cibum, aut ad alium vsum. sed in iis motum caloris nos moderamur, in illis, Natura gignentis accommodat. in iis autem quæ sponte oriuntur, caussa est, motus temporis & calor. frigus, priuatio caloris est. Vtitur his ambobus Natura vim habentibus necessariò, vt alterum hoc, alterum illud faciat. sed in iis quæ alicuius gratiâ gignuntur, accidit vt alterum frigefaciat, alterum calefaciat: atque ita pars quæque qualitate certâ afficiatur, vt caro molis partim necessariò talis exinde facta, partim alicuius gratiâ. Nervus siccus & ductilis: os siccum & fragile: cutis carne siccescente efficitur. quomodo in polentis crustula, quam vetulam vocant. pingue enim, aliquid habet lentitatis. Primùm igitur moles superior per generationem distinguitur: inferior tempore procedente recipit incrementa in sanguineo genere. Omnia verò lineamentis primùm describuntur, deinde colores recipiunt, & mollitiem, & duritiem: quia pictoris officio fungatur Natura, cùm condit & errat. pictor enim vbi lineis primùm descripserit animantem, mox vario illinit colore, ac perficit. Cor primum generatur. & caput continuò à corde. oculi vltimi omnium partium perficiuntur, quoniam cerebrum quoque (ex quo oriuntur) vix consistat. Cæterarum partium vnaquæque ex alimento gignitur. nobilissima quæque, & potissimi principij particeps, ex concocto syncerissimo primóque alimento: reliquæ necessariæ, ac illarum gratiâ instituendæ, ex deteriore, & reliquiis excrementísque. Perinde enim Natura atque paterfamilias prudens, nihil amittere solet, ex quo facere aliquid commodi possit, dispensatur autem in cura rei familiaris, ita vt cibus optimus detur liberis, deterior seruis, vilissimus sociis animalibus.

Partes embryonis quomodo concrescãt, præsertim similares, per exempla.

Mas, est caussa efficiẽs animæ.

Quòd mas ad generationẽ requiratur.

Ab exẽplo auctũ Zephyriorum.

Ad partiũ generationẽ requiritur materia, apta, & calor efficiens, qualiter.

Calor informãs embryon, vnde sit, & quãtus, & quæ proportiones quærantur.

à simili.

Natura quo modo calore & frigore vtatur ad generationem.

Ab exẽplo.

Cutis generatio.

à simili.

Partes quo ordine formẽtur, quóve modo.

à simili.

Ordo generationis partium, & materiæ, pro earũq. dignitate.

Ab exẽplo.

Elegans similitudo.

Vt igitur incremento iam addito, mens aduena facit hæc: sic in ortu ipso Natura ex materia syncerissima carnem, cęterorum sensoriorum corpora conficit: in excrementis, ossa, neruos, pilos, vngues, vngulas, & reliqua generis eiusdem constituit. Quamobrem hæc vltima efficiuntur, cùm iam suppetit excrementum Naturæ. Ossa igitur in prima partium constitutione gignuntur ex seminali excremento: cúmque animal augetur, hæc incrementum ex alimento capiunt naturali, quo partes principales augentur. eius tamen ipsius alimenti sunt & reliquiæ & excrementa. Nerui etiam eo modo, quo ossa instituuntur, & ex eodem, vi-

Mentis & naturæ in corpus opera quæ.

Ossium generatio & nutritio: ut & aliorum.

delicet ex ſeminali excremento & nutritiuo. Oſſa quodamtenus capiunt incrementum: omnibus enim animalibus exitus magnitudinis eſt. itaque oſſa quoque certo augendi termino deſcribuntur. nam ſi hæc ſemper augerentur, animalia quoque, in quibus os aut oſſis proportionale eſt, augerentur quamdiu viuerent. Magnitudinis animalium meta & terminus his deſcribitur, vt pridem demonſtratum eſt, vbi de oſſibus egimus. Pili autem & eorum coguata omnia, quamdiu inſunt, tamdiu augentur: & magis cùm corpora aut ægrotant, aut ſeneſcunt, atque decreſcunt: quoniam plus excrementi tantiſper remanet, cùm minùs in partes præcipuas conſumatur, propter ſenium aut morbum. Nam vbi id quoque ob ætatem defecerit, pili quoque deficiunt. At oſſa contrà: decreſcunt enim cum corpore & membris. defunctis enim pili augentur, ſed naſci nequeunt. Quòd autem dentes, vngues, pili, & ſimiles eiuſmodi partes excremento conſtituuntur; ea de cauſſa homo in oblepto & nudiſſimo omnium animalium corpore eſt; & vngues minimos pro magnitudine habet: minimum namque in eo eſt excrementum terrenum, Cùm enim excrementum quodque ſit, quod inconcoctum remaneat: tum quod terrenum in corporibus eſt, omnium maximè eſt inconcoctum. Quemadmodum partes quæque conſtituantur, & quænam cauſſa generationis ſit, declaratum eſt breuiter & ſummatim ex Ariſt. nam alibi de Hipp. & medicis tranſegimus. Sed idem Ariſt. ſequenti cap. 5. Augentur fœtus, qui formâ animalis naſcuntur, per vmbilici annexum, vt pridem docuimus. Cùm enim vis quoque nutriendi in animalibus inſit, vmbilicum ſtatim quaſi radicem agunt in vterum. Vmbilicum venæ contentæ in putamine complent, vt antea demonſtratum. Hærent & continentur animalia ex vmbilico, qui ex vena dependet per æquilibrium directum ad venam, quaſi aquæductum fluentem. Fœtus membranis & ſecundis obuolutus continetur. Qui infantes in vtero aiunt ali (ſicuti de Hipp. vſpiam citaui) ſugentes carunculam quandam, non rectè dicunt. de quo nos ſpeciali ad Hipp. problemate. ſicuti & de quæſtione, quam hic mouet Ariſtoteles; Quam ob cauſſam ſterilis aut mas, aut fœmina ſit? poſſunt enim ſteriles eſſe & mulieres & viri. Cauſſæ verò ſterilitatis plures, ait ibidem. nam & à primo ortu Naturæ, locis ad coïtum commodis oblæſis, ſteriles & mulieres & viri redduntur; vt alteræ nõ pubeſcant, alteri non barbeſcant, ſed ſpadones quidam ſint. Aliis in proceſſu ætatis idem accidit affectus, aut propter corporis nutricationem pleniorem. mulieribus enim pinguioribus factis, viris corpore meliùs habito, excrementum ſeminale in corpus abſumitur. itaque fit vt illis menſtrua deſint, his genitura. Aut ex morbo, viris humidum frigidúmque emittitur ſemen: mulieribus purgationes vitiantur, plenæque excrementorum morbificorum redduntur. Multis etiam tum viris, tum mulieribus hoc idem accidit malum, oblæſis partibus & locis accommodatis ad venerem.

Oſſa quidem augeſcunt, & quòd ab his pendet magnitudo corporis.

Pilorũ proceſſus quidem maximus, & quamdiu, & quamdiu in defunctis.

Oſſa decreſcunt, quando.

Vngulum natura qualis.

Excrementum quid, & quale.

Embryonis incrementi quòd fiat. Ad ſimili.

Vmbilici generatio, natura, & vſus.

Embryonis tunica. Quòd embryon in aluo non ſugat.

Sterilitas ab ortu, vnde: & eius ſigna: item in proceſſu ætatis.

Obeſi ſteriles ſunt, quare.

Sterilitatis cauſſa.

A quæ vitia partim curabilia ſunt, partim incurabilia. ſed maximè ſteriles tunc perſeuerant, cùm primo Naturę ortu tales conſtiterunt. Mulierum probatio ſuffitu, vt odores ſubeuntes vterum, efferantur ad locum ſpirandi, & afficiãt habitum. atque etiam illitu, vt colores oculis impoſiti, ſaluam perficiant (vel potiùs inficiãt) oris. Nam niſi hæc ita fiant, meatus corporis, per quos excrementum decedit, confuſos, obſeptos & occæcatos eſſe ſignificatur. Sedes enim oculorum, maximè omnium locorum capitis, ſeminalis eſt. qua de re poſthàc inter humida: vbi & Ariſtotelis ex hoc loco improbabitur B ſententia, qua dicit purgationes ſeminales à ſepto venire: quòd inde ſit naturæ principium, quo fit (ait) vt motus à genitali ad pectus deueniant. Nos tamen de ſeminis genitali ſolo focóque aliter ſentimus, vt ibi demonſtrabitur: non enim à ſepto aut à pectore, vt Ariſt. tradit, ſed neque à cerebro, vt Plato & alij tradunt: ſed à teſtibus & vaſis ſeminalibus prodire aſſerimus, & poſthàc certis rationibus addicemus. Quod autem ad cauſſas ſterilitatis attinet, pleraſque iſtas philoſophus à medicis mutuatur, præſertim ex Hipp. aph. 72. & 73. lib. 5. & lib. de ſterilibus. Experimentum autem illud fœcunditatis ex ſuffitu, ab eodem Hipp. eſt aph. C 59. lib. 5. cui ſimilia alia complura aliunde reponam, vbi hanc eandem quæſtionem profusè agitabo inter problemata: núc enim Ariſtotelica percurrere animus eſt; ne noſtra alienis permiſceamus. venio autem ad lib. 3. Capite igitur primo aulicos inſtruit iam per ſe ſatis edoctos, quomodo expetitæ veneri ſatisfacere queant. Tenuitas & imbecillitas crurum (inquit) facit vt eorum Natura & ſalacior ſit, & fœcundior: quomodo & hominibus euenit: Alimentum enim quod crura ſubiret, in ſeminale excrementum transfertur: quicquid enim inde Natura adimit, hîc adiicit. ſeminale autem animal calidum eſſe & humidum oportet. Ego verò D mirabar equidem annis iſtis ſuperioribus, cur aulicorum quorundam adſtricta & arctè reuincta crura viderem. nunc autem video ſic à ſuis amiculis edoctos fuiſſe, vt dum alienæ voluptati ſeruiunt, valetudinis ſuæ curam negligant: & breuis temporis voluptatem, longitudini ſalutis anteponant: atque alimentum corpori circuncidant, quò plus in rem veneream ſuperſit excrementi. ſed ipſi viderint: atque interim audiant quod ſequitur; Cibum in ſemen conuerti in iis quæ abundè fœtificant, plurib⁹ declaratur euentis arborum, leguminum, frumẽtorum, & ſimilium, quæ cibum in ſemen conſumunt. Necnon gallinarum nonnullæ, cùm adeo valdè peperiſſent, vt etiam bis die pepererint, mox à tanto partu interiêre. hyperinæ enim (Gr. ὑπερίναι) id eſt effœtæ & aues & plantæ fiunt. quod vitium, nimia excrementi ſeceſſio eſt; vt exhauſtæ effœtæque dicantur, quæ ita afficiuntur. Quorſum & breuem paſſerum vitam venere exhauſtorum alibi ex eodem retulimus. Sed & illi hoc norunt, quod ſequitur ibidem: Quorum corpora accenſa libidine turgent ad coïtum, alia cum primùm vide-

Notã experimentũ ad ſterilitatem deprehendendam, ſic olim Hipp.

Oculi ſeminæ contigui, & ſeptum. N. negat.

N. vtrũ ſeminis locus cor ſit, contra Plat. & Ariſt.

N. ſatis ſalaces in aulicis.

Tenuitas crurum ſalaciores efficit, quare.

Semen calidum & humidum. N. de aulicis crura arctè conſtringentibus, quæſtio.

N. admonitio ad voluptatem.

Cibus in ſemen conuertitur, quibus.

Gallinæ multiparæ, breuis vitæ: ſic & arbores.

N. Sic paſſeres ſalaces breuis ani: ſic de aliis animantibus.

runt, alia cùm leuiter tetigerunt, ſemen emittunt. ſicuti perdicibus euenit, ſalaciſſimo volucrum generi; quarum vſus in aucupiis eſt: quarum ſimulátque marem olfecerunt, vocémve eius audierunt, aliæ implentur, aliæ ſtatim pariunt. Sub finem autem eiuſdem lib. 3. cap. 11. generationis modum iſtum repetit: Nempe in fœminis excremẽtum quoddam animalis ineſſe, quod principium genitale à mare profectum mouens potentiâ tale, quale id eſt de quo venit, animal efficiat. Ponendum igitur eſt, in animalibus generantibus, calorem in animali contentum, ſecernendo ex cibo ingeſto & concoquendo, facere excrementum, quod conceptus principium ſit. Et hæc quidem ferè ex lib. 3. qui magis aliorum animalium generationi, quàm hominum, dicatus eſt. deinceps ex lib. 4. qui potiùs de homine agit, cumulatiora nobis teſtimonia expromentur. ſic autem cap. 1. ſtatim ab initio: In perfectiſſimis animalibus mas & fœmina diſtinctè habentur: eáſque facultates, omnium animalium & plantarum eſſe principia fateamur. quamquam in aliis diſcretas, in aliis indiſcretas; diſſerendum hîc eſt primò de eorum ipſorum generatione. mas autem vel fœmina cur & qualiter è ſeminibus in vtero confuſis in altero generetur, poſthàc inter problemata ediſſeram, adhibiturus etiam in colloquium, Ariſtotelem ipſum. ſic verò ibidem marem à fœmina diſtinguit; Mas & fœmina potentiâ quadam & impotentiâ definiuntur. quod enim poteſt concoquere & conſtituere & ſecernere ſemen, atque principium obtinet formæ, id mas eſt. principium autem non hoc dico, ex quo vt materia, tale gignitur, quale quod generat, eſt: ſed id quod primum moueat, ſiue in ſe ipſo, ſiue in altero poſſit hoc facere. quod autem recipit, nec poteſt conſtituere & ſecernere, id fœmina eſt. quod & paulò antè innotuit. & mox, Sed cùm alterum poteſt, alterum non poteſt ſecernere excrementum ſyncerum; omniſque facultas inſtrumentum aliquod ſibi accommodatum habet, & quæ meliùs, & quæ deteriùs idem efficiat. fœmina autem & mas cùm multifariàm verba hæc (poſſe & non poſſe) dicantur, modo prædicto ſibi opponantur: inſtrumentum ob eam rem tum fœminæ, tum mari tribui neceſſe eſt. itaque alteri vterus, alteri coles datus eſt. Natura autem ſimul & facultatem cuiuis dat, & inſtrumentum: ſic enim melius eſt. Quamobrem ſingula loca vnà cum ſingulis excremẽtis & facultatibus ſibi accommodatis inſtituuntur. atque vt nec viſus ſine oculis, neque oculus ſine viſu perficitur: ſic & aluus & veſica ſimul atque excrementa fieri poſſunt, conditur. Quibus ex verbis elicit neceſſitatem creationis maris aut fœminæ. Cùm enim principium (ait) non ſuperat, neque concoquere poteſt, propter caloris inopiam; neque ducit in ſuam formam, ſed tantiſper ſuperatur; mutari in contrarium neceſſe eſt. contrarium autem maris, fœmina eſt: videlicet quâ alterum mas, alterum fœmina eſt. & cùm facultatis ſuæ virtutis differentiam habeat, inſtrumentum quoque habet auerſum. itaque in tale mutatur. Parte autem aliquâ opportunâ mutatâ, conſtitutio tota animalis multò diſcrepat formâ. Licet hoc perſpicere in ſpadonibus, qui vnâ parte truncati, tam à priſtina forma diſcedunt, parúmque à fœmina, ſpecie diſtant. Cuius rei cauſſa eſt, quòd partes nonnullæ, principia ſunt. principio autem mutato, multa ex iis quæ ſequuntur, commutari & dimoueri neceſſe eſt. Quòd ſi mas, principium quoddam & cauſſa eſt; máſque eſt, quâ aliquid poteſt; fœmina verò, quâ non poteſt: potentiæ autem & impotentiæ ratio ſic deſcribenda eſt, vt facultas aut adſit, aut deſit concoquendi vltimi alimenti, quod in ſanguineis, ſanguis appellatur; in exanguibus, proportionale; eiúſque cauſſa in principio & parte, quæ originem naturalis caloris continet, ſita: cor profectò in ſanguineis conſtitui, & aut marem, aut fœminam fieri quod gignitur, neceſſe eſt. in cæteris verò generibus, mas & fœmina eſt, quod proportionale cordis habeatur. Vbi vides, eam vim mutationis & tam magnæ, & tam ſubitæ, cordi præcipuè tribui; quæ potiſſima ad teſtes præpotentes erat referenda, vti nos antè ex Gal. præſertim docuimus, & mox ex Ariſt. agnoſcemus: cùm exectis & ſpadonibus cor maneat idem: exectis autem vel attritis teſticulis, ea mutatio fiat, quam vel ipſe Ariſtoteles agnouit, & cuius cauſſam aliò traduxit. nobis tamen tali opinioni minimè adſtipulantibus, ob eas quas alibi dixi, & nunc obiter repetiui, cauſſas. nam de diſcrimine ſexus & partium genitalium (de quo multa hoc quidem capite Ariſtoteles contra Empedoclem & Democritum) nos poſthàc inter problemata, quid nobis videatur, exponere tentabimus. Sequens caput 2. egregiam quæſtiunculam proponit; Quibus indiciis, maris generatio à fœminæ generatione diſcernatur. Indicia verò faciunt res quæ accidunt. nouella enim & ſeneſcens ætas, magis quàm florens, fœminas generat. in altera enim calor nondum perfectus eſt, in altera deficit. humidiora enim effœminatioráque corpora, fœminam potiùs gignunt: & ſemina humida magis quàm ſpiſſa, hoc idem faciunt. hæc enim omnia eueniunt caloris inopiâ naturalis. Flatibus itẽ aquiloniis magis quàm auſtrinis, mares gignuntur. Necnõ paſtores aiunt intereſſe ad maris & fœminæ pecoris fœturam, non ſolùm ſi ita accidit, vt initus aquiloniis auſtriniſve flatibus fiat: ſed etiam ſi, cùm pecus coït, ſpectat ad aquilonem aut auſtrum. ita minimo interdum momento cauſſa datur caliditatis aut frigiditatis: hæc verò cauſſam complent generationis. Diſſident omnino inter ſe mas & fœmina, ob eas quas diximus cauſſas, ad maris & fœminæ generationem. ſed moderatione quæ intercedat, opus eſt. Nam omnia quæ vel naturâ, vel arte efficiuntur, ratione aliqua ſunt. calor autem ſi valdè ſuperat, exſiccat humorem; ſi multùm deficit, non concernit, nec concoquit. Sed medij rationem ad rem condendam ſeruari requiritur. Alioqui, vt in iis quæ igne

Perdicum mira ſalacitas.

Fœtus generatio à menſtruo & ſemine viri.

Semina generatio quæ fiat, & quem in vſum.

Maris & fœminæ diſcrimen, & alia.

Mas, qui.

Fœmina, quæ.

Maris & fœminæ organa generationi diuerſa, item facultates & loca vtriuſque.

A ſimili.

Fœmina generatio quæ fiat, & inſtrumentum à mare diuerſum.

Teſtes quæ tam confernant ad naturæ robur: & vis principij.

Maris & fœminæ diſcrimen in potentia.

Vis concoquendi ſanguinis, vbi: & cur mas aut fœmina gignatur.

N. contra Ariſt. de corde & teſtium potiſtate. Ab exemplo.

Mas aut fœmina quando potiſſimè generetur.

Obſeruanda in pecorum fœtificatione & initu.

Maris & fœminæ diſferentia, quatenus per cauſſam efficientem. A ſimili.

coquuntur, plus ignis deürit, minùs non concoquitur: ac euenit vtrinque, ne quod agitur, perficiatur. Sic in coïtu maris & fœminæ, moderatione opus est. hinc multis tum maribus, tum fœminis euenit, vt coniuncti inter se nequeant generare, disiuncti queant. & aut minoribus natu, aut maioribus hæ contrarietates existant eque in generatione sterilitatéque, & maris fœminæque procreatione; vti demùm inter problemata demonstrabitur. vbi & quæstio discepabitur hæc, quam noster Arist. proponit cap. deinceps 3. Quas ob causas nati vel parentibus vel aliis similes sint? Cæterùm rariùs frequentis partus causam cap. 4. indagat, ac primùm in mutis animantibus, quarum ad nos ratio nil attinet. deinde sic de homine transigit: Homo cum omnibus generibus ambigit: nam & vniparum, & pauciparum, & multiparum interdùm est. sed maximè suâ naturâ vniparum est. Humore profectò caloréque corporis, multiparum est: seminis enim natura humida & calida est. sed suæ magnitudinis ratione, pauciparum atque vniparum est. Hinc tempus etiam vteri ferendi enorme vnum hoc animal fortitum est. cæteris enim vnum est tempus: homini verò plura sunt: quippe cùm & septimo mense, & decimo nascatur, atque etiam inter septimum & decimum positis. qui enim mense octauo nascuntur, etsi minùs, tamen viuere possunt. sed de stato partus tempore, & septimestri atque octimestri partu, & diuerso mensium numero alibi postea inter problemata. vt hoc interim habeas ex cap. 10. lib. 4. de genera. animal. Vteri ferendi tempora certa cuique animalium sunt, magna quidem ex parte pro vitæ spatio. viuaciorum enim generationes quoque diuturniores esse necesse est. non tamen id caussæ est: sed magna ex parte sic euenit. Maiora enim perfectioráque sanguinei generis animalia, plus temporis viuunt, homo enim plus temporis, quàm quoduis animal viuit, excepto elephante; quodquidem vsu adhuc fide digno nouerimus. quamquam homo minoris est incrementi, quàm veterina & alia multa. Haud verò tempore breui constitutiones perfici magnas vel animalium, vel quorumuis aliorum ferè facile est. Cæterum hoc tibi ex cap. 5. eiusdem lib. 4. physiognomon adnota: Homines pilosos, libidinosiores, & seminis copiosioris esse, quàm læues. quales vtique sunt lepores, animal hirsutissimum, salaciissimum, fœcũdissimum, & quod superfœtare soleat: ita vt fœtus alios imperfectos gestet, alios perfectos iam edat. sed an idem lepus mas sit & fœmina, & velut androgynus inire atque initi possit & soleat, quod nos putamus, & experientiæ credimus, Aristotelem non memini scribere; atque ea res aliò pertinet. ibidem verò cap. 6. Mares potiùs quàm fœminæ oblæsi in genere hominum nascuntur; cùm in cæteris animalib. nihilo potiùs mares quàm fœminæ ita proueniant. Cuius rei caussa est, quòd in hominibus longè mas à fœmina differt calore naturæ. quô fit, vt mobiliores sint mares in vtero, quàm fœminæ. motu autem ipso franguntur; cùm recens quoduis facilè

Mas & fœmina vtcri gerendo nequeãt, cum alijs queant.

Homini conditio ad partum varia, qui: & cur ferè vniparus. Semen calidum.

Homini vteri gerendi diuersũ, quomodo.

An octimestris viuat cõtra Hipp.

Tempora gerendi vteri quomodo discrepent: & quæ animantes viuacissima. Homo & elephas, viuacitate cæteris, cur.

Magna animalia longiori tempore gignũntur in alio.

Hominis pilosi natura salax.

Leporum superfœtatio: ac idem hermaphroditi?

Mas quàm fœmina potiùs oblæsus nascitur in hominum genere, cur.

A præ sua imbecillitate frangi possit. Sunt autem fœminæ suâ naturâ debiliores frigidioréque: & sexum fœmineum, quasi læsionem naturalem & detrimentum esse putandum est. & mox cap. 8. cùm apud Hipp. legisset, vocis, mammarum, vteri, testium sympathiam esse, ita inrulit: Ex quo fit, vt & voces tum marium, tum fœminarum immutentur, cùm semen ferre incipiunt (hinc enim vox suam originem trahit: alteratur verò, cùm id quod moueat, alteretur) & mammæ subleuentur etiam maribus planè, sed fœminis ampliùs. de quibus alibi antea. Sed pergamus excutere librum quintum & vltimum. cap. igitur 1. lib. 5. de genera. animal. sic ait philosophus; Principio pueri cùm nati fuerint, B dormire omnium maximè imperfectorum animalium solent: quoniam intra parentem cùm primùm sentire cœperint, tempus dormiendo totum ferè consumunt. at proficiente ætate magis expergisci videntur. sed de somno & vigilia antehàc. sed tamen hoc placet subiicere, indidem depromptum: Cùm pueri vigilant, non rident: cùm dormiunt, rident: interdum etiam lacrymant. Accidit enim dormientibus etiam animalibus sensus, non modò quæ somnia vocantur, sed etiam præter somnia: vt iis qui dormientes, resurgunt, & quidem pleraque agunt sine somnio. Sunt enim qui dor- C mientes resurgant & ambulent, videntes eo modo, quo qui vigilant. iis enim sensus accidentium contingit, quamquam non vigilantibus; tamen non vt somnium. Infantes verò propter consuetudinem, quasi nescij vigilandi, sentire videréque in dormiendo videntur. Tempore autem procedente, incrementóque transeunte in partem inferiorem, expergiscuntur. Iam magis & partem temporis maiorem ita degunt: sed initio plus quàm cætera animalia, somno dediti viuunt. imperfectissimi enim omnium perfectorum partuum nascuntur, & incremento partis superioris exuperant. Oculi omnium puerorum statim à partu cæsi sunt: D pòst verò immutantur in eam naturam, quæ futura est. quod in cæteris animalibus non euenit manifestè. At hominum oculos varios versicoloréque esse euenit. nam alij cæsij, alij flauidi, alij nigri, alij caprini. sed nos de oculorum compositione, & eorum coloribus abundè iam circa initia commentationis huius. demum cap. 7. Exacta omnia in fœminam mutantur. & quoniam vires neruosæ in suo originali principio laxantur, similem fœminis mittunt vocem. Laxatio verò similis fit, vt si quis fides intendens adhibuerit pondus, quod annexum reddat contentiores. quomodo tex- E trices faciunt, quæ cùm stamina distenderint, annectunt quas leuas vocant. Ita enim natura quoque testium annexa meatibus seminalibus dependet: qui meatus ex vena tendunt, cuius origo ex corde est iuxta ipsum principium, quod vocem moueat. Quamobrem meatibus seminalibus immutatis, ad eam quâ semen excernere possunt, ætatem, pars illa quoque vnà cum iis immutatur: quâ immutatâ, vox etiam mutatur, maximè scilicet maribus. Sed

Fœmina, quid.

Mas & fœmina quædo vocem mutent, causa & signum.

Pueri somnolenti, cur.

Infantes cur in somnio rideant aut fleant.

Homines dormientes ambulant, & multa agunt, rarum, quomodo. N. ab experientia.

Infantes animum animantium imperfectissimi, primum superis partibus increscunt. Puerorum oculi quales, & quãobrem.

Testiũ vis quanta, & eorum scelerum dãna. A simili.

Testium vsus, à simili. N contra Arist.

Eunuchi cur vocem gracilem edant.

Τεχνίζειν, hircum talire, quid.

fœminis etiam idem accidit, quamquam obſcuriùs, quod quidem hircire appellant (τραγίζειν antea nominaui, & aliunde citaui) cùm vox mittitur inæqualis. pòſt verò reſtituitur in ſequentis ætatis grauitatem, aut acumen. Sublatis igitur teſtibus, tenſio quoque meatuum laxatur: quomodo in fidicula & ſtamine, ſublato pondere. Laxatis his, principium quod moueat vocem, eâdem ratione laxatur. Cauſſa hæc eſt,

Caſtrata cur effeminentur.

quamobrem execta mutétur in fœminâ, tú voce, tum etiá reliquâ formâ. quoniam ita accidit, vt principium laxetur, ex quo intentio corporis eſt (à corde videtur illam repetere) non vt quidam exiſtimant, quòd teſtes ipſi, copula ſunt

Teſtibus exectis cur talia ſequãtur: & principij vis.

multorum principiorum. Sed paruæ mutationes cauſſam affeiunt magnarum mutationum; non ſui ratione, ſed cùm euenit, vt principium vnà cum ijs ipſis muteretur. Principia enim quãuis magnitudine parua ſint, tamẽ facultate ſunt magna, hoc eſt enim principium eſſe, vt ipſum quidem cauſſa ſit multorum, ſed ipſius nulla ſit

Principiũ, quid.

ſuperior cauſſa. Hæc eo loci philoſophus inobſeruata priſcis, qualia ferè ex cap. 1. lib. 4. huius operis nuper protulimus, & cap. 2. lib. 1. Quæ autem ſit vis teſticulorum ad vocis, habitus, coloris, pilorum & barbæ variam mutationem,

Teſticulorum vis mira, ad quid. N. contra Ariſt.

nos quidem jam antè cum Galano contra Ariſtotelis mentem ſanximus; qui cordi eam facultatem haud iure tribuebat, quæ teſticulorum energiæ erat aſſignanda & vindicanda; partibus non tantùm ad generationem, ſed etiam ad maiorem vitæ commoditatem, & ad diſcrimen inſigne maris ac fœminæ à Natura procreatis.

Famina & eunuchi ſimulando.

Quo enim differat ſpado vel eunuchus à fœmina, vtique ex inſpectione vultus, & vocis tenore, & morum carniſque mollitie, & actionum lentitudine quadam parum virili, haud facilè deprehendes. Ita teſtes neceſſariò creati, certum

Teſtium vis & etymologia.

teſtimonium maſculæ aut fœmineæ naturæ morúmque enuntiant, haud abs re id nominis ea de cauſſa potiſſimùm ſortiti, vt aliàs memini dicere me, vbi primùm de partibus generationi dicatis ſermonem inſtitui. Atque hæc ſunt, ni

Concluſio.

fallor, quæ de toto illo ingenti opere Ariſtotelis de hiſtoria, partibus & generatione animalium, triplici diſtincto volumine, potuerunt à nobis excerpi, quæ quidem ad rem præſentem illuſtrandam aut amplificandam ſpectare videbantur, vt tamen problemata nonnulla mihi conſultò prætermiſſa intelligas, de vſu rerum venerearum, & cæteris cõdem pertinentibus, ſpeciali ſectione 4. ſatis profuſè conſcripta; quorum quædam poſthàc vſurpabimus, vbi peractâ partium iſtarum reliquâ hiſtoriâ, in nonnullas quæſtiones & problemata excurrere licebit. Simul & de ſemine ac menſtruis dilatum mihi ſermonem, ad tractationem humidorum referendum ſubaudias: quia terrena iampridem perſequimur, & in homine plurimum huius elementi deprehendimus: vt non immeritò ex eo nomen retulerit, vt aliàs inſinuaui.

EX PLINIO.

PLinium quidem Ariſtoteli ſæpè aliàs ſubiũxi velut doctum imitatorem, & fidum interpretem: ſed Plinius multa de multis aliis authoribus, qui ferè omnes exciderunt, ſuam in illam inſignem bibliothecam tranſtulit: de qua operæpretium facturi videmur, ſi nonnulla & præclara quæque huc ſelecta inſeruerimus, ſicuti ferè occurrent, nullo admodùm ſeruato ordine; quem ille nullum admodùm his in rebus tenuit. totus ferè liber 7. de homine eſt, & iis quæ ad hominem pertinent. Sed hoc de lib. 27. cap. 6. primùm proponam, deinde ad alia veniam. Venerem (ait ille) damnauit Democritus, vt in qua homo alius exiliret ex homine (Epicuro ſpecies quædã epilepſiæ dicebatur, vt aliàs notaui.) Eſt hercule raritas eius vtilior. athletæ tamen torpentes reſtituuntur vênere. medetur & lumborum dolori, oculorum hebetationi, mente captis, ac melancholicis. idem cap. 63. lib. 30. Bipedum ſolus homo animal gignit. Homini tantùm primi coïtus pœnitentia: auguriũ ſcilicet vitæ à pœnitenda origine. Cæteris animalibus ſtati per tempora anni concubitus: homini omnibus horis dierum noctiúmque. Cæteris ſatietas in coïtu, homini propè nulla. Meſſalina Claudij Cæſaris coniunx, hanc regalem exiſtimans palmam, elegit id in certamen, nobiliſſimam è proſtitutis ancillam mercenariæ ſtipis; eámque die ac nocte ſuperauit quinto ac viceſimo concubitu. In hominum genere: maribus diuerticula veneris excogitata, omnia ſcelere Naturæ: fœminis verò abortus. Quantuqo in hac parte multò nocentiores, quàm feræ ſumus? Viros auidiores vêneris hyeme, fœminas æſtate, Heſiodus prodidit: & nos alibi ex Hipp. idem ſtatuimus. idem ibidem; Omnia animalia quò maiore corpore, hoc minùs fœcunda ſunt. & quò majus eſt animal, tantò diutius formatur in vtero. & cap. ſequenti 64. Quæcumque animal pariunt, in capita gignunt, circumacto ſub enixum fœtu; aliàs in vtero, porrecto. Homo in ſemet conglobatus, inter duo genua naribus ſitis. & hæc ferè ex Ariſt. vt patuit. idem capite illo ſolenni 37. lib. 11. Fœminis éadẽ omnia, prætérquàm veſicæ iunctus vtriculus; vnde dictus (niſi malis ab vtre) vterus: quod alio nomine, locos appellant, hoc in reliquis animalibus, vuluam. (ideo ſuprà interpretes ſacros obiter perſtrinxi.) In muliere geminos ſinus ab vtraque parte laterum habet: funebris quoties verſa ſpiritum incluſit. de cæteris animalibus leges eundem poſt Ariſt. hoc autem ex eodem capite ita ſubiungo; Steriliora cuncta pinguia, & in maribus, & in fœminis. Vbi tamen miror de genitalibus virorum partibus nihil fuiſſe dictum. quod pudori potiùs Romano, quàm ignorantiæ aut obliuioni adſcribendum duco. venio autem deinceps ad lib. 7. non totum illum quidem exhauſturus, ſed velut delibaturus, ea carpens, quæ prima occurrent huic ſermoni affinia, ſeriem capitum potiùs, quàm rerum ſecuturus, vt author ipſe

Propoſitio.

Veneris incommoda & quid, & quorſum condatur.

Homini pœnitẽtia primi coïtus, cur: & quãdo coire ſoleat, & quantum. Veneris diuerticula nefanda, & abortus.

Mas & fœmina quo tempore venerem appetant.

Animalia quò maiora eò ſteriliora, & diutiùs gemãt.

Animalium partus quã fiat, & fœtus ſitus in aluo.

Vterus vnde dictus, & vnus ſit, & quotlibet item vuluæ, quibus adſit propriè

Suffocatio ab vtero.

Obeſa ſteriles.

Plinius nihil de virilibus, quæ de re. Propoſitio.

Digitized by Google

feciſſe agnoſcitur, ea prima deſcribens, quæ prima menti occurriſſent, vel inter legendum obſeruanti obuiaſſent. Ergo cap.1.lib.7. ſic Plinius de homine in vniuerſum præfatur: Principium iure tribuetur homini; cuius cauſsâ, videtur cuncta alia genuiſſe Natura; magnâ & ſæpâ mercede contra tanta ſua munera. vt non ſit ſatis æſtimare, parens melior homini, an triſtior nouerca fuerit. Ante omnia, vnum animantium cunctorum, alienis velat opibus. hominem tantùm nudum, & in nuda humo, natali die abiicit ad vagitus ſtatim & ploratum: nullúmque tot animalium aliud ad lacrymas, & has protinus vitæ principio. At hercule riſus præcox ille & celerrimus ante quadrageſimum diẽ nulli datur. Ab hoc lucis rudimento, quæ ne feras quidem inter nos genitas, vincula excipiũt, & omnium membrorum nexus? Itaque feliciter natus iacet manibus pedibúſque deuinctis, flens, animal cæteris imperaturum: & à ſupplicijs vitam auſpicatur; vnam tantùm ob culpam, quia natum eſt. Heu dementiam ab iis initijs exiſtimantium ad ſuperbiam ſe genitos! Prima roboris ſpes primúmque temporis munus, quadrupedi ſimilem facit. Quando homini inceſſus? quando vox? quando firmum cibis os? quandiu palpitans vertex, ſummæ inter cuncta animalia imbecillitatis indicium? Iam morbi, tórtque medicinæ contra mala excogitatæ; & hę quoque ſubinde nouitatibus victæ. Cætera ſentire naturam ſuam, alia pernicitatem vſurpare, alia præpetes volatus, alia vires, alia nare. Hominem ſcire nihil ſine doctrina; non fari, non ingredi, non veſci: breuitérque non aliud Naturæ ſponte, quàm flere. Itaque multi extitêre, qui non naſci, optimum cenſerent: aut quàm ocyſſimè aboleri. Vni animantium luctus eſt datus, vni luxuria, & quidem innumerabilibus modis, ac per ſingula membra: vni ambitio, vni auaritia, vni immenſa viuendi cupido, vni ſuperſtitio, vni ſepulturæ cura, atque etiam poſt ſe de futuro. Nulli vita fragilior, nulli rerum omnium libîdo maior, nulli pauor confuſior, nulli rabies acrior. Denique cætera animantia in ſuo genere probè degunt: congregari videmus, & ſtare contra diſſimilia. leonum feritas inter ſe non dimicat: ſerpentum morſus non petit ſerpentes: ne maris quidem beluæ ac piſces, niſi in diuerſa genera ſæuiunt. at hercule homini plurima ex homine ſunt mala. Hæc Plinij præfatio fuit elegans & diſerta, de hominis natura dicere inſtituentis. ſed cap.1. de diuerſitate figurarum dicturus, poſt pauca; Naturæ verò rerum (ait) vis atque maieſtas in omnibus momentis fide caret; ſi quis modò partes eius, ac non totam complectatur animo. immenſum æſtimatione: tot gentium ſermones, tot linguę, tanta loquendi varietas: vt externus alieno penè non ſit hominis vice. Iam in facie vultúque noſtro, cùm ſint decem aut paulò plura membra; nullas duas in tot millibus hominum indiſcretas effigies exiſtere. quod ars nulla in paucis numero præſtet affectando. mox de feris Scytharum & aliarum gentium moribus toto cap.2. vbi poſt multa ſic exclamat; Adeo Naturæ, cùm ferarum morem veſcendi humanis viſceribus in homine genuiſſet, gignere etiam in toto corpore, & quorundam oculis quoque venena placuit. ne quid vſquam mali eſſet, quod in homine non eſſet. Ibi Ophiogenes memorat, qui manu impoſitâ, venena extrahant corpori. Pſyllis & Marſis ineſſe vim contra ſerpentes. quinetiam ictas ſaliuâ, vt feruentis aquæ contactum fugere. quòd ſi in fauces penetrauerit, etiam moriſidque maximè humani ieiunij oris. Hirpis in Italia familias ſuper ambuſtam ligni ſtruem ambulantes non aduri. Quorundam corpore partes naſci ad aliqua mirabiles: ſicut Pyrrho regi pollex in dextero pede; cuius tactu lienoſis medebatur. hunc eremari cum reliquo corpore non potuiſſe. In India multos quina cubita longitudine excedere. non expuere, non capitis aut dentium aut oculorum vllo dolore affici, rarò aliarum corporis partiũ. tam moderato ſolis vapore durari. Philoſophos eorum, quos Gymnoſophiſtas vocant, ab exortu ad occaſum perſtare contuentes ſolem immobilibus oculis, feruentibus arenis toto die alternis pedibus inſiſtere. Monſtra ibi hominũ prætereo: pulchra & laudabilia quæro. Artemidorus ſcripſit, in Taprobana inſula lõgiſſimam vitam ſine vllo corporis languore traduci. deinde ſic concludit: Hæc atque talia ex hominum genere ludibria ſibi, nobis miracula, ingenioſa fecit Natura. & ſingula quidẽ quæ facit in dies, ac propè horas, quis enumerare valeat? ad detegendam eius potentiam, ſatis ſit inter prodigia poſuiſſe gentes. hinc ad confeſſa in homine pauca. Tergeminos naſci (ſubdit cap.3.) certum eſt, Horatiorum Curiatiorúmque exemplo. Inter oſtẽta ducitur, præterquàm in Ægypto, vbi fœtifer potu Nilus. Annis proximis, ſupremis Diui Auguſti, Fauſta quædam è plebe, Oſtiæ duos mares, totidem fœminas enixa, famem quæ conſecuta eſt, portendit haud dubiè. Reperitur & in Peloponneſo, quinos quater enixa, maiorémque partem ex omni eius vixiſſe partu. Et in Ægypto ſeptenos vno vtero ſimul gigni author eſt Trogus. Eutyche à xx liberis togo illata Trallibus, enixa xxx partus. Alcippe elephantum: quamquam id inter oſtenta eſt. namque & ſerpentem peperit (ſic nos alibi ex Benedicto medico Italo) inter initia Marſici belli ancilla. Eſt inter exempla, in vterum protinus reuerſus infans Sagunti, quo anno ab Annibale deleta eſt. Poſſem monſtra vel adeo horridiora his proferre partuum, quos noſtra vidit ætas & admirata eſt atque pertimuit: cùm forma tam tetra eſſet quorundam, vt ad belluinam aut etiam diabolicam potiùs, quàm ad humanam videretur accedere. quædam tibi Munſterus recentia repræſentabit; plura libri medicorum de monſtris referent; nonnulla prorſus terrifica P. Boaiſtuau libello de monſtris & prodigiis depinget. De mutatione ſexus dixi non ita pridem, vel ex hoc eodem authore Plinio. ſic autem ille ſubiungit cap.4. Editis geminis, raram eſſe aut puerperæ, aut puerperio, præterquàm alteri, vitam. ſi verò vtriuſque ſexus editi ſint gemini, rariorem vtrique ſalutem.

Hominis prærogatiua, & eiuſdem miſeria.
Natura potens & nouerca, qui.
Hominis miſera conditio iam inde ab ortu.
Quando homini riſus, quando fletus.
N. ſuprà ex Ariſt.
Infantis ſalacitas.
Exclamatio in ſuperbos.
Ætatis vniuerſæ hominis miſeria.
Homo omnium artiũ rudis naſcitur, cætera contrà.
N. ſuprà ex Anacreonte.
Homini ſolæ naturales ſolum eſt.
Vita hominis arumnoſa, & mortis optio.
Homini innata vitia.
Homo homini lupus, alia aliter.
Naturæ vis quàm varia, per exẽpla.
Hominum diſcrepantis formæ.
Homini innata feritas.
Ophiogenum, Pſyllorũ, Marſorum, Hirpinorũ miracula.
Saliua humanæ energia.
Pyrrhi pollex pedis mirificus.
N. ſic de Veſpaſiano apud Suetonium.
Indorum mores & proprietates, præſertim Gymnoſophiſtarum.
Taprobana colonia.
Naturæ vis mira.
Tergeminorum exempla, & multiparorum mulierum.
Eutyches fœcunditas vera.
Elephantis & ſerpentis parens mulier. Mirũ.
Infans in vterum regreſſus.
Monſtra partuũ horrida.
Geminorũ proprietas.

Digitized by Google

Fœminas gigni celeriùs (alibi ex Hipp.& Arist. creſcere & adoleſcere) quàm mares, ſicut celeriùs ſeneſcere. Sæpius in vtero moueri mares: & in dextra ferè geri parte, in læua fœminas. deinde cap. 5. Cæteris animantibus ſtatum & pariēdi, & partus gerendi tempus eſt. homo toto anno & incerto gignitur ſpatio. alius ſeptimo menſe, alius octauo, & vſque ad initia decimi vndecimique. Ante ſeptimum menſem haud vnquam vitalis eſt (ita Hipp. ſed experientia refragatur) ſeptimo, non nili pridie poſteróve plenilunij die, aut interlunio concepti naſcuntur. tranſlatitium in Ægypto eſt, & octauo gigni. iam quidem & in Italia tales partus eſſe vitales. &c. ſed de legitimo partus tempore dicēdum nobis erit deinceps inter problemata: & hic nodus ſoluendus, & Gellius cum hoc Plinio & aliis conferendus. mox igitur cap. 6. A conceptu, decimo die dolores capitis, oculorum vertigines tenebræque, faſtidium in cibis, redundatio ſtomachi, indices ſunt hominis inchoati. Melior color marem ferenti, & facilior partus. motus in vtero quadrageſimo die. Contraria omnia in altero ſexu: ingeſtabile onus, crurum & inguinum leuis tumor. primus autem xc die motus. Sed plurimum languoris in vtroque ſexu, capillum germinante partu, & in plenilunio. quod tempus editos quoque infantes præcipuè infeſtat. Adeóque inceſſus, atque omne quicquid dici poteſt in grauida, refert: vt ſalſioribus cibis vſæ carentem vnguiculis partum edant. & ſi reſpirauēre, difficiliùs enitantur. Oſcitatio quidem in enixu lethalis eſt: ſicut ſternuiſſe à coïtu, abortiuum. cætera de abortu ab extincto lucernarum, alibi ex cap. deinceps 7. ac cap. 8. In pedes procedere naſcentem, contra naturam eſt. quo argumento eos appellauēre Agrippas, vt ægrè partos. at ritu Naturæ, capite hominem gigni mos eſt, pedibus efferri. & cap. 9. Auſpicatiùs enecta parente gignuntur. ſicut Scipio Africanus prior natus: primúſque Cæſarum à cæſo matris vtero dictus. qua de cauſſa & Cæſones appellati. & c. 10. Vopiſcos appellabant è geminis, qui retenti vtero naſcerētur, altero interempto abortu. & cap. 11. Præter mulierem, pauca animalia coïtum nouere grauida. vnum quidem omnino aut alterum ſuperfœtat. at de ſuperfœtatione mulierum poſthàc ſpeciali problemate tranſigam; & hoc adhibito Ariſtotelis imitatore in partem conſilij: ſicut & de ſimilitudine formæ ex eodem. iam cap. 13. Eſt quædam priuatim diſſociatio corporum; & inter ſe ſteriles, vbi cum aliis iunxēre, gignunt. Item alij aliæque fœminas tantùm generant, aut mares: plerumque & alternant. Aliis ſterilis eſt iuuenta: aliis ſemel in vita datur gignere. Quædam non perferunt partus: quales ſi quando medicina & cura vicēre, fœminam ferè gignunt. & cap. 14. Mulier poſt quinquageſimum annum non gignit, maiórque pars quadrageſimo protluuium genitale ſiſtit. Nam in viris, Maſaniſſam regem poſt lxxxvj. annum generaſſe filium, quem Methymathnum appellauerit, clarum eſt. Catonē Cenſorium octogeſimo exacto, è filio Salonij clientis ſui. & vſque ad lxxxv. apud ignobiles, vulgaris reperitur generatio. De menſibus mulierum (qui nunc occurrunt cap. 15.) alius erit dicendi locus. ſed cap. 16. Nigidius lac fœminæ non corrumpi alenti partum, ſi ex eodem viro rurſus conceperit, arbitratur. Incipiente autem hoc ſtatu, aut deſinente, conceptus facillimi traduntur. Fœcunditatis in fœminis prærogatiuam accepimus, inunctis medicamine oculis ſaliuam infici. Quædam concreto genitali gigni, infauſto omine, Cornelia Gracchorum mater indicio eſt. Riſiſſe eodem die quo genitus eſſet, vnum hominem accepimus Zoroaſtrem. eidem cerebrum ita palpitaſſe, vt impoſitam repelleret manum; futuræ præſagio ſcientiæ. In trimatu ſuo cuique dimidiam eſſe menſuram ſtaturæ certum eſt. in plenum autē, cuncto mortalium generi minorem in dies fieri propemodum obſeruatur: ratóſque patribus proceriores, conſumente vbertatem ſeminum exuſtione, in cuius vices nunc vergat ævum. Iam verò ante annos propè mille, vates ille Homerus non ceſſauit minora corpora mortalium, quàm priſca conqueri. ibidem Arabis corpus nouem pedum & totidem vnciarum tradit. aliud xlvij cubitorum. ſub Auguſto minimum hominem duos pedes & palmum æquaſſe. alios binûm cubitorum Varro recenſet. ſeſquipedales gigni quoſdam longiores, in trimatu implentes vitæ curſum, haud ignotum eſt. vnum in Salamine, in tria cubita triennio adoleuiſſe. & cap. 17. Quod ſit hominum ſpatium à veſtigio ad verticem, id eſſe paſſis manibus inter longiſſimos digitos, obſeruatum eſt. ſicuti vires dextra parte maiores, quibuſdam æquas vtráque, aliquibus læuâ manu præcipuas: nec id vnquam in fœminis. Mares præſtare pondere: & defuncta viuentibus corpora omnium animalium, & dormientia vigilantibus. Virorum cadauera ſupina fluitare, fœminarum prona: veluti pudori defunctarum parcente Natura. Cætera de diuerſis moribus, de fortitudine & velocitate, de viſu, de auditu, de patientia, de memoria, de fortitudine, de ingeniis, de morum maieſtate, de authoritate, de pudicitia, de pietate, & aliis præclaris titulis ad vnum hominem præcipuè attinentibus, tum ex Plinio, tum ex Val. Maximo dicere non placet; quia ſunt illa ab hoc noſtro ſermone aliena. præclarè tamen hic cap. 40. Fœlicitas cui præcipua fuerit homini, non eſt humani iudicij: cùm proſperitatem ipſam alius alio modo, & ſuopte ingenio quiſque terminet. Si verum facere iudiciū volumus, ac repudiatâ omni fortunæ ambitione decernere, mortaliū nemo eſt felix. Abundè igitur atque indulgenter fortuna decîdit cum eo, qui iure dici non infelix poteſt. quippe vt alia non ſint, certè ne laſſeſcat fortuna, metus eſt. quo ſemel recepto, ſolida felicitas non eſt. Quid quòd nemo mortalium omnibus horis ſapit? vtinamque falſum hoc, & non à vate dictū quàmplurimi iudicent! Quàm multos accepta afflixere imperia? quàm multos bona perdidēre, & vltimis mersēre ſupplicijs? Iſta nimirum bona, ſi cui inter illa, hora in gau-

Humani partus varia tempora, & de ſeptimeſtri atque octimeſtri.

Conceptionis ſigna, etiam vtroſque ſexus.

Puerpera dolores quā do maximi, & plenilunij vis.

Fœtus quā do ſine vnguib.

Oſcitatio & reſpiratio puerperis grauiter ſternutatio, & abortus cauſſa.

Hominis partus ęnatura, vel præter naturā, quales.

Cæſares, qui, & vnde dicti.

Vopiſci & Agrippæ, qui.

Coïtus etiā in grauida.

Coniuges qui generent.

Mulierum proprietas circa puerperium.

Viro & mulieris terminus generandi.

Ab exemplis.

Conceptus quō lac non corrumpat.

Cōceptionis legitimum tempus.

Signū fœcunditatis: & malieres æquæ.

Zoroaſtris mira.

Quōdo homini dimidia ſui mēſura: & quòd minuatur in dies, quō.

Quòd homines corpora noſtro ſæculo minuantur.

Priorum hominum exempla, item pumilionum.

Nascentis quorundā vita trima. Mirum gigantis incrēmētum.

Hominis menſura in longum & tranſuerſum.

Hominis quæ pars robuſtior.

Hominis pōderis ratio vim & mortuo.

Viri & fœminæ cadauera quō fluitent.

Tranſitio.

Hominis felicitas in quo, & ad aliquā.

Nemo homo omnib. horis ſapit.

Digitized by Google

Suprema dies felices arguet.

in gaudio fuit. Ita est profectò; alius de alio iudicat dies; & tamen supremus de omnibus: ideóque nullis credendum est. Quid quòd bona malis paria non sunt, etiam pari numero? nec lætitia vllo minimo mœrore pensanda? *Homini mala plura bonis.* Heu vana & imprudens diligentia! numerus dierum comparatur, vbi quæritur pondus. vbi mox de iis qui felices sunt habiti, potiùs quàm reuerâ tales extiterint. In quo iuuat obseruare, quantum discrepent diuina ab humanis iudicia. nam post multa exempla multorum, qui felices in Rom. Republ. sunt habiti, vt Iulij, Pompeij, Metelli, Augusti; tandem sic cap. 46. Subeunt in hac reputatione, Delphica oracula, velut ad castigandam hominum vanitatem à Deo emissa. duo sunt hæc. Phedium feliciſſimum, *Felicis ex oraculo, quo.* qui pro patria proximè occubuisset. Iterum à Gyge rege tunc amplissimo terrarum consultum, Aglaum Psophidium esse feliciorem. *Historia.* senior hic in angustissimo Arcadiæ angulo paruum, sed annuis victibus largè sufficiens prædium colebat, nunquam ex eo egressus: atque (vt è vitæ genere manifestum est) nimia cupidine minimum in vita mali expertus. sed deinceps cap. 50. Incertum ac fragile nimirum est *Humanæ vitæ fragilitas.* hoc munus Naturæ, quicquid datur nobis: malignum verò & breue etiam in iis, quibus largissimè contingit, vniuersum vtique æui tempus intuentibus. Quid quòd æstimatione noctur*Homini vita vix dimidia, quomodo.* næ quietis, dimidio quisque spatio vitæ suæ viuit? pars æqua morti similis exigitur, aut pœnæ; nisi contingit quies. Nec reputantur infantiæ anni, qui sensu carent: non senectæ in pœnam viuacis. Tot periculorum genera, tot morbi, tot metus, tot curæ, toties inuocatâ morte, vt nullum frequentius sit votum. *Hominis miseria, & mortis beneficium.* Natura verò nihil hominibus breuitate vitæ præstitit melius. hebescunt sensus, membra torpent, præmoritur visus, auditus, incessus, dentes etiam ac ciborum instrumenta: & tamen vitæ hoc tempus annumeratur. & quæ plura sequũtur alibi à me producta, & forsan postmodùm sub finem operis repetenda, & in nostra Apologia medicinæ pridem inserta. Quod autem cap. *Plinius de anima impiè sensit.* 55. de anima sequitur apud Plinium eundem, id vt impium, & homine ethnico ac prophano dignum censeri debet, immortalitatis spem omnem abiiciente, & resurrectionis speratæ gloriam eleuãte, & omnem diuinitatem supinè securéque irridente: Plinio deniq. ipso dignum, qui nimiâ rerum humanarum ac disciplinarum solicitudine ebrius, quæ ad Dei veri cultum, & animæ vera bona, felicitatémque æternam pertinent, oscitanter ac negligenter habuerit: id tantùm sentiens, sibíque suadens improuidus & *Hominis æqua cum brutis conditio, quo.* imprudens; Omnibus (vt scribit ibidem) à suprema die, eadem quæ ante primùm: nec magis à morte sensum vllum aut corpori, aut animæ, quàm ante natalem adfore. quòd nullo modo spirandi ratio homini à cæteris animalibus distet. Puerilium ista deliramentorum, auidæque *Frustrà homines immortalitatẽ sibi policeri: & parẽ tenebrionẽ* nunquam desinere mortalitatis commenta esse. præcipuum Naturæ bonum, mortem esse. & faciliùs certiúsque sibi quémque credere, ac specimen securitatis antegenitali sumere experimento. His enim & similibus sese inanibus argumentis, ratiunculísque aduersus falsò creditam & persuasam corporis animæque communem mortem, miser ac desperatus homuncio consolatur; humani ingenij & opinionis fragilitati plus tribuens caliginíque, quàm non dico Deorum suorum, & Sibyllarum oraculis; sed longè adeo verioribus & certioribus sacrorum voluminum monimentis. Quod in eo tamen *Plinius quidam vir, & sui seculum.* homine mirum videri debet, qui tot priscorum volumina legerit; qui sacros etiam Mosis codices, ac prophetarum oracula viderit; qui necnon Christo in cœlum paulò antè recepto, apostolis adhuc superstitibus, viuentibus, docentibus, miracula etiam Romæ & in omni per orbem vniuersum loco suspicienda edentibus, vixerit, vel adeo adfuerit; imò & locis quibusdam, vbi ista fiebant, præfuerit vir illustris, Imperatori charus, classi præfectus, imperij Romani gloriæ ac splendoris particeps. Sed quod *Ambitio multos excæcat.* iam olim de Galeno questus sum, hoc idem de Plinio possum iure conqueri, ac de plerisque eius seculi hominibus alioqui claris; gloriæ, honoris, ambitionis, fauoris & gratiæ principum; quàm veræ religionis, & diuini cultus, vel obortæ lucis euangelicæ, aut oblatæ salutis longè auidioribus, multóque magis solicitis. Hæc verò est illa sapientia mundi, stultitia apud Deum, ignorantiæ parens, magistra *Sapientia huius mundi, qualis.* impietatis. Perdam sapientiam sapientium, & prudentiam prudentium reprobabo, dicit Dominus Esaiæ 29. & 1. Corinth. 1. Verbum enim crucis pereuntibus quidem stultitia est: iis autem qui salui fiunt, id est nobis, Dei *Christi doctrina Euangelica, qualis.* virtus est. & mox ibidem, Nónne stultam fecit Deus sapientiam huius mundi? sed idem *Sapientium & philosophorum malitia & impietas.* acerbiùs Rom. 1. Reuelatur enim ira Dei de cœlo super omnem impietatem & iniustitiam hominum eorum, qui veritatem Dei in iniustitia detinent. quia quod notum est Dei, manifestum est in illis: Deus enim illis reuelauit. Inuisibilia enim ipsius, à creatura mundi, per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur: sempiterna quoque eius virtus & diuinitas: ita *Dei potentia undeas cognoscitur.* vt sint inexcusabiles. Quia cùm cognouissent Deum, non sicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt: sed euanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorum. dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt. verùm de istis etiam alibi, & ad Strabum commentario amplissimè. Vnus autem Hecebolius, *Hecebolij mos, & similis vere sipellionum, seu Chamæleontis.* multorum nobis consimilium typum refert; qui spretâ lege diuinâ, & fide Christianâ abnegatâ, vt Imperatoribus gratificaretur, ad omnem falsæ religionis cultum leuis, instar arundinis transferri solebat. nota est eius historia ex lib. 6. histor. tripar. cap. 38. referente Socrate in vita Iuliani apostatæ; cui in rhetoricis præceptor olim hic Hecebolius à patre Constantio *Historia de homine in religione leui & mutabili.* traditus fuerat. dicam semel, quod pluribus tamen possit conuenire, & quidem nostro etiam hoc æuo haud infrequenter. sic ergo historicus refert ab illo Socrate, Nicephorus lib. 10. cap. 23. Quicumq, non animo recto sacra *Hominum ambitio religionem obscurat.* Christianorum colebant, & veram beatitudinẽ.

honoribus caducis & pecuniæ posthabebant, absque timore ad sacrificandum & Imperatori gratificandum procurrêre. Qualis etiam fuit sophista Cõstantinopolitanus Hecebolius: qui veluti quidam Euripus, Imperatorum moribus sese accommodauit. sub Constantio enim ardore ingenti Christianam religionem coluit. vbi autem Iulianus animum ad Græcam superstitionem appulit, horrendo prorsus modo animum mutauit, Græcásque ineptias & superstitionem, si quis alius, & ipse quàm maximè est complexus. Post hunc porrò rursum, Christianum se esse professus est. in faciẽ enim supinus pro ecclesiæ foribus prouolutus, mixtis cum clamore lacrymis, miserabiliter est vociferatus; Proculcate me salem fatuum. tales tum plerique fuêre, talis & Hecebolius; tales etiam nostro æuo haud infrequentes agnoscimus. sed de his quidem non satis: venio enim ad reliquos deinceps mihi vsitatos authores, non paulò breuiùs percurrendos. nisi si vnus Hippocrates in hoc argumento & multus & præclarus, separatim & prolixiùs, sed vltimo deinceps & præcipuo loco solus per se excutiendus venit; & vnus denique inter Græcos pro omnibus reliquis recentioribus Oribasius. cæteri autem breuiùs, & tali quodam compendio, de partibus genitalibus & generationis modo prolocuti, quantum philosophos potiùs, quàm medicos scire intererat.

Hecebolius qualis in religione Proteus, vel Chameleõ.

Hecebolij pœnitentia.

N in fœtu libuius religionum defertores.

EX CICERONE.

MARCVS igitur Tullius lib. 2. natu. Deor. paulò longiùs petito hoc principio, sic deinde ad generationes animalium, secutus potissimè Stoïcos, descendit. Vt verò perpetuus mundi esset ornatus, magna adhibita cura est à prouidentia Deorum, vt semper essent & bestiarum genere, & arborum, omniúmq. rerum, quæ altæ aut radicibus à terra, aut stirpibus continerentur. Quæ quidem omnia eam vim seminis habent in se, vt ex vno plura generentur: idque semen inclusum est in intima parte earum baccarum, quæ ex quáque stirpe funduntur. iisdémque seminibus & homines affatim vescuntur: & terræ eiusdem generis stirpium renouatione complentur. Quid loquar, quanta ratio in bestiis ad perpetuam conseruationem earum generis appareat? Nam primùm aliæ mares, aliæ fœminæ sunt: quod perpetuitatis caussâ machinata Natura est. Deinde partes corporis & ad procreandum, & ad concipiendum aptissimæ, & in mari & in fœmina commiscendorum corporum miræ libidines. Cùm autem in locis semen insedit, rapit omnem ferè cibum ad sese, eóque septum (an cœptum) fingit animal. quod cùm ex vtero elapsum excidit, in iis animantibus quæ lacte aluntur, omnis ferè cibus matrum lactescere incipit: cáque quæ paulò antè nata sunt, sine magistro, duce Naturâ, mammas appetunt, earúmque vbertate saturantur. Atque vt intelligamus, nihil horum esse fortuitum, & hæc omnia esse prouidæ solertíque Naturæ; quæ multiplices fœtus procreant, vt sues, vt canes, his mammarum data est multitudo: quas eadem paucas habent eæ bestiæ, quæ pauca gignunt. quod iam antè ex Galeno pluribus ostendimus. Salsum autem & facetum est, quod in Velleium retorquet Cotta lib. 1. natu. Deorum, Deos humanâ formâ fingentem. Nec hoc quidem vos mouet (ait) considerantes quæ sit vtilitas, quæ opportunitas in homine membrorum; vt iudicetis, membris humanis Deos non egere? Quid enim pedibus opus est, sine ingressu? quid manibus, si nihil comprehendatur? quid reliquâ descriptione omnium corporis partium, in qua nihil inane, nihil sine caussa, nihil supervacaneum est? Itaque nulla ars imitari solertiam Naturæ potest. Habebit igitur linguam Deus, & non loquetur? dentes, palatum, fauces, nullum ad vsum? quæque procreationis caussâ, Natura corpori affinxit, ea frustrà habebit Deus? nec externa magis quàm interiora? cor, pulmones, iecur, cæteráque, detracta vtilitate, quid habent venustatis? quandoquidem hæc esse in Deo propter pulchritudinem vultis. &c. hæc & sanè plura Cicero loco citato. ex quo per totam disceptationem magnificè tractato, facile sit homini mediocriter docto, sed pio tamen, superstitiosam veterum religionem, & inanes falsorum Deorum cultus euertere: cùm ipsi illi argumenta suggerant suæ vanitatis, atque incertæ & instabilis fidei religionísque; vel potiùs perfidiæ ac meræ superstitionis euertendæ, & radicitùs conuellendæ atque confundendæ. ac nos aduersus Galenum de immortalitate animæ iam circa initia operis huius agentes, potissimam hanc rationem habuimus conuincendæ illius aut de atheïsmo, aut de inani & futili imaginariáque superstitione Deorum: quia quos ille Deos coleret, Iouem, Saturnum, Iunonem, Apollinem, Mineruam, Æsculapium, & alios maiorum gentium Deos vocatos (quibus sublatis, & minorum gentium Deos funditùs euerti necesse sit) homines fuisse, eósque mortales, eosdémque reuerâ mortuos ostendimus, suffragiis etiam suæ gentis, & religionis ethnicæ scriptorum authenticorum, Homeri, Hesiodi, Euhemeri, Ennij, & aliorum, qui sepulcra & mortis genus Deorum Dearúmque, & tempus modúmque designarent. Ex quo sic Cotta apud Cic. infert eodem lib. 1. de nat. Deor. Quis tam cæcus in contemplandis rebus vnquam fuit, vt non videret, species istas hominum collatas in Deos, aut consilio quodam sapientum, quò faciliùs animos imperitorum ad Deorum cultum à vitæ pranitate conuerterent; aut superstitione, vt essent simulacra, quæ venerantes, Deos ipsos se adire crederent? Auxerunt autem hæc eadem, poëtæ, pictores, opifices. idem ibidem; Quid? qui dixerunt totam de Diis immortalibus opinionem fictam esse ab hominibus sapientibus Reipubl. caussâ; vt quos ratio non posset, eos ad officium religio duceret? nónne omnem religionem funditùs sustulerunt? & paulò pòst, Ab Euhemero autem

Creatore quõ perennent, & vt seminum.

Animantium generationum ratio.

Animalis in vtero generatio, eiusdémque nutritio.

Naturæ solertia.

Mammarum earum vsus in fœtibus partubus.

Bruta disputant.

Audij anthropomorphi?

Natura solertior arte.

Audij habent membra humanis similia.

Veteres idolatræ suæ religionis proditores.

N. contra Gal.

Dij pijsi, homines fuerunt.

Dij ex hominib. quo consilio constituti.

Superstitio vidiosa quo crescerit.

Argumentum consilium de cultu Deorum.

Digitized by Google

Deorum mortes & sepulchra.

& mortes & sepulturæ demonstrantur Deorum: quem noster & interpretatus, & secutus est præter cæteros Ennius. atque eiusdem operis lib. 3. sic iocatur Cotta; Nostri quidem publicani, cùm essent agri in Bœotia Deorum immortalium excepti lege Censoria; negabant immortales esse vllos, qui aliquando homines fuissent. vbi Deorum censum faciens, pleroſque aut patre Deo & matre mortali genitos, aut matre Dea (quæ sit origo certior) & patre mortali editos statuit. vbi & de summo Deorum habito illo Ioue Saturnio, summa videlicet explodenda blasphemia, aut potiùs expressa rei veritas celebranda est; in eadem illa insula, vbi natus fuisset, etiam commortuum fuisse: ciúsque in Creta insula ostendi sepulchrum. vt idem de minoribus diis istis, summo illius imperio, vt Homerus & reliqui post eum tum poëtæ, tum theologi habiti, tum authores promiscui fingunt, subditis, alibi natis & mortuis ac sepultis intelligas. Quod & Sibylla suis istis versiculis confirmat;

Δαίμονας ἀψύχους, τεύχων εἴδωλα κάμοντας,
Ἐν Κνώσῳ κούρῃσι, πόρις ὁ δύσμορος ἴσῃ. id est,
Dæmones inanimes, cadaverum simulacra mortuorum,
Quorum Creta in lactantiam, sepulcra, misera habet.

Dij nati & sepulti.

Ioue natales & sepultura.

de quibus noster Lactantius lib. de falsa religione, & nos alibi fusiùs. Nónne Cresilochus pictor apud Plinium lib. 35. cap. 10. Iouem ridet parturientem de Libero, mirratum, & muliebriter ingemiscentem inter obstetrices & dearum clamorem? De Euhemero autem sic Lactantius noster lib. 1. fals. relig. cap. 11. Antiquus author Euhemerus, qui fuit ex ciuitate Messana, res gestas Iouis & cæterorum qui dij putantur, collegit, historiámque contexuit ex titulis & inscriptionibus factis, quæ in antiquissimis templis habebantur, maximéque in fano Iouis Triphylij: vbi auream columnam positam esse ab ipso Ioue titulus indicabat: in qua columna, gesta sua perscripsit; vt monimentum esset posteris rerum suarum. idem cap 11. lib. de ira Dei; Vnde igitur ad homines opinio de multorum Deorum persuasione peruênit? Nimirum ij omnes, qui coluntur vt dij, homines fuerunt; & iidem primi ac maximi reges: sed eos aut ob virtutem, quia profuerant hominum generi, diuinis honoribus affectos esse post mortem: aut ob beneficia & inuenta, quibus humanam vitam excoluerant, immortalem memoriam consecutos, quis ignorat? nec tantùm mares, sed & fœminas. Quod cùm vetustissimi Græciæ scriptores, quos illi Θεολόγους nuncupant, tùm etiam Romani Græcos secuti & imitati docent: quorum præcipuè Euhemerus, ac noster Ennius, qui eorum omnium natales, coniugia, progenies, imperia, res gestas, obitus, simulacra demonstrant. & cætera, de quibus aliàs commodiùs: nam de istis hoc quidem loco velut per breuem digressionem dictum sit.

Iuppiter parturiens, ridiculus.

Euhemerus quis, & eius historia, unde.

Dij olim homines fuere, qui: & vnde deificati.

EX LACTANTIO.

LACTANTIVS igitur noster, de hominis generatione & generationis membris, déque conceptionis modo, & sexib. distinctis ita scribit in opificio hominis cap. 11. neque enim vt testem aduersus istorum impietatem euocare libet hoc quidem tempore copiosiùs dicentem: quos vtique acriter conuellit, & arreptis armis ab illis vltrò porrigentibus, facilè confodit, & quidem aut segniter se defendentes, aut nullo modo repugnantes. De vtero (ait) & conceptione, quoniam de internis loquimur, dici necesse est, ne quid præteriisse videamur, quæ quamquam in operto latent, sensus tamen atque intelligentiam latêre non possunt. Vena in maribus, quæ semen continet, duplex est, paulò interior, quàm illud humoris obscœni receptaculum. Sicut enim renes duo sunt, itémque testes ita & venæ seminales duæ in vna tantùm compâge cohærentes. quod videmus in corporibus animalium, cùm interfecta patefiunt. sed illa dexterior, masculinum continet semen; sinisterior, fœmininum: & ideo in toto corpore pars dextra masculina est, sinistra verò fœminina. Ipsum semen quidam putant ex medullis tantùm; quidam ex omni corpore ad venam genitalem confluere, ibique concrescere. sed hoc humana mens, quomodo fiat, non potest comprehendere. Item in fœminis vterus in duas se diuidit partes; quæ in diuersum diffusæ ac reflexæ circumplicantur, sicut arietis cornua. Quæ pars in dextram retorquetur, masculina est; quæ in sinistram, fœminina. Conceptum igitur Varro & Aristoteles sic fieri arbitrantur. Aiunt enim non tantùm maribus inesse semen; verumetiam fœminis: & inde plerumque maribus similes procreari: sed earum semen sanguine (an sanguinem) esse purgatum. quod si rectè cum virili mistum sit, vtraque concreta & simul coagulata informari: & primùm quidem cor hominis confingi, quòd in eo sit & vita hominis & sapientia. denique totum opus quadragesimo die consummari. Ex abortionibus hæc fortasse collecta sunt. In auium tamen fœtibus, primùm oculos fingi, dubium non est: quod in ouis sæpe deprehendimus. vnde fieri non posse arbitror, quin fictio à capite sumat exordium. sed de istis nos antehàc. Illud verò ipsum quàm mirabile institutum Dei est, quòd ad conseruationem generum singulorum, duos sexus maris ac fœminæ machinatus est; quibus inter se per voluptatis illecebras copulatis, successiua soboles pareretur: ne omne genus viuentium, conditio mortalitatis extingueret. Sed plus roboris maribus attributum est, quò faciliùs ad patientiam iugi maritalis, fœminæ cogerentur. Vir itaque nominatus est, quòd maior in eo vis est, quàm in fœmina: & hinc virtus nomen accepit. Item mulier (vt Varro interpretatur) à mollitie est dicta, immutata & detracta litera, velut mollier. Cui, susceptо fœtu, cùm partus appropinquare iam

Vasa seminalia viri, quæ & quale.

Pars hominis dextra, masculina. N fœminis ergo incerta Lactantio.

Vterinatura formáque, & vsus ad generationem.

Conceptus quò fiat. N. de Aristotele.

Cor primò formatur, tur: an caput? V. inter problemata.

Anium oculi primi formantur.

Mares & fœmina vtilitas ad generationem.

Viri cur fortiores, & vnde dicti.

Mulier vnde dicta.

Mammæ vbertas quorsum.

cœpit, turgescentes mammæ dulcibus succis distenduntur, & ad nutrimenta nascentis, fontibus lactis fœcundum pectus exuberat. Nec enim decebat aliud, quàm vt sapiens animal

Lactis natura & vsus.

à corde alimoniam duceret. Idque ipsum solertissimè comparatum est, vt candens ac pinguis humor, teneritudinem noui corporis irrigaret: donec ad capiendos fortiores cibos, & dentibus instruatur, & viribus roboretur. verùm & de hoc iam multò antè actum à nobis est cumulatè satis. Lactantij demum de se confessionem super hoc instituto sermone subiicio, vt ad alios transeam. Poteram nunc

Firmianus nil de genitalibus, cur.

ego (subiicit cap. 13.) ipsorum quoque genitalium membrorum mirificam rationem tibi exponere; nisi me pudor ab huiusmodi sermone reuocaret. itaque à nobis indumento verecundiæ, quæ sunt pudenda, velentur. Quod ad hanc rem attinet, queri satis est, homines impios ac prophanos summum nefas admittere, qui diuinum & admirabile Dei opus,

In mœchos & adulteros.

ad propagandam successionem inexcogitabili ratione prouisum & effectum, vel ad turpissimos quæstus, vel ad obscœnæ libidinis pudenda opera conuertunt: vt iam nihil aliud ex re sanctissima petant, quàm inanem & sterilem voluptatem. hæc Firmianus παλιγγενεσίαν, ὁ μωρότατος.

EX CORNELIO CELSO.

CELSVS de partibus genitalibus, & pauca & obiter loquitur: ac de virilibus cap. 1. lib. 4. posteaquàm vesicam descripsit, addit vno verbo: In masculis iter vrinæ spatiosius & compressius à ceruice vesicæ descendit ad colem. ac de testiculis sic deinceps cap. 18. lib.

Vrethra dictum.

Testiculorũ natura, tunica, & vasorũ seminalium.

7. Igitur testiculi, simile quiddam medullis habent: nam sanguinem non emittunt, & omni sensu carent. dolent autem in ictibus & inflammationibus, tunicæ, quibus hi continentur. Dependent verò ab inguinibus per singulos neruos, quos κρεμαστῆρας Græci nominant: com quorum vtroque, bina descendunt, & venæ & arteriæ. Hæ autem tunica conteguntur tenui, neruosa, sine sanguine, alba; quæ ἐπίδυμις à Græcis nominatur. Super eam valentior tunica est, quæ interioti vehementer ima parte inhæret: Ἄχυρα Græci vocant. Multæ deinde membranulæ venas & arterias, eósque neruos comprehendunt. atque inter duas quoque tunicas, superioribus partibus leues paruulæque sunt. Hactenus propria vtrique testiculo & velamenta & auxilia sunt: communis deinde vtrique, omnibúsque interioribus sinus est, qui iam conspicitur à nobis. Σκρότον Græci, scrotum nostri vocant: ísque ab ima parte mediis tunicis leuiter innexus est: à superiore tantùm circundatus est. hæc ille. quibus in verbis quid verum, quid falsum sit, ex iis quæ docui, facile tibi erit intelligere. Vt tamen hoc obiter moneam; testiculorum carnem, non esse medullam, sed glandulã potiùs: neque omni sensu carere; quia traiectos per suam substantiam neruos habet, & tunicis pluribus

Scroti descriptio.

N. contra Celsum. Testes non medulla: & quòd sentiant.

neruosis sensu præditis contegitur. Deinde cremastêres, non esse neruos, sed musculos, vt patuit, ab officio suspensionis denominatos. Nam de vasorum spermaticorum & tunicarum numero atque ordine, appellationibúsque, non paulò certiora antehàc diximus; quæ nunc intempestiuum sit repetere. Quod autem ad muliebria pertinet, eodem cap. 1. lib. 4. vbi de vesicæ natura sitúque tradidit, ita dein subiicit: In fœminis, super genitale earum posita est; supérque elapsa, ab ipsa vulua sustinetur. Vulua autem in virginibus quidem admodùm exigua est: in mulieribus verò, nisi vbi grauidæ sunt, non multò maior, quàm vt manu comprehendatur. Ea rectà continuatáque ceruice (quem canalem vocant) contra mediam aluum orta, inde paulùm ad dexteriorem coxam conuertitur: deinde super rectum intestinum progressa, aliis fœminæ latera sua innectit. Quæ quatenus dictis à me conueniunt, eatenus vera accipio. de generationis modo vix plura in tantulo opere potuit dixisse. Duo trésve mihi ferè supersunt ex omnium numero selecti: vnus recentior Oribasius, è Galeni Bibliotheca immensa suam qui compilauit epitomen, nunc à me in medium adducendus: qui cum Sorano pridem exoleto, cúmque Aëtio mihi erit omnium Græcorum recentiorum instar: ipse verò Hipp. ad vltimam mihi coronida reseruatur.

N. cremastêres, non nerui.

Vulua sinus, & magnitudo.

Transitio.

EX ORIBASIO.

ORIBASIVS igitur cap. 29. lib. 24. inter fragmenta præclari operis sic infit; Vulua intra peritonæum sita est inter vesicam & rectum intestinum: vt recto intestino toti ferè incumbat: ad vmbilîcum verò, qua parte fundum eius est, maiore ex parte vesicam excedit: ad cunnum, vesicæ collo superatur. sed hæc eadem iam antè produximus ad verbum ex Gal. lib. de anatomia vuluæ; & quatenus vera sint, expendimus. itaque ad proximum caput 30. transeo. Corpus neruosum ex ossibus, quæ pubis dicuntur, exoriens, cauum simul & ab omni humore vacuum, genus pudendum efficit. cùm verò hic neruus cauus spiritu impletur, tum éuenit vt in coïtu membrum intendatur: ídque non solius coïtus caussà, quod fortè quispiam existimarit, tenditur: sed quò meatu deducto & directo semen quàm longissimè eiaculetur. Quamobré in vtraq. parte huius caui nerui, Natura duos musculos collocauit, quò meatus ceu à manib. quibusdam in vtramq. partem distractus dilataretur, toto pudẽdo stabili permanẽte. Futurum sanè erat, vt meatus latitudo huiusmodi constructione cõseruaretur: Vtile autẽ est, dum semen excernitur, meatum & latissimum & rectissimum iacquisitè teneri, quò semen totũ sibi ipsi conunuum, confertim quàm celerrimè ad vuluæ sinus perueniat. Cúmque vesica propè esset constituta, non erat melius ad excernendum latium, alium meatum efficere, quàm eo quo semen importaretur, simul vti. Iure igitur & ipsius collum, totum perinæum occupauit; vt quod sursum ab ano,

Vteri situs, & quantus.

Colli exortum, & natura, & quomodo arrigat, & quorsum.

Musculi penis quot, vbi, quorsum.

Penis quorsum arrigat.

Communis ductus seminis & vrinæ, & colli vesicæ descriptio in mare & fœmina.

Digitized by Google

cui primo incubabat, vsque ad pudendi exortum feratur. In mulieribus verò, quibus pudendum non est prælongum, ceruix vesicæ huiusmodi exortum non habet: sed pudẽdum ipsum muliebre ano imminet: in finem verò eius superiorem, collum vesicæ definit, vnde lotium profunditur. quod non magnopere inflexũ esse oportuit, vt in viris; neque adeo longum. Cæterùm vt pharyngi gurgulio propugnaculum est; ita veteris, quam nympham vocant: quæ tegit simul & prohibet. ne cervicis orificium, quod ad muliebre pudendum pertingit, refrigeretur. hæc ille, repetita de Gal. vt patuit.

Femine matrix vrinæ, vbi sit qualis.

Nymphæ muliebres vsus, à simili.

EX SORANO.

De vulua & pudendo muliebri.

VVLVA dicitur μήτρα, & ὑστέρα, & ἀδελφή. ac μήτρα quidem, hoc est matrix, quia mater est fœtuum, qui ex ipsa eduntur. vel quia eas, quæ vuluam habent, matres efficiat. vel ex quorundam sententia, quia constitutum & definitũ tempus ad purgationes & partus habeat. ὑστέρα verò nominatur, quòd omnium viscerum sit extrema: idque cùm exquisitè, tum verò latitudine. ἀδελφὴ porrò nuncupatur, quia ἀδελφὰς, hoc est fratres gignat. Sita est vulua in coxendicum amplitudine, inter vesicam & rectum intestinũ. huic autem supraposita, vesicæ verò subiecta, quandóque tota, quandóque eius pars: quandoquidem pro eius magnitudine commutatur. nã in infantibus minor est quàm vesica. quocirca tota est vesicæ supposita. In virginibus verò, quæ ætatem florentem agunt, vesicæ est æqualis in iis partibus, quæ suprà sunt sitæ. Quæ verò ætate progressæ, & venerem expertæ sunt; ac multò magis quæ iam pepererunt, in iis est maior: vt plerisque ad finem coli intestini conquiescat. Sed dum vterus gestatur, videre licet peritonæum in magnam molem elatum, itémque abdomen. quod etiam ex eo fit, quia tantus est fœtus vnà cum suis tunicis atque humoribus. Postquàm verò fœtus est in lucem editus, contrahitur quidem vulua, sed ita, vt sit maior quàm ante partum. Tunc igitur est maior quàm vesica: sed non tanto, quantum sub ea graditur. Nam in partibus anterioribus, ceruix vesicæ est palmo maior, finémque habet, vtinaculum: & tota in muliebrem sinum porrigitur: ab hystera verò antè secessit. in posteriore verò parte supra vesicæ fundum, vuluæ fundum est vmbilico subiectum. Ex quo fit, vt vesicæ complitudo collo matricis adhæreat; fundum verò, vesicæ. Cæterùm vulua connexa est tenuibus membranis, partibus quibus subiecta est vesicæ: iis verò quæ ei subiiciuntur, recto intestino. à lateribus verò connexa est iis, quæ à coxendicibus & osse sacro exoriuntur. Quibus sanè partibus simul vlceratis inflammatione quadam, trahitur & retrocedit. iis verò resolutis & laxatis, concidit. Non est autem, vt quidam putauerunt, animal. loci tamen sensum æquè ac alia est consecuta. quamobrem

Veteris synonyma, & eorundem ratio.

Veteris situs, & magnitudo diuersa, quò.

N. negat tantam veteri magnitudinem.

Veteris & vesicæ comparatio in magnitudine.

Veteri fundũ ad vmbilicum.

N. negat, ex antecedentibus: si tamen mirum, quòd prisci omnes ita asserant, vt patuit & patebit.

Cõtra Platonem, de quo suprà.

à refrigerantibus contrahitur, à rarefacientibus verò relaxatur. Vuluæ figura in mulieribus non est circumuoluta, vt in animalibus quæ sunt rationis expertia. sed est cucurbitulæ, quâ medici vtuntur, assimilis: rotundo enim & lato fine, qui ad fundum est, incipiens, ad proportionem in angustum oscillum redigitur. Oscillum namque appellant, primam & prominentem eius partem. quod sequitur, collum dicitur. quod remanet, ceruix. horum concursus, coles. quæ vtrinque post colli angustiam dilatatæ primæ partes, humeri hysteræ. quę post hæc sita sunt, latera. quod subiectum est, basis. tota regio, conceptaculum, & venter, & sinus. oscillum verò in medio cunno est. collum enim à labris genitalis muliebris constringitur: ab iis verò seiunctum est os in quibusdam magis, in quibusdam minùs, pro ætatis ratione. plerumque verò in adultis, quinque aut sex digitis. magis autem deprimitur sub pariendi tempus, cùm collum protenditur. Est verò eius etiam diuersa magnitudo: quamquam in plurimis secundùm naturam tantum est, quantum externa ora amplitudinis audiendi sensus patet. Dehiscit etiam quibusdam temporibus; vt cùm corporis commiscendi libidine ducitur, vt semen excipiat; & in purgationibus, vt sanguinem excernat. itémque in conceptionibus, pro ratione fœtus incrementi. in partu autem plurimùm dilatatur; ita vt manum etiam totam intra se recipiat. suapte tamen naturâ delicatum & carnosum est. sed in iis quæ venereis rebus ad satietatem vruntur, inanimati pulmonis, aut linguæ mollitiei simile redditur. in iis verò quæ sæpe conceperunt, callosius efficitur, capiti polypi, aut summæ gutturis parti, vt Herophilus scribit, persimile. callum enim contrahit, tum eorum quæ excernuntur, tum fœtuum exeuntium attritu. Vulua ex maiore eius facultate, neruosa est. componitur enim non solùm ex neruis, sed etiam ex venis, carne, & arteriis. ex quibus, neruos à spinali membrana ad spinam accipit. venæ autem & arteriæ à vena caua spinæ adhærente, itémque à crassa arteria in eam deferuntur. Nam à vena caua duæ venæ diuaricantur: ab arteria verò crassa, duæ arteriæ. ex quibus vna vena, vnáque arteria ad vtrumq. renem feruntur. deinde priùs quàm renibus committantur, in duos ramos discissæ, duobus quidem processib. in vtrumque, renem inseruntur: duobus autem vuluam circumplectuntur. Ita fit, vt quatuor sint vasorum in eam insertiones, duo arteriarum, duóque venarum. Ex iis ipsis in vtrumque testiculum vna vena vnáque arteria simul implantantur: adnati enim extrinsecùs sunt testes prope ceruicem in vtroque latere singuli. Constant hi molli carne & glandosa, & propria membrana conteguntur. figura non vt in viris, sed oblongi sunt, modicè simi & rotundi, & ad basin paululùm dilatantur. Meatus verò seminis à vulua in vtrumque testem procedit; & parastatis siue adstitibus adiunctus, vsque ad vesicam, eius colle committitur. Hinc videtur fœminarum semen ad gignendum non recipi;

Veteri figura, à simili.

Veteri os, collum, & ceruix, & tori, & humeri, & latera, & basis, & sinus.

N. hinc Fallopius, potuit ceruicẽ veteri discrimẽ: quamquam aliæ aliter.

Os veteri quantum, & quâ causâ varietur.

Veteri ex quomodo occalliescat, & quæ de re.

Vulua compositio, & partium eius origo.

4 Vasorum insertiones in vterum, vnde.

Veteri testes vbi, & eorum compositio, figuráque.

Vasa spermatica muliebria, quæ sint, & horum materia.

Semen fœmineum nil confert generationi, cur.

N. negat, ex demonstratis.

Historia mulieris ramicosa fœtu.

quia foràs effundatur. Nonnulli verò, inter quos etiam est Chius, volunt æquales testium appendices, qui cremastêres dicuntur, eis committi. id quod nos propriis oculis intuiti in muliere, cui intestina in scrotum descenderant, historiæ mandauimus. in qua cùm chirurgiam exerceremus, testiculus antè cecidit, laxatis videlicet vasis ipsum continentibus & circundantibus: & cum eo cremaster concidit. Tota autem vulua ex duabus constat tunicis inter se ita formatis, vt chartarum villis sint persimiles: quarum exterior, neruosior, perfectior, durior, læuior, candidiórque est: interior verò carnosior, hirsutior, mollior & rubicundior, per totum vasis intertexta: sed pluribus & notabilibus in fundo, cùm ibi semen agglutinetur, & inde purgatius progrediatur. Duæ autem hæ tunicæ sibi mutuò adhærent, membranis gracilibus & neruis coniunctæ; ita vt sæpenumerò his protensis, vterus concidat: cùm scilicet neruosa tunica suo loco maneat, interna verò inuersa procidat. Est etiam hoc commune, vt in sterilibus vterus in fundo duo habeat amicula, vt plurimùm variis modis conduplicata: in iis verò quæ pepererunt, tota extenditur, & rotunda efficitur. Iam verò Diocles vult in vteri amplitudine, & acetabula vel cirros & cornua esse: qui processus quidam mammillares sunt, lati quidem ad basim, in summo verò, minoribus terminis definiti; vtrique lateri à Natura, magnâ prouidentiâ adiuncti: vt fœtus antè assuescat papillas mammarum exugere. Sed qui ita sentiunt, in dissectionibus falsi sunt: neque enim acetabula comperiuntur; & omnino superuacanea de eis est instituta oratio. Nunc verò minimè existimandum est, vterum, principatum ad vitam obtinere: quia is non solùm procidit, sed in quibusdam etiam præciditur; nec tamen mortem adfert, vt Themiso literarum monimentis commendauit. Præterea in Gallia sues habiliores & valentioris alimenti fieri aiunt, postquàm vterus absciſſus fuerit. Cùm tamen vulua patitur, stomachum & membranas per consensum pati constat. Eadem habet cum mammis naturalem consensum quendam: ex quo fit, vt cùm florenti ætate vulua magna efficitur, mammæ quoque vno & eodem tempore intumescant. ipsa quoque semen perficit: mammæ verò ad fœtum alendum lac parant. mensibus porrò procurrentibus, lac euanescit. vbi verò lac in mammis est, menstruæ purgationes nullæ apparent: quemadmodum etiam in iis quæ anus iam sunt, contracta vulua, mammæ itidem quodammodo arefiunt. si item fœtus patiatur, vbera quoque angustantur. Ex quo conficitur, vt cùm in prægnantibus mammas diuulsas & contractas videmus, futurum abortum prædicamus. atque huiusmodi quidem est vuluæ natura.

Vteri tunicæ quales, & insertæ vasa.

N. vnicam ponit.

Vteri tunicarum nexus, & quò procidat.

N. negat hoc modo fieri.

Vteri amicula quando adsint.

Vteri cornua & acetabula, quæsum.

N. falsum postèà demonstrabit.

Quòd acetabula in vtero nulla.

N. de his postea.

Vterus non necessarius ad vitam: quia eo absciſſo, mulier viuit.

Sic de suibus.

Vteri sympathia quibusdã partibus ex Hipp. super.

Vteri & mammarum sympathia, & figura.

Sinus muliebris descriptio, vsusque, & nexus, & situs.

Muliebre verò pudendum, sinus etiàm nominatur. membrana est neruosa & modicè rotunda instar intestini; amplius tamen intus est, & foris angustius: in quo coitus fieri consueuerunt. Eius portò interior pars, collo matricis, quemadmodum etiam in viris; externa cunni labris, inferior ano, eius latera carnosis coxendicum partibus, superior denique, vesicæ collo adnascitur. hoc enim, vt antè dixi, incidens sub ore vuluæ, & supernè cunno abiunctum, in summo in vrinarium meatum inseritur. Apparet ergo sinum muliebrem collo vesicæ subiectum esse: ano verò, & constrictiori, & summæ parti recti intestini superstare. Eius longitudo, vt suprà demonstrauimus, est inæqualis: idque non solùm habita ratione ætatum, aut concubitus, in quibus extensum vteri collum, vt est etiam virilis coles, partem quandam sinus occupat; sed etiam naturæ ipsius: quippe cùm nonnullæ collum habeant propensius, nonnullæ verò admodùm curtum, aut mutilum: plurimis verò earum, quæ ad perfectam ætatem peruenerunt, sex digitorum est: concidit tamen angustiúsque est in virginibus, amiculis occultatum coniunctis inter se per vasa, quæ productiones à vulua capiunt: quæquidem in concubitu dolorem adferunt, apertis ipsis amiculis: rumpuntur enim, & sanguis eò importatus de more excernitur. Putare enim tenuem membranam quandam exortam esse, quæ sinum intercipiat, eámque in excretionib. rumpi, & dolorem afferre, aut citiùs purgationes commouere; cúmque in corpus euaserit, eum morbum gignere, quem ἄφορον, hoc est, cùm genitalia concreta sunt, nec foramen vllum habent, falsum est. Primùm enim ex dissectione nihil tale inuenitur. præterea in virginibus deberet hæc membrana aliquantulum specillo resistere: sed specillum in profundum vsque ingreditur. tertiò si cùm vitiantur, hæc membrana rupta, doloris est causſa; necesse profectò erat, vt in virginibus antequàm vitiarentur, cùm purgationes apparerent, dolor quoque sequeretur: in ipsa verò excretione, non item. Iam verò si mẽbrana corporea reddita, morbum creat, quo genitalia coalescunt; opus esset, vt id perpetuò eodem modo inueniretur, quo cæteras partes suo quásque certo & definito loco sitas intuemur. At in non perforatis mulieribus, membrana hæc interſepiens quandóq. in partibus labrorum, quæ in prompta sunt, inuenitur: quandóque verò in medio cunno: quandóque in medio ore vuluæ. eiusmodi ergo cunnus est. Quæ verò extrinsecùs videntur ἀιδοῖα, hoc est ambitus genitalis muliebris, tanquam labra sinus adstant: hæcq. labra crassa sunt carnosáque, & ad partes inferiores in vtrumque femur desinunt, veluti inter se abscissa: ad superiores verò partes, in eam, quæ nympha vocatur, pertinẽt: quæ est horum duorum labrorum initium. suapte verò naturâ, est caruncula veluti fœtus. nympha autem appellatur, quia collo vesicæ subsultet. Vrinaculum verò nominatur, quod intus rugosum, asperum, cauúmque est. Porrò vesica virorum diuersa est à fœminarum vesica: siquidem illa maior est, & collum habet flexuosum: hæc verò cùm minor est, tum verò etiam rectum eius est collum.

Collum vesicæ mulieb.

Sinus pudoris magnitudo naturalis, eiúsque varietas.

Hymẽ vitiogenalis qui & qualis: & quòd nõ sit mẽbrana interſepiens.

N. de his postea.

æquum mulieres, quæ, quare, & vbi ſepimentum.

Vteri ala & labra, & figura sitúsque.

Nympha quæ, & vbi, & qualis, vnde dicta.

Vrinaculi muliebris vbi & quale.

Vesica maris & fœminæ discrimen.

Lycus autem ita subiiciebat; Ante vulnæ amplitudinem, eius collum & os est situm: eius ori cunnus adiacet: cuius tanta magnitudo est, vt magnitudo priapi, qui maximus non sit, ad semen in os vulnæ eiaculandum, non sufficiat: sed quadam etiam agglutinatione opus esse videatur. atque hæc ferè ex Oribasio (vbi etiam illa Sorani & aliorum priscorum Græcorum leguntur) cap. 29. 30. 31. 32. 33. lib. 14. in quibus quia mendosa quædam videntur subesse, quæ nunc inopiâ Græci exemplaris sarcire & restituere nequeo, nonnulla ex Aëtio substituam, partim à Galeno, partim ex his & aliis authoribus Græcanicis hunc in modum collecta & contracta.

Vteri partes & situs.

Cunni longitudo.

EX AETIO.

N. de Aëtio iudicium.

AETIVS (opinor) & medicus, & sophista, & rethor, demùm etiam idem Episcopus & hæresiarcha (vt ex Nicephoro colligere est, & Socrate, & Sozomeno) *Amidenus* cognominatus, in sua illa Bibliotheca, quam ex variis authoribus & medicis Græcis compilauit, præsertim ex Galeno, sed & aliis multis sæpe innominatis, quò sibi nomen insignis medici apud inexpertos & incautos, qui aliorum opera nõ legissent, inglorius aucuparetur, ita tandem tetrabibli 4. serm. 4. cap. 1. scriptum reliquit. Vterus, Græcis *μήτρα*, hoc est matrix appellatur, quòd ex ipso, omnia animantia velut à matre oriantur. vocatur eiusdem *ὑστέρα*, quòd posterior situ sit omnibus visceribus. Situs enim est vterus intra peritonæum membranam, aluum & intestina omnia circumcirca amplectentem, inter vesicam ac rectum intestinum. atque huic quidem fermè toti incumbit, vesicam verò iuxta vmbilicum, vbi fundum habet, vt plurimùm supereminet. iuxta partem autem ad pudendum tendentem, ipsa vesica vterum excedit collo. Magnitudo eius non omnibus eadem est: multò enim minor est vterus eius quæ prægnans non est, maior autem prægnantis. eius verò quæ nunquam prægnans fuit, longè adhuc minor vterus existit. & iuxta ætatem, minimus est his, quæ ad venerem experiendam tempus nondum attigerunt. nam & aliàs semper minor est his, quæ venere non vruntur. Longitudo itaque in moderatè se habentibus mulieribus, à fundo circa vmbilicum vsque ad pudendum, est plerumque vndecim digitorum. latitudine verò ad vtrumque latus, per cornua sua extenditur. Quantum verò ad figuram attinet, totum quidem reliquum corpus, & maximè fundum, vesicæ simile est. in quantum verò exortus papillares ad lumbos nutantes habet ab vtroque fundi latere productos, vesicæ similis non est. appellantur autem hi exortus, cornua, & primùm sursum vergũt, postea deorsum tendunt, & paulatim angustiores fiunt, vt postremæ partes venis similes sint. Hæ itaque angustæ cornuum partes, sinuosis flexibus ad testes inseruntur, qui à lateribus vteri siti sunt, singuli ab vtraque fundi parte prope cornua: & per hos sinuosos cornuum flexus, in congressu viri semen vterus à testibus attrahit. Sunt autem testes mulierum parui, neque sicut in viris, rotundi & oblongi, ac tenerâ carne præditi, sed lati ac glanduloſi & pelliculosi. Appendet porrò vterus, vesicæ & intestino recto per fibrosa quædam interstitia. appendet & ossi sacro, per robusta quædam ligamenta neruosa ac musculosa. Sunt & ligamenta ac appendices, quæ in ipsum vterum inseruntur, partim quidem texentia & perplicantia ipsum vteri corpus: quorum non exigua pars, sunt nerui à spinali medulla orientes: partim verò incrementi ac nutrimenti ipsius vteri, itémque fœtus gratiâ facti, velut sunt arteriæ & venæ. A vena enim caua, quæ per spinam à gibba hepatis parte fertur, & ab arteria magna, quæ illi incumbens simul defertur, duæ venæ & duæ arteriæ exoriuntur, vtrinque sanè vena & arteria. atque hæc quatuor vasa ad vterum delata, antequàm in ipsum inseruntur, ramulos ad testes extendunt, & postea in ipsum vteri corpus deferuntur, ipsumque intertexunt, & per ea, menstruus sanguis in vterum derivatur. Sunt autem & aliæ venæ ac arteriæ vtrinque vtero insertæ, partim ad testes, partim ad ceruicem tendentes. At verò ipsum vteri corpus ex duabus tunicis constat, & externa quidem neruosior est, interna verò venosior. & externa quidem simplex & vna est, interna verò duplex, vt si excoriare volueris, duo tibi vteri esse videbuntur sub vna & eadem tunica siti. Cæterùm collum vteri musculosum, ex dura & chartilaginosa carne factum est, & semper durius seipso euadit, & progressu temporis chartilaginosum: adeo vt quæ sæpius pepererunt, aut iam aniculæ sunt, his multùm durum ac chartilaginosum collum sit, vt gutturi summo simile existat. Est & in collo vteri foramen, per quod & menses deferuntur, & mulier masculi semen suscipit, exitque per ipsum etiam fœtus. Incredibile enim dictu est, quantum hic meatus pro tempore amplitudinem euariat: Nam reliquo tempore toto, specilli extremum, aut paulò crassius quiddam suscipit: prægnante verò muliere ita clauditur, vt nihil suscipere possit. At vbi fœtus ab vtero exoluitur, dolores partus ipsum quamprimùm extendunt: & quod mirum auditu est, animal totum per ipsum transit. Finit autem collum ac desinit in muliebrem sinum, siue pudendum. Longitudo porrò pudendi in mulieribus ætate perfectis, sex ferè digitorum mensurâ est. in partu tamen & concubitu breuius efficitur, collo nimirum vteri se extendente. Est & in puellari ætate pudendum delicatius ac mollius: in aniculis verò & his quæ sæpius pepererunt, callosius euadit, & chartilagini simile. ex crebro enim congressus attritu, & exeuntium collisione (imò partuum vel excrementorum) callescit. sed & mensium delatione indurescit, non aliter quàm ob plurimum & acrem humorem influentem, vlcera callosa ac fistulosa fiunt. At verò imminente mensium tempore, vterus crassescit ac intumescit: aliàs tenuior ac contractior existens. crassior item est in his quæ sæpius pepererunt:

Vteri magnitudo qui varia, & quare.

Vteri situs, & magnitudo: & quòd ad vmbilicum pertingat. N. negat.

Vteri substantia, & tunicæ.

Vteri cornua vbi, & qualia, eorumq; insertio & vsus.

Vteri testes vbi, quales, quorsum.

Vteri vasa & vasis vndè.

Vteri substantia, & tunica quales. N. nos vnitam asseuerauimus.

Vteri collum quale, & qui indurescat & occalleſcat.

Vteri interstitium vnde, quorsum, & quomodo magnitudine varietur.

Sinus muliebris longitudo, & varia diuersitas, vnde.

Vterus qui densior aut tenuior, & vnde.

tenuior autem in his quæ nondum prægnantes fuerunt. idem etiam primis à conceptu diebus crassescit: vbi verò fœtus adoleuit, ac iam pariendi tempus adest, tenuissimus euadit. attenuatur autem, velut vesicæ flatu repletæ solent, crassitudine in longitudinem abeunte. atque hactenus de situ, figura, ac magnitudine vteri dictum sit ex Aëtio & recentiorum Græcorum opinione.

EX HIPPOCRATE.

Vbi de Venere seu cœitu, cum cautionibus: dequè signis conceptionis, & contrà.

AD Hippocratem postremò vltimum, eundémque primum & supremũ medicorum deuenio. in quo primùm queri volo, vel adeo de quo antea sum conquestus, accusandam omnium nostrùm negligentiam, vel adeo maiorum nostrorum culpandam indiligentiam, qui nondum satis accuratè discreuerimus, inter Hipp. opera, quænam genuina, quænam spuria sint habenda. quod de nonnullis Galenus censurâ habitâ prædocuit, de pluribus indiscussum reliquit. cuius Critici libertatem nemo postea est inuentus qui sequeretur, atque ad hoc æui, permixta manserunt notha genuinis, & adulterina legitimis: vix vt discerni queat, hoc an illud propriè ab Hipp. scriptum sit: præter paucâ quædam ita recepta & comprobata in vulgus medicorum, de iis vt nulla dubitatio superfit. Quinetiam inter propria & germana illius opera, tot errores, tot mendæ supersunt, vt perarduum sit homini etiam acuto, semper verum & genuinum ex illis sensum exprimere, atque adeo expromere, aut locos mutilos & corruptos restituere. Quam operam censeo nauet non vnus aliquis (quî enim vnus omnia possit) sed collatis vndique & operis & exemplaribus, in florenti aliqua Academia, qualis est Parisiensis aut Patauina, chorus senatúsque celeberrimorum & doctissimorum vtriusque linguæ, & artis Pæoniæ hominum, acri adhibito iudicio, & examine critico, quid nothum, quid legitimum sit habédum, quid vitiosum & quomodo restituendum, supremo atque irreuocabili decreto ac velut areſto statuat atq. definiat. Quod interea dum fiet, nos nonnullo, adhibito iudicio, sic ex Hippocraticis monimentis, quod ad nostrum facit institutum, desumimus, non minorem fidem rerum veritati, quàm hominis authoritati deferendo. Rectè enim Hippocrates ipse sub finem lib. 3. Epidem. Magnam verò artis partem esse arbitror, etiam de his quę scripta sunt, rectè posse cõsiderationem facere, ac iudicare. qui enim hoc nouit, & his vtitur, non videtur mihi in arte multùm falli posse. hæc ille, ad iudicij acuendam aciem seriò & gnauiter posteros cohortatus.

M. quæritur de incertis Hip. operib. & mẽdosis, & medicorum notatio.

M. & illum de reper. ald. Hipp. operib.

Propositio. N liberum iudicium.

Iudicium de scriptis libris statuendum.

Libri igitur de natura pueri author, siue Polybus, siue ipse Hippocrates, sic inchoat futurum sibi sermonem: Si genitura ab vtriusque permanserit in vtero mulieris, primùm quidem simul miscetur, vtpotè muliere non quiescente,

Conceptio qui fiat.

A coacerua túrque, ac crassa per caloren deinde spiritum concipit, nempe in es stens, & postea matre spirante. deinde ritu repleta fuerit, viam hic ipse sibi i facit, & per mediam genituram spiritu quum autem spiritui calido via foràs rursus alius frigidus à matre inspiratu hoc facit per omne tempus. calescit es potè in calido existens, & frigidum concipit à matre spirante. omnia aut calescunt, spiritum habent. spiritu erumpit, & sibi ipsi viam facit, ac forà dit. id autem quod calescit, rursus in alium spiritum frigidum trahit per B vnde nutritur. quod deinceps exemp vstulati demonstrat, & aliis similibus quidem omittendis: deinde sic contin tionem; Omnia quæcumque calefiun tum emittunt, & alium frigidum vici loco attrahunt, à quo nutrimentum sic & genitura in vtero calefacta, spiri habet & emittit: simul autem & à matre genitura spiritum habet. quum enim frigidum attraxerit ex aëre in seipsam, eo etiam genitura. Calida autem est, vt potè in calido existens: & tunc sanè spiritum habet ac emittit. Atque ipsa genitura inflata pel C acquirit. circunteditur enim quod foris circùm ipsam est, continuúmque euadit, vtpotè viscosum existens. Quemadmodum in pane dum torretur, tenue quiddam pelliculæ specie in superficiem abscedit ac extat. calescens enim panis & inflatus eleuatur: qua parte verò inflatur, isthic pelliculæ species excitatur ac cõsistit. Genituræ autem calefactæ ac inflatæ ex toto, pellicula forinsecùs circundatur. verùm iuxta medium genituræ, spiritui transitus extrà ac intrò fit per pelliculam: & hac parte tenuitas pelliculæ à genitura distat, & pauciſſimum quid de genitura ineſt. ipsa autem reliqua genitura D rotunda est in pellicula. vbi mox historia genituræ sex dierum percẽsetur alibi à me producta. deinde sic concludit: Genitura in pellicula est, & spiritum habet intrò & foràs, & augescit à matre, sanguine in vterũ descendente. Menses enim non prodeunt, vbi mulier conceperit intra seipsam, si puer sanus fuerit, & permanere debet: nisi in quibusdam primo mense modicam sui indicationem faciant. Verùm sanguis à toto corpore mulieris descendens, in orbem forinsecùs pelliculam circunstat: simúlq. cum spiritu, sanguis intra per pelliculam trahitur, E quâ parte perforata est, & à genitura distat congelatúrque, & futuro animali augmentum præber. Cùm autem tempus aduenerit, rursus aliæ pelliculæ intra primam pelliculam, tenues & multæ circunteduntur, eo modo quo prima pellicula facta fuit. sunt autem & hæ ab vmbilico extentæ, & inter se mutua ligamenta habent. Quum verò hoc iam factum est, ex descendente à matre sanguine & congelato, caro fit. iuxta mediam autem carnem, vmbilicus indistat, per quem spirat, & alimentum ac incrementum capit. Ac primùm quidẽ modica spiratio fit, & sanguis modicus à matre procedit.

Spiritum quomodo fœtus genituram, & informet.

Spiritus formatur vnde adsit, & aliò asciscat à simili.

Genitura pelliculam sibi circumdat, vnde. à simili.

Spiritus per genituram vtrò vtrò quomodo fiat.

Genitura incrementũ in vtero, vnde, & quomodo.

Alia fœtus pellicula quò generentur, & constellantur.

Fœtus genesis & incrementum. qui fiat, & vmbilici vsus.

Digitized by Google

Mulier quæ concipiendo apta, & quo modo, vel quando.

quum verò ſpiratio amplior redditur, magis ſanguinem trahit, & vberior is in vterum deſcendit. Quare liquidem euacuatur à ſanguine mulier, in ventre concipit: ſi verò repleta fuerit, non. nam vacuis vteris & venis à ſanguine factis, mulieres in ſe fœtus concipiunt. etenim poſt menſtrui ſanguinis purgationem, mulieres in ventre concipiunt. Quum igitur generatur caro, tunc pelliculæ, augeſcente in vtero ſanguine, etiam ipſæ augentur ac ſinuantur, & præſertim externæ. & ſanguis à matre deſcendens, quem ſanè caro ſpiritus attraxerit. in incrementum cedit: & ſi vtilis non ſit, in ſinus pellicularum ſecernitur: & vbi ſinuatæ factæ fuerint, ac ſanguinem ſuſceperint, tunc iam ſecunda appellatur. Cæterùm caro augeſcens, à ſpiritu articulatur, & abit in hanc vnumquodque ſimile ad ſimile, denſum ad denſum, rarum ad rarum, humidum ad humidum, & vnumquodque in propriam regionem abit, iuxta cognationem, ad id à quo genitum eſt. & quæcumque à denſis genita ſunt, denſa ſunt: & quæcumque ab humidis, humida: & reliqua iuxta eandem rationem fiunt in incremento. Et oſſa dureſcunt à calore conglutinata. & ſanè ramificantur velut arbor, & tum interna, tum externa corporis adhuc meliùs articulantur. Ipſúmque caput diſtantiam accipit ab humeris, & brachia ac cubiti à lateribus: & crura inter ſe diſparantur: & nerui exiliunt circùm naturas articulorum: & os per ſe diducitur: & naſus & aures eminent in carne, ac perforantur. & oculi implentur humore puro: & pudendum conſpicuum fit, vtrum tandem ſit: & viſcera coarticulantur: & iam etiam ſupernis partibus ſpirationem facit tum ore, tum naribus: & venter inflatur: & inteſtina inflata ſupernè per vmbilicum ſpiritum aſſumunt ac diſperdunt: & in podicem via fit, à ventre ac inteſtinis foràs, & in veſicam via foràs. Atque hæc omnia à ſpiritu coarticulantur. & factus iam eſt puer: & ad hoc peruenit fœmella quidem in quadraginta & duobus diebus, vt longiſſimè primã coagmentationem ac coarticulationem accipiens. maſculus verò, vt longiſſimè, in triginta diebus. vt plurimùm enim hoc tempore, aut paulò breuiore, aut paulò longiore, articulatio ipſis contingit. Ac purgatio à partu per analogiam temporis, vt aliàs patebit. Poſtquàm igitur articulatus fuerit puer, ſpeciebus membrorum ipſius augeſcentibus, tunc & oſſa duriora fiunt, & cauantur: atque hæc à ſpiritu fiunt. Caua autem exiſtentia, trahunt ad ſeſe à carnibus quod in ſanguine eſt pinguiſſimum: & progreſſu temporis ramificantur rurſus extremitates oſſium: quemadmodum arboris extremitates poſtremùm ramos ſpargunt: ſic & in puero digiti manuum ac pedum inter ſe diſparantur. in ipſis autem extremitatibus, vngues enaſcuntur. deſinunt autem venæ hominis omnes in digitos manuũ ac pedum, de quibus aliàs. ſimul autem cum vnguibus, etiam capilli in capite radicantur, ac de his aliàs. Quum itaque extremitates corporis pueri foràs ramos ſparſerint, & vngues ac pili radices egerint, tunc iam etiã mouetur.

Secundinarum generatio qui fiat.

Spiritus quo modo formet embryõ & partes ſecedant ad ſimile.

Oſſium generatio, & capitis articuumq; ſecretio, ligamentóque.

Oris, oculorũ, narium, aurium foratus. & viſcerum procreatio, & membrorũ naturalium.

Embryon intus etere ſpirat.

N. negat, de quo poſtbàc.

Maris & fœminæ termini diſcernendi & articulandi.

Oſſium texitura & medulla, vnde: item ramificatio. à ſimili.

Vngues & capilli.

A & tempus ad hoc fit maſculo quidem menſes tres, fœmellæ verò quatuor. ſic enim vt plurimùm contingit. Sunt autem aliqui pueri, qui ante hoc tempus mouentur. mouetur autem primùm maſculus, quia fortior eſt quàm fœmella: & primùm quoque conformatur maſculus: nam à fortiore & craſſiore genitura fit. quum autem mouetur fœtus, tunc ſanè lac indicationem ſui, matri præbet: de quo etiam aliàs. Alimentum porrò & augmentum puerorum fit, vbi ea quæ à matre veniunt, in vteros proceſſerint: & prout mater habet iuxta ſanitatem aut debilitatem, ſic & puer habet. quemadmodum etiam quæ in terra creſcunt, à terra B nutriuntur: & prout terra habuerit, ſic etiam naſcentia in terra habent. Cenſeo enim terræ naſcentia omnia viuere ex terræ humore: & qualem terra humorem in ſeipſa habet, talem etiam naſcentia ex ipſa habere. Sic etiam puer viuit de matre in vtero: & quali mater ſanitate prædita eſt, talem etiam puer habet. Cæterùm puer in vteris exiſtens, manus apud genas habet, caput autem prope pedes. quo de ſitu paulò antè definitum eſt. quòd autem genitura in pellicula ſit, & quòd iuxta medium ipſius, vmbilicus eſt, & per illum ſanè, primò ſpiritum in ſeipſam trahat, & foràs emittat, & quòd ex vmC bilico pelliculæ tenuæ ſint, id quidem docet Hipp. ab oui & pulli exemplo familiati. Quando verò demùm mulieri partus appropinquat, tunc puero ſe mouente, & manibus ac pedibus calcitrante, pelliculam quandam internam rumpi contingit: ruptâ autem vnâ, etiam aliæ debiliorem vim habent, & rumpuntur primùm quidem illi contiguæ & cohærentes, poſtea extrema. Quum autem ruptæ fuerint pelliculæ, tunc fœtus à vinculo exoluitur, & agitatus foràs procedit. neq. enim ampliùs robur habet pelliculis amiſſis, neque vteri ampliùs puerum continere poſſunt, pelliculis velut dixi, amiſſis, & ab ipſis abruptis. Cohærent enim pelliculæ D etiam vteris, vbi circùm puerum obuoluuntur, non adeo vi valida ac multa. Quando autem procedit puer, violat & dilatat vteros in exitu, vtpotè teneros exiſtentes. Procedit autem in caput, ſi ſecundùm naturam prodierit. grauiſſimæ enim ſunt ipſi ſupernæ partes, ſi ex vmbilico perpendantur. partus autem ipſi circiter decimo menſe. niſi quid anteuertat. de quo poſthàc ex profeſſo. Quòd autem non diutiùs quàm decem menſibus contingat vterum geſtare, ita demonſtrat Hipp. Alimentum & augmentum, quod à matre deſcendit, non ampliùs ſufficiens eſt puero, vbi decem menſes præterierint, & fœtus auctus fuerit. trahit enim quod E dulciſſimum eſt in ſanguine ad ſeſe, ſimúlque etiam lacte modicè fruitur. Quum autem hæc ipſi rariora ac pauciora ſint, & puer plenus ac maturus exiſtat, copioſius alimentum deſiderans, calcitrat ac pelliculas rumpens, initium partus matri inducit. & hoc perpetiũtur magis mulieres primiparæ: deficit enim pueris alimentum, vt ad decimum vſque menſem ſufficere non poſſit. quod demùm exemplo puelli demonſtrat, tempeſtiuiùs ob aliměti penuriam

Maris & fœminæ motum termini. & ratio: nõ figuratum.

Embryonũ alimenta augmẽtum, vnde, & quale. à ſimili.

Fœtus in vtero ſitus qualis.

Partus quã contingat.

Tunicarum pueri nexus

Puer cur in caput prodeat, & quoto mẽſe.

Quòd partus neutiquam poſt decẽ mẽſes, quãobrem. N. negat alí lacte in vtero fœtũ, à ſimili.

excluſi. vbi tamen ex oui luteo pullum gigni tradit, ali autem albumine: contrà quàm Ariſt. ſtatuit, & aliàs excuſſi. ſimiliter enim & pecoribus & feris ſtata partus tempora cuique ſua in ſuo genere contingunt. Porrò diruptis pelliculis, ſi pueri momentum in caput inclinatum prædominatur, mulier facilè parit: ſi autem obliquus, aut in pedes procedet (cõtingit enim hoc ſæpe, ſi momentum huc inclinarit, ſiue præ vterorum ſpatioſitate, ſiue ſi mater in labore ex partu primùm non quieuit) & ſi ſic procedet, mulier difficulter pariet. Multæ autem præſertim primiparæ, vel ipſæ perierunt, vel puer, aut ſimul matres vnà cum fœtibus. Si porrò in caput proceſſerit puer, caput primum foràs prodit, deinde alia membra conſequentur, poſtremus autem vmbilicus. ex vmbilico autem ſecunda tenta eſt. poſt hæc aquoſitas & mucus ſanguinolentus tum à capite, tum à reliquo corpore ſecretus, præ violentia & dolore ac calore. atque hic viam ſtruit purgationi à partu conſequenti. poſt exitum autem eius muci cruenti, purgatio fit per id tempus, quod poſthàc definietur. namque hæc ex vno iſto libello perlepido videntur ſufficere, ſiue Hippocrate authore, ſiue alio quouis phyſico & medico ſanè quàm accurato & perdiligenti præſtantíque, quem neq. Galenus initio lib. 2. de ſemine citare nomine Hippocratico erubuit. licet authorẽ libri de genitura, Polybum faciat: quem tamen certâ coniecturâ (vt mox aperiam) eundem cum iſto, qui eſt de natura pueri, agnoſcere videor. quem illum quia præ manibus habemus, excutere totum iuuat, ſi quid erit quod noſtri inſtituti interſit nos ſcire. nam quia de ſeminis natura ſeparatim hîc multa & eximia dicuntur, ea mihi conſilium eſt in tractatum de humoribus reiicere, vbi de ſemine ex profeſſo agetur. niſi ſiquid obiter & ex affinitate aſſumere viſum erit. itaque nunc non dicam, an ſemen à toto corpore ſecedat: an per ſpinalem medullam præterfluat: & quæ ſit vis ſeminis, quod author initio libri inquirit: de quo tum demùm inquiram, vbi & de reliquis humoribus, ſimul non ea indiſcuſſa omiſſurus. quæ eodem hoc libello de genitura inſcripto, paradoxa tractantur. ac primùm, Poſtquàm coïuit mulier (ait) ſiquidem conceptura non eſt intra ſeipſam, pro more foràs procedet genitura ab vtriſque, vbi fœmina volet. ſi verò conceptura eſt, non procedit foràs, ſed manet in vtero genitura. nam vteri ſuſceptam & concluſam in ſeſe continent, oſculo nimirum ipſorum præ humiditate contracto ac concluſo: ſimúlque permiſcentur tum quæ à viro venit, tum quæ à muliere emiſſa eſt. Quòd ſi fœmina partus peritа ſit, & cognouerit, quando genitura non exciderit, ſed intus manſerit, ſciet qua die intra ſeipſam concepit. & paulò pòſt, Quandoque partus tenues & debiles generantur ex patre & matre craſſis ac robuſtis: & ſi quidem multis iam generatis pueris tale quid contingat, manifeſtum eſt, quòd fœtus in vtero ægrotauit, & ab vtero quid de ſuo ipſius incremento foràs prodiuit, vtero nimirum ampliùs hiante: & propterea debilis factus eſt. (hæc autem verba reſpondent iſti opinioni, quæ adſtruit, fœtum in vtero fugere, & alimentum ore capeſſere, de quo paulò pòſt & inter problemata.) Si verò omnes pueri nati debiles fuerint, vteri ipſi in cauſſa ſunt, anguſtiores quàm oportet, exiſtentes. ſi enim non habuerint ſpatioſitatem, in qua fœtus nutriri poſſit, neceſſe eſt ipſum tenuem fieri, vtpotè qui non habet ſatis amplum locum ad incrementum capiendum. ſi verò habeat ſatis amplum locum, & non ægrotet, veriſimile eſt, ex magnis parentibus magnam ſobolem generari. quod exemplo docet cucumeris in vas concluſi amplum aut anguſtum. Sic enim puer, ſi ſpatioſitas ipſi contigerit in augeſcendo, maior euadet: ſi verò anguſtia, minor. At verò mutilum in vtero puerum ſentio aut contuſum, ex matris vterum geſtantis plaga, aut eiuſdem lapſu, aut alio quopiam violento affectu matri accidente, mutilatum eſſe. qua verò parte mater plagas acceperit, ea puer mutilatus. Si verò ampliùs contundatur fœtus, ita vt pellicula ipſum continens rumpatur, perditur fœtus. Quinetiam cùm in vtero iuxta locum, in quo mutilatus eſt fœtus, anguſtia fuerit, neceſſe eſt corpus, quod in anguſtia mouetur, mutilari iuxta illum locum, qualiter in terra naſcentibus cernimus à lapide aut alia re compreſſis. ſic enim accidit etiam circa puerum, ſi in vtero iuxta aliquam corporis partem anguſtior altera vteri pars alterâ fuerit. Cæterùm quòd ex mutilatis hominibus ſani & integri gignantur pueri, vt plurimùm contingere ſolet. habet enim mutilatum numero omnia quæ ſemen. Vbi verò morbus aliquis ipſis & humido ipſorum acciderit, à quo ſemen prouenit, genituram non totam exhibent: debiliorem autem iuxta mutilatam partem. Quare nihil miri videtur, ſi etiam mutilentur, quemadmodum parens. & hæc mihi de iſthoc libello ſufficiant: cuius finem ſi ſequentis de natura pueri, iunxeris initio, inſtitutũ mihi & librum & ſermonem exactè & indubitanter continuare videberis: cùm ſit idem argumẽtum, & ſermonis eiuſdem continua, ſed à liberarijs & exſcriptoribus imprudenter interrupta narratio interciſáque, idem ſtylus orationis, idem denique liber & vnicus, ac non duo diuerſi, vt ego quidem primus videor obſeruaſſe, & monuiſſe. viderint docti, & iudicent.

Author verò trium librorum de diæta (non acutorum, qui genuinus eſt Hipp.) nonnulla repetit dictis ſimilia, quę annotare non pigebit. dixeris eundem eſſe, qui & illius de genitura ſeu natura pueri inſcribitur, necnon qui de morbis mulierum, vt ipſe profitetur. ſic igitur ille 1. lib. de diæta; Irrepit in hominem anima, ignis & aquæ temperamentum habens, partem corporis humani. fœmellæ autem & maſculi & multi & omnigeni nutriuntur. nutriuntur autem & augeſcunt per diætam, qua homo vtitur. Neceſſe eſt autem omnia quæ ingrediuntur, partes habere. cuiuſcumque enim pars non inerit à principio, augeri non poterit, neque multo, neque modico alimento ingrediente.

Pullus vtro gignatur & alatur, vitello an albumine.

Partus facilis aut difficilis cauſſa medúſque, & ordo exitus.

Lochiorum excretio vnde.

Tranſitio.

N. contra Gal. de Hipp. lib. iſtu.

Propoſitio.

Pretritio.

Conceptio quũ fiat, & quando non, & ſignum.

Contra Ariſt. de maſculo & fœmina.

Fœtus quãdo tenuis ex craſſis parentib. & qua de cauſſa.

Magnorum parentum magna quoque ſoboles, niſi à ſimili.

Fœtus mutilis cauſſa, & abortus.

à ſimili.

Ex mutilis parentibus integri fœtus, vnde & mutilorum cauſſa.

N. contra Gal. de diuerſis horũ lib. authoribus.

Hominis anima vnde, & eius temperies.

Fœtũ ortus & incrementum, vnde.

Semini partes omnes suſſiunt, potentiâ.

à ſimili.

Homo quomodo alatur.

Partus neceſſitate ex quo accidat.

Fatum.

Harmonia & ſymphonia in homine qui ſeruetur aut corrũpatur.

Fatus vtriuſq. motus cauſſa, & incrementi.

Fatus articulatio à quo, & qui.

Oſſium & neruorũ generatio.

Ignis, id eſt caloris nativi opera circa embryon, qualia.

Humoris copia in ventre vnde.

nos enim habet quod augeſcere faciat. id verò quod omnia habet, augetcit, vnumquodque in ſuo loco. Alimento autem ingrediente ab aqua & igne, ſicco & humido, alia quidem intrò coguntur, alia verò foràs protrudũtur, vt in ligno ſerrâ ſecando cernitur. ſimiliter enim & circa hominis alimentum ſe res habet, aliud trahit, aliud protrudit: intrò autem coactum, foràs repit. ſi verò importunè & violenter cogatur, omni ſucceſſu priuabitur. Singula autem tanto tempore eundem ordinem habent, donec locus non ampliùs ſuſcipiat, neque alimentum aquarum ac ignis ſufficiens ad ſummam habeat. poſtea ad externam regionem tranſeunt & fœmellæ & maſculi, eodem modo præ violentia & neceſſitate impulſi. Quæcumque autem deſtinatum fatum expleuerint, ea primùm ſecernuntur, ac ſimul commiſcentur. poſtquàm verò regionem permutauerint, & nacti fuerint harmoniam rectè habentem, ſymphonias tres comprehenſim pertentantes per omnia, viuunt & augeſcunt iiſdem, quibus etiam antea. ſi verò harmoniam non aſſecuti fuerint, neque grauia acutis conſana fiant, prima ſymphonia perit. & ſi ſecunda generetur, propterea quòd vnus per omnia corruptus eſt, omnis tonus vanus eſt. non enim concentum habuerit, ſed tranſitio fit ex maiore ad minus ante deſtinatum fatum. quod qui faciunt, non ſciunt quid faciant. Cur autem vtriq. tum maſculus, tum fœmina fiant, in ſermonis progreſſu declarabo. Vter autem ipſorum harmoniam aſſequetur, humidus exiſtens mouetur ab igne, motus autem viuificatur. & alimentum attrahet ab ingredientibus in mulierem cibis ac ſpiritu: primùm quidem vndiquaque ſimiliter, donec recenter rarus eſt. à motu autem & ignis (imò igni,) ſiccatur ac conſolidatur: conſolidatus autem & firmatus, circumcircà denſatur. Et ignis incluſus non ampliùs ſufficiens alimentum attrahere poteſt, neque ſpiritum expellit, propter ambientis corporis denſitatem: conſumit enim humorem intus exiſtentem. Quæ igitur ſolida naturâ ſunt in compacto ac ſicco, ea non conſumuntur ab igne in alimentum: ſed valida ac robuſta fiunt, & conſiſtunt humore deficiente. atque hæc ſanè oſſa ac nerui nominantur. Ignis autem ex commixto ac moto humore, corpus ſecundùm naturam ordinat ac diſponit, propter talem neceſſitatem. nam per ſolidum & ſiccum non poteſt diutinos tranſitus facere, quia alimentum non habent: per humida verò & mollia poteſt, hæc enim ipſius ſunt alimentum. ineſt autem & in his ſiccitas, quæ ab igne non conſumitur. hæc autem inter ſe congregantur mutuò. Ignis igitur penitiſſimè ad intima obturatus, & plurimus eſt, & maximum exitum facit. plurimus enim humor in ea parte ineſt, quæ venter appellatur, & excidit inde, vbi alimentum non habet, foràs, & exitum facit. plurimus autem humor in ventre ineſt, tum propter aliméti ingeſtionem, tum concoctionem. Qui verò in reliquum corpus concluſus eſt ignis, triplices circuitus facit. etenim quod humidiſſimum eſt in igne, in his locis, quæ venæ cauæ appellantur, exiſtit. in media autem horum, id quod reliquum eſt aquæ congregatum ſtabilitur, atque ea vocantur carnes. In ſumma, ignis omnia quæ in corpore ſunt, ſecundùm ſuum ipſius modum exornauit ad vniuerſi imitationem, parua ad magna, & magna ad parua. Ventrem quidem maximum ſicco & humido promptuarium, vt det omnibus & accipiat ab omnibus, iuxta matris facultatem, quod eſt animalium in ipſo nutritorũ ac nutriri ſolitorum alimentum, diſcordium verò pernicies. Circùm hunc autem, aquæ frigidæ & humidæ congregatio, trãſitus ſpiritus frigidi & calidi, ad terræ imitationem, omnia quæ in ipſum incidunt, alterantis. & alia quidem conſumens, alia verò augens, aquę tenuis ac ignis diſperſionem fecit, inſupérquo non obſcuri & apparentis à compacto ſecretionem: in quo deleta omnia in apertum peruenient, ſingula iuxta deſtinatum fatum. Rurſus ibidem paulò pòſt; Cæterùm anima hominis, quemadmodum etiam antea à me dictum eſt, ignis & aquæ temperamentum habens, partes autem hominis, irrepit in omne animal, quod ſanè ſpirat, ſtémque in omnem hominem & iuniorem & ſeniorem. non autem ſimiliter in omnibus augeſcit, ſed in iuuenibus corporibus, vtpotè celeri circumuolutione exiſtente, & corpore auctili, expaſſæ & attenuatæ partes illæ animæ in corporis augmentum conſumuntur. quæcumque autem corpora in vigore ſunt, & in ætate fœcunda, eas (ſeu ea) nutrire & augere poſſunt. Quicquid igitur in aliud corpus ingreſſum fuerit, non augeſcit: quicquid verò in fœminam, augeſcit, ſi ea quæ ipſi congrua ſunt, contingant. Diſcriminantur autẽ partes & augeſcunt ſimul omnes, & neque priùs alteræ alteris, neque poſteriùs. verùm maiores naturâ priores apparent minoribus, cùm non priores exiſtant. Non autem in æquali temporis ſpatio, omnes fœtus exornantur, ſed alij citiùs, alij tardiùs, prout ſinguli & ignem & alimentum fuerint nacti. Aliqui itaque in quadraginta ac tribus diebus ſcaturiunt ac formantur, aliqui in quatuor menſibus. Similiter etiam vitales fiunt ac gignuntur aliqui citiùs ſeptimo menſe perfectè: aliqui tardiùs perfectè nono menſe in lucem prodeunt, & oſtendunt ſe temperamentum habere, quod ſemper habebunt. maſculi igitur & fœmellæ hoc modo gignuntur, quantum eius fieri poteſt. Cæterùm fœmellæ ab aqua magis, & à frigidis ac humidis & mollibus augeſcunt tum cibis, tum potibus, itémq. ſtudiis ac exercitiis. Maſculi verò magis ab igne, à ſiccis videlicet ac calidis cibis, & reliqua diæta. Si igitur fœmellam patere velit, diæta ad aquam vergente vtendum eſt: ſi verò maſculum, exercitiis ac victu ad ignem tendente vtetur. Et non ſolum virum hoc facere oportet, ſed etiam mulierem. non enim ſolum quod à viro ſecernitur, auctile eſt, ſed etiam quod à muliere, ob eam cauſſam quæ poſtea tradetur de maris & fœminæ generatione, tum ex hoc loco, tum ex aliis alſunde petitis & collatis.

Tempus coëundi opportunum generationi

Ignis ſeu caloris nativi ſocus triplex.

Ventris fabrica & vſus.

à ſimili.

Ignis & aquæ in nobis mixtio, & actio.

Anima ingreſſus in hominẽ, & augmẽtum, quatenus.

Fœtus in vtero quò increſcat, & partibus diſcernatur eodem tempore.

Fœtus cur inæquali tẽpore formẽtur, & naſcantur.

Mas & fœmina quibus gignantur, alãtur, increſcant.

Et quæ aſte fiant.

Muliebre ſemẽ ad generationem requiritur. Contra Ariſt.

Tempus generationis accõmodũ.

Digitized by Google

ſic lib. 1. de morib. muliebrib. traditur; Cæterùm virum adire mulierem oportet poſt adhibitam curationem, deſinentibus aut inchoantibus menſibus. optimum eſt etiam, vbi quieuerint. maximè verò in his diebus experiendum eſt, an prægnans fieri poſſit: hi enim ſunt opportuniſſimi. Si verò non ſtatim concipiat, & reliqua bene habeant, nihil prohibet etiam

Coïtus muliebri commoda.

alijs diebus cum viro coïre: nam hæc exercitatio alacritatem ipſi inducit, & venulæ hinc laxantur. & ſi ea quæ à viro prodeunt, concurrerint ſecundùm rectitudinem cum eo quod à

Muliebre ſemen ad conceptum requiritur. Contra Ariſt.

muliere, citiùs concipiet. hæc enim cauſſa eſt his, quibus ſiue ſtatim, ſiue poſteriore tempore exeunt. & ibidem paulò antè, Siquidem igitur puri & ſynceri ac cruenti menſes fiant, ita ad virum accedat, incipientibus menſibus. optimum autem deſinentibus, & adhuc euntibus, magis quàm vbi diſparuerint. Libro autem de ſterilib. Vernum tempus optimum eſt ad conceptum. quod iiſdem propè verbis repetit lib. de ſuperfœtatione: Tempus porrò vernum aptiſſimum eſt ad concipiendum. de quo aliàs.

Tempus conceptus opportunum.

Conceptio cur à menſium fluore opportuna.

At lib. 6. Epidem. ſect. 7. Poſt muliebria, tum dextra, tum ſiniſtra hiant. id eſt, vteri pars tum dextra maribus concipiendis apta, tum ſiniſtra fœminis, ad ſemen maris excipiendum, patet ſtatim finito menſium tempore, ait Galenus. Author libri de alimento, ſiue Hippocrates, ſeu potiùs Theſſalus, aut Polybus, aut Herophilus denique, ſic ſummam ſubduxit temporis formandi in vtero fœtus humani, & motus & conſummationis eiuſdem; Ad figurationem,

Tempus formationis motus, abſolutionis fœtus in vtero.

ſoles 35. ad motum, 70. ad perfectionem, 210. alij autem ſic tradunt; Ad formam, 45. ad motum, 76. ad exitum, 210. alij ſic; Ad formam, 50. ad primum ſaltum, 100. ad perfectionem, 300. alij ſic, Ad diſcriminationem, 40. ad tranſitum, 80. ad elapſum, 240. Non eſt, & eſt. gignuntur autem in his & plures & pauciores, ſecũdùm totum & ſecundùm partes. non multò autem plures aut pauciores: pauciores verò tot, & quæcumque alia his ſimilia. ſimiliter lib. 2. Epidem. Quicquid in 70. mouetur, in triplicitatibus perficitur. & ibidem, Trimeſtris puer omnia præ ſe fert. & demum lib. 6. Epidemion, ſect. 7. ſic perfectiùs enuntiat; Labores in circuitibus: Quicquid in ſeptuaginta mouetur, in triplicitate perficitur: & quicquid in nonaginta mouetur, in triplicitate perficitur. Quod citiùs diſcretum ac motum

Signa conceptionis in vtero.

eſt, rurſus augeſcit tardiùs, & ad longius tempus. Labores tertio, quinto, ſeptimo, nono menſe, & ſecundo ac quarto. Signa autem conceptionis hæc profert lib. de ſuperfœtatione; Prægnantem mulierem ſi aliter non cognoſcas, oculi tracti & cauiores fiunt, & candidum oculorum albedinis naturam non habet, ſed liuidius exiſtit. & paulò poſt; Sicui ab appoſitis in vuluam non valdè fortibus, dolores in articulos perueniant, & ſtridor dentium corripiat, & membris tendatur ac oſcitet, hanc magis concepiſſe ſpes eſt, quàm eam quæ nihil tale patiatur. ſic aph. 41. lib. 5. Si noſſe velis, num mulier conceperit, cùm dormitura eſt, à cœna ei aquam mulſam bibendam dabis: & ſi cruciatus circa ventrem hanc corripuerit, concepit: ſin minùs. non cõcepit. & mox aph. 61. 5. Si mulieri menſtruæ purgationes non prodeũt, neque horror, neque febris ſuccedit, & cibi faſtidia accidunt; hanc prægnantem eſſe æſtimato. aliàs ex Auicenna conceptionis alia ſigna ſubiiciam. libro autem de genitura; Poſtquàm coïuit mulier, ſiquidem conceptura non eſt intra ſeipſam, pro more foràs procedit genitura ab vtriſque, vbi fœmina volet: ſi verò conceptura eſt, non procedit foràs, ſed manet in vtero genitura. ſed & hoc nuper annotaui. iterum lib. 1. de morb. muliebribus; Quum mulier in ventre habuerit, tota fit cum virore pallida: quoniam purus ipſius ſanguis ſemper quotidie ex corpore diſtillat, & in fœtum deſcendit, & augmentum ipſi accedit. Et quum paucior ſanguis ſit in corpore, neceſſe eſt ipſam eſſe pallidam, & ſemper alienos cibos appetere, & ſanguinea in ventrem intrare. & debilior fit, quoniam ſanguis minuitur. item lib. de carnib. Poſtquàm genitura in vteros peruênit, in ſeptẽ diebus habet quęcumque corpus habere debet. Satis verò manifeſtum eſt harum rerum peritis, quòd mulier, quum in ventre concepit, ſtatim horret, & calor & dentium ſtridor cõſequitur, & conuulſio occupat tum articulos, tum totum corpus: & vterum ſegnities ac torpor. & quæ puræ ſunt, hoc perpetiuntur: quæ verò craſſæ & mucoſæ hoc perpetiuntur, pleræque ex his mulieribus non percipiunt, nec cognoſcunt. Certè quatenus mihi oſtenderunt hoc ipſum ſe cognouiſſe, eatenus ſcio ac prodo. atque hæc de conceptu.

De ſeptimeſtri, octimeſtri, nouimeſtri, decimeſtri & vndecimeſtri partu, alius erit dicendi locus: nunc autem ex lib. qui de ſeptimeſtri partu inſcribitur, hæc deſumere lubet. ad finẽ; At verò quadragenarij primùm in fœtibus iudicant. Quiſquis enim primos quadraginta dies tranſmiſerit, abortus effugit ex omni cauſſa contingentes: plures autem fiunt in primo quadragenio abortus, quàm in aliis omnibus. hoc autem tempore præterito, fœtus fortiores ſunt, & ipſorum corporis per ſingula membra diſcretio fit. & maſculorum quidem partes omnes valdè conſpicuæ fiunt: fœmellæ verò in

Quadragenarij vis à conceptu.

Figuratio nis tẽpus in embryo vtroque.

hoc tempus carnes apparent, exortus ac proceſſus ſolùm habentes. Similia enim longius tempus ih ſimili ſunt, & tardiùs diſcernuntur, propter conſuetudinem & amicitiam. quanquam aliàs cùm à matre ſegregatæ fuerint, filiæ citiùs quàm filij pubeſcant, & ſapiant, ac ſeneſcant, propter corporum imbecillitatem, & victus rationem. Alter quadragenarius eſt, in quo circa octauũ menſem fœtus in vtero ægrotant. Tertius eſt, in quo vbi naſcantur pueri etiam malè afflicti, ſi effugerint quadraginta dies, apparent magis robuſti ac ſapientes. Nam & ſplendores clariùs vident, & ſtrepitum audiunt, quod priùs non potuerunt: tanquam incrementum habeat hoc tempus, cùm iuxta alia, tum iuxta ſapiẽtiam ex corpore eluceſcentem. Peculiarem quidem ſapientiam in corpore in-

Cur fœmellæ tardiùs fermentur, & citiùs adoleſcant, ac maturitatẽ aſſequãtur. N. ſuprà. Secundus & tertius embryonũ quadragenarius circa octauum menſem, qualis.

eſſe

Signa sapientiæ in pueris recèns natis, & risus præcox, quando.

esse manifestum est in prima statim die: nam in somnis statim vbi nati sunt pueri videre & plorare videntur. vigilantes quoque sua sponte statim rident ac plorant, priùs quàm quadraginta dies transeant. Non rident autem, etiamsi titillentur ac irritentur, priùs quàm hoc ipsum tempus transeat: hebetantur enim vires in mucis. quanquam mors etiam per fatum sit sorte designata. Vt hoc exemplo omnibus sit, quòd omnia existentia, quæ naturam ex iisdem habent, transmutationes per tempora venientia habeant. declaratur autem in singulis, quum alia nascantur, alia corrumpantur. hæc eo libello, repetita Aristoteli, Plinio, Auicennæ, & aliis, vt de nonnullis patuit, de aliis aliàs patebit.

Mors fatalis.

Omnia mutationi obnoxia.

Iam verò de superfœtatione, tum antea obiter, tum postea ex professo tractabitur: nunc autem ex lib. Hipp. de superfœtatione, hæc placuit excerpere. quæ eiusdem videntur esse authoris, cuius sunt superiora, quæ de genitura, déque natura pueri inscribuntur, quadam adeo serie orationis superioribus illis continuanda. Sicui exeat (ait) secunda pueri in vtero, priùs quàm puer procedere foràs incipit, ægrè parit (quod tamen an fiat, N. dubito: neque satis video, quomodo illigata vtero secundina, ante fœtum queat prodire) & magis adhuc periculosè, si caput non præcedat. Si verò alicui vnà cum secunda, puer foràs exierit, & ad stomachum, id est os vteri progressus, supra secunda emerserit, magis facilè parit. Itémque si puer quidem foràs prodit, secunda verò adhæresci t, & seipsam retrahit, atque isthic manet. Quum puer non vitalis futurus nascitur, caro ipsius vngues supereminet: vngues verò tum in manibus, tum in pedibus deficiunt. Quum vitali puero nascente, manus præminuerit: primùm retrò retrudenda est, donec retruseris: & si ambæ præminuerint, ambas retrudes. & si crus præminuerit, etiam hoc repelles. Vbi verò ambo crura in propatulo manserint, neque aliò processerint: & cùm caput in propatulo fuerit, reliquum verò corpus intus erit: & cùm pars corporis in vtero, pars in pudendis, pars extra pudenda intumescit ac manet, in iis omnibus, fomento humectante vtendum est, & pudenda cerato illinenda, si ficciora quàm ex re est, esse tibi videbuntur. Secundinæ porrò quomodo euocentur, & partus quî facilitetur, viuúsque & mortuus extrahatur (de quo priuatim scripsit Hipp. & lib. 1. de morb. muliebrib. rationem operationis reperit) indidem disces, quia ad nostrum propositú nihil attinet. hæc tamen signa immortui fœtus adijcere, haud intempestiuum videtur. Cùm puer immortuus fuerit, tum aliis signis cõiectare id licet, tum iubere vt aliquando in dextro latere iaceat, aliquãdo in sinistrum transmutet: transilabitur enim in vtero puer eò quò mulier se vertit, velut lapis, aut aliud quiddam, si mortuus fuerit: & pectinem frigidum mulier habet. si verò viuat, & pecten calidus est, & venter totus transilabitur vnà cum reliquo corpore extentus, & in ipso nihil transilabitur

Partus qui magis laborioſi aut faciles. N. ambiguum partũ emendet?

Signũ pueri non vitalis.

Artus ante partum quî intrudendi, ſi prominent.

Partus quî faciliter edatur.

Signa fœtus immortui, aut viuidi, aut periclitantis.

absque reliquo corpore. Sicui ex partu laborãti, fluxus multus sanguinolentus citra dolorem ante puerũ prodeat, periculum est puerum mortuum exoluendum esse, & non vitalem processurũ. Libellus verò de exectione fœtus mortui, hoc adijcit; Manus prominens, mortui fœtus signum. tum quæcũq; purgamenta ante partum mittunt, & partum siccum, & cum dolore laborioſum edunt. Deinde & hoc ex lib. eodem de superfœtatione notandum; Mulier prægnans si non coïtu vtatur, facilius à partu liberabitur. Et tamen cùm instante partus tempore, coïtus faciliorem partum reddit, vt alibi idem Hipp. docuit. dein subdit, Quæ gemellos gestat, eodẽ die parit, velut concepit. habet autem vtrosque partus in vna secúda. Quod tamẽ falsum etiam Hipp. ipsius sententiâ, atque vel ipsa iudice experientiâ, antehàc ostendimus. rursum, Siqua partui vicina sit, & oculos cauos habeat, & facies intumescat, & ipsa tota, itémque pedes tument, vt velut à pituita alba apprehensa appareat, & habeat aures albas, & summum nasum album, & labia liuida, ea ipsa mortuos gestat quos parit, aut viuos praue & non vitales & exangues, vtpotè morbosos, aut priùs peperit non vitales. & mox, Siqua prægnans terram edere concupiscat, aut carbones, eáque edit, in capite pueri, vbi natus fuerit, signum à talibus apparet. Mulierem porrò id nosse expedit, vtra mamma ipsi maior est, illic enim fœtus existit. Similiter autem & oculum considerabit: maior enim & splendidior omnino erit intra palpebram etiam eius partis, cuius mamma maior existit. & ibidem, Mulier infœcunda, ab odoratis intra vterum impositis, nunquam olebit tum capite, tum reticulo aut linteo capiti impositio: sed neque purgata, neque aliàs: & si prægnanti idem medicamentum apponatur, neque sic probè olebit. Quæ verò prægnans futura est, frequenter & facilè concipit, ac sana existit, etiamsi non apposueris neque purgaueris, vertex ipsius olebit; aliud verò nihil. Vbi autem omnia probè videbuntur, & ad virum accedere oportuerit, mulier ipsa ieiuna sit: vir autem non ebrius, frigidà lotus, & commodo alimento nutritus. Et si cognouerit mulier genituram se concepisse, eo tempore virum non accedat, sed quiescat. cognoscet autem, siquidem vir se emisisse dixerit: ipsa verò præ siccitate ignorauerit. Si vero vterus rursus in pudenda genituram reddat, ipsáque humecta fiant, rursus cum viro coëat, donec concipiat. ibidem rursus, Tempus porrò vernum aptissimum est ad concipiendum (de quo paulò antè iisdem verbis aliunde productis) Vir autem non sit ebrius, neque vinum album bibat', sed quod fortissimum est ac meracissimum: itémque edulia fortissima, & calida non lauet: robustus autem sit & sanus, & à cibis abstineat ad rem non conferentibus. Et vbi marem generare voluerit, mensibus desinentibus aut defectis misceatur, & quàm penitissimè intrudat, donec desæuiat. Vbi verò fœmellam generare volet, quum plurimi menses

An coïtus iuuet prægnãtem, & quando magis.

Gemelli quã prodeãt: & an in eadem secundina. N. contra Hipp.

Alia signa fœtus immortui.

Signa insaniæ in puero, vnde & vbi.

Signa fœtus masculi aut fœminei.

Signũ mulieris sterilis, aut prægnãtis, aut fœcundæ.

Quando dãda liberis opera, & qualiter à coniungibus obseruanda. Signũ conceptionis.

Tempus conceptionis accõmodũ: & quæ obseruãda essent ibidem.

Mas aut fœmina quî generetur, & causæ.

prodierint mulieri, & dum adhuc eunt, coëat, ac dextrum testem obliget, quantum id tolerare poterit. sed si marem generare expetat, sinister testis obligandus erit.

Testiculi vtriusque proprietas, ac differentia: item vteri situs.

Quo ex Hipp. loco obseruandum venit, dextrum testem, sicuti & partes dextras omnes vtique fortiores esse sinistris: & in dextro teste semen inesse potiùs masculinum, in sinistro fœmininum. sicuti ratione vteri habitâ, huius dextrâ parte mares sæpius, sinistrâ autem fœminas concipi solere: qua tamen de re posthàc alibi. Denique execto teste altero,

Eunuchus altero tantùm teste generare potest.

tamen virum generando aptum esse constat: quæ quæstio in iudiciis agitari solet interdum, & ea de re consultus à iudicibus Ecclesiasticis, diuortij causam negaui esse idoneam, si mas alterutro teste priuatus argueretur ac deprehenderetur. Ac noster idem Hipp. 6. Epidem. sect. 4. Hircire incipiens, vter testis extrà apparuerit, siquidem dexter, masculum: si verò sinister, fœmellam portendit. de quo etiam alibi antehàc cum Galeno. Libellus porrò de dentitione, multa continet propositio argumento respondentia, quæ dentientibus infantulis accidunt, & talium symptomatum curationem extemporalem habentia. sed reliquis omissis, hoc prognosticon ex eo placet; Pueri sugentes si multùm mingant (vtor verbis interpretis tum hic, tum passim alibi) minimè anniculi fiunt. Quibus aluus multùm profluit, & bene concoquunt, hi saniores sunt. vbi & alia multa ἀφορισμῶς enuntiantur, ad prænotionem morborum magis, quàm ad nostrum institutum spectantia.

Historia.

Signũ apti ad marem aut fœminam gignendum futuri.

Signũ pueri minimè vinacis, & contrà.

Vasorum seminalium descriptio.

Vasorum autem spermaticorum ductum ita describit lib. de ossium natura; Semen velut fanus ab vtraque vesicæ parte est. ex ipsis autem renibus venæ ab vtraque meatus vrinæ parte in pudendum tendunt. ac paulò pòst diffusiùs insertionem venæ in spinalem medullam describit instar hederæ implicitæ: deinde subiungit; Et aliæ quidem venæ in corpus distributæ, ex omnibus partibus ad spinam tendentes, vnaquæque quod tenuissimum ac synceriſſimum est, colligens hîc eructat. hæc verò velut præses imposita per demissas plicationes in idem cogit. inde verò etiam in renes, radices agit tenuibus ac fibrosis venulis iuxta spuriam costam: hinc autem tendens condensatur: posteáque etiam neruosa fit ad princeps intestinum ac podicem, comprimensq. musculos adstrictorios, ipsi inseritur. in vesicam etiam ac testes & adstites, radices agit, multiplicibus implicatis tenuibúsque ac solidis & fibrosis venis. inde verò crassissima ac rectissima ipsius pars rursus conuersa in caulem transit, hoc est pudendum: in reflexu autem, in illa ipsa adaptatur. & per pectinem supra, subter cutem ventris & ipsius venæ, procedunt venæ ad eas quæ deorsum tendunt, quæ in seipsas mutuò deriuantur. Penetrant autem & per pudendum venæ crassæ & tenues & densæ & curuæ. At verò in fœminis illa ipsa in vteros tendit, & in vesicam ac vrinæ meatum. hinc autem rectà procedit, & mulieribus quidem circa vteros pendet, masculis verò circa testes disseminatur. Ob hanc autem naturam ipsa vena etiam plurima fœcunda ac genitalia concipit. à plurimis enim ac synceriſſimis partibus connutrita, paucíque sanguinis existens ac caua & densa instar nerui, ac spiritu referta intentáque, à pudendo demissas ad spinam venulas cogit: hæ verò velut cucurbita medicinali in seipsas coactæ, omnia in supernam venam emittunt. confluit autem & ex aliis corporis partibus in hanc: verùm multò maxima pars, velut dictum est, de medulla hac colligitur. Voluptas verò accedit, venâ hac genitur à expletâ. Quum igitur soleat reliquo tempore modici sanguinis ac multi spiritus esse, repleta & calfacta & semine deorsum confluente, ea quæ in seipsa habet, constringit. spiritus autem in ipsa existens, & præsens violentia, & caliditas, & venarum vndequaque concitatio titillationem inducit. sed de causa voluptatis effectrice in coïtu posthàc speciali problemate differam. de anatomia autem venarum Hippocratica quid sentirem, antea satis exposui.

Vasorum spermaticorum insertio in spinã & alias partes. N. falsa hæc posthàc conuincentur ẽ semina via in spinam.

Venæ pudẽdi, vnde, & quò ferantur.

Voluptatis causa in coïtu.

Ibidem lib. de carnib. cùm elementa quatuor statuisset, ex his corpus componit, per quasdam partes inductionem faciens. ac licet ante de nonnullis speciatim dixerimus, nunc tamen in vniuersum resumam. Hæc (inquit) cùm turbata essent, & in orbem circumuoluerentur, multa calidi pars in terra concluſa est alibi maior, alibi minor, alibi valde pauca, alibi copia multa: & temporis progressu, terrâ à calido arefactâ, hæc concluſa in ipsa putredines faciunt veluti tunicolas: & quantum quidem ex putredine terræ pingue fuit, & minimum humoris habuit, id ipsum per multum tempus calescens, celerrimè exustum est, & in ossa mutatum. Quæ verò glutinosiora fuerunt, & frigiditate participarunt, ea calefacta exuri non potuerunt, neque verò liquida fieri: propterea speciem alieniorem ab aliis acceperunt, & nerui solidi facti sunt: neque enim multum frigiditatis ipsis inerat. Verùm venæ frigiditatis multum habebant, atque eius frigidi quantum circumcirca glutinosissimum erat, à calido exaſſatum, membrana euasit. frigidum verò quod erat, à calido superatum, dissolutum est: & ob id, liquidum factum. Iuxta eandem autem rationem etiam fauces & stomachus, siue gula & venter & intestina in podicem vsque caua facta sunt. Quum enim frigidum semper calescat, quantum eius circũcircà glutinosum erat, exaſsatum est, & membrana, tunica facta est. quod verò intrà frigidũ erat, colliquatũ est, & factum est liquidum. non enim erat in ipso neque pingue, neque glutinosum multum. Iuxta eandem rationem etiam vesica: multum frigidum quod ipsam circumcircà cõcluſit, à calido calfactum, dissolutum est, & euasit liquidum: quum neque pingue, neque glutinosum in ipso esset: quod verò supererat, tunica euasit. Sed & de aliis quæ caua sunt, eodem modo res se habet, vbi enim plus glutinosi, quàm pinguis erat, membrana tunica facta est. vbi verò pinguis plus quàm glutinosi, ossa facta sunt. Eadem ratio

Partes corporis quæ generentur, & ex quo, per exẽpla, vt.

Ossium.

Nerorum. Venarum.

Membranarum.

Faucium. Gulæ. Ventris. Intestinorum.

Vesicæ.

Ostium uterum & cauernosorum.

& ossium est: vbi quidem nihil inerat glutinosi, verùm pinguis & frigidi, citiùs exusta sunt, propter pinguitudinem. atque hæc ossa durissima & rigidissima existunt. vbi verò pingue & glutinosum similia sunt, hæc ossa antrosa sunt. & de his quidem sic habet. frigidum quidem congelat: calidum autem diffundit: in multo verò tempore etiam exsiccat. vbi autem pinguitudinis áliquid adfuerit, citiùs exurit & siccat. vbi verò glutinosum adfuerit frigido citra pinguitudinem, exuri non vult, sed tempore calescens cógelatur. Cæterùm cerebrum, sedes & metropolis est frigidi ac glutinosi. calidum verò, pinguis sedes & metropolis est. quod enim calescit, primum omnium quum diffunditur, pingue fit. & propterea cerebrum, quia minimum pinguitudinis habet, plurimùm verò glutinositatis, à calido exuri non potest, sed tempore tunicam, membranam crassam accepit: circùm membranam verò ossa, quantum calidum superauit, & in quibus pinguitudo erat. Sed & medulla spinalis appellata, à cerebro descendit, & non in ipsa neque pinguis, neque glutinosi multum, quemadmodum & cerebro: & propterea neq. nomen medullæ iustè possidet: nõ enim est alij medullæ similis, quæ in aliis ossibus inest. sola enim membranas habet, quas alia medulla non habet. Signa porrò horum manifesta sunt. siquis enim neruosa & glutinosa, itémque alia assare velit, alia quidem citò assantur, verùm neruosa & glutinosa assari non volunt: minimum enim pinguitudinis habent: pinguissimum autem & vnguinosum celerrimè assatur. At verò viscera sic mihi constituta esse videntur: nam de venis priùs à me dictum est. Cor multùm glutinosi ac frigidi habet: & à calido calefactum, caro euasit dura & viscosa: & membrana circùm ipsum: & cauum factum est, non quemadmodum venæ. & situm est in capite venæ cauissimæ. Duæ enim sunt cauæ venæ à corde, alteri nomen est arteriâ, alteri vena caua, iuxta quam cor situm habet. & plus habet calidi arteria, quàm vena caua, & spiritum condit ac conseruat. Verùm præter has duas venas, etiam aliæ in corpore sunt: quas ibidem consequenter describit Hipp. qua de venarum κατανομὴν diximus & monuimus iam antè: nequis cuilibet dicenti, etiam graui authori statim assentiatur caussâ incognitâ. ac de plerisque harum partium speciatim iam antea suis locis meminimus ex hoc loco & libro: sed semel in genere enuntiare placuit, vt intelligeres, hanc naturæ artificiosam in vtero materno cuiusque nostrûm fabricam: quam ex hoc potissimùm libro citatus antè Aristoteles imitatus, eo expressit quo exposuimus modo. nam de pulmone & renibus & carnibus, vnguibus, dentibus, maxillis, & alijs, quæ deinceps sequuntur, partim suis locis antea transegi, partim pòst effetam: similitérque de modo auditus & eius organo, item odoratus, & visus, & vocis (de quibus hîc tractat) dictum à me suprà locis proprijs recordor, cùm de sensibus fusissimè disceptarem.

Vis calidi & frigidi.

Cerebri dignitas, & proprietas, & partes.

Medulla spinalis origo & natura, proprietásque.

Ab experientia.

Cordis generatio quàlis.

Vena à corde, quot, & quales.

N. de hoc iam antè.

Cautio.

N. de venis iuxta Hipp. iudicium.

Prætitia.

Iam verò idem lib. 1. de diæta; Coïtu vtendum

A est (ait) aquæ accessionibus contingentibus, frequentiore: in ignis autem (id est caloris, vt alibi interpretatus sum) impressionibus, pauciore. & 6. Epidem. Coïtus morbis ex pituita contingentibus commodus. vbi Galenus; Non cunctis ex pituita laborãtibus, sed quibus vires firmæ sunt, Veneris vsus prodest. imbecilli namque ab ipsa in extremam debilitatem redacti, magnopere lęduntur. at qui viribus excellũt, non dissoluentur, sed contrà iuuabuntur, Veneris vsu pituitæ copiam resiccãte. Didicistis enim concubitum, quemadmodum & vigiliam, resiccare: quoniam scilicet humores abundè digerant. Quinetiam coïtus, robustorũ corpus calefacit, infirmorum autem continuò quidem calefacit, sed postea B vehementer refrigerat. Idem ibidem Hipp. Coïtus quæ in ventre sunt, indurat. Omne corpus (subijcit Gal.) venere exsiccari constat: sed non semper alui excrementa, propterea sicciora fieri cernuntur. verùm quando ab ipsis valdè oppressa fuerint, & vires labefactatæ, & mẽbra à quibus alimentum conficitur, & in ventre contenta distribuuntur, refrigerata fuerint, tum coïtus quæ in ventre sunt, frigefacit & duriora reddit. Volunt enim ex coïtu in ventre contenta frigescere, & ex frigiditate siccari. Atqui siccitatem non frigoris, sed duritiei ratione C euenire monstrauimus. de quo aliàs cõmodiùs. At 2. prorrhet. Quòd si vxore semel vsus fuerit, vegetior vtique erit & magis solutus. si verò sæpius rem peregerit, durior euadet, & squalorem quendam habebit, & decoloratior ac magis lassatus erit.

Coïtui tempus opportunum.

Coïtus quibus morbis conducat: & virũ ratio.

Veneris & vigiliæ effectus.

Venus quemadmodo resiccet.

Coïtus varij commoda, & contrà.

Rursus eodem opere de diæta lib. 2. Coïtus attenuat, humectat & calfacit. calfacit quidem, propter laborem & excretionem frigiditatis: attenuat autem, propter vacuationem: humectat, propter colliquationis reliquias in corpore præ labore. & præclarè ille quidem, & omnino Laconicè. ex quo Celsus lib. 1. sic eleganter; Concubitus neque nimis concupiscendus, D neque nimis pertimescendus est. rarus, corpus excitat: frequens soluit. cùm autem frequens non numero sit, sed naturâ, ratione ætatis & corporis: scire licet eum non inutilem esse, quem corporis neque languor, neque dolor sequitur. Græci recentiores, Oribasius, Paulus, Aëtius, ita ferè subducunt. Veneris hæc sunt commoda: repletos inanit, corpus agile præstat, in augmentum promouet, & virile magis efficit. Quantum verò ad animum spectat, impeditam intelligentiæ vim dissoluit, iratos mitigat: eóque melancholicis coïtus, siquid aliud, remedium est accommodatissimum: item alio modo insanientibus integritatem sensuum restituit. Iam ex pituita morbis venus est vtilissima. cæterùm alij etiam cibum respuentes, eius cupiditatem hinc recuperarunt. alij continuis per somnum veneris imaginibus liberati sunt. Porrò natura veneri idonea, est calida & humida, vt quæ reliquis salacior sit. Minimè verò coïtum excitat victus qui siccat refrigerátque, ætas senilis, tempus autumnale. Quapropter victus ratio humida calidáque adhiberi debet: mediocritas & laborũ & ciborum.

Coïtus optima tria.

Concubitus cõmoda & incõmoda, modúsque.

Veneris cõmoda tum animo, tum corpori.

Qui veneri perferãt, & victus, ætatis, laboris, temporis ratio.

Quemadmodum verò moderati labores, ita etiam concubitus ipſe mediocris conuenit. nam & ad opus incitat, & facilitatem quandam conſuetudini præbet. Quum autem concubiturus es, nimiam ſatietatem, cruditatem, laſſitudinem cauebis. itē ne vomitus aut purgatio præceſſerit. ſimiliter repentinum alui profluuium: inueteratum enim fluorem venus deſiccat.

Ad coïtum obſeruande circunſtantiæ.

At vehementes coëundi cupiditates non laudo, ſed potiùs eis reſiſtere cōſulo: præſertim iis quos morbus aliquis infeſtat. Saluberrimum igitur poſt exercitationem, balneum, moderatumque cibum, venerem exercere. ita enim viribus conducit, & frigus obortum minùs efficitur. Tempus autem concumbendi opportunum eſt ſecundùm cibum, antequàm ſomnus inuadat. laſſitudo ſiquidem ex coïtu contracta, obdormienti ſtatim remittitur. id verò tempus etiam liberis procreandis accommodum eſt, tum aliis de cauſſis, tum quòd mulier conſopita, genituram faciliùs retinet. Galenus tamen lib. 1. ſanit. tu. hunc ordinem ab Hipp. poſitum ſuadet ſeruandum & retinendum, Labor, cibus, potus, ſomnus, venus, omnia hæc mediocria. ex 6. Epidem. cui ego cum ratione potiùs aſſentior.

Coïtus immodici damna.

Coïtus tempus ante ſomnū, cur.

N. improbat ex Hip.

Ordo rerum non naturalium.

Sed quia hunc ſermonem ſemel ingreſſus ſum, ſubiungam collecta ex Gal. de rebus venereis, ex cap. 37. lib. 6. Oribaſij. Rerum venerearum, ex Epicuri ſententia, nullus eſt vſus ſalubris. reuerâ autem ſalubris eſt vſus, ſi tantum interualli interponatur, vt neque reſolutio vlla ſentiatur, & ipſe homo ſeipſo leuior factus, & meliùs etiam ſpirare videatur. Tempus autem aduertendum, opportunum eſt, cùm corpus in exquiſita omnium externarum circunſtantiarum mediocritate ſit conſtitutū: vt neq. nimis plenum ſit, neque vacuum, neque nimis perfrigeratum, neque ſupercalfactum, neque exſiccatum, neque humectatum. ſi verò errare contingat, paruus ſit error. ſed melius eſt, vt potiùs calefactum, quàm perfrigeratum, & plenum, quàm vacuum, & humectatum, quàm exſiccatum, venereis rebus vtatur. Qui ergo imbecillas vires habent, ij à veneris vſu ad ſummam infirmitatem deueniunt. qui verò robuſtas, ſed propter magnam pituitæ copiam morbo detinentur, ideo patiuntur, quòd humores plus iuſto per habitum degenerantur. Innoxia enim venus iis eſt, qui calidi humidíque ſunt, quíque ſemine naturaliter abundant. quinetiam corpus eorum, qui firmas vires habent, Venus calefacit. at eorum quibus imbecillæ ſunt, protinus quidem calefacit, ſed poſtea vehementer rerefrigerat. Nonnulli enim ſunt, quos protinus à iuuentute concubitus imbecilliores efficit: nonnulli verò niſi coëant, aſſiduè capitis grauitate infeſtantur, cibos faſtidiunt, ac febribus obnoxij ſunt: atq. vt deteriùs appetunt, ita etiam minùs concoquunt: præſertim quibus ſemen ſuapte naturâ deterioris ſucci eſt, & copioſius, quíque otioſam vitam degunt: & qui cùm antea rebus venereis frequentiſſimè vterentur, poſtea affatim abſtinuerunt. Qui verò firmiores & iuuenes ſunt, horum habitus corporis in raritatem potiùs, quàm vires in imbecillitatem, mutatur. itaque corriguntur per ea quæ cogunt & contrahunt: qualis eſt præparans exercitatio. Si verò etiam aliqua refrigeratio poſt venerem corporibus adueniat, erit etiam exercitatione prę parante ob eam cauſſam vtendum: quandoquidem ea calorem excitat. ſi verò anni tempus non diſſuadeat, nec à frigido balneo abſtinendū erit. Cibi copiâ quidem ſint minores, qualitate verò humidiores, tum vt probè concoquātur, tum verò etiam vt ſiccitas, quæ ex venere contracta eſt, corrigatur. debent verò nec frigidiore temperaturâ eſſe: ſed vel mediâ, vel calidiore. Nam quoniam corpus à venere & laxius & frigidius & imbecillius & ſiccius eſt effectum, debent planè quæ denſent & calefaciant & vires reparent, adhiberi, atque ad hæc ſtudium omne impendi.

Qui coïtum præcedē ex facile.

Corporis ad coïtum præparatio, & à coïtu curatio.

Ciborū ratio ad coïtū, & qualitas.

Veneris effectus, & noxæ reparatio quō fiat.

Rufus autem ita ſtatuebat; Omnino concubitus frigidius corpus efficiunt: attamen minus laboris à muliere impenditur, quàm à viro: atque ita etiam minus moleſtiæ mulieri accedit. nam vehementes ſunt virorum concubitus: & ideo maior itidem labor in concumbendo ab eis adhibetur. Qui etiam erectis hominibus fiunt, maiorem laſſitudinem afferunt. atque illi etiam ſunt huiuſmodi, qui poſt ſatietatem ineuntur: itémque poſt ebrietatem. Qui ante cibum fiunt, faciles quidem ac celerrimi ſunt: ſed neſcio quid imbecillitatis inuehunt. ſeminis verò interceptiones, quæ in medio concubitu fiūt, renibus & veſicæ ſunt peſſimæ. Verùm non omnino peſſimæ ſunt res venereæ, ſi & tempus opportunum, & modum velis animaduertere. Ex eis ergo hæc extant (quæ & paulò antè attigimus) commoda. plenitudinem euacuant, corpus agile reddunt, ad incrementum promouent, & magis virile efficiunt. Animo verò id præſtant, vt impeditam vim rationis explicent, iramq. nimiā cohibeant. ideo fit, vt melancholicis, ſiquid aliud accōmodatiſſimo ſint remedio: quicūq. etiam alio inſaniæ genere laborant: & nōnullos etiā comitiales ſanauerunt, facta in pubertatis tempore mutatione, itemq. nonnullos qui capitis grauitatem aut dolorem patiebantur, ſanitati reſtituerunt. Hipp. autem vno verbo res venereas morbis, quos pituita gignit, accōmodatiſſimas eſſe pronuntiauit. multi enim qui ex morbo nō alebantur, ad cibum facilè ſumendum redierunt: alij cùm priùs ægrè ſpiritū ducerent, facilè ſpirantes euaſerunt. quidam cùm cibos faſtidirent, ad eos capiendos prompriores ſunt facti. alij à continuis pollutionibus, quæ in ſomnis fiebant, ſunt liberati: quæ res minùs adferre noxæ exiſtimatur, ſed mihi quidem non videtur: quippe quæ diſſolutum corpus in ſomnis adhuc magis diſſoluunt. Naturę autē veneri idoneę ſunt calidæ atq. humidæ: victus verò ratio calidior & humidior: ac tale etiam anni tempus, atq. ætas: ac tempus quidem, ver: ætas verò, iuuentus. Vt autem moderati labores iuuant, ita etiā moderati concubitus conueniunt: nam & ad rem ipſam incitant, & conſuetudine facilitatem afferunt. vt multi, omiſſa conſuetudine concumbendi, non

Veneris abuſus, & cōmoda vſuſque, & tempus opportunum.

Corporis diſpoſitio ad coïtum, & virili ratio.

Venus quibus naturis utilis.

Veneris effectus, & operandi, & continētia damna.

Concubitus effectus, & labor viro maior, cur.

Coïtus qui noxij, & circunſtantiarum obſeruatio.

Semini retentiōnis.

Veneris cōmoda, tum animi, tum corporis.

Venus piſcibus tempeſtiua ſert.

Dubium.

Natura veneri idonea, item ætas, atq. tēpus.

Contiuentia longæ damna.

potuerint cõcumbere, alij verò & magno labore postea concubuerint. Venus autem siquid aliud, alimenti exuberantiam exigit. Ergo miseriâ & abstinentiâ nemo conuenienter vtetur: at potu atque pastu vberiore, vtriusque delectum & materiam suggeret Oribasius cap. 38. lib. 6. Tempora porrò rebus venereis idonea in omnibus multa sunt, prout quisque est paratus: sed summa est, vt recentes satietates & ebrietates vitentur: quia post has, nullus alius conuenit labor, fames quoque cauenda est. verumtamen magis salutariter eo tempore concumbitur, quàm cùm quis se expleuerit: sed imbecillius corpus redditur. Fugiendæ quoque cruditates sunt. iccirco concubitus qui media nocte fiunt, periculosi sunt, si cibo nondum confecto exerceantur. Eiusmodi sunt ij, qui sub aurora fiunt, cùm fortasse cruda adhuc sint ea quæ ventriculo continentur: & quia neque excrementa, neque vrinas homines emiserint, neque aluus deiecerit: ac concumbere cum excrementis est malum: ante verò exercitationes & balnea, minùs periculosum est. Ei verò qui consueta munia obiturus sit, imbecillitatem parit. Optimè ergo concumbet à cibo, qui ad satietatem non sit ingestus. nam hoc & ad vires confert, & ita refrigerationes, quæ subsequi solent, minùs contingunt. Inde verò si cui post prandium, rerum venerearum pruritus excitetur, cessandum est, donec alimentum ex multo somno constiterit. si post cœnam, antè dormire oportet: siquidem hæc maxima cessatio est. Ac Natura quoque videtur ratione quadam id efficere, vt primùm eo tempore maximè ad venerem impellat: postea verò id quod superfluit, quàm quod ei aptum & æquale est, accommodatiùs excernat. Quod cùm medici animaduerterint, in filiorum procreatione admonent virum qui comederit, & epulis & conuiuio exceptus fuerit, mulierem verò, quæ parciùs sit educata, debere commiscerì. causa est, quoniam vir dare, accipere verò mulier debet. Sed ad hæc quæ diximus, aliæ quoque affectiones corporis sunt examinandæ. etenim post labores, prauum est concumbere. & tamen existimant nonnulli, solui concubitu labores. sed non rectè sentiunt, cùm imbecillitas non sit laborum remedium: & tamen calore neruorum, qui in lumbis sunt, vim quandam afferunt. Ergo vitandæ sunt lassitudines, itémque vomitus, qui paulò pòst sint erupturi, quique paulò antè præcesserint. itémque purgationes & alui fluxus recentes: nam inueteratos (vti nuper monui) quandoque venus exsiccat. Habenda quoque ratio est omnium morborum thoracem obsidentium, aut quos obsessuros esse suspicamur: & vitiorum, quibus nerui affliguntur. Quamobrem vehementes cupiditates ego neutiquam laudo: sed censeo tunc magis esse à concubitu abstinendum, idque tum in aliis, tum vel maximè in iis, quorum vesica & renes aliquo morbo vexantur: & quos morbus comitialis aut insania infestos habet. nam vbi morbi accessuri sunt, tum vehementes impetus excitantur. Optimum autem est, vt tum quisque rebus venereis vtatur, vt cum prompto animo atque expedito concubitum expetat, tunc etiam corpus eò feratur. Decet enim animum dominari, corpus verò obedire. Non sunt hæ opiniones, sed prouidentia naturæ, quæ vacuationis indiget: vt etiam cæteras animantes facere decet. Aëtius tetrab. 1. serm. 3. cap. 8. tum superiora ex Rufo probabat, tum præterea adijciebat; Naturale opus, coïtus est: nullum autem ex naturalibus operibus nociuum est. verùm iuxta immodicum & assiduum vsum, itémque iuxta tempus non conueniens assumptus, noxius euadit. Multò autem magis nociuus sit assiduus vsus his, qui neruos, aut pectus, aut renes, aut lumbos coxendicésque ac pedes imbecillos habent. Cuius rei coniecturam hinc facere licet, quòd omne hominis robur in coïtus vsu debilius redditur. robur autem, est insitus in nobis calor. Vnde sanè concoctiones coëuntibus non integræ contingunt, & pallidi fiunt: & neque exactè vident, neque vt oportet, audiunt, neque alios sensus integros possident. Quin & obliuiosi tales & tremuli existunt, & articulis maximè coxendicum dolent: & alij ex ipsis renum, alij vesicæ morbos incurrunt. Quibusdam etiam oris graueolentia, & dentium dolores, & gurgulionum inflammationes oboriuntur. Et visi sunt iam viri multi, qui ex multa venere sanguinem expuerunt: partim ob violentam spiritus compressionem ac intentionem: partim ob venarum & arteriarum, quæ ex pulmone ad testiculos deferuntur, communionem. Cæterùm fœmina ex coïtu sanguinem non spuit, cùm propter reliquam corporis humiditatem, tum quòd in mixtione, minùs laboris perfert: imò etiam propter consuetas infernas purgationes. quare si contingat etiam fœminam spuere sanguinem, magnam ex purgationibus medelam acquirit. Itaque propter relatas iam causas, medici boni iubent venere abstinere: siue adsit quis ex prædictis morbis, siue timeatur, ob naturalem corporis debilitatem. Atque hactenus quidem de commodis & incommodis rerum venerearum, & circunstantiis circa earum tempestiuum & moderatum vsum obseruandis. de cibis qui ad rem faciunt, quia præter institutum est, ex citatis authoribus accipies, & fortè nos aliquid posthàc obiter de iis, vbi de semine agetur.

Nunc autem reuerror ad Hipp. certus non antè dimittere, quàm reliquũ excussero, siquid ad præsens institutum facere videbitur. sed de coïtu in vtramque partem isthæc dicta volui, vt quæ breuiùs ille suo more enuntiasset, ego copiosiùs & vberiùs aliunde suppleremi sarcirémque. Extat huius liber de natura muliebri, affinis ei quem de genitura & natura pueri citauimus, & sanè authoris eiusdem, vt equidem sentio, ex quo multa licet de natura mulierum excerpere: cuius ex initio, pauca ista desumam ad discrimen mulierum temperamenti internoscendum. quæ eadem

Coïtus à pastu, quãdo & qualiter.

Coïtus à prandio vel cœna, qualis & quando.

Quando viro & fœmine data liberis operæ.

An coïtus soluat labores.

N. sanè, modò ne immoderati fuerint.

Vitanda ad coïtum.

Coïtus quibus obsit partibus.

Quando coïtus vtendum.

Natura prædicta circa res venereas, quæsum.

Coïtus est naturalis, & vtilis: & quando noxius, & quibus perpiamè.

Coïtus debilitat, eiusque damna & indicia.

Hæmoptysis ex coïtu, vnde: & cur viro potius.

Transitus.

repetit lib. 2. de morb. muliebribus, iisdem planè verbis. Numen in hominibus cauſſa eſt: poſtea verò naturæ mulierum & colores. nam quæ ſuperalbidæ ſunt, humidiores ſunt & fluidiores: nigræ verò, duriores acerbioréſque ac aſtrictiores. quæ verò vini colorem referunt, medium quid inter vtraſque habent. Sic autem & in ætatibus contingit. iuuenculæ enim humidiores ſunt, & multo ſanguine plerumque refertæ. aniculæ verò ſicciores, & modicum ſanguinem habentes: mediæ autem medium quiddam inter vtraſque habent. Ibidem experimentum fœcunditatis iſtud ſubiicit; Caput alij integrum deraſum vteris apponito: poſtridie verò digitum immittat, ac contingens conſideret. & ſiquidem oluerit inde os, bene habet: ſin minùs, rurſum apponat. Aliud experimentum; Netopum modicum in lana inuolutum apponat, & conſideret, an per os oleat. ibidem, Si periculum facere velis in muliere, an prægnans ſit, aut non, rubro lapide, ſiue terra Erythræa oculos ſublinito: & ſiquidem ingrediatur pharmacum, prægnans eſt: ſin minùs non. quod etiam lib. 1. de morb. muliebr. & lib. de ſterilib. repetit. ſic autem aph. 59. lib. 5. Si mulier non concipit, ſcire autem velis, num conceptura ſit, veſtibus vndequaq. obuoluens ſuffito ab imo: ac ſiquidem odor tibi tranſmitti per corpus ad os & nares videatur, ſcito quòd ipſa non ſuâ culpâ ſterilis eſt. cuius rei vſum Galenus tibi in comment. aperiet, nobis tamen lege Chriſtiana interdictum, de repudij libello propter ſterilitatis vnicam cauſſam. ſic verò rurſum lib. de ſuperfœtatione. Quum mulieri alicui conceptus gratiâ medeberis, vbi purgata eſſe videbitur, & os vteri rectè habuerit, lauetur, & caput confricetur, nullo autem vnguine illinatur: deinde linteum modorum lotum circùm capillos ipſos circundatum, reticulo loto aut nihil olenti obliget: ita vt primum linteum ipſum capiti imponatur, poſtea quieſcat, galbano ad vteri ſtomachum appoſito, quod coctum ac mollitũ ſit ad ignem, & non ad ſolem. deinde manè depoſito reticulo cum linteo, verticem ſuum alicui olfaciendum exhibeat: & ſiquidem oluerit, probè purgata eſt, ſin minùs, malè. Hæc autem ieiuna faciat: & ſi non fœcunda fuerit, nunquam olebit neque purgata, neque aliàs. & ſi prægnanti idem medicamentum apponatur, neque ſic probè olebit. hæc ille. Cùm enim corpus humanum εἰμαρμένον καὶ εὔρροον, conſpirabile & confluxile ſit, vt pridem demonſtratum eſt, ex odore ſuffitus, totum corpus penetrante, colligitur, corpus muliebre humorum vitio carere, ipſúmque vterum probè temperatum eſſe, neque ob denſitatem, aut frigiditatem, aut vitioſi humoris in eo redundantiam, prohibitum fuiſſe odorem, ne ad nares & ſummũ verticem ferretur, vt Philotens ad aph. 59. lib. 5. cum Gal. ſentit & conſentit.

Cauſſas ſterilitatis & eiuſdem remedia ex lib. ſub eodem titulo repetes, de qua nos forſan poſthàc. vnde hoc experimentum prægnantis mulieris tibi deſumes; Si cognoſcere voles, an mulier prægnans fier, butyrum & lac mulieris maſculum alentis bibendum dato: & ſi eructauerit, concipiet: ſin minus, non. aliud, Netopum modicum lanâ exceptum ſubdat. & poſtea manè, an quod ſubditum eſt, per os oleat, conſideret: & ſiquidem oleat, concipiet: ſin minùs, non. quod & paulò antè aliunde cõſtitit. Aliud, Cuicumque mulieri à ſubdititiis non valdè fortibus, dolores ad articulos proceſſerint, & ſtridor dentium ipſam habuerit, & vertigine affecta fuerit, & oſcitarit, huic maior ſpes eſt vt prægnans fiat, quàm ei quæ nihil horum patitur. Aliud, Caput allij integrum depurgatum ac deraſum ad vterum apponat, & poſtridie videat, an per os oleat: & ſi oluerit, concipiet: ſin minùs, non. quod idem paulò antè. Aliud, Si cognoſcere voles, an mulier concipiet, aniſum in aqua tenuiſſimè tritum bibat, ac dormiat. & ſiquidem pruritus ipſam circa vmbilîcum corripuerit, concipiet: ſin minùs, non. Prægnantem mulierem ſi non ex alio cognoſcas, ex hoc cognoſces. Oculi videntur diſtracti ac cauiores, & candidum in oculis, albedinis naturam non habet, ſed liuidius apparet. de quo etiam ſuprà. Quæ in ventre habent, maculam ſolarem in facie habent: & poſtquàm conceperunt, vinum odio habent, & cibos auerſantur, & oris ventris morſu ac ſaliuâ pleræ fiunt. Mel & aniſum tenuiſſimè terito, deinde in aqua diluito, ac exhibeto, & dormire ſinito. & ſiquidem tormen ipſi fiat circa vmbilîcum, prægnans eſt: ſin minùs, non eſt. Poſt hæc autem omnia, facinam bibat, & mel & origanum in vino & oleo. Quæcumque in vtero habentes, maculam ſolarem in facie habent, fœmellam geſtant. quæ verò coloratæ permanent, maſculum plerumque geſtant. Si papillæ ſurſum conuerſæ fuerint, maſculum geſtat: ſi deorſum, fœmellam. Accipe de lacte, & farinam miſce, & paſtillum forma, & ad lentum ignem aſſa. & ſiquidem comburatur, marem geſtat: ſi verò hiet ac diffundatur, fœmellam. Aut idem hoc lac ſuper folia emulctum contemplare: & ſiquidem condenſatur, maſculum geſtat: ſi verò diffuſum fuerit, fœmellam. hæc ille: quorum bonam partem iam antè ex aliis operibus & libris eiuſdem citaui: ne me αὐτοπαίνου arguas immeritò.

Mulierum temperamẽto iudicia ex colore, & ætate.

Nota. Fœcunditatis ſigna & experimẽta: item impregnationis.

Repudium ob ſterilitatem: & quo modo deprehendatur.

Odor aromatum cur ab vtero ad verticem ſummũ penetret, & quando, vel quib⁹, quid quæ pertendat.

Fœcunditatis alia experimenta.

Signa prægnationis, tum ad marem, tum ad fœmellã.

EX AVICENNA.

AVICENNAS diligens antiquitatis obſeruator, inter multa huc pertinentia, ſic ait per interpretem locutus lib. 3. fen. 21. tract. 1. cap. 11. Succedit mulieri grauidæ dolor ſub vmbilico, & nauſea, & abhorret coïtum, & retinentur menſtrua. deinde illud quod ſuccedit ei de anguſtia & pigritia & grauitate corporis, & malitia animæ, & parua nauſea, & eructatione acetoſa, & horripilatione, & dolore capitis, & vertigine, & tenebroſitate oculorum, & pulſu cordis, deinde commouentur appetitus mali poſt menſem aut duos menſes. & citrinatur albedo oculorum earum, & fit viridis. & quandoq. profundantur oculi eius, & mollificantur

Signa grauiditatis.

by Google

palpebræ eius, & acuitur aſpectus eius, & clarificantur eius pupillæ, & ingroſſatur eius albedo, & non citrinatur ſecundùm plurimum. Et neceſſaria eſt alteratio colotis, & euentus impreſſionum egredientium à natura: quamuis ſit in prægnante ex maſculo minus, & in prægnante ex fœmina plus. Et quandóque impræ- *Impregnatio quibus doloribus medeatur: & menſtruorum diſpoſitio mammarúmque.* gnatio ſedat dolores dorſi, & ancharum: propterea quòd calefacit ea matrix: & cùm parit, redeunt. & quandóque alterantur mammillæ eius ab eo quod fuit, & dilatantur, & citrinantur ſuper ipſum venæ eius, & virides fiunt. Et in pluribus diſpoſitionibus accidit prægnantibus vt mollificentur earum mammillæ in principio retentionis menſtruorum, & augmento B eius quod de ipſis retinetur vltra illud quo indiget embryon; propter paruitatem embryonis, & debilitatem eius à cibatione: deinde cùm magnificatur embryon, cibatur illa ſuperfluitate, & vinificatur, & ſedantur accidentia retentionis eius. Et quandóque cognoſcitur di- *Impregnationis experimenta.* ſpoſitio imprægnationis per experimenta: de quibus eſt, vt in potu dentur de melle in hora dormiendi, duæ vnciæ cum tanto pondere aquæ pluuialis permixtæ: & videat, an punctionem ſentiat, an non: quòd ſi ſentit tunc punctionem, eſt prægnans. Et cauſſa quidem in illo eſt, retentio inflationis cum communitate inteſtinorum. licet medici mirentur de hoc. & C eſt experimentum certum: niſi in conſuetis potare illud. Et iterum laboret in ieiunio in die, & in ſero inuoluatur panno, & ſuffumigetur à vaſe ſeu inſtrumento ſuffumigationis, & traiectorio cum ſuffumigio. ſi ergo egreditur fumus & odor ex ore & naſo, tunc ipſa non eſt prægnans. Et ſimiliter experitur, cùm vacuitas eſt, ſupponendo allium, & ſuperdormiendo ſuper ipſum; & conſiderando, an inueniat ſaporem eius & odorem ipſius in ore, an non. itidem de ariſtolochia cum melle. Et *Vrina prægnantis, qualis.* vrina quidem prægnantis, in principio præ- D gnationis eſt citrina, ad cœleſteïtatem, vel plumbeïtatem, vel fuſcedinem decliuis: quaſi ſit cottum in eius medio ſparſum. Et ſignificat prægnationem, vrina claræ ſubſtantiæ; ſuper quam eſt quod eſt ſimile nubibus. & propriè quando in ea ſunt ſicut grana aſcendentia & deſcendentia. in fine autem impræg nationis, quandóque apparet in vrinalibus earum, rubedo in loco, in quo apparuit in principio impræg nationis, glaucedo. Et quando mouetur vrinale prægnantis, & conturbatur, tunc eſt in fine prægnationis. & quando non conturbatur, eſt in principio prægnationis. hæc Auicennas ad Hipp. nam de ſterilitatis cauſſis & ſignis, poſtea ex vtriuſque & aliorum & noſtra dicetur ſententia. volo enim ex Hipp. quod ſupereſt, breuiter colligere.

Embryonis motus tempus. Fœminarũ quænã fœcundiores: & vteri diſpoſitio. Lib. 1. de morb. muliebrib. Mas trimeſtris, fœmina quadrimeſtris motum habet. at 2. prorrhet. Paruæ (inquit) ad conceptionem, præſtantiores ſunt maioribus, tenues craſſis, albæ rubicundis, nigræ liuidis. quæ item. venas conſpicuas habent, meliores ſunt, quàm quibus non apparent. Locum verò in quo conceptio A ſit, quem ſanè vterum nominamus, ſanum eſſe oportet, & ſiccum, ac mollem. ſit item neque retractus, neque pronus; neque os ipſius ſit auerſum, neque concluſum, neque euerſum. vbi & de menſium natura in vtramque partem. & ibidem ferè contrà quàm ex aph. patuit; Si in ſiniſtra parte vteri fiat vlcus, & *Signũ maſculi aut fœminei conceptus.* mulier in vtero concipiat; ſiue dum adhuc habet vlcus, ſiue vbi iam ſana eſt, maſculum magis enixuram eſſe ſpes eſt. ſi verò in dextra parte vlcus fiat, & mulier concipiat, fœmineum magis fore fœtum expectandum eſt. Iam verò ad mulieres pertinent multi aphoriſmi ſect. 5. ab aph. 28. deinceps vſque ad aph. 63. quorum nonnullos antè citaui; multi ad hoc inſtitutum parum faciunt; quos longum ſit huc inferere: tibi promptius erit per otium recognoſcere. Atque haud ſcio, an ſubiicere debeam, quod lib. de ſterilib. occurrit, iiſdem planè verbis repetitum, quibus iam ante ex lib. de ſuperfœta. & aliunde citaui: quod apud hunc authorem frequens deprehendo *ταυτολογίαν* vitium. ſed bonus ille vir cùm aliquid eximium inueniſſet, id ne fortè deperiret, variis libris, velut tabulis aut monumentis exaratum voluit. locum vel ſaltem indicabo, ne tibi imponere videar. Vernum tempus optimum eſt ad conceptum, ait. At vir non ſit ebrius, neque vinum album bibat; ſed fortius ac meracius; & cibos edat fortiſſimos, & calida ne lauetur: & robuſtus ſit ac ſanus: & à cibis abſtineat, qui ad rem non conducunt. Quum autem mulier purgata viſa fuerit, & ſtomachus vteri rectè habere, lauetur; & caput fricetur; & nihil omnino illinatur. vbi mox de ſuffitu ex galbano, iiſdem prorſus verbis, quæ nunc nuper ex lib. de ſuperfœta. protuli. Ita magnum virum non *N. excuſata repetitionũ locorum.* puduit, quæ ipſe inueniſſet, locis diuerſis inculcare. ne nobis id fortè imputetur, ſi coacti, locos eoſdem repetimus, quos argumenti affinitas flagitare à nobis videatur.

Tautologia frequens apud Hipp. & eius ratio.

Tẽpus conceptus aptum, & vteri præparatio.

N. excuſata repetitionũ locorum.

Iam verò excuſſi & libros & locos propemodùm omnes, qui apud Hippocratem de re mihi propoſita videbãtur aliquid enucleatè differere (vt tamẽ de ſemine & menſtruo dicẽda in aliud tempus à me dilata fuiſſe ſtudio & deditâ operâ intelligas, ac nonnulla etiam inter problemata deinceps reponenda) atque ex iis quæ in medium attuli, multa ſunt equidem quæ probo; nonnulla quæ minùs recipio, quia à ratione videntur aliena. Neque enim is ego ſum, qui magis authoritate perſonæ, quàm rei tractatæ veritate moueri ſoleam: atque inter ea E quæ Hippocrati tribuuntur, multa video tali authore indigna: vt in Hippocrate Hippocratem non rarò deſiderem. Itaque qui de propoſitis æſtimationem certam facere volet, is *Veritas ex Hipp. quomodo eliciẽda.* rem priùs omnem, qua de agitur, debet habere perſpectam: deinde aliorum explorare ſententias, an cum veritate conſentiant: ac demùm eorundem authoritate ac teſtimonio firmare id quod controuertitur, aut in diſceptationem venit. non autem ideo verum eſſe ſtatuere id, quia hic aut ille, grauis licet author, ita cenſuerit ac ſenſerit. Multa ſunt in omni philo-

Transitio.

N. inditiũ de Hippocratici ſcripti.

Rem in philosophia multa ex magnis authoribus. Veritatem.

sophiæ parte, perquàm absurda, quæ tamen A suos habuerunt authores (mitto de rebus sacris dicere) homines alioqui magnæ authoritatis, & exquisiti iudicij, & doctrinæ præstantis. Sed veritas sine authore, ipsa per se suâ se dignitate satis vendicat, tuetur, asserit; neque hominum commendatione iudicióve aut testimonio stabilitur. In multis dubium tollit ratio: in pluribus fidem facit sensus: in plurimis & ratio, & experientia, & sensuum fides, & cõmunis doctorum omnium assensus, approbationem certam meretur, atque inconcussam veritatem confirmat.

Transitio.

Verumenimuerò perlustratis non sine labore & quodam fastidio, veterum scriptis opinionibúsque, tum de partium genitalium natura, tum de generationis modo, ac velut in tabula aliqua, expositis ac digestis per ordinẽ seriémq. eorundem sententiis veris aut verisimilibus; eâ quidem censurâ adhibitâ, quam ferè semper & passim hactenus liberam & ingenuam, cum omni candore & modestia vsurpauimus; Antequàm ad quartam corporis humani generationis partem & vltimam deuenio, lubet positis aliquot problematis, circa hoc generationis humanæ argumentum ludere: non tamen inepte & otiosè, ne tempore nostro & patientiâ lectoris abuti videamur voluisse: sed seriò atque vtiliter; imò & iucundè ac suauiter, quæstiones nonnullas in medium adducendo, quæ aut à medicorum & physicorum vulgo agitari solent, aut à doctis & peritis, atque adeo ab ipsis philosophis, aut variis authorum & scriptorum generibus in vtramque partem discuti & ventilari: quarum tamen solutio non ad alium magis propriè, quàm ad medicum & physicum pertinet. In quibus enucleandis, quid alij summi in philosophia proceres senserint, vtique non prætermittam; quicquid mihi sedulò & acriter inuestiganti, ac veterum monumenta replicanti occurrerit (neque enim vnus omnia legere potui) ita tamen vt nostram interdum sententiam aliis interponi velim; vt inter doctos & acutos viros, fortassis nec indoctè, nec obtusè coniectasse videamur.

Propositis dicendorum.

N. mos in examinandis authorum scriptis.

Digitized by Google

TERTIA PARS LIBRI HVIVS SEPTIMI,

Problemata varia complectens circa partium genitalium hiſtoriam, & humanæ generationis modum formámque pulchrè & doctè alludentia.

PRIMVM PROBLEMA, SIVE LIBER VNVS.

Quæ cauſſa eſt, vt in hominum genere (valeat etiam in aliis par & eadem ratio) hic mas, hæc fœmina gignatur?

(Mas autem an fœmina præſtantior, paulò antè vno & primo problemate inquiſiui.)

Potn hoc reuocare problema ſuperius, Mas an fœmina præſtantior?

CAVSSAM autem cùm dico, eam mihi intellige, tum quæ efficit, aut facientem adiuuat: tum eam cuius gratiâ; quem etiam finem dicimus. vt tamen neque materiæ, neque formæ poſthabeatur ratio. Enimuerò quia mortali conditione, & ex corruptibilibus principiis genitus homo fuerat; vt morbis multis obnoxius, tandem etiam morti cederet atque occumberet. vtique prorſum & omnino, niſi genus humanum breui fuerat abolendum, neceſſe fuit, arte quadam & prouidentiâ diuinâ modum rationémque excogitari, quâ hominum genus per indiuidua, interitui atque internecioni obnoxium, perpetuari ac perennare (numero enim non poſſe, ſed ſpecie poſſe, Ariſtoteles cap. 1. lib. 2. de genera. animal. profitetur) atque vſque ad finem ſeculi perdurare poſſet, ac de mortali velut immortale reddi efficique. Quodquidem nullâ videlicet aliâ ratione commodiùs fieri potuit (quod enim in rebus omnibus optimum eſt, id Deus ſemper eligit & vſurpat: ideóque maſculum & fœminam creauit eos, vt antè produxi ex cap. 1. Geneſeos) quàm ſi vtriuſque ſexus mas & fœmina generaretur: cùm Androgynum eſſe, ad multa foret abſurdum: cúmque vnus in ſe gignere & per ſe gignere nequiret, vt eſſet qui in altero gigneret, & eſſet quæ in ſe ſe ab altero procrearet: & quidem vterque iis præditus atque donatus organis, quæ eſſent tali operi maximè congrua conuenientiáque. de quibus hactenus copioſiſſimè, & penè ad nauſeam vſque. Marem autem illum ſeu virum: hanc fœminam aut mulierem dicere vſus obtinuit. Græcis ille ἄρρην ὁ ἄρρεν ὁ ἄρσην; hæc θῆλυς ὁ θῆλυ ὁ θήλεια dicitur. illud fortè παρὰ τὸ αἴρειν, quia arrigit ſiue erigit virilia generando: aut παρὰ τὸ ἀρδεῖν, quia humectat & irrigat ſuo ſemine muliebres loculos, velut arentes hortulos, vterúmve. hoc autem παρὰ τὸς θηλὰς, à mamma; ἢ παρὰ τὸ θηλάζειν, à lactando & nutriendo fœtu: aut quia θηλύνει, efflorescit, & primæuo flore iuuentæ ſtatim adoleſcit fœmina, citum capeſſens incrementum, vt aliàs ex Hipp. & Ariſt. antea docui: atque vt maturum, ſic breuis æui futurum producens florem. Vir autem quòd à virtute dicatur, alibi dixi iã antè: ſicuti & quòd mulier à mollitie. Mas autem haud ſcio an à maſſa, ob denſam & ſolidam compagem, & ſexu virili dignam molem magnitudinémque, vt mox ex Hipp. comprobabo. Sicuti & fœmina, vt ſuprà inſinuaui, à fœminum amplitudine (ſed amiſſa diphthongo) quæ & ad coïtum, & ad conceptum, & ad fœtum ſuſtentandum, velut marmoreæ aut eburneæ columnæ non parum conducunt. niſi tu malis à fœtu ſeu fœtura: vnde & fœta, & fœtare & ſuperfœtare fœmina, quaſi fœtiua aut fœtimina dicitur. ſed

Cauſſa hæc concurrentes.

Humana fragilitatis conditio, & qua arte reparabilis perennet.

Homo ſpecie perennis, non numero.

Deus ſemper eligit optimum.

Maris & fœminæ neceſſitas, quorſum: & vtriuſque ſexus.

A

B

Quæ præmittam.

Maris & fœminæ ſynonyma, & etymologia nominum.

ἄρρεν.

θῆλυς.

Vir.

Mulier. Mas.

Fœmina.

nominum & vocum originationes, Grammaticorum filiis relinquamus, atque ad rem veniamus.

Mas & fœmina, quid, & quorsum.

Causſa ergo efficiens & agendo prima generis humani, Dei munere in terris condita, mas eſt: adiuuans autem & patiendo concauſſa, fœmina. ille enim principium dat, hæc acceptum perficit, quo pridem modo demonſtrauimus.

Cauſſa & finis humanæ generationis.

Finis ex eo patet, quòd perpetuatio generis humani, hac arte potiſſimùm propagatur: ne extincto illo, mera ſolitudo in orbe relinquatur; neque ſuperſit, qui Deum colere & venerari poſſit, aut in operibus laudare & admirari: néve qui terram vertere, aſtra ſpectare, rebus à Deo creatis vti cum gratiarum actione, ſublato per mortem hominum genere vniuerſo, queat. Materia quæ ſit generationis, alibi ſuprà attigi, & pòſt fuſiùs explicabitur; ſemen nempe vtriuſque parentis, & ſanguis maternus, idémque menſtruus. ſicuti de genitali ſolo & generationis officina, ſubiectóve nunc nuper explicatum eſt. Forma virilis à muliebri quomodo diſcrepet, tum ex obtutu diſcernere licet; tum ex iis quæ propria cuíque aſſignauimus generandi membra organáque. Quid eſt ergo quod nunc quærimus? Hoc videlicet; Qua de cauſſa fiat, vt coniecto in vterum maternum maritali ſemine, mas aut fœmina generetur.

Item materia formá que.

Quæſtio.

de quo variæ à philoſophis variis traditæ ſunt opiniones. Alcmæon, ex quo parente ſeminis amplius fuit, eius ſexum repræſentari dixit. Ex ſeminibus autem tenuioribus fœminas, ex denſioribus mares fieri, Hippon affirmat. Vtrius verò parentis ſedem priùs occupauerit, eius reddi naturam Democritus retulit. At inter ſe certare fœminas & mares, & penes vtrum victoria ſit, eius habitum referri, author eſt Parmenides. Ex dextris partibus profuſo ſemine, mares gigni; at lævis, fœminas, Anaxagoras Empedocléſque conſentiunt, vt quidem (Cenſorinus cap. 5. retulit. quamquam Plutarchus lib. de placitis philoſophorum paulò aliter. Empedocles enim (ait) pro caloris frigoríſve conditionibus mares fœminaſve gigni pronuntiat. hincque illud quod fertur, manaſſe, primos maſculos in oriente & meridie natos è terra: fœminas autem ſub ſeptentrione & occidente. Parmenides oppoſitum ſentit, mares ob denſitatem, in ſeptentrione; fœminas ob raritatem, in meridie genitas. Anaxagoras tum maſculos procreari dicit, cùm dextræ partis ſemen in dextram vteri ceciderit, & ſiniſtræ in ſiniſtram: fœminas autem, cùm locorum permutatio facta fuerit. Cleophanes, mares è dextro, fœminas è lævo teſticulo prodire credidit. Hipponax in naturam ſeminis, cauſſam refert: nam ſi validum & compactum extiterit, mares: ſin imbecillum & diffluens, fœminas procreat. ita apud Gal. in hiſtoria philoſophica cap. 112. atque hæc velut in turba, philoſophi ſenſerunt.

Opiniones philoſophorũ, de cauſa, cur mas aut fœmina gignatur.

Ariſt. ſuper hac quæſtione, ſententia.

Ariſtoteles autem, grauis author cumprimis ac diligens, in hanc quæſtionem ſedulò incubuit tum alibi, tum maximè initio lib. 4. de gene. animal. commemoratis priſcorum ea de re ſententiis; quas ſummatim ita ſubduco. Cùm in animalium perfectiſſimis, mas & fœmina diſtinctè habeantur, eáſque facultates, omnium animalium & plãtarum eſſe principia fateamur, diſſerendum hìc eſt de eorum generatione. imperfectis enim adhuc ſuo in genere, diſtinguitur ſexus maris & fœminæ. ſed vtrùm priùs etiam quàm hæc differentia ſenſu noſtro percipi poſſit, alterum mas, alterum fœmina ſit, diſcrimine facto in vtero an pòſt, ambigitur. Alij enim protinus in ſeminibus hanc eſſe contrarietatem aiunt, vt Anaxagoras & alij naturales authores. etenim ſemen gigni ex mare, fœminam autem locum præbere: marem à parte dextra, fœminam ſiniſtra proficiſci: & vteri latere dextro marem contineri, fœminam ſiniſtro. Alij verò id adſcribunt, vt Empedocles: quæ enim vterum ſubierint calidum, hæc effici mares arbitratur: quæ frigidum, fœminas. caliditatis verò frigiditatiſve cauſſam, eſſe cõfluuium menſtruorum, quod frigidius vel calidius ſit, & aut antiquius aut recentius. Democritus Abderites differentiam maris ac fœminæ fieri quidé in matre ait; ſed non caliditate frigiditatéve alterum effici marem, alterum fœminam; ſed vtrius tandem ſemẽ euicerit, quod ab ea prodiiſſet parte, qua mas & fœmina inter ſe differunt. vbi mox Empedoclis impugnat ſententiam, ad calorem & frigus confugientis: cuius de diſcerptis maris & fœminæ membris ſententiam antea expendimus. ſimiliter Democriti opinionẽ labefactat, & eorum qui marem à dextra parte, fœminam à læua proficiſci aiunt, de qua paulò pòſt ex Hipp. deinde ſubiicit; Aliqui perſuaſi dicunt teſte præligato dextro aut ſiniſtro, euenire per coïtum, vt mas aut fœmina generetur: ſic enim & Leophanes dicebat (ſeu potiùs Cleophanes) ſed & ex Hipp. idem antehàc proruli conſilium. vbi & de exectis altero teſte mihi mentio facta eſt, & pòſt pluribus diſcutietur. Vbi tamen obiter notabis philoſophi ſententiam, teſtes ad generationem nihil conferre; quòd multa animalia teſtibus carentia, mares & fœminas gignere deprehendantur. de quo alibi. Hoc tamen profitetur, partes corporis dextras calidiores ſiniſtris: & ſemen concoctum calidius eſſe: quale id quod ſpiſſum eſt: ideo fœcundius. Ideo marem obtinere formæ principium, quòd poſſit concoquere & ſecernere ſemen: fœminam autem recipere; ſed nec conſtituere, nec ſecernere. de quo aliàs videbimus. Si tamen omnis concoctio calore efficitur, mares quàm fœminas eſſe calidiores neceſſe eſt. ob frigiditatem enim & impotentiam, fœmina ſanguine abundat quibuſdam ſui corporis locis, vt alibi demonſtrabitur. Suppoſitis autem & inſtrumentis generando idoneis, ac diſtinctis, & facultate vtrique ſexui tributa, atque excrementis in eam rem aptis, ita tandem ſtatuit; Cùm idem ſit, ex quo generentur & augeantur, ídque ſit alimentum: pars corporis quæque ex tali materia talíque excremẽto, qualis eſt capax, conſiſtit & fiet. Gignitur item ex cõtrario quodammodo vnumquodque, vt nos cenſemus. Adhæc, tertium illud ſumendum eſt;

Principia generationis, mas & fœmina.

Sexus diſcrimẽ, vbi, & quando, & ex quo.

Mares aut fœminæ generationis cauſſa.

An alterutro teſte ligato, mas aut fœmina generetur?

An teſtes generando nil conferant? & quid.

Dextræ partes calidiores.

Et ſemen concoctum, ſpiſſum, calidum, fœcundum: aliàs aliter.

Maris & fœminæ actio & proprietas.

Quòd mas calidior fœmina, cur.

Ab alimẽto generatio & augmẽtum.

Digitized by Google

vt quoniam omnis delatio in contrarium eſt; quod non ab eo ſuperatur, à quo conditur ſiue creatur, id in contrarium mutari neceſſe ſit. His ita ſubiectis & ſuppoſitis, aperſius fortaſſe iam fuerit, qua de cauſſa alterum mas, alterum fœmina fiat. Cùm enim principium non ſuperat, neque concoquere poteſt, propter caloris inopiam; neque ducit in ſuam formam, ſed tantiſper ſuperatur, mutari in contrarium neceſſe eſt. contrarium autem maris, fœmina eſt: videlicet quâ alterum mas, alterum fœmina eſt. & cùm facultatis ſuæ virtutis differentiam habeat, inſtrumentum quoque habet auerſum. itaque in tale mutatur. parte autem aliqua opportune mutata, conſtitutio tota animalis multò diſcrepat formâ. Licet hoc perſpicere in ſpadonibus, qui vna parte truncati, tam à priſtina forma diſcedunt, parúmque à fœmina, ſpecie diſtant. cuius rei cauſſa eſt, quòd partes nonnullæ, principia ſunt: principio autem mutato, multa ex iis quæ ſequuntur, commutari & dimoueri neceſſe eſt. Quòd ſi mas, principium quoddam & cauſa eſt; máſque eſt quâ aliquid poteſt, fœmina verò, quâ non poteſt: potentiæ autem & impotentiæ ratio ſic deſcribenda eſt, vt facultas aut adſit, aut deſit concoquendi vltimi alimenti: quod in ſanguineis ſanguis appellatur, in exanguibus, proportionale: eiúſque cauſſa in principio & parte, quæ originem naturalis caloris cõtinet, ſita eſt: cor profectò in ſanguineis conſtitui, & aut marem aut fœminam fieri, quod gignitur, neceſſe eſt. in cęteris verò generibus, mas & fœmina eſt., quod proportionale cordis habeatur. Origo & cauſſa fœminæ & maris hæc & in hoc eſt. Fœmina autem & mas iam eſt, cùm partes etiam habent, quibus fœmina differat à mare. non enim quauis parte mas aut fœmina eſt, quomodo nec videns, nec audiens. ſed repetendo dicimus. Item ſemen, excrementum eſſe vltimum alimenti poſitum eſt. vltimum autem id intelligi volo, quod in vnamquamque partem feratur. Quamobrem quod generatum eſt, ſimile ei quod generauit, eſt. nihil enim refert, ab vnaquaque parte proficiſcatur, an ad vnamquamque accedat. ſed rectiùs ita. Maris autem ſemen differt, quod principium in ſe continet tale, quod moueat, & alimentum in animali vltimum concoquat: fœminæ ſemen, materiam tantùm præbet. Quoties igitur ſemen ſuperat maris, ad ſe ducit: cùm ſuperatum eſt, in contrarium demutatur, hoc eſt in corruptionem. contrarium autem maris, fœmina eſt. Fœmina cruditate frigiditatéque ſanguinei alimenti deſcribitur. Natura verò excremento cuique dat conceptaculum. Semen autem, excrementum eſt, quod in calidioribus atque maribus ſanguinei generis, contractus eſt. quapropter membra capientia eius excrementi meatus, in marib. ſunt. At fœminis præ cruditate, copia redundat ſanguinea: inconfectus enim inconcoctúſque ſanguis eſt. itaque conceptaculum eius haberi neceſſe eſt, idque diſſimile eſſe & amplius. Quocirca natura vteri talis eſt, qua parte fœmina differt à mare. Expoſui cauſſam ex Ariſtotelis mente, quamobrem alterum mas, alterum fœmina generetur. qua de re ſic idem rurſus cap. 1. lib. 2. de genera. animal. Sed quamobrem gignatur & ſit alterum mas, alterum fœmina; vt neceſſariò & quónam primo mouente, & quali materiâ id efficiatur, antè ex eodem expoſuimus. nunc illud obiter repetimus; Quod ad melioris rationem, & cauſſam cuius gratiâ pertinet, cœlitùs principium duci. Sed cum principium generationis hominum ſit mas atque fœmina; fit vt generationis gratiâ ſit mas & fœmina in rerum natura. Cúmque ſuâ naturâ melior magiſque diuina cauſſa ſit ea, quæ prima mouet, cui ratio ineſt & forma, quàm materia: cúmque melius etiam ſit ſeparari à deteriori, quod melius eſt. ideo in quibuſcumque poteſt, & quoad eius fieri poteſt, mas à fœmina ſeparatur. Melius enim magiſque diuinum eſt principium motus, quod per generationem mas obtinet: fœmina enim, materia eſt: ſed coïr & iungitur ad generationis officium mas cum fœmina: id enim commune ambobus eſt. Sed hæc à poſita quæſtione nonnihil recedunt: illud affinius ex cap. 3. lib. 2. de genera. animal. iam alibi tamen à me citatum: Fœmina, quaſi mas læſus ac mutilus eſt. Græcè ſic, ὡς ἄρρεν, ἀναπεπηρωμένον. Verumenimuerò Galenus poſt Ariſtotelem, eandem hanc quæſtionem lib. 14. de vſu partium, velut magni momenti deprædicat & expendit, variiſque ac diſperſis locis examinat. quorum nos ſummam quandam ſubducemus, fortè hinc ducto principio. In homine, quemadmodum corpus totum dextris ac ſiniſtris eſt geminum: ita & matricis ſinus alter quidem in dextris, in ſiniſtris alter eſt locatus. quod quomodo ſit accipiendum, nos antè expendimus. deinde, Quot ſunt in vtero ſinus, totidem eſſe mammæ ſolent: vtique geminæ geminis in homine reſpondent. de cæteris multiparis aut pauciparis animantibus, noſtra nil loquitur hæc ratiocinatio. Vt igitur matrices duæ mulieribus ſunt factæ, in vnum collum definentes: ita & vbera duo, vtrumque ſuæ matrici, inſtar boni cuiuſdam ſerui ſubſeruiens. vnde Hippocrates ait aph. 38. lib. 5. Mulieri geminos vtero gerenti, ſi mammarum altera gracileſcat, geminúmque fœtum gerat, ipſa alterum abortiet: & ſi dextra quidem gracileſcat, maſculum: ſin verò ſiniſtra, fœminam. Quod Hippocratis dictum, illi eſt conſonum eiuſdem aph. 48. lib. 5. Fœtuum mares quidem in dextris, fœminæ autem in ſiniſtris ſunt potiùs. cui & hanc ſententiam lubet addere ex lib. de ſuperfœta. Hippocratis. Mulierem id noſſe expedit, vtra mamma ipſi maior eſt; illic enim fœtus exiſtit. ſimiliter autem & oculum conſiderabit: maior enim & ſplẽdidior omnino erit intra palpebram etiam eius partis, cuius mamma maior exiſtit. ſed de his etiam nuper in Hippocraticis locis à me productis. Quòd autem in dextra matrice, fœmineus fœtus rarò contineri inueniatur, in libris Hipp. de anatome Galenus ipſe docuerat, qui nunc deſiderantur. Mammarum autem cum matricibus communio, tum viuo, tum mortuo fœtu facilè agnoſcitur; & nos antè

Fœmina generatio quando, & vnde contingat.

Maris & fœminæ diſcrimen.

Pars principio deficiens incommoda.

Maris & fœminæ vis ad cõceptionem, & origo à corde.

Maris & fœminæ diſcrimen, pones genitalia. Semĩ quid.

Genitum ſimile generanti.

Maris & fœminæ ſemĩs differentia. N. at alibi negat ſemĩ mulieris.

Mas vel fœmina qui generetur, & vtriuſque proprietas. Seminis receptacula.

Fœmina cur ſanguine abũdet, & quali, & vbi, & quo differat à mare.

Principium generationũ cæleſte.

Maris & fœminæ vſus.

Cauſſa quanam præſtantior.

Mas cur à fœmina ſeparetur, & vtriuſque vir, per cõparationẽ.

Fœmina, quid.

Gal. ſuper hac quæſtione ſententiam.

Corpus hominis geminum: itẽ vterus duplex.

Vteri ſinus & vbera proportionẽ affinitas.

Signum abortus è mammis, qui.

Mares in dextris, fœminæ in ſiniſtris, vt plurimùm. Signũ fœtus maſculi aut fœminei.

ostendimus. ideóque auctis matricibus, simul & vbera augeri cernuntur: & vicissim illis decrescentibus, pariter hæc minui. Augentur autem matrices in florentibus ætate, & iuuenibus, & bene habitis, & cum fœtu ipso veluti de incremento contendunt. minuuntur autem in senibus, & veluti complicantur ac corrugantur, vti alibi demonstrauí. Matricis autem partes sunt, sperma recipere, & fœtum perficere: mammarum verò, quod iam natum est, educare. Hæc tanquam præfatus Galenus, mox Aristotelis sententiam sic expendit; Rectè quidem Aristoteles mihi censuisse videtur, fœminam mare esse imperfectionem; non tamen totam hanc disputationem est executus; sed caput ipsum prætermisisse videtur; quod ego nunc adiicere conabor: quæ ab illo rectè fuerunt demonstrata, & ante ipsum ab Hipp. hypotheses ad præsentia sumendo: quod ad rem absoluendam desideratur, id exequendo. Est igitur fœmina, mare imperfectior, vna quidem ac prima ratione, quia frigidior. siquidem in animalibus, calidum est actiuum magis, frigidum autem calido minùs. Secunda verò ratione, ea quæ in dissectione apparent (de qua est à nobis dictum cumulatè antea) easdem nempe, quæ viris partes insunt, etiam mulieribus docent inesse. in eo autem solo discrepare, quòd in mulieribus hæ partes intus sint conditæ: in viris autem, foris promineant; qualiter antea exposuimus. quamquam penis similitudinem, aut materiam, aut proportionem vllam in fœminis inesse, iure Galeno ipsi negauimus. Sicut igitur homo, animal est omnium perfectissimum: ita in eo ipso rursus vir muliere est perfectior: cuius perfectionis caussa est, caloris exuperantia. hic enim primum est naturæ instrumentum. In quibus igitur est paucior, in his opificium sit imperfectius est necesse. Nil igitur est mirum, si fœmina mare tantò est imperfectior, quantò frigidior. Nam quemadmodum talpa oculos habet imperfectos; non tamen imperfectos æquè, vt quibus animalibus ne ipsorum quidem omnino vlla est deliniatio: sic & mulier partibus genitalibus viro est imperfectior. partes enim ipsius formatæ intus fuerunt, dum ipsa vtero adhuc gestaretur. cùm autem extare & foràs emicare præ caloris imbecillitate non possent: ipsum quidem animal, quod conformabatur, imperfectius eo quod vndique est absolutum, reddiderunt: toti verò generi vtilitatem non aspernandam præstiterunt. Oportebat enim quandam esse fœminam: nec credendum est, opificem, partem totius generis nostri dimidiam suâ sponte imperfectam, ac velut mancam fuisse facturum: nisi imperfectionem hanc magna quædam vtilitas fuisset secutura, quam mox explicabimus, & iam antè attigimus. Fœtus ipse materiam postulat copiosam, non modò ad primam sui constitutionem, sed ad omne etiam deinceps incrementum. Proinde duorum alterum accidat ipsi, est necesse: aut ipsius vtero gerentis alimentum vt rapiat, aut superfluum accipiat. Verùm rapere quidem non erat melius: superfluum verò assumere non poterat, si fœmina fuisset calidissima: discuteret enim ipsum sic, & facilè exsiccaret. Frigidiorem igitur eam eousque fieri satius est, quoad alimentum, quod coxisset ac confecisset, totum discutere non posset. Quod enim est frigidius, ne concoquere quidem potest: quod verò planè est calidum, vt concoquere, ita discutere validè potest. Quod igitur non ita multùm à calidissimo relinquitur, & coquere satis (vt quod ampliùs non est frigidum) & relinquere aliquid superfluum (ceu quod non vehementer adeo sit calidum) potest. Hæc igitur est frigiditatis fœminæ vtilitas; quam mox secutura erat partium imperfectio: cùm ipsæ præ caloris imbecillitate foràs prorumpere nõ possent. quod commodum ad generis instaurationem est secundum ac maximum. sed de muliebrium partium anatomia, nos quidem antea copiosè egimus. ac de semine, quod est principium animalis effectiuum, nos postea dicemus. Ab vno igitur principio, quod ab opifice sapienter fuit inuentum, & quo fœmina mare fuit imperfectior, nata sunt omnia, quæ ad animalis generationem pertinent: tum quòd fœminæ partes foràs excidere nequeant, ipsæque alimenti benigni superfluum colligant, seménque habeant imperfectum, & cauum instrumentum ad semen perfectum recipiẽdum. tum quòd in masculis contrà omnia accidant: pudendum scilicet sit prælongum, ad venerémque ac semen excernendum aptissimum: semen ipsum sit multum ac crassum & calidum.

Noli igitur putare, semen ipsum aliâ quadam ratione ad maris, aliâ ad fœminæ procreationem moueri: eo enim modo principium animalis non esset simplex ac vnicum, si motus haberet omni ratione sibi pugnantes. Verùm (quod nuper diximus) fœmina in motu est imperfectior, mas verò perfectior. Quem motum perfectum aut contrà, inæqualitati in calido & frigido, iure tribueris; ad quod vnum principium (si modò planè es physicus) particulares omnes actiones reuocabis. Quî igitur principium id potest fœtibus ingigni? nam qui existimant fœminam, semen fœcundum emittere, iis mirum non videtur, fœminam tunc concipi, cùm seminis fœminini motus masculini motibus præualent. At hi non intelligunt, primùm quidem duorum motuum principia facere inter sese pugnantia. quandoquidem si semen fœminæ, motus potissimum habet principium, omninò eiusdem cum mare motus habet principium; ipsúmque oportet cum semine maris misceri; ac tum demùm velut vnum postea agere. Quòd si id non oporteat, quid impediet, quominùs fœmina solo semine in seipsam emisso, ita demùm fœtum absoluat? Atqui hoc accidere non videmus. constat ergo quòd omnino semen maris flagitat. Quod si est, misceatur cum eo est necesse: atque ita vtrumque semen in vnum motum conspiret. fieri enim non posset, vt si vtrumque motu inter se discrepante moueretur, in vnius animalis procreationem conspirarent.

Vt

Vteri natura, item vsus.

Fœmina mare est imperfectior, quibus de causis.

Maris & fœminæ dissimilitudo.

Nihil penis simile in fœmina agnoscit, contra Gal. vt suprà.

Homo, & præsertim maris perfectio, vnde: & caloris vsus.

Fœmina quo sit mare imperfectior. A simili.

Muliebria cur foràs nõ prodeãt, & inde vtilitas.

Fœminæ imperfectionis vtilitas, ad quid.

Fœtus vnde concrescat & augeatur.

Fœminæ excrementitiæ caussa vsusque.

Fœmina quomõ frigidior mare, & quatenus.

Muliebria cur foràs non prorũpant, & quorsum.

Imperfectiones muliebres commodæ. Item viriles perfectiones.

Motus seminis ad maris & fœminæ generationẽ, nil discrepat, qui, & quatenus, & vnde.

Mas aut fœmina quã generetur.

Motus vtriusque seminis, qualis.

Semen vtrumq. ad generationẽ debet concurrere, cur & quemadmo.

Digitized by Google

Vt autem paucis rem omnem complectar; si quis aliam quampiam seminis fœminini viam, atque motus ordinem, aliam autem maris existimet; is haudquaquam in rebus naturalibus censebitur exercitatus. Siue enim fœminæ semen, siue sanguis qui in matrices promanat, motus principium quoddam conferat: omnino motus principium idem cum maris semine habere est putandum. Quod in gallinis est perspicuum; quarum ouaquæ ἀνεμιαῖα, subuentanea nuncupantur, sine coïtu cum mare concipi possunt: quibus tamen ad perfectionem id deest, vt ex iis animal gigni non possit. vt enim perficiantur, solam à masculo desiderant caliditatem. Sic in animalibus grestilibus, mola, caro ineis & informis, licet sine maris congressu concipiatur nunquam; tamen fœtum perfectum edere nequit. Satius igitur est, maris semen, motus principium supponere: fœminæ verò ad animalis generationem, existimare ipsi aliquid conferre. Vt autem Anatomici ipsi nos docent, ab vno hoc motus principio, statim vt semen in vterum est coniectum, & certè diutissimè pòst, neutrum pudendorum adhuc formatur; ignorabísque, sitne mas an fœmina, quod conceptum est: postea verò tandem deprehenditur, fitque perspicuum. Causam autem discrimínis in sexu, partim quidem ex spermate habet, partim autem à matre trahit. Nam vena cana quà primùm adhuc ex hepate emergens, sublimis ad spinam flectitur, dextrum habet renem ad dextram sibi adiacentem: tum deinceps paulò infrà ad lævam, sinistrum. Producitur autem ex ipsa vas venosum maximum in vtrumque renem: atque etiam sub vtroque rene, videas alia duo vasa æquè magna, à maxima arteria, quæ spinæ incumbit, profecta; non aliter quàm venas in renes inferi. Tanquam autem ren dexter prope iecur sit locatus, sinister autem inferiùs; solis iis vasis, quæ in renes inseruntur, peculiare quiddam obtigit, cuiusmodi aliis nullis neque eorum quæ à vena cava, neque eorum etiam quæ à magna arteria promanant. Illa enim omnia bina ex iisdem locis vasis vtriusque exoriuntur: venæ autem & arteriæ, quæ ad renes pertinent, à magnis quidem vasis: at non iisdem locis oriuntur: sed quantò ren dexter altero est altior, tantò & vasorum, quæ in ipsum infiguntur, productio, ea est altior quæ in alterum inseritur. Quoniam verò partes genitales his subiacent; iugum venarum & arteriarum, quod ad eas fertur, ex eisdem partibus proficisci erat necesse. Non enim ampliùs aliæ quidem ipsarum ad editum, aliæ autem ad imum pertinent instrumentum: sed matrix sinistra eandem cum dextra habet positionem: tum testiculi vtrique æquali loco sunt siti. Quocirca vasorum quæ ad ipsum feruntur, quæ ad dextram matricem atque ipsius testiculum progrediuntur, à magnis ipsis vasis, quæ sunt ad spinam, proficiscuntur, vena quidem à cava vena, arteria autem ab arteria magna. Quæ verò ad sinistrum testiculum in masculis, aut ad matricem sinistram in fœminis perueniunt (sunt autem hæc etiam quo, vna scilicet arteria, & vna vena) non ampliùs à magnis ipsis vasis, sed ab eis quæ ad renes feruntur, emergunt. Ex quo intelligi potest, testiculum sinistrum in maribus, & matricem sinistram in fœminis, sanguinem impurum atque excrementosum, humidum ac serosum recipere. Quæ ex re accidit, vt ipsa quoque instrumenta quæ recipiunt, temperamentum habeant diuersum. Quemadmodum enim sanguis purus excrementoso est calidior: ita & partes dextræ, quæ ex ipso nutriuntur, sinistris fiunt calidiores: tamen naturâ principio superabant: Partes enim quæ secundùm rectitudinem sunt sitæ, necessariò plus inter sese communicant, indice Hippocrate. Non igitur ampliùs miraberis, si matricum dextra, ac testiculorum dexter, non solùm quòd secùs ac sinistra nutriantur: sed quòd etiam secundùm hepatis rectitudinem sunt locata, sinistris admodùm sunt caljdiora. Atqui si hoc est demonstratum, ac præterea concedítur, masculum fœminâ esse calidiorem: probabile etiam est, partes dextras, masculorum; sinistras, fœminarum esse generatrices. ac de testibus masculorum τοῦ incipientibus, diximus antè ex Hipp. Atque hoc quidem in communi hominum genere sit habet: fieri tamen potest, ex peculiari natura, aut per accidens, vt testiculus dexter cuidam, & partes dextræ sinistris & infirmiores sint & frigidiores. sed hoc ad nostrum sermonem nihil facit, qui & generalia, & naturalia, & frequentia persequimur. Fieri tamen potest, vt etiamsi initium à fœmina sit profectum; semen quod alioqui fœminam erat generaturum, à dextra matrice calfactum, fœtum efficiat masculum. contrà, quod masculum erat generaturum, à sinistra refrigeratum, in contrarium transmutetur. Quemadmodum si semen sit paulò frigidius, matrix verò plurimùm sit calida: nil miri est, ab ea quod spermati deest, adiici. Sin verò plurimùm sit refrigeratum, deinde in ætate declinantis animalis, in dextram matricem inciderit, haudquaquam ab ipsa iuuabitur. Ergo semen vtrumque calidius, vterus pariter calidior, maribus generandis præpollent: sicuti contraria, fœmellis. Similiter cùm duplex sit masculorum generationis principium; in fœminis quidem, dextra matrix; in masculis verò, dexter testiculus: matrix autem vt plurimùm valentior sit ad fœtum sibi assimilandum, vt quæ diutiùs cum eo versatur: consentaneum est, fœtum masculum in dextra, fœmininum verò in sinistra bonam partem inuenire: siquidem vt plurimùm ipsa sibi ipsi semen assimilat. Potest tamen accidere, vt interdum à caloris, qui semini inest, vi subacta, masculum pro fœmina fœtum fieri matrix permittat. Hoc certè est rarum, magnóque eget excessu. vt plurimùm autem masculus in dextra, fœmina in sinistra matrice inuenitur: quorum principium venarum matrices nutrientium, est causa. sed hoc ad alteram quæstionem pertinet, de qua forsan postea.

Demonstrationis autè prolixioris huius velut cõpendium, Galenus ipse cõment. in 6. epidem.

Idem principium motus vtriusque semen. *Ab exemplo.*

Ouorum subuentaneorum natura.

Mola procreatio quò fiat.

Semini vtriusque cordis ad generationem.

Partes genitales in embryo tardè conformantur.

Sexus discriminis causso, vnde.

Vasa seminalia vnde, quò, quæ ferantur.

Renum situs.

Vasorum renalium differentia in quo.

Vteri sinus in quo consentiant, ità testiculi: at vasorũ differentia in situ.

Vasorum renalium origo diuersa.

Et indè dextri testis & sinus vteri à sinistris differentia.

Partes vteri dextræ calidiores.

Sympathia partium inter ſeſe.

Testis dexter & vteri sinus à dextro, ut calidior.

Mas fœminâ calidior: & vnde maris aut fœminæ generatio.

Specialia non cadunt sub artem.

Vteri sinus demutat seminis naturam eandem, quæ.

Caussæ directæ ad maris aut fœminæ generationẽ.

Vteri vis maior ad sexum discriminandum, cur.

Idem mas ferè in dextro.

Rarum est, vt semenis vis vincat vteri vim.

Cur maris potiùs in dextro vteri sinu.

Maris situs, & formæ, & prærogatiua.

sect. 2. ad finem apposuit, ad ænigmata illa Hippocratica alludens; Quoniam in calidiore, firmiore, in dextris, & nigri. idcirco & exteriùs venæ, & longè biliosiores. item, Concretum est, constiturum est citiùs. vbi motum est, desinit: & tardiùs augetur, & longiori tempore. item, Quoniam solidus factus est, & biliosior, & sanguinosior; iste calidior est locus animali. Quibus ex verbis, hanc sententiam velut Oedipus aut vates quidam, elicit Galenus. Decet in calidiore vteri parte calidiorem fœtum coalescere. calidior autem est masculus, vt ipsius venarum magnitudo & color indicat. Ideo fœtus masculi quidem in dextris vteri partibus consistunt; fœminæ verò in sinistris. Quod præter Hippocratem iam ex aphorismis citatum, etiam Parmenides olim scripserat:

Mas calidior in dextro vteri sinu continetur: & signa caliditatis.

Contrà de fœmina.

Δεξιτεροῖσι μὲν κούροις, λαιοῖσι δ' ἐν κούρας.
In dextris quidem pueros, sinistris verò puellas coalescere. & Empedocles,
Ἐν δὲ θερμοῖσιν, τὰ κατ' ἄρρενα ἔπλετο γαῖαν.
Καὶ μᾶλλον λιπ' ἔην, ἠδ' ὅσσα πυρώδεα εἴδεν,
Καὶ μαχέσιν μᾶλλον.
In calidiore enim, pars terræ ad masculum pertinens, fuit:
Et nigri idcirco, & viriliores viri,
Et hirsuti magis.

Maris situs, color, pili.

Obiectio, cor est in sinistro: & dextræ partes sinistris æquales.

Cæterùm quoniam nonnulli aduersus dicentes, omnes dextras partes sinistris, ob iecoris situm, calidiores esse ac valentiores, contradicentes inquiunt; At à sinistris cor ponitur: neque dexter oculus plus quàm sinister cernere, neque dextra auris audire, aut dextrum crus ambulare cognoscitur: sed in dextra manu solum id verisimile esse videtur: idcirco pauca in istos dicentur. Maxima namque demonstratio, quòd plurimi mares in dextra parte concipiantur, illud est, quòd ex animalium dissectione conspicitur; duos quidem sinus habente vtero, per ceruicem ambobus communem copulatos; mares sanè plerumque in dextro, fœminæ verò in sinistro concipi deprehenduntur. Quare satius erat, huiusce rei sensui apparentis caussam explorare, & non veritatem subuertere, caussæ ignoratione, conari. Sed caussam in libro de dissecandi arte pridem docuit Gal. & nos antè ostendimus, ad dextram vteri partem per tenes, sanguinem repurgatum; ad sinistram verò, immundum atque serosum descendere. Cor etiam in medio pectore, non in sinistris collocatum esse. in sinistra autem parte, quidam ipsum cor reponi haud iniuriâ crediderunt; quoniam pulsus hoc in loco percipitur, sinistro cordis ventriculo sese in ipso commouente, vt antè demonstratum est.

Mares fœtus in dextris.

Cor dexter vteri sinus & testis calidior sinistro.

Cor est in medio pectore: & cur ad latam palpitat.

Mas calidior, prius formatur & mouetur quàm fœmina: sed tardiùs crescit extra vterum.

Porrò quia mas fœminâ calidior est: ideo & prior concrescere formarique & moueri creditur, vt iam ostendimus. Quamquam Diogenes Apolloniata contrariam olim tutus est sententiam, vnus reliquis propemodùm omnibus repugnans. Sed vt mas fœminâ prior formatur ac mouetur; ita & tardiùs crescit, vt alibi post Hipp. & Aristotelem demonstrauimus. Namque à parte fœmina & velociùs adolescit, & incremento priùs desinit. Quòd autem celeriùs augescat, corporis mollitudo in caussa est. eiusmodi namque corpora in tres distantias, longum scilicet, profundum ac latum exporrecta, facile incrementum suscipiunt. Verùm quòd incrementum in ipsis priùs, quàm in maribus desinat, ac finem habeat, non ampliùs ob corporis mollitudinem, sed propter imbecillitatem id accidit. Facultas est enim in animantibus naturalis, quæ ipsorum incrementi effectrix est. propter quam fortiorem quidem plus augescunt; sed citiùs crescere ob eius imbecillitatem desinunt.

Fœmina citiùs adolescit mare, cur.

Sed citiùs desinit crescere.

Augmenti humani causa.

Propter hoc autem, marem inquit Hipp. solidiorem, biliosiorem, & sanguinis pleniorem creatum esse; quoniam locus in quo gignitur, eiusmodi est: dexter nempe vteri sinus. cuius rei veritas per dissectiones exploratur; maribus plerumque in dextra vteri parte conceptis. caussa quoque, quòd hæc pars calidior sit, tradita est, & ipsa per dissectionem cognita. Hippocrates autem lib. de septimestri partu, istam caussam paulùm diuersam protulit; Similia longius tempus in simili sunt, & tardiùs discernuntur, propter consuetudinem & amicitiam; velut fœmellæ in vtero materno. quamquam aliàs cùm à matre segregatæ fuerint, filiæ citiùs quàm filij pubescant & sapiant ac senescant; propter corporum imbecillitatem, & victus rationem. hæc isti: nam de Aristotele aliàs.

Mas solidior, biliosior, sanguinosior fœmina, quæ ob caussam.

Mares in dextra matre.

Fœmellæ cur tardiùs formentur & moueantur: & sapiant, senescant citiùs.

Dicam verò ampliùs, & quod mihi verum, & quod experientiæ consentaneum videtur. Non tantùm fœmineo sexui incrementum corporis esse velocius, quàm maribus; vt & menses maturiori ætate erumpant illi, vbera turgeant, vox exasperetur; quàm hi pubescere, venerem agnoscere, voce asperiore loqui, τραχίζειν & τραχύν; denique occipiant (quasi tragescere, hircescere vel hircire aut hirquitallire dicas) quòd & odore, & salacitate, & vocis asperitate inæquali hircos vtcumque imitentur: Sed etiam ingenium ipsum suam quandam senilem prudentiam consiliique maturitatem in puellis celeriùs ac præcociùs ostentet, quàm in pueris adolescentibúsque. Vt non modò generationi sobolis priùs aptæ reddantur virgines, quàm pueri & adolescentes sint generando habiles: sed etiam illæ maturiore consilio, & industriâ, & sagacitate, & sapientiâ denique muliebri, ad familiam regendam, & rem domesticam procurandam, & negotia ciuilia, vel potiùs domestica obeunda, ante mares adolescentulos idoneæ euadant. Quæ vna quædam caussa est, cur matrimonio priùs iungantur fœmellæ, quàm mares, tum philosophico decreto (de quo antehàc ex Platone & Aristotele) tum legum & iuris instituto atque priuilegio. Atque quod ad vocabulum attinet, illud iam antè ex 6. epidem. constitit; ἥτις ἀφροδισίων ἤρξατο, ἢ τραχίζει, αἰσχύνεται. quando venerem agnoscere, aut vocem asperam edere incipiunt, tunc fluori sanguinis opportuni esse solent. atque illud iam sæpe reperitum ex

Fœmina citiùs adolescit, pubescit, sapit, quàm mas.

τραχύς, quid.

Virgo maturiori ætate concipit, quàm mas gignat.

Ideo citiùs nubere licet.

Iumenta quæ ætate hæmorrhagia obnoxia.

Signũ maris ad mares aut fœminas generandum, à teſticulo.

eodem lib. 6. epidem. ἐφάψις, hircus, vter exteriùs teſtis apparuerit, ſi dexter, ἄῤῥην; ſiniſter verò, fœmina. vbi Galenus, ſect. 5. Quum puerilis ætas in adoleſcentiam tranſit, quemadmodum ipſis ſemen & pili in locis genitalibus erumpere incipiunt, perinde & teſtes ſubitò increſcunt. Quemadmodum & puellis virginibus cùm mammæ extuberant, vnà & menſes ferri incipiunt: tunc igitur & vocis mutatio in maribus fit præcipuè. Nam cùm priùs ipſis acuta vox eſſet; cùm perfectè puberes euaſerint, grauior redditur. tempore autem medio, veluti raucam ipſi vocem edunt. Quo tempore ſi dexter priùs teſtis intumuerit, tales adoleſcentes imperfectam ætatem atque virilem cùm euaſerint, filios mares potiùs quàm fœminas generabunt: quòd ſi ſiniſter, è contrario. quod & de vtero ſentiendum eſt: ideo Hipp. in aphor. ſcripſit: Fœtus mares in dextris, fœminæ verò in ſiniſtris magis. ſed de his iam alibi, & productus in teſtimonium Ariſtoteles, & ex opinione priſcorum, Cenſorinus. ita locis diuerſis eoſdem authorum variorum locos cogor repetere, ipſa rerum tractatione diuerſimodâ id à nobis flagitante.

Pubertatis tempus, & ſigna.

Mares in dextris.

N. exonſat eorundem locorũ prodactionem.

Hipp. ſuper hac quæſtione ſententia.

Verùm quoniam Hippocratica tractamus; præter citatos ex illo aphoriſmos, & gnomas illas ex lib. 6. epidem. ſunt & alij loci nobis conquirendi, qui quod in quæſtionem verſatur, demonſtrent. Hippocrates igitur, aut ſanè de natura pueri author quiſquis eſt, ſic ad finem libri tradit; Vteri, ſinus frequentes & curuos habent alios propinquiores, alios remotiores pudendo. (quod tamen quàm verum ſit, alibi expendimus) Vbi itaque contigerit genituram findi, & in duos ſinus peruenire, & vteri genituram ſuſceperint, & ſinus alter ad alterum non hiauerit, nec dimiſerit; ſegregata genitura in vtroque ſinu pelliculas induit, & vinificatur eodem modo, quo & vnus fœtus. Sic autem & mulieri ab vno coïtu gemelli facti, vterque in ſinu & pellicula eſt, & eadem die vtrumque parit, & alter priùs foràs procedit, & pellicula ipſius ſiue ſecunda. Quòd autem gemelli, fœmella & maſculus generentur, quôve modo, id poſthàc vel ex hoc loco & aliis diſſeremus. At lib. 1. de diæta, de maris & fœminæ generatione ſic ratiocinatur; Cæterùm fœmellæ ab aqua magis & à frigidis ac humidis & mollibus augeſcunt tum cibis, tum potibus, itémque ſtudiis ac exercitiis. Maſculi verò magis ab igne, à ſiccis videlicet ac calidis cibis, & reliqua diæta. Si igitur fœmellam parere velit, diæta ad aquam vergente vtendum eſt. ſi verò maſculum, exercitiis ac victu ad ignem tendente vtetur. & non ſolum virum hoc facere oportet, ſed etiam mulierem. non enim ſolum quod à viro ſecernitur, auctile eſt; ſed etiam quod à muliere, ſicuti etiam antea produximus. Conſiſtere autem poſſunt inter ſe & fœmella & maſculus; propterea quòd anima quidem, idem eſt in omnibus animatis: corpus autem vniuſcuiuſque differt. Anima quidem igitur ſemper ſimilis & in maiore & in minore. non enim alteratur neque per naturam, neque per neceſ-

Geminorũ cauſſa, modiſque.

Fœminæ generationis cauſſa, & educatio: & maris contraria.

Mari aut fœminæ generãdo obſeruando.

Mas & fœmina cur ſimul conſiſtant.

Anima ſimper ſui ſimilis.

A ſitatem. Corpus autem nunquam idem in vllo aliquo eſt, neque ſecundùm naturam, neque ex neceſſitate: propterea quòd partim ſecernatur in omnia, partim permiſceatur ad omnia. Si quidem igitur maſcula corpora ab vtriſque ſecreta fuerint, augeſcunt pro re præſenti, & fiunt hi viri animis ſplendidi, & corpore fortes; ſi non à diæta poſtea detrimentum ſentiant. Si verò à viro quidem maſculum ſecernatur, à muliere verò fœmineum; & ſuperauerit, ſi ita contingat, maſculum: corpus ſanè maſculum augeſcit; fœmineum verò minuitur, & in aliam ſortem ſecernitur. Et hi quidem minùs prioribus ſplendidi fiunt: tamen B quia maſculum à viro ſuperauerit, viriles euadunt, & hoc nomen meritò habent. Si verò à muliere quidem maſculum ſecretum fuerit, à viro autem muliebre; ſuperauerit autem maſculum; augeſcit eodem modo ſicut priùs, fœmineum verò minuitur. & fiunt hi Androgyni, id eſt viri effœminati: atque ſic rectè appellantur. Tres quidem igitur hæ ſunt generationes hominum, differentes in eo quod magis aut minùs tales ſint, propter partium aquæ temperamentum, & alimenta, & inſtitutiones ac conſuetudines. Cæterùm fœmella eodem modo gignitur. ſi enim ab vtriſque C fœmineum ſecretum fuerit, fœminoſiſſimæ ac ingenioſiſſimæ fient. ſi verò à muliere quidem fœmineum, à viro autem maſculum, ſuperauerit autem fœmineum; audaciores quidem prioribus fient, verum tamen ornatæ ac moderatæ etiam ipſæ. Si verò à viro quidem fœmineum, à muliere verò maſculum ſecretum fuerit, & fœmineum ſuperauerit; augeſcit eodem modo, & fiunt hæ audaciores adhuc prioribus: & viriles ac viragines nominantur. at de geminis poſthàc ſpeciali problemate e- *Semina ſibi ad generationem maris & fœminæ, vide.* diſſeram. idem breuiùs lib. de genitura; Et eſt tum in viro fœmineum itémque maſculum ſemen, tum itidem in muliere; fortior autem D maſculus fœminâ eſt. ideo neceſſe eſt ipſum à fortiore ſemine generari; habétque res hoc modo. Si ab vtriſque ſemen fortius prodierit, maſculus erit partus: ſi verò debile, fœmina naſcetur. de cæteris aliàs.

Androgynorum generatio, ſeu effœminatorum.

Fœmellæ generatio, & viragines.

mille, contra pauciores quamobrẽ.

Mares quidem generoſi aut molliores.

Expoſui virorum grauiſſimorum & probatiſſimorum authorum de poſita quæſtione ſententiam, non idem tamen, ſed diuerſa ſentientium, vt ex eorum oratione conſtat. Namque Hippocrates vt omnium primus, ſic & omnium optimè, meo quidem iudicio, ſenſit: maris generandi cauſſam partim ad caloris incrementum maius, partim ad vteri partem validiorem, partim ad ſeminis vim efficaciorem E referens: vt contraria ſi concurrant, fœminam gigni neceſſe ſit. Ariſtoteles autem caloris & frigoris rationem minimè neceſſariam diſtinguendo ſexui arbitratur: verùm malè ex hypotheſi: neque enim iam diſtinctum ſexum vtero calido perfici ſupponimus: aut eundem perfectum in vtero frigido degenerare: ſed ante diſtinctionem ſexus, hoc aut illo vtero informari. Quamquam de dextra aut ſiniſtra matricis parte fœtum maſ-

N. iudicia de opinionibus aliorum.

Hipp. ſententia.

Ariſt. ſententia, & N. contrà.

culum aut fœmineum generante, non sine causſa addubitat: Pleriſque enim mas in læua, fœmina in dextra vteri parte aut mouetur, aut reperitur. Quamquam quid moueri aut inueniri dico? neque enim eſt vterorum ſecretio aut ſectio bifaria ſeu biſida aut biſidata, tam exquiſita, velut diſtinctis cellulis, mas vt in vna, fœmina in altera comprehendatur: ſed tenuis quædam & ſuperficiaria eſt linea, vix etiam oculis conſpicua, quâ dextram à ſiniſtra parte dirimi potiùs imaginamur, quàm reipsà deprehendimus. Ac velut in vtre vel ſacculo poſitus panis, aut pomum, aut frumentum, aut globus aliquis, cúmque totum complens ac diſtendens, non magis in læuo, quàm dextro latere poſitus dici debet: ita nec fœtus in vtero, velut in vtriculo reclinatus, & cum totum vndique complens, dextram quàm ſiniſtram partem potiùs complere dicendus eſt. ſed nec ſi modò crura, modò brachia, modò caput, modò lumbos aut dorſum dimoueat, ſicus melioris & facilioris inueniendi gratiâ (nam totum intus conuerti implicantia ligamenta vmbilicalia non ſinunt) in dextra magis, quàm in ſiniſtra moueri neceſſariò debet affirmari: verùm vt fors tulit. Adde quòd pleræque matres, cùm frequentes impulſus in hoc aut illo latere percepiſſent, marem genuerunt, qui ſæpius ad læuam; fœminam autem, quæ ſæpius ad dextram motitaſſet. & ſectis adeo matrum corporibus viuis mortuiſque, mas ad ſiniſtram magis vergens, fœmina verò ad dextram magis nutans (quia totus fœtus totum vterum complet, vt dixi) inuenta eſt. Deinde ſi partes dextræ ſunt omnes & ſemper caliores ſiniſtris; cur non omnes partus maſculi? ſi non in omnibus, ſed quibuſdam mulieribus; cur non hæ mares omnes geſtant? Quid quòd quæ & gemellos vtero gerunt, modò mares ambos, modò fœmellas ambas ſuſcipiunt? Cætera quæ de ſemine & menſtruo diſſerit Ariſtoteles, alibi à nobis expendentur. quæ autem de teſtibus, nihil (vt putat) ad generationem facientibus, ea falſa iam antè docuimus. Quamquam & quod negat, & quod aſſerit, vtrumque falſum eſſe, vſu facilè deprehenditur. Nempe certum eſt, ad generationem omnino neceſſarios eſſe teſtes: ſed non ſemper à dextro marem, à ſiniſtro fœminam gigni. Vidimus enim ab exectis alterutro teſte, & mares & fœminas gigni. Neque Cleophanis (ſic enim vocat hiſtoria philoſophica apud Galenum & Plutarchum; & Cenſorinus etiam, qui Leophanes apud Ariſt. citatur) aut Hippocratis iam notata ſententia ſolertiáque, de altero teſte ante coitum alligando, vt mas vel fœmina gignatur, aut neceſſaria eſt, aut perpetua: vereor etiam vt falſa ſit, & tantummodò contingens ex euentu: ſicuti pleraque euenire cernuntur, quæ aliter habere iudicabantur antea. Sed quod tandem concludit Ariſtoteles, cordi vni principio generandi matis aut fœminæ prærogatiuam eſſe aſſignandam; id equidem nequeo ſatis probare: Namque ſi ita eſſet, qui calido ſunt corde, mares omnes gignerent: qui frigido, fœminas. quia illi ſanguinem concoquere ſufficienter poſſent ex quo ſemen bene elaboratum exiſtit: hi præ caloris impotentia, minimè. Atqui videmus homines corde calidiſſimo præditos, fœminas generare; & alios corde minimùm calido (nullum enim cor frigidum dici debet, cùm ſit omnium in animante viſcerum longè calidiſſimum) maribus procreandis felices ac fœcundos. quinetiam vtrosuis præditos temperamento alìàs marem, alìàs fœminam producere. & quidem ætate floreniiſſimâ, fœminas; ætate autem proiectâ ac decrepitâ, mares generare. quod nuper Turoni in homine plus quàm octogenario Io. Butardo pharmacopola, & eius coniuge plus quàm quinquagenaria, eáque primipara vidimus: ne de Carone illo Rom. vel Maſſiniſſa Numida, vel Zacharia & Elizabetha Johannis, memorem ex vtraque hiſtoria notis. Et quis cauſſam talis generationis calori cordis aut frigori referat acceptam? Nam neque Ariſtotelis exemplum ſatis probat quod intendit; ſed diuerſum potius adſtruit, de ſpadonibus, quibus execti vel colliſi teſtes, naturam propè omnem immutant: cùm à priſtina forma ſic diſcedant, parum vt à fœmina diſtent: ſicuti capos à gallis degenerare cernimus. Neque tamen tantæ mutationis cauſſa, cordi accepta cum Ariſtotele ferenda eſt, quod in illis ex ſe ſemper idem permanet: verùm ipſis potiùs teſtibus; qui vt viros faciunt cùm adſunt; ſic ſi forte eximantur, euirant, & maſculum ingenium indolémve adimunt.

Atque hæc mihi ad Ariſtotelem dicta ſint: quæ plurima etiam aduerſus Galenum valent & concludunt, cauſſam diſcriminis virilis ac muliebris ſexus, tum calori aut frigori, tum vteri dextræ aut ſiniſtræ parti aſſignantem. Nam nec magni mihi facienda videtur, quæ ab hoc priuatim Galeno videbatur excogitata ſoleri & acuta illa ratio, ex anatomiæ petita & deſumpta penetralibus; quæ docet, vaſa quatuor ad vtroſque teſtes ferri, vtrinque gemina, tum venam à vena cava, tum arteriam ab arteria magna prognatam: ſed eo quidem diſcrimine, quòd cùm ren dexter ſublimior ſiniſtro ſit: ideo vaſa quæ ad dextram matricem, aut ad dextrum teſticulum progrediuntur, à magnis vaſis, quæ ſunt ad ſpinam, proficiſci venam quidem à vena cava, arteriam autem ab arteria magna viſueniat: quæ autem ad ſiniſtrum teſtem in maſculis, aut ad matricem ſiniſtram in fœminis perueniunt pariter gemina vaſa, ea non ab ipſis magnis vaſis, ſed ab eis quæ ſpeciatim minora ad renes feruntur, emergere contingat. Ex quo, teſtis ſiniſter in maribus, & matrix ſiniſtra in fœminis, ſanguinem in purum excrementitiumque, humidum ſeroſúmque recipiat: & per conſequens, frigidorem dextro. inde dextras partes ſiniſtris eſſe calidiores.

N. vteri pars dextra à ſiniſtra vix poteſt diſtingui, &c.

A ſimili.

N. embryon in dextra vel ſiniſtra magis mouetur.

Et quòd inde inuerta ſexum ſigna.

N. nõ ſemper mas in dextro, aut fœmina in ſiniſtro, cur.

N. quòd partes dextræ vteri, non caliduores ſiniſtris. Ab experientia.

N. malè Ariſt. adimit teſtibus vim generandi.

N. quòd teſtis dexter non gignat mares, & contrà. Ab experientia.

N. quòd alterum teſtem præſtigere generando mari aut fœminæ, fallax ſit, quì.

N. quòd cur non ſit cauſſa diſtinguendi ſexum. Ab experientia.

Cor, omnibus viſcerum calidiſſimum.

Hiſtoria.

N. ſpadones cur à prima natura degenerent. A ſimili.

N. teſtium vis ad maſculum ingenium.

N. contra Gal.

Vaſa ſeminalia quæ, & vnde.

Cur teſtis ſiniſter, & ſiniſter veteri ſinus frigidior dextro, ratio anatomica.

Digitized by Google

Tota (inquam) hæc tam ſolers ſanque acuta ratiocinatio, nihil admodùm conuincit: quia iam antè oſtendimus, ſiniſtrum teſtem ſæpiuſculè dextro altiorem: & vaſorum ſeminalium ortum variari: vt quæ dextris aſſignabantur, ea ſiniſtris propria fiant, & contrà. Quod vbi continget (contingit autem ſæpiſſimè) tum dextras vteri & teſticuli partes frigidiores ſiniſtris eſſe fuerit neceſſe: & mares in ſiniſtris, fœminas in dextris partibus vteri & concipi & contineri. Ideo collabaſcere hanc Galeni concluſionem fuerit neceſſarium: Nempe generationis maſculorum principium in fœminis quidem à dextra matrice; in maſculis verò, à dextro teſte pendêre, quod libris de ſemine, & 14. de vſu partium adſtruxerat: & ſic ad aph. 48. lib. 5. reſumit: Fœtus mares quidem in dextris, fœminæ verò in ſiniſtris magis (dixit autem Hippocrates magis, non ſemper.) Galenus deinde ſubiungit; Quòd propter temperaturam, quæ ſtatim ab initio calidior exiſtit, fœtus maſculus generatur, in commentariis de ſemine eſt demonſtratum. calidior verò temperatura fœtibus aduenit non minimè ob locum, qui eſt dextra vteri pars: hæc autem calidior exiſtit, propter hepatis vicinitatem. Conferet autem aliquid ad conceptus caliditatem, & muliebre ſemen profuſum quidem ex propriis teſticulis per vtrumque corniculum, partim in dextrum vteri ſinum, partim in ſiniſtrum, diſſimile tamen, vt & hoc ipſum oſtendimus. ſiquidem ſeroſior eſt atque frigidior genitura, quæ in ſiniſtro teſticulo continetur. & iuxta hoc, conceptus in læua parte vteri ſtatim initio conſtituetur, non abſque ratione eſſet frigidior. hæc eo loci Galenus.

N. at ſiniſter teſtis ſæpe altior dextro: ideo vaſa variant.
N. hinc dextra partes frigidiores ſiniſtris.
Hinc mares in ſiniſtris.
Gal. ratio, de maris generatione, aut feminæ.
Mares in dextris non ſemper, ut Hipp.
Mas calidior in loco calidiore gignitur.
Dexter vterus cur calidior.
Semen teſticuli ſiniſtri, frigidius, quare.

Non placet enucleatè reliquorum philoſophorum ſententias excutere: quia aut dictis ſunt affines, aut ſua ſe falſitate ſatis refellunt; quas Plutarchus lib. plac. philoſophorum collegit; nos ex Galen. hiſtor. philoſophor. & Cenſorino, iam ab initio problematis huius produximus: ac de Lactantio poſthàc vſpiam. Tu verò (dicet aliquis) quid cenſes? Quid enim (inquam) niſi quod & doctiſſimus quiſque, & optimus Naturæ interpres, Empedocles, Hipponax, Anaxagoras, Hippocrates, Ariſtoteles, Galenus, & ſi quis inter phyſicos atque philoſophos talis inuenitur? Námque caloris vim eſſe ſingularem quandam nouimus, non tantùm ad ſexus diſcrimen, ſed etiam ad cætera omnia Naturæ opera. quod indicant temporum vices, terræ naſcentes fructus, ſolis & aſtrorum effectus, aëris temperies, diei & noctis viciſſitudines. Vbi enim calor dominatur, ſed moderatus, ibi omnia vegeta, valida, prolifica oriri, virеſcere, floreſcere, parturire videmus: atque vt poëtæ verbis vtar;

Prætexitur.
N. ſuper hac quæſtione ſententia.
Vis caloris motiui in operibus naturæ.
Ab exemplis.

Cælum miteſcere, arbores frondeſcere;
Vites lætificas pampinis pubeſcere;
Ramos, baccarum vbertate incurueſcere;
Segetes largiri fruges; florere omnia;

Fontes ſcatere, herbis prata conueſtiriet.

Contrà verò, gelu & frigore dominante, & quando (vt idem poëta cecinit)

Horrifer Aquilonis ſtridor gelidas molitur niues;

omnia flacceſcere, torpeſcere, langueſcere, emori denique; tunc, vt apud Virg. eſt,

——fata lata bubmque laboris
——penetrabile frigus adurit.

Frigoris damna, & vis. ab exemplo.

ſunt enim hæ duæ qualitates actiuæ, & velut actuoſæ, vt etiam eloquentiæ parens Cicero loquitur, calor (inquam) & frigus: humor autem & ſiccitas, paſſiuæ atque ineffaciores habentur. Ideo iure ad maris procreationem, calor multùm facit, tum ſemini inſitus, à quo eſt noſtræ generationis principium; tum verò vtero ipſi, & huius dextræ potiſſimùm parti, è regione hepatis calidi poſitæ (ſi modò in vtero pars dextra à ſiniſtra poſſit certò diſcerni, vt antea monui) tum denique & teſticulo virili, qui eâdem ſitus ac poſitionis ratione, calidior ſiniſtro haberi iure poteſt. Neque tamen paruam acceſſionem ab ipſa ſeminis natura fieri puto, quod probè concoctum, denſum, albicans, læue, æquabile, violæ odorem ſpirans, vnitum & conglobatum, aquæ fundum petens, mari generando plurimùm conferre arbitror. vt contrà, ſemicrudum, humidius, fluidius, diuulſum, & quodammodo aqueum, & aquæ permixtum confuſúmque, fœmellæ gignendæ multò aptiùs. velut idem facta progreſſione in deterius, ſi planè crudum, fluidum, aqueum, euanidum ſit, ad omnimodam procreationem ineptum haberi duco. Quæ vna cauſſa eſt, cur plerique viri, aut ſemiuiri potiùs, gignendis liberis nullo modo apti idoneíque deprehendantur. Quales eos notauit Hippocrates 6. Epidem. ſect. 4. & aph. 2. ſect. 6. quibus naſus perenni pituitâ, vel pendulâ ſtiriâ madet; aluúſque liquidis aſſiduè atque incoctis excrementis fertur, vel foriis diffluit. indicio languidi caloris, & concoctionis prauæ, & ſeminis reliquorúmque humorum eruditatis.

Qualitates actiuæ & paſſiuæ.
Caloris vis ad maris generationem, vnde, & vbi.
Seminis cálidio ad maris generationem, vel contrà.
Homines inepti generando, qui.

Et hæc quidem penes materiam generationis, & ſubiectum, & cauſſam adiuuantem dicta ſint. quibus (me iudice) plurimùm adfert opis, velut præcipua & efficaciſſima cauſſa, ſiue efficiens velut abſoluta, totúmque ferè negotium abſoluit ipſa illa vis formatrix; quæ receptum vtero ſemen ſubigit, temperat atque informat. de qua tamen multùm ambigi à phyſicis video; & nos paulò pòſt viderimus. Siue ſit ſpiritus ille, qui humori ſeminali permixtus, in vterum muliebrem coniicitur: ſiue potiùs ſpiritus ille ætherius, & elemento ſtellari reſpondens; de quo poſtea ex Ariſt. & cuius pridem meminimus. ſiue denique ſpiritus ille, quem rebus omnibus cœlitùs diffuſum accipimus; de quo in lib. de reſpiratione piſcium diximus; & quem magnificè Latinus poëta celebrauit 6. Æneid. à nobis ſemel atque iterum in hoc opere citatus. ſiue animus ille mundi, & quæ eidem poëtæ dicitur ibidem

Formatricis facultatis efficacitas, & quid ſit.

——totam infuſa per artus
Mens agitans molem, & pleno ſe corpore miſcens.

Digitized by Google

de cuius vi & epithetis, eodem loco de respiratu piscium, plura diximus. ac de formatrice nostri facultate iamiam singillatim transigemus. Illa enim ipsa est, quæ non modò nos gignit & format in vtero; sed etiam tales gignit, quales existimus: & partibus non modò, verumetiam sexu discriminat. denique vt poëta diuerso sensu loquitur,

Formatrix vis.

Quam penes, arbitrium est & lex & norma creãdi.

Similitudo. Quo nempe modo scalptor fictórve aliquis è marmore aut ligno, statuam facit & dolat scalpitque idoneis vsus instrumentis: neque tantùm extrinsecùs delineat (quo differt ars à natura: hæc enim interiora solertissimè compingit; illa tantùm exteriora effingit) partibúsque suis distinguit: sed etiam notis quibusdam adhibitis, quas animo concepit artifex, reipsà exequitur; vt marem aut fœminam, iuuenem aut senem, rectum aut incuruum, paruum aut grandiorem, pro ratione naturáque materiæ obedientis effingat. Quorsum respexit Horatius circa ludicrum simulacrum, Epicureâ libertate alludens Satyr. 8. lib. 1. Serm.

Natura & artis discrimen.

Locus in Priapi statuam, simulacrumve.

Olim truncus eram ficulnus, inutile lignum;
Cùm faber incertus scamnum faceréne, Priapum
Maluit esse Deum. ——

Sed & sanctiùs & antiquiùs olim Salomon Sap. 13. & 14. cùm de origine & vanitate idolorum disserit, idem artificium proponit & persequitur. Sed infelices sunt, & spes in rebus mortuis sitas habent ij, qui Deos vocant, humanarum manuum opera, aurum & argentum arte fabrefactum: & animalium simulacra, aut ignauum saxum, antiquæ manus opus. Aut si quis faber materiarius, succisâ aliquâ arbore tractabili, omnem circa corticem scitè distrinxit, & eleganti arte fabricatus est idoneum vas ad vsum vitæ. reiectanea autem operis parando cibo consumpsit ad satietatem. tum illorum reciamentum ad nihil accommodum, tortuosum ramisque nodosum, truncum sumpsit, & per otium diligenter sculpsit, & vacans peritè formauit, ac hominis effigie figurauit, aut animalis cuiuspiam vilis simile fecit: ac illito minio atque fuco, id rubro colorauit; & omni in eo obductâ maculâ, factâ ei dignâ ipso ædiculâ, id in pariete collocauit, ferróque firmauit: ac ne decideret, prospexit ei; sciens illud ne seipsum quidem adiuuare posse; quippe idolum & opis indigum. Deinde illud pro possessionibus, pro nuptiis liberisque suis orare non erubescit, inanimum alloquens. Ac pro valetudine quidem imbecillum inuocat; pro vita, mortuum interpellat; pro auxilio, ei quo nihil est magis mutilum; pro itinere, ei qui ne gressu quidem vti possit, supplicat: de quæstu denique, de actione, de manuum successu, ab ignauissimo petit manibus nauitatem. & quæ deinceps plura proximo toto capite ironicòs persequitur. Quod deinceps Esaïas cap. 44. inculcat; ex quo, cæteris omissis, hæc pauca illustrando huic loco subtexam. Artifex lignarius extendit normam, formauit illud in runcina: fecit illud in angularibus, & in circino tornauit illud: & fecit imaginem viri, quasi speciosum hominem habitãtem in domo. Succîdit cedros, tulit ilicem & quercum, quæ steterat inter ligna saltus: plantauit pinum, quam pluuia nutriuit. & facta est hominibus in focum: sumpsit ex eis, & calefactus est: & succendit, & coxit panes: de reliquo autem operatus est Deum, & adorauit: fecit sculptile, & curuatus est ante illud. Medium eius combussit igni, & de medio eius carnes coxit: coxi pulmentum, & saturatus est, & calefactus est, & dixit; Vah, calefactus sum, vidi focum. Reliquum autem eius, Deum fecit & sculptile sibi: curuatur ante illud, & adorat illud & obsecrat, dicens; Libera me, quia Deus meus es tu. & quæ sequuntur; apud Ieremiam cap. 10. inculcata aduersus idololatriam, per ironiam & indignationem enuntiata. Sunt qui vanitatis huius originem, ad Ninum referunt, regem Babylonis, qui demortui patris desiderium Beli, fabrefactâ imagine demulserit, cui diuinos honores exhiberi iusserit. ita Lactantius lib. 1. cap. 23. insinuat, & Cyprianus de idolis; Diophantis ad Syrophanera Ægyptium refert, filij demortui solatium in simulacro eiusdem & cultu quotidiano quæritantis. lege Fulgentium mytholog. lib. 1. cap. de idolo. Sed nunc non vacat πολυλογίᾳ; nisi fortè in morem illius Neoptolemi, philosophari quidem, sed paucis, volentis; vt è Comico reperit Tullius. Nos autem cùm hoc problema de maris & fœminæ generatione satis agitasse videamur, ad aliud proximum transeamus; quod tamen pro hypothesi paulò antè sumere videbamur.

Idolorum vanitas, & fabrica, & cultus stolidus, per ironiam.

Idololatrarum stulta vota.

Idoli inepta fabricatio, & inertior cultus.

Alia idololatriæ origo.

Transitio.

PROBLEMA II.

An mas fœmina calidior est?

Est si prioris problematis solutio, quadam sui parte ex hac suppositione pendebat: vt quia mas fœminâ calidior sit, ideo ex calidioribus principiis ortum duceret: vt causis videlicet respondereret effectus, ex calidis calidus. Tamen fuerunt olim, qui in dubium reuocarint, & contrariam tuerentur sententiam: fœminas esse maribus calidiores (fortassis & callidiores) quod tamen nec inconsideratè, nec temerè facere videbantur; sed consultò ac præmeditatè, certísque rationibus adducti; cùm essent viri prudentes, & in rerum naturalium speculatione feliciter versati, de quibus mox constabit. In quo videntur vtique priùs interrogandi, quâ ratione calidiores æstiment: an qualitate, an quantitate & substantiâ, an simul vtrisque. sic enim quæri solet, An pueri & infantes; an verò adolescentes, qui adhuc crescunt; an iuuenes & iam adulti, in quibus incrementum nuper substitit, calidiores sint habendi, vt ad aphor. 14. lib. 1. Galenus anxiè inquirit, & lib. 2. de temperament. & libello aduersus Lycum: sic vtique tandem statuens: Ætate florentium calorem acriorem & vehementiorem esse: puerorum autem, copiosiorem &

Quòd mas calidior fœmina.

Quòd fœmina mare calidior.

Calidum duobus modis præcipuè, quibus.

Comparatio caloris puerorum & iuuenũ.

Digitized by Google

abundantiorem. Quidam verò posterioris seculi philosophis, illud intensiuè, hoc autem qualitatiuè, suis & nouis & priscorum inauditis vocabulis interpretantur. Atque idem Gal. comment. 1. ad lib. 6. Epidem. Iuuenis quidem (ait) absolutè calidior, puer verò non absolutè, sed eò quòd plus innati calidi possideat. Hippocrates verò libro de natura humana sic absolutè statuit; Quòd homo primis diebus calidissimus sit, sui respectu: vltimis autem, frigidissimus. Necesse est enim augescens, & ad vim procedens corpus calidum esse: & quò plus augescit, eò calidius existere: & quantò plus vltimis diebus marcescit, tantò frigidius esse. Et ille quidem meritò: quid enim aliud senium est, quàm lenta ad mortem præfrigidã siccámque progressio? Ideo enim Græci mortuos vocant ἀνίκαυτα, quòd nihil humecti in se habeant (καῦσις enim illi, nos liquorem dicimus) vtpotè tum caloris abitione, eo ipso exhaustos, tum frigore rigentes. meritóque Aristoteles senium arescenti stirpi assimilat, vt alibi fusiùs demonstrauimus. Senes enim, terreni sicci elementi plurimum: pueri autem, aëreæ & aqueæ substantiæ plus participant. in his calor natiuus abundat: in illis paulatim languet ac deficit. hi sanguine scaturiunt, illi deficiunt. sanguinem autem esse omnium humorum calidissimum, post Hipp. scribit Galenus lib. 1. & 2. de temper. quod tamen postea viderimus, vbi de humorum analogia dicemus. Posita autem hac distinctione, iam facile sit distinguere, mas an fœmina plus habeat caloris. Certum est autem, si ad prima nostri elementa recurras, marem cum igne & terra plus habere affinitatis: fœminam autem, cum aëre & aqua. vnde ille calidior & siccior, naturali temperamento esse solet: hæc verò humidior & vaporosior. ille rudi & aspero vtcumque contactu: hæc blando, læui leníque & æquabili. ille perspiratu mordaciore & acriore: hæc blandiore atque suauiore. ille vel manu diutiùs apposita, calorem & qualitate acriorem, & substantiâ validiorem vibrat: hæc & moderatiorem & remissiorem efflat, & per poros corporis eiaculatur. nec modò sanis id accidit, sed in febribus etiam, aucto per analogiam incendio in subiecta materia conuenienter, accenso. Quali argumento Hippocrates in aph. senum febres remissiores quàm iuuenum, ad proportionem natiui caloris in vtrisque, adstruxerat. Ex quo iam constat, à mare fœminam in qualitate caloris vinci. quòd autem etiam in quantitate, partim quidem ostensum est, partim restat docendum. Accedunt porrò diuersa amborum studia atque exercitia. mas enim ruri agere, venari, fodere, arare, equitare, currere, nauigare, militare solet, noctísque & hyemis perferre iniurias & incómoda: fœmina autem domi agere, quiescere, sedere, colum gestare, pensum trahere, verrere domum, scopis mundare vestes, suere, comere, lauare, tergere, otiari vtplurimùm, & sedentariam vitam agere, aut in sese ornanda & instruenda, suísque ornamentis & mundo muliebri appatandis, totos dies occupari consueuit: tam delicato corpore, tam debili capite, vt si sub serum prodierit, si frigus aut noctem persenserit, & dolores, & febres, & mille incommoda dubiæ valetudinis experiatur. & quidem morbis iis obnoxia (vnde certa natiui temperamenti patent indicia) qui à pituita potissimùm oriri solent, & ab omni caussa frigida enasci: congenei & adsimile eius temperamentum indicantibus. Similibus enim tempori ac suo temperamento morbis corripi atque affici solet vnusquisque, vt ferè Hipp. toto lib. 3. aphoris. demonstrat. Nisi siquis mihi Amazonas obijciat, bellatrices illas & viragines potiùs, quàm virgines aut mulieres (ex Hipp. & Quinto Curtio, & Arriano, in vita Alexandri) quarum iampridem genus, vt aliàs ostendi, atque soboles esse desiit. Vt tamen ingenuè fatear, ipsam exercitationem plurimùm ad excitandas ignis & caloris natiui scintillas muliebres conferre, & ad corpus laborum tolerantius, morbísque minùs obnoxium efficiendum. Ergo facta illâ inter vtrumque sexum comparatione, siquis me nunc roget, mas an fœmina sit calidior: illum quidem tum quantitate caloris maiori, tum qualitate acriori & vehementiori præditum afferere nihil verebor, nihil dubitabo. Indicio est præterea etiam ipsa edacitas siue ingluuies, in maribus multò maxima: eò quòd ingens calor natiuus, velut ignis aliquis, plures cibos conficit, & pluribus fomentis reficiendus indiget, quasi dicas succendiculis (Græcè ἐπιπυρίσματα, vt loquitur Hipp.) ne perenni diffiatione vanescens, tandem extinguatur, suúmque sibi conficiendo pabulum, lentè se tandem consumat. Siquidem mares longè patentioribus poris, plurimùm diffiari constat: ideóque pluribus alimentis egere, vt deperditam substantiam farciant atque instaurent. Vbi enim plurimum est quod effluit, & paucum est quod affluit, hîc multum de subiecta substantia decedere, tandémque deperire necesse est. In mulieribus verò contrà, angusti pori, cutis adstricta, exercitatio minima, humores crassi, calor paucior: ideo alimenta pauciora requirit. Alimentum enim caloris proportioni respondere voluit, & rectè præcepit Hipp. 13. 14. 15. aph. lib. 1. sumptis in exemplum pueris, athletis, & hyberno tempore. in quibus omnibus calorem natiuum abundare supra cæteros, intelligi datur. hyeme quidem, ob ἀντιπερίστασιν fugati ad penitiora caloris, vi circundantis frigoris: athletis, ob continuum & violentum exercitium: pueris, ob insiti caloris copiam, & motuum inordinatam perpetuámque assuetudinem. Qui enim inter illos viuaciores, ait, ijdem & edaciores esse solent: & qui sunt eiusmodi, in ijs calor magis eluoet. Quorũ omnia contraria penè in sexu muliebri deprehenduntur, tardo, somnolento, torpido, also, alsioso, algido, gelido denique. Hinc & caloris in mare signa atque effectus apparent: vt contraria de fœmina intelligas: & quibus illa minùs insunt, minùs mares animos gerere, minúsve ingenium virile redolere. Sunt autem hæc masculi genuini sexus indicia, cutis horrida scabrities, color fuscus aut nigricans, pilis hirtum corpus,

Homo quo propior ortui, eò calidior, quo dein.

Senectus, quid.

Mortui cur ἀνίκαυτα dicantur.

à simili.

Pueri & senum comparatio tum potentiæ.

An sanguis calidiss. N. imò bilis flaua.

Mas & fœmina cõparatio cum elemẽtis, & in temperamẽto, tactu, qualitatib.

Feb. semen crudum qui differant.

Mas fœmina calidior in qualitate, item in quantitate: & amborũ studia.

Firmitas firmitas, & quibus obnoxia morbis, & quò tẽperamẽto.

Similes similibus morbis tentantur.

Amazonũ natura.

Exercitationis vis.

Mas fœmina cæteris calidior vtroq. modo.

Mas velocior fœmina, quam ebrem.

Masculorũ corpus porosius.

Proportio cibi & effluuij ad calorem natiuũ.

Fœminarum mũdi elegãtia quàm mas.

Cur hyeme plus cibi requiritur: item pueris & athletis.

Fœminarũ natura, mores, consuetudo.

Caloris signa & affectus, vnde.

Masculi vxlare signa.

rorum, barba faciem venuſtans, ſetis villoſis horrens medium pectus, alæ & pubes hiſpidæ, nodi articulorum diſcreti ac diſtincti, muſculi & lacertorum tori conſpicui, expeditus motus, agiliras corporis, color viuidus, vox grauis & valida canoráque, thorax amplus, cor magnum & igneum, pulſus validus atque frequens, robur corporis, magnitudo atque amplitudo venarum & arteriarum, ſeminis copia, coleï denſi atque hirſuti, animi maſculus vigor, viſcera magna (vnde etiam μεγαλόσπλαγχνοι dicuntur à Graijs) ſenſuum alacritas acrimoniáque, promptitudo in exequendis negotijs, pugnax & iracundus & quietis impatiens animus. ſed quid ſingula perſequar? quæcumque enim ignem & calorem arguere ſolent, & eundem comitari, aut ab eodem effici & pronaſci, hæc omnia virile ingenium genuſque potiùs & abundantiùs, quàm muliebre, ſequi & illi adeſſe cumulatè ſolent.

Marii cum igne affinitas.

Vt non abſurdè marem Soli, Lunæ fœminam conferre poſſim: hanc vtramque frigidiuſculam, humentem, aqueam, mollem, laſciuam, languidam, eneruem, elumbem, pallidam, algidam, albidam, ſegnem, torpidam, modici denique & caloris & luminis. vtrumque autem illum, calidum, æſtuantem, ſiccum, igneum, fortem, acrem, vegetum, alacrem, actuoſum, mobilem, lucidum, rutilum, micantem. Denique vt à Sole Luna lumen & ſplendorem fœneratur, luce lucens alienâ, vt Cicero, Macrobius, & Latini authores perhibent: ſic fœmina vigorem omnem vimque & alacritatem à viro mutuatur. Atque vt Solis calor, aërem & terram tepefacit, illuſtrat, vegetat, fœcundat, grauidat, parentem fructuum omnigenûm & almam tellurem facit: atque vt citatus antè Comicus ait, ſuo tempore facit

Marii cum ſole, fœminæ cũ Luna comparatio, in quo.

Luna vnde dicta, & cur.

Similitudo.

Solis vigor & effectus.

Cœlum niteſcere, arbores frondeſcere,
Vites lætificas pampinis pubeſcere,
Fontes ſcatere, herbis prata conueſtirier, &c.

Sic vir mulieris ſopitum atque imis latentem medullis igniculum excitat, exuſcitat, accendit, animat, fœcunda prole beat. Indicio eſt, quæcumque caſtitatem & virginitatem ſeruat virgo illibatam, aut quæ marita olim, nunc vidua degit: vtraque vt plurimùm decolor, pallida, horrida, alſioſa, torpida, languida, morboſa, denique vitam vitalem (vt dicebat Ennius) minimè viuens, agens degénſque. Quinetiam vt Hippocrates lib. de natura humana, ex medicaméti actione & eductione humorum de corpore humano, probat illud quatuor, nec pluribus humoribus conſtare, ſanguine, pituita, & bile vtraque: ſic ego ab excretis colligo, muliebre genus pituitæ dominatu teneri. Nam ſiue aliquo ſumpto medicamento, ſiue nullo, mulier nullo tempore intermittit ſputare, mungere (& fortè mingere) lacrymis madere, ſurſum deorſum, hàc atque illàc muco, pituitâ, ſaliuâ, vrinâ, pituitoſis excrementis, flatibus aut ſonoris, aut ſtridulis, aut ſilentibus, deniq. fluxu muliebri pituiteo vndique diffluere, quòd ſit (vt ait Comicus) plena rimarum, hàc & illàc perfluens. Quinetiam vrinæ muliebres, & colore, & conſiſtentiâ, & contentis, meram ac meracem pituitam referunt, albidæ, mucoſæ, pallidæ, turbidæ, craſſæ. viriles contrà, flauæ, fuluæ, rutilæ, igneæ, pellucidæ, ſubtiles, flammeæ, bilis atque ignis naturam referunt: ſicuti communia alui excrementa.

Alia ſimilitudo.

Vir quid mulieri conferat.

Alia ſimilitudo.

Quòd mulier ſit pituitoſa, ab indicijs.

Ieiun.

Primamarij & fœminæ, qualis.

Hæc tenus ex ſe N. deinceps idem ab alijs.

Sed placet nunc audire quid cæteri ſentiant: iam enim videmur noſtram vtcumque ſatis expoſuiſſe ſententiam. Galenus lib. 2. de temper. cap. 4. A ſicco quidem corpore inſeparabilis duritia: ab humido mollities: ſi tamen cum tepido calore eſt. Sed & craſſitudo habitus & gracilitas, temperamenta ſequuntur non ea modò quæ naturalia ſunt, ſed etiam ſi qua ex longa conſuetudine ſunt contracta. Multos ſiquidem, qui naturâ graciles fuerant, pingues redditos vidi: contráque qui pingues fuerant, graciles: illis quidem ex otioſa & delicata vita, toto temperamento ad humidius mutato: his verò multâ tolerátiâ & curis & tenui victu perſiccatis. Quibuſcumque igitur latiores venæ ſunt, hi calidiores naturâ ſunt: quibus anguſtiores contrà, magis frigidi. caloris namque opus eſt has dilatare, flatúmq. extrudere. Ita rationabiliter in idem ferè recidit venarum anguſtia, cum habitu pingui & craſſiore: habitus gracilis, cum venarum laxitate. Quòd ſiquis ſimul pinguis craſſúſque eſt, ac venas laxas habet, is conſuetudinis alicuius occaſione, non naturâ, pinguis eſt redditus. ſicut ediuerſo, ſiquis anguſtas habet venas, & gracilis eſt, ne hunc quidé talem eſſe naturâ neceſſe eſt. Quin cùm fames vrget, mediocritatem ex laxitate venarum & anguſtia, non à cætero totius corporis habitu ſpectandam eſſe dicit Hipp. Quippe qui anguſtas habent venas, exigui ſunt ſanguinis, nec longam inediam ferunt: quibus latæ, his copia ſanguinis eſt, & citra noxam cibo abſtinent. Quicquid enim in ſanguine pingue, leue, & tenue eſt, id in calidioribus corporibus alimentum quoddam calido fit, in frigidioribus ſeruatur. cúmque id venæ extra ſe tranſmiſerint, vbi in frigidas particulas incidit, quod genus membranæ ſunt, in ijs concreſcit. in partibus verò naturâ calidioribus, cuiuſmodi carnoſæ ſunt, à calore ipſo abſumitur ac digeritur. Niſi ſicubi frigiditate temperamenti etiam vita indulgentior accedens, ipſis carnoſis particulis adipis aliquid allinat. Qua ratione etiam quæ byeme deliteſcunt animalia (χαμαίκοιτα Græci dicunt) non rarò inueniuntur adipe obeſa. Et fœminæ (quarum cauſsâ hæc à me citantur) viris ſunt pinguiores: quòd ſcilicet fœmina mare eſt frigidior, & plurimùm domi verſatur. Quibus enim humidum abundat, & calor à mediocritate ſummâ non longè abeſt, hi corpulenti ſiue carnoſi fiunt. corpulenti rurſus fiunt, qui naturâ ſunt temperati: cæterùm deſides & otioſi viuunt. quippe dictum à veteribus commodiſſimè eſt, conſuetudinem, acquiſititiam eſſe Naturam. Eſt autẽ copioſus adeps, tum frigidioris naturæ, tum vitæ magis deſidioſæ certiſſima nota. & rarò is quidem in viris conſpicitur, in fœminis ſæpiſſimè inuenitur: quem conſtat cuti, ad internam eius membra-

Duricies & mollities corporis, vnde.

Pingues & macri vnde fiant.

Venarũ amplitudo, figuũ caloris, aliàs alter. & quid ad macrem & pinguedinẽ conferat.

Pinguis naturâ, aut cõſuetudine, qui: item macer.

Ventrum amplitudo vel anguſtia quid conferat, & quorſum obſeruanda.

Adeps quomodo in corpore metatur, vbi, & quorſum.

Animalia byeme latitantia qui pingueſcãt. vt de glire apud Martialem.

Fœmina cur mare pinguior.

Carneſi quo facilè cudant, & pinguet.

Cõſuetudo, altera Natura.

Adeps vnde & quid deſignet, & vbi concreſcat: & quòd magis in fœminis.

Digitized by Google

Cor calidi, & totum corpus.

nam, ſubnaſci. Rurſus item Galenus eiuſdem lib. 2. de temperam. cap. 6. Sicut thorax hirſutus eſt, huic plurimum in corde calor ineſt, venæ amplæ, arteriæ magnæ, eædémque maximè vehementiſſiméque pulſantes, thorax ampliſſimus, plurimi per totum corpus pili: atque ij quidem in capite plurimi incrementi, nigri & criſpi, vtique in prima ætate: procedente verò tempore, caluities excipiet. Quinetiã eiuſmodi hominibus, cùm æqualiter ſunt temperati, & robuſtum & exactè delineatum & muſculoſum totum corpus erit, tum cutis nigrior, durior, atque hirſutior. Sin humidiores & frigidiores ſint vniuerſæ corporis partes, thorax quidem anguſtus & glaber erit: ſicuti etiam totum corpus pilis nudum, cutis verò mollis & alba, capilli ſubrufi, potiſſimùm in iuuentute: hi in ſenectute non calueſcunt, timidíque ſtatim & ignaui & ſegnes: adde etiam paruis venis ac minimè conſpicuis, & adipoſi fiunt. ijdem neruis muſculíſque imbecillis, & arrubus parum exactè delineatis & blæſis. atque hæc vbi tota corporis temperies eſt æqualis, ita accidunt. vbi enim varia partium temperies eſt, ex vna earum pronuntiare de toto corpore non licet, vt idem Gal. cautus admonet: ex quo hæc ſigna calidi aut frigidi, humidi aut ſicci ſufficient: ex quibus naturale maris temperamentum calidum ſiccum, fœmellæ autem, frigidum humidúmque facilè colligitur, ſed κατ' ἐπὶ τὸ πλεῖστον, ſecundùm plus & minus, vt aiunt. Verùm ad Galenum poſthàc ſuo reuertemur ordine: affinitas ſermonis fecit vt ex illo iſta ſigna dictis à me affinia ſubijcerẽ: quibus effici volo, mares eſſe fœminis calidiores vt plurimùm quidem, & primo Naturæ inſtituto. quanquam nonnullas viragines viris fœminaribus ac mulierоſis calidiores videre eſt: ſed rara quædam legem non ſtatuunt vniuerſalem, vti mox patebit.

Signum ſicci humidi.

In temperie partiũ inæquali, nõ eſt ex vna faciendum iudicium de toto.

Marcalidum ſiccum, fœmina frig. humida, vt plurimum.

Mas vnde calidior fœmina, quã.

Hippocrates, aut quiſquis ille tandem eſt libri de morbis muliebribus author ſtatim ab initio ſic ait; Dico mulierem rariore carne præditam, & teneriorem eſſe, quàm virum. & hæc res ſic ſe habet. A ventre trahit humiditatem & citiùs & magis corpus mulieris, quàm viri. Etenim ſiquis ſuper aquam, & per regionem aquoſam duobus diebus ac duabus noctibus molles lanas ponat, & veſtem puram & contextam æquali ad lanas pondere, ſublatis vtriſque, appenderatione facta, multò graviores lanas comperiet, quàm veſtem. Fit autem hoc ex eo, quòd ſemper ab aqua ſurſum decedit in vaſa, ampliora oſcula habentia. & lanæ quidem tanquam raræ & molles, ex decedente amplius ſuſcipiunt. veſtis autem, vt quæ plena eſt, & ex contextu obturata, explebitur non multum ex decedente aqua ſuſcipiens. Sic ſanè etiam mulier, velut quæ rarior eſt, ampliorem à ventre humiditatem corpori attrahit, & citiùs quàm vir. & tanquam teneriori carne præditæ mulieri, vbi corpus ſanguine repletum fuerit, & non ab ipſo receſſerit, carnibus impletis ac calfactis, dolor oborietur. Et rectè hactenus ille quidem: cuius nos ſententiæ ſubſcribimus, iam antè profeſſi, quòd mas à maſſa dici poſſe videtur, propter molem & denſitatẽ & compagem corporis viro dignam, & laboribus atq. ærumnis aptam, ſicuti ex hoc eodem Hipp. mox patebit. contrà mulier à mollitie dicta aptè viſa eſt, & nunc nuper ex eodem demõſtrata. Sed enim quod ſequitur, non poſſum ſatis probare. ratio poſtea aut à nobis, aut ab Ariſtotele referetur. Dicit igitur idem ille author conſequenter ad ſuperiora, & quidem κατ' ἐπὶ τὸ πλεῖστον. Habet mulier ſanguinem calidiorem: & propterea calidior eſt quàm vir. hoc tamẽ deinceps multò verius. Vir autem vt qui ſolidiore carne præditus eſt, quàm mulier, neque in ſuperna ventris parte adeo ſanguine ſuperimpletur, vt niſi aliquid ſanguinis ſingulis menſibus ſecedat, dolorem fieri neceſſe ſit: & ſanguinis quantum ſatis eſt ad nutrimentum, trahit. & cùm corpus ipſi non ſit tenerum, non dolore affligitur, neque ſuperincalescit à plenitudine, velut mulier. Multùm autem confert ad hoc viro, quòd magis laborat, quàm mulier: nam labor aliquid humoris abducit. & quæ ſequuntur de menſtrua fluxione mulieri ſolita & vſitata, alibi conſideranda. Hæc ille tamen omnino populariter & probabiliter. nec minùs illud lib. 1. de diæta, ex prima generationis cauſſa ſic repetit; Cæterùm fœmella eodem modo gignitur. ſi enim ab vtriſq. fœmineum ſemen ſecretum fuerit, fœminoſiſſimæ ac ingenioſiſſimæ fient. ſi verò à muliere quidem, fœmineum, à viro autem, maſculum, ſuperauerit autem fœmineum, audaciores quidem prioribus fient, veruntamen ornatæ ac moderatæ etiam ipſæ: ſi verò à viro quidem, fœmineum, à muliere verò, maſculum ſecretum fuerit, & fœmineum ſuperauerit, augeſcit eodem modo, & fient hæ audaciores adhuc prioribus, & viriles ac viragines nominantur. hæc ille omnino verè & probabiliter, quorum partem alibi ad aliud inſtitutum attigi. Hæc vocabitur virago, quoniam de viro ſumpta eſt, vt eſt Geneſ. 2. de Heua. Et ſanè videmus pleraſq. virgines, quas ego non dubitem, viris pleriſque calidiores & viriliores eſſe aſſerere, quæ voce, geſtu, colore, habitu, moribus viros referant. vt contrà, illi ſemiviri ac ſeminares, ſolà barbâ, & fortaſſe teſticulis prominulis, ſolum ſexum maſculum exprimunt, cæteroqui moribus & ingenio muliebri. de quibus illud Ennij dici iure poterit ex 1. lib. Offic. M. Tullij:

Mulier vndè dicta, quadrat.

Mulieri ſanguis calidior viro. N. negat.

Vir quare miſtrua nõ patiatur.

Laboris beneficia.

Fœmina generatio qui fiat, vt mollis, rum ſtragulum.

Virago quæ & vnde.

Viragines moribus interdum validiores, & fortiores.

Ἦθος ineſt fœminatos.

Vos etenim iuuenes animum geritis muliebrem,
Illique virgo vir. ——

aut illud Homeri de Therſite, muliebri planè ingenio, Iliad. Β

Θερσίτης ἄλλο μὲν οὐδὲν, ἔπεα δ' ἀνάκυρα κάρηνε.
Acuminatum caput habebat, raraq; ei aderat lanugo.

vti, αἰσχρηστ, linguæ incontinens & garrulus dicitur. qui mos etiam mulierum eſſe ſolet. Sed enim tales viragines inueniri, non modò in diuerſis cognationibus frequens accidit, ſed in eãdem etiam gente. imò & videmus in eãdem familia filiam quãdoque viraginem, filium autem planè muliebri ingenio præditum, aut ex aduerſo. Sed ad Hipp. reuertamur. nos enim de genere loquimur: ſpecies rupas minoris pendimus. Generalia enim & quæ ex inſtituto

Thersites Homeri.

Fœmina nonnunquã viro magis maſcula.

Ab experientia.

Digitized

Naturæ contingunt, particularibus & rarò contingentibus prælucent ac præcedunt. Author lib. de diæta, ex ignis & aquæ diuersimoda mixtione, hominum corpora componens, sic lib. 1. ætatum omnium temperamenta (de quibus ex aph. ferè iam patuit) recensèt. Puer ex calidis & humidis temperatus est: quia ex his constitutus est, & in his augmentum accepit. Humidissima igitur & calidissima sunt corpora proxima generationi, & augescunt quamplurimùm, & quæ his proxima sunt, eodem modo. Adolescés autem calidus quidem est, quia ignis impetus aquæ dominatur: siccus autem, quia humidum ex puero consumptum est partim in augmentum corporis, partim in motum ignis, partim præ laboribus & exercitiis. Vir quum steterit iam corpus, siccus est & frigidus, quia caliditatis impetus non ampliùs dominatur, sed stat corpus ab augmento quiescens ac perfrigeratum. verùm ex adolescenti ætate siccitas inest: ab insequenti autem ætate, & aquæ accessu, humiditatem non habet. quapropter ex siccis & frigidis exuperatus est. Senes autem frigidi sunt & humidi: quia ignis quidem recessus contigit, aquæ autem accessus: & siccorũ quidem sublatio, humidorum autem status. Ex omnibus autem masculi calidiores sunt & sicciores, fœminæ verò humidiores ac frigidiores: propterea quòd ab initio vtrique in talibus geniti sunt, & à talibus augescunt. Vbi verò in lucem editi sunt masculi, victu ac diætâ laboriosiore vtuntur, vt excalescant ac resiccentur. Fœminæ verò humidioribus ac pigrioribus diætis vtuntur, & caliditatis purgationem ex corpore singulis mensibus faciunt. Quæquidem vltima verba vtcumque cum iis videntur conuenire, quæ lib. de morb. muliebrib. scribuntur, & à me iam citata sunt. Sanguini quippe causſam caloris tribuit: nec iniuriâ, si cætera consentiant. & cùm mulier sanguine abundet, cuius superfluũ singulis mensibus Natura prouida excernat: ex eo concludit, mulierem viro calidiorem esse. quod tamen absolutè concludi non debet: sed additis ijs conditionibus, quas paulò pòst ex Arist. aut ex meo sensu depromptas proferam. Deinde & fallax argumentum est: quia hac ratione continget, puellas nondum menstruales, esse calidiores adolescentibus coæuis, quia sanguine copiosiore abundent: quod non videtur necessarium. & quæ adulta iam ætate mulieres defectis mensibus erunt, viris vtique & iuuenibus calidiores censerentur. quod nec minùs, imò vel magis absurdum iudico: & experientia satis probat, tales mulieres decolores, morbosas, semper aut plerumq. horrescentes cerni, rigore per dorsum discurrente, cum multa grauitate lumborum, feminum, capitis, & corporis totius torpore marcido. sed de mẽsibus alius erit nobis sermo. interim hoc tantùm dicam; Eò quòd mulier parciùs sese exerceat, & minùs diffletur à Natura, strictioribus prædita poris: & verò multiplici eduliorum genere sibi indulgeat, fructus, tragemata, lacticinia, acetaria, pocula frequentia ingurgitet: his & similibus de causſis, sanguinem impurum gignere, eúmque copiosum. quiquidem quoniam corpori alendo tum copiâ, tum qualitate minùs idoneus efficitur, & plethoram parit: idcirco Naturæ prouidentiâ, statis Lunæ temporibus excerni postulat, quicquid fæculẽtum, impurũ, aquosũmq. est: denique quod tum prauâ qualitate noxium est, tum nimiâ copia & congerie Naturam premit & grauat. Qua ratione fit, vt sic ex instituto Naturę repurgata mulier, sanior degat, tum immodicâ illâ leuata sarcinâ, tum impuritate sanguinis liberata. Ideo scripsit Hipp. aph. 37. lib. 5. Si menstrua mulieri immodicè fluunt, morbi accidunt: & si supprimuntur, ex vtero morbi contingunt. de quibus eo loco Galenus, & lib. 2. facult. natural. & lib. 6. loc. aff. Idem verò Galenus vtique non dubitat mari quàm fœminæ largiorem calorem concedere, vt antè explicui, cùm de maris & fœminæ generatione agerem, tum ex aliis locis, tum lib. 14. de vsu part. & comment. ad sect. 2. lib. 6. Epidem. vbi Hippocrates marem fœminâ calidiorem, firmiorem, nigriorem, sanguinis pleniorem, biliosiorem, & maioribus præditum venis, obscurè insinuabat. ne cætera repetam, de vteri dextro sinu, & generationis celeritate motúsque. vbi præter iam dicta, sic Gal. subiicit; Calidior est masculus, vt ipsius venarum magnitudo & color indicat: nigriores enim plerumque viri mulieribus sunt. cui assentitur Empedocles loco nuper superiori probl. citato. Quòd autem mas calidior sit fœminâ, longa tibi & sparsâ demonstratione Galenus idem probabit, si libros de temperam. patiẽris perlegere: nos enim vt assumptum & concessum habemus: ac de multis nonnulla paulò priùs produximus.

Aristoteles cap. 1. lib. 4. de genera. animal. ita argumentatur; Si omnis concoctio calore efficitur, mares quàm fœminas esse calidiores necesse est. ob frigiditatem enim & impotentiam, fœmina sanguine abundat quibusdam sui corporis locis. idque indicium facit, contrà quam aliqui afferunt causſam, cùm fœminam esse mare calidiorem opinentur, ob menstruorum emissionem. sanguis enim calidus est: & quod plus sanguinis habet, hoc calidius est. Putant autem hunc affectum moueri abundantiâ sanguinis & caloris: quasi æquè quoduis sanguis esse possit, modò humidum sit, & colore cruentum: nec ita eueniat, vt minùs sanguinis & syncerius fiat in corpore alimenti melioris & habitus. Sed illi perinde ac excrementum alui quod pluris sit, hoc indicium esse Naturæ calidioris, magis quàm quod minus, existimant. Atqui contrà omnino est: Vt enim in fructibus conficiendis, ex copia primi alimẽti parum secernitur, quod vtile sit, demúmque nulla pars remanet respectu copiæ primæ: sic in corpore animalis, postquàm partes per successionem alimentum conficiendũ receperunt: ad postremum parum admodùm remanet ex toto alimento: quod in alijs sanguis, in alijs proportionale sanguinis est. & quæ plura sequuntur alibi proferenda, aut iam citata vspiam. Ad Hippocraticã autem & Galenicam superiorem

Temperamentũ pueri, adolescẽtis, viri, fœminæ, fœminæ.

Mariũ & fœminæ cõparatio in temperamẽto: & cur tales.

Calor est à sanguine. at mulier abũdat sanguine. ergo calidior viro, non sequitur. N.

Ad absurda.

N. fœmina abũdat sanguine impuro, quare.

Necessitas purgationis menstruæ mulieribus de accidit.

Menstruorum cõmoda, vel incommoda.

Mariũ fœminæ cõparatio.

Signa maris calidioris.

Quòd mas calidior sit fœminâ cur. & cur fœmina sanguine abundet, & quæ.

Fœmina ideo calidior quia menstruata, vana.

Sanguinis omnis æquè calidus.

à simili.

Sanguis à fructibus, quale.

Sanguis vnde in corpore.

Cóparatio pororũ pores, viri, fœminæ.

demonſtrationem, de maris & fœminæ denſitate cutis, hoc pertinet, ex ſect. 10. problem. 4. Corpora puerorum contextu denſo, non facili expiratu conſtant: & mulierũ minùs expirant, quàm virorum. ſpiritus namque in menſtrua ſe auertit fœminæ: denſitatem verò læuitas eiuſdem ſatis declarat. Quod autem ad præſentem quæſtionem attinet, ſic idem cap. 2. lib. 2. part. animal. Parmenides mulieres eſſe viris calidiores author eſt: quod idem quibuſdam etiam aliis placuit, eſ argumento copiæ ſanguinis, quâ menſtrua fiant. Empedocles contrà opinatur. quæ ex eo videtur orta quæſtio, quòd calidum multifariàm dicitur, vt idem ibidem percurrit: tum quod ampliorem inuehit ſenſum cùm tangitur, nec ſine dolore: tum quod rei liquabilis liquantius, & rei cremabilis cremantius: tum ſi alterum plus, alterum minùs: tum quòd lentiùs perfrigeſcit, vel citiùs caleſcit: tum ſi calore proprio, aut externo: tum per ſe, aut per accidens. quas calidi differentias videtur Gal. obſeruaſſe & annotaſſe imitando, tum libris ſimpl. medicamen. facult. tum libris de temperamentis, & alibi.

Quòd mulieres viris calidiores, quare. item quòd non.

Calidum multis modis dicitur, quì.

N. ſolutio de calore maris & fœminæ, deq; ſanguinis differentia.

Enimuerò rectè meo quidem iudicio, Ariſtoteles philoſophatur, non cui plus ſanguinis inſit, eidem neceſſariò & abſolutè plus etiam caloris ineſſe: differt enim ſanguis à ſanguine, tum in conſiſtentia, tum in colore, tum in contentis, tum in quantitate, tum in qualitate, & cæteris. eſt enim alius alio craſſior aut tenuior, aquoſior, albidior, rubidior, flauior aut atrior, deniq. calidior actu potentiáque, aut frigidior: vt antea oſtendimus, ſanguinem cordis ſaluiorem, tenuiorem, calidiorem, ſicciorem, quàm hepatis, cui ſanguis rubidior & craſſior minúſq. calidus ineſt. Quâ analogiâ, dixerim mulieris ſanguinem hepatico reſpondere, viri autem, cardiaco (ſi cordialem dicere liceret.) Sed ne id quidem protinus fatebor, mulieri quàm viro plus ineſſe ſanguinis: quia maioribus & capacioribus vaſis plus ſanguinis contineri, quàm minoribus & anguſtioribus, vtriſque plenis, certum eſt. viriles autem quàm muliebres, latiores & patentiores arterias & venas eſſe demonſtraui, & experientia fidem facit. Loquor de generali, non raro & infrequenter contingente euentu. Atque hæc vna quædam cauſſa eſt (venarum arteriarúmque nempe gracilitas) cur fœminæ quàm viri ſæpius obeſæ efficiantur: tum quòd corpus habeant δυσαπόπνοον, ægrè perſpirabile: tum quòd earum ſanguis viſcidus, craſſus, pinguis, facilè concreſcat & cogatur: tum quòd illæ vitâ ſedentariâ & otioſâ, velut incluſæ harâ ſues, pingueſcant, longámque trahant aluum ingloriæ, vt loquitur poëta. mares autem, aſſiduo & violento exercitio firmentur & indureſcant. Sed mulieribus menſtrua per ſingulas Lunas copiam ſanguinis immodicam deplent. Non omnibus, inquam, & quidem viraginibus illis & toroſis & multùm exercitis, vt rurigenis, ruricolis agreſtibúſve longè parciores, ac propè nulli fluunt menſes: & tamé cæteris calidiores, nemo eſt ſanæ mentis qui neget eſſe. atque Hippocrates lib. de natura pueri; Sicciores mulieres, & quæ denſiorem carnem habent, pauco lacte abundare, & paucis menſibus ſcatere affirmat. Et verò reliquis viris maribúſve aſſiduus labor plus ſanguinis exhaurit, quàm tridui fortè profluuium mulieri ſemel in menſe exinaniat. Præterquàm quòd non rari maſculi, aut hæmorragiâ in adoleſcentia tentantur, vt ex 6. Epidem. Hipp. docui: aut hæmorroïdum fluore laborant adulti. qui ſi modicus eſt, tantũ abeſt vires vt minuat, vel languorem relinquat, vt iuuet etiam, & ab alijs grauioribus malis aſſerat, vt Hipp. eodem lib. 6. Epidem. teſtatur. Denique mas & fœmina, vterque bene habitus benéq. à Natura formatus & conſtitutus, idoneis & ſufficientibus alitus cibis, tantumdé reparat ſanguinis breui temporis ſpatio, quantum per iuſta intercalla, non ἀθρόως aut confertim effluxit. Quocirca nec minùs, imò verò plus ſanguinis mas habet, quàm fœmina, Naturæ quidem inſtituto: & hôc mas vincit fœminam, quòd multò calidiorem illum obtineat. Neque huius tantùm ratione, vir muliere calidior eſt, tum ſubſtantiâ, tum qualitate ſanguinis: ſed etiã bile æſtuantiſſimâ abundantior eſt: quæ calorem illum, quem qualitate acrem diximus, multùm auget, ac torret quodammodo. vt contrà pituitæ largiſſimâ copiâ, & humoris frigidi prouentu (quem neſcio an omnem pituitæ nomine appellare debeam) fœmina marem longè ſuperat: ideo algori, gelu, frigori magis expoſita. Quibus cauſſis accedit temperaméto & humori natiuo congener victus ratio, viro quidem ſicca, calida, mediocris: fœminæ autem humida, frigida, poculenta, aquea denique. Scitum eſt enim; Similem naturam ſimili alimento gaudere, atq. à ſimilibus ali ſimilia. Poſtremò indefeſſus maribus labor, & aſſidua exercitatio (quæ mulieri aut breuis, aut remiſſa, aut ferè nulla) & coctionem humorum iuuat, & excrementa attenuat excludítque, & articulos roborat, & corpus indurat, & calorem natiuum ventilat, exuſcitat, ſéque ipſo auctiorem & validiorem efficit.

Cóparatio ſanguinis maſculi & fœminei.

N. fœmina non habet plus ſanguinis, quàm vir, quamobrem.

Cur fœminæ viris pinguiores.

à ſimili.

Iocus.

Fœminis quibus mẽſes plures aut pauciores: & cómparatio in calore.

Lactis & menſiũ quibus plus aut minus.

Matres ebrietatũ hæmorrhagiæ, quando.

Hæmorrhoidum beneficia.

Sanguis facilè reperitur.

N. mas plus ſanguinis & calidioris habet, quã fœmina.

N. mas calidior intotum, quàm fœmina cur.

Mas bilioſus, fœmina pituitoſa.

Simile alitur & gaudet ſimili.

Exercitij beneficia.

PROBLEMA III.

Quanam eſt vis noſtri formatrix?

QVANAM vis ſeu virtus aut facultas infantem formet in vtero, non minima quæſtio eſt inter phyſicos ac philoſophos. atque hos inter, vnus Ariſtoteles præcipuè & optimè præ reliquis de ea videtur inquiſiuiſſe, haud ſcio an etiam inueniſſe, quod quærebat: vt Ouidius de ſua Io dixit,

——*& non inuenta reperta eſt.* 1. Metamorph.

de quo non ita multò pòſt. Galenus autem pòſt Ariſtotelem, eandem quæſtionem ſedulò tractauit, tum alibi, tum præcipuè toto libro de fœtuum formatione inſcripto: ex quo hæc decerpere ſummatim licebit. Primùm autem fœtuum vi ſeminis formari tradit. ibidem animá ſecundùm Stoicos, nominat vim rectricem illam, & Ariſtotelico vocabulo, altricem: quæquidem etiam communi omnis ſubſtantiæ no-

Vis ſeminis formatrix.

Anima, quid, ſeu Natura.

by Google

mine, Natura nominatur. sed deinceps apertiùs sic eodem libro disserit, ac pluribus demõstrat:

Natura vti ad generandum id humani corporis fabrica dignitas.

Nullus adeo stultus est, vt non intelligat, esse quandam fœtuum generationis caussam, quàm Naturam, ignoratâ eius substantiâ, appellare omnes consuemus. Ego verò sicut fabricam nostri corporis ostendi, summam opificis & sapientiam & potentiam præ se ferre: ita demonstrari mihi à philosophis velim, vtrùm is opifex, Deus aliquis sit & sapiens & potens,

Homini corporis formandi quis author.

qui & intellexerit priùs, quale vniuscuiusque animalis corpus esset fabricandum, & deinde quod proposuerat, potentiâ fuerit assecutus: an anima aliqua à Deo diuersa. Neque enim

An Natura sapiat.

Naturæ, quæ appellatur, substantiam siue corporea, siue incorporea ea sit, ad summum sapientiæ dicent peruenisse, quam ne vllâ quidem sapientiâ esse præditam inquiunt. vnde eam ita artificiosè in fœtuũ formatione se gessisse credendum non est. hoc enim ab Epicuro aliisque,

Epicureis nulla prouidentia.

qui sine prouidentia omnia fieri opinantur, audientes, nullam fidem adhibemus. Nam duorum alterum necesse est, aut ex motu aliquo irrationali atq. inartificioso, fœtuum formationem in optimum finem deuenire: aut quemadmodum qui miracula moliuntur (quam similitudinem Galenus ab Arist. desumit, vt mox patebit) principio motionis exhibito, discedunt: machinæ verò ipsæ aliquantisper, non multo tamen tempore per se ipsæ artificiosè impelluntur: ita etiam deos, vbi plantarum & animalium semina præpararint, vt ad tantam motuum successionem idonea sint, ipsos nihil amplius agere. Verùm priorem opinionem refellere mihi non est opus, cùm ab his ipsis, aduersus quos mihi disputatio est, damnata iam sit. Quod ad secundam spectat, diligentiùs considerandum, fieríne possit, vt talis humor, qualis in genitura apparet, in tanto numero sibi mutuò succedentium motionum, nunquam aberret, donec iustum finem attigerit. Nam sicut optimum est, nullum in tanta partium multitudine errorem à fortuita motione committi: ita consecutionem motus artificiosam, ab aliqua irrationali substantia effici, perinde atque ipsi dicunt, nimis audax est. quod in motu manuum, pedum, linguæ & aliorum organorum corporis, sponte nostra agitatorum, multò maximè mirandum est. Eorum autem ratio, qui animam suum sibi corpus formare dicunt, ex dissectione satis probabiliter constituta, hinc contradicendi studio exorta est. Ex vsu enim singularum corporis partium sumitur, qui simul etiam dum generantur, insitus videtur. vnumquodque enim animal cernimus, eâ præcipuè parte, quâ aliis præstat, se defendere. Quæ omnia videntur significare, animam, quæ partibus his vtitur, ipsarum vsum optimè callere, quasi ipsa eas fabricarit, non ab alio fabricatas acceperit. Nonnulli existimarunt, aliam esse animam, quæ vnumquodq. membrum fabricata esset, aliam, quæ ad voluntarias functiones incitaret. atque hac ratione efficeretur, vt in animalium corporibus adhuc permaneret ea, quæ incitat: non enim posset conuenienter singulis vti, nisi adesset: ea verò quæ est fabricata, iam excesserit. Quæ sanè ratio de anima hac, membra incitante, licet vndique absurda sit, vnum illud saltem manifestè præ se ferre mihi videtur, summum scilicet opificis, qui nos condidit, artificiũ, quod nemo, qui modò æquo iudicio rem perpendat, referre in temerariam fortunam potest. Vbi post nonnulla quæsita, tandẽ profitetur; Postquàm & seipsum & nonnullos alios philosophos super hac quæstione consuluit, nullam se demonstrationem irreprehensibilem inuenisse. Quamobrem (inquit) maximâ tristitiâ affectus, mecũ ipse cœpi inuestigare, an aliquam de fabrica animalium validam rationem possem inuenire, ac nullam hucusque potui. id quod hoc in libro testatum relinquo, peritos hac in re philosophos hortatus, vt si idoneum quippiam inuenerint, nobiscum id velint sine inuidia communicare. Nam cùm pueruulos videamus exprimere quęcumque insserimus, neque musculos aut neruos agnoscere: maximè probabile existimo esse, eum qui linguam nostram finxit, quicumque ille fuerit, vel ipsum adhuc in formatis membris permanere, vel membra ipsa animantia (an animata) constituisse, quæ voluntatem principalis animæ nostræ partis cognoscerent. Sed cùm postea inuenio, aliam esse principatus nostri animam, aliam quæ in singulis membris est, vel prorsus vnam esse communem, quæ omnia administrat, in eam ambiguitatem venio, vt putem, me ne probabili quidem commentatione, nedum certâ cognitione aliquid de artifice, qui nos finxit, percepisse. Cùm enim audio, quosdam philosophos dicere materiam animatam, quæ ab æterno est, in ideas respiciendo, seipsam excolere atque informare: magis adhuc intelligo, vnam oportere esse animam, quæ & nos formet, & singulis membris vtatur. Huic tamen opinioni illud aduersatur, quòd quæ nos regit anima, appetitionibus ipsius inseruientes partes videtur ignorare. nam de elementaribus vocibus dicere singulis, esset infinitum, & multa absurda continet talis speculatio. Rursus quæquidem corpus format anima, vtpotè in semine contenta, à parentibus videtur in fœtum peruenire. cuius quidem substantia quænam sit, affirmare non possum, cùm à quibusdam audiuerim, eam incorpoream esse, simúlque cum semine introductam, ipso, tanquam materiâ idoneâ, ad formandum fœtum vti. quidam non materiam, sed instrumentum ipsius, semen esse contendant: materiam enim, esse matris sanguinem. nonnulli contraria penitus asserant, seménque ipsum, artificem esse dicant: atque ex his alij, toti semini, alij spiritui tantùm, qui in ipso continetur, fœtus formationem demandent. qua de re nos speciatim alibi ad Galenum diximus: qui sic tandem concludit; Fateor igitur de fœtuum formatrice caussa me nihilo minùs ambigere. nam cùm summam in horum fabrica & sapientiam & potentiam videam, non possum existimare, eam quæ in fœtu est, animam ab Aristotele vegetalem, concupiscibilem

Motio in semine, vnde, & quanta.

Motio non est ab inerti.

An anima sibi fabricetur corpus.

Vsus partiũ à naturali primordio.

Anima gnara vsus partiũ corporis.

An alia anima faciat corpus, alia excitet actiones.

Deus, non fortuna nos genuit.

Gal. profitetur ignorãs sibi eam corporis formatricem.

Materia partium qui fiat in pecudis.

Anima vniuersalis particularis in nobis.

An materia ab æterno animata.

Anima formatrix, an partiũ usum ignoret.

An anima sit in semine à parentibus.

Anima an corporea.

Semen an materia vel instrumẽtũ embryonis, vel artifex.

Gal. profitetur formatricẽ fœtus causam sibi ignotam.

Digitized by Google

Anima ſeu Natura an formet embryon, & qualis ſit.

bilem à Platone, à Stoicis ne animam quidem prorſus, ſed Naturam appellatam, fœtum ipſum formare: cùm non modò ſapiens non ſit, ſed omni prorſus ratione carere videatur. Cùm tamen rurſus ſimilitudinem, quam filij habent cum parentibus, ſpecto, ab hac opinione non longè diuerſus abeo: ac poſt partum, in reliqua vita corpus noſtrum à rationali anima diſpenſari vix credo: cùm antequàm diſſectione exploremus, neque partes corporis, neque ipſarum functiones cognoſcamus. Adde quòd, cùm quidam mihi ex Platonicis magiſtris diceret, animam, quæ per totum mundum diffuſa eſt, fœtus formatę, artem & potentiam, quæ fœtuum fabricæ adhibita eſt, dignam quidem eâ eſſe exiſtimabam: nunquam tamen adduci potui, vt crederem, ſcorpiones, phalangia, muſcas, & ſimilia, ab eadem fingi ac formari, propè ad impietatem accedere hanc opinionem ratus. neque præterea materiæ animam, tantam artem aſſecutam fuiſſe credibile videtur. Tantum igitur hoc habeo, quod de cauſſa animalium formatrice aſſerere poſſe confidam, quòd ſumma in ea ars ſummáque ſapientia ineſſe conſpicitur: quódque poſtea quàm formatum corpus fuerit vniuerſum, id in toto vitæ curriculo, tribus motuum principijs, ex cerebro, per neruos & muſculos, ex corde, per arterias, è iecore, per venas gubernetur. quæ tamen ſint hæc principia, manifeſtè non ſum auſus conſtituere, animæ ſubſtantiam vbique veritus definire. Hæc toto eo libro ex profeſſo Galenus diſſerit, nuſquam alibi vel diligentiùs, vel accuratiùs hanc quæſtionem examinans: & tamen nihil ſtatuens certi, aut definiens, vt ex eius confeſſione & verbis deprehendis. Nam lib. 1. de ſemine, omnino breuiter omnem generationem & formationem à ſemine, vt in plantis, eſſe adſtruit. & lib. 2. cap. 5. Formæ (inquit) ſimilitudo ab alterutro parente, ex fictrice & formatrice facultate, quæ in ſemine continetur, exiſtit. ac lib. 1. de facultatibus naturalibus. Virtus quam formatricem appellamus, & quæ partes corporis effinxit, eandem artificioſam eſſe dicimus: imò veriùs, optimam & ſummam artem, quæ omnia alicuius gratiâ moliatur, ſic vt nihil aut otioſum ſit, aut ſupernacaneum, aut denique ita ſe habens, vt poſſit aliter meliùs ſe habere. Ibidémque lib. 2. contra Eraſiſtratum, facultatem noſtri formatricem, vel Naturam, vel maris ſemen aſſeuerat. vtroque nimirum idem dicens, ſed diuerſis notionibus interpretatus. Quod namque priùs ſemen erat, id cùm primùm gignit & formatanimal, Natura quædam ſit. quod hoc exemplo appoſitè declarat, cui aliud perſimile ex lib. 17. de vſu partium, aliàs protuli. Tanquam enim Phidias antè habuit facultatem artis, quàm materiam attigit, vſus autem ipſis eſt in materia (omnis enim facultas, ſi competens deſit materia, otioſa eſt) ita maris ſemen facultatem quidem in ſeipſo poſſedit: actionem verò non didicit à materia, ſed

Similitudo natorum ad parentes, vnde.

Quid corpus regat.

An anima mundi, fœtum formet, & omnia reliqua.

Gal. opinio de formatrice cauſſa.

Tria principia in corpore humano. Ad quid.

Anima ſubſtantia, qua.

Formatio an in ſemine. à ſimili.

Hinc ſimilitudo natorum ad parentes.

Formatricis dignitas, & quanâ ſit.

Natura, quid, & vn ſemini. Ab exẽplo.

Facultas nõ agit ſine materia.

A circa hanc obiuit. Iam ſi copioſo ſemen obruatur ſanguine, corrumpetur. ſin ſanguinem omnino deſideret, cùm otioſum ſit, Natura eſſe non potèrit.

Itaque quò nec corrumpatur, & Natura pro ſemine fiat, exiguum illi ſanguinis effluat, neceſſe eſt. imò verò id exiguum dicendum non eſt, ſed quod ſeminis modo, ſit iuſtum. Quis igitur eſt, qui affluentis ſanguinis quantitatem moderatur? quis vetat, quo minùs iuſto plus confluat? quis facit, ne minùs, quàm ſatis ſit, affluat? quem hîc tertium, qui animalis generationi præſit, quæremus? quíque conuenientem ſemini ſanguinem ſubminiſtrabit? Quid dixiſſet Eraſiſtratus, ſi viuens, talia rogatus fuiſſet? Nempe ſemen ipſum. id enim eſt artifex, Phidiæ ad portionem reſpondens: ſanguis verò, ceræ rationem habet. Non igitur conuenit, vt cera ſibi ipſi menſuram inueniat, ſed Phidias. trahet portò artifex tantum ad ſe ſanguinis, quanti indiget. Verùm hîc aduertere debemus, ac videre, ne ſemini imprudentes rationem quandam intellectúmque tribuamus. quippe quâ ratione nec ſemen id, nec etiam Naturam fecerimus, ſed iam animal. Atque ſi tueri vtrumque debebimus, & quod mediocre trahit, & citra intellectum, vtique quemadmodum magneti lapidi, trahendi ferri, ſic ſemini, trahendi ſanguinis facultatem ineſſe dicemus. atque hîc rurſus coacti ſumus, in ſemine trahendi vim quandam ineſſe fateri. At quid erat ſemen? principium animalis efficiens: materiale namque, menſtruus eſt ſanguis. An igitu, cùm ipſum principium, quò ſcilicet faciat aliquid eorum quæ molitur, prima hac vratur functione, expers eſſe conuenientis ad eam facultatis poteſt? Quî igitur factum eſt, quòd eam Eraſiſtratus non norit, ſi ſcilicet ea prima eſt ſeminis actio, vt competentem ſibi ſanguinem trahat? Competens verò fuerit, qui tenuis adeo habituoſúſque eſt, vt cùm in omnem ſeminis partem, veluti ros ſit attractus, nuſquam ſui ſpeciem repræſentet. ſic namque fiet, vt & facilè eum vincat ſemen, & celeriter aſſimilet, & ſibi nutrimentum faciat. mox arbitror, ſecundò attrahet & tertiò, quò ſcilicet molem ſibi magnitudinémque iuſtam ex nutritione adijciat. Atqui iam alteratrix vis inuenta eſt, quæ nec ipſa prodita Eraſiſtrato eſt. tertia verò formatrix apparebit, cuius ope ſemen primùm veluti concretum quiddam tenuc membranam illam ſibi induit, quam Hippocrates ſexta die cum fœtu, muſurgo ſiue pſaltrię illi mulieri, quorum tunicæ ſimilem excidiſſe narrat alibi antehàc à me productâ hiſtoriâ.

At noſter Baſilius homil. 11. in ſuum hexameron, ad hanc ſimilitudinem alludens, in hanc quæſtionem ita ſcriptum reliquit; Num ſic formauit Deus hominẽ, velut hi qui lutea formãt? velut hi qui æs cõflant? Cæterùm ſtatuæ formatio, & gypſi efformatio, ſuperficie tenus habet imitationẽ. Vidiſtis ſtatuã, quomodo ſtat, mores quoſdã exprimẽs? aut animi concitationẽ præ ſe fert militis ſtatus, aut muliebrẽ affectionem æs ipſum, vbi in mulierem efformatum fuerit, aut

Semen quæ ſint Naturæ & quomodo generet, & ſint ad ſanguinem proportio. Dubium.

Semẽ an noſtri opifex. à ſimili.

Semen rationis expers.

Semen quæ habeat ſanguinem. à ſimili.

Semẽ, quid ſit: item menſtruus ſanguis.

Qualis & quantus ſeminis permiſcendus ſanguis, & quorſum.

Formatrix facultas quæ & quorſum.

Hiſtoria.

Hominis formatio qualis. à ſimili.

Digitized by Google

Differentia Dei operis à statuario, quam.

aliud quid quantum poteſt per imitationem, ars vnà cum morum charactere inducit. Dei autem formatio non eſt talis: ſed formauit hominem, & opificiaria ipſius actio, omnia organa penetrauit ad profunditatem intrinſecùs progreſſa. Vides breui ſermonis ambitu, comprehenſam dubitationis ſolutionem: ſimul & quo differat diuina fabrica ab artificiali tum pictura, tum ſtatua. ſed de ſacris mox authoribus plura: ad Galenum reuertor. is igitur lib. 8. placit. Hipp. & Plat. & paſſim alibi, vt ab initio docui, innatum calorem, omnium naturalium operum authorem ex Hipp. confirmat. quem Plato vtique non calorem, ſed ignem nominat, vt pridem expoſui. Quiquidem calor inſitus, cùm ſit temperatus, ſubſtantiâ quidem, in ſanguine & pituita ſubſiſtit, qualitate verò, conguè ex caliditate & frigiditate eſt cõtemperatus, vt etiam comment. in lib. 1. aph. repetit. Et lib. 14. de vſu part. ſemen ſpirituoſum ac ſpumoſum dicit: cuius craſſa & viſcoſa & ſpiritu vitali plena ſit humiditas. quod quando in proprium locum incidit (eſt autem proprius eius ad generandum locus, vterus muliebris) principium ſit animalis generationis. vel vt idem paulò antè dixerat; Semen maris, cùm ſit ſummè coctum, principium eſt animalis effectiuum. ſed de ſemine poſthàc. At lib. 2. de temperam. De facultate formatrice, (quæ artifex virtus particulas ſecundùm animi mores effingit) Ariſtoteles dubitauit, nunquid diuinioris originis ſit, atque à calido, frigido, humido, & ſicco res diuerſa. Quò mihi minùs rectè facere videntur, qui tam temerè de rebus maximis pronuntiant, & ſolis qualitatibus, formandarum partium cauſſam aſſignant. rationabile enim eſt, hęc organa eſſe, formatorem autem alium. Hæc ferè ex Galeno mihi perluſtranti occurrerunt in præſentia. de Ariſtotele mox videro, tum ex loco à Galeno indicato, tum aliis.

Calor innatus actio & vis, qualitásque, & eſſentia in quo.

Semini qualitas & ſubſtantia, viſque.

Semini maſculi vis & qualitas.

Formatio non à ſolis qualitatib.

Spiritus formator, quis, & vnde.

Hippocrates autem initio lib. de natura pueri, cauſſam formationis videtur ſpiritui tribuere, cùm ait; Si genitura ab vtriſque permanſerit in vtero mulieris, primùm quidem ſimul miſcetur, vtpotè muliere non quieſcente, coaceruatúrque, ac craſſa per calorem euadit. deinde ſpiritum concipit, nempe in calido exiſtens, & poſtea matre ſpirante. deinde vbi ſpiritu repleta fuerit, viam hic ipſe ſibi ipſi foràs facit, & per mediam genituram ſpiritus erumpit. Quum igitur ſpiritui calido, via foràs facta eſt, rurſus alius frigidus à matre inſpirat: atque hoc facit per omne tempus. caleſcit enim, vtpotè in calido exiſtens, & frigidum ſpiritum concipit à matre ſpirante. omnia autem quæ caleſcunt, ſpiritum habent: ſpiritus autem erumpit, & ſibi ipſi viam facit, ac foràs procedit. id autem quod caleſcit, rurſus in ſeipſum, aliam ſpiritum frigidum trahit per fiſſuram vnde nutritur. atque hoc contingit etiam in lignis, & in foliis, cibiſque ac potibus, ſi fortiter caleſiant: quod in fructibus ante focum coctis cernere eſt. Ergo genitura in vtero calefacta ſpiritum habet & emittit: ſimul autem & à matre ſpirante, genitura ſpiritum habet. quum enim mater frigidum attraxerit ex aëre in ſeipſam, fruitur eo etiam genitura. calida autem eſt, vtpotè in calido exiſtens, & tunc ſanè ſpiritum habet ac emittit. atque ipſa genitura inflata, pelliculam acquirit. circunteditur enim quod forinſecùs circùm ipſam eſt, continuumque euadit, vtpotè viſcolum exiſtens: vt in pane recenti cernimus, dum torretur. Genituræ autem calefactæ ac inflatæ ex toro pellicula forinſecùs circundatur, verùm iuxta medium genituræ, ſpiritui trãſitus extrà ac intrò fit per pelliculam: & hac parte tenuitas pelliculæ à genitura diſtat, & pauciſſimum quid de genitura ineſt. ipſa autem reliqua genitura rotunda eſt in pellicula. quod hiſtoria docetur abortus ſex dierum eius pſaltriæ, cuius ex hoc libro & ex Gal. aliàs meminimus. deinde ſic concludit; Quod genitura in pellicula eſt, & ſpiritum habet intrò & foràs, & augeſcit à matre ſanguine in vterum deſcendente, ſed defectis menſibus. Sanguis enim à toro corpore mulieris deſcendens, in orbem forinſecùs pelliculam circumſtat: ſimúlque cum ſpiritu ſanguis intrà per pelliculam trahitur, qua parte perforata eſt, & à genitura diſtat, congelatúrque, & futuro animali augmentum præbet, quo alibi dictum eſt modo. Ibidem enim quod quærimus, ſic deinceps apertiùs explanat; Cæterùm caro augeſcens, à ſpiritu articulatur, & abit in hac vnumquodque ſimile ad ſimile, denſum ad denſum, rarum ad rarum, humidum ad humidum, & vnumquodque in propriam regionem abit, iuxta cognationem ad id, à quo genitum eſt. vbi mox de ſingularum partium concremento & articulatione, alibi citanda. quibus mox ſubiungit, Atque hæc omnia à ſpiritu coarticulantur. & ibidem pòſt paulò, Poſtquàm iam articulatus fuerit puer, ſpeciebus membrorum ipſius augeſcentibus, tunc & oſſa duriora fiunt, & cauantur: atque hæc à ſpiritu fiunt. cuius vim etiamnum in planta perficiunda ſic deinde explicat; Quum planta, quæ in terra exiſtit, humorem acceperit à terra, tumeſcit & ſpiritum habet: quæ verò pars ſupra terram eminet, nondum: ſpiritus autem & humor condenſans, in inferna plantæ parte vim, quantum eius grauiſſimum eſt, in infernam partem erumpit, & ex ipſo radices teneræ fiunt. Poſtquàm autem in infernam partem receptus fuerit, tunc iam ex radice humorem trahit, & parti ſupra terram eminenti tranſmittit. & tunc ſanè rurſus ſuperna pars intumeſcit, ac ſpiritum habet: & quantum ex vi in planta leue ineſt, idipſum congregatum germinat, ac folia producit, & iam in ſuperiorem partem augmentum facit, itémque in infernam. Magis autem arridet quodammodo etiam iſthæc ibidem ſimilitudo, quanquam Ariſtotelicæ doctrinæ contraria, quæ pullum ex albumine pronaſci, & vitello nutriri ſupponit, vt hìc vſpiam produxiſſe me memini. Volueris (ait Hipp.) ex oui luteo naſcitur hoc modo. incubante matre, ouum caleſcit, & quod in ouo ineſt, à matre mouetur: caleſcens autem id quod in ouo ineſt, ſpiritum habet, &

Embryonis procreatio, qui fiat.

Spiritus quomodo formet embryon.

à ſimili.

Spiritus ſpiritu qualiter foueatur.

Membranæ embryonis quomodo fiant. à ſimili.

Spiritus quò ſubeat & ſubigat ſperma.

Generatio embryonis & incremẽtum, quale.

Spiritus formator embryonis, qualiter.

Articulatio mẽbrorum qui fiat à ſpiritu.

Similitudo. Plantæ generatio, & productio ſurſũ deorſum qui fiat.

Hipp & Ariſt. diſcrimẽ circa pulli generationem. Alia ſimilitudo. Pullus quò naſcatur, excludatúrque.

by Google

alterum frigidum ab aëre per ouum attrahit. ouum enim adeo tarum est, vt spiritum, qui attrahitur, sufficientem ei quod intus est, transmittat. & augescit volucris in ouo, & coarticulatur modo eodem ac consimili, velut puer, quemadmodum iam antea à me relatum est. Nascitur autem ex luteo oui, volucris: alimentum verò & augmentum habet ex albo, quod in ouo est. hæc & plura Hipp. in hanc similitudinem Aristoteli aduersa, vt prænonui. Libro autem de carnib. vim formandi videtur calori concedere, qui ex conuenienti subiecta materia, singula viscera partésque effingat, vti specialibus ibidem exemplis probat. Quorsum respexit Galen. ad aph. 15. lib. 1. Tria sunt corpora, quæ primæ nostræ naturæ substantiam compleuerunt, spiritus, sanguis, & seminalis humiditas. & paulò pòst ex Hippocrat. Neque enim aliud quicquam animal ab initio efformauit, sicuti neque rursus adauxit, aut vsque ad mortem enutriuit, præter quàm iste calor innatus, qui est omnium operum naturalium causa. Neque enim aliud quicquam est Natura animalium, præter hoc calidum, secundùm Hippocr. opinionem. vnde sect. 5. lib. 6. Epidem. Morborum Naturæ medicatrices. & paulò pòst, Amplificat Natura sibi ipsi itinera. quæ verba de prima ego fœtus formatione accipi malo, quàm cum Galeno, pro impetu naturali ad agendum. sed mox ibidem; Hominis anima semper producitur vsque ad mortem. sin autem igne excanduerit, simul cum morbo & anima corpus depascitur. Quo loco animam mihi pro calore natiuo dixisse videtur. quanquam Galenus de anima rationali intellexit, cuius primarium instrumentum sit ille, qui in cerebri ventriculis continetur spiritus. quem adeo animæ potiùs substantiam dicere ausit: aut illam temperiem cerebri, quæ ex quatuor elementorum mixtione ad eam substantiam proprietatémque redacta sit, per quam sensus motúsque voluntarij in animali primus opifex habeatur, & memoriæ scilicet & intelligentiæ. Quicumque autem animam, spiritum esse censent, ipsam & ex sanguinis habitu, & ex aëre, intra corpus respiratione, per arteriam asperam adducto conseruari testantur. qua de re nos iam inde ab initio. Sanè verò Hippocrates, animæ substantiam videtur calorem natiuum existimare, quem naturalium operum multis in locis authorem esse testatur. Magnum verò hoc loco negotium agitatur, de quo & inter philosophos dissensio est. nonnulli quidem vnam esse animæ Naturæque substantiam arbitrantur, aliqui in spiritu, aliqui in corporis proprietate eas consistere statuentes. quidam verò non vnam, sed propriam ac separatam vtriusque substantiam esse, nec paruo quodam interuallo, sed toto genere inter se differre confirmant: siquidem Naturæ corruptibilem, animæ verò immortalem esse substantiam arbitrantur. Aristoteles sanè atque Plato, vna appellatione vtramque potestatem comprehendunt, non eam modò qua ratiocinamur atque meminimus, animam vocantes, sed etiam eam, quæ in stirpibus est, quâ & aluntur, & crescunt, & seruantur, quoad temporis longinquitate consumptæ exarescant. Stoicorum autem mos est, Naturam vocare, quâ stirpes reguntur: animam verò, quâ animalia. vtriusque verò substantiam, ingenitum spiritum statuunt: differréque inter se qualitate arbitrantur: nam sicciorem animæ spiritum, humidiorem autem esse Naturæ: vtrumque autem vt permaneat, non alimento solùm, sed etiam aëre indigere. sed de Naturæ amphibolo & homonymo nomine aliàs et Arist. metaphysicis, & Plutarchi placitis philosoph.

Acque hæc ferè sunt, haud scio an etiam plura, quæ mihi ex Hippocr. & Gal. in hanc quæstionem occurrerunt. Epicurus verò naturâ formari infantem tradidit. Stoici autem, potentiâ spiritus semen comitantis. æthereum calorem membra disponere, alij post Anaxagoram dixêre, ait Censorinus. Fernelius autem secutus Hippocratem & Aristotelem, cap. 9. lib. 7. ita scripsit; Maris ac fœminæ fœcunda semina, vbi consentaneâ quadam moderatione opportunè conuenient, mutuâ quidem amicitiâ tanto complexu iungentur, veréque permiscebuntur, vt fiat amborum vis vnica, eadémque Natura. mox deinde suscitata vis illa in semine latens, huius materiam variè distrahit, eiúsque partes secernit: non enim est exquisitè vnum, & omni ex parte consimile. Itaque statim primo & altero die, partes seminis tenuiores, calidiores, & spiritus magis participes, intrò & in medium motiùs molis se recipiunt: crassæ verò ac magis terrenæ, illas ambiunt & circumcircà obuallant: ex quibus durioribus factis atque coactis, vteri contagione atque calore, obuoluentes fœtum membranæ proferuntur, de quibus antea suo loco. Quod igitur intrò de semine concluSum est tenuius, multò etiam magis calore diffunditur: hinc mox turgescit, spiritum concipiens, vt inquit Hippocr. Per id temporis, quicquid in semine tenue est, id in spiritum abit, non eum quidem venti flatúsque plenum: non enim tum vterus flatu turget, aut eius distentione torquetur, neque per vteri ceruicem flatus vlla vis erumpit. At verò sic in spiritum id verti putamus, vt spiritus ille caloris omniúmque facultatum moderator, & primus procreationis author, in seminis medium se colligat. Non enim vt multi Aristolem interpretantur, is euanescit, aut auolat à semine: sed in eo persistit, omnium partium conformator & opifex, in quibus radicitùs ac penitùs inhærens, prima sit partium omnium Natura: háque vbi conformauerit, postea semper assistens, in omnem vitam, quantum potest diutissimè & saluberrimè conseruat. Itaque hic spiritus, non modò primum vehiculum & instrumentum est procreatricis facultatis (in eo enim

Calor formator.
Tria nostri principia.
Vis natiui caloris.
Natura, quid.
N. à Gal. discrimen.
Anima ingenerationē, qualiter.
N. à Gal. discrimen.
Anima substantia.
Gal. opinio de anima.
Anima qui nutriatur.
Anima quid Hipp.
Dubium.
An anima & Natura, sit idem, & quid, aut quo differant.
Anima appellatio quid significet.
Natura, quid, & quo differat ab anima, & vtriusque substantia, quòue alatur.
Pueri formatio ex Epicuri & Stoicorum sententia.
Vtriusque seminis coniunctio mutua ad generationē.
Embryo qui formetur.
Tunicarum embryonis generatio.
Spiritus in semine, quo.
Spiritus formator, vbi, & quomodo agat, idémque perennet. N. ex Hip.

Vis ſpiritus formatoria, & origo.

conſtituta eſt ſumma illa diuináque vis conformandi) ſed etiam reliquas omnes naturales, quibus nutrimur & augemur, earúmque auxiliarius is vnus in ſe omnes ſuſtinet & comprehendit. Ex quibus planum euadit, ſpiritus & omne facultatum genus ex ſemine initium originémque ducere. & quæ deinceps ſequuntur de triplici principio, vi ſpiritus elaborato, & antehàc à nobis expoſito. regredior enim ad maiores, & hoc ob affinitatem ſermonis breuiter à me dictum eſſe volui, vt in his etiam Hippocratem agnoſcas, vti nuper oſtendi.

Idea Platonis.

Plato ſanè an in eandem quæſtionem ſpeciatim aliquando incubuerit, non memini me legere. niſi ſi ad ideas illas ſuas referri poſſe quis dicat. Certè tamen præclarè apud eundem ſic Ficinus in ſympoſium orationis 5. cap. 4. Diuina poteſtas omnia ſupereminens, ſtatim à ſe natis angelis atque animis ſuum illum radium, in quo fœcunda vis ineſt omnium creandorum, tanquam filiis clementer infundit. Hic in eis, vtpotè ſibi propinquioribus, totius mundi diſpoſitionem & ordinem multò pingit exactiùs, quàm in mundi materia. & quæ plura deinceps ibidem. At Plato ipſe quidem in Timæo, vbi mundi fabricam enodauit, ſic poſt Locrum illum Pythagoreum, de eiuſdem mundi anima ſcripſit, quam τὸν κόσμον, quaſi animationem dixit Pythagoras.

Diuina vis angelis infuſa, animiſque, quorſum.

Anima mundi qua, & vbi, & quorſum.

Animam mundi in eius medio collocauit Deus, pérque totum tetendit, atque ea corpus ipſum etiam extrinſecùs circunexit, mundúmque hunc vnum & ſolum ſolitariúmque & circularem volui in circulum ſtatuit: qui propter virtutem ſe, cùm ipſe facilè coërcere poſſit, nullius alterius indigens, ſatíſque ipſe ſibi notus atque amicus. vbi poſt multa; Nunc verò de prima hominis compoſitione exactiùs diſſerendum, ac probabili ratione monſtrandum, quà cauſsâ & prouidentiâ deorum, ſingula membra corporis ad ſingula animæ officia ſint accommodata, dequibus nos toto ferè hoc volumine, tum ex aliis, tum adeo ex Platone ipſo diſſeruimus: qui de vi formatrice noſtri corporis iſtum in modum velut generaliter & vniuerſaliter effatur. Ex quo noſter Cyrillus, poſt Plotinum & Numenium ſcribit; Summo bono, ſiue patre quieſcente & vacante, mentem ex eo enatam, proximum eſſe mundi opificem: ac tertiam inducit animam, ἀφ' ἧς τὰ πάντα κινεῖται, à qua cuncta cieri agitaríque cenſet, ex Platone: qui in Epinomide, animalium generationem tribuit illi ipſi dictæ animæ cœli, ſiue mundi.

Prouidentia deorum in humani fabrica corporis.

Mens diuina, rerum opifex, & anima mundi quid agat.

At Platonis diſcipulus Ariſtoteles ſic rem enucleatiùs diſcuſſit, vt productis eiuſdem verbis locíſque patebit, non omnibus quidem, ſed & multis & iis præcipuis. ac primùm lib. 2. de genera. animal. cap. 1. Quæſtio (ait) longè dubia oritur, quónam pacto ex ſemine generetur aut planta, aut animal. Quod enim gignitur, & ex aliquo, & ab aliquo, & aliquid gigni neceſſe eſt. ex quo gignitur, materia eſt, quam nonnulla ſecum habent primam accepiam ex fœmina: verbi gratiâ, ea quæ non formâ animalis naſcuntur, ſed vermiculi aut oui. quædam diu ex fœmina capiunt, quoniam lactent, vt ea quæ non modò foràs, verùm etiam intus formâ animalis gignantur. talis id ex quo oriuntur, materia eſt. Sed hoc loco, non ex quo oriantur, quærimus: ſed à quo partes corporis generentur. aut enim extrinſecùs aliquid, aut in genitura & ſemine inſitum agit: idque aut pars aliqua animæ, aut anima, aut habens animam eſt. ſed ab aliquo extrinſecùs agente effici quæque aut viſcera, aut alia membra, remotum à ratione eſſe videtur. Fieri enim non poteſt, vt moueat, quod non tangit, & quicquam ab eo quod non moueat, afficiatur. Igitur in ipſo conceptu aliquid iam ineſt, quod aut pars eius ſit, aut ſeorſum contineatur. ſed aliud quicquam eſſe abiunctum, irrationabile eſt: etenim generato iam animali, corrumpatúrne illud, an maneat? At nihil ineſſe videtur, quod non totius pars ſit aut plantæ aut animalis. quinetiam corrumpi, poſtquàm vel omnes, vel aliquot partes efficit, abſurdum eſt. quid enim efficiat reliquas? nam ſi illud poſtea quàm effecerat cor, interiit, cor autem ipſum aliam partem efficit, eiuſdem rationis eſt, vt vel omnia intereant, vel omnia ſeruentur. ergo ſeruari neceſſe eſt. Pars igitur eſt id, quod protinus in ſemine ineſt. Sed ſi nihil animæ eſt, quod non aliqua in parte ſit corporis, vt animata quoque pars aliqua protinus ſit, conſequitur. ſed cætera quónam pacto efficiantur? aut enim ſimul omnes partes generantur, verbi gratiâ, cor, pulmo, iecur, oculus, & reliqua omnia: aut ordine deinceps, vt in illis carminibus, quæ ad Orpheum authorem referuntur. ſimiliter enim vt retis implexum, conſtitui animal ibi ſcribitur. ſed de hoc à nobis antè diſcuſſum eſt. Quinetiam vt in ſemine protinus pars aliqua animalis aut plantæ facta contineatur, ſiue quæ cæteras efficere poſſit, ſiue quæ non poſſit, impoſſibile eſt, quando ex ſemine & genitura omnia generentur. ab eo enim qui ſemen fecerit, creatum id proculdubio eſt, ſiquidem protinus ineſt.

Quæſtio, quî de ſemine gignantur plura aut animal, & cauſa generationis quo tuplex, quid que materia.

Cauſſa generationis efficiens, qua ſit vnde.

Quid nam ſit cauſſa extrinſeca, & à quali interna.

At verò ſemen priùs fiat oportet, idque officium generantis eſt. nulla igitur pars condita ineſſe poteſt. ergo quod agit, nullam in ſe habet partem: at ne extrà quidem. alterutrum autem ſit, neceſſe eſt. Hæc igitur ſoluere conandum eſt: fortaſſe enim aliquid ex iis quæ diximus, non ſimplex eſt: vt ab externo nihil effici poſſe. nam & eſt vt poſſit, & eſt vt non poſſit. ſed ſemen, an id à quo ſemen, dicamus, nihilo refert: ſcilicet quâ motum, quem illud mouebat, ſemen in ſeipſum continet. fieri autem poteſt, vt hoc ab hoc moueatur, & hoc ab hoc, ſitque perinde quaſi admirabilia illa ſpontina. partes enim habent vim modo quodam, etiam cùm quieſcunt. quarum primam vbi extrinſecùs aliquid mouerit, ſtatim proxima actu efficitur.

An partes ſimul omnes gignantur, an per ordinem. à ſimili.

An in ſemine inſit pars animalis.

Nulla pars in agente.

An ab extrinſeco fiat aliquid.

Motus in ſemine, vnde. à ſimili.

Vt igitur in ſpontinis illis quodammodo illud mouet, quod nihil nunc tangit, ſed ante tetigit: ſic id à quo ſemen, aut quod ſemen effecit, mouet, cùm aliquid tetigerit, quanquam non adhuc tangit. & motus qui ineſt, quodam efficit modo, vt ædificatio, ædes. Igitur aliquid eſſe quod efficiat, ſed non ita vt hoc quicquam, nec perfectum ineſſe primum agens, apertum iam eſt. quemadmodum autem vnumquodque fiat, accipiendum hinc eſt hoc initio. *Actio ex eo quod potentiale.* Omnia quæcumque aut Naturâ, aut arte efficiuntur, ab eo quod actu eſt, fiunt ex eo quod potentiâ tale eſt. Semen igitur tale eſt, motúmque habet & principium tale, vt motu peracto, pars exiſtat quæque, eadémque ſit animata. non eſt enim facies, niſi animam habeat, neque caro: ſed corrupta æquiuocè dicetur facies aut caro, perinde quaſi lapidea aut lignea facta ſit. ſimul autem partes ſimilares & inſtrumentales ſiue officiales efficiuntur. Et quemadmodum non ſecurim, non aliud inſtrumentum diximus factum eſſe ab igne ſolo: ſic non pedem, non manum, eodémque modo ne carnem quidem. nam eius quoque aliquod officium eſt. Dura igitur, mollia, lenta, rigida, & quicumque alij affectus partibus inſunt animatis, à caliditate frigiditatéve effici poſſunt: at ratio, quâ iam caro aut os eſt, non poteſt: ſed à motu proficiſcente efficitur ab eo quod genuit, quódque actu eſt id, quod potentiâ eſt, id ex quo gignitur. Quomodo in iis quoque agitur, quæ arte efficiuntur. ferrum enim durum aut molle efficitur calore vel frigore: at verò enſis à motu inſtrumentorum, qui artis obtinet rationem. Ars enim, principium formáque eius quod efficitur, eſt, ſed in alio. motus autem Naturæ in ipſo eſt, ab altera profectus Natura, quæ actu obtinet formam. Sed habeátne ſemen animam nécne, ratio eadem atque de partibus reddenda eſt. nec enim anima vlla eſſe poteſt in alio, niſi in eo, cuius eſt: neque pars vlla eſſe poteſt, quod particeps animæ non eſt, niſi æquiuocè, vt mortui oculus. Semen igitur & habere animam, & eſſe potentiâ, palàm eſt. propius autem & remotius idem à ſeipſo potentiâ eſſe poteſt. vt Geometra dormicus, remotius quàm vigilans eſt, íſque remotius, quàm qui iam contemplatur. Sed enim huius nulla pars, cauſſa eſt generationis, ſed quod primùm extrinſecùs mouit, id cauſſa eſt. nihil enim ſeipſum generat, ſed poſtquàm generatum eſt, ſeipſum iam auget. Quamobrem non ſimul omnes partes generantur, ſed vna primùm: eámque primùm oriri neceſſe eſt, quæ principium agendi contineat. ſiue enim planta, ſiue animal eſt, æquè omnibus ineſt, quod non vim habeat vegetandi ſiue nutriendi. id autem eſt, quod tale alterum generet, quale ipſum eſt, hoc enim cuiuſque perfecti tum animalis, tum ſtirpis, ſecundùm naturam officium eſt. neceſſitatis autem ratio eſt, quòd cùm aliquid ortum eſt, augeri idem neceſſe eſt. Generat igitur quod eſt vniuocum, vt homo hominem, ſed per ſeipſum augetur. ergo ipſum A cùm aliquid ſit, auget. Quòd ſi vnum quid, ídque primum ſit, id primum generari neceſſe eſt. Itaque ſi cor primum in nonnullis oritur animalibus, aut cordis proportionale in ijs quæ corde carent, ex corde principium illud eſt in iis quæ cor habent, cæteris ex proportionali. hæc ferè eo loci philoſophus, quid cauſſa ſit, vt principium generationis cuiuſque mouens primum & procreans. ſed idem ſequenti mox capite 3. libri eiuſdem; Sequitur vt dubitemus & dicamus, ſi in iis quæ ſemen emittunt in fœminam, nulla pars conſtituendi conceptus ſit, quod ſubierit, quónam vertatur corpultéia eius, quando ipſum facultate, quam in ſe continet, agit. Definiendum igitur priùs eſt, vtrùm quod in fœmina conſtituitur, accipiat aliquid ab eo quod ſubierit, an nihil accipiat. atque etiam de anima, quâ animal dicitur (eſt autem animal, parte animæ ſenſuali) vtrùm in ſemine & conceptu ineſt, an non, & vnde. Conceptum enim inanimatum eſſe nemo ſtatuerit vitâ omnibus modis priuatum. quippe cùm nihilo minùs ſemina & conceptus animalium viuant, quàm ſtirpes, & aliquandiu prolifica ſunt. Ergo animam in iis habere vegetalem, palàm eſt. quamobrem eam primùm haberi neceſſe ſit, apertum eſt. Senſualem etiam, quâ animal eſt, tempore procedente recipi, & rationalem, qua homo, certum eſt. non enim ſimul & animal ſit, & homo: nec animal, & equus. eadémque in cæteris animalibus ratio eſt: finis enim poſtea contingit. proprium autem eſt finis cuiuſque generationis. Quamobrem de mente etiam, quónam tempore, & quomodo, & vnde eam recipiant, quæ principium id participant, plurimùm dubitatur. ſed enitendum pro viribus, & quoad fieri poteſt, accepiſſe operæpretium eſt. Animam igitur vegetalem in ſeminibus, conceptibus ſcilicet nondum ſeparatis, haberi potentiâ ſtatuendum eſt, non actu, priùs quàm eo modo, quo conceptus qui iam ſeparantur, cibum trahant, & officio eius animæ fungantur. Principio enim hæc omnia vitam ſtirpis viuere videntur. De anima quoque ſenſuali, pari modo dicendum eſt, atque etiam de intellectuali. omnes enim potentiâ priùs haberi, quàm actu, neceſſe eſt. ſed aut omnes contingere, cùm antè non fuerint, neceſſe eſt: aut omnes cùm antè fuerint, aut partim cùm antè non fuerint, partim cùm antè fuerint: & contingere aut in materia, non ſubeuntes ſemen maris, aut eò quidem inde venientes. ſed in mare, aut omnes extrinſecùs contingere, aut nullam, aut partim extrinſecùs, partim non extrinſecùs. Cæterùm omnes ante eſſe impoſſibile rationibus his oſtenditur. quorum enim principiorum actio eſt corporalis, hæc ſine corpore ineſſe non poſſe certum eſt: verbi gratiâ, ambulare ſine pedibus, iraque extrinſecùs ea venire impoſſibile eſt. nec enim ipſa per ſe accedere poſſunt, cùm inſeparabilia ſint, neque cum corpore. ſemen enim, excrementum alimenti mutati eſt. Poſtremò his verbis ſic concludit; ἀνάγκη ἤ τὸν ποιῶ μόνον διαφθεῖρεσθαι ἢ τὸν ἀπὸ μόνου. id eſt,

Cor primò genitum, quare.

An ſemen gignat, & quorſum euadat.

Animal ab anima.

Conceptus habet animam, vnde ſit ſemen.

Anima vegetalis prima, deinde ſenſualis, & rationalis.

Mens vnde ſit.

Anima vegetalis in conceptibus, feminibuſque, quæ later.

Conceptus viuit vitam ſtirpis ab initio.

Omnis anima priùs potentiâ, quàm actu adeſt, & vnde ſit.

Semè quid.

An ſemini anima ineſſe.

Omnipars, anima particeps eſt.

Cauſſa generationum extrinſeca, vnde.

Nil ſeipſum generat.

Quòd non ſimul omnes partes generantur, & quo ordine.

Vis nutriendi in quo, item generandi.

Orta augeſcunt.

Digitized by Google

Mens diuina extrinsecùs adest.

Restat igitur vt mens sola extrinsecùs accedat, eáque sola diuina sit. nihil enim cum eius actione communicat actio corporalis. sed enim omnis siue virtus, siue potentia corpus aliud participare videtur, idque magis diuinum, quàm ea quæ elementa appellantur. verùm prout nobilitate ignobilitatéve animæ inter se differant, ita & natura eius corporis differt. Inest enim in semine omnium, quod facit vt fœcunda sint semina: videlicet quod calor vocatur, idque non ignis, non talis facultas aliqua est, sed spiritus qui in semine spumoſóque corpore continetur: & Natura quæ in eo spiritu est, proportione respondens elemento stellarum. Quamobrem ignis nullum animal generat, neque constitui quicquam densis vel humidis vel siccis videtur. At verò solis calor & animalium, non modò qui semine continetur, verumetiam siquid excrementi sit, quanquam diuersum à natura, tamen id quoque principium habet vitale. Cæterùm calorem in animalibus contentum, nec ignem esse, nec ab igne originem ducere, apertum ex his est. Corpus autem genituræ, in quo semen animalis principij contentum vnà prouenit, partim separabile à corpore, in quibus diuina pars comprehenditur (qualis est quæ mens appellatur) partim inseparabile: hoc (inquam) genituræ semen dissoluitur, versúmque in spiritum euanescit, cùm naturam humidam aquoſámque habeat. Quamobrem an semper id foràs exeat, quærendum non est, neque an pars vlla sit formæ constitutæ. quomodo nec de succo, à quo lac cogitur, quæri tale quid conuenit. nàm is quoque mutat, & nulla pars constitutæ magnitudinis est. De anima, quomodo conceptus & genitura habeant eam, & quemadmodum non habeant, definitum iam est: potentiâ enim habent, actu non habent. Semen autem, cùm excrementum sit, eodémque moueatur motu, quo augetur corpus, digestione vltimi alimenti, vbi vterum subiit, constituit & mouet excrementum fœminæ eodem motu, quo ipsum mouetur. nam illud quoque excrementum est, habétque omnes partes potentiâ, actu nullam. habet enim eas partes potentiâ, quibus differt fœmina à mare. Nam vt ex læsis interdum læsa, interdum non læsa gignuntur: sic ex fœminâ, partim fœmina, aliàs non fœmina, sed mas generatur. fœmina enim, quasi mas læsus est. & menstrua, semen sunt, quanquam non purum. vnum enim illud non habent, originem & principium animæ. Quamobrem quibus animalibus oua subuentitia gignuntur, partes quidem vtrorumque obtinet ouum institutum, sed principio caret: quapropter animatum non est. id enim à maris semine affertur: quod principium, vbi fœminæ excrementum receperit, conceptus fit. humidis verò corpulentiis cùm incalescunt, obducitur, vt in pulte refrigerata, crustula. Corpora autem omnia cohærent & continentur lentore, quem in dies iamque adauctis corporibus natura accipit nerui, quæ partes animalium continet.

Differentia corporis pro anima.

Semen vnde sit fœcundum.

Spiritus genitalis præstantia.

Ignis non gignit animal.

Principium vitale, vnde sit.

Calor nativus vnde.

Semini diuina vis inest, & quòd in aquam faceſſat, ac spiritum

Seminis & coagula similitudo.

Anima à semine, quomodo.

Semē quid, eúisque vis mouendi.

Fœmineum excrementū respondens semini virili, eiusdémque vis.

Fœmina, quid. item menstrua.

Oua subuēsanea quam vim habeāt.

Partes quomodo cohæreant & determinentur: Ab exēplo.

in aliis neruo, in aliis eo, quod neruo proportionetur. Cutis etiam formæ eiusdem est, & vena, & membrana, & omne eiusmodi genus. differunt hæc enim inter se, maioris minorísque ratione, & omnino excessu defectúve. Ex quo sic infert sequenti capite 4. Quamobrem in iis mas semper perficit generationem: Hic enim sensualem dat animam, aut per se, aut per genituram. Sed cùm partes omnes potentiâ in materia insint, cùm principium motionis adfuit, perinde vt in spontinis illis miraculis, quod subinde sequitur, excitatur, & quod nonnulli naturales authores exponere volunt, cùm dicunt simile ferri ad simile. dicendum partes moueri non mutantes locum, sed manentes, & alteráscentes mollitie, duritie, colore, & reliquis partium similarium differentiis, factæ iam actu, quæ antè erant potentiâ. & paulò pòst, Distinguuntur animalium partes, spiritu, sed non aut parentis, aut suo, vt quidam naturæ interpretes voluére. hoc enim in genere auium & piscium & insectorum palàm fit, quæ partim seiuncta à parente nascuntur ex ouo, in quo formantur & explanantur, partim non spirant omnino: & tamen aut ouo aut vermiculo enascuntur. Alia quanquam spirant, & in vtero capiunt explanationem: tamen non priùs spirare incipiunt, quàm pulmo perficiatur. articulantur & hic & omnes priores partes, antequàm animal spiret. Item quadrupedum quæ multifida sunt, omnia cæcos generant, pòst palpebræ dehiscunt. Itaque constat in cæteris quoque omnibus, vt quantitatem, sic qualitatem potentiâ antè subsistentem effici, actu pòst ab eisdem caussis, à quibus distinguitur quantitas, & duo ex vno effici. spiritum verò inesse, quoniam humidus & calidus est, cùm alterum agat, alterum patiatur Sed & eiusdem operis lib. 1. cap. vltimo; Sed euenit porrò quod ex recta ratione est, vt cùm mas formam & principium motus præbeat, fœmina corpus atque materiam (quemadmodum in lactis concretione, corpus. lac ipsum est, succus aut coagulum principium spissandi cogendíque obtinet) sic quod à mare in fœmina distinguitur, intelligi debet. & paulò pòst, Apertum verò ex iis est, quemadmodum scilicet ad generationem mas conferat, & quónam pacto semen maris, caussa eius quod gignitur, sit: vtrùm vt insitum, & protinus inde pars corporis gignendi mixtum cum materia fœminæ: an semen nihil commune cum corpore habeat, sed motus vísque in eo contenta sit, quæ communicet: hæc enim est quæ agat. quod autem consistat, & formam recipiat, reliquum excrementi fœminæ est. quod vt ratione, sic effectis quoque probari videtur.

Partiū nostrarum generatio.

Mas generat, quō.

Anima sensualis vnde, item principiū motus. à simili.

Partes quæ crescunt, & qua vt distinguātur. quòd non à spiritu parētis, aut suo.

Respiratio quando incipiat.

Fœtus quadrupedum quī nascuntur cæci.

Quantitas & qualitas prius potentiâ, quàm actu.

Spiritus vis.

Mas & fœmina quid conferāt ad generationem. à simili.

Semini virili facultas unde.

Patet igitur nihil secerni à maris semine esse necesse: neque siquid accedit, idcirco ex eo vt insito esse quod gignitur, sed vt ex eo quod mouerit, & forma, vtque à medicina qui sanatus est. Idem rursus lib. de spiritu, primam partium delineationem actione ca-

Nil secernitur à maris semine, sed motus inde est.

à simili.

Delinitio partium à calido.

lidi in humidum fieri tradit, & mox per exempla probat. Eorum præterea omnium, quæ innatum calorem quodammodo obtinuêre, nullo sese obiiciente, neque refrigerante vllo, duratio est. quòd enim omnia refrigeratione opus habeant, ferè est manifestum. Qui affirmant non calorem esse, qui in corporibus animalium agat, & quòd vna sola latio ignis sit, aut facultas secandi videlicet, non rectè dicunt. neque enim in corporibus inanimatis omnibus idem efficit; sed alia densat, alia rarefacit, liquefacit alia, alia cogit, quare in animatis quoque idem effici existimandum est. quæ autem caloris vis sit in fabrica operum Naturæ, comparatione ad artem facta, ibidem inquirit, exemplo aurificum. Naturam quoque idipsum facere, vnde rerum inter se multiplices differentiæ proficiscantur. Differentia tamen artis ad Naturam est: nam illa tanquam instrumento, calore vtitur: hæc & vt instrumento, & vt materiâ. Qui enim ab arte ad opus adhibetur ignis, ipsius operis pars non est. at qui in Natura habetur calor, diffusus per ipsum opus est, atque vnà cum cæteris substantiam eius explet. & nulla in hoc difficultas est: sed magis in illo est; Quo pacto Natura hoc instrumentum ita regat, & affectiones quibusq. rebus suas, ac modum omnino reliquum inurat; vt planè cognoscere scilicet, & ratione quadam vti videatur. neque enim absque ratiocinio & cognitione hæc peragi posse videntur. neque quo pacto Naturæ, vis cognoscendi tribui queat, satis apparet. Atqui in ignem solum & Naturam spirituum, hoc artificium referri non potest. at vim quampiam talem hisce admixtam esse, omnem admirationem vincit. Eadem de anima quoque admiratio subit: nam in iisdem consistit. Non igitur ineptè aut in idem referetur simpliciter, aut in partem quâpiam eandem vis formatrix. hæc eius libri author, quisquis est; quem vix Aristotelem possum agnoscere: nisi inter ἀπορήματα recensere, quàm inter σαφήματα malis. Denique idem lib. 2. de physica auscultatione cap. 1. vbi quid sit Natura, inquirit, hoc etiam adiicit; Eorum quæ sunt, quædam sunt naturâ, quædam ob alias causas. naturâ quidem sunt animalia, partésque ipsorum & plantæ & simplicia corpora, vt terra, ignis, aër & aqua: hæc enim & huiusmodi res naturâ dicimus esse. Omnia autem quæ dicta sunt, ab hisce quæ non naturâ constant, differre videntur. nam ea quidem quæ naturâ constant, principium in seipsis vniuersa motus statúsve, partim eius qui loco accommodatur, partim accretionis decretionísve, partim alterationis habere videntur. & mox ibidem, Nam vt ars dicitur, quod secundùm artem extructum est, atque artificiosum: sic & Natura dicitur, quod est secundùm naturam, & naturale. Alio autem modo natura, forma & species est eorum, quæ in seipsis motus principium habent: quæquidem non est separabilis, nisi ratione dùtaxat. id autem quod ex his est compositum, natura quidem non est; sed & est & constat naturâ, vt homo. atq. natura magis hæc est, quàm materies: vnumquodque enim tum magis dicitur, cùm est actu, quàm cùm potentiâ. Præterea ex homine nascitur homo, sed non è lectica, lectica. & ipsa forma, est profectò natura: fit enim ex homine homo. Insuper ea natura, quæ vt generatio dicitur, viâ est ad naturam. & forma, est natura. forma autem atque natura dupliciter dicitur. ipsa namque priuatio, forma quodammodo est. Sed idem rursum lib. 5. metaphys. cap. 4. Natura quot modis dicatur, inquirit: quorum quidem ad præsens institutum referri possunt: de cæteris aliàs. Natura (inquit) dicitur vno modo quidem nascentium generatio; alio verò, ex quo primo in existente generatur quod gignitur. item, vnde primus motus in vnoquoque eorum quæ naturâ sunt, in eo secundùm quod ipsum est. quod de præsenti quæstione potest intelligi. item, Natura dicitur, ex quo primo inordinato existente & immobili ex sua potentia, aut est aut fit aliquid eorum, quæ naturâ sunt: cuiusmodi sunt elementa. Alio item modo Natura, dicitur substantia eorum, quæ naturâ sunt. at nondum dicimus naturam habere, si formam & speciem non habent. Metaphoricè autem Natura, dicitur substantia omnis. quos singulos Naturæ modos, pluribus & verbis & exemplis ibidem exponit. cùm idem alibi sæpe ita coniunctim enuntiet, Deus & Natura nihil faciunt frustrà. ita tamen vt Deus antecedat, sequatur autem Natura, velut inferior, & Deo suppar; cuius & ipse sit author: quasi hoc nomine Naturæ, motum artémque Dei in rebus generandis, vel res à Deo conditas, & suo quodam ordine distinctas intelligat; qualem Moses initio Geneseos depingit. Hæc tamen consociatio Dei & Naturæ, non tanquam duorum, aut diuersorum censenda est: neque enim sociarentur ad vnum idémque opus: neque duorum æqualium, quòd & Deus præfertur, & Natura sine Deo, nomen inane est. Sociantur igitur velut artifex & artificium, quasi nauclerus & nauis, auriga & currus, hortus atque olitor. Quamquam Democrito atque Epicuro, Natura pro Deo opifice in vniuersum habetur, vt ex Cicerone & Lucretio patet. & Stratoni apud Cic. lib. 1. nat. Deorum, Natura, Deus est. Nec audiendus Theophrasti auditor (ait) Strato is qui Physicus appellatur: qui omnem vim diuinam in Natura sitam esse censet; quæ causas gignendi, augendi minuendive habeat, sed careat omni sensu & figura. & Seneca in quæstionibus, lib. 2. Iouem, rectorem vniuersi, animum ac spiritum mundi, huius operis dominum ac artificem: item Fatum, & Prouidentiam, & Mundum, pro eodem habet. deinde, Vis illum Naturam vocare? ait. non peccabis: est enim ex quo nata sunt omnia: cuius spiritu viuimus. idem lib. de beneficiis; Quid aliud est Natura, quàm Deus, & diuina ratio toti mundo & partibus eius inserta? Quia nec Natura sine Deo est, nec Deus sine Natura: sed idem est vtrumque, nec distat. Plutarchus in Osiride, organum artémque vniuersa exornantis Dei, videtur Naturam interpretari, & rectè quidem. Mundus autem,

Parties à quo indurantur.

Calidi vis in corpore.

Natura vis, & quæ ab arte differat.

Ignis & caloris naturi discrimen.

Vis mirifica caloris naturi: an ideo rationalis? item Natura?

Anima in quo.

Vis formatrix in quo.

Etiam causæ, & natura vis.

Naturalia & non naturalium discrimen.

Ars & natura quo modo capiantur.

Natura quot modis dicatur.

Formæ quot modis dicatur.

Natura vno modo.

Natura quid.

Deus & Natura, quid, & cur coniungantur.

Natura quid.

& similia.

Natura pro Deo.

Iuppiter, animus mundi, fatum, prouidentia, mundus, natura, pro eodem.

templum augustissimum, ait idem lib. de animi hilaritate. At M. Tullius 2. de nat. Deorum. Alij Naturam, censent esse vim quandam sine ratione, cientem motus in corpore necessarios. Alij autem vim participem rationis atque ordinis; tanquam viâ progredientem, declarantémque quid cuiúsque rei caussa efficiat, quid sequatur: cuius solertiam nulla ars, nulla manus, nemo opifex consequi possit imitando: quod mox docet exemplo seminis stirpem generantis & alentis. Sunt qui omnia nomine Naturæ appellent, vt Epicurus. Naturâ autem constare dicuntur, quibus nulla temeritas, sed ordo apparet, & artis quædam similitudo. hæc ille. Alij aliter de Natura opinantur; & Galeno interdum pro corporis humani artifice, interdum pro quatuor elementis, interdum pro substantia, interdum pro calore natiuo, interdum pro ipsa quatuor elementorum temperie habetur, vt alibi demonstraui. sed nunc Aristotelis reliqua excutiamus.

Natura apud medicos, & philosophos, quid.

Hic igitur cap. 4. lib. 1. metaphysicorum argutè sanè & huic loco conuenienter ita scribit. Nam & Anaxagoras tanquam machinâ, vtitur intellectu ad mundi generationem: & cùm dubitat, propter quam caussam necessariò est, tunc eum attrahit. sed Græcè sic melius & significantius. Ἀναξαγόρας μὲν μηχανῇ χρῶται τῷ νῷ πρὸς τὴν γενεσιουργίαν· ἀμηχανῶν, διὰ τί ἐξ ἀνάγκης ἔσται, τότε ἕλκει αὐτόν. Quibus paucis in verbis, magna mihi vis videtur inesse, vt & ipse ille Aristoteles videtur demùm agnoscere lib. 3. de anima; quamuis eo loco ironicè cauillatus philosophus physicum. citato enim libro, multa de anima & intellectu differens multis capitibus, sic deinde lib. 3. cap. 5. infit. Cùm autem in omni natura sint quædam, quorum alterum quidem vnicuique generi materies est; quod id esse patet, quod est potentiâ illa cuncta: alterum verò, caussa est & efficiens omnia; nimirum efficiendo atque agendo, talem subiens rationem, qualem ars conditionem ad materiam subit: necesse est & in anima differentias has easdem inesse. Atque quidam est intellectus talis, vt omnia fiat: quidam talis, vt omnia agat atque efficiat: quiquidem vt habitus est quidam, & perinde ac lumen. nam & lumen, colores qui sunt potentiâ, actu colores quodammodo facit. & is intellectus separabilis est, & non mixtus, passionéque vacat, cùm sit substantia actus. Semper enim id quod efficit atque agit, præstabilius est eo quod patitur: & ipsum principium, omnino materia. scientia autem ea quæ est actu, est idem quod res. ea verò quæ est potentiâ, in vno prior est tempore. absolutè autem neque tempore; sed non nunc quidem intelligit, nunc autem non intelligit. separatus verò, id est solum quod est, atque id solum est immortale perpetuúmque. Non autem recordamur, quia hoc quidem expers est passionis: intellectus verò passiuus extinguitur: & sine hoc, nihil intelligit. & post multa sic tandem infert mox cap. 8. Nunc autem ea quæ de anima dicta sunt, quasi ad quædam capita redigentes, rursus dicamus, animam ipsam ea vniuersa quodammodo esse quæ sunt. nam ea quæ sunt, aut intelligibilia sunt, aut sensibilia. atque scientia quidem, est res ea quodammodo, quæ sub ipsam scientiam cadunt: sensus autem, ipsæ sensibiles. & mox, Atqui necesse est, aut res ipsas, aut formas in anima esse. at non sunt in ea res ipsæ profectò: non enim ipse lapis in anima, sed forma lapidis inest. Quare anima est, vt manus: manus enim, instrumentorum est instrumentum; & intellectus formarum, est forma; & sensus itidem, sensibilium forma. Sed hæc fortassis hoc loco dicta sunt ad nostram quæstionem obscuriùs, ideóque ad superiorem illam Anaxagoræ sententiam reuertor explicandam.

Mens, mundi opifex. A simili.

Caussa & materia rerum, quid, etiam in anima.

Mentis & intellectus efficacitas.

A simili.

Intellectus proprietas, & agentis dignitas.

Scientia actu & potentiâ, quid.

Intellectus actiuus & passiuus.

Dixi per ironiam locutum fuisse philosophum, veluti cauillantem veteris physici sententiam; quod ad mundi generationem vteretur intellectu, velut machinâ. non tamen quali Epicurei vti solent & ipsi de architectura vel fabrica mundi nugantes. quæ enim molitio? quæ machinæ? qui vectes? aiunt apud Ciceronem acuti sanè philosophi, mundum aut ingenitum, aut ex atomis & insecabilibus corpusculis illis ridiculis genitum compositúmque, Velleio patrocinante, absurdè commenti. At prudenter omnino & sapienter Anaxagoras, cùm in obscuritate quæstionis hæreret vtcumque, quasi in salebra; neque certum haberet, quem sequeretur ducem; morem est Tragicorum poëtarum imitatus; quiquidem in insigni rerum omnium perturbatione, ac velut desperata omnium salute, cùm non habeant quò confugiant, aut quem implorent; Deum aliquem cœlo demissum, è machina euocant, populóque ostentant ex improuiso aduentantem: cuius inopino aduentu seu interuentu, omnia componantur, explicentur, pacata conquiescant. sicuti pridem in nostro illo amplissimo comment. in artem poëticam Horatij copiosè exposui ad eum locum;

Nec Deus interfit, nisi dignus vindice nodus
Inciderit ——

Quem autem νοῦν seu intellectum accipiat Anaxagoras, nondum satis assequor: sed ex iis quæ subiiciam, vt ego, & alij apertè intelligunt, videor esse efficere. Quantò igitur rectiùs Plato in Phædone, sententiam philosophi interpretatur? Ὡς ἔοικε δὴ ὁ διανεμῶν τε καὶ ποιῶν αἰτίας, ταύτην δὴ αὐτὸν εἶναι τὴν αἰτίαν, καὶ ἐδόκει μοι ἡδέως ἂν ἐγὼ ἐνδεὴς γενοίμην τοῦ τοιούτου αἰτίου· id est, Quòd igitur mens exornauerit, & omnium caussa extiterit; hanc ego ob caussam lætatus sum; visúmque mihi est modo quodam bene habere, si mens esset omnium caussa authórque. iterumque Socrates; Existimaui, si mens creasset mundum, ipsam creantem omnia adornasse, & posuisse sic rem vnamquamque, vt optimum esset. iisdem penè verbis; τὸν δὲ νοῦν παρασκευάσαντα, ταύτην παρασχόντ', ἢ ἄριστον ἦν ἕκαστα τούτων, ὅπως ἂ βέλτιστα ἔχοι. Rursus in Cratylo Socrates sic rogat Hermogenem; Nónne credis Anaxagoræ mentem & animam esse, quæ exornet & contineat omnium aliarum rerum naturam? πῶς οὐ καὶ τοῦτο δοκεῖ σοι πειθὼς Ἀναξαγόρας εἶναι, νοῦν καὶ ψυ-

Mens, author vniuersi, & concinnatrix.

Mens & anima continet & exornat vniuersa, & perlustrat.

Anima, est velut tota, qualiter. Scientia quid.

Res an forma in anima.

A simili.

Mens quid: & forma, quid.

Mens mundi opifex.

Ironia de mundi fabrica Epicurea.

Anaxagoras quomodo vtatur mente ad mundi fabricam.

Tragicorum mos in forma rerum difficultate.

Deus è machina.

Θεὸς ἀπὸ μηχανῆς. *Prouerb.*

Digitized by Google

& rursus ibi- A dem, ἔστι δὲ τὸ δίκαιον, ὁ λέγει Ἀναξαγόρας, τοῦτο τὸ νοῦν. κοινράτισα γὰρ ἐστι αὐτὸν, καὶ κυρίου μηχανῆναι, πάντα φησὶ αὐτὸν κοσμῆσαι ἀφ' ὅσων ἦσαν.

Esse iustum siue iustitiam, quam Anaxagoras mentem dixit: quæ cùm sit imperatrix & regina ac princeps, nullíque commixta, eam asserit omnia creare, per omnia commeantem; vt alibi ex Cicerone disertis verbis in eandem sententiam de anima mundi acturus ostendam. Nunc enim mirari subit quodammodo, qui fiat, vt Plato tantus philosophus, tãrulam physici sententiam toties ingeminet. Mihi vt maxima iustissimáque venia concedenda sit, si quorundam philosophorum grauem sententiam B bis térve repetam & inculcem. Proclus denique post suum præceptorem, sic de eadem mente infert; Καὶ γὰρ καὶ ὁ Ἀναξαγόρας, ὡς δὲ δοκεῖ, παλιννόησας ἔφη ἄπαντα, τὸ νοῦν εἶναι ἄπαντα ἔφη γεγονέναι ἰδίᾳ, id est, Etenim rursus & Anaxagoras, vt quidem videtur, dormitantibus reliquis, mentem primam caussam vidisse eorum quæ sunt. Sed omnium fusissimè Simplicius ad Aristotelem, quæ fuerit mens philosophi ἀεὶ τὸ νοῦ, sic exponit: Νοῦς δὲ ἔστι ἄπειρον, καὶ αὐτοκρατὲς, καὶ μόνον οὐδενὶ χρώμενον· ἀπλῆ μόνος αὐτὸς ἀφ' ἑαυτοῦ ὤν· εἰ μὴ γὰρ ἀφ' ἑαυτοῦ ἦν, ἀπὸ τοῦ ἑτέρου ἦν, μεταῖχε γὰρ ἑτέρου τινὸς, εἰ ἑτέρου τοῦ· ὃ πᾶν γὰρ πανὸς μᾶλλον ἔσται· καὶ αὐτοκρατὲς αὐτὸ τὸ συμπεφυρμένα, ὅτι C μηδενὸς χρήσεται κρατοῦν ἑαυτοῦ, ὡς ἂν αὐτὸ ἦσαν ἀφ' ἑαυτοῦ. ἔτι γὰρ κατάπαυσίν τε πάντων χρωμένη καὶ κυβερνῶσαν, καὶ χαίρουσα τε αὐτὴ παντὸς πάσαν ἔχει· ἂν ἔχοι μᾶλλον, ἴσα τε ψυχὴ ἔχει ἂν καὶ νοῦς, ἢ ἐλάττω, πάντων τοῦς κρατοῦ· καὶ τὸ αὐτοκρατὲς πάντων, ὡς πανεχούσης τῆς ἀρχῆς τῆς ἐκείνου, ὡς πανεχούσης τῆς ἀρχῆς· καὶ αὐτὸν ἀπὸ τὸ ἀμιγοῦ ὑπέλαβε αὐτοκρατοῦς· ἐπεὶ δὲ πάντων αὐτοκρατὲς, καὶ αὐτοκρατὲς ἀπὸ πάντων. καὶ τὸ συμπεφυρμένα τε, καὶ διακρινόμενα, καὶ ἀμιγῆ ἀπ' ἀλλήλων τοῦς, καὶ ἑνοῦσα ἑαυτῇ ἑνάδι, καὶ ἑνοῦσα ἀεὶ, καὶ ἀπὸ τοῦ ἑνὸς, καὶ ἑνοῦσα ἐκεῖ, πάντα διακρίνουσα τοῦς· καὶ πάντα αὐτοκράτωρ πάντων, ἀεὶ ἀπὸ αὐτοκρατὲς, πάντα ἄμικτα, καὶ ὁ ἄλλος, καὶ ὁ σπάνιος, καὶ ὁ αἰὼν, καὶ ὁ αἰῶν, οἱ ἀκατακρίτους. ὁ δὲ αὐτοκράτωρ αὖτη ἑαυτὸν διακρίνουσα· καὶ διακρίνουσα ἀπὸ τὸ ἀμιγοῦ τὸ πανὸν, καὶ ἀπὸ τῆ ψυχοῦ τὸ ἡγεμὸν, καὶ ἀπὸ τῆ ζωοποιοῦ τὸ λογικὸν, καὶ ἀπὸ τῆ ἀπείρου τὸ ἔχον· μοῖραι δὲ πάντα πάντων εἶναι· πανταχόθεν δὲ οὐδὲν διακρίνουσα ἕτερον ἀπὸ τῆ ἑτέρου, πλὴν ἑαυ· τοῦς δὲ πᾶς ὅμοιός ἐστι, καὶ ὁ μείζων, καὶ ὁ ἐλάσσων· ἕτερον δὲ οὐδὲν ἔστιν ἄλλο. id est, Mens quidem est, infinitum quiddam, suíque iuris; quæ nulli rei permixta est, sed sola ipsa ex se & per se existit. si enim à seipsa non esset, sed alicui alij admixta foret, omnium vtique particeps esset, si cui alij permisceretur. in omni enim re, omnis rei pars inest: prohiberéntque ipsam ea quæ commiscerentur, nulli vt rei æquè dominaretur, ac si sola esset à seipsa. Est enim rerum omnium subtilissima & synceríssima, ac de omni vniuersam scientiam complectitur, pollétque plurimùm. & quidem quæcumque animam habent siue maiorem, siue minorem, his omnibus mens dominatur ac prævaler: atque vniuersum complexum locúmque mens occupat: ita vt principium etiam complectatur. ac primùm ab exiguo complecti cœpit: deinde amplius comprehendit, ampliúsque comprehendet. Quinetiam tum permixta inuicem, tum à se inuicem distincta ac dirempta vniuersa, mens pernouit, tum quæ futura sunt, tum quæ erant, tum quæ nunc sunt, tum quæ olim erunt, cuncta mens exornauit & digessit: tum quem nunc complexum tenent astra, & sol, & luna, & aër, & æther, à se distincta. hic autem complexus sine comprehensio fecit, vt inuicem dirimerentur: & quidem secernitur à raro densum, à frigido calidum, à tenebricoso lucidum, ab vuido siccum. multorum siquidem partes multæ sunt. Omnino tamen nihil quicquam est aliud ab alio segregatum, præter quàm mens, vel citra mentem. mens autem similis est sui omnis tum maior, tum minor: nihil autem est aliud alij simile. hæc Anaxagoras lib. 1. physicorum, referente Simplicio apud Arist. argutè sanè & sublimi quodam modo, si candidè interpretari, quàm vatrè canillari malumus, & à nostris de creatione mundi theologicis dogmatis non multùm abhorrentia.

Vt hoc ausim profiteri; si de mente diuina, omnium rerum & machinæ mundi vniuersæ architectatrice intellexit, & verè & diuinitùs eum fuisse locutum. neque enim aliud quicquam hunc orbem vniuersum ab initio condidit, conditúmque seruat, fouet & exornat, quàm mens illa diuina, in trinitate, vna; pater, filius, & Spiritus sanctus: Pater (inquam) sua potentia solo verbo cuncta ab initio creans: Quia ipse dixit, & facta sunt: ipse mandauit & creata sunt, Psal. 148. idémque vates, Verbo Domini cœli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum, Psal. 32. & Genes. 1. Dixit Dominus, Fiat lux, fiat firmamentum: & de cæteris pariter. & factum est ita. Filius autem, patris sapientia, patri semper adfuit, vel adeo ante secula, & cum eo omnia disposuit, vt Salomon profitetur tum alibi, tum Ecclesiastici cap. 1. & 24. Ego sapientia ex ore altissimi prodiui, primogenita ante omnem creaturam. ego feci in cœlis vt oriretur lumen; & quæ deinceps sequuntur miranda Dei opera, & Christi, in Spiritu sancto creata. Siquidem iam inde ab initio dixit pater ad filium Genes. 1. Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Quinetiam qui subtiliter theologizantur, vni filio Dei, totius orbis fabricam, & constructionem vniuersi deferunt: eúmque vnum esse agnoscunt, qui olim patribus collocutus sit; qui Mosi apparuerit, & aliis deinde patriarchis, sicuti possem demonstrare, si locus exposceret. Postremò Spiritus sanctus, à patre filióque procedens, virtus diuina, dextræ Dei digitus, in principio rerúmque exordio, quando creauit Deus cœlum & terram, ferebatur super aquas, vt est Geneseos 1. id est, vt Hebræi & Rabbini exponunt, incubabat aquis, & eas blando veluti tepore suo fouebat; atque adeo exagitabat, vt inde aërem, lucem, astra, cœlum excuteret & eliceret. de quo Salomon Sap. 1. Spiritus Domini repleuit orbem terrarum: & hoc quod continet omnia, scientiam habet vocis. & iisdem penè verbis ethnicus licet author Annæus Seneca lib. de Consolatione; Quisquis formator vni-

Mens regina, nulli commixta, omnia permeans.

N. veniam deprecatur temeritatis, ab exemplo.

Mens, prima caussa caussa.

Mens quod sit, & quid possit, quidque agat, & quòd simplex & impermixta.

Mentis dominium in vniuersa.

Mens vna nouit & digessit ac dirimit. Ab exemplo.

Mens pro Deo omnia conditore.

S. trinitatis attributa & proprietates, & opera omnia communia. Pater.

Filius.

Filius ab æuo inuoluit hominibus ex oraculis. Spiritus sanctus.

Digitized by Google

uersi fuit, siue ille Deus potés omniũ: siue incorporalis ratio, ingentiũ operum artifex: siue diuinus spiritus per omnia maxima ac minima æquali intentione diffusus: siue fatum, & immutabilis caussarum inter se cohærentium series. Dauid autem Psal. 103. Emittes spiritum tuum, & creabuntur, & renouabis faciem terræ. ex quo Iudith cap. 16. Tibi seruiat omnis creatura tua: quia dixisti, & facta sunt: misisti spiritum tuum, & creata sunt: & non est qui resistat voci tuæ. Hic ille Spiritus est creator, & viuificans, & fouens, & animans omnem creaturam, quem veteres non agnouerunt; sed diuerso nomine, & variis epithetis exornarunt, eius diuina & admirabilia opera demirati; sicut antè ex Pithagora, Platone, Virgilio, & aliis demonstraui, & nunc breuiter indicabo. πατὴρ, θεὸς, τὸ ἀγαθὸν, ἓν, πηγὴ, ἀρχὴ, βασιλεὺς καὶ ἡγεμὼν τῶν ὅλων καὶ θεὸς τῶν πάντων, id est, Pater, Deus, bonum, vnitas, fons, principium, genitor, quod vlterius est, rex hominúmque Deúmque: & aliis epithetis prima in Trinitate persona insignitur. secunda autem persona, υἱὸς θεοῦ, νοῦς, σοφία, φρόνησις, πηγὴ, λόγος, ζωὴ, δύναμις, καθολὴ, ἰδέα, ἰσχὺς, τύπος, φῶς, οὐσία καὶ ὤν, αἴτιος, ἰδέα, δημιουργὸς, αὐτοκράτωρ, ὕπαρχος, id est, Dei filius, mens, dominus, sapientia, prudentia, fons, verbum siue sermo seu ratio, vita, vis, vox, veritas, imago, typus, lux, essentia & ens, caussa & author, idea seu forma, opifex, primogenitus, princeps. Tertia denique persona, præter alibi exposita nomina, dicitur πνεῦμα, πνοὴ ζωῆς, ἰσχὺς, κίνησις ἢ τοῦ παντὸς ψυχὴ, ἢ ψύξεως, τροφὴς, χαρακτὴρ, ἀπαύγασμα, σύμβολον, id est, Spiritus, afflatus vitæ, imago, animus mundi, siue vniuersi animatio, effigies, character, splendor, symbolum, & sanè multis aliis apud sacros authores titulis honorificis tum Græcis, tum Latinis celebratur; quæ nunc prætermittenda duximus. nisi hoc obiter ex Plotino apud Cyrillum placet audire; ἡμεῖς δὲ ἀπὸ φαντασίας καὶ ἀναρχίας αὐτὸ ἡ δύναμις, καὶ ἡ φύσις, ἀφ' ἧς ἀθάνατοι ἐσόμεθα, ὅπως ἀεὶ ἐχῇ τῆς αὐτῆς βουλήσεως τὸ σύμπαν· πανταχοῦ μὲν γὰρ τοῦ μεγάλου πάντος, ὅσος ἔστι, διήκουσα ἑαυτῆς, καὶ πᾶσι μέγα καὶ μικρὸν ἐφιεῖσα, ἄλλην μὲν καὶ ἄλλην κοσμοῦσα τὴν σωματικὴν, καὶ τῷ μὲν αἰεὶ, τῷ δὲ αὖθις ὄντας· καὶ τῷ μὲν ἐξ ἀναγκαίας, τῷ δὲ ἄλλως ἀπείρονα εἰς ἀπείρων ἐχόντων· ἀλλ' οὐχὶ ψυχὴ οὖσα, ὃ δὲ μέρει ἑαυτῆς ἑκάστην καθαρμοσθεῖσα μοίρᾳ ψυχῆς, ζῶα ποιῶ. ἀπὸ πάντα ζῇ τὰ ὅλα, καὶ πάντα πανταχοῦ τῆς ἀφανοῦς πηγῆς ἀφορισμῶν καὶ κατὰ τὸ ἓν, καὶ κατὰ τὸ πᾶν. id est, Fieri verò possit clarior & illustrior ista vis & natura, si quis apud se perpendat, quomodo suis nutibus & voluntatibus cœlum complectatur: omni enim illi magnitudini, quantacumque est, seipsam contulit: atque omne spatium tum magnum, tum paruum animauit, aliter quidem alio concitato corpore, vno quidem sic, alio autem sic existente: atque aliis ex aduerso, aliis aliam dependentiam sortitis. Verùm anima quodam alio modo; sed in vnaquaque sui parte, portionem sui anima distribuens, viuere facit. vniuersa tamen hac animâ totâ viuunt; & vbique locorum adest genitori, patríque tum in vno, tum in vniuersis assimilata. Quibus vtique verbis nihil aliud significatur, quàm quod paulò antè ex Salomone indicaui; Spiritus Domini repleuit orbem terrarum. aut quod è Latino poëta produxi 6. Æneidos;

——totámque infusa per artus
Mens agitat molem, & pleno se corpore miscet.

cui consimiliter sapiens ille, quisquis fuit; πάντος κινήσεως κινητικώτερα σοφία δέ διὰ τὴν καθαρότητα, διήκει καὶ χωρεῖ πάντων. Omni motu citatior sapientia penetrat per omnia & commeat, propter synceritatem. Quæ M. Tullio mens soluta quædam & libera, segregatáque ab omni concretione mortali, omnia sentiens & mouens, ipsáque prædita motu sempiterno dicitur Tuscul. 1. Et iam olim Pythagoras, referente Cyrillo & Eusebio; ὁ μὲν θεὸς εἷς, καὶ οὐκ ἂν πως ὑποτοπήσαι, ὡς τῶν ἀριθμουμένων, ἀλλ' ὡς αὐτὸ ἓν ὂν καὶ μόνον τῶν ὄντων ἡγεμονικὸν ἡμᾶς· ἐπὶ πᾶσι τοῦ ἑνὸς αἰῶνος, καὶ φῶς τὸ αὐτοῦ δυνάμενον, καὶ ἴσχυν ἀρχὴ παντὸς· ὁ αἰσθητὸς φωτὴρ, καὶ πάντων πατὴρ, τοῦ καὶ ψυχῶν τοῦ ὅλου, ἀπάντων κράτος. id est, Deus quidem vnus est; atque ipse, non vt quidam suspicantur, extra vniuersum; sed in ipso totus in toto vniuersas vndequaque generationes circumspectat: temperies est omnium seculorum, lux suarum virtutum, operúmque primordium cúctorum: in cœlo lumen, & omnium pater, més, animatio cunctorum, & motio vniuersi. Quem sic Cicero dicérem interpretatur, sensum quàm verba potiùs intuitus; Nam Pythagoras (inquit) qui censuit animum esse per naturam rerum omnem intentum & commeantem, ex quo animi nostri carperentur, non vidit distractione animorum discerpi ac dilacerari Deum.

Author mundi, qui.

S. Spiritus diuinitas, & opera mirifica.

Sapientia Dei omnia perlustrat.

Patris epitheta & synonyma.

Deus totus in toto, quis & qualis.

Filij,

Spiritus sancti.

Animus mundi, per omnia fusus.

Author sermonis de Spiritu S. apud Cyprianum; Huius Spiritus S. sempiterna virtus & diuinitas cùm in propria natura ab inquisitoribus mundi antiquis philosophis propriè inuestigari non posset, subtilissimis tamen intuiti sunt coniecturis compositionem mundi, compositis & distinctis elementorum affectibus, præsentem omnibus animam adfuisse, quæ secundùm genus & ordinem singulorum, vitam præberet & motum, & intransgressibiles figeret metas, & stabilitatem assignaret & vsum. Hanc vitam, hunc motum, hanc rerum essentiam, animam mundi philosophi vocauerunt, putantes cœlestia corpora, solem dico & lunam & stellas ipsúmque firmamentum, huius animæ virtute moueri & regi, & aquas & terrã & aërem huius semine imprægnari. Qui si Spiritum, & Dominum, & creatorem, & viuificatorem, & nutritorem crederent omnium, quæ sub ipso sunt, conuenientem haberent ad fidẽ accessum. Sed abscondita est à sapientibus & prudentibus tantæ rei maiestas, nec potuit humani fastus ingenij secretis interesse cœlestibus, & penetrare ad supereſſentialis naturæ altitudinem. & licet intelligerent, quòd verè esset creatrix & gubernatrix rerum, diuinitas: distinguere tamen nullo modo potuerunt, quæ esset deitatis trinitas, vel quæ vnitas, vel quæ personarum proprietas. Hic Spiritus sanctus, omnium viuentium anima, ita largitate sua se omnibus abundanter infundit, vt habeant omnia rationabilia & irrationabilia, secundùm

Philosophi ignari virtutis Spiritus S.

Mundi compositio, & ordo.

Anima mũdi, quæ, & cuiusmodi.

Philosophorum error de authore rerum, & ignorantia diuinitatis.

Quid rebus creatis infusi à Spiritu S.

Anima mũdi vis & efficacitas.

genus ſuum, ex eo quod ſunt, & quòd in ſuo ordine, ſuæ naturæ competentia agunt: non quòd ipſe ſit ſubſtantialis anima ſingulis, & in ſe ſingulariter manens, de plenitudine ſua diſtributor magnificus, proprias efficientias ſingulis diuidit & largitur; & quaſi ſol omnia celefaciens ſubiecta, omnia nutrit, & abſque vlla ſui diminutione, integritatem ſuam de inexhauſta abundantia, quod ſatis eſt & ſufficit omnibus, commodat & impartit. ad quem noſtra ſic dirigatur oratio.

S. S. non eſt anima vna profingulis.

Spiritus vita rerum naturæ.

Oratio ad Spiritum ſanctum.

Adeſto Sancte Spiritus, & paraclêſin tuam expectantibus, illabere cœlitùs: ſanctifica templum corporis noſtri, & conſecra in habitaculum tuum, deſiderantes te animas tuâ præſentiâ lætifica: dignam te habitatore domum compone: adorna thalamum tuum, & quietis tuæ reclinatorium circunda varietatibus virtutum. ſterne pauimenta pigmentis: niteat manſio tua carbunculis flammeis, & gemmarum ſplẽdoribus, & omnium chariſmatum intrinſecùs ſpirent odoramenta: affatim balſami liquor fragrantiâ ſuâ cubiculum tuum imbuat; & abigens inde quicquid tabidum eſt, quicquid corruptelæ ſeminarium, ſtabile & perpetuum hoc facias gaudium noſtrum, & creationis tuæ renouationem in decore immarceſſibili ſolides in æternum. Amen.

Spiritus formator noſtri.

Hic igitur eſt ille ſpiritus noſtri formator & opifex corporis: hic Naturæ architectus vniuerſæ: hic vitæ huius author, diſpenſator ac moderator, diuinæ eſſentiæ particeps; imò Deus ipſe, de patre filióque promanans, amborum nexus & amor, tertia ſacroſanctæ Triados perſona hypoſtatica, omni religione cultúque veneranda: ſicuti fides noſtra publicè profitetur, & comment. ad Strab. copioſè demonſtraui. Quemquidem ſi medici, ſi phyſici, ſi philoſophi denique agnouiſſent, de rerum occultarum cauſſis abſtruſis non tam abſurda extuliſſent. Sed quid faciant miſelli? quid videant in tanta cognitionis rerum caligine atque nebula? quid cogitent in iſta diuinitatis ignorata veritate? Iamblichus tamen ab ipſa veritate coactus, lib. de myſteriis cap. de virtute ſacrament. Sicut in agricultura (inſit) medica, arte imaginum, coitu humano, homo materiam opportunè captat; cauſſa verò ſuperior vniuerſaliſque adhibet formam: ſic in ſacrificio, quando fiunt ſymbola atque ſynthemata, id eſt ſignacula & ſacramenta, ſacerdos adhibet myſtica quædam, quo ordine Deus inſtituit: Deus autem vim affectricem imprimit ſacramentis. Sed multò dilucidiùs Iob, architecti ſummi, & eius quam quærimus, formatricis diuinæ potentiæ facultatiſque manum agnouit. cap. 10. Manus tuæ fecerunt me, & plaſmauerunt me totum in circuitu. & cap. 31. Nunquid non in vtero fecit me, qui & illum operatus eſt; & formauit me in vulua vnus? & Pſalmo 32. Qui finxit ſigillatim corda eorum; qui intelligit omnia opera eorum. idem Dauid Pſalm. 138. Tu formaſti me, & poſuiſti ſuper me manum tuam. Ieremias cap. 1. Priùs quàm te formarem in vtero, noui te.

Philoſophorum cæcitas.

Deus vim rebus confert, homo autem, materiam verſat.

Deus noſter formator.

Eſaïas cap. 49. Dominus ex vtero formans me ſeruum ſibi. & cap. 44. Hæc dicit Dominus faciens & formans te ab vtero auxiliator tuus. & iam antè Geneſ. 2. Formauit Deus hominem de limo terræ. Audi verò Triſmegiſtum in Aſclepio, diuina oracula ſic æmulantem; Spiritus plena ſunt omnia: permixtus cunctis cuncta viuificat, ſenſu addito ad hominis intelligentiam; quæ quinta pars ſola homini conceſſa eſt ex æthere. Et noſter Auguſtinus lib. 12. de ciuitate Dei cap. 25. Deus illi dat corpus, quomodo voluerit, & vnicuique ſeminum proprium corpus. ita nec fœminam ſui puerperij creatricem appellare debemus; ſed potiùs illum, qui cuidam ſuo famulo dixit; Priùs quàm te formarem in vtero, noui te. qua de re iterum poſthàc. Et quamuis anima ſic vel ſic affecta prægnantis, valeat aliquibus velut induere qualitatibus fœtum, ſicut de virgis variatis fecit Iacob, vt pecora colore varia gignerentur: Naturam tamen illam, quæ gignitur, tam ipſa non fecit, quàm nec ipſa ſe fecit. Quælibet igitur corporales vel ſeminales cauſſæ, gignendis rebus adhibeantur, ſiue operationibus angelorum aut hominum aut quorumcumque animalium, ſiue marium fœminarúmque mixtionibus: quælibet etiam deſideraria motúſque animæ matris valeant lineamentorum aut colorum aſpergere teneris mollibúſque conceptibus; ipſas omnino naturas, quæ ſic, vel ſic in ſuo genere efficiantur, non facit niſi ſummus Deus. Cuius occulta potentia, cuncta penetrans incontaminabili præſentiâ; facit eſſe quicquid aliquo modo eſt, in quantumcumque eſt. quia niſi faciente illo, vt tale vel tale eſſet, prorſus eſſe non poſſet. hæc noſter Chriſtianus philoſophus, ſi non illis par eloquentiâ, at opinionis pondere & veritate potior. ſed è noſtris theologis alibi fortaſſe plura: nunc autem è Dauidis Pſalmo 139. hæc ab artifice poëta profero.

Spiritus efficacitas.

Mens ab æthere.

Deus, non homo format hominem.

Vis prægnantis imaginantis in fœtum.

Fœmina non facit embryon.

Deus ſolus facit rerum naturas.

Et os & humeros, totúmque corporis
Sic arte mirâ fabricam
Finxiſti, acumen vt nullum humani ingeni
Ratióne poſſit aſſequier.
Arcana mentis tu tenes, qui pectoris
Arcana fabricatus es.
Qui me parentis ventre conditum, cutis
Tenello amictu inuoluerat.
Compago mira corporis noſtri, tua
Miraculum eſt ſolertia.
Stupenda enim opera, nec noſtra aſſequi.
Sed nec negare mens poteſt.
Nam nulla noſtri tam minuta eſt corporis
Pars, vt tuam ſcientiam
Fugiat: nec vlla claſtra pectoris latent
Te conditorem pectoris.
Maſſa recentis rudia adhuc primordia.
Rudiſque maſſa ſemina
Ceu ſcripta haberes, corporiſque lineas.
Motum ſtatúmque noueras.
Et membra nondum quum forent, quid adderent
Dies ſcieb.s ſinguli.

Deus noſtri formator corporis.

by Google

Pulli citrà incubationem excluduntur, quomodo.

N. huius rei fuit olim puer periculum, ouis in tenebrepido de fossu, vinos pipiones excludentibus.

Historia ab experientia N.

Semen rapit secum eidem partium.

Pulli quot modis excludantur.

stramine, loco aprico à matre struthione præteruolante derelictum offendi in Picardia, inde pugnum vtrumque iuncta experaui) pullum absente parente produci referunt: nos assiduè in piscibus & insectis & testudine ipsa cernimus) paulatim concrescat, informetur, adolescat, perficiatur. neque modò in suo genere simile alteri; sed etiam parenti vtique, aut saltem alterutri, vt aliàs demonstrabimus: Eò quòd semen rapiat secum ideam omnium partium; & à parente ad fœtum generandum traducat, vt alio posthàc problemate de semine acturus ex Hipp. declarabo. hoc autem problema isto Arist. loco in hanc sententiam concludam ex cap. 2. lib. 5. histor. animal. Incubitu auium, fœtum excludi, Naturæ ratio est: non tamen ita solùm oua aperiuntur, sed etiam sponte in terra; vt in Ægypto, obruta fimo pullitiem procreant. Et Syracusis potator quidam, ouis substoria in terra positis (ego de aulica domina sub axillis fouente inaudij) tandiu potabat, donec oua ederent fœtum. Iam verò & cùm in vasis quibusdam tepidis essent coniecta, sponte oua pullos prompsêre. sed ouis relictis, ad contemplationem natiuitatis hominis reuertamur, longè omnium vt pulcherrimæ, sic etiam difficillimæ mirabilissimæque.

Transitio.

PROBLEMA IV.

Sintne in vtero plures cellulæ? & an inde plurium fœtuum gignendorum occasio? vel vnde illa tandem?

Fœmina vbi fœcundæ.

COMPLVRES vno enixu edi liberos, præterquàm omnis antiquitas testatur, etiam quotidiana probat experientia: apud eos præsertim populos, vbi mulieres fœcundæ, & restibili quadam vbertate fertiles habentur. quales sunt pleræque nostrates, atque in Europa haud infrequentes. vbi pro ternis liberis, nullum ab Imperatore congiarium, vt olim Romanis, nullum ius aut donarium proponitur, nec speratur: sed naturali lege, & maritali atque connubiali fœdere copulâque, solerti culturâ & frequẽti aratione, profundo sulco, altiùs impresso vomere dentalique, tellus alma subigitur, & genitali semine sæpius irroratur ac perfunditur.

Allegoria facta.

Sed rem propositam lubet veterum historiâ & obseruatione illustrare. Aristoteles de mulieribus Ægyptiis ita scribit lib. 7. histor. animal. cap. 4. In Ægypto mulieres fertiliores sunt, multósque simul facilè & ferunt & pariunt, etiamsi monstrosi sint. quod Exodi cap. 1. sic olim multò antè Moses scripserat de mulieribus Hebræis, Ægyptum adhuc incolentibus, durámque sub Pharaone seruitutem seruientibus loquens; Non sunt Hebrææ, sicut Ægyptiæ mulieres: ipsæ enim obstetricandi habent scientiam, & priùs quàm veniamus ad eas, pariunt. Iusserat (inquam) vir impius, atque homicîda perfidus, inter obstetricandum masculos perdi, fœminas autem asseruari. In Ombricis insulis mulieres valdè fœcundas, & rarò vnos, sæpiùs binos aut ternos eniti memorat idem Aristoteles libro qui de mirabilibus auscultationibus inscribitur. vt soli & pecorum eandem fertilitatem inesse intelligas. Ibidem scribit Aristoteles peculiare genti Ligystorum (puto Ligures intelligi: sed libellus satis peruersè Latinè redditus legitur) illud esse, quòd mulieres opus facientes pariunt: lotóque infante, ad sarculum mox fossionémque redeunt; atque alia obeunt munia puerperis minimè consueta vsitatáque. Quod nos etiam, rarò licet, vidimus tamen, & certò compertum de nonnullis mulieribus puerperis, eodem partionis die ad consueta munia redeuntibus, exploratúmque habemus. sed de istis aliàs. Idem author c. 4. lib. 7. histor. animal. Cùm alia singulos pariant, alia plures; genus humanum in ancipiti est. nam quod plurimum, & locis plurimis agitur, mulieres singulos singulæ pariunt: sed sæpe & locis plerisque geminos etiam; vt in terra quoque Ægypto fieri certum est. pariunt etiam tres & quatuor. & quidem locis nonnullis valdè ita fit, quod dictum iam est: sed quinque complurimùm nascuntur. iam enim hoc pluribus euenisse conspectum est. Et quædam viginti, partubus quatuor edidit: quinos enim singulis partubus enixa est: maiórque eorum pars enutriri & adolescere potuit. Et cùm in cæteris animalibus gemini nati, etiamsi mas & fœmina sint, nihilò minùs enutriantur seruentúrque; quàm si mares ambo aut fœminæ sint: in genere certè humano, pauci gemini seruantur, si alter mas sit, alter fœmina. Idem rursus cap. 4. lib. 4. de genera. animal. Homo cum omnibus generibus ambigit: nam & vniparum, & pauciparum, & multiparum interdum est: sed maximè suâ naturâ vniparum est (vbi paulò antè de mulieribus Ægyptiis præfœcundis historiam repetit) Humore profectò caloréque corporis, multiparum est: seminis enim natura humida & calida est. sed suæ magnitudinis ratione, pauciparum atque vniparum est. hinc tempus etiam vteri ferendi enorme vnum hoc animal sortitum est. vbi ob easdem causas, de elephanto narrat partus & gestationis historiam alibi notandam. ac de Aristotele etiam paulò pòst. Plinius enim nunc occurrit vt sæpe aliàs, sic in his, Aristotelis æmulus, & quodammodo interpres. sic autem cap. 3. lib. 7. Tergeminos nasci certum est, Horatiorum Curiatiorúmque exemplo. Suprà inter ostenta ducitur, præter quàm in Ægypto, vbi fœtifer potu Nilus. Annis proximis supremis Diui Augusti, Fausta quædam è plebe, Ostiæ duos mares, totidem fœminas enixa; famem quæ consecuta est, portendit haud dubiè. Reperitur & in Peloponneso, quinos quater enixa; maioremque partem ex omni eius vixisse partu. & in Ægypto septenos vno vtero simul gigni author est Trogus.

Ægypti fertilitas mulierum: Item Ombricarum.

Pharaonis edictũ aduersus Hebræam sobolem.

Historia de Ligurum parturitionibus.

Historia.

Mulierum partus multiplex & varius.

Historia de multiplici partu.

E geminis dispari sexu, rarissimi.

Mulier multipara, quæ de re.

Mulier & elephas differunt vterum, quæ de re.

Tergeminorum exempla.

Nilus fœtifer.

Historia multiplicis partus, & portentum.

Solinus autem & ipse Plinij minus quàm pressus imitator, ita Plinio suo succinit Polyhistoris libri 3. cap. Fausta quædam ex plebe, partu vno edidit quatuor geminos, mares duos

& fœminas totidem; monſtruosâ fœcunditate portendens indicium futuræ calamitatis. Quamlibet & Trogus author affirmet in Ægypto ſeptenos vno vtero ſimul gigni. quod ibi minùs mirum; quum fœtifero potu Nilus non tantùm terrarum, ſed etiam hominum fœcundet arua. Legimus Cn. Pompeium, Eutychidem fœminam Aſiâ exhibitam, quam conſtabat tricies enixam, cum XX. eius liberis in theatro ſuo publicaſſe. hæc illi verbis propè iiſdem, re prorſus adſimili recenſenda pares.

Hiſtoria.

Sanè verò quòd mulier plures gignat & pariat vno conceptu pueros, nemo eſt qui neget: ſed id potiùs dubium eſt, qua ex cauſſa id fiat. Nam maxima quæque animalia, vnipara eſſe vt plurimùm, tum ex Ariſtotele, tum ex Plinio, tum ex ipſo Naturæ inſtituto conſtat. quo in cenſu mulier haberi meretur, aut in vniuerſo animalium genere mediocris, aut ſanè maioribus accenſenda. Quòd autem in animalium, imò & plantarum genere vniuerſo, fœcundiſſima ſint quæ minima, alibi docui ex cap. 8. lib. 1. de genera. animal. eò quia in iis, magnitudinis incrementum in ſeminis copiam conuertatur. quod ſic idem repetit eleganter lib. 4. de genera. animal. cap. 4. Ratio quidem probabilis eſt, vt maiora animalia, plura generare, plúſque adferre ſeminis poſſint. Sed certè idipſum quod admirari facit, cauſſæ eſt ne admiremur. facit enim eorum magnitudo, ne multa pariant: cibus enim in iis abſumitur in corporis incrementum. Minoribus verò Natura demendo de magnitudine, auget in excremento ſeminali exuberantiam. Item plus ſeminis genitalis eſſe, quod maioris eſt animalis; minus autem quod minoris, neceſſe eſt. at multa effici parua in eodem poſſunt, multa magna effici difficile eſt. ſed de iſtis etiam alias: quod nunc propoſitum eſt, id verò potiùs ac priùs nunc perquirendum. ac de medicorum opinione ſuper hac quæſtione, cur mulier plures pariat eodem eniſu, mox: Ariſtotelis ſententiam vt priùs, ſic nunc priore loco, quem præ manibus habeo, & iam induxi loquentem, expediam.

Quæſtio.

Magna animalia pauciora gignunt, quamobrē.

Fœcundiora ſunt quæ minima, cur. (vt mus.)

Vterorum differentia.

Ergo Ariſtoteles cap. 1. lib. 3. hiſtor. animal. Vuluæ ſiue vteri (inquit) nec eodem ſitu habentur, nec ſimiles omnium ſunt: ſed differunt inter ſe, tum eorum quæ animal generant, tum illorum quæ oua pariunt. Habent omnes, qui iuxta genitale continentur, ſinus geminos, alterum in latere dextro, alterum in ſiniſtro. initium verò vnum eſt, & commune oſtium, quaſi ceruix carnoſa admodùm chartilagineáque, parti plurimæ auctiſſimæque animantium tributum eſt. Pars vuluæ interior, loci & vterus appellatur: vnde fratres vterinos cognominamus. oſtium autem & ceruix, matrix dicitur. ſed de partis huius hiſtoria, nos iam antè ſuo loco. Idem verò lib. 1. de genera. animal. cap. 3. Vteri omnium bipartiti ſunt, vt teſtes gemini omnibus maribus habentur. hæc ille de loco ſubiectóque conceptionis. ex quo colligere poſſis, genuino fœtu à Natura proſpectum eſſe, vt ſeclusis ambo cellulis, velut thalamis concipi, & augeſcere, & perfici queant. Sed quid ſi plures? vt idem ipſe profitetur. nullum mihi euidens & neceſſarium ex eo videtur elici poſſe argumentum. Idem cap. 3. lib. 4. de genera. animal. ita propoſuerat; Sunt qui ſemen genitale dicant quamuis vnum, tamen veluti omnifariam quandam eſſe multorum ſeminum mixtionem. itaque ſi vt quis multa ſaporum genera in eodem humore miſcuerit, móxque inde ſumat, poſſitque ſumere ſemper non tantundem ex vnoquoque; ſed modò huius, modò illius plus: aliàs etiam ex hoc ſumat, ex illo nihil ſumat: ſic in ſemine genitali eſſe, cùm ex multis ac variis mixtum ſit (Plato in ſemine velut multa animalcula contineri ſcribit, ob breuitatem inuiſibilia.) Vnde colligit philoſophus, non id quod nunc quærimus; ſed à quocumque gignente plurimum ſeminis acceſſerit, ei ſimilem formâ generari. Sed hæc ratio nec plana eſt, & paſſim fictitia eſt, ſubiungit verò idem. Quæ tamen ratio ſi valuiſſet, ex ea vtique elicuiſſent quod proponitur: ſcilicet ex illo multiplici ſemine, ac veluti multorum ſeminum miſcella (quod in granis & ſeminibus arborum ſtirpiumque cernimus) quandocumque iuſta portio in locum ſui capacem excreta foret, fœtum produci poſſe, & quidem ex vno coïtu multiplicem, quíque partibus diſcreti ſeminis prolifici numero reſponderet. Quod quia neque Ariſtoteli probatur, ex falſa hypotheſi, vt creditur, deductum; ideo alia illi ratio fuit excogitanda; cur ex vno initu, multiplex mulieris partus exiſtat, & quidem citra ſuperfœtationem, de qua poſthàc forſan dicetur. Sed idem rurſus Ariſtoteles cap. 4. lib. 4. de genera. animal. ſic infit; Diximus quamobrem alia parere multa, alia pauca, ſuâ naturâ aſſolent. ſed huius quæſtionis illud maximè quis miretur, in iis quæ pariunt multa, quòd plerumque vno initu animalia id genus impleri cernuntur. Semen aurem maris ſiue ad materiam confert, ſe adhibens partem conceptus & miſcens cum ſemine fœminæ: ſiue non eo modo, ſed vt nos cenſemus, cogit condítque materiam contentam in vtero, fœminaléque fœminæ excrementum, vt ſuccus (ſeu coagulum) lactis humorem ſpiſſat; cur tandem non vnum efficit animal incrementi maioris? vt ſuccus in lacte non certa quantitate ad cogendum deſcribitur: ſed quò plus lactis, plus ſucci ſubierit, eò plus coloſtri concreſcit. Semen igitur trahi à locis vteri, atque ob eam rem, multa generari pro numero locorum & acetabulorum, quæ vnum non ſunt, opinari, nihil rationis eſt. ſæpe enim eodem in loco, vteri gemini conſiſtunt.

Natura præuidit pro geminis.

Dubium.

Semini natura. A ſimili.

Animalcula in ſemine, quæ.

Naturam ſimilitudinis ad parentes conſequi.

Fœtus quomodo multiplex fieri poſſit.

In genere etiam multiparo, cùm plenus fœtuum vterus fuerit, deinceps alius ab alio iacêre cernuntur. quod ex diſſectionibus patet. Sed vt perficiendi cuiúſque animalis certa eſt magnitudo, tum ad

Fœtus plurium confeſſa.

Semen virile quid conferat gignendo. A ſimili.

An à multiplicitate locorum ſit multiplex?

Teſtes & vterigemini.

maius, tum verò ad minus; quæ in terminum non ſupergrediuntur, vt vel maiora, vel minora euadant: ſed in medio magnitudinis ſpatio exceſſum defectúmve inter ſe capiunt: atque ita homo alius alio auctior eſt, & cæterorum quoduis animalium: ſic materia ſeminalis, ex qua conſtituuntur, non indefinita eſt, nec in plus nec in minus; vt ex quantalibet poſſint generari. Quæ igitur animalia, eâ quam diximus cauſsâ, plus excrementi ſecernunt, quàm ſatis ſit ad vnius animalis originem, iis fieri non poteſt, vt ex eo toto vnum gignatur animal: ſed tot numero gigni neceſſe eſt, quod magnitudinibus debitis præſcripta ſunt. & mox, Cùm igitur hæc moderationem certam inter ſe requirant, ſcilicet excrementum fœminæ & maris, qui ſemen emittant, multipara animalia ſtatim emittunt, quod ſibi conueniat; videlicet mas quod diuiſum poſſit conſtituere plura: fœminâ tantùm, vt plura conſtitui poſſint. Lactis autem illud exemplum ſimile non eſt: ſeminis enim calor non modò efficit quantum, ſed etiam quale quid. at ſuccí & coaguli calor, quantum duntaxat conſtituit. Cauſſa igitur vt plures conceptus contrahantur, nec vnum continuum ex cunctis conſummetur in multiparis animalibus, hæc eſt; quòd non ex quantolibet conceptus inchoetur; ſed ſi aut parum aut multum admodùm ſit, gigni non poterit. præſcripta enim certáque eſt virtus & patientis & agentis. Simili modo in vniparis magniſque animalibus, non multa ex vno excremento conſiſtunt, cùm in iis etiam ex certo quanto certum quantum quod conficitur, ſit. hæc ferè ex Ariſtotele ad ſolutionem poſitæ quæſtionis, qualiacumque dicta ſint.

Animal proportionatur ſuo generi, & copiæ ſeminis.

An à ſeminis copia ſit multitudo?

Seminum ratio ad multitudinem.

Diſſimilitudo.

Cauſſa multiplicis partus.

Propertio ſeminis ad generandū.

Empedocles autem, abundantiâ ſeminis & diſtinctione, duos tréſve ſimul infantes concipi dicit. Aſclepiades idipſum naturæ ſeminis adſcribit. nam vt hordeum reperitur, quod duorum & trium ordinum ſpicas gignit: ita fertiliſſimum ſemen extat, quod duos pluréſve fœtus procreat. Eraſiſtratus in apprehenſionem matricis, cauſſam refert, vt in brutis quoque contingit. nam earum vterus cùm bene purgatus fuerit, tunc ad corripiendum ſemen deſcendit. Stoici vuluas dicunt habere loculos. cùm igitur in duos ſemen inciderit, geminos: cùm in tres abierit, tergeminos fœtus edi. ita Plutarchus in placitis philoſophorum retulit. Quj cùm hunc nodum ſoluere nequiuerint, ad medicos me conuertam, in hoc argumento tractando forſan accuratiores ac perſpicaciores.

Alia opiniones philoſophorū de multitudine. & ſimili.

Hippocrates lib. 1. de diæta; At verò quomodo gemini naſcantur, hoc ſermone declarabo. Equidem Natura vterorum in fœminis vt plurimùm in cauſſa eſt. ſi enim ſimiliter in vtramque partem iuxta oſculum diſpoſiti à Natura fuerint, & ſimiliter hiauerint, & à purgatione ſiccantur, alere poſſunt, ſi ſemen viri conceperint, ita vt ſtatim diſcindatur. ſic enim neceſſe eſt diſpergi in vtrumque vterum ſimiliter. Si quidem igitur multum ſemen ab vtriſque, & forte ſecretum fuerit, in vtriſque locis augeri poteſt: dominium enim habet in alimentum, quod accedit. ſi verò aliter contingat, gemini non fiunt. Quum itaque maſculum ab vtriſque ſecretum fuerit, neceſſarium eſt in vtriſque maſculos gigni: quum verò fœmineum ab vtriſque, fœmellæ fiunt: quum autem alterum fœmineum, alterum maſculum fuerit, vtrum altero prævaleſcet, idipſum augeſcet pro ea ratione, de qua iam antea patuit. idem lib. de natura pueri; Gemelli autem fiunt ab vno coïtu, hoc modo. Vteri, ſinus frequentes & curuos habent (alibi quinq. haberi, quamquam falsò, retuli) alios remotiores, alios propinquiores pudendo: & animalia quæ multa gignunt, plures ſinus habent, quàm ea quæ pauca. ſimiliter autem habent & pecora, & feræ, & volucres. Vbi itaque contigerit genituram findi, & in duos ſinus peruenire, & vteri genituram ſuſceperit, & ſinus alter ad alterum non hiauerit, nec dimiſerit; ſegregata genitura in vtroque ſinu pelliculas induit, & viuificatur eodem modo, quo vnicus fœtus. Sic igitur mulieri ab vno coïtu gemelli facti, vterque in ſinu & pellicula eſt, & eadem die vtrumque parit: & alter priùs foràs procedit, & pellicula ipſius ſiue ſecunda. vbi mox è gemellis cauſſa diſcriminis in ſexu à ſemine, ſimilis ſuperiori citatæ nuper penè ad verbum repetitur: cui adiungitur vteri ſinus qualitas calidi aut frigidi, humidi ſiccíve: ſic tamen vt vis ſeminis prævaleat. Et rectè ille quidem hactenus. ſed quid vbi tergemini, aut quatergemini, aut quini fœtus pluréſve vno eodémque partu eduntur? nos verò poſtea viderimus, idem autem lib. de ſuperfœtatione, vtroque vteri cornu fœtum poſſe contineri iudicat. ſed cornua cùm ſint extra vterum, de vtroque vteri ſinu accipi debuit. & tamen hoc quidem κέρατα appellauit vtique impropriè: μήτρας Anatomici poſteriores vocauerunt, vt ſuo loco patuit. qua tamen de re non ita multò pòſt decidetur. Quamquam Ariſtoteles etiam ipſe cap 1. lib. 3. hiſtor. animal. vteri cornua foris collocat: Pars enim vuluæ interior (inquiens) loci & vterus appellatur: oſtium autem & ceruix, matrix dicitur. extrema vuluarum, cornua vocant. & Galen. lib. 14. de vſu partium cap. 11. Cornua (Græcè κέρατα) ſurſum ad ilia ſpectant, paulatímque arctata deſinunt in fines anguſtiſſimos, vtraque ipſorum διδύμου ſui lateris (ſic enim Herophilus teſticulum nuncupat) coniuncta. Rurſus Hippocrates 2. Epidem. Poſt menſes, dextra & ſiniſtra hiant. quod iam antè ex Galen. ſumptum è lib. 6. Epidem. protuli. idem verò Galenus multis locis analogiam partium genitalium in viris ac mulieribus tuetur ac demonſtrat, vt antè oſtendi, tum aliunde, tum cap. 6. lib. 14. de vſu partium, & loco mox citando ex lib. 2. de ſemine. Vnde infert, vt ſcrotum virile mediâ lineâ infetiùs diuiditur: ſic vterum muliebrem, velut intrò conuerſum ſcrotum, mediâ lineâ diuidi totum atque dirimi. ex qua

Maſculi aut fœminei ſexus cauſſa.

Gemellorū cauſſa.

Nota.

Quæſtio.

Cornua vteri intus an foris.

Vteri partium denominatio.

Cornua vteri vbi.

Vterus hiat poſt menſes.

diuiſione, duos vteri ſinus eſſe colligit: ideo totidem fœtuum capaces. Sed nedum hoc ſatis, etiamſi verum ſupponatur, quod alibi inquiſiui, cùm ternos, quaternos, quinos, aut fortè his adeo plures geſtare fœmina embryones deprehendatur. Idem autem ſic lib. 14. de vſu partium cap. 4. loquitur; Collum vteri vnicum: matricis verò capacitatem Natura non fecit ſimplicem: ſed in porcis quidem atque alijs quibuſdam, quæ multos fœtus vtero geſtare eſt neceſſe, conceptacula fecit quàm plurima. in homine verò atque eiuſmodi, quemadmodum corpus totum dextris ac ſiniſtris eſt geminum: ita & matricis ſinus alter quidem in dextris, alius verò in ſiniſtris eſt locatus. ſinuum enim numerum Natura fecit mammillis æqualem, non fortuna, vti Galenus Epicureis inſultat, opus Naturæ demiratus: Quæquidem prouidens, ne quod animalis genus periret, quæ propter corporis imbecillitatem, aut vitâ omnino breuiſſimâ, aut præda fortioribus erant futura: iis omnibus aſſidui interitus remedium excogitauit, fœcundam ſcilicet generationem. præterea etiam illud prouidendo adiecit, vt ſinuum vteri numerus (haud ſcio an in omnibus animantium generibus) certè in fœminis ac mulieribus fieret mammillis par & æqualis. ſanè verò in omnibus animalibus, numerus fœtuum, vberibus æqualis quadam inſigni Naturæ prouidentiâ perhibetur. Vt igitur matrices duæ mulieribus ſunt factæ, in vnum collum definentes: ita & vbera duo, vtrumque ſuæ matrici, inſtar boni cuiuſdam ſerui ſubſeruiens. vnde ſunt Hipp. aphoriſmi 38. & 48. lib. 5. de quibus alias. itidem loci Galenici detorta vtcumque explicatio è Syluio poſtea vſpiam notabitur.

Author lib. de diſſectione vuluæ inſcripti, ſic inquirit; Figuram habet vulua in reliquo corpore, & præcipuè fundo, veſicæ ſimilem. nam quatenus à lateribus proceſſus quoſdam mammillares ad vtraque ilia emittit, in eo à veſica differt: quorum ſanè figuram Herophilus dimidiati circuli reuolutioni aſſimilat: Diocles cornibus exorientibus; vnde cornua etiam nuncupauit: Eudemus verò appellat cirrhos: neque expedire tamen poteſt, vtrùm venæ, quæ hàc reuolutæ implicantur, an ipſos proceſſus, cirrhis polyporum compararit. At à Praxagora & Philotimo ſinus appellantur: vnde mulierum vuluam iſti biſſinuatam; aliorum animalium, quæ multipara ſunt, multiſinuatam dixerunt. Sed ſuis quidem vuluam, & ſi quod aliud animal eſt, quod multa ſimul concipit, multos ſinus habere verum eſt. In mulieribus verò hoc nomen conuenire minimè exiſtimo: primùm quia vulua porcina anfractuoſa ſinuoſáque eſt: deinde in ſinibus fœtum geſtat. Mulier autem & cætera animalia, quæ vuluam ſicut mulier, habent, vt capra & vacca, non in cornibus (quippe quæ multò minora ſunt, quàm vt fœtum continere poſſint) ſed ipſa vteri cauitate fœtum habere conſpiciuntur. Vnde iſtos exiſtimarim in huiuſcemodi abſurda idcirco fuiſſe delapſos, quia neque vſum, neque functionem horum cornuum ſciebant explicare. hæc ille: vbi tamen perperàm mihi videtur ſinus eoſdem cum cornibus efficere; & in cornibus fœtum excipi & contineri, quæ ſunt extra vteri capacitatem poſita (niſi fortè cornua καλλικόμους appelles, iſtis genuinis corniculis intus ſubiectos ſcrobiculos, quos etiam iſti impropriè necnon ſinus & κόλπους vocitent.) Talibus oblongis proceſſibus, quæ cornua appellant, humorem ſeroſum, craſſum contineri, eóſque annexos reſtibus eſſe ex vtraque parte vteri, & ſemen in vterum ipſum profundere, genuinus author Galenus rectiùs & certiùs docet initio lib. 2. de ſemine: atque adeo his allantoïden membranam alligari, vt alibi patuit.

Conſtantinus loc. medic. commun. lib. 3. cap. 33. Fœminæ aliquando pariunt geminos. Galenus tamen teſtatur ſe vidiſſe mulierem tres peperiſſe, duos maſculos & vnam fœminam. Quidam dicunt, quia fœmina, quatuor, duas fœminas & duos peperit maſculos. alij fatentur ſe vidiſſe mulierem, maſculos quinque peperiſſe; & ita in quatuor annis, viginti genuiſſe, & omnes vixiſſe. quod ſatis eſt poſſibile: Quia vulua quatuor habet foſſulas, quas diximus venarum ora, per quæ ad vuluam accedunt menſtrua. Mandimus in anatomia, vbi de matrice; Exteriores partes matricis, ſunt latera eius; quibus ſunt alligati teſticuli, vaſa ſeminaria, & cornua eius, & collum: cuius extremitas, eſt vulua. Syluius inter neotericos bonus author cumprimis, etiam intra vterum cornua nihilominùs admittit, & pro finibus habet. ſic enim depraſſ. calumn. 28. Vteri figura toto corpore, ſed præcipuè fundo, eſt veſicæ ſimilis: in lateribus autem differt per apophyſes quaſdam mammillares, verſus ilia emicantes, veſicæ negatas: quarum figuram Herophilus dimidij circuli reuolutioni comparat: Diocles verò, cornibus exorientibus; vnde etiam cornua vocat: Eudemus autem, cirrhos à cirrhis polyporum ſimilibus. ſed Praxagoras & Philotimus vocant κόλπους, id eſt ſinus: & iidem vterum muliebrem δίκολπον, id eſt biſſinuatum; vt animalium polytocorum, πολύκολπον, id eſt multiſinuatum. Sed horum vterus multos ſinus verè habet; mulieris autem vterus, duos ſinus non habet; ob id non rectè biſſinuatus dicitur. nam polytoca ſeu multipara, in ſinibus ſuis fœtum gerunt: mulier autem & ſimilia vtero animalia, vt vacca, capra, cerua, ouis, in vteri cauitate, non in cornibus: nempe matiotibus, quàm vt fœtum continere poſſint. Tamen animalis partem in cornu altero, dextro quidem ſi mas eſt, ſiniſtro autem ſi fœmina, contineri in his brutis ſemper deprehendo: non tamen totum fœtum. Hic autem ſinus aliter accipitur, quàm priùs in vteri cõpoſitione, & quàm paſſim lib. 14. vſus partium; vt cùm dicit: Homo geminus eſt, dextris & ſiniſtris in toto corpore & mammis & vteri ſinibus, vno dextro, altero ſiniſtro. hic enim pro vteri dimidio ſumitur,

Corpus totum geminum, item vterus geminus. A ſimili.

Natura prouidentia in fœtificatione, qualis.

Vteri ſinus pares mammillis: & huic pares fœtus.

Vteri figura.

Cornua vteri, vbi, quot, qualia, & vnde dicta.

Sinus, de cornibus vteri.

Diſſimilitudo.

Mulier non poteſt geſtare fœtũ ad cornibus ſiue ſinibus vteri, cur.

Affinitas cornuum cũ ſimilibus vteri, quanta & qualis.

Cornuum vterus vſus, fuiſque.

Hiſtoria maſculina.

Vteri ſinus 4. gol.

Vteri partes enarrantur.

Cornua inutile an ſeruiat.

Vteri figura.

Cornua vteri vnde dicta. Iidem dicuntur ſinus.

Vterus muliebris non habet ſinus: neque in his genti fatum.

Bruta maſcula in dextris ſinibus, fœmella in ſiniſtris.

Sinus pro dimidio vtero, non cornu.

non pro cornu. hæc ille magnam quidem partem ex lib. Gal. de vteri anatomia, non ita pridem à me citata: at cætera de suo. Cui tamen suus ciuis ita contradicit Fernelius lib.1. cap. 7. physiologiæ; Cornua appellant ingentes processus qui curuatis inflexisque cornibus adsimiles vtrinque ab vteri introitu sursum ad ilia coxarúmque ossa incuruati retorquentur. sic ille. Vt omnino de brutis animalibus hoc verè liceat dicere; in cornibus vteri suos fœtus gestare: de muliere autem secùs; si modò propriè loqui velis, neque tam Hipp. rationem, quàm veritatis habere.

Cornua vteri, quid, & qualia.

Fœtus brutorum in cornibus, nō hominum, propriè.

Sed rursum Galenus lib. 2. de semine cap. 5. hunc in modum scribit, & alibi scripta repetit; Eadem est genitalium membrorum maris & fœminæ conuenientia: biformis enim cùm sit mulierum vulua, si quis eam duobus his modis affici, mente ac cogitatione conciperet, vt & extra abdominis membranam exiret & inuerteretur, sic vt quæ foris nunc sunt, intrò claderentur; quæ intus nunc latent, foris extarent; testes in scroto proculdubio apparerēt; & deinceps de reliquis particulis intus foríve extantibus, intrò forásve replicatis; quomodo etiam è lib. 14. de vsu partium pridem produxi. hîc autem gemini suspendiculi vtrinque ab ilium musculis appensi nomine, vteri cornua videri potest intelligere: nisi de cremasteribus viri similibus malis accipere; de quibus alibi. Certè Auicénnas & ipse lib. 3. fen 21. tract. 1. cap. 1. duos etiam sinus muliebri vtero assignat. cui etiam Rhazis assentitur cap. 26. tract. 1. Matrix (inquiens) duos habet ventriculos, qui ad vnum perueniunt orificium. vterque imitatus Galenum, vt nuper innotuit. cui gemini isti sinus, totidem gemellis captandis visi sunt accommodati. qui & libro & capite nuper citatis, post Hipp. àrme citatum, ita scriptum reliquit; Semen quamuis similarem naturam habeat; eiusmodi tamen est, vt omnia ex omnibus eius partibus, animalis membra fabricari queant. in eo tamen differentia est, quòd illa seminis pars, quæ primò excidit, crassior: quæ secunda vel tertia eiaculatione emittitur, tenuior & frigidior & imbecillior est, substantiæque insiti caloris minùs particeps. Quemadmodum è contrario, quæ primò exit, viribus, calore, & spiritu longè præcellit: cui scilicet contrariis qualitatibus præditum esse conuenit, quod secundâ, vel tertiâ, vel quartâ emissione profunditur. Quo ex loco alibi à me citato, Galenus similitudinem partium infantis, ad seminis masculi vel muliebris dominatum retulit. de quo nos alibi posthàc, vbi de semine, & reliquis humoribus; vbi problemate quodam causſam similitudinis natorum ad parentes perscrutabimur. Sed nunc quidem aliò rem torquemus, & quod in confesso est, assumentes de medio, sic tandem in hanc quæstionem traducimus rem aliis indictam intactámque, aliorum tamen rationibus & principiis confirmaturi ac demonstraturi, sumptâ atque in medium adductâ isthac Aristotelis contra Aristotelem ipsum similitudine: quiquidem mulieri semen inesse negauit, & huius vsum ad generationem fœtus, inutilem fore adstruxit (malè tamen, vt posthàc conuincemus, & iam antehàc obiter conuellimus) nunc, inquam, illud mihi placet ad rei veritatem arguendam potiùs, quàm ad philosophi sententiam euertendam, ex eodem ipso Arist. desumere, è capite vltimo lib. 1. de genera. animal.

Cremasteres muliebres, quî.

Vteri sinus 2.

Semini vis ad generationem, & quatenus quoque pis.

Differentia partium seminis, velut dissimilarum.

N. demonstratio nouissima.

Hyperbasis.

Quemadmodum in generatione piscium, vbi fœmina oua ediderit, mas semen aspergit (pisces enim incurrentes attingunt, coïtúmque ocyssimè absoluunt, dixerat iam antè ibidem cap. 6.) & quæcumque attigit, fœcunda efficiuntur: quæ non attigit, remanent infœcundæ: quasi non ad quantitatem mas conferat, sed ad qualitatem. Sic in congressu viri & fœminæ (inquam ego) cæteris prædispositis, quas tum alibi diximus, tum posthàc repetemus, ad generationem necessariò concurrentibus circumstantiis; Quandocumque contingit à masculo eiaculatum semen, portionem quandam eodem temporis momento effusi à muliere seminis afficere atque attingere, ex ea miscella conglobata atque vnita, certo & conuenienti loculo asseruata, fœtum gigni, atque conceptum perfici credimus, & verò asserimus. Namque etiam Hipp. lib. de natura pueri, & ex eo Galenus initio lib. 2. de semine, & passim alibi, ex vtraque genitura commixta, generationem fieri profitentur. Vt autem mas non simul ac semel totum semen profundit, sed identidem pro copiæ & voluptatis modo, per plures vices eiaculatur bis, ter, quater, quinquies, vel vtcumque fors obtigit: sic etiam pari de causa æstuantem in venere succubam fœminam, iteratis pluribus vicibus, suum intra se sperma effundere putamus: cuius dissectæ aliæ ab aliis portiones, totidem partibus virilis seminis prolifici occurrantes, & locis secretis atque capacibus, diligenti Naturæ curâ ac prouidentiâ retentæ atque asseruatæ (quæ conceptio dici consueuit) totidem deinceps embryones vitales edunt, suóque ac veluti maturitatis tempore in lucem producunt. Ex quo patet, opinor, ad quæsitum solutio, vel ipsi adeo Aristoteli consentanea, licet subterfugienti. Cur enim homini liceat minùs, quàm pisci? cur fœminæ semen non æquam vim obtineat ad fœtuum humanorum generationem futuram, quam oua piscis fœminæ sortiuntur ad pisciculorum procreationem? si semini masculo pars quæque quamprimùm occurrat? sed de semine muliebri nos quidem aliàs.

Similitudo.

Piscium generatio quò fiat.

N. alia mirandæ sententiæ & demonstratio.

Ad generationem requiritur vtriusque seminis mixtio.

Vir & fœmina quomodo semina mascula.

Conceptio quid.

Fœtuum complurium gignendi ratio modúsque.

N. contra Arist. de semine muliebri.

Verùm occurrunt præter antè dictos, etiam alij haud incelebres authores appellandi, ac velut in rem præsentem testes citandi ac proferendi. Lactantius lib. de opificio Dei c. 12. In fœminis, vterus in duas se diuidit partes, quæ in diuersum diffusæ ac reflexæ circumplicantur, sicut arietis cornua. quæ pars in dextram retorquetur, masculina est: quæ in sinistram, fœmina. Fernelius (quem ego non vereor magnis viris accensere) lib. 1. physiolog. cap. 7. Dissectus (ait) in longum vterus, duos sinus promit, dextrum ac sinistrum, nullo septo discretos,

Vteri sinus duo sine cornua, vt fusque.

Veri ſitus quæ & quales.

& admodùm læues, anguſtos adeo vt fabam maiuſculam vix capiant. quid contrà Syluius de veteri ſinibus ſentiat, expoſui paulò antè.

Geminorũ cauſa.

Auicenas lib. 3. fen 21. tract. 1. cap. 2. Et cauſa quidem in geminis, eſt multitudo ſpermatis; ita vt non ſpargatur ad duos ventres matricis ſparſione replente totum ſecundùm ſingularitatem. Et quandóq. accidit propter diuerſitatẽ expulſionis duarum eiectionum, quando peruenit illi diuerſitati motus matricis in attractione. nam matrici apud attractionem accidũt motus ſequentes; ſicut illi qui deglutit buccellam poſt buccellam: & ſicut reſpirat piſcis emittendo reſpirationem poſt reſpirationem: quoniam expelluntur ex eo ad profundum matricis impulſiones. Et eſt vnaquæque impulſio cum attractione ſpermatis deforis, inquiſitio matricis ad aggregandum inter duo ſpermata. Et illud eſt res, quam ſentit ille qui ex coëuntibus ſolicitus eſt. & ſciunt illud iterum ipſæmet. & illæ impulſiones & attractiones ſingulares, non ſunt puræ, imò ſunt tremulæ: quaſi vnaquæque earum ſit compoſita ex motibus: ſed ipſæ non complentur, niſi apud numerum titillationum. imò ſentitur poſt omnem ſummam titillationem, quies quædam. deinde redit in quiete ſimile ei quæ eſt inter eiectiones, cùm virga eiecit ſperma. Et fit omnis viciſſitudo ſecunda debilioris virtutis, & minoris numerationis titillationum, & fortaſſe ſunt vices vltra tres aut quatuor. & propter hoc, multiplicatur delectatio ipſarum. & paulò pòſt cauſſas explicatas muliebris illecebræ, ſubiicit; Et quandóque conuenit proiectio virgæ eius effuſioni clepſydræ. quare permiſcentur ambo, & ſequũtur illam proiectiones ſimiles illi vice vna poſt aliam. Quare imprægnatur mulier ex ventribus numero pluribus, cùm vnaquæque permixtio ſeparata ſit per ſeipſam. Et quandóque ſunt permiſtiones vtrorumque ſpermatum ſimul; deinde abſcinduntur, aut abſcinditur vnum antecedens, cauſſâ ventoſitatis, aut titillationis, aut alterius rei ex cauſſis ſeparantibus. quare diſtinguitur vnumquodque ſecundùm ſingularitatem ſuam. hæc & plura adeo per barbarum interpretem Auicennas; cui potiùs alio interprete ſit opus.

A ſimili.

Piſces reſpirant. N. non omnes.

Veteris quo modo trahat & excipiat ſemen virile.

A ſimili.

Seminis partes diſſimilares, quæ.

Matricis cauſſa.

Seminis in vtero diuulſio, vnde.

Prolapſus.

Sed dicet aliquis; Quod ad feminis conditionem attinet, probabilia videntur quæ in medium ad Ariſt. doctrinam de piſcium fœtificatione adduxiſti: ſed de ſubiecto & capaci loco, id verò eſt quod cæterum ambigitur. Vteri enim vel vna eſt & ſola interna capacitas; vel ad ſummum duplex eiuſdem ſinus ex Ariſtotele, Galeno, & quibuſdam anatomicis tum priſcis, tum neotericis, vt patuit. quamquam ne geminos quidem vteri ſinus, Veſalius atque alij nonnulli concedunt: quod tamen analogia partium virilium muliebriúmque ſemel admiſſa conuincit, atque oculata fides aperit. licet media illa linea dirimens vterum, ſit prætenuis, exilis, læuis, albicans, miniméque rudis aut aſpera, aut protuberans inæqualiſve & conſpicua. Quoquidem in dubio hæſitaſſe multos video; qui dum ſe ab vna difficultate explica-

Ratio veteri ad monſtrum.

N. ratio, quòd ſint veteri 2. ſinus, qui.

A re conantur, in multas & graues delapſi ſunt abſurditates; neque illas quidem ludicras aut pueriles; ſed hominibus alioqui doctis, & variæ profeſſionis doctoribus creditas, expoſitas, receptas, & pro veris atque indubitatis habitas: de quibus mox dicam. Cenſorinus cap. 5. ſic inquirit; Sequitur verò de geminis; qui vt aliquando naſcantur, modo feminis fieri Hippon ratus: id enim quum amplius eſt, quàm vni ſatis fuerit, bifariàm diduci. idipſum fermè Empedocles videtur ſenſiſſe. nam cauſſas quidem, cur diuideretur, non poſuit: Partus tantummodò (ait) ſi vterque ſedes æquè calidas occupauerit, vtrumque marem naſci: B ſi frigidas æquè, vtramque fœminam: ſi verò alterum calidiorem, alterum frigidiorem, diſpari ſexu partum futurum. de quo nos quidem aliàs. Plutarchus autem lib. de plac. philoſ. ita retulit; Empedocles abundantiâ ſeminis & diſtinctione, duos tréſve ſimul infantes concipi dicit. Aſclepiades idipſum naturæ ſeminis adſcribit, vt antè notaui. ſed venio ad ἀβλάβειαν quædam magis licet authoribus aſſignata.

Geminorũ rationes phyſicæ.

Fœtus maſculi & fœminæ ratio.

Paulus I. C. ad legem, Antiqui. ff. Si pars hæreditatis petatur; Traditum eſt, ait, quatuor pariter puellas matrefamiliâs natas eſſe. Atqui tradidêre non leues authores, quin- C quies quaternos enixam Peloponnenſem: & nonnullas Ægypti, vno vtero ſeptenos. Cui Iulianus I. C. ad legem, Si pater. ff. de ſolutionibus, ita ſubſcribit; Tres naſci, imò quinque conſtat. nam & Ariſtoteles ſcripſit quinque naſci poſſe: quia vuluæ mulierum totidem receptacula habere poſſunt. & eſſe mulierem Romæ Alexandrinam ex Ægypto, quæ quinque ſimul peperit: & tamen habebat eos incolumes. Quamquam apud Ariſtot. non memini legere me, vteri muliebris quinque eſſe receptacula. de parte priori conſtat, & à me locus antea productus. poſteriorem ex ſuo ingenio videtur I. C. af- D finxiſſe ac deprompſiſſe. Neque verò ſolis ea ratio probata fuit I. C. ſed nonnullis adeo ſcholaſticis theologis; & quod magis mirêre, artis medicæ non obſcuris alioquin authoribus, Gentili, Nicolao, & Alberto Magno cognominato, atque adeo Mundino ipſi anatomico, & Michaëli Scoto, ac fortè pluribus aliis. quorum quidam eò prouecti ſunt audaciæ & temeritatis, ſeptem vt ſcrobes ſiue cellulas vtero aſſignarent.: ternas quidem dextras, maſculis excipiendis; totidémque ſiniſtras, fœmellis geſtandis aptas: ſeptimam mediam androgynis dicatam. & quæ coronis ignorantiæ fuit; cuique ſeptenorum iſtorum locellorum, decem rugoſos E inflexus attribuerunt: vnde ſeptenas ſcrobes colligunt; rugas autem decies ſeptenas, totidem fœtuum, ſi fors tulerit, capaces futuras. Reliquorum iſtorum ineptias nugáſque canoras non refricabo; Mundini deſcriptionem obiter tibi proponam ex cap. de anatomia matricis deſumptam; Figura matricis eſt quadrangularis (ait) cum quadam ro-

Hiſtoria polytocia.

Vteri receptacula 5. an 7. N. negs.

Authores plerique veteri ſinus, quos.

Veteri cellulæ 7. quorſum. N falſum.

Vteri rugæ 70. totidem fœtuum capaces. N. negs.

Matricis figura, & vſus.

Digitized by Google

tunditate, habens collum longum in parte inferiori, & huius figuræ causſa propter quam fuit creata: quia per talem figuram habet diſtinctionem ſeptem cellularum. Illi authori (quem Valeſcus Tarantæ ſequitur) etiam alterum magni nominis virum ſubiungam Albertum, de ſecretis virorum ac mulierum multa & plauſibilia, ſimodò vera, diſputantem. inter quæ ſic ille poſt ſermonem de planetarum in noſtra corpora vi & potentia, vel adeo in vtero materno, poſito adhuc embryone. Eſt autem notandum (inquit) quòd aliquando plures fœtus naſcuntur in matrice: hoc autem eſt per digreſſionem ſeminis in ipſa matrice: quia matrix multas habet cellulas in ſe: cùm autem in quamlibet cellulam recipitur materia fœtus, ibi fiunt fœtus multi. idem eodem libello poſt pauca; Cauſſa autem diuerſitatis illorum animalium, eſt diuiſio ſeminis in matrice. & illud eſt verum principaliter in animalibus perfectis. Et eſt notandum, quòd in matrice mulieris, plures ſunt cellulæ: quando tunc ſemen deciſum à patre ſic colligitur, quòd in vnaquaque cellula matricis, pars ſeminis ſic recipitur, tunc eſt modus generationis plurium fœtuum. cui ſubdit commentator neſcio quis eiuſdem vir farinæ, aut qui idē alioquin author; Expertum eſt per obſtetrices, quòd ſemel vna Domina peperit maſſam carneam continentem ſeptuaginta figuras hominum. Modò certum eſt, quòd non ſunt totidem cellulæ matricis. Hæc ille. Cælius autem Rhodigynus cap. 55. lib. 2. refert ex eodem Alberto, planè monſtrifico narratore; Mulierem quandam in Germania, configuratis conformatiſque iam in vtero duorum & viginti infantium corpuſculis, abortum feciſſe, aliam verò etiam ſeptuaginta. imò vt ampliùs increſcat admiratio, aliam eieciſſe in peluim, embryunculorum digiti magnitudine corpuſcula centum & quinquaginta, cuius rei facta fides eſt, tuniculis quibus continebantur, conſciſſis. addit quoque pluribus eorum adfuiſſe dilatationis & conſtrictionis motum, & ſigna alia vitæ complura, oculis tamen imperfectioribus: manuum verò & pedum digitos fuiſſe velut capillares. Sed quoniam qui verecundiæ limites ſemel exceſſerit, hunc oportet eſſe gnauiter impudentem, vt Tullius dicebat, volo etiam vlteriùs progredi narrationis fidem progreſſumque. Ergo cæteris iſtis maius commentum an miraculum dicam, haud ſcio, videor mihi apud Eraſmum legiſſe commentariolo in Nucem Ouidij (nam & viri graues aliquando in rebus paruis & leuibus ludicram operam collocare non erubeſcunt) & quidem dum in Flādria degerem, Regius apud Duacum profeſſor, ex Eraſmi ciue quodam Datano confirmari intellexi, lepidā adiectā occaſionis hiſtoriā (quam nunc prætermitto) ſignis & tabulis rem geſtam illic ob oculos ponentibus, conteſtatā & cōprobatā; Apud Roterodamum in Hollandia mulierem totidem fœtus ſemel enixam edidiſſe, & formā & ſpecie diſtinctos, quot in anno dies numerari ſolent 365. cætera

Vteri 7 cellula.

matricis cauſſa, modiſque.

Hiſtoria de 70. partubus.
item 22.
item 150.
N. ſi credere dignū eſt.

Alia hiſtoria de partubus 365.

Eraſmus qui & cuius

A ex authore repetes: mihi namque ſummam hiſtoriæ nunc breuiter attigiſſe latis eſt, alio contendenti.

Verumtamen ludicris & mirabilibus ſepoſitis, tandem

——— amare dicamus ſeria ludo;

& quod de plurium fœtuum conceptu partuq; ſentimus, concludamus. repudiatā interim Fernelij, licet doctiſſimi popularis noſtri ſententiā (quia veri maior & potior, quàm patriæ ratio atque authoritas apud me eſſe ſolet) qui in Ariſtotelis ſententiam propenſior ita ſcripſit lib. 7. cap. 8. phyſiologiæ; Porrò autem ſeminis emiſſio non fit in vteri ſinum, quoniam eius os internum connniuere occludique ſolet: ſed in cervicis fundum excidit ad os vteri, quo plerique feminis vaſa & teſticulos deriuari prodiderunt. Illuc igitur viri & mulieris ſemina confluunt: hincque (vt author eſt Ariſtoteles) in vterum, angusto ore rapiuntur. locum Ariſt. alibi citaui. Sic & Oribaſius ad aph. 23. lib. 6. Duo (inquit) orificia habet vterus, vnum interius, alterum extremum, in quod viri genitale ſemen conditur, in illud quidem non ingreditur, ſed trahit vterus ad ſe ſemen, quemadmodum cucurbitula. Idipſum videtur alio loco planiùs expreſſiſſe, Quemadmodum è profundis cuniculis cervus ſerpētem, narium inſpiratu allicit: ſic vterus viri ſemen è ſua cervice. Miror ab his, atque etiam à vero, Galenum deſciuiſſe, qui putauit mulierem, ſemen per cornua in ſolum vteri ſinum eiaculari. Quum illa vterum gerens forſaſſe concumbet, quónam tandem ſemen id vteri ſinu ſuſceptum euadet? obſignatum enim tum adeo eſt os vteri interius, vt nihil vel minimum ſubire poſſit aut excidere. Hoc ſi in præſcriptum pariendi tempus intus contineretur, inutile prorſus & orioſum compurreſceret, & grauiſſima tum animi, tum corporis incommoda neceſſariò inueheret. Hac forſitan ratione perterritus Auicennas, inconſideratè ſtatuit, granidam mulierem nullis virium conatibus poſſe in concubitu ſemen effundere. hæc & his plura in eam ſententiam Fernelius, adducta etiam authoritate Hipp. ex aph. 51. lib. 5. de arctato vteri ore in conceptu: quæ nos alibi plura citauimus & expendimus, & nunc obiter refricauimus.

N. contrà Fernelii, an ſeminis emiſſio fiat in vteri ſinū, aut in cervicem?

Vterus quō alliciat ſemen virile, & quō. à ſimili.

N. hinc ſuprà Fernelius ſumpſerat taciturn.

Gal. mulier excipit ſemē viri ſinu vteri.

Obiectio.

Os vteri in grauidis claudatur.

Seminis retentus dānū.

An mulier granida ſemen profundat.

Enimuerò (inquam ego) quod ille in Galeno miratur, qui putauit mulierem, ſemen per cornua in ſolum vteri ſinum eiaculari: quòd vterum gerens ſi concumbat, ſuſceptum vteri ſinu ſemen exire nequeat, & inde retentum intus, inutile putreſcat, grauiáque pariat ſymptomata: quod (inquā) ille in Galeno miratur, illud idem potiùs ego in illo demiror, qui alienum errorem putauerit ſuum. cur enim Ariſtotelis potiùs, quàm Galen authoritate frangatur aut moueatur? cur Oribaſij diſcipuli ſententiam, Galeni magiſtri (alibi enim Oribaſium oſtendimus iuſſu Iuliani Imperatoris contractam ex immenſis Galeni voluminibus medicinam, in libros 70. compegiſſe) ſententiæ anteponat? quid ſi ne Oribaſij quidem, vt alibi falsò ſub huius nomine circumferri commen-

N. reſpōſio.

taria minimè indocta illa quidem, ſed viro magno indigna, in aphoriſmos Hipp. probauimus? cur veritas apud illum & oculata fides anatomiæ, omni authorum dicto, & omni ſcriptorum quorumlibet authoritati non præferenda venit? Sed nos quidem iam antè vſpiam falſam illius opinionem hanc, & naturæ rerum contrariam oſtendimus: itaque nunc quidem non adijciemus plura, quia & Ariſt. iam antè vſpiam, vbi de partium genitalium hiſtoria ageremus. illud idem modò tantùm reponemus, quod illic fortaſſe obiecimus; Valorum ſeminalium ſtructuram & corriuationem in vteri capacitatem, ac non in exterius ceruicis fundum cernere volenti eſſe conſpicuam. Deinde vteri oſculum interius (quod quidam haud abſurdè, tincæ roſtello adſimile aiebat eſſe) non ſemper conniuere aut occludi, ſed vtero tantùm geſtanti: neque id ſemper quidem tam exactè, vt Hipp. velle & ſtatuere videbatur ſententia aph. 51. lib. 4. & verò exactiùs adeo Herophilus, ne ſpecilli quidē mucronem admittere vteros, antequàm mulier pariat: nec vel minimùm quidem hiſcere, vbi conceperint, referente Gal. lib. 3. de facult. naturalib. Nam ante conceptum, in ipſo coïtu patefieri tum mulieris ſponte, tum membri virilis apice ſubeunte referari certū eſt: poſt conceptum etiam interdum laxari, & iiſdem de cauſſis modíſque modicè aperiri, tum ſuſcipiendo nouo ſemini, vnde ſuperfœtatio ſuccedit, de qua poſthàc, vel ipſi adeo Ariſtoteli poſt Hippocratem comprobata: tum eidem ſemini fortè inutili futuro mox exturbando: tum quibuſdam excrementis ex vteri ſinu & capacitate eijciendis, vt Ariſtoteles idem cap. 5. lib. 4. de genera. animal. profitetur. quod etiam mulieres mihi priuatim pleræque retulerūt, præſertim paucis ante partum diebus, imò & menſibus, aquas feroſas & ſaniem quandam loturæ carnium ſimilem illàc ſibi deijci atque detrudi. an verò menſes in grauidis eōdem confluant, aliàs ſpeciali quæſtione diſquiremus. Túne verò, ômi Ferneli, ſuperfœtationem in vteri ceruice fieri dixeris? aut ai, aut nega. ſi ſuperfœtationem negabis, & Hipp. & Ariſt. & Galeni & omnium medicorum doctorum ſententiæ aduerſus ſtabis, & experientiam certam inficiaberis. ſin admittes, cui tandem eam loco deputabis, cùm clauſus per te vterus fœtu diſtentus, ne mucronem quidem admittat? cùm vterus ſatiatus ſuo pondere, non curet venienti inſuper ſemini occurrere, vt ipſum etiam ad ſe allectum intrò compellat, & compulſum recondat? quod tamen ex iſta tua hallucinanti ratiocinatione effici ſit neceſſum. Quòd autē in ceruicem vteri ſemen vtrumque effundi credit Fernelius, credit & ipſe prior Ariſtoteles, deinde ad interiora rapi, primùm id quidem ad concipiēdum eſt inutile, deinde etiam perdifficile, ne dicam impoſſibile, tum cæteris de cauſſis, tum quia ductus vterini ad ſemen fœmineum eiaculandum, procul inde abſunt, tum quòd facultas reuocandi intrò quod ſemel effluxit, planè inſolens, tum quia quodcumque ſemen à fœmina illuc ad vteri

Vaſa ſeminaria fœminæ quò tendant.

Vteri os interius quādo & quatenus clauſum.

Vteri oſculū interimetiā in geſtatione aperiri, quemadmodū, & quorſum.

N. contra Fernelium.

Superfœtationis locus.

N. quòd ſemen viri ad conceptum nō deponatur in vteri collo, reuocandū mox intrò.

collum ſemel eructatur, illud ſit prorſus euanidum atque inutile, & deinceps ſua graui & fluida mole velut ſuperuacuum, foràs excidit: tantum abeſt vt ab vtero ſemel reiectum reſorbeatur. quod interim ob moram & interuallum loci ac temporis refrigeſcere, & tardiùs virili occurrere, & cunctando diffluere, & regreſſu ad interiora corrumpi atque euaneſcere neceſſe ſit. Cùm illud ſit longè expediſſimum, & naturæ omnia in melius fauenti atque molienti facillimum, vt à muliere ſemen in ſuæ matricis fundum capax effundatur, & eōdem pariter injiciendo virili ſemini, atque magna contentione iaculando, patentibus valuis (ac ſi voles, valuis) obuium amplexaturo occurrat. Hæc ego quæ ad doctiſſimum Fernelium reſponderem, nunc habui, aliàs alia, aut his fortè ſimilia profatus.

Natura facit ſemper quod melius eſt. Ab exēplo.

Ne & illud obſcœnius reponam, poſt coïtum maris & fœminæ, ſi vteri os interius hiarit (quod omnino ſit, cùm mulier ſemen & ipſa profuſura eſt, aut aliqui veneris ingenti deſiderio titillatur & catulit) ſemen intrò penitùs eiaculatum, fœmineum totum toti virili cōfundi ac permiſceri, & re venereâ peractâ, penem virilem velut ab interiore vteri ore exuctum, vel eiuſdem ceruice, ſanè verò & exuccum regredi & ſiccum & aridum. contrà quàm illi eidem accidit, aut cùm mulier coïtum non ardet, aut quando ipſa ſuum cum virili ſemine ſemen eructat extra vterum profundens: aut quotieſcumque denique ſemen alterutrum vel vtrumque in vteri ceruice reſtitat. tunc enim verētrum, tanquam in iſto cœno viroſo, aut viro cœnoſo immerſum & voluptatum, madens, & glutinoſo ſucco ſordens regreditur. dicere vt poſſis cum bono poëta Virgil.

Semina confuſa ad conceptum, quale.

Signū conceptionis à ſicco vtero & exucto.

——— *lentum deſtillat ab inguine virus.*

Auicennas lib. 3. fen. 21. tract. 1. cap. 11. Et eſt caput virgæ quaſi ſuctum, cùm emittit ſperma: & eſt cùm egreditur, ad ſiccitatem aliquantum decliue. item Conſtantinus lib. 9. loc. medicin. cap. 41. Sentit maſculus, dum coniunguntur, matricem virgam ſuam deſugentem, ſicut ſanguiſuga deſugit ſanguinem. ſed omniū optimè Gal. initio lib. 1. de ſemine, vbi de concepru agit; Vterus ad ſe trahit ſemen, illúdque complectitur ac cōtinet. & hæc ille fere ex Platone: mox ſubdit, Id quod viris etiam ipſis non rarò contingit euidenter percipere, cùm cucurbitulæ medicę inſtar attrahere intrò mēbrum ſuum illas ſentiunt. quod præcipuè fit, cùm modo ceſſarunt menſes: quo maximè tempore genituram vteri concipiunt. Quinetiam quibus fortè aut naturâ penis breuior eſt, aut propter luem veneream, glande reſectâ atque amputatâ, reciſus: aut quibus muto reflexus & obtortus, vel obliquo & inferiori foramine pertuſus, vt in *Cremaſtas* appellatis, ita vt ſemen in vteri fundum rectà iaculari nequeat, ſed in ceruicem matricis deponat, ij omnes generando inhabiles cenſentur, atque experientiâ tales comprobantur. An tamen princeps ille Germanus, bellis ciuilibus cum Carolo V. Imp. acie dimicans, bombardæ ictu euiratus, reliquo corpore

Generandi inhabilitas ex vitio penis, qualiter.

Hiſtoria.

Dubium.

integer, penem ſibi ex argento fabricari potuerit, quo non modò virum excerneret (quod credibile eſt) ſed etiam liberis dare operam valuerit, ſicuti mihi quidam in Germania inferiore retulerunt, id verò nondum ſatis apud me perpendi, vt ſtatuere poſſim, verum ſit an falſum exiſtimandum. Ex dictis tamen apparet facis, tum Ariſtotelis, ſummi philoſophi opinionis, tum Fernelij viri doctiſſimi confirmationis improbatio. Sic autem præter allegata, noſtrani Theophilus probat ſententiam in fragmentis anatomicis: *Hypoſpadias qui, & quidā generandi inhabiles, & quæ de re.*

Hypoſpadias vocatis, quandoquidem ductus coitus ad extremum peruerſus eſt, gignere ob id nequeunt: quod ipſa indicat curatio: reſecto enim vinculo, tum generando apti reddūtur. cui aſſentitur Paulus lib. 6. cap. 54. Hypoſpadiæos negamus poſſe liberis operam dare, cùm ſemen ipſorum in vterum rectâ non poſſit eiaculari. quæ de curatione, ab eodem & Celſo condiſces. Ignoſcant verò mihi caſtæ aures: nam ne hoc quidem poſterius ſignum & argumentum de pene poſt coïtum exucco, vtpote fœdius & audiu ſpurcius, ſcripturus eram, niſi & experientia, & fides bonorum authorum hoc vtique vt veriſſimum adſtrueret: ac niſi plerique inde futuræ conceptionis ſignū haud obſcurum caperent. vnus Hippocrates erit mihi inſtar multorū, lib. 1. de morbis mulieb. & lib. de ſterilib. alias productus. *N. excuſatio.*

Quid igitur tandem ſtatuis? inquies. Hoc nempe quod iam partim attigi, partim nunc ſubiungo dicturus; In congreſſu viri cum fœmina, ſemen ab vtroq. non ἀθρόως & confertim, ſiue ſimul ac ſemel totum effundi aſſerimus: ſed partitis vicibus, tum ob vaſorum obliquitatem ſeminalium, tum ob ſeminis naturam glutinoſam viſcoſāmque, tum ob diuerſitatem voluptatis in coïtu captandæ, illud particulatim vibrari dicimus, bis, ter quatérve ebullitiendo, aut etiam ſæpius, pro copia ſpermatis, & longa coëundi intermiſſione, & titillatu ac tentigine libidinéque vtriuſque coniugis. Ex iſta autem partita ſeminum alioqui ſimilariū excretione, plures affirmamus ſecerni particulas amborum fortè concurrentium, mutuóque inter ſe congreſſu permixtorum (quomodo de piſcium fœtificatione paulò antè ex Ariſtotele à ſimili diximus) quæquidem ſic confuſæ ſeminum portiones, in capacitatem vteri protinus receptæ, ſecluſæ locis, deinceps tepore partium genitalium ſeu muliebrium, à facultate formatrice iam ante à nobis explicata & demonſtrata, ſubiguntur, fouentur, informantur, animantur, primùm vegetabili, deinde ſenſitiuâ, poſtremò rationali & intellectiuâ vitâ animáq. donandæ. vnde ſuo demum tempore totidem embrya compinguntur, totidémque vitales fœtus in lucem & in vitales auras emittuntur. atque hæc ratio penes ſeminis naturam, vel ex Ariſt. probata eſt antea, & apud eundem ex cap. 3. lib. 2. de genera. animal. iam antè declarata. Qui autem locus has ſecretas ſeminis particulas ſic latet ſe confutare recipit, vteriſmus eſt interior, vaginæ confimaui, veluti generationis noſtræ ſcrutatio quidam ager, aut humanæ procreationis irriguus agor vel hortus, aut vt terra denique fœminibus & granis excipiendis atque fœtificandis dicata. Hic enim vteri ſinus ſatis ex ſeſe capax pro mole materiæ recipiendæ, ſiue vnus & amplus, ſiue potiùs diſtinctis cellulis geminis, rugas multas & ſtrias à naturali conformatione poſſidet (quos ſinus frequentes & curuos, alios propinquiores pudendo, alios remotiores ex Hipp. lib. de natura pueri paulò antè citaui) in quibus prout futurus eſt numerus fœtuum varius, ſic diuerſimodè ſemen mixtum recondiuer, & priuatā ſuā cuique membranā, quæ χοριον dicitur, deinceps obuoluitur, totidémque vitales fœtus, velut geminos ouo pullos excludit, ſuo tandem & maturo partionis ſuæ paritudinis tempore in lucem edendos, quo eſt à nobis alibi modo demonſtratum. Atque huic noſtræ ratiom, quæ penes vteruin ſpectatur, vtcunque faueat Ariſtotelis ſententia probl. 10. ſect. 10. Cur animalium alia, partu ſunt numeroſo, vt ſus, canis, lepus, alia non, vt homo & leo? An quòd alia vulua ſiue vteros continent multos totidémque formandi loculamenta, quibus impleri percupiunt, quibúſque ſemen genitale diuidendum inferendúmque eſt? alia contrà ſe habent? Quam tamen ſententiam idem videtur retexere cap. 4. lib. 4. de genera. animal. Semen trahi à locis vteri, atque ob eam rem, multa generari pro numero locorum & acetabulorum, quæ vnum non ſunt, opinari, nihil rationis eſt. ſæpe enim eodem in loco vteri, gemini conſiſtunt. in genere etiam multiparū, cùm plenus fœtuum vterus fuerit, deinceps alios ab alio facère cernuntur: quod ex diſſectionibus patet, & nos iam antè ex hoc loco protulimus. Atque huic iam quæſtioni ſatis videmur feciſſe. niſi quid intermiſſa operis huius progreſſio prætermiſit: quæ cauſſa neceſſariæ ob vrgentem negotiorum varietatem, intermiſſionis, multa etiam alia iam animo deſtinata, licet præclara, coëgit alto ſilentio intacta inuoluere. inter quæ, etiam nonnullis deinceps problematis vix vllus relictus eſt locus ediſſerendis, quæ quondam animo præuiſa ac deſignata, tanto intermiſſæ operæ interuallo penè obliterata, ex animo effluxerunt. niſi ſiqua deinceps breuiter κατ' αὐτὸν ἀνάμνησιν, vtcunque refricatâ memoriâ, ſeſe deinceps offerent, & cogitanti mihi recurrent in mentem, ſed longè breuiùs agitanda ſuperioribus, ob eam quam dixi cauſſam, euaneſcentis ex longa intermiſſione præmeditationis.

N. conclusio demonſtrationis adhuc multiplex.

Semen cur partio profluat, & quorſum.

N. πλουτίνου cauſæ efficientes, materia, ſubiectum, forma, finis.

1. Seminis ratio ad multiplicat.

2. Vteri ratio & diſpoſitio ad multiplicat.

Vteri ratio ambigua ad multiplicat.

Tranſitio & admonitio N. cum excuſatione ob negotia practica medicina, tunc in vrbe & regione Turonenſi; & tota undique vicina.

PROBLEMA V.

Eſtne hymen aliquis, certus pudicitiæ cuſtos & index?

HYmen ô Hymenæe, Hymen ades ô Hymenæe, ait Catullus in Epithalamio. & verò paſſim apud poëtas Latinos potiſſimùm, hymen ille nobilis, ore proteruo decantatur, & prutien-

Hymen frequens in ore omnis populo.

Hymenæus quis, Cruce de duclus.

ribus auribus auditur. Ex quo Hymenæus, Deus nuptiarum præses, & cantus in honorem connubij, vel ipsum adeo epithalamium, aut ipsæ denique nuptiæ per metonymiam intelliguntur. Quanquam Hymenæum sunt qui deflectere ἀπὸ τῦ ὑμὴν, ab hymno malint. aut sanè ἀπὸ τῦ ὑμᾶν καὶ συνάπτειν τὰς γαμουμένας, quòd coniuges simul habirent. sed tamen illud propinquius ac verisimilius, vt ἀπὸ τῦ ὑπάρχειν, ducatur ὑμήναιος. Inter complures verò epithalamiorum scriptores, post Catullum placuit Claudianus poëta, magni apud Impp. Honorium & Arcadium, olim nominis. Is epithalamium Honorij & Mariæ Impp. descripsit eleganti & festiuo carmine: vbi inter plura ludicra & venusta, etiam hoc adiecit:

Defloratio-nis typus.

Et vestes Tyrio sanguine fulgidas,
Alter virgineus nobilitet cruor.
Tum victor madido prosilius toro,
Nocturni referens vulnera prælij.

Epithalamiorum authores poëtæ qui.

Atque illi mox alterũ annexuit epithalamium Palladij & Serenæ principum: vtroque opere & hymenis & Hymenæi non rarò mentionem inculcans. sed illo prtore versu, paulò licet lasciuiore, hymenis istius virginei claustri atque obicis rupturam cruentam apertè designat. de Ausonio aliàs constabit in eodem argumento per centonas ludente. Sic autem omnis ferè antiquitas credidit, & postera ætas assensa est, pelliculam quandam prætenuem, vteri virginalis sinum pudoris præcludere ac præstare, essèque pariter & pudicitiæ indicem, eundemq. virginitatis vindicem atque assertorem. Innumera sunt priscorum authorum ea de re testimonia, siquis omnia replicare velit: ex his ego nonnulla in medium adducam, quæ ad medicum negotium institutúmque potiùs attinere videntur: cætera cuique reminiscenda, aut per otium legenda prætermittam: vt de Thalassio seu Thalassione, ex Liuio lib. 1. & Varrone, & aliis. Næuius vetustissimus Comicus:

Hymen, cuius virginitatis, qualis.

Sine eugio puellam inuenit

Eugium, quid.

(defloratam & violatam subindicans) Laberius autem mimus in centenario;

Quare tã arduã ascẽdis? an cõcupisti eugiũ scindere?

& Lucilius in Epodis hymnis;

Sine eugio ac hymene. ——

quo loco Nonius Marcellus insignis Grammaticus; Eugium (inquit) media pars inter naturalia muliebria. At Seruius & ipse bonus atque antiquus Grammaticus, Virgilij vetustissimus interpres, ad lib. 1. Æneidos ita scribit; Hymen, quædam membranula quasi virginalis esse dicitur puellæ: qua rupta, hymenæi, nuptiæ dictæ. vbi & de Hymenæo, Deo nuptiarum præside, varia priscorum figmenta recenset, nunc mihi iure omittenda. Vt tamen ex his authoribus (nam plures quid attinet citare ad rem claram notámque designandam?) illud constet; Eugion Latinis esse, quem Græci τὸ ὑμέναιον ἢ τὸ ὑμένιον vocant. sed hoc discriminis interest, quòd eugium, vni illi rei designandæ seruit: at hymen & Græcis & Latinis etiam aliò traducitur. sumitur enim generaliter pro omni membrana siue tunica, & apud Galenum speciatim pro meningibus cerebri, tunicisque oculi, vel etiam embryonis, vt etiam Aristoteli cap. 4. lib. 2. de genera. animal. de quibus his vtrisque nos quidem abundè suo loco. Namque apud eundem Galenum, hymenem siue hymena, vtero velut propriam partem assignari, aut quomodo probatum est de aliis, pro pellicula virginali & claustro pudoris sumi, aut esse denique vllam virginitatis eiusmodi custodem membranam, legere me non commemini. nisi quis meipso accuratior, aut tenaciore memoriâ beatior, illud in medium vndelibet repetitum proferat: cui facilè assentior vera dicenti. Namque ego veritatem nunc, vt semper aliàs, inquiro, atque authoritate magnorum virorum, dubiam quæstionem decidi stabilitíque volo. Sed neque Hippocratem memini de hymene vterino quicquam priuatim effari. itaque ad alios nobis confugiendum est authores, licet minùs idoneos, & famæ inferioris viros. Et tamen ex hoc suspicari iam licet, hymenis nomen fictitium, ad hanc pelliculam vterinam significandam, posse videri: quòd eius summi ac primarij medicæ artis proceres non meminerint, alia plurima longè inferiora diligentissimè persequi soliti, vel adeo plura adiiciendo, quàm vt ea quæ adsunt, quæque apertè cernuntur & apparent, sibi vllo modo putent omittenda. quod potissimùm de Galeno hactenus sæpe, vel adeo de ipso isto muliebri vtero locuti docuimus.

N. Galeno ignotum hymen virginale. Item Hippocratis.

N. studium veritatis.

Hymenis fictium nomen.

Neque tamen velim, vt quis membranulas seu membranas epiphyses & carunculas illas à nobis olim commemoratas, quæ nymphæ à Graijs dicuntur, & extremo pudendo muliebri vtrinque accumbunt ac præiacent, pro hymene (quo de agimus) accipi credat: quamuis generali nomine ὑμὴν, habita substantiæ ratione, comprehendi queant: quandoquidem & situs, & forma, & vsus, & natura planè discrepat, vti antehàc ostendi. atque illud nunc quidem ex Theophilo mihi occurrit ad finem anatomicæ κατασκευῆς· αἱ δὲ τῶ δίμιτος ὑπουρίδες δὴ τῶς πόρους τῦ αἰδοίου, ἐν μὲν ταῖς γυναιξὶ, πόρου χάριν ὑφήνθ, ἢ τῶ μὴ τὸν ἀέρα ψυχρὸν ταῖς ὑστέραις, παπίσματα προβέβληνται· id est, Cutaceæ quidem epiphyses atque appendices ad extrema pudendorum, in mulieribus quidem, cuiusdam ornamenti gratiâ extiterunt, tum ne vterus refrigeraretur, opercula præposita sunt. de virili autem præputio alibi dictum. Atque Oribasius ex Gal. κατ' ἐξοχὴν μόνες, δερματώδης ὑπουρίς ἐχοντα ἐπάλληλον τῇ δὴ τῦ αἰδοίου πόδι. i. Extrinsecùs pelliculam quandam innatam habet vterus, quæ virorum præputio propottione respondet. & mox ibidem, ὅτι δὲ τὸ περβλημα τῆς φάρυγγος ὁ γαργαρεὼν δὴ, πολῶν δὴ μυρίων ἐν τύμφ περιαγομένων, σκέπουσί τε ἅμα καὶ ψύχουσι τὸ κατῆκον αὐτῶν εἰς τὸ γαμικὸν αἰδοῖον τόπον τῆς μήτρας. i. Cæterùm vt pharyngi gurgulio propugnaculum est, ita vteris, quam nympham vocant, quæ tegit simul & prohibet, ne cervicis orificium, quod ad muliebre pudendum pertingit, refrigeretur. Nam quod Hippocrati ἀμφίδυον dicitur, de interiore vteri meatu, & osculo penitiore per simi-

Nymphæ hymenis discrimen, in quo.

Nymphæ vsus in vtero.

Nympha respondet præputio virili.

Nympha vsus.

Amphidii, quid.

Digitized by Google

litudinem quandam accipi Rufus interpretatur. itaque ad posteriores medicos deuenientium. Soranus ὁ τῇ αἰδοῖ γυναικείᾳ, sermonem sic ordiri: τὸ δὲ γυναικεῖον αἰδοῖον, ἢ κόλπος ὠνόμασται· ἐκτὸς μὲν ὑμὴν ἔχει περιόδους, ἢ ὑπὸ τὸ αἰδοῖόν ἐστιν· ἔσωθεν δὲ μῆκος ἐπιμήκους μὲν κατὰ τὸν ὀνθὸν, στενότερον δὲ κατὰ τὸν ἰσχίον· ἐν ᾧ ἢ πᾶς συνουσιαστικὸς συμβαίνει γόνος. i. Muliebre pudendum, sinus etiam nominatur: membrana est neruosa, & modicè rotunda, instar intestini: amplius tamen intus est, & foris angustius: in quo coitus fieri consueuerunt. vbi vides ὑμένα, vocari non partem vteri, sed vterum totum, ob membraneam substantiam & cuticularem: nam mox ita subijcit omnino notandum; συμπέφυκε κόλπος γυναικεῖος μέντοι, καὶ σύνηθές ἐστι τὴν παρθένον, τελείου κατὰ ἡλικίαν γενομένου τοῦ σώματος εἰσιόντος· ἄνδρ γὰρ κατὰ τοὺς διαμερισμοὺς ἑκάστου τὸ ὑμένιον ἀπολλύμενον τελείου. ῥήγνυται γὰρ καὶ κοπιάσεται τὸ σωματῶδες ἐπιφερόμενον αἷμα. τὸ δὲ αὐτὸ ἀξιοπρόσεκτον λεπτὸν ὑμένα, ἀξιοφρόντιστον τὸν κόλπον, τῶν δὲ ῥηγνυμένων κατὰ τὰς ἀξιωμένους, καὶ ἑκάστου ἐπιφέρον, οἱ ἰσχίον καὶ ἐπιφορὰς ἔμπαιν· τὸν δὲ ἢ σπερματοποιήσεις, τὸ ἄμορφον λεγόμενον πάθος γένεσιν, φῶς δὲς ἔστι. πρῶτον μὲν γὰρ ἀπὸ τῆς ἀνατομῆς οὐκ ἐπίσταται· δεύτερον δὲ, ἐὰν ἡ παρθένον ἐγχεῖρα ἐκπλησσόμενον τῇ μανίᾳ ἐστιν ἢ μὴ ἐν. ἔπειτα ἢ καὶ κατὰ τὰς ἀξιωμένους, ῥηγνύμενος ἐὰν ὑμὴν, ἑκάστους γόνους παρεῖναι· ἐγχεῖρα ἐξ ἀνάγκης ἐστὶν ἡ παρθένον ἐμπεσοῦσα τὰς ἀξιωμένους, ἐπιφανεῖσας καὶ ἀφρώδεις, περιοδικὰς ἀδροκαλυπτοῦσας· κατὰ ἢ τὸν ἀξιωμένου μηκύν· ἢ ἄλλως ἐν σπερματοποιεῖς ἐ ὑμὴν τὸ ἀπηρτῶν πάσι πάθος, ἐὰν κατὰ τὸν αὐτὸν ἔσται ἐν ἐκείνοις ἀνατομὰς αὐτὸν, ὃν ἔστιν ἢ ἐστὶ πᾶσι μεροῖ ἔχειν ἐστὶν τῷ ἰδίῳ πάσι πάθος ἀναγράφον. ταυτῇ ἐστὶ πᾶσι ἀξιοῦται, ὁ ἀξιοφέντων ὑμὴν, αὐτὸν τὸ πέρι αὐτὸ μὴ κατ' ἀσθένειαν μέρι πᾶσι πεφυκωμένου ἐνδεικνυται, αὐτὸ ἢ κατ' μέσον τὸ αἰδοῖον, ἄλλοτε δὲ κατ' μέσον τὸ τόμιον τῆς ὀσφύος. id est, Sinus tamen muliebris concidit, angustiórque est in virginibus, amiculis occultatus (vt legas πτερυμιδίοις) subvasis, quæ productiones à vulua capiunt: quæquidem in coïtu & compressione dolorem adferunt dilatatis amiculis: erumpit enim atque effluit eò ferri suetus sanguis. Namque existimare, tenuem membranam quandam exortam esse, quæ sinum intercipiat, eámque in coïtibus dirumpi, dolorémque parere, si cum celeritate & violentia ineant: eámque corpulentam redditam, morbum gignere eum, quem ἄτρητον, imperforatum vocant, quo cõcreta muliebria nullum foramen habẽt, falsum id quidem. Primùm enim per anatomen nihil tale deprehenditur. Secundò in virginibus oporteret illam membranam specillo aliquantum reniti: iam verò ad profundum vsque penetrat specillum. Tertiò si in congressu rupta hæc membrana dolorem causaretur, necessarium esset, in virginibus ante primum coïtum, apparente primulùm purgatione, dolorem subsequi: in ipsa verò compressione non ampliùs. Cæterùm si membrana illa corporea reddita, morbum creat, quo genitalia concrescunt, oportet eodẽ semper modo illam inueniri, quo in cæteris partibus vnaquæq. suo semper loco deprehenditur. Iam verò in imperforatis mulieribus intersepiens ista hæc membrana, ipsum ductum meatúmque, interdum iuxta labra vteri prominula inuenitur, interdũ in medio pudendo, interdum in medio ostiolo

Sinus muliebris qualis & vsus.

Sinus pudoris descriptio.

N. corrigit locum, pro, πτερυμιδίοις.

Sanguis in defloratione vnde profluat.

Quòd nullus sit hymẽ virginum, ratio triplex.

Quòd hymẽ facta ἀτρησία.

matricis. hæc ille & diserè & vrgenter, ad euertendam eorũ opinionem, qui ὑμένα siue eugion in vtero incorruptæ virginis à Natura interpositum audent iactare in vulgus, & palàm aperteque profiteri.

Medici priſci non nouerunt hymenem.

Ecquis ergo primus ille fuit, qui ex anatomica fide persuadere hominibus voluit, eugium illud virginale claustrum atque repagulum sibi olim visum & animaduersum fuisse? Auicennam certè memini lib. 3. fen. 21. tract. 1. cap. 1. hunc in modum scribere; Et intra matricem est extremitas rotunda, neruosa, in cuius medio est quasi semita: & super ipsam sunt additamenta plurima incedentia. & ibidem ad finem capitis sic apertiùs; Et ante violationem puellæ virginis, sunt in ore siue collo matricis, panniculi contexti ex venis & ligamentis subtilibus valdè, ortis ex omni parte siue membro eius: quos destruit violator: & currit quod in eis est de sanguine. & rursus idem postea eiusdem libri tractatu 3. fen. 21. cap. 10. De mulieribus est cui accidunt cùm violantur, dolores magni: & propriè cùm collum matricis eius est strictum, & panniculi virginales sunt texturæ densæ, & virga deuirginantis est grossa. cui Rhazis ita subscribit tract. 1. cap. vltimo. Vuluæ orificium in virgine constrictum est & rugosum. in rugis autem ipsius colli virginalis, quinque venæ contexuntur subtiles: quæ quando corrumpitur virgo, abrumpuntur, & prædictæ dilatantur rugæ. hæc de lacuna Arabum mihi hausta sunt.

Hymenis descriptio.

Defloratio-nis signa.

Dolores in defloratione quàm maximi (qui Terentio acerrimi.)

Eugij compositio.

Refertur inter spurios Galeni libros, & is qui de anatomia viuorum falsò inscribitur: in quo ita scriptum inuenies cap. 19. Ante horam partus ipsius fœminæ, os matricis constringitur secundùm omnes sui plicas, ad modum rosæ (namque mox in partu eleganter confertur, vt antè indicaui, rosæ expansæ atque explicitæ) cuius folia complicantur, ante quàm expandantur ipsa. Vnde ita strictus est meatus colli matricis, quòd solummodò viam habet vrina per ipsum. In prima autem defloratione dilatatur collum matricis, & rumpuntur quædam venæ subtiles, quæ sunt in dextra parte ipsius colli, & exit sanguis. hæc ille quisquis est, vt ego quidem auguror, de familia Arabistarum, & Auicennæ & Rhazeos sequacibus: neque modò plura de veterum monumentis. quibus adiungere placet neotericorum quorumdam obseruationem, neque tamen omnium anatomicorum (esset enim is labor magnus & inutilis) sed eorum quos magni facio, & habeo præmanibus.

Vteri compositio ad rosam. N. suprà.

Defloratio-nis signa.

Hymenis compositio.

Primus inter recentiores, Andreas Vesalius suo quodam merito nominabitur: is lib. 5. anatomiæ magnæ cap. 15. scribit in hunc modum; A tergo colli vesicæ insertionis, paulóve interiùs, carnea occurrit membrana, quæ hymen & eugion appellata, virginibus est peculiaris. in cæteris namque mulieribus, coïtu, aut alioquin petulanti quopiam attritu diuulsa laceratáve aboletur: neque inter secandum aliáve liquidò sese offert. quum interim vel citra dissectionem in puellulis, diductis ni-

Hymenis situs, & vsus.

mirum illarum, perinde ac ſi emicturæ eſſent, cruribus perſæpe viſitur. Perinde enim vt ſeptum tranſuerſum in homine reponitur, aut potiùs vt vaſis alicuius fundus (pro, fundum) tranſuerſim ipſi innexus commiſſúſve eſt. ita quoque membrana hæc tranſuerſim in ceruice vteri, eâ quâ diximus ſede conſiſtit, & ceruicis ſubſtantiæ eum in modum continuatur, ac ſi ex ipſa non aliter enaſceretur, quàm cuticulares nuper dictæ caruncułæ ex illa prodeunt. Carnea hæc membrana, tota ſede, quâ è ceruicis vteri lateribus enaſcitur, modicè craſſior eſt, quàm reliquâ ipſius amplitudine: quæ alioquin inſigniter tenuis, & non ſecùs quàm carnea quæpiam membrana mollis exiſtit, longa ſectione inſtar rimæ cuiuſdam peruia. adeo vt huius ſectionis occaſione, hymen, ſanguinis menſtrui purgationẽ in virginibus neutiquam impediat, & albi illius crudiq. humoris fluxum quoque promptè tranſmittat: quem etiam admodùm puellis nonnunquam accidere Ariſtoteles rectè prodidit. Quòd verò Arabes alicubi quinque venulas in ceruicis vteri medium pertinere, ac dextrarum venularum ora, ſiniſtri lateris venularum oris (pro, oribus) committi, ex hiſque centonem ipſorum interpretibus vocatum, adeóque hymenem effórmari ſcripſerint, coniecturâ magis quàm ſedulâ reſectione factum mihi perſuadeo: quum ſcilicet membranæ huius noſtræ Arabes haudquaquam meminerint, ſed commiſſas inuicem ſuis oſculis quaſdam in vteri ceruice reperiri venulas, ex ſanguinis fluxu imaginati fuerint, qui ſanè in prima coïtione, copioſiſſimè profluit: modò tunc puella integrum aliàs & priùs quauis tandem cauſsâ non vitiatum hymenem habeat. Quanquam enim nullæ venulæ ab Arabibus traditæ, ſuis finibus cõtineant, connatæ ve ſint, nihilominùs tamẽ rationibus aſſequi eſt promptiſſimum, quî membrana hæc impetu rupta, vel lacerata, & dein continuo affrictu diuulſa excalefactáque, ſanguinem promanare ſinat. non aliter quàm in coïtu, ruptum præputij vinculum, quod plus æquo excedens, glandis apicem deorſum præter modum intorquet. Cæterùm vt vulgò (quamuis interim falsò) ferunt modò apud has, modò apud illas nationes, nuper natis puellis, quò faciliùs aliquando pariant, pubis oſſa neſcio quibus modis ſeiungi: ita quoque ab obſtetricibus matroniſque quibuſdam interdum audiui, nonnullis morem eſſe, vt puellulis membranulam quandam ſeu pelliculam, perinde ac fruſtrà mulieribus datam, ita effringant, vt Iudæos virilem glandem detegere, præputiúmque reſecare adhuc hodie cernimus: vtque etiam ſedulas obſtetrices, puerorum iamiam in lucem editorum ori indicem indere, ac linguæ vinculum, ſi fortè plus iuſto in anteriora pertingat, contractiúſque ſit, dilacerare nouimus. Quod ſi fit hymenem tunc diſrumpi vitiaríque, & quibuſdam nupturis non leue rarúmque commendandæ virginitatis argumentum præberi arbitror: adeo vt hac quoque occaſione, puellas abſq. hymene non ſecùs naſci contingeret, quàm Iudæorum pueros interdum recutitos in lucem prodire certiſſimum eſt. vtq. raras quaſdam capitis figuras, citra omnem quę ab obſtetricibus matribúſque adhibetur, compreſſionem, nõnullis rationibus veluti proprias iam eſſe factas non ambigimus: multáq. peculiaria in equorum pullis tempore euenire conſtat. Vtcumque ſit, nullus in virginibus internæ ceruicis vteri ſuperficiei laterum adinuicem eſt connexus, ab eo quem quis fortè hymenis aliàs etiam perforati beneficio fieri diceret. Hæc Veſalius admodùm probabiliter de hymene diſſeruit: cui acerrimus antagoniſta Siluius noſter, nihil hac in re contradicit: vt aſſentiri potiùs, quàm aſſentari ſuſpicio, ſit. cùm alioquì taciturus non fuerit, ſi rem ſecùs habere credidiſſet, compertúmve habuiſſet. quanquam de eugio quod ſciam, ille ne verbum quidem in tota vtraque commentatione anatomica.

Fernelius autem huius Syluij ciuis (Ambiani enim ambo, Picardi ambo, docti ambo, mei populares & ὁμώνυμοι ambo) de hymene ſuam diſertis verbis ſic explicat ſententiam lib. 1. phyſiol. cap. 7. Vteri ceruicem medio circiter progreſſu pleriq. tradunt in virginibus, exili membranâ dirimi venulis conſperſâ, quæ primo concubitu ſanguine profuſo, diſrumpi ſolet, vnde ὑμὴν & ὑμένιον Græcis appellatur. At potiùs cenſeo, ceruicis latera nondum venerem expertis, duntaxat quaſi conglutinata conniuere, quæ primus concubitus magna ex parte diuellit. Extrà in obſcœnis vuluæ, eſt oſtium chartilagineſum, rugoſis cuticulis implicatum, quæ arcent, ne aura frigidior intrò ſubeat. νύμφη Græcis & καθεῖρξις appellatur. hæc noſter ille popularis omnino populariter. Guinterius autem lib. 1. anatom. Vteri ceruix membranoſa, ex muſculi ipſius textura conniuet. quæ vt diſrumpatur, prima coïtio acerrima eſt.

Quandoquidem verò iam inſigniorum gentium inſigniores authores & medicos appellaui Græcos, Arabes, Latinos, Gallos, Germanos, nequis ſuæ genti factam à me queratur iniuriam, duos recentiores Italos ſubiungam, ambos quidem contemporaneos, eiuſdem artis & profeſſionis æmulos, ambos diligentes & accuratos, & nouitatis perquàm ſtudioſos. quorum alterum cur alteri præferam, habeo in animo quid ſentiam, ſed ore & ſcripto eloqui nolo, ne alter à me factam ſuo nomini iniuriam expoſtulet. Columbus lib. 11. cap. 15. ſic tradidit: Sub nymphis, in nonnullis virginibus (non omnibus) alia membrana cernitur, hymen à veteribus appellata: quæ cùm adeſt (rarò autem adeſt) obſtat quò minùs penis in vterum immittatur: nam craſſa eſt valdè, ſuprà, veſicam verſus foramine donatur, per quod menſes fluunt. Idem ſub finem operis, inter ea quæ rarò in anatome reperiuntur; Nunc de membrana hymene, quid obſeruarim (inquit) dicam tibi. Licet vulgus hominum puter, nullam eſſe virginem, quæ hymena non habeat: ter duntaxat illam inueni: bis in duabus paruulis puellis, ſemel in natu maiore. Eſt hymen, membrana quædã ſub nymphis, ante ceruicem vteri,

Hymenis figura, & origo, & ſubſtantia.

Hymen non cohibet mẽſes, quî.

Arabum de hymene ceruicis tropicia.

Defloratio nis ſigna.

Vinculum præputij.

Hiſtoria, aut hymen rarò comparet, & oſſa pubu dehiſcant.

Obſtetricũ ſolertia.

Vinculum linguæ.

Mortui ſine præputio, & puella ſine eugio, nati, vnde.

Aer abit in naturam. ſic Hipp. de macrocephalis & lib. de aëre, loci & aquis.

Hymẽ vbi, & qualis & quãdo nullus ſit.

Nympha vbi & qualis & vteri claſtrum.

Hymenis ſitus, & rimula.

Hiſtoria.

Hymen, quid.

vteri, vnico foramine prædita, superiore parte, vt menſes effluere poſſent, atque hæc illa eàdem eſt membrana, quæ impreſſum penis quamuis membroſi hominis prohibet. hæc Realdus.

At Fallopius de hymene ſcribit hoc quidem pacto; Aliud etiam notandum in hoc ſinu mulierum eſt, quod anatomici aliquot reperiuntur illos deridentes, qui hymen (vel potiùs hymenem) ibi collocant. Verùm meâ ſententiâ, non ſunt ita deridendi, quoniam reuera tu videre poteris in virginibus membranam quandam neruicam, non autem carneam, quæ immediatè poſt ἰσθμὸν (ita enim vocant Græci canalem, per quem mingunt fœminæ, vel rectiùs collum ipſius veſicæ) adeſt, & claudit ſinum per tranſuerſum. Attamen non eſt integra hæc membrana; ſed in medio perforata tanto foramine, vt minimus digitus manus ſuo apice in adultis facilè ingredi poſſit: hócque virginale clauſtrum eſt: ac per foramen ipſius facillimè egrediuntur menſes. Hoc noluit Soranus eſſe membraneum; ſed potiùs eſſe ipſius ſinus muliebris anguſtias factas ex quibuſdam rugis collectis, quæ à vaſis ex vtero illuc prodeuntibus contrahuntur. cúmque hæ dictæ rugæ extenduntur in ſtupratis virginibus, atque dum vaſa dicta diſrumpuntur, dolorem pariunt, & ſanguinem veluti ſi mactata eſſet victima effundunt. Pace tamen ego tanti viri dixerim, quòd mihi potiùs videtur membrana admodùm craſſa, atque in medio, annuli modo perforata: quæ poſtea lacerata in ſtupro, ac præter modum diſtenta dolorem incutit: & tandem veluti in viris fit, dum laceratur glandis frænum, euaneſcit. hæc Gabriel. quibus duobus placet addere & tertium.

Hymen aſſeritur, vbi, & qualis.

Hymenis ſtructura.

Defloratio-nis ſigna.

Hymenis natura.

In eâdem gente Alex. Benedictus; Intra muliebre pudendum (ait lib. 2. anatom. cap. 24.) ſiue in vteri ceruicis medio eugion eſt ſiue hymen, integritatis vel virginitatis argumentum. Ea verò neruoſa intelligitur exilitas, venulis diſperſa tenuibus; quam primus conuellat congreſſus. Virginei ſiquidem locelli arctiſſimè circumquaque ſub coriaceis caruncúlis, nymphæ nuncupatis, membranâ hymen Græcis dicta introrſum muniuntur: quâ primo inſultu diſruptâ, venarum vteri orificia, hîc intexta deſinentiáque ſanguinem fundunt, ait Cæl. Rhodigynus lib. 2. cap. 55.

Hymenis ſitus & vſus.

Poſtremus à me citabitur Mundinus, qui eugium ſic ἀκριβῶς deſcribit, neque nominat tamen: Os matricis interius eſt neruoſum multùm, factum ad modum oris catuli nuper nati: vel vt propriùs loquar, ad modum oris tinchæ antiquæ. Et in ſuperficie eius in virginibus eſt velatum velamine ſubtili venenoſo (imo venoſo) & in violatis rumpitur: & ideo ſanguinatur. ſic ille potiſſimè ex Auicenna, vt patuit, ac non ἐξ αὐτοψίας, vt apparet.

Oris vteri forma.

Hymenis natura.

Atque hæc quidem ſunt, quæ ex medicorum & anatomicorum ſcriptis & monumentis triplicis ætatis deprehendi, veterum, recentium, & medicorum. quorum triplex videtur diſſidium, ſeu diſciplina, ſiue opinionum diſcrepantia dignoſci de eugio virginali: quorum alij negant, alij affirmant, alij tacent & nutant quodammodo. Ego verò quondam rogatus ſententiam à iudicibus, tum eccleſiaſticis, tum forenſibus honorarius arbiter ſuper virginitate puellari: cùm meminiſſem iſtius anatomicorum tantæ diſſenſionis: reſpondi non poſſe certò definiri ſtatuíque de virginitate, potiſſimùm vbi eſſentialis illa nota atque index quæritur (quem αὐτόπτην diximus) cum ſit accidentaria, vt adeſſe & abeſſe poſſit à Natura, citra ſubiecti corruptionem. Quæ tamen ſi fortè adſit, de virginali caſtimonia teſtari queat: ſin abſit, non habere parem vim ad eandem euertendam, qualem habuiſſet præſens ad ſtabiliendam, affirmaui. Quocirca Officialibus eccleſiaſticis quondam aſſeueraui præmonuíque, antequàm iura matrimonij ſoluerentur (quæ tam arctis vinculis colligantur, vt nonniſi à Deo ipſo qui ligauit, reſolui poſſint aut debeant) alia ſigna indiciáque, non ſolùm ἀπὸ τύχης, ſed adeo παρὰ φύσιν eſſe quærenda: cùm fortè obiiceretur, imperfectum & illegitimum eſſe, neque planè conſummatum matrimonium; eò quòd qui vir diceretur, virilia munia viriliter obire per annos complures haud potuiſſet; cùm neque hymenem fregiſſet; neque diuiſor (vt ait Tullius) intercapedinem diremiſſet. denique quòd penis quodam naturali vitio impotens, interiora vteri clauſtra nũquam ſubiiſſet: ſicq. virgo reſtaret adhuc, quæ maritata crederetur. Qui cùm ſe ad alia ex noſtro reſponſo ſigna & coniecturas à nobis præmoniti diuertiſſent, rem ipſam vtut erat, tandem deprehenderunt.

Summa opinionum de hymene, diſcrepans.

N. Sententia & praxis de hymene, & virginitatis nota.

In rumpendo ſine detrimento matrimonio, cautio magna.

Cæterùm cùm in cauſſa capitali res vrgeret preſſiùs, atque arctiùs, coram capitali iudice (quem criminalem vocant) adhibiti mecum chirurgi, aduocatæ ſimul matronæ atque obſtetrices, puellam ſeptennem corruptam affirmauimus; quæ biduo aut triduo antè violata compreſſáque, ſuæ ſigna defloration is etiamnum recentiſſima præ ſe ferebat. neque tamen ab eugio indice, noſtra ſententia capitalis reo futura, ſuam probationem ac determinationem accepit. In altera puella quindecim aut ſexdecim annorum (res Tutoni agebatur) cum ſimul omnes, omnia, quantum licet, circumluſtraſſemus ac circumſpectaſſemus, manibúſque oculíſque pertentauiſſemus, quàm fieri poterat, peniti ſſimè contati & percontati, adhuc hærebamus incerti: eò quòd interpoſitis totis tribus aut pluribus adeo menſibus, vis illata dicebatur, obiectabaturque; vt iam cicatrix coaluiſſe, & parietes vteri ceruicis ad ſuam ſibi naturam rediiſſe, & quodammodo occaluiſſe viderentur, tum morâ interiecti temporis, tum lotione aſtringente (vti fatebatur ipſa) ſibi adhibitâ. Cúmque ego meditabundus etiamnum, atque apud me nondum

N. hiſtoriã.

certus, quàmnam ferre de crimine capitali poſſem indubitatam ſententiam; iuſſi adſtantem obſtetricem quàm poſſet penitiſſimè manum, vel potiùs infamem vocatum digitum genitalibus locis intrudere. ſed locellorum anguſtia, cùm manum non admitteret, medium ſiniſtræ manus digitum penitiùs intromiſit; atque aliquantiſper reſtitans & cunctata, retulit bonâ fide integram & incorruptam eſſe virginem: eò quia vinculum interius duriuſculum offenderet (chordam ipſa ſuo idiomate vocitabat) quo præſente, virginitatem certam eſſe & indubitatam illibatámque pudicitiam affirmabat, facto ipſa in permultis aliis periculo: rumpi enim ac reſolui in coitu; quod illa non dico centies: ſed millies parturientibus obſtetricando iam olim pridem cauta & diligens obſeruarat. Siue is hymen foret, qui in ea occurriſſet, in aliis infinitis minimè deprehendendus: ſiue potiùs duricies quædam ſtrigoſior, quam matrix ſiue vtriculus iuuenculæ efficit, multis rugis mutuò appreſſis & conniuentibus velut interceptus: Quam tamen duritiem atque ſhæqualitatem; in coitu præſertim frequenti reſolui, læuigari, adæquari & complanari contingit.

Signum pudicitiæ certum, vnde.

Non referam de viuis plura; hæc ad iuuenes medicos pari in caſu inſtruendos ac præmonendos ſufficere ratus. Obſeruaui autem in anatome mortuarum aliquoties (iſtæ ſiquidem in viuis anatomiæ exercebãtur) an hymenem virgineum deprehenderem: ſed verè vt dicam (non fero tamen de omnibus communem aut vniuerſalem ſententiam) hactenus neque offendi, neque vſquam reperi: neque à multis chirurgis ſciſcitatus, ab vllo certum deprehẽſum comperi. Hoc autem obſeruaui; vteri tunicas & pelliculas in puellis & iuuenculis eſſe admodùm tenues, potiſſimùm in tota matriculæ ceruice; vix vt denſitate craſſitudinéque membranam, qua ſcribimus, pergamenam dictam, aquâ madentem; aut præputij virilis pelliculam ſuperent. Ita vt ſubiret mirari veteres illos, vteri ſinum ſiue ceruicem, cum penis virilis corpore conferre, craſſis denſiſque ligamentis conſtante. ſic tamen, vt ætas ætati, & magnitudini par magnitudo componatur atq. comparetur: cùm & ortu plurimùm inter ſe differant, & genere atque ſubſtantiâ; alterâ ligamentum & carnem denſam craſſámq. referente; alterâ membranam tunicámve prætenuem. vt vſum prætermittam iam ſatis à nobis & aliis expoſitum. Deinde iſtas tuniculas (quos nomine generis ὑμένας potes cum Ariſtotele & Sorano appellare) vtcumque ſtriatas, inuicem incumbentes atque appreſſas, rugis quibuſdam mutuis implexas notari, ac velut inuicẽ adhærentes. Quas qui diuellit in coitu, cum ingenti is voluptate & titillatu leuiculũ infert dolorem: vnde eſt forſan Graiis primùm dictus ἵμερος γλυκύπικρος, amor quaſi dicas, dulcamarus. Ita tamen, vt ſi virguncula ſit, atque admodùm tenella, quæ viro maturo & præpotenti, & bene mentulato mutoniatóque congrediatur; ex iſta violenta ſecretione ac diremptione membranularum, quæ olim ſibi mutuò & inuicem incumbentes adhæreſcebant, cruor poſſit aliquis emanare. alioquin autem ſi virgo ſit paulò annoſior, aut ſaltem annum vicesimum ſit ſupergreſſa, noq. enormi ſubiiciatur (vt ita dicam) coleato ac peniculato, membróve immani ac vægrandi prædito, ſed tenuiori, exiliori, minuto, pollicari, nihil tale ſubſequi neceſſe ſit: in cæteris verò, pro analogia partium genitalium, ætatúmque, & corporum inter ſe proportione. Quomodo in nouo ac recenti cernimus indumento, vt exempli gratiâ, in caligis nuper ſartis & conſutis; quas qui ſibi primùm aptatas induit, ſtrictiores fortè atque anguſtiores percipit & experitur, vix vt pedem inferre, vel intromittere queat: eaſdem alius craſſioribus & validioribus præditus artubus lacertíſve, ne induere quidem aut aptare ſibi etiam vi adhibitâ & conatu multo valeat: aut ſiquidé violenter & cum impetu rem tentet & aggrediatur, vtique diffindat, diffringat, atque dilaceret: alius ex proportione pedum & tibiarum & corporis ad ſuos calceos, caligas, veſtimenta, diuerſimodè experiatur. Deniq. quia quod gladio præſtare diximus vaginam: idem & peni virili ſinus muliebris præſtat & commodat, velut theca aut vagîna ſcortea illi excipiendo & recondendo & vndiq. conſtringendo apta, & à natura inſtituta: quemadmodum vagîna ſtrictior quodammodo ægrè intromittit gladium; latior autem, totum facilè recondit; mediocris ad mediocrem medio ſe quodam modo habet: ſic & vterus, ſeu potiùs vteri ceruix (qui & ſinus muliebris, & ſinus pudoris dicitur) ad membrum virile ſeſe habet, anguſtus ad vaſtum ac prætumidum, larus & ſpatioſus ad gracile & exile, mediocris ad mediocre ſibíque analogum.

M. admonitio, & obſeruatio.

N. vteri ceruicis tunica, qualis.

Ab experientia.

Vteri colli non poteſt conferri peni virili, N. contra Gal.

Sed iocatum iam ſatis in re licet ſeria. & tamen,

——*ridentem dicere verum*
Quid vetat?——

Hoc igitur poſtremum eſt, quod dicturus ſum. In illa virginum mortuarum anatome, à nobis viſum hoc & animaduerſum; Si incorrupta ſit puella, interius orificium planè conniuere, & accuratè concludi; ſic vt mucronem ſpathulæ chirurgicæ, ſiue ſpecilli non poſſet admittere. in puerperis & viro iam ſæpe congreſſis (modò cætera conſentiant, vt penis interius vteri oſculũ pertingere ac ſubire queat; aliàs enim aliter contingat, & fallat obſeruatio) oſculum illud ſponte hiet ſeu dehiſcat plus minùs patens ac diductum. de quo iam diximus, in vtero gerentibus & parturientibus, quàm diuerſo ſeſe modo habeat, ex Hipp. & Gal. & aliis.

N. obſeruatio.

Virginitatis probatio ex lege Moſaica.

Cæterùm probandæ virginitatis, quæ in dubiũ vocatur, hic olim modus fuit ex Deuteron. 22. Si duxerit vir vxoré, & poſtea odio habuerit eam, quæſieritq. occaſiones quibus dimittat eam, obiiciens ei nomen peſſimũ, & dixerit: Vxorem hanc accepi, & ingreſſus ad eam,

Deflorationis ſigna.

Proportio vteri ceruicis ad penẽ, vnde capta.

à ſimili.

Analogia penis ad vteri collum ſiniúmve.

à ſimili.

N. ſinus virgineus qualis, & deflorationis ratio.

Ab experientia.

Amor γλυκύπικρος cur dicatur.

non inueni virginem, tollent eam pater & mater eius, & ferent secum signa virginitatis eius ad seniores vrbis, qui in porta sunt, & dicet pater; Filiam meam dedi huic vxorem: quam quia odit, imponit ei nomen pessimum, vt dicat; Non inueni filiam tuam virginem. & ecce hæc sunt signa virginitatis filiæ meæ. Sed rursus efficacius illud Numer. 5. Si spiritus zelotypiæ concitauerit virum contra vxorem suam, quæ vel polluta est, vel falsa suspicione appetitur: adducet eam ad sacerdotem; & offeret oblationem pro illa decimam partem sati farinæ hordeaceæ. & post pauca, Assumétque aquam sanctam in vase fictili, & puluillum terræ de pauimento tabernaculi mittet in eam; in quibus cum execratione, maledicta congessit; adiurabítque eam & dicet, Si declinasti à viro tuo, atque polluta es, & concubuisti cum altero viro, his maledictionibus subiacebis. & paulò pòst, Quas aquas cùm biberit mulier, si polluta est, & contempto viro, adulterij rea; pertransibunt eam aquæ maledictionis: & inflato ventre computrescet femur: erítque mulier in maledictionem & in exemplum omni populo. Quòd si polluta non fuerit, erit innoxia, & faciet liberos. ista est lex zelotypiæ ibidé pluribus verbis descripta, & à me breuiter commemorata. Quæ ratio periclitandæ virginitatis, & fidei in connubio seruatæ, si hodiéque locum haberet, multæ multis minimè imponerent vxores maritis, quæ se pro virginibus iactant, talésque à parentibus asseruntur: cùm tamen suum sibi iampridem hymenem diuulserint, & copiam sui aliis fecerint, rupto pridem eugio. deinde admotis lotionibus adstringétibus, post mensium eruptionem, locos suos constipant & constringunt: atque ingressus & introitus angustiâ per artem dolúmque & inguinum conuolutionem compressionémq. fictâ & ementitâ, virginitatem ementiuntur. sicque altera alteram docet & instruit (de improbis loquor ac temerariis, & frontem quæ perfricuerunt, quæque omnem pudorem & verecundiam exuerunt) quâ suum arte futurum fallat maritum. Quod tamen non eò à me dicitur, quòd eas instruam (absit enim vt iniqua doceam) cùm sint ipsæ satis à prauis magistris, vt scortatoribus & mœchis, & à suis lenis lenonibúsque, atque à maleficis mulierculis & impuris matronis edoctæ: cúmque ex illis quædam postea meretrices factæ prostent, & de suo corpore pretium quæstúmq. prostitutæ mereant; sicque suas & technas & dolos pleriſque narrent imprudentes, sed & impudentes & inuerecundæ: quóque ille modo immissis intra genitalia digitis (proh pudor!) aut pessariis variis affabrè factis, holosericis, argenteis, vitreis, lacte scatentibus ac madentibus, dulces (de se modo Cynicus ille Diogenes profitebatur) hymenæos peregerint. Ista vt suo ipsæ indicio soricis in morem, sese prodant: nobísque vltrò aperiant, quod plerumque dubij ambigimus; Quî fiat, vt perraræ, aut propè nullæ, suum sibi eugium ad maturam vsque ætatem,

Signa virginitatis.

Zelotypiæ lex, & probatio castitatis.

N. num & in virginib. valeat experimentum.

Necessarium vitæ probandæ fidelitatis in coniugali & pudicitia.

Mulierculæ dolus post constuprationem.

Mores corruptela, & mulierũ fraus, & impudentia, & falacitas atque petulantia.

Cur rarus hymen in virginibus hoc cur.

& ad coniugalis concubitus tempus seruent integrum atque inuiolatum. Vt præclarè ac felicitèr cum iis agi putem, qui in familiam honestam, modestam, pudibundam, timentem Deum, inciderint, vxores sortituri castas, verecundas, illibaras, & planè réque verâ virgines; neque à seipsis (quid enim refert, quomodo mœchentur?) neque ab aliis diuulsas, dilaceratas denique: & quæ postridie genialis tori, & nuptialis congressus, more illo Hebræo, ex panniculis cruentatis, certa seruatæ hactenus virginitatis signa, si poscantur, offerre ac repræsentare valeant. Illos autem & hortor & moneo, qui in contrarias incidetũt, vt ne nimis anxiè inquirant de præteritis; ne id fortè cõperiant ac deprehẽdant, quod nolint, vel quod cumprimis auersantur & execrantur. Semper autem vtcumq. suspectas habeant muliebres astutias (de prauis & vafris semper intelligo, cùm nõ sit malitia supra malitiã mulieris, vt alibi ex Salomone ostendi) quæquidẽ more ælurorum, perpetuò excubant, siquem fallere ita occultè queant, vt ne vel saltem ἐπιτόκῳ deprehendantur; non tam profectò maleficium & facinus ipsum exosæ vel abhorrentes; quàm metuentes ne diuulgentur, infamentur, traducantur, atque vt Græci dicunt, προδηματίζωνται· néve vt, quod sperant & cupiunt fore clàm, propaletur; vel vt meliùs dicam, propalàm siue propatulùm euadat: quas inde Sallustius pudicitiam in propatulo habere dixit.

N. adhortatio ad maritos.

N. Admonitio ad sponsos.

Mulierum astutia.

I nunc, atque hymenem scrutari desine fodes!

Epiphonema ironicum.

Produxi autem in parecbasi de natiuitate Domini Iesu, comment. in Strab. ex Suida historiam insignem, de Maria Iesu matre, quæ corã senioribus populi & sacerdotibus legis, de sua virginitate testimonium liberum & verum protulit; cùm filium eius Iesum sacerdotem designatum vnũ è 22. nomen parentis vtriusq. edere fas esset: mater autem vt erat, agnosceretur: sed pater in terris nullus inueniretur: sed Dei viui & Mariæ virginis inscriberetur in codice, prout moris erat. Porrò Maria, obstetricum fide & relatu & exploratu, virgo etiam post partum inuenta & asserta est. narratio longa est, quam in nostris commentariis illis inuenies; aut apud Suidam ipsum leges Græcè exaratam, ὁ τῷ, Ἰωσῆ.

Notanda historia de exploratâ Mariæ virginitate.

PROBLEMA VI.

Estne generando habilis, cui testium alter excisus aut auulsus est?

ENIMVERÒ quando incidit mihi de iudicio & de iudicibus mentio, hoc etiam breuiter subiungam, ac speciali problemate inquiram; An vir altero priuatus atque orbatus teste, aptus sit generationi? Ego namque adhibitus olim apud Turones in foro Archiepiscopali iudex siue arbiter super hac re; cùm mulier petosa virum, solui connubium postularet, quòd semiuirum duxisset, siue semimarem vnico coleo præditum: Respondi virũ esse

Historia.

Vir potest gignere cũ vnico teste.

totum & integrum, licet alterutro teste priuatum, & quidem generationi aptum potentémque, si cætera consentirent. Non enim magis virum deputandum, siquis triplicem testiculum haberet (quales quædam narrantur familiæ; & quale est à Natura genus quoddam accipitrum, quem buteonem Latini dicunt, Græci

Historia.

Τεθήγως ἢ πεπόρχως.

τεθήγως ab eo euentu denominant) quàm qui vnicum; si modò gignere aptus cæteroquin haberetur. Ex effectu enim vel potentia generandi, mos est virum metiri ac definire (Græci

Vir qui dicendus.

δυνάμει ἢ ἐνεργείᾳ dicunt.) Sic ex nostro arbitrio pronuntiauit iudex, dirimi matrimonium minimè debere: & quod Deus coniunxisset, ab homine non fore separandum, Matth. 19. & Marci 10. Neque nunc quidem, & hac potissimùm leui de caussa valiturum Mosis decretũ ex cap. 24. Deuteron. Si acceperit homo vxorem, & habuerit eam, & non inuenerit gratiam ante oculos eius, propter aliquam fœditatem; scribet libellũ repudij, & dabit in manu illius, & dimittet eam de domo sua. Hanc enim sancitam Iudæis legem ob duritiã cordis, Matth. 19. atque ob illorum incredulitatem fuisse: nobis non esse necessariam: neque repudij ius esse, extra fornicationis caussam, vt statim pluribus verbis repetam ex Matth. cap. 5. & 19. & Lucæ 16. & 1. Corinth. 7.

Matrimonium non leuis de caussa soluendũ.

Libertas prisci repudij.

Caussa repudij.

Quo tempore, multa dici à me coram iudice memini de facultate & potentia generandi penes virum: & quomodo ad vtrumque testẽ vasa seminalia à se inuicem secreta & separata diducerentur, atque obliquè ferrentur: ac post multos tandem & longos anfractus, in vrẽthram corriuarent vtrinque diuersi, mox simul coëuntes & coniuncti, qua dixi ratione pluribus verbis iam antè in descriptione genitalium partium virilium. Quinetiam ita fuisse olim ab Hipp. scriptum, & ab Aristotele ex Leophanis sententia repetitum, & iam antè productum; gignere volenti, si masculum fœtum optaret, sinistrum illi testem leuiter obligandum: sin fœminam, dextrum coleum laneo vinculo moderatè intercipiendum; quod etiam antea produximus. sicut & illud ex eodem Arist. in secunda annorum hebdomade, vel incipiente tertiâ, vocem crassiorem & inæqualem fieri. quod illi dicitur *τραχίζειν*, Latinis hirquitallire, referente Censorino, citato iam olim cap. 5. qui inde adolescentes putat hirquitallos appellari, quòd tum corpus hircum olere incipiat. Quo tempore si testis dexter promineat, gignendis maribus: sin sinister, fœmellis idoneum iudicarunt Hippocrates, Aristoteles, & Galenus, vti iam patuit. Denique frequenti rem comprobatam historiâ: esse enim pleroſque coniuges alterutro donatos teste, qui tamen literis, imò liberis egregiam nauarent operam: quorum restibilis etiamnum fœcunditatis essent vxores. Ita tamen, vt illud Hippocratis consilium (quod dudum iure explosimus) quod etiam Aristoteles ad Leophantem seo Cleophanem (namque historia philosophica apud Plutarchum discrepat in nomine) referebat, & quidem

Vtriusque testiculi primata & secreta vasa, quomodo.

Mas vel fœmina vt gignatur, cautio.

Tragismi tempus.

Hirquitalli, qui.

Ab experientia, vnico teste patres gignunt sexum vtrũque.

improbabat, certo rerum euentu euicti & falsum conuinci dicerem: cùm nossem & possem nominatim appellare, si res vrgeret, maritos vnico coleo testéve præditos, hos dextro, illos sinistro, qui tamen vtrique liberos vtriusque gignerent sexus. An verò priuati vtroque teste generare possint, antea inquisiui: atque nunc ex demonstratis, fieri minimè posse, licet Aristotelis tauro reclamante vel reboante, suppono.

Experimentum fallax de gignendo mare aut fœmina, ex Hipp.

Hypothesi.

Postremò *ἀεὶ δύναμιν* dixi etiam tum quædam *ἐν ἐνεργείᾳ*, nisi fallor, quæ nunc obiter refricabo: & quia nunc plus datur otij, quàm tunc occupato iudice, supperebat; aliis quibusdam additis, longiore porrò sermone edisseram. Esse enim eunuchorum genera plura dicimus, quorum duo Paulus Ægineta retulit cap. 68. lib. 6. alterum quod testium contusione fieret, puero in calda residente: alterum verò, quod omnimoda testiculorum amborum excisione & extirpatione: quem idem ille modum præscribit, & tutiorem iudicat: vt hi gignere nunquam postea queant, illi interdum queant, siqua pars testiculi minùs validè attrita, digitos subterfugit; atque ætate accrescente, formam quandam testis integri restituit atque reparauit. Hos posteriores contusos & collisos, Græci *θλιβίας καὶ τοὺς θλίβοντας*, à collidendo atterendóque: vel *θλαδίας ἢ θλασίας καὶ τοὺς θλῶντας*, à frangendo & contundendo denominarunt. illos autem excisos & castratos videor mihi legisse *ἐκτετμημένους ἢ ἐκτομίας καὶ τοὺς ἐκτέμνοντας ἢ ἐκτέμνοντα*, ab excidendo siue exscindendo: quòd testes excisos habeant vel solos, vel vnà cum toto pene penitus exsciſſos.

Eunuchorum genera, & qui fiant.

Θλιβίας qui & vnde dicti, seu θλαδίας.

Ἐκτομίας qui & vnde dicti.

Tertium genus superest spadonum; qui sic ex Græco denominantur, *ἀπὸ τοῦ σπᾶν*, ab euellendo seu conuellendo; qui & *ἐκκοπιάδων* à nonnullis quoque dicuntur: & pro iis habentur, quibus vinculum glandi substratum, ita veretrum obtorquet, vt semen rectà eiaculari in vterum vteríve capacitatem nequeant. aut etiam omnino, vt doctus vir censet Fuchsius, foràs excernere sperma non possint: eò quòd pudendum conuulsum ex vinculo, meatu suo contorto, semen intra se reducat, nec extrà ferri sinat: vt aliud diuerticulum quærere, & sibi viam aliam vi parare atque moliri cogatur. de qua sic Cælius Rhodigynus lib. 18. cap. 10. Quibus meatus, habitu suo naturali priuantur, vel quia occæcati sunt, qui ad penem tendunt (quod spadonibus euenit) vel etiam aliis de caussis, iis semen in sedem confluit. Quod ille mihi ad Aristotelem videtur alludens dixisse, qui de mollibus seu *μαλακοῖς* idem olim inter problemata scripserat, sicuti vspiam retuli & improbaui ex naturali seminalium vasorum ductu & insertione. ac de hypospadiæis ex Paulo & Theophilo paulò antè secùs quàm istis, à me statutum est. Galenus autem libri 15. de vsu partium capite tertio scripsit hunc in modum; Nisi meatus pudendi virilis rectà ferretur: sed aut obliquus esset, aut alicubi in sese concideret; ibi tum semen hæreret. siquidem *ἐκκοπιάδων*

Spadones qui & vnde dicti.

Hypospadiæi qui,

Molles quibus semen ad sedem rectius quæritur.

N. contra Arist.

Hypospadæi qui & quales, & quòd gignendi impotentes, quamobrẽ.

(quos vocant) quòd obiectum virgulum quod ad finem virgæ habent, meatus eius est contortus, generare non possunt: non quòd semen fœcundum non habeant; sed quòd in virgæ flexibus hærens, ferri prorsum nequeat. quam rem curatio ipsa comprobat: vinculo enim abscisso generant. Qui locus viro bono & docto Fuchsio videtur imposuisse, vt eosdem duceret esse εὐνούχους & ἀνανδρίους, qui tamen meo iudicio, sunt diuersi. id quod nobis Paulus facilè aperiet cap. 54. lib. 6. Pleriſque glans ab origine non perforata est: verùm sub cane appellato, quà glans suspensa est, foramen habetur. vnde neque vrinam facere anteriùs possunt, nisi particulam (seu membrum ipsum) versus imam ventris regionem admodùm inclinent: neque liberis dare operam, cùm semen ipsorum in vterum rectà non possit eiacularí. sed de his non ita multò antè, vel ex hoc loco. Qualem affectum & nos vidimus, & nuper ad Parisienses doctores celeberrimos, pro quodam iuuene ingenuo percurando, sic à natura malè conformato. sed tamen didymos habēte geminos, Turone retulimus. Ergo hypospadiæus is erit, qui semine quidem abundat prolifico, atque illud ipsum non per anum, vti malè Aristoteles, & post Aristotelem Cælius ariolatur: sed naturali ductu per vrethram eiaculatur: quâ eâdem viâ & vrinam solet emittere: sed omnino obliquè & contortè, vt prorsum atque intrò emittere semen in vterum nequeat: sed tantùm ad proportionatam longitudini membri partem vteri muliebris. neque tamen generabit, vel Galeno iudice. Ex quo mihi iam antè sumptum est argumentum euertendæ Fernelij ex Aristotele opinationis, qui semen à mare non in vteri capacitatem, sed in eius modò ceruicem excerni, ac velut deponi profitebatur. Qua ratione etiam εὐνοῦχοι generare possent, semen in mediam vel ampliùs vteri ceruicem eructantes: quod nunc abest, quódque secùs est.

Spado autem, meâ sententiâ, is est, cui sunt auulsi testes, veluti ἀπόρχεις, conuulsus seu auulsus: non quòd conuellatur in iis neruus, qui genitale erigit, vt exponit author Lexici (quanquam & hunc spadonem possis dicere) verùm hic quidem potest semen profundere: verus autem spado non potest. Itaque idem eunuchus dici commodè potest; quod sit aptus τῷ τὸν θάλαμον ἔχειν, cubili & toro custodiendo: cui ego sententiæ potiùs accedo. quanquam alij aliunde deducunt, ὅτι οὐ τὸν πῶν ἔχει, quòd mente sit bene compositus benéque affectus, eò quòd à venereis abstineat. Atqui ij sunt, de quibus dixit Terentius,

Nempe sola his vtuntur regina.

quod frequentissimis testimoniis sacræ historiæ probare licet, ex libris Regum, Paralipoménon, Esther, & aliis. Verum enimuerò non his modò reginæ vtuntur, vel potiùs abutuntur, verumetiam aliæ reginis multò inferiores fœminæ, præsertim salaces & lasciuæ, sæpéque viduæ, sed non verè viduæ, ex Paulo in desideriis carnis prurientes, de quibus dixit Paulus 1. Timoth. 5. Nam quæ in deliciis est, viuens mortua est. Tales enim fœminæ, subidæ insubidæque, vt Gellius loquitur, incontinentes, intemperantes, œstro libidinis percitæ, vénere catulientes, coire crebrò atque iniri volunt, nec tamen parére. Namque isti spadônes & eunuchi ferè semper arrigunt, sed nihil seminis profundunt: aut more puerorum, paucum quiddam exudant liquidum atque infœcundum, vti rectè Aristoteles & Galenus prodiderunt. Quo casu, vel ipsius adeo Fuchsij approbatione, prior euertitur eorum sententia, necnon ipsius Fuchsij opinio, qui spadones atque hipospadiæos habent pro iisdem: cùm illi nullum; hi autem sperma eiaculentur, sed obliquè, & infra se: quomodo & vrinam profundunt, vti de senibus & silicernis iocari solebat Martialis,

Incipit in mediis meiere verpa pedes.

quod etiam Aristoteles agnoscit cap. 4. lib. 4. de genera. animal. vbi & de virginibus ἀλφηστῆς (namque hymenem hîc intelligere non possunt) sic sermonem coniunxit: Accidit etiam sæpe, vt pluribus ex iis, quæ antè oblæsa non viderentur, animalibus iam perfectis, meatus aut adducti concorporarentur, aut diuerterentur. Iam fœminis nonnullis os vteri compressum concorporatúmque ab ineunte ætate, ad tempus vsque menstruorum perseuerauit: mox vrgentibus menstruis, doloréque infestante, aliis sponte disruptum est, aliis dissectum à medicis. nonnullæ interierunt, cùm per vim disrumperetur, aut disrumpi (seu dirumpi) non posset. Pueris etiam quibusdam genitalis postremum, & meatus quà excrementum vesicæ transit, non eodem tetenderunt, sed infrà meatus ille transegit. Quamobrem demissis clunibus mingunt, qui testibus paulò in partem superiorem retractis, videntur à longè simul & maris habere genitale, & fœminæ. hæc ille. sed de hermaphroditis alibi dicetur à nobis. At veri spadônes, nullum semen emittunt, tum ab experientia, tum ex omnium consensu, & horum adeo approbatione, qui verbo negabant, & cum hypospadiæis confundebant: cùmque hypospadiæi, vt scimus, arte curati generare possint: veri spadônes nullo modo nulláque arte queant. sic enim Hipp. initio lib. de genitura: Cæterùm eunuchi propterea non coëunt, quia genituræ transitus ipsis sublatus est. est enim per ipsos testes via eius, & nerui tenues ac crebri ex testibus in pudendum tendunt, quibus & eleuatur & demittitur: atque hi nerui ex sectione, dum castrantur, rescinduntur. Quapropter non sunt vtiles eunuchi: nam neruis ipsorum extritis, genituræ via obturata est: callus enim obducitur testibus; & nerui duri ac torpentes à callo facti pudēdum neque tendere, neque laxare possunt. idémque lib. de natura pueri; Quicumque eunuchi dum pueri sunt, fiunt, propterea neque in pube, neque in mento pilos producūt, læuésque toti

N. contra Fuchs.

Spado & hypospadiæus differunt: & hypospadiæi qui, & quales, & quòd non gignant.

Hypospadiæus, qui, & quòd nō generet.

N. contra Fernel.

Spado qui & vnde dictus: & quo differat ab hypospadiæo.

Eunuchus vnde dictus.

Eunuchorum delicia muliebres.

Viduarum petulantia.

Mulierum lasciuia, & eunuchorū abusus.

Spadones differunt ab hypospadiæis, quomodo.

Senum lubricum.

Fœmina vtrum, & earum curatio.

Hypospadiæi descriptio, & natura.

Spadones non emittunt semen: contrà hypospadiæi atque hi gignunt curati, illi nunquam.

Eunuchi non spermatizant, ut.

Eunuchi & imberbes, qui.

exiſtunt; quòd viâ genituræ non factâ, cuticulam non rarefacit per totâ ſuperficiem. quam ſenis ſententiam demùm Ariſtoteles approbauit rationi conſentaneam 10. ſect. 39. probl. & 56. & cap. 3. lib. 5. de genera. animal. Quinetiam ſic Iuuenalis ſcripſit ſat. 6.

Eunuchi cur expetiti fœmin.

Sunt quæ eunuchi imbelles, ac mollia ſemper
Oſcula delectent, & deſperatio barbæ:
Et quòd abortiuo non eſt opus. ——

Ex quo videntur duo tantùm genera eunuchorum relinqui; eò quòd ſpadônes ad exciſos videor referre, cùm ſint vtriſque anulſi teſtes: niſi ipſa exciſionis & anulſionis differentia, diſcrepantes facit. vtrique tamen ἄγονοι, & ſeminis caſſi indigíque, ac generandi impotentes, & tricliniis dominarum, reginarum, heroïdum apti. In quo haud ſcio, an cum I. C. conſentire, ac num potiùs ab illis diſſentire videar; qui de adoptione ſcribunt Inſtitu. lib. 1. qui tamen etiam ipſi ſpadônes videntur habuiſſe eos, qui propter aliquod vitiũ membrorum genitalium (vinculum id dixi, aut vrêthram breuiorem, neque ad extremum glandis pertingentem) liberos procreare non poſſunt. quo tamen ſublato, generando habiles fiunt. Quam ego interpretationem potiùs, imò ſolummodò ad ἐυνουχισμὸν duco referẽdam, vt ex Galeno & Paulo nuper clariſſimè demonſtraui. Nulla eſt enim ars, nulla ſolertia, quæ ſemel anulſos aut exciſos teſtes gignere denuò ac reſtituere queat. qualiter affectos, tum ἀνδρίας, tum εὐνούχους dici & haberi contendo oportere: vel adeo vi atque etymo nominis id arguente, & bonorum authorum calculo comprobante.

Spadônes ſunt eunuchi, quales.

N. contra I. C. de ſpadonibus.

Reſtat tamen vnum genus eunuchorum, non arte aut caſu talium, ſed è natura imperfectorum, & tanquam ζῶον παρεμφερὲς, vt Ariſtoteles de mulieribus loquebatur. quiquidẽ cùm penem & teſticulos, διδύμους habeant, organa generationis naturalia: tamen quodam naturæ maleficio, aut inuidentiâ, generandi ſunt impotentes. de his ſic Ariſtoteles cap. 5. lib. 2. genera. animal. Nam & à primo ortu Naturæ, locis ad coïtum commodis oblæſis ſteriles & mulieres & viri redduntur; vt alteræ non pubeſcant, alteri non barbeſcant; ſed ſpadônes quidam ſint. Viris ex morbo humidum frigidúmque emittitur ſemen (de mulieribus enim aliàs, vel ex hoc loco.) Multis etiam tum viris, tum mulieribus hoc idem accidit malũ, oblæſis partibus & locis accommodatis ad venerem. quæ vitia partim curabilia ſunt, partim incurabilia. at de probatione ſeminis exilis frigidíq. & infœcundi alibi poſthàc, vbi de humidis agetur. Tales homunciones Graij vocitant ἀνεγκλῆ μόρια ἔχοντας: leges autem & canones, frigidos appellant & maleficiatos, ſub hoc titulo, & iiſdem planè verbis. Quiquidem eſſe ſolent imbelles, ignaui, deſides, torpidi, ſegnes, decolores, languidi, ad venerem tardi, μαλακοὶ, cute læui, imberbes, forioli, voce gracili, muco & iugi ſtiria humentes ac perſtillátes, muliebri ingenio, mentulâ gracili, glabrâ, flaccidâ, coleis paruis, mollibus, marcidis, ſubſtrictis, exilibus, oſcheo depili, ſemine caſſi. aut eo quidem exiguo & aqueo modicè præditi.

Eunuchi, qui frigidi & maleficiati dicuntur canonis & I.C.

Mas & mulier generandi impotens, vnde.

Viri naturâ infœcundi, qui, & ſigna.

Frigidi & maleficiati qui, & eorum ſigna.

His verò haud ſcio an poſſim vel debeam eos accenſere, qui ſe propter regnum cœlorũ caſtraſſe perhibentur: rarum hominum genus, & magni faciendum; ſiquidem tales ſint, quales ipſa lex beatitatis prædicabat: quamquidem proferre nuper quidem iam antè promiſſam haud pigebit: quando etiam hinc eunuchiſmi plures differentiæ innoteſcent. Igitur Matth. 19. cap. poſt explicata legitimi matrimonij iura, & arctæ neceſſitudinis vincula, cùm Phariſæi tentantes Ieſum, obiicerent; Quid ergo Moyſes mandauit dare libellum repudij, & dimittere? ait illis Ieſus; Quoniam Moyſes ad duritiam cordis veſtri permiſit vobis dimittere vxores veſtras: ab initio autem non ſic fuit. & poſt illud Apoſtolicum reſponſum; Non expedit nubere, ſic infert; Non omnes capiunt verbum iſtud, ſed quibus datũ eſt. Sunt enim eunuchi, qui de matris vtero ſic nati ſunt: & ſunt eunuchi, qui facti ſunt ab hominibus: & ſunt eunuchi, qui ſe caſtrauerunt propter regnum cœlorum. qui poteſt capere, capiat. Vides in iſta partitione, triplicem eunuchorum differentiam, diuerſo quodam ab eo, quem antè inſtituimus, modo. Ita tamen, vt eunuchos ab hominibus fieri aſſerat. qui autem ſint, & quomodo fiant, eſt à nobis expoſitum. ſicut & alterum diuiſionis membrum nunc nuper attigimus, de iis qui eunuchi de matris vtero ſunt nati: qui tamen etiam intelligi poſſunt, ab ortu primo teſticulis orbati. poſtremum verò nunc excutiamus, de iis qui ſe caſtrauerunt propter regnum cœlorum. quod dictum, quoniam ſubobſcurum Dominus eſſe ſentiebat, & paucis intelligibile, vel potiùs captu difficile, ideo ſubiecit; Qui poteſt capere, capiat. Quemquidem ſcrupũ paucis ille verbis, ſed eruditis tamen, iuxtà & piis ac ſanctitate plenis, ex ſacrorum Doctorum penu depromptis, ſic doctus breuiter explanat Eraſmus paraphraſi in illud idem caput 19. Matthæi. His auditis, diſcipuli aiunt Ieſu; Si hæc eſt conditio maritorum, vt ab vxore, ſi diſpliceat, non poſſint abſolui, præſtat abſtinere à matrimonio. Dura ſiquidem ſeruitus eſt, domi ferre moroſam, rixoſam, temulentam, aut alio ſimili vitio moleſtam mulierem. & poſt pauca, Ieſus igitur ſubindicans, quid eſſet optimum, & huc inuitans præmio libertatis, non audet tamen exigere, quod quodammodo vires excedit humanas. Non omnes, inquit, capaces ſunt huius ſermonis; ſed hi duntaxat, quibus hoc datum eſt diuinitùs; quos tantus habet ardor euangelicæ ſanctimoniæ, vt hunc etiam affectum ſponte volentéſq. negligant. nec enim alioqui laudem habet, quauis caſtus cœlibatus, niſi fuerit ſuſceptus ſtudio pietatis euangelicæ. Sunt enim eunuchorum tria genera: Vnum, eorum qui ſic naſcuntur; qui vitio naturæ frigidioris, abhorrent à re vxoria; aut alio quopiam occulto naturæ affectu. Alterum eorum, quos executerunt ho-

Eunuchi ſpontanei.

N. Noui & qui ſe caſtrarunt, ne prolem ſuſciperent, aut pra zelotypia. Hiſteria.

Repudij priſci licentia, & nouitij reſtrictio.

Eunuchorũ differentia.

Eunuchi propter regnum cœlorum, qui.

Eunuchorũ genera.

Eunuchi & regnũ Dei, quomodo accipiendi.

Repudij Chriſtiani ritus & difficultas.

Digitized by Google

mines. horum caſtitas nullam materiam habet (fortè laudem) quòd à neceſſitate proficiſcatur, non à ſtudio virtutis. Sed habet euangeliũ & ſuos eunuchos planè beatos; qui neq. Naturâ ſpadónes ſunt, neq. ab hominibus execti; ſed ipſi ſeipſos caſtrarunt propter regnum cœlorum: non amputato corporis membro; ſed ob amorem euangelij, deuicto affectu rei vxoriæ. Videtis palmam in medio poſitam, certet qui volet; quique ſuis fidit viribus, auferat brabium (ſeu brabêũ) qui poteſt; fortiter & vltrò certantibus non deerit fauor agonothetæ. hæc ille θεοπνευστως & docte & luculenter. Quem vtique ſenſum vt fidelem & myſticum ac ſpiritualem, ſi Origenes vſquequaque doctiſſimus arripuiſſet, non ita pueriliter ac ſimpliciter vim ſibi ipſi intuliſſet (maledictum enim hoc, verenda ſibi amputare, ait ibidem Theophilactus ex Chryſoſtomo) vt quem virum Natura genuerat, ipſe ſuâ ſe ſibi virilitate exueret, atque vt loquuntur, euitaret, reſectis partibus virilibus, ſimul & amputatâ occaſione egregij cum carnis tentatione, prælij & certaminis. ſublatâ enim ſemel cauſâ, quis demùm effectus ſequatur? extincto foco & fomite, quis ardor, quæ flamma exæſtuet, excitetur, vel ſuccreſcat? ſopitis ſemel venerei coïtus iniculis, quæ laus reſtinguendi incendij? quæ gloria reſiſtendi accéſæ intus libidini, vel æſtuanti in lumbis cupidini relinquatur? ſi nullus relinquitur hoſtis, quis erit quî cum certes? Non vtique pars ipſa præcidenda tibi fuit, vt partis vſum ſimul & abuſum aboleres: ſed parte manente integrâ, vſus quidem retinendus, abuſus fuerat coërcendus. Non enim eruendus aut effodiendus oculus, qui vetita concupiuit: ſed à rebus deinceps concupiſcendis aliò auertendus, & ad meliora conuertendus: aut omnino cum Dauide optandum, Auerte oculos meos, ne videant vanitatem, Pſal. 118. Sic olim nocuit Romanis deletâ ſemel Carthagine, iuuentuti Romanæ virium periclitandarum, & militiæ fortiter ac gnauiter exercendæ occaſionem ſimul adimere. Dum enim ſtabat Carthago illa imperij Rom. æmula, iuuẽtus Rom. in ſciamachia, in campo Martio, in palæſtra, arma tractabat, arma meditabarur, oppugnandi & propugnandi artes ſedula perdiſcebat atque exercebat. Sed extinctâ ſemel atque excisâ Carthagine, nullus ampliùs metus hoſtilis exuſcitabat: ſqualebant arma atque armamenta: torpebant corpora otio: ludis ſcenicis toti traducebantur dies: aleæ & crapulæ totæ noctes impendebantur: deinde paulatim belli ciuilis calamitas animo præferoci & irrequieto ſubrepſit: foméſque vix olim extinguendus ingenti cruoris humani copiâ exarſit (quod autem de Romanis dico, idem de noſtris Francis dictum intelligi commodè poteſt: & fides ac querimonia publica proteſtatur.) Donec erat ætas vegeta, vita quieta, ſemine naturali tumentes ac turgentes loculi, viuida membra, inteſtinum incendium, innata oſſibus ac medullis flamma exæſtuans, tentigine prurientes obſcœnæ partes: hoſtis nullas dabat indu-

ciaſt perpetua vrgebat tentatio: cupiditas nullam dabat quietem. Tunc vigilare, excubare, orare, ieiunare, abſtinere, frenare concupiſcẽtiam, domare libidinis ardorem, cura erat. Sed poſtquam cauſſa ſuſpicionis & ab hoſte metuendarum inſidiarum ſublata eſt; ſecuritas, pax, incuria, indiligentia, ſocordia ſuborta eſt. Namque & Paulo ipſi, zelo Dei feruenti, ieiuniis macerato, exangui, excarni, exucco; tamen ne magnitudo reuelationum extolleret, datus erat ſtimulis carnis, angelus Satanæ qui colaphizaret, 2. Corinth. 12. Quem eundem Satanæ ſtimulum, Hieronymus in ſuo illo ſpecu Bethleemitico recluſus, vigiliis, inediâ, labore, ſtudiis fractus atque confectus, ſentiebat tamen, Romanas delicias animo reputans, dominarum Rom. pompas muliebres, & carnis illecebras in ſuis medullis perſentiſcens, vt ipſe in epiſt. palàm, & diſertis ex more verbis profitetur, alibi citatis. Quanquam noſter ille Origenes, ab omni ſemper luxu & voluptate alieniſſimus fuit: quiquidem generoſo & virili planéque philoſophico animo, ne externo quopiam ſubſidio indigere videretur; quæcunque ei erant, Græcorum librorum ſummâ elegantia & venuſtate concinnata volumina venalia propoſuit, & quatuor obolorum in diem quemuis, pretium ſibi ab emptore pendendorum eſt ſtipulatus. vnde plurimo tempore ad eum modum philoſophari perſeuerabat, cauſſam & materiam omnem, quæ allicere eum ad res nouas & illicitas poſſet, atque concupiſcentiam indecentem longè à ſe propellẽs. Et die ſudoribus vt plurimùm peracto; nocti etiam, multo incumbebat labori, maximam eius temporis partem meditatione diuinarum ſcripturarum conſumens. Siquando etiam ſomnus obiter deguſtandus eſſet, non in ſtrato aliquo, ſed in nuda humo iacens, eo parciſſimè vtebatur; ieiuniis plurimùm aliiſque philoſophicis exercitiis cõſtantiſſimè ſemper intentus; vti de illo Nicephorus, quanquam aliàs acerbior, teſtatur cap. 5. lib. 5. impias eiuſdem & multùm ſui diſſimiles hæreſes recenſens eiuſdem libri 5. cap. vlt. Verùm vt illa priora omnia ſanctè & religioſè fecerit: at quòd virilia ſibi reſecuit, id verò eſt, quod nobis hactenus, quod multis claris & piis viris non potuit probari; & quod Demetrio ipſi Alexandrinæ eccleſiæ Epiſcopo reprehenſione dignum eſt viſum. Sed videar fortaſſe cuipiam abſurda loqui, atque hominum doctiſſimo, nugaciter Origeni imponere. quod nequis mihi imputet, aut adſcribat impoſturæ crimen, cedò authorem. Euſebius in laudes Origenis profuſus lib. 6. cap. 6. ea ſcribit, quæ propè ad verbũ ex more ſic repetit Nicephorus cap. 8. lib. 5. Quoniam enim adhuc iuuenis, non ſolùm viris, ſed & mulieribus docendo ſalutare prædicabat verbum; volens calumniam omnem fœdæ ſuſpicionis præcidere, & ſimpliciùs dicto illo Saluatoris intellecto (Sunt eunuchi quidam, qui ſeipſos caſtrarunt propter regnum cœlorum) adimplere, id re ipſa in animo habẽs, ſeipſum caſtrauit: ſummâ

Eunuchi euangelici, qui.

Origenes an male intellecto euãgelio ſeipſũ reapſe caſtrauit.

Eunuchiſmus ſpontaneus inutilis, cur. à ſimili.

Sic oculus non eruendus, ne peccet.

Hiſtoria.

Rom. belli ciuilis occaſio. N. forte & Gallici.

Certamen ſpiritus aduerſus carnem, ex Paulo.

Hominum ſocordia, vnde.

Pauli ſtimulus carnis querimonia.

Hieronymi phãtaſmata in eremo.

N. Origẽnis patrocinium, & parſimonia, & ingẽi meditatio, & armam.

Origenis hæreſis extirpanda.

Origenes arguitur eunuchiſmi.

Hiſtoria.

Origenes cur ſeſe caſtrauerit.

curâ & diligentiâ familiares ſuos id factum celare ſtudens. quod tamen difficile factu erat: permultis enim ea res innotuit. quam vbi etiã loci eius Epiſcopus Demetrius reſciuit, quum facinus tale eſt admiratus, tum feruorem tantæ fidei non improbandum eſſe ducens, bono eum eſſe animo, nihilque eam ob rem metuere iuſſit. atque tum quidem tali erga eum animo fuit Epiſcopus. Procedente verò deinceps tempore, quum hominem vbique celebrari laudaríque videret; humano quodam affectu ſeductus, ad Epiſcopos ſcribens, premere atq. obſcurare famam eius eſt conatus, cœptúmque huiuſmodi abſurdum in literis ſuis expoſuit. & quod ille aliquando per iuuenilem imperitiam fecerat, ad grauem traxit calumniam. Euſebius autem ipſe lib. 5. cap. 24. ex Polycratis Epiſcopi Epheſij verbis ita ſcripſerat; Melitonem, propter regnum Dei, & eunuchum, & Spiritu ſancto repletum, iacêre in ciuitate Sardenſium (fuerat enim Sardenſis Epiſcopus) & expectare aduentum Domini de cœlis, vt reſurgat è mortuis. Quod tamen exemplum ne deinceps imitatione tranſiret ad poſteros, Nicæna ſynodus ſanxit in hæc verba; Obſeruandum eſſe in eccleſiis, nequis ex his qui ſemetipſos impatientiâ libidinis exciderunt, veniret ad clerum. Ex quo fortaſſe fluxit mos ille falsò creditus, in creando Pontifice Rom. videndi & palpandi, vir ſit qui creandus venit, an mulier, an eunuchus denique. quia Iohanna virũ (vt quidam mentiuntur) ementita, paparum olim geſſit; ſicut è Platina vſpiam antè citaui & improbaui. Deinde verò Anaſtaſius Rom. Pontifex 39. mutilos aliqua corporis parte, à clericatu & ſacrorum miniſterio repulit, vt ex eãdem patet hiſtoria. Namque & iam multis antè ſeculis ita cauerat lex à Moſe promulgata Deuteron. 23. Non intrabit eunuchus, attritis vel amputatis teſticulis, & abſciſſo veretro, eccleſiam Domini. & quod nunc obſeruari velim, Non ingredietur Manzer (ſubiungit ibidem) hoc eſt de ſcorto natus, in eccleſiam Domini, vſque ad decimam generationem.

Demetrius Epiſcopus initio laudat factũ, deinde condemnat Origenem, quare.

Hiſtoria.

Melito Epiſcopus Eunuchus à ſe factus.

Nicæna ſynodus prohibet eunuchiſmum ſponteneũ.

Rom. pontifex palpatur, an mas ſit, cur, & quo de cauſa.

Platina Martia Polono annuit.

Hiſtoria. Clerici nulla parte manci.

Eunuchi ne ſacerdotes fiant: nec ſpurij & nothi.

Sed quoniam ſacra tractamus, adiiciam vnã aut alteram tertiámve lepidam ex Sozomeno hiſtoriam ex cap. 11. lib. 1. hiſtor. tripar. Inter diſcipulos Antonij, celeberrimi illius Eremitæ, vel Abbatis potiùs, fuit quidam Paulus Simplex. Hunc aiunt, cùm ruſticus eſſet, bellâ ſpecie coniugem habuiſſe; & eâ in ipſo facinore adulterij deprehensâ, tacitè ſubriſiſſe, & iureiurando firmaſſe, nunquam ſe cum ea eſſe miſcendum. tum ad adulterum; Habe (inquit) eam. exin repentè diſceſſit ad eremum ad Antonium. Circa hoc idem tempus philoſophabatur & Amos Ægyptius; de quo ſermo fertur, quòd cognatis cogentibus, duxerit vxorem; nec tamen eam cognouerit. Initio enim nuptiarum ſponſam ſponſus in thalamo percipiens, & ſolus cum ſola remanẽs ait; Nuptiæ quidem noſtræ, ô mulier, ad hoc vſque tempus celebratæ ſunt. Deinde quale bonum ſit poſſe permanere virginem, ſacris edocebat literis; & ſeorſim habitare ſolus tentabat. Sed quoniam de virginitate quidem ſermones virgo laudauerat, diuidi autẽ ab eo, graue iudicabat; in alio cubiculo dormiens annis decem & octo, cum ea manſit: neque tunc à monaſtica abſtinentia ſeſe ſuſpendens. Interea mulier viri zelata virtutem, æſtimauit non eſſe iuſtum, tantum virum domi celari propter ſe; ſed opportere potiùs ſeorſum vtrumq. philoſophari: & ob hoc ſupplicauit viro. At ille gratias agens Deo pro huiuſmodi cogitatione mulieris, Tu quidem (inquit) hanc habe domum; ego mihi aliam fabricabo. Et in meridianam partem deſerti ſtagni Mariæ veniens, circa locum Scyti, ad montem qui dicitur Nitriæ, duobus & viginti annis ibi philoſophatus eſt; annis ſingulis viſitans ſecundò mulierem. hæc hiſtoricus refert, vera an ſecùs, ipſe videris. Huius ſanè poſterioris & virtutem & continentiam demùm eſt æmulatus Pelagius paſtor Laodicẽſis: qui cùm in iuuentute duxiſſet vxorem; in ipſo thalamo, primo nuptiarum die, ſponſæ perſuaſit, vt caſtimoniam cõmuni voluptati anteponerent: atque vt charitatem fraternam adipiſcerentur pro copulis nuptialibus, erudiuit. ſic enim Theodoritus ſcriptum reliquit eiuſdẽ hiſtor. tripar. lib. 7. cap. 14. quale vtique conſilium etiam noſter Paulus vtrumq. approbat 1. Corinth. 7. Nolite fraudare inuicem: niſi fortè ex conſenſu ad tempus, vt vacetis ieiunio & orationi: & iterum reuertimini in idipſum, ne tentet vos Satanas, propter incontinentiã veſtram. Hoc autem diço ſecundùm indulgentiam, & non ſecundùm imperium. Quanquam Dionyſius Corinthiorũ Epiſcopus, vir doctus & pius, & verò perantiquus author in eccleſia, inter plures, quas ad varias eccleſias ſcripſit epiſtolas, ita monet Pinytum Gnoſiorum epiſcopum, ne grauia onera ceruicibus diſcipulorum imponat: néve fratribus neceſſitatem compulſæ caſtitatis indicat, in quo nonnullorum periclitetur infirmitas, ita referente Euſebio cap. 25. lib. 4. quod & Nicephorus (ſicut & alia permulta) iiſdem verbis repetit lib. 4. cap. 8. Μὴ τὸ βαρὺ φορτίον τῆς ἀγνείας, εἰς ἐπαναγκὲς, ἐπιθῶμεν τοῖς ἀδελφοῖς· τῆς δὲ τῶν πολλῶν ἀσθενείας παραιτώμεθα. Latinus verborum ſenſus anteceſſit. Citantur & ex Ignatio de cœlibatu iſtæ ſententiæ; Siquis poteſt in caſtitate manere, ob carnis dominicæ honorem, citra gloriationem maneat. At cœlibatus iugum nemini impoſueris: eſt enim res periculoſa, & cuſtoditu, cùm obtinetur, difficilis, quando ex neceſſitate ſeruatur. Iuuenibus nuptias permitte, priuſquàm meretriciis amoribus corrumpantur. hæc ferè ex Gnomologico Græco lib. 1. cap. 14. nam inter reliqua genuina Ignatij opera non memini me legere. Sozomenus idem ille nuper productus lib. 2. hiſtor. tripar. cap. 14. ita refert, Synodus Nicæna corrigere volens hominum vitam in eccleſiis commorantium, poſuit leges, quos Cánones appellamus. in quorum tractatu, videbatur aliquibus introducere legem, vt epiſcopi & preſbyteri, diaconi & ſubdiaconi cum coniugibus, quas ante conſecrationem duxerant, nõ dormirent.

Pelagius ſuadet vxori virginitatem ſeruandam.

Abſtinũtia carnis ex communi conſenſu, & quorſum.

Caſtitas nõ imperanda nolentibus, nec eius grauet.

Caſtitatis beneficia.

Cœlibatus non eſt initio virgendus.

Iuuenum nuptiæ.

Hiſtoria.

Prohibetur concubitus ſacerdotum cũ propria vxoribus.

1 *Paulus ſimplex dimiſſa vxore adulterinâ, fit monachus.*

2 *Amos duãm vxorem intactam ſinit, factus monachus de cõmuni conſenſu.*

Digitized by Google

Paphnutium intercedit, mero formicationis.

Surgens autem in medio Paphnutius confessor contradixit, honorabiles cõtẽdens nuptias: & castitatem esse dicẽs, concubitum cum propria coniuge. suasitq. concilio, ne talem poneret legem, grauem asserens esse cautam, quæ aut ipsis, aut eorum iugalibus occasio formicationis existeret. & hæc quidem Paphnutius, licet nuptiarum esset inexpertus, exposuit: synodúsque laudauit sententiam eius: & nihil ex hac parte sanciuit: sed hoc in vniuscuiusq. voluntate, non in necessitate dimisit. sic ille.

N. Sic Thuano apud A. Gellium.

Verùm hæc alterius sunt instituti, & à nobis est alibi eadem agitata quæstio comment. in Strab. An cœlibatus connubio foret potior. vbi & Hieronymi, & Cypriani, & Ambrosij, & Augustini de laudibus castitatis propensior expensa est affectio; & Pauli consilium præceptúmve ex 1. Corinth. 7. cõsiderarum; quíq. ex apostolis fuerint vxorij, quæsitũ ex Euseb. lib. 3. cap. 30. & Clemẽtis Alexandrini, aduersus eos qui nuptias spernunt, lib. 3. stromateων, doctè & grauiter differẽtis. quem locum Nicephorus diligenter annotauit lib. 3. cap. 44.

Quæstio.

Quæstio.

vbi & hoc inquirit, An Paulus etiam ipse vxorem duxerit. vbi inter legendum, hoc obiter notaui, malè & subdolè referri de Græco ipsius Pauli verba hunc ferè in modum; Paulus quoq. non veretur in epistola quadam τὸν ἀπὸ σύζυγον, comparem suam salutatione compellare. namq. apud Paulum ipsum, quem manibus terimus, & legimus, cap. 4. Ephes. sic scribitur; σύζυγε γνήσιε, per genus masculinum, vulgariter, & tu germane compar. nempe familiarem quendam suum, & in promulgando Christi euangelio socium, atque peregrinationis & periculorum comitem (quales acta apostolica complures recensent) videtur alloqui, nomen ipsum subticens. Sed quia video Græcis cum Latinis malè hoc loco conuenire, atq. orientalem ecclesiam cum Romana occidentaliq. ecclesia, vt in plerisque aliis, sic in sacerdotum nuptiis discrepare; hanc ego controuersiam aliis viris & doctis & piis, & fidelibus catholicis atque theologis dirimendam discutiendámq. relinquo, & ad mea ista ἐκ τῆς παρεκβάσεως regrediar, aliquantulò plus digressus, quàm putaram. sed vt catenam catena, sic sermonem sermo trahit nectítque. & verò narrationis affinitas ad similia & plausibilia illa pertraxit non nolentem nec inuitum.

Paulus vxorius, an?

N. contra Niceph.

Controuersia orientalium & occidentalium Episcoporum.

Similitudo.

PROBLEMA VII.

Sintne cotylédones in vtero muliebri?

ENIMVERÒ de cotyledonibus, quas vocant, mira quædam discrepantia est inter medicos, quamuis leui de caussa suscepta. nam siquis dicta veterum candidè interpretari velit, huic erit facile litem breuiter & commodè dirimere. Κοτυλώδης (ac non κοτυληδὼν, vt malè quidam Græcè, & inde malè sic Latinè, cotyledónes enuntiant) ab Hippocrate primùm, vt videtur, appellatæ sunt per similitudinem quãdam rei externæ: sic enim vocare solent cirros seu cirramenta & acetabula polypodum, seu polyporum, siue loliginum piscium (sic enim potiùs quàm loliorum, cum quibusdam, qui tamen sibi sapientes videntur, & mirè applaudunt) foraminula in extremis cirris & pedibus seu pedunculis quibusdam (à quorum similitudine & multitudine, πολύπους est denominatus) dictorum piscium: de quibus sic Aristoteles cap. 9. lib. 4. part. animal. Polyporum pedibus acetabula cirramentáq. adsunt: hæc vim contextúmq. talem habent, qualem implicamenta illa, quibus digitis antiqui medici indere nomina solebant. Quo eodem nomine cotylédonis, herba quædam medicis dicitur; cui in medio foramen est; & à similitudine quadam, vmbilicus Veneris denominatur: aliàs cymbalitis. Sic denique apud medicos & apud Arist. lib. 1. hist. animal. vocatur sinus & cauitas illa, in quam se coxa siue femoris caput recondit. cùm sit solenne apud Græcos, κοτύλην dicere, quicquid excauatum est & capax: atque Galeno initio lib. de ossib. κοτύλη, acetabulum, de alta cauitate ossis caput magnum excipiẽte generaliter effertur. Homero autem atq. Hippocrati, κοτύλη, cauitas illa in ischio insignis accipitur. Qua etiam appellatione, vasa quædã certæ mensuræ intelligũtur: quam enim Graij κοτύλην specialiter dicunt, nos ferè heminam vocitamus: quæ nouem aut decem vnciarum æstimatur: aliis libram pendit. sed ab acetabulo, mensura multò minore discrepat, vt aliàs dicetur.

N. admiratio.

Polyporum acetabula.

Cotylédon herba.

Cotylédon in ischio.

Cotyle in esse, quid.

Cotyle, mẽsura genus.

Cotylédones cur sic à quo, & vnde dictæ: & quid significent.

Hoc posito, videndum est, an in vtero muliebri tale quiddã, licet non tantum, sed tamen ἀνάλογον inueniatur: & recténe Hippocrates scripserit aph. 45. lib. 5. Acetabula vteri muci plena resolui, & abortum facere secundo aut tertio deinceps mense. quod tum ibidem Galenus, tum lib. 6. loc. aff. tum lib. 15. de vsu part. tum lib. 1. de semine, tum alibi passim recipit: sic ora venarum & arteriarum in vterum corriuantium interpretatus; & ante Galenũ Praxagoras lib. de natura lib. acetabula seu cotylédonas dixerat ora venarum & arteriarum, quæ feruntur ad vterũ. Author lib. de dissect. vuluæ hanc quæstionem iam priscis agitatam proponit; Adde quòd acetabula etiam hoc modo firmum vinculũ ad vuluam efficiuntur. quamuis nonnulli homines vuluam (mulieris) acetabulis carere dicant. ésse enim aiunt in bobus, capris, ceruis, aliisq. huiusce modi animalibus corpora quædam mollia ac mucosa, quorum forma acetabulo, id est herbæ cymbalitidi similis sit: vnde etiam nomen accepêre. Hipp. tamen ita inquit; Quæcumq. corpore mediocriter affectæ, absq. vlla manifesta caussa, quadrimestres aut trimestres abortus faciunt, iis acetabula muco plena sunt, neq. possunt præ grauitate fœtum continere, sed abrumpuntur. Quinetiam Diocles Carystius, & Praxagoras Cous Nicarchi filius, qui paulò post Hipp. ætatem viguerunt, eâdem dicunt, & multi etiã alij. Quid igitur? omnésne ignorarunt? sed fas minimè est de tantis viris ita sentire. quid verò est quod dicunt? ora vasorum vuluæ ita appellant. nam hæc prægnationis tempore, aceta-

Acetabula seu cotylédones in vtero, quid.

An acetabula habeat vterus muliebris, & quid vel qualia.

Abortus trimestris caussa.

Quòd mulier habeat cotylédonas, & quid, & quales.

à ſimili. N. ar capſula hæmorrhoidum protuberãs: acetabula autem cornata eſſe volumus.

bulares quaſdam eminentias innatas habent; quales etiam recto inteſtino ineſſe in hæmorrhoïdibus ſolent. Atq. hæc non diuino ego, ſed à Praxagora accepi, qui ita ad verbum ſcribit; κοτυληδόνες δέ εἰσι τὰ τέρματα τῆ φλεβὸς τῆ εἰς τὴ μήτρα ἰόντων. Acetabula, ſunt venarum ora, quæ in vuluã penetrant. Ex his igitur & vuluam muliebrem acetabula habere, & quænam acetabulorum in mulieribus & bruris differentia exiſtat, patêre ex illo loco & authore ſiue Galeno, ſeu quouis alio, ſatis arbitror. Sed res aliis etiam iudicibus probanda eſt, vel adeo teſtibus fide dignis, atque omni exceptione maioribus. Diocles medicus antiquiſſimus, cotylédonas ita deſcribit apud Soranum. Διοκλῆς δὲ ὁ κνιδιος, ὁ παλαιότατος, ὁ πρῶτος περὶ γυναικείων λογισάμενος τῆ φησι τὸ τῆ διηχμένης ὑστέρης, αἵτινες μαστοειδῆς ἐκφύσεις ὑπάρχουσι, πλατύτερα μὲ κατ' βάσιν, στενότερα δὲ κατ' τὸ ἄκρον, ἐκπιμπλησθαι γάλακτος τῆ καθαροῦ, ἀφροειδοῦς διὰ τῆ φύσεως χορηγούσης, χρῆσθαι τὸ τὸ ἐμβρύου ἀντὶ μαστῶν ἐπὶ τροφῆς. καθαφοειδεῖ) δὲ τῆ αἰσαπρᾶς ὑχ διείσησι) δὲ αἱ γυναῖκες ὅταν ἐκβάλωσι τὸ ἐμβρυον ἀφιᾶσι τὰς ὑστέρας λέγει, ἀς ἐν ἐκ ἀεὶ ζωογονίας ἐπιμορφώσασαι κοτυληδόνας. id eſt, Iã verò Diocles vult in vteri amplitudine, & acetabula, vel citros, & quæ dicũtur cornua (nam nomen μαστοὶ vacat in hoc quidem ſermone) ineſſe; qui proceſſus quidam mámillares ſunt, lati quidem ad baſim, in ſummo autẽ anguſti, vtrinq. ad latera vteri, magnã Naturæ prouidẽtiã adiecti; vt fœtus iam antè aſſueſcat papillas mammarum exugere. Sed qui ita ſentiunt, in diſſectione falluntur & redarguuntur: neque enim acetabula inueniũtur; & omnino ſuperuacanea eſt de iis inſtituta oratio, vt in cõmentariis de genitura animaliũ eſt demonſtratum. hæc Soranus partim de ſua, partim de Dioclis ſentẽtia. cui ſi cotylédones, nulli alij vſui ſunt, quàm vt ab his diſcat infans fugere & lactere; profectò vel nullæ ſunt, vel ob id inutiles, quòd neque infans in vtero per os ali, neq. lac ore mulgere, aut cotylédones fugere, omnino à nobis demonſtratus eſt ſpeciali contra Hipp. & Dioclem problemate. Theophilus in reliquiis humanæ anatomiæ, ait; Ἐν γυναικὶ δὲ ἡ μήτρα κατὰ τὰ ἀγγεῖα τὰ αἱματικὰ, ὑποδέχεται) κοτυληδόνες. τοῦτο δὲ μέ στρογγύλα ἔχουσι σχῆμα, κατέχουσι τὸ ἔμβρυον, κἀν βαρὺ ᾖ, ἵνα μὴ πίπτῃ. ἃ δὲ καθέλκει ἡ γαλαξία, ἀδυνατοῦσι μὲ κρατεῖν τὸ ἔμβρυον, ὀλισθαίνει δὲ αὐτὸ ἀμελεσθρίστως γάλακτος. id eſt, Eorũ quæ ad vterũ corriuant oſcula vaſorum, acetabula nominãtur: atq. hæc quidẽ ſi ſolida ſiccáq. ſunt, embryon ſuſtentant, quantumuis graue donec abſoluatur. ſin humida & lubrica ſint, infanté ſiſtere & retinere non valent; atq. id abortiuum fieri ſinunt, iuxta Hipp. aphoriſmum, & ab hoc Theophilo, & à Galeno, & à cæteris adductum.

Cotylédones, quid.

Cotylédones, quid, & earũ vſus.

Quòd cotylédones nullæ in muliere.

N. quòd infans in vtero non lactet.

Contra Hipp.

Acetabula, quid, & quorſum.

Ariſtoteles philoſophorũ princeps (Platonẽ ſemper excipio) lib. 7. hiſt. anim. c. 8. Augẽtur animalia omnia, quib. eſt vmbilicus, per ipſum vmbilicũ. hic acetabulis vuluæ adhæret. ſed ſi læuis ſit vulua, ipſi vuluæ adhæret vena ſubiecta. & mox, Quibus in vulua acetabula ſunt, fœtu accreſcente, acetabula ipſa ſubinde minuuntur: poſtremò abolentur omnia, ſed idem apertiùs cap. 5. lib. 2. de genera. anim. Animalia non vtrinq. dẽtata omnia, & dentatorũ vtrinq. quorũ vterus venam non ſingularẽ habet pertinentem grandem, ſed pro vna plures frequẽtes continet: hæc in vtero habent, quæ acetabula appellãtur; in quæ vmbilicus dẽuenit atq. adhæret. Tenduntur enim venæ vmbilicares vndiq. laterum, fiſſæq. ſparguntur vſquequaq. per vterum: & quà deſinunt, hæc illa acetabula exiſtunt, curuamine ſuo coniuncta cũ vtero; cauo autem ad fœtum conuerſa. Secundæ verò & membranæ inter fœtum & vterum poſitæ ſunt. Acetabula fœtu accreſcẽte proficiſcentéq. ad exitum, minora ſubinde reddũtur, demúmq. obliterantur, cùm perfectus iam eſt. in ea enim, velut mammas, reponitur à natura fœtui alimentum ſanguineum: quod dum colligitur, & paulatim ex multis conſiſtit, quaſi puſtula & inflãmatio corpus acetabulorũ exiſtit. Itaq. quandiu fœtus ſit minor, nec multum cibi aſſumere poſſit, conſpicua maioráq. ſunt: ſed aucto iam fœtu conſidunt & exoleſcunt. Minuta & vtrinq. dentata animalia, magna ex parte acetabulis carent. De hoc tamen numero videtur fœminam eximere cap. 1. lib. 3. hiſt. animal. Cætera vtrinque dentata animalia fœcunda, pedibus prædita, vuluam læuem omnia habent; & partus ipſi vuluæ, non acetabulis adhæret. Quod tamen de quadrupedibus dictum accipi debet, vt vel ſequentia demonſtrant. nam fœtus humanus non vtero, ſed venulis & arteriolis adhæret: ipſiſq. medianti-bus, vtero muliebri alligatur, vt aliàs oſtendi, & oculata fides teſtatur. Qua de re ſic Alexãder Aphrodiſieus Peripateticus adſtruit ſect. 2. probl. 97. Cur vulua vna omnium membrorũ, aſpera parte interiore eſt? habet enim quoſdam exceſſus, quos calyculos ſiue acetabula appellamus. Vt ſemen humidum poſſit retinere. humor etenim omnis facilè per læuem corporis faciem labitur. hinc enim & artifices tectorij operis ſcalptis parietibus calcem admouent, vt per caua & ſumma aſperiora, cruſta contineatur, & hæreat. hac verò de cauſſa ſemen quoq. ipſum lentũ glutinoſúmq. factum à Natura eſt: videlicet vt tenaciùs inſidere poſſit & firmiùs. ſic ille. Auicennas fen. 21. tract. 1. cap. 1. lib. 3. Et orificia venarum ait, quæ figuntur in matrice, nominantur foramina matricis (acetabula voluit interpres dicere) & cũ illis continuantur panniculi embryonis, & ex eis currit ſanguis mẽſtruus, & ex eis nutritur embryo. atq. hęc ferè de priſcorũ ſẽtẽtia: mox autẽ de neotericis.

Vmbilici vſus, & nexus.

Acetabula quibus & quando cõſpicua.

Acetabula quibus inſint, aut contrà, & qualia.

Secundinæ vbi.

Acetabula quæ minuũtur, & cui vſui.

Acetabula quibus deſint aut adſint.

Embryon quomodo alligetur vtero.

Acetabula querſum in vtero.

à ſimili.

Semen quare glutinoſum.

Acetabula vteri muliebris, qualia, & quem in vſum.

Quòd autẽ cotylédones vtero muliebri inſint, aut ſanè particulæ quædam cotyledonibus analogæ atque proportionales (ſic enim Ariſtotelem paſſim loqui in obſcuris video explicandis) ſic vtiq. demonſtro. Certè nemo ibit inficias, vaſa inſignia & multa ferri in vterum, non modò quanta pars alẽda ſibi poſtulat, ſed etiam menſtruis interuallis expurgando corpori, & fœtui nutriendo neceſſaria. ſed de menſibus & fœtu poſtea viderimus. Quin & hoc conſtat, è vaſorum vteri oſculis, totidem enaſci vaſa appenſa, & chorion ſiue ſecundinas penetrantia, tum mirificè perreptantia, vt aliàs patuit. Qua autẽ parte oſcilla oſcillis inhiant, ſenior Hippocrates à ſimilitudine exter-

N. demonſtratio, quòd ſint cotyledones in omni vtero muliebri: & quẽdo magis conſpicuæ.

Vasa vteri quotuplex, & quomodo terminent.

na, contemplatus animo, & verò oculis etiam corporis, alterutrorum tum insecta capitula, vt in hæmorrhoidibus; tum foramina exci-
A pientia, & velut acetabula tenuissima & gracillima; illa licet superficie tenus, aut paulò depressiùs cælata atque excauata, cotylédonas nominauit. Neq. enim κοτυλήδονες aut acetabula dici debent, si propriè loquaris, quæ instar

Cotylédones, quid, & quales.

Quòd cotylédones non prohiberent, neve hæmorrhoidum.

piſorum integrorum aut dimidiatorum protuberant: cùm ea sit cotylarum & cotyledonum natura, vt excauari, velut excepturæ aliud aliquid, debeant. Tu verò exiguitatem talium foraminum cernens, aut ne cernens quidé præ oculorum imbecillitate, cum non dicam mentis & animi obtusiore acie (quod Plato Diogeni exprobrabat, cyathitatem & mensalitatẽ
B irridenti; opinor, κυαθίνην ἢ τραπεζίνην, fictis nominibus Græcis) vnus te toti antiquitati audebis opponere? & receptam inter omnes omnium ætatũ medicos etiam celebertimos (quamuis ante Galenum quidam ausi sint negare: & Soranus, vt patuit, eat inficias) sententiam solus euertere atque impugnare? Esto,

Asseritur cotylédones aduersus neotericos.

Plato ad Diogenem.

à simili.

culex, cinips, conops, musca, acarus denique (quod omnium animalium minimũ ab Arist. perhibetur) ocellos tam minutos habeant, vix vt acie oculorum tuorum, ac ne vix quidem, illorum possis discernere atque interstinguere
C acié, vel minimos artus quoscumque: elephas autem, bos, equus, camelus, tam magnos oculos habeant, támq. insignes artus, vt lusco vel nuscitioso vel cæco denique pareant & pateant. iccircóne verò hos oculatos, illa insecta cæca pronuntiabis? Quanquam dissimilis est

Acarus, omnium animalium minimum.

Cotylédones vbi conspicuæ magis, aut minus.

vtrorumque ratio; & vasorum istorum oscula longè clariùs & apertiùs discerni queunt. dico autem in vtero gestantibus, & verò in iis, quæ menstruorum fluxum fluorémve patiuntur, aut breui passuræ sunt, aut pati nuper desierunt; vtrobique dilatatis & incrassatis & inconniuentibus vasis: quæquidem in aliis atq. aliter habentibus, fortè cæca atque in totum clausa conniuere deprehenduntur. in mutis autẽ siue brutis, præsertim maioribus, vt ouibus, capris, ceruis, vaccis, elephantis, nullis nõ conspicua sunt. Quinetiam Vesalius ipse cùm cotylédonas Hippocraticas obscurare niteretur: tamen venas ad vteri fundum ceruicémq. pertinentes, sanguinem menstruum in se paulatim colligere, ac tandem turgentes, illũ singulis mẽsibus, apertis ipsarum osculis emittere fassus est vltrò: & in grauidis permulta venarum atq. arteriarum ora in vteri sinum aperiri:
E & his oris (sic enim loquitur) siue oribus potiùs aut osculis vasorum vteri, noua vasa accrescere, mutuam cauitatem continuitatémq. cum illis seruantia; vt patuit, vbi de fœtus in vtero conceptu modóq. egimus. factáq. cum hæmorrhoïdibus comparatione, pollicis ferè crassitiem in his æquare deprehendit: vtique tamen in vtero non paulò minores futuras quas dicimus cotylédonas.

Cotylédones obscuræ.

Vesalius suo testimonio redarguitur.

Vteri vasa, & eorum nexus, qualia.

Vt frustrà quidam patrocinari studeant Hippocrati, velut anatomes ignaro, & impropriè cotylédones vocanti carnes illas, quibus interpositis, vasa vteri cum chorio iunguntur atque firmantur. Et quoniam in brutis cornigeris,
A in acetabulis continetur caro illa, neq. propriũ nomen habet, ab ipso breuitatis aphoristicæ leges seruante, vt longas circumlocutiones vitaret, κοτυλήδονος vel acetabuli voce est explicata; & continentis nomine, contentum ipsum per κοτυλήδονα est appellatum, ait Fallopius sub finẽ obseruationum anatomicarum. Quòd autem Hipp. intellexerit carnes istas nomine acetabulorum, patet; quia in aphor. ipsis assignat munus sustinendi fœtus, atq. ait ipsa lacerari. quod dici non potest neq. de oscúlis vasorum vteri, neq. de continẽtibus cauis, etiamsi adessent. Nam vasa vteri non habent hoc munus,
B vt sustineant fœtum: ideo de illis non loquitur. cauitates verò si adessent, quamuis faciant ad sustinendum fœtum: tamen ipsæ nunquam disrumpuntur aut lacerantur. Quare de tomõto hoc carnoso intelligẽdum est, quòd figuratâ oratione sit explicatum: Neque mirari debemus, si Hipp. non valdè in hominum anatome exercitatus, per allusionem ad illa quæ in brutis nouit, de rebus quæ ad hominem pertinent, aliquando sit locutus. his ferè ac similibus rationibus Hippocrati sese Fallopius op-
C ponit, plura licet in eandem fatus sententiam. Vbi tamen malè sustineri fœtum à cotylédonibus negat, meo quidem iudicio, quas mulieri cum Aristotele adimit, & cornutis animantibus assignat. modestè tamen præfatus in hũc modum; Mihi parcant manes tanti viri Hipp. qui numen artis medicæ fuit: dico ego, quòd falsa oratione, vera testatus est. Atenim (inquã) resolutis cotylédonibus iis, quas & quales asserui, velis nolis, mucóque illo imbutis Hippocratico, abortum sequi necesse est. Nam si iisdé cessantibus & relaxatis, abortus sequitur, ex hypothesi, prolapso fœtu atque dissoluto: vtiq. vt priùs colligatum sibi fulcirent,
D videtur consentaneum. Sed vterus, dicet, fœtũ sustinet. Sanè & vterum, ligamenta: & hæc, partes circunsitæ atq. annexæ: & has, corpus vniuersum: aut si vis, tum vterum, tum corporis truncum gestant ossa pubis, ilium, ischij, sacrũ, femora cruráque. sed tamen suum cuiusq. partis adminiculum est; & hoc aut illud propius aut remotius, gestatum vtero fœtum mediatè vel immediatè fulcit ac sustinet.

Catylédones de caruncule in vtero brutorum, quibus.

Hipp. expositio cotylédonum per Fallop.

Hipp. ignarus anatomes Fallop.

N. contra Fallop.

Cotylédones alligatæ sustinent fœtum, sed mediatè.

Non repetam de cæteris anatomicis: sed nostrates duos insignes physicos ac præstantes medicos non queo prætermittere. prior negotium sic breuiter conficit Fernelius lib. 7. c. 9. physiolog. Leuis autem cùm sit (mẽbrana secundina dicta) vtero cõmittitur & adhærescit
E per ora vasorum, quæ in vterum desinunt: ea dicuntur acetabula; per quæ semen alimentũ ad se rapit. item lib. 1. cap. 7. Venæ arteriæque plurimæ sparsæ diffunduntur in vteri corpus; quarũ ortus ab iis tum venæ, tum maioris arteriæ ramis trahitur, qui vtrinque ad coxas & crura contendunt. Ab eis itaque alij riuuli in corpus vteri ad nutritionem obliterantur: alij patente ostio exitúque, in vteri sinus desinunt. Hæc acetabula dicimus, Græci κοτυλήδονας, per quæ tum menstruus sanguis statis temporibus emanat, tum in prægnantibus alimentũ fœtui

Secundarũ nexus, & acetabula, quid & quorsum.

Acetabulorũ cõpositio, vsus, & quorsum.

confertur: reliquo tempore conmouent: maximè autem in anguſtum deducuntur iis, quæ è vita exceſſerunt; vt nequaquam illa ſenſus internoſcat. Quidam ex memoratis illis riuulis in extremam proferuntur vteri ceruicem; per quos menſtruum virginibus aliquantũ erumpit. nos tamen antè paulò, vbi de hymene, qualiter è fundo vteri ſanguis elabatur, oſtendamus: ac de mẽſtruis poſthàc. ſic tamen ille de acetabulis eloquitur & modeſtè & grauiter.

Virginum menſes vnde fluant.

Alter autem Sylnius, acer antagoniſta, aduerſus Veſalium acriter inſurgit, & medium ſe interponit Veſalio & Galeno decertantibus: ſic tamen vt huius partes ſuo more, acerrimè tueatur: quaſi de vita & ſalute, déque aris & focis & fortunis omnibus, ſic de verborum contentione, & aſſertionum diſcrepantia quatundam diſceptans. quo in conflictu, vbi ſemel incaluit Picardus noſter, *ωμοφαγ* gerens *κρεαδίας*, à conuitiis & probris in Veſalium, hominem Flãdrum (ſiue Hannonium, & quem noſtrate Burgundum vocant, & habent pro hoſte) ſibi temperare nequit. ſed iſtis arte noſtra & modeſto homine indignis prætermiſſis, quod de cotylédonibus verè aut ſimiliter vero ſcribit, id nunc ſubiicio, & de multa ac prolixa oratione irati hominis, pauca pacatiora & tranquilliora explico. Veræ cotylédones Hippocrati & veteribus aliis, ſunt fines dictorũ nunc vaſorum ad vterum peruenientium; per quos ſanguis mẽſtruus vacuatur à toto corpore, aut per vterum foràs, aut in fœtum nutriendum tranſſumitur per vaſcula inter chorij tunicas media: quorum orificiis ſolis chorion, & per chorion, fœtus ipſe vtero adhæret. Cùm enim vteri & chorij oſcula ſunt aperta, vterus per ipſa vaſa, chorion apprehẽdit; vt polypi quæcumq. attigerunt, comprehendunt ſuis cotylédonibus ſeu cauitatibus; quales ſunt in folio herbæ cotylédonis: vnde etiam idem nomen haber, ob figuræ ſcilicet ac vſus ſimilitudinem. Nõnulli tamen vterum muliebrem cotylédonibus carere dicunt, & eas reperiri in capris, ceruis, bobus, & aliis eiuſmodi brutis vnum párere ſolitis, ſimiles cotylédoni herbæ. Sed Hipp. & paulò poſt eius ætatem, Diocles & Praxagoras ſic vocant ora vaſorum vteri, quæ imprægnationis tempore quaſdam cotylédonum eminentias in medio leuiter cauatas habent innatas: quales eſſe ſolent hæmorrhoïdibus inteſtini recti. Ab his enim viris tantis ignorata fuiſſe hæc, ſentire nefas eſt; & nos cõtra ipſos Hippocratis & veterum in cotylédonibus mulierum reprehẽſores abundè ſcripſimus lib. 5. anatomes Hipp. Ex his igitur vterũ muliebrem cotylédones habere patet, & quænam cotylédonũ in muliere & brutis eſt differentia. hæc Galenus, interprete Syluio. deinde ſubiicit, Æquitatem cauſſæ Galenicæ, & iudicij integritatem vobis cõmendo, Lectores candidi; vt perſpectâ vteri brutalis & muliebris naturâ, vtri eorũ Galeni ſcripta conueniant, expẽdatis. & paulò pòſt, Cotylédones vteri muliebris tam obſcuræ, vt viſum effugiant; & ratione propemodum magis, quàm ſenſu vſurpentur. Quanquam in muliere parturiente, aut recèns enixa, apertè ſpectentur hæc ora vaſorum, præcipuè venarum, cùm hæ ſint arteriis multò ampliores, ſi inanitæ inflantur. ea enim ora aſpera & eminentia ſpectãtur; qualia in cute hominis perfrigerati. imò cùm chorion à propria vteri tunica clementer digitis diducitur, ſanie quadam & pauco ſanguine fluere ea videbis. Quòd ſi vterũ quoq. inuerſũ, poſt hanc ſeparationem inflaueris foramine, per quod fœtũ extraxeris, probè ligato; ea etiã apertè videbis, ſi recèns mortua eſt mulier, vt caleat adhuc vterus: quomodo chorion inflatum ora ſimilia profert manifeſta in ſue, & granis ſalis ſimilia, aſpera etiam citra inflationem: quæ etiã cotylédones vocari poſſunt, non ea ſola quæ in vterũ pertinent. nam amborum vaſorũ ora in muliere ſunt æqualia & ſimilia. Non debuit igitur calumniator (quaſi Græcè dicat, *δίκαιος*) tam temerè falſum illud dilẽma pronuntiare: ſcriptam ſcilicet à Gal. bruti vteri, non muliebris anatomen; ſine vlla tamen probatione. & paulò pòſt; Si in cotylédonib⁹, multò apertiùs calumnia eius apparet, cùm hæ in vaccino vtero tam ſint magnæ, etiam non prægnante animali; in muliebri tam paruæ, etiã parturiente muliere, vt vix appareant: & ob id à quibuſdã, vti & à calumniatore, illi negatæ. Neq. enim eas cotylédonas in muliere ſemper apparere voluerunt Hipp. & Gal. ſed cùm vtero gerit, præſertim dum parturit aut parit mulier; aut etiã dum mẽſes fluunt. deinde poſt pauca; Quid igitur ſtatuitis, iudices æquiſſimi, de falſiſſima iſta calumniatoris impij accuſatione? & quæ ille paſſim toto iſto opere, depulſionis calumniarum inſcripto, non paulò iracundiùs, vt cernis: haud ſcio an propenſiore quàm deceat, affectus in Galenum animo (veritas enim ſemper prævalere debet authoritati) an hoſtili quodam & internecino motus nationis odio; quo ſe ambæ gentes Belgicæ iſtæ fortiſſimæ vicinæ ac finitimæ naturaliter proſequũtur; hæc Picardia, Francorũ Regis ditioni ſubdita; illa Flandria ſiue Hannonia, Regi Hiſpaniarum, iurato Gallorũ hoſti ſubiecta. quaſi diuerſorũ principũ diuerſa dominia, animos ſubditorum ab amore mutuo & charitate, quæ Chriſtianos decet, alienare, ſeparare ac ſeuocare debeat: quaſi Chriſtianæ pietatis nexus non ſit validior ad mutuã ineũdã inter nos charitatẽ, & colligãdã cõcordiã, quàm bellici iuris factio: quaſi veritas atq. authoritas philoſophica, gẽtili ritui dominióq. diuerſo non debeat antecellere. ſed iſti viderint: nãq. etiã Gallus ſæpe Gallo colluctatur & cõpugnat, & Flander Flãdro, Italus Italo, Græcus Græco inſultat & cõuitiatur: ſuáq. zizania paſſim, improba & contẽtioſa Eris atq. Are gẽtilis & paganica, in omni gente & populo ſeminauit. Valeãt iura belli ſuo tẽpore. at pacatis reb⁹, animorũ cõcors volũtas cõcedat. omnis ſimultas & naturale odiũ, quod magis feras decet, ſopiatur.

-ἀγαθὴ δ' ἔρις ἥδε βροτοῖσιν, dixeris cũ Heſiodo, vt cõtrà de iſtis cõtumelioſis & cõuitiatoribus ex aduerſo dicas, *-- φλαύρη δ' ἔρις ἥδε βροτοῖσιν*. Et fortè Heſiodiũ illud, (quod tamen inter bonos locũ habere negabat Virgilius) hìc etiam valuit;

Cotylédones vnde dicantur.

An ſint cotylédones in vtero muliebri, & earum figura. à ſimili.

Iudicij ſyncerita de acetabulis.

Cotylédones quando patent magis.

N. elenus Syluij pro Gal. ſtas.

Iocus, & Picardi etymologia alluſio.

Ironia.

Cotylédones, quid, & quorſum.

Embryonis nexus in vtero. à ſimili.

Cotylédones in muliere quando conſpicue.

Cotylédones qui ſãè conſpicua.

Cotylédones in chorio.

Syluius in Veſal.

Veritatis dignitas.

Inquirit cauſſa odij mutui Syluij & Veſalij.

Picardorũ & Flandrorum interneciuum odium, eiuſque cauſſa.

N. componit animos ambogẽtiũ, & ſimilium inter ſe.

Literatorũ inter ſe ſimultas & inuidia, & eius origo.

N. conciliantur animi ſeditioſorum & factioſorũ.

Inuidia inter paret. Prouerbiū.

Καὶ τεκτονα τεκτων ὀνίη, καὶ κεραμεὺς κεραμεῖ;
Καὶ πτωχὸς πτωχῷ φθονέει, καὶ ἀοιδὸς ἀοιδῷ. id est.
Odit enim fabrum faber, est figulique molestus
Vt figulus, mendico protinus inuidet alter
Mendicus; cantor cantorem liuidus odit.

quibus subiungo, inquam;

Sic medicus medicum fert egrè, despuit, odit.

Quòd sint cotyledones in utero muliebri, qualiter.

Verùm istis omissis, sic thesin politam breuiter concludo. Sunt igitur in mulieribus cotyledones uteri, tum actu, quando utero gerunt, & menses profundunt: tum potentiâ, ubi potissimùm hęc duo absunt. & quidem in uiuis multò patentiores & turgidiores & conspectu faciliores, sicuti de plerisque aliis partibus, & potissimùm uasis est uidere. contrà enim, ijs mortuis

Vasa in mortuis cōfidunt.

considunt, cohærent, conniuent, contrahuntur: uix ut iam deinceps in nonnullis cerni queant, ut ex Hipp. & Gal. iam ostendimus, & ipse Aristoteles à nobis citatus profitetur.

PROBLEMA VIII.

An ossa pubis in partu muliebri separentur?

Hæresis omnes hausta de biblia, quæ.

Nulla est tam pernicioſa támque nefaria hæresis in fide Christiana (ut olim iure sum conquestus) quæ non suam ferè basim, ex peruersa, præpostera & detorta sacrorum Bibliorum scripturâ sibi adstruxerit, atque fidem qualemcumque quæsierit & affinxerit. nulla pariter est in medicina, hæresis (sic enim appello obstirmatam opinionem, quam Galenus & alij Græci αἵρεσιν ἀνιάτρευτον ἢ ἀνίατον, labem quasi dicas ineluibilem, uocant) quæ ex Hippocratis aut summi alioquin medici scriptis non duxerit originem. quas inter complures, neque hæc opinio carnit idoneis authoribus, qui in partu cùm uiderent animali toti semel uiam amplam patêre exituro debere, eásque locorum muliebrium cerneront angustias (quos tamen plerique mariti, ὑ συνοχαῖαι, αἰὼ ὑποχοΐαι, queri solent) quæ uix manum gracilem sagacémque obstetricis aut chirurgi admittunt, in ipso illo procinctu & partus ὠδῖνος, ὑ πᾶσι ὀδύνη, dolore & ægrimonia, Naturæ adminiculantis ope, alioqui clausa semper & coniuncta pubis muliebris ossa dirimi ac separari sunt imaginati, potiùs quàm ut uerè sint tactu aut uisu experti. Quam in sententiam, possem principem aduocare Hippocratem (quem tamē quod sciam, hactenus nemo ea de re scribens annotauit) sic enim scribit lib. de natura pueri: Cæterùm ex parientibus ac puerperis maximè laborant primiparæ, propter inexperientiam dolorum: & dolent quidem totum corpus, maximè uerò lumbos ac coxendices. nam coxendices ipsorum dispacantur. uerùm expertæ iam partus minùs primiparis dolent. quæ uerò multoties pepererunt, multò minùs dolent. similitérque ibidem, Cæterùm maximè laborant ac dolent in partu & partus purgationibus mulieres primiparæ, & quæ rariùs pariunt, magis dolent quàm quæ sæpius. quam denuò sententiam reperit lib. 1. de morbis muliebrib. Ex quo Auicennas lib. 3. fen. 21. tract. 1. cap. 2. Et fit in dispositione conceptionis in summo constrictionis, quam fortasse non ingreditur extremitas acus. deinde dilatatur præcepto Dei excelsi, &

Hæresis, quid, etiam in medicina.

Partus miraculum.

Locus.

An ossa pubis in partu separentur.

Primiparæ plus laborāt in partu, & quare: & lib. citat.

Vterus in conceptu cōcluditur.

egreditur ex ea fœtus. & paulò pòst, Et quando separatur, aperitur matrix apertione tali, cuius similem efficere non valet in suo simili. & necessarium est ut separentur quædam iuncturæ, & sustententur adiutorio Dei excelsi post illud, & propter illud redeunt in proximo ad continuationem naturalem: & est operatio illa de operationibus fortibus naturalibus. Et quod mireris, Aëtius inter Græcos cap. 22. tetrabibli 4. sermone 4. Sed & ossa pubis nimiùm conferta, pariendi difficultatem faciunt, dum in partu dilatari non possunt. neque enim uelut in uiris, ita in mulieribus ossa pubis alternatim conferuntur, sed forti copulâ connectuntur. hæc ferè de ueteri medicina.

Ossa pubis in partu separari.

Ossa pubis quomodo cōferantur.

Aristoteles hac de re nihil admodùm, sed de partu ita scribit cap. 9. lib. 7. histor. animal. Cùm mulieres parturiunt, dolores multas quidem in partes incumbunt, sed plurimis ad alterutrum femur. Cæterùm quibus aluum tormina uehementer exercent, ocyssimè pariunt. quæ lumbos dolent, uix (seu ægrè) pariunt: quæ imum uentrem, expeditiùs. At mulieribus dolores uehementissimi incidunt, & præcipuè stabilibus & sellulariis, & quibus non bona latera sunt, neq. facultas retinendi spiritus suppetit. Difficiliùs etiam edunt, si interea dum per uim retinent, coactæ eruperint respirationem. Primùm aqua illa subter cutem (imò intra uterum) fusa, per fœtus motionem ruptis membranis effluit: deinde fœtus inuerso utero, & secundis interna euoluētibus foràs uenit in lucem. quorum plerasque repetit lib. 4. cap. 6. de genera. animal. de ossitatione autē funesta parturienti, idē cap. 11. lib. 1. gener. animal, & ex eo Plinius lib. 7. cap. 6. Ossitatio quidem in enixu lethalis est: & si respirare difficiliùs enituntur. ac de his Auicennas multa & præclara lib. 3. fen. 21. tract. 2. sub finem.

Partus miraculum.

Partus quō fiat.

Ossitationē periculū in enixu.

Galenus hoc Naturæ opus animo contemplatus, admirari satis habuit: explicare modum minimè tentauit. sic enim cap. 7. lib. 15. de usu part. Aliud Naturæ opus referam non minùs quàm alia, admirabile, & quod omnes uel ante anatomen norunt. nemini enim fugit, neque quòd os matricis, quo tempore fœmina fert ventrem, omnino est constrictum ac conglutinatum: neque quòd patefit plurimùm, cùm tempus appetit pariendi (partus autem fit, cùm fœtus ita iam est perfectus, ut per os nutrixi possit.) Alio namque tempore omni, ne specilli quidem cuspidem in matricis collum queas immittere. in partubus uerò integrum animal illinc egreditur. idem initio lib. 3. de facult. natural. de conceptu & uteri functionibus, multa & egregia disceptans, antè uspiā à me producta, sic inter cætera subijcit; Herophilus, sed & ipse Hippocrates, ne specilli quidē mucronē admittere uteros, antequàm mulier pariat, scripserūt: præterea ne uel minimùm quidem hiscere, ubi conceperint: laxiùs autem recludi, cùm menses profluunt. At sub expultrice, quæ contraria iam dictæ facultas est, os quidem eius aperitur, fundum autē uniuersum quàm potest maximè ad os descendit, fœtum propellens foràs. Vnà uerò cum fundo, etiam quæ continentes partes

Vterus clausus in conceptione, qualiter, & quando aperitur.

Vterus ante partum clausus, in partu patet, quomodo.

Partus quō fiat.

ſunt,quę ſcilicet veluti latera totius inſtrumenti ſunt,ſuppetias in toto opere ferentes,trudunt propellúntque fœtum foràs vniuerſum. Non paucis quoq. mulierum, quæ vtique immodicè huiuſmodi facultate ſunt vſæ, violenti dolores totum vterum excidere ſubegerunt. Simili quodam in iis accidente ei,quod in luctæ & contentione ſæpe viſitur, quando qui alteros euertere deijceréque niruntur, ipſi vnà concidunt. Ita namque vterus dum fœtum extrudit, ipſe aliquando ſimul excidit: potiſſimùm cùm eius ad ſpinam ligamenta naturaliter ſunt laxa. Sed & author lib.de anatomia vteri,vt habetur, Galenus; Incredibile eſt, ait, quàm meatus hic pro tempore,latitudine & anguſtiâ diuerſus efficiatur: qui cùm reliquo omni tempore, ſpecilli acuminatum capitulum, vel paulò craſſius aliquid admittat, prægnante muliere adeo vehementer occluſus eſt, vt nulli vel tenuiſſimo inſtrumento aditus pateat: cùm verò à vulua abſoluitur fœtus, à parturiginibus adeo laxatur, vt (quod mirum etiam auditu ſit) per eum, totum animal exeat. hæc ille conformia planè ſuperioribus, & ipſi adeo Ariſtoteli.

Vterus in partu præcabitur, quãdo.

à ſimili.

Os vteri quomodo clauditur & aperiatur, & quando.

Fernelius has Galeni vidit anguſtias, & ſuam ipſe interpoſuit luculentam opinionem cap.11. lib.7.phyſiolog. Cæterùm circa nonum mẽſem factus grãdior,copioſiore infans egens alimento & ſpiritu,diutiùs concludi non patitur. proinde primùm ſeſe conuoluit,capútq. declinans, pudendo offert,crura ac reliquos artus in ſublimẽ diſtendens. id autem nonnunquam molitur vno menſe ante partum. At ſic ſe inuertẽs,nihil defringit, quòd laxior ſit vmbilicus, duos plerumq. cubitos longus,multis modis(ſeu nodis) & inuolucris fœtum præcingens. Inſtãte partu, ille calcitrans primùm amnion mẽbranam manuũ pedúmq. crebrâ impulſione diſrumpit, ac tum miſcetur vrina ſudori. poſt hęc verò,maiore impetu ſeſe conuolutans, plurima acetabula diſſoluit: quo tempore mater ventris tortiones experitur,defluítq. ſanguis in vteri capacitatem. Poſtea verò ſecundæ ab acetabulis euellũtur, & reliquæ diſcerpũtur membranæ: aquæ ex vtero defluunt: cúmque nil ampliùs hæret, fœtus excidit, ceu maturum malum ab arbore, ſoluto ſponte pediculo. hæc quidem fœtus molitur. Vterus verò qui nouem continenter menſibus tota ceruice connixerat, fœtum auidè comprehendens,tũ os paulatim aperit, ac primùm quidem ita diducit,vt obſtetricibus minimum in id digitum immittere liceat, dehinc verò ampliùs: vt obſtetrices allãtoïden tunicã,&quas vocant aquas ori obuias percipiant. Ab his verò ore ad fœtus prolapſionem ſatis patente, vniuerſus vteri fundus (ſeu fundum) quàm proximè poteſt ad os ſe contrahit,fœtúmq. foràs propellit. cui & aliæ quæ circunſtant partes,ſupperias ferunt. Ipſa quoque mulier non mediocriter ſibi ipſi opitulatur,& viribus connititur ad fœtum ſtrenuè excludendum, contractis intentíſq. his qui in abdomine ſunt, muſculis. fœtus in os vteri delapſus,capite corpori viam parat, ſéque foràs dat per lubricam ceruicem, vt quam copioſus effluens humor perfuderat. Multa igitur in tam difficili arduóque opere conueniunt, fœtus mulier, & vterus. quem ipſi aliquando vidimus tanto impetu fœtum extrudere, vt ſimul foràs excideret. Quo autem pacto os vteri tantopere dehiſcat, vt per id fœtus elabatur, neſcit Galenus,nec aliud quàm admirari poteſt. Auicennas tamen in ea eſt opinione,vt exiſtimet,pubis oſſa tum neceſſariò ſeiungi, horumq. cõmiſſuram, quaſi diſſolutionem patêre. quod tamen fieri nulla ratione poteſt, nec eſt viſu (an viſu) deprehenſum. Rectum tamen inteſtinum & podicem grauiſſimè premi conſtat. ac nos vſpiam alibi,de coccygis receſſu egimus antehàc.

Vteri prolapſio in partu.

Oſſ. pubis in partu ſæpe mouer.

Columbus tamen cap.28. lib.1. anatomiæ, ita aſſeruit; Ergo pubis oſſa ſuprà in fraq. tenuiora ſunt cæteris:quò autem magis ad medium accedunt,eò magis attenuantur,vſq. dum in ampliſſimum foramẽ deſinunt. ſupernè iunguntur,ac dextrũ cum ſiniſtro multæ chartilaginis interuentu coaleſcit. Quem nexum adeo tenacem ac ſolidum offendimus, vt difficillimum ſit cultro aut ſcalpello abſcindere. Propterea riſu magis, quàm reprehenſione dignã illorum ſententiam iudicamus,qui proferre in vulgus non verétur, oſſa hæc in partu laxari atque dehiſcere, vt faciliùs exeat fœtus. Nulla enim ratione dimoueri poſſunt, tantum abeſt, vt laxiter aperiantur. Illud tamen certum eſt, coccygem retrahi,ac eo modo parientibus non parum auxiliari, vti pridem monui,& nunc poſtremùm moneo.

Oſſium pubis conſtructio.

Oſſa pubis in partu nõ diſparãtur.

Id iam ante viderat Veſalius,qui lib.1. cap.19. ita ſcripſerat; Anterior pars, quæ pubis os dicitur,tenuis vtcumq. cernitur, & dextrum os ſiniſtro chartilaginis interuentu, quaſi vnionis modo committitur. quò enim homo ætate fit prouectior,eò ſemper cõnexus iſte mimùs chartilagine oppletur, mimúſve oſtendit chartilaginis. Atq. id viris pariter ac mulieribus cõmune eſt. Neutiquam enim cum plebeis medicis arbitrandum eſt, pubis oſſa viris eſſe continua, mulieribus autem in hoc, chartilaginis interuentu compacta,vt partus tempore remitti, inuicémque diſiungi queant: Parturientibus namque mulieribus (vti neque quadrupedibus) hæc oſſa inuicem non diſiunguntur. verùm id mulieres in hoc oſſium coalitu peculiare ſibi vendicant,quòd ipſis non tam longâ lineâ,atque in viris committuntur. Deinde coxendicũ oſſium infimæ partes (dextrã dico & ſiniſtram) in mulieribus mutuò longè magis diſtãt, quàm viris. Præterea infimæ pubis oſſium partes mutuo ſub ipſorum connexu ditemptæ, multò etiam magis mulieribus, quàm viris ſeiunguntur, ac veluti ſinuatæ tenuéſque redditæ, inuicem diſtant. Adeo vt in mulierum oſſibus,vacua ſedes inter coccyx(mallem coccygis,vel coccyga) os, & internas regiones infimarũ partiũ coxendicũ oſſium, multò amplior quàm in viris occurrat. Hæcq. differentia tam eſt inſignis, vt vel ipſa abundè doceret, pubis oſſa in partu non recludi. etiamſi tactus inter pariendum, idem non leui operâ atteſtaretur. hac itaque ratione, Natura fœtui excludendo proſpexit. ac de coccyge oſſe iam antehàc, & nunc pauca dicam.

Oſſa pubis in partu.

Oſſa pubis in partuũ diſparãtur.

Mulierũ oſſa in pube ſtructura.

Verùm iſti quomodo liber, ſuam hac de re

Fernelij bella partus deſcriptio. Partus, qui fiat, & eius circũſtantiæ & hypotypoſis.

1. Partus actio.

2. ſimili.

3. Partus actio.

ſententiam proferant. ex Gal.[130] ſanè, quem iſti omnes ſequuntur ducem, ita licet ſtatuere lib. de oſſibus ab initio; Oſſa pubis neutiquam ſeparari, quia per ſymphyſin cõpinguntur, quæ dicitur naturalis oſſium vnio. cuius tres ſunt ſpecies, vt ibidem docet: nempe eorum, quæ aliorum interuentu connaſcũtur. Nam quædam inter ſe inuicem (vt quidem credit) nullius rei interuentu coaleſcunt, nempe mollia & fungoſa. at dura ſiccáque, nonniſi medio quodam veluti glutino intercedente vinciuntur, ſiue chartilagine (vti hæc de quibus agimus, pubis oſſa) ſiue neruo, ſiue carne. vnde confícta à recentioribus nomina, συγχόνδρωσις, συνεύρωσις, συνευρήνωσις. quo triplici modo coniuncta oſſa, omni motu indirempta carent, neque à ſeſe auelli è natura queunt, præſertim aduleis. náque puellis & tenellis admodùm, longâ coctione, nullâ magnâ vi ſeparantur, vti de maxilla inferiore probat Fallopius: cui etiam os ilium, iſchij, pubis (quod pro vno cenſetur, triplici diſtinctum nomine) in iuuenibus mediâ chartilagine coniungi, & triplex reuerâ ſtatui aſſeuerat. Qua de cauſſa factum putat, vt triplici nomine deſignetur, cuius pars vna, os λαγόνων, ilium, altera, os ἰσχίων, coxendicum, tertia, os ἤβης, pubis denominetur: Galeno tamen lib. de oſſib. proprio nomine deſtitutum habetur: cui tamẽ cum Hipp. lib. 3. de articulis, generali nomine os ἰσχίου dicitur, & ab Sorano, ὅλου λαγόνος, à Celſo, os coxæ. Quæ tota pars oſſea, ad annũ ſeptimum ex tribus oſſibus per chartaginem cõnecti deprehenditur de quibus ita rurſum Galenus lib. 2. anatom. adminiſtra. Oſſa pubis, chartilaginis interuentu coëunt. ex quo infero, Ergo omni motu carent, neque à ſe inuicem è Natura diremi ac ſecerni, nedũ in partu muliebri, queunt. & hęc breuis licet demõſtratio, eſt tamẽ ἀπόδειξις.

Et verò os illud pubis multò elatius, & ad anteriora magis vergẽs in muliere, quàm viro deprehẽditur: & oſſium coxendicis partes infimæ, patentiores, & magis à ſe inuicẽ diremptæ, dextram lęuámq. verſus: ſicuti oſſa pubis anteriora parte ſui inferiore magis attenuantur, atque inuicem diſtant, quàm in viris, vt alibi iam oſtẽdi, velut loco ceſſurę olim, ſi fors ferat, iſthàc tranſituro fœtui. Atque ex oppoſito, coccyx, multiplici oſſiculo conſtans, flexibilis, chartilaginea, cum oſſe ſacro laxâ compage cõnectitur, atque in poſtica facilè retrocedit, viámque facit ampliorem: quâ capacitate, inoffenſo lapſu fœtus excludatur. Nam qui os ſacrum inde dici autumant, quòd fœminis, dum pariunt, ita dilatetur ac retrocedat, & dehiſcat etiam ab ilium oſſe diremptum, ſic vt percõmodè fœtus edi poſſit, illi profectò & rationẽ nominis, & vſum partis parum habent perſpectũ: cùm dicatur ſacrum, ἱερὸν, quaſi magnum (ſacra enim, magna perhibentur, vt apud Poëtam: *Auri ſacra fames* ---) idemq. πλατὺ, latum, quod vertebris ſubditum pro baſi, multò ſpondylis incumbentibus amplius ſit & vaſtius, multiplici & ipſum pariter oſſe conſtãs, vt fortè quintuplici aut ſextuplici: cùm tantùm Galeno triplex habeatur. Neque enim os ſacrum illud dimouetur, & in poſtica reflectitur: ſed κόκκυξ ipſa, vti dixi: quam & caudam nonnulli appellarõt (vulgus noſtrate, croupion, quaſi κόκκυνα, velut in auiũ genere ὀρρωδέστερον) forſan quòd homini, principiũ caudæ futurum erat, ſi cauda eguiſſet. quam tamẽ ad palmi magnitudinem Anglis quibuſdam Hybernicis excreſcere ſæpe audiui, vel ab iis qui ſe vidiſſe & palpaſſe aſſeuerant: & quidam (licet nolim de genere affirmare) mihi de ſe priuatim eſt faſſus, aliquando hac de re à me interrogatus. Itaque quiſquis dixit in partu pubis oſſa diſparari atq. diſcerni, is veri quidẽ ſimile dixit: ſed naturali partiũ conformatione, & rerum euentu falſus fuiſſe arguitur. Quem errorem noſtrates mulierculæ ſequuntur, os barratum vulgari nomine vocantes, quod partu tranſituro, dehiſcere, ac velut obicem, vel tranſuerſum repagulum, aut clathrum (vulgo barrâ dictam) recludi muliebriter, & ſanè nugaciter affirmant: maiori tamen veniâ dignæ, quàm medici, qui idem vulgo imponere perſuadendo volunt & conantur, ceu rationis veræ mendici.

N. ſolutio quæſtionis ex Gal.
Oſſa pubis nequeũt ſeparari, quare.
Symphyſis, quid, & eius ſpecies 3.
Iuncta per ſymphyſin, carẽ motu.
Cur idem os tribus nominibus dicatur, ilium, iſchij, pubis.
Os triplex qualiter cõnexum.
N. oſſa pubis motu carẽt, quãobrem: neque ſeparari queũt.
Oſſis pubis conformatio in muliere, & cur talis.
Coccygis ſtructura, & cur talis.
Os ſacrum quare dicatur.
Coccyx, vocatus cauda.
Angli caudati, qui.
Hiſtoria.
Oſſa pubis in partu nõ ſeparantur.
N. error muliebrium de oſſe pubis. & cur os barratũ, ſeu clathratum dicatur.
N. alluſio ironica.

PROBLEMA IX.

An infans in vtero ſugit, ſeu victum ſibi ore ſugendo parat & allicit?

QVÆSTIO illa ſuperior ex Hippocrate deprompta, aliam nobis ex eodem peperit affinem alteri; Vtrùm fœtus in vtero materno ſugat, & ore ſibi victum ſuggerat? Cuius opinionis inter legendum, comperi ducem arq. authorem Hippocratem, nec fortè genuinũ & verum germanúmq. Hippocratem, ſed ſuppoſititium aliquem, ex iis opuſculis, quæ eidem falsò attribui iam ſæpe expoſtulo. ſic enim author libri de natura pueri, quiſquis eſt (Polybum Galenus aliàs inſinuat: ſed lib. 2. de ſemine initio nõ veretur Hippocratẽ appellare) Trahit puer (inquit) quod dulciſſimum eſt in ſanguine ad ſeſe, ſimúlque etiam lacte modicè fruitur. ſed multò apertiùs & ἀναπνεύμενον idem Hippocrates lib. de carnibus genuino, vt putant (namque de hoc dubitari non audio) Cæterùm puer in vtero cõprimens labra, ex vtero matris ſugit, & tum alimentum, tum ſpiritum cordi intrò trahit, vbi ſanè mater reſpiratit. Si verò quis interroget, quomodo hoc quis ſciat, quòd puer in vtero trahit & ſugit, illi ſic reſpondendum eſt. Pueri naſcũtur ſtercus in inteſtinis habẽtes: & vbi nati fuerint, celerrimè ventrem tum homines, tum pecora exonerant. Atqui non haberent ſtercus, niſi in vtero ſuxiſſent. Imò neq. mámam ſtatim vt natũ eſt, ſugere noſſet, ſi non in vtero ſuxiſſet. Hunc locum Hippocratis ſuppoſitum ſecutus author libri inſcripti, An animal ſit quod in vtero eſt (Galeni nomen præ ſe fert, vt opinor, falsò) ſic tradit; Cùm igitur animal ab anima & à Natura regatur, itémque nutrimento & ſpiritu (nutritur enim anima ſpiritu, humidis verò ſiccíſque nutrimentis, Natura) omnibus his quod in vtero eſt, gubernationibus vtens, reperimus, & quæ ad motum animæ attinent, & quæ ad Naturæ incrementum. Nam

Hippocratis multa opera falsò aſſinguntur.
Puer quo modo alatur in vtero.
Puer fugit in vtero matrem: & reſpirat.
Quòd puer in vtero ſugat, demonſtratio.
N. at ſtercora alia origo, vt paret.
Animal à quo regatur & anima naturaque nutrimentũ vnde.

Fœtus in vtero qui respiret & alatur.

deuorat, & vt Hippocrati videtur, ſpirat: ore enim naſoque ſpiritum deſuper fieri (an ferri) ſcribit: ipſumque ex Aſclepiadeis quidam ſugere quæ in vtero ſunt, cotyledonas, ac coquere dicunt. Siquidem ea quæ deuorata ſunt, coctio neceſſariò ſequitur, & ſi quàm maximè iam confectum ab vtero nutrimentum aſſumat. &

Fœtus in vtero per os vmbilicũ nutritur, & ſigna.

paulò pòſt, Neque verò putabis Hippocratem dicentem, quòd antiquis eſt nutrimentum per abdomen, quà vmbilicus eſt, inuehi ignoraſſe, num id ore nutriatur: etenim de hac quoque via locutus eſt. Quod verò in vtero, ore nutrimentum ſumat, teſtis eſt poſt partũ protinus mãmæ appetitio. neque enim niſi antea huic viæ aſſuetus eſſet, eam tam in promptu mãmam appetens haberet. In vapores verò & ſpiritus ſecretum

Nutritio infantis in vtero, & cibi diſtributio, & incrementum qui fiat.

nutrimentum fundit, faciléq. ſingulis partibus apponit, mutátque id quod è ſemine eſt, in humores: quod ex humoribus, in carnes venáſque & neruos ac arterias & oſſa viſceráque & adipem: itémque quod è pauco eſt, in multum: & quod paruũ eſt, magnum fit, ipſum ad proprios vſque incrementi terminos extendente terminantéq. augẽdi virtute. & mox ibidem, Etenim

Senſus in infãte quomodo agãt, & anima imperium.

ſi nondum oculus videt, lingua verò guſtat, voces auris ſuſcipit, calidum aut frigidum humidúmve aut ſiccum tangendi inſtrumenta non ſentiunt, idq. actu: ſed quidem latitare hæc poſita ſunt: verùm paulò pòſt infante iam orto, agere poſſunt: auderémque ipſam quietem, actum dicere. Compoſitas enim palpebras tenere, cùm adhuc in vtero puerulus eſt, ac contractum naſum, aureſque non audientes, imperantis animæ opus eſt: linguam verò in ijs quæ

Lingua embryonis guſtat in aluo: & vnde illi mortis cauſſa, ibidem.

vtero geruntur, guſtare negaret nemo, itémque qualitatem ſuſcipere, cùm res ipſa ex certo effectu perſpicua ſit. Scimus enim in vteris ſæpe fœtus emori, cùm vitium per os adhibiti nutrimenti auerſantes renuunt: ſiquidem Natura, linguæ facultate, quæ guſtandi eſt, ad conſer-

Quòd ore ſpiret embryo.

uandum fœtum ſolicita eſt, & reſpirare fœtum, quod opus animæ eſt. ore enim, vt paulò antè dictum eſt, reſpirat. Ex eo perſpicuum eſt,

Anima in ſemine.

quòd anima ſemini vnà cum Natura ineſt. iterúmque ibidem, Ne igitur fœtus, qui viuificantur, animari diffidamus: neque enim poſt partum proprias operas ab aliquo diſcunt, ſed in

Embryõ in vtero actiones omnes naturales obit, quæ.

vteris contenti, deuorant coquúntque ac expurgant diſtributum alimentum, apponúntque quod purgatum eſt, ac ſuperuacuum depellunt: vt poſtquàm in lucem prodierit, quod ſuperuacuum eſt, excernant.

Meconium, ſtercus infantis, vbi.

Meconium enim vocatum, cùm excrementum ſit, ex toto fœtus nutrimento eſt, humórque is qui in vrinaculo eſt. Ventriculus enim (inquit ille antiquus) ea

Cyſaron, quid.

inſpiratione quæ ore fit, inflatur, inteſtináque, & in cyſaron via quædam deducitur. paulatim

Obiectio.

enim quod ſuperuacuum eſt, incidens in rectum inteſtinum peruenit. nam cyſaron, rectum inteſtinum appellauit. Atqui nemo id obijciat, ideo fœtum ore ali non poſſe, quia

Homo ex homine, quã.

amnecam (pro, amnion) membranam ſibi appoſitam habet. Natura enim idonea eſt, quæ per foramina, facultatem viámque ad id quod conuenit, aptam præbeat. Democritus verò,

A hominem ex homine excuti, canem ex cane, ex boue bouem dicit. hæc ille, quiſquis eſt.

Author autem hiſtoriæ philoſophicæ cap. 121. philoſophorum priſcorum opiniones ita recenſet: Democritus & Epicurus, infantes dicunt in vtero commorantes, nutrimentum ore ſuſcipere. hinc fieri, vt in lucem editi partus, mammillas quamprimùm ore conquirant. Nam & intra vuluam papillas quaſdam eſſe, è quarum foraminibus alimentum ducunt. Stoici per vmbilicum fœtibus tranſmitti nutrimentum aſſerunt: & hac de cauſſa, obſtetrices ipſum ſtatim vt quis editus eſt, ligare conſueuiſſe, oriſque rictum digitis aperire, quo cibus aliunde iam conquiri incipiat. Alcmæon perinde atq. ſpongias vndique toto corpore alimentum fœtus aſſumere credidit. & cap. 120. Empedocles & ipſe reſpirare quidem, non tamen animal eſſe, fœtum in vtero putat. Herophilus naturales motus infantibus relinquit, ſpirationem adimit. Cenſorinus autem cap. 5. Vtcumque (inquit) formetur infans, quemadmodum in matris vtero alatur, duplex opinio eſt. Anaxagoræ enim cum aliis pluribus per vmbilicum cibus adminiſtrari videtur. At Diogenes & Hippon exiſtimauere eſſe in aluo prominens quiddam, quod infans ore apprehendat: ex eo alimentum ita trahat, vt cùm editus eſt, ex matris vberibus. eodem penè modo æmulatus Cenſorinum ſcripſit Rhodigynus lib. 8. cap. 42. Ex quibus tamen omnibus neminem video, qui Hippocratem citet authorem aliti per os infantis, dum vtero materno continetur. vnde patet, aut nulli iſtorum lectum hactenus fuiſſe authorem à me citatum ſub Hipp. nomine, aut ſicui lectus libet eſt, Hippocratis genuinum opus non fuiſſe agnitum.

Fœtus in vtero qui alatur, iuxta philoſophos, an per os, an per vmbilicũ, an more ſpongiæ?

An embryo ſpiret in aluo.

Aliæ opiniones philoſophorum, de fœtu alimento in vtero.

Enimuerò vt ad partem [illegible] deueniam, idem author libri de natura pueri, à me in alteram partem [illegible] productus, multò meliùs & veriùs ſcripſit hunc in modum: Iuxta mediam autem carnem vmbilicus diſtat, per quam ſpirat, & alimentum & incrementum capit. Ibidem tamen velut oblitus ſui, ſic ſubiungit, ſed falsò tamen, vt patebit. Viſceribus coarticulatis, iam etiam ſupernis partibus ſpirationem facit tum ore, tum naribus. At mox ibidem, Tendunt & in mammas, & in vteros venulæ has & conſimiles aliæ: & vbi peruenerit in vteros de lacte, puer ipſo paulùm fruitur. (ſed modum ipſe non explicat: credibile tamen eſt, ſi lac in vterum affluat, ab embryone ore exugi. quod tam falſum, quàm illud prius: neque enim lac conſummatum eò confluit: neque puer ore ſugit, dum aluo matris reconditur.) ibidem rurſum, Genitura in pellicula eſt, & iuxta medium ipſius, vmbilicus eſt: & per illum ſanè primò ſpiritum in ſeipſam attrahit, & foràs remittit. quaſi inſinuet, ore & naribus poſtea ſpiritum ducere, vbi perfectior infans extiterit. quod nominatim antea ſcripſerat, ſed falsò, vt oſtenſum eſt, & poſthàc patebit. Quomodo enim tot tunicis inuolutus embryo, in clauſtris maternis incluſus, loco tenebroſo,

Embryon aliter & ſpirat per vmbilicum.

Quòd embryon ore ſpiret.

Embryo lac fugit in vtero.

N. neque lac in vtero, neque puer ore fugit.

N. contra Hipp. quòd embryo non ſpiret ore, ob liquamen.

Digitized by Google

anguſto, pleno tum humoribus & ſanguine, tum membranis, aërem ore ducat, qui propemodùm nullus ineſt, ob anguſtias loci, & ſiquis eſt, omnino tamen calidus & feruidus? Neque enim aëre vel ſpiritu quolibet, cordis calor refocillatur, ſed frigido, puro, nouóque. quod ij ſatis probant, qui in hypocauſtis & laconicis æſtuantioribus ſuffocantur, vti etiam Galenus de his lib. de reſpiratione teſtatur. Verùm hic author, quiſquis eſt, videtur mihi embryonem in aluo materna imaginari, qualem Ionam in ventre ceti legimus in hiſtoria ſacra, qui inſpirante, & oris ingentem rictum ducente bellua, eodem temporis momento aërem ad ſe trahat inſpirando. quod tamen fœtui in vtero matris, ob eas quas dixi cauſſas, non poteſt contingere. Quantò autem rectiùs Hippocrates, ſiue quis alius author lib. de octimeſtri partu? At verò vmbilicus, ait, per quem alimenti & ſpiritus ingreſſus pueris contingunt, ſolus ex omni corpore, vtero adhæret, & per hunc, introitus ac ingreſſus iugredientium particeps fit: reliquæ partes conniuent, & non priùs apertæ ſunt, quàm vbi in exitu fuerit puer ex ventre. Quum autem in exitu fuerit, reliquæ omnes aperiuntur: verùm vmbilicus attenuatur & conniuet ac reſiccatur. Quemadmodum autem in his quæ ex terra naſcuntur, fructus pleni ac maturi ſecernuntur ac decidunt iuxta diſcriminationem, qua parte inhærent. ſic etiam pueris maturis ac perfectis vmbilicus quidem conniuet ac clauditur, reliqua verò aperiuntur, vt ingredientia ſuſcipiant, & exitus habeant ſecundùm naturam, quibus neceſſe eſt viuentes vti. Idem etiam lib. 1. de morb. mulierib. 3 Vmbilicus poſtremus ex vteris exit: ſi enim prior exiret, non accederet per ipſum puero nutrimentum: quoniam ex ipſo dependet. hæc ferè ex eodem Hippocrate vero & genuino, an ſuppoſititio fictitióque, multùm inter ſe diſcrepantia retuli in vtramque partem καταφατικὸν & ἀποφατικὸν, affirmatiuam & negatiuam. vtra autem verior ſit ſententia, partim oſtendimus & inſinuauimus, partim ipſe demonſtrauit, partim ipſa veritas clamat & eloquitur, partim quilibet videt & intelligit, etiamſi nullus moneam.

Ariſtoteles autem rectè ſentientem & ſcribentem Hippocratem facilè ſequitur tum aliàs, tum in hac opinione de reſpiratione & alimento embryonis. at malè & perperàm diſſerentem ſiue Hipp. ſiue in Hipp. operibus temerè inſertum alium quemlibet, prudens deſerit, atque à veritate ſtare, quàm hominis cuiuſquam errori patrocinari mauult. ſic autem cap. 8. lib. 7. hiſtor. animal. Augentur animalia, quibus eſt vmbilicus, per ipſum vmbilicum. & mox cap. 10. Pueri cùm exierint, vocem ſtatim emittunt, & manus in os admouent. excrementum etiam reddunt alij ſtatim, alij breui, ſed omnes intra diem. quod excrementum, pluris quàm pro infantis magnitudine eſt. pauerculũ hoc mulieres vocant (Græcè μηκώνιον, vt puto, ab opij ſimilitudine) colore cruentum, atque admodùm nigrum, & piceum eſt, mox lacteum, iam & albidum redditur. ſugit enim confeſtim vbera infans. Vocẽ antequàm egrediatur, nunquam emittit, etiãſi cùm difficulter egreditur, caput extet, corpus intus ſit totum. Quj locus inſignis eſt, & notari dignus: vt ex eo iam facilè intelligas, quod excernit puerulus, id non eſſe ſtercus olidum & fœtidum, ſed fæcem eius ſanguinis, quo per totum geſtationis tempus, alebatur, vt poſtea dicetur, per venas meſaraïcas in inteſtina, vi expultrice naturali depulſum. Deinde & illud non oſcitanter legendum, puerum, quandiu in vtero hæret, vocem nullam emittere: quod faceret vtique, ſi & liberè per os reſpirare atq. expirare quiret, quod faciunt etiam viua, quæ quis imprudens aluo ingeſſerit vocalia animalia. Sicuti iſtis annis cùm hæc ſcriberemus, vnã & altera puella, cùm fortè ſub diuo obdormiſſet ore patulo & hiãti, ſerpens interiora alui ſubiit, in ventriculum illapſus (vt etiam Hipp. lib. 5. epidem. ad finem de quodam refert ebrio adoleſcente) atque ibi conditus, per dies complures vocem quandam ſibilam ac ſtridulam emittebat, omnibus adſtantibus perceptibilem. Quod nullus vnquam puer in vtero materno fecit, ne is quidẽ, quem ſect. 11. problem. 27. ſtatim vbi natus eſt, locutum recitat Ariſt. aut quem alibi Polonis & Hungaris viciniſque populis ſuam calamitatem à Turca ſibi imminentem breui præſagiuiſſe alibi retulimus. ſed vt de Ariſtot. abſolutam, is omnio eleganter & philoſophicè, vt aſſolet, ſic lib. 2. de genera. animal. cap. 4. diſſerit; Quamobrem vtero & parente, vt terrâ, planta vtitur ad cibum hauriendum, donec perficiatur, & iam ſit animal potentiâ greſſile. vbi mox de vmbilici compoſitione. deinde ſubijcit; Venæ autem, quaſi radices contingunt ad vterum, per quas alimentum haurit fœtus. eius enim rei gratiâ, animal in vtero manet, non vt Democritus ait, vt membra formentur ſecundùm membra parentis. Sed dubitaueris, cùm primum cor oriatur ſanguine præditum, ſanguis autem, ſit alimentum quod extrinſecùs venit, vndénam primum alimentum ſubierit? An id verum non dicitur, alimentum omne eſſe extrinſecùs: ſed protinus vt in plantarum ſeminibus ineſt aliquid tale primum, quod lacteum vocatur, ſic in animalũ materia, excrementum, conſtitutionis alimentum eſt? Incrementum igitur fœtui per vmbilicum cõtingit, eodem quo plantis modo per radices. Idem ſimili oratione vſus eſt etiã cap. 5. lib. 2. de gener. animal. Augentur fœtus, qui formâ animalis naſcũtur, per vmbilici annexum. cùm enim vis quoq. nutriendi in animalibus inſit, vmbilicum ſtatim, quaſi radicem agunt in vterum. & pòſt paulò; Hærent enim & continentur animalia ex vmbilico, qui ex vena depẽdet, per æquilibrium directum ad venam, quaſi aquæductũ, fluentem. Qui infantes in vtero ali aiunt, ſugentes caruncũlam quandã, non rectè dicunt. idem enim & cæteris animalibus euenire: quod tamẽ nuſquã videmus. atqui facilè per diſſectiones videretur, ſi eſſet. Omnes etiam fœtus, tum volucres, tum aquatiles & pedeſtres, pari modo membranæ

Reſpiratio cordis appetit aërem frigidum.

Infantium quã loquitur in alu.

Infãtiũ primum excrementũ, quod, & vnde.

Infans cur intra vtero non loquatur.

Hiſtoria.

N. At ſerpens noſtro cõſilio, ſpõte proſiluit, puellã ſolã in horto iuxta rubũ iacẽte, vnde inſilierat, ſed paſtã priùs aliis & cepit, dein vaſis lacte plenis alium appetiit, &c.

A Sõzay en Touraine.

Locum à ſimili.

Hiſtoria.

Fœtus per vmbilicum ſpirat & alitur, & hac ſola via patet.

Similitudo.

Fœtus qui reſoluto vmbilico excidat.

Embryo per vmbilicum alitur.

Anguis in vtero pueri ſtridet.

Hiſtoriã.

Puer ſimul vt natus, locutus.

Embryo ab aluo matris trahit alimentũ, quemodo.

à ſimili.

Ariſt. ſequitur Hippocratẽ, quando.

Cur embryo tãdiu viuat in vtero.

Dubium.

Vnde ſit alimentum pueri in aluo matris.

à ſimili.

Infantis incrementum quî fiat.

à ſimili.

Animaliũ incrementũ per vmbilicum.

Alimẽtum animalium in vtero per vmbilicum.

à ſimili.

Infans ab vtero quid primum faciat.

Embryon alitur per vmbilicum.

Meconium quid, & vnde dictum, & quale.

& quòd ore non fugat, & ratio.

tenues ambiunt ſeparantes ab vtero & humoribus admiſſis. ſed nec iis ipſis tale quicquam ineſſe videmus: neque fieri poteſt, vt per eorum aliquod, alimentum hauriant. hæc ille & verè & prorſus vt philoſophum decet, virúmque ſapientem.

Ariſt. notat Hipp.

Quo mihi loco fortè Hippocratem illum iam à me citatum videtur obiter conuellere, aut de phyſicis & medicis priſcis alium quempiam. ſic autem vſpiam antea de Diocle memineram, vbi de cotyledonibus agebam; αἱ μὲν μαστοειδεῖς ἀνώμοιοι τὴν ἀρχήν, πολλὰς μὲν καὶ ἔλαττον, μείζονα δὲ καὶ ἐπὶ πλεῖον, ἐκπεφυκυῖαι τοῖς ἐντὸς τοῦ ὑστέρου, περιπλεκόμεναι τοῖς τῆς φύσεως ἀγγείοις, χάσκει δὲ τὸ ἐμβρυον περιπλεκόμεναι δὲ μικραὶ τοῦ μαστοῦ ἕνεκα. i. Cotyledones, ſunt quidam mammillares proceſſus, lati quidem ad baſim, ſed in ſummo anguſto, vtrinque ad vteri latera circumſiti, magna Naturæ prouidentiâ in id inſtituti, vt fœtus iam antè addiſcat papillas vterum mulgere ſugeréque. hæc ille vulgi potiùs errorem, quàm rei veritatem ſecutus. de cæteris ferè iam mihi conſtitit.

Cotyledonũ natura & vſus.

Venio deinceps ad Galenum, quemquidem vera ſentire & ſcribere hac de re propoſita nouimus, & multùm ab illis ſuppoſititijs diuerſa, quæ antè ex libro, An animal ſit quod vtero geritur, inſcripto, & eiuſdẽ operibus inſerto produximus. in quo tamen quæ de animæ diuinitate ſapienter & verè ſcribuntur, alium vtique à Galeno arguunt authorem, vti lib. de immortalitate animæ aduerſus Gal. oſtendimus. Nam in hoc argumento, de animæ immortali eſſentia, planè hebes eſt Galenus, & ſæpe affinis impietati cuidam, ſicuti aliàs docuimus: In materia autem medica vix vllũ acutiorem deprehendes. ſic igitur ille primùm lib. de diſſect. vteri, quomodo venæ & arteriæ vteri, totidẽ vaſis chorij infantilis tunicæ adhæreſcant, & plurimæ tandem in quatuor vaſa craſſa deſinant, & fœtus vmbilicum producant, per quem fœtus ipſe alatur ac reſpiret, acutè demonſtrat, & nos iam antè vſpiã produximus. At lib. 6. de vſu partium cap. 20. Quidam aiunt in embryis ſpiritum non ex pulmone in cor, ſed ex corde in pulmonem ferri. nam cùm nondum reſpirent per os, ſed à matre adhuc quemadmodum alimentum, ita & ſpiritum per vaſa quæ ſunt ad vmbilicum, ſuppeditet: neque ex corde ad magnã arteriam quæ ad ſpinam, ſed ex hac ad cor probabile eſt venire ſpiritum, atq. adeo pulmoni ipſi à corde ſuppeditari, non cordi à pulmone. Vbi & hoc nominatim dicitur; Pulmonem iis qui vtero gerũtur, omni motu carere initio, dum embrya formãtur. item lib. An animal ſit quod in vtero eſt, inſcripto: Quemadmodum, ait, qui in ſilice, aut in calice ignis inſitus eſt, hunc nemo ignem idcirco eſſe negaret, quia non vrit: tunc enim ignis actu fit, cùm materiæ aliquid aſſumit, & ab ipſo vniuerſo extrinſecùs venientis inſpirationis. ſic quod in mulieres iniectum ſemen eſt, id animal eſſe verè quiſpiã dicet: etenim ipſum iam potentiâ animal eſt. actu verò tum fit, cùm ab vtero prodiens, ſeipſum coniungit ei quod principium præbuit. Cùm enim pars & deuulſum membrum magni animalis, hoc eſt mundi ſit, dum in ſinibus conditum eſt ac latitat, miſcellæ rationem retinet. ab hoc autẽ ſeparatum profundo, quod tanquam chaos eſt, atque erutum, cognatum ſimilémque naturam ipſis operationibus amplectitur. Nam ex ſe moueri incipit, luciferóſque oculos perpetuò Solis Lunæque naturam imitans tendit. Vt igitur immeritò quidam, quod in vtero eſt, animal eſſe negarunt, ex iis quæ dicta ſunt, coniectari licet. Author autem finitionum medicinalium; Alimento (inquit) perfruitur embryon per ſecundas id excipiens attrahénſque. cæterùm non per os, ſed per vmbilicum alitur. quam ſententiam vt veram & certam omnes paſſim medici recipiunt, & communi conſenſu tuentur. explosâ illâ anili opinione incerti primi authoris (Hippocratem enim genuinum eſſe improbauimus) qui infantem per os ali in vtero materno ſomniarat. & cap. 4. lib. 2. de ſemine; Animalia verò cùm neque comedere, neque bibere fœtus in vtero poſſit, ex materia quæ in venis matris eſt, inſitum alimentum requirunt. Idem verò Galenus obiectioni ab Hipp. illo fictitio factæ ſic acutè reſpondet lib. 15. de vſu part. cap. 7. Num his igitur duntaxat nominibus Naturam iure laudabimus? an quod omniũ eſt maximè admirabile, nondum à nobis eſt comprehenſum? quòd ſcilicet, quod naſcitur animans, omniũ partium actiones docuerit. Non enim os modò & ſtomachum & ventriculum, alimenti inſtrumenta comparauit: ſed animal generauit, quod his ſtatim ſciret vti, facultatem quandam ſapientiæ ipſam à ſe doctam ipſis ingenerans, quâ freta animalia, ad alimentum ſibi ipſis familiare accedunt. Scilicet hoc voluit Galenus demonſtrare, quod paucis verborum periodis iam antè genuinus Hippocrates docuerat lib. de alimento; φύσις παίδων ἀδίδακτος· Naturæ omnium animalium à nullo doctæ ſunt. vel vt Galenus legit & interpretatur, ἀνεπίδοτος ἡ φύσις ἐστὶν, ἀμαθὴς, καὶ ἄτεχνος πάντων. ἢ φύσις τέλειον ἐστὶ ἰητρὸν; ait ille ad finem lib. 9. plac. Hipp. & Plat. id eſt, Natura per ſe eſt erudita, licet rectè facere non didicerit. &, Naturæ morborum medicatrices. at lib. 6. epidem. ſect. 5. ἀδίδακτος ἡ φύσις dicitur, quaſi per ſe docta, ac nó ab alio. & ibidem, ἀνεπίδοτος ἡ φύσις ἐστὶν, ἀμαθὴς, καὶ ἄτεχνος πάντων. Natura cùm ſit inerudita, & docta à nemine, per ſe tamen quæ opus ſunt, facit. quæ bella ſententia malè in Græco legitur, & ab interprete Latino minùs ad ſenſum appoſitè conuertitur. quam ita Galenus expreſſit initio operis de vſu partiũ; Omne animans, ſuæ ipſius animæ facultates, ac in quos vſus partes ſuæ polleant, maximè nullo doctore præſentit. Quam eandẽ ſententiam ſic celebrat ille author libri, An animal ſit, quod vtero geſtatur: Magnificum verò illud, & à controuerſia longiſſimè remotum, quaſi diuinitùs edixit Hippocrates; Omnium Naturæ indociles. vt ſi modus à quopiam ratióve animalis creandi quæratur, in ipſam omnia indoctè gignentem Naturam referat. quod mox probat his exemplis; Si quiſpiam verò à nobis Naturæ rationes quærat, eam omnia à ſeipſa doctam ex ſeſe diſcentem agere ſciat. Neque

Homo in vtero & extra vterũ, qualis, & quæ edat actiones.

Embryo qui alatur.

Quòd infans in vtero per os non alatur.

De natura.

Natura docet infantes & ſatis, omnes partiũ actiones.

Ab exẽplo.

Natura animaliũ per ſe ſapiens.

Natura morbi medetur.

Natura per ſe operatur.

Omne animal callet Naturæ actiones, & partium vſus.

Natura animalium à nemine docta.

Vmbilici compoſitio, & vſus.

Spiratio in embryone qui fiat.

Embryo qui alatur & ſpiret in vtero.

Pulmo embryonis caret motu.

Semen in vtero eſt animal potentiâ. à ſimili.

Homo, pars mundi.

N. opinio de libro, An animal ſit &c.

Gal. de anima malè ſentit.

Natura docetur à nemine operari.

enim quo pacto vermes in pl[illegible]gignuntur: aut ex equis bobúsque vespæ atque apes, facilè nos dicere licet: verùm à Natura simpliciter fiunt. Nam neque aues docet volare quispiam: neque nos intelligere aut audire videréve. sed tamen & aues volare videmus; & nos ipsos sine disciplina intelligere atque videre. Ineffabilis enim est atque recondita, longéque nostra cognitione profundior ipsa per se Naturæ operatio. Potrò Galenus comment. in lib. 1. aph. & potissimè sect. 5. in 6. epidem. Naturam mirificè celebrat, ad illud Hippocraticum; Naturæ morborum medicatrices. quo è loco posteriore, quædam isthæc colligere iuuat. Hippocrates non est ex illorum cœtu, qui Naturam arte carere arbitrantur; sed eam esse artificem, animalibúsque consulere. Nomine autem Naturæ, vis quædam intelligenda est in iis ipsis corporibus, quæ ab ea reguntur, inhabitans. Hæc prima languoribus medetur, sudorem copiosum profundens, aut per lotium, aut per deiectiones, aut per vomitus, infestos humores eiiciens. Illa est, quæ omnia congruentia in animalium corporibus facit; & alit quidem, cùm alimento opus est; sibi autem sanguinem præparat, per quem alimenti egenas particulas nutriat. atque iterum vt sanguis creari possit, cibum in ventriculo præparat atque conficit, quo aliàs modo dictum est, vbi de facultatibus naturalibus agebatur. Quibus quatuor facultatibus, attractrice, retentrice, concoctrice, expultrice, nõ modò sanum animal tuetur Natura; sed etiam ægroto sanitatem restituit. Ex quibus abundè constat, quantum sanitatis effectrices causas Natura dignitate antecellat. omnia enim reliqua, materiam ipsi parant & suggerunt: Modico autem artis ministro, multæ artes, aptas materias præparant: perinde vt ipse rursum Naturæ cum quibusdam ministris suppeditat: qui cuiúsque auxilij qualitatem, quantitatem, occasionem & vtendi modum nouit. sed ad exempla Naturæ solertis deueniendum est. Omnino admirabile est Naturæ opus, quod non vulgares modò, sed etiam solertes medici, etsi quotidie fiat, negligenter tamen prætereunt. Nam si bimo puero panem ostendens, eum hoc ipso nomine simul demonstrans, panem voces; idque bis térque feceris; puer & demonstrati corporis hanc vocem (panis) signum esse intellexit, ipsámque imitatus, pronuntiat: cùm à nullo vt linguam mouere oporteat, ipse didicerit. Idem verò quod in hoc, & in aliis omnibus motibus, quos appellant voluntarios, ab omnibus fit animalibus. Igitur si voluerint aliquod ex membris extremis inflectere, id statim efficient; etsi membrum illud (siue potiùs musculum) à quo inflectitur membrum, non cognoscant. Eâdem ratione extendere volentia, per alterum musculum extendent. sed neque quis musculus iste sit, neque quo pacto agere possit, mouenti animali notum est. Neque verò in solis hominibus, sed etiam in aliis cunctis animantibus, huiusmodi actionis species reperitur. Vsque adeo Naturæ vis ad ea quæ animalibus conducunt, rectiùs præstanda, qualibet arte potentior est.

Natura dignitate supra administrat: sic & medici.

Medici optimum.

Natura supra mirifica.

Ab exemplo.

Natura morborum medica, & artifex.

Natura quid.

Natura actio in morbis, & sanitate.

Ab exemplo.

Naturales facultates quæ, & quot sint.

Natura indoctria in animalibus.

A Pueri igitur voces prolatu difficiles nunc primùm audientes, vt strax & sphinx, statim ipsas nos imitati eloquuntur. neque quos linguæ musculos mouere oporteat, neque quomodo ipsam extẽdere, aut flectere, aut circumuoluere, aut superiùs palato, aut prioribus dentibus, aut alij cuipiam oris particulæ admouere stabiliréque conueniat, agnoscentes. Verùm Naturæ hoc adest, vt maximarum rerum erudita sit citra magistri vllius vsum. Qualem fuisse Themistoclem Thucydides memoriæ prodidit, ita inquiens; Propriâ intelligentiâ neque priùs ad ipsos quicquam, neque posteriùs edoctus; & eorum quæ de improuiso incidebant, celerrimo B consilio iudex optimus; & eorum quæ longè posteriùs ventura essent, perspicacissimus coniectator. Sed ab homine ad muta animalia trãsire iuuat, & eandem Naturæ admirabilem prouidentiam inde conspicari. Vidistis (ait Galenus part. 4. sect. 5. lib. 8. Epidem.) cùm viuentem capram grauidam dissecarem; fœtus ex ipsa ligata extractus, vt humi depositus, quatuor pedibus ambulare inceperit, à nullo edoctus, ambulandi causâ membra hæc esse corpori subiecta: & paulò posteriùs, supertuacuum humorem, quo eius cutis exteriùs circumfusa erat, excusserit: atque iterum vno ex pedibus paulò pòst costas sibi scalpserit. ex quo vos omnes præsentes exC clamauistis, primùm quidem quòd ipse symptomatis medelam absque doctore inuenerit: secundò quòd per hoc membrum solum id fieri possit: tertiò quòd per hunc modum. quod infantes & reliqua animalia sine doctrina facere cernuntur. Quæ omnia admirabilem quandam Naturæ erga animalia prouidentiam indicant, per quam & secunda valetudine fruentia conseruantur, & ægrotantia morbo liberantur. Idem verò Galenus eandem hœdi historiam vtpote plausibilem & lepidam lib. 6. cap. 6. loc. aff. sic narrat; Natura corporis partes fingens perficiénsque, fecit vt ipsæ citra doctrinam proD prias actiones aggrederentur. cuius rei exactissimum aliquando fecimus periculum, hœdum alendo; sed ita alendo, vt matrem quæ ipsum in vtero gestauerat, nunquam vidisset. Cùm enim prægnantes capras dissecarem, dissectorum quæstionibus, quibus fœtus in vtero formationem speculantur, promotus, inueni elegantem quendam hœdum; quem à matre exolutum, ita pro meo more abstuli, vt ipsam haudquaquàm videret: atque in domum quandam, vbi multæ pelues erant, deposui: quarum aliæ vini, aliæ olei, aliæ mellis, aliæ lactis, aut alterius cuiuspiam humoris erant plenæ: aderántque fructus non pauci tum cereales, tum ab arboribus decerpti. E Hunc itaque hœdum conspeximus imprimis quidem, pedibus incedentem, perinde ac si audiuisset, sibi incessus gratiâ crura fuisse concessa: deinde excussit quam à matre contraxerat humiditatem: postea pede latus scalpere: ac deinde singula vasa olfacere vidimus. percepto itaque singulorum odore, lac tandem absorbuit. Quibus visis, omnes exclamauimus, Hipp. verè dixisse, animalium Naturas esse indoctas. Idem rursus initio lib. 1. de vsu part. Quælibet

Ab extimplo.

Natura per se docta.

Historiâ.

Natura artificis exẽplum in animali monstro.

Natura prouidentiã in animalibus.

Natura docet animãtes vsum partium.

Ab exemplo.

Animalia natura per se docta.

Digitized by Google

anima facultates quaſdam à ſua ipſius ſubſtantia obtinet: efficere autem ea quæ nata eſt efficere, ſine organis poteſt nequaquam. Quòd autem corporis particulæ, animam non impellunt aut timidam, aut ſtrenuam, aut ſapientem fieri, manifeſtè videre licet, ſi animalia recèns genita conſideres: quæquidem priùs agere conantur, quàm perfectas habeant particulas. Ego namque bouis vitulum cornibus petere conantem ſæpenumerò vidi, antequàm ei nata eſſent cornua: & pullum equi calcitrantem, mollibus adhuc vngulis: & aptum quendam perpuſillum genis ſefe tueri conantem, magnos dentes nondum habentibus: & catulum recentèr natum mordere affectantem teneris adhuc dentibus. Omne enim animans ſuæ ipſius animæ facultates, ac in quos vſus partes ſuæ polleant maximè, nullo doctore præſentit. Aut cur paruus aper adhuc, mordere dentibus exilibus cùm poſſit, his quidem ipſe ad pugnam non vtitur: quos autem nondum habet, iis gliſcit vti? Qua igitur ratione dici poteſt, animalia partium vſus à partibus doceri, cùm & antè quàm illas habeant, hos cognoſcere videantur? Si igitur ouà tria acceperis, vnum aquilæ, alterum anatis, reliquum ſerpentis; & calore modico foueris, animaliáque genita, rupto putamine excluſeris: illa quidem alis volare conantia, antè quàm volare poſſint; hoc autem reuolui & ſerpere affectans videbis, quamuis molle adhuc & inualidum fuerit. & ſi dum perfecta erunt, in vna eadémque domo nutrieris: deinde ad locum ſubdialem ducta emiſeris; aquila quidem ad ſublime; anas autem in paludem aliquam deuolabit; ſerpés verò ſub terram irrepet. deinde illa quidem, opinor, citra doctorem venabitur, hæc natabit, ſerpens verò in terræ cauernis latebit. Naturæ enim animalium, vt ait Hipp. à nullo doctæ ſunt. quam ſententiam toto præclaro opere de vſu partium, itémque de facult. natural. & paſſim alibi inculcat. & lib. de fœtuum formatione; Vnumquodque animal cernimus (ait) ea præcipuè parte, qua aliis præſtat, ſe defendere: vitulum cornu petere priùs etiam quàm cornua produxerit: pullum equinum calcitrare, nondum ſolidis vngulis: catulum quoque licet dentes nondum validos habeat, ad mordendum incitari: ſimili modo volucres antè quàm idoneæ ſint, volare conantur. Quæ omnia videntur ſignificare, animam quæ partibus his vtitur, ipſarum vſum optimè callere: quaſi ipſa eas fabricarit, non ab alio fabricatas acceperit (namque anima & Natura interdum apud philoſophos pro eodem dicuntur.) & paulò pòſt, Nam cùm puerulos videamus exprimere quæcumque eis iuſſerimus; verbi cauſſà, ſmynam, ſmilen, ſmegma; neque tamè muſculos, qui linguam accommodatè ad hanc vocem exprimèdam mouent, multò minùs etiam neruos agnoſcere: maximè probabile exiſtimo eſſe, eum qui linguam noſtram finxit, quicumque ille fuerit, vel ipſum adhuc in formatis membris permanere, vel membra ipſa animantia conſtituiſſe, quæ voluntatem principalis animæ noſtræ partis cognoſcerent.

Anima ſunctiones qui fiant.
Anima ſapientia vnde.
Ab exemplo.
Animalia nôrunt quibus ſe partibus defendere debeant.
Animal facultates anima & vſum partium ex ſe nouit.
Ab exemplo.
Animal nõ diſcit partiũ vſum à partibus.
Ab exemplo.
Natura per ſe ſapit.
Animalia horum ſua arma naturalia.
Ab exemplo.
Anima cuiuſque animalis nouit vſum partium.
Anima & Natura pro eodem.
Vſus partium cognitio vnde ſit.

A Sed quid aliunde teſtimonia quærimus? cùm in omni animantium genere id quotidie cernamus, ſimul atque edita ſunt, naturali inſtinctu moueri ad id quod appetunt, quóve indigent; fugere autem ea quæ aduerſa ſunt? Principio enim generi animantium omni (ait M. Tullius initio lib. 1. off.) eſt à Natura tributum, vt ſe, vitam, corpúſque tueatur; declinétque ea quæ nocitura videantur: omniáque quæ ſint ad viuendum neceſſaria, inquirat & paret, vt paſtum, vt latibula, vt alia eiuſdem generis. & quæ ibidem plura, homini cum belluis communia, tum illi propria eleganter explicantur, & aliàs à nobis producta ſunt. idem lib. 2. de natura deor. B Cùm autem in locis ſemen infedit, rapit omnem ferè cibum ad ſeſe; eóque ſeptum (an cœptum) fingit animal. quod cùm ex vtero elapſum excidit, in iis animãtibus quæ lacte aluntur, omnis ferè cibus matrum lactéſcere incipit: eáque quæ paulò antè nata ſunt, ſine magiſtro, duce Natura, mammas appetunt, earúmque vbertate ſaturantur. Atque vt intelligamus, nihil horum eſſe fortuitum, & hæc omnia eſſe prouidæ ſolertíſque Naturæ: quæ multiplices fœtus procreant, vt ſues, vt canes, his mammarum data eſt multitudo: quas eaſdem paucas habent eæ beſtiæ, quæ pauca gignunt. qua de Naturæ ſolertia prouidentiáque dictum à nobis C antehàc fuſiſſimè, & hoc ſubinde demonſtratum Ariſtotelicum ἀξίωμα; Natura nihil facit fruſtrà. itaque ad concludendam theſin tranſeamus.

Sic igitur poſt Hippocratem, poſt Ariſtotelem, poſt Galenum & alios ſtatuimus; Embryonem, quandiu in vtero matris manet, non alio modo, quàm per arterias vmbilicales à maternis ad cor continuas ſpirare: neque alia parte, quàm per vmbilicales venas, pari ductu à maternis ad hepar continuas nutriri. Spirare enim nullo alio modo poſſe oſtendimus; tum quòd locellorum anguſtiæ aëri locum maiorem non concedunt: tum quòd aër quantuluſcumque in D vteri inanibus ſpatiis fluitat, impurus eſt, & multis humoribus atque inquinamentis dilutus, & calore loci æſtuans: ideóque refrigerando & repurgando natiuo cordis calori minimè idoneus: tum quòd vndiq. circunſtantes membranæ, oris & narium foramina embryoni obſepiunt: haud ſecùs ac ſi quis manu propiùs admota, aut ſtrophio linteolóve, ori & naribus appreſſo; ſpiritum ſibi præcludat; ſicuti de ſeruo illo fugitiuo ex Galeno; déque reo à Cicerone damnando alibi inter reſpirandi organa retulimus: quiquidem ſibi mortem voluntariam, intercepta reſpiratione, conſciuerunt.

E Si quis autem quærat; Quomodo ergo in lucem editus infans ſpirat, cùm non didicerit? Quoniam Naturæ omnium animantium, vel citra doctrinam (indoctas vertunt iſti interpretes, nec ſatis appoſitè meo iudicio, Græcam vocem interpretati, *ἀνιδιδακτοι* & *ἀδιδακτοι*) per ſe ſapiunt, reſponderim ego cum Hippocrate. Et verò quis reſpirare in vtero priùs illum docuit? pari iure reponam. Vt hinc etiam pateat interrogationi iſti locus, qua obiicitur; Si pue-

Animantes ſponte Naturæ ſequũtur aut fugiunt obiecta.
Animal quì fiat è ſemine, quæque alatur.
Naturæ prouidentia cuncta animalia, in ortu & educatione.
Vberũ numerus reſpondet fœtui.
Natura nil facit fruſtrà.
Concluſio.
N. embryõ quà ſpiret, aut alatur in vtero.
Quòd non aere ſpiret.
Hiſtoria.
Quæſtio, & eius ſolutio.
Natura animalium per ſe ſapiunt.
N. contra interpretes.

Digitized by Google

N. quòd embryo non fugat in vtero: & quomodo natus fugat.

rulus in vtero matris non fuxit; qui fit, vt simulátque in lucem prodiit, indita osculo papillam vellicet & fugat? Natura (inquam) ipsa docuit, atque vsus & necessitas impulit. Et cur nunc potiùs fugere docendus sit grandior & adultior puſio, quàm cùm in vtero, muscam aut apiculam vel formicam (sic enim comparant philosophi, vt patuit) vix magnitudine æquabat? Quid quòd & manus ilico natus circunfert scalpendo, siquis pruritus vspiam mordicet? an etiam in vtero scalpebat? an vnguibus vellicabat, quos ne habebat quidem? ne de actionibus reliquis percurram, quas singulas Natura duce ac docente, & nunc obit in lucem editus, & partim iam antè in vtero conditus obibat.

A pari.

Obiectio, & solutio, de meconio, vnde sit.

Infans natus statim aluum soluit, qualiter & vnde, & cur nunquam prius.

Receptaculum excrementi embryonis, vbi.

N. embryonis excrementi origo: & quòd in aluo non fugat.

A pari.

At excrementum alui statim postquàm genitus est, deiicit. Ita est: nam vt externum hunc aërem insolentem persensit, & inhorruit, ingemuitque; statim ligamentum illud piceum, quantitate grauans, & qualitate mordicans ac pungens excernit. Et tamen quandiu in aluo materna conditus erat, illud suppressit: quia tepore loci moderatum ac mitificatum non molestabat: atque Natura duce, sentiebat sibi locum non esse datum, in quem ventris onus deponeret: contrà quàm de vrina & sudore, vtrique suum Natura receptaculum creauit: illi quidem in allantoïde & vracho: huic autem, inter fœtum & amnion tunicam. Vt autem intelligas, illud non esse lactis recrementum, neque in aluo puerum posse fugere, sic à nobis præter iam dicta, nunc accipe. Primùm si fugit humanus fœtus, etiam alium quemlibet fœtum fugere; & pullos volucrum rostro alimentum carpere, à simili exemplo decebit. quia omnibus istis, simulátque nata sunt, vsuenit naturali instinctu per os & rostra cibum oblatum decerpere. Præterea verò, quis ductus in vtero est, qui ad mammas parentis tendat? qui si sit aliquis (vt de venis mammariis aliàs diximus) ne lac quidem vnquam emulgeat: quia quæcumque venæ vterum & mammas interiacent, sanguine turgent, non lacte distentæ abundant. In quo pariter falli nostras mulierculas necesse est; quæ λοχία sua à partu putant ex mammis deriuari: eò quòd impura postrema proluuies illa candicat & albet; cùm primus sanguis à partu egressus, victimæ sanguinem in sanis referat, vt ex Hipp. alibi ostendimus. Sed ne vllus quidem vsquam vnquam cuiquam apparuit tubulus, aut siphunculus, aut veluti papilla, quam ori puer in vtero positus, inderet sugendam; qualem Diocles cæcis persuadere volebat. quæ si foret aliqua, vtique tandiu non latuisset; cùm & minima quæque in vtero & in fœtu, sint iam compertissima, vel ad cotyledonas vsque; quæ tamen sub finem partus, vti monstratum est, disparere incipiunt. Vis autem dicam. & quid sit, & quale sit, & vnde sit illud excrementum, quod eodem quo die nati, excernunt infantuli? Vasa illa vmbilica mihi olim dicta, & omnibus Anatomicis decantata, ad suum quæque sibi simile feruntur viscus, arteria ad cor, vena ad iecur: ex quibus etiam sua vtrique visceri generatio constat, vt alibi antea docuimus. Arteria autem, cor embryonis à se genitum primò, & de suo sanguine, vi caloris insiti concretum coalitúmque nutrit, auget, viuificat, & ad perfectionem perducit. huic autem sanguini puriori ac defæcatiori, nullum admodùm superat excrementum: aut si quod est, illud tenue & ferosum, sudori infantis permiscetur. Quod autem vena defert hepati creãdo sanguinis cõcrementum; & quod eidem alimentum aduehit de sanguine crassiore, mixto, & reliquis tribus humorib. naturalib. contemperato, pituitæ, & bili vtique impurius & crudius & crassius, postquàm ingenito embryonis calore concoctum & assimilatum est (qui enim sanguis matri ipsi nutriendæ præparatus, & sufficienter concoctus erat, is infanti minùs idoneus, noua & singulari propriáque demùm coctione indiguit) nonnullum de se relinquit excrementum: minus tamen, quàm quod de cibis crassioribus quotidie aggeritur: cuius pars tenuior atque serosior, ad sudorem & vrinas demittitur, suíque iam dictis receptaculis ad legitimum pariendi tempus asseruatur. Ar quod crassius est, illud ab hepatis simis, per venas mesaraïcas, & per ductus χοληδόχους, in ecphysin & intestina detruditur: sicque suo & conuenienti tempore post partum excernitur, tum qualitate dispar, tum quantitate varium, prout matrum sunt diuersa temperamenta; prout edulia, valetudo, & sanguis cuiúsque illarum variat colore, consistentiâ, humorúmque illuuie atque miscellâ: necnon pro modo coctionis, vel sanitatis, vel morbi ipsius infantis. Ex quo μηκώνιον illud Hippocrati & Aristoteli vocatum, huic lib. 7. histor. animal. illi autem, ad finem lib. de ratione victus acutorũ, & lib. de natura pueri, modò crassius, modò tenuius: modò hoc, modò illo colore cuarians, pallidum, flauum, rufum, albicãs, & vt plurimùm nigricans, ac velut piceum, ipso colore & consistentiâ fæcem sanguinis melancholici referens, longitudine temporis nõnihil à calore naturali & putredine adustum corruptúmve. Quod vniuersum si à lacte mammillarum foret, vtique concolor & vniusmodi suíque semper foret simile, cæteris paribus, vt philosophi loqui solent, neque vnquam colore nigrum; qui color in excrementis alioqui lethalis esse solet, ex Hipp. prognost. & aphor. Qua de re si dubitas, consule obstetrices atque nutrices, & ipse obserua sedulus, qualia nuper nato infanti lactenti excrementa prodeant primis diebus; quæquidem vt colore multùm varient, nunquam post excretum illud papauerculum, tamen verè atra aut picea deprehendes; ac ne fæculenta quidem, & fæcem sanguinis referentia; qualia de nuper natis, & eorum meconio seu papauerculo retulimus. Quam rem, præter quotidianam experientiam, testatur Anatomicorum obseruatio, qui dissectis embryonibus, talia in intestinis (nunquam tamen in ventriculo, quod sciam, aut quod audierim; quod tamen multâ & sedulâ obseruatione eget) deprehenderunt, qualia priùs dixi. Vis audire primarios artis opifices? neque enim ab

Arteriæ umbilicalis vsus.

Venæ umbilicalis vsus.

Sanguis alimenti embryonis qualis à matre.

Excrementum infantis qui variet, & quàd ob rem.

Meconium quid, & quale, & cur tale.

N. quòd meconium non à lacte matris.

N. quòd nulla papilla in vtero. Cõtra Dioclem.

Cotyledones vteri.

N excrementi infantis origo, & natura.

N. dubium, an meconium in stomacho.

omnibus, aut à compluribus idem ſcriptum & obſeruatum lubet repetere, & orationem ſatis per ſe longam, producendis multis multorum teſtimoniis protrahere.

Embryonis excrementa quæ ſint quæ hæc: & præcipuè meconium.

Sic igitur refert Veſalius cap. 17. lib. 5. Præter vrinam & ſudorem, in inteſtinis fœtus, dum adhuc in vtero conſiſtit, ſi non ſtercus, ſaltem craſſam & variam bilem vnà colligi, inter diſſecandum; & aliàs mox à partu, quum illam fœtus excernit, liquidò ſpectamus. Atque hæc excrementa pro matrum ferè temperie ac valetudine, potiſſimùm quantitate, & nonnihil colore & conſiſtentiâ variare experimur: prout nimirum illis ſanguis aliàs accidit ſeroſior, aut craſſior, aliáve qualitate ab optimo & laudato alienior. Columbus autem lib. 12. Fœtus in matris vtero alimentum per vmbilicum ſuſcipit, venæ vmbilicalis ope. fabulæque ſunt, quas magnus Hippocrates, qui omnia ſcire non potuit ſolus, de pueri nutrimento in aluo matris dixit; quòd ſcilicet per os exugat. & profectò tanti viri errorem tam craſſum nequeo ſatis mirari. nam inter os fœtus matriſque ſubſtantiam, multùm intereſt. Sed fac inter hæc, nullum ſpatium dari. age, os fœtus, vteri corpus attingat. quo pacto ſuccum, qui vel in matris ventriculo eſt, aut in inteſtinis, exugere poſſet, optime Hippocrates? Quamobrem haud dubiè ſcias, candide lector,

Embryo quomodo alatur in aluo materna.

Quòd ore non ſugat, ab impoſſibili.

N. hunc verbo, quæſo, ſuprà, quòd non genuini Hipp.

A fœtum nihil prorſus per os aſſumere. quod ſi aſſumeret, ſuo ipſius ſudore hauſto obrutus nõ interire non poſſet: ſed per venam vmbilicalem duntaxat nutriri; nutriri (inquam) bono ſanguine, atque adeo perfecto, qui per vaſa ſeminaria deferrur. quod idcirco factum fuit, vt materiam vnà cum ſanguine continenter deorſum ferrent, tanquam auxiliares copias, ſi quandóque ſanguis deeſſet. Sed ſatis verborum in hanc ſententiam: placet enim deinceps problematis iſtis modum finêmque in præſens imponere, & reliqua quæ ſuperſunt, in illud tempus differre, quo de ſemine inter humores, ſpeciali & accuratâ oratione: eáque forſan prolixiore tractabimus: vbi inter alia, & his forſan problematis locus erit: An ſemen à cerebro defluat? &c, An à toto corpore? &c, Quæ ſit tantæ voluptatis cauſſa in coïtu venereo? &c, Vter plus voluptatis in coïtu percipiat, mas an fœmina? &c, Quæ cauſſa natorum ſimilitudinis ad parentes? &c, Quî monſtra procreentur? atque his fortaſſe plura, tum noſtro, tum alieno ingenio excogitanda diſcutientur. nunc autem ad partium corporis humani reliquarum explicationem accingor, eo quo inſtitui ordine deinceps pertractandam; vbi priùs poſtremum hoc problema & arduum & prolixius reliquis accuratè diſcuſſero.

Tranſitio.

Digitized by Google

LIBRI HVIVS SEPTIMI PARS QVARTA.

NIC. NANCELII, IN SVVM PROBLEMA DE LEGITIMO PARTVS TEMPORE; VII. VIII. IX. X. XI. MENSIVM.

PRÆFATIO AD LECTOREM.

POST partium genitalium longam & anxiam indaginem; in labore quærens otium NANCELIVS, *Ennianum illud facto de se periculo explorat, ex Iphigenia Tragœdia;*

Otio qui nescit vti, plus negotij habet,
Quàm cùm est negotium in negotio.
Nam cui quod agat, institutum est; nullo negotio
Id agit: studet ibi, mentem atque animum delectat suum.
Otioso initio, animus nescit quid velit.

Nos igitur in isto negotioso otio; vel potius otioso negotio, animi recreandi gratiâ, aliquot problemata discussimus, nostro ferè more, de mediis philosophorum ac medicorum spatiis & diverticulis rationes & rationum momenta venari; admixtis interdum Theologorum axiomatis; ac velut in quadam Anthologia, varios hinc inde flosculos legendo, in aliarum etiam artium vireta & hortulos areolásque diverti-mus; ex iis decerpentes, quod nostris corollis variè contexendis, aliquid videretur ornamenti aut gratiæ & suauitatis allaturum. Vt autem hæc series postrema, de maiori opere pars aliquantula intelligatur, sic habeto: Nos primo partis huius problemate agitasse gratiosam & plausibilem quæstionem istam, deinde cæteras hoc ordine.

1. Mas an fœmina præstantior?
2. Quæ causa est, vt in hominum genere (valeat etiam eadem in aliis ratio) hic mas, hæc fœmina gignatur?
3. An mas fœmina calidior est?
4. Quænam est vis nostri formatrix?
5. Sintne in vtero plures cellulæ? & an inde plurium fœtuum gignendorum occasio?
6. Estne hymen aliquis, certus pudicitiæ custos & index?
7. Estne generando habilis, cui testium alter est auulsus?
8. Sintne cotylédones in vtero muliebri?
9. An ossa pubis in partu muliebri separantur?
10. An infans in vtero victum sibi sugendo parat?
11. An semen à cerebro per spinam defluit?
12. Quænam est in coïtu tantæ voluptatis causa? & vtri maior, viro an fœminæ?

Quibus sigillatim discussis, & multis rationum atque historiarum luminibus illustratis; hoc deinceps cæteris non paulò prolixius est agitatum.

Digitized by Google

13. QVANTVM EST HOMINVM GESTATIONIS TEMPVS? VEL SI GRÆCE MAVIS, Πόσος ὁ τῆς τῶν ἀνθρώπων κυήσεως χρόνος; vbi & hoc diſceptatur;

Eſtne ſeptimeſtris partus vitalis? éſtne octimeſtris?
Item, Potéſtne infans vndecimo, vel vlteriore menſe naſci?
Item, Et quis frequens ac vſitatus pariendi menſium terminus?
Item, De anno Gregoriano, ad Lilios correctores, digreſſio longior: in qua, de Paſchæ, dierum, menſium, & annorum ritu & varietate, ad Medicos, & Chronologos, & I. C. atque Theologos.

Prima pars problematis, I. C. & priſcorum tum Philoſophorum, tum Medicorum & Phyſicorum, tum aliorum ſententias varias de partu multiplici proponit.

VERVMENIMVERÒ, antequàm à foro & iudiciis diſcedimus: inter alia deinceps complura, illud primo loco nobis videtur inquirendum;

I. C. De legitimo partu tempore ſententia.

An verè ſcripſerit Iuſtinianus Imperator in Authentico de reſtitutionibus fideicommiſſi, & ea quæ parit in vndecimo menſe poſt mortem viri; Mulier ad virum veniens, hunc extulit: Vt appareat etiam ſuperſtite eo non caſtè viuere cogitans: nondum enim completo anno, vndecimo menſe perfecto peperit. vt non eſſet poſſibile dicere, quia de defuncto fuiſſet partus. neque enim in tantum tempus conceptionis extenſum eſt. Hæc ille; vt ſtatuat tales mulieres vndecimo menſe poſt mortem maritorum parientes, antenuptiali donatione priùs à viro facta, iure cadere debere. Eôdem reuocari debent iſta Vlpiani I. C. verba, in L. Ius eſto, in §. Poſt decem. ff. De ſuis & legitimis hæredibus: quibus ita ſtatuit; Poſt decem menſes mortis natus, non admitteretur ad legitimam hæreditatem. De eo verò, qui centeſimo octogeſimo ſecundo die natus eſt, Hippocrates ſcripſit, & D. Pius Pontificibus reſcripſit, iuſto tempore videri natum. Poſtremò & illud expendendum, atque eadem lance ponderandum; An rectè & verè Paulus ſcripſerit in L. Septimo menſe. ff. De ſtatu hominum. Septimo menſe naſci perfectum puerum, iam receptum eſt, propter authoritatem doctiſſimi viri Hippocratis. & ideo credendum eſt, eum qui ex iuſtis nuptiis ſeptimo menſe natus eſt, iuſtum filium eſſe. hoc (inquam) quomodo ſit accipiendum, & qua ratione ſeptimeſtres, octimeſtres, nouimeſtres, decimeſtres, vndecimeſtres fœtus metiatur Hipp. nouâ quadam & hactenus nondum ſatis explicata ſupputatione, nobis eſt peruidendum atque expendendum. Sed quia tum Iuſtiniani, tum aliorum I. C. verba illa à me citata, rem nondum ſatis apertè declarant: ideo ſupplenda & illuſtranda videntur aliunde: neque ex huius modò, verumetiam aliorum Impp. edictis, & principum reſcriptis, & prudentum reſponſis: quorum nobis copiam doctiſſimus & diligentiſſimus primùm faciet Aulus Gellius noct. Att. lib. 3. cap. 16. deinde ad alios noſtra ſe conuertet oratio.

De vndecimeſtri.

De decimeſtri.

De ſeptimeſtri.

Propoſitio.

Et medici & philoſophi illuſtres de tempore humani partus quæſiuerunt. & multa opinio eſt, eáque iam pro vero recepta; Poſtquàm mulieris vterus conceperit ſemen, gigni hominem ſeptimo rarenter, nunquam octauo, ſæpe nono, ſæpenumerò decimo menſe. cúmque eſſe, hominem gignendi ſummum finem, decem menſes, non inceptos, ſed exactos. idque Plautum veterem poëtam dicere videmus in Comœdia Ciſtellaria, his verbis:

Logica.

De multiplici partu tempore, & præſertim decimeſtri.

——tum illa quam compreſſerat,
Decimo menſe exacto, hîc peperit filiam.

Hoc itidem tradit etiam Menander poëta veteriſtior, humanarum opinionum vel peritiſſimus. verſus eius ſuper ea re, de fabula Plotio poſui:

Poëtarum opinio de vero partu.

Γυνὴ κυεῖ δεκάμηνον. id eſt,
Mulier decimeſtria parit.

Sed noſter Cæcilius cùm faceret eodem nomine, & eiuſdem argumenti Comœdiam, ac pleraque à Menandro ſumeret: in menſibus tamen genitalibus nominandis, non prætermiſit octauum, quem præterierat Menander. Cæcilij verſus hi ſunt;

De octimeſtri.

Inſolétne mulier decimo menſe pârere?
Pol, nono etiam, ſeptimo atque octauo.

Eam rem Cæcilium non inconſideratè dixiſſe, neque temerè à Menandro, atque à multorum opinionibus deſciuiſſe, M. Varro vti credamus, facit. Nam menſe nonnunquam octauo editum eſſe partum, in lib. 14. rerum diuinarum ſcriptum reliquit. quo in libro, etiam

XI.

De vndecimestri.

XI. menſe aliquando naſci poſſe hominem dicit. eiúſque ſententiæ, tam de VIII. quàm de XI. menſe, Ariſtotelem laudat authorem. Sed huius de menſe octauo diſſenſionis cauſſa cognoſci poteſt in libro Hipp. qui inſcriptus eſt περὶ τροφῆς, de alimento. ex quo libro, verba hæc ſunt: ἔστι δὲ, ᾗ οὐκ ἔστιν ὀκτάμηνος βρέφος. eſt autem, & non eſt octimeſtris partus. Id tam obſcurè, atque præcisè, támque aduersè dictum, Sabinus medicus, qui Hippocratem commodiſſimè commentatus eſt, his verbis enarrauit: ἔστι μὲν φανέντα οὐ ζῆται, μὴ πάνυ ἰσχυρὰ· οὐκ ἔστι δὲ, οὐ δυνάμενα μὴ φαίνεσθαι. ᾗ ἔστιν ὡς φαινόμενα μὲν ἀσθενῆ ἐστι· δυνάμει δὲ, οὐκ ἄν. Apparent quidem veluti animalia poſt abortum: ſed nequaquam ſunt: quippe quæ ſtatim vitâ excedant: atque ita eſſe quidem tantiſper imaginantur: ſed potentiâ non ſunt. (ſed de octimeſtri partu, vel ex Hipp. ipſo mox plura.) Antiquos autem Romanos Varro dicit non recepiſſe huiuſcemodi quaſi monſtroſas raritates: ſed nono menſe, aut decimo; neque præter hos, alio partionem mulieris ſecundùm naturam fieri exiſtimaſſe. idcirco eos nomina Parcis tribus feciſſe à pariendo, & à nono atque decimo menſe.

De vero & legitimo partus tempore.

Parca vnde dicta.

N. imò quia nemini parcunt.

Præterea, ego de partu humano, præter quàm quæ ſcripta in libris legi, hoc quoque veniſſe vſu Romæ comperi. Fœminam bonis atque honeſtis moribus, non ambigua pudicitiâ, in XI. menſe poſt mariti mortem peperiſſe: factúmque eſſe negotium, propter rationem temporis: quaſi marito mortuo poſtea concepiſſet. quoniam Decemuiri in decem menſibus gigni hominem, non in vndecimo ſcripſiſſent. Sed D. Hadrianum cauſſa cognita, decreuiſſe, in XI. quoque partum edi poſſe. idque ipſum rei decretum nos legimus. In eo decreto, Hadrianus id ſtatuere ſe dicit, requiſitis veterum philoſophorum & medicorum ſententiis. Hodie quoque in Satyra fortè M. Varronis legimus, quæ inſcribitur, Teſtamentum, verba hæc. Si quis mihi filius, vnus pluréſve, in decem menſibus gignuntur: ij ſi erunt ἀσινῆς (aſini ad lyram) exhæredes ſunto. Quòd ſi quis vndecimo menſe, κατ' ἀσυνήλιον, natus eſt, Accio idem quod Titio-ius eſto apud me.

2 Hiſtoria de partu vndecimeſtri.

Quod ſi ita, neque vltra decimum menſem fœtura mulierum protolli poteſt: quæri oportet, cur Homerus ſcripſerit, Neptunum dixiſſe puellæ à ſe recèns compreſſæ;

Χαῖρε τοῦ φιλότητι, ἐπειτομένου δ' ἐνιαυτοῦ,
Τέξεις ἀγλαὰ τέκνα· ἐπὶ δὲ οὐκ ἀκύμορα δύνῃ
Ἀθανάτων. ——

3 Hiſtoria de partu anno.

Nunc gaude dilecta: at cùm ſe euoluerit annus,
Illuſtres (neque enim ſunt vana cubilia diuûm)
Natos nixa dabis. ——

id eſt, affecto, non confecto anno, vt interpretatur apud eundem Gellium Phauorinus. ego verò breuiùs, intra annum.

Sed quia Gellio Macrobium ſæpe deprehendimus affinia ſcribere, ne dicam eadem ad verbum ex illo exſcribere: ideo de hoc etiam conſequenter ſubiungo: ac primùm ex cap. 6. lib. 1. in Somn. Scipionis. Humano partui frequentiorem vſum nouem menſium, certo numerorum modulamine, Natura conſtituit: ſed ratio ſub aſciti ſenarij numeri multiplicationem procedens, etiam ſeptem menſes compulit vſurpari. Horum vterque ſi per ſenarium numerum multiplicetur, efficiunt dierum numerum, qui ſeptem menſibus explicantur. Coëant enim numeri, mas ille qui memoratur, & fœmina; octo ſcilicet & viginti ſeptem, pariunt ex ſe quinque & triginta. Hæc ſexies multiplicata, creant decem & ducentos: qui numerus dierum, menſem ſeptimum claudit. Ita eſt ergo naturâ fœcundus hic numerus, vt primam humani partus perfectionem, quaſi arbiter quidam maturitatis abſoluat. Diſcretio verò partus futuri (ſicut Hippocrates refert) ſic in vtero dignoſcitur. Aut enim ſeptuageſimo, aut nonageſimo die, conceptus mouetur. dies ergo motus, quicunque fuerit de duobus, ter multiplicatus, aut ſeptimum, aut nonum explicat menſem (vt poſtea docebo repetens, & alibi iam hoc eodem opere produxi.) Idem author eodem mox capite ſubiungit: Hic denique eſt numerus (ſeptenarius) qui hominem concipi, formari, edi, viuere, ali, ac per omnes ætatum gradus tradi ſenectæ, atque omnino conſtare facit. Nam vt illud taceamus, quòd vterum nullâ vi ſeminis occupatum, hoc dierum numero Natura conſtituit, velut decreto exornandæ mulieris, vectigali menſe redeunte purgari: hoc tamen prætereundum non eſt; quia ſemen quod poſt iactum ſui, intra horas ſeptem non fuerit in effuſionem relapſum, hæſiſſe in vitam pronuntiatur. Verùm ſemine ſemel intra formandi hominis monetam locato, hoc primum artifex Natura molitur, vt die ſeptimo folliculum genitiuum circumdet humori ex membrana tam tenui, qualis in ouo ab exteriore teſta clauditur, & intra ſe claudit liquorem. (hoc aliàs ex Hipp. lib. de natura pueri, exemplo pſaltriæ cuiuſdam probauimus.) Straton verò Peripateticus, & Diocles Caryſtius, per ſeptenos dies concepti corporis fabricam hac obſeruatione diſpenſant; vt hebdomade ſecunda, credant guttas ſanguinis, in ſuperficie folliculi, de quo diximus, apparere. tertia, demergi eas introrſum ad ipſum conceptionis humorem. quarta, humorem ipſum coagulari; vt quiddam velut inter carnem & ſanguinem, liquidâ adhuc ſoliditate conueniat. quinta verò, interdum fingi in ipſa ſubſtantia humoris, humanam figuram, magnitudine quidem apis: ſed vt in illa breuitate, membra omnia, & deſignata totius corporis lineamenta conſiſtant. Ideo autem adiecimus, interdum; quia conſtat, quoties quinta hebdomade fingitur deſignatio iſta membrorum, menſe ſeptimo maturari partum. Cùm autem nono menſe abſolutio futura eſt: ſi quidem fœmina fabricatur, ſexta hebdomade iam membra diuidi: ſi maſculus, ſeptima. vbi mox de vi ſeptenarij, multa idem & inſignia recenſer, alibi meliùs inſerenda.

Conceptio qui fiat, & qualiter, & ſimili.

Embryon quomodo formetur in vtero, & ſimile.

Naturæ induſtria in formando fœtu, per dies & hebdomadas.

Maris & fœminæ diſcrimen non à tempore.

Porrò Cenſorinus, libelli elegantiſſimi de die natali cap. 7. de temporibus ad pariendum

Digitized by Google

aptis sic disserit; Iam primùm quoto post conceptionem mense infantes edi soleant, frequenter agitatum inter veteres nondum conuenit. Hippon Metapontinus à septimo ad decimum mensem nasci posse existimauit. nam septimo partum iam esse maturum: eò quòd in omnibus numeris septenarius plurimùm possit. Si quidem septimis à partu formentur dentes mensibus: additisque alteris, recti consistere incipiamus: & post septimum cadant annum: decimoquarto autem pubescere soleamus. Sed hanc à septem mensibus incipientem maturitatem, vsque ad decimum perductam: ideo quòd in aliis omnibus hæc eadem natura est: vt septem mensibus annisve, tres aut menses, aut anni ad consummationem accedant. Nam dentes septem mensium infanti nasci, & maximè decimo perfici mense: septimo anno primos eorum excidere: decimo vltimos: post decimumquartum annum nonnullos. sed omnes intra decimumseptimum annum pubescere, (plura his Macrobius libro citato.) Huic opinioni in parte aliqui repugnant: alij in parte consentiunt: Nam septimo mense parere mulieram posse plurimi affirmant, vt Theano Pythagoricus (fortè Pythagoræ coniunx) Aristoteles Peripateticus, Diocles, Euênus, Straton, Empedocles, Epigenes, multique præterea. quorum omnium consensus, Euryphonem Gnidium non deterret, idipsum intrepidè pernegantem. Contra eum fermè omnes, Epicharmum secuti, octauo mense nasci negauerunt: Diocles tamen Carystbius, & Aristoteles Stagirites aliter sentiunt. Nono autem & decimo mense, tum Chaldæi plurimi, & idem suprà nominatus Aristoteles, edi posse partum putauerunt. Neque Epigenes Byzantius nono fieri posse contendit: nec Hippocrates Cous decimo. Cæterùm vndecimo mense Aristoteles solus recipit: cæteri vniuersi improbarunt (quamquam de Hippoc. posthàc iecùs constabit.) Rationes Chaldæorum de tempore partus, ex eodem Censorino repetes: aut hæc paucis accipe. Ante omnia igitur dicunt actum vitámque nostram stellis tam vagis, quàm stantibus esse subiectam: earúmque vario multiplicíque cursu genus humanum gubernari; sed ipsarum motus schemataque & effectus à Sole crebrò immutari. Nam vt aliæ occasum, nonnullæ stationem faciant, nósque omnes hac sua disparilitate pariter afficiant, Solis fieri potentiâ. Itaque eum qui stellas ipsas, quibus mouemur, permouet animam nobis dare, qua regamur: potentissimúmque in nos esse, moderatíque, quando post conceptionem veniamus in lucem. & hoc per tres facere conspectus; qua te idem ratione perdocebit. vbi & hoc obseruabis; A septimo Zodio, quod est contrarium, plenissimus potentissimúsque conspectus, quosdam iam maturos infantes educit, qui septimestres appellantur, quia septimo mense nascuntur. At si intra hoc spatium, matureſcere vterus non poterit, octauo mense non editur (ab octauo enim signo, vt à sexto, inefficax visus) sed vel nono mense, vel decimo. Cæterum vndecimo non putant nasci: quia languido iam radio, infirmum lumen καὶ ἐξάρτυτον mittatur. multò minùs duodecimo: vnde conspectus pro nullo habetur. sícque concludit; Itaque secundùm rationem hanc aspectuum, ἑπτάμηνοι nascuntur καὶ ἑβδομαῖοι. ὀκτάμηνοι autem, καὶ ὀγδοα-ναῖοι. δεκάμηνοι verò, καὶ παραγόνιμοι. hæc ferè Chaldæorum fuit sententia. Alij plerique, cùm omnes partus non vno tempore fiant maturi; vna tamen eadémque tempora omnibus conformandis dederunt: vt Diogenes Apolloniates, qui masculis ait corpus quatuor mensibus formari: & fœminis, quinque. & Hippon, qui diebus sexaginta infantem scribit formari: & quarto mense carnem fieri concretam: quinto vngues capillúmve nasci. septimo iam hominem esse perfectum.

Pythagoras autem, vt Varro in libro qui vocatur Tubero, de origine humana scriptum reliquit, ad veritatem proximè videtur accedere (quem noster Hippocrates potissimùm secutus est) dixit enim generaliter esse partus omnino duos: alterum minorem, quem vocat septimestrem, qui ducentesimo & decimo die post conceptionem exeat ab vtero. alterum maiorem, decimestrem, qui edatur die ducentesimo septuagesimo quarto (illic tamen, mensi dies tribuit 30. hîc autem, ad menses nouem, qui dies complent 270. mensibus singulis, 30. dierum æstimatis, dies tantùm quatuor decimi mensis initiales addit: qua de re pòst ex Hipp.) Quorum prior ac minor, senario maximè continetur numero. Nam quod ex semine conceptum est, sex (vt ait) primis diebus humor est lacteus. Deinde proximis octo, sanguineus. qui octo, cùm ad primos sex accesserunt, faciunt primam symphoniam διὰ πέμπτων tertio gradu, nouem dies accedunt, iam carnem facientes. hi cum sex illis primis collati, sesquiplam faciunt rationem, & secundam symphoniam διὰ πασῶν. tum deinceps sequentibus duodecim diebus, fit corpus iam formatum. horum quoque ad eosdem sex collatio, tertiam διὰ παντὸς reddit symphoniam duplici ratione subiectam. Hi quatuor numeri, sex, octo, nouem, duodecim, coniuncti faciunt dies 35. Nec immeritò senarius, fundamentum gignendi est: nam eum τέλειον Græci, nos autem perfectum vocamus: quòd eius partes tres, sexta & tertia & dimidia: id est vnus & duo & tres, eundem ipsum perficiunt. Sed vt initia seminis, & lacteum illud conceptionis fundamentum, primitùs hoc numero absoluit: sic hoc initium formati hominis, & velut alterum matureſcendi fundamentum, quod est quinque & triginta dierum, sexies ductum, cùm ad diem ducentesimum decimum peruenerint, maturum procreatur. Alter autem ille partus, qui maior est, maiore numero continetur, septenario scilicet, quo rota humana finitur: & vt Solon scribit, & Iudæi in dierum omnium numeris sequuntur, & Hetruscorum libri rituales videntur indicare. Hippocrates quoque, alíque medici, in corporum valetu-

De tempore partus, & quid quoto quoque septenario contingat dierum, mensium, & annorum.

Dentium & pubertatis statu tempora.

Septimestris partus authores.

Vita hominis qui regantur ab astris, iuxta Chaldæos.

De vndecimestri & duodecimestri, ac fine.

Hippocratis sequax Pythagoras in ratione numerorum.

Tempora formationis fœtus in vtero, & gradus atque figura.

Senarius cur fundamentum gignendi existique partes.

Septimestris partus quo aspectu astrorum Zodiaci a-mmetur: aliáque de aliis.

Digitized by Google

dinibus, non aliud oſtendunt: nam ſeptimum quemque diem κρίσιμον obſeruant. Itaque vt alterius partus origo in ſex eſt diebus: poſt quos, ſemen in ſanguinem vertitur: ita huius in ſeptem. & vt ibi quinque & triginta diebus infans membratur (id eſt, in membra articulatur) ita hic proportio eſt, diebus ferè quadraginta. vnde quadragenario dici laus acceſſit ea, de qua poſtea. Hi igitur dies quadraginta per ſeptem illos initiales multiplicati, fiunt dies 280. id eſt hebdomades quadraginta (de quibus etiam pòſt ex Hipp. inſigni vt apparebit, Pythagoræ æmulo.) Sed quoniam primæ illius hebdomadis primo die editur partus; ſex dies decedunt, & 274. obſeruantur. qui numerus dierum, ad tetragônum illum Chaldæorum conſpectum ſubtiliter congruit. Nam cùm ſignifesum orbem diebus 365. & aliquot horis Sol circumeat (vt poſthàc declarabitur) quarta neceſſe eſt parte dempta, id eſt diebus 72. aliquótque horis, tres quadras reliquis diebus 274. non plenis percurrat; vſque dum perueniat ad id loci, vnde conceptionis initium quadratus aſpiciat. Vnde autem mens humana dies iſtos commutationis ſpeculari, & arcana Naturæ rimari potuerit, nemo miretur. hæc enim frequens medicorum experientia peruidit, & obſtetricum obſeruatio confirmauit, vt poſtea ex Hipp. reperetur.

Chaldæorum tetragonum, eiuſque vſus.

Iſtis Latinis authoribus, Plinium iure accenſebo, Latini nominis atque idiomatis inſigne decus & ornamentum. ſic autem ille cap. 5. l. 7. Cæteris animantibus ſtatum & pariendi, & partus gerendi tempus eſt: homo toto anno, & incerto gignitur ſpatio. alius ſeptimo menſe, alius octauo, & vſque ad initia decimi vndecimique. Ante ſeptimum menſem haud vnquam vitalis eſt; ſeptimo, nonniſi pridie poſteróue plenilunij die, aut interlunio concepti naſcuntur. Tranſlatitium in Ægypto eſt, & octauo gigni. iam quidem & in Italia tales partus eſſe vitales. Contra priſcorum opiniones variant hæc pluribus modis. Veſtilia C. Herdicij, ac poſtea Pomponij atque Orfiti clariſſimorum ciuium coniux, ex his quatuor partus enixa, Sempronium ſeptimo menſe genuit; Suillium Rufum, vndecimo; Corbulonem, ſeptimo, vtrumque Conſulem: poſtea Cæſoniam Caij principis coniugem, octauo. In quo menſium numero genitis, intra quadrageſimum diem maximus labor; grauidis autem, quarto & octauo menſe: lethaléſque in iis abortus. Maſſurius author eſt, L. Papyrium Prætorem, ſecundo hærede, lege agente, bonorum poſſeſſionem contra eum dediſſe: cùm mater partum ſe XIII. menſibus diceret tuliſſe: quoniam nullum certum tempus pariendi ſtatutum videretur. Videndum eſt tamen (inquam ego) ne vafrum alioquin & ſubdolum muliebre genus, ad peccandum inuitet nimia Legiſlatoris indulgentia. quocirca illud Prætoris propenſum & fauorabile edictum, circumſpectior Senatus medicorum reſcidit; nullúmque legitimum partum XIII. menſium; imò ne XII. quidem: nec niſi cum multa cautione, XI. menſium abſolutorum, habendum eſſe decreuit, vt poſtea locis productis demonſtrabo. tantum abeſt, vt incertum pariendi tempus reputarit. Quæ immoderata licentia, mulierum habenas laxiores fecerit, non ſine periculo violandæ pudicitiæ, damnóque rei familiaris, ex furtiuo concubitu ſuſcepta prole in alienam hæreditatem inuolante. Citiùs enim, vt eſt in prouerbio, vel adeo elephas parit. hanc tamen Ariſt. biennio parere ſcribit. At Plautus in Sticho, Audiui ſæpe hoc vulgo dicier, ſolere elephantum grauidam perpetuos decem eſſe annos. cui & Plinius lib. 8. adſtipulatur. Certum eſt autem, quò vnumquodque maius eſt animal, eò longiori tempore vterum gerere: Natura in compingendo & conformando confirmandóque grandiori fœtu diutiùs occupata. ſed de hoc aliàs.

Plinij laus.

An octimeſtris partus vitalis, & vbi.

Hiſtoria varia variorũ partuum.

N. Quòd non ſit incertum pariendi tempus.

N. cautio aduerſus mulierum vafritiem.

Quò quidque animal maius, eò diutiùs fert vtero, quàm reſ.

Iam verò iſtis Latinis authoribus perluſtratis, ad Græcos accedamus, & numero plures, & fœcundiores, & locupletiores authores, & rei medicæ peritiores. Ac quoniam hoc quidem loco, vt ferè aliàs, Plinium Ariſtotelis imitatorem ſedulum video; quem vt magiſtrum, & ætate priorem, doctrinâ potiorem iure anteferre ſolebam; eundem nunc & diſcipulo, & poſteriori poſtponam, ſed ex occaſione, ac non ex merito. ſic autem cap. 4. lib. 7. hiſtor. animal. loco à Plinio deſignato, non appellato, & à Varrone obſeruato, vt patuit. Sed cùm cætera animalia omnia ſingulari ac ſimplici modo partum ſuum perficiant (vnum enim pariendi tempus ſtatutum omnibus eſt) homini vni multiplex datum eſt: nam & ſeptimo menſe, & octauo, & nono parere poteſt; & quod plurimum, decimo: nonnullæ etiam vndecimum tangunt (vt tamen attingere, non abſoluere intelligas, vt poſtea repetam apertiùs.) Fœtus qui maturiùs quàm ſeptimo menſe prodeat, nullo pacto vitalis eſt. qui ſeptimo, vitalis quidem hic primus exit, ſed magna ex parte infirmior. quamobrem cunabulis ex lana eum obuoluunt, & faſciis alligant. Meatus etiam nonnulli infiſſi, vt aurium, aut narium, ſæpenumerò generantur: ſed accreſcenti articulantur infanti, & demùm ſuam formam recipiunt. & plerique de his quoque ſeptimo, natis, viuere atque adoleſcere poſſunt. Qui autem menſe octauo naſcuntur, viuere ac adoleſcere, in terra Ægypto poſſunt, & quibuſdam aliis in locis, vbi mulieres fertiliores ſunt, multóſque ſimul facilè & ferunt & pariunt, etiamſi monſtroſi ſint (eandem Ægypti fertilitatem animantium & ſtirpium prædicat Hipp. altera parte lib. de ſeptimeſtri partu) ſed locis Græcis multi intereunt, nec niſi perpauci ſeruantur. Vnde fit, vt ſi quis ſeruetur, non octauo menſe natus exiſtimetur; ſed mulierem ſui conceptus initium latuiſſe. quo de errore poſthàc dicam tum ex hoc Ariſtot. tum etiam ex Hippocrate. idem capite ſuperioti tertio: Cùm itaque fœtus in vtero formatur, fœmina tardiùs quàm mas perfectionem quarúmque partium recipit: & ſæpius in decimum menſem, quàm mas, protrahitur. & cap. 4. lib. 4.

Tranſitio, vbi de laude Græcorum.

Partus ante 7. menſem vitalis nullus, & qualis ab vtero prodeat imperfector.

Octimeſtria vbi ſuperuiuant.

Ægypti fertilitas omnimoda.

Digitized by Google

de genera. animal. Homo cum omnibus generibus ambigit: nam & vniparum, & pauciparum, & multiparum interdum est. sed maximè sua naturâ vniparum est. Hinc tempus etiam vteri ferendi enorme, vnum hoc animal sortitum est: Cæteris enim vnum est tempus; homini verò plura sunt: quippe cùm & septimo mense, & decimo nascatur, & inter septimum ac decimum positis. Qui enim mense octauo nascuntur, etsi minùs, tamen viuere possunt. & cap. 6. lib. 6. operis eiusdem: Qui septimo mense nascuntur, sæpe nonnulli pro sua imperfectione, ne meatus quidem integros adhuc habent, vt aurium, aut narium: sed pòst accrescentes recipiunt; multique ex iis vitæ compotes euadunt: quod penè iisdem verbis citaui paulò antè ex lib. 7. histor. animal. sed qui sequitur locus, omnino grauis est, & notatu dignus, ex cap. 10. & vltimo lib. 4. de genera. animal. Vteri autem ferendi tempora certa cuique animalium sunt, magna quidem ex parte, pro vitæ spatio. viuaciorum enim generationes quoque diuturniores esse necesse est. non tamen id caussa est; sed magna ex parte sic euenit. Maiora enim perfectioráque sanguinei generis animalia, plus temporis viuunt. sed non omnia maiora, sunt viuaciora: Homo enim plus temporis, quàm quoduis animal viuit, excepto elephante (huic addo ceruum) quod quidem vsu adhuc fide digno nouerimus. quamquam homo minoris est incrementi, quàm veteri na, & alia multa. Haud enim tempore breui constitutiones perfici magnas vel animalium, vel quorumuis aliorum, ferè facile est. Quamobrem equi, & quæ iis cognata sunt animalia, quamquam minus temporis viuunt, tamen diutiùs vterum ferunt. alia enim annum: alia, quod plurimum, menses denos grauida exigunt. (Annum ferre vterum asinam & equam, cap. 6. lib. 3. de genera. animal. dixerat.) hac eadem de caussa, elephantorum etiam vterus diutinus est: biennio namque gestatur, propter exuperantiam magnitudinis, vt iam patuit.

Fœmina ferè vnipara, & quoto mense parere soleat.

Septimestres an imperfecti, & qualiter.

N. negat.

Homo diutius cæteris viuit præter elephantem.

N. contrà de ceruo.

Elephas biennio gestatur.

Ratione autem optima, tempora omnium & grauiditatum & generationum & vitarum dimensionem circuitibus sibi expoſcunt recipere. Circuitum, appello diem, noctem, mensem, annum, & tempora quæ iis describuntur; atque etiam Lunæ traiectiones. sunt enim Lunæ circuitus complementa, & silentia, & interpositorum temporum sectiones: ita enim coït cum Sole. mensis enim, communis amborum circuitus est. Luna autem, principium est, propter Solis societatem, receptúmque lucis; fit enim quasi alter Sol minor. quamobrem conducit ad omnes generationes perfectionésque. Calores enim & refrigerationes cum moderatione quadam, generationes; sine moderatione, corruptiones efficiunt. Terminum autem tum principij, tum finis qualitatum earum, motus horum siderum obtinet. Vt enim & mare, & omnem humorum naturam subsistere mutarive pro flatuum motu & quiete videmus: aërem verò & flatus, pro Solis Lunæque circuitu affici: sic ea quæ ex iis, aut in iis oriuntur, sequi necesse est. Nam vt rerum minùs principalium circuitus, sequantur magis principalium rerum circuitum, ratio est. vitam enim quandam, & ortum, & interitum, vel statum esse fateor. Conuersionis verò eorum siderum alia fortasse principia sunt. Natura igitur ita sibi valt, vt eorum numeris, generationes & obitus numeret: sed exquisitè id facere nequit, propter materiæ indefinitionem: & quòd multa principia incidunt, quæ generationes destinatas secundùm naturam, & corruptiones sæpe impediant: atque ità, caussa sint earum quæ veniant præter naturam. verùm de his posthàc multò plura: hæc enim modò cum Aristotele velut προαύλιον placuit, ac dicendis velut proœmium præmittere. ex quo, postquàm vnum aut alterum problema sumpsero, ad alios deinde transiero authores. sic enim problem. sect. 10. probl. 11. inquirit. Cur in animalium genere, alia breui tempore pariunt, alia diu gestant? An longiùs perfici solent, quibus longiora sunt vitæ spatia? sunt autem partu tardiora, quæ longo tempore viuunt: sed non vniuersaliter id est: equus enim vt tardiùs maximè quàm homo parit, sic viuere minùs potest. &c. Rursus eadem sectione, problem. 40. Solus homo ex omnium animantium genere, varia generationis tempora obtinet; nam & septimo, & octauo, & decimo mense venire in lucem potest. Cæteris tempus vnum proficiendi sine mora statutum est: Hominum generi temporis multum, pro varia ratione immorandi, consumi necesse est. qua de re etiam ex eodem paulò antè.

Generatio & corruptio sequûntur motum syderum, & quatenus.

Circuitus quid in ratione temporis.

Luna vis ad generationem, & cum Sole collatio: itémque ad ventos & maris motum.

Hactenus ex Aristotele, omnino philosophicè & seriò & grauiter sensum elicuimus, & historiam de partus humani discrimine, eiúsque caussa planè efficaci. proximum est, vt eiusdem problematis vnum ex eadem Peripateticorum schola adiiciam, deinde ad medicos transeam. Quærit Alexander Aphrodisæus problem. 47. lib. 2. Cur infantes, qui septimo mense in lucem venerint, viuere possint: qui octauo, non possint? Quoniam septenarius perfectus numerus est; & vti Pythagoras censet, & omnes scientiæ numerorum professores ac musici autumant, octonarius imperfectus est. Itaque quod tunc prodiit, imperfectum, minúsque aptum ad vitam est: nihil enim imperfectum vel tempore, vel formâ, à natura creari solet. quamobrem si quid tale erumpat, id educare non solet. Nasci infantes mense septimo possunt, quoties vis efformandi in vtero validissima est, & sanguinem sibi obtinet commodum; sic enim ocyùs rem perficere potest. sed si è contrario est, decimo exeant necesse est. Numerum tam septenarium, quàm denarium esse perfectum variè constat. Orbèm namque terrarum septem insignibus stellis regendum nouimus. Homo septimo mense dentire incipit. anno septimo dentes permutat. quartodecimo, id est bis septem annis peractis, pubescere incipit. vigesimoprimo firmam aggreditur ætatem: quod tempus ter septem annis consum-

Cur infans septimestris viuula, octimestris verò minimè.

Septimestris puer quæ de caussa gignatur, & quando in dentium mensem trahat.

Septenarij vis in rerum natura, ab exemplis.

Digitized by G

matur. morbi ſeptenario numero iudicantur. Luna per ſeptenarium, ſuas accipit formas. menſes ſeptenis conſtant diebus. vocales literæ ſeptem ſunt. & denarius numerus quoque ortum omnem atque interitum rerum complectitur (author Ariſtoteles eſt, ac philoſophi) & numerus omnis ex denario oritur per repetitionem. & homines priſci non tabulis, ſed ſuis dextris rem de qua agerent, confirmare ſolebant; videlicet numeri denarij cauſsâ, quem digiti explent. ſed de his numeris potui iam antè plura ex Macrobio ſubtexere, ſi probarem, veriſimilia potiùs quàm vera.

N. ex Hipp. ad agnoſcit. Denarij ité vis numeri, & quòd ex eo conſtant reliqua.

Nunc igitur ad medicos digredior; in primis ad Hippocratem; qui de hoc argumento & primus, & omnium accuratiſſimè ſcripſit, vt ex locis producendis facilè patebit. Extant eius libri duo ſub hoc argumento ſpecialiter conſcripti; prior de ſeptimeſtri, poſterior de octimeſtri partu. de poſteriore iſto poſthàc; de priore primo loco; deinceps ad cæteros progrediar. Septimeſtres autem naſcuntur (ait) diebus centum & octoginta duobus ac dimidio, & inſuper accedente diei particula. Si enim primi menſis dies quindecim ſupputaueris: deinde quinque menſium dies centum quadraginta ſeptem ac dimidium (in vndeſexaginta enim diebus quàm proximè duo menſes perficiuntur) His igitur ſic habentibus, ad ſeptimum menſem ſuperſunt dies non plures quàm viginti; & eſt tota ſumma dimidij anni, vnà cum aliqua diei particula. Cùm itaque ad hoc perfectionis principium, partus peruenerit, matureſcente fœtu, & robore multùm augeſcente, in perfectione magis, quàm aliis temporibus, pelliculæ, in quibus ab initio nutritus fuit, quemadmodum ſpicarum membranæ laxantur; ad id coactæ, antea quàm fructus perfectè matureſcat: & fortiſſimi ac pleniſſimi fœtus violantes ac dirumpentes pelliculas, partum fieri cogunt; & plurimi ex his pereunt. Cùm enim parui ſint, tranſmutatione maiore quàm alij vtuntur, & quadraginta dierum afflictionem perferre coguntur ex vtero egreſſi: id quod etiam ex decimeſtribus multos peremit: ſunt autem ex his ſeptimeſtribus, qui etiam ſuperſtites manent, ex multis pauci; propterea quòd & ratio & tempus, in quod enutriti ſunt in vtero, conſtitit; vt omnium participes ſint, quorum etiam perfectiſſimi participes exiſtunt; maximè qui ſuperſtites manent, & proceſſerunt de matre priùs pariente, vt pote in octauo menſe ægrotaturi. Si enim in his laboribus ſuccedant, vt in conſpicuum prodeat puer, impoſſibile eſt ſuperſtitem eſſe, ob prædictas & dicendas affectiones, quas ego octimeſtres perimere dico: imò etiã multos decimeſtres, de quib. poſtea: nã eodem hoc libello poſtmodùm ſic ait, velut vniuerſaliter effatus: Verumenimuerò conceptus & abortus & partus mulieribus in eo tempore, in quo etiam morbi & ſanitas & mors omnibus hominibus fiunt. hæc verò omnia partim ſecundùm dies, partim ſecundùm menſes, partim ſecundùm dierum quadragenarios; partim ſecundùm annum, ſignificationem ſui

Septimeſtris partus quot diebus conſtet, mixto quodam & noua modo.

Fœtus qui erumpat ex vtero, rupta tunicâ, & ſimili.

Quòd ſeptimeſtres partus verò viuat, octimeſtres nunquam, quadere.

Vis numeri ad vitam & ad mortem in quo ſita.

A præbent. In omnibus enim his temporibus inſunt ad vnumquemque & vtilia multa, & hoſtilia multa. Ex vtilibus igitur, ſanitas & augmentum contingit: ex contrariis, morbi & mors. vbi de vi diei primi & ſeptimi; & pari ratione, de menſe primo & ſeptimo; mox de quadragenario. hic enim primùm in fœtibus iudicat. Quiſquis enim primos quadraginta dies tranſmiſerit, abortus effugit ex omni cauſa contingentes: plures autem fiunt in primo quadragenario abortus, quàm in aliis omnibus. hoc autem tempore præterito, fœtus fortiores ſunt; & ipſorum corporis per ſingula membra diſcretio fit, & maſculorum quidem partes omnes valdè

Quadragenarij vis in fœtu ad vitã & mortem.

B conſpicuæ fiunt: fœmellæ verò in hoc tempus carnes apparent, exortus ac proceſſus ſolùm habentes. Alter quadragenarius eſt, in quo circa octauum menſem fœtus in vtero ægrotant. tertius eſt, in quo vbi naſcuntur pueri etiam malè affecti, ſi effugerint quadraginta dies, apparent magis robuſti ac ſapientes. Nam & ſplẽdores clariùs vident, & ſtrepitum audiunt; quod priùs non potuerunt: tanquam incrementum habeat hoc tempus, cùm iuxta alia, tum iuxta ſapientiam ex corpore eluceſcentem. Peculiarem quidem ſapientiam in corpore ineſſe, manifeſtum eſt in prima ſanè die: nam in ſomnis ſtatim vbi nati ſunt pueri, videre & plorare videntur: vigilantes quoque ſua ſponte ſtatim ri-

Mares & fœmina formationum tempus quo variet.

Quo tempore ſapientia in puero eluceſcat & quibus ſignis.

C dent ac plorant, priùs quàm quadraginta dies tranſeant. Non rident autem, etiamſi titillentur ac irritentur, priùs quàm hoc ipſum tempus tranſeat: hebetantur enim vires in mucis, quamquam mors etiam per fatum ſit fortè deſignata. Vt hoc exemplo omnibus ſit, Quòd omnia exiſtentia, quæ naturam ex iiſdem habent, tranſmutationes per tempora venientia habeant. Declaratur autem in ſingulis, cùm alia naſcantur, alia corrumpãtur. quæ de re aliàs ſuo loco, ex ſacris & philoſophicis libris. Vt hoc interim intelligas, ex his pleraque eximia mutua-

Oris omnia mutationi obnoxia, cur.

D tum ab Hippocrate Ariſtotelem, in ſua monumenta traduxiſſe, & ab vtriſque Plinium; atque ab Hippocrate nominatim Auicennam exſcripſiſſe, licet innominato authore, vt de ſingulis alibi patefaciam. Ego verò pro meo animi candore, non poſſum per quos profecerim, non apertè profiteri: ac pudor ſit, velut proprium mihi arrogare, quod ab altero acceperim, non ſi diſſimulare quidem liceat. De libello de octimeſtri partu, videro poſtea verſus problematis huius finem: nunc locos breues ex aliis eiuſdem Hipp. operibus decerpere animus eſt, huic quidem ſermoni conuenientes. Ac primum illud occurrit circa finem libri de natura pueri: Cùm in vteris eſt puer, magis continens eſt vſque ad pellicularum rupturam, ſimul cum decimo menſe, quando partus matri propinquat & adeſt. ſi verò violentam affectionem perpetiatur puer, etiam ante præfinitum tempus ruptis pelliculis prodit; quin & ſi alimentum à matre priùs puero defecerit, etiam ſic partus matri priùs aduenit, & ante decimum menſem puer prodit. Quomodo autem falli contingat mulieres, vt plus decem menſibus vtero

N. ex Hipp. per multa apud Ariſt. recognoſcit: & apud Plin. & Auicen. ex vtroque.

N. modeſtia in citando authorem.

Infans in vtero quãdo calcitret & quibus de cauſis.

geſtare ſeſe credant, dicetur poſtea ex hoc loco, & ex Ariſtot. ipſo. Quòd autem diutiùs quàm decem menſibus, non contingat mulieri vterum geſtare, ſic idem demonſtrat: Alimentum & augmentum quod à matre deſcendit, non ampliùs ſufficiens eſt puero, vbi decem menſes præterierint, & fœtus auctus fuerit; trahit enim quod dulciſſimum eſt in ſanguine, ad ſeſe; ſimùlque etiam lacte modicè fruitur. Cùm autem hæc ipſi rariora ac pauciora ſint, & puer plenus ac maturus exiſtat; copioſius alimentum deſiderans calcitrat, ac pelliculas rumpens, initium partus matri inducit. & hoc perpetiuntur magis mulieres primiparæ: deficit enim pueris alimentum, vt ad decimum vſque menſem ſufficere non poſſit: deficit autem per hunc modum; Sunt quædam mulieres, quibus ſufficientes menſes purgantur; quædam quibus pauciores, hoc ipſum ſi ſemper fiat, in natura & genere maternum ipſis exiſtit. Quæ verò menſes paucos demittunt, hæ etiam pueris poſtremo tempore, vbi iam maturi fuerint, alimentum rarius exhibentes, ipſos calcitrare facinnt, vt & ante decimum prodire feſtinent: modicus enim ſanguis à iuuenculis ac nouellis matribus procedit. Vt plurimùm verò cõtingit tales mulieres etiam ſine lacte eſſe, quæ paucos menſes demittunt: ſicciores enim ſunt, & denſiorem carnem habent. Quòd autem deficiente alimẽto prodeant pueri, duplici ſimilitudine docet: priore, ab auibus & gallinis ſumpta: poſteriore verò, à quadrupedum natura. ſed in illa, dum ex oui vitello naſci volucrem dicit, ali autem albumine; ab Ariſtotelis & phyſicorum multorum opinione recedit; qui ex albumine auem pronaſci, ex luteo nutricari perhibent: quam in ſententiam vt probabiliorem, pedibus abit Plinius, & nos magis inclinamus, vt alibi demonſtrabimus, tum aliis de cauſſis, tum quòd germen (ex quo gigni volucrem certum eſt) albumini permiſceatur, eidémque concolor eſt, & naturæ ſimilitudine accenſetur. & verò quæ excluſo pullo, aut eodem ſuæ teſtæ immortuo ſuperſunt reliquiæ, illæ omnino flaueſcunt ac rufeſcunt, non autem albicant. ſed hæc auiariis & aucupibus atque auſpicibus relinquamus, ac de humano partu potrò dicere pergamus. Idem verò noſter Hippocrates ſub finem lib. de carnibus. Sed & ex hoc coniectare licet (quod iam antè de genitura ſeptem dierum conformata, & inedia ſeptem dierum lethali oſtenderat) hominis vitam, ſeptem dierum eſſe. Puer ſeptimeſtri partu natus, pro ratione natus eſt, & viuit: & rationem talis habet ac numerum ad hebdomadas ac ſeptenarium exactum: octimeſtris autem natus, nullus vnquam vixit. nouem verò menſium & decem dierum partus fit & viuit: & habet ad hebdomadas numerum exactum. quatuor enim denarij hebdomadum, dies ſunt ducenti & octoginta. in denarium autem hebdomadum, ſeptuaginta dies incurrunt. Habet autem & ſeptimeſtris partus, tres denarios ſine decadas hebdomadum; & in vnaquaque decade, ſeptuaginta dies. tres verò hebdomadum decades, ex toto ſunt ducenti ac decem, qua dere iterum poſtea, in locorum pugnantium conciliatione. nam quæ de diebus criticis ſequuntur, aliò ſpectant, vt 4. 7. 11. 14. 18. deinde ſubiicit: Cæterùm inexpertus quiſpiam mirari queat, quòd ſeptimeſtris puer naſcatur. Ego quidem igitur hoc ipſum vidi, & quidem frequenter. ſi quis autem hoc deprehendere vult, facile eſt obſtetrices adire, quæ parientibus adſunt, & ex his percunctari. Eſt autem & aliud ſignum. Pueri ſeptem annis præteritis dentes explent. & in ſeptem annis ſunt & ratione & numero exactæ hebdomades trecentæ & ſexaginta. Neceſſitatem autem naturæ, quapropter in ſeptem hæc ſingula diſpenſentur, aliis locis Hipp. ſe declaraturum pollicetur: nos ex Cenſorino, Macrobio, Aphrodiſiæo, Pythagoræ æmulis (quem & ſequitur Hippocrates) indicauimus, magis quàm probauimus. Atenim hæc ex Hipp. lib. 2. Epidem. ſect. 3. notari debet obſeruatio. Quòd citiùs motum eſt ac diſcretum, rurſus augeſcit etiam tardiùs, ſed longius tempus. Labores circa 53. diem, & circa 106. Labores 3. 5. 7. 9. menſe. & 2. & 4. Quæ noſſe oportet ad ſeptimum menſem; aut à menſium fluxu numerandi ſunt nouem menſes, aut à conceptione. & ad ſeptuaginta ad ducentos dies, Græci menſes fiunt. (id eſt, nouem Græci menſes, diebus 270. explentur, vt ex dicendis innoteſcet: quorum ſinguli ſint 30. dierum) qua de ambiguitate non parua, dicam poſtea pluribus: nunc illud modò admonebo; pleriſque mulieribus poſt conceptum, nihilò ſeciùs priùs duobus menſibus ferri muliebria, quaſi non grauidis. ſicque à conceptu, nonus erit menſis, qui à fluore menſium ſtato, ſeptimus tantùm eſt. nam de Græcis menſibus mox plurima audies. Sed neque hoc vtique negligi debet, quod libro de criſibus idem monet Hipp. circa dies criticos 4. 7. 11. 14. 17. 20. per quatuor ad viginti, appoſitiones fieri. Non poteſt autem (ſubiicit ibidem) quicquam horum integris diebus exactè numerari: neque enim anni, aut menſes, totis diebus conſtant. Idem tamen Hipp. lib. 1. Epidem. ſect. 3. dies criticos & pares & impares aliter numerat: & ex eo Galenus lib. 2. & 3. de diebus criticis: ſed de his alibi commodiùs: quia ad inſtitutum noſtrum minùs ſunt neceſſaria. Locus autem idem ille ex libro de indicationibus citatus, ad verbum ſic repetitur lib. Prognoſt. paucis quibuſdam iſtis adiectis; Hi igitur impetus ex acutiſſimis morbis per quatuor ad viginti, ex additione deſinunt. Non poteſt autem quicquam horum integris diebus exactè numerari: neque enim annus & menſes integris diebus numerari poſſunt. hinc 34. 40. 60. dierum additio ſuccedit. & poſt pauca; Vt igitur his ita contingentibus, coniectare oportet, & iuxta hoc tempus, & iuxta vnamquamque additionem tendentibus ad iudicationem morbis. Iuxta eandem rationem mulieribus quoque iudicationes fiunt ex partu. qua de re nonnihil iterum poſtea. Vterque autem hic locus, cum aphor. 24. lib. 2. quadrat, qui ſic habet; Quartus dies, ſeptenorum eſt index. octauus, alterius ſeptimanæ

An puſio lacte alatur in vtero. N. negat.

Mulieres primiparæ cur rarò decimeſtres gerant.

Cur partus ob defectũ alimẽti ſuccedat, à ſimili.

Quæſtio, an auis è vitello oui, an ex albumine gignatur.

N. Quòd ex albumine & germine.

Quòd vita hominis ſeptenariocõſtet.

Quæ ſeptimo diebus, vel menſibus, vel annis homini contingant.

Motus & diſcretio & labores puerpere quãdo contingant. Et vnde numerãdi ſint menſes.

Mulieri grauide quando menſes fluere deſinant atque huc calculi erunt.

Hippocrates hæc eadem ſcripſit.

Criſes à partu & in morbis ſimiliter fiunt, qui.

Criticorum dierum ratio, per quã tetrameria.

principium exiſtit. eſt verò & vndecimus contemplabilis: ipſe enim quartus eſt alterius ſeptimanæ. contẽplabilis rurſus decimus ſeptimus: quippe quartus eſt à quarto decimo, ſeptimus verò ab vndecimo. Cuius aphoriſmi commentario, Galenus docet tertiam ſeptimanam per continuationem cum ſecunda numerandam (quod & Hipp. verba ſatis inſinuant) vt dies vicesimus ſit criticus, ac non vicesimus primus: de quo tamen plerique acerrimè dimicant, & multis aduerſis rationibus atque hiſtoriis contendunt. Sanè verò duæ priores hebdomades à ſe inuicem direptæ, faciunt dies 14. vt ſatis ex eodem Hipp. innoteſcit, & Galenus in cõment. commonet, & comment. 1. in 3. prognoſt. & lib. 2. de diebus criticis, & alibi ſæpe repetit. qua de re, licet à noſtro inſtituto vtcumque aliena, poſtea ſub finem problematis huius: hæc enim mihi ex Hipp. collecta & obſeruata ſunt: haud ſcio an his plura, ad theſin poſitam illuſtrandam, tibi diligentiùs inquirenti poſſint occurrere.

20. ad 21. ſit criticus, & 14. quibus conſtet numerus.

De priſcorum autem Phyſicorum ſententia quæſtioni huic conſentanea, ſic accipe, ex Plutarcho de placitis Philoſoph. cap. 123. Ariſtoteles & Hippocrates ita hanc de re ſentiunt (nos autẽ longè plura, & diuerſa. & certiora tamen, vt meminiſſe te puto) Si intra ſeptem menſes vterus impleatur, deorſum inclinat, & id quod editur viuit: ſin impleatur quidem, ſurſum autem repat, fœtus quidem in octauum menſem, ortum differt: ſed càm extenſione debilitatus vmbilicus, alimentum vix adducere queat, infans vbertim vt ſolebat, non nutritur: atque ideo ſemienectus fame naſcitur. Quòd ſi nonũ menſem expectet, vteroiam deſcendente, tum quoq. integer egreditur. De Polybo & Timæo poſteà ididem. Mathematici autem octauum menſem ideo naſcentibus inimicum pronunciant, quia nulla ſocietate octauum Zodiaci ſignum cum primo teneatur. ſeptimum amicum, quoniam oppoſita radiatione iungatur. Quòd ſi quis octauo mẽſe naſcatur & viuat, infelicem & brenem omnino vitam traducturum. Sunt autem à ſe inuicem diſiuncta, Aries & Scorpius, Taurus & Sagittarius, Gemini & Capricornus, Cancer & Aquarius, Leo & Piſces, Virgo & Aries, Libra & Taurus. Diocles & Empirici ſcire ſe dicunt, octauo menſe natos viuere: infirmos tamen eos, atque ideo frequenter mori.

Nouimeſtris & ſeptimeſtris cur viuãt, octimeſtris minimè.

Octauus menſis cur fœtui inimicus, & Mathematicis ſeptimus contra amicus.

Quid octimeſtres viuãt, iuxta Empiricos: verumtamen, iuxta Mathematicos.

Sed vt ad Mathematicorum calculum regrediar, producam ex Cœlio Rhodigino, neoterico licet authore, accurato tamen & perdiligenti, etiam illorum alias rationes. Lib. enim 11. cap. 1. octimeſtrem partum ideo non ferè cenſeri vitalem refert, quia Saturnum habeant epiſcopum: cuius frigiditas ac ſiccitas, vitæ plurimùm contraria ſint. Adnotandum verò nunc, eſſe inter apprimè doctos, qui Aſtronomica ratione elisa, aliud quod ſequantur, magis excogitent. Siquidem embryon ſæpè mẽſe ſeptimo ab vteri conceptaculis egreſſum affectare, acin id colluctari plurimùm: verùm conatu excidere, atque interim fatigatum, fieri imbecillius. Quòd ſi necdum refectis viribus, octauo rurſum eundem

Embryon in vtero quàm diu laboret.

A petat conatum, oblæſum frequẽtiùs intermori. Hippocrates ſummus medendi artifex, qui tam fallere, quàm falli neſcit, oneroſam moleſtámq. ac perdifficilẽ eius mẽſis geſtationem autumat, tum matris ratione graniter affectæ, tum vteri incommodiùs ſe habentis, ac quodammodo ingeſtabile onus reſpuentis. Proinde ſi ſe oſtenter partio, dupliciter inde vterum geſtantes vexatas, & à fœtu prodeũte, & affectione propria, inſigniter imbecillitate vrgeri. Vnde conſecutione probabili, fœtum item oblæſum rarò non emori. Alicubi tamen, quod huic ſententiæ calculum adiicit, corpore vegeto ſcimus ac ſicculento robuſtoq. prægnantes, octauo etiam promere vitalem vitam: id quod in Hiſpania vſu
B venire ſcribit Auicenna, & in Ægypto Ariſtoteles, vt patuit. Idem Cælius lib. 12. cap. 12. de vi & præſtantia ſeptenarij, multa locutus, ad imitationem illorum, quos iam anteà appellauit, ſubdit: Sed & quẽ ſuas eſſe delicias voluit Deus, hominem ita moderatus eſt, vt & concipi hac ratione poſſet, & perfici, & adoleſcere, & confirmari. Quin vetcribus etiã numeri huius obſeruatio magna, vt author Ariſtoteles eſt. Siquidem nato infanti ante diem à natiuitate ſeptimum, nomen non imponebant: veluti priùs non videretur omnino vitalis. & poſt nonnulla
C in eam ſententiã; Septenarius numerus à Græcis vocatur ζωογόνος, quòd eo ſpatio prodeant è bulga matris victuri infantes, magis quàm inſequenti menſe. Eſſe verò octonarium imperfectum, & inde cenſeri vitæ ominoſum inhabilémque. Edi portò ſeptimeſtres, ob validiſſimã in vulua informatricem vim, quam δύναμιν διαμορφωτικὴν Græci vocãt, quæ vtilem ac moderatum ſanguinem cõperiens, fœtum celeriùs explicat in vitam. Sciendum tamen, natum quandoque infantem octauo commixtionis menſe, nocte ſub Saturno ſtationario, ſtatione prima, in Sa-
D gittario aſcendente, ſemianimem quidem, adhibitis tamen remediis opportunis refotum coalitúmque, in multos annos prorogaſſe viuendi ſpatia. Vt ſciamus rationem illam à Saturno ductam, ab aſtrorum peritis, vt alibi commemimus, non perinde cenſeri efficacem perpetuámque. Nam & Aſtrologorum plerique, in Indico tractu, Saturno ſubiectũ quem faciunt, eſſe fatentur vitas vel longiſſimas. Vtique Peripatetici, ac medicinam profeſſi, aliunde quàm à Saturno octimeſtris partus rationes petunt. Aſclepiades author eſt, Naxias mulieres, ἑπτάμηνον, id eſt octimeſtria edere puerperia, vel Iunonis munere id illis gratificantis, ob Dionyſij
E beneuolentiam: vel quia Bacchus ipſe ſic creditur natus. Apud nos verò, ſi peperit prægnans octauo menſe, & intermoriatur fœtus, matrem quoque ſubinde morituram, certiſſimo (vt putant) præſagio vaticinantur, vt ex Hippocrate conſtitit, & Cælius idem cap. 13. lib. 12. ſcriptum reliquit, & Ariſtoteles poſt Hippocratem aſſeruit.

Hipp. & falli, & fallere neſcit.

Octauus mẽſis labor, tũ pœnes puerperam, tum pœnes partũ.

Octimeſtris vbi & quãdo vitalis.

Vi ſeptenarij in homine: & quãdo nomen olim puero inditum.

Septenarium cur ζωογόνος dictus.

Septimeſtris cur vitalis.

Octimeſtris quando ſuperſtes.

Apud Naxũ octimeſtres cur ſuperſtites.

Octimeſtri partu moritur, mater quoq; perclitatur.

Sed venio deinceps ad Galenum, ſum[illegible]m in medicina authorem, & cui propemodùm ſoli in ſua arte credendum ſit, cuius de multiplici librorum bibliotheca, ea excerpam, quæ mihi

Galeni laus.

præſtantiſſima, aut maximè animaduertenda videbuntur hoc tempore, atq. huic argumento inſtitutóque conſentanea. Sic autem primùm, cap. 3. lib. 3. de facult. natural. Veriſimile eſt tantò clariùs à nobis in vtero retétricem facultatem conſpici poſſe, quantò diutiùs quàm ventriculus, retinẽdi functionem exercet. Quippe nouem menſibus, pleriſque mulieribus perficitur in vtero fœtus, qui tota quidem ceruice conniuet, complectitur autem fœtum vndique vnà cum ſecundis, éſtque tum oris conniuentiæ, tum moræ fœtus in vtero finis, ipſa actionis vtilitas. Neque enim temerè ac ſine ratione condidit vterum Natura, ad complectendum retinendúmque fœtum ſufficientem: ſed idcirco, vt quòd geſtatur, ad debitam perueniret magnitudinem. Ergo vbi id completum eſt, cuius gratiâ, retentiuâ poteſtate vterus eſt vſus: vtique hanc inhibet, ac ceſſare facit, propultrice quæ hactenus quieuerat, loco eius aſſumpta. & poſt pauca; Porrò agit iam ac molitur ſalubre aliquid expulſoria propulſoriáq. vis: quippe cùm vſus poſtulat, ſemper cedat: etiam communem eas doctrinam ſortiri non eſt incredibile. At retentricis virtutis opus eſt, prægnantium vteros vndique contrahere: vt non immeritò, contrectantibus obſtetricibus, os eorum conniuere videatur. vbi mox de conceptionis ſignis ex Hipp. & Herophilo. & ſubinde; At ſub expultrice facultate, os quidem vteri aperitur: fundum autem vniuerſum, quàm poteſt maximè, ad os deſcendit, fœtum propellens foràs. Vnà verò cum fundo, etiam quæ continentes partes ſunt, quæ ſcilicet veluti latera totius inſtrumẽti ſunt, ſupperias in toto opere ferentes, tendunt propellúntque fœtum foràs vniuerſum. Non paucis quoque mulierum, quæ vtique immodicè huiuſmodi facultate ſunt vſæ, violenti dolores totum vterum excidere ſubegerunt. Eſt verò & illud miro Naturæ conſilio prouiſum, quòd viuente fœtu, vteri os ad vnguem conniuet: mortuo verò, tantũ ſtatim aperitur, quantum ad exitum ſit ex vſu. reliqua quæ partum adiuuant, inde condiſces: & mox ex Fernelio accipies. nam nos aliud nunc intendimus. vt illud, quo, libro finitionum medicinalium inquiritur; Quam ob cauſſam ſeptimeſtres partus viuunt, octimeſtres minimè? Ita fertur, quoniam numerus octo, par & coniunctus, nec decretorius eſt: ſeptem autem, impar eſt numerus, neque verò coniunctus, neq. ob id decretorius. Sed hoc quamuis inter Galeni opera legatur, tamen alium videtur à Galeno habuiſſe authorem: itaque ad genuinos Galeni libros me conuerto. Extat apud eundẽ ſub quæſtione poſita, libellus de ſeptimeſtri partu inſcriptus, nunc mihi quidem paulò ſubtiliùs examinandus atq. excutiendus. De ſeptimeſtri partu ea dicam (inquit ille) quæ per omne tempus animaduerti, dum ſummo ſtudio, ſeminis in vtero cõceptiones à mulieribus diligenter obſeruatas cognoſcere ſtudebam: quibus ignoratis, ne fœtificationis quidem tempus innoteſcere vllo modo poteſt. Pleraſq. igitur inter medium terminum centum nonaginta, & ducentorum dierum geſtaſſe fœtum deprehendi: celeriùs aut tardiùs, paucas: ante centeſimum & octogeſimum ſecundũ diem & quindecim horas, vel poſt quartum ſupra ducẽteſimum, nullas: vt ſeptimeſtris fœtus editionis primus terminus eſſe dimidij anni tempus reperiatur: quippe cùm nulla citra hoc, omnes vltra parere conſpiciantur. Quod ſanè tempus, centeſimo & octogeſimo ſecundo poſt conceptum die, & quindecim horis expletur. Vnam ſolam mulierẽ noui, quæ centeſimo & octogeſimo quarto die exacto atque expleto partum edidit. Quatuor autem & viginti horarum interuallum, diem appello: ita enim & annum trecentis & ſexaginta quinque diebus, & quarta inſuper diei parte conſtare dicunt: & menſtruum tempus, viginti nouem & dimidio. Nam menſem nominari ſpatium, quod ab vno Lunæ coïtu cum Sole, vſque ad alterum intercedit, nemo eſt qui neſciat. Huic autem dierum numero adijci (ſingulis nempe menſibus) etiam quandam particulam, quæ ſit totius diei quingenteſima ſeptuageſima ſexta, demonſtrauit Hipparchus. quæ tamen adeo parua eſt, vt de ea conſiderare ſupernacaneum ad præſens propoſitum eſſe videatur (de qua tamen nos paulò pòſt obiter dicemus.) Nam abſoluta propoſita res ſatis iam eſt, cùm Hippocrates & in ſecundo libro vulgarium morborũ adhuc quærat; Vtrùm nouem Græcanici menſes ducentis & ſeptuaginta diebus expleantur: eò quòd ſiquis tricenis conſtare eos exiſtimet, exactè ad dierum rationem, nouimeſtres partus non reſpondeant: & in tractatione de ſeptimẽſtri partu, exquiſitè omnia iam inuenerit. vbi ſcilicet docet, poſt dimidij anni tempus, produci in lucem etiam fœtus ſeptimeſtres poſſe, vt antè produximus, & Galenus hîc repetit, & nos poſtea emucleabimus. Vbi notabis ex Galeno, diei æquinoxiales horas accipi debere: item menſes medios inter maximos & minimos atque inæquales reliquos, numero æquali menſurandos, dierum 29. cum dimidio. Iterúmque concludit, neque citiùs 182. diebus cum dimidio, & parte quadam diei, id eſt, horis quindecim & 24. parte horæ vnius: neque tardiùs 204. diebus, naſci infantem vitalem poſſe (quod tamen probare nõ poſſum, qua de re nos iterum poſtea.) & tamen in Græcanicis menſibus, ante dimidium anni poſſe naſci, ita obſcurè interpretatur, vt ipſe alio egeat interprete. Vbi rurſus aduertendũ, ſexaginta diebus, vno dẽpto, quàm proximè duos menſes conſtare dici ab Hippocrate: ac non abſolutè, 59. diebus, duos menſes prorſus abſolui. Vt intelligamus, non nouem & viginti dierũ cum dimidio, exactum eſſe menſis numerum, ſed circiter, & quam proximè: quod ſoli vix norunt Aſtronomi, vt poſthàc patebit, & ex Hipparcho iam attigimus. Hæc & plura eo libello ſcripſit Galenus, vel potiùs ſegmento quodam commentarij in librum Hipp. de ſeptimeſtri partu. quod quidem opuſculum mancum iure videri poteſt, quia nihil concludit: neque ſatis alioqui cum ſuo quadrat Hipp. qui fœtus decimeſtres & vndecimeſtres agnouit, & dies partus 210. numerat. quique libro de carnibus, dies partus legitimi ſupputat,

Vteri vis retentrix quã valida per comparationem.

Vteri vſus ad quid.

Vteri expultrix quã do agere incipit.

Partu inſtante, quomodo fœtum gerat.

Quòd vterum precidat nixu parturientis: & ſigna ex eo viui vel mortui fœtus.

Septimeſtres partum cur vitales, octimeſtres minime.

Galenum quã diligẽs conceptionũ obſeruator, & querſum.

Geſtationẽ in vtero terminus primus & nouiſſimus.

Hiſtoria mulieris 184. die enixæ: cùm alia 182. enixa ſit.

Menſis quid.

Quòd vterum viuis intra ann. dimidium.

Primus & vltimus terminus pariendi, ex Gal. N. improbat.

Menſis non conſtet 29. diebus cum dimidio unde.

N. indoctè de libro Gal. de ſeptimeſtri partu.

Digitized by Google

280. numerum, Galenico 204. longè pleniorem & auctiorem nuper citato numero. qui quidem dies Hippocratici 280. exurgunt ex multiplicatione quatuor denariorum hebdomadum: nam quater ſeptuaginta, ſeu quater ſeptenæ decades, eum numerum explent, 280. quem numerum repetit lib. de octimeſtri partu, & ex ſeptẽ quadragenariis conficit, qui æquiualent quatuordecim vicenariis, ſiue quatuor denariis hebdomadũ illis ſuperioribus. Sed decimeſtres fœtus hîc vocat: illic nouimeſtres appellauerat, & inſuper decem dierum. ſícque ſtatuit, ducentos & octoginta dies ſæpe vndecimum menſem apprehendere: non tamen totos menſes vndecim explere, vt ex Ariſt. & Plinio iam antè explicauimus: qui vndecimeſtres partus agnoſcunt, non qui integros mẽſes vndecim, vtero geſtari ſint: ſed aliquot dies in vndecimum menſem incurrerint, & hunc modò attigerint, vt antè dixi. Id quod tamẽ Galenus hoc loco diſſimulat, imò verò abſolutè fieri, ſed perperàm negat: de quo tamẽ poſtea viderimus. Nam Galeni locos in rem propoſitam diſquirimus: atque nunc quidem occurrit commentarius in 2. citatum aphoriſmum prognoſt. ſect. 3. Fieri verò non poteſt, vt horum vllum integris diebus eximiè numeretur. non enim annus ac menſes integris numerari diebus naturâ apti ſunt. Galenus ad hæc Hippocratica ſubjicit: Cùm tres in diem viceſimũ ſeptenarios adduxiſſet, ob id ait, Non poſſunt talia diebus integris numerari, &c. Annus enim non trecentorum & ſexaginta quinque dierum tantummodò eſt: ſed etiam quartæ partis diei. & item ad hæc, partis cuiuſdã propè quodammodo centeſimæ. Vnuſquiſque verò menſis minor eſt triginta diebus: maior verò nouem & viginti. nominatúſque eſt ab antiquis menſis, vt etiam nũc in multis ciuitatibus, tempus inter duas Lunæ ac Solis coïtiones interce-

Nouimeſtres partus cur etiam decimeſtres dicantur: & dies 280.

Vndecim menſium prehendant & vnde compoſiti.

Vndecimeſtres partus qui.

N. contra Gal.

Menſis minor 30. & maior 29. dieb.: & quid ſit.

dens. quo loco nos ad ſuum de annuo tempore commentarium remittit, qui iam nullus extat, & ad librum tertiũ de diebus criſimis: ad quem deinceps accingimur (nam præter 365. dies, & quadrantem diei, an centeſima pars diei annum compleat, paulò pòſt inquiremus) Ex quo lubet ſubducere Galeni de mẽſe lunari accuratiorem, ac penè ſcrupuloſam diſceptationem. In hoc enim opere, ſi alibi vſpiam, Galenus matheſeos peritus videri voluit, multa & præclarè in ipſo libri frontiſpicio, de vi Solis ac Lunæ, eorumdémque mirandis effectis præfatus. quo de facundo ac fœcũdo ſermone, hęc de multis pauca ſummatim, non ad verbum deſumemus, quæ tractationi huic aliquod lumen videntur allatura. non tamen vt interpretes, ſed pro noſtro arbitratu, quantum, quóque modo videbitur, accipiemus, paucis verbis velut obiter, hunc in modum præfati.

Annumquot diebus exactè cõſtet.

Gal. Matheſeos peritus.

N. libertas ducendi ſeri hendique.

N. de Gal. Iudicium.

Galenum in mathematicis quidem apprimè verſatum nouimus: & verò à patre iam inde à pueritia, iiſdem ſtudiis inſtitutum, vt ipſe palàm ac ſæpe profitetur. ſed vt in mathéſi multos ille habet æquales, paucos fortaſſe medicos ſuperiores: ſic in medicina, parem vnum fortaſſis aut alterum, ſanè ſuperiorem habet omnino neminem. Niſi tu de Hippocrate & Galeno ita ſtatuas, quomodo Afrum Domitium loqui ſcribit Quintilianus cap. 1. lib. 10. Cui interroganti, quem Homero crederet maximè accedere: Secundus (inquit ille) eſt Virgilius: propiùs tamen primo, quã tertio. Ita ſiquis me roget de Hipp. & Gal. quid ſentiam, ſecundum fortaſſe Galenum dixerim: propiùs tamen ad primum Hippocratem illum, quàm ad tertiũ quemuis (ſunt enim qui Auicennam illi ſubſtituant) accedere auſim equidem liberè profiteri. ſic igitur ille diſſerit lib. 3. de diebus criticis, iam inde ab initio, Lunam nouum lumen à Sole ſortiri: huiúſque tantam portionem ſemper illuceſcere, quantam Sol aſpicit. Deficere autem in totum, ob interpoſitam terræ vmbram. Deinde vt annum Solis, ſic mẽſem Lunæ curſu confici. Tum verò Lunæ mutationes inſignes à Solis receſſu fieri. eſt enim πλήρης plena, cũ diametra apparet. δίχομηνος autem, velut ęqua portione diuiſa, cùm tetragona ſiue quadrangula eſt. ἀμφίκυρτος autẽ, velut gibba, cùm trigona ſeu triangula. μηνοειδὲς verò, quaſi falcata ſpecie, quando hexagona, ſiue ſex angulis prædita. Atque tum primùm recens eſt, cùm poſt Solis congreſſum apparet. obſcuratur omnino languida: paulatim ſuas ad plenilunium (πανσέληνον Græci vocãt) vires auget: ex eóque deinceps minuit. Vt autem Luna Solis auxilio in omnibus eget: ita Sol nullius aſtri indiget, vel opera vtitur ad res ingentes perficiendas: ſed velut rex quidam maximus, tempora metitur: æſtatem, noſtro incumbens vertici: hyemem, procul obliquus & humilis delatus: æquinoctium vtrumque, medio amborum ſitu incedens. Quod idem etiam Strabo iam olim verè ſcripſerat, hunc in modum; Effectus Lunæ & opera à Sole quidem (quod propè dixerim) omnia ſunt: & hæc inferiora idẽ Sol in primis deſcribit, modulatur, & in numerum ordinémque digerit. Et aliorum quidem ſiderum temperationis Solem eſſe cauſſam, etiam multis aliis præclaris viris vtique iure creditur. Euidentiora tamen ſeſe nobis offerunt, quæ cõtingunt circa Lunam, propter differẽtes eius figuras ex variis Solis intercapedinibus profectas: ideo Romani, ad Solis motum: Athenienſes, ad Lunæ periodos magis reſpiciunt. Plethon annum quidem ad Solem, mẽſem autem potiùs ad Lunam referendum cenſet. ſed de his aliàs, nunc ad Galenum reuertimur.

N. comparatio Hippocratem Gal. honorifica, & ſimilis.

Luna vndè lumen ſortiatur & quam: & cauſſa defectus.

Annus à Sole, menſis à Luna, Et huius mutationum cauſſæ nominaque.

Sol ſolus regnat: Luna hunc colit.

Lunæ operã clarior quã Solis, & quare.

Annus à Sole, menſis à Luna pendet.

Luna igitur, velut princeps aliqua inter Solem & nos media dominatur, terram & maria gubernans: non potentiâ cæteros planetas, ſed vicinitate ſuperans. Cuius vehemẽtiores effectus eo tempore apparent, quo illa cum Sole coït, aut cùm plena relucet: minores autem, cùm δίχομηνος medium effingit orbem. obſcuræ vires ſunt, ac propè nullæ, cùm cornua incurua falcatáque exhibet. Incrementorum verò diſpoſitio, diminutioni contraria eſt: & vis vt increſcenti accreſcit, ſic decreſcenti decreſcit atque minuitur. Porrò tempus occultationis, ſiue coïtus cũ Sole, integri ferè ſigni curſum explet: ſed mutatio ab incremento ad diminutionem (vt de Sole à meta ad carceres regrediente idem

Luna vũ quomodo augeatur vel minuatur in pũcto temporis.

intelligas) vnius eſt puncti: à plenilunio enim, in momento temporis tranſit. Poſt congreſſum Lunæ, dies primus apparitionis tandiu eam oſtendit terris, quandiu Solis lumen poſt occaſum perdurat, quod crepuſculum vocãt: ſimul enim cum Solis lumine Luna conditur atque occulitur, vel eo priùs etiam occidit. ſecundo deinceps die, & reliquis ex analogia, ſuũ lumen terris ampliùs & diutiùs fœneratur, pro ratione aſpectus & receſſus à Sole, qui peculiarem Lunę ipſius motum ſequitur. Non enim ex æquo ſemper mouetur, tum propter latitudinis immutationem, tum propter ſignorum occaſum non æquali tempore euenientem: inſuper ob præteriti congreſſus tempus. Vnde non ſemper vnum tempus eſt, quo clarè Luna conſpicitur: omnino verò triduo in coïtu Solis remorata, planè inuiſibilis eſt: quo nondum hæc terrena immutare poteſt. & tempus tum peculiaris eius circuitus, tum in nos actionis, in idẽ quodammodo recidit. Etenim circuitus vicenis diebus ſeptenisque, & tertia ferè diei parte peragitur: in tanto enim tempore totum ſigniferi circulum percurrit. At quo nobis lucelcit circuitus, quòd is quoque eidem cõueniat numero, planè intelliges, ſi occultationis tempus de toto menſtruo eximas. quod autem menſtruum tempus non omnino triginta diebus conſtet, ſed minus vnius diei ferè dimidio, Hipparchus integro vno libro demonſtrauit. Quin & vulgus iam propè vniuerſum nouit mentium alium, quem ἔμηνον Græci nominant, quaſi mutilum & imperfectum, dies viginti nouem obtinere: alium nempe abſolutũ, triginta. nam vniuerſos duorum menſium dies, quinquaginta nouem eſſe oportet: ſiquidem vterque omnino triginta, minus dimidia diei parte continet. Quemadmodum igitur annum integrum Sol abſoluit: ita Luna menſem, immutatione per ſeptimanas ei accidente. Nam vtrumque tempus, & quo poſt primam apparitionem, in medium orbem accreſcit, & quo inde plenum efficit, ſeptem diebus abſoluitur, ambo quatuordecim. Simili modo ſi à pleno orbe ad ſecundam diuiſionem, eiuſmodi ratione ſubduxeris, & hos dies ſeptẽ, reliquóſque, donec planè ab oculis Luna declinauerit, itidem ſeptem inuenies. Vt autem aëri per ſeptimanas Luna magnam mutationem adfert: ſic etiam rebus aliis compluribus, vt conceptui, & incremento embryonis, in tetragonis & diametris ſtationibus poſita. Nam ſi Luna in Tauro exiſtente, ſemen concipiatur: inſignis erit mutatio in Leone, Scorpio, & Aquario Luna ſigniferum ambiente. in Leone, cùm tetragonos, quadrata ſtatio primæ ſeptimanæ extiterit: in Scorpio, diametra, alterius hebdomadis: in Aquario, ſecũda tetragonos, tertiæ ſeptimanæ. quòd enim Luna diebus 27. & particula quadam diei, vtpotè circiter tertia, Zodiacum luſtret, iam dictum conſtat. ex quo, tetragonos minor toto ſeptem dierum interuallo. Lunam verò non tantùm ſanis, ſed ægris etiam, quales dies futuri ſint, præſagire docuerũt Aſtronomi Ægyptij: maximéq. in tetragonis & diametris, vt dictum eſt, per ſingulas hebdomadas. Iam

Luna ſequitur motum Solis, non tamen ſemper ex æquo cur?

Luna apparitio & circuitus quot diebus conſtet.

Solis annus & Lunæ menſis per ſeptenariũ immutatur quõ.

Luna mutatio in certis ſignis tetragonis & diametris.

A verò circuituum alij numero quodam dierum conſtant, alij menſibus: & qui diebus, ſeptimanis ſunt, & ad Lunam pertinent: qui autem menſibus, ad Solem referuntur, & clariſſimorum ſiderum exortu deſignantur. illi morbis acutis, hi longis accommodantur. Luna igitur in ſeptimanis maximas parit mutationes: deinde in quaternionibus, ſed longè inferiores, ac propè exiguas. Sed enim dies 20. an 21. decernat, magna quæſtio eſt, & alterius quidem loci magis propria. verùm aliò tranſituris, hoc obiter nobis dicendum cum Galeno ex Hipp. Prognoſtico iam antè citato. Hi igitur (ait ille) impetus per quatuor ad viginti ex additione facta peruenĩut.

B Verùm huiuſmodi ſupputatio per integros dies nimirum fieri non poteſt: quippe cùm nec annus, nec menſes ipſi integris diebus numerentur. hæc ex Hipp. vbi Galenus, ſeptimanam integris ſeptem diebus non conſtare poſtquàm breuiter extulit, ita deinceps cap. 9. lib. eiuſdẽ 3. de diebus criſimis ratiocinatur: Vt igitur annus ad trecentos ſexaginta quinque dies, particulam diei maiorem (ſic enim Græcè μείζω μέρος, de quo mox viderimus) quarta adiectam habet: tum menſis ad triginta dies abſoluendos, vnius dimidium deſiderat: ſic & ſeptimana, ſexta maximè diei parte, vt ſeptem integros dies habeat,

C indiget. Quamobrẽ tres ſeptimanæ, non vnum & viginti dies integros, ſed minus ferè vnius tota dimidia parte conſequũtur. Ob quod etiã, numerum huiuſmodi non magis viginti, quàm vni & viginti diebus vicinum, vtriq. parti conuenire videas. Nam cùm totus Lunaris circuitus ſeptẽ & viginti diebus, & adhuc tertia vnius parte abſoluatur: ideóque ſeptimana quælibet, ſeptem diebus minus ſexta parte conſtet: tres ſeptimanæ, viginti dies & dimidium habebunt. Quoniam igitur viceſimus exactam periodum propinquam ſibi vendicat: tales iam morbi inueteraſcunt, & acceſſiones paribus diebus acci-

D piunt: quorum verò acceſſiones in imparibus eueniunt, horum & iudicia ad viceſimum ptimum delabuntur. Non ſolùm autem Lunæ circuitus, ſed menſtruum etiam tempus apparitionis, virtutem quandam in nos poſſidet, vt priùs docuimus. Hic etenim per ſigniferũ circuitus, ſuis cuiuſq. rei principiis maximè proprius eſt: & menſtruale tempus, quo Luna conſpicitur, ambientem nos aërem immutans, omnibus ex æquo hominibus communem effectum oſtendit. Demonſtratum eſt hoc tempus viginti & ſeptem dies propemodùm neceſſariò cõtinere: ideóq. ſeptimana eius minor adhuc priùs dicta meritò euadit. Siue enim à triginta, tres illos

E coïtionis dies, in quibus nihil de aëre decernitur, auferre cogites: ſiue à viginti nouem & dimidio, reliquum tempus, quo Luna manifeſtum de ſe lumen præbet, priore modo, ſeptem & viginti dies: altero, viginti ſex & dimidium habebit. Quoniam ergo mutationes corporibus noſtris accidere diximus quaſdã proprias, quaſdam communes: proprias, quæ tanquam ad propria principia ſpectent, communes, quę ad communem ambientis vſum: in idem verò vtroſque Lunæ circuitus fieri contingit, & communes

Circuitus Solis & Lunæ per menſes & dies qui fiant.

Sol longis morbis Luna vero acutis præeſt.

Quòd non annus aut menſis, integris dieb⁹ conſtent.

Cirtuitus Lunæ an diebus tantum 27. cõſtet: & ſeptimana tot diebus 7.

Morborum qui paribus vel imparibus diebus iudicantur, illi ad 20. hi ad 21. referuntur.

Luna coïtus cum Sole triduo fit.

Mutatio corporũ propria vel cõmunis quò referẽda ſit.

Digitized by Google

propriis paulò breuiores esse: sic sanè iam ex septimanæ numero quippiam auferetur. Nam si propriæ, cõmunis admisceatur, sítque paulò breuior: ita quoq. septimanã imminui, & velut in medio quodam propriæ & communis consistere necesse est. Video autem propriam, quæ ex signiferi circuitu proficiscitur: nam is cuique nostrûm virtutem adfert cõmunem, ex menstruo tempore ortam, quam suprà recensui, nequaquam septem & viginti dierum esse. Nam si à menstruali tempore exacto, quod ad triginta dies integros, vnius dimidiũ maximè requirere dicebatur, tres coïtus dies ademeris, reliqui videlicet viginti septẽ, minus diei dimidio erunt. Itaque hoc tempus non menstruale totum in septimanas diuiditur. Quare commune tempus septimanæ, quod aërem immutat, singulis proprio minus erit. quanquam & hoc virtutem habere dicebatur: ideoq. nonnihil ex alterius septimanæ tempore auferre, vt medium vtriusq. tempus, quod velut mixtum ex eis est, plus sexta parte septimanæ demat. Quapropter exactam vel mixturam, vel ablationem Deus tantùm nouit. quantum verò humana coniectura indipisci licet, præstat circuitum earum cõmunem medium inter vtrasque collocari. Gùm ergo apparitionis manifestæ & efficacis tempus sit dies vicesimus sextus & dimidius: signiferi verò circuitus expleat viginti septem dies, cum tertia vnius parte: liquet medium ipsorum fore vicesimum sextum diem. ad hęc, dimidiũ & tertiam maximè & duodecimam vnius diei partem. Siquidem vbi vtroque tempore coniuncto, dimidium acceperis, mediũ ipsum inuenies. At hoc tempus medium, à viginti septem diebus, duodecima maximè vnius parte diei deficit. Si tamẽ in quatuor ipsum diuidas, exactum septimanæ tempus offendes, non sexta modò vnius diei parte, sed etiam maiore indigẽs. Sumatur enim ex viginti sex diebus & dimidio, & ex vnius diei tertia & duodecima parte, quarta pars: erit autem tempus dierum sex, dimidij, octauæ partis, & particulis aliis minoribus insuper adiectis, quæ sunt sexaginta primæ, centum viginti secundæ, ducentę quadraginta quartæ. Idem tempus & hoc dici possit dierum sex & dimidij, & sextæ partis diei, & vicesimæ quartæ, & quadragesimæ octauæ. Abest autẽ huiusmodi tempus à septem diebus, vnius diei quarta parte; & si exactè computes, sexagesima parte, siue centesima vicesima, siue ducentesima quadragesima. Quæ cùm ita se habeant, tres septimanę, viginti diebus & sexta vnius diei parte comprehendentur. Proinde si hunc in modũ exactè rationem ineamus, trium septimanarum numerus paululum viginti dies exceder, atque his multò magis, quàm viginti & vni erit proprius. Hac ferè ratione putat se Galenus ostendisse, secundùm rerum veritatem, & Hippocratis sententiam, nullam horum supputationem, anni, mensis, hebdomadum, quaternionum, per dies integros fieri posse, hoc est, absolutè & perfectè, sicque & sibi & amicis gratulatur, de inuenta à se,

Septimana propria & communis quænam sit & vnde.

Aëris mutatio per septimanas varias.

Tépus lunæ aliud apparitionis, aliud circuitus in Zodiaco quot constet diebus: & hunc tertiũ quoddam medium.

Septimana an cõstet totis diebus 7. vel 6. cum additamento, & quali vel quanto.

A quantum homini licet, rerum veritate: quam quidem Hippocrates priùs agnouerat, sed vulgare medicorũ genus præsegnitie subticuerat. Nos autem in id cirauimus (longa licet & scrupulosa oratione adscripta, tum obscuritate quadam, & acumine orationis difficili: tum rei tractatæ argumento plausibili, si rectè intelligatur: tum ad præsens negotium planè vtili) non vt de vicenario critico statueremus (quod leue est argumentum, & ex Hipp. ipsius historia Epidemiõn, minimè perpetuum: vbi dies vicesimus primus non rarò decernit & iudicat) sed vt de anni & mensis, ex Solis Lunæque cursu annuo B menstruóque, nobis ratio constaret: & vt causam patefaceremus, quamobrem præter alias aliorum mensium differentias, quidam medicinalem, velut priuatam propriámq. huic arti adiecerint, quem tum ad alia, tum ad inextricabilem illam pleriſque ambiguitatem partus septimestris transtulerunt: cùm nulla iis alia ratio probabilis occurreret potior, quâ septimestris partus totum tempus anni dimidium omnino æquaret, ita edicente Hippocrate libro sub hoc titulo iam à nobis producto, & iterum posthàc appellando. Simul etiam vt ex ista Galeni disceptatione admodùm anxia & perplexa, lector apud se colligeret, laude ille, an risu & vituperio C dignus censendus sit: quo vtroq. velut laboris tanti, & fortè superuacanei præmio, iure an iniuriâ vel immeritò, video Galenum à nonnullis acutis & superciliosis hominibus, Criticísque & Aristarchis reprehendi, vt ex sequentibus patebit.

N. quæstionis ista citatio ex Galeno: nempe de anni & mẽsis cursu metiendo.

Septimestrẽ partum an annũ dimidium metiatur & quomodo.

N. eludit Galeni curiositatem, aliorum testimonio.

Ex his ergo intelligitur, quàm sit medicorum numerario supputatióque à vulgari consuetudine discrepans: simúlque & hoc constat, quæ sit dierum morbi ad Lunæ motum analogia: & quantam sibi Luna vim ad crisim morborum acutorum vendicet. Quo in argumento & pulchro & difficili excutiendo explicandoq. dum vires & acumen ingenij Galenus periclitatur & D ostentat sui, ab aliorũ Astrologorum & Chronologorum calculo discrepat ac recedit prudẽs & sciens, tum aliàs, tum maximè & præcipuè penes dierum anni subductam summam: quem 365. dies integros complecti rectè voluit, sed vnius diei præterea maioré particulam quarta, seu quadrante diei adijcit, inquit ns, ὁ ἐνιαυτὸς ἔχει τῶν ἡμερῶν ἓξ καὶ τὸ τέταρτον μέρος, ἔνατον ἐχόμενον ἡμέρας μέρος πλέον. Idque supplementum quadrante maius, propè centesimam diei partem æquare, idem comment. sect. 3. in Prognost. definierat, vt patuit. cùm tamen obseruatio sedula Chronologorum, non modò non quarta diei parte maiorem, sed minorem vtique certò deprehenderit, & res ipsa post Galeni ætatem, vel etiam ante hanc (si aduertisset paulò diligentiùs) omni procul dubio demonstrarit: qua de re lubet nunc quid sentiamus, aut legendo compererimus, ob affinitatem quæstionis, paulò vberiùs & prolixiùs expatiando, aut etiam euagando, differere, ac velut κατ' παρέκβασιν excurrendo, aut ἐκτόπως agitare.

Analogia motus Lunæ & dierum morbi: & vis eiusdem ad crisin morborum acutorum.

Annum quot diebus exactè cõstet. Occasio sequentis problem.

N. contra Gal.

Septimana an cõstet totis diebus 7. vel 6. cum additamento, & quali vel quanto.

Quod annus, mensis, hebdomas & quaternio diebus integris non cõstent.

Digitized by Google

SECVNDA PARS HVIVS PROBLEMATIS; IN QVA NOMINATIM ET COPIOSE DE CORRECTIONE anni Gregoriani,

AD LILIOS FRATRES.

Vbi de Æquinoctijs & Solſtitijs, eorúmque obſeruationis modo: item de annorum & menſium diuerſitate, menſura, & correctione: déque Paſchali ritu veteri & nouo, & eius ſede aſſignanda.

Propoſitio. EIMVS ò vt anni exacta nobis ratio, quo ad eius fieri poteſt, clarùs innoteſcat; videamúſque qui ſenſim anni, ex ſuperflua quorundam minutorum additione, facta ſit acceſſio, & ſupra naturalem Solis curſum inordinata quædam accretio: paulò nobis altiùs repetenda ſunt priſcorum æquinoctiorum ſolſtitiorúmque dimenſa interualla, quorũ ex obſeruatione atque anticipatione, accrementi quoque huius ratio per analogiam vtrorumque faciliùs concipiatur. Conſideranti igitur mihi, & veterum temporum momenta reuoluenti atque repli-

Æquinoctiorum ſitus ſedes & ſolſtitiorum. canti, ea vetuſtiſſima (quorum nobis mentio extet, vel ſaltem mihi conſtet) videntur olim fuiſſe æquinoctia, vernùm quidem, 25. Martij: autumnale verò, 25. Septembris, aut ſanè 26. ſic enim patet ex epiſtola quadam, quæ inſcribitur Hippocratis ad Antiochum regem (opinor tamen falsò Hippocrati attributa) quæ præponi ſolet Marcello Medico Empirico. Ex die VIII. Cal. Ianuarij (ſolſtitium hybernum deſignat, 25. Decembris) corporibus humor accreſcit, vſq. veris æquinoctium, quod incipit VIII. Cal Aprilis. Autumni æquinoxium, VI. Cal. Octobris: nempe 26. Septemb. Quod iiſdem penè verbis poſt illum Hippocratẽ Theodorus Priſcianus lib. 4. de re medica ad Euſebiũ filium repetit: Solſtitium hybernum (inquit) eſt VIII. Cal. Ianuarij. at æquinoctium vernum, VIII. Cal. Aprilis. vt vno dato (inquam) alterum pari menſium interuallo fore recognoſcas: æſtiuum quidem ſolſtitium, VIII. Cal. Iulij: æquinoctiũ verò autumnale, VIII. Cal. Octob.

Solſtitiorũ & æquinoctiorũ analogia per trimos menſes. ſic enim ferè tres menſes vtrumque ſigillatim occupat, vt poſtea repetetur. Nam quòd Ptolemæus lib. 3. cap. 2. Almageſti, æquinoctium 27. die Mechir ſcripſit contigiſſe, illud ob dies intercalares, minùs certum habetur. vnde ibidem, æquinoctium à ſe obſeruatum 9. die menſis

Cautio de méſibus intercalatis iuxta Ægyptios. Athir dicit: hinc 7. die Pachon: & aliàs aliis aliorum menſium intercalatorũ diebus. Quam intercalationem cùm quidam dimetiri & exæquare vellent, antiquiſſimum ſolſtitium à Metone & Euſtemone obſeruatum Phamenoth 21. ad 28. Iunij retulerunt. & æquinoctium ab Hipparcho deinde obſeruatum, ad 27. Septembris: alterum eiuſdem, ad 24. Martij, quę tamen inæqualitas tam paruo tempore facta, mihi ſuſpecta eſt. Sic etiam Sozomenus hiſtor Tripartitæ lib. 9 cap. 39. æquinoctium vernale, ſecundùm Romanos, VIII. Cal. Aprilis definit ſic Theodorus Gaza lib. de menſibus, Galeni ſeculo ſolſtitia & æquinoctia, circa 24. diem menſium, à Romanis deſignari ſolita ſcribit. Et tamen circa idem tempus, ab ipſo Ptolemæo quidam putat notatum æquinoctium vernum 22. Martij. Sic author Græci epigrammatis de mùm ad XX. diem menſis, ipſum æquinoctium reducit: vt de ſolſtitio idem vti monui, intelligas:

Gal. ætate ſolſtitia & æquinoctia ad 24. miſſa & poſt ad 20. anticiparunt.

Ἐν δ' εἴκοσι τέσσαρσι τοῦ πλείστου.

Poſtea Mahometes Aractenſis ad 19. Septembris æquinoctium deſignauit: & alij aliter: vt octo ſapientes Perſidis, in 15. Martij, ante annos circiter quingentos.

Vt ex hac temporum viciſſitudine appareat, quæ prima dixi tempora, antiqua fuiſſe illa quidem, non tamen Hippocratis ævum attigiſſe, qui ferè totis ſexcentis annis Galenum anteceſſit: ſed inferiora longè ſecula, vt fortè Auguſti Cæſaris, qui poſt Iulium auunculum, & Imp. Romanum Cæſarem primum, dedit operam, vt annus conſtitueretur, ſicuti de eo Suetonius retulit paragrapho 31. antea multùm diuulſus & inconſtans, ex mathematicorum nondum ſatis accurata penſioulatione. Nam de Iulio ſic idem Suetonius in huius vita, paragrapho 40. Conuerſus hinc ad ordinandum Reipubl. ſtatum, faſtos correxit, iampridem vitio Pontifi cum per intercalandi licentiam adeò turbatos, vt neque meſſium feriæ æſtate, neque vindemiarum autumno competerent: Annúmque ad curſum Solis accommodauit, vt CCCLXV. dierum eſſet: & intercalario menſe ſublato, vnus dies quarto quoque anno intercalaretur. Quò autem magis in poſterum à Calendis Ianuariis, nobis temporum ratio cõgrueret: inter Nouembrem ac Decembrem menſem, interiecit duos alios: fuítque is annus, quo hæc conſtituebantur, XV. menſium, cum intercalario, qui ex conſuetudine in eum annum inciderat. Et Plutarchus hanc Iulij Cæſaris emẽdationem

Gal poſt Hipp. ſeculum.

Iulij Cæſ. emendatio anni, qualis.

Dies intercalarij quarto quoque anno.

commen-

Digitized by Google

commendauit, cùm ait; Faſtorum autem diſpoſitio, & inconſtantiæ illius vagæ atque incertæ correctio, eleganter ab ipſo, philoſophica ratione explicata, finémque ſortita, iucundiſſimum vſum præbuit. Cæſar itaque is, qui primus imperium inuaſit, & ad cuius vnius arbitrium res Romana deuoluta eſt, quæſtione hac de re optimis mathematicis propoſita, ex ſubſtratis iam viis rationibúſque, propriam quandam & accuratiore curâ excogitatam emendationem confecit. In eo quidem ſecutus philoſophi conſilium, qui à cauſa & priore, & magis neceſſaria ſuadet ordiendum, qualis Sol, in hac quæſtione cenſetur: nam quod à Luna, notius nobis cùm ſit & apertius, viam ad ea quę ſunt notiora naturâ, & perfectiora, munit, vt Theodorus interpretatur. De vtroque porrò ſic Solinus cap. 3. Caius Cæſar vniuerſam hanc inconſtantiam incisâ temporum turbatione compoſuit: & vt certum ſtatum præteritus acciperet error, dies 21. & quadrantem ſimul intercalauit. quo pacto regradati menſes, de cætero ſtatuta ordinis ſui tempora detinerent. Ille ergo annus ſolus 364. dies habuit: alij deinceps 365. & quadrantem. Et tum quoque vitium admiſſum eſt per ſacerdotes: Nam cùm præceptum eſſet, anno quarto vt intercalarent vnum diem, & oporteret, confecto anno quarto id obſeruari, antè quàm quintus auſpicaretur: illi incipiente quarto intercalarunt, non deſinente. Sic per annos ſex & triginta, cùm nouem dies tantummodò ſufficere debuiſſent, 12. ſunt intercalati. Quod deprehendens Auguſtus, reformauit, iuſſítque annos 12. ſine intercalatione decurrere: vt tres illi dies, qui vltra nouenarios temerè fuerant intercalati, hoc modo poſſent rępenſari. qua diſciplinâ, omnium poſtea temporum fundata ratio eſt. ſed de his aliàs, vel adeo ex Appiano & Dione in vita Cæſarum. niſi ſi interim Macrobium Solino adſtipulantem ſubijcere placet, ex cap. 14. lib. 1. Saturnal. Verùm fuit tempus, cùm propter ſuperſtitionem, intercalatio omnis omiſſa eſt: nonnunquam verò per gratiam ſacerdotum, qui cum publicanis proferri vel imminui conſultò anni dies volebant, modò auctio, modò retractio dierum proueniebat: & ſub ſpecie obſeruationis, emergebat maior confuſionis occaſio. Sed poſtea C. Cæſar omnem hanc inconſtantiam temporum, vagam adhuc & incertam, in ordinem ſtatutæ definitionis coëgit: adnitente ſibi M. Flauio ſcriba, qui ſcriptos dies ſingulos ita ad Dictatorem retulit, vt & ordo eorum inueniri facillimè poſſet, & inuento, certus ſtatus perſeueraret. Ergo C. Cæſar exordium nouæ ordinationis initurus, dies omnes, qui confuſionem adhuc poterant facere, conſumpſit: eáque re factum eſt, vt annus confuſionis vltimus, in 364. dies protẽderetur. Poſt hoc, imitatus Ægyptios, ſolos diuinarum rerum omnium conſcios, ad numerum Solis, qui diebus 365. & quadrante curſum conficit, annum dirigere contendit. Nam ſicut Lunaris annus, menſis eſt, quia Luna paulò minùs quàm menſem in Zodiaci circuitione conſumit: ita

Iulij Cæſ. Imperiũ & anni correctio philoſophica.

Solis & Lunæ comparatio in principatu.

Iulij correctio anni quomodo facta.

Error correctionis in intercalãdo quomodo irrepſerit.

Auguſti Cæſ. reformatio anni poſt Iulium annocalũ.

Intercalatio qua ratione variarit & qua de cauſa.

Iulij correctio anni quomodo facta, ex imitatione Ægyptiorũ.

A Solis annus hoc dierum numero colligendus eſt, quem peragit, dum ad id ſignum ſe denuò vertit, ex quo digreſſus eſt. vnde annus vertens notatur. Plinius lib. 18. cap. 25 Primùm omnium dierum ipſorum anni, Soliſque motus propè inexplicabilis ratio eſt. ad 365. adjiciunt etiamnum intercalarios diei noctiſque quadrantes. Ita fit, vt tradi non poſſint certa ſiderum tempora. Accedit confeſſa rerum obſcuritas, nunc præcurrente, nec paucis diebus, tempeſtatum ſignificatu, quod prochemaſin Græci vocant: nunc poſtueniente, quod epichemaſin: & plerumque aliàs citiùs, aliàs tardiùs, cœli effectu ad terram deciduo: vnde vulgo ſerenitate reddita, confectum ſidus audimus. B ſed poſt multa, eodem mox capite: Ordo temporũ quadripartita anni diſtinctione conſtat, per incrementa lucis. augetur hæc à bruma, & æquatur noctibus verno æquinoctio, diebus 90. horis tribus: deinde ſuperat noctes ad ſolſtitium, diebus 93. horis 12. vſque ad æquinoctium autumni. tum æquata die, procedit ex eo ad brumam, diebus 89. horis 3. Horæ nunc in omni acceſſione, æquinoctiales, non cuiuſcumque diei ſignificantur: omnéſque eæ differentiæ fiunt in octauis partibus ſignorum; Bruma, Capricorni, ab 8. Calend. Ianuarij ferè: æquinoctium vernum, Arietis: C ſolſtitium, Cancri: alterúmque æquinoctium, Libræ. qui & ipſi dies rarò non aliquos tempeſtatum ſignificatus habent. Idem verò cap. 8. lib. 2. ſic iam annum definierat; Solis meatum eſſe partium quidem trecentarum ſexaginta: ſed vt obſeruatio vmbrarum eius redeat ad notas, quinos annis dies adijci: ſupérque, quartam partem diei. Quam ob cauſſam, quinto anno vnus intercalaris dies additur, vt temporum ratio, Solis itineri congruat. Sed idem rurſum cap. 28. lib. 18. ſolſtitium peragi in 8. parte Cancri, & 8. Cal. Iulij, nominatim velut ſibi D interpres repetit. & eiuſdem libri cap. 26. æquinoctium vernum ad 8. Cal. Aprilis peragi iam antè ſcripſerat: id eſt 25. Martij. & cap. 27. idem repetit: 8. Cal. Iulij, longiſſima dies totius anni, & nox breuiſſima, ſolſtitium conficiunt. id eſt 24. Iunij, qui dies natiuitatis Ioannis Baptiſtæ. Atenim deinceps aliquot ſeculis interiectis, Conſtantini Magni Imperat. tempore, æquinoctium vernum redierat ad 21. Martij, iam quatuor diebus abſumptis (vt quidam hiſtorici perhibent: qua de repoſthàc accuratiùs) de veteri illo calculo: qui nunc vtique multò plures exciderunt, ſicut apparet noſtra tempora E cum præteritis ac priſcis illis conferenti. Fides ex eo capitur, quòd ſub Conſtantino celebrata eſt Synodus Nicæna anno Chriſti 328. tempore, Sylueſtri Papæ Romani. quo tempore, ſancitum eſt, contra inſtitutum Aſianorum, qui Quartadecimani dicti ſunt (de quibus abundè Euſebius & Nicephorus) non quartadecima Lunâ, quicumque is fuiſſet dies, ſed primo mẽſe, id eſt ea Lunâ, cuius plenilunium fuiſſet poſt æquinoctium vernum (quod tunc erat 21. die Martij menſis) diem dominicam poſt plenilunium illud, ſolennem eſſe; Paſchâque

Annus vertens, quis. Anni ſolisque motus ratio vnde ſumenda.

Anni temporum quadripartita diſtinctio per duo ſolſtitia & totidẽ Æquinoctia quot diebus conſtet.

Quatuor tẽporũ anni ratio quibus in ſignis fiat & quando & quòd ibi tempeſtates fiant.

Solſtitium quãdo fiat, Item Æquinoctium.

Tempora Conſtãtini magni Synodus Nicæna quid ſtatuerit ad Paſcha celebrandum, & quando.

à Christianis eo die celebrandum, qua Christus resurrexit, qui est Pascha nostrum: nec seruandum morem Iudaïcum, vt quartadecima Lunâ à Christianis fiat Pascha, quæcumque ea fuerit. Ita Gaspar Contarenus Cardinalis ex Augustini epistola ad inquisitiones Ianuarij: de quo mox adeo plura. Quibus tamen ex verbis clarum fit, quî nostrum vernum æquinoctium à prisco differat. vt pari ratione intelligatur, alterum autumnale æquali retrò interuallo recessisse: sicuti & ex analogia, vtrumque solstitium. Cuius euentus omnino diuersa ratio fuit à posito Galeni incunda decreto: vt non vnius diei maior fuerit pars vna quarta: seu quadrante diei (sic enim omnia illa non retrò, sed vltrà, & porrò ac prorsus progressa forent, æquali quo nunc anticiparunt interuallo) sed omnino quadantenus minor. Cuius diminutionis portio ex eo patuit atque innotuit, quòd ab anno illo 328. (al. 325.) ad annum correctionis huius 1582. dies toti decem deficiant, vt recens isthæc emendatio anni docet ac præsupponit. Quanquam non tam exactâ trutinâ, quin aliquid desit, vel satis vt tunc temporis, non omnino exactè æquinoctium incideret in 21. Martij: nam & Anatolius, qui eodem tempore floruit, & in mathematis excelluit (si modò sunt huius, quæ nos de Græco in Latinum sermonem traduximus de æquinoctiis commentarij) non 21. sed 22. Martij æquinoctium statuit, vel vtique dies vt pauciores interim deperierint: nam intra 1200. annorum spatium, dies excidere decem perhibentur. quod quî fiat, si nescis, sic breuiter accipe. Annus Solaris totis diebus constat 365. & præterea quarta (vt putant) diei parte: quæ quarto quoque anno diem vnum intercalarem faciebat, & annum bissextilem denominabat: eò quòd in sextum Calendas Martij incideret: quo die, velut bis seni dies ante Calend. Martij notabantur: nempe quòd sextus dies ante Cal. in suum & proprium diem incurrebat (qui S. Matthiæ sacer est) & tamen idem pariter diei aduentitio tribuebatur. quasi bis numeraretur sextus ille, qui tamen semel in diem adiectitium incidebat numerandus. Vear, si voles, Ioannis de Sacro-bosco verbis cuius scriptis, magna authoritas patrum nostrorum memoriâ, & Ecclesiæ Gallicanæ consensu accreuit. Est autem bissextus (ait) in Februarium quarto anno cycli Solaris (vt cursui Solis tempus adæquetur) diei vnius interpositio. sunt enim in anno Solari 365. dies, & 6. horarum ferè integritas: gratiâ tamen confusionis vitandæ, completæ supponantur. Quoniam igitur difficile esset, has sex horas cuilibet anno continuare, ita quòd nunquam in diem redactæ, alicubi ponerentur. nam secundùm hoc, si annus præcedens incipiat à mane, secundus à meridie, tertius à vespere, quartus à media nocte inciperet. Quare prouisum est, quòd sex horæ excedentes in primo anno, & sex in secundo, & sex in tertio, reseruentur ad sex horas quarti anni: vnde sic in anno quarto, dies vnus ex quater sex horis colligitur. Iste igitur dies ita particulariter collectus, interponitur in Februario, quoniam mensium breuissimus est, & secundùm rationes prædictas, vltimus. Et quoniam quando est annus bissextilis, in Ecclesiis cathedralibus legentes in martyrologio, bis pronuntiant, sexto Cal. Martij, duos dies ponentes super eandem literam: ideo bissextus dicitur. Duo igitur dies quum super eandem F computentur, in sequenti die debet celebrari festum Matthiæ Apostoli. vnde versus:

Posteriore die celebrantur festa Matthiæ:
Bis sextum sexto Martius tenuêre Calendas:

(Vbi & necessitas bissexti ab incommodo demonstratur: quòd alioquin intra annos 364. natalis Domini celebraretur die Annuntiationis, nempe 25. Martij) Compendiosè & verè dixisset, annum vocari bissextilem, eò quòd in numerando, bis dicatur, 6. Calend. Martij: velut vno die, & vna litera F bis eundem numerum senarium suscipiente: quum tamen reuerâ duo sint dies: & litera F altera aliunde extrinsecùs subintellecta, & mente cõcipienda, accedat & singula F semel nominetur, altera 6. altera 7. Cal. Martij. aut si mauis, eâdem sub F litera, & eodem die (cùm sint tamen duo) bis dicatur, 6. Calend. Martij: quod nonnulli magis recipiunt. Veruntamen vtrouis modo numeres, errorem calculi sequens agnouit ætas, cùm quotannis aliquid deperiret, quod intra multorum annorum spatium facilè innotuit, æquinoctiis & solstitiis semper anteuertentibus ac præoccupantibus: vt qui olim 25. die Martij & Septembris, dies foret æquinoctij: quique 25. die Iunij & Decembris, solstitium dies metiretur, paulatim in diem 24. mox 23. deinde successiuè 22. 21. 20. 19. 18. 17. 16. 15. 14. 13. 12. ac demùm in 10. diem eorumdem mensium (quò nunc recidisse, multis vitiis solertibus assentimur) retrò cederet: sic tandem cancri in morem retrogradiendo, ad primum diem mensis recursurus, & longo temporis tractu, in mensem priorem Februarium, Maium, Augustum, Nouembrem. vt sic progressu paulatim facto, regrederetur, quomodo dixit poëta Ouidius;

Xanthe, retrò propterea, versaque recurrite lympha:

ista quidem peruersa ratione, peruersis tempestatum anni statibus, & festorum mobilium serie tota sursque déque immutandâ. Quem casum multi quidem viri clarissimi, & matheseos peritissimi animaduerterunt: sed nostro tandem hoc æuo, cæteris quidem rebus misero, peste, fame, bello, at hoc saltem euentu nobilitato, vigilantiâ GREGORII XIII. Pontificis Max. non minore solertiâ, quàm authoritate prouisum est. ne error ille ingens in futura secula serperet longiùs: sicuti Calendarium Gregorianum acutè perdocet, Pontificis Max. Gregorij authoritate promulgatum, doctissimorumque medicorum, Aloisij & Antonij Liliorum fratrum accurata diligentiâ emendatum, demptis de medio totis decem diebus (sic olim dies 11. intercalatos sustulerat,

Æquinoctio verno Autũnale respondet: ita de solstitiis.

Correctio anni per Lilios facta, non videtur N. exacta quare.

N. demonstratio. quòd 10. dies festiuitate non fuerit.

Annus bissextilis quis fit, & vnde dicitur.

Bissextus qui & quãdo & vnde fiat.

Cur anno tantũ quarto dies bissextilis addatur & quando.

Bissextus cur dicatur, & quando contingat & vbi.

Errores calculi incommode, ab exemplo.

Error calculi veterũ quando cognitus, & quomodo.

Æquinoctia & solstitia prisca quo decesserint & ad nostra tempora anticiparint, à simili.

Incommoda ex errore calculi futura, & festorum incerta ratio ac sedes.

N. secundũ multis cladibus miserũ sed felix anni correctione.

Gregorij Papæ Iam & Liliorum fratrum.

Lilij fratres imitantur Iulium Cæsarem, atque.

idémque Iulius Cæſar duos totos menſes dierum 68. inter Nouembrem & Decembrem iam antè intercalauerat, idémque Februario dies 23. interpoſuerat) qui ex veteri erroris calculo irrepſerant. quos dies denos, anni mille ducenti crearant: ſi modò res ad examen certum exquiſitúmq. redigi hactenus potuit. Nam quiddam videtur etiamnum deeſſe ad exactiſſimam ſupputationem, aliquot minutis & minutiis neglectis, quæ intra multorum annorum ſpatium, deinceps ſeſe poſteritati prodent euidentiùs: nunc autem, & aliquot æui noſtri reliquis annis vtcumque latebunt, aut latére poterunt, ſi non acutos & perſpicaces Mathematicos atque Aſtrologos, at certè vulgus hominum, qui res nõ tam futuras præuident, ac prænoſcunt, quàm iam præteritas iudicant ac reminiſcuntur. Talis autem quædam videtur inita fuiſſe corrigendi erroris ratio.

N. Liliorũ correctionũ velut defectiuã nõ ſatis probat.

N. vulgi vndè aciem crudit.

Sol velut aſtrorum princeps, planetarum reliquorum medius, ac temporum norma, per Zodiacum ſub ecliptica linea incedens, duodecim Zodiaci partes (quæ & ſigna nominantur) ſingulis annis percurrit ac perluſtrat, quo dicetur, & iam diximus, dierum numero ſuum peragens circulum. Namque ex duodecim ſignis illis, vnũquodque 30. conſtat gradibus: ac ſimul omnia duodena per 30. multiplicata, gradus efficiunt 360. gradus autem ſinguli, in 60. minuta diuiduntur. Ex his tot gradibus, Sol ab occidente ad orientem verſus, contra motum primi mobilis nixus (quod ab oriente ad occidentem, omnium rapidiſſimè fertur intra horas 24.) vnoquoque die gradum vnum metitur: non tamen exactè, quacumque id tandem cauſſa fiat: ſiue in Tropicis obeundis, longiorem morum contrahit, vt veteres ſunt opinati: ſiue in vnoque gradu minimum quid quotidie ſupereſt, vt recentiores obſeruarunt: ſiue vis eius paulatim elangueſcit, vt poſteà dicam apertiùs. Ex eo tamen efficitur, vt intra annuum ſpatium, præter gradus totos illos 360. ſuperent præterea dies quinque integri, ac diei vnius (vt adhuc creditum eſt) pars quarta, ſiue ſex horæ æquinoctiales. ex quibus, quarto quoque anno, dies vnus integratur, qui biſſextilem parit, cuius paulò antè meminimus. qui ſic denominatur (inquam) eò quòd eodem anno bis ſcribitur ac numeratur, 6. Cal. Martij, cùm ſint tamen duo dies, ac duobus diuerſis diebus, duæ diuerſæ literæ aſſignatæ, priſca vna, altera autem aduentitia, & mente concipiendã: hæc diem, illa peruigilium D. Matthiæ ſignans. ſi tamen feſtum S. Matthiæ incurrat in diem dominicum, Matthias die ſabbati celebratur, priore nempe die biſſextili: at nihilominùs & vigiliæ, & feſto diei adſcribitur numerus bis idem repetendus, 6. Cal. Martij aut illo ſanè quo iam paulò antè dixi modo. Huc ſpectabat olim gemina Iani bifrontis effigies, Romæ à Numa Rege publicè propoſita atque dicata: in cuius dextra, ϟ litera inſcripta, in læua autẽ, ϟ, ϟ literæ expreſſæ viſebantur, dierum totius anni indices, nempe 365.

Solis motum in Zodiaco qui fiat.

Solis motus contrarius primo mobili inquo.

Annumquot diebus ſuper gradus Zodiaci, & hinc Biſſextus, & cur dicatur.

Biſſexti locus, & conditio.

Iani ſigna olim apud Romanos qualia & quid indicarit.

Verùm quò res enucleatiùs innoteſcat, hoc meminerint velim, qui rem hactenus non ſatis accuratè norunt ac peruiderunt: Solem duplici motu ferri, ſicuti planetarum vnumquemque, proprio & alieno. Sol autem proprio motu, ſicuti antea propoſui, ab occidente in orientem vergit ac nititur, & ſingulis diebus gradum vnum modo dicto conficit: ſuperantibus tamen aliquot gradibus & minutis, ex quibus quinque illi dies, cum diei reputato quadrante exſurgunt. Idem verò Sol, primi mobilis impetu rapidiſſimo coactus raptúſque, intra 24. horarum ſpatium, ad occidentem ab oriente, contra ſuum proprium & naturalem motum inuitus fertur: diémque iſto modo naturalem hunc efficit, qui luce conſtat & tenebris, vt alibi ex cap. 1. Geneſeos diximus. Eſt enim dierum alius naturalis, alius artificialis, ait noſter ille Ioan. de Sacro-boſco: naturalis eſt 24. horarum, à quocumque quatuor punctorum meridiani vel horizontis, ſole inceptarum continua comprehenſio: id eſt, diei & noctis completæ ſpatium. Dies verò artificialis, eſt ſpatium temporis ab ortu Solis vſque ad eius occaſum. vnde artificialis dies, eſt Sol lucens ſuper terram. nox autem, eſt vmbra terræ in Solis oppoſitum diametraliter extenſa. Vel vt Cenſorinus perhibet, cap. 19. Dies partim naturalis, partim ciuilis eſt: naturalis dies, eſt tempus ab exoriente Sole ad Solis occaſum. cuius contrarium tempus, eſt nox, ab occaſu Solis ad ortum. Ciuilis autem dies vocatur tempus, quod fit vno cœli circumactu, quo dies verus & nox continetur. hunc tamen Sacroboſcius diem naturalem vocabat: illum autem, qui Cenſorino naturalis dicitur, idem ille artificialem nominabat: & forſan πχρισσῶς atque probabiliùs. de quo alibi commodiùs, nunc enim inſtitutum ſermonem potiùs proſequor.

Sol & planeta duplici motu ferrunur quoliter.

Solis motus proprius verſus orientem; violentus autem ad occidentẽ: quòdo fiat.

Nox quomodo fiat & qua de cauſa.

Dies naturalis vel ciuilis quo ſit & quomodo fiat.

Hic Cenſorinum à Sacroboſco diſſidet, in quo.

Enimuerò quia Sol vniuerſum Zodiacum 360. gradibus diſtinctum, pari dierum numero peragrare haud potuit, ſed dies præterea quinque totos tardando, quacumque tandem moræ occaſione, adiecit, atque vnius diei partem quartam: ex quadrantis huius ignorata exacta proportione, error in annum irrepſit, qualem longa ætas notauit, & nos tandem facilè vulgò vidimus, quatuor anni tempeſtates cum priſcis conferendo, ac ſolſtitium & æquinoctium vtrumque diuerſum à veteribus obſeruando. Timæus quidem Locrus, Platonis ϖϖϖϖϖ, ita olim ſcripſerat; Deum quidem æternum ſola cernit intelligentia, vniuerſorum ducem ac principem, eorumdémque parentem: eum verò qui generatur, oculis cernimus, mundum hunc & partes eius quotquot ſunt cœleſtes. quæ cùm ſint æthereæ, bifariàm diuiduæ ſunt, vt aliæ, eiuſdem naturæ, aliæ, alterius dicantur. Quarum quæ ſunt exteriores, omnia ea quæ ſuo ambitu complectuntur, ab oriente ad occidentem ſuo motu omnino conuertunt: quæ verò ſunt alterius naturæ, interiores ab occidente ad orientem reuoluuntur, & per ſe mouentur: vnà autem torquentur & conuertuntur cuentu quodam, cum

Partes mũdi exteriores ad occidentem ferũtur, interiores verò contrà.

Digitized by Google

ciuſdem naturæ orbe, principatum antiquiorem in mundo habente. Cæterùm orbis ille alterius naturæ, in partes harmonicis proportionibus diuiſus, circulis ſeptem conſtat. Et Luna quidem terram proximè ambiens, menſtrua conuerſione circumuehitur. Soli ei proximus, annuo temporis ſpatio orbem ſuum conficit. De aliis deinceps non ſatis definitè, de quibus ſtatim circa initia huius totius operis, ex Aſtrologorum conſenſu ferè tranſegimus. Porrò circa eadem propè tempora, quum Pythagoras in Italia & magna dicta Græcia, Thales in Ionia doceret, fertur Solon Athenis, adhibito in conſilium Thalete Mileſio, annum per ſua ſolſtitia & æquinoctia deſignaſſe. Cuius induſtriam ducentis pòſt annis imitatus Eudoxus, Platonis contemporaneus, anno rectiùs conſtituto, facilè vicit Eudoxi faſtos Iulius Cæſar (vel Lucano teſte) ſuperauit, anno ſic per Soſigenem Aſtronomum reſtituto, quali deinceps longa poſteritas vſa eſt, & qualem paulò antè deſignauimus. *Nec meus Eudoxi vincetur faſtibus annus*, ait de illo Lucanus. Et tamen M. Tullius Iulio æqualis vndecumq; hauſerit ac didicerit (namque in mathematicis, vel ſuoptè teſtimonio, parum verſatum, ex epiſt. ad Attic. alibi oſtendimus) ſic lib. 2. de nat. Deor. annum metitur; Nam cùm ſint duo genera ſiderum, quorum alterum ſpatiis immutabilibus, ab ortu ad occaſum commeans, nullum vnquam curſus ſui veſtigium inflectat: alterum autem continuas conuerſiones duas iiſdem ſpatiis curſibúſque conficiat: ex vtraque re, & mundi volubilitas, quæ niſi in globoſa forma eſſe non poſſet, & ſtellarum rotundi ambitus cognoſcuntur, primúſque Sol, qui aſtrorum obtinet principatum, ita mouetur, vt quum terras largâ luce compleuerit, eaſdem modò his, modò illis partibus opâcet. Ipſa enim vmbra terræ, Soli officiens, noctem efficit. nocturnorum autem ſpatiorum eadem eſt æqualitas, quæ diurnorum: eiuſdémque Solis tum acceſſus modici, tum receſſus, & frigoris & caloris modum temperant. Circuitus enim Solis orbium v. defectibus, & LX. & CCC. quarta ferè diei parte abdita, conuerſionem conficiunt annuam. Inflectens autem Sol curſum tum ad Septentriones, tum ad Meridiem, æſtates & hyemes efficit: & ea duo tempora, quorum alterum hyemi ſeneſcenti adiunctum eſt, alterum, æſtati. Ita ex quatuor temporum mutationibus, omnium quæ terra marique gignuntur, initia, cauſſæque ducuntur. Iam Solis annuos curſus ſpatiis menſtruis Luna conſequitur: cuius tenuiſſimum lumen facit proximus acceſſus ad Solem: digreſſus autem longiſſimus quiſque, pleniſſimum. Neque ſolùm eius ſpecies ac forma mutatur tum creſcendo, tum defectibus in initia recurrendo: ſed etiam regio, quæ tum eſt aquilonalis, tum auſtralis. Hæc ferè Tullius, ex optimi videlicet Aſtronomi deprompta libris, eleganter & verè extulit: vt Iuliani correctionem anni videatur agnouiſſe. Claudius Ptolemæus Alexandrinus inſignis mathematicus (non rex tamen) circa Antonini Pij & Philoſophi tempora (vt putant) tum de multis aliis matheſeos partibus luculenter ſcripſit, tum hanc partem, qua de agimus, illuſtrauit, longa ille quidem, ſed vtcumque obſcurâ oratione vſus, quam ab eo cenſeo repetant, qui authorem habent præ manibus: nos eorum gratiâ, quibus deeſt, pauca hæc & magis neceſſaria ſubijciemus, ex præclaro quidem opere, cui titulus eſt, Almageſtum, Arabica (opinor) formâ: nam Suidas μέγιστε ἀστρονομίας videtur inſinuare, titulus Græcus frequentior, μεγάλης συντάξεως præ ſe fert. Ergo author ille cap. 2. lib. 3. dicti operis, longa ſatis oratione, de anno Solari diſſerit, ex diuerſis priſcorum ſententiis, præſertim Hipparchi, cui quidem per reſtitutiones Solis, in ſolſtitiis & æquinoctialibus punctis factas, annuum tempus minus 365. diebus in quarta diei vnius additione cenſetur: per eas verò, quæ à fixis ſtellis conſiderantur, maius. illam tamen vt certiorem & veriorem cenſet Ptolemæus, quæ Solem ab vno puncto digreſſum, ad idem punctum regredientem conſiderat, quæ ſolſtitialibus & æquinoctialibus punctis determinantur. cùm nulla magis idonea reſtitutio inueniri queat, quàm quæ à ſimili aëris temperie ad ſimilem, & ab iiſdem temporibus ad eadem, Solem reducit. quanquam in his falli obſeruationem nihilominùs contingit: ſed leui tamen lapſu, & penè contemptibili: vt per inſtrumenta ſe idem annotaſſe Ptolemæus profitetur, annua tempora ferè ſibi ſemper æqualia obſeruando, ex æquinoctiorum & ſolſtitiorum inſpectione. ac ſiqua ſit inæqualitas, quotannis deprehendi nequit. Quam in rem, Archimedis teſtimonium adducit, authoris eximij & fide digni, rem ipſam facto periculo comprobantis. ſed differentiam tamen aliquot annorum concurſu euidenter percipi: & organorum certitudinem tempore labefactari: quæ autem à Lunæ eclipſibus captantur indicationes, eſſe fallaces. Deinde ſic concludit; Quòd igitur tempus annuum, quod ad ſolſtitia & æquinoctia collatum perſpicitur, minus eſt quàm 365. dies, quartâque parte diei, adapertum nobis eſt etiam per ea, quæ Hipparchus demonſtrauit. quantò autem minus eſt, non poſſumus exactiſſimè accipere: quum additio quartæ partis ad plures annos immutabilis, propter minimam eius differentiam permanere videatur: & propterea quæ longioris temporis computatione, poterit adinueniri, eam annis qui interierunt, diſtribuere oportebit: quoniam tam in multis, quàm in pauçis annis eadem eſſe cognoſcitur. Quæ tamen reſtitutio, tantò exquiſitiùs capietur, quantò longius maiúſque inter obſeruationes fuerit tempus, quod non huic ſolùm, verumetiam cæteris reſtitutionibus accidit. Nam qui propter obſeruationum, etiamſi exquiſitæ adhibeantur, inſtabilitatem error ſit, quamuis paruus & nullus ferè, quantum ad ſenſum, eſſe videatur, tam in longo, quàm in breui tempore apparentibus: in pauciores tamen diuiſus annos, maior in vno

Part interior mũdi quatuorenũ conſtet.

Solon quomodo annũ dimenſus ſit & quo tempore: hinc Eudoxus idẽ rectiùs: mox Iulius rectiſſimè, & cuius operâ.

Sideũ duũ generũ motus quis ſit.

Quòd Cœli globoſa figura ſit, & quorſum.

Quatuor anni tẽporũ vis à Sole & fœcundi humoris.

N. opinio de Ciceronis & Iul. Cæſar. penes anni correctionẽ.

Ptolemæi Mathematici tempora & laus & tenuitas.

Almageſtũ quid ſit eius ſynonima.

Annumquot diebus conſtet ex Ptol.

Sol quomodo metiendus.

Annum tempus per æquinoctia & ſolſtitia qualiter metiendum.

Anni tẽpus quot diebus conſtet exactè ſciri nequit.

Anni quidem tempus definiri nõ poteſt, licet defectus ſemper eoſdem.

gitized by Google

anno efficitur, & qui in longiore, hinc à tempore colligitur similiter: in plures autem minor. Quare satis esse censemus, si quantum inter nostras & exquisitas priscorum obseruationes, interfuit tempus, restitutionibus istis adferre potest: tantum ipsi quoque adferri conemur, nec sponte exactam examinationem negligamus. Veritatem autem, quæ à tota temporis perpetuitate, aut à multiplici tempore obseruationum haberi potest, aliis relinquendam putamus. hæc ille de se: vbi secundùm Calippum, Solarem annum, id est tempus, quo à solstitio ad solstitium, vel ab æquinoctio ad æquinoctium redit, continere dies 365. & minus quarta parte per vnam 300. diurni nocturnique temporis partem, scriptum reliquit, neque (vt Mathematici arbitrantur) quartam solummodò partem additam supra 365. dierum multitudinem addi. Cæterùm ex Aristarchi & Metæonis & Euctemonis obseruatione, intra 600. annos, duos plenos statuit proximè dies quartæ additionem solstitium præcessisse. Vnde si diem vnam per 300. annos partiamur, inuenietemus singulis annis 12. secunda distribui. hæc si substraxerimus à 365. diebus, & m̃ 15. habebimus spatium anni, 365. 14. 48. Tanta igitur multitudo dierum anni erit, quam proximè Ptolemaïcis obseruationibus inuenta, quanquam exactam differentiam non inueniri posse, candidè fuerat professus. Quam confessionem, auorum nostrorum memoriâ attripuit Ioannes de Sacro-bosco, Parisiensis doctor, & insignis, eo tempore Mathematicus, hunc in modum scribens lib. de anni ratione inscripto, & pridem toti Gallicanæ Ecclesiæ notissimo: Quum itaque multiplex sit annus, & cæteris omnibus omissis, duo specialiter à computista intendantur, scilicet Solaris & Lunaris, de digniori priùs est pertractandum (postea enim de posteriori, suo loco dicam) scilicet de Solari. Est igitur annus Solaris, spatium temporis, quo Sol à quocumque quatuor punctorum Zodiaci, æqualitatis vel conuersionis, mouetur circumiens totum Zodiacum motu proprio, rediens iterum ad idem punctum. Vnde apud antiquos solet depingi serpens deuorans propriam caudam, vnde versus,

Serpent annus ego sum: Sol sic circinat, in quo
Qui fluxit pridem, status est nunc temporis idem.

Cuius quidem reuolutionis terminus, in 365. diebus, & quarta dici naturalis, præter rem modicam secundùm sensum, perficitur. Neque defectus illius quantitatem, secundùm veritatem, propter diuersitatis paruitatem, possibile est inueniri. Hoc autem sciolis Computistarum, suæ licet professioni aduersantibus, sensibiliter ex eius caussa congruit demonstrari. Est itaque Solis motus in die vno naturali, 59. minuta, 8. secunda, 17. tertia, 13. quarta, 12. quinta, & 31. in sextis. vt huiusmodi quippe minutorum in fractionibus ad sexta perueniat, nunc sufficit partimo. Qui quidem motus si Zodiacum in sexta redactum, tum in toto, tum in parte, prout competit mensuret, prædictis sex horis, non ex toto vnius duodecima deficiet. vnde versus,

Qui scidit Eudoxum, superatur Cæsare annus.

Hæc itaque anni Solaris quantitas, si per 12. diuidatur, erit mensis Solaris 30. dierum, & 10. horarum, & 29. minutorum, & 36. secundorum. Idem author de solstitiis & æquinoctiis sic statuit, & citato Plinij loco, velut Interpres, explicationem aptam subiungit, innominato tamen, vt patebit, authore. In his quatuor anni partibus, sunt duo solstitia, & duo æquinoctia. Dicitur solstitium, non quòd Sol aliquando stet (paulò tamen antè de huius mora in Tropicis, dubiam Astrologorum opinionem proposui) sed quia tunc est in maximo accessu ad Zenith capitis nostri (punctum verticale, vel Augen appellant veteres) vel iterum in maximo recessu à Zenith capitis nostri. Zenith autem, punctus quidam est firmamenti, capitibus nostris directè suprapositus. Æquinoctium verò dicitur, quando dies artificialis nocti adæquatur. In quibus igitur signis contingant Solstitia, & æquinoctia, patet in his versibus;

Hæc duo solstitia faciunt Cancer, Capricornus.
Sed noctes æquant Aries & Libra diebus.

Est itaque solstitium hyemale, circa principium & introitum Solis in Capricornum: scilicet in medio Decembris. tunc enim Sol maximè recedit à Zenith capitis nostri, siue à nostro habitabili. Solstitium verò æstiuale, est circa principium Cancri, in medio Iunij: Sol enim tunc maximè accedit ad nostrum Zenith, in nostro habitabili. Cùm autem Sol recedens à primo puncto Capricorni, venit ad locum medium inter vtrumque solstitium, facit æquinoctium circa medium Martij in principio Arietis, & quoniam contingit in vere, dicitur æquinoctium vernale. Sol verò discedens à Cancro versus Capricornum, venit ad locum medium inter vtrumque, & tunc facit æquinoctium. & quia contingit in autumno, dicitur æquinoctium autumnale, in medio Septembris: scilicet circa introitum Solis in Libram. Hæc ille, de solstitiorum & æquinoctiorum sui seculi temporibus in 15. mensis diem incidentibus. Floruit autem (aut potiùs mortuus est) Lutetiæ professor, natione Anglus, circa annum Domini 1256. sicuti nos aliquando de marmore legimus erutum, & eius tumulo insculptum Lutetiæ in clausstro Maturinensium, haud procul à valua templi interiore, cui nota est insignita, Sphæra marmori appicta, insculptáve, cum insigni elogio alibi dicendo. seculi versus hic erit index;

M. Christi bis C. quarto deno quater anno,
De Sacro-bosco discrenit tempora tanus.

(idem in suis scriptis suum seculum notat fuisse anno 1232.) Ex quo facilè intelligitur, aut hunc, aut illos, aut recentiores adeo circa stata æquinoctiorum & Solstitiorum tempora insigniter falli: quum historia ecclesiastica testetur, anno celebratæ Synodi Nicænæ, æquinoctium vernum fuisse 21. Martij (dato vno, de cæteris pari interuallo trimestri statuo, vt antè indicaui) quod tempore Iulij & Augusti

Annum quotquot diebus constet exactu.

Diescallesli ex horis annuis quot secula annumerandi.

Proportio dierum & minutorum per annos singulos.

Io. de Sacro. &c. tempus & annus.

Annus quotuplex.

Annus Solaris qui sit ex motu proprio & quo.

Solis & anni litteralium hieroglyphica.

Dies annui quot sint exactè scire nequit.

Solis motui diurno quantitas.

Mensis Solaris quot diebus constet.

Io. de Sacro. argumentum plagij.

Solstitium quid & vnde dictum. N. contra.

Æquinoctium quid & quàdo fiat: item solstitium.

Solstitium hyemale & æstiuum quàdo fiat, & quomodo: item æquinoctium & quotuplex sit.

Io. de Sac. qui & quàdiu & vnde, & quàdo floruerit: eiusdem sepulcrum vbi & qualiter inscriptum.

Cæsarum, fuerat 25. die mensis: nostro autem seculo (vt isti perhibent) vel 11. Martij vt Petrus Mesia scribit, vel 10. eiusdem mensis, vt Contarenus numerat. Fernelius in suo Monhalosphario, post Nicænam Synodum ad vndecim propè dies succreuisse & anticipasse vernum æquinoctium annotat: qui dies idem fuerit Martij 10. sed de his postea: de priscis narrantem audiamus Hieronymum illum nostrum Archimedem Gallicum, & Plinij locum propositum ex cap. 25. lib. 18. explicantem. De certis quidem diebus Solstitiorum & æquinoctiorum, dubium est apud modernos dixerunt enim veteres (Plinium designat ex loco citato) quòd Sol intrat nouum signum 15. Cal. alicuius mensis. vnde versus;

N. de Sacrobosco sententia.

Semper quindenis ponuntur signa Calendis.

Æquinoctij & Solstitij dies quo, tum prisco, tum nostro seculo.

& octauo die pòst, dixerunt esse Solstitium, vel æquinoctium. Vnde patet, quum Sol intret Capricornum 15. Cal. Ianuarij, & octauo die pòst, debeat esse Solstitium, erit Solstitium hyemale, in die Natiuitatis Domini, scilicet 8. Cal. Ianuarij. Similiter quum Sol intrat Cancrum 15. Cal. Iulij, erit Solstitium æstiuale in die Natiuitatis Beati Ioannis Baptistæ. Similiter est de æquinoctiis, quoniam quum Sol intrat Arietem 15. Cal. Aprilis, erit æquinoctium vernale, vbi notatur Annuntiatio Domini, scilicet 8. Cal. Aprilis. Quum Sol iterum intrat Libram 15. Cal. Octobris, erit æquinoctium autumnale in die Conceptionis Ioannis Baptistæ, scilicet 8. Cal Octobris. Sed quòd solstitium hyemale fuerit in die sexto, tempore Natiuitatis Domini, ante eius ortum, æstiuale sexto die ante Natiuitatem beati Ioannis Baptistæ, ostendi per hoc videtur, quòd cursui Solis plus temporis quàm debeat, attribuitur: vnde & retrocedunt Solstitia & Æquinoctia. Quantum enim ad veritatis sensibilitatem, Sol moratur in quolibet signo per 30. dies, & 10. horas, & 29. minuta & 36. secunda: licet 30. minuta minùs completè vna medietas (vel potiùs medietate) horæ vnius supponantur, prout in prædictis sensibiliter exprimitur. Vnde vna centesima & quinquagesima pars vnius horæ, scilicet 24. secunda, in omni superfluè computantur signo. Et cùm 12. sint signa, erunt duodecies 24. secunda. ex quibus in vnum redactis, pars horæ duodecima conficitur. sic igitur in 12. annis, hora vna integrabitur. Vnde quum dies naturalis ex 24. horis constet, in duodecies 24. annis, hoc est in 288. annis, dies vnus naturalis superfluere reperietur (nostri tamen ad annos 120. reduxerunt vnius diei superflui numerum, vt iterum mox patebit) Nunc igitur quum in die 10. Solstitium hyemale Natiuitatem Domini, die natiuitis computato: æstiuale beati Ioannis Baptistæ antecedat (quod diuersis lucescit rationibus) & nonnisi quater præfictos numerus ab annis Domini subtrahi possit: relinquitur quòd tempore Natiuitatis Domini, & beati Ioannis, in sexto die præcesserit Solstitium: & sic nunc est in decimo. Idem etiam respectu Annuntiationis Dominicæ, & Conceptionis Ioannis Baptistæ, de æquinoctiis inuenitur. vnde versus,

Solstitium hybernum quo olim die fuerit: simulterq; æstiuum. Idem de æquinoctiis sentendum, qui.

Solstitia & æquinoctia qualiter retrocedant & vnde error.

Sol in mora in quolibet signo Zodiaci quot diebus fiat.

Quòd æquinoctium & Solstitium die sexto contingat quando.

Solstitium decimo Christum præit atque Ioannem.

Nuntiasic matris nox æqua diémque Ioannis.

(vbi indicat suo seculo æquinoctia & Solstitia fuisse die 15. mensium Martij & Septembris, & Iunij & Decembris: quod nostris istis recentioribus neuriquam quadrabit) postremò sic concludit, & tanquam vaticinatur, annum Gregorianum eminùs salutans, & sæculæ posteritatis gaudia (vtinam vera & solida, ac non qualia cernimus, famè, bellis, peste interrupta atque contaminata) animo lætо & alacri præsagiens. Solstitiorum autem & æquinoctiorum retrocessionis error, Calendario ordini restituto, saltem in die vitabitur, si in postremo temporis istius anno, scilicet 288. annorum, in fine Februarij, dies vnus surripiatur: vel decentiùs, diei bissextilis prætermittatur appositio: qui ex diuisione annorum Domini, per numerum prædictum, quum nihil remanserit, percipietur. Hæc etiam eadem, Lunæ priuationem per plurima seculorum spatia itidem idem die stabiliret subtractio. vnde & hic, ex eiusmodi diei subtractione, Annus decurtationis, siue ex temporum æquationis iucunditate, annus Iubilationis appellari meretur. Hæc ille omnino scitè & argutè, magis quàm diserte aut elegantèr.

Æquinoctia & Solstitia die 15. mensium cóting ebant tempore Io. Sacrob. N. non assentit. N. seculum quibus dedicat mysterium.

Analogia correctionis erroris de Lunæ motu ad Solem.

Annus Iubilationis siue decurtationis, qui & vnde dictus vel dicendus.

Posteriores verò, iidémque neoterici quidam, acuti sanè viri & solértes, Ioannis huius de Sacro-bosco calculum videntur æmulari, necdum tamen planè assecuti, atque ita statuisse propemodùm de totius anni summa. Solem totum percurrere Zodiacum in 12. signa diuisum, totis diebus 365. & vnius diei parte quarta, non tamen illa integra, sed cui 12. quotannis minuta de 60. desint: vt dies Solaris cursus annui sint 365. integri, cum horis quinque, & minutis 48. Sic enim iam paulò antè dixi, & nunc breuiter commemoro, totum Zodiacum in 12. signa diuidi: quorum hæc nomina

Sunt, Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo,
Libraque, Scorpius, Arcitenens, Caper, Amphora, Pisces.

Zodiaci signa 12. & eorum nomina, nominaque ratio.

Indita (inquam) nomina vel à proprietate quadam simili & analoga istis quidem animalibus, vel à dispositione siderum talem quandam speciem referentium. At noster olim in mathematicis præceptor Orontius Finæus cap. 4. lib. 2. de sphæra mundi; Hinc factum est (ait) vt stellæ fixæ circa viam Solis, & sub ipsis duodecim signis comprehensæ, in supradictorum animalium aliarúmque rerum figuras sint redactæ: vt singulæ constellationes singulis signorum qualitatibus: non autem signorum proprietates ipsis imaginibus, stellarúmque naturis respondèrent. sed institutum mihi sermonem vt promoueam, hoc adijcio; Signum quodlibet in 30 gradus diuidi: horúmque omnium summam multiplicatam, 360. exurgere. Solem autem quoto quóque die,

Animalia Zodiaci ratio nominis.

Digitized by Google

singulos paulò minùs gradus conficere prænonui. postremò graduum istorum vnumquemque in 60. minuta dispesci: & minutorum quodlibet, in alia 60. minuta secunda subdiuidi: secunda deinde quælibet, in 60. tertia: tertia verò, in 60. quarta: quarta porrò, in 60. quinta: quinta postremò, singula in 60. sexta dispesci, mente concipiendum ex Astrologorum doctrina, rei tantæ percipiendæ necessaria. Neque enim minutorum maiorum in minuta minora, vel adeo minutissima, negligi debet sectio, ad exactam cursus motúsque astrorum scientiam: cùm immensitas cœli, vel hanc, vel adeo multò crebriorem, & in plura factam sectionem ferre possit, ingentibus etiamnum futuris segmentis, quæ post repetitam toties partitionem supererunt. Sed quia de istis etiamnum antea: vt ad quadrantem illum diei reuertar, ex quo bissextilis annus quarto quoque anno exurgit: Dixi non integrum illum consistere: vt ideo neque bissextilis annus inde exactè confici & exurgere queat: sed plus assumat, quàm rei natura patiatur. Hoc autem supplementum insuper assumptum, quum varij variè accipiant atque interpretentur (vt paulò pòst ex quorundam referam sententia) quidam remotâ omni ambage, potiùs αὐτ' ἐπάνθισιν, quàm ex veritate rerum exacta (quam soli Deo notam arbitror) duodecim prima minuta τῆς ἐπαφῆς quartæ partis diei statuunt, ex eorum genere quæ sexagenaria dixi gradum vnum signi cuiuslibet constituere. Sic ergo his neotericis nostris, nihil ἀναπόδεικτον in hoc genere præsumentibus vitium est; 60. minuta, vnam æqualem horam conficere. quotannis autem 12. minuta supra legitimum cursus Solaris spacium adiici, quo quadrans ille diei integretur, alioquin imperfectus futurus, neque bissextilem annum quarto quoque anno perfectè & integrè mensurus. quod tamen, vti dixi, præsupponitur ex hypothesi, facilioris doctrinæ gratiâ. Quod si ita sit (vt nunc esse patior) quinto quoliber anno, ex additione quinquies duodenorum minutorum, exurgent 60. minuta, quæ horæ vnius probatum spatium integrant & conficiunt: qua proportione, decennio accrescunt horæ duæ: & annis 20. horæ quatuor: eáque progressione, ter vicenis annis, id est 60. annis, horæ 12. efficientur: quæ pars est diei media. tandémque annis totis 120. dies vnus integer, ex multiplicatione tot minutorum conflabitur. hoc ferè modo, per regulam trium denominatam. Vnus annus adiicit quadranti diei, 12. minuta: anni 120. quot minuta tandem adiicient? Nempe 1440. quæ diuisa per 30. (qui gradus vnus est, & quem dixi à Sole quotidie confici) nihil relinquunt: & quotientem habent 48. minimè nunc quidem contemplabilem.

Quæ si vera forent, facilè nunc quidem explicatum hoc torum esset negotium: quum diceretur, post annos 120. semper vnum insuper diem accreuisse: qui vtique anno bissextili semel eximendus intra id spatium foret, ne semel assignatam æquinoctiorum & solstitiorum sedem interturbaret. Sed multùm metuo ac vereor vt ita sit: & iam noster ille Iohannes Sacro-boscius subolfecit; ac nos vtcunque præsentimus, & iam olim acutissimus Mathematicus Claudius Ptolemæus peruidit, imò verò & præuidit: quum quadrante diei minorem particulam fassus est diebus 365. accedere; sed exactè definiri negauit posse: iuxta Calippum autem, diurni nocturníque temporis parte trecentesima minorem dixit. de Methone & Euctemone paulò antè assignaui. Sacro-boscius autem vnius horæ partem duodecimam, quadranti illi complendo non in totum deesse, sed huic quidem defectui propiùs accedere indicauit. Alij exactiùs demensi, ad horas quinque addunt minuta 49. & sex secunda: id est, horæ vnius quinque sextas. sic vt ad horas sex completas, siue diei quadrantem, desit horæ vnius pars sexta quotannis, quæ intrà annos quatuor, duas tertias horæ vnius constituant. Alij annum æstimant dierum 365. & præterea hor. 5. 880. magnámque periodum annis 648. metiuntur, quo interuallo, omnium feriarum ἀποκατάστασιν restitutum iri augurantur: quem magnum annum iure dixeris. Sapientes Persidis, ante annos 500. iussu Imperatoris Mesoporamiæ, annum restituerunt, æstimatúntque diebus 365. horis 5. minutis primis 48. secundis 53. tertijs circites 20. Fernelius noster (& verò nostrâs) vndecim ferè minutis horæ, maiorem quàm satis est, annum Iulium existimauit, propos. 6. partis 2. Monhalosphærij (sic enim nouus tum Mathematicus, nouo nomine Astrolabium denominabat) aliorum potiùs quàm suam secutus sententiam. Theodorus Gaza, patrum nostrorum memoriâ clarus, veteris Græciæ collabascentis, ac iam ferè prorsus abolitæ reliquias perire indignè ferens, inter alia præclara ingenij monimenta, & linguæ vtriusque exhibita specimina ac documenta, libello de mensibus, hanc quæstionem attigit, & suam sententiam vir inter doctos haud indoctus interposuit, hunc in modum; Quòd si fortè ne Solis quidem motus ratio satis nobis cóstet, & quàm Lunæ, certè multò certior est, eiúsque error leuior, & multò minùs errori propinquus. Si quidem satis est vnum diem quarto quoque anno intercalari: posse verò ducentos fermè annos, vnum exemptibilem fieri: vel quàm longo temporis interuallo iudicabunt, qui assiduè succedent experientiâ excellentes Astronomi. Neque enim præsentis est instituti, si quibus controuersa est in hac re annorum multitudo. haud dubiè enim plurimo interstitio emendabitur, vtcunque se habeat. hæc ille, ex aliorum potiùs, quàm suo dependens iudicio, nihilque certi in re incerta (quod sapientis hominis est) statuens. Adrianus Iunius nostræ professionis haud ignobilis Medicus, Gazæ cautelam imitatus, sic scribit libello de annis & mensibus; Legitimus annus, quem ex cursu Solis describunt, trecentis sexagenis quinis diebus constat, vt harum difficultatum curiosi inquisitores colligunt, horis quinque, minutis (λεπτὰ nominant) quadraginta nouem, & ampliùs secundis sex. Vtendum est enim necessariò artis vocabulis, vbi alia non suppetunt.

ab 1600. tot dies 13. supersunt, insuper 4 & quot eximi debuerant à Iulij fratribus, anni Gregoriani correctoribus.

De annis bissextili & eius compositione.

Quod 4. quadrantes dies bissextilem annũ excedant, & quare.

Hora quot minutis cõstet: & quod 12. minuta quotannis exuperent.

Bissextilis per regulam triũ & diuisionem.

Sol vno die gradum vnum facit, id est 30. minuta.

N. ita subducit: Au-

N. de Iunio Medico.

Solis annus quot diebus constet & minutis.

ed by Google

Ita fit, vt in quadriennio, duæ tertiæ partes horæ, & aliquanto plus ſubducantur. Sed nos minutiis iſtis ſalebroſis valedicimus, per quas vix vnus dies multis annorum centuriis reliquus fit, euariato tot annorum curſu. ſatiúſque eſt multò Menippis iſtis aſtra temerario volaru ſuperantibus, hæc relinquere. Hac vtique ironiâ facetus homo & feſtiuus ac prudens, rei confeſſam apud omnes obſcuritatem (vt Plinianis verbis & aſſenſione vtar) ſubterfugit, & indiſcuſſam reliquit. Dion, libr. 43. Cæſar (inquit) apud Alexandrinos de anni ratione edoctus, annum conſtituit diuerſum nonnihil ab Alexandrinis, qui triginta ſingulis menſibus dies attribuunt: eidem quolibet anno quinos dies adiungunt (qua ratione, monui iam antè Ptolemæi æquinoctia ſolſtitiáque multùm ab aliis diſcrepare, vt exemplo poſito nuper docui) Hos enim ille ſuperuacaneos dies in menſes redegit, vníque duos detraxit: dein quarto cuilibet anno inſerendum admiſcuit intercalarem: ita vt horæ vnius vix minimo momento diſtorres ſint. quo fit, vt in annis 1461. veniat intercalandus ſolum vnus dies. Hæc Dion ex æui ſui Aſtrologorum fallaci relatu; qui pro certo aſſeuerabant, quod multorum annorum lapſus falſum deprehendit. ſic vt idem nobis de iis liceat ominari, qui ſe ex abaco & calculo ſuo, omnem æui æterni ſtatum ratúmque anni motum, Soliſque & Lunæ curſum poſſe certum conſtituere arbitrantur. Ex quo colligo, aduerſus Ptolemæi *ἐπιφορὰν*, etiamſi paucioribus annis, maior error committatur (cùm tamen æqualem annis ſingulis committi credã & affirmem) pluribus autẽ, minor ſenſim euadat, vt ex illo nuper protuli: tamen errorem illum, qui vno aut altero anno, aut breui annorũ decurſu vtcumq. latet, nec niſi à ſummis artificibus deprehenditur aut ne deprehẽditur quidem; tandem pluriũ luſtrorum aut Olympiadum ſpatiis, vel adeo ſecutis annorum centuriis, manifeſtum & vulgo adeò conſpicuum euadere; ita tamen, vt hominum nemini fas ſit, defectus annui exactam menſuram definire: quod ex iis patere puto, quas complures citaui variorum ſententias; in quibus id facilè vſuuenire cernimus, quod vulgari fertur ſententia: Quot capita tot ſenſus. quotquot enim ſunt Aſtrologi, qui ſuam ſuper hac re interpoſuerunt ſententiam, totidem videre eſt diſcrepantes opiniones: id quod per plures excurrens authores poſſem probare, ſi aut vacaret, aut ſi eſſent ad manum cæteri omnes; aut ſi laborem hunc noſtrum neceſſarium, vel prorſus rei literariæ vtilem ducerem. Vnus eſt tamen, quem prætermittere mihi religio eſt, & quem vnum inſtar multorum millium habeo: quippe qui plurimorum vnus collegerit, ne dicam magno pretio licitatus ſit ſententias: Alphonſus enim Rex Arragonum, ad tabulas Aſtronomicas conficiendas, conuocatis vndique Mathematicis inſignibus, quadringenta coronatorum millia in id ſtudium impendiſſe, & probatis authoribus elargitus fuiſſe perhibetur: adæquatâ propè dicam Magni Alexandri Regis munificentiâ, qui animalium hiſtoriam, olim Ariſtotele præceptore exſcribente, eſt ab infinitis penè naturæ cuiúſque animalium naris & peritis edoctus & magno pretio licitatus: ſic igitur ille ſupputat & calculat; Verus anni circuitus, dierum eſt trecentorum ſexaginta quinque, horarum quinque, & quadragintanouem ſexageſimarum alterius horæ, & partium præterea ſecundæ ſexageſimæ ſexdecim.

Ego verò, expenſis ac ſubductis tot & tam diſcrepantibus multorum opinionibus, ſic exiſtimo; non eſſe in humana poteſtate ſitum, vt exactum quiſquam anni Solaris curſum, vel ad minima vſque minutula (quæ quinta & ſexta diximus) accuratè certóque dignoſcat; ne ſi gnomoni quidem aut aſtrolabio aſſiduus incumbat: aut puteo illi adſit perdius & pernox, qui apud Syenen experimenti gratiâ factus memoratur, & quem totum Solſtitij die medio illuminari, raro exemplo aſſerunt: quinetiam per totum oppidum Syenen (quod eſt ſupra Alexandriam quinque millibus ſtadiorum) eodem Solſtitij die medio, nullam vmbram iaci, referente Plinio cap. 73. lib. 2. ſicuti in Meroë inſula Æthiopica, bis anno abſumi vmbras, Sole duodeuiceſimam Tauri partem, & quartamdecimam Leonis obtinente. Quin in India eſſe loca quædam idem Plinius ſcribit, in quibus vmbræ non ſint; ob id vocata Aſcia ſiue *ἄσκια*; quod nominatim de Hypaſi flumine ibidem ſcripſerat Oneſicritus; atque alibi alio tempore. His (inquam) aut ſimilibus in locis, ſi quis matheſeos peritus verſetur, & attentiſſimè Solis curſum à carceribus ad metam obſeruet, eiuſdémque à meta ad carceres regreſſum (quem in puncto temporis fieri credibile eſt: alij morâ longiuſculâ putant) ſpeculetur & contempletur, diem vtique Solſtitij vel æquinoctij diiudicabit, horam fortè deſignabit, temporis momentum quadam coniecturâ conſequetur: ſed ipſa ſingula minuta notare ac deſignare, viribus humanis negatum puto. Quid verò ſi nocte fiat? vt ex Ptolemæo citauimus. Hîc vmbrarũ peribit obſeruatio: ad inſtrumenta & dioptras & aſtrolabia incerta erit confugiendum; vel potiùs ex apparentibus & antegreſſis, ineunda erit præteriti temporis ratio atque ſupputatio; cui tamen in totum fidere videtur eſſe periculoſum. Sed fac ita eſſe: fac nullum vel minimum errorem à perito Aſtronomo committi. quî ſcis, an Solis & aſtrorum curſus ſemper æqualis, ſuíque ſimilis omni æuo permaneat? quid ſi eccentrici & epicycli dicti circuli, motum Solis variant? quid ſi obliqua rectáque in obliquo circulo aſcenſio, inæqualitatem motus parit? quid ſi obſeruatio certa, longo temporis tractu euadat incerta? Etſi enim aliquis ingenij potiùs acumine, quàm oculorum acie, Solis & Lunæ curſus exactè diſpiciat & aſſignet, ne id quidem fore duco perpetuum: quum natura rerum omnium, velut per ſuos ætatum gradus deuoluta ac peragrata tandem fathiſcat, & motus orbium cœleſtium ſenſim ac paulatim lenteſcat. Et verò iam olim Plinius cap. 10. lib. 36. Soliſipſius diſſonum curſum meminit, & cœli aliqua ratione mutari: terrámque aliquid à centro ſuo

Iocus in Aſtrologos, & Plinij cautellam.

Iulij Cæſ. correctio anni.

N. quod homias nemini cognita ſit exacta defectus anni menſura.

N. quòd Solis & Aſtrorũ curſus non quid ſui ſimilis ſit: & quamobrẽ.

N. quòd Solis & Lunæ curſus ſenſim deficiat, & non latet.

Alphonſi Regis diligentia & ſumptus in vere perueſtigando, à ſimili.

dimoueri, vt posthàc ex illo repetam, admodùm probabili cõiecturâ. Siue igitur terra monetur, immobilibus sphæris cœlestibus & quietis, vt nostro æuo Copernicus post Philolaum & quosdam Pythagoricos sensit (de quibus circa operis huius initia) siue potiùs circa terram immotam, globi cœlestes assiduo gyro rotantur: vtrouis tamen modo, futurum est omnino, vt tandem aliquantò remissiùs agant, & quodammodo subsidant, suíque cursus citatissimi impetum remorentur (si Deus velit ac finat, & quando volet ac finet: cuius potestas æterna: cuius manus non abbreuiatur: cuius potentia nullis æuis frangitur ac debilitatur: & cui mille anni, velut dies vnus, vt sacræ paginæ testantur) Non quòd Pyrois, Eous, Æthon & Phlegon, Solis equi & quadrigæ, lassitudinem contrahant: non quòd Phaëthon labore fatigetur, aut senio marcescat, aut contrahatur: non quòd Atlas humeris tamdiu gestans ac sustentans Olympum, succumbat tandem oneri tanto. Hæc sunt figmenta Poëtarum, aut delirantium somnia. sed quia mundus hic, qui ortum habuit aliquando, idem est & finem habiturus: contrà quàm Plato & Aristoteles senserunt; hic quidem sine principio & fine: ille sine fine, ortum tamen & creatum ab initio existimans. quod & Philo Iudæus multis rationibus & argumentis frustrà conatur demonstrare, vt alibi disceptabimus. vbi & illud reuocabimus in quæstionem, quod commentus est Origenes, plures antea fuisse mundos: & hũc postremum verè quidem desiturum, nonúmquo deinceps excitandum: essèque mundorum sibi inuicem succedentium ætatem vt plurimùm sex millium annorum. Si ergo mundus habuit principium, vt credimus ex Genes. cap. 1. & si verè scripsit Dauid Psalm. 101. Initio tu Domine terram fundasti, & opera manuum tuarum sunt cœli. Ipsi peribunt, tu autem idem permanes, & omnes sicut vestimentum veterascent. Et sicut operторium mutabis eos, & mutabuntur. tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient. Et Ecclesiastic. cap. 17. Quid lucidius Sole? & hic deficiet. itémque Isaias cap. 34. Tabescet omnis militia cœlorum: & complicabuntur sicut liber, cœli: & omnis militia eorum defluet, sicut defluit folium de vinea & de ficu (nam alibi tum ex eodem Propheta, tum ex 2. Petri 3. cap. de fine seculorum per ignem referetur) Si hæc (inquam) vera sunt, atque ita accipienda vt sonant (Hebræi enim ad voluntatem Dei, non ad verum exitum & exitium cœlorum videntur referre) omnino videtur consentaneum, vt qui ocyssimè primùm, velut in iuuenili ætatis flore mouebantur globi cœlestes, iidem paulatim velut ingrauescente senio, tardiùs incedere occipiant: velut imitati senum morem, qui in adolescentia & iuuentute, citatissimo cursu contendunt: iidem senectute intercepti, vix tandem lento passu innixi scipionibus ingrediantur. Aut quid aliud tandem sonat illud Psalmographi? cœlos veteraſcere profitentis? Verùm vt orbium cœlestium multò longior est ætas humano vitæ curriculo: sic motus agilitas multò vegetior & durabilior permansit: tandem tamen aliquando paulatim desitura, quando is qui omnia condidit, iubebit subsistere. Multùm enim à Platonis, & Stoicorum, & eorum absum sententia, qui Solem, Lunam, stellas, cœlum denique ipsum, Deos esse immortales, animatos, intelligentes existimant; imò & colunt, & impiè venerantur, vt Iob ipse indicat cap. 31. vt Plinius, & recentes Chorographi, de multis populis, potissimùm Orientalibus indicant; vt Cicero de natura Deorum, Plato in Timæo, & omnis antiquitas profitetur; & nostri Theologi arguunt, ac iure reprehendunt; quin & Enniano versu constat illo apud Cic. sæpe repetito,

Aspice hoc sublime candens, quem omnes inuocant Iouem.

Longè enimuerò mea differt ab illorum opinione sententia: non enim Solem, Lunam, stellas, Deos deputo, cultu aliquo venerandos: sed Dei supremi eximia opera, suum artificem nobiscum collaudantia, vt Danielis cap. 3. & Dauidis Psalmo 148. Laudate eum Sol & Luna, laudate eum omnes stellæ & lumen. Laudate eum cœli cœlorum, &c. iterúmque apertiùs Psalm. 18. Cœli enarrant gloriam Dei, & opera manuũ eius annuntiat firmamentum. Eccui autem mirum debet videri, si cœlum senescere ac veteraſcere dicimus? nónne & reliqua elementa consenescere videmus? vbi est illa primæua terræ fertilitas? vbi maris & vndarum profluens vbertas? vbi aëris benigna temperies? vbi hominum vitæ illa immensitas? An verum est, quod Latinus poëta tanquam vaticinatus post Pythagoram, inclamat?

Tempus edax rerum, tuque inuidiosa vetustas,
Omnia destruitis: viriatáque dentibus exi,
Paulatim lentâ consumitis omnia morte.

Ouid. 5. Metam. Scilicet omnia marcescunt, omnia flaccescunt, omnia tabescunt. omnia tẽdunt ad exitium: præter illum summum rerum opificem Deum, qui vt principio, sic & fine caret, nec æui mutationi degit obnoxius, æternus, immutabilis, incorruptibilis; nostróque animos immortalitatis participes facit. Sed de his alibi: vt tamen tum in his, tum in reliquis, quæ ad fidem & religionem pertinent, Theologorũ sano iudicio atque æstimationi mihi semper acquiescendum putem.

Et verò credant Astronomi se posse exactè comprehendere, non modò quot diebus integris, aut quot horis, sed etiam quot horarum momentis minutíue primis, secundis, tertiis, quartis, quintis, sextis, Sol annuum conficiat curriculum? eùm tamen paucis annorum centuriis, tot dierum interuallo pugnent Æquinoctiorum & Solstitiorum assignata ab illis spatia? Vt Iulij, & Augusti, & Vespasiani temporibus, ex Plinio & priscis illis, æquinoctia & Solstitia, 25. diem mensium insederint. Ad quam analogiam, intra annos 1500. ego suppono quindecim dies paulò minùs superueniſſe ad nostra hæc vsque tempora. sic vt anno centesimo quoto quoque dies propemodùm vnus superueniat: atque Gregoriano isti anno correctionis, quinque paulò minùs dies tori adhuc exi-

Dei excommunio.

N. probatio, quòd mundus ortum habuerit & finẽ habiturus, idque per ignem.

N. alluſio de Sole & aſtrorum motu, ad hominem Iuuenũ & Senum.

N. Cœlum ſeneſcere probat à ſimili, de elementis, & homine.

Dei & animorum æternitas.

N. ad Theologos refert ſororum Iudicium.

mendi ſuperſint. quam ego in ſententiam facilè feror. ſed percurramus reliqua. Deinceps anno 328. ſiue vt alij, 325. quo anno (imò toto triennio, à 17. anno imperij Conſtantini, ad 20. ſiue ab anno Chriſti 326. ad annum 329. vt perhibent; & Nicephorus cap. 26. lib. 8. inſinuat) Cõcilium illud famoſiſſimum & celeberrimum, & primũ œcumenicum, à Patribus & Epiſcopis 318. ſub Conſtantino Magno aduerſus Arium (quem Atrium vulgò nuncupant) eſt celebratum, æquinoctium vernum, ex Patrum decreto, ad diem Martij 21. vt autem Anatolius tunc temporis obſeruauerat (vt eodem anno, diei vnius ſpatio ambigeretur) ad 22. diem deuenerit: vt de Solſtitio idem intelligas. Poſtea Iohannis de Sacro-boſco ætate, anno 1246. ad 15. diem menſium ambo anticiparint. Noſtro autem iſto æuo, circa annum 1550. 60. 70. 80. ad diem menſũ 11. vel vt aliis videtur, ad 10. diem (ante correctionem anni Gregoriani) retrocеſſerint. Quæ eſt autem proportio annorum ad dies tam varios támque inconſtantes? idémne Sol modò celeriùs, modò tardiùs mouetur? annon cœli, ſed hominum malè calculantium error eſt? an Deus hominum ingenia voluit hæc latêre? an organa Aſtronomos fallunt? an climatum diuerſitas iſtam diſcrepantiam opinionum peperit? an cum Sapiente licet dicere? Cuncta res difficiles; non poteſt eas homo explicare ſermone. Hanc occupationem peſſimam dedit Deus filiis hominum, vt occuparentur in ea. cap. 1. Eccleſiaſtæ. Verba ſunt plurima, multámque in diſputando habentia vanitatem. cap. 6. Quid neceſſe eſt homini maiora ſe quærere? Ecce hoc inueni, dixit Eccleſiaſtes; vnum & alterum, vt inuenirem rationem, quam adhuc quærit anima mea, & non inueni. cap. 7. Solummodò hoc inueni, quòd fecerit Deus hominem rectum: & ipſe ſe infinitis miſcuerit quæſtionibus. & quæ multa author ille in hanc ſententiam.

N. dubium: & quòd Dei iuſſu hæc fiant.

Hominum vanitas & curioſitas.

Error priſcorũ à poſteris tandè dignoſcitur: ab exemplo.

Vtcunque autem res cadat, & quamlibet accuratè ſingula perluſtrent, & obſeruando deſignent homines acutiſſimi, & Aſtronomi peritiſſimi; quàm verè, quámque certò, ſera tandem poſteritas animaduertet clarè, aptéque diiudicabit: ſicuti nunc tandem, imò multò iam antè ſuperioribus ſeculis eſt à maioribus noſtris obſeruatum, pluſculos dies (ego 15. ab anno Auguſtio ad hunc Gregorianum ſupponebam) veteri calculo accreuiſſe, qui locum æquinoctij & Solſtitij vtriuſque confuderint. Nunc tamen & meliùs, & rectiùs certiúſque (quantum humano datur ingenio, & quatenus præſenti ſeculo iudicare licet) conſtitutum & definitum atque ſtabilitum operâ & induſtriâ clariſſimi Medici, & acutiſſimi Mathematici Aloiſij Lilij; ſub cuius correctionem & reformationem comprobatam, diximus authoritate SS. Pontificis Max. Gregorij XIII. Calendarium promulgatum ac reformatum: quod ex eo caſu, ad æternam rei memoriam, Gregorianum iure eſt cognominatum, vel ſanè me monitore, cognominandum. Vt quemadmodum Iulius olim & Auguſtus Cæſares (quos & alij deinceps multi Imperatores Romani ſunt æmulati: ſed indita ſua menſibus nomina, ſequens ætas aboleuit) ob ſimile mẽ à ſe nouatam in anni reſtitutione operam, duos ſuis nominibus menſes nuncupariũ, qui olim ex ordine ac ſerie, ante additos à Numa Pompilio Ianuariũ Februariúmque, Quintilis & Sextilis diecbantur; qui nunc ab illo tẽpore, Iulius & Auguſtus denominantur. atque vt correctum à ſe, vel potiùs ab Ægyptiis & Aſtronomis, duce Soſigene, Iulianum de ſe, déque ſuo nomine annum Iulius nuncupauit. Sic præter alios ſacros ritus à ſe meliùs & ſanctiùs reformatos, & Concilij Tridentini authoritate confirmatos, etiam noua noui Calendarij correctioris formula ad poſteros in infinitum tranſmiſſa, & nomen, & decus Gregorij XIII. Papæ ſanctiſſimi, ab omni hominum obliuione, ſuo merito vindicaret.

N. admonitio ad poſteros de correctione & reſtitutione anni.

Vetùm noſtri huius ſeculi, & futuri ævi ſtudioſos homines Aſtronomóſque monitos hoc loco velim, vt huic contemplationi accuratiùs incumbant: & quæ vna ætas hominis, breui circunſcripta annorum termino, exactè definire non potuit (id ex obſeruatione priſcorum paulò antè oſtendi; & Ptolemæus de ſe, déque ſuis anteceſſorib. proteſtatur) hoc vt plurium deinceps hominum doctorum, & contemplationi huic deditorum, labentibus ſeculis, diligentiâ & accuratiore obſeruatione, per ætates continuas ſucceſſione quadam definiatur. Ad quam obſeruationis ineundam rationem, mirificè probo veterum Alexandrinorum Aſtrologorũ conſilium; vt loco apriço, illuſtri, præcelſo, armilla, vel obeliſcus, aut columna, aut pyramis alta erigatur, cuius ex vmbræ obſeruatione, motus curſúſque Solis deſignari, acceſſus & receſſus definiri, æquinoctij & Solſtitij dies certò deprehendi queat. Sic enim ille author cap. 2. lib. 3. His obſeruationibus patet, paruas admodùm horum differentias annorum fuiſſe. Sed in ſolſtitialibus ſpero nec nos, nec Archimedem in obſeruatione atque computatione, ad quartam vſque partem diei erraſſe (vbi velim obiter annotes ingenuam ſummi mathematici confeſſionem: vt de triuialibus iſtis quid ſtatui debeat, animo concipias) exactè tamen inæqualitas annui temporis ab armilla ænea, quæ in porticu ſeu fornice quadrato (ſic enim vocatur) Alexandriæ collocata eſt, intelligi poteſt. dies enim in hora æquinoctiani ſignificari videtur ille, in quo incipit ab altera parte, caua eius ſuperficies illuminari. Sed de Plinio placet ſimilia quædam indicare, non vt ab illo inuenta primo authore, Aſtrologiæ quidem ſtudioſo, non tamen huic ſtudio priuatim dedito aut mancipato; ſed aliorum excogitata acumine, & huius diligentiâ, in bibliothecam naturæ rerum, velut in acta publica relata. ſic enim cap. 72. lib. 2. Solis vmbilici (quem gnómonem appellant) vmbra in Ægypto, meridiano tempore, æquinoctij die, paulò plùs quàm dimidiam gnómonis menſuram efficit. in vrbe Roma, nona pars gnómonis deeſt vmbræ. in oppido Ancona, ſupereſt quinta triceſima. in parte Italiæ, quæ Venetia appellatur, eiſdem horis vmbra gnómoni par fit. de Syene oppido, eiúſque

Mira & laudabilis hiſtoria Aſtrologorũ Ægyptiacorum, ob ſeruationis cauſa facta.

N. Nota Ptolemæi de ſe libere confeſſionẽ, & deſcripto quadrato armilláque Alexãdriæ ad vmbras captandas erectæ, & qualiter.

N. de Plinio ſententiam & encomium.

puteo, & de Hypasi Indiæ flumine, déque Meroë, & locis Indiæ *desine*, vmbráque carentibus, dixi iam paulò antè: hoc autem à me obiter antea commemoratum, deinceps explico.

Historia de gnomone Augusti Rom. ad captandas Solis vmbras &c. eúsque constructio, quale.

Obelisco siue gnómoni ei, qui est in campo (Martio) Diuus Augustus addidit mirabilem vsum, ad deprehendendas Solis vmbras, dierúmque ac noctium magnitudines: strato lapide ad obelisci magnitudinem, cui par fieret vmbra Romæ confecto die, sexta horâ, paulatímque per regulas (quæ erant ex ære inclusæ) singulis diebus decresceret, ac rursus augesceret: digna cognitu res, & ingenio fœcundo. Manlius mathematicus apici auratam pilam addidit, cuius vertice vmbra colligeretur in semetipsam, alia atque alia incrementa iaculante apice, ratione (vt ferunt) à capite hominis intellecta.

Quod gnomones isti tempore euarint, qua de re.

Hæc obseruatio (ait Plinius cap. 10. lib. 36.) trigesima iam ferè annis non congruit: siue Solis ipsius dissono cursu, & cœli aliqua ratione mutato: siue vniuersa tellure aliquid à centro suo dimotâ, vt deprehendi & in aliis locis accipio: siue vrbis tremoribus, ibi tantùm gnómone intorto: siue inundationibus Tiberis, sedimento molis facto: quamquam ad altitudinem impositæ rei, in terram quoque dicantur iacta fundamenta. Quem locum Plinij insignem diligenter obseruent, monco, quicunque æquinoctiorum & solstitiorum rationem indagant ac vestigant; tum vt similibus gnomonibus vmbras solares captent, atque metiantur; ex iisque incrementa & decrementa & stationes designent, ad geminorum æquinoctiorum, geminorúmque solstitiorum tempus statum deprehendendum: tum vt facto iam alieno periculo cauti discant, exacta ista intervalla humano artificio captari ac designari non posse; sic vt simili se semper modo habeant: aut vt ex his credant, non modò quot diebus integris, sed etiam quot horis, & quot horarum momentis, exactè Solaris annuus cursus constet & absoluatur, definiri & statui absolutè posse.

N. admonitio ad Mathematicos, de construēdis gnomonibus, eorúmque forma & vsu minimè fallaci, quorsum.

Quòd talia quæuis accurata artificia, sæpe fallant, tamen.

Te verò HENRICE IV. Rex regum optime ac maxime, hoc loco cohortabor, vt in isto per te pacato rerum Gallicarum statu, sedatóque (Deo duce & auspice) bellorum ciuilium, velut sæuæ tempestatis, tumultu & impetu atque procella, quo de Nepruni tridente modo tradunt Poëtæ ac Mythologici; præter cæteras eximias & regias occupationes, regnique iustam & placidam administrationem, & ouilis Gallici tibi à Deo curam traditam ac demandatam; animum istum planè regium ac serenum & splendidum, Alexandrum Magnum imitatus, ad mathematicas has artes applices, & in huius gloriæ partem correctionis anni, socium te & comitem Gregorio Papæ adiungas, ipso cognomine bene ominanti, Boncompagnono: sic vt dici de vtroq. vestrûm iure possit, quod olim Virgilius de suo Octauio gloriosè cecinit,

Diuisum imperium cum Ioue Cæsar habet.

N. correctione anni Gregoriani

Sentio enim ad perfectam anni correctionem, aliquid adhuc deesse, quod tua regalis munificentia facilè faciet. vt quomodo iam olim Iulij auunculi maximos & mirabilissimos conatus, Octauij adiutrix opera plurimùm promouit, & annum bene iam à priore Pontifice Iulio institutum, posterior Pontifex Augustus (erant enim Pontifices pridem, qui & Imperatores) ad suam perfectionem demùm constituit. sic tu summo Pontifici, si non & ipse Pontifex; at facer tamen, & Augustus accedas, anno deinceps planè & perfectè componendo constituendóque & socius & comes futurus. Habes in Gallia & multa & præclara ingenia: habes in Germania huius studij & artis mathematicæ multos coryphæos: quos propositis liberalibus præmiis salariisque, ad huius operis societatem industrios & gnauos operarios facilè euocabis. Interim verò suadeo (quamquam me suasore aut monitore non eges, quum per te sapias satis) vt in ista tua Luparensi regia, aut regiis illis dictis Tegulis, nouo & illustri & regali planè ædificio, quodam loco amplo, edito, aprico, aperto, bene iactis fundamentis, æquabili solo, nec terræ trepidationi obnoxio, vndique constrato lapide quadrato, polito, æquabili, vnito, læui, in orbem circumducta areâ, Gnómonem vel obeliscum excites marmoreum, aut æneum, aut de quacunque dura & viuaci solidáque videbitur materia; procerum, rectum, acuminatum, istorum Ægyptiorum vel Romanorum æmulum, quos antè indicaui, sempiternum tuæ laudis futurum monumentum: cuius ex vmbra crescente, decrescente, consistente, in hanc vel in illam partem vergente; dierum incrementum, ac decrementum, æquinoctiorum & solstitiorum statos dies, ac si fieri possit, horas lineis inductis, vel notis appositis, summa cum animi voluptate cernas inambulans, & in libera animi remissione, lubens atque hilaris lætúsque, nobili cateruâ sepeus circunstante & applaudente ac gratulante, contemplêris.

mancâ dicit, modumque præscribit restituēdi in integrum, à simili.

Laus Gallorum & Germanorum vt in Mathesi, sic in reliquis disciplinis.

Epiphonema in laudem Astrologiæ eximiorum.

Felices animæ, quibus hæc cognoscere primùm,
Inque domos superas scandere cura fuit!
Credibile est illas pariter vitiisque iocisque
Altius humanis exeruisse caput.
Non Venus & vinum sublimia pectora fregit,
Officiúmque fori, militiæque labor.
Nec leuis ambitio, perfusáque pectora fuco,
Magnarúmve fames sollicitauit opum.
Admouêre oculis distantia sidera nostris:
Aetheráque ingenio supposuêre suo.
Sic petitur cœlum: non vt feratur Ossan Olympus,
Summáque Peliacus sidera tangat apex.

N adhortatio ad eosdem, & celebre encomium.

Fast: 1. Macte ingenio este, cœli interpretes, rerúmque naturæ capaces, argumenti reperitores, quo Deos hominésque vicistis! Viri ingentes, supráque mortalium naturam, tantorum numinum lege deprehensâ; & misetâ hominum mente absolutâ! vt egregio epiphonemate in Astrologorum & summorum Mathematicorum laudem exclamat Plinius cap. 12. lib. 2. de quibus hoc in genere præfatus, deinceps cum Aloisio priuatim mihi duco dicendum, & bona cum venia communicandum;

non docendi, ſed diſcendi, vt ingenuè profiteor, ſtudio.

Ergo mi Aloiſi Lili candidiſſime ac floridiſſime, magna eſt profectò laus tua, & omnibus encomiis celebranda induſtria, paritérque extollenda fortuna atque conditio: tum qui acumine ingenij, ea de tenebris erueris, quæ ferè hactenus latuerant: tum qui iam indicata à nonnullis, vt Stoëflerino, & aliis recentioribus, primus orbi Chriſtiano produxeris: tum qui tuæ inuentionis laudatorem & approbatorem, non quemlibet de populo; ſed ſummum Pontificem nactus ſis illum vigilantiſſimum *τοῦ μὴ λαθεῖν ἁμαρτάνοντα*. cuius ſub auſpiciis, anni correctionem aut numeris omnibus abſolutam, aut ad perfectionis culmen proximè accedentem inuulgaſti. Verumtamen ſi mihi licet candidè & verè ac liberè dicere quod ſentio; illud ad laudum tuarum cumulum videtur deeſſe, quòd de æquinoctiis & ſolſtitiis nullam admodùm mentionem feciſti; quo menſis vſitati die, horum vnumquodque hoc æuo contingat. Dixi enim & probaui ex veterum monimentis (plura de mathematicis libris authorum & priſcorum & recentium peteť, cui plus erit otij: nobis neque placuit, neque vacauit nunc quidem plura venari aut indagare) iam olim ex veruſtiſſima obſeruatione, in vigeſimumquintum diem Martij, Iunij, Septembris, Decembris incurriſſe: ſed ex inconſtanti calculo, propter ſubingreſſos dies complures, paulatim ſolitum terminum anticipaſſe: ac ſub Conſtantino Magno, ad 12. Calend. Aprilis, id eſt 21. Martij diem, æquinoctium vernale fuiſſe antegreſſum, circa annum 325. quo tempore œcumenica illa Synodus Nicæna longè omnium famoſiſſima & vniuerſalis eſt celebrata. deinde pluribus elapſis ſeculis, tempore Iohannis Hieroxylini, circa annum Domini 1256. ad diem 15. menſis decubuiſſe. poſtremò à Contareno Cardinale dici ſcribíque (ſi modò verè & exactè) ad diem 10. menſis anteuertiſſe noſtro hoc penè ſeculo: vixit enim ſub Paulo III. circa annum Domini 1540. aut 50. annos vix ante nos, 40. aut 50. ſed malè ſeruata proportione, quatuor dierum in primo illo termino à Iulio ad Conſtantinum, vix intra annos 310. deinde ſex dierum in ſecundo termino, à Conſtantino Magno ad Iohannem illum Sacro-boſcium, fortè intra annos 916. quid enim intermedio tempore acciderit, non memini me legere; ſiue barbaries ea ſecula occupauit; ſiue conquirendis Arabum potiſſimùm ſcriptis mathematicis, aut aliorum quorundam editis hac de re monimentis non incidi: quam curam aliis relinquo, & vltrò moneo vt ſatagant, ac ſuppleant. Porrò vltimus terminus, qui annos circiter 326. continet, totos dies ſex anteuerterit: quod parum ſit veriſimile. Vt Iohannes ille de Sacro-boſco minùs accuratè ſubduxiſſe; noſtri vix dum ſatis exactè rem perpendiſſe, & accuratè ſubduxiſſe calculum videantur, vt ex dictis & dicendis patêre puto. Ego verò correctoribus hanc exiſtimo tacitam curam fuiſſe, vt æquinoctia & ſolſtitia ad eam formam reducerent, in qua extitiſſe notauimus Nicænorum Patrum ſeculo, anno Dom. 325. aut 28. (mallem ad annum vſque Iulium aſcendiſſent, quo dixi priùs modo) Sic enim putabant fore; demptis de medio decem diebus, qui toti ex eo tempore accreuerant: ac poſt illam refectionem factam anno 1582. iuncto poſt illam ſubſtractionem, nono Decembris die ad viceſimum eiuſdem menſis diem immediatè (quo interuallo, decem integri dies continentur) & ſic in poſterum labente annorum curriculo, vt æquinoctium vernum (quod vnum ac ſolum noſtri ſpectarunt, & præcipuum norunt, ac nominarunt) in diem 21. Martij, autumnale autem, in diem 23. Septembris incideret. ſimiliterque ſolſtitium æſtiuum in diem 21. Iunij; hybernum autem in 21. Decembris recideret (namque dato vno, reliqua ferè per analogiam ſequuntur, vt antè dixi) ſic enim ferè trimeſtri ſemper interuallo, æquinoctia ſeſe atque ſolſtitia ſubſequuntur. Licet Sol ſingulis menſibus nouum ſignum in Zodiaco ingrediatur, non primo menſis die; ſed circa decimumquintum. ſunt qui ſeriùs ad 18. vt ex Plinio patuit: ſunt qui celeriùs, ad 10. 12. 14. referant: alij medio quodam & diuerſo dierum numero: ego ad 15. ſuppono; ſic vt menſes ſingulos ſigna ſingula ordine diuidant, ac velut dimidient: & duos integros menſes duobus dimidiatis menſibus, æquinoctia ſolſtitiáque connectant. De iſtis dixi iam antè tum ex aliis, tum ex Plinio, lib. 18. cap. 25. 26. 27. 28. ex quo etiam adiicere nunc placet, ex cap. 19. lib. 2. Sol autem ipſe quatuor differentias habet, bis æquata nocte diei, Vere & Autumno, & in centrum incidens terræ, octauis in partibus Arietis ac Libræ: bis permutatis ſpatiis in auctum diei; brumâ, octaua in parte Capricorni: noctis verò, ſolſtitio totidem in partibus Cancri. Inæqualitatis cauſſa, obliquitas eſt Signiferi; quum pars æqua mundi ſuper ſubtérque terras omnibus fiat momentis. ſed quæ recta in exortu ſuo conſurgunt ſigna, longiore tractu tenent lucem: quæ verò obliqua, ocyore tranſeunt ſpatio. Quem locum aliunde productum, iam antè ex Sacro-boſco expoſui, & nunc breuiter repeto. Dixerunt veteres, quòd Sol intrat nouum ſignum 15. Calend. alicuius menſis (id eſt 17. aut 18. die menſium ſingulorum) & octauo die pòſt, dixerunt eſſe ſolſtitium vel æquinoctium (nempe ſolſtitium æſtiuum, 24. die Iunij: hybernum autem, 25. Decembris: æquinoctium autem vernum, 25. Martij; autumnale verò, 24. Septembris.) Gaza id pridem monuit, anni correctionem neceſſariam inſinuans. Cæterùm de exemptili die (inquiebat) conſideratio ſuſcipienda eſt; & quod viſum fuerit, Latini admonendi ſunt, vt idem amplexantes, annum ſibi corrigant: ſic enim inter nos conueniret. Exemptilis enim die iam longo tempore nulla ratione initâ, ſolſtitia noſtra ætate multò anteuertunt diem menſis ab initio ſolſtitialem conſtitutum. De

Petro

N. allusio ad Gregorij nomen.

N. timidè ac ſenſim probat & arguit errorem Lilij & omiſſionē.

N. diligentia in euoluendis priſcorum libris.

N. indicat ſæpè priſcorum, in reducendis æquinoctiis & ſolſtitiis, vt olim tempore Nicæni Conſilij.

Solſtitiorū ad æquinoctia analogia, in diebus & menſibus, quæ-ſita.

Solis differentiæ quatuor per quaternas anni tempora, quæ-ſitæ & quæ-dam.

Sol quoto menſis die nouum ſignum intret: & quod octauo poſt die, Solſtitium ſit vel æquinoctium, quæritur.

N. arguit Io. Sacrob. calculum vt imperfectū ſed & Recentiorum.

Petro Meſſia memini iam ante. Pierius Valerianus ad Alexand. Farneſium Cardinalem de ſphæra ſcribens, quadam ex parte errauit, quadam autem parte rem acu tangit. Conſtat ab Octauiani Auguſti tempore (ait) ad hanc vſque diem, qui anni fluxêre 36. ſupra mille & quingentos, Solem quatuordecim fermè dies progreſſum. Nam eo tempore, vt obſeruat Plinius (locis à me citatis) brumæ dies 25. Decembris erat; quo die natus eſt Chriſtus aſſertor noſter. Bruma verò, ſi ea eſt ingreſſus Capricorni, nunc eſt, vt plerique ſupputant, ſtatim ab eiuſdem menſis vndecimo. Græci tamen brumam, & tres alios Cardinales, octauo omnes gradu Capricorni, Arietis, Cancri & Libræ ſtatuunt (quam rationem ſequi Plinium iam antea oſtendi) ſed hæc alia eſt conſideratio. Diligẽtiores quidam vndeuiginti dies deprehendêre, qui iam deberent intercalari. Quare niſi annus aliquando corrigatur, vt Leonis X. tempore, ſapientiſſimus auus tuus, maximus hodie Pontifex faciendum cenſebat; futurum olim eſt, vt ſalutis noſtræ natalitij dies, qui brumales olim erant, in vernum tempus inuadant, Paſcha in æſtatem. Hæc ille, ſed quàm verè, & quatenus, ex iis patet quæ antè demonſtraui. tantùm enim abeſt, vt dies 19. intercalari debeant, vt potiùs eximi non tamen toti, debuerint. & qui brumam interpretetur ex Plinio, ipſe viderit: nam & fallit & fallitur, vt antè oſtendi. Iohannes Fernelius, qui æuo noſtro in eximium euaſit medicum, iuuenilibus annis dum mathematicis incomberet (quæ medicinam & ornant & locupletant plurimùm) in hanc mentionem incidit lib. 2. monhaloſphærij cap. ſeu prop. 6. vbi cycli decennouenalis errorum fatetur; & minorem annis 19. Iulianis deputat vna horâ & minutis 28. At iuxta Alphonſum contrà, cyclus Lunaris nouemdecim annis conſtans, annos Alphonſinos 19. vna horâ & minutis 56. ſuperaret. Idem, à Nicænæ Synodi tempore ad ſua tempora, intra annos 1204. ad quatuor propè dies ſuccreuiſſe, admodùm probabiliter colligit illum cyclum Lunarem: & ab eodem anno Nicæni Concilij, ad noſtram hanc ætatem, & annum quo ſcribebat, 1525. anticipaſſe dies paulò minùs vndecim. annum porrò Iulium, vndecim ferè minutis horæ maiorem eſſe quàm ſatis ſit (de aliorum opinione multùm varia & diſcrepanti, iam antè monui: rarus eſt, qui idem cum altero ſentiat) ſic vt annis trecentis ad vnum diem excreſcat cyclus Lunaris: error autem cycli Solaris, ſiue additio intercalarium dierum, intra annos illos 300. ad duos dies & ſex horas adaugeri videatur. cui ego ſententiæ, non Fernelij, ſed Stoëflerini, & multorum virorum doctiſſimorum, volens & ſciens ſubſcriberem: Niſi potiùs, vt dixi, centeſimo quôque anno dies vnus ſuperat: & intra annos 1500. toti quindecim dies accreuerunt. vt quæ olim ſolſtitia & æquinoctia, die menſis 25. incidebat; nunc ex noſtra confeſſione, ad decimum diem anticiparint. Ita vt in iſta correctione anni Gregoriani, non decem modò dies eximendi fuerint, ſed toti quindecim: & decem iam ſublatis, quinque eximendi ſuperſint. Qua ratione, non ad tempora Nicæni Concilij, ſed priſca illa Iulij & Auguſti Cæſarum reuoluemur, nempe 25. die menſium, Æquinoctia & Solſtitia dimenſuri. hæc ego ad Fernelium adiicienda iudicaui. Vnde concludit, & verè (meo quidem iudicio) ni piè Eccleſia tanto ſuccurriſſet errori, quandóque futurum fuiſſe, vt ſacra ſolemnitas Paſchæ menſe tertio aut quarto poſt Martium, primum olim menſem habitum, celebraretur. de quo præcipitio multi etiam alij admonuerunt; quos nunc prudens ac ſciens prætermitto, vt Albertum, Pighium, Stoëflerum, & ſanè complures alios. illud modò dicam; Stoëflerinum illuſtrem mathematicum, non multis antè annis, viam huic errori corrigendo velut præſtrauiſſe; ac præſtruxiſſe, & Aloïſio aperuiſſe: Primùm vt dies verni æquinoctij conſtitueretur; deinde ſeruato & correcto numero aureo, vt cyclus Lunaris fallax aboleretur; reliqua deinde leui operâ, ad veras oppoſitiones, & verum æquinoctium vernum redigerentur ac ſtabilirentur. Enimuerò vt liberè dicam quod ſentio (bona tamen cum ſuperiorum venia, & Patrum blanda correctione, ſi quid dico perperam) Quando ſemel ſuſcipienda fuit neceſſaria Calendarij Romani correctio; vtique adhibitis in id conſilium omnibus omnium nationum doctiſſimis quibúſque Mathematicis, & publico ſumptu peregrinatis, aut publico diplomate conuocatis (quales potiſſimùm fert alítque Germania, & patrum noſtrorum memoria principes tulit Aſtronomos, non iſtos de vulgo Almanachiſtas) negotium tantum támque magni momenti in toto orbe Chriſtiano futurum, ſumma accuratione cautionéque fuit conficiendum; vt nihil eſſet in poſterum, quod noſtra, aut quod poſterorum ætas admodùm poſſet deſiderare (abſolutè enim confici poſſe in omne ænum, mihi quidem non videtur) aut quod exactiſſima trutina, vel momi cuiuſlibet adeo faſtidioſa & ſcrupuloſa calculatio, ſeu Græcè mauis, ἀκριβείας καὶ ἀκριβείας poſſet iure vel reprehendere, vel omiſſum erratúmque deprehendere.

Quamuis autem ingenuos Liliorum conatus (quos eo nomine vel tantò plus diligo, quòd Lilia Francica, ſui candore nominis ac ſuauitate æmulentur; & quòd eam artem profiteantur, quam ego vnicè amplector & colo) plurimùm probem, ac ſummoperè dilaudem, neque parem gratiam putem illis à poſteris, ſuóque dignam labore referri poſſe: Tamen vnum eſt hoc poſtremum, quod monere vel percontari non verebor, & adhibita ratione atque hiſtoriâ, cum hominibus rationis optimæ comporibus, & hiſtoriæ tum ſacræ & Eccleſiaſticæ, tum gentilis & prophanæ apprimè gnaris, ingenuè ac modeſtè, non docendi (quod arrogantiæ crimen à me ſum iam amolitus) ſed diſcendi & communicandi gratiâ paulò copioſiùs & enucleatiùs diſſerere. Atque vt res, qua de agitur, cæteris fortè hæc aliquando lecturis innoteſcat; hiſtoria primùm ſic eſt breuiter & ſummatim concipienda, quæ

N. de Pierio ſententia, & quo tempore floruerit.

Bruma quid & quo menſis die.

Quid incõmodi ex errore calendi ſubſequatur.

Cyclus Lunaris 19. malè conflat Alphõſo: & quo ſeculo floruerit.

N. ſi ſuadeque ſubdit maiorum cenſura.

N. quæritur ad eximi correctionem, non fuiſſe adhibitos eximios omniũ gentiũ Mathematicos: quorſum.

N. cur Liliis tantos pere laudet & probet.

N. modeſtè cum Liliis expoſtulat.

N. accedit paulatim ad historiã instituti Cœtũ Nicæni, & quorsum.

pluribus & verbis & capitibus & libris in tota historia Ecclesiastica, tum apud Eusebium, tum apud Nicephorum, tum apud Rufinum, tum apud tripartitæ historiæ authores, Socratem, Sozomenum, Theodoritum identidem repetitur ac disceptatur, præcipuéque Eusebij lib. 5. Nicephori lib. 4. capitibus vltimis, & lib. 12. atque historiæ Tripartitæ lib. 2. cap. 12. & deinceps sequentibus multis. Vbi autem historia patuerit, eiúsque ratio innotuerit, tum ad Lilios nostra speciatim conuertetur oratio, præcipuè ad Canonem VI. qui de festis mobilibus inscribitur. quo confecto negotio, ad meos medicos, & parturientes mulierculas interim quiritantes, postmodùm regrediar, de anno menstruo & Lunari, & quæ videbuntur huic tractationi necessaria, subiuncturus.

Propositio discedendi.

Causa conuocati pridem Concilij Nicæni ad Paschæ diem cõstituendum.

Fuit igitur iam olim grauis & seria contentio inter viros Ecclesiasticos maiores nostros excitata, de solemni & perpetuo ritu celebrandi Paschatis. cuius prima quidem iam olim talis quædam fuit (vt rem à capite arcessam) à Prophetæ ex diuino præcepto promulgata institutio. Moses accepto Dei iussu, egressurus de Ægypto, & populum Israëliticum post annum captiuitatis Pharaonicæ 430. liberaturus, ad perpetuam rei & beneficij tanti memoriam, præcepit filiis Israël, vt mense anni primo (qui & mensis nouarum frugum est ac dicitur, ibi maturiùs, ob regionis & climatis æstum, quàm apud nos exortarum) decima die mensis, per singulas familias, quæ agno edendo sufficiant, agnum masculum anniculum sine macula, similiter & hœdum sibi comparent, seruéntque ad diem mensis eiusdem decimum quartum: quem vtrumque sub vesperam decimiquarti diei immolent; & de sanguine eius, vtrumque postem ac superliminaria, hyssopi fasciculo madente illinant: carnes autem assas igni, nocte illa, & azymos panes cum lactucis agrestibus edant, edendóque sic consumant, vt nihil reliquiarum in diem posterum supersit: aut quicquid erit reliquum, igne comburant: neque demùm tota nocte illa pedem domo efferant. ritus comedendi mirificus præcipitur. septem diebus azyma præscribuntur. dies prima, itémque septima, pari veneratione celebratur, interdicto omni opere. ritus in perpetuum sancitur. eodem die populus de terra Ægypti emigrat. omne primogenitum Ægyptiorum ab homine ad pecus interficit Dominus. sanguinis illiti signum Hebræos tuetur incolumes; Angelo exterminatore & percussore, domum signatam confestim intactam pertranseunte. vnde Paschæ seu Phasæ appellatio Hebræis, quæ πάσχειν à Græcis; à Latinis, transitus exponitur. Denique primo mense, quartadecima die mensis à vespera, vsque ad vicesimamprimam eiusdem mensis vesperam sequentem, per dies totos septem continuos, azyma edenda iubentur (id est ἄζυμος ἄρτος ἢ ἀΐδιος ζύμης, panis sine fermento, contra Græcorum & Orientalis Ecclesiæ ritum atque institutum) Estque hæc victima, transitus Domini (ideo Phasè aut Pascha denominatur) quoniam percutiens Ægyptios, signatas agni sanguine domos filiorum Israël (opinor ligno תו † aut Hebraïcæ literæ vltimæ in Alphabeto Hebraïco, cognominis quidem, sed bifurcatæ, vt cernis ת siue T) pertransiit illæsas. Hæc mihi quidem summa videtur historiæ, de institutione sancti Paschatis, descripta copiosè Exodi cap. 12. nam cap. 13. id modò repetitur; Septem diebus vescêris azymis: & in die septimo, erit solemnitas Domini. & Leuitic. cap. 23. Mense primo, quartadecima die mensis, ad vesperam, Phasè Domini est. septem diebus azyma comedetis. quod iisdem verbis repetitur Numer. 28. sed cap. 16. Deuteronomij, quum eandem sanctionem repetit, tum mensem apertiùs designat, & nouarum frugum, & verni primùm temporis. Ex quo, Samaritani, qui præcipuè tempora secundùm constitutiones Mosis obseruant, non priùs festum hunc diem peragunt, quàm nouos fructus crescentes conspiciant. Nouarum enim (inquiunt) frugum festum in lege dicitur: vt id celebrare, antequàm illi appareant, nefas sit. Proindéque vernum æquinoctium ferias eas præcedere necessariò debet. vt scribit Nicephorus cap. 32. lib. 12. Iosephus Iudæus de Paschali festo multa quidem sacris Bibliis consentanea refert, qui & sacerdos, & princeps in sua Repub. extitit: quem tamen mihi nunc duxi prætermittendum. Iam verò hæc in figura patribus contingebant, & verum Pascha designabant; de quo sic Paulus 1. Corinth. 5. & ex eo quidem Origenes cap. 34. lib. 12. apud Nicephorum: Pascha nostrum immolatus est Christus. vtique nobis epulandum (vt idem Paulus subiicit) non in fermento veteri, neque in fermento malitiæ & nequitiæ; sed in azymis synceritatis & veritatis. Quale autem sit Christianorum Pascha, & quo ritu vel die celebrandum, grauis (vt dixi) iam olim cum primis fuit apud maiores nostros quæstio: de qua dicere nunc aggredior, sed summam longioris historiæ & controuersiæ, ex longiori oratione breuiter, si potero, subducturus: sic autem proponit Eusebius lib. 5. capitibus 22. 23. 24. 25. & post eum Nicephorus capitibus 36. 37. 38. 39, lib. 4. & cap. 32. 33. 34. lib. 12. ne de aliis repetam istos authores secutis.

N. obiectura de signo ab Angelo impresso.

Origo eiusdem Concilij vnde.

Paschæ primum quo die & mẽse olim institutum & quorsum.

Azymorum dies quo ritu celebrandi, & quare.

Iosephi Iudæi dignitas.

Vera Paschæ Christianorum, Christus & quomodo epulandus.

N. summa historiæ de celebrando olim paschate.

Quum Victor Romæ præesset Episcopus, sub Commodi incommodo principatu, Demetrius Alexandriæ, Serapion Antiochiæ, Narcissus Hierosolymis (quæ quatuor primariæ ex decreto Nicæni Concilij, censentur Ecclesiæ, Rufini lib. 10. cap. 6.) in Asiæ prouinciis hæc excitatur quæstio; An quartadecima Lunâ, Paschа sit obseruandum; quo tempore Iudæis agnus præcipitur immolandus; quacunque tandem die septimanæ, Luna decimaquarta veniret. Concilium Romanum & Cæsariense, nonnisi die Dominico celebrandum Pascha decernit: Polycrates Ephesius Episcopus acceptum à maioribus morem tuendum profitetur, & Pascha 14. Luna celebrandum contendit, & maiorum authoritate comprobat.

Azyma quot diebus & quibus edenda sint & vnde dicantur.

cuius ſequaces etiam nunc Τεσσαρεσκαιδεκατίται, Quartadecimani ſeu Quartordecimani inde cognomen, à ſchiſmatis inſigni nota retulerunt: & à Victore Rom. Pontif. excommunicantur. Cuius tamen impetui ſeſe Irenæus Lugdunenſis Epiſcopus opponit, pacem Eccleſiæ, ex nominis ſui etymo (εἰρήνη enim, pax Græcis dicitur) conſeruare ſtudens. Et verò idem, Paſcha die Dominico celebrandum, diuerſo à Iudæis ritu, aſſentitur, vt formâ, ſic & immutato tempore. ſed ob iſtam diſſenſionem circunſtantiæ temporis, non eſſe tot viros alioqui fideles, à communione Chriſtiana remouendos ducit; quum veruſtæ & Apoſtolicæ conſuetudinis traditionem alioquin integram obſeruent. vſus & hac præclara & pacifica ſententiâ: quam ſi noſtri æui homines forent ſecuti, tot annis de religione non eſſet tam atrociter, támque immaniter bello ciuili dimicatum. ſic autem ille omnino præclarè & pacificè; ὁ διαφωνία τῆς νηστείας, τὴν ὁμόνοιαν τῆς πίστεως ἐνίκησεν. Ieiunij diſſenſio, fidei conſenſum confirmat. cuius ſententiam planè ſalubrem & pacificam Baptiſta Mantuanus lib. 1. Faſt. carmine ſic expreſſit:

Conſenſio Irenæi cum Rom. in quo & vbi diſſentiat.

N. eſſentitur Irenæi pacifico conſilio, aduerſus ſanguinarios ſectarios.

—— concedere Roma
Debuit, aiebat, potiùs quàm rumpere pacem:
Humani quæ iuris erant: modò ſalua maneret
Lex diuina, fides Chriſti, doctrina, Senatus
Quam primus tulit ore ſuo: quia tradita ab ipſo
Chriſto erat, humana doctore & lumine vitæ.
Nec curandus erat morum conſenſus in vnum
Vſque adeo, dixit. ——

Nota modũ pacificandi tumultus, ob Religionẽ, ſub quibus conditionibus.

Sic quod ratio ab initio non perſuaſit, id longa dies ſenſim poſtea perfecit, vt docet epiſtola Nicænæ Synodi ad Alexandrinos & Ægyptios ſcripta apud Theodoritum cap. 12. lib. 2. hiſtor. Tripar. & apud Nicephorum lib. 8. cap. 24. & cap. 34. lib. 12. Placet autem Anatolij Epiſcopi Laodicææ, viri doctiſſimi audire ſententiam ex cap. 28. lib. 7. Euſebij hiſtor. Eccleſiaſt. & quid ille de Paſcha ſenſerit. Eſt ergo (inquit) in primo anno initium primi menſis, quod eſt decem & nouem annorum circuli principium, ſecundùm Ægyptios quidem menſis Phamenoth viceſima ſextâ die; ſecundùm Macedones, Dyſtrimenſis viceſima ſecundâ: ſecundùm Romanos verò, vndecimo Cal. Aprilis (hic menſis dicitur Hebræis Niſan) cuius 14. Lunâ celebrabatur Paſcha, vt poſtea repetam. In qua die Sol inuenitur non ſolùm conſcendiſſe primam partem, verùm etiam quartam (Arietis ſcilicet) iam in ea die habere: id eſt, in prima ex duodecim partibus. Hæc autem (Zodiaci nempe) particula prima ex duodecim (qui eſt Aries) vernale eſt æquinoctium. & ipſa eſt initium menſium, & caput circuli, & abſolutio curſus ſtellarum, quæ πλάνης, id eſt vagæ dicuntur; ac finis duodecimæ particulæ, & totius circuli terminus. Et ideo non parum dicimus delinquere eos, qui ante initium hoc noui anni, Paſcha putant eſſe celebrandum. quod authoritate Philonis & Ioſephi adſtruit: atque adeo Agathobúli & Ariſtobúli, vnius de 72. bibliorum interpretibus. ex quo & hoc inſigne colligitur; Quum duo ſint æquinoctia, veris & autumni, æquis ſpatiis dirempta: & 14. die menſis primi ſit ſtatuta ſolemnitas poſt veſperam, quando Luna Soli oppoſita è regione deprehenditur, ſicut etiam oculis probare licet: inuenitur vtique vernalis æquinoctij partem Sol obtinens; Luna verò è contrario, autumnalis. Vnde concludit, in die Paſchæ, non ſolùm obſeruandum eſſe, vt Sol æquinoctium vernale tranſcendat, verumetiam Luna. vbi & hoc potuiſti obſeruare, Anatolio æquinoctium vernum, iuxta Rom. tum dici II. Calend. April. quum tamen eodem tempore Patres Nicæni Concilij conſtituant 12. Cal. April. alij autem ante diem Cal. Aprilis, Niceph. cap. 32. lib. 16. Deinde Lunam 14. non à luminarium coïtu, verùm à die prima poſt eorum coïtionem ſupputari ſoliti: qua tamen luminarium eſt oppoſitio. quartamdecimam enim Theophilus oportere cenſuit videri, cùm pleno orbis ſui circulo, eodem momento oritur, quo Sol occidit. huic enim antiſtiti Eccleſiæ Alexandrinæ, Theodoſius Imperator curam olim commiſerat huius diſſidij componendi, circa annum Dom. 390. vt eius ſcripta declarant. Cuius anteceſſor Dionyſius quadam epiſtola iam antè cauerat, Paſcha non aliàs, quàm æquinoctio verno celebrari oportere, Nicephori lib. 6. cap. 18. De Nouatianorum & Sabbatianorum ritu nihil habeo neceſſe dicere ex c. 37. lib. 9. hiſtor. Eccleſ. nihil denique de hæreſi Montaniſtarum Paſcha celebrantium 8. Idus Aprilis: quaſi eôdem decimaquartâ Luna concurrat: à qua, vſque ad 21. Paſcha olim celebrabatur, vt ſcribitur eiuſdem libri cap. 39. & ex eadem repetit Nicephorus præcipuè cap. 31. & 32. lib. 12. ſecutus vt aliàs paſſim, Euſebij doctiſſimi ſententiam, & ad verbum æmulatus hiſtoriam. quod tamen ſequitur, potiùs ab hiſtorico dictum, quàm à Concilio & Synodo decretum eſt accipiendum. Mihi ſanè (inquit) non rectè feciſſe videntur, qui olim de feſto hoc die tantoperè diſſidentes contenderunt: multò verò minùs, qui hac in parte Iudæos ſibi imitandos eſſe ſtatuerunt. Sed illis (vt opinor) in mentem non venit, quòd Iudaïſmo in Chriſtianimum mutato, ex neceſſitate quadam, figuræ, rei ipſi ceſſerunt: ſicuti hoc inde ſatis conſtabit. Nulla namque Chriſti lex Chriſtianis vt iudaïzent, præcipit: præcipit autem? imò potiùs id prohibet, quemadmodum diſertis verbis diuinus Apoſtolus ſanxit, non ſolùm de circunciſione, quæ legis eſt caput, vetans; verumetiam de diebus feſtis cohortans, vt nequaquam diſceptantes (ſeu diſcrepantes) ſegregemur. & ad Galatas ſcribens; Dicite mihi (inquit) qui ſub lege eſſe vultis, legem non auditis? vbi admonet non eſſe obſeruandos dies & annos. & ad Coloſſenſes; Nemo vos iudicet in cibo, aut potu, aut in parte diei feſti. aut neomeniæ, aut ſabbathi, quæ ſunt vmbra futurorum. ad Hebræos autem hæc omnia veluti ſigillo confirmans, dicit; Tranſlato enim ſacerdotio, neceſſariò etiam legis tranſlatio ſubſecuta eſt. Satis igitur liquet, neque ſacrum Euãgeliorum

Anatolij Epiſcopi ſententia de feſto Paſcha, varia apud varios gentes.

Dies Paſcha poſt æquinoctiũ Solu & Lunæ eſſe debet.

Luna 14. vnde æſtimanda.

Nicephorus Euſebij ſimius.

N. Improbat Nicephori ſententiam.

Quòd Chriſtiani non tentantur Iudaïzare, in quo.

librum, neque diuum ipsum Apostolum, Christianis iugum seruitutis legis imposuisse: sed vt & Pascha, & reliquos festos dies honorificè, quandocunque eis visum esset, peragant, animi gratitudini eorum, qui beneficio sunt affecti, reliquisse. Proinde quia homines maximè ferias amant, à laboribus in eis conquiescentes; tum sicuti cuique visum erat, in regionibus passim consuetudine quadam per traditionem accepta traducti, salutiferæ passionis memoriam colentes celebrarunt. Neque enim vel Seruator ipse, vel eius discipuli, lege vlla id obseruandum esse statuerunt. sed neque in eum, qui hoc ita non perageret, condemnationem, aut pœnam, aut execrationem, sicuti Mosæ lex facere solita erat, vel Euangelica, vel Apostolica scripta induxerunt, aut comminati sunt. Diui verò Euangelistæ, Mosaïci Paschæ festi obiter mentionem fecere. Ipsis autem sanctis Apostolis consilium illud propositum non fuit, vt sibi de diebus festis iudicium sumerent, aut de eis leges ferrent: sed potiùs Deo gratam vitam, virtutem, & veram erga Deum pietatem traderent atque inducerent. Mihi quidem videtur, quemadmodum alia plurima pleriſque in locis suam obtinuêre consuetudinem; ita id quoque de Paschæ festo accidisse; quod ex more quodam apud gentes, quæque suam habuit obseruationem. vt satis manifestum est, neminem Apostolorum quicquam de festo hoc die, legis sanctionem statuisse. Hæc paulò prolixiùs illic Nicephorus; & sanè paulò liberiùs, quàm vt historiographum decet, suam interponens in tam ardua disceptatione sententiam; quæ ex Concilij decreto potiùs petenda fuerat. Et verò magis consentaneum esse videbatur, vt quando plures Ecclesiæ in eam sententiam venerant, vt certo die Pascha celebraretur, eóque à Iudæis diuerso, hanc determinationem reliquæ sequerentur; quàm vt suo cuique arbitrio libertas esset ac relinqueretur, Paschatis quonis diei ac mensis indefinito tempore celebrandi. Vt enim hoc concedam, tres partes in lege Mosaïca spectari oportere; penes morum, ceremoniarum & iudicij rationem forique distinctas; duásque posteriores, lege & morte Christi abolitas esse, aut saltem minimè necessarias homini populóque Christiano. Tamen vbi semel Ecclesiæ consensus intercessit; tutius esse & salubrius videtur ab hac parte stare, quàm pro suo cuique arbitrio & libidine, omnia moliri, & priuatæ consuetudini moribúsque indulgere. Quæ ratio, non modò in Paschali ritu, sed etiam diei Dominicæ, & Natalis Domini, & aliorum dierum festorum ac profestorum stato circuitu & periodo definitâ locum habere videtur. Et hoc mihi breuiter aduersus Nicephori *ἀδηφαγίαν* dictum sit. ex quo postquàm etiam hoc adscripsero, ad cætera transibo. Neque verò, quemadmodum multorum sermonibus fertur, magna illa sub Constantino Nicææ celebrata Synodus, eiuscemodi diei Paschæ celebrandi errorem induxit: sed ipse potiùs diuus Constantinus paucos illos, qui à recepta obseruatione dissentiebant, literis suis cohortatus est, vt partem maiorem sequerentur: & eam imitantes, eodem modo cum illa festum diem peragerent. vbi epistolam Imperatoris subiectam offendes, c. 53. lib. 12. sapientérque à Victore & Polycarpo extinctam illam de Paschali festo contentionem; & de communi consilio statutum, vt quique sicuti assueuerant, festum diem ageret; mutuam autem communionem ne rescinderent. Stultum quippe videri, consuetudinem eiusmodi variantium gratiâ, à mutua coniunctione discedere; quum eis, de rebus religionis præcipuis, per consentientem concordiam conueniret. vnde concludit, post multa etiam capite sequenti 54. vltrò citróque agitata; Nunc verò diuina suppeditante gratiâ, impedimentis & dissensionibus omnibus, temporis cursu sublatis, concordibus sententiis apud omnes in Ecclesiis Christi, festus dies celebratur. Hæc ferè sunt, quæ de veteri Paschæ ritu & obseruatione, tum quæsita anxiè, tum stabilita prudenter feruntur. quæquidem quum nõdum satis essent explicita; Ita placuit tandem posteris Ecclesiæ Catholicæ proceribus ac primatibus, primum secutis Nicæni Concilij decretum; sub tribus istis conditionibus; Vt proximâ die Dominicâ, vt post plenilunium proximum, vt ab æquinoctio verno (quod tunc erat 21. die Martij) *τὴ ἡμέραν*, Paschalia pro transitu sacrificia festáque à tota Ecclesia Christiana celebrarentur. abolito interim veteri more Iudæorum & iudaïzantium, qui 14. Luna suum Phasc, iuxta morem priscum illum Mosi præscriptum obseruabant; quicunque is tandem dies foret, vel adeo profestus, neque Dominicus: sic enim etiam D. Augustinus ad inquisitores Ianuarij rescripsit.

Posteà verò re diligentius expensa & pensitata, decretum est, ne Pascha ante 14. Lunam celebraretur. ideóque si plenilunium contigerit esse die Dominica, aut die sabbathi, qui à meridie inchoaretur, vt transferretur Paschalis solemnitas ad proximam diem Dominicam post dies octo consequentem, vt ipse D. Ambrosius, epistolâ ad Episcopos Æmyliæ confirmat. Non tamen (opinor) quòd ipsa illa 14. Luna, vllo modo sequi posset Pascha Christianorum, quod post 21. Martij diem, proximo die Dominico à plenilunio celebrandum statuebatur (quomodo enim decimus quintus vicesimum primum diem mensis eiusdem sequatur?) Sed quia celebrandi Paschatis Iudaïci dies numerantur 7. à 14. Luna ad 21. in hunc postremum diem, 21. Phasc Iudaïci vltimum, forte Dominicâ ab æquinoctio verno post plenilunium proxima, vel potiùs in ipso plenilunio eiusdem dici contingens, Pascha Christianorum cum Iudaïco coniungeret, vno & eodem vtrumque die 21. Martij celebrandum. quem diem septimum & vltimum Paschalis festiuitatis, Iudæi pari celebritate & sanctimoniâ cum primo die colunt, id est, 14. & 21. vt ex cap. 12. Exodi ostendimus. Sic enim solui hoc dubium de die Paschæ ante 14. Lunam, debuit: alioquin absurda correctio

Quod dies Paschæ & festi reliqui non debuit celebrari ciũ Iudæo.

Apostolorũ cura in præceptis tradendis.

Quod Pascha celebrãdi dies consuetudinem sequatur. N. negat.

N. contra Nicephorũ, & libertatẽ celebrandi Paschatis: & quòd sequenda authoritas & consuetudo pluriũ & melior.

N quod Ecclesiæ consensus sequẽdus sit, & vbi passim.

Quòd Nicæna Synodus errorẽ de Pascha non induxit.

Quod Synodus non inserit certo die Paschã celebrãdum. N. negat.

Dies Paschæ idem apud omnes, eodẽ tempore. Nota.

Augustini resolutio per quæstionẽ propostã. Cui N. acquiescit.

N. solutio de ritu Iudaïco per dies 7 celebrandi.

N solutio dubij de die Paschæ ante 14. Lunam.

Digitized by Google

videretur, & inanis metus eorum, qui ne 21. dies anteuertat 14. diem, reformidant. similiter quæ in tota historia ambiguè dicta sunt, solerter ac prudenter sunt distinguenda, vt partim feciſſe, partim facturi nobis videmur: si modò quod conamur, σκοπὸν assequimur. Neque verò dissimulandum aut tenendum fuit hoc miraculum, quod Paschasinus episcopus Constantinopol. Leoni Papæ Rom. rescribit, his verbis; Quædam possessio vilissima, Meltinas appellatur, in montibus arduis ac syluis densissimis constituta: illicque perparua atque vili opere constructa est ecclesia. in cuius baptisterio, nocte sacrosancta paschalis baptizandi horâ, cùm nullus canalis, nulla sit fistula, nec aqua omnino vicina, fons ex his repletur: pauciſque qui fuerint, consecratis, cùm deductorium nullum habent, vt aqua venerat, ex seſe descendit. quo miraculo deprehensus est error, qui contigit sub Zosimo Papa in anticipatione celebrati paschatis: cùm tamen fons ille nonnisi 10. Cal. Maij eruperit.

Quæ quum ita sint, deinceps mihi tecum, ô floridissime & suauissime Lili, sermo futurus est, & amica atque benenola ζήτησις ac disceptatio, non reprehendendi, vt sæpe sum professus, sed tecum addiscendi studio: neque vanitatis consectandæ, sed veritatis inuestigandæ desiderio. Sic igitur scribis Canone 6. de festis mobilibus inscripto. vtar enim tuis verbis & distinctis, & sanè κανονικῶς. Quoniam (ais) ex decreto sacri Concilij Nicæni, Pascha, ex quo reliqua festa mobilia pendent, celebrari debet die Dominico, qui proximè succedit 14. Lunæ primi mensis (is verò apud Hebræos vocatur primus mensis, cuius 14. Luna cadit vel in diem verni æquinoctij. quod die 21. mensis Martij contingit, vel propiùs ipsum sequitur) efficitur, vt si Epacta cuiuslibet anni inueniatur ex Canone 2. ab ea in Calendario notata inter diem octauum Martij inclusiuè, & quintum Aprilis inclusiuè (huius enim epactæ, 14. Luna cadit vel in diem æquinoctij verni, id est, in diem 21. Martij, vel cum propiùs sequitur) numerentur inclusiuè deorsum versus, dies quatuordecim: proximus dies Dominicus diem hunc 14. sequens (ne cum Iudæis conueniamus, si fortè dies 14. Lunæ, caderet in diem Dominicum.) sit dies Paschæ. Deinde addis, Anno 1585. (exempli gratiâ) epacta est 29. & litera Dominicalis F: & quoniam inuenio epactam 29. inter diem 8. Martij, & 5. Aprilis, inclusiuè positam esse è regione diei 1. Aprilis; à quo inclusiuè si deorsum versus, numerem 14. dies, inuenio 14. Lunam die 14. Aprilis, quæ est Dominica, quum è regione illius sit litera Dominicalis F. Ne igitur cum Iudæis conueniamus, qui Pascha celebrant die 14. Lunæ: sumenda est litera Dominicalis F. quæ sequitur 14. Lunam. nempe ea, quæ è regione diei 21. Aprilis collocatur. atque adeo Pascha eo anno celebrandum erit 21. Aprilis. Item anno 1592. epacta est 16. & duplex litera Dominicalis e, d, quum annus ille sit bissextilis. Si igitur ab epacta 16. quæ è regione diei 15. Martij ponitur, inter diem 8. Martij, & 5. Aprilis inclusiuè, numerentur inclusiuè dies 14. cadet 14. Luna in diem 28. Martij. Et quia tunc erit posterior litera Dominicalis, nempe d, quæ post diem 28. Martij, id est, post 14. Lunam collocata est è regione diei 29. Martij, celebrabitur eo anno Pascha die 29. Martij. Item Canone 2. de epactis & nouiluniis; Quòd si quando epactæ per dies Calendarij distributæ indicent nouilunia paulò seriùs, quàm res postulet; mirandum non est, cùm maturo consilio ita sint dispositæ. Quum enim nullus cyclus Solaris ad vnguem calculo astronomico respondere possit, sed modò citiùs, modò tardiùs nouilunia indicet: data est diligenter opera in distribuendo cyclo triginta epactarum in Calendario, vt potius nouilunia seriùs aliquando per epactas demonstrentur, quàm vt aliquando sedes suas anteuertant: Ne cum Quartadecimanis hæreticis sacrosanctum Pascha vel in 14. Luna, vel antè celebretur. Adeò vt propter celebrationem Paschæ, maior sit habita ratio 14. Lunæ, vel plenilunij, quàm nouilunij. Neque magni refert, si aliquando (quod rarò tamen accidit) propter hanc nouilunij postpositionem, contingat Pascha celebrari post diem 21. Lunæ: minus enim hoc peccatum est, quàm si ante diem 14. Lunæ celebretur, vel in vltimo mense, quod esset absurdissimum. Hæc ad verbum Lilius scripsit: quæ nunc subtiliùs placet excutere, tum ad rei veritatem inquirendam, tum ad historiæ obscuritatem illustrandam.

Festa mobilia pendent à Paschate.

Primus mensis Hebr. quis sit.

Ab exemplo ex hypothesi.

Cautione Christiani, Pascha celebrent cum Iudæi, 14. Luna.

Alterum exemplum ex hypothesi.

Quòd si epactæ indicent nouilunia seriùs quàm par sit, quid agendum.

Potior ratio Lunæ 14. vel plenilunij quàm nouilunij, quæ detur.

Satius esse post 21. Lunam, quàm ante 14. Paschæ celebrari.

N. examen dictorum.

Primùm igitur de decreto sacri Concilij Nicæni, nos copiosissimè ex historia Ecclesiastica transegimus. Quòd autem primus mensis hîc dicitur apud Hebræos habere, cuius 14. Luna vel cadit in diem verni æquinoctij, vel propiùs ipsum sequitur: id quidem definiri alia quadam ratione debet, quam & iam obiter attigimus: sed & hoc sic est generaliter accipiendum. Apud diuersas nationes diuersus fuit anni mos inchoandi. nam de Romanis id constat, à Romulo ad Numam vsque, initium anni à Martio ductum fuisse, quum annus Romuleus decimestris foret. sed additis duobus à Numa mensibus, principium anni à Ianuario ducere cœpit, sicuti tota Romana testatur historia: quod nec Ouidium latuit, Fastos Rom. describentem: sic enim lib. 1.

Tempora digereret quum conditor vrbis, in annum
Constituit menses quinque bis esse suo. & mox,
At Numa nec Ianum, nec mitia præterit vuæ
brea:
Mensibus antiquis præposuitque duos.

& paulò pòst,

Bruma, nouo prima est veterisque nouissima Sa-
lio:
Principium capiunt Phœbus & annus idem.

& quæ ibidem multò plura disquiruntur, & longo dialogismo doctè & acutè disceptantur. Noluit verò Sacroboscius, Numæ correctionem probare non potuit, causſámque istam subdidit lib. de anni ratione: Licet igitur Numa annum ex 12. mensibus fecerit: diminutè

tamen egit, quoniam menſes aſſumpſit luna-
res. vnum ſcilicet 30. dierum, & alium 29. die-
rum. vnde annus eius conſtabat ex 354. diebus:
qui numerus dierum non ſufficit curſui Solis.
Sequens igitur Iulius Cæſar, vltimam Calen-
dario apponens correctionem, vndecim dies
adiecit & quadrantem. vnde annus Iulij con-
ſtabat ex 365. diebus & ſex horis. de quo patuit
antea, ſicuti & de anno multiplici iuxta eun-
dem Sacroboſcium: cui nec ignotus hic fuit
Ouidij locus; ſic enim eodem libello; Notan-
dum igitur, quòd ſecundùm diuerſos, diuerſa
ſunt anni principia. Numa enim Pompilius an-
num ſuum incipit à ſolſtitio hyemali: quoniam
tunc ad nos Sol aſcendere incipit (vbi adſcribit
duos illos Ouidij verſus, Bruma noui, &c.) Ro-
mulus verò annum incepit à Martio, iuxta æ-
quinoctium vernale: quia tunc omnia virent
& florent. Hæc ille; nam cætera fortàn alibi.
Quando autem ſemel hanc diſtinctionem ſu-
mus ingreſſi, lubet rem pluribus teſtibus com-
probare, & iſtam annorum differentiam, plu-
rium ſuffragiis authorum comprobare. Plinius
lib. 7. cap. 48. Annum alij æſtate vnum deter-
minabant, & alterum hyeme: alij quadripar-
titis temporibus, ſicut Arcades, quorum an-
ni trimeſtres fuêre: quidam Lunæ ſenio, vt
Ægyptij. itaque apud eos aliqui & ſingula mil-
lia annorum vixiſſe produntur. Macrobius Sa-
turnal. lib. 1. cap. 13. poſtquàm annum Romuli
explicuit, decem menſium, & dierum 304. ne-
que Solis, neque Lunæ curſui quadrantem, &
anni tempeſtates confundentem: mox de Pom-
piliano anno ſubiicit; quinquaginta diebus au-
ctiore, & dies 354. Lunares menſes 12. comple-
ctente, more Græcorum, & intercalarem ad-
mittente, quum tamen ſolaris annus 365. die-
bus compleatur, addito inſuper diei quadran-
te, vt ſupponit, & nos antè diſcuſſimus. ſed
cap. 12. eiuſdem libri, Anni certus modus (in-
quit) apud ſolos ſemper Ægyptios fuit: alia-
rum gentium diſpari numero, pari errore nu-
tabat: & vt contentus ſim referendo pauco-
rum morem regionum; Arcades annum ſuum
tribus menſibus explicabant: Acarnanes ſex:
Græci reliqui, 354. diebus annum proprium
computabant. Non igitur mirum, in hac va-
rietate, Romanos quoque olim authore Ro-
mulo, annum ſuum decem habuiſſe menſibus
ordinatum. & quæ ille multò pluribus diſſe-
rit. Herodotus hiſtoriæ parens, lib. 2. ſic iam
olim ſcripſerat; Quæ autem humanarum re-
rum ſunt, hæc ita referebant; inter ſe conſta-
re, omnium hominum primos Ægyptios an-
num comperiſſe, diſtinguentes eum in duo-
decim temporum menſes; idque comperiſſe
ex Aſtris: eò ſcientiùs, vt mihi videtur, hoc
agentes, quàm Græci; quod Græci quidem ter-
tio quoque anno intercalarem menſem intro-
ducunt temporis gratiâ: Ægyptij verò trice-
nis diebus, quibus duodecim menſes taxant,
adiiciunt huic numero quotannis quinos dies:
vnde eis ratio circuli temporum conſtat eôdem
redeuntis. quam obſeruationem Diodorus Si-
culus Thebanis aſſignat lib. 1. Laërtius Thaleti,
vt patuit: Ioſephus rectiùs, Hebræis primis ve-
tè & antiquiſſimis aſtrorum contemplatori-
bus. Solini iam antè meminimus, qui cap. 3. de
anni correctione & conſtitutione, multa diſ-
ceptat, præcipuè ex Numæ & Cæſarum decre-
to: vbi & hoc repetit: Ante Auguſtum, incerto
modo annum computari ſolitum: quia apud
Ægyptios, quatuor menſibus terminabant: a-
pud Arcades, tribus: apud Acarnanes, ſex: in
Italia apud Lauinios, tredecim; quorum an-
nus, 374. diebus ferebatur. vbi ſtatim de Ro-
manis ſubiungit antè à me propoſita vſpiam.
Cenſorinus Romanus author perdiligens, ca-
pitibus aliquot, anni differentias perſequitur.
ſic autem ille cap. 19. Veteres in Græcia ciui-
tates quum animaduerterent, dum Sol in an-
nuo curſu orbem ſuum circuit, Lunam no-
uam interdum terdecies exoriri, ſdque ſæpe
alternis fieri; arbitrati ſunt Lunares duodecim
menſes & dimidiatum, ad annum naturalem
conuenire. Itaque annos ciuiles ſic ſtatuerunt,
vt intercalando, facerent alternos duodecim
menſium, alternos tredecim. vtrumque an-
num ſeparatum, vertentem; iunctos ambo,
annum magnum vocantes. vbi de anno ma-
gno longè plura, per totum deinceps caput.
idem cap. 16. Annus vertens eſt naturâ, dum
Sol percurrens 12. ſigna, eôdem vnde profe-
ctus eſt, redit. hoc tempus quot dierum eſ-
ſet, ad certum nondum Aſtrologi reperire
potuerunt. Philolaus annum naturalem dies
habere prodidit trecentos ſexaginta quatuor
& dimidiatum. Aphrodius 365. & dierum duo-
rum & viginti partem vndeſexageſimam. Har-
palus autem 365. & horas æquinoctiales trede-
cim. At noſter Ennius, 366. Plerique præterea
incomprehenſibilem quidem & innumerabi-
lem eſſe exiſtimauerunt: ſed pro vero, quod pro-
ximum putabant, amplexi ſunt: dies ſcilicet 365.
Igitur quum tanta inter viros doctiſſimos fue-
rit diſſenſio; quid mirum, ſi anni ciuiles, quos di-
uerſæ ciuitates rudes etiam tum ſibi quæque
ſtatuebant, & tam inter ſe diſcrepent, quàm
cum illo naturali non congruant? Et in Ægy-
pto quidem antiquiſſimum ferunt annum bi-
meſtrem fuiſſe. pòſt deinde à Piſone rege qua-
drimeſtrem factum: nouiſſimè annum ad trede-
cim menſes & dies quinque produxiſſe. Item in
Achaia, Arcades trimeſtrem annum primum
habuiſſe dicuntur: & ob id, Proſelènas appel-
lant. Cares autem & Acarnanes, ſemeſtres ha-
buerunt annos inter ſe diſſimiles: quibus alter-
nis, dies augeſcerent aut ſeneſcerent. Sed vt hos
annos omittam iam caligine profundæ vetu-
ſtatis obductos: in his quoque, qui ſunt recen-
tiores memoriâ, & ad curſum Lunæ vel Solis
inſtituti, quanta ſit varietas, facile eſt cognoſce-
re, ſi quis vel in vnius Italiæ gentibus, ne dicam
peregrinis, velit inquirere. Nam vt alium Fe-
rentini, alium Lauinij, item Albani, vel Roma-
ni habuerunt annum, ita quoque & aliæ gen-
tes. Omnibus tamen fuit propoſitum, ſuos ci-
uiles annos variè intercalandis menſibus, ad v-
num verum illum naturalémque corrigere. vbi
mox de anno Romano, toto c. 17. huc menſium

Annus Romuli quot diebus conſtaret: & Iulij Cæſ. reſtitutio, & quot diebus additis.

N. de Auguſto.

Hebræi primi Aſtrorũ contemplatores.

Quòd annus Solaris 12. menſium ſit, Lunaris vero 13. quo modo.

Annus Romuli in quo deficeret: Item Numa.

Annus vertens quot ſit, & quot diebus conſtet, plurique ambigunt: ſit de naturali, ob exemplo.

Annus verè quot diebus conſtare debeat.

Anni ciuiles apud varias varij.

Anni ciuiles ad annũ naturalem reducti intercalando.

Annus in orbem redit.

22. iuxtà Macrum & Fenestellam, siue decem potiùs, iuxta Varronem, Suetonium & alios: qui posteà à Numa, duodecim sunt facti, dierum 355. vbi & de mensibus plenis & cauis, déque mense & die intercalari, & anni per Iulium correctione, de qua iam antehàc. Ex hoc enim anno ita à Iulio Cæsare ordinato, cæteri ad nostram memoriam Iuliani appellantur: isque consurgunt ex IIII. Cæsaris Consulatu: qui etiamnũ non optimi, soli tamen ad annum naturæ aptati sunt. Vt autem de anni varietate discrepans est multorum sententia, sic de eiusdem principio: aliis à nouo Sole, id est à brumali: aliis ab æstiuo solstitio: aliis ab æquinoctio verno, aliis ab autumnali, aliis ab ortu Vergiliarum, aliis à Canis exortu, anni naturalis auspicia ducentibus. Adrianus Iunius cap. 2. lib. de annis & mensibus, anni varietatem apud priscos reperit, déque ciuili, cuique nationi proprio, inter alia mihi ferè à genuinis authoribus repetita; Chaldæis annum menstruum, sicuti & Ægyptiis assignat: & his demùm quadrimestrem, deinde duodecim mensium, insuper additis diebus quinque. Iberis pariter quadrimestrem: Latiis tredecim mensium. vbi mox de Romano, tum ex Romuli decreto, tum Numæ & Iulij emendatione. Claudianus his carminibus ad priscam anni alluſit effigiem:

Omnia qui placido consumit numine serpens,
Perpetuumq; viret squamis candámque reducto
Ore vorat, tacito relegens exordia lapsu,

de qua nota hieroglyphica iam antè ex Hieroxylino: nam Orus Apollo aliter depinxit. sed nunc picturas nil moror. Plutarchus de ista annorum varietate apud gentes varias, aliis istis consentit, sed de Græcis mensibus vix potest nobis satisfacere: de quibus etiam mox subiungam. Ergo vetustissimos illos homines, nulla ratione nullóque ordine mensibus vsos confitetur, atque alter alios annum ipsum partitos esse profitetur. Nam barbarorum nõnulli (ait) trimestrem annum habebant, & ex Græcis Arcades quadrimestrem, Acarnanes semestrem: Ægyptiis autem menstruus erat annus, deinde quadrimestris, vt aiunt. Idcirco antiquissimi videntur immensam annorum multitudinem sibi annumerantes, vt qui certè annum mense definirent. Romani verò priùs decem mensium annum agebant: & menses alios vicenûm dierum, alios tricenûm quinûm, alios etiam plurium. illúdque solum considerabant, vt 360. dierum suus esset annus: nec quæ esset Solis & Lunæ inæqualitas, quicquam pensi habebant. Sed posteà rex Numa Pompilius duos menses adiecisse fertur: & discrimen huius inæqualitatis, vndecim dierum esse reputans: vt pote anno Lunari 354. dies, Solari autem, 365. habente: vndecim hos dies duplicatos, alternis annis intercalatione facta (quæ 22. dierum esset) in Februarium induxisse. Verisimile est, hæc illum ex imitatione quadam Græcorum fecisse: Primum enim Solonem aiunt Athenis hanc mensium vagam & adhuc incertam inconstantiam deprehendisse, & diem, quo Luna Solem assequitur, & transmittit, νέαν καὶ νέαν. id est antiquam & nouam Lunam, siue extremam & primam, hoc est, interlunium vocari instituisse: & sequentem, *νεμηνίαν*, id est nouilunium seu Calendas appellauisse, mensémque 30. dierum constituisse: & in genere, annum ipsum in concinniorem ordinem digessisse. Intercalaris verò mensis vsum antiquitùs fuisse Græcis declarat citatus nuper Herodotus: Græci (inquit) tertio quôque anno intercalationẽ interserunt temporum gratiâ: Ægyptij verò tricenis diebus (quibus 12. menses anni taxant) auctario facto ad eum numerum, dies quinque quotannis superaddunt: & iis ratio circuli temporum constat, eodem redeuntis. Bifariàm ergo Athenienses annum considerabant: vt qui partim à Sole, 365. diebus definiretur, propter sectionem obliqui signiferi in totidem gradus: & huius certè quintam partem, Aristoteles dicit esse duos & septuaginta dies: partim à Luna, diebus 354. eadem etiam ratione mensibus partim ad Solem, partim ad Lunam deductis: aliísque annis dies 30. adijciebant, aliis quinque, & siquid amplius opus erat, quarto quoque anno. hæcque erant subsidia, quæ non latiùs quidem patérent, sufficientia tamen restituere menses sibi, & iisdem ferè finibus eos coërcere. cáque inæqualitatis curatio, vt maioribus olim remediis indigeret, futurum erat: quemadmodum refert Plutarchus, de Cæsaris anno ea subiungens, quæ antea produximus. Quomodo autem Plato & Eudoxus, diu in Ægypto peregrinati, rationem anni ab Ægyptiis didicerint, tibi Gaza recensebit lib. de mensibus. Primi enim omnium Ægyptij, ad Solem 12. mensibus vsi perhibentur, & iis quidem tricenatiis, quinque dies quotannis adiecisse: particulámque diei excurrentem, ad supplemẽtum totius anni, ex multis annorum circuitibus aceruatam, in vnum diem integrum coniecisse. Græci verò ab illis quum alia permulta rerum cœlestium, tum hæc præcipuè mutuò acceperunt, partim traductis in linguam Græcam commentariis, partim cum eorum sacerdotibus versati, egregiè diuinarum cœlestiúmque scientiarum peritis. Sanè Græcorum annus admodum varius & inconstans semper extitit, vt vel ipsi Græci profitentur: annúmque suum à primo mense Hecatombæone incepisse dicuntur, qui nostro Iunio menſi solstitiali respondere perhibetur. quanquam ne id quidem certum aut perpetuum: quum menses Græcorum vagi & inconstantes, & ἐμβόλιμον intercalarem admittentes mensem, sæpe in duos menses Latinos incurrãt, siue inter binos Rom. menses ambigant, vt idem Gaza testatur: causámque ignorationis rerum eam dicit fuisse, quòd Romani & annum emendarint: & vt aliis populis, ita Græcæ genti imperarint. Ad imperium enim externum, puritate elegantiáque sermonis amissa, Graeci (vt ferè fit) ad imperitantium linguam transierunt: & Latina nomina cùm in aliis multis, tum in mensium propriis vocabulis permiscentes, in vsum suum verterunt: acceptíque Romanorum coloniis, se etiamnum Romanos, non Hellenas vocant, & nominibus mensium Romanis, tanquam

Anni principij varietas apud varias gentes, quomodo.

Annus ciuilis qui.

Luna nouæ, quæ: item nouilunium ex Solone.

Intercalaris mensis apud veteres Græcos, qui, & quando.

Athenienſis annus duplex, & quot diebus vterque constiterit: earum intercalandi ratio.

Græcorum menses vagi & inconstantes, in duos Latinos incurrũt & quale.

Annī effigies hieroglyphica, & qualis: aliter Orus Apollo.

Collatio Solaris & Lunaris anni: & intercalationis ratio.

ſuis vtuntur. Quæ mihi eadem de noſtro hoc Gallico imperio licet dicere, iam olim Romſubiecto, nunc autem licet libero, at Romanis tamen multis legibus & nominibus, tum in rebus multis, tum in menſium appellatione, vtente. addo & illud; Cùm Romani imperij iugum à noſtris ceruicibus excuſſerimus, noſtris regibus & principibus indigenis parendo: tamen nos Romani imperij legibus vltrò parêre volentes: non tam ciuilibus, & politicis, quàm Eccleſiaſticis, & ritus cultúſque diuinos inſtituentibus atque informantibus. Ita Roma, caput mundi, imperium ſibi hactenus in toto orbe Chriſtiano retinuit. ſed de his aliàs. Simplicius in lib. 5. phyſicæ auſcultationis Ariſt. Quæ facimus initia anni (dixit) vel ad æſtiuum ſolſtitium, vt Attici: vel ad autumnale æquinoctium, vt Aſiatici: vel circa brumam, vt Romani: vel circa æquinoctium vernum, vt Arabes & Damaſceni. Plethon morem Rom. præfert cæteris. Quod lege & inſtituto aliis aliud anni principium agentibus, Natura quodammodo idem vt ſit principium, ſuadere videtur: quando Sol generationis author, vltrà progredi deſinens, reflecti ad nos incipit, & lucis auget tempus, tenebrarum verò minuit. Et iam productus à me Herodotus; Ægyptij (ait) faciunt eò conſultiùs, quàm Græci, quòd hi quidem tertio quôque anno ἐμβόλιμον, velut inſtitium adiiciunt menſem, propter anni ſtationes: illi verò, 12. menſes tricenûm quemq. dierum obſeruantes, quolibet anno quinos dies adiungunt. cui & Strabo ſubſcribit. Phil. Melanthon, de intercalatione præfatus Ioanni de Sacro-boſco: Græci anni menſes ad Lunam quadrant (inquit) ſine certo dierum numero. acceſſerunt autem epactæ 11. ex quibus menſem ἐμβόλιμον collegerunt. Arabica ratio eruditior fuit his duabus: Nam Ægyptiaci anni menſes, habuerunt 30. dies ſinguli, & acceſſerunt quotannis epactæ quinque. At menſes Arabici, alternis variant: ita vt prior habeat dies vndetriginta: ſequens verò, 30. Deinde acceſſerunt 11. epactæ, ex quibus colligebant ἐμβόλιμον. Cui ferè ſubſcribit Iunius cap. 4. Porrò (inquiens) Athenienſes Lunari curſu totius anni menſes metiebantur, non Solari. Lunaris 354. dies complectebatur: Solaris autem, 365. quo fiebat, vt ſuperantes è ſingulis annis dies 11. triennio iam decurſo, in vnum menſem cogerent, dictum ἐμβόλιμον, è tricenis diebus conſtantem, teſte Libanio. Eandem rationem obſeruabant Iudæi, tertio quôque anno embolimon menſem adijcientes ſuo. de quo nunc tempeſtiuum eſt dicere, velut magis huic quæſtioni neceſſario.

Galli ſpõte ſua Rom. legibus vtuntur præſertim Eccleſiaſticis.

Anni initium variè apud varios.

Verum anni principium iuxta Rom. in ſine curſus, & initio recurſus Solis.

Menſes Athenienſes Lunæ motũ ſecuti non Solis quondo.

Epactæ triennales faciunt intercalarem menſem, & apud Græcos & Iudæos.

Igitur Hebræi duplex anni principium agnoſcunt: alterum à menſe Tizri, alterum à menſe Niſan (ſic enim appellant, nomine à Chaldæis mutuato) Hic menſis Niſan, noſtro Martio ferè reſpondet. Dixi ferè, quia Hebræi intra ſpatium nouẽdecim annorũ, quibus Luna ſuum circulum peragit, ſepties nouum menſem interponunt, quem Veadar, quaſi alterum Februarium denominant. ſicque ferè per trienA nium ſingulum, aut eo ſæpiùs, annus Hebræorum habet menſes 13. Ex quo fit, vt ſinguli menſes Hebræi, duos Latinos attingant. Sed tamen Niſan menſis, vti dixi, Martio ſemper reſpondet, ſi non toti, at parte tamen ſua quadam præcipua. Contrà verò Tizri, ex ordine reſpondebit noſtro Septembri, vel toti, vel potiùs ex parte, quo dixi modo. Hoc igitur menſe Tizri, velut Septembris nouilunio, annum Hebræi ſuum circa autumnale æquinoctium ordiuntur, quòd eo menſe orbem conditum credant. Ideo feſtum turbarum primo die menſis ſacrum, ex Leuitic. 23. & Numer. 29. caput ſeu principium anni vocant. Et tamẽ ex cap. 13. Exodi, & cap. 23. B Leuitici, menſem Niſam, primum menſium, & nouarum frugum menſem dici conſtitit: qui genuina Hebræorum lingua, Abib, quaſi culmus ſpiciger, quòd eo ſpicæ de culmis in regione Iudaïca exeant, denominatur, vt videre eſt Exodi cap. 12. & 34. Ideo Ambroſio teſte, hic menſis primus nouarum frugum dicitur, quo noui fructus apud Ægyptios colliguntur: idémque primus verni temporis menſis Auguſtino vocatur, quo Sol eſt in Arietis principio. cuius menſis Luna 14. de manu Pharaonis, & captiuitate Ægyptiorum liberati ſunt Hebræi, vt patuit. Ex aduerſo autem, Tizri ſeptimus dicitur, totúſque ferè menſis feſtus ducitur, ob C vniuerſos fructus collectos, ex 23. cap. Leuitici, & Numer. 29. Ex quo quidam colligunt (quos inter doctus Genebrardus accenſetur) nonniſi ratione atque ordine feſtorum, Niſan primum menſium dici. ſic vt cæteris negotiis & priuatis & publicis, à Tizri numerent. Cui opinioni rurſus alij aduerſantur, & præſertim viri pij Chriſtianam fidem & religionẽ profeſſi, menſem Niſan rati mundo dediſſe originem. ſicuti & Chriſto paſſo, orbi toti ſalutem attuliſſe, ac veluti melioris mundi παλιγγενεσίας, per mortem Chriſti ſanciendæ, ſpem quandam inieciſſe, ratámque fidelibus & piis omnibus futuram. D Quorſum ſuas Daniel hebdomadas viderit direxiſſe, ad Chriſtum, ceu ſcopum collimans. Quinetiam ſcribens in Danielem cap. 7. Rabi Abraham, Hebræorum quoſdam annum à Tizri inchoare ſcribit, quòd is ſit principium orbis conditi: alios à Niſan, quòd eo patres ſint egreſſi ex Ægypto: cuius ſententiam video pleriſque arriſiſſe, & probabilem viſam fuiſſe. Sic tamen, vt velint, longis aliquot poſt reuerſionem ab Ægypto annis, ſancitum à Rabbinis & Talmudiſtis, vt poſthàc anni exordium non aliunde, quàm à Tizri, velut noſtro Septembri, & æquinoctio autumnali duceretur. Quorum E ſententiæ ſuam interpoſuit ſententiam noſter Ianus Sacro-boſcius; Secundùm theologiam (inquiens) annus à Martio dignè inchoari videtur, quum mundus factus ſit 15. Cal. Aprilis. item præcepto Domini in Exodi 12. de Martio dicentis: Menſis iſte primus erit in menſibus anni. Quòd autem Numa à ſolſtitio hyberno ſuum annum inchoarit, protuli tum ex aliis, tum ex eodem hoc authore, qui ſic de cæteris continuat inſtitutũ ſermonem; Arabes annum incipiunt à ſolſtitio æſtiuali, quorum opinio

Hebr. incipiũt annum ab autumnali æquinoctio & quare, &c.

Annum à Martio, vt & mundum ipſe, inchoari Theologi perhibetur, ex Sacrob.

eſt. Solem factum fuiſſe in Leone. Quidam autem annum incipiunt à Septembri, iuxta æquinoctium autumnale, quemadmodum Iudæi, propter illud Geneſis; Protulit terra herbam virentem, facientem fructũ iuxta genus ſuum. Sed autumnus, eſt tempus fructuoſum. vnde ibi volunt annum incipere, quum à fructibus ſuis annum veterem ſpoliauerunt. Iſtorum autem omnium principia imitamur in aliquibus, & in aliquibus mutamus: Nam claues terminorum, aureum numerum, & literam dominicalem incipimus à Ianuario: concurrentes, & regulares Solares, à Martio: à Septembri verò, epactas, & regulares Lunares, & ſecundùm quoſdam, emboliſmos. Hæc ille prorſus iiſdem verbis: Atque ego quidem de diuerſitate annorum multiplici, nunc ſatis: reuertor enim ad noſtrum Aloiſium.

Eccleſiaſtici Rom. & claues terminorum & aureum numerum & literam Dominicalem à Ianuario: cætera à Martio vel Septembri, quomodo.

N. cùm Aloiſio diſceptatio cum vrsinio à ſe mota.

Luna 14. (inquis, ô Lili ſuauiſſime) cadit in diem æquinoctij 21. Martij, vel eum propiùs ſequetur, vel adeo (vt ſequenti exemplo ſcribis) anno 1592. Luna 14. cadit in diem 28. Martij. id verò qua ratione ſit abs te dictum, fateor me hactenus aſſequi nõ potuiſſe. Quid enim? túne Lunam 14. velut decempedam aliquam, aut circinum circunducis pro arbitrio, quocumque lubet? aut quænam tibi tandem Luna 14. intelligitur? Omnino enim ſit dies aliquis, in quem cadat Luna 14. neceſſe eſt: non autem ſpatium dierum 12. vt tu videris traducere, aut adeo longè plurimum. Expoſui iam antè, & tu non es neſcius, inſtitutum fuiſſe Hebræorum Paſcha præcisè 14. die Martij, qui & Niſan dicitur, celebrandum. Sic Luna 14. pro illo ſolo die capi debet: non autem reliquis multis ad 28. menſis Martij, aut 25. Aprilis diem conſequentibus. Sanè verò nec minùs illud conſtat, celebrandi Paſchatis totos dies fuiſſe ſeptem, qui à 14. inchoantes, ad 21. terminarentur. quod quidem ſeptem dierum interuallum, [illegible] video à Patribus interdum Lunæ 14. nomine & dici, & cenſeri (vt ſit ſynecdoche totius pro parte) & ſic homonymiam de die Paſchæ ante 14. Lunam celebrando, paulò antè ſolui. Sed qui quouis tropo, Lunam 14. ad 28. Martij, vel etiam vlteriùs in menſem Aprilem produceret, fateor vidiſſe vel audiſſe me hactenus neminem. Ideóque magis mirum mihi fuit, quum Lunæ 14. vim, in diem vſque 21. menſis Aprilis producere ac proferres: de quo mox iterum dicetur. Deinde quæ neceſſitas nos impulit, vt ab epacta in Calendario notata, nonniſi ea capiatur, quæ inter diem Martij octauum, & Aprilis quintum intercedit? aut quid metuis, ne dies Lunæ 14. quo Hebræi Paſcha celebrant (nos autem minimè cùm illis eodem die celebramus) cadat in diem Dominicum? Nam velis nolis, non poteſt euitari, nec puto nos ad id Concilio Nicæno adſtringi, vt Luna 14. Iudæorum, in diem Dominicum non cadat. quid enim ad nos, ſi Iudæi fortè die Dominico Paſcha celebrent, ſi modò nos diuerſo ab illis tempore? Et verò ne id quidem fieri aut caueri vllo modo poteſt, quin Paſcha illorum, aut aliquis ſaltem dies de toto ſeptenario à 14. die Niſan, ad 21. eiuſdem menſis diem, incurrat in diem Dominicam. Neque tamen nos neceſſe ob id fuerit, cum Iudæis in celebrando Paſchate conuenire: ſi modò eam regulam ſeruabimus, quam ex decreto Patrum attulimus; Vt nonniſi die Dominico, qui pleniluniũ proximè ſequitur, pòſt 21. diem Martij (qui dies vltimus eſt τῶν ἀζύμων ſeptem dierum Iudaïcorum, idémque habitus æquinoctij verni dies) noſtrum Paſcha celebremus. Quam in ſententiam videntur poſtea veniſſe, & vltrò conſenſiſſe Victor primus, Papa XIII. de conſecratione, diſtinct. 3. c. celebritatem: & ante Victorem, Pius primus, de conſecrat. d. 3. c. Noſſe vos volumus. cuius frater Hermes nomine, ſcripto teſtatus eſt, Angelum ſub paſtoris habitu, ſibi occurriſſe, & præcepiſſe, vt Paſcha die Dominica celebraretur. Quam in rem ſanxit Concilium Arelatenſe ſub Syluestro primo celebratum, vt vno die, & eodem tempore per totum orbem obſeruetur, quod iiſdem penè verbis repetiit Concilium Carthaginenſe ſub Zoſimo Papa celebratum. Quem longo pòſt tempore ſecutus Pelagius primus, in Concilio Aurelianenſi, decreuit eodẽ quidem die Paſcha celebrari: ſed quotannis ab Epiſcopo, Epiphaniæ die publicè Eccleſiis denuntiari, & dubium de eo per Metropolitanos Epiſcopos decidi. quod idem Concilium Toletanum ſub Honorio primo Papa edixit: ne de Antiochen. & Matiſconenſi Concilio reperam. Vt hoc tamen obiter moneam, neque inter articulos Nicænæ Synodi, quos Rufinus 22. recenſet, aut Stephanus tantum 20. numerat, diſtinct. 16. c. Viginti, neque in Græco codice Conciliorum, reperiſſe me peculiarẽ de Paſchali feſtiuitate articulum, præter illa iam antè à me fusè ex Euſebio & Nicephoro commemorata. Niſi fortè inter 70. illos articulos extitit, quos Athanaſius Alexandrinus à Nicæno Concilio conſtitutos memorat. ſed hac de re iam plus ſatis. Hoc potiùs abs te quæro, mi Lili candidiſſime, quæ te tandem cauſſa impulit, vt dies tam multos ab illa 21. diei menſis Niſan ſemel conſtituta meta recederes? quídve Lunam 14. menſis Aprilis, qui Iiar vocatur Hebræis, reformidas? Neque enim eo menſe ſuum Iudæi Paſcha colunt, iam toto menſe interiecto antè celebratum. Neque rurſum illis aſſentior, qui variata Lunâ, variari diem menſis Niſan celebrando Paſchate putant: vt modò 6. 8. 10. 12. aut alio quouis die menſis Niſan obuio celebrari Phaſe credant: quum meo iudicio, ſemper 14. menſis dicti obſeruetur, niſi me tot & locorum, & authorum authoritas ac teſtimonia fallunt. Quâ tua ex hypotheſi, non video quamobrem anno ingruente proximo 1585. (nam vnum aut alterum exemplum mihi ſatis ſit, ad diſcrimen illud declarandum) futurum Paſcha 21. Aprilis traducas: quum Lunam 14. Aprilis, nihil ad Iudaïſmum referre, aut vllam cum Hebraïco Phaſe habere affinitatem oſtenderim. Neque porrò neceſſe videtur fuiſſe, epactam deligere, quę inter diem Martij octauum, & Aprilis quintum intercedat: quum ſuperior proxima epacta, quæ incumbit ſecundo diei Martij, conuenientiſſima mihi quidem

Quòd Paſchà Chriſtianorum ſemper die Dominico, pleniluniũ proximè ſequitur poſt 21. Martij.

Quòd Lilius Lunam 14. Aprilis refugere nõ debuerit, ob Paſcha Iudæorum.

Quòd Paſcha Iudæorum ſemper Luna 14. ſine die 14. menſis Niſan celebratum ſit.

Luna 14. interdũ pro 7. diebus à 14. ad 21. quomodo.

Quòd Paſcha Iudæorũ aut totius octauæ incurrat in aliquẽ diem Dominicũ.

(niſi fallor, vt homo ſum, & humani à me nihil alienum puto) ad Chriſtianum Paſcha inueniendum, iudicetur. Numera enim à 2. die Martij, ad diem 16. eiuſdem menſis proximum, futuram (ni fallor) Lunæ oppoſitionem, quod plenilunium dicimus: nónne ſatis tibi videtur amplus dierum numerus ſupereſſe, vt exactâ tota hebdomade Iudaïca, poſt diem Martij 21, noſtrum Paſcha incidat in diem eiuſdem menſis Martij 24. qui dies & Dominicus eſt, & proximus erit à plenilunio, eo quod proximè æquinoctium vernum diei 21. menſis Niſan conſequitur. Aut quid tandem aliud ſonat Nicænæ Synodi decretum? quóve interprete opus habet, illa tam aperta verborũ ſimplicitas? Quanquam id facis non ſine authore, vt mihi quidem videris: Nam in tabula Paſchali perpetua illa priſca, & maioribus hactenus vſitata, quę annos 28. (vt opinor) complectitur, primum diei Paſchalis terminum (à quo) 22. diem Martij, & vltimum (ad quem) ad Aprilis diem 25. progredi cernimus: ſiue ab 11. Cal. Aprilis, in 7. Cal. Maij, qui interiectorũ dierum numerus, eſt 35. intra quem terminũ, liberè euagari Paſchalem diem ſinunt. Leo tamen ab 11. Cal. Aprilis, ad 10. Cal. Maij, & olim ad 15. Cal. Maij, legitimum Paſchæ ſpatium præfiniri ſcribit epiſt. ad Martianum Imp. quod vtique poſteri vlteriùs extenderunt. Ad octauum tamen (inquit) Cal. Maias Paſchalem obſeruantiam perducere, nimis inſolens & aperta tranſgreſſio eſt. cui ego facilè aſſentior: licet Theophilum Epiſcopum authorem prætexenti eius tranſgreſſionis, contra patrum decreta vſurpatæ. Quod tamen qua ſit ratione factum, fateor me adhuc non habere ſatis compertũ: quum ex decreto Nicænæ Synodi, Paſcha videatur priori tempore non dico debuiſſe (neque enim Legiſlatorem me pronuntio, aut haberi poſtulo) ſed ſaltem potuiſſe celebrari. qua de re obſcurè & velut per ambages, ſic philoſophantem audio Ianum Sacro-boſciũ libello de anni ratione; Paſcha Πάσχα, tranſitus, idem ſonant: ſed à diuerſis linguis imponuntur. Paſcha enim Hebraïcè; Πάσχα Græcè, tranſitus Latinè dicitur: quoniam tum de non eſſe ad eſſe, factus eſt rerum tranſitus. atque Angeli exterminatoris, in veteri lege in Ægypto, necnon & Chriſti, de mortalitate ad immortalitatem, noſtram figurantis tranſitionem de vitiis ad virtutes, & de hac vita ad æternam. vbi de Rogationibus, & de Pentecoſte, eiúſque modo & Græcis inaudito etymo. deinde ſubijcit; Ad hæc autem feſta ſcienda, quędam genera numerorum inueniuntur: & dies ante feſtum, vbi huiuſmodi numeri terminantur termini appellantur. Terminus enim, dies eſt clauem finiens, feſtum mobile futurum in die Dominica proxima annuatim deſignans. Eſt itaque regula in computo, quòd terminus & feſtum, nunquam ſimul ſunt. & hoc, ne videamur Iudæos imitari, qui ſimul ponunt terminum & feſtum: vel quia terminus Paſchæ ſemper eſt 14. dies Lunationis Aprilis: & Paſcha magis accedens ad terminum, eſt quintodecimo die eiuſdẽ Lunationis. quare non poterunt ſimul eſſe terminus & feſtum.

N. dubium de interpoſitis diebus 35. ad Paſcha ſtatuendum.

N. Iocus in Io. de Sacr.

Terminus numerorum ad feſta deſignanda quid ſit.

A Ratio autem, quare feſta mobilia non habent certa loca in Calendario, hęc eſt. Paſcha (quemadmodum cætera feſta mobilia) ſemper debet celebrari die Dominico. ſed cùm vna & eadem litera in Calendario non ſemper denotet diem Dominicũ: non potuit Paſcha, nec cætera feſta mobilia, habere certum locum in Calendario. Quidam etiam dicunt, quòd Dominus paſſus eſt 10. Cal. Aprilis. ibi enim fecit Adam, ſicut dicit Theophilus Alexandriæ Epiſcopus, & ſui conſentanei. Vnde dicunt, quòd eodem die voluit pati pro primo homine, & ſuo genere redimendo, quo die ipſum formauit. Alij verò,

B ſicut Hieronymus, & ſui ſequaces, dicunt quòd 8. Cal. Aprilis paſſus eſt Dominus (quade re nos alibi) ibi enim ſumpſit carnẽ de beata virgine. vnde dicunt, quòd eodem die, quo carnem aſſumpſit, paſſus eſt. Præceptum etiam erat in veteri teſtamento, agnum Paſchalem poſt quartumdecimum diem Lunationis Aprilis immolari ad veſperam: hoc eſt, in principio 15. diei eiuſdem Lunationis. Ita Chriſtus, qui verus agnus eſt, & per illum agnum typicum figuratus, paſſus eſt in plenilunio: vt ſicut eo tempore lumen nocti attribuitur copioſius: ita per paſſionem eius, humanæ naturæ gratia redemptionis pleniùs exhibeatur. Quum ergo

C Lunationes Aprilis quandoq. ſint priùs, quandoque ſint poſteriùs: non potuit Paſcha in certo loco aſſignari. Eſt autem infimum Paſcha 11. Cal. Aprilis: quod ſic patet; Infima Lunatio Aprilis incipit 8. Idus Martij, vbi 16. pro aureo numero aſſignantur. Lunationes quidem duæ in proximo præcedentes, ſunt emboliſmales: duæ verò reliquæ illas præcedentes, ſunt Lunationes Martij: licet poſterior illarum terminetur prima die Aprilis: quod contingit per quartum emboliſmum. Si igitur à prima Lunatione Aprilis, à iam dicta, computentur 14. dies, primus terminus Paſchalis erit in 11. Cal. Aprilis:

D & bene poteſt contingere, mediante variatione literarum Dominicalium, quòd Paſcha celebretur in craſtino illius termini, hoc eſt, 11. Cal. Aprilis. vnde ibi ſolet notari primum ſiue infimum Paſcha. Ex dictis patet, quòd bene datur hæc regula;

Poſt Martis Nonas, vbi ſit nona Luna, requires
Bis ſeptem completo dies, vt Paſcha ſequatur.

Omnes enim Lunationes Aprilis incipiũt poſt Nonas Martij (hîc autem notabis, Lunationem Aſtronomis dici, illius menſis in quo terminatur) Quòd autem vltimum Paſcha celebretur 7. Cal. Maij, ſic patet: Nam vltima Lunatio Aprilis ſignatur contra Nonas ipſius, vbi aureus

E numerus eſt 8. quamuis illa terminetur tertia die Maij: ſicut ſua præcedens, ſecunda die Maij: quod contingit propter tertium & vltimum emboliſmum. Si igitur ab vltima Lunatione Aprilis iam dicta, computentur 14. dies, erit vltimus terminus Paſchæ, 14. Cal. Maij. & poteſt contingere, mediante variatione literarum Dominicalium, quòd ille terminus, ſit dies Dominicus: vnde dies Paſchæ celebrabitur in ſequẽti Dominico, hoc eſt, 7. Cal. Maij. Ex his patet, quòd in illis 35. diebus, qui ſunt 11. Cal. Aprilis,

Cur Paſcha & feſta mobilia ſedem variant in Calẽdario, mutatis ſubinde literis.

Agni Paſchalis immolatio quo die fuerit, & Chriſtus paſſus in plenilunio, quo angeſcente die, à ſimili.

Paſcha ſequitur dies 14. poſt nonam Lunæ & Martij nonas.

Vltimum Paſcha celebrandum 7. cal. Maij & demonſtratio.

Quod in 35. diebus ab 11 cal. April. ad 7. cal. Maij ſemper Paſcha celebretur: & ratio emboliſmi.

by Google

& 7. Cal. Maij, ſiue priùs, ſiue poſterius, ſemper habet Paſcha celebrari, ita quòd in anno communi, deſcendat terminus Paſchæ per 11. dies: in anno ἐμβολιſμαῖο, aſcendat per 19. dies. Hæc ferè noſter Sacroboſcius: vbi quomodo accipiat præceptum immolandi agni Paſchalis, vides, & cum antecedentibus potes conferre. & & qua ratione, poſito termino, Iudaïſmum declinet, in quem, ſi ea obſeruentur, quę ex decreto Nicænæ Synodi propoſui, cadere tamen fuerit impoſſibile. Porrò dies verus paſſionis Chriſti, licet controuerſus, alio ſpectat tamen: neq; in hunc cadere Paſcha noſtrum Nicæna Sinodus ſanxit. Hic tamen obiter Theologos monebo, vt videant, quomodo cum 12. & 13. Exodi, & Leuitici 23. & Numer. 28. & Deuteron. 16. capitibus, quadrare poſſit, quod ſcripſit Tertullianus lib. aduerſus Iudæos; Chriſtum menſe Martio paſſum, temporibus Paſchæ, die 8. Cal. Aprilis, die prima Azymorum: quum patuerit, Azymorum diem primum à 14. die Martij inchoare, & in diem 21. menſis eiuſdem deſinere: quumq. Matthęi 26. & Marci 14. ſcriptum conſtet; Scitis quia poſt biduũ Paſcha fiet. vt videatur potiùs (abſit dicto inuidia, abſit temeritas: adſit autẽ conſenſus cum piis & ſanctis) Chriſti mors incidiſſe in decimũquartum diem Martij, qui ἀζύμων dicebatur, & diem Azymorum primũ antecedebat. ſi dicta Theophili opinio, aut ab hac diſcrepans citata Hieronymi, conſentiret. Sed quæ de die paſſionis Chriſti fuit priſcorũ diſcrepantia, eadem vel maior de anno fuit: quum Nicephorus & alij plures, Chriſtum natum anno quadrageſimoſecundo imperij Auguſti, paſſum anno decimo octauo Tiberij Cæſaris ſcribãt, & triginta tres annos vitæ conſummaſſe. At Tertullianus, & eum ſequutus Lactantius, Tiberij anno quindecimo paſſum, anno ætatis trigeſimo, referant. Quæ omnia ſanctis & peritis Patribus relinquo expendenda & diſcutienda, eorumque decreto ſciens ac volens acquieſco. Sed Hieroxylino vix poſſum aſſentiri, Paſchatis celebrandi terminum vtrumque ad Lunationes (ſic enim loquitur) Apriles referenti: & in nouas ſeſe, minimèque neceſſarias difficultates conijcienti, emboliſmalium Lunarionum (ſic enim vocat) menſes lunares ἐμβολιμαίους, & interiectitios, qui ex vndenis diebus exurgũt, qui de 12. mẽſibus lunaribus quotannis ſuperant: quorum dierum 11. interuallo, menſes 12. Solares excedunt alios menſes Lunares totidem. videlicet hi duodecim Lunares menſes, dies faciunt 354. at duodecim menſes Solares, dies efficiunt 365. præter diei quadrantem habitum (de menſtruo Solari ſpatio antè definiui) Docet id multiplicatio: nam ſexies 30. faciunt 180. & ſexies 29. faciunt 174. quæ coniuncta, integrant ſummam dictam dierum 354. præter aliquot minuta nunc minimè contemplabilia. Ac de 12. menſibus lunaribus, ſex quidem menſes, tricenis: ſex reliqui, diebus 29. conſtare ſupponũtur: præter quos menſes Lunares 12. anno dicto embolimali, vnus menſis 30. dierum ex collectaneis iſtis accedit 11. diebus, & aliquot minutis ſuperantibus: qui quidem menſis ἐμβολιμαῖος in cyclo decemnouali, ſepties occurrit, tertio, ſexto, octauo, vndecimo, decimoquarto, decimoſeptimo, & vltimo decimonono. qui quoto diei menſis, imò & cui menſi ſit inferendus, & quomodo epactas immutet, aliáque peruertat, alterius eſt longioris ſpeculationis. Ex tamen in iſta tam celebri anni correctione, hic ſcrupus eximi flagitabat. Illud autem mirari ſubit, qui fiat, vt vnius huius homuncionis Ioannis de Sacro-boſco ſententiæ, tot hominum doctiſſimorum hactenus ita conſenſus fauerit, vt ex illius calculatione & ſupputatione, tot annis, imò & ſeculis, Paſchalis feſti, & inde reliquorum feſtorum mobilium dies populo toti Chriſtiano ſit præſcriptus ac præfinitus, & quidem à ſanctione Nicæni Concilij vtcumque diſcrepans, vt oſtendi, aut alioquin operæ & arduæ, & minimè neceſſariæ. Scripſit Cyrillus, olim Synodo conſtitutum fuiſſe, vt quotannis Alexandrinus Epiſcopus (nam in hac ciuitate Alexandria flagrantius ſtudium matheſeos video fuiſſe olim, quàm ferè alibi vſpiam) Romano Pontifici certum verni æquinoctij diem, ad Paſcha conſtituendum, ſignificaret. Edixit olim Autelianenſe Conciliũ, deinde Toletanum, vt Epiphaniæ die, communi Epiſcoporum captato conſenſu, publicè Eccleſiis denuntiaretur, quoto menſis deinceps tertij die ſacrum Paſcharis feſtum celebrandum foret. id negotium tam arduum, tamq. difficile vnus vir bonus confecit ac determinauit. Qui vtinam & verè & certò rem confeciſſet ac determinaſſet: neque enim ad noſtram vſque ætatem deuoluta foret ambiguitas, vix tandem noſtris his diebus ſatis explicata. Mihi quidem hæc expeditiſſima videtur futura tanti negotij conficiendi, & Paſchatis conſtituendi ratio, niſi quis potiorem indicarit. Scilicet primùm vt per dioptras, aut per vmbrarũ gnómonas mihi dictos, capterur dies vt cæterorũ ſolſtitiorum, & autumnalis, ſic potiſſimùm verni æquinoctij: quod ſemel deprehenſum, ſedem Paſchæ indubitatam inſinuabit: poſt plenilunium. Nempe proximo ſequente æquinoctium vernum die Dominico: niſi illud plenilunium in diem Dominicum, aut in diem Sabbati poſt meridiẽ inciderit: ſic enim Paſcha transferri ad proximũ diem Dominicum, octauo pòſt die futurũ, Patribus æquinoctium ſupponẽtibus 21. die Martij, placuit iam à me commemoratis. Quæ tamen cautio, reductis ſolſtitiis & æquinoctiis ad priſtinã formam, vt fortè 24. aut 25. diem menſium, nedum vtilis aut neceſſaria eſt futura. Qua ratione, neque noſtrum Paſcha cum Quartadecimanis, neq. cum Phaſe Iudaïco vnquam concurret, neque tam procul à primo menſe Niſan, ex veteri Moſis inſtituto recederet: quod nunc propter iſtas emboliſmales Lunationes, non ratò in extremum ferè menſem, Aprilem incurrit. Sed ad meũ Lilium reuertor: & hoc admonendi vel conſultandi gratiâ, dictum à me accipi volo.

Enimuerò mi Lili, quòd epactas paulò tardiores ſuccedere, quàm antenertere ſatius ducis, ne cum Quartadecimanis hæreticis ſacroſanctum Paſcha, vel in 14. Luna vel antè celebretur

Quod in Paſcha noſtrum non poſſit cadere paſſio Chriſti.

N. quòd chriſti mors inciderit in diẽ 13. Martij, qui Azymorum ante primũ diem & paraſceue dicebatur.

Embolimæi qui dies & vnde dictus menſiſue eiuſque origo vnde.

Menſes lunares quot diebus conſtent ſinguli & vniuerſi. & annus embolimalis qui. & vnde.

N. mirum quòd viri Eccleſiaſtici tantum tribuerint Io. de Sacrob. authoritati tot annis de calẽdario & feſtis mobilibus eſtiguãdis, quaſtor.

Quod in Eccleſijs occidentalibus die Epiphaniæ, ab Epiſcopo cõgregatis dies proximi Paſcha indicetur.

N. cõſilium de ſtatuẽda Paſcha in multos annos per deſignationem verni æquinoctij, quo modo.

(quod quidem ſecutis illam Eccleſiæ à me poſitam cautionem contingere nequit) id verò iam à Patribus prouiſum fuerat, ſicut aliquoties oſtendi, qui diem Paſchæ in ſequentem hebdomadam transferebant: ſiquando contigiſſet plenilunium die Dominica, aut ſabbati, quæ à meridie inchoaretur, poſt æquinoctiũ vernum. Ita vt dies Paſchæ incideret in diem apparitionis Lunæ 22. aut 23. quod tu tamen obſcuriùs dixeras Canone 2. Paſcha contingere celebrari poſt diem 21. Lunæ. eum vtique diem non ſatis apertè declarans: Quum illud cõſtet, nunquam à nobis Paſcha non poſt diem Lunæ 21. menſis Martij celebrari, non ob quam Sacro-boſcius commentus eſt, ſed quam fideliter ex ſacris voluminibus expoſui rationem: quum fateamur vtique, menſis Martij 22. diem, eſſe primum terminum (à quo dixerint noſtri Logici) Chriſtiani Paſchæ celebrandi: ſcilicet exacto iam toto ſeptenario Azymorum, quorum dies primus 14. fuit, vltimus autem, dies 21. menſis Niſan definitus eſt. Sic enim Lunam 14. pro die menſis 14. *νυκθημερῶς* expoſui: ac non cum quibuſdam, & quidem cum noſtro Fernelio, vt Luna 14. Hebræorum poſſit cõtingere die menſis 10. aut 12. aut his celeriùs (extra poſitos cancellos) tardiúſve: quod ex vaga Iudaïcorum menſium, & Lunarium oppoſitionum & *ἐμβολίμων* incõſtantia, planè incertum ſit futurum. Cæterùm meo quidem iudicio, de Paſchate ſic à Nicænis patribus eſt inſtitutum, vt in diem Dominicum à plenilunio illo verni æquinoctij, & diei Dominici proximum transferretur, ne eodem die Dominico, & plenilunij, & æquinoctij, & die Martij 21. eoque vltimo de ſeptem diebus ſolennitatis Azymorum, Chriſtiani ſuum Paſcha nouum, & incruentum illud auguſtiſſimum ſacrificium, atque illibatam & ſynceram hoſtiam immolarent: quam mihi Graij doctores, *ἀχραντον ϗ ἀναίμακτον θυσίαν* viſi ſunt denominare.

Quod Chriſtiani Paſcha celebrẽt ſemper poſt diem Lunæ 21. Martij, & quare.

Paſcha die Dominico à plenilunio verni æquinoctij proximo, vel ſequente poſt dies 8. quando.

Quod Chriſtiani ſuum Paſcha die ab Hebræis diuerſo celebrẽt, quomodo.

Sed vndénam dies inchoari deberet (ne hoc indiſcuſſum relinquam) iam olim quæſitum eſt: ſic enim Plinius lib. 2. cap. 77. Ipſum diem alij aliter obſeruauêre. Babylonij inter duos Solis exortus: Athenienſes inter duos occaſus. Vmbri à meridie in meridiem, vulgus omne à luce ad tenebras. Sacerdotes Romani, & qui diem diffiniere ciuilem, item & Ægyptij, & Hipparchus (quos inter, nos Chriſtiani accenſemur) à media nocte in mediam. quam ſententiam Varro apud A. Gellium cap. 2. lib. 3. expreſſam reliquerat; Homines (inquiens) qui media nocte ad proximam mediã noctẽ, in his horis 24. nati ſunt, vna die nati dicuntur. Apud Athenienſes, à Sole occaſo ad Solem iterum occidentem, omne id tempus, vnum diem eſſe idem Varro dixit. Babylonios porrò aliter: à Sole enim exorto ad exortum eiuſdem incipientem, totum id ſpatium, vnius diei nomine appellare. Multos verò in terra Vmbria, vnum & eundem diem eſſe dicere, à meridie ad inſequentem meridiem. Populum autem Rom. dies ſingulos annumerare à media nocte vſque ad mediam proximam (cui & nos, vt dixi, aſſentimur etiamnum.) Cenſorinus his ferè ſuccinit cap. 19. Dies ab Aſtrologis, & ciuitatibus, quatuor modis definitur: Babylonij quidem à Solis exortu ad exortum eiuſdem aſtri, diem ſtatuerunt. At in Vmbria, plerique à meridie ad meridiem. Athenienſes autem ab occaſu Solis ad occaſum. Cæterùm Romani à media nocte ad mediam noctem, diem eſſe exiſtimauerunt. quos authores, & præcipuè Varronem, Gaza vtriuſque perinde linguæ, libello Græco de menſibus eſt ſecutus: & nouiſſimus omnium Iunius cap. 7. lib. de anno & menſibus. Quò reſpexiſſe noſtri maiores videntur, cùm Paſcha in octiduum differri ſanxerunt, quando plenilunium Martium & æquinoctiale, in diem ſabbati à meridie, aut in diem Dominicum incurriſſet.

Chriſtiani & Rom. à media nocte diem ciuilẽ incipiunt.

Dies quæliter varij populi metiantur.

Diei quatuor modi definitur ab aſtrologis & ciuitatibus.

De Gaza & Iunio.

At verò, ô Lili ſapientiſſime, quòd numerum illum planè aureum cycli decennoualis, ſede exturbas ac dejicis velut mancum & imperfectum, & qui nouilunia non exactè demonſtret: & ſubinde epactas pari annorum 19. decurſu incedentes, deinceps inutiles fore colligis, & verè concludis, ac neceſſariò demonſtras: & iam maiores noſtri obſeruarant: eorúmque in vicem amborum, numeras 30. epactas, vel potiùs 30. numeros epactales vocandos inducis ab 1. ad 30. ordine progredientes, magnas nos verò tibi gratias, imò ingentes, pro iſto tam acuto támque ſubtili inuento, & in perpetuum, ſicuti polliceris (ſi vera polliceris) duraturo. Quanquam vix humani videtur eſſe poſſe ingenij, iſtos orbium cœleſtium admirabiles curſus, humano calculo ita coërcere & adſtringere, vt ne vel minimùm, aut ne latum quidem, (quod aiunt) vnguem, intra tot annorum volumina anteuertant aut poſtuertant ac ſubſequãtur. quod ſi fieri potuiſſet (cur autem non poſſit, mihi videor iam antè cauſſas probabiles attuliſſe) olim ſummorum Mathematicorum, ac præſtantiſſimorum Aſtrologorum labor circa eam rem ſuſceptus, longo temporum tractu irritus, ac potiùs inconſtans & incertus non foret deprehenſus. Quo fit, vt maiorem ſolus cæteris gloriam ſis relaturus, ſi quod vno propemodum omnes ore faſſi ſunt, humani viribus ingenij definiri non poſſe, id tu noſtro vnus iſto tam felici ſeculo, noua quadam & diuina virgulâ monſtrante, excogitaſti. Macte igitur eſto ingenij, vir præſtantiſſime: atque vt te Virgiliano carmine magis exornem atque honorem, & magnificentiùs celebrem, atque extollam decentiùs;

N. ad Lilii de annorum anter. & epactis dict. mendosa vetat emendari.

Vſus 30. epactarum & ordo ad quid.

Quod eſſe ingenij cœleſtes motus innumerando exactiſſime.

Macte noua virtute ſenex: ſic itur ad aſtra. Æn. 9.

Atenim verò (inquam) mi Aloiſi, ad hoc vſque tempus, tam ſingularis Aurei numeri viſa eſt præſtantia, tanta dignitas, vt de eius authore multi contenderint. Nam lib. 8. diuin. offic. Iulio Cæſari aſcribitur: alij D. Bernardo aſſignãt: ſunt qui antiquiorem putent, & iam Theodoſij magni tempore, circa annum Do. 390. à Theophilo Alexandrino Epiſcopo & Mathematico conſtitutum, quum à maioribus illum accepiſſet: deinde à Dionyſio Abbate Romano illuſtratum, Iuſtiniano imperante anno Chriſti 532. Sacroboſcius à Chaldæis aureum numerum inuentum,

N. Contra Lilium pro numeri aurei retinẽdo tanquã neceſſario. Dubium de Authore quo ds. & quare.

Digitized by Google

uentutis, & Romam missum refert: quem acceptum, Romani propter facilitatem & vtilitatem, in suo Calendario aureis literis scripserint: vnde adhuc aureus appelletur numerus. Multi hunc variis encomiis extulerunt: vsus autem tam mirificus extitit, cum epactis illis decennouennibus, vt his ducibus, Lunæ cursum, & quadriformem habitum figurámque prædicere ac præuidere fas esset, si non exactè, at vero tamen propiùs, & notis Ephemeridum proximè accedentes periodos; vix vt 12. horarum interuallo, aut ad summum 13. distarent. Vt ea quidem ratione & viâ, tum Paschæ dies, tum festorum mobilium antecedentium & consequentium circuitus inueniri possent. Quæ cùm ita sint, ô Lili candidissime, in eam (quæso) curam incumbe, id meditare, & elabora, id etiam atque etiam perpende, vt ne tam singulari beneficio, & nostra & posterorum ætas priuetur: túque pro tua solertia, & præstanti ingenij acumine perfice, & omnes calculos & lapillos moue ac promoue, quo numeri aurei errorem, qui leuis est, farcias & corrigas: aut sanè alias notas indices excogita, quibus præmonstrantibus, quisque possit, vel ἀναλογίζεσθαι, per articulos digitorum percensere ac prædicere, quoto mensis cuiusque die, Lunæ coniunctio, vel oppositio, vel quadratura vtraque δίχηνος futura sit. Namque tui isti dies triceni epactales, à priscis vtcunque discrepantes, hoc ipsum docent vtique: sed suo cuique libro semper præ manibus habendo sit opus; quo inspectando, id perdiscat, quod iam olim in mediis tenebris, & in solitudine, citra librorum supellectilem vllam licebat pernosse. Quâ in rem, & studium operámque, nos pro nostra quidem virili, quoad & quantum licebit, incumbemus. Sed quia tam bene mereri de Christiana Republ. cœpisti, vt GREGORII XIII. Pontif. Max. suffragio (quod est mihi multorũ millium instar, vt ille de suo Platone auditore Antigenidas gloriabatur) vnus omnibus anteferri merueris; id verò perfice, quod omnium optimè inchoasti: Ne quis de tuis istis præclaris operibus laboribúsque iniquè æstimans, & tanti beneficij ingratus (quod iam de nonnullis inaudij) obiiciat Homericum illud ex Iliad. ζ. vsurpatum à Platone in Phædro, χρύσεα χαλκείων ἀμείβετο. Ea verò te palma manet, ea laurea supremæ laudis tuo clarissimo nomini debetur. Quam nisi præripis; iam mihi videre videor Cyprianum Leouicium, nostri seculi Mathematicum longè celeberrimum, vt alia longè pulcherrima solerti ingenij acumine in tota matheſi explicantem & promouentem: sic istũ aurei numeri leuiculum errorem breui emendarurum ac detersurum: vt ne isto tam singulari indice, à maioribus nostris acutissimè inuento, & per annos mille plus minùs felicissimè vsurpato, tota deinceps posteritas priuetur. Eadémque opera, diligenti obseruatione adhibitâ, qui æquinoctiorum & solstitiorum certas metas restituat; & qui emboliſmales illas tricas summoueat: vnde mox paschalis ritus multò certior & constantior sedes in posterum stabiliatur. Idem namque ille Leouicius, circa magni anni tantopere olim quæsiti terminum cùm incubuisset; reclamantibus licet multis, id deprehendit, quod iam multò antè nostri maiores prodiderant; ita referente Censorino. cap. 15. Est annus (ait) quem Aristoteles maximum potiùs quam magnum appellat; quem Solis & Lunæ, vagarúmque quinque stellarum orbes conficiunt, quum ad idem signum, vbi quondam simul fuerunt, vnà referuntur. cuius anni hyems summa, est μεγακλυσμὸς; quam nostri diluuionem vocant: æstas autem, ἐκπύρωσις, quod est mundi incendium. Nam in his alternis temporibus, mundus tum exigneſcere, tum exaqueſcere videtur. Hunc Aristarchus putauit esse annorum vertentium duum millium cccc lxxxiiii. Aretes Dyrrhachinus, quinque millium dlii. Herodotus & Linus, decem milliũ dccc. Dion, tredecim (millium) dcccclxxxiii. Orpheus, centum viginti. Cassandrus, tricies sexies centum millium. alij verò infinitum esse, nec in se vnquam reuerti existimauerunt. Posteri ad annos circiter dccc. reuocarunt. sed de his aliàs.

Nunc verò palmam si fortè neglexerit Leonicius; video succedentem illi in eâdem gente Germanica, Clauium Mathematicum doctissimum, vnum de societate eorum, qui se Iesuitas dici volunt. quem ego & hortor, & moneo, vt hanc prouinciam suscipiat qua defungi posse illum magno suo cum honore & Reipublicæ commodo, vltrò policeor, ac recipio: & nisi animus fallit, illi de secundo successu bene ominor.

Numeri aurei & epactarum decennouennium vsus mirificus ad quid: & an fallant, & quantum.

N. ad Lilium, pro detergendo errore numeri aurei plani necessarij, ad quid.

N. de diebus triceni epactalibus Lilij, sententia, contra de epactis veteribus.

N. operam pollicetur & Lilium dilaudat quãobrem.

N. de Leonitio Math. præstantiss.

Numeri aurei præstantia & antiquitas.

N. de æquinoctiis & solstitiis corrigendis; & embolismis remouendis, ad quid.

An mundus annos post renouatos 800. terminetur & nouus inchoet.

N. videant effutiri.

Sequitur tabula, & proportio, & nomina mensium.

Romanorum.	*Græcorum.*	*Hebræorum & Chaldæorum.*	*Ægyptiorum.*
Ianuarius	Gamelion	Sheuet seu Scebat	Chiac seu Ayah
Februarius	Elaphebolion	Adar	Tiby siue Sobbi
Martius	Munychion	Nisan	Mechir siue Mayr
Aprilis	Thargelion	Iiar, seu Iar.	Phamenoth, seu Phemanich
Maius	Scirophorion	Sinan	Pharmuti siue Sarmorum
Iunius	Hecatombeon	Tamnus seu Tamus	Pachon seu Machor
Iulius	Metagitnion	Ab vel Au	Pauni siue Sensi
Augustus	Boëdromion	Elul	Epiphi seu Acticha.
September	Memacterion	Tizri seu Tisri	Mesori seu Mauzori
October	Pyanepsion	Matheſuã seu Marche ſuã	Thoth seu Tuth
Nouember	Anthesterion	Kisleu seu Kasleu	Phaophi vel Bala
December.	Posideon.	Teuet seu Tebeth.	Athir vel Acco.

TERTIA PARS PROBLEMATIS HVIVS, IN QVA EXPLICATVR HIPP. ET QVORVNDAM ALIORVM, DE SEPTIMESTRI, ET VLTERIORE PARTV, QVOLIBET

sententia: itémque tum eiusdem Hipp. tum aliorum diuersa mensium ratio exponitur. vbi & obiter de epacta, & aureo numero, & Lunæ inuentione, & emboliſmo dicto; & potiſſimùm de mense medicinali ad Galenum: postremò de vi numerorum ad Pythagoreos.

Regreſſio ad inſtitutã ſermonem.

ATQVE hæc mihi quidẽ hactenus dicta sint, velut per longiusculã, nec otiosam tamen digressionem: deinceps verò ad partus menses metiẽdos regrediamur, & institutam quæstionem de legitimo partus tempore, atque vtroque extremo gestationis aluinæ termino concludamus. Videor enim quiritantes mulierculas iam mihi parturientes audire, inclamantes Comicum illud;

Iuno parturientibus præesse putata est. N. de B. Maria allegorizat.

Iuno Lucina, fer opem: ſerua me obſecro.

Non tamen Iuno illa Iouis & soror & coniux à poëtis ficta: non illa celebrata Flacco,

Montium cuſtos, nemorúmque virgo;
Quæ laborantes vtero puellas
Ter vocata audis, adimiſque letho
Diua triformis:

Diana quæ & cur dicta lucifera.

Diana Lucifera dicta à Græcis, quasi quæ lucem genialem vitali fœtui largiatur, vt Cic. ineptit. lib. 2. de natur. deor. & vanitatem ethnicam interpretatur: Sed Dei & mater & filia; sed eadem & virgo & puerpera; sed illa Esaiæ 9. cap. celebrata Alma, & Græcis ἡ παρθένος ἡ τεκοῦσα, Maria Cassobolites cognominata ab Ignatio, gratiâ plena, inter mulieres benedicta, beata gentibus & generationibus omnibus prædicanda. de qua, vt arbitror, Auguſtinus inter cætera: Intercede pro deuoto fœmineo sexu. de cuius encomiis nos comment. in Strabum.

Maria virginum Epitheta.

Diximus igitur iam antè, quænam foret Hippocratis, Aristotelis, Galeni, & aliorum ab his principibus deductorum medicorum & physicorum, de legitimo partus tempore sententia: possemus eôdem & poëtarum & oratorum complurium, præter iam productos, conferre testimonia: niſi vereremur, ne res in immensum excresceat. Sed iam dictis, & hæc obuia mihi duo poëtarum duorum Latinorum (nam de Græcis & aliis ab initio transegimus) adiicientur, cum paucis hiſtoricis & philoſophicis testimonia: prius Virg. ni fallor, ex Lucretio desumptum, 4. Ecloga:

Philoſophorum de legitimo partus tempore ſententia varia.

Poëtarum eadem de re opinio.

Matri longa decem tulerunt faſtidia menſes.

Alterum Ouid. ex lib. 1. Fast.

Tempora digereret cùm conditor vrbis, in anno
Conſtituit menſes quinque bis eſſe ſuo.
Quod ſatis eſt vtero matris dum prodeat infans,
Hoc anno ſtatuit temporis eſſe ſatis.

Hipp. lib. de septimestri partu: Qui enim in septem quadragenariis nascuntur, decimestres appellati, ob id maximè educantur, quòd fortissimi sunt. de quo postea. Hoc mense genitum tradunt Scipionem Aphricanum. Pythagoras, teste Laërtio, dicebat intra 7. aut 9. aut 10. vt plurimùm menses, consummatum atque perfectum edi infantem: de quo pòst iterum. Apollodorus Saturnum alligari per annũ laneo vinculo, & solui ad diem eius festum, id est mense Decembri scripserat. quod interpretatur Macrobius, decimo mense semen in vtero animatum, in vitam grandescere: quod, donec erumpat in lucem, mollibus naturæ vinculis detinetur. de cæteris aliàs: mihi nunc placet, locum hunc ex Gal. lib. An animal sit, id quod in vtero est, vt illustrem, in commendationem partus & fœtus, subiicere. Homo à cæteris diuinius quippiam sortitus, & rebus vniuersis melior, Deóque potestatẽ similis, non eandem cum parentibus diuinitatem excipiet? Ac iam quidem & lege & per accidentia ipsa, fœtus, animalia esse ostendamus. Qui viuere in naturam, vt in causſam referunt; in ipsos verò legislatores, ab anima tamen occasione sumpta, bene viuere (nenim leges hæ sunt, quæ mala sunt, prohibere, & custodire quæ honesta iam sunt, quæque futura, aut iam instant asciscere) ij duabus maximis, quas ipsi tulerunt, legibus, quæ in vtero sunt, animalia esse demonstrarunt: Alterâ, ei qui abortus causſa fuisset, pœnam statuente: Alterâ, qui nondum nati erant, hos hæredes instituí posse iubente. Videbant enim exactiùs quàm multi, vt qui Deorum facta imitabantur. legem enim ferre, in primis deorum est. siquidem rerum omniũ pater inter deos omnia lege dispoſuit. nam mundus, illius imperio mouetur: stellæque errantes propris singulæ orbibus in præscriptum tempus, & Sol ipse & Luna curſibus definitis: terra, vt radix, opificis iussu posita est: posita aqua: expansus est aër; permeat ignis, singula proprias actiones seruantia, metu legis propriæ præterundæ. Leges Cretensibus lup-

Decimeſtres partus qui: & cur ſuperuixit ab exẽplo.

Decimo mẽſe infans naſcitur per ſe ſtum.

Hominẽ dignatus ſupra reliqua animãtia.

Legẽ natura & vſus.

Quod ſœtus adhuc in vtero ſit animal ab authoritate legum & præcepto qus.

Digitized by Google

piter dedit, Lacedæmoniis Pythius ipſe, Pallas Athenienſibus. Horum igitur diſcipuli Legiſlatores, Lycurgus & Solon, per hæc quæ modò dixi, capita duo, firmum nobis de fœtu ac indubitabile argumentum præbuerunt. Niſi enim animalia eſſent, non in ipſos abortus authores (de quibus etiam cauit Hipp. in ſuo Iuſiurãdo) legibus apertè propoſita pœnâ animaduertiſſent. quoniam verò animalia eſſe dicebant: iccirco pœnam inſtituerunt. Quis perfectus iam ac indubitatus homo, ius exigens cauſsâ eius, qui in vtero non homo, ac ne animatus quidẽ eſt, vnquam hæreditatem dimittet? ignarus an animal ſit, quod in vtero eſt? Quid igitur animal eſſe, quod in vtero eſt, negare contendis? Quis ſucceſſore vtitur eo, quem nondum eſſe credimus? Quis ſibi dominum dicet eum, de quo dubitatio eſt? Nondum natus erat Pericles Olympius, & iam Græcos omnes ob inſomniũ terrebat: nondum Piſiſtratus, & tyrannus erat: Alexander ex Olympiade nondum natus, ab omnibus iam Ammonis filius dicebatur, & regni princeps; Cypſelúſque cùm adhuc generaretur, etſi Bacchiadis non videbatur, terrente ipſos ſpectro. Hecuba quoque ante partũ formidaſſe Alexandrum dicitur, graui viſione perterrita: at ipſi Phryges, omnes ex igne nondum genito calamitates accepiſſe. Itémque Alcmena Herculem proereans, terrorem aduerſariis, diffidentiam inimicis incutiebat, quum adhuc infantem vtero gereret. Tantum igitur abeſt, vt fœtus, non animal dicatur; vt non modò animal ſit; ſed etiam humanæ naturæ vim habeat quanuis adhuc vtero radicitùs hæreat. Sed iam ad fœtum ipſum, tanquam animal id, vt nihil ipſi, quòminùs homo ſit, deſit, formatum noſtra vertatur oratio. Prodite quæſo, è ſinibus nihil timentes, ô fœtus, neque generis demiſſionem, neque chariſſimos alienatos, neq. opes conferendas. non vos multorum calumnia, neque horum qui naturam ipſam iniuria afficiunt, excludit malignitas. quapropter eos pœna vos afficietis, vt Pericles, vt Piſiſtratus, vt Paris, vt Macedo Alexander, atque Hercules.

Pœna legũ in abortum auctores.

Quòd fœtus & animal ſit in vtero, & homo.

Sed remotis iſtis coloribus rhetoricis, ita tandem cum Hipp. concludamus, ex ſect. 7. l. 6. Epidem. Quicquid in ſeptuaginta mouetur, in triplicitate perficitur. Et quicquid in nonaginta mouetur, in triplicitate perficitur. Quam ſententiam ſic idem mutatis verbis lib. de alimento explicat; Ad figurationem, ſoles 35. ad motum, 70. ad perfectionem, 210. Alij autem ſic tradunt; Ad formam, 45. ad motum 76. ad exitum, 210. Alij ſic; Ad formam, 50. ad primũ ſaltum, 100. ad perfectionem, 300. Alij ſic; Ad diſcriminationem, 40. ad tranſitum, 80. ad elapſum, 240. non eſt, & eſt. gignuntur autem in his & plures, & pauciores, ſecundùm totum, & ſecundùm partes. non multò autem plures aut pauciores: pauciores verò tot, & quæcunque alia his ſimilia. Verumenimuerò remotâ verborum ambage, ita cum Galeno ad lib. 6. Epidem. ſect. 7. ſtatuimus; Quum duos inſignes ac præcipuos legitimi & vitalis partus menſes ſciret & notaſſet Hippocrates, ſeptimum & nonum (Pythagoras præter hos; etiam decimum adiecerat, vt indicaui) ita extuliſſe per multiplicationem ternariam, ſeu mauis, triplicationem menſium & motus & partus. Quiſquis enim partus intra nonaginta dies moueri incipit (quod ſpatium eſt trimeſtre, ſingulis menſibus triginta dies continentibus, ex hypotheſi) idem triplicato menſium numero, id eſt menſe nonó, ſiue diebus 270. in lucem editur perfectus, & numeris omnibus abſolutus. At quiſquis celeriot hunc terminum anteuertit, & lucem intempeſtiuam, vitalis tamen futurus affectat; is intra 70. dies moueri in aluo materna percipitur, inſtar muſcæ leniter volitantis: idémque triplicato iſto numero, id eſt, menſe ſeptimo; in auras vitales prorumpit, ſiue diebus 210. ſic etiam Pythagoras ſenſerat: ſed ſenario hunc, non autem ſeptenatio numero metitur, vt antè monui. Ita vt menſis quilibet hoc loco, ex Hippocr. æſtimatione, dierum 30. cenſeatur. quam ſupputationem etiam Galenus lib. 2. de diebus criticis ſequitur, quatuor menſes diebus 120. æſtimans: quamquam alias paucioribus, vt patuit in antecedentibus, & poſtea fortaſſe repetam apertiùs.

Fœtus conſummatur, quoto menſe moueatur.

Figuratio & motus & perfectio infanti in vtero qui ſint, & varie ab eorum.

Atque hi ſunt legitimi partus, vt iuſti, ſic & frequentiſſimi duo termini: quos rarò puerperam anteuertere, aut ſubſequi & remorari contingit. quod tamen ſi quando accidat (accidit autem non infrequenter) ea valebit multiplicationis ratio, quam paulò antè ex libro de alimento ſubieci; per ἑπτάμηνον ſiue triplicationem. Genethliaci ſuam quandam & nouam multiplicationem ſequuntur; & moras fœtus in vtero materno ferè iſtas, neque plures aut pauciores aſſignant: nempe dierum 268. qui menſes octo faciunt, & dies inſuper 18. aut dierum 273. qui nouem menſes, & tres dies præterea metiuntur: aut dierum 283. qui ad nouem menſes adiiciunt inſuper dies 18. At qui venit adimpleturus, non autem ſoluturus legem Naturæ & Moſis CHRISTVS IESVS, ſimilis nobis factus abſque peccato, & humana conditione natus; auguſto ſuo natali nos docuit, quis verus & legitimus foret homini naſcendi terminus: Nam conceptus in aluo Mariæ virginis deiparæ, de Spiritu ſancto, ad 8. Cal. Aprilis; emenſo nouimeſtri ſpatio, ortu auſpicatiſſimo, & toti orbi ſalutifero, in lucem prodiit, qui erat ante ſecula Deus, 8. Cal. Ianu. & quidem præter communem hominum ſortem, multis miraculis illuſtratus; de quibus nos ad Strabum, tum ex Euangelio, tũ ex hiſtoria ſacra, imò & prophana; & Sibyllarum oraculis. Et quidem (vt ferunt) in primo natus gradu Capricorni, iam incipientibus lucibus augeſcere, quum lux vera illuceſceret: atq; adeo Dominico die; quia Dominus & artifex dierum oriebatur: porrò in ortu Virginis; qui ortus de Virgine, mortuus (vt nonnulli perhibent) eodem quo & die conceptus fuerat; & quidem die paraſceues, quem Veneris, antiquo & gentili ritu vocãt. ita vt non modò dierum ſed etiã horarũ ſpatia obſeruaſſe naſcendo dicatur, Auguſtino ſerm. de natiu. Domini, Leon

Papæ, Oroſio, Alberto, Toſcaro, Driedonio, Paulo Foroſempronienſi, & aliis tum religionis, tum antiquitatis authoribus. Quod idem poſſem, ſi vacaret, de beata virgine deipara demonſtrare; cuius conceptio auſpicatiſſima, & labis primigeniæ expers, in diem incidit 6. Idus Decemb. natiuitas autem, nono pòſt menſe conſummato, 6. Idus Septemb. quod idem de præcurſore Chriſti Iohanne Baptiſta confirmant: cuius conceptio in 8. Cal. Octob. natiuitas autem, in 8. Cal. Iul. incidit. ſed his modò prætermiſſis, quod inſtar, agamus.

Priorem illam partus rationem, vt legitimam & probatam, & ab Hipp. bis repetitam 2. & 6. Epidem. nos quidem recipimus & admittimus: & Auicennas lib. 3. fen. 21. tract. 1. cap. 2. admiſit; quem nunc ſit ſatis indicaſſe, ob ſermonis & tractationis barbaram ruſticitatem: illud potius ſit ex Macrobio repetere lib. 1 in Somn. Scip. ex Pythagora & Hipp. deſumptum, & eleganter explicatum: Humano partui frequentiorem vſum nouem menſium, certo numerorum modulamine natura conſtituit: ſed ratio ſub aſciti ſenarij numeri multiplicationem procedens, etiam ſeptem menſes compulit vſurpari. quam breuiter abſolutéq. duos eſſe primos omnium numerorum cubos; id eſt, à pari, octo; ab impari, vigintiſeptem: & eſſe imparem, marem; parem, fœminam, ſuperiùs expreſſimus. Horum vterque ſi per ſenarium numerum multiplicetur, efficiunt dierum numerum, qui ſeptem menſibus explicantur. Coëant enim numeri, mas ille qui memoratur, & fœmina, octo ſcilicet, & vigintiſeptem: pariunt ex ſe quinque & triginta. hæc ſexies multiplicata, creant decem & ducentos: qui numerus dierum, menſem ſeptimum claudit. Ita eſt ergo naturâ fœcundus hic numerus, vt primam humani partus perfectionem, quaſi arbiter quidam maturitatis abſoluat. Diſcretio verò partus futuri (ſicut Hippocrates refert) ſic in vtero dignoſcitur: Aut enim ſeptuageſimo, aut nonageſimo die, conceptus mouetur. dies ergo motus quicunque fuerit de duobus, ter multiplicatus, aut ſeptimum, aut nonum explicat menſem. hæc ille. Empedocles in hominibus à 36. die fœtum articulari incipere dixit: vndequinquageſimo autem, partibus omnibus abſolui. Aſclepiades in maſculis, quòd calidiſſimi ſint, 26. die membra diſtingui, 50. conſummari credidit: quoſdam tamen etiam intra hoc tempus formari. fœminas autem intra duos menſes incipere, quarto compleri, frigidiores cùm ſint. alias autem animantes ex elementorum facili congreſſu pariter totas & inchoari & abſolui. Inter recentiores, vnus Fernelius mihi erit inſtar multorum: qui tamen lib. 7. cap. 11. de legitimo partu & partus tempore, nihil aliud ſenſit aut ſcripſit à communi hominũ ſenſu & doctrina vulgari alienum, ſic enim tradidit; Cæterùm circa nonum menſem factus grandior fœtus, copioſiore egens alimento & ſpiritu, diutiùs concludi non patitur. Proinde primùm ſeſe conuoluit, capũrque declinans, pudendo offert: crura ac reliquos artus in ſublime diſtendens. Id autem nonnunquam molitur vno menſe (ſi credere dignum eſt) ante partum. At ſic ſe inuertens, nihil defringit, quòd laxior ſit vmbilicus, duos plerunque cubitos longus, multis modis (ſeu nodis) & inuolucris fœtum præcingens. Inſtante partu, ille calcitrans, primum amnium membranam, manuum pedũmq. crebra impulſione diſtrumpit; ac tum miſcetur vrina ſudori. Poſt hæc verò, maiore impetu ſeſe conuolutans, plurima acetabula diſſoluit: quo tempore mater, ventris tortiones experitur, defluítque ſanguis in vteri capacitatem. Poſtea verò ſecundæ ab acetabulis euelluntur, & reliquæ diſcerpuntur membranæ; aquæ ex vtero defluunt. cũmque nil ampliùs habet fœtus, excidit ceu maturum malum ab arbore, ſoluto ſponte pediculo. hæc quidem fœtus molitur. Vterus verò, qui nouem continenter menſibus tota ceruice connixerat, fœtum auidè comprehendens, tum os paulatim aperit; ac primùm quidem ita diducit, vt obſtetricibus minimum in id digitum immittere liceat. dehinc verò ampliùs, vt obſtetrices allantocidem tunicam, & quas vocant aquas ori obuias percipiant, ab his verò, ore ad fœtus prolapſionem ſatis patente, vniuerſus vteri fundus (fundum dici maluiſſem) quàm proximè poteſt, ad os ſe contrahit, fœtúmq. foràs propellit; cui & aliæ, quæ circunſtant, partes ſuppetias ferunt. Ipſa quoque mulier non mediocriter ſibi ipſi opitulatur, & viribus connititur ad fœtum ſtrenuè excludẽdum, contractiis intentiſque his, qui in abdomine ſunt, muſculis. Fœtus in os vteri delapſus, capite corporis viam parat, ſéque foràs dat per lubricam ceruicem; vt quam copioſus effluenter humor perfuderat. Multa igitur in tam difficili arduóque opere conueniunt; fœtus, mulier, & vterus. quem ipſi aliquando vidimus tanto impetu fœtum extrudere, vt ſimul foràs excideret. Quo autem pacto, os vteri tantopere dehiſcat, vt per id fœtus elabatur, neſcit Galenus, nec aliud quàm admirari poteſt, vt alio quodam antea problemate oſtendimus. ex quo tamen deſumpta hæc à Fernelio deprehendis, ſi eorum meminiſti, quæ iam antè in prima parte problematis huius citauimus ex cap. 4. lib. 3. de facult. natural. Sed ſuo tamen more, vix vnquam authorem, aut librum, aut locum vllum nominatim indicando: quod antehàc vſpiam illi ab initio operis huius obiecimus.

Iam verò grauis incurrit hoc loco quæſtio, & à paucis (nolui dicere à nullis) ſatis hactenus obſeruata vel explicata, circa Hipp. multiplicãdi ratione ab Arithmetica non paulùm diſcrepantem. Namq. menſem interdum diebus metitur integris, interdum multò breuiori tempore. ſic enim lib. de ſeptimeſtri partu, ſeptimũ menſem diebus 182. ac dimidio, inſuper accedente quadam diei particula, metitur: quæ ſumma dierum, dimidium annum planè efficit: Sic vt in anno Hippocratico (vt cuipiã prima fronte videatur) quatuordecim menſes ſint futuri. Et tamen idem ibidem, duos menſes vnde ſexaginta diebus componit. ita vt mẽſis illi æſtime-

N. aſſentitur Hipp. in menſium æſtimatione ad partum.

Partus hominis frequentiſſimus nono menſe, qualiter multiplicato. eiúſque ratio ad 7. menſem.

Diſcretio partus in vtero formati ad motum & exitum per triplicationem.

Partus nonimeſtris quæ neceſſitate fiat quòq. modo.

Fœtus mẽbrana, quot ſint: Et quando termino puerperam corripiant.

Vteri in partu ſuppetiæ, qui.

Puerpera niſus adparandum qui, & quantus.

Vterus in partu quãtopere dehiſcat, & quo vi.

N. attentio ad ſequentia, de multiplicatione Hipp. inſiſtens.

uzed by Google

tur viginti nouem dierum cum dimidio. Idem rursus sub finem lib. de carnibus: Puerum septimestri partu natum, pro ratione natum & vitalem ducit, vt antè protuli: eò quòd numerum ad hebdomadas & septenarium, exactum habeat. Contraria autem de caussa (ait) octimestris natus nullus vnquam vixit. Nouem verò mensium, & decem dierum partus fit & viuit, & habet ad hebdomadas numerum exactum. quatuor enim denarij hebdomadum, dies sunt 280. in denarium autem hebdomadum, 70. dies incurrunt. Habet autem & septimestris partus tres decadas hebdomadum, & in quaque decade, 70. dies. tres verò hebdomadum decades, ex toto sunt dies 210. Et puto, meministi locorum iam à me productorum; vbi menses singuli, ad multiplicationem figurationis & motus & exitus, tricenûm dierum æstimabantur, ex lib. 2. & 6. Epidem. & lib. 2. de alimento, & ex Galeno lib. 2. de diebus crisimis. Quibus locis omnibus, ea fit Arithmetica multiplicatio, & quidem integra, vt singuli menses (quos ἐμβολίμους dicunt, vulgò embolismales) totos 30. dies expleant: sic vt tres menses, sint dies 90. iterúmque totidem, faciant dies 180. quibus si addas 30. id est mensem vnum, facies dies 210. qui sunt integri menses septem; quorum singuli sint dierum 30. Ac ter 90. faciunt dies 270. nempe nouem menses integros embolimos, quorum singuli, diebus 30. constant, vt iam sæpe dico ac repeto. Vt mirum non sit, ab Aristotele, & Plinio, & multis aliis, octimestres fœtus dici vitales: quibus integri menses octo, faciunt dies 240. qui ad septem menses Hippocraticos dierum 210. addunt præterea dies 30. siue mensem vnum. Pythagoras magnus cum primis numerorum architectus, & quem secutus in hac multiplicatione videtur Hippocrates, sic computabat. Dies nempe 40. per septem initiales multiplicabat, vt fierent 280. id est hebdomades quadraginta: sed quoniam legitimæ illius hebdomadis primo die editur partus, ideo sex dies decedunt; & dies 274. ab eo tantùm obseruabantur.

Hipp nullus infans octimestris superfuit.

Nouimestris partus quot praeter ea dierum accessione constet.

Item & septimestris.

N. Dubium de conciliatione pugnantium locorũ Hipp. & Gal.

Verùm quónam tandem modo pugnantes istos apud Hippocratem locos conciliabis? nostrorum enim Doctorum licet doctissimorum, qui Gordium hunc nodum solueret, vidi adhuc neminem. Quánam fieri ratione dices, vt his postremis locis, septem mẽses faciant dies 210. At initio lib. de septimestri partu, totidem mẽses septem, efficiant modò dies 182. cum vnius diei dimidio, & particula quapiam? quæ summa dimidium annum, vti dixi, & vt ipse Hippocrates profitetur, perfectè integrat? Equidem obscuritas loci huius magna est, & paucis (vix ausim nullis, sed ausim dicere pauciſſimis) hactenus perspecta aut soluta: de qua legi hactenus neminem, qui mihi faceret satis, etiam de iis, qui locum sibi explicandum susceperunt, aut de mensibus medicinalibus, aut Hippocraticis, & Galenicis sunt commenti. Et quia mihi in obscuris euoluendis, & pulchris theorematis, & raris axiomatis in apertum eruendis ac proferendis, studium ponitur, conabor & hoc dubium (haud scio an prius) enodare atque explicare; vt quilibet posthàc intelligat, & vt Theologi, & Iurisconsulti, & Historici authoritatem Hippocratis à se citatam, & minimè intellectã, deinceps facillimè assequi valeãt: reliqua enim, paucis istis exceptis, in aperto sunt, & nemini veniunt in dubium. Hippocrates igitur libro illo de septimestri partu (aut Polybus potiùs Hippocraticam sibi authoritatem vendicans) nouam quandam init numerandi rationem; non per menses integros aut 29. aut 30. dierum, quales vtrosq. agnoscit, & quales Græcia vsurpat; sed fractos ac mutilos; ea quidem ratione, vt primi mensis, quo mulier concepit, dies tantùm quindecim supputet: vltimi autem & septimi mensis, dies viginti aut paulò ampliùs. quod ille ipse, obscuriùs licet, significauit, & bene attentis, ac non leuiter & oscitanter vel obiter legentibus, Græcè sic insinuauit: Οἱ δὲ ἑπτάμηνοι γίνονται ὅταν ἡμερῶν ἡμίσεων καὶ εἰκοσὶ καὶ ἑξακοσίων καὶ δύο, καὶ μεγάλης μοίρης. ἐὰν γὰρ τὸ μεγάλον κλάσμα μείζονας πεντεκαίδεκα ἡμέρας, τῶν ἑξῆς πάντα μείζω, ἢ ἐλάσσω, καὶ ἔστιν ἡμέρας [ἐν γὰρ ἑξήκοντα, μιᾶς δεούσας ἡμέρας, ἐγγίνεται δύο μῆνες ὀκταλόφοι] οὗτος οὖν ὁ χρόνος ἐστὶν, ὃς ἂν ἔλάχιστος μέλλῃ, ἀφεζόμενοι ἡμέρας πλείους ἢ ὀλίγας, ἡμέων τῷ ὀκταλόφῳ, καὶ τῆς ἡμέρης τῇ μοίρῃ τῇ μέρι τοῦ γινομένου. quem locum iam antè Latinè reddidi, interprete Cornario (rarò enim in his scriptis accidit mihi interpretem agere) nisi sic mauis; Septimestres fœtus oriuntur ex centum & octoginta duobus diebus, accedẽte insuper diei particula quapiam (Græcè enim malim μεγαίνης) Si enim primi mensis dies quindecim computaueris; quinque verò mensium deinceps dies centum quadraginta septem, ac diei vnius dimidium [sequentia includo parentheſi, & ὁ pro τὸ lego, in hunc sensum: In sexaginta enim diebus, vno dempto, quàm proximè duo menses absoluuntur] His igitur ita se habentibus, ad septimum mensem, ampliùs quàm [vel ὀλίγον, non ampliùs quàm] viginti dies supersunt; quæ summa est anni dimidij, præterea insuper quadam parte diei parti cuipiam accedente. hæc ille, quæ sic demonstrare conor. Iam verò ex concesso, accipe mẽses toros & integros quinque; quorum singuli, dies efficiunt 29. cum dimidio [duobus enim mensibus dies vndesexaginta, siue 59. assignat] habebis dies 147. cum dimidio. his adde primi mensis dies 15. & mensis vltimi dies 20. omnino exurgent ex tota additione, dies in totum 182. cum dimidio, & aliqua diei particula, quam Galenus 15. horis æstimat, cum vicesima quarta vnius horæ parte [quas nunc minutias prætermittimus, ne ad errorem calculi relabamur, de quo iam antè aduersus Galenum & alios] quæ summa vniuersa dierum 147. cum dimidio, & dierum 15. & dierum 20. anni dimidium facit, dies nempe dictos 182. cum dimidio diei, & reliqua illa diei qualiquali particula. Quo interuallo, septimestrem partum edi vitalem ibi tradit Hippocrates, tum ex obseruatione & experientia, tum ex numerorum vi quadam, quam idẽ Pythagoræ æmulus septenario tribuit sæpius in sese, vel in alios numeros multiplicato. Sed quare [dicet aliquis] primi mensis

Hipp. citatus à Theologis & IC. & Historicis, non intellectus tamen.

N. Passim sequitur interpretes Latinos.

Septimestris fœtus constat diebus 182. cũ quadã particula, quomodo.

N. explicat locum Hip. ex additione trium numerorũ.

N. metitur annum dimidium in 7. mensibus Hip. quomodo.

N. Epiphonema in obscuritatem rei à nullis forte ante cognitam & explicatam.

Partus septimestris cur vitalis. ab experientia. vbi de vi septenarij in Pyth.

dies tãtùm Hippocrates 15. numerat: vltimi verò dies tantùm 10. Sanè (inquam) quòd tres ſeptimanæ, 10. diebus terminentur; tum ex eodẽ Hipp. tum ex Galeno ipſo conſtitit ad aph. 24. lib. 2. & prognoſt. ſect. 3. & lib. 4. de diebus criſimis, & lib. 2. de criſibus, & alibi. & hoc ad vicenarium numerum vltimi menſis, primo loco à me dictũ ſit. Illud autem prius, de quindecim diebus menſis primi, ex eo mihi quidem videtur accipere, quòd conceptum deſinente menſium fluore fieri opportunè, & verè ſcripſit, vt alibi productis locis docuimus, & poſtea ex 2. epidẽ. & lib. de octimeſtri partu repetemus, & aliàs ex Ariſtotele ipſo & Galeno. Atque illo quidem æuo, mulieres tum longiori dierum interuallo, tum longè maiori ſanguinis copiâ, ad heminas Atticas duas aut plures, id eſt ſeſquilibram, ſeu libram vnam cum ſemiſſe, aut ad libras duas pluréſve expurgari ſingulis menſibus ſolebant, vt ſcribitur lib. de natura pueri, & lib. 1. de morb. muliebribus. A partu autem per totos dies 35. aut 40. vt idem Hipp. ſcripſit locis productis. Quare in Græcia dies habent quadrageſimos inſignes, ait Cenſorinus cap. 12. namque prægnans ante diem quadrageſimum non procedit in fanum: & poſt partum, 40. diebus pleræque fœtæ grauiores ſunt, nec ſanguinem interdum continent. & paruuli fermè per hos ferè morbidi, ſine riſu, nec ſine periculo ſunt. ob quam cauſſam, quum is dies præterijt, diem feſtum ſolent agitare: quod tempus appellant νηστεύειν. Et Ariſt. cap. 3. lib. 7. hiſtor. animal. Purgationes autem accidunt plurimis, quum conceperint, ad tempus quoddam, ſcilicet triginta dierum; maximè ſi concepta fœmina eſt: quadraginta, ſi mas (antea ad menſem ſecundũ produci dixi, quum Hippocratis ſententiam exponerem.) A partu etiam purgationes eodẽ dierum numero conſequi volunt: quanquam non æquè ita diligenter eueniunt. Ne de Leuitico repetam cap. 12. niſi quòd ex eodẽ capite, mihi probare licet illam quindecim paulò minùs dierum menſtruam fluxionem ſtatam & periodicam menſtruorum; quæ hoc æuo vix ad dies 3. 4. 5. 6. 7. 8. ad ſummum perdurat: ait igitur: Ipſa mulier triginta tribus diebus manebit in ſanguine purificationis ſuæ, ſi maſculũ peperit. Sin autem fœminam pepererit, immunda erit duabus hebdomadibus, iuxta ritum fluxus menſtrui: & ſexaginta ſex diebus manebit in ſanguine purificationis ſuæ. & quæ ſequuntur alibi dicenda, ne miſceam ſacra prophanis; & ex Luca teſumam cap. 2. de B. Mariæ purificatione legem implente, quum tamen eſſet ipſa puriſſima, & templũ ſuo ingreſſu, & Ieſu pueri oblatione, potiùs purificaret & ſanctificaret. Sic ergo ſe & menſtrui muliebris olim, & purgationis κάθαιρσις à partu habuit ratio dierum; nũc vtique multò breuior, vt & corpora breuiora, & vita breuior, & ſanguinis portio vnicuique minor. His accedit aliquot mora dierum, quibus ſperma in vtero manet iners & euanidum: quo interuallo trium fortè aut plurium dierũ, adhuc incerta manet conceptio, vt poſtea dicetur. Ariſtoteles loco nuper citato; Semen ſi in ſeptimum diem intus permanſerit, ait, conceptum iam eſſe certum eſt: nam quæ effluxiones vocantur, intra tot numero dies fieri ſolent. quod nominatim Hip. repetit lib. de ſeptimeſtri partu; Nam plurimi (ait) abortus in his diebus fiunt (nempe primo & ſeptimo) nominantur autem tales effluxus, non abortus.

Dies 40. cur olim inſignibus habitus, ex more mulierũ & fœtus.

Fluxus ſanguinis ab vtero poſt conceptum quãdiu fiat. Item à partu.

Semen in vtero quãdo conceptũ indicet à dierum numero.

Ergo vera dicere Hippocratem, & rationi cõſentanea, iure omnis ætas exiſtimauit: tantúmque ei detulit, velut numini cuipiam, vt & falli, & fallere neſcium videlicet cenſuerit: quantũ nedum ipſe ſibi vendicauit, à futuris deceptum ſe profeſſus; vt & Celſus ex eius confeſſione arripuit. Quo fit, vt ſeptimeſtrem partum vitalem omnis ætas, omnis natio, omnis ſecta & profeſſio duxerit: licet rationem non omnes perinde viderint aut intellexerint (tantum valet præiudicata opinio) ſiue totis ſeptem menſibus legitimum dierum numerum explentibus 210. vt idem metitur alibi, & nos indicauimus: ſiue poſteriore iſto modo abbreuiatis, & ad 182. cum dimidio reductis, Quem poſteriorem numerum, ſi noſtris moribus ac temporibus accommodes, dixeris fœtum vitalem eum fore, qui totos & integros ſex menſes ſolares exegerit (qui 182. diebus conſtant, ex hypotheſi, cũ dimidio, & tribus horis) aut Græca & Hippocratica ſuppuratione, hunc in modum: Sex méſes faciunt dies 177. his adde inſuper de menſe ſeptimo, dies quinque cum dimidio: erúntque tori dies 182. cum dimidio: quo ſpatio natus infans, vitalis Hippocrati ducitur. Hunc enim menſium terminum hoc libro aſſignat, ſingulis tribuens menſibus dies 29. cum dimidio. quòd ſi, vt alibi apud eundem Hipp. diebus 30. menſem ſingulum definias; ſex menſes efficiẽt dies 180. ita vt de ſeptimo menſe futuro & ſequenti, duo tantùm dies integri cum dimidio vnius diei, & particula quapiam (quam dolores partus & impedimenta facilè obliterant) ad legitimum ſeptimeſtrem partum deſiderentur. qui coniuncti, annum dimidium (quo dixi & oſtendi modo) faciunt. Nam bis 182. dies, cum dimidio vnius, dies 365. integros explent: quæ ſumma eſt anni. nam de particula diei quarta, iã nos copioſiſſimè antehac. Ac 182. diuiſa per 7. (Hippocrates enim ſeptenarij vim multò maximam hîc ducit, ſecutus Pythagoræ placita, vt oſtendi antea) nihil relinquunt: & quotientem habent 26. nam 7. 26. eundem numerum reſtituunt 182. Sic Polybus dies centum octoginta duos & dimidium ſufficere putat, vt ortus aliquis viuat. Quod ſpatium, quamuis ſex menſes comprehendat; ſeptem tamẽ computatur: quia dies vltimi ſeptimum menſem incurrunt. tot enim diebus à bruma ad Solſtitium Sol peruenit ac redit ſic Plutarchus hunc locum lib. de placitis philoſoph. cap. 123. citat & explicat: authorémque non Hippocratem, ſed Polybũ (quod ab initio monui) aſſignat. Sic igitur nobis conſtabit ratio partus ſeptimeſtris ad calculum Hippocraticum vtrumque reducta. Ita tamen, vt ſi torum menſem ſeptimum decurrerit, nihilo ſeciùs, imò vel multò magis vitalis ſit futurus; cui totus & integer ſeptem menſiũ

Mulier olim quot diebus à partu immunda habebatur ob ſanguinis fluxum. Mariæ virginis lam puritatis & legũ obſeruationis.

Miſi Græcum debus conſtat 29. cũ dimidio interdũ 30.

Quod 7. mẽſes Hipp. dimidium annum cõpleant per additionem & diuiſionem per 7.

Partus 7. menſiũ integrorũ, potens vitalis quam anni dimidium ſtatuit Hippocrates.

numerus acceſſerit: & ſiqua vis ſeptenarij tanta eſt; ea nihilominus iſta ſeptimeſtri partui planè & conſummatè adfuerit. nam 210 diuiſa per 7. nihil relinquunt: & quotientem habent 30. (nam 7. 30. ſummam illam multiplicando faciunt) qui menſis vnius 30. dierũ terminus eſt. Diuerſa ergo ratione, idem partus ſeptimeſtris erit calculatione Hippocratica à me expoſita: idémq. ſemeſtris & eſt, & dici poteſt; quia ſex menſes ſolares compleuit; id eſt dimidium annum, ſiue dies 182. cum dimidio.

Septenarij ea vtilitas.

Septimeſtris partus idem & ſemeſtris dici poteſt, quomodo.

Quæ cùm ita ſint, vos ô mariti & coniuges, hortor & moneo; ſiquando à die nuptiarum primo, vos pulchra prole parentes vxor fecerit, intra anni dimidium, ſiue menſes Solares ſex integros; vt ne factam temerè vobis iniuriam, aut nomini & exiſtimationi veſtræ creatam vel conflatam furtiuè calumniam facilè ſuſpicemini, aut queramini: ſi nulla priùs iuſta violatæ fidei maritalis, aut coniugalis tori polluti inſedit ſuſpicio: ſi familiæ vxoriæ nulla nota infamiæ priùs in eo genere inuſta eſt: ſi vxor eadem in poſterum æquali, aut paulò longiori temporis ſpatio, natiua quadam retentricis infirmitate facultatis, vterum geſtare deprehendatur. Hoc enim Hippocratico decreto, & medicorum ac phyſicorum quodam velut Senatuſconſulto, & pudor & fama coniugalis ſarta recta vindicatur: hoc velut *ἐφύμιον*, cui & Curiam & Parlamentum, & Iudices, & Prætores, & Præſides parêre vltrò cupimus & rogamus, legitimi partus prima & ocyſſima meta, & tanquam latifundij ſiue *ἐμφυτεύματος* genitalis primus limes conſtituitur ſtabiliturque.

Anfractus N. Apoſtrophe ad maritos, quod fœtus anni dimidij ſit legitimus, qualiter, & ſub quæ conditione.

N. S. C. Hipp. & Medicorum de partu 6. menſium vitali & legitimo.

N. Primum augmen Hipp. cum Oedipum ſolui.

Hæc mihi ad Hipp. obſcuriſſimam, & nulli adhuc (quod legerim) ſatis perſpectam aut explicatam de ſeptimeſtri partu ſententiam dicta ſint. Cætera enim, quæ ſcripſit idem de decimeſtri & vndecimeſtri partu (quem Galenus non agnoſcebat tamen) & poſt Hippocratem, Ariſtoteles, iſta vtráuis ſupputatione metienda ſunt (qua de re paulò pòſt certiùs audies) & quia Hippocrates ſcripſit, & aſſeuerauit, recipienda ſunt: tum propter authoritatem ſummi viri, vt Iureconſultus homini aſſurgebat: tum quia rationi congrua ſunt: tum quia experientiæ conſentanea. Nam ſi proportio motus ad partũ recipitur, ab eodem authore primùm propoſita; ſcimus certiſſimè fœmellas, imò & maſculos imbecillos aut ægros [his dies 30. illis, dies 42. articulationis vltimam metam ponit Hipp. lib. de natura pueri] poſt tertium menſem, & iam ingruente quarto menſe, aut eo penè exacto, frequentiſſimè atque vt plurimùm moueri. ſic verò Hippocrates ipſe lib. de natura pueri profitetur; Quum itaque extremitates corporis pueri foràs ramos ſparſerint, & vngues ac pili, radices egerint; tunc iam etiam mouetur. & tempus ad hoc fit maſculo quidem menſes tres; fœmellæ verò, quatuor: ſic enim vt plurimùm contingit. Sunt autem aliqui pueri, qui ante hoc tempus mouentur. Mouetur autem primùm maſculus, quia fortior eſt, quàm fœmella: & primùm quoque conformatur maſculus; nam à fortiore & craſſiore genitura fit. At Plinius cap. 6. lib. 7. Motus in vtero, quadrageſimo die [de mare loquitur] & de fœmina; primus nonageſimo die motus. parum veriſimili diſcrimine tanti interualli in maſculo & fœmella, contra Hipp. Ob quem motum fœtus tam tardum, pleræque mulierculæ dum nos conſulunt, an vtero gerant, planè dubitant, etiam circa menſem quintum: vt certa mihi fide retulerunt: niſi certioribus aliunde petitis ſignis impregnatio confirmaretur. Quas tamen moliri quicquam, aut menſes ſuppreſſos proritare, aut venam pertundere, aut fortioribus vti medicamentis, contra nonnullorum temeritatem, & conſilium præceps, ſæpe inhibui: ſuo deinceps & legitimo tempore [Deum teſtem appello] vitales & abſolutos fœtus enixas. Et iam frequenti conſtat exqerientiâ, pleraſque honeſtiſſimas & lectiſſimas matronas, ſeu matresfamilias [quarum de caſtimonia & pudicitia ne minima quidem fuit mota ſuſpicio, & quarum mihi ſupperunt exemplo] felicitèr enixas fuiſſe, & vitales partus edidiſſe poſt abſolutum menſem decimum, & iam vndecimo vertente [inchoato dico, non autem abſoluto] ſiue maritis contubernalibus vſas, ſiue ruri, vel militiæ, aut peregrè degentibus, aut alioquin domo & vrbe abſentibus, ſiue adeo iiſdem mortuis viduas, & poſthumâ prole poſt virorũ fata, auctas. cuius rei fidem Hippocrates ipſe ab obſtetricum relatione repetit tum alibi, tum lib. de carnibus. Siquis [ait] hoc deprehendere vult, facile eſt obſtetrices adire, quæ parientibus adſunt, & ex ipſis percunctari. Quem euentum & Imperatores ſuis edictis, & Iuriſconſulti ſuis reſponſis, & Philoſophi ſuis monimentis receperunt, approbarunt, confirmarunt. Vt tamen fateamur eſſe verum, quod Ariſtoteles, & ante Ariſtotelem, Hippocrates antè citati ambo ſcripſerunt: non rarò falli mulieres, vt ſeriùs, aut ſeciùs & citiùs ſeſe concepiſſe autument. ſic enim primùm Hippocrates lib. de natura pueri, Cæterùm quæ longiùs, quàm decem menſium tempus, vterũ geſtare ſibi viſæ ſunt [nam hoc iam ſæpe audiui] illæ ipſæ hoc modo, quem dicturus ſum, deceptæ ſunt. Cùm vteri ſpiritum acceperint in ſeipſos, à ventre flatum exhibente, eleuantur ac intumeſcunt [contingit enim hoc] videntur ſanè ſibi mulieres tunc concepiſſe. Præterea ſi menſes non procedentes, congregati fuerint in vtero, & diutiùs manſerint, ſemper perfluunt in vteros, aliquando vnà cum flatu à ventre, aliquando etiam caleſcentes: & ſanè tunc quoque in vtero habere mulieres ſibi videntur: nimirum menſibus non prodeuntibus, & vteris eleuatis. Deinde aliquando menſes ſua ſponte erumpunt; aut aliis ſuperuenientibus à corpore in vteros, & priores protrudentibus, & flatus egreditur; & multis iam ſtatim poſt menſium purgationem, vteri hiant, & ad pudendum vertuntur: & tunc viris permixtæ, ad ſe genituram concipiunt eâdem die, aut omnino in paucis. Exiſtimant autem inexpertæ hatum rerum ac rationum, etiam illo tempore ſe in vtero ha-

Decimeſtris & vndecimeſtris partus, an ſint, & quomodo metiendi.

Analogia motus partus in mare & fœmella, qualis & quoto menſe fiat. hoc quidem tempore.

Motus infantis quoto menſe & qualiter perfecto fœtu fiat.

Mas ante fœminam mouetur &

formatur, quæ dicit.

N. Cautio circa grauidas, penti purgationem & phleb.

N. Obſtetricia circa partum 10. & 11. menſium quæmodo.

Hipp. experientia ab obſtetricum relatu.

Quòd mulieres ſæpe fallantur in ipſo conceptionis tempore, quemodo ex Hipp.

Menſtruũ ſuppreſſio ſæpe verum conceptum ementitur, quomodo.

Mulieres quomodo falli contingat circa conceptionis tempus.

buisse; quando menses non prodibant ipsis,& vteri erant eleuati ac tumentes. Vbi deinceps non vltra decem menses vterum gestari, siue oblitus sui, seu diuersus author demonstraturũ se profitetur. ac lib. de septimestri partu: Verùm dies non similiter neque dicunt, neq. cognoscunt mulieres: Decipiuntur enim, ex eo, quòd non eodem modo fiunt: sed aliquando à leptimo mense plures dies accedunt ad quadraginta, aliquando à nono. tunc enim fieri necesse est, prout contigerit mulierem in ventre concipere tum mense, tum tempore. Porrò mulieribus de partubus (non autem partibus) fidem derogare non oportet: dicunt enim omnia, & semper dicunt, & semper proferunt. neque enim aut opere, aut sermone persuasæ sunt: sed ex eo quod cognouerunt in corporibus suis contigisse. Licet autem & volentibus aliud dicere. quæ verò iudicio præditæ sunt, & victoriam de hac sententia pronuntiant, semper dicunt ac testantur nasci septimestres, & octimestres, & nouimestres, & decimestres, & vndecimestres: & ex his octimestres non superstites manere. vbi, cur decimestres potissimùm viuant, causam adiicit: quòd fortissimi sint, & plurimum à vulgarium puerorum tempore absint: & in septem quadragenariis nasci statuit; id est, diebus 280. qua de multiplicatione iam antea. At secutus physicum philosophus, sic ait Aristoteles cap. 4. lib. 7. de historia animalium, post expositam partus multiplicis differentiam, circa problematis huius principia citatam, 7. 8. 9. 10. 11. mensium. Sed mulierem (aiebat) sui conceptus initium latuit: infestantur enim mulieres maximè mense quarto octauóque. & si vel quarto, vel octauo fœtus perierit, ipsæ quoque magna ex parte intereunt. Itaque fit, ne solùm mense octauo nati non viuant; sed etiam ipsis emortuis (caueant sibi monitæ mulierculæ) periculum quæ pariunt, subeant. Simili modo & qui diuturniores, quàm vndecimo mense nasci videntur, latêre putantur. later enim mulieres conceptus initium; si cùm antè inflatus fuerit vterus, vt sæpe accidit, pòst coïerint, atq. conceperint. hoc enim principium esse sui conceptus existimant, quod simile indicium attulit. Ita multiplex perficiendi tempus pariendiq. diuersum homini datum est. Timæus autem etiam aliam quendam erroris modum istum docet cap. 113. lib. de placitis philosoph. Duodecim enim mensibus partum gestari credidit: nouem tamen eos interdum existimari, interdum & septem: quia non semper statim à conceptione, menstrua supprimantur. Quam rationem vt veteram, & frequentem, & multùm efficacem, iam alibi vsquam antea ad Hippocratem conciliandum adhibui, de meo priùs sensu depromptam, & frequenti experientiâ obseruatam: & verò ab hoc Timæo deprehensam, & ab ipso notatam Hippocr. aphorism. 60. lib. 5.

Eant nunc medici, optimarum rationum & ratiocinationum expertes ac mendici: atque ad numeros illos Pythagoricos, & Platonicos, & inexplicabilem atq. inextricabilem labyrinthum, velut ad asylum quoddam confugiant.

Quòd mulieribus de iis quæ circa partum contingunt omnino fides credendum est.

Partum alij 7. alij 8. alij 9. alij 10. alij 11. menſe prodeunt in lucem: ſed octimeſtres non ſuperviuunt, decimeſtres contrà & quare.

Abortus 4. vel 8. menſi ferè cum matre fœtũ perimit.

Quòd 11. menſe fœtus non naſcatur: & cur puerpera fallatur à fluore menſium.

quo de certamine dictum à nobis paulò antè ex aphor. 24. lib. 2. & prognost. sect. 3. & lib. 2. de crisib. & lib. 3. de diebus crisimis, & alibi nonnusquam. De quo porrò video inter homines otio diffluentes certatum & dimicatũ esse acerrimè, si sine sanguine & cruore; at non sine sudore tamen & puluere (Græci αἰκμαὶ, αἰκμάσαι, αἴκμει dicunt festiuiùs) dum alij vicenariũ, alij vicenarium primum, iudicem & criticum adstruunt. quam litem dirimet fortasse different. 104. Conciliator ille Taponus seu Taponensis (Aponensem voluti vel Aponum dicere: sed quem priùs magni faciebam, postquàm φαρμακία intellexi ἢ γόητα, nescio quo modo magum & præstigiatorem despicere cœpi.) Non potest quicquam horum integris diebus exactè numerari: neque enim anni aut menses totis diebus constant, ait Hippocr. lib. de crisib. & iisdem omnino verbis repetit libro tertio prognostic. versus libri calcem, vt antè citaui. quo loco & hoc adiicit: Iuxta eandẽ rationem mulieribus quoque iudicationes fiunt ex partu. Quam in sententiam, memini à Conciliatore illo Petro de Abano Aponensi, ἢ νὺξ ἐπιγνώσεται, vt aiunt, differentiâ centesima sextâ dici & disceptari. Sed hoc diligenti examine obseruãdum est, quod sect. 3. lib. 2. epidem. scribitur, & iisdem verbis lib. 6. epidem. repetitur, iam vsquam à me semel bisve citatum; Quicquid in septuaginta mouetur, in triplicitatibus perficitur. subiicit autem; Quæ nosse oportet ad septimum mensem (seu potiùs ad fœtum septimestrem) aut à mensium fluxu numerandi sunt nouem menses, aut à conceptione. & à septuaginta ad ducẽtos dies, Græci menses fiunt. & siquid amplius vltra hos est, & aut masculis, aut etiam fœmellis hæc fiunt, aut contraria. de quibus omnino notata dignis, quia iam antè transegi, nunc sit memoriam refricuisse satis: de quibus tamen forsan iterum posthàc.

N. Iocus in medicos otiosos, & curiosos numerorum obseruatores.

Motus & perfectiones infans analogia multa. Menses conceptui unde numerandi.

Cæterùm cur octimestres non viuant, multas multorum protuli antea opiniones problematis huius sect. 1. De Hipp. autem, præter admodùm pauca iam mihi dicta, in hunc locum dicere distuli. Primùm igitur sic ille lib. de septimestri partu; Aiunt autem & octonos menses difficillimè vteros ferre; rectè id dicentes, est autem octauus mensis, non solùm hoc tempus: sed & dies accedunt à septimo mense, & à nono, & ab ipso anno. Verùm dies non similiter neque dicunt, neque cognoscunt mulieres: decipiuntur enim quo iam paulo antè dixi modo. Mensis autem octauus minimè dubius est: secundùm hunc enim contingit, vt iudicatio difficilis existat. vbi deinceps octauo mense labores contingere, inflammationes fieri, fœtus in vtero claudos cæcósque ex morbo euadere tradit. dein subdit; Fœtus enim mancus in octauo mense fortiter ægrotauit: vt etiam morbus abscessum ac ablationem siue mutilationẽ alicuius partis fecerit: quemadmodum etiam viris fortes morbi faciunt. Qui verò fœtus in alio tempore fortiter ægrotant, pereunt priùs quàm ipsis abscessus eiusmodi fiat: Quicunque autem octimestres fœtus non valdè ægrotant,

N. Regressio ad Hipp.

Octimestris partum cur non viuat? & octauus mensis unde fiat.

Crisis octauo die difficilis.

Fœtus in vtero multa patitur octauo mẽse quædam.

by Google

sed iuxta vnam aliquam partem, ex secessu afflictionem pertulerunt; quadraginta quidem dies in imbecillitate transigunt vt plurimum in vtero, propter prædictas necessitates, sani autem fiunt. Quicunque autem natus fuerit in his quadraginta diebus; eum impossibile est superstitem manere: ægrotanti enim adhuc ipsi in vtero, transmutationes & afflictiones post partum accedunt. Quicunque autem ægrotans in vtero, ad nonum mensem peruenerit, & in hoc mense natus fuerit, superstes erit. & quæ sequuntur de nouimestri & decimestri partu, & aliis aliò pertinentibus. Nam nunc quidem de octimestri institutum sermonem & continuate & absoluere intendo, præsertim ex libello ita inscripto. De octimestri partu (ait) sic sentio: Impossibile esse, vt duas consequenter succedentes afflictiones pueri ferre possint: & propterea octimestres non superstites manere. contingit enim ipsos consequẽter affligi, tum ea quæ in vtero fit, afflictione; tum ea quæ in partu accedit: & ob id, nullus octimestris vitalis est. Insuper & decimestres appellatos, in septem quadragenariis dierum magis in lucem edi sentio, & maximè contingere, vt educentur. nam perfectissimus est fœtus in primis quadraginta diebus: vbi verò plures accesserint, perit. Vbi notanda est supputatio logistica senis; cui decem menses efficiunt dies 280. quum tamen eidem paulò antè, libello de septimestri partu, quinque menses, dies 147. cum dimidio vnius diei edere, nominatim dicerentur. quos si duplices, vt denos menses constituas, non iam 280. sed 295. integrabis. Solutio verò patebit ex calce lib. de carnib. vbi nouem mensium & decem dierum partũ vitalem dicebat nasci, & habere ad hebdomadas numerum exactum: quatuor enim denarij hebdomadum, dies sunt 280. in denarium autem hebdomadum, septuaginta dies incurrunt. At Pythagoras decimestrem partum edi 274. die prodidit; vt antè indicani: vbi & de Hipp. ista supputatione transegi. Quibus vtrisque locis, licet verborum discrepante sono, rem tamen eandem designat Hippocrates; decimestrem fœtum vocans libro posteriore, quem nouem mensium & decem dierum libello superiore vocauerat; hebdomadis numerandis magis intentus, quàm mensibus exactè metiendis. quos modò totis diebus 30. modò 29. cum dimidio æstimat, vt iam sæpè ostendi. Postremò accedit iam dictis noua insuper quædam obseruatio, ex eodem libello de octimestri partu: vbi de decimestri & vndecimestri sic calculat, & nouum supputat ratiocinium. Cæterùm decimestres & vndecimestres partus ex septem quadragenariis eodem modo fiunt, velut ex dimidio anno septimestres. plurimis enim mulieribus necessarium est in ventre concipere post menstrua purgamenta, vbi ab his exolutæ fuerint. Oportet igitur mulieri tempus dare mensis, in quo ipsa purgatio contingeret: & hoc tempus quibus breuissimum fit, tres sunt dies: pleriisque autem multò plures (antea dixi ad 15. dies, menstruam olim purgationem extendi.) Sunt autem & alia multa impedimenta etiam in viris, ex quibus conceptus retardatur. Oportet autem vel maximè hoc considerare: quòd nouilunium, quod dies vnus existit, exactissimè tricesima mensis pars est; duo autem dies, fermè quindecima mensis pars sunt. tres verò dies, pars mensis decima sunt; & reliqua iuxta horum rationem. & non est possibile in paucioribus partibus fieri neque menstruorum solutionem, neque fœtuum cõceptionem. Ex his igitur omnibus, necessarium est pleraſq. mulieres circa plenilunium & vltra in ventre concipere: vt ducenti & octoginta dies, sæpe vndecimum mensem apprehendere videantur: tot enim dies, septem quadragenarios constituunt. Nam cùm vltra plenilunium mulier cõcipit, necesse est eum conceptum, vndecimum mensem attingere ac apprehendere, quo ad vltimum circuitum perueniat. hæc ille non oscitanter legenda proposuit, vt ratio partus vndecimestris intelligatur: non qui totos menses vndecim exegerit: sed exacto decimo mẽse, qui vndecimi principia inuaserit; quo statim dicam modo, vbi ex eodem Hipp. vnũ præterea aut alterũ locum de decimestri, vndecimestri, duodecimestri partu, protulero: prior erit ex lib. de septimestri partu, iam mihi antè indicatus: Qui in septem quadragenariis nascuntur, decimestres appellati; ob id maximè educantur, quòd fortissimi sunt, & plurimùm à vulgarium puerorum tempore absunt; in quo affliguntur quadraginta ægrotantes diebus circa octauum mensem. Quem locũ iam antè expossui, & septẽ quadragenariis, dies 280. contineri ostendi: qui nullo modo decem totos cõtinent menses; qui forent dies 300. aut saltem dies 295. prout mẽsis illi modò dierum 30. modò 29. cum dimidio æstimatur; sed ad summam completam nouem mensium, dierum 270. addunt insuper dies 10. ex Hippocratis postulato; de quo iam transegimus. Posterior autem locus hic erit ex altero principio libelli de septimestri partu, nisi fallor, supposititio & adulterino. Sed forsitan aliqui petent (ait) cur octimestria & trimestria non viuant? Quoniam fluxi paruuliq. sunt. quædã enim sic æuum & ætatem nacta sunt, & per similia cõformari & discerni cõsueuerunt: quẽadmodum quæ in terra seruntur & plantantur: quædam enim pluribus, quædam paucioribus dieb. nascũtur secundùm tempus. tempus autẽ Solis & Lunæ circuitu perficitur, & sequitur. Nec etiam vndecimestres, nec duodecimestres secundùm eandẽ rationem horũ viuẽt, dũ pueruli sunt: nihil enim præter sua vestigia & naturam fit, aut adolescit, nec etiamsi quid fabulentur. hæc ille author, quisquis est, non admodũ artificiosè, & à propositis Hippocraticis sermonibus & sentẽtiis genuinis discrepãter: quæ mihi sit indicasse satis. redeo enim ad examinãdum illum locũ insignẽ, mihi ex lib. de octimestri partu paulò antè ciratum: quo explicato, ad alia mihi fiet transitio. De septimestri partu (cui decimestres & vndecimestres cõparat fœtus) iã ante constitit, qua tandem noua ratiocinatione siue ἀναγωγῇ, dies expleat 182. cum dimidio. Iam

Fœtus noui mestris superstes.

Octimestres partim vere superstites ob duas afflictiones.

Decimestres vitales intra septẽ 40. dies edit. Quadragenary vii.

Hipp. decimestrẽ fœtum, idem nouem mẽsium & 10. dierũ perhibetur.

Conceptio mulierum vt plurimũ post menstrua fluorum fieri solet.

Porgationis tempus fere triduum est vel plurib. dies.

Quòd conceptio in plerisque circa plenilunium contingat.

Vt plãta in terra sic fœtus in vtero diuersis temporibus adolescunt.

Fœtus 11. & 12. mensium, cur nũ vitales: quòd nil fiat præter naturam.

verò ex hypotheſi, adde iſti inuento numero, numerum trium menſium, nempe 90. dies; & inſuper ex poſtulato, dies adiice 10. (ſic enim pugnãtes locos ex lib. de ſeptimeſtri, déq. octimeſtri partu, & eo qui de carnibus inſcribitur, mihi conciliaſſe videor) adde inquam, 182. & 90. & 10. dies ita collectos, vt inſinuaui (dimidiatum diem nunc prætermittimus, paritérque duos dies menſi vndecimo adſcribendos) exurgent vtique ſeptem quadragenarij propoſiti, id eſt dies 280. quo dierum termino, fœtum decimeſtrem, aut ſanè nouimeſtré & decem dierũ, antea circumſcripſit: & nunc vndecimeſtrem eodẽ rurſus includit, adiectis menſi vndecimo, diebus duobus cum dimidio. Non tamen qui totos vndecim menſes, fœtus percurrerit, ſicuti monui: nam menſes vndecim completi, dies totos 330. vel ſaltem 324. cum dimidio, iuxta Hipp. comprehenderint: prout menſem modò dierum 30. modò dierum 29. cum dimidio æſtimat. Sed in hunc locum, triplex omne genus ſupputandi ſuum ſibi reſeruauit Hippocrates. Primùm illud ſeptimeſtris partus, in quo de primo menſe dies tantùm 15. vſurpantur: de poſtremo autem, dies tantùm 20. cum integris quinque menſibus, qui diebus conſtant 147. cum dimidio. Alterum, æſtimationis menſium ſingulorũ, dies 29. integros cum vnius diei dimidio complentium. Tertium denique, quo ſinguli menſes tricenis diebus æſtimantur. Nã ſeptimeſtris partus dies præſupponit 182. cum dimidio (nunc tamen minimè contemplabili cum ſuo biduo) addítq. tres totos menſes dierũ 90. triginta diebus ſingulos metiens: inſuper autem ad ſeptenariorum numerum explendum aliunde dies 10. aſciſcit; & modò menſi decimo adſcribit, modò autem vndecimo, vt hoc quidem loco. Summa tamen vniuerſa ad dies 280. reducta, per ſeptenarium diuidua: nam ſepties quadrageni dies hanc ſummam 280. efficiunt multiplicando: ac diuiſione per 7. facta, quotiens eſt 40. nihilque fit de ſumma reliqui: qua decimeſtris fœtus nuncupatur; aut idem nouimeſtris, ſed decé diebus ſuperaddiris: nunc autem vndecimeſtris; quia ſupra ſummam vniuerſam 280. accedũt duo dies cum dimidio: quo tantillo ſpatio, fœtus vndecimum menſem prehendit: quòd iam antè ex Ariſtotele & Plinio indicaram, & nunc ex Hipp. huius opinionis primario authore declaraui: Apud quem, primus & minimus dierum numerus legitimi partus, quem ſeptimeſtrem vocat, eſt 182. cum dimidio: maximus autem & vltimus, eſt 281. cum dimidio; quem vocat vndecimeſtrem. quibus duobus extremis terminis, omnis Hippocratis ratio partus genuini & vitalis circunſcribitur. prior ſumma anni facit dimidium: poſterior ad nouem noſtros menſes, addit dies nouem, aut circiter decem ad ſummum.

Triplex ſupputandi genus penes Hipp. notatur.

Septimeſtris partus quot diebus conſtet.

Decimeſtris partus & vndecimeſtris vnde æſtimandus.

Nouimeſtris & decimeſtris fœtus & vndecimeſtris: quomodo mutuo in ſeſe agant.

Quos vltra citráque nequit conſiſtere partus,
Hippocrati certus, verus propriúſque futurus.

Quiquidem quò ſua ſibi ſumma cõſtaret, iuſſit inſuper, vt omne dubium circuncideret, rationem haberi conceptus poſt abſolutam menſiũ purgationem iniri (aliquando enim etiam menſtrui fluoris initio conceptus fit, vt alibi oſtẽdimus) quinetiã auctuarij vice, ſuppleti illud impedimentũ, quod ex parte viri pendet (vt idé penes fœminã, vel adeo multò iuſtiùs deputes) cui fortaſſe ſit morboſum ſemen, aut minùs efficax ac vegetũ: quod quidé non ſimulatq. iniectũ eſt in vterũ, etiam confeſtim ſuas exuſcitat vires, & loci tẽpore, & muliebris ſeminis ope ſociali atque amicabili adiutũ. Qua tamen ratione ineũdâ, ac velut vrgẽdâ & cogẽdâ ſupputatione, videtur Hippocrates nouo quodã, & ſibi inſolito more loquendi, conceptionẽ inſinuare, non illã ipſam modò ſeminis virilis in vtero materno factam retentionem, quam Graij vocãt κύησιν, vt idem alibi paſſim accipit (ſic enim minùs ſibi conſtaret & dierũ & menſiũ ratio) ſed ipſum illum conatũ indicare mixti ſeminis vtriuſq. ex potentia inſita, ſeſe in actum & energiã erigentis, & generationis primordia promouentis. Quaſi aliquãto tempore (tridui ſpatiũ nominat vſpiam; quo interuallo retentum ſemen interdum pòſt debilis vterus eructat) vis genitalis ſopita langueret velut otioſa: quæ mox, exacto illo fortè triduo, aut longiore temporis interuallo, ſeſe attolleret atque exuſcitaret ad agendum. Quomodo igniculus cinere obrutus, aliquandiu delitelcit: mox agitante flabello, vel aſpirante aurâ quadam leni, flammam concipit & eiaculatur: deinde verò (vt poëta loquitur)

——*dant clara incendia lucem.* Quorſum reſpexit Ariſtoteles cap. 3. lib. 7. hiſt. animal. Sed ſi in ſeptimum diem permanſerit in vtero ſemen, conceptum iam eſſe certum eſt: nam quæ efflu-xiones vocantur, intra tot numero dies fieri ſolent. quam ſententiam ex libro Hipp. de ſeptimeſtri partu, iiſdem verbis, & ex hoc eodem Ariſtotele non ita multò antè produximus. Sic verò cõceptionis & nomen, & vim ipſam acutè & diſertè, vt ſolet; ſed tamen furtiuè ac diſſimulanter ex more, nullo authore appellato, noſter Fernelius interpretabatur lib. 7. cap. 8. Neque profectò ſeminis attractio, neque retentio, conceptio eſt; tametſi id ratio nominis videtur indicare. non rarò enim auidus vterus attraxit, quod diu continere non potuit; ſed biduo aut triduo ſinit elabi. Eſt & quum id diutiùs inutiliter reſeruat; vti in mola, quæ nec conceptio vera eſt: huius enim mole opprimitur & laborat, perinde vt ventriculus cibo graui & immutabili: quem tamen traxit ac continet conceptio propria & peculiaris. Eſt igitur vteri actio, qua ſeminis poteſtas exuſcitatur, & inſitum ſibi munus reipſa obit & exequitur. Quemadmodũ enim terra ferax & fœcunda, exceptum ſemen ſuo calore fouet; deinde excitat, & ad parturiendũ impellit: ſic vterus fœcundus, ingenitâ vi, quæ alteri nulli parti eſt conceſſa, ſopitam ſeminis vim, & delitelcentem in eo poteſtatem excitat, & ad agendum extimulat, vt energia fiat & dicatur. Tum temporis ſemen opus aggreditur & ſuſcipit; quòd antè nuſquam agere potuiſſet: alioqui enim mas ſolus in ſeipſo generaret. Itaque ſeminis poteſtas in actum erumpit & exuſcitatur, vteri vi: atque ea ipſa exuſcitatio, conceptio eſt. vt enim

Conceptus quid ſit & propriè & improprié dicta.

Poſt conceptum, ſemen in vtero per triduum fluctuat.

à ſimili.

Conceptus in vtero, retento ſemine poſt dem 7. certus eſt.

N. Plapius Ariſt. deprehendit eum Hipp.

Conceptio quid ſit & vnde dicta. Itẽ de mola. à ſimili.

Conceptio eſt actio vteri quæ, à ſimili.

Vteri vis à potentia ad actum reducitur.

Cur mas ex ſe & in ſe non generet.

concoctio, ventriculi: sic conceptio, vteri propria est actio. De Auicennæ & aliorum opinatione aliàs.

Atque hunc quidem in modum mihi sit explicata Hippocratis perobscura, & multis ambagibus atque labyrinthis obscurata & inuoluta de partus dissimili tempore, sententia. Quem nodum plus quam Gordium cùm soluere plerique nolle possent, ad mensium se confusam distinctionem dictam antea conuerterunt, veluti ad asylum quoddam diuertentes: ac præter alios notatione veterum obseruatos, vnum præterea medicinalem mensem confinxerunt. qua de re ubi nonnulla dixero, & ad Galenum paupa subiecero, tum longissimo huic & difficillimo opulcherrimóque (δίανλα γε καὶ καλά, vt Plato dixit) problemati finem imponam. Primum mensium simplex discrimen sic Censorinus exponit cap. 18. Mensium duo genera: nam alij sunt naturales, alij sunt ciuiles. Naturalium species duæ, quòd partim Solis, partim Lunæ esse dicuntur. Secundùm Solem est mensis, dū Sol vnum quodque in Zodiaco orbe signum percurrit. Lunaris autem, est temporis quoddam spatium à noua Luna. Ciuiles menses, sunt numeri quidam dierum, quos vnaquæque ciuitas suo instituto obseruat: vt nunc Roma à Cal. in Calendas. Naturales, & antiquiores, & omnium gentium communes sunt. Ciuiles, & posteriùs instituti, ad vnamquamque pertinent ciuitatem; qui sunt cœlestes seu Solis, seu Lunæ: nec peræquè inter se pares sunt, nec dies habent totos. sed vsque adeo non totos dies in singulis, vt annum solstitiale est trecentos quinquaginta quinque (vel potiùs 365.) & portionē nescio quam adhuc Astrologis in exploratam, in duodecim suos diuidat menses. Luna autem singulos suos menses conficit diebus 29. circiter & dimidiato; sed & hos inter se dispares, alios longiores, alios breuiores. At ciuitatum menses, vel magis numero dierum inter se discrepant: sed dies vbique habent totos. Minimè videntur errasse, qui ad Lunæ cursum menses ciuiles accommodarunt: vt in Græcia pleraque, apud quos, alterni menses ad 30. dies sunt facti. vbi mox de prisco anno Rom. qui diebus constabat 360. déque Iuliano & Augustio, & Romanorum mensium numero & nominibus, nominúmque rationibus. Plinius doctè illē quidem, sed minùs distinctè, naturā mensium explicauit (Ptolemæus toto penè libro 4. id agit, sed prolixiùs, quàm vt huic sermoni accommodari queat) ex quo placet ista ex cap. 9. lib. 2. desumere. Sed omnium admirationem vincit nouissimum sidus, terrísque familiarissimum, & in tenebrarum remedium ab natura repertum, Lunæ. multiformi hæc ambage torsit ingenia contemplantiū, & proximum ignorari maximè sidus indignantium, crescens semper aut senescens, & modò curuata in cornua, modò æquâ portione diuisa, modò sinuata in orbem, maculosa, eadémque subitò prænitens, immensa, orbe pleno, ac repentè nulla: aliàs pernox, aliàs sera, & parte diei, Solis lucem adiuuans, deficiens, & in defectu tamen conspicua: quæ mensis exitu latet, cùm laborare iam creditur. Iam verò humilis, & excelsa; & ne id quidem vno modo, sed aliàs admota cœlo, aliàs contigua montibus: nunc in Aquilonem clara, nunc in Austros deiecta. quæ singula in ea deprehendit hominum primus Endymion: & ob id, amore eius captus famâ traditur. Proxima ergo cardini, ideóque minimo ambitu, vicenis diebus septenísque, & tertia diei parte peragit spatia eadem, quæ Saturni sidus altissimum, triginta annis. Deinde morata in coitu Solis biduo, cùm tardissimè, à tricesima luce rursus ad eadem vices exit: haud scio, an omnium quæ in cœlo pernosci potuerunt, magistra. In duodecim mensium spatia oportere diuidi annum: quando ipsa toties Solem redeuntem ad principia consequitur. Solis fulgore eam, vt reliqua sidera tegi. siquidem interum mutuata ab eo luce fulgere: qualem in repercussu aquæ volitare conspicimus. ideo molliore & imperfectâ vi soluere tantum humorem, atque etiam augere, quem Solis radij absumant. ideo & inæquali lumine aspici: quia ex aduerso demùm plena, reliquis diebus tantum ex se terris ostendat, quantum ex Sole ipsa concipiat. In coitu quidem non cerni: quoniam haustum omnem lucis auersa illò regerat, vnde acceperit. quorum similia quamplurima iam antè ex Galeno, parte prima problematis huius protulimus: ne aliis rem candē authoribus accersitis comprobemus: quod ex Ptolemæo plenissimè possemus, nisi longior esset: de quo tamen obiter nonnulla posthàc. Porrò & hoc dictum iam alibi: Athenienses ad Lunæ; ad Solis verò cursum Romanos calculum temporis subducere: quum tamen Solis celeritatem Luna minimè assequatur: neque vnà, velut à carceribus exorti, simul ad metam perueniant. ἐκ ἴσου γὰρ σελήνη τῷ ἡλίῳ, ait Gaza. Ex quo fit, vt menses Græci, Romanis minimè respondeant pari dierum intervallo? sed vnus in duos incurrat; sicuti antea dictum à me memini, vbi & de mensibus multò plurima transegi. inter quæ, nec illud omisi dicere, Annum Lunarem diebus constare 354. Solarem verò 365. & quadrante circiter diei. ideóque illum vinci ab hoc & superari totis vndecim diebus. Ex quibus epacta constituitur; dicta ἀπὸ τῶν ἐπάγειν, quasi adiectitios vel addititicios, siue intercalares dies vocites: quòd hi simul collecti ex alternorum annorum circuitu, non in totum trium, olim mensem intercalarem, seu ἐμβόλιμον conficerent. qui nunc ætati Lunæ dignoscendæ subseruiunt; aut vt veriùs dicam, ante istam Calendarij Romani reformationem, subseruiebant commodiùs, deinceps minùs certò; proximi sequentis anni noua Luna, proximè elapsi anni Lunam nouā, aut plena plenam, vndecim dierum intervallo antecedente & anteuertente. Sic enim additis semper vndenariis, epactæ quotannis accrescunt (hoc anno 1584. epacta censetur 18.) Ita tamen, vt nunquam tricenarium numerum excedant; qui numerus mensem intercalarem repræsentat. Arque excessu supra 30. remoto,

Mensium partitio in naturales & ciuiles.

Naturalium alij Solis, alij Lunæ esse dicuntur.

Annuus quot diebus constet. mensis item ciuilis quot diebus minimè integri.

Endimion Lunæ amasius cur habitus.

Luna quot diebus orbē suum peragret comparata Saturno, & quot diebus occultetur, vt deinceps tenuatur.

Luna vnde humores augendos.

Luna natura mirabilis & minùs cognita: semperque mutabilis, quæ forma & quando.

Annus Lunaris quot diebus constet: Solaris item: & quanto intervallo differant.

Epacta vnde dicta, & vnde fiat. hinc mensis intercalaris.

Epacta quotannis 11. diebus antecedens anni superioris epacta, vnde

id quod reliquum est, pro epacta censebitur: quod idem residuum, 30. exuperans, ætatem Lunæ designabit, cum sequentibus mox dicendis: sempérque post expletos totos annos 19. ad principium erit recurrendum: & anno 20. luminarium coniunctiones & oppositiones anno primo respondebunt. sic anno 21. iis quæ anno 2. & anno 22. iis quæ anno tertio: & sic (vel paulò citiùs) deinceps aliis annis obtigerint, seruatâ inter se annorum & epactarum analogiâ. qua de re placent quæ scripsit Sacroboscius noster Compunista lib. de anni ratione; Est igitur Epacta, numerus 30. non excedens, proueniens ex superabundantia anni Solaris ad annum Lunarem communem. Triginta non excedens dicitur quia cùm officium epactæ sit, ostendere ætatem Lunæ: nulla autem ætas Lunæ sit maior quàm 30. dierum, nec epacta maior debet esse. Primus autem annus Cycli decemnoualis epactam non habet, cùm non præcedat annus, ex cuius inæqualitate epactam haberet. & 30. quasi pro nulla habentur epacta. hæc ille. Porrò quota est Luna, 11. Cal. Aprilis, talis est numerus epactæ anni illius: quæ semper à Martio inchoat. Alij verò ducunt aureum numerum (qui anno hoc 1584. est 8. & post 19. quo annorum numero explicit, ad 1. reuertitur, quotannis vnitate auctus tantùm) & augent eundem in 11. multiplicando; & productum partiuntur per 30. qui enim supereſt numerus, epactam signat: atque vbi nihil relinquitur, 30. pro epacta habentur. Inuenta verò epacta, adde numerum Calendarum, quæ à Martio fluxerunt: dierúmque mẽsis quo de agitur: productum (si maior est) aufer à 30. qui restat numerus, aut qui fuit tricenario minor, diem coniunctionis Lunæ indicat, siue nouilunium: die autem proximâ decimaquintâ sequente, Lunæ oppositio, seu plenilunium sequetur. Quòd si oppositio Lunæ coniunctionem in aliquo mense antecedat, vt sæpe fit, sublatis totidem diebus 15. habebitur dies antecedentis, vel consequentis coniunctionis inclusiuè. Error tamen exacti cursus Lunaris per epactas fallit interdum, sed vix dimidij diei spatio. & tamen sic festorum mobilium iniri solet ratio. Ideo post nouilunium mensis Februarij, proxima dies Martis, diem cinerum proximum indicat posterum: aut si coniunctio in diem Martis inciderit, dies octo differri debent, ratione Paschatis subsecuturi: de quo constituendo antè tam multa diximus. Sic Luna regit festa mobilia; Sol autem, ea quæ immobilia dicuntur. Sed frustrà de epactis doctrinam inculco, quam cum aurei numeri vsu olim tantopere expetito & dilaudato, noua noui Calendarij reformatio, aut multùm immutauit, aut in totum sustulit. itaque de mensium discrimine institutum sermonẽ promoueo, & si quid huic parti desit, de qua tam multa priùs dicta sunt, illud subiungo, & receptui cano. Ianus noster Hieroxylinus citato toties libello, ita scribit ferè ab initio: Mensium alius Solaris, alius Lunaris, alius vsualis. Solaris, est spatium temporis, quandiu mora-

Epacta post exactos annos 19. ad principium redeũt: quomodo.

Epacta quid sit, & vnde fit: & quod 30. nõ excedat, & ad quid valeat.

Primus annus cycli 19 non habet epactã, quare. & 30. pro epacta nõ habetur.

Modus inueniẽdi epactam per multiplicationem numeri aurei per 11. & diuisionem per 30. quomodo.

Luna regit festa mobilia: Sol autem immobilia.

Mensiũ alius Solaris,

tur Sol in signo peragendo. Lunaris, est propriè post Lunæ à Sole recessum, eius ad Solem reuersio. Vsualis, est spatium dierum Calendariis nostris inscriptum, & ab antiquis authorizatum. vbi mox de anno Romaleo, & Pompiliano, & Iuliano, de quibus nos antehàc. idem ibidem multò post, de Lunæ figuris & spatiis menstruis post Martianum tractat vberiùs. Cuius primi luminis à Sole accepti effigies cornibus circulata, *μηνοειδὴς* dicitus (item corniculans, falcata, nondum semiplena) scilicet cùm duobus punctis, siue 6. gradibus à Sole distans, nobis apparere inceperit. Cùm autem à Sole distantis 90. partibus orbem eius radius Solaris illuminauerit, quasi septima, *ἑβδόμος ἢ ἡμίσους*, semiplena, dimidiata) perhibetur. Aliis etiam 45. partibus iterum adiectis, velut vndecima, *ἀμφίκυρτος* (gibba, gibbosa, turgida) nominatur. Cùm verò 180. partibus à Sole discesserit, è contrario posita, in parte inferiori, nobis opposita, vniuersaliter illuminatur, tanquam quintadecima, *πανσέληνος* (plenilunium, oppositio) dicitur. Nam qua parte se Soli obiicit, toto hemisphærio colluſtratur. Cùm autem trieesima, nullum nobis lumen ostentat, superiùs quà Solem aspicit, pleno lumine lucessit: eáque coniunctio, *νεομηνία*, *συνόδος*, nouilunium, interlunium, primario perhibetur. Dein cùm à Sole discedens, eum à latere cœperit intueri; pro parte lumen inferiùs acquirit: donec deinceps è contrario posita, tota ea parte, quam terris opponit, illuminetur. Circuit enim semper Lunæ globum vndique nitor Solis: & medietati quam aspicit, suum lumen indulget ac fœneratur, sicuti apud illum, vt opinor, Martianus scripsit. Vt autem Luna augescens, pro varia figura variis nominibus denominatur iam dictis: sic eadem decrescens, ac sensim deficiẽs, & figuras & nomina eadẽ sortitur, facie octuplici, singulis mensibus variata. sed quia de his iam antè pleraque ex Plinio, & Galeno, & aliis transegi, reuertor ad Sacroboscium. Mensium Lunarium (inquit) quatuor sunt species: Est enim mensis peragrationis, mensis apparitionis, mensis medicinalis, & mensis consecutionis. Primus itaq. mensis peragrationis, est spatium temporis, quo Luna circuit Zodiacum, exiens ab vno puncto, proprio motu, rediens iterum in idem. vnde ex huiusmodi in circulo signorum reuolutione, annus à pluribus nuncupatur. cuius quidem punctalis perfectio, secundùm sensum scire satagentibus, ex motu ipsius Lunæ diurno commensurari potest. ex quo, mensis peragrationis, 27. dierum exit, & 7. horarum, & 43. minutorum, 7. secundorũ, 15. tertiorum, 36. quartorum, & 55. quintorum: ad summam, mensis peragrationis habetur 27. dierum, & 8. horarum circiter. cuius computationis dies à Solis occasu incipit: contrà quàm in die Solari. Secundus mensis dicitur apparitionis, constans ex 28. diebus per quatuor hebdomadas vulgariter distributis (quem mensem pleræque nostræ mulierculæ, in ratione mẽstruæ purgationis, & gestationis vteri, sibi

alius Lunaris, alius vsualis, qui & gomedo.

Annum antiquus, alius Romaleus, alius Numa, alius Iulij Cæsaris.

Mensium Lunarium, 4. species quæ.

Solis nitor semper Lunæ globum circuit & parti quæ aspicit, Lunam fœneratrem.

ſibi fideliter obſeruari, non rarò mihi retulerunt: & quem menſem præcipuè maris æſtus & reciprocatio ſequitur, vt alibi dicam.) Tertius menſis medicinalis, ſecundùm medicos ſupponitur dierum 26. & dimidij, Galeno perhibente. Quartus menſis conſecutionis, aliis coniunctionis dicitur: & eſt ſpatium temporis, quo Luna accenſa à Sole, peragrat circulum ſuum, rediens ad punctum, vbi accenſa fuit: & cõtinet 29. dies & dimidium, cum minutorum fractionibus ab Alfragano deſignatis. Eſtq. Lunatio quælibet naturaliter dierum 29. & dimidij, cum prædictis minutorum fractionibus. Quibus omiſſis, Eccleſia alteram Lunationem 30. dierum, alteram 29. dierum computat, minutis ad emboliſmorum reſtaurationem reiectis, de quibus idem author tibi ſatisfaciet. Annorum enim Lunarium duo facit genera, alium cõmunem, & alium emboliſmalem. Communis autem, eſt ſpatium 12. Lunationũ in anno Solari viciſſim tranſeuntium, ſiue menſium lunarium 12. quibus quintam aut ſextam vnius diei addit Alfraganus. quem annus Solaris ſuperat diebus 11. 1 miſſis minutis, vt antè annotaui. Emboliſmalis annus, ſpatium 13. Lunationum continet, conſtans diebus 384. Lunarem excedens diebus 30. Solarem verò, diebus 19. quia emboliſmalis Lunatio, 30. dierum eſt, ex reliquiis tum menſium, tum dierum collecta, ſicuti antea vſpiam deſignaui, & Sacro-boſcius tibi pluribus referet, quandoquidem aliò noſtra ſpectat oratio: vt hoc obiter accipias, ἐμβολιμαῖος annus;

ἐμβόλιμος dies vel menſis;

ἐμβολισμὸς, ipſe actus intercalandi eſt. & quoniã menſis medicinalis mihi facta eſt mentio, & huius Galenus author aſſignatus, de hoc vtroq. lubet ad extremum pauca quædam dicere.

Omnis lunatio diebus conſtat 29. cum ſuis minutis.

Annus Solaris ſuperat lunarem 11. diebus.

Emboliſmalis annus lunarem ſuperat diebus 30. Solarẽ verò diebus 19.

Galenus igitur licet ſummus in medicina poſt Hippocratem author, cùm in dierum criticorum numero exactè aſſignando, velut in ſalebra, aut quaſi aries ille inter vepres vellere implicante interceptus hæreret, & videret partus tam diſcrepantes apud Hipp. menſium variationes, ad numeros non Platonicos, vt aiunt, ſed ad ſuos & priuatos eſt conuerſus, multa quidem curioſè & ſubtiliter (ne dicam inaniter atque inutiliter) euoluens & comminiſcens, quò ſuos ſibi dies κριτίμους ſtatueret atque adſtrueret: qua de re partim diximus obiter antea, partim nonnulla deinceps ex aliorum potiùs ac magis, quàm ex priuata (niſi quid obiter inciderit) ſententia ſubijciemus. vt tamen legendos tibi totos de criſibus, déque criſimis (potiùs quàm vt vulgò criticis) diebus libros relinquam: vt ipſe fias argutæ diſceptationis, vel auditor, ſi parum in iſtis fuiſti verſatus: vel iudex & arbiter, ſi rem exactè percalles, & ad vnguem gnarus perdidiciſti ac peruidiſti. In quo tamen miror à ſuis Galenum deſeri, & veluti prodi, irrideri etiam, vt iam inde multa ſuſpicio ſit, parum feliciter illum & gnauiter rem geſſiſſe, vel ratiocinatum fuiſſe, & quidem in calculo ſubducendo hallucinatum turpiter, vel potiùs humaniter lapſum fuiſſe. ſic enim, vt à poſtremis & neotericis incipiam, Augerius Ferrerius, doctus alioqui medicus Toloſas, lib. de diebus decretoriis, de Galeni ratione & ratiocinatione ſenſit; Galenus vt reduceret dies criticos ad motum Lunæ, tres veros & vſu cognitos menſes Lunares ſuppoſuit. Primum coniunctione vna Solis & Lunæ in alium exactè definitum: quem 29. dierum, 12. horarum, minutorúmque 40. eſſe tradunt recentiores Aſtrologi. Alterum, 27. dierum, & horarum 8. reditu Lunæ à puncto Zodiaci in idem pũctum deſcriptum. quem menſem peragrationis vocant: huiúſque partes eſſe putant, facultates fouere naturales, & omnia hæc inferiora immutare. Tertium ponit idem Galenus vno die ferè, aut circa hoc, minorem, ab exitu Lunæ è radiis Solaribus, ipſáque apparitione incipientem, deſinentémque ſequenti prima occultatione, quem apparitionis dicunt. His menſibus ſuos dies accommodare non potuit Galenus: quòd vel ſuum numerum excederent, vel eum non complerent, nec cum morborum temporibus vllo modo ſæpe conuenirent. Quare ex ſecundi & tertij mixtione, menſem alium, medicinalem vulgò appellatum, ceu Chimæram quandam in natura nuſquã exiſtentem effinxit, 27. diebus conſtantem, demptis duabus horis ferè: neque rationem vllam habentem cum motu Lunæ, neque cum eius aſpectibus ad Solem, ſiue integram, ſiue cornicularem diuiduámque eam contempleris. Rationem tamen huius facti ſi quæras, nõ aliam tibi reddet Galenus, quàm id neceſſariò faciendũ eſſe, vt 17. 20. & 24. inter decretorios locus inueniretur: rejicerentúrque aut poſtponerentur 18. 21. & 25. Vides virum in reliqua omni doctrina admirabilem, quomodo in hac aſſertione ſe ridiculum exhibet? vtque meritò portentoſus hic menſis à Medicis & Aſtrologis doctis omnibus exploſus ſit? hæc ille.

Menſis medicinalis quorſum à Galeno inuentus.

N. de Mãnardo Iudicium.

At doctus Manardus epiſt. 1. lib. 15. vbi hanc quæſtionem iam antè attigiſſet, penè indiſcuſſam reliquit: cúmque viam triplicem effugiendi aperire ſibi viſus eſſet, tamen in eodem luto hærere deprehenditur: ideóque ſic ait; Quæ reſponſiones in clamoroſis quidem diſputationibus, quæ captandæ potiùs popularis auræ, quàm veritatis indagandæ gratiâ fiunt, videri poſſunt probabiles: re autem ipſa, non plenè intellectum quietum reddunt. De Galeno autem ſic ſtatuit ſequente epiſt. 5. Quod verò ad maiorem machinã, hoc eſt ad Galenum attinet, non adeo ei adſtricti ſumus, vt non veritati magis. vbi Aſtrologorum deliriis manum dediſſe in lib. de diebus decretoriis nominatim profitetur. & poſt multa, ſic concludit tandem: Tota Galeni machina ſupra obſeruatos ab Hippoc. dies fabricata, cum ipſo corruet fundamento. vbi poſt pauca. Cùm ex tribus Lunæ veris menſibus nullus ſuppeteret, in quem criſimorum dierum rationem commodè poſſet referre, quartum quendam machinatus eſt, imaginariè potiùs, quàm reipſa ex duobus compoſitum. & poſt multa, Nihil (ait) ratum & ſtabile in Luna inuenitur: Nam vt à menſe coniunctionis incipiamus, non ſemper idem ſpatium

M. de miſſe medicinalis ſeu Galeno.

Nam probat titulum de diebus criticis.

Ma. multũ defert Gal. ſed veritati magis.

Nihil in luna ſtabile tam in miſſe coniunctionis: quã in menſe peragrationis.

primam & ſequentem coniunctionem interiacet: alioqui vna ſcita, perfacile eſſet abſque vllo labore futuras omnes cognoſcere: quod in mediis (vt vocant) coniunctionibus docent Aſtrologi. quanquam nec ipſæ id præcisè habent interuallum, quod Galenus putauit: ſed ſupra 29. diē ſemis, partes quatuordecim ſuperaddunt. Minùs quoque ſtabile eſt peragrationis ſub ſignifero circulo tēpus: ipſa videlicet Lunæ modò velociùs, modò tardiùs lata. Quādo enim celerrimè mouetur, ſupra 15. gradus quotidie perambulat: quando tardiſſimè, duodecimum non attingit. Ex quo fit, vt inſtabiliſſimum ſit illuminationis tempus. cuius inconſtantiam cùm agnouiſſe Galenus videatur, mirum eſt, quòd eo velut ſtabili vtatur. Tandem ita Galenum eludit; Tanti autem momenti eſſe Galenus putat principia, vt ab his ferè dependere dicat vniuerſam ex criſimis diebus prognoſticationē: quale enim fuerit principium, talem futurum & exitum. Quare principij hora erit cum aſtrolabio à medico accuratiſſimè cognoſcenda, & quod ſignum in ea oriatur, ſolertiſſimè inueſtigandum. hoc enim perdito, ſimul omnis dierum iudicialium ars deperibit: alioqui eo etiam habito ruitura: & horæ principiis magis ſtandum ſit, quàm diebus ab Hipp. præſcriptis. deinde ſubijcit; Hæc & alia permulta faciunt, vt à Galeno in hac parte recedam: nec ſolùm ab eo, ſed omnibus, quotquot Aſtrologicâ ſuperſtitione præclariſſimam & caſtiſſimam medicinæ artem fœdare & adulterare contēdunt. tandem ſic concludit; Laudandum igitur in hac parte Galeni ingenium, quòd ſubtili artificio Hipp. dicta in cœlum redigere conatus ſit (niſi malis, in artem, legere.) Non propterea tamen eius authoritati tantum eſt tribuendum, vt veritas deſeratur. quæ ſola amica magis eſſe cuilibet bono viro debet, quàm myrias Galenorum. hæc ille bonus vir & prudens, & verò catus & cautus, nec in errorem induci facilis, aut in ergaſtulum ſeruitutis opinionum leui operâ impellendus.

Menſis coniunctionis ſuperat dies 29. ſemis.

Quòd principij hora magis ſtandum, quàm diebus criticis Hipp.

Iam verò P. ille Aponenſis, qui Conciliatoris nomine circumfertur, primùm quidem differentia 49. partum octimeſtrem viuere docet, authoritate Ariſtotelis dicta, & Auicennæ, & Genethliacorū teſtimonio, item Alex. Aphrodiſiei, Haly, Alchabitij, & Abraham de natiuitatibus. licet id ſit rarū & infrequēs. Vbi euertit iſtam ſententiam authoris Centiloquij; Quòd Saturni frigore & ſiccitate & malitiâ enecetur fœtus, quòd ille primo menſe & octauo ſuper conceptione embryonis dominetur. Saturnus namque non ſolùm deſtructionem machinatur: verùm etiam quadam maleuolâ impreſſione occîdit, ait ille author, & hic Aponenſis repetit differ. 10. Sed de verbo ad verbum, ex priùs citata illa differ. 49. hoc tibi proponam expendēdum, quod antè produximus, & noſtro more explicauimus. Dicunt etiam, vt aſſerit A. & hic videtur Hippoc. cum Haly fuiſſe 7. etiam particula 6. epidimiæ; Quòd ſi tempus informationis dupletur, tempus inde conſurget motus: ſi verò hoc tripletur, tempus dabitur partus. Vnde formatus in 30. diebus, mouebitur in 60. & naſcetur in 180. qui ſunt menſes integri triceni (imò ſeni) Plaſmatus autem in 35. mouebitur in 70. & naſcetur in 210. qui ſeptem extant menſes. Formatus verò in 40. motus ſibi aderit in 80. natiuitas in 240. qui ſunt octo menſes. & quia talis rariſſimè viuit, & formationem ponit A. cōmuniter in 40. ideo refert canonem præfatum ſub aliorum ſentētia. Plaſmatus quoq; in 45. mouetur & in 90. & naſcitur in 270. & 9. conſtituunt menſes. Qui autem in 50. formatur, in 100. mouetur, naſcetúrque in 300. qui erunt decē menſes. hic igitur motus eſt terminationis & partus embryonis. Hæc ille prorſus ad verbum Conciliator, malè & peruersè ſibi ipſi pugnantem Hippocratem concilians & explicans, nec menſium, nec partuum Hippocraticorum terminos obſeruans aut dijudicans: tantū abeſt, vt quòd quærimus, & in quo iamdiu laboramus, nobis indicet, aut lectoribus dubiis & ambigentibus exponat. In quo confutando non abutar meo aut lectoris otio: quæ enim antè propoſui & expoſui, hæc (niſi fallor) rem ſatis aperiunt, nulli (quod ſciam, aut quod legerim) antea ſatis explicatam. Sed ad Conciliatorē redeo: Is nono mēſe vitales rectè aſſerit, velut ab Ioue confotos & inſtauratos. Item decimo menſe ſub Martis dominio natos, iuxta Abraham. vbi de ſe ſic perhibet, natum nono menſe exacto, & inſuper diebus 14. Præterea menſe vndecimo natos viuere, ſub Solis poteſtate: licet talis partus non ſit omnino naturalis. Sed hoc poſt Auicennam, reor ex illo notandū; Iam dixit mihi vnus fidelis, quòd vna mulier peperit poſt 14. menſem: & bene dixit. Natus quoque ſiue partus eſt triplex (ait) nam quidam eſt naturalis omnino & conſuetus, qualis qui nouimenſis cum aliquibus decimi diebus: alius innaturalis & extraneus penitus, vt octauimenſis: reliquus verò medius: & hic ſimiliter triplex: aut enim omnino medium poſſidet, ſicut qui ſeptimi: aut declinat ad latus ampliùs naturalis & conſueti, ſeu decimi: vel ad partem ſui oppoſiti, vt 11. & 14. Idem ibidem menſem alterum Lunarem, alterum Solarem nominat, nec definit tamen: niſi quòd nouem Lunares menſes à nouem Solaribus deficere per quatuor dies & ſemis dicit: Lunari quidem continente 29. cum dimidio, & Solari vt plurimùm 30. quod tamen, vt meminiſſe potes ex antecedentibus, eſt *addiemm*. niſi fortè ſic idem exactiùs differ. 104. definierit; Lunæ motus duplex, ſimplex & compoſitus (operatio enim corporum ſuperiorum in iſta inferiora, ſit per motum & lucem) Qui etiam ſimplex, triplex exiſtit: vnus quidem, quo Luna mouetur ab vno puncto zodiaci, & ad idem reuertitur. qui motus menſem conſtituit dictum peragrationis, ſeu propriè impreſſionis à Galeno. Et hic quidē viceſimoſeptimo dierum ſpatio, & octo ferè terminatur horis, certiùs tamen ſeptem horis, & tertia horæ parte. Et iſte motus propriè in Almageſti, curſus vocatur lōgitudinis: qui conſurgit ex eo, quòd centrum epicycli Lunæ mouetur omni die 13. gradibus & 14. minutis, ſeu 11.

Quod tēpus formationis vt plurimū in 40. diebus.

Partus decimeſtris in 300. diebus quomodo.

Partus octimeſtris vitalis ſit, ab antiquitate, licet raro.

Saturnus dominatur primo & octauo mēſi cōceptionis, ideo verò vitalis, quare?

Partus octimeſtris, cur vitalis, item decimeſtris, & de vndecimeſtri an & quando vitalis.

Quod partus triplex: 1. naturalis & nouimeſtris: in 2. octimeſtris contrà 3. medius amborum ſeptimeſtris aut decimeſtris, aut 11. & 14. menſium.

itized by Google

propter motum Genzahar capitis, & caudæ Draconis, oppoſitum ſupereccentrici deferentis ſuperficiem. Eſt & alius motus ſimplex, qui à Ptolemæo dicitur diuerſitatis curſus: & eſt, quo Luna mouetur omni die, 30. gradibus ipſius & minutis: quiquidem motum velocitat præmiſſum. & hoc, quando Luna fuerit in oppoſito augis (pro auges) epicycli: in loco ſcilicet terræ propinquiori. tunc enim dicitur velox curſu, ſeu cita. & motus eius eſt ab occidente in oriens. Quando autem fuerit in parte ſuperiori epicycli, videlicet in auge, motus tũc retardatur prædictus. & ſic curſu appellatur tarda, in contrarium aliorum quinque planetarum: quando in his duobus epicyclorum ſuorum locis extiterint. Etenim circa augem (pro augen ex Græco) veloces appellantur & directi: circa verò oppoſitum, tardi & retrogadi: in locis autem intermediis, ſtationarij, præter Solẽ: ipſe namque caret epicyclo. Et ideo quando duo iſti motus, ſcilicet longitudinis & diuerſitatis concurrunt in eandem partem ab occidente in oriens, in contrarium videlicet motus primi, motus Lunæ velocitatur in tantum, quòd circa 15. gradus zodiaci perambulat in die naturali. ita quòd in ſex diebus vnam quartam peragrauit zodiaci. Si verò prædicti duo motus ſibi in contrariam diſſonent partem: videlicet quando motus diuerſitatis fuerit in oppoſitum motus longitudinis ab oriente in occidens, continget id quod colligitur de motu Lunæ ab occidẽte in oriens in zodiaco, minus 12. gradibus in die reperiri naturali: & ſecundùm hoc, accidet quòd Luna cum octo diebus & aliquibus horis, vnam peragrabit quadrarum. Quòd ſi contingat Lunam mediocriter inueniri inter id quod eſt eſſe tardam & velocem curſu, aut confractam ex ambobus, & hoc eſt, cùm 13. gradibus cum quibuſdam minutis in die: tunc vnam quadrarũ circa ſeptem dies perambulabit. Eſt & tertius motus ſimplicium iam dictorum, qui & cõmunis dicitur à Galeno impreſſionis: eò quòd Luna diſtans à Sole ſpatio tanto, quòd lumen ab ipſo receptum poteſt in hæc inferiora viuificando imprimere. & hic quidem motus ſic conſtituitur; Subtrahitur enim à menſe coniunctionis, qui erat 29. dies cum dimidio, tres dies ante Solis coniunctionem, & priùs: quod tempus maius exiſtit occultationis & debilitatis Lunæ lumine priuatæ. illud autem, quod remanet, ſunt 26. dies cum medio. hæc ille de ſimplici, eóque triplici menſe Lunari. Eſt autem compoſitus etiam triplex: vnus quidem compoſitus ex curſu longitudinis & diuerſitatis prætactæ, differente in mediis, & concordante in vltimo. Alius ex hoc commiſto toto, & aliqua eius parte. & eſt, ſecundùm quod Luna mouetur de coniunctione Solis ad coniunctionem ibidem, dictus coniunctionis: qui & numero 28. dierum naturaliũ cum dimidio menſuratur. & iſte etiam communi nomine, menſis dicitur Lunaris: quamuis ſecundùm calculatores dicatur, vnum eſſe ex 30. diebus, alterũ verò ex 29. ſolùm facilioris cauſsâ computationis. Et hoc quidem conſurgit ex additione duarum dierum & quatuor horarum ſupra prædictum menſem, in quibus Luna peruenit ad Solem: nõ enim eum inuenit in loco, in quo ipſum reliquit: ſed ferè per ſignum vnum iam anteceſſit. Et ſecundùm iſtum mẽſem, Lunæ non diſtinguitur aſpectus, nec ægritudinum breuium ſecundùm Lunam currentium præfigitur terminus: quum alicubi eandem partem zodiaci bis in hoc menſe circuire contingat. Tertius autem compoſitus eſt, qui ſecundùm phantaſiam Galeni, ex menſe peragrationis, ſiue propriæ impreſſionis, & menſe communis illuminationis conficitur. coniunguntur namq. iſti duo menſes inadinuicem: & quod reſultat ex eis, ſunt 53. dies & 20. horæ. Huius quidem aggregationis medietas, ſunt 26. dies, & 12. horæ. Et hic menſis medicinalis à Galeno appellatus exiſtit. quam quidem in ſeptimanas ſequeſtrauit, conſtituens vnamquamque ex ſex diebus, & 17. horis cum media. medietatem ſeptimanæ ex tribus diebus, & octo horis cum media & quarta horæ. diem quidem; 23. horis, & quartadecima parte horæ. Et ſecundùm hoc, duę ſeptimanæ in 13. diebus & 11. horis inueniuntur terminari: tres verò, in 20. diebus & 4. horis cum media. Hæc autem phantaſiatus eſt Galenus, vt oſtenderet, quòd tres ſeptimanę, 20. dierum ſpatio, & non 21. terminarentur omnino. quod tamen præcisè non potuit, etſi laborauerit plurimùm, inuenire: cùm quatuor horæ ſecundùm computationem, vltra viceſimum excreſcant cum medio: ita vt in octaua die ſuperſint 18. horæ: & in 12. 27. Quapropter Galenum, & alios multos medicorum, motum hunc Lunæ non taliter diſtinguentes, ſed ſimpliciter confundentes tanquam vniformem, in eorum criſibus plerumque errare contingit: quod fortè is nondum vidit, vt apparet Criticorum 3. cùm nondum motus, tempore ſuo fuiſſent perfectè inuenti: cùm Ptolemæus perfectiùs compredens, ad ipſum nõ peruueneris fortaſſe: licet ei contemporaneus extiterit. Et ideo ei minimè imputandum, maximè cùm fuerit medicus, Aſtrologus verò rarus: poſterioribus verò magis. aut quanquam ipſe indicauerit occultiùs Lunæ diuerſitatis motum: non tamen denuò eſt viſus illò conuerti. Hæc & plura Petrus ille de Abano, partes ſibi iudicis de Galeni menſibus, & diebus criticis, vendicans: quàm verè porrò, quámque certò dubium definierit, aliorum eſto iudicium. Quæ quoniam ad dies criticos magis pertinent, ideo nunc, vt & reliqua conformia apud eundem multa à nobis præteremittantur.

Et verò ex iis quæ ſatis multa protulimus, facilè apparet, licet diligenti & accurata facta à nobis indagine, nihil admodùm lucis ad Hippocratis menſium partus tam abſtruſam & reconditam illam difficultatem obſcuritatémque ab iſtis omnibus illatum fuiſſe: Ex iſtis enim menſibus omnibus, nullus omnino ſeptimeſtrem, nullus vndecimeſtrem poteſt metiri dictum ab Hippocrate partum: de cæteris, vix vllum exactè queat. Niſi ſiquis alius mihi nõdum lectus, rem penitiùs peruidit. nam de Fernelio & Scaligero Iulij F. nuper inaudij: ab hoc

Motus tardatis qui & vbi fiat.

Motus Lunæ velociores aut tardiores aut ſtationarij qui & vbi fiant.

Menſis Lunaris vel 29. dierum eſt vel 30. & vnde fiat.

Menſis medicinalis quot hebdomadis cõſtet & hebdomada quot diebus, quomodo.

Quadmotui Lunæ tempore Galeni non fuerit cognitus nè ipſi quidem Ptolemæo ainscõtemporali.

emissos de emendatione temporum nouos commentarios: ab illo, velut posthumos liberos, sic libros Consiliorum in lucem editos. qui ambo, nondum ad meas manus peruenerunt: quos cùm & doctus & æquus lector diligenter perlustrauerit, quomodo cum Hippocraticis & nostris consentiant, cúmque rerum veritate (quæ vnica est & simplex) concordent, demùm iudicabit: ac veritati ipsi plus quàm personæ cuiusquam authoritati tribuet: Deóque vero, & veritatis assertori, & veritati denique ipsi nobiscum gratias persoluet. Quod enim ad Galenum attinet, ne ipse quidem sibi ipsi satisfacit, nedum alijs, mirâ subtilitate secum ipse certans, & rem alioqui valdè implicitam, nouis quibusdam, & studio quodam affectatis ambagibus tricísque implicans atque inuoluens.

N. de Fernellio & Scaligero lusisse.

Quòd Gal. sibi ipsi non satisfacit sed secùm pugnat, & rem per se difficilem obscurat.

Scripseram hæc, cùm fortè allatus est ad me Fernelij liber Consiliorum: in quo velut consultum oraculum super septimestri partu, ita breui quodam & arguto consilio, intra vnam aut alteram paginam comprehenso, hac de re statuit. Partum septimestrem eum habendum, qui ducentesimosecundo nuptiarum die in lucem editus foret. Cæterũ Hippocrati & priscis philosophis incompertam fuisse rationem anni & mensiũ Romanorum: & menses haberi illis Lunares dierum 29. cum dimidio. qua ratiocinatione, ad sex menses, qui constant diebus 177. addit de septimo mense dies 25. quæ summa dierum, priorem explet 202. & hoc sufficere putat, vt septimestris partus dicatur, ad hunc terminum si accedant vltrà aut infrà dies 7. His enim limitibus, siderum nos gubernantium vires contineri. & tamen Hippocrati & experientiæ, de septimestri partu credendum: rationem autem ab Astrologis repetendam. Quæ solutio quantum cum Hippocraticis concordet, puto te aduertere, si dictorum es memor: Non enim Hippocrati, sed nec vlli aliorum à me propositorũ, partus septimestris, æstimatur diebus 202. sed vel, quod minimum est, diebus 182. cum dimidio diei: vel quod summum est, diebus 210. cuius vtriusque termini ratio expositа nobis est. Sed & illud ostendi, Hipp. non semper Lunaribus intentum mensibus fuisse: sed aliàs 29. cum dimidio, aliàs totis 30. diebus mensem æstimasse. Ita fides Hippocrati, ratione indictâ & incognitâ defertur, ob id tantùm, *ἐν ἀσαφέϊ ἐόν* & ab ignoto ad ignotius deuoluimur: nempe à certis medicorum placitis, ad incerta Astrologorũ iudicia. Quos inter, præclaro alioquin Astronomo video placuisse Ptolomæo, vt septé dies mensi additi vel subtracti, legitimum tamen partum non varient. Ita fæpe fallunt oracula. ita vel doctissimus quisque, non tamen omnibus horis sapit.

Fernel. de septimestri partu sententia exploditur. à N.

Quòd Hip. & prisci ignota fuerit anni & mẽsis Rom. ratio.

Hipp. & experientia credendum vel citra rationem.

Quod partus septimestris ab Hip. & aliis non æstimetur diebus 202. qualiter.

Nos quidem de dierum criticorum vi & nexu aliàs diximus: de numeris autem ad Pythagoram aliàs scripsimus, secuti & Aristotelem, & Galenum, & aliquid de nostro adijcientes: sícque omnino statuimus; Non esse numeros quidem, substantias, sed *οὐκ ἄνευ τῶν οὐσιῶν τινος εἶναι*, ad Categoriam quãtitatis referri oportere. eam quæ discreta dicitur: hæc enim & numerum, & orationem complectitur: sicuti altera, quæ dicitur continua, lineam, superficiem & corpora denique concipit: prætérq. hæc, tempus & locum, sicuti Aristoteles in Organo Logico docet. Idem verò lib. 13. Metaphy. cap. 6. Pythagoreos carpit, qui numeros, substantias separatas dicunt, & entium causas primas speculari. Quidã enim mathematicum solum numerum esse, primum entium, ac à sensibilibus separatum asserunt: Pythagorici quoque vnum ipsum mathematicum, verùm non separatum, sed ex eo sensibiles substantias constare dicunt: Totum enim cœlum ex numeris construunt, præter id, quòd non ex monadicis, sed vnitates existimant habere magnitudinem: In quo neq. sibi ipsis omnes consentiunt, vt ibidem arguit metaphysicus. Quæ quoniam prolixis rationibus & sermonibus in reliquum ferè totum librum discrepantur & confutantur, tibi relinquo legenda per otium. Mihi enim satis est dixisse cum Epicharmo; Καλῶς δ' ὃς μὲν καλῶς εἰδότα, λέγοι καλῶς. *Difficile esse ex non bene præsuppositis, bene dicere.* Porrò numeris nullam inesse vim agendi, *ἢ τοῦ ὑπάγειν*, nullam rebus necessitatem imponendi: sed his notulis, seriem & ordinem rerum ac temporum, memoriæ gratiâ distingui. Sic tamen, vt huic aut illi numero vis *ὑπαγωγὴ* non sit deferenda: sed singula singulis ex euentu succedant modò bona, modò mala, modò ad salutem, modò ad perniciem: & quidem vno eodemq. tempore dierum vel horarum, huic quidem bene, illi malè esse: imò eidé homini modò hoc, modò illo, modò etiam prorsus eodem numero, vel similiter, vel dissimiliter contingere. quod mihi liceret exemplis Biblicis illustrare probando, de Iacob & Esau, eodem temporis momento conceptis & editis vterinis fratribus, multùm tamen dissimili vitæ & morum instituto vsis, & dissimillimo mortis euentu raptis, faróque functis, vt constat ex Genesi, & vt Paulus Rom. 9. disceptat, & ex illo Diuus Augustinus, & alij Theologi. Sed quia finem huic problemati paro, alius dabitur huic quæstioni locus: vnum aut alterum locum subjiciam, ex Galeno primum, secundum ex Plinio, deinde ad aliud problema transibo: Quænam sit natorum ad parentes similitudinis causa? item, An insit mulieri semen, idque fœcundum? item, An semen à toto corpore profluat? item, An mulier superfœtet? & quæ sunt eius generis. quibus absolutis & discussis, ad generalem sermonem fiet regressio. Galenus igitur cap. 8. lib. 3. de diebus criticis; Dies ipsi primam de cernendi virtutem non habent, sed per accidens aliquod sic meruunt. Si enim dierum numerus ipse decernendi facultatem habet, non frequenter diebus imparibus, ratò paribus, verùm perpetuò imparibus, nunquam paribus de acutis morbis iudicium fieri oporteret. Neque enim septimi vel quarti numerus, crisis author est: sed quòd Luna innouante, & terrena immutante, motuum quoque circuitus ad hos principes numeros venire contingat, meritò in ipsis tanquam stata alterationum tempora inueniuntur. Quippe mutationes

Quòd numeri nõ sint substantiæ & entium causæ quomodo.

Quod numerus, mathematicus primus entiũ quidam.

Quod tamen numeris insit, & vnitates habeant magnitudinẽ.

Dies nulla nisi decernendi vi nisi per accidens qui.

Luna vis 4. & 7 diebus.

non numeris, ſed Lunæ terrena debent. ac cùm in motu nutans conſiſtat, tempus mutationibus neceſſariò coniunctum eſt: quare etiam numerus neceſſario. Non igitur quòd omnis par numerus, fœminam; impar, maſculum referat, acutorum iudicia imparibus diebus accidunt: neque enim impar abſolutè pari fortior eſt: neque ſi fortior, iam fœmininus imbecillior. neque ſi fœmininus quidem hic, maſculos autem alter ſit, acutos morbos in maſculis numeris iudicari, diuturnos in fœmininis, rationi conſentaneum eſt. Omnia ſiquidem, quæ de numerorum virtute nugantur, tam facilè abſurda eſſe deprehendimus, vt mihi ſubinde mirari ſubeat, Pythagoram illum tam ſapientem virum (nobis ſimiliter Galenum) numeris tantum tribuiſſe. at nunc aduerſus ipſos nugari non vacat. cuius Galenicæ longioris diſceptationis ſummam ſic licebit breuiter ſubducere; Quod mutat (vt Sol & Luna) in motu ſit neceſſe eſt: Motus autem fit tempore: Atqui philoſophis tempus, eſt numerus motus ſecundùm prius & poſterius. Inde fit, vt mutatio certis numeris, aut numeratis dierum interuallis accidat. Ibidem verò cap. 11. ſequenti ſic ἐπιφέρεται: Nam ſtulti nimirum eſſemus, ſi huiuſmodi ſermonem vulgo cõuenire arbitraremur: quoniam illi vnitatem matris exortem, dualitatem verò ſpuriã eſſe, audire iucundius eſt: & alia ratione, vnitatẽ, formã eſſe, dualitatem, materiam infinitam, deinde Trinitatẽ, abſolutam harmoniam, vel perfectum numerum, & primum, aut ſolidum, aut planũ. Quicquid enim ipſis viſum fuerit, effutiunt: & Mineruam, aliquem numerũ appellant, alterum Dianam, alterum Apollinem. Quemadmodum igitur hoc non ignoramus: ita dicere dedignamur, cùm nullam demonſtrationem ſcientificam huiuſmodi placitis adducere queamus: & amicis frequenter ipſa re oſtendimus, huiuſmodi frigidis ſermonibus vtenti, ſiue quemuis numerum laudare, ſiue reprehendere voluerit, procliue eſſe. Nam eò ſtupiditatis veniunt, qui huiuſmodi nugantur, vt cùm vel de ſeptimana, vel de alio quouis dicunt, non contenti ſolis huiuſmodi ineptiis, addant Pleïadas ſeptem, & vtramque Vrſam ἑπτάστρους, velut ſeptaſtras: imò, & Thebarum ſeptem portis inſignium meminerunt, & ſeptem ducum Thebanorum. At quid ad rem propoſitam ſpectat, ſi Pleïades ſeptem ſint, Dionem laterali morbo laborantem, ſeptimo die de morbo criſin ſuſtinuiſſe? Quid ſimilitudinis eſt, ſi ſeptem Nili oſtia, Theonem pulmonis vitio ægrotantem, ſeptimo die ad criſin peruenisſe? & ſic de aliis ſimiliter. Nam Plinius multò breuiùs & preſſiùs hanc quæſtionem definiuit ac præcidit lib. ſeptimo, cap. 40. Ita eſt profecto: Alius de alio iudicat dies: & tamen ſupremus de omnibus: ideóque nullis credendum eſt. Quid quòd bona malis paria non ſunt, etiam pari numero? nec lætitia vllo minimo mœrore penſanda? Heu vana & imprudens diligentia! numerus dierum comparatur, vbi queritur pondus. hæc ille: quibus addo, Omnia diſponi à Domino prudenter, & prouideri ſapienter, prout diuinæ eius bonitati viſum eſt: nullis ſe tamen numerorum legibus adſtringenti. Quia vnus dies apud Dominum, ſicuti mille anni, & mille anni, ſicuti dies vnus, 1. Petr. 3. & Sap. 8. diuinæ ſapientiæ encomia celebrans author libri, quiſquis eſt, ſiue Salomo, ſeu Philo potiùs, verè ſcripſit: Attingit ergo à fine vſque ad finem fortiter, & diſponit omnia ſuauiter, & cap. 11. Omnia in menſura, & numero, & pondere, ô Deus, diſpoſuiſti. Tibi laus, tibi gloria in ſecula, Amen.

Mutationes temporum à numero ſed à luna pẽdẽt.

Numerus par an fœmina & impar mas ſit. hinc vis eriſtor.

Dies ſupremus omnium Iudex, aliaquin nullus credendum, nec bona malis paria.

Nõ dierum numerus ſed pondus æſtimandum.

Omnia à Deo prouidẽtur nullis numerorum legibus adſtricto.

Digitized by Google

NICOLAI NANCELII ANALOGIAE MICROCOSMI AD MACROCOSMON,

LIBER OCTAVVS.

De artubus, seu partibus extimis.

Artuum diuisio, appellationum varietas & ratio, brachiorum manuúmque descriptio, & partium amborum particularúmque.

CAPVT PRIMVM.

Transitio.

QVADRIPARTITAM corporis humani partium solidarum diuisionis iam olim institutæ, cùm tres primas & summas præcipuásque longâ, vt decuit, oratione (neque enim res tanta breuibus verborum periodis absolui potuit: neque verò pro sua dignitate satis est à nobis eadem dignè vel eximiè celebrata) lustrauerimus ac descripserimus; Caput, cum suis functionibus animalibus vtriſq. mirificis primo loco contemplati: Thoracem, cum vitalibus actionibus spiritibúsque secundo loco & ordine speculati: Ventrem, cum naturalibus facultatibus tertio loco diligenter rimati, adiuncta etiam affinitatis tum loci, tum naturæ gratiâ, Genitaliũ partium sicut mirabili, ita & iucundissimâ & difficillima longissimáque tractatione: Reliquum est, ne qua pars institutæ partitionis excidat (quod vitio verti meritò solet à Logicis, siquid in diuidendo fuerit negligentiâ prætermissum, vt Tullius Panetio Stoïco exprobrat lib. 1. offic.) vt ad quartum & postremum diuisionis membrum deueniamus: illúdque licet ignobilius, & cæteris illis minùs ad vitam necessarium, vtilitate tamen singulari à Natura & donatum & dotatum, pro sua dignitate, & verò pro nostra capacitate, vel tenui mediocritate, próque ingenij nostri modulo, multò quidem breuiori oratione, quàm quolibet è tribus, vel etiam quatuor propositis (si partes genitales à naturalibus dirimas ac separes) & adamussim explicatis, dicendo illustremus atque excolamus.

Anacephaleòsis dictorum.

4 Summa corporis humani partes.

Partitionis conditio.

Græci τὰ κῶλα, Latini artus dixerunt. illi per quandam emphasin atq. enallagen, velut membra præcipua & principalia (sicuti Latini in membri nomine alludere solent) hi autem, vt videtur, habitâ naturalis compositionis ratione, ob crebros articulos, quibus supra cæterorum naturam membrorum, colligari ad motuum explicitam atque omnimodam facilitatem, artus solent: Cùm articuli adeo ipsi ex eo dici putentur, quòd crebris tendinibus & ligamentis inter sese arctentur & copulentur. Nisi posterius hoc, vel adeo vtrumque à Græcis deflecti malis, quibus ἄρθρα pro iisdẽ vsurpantur, ἀπὸ τῦ ἀρτᾶν, ἢ τῦ ἄειρειν, ἢ αἴρειν, quòd deuincta atque aptata sint inter se se, & eadem pendula, tollendis ac subleuandis oneribus accõmodata membra. quæ & alio iisdẽ nomine τὰ μέλη interdum dicuntur, ὅτι μέλει ἀλλήλοις, quòd mutuam sui curam gerant. quod adeo noster Paulus innuit 1. Corinth. 12. Vnde est illa corporis totius compages vniuersa, dicta ὑλομελία priscis, vel Hippocratico atque Ionico more, ὑλαμελίη, vt ab initio insinuaui. Naui κῶλον haud scio an ex eo dici credam, quòd sit κοῖλον, cauum: habita ossium ratione (nempe & colon, intestinum crassius, vtique cauum est, vel adeo cæteris magis) quæ caua cùm sint, medulla in alimentum sui complentur. quanquam de ossibus ceruorum dubitauit Aristoteles, an solida careant medullis: sed nos de homine agimus. In homine enim κῶλα dicuntur, quæ nos crura & lacertos vocitamus, ait Hermolaus in Plinium ex eodem Aristotele. Nisi potiùs ἀπὸ τῦ κολούειν deflexeris, quia manuum vi atque operâ & industriâ externam arcere omnem ac propulsare solemus iniuriam. ac si impar sit congredienti virium robur, proxima spes salutis in pedum agilitate & cursu ocyssimo posita est. Vir enim fugiens, denuò pugnabit. Græcè,

Cola & artus cur & vnde dicta.

Item artículi.

Item μέλη.

ὑλομελίη, quid.

κῶλα vnde dicatur.

Ossa ceruorũ qualia.

Cola, quid, & vnde dicta.

Λύκος δὶ φεύγων καὶ πάλιν μαχήσεται: *Proverb.*

vt Cæsar dicere solebat ex Demosthene apud Plutarchum. atque vt Cornificius fugaces

Leporum gestus. milites, galeatos lepores iocabatur vocitans. De particulis his singulis pòst dicam: de generalibus nominibus hæc priùs dicta volui. nam de nomenclatura partium corporis singularũ, dixi iam inde ab initio copiosissimè. Quòd autem in partibus nobilibus, & visceribus præcipuis, atque adeo partibus genitalibus feci studiosissimè, vt illarum vnamquamque accuratè describerem, & ex veterum recentiúmque Anatomicorum consensu, nostróque assensu atque iudicio, singulas admodùm excuterem, antequàm de vsu earum dicerem; illud verò nunc minimè videtur esse necessarium, cùm artuum anatomia nihil singulare aut eximium præter ceteras partes habeat: sed crassiore quodam cõtextu ossium, musculorum, vasorum, ligamentorum, nervorum, articulorum compacta sint, vel modo etiam idiotis penè cognito, ac velut palpabili, nihilque admodùm obscuritatis, aut eximiæ naturæ vel cognitionis habere videantur. quale tamen si quid occurret, neque intactum aut indiscussum animus est prætermittere. Quò breuior vtique harum partium extimarum, quàm cæterarum illarum futura est historia: vsum & actionis præstantiam præcipuè complexa. Quamquidem priùs quàm aggrediar, de summis artubus priore loco dicturus, posteriore autem de infimis, quandam in varietate appellationis discrepantiam obiter attingam, vel potiùs ex dictis mihi aliunde repetam. mox ad vsum & actionem manuum præstantem deueniam, & pro meo more, variis priscorum locis ac testimoniis exornabo: postremò & bellissimis historiis atque rerum miraculis illustrabo.

Propositio.

Artium compositio quæ.

Præterita.

De brachiis, & manibus.

χεὶρ, manus, quid, & eius partes.

Manus articulationis genus.

Ginglymus, quid.

Brachij motus ratio, & causa.

SVMMI ergo isti artus, quos omoplatæ & humeri alligant, Græcis illis priscis, vt etiam Hippocrati, vno generali nomine χεῖρες dicebantur, quasi manus. quæ mox à posteris tem accuratiùs describentibus, tres præcipuas in partes distinctæ sunt, & specialibus vocabulis appellatæ, βραχίων, πῆχυς, & ἀκρόχειρον, ἢ χεὶρ ἄκρα, brachium, cubitus, & manus extima. Hæc verò pars omnis, quia motui perpetuo varióque dicata est; ideo illa specie articulationis coniuncta est, quam διάρθρωσιν vocant anatomici: priuatim autem nexus cubiti ad humerum, siue ad os brachij superius, cui innitimur caput in manus inclinando, κατὰ γίγγλυμον fieri dicitur: quo, mutuâ sese insertione, trochlearum instar, ossa excipiunt ac subeunt: haud secùs atque ostia & fenestras vulgo circa cardinẽ agi videmus: ferri seu ferramenti parte vna duabus aliis separatis ac seiunctis inserta. Cuius articulationis beneficio, brachio ad cubitum interiorem flecti ad angulum acutum, amplexationis gratiâ conceditur: dirigi autem sic ad lineam rectam, vt tamen foràs euerti nequeat: cùm nec sit necesse, & eâ ratione suum robur diminuere vel amittere contingat. Quod vtrumque, ossium in sinus intrò cælatorum, foràs autem tuberibus, ceu repagulis quibusdam obstantibus munitorum, naturalis fabrica effecit. Eadémque ratione contigit, vt hàc luxari, illàc nequeat excidere, vt Hipp. lib. de articulis docuit, & alibi in iatrologia demonstrabitur. De singulis porrò singularum harum partium & articulationum nominibus dixi circa initia operis huius: id nunc obiter repeto, vt Latinis, sic & Græcis hæc in parte appellanda, diuersitatem vocum fuisse vsurparam. Nam Græcis quibusdam βραχίων de tota parte effertur, quæ à summo humero ad extremos vsque digitos extenditur: quam & χεὶρ priscis dictam monui. aliis specialiùs de osse, quod à cubito ad humerum summum pertinet. cui pars altera subiecta, πῆχυς, à cubito ad manum vsque extimam continuatur. Et quia duobus hæc constat ossibus, posteriores rem exactiùs discernentes, speciatim quod alteri incumbit, & breuius est, ὠλένη. quod autem subest, & paulò longius est, illud generali nomine πῆχυς vocitarunt. Latini Græcorum imitati industriam, primùm illud idem brachij nomen de tota parte à summo humero ad manus extremas vsurparunt. postea verò rem accuratiùs perpendentes, brachium illud vocarũt, quod à cubito medio ad scapulam summúmque humerum pertingit; os in corpore post femur, crus, & tibiam, ossium omnium maximum. pro quo Celsus, vt patebit, humerum dicit: Arabum sequaces, os adiutorij vocant. Post brachium sequitur cubitus, ab articulo illo medio & flexu brachij, ad manum citimam carpúmque exporrectus. quod speciatim brachij nomine Celsus designauit. Quodquidem os cùm sit, vt dixi, geminum; alterum illud superius & breuius, speciali nomine radius vocatur: Arabistis focile minus. alterum verò longius, atque illi subiectum, vlna vel cubitus nomine generis nuncupatur: tum quòd illâ mensuras quasdam æstimemus; tum quòd huic incumbere & initi soleamus. Arabicis focile mains. Appellationum singularum vt caussam, sic distinctionem penes nomina peculiaria designaui circa operis initium. itaque ad alia digredior, ne bis ac sæpius idem repetam. Sed quia Celsum iam antea sæpius appellaui, huius verba de hac parte subiicio ex cap. 1. lib. 8. Hinc humerus incipit, extremis vtrinque capitibus tumidus, mollis, sine medulla, chartilaginosus: medius teres, durus, medullosus, leniter gibbus, & in priorem & posteriorem, interiorem & exteriorem partem. Prior autem pars est, quæ à pectore est; posterior quæ ab scapulis; interior quæ ad latus tendit; exterior quæ ab eo recedit: quod ad omnes articulos pertinere in vlterioribus patebit. Superius autem humeri caput rotundius quàm cætera ossa, de quibus adhuc dixi, verticulatis scapularum ossibus paruo excessu inseritur, ac maiore parte ex transitu neruis deligatur. At inferius duos processus habet; inter quos quod medium est, magis etiam extremis partibus sinuatur. Quæ res brachio sedem præstat, quod constat ex ossibus duobus. Radius, quem κερκίδα Græci appellant, superior breuiórque; & primò tenuior, rotundo & leniter cauo capite exiguum humeri tuberculum recipit; atque ibi

Brachij partium differentia appellationis.

Humerus de brachio, & brachiũ de cubito.

Vlna & cubitus cur dicatur.

Ex Celso.

Humerus quid, & quale, & eius articulatio.

Arcuum distinctio partium.

Brachij partes, & earũ descriptio, articulatióque.

neruis & chartilagine continetur. Cubitus inferior longiórque,& primò plenior,in ſummo capite duobus quaſi verticibus extantibus in ſinu humeri, quem inter duos proceſſus eius eſſe propoſui,ſe inſerit. Primò verò duobus radiis brachij oſſa iuncta paulatim dirimuntur, rurſúſque ad manum coëunt, modo craſſitudinis mutato. ſiquidem ibi radius plenior, cubitus admodùm tenuis eſt. dein radius in caput chartilaginoſum conſurgens, in verticem eius ſinuatur. Cubitus rotundus in extremo,parte altera paulùm procedit. hæc ille & diſertè,& ſuo more eleganter, de partis huius oſſium multiplicium nomenclatura & deſcriptione.

Sed Ariſtotelem potiùs audiam de rebus ipſis accurata diſtinctione diſſerentem cap. 15. lib. 1. hiſtor. animal. vbi κῶλον τὸ μὲν ἄνω μέριος ἄκρον, membri ſuperioris bipartitam compactionem ſic deſcribit. Crura cum brachiis communem ineunt rationem. itaque quibus cubiti breues, iis etiam femora magna ex parte breuia ſunt: & quibus pedes exigui, iis manus quoque paruæ habentur. Membri verò ſuperioris bipartitam compactionem, brachium iuue vlnam appellamus. cuius partes, lacertus agilis, gibber, cubitus,manus.Partes manus, palma & digiti quinque numero. Digiti pars quæ ſe inflectit, nodus ſiue articulus eſt:quæ rigida conſtat, internodium dicitur. Digitus pollex nuncupatus, vno inflectitur nodo: cæteri binis adducuntur. Inflexus verò tum brachij, tum digitorum omnium agitur in interiora. brachium ad gibberum appellatum inflectitur. Nodus quo cum brachio, manus iungitur coarctatúrque, brachiale vocamus. pars interior manus,vola dicitur: carnoſa eſt,& ſciſſurâ vitæ indicibus diſtinctâ: longioris ſcilicet vitæ, ſingulis aut binis ductis per totam: breuioris, binis, quæ non longitudinem totam deſignent. exterior neruoſa eſt, & nomine carens. ſed poſthàc fortè de chiromantia paulò fuſiùs. hæc enim de mẽbri ſuperioris bipartita compactione nunc videntur ſufficere. Quam accuratam partium Ariſtotelicam deſignationem videtur Ouidius 1. Metamorph. expreſſiſſe de Daphne loquens;

—— laudat digitóſque manúſque
Brachiáque,& nudos media plus parte lacertos.

De altera diuiſionis parte artuum inferiorum poſtea: quod ille κῶλον ὑμισὺ ἄκρον, membri inferioris bipartitam compactionem alteram appellat,vti ſuo loco repetam. ſicuti & de horum ſuperiorum artuum vſu non ita multò pòſt ſubiiciemus, ex eodem Ariſtotele & aliis nobis vſitatis authoribus.

Porrò quam externam manus partem neruoſam dixit Ariſtoteles nomine carere, recentiores μετακάρπιον, poſtbrachiale dixerunt, ab ipſo ſitu,eò quòd ſit μετὰ καρπὸν, poſt brachiale;qui eſt articulus ille, quo manus cum oſſe cubiti & vlnæ proximo iungitur. Quamquam ſunt qui hoc carpi nomine vocare malint non nodum illum,quo manus cum oſſe brachij nectitur:ſed primam totam manus partem, quæ Arabicis raſceta dicitur,ſiue palmæ particulam nodo illi ſubiectam, quæ ex multis minimíſque oſſibus olim chartilagineis, ad omnem manus motum expeditis conſtat rotundis, oblongis,anguloſis, figurâ diſcrepantibus, inter ſe mutuò inſertis, vtraque phalange quaternis, aut in totum numero octonis, vltrò citróque cubito & radio & metacarpio per ligamenta connexis. Reliqua enim σησαμοειδῆ, ſeſamoïdea, ob ſimilitudinem ſéſami ſeminum, & longa & plana, licet vtilia plurimis manuum pedúmque muniendis & lubricandis & firmandis articulis: tamen ſuâ paruitate contemptibilia ſunt; ſuo quidem interuentu, & chartilagineâ ſubſtantiâ, tendinum mollitiem, & oſſium duritiem contemperantia & fulcientia. Aldabaram autem Arabibus ſpeciali nomine dictum os ſeſamoïdes,cæteris maius & durius, primum pollicis pedis articulum firmat & implet, magis & occultæ cuiuſdam Philoſophiæ cultoribus atque Hebræis nomine Luz decantatum & celebratum; quod omni externæ vi ac violentiæ reſiſtere tradunt, nulli corruptioni obnoxium, non tuditis ictu conterendum, non ignibus conſumendum, non putredine & carie in æuum omne corrumpendum. ex quo in terram condito, velut ſemine, nouum homini corpus humo excitandũ in illa ἀναζώσεως ariolantur augurantúrve: de quo errore nigrioris magiæ authorum etiam fortè poſthàc meminero vſpiam.

At metacarpium, quod & ἰσάδικτυλα ἢ ἰσόδακτυλα, palma manus dicitur, quatuor rectisintus limis,foris gibbis, ad meliorem apprehenſionẽ, & muſculorum tendinúmque inſertionem, iiſdémque longiuſculis conſtat oſſibus (niſi quintum pollicis adiicias minimum articulum)quæ ſimul iuncta,& muſculis & lato tendine compacta,paulatim à ſe inuicem dehiſcentia, latitudinem manus exporrigunt: ex quibus mox ipſa digitorum phalanx emergit. Quorum quod indici præficitur, omnium longiſſimum & craſſiſſimum eſt, reliquis paulatim gracileſcentibus atque abbreuiatis: donec minimo digito minimum os occurrat, vt anatome oſſium docet.

Iam verò digiti in vtraque manu quini (vt de pedibus idem per analogiam intelligas; de quibus tamen ſuo loco peculiariter dicetur) ternis ſinguli nodis, oſſibúſque, ſicut internodiis totidẽ conſtant (pollices tamẽ binis tãtùm; ſi prius illud, vt dixi, metacarpio annumeres) ad facilitatem flexionis atque prehenſionis; de qua dicetur non ita multò pòſt. Graij κονδύλους generaliter appellant, quos digitorum articulos & internodia diximus.quorum qui primi & maximi craſſiſſimíque,& metacarpio proximi, μεσόδακτυλα. vltimi μικτόδακτυλα, qui & omnium minimi: medij autem ſitu & longitudine craſſitiéque, μόδακτυλα ſimpliciter ab iiſdem nuncupantur. mutuíſque inuicem capitulis reliqua ſui parte craſſioribus latioribúſque inſeruntur, his quidem cauis, illis autem orbicularis: digitóſque paulatim in mucronem obtuſum terminant.

Digiti porrò extrema ſui parte, vngue, velut cornu duro ornantur atque armantur:de cuius vſu etiam pòſt paulò. nam de diſtinctis appella-

Artuum ſuperiorum partitio deſcriptióque, & cum inferioribus analogia, partiumque diuiſio & motus ratio.

Linea vitæ.

Propoſitio.

Metacarpion quid, & vnde dicatur: itẽ carpus.

Oſſa ſeſamoidea, qualia, quæ & quorſum.

Aldabaram, os meniſcũ, & ſuperſtitioſum. Idem Luz.

Metacarpij deſcriptio.

Manum deſcriptio.

Digitorum hiſtoria, & numeratio.

Condyli, qui, & eorum partes, nominaque.

Vnguium hiſtoria.

tionibus digitorum, atque horum particulis dixi in nomenclatura partium corporis humani, & appellationum cauſſas reddidi; cur pollex dicatur Latinis, qui Græcis διάνυξ μέγας, ὁ ἀντίχειρ: deinde δείκτης, index: tertius μέσος, medius: quartus ἀνώνυμος, idémque medicus, ἰατρικὸς: quintus μικρὸς & auricularis, ὠτικὸς: ac ſi qua præterea illis alia ſunt ab aliis indita nomina. De naturali compoſitione loquor: ſcimus enim eſſe & fuiſſe olim nonnullos, quibus ſeni forent digiti, pollicis molle ac robore velut in duos digitos bipartitis. hos Latini Sedigitos appellarunt. Naturâ ſic ludente, & materiæ copia abutente, vt aliquando de monſtris dicetur: ac de his paulò pòſt ex Plinio. & quale fuit illud monſtrum potiùs, quàm naturalis partus, licet reliquo corpore formoſa puella, extremos omnes digitos manuum pedúmque claudentibus ac terminantibus ſuillis vngulis, à me viſum Lutetiæ anno circiter 1566.

Digitorum partitio, & nomina.

Sedigiti, qui.

Hiſtoria N. de puella vngulis ſuillis deformi.

De reliquis integrantibus manum partibus, carne, neruo, oſſe, vena, arteria, tendine, ligamento, muſculo, cute, nihil ampliùs dicam: quia communia ſunt hæc partium reliquarum, nihilque ſibi aut peculiare habent, aut eximium. Sed de cute manus interna, quæ volam intexit, hoc obiter dicam, aut potiùs repetam alibi poſitum, ex Galeno ad finem lib. 1. de temperam. cap. 9. Hominis cutis, omnium extremorum, calidi, frigidi, humidi, ſicci verè media eſt; maximéque ea, quæ eſt in manu: hæc enim omnium ſenſibilium veluti norma futura erat prudentiſſimo nimirum animantium, tactus inſtrumentum ab ipſa Natura præparata. quò magis eam ab omnibus extremis, calido (inquam) frigido, ſicco, & humido, pari abeſſe interuallo oportuit. Iam & conſtat vtique ex horum omnium æquis portionibus, non compoſitis modò, ſed etiam per totas ſe mixtis: quod noſtrûm planè nemo efficere poteſt, ſed eſt Naturæ opus. Vt igitur omnium tum animalium, tum verò omnium corporum temperatiſſimus eſt homo: ſic omnium quæ ſunt in homine particularum, cutis quæ intra manum habetur, omnis exceſſus planè eſt expers. Cùm autem gemini vſus cauſſâ, manus ſint factæ, tactu diſcernendi, & rem quampiam comprehendendi: vtique quæ molles ſunt, ad exquiſitiùs tangendum; duræ, ad aliquid maiore vi capiendum magis ſunt idoneæ. Quinetiam cutis, quæ non ſolùm omnium hominis partium, ſed etiam vniuerſæ, quæ generationi corruptioníque ſubiicitur, ſubſtantiæ media eſt, ea nec calloſa, nec dura, lapideáve eſt: ſed ſecundùm naturam ſe habens: quo ſcilicet cutis genere, maximè perfectum eſſe tactum cenſemus. Ac quòd in duritia & mollitie medium omnium particularum locum ſit ſortita, abundè liquet. quòd autem & in calore ac frigore ſimiliter ſe habeat, ex eius ſubſtantia maximè intelligas licet. eſt enim veluti ſanguine præditus neruus, qui ſit inter neruum & carnem, quiddam planè medium; ac ſi ex miſtis vtriſque conſtitueretur. Cæterùm neruus omnis exanguis eſt & frigidus: caro multi ſanguinis & calida: media inter

Manuum compoſitionis ſumma.

Cutis manus interna prærogatiua.

N. Hæc indicauiſſe ei hiſtoria, Geneſeos 27.

Hominis temperamentum, & præcipuè manus.

Manus vſus duplex, & quorſum talis.

Cutis manus perfectiſſima, in quo.

Nerui & cutis & vola manus natura.

A vtrumque eſt cutis, nec planè exanguis, vt neruus; nec ſanguine abundans, vt caro. Si igitur hanc omnium animalis partium veluti normam indicémque proponens, reliqua illi conferas, atque ad eam examines, octo diuerſas intemperies inuenies, de quibus aliàs: ac de cute iterum generaliter poſthàc in cenſu partium ſimilarium.

CAPVT II.

De vnguibus.

B VNGVIVM verò compoſitionem & ortum inde mihi videor poſſe deducere; vt ſit veluti defluuium quoddam neruorum & oſſium & vaſorum tunicarum ſolidiorum, tendinúmque & ligamentorum, ex quibus digiti componuntur. Non enim ſunt partes, ſi propriè loquaris (licet Galenus lib. de inæquali intemperie, partes digitorum minimas dicat) ſed ſunt velut à radice, depulſa partium illarum alimenti craſſioris reſiccata excrementa, ſiue indurata concrementa. Malè enim cum quibuſdam neruos aut tendines dilatatos dixeris, eò quòd ſenſu careant. magni tamen cum primis & mirifici vſus, præter decus atque ornamentum partium, vti poſthàc declarabo. quarum de partium & C particularum diſtinctis nominibus iam antè tranſegi. Dicti ſunt autem Græcis ὄνυξ, & ὀνὺξ in ſingulari, per pleonaſmum τοῦ ὀ, ὄνυξ ὁ ὀνύσσω, à vellendo, pungendo, lancinando, feriédo, ſcabendo, ſcalpendóque, ab vſu multiplici varióque indito cognomine. Ex quo fortè nomen Latinum per metathefin literarum fluxit, & per mutationis affinitatem, vnguis quaſi ὀνύξ. niſi ab vnguédo ſiue vnguédo deductum malis, eò quòd his vnguina adlinere ſoleamus; præter eos vſus, quos mox ſumus dicturi. aut niſi ex eo dici arbitreris, quòd vngues ſint incurui, vt in D hominum genere vtcumque, ſic præcipuè oniũ & ferarum atque cicurum animalium, quæ vngulas quinquepartito findunt: digitatas vocat Plinius. ὄνυξ enim, curuum & aduncum Graij vocant. ſed ad rem potiùs venio.

Vnguium natura, origo, ſubſtantia.

N. vngues, non ſunt partes corporis: non nerui aut tendines.

ὄνυξ, vnguis, vnde dicatur.

Ariſtoteles cap. 9. lib. 2. de partib. animal. vngues ab oſſe & carne deducit, velut primigenia origine. Idem tamen cap. 9. lib. 3. hiſtor. animal. vngues negat eſſe oſſeos, quia & flecti & findi poſſunt: quod tamen nullum os queat, ſed frangi potiùs. Horum autem colorem pro cutis colore variari. Quo fit, vt Æthiopum vngues nigricent: quibus tamen dentes albicant; oſſiE bus nempè congeneribus concolores etiam ipſi. quod idem repetit problem. 65. ſect. 10. Porrò recti ſunt hominis vngues. pleriſque animalium & volucrum rapacium ſunt incuruí & aduncí. Eadem verò eſt ratio coloris in vnguibus, vngulis, pilis, & cornibus animalium cuti ſimilis: quod & Ariſtoteles idem lib. 2. de genera. animal. cap. 4. repetit. vbi ex cibo gigni aduentitio & auctiuo perhibet: longiùs repetita origine, quam oſſi & carni aſſignarat citato loco lib. 2. de partib. animal. Quòd autem eiuſmodi partes excremento conſtituantur, ait

Vnguium origo, & coloris ratio: & quòd non oſſei.

Vnguium figura varia, & coloris ratio, & origo.

Cur homines vngues pusilli.

eodem lib.2.cap.4.de genera.animal. Eâ cauſsâ homo in obſcepto & nudiſſimo omnium animalium corpore eſt, & vngues minimos pro magnitudine habet. minimum namque in eo eſt excrementum terrenum.

Alia de vnguium origine ſententia. Dubium Ariſt.

Empedocles vnguem per congelationem è neruo conſtitiſſe philoſophabatur: neruum è muco adhærente, vt refert Ariſtoteles. ſed os à neruo, neruus an ab oſſe alatur, dubius inquirit lib. de ſpiritu, ſub finem. ac de oſſium alimento nihil illic audet determinare, rem in obſcuro relinquens; quam nos alibi antea excuſſimus, & poſthàc enodabimus.

Columbus cùm Ariſtotelis locum illum minùs obſeruaſſet, vnguibus mediam quandam naturam inter oſſa & chartilagines aſſignauit; habita potiùs duritiei cuiuſdam mediocris ratione. quibus originem à cute & tendinibus muſculorum prudenter quidem, ſed nondum integrè, ſi vera ſunt quæ diximus attribuit. Illud tamen ſibi vendicat; cur ſub vnguibus tam exquiſitus ſenſus deliteſcat, à ſe cauſſam obſeruatam primo: Quòd tendines ſub illis vſque extremitates digitorum deferantur. Quod vtique an primus ille inuenerit, aliorum eſto iudicium: mihi quidem ante hunc multi Anatomici illud idem monuiſſe ſunt viſi. quorum quidam, vt priùs attigi, eò ſunt progreſſi dicendo, vt vngues, nonniſi dilatatos & induratos tendines neruóſque definirent. ſed rei veritatem hyperbolicâ ſuâ aſſertione exceſſerunt, vti nuper extenuando confirmaui. Huic tamen parti, quæ ad radices vnguium ſubeſt, exquiſitiſſimum ſenſum ineſſe, vel impij illi tyranni atque homicidæ immanes pridem norunt, qui ſanctos noſtros martyres, & fidei Chriſtianæ primos antiſtites, hâc potiſſimâ parte infixis aculeis atque arundinibus immanitet ac diriter torſerunt, ſicuti docet eccleſiaſtica hiſtoria. Quâ eâdem de cauſsâ fit, vt huic parti peculiaris dolor ex eo accedat, ſi algentes frigore digiti, mox igni propiùs admoueantur. vnde pugna illa dira & acerba caloris & frigoris, parti huic toleratu difficillima atque infeſtiſſima. cuius vixdum cauſſam ſatis euidentem reddidiſſe videntur ij, qui problematis huius ſolutionem ſibi reddendam propoſuerunt; de qua nos alibi ad acutum virum Io. Argenterium egimus. Quorſum etiam hoc Hippocraticum referes ex lib. de veteri medicina; Quicumque per niuem, aut aliud frigus iter facientes, excellenter frigeſcunt aut pedibus, aut manibus, aut capite; vbi ſe continuerint in noctem, quum cooperti fuerint, & in tepore extiterint, ab æſtu & pruritu vexantur: quibuſdam etiam bullæ velut ambuſtis ab igne exurgunt: neque priùs hoc patiuntur, quàm calfiant. adeo promptè vtrumque ipſorum ad alterum accedit. hæc ille de cauſſa doloris ad radices vnguium è gelu aut frigore immodico.

Vnguium origo ex Columbo. N. ſic pleriſque ſua ignorantia lucro eſt. Cur ſub vnguibus, ſenſus acerrimus. Hiſtoria. Cur vngues perfrigerati, ad ignem indoleſcant. Frigus penetrabile adaris, quâ. De vnguiũ natura, & origine.

Galenus ſub finem lib.2. anatom. aggreſſ. vnguium naturam ſic explicat (namque de eorundem vſu paulò pòſt) Cæterùm ſupereſt de vnguium natura ſermonem duplicem inſtituamus: vnum omnium ſimilarium partium cõmunem: alterum vnguium peculiarem. putant enim nonnulli ipſos ex oſſis, nerui, & cutis cõcretione procreari. quidam carnem etiam addunt. Quòd vngues igitur ex prædictis omnibus coaleſcant, manifeſtò conſtat: verùm ſubſtantiam hinc ipſis creatam nuſquam eſt videre. nam ſingulæ partes ſimilares, ex materia quæ animanti ſubiecta eſt, tales à Natura finguntur, quales ſunt. & paulò pòſt, Pari modo ſanè & vngues ligamento quodam extremi digitorum internodij termino conſtrinxit. quoniam verò carni cutíque illos cohæreſcere voluit, hanc extrinſecùs vniuerſæ radici circundedit, illam interiùs vſquequaque ſubdidit. Cæterùm in radicem ipſam (audiat Columbus ad illa ſuperiora) non modò neruus, ſed etiam arteria venáque porrigitur: vnde ſenſum, vitam, & alimentum, ſicut aliæ partes, accipiunt. quarum nulla neque ex trium horum vaſorum coïtu, multò minùs ex complexu facta eſt. in vngues ſiquidem hæc non diſpenſantur, eò quòd pilorum modo ab radice exeuntes augentur. ſatius enim erat & hos, ſicut pilos quoque, ſemper renouari: & cùm atteruntur, nunquam incrementum ſuum intermittere. Cùm igitur alio ſubſtantiæ quodam genere comprehendantur vngues, arteriæ quidem & venæ neruíque, propter radicem iunguntur, ſenſus, vitæ & alimenti gratiâ: oſſi verò & cuti committuntur, ne ſuſpenſi vacillent. partem enim & hos eſſe toti animanti cohæreſcentem, ſicut alias quoque. ac licet cute & neruo duriores ſint, oſſe verò molliores; ex horum tamen ſubſtantia aſſerit Galenus: ſicut chartilaginem ex oſſe & ligamento, ligamentum ex chartilagine & neruo, neruum è cerebro ligamentóque, glaciem denique ſimiliter ex aqua frigore congelata conflari credimus. Hinc vides quomodo ex ignorantia lucrum homini [illegible] acceſſerit, vt loquitur vſpiam Hipp. ſic ſibi plerique inuentionem eorum vendicant, quæ apud alios lecta diſſimulant; aut ne legerunt quidem vnquam, cùm eſſent omnibus expoſita atque obuia, & doctis ac diligentibus notiſſima.

Partium ſimilarium generatio. Vnguium compoſitio. N. de Columbo. Vngues vndè repullulent, item pili. Vngues quibus ex ſtirpentur. Vnguium, chartilaginis, ligamenti, neruiq; ortus. Ex ignorãtia lucrum. N. In quo vnus, qui ſibi inuentionẽ multorum, affingunt immerito. Manuum & pedum digitorum origo, à ſimili. Item vnguium, & horum vſus atque origo. Vnguium ortus.

Enimuerò Hippocrates lib. de natura, ſic vnguium naturam & ortum adumbrauit; Progreſſu temporis ramificantur extremitates oſſium; quemadmodum arboris extremitates poſtremùm ramos ſpargunt: ſic & in puero digiti manuum ac pedum inter ſe diſparantur. in ipſis autem extremitatibus, vngues enaſcuntur. deſinunt autem venæ hominis omnes in digitos manuum ac pedum: nerui item tenuiſſimi ac denſiſſimi & plurimi; & oſſa magnitudine minima. atque hæc maximè in digitis manuum ac pedum exiſtunt. Verùm ex digitis, vtpote oſſa denſa ac parua habentibus, venas itidem ac neruos: ſic etiam vngues tenues ac denſi naſcuntur, & intercipiunt ac concludunt venarum extremitates, vt ne ampliùs augeſcant, neque altera alteri præmineat. Vt nihil miri ſit, vngues in extrema corporis parte denſiſſimos eſſe: ex denſiſſimis enim conſtant. libro tamen de carnibus paulò aliter; Ex glutinoſo vngues producit. etenim ab oſſibus & articulis ſemper

liquidiſſimum ipſorum diſcedens, glutinoſum reddit ur: & à calido ſiccatum ac arefactum, foràs in vngues delegatur, ait. Idem in officina chirurgi, libro ſic inſcripto: Vngues neque præminere oportet, neque deficere. Digitorum vertices ad vſum exercere: digitis quidem ſummis pleraque, indice ad manum admoto. & quæ ibidem plura, & à Galeno ibidem accuratè perpenſa, & examuſſim diſcuſſa initio lib. 1. de vſu part. 9. cap. vbi de digitorum [illegible] copioſè diſſerit poſt Hipp.

Vnguium decentia.

Sed de vnguium natura, & harum vſu partiũ, quoniam ex Hipp. plura non occurrunt huic loco conuenientia (ſiquidem de luxatione digitorum, & brachiorum; & oſſium eorundem debita repoſitione ac reſtitutione, ille omnino doctè & eleganter: ſed hanc partem modò non tractamus) deinceps meo more, ad alios authores mihi viſitatos in hoc argumento & familiares tranſeo: vbi priùs de venis quibuſdam in cubito ſecari ſolitis breuiter dixero, & cautiones quaſdam propoſuero; ſed omnino breuiter, quia hoc argumentum magis proprium eſt [illegible], quàm huius tractationis & excurſus liberioris. nam de vnguibus iterum quædam poſthàc dictis adiicientur.

Tranſitio.

CAPVT III.

De venis in cubito incidi ſolitis.

Quæ venæ in cubito ſecentur, & quot: & quibus vocentur nominibus, & vnde petitis.

IN cubito igitur venæ incidi à chirurgis ſolent ferè numero ternæ; quæ à ſitu, vel magnitudine, vel colore, aut alio quopiam accidenti ab illis denominantur. Quarum quæ ſumma & ſuprema, quia caput reſpicit, cephalica vel capitalis dicitur. Infima autem, ob inſignem præſtantiam & magnitudinem, baſilica, quaſi regalis. Tertia de ramis vtriuſque coaleſcens, inde mediana ſiue media & communis atque obliqua dicta eſt. Primam illam & ſupremam, [illegible], humerariam, capitalem, aut venam externam) Græci vocant. Infimam verò, [illegible], internam, aut venam cubiti, aut axillarem appellant: & quidem interdum [illegible], hepaticam iecorariámve, ſi dextra eſt: ſicuti [illegible], ſplenicam lienarémve, quæ ſiniſtra eſt, à viſcere propinquo & affini cognominarunt. nam mediam non alio vtique ab iis nomine dici memini, quàm à loco & ſitu, [illegible]. Arabum ſequaces, & barbarico luto óbliti, ſpathularem & funem brachij vocant illam ſupremam. Aſellarem aſelli ipſi pro axillari denominant. Nigram, quæ communis à nobis dicta eſt. Syelen autem, quæ ſemilatinis Saluatella dicitur. Plebeij tamen medici, & nigram, & funem brachij, & baſilicam pro eadem agnoſcũt: pro humerali autem, ocularem & auricularem dicunt: ſicuti pro mediana, corporalem. Hæ venæ de ſe alias producunt, quæ in manus & metacarpium deriuatæ, vulgo ſaluatellæ & ſalubres denominantur. ſed de appellationis varietate hæc ſufficiant.

Nominum Græcorum ratio diuerſitas.

Iorum.

A Intereſt autem boni chirurgi videre & noſſe, non tantùm quámnam de his venam pertundat, & phlebotomo adigat aperiátve: ſed etiam qua cautione id facit. Namque triplici venæ illi triplex ferè ſubeſt offendiculum incautis atque improuidis obuium, ægris valdè periculoſum. Siquidem humeralis ſiue cephalica, licet reliquarum tutiſſima ſit: attamen nec ipſa vacat diſcrimine, ſi malè tractetur. ſed reliquæ ambæ multò magis: Nam baſilicæ arteria, medianæ neruus ſubeſt; atque vtrique téẽo etiam. Qua ex occaſione fit, ac non rarò vidimus, vt profundiùs adacto phlebotomo, aut aneuryſma, & continuum ſanguinis effluuium de arteria; aut conulſio, vel membri retractio reſolutióve, cum dolore & ſtupore partis, ex vulnerato neruo aut tendine ſequeretur. qua de re placet audire diſſerentem Galenum lib. 3. anatom. adminiſtr. Poſtquàm axillæ vena in ramos ante cubiti articulum ſciſſa fuerit, ad flexum peruenit, ſubiectam aliquouſque arteriam continet; quam in macilentis naturâ, magníſque pulſibus præditis, tactu motum aliquatenus indicante deprehendimus. Atque ſi ſanguinem detraxeris, in iis ſanè qui totam manifeſtò venam habent conſpicuam, quàm longiſſimè ab arteria recidendum eſt. in quibus id ſolum quod arteriæ incumbit, eſt ſpectabile: reliquum verò totum, conſpectum effugit, diligentiùs attendendum eſt. Primò dum brachium per ſe adſtringis, regio arteriæ vicina in tumorem notandum attollitur. Secundò, aliam quampiam ex iis, quas relaturus ſum, diſſecare oportet: Nũquam enim venam hanc loco inflato ſecueris; ſciens arteriam ſubiacentem, tum latam, tum eſſe validam. Deinde cùm plurimùm intumuerit, venam incumbentem ſimul cum ipſa extollas, ac vndequaque tendas. Accidit enim inde venam in gibba arteriæ parte eleuatam, magis inaniri penes partem, qua circuntenditur adeo vt ſcalpellus mediocriter iniectus, prout ſoler illidi demittíque, illam quidem totam ſubitò penetret, ſubiectam verò arteriam conuulneret. Quare conſilium eſt, ab hac recedere ad vicinarum aliquam, maximè ex iis, quæ ad cubiti os deferuntur. ſin autem ex his quoque nulla appareat, eam adibis, quam in flexu ex venarum coitu factam, ad radij ſuperiora dicti peruenire. Si ne hæc quidem eſt conſpicua, eam feries, quæ ab humeraria ad cubiti flexum porrigitur. Pari modo ſi humeraria, quando ipſam ſecare oporteat, conſpectum effugiat; eam neceſſariò diuides, quæ ab ipſa in flexum pertendit. ſi nec ipſa, eam quæ ſurſum ad radium obliqua expanditur. ſi nec illa oculis obuenit, venam ab axilla ad cubiti flexum procurrentem incides. hæc enim vena accommodatiſſima eſt iis, qui in partibus infra clauiculas ſitis laborant: humeraria, qui in ſuperioribus. at inibi commemoratæ, ſecundum tertiúmque ordinem poſt ipſas obtinent. Communis vtriſque eſt, quę ad radij ſuperiora conſcendit. quare tertium quoque ordinem in vtriſque manibus ei attribuimus. Nam in iis qui infra clauiculam afficiuntur, ſiquidem ſanguinem detrahere opor-

N. cautio in phlebotomia.

N. baſilicã & mediana periculoſa, cur.

Hiſteria.

Baſilica ſubeſt arteriæ.

Arteriæ ſigna.

Cautio.

Venarum aliæ pro aliis mutandæ, quæ.

Venæ in cubito quæ partes reſpiciant, & quæ pro quibus incidendæ.

teat, principem locum præsidij ratione vena possidet, quæ cubitum accedit: secundum, quæ ad flexum defertur: tertium, communis: quartum, quæ de humeraria ad flexum pergit: postremum, humeraria. in aliis quos supra clauiculam morbus infestat, contrà humeraria primum: quæ inde ab ipsa ad flexum porrigitur, secundum: tertium, communis: quartum, quæ iuxta arterias procedit: & quintum, quæ cubitum adit. sed hæc mihi de his dicta sint obiter, aliàs exponenda pluribus, vbi de phlebotomia in iatricis differetur; quorum mihi accurata facta est mentio in libris De Peste Gallicis & Latinis: venio enim deinceps ad reliquos authores mihi visitatos, si quid fortè de his partibus eximium aut singulare extulerunt.

N. lib. de Peste.

CAPVT IV.

In quo philosophorum & medicorum de brachiis & manibus opiniones recensentur.

EX PLATONE.

PLATO in Timæo de ossium natura differens, vt antè expositum, de articulis hoc breuiter extulit; Articulos insuper addidit (Gr. τὰ ἄρθρα) alterius ipsius natura vsus in ipsis, tanquam mediâ quadam existente potentiâ, motus flexionisque gratiâ. Græcè κάμψεως ἕνεκα. vbi mox de neruis & ligamentis ad flexionem tensionémque articulorum: déque carne ad tegumentum aduersus frigus & calorem. quæ tamen sunt aliorum communia, & alibi semel dicenda. nam de brachiis pauca admodùm priuatim; nisi quomodo carne muniri, & quanta, & quorsum oportuerit. sed mox de digitis enucleatiùs hunc in modum; Ea verò quæ in digitis est, nerui, pellis, & ossis complexio, aridior facta communi quodam vno durioríque cutis tegmine est adoperta. cuius quidem accessoria ministráque caussa in iis quæ diximus, constitit. principalis autem caussa in ea intelligentia, quæ id futurę commoditatis gratiâ fabricauit. Quòd enim ex viris quandóque mulieres & cæteræ animantes erant futuræ, nostri illi opifices non ignorabant. Quinetiam quòd vnguium vsum bestiæ quoque multæ ad opera multa erant habituræ, intelligebant. quapropter homines statim genitos vnguibus armauerunt. hac vtique ratione, & his de caussis, pelle, capillis, vnguibus extrema membra operuêre. de quibus postea certiùs & enucleatiùs. At dialogo 6. de legib. vtramque manum exercitam esse oportere iubet, vt sinistrâ non secùs ac dextra quísque vtatur, vsu assuefaciendo, si natura deficit. quò fiant omnes more Scytharũ, ἀμφιδέξιοι, ambidextri. Quãquidem expeditam manuum agilitatem nõ modò à viris, sed etiam à mulieribus requirit; quas & arma tractare, & studiis virilibus exerceri præcipit: bene an malè, aliàs inquiretur. Tamen nostro Hippocrati aph. 44. lib. 7. mulier ambidextra non fit. fortè verò tales nasci negat: Græcè enim dixit, γυνὴ ἀμφιδέξιος οὐ γίνεται. Atqui & exercitatione assiduâ, & studio & meditatione longâ tales euadere posse mulieres & credo, & assero, qui potè viderim. quamquam has rationes quàm viros, ob sexus infirmitatem, & vitam sedentariam ac sellulariam, otiosámque. éstque illud de rarò contingentibus, vt nostri loquuntur: ac non de necessariis & perpetuis, vt Philotheus docuit comment. in Hipp. aph. Galenus tamen in totum negauit: sic enim scribit comment. in citatum aph. 44. lib. 7. Homines quidem qui ambabus manibus pro dextris vtuntur, sæpe visi sunt: mulier verò nulla ad hunc vsque diem, ob Naturæ imbecillitatem. Si enim ambabus manibus, ob neruorum robur ac musculorum, quidam viri vtuntur, rationabiliter nulla mulier vtetur: cùm satis ipsis esse debeat, si solâ dextrâ mediocriter vtantur. Amazonidas quidem ipse inquit mammam dextram exurere, vt plurimo alimento ad manum vicinam proueniente, maior ei vigor adsit; vt quæ & ipsa sit naturâ debilis. quarum à me iam antè est exposita historia, vbi de mammis actum est. An verò certæ familiæ possit esse à natura insitum, vt omnes in ea sint ambidextri; dubitare quis possit, cùm & hoc rarum sit, & ferè hactenus inauditum. Memini tamen ex bibliis sacris, vbicumque filij Iemini memorantur, ferè toties ambidextros nominari, qui vtraque manu pro dextra vterentur, vt scribitur cap. 3. Iudicum, item cap. 19. aut sanè alioqui viros fortes ac strenuos. Nisi Iemini dictio, non agnationem, sed robur designat, & hominem dextrum atque robustum significat. quod nunc parui refert pluribus inquirere.

Articulorũ vsus.

Digitorum natura, & vnguium vsus.

Viri degenerant in mulieres.

Homines ambidextri, item fœmina.

Muliebria exercitia virilib. similia.

An mulier ambidextra?

N. Quòd sic, licet rara: contra Hipp. & Gal.

Cur manus ambidextri, ac non fœmur.

Amazonũ historia: de his non stabat.

An familia sit ambidextrorum? Historia. Iemini, qui.

EX ARISTOT.

QVIN potiùs ad Arist. venio; quiquidem Platone suo magistro longè plura nobis in hoc toto argumento, penes rerum naturam & explicationem physicam suppeditabit, & quidem hactenus suggessit. sic igitur lib. de animalium gressu versus finem; Homo cruribus per locũ motus, poplites in aduersum, brachia in cauum contrahit: si enim contrà adducerentur, inutilia partim ad vtriusque manus vsum, partim ad cibum capiẽdum penderent. & paulò pòst; Homo brachia & crura habet, atque illa in cauum, hæc in curuum cõtrahit. Omnino semper lacerti & crura in hominibus contrarios vicissim inflexus habent & agunt: gibber enim cauatur, brachiale incuruatur: atq. iterum humerus in curuum cõducitur. Nec secùs fit in cruribus: femur enim cauatur, genu incurueścit, cùm pes è diuerso in cauum nitatur. Inferiora etiam cõtrà quàm superiora se mouent: quoniã origo è cõtrario se habet. nã humerus curuatur, femur cauatur: gibber etiã in cauum, genu in curuum, pes contrà in cauum deflectitur. Ratio inflexus crurum talis est, & quidem ob eas caussas, quas iam reddidimus, posteriora quidem crura cum priorib. in motu per transuersum consentiunt. nã post dextrũ prioris partis, latus sinistrum posterioris impellitur: mox sinistrũ prioris, motus dextri posterioris excipit. & quæ plura mox sequuntur, præsertim de veterinariis. sed eiusdem libri

Brachiorũ cruriumque motio, & eorum talis.

Crurum brachiorumque motus diuersus, qui.

Et inferiora diuersimodè à superioribus mouentur, quamobrẽ.

by Google

Crurũ brachiorúmq. contrarius motus.

libri ab initio; Homo (inquit) ſibi ipſi tum crura, tum brachia contraria detorquet: nam brachia in cauum, & genua in ambitum contrahit: quod idem c. 15. lib. 1. hiſtor. animal. ſcripſerat, vt alibi citaui. Neque Columbus tamen Ariſtoteli aſſentitur lib. 1. cap. 24. affirmanti homines antrorſum, quadrupeda retrorſum cubitum flectere; cùm in his lateat humerus, aliáque ſit in brutis, alia in homine articulatio; de qua rurſus ille c. 25. Brachia autem crurum anteriorum loco homini data rectè ait Ariſt. c. 10. lib. 4. part. animal. mox citandus. vbi & hoc adiicit: Flexus brachiorum homini tum ad cibum admouendum, tum ad cæteros vſus, contrà quàm quadrupedum generi aguntur: illis namque introrſus poplites flecti neceſſe eſt, vt ad greſſum vtiles ſint. vſum enim pedum præſtant artus priores. quorum quæ digitata ſunt, prioribus cruribus etiam ad manus officia vti nituntur.

Cubitum qui moueat homo & quadrupes. Columbus in Ariſt.

Brachia homini loco crurum anteriorum: ſed motu diuerſus à bellua, quã.

Artus priores quadrupedum ad duos vſus.

DE MANIBVS.

DE manibus, præter ea quę dixi, idem author multa ſcribit & præclara, earundem vſum & dignitatem contemplatus. ſic autem loco illo egregio c. 10. lib. 4. part. animal. Anaxagoras hominem prudentiſſimum omnium animalium eſſe air, quoniam vnus omnium manus obtinet. Sed recta ratio exigit, vt quoniã prudentiſſimus omniũ eſt, ideo manus receperit. manus enim, inſtrumentum ſunt. Natura autem, vt homo prudens, ita tribuere ſolet cuique rem, qua vti poſſit. Rectiùs enim tibia dabitur perito tibiæ, quàm tibiã habẽti, peritia tibię addetur: rẽ enim minorẽ maiori potioríque Natura addidit, non maiorẽ nobiliorémq. minori. Quod ſi ita melius eſt: Natura autẽ ex iis quæ fieri poſsũt, facere ſolet, quod melius ſit: Homo nõ propter manus, prudentiſſimus eſt: ſed quia prudentiſſimus omniũ animalium eſt, ideò manus obtinet. Qui enim prudẽtiſſimus eſt, rectè plurimis vti inſtrumẽtis poteſt. Manus autẽ eſſe videtur nõ vnũ inſtrumentũ, ſed multa: eſt enim, vt ita loquor, inſtrumentũ ante inſtrumẽta. Natura igitur ei, qui artes plurimas recipere poteſt, manum reddidit, quæ ad plura inſtrumẽta vtilis eſt. Qui autẽ homĩ non bene, ſed deterrimè omnium animalium conſtare aiunt (nudum enim atque inermem creatum referunt) non rectè ij ſentiunt. Cętera enim animalia vnum auxiliũ habẽt, idq. nullo pacto poſſunt permutare; ſed quaſi calceata ſemper dormire, ac omnia agere; nec veſtitum vnquam deponere pleniorem, neque arma mutare, quæ ſemel acceperint, neceſſe eſt. At homini multa habere auxilia licet, eáque ſubinde mutare: arma etiam quæ velit, & vbi velit, capere poteſt. Manus enim, & vnguis eſt, & vngula, & cornu, & haſta, & enſis, & quoduis aliud genus armorũ aut inſtrumẽtorum; quippe quæ omnia hæc ſit: quoniam omnia & ſumere poteſt, & tenere. Cui manus Naturæ forma etiam adhibita eſt congrua: diuiſa enim & multifida eſt. Nam in eius diuiſione, componẽdi facultas eſt: in compoſitione, vis diuidendi eſſe non poſſet. Vti etiam eádem modò ſimplici, modò duplici, & omnino multifariàm licet. Quin & flexus digitorum ad capiendum premendúmque cõmodiſſimè habent. Vnus à latere adiunctus eſt digitus, iſque breuis & craſſus, ſed non lõgus. Vt enim ſi manus omnino deeſſet, poteſtas capiendi non fieret: ſic niſi digitus hic à latere adeſſet, non éadem illa facultas probè daretur. hic enim à parte inferiori ſurſum premit, vt cæteri à ſuperiore deorſum: quod fieri ita oportet, ſi validè quaſi copulâ forti colligandum ſit. Pollet hic plurimùm, vt vnus multos æquiparat. breuis etiam eſt, vt robuſtus ſit: & quoniam nullam præſtaret commoditatem, ſi longus eſſet. Rectè etiam nouiſſimus digitus paruus eſt, & medius longus, tanquam remus nauigij medius. quod enim officio capitur, circùm per medium digitum complecti potiſſimùm neceſſe eſt. Sedenim pollex & magnus qui à latere iunctus eſt, ideo appellatur, quãuis paruus ſit; quia cæteri ſine eo inutiles ferè ſunt. inde nomen Græcis & Latinis ſortitus. Vngues etiam rectè Natura molita eſt; quippe quæ cæteris animalibus eos vel ad vſum alium dederit: homini autem, operimenti tantùm gratiã excogitarit: digitos enim extremos integunt & tuẽtur. Vngues tamen tactus gratiã haberi ſcripſit idem Ariſt. c. 8. lib. 2. part. animal. vt aliàs indicauimus. Idem pòſt capite 10. eiuſdem lib. 4. part. de part. animal. Digitorum (inquit) magnitudo manus, contrà quàm pedis eſt, ratione. manus enim officium eſt, capere atque premere. itaque longos habeat digitos, oportet. manus enim, parte qua ſe flectit, comprehendit. pedis autem officiũ eſt tutò conſtare. de quo poſt hàc. Manus autem inter partes diſſimilares iure numeratur ab eodem, cap. 1. lib. 2. part. animal. Sed ſect. 30. probl. 4. manum menti eleganter comparat. Natura parens (ait) & author omnium, inſtrumenta nobis duo inſeruit, quorum operã inſtrumentis extraneis vti valeremus. manum (inquam) corpori dedit, animo mentem: eſt enim mens quoque rebus à Natura nobis impertitis annumeranda, vicem ſanè gerens inſtrumenti. Vt igitur manu non iam inde ab ortu Naturæ vti poſſumus: ſed cùm eam Natura abſoluit perfecítque (procedente námque ætate manus ſuum opus maximè efficere poteſt) ita etiam mens, quę res naturalis eſt, non protinus, ſed in ſenectute maximè nobis contingit, atque tunc potiſſimùm conſummatur abſolutúrque: niſi detrimẽto aliquo lacera læſáque ſit, quemadmodum cætera quoque opera Naturæ. Cur autem manibus & pedibus potiùs algeamus, eodem opere ſect. 6. prob. 6. cauſſam idoneam reddidit; Quòd manus & pedes omnium maximè partium carnis inopes, & neruis vberes ſint. quod iam antè ſcripſerat cap. 5. lib. 3. hiſtor. animal. In ſenectute verò, & defunctis augeſcere, durioréſque reddi tum pilos, tum vngues ſcripſit idem cap. 11. lib. 3. hiſtor. animal. atque partibus ſimilaribus accenſet cap. 9. lib. 2. de part. animal. ſed de legitimis partibus ſimilaribus dicemus poſthàc.

Homo tot manus habeat: & manum quid. Ariſt. contra Anaxagoram.

Natura facit quod melius.

Homo non ideo prudens, quia manus habet, ſed ex aduerſo, cur

Manus quid, cuíque præſtantia.

Quòd homo nõ deterrimè omniũ animalium conditus, quã de re.

Brutorum deterior ab homine cõditio, quã Natura arma miniſtrat.

Manus figura cur talis, cuíque vſui, item digitorum.

Pollicis à reliquis diductio, quorſum: vſque, & cur breuis & vnda dictus.

Digitus vltimus cur minimus, & medicis maximus. A ſimili.

Vngulum vſus: an ad tactum?

Digitorum in manu & pede differentia, vſíſque.

Manus, pars diſſimilaris, cur.

Comparatio manus cum mente, vſúſque.

Mentẽ à natura, quorſum homini data.

Manuum vt mentis vſus cum tempore: vt mentis in ſenio.

Cur manibus & pedibus algeamus potiùs.

Vngues & pili quibus augeſcant, etiam mortuis.

tized by Google

EX CICERONE.

HACTENVS ex Aristotele. cui quatenus cum Galeno cõueniat,paulò pòst ex multis & præclaris huius locis innotescet. priùs enim cæteros breuiter expedio,à Cicerone exorsurus. sic enim 2.de natu. Deor. Primùm de ossibus, vbi ea breuiter proposuisset,quæ alibi exhibuimus, artuum vsum breuiùs etiã insinuat, ad morum & ad omnem corporis actionem. His addit neruos, à quibus artus continentur (tendines & ligamenta hoc nomine intelligẽs) eóque implicationem toto corpore pertinentem:qui, sicut venæ & arteriæ à corde tractæ & profectæ,in corpus omne ducuntur (quamquã de venarum ortu, certiora antè protulimus: sed Aristotelem imitatus Tullius, maluit errare, quàm à magistro recedere) quæ autem sequuntur, planè sunt magnifica,& oratore eximio digna. Quàm verò aptas,quàmque multarum artium ministras manus Natura homini dedit?Digitorum enim cõtractio facilis, facilísq. porrectio,propter molles commissuras & artus,nullo in motu laborat. Itaq. ad pingendum,ad fingẽdũ,ad speculandũ,ad neruorum eliciẽdos sonos ac tibiarũ,apta manus est admotione digitorũ. Atq. hæc oblectationis, illa necessitatis. cultus dico agrorũ,extructionésq. tectorũ,tegumenta corporum vel texta, vel suta, omnémq. fabricã æris & ferri. Ex quo intelligitur adinuenta animo,percepta sensibus,adhibitis opificum manibus omnia nos consecutos,vt recti,vt vestiti, vt salui esse possimus: vrbes,muros,domicilia,delubra haberemus. Iam verò operibus hominum, id est manibus, cibi etiam varietas inuenitur & copia. Nam & agri multa ferunt manu quæsita, quæ vel statim consumuntur, vel mandantur condita vetustati. Et præterea vescimur bestiis & terrenis,& aquatilibus,& volatilibus, partim capiendo, partim alendo. Efficimus etiam domitu nostro quadrupedum vectiones; quorum celeritas atque vis nobis ipsis adfert vim & celeritatem. nos onera quibusdam bestiis, nos iuga imponimus: nos elephantorum acutissimis sensibus, nos sagacitate canum ad vtilitatem nostram aburimur. nos è terræ cauernis ferrum elicimus,rem ad colendos agros necessariam. nos æris, argenti, auri venas penitus abditas inuenimus & ad vsum aptas,& ad ornatum decoras. Arborum autem consectione, omníque materiâ & cultâ & syluestri,partim ad calefaciendum corpus igni adhibitâ,& ad mitigandum cibum vtimur: partim ad ædificandum, vt tectis septi, frigora caloréque pellamus. Magnos verò vsus adfert ad nauigia facienda; quorum cursibus suppeditantur omnes vndique ad vitam copiæ. quáque res violentissimas Natura genuit, earum moderationem nos soli habemus, maris atque ventorum, propter nauticarum rerum scientiam:plurimísque maritimis rebus fruimur atque vtimur. Terrenorum item commodorum omnis est in homine dominatus. nos campis, nos montibus fruimur: nostri sunt amnes, nostri lacus: nos fruges serimus,nos arbores:nos aquarum inductionibus,terris fœcunditatem damus. nos flumina arcemus,dirigimus,auertimus.nostris denique manibus in rerum Natura quasi alteram Naturam efficere conamur. De manibus autem elephantorum,sed improprìè appellatis,sic ibidem Tullius:Manus etiam data elephantis;quia propter magnitudinem corporis, difficiles aditus habebant ad pastum. sed de belluis aliàs commodiùs.

Artuum vsus & neruorum.
Nerui quid Ciceroni.
Ort, venarum & arteriarum principium, Arist.
Manuum vsus eximius, & earum effectus varij.
Agriculturæ.
Hominum solertia in victu & domitu belluarum, vsúque earundem.
Metallorũ inuentio.
Ignis & domiciliorum vsus.
Nauigatio.
Hominis possessio.
Manus elephanti, per sonam.

EX CELSO, ET PLINIO.

DE Celso nihil admodùm præter iam posita haurire possumus: nam reliqua potiùs spectant ad luxatorum instaurationem, ex imitatione Hippocratica;quam hic author Romanus,vel adeo (vt perhibent) Latinus Hippocrates lib.& eleganter percurrit. Itaque ad Plinium venio, qui extra caput singulare illud longissimúmque 37.lib.11. ex quo partes hominis complures à nobis sunt explicitæ, & iam antè toties appellatæ, sic cap.43.lib. eiusdem; Quibus animalium manus sunt,intus tantùm carnosæ: extrà neruis & cute constant. Digiti quibusdam in manibus seni.M.Curiatij ex Patritia gente filias duas ob id Sedigitas appellatas accepi: Volcatium Sedigitum illustrem in poëtica. Hominis digiti articulos habent ternos,pollex binos: & digitis aduersus vniuersis flectitur: per se verò in obliquũ porrigitur, crassior cæteris. Huic minimus mensura par est:duo reliqui,sibi: inter quos medius longissimè protenditur. Brachia non omnibus paria secum. studioso Thraci in C. Cæsaris ludo notum est dextram fuisse proceriorem. Animalium quædam vt manibus, vtuntur priorum ministerio pedum; sedéntque ad os illis admouentia cibos, vt sciuri. Nam simiarum genera perfectam hominis simulationem continent. ex quo versus authoris prisci apud Ciceronem;

Simia persimilis turpissima bestia nobis.

sed idem Plinius sequenti cap.45. Vngues,clausulæ neruorum summæ existimantur: omnibus hi,quibus & digiti:hominibus lati, & defuncto crescunt. Elephanto informes digiti numero quidem quinque:sed indiuisi,aè leuiter discreti, vngulísque non vnguibus similes. Quæ animal generant,genua ante se flectunt,& suffraginum artus in auersum. homini genua & cubita contraria. Vt autem elephanto,sic etiam Alexandri & Iulij Cæsaris equo, pedes in quinque distincti articulos, nouo quodam modo memorantur à Suetonio & Plutarcho, & aliis historicis. De manu autem elephanti, quam & proboscidem & promuscidem appellant, ita scripserat Arist.c.16.lib.2.part.animal. Quare vrinatorum nonnulli instrumentũ sibi accipiunt, quo quãdiu in profundo manent,aërem extrinsecùs trahant:talem Natura elephanti dedit narem illam prælongam. Quamobrem si quando iter per aquã faciunt, nare emersa respirant. nã, vt modò dixi, promuscis pro nare elephantib. est. sed ad nostros reuertamur, & hæc modò missa faciamus, aliàs maiore cum otio speculaturi animalium naturas.

Manuum constructio.
Sedigiti qui.
Digitorum compositio, & pollicis dignitas.
Digitorum proportio.
Brachia paria.
Historia.
Quadrupedum quæ priorib. vtuntur pedibus.
Simiæ figura.
Vngium vsus & figura.
Elephanti digitati: illi æqui pauci.
Genuũ cubitorúmque in homine & quadrupede.
Historia.
Vrinatores quæ in vadu mersi perspirant.
Elephanti proboscidis vsus.

Digitized by

A

EX LACTANTIO.

POSTREMVS igitur Latinorum, Lactantius operis nobis vſitati cap. 5. de oſſium vſu nexúque diſſerit alibi dicenda: de manibus autem ſic infert; Quoniam manus vtroliber agitari & contorqueri neceſſarium eſt: ſicut eas ex loco, vnde oriuntur à corpore, vbíque (pro, quocumque) verſus moueri, ſpecioſum ſimul & vtile fuit: ſic profectò ſi hoc idem etiam cubitis acceder et, & ſuperuacuus eſſet huiuſmodi motus, & turpis. Iam enim manus, amiſsâ dignitate, quam nunc habet, nobilitate nimiâ, proboſcidi ſimilis videretur; eſſétque homo planè anguimanus: quod genus in illa immaniſſima bellua mirabiliter effectum eſt. Deus enim, qui prouidentiam & poteſtatem ſuam, multarum rerum mirabili varietate voluit oſtendere; quoniam caput eius animalis non tam longè porrexerat, vt terram poſſet ore contingere; quod erat futurum horribile atque tetrum: & quia os ipſum profuſis dentibus ſic armauerat, vt etiamſi contingeret, paſcendi tamen facultatem dentes adimerent: produxit inter eos à ſumma fronte molle ac flexibile membrum, quo prendere, quo tenere quiſliber poſſet: vt rationem victus capiendi, vel dentium prominens magnitudo, vel ceruicis breuitas non impediret. ſed hæc de elephanto dicta intelliguntur: de manu hominis potiùs quærimus. de qua ſic ibidem ille cap. 10. Manus non tantùm ad vtilitatem aliquam vſúmque faciendi valere; ſed habitum decorémque admirabilem conferre dixit. ſed eodem mox capite, cum Tulliana certat eloquétia Chriſtianus hic noſter Tullius. Quid dicam de manibus, rationis ac ſapientiæ miniſtris? quas ſolerriſſimus artifex, plano ac modicè concauo ſinu fictas, vt ſi quid tenendum ſit, aptè poſſit inſidere, in digitos terminauit. in quibus difficile eſt expedire, vtrúmne ſpecies, an vtilitas maior ſit. Nam & numerus perfectus ac plenus; & ordo ac gradus decentiſſimus; & articulorum parium curuatura flexibilis, & forma vnguium rotunda, concauis tegminibus digitorum faſtigia comprehendens atque firmás, ne mollitudo carnis in tenendo cederet, magnum præbet ornatum. Illud verò ad vſum miris modis habile, quòd vnus à cæteris ſeparatus, cum ipſa manu oritur, & in diuerſum maturiùs finditur, qui ſe velut obuium cæteris præbens, omnem tenendi faciendíque rationem vel ſolus, vel præcipuè poſſidet, tanquam rector omnium atque moderator. vnde etiam pollicis nomen accepit, quòd vi & poteſtate inter cæteros polleat. Duos quidem articulos extantes habet: non vt alij, ternos: ſed vnus ad manus carnem nectitur pulchritudinis gratiâ. ſi enim fuiſſet tribus articulis & ipſe diſcretus, fœda & indecora ſpecies ademiſſet manibus honeſtatem. hæc mihi de Latio ſumpta ſint: redeo enim ad Græcos, veros huius contemplationis mitificæ duces.

Manuum motus.

Homo anguimanus, quô.

Elephanti proboſcidis vſus.

Manuum vſus & figura compoſitióque.

Digitorum numerus, & præſtantia.

Vnguium vſus.

Pollicis prærogatiua, & cur ita dictum, cúmque cõſtructio.

EX GALENO.

HOS inter, vnus mihi reſtat longè omnium diligentiſſimus Galenus, accuratè obſeruandus, diligentérque excutiendus. à quo tamẽ integram anatomen harum partium, ob cauſſas iam mihi dictas, deſumere non ſtatui, partim obiter à me notatam, partim mox refricandam in particulis inſignioribus, partim minimè neceſſariam, & partibus cæteris communem, partim cum aliis recentioribus Anatomicis controuerſam; parui tamen ad ea quæ intendimus, omnino momenti futuram, & quam componere nunc non vacat de verbis litem. illud potiùs ſcire intereſt, de vſu harum partium, quid primus, vel omniũ optimè Galenus tradiderit, hinc ducto exordio, quod ad partium breuem deſcriptionem, & nominationem earum diſtinctã attinet, de qua ſic e.g. lib. 2. de motu muſcul. Eſt igitur βραχίων, brachium, pars totius manus maxima. termini autem ipſius, infernè quidem, articulus, qui in curuatura cubiti eſt (ἀγκὼν autem, id eſt cubitum vocamus, cui innitimur, vt inquit Hipp.) ſupernè autem rurſus humeri articulus. Altera autem pars totius manus nõ minima ſecundùm brachium, eſt quam πῆχυν, id eſt vlnam appellant. terminatur autem quà brachio quidem continuum eſt per articulum, qui in curuatura cubiti eſt: quà autem carpo, rurſus per ipſum. In brachio ſanè vnum os eſt magnũ & rotundum, nominatum eodem nomine, quo pars. In vlna verò cùm duo ſint oſſa, alterũ quidem eiuſdem nominis eſt cum tota parte; alterũ κερκὶς, id eſt radius appellatur. Inarticulantur autem ambo ad brachij oram inferiorẽ; vlna quidem, vbi medius locus condylorũ, id eſt nodorũ brachij eſt: radius verò, externum brachij ipſius condylum amplectitur, in glenen deſinens: atque circùm ipſum veluti axem quendam, dum vertitur, manus conuerſiones regit; intrò quidem, dum circũagitur prona figura manus: extrà verò, ſupina ſequitur. Extendere autem & flectere manum, dearticulationis cubiti ad brachium eſt actio. Exacta autem adeo oſſium cõpoſitio. neſcio ſicui aliorum articulorum tanta inſit. brachij enim ora inferior dilarata, nodis circunſcribitur. vlna verò cõtrà, proceſſus duos flexos faciens ſibi inuicem oppoſitos, mediámque ipſorũ cauitatem, ſigma literæ ſimilem efficiens, hac cauitate amplectitur medium locum condylorum brachij, ſimilem ad vnguem nuncupatis ἐγχλίοις, id eſt trochlearum rotulis. Cùm autem concauitas vlnæ circunfertur circa connexitatem brachij, extendi atque flecti accidit toti membro. Vt autem in neutram partem inclinet, ſed ſemper exacta dearticulatio maneat, ſupercilia mediæ concauitatis cauſſæ ſunt, coarctantes vlnæ apophyſes. Cùm igitur anterior apophyſis, motus dux eſt, flectitur membrum: extenditur autẽ, cùm poſterior. terminus verò flexionis quidẽ, vt anteriorem apophyſin affirmet ad os brachij: extenſionis verò, vt poſteriorem. Cùm verò & brachij os curuum ſit, & vlnæ apophyſeon vtraq. oblõga, & ob hoc, periculũ

Propoſitio.

Brachij partes, earúmque deſcriptio.

Brachij articulatio, motúſque.

Manus diuerſi motus ratio.

Brachij ad cubitũ articulatio, motúſque ad ſimili.

Brachij flexio tenſióque qua qui fiat.

lized by Google

esset citiùs quàm oporteat, ossibus inuicem cõgredientibus, ne membri motus prohiberetur; exculpsit Natura vtrinque brachij os: in cuius cauitates tantum vlnæ coronæ sese demittunt, quatenus extremam extensionem & flexionem, manus esset habitura. Cùm autem maior esset posterior vlnæ coronæ (Gr. κορώνη. i. caput ossis) multò profundiorem eo loco cauitatem brachij fecit: vt propter profunditatem, hoc loco tenue admodùm os brachij sit, quod est inter cauitates. Non tamen perforauit ipsum, quamuis tenue esset; ne laxus vndique minúsque firmus esset articulus, neque musculorum motus nimij. si verò perforatum fuisset, flectere quidẽ retrò manum liceret. quæ autem extensa ipsa firmiter agimus, hæc omnia longè peiùs fierẽt: vt vtrorumque musculorum tensiones essent vtique cum magno dolore. cùm posteriores quidem ab animali facultate plus tendantur, quàm sint nati contrahi: anteriores verò eousque extendantur, vt periculum sit eos diuelli. talis profectò ars Naturæ ad dearticulationem exactam est. Atque hæc mihi semel de hac parte ex Gal. dicta sint, licet repetita lib. 3. de administra. anato. & præcipuè 1. & 2. lib. de vsu part. & lib. de ossib. per aliquot capita, 16. 17. 18. 19. & eo libro, qui introductio siue medicus inscribitur. Nisi fortè ex lib. 2. de vsu part. hæc breuiter dicta enuntiatáque subducere placet: In tres magnas partes manu diuisâ, vna quidem brachium, alia verò cubitus, tertia ἐπιφόρημα, hoc est summa extremáve manus nominatur. Vlna vocatur totum membrum, quod est inter articulationem carpi, & cubiti, medium. Cubitus autem (Athenienses ἀγκὼν, Dores πῶχυς nuncupant; ex quo Latina cubiti denominatio fluxit) est cui innitimur, vt ait Hipp. Iam verò & ossium vlnæ alterum quidem maius (cuius pars est id, quod ab Hipp. quidem ὠλένη, id est cubitus; ab Atticis verò, ἰσχύον vocatur) specialiùs quidem rectè hoc os, vlna nominatur. Quòd si manum mediam inter pronam & supinam cõstitueris, hoc quidem subiacebit, alterum verò os κερκίδος, id est radij, supereminebit. Ad hanc figuram aspiciens, hanc quidem internam, illam autem externam partem manus nomina: & hanc quidem superiorem, illam verò inferiorem. Sed iuuat hæc pancula ex initio lib. 3. anatom. aggressi adiicere; Cùm fine appendice manum dicimus, totum membrum: cùm summam manum, à brachiali terminum ipsius innuere volumus. incipit enim hoc membrum ab humeri articulo: atque extremis digitis terminatur. atque hæc de partis structura nunc satis: nam fortè his nonnulla deinceps adiici poterunt in vsu explicando.

Ossium brachij cõstructionis ratio.

Manus diuisio, & partes.

Vlna, quid.

Cubitus, quid.

Vlna proprie, quid.

Radius, quid.

Manus & brachij partes 4. à fine, quæ.

Manus, quid.

CAPVT V.

De manuum vsu, earúmque naturali fabrica, brachiorúmque.

VErumenimuerò illud potiùs inquiri debet, quis sit harum partiũ, tum vniuersarũ, tum singularum vsus; & quàm singularis tum in cæteris, tũ in hac potissimùm parte, Dei nostri architecti prouidẽtia eluceſcat. Primùm igitur ita cum Galeno medicorũ coryphæo statuendum est; Corpus hoc nostrum humanum, esse animæ organũ, & quasi sepulchrũ, aut monumentum: vt aliàs è Platonis Axiocho demonstraui; σῶμα, ἀφ' οὗ σῆμα dici. hoc autem corpus omni animantium generi, animæ moribus & facultatib. functionibúsq. & affectionib. aptum atque aptatũ à Natura fuisse. Vt autem animalia cætera parẽs Natura vel armis instruxit, vel agilitate & solertiâ donauit. sic homini omniũ sapiẽtissimo animali, planéq. diuino, pro omnibus defensoris armis, manus dedit, instrumentum ad omnes quidẽ artes necessariũ: paci verò nõ minùs quàm bello idoneũ. Quinetiã quia præditus erat sapientiâ, idem aliorũ animaliũ indomitam domuit naturã atq. ferociã; vt iis deinceps vteretur tũ belli, tum pacis tempore & artibus. Hac in re vsus etiã industriâ & solerti manuũ operâ: quâ semel cicurata cætera animalia perpetuo sibi seruitio illigata mancipauit. Quò spectat Æsopicus apologus, quem sic aptè in metra contulit Flaccus lib. 1. epistol.

Cornus equum pugnâ melior, communibus herbis
Pellebat: donec minor in certamine longo,
Imploranit opes hominis, frenúmque recepit.
Sed postquàm victor violens discessit ab hoste:
Non equitem dorso, non frenum depulit ore. &c.

Iisdem homo manib. administris (vti iã antè attigimus ex Cic.) domũ sibi & vrbes cõstruxit, tũ ad aëris propulsandã iniuriã, tũ ad hostium vel ferarum depellendã violentiã, tum ad externam vim omnẽ arcendã iisdem arma fabricauit, quibus cominùs & eminùs se tueri, aut aduersariũ ferire posset & aggredi. iisdẽ sibi vestes contexuit, iisdẽ supellectilem vtilẽ & necessariam cõstruxit & cõparauit. iisdẽ retia & plagas contexuit cõpegítque, quib. tum volucres in aëre, tũ feras in terra, tũ pisces in mari, aucuparetur, venaretur, irretiret, captaret, expiscaretur. Et quidẽ talia homini ad fortitudinem arma sunt manus. atramẽ pacificũ & politicum animal, homo manib. leges scripsit; ligno, æri, ferro insculpsit: iisdem aras & templa diuino cultui condidit & exædificauit atque consecrauit: iisdem naues ad nauigandum & mercandum coaptauit: iisdem lyram & citharam & musica instrumenta, oblectandi animi gratiâ, confecit: iisdem mẽsas, scamna, cubilia perpolit ac dedolauit: iisdẽ tabulas delineauit, signa scalpsit, statuas erexit: iisdem vomeres, gladios, enses, falces, scalpra, forcipes, forfices, & omne genus instrumenti vitæ humanæ necessarium excogitauit, conflauit, cudit, machinatus est atque architectatus: denique iisdẽ omnia omniũ artium organa commentus fabricauit. quinetiã iisdem, speculationis omnigenę cõmentarios tũ sibi, tũ posteris descriptos, in subsidiũ memoriæ reliquit & obsignauit: iisdẽ chartã, mẽbranam, libros, atramentũ, stylum, scalpellũ, tabulã concinnauit, & characterẽs solerti acie ingenij excogitatos insculpsit; quorũ mirabili operâ subsidióque, interiora animi sẽsa typis designaret, & ad posteros vel absentes trãsmitteret. atq. adeo harũ manuũ & typographiæ

Corpus humanum, quid.

Corpus aptum moribus cuiúsque.

Naturæ prouidentia in homine & animalium tutela & armis.

Manuum vsus insignis.

Homo belluarum domitor.

Apologus de homine, equo & cerue.

Equi domiti modus, & causa.

Manuum architectonicus opera: & domicilij vsus, atque ornatus mundani.

Manuum opera bellica.

Manuum opera ciuilia.

Literarum beneficium.

Digitized by Google

vel ſcriptionis beneficio, nũc mihi tecũ, aut tibi mecum præſenti abſenti vsq; agere & communicare licet; quinetiam cum Moſe, Elia, Iohanne, Paulo, Hippocrate, Platone, Ariſtotele, Galeno colloqui, ac velut ſermonem cõferre: neque cũ mortuis tantùm conſueſcere, conuerſari, colloqui (vti Zeno dicebat ſeipſum ſolere legendis priſcorum monimentis) vel cum viuentib. quidem, ſed procul abſentibus: verumetiam cum iis, qui poſt annos centum, aut fortè quingentos, vel millenos annos (ſi ſecula tamdiu perſeuerarent) olim ſunt futuri, animi mei hæc cogitata, aut ἀφανίας, ſeu γράμματα communicare.

Hominis ſapientis manus propria.

Ita igitur ſapientiſſimum animalium eſt homo: ita autẽ & manus ſunt organa ſapienti animali conuenientia. Nõ enim (ait poſt Ariſtotelẽ Galenus) quia homo manus habuit, propterea eſt animal ſapientiſſimum, vt Anaxagoras dicebat: ſed quia ſapiẽtiſſimum erat, propter hoc manus habuit. Nõ enim manus ipſæ hominem artes docuerunt, ſed ratio. manus autem ſunt artium organa; ſicut lyra muſici, & forceps fabri.

Homo non quia manus habuit, idcirco ſapit, ſed contrà, ſapit. Artium inuentio & organa, vnde.

Sicut igitur lyra muſicum non docuit, nec forceps fabrum: ſed eſt vterq. ipſorum artifex, per eam qua præditus eſt, rationem: agere autẽ non poteſt ex arte abſque organis: Ita & vna quælibet anima facultates quaſdam à ſuaipſius ſubſtantia obtinet: efficere autem ea, quæ nata eſt efficere, ſine organis poteſt nequaquam. Quòd autem corporis particulæ animam non impellunt aut timidam, aut ſtrenuam, aut ſapientem fieri, manifeſtè videre licet, ſi animalia recèns genita conſideres; quæ quidem priùs agere conantur, quàm perfectas habeant particulas, ſicuti priùs per exempla docui ad illam Hippoc.

Anima quæ ſuas actiones exercet. Anima actiones non pendent à corpore.

Natura animantium per ſe ſapiunt.

ſententiam; Naturæ animantium citra doctrinã ſapiunt; quod ille Græcè, Αἱ ζώων φύσεις αὐτοδίδακτοι. Quum autem animalium Naturæ à nullo doctæ ſint: cætera quidem, Naturâ magis quàm ratione artem aliquam exercere videntur: apes videlicet plaſmare fingeréque alueolos: theſauros verò quoſdam & labyrinthos formicæ fabricari: nere autem & texere araneæ, & quidem ſine doctore: quod vel bombyces apertè declarãt, quo ad ſolem excluſi, ἀπάρας & ἀμάρας, nullius ſecuti exemplum, fila ſerica tenuiſſima in orbem nendo conglomerantes. Homo autem ſicut corpus armis nudum, ita & animam artibus deſtitutam habet. proinde pro corporis nuditate, manus: pro animæ imperitia, rationem accepit. quarum vſu ambarum, corpus quidem armat, & modis omnib. cuſtodit: animam autẽ omnibus ornat artibus. Sicut enim ſi innata ſibi aliqua haberet arma, illa ei ſola ſemper adeſſẽt, aut ne ſemper quidem, vt ceruis cornua, dentes apris & elephantis: ita & ſi artem aliquã Naturâ ſortitus eſſet, reliquas ſanè nõ haberet. quia verò ei melius erat, omnibus armis omnibúſq. artibus vti; neutrum eorũ à Natura ipſi propterea datum eſt. Pulchrè igitur Ariſtoteles, manum, velut organum quoddam ante organa eſſe dixit: pulchrè autẽ & aliquis noſtrûm Ariſtotelẽ imitatus, rationem, velut artem quãdam ante artes eſſe dixerit. Sicut enim manus, quamquam nullum ſit eorũ, quæ particularia ſunt organa: quia tamen omnia rectè poteſt recipere, organũ eſt ante omnia organa. ita & ratio nulla quidem ex artibus eſt particularibus; omnes autẽ in ſeipſam recipere nata eſt: ob id ars ante omnes fuerit artes. Homo igitur animaliũ omnium ſolus, cùm artẽ ante artes in anima habeat rationẽ, optimo iure organũ ante organa in corpore manũ poſſedit, & à Natura priuilegio quodã adeptus eſt.

Animaliũ irrationalium artes naturales.

Bombycum natura, ortus, artificium.

Homini manus & ratio ad quid data.

Manus cur organũ ante organa: item ratio, ars ante artes.

Hominis prærogatiua in vſu manũ & rationis.

Cùm autem gemini vſus cauſsà (vt ſuprà ex Ariſt. attigi) manus ſint factæ, & tactu diſcernẽdi, & rem quãpiam cõprehendendi: vtiq. quæ molles ſunt, ad exquiſitiùs tangendum: duræ autẽ ad aliquid maiore vi capiendũ magis ſunt idoneæ, ſed de tactu alibi tum aliunde, tum ex Galeno ad finem lib. 1. de temperam. vbi & de cute manus ſenſus exquiſitiſſimi dictum eſt, & nõ ita multò antè repetitum. nunc de apprehenſione ex eiuſdem Gal. lib. 1. de vſu part. cap. 5. & deinceps aliis aliquot conſequentibus ſummatim dicamus, & nonnulla de multis decerpamus. Vnum quidem primúmq. caput organi apprehenſorij optimè cõpoſiti eſt, ſi omnes figuras, ac omnes eas magnitudines, quas mouere homo poteſt, apprehendit. Vtrùm igitur eam ad hæc cõmodè præſtanda diuidi multiformiter, an omnino indiuiſã ſolidámq. fieri erit melius? an hoc verbis non eget pluribus; ſcilicet manũ, ſi indiuiſa mãſiſſet, contactuã tantummodò ſibi æqualẽ corporis cuiuſq. admoti magnitudinẽ: at in multa diuiſam, moles ſeipſâ multò maiores facilè cõprehenſuã, & minimas res exactè venaturã collecturámque? Maioribus ſiquidem molib. obtẽſa manus, digitis diſtãtib. eas cõprehendit. verùm quæ minima ſunt, digitis duobus, eiſq. ſummis, non etiã tota ſe (hoc enim modo effugerent ac elaberẽtur) cõprehẽdere conatur. Hoc ſanè pacto manus ad certã maiorũ & minorũ in ſeipſa corporũ comprehenſionem optimè conſtituta eſt. Porrò ei cõmodiſſimũ rurſus fuit, multiformiter quemadmodum nunc eſt diuiſa, diuidi, vt multiformes figuras comprehendere poſſet. ad quas optimè omniũ apprehẽdẽdi organorũ eſſe cõpoſita videtur. quandoquidẽ circùm corpus ſphæricũ poteſt rotunda plicari, ac id vndiq. circulo cõprehendere: rectũ itẽ & cauum validè fidelitérque amplectitur. quod ſi eſt, omnẽ figurã cõprehendit: quippe quæ omnis, lineâ cõſtituatur aut curuâ, aut caua, aut rectâ. Cæterùm quoniã corpora nõ pauca, mole ſunt maiori, quàm quæ manu vna cõprehendi queãt; adiutricẽ alteri alterã Natura effecit: vt ambæ ex oppoſitis partibus ea corpora cõprehendentes, vnâ manu maximâ nihilo ſint inferiores. Hac igitur ratione & ad ſe inuicem inclinatæ ſunt (mutua enim gratiâ factæ ſunt) & omnino productæ ſunt æquales. ſiquidem hoc quoq. organis ſimiliter & eadẽ agere debentib. cõueniebat. Neque tamen per ſe ſatis erat, manũ eſſe diuiſam. quid namq. ſi nullus, digitis quatuor, vt nũc habet, opponeretur, ſed cõſequenter omnes quinq. in vna recta linea eſſent facti? nónne perſpicuum eſt, eorum tunc multitudinem fore inutilem? quãdoquidẽ quod validè fidelitérq. apprehenditur, aut vndiq. circulo, aut omnino ex locis duob. contrariis cõprehẽdatur, oportet. id quod periiſſet,

Hominis melius fuit inermem naſci, & inermem, cur.

Manus, quid: item ratio.

Manus cur multiformiter diſcreta: & qui prehendat.

Figuræ omnes quibus lineis conſtet.

Cur manus gemina, & ſibi obuerſa, & æquales.

Cur pollex vnus quatuor digitis oppoſitus; quidve agat.

si omnes in vna recta linea, vno ordine facti fuissent digiti. Veruntamen hoc ipsum digito vno aliis oppositio, diligenter seruatum est. quiquidem positione & motu ita habet, vt paruâ omnino flexione curuatus, cum singulis quatuor oppositis actionem perficiat.

Manuum constructio aptata actionibus: ac de digitis ipsis, cur tales sint.

Quoniam igitur talis manuum actio, qualem nunc obtinent, fuit optima; ob id constructionem earum, actionibus huiusmodi idoneâ Natura effecit. Non enim simpliciter oportebat duos digitos oppositos, in paruarum rerũ collectione, suis ipsorum summitatibus operari: sed eos præterea tales esse, quales nunc sunt, erat necesse: vtpote sic molles, sic rotundos, sic vnguibus munitos. Neque enim si carnosa non esset eorum extremitas, sed ossea, possent vnquam corpora parua, vt spinas, vt acus & aciculas, vt grana minuta, vel pilos comprehendere: neque ea quidem si carnosa, sed molliori ac humidiori carne prædita. Oportet enim, quoad maximè fieri potest, ei quod apprehenditur, apprehendens exactè circumplicari; si modò firma futura est apprehensio. Dura autem & ossea circumplicari nequeunt; sed quæ mollia mediocriter, ob idque mediocriter cedentia. quæ enim præter modum mollia sunt, ac velut fluxibilia, vt duris plus iusto cedunt, ita facilè ab eis effluunt elabuntúrque. Quapropter quæ naturam inter mollia immoderatè & nimis dura, mediam sunt sortita (quales sunt digitorum summitates) erunt vtique hæc optima firmæ cõprehensionis organa. Cùm autẽ sint & ipsa quæ apprehenduntur, consistentiis quàm maximè variis (quædam enim eorum magis, & quædam minùs mollia sunt & dura) ad omnia opportunam habilémque fecit Natura constructionem eorum. Propter hoc igitur neque ex vngue simpliciter summitas digitorum, neque ex carne sola, sed ex vtrisque optimam positionem accipientibus composita est. carneum enim ipsorũ est in partibus ad se inuicem inclinatis & spectantibus; quarum summitatibus res ipsas venari debebant. vnguis verò extrinsecùs, vt firmamentum, eis appositus est. Digiti namque suis ipsorum solis partibus carneis, mollia corpora comprehendũt: dura verò, & propter hoc, carnis naturam pellentia violentérque cogentia, sine vnguium auxilio apprehendere digiti non possunt: firmamento enim tunc eget caro eorum reflexa subuersáque. Rursus autem ipsis vnguibus solis tale nihil poterat apprehendi. duri enim cùm sint, à duris promptè laberétur ac exciderent. propterea igitur carniformi substantiâ in digitorum summitatibus, vnguium lapsum ac lubricitatem corrigente, vnguibus verò facilem carnis euersionem & reflexionem vicissim firmantibus, organum apprehensoriũ omnium paruorum simul & durorum corporum factus est digitus. Discès autem apertiùs quod dico, si ἀμετρίας, & immoderationes vnguium spectaueris. qui enim sunt immodicè lõgi, & propterea se occursu mutuo contingunt, ac in se concidunt, neque spinam paruam, neq. pilum, neque aliud quicquam tale minutum apprehendere possunt. Qui verò propter paruitatem, ad summitates digitorũ non perueniunt, naturam carneâ firmitate priuantes, eam ad apprehendendum inualidam efficiunt. Quj autem summitatibus digitorum æquãtur, hi omnium soli vtilitatem, cuius gratiâ facti sunt, explent perfectissimè. Ob id igitur dicebat Hippocrates: Vngues neque superiores, neque inferiores esse digitorum summitatibus cõuenit. ea enim, quorum gratia facti sunt, tunc maximè præstant, quando commoderatam habent magnitudinem. Multa siquidem alia ad res agendas commoda ab eis proficiscuntur: veluti si radere quid, aut scalpere, aut excoriare, aut euellere oportet. Nam in tota propè vita, omnibúsque artibus, & iis potissimùm, in quibus sunt exactæ manuum operationes (quæ Græcis χρησίμοις appellantur) his talibus nobis est opus. Sed vt apprehensorium est organum, manus, in paruorum simul & durorum corporum venationem & collectionem, vnguibus vel maximè indiguit.

Apprehensio qui fiat, & qualibus instrumentis.

Digiti omnia completi possunt, qualiter: & cur extremi tales.

Vngues quorsum.

Digiti quo modo dura & mollia prehendãt.

Vngues cur debent esse moderati.

Vnguium proportio ad digitorum palparumque vsum.

Cur itaque Plato (infert Galenus lib. 1. de vsu part. cap. 8.) præsertim cùm Hippocratis imitator, si quis alius vnquam, fuerit, & ab illo dogmata mutuatus sit maxima, tam supinè & negligenter de vnguium vtilitate locutus est? Cur item Aristoteles tum circa alia, tum circa Naturæ artem enarrandam alioqui peritissimus, in vnguium vtilitate adeo cæcutiuit? Ille namque Deos, qui hominem construxerunt, ait, ceu imperitos quosdam artifices, velut vtilem vnguiũ in animalibus aliis generationem præmeditatos, illos ob id in summis digitis produxisse. factos verò hos homini tantùm munimenti gratiâ scribit Aristoteles: sed tamen cuius munimenti, an aduersus frigora, vel calorem, vel vulnerantia, vel quassantia, non addidit. neque enim contra vllum horum munimenti gratiâ, neque contra aliud quicquam, præter hæc, factos vngues fuisse excogitari potest.

Galen. in Platonem, & Arist. de vsu vnguium.

Plato imitator Hipp.

Vngues humani quorsum dati, ex Plat. & Arist.

Enimuerò, mi Galene (inquam ego) cur sic Platoni & Aristoteli, optimis viris & doctissimis præceptoribus tuis insultas? cur quem tanti semper fecisti Platonem canillaris de vsu vnguium minùs tibi satisfacientem? nónne satis vides hominis eum scopum in suo Timæo fuisse, vt de tota rerum natura diceret generatim, non autem speciatim singula persequeretur? Quò tandem abiisset Timæi moles, si singula, vel ad extremos vsque vngues fuisset dicendo prosecutus? Vtiles dixit, non tamen ad quid vtiles forent, singillatim enucleauit. hoc vnumquemque nostrùm iam inde à prima pueritia docuit Natura: neque nos modò, sed belluarum etiam quamlibet vnguibus præditam: quibus tum cætera ex Naturæ præscripto; tum scabere & scalpere, si quid vellicet ac mordicet, primo quoque tempore ab ortu suo cernis, & exemplo iam antè tuo declarauj, & quilibet non videt & experitur assiduè.

N. pro Plat. & Arist. contra Gal.

Platonis scopus in suo Timeo.

Vnguium vsum docet ipsa per se Natura.

Aristoteli verò non possum non magnas, imò ingentes agere gratias; qui primus omnium optimè, partium humani corporis structuram vsúmque descripsit, atque adeo historiam, & reliquorum animalium omniũ naturam mirifico

N. de Arist. & eius encomio.

quodam modo, artificióque nulli ante se tradito traduxit. Sed de vnguibus tibi non satisfacit. Mihi quidem vt cumq. magis: nam primarium Naturæ scopum, & caussam internam attigit, dum additos extremis digitis vngues dixit munimenti gratiâ tegumentíque: videlicet non caloris aut frigoris arcendi caussâ, vt tu cauillaris: sed ne ex occursu corporũ crassorum, durorum, acutorum, tenellæ digitorum pulpæ, & tactus sedes præcipua offenderetur, contunderetur, pungeretur, collideretur: atque adeo etiam (quod tute obijcis) quodammodo ne gelu aut calore nimio deforis occurrante, digiti extremi torperent vel torrerentur. Quinetiam ipse Aristoteles cap. 10. lib. 14. de part. animal. operiendi muniendíque caussâ datos esse dixit vngues, ob partium extimarum imbecillitatem. Poterat ornamentum & decus adijcere longè quidem maximum, vt contrà in iis magnam videmus deformitatem, quibus vngues scabri sunt, aut nulli, aut reduuiâ & ἀπροσχέτῳ exesi (vsum enim vnguium, Natura nõ nos tantùm, sed alias quaslibet docuit animantes, vt iam monui) aut quales in puella illa Parisiensi vidi vngulas suillas in omnibus articulis referre. At tua longè alia fuit ab istis ratio, qui de vsu omnium partiũ totius humani corporis dicendum tibi susceperas, vt vel ad minima quæque (quod facis omnino accuratè, vel ad miraculũ vsque) explicanda descenderes. In quo tamen cùm non omnibus satisfacias, at bonis & doctis plerisque omnibus facis cumulatè satis: & hoc tibi potissimùm opere immortalem apud posteros gloriam es assecutus. Sed pergamus quæso, atque maiorum dicta, & conatus vel amicè interpretemur, vel candidè & benenolè excipiamus. quid enim istis ampliùs tuus, imò verò noster Hippocrates, de vnguibus dixit? Vtique concinnitatem & decorem partis, quàm vsum in illo τὸ κατὰ λόγον, videtur potiùs considerasse. Sed fac ad vsum & commoderationem respexisse. nam vt in vnguibus, sic in partibus vniuersis, mediocritas exiliori exiguitati, vel immodicæ magnitudini iure anteferatur. Cætera ex eodem produxi, quæ mihi occurrerunt: tecum mihi nunc res est, ô mirifice Galene, non vt reprehendam, sed vt comprehendam, & explicem, & admirer quæ diuinitùs tum de reliquarum omnium, tum de huiusce partis vsu vberrimè fusissiméq. conscripsisti. cuius vestigia secutus vnus è nostris recentioribus, ita de vnguibus cap. 34. lib. 1. dictauit Vesalius, qui mihi vnus in hoc argumento erit pro vniuersis.

Manuum pedúmque digiti (ait) vnguibus decorantur, vt ipsis firmamenti vice sint: digiti enim suis partibus carneis, quibus in extremo donantur, mollia duntaxat corpora apprehendunt. dura autem, & propter hoc, carnis naturam pellentia, violentérque à se cogentia, digiti sine vnguium adminiculo nequeunt amplecti. ipsorum enim caro, quam postea veluti duriusculam quandam adipem cuti substratam esse docebimus, tunc reflectitur subuertitúrque, ob id firmamento indigens. Quinetiam pleraque dein commoda ex vnguibus homini accedunt, siquando radere quid, aut scalpere, aut vellicare, aut excoriare, aut euellere oporteat. Summus rerum opifex iustissimè vnguium (qui & munimenta & propugnácula digitorum censentur) duritiem effinxit. si enim duriores quàm nunc sunt, instar ossis cuiusdam procrearentur, ita quidem ad apprehendendum magis essent idonei, vt qui ne minimùm reflecti reclinarique possent: at rumperentur promptissimè, non secùs quàm alia, quæ dura fragilíque constant téperie. Itaque securitati simul & robori prouidens, illos mediocriter duros extruxit: vt neque vsui, cuius gratiâ creati sunt, quicquam incommodaret: neque ipsi (quod sua mollitie extrinsecùs incidentium vim, chatilaginum ritu, exoluere possunt) leui quâque occasione efficiantur. Ob eandem hanc caussam gibba constant superficie, quòd hac figurâ iniurijs resistendis meliùs comparentur. Quò minùs verò suspensi vacillent, ligamento quodam extremi digitorum ossis iuxta suum articulum radici, eorum superiori termino colligãtur. Quoniam autem carni cutíque illos connasci operæpretium fuit, hæc extrinsecùs vniuersæ vnguium radici circundatur: illa interiùs vsquequaque ipsis subnascitur. In vnguium radicem non modò arteriam venámque, sed etiam neruum porrigi Galenus attestatur: ipsósque ex his sensum, vitam & alimentum, aliarum partium modo assumere scribit. Scio quidem non solùm duos neruulos ad vnguium vsque radicem ferri, sed eosdem cum venis sub vnguibus quoque ad digiti summum repere: vngues autem sensus omnis interim experres esse arbitror. Ac proinde non leuiter illorum, qui vngues ex ossis, nerui, cutis (quidam & carnis addunt) concretione gigni censent, sententiæ accedo. Quòd verò venæ, arteriæ, & nerui, quemadmodum in hortis alueoli, in vnguibus non dispensentur, vel hinc constat, quòd pilorum modo ab radice procedentes augeantur. satius enim erat & hos pilorum ritu semper renouari, atque cùm in dies atterantur, nunquam non incrementum admittere, quod potiùs in longum, quàm latum & profundum assumunt. sed de vnguibus nunc satis: Galeni reliqua excutiamus.

Quoniam igitur actio quidem manus, est apprehensio: apprehendere autem nihil posset, vnquam ipsa immobilis permanés: nihil enim ita differret à lapidea, vel mortua: manifestum est, quòd præcipua ipsi actionis pars ea erit, per quam inuenta fuerit moueri. Quoniam igitur voluntarios motus omnes, quales manui sunt, à musculis monstrauimus fieri, hi vtiq. primum motus organum manui erunt: alia verò vniuersa, hæc quidem vt meliùs actio fieret: alia verò, sine quibus non poterat ipsa fieri: alia autem pro custodia omniũ horum creata sunt. Dixi de vnguibus iam satis multa: sed hoc breuiter dictis adijcere placet. Si igitur vngues magis duri, quàm nunc sunt, fuissent instar ossium facti, essent quidem ita etiam ad apprehensiones minùs idonei, vt qui ne minimùm

N. de maioribus iudicium.

Hipp. de vnguibus opinio.

Mediocritatis laus.

N. in Gal. studium & affectio.

Recẽsetur de vnguibus opinio, eorumq; vsus.

Vnguium vsus.

Vnguium elegantia, vel deformitas.

Gal. scopus in explicando vsu partium, eúmq; inuentum.

Duo præcipui vnguiũ vsus.

Vngues cur duri & mollitie mediũ amborum.

Vnguiũ figura cur gibba: & eorum ligamentum. N. imò & figura externa imitatur internam, ob partium cui incũbit, naturã.

Vnguiũ vena, arteria, nerus, ad quid.

At vngues non sentiũt, contra Gal. N. etiámsi in radice! Vnguium constructio.

Vngues interiùs ritu pilorũ, sine venis & arteriis. contra Gal. N. vnde igitur augmentum? Manui motus cur adsit & unde vel quorsum.

Musculi, prima sunt motus instrumenta.

Manuũ particularũ vsus necessarius vsus in genere: sic de aliis.

Vngues cur nõ toti ossei, sed duri & mollis medij.

quidem flecti possent: rumperentur verò facillimè, sicut & alia dura vniuersa. Eorum igitur conseruationi & firmitati prouidens Natura, duros mediocriter effecit, vt neque vtilitati, cuius gratiâ facti sunt, quippiam noceatur, neque ipsi promptè patiantur. Quòd autem ita prouidens Natura tantò ipsos molliores ossibus fecit, quatenus cedendo moderatè, illorum quæ violenter extrinsecùs incidunt, vim exoluerent, obtunderéntque, similium omnium constructio tibi ostendat. Omnes enim animalium particulas promittentes & nudas ex tali substantia creauit, qualis neque quassari facilè propter mollitiem, neque rumpi propter siccitatem posset. talis est vngula tam solida, quàm bifida, talis calcar, talis cornu. sed in feris animantibus ad defensioné sunt arma comparata, in homine ad venustatem & vsus ciuiles. Nam mansueti est politicíque animalis particula in apprehensionis perfectionem constructa, non in feræ agrestis arma defensoria. Cur autem rotundi sunt vndique? an securitatis gratiâ? Sola enim figurarum rotunda, ad vix patiendum exquisitè comparata est, vt quę nullum expositum angulum frangi potétem habeat. Sed quoniam scalpendo, vel aliud quid vnguibus agendo, exteri debebant nobis eorum extremitates, solas has animalis particulas semper augeri potentes Natura construxit, quamuis iam totum corpus augeri desierit. Augentur autem non vt aliæ partes, in longum & latum & profundum: sed pilorum modo in longum solùm, subnascentibus aliis semper vnguibus nouis, & antiquos propellentibus. Neque hoc otiosè instituit Natura, sed vt in locum eius quod assiduè exeritur in ipsorum extremitate, sit aliquid quod sufficiatur. sic igitur ad summam Naturæ prouidentiam peruenit vngiuum constructio.

Partes prominentes & nudæ quali cõstant substantiâ.

Pertrà arma mollitia.

Vngiuum vsus in homine: & cur rotundi.

Figura rotunda priuilegium. N. alibi ex Cic. melius.

Vngues nũquam desinunt incremento, quãobrem. & quò subnascantur.

Quid verò in vnoquoque organorum, ea quæ ab ossibus est firmitas, conferat, alibi dictum est, & vspiam in particulari dicetur. sed quod ad multas actiones vtilis eadem sit digitis, iam licet videre, si consideres neque meliùs nos iis trementibus scripturos, inciturosque, aut quid tale acturos sine ossibus. quod enim trementibus inest propter morbum, hoc semper nobis omnibus ineslet naturâ flexis, & tanquam concussis conuolutísque digitis præ mollitie. sed ossium natura ad hoc adiutrix à creatore data est, sustentans & confirmans in vnaquaque figura digitos. Etenim hoc ipsum vt multiformiter figuraretur (quod futurum erat vtilissimum) ex eo habet, quòd ex pluribus ossibus vnusquisque digitorũ compositus est. id quod non potuisset fieri, si ex vno solo essent creati. solæ enim ita illæ actiones bene efficerentur, quæ digitos postulant extensos. qui sine ossibus si facti fuissent, illas actiones solas probè perficerent, in quibus eos circulo plicari circa comprehensibile oporteret. si autem os vnicum haberent, illis actionibus solis rectè seruirent, in quibus eis extensis egeremus. quia verò neque sine ossibus, neque ex vno solo creati sunt: sed ex tribus inuicem per singulos articulos connexis vnusquisque factus est, propter id, ad omnem actionem prompti figurantur. curuatis enim omnibus articulis, operamur digitis, perinde ac si absque ossibus facti essent: extensis autem omnibus, tanquam si ex vno osse solo constarent. plerumque autem neque omnibus extensis, neque omnibus curuatis indigétes, aliquando quidem primum solum, vel secundum, vel tertium articulum: aliquando autem vel primum simul & secundum, vel secundum & tertium, vel primum simul & tertium extendentes aut flectentes, hoc modo sex figurarum differentias exprimimus. per vnamquamque autem differentiam magis & minùs in quantam multitudinem exeat, excogitari quidem facilè potest, dici verò non potest. perfecta namque flexio, veluti etiam extensio, in magis & minus non est diuisibilis. medij verò inter has, motus articulorum, inopinabile est, quantum numerum efficiant: iis scilicet quandoque magis, quandoque minùs vel flexis, vel rursus extensis. Non igitur sex solæ figurarum differentiæ, digitis ita cõstructis fiunt, sed vniuersales quidem sex, particulares autem infinitæ. Aliarum verò duarum constructionum altera quidem, quæ est sine ossibus, solam circularem figuram: alia verò, quæ ex vno osse solo, rectam eis præstare potest. nunc autem neque eis carent: & vltra has, sex quidem vniuersales, multiformes verò particulares figuras adeptæ sunt. Rectam igitur exactè figuram habere poterant, si ex ossibus solis secundùm rectam lineam essent compositi, exactè verò circularem, nequaquam.

Trium in digitis articulorũ vsus: & inde sex figurarum differentiæ.

Plures tamen figuræ ex dictis perfici possunt.

Digitorum figuræ sex vniuersales, & particulares innumeræ.

Quid ab vno osse, quid à nullo.

Propter hoc, molita Natura est carnis generationem, quàm super externas ossium partes ob id nutrire non debuit, quòd ibi locata, onus superfluum fuisset: sub omnibus verò internis partibus eam nutriuit, vt (cùm mollis consistentia sit, & occurrantibus cedat leniter) ossium rectitudinem tunc corrigat, quando est aliquid circulo apprehensura. Proinde in ipsis quidem articulis perpaucam, plurimam in partibus inter articulos mediis carnem produxit. neque enim carnis adiutorio tali, quale ossibus est necessarium, aliquis articulus indigebat, cùm flecti natus sit, & caro præter quàm quòd nullam ei commoditatem præstaret, impedimento motui fieret, tunc grauans vt superflua, tum etiam internum articuli spatium excludẽs occupánsque. Propter hæc itaque, carnẽ generauit Natura extra digitos nullã: intra verò, iis partibus quæ sunt inter articulos mediæ, plurimam; in ipsis verò articulis, paucissimam. lateribus autem digitorum, tantum carnis adnasci fecit, quanta medium inibi spatium vacuum repletura erat: vt & inde manus non solùm vt diuisum in multa organum, sed etiam vt omnino indiuisum agere possit. adductis enim ad se inuicem digitis, ita eorum medium totum spatium, constringitur à carne, vt siquid etiam liquidorum corporum, manu supinâ continere volueris, effluere non permittat. Hæc igitur tot & talia à carne commoda, manus obtinet. Adhæc, quæcumque nobis sunt mollienda & terenda, instrumentis mollibus moderatè, quibus vtrumque obiremus, indigemus: qualia in

Carnis vsus in digitis, & ossibus.

Caro cur in articulis, panca, inter eos autem plurima.

Articulũ ossis, & eius carnis non vtilitas.

Caro articulorum in digitis vbi nulla, panca, multa, & quadrata.

Manus beneficio carnis velut vestitur quomodo.

Ossiũ vsus in digitis: & cur ex pluribus constent.

Ab vno osse quid vtilitatis: quid à nullo vel paucis.

omnibus artibus ſunt plurima. Propriæ igitur hæ ſunt carnis manus vtilitates: communes verò poſthàc inter partes ὁμοιομερῆ dicuntur.

Præteritio.

Arteriæ, venæ, muſculi, tendines, ligamenta, neruique, cùm ſint totius corporis partes, ideo nihil de hîs ſpecialiter videtur dicendum, neque numerus, ſitus & natura ſingulorum perquirenda: niſi quòd præter mihi dicta, de quibuſdam obiter ſic tranſigo: Namque generaliter de omnibus poſthàc inter partes ſimplices dicetur. Neruorum vtilitas eſt, vt facultatem ſenſus ac motus à principio in partes deducant. Arteriatum autem, vt cuſtodiant eam, quæ ſecundùm naturam eſt, caliditatem, & ſpiritum animalem nutriant. Sanguinis autem generandi, ſimul & in omnes partes ferendi gratiâ, venæ factæ ſunt. Neruis à cerebro & ſpinali medulla: arteriis à corde: venis autem ab hepate origo eſt, vt alibi demonſtratum eſt. Tendo, neruus, ligamentum, quî differant, alibi exponetur. Quòd autem muſculi, ſint organa motus voluntarij: & quòd eorum ἀπόφυσις, hoc eſt deneruatio, tendo nominetur, illud etiam aliàs explicatum. Quoniam autem oſſium conſtructionem organis apprehenſoriis aptiſſimam Natura facit: erat autem impoſſibile ipſis oſſibus ſic terreſtribus & lapideis motum voluntarium tribuere: quomodo per aliud ipſa oſſa moueret, eadem bellè prouidit. Ex ipſis igitur muſculis productos tendones in brachia, cubitos & digitos deduxit, & mouendis articulis inſeruit, prognatos è neruis & ligamentis in muſculos diſperſis, rurſúſque inuicem coëuntibus. Vtilitas autem eorum eſt ſecundùm componentium naturam: etenim ſentiunt & mouentur motu voluntario, & colligant muſculos oſſibus. Horum autem priora quidem, ſcilicet ſentire & mouere, à neruis habent: colligare autem à ligamentis. Album autem & exangue & ſolidum expérſque concauitatis cùm ſit ligamentum ſimiliter neruo, propterea pleriſque imperitis neruum eſſe putantibus imponit. Verùm non eſt natum è cerebro, vel ſpinali medulla: ſed ex oſſibus ad oſſa tendit tranſitque neruo multò durius & penitùs inſenſibile, & mouere aliquid impotens. Quomodo igitur ſimulacra funiculis ſolent moueri: ita & digiti & brachia ipſa (vt idem de cæteris intelligas) inſertis in ſingulos articulos tendinibus dirigi, flecti, contrahi ſolent pro animantis arbitrio. Non tamen in ipſam μάζαν commiſſuráque oſſium (nulla enim eſſet hoc modo vtilitas) inferuntur: ſed neque in prælocati oſſis articulationis finem (neque enim ita eſſet aliqua commoditas) ſed in caput ſecundi oſſis, hoc eſt, mouendi, infiguntur. Qualiter ἀυτόματα in ſuis automatis & ſimulacris ludicris, articulationem tranſcendẽtes, ad principium ſublocatarum partium applicant funiculum, vt eo ſurſum tracto, κῶλον, membrum conſequatur. Sic in nobis oſſa omnia quæ ſublocantur, circa prælocatum ipſis os immorum manens, mota extenduntur quidem, quando exterior trahit tendo: flectuntur autem, quando interior. Longos autem Natura tendones ad carpum & digitos creauit: quia leuem ſimul & tenuem eſſe extremam manum, & fortè pedem ipſum ſimiliter præſtabat, quàm turba & mole carniũ obrui, & cum graui pondere incraſſari. inde motus agilitas, & expedita facilitas. in alijs partibus fortè robori & firmitati partium eadem magis conſuluit. Rotunditas tendinum in id eſt comparata, vt ægrè patiantur: quà tamen applicantur mouendæ à ſe phalangi aut articulo, ibi tum expandi atque dilatari ſolent. ſic enim faciliùs mouent partes, pluribus eas trahentes apprehenſionibus, tum flectendo, tum extendendo, tum ad latera adducendo vtraque, ſi fors ferat. Iuſta enim cùm ſit omnibus in rebus Natura, non ſolùm nullo conuenienti motu priuauit digitos artúſve vniuerſos: ſed etiã molem tendonum exactè reſpondentem vtilitati motuum fecit. Quæcumque autem per medias figuras fiunt, vtriſque muſculis ex oppoſito ſitis, agentibus indigent, vt aliàs repetam. Atque vnuſquiſq. tendo ad ſuum caput trahere natus eſt particulam, quæ à ſeipſo mouetur. Natura portò ſemper in profundo quidem id quod præcipuum, in ſuperficie verò id quod non eſt præcipuum, collocat. Nulla tamen eſt tanta dicendi facultas, quæ exactè illa enarrare ſufficiat, quæ ſenſibus ſolis dignoſcuntur. Sed multitudo & magnitudo & poſitio & diuiſio & applicatio vniuſcuiuſque tendonum, melioris gratiâ factæ intelliguntur: quod in manu & digitis Galenus tibi per ſpecies enarrabit lib. 1. de vſu partium: mihi enim ſummatim rem complecti nunc ſatis eſt. idem author de motu & muſculis manus legendus tibi lib. de muſculorum motu. ex quo etiam illud veluti per lemmata breuia reportabis; Tendinibus generationem ex neruis & ligamentis accedere, in carnes muſculorum diſſeminatis, & poſtea paulatim in idem aceruatis coaleſcentibúſque. Naturam denique magnitudinem cuique muſculo & tendoni proportione actionibus reſpondentem dediſſe: imbecillioréſque actiones paruis, vti par erat, & vehementiores magnis contuliſſe. Tendones etiam non magnos ſolùm, ſed etiam geminos vnicuique actioni validæ præfeciſſe. Sed ſecundùm ætates, nullam eorum in multitudine differentiam feciſſe. Manuum denique internos motus omnes apprehẽdendo præpollere. Quod autem nulla in re nobis erat vtile futurum, id ſtatim à principio ne fieret, Natura prouidit. vſus verò motuum ſingularium, vel Natura duce, omnes nouimus: modus ab Anatomicis inter diſſecandum, adductis tendinum funiculis obſeruatur, & obſeruatus ſigillatim in acta refertur.

Neruorum vſus: item arteriarum: item venarum: & horum omniũ origo.

Muſculorũ vſus, & tendo quid, & vnde.

Oſſa quomodo & à quibus mouentur.

Tendinum origo, inſertio, vſus, ſenſus motuſque, vnde.

Affinitas nerui & ligamẽti, differentiáque eorum.

Ligamenti natura.

Articulorũ natio per tendines qui fiat. à ſimili.

Tendines vbi infigãtur, & quorſum.

à ſimili.

Oſſa quæ mouentur, & à quo, tum extendendo, tum flectendo.

Tendinũ genitura vnde.

Muſculorũ & tendinũ magnitudo cur tanta, vſúſque.

Manuum motuum ter. nus apprehenſorius.

Naturæ prouidentia.

Tendinum motus qui imotum.

Sunt etiam lemmata hæc porrò cum ſuperioribus illis obiter notanda: In vnoquoque articulo, vnica figura eſt indolens nobis, media ſcilicet: aliæ verò omnes vtrinque dolent, minùs quidem hæc quę propinqua mediæ: magis verò quæ longè à media diſtat. Omnino autem dolorificæ ſunt extremæ figuræ: poſt quas ſcilicet neque flectere, neque tendere licet. fiunt enim, quando extremam tenſionem aſſumunt muſculi eas operantes. Meritò igitur figuræ ſunt

Tendones manũ pedúmque cur longi.

Manus & pedes quorſum extẽti.

Tendines cur retundi, & vbi dilatentur, & quorſum.

Natura inſtitia.

Tendines reſpondent vtilitati motuum.

Media figura qui fiat, & à quibus.

Tendo trahit ad ſuum caput.

Natura in profundo occultat partes præcipuum.

Tendinum ratio vſúſque.

Figura quæ ſupra indolis articulo, ama contrà.

Figura articulorum planè dolorifica, quæ.

dolorificæ, cùm dux quidem motionis musculus extremam contractionem, huic autem oppositus, perfectam extensionem sumit. figuras verò mediam vtrinque circunstantes, operantur aut ambo musculi, aut alter omnino. in media figura autem potest aliquando & neuter operari. Neque tamen licet motus oppositos simul agere, vt alibi de musculis notabitur. Obscurus etiam seorsum & per seipsum est parvorum tendonum motus. vter autem ex oppositis vincat, exemplo à nautis facilè disces, nauim in contraria impellentibus, & vento in aduersa nitente, prout aut hic potentior est, aut illi remigando præualent, aut ambo ex æquo contranituntur. sic enim poëta 1. Georg.

Figura media qui fiat.

Motus oppositi non fiunt simul.

Motus ob fortunà quo fiat, quoque modo. à simili.

Non aliter quàm qui aduer, o vix flumine lembum
Remigiis subigit, si brachia fortè remisit,
Atque illum in præceps prono rapit alueus amne.

Enimuerò licet particularia persequi minimè institui, tamẽ siquid erit singulare aut eximium, illud non pigebit obiter dicendo & breuiter attingere: vt hoc fortè quod sequitur. Actiones magni digiti cùm antea attingeremus, illud etiam dictum est, hunc vnum cæteris oppositum omnibus simul quatuor digitis vtilitatem æquiualentem præstare. Quod cùm homines considerarent, Hippocrates quidem, *μέγαν*: alij autem, *ἀνίσχοντα* (quasi promanum dicas) hunc digitum videntur appellasse, tanquam ipsis pro tota, vel saltem dimidia manu esset. æquè enim actiones manus sibi ipsis perditas vident, siue ipsi quatuor abscindantur (quod tamen paradoxon videri possit) siue hic solus. Sic verò & ipsa dimidia pars magni digiti, si quoquo corrumpatur modo, ipsa manus in actionibus incommoditatẽ & turpitudinem habebit æqualem simul noxæ omnium aliorum digitorum. quod Gal. cap. 22. lib. 2. de vsu partium, simiæ demonstrat exemplo, cuius actiones ob id mancæ sunt, quòd hoc digito, quem pollicem diximus, à Natura careat. Namque homini adeo ipsi si pauciores essent digiti, multæ actiones imperfectiùs fierent: pluribus autem nulla in re indiguimus. Quòd autem si pauciores essent, actiones multæ læderentur, simul discès, si eorum singulũ ratione percurreris. Magno namque perdito, omnes vtique alij potestate perierint: absque illo enim, aliorum nullus rectè aliquid agere potest. Reliquorum verò, index ac medius vt ordine sunt post magnum secundi, ita & vtilitate. parvorum enim corporum omnium apprehensio, & omnia propè artium opera, & siquid violentum agere oportet, his omnia egere videntur. Ille verò qui medio succedit, ac etiam paruus, minorem quidem aliis habent vtilitatem: sed ea tamen manifestò in his apparet, in quibus comprehensibile, circulo comprehẽdi oportet. Si enim humidum fuerit aut paruum, digitos circa ipsum flecti vndique comprimentes opus est. qua in re, paruus est quidem vtilissimus, velut [illegible], id est operculum quoddam aliorum factus: secundam verò potestatem habet secũdus. Si verò durum & magnum fuerit apprehensibile, digitis à seinuicem quamplurimùm distantibus, ita illud

Pollicis vis, & nonnihil varietas, vnde.

Pollicis amissi dãna. N. sed docet historia Rõ. de captiuo, quibus pollicem manuũ sit præcisa, deum demissi.

N. simia est pollice.

Cur digiti nec plures, nec pauciores. ab incommodo.

Digitorum in vtilitate comparatio inter se.

Parui digiti magna vtilitas.

corpora qui fiat apprehensio.

comprehendatur, oportet. adde quòd id plures melius comprehendent, pluribus partibus ei accidentes atque contigui. Quicquid tamen circulo comprehendendum est, manifestum est, si digiti plures essent quàm nunc sunt, superfluos fore: nam in id quinque sufficiunt. frustrà autem Natura nihil operatur: quippe æquè solicita, vt nequid deficiat, atque vt superfluum nihil creet. nam defectus quidem in constructione, opus quoque mancum & diminutum ostendit: superfluum autem iis, quæ per se satis agunt, est impedimento, tanquam onus alienum adiacens, atque ea ratione noxium. Is demùm, cui præter naturam sextus ortus est digitus, sermonem nostrum comprobat. ac de Sedigitis paulò antè.

Quòd quinque digiti sufficiant.

Natura prouidit, ne quid plus aut minus.

Cur autem inæquales digiti omnes sunt facti, & medius longissimus? Sanè quòd ipsorum summitates ad inæqualitatem venire melius erat, cùm magnas aliquas moles in circuitu comprehendunt, & cùm in seipsis humidum vel paruum corpus continere conantur. Ad maiores enim moles vel fortiter comprehendendas & retinendas, vel fortiter emittendas, æqualis vndique comprehensio multùm conducit. Apparent verò in vnam circuli circumferentiam conuenire digiti quinque in actionibus huiusmodi, maximè quando exquisitè sphæricum corpus comprehendunt. in his enim etiam manifestissimè cognoscat aliquis id, quod in aliis quidem corporibus fit: non tamen æquè appareat euidenter, quòd digitorum summitates vndique æqualiter oppositæ, tum suam ipsorum comprehentionem reddunt tutiorem & firmiorem, tum protectione fortiorem edunt. Sicut in triremibus videre licet remorum inæqualem phalangem, ad extremitates tamen quadrare & conuenire. Digitorum autem ista inæqualitas, ad minima corpuscula comprehendenda & humida continẽda mirificè iuuat, sicuti paulò antè monuimus. De musculis autem ac tendinibus manuum, tum ex Gal. lib 2. vsus partium, tum lib. de motu muscul. & lib. anatom. aggress. discet quisquis scire auet, quæ nunc nobis prætermittenda iure ducimus, vtpotè specialia, & nihil eximium complectentia. ac de musculis & tendonibus posthàc generatim transigemus. Quatuor autem cùm sint motus carpi, scilicet extensio, flexio, ad pronum circumductio, & ad supinum, hos motus varios & musculi & tendines efficiunt.

Digiti omnes inæquales. N. Humana manus altera.

Manũ, quid digitorum, circumferentiam circuli metiantur, qui.

à simili.

Præterita.

Carpi motus quot. N. quid si sex numerentur?

Sed præ omnibus omnino eximius is tendo est, qui sub interna manus cute substernitur, cuius iam antè mihi facta mentio est, & nunc vtique refricanda ex lib. 2. vsus part. Gal. cap. 6. Enascitur autem hic à medio musculo recto vlnæ, antequàm is ad carpi articulationem perueniat: dilatari autem incipit ad illam primùm: indéque apparet velut quædam cutis secunda alba & exanguis, sub tota cute extensus manus summæ & digitorum. Cutis siquidem alia, quæ ambit totum corpus, *δέρμα*, hoc est excoriari potest: & propterea (opinor) aiunt eam etiam sic nominatam, *δέρμα*, hoc est corium & cutim. Internam autem cutem summarum

De tendine in vola manu, consideratio, & vsus ac proprietate.

δέρμα, vnde dictũ.

Digitized by Google

Cutis vbi nulla extrahibilis, & quadere.

manuum, de qua nunc est sermo, similiter autem & infernam pedum, præterea & frontis & totius ferè faciei, aliarúmque quarumdam partium animalis, non est possibile excoriare, propter tendones & musculos iis insertos. In vniuersum autem oportet hoc scire, quòd vt aut tradant certiorem exactiorémque sensum, aut motum voluntarium, aut vt contumacem, aut dura, au depilem efficiant cutim, implantantur quidam in ipsam tendones. Decebat igitur (opinor) manus, comprehensoria organa cùm essent, habere eam cutim, non modò contumacem, cùm ob alia quædam, tum maximè ob paruorum corporum certam & tutam comprehensionem: sed & totâ cute reliquâ sensibiliorem. Non enim aliud quidem oportebat esse apprehensorium, aliud autem tactorium organum: neque aliud quidé accipere vnamquamque rem externam leuando & transferendo, & omnino pertractando: aliud autem postea discernere de acceptorum caliditate & frigiditate, & duritie & mollitie, & aliis tactilibus differentiis. Sed mox cùm apprehenderit vnumquodque, melius fuit simul dignoscere, quale sit naturâ. At verò neque decentius, neque promptius fuit alio organo corporis dignoscere, quàm manu, & ipsius manus non omnibus, sed internis partibus, quibus est etiam apprehensorium organum. Si igitur propterea tactricem oportuit eam esse, quoniam & apprehensoria est, rationabile fuit, quibus partibus est apprehensoria, eisdem ipsam fuisse & tactricem. Confert autem non parum ad certam dignotionem tactilium omnium qualitatum, nõ pilosam esse cutim eius loci, factam à lato tendone cuti subnato. Vt enim si pilosa admodùm & densa esset hæc cutis, nullo pacto tangeret propinquantia sibi, anticipantibus pilis ad seipsos incidere, & illa propellere: ita nũc exactè nuda, nullam propinquantium sinit partem intactam effugere: sed omnibus ipsis accidens, totum corpus sibi propinquans sentit. Quòd autem & duritiẽ cutis eius loci tendo subnatus efficit, manifestum est omnibus, vtile & hoc ad multas actiones nobis futurum. ob eas certè causſas, tendones ad internam manuum cutim prodierunt .....

Tendines cur in cutem implantentur, præsertim manũ.

Idẽ organũ tactus & apprehensionis, quàobrem.

Manus, organũ tactus qualiter: item prehẽsionis.

Tactio & prehensio in eadẽ parte, qui.

Manus vola cur depilis, & vnde.

Manus interna cur dura.

Cur autem Natura ex octo quidem ossibus, carpum: ex quatuor verò, metacarpium fecerit, quia longior & minùs necessaria speculatio est, ideo mihi prætermittitur, ex lib. 2. de vsu partium discenda. hæc enim speculatio homini otioso magis conuenit, quàm vt nobis hoc loco adscribenda sit. Vt tamen motui vario tot ossa subseruire intelligamus: & manui ad apprehensionem, intus cauam & planam ossium metacarpij fabricam fuisse concipiamus. sicuti brachia conuexa gibbáque, ad meliùs amplexandum & comprehendendum facta colligamus. De reliquis brachij ossibus, quæ examine digna iudicauit, penes numerum, figuram, magnitudinem, situm, connexionem, omnia adamussim Galenus ibidem examinauit, eorumdémque de musculis tum flexoribus, tum tensoribus. Vt hoc tamen obiter dictum sit; Carnes in musculorum substantia contineri. Brachium autem cùm oporteret esse opertum vndique carnibus, sed & musculos vlnam moturos in sese locatos necessariò habere: non seorsum quidem carnes otiosas, seorsum autem musculos: sed cum his carnes simul adeptum est. Quantum verò differunt magnitudine partes mouendæ, tantùm & mouentes eas musculi. Necesse verò etiam fuit, molem ossium musculis subiectorum, proportione musculis ipsis respondere. Hinc brachium est maius vlnâ, & crus pariter tibiâ maius. Cæterùm si præterquàm quòd magna sunt, solida & cauitatis medullæque expertia, dura & densa omnino fuissent, membra ipsa onere sanè maximo grauarent. iccirco laxiora & cauernosiora & magis concaua sunt, ossibus cunctis minoribus maiora. Abutitur & hîc probè ipsa cauitate Natura: reponit enim in eam familiare ossi nutrimentum, quod sanè μυελὸν, hoc est medullam nominamus. sed de hac quidem aliàs postea. Non solùm autem figuras particularum organi aptas actioni, cuius gratiâ organum quoduis factum est, Natura efficit, sed etiam dyspatheiæ nihilominùs prouidet, vt in articulis omnibus videre est. Siquidem vbi motus dearticulationum, fortibus & multis actionibus famulari debebat, & metus erat ne ob violentiam, ipsarum luxatio quædam contingeret, dearticulatio huiusmodi constringitur & continetur vndique multis quidem extrinsecùs ligamentis crassis, non membranosis solùm, sed & rotũdis & chartilaginosis coronâ stipata. Eminentias autem simul cauitatibus iis, quas ingrediuntur, æquales, vt nusquam vlla sit laxitas. simul verò quibusdam conuexis labris, & velut superciliis ad amussim retentas obtinet. Vbi verò paucis, & non violentis actionibus articuli ipsi sunt destinati, ibi Natura, ceu metu iam abiecto, tenuia quidem & membranosa ligamenta, laxam autem omnino totam ossium commissionem fabricata est.

Carpi & metacarpij quot ossa, & cur multiplicia.

Manus cur intus cana planáq;: sic & brachia

Carnes sunt musculi.

Brachiorũ carnes & musculi, quorsum.

Musculi aptantur partibus mouendis, vt ossibus, quomodo.

Brachia cruraq; cur non solida, sed cana & medullosa.

Ossa quæ maiora, & laxiora.

Medulla vsus.

Figuræ organorũ aptæ actioni, & dyspatheiæ.

Articulorũ firmitas per ligamenta, quorsum. item per cotylas & coronã vel glenas.

Ossiũ cõpages respõdet altitudini quò.

Cur igitur non omnes articulos stabiles ac firmos Natura construxit? Quoniam pugnam haberet necessariam varietas motuum cum firmitate & securitate constructionis, neque poterant in idem ambæ conuenire. sequitur enim illa quidem, laxitatem dearticulationis, hæc autem, stabilimentum, & omni ex parte constrictionem. Vbi igitur non est periculosa varietas, superfluum ibi & vanum erat aliquid moliri ad stabilitatem & tutelam. Vbi autem est periculosa & fallax, vbi maiorem dyspatheiæ, quàm varietatis rationem Natura habuit. Igitur & in articulis carpi & cubiti, plus dyspatheiæ, quàm varietati cùm prouidisset, ferèque in eo iam esset, vt propter singularem motum, mutilo simile effecerit membrum: vtrique articulorum adhuc apposuit dearticulationem motibus in obliquum commodaturam. In humerorum enim articulo, non solùm extendere & flectere, sed quoquouersus in orbem circumducere licet brachium. Etenim caput eius rotundum est, ligamentáque laxa, & concauitas ceruicis omoplatæ, est supina & vndique similis, quomodo & caput. Articulos verò cubiti & carpi vndiq.

Cur omnes articuli non firmi: & mutuã varietatis cũ firmitate pugna.

Mutuũ varietas vbi firmitati præualet, aut contrà.

Carpi & cubiti articulatio qualis, ob motũ paucum.

Brachij ad humerum motus, quales.

Carpi & brachij cum articulatio duplex, motusque quales.

constrictos variè mouere, & in omnes partes circumferre non licebat: quare cùm hoc quidem esset impossibile, non expediret autem, varietatem motuum prorsus negligere, duplicem molita est Natura in vtroque articulationem: vt quod seorsum vtraque requirit, hoc secundæ accessione suppleatur. ipsas enim ad latera delationes membrorum, sursum quidem radij ad brachiũ dearticulatio efficit: deorsum verò carpi ad tenuem vlnæ apophysin. Atque in singulis digitorum ossibus, dearticulatio habet quidem ipsa quoque motus ad latera, vti in humero, non tamen æquè in multas partes circumagentes: quamuis ligamenta tennia ac membranosa ipsis circumiaceant: ipsa enim ossium conformatio diuersa est ab ea quæ in humero. Quantum verò absunt à carpi & cubiti constructionis securitate, tantum superant eam quæ in humero est, Naturâ commodè & ratione optimâ id molita. Etsi enim quàm minima corpora comprehẽdunt, cùm agunt solæ: attamen in apprehensionibus maiorum, cubiti & carpi dearticulationes non parum adiuuant. imò multò pluribus actionibus subseruiunt, quàm aliæ dearticulationes nudæ vndique, neq. vt quæ in humero sunt, in circuitu maximis vestiuntur musculis, nihil quidem motus impedientibus, securitatem verò non paucam humero præbentibus. Itaque cùm duo sint, quæ stabilitatem & tutelam articulorum efficiant, fortitudo videlicet ligamentorum, & exacta compositio, vtraque quidem est in cubito & carpo, altera verò in digitis, in humero autem neutra planè est. sed de his nunc plus satis.

Digitorum articulatio cur talis: & ad humero comparatio, & carpo cubitóque.

Apprehensioni omnũ quæ faciant & adiuuãt.

Articulorũ firmitatis causſa.

Ab exẽplo.

CAP. VI.

In quo singularia exempla opificiorum humana manu elaboratorum, & humani ingenij manufacta miracula pleraque recensentur.

Transitio.

HÆc de brachiorum & manuum, partiúmque componentium aut iisdem adiunctarum vsu, tum ex nostro sensu, tum ex Galeno, tum ex aliis mihi dicta sufficiant: cùm vtique & longè plura de iis dici potuerint, siquis minuta & minima quæque persequi velit, aut rem per se claram & illustrem amplificare dicendo, aut longiori oratione exornare scribendo velit.

Propositio.

Lubet verò ad extremum, rem aliquot exemplis eximiorum & prestantium artificum opificúmque industriorum, & operum mirabilium humanis manibus elaboratorum illustrare: vt quilibet similia legendo venatus, Dei admirabilem prouidentiam in tota hominis fabrica, atque in hac adeo extremorum artuum, manuumque structura & vsu tam præstanti támque singulari, & prædicare & extollere nobiscum iure possit ac debeat. Ordiar à maximis? an à minimis ad maiora progredi satius ducis? Certè & in magnis non secùs atque in paruis, magna sæpe elucet artificis industria: nec minor laus Naturæ genitricis in procreato acaro, omnium (vt putant) animalium minimo, vix vt cerni queat, nisi solis iubare illustratus, & tamen suis (vt credibile est) constans articulis, musculis, neruulis, venulis, cùm & moueri (quod mirum est) & viuere, & sentire deprehendatur: quàm in elephanto contrà omnium terrenorum animalium maximo, vel in ceto illo vastissimo & immanissimo monstro marino.

Homo ad Dei laudem creatus & exornatus.

Laus magni vt & parui operis.

Acarus animatorũ minimus.

Elephas animãlium maximus terrestrium, vt cetus aquatilium.

Ergo Ciceroni hoc tribuitur, Iliada Homeri totam ita subtiliter in membranis descriptam asseueranti, vt testa nucis clauderetur.

Exempla.

Ilias in testa nucis.

Callicrates formicas ex ebore sic sculpsit, vt portio earum à cæteris secerni nequiuerit, ait Solinus cap. 6. qui iam antè cap. 4. ex Varrone, Tritanum sic extulerat, vt manibus cancellaris & brachijs, omnes aduersarios leui tactu ac penè securis cõgressionibus viceric. Eius filium militem Cnei Pompeij, pari modo natum, ita spreuisse hostem prouocantem, vt inermi eum dextra superaret: & captum, digito vno in castra Imperatoris sui reportaret. Milonem ictu vno nudæ manus, taurum feciſſe victimam. Ne de Samsone repetam, qui valuas Gazæ ferreas cum postibus reuellere manibus potuerit: & aulæ columnas impulsu solo collidere atque deijcere. & asini maxillâ fortè obuiâ, mille insultantes Philistæos occidere, ex Iudicum 15. & 16. cap. Cuius robur inclytum, Sangar iam antè simili exẽplo propè adæquarat, qui Philistinos sexcentos solus vomere percusserat, Iudicum 3. Sed hæc conditionem humanam superant, & diuino potiùs numine fieri, quàm humanis viribus patrari videntur. ad historicos redeo: nisi hæc narratio ex Niceph. cap. 36. lib. 11. placet, ab Eusebio & histor. tripar. lib. 8. repetita.

Formicæ eburneæ.

Tritani robur animũ, eiusq; fili.

Milonis robur, item Samsonis, item Sangari. Historia.

Mosca quidam Æthiops, ex seruo fugitiuo & prædone monachos, prædones quatuor, qui officinam eius disturbabant, cepit, vinxit, atque in humeros sublatos, in Ecclesiam deportauit, & patribus quid de eis statuerent, permisit: nefas esse dicens, vt in posterum mali quicquam alicui ipse inferret. audiamus exteros.

Mosis monachorũ robur.

Plinius lib. 7. cap. 20. Tritani & filij à Solino memoratam recitat historiam, & addit, A. Iunius Valens meruit in Prætorio D. Augusti centurio, vehicula cum culeis onusta donec exinanirentur, sustinere solitus. carpenta comprehensa vnâ manu retinere obnixus contrà nitentibus iumentis, & alia mirifica facere, quæ insculpta monumento eius spectantur. ideo M. Varro; Rusticellus (inquit) Hercules appellatus, malum suum tollebat. Fuluius Saluius duo centenaria pondera pedibus, totidem manibus, & ducenaria duo humeris contra scalas ferebat. Nos quoque vidimus Athanatum nomine, prodigiosæ ostentationis, quingenario thorace plumbeo indutum, cothurnisque quingentorum pondo calceatum, per scenam ingredi. Crotoniatam Milonem athletam, cùm constitisset, nemo vestigio educebat: malum tenenti nemo digitum corrigebat. Hic tamen cùm iter faciens, quorum in agro cuneis adactis fissam vidisset, priscis viribus fretus, accessit ad eam, insertisque manibus, diuellere conatus est: quas arbor, excussis cuneis, in suam naturam reuocata compressit: eúmque cum tot gymnicis palmis lacerandum feris præbuit, ait Val. Maximus lib. 9.

Iunij Valentis robur.

Rusticelli robur, item Saluij, item Athanati, itẽ Milonis Crotoniatæ.

Milonis miserabilis exitus.

lib.9. cap.12.ex quo discès fortitudinis exempla lib.2. cap.2. nunc à me prætereunda.

Sed iuuat Plinium excutere, & ab eodem exempla varia mutuari. sic igitur ille lib.7. cap.21. In nuce inclusam Iliada, Homeri carmen in membrana scriptum tradidit Cicero, & huius nunc nuper meminimus, sicuti & sequentis. Callicrates ex ebore formicas, & alia tam parua fecit animalia, vt partes earum à cæteris cerni non possent. Myrmecides quidam in eodem genere inclaruit: à quo quadrigam ex eadem materia, quam musca integeret alis, fabricatam narrat. quod idem de Theodoro repetit cap.8. lib.34. Sed & nauem, quam apicula pennis absconderet, tum eodem lib.7. tum lib.36. cap.5. ingeminat. Idem penè ex Solino nuper protuli, vero (vt mihi quidem videtur) Plinij simio. Et quando nunc occurrit, tertium aduocabo è Græcia testem non leuem pro more gentis, se probatum.

Ilias in nuce.

Formicæ eburneæ.

Quadriga sub musca.

N. de Solino.

Ælianus lib.1. Hæc (ait) sunt opera Myrmecidæ Milesij, & Callicratis Lacedæmonij, quæ propter nimiam exilitatem, in admiratione habentur. Quadrigas fecerunt, quæ sub musca possent abscondi. & in sesamo, distichon elegeïon literis aureis inscripserunt. Quorum sanè neutrum, meâ sententiâ, homo prudens & virtutum studiosus laudibus prædicabit. quid enim hæc aliud sunt, quàm temporis vana perditio? Qualis labor inanis, & ludicra eius opera celebratur, qui è longinquo, in foramen acus infinita milij grana certo ictu proijciebat, tam angustâ rimulâ subinde penetrantia. cuius operam inanem ludens Imperator, modio milij donare artificem satis habuit. sed ad Plinium redeo, non paulò magis admiranda prædicantem. sic autem lib.7. cap.38.

Distichon in sesamo.

Labor inanis.

N. sic eius qui eminùs per acus foramen milij grana iaciebat, ex Val. & Gell. & Plinio.

Aristidis Thebani pictoris vnam tabulam centum talentis rex Attalus licitatus est. octoginta emit duas Cæsar dictator, Medeam & Ajacem Timomachi, in templo Veneris genitricis dicaturus. Candaules rex, Bularchi picturam Magnetum exitij, mediocris spatij, pari rependit auro. Rhodum non incendit rex Demetrius expugnator cognominatus, ne tabulam Protogenis cremaret, à parte ea muri locatam. Praxiteles marmore nobilitatus est, Gnidiáque Venere, præcipuè væsano amore cuiusdam iuuenis insigni (cuius fortè pòst meminero) & Nicomedis æstimatione regis, grandi Gnidorum ære alieno permutare eam conati. Phidiæ Iuppiter Olympius quotidie testimonium perhibet; Mentori Capitolinus & Diana Ephesia, quibus fuêre consecrata eius artis vasa.

Aristidis tabulæ pretium: item aliarum.

Protogenis tabula.

Praxitelis Venus.

Phidiæ & Mentoris Iuppiter & Diana.

Idem Plinius lib.36. cap.5. eandem illam historiam sic repetit; Praxitelis Venus toto orbe terrarum celeberrima fuit: quam vt viderent, multi nauigauerunt Gnidum. Hanc à Gnidiis mercari rex Nicomedes voluit, totum æs ciuitatis alienum, quod erat ingens, dissoluturum repromittens. Omnia perpeti maluere: nec immeritò. illo enim signo Praxiteles nobilitauit Gnidum. Ædicula eius tota aperitur, vt conspici possit vndique effigies deæ, fauente ipsa, vt creditur, facto. Nec minor ex quacumque parte admiratio est. Ferunt amore captum quendam, cùm delituisset noctu, simulacro cohæsisse, eiúsque cupiditatis esse indicem maculam. reliqua ex Plinio repetes indidem. Nouum hoc facinus, placet alio teste eiusdem paganismi ethnico comprobare: vt intelligas, agálmatum & statuarum *εἰδωλομανία*, quomodo adulterio quodam, & incestu horrendo, non mentes tantùm infecerit, sed etiam corpora fœdarit, paulatim sese diaboli fraude in intimos animi recessus, & abditos corporis sensus insinuante.

Praxitelis Cupido.

Nouum, adolescens amore statuæ ardet, & consumptus.

Idololatria, labes animæ & corporis, quæ.

Ælianus lib.9. Adolescens quidam Atheniensis (videor mihi Pygmalionem inaudisse) summo loco natus, statuam bonæ Fortunæ ad Prytaneum stantem deperibat: & sæpe in complexus eius se insinuans, oscula dabat: atque inde raptus in furorem, œstróque percitus propter cupiditatem, in senatum veniebat; & enixè rogabat, vt sibi eam liceret emere. At cùm nihil proficeret, multis regiis (siue egregiis) sertis & coronis imagine coronatâ, oblato sacrificio, ipsáque pretioso vestitu exornatâ, profusis innumerabilibus lacrymis, ipse sibi mortem conciuit. dignus tali euentu perditus luxu & libidine adolescens.

Adolescens alium statuam ardet, & ei postrida spe delusus se interficit.

Sed pergit Plinius in simili fascino picturarum signorúmque, cap.5. lib.36. Eiusdem Praxitelis est Cupido obiectus à Cicerone Verri, ille propter quem Thespiæ visebantur, nunc in Octauiæ scholis positus. Eiusdem & alter nudus in Patio, colonia Proponticis, par Veneri Gnidiæ, nobilitate & iniuriâ. adamauit enim eum Alchidas Rhodius, atque in eo quoque simile amoris vestigium reliquit. sed hæc *ἐπιλωμεθὰ ἐπιλωμεθὰ* sapiunt, itaque ad alia transeamus.

Alchidæ fudus amor in Cupidinis statuam.

Eodem authore ex eodem loco disces, inter alia multa mirabilia opera, quæ nunc commemorare non vacat, quale fuerit Mausolêum illud, quod inter septem orbis miracula celebratur, Mausoli regis sepulcrum ab Artemisia vxore constructum, Cariæ regulo suo marito longè charissimo dicatum: cuius eadem cineres vino & aquæ permixtos dicitur paulatim & dietim cõsumpsisse: vt cuius imaginem semper animo gerebat, eiusdem corporis reliquias corpore & aluo contineret, nouo quodam, nescio an stulto & auido voto muliebri desiderióque.

Mausolei præstantia, & structuræ quædam.

Artemisia absorbet Mausoli cineres.

Habuit & scena ludis Claudij Pulchri, magnam admirationem picturæ, cùm ad tegularum similitudinem, corui decepti imagine aduolarent, ait idem Plinius cap.4. lib.35. nunc enim ab hominum errore circa picturas seu tabulas, & signa siue statuas digredi paulisper ad alia animantia rationis expertia, animus gestit glisciteque. sic igitur author idem lib.35. cap.10.

Corui ad picturæ deceptu.

Descendisse Parrhasius cum Zeuxide in certamen traditur. & cùm ille detulisset vuas pi-

ctas tanto successu, vt in scenam aues aduolarent: ipse detulisse linteum pictum traditur ita vetustate representata, vt Zeuxis alitum iudicio tumens, flagitaret tandem remoto linteo ostendi picturam: atque intellecto errore, concederet palmam ingenuo pudore, quoniam ipse aues fefellisset, Parrhasius autem ipse artificem. Fertur & postea Zeuxis pinxisse puerum vuas ferentem: ad quas cùm aduolarent aues, eadem ingenuitate processit iratus operi, & dixit: Vuas melius pinxi, quàm puerum: nam si & hoc consummassem, aues timere debuerant.

Aues vuas pictas appetunt.

Zeuxis in linteo picto fallitur: ipse aues fallit.

Protogenis & Apellis certamen, circa lineæ ductum.

Scitum est inter Protogenem & Apellem quod accidit. Ille Rhodi viuebat. quò cùm Apelles adnauigasset, auidus cognoscendi opera eius, famâ tantùm sibi cogniti, continuò officinam petiit. Aberat ipse, sed tabulam magnæ amplitudinis in machina aptatam picturæ, anus vna custodiebat. hæc Protogenem foris esse respondit, interrogauitque à quo quæsitum diceret. Ab hoc, inquit Apelles. arreptóque penicillo, lineam ex colore duxit summæ tenuitatis, per tabulam. Reuerso Protogeni, quæ gesta erant, anus indicauit. Ferunt artificem protinus contemplatum subtilitatem, dixisse Apellem venisse: non enim cadere in alium, tam absolutum opus. Ipsum tunc alio colore tenuiorem lineam in ipsa illa duxisse, præcepisséque abeuntem, si redisset ille, ostenderet, adijcerétque, hunc esse quem quæreret: atque ita euênit. reuertitur enim Apelles: sed vinci erubescens, tertio colore lineas secuit, nullum relinquens amplius subtilitati locum. At Protogenes victum se confessus, in portum deuolauit hospitem quærens. Placuitque sic eam tabulam posteris tradi, omnium quidem, sed artificum præcipuo miraculo.

Historia.

Apellis heros & equus.

Pinxit Apelles & heroa nudum, eáque picturâ naturam prouocauit. Est & equus eius, siue fuit, pictus in certamine, quod iudicium ad mutas quadrupedes prouocauit ab hominibus. namque ambitu æmulos præualere sentiens, singulorum picturas inductis equis ostendit: Apellis tantùm equo adhinniuêre: ídque postea semper illius experimentum artis ostentatur. ita ferè Plinius eiusdem lib. 35. cap. 10.

Equi ad hinnitum picturæ.

Pausanias historicus Græcus similem adfert historiam. Apud Heraclêam Peloponnesi, æneam equam tanto sculptam artificio, caudam licet deformem ac mutilam, vt equi prætereuntes adhinnirent, & insilire cuperent, attritis præ libidinis impetu, pedum vngulis. Quid plura memorem? quid celebrata illa toto orbe septem naturæ miracula? de quibus cùm Plinius anxiè pronuntiet, atque alij addubitent, ea vnico epigrammate sic videtur Martialis insinuasse, vel saltem adumbrasse initio amphitheatri ad Domitianum.

Equi adhinniti statuæ, & insiliunt.

7. orbis miracula.

Barbara pyramidûm sileat miracula Memphis,
Assiduus iactet nec Babylona labor:
Nec Triuiæ templo molles laudentur honores,
Dissimulétque Deum cornibus ara frequens:
Aëre nec vacuo pendentia Mausolea
Laudibus immodicis Cares in astra ferant.

Quid Colossum memorem illum Rhodium Soli sacrum, annis 12. elaboratum, cubitos altum 70. talentis 300. vt idem Plinius retulit rerum memorabilium narrator lepidissimus, lib. 34. cap. 7. vbi & alios huic annumerat propemodùm æquales: præcipuéque mirabilem illum Mercurium Zenodori apud Aruernos Galliæ, per annos X. H-S. 400. manupretio. Et Neronis Colossum 110. pedum longitudine. Quid referam obeliscos, Solis numini sacratos, in ipsa Solis vrbe Heliopoli Ægypti, trabes quadragenorum & octonorum cubitorum longitudinè ex Plinio cap. 8. lib. 36. Quid quem Ramises posuit (quo regnante Ilium captum est) longitudine vndecenis pedibus, per latera cubitis quatuor: opus à XX. M. hominum elaboratum? Plinio cap. 8. & 9. lib. 36. Ipse rex cùm subrecturus esset, vereretúrque ne machinæ ponderi non sufficerent, filium suum adalligauit cacumini, vt salus eius apud molientes prodesset lapidi. Hac admiratione operis, effectum est, vt cùm oppidum id expugnaret Cambyses rex, ventúmque esset incendio ad crepidines obelisci, extingui ignem iuberet molis reuerentiâ, qui vrbis nullam habuerat. Sed reliquos inde obeliscos mirabiles illos discе: vt Alexandrinum 80. cubitorum à Ptolemæo Philadelpho positum, & ab eodem talentis quinquaginta donatum artificem. vbi & de aliis Româ aduectis ab Augusto, Claudio, & Caio Cæsaribus. item gnómonem illum Romæ ab Augusto statutum, captandis vmbris ad dierum incrementa vel decrementa, cuius antehàc memini, vbi in annum Gregorianum inquisiui.

Colossus Rhodius.

Zenodori Mercurius.

Neronis colossus.

Solis obelisci.

Ramsis obeliscus, & quo fato sub rectum aliger filio.

Cambyses victor parcit Colosso Ramsis.

Obelisci mirabiles.

Gnomon ad solstitiorũ & æquinoctiorum inuentionem.

N. Talem fuisse pridẽ regi Francorum à suo Lupara ædificandã, sed nondum persuasi.

Quid pyramides Ægypti, & in his portentosam Sphingem replicem, regum pecuniæ otiosam & stultam ostentationem? has verò tibi Plinius accuratè & graphicè depinget cap. 12. lib. 36. Quid inter reliquas, pyramidem illam amplissimam ex Arabicis lapidicinis constantem, quam 360. hominum millia, annis 20. construxisse produntur? Namque tres ex his, 78. annis factæ perhibentur ab authoribus, Herodoto, Euhemero, Duri Samio, & aliis. quorum aliqui prodiderunt, in raphanos & allium & cepas, mille octingenta talenta erogata. Ex his amplissima, octo iugera obtinet soli. Vna ex his assurgit 363. pedibus inter angulos. vestigia ædificationum nulla extant. Quæstionum summa est, quánam ratione in tantam altitudinem subuecta sint cementa. Mensuram altitudinis earum deprehendere inuenit Thales vmbram metiendo, qua hora par esse corpori solet. Hæc sunt pyramidum miracula: quarum quæ minima & laudatissima, à Rhodope meretricula facta est: nequis regum opes miretur.

Pyramides Ægyptiæ mirabiles.

Sumptus pyramidũ.

Quomodo captanda altitudo ex vmbris.

Rhodope meretrix.

Quid dicam de labyrinthis, portentosissimo humani ingenij opere, primóque illo in Ægypto pariter admirabili? de quo post Herodotum Plinius cap. 13. lib. 36. & altero in Creta à Dedalo facto: tertio in Lemno: quarto in Italia. quos illos Plinius, hunc Porsenæ sepulcro dicatum Varro explicauit

Labyrinthi mirabiles.

Horti Thebani pẽsiles, & vrbi ipsa subiuncta.

prorsus mirificum.

Quid adijciam pensiles Thebanũ hortos, imò vel totum oppidum, exercitus armatos subitò educere solitis regibus, nullo oppidanorũ sentiente? Quid ducentis viginti annis factum à tota Asia Dianæ Ephesiæ templum? quod vnius væsani hominis Herostrati furor, admotâ faculâ, vno penè die deleuit? cuius longitudo, 425. pedum, latitudo 220. columnæ 127. à singulis regibus factæ, 60. pedum altitudine. Quid delubrum Cyzici? ibidémque turres 7. Echo multiplici admirandas? aut illam Olympiæ ἐπτάφθογγον ideo dictam, quoniam eadem vox septies redditur? Quid in eodẽ illo Cyzico, Cυνδρόμιον, ædificium amplum sine ferreo clauo fabricatum, ea quidem arte, vt eximi trabes sine fulturis ac reponi queant? Quid Cyri regis Medorum domum à Memnone, illigatis auro lapidibus fabricanti? Quid Babylonis muros omni æuo celebratos? Quid Iouis Olympici simulacrum toties decantatum, Phidiæ opus inimitabile? Quid circos, quid porticus, quid theatra, quid regias, quid palatia, quid pontes, quid vrbes, quid dispersa toto orbe miracula, in hac vnica chartula depingam? quæ nec summus in depingendis Naturæ arcanis artifex Plinius, totis vltimis aliquot præclaris libris, & aliis sparsim vix potuit aut oratione dicendo percensere, aut commemorando enarrare? Ne tibi de sacris nostris Bibliis ex lib. 3. Reg. repetam templi Salomonis molem stupendam illam, & artificio pari, aut etiam maiore, extructa intus totidem miracula? Ne veteris Romæ simulacra referam, & quæ præclarissima ibi olim extitisse retulit Plinius, & sigillatim descripsit cap. 15. lib. 36. Inter quæ, M. Scauri theatrum primas fortasse tenebit, opus maximum omnium quæ vnquam fuêre humanâ manu facta, ex ipso tibi Plinio repetendum & recognoscendum, non sine ingenti admiratione. Nisi C. Curionis alterum ligneum artificio maiore vicisset: de quo iure cum poëta dixeris,

Templum Dianæ Ephesiæ, & Herostrati facinus.

Cyzici templum, & echo mirabilis.

Cyzicenum bulleuterii.

Cyri regia.

Babylonis muri.

Phidias Iupiter.

Circus.

Plinij labor.

Salomonis templum.

Romæ simulacra.

Scauri theatrum.

Curionis theatrum.

Materiam superabat opus.----

Summa operum manufactorũ.

Computet qui volet, hac æstimatione, marmorum molem, opera pictorum, statuariorũ, cælatorum, scalptorum, sculptorũ, fabrorúmque, itẽ tabulas, pægmata, statuas, colossos, columnas, laquearia, domos, ædificia, vrbes, templa, palatia, impendia regalia, populi insanas substructiones, montes perfossos, conualles æquatas, extructos arcus,

---factas ex æquore terras,

---montes deductos & in æquor,

magno Naturæ atque artis certamine.

Artium inuentio, & librorũ monimenta.

Non dicam de monimentis librorum, omnes artes & rerum æternarum memoriam, totiúsque Naturæ historiam complectentium. hæc sunt enim ingeniorum inuenta, non autem manuum opera aut monumenta. Non referam de recentioribus authoribus & cosmographis, vrbes, portus, emporia, pontes, templa, moles ædificiorum, non dico certantes cum priscis, sed etiam numero, magnitudine, mole, figurâ, vsu, arte, industria superiores, maioríque admiratione dignas, tum in nostro hoc

Huius ætatis miracula, certant cum priscis.

A orbe habitabili, tum in nouo isto veteribus inaudito, & insulis ac regionibus post annos ferè trecentos, aut etiam ducentos, longâ & difficili periculosáque nauigatione, ac peregrinatione longinquâ cognitas. Pauca subiungam nostri penè huius seculi inuenta, & demiranda manuum artificia, singulari ingenio excogitata, & mirabili arte extructa: deinde ad alia transibo deinceps tractanda, & seriem istam orationis consequentia. hoc tamen ad prisca illa priùs obiter adiecto; Memnonis statua, Solis orientis illustrata radiis, sonum olim edebat ingentem, vt Strabo & Cornel. Tacitus referunt. Similiter quondam in Serapidis templo apud Alexandriam planè fabrefacto, erant quædam ad stuporem admirationemque spectantium, dolis & arte composita, vt Rufinus narrat lib. 11. histor. Eccles. cap. 22. Fenestra peregrina ab ortu solis ita erat aptata, vt die qua fuerat institutum, simulacrum Solis ad Serapin salutandum introferri, diligenter temporibus obseruatis, ingrediente simulacro, radius solis per eandem fenestram directus, os & labra Serapidis illi straret. ita vt spectante populo, osculo salutatus videretur Serapis à Sole. Erat & aliud fraudis genus huiusmodi; Natura lapidis magnetis, huius virtutis esse perhibetur, vt ad se rapiat & attrahat ferrum. signum Solis ad hoc ipsum ex ferro subtilissimo manu artificis fuerat fabricatum, vt lapis, cuius naturam ferrum ad se trahere diximus, desuper in laquearibus fixus, cùm temperatè sub ipso radio ad libram fuisset positum simulacrum, & vi naturali ad se raperet ferrum, assurrexisse populo simulacrum, & in aëre pendêre videretur. Et ne hoc, lapsu propero proderetur, ministri fallaciæ; Surrexit Sol (aiebant) vt valedicens Serapidi, discedat ad propria. Talibus technis Mahumeti sepulcrum apud Meccam in aëre pendulum per se subsistit. sed istas fraudes & technas vbique nimiùm frequentes transeamus, atque ad Neotericorum manufacta miracula cum priscis comparanda descendamus.

Memnonis statua mirifica.

Serapidis statua à sole quotidiè salutatur qui.

Magnetis proprietas.

Solis simulacrũ in aëre pẽdulum, quo.

Sol salutat Serapin.

Mahumeti simulacrum in aëre pendulum.

Germania, omnium ingenuarum artium cultrix eximia, nostro hoc æuo artes duas prodidit ac produxit, omni æuo inauditas, & vsus & effectus prorsus admirandi: idque ex mathematum solerti cultura, velut germen quoddam, fructúsve vberrimus profluxit, éque manuum atque organorum planè mirabili fabrica emanauit. Prima nominabitur ars bombardica, seu tormentorum bellicorum machina atque mechanica. cuius vsus circa annum Domini 1400. tum primùm exortus mundo innotuit, ab Alemanno quodam, cuius nondum certò satis nomen est inuulgatum, haud scio maiorem ad generis humani perniciem, an ad vrbium & populorum tutelam conseruationémque inuentus. cuius beneficio, paucorum hominum manu atque industriâ, tum oppugnari, tum propugnari arces minutissimæ, vel etiam solo adæquari possunt. Vt hoc inuento author adæquasse, haud scio an etiam vicisse dici debeat Archimedis

Germania laus, & maximus fructus.

Bombardarum bellicarũ inuentio, & vis.

Archimedis contra Marcellum machinæ.

induſtriam, qui plus ſolus Marcello Rom. duci exercituíque Syracuſas obſidenti obfuit obſtitítque, quam ſuorum ciuium ſociorúmque innumera multitudo, & viribus & armis & robore inſtructa animorũ fortiſſimorũ, pro aris & focis fortiter dimicãdo & propugnando, obeſſe obſiſtereq. potuit. Vt Briareũ quendã centimanum dicere hunc verè poſſis, qui modò ardẽti ſpeculo naues exurere procul diſſiras: qui eaſdem machinis & manibus vncíſque ferreis attractas ac prehenſas euertere, & in æquor demergere: qui mole ingentium ſaxorum in ſublime proiectorum, hoſtiles copias affligere & collidere ſolus potuerit. de quo Plutarchus iam dictis hoc addit, per Syracuſarũ vicos, naucm onuſtam fune trahendo manu ſola, miranti ac ſtupenti populo oſtentaſſe. Cuius facti mirandum exemplar, æras noſtra vidit in Gallia.

Archimedes ſolus trahit nauim onuſtã per plateas.

Sed fuerit iſta laus inuẽti militaris inſtrumẽti bombardici, in hominũ vita vſuq. prorſus ambigui, qualis fortè, enſis, aut haſtæ, aut alterius cuiuſpiã fuit apud priſcos celebris armamenti: tantò tamẽ maior, quantò effectus grandior, & quantò acumen inuentionis præſtantius eluceſcit. Niſi ſiquis in malam partem rapiat, & plus damni intuliſſe, quàm emolumenti adiumentíque contuliſſe hominum ſocietati, iure perhibeat & cauſetur. quomodo cecinit vetus poëta, opinor Ennius apud Cic. 2. de natu. deor.

Enſis & armorũ inuentio an plus profit vel obſit.

Ferrea tum verò proles exorta repentè eſt:
Auſáque, funeſtum prima eſt fabricarier enſem.

Aut niſi quis reſpondeat cum Fabio lib. 3. cap. 2. Niſi quis dicit etiam gladium fabricatum ab eo priùs, qui ferrum in tutelam ſui, quàm in perniciem alterius cõparauit. Non poſſum tamen illorum factum probare, imò non vehementer improbare, qui à Chriſtianis transfugæ, Turcis bombardas bellicas numero propè infinitas paucis antè annis fabricarũt, quibus Chriſtianæ fidei arcem concuterent, non alia vtique, quàm ingentis ſpe lucri quæſtúſque ducti: quo tamen neque illis frui impunè licuit, vt M. Veneti hiſtoria teſtatur.

Chriſtiani impij transfugæ docuerunt Turcas vſum bombardarum.

Enimuerò quod ſequitur, non Martis, aut Vulcani, ſed Mineruæ potiùs inuentũ dici iure poteſt. Typographiã intelligo, artem characterum planè mirificam, & nunquam ſatis dignè celebratam Chalcographiam: cuius operâ, quæcumque ſunt alia hominum opera, æternæ memoriæ cõſecrantur. Hæc verò paulò poſt bombardicam inuẽtam mechanicam machinámve, circa annum Do. 1450. aut 60. in eadem illa artium & præcipuè mathematicarũ cultrice Germania, exorta dicitur: quam Purbachius in ſuis tabulis, videtur ad Regiomontanum inſignem mathematicum referre: alij ad Ioannem quendam Cuthembergum, natione Teutonicum, equeſtri dignitate virum, apud Mogũtiam Germaniæ primùm repertam: quam eandem alij deinceps illuſtrarunt permulti, ſed primi & nominatiſſimi, Petrus Gerneſſus, Nicolaus Ienſon Gallus, & Conradus homo Germanus, ſicuti Polydorus Virgilius cap. 7. lib. 2. indicat, & alij aſſentiuntur.

Typographiæ inuentio & vſus.

Author typographiæ, quis.

Sed antequàm ab hac gente excedam, libet pauca quædam manus artificia commemorare, quæ cum priſcis clariſſimis monimentis certare audeant. Regiomõtanus verè regius noſtri æui Mathematicorũ facilè princeps, *αὐτόματον* edidit priſcis inaudita ſeculis, aut ſaltem præſtantiſſimis illis quibuſque habitis facilè paria æqualiáque. dixit poëta quidem ille Romanus:

Regiomontani automata mira.

In tenui labor, at tenuis non gloria——

Muſcam ferream fabrefecit eo quidem artificio & dexteritate, vt ex artificis manu euolans, conuiuas ſingulos circumuolitaret: tandémq. velut edocta à magiſtro, quaſi langueſcente alarum remigio, ad domini manum reuolare didicerat. Idẽ artifex manu haud ſcio, an ingenio promptior, aquilam fabricatus eſt, quæ à Noriberga ſubuolans, longo aëris tractu emenſo, ad Carolum V. Imp. aduentantem, iter alarum remigio direxit, eumque velut comes Iouis habita ales boni ominis prænuntia, aduſque ciuitatem eſt proſecuta, haud procul ab auguſto capite, in aëre ſeſe alarum fictitiarum munere ſuſtẽtando vibrans, & longiùs nunquam recedẽs. Eat nunc Dædalus, & Icarum filium alis commentitiis ſecum tutiùs conuolare doceat: cùm & ligno, aut materiæ inſenſili, vis Naturæ negata, artis beneficio concilietur.

Muſca ferrea volat.

Mirum.

Aquila ænea volat mirificè, & Imp. præcedit & comes.

Dædalus & Icarus.

Quid admirabilius olim fecit Archytas ille Tarẽtinus, colũbam ligneam in aëre volantem æquilibrans? Admirãdus tamen, & iure laudandus, nullo maiorum doctus aut inuitatus exemplo. Albertus cognomento Magnus, caput aheneum fabrefecit, cuius ab ore ſermo intelligendus procedebat. Dædali imagunculas illas imitatus, quas Plato per ſe moueri ſcripſit ſolitas. aut ſtatuas deorum Ægyptiorum, quas ore locutas ſcripſit Mercurius. ſed ſplendidiora & ſublimiora audiamus.

Archytæ colũba lignea volatilis.

Albertiſatua aliena loquax: itẽ dij Ægyptij.

Dædalimagunculæ per ſe mouẽtur.

Archimedes Syracuſius ille celebertimus Mathematicus, cuius paulò antè memini, ſphæram condidit vitream, in qua Solis & Lunæ reliquorúmque planetarũ motus, cœleſtibus illis ſphæris par ac ſimilis, cõſtans & ratus obſeruabatur: imò etiam oculis cernebatur. ſed vtar potiùs verbis Ciceronis longè elegantiſſimis ex 1. Tuſcul. Nam cum Archimedes, Lunæ, Solis, quinque errantium motus in ſphæram alligauit, effecit idem quod ille, qui in Timæo Platonis mundum ædificauit Deus, vt tarditate ac celeritate diſſimillimos motus ima regeret cõuerſio. idem 2. de natu. deor. Quòd ſi in Scythiam, aut in Britanniam, ſphæram aliquis tulerit hanc, quam nuper familiaris noſter effecit Poſidonius, cuius ſingulæ conuerſiones idem efficiunt in Sole & in Luna & in quinque ſtellis errantibus, quod efficitur in cœlo ſingulis diebus & noctibus: quis in illa barbarie dubiter, quin ea ſphæra ſit perfecta ratione? Interpono grauibus hiſtoriis narratiunculam leuiorem. Italus quidam artifex ſanè quàm acutus & ſolers, Vrbinati ſuo duci horologium dedit annulo inſculptum. & gemmæ, cum ſuis rotulis, notulis, punctulis, tintinnabulo & manu, horarum certiſſimo indice: cœlum in digito geſtare diceres.

Archimedis ſphæra vitrea motus planetarum imitatur.

Poſidonij ſphæra, cuius conuerſionẽ æmula.

Horologiũ in annulo.

Mira narras (inquies) atq. ex homũcione videtis mihi velut Deũ aliquẽ minorum gentium,

ed by Googl

Homo imitatur diuinũ rotarum opificium.

Vulcano illo armorum Iouis opifice præſtantiorem excitare. Quid hoc tandem humani ingenij eſt? manuum atq. animi ope & opera, cœlum cõminiſci, & velut æternum motum rei caducæ & corruptibili creare? Da materiã incorruptam, fac machinas perennes: dabo tibi aſtrorum motus ſempiternos: dabo iſtorum globorum cœleſtium æmulos orbes: dabo temporis vniuerſi menſores argutiſſimos. Quis hoc miraculo maius humana opera factum aut excogitatum æquarit vnquam? quid ſi par tibi, aut etiam maius exemplum reponam? quid ſi duo? quid ſi plura denique?

Hiſtoria.

Chriſtianus (ſeu Chriſtiernus) rex Daniæ & Noruegiæ mathematum ſtudioſiſſimus, argenteũ αὐτόματον cœleſtium motuum affabrè fieri per ſuos Mathematicos curauit, quale Archimedis illud extitiſſe diximus. Hoc ſingulare & rarum toto munus orbe, Cæſari Moſcouitarum, velut pacis conciliandæ ac fouendæ præmium dono miſit. Moſcouita neſcio quid barbarum animo ſpirans, aut exulceratum ira pectus gerens ac præ ſe ferens, oblatum tam ſingulare munus reſpuit, de terreno, non autem de cœleſti imperio dimicare ſeſe dictitans. terra vtique quàm cœlo dignior princeps immanitate barbarus, licet armis præpotens.

Chriſtiani Dani regis ſphæra motuum cæli æmula.

Moſcouita regis ferox reſponſum.

Nos ante annos plus minùs quadraginta aut quinquaginta, poſt captam & reſtitutã Gallico imperio Metim, metropolim Mediomatricum vrbem fortiſſimam arcémq. minutiſſimam, tale αὐτόματον inde Lutetiam perlatum vidimus, non tamen argenteũ, ſed partim æneum, partim ferreum, quatuor circiter pedes vel vlnas cubitales altum, rotunda figura, diametro ſeſquipedali, faberrimè factum: in quo ſolis & Lunæ & reliquorum planetarum curſus, perpetuos cœleſtes illos conſtãti motu referebat atq. æmulabatur. Illud quidem inſignis tunc temporis mathematicus Orõtius Finæus, præceptor in mathematis noſter, domi habebat, iuſſus à Carolo Lotharingo Cardinale, & domino & poſſeſſore, totum diſſoluere, ac denuò globos & rotas & denticulata organa innumera inter ſe aptare & componere. Aliud autem huius æmulum, perelegans in formam horologij, vidi apud Cameracum vrbem, poſtliminio etiam ad nos vltrò ac ſponte olim reuerſam, & Gallorum parẽtem imperio, duce & auſpice Franciſco Valeſio Henrici III. Regis Francorum fratre ſtrenuiſſimo.

Aliud αὐτόματον 7. planetarum motus exprimẽtans.

Orontius mathematicus, N. præceptor.

Cameracẽſe horologium.

Sapores rex Perſarũ, vitro ingenti cœlum vitreum admirandũ eſt ementitus: cuius in medio, ſoliũ regale collocans, & ſe circũſpectans, ſolem aſtráq. ferri per cœlũ, & ſupra verticem rotari, & infra pedes occultari, rurſúmque oriri atque emergere, ſumma cũ animi voluptate cernebat. Sed cœlum illud vitreũ ſi ſola mole admirãdum fuit, illa quæ dixi motibus perpetuis iugibúſque conſtantia, omnem vincunt admirationem.

Sapores vitreo cœlo inclusus.

Paulus Iouius Nouocomẽſis hiſtoriographus diſertiſsimus, eximiũ hoc narrat, de Ferdinando Imp. loquens, ad Solimanum Turcarum regem Imperatorémque Conſtantinopolitanum legatos mittẽte, & eius gratiã ſingulari præmio ac munere demerente atque aucupante. Tulêre

Hiſtoria.

A legati (ait) munera, excelſum Germanico more ex auro poculum, lectiſsimis exornatum gemmis: eruditéq. inſuper admirationis argenteam machinam, in qua non horarum modò ſpatia, ſed errantiũ etiam ſiderum motus, menſtruúque Solis ac Lunæ coïtus, exactiſsima ratione monſtrabãtur. intus ſcilicet dentatis rotis, certíſque ponderibus admirabili mqmẽto, vel in multum æuũ minutiſsimas temporũ menſuras diſpẽſantibus: qui inter celeres tardóſq. orbes in tam vario inæqualíque polorũ ordine, audaci quadam ſupremi motoris æmulatione coniuncta congruerẽt. Ea à peritiſsimis Aſtronomis excogitata perfectaq. Maximiliani Cæſaris fuiſſe dicebatur: cuius ingenium nobili ſemper ſtudio, nec deterente vnquam ſumptu, rara atque admiranda concupiuit. hæc Iouius olim medicus, dein Epiſcopus & hiſtoriographus grauiſſimus.

Imp. Ferdinandi ſphæra æmula cæli.

Homo imitatur Deum in ſuis operibus.

B De his verò Συμποσιαρχικῶς libet primùm cum Claudiano poëta pio & docto, elegãti iſthoc ludere epigrãmate, concludereq. deinde epiphonemate quodã, in hominis ſapiẽtis laudẽ exclamare. ſic igitur ille propè ſub finẽ operis, titulo epigrammatis, In ſphæram Archimedis.

Archimedis ſphæra.

Iuppiter in parua cùm cerneret æthera vitro
Riſit, & ad ſuperos talia dicta dedit,
Huccine mortalis progreſſa potentia curæ?
C *Iam meus in fragili luditur orbe labor.*
Iura poli, rerúmque fidem, legéſque virorum
Ecce Syracuſius tranſtulit arte ſenex.
Incluſus variis famulatur ſpiritus aſtris,
Et vinum certis motibus vrget opus.
Peccurrit proprium, metitur ſigniſer annum,
Et ſimulata nouo Cynthia menſe redit.
Iamq. ſuum volvens audax induſtria mundum,
Gaudet, & humanâ ſidera mente regit.
Quid falſo inſontem tonitru Salmonea miror?
Æmula Naturæ parua reperta manus.

Iuppiter ẽqueritur ſuũ ab hominibus opera imitãdo referri.

Salmoneus ab Ioue icti fulmine.

O præclarum verò artificem, hominem licet mortalẽ! ô induſtrias manus, & operum mirabilium effectrices! ô admirandã ſupra omnia, D humanã mentem! ô animam diuinitatis verè participem! ô viuam Dei imaginem, & operum diuinorum ſedulum imitatorem hominem! Parúmne fuit homini de humo excitato, in terra terrenorum operum formas innumeras, & animatorum & inanimatorũ figuras mirandas effingere: niſi & cœlum ad terram deprimeret, aut terram in cœlum attolleret? operáque illa cœleſtia ſuopte ingenio & manu imitaretur, aut etiam imitando referret? Argumẽto diuinitatis cuiuſdam inſitæ & ingeneratæ, rerum opificem, authorem ſuum confitentis: animæque diuinæ E & æternæ compotis Naturæ, qua duce, manibus autem adminiſtris, tam miranda opera diuinorum æmula homo excogitaret atque exprimeret. Vt verè poſſimus cum Dauide pſalmographo exclamare Pſal. 8. Quid eſt homo, quòd memor es eius, aut filius hominis, quoniam viſitas eum? Minuiſti eum paulò minùs ab Elohim.

Epiphonema in laudem humani ingenij, & manuum ſolertiam.

Hominis mirifica opera.

Animæ immortalitatis argumentũ.

Ac vide conformem, ſi licet cum omni reuerentia διηγήσεως dicere, Dei & hominis longè longéq. inferioris quandam tenuem licet analogiam, vt quodãmodo cum quibuſdam theo-

Hominis ad Deo analogia tenuis adumbratio

logis dici queat homo, Deus mortalis. Deus autem æternus, immortalis, optimus, maximus, omnipotés, rationalis, rerum prouidens, admirabilis in operibus ſuis, efficax & nunquã otioſus; Animam hominis creauit ad ſimilitudinem ſui, æternam, immortalem, bonam ex ſe, multa bona excogitanté ac perficiétem, rationis compotem, ſagacem, prouidam futuri, mirabilium operum effectricem, ac non eorum tantùm quę diximus viſibilia & palpabilia, ſed quæ sũt multò his excellentiora, cogitatione & intellectu & oratione explicabilia, ſemper aliquid molientem & cogitantem, corpore ſeu vigili, ſiue potiùs ſopito, ſemper meditationibus altis intentam, ratione excurrentẽ, iudicio expendentem, memoriã rerum imagines aſſeruantem, reminiſcentiã præteritorum circunſtãtias reuoluentem ac refricantem. Et cùm Deus ſit vnus vbique & ſolus & ſemper, potentiã, præſentiã, prouidẽtiã, in cœleſti throno glorioſus: homini terrã, velut patrimoniũ, aut etiam priuatum imperium dedit, vt dominetur beſtiis terræ, & volucribus cœli, & piſcibus maris: deniq. vt ait propheta, Cœlũ cœli Domino, terram autem dedit filiis hominum. Pſal. 115. Vt ſummum rerum monarchã Deum diceret: hominem autem, huius legatum, & quaſi vicarium, terrenum quendam Deum poſſis agnoſcere.

Anima à Deo creata, qualis, & cius encomium.

Anima operis.

Deus vbiq; quomodo.

Homo, Dei vicarius & legatus.

CAP. VII.

De femorum cruúmque, & pedum compoſitione, atque vſu.

Allegoria, & cõparatio à ſimili.

DESCENDO ad infimas corporis humani partes, & has ædificij corporei carneſque veluti baſes, geminaſq. colũnas, longas, teretes, flexibiles, tantò præſtantiores cæteris iſtis columnis æneis, marmoreis, lapideis, quãtò à præſtantiore opifice ſunt elaboratę, quantò de præſtantiore materia cõditæ, quantò admirabiliore opificio conſtructæ, quantò vſu, ſenſu, motu excellentiores, & mouere & moueri, & circunducere & circumduci potentes. Hoc illud eſt alterum corporis humani artuum geminum membrum, de partitione illa ſuperiori reliquum, & Ariſtoteli ſignificantioribus verbis expreſſum; ἕτερον τῶν κάτω ἄκρων ἅπασι ἄνω. De quo ſi per analogiam cum brachiis dixero, multò mihi compendioſior & facilior tota futura videtur oratio, hinc facto exordio.

Artuũ pars altera & infima.

EX HIPP. ET GALENO.

Pedum cum manibus cõparatio.

HIPPOCRATES lib. de fracturis ita ſcripſerat. Pes hominis multis & paruis oſſibus, non ſecùs ac ſumma manus conſtat. & ibidem paulò pòſt, Iam verò in tibia duo oſſa ſunt: quorum quidem partim multò tenuius alterum altero, partim non multò tenuius eſt. vbi Gal. Tibia, tota ea pars nominatur, quæ inter articulum, qui ad genu eſt, & pedẽ protenditur: quam ſanè duobus oſſibus cõſtare dicit Hipp. quorum alterum, tibia, alterum, ſura nominatur: & craſſius quidem, tibiam, tenuius autem, ſuram eſſe; necnon mediam in toto hoc membro ac carnẽ carentem partem, quæ deſuper deorſum in longitudinem porrecta, in gracilioribus conſpicitur, quam κνημίδα, id eſt graciliorem tibiæ partem vocant, tibiæ eſſe, non furæ partem. Sed breuem iſtam ſenis ſententiam Galenus idem longiore explicans cõmentario lib. 2. comment. de fracturis, ita ſubiecit; Conuenientia partibus totius manus & brachij cum cruris partibus quædam eſt. Quod enim in manu eſt brachium, id in crure eſt femur. quod in manu cubitus eſt, in crure eſt tibia. ſic ſumma manus pedi correſpondet. Sicut autem totum brachium toti cruri reſpondet, ita manus cum pede conuenientiam habet: Qualis enim in manu eſt prima pars palmæ, quæ καρπὸς dicitur: talis in pede prima pars plantæ eſt, quam ταρσὸν vocant. qualis item in manu palma eſt, id eſt μετακάρπιον, talis in pede eſt planta ſeu ſolum, Græcis πέλμα. digitorum conuenientia etiamſi ego nihil dicam, ſatis clara per ſe eſt. ſed omnia manus oſſa, ſeptem & viginti ſunt: in pede totidem numerantur à Galeno, ab aliis pauciora. Sed enim Hippocratem eundem ſecutus ducem iterum idem Gal. ſic initio lib. 3. anatom. aggreſſ. Initium autem huius commodè ab Hipp. ſententia ſumetur; Pes humanus ex multis paruiſque conſtat oſſibus, vt etiam manus ſumma. Quale autem in crure femur eſt, tale in manu tota brachium. qualis in crure, tibia, talis in manu tota cubitus. qualis in crure pes, talis in manu integra, manus extrema habetur. & quæ ſequuntur. idem lib. 3. de vſu part. cap. 13. Tibiæ os maius, κνήμη, eodem cum toto cœlo nomine, alterum verò, περόνη, id eſt fibula, tenue id admodùm & multò minus quàm tibiæ os: tamen extrinſecùs ipſi attenſum eſt, vtilitatem geminam quidem animali præſtans, primam & neceſſariam, ex abundanti autem tertiam. Prima quidem certè vtilitas eiuſmodi eſt dearticulationis ad aſtragalum, à qua pes extenditur flectitúrque: alteram enim partem dimidiam exteriorem hæc propemodum efficit totam, vt tibia internam. Alter autem vſus fibulæ hic eſt, quòd qua potiſſimùm parte ab incidentibus foris lædenda erant facilè omnia tibiæ vaſa & muſculi, hàc circumpoſita eſt fibula. Tertius eſt in extremo femoris capite, quod tibia ſuſtinet: ad id loci enim affirmata ad ſecuritatem ſimul & firmationem non parum confert. & quæ ibidem plura ſubijcit. idémque rurſum lib. 15. vſus partium; Crurum actio, cuius cauſſa extiterunt, eſt ambulatio, curſus, & ſtatio. verùm ambulatio quidem & curſus, cruribus ipſis contrario inter ſe modo affectis, ſtatio verò ibidem habentibus ſit. in ſtatione enim crus vtrumque ad terram eſt firmatum, ac ſimiliter alteri protenſum: in ambulatione verò aut curſu, alterum quidem firmatum eſt, alterum verò transfertur. quo caſu magis laborat crus quod firmum manet, eo quod circunfertur. quandoquidem quod transfertur, ſeipſum ſolùm mouet: quod verò eſt firmatũ, non modò ſeipſum in nullam partem propenſum extendit, ſed etiam corpus totum

Tibia oſſa quot & qualia.

Tibiæ deſcriptio & partium.

Analogia manus & brachij cum pede & tibia, in qua.

Alia diſparatio brachij cum tibia, & partium item manus cum pede.

Tibiæ pars.

Vſus articulationis tibiæ cum fibula.

Cruũ vſus, & ſtatio curſuſque qui fiat.

Crus vtri magis laboret ambulando, & cur.

vehit, onus geſtans duplo maius eo, quod priùs cùm homo ſtaret, geſtabat. ſed de vſu poſtea pluribus ediſſeram. quib. autem & quot & qualibus flectatur extendatúrq. muſculis, indidem condiſces, aut ab iis qui anatomiam profitétur. Illud nunc argutum ex lib. 3. vſus part. magis arridet: Vt manus, ſic & pedis tres ſunt partes, digiti, tarſus, planum. tarſos carpo, pedion (quod planum dixi) metacarpio, digiti digitis reſpondent. ſubiacens verò ipſi tibiæ pars pedis (cui parti totum crus incumbit ſecundùm rectitudinem) ex tribus oſſibus componitur, aſtragalo, paterna ſeu calcaneo, & nauiformi ſeu [illegible] quæ ſunt baſis ſolius inſtrumẽta: aliæ verò particulæ, & baſis ſimul & apprehenſionis. tarſus & pedium ex multis conſtant oſſibus duris, paruis, ſolidis, quæ carpo & metacarpio reſpondẽt. hæc ego de multis pauca ſelegi. Qualẽ ferè cenſum particularum & denominationem, author inſinuat libri qui introductio ſiue medicus inſcribitur. Femoris os vnum eſt (inquiens) cuius caput leniter reflexum, in coxæ profundum ſinum coniicitur. Coxæ oſſa duo à poſteriore parte. cum oſſe ſacro priore inter ſe coaleſcentiam habent, vbi & pubis oſſa. Tibiæ vtriuſque oſſa duo, nempe tibiæ & fibulæ: quorum fibula breuior: vtriſque incumbit patella. Talus iuxta pedis longitudinem ſitus, fibulæ inſidet. Scaphoïdes cum talo coït & tibiæ oſſibus. Cyboïdes extrinſecùs ſitum eſt. Pedion quinque conſtat oſſibus; quæ planta dicitur. Quinque pedis digiti, ternis ſinguli oſſibus conſtant, ſimiliter iis quæ in manu. ſi magnum excipias, qui duobus ſolis conſtat. ſed hæc fortè minùs artificioſa ſunt: itaque ad geminum Galenum regrediar. ex cuius lib. de oſſibus ſub finem hæc placuit decerpere, ac decidere, ex cap. 21. 22. 23. & deinceps.

Manus & pedis partes, analogiáque.

Baſis pedis partes quæ & quot.

Femoris, tibiæ, pedis deſcriptio, & oſſium numeratio.

Os femoris, magnitudine cunctis animantis oſſibus præſtat: id ſuprà coxendici, infrà tibiæ alligatur. cuius forma, anteriore in parte exterioréque, gibba, in poſteriore interioréque, ſima eſt. Cruris autem tota pars, quæ inter talum genúque poſita eſt, eiuſdémque etiam partis os grandius, tibia appellatur. hæc interiore in parte ſita eſt; eíque tantummodò femur ipſum annectitur. Os autem quod extrinſecùs locatũ eſt, ſura nominatur; quæ craſſitudine, tibiæ admodùm cedit: nec adeo protenditur, vt genu ipſum contingat: verùm ſuprà infráque, tibiæ per ſynarthrôſin alligatur: media inter ſe penitùs dehiſcunt. Tibiæ quicquid anteriore in parte, tenue & carnis eſt expers, crea dicitur. imæ ab vtroque latere, tibiæ ſuræque partes, malleoli nuncupantur, prominéntque. ſub his tali intus continentur, neque tangi poſſunt. Patella ſiue mola, totum inter femur tibiámque ſpatium contegit & complectitur. Calx talo ſubeſt, os pedis maximum, poſteriori parte, tibiæ rectitudinem excedens. Cyboides à parte tali exteriore, iuxta ſcaphoides poſitum (huic à ſcaphæ, illi à ſimilitudine cubi nomen eſt) inde tria parua oſſa inferiori ſcaphoïdis parti copulãtur atque cyboïdi. Poſt autẽ quatuor hæc oſſa, prima pars pedis, quam [illegible] vocant, finitur. Planta inde inchoatur, ſeu pedion; ex quinque oſſibus conſtructa. Poſt hãc, pedis digiti ſiti ſunt, ternis ſinguli internodiis diſtincti, excepto pollice, duobus modò oſſibus conſtante: vt etiam hîc analógia cum manu ſeruetur.

Femoris deſcriptio, figura, nexúſque.

Tibia ſiue cruris deſcriptio, nexus, diuiſio.

Sura ſeu fibula deſcriptio.

Crea, quid, item malleoli: item tali, mola, calx, cubiforme, nauiforme, tarſus, Pedion.

Pedis partes, & analogia cum manu.

EX HIPP. ET N. AC RECENTIORVM SENTENTIA.

DE oſſium femoris, tibiæ, pedúmque natura, ſcribit Hippocrates lib. de locis in homine: ſed præcipuè lib. de fracturis & articulis; vbi eorum naturã ſpeculatur, & morbos, diuinâ quadam methodo percurrat: quæ ad præſens inſtitutum nihil attinent. De ſpecialibus harum partium nomenclaturis, dixi iam ab initio in [illegible] partium corporis humani. Illud etiam aut nunc moneo, aut iam monui, [illegible], femur vocari os ſuperius illud omnium corporis humani oſſium longè maximum (in vterinis enim aliter res habet.) At os ſubiectũ, quo cum illud ad genu per gingiymum, mediis chartilaginibus oblimantibus articulatur, Graiis [illegible], modò tibiæ, modò cruris apud Latinos nomine vocatur, duplici conſtans oſſe, vti dixi, maiore quidem, quod nomine totius, tibia dicitur; minore autem, quod Græcis [illegible], Romanis ſura & fibula denominatur: quomodo de brachio per analogiam diximus. Fibula externum malleolum facit, internum autem tibia. hanc, focile maius, vel cannam aut arundinem maiorem; illam, focile minus, vel cannam aut arundinem minorem vocant Arabum ſequaces. Tibiæ autem latus illud excarne & internum, Græcis [illegible] vel [illegible] vocitatur; noſtris etiam crea: fortè per antiphraſin, quòd nullũ habeat [illegible], carnis vtique expers. Cui oppoſita pars poſtica, carnoſa & muſculoſa, homini propria, [illegible] Græcis, ob ventris ſimilitudinem; Latinis ſura, oſſi cognominis habetur dicitúrque. Atque vt [illegible], manus, de tota parte artuum ab humero ſummo ad extremos digitos, ſic etiam Galeno & Ariſtoteli, [illegible], & fortè crus quibuſdã Latinorum, de tota parte artuum à coxendice & inguinibus ad imos vſque pedes vſurpatur. Os autem teres illud & chartilaginoſum, quo tibiæ & femoris articulatio antica committitur firmatúrque, Graiis [illegible], noſtris autem, mola ſeu rotula ſiue patella; os (inquam) ſcutiforme, rotundum, lubricũ, chartilagine obductum, mobile, genu muniens fitmánſque; in quod adgeniculamur, vt Tertullianus Græcum verbũ interpretatur, [illegible] (hinc hominis genibus quædam religio ineſt, obſeruatione gentiũ, ait Plinius c. 45. lib. 11. ex Homeri Iliad. [illegible]) & quod articulum illum tegit laxiorem, facitq. vt in angulum rectum flecti genu queat. Pes quidem, pari oſſium numero atq. manus conſtare Galeno perhibetur: neotericis tamen vno minùs: manus quidem, 27. pes autem, 26.

aliquot. rationes artuum inferiorum, & nominũ varietas.

Femur, quid.

Tibia quid.

Fibula quid. Malleoli qui, & vbi.

Crea quid, & vnde dicatur. N. Sura, quid.

Manus & cruris partiúmque analogia, & nominum varietas.

Patella quid, eiuſque ſynonyma, figura vſuſque.

Religio in genibus, vbi.

Summa oſſium manus pedisque.

Apophaſis.

Multa conſultus prætermitto, quæ ab Anatomicis diligentibus adamuſſim examinari ſolent, de oſſium iſtorum numero, ſitu, figura, connexione, magnitudine, ligamentis, & ſimilibus

circunſtantiis minutioribus, & à noſtro inſtituto alienis; & verò ſermonem prolixum requirentibus. Illud obiter dictum ſit; femori ſuperiori duo ineſſe tubercula craſſa, velut capitula quædam, quæ à rotunditate, Graij ἐγκονδύλους denominãt; externum maiorem, internum minorem: qui & γλουτοὶ, quaſi nates dicuntur, eò quia natibus muſculos compingendis elargiũtur: ambóque πλατύτατα amplißimas ἰσχία ſiue coxẽdicis ſubeunt: quà & luxatio contingit Hippocrati celebrata & tradita. Illud etiam facilè intelligis, femoris os in anteriora, gibbum prominere, in poſteriora verò, concauum curueſcere; partim quidem ad ſeſſionem commodiorẽ; partim quò vaſis & muſculis tranſmittendis tutior à Natura locus comparetur: quod vel aliàs monui, vel poſthàc refricabo. Nec minùs etiam id vſpiam antehàc attigi; oſſicula quædam minima, ſeſamorum ſimillima, inde dicta σησαμοειδῆ, explendis articulorum pleriſque ſpatiis innatibus, iiſdémque firmandis, aptè & conuenienter ſubſeruire. Pedem autẽ ſuperiore loco protuberare, inſtar fornicis; inferiore autem, excauari cernimus: nempe quò leuior ad curſum exiſteret, & ſolo illiſus, firmior conſiſteret ac ſolidaretur. Poſſem excurrere pluribus in harum partium deſcriptione & vſu: poſſem Galeni cum recentioribus comparationem inſtituere. ſed quia de earum vſu iam multa dixi, & paulò pòſt dictis nonnulla, vel adeo plura iam dictis adiiciam; ideo de hoc quidem nũc ſuperſedeo. tum quia ignobilis alioqui pars hæc, & abiecta, nihílque eximium habet, aut ſi quid habet, illud ſibi cum manib. commune vendicat. tum quia ſi quid diſcriminis eſt inter priſcos & recentiores, illud leuiculum eſt, & contemptibile: cùm in cenſu, & nominibus, & deſcriptione præcipua inter ſe ferè conſentiant. itaque quicquid huc pertinet, illud breuiter abſoluere contendo, quò ad ſeria magis & illuſtriora fiat tranſitus.

Trochanteres qui, & vnde dicti, eorúmque inſertio. Coxæ dea.

Femoris figura, & eius ratio vſúſque.

Oſſicula ſeſamoidum vſus.

Pes, cur ſublime cauum.

Præterita.

Tranſitus.

EX PLATONE.

PLatonis Timæus alioqui valdè diſertus, de natura & vſu femorum, tibiarum pedúmque nihil ſibi ſpeciatim dicendum duxit (vt iuſtior hîc quàm ſuprà de vnguibus ſit Galeno expoſtulandi locus) præter illa manibus cõmunia, de quib. nos iam antè, illud modò attigit, manuum vſum capiendo & repellendo neceſſarium eſſe: ſicuti pedum, ſtando progrediendóque. motus autem locales eſſe ſeptem; quos ne numerat aut nominat quidem: ſed intelligi aliunde ſubaudit, videlicet ſurſum deorſum, dextrorſum ſiniſtrorſum, antè & ponè; & eum qui ſit in orbem, qui eſt omnium perfectiſſimus, & mundo ipſi peculiaris.

Manuum pedúmque vſus.

Motus locales qui ſit quot.

EX ARISTOTELE.

ARiſtoteles multò diſtinctiùs & pleniùs vt has, ſic & reliquas partes, earémq. vſus expoſuit: ſic enim conſequenter ad citatam de manibus hiſtoriam cap. 15. lib. 1. hiſtor. animal. Membri inferioris bipartita compactio, ἐστιν,

Diuiſio eorum inſer.

crus eſt: huius μηρὸς, femur, quod biceps. μύλη, mola, quod locum orbiculatum foris adiectum habet. κνήμη, tibia, quod gemino oſſe ſubiacet. cuius pars prior, κνημιαία, crea; poſterior, γαστροκνημία, ſura: caro neruoſa venoſáve, aliis retracta ἀπὸ τοῦ ἰγνύος, à poplite; quibus ἰγνύα, nates ſunt pleniores: aliis detracta, quibus graciliores. poſtremũ cruris, πρωτὸς, malleolus geminus vtrique partitus lateri eſt. πούς, pes autẽ, quod multiplici oſſe cõſtat. cuius pars poſterior, πτέρνα, calx, prior diſcreta in digitos quinq. eſt (ſequentia in Græco aliter leguntur) media plantæ nomine explicatur: cuius quod carnoſum inferius, ſolum attingit, veſtigium eſt; quod ſuperius pronam cõficit partem, neruoſum, & nominis adhuc indigum eſt. hæret ſummis digitis vnguis, & nodus interuenit: ſed nonniſi vno inflexu adducũtur. quib. pars interior plantæ non caua, ſed ita plentuſcula eſt, vt ſolum toto attingat veſtigio, ij verſuti ſunt & fraudulẽti. commune femoris & tibiæ, genu poplẽſque eſt. Idem c. 13. lib. 4. part. animal. Pedũ additio vtilis ad motum, qui in pedo, id eſt ſolo agatur: vnde & nomẽ inditũ pedibus eſt (Græcè πούς à πάτος nominauit) vbi capite antecedẽti 12. Homo quia erectus eſt, ſtare poteſt: volucres cõtrà. Sed de vſu tibiarum & pedũ ex eodem Ariſt. conſequenter potiùs dicendum eſt, quẽ pauci ex priſcis attigerunt. ſic igitur c. 10. eiuſdem lib. 4. part. animal. Homini pedes omnium maximi, proportione magnitudinis, meritò: ſolus enim erectus eſt. ita qui duo põdus corporis totũ ſuſcepturi eſſent, lõgitudinẽ latitudinémq. obtinere debuerũt. Digitorũ etiã manus magnitudo, contrà quàm pedis eſt, ratione. manus enim officiũ eſt capere atq. premere: itaque lõgos habeat digitos, oportet. manus enim, parte qua ſe flectit, cõprehendit. pedis autẽ officiũ eſt tutè cõſtare (ſeu tutè ſtare.) quod ea parte pedis efficiũ putãdum eſt, quæ infiſſa eſt: extrem autem fiſſum, quàm infiſſum eſſe melius eſt. nã ſi pes totus infiſſus eſſet, totus conſentiret, parte aliqua laborante: quod fiſſo in digitos æquè accidere non poteſt. breues etiam minùs offendi læduíque poſſunt. Quamobrem hominis pedes multifidi & breuidigiti ſunt. Vnguium genus eãdem cauſſâ pedes, quâ manus, obtinẽt. extrema enim operienda muniendáque potiſſimùm ſunt, propter imbecillitatẽ, vt olim patuit. Quęcumque ambulant, ait c. 5. lib. 1. hiſtor. animal. omnis pedes numero pari habent. & lib. de animalium greſſu repetit. Sed & quibus pedes exigui, iis & manus quoque paruæ, & contrà, ait c. 15. lib. 1. hiſtor. animal. Manus autem dextra, & pes dexter à ſiniſtris differunt, ait 30. probl. 31. Quòd autem & manus & pedes omnium maximè partium, carnis & ſanguinis inopes, neruis vberes ſint, & præcipuè pedes: ideóque torpori & refrigerationi ſint obnoxij, dictum alibi ex 6. probl. 7. & 26. probl. 2. ſed paulò pòſt ad Ariſtotelem regrediar: à quo, ſimul & ab inſtituto ſermone iuuat paulùm digredi, ſiue ioci gratiã, ſiue experiundi, quid Chiromantiæ authores hac in parte philoſophentur, ne dicam nugentur atque ariolentur.

Trochanteres qui, & vnde dicti, eorúmque inſertio.

Coxæ dea.

Femoris figura, & eius ratio vſúſque.

Oſſicula ſeſamoidum vſus.

Pes, cur ſublime cauum.

Præterita.

Tranſitus.

Manuum pedúmque vſus.

Motus locales qui ſit quot.

Diuiſio eorum inſer.

Ex pedis plantæ, figuram de moribus.

Pedum offic. & vnde dicantur.

Homo ſtare poteſt, reſtat.

Homini pedes quorſum maximi.

Digiti pedũ curuiores manuum, & eorum vſus.

Pes cur fiſſus, & breuibus digitis.

Vnguium vſus communis.

Pedeſtrium numerus pedum par.

Manuum pedúmque proportio in quo.

Manus & pedes exacrnes & neruoſi, ideo frigidi.

Digreſſio.

CAPVT VIII.

Sive liber vnus,

De Chiromantia atque Physiognomia.

Admonitio.

DE physiognomia ex harum & aliarum partiũ inſpectione, noli expectare à me quid ſentiam, pluribus vt explicem atque eloquar: ad Ariſtotelis te physiognomiam, atque iſtorum Chiromantiam remittoqui ex linearum inſpectione, profitentur ſe tenere prædicendi ſcientiam: qui ſint cuiúſque hominum mores, quæ fortuna, quis ſtatus vitæ & necis, quæ liberorũ & vxorum conditio, quis finis & qualis & quãdo futurus ſit vitæ; & cætera, quæ Deus ſolus in ſua poſita cognitione ac præſcientia eſſe voluit. quorum bonam partem in ſcriptis & reſponſis

Chiromantia inanis pollicitatio, & falſitas.

physiognomonum (quaſi φύσεως γνωμῶν ἢ γνωτῶν, Naturæ peritorum) falſam, inanem, ridiculam, technis & impoſturis plenam eſſe conſtat: cùm ex vnius aut alterius partis inſpectione, vel lineę notis, de toto homine præſagire poſſe ſe temerè affirmant, & coram vulgo rudi, atque imperito popello nugantur ac deblaterant. Vt meritò mihi quidem Alcibiades Athenienſis princeps, physiognomonem Zopyrum ſublatis cachinnis videatur irriſiſſe, qui Socratem mulieroſum, bardum & ſtupidum ex ſola iugulorum obſeruatione prædixerat. cùm tamen diuerſiſſima ſint diuerſarum partium præſagia, & Natura caſu quodam in rugis & plicis iſtis vultus, frontis, volæque manuum ac pedum ſæpiſſimè colludat. vt fortè in veſtimentis & linteis, quib. induimur atque vrimur, videmus contingere: vt quam in parte maior fit impreſſio, illuc ſubſidant plicaturæ, & ſtriæ in ſinus colligantur. ſed Cicerone narrante lepidam auſcultemus hiſtoriam ex lib. de Fato. Quid? Socratem nónne legimus quemadmodum notarit Zopyrus phyſiognómon, qui ſe profitebatur hominum mores naturáſque ex corpore, oculis, vultu, fronte pernoſcere? Stupidum eſſe Socratem dixit & bardum, quòd iugula concaua non haberet. obſtructas eas partes & obturatas eſſe dicebat. addidit etiam mulieroſum: in quo Alcibiades cachinnum dicitur ſuſtuliſſe. Sed hæc ex naturalibus cauſſis vitia naſci poſſunt: extirpari autem & funditùs tolli, vt is ipſe qui ad ea propenſus fuerit, à tantis vitiis auocetur, non eſt id poſitum in naturalibus cauſſis, ſed in voluntate, ſtudio, diſciplina. hæc Tullius.

φυσιογνώμων vnde dicitur.

Phyſiognomia & chiromantia cur fallax.

Hiſtoria.

Zopyri prædictio de Socrate.

Naturales vitiorum inclinationes qui tollantur.

N. cur de chiromantia ſcripſerit.

Enimuerò quia contingit interdum in eos incidere, qui aut alios fallere didicerunt, aut falli ipſi volunt: ne quis te offendat imparatum, pauca de nominum & partium diuerſitate dicam; & fortè obiter, qua arte iſti præſtigiatores ſoleant incautis & ſtolidis ſtupidíſque imponere, & cautus & prudens monebo. Vt igitur animi lingua eſt interpres: ſic manus eſt & animi & corporis miniſtra, ſoli homini propria, eóque vſu ac præſtantiâ donata, de quib. abundè antea patuit. quid carpus, metacarpion, vola, digiti, & horum partes, ſatis eſt declaratum, quantum

Propoſitio.

Manus vſus.

ad anatomiam & rem medicam attinet. ſed dictis adiici poſſunt hæc ex Chiromantiæ officina (quam diuinationem ex manus inſpectione definiunt, οἱς πλὴν χρὼς, ἢ πλὴν ὀκ χρὼς μαντικὴ) ſimul & pauca quædam de ſuperioribus nomina repeti, clarioris doctrinæ gratiâ. ſed hæc priùs velut generalia quædam totius φυσιογνωμίας indicia per partes præcipuas captata breuiter percurro, à vertice, vt aiunt, ad calcem.

Chiromantia, quid, & vnde dicatur.

Signa morum ex partibus ſingulis. Prouerb.

Rarò vidi procêrum ſapientem, & paruum humilem, ait paroëmia.

Oculi vt ſunt affecti, ita ferè reliquum corpus, dicebat Hipp. ideóque hilares hilarem, triſtes triſtem deſignant. Iidem lucidi, læti, bonos mores; contrarij malos arguunt. Sic grandes, obſtipi, defixi, inuidos, voraces & libidinoſos. parui, auaros. glauci, inſidioſos. mobiles, inuidos, inconſtantes, ſuſpicioſos, ſeditioſos. ampli, ſegnes. tremuli, ignauos & impudentes. micantes, vinolentos. varij & parui, doloſos, adulatores. vergentes ad naſum, veneteos. ampli, ſtillantes, mobiles, furioſos. aridi, verſutos. nigri & clari, iuſtos, ſobrios, ſolertes, libidinoſos. virides, doloſos, iniquos, furaces. humidi, mentis & conſilij acumen. magni & vibrantes, lenes & amentes. caui, proditores ac perfidos. elati, ampli, lucidi, ſtudioſos recti & honeſti. lemis obducti, libidinoſos & ſtultos ac ſtolidos. caligantes, perfidos. nigri & ſplendidi, timidos. turgidi, gulæ & inertiæ deditos. puſilli & caui, cupidos & inſidiatores. charopi, fortes & iracundos. crebrò conniuentes, furaces & inſidioſos. ſuperciliis longis, effœminatos: breuibus autem, amabiles: nullis denique, veneri deditos.

Ab oculis.

Frons anguſta, ſtolidum: longa, docilem: rotunda turgidáque, inuidum & verſutum: caporata, curis diſtentum: ampla & exporrecta, liberalem: permagna, tardum: quadrata, magnanimum: collecta, adulatorem: triſtis, mœſtum: hilaris & læta, lætum denotat.

A fronte.

Supercilia piloſa, balbum bardúmque: protenſa ad tempora, impurum: coniuncta, malignum.

A ſuperciliis.

Naſus acutus, iracundum: craſſus & humilis, improbum: aquilinus, fortem, docilem, mulieroſum: magnus, probum: paruus, fraudulentum: ſimus, libidinoſum: rotundus & obtuſus, magnanimum: nares apertæ, iracundum: anguſtæ, ſtultum: ſolidæ, fortem: rotundæ, timidum.

A naſo & naribus.

Facies liberalis & aperta, probum: macra, ſapientem: carnoſa, timidum & docilem: plana, ligioſum: triſtis, mœſtum: perparua, puſillanimum: magna, tardum.

A vultu & facie.

Aures longæ, bardum & aſininum: paruæ, vafrum aut ſtultum: vaſtæ, imprudentẽ: quadratæ, ſapientem: moderatę, mediocrem & temperatũ.

Ab auribus.

Os amplum, maledicum, audacem, iactabundũ ſignat: anguſtum, prudentem & ſobrium: vaſtum prominente labro ſuperiore, voracem, loquacem, ineptum, futilem, vanum.

Ab ore.

Labra ſubtilia & bene iũcta, cordatum & magnanimum, diſertum & eloquentem: carnoſa, fatuum: aperta & dentes oſtentantia, infidum &

A labris.

by Google

contumelioſum: pendula, aſininum: ſuperius prædenſum, contumelioſum.

A collo & ceruice. Collum oblongum, gracile, timidum & improbum: breue, doloſum: denſum, fortè: tenue, imbecillum: craſſum & carnoſum, rudem & iracundum: magnum neque craſſum, magnanimũ: craſſum & longum, pertinacem, timidum, furioſum: mediocre, docilem & robuſtum: flexũ, auarum: ſi in dextra vergit, temperantem: ſi in læua, ſtultum & prodigum nebulonem.

A capite. Caput magnum, ſenſatum; ſed vaſtum, fatuum deſignat: paruum, imprudentem: acuminatum, ſtultum, inconſtantem & inuerecundum.

A pectore & thorace, dorſo & iugulo. Pectus latum, fortem & generoſum: paruum, timidum: vaſtum, crudelem & inhumanum. ſimiliter de dorſo ſanciendum eſt. ſed iugula cõcaua, acutum & ſolertem; plena autem & carnoſa, bardum & ſtupidum. gibbus, parcum & auarum.

Ab uberibus. Mammæ pendulæ, violẽtum aut luxui deditũ.

A ventre. Venter amplus, ſtolidum, ſuperbum, luxurioſum: obeſus, imperitum & fortem; macilentus, ingenioſum & debilem: anguſtus, prudentem & ſagacem.

A brachiis. Brachia oblonga, audacem & robuſtum: breuia, libidinoſum, victoriæ cupidum.

A manibus. Manus breuis, rudem: parua, callidum: pinguis, furacem.

A pedibus. Pedes carnoſi, ſtupiditatem: parui, ſtolidum: magni, articulati & neruoſi, fortem: parui, ſtricti & inarticulati, mollem: longi, fœcunditatem portendunt, præſertim in mulieribus; in quibus vuluæ amplitudo, pedis dimidium æquare Alberto creditur. mihi penem æmulari.

Proportio pedis ad vuluam: & fortè ad penem.

A tibiis. Tibiæ tenues, imperitiam luxuriémque: craſſæ, audaciam fortitudinémque: neruoſæ & latæ, robur: breues & pingues, impudentiã & crudelitatem: gibbæ & varæ valgæque, vafritié & improbitaté: molles & turgidæ, mores laudabiles.

A coxis. Coxæ neruoſæ, fortes: vaſtæ, molles & libidinoſos. Plura fortè apud Ariſt. & alios inuenies: haud ſcio an his certiora: quibus & hæc adiici placuit, ex veriſimili coniectura, & frequentiore rerum euentu comprobata. priora ſunt ab Ariſt. poſteriora autẽ ſunt variæ obſeruationis.

Memoriæ mandata ex Ariſt. ac primùm ex fronte. Ariſt. lib. 1. de hiſtor. animal. Pars faciei, frons eſt. hæc quib. magna, ſegnes: quibus parua, mobiles: quibus lata, mente moueri idonei: quibus rotunda, iracundi.

Ex ſupercilijs. Supercilia ſub fronte bipartitò diſtincta, ſi in rectum porriguntur, mollem ſubeſſe animum ſignificant: ſi iuxta naſum inflexa ſunt, auſterum notant & acerbum: ſi iuxta tempora inflectuntur, deciſorem diſſimulatorémque indicant. demiſſa in totum, notam inuidiæ habent.

Ex oculorũ cauitate. Pars communis ſuperioris inferioríſque palpebræ, angulus eſt, quem duplicé vterq. oculus habet; alterum iuxta naſum, alterum iuxta tempora. qui ſi iuſto ſunt longiores, notam morum maleficorum præbẽt: ſi breuiores, morum probiorũ indices ſunt: ſi carnoſi more pectũculorũ ſunt, qui naribus iunguntur, malitiã præferunt.

Ex oculorũ colore, figura, ſitu, motu. Cãdidum oculi magna ex parte ſimile in omnib. eſt: at quod nigrũ dicitur, variat: aliis enim atrum, aliis cęſium, aliis fuluum, aliis caprinum; quod morum optimorum indicium eſt.

Oculorum alij grandiores, alij parui, alij modici, qui optimi habẽtur. item alij nimiùm prominentes, alij conditi, alij modicè ſiti. qui conditi ſunt, clariſſimè cernunt. modicus tamen ſitus, nota morum eſt optimorum. Iidem aut nimiùm conniuent, aut rigidi intentiq. conſtant, aut modicè nictãt. Notã morum laudabiliũ habent, qui mediocriter conniuent: reliquorũ alteri impudentiæ, alteri incõſtantię indices ſunt.

Ex auribus. Aures paruæ, morum malorum indices ſunt: mediocres, optimorum: at magnæ arrectæque vltra modum, ſtultitiæ indices ſunt aut loquacitatis. hæc ex vno Ariſt. ſequentia autem collectitia ſunt & obſeruata.

A corporis magnitudine. Parui toto corpore, acuti eſſe ſolent & iracũdi ac præcipites: longi iidem tardi & ſtolidi magnam partem deprehendũtur. ratio in promptu eſt, à Natura ſpirituum totum corpus pererrantium, breuiore longioréve interuallo, & eorundem copia, ex Aphrodiſieo.

Ab analogia partiũ corporis, vtíque. Prouerb. Qui partium exactam analogiam non ſeruãt, ſolent eſſe aſturi, vafri, doloſi, ſuſpicaces, deceptores, fraudulenti. Inde eſt prouerbium; Cauẽdum à ſignatis; vt luſcis, gibbis, varis; quia perfidi, inuidi, detractores, calumniatores, maledici deprehenduntur. Quod nec Martialem latuit, cùm ita ſcripſit;

Crine ruber, niger ore, breuis pede, lumine luſcus,
Rem magnam præſtas, Zoile ſi bonus es.

A pilorum copia. Hirſuti & piloſi aut toto corpore, aut præcipuis partibus, fortes & ſtrenui iudicantur: ſed qui circa imum ventrem & crura, potiùs ſalaces & libidinoſi. At pectus depile, mulieroſum & imbellem ſignat atque impudẽtem. Pili molles & criſpi, mollitiem & timiditatem: horridi & rigidi in mente & capite, audaciam & fortitudinem arguunt. A ſimilitudine animalium ducuntur iſta pleraque: de quo in ſumma ſic habe.

Ab animalium ſimilitudine partium. Quæcumque partes inſignes cum animalium partibus ſimilitudinem habent, vt leonis, cerui, canis, bouis, aſini, ſuis, aquilæ, corui, & ſimiliũ, eadem cum eorum moribus analogiam quandã & ſimilitudinem morum inclinationémve denuntiant.

A voce. Vox alta, clangoſa, ſtridula, rudis, aſininos mores ſignat. grauis quæ in acutum finit, iracundiam: acuta, mollis & interrupta, laſciuiam: grauis, magna, virilis, robur & magnanimitatem: humilis, ſummiſſa, parua, timiditatem & ignauiam: acuta & fortis, iram furorémq. deſignat.

A forma & complexione, vel naturâ. Denique quæ ad venuſtatem, decentiam, ſymmetriam, pulchritudinem in colore, in mole, in figura, in charactere, in iuſta proportione magis accedunt, ea Naturæ magis cõſentiunt, & in bonis ducũtur, laudíq. tribuuntur: ſicuti quæ ab his longiùs recedunt, deteriora indicantur.

A partium præſtantia, &c. Eſt tamen in partibus ad ſignificationis pondus, non leue diſcrimen: Namque in tota phyſiognomia, primas facilè tenent, oculi, frons, naſus, facies & caput: ſecundas autem, pectus, collum, ſcapulæ, dorſum, venter: tertias & infimas, femora, crura & pedes. ſed manuum præ omnibus, ſua quædam eſt prærogatiua ad aliquid deſignandũ: de qua deinceps rurſum pauca

dicere, vel iam dictis adiicere aggredior ex aliorum potiùs, quàm mea sententia.

N. DE CHIROMANTIA.

Manus quid, & articulatio, partésque.

MANVS nunc nobis extrema intelligitur, apprehensionis organum, tactúsque præcipuum. in qua, carpus brachio iungitur, & iúcturam cum eo facit articulatus. metacarpium carpo subiungitur: atque ossium phalãgem potissimùm externam signat. digitorũ præter pollicem, terni sunt articuli. quorum extremitas, acinus aut vertex pulpáque dicitur. Horũ pollex ob binos articulos, omnium fortissimus, Martii iure tribuitur (quem alij Veneri tamen assignãt) déque rebus martialibus & bellicis indicat, periculis, furore, audacia, fortitudine, victoria, igni, cruce, & discriminibus variis. quibus addũt Veneris nefandę expetita diuerticula: ob id forsan Veneri sacer à nonnullis habitus. Index Ioni sacer, honores, magistratus & dignitates ecclesiasticas aut populares significat. Medius Saturno dicatus, omnia dura, tristia & infausta præsagit; insidias, luctum, mœrores, paupertatẽ, carcerem, labores, studia ardua, assidua & difficilia sine fructu aut præmio, morbos chronicos & contumaces. Annularis Soli sacer, festiuam conditionem, honores, regum amicitias, commendationem & illustrem fortunam pollicetur. Minimus, qui & auricularis, Veneri deputatus (sunt tamen qui Mercurio vendicent) delicias, liberos, vxores, voluptatésque promittit.

Digiti quibus sacri planetis, quidque indicent singuli. Pollex. Index.

Medius.

Annularis.

Auricularis.

Monticulorum præsagia situsque.

Montes in radicibus digitorum collocati, pleni quidem infortunati: turgentes autem sine scrobe, boni quidem, sed tumidos & superbos arguunt: cum scrobe denique prudentes & humanos. atque vt summatim dicam, montes fortunam, valles indicant ingenium.

Montium & vallium significatio.

Vola manus partes & præsagia.

Manum mediam internam occupat vola. in qua, summa supremáq. pars versus spatium pollicis & indicis mediũ, istis thenar dictum, ignis pericula denuntiat. idem gracile & excarne, elephãtiasin phthisínque minatur. At hypothenar, subiectum & oppositum spatium, minimũ digitum respicit, Lunæ sacrum, aquarum & pituitæ indicans copiam periculáque. Sed monticulus pollicis primo & infimo articulo instratus, ab istis dicitur stethos, quasi pectus; & pollici communia Marti sacratum sortitur præsagia. Triangulus in media vola conspicuus, à lineis cordis, cerebri & hepatis constitutus, Mercurij est; & huius studia designat similia. vt acumen ingenij, doctrinam, astutiam, furta, rapinas. legi & audiui, qui Martis triangulum dicerent. Est & mensa vocata, quam circunscribunt lineæ cerebri & Veneris, quadratam, oblõgam: quæ Veneris & Lunæ particeps, libertatis atque itinerum prænuntia est. dicitur vel mensa manus, vel quadrañgulus, à figura: vel fortunæ linea à quibusdam: quæ potiùs vna est è multis, vt mox patebit, hanc quadram effingentibus.

Thenar. Hypothenar.

Stethos.

Triangulus.

Mensa.

Linearum præsagia & numerus.

1 Cordis & vitæ.

In vola manus spectabiles sunt lineæ (namque eãdem auersâ manu, ignobiles & inefficaces habentur) quarum quæ infra stethos mihi dictum, Solis dicitur; eadem cordis & vitæ nuncupata. Quæ à *thénare*, seu medio inter pollicem & indicem oritur interuallo, & mediam manum perreptat, Lunæ & cerebri linea perhibetur, eadémque media naturalis. Quæ autem à carpo exorta, hypothénari subtenditur, Iouis & hepatis denominatur; aliis stomachi, aut tabellaris; quæ velut basin trianguli effingit. Has solas videtur Aristoteles agnouisse; quas etiam vitæ indices denominat cap. 15. lib. 1. histor. animal. vt antea indicaui: & quidem quò longiores ac splendidiores, vitæ longioris: quò breuiores, breuioris: adde & morbosæ & miserę & valetudinariæ, si impuræ, obscuræ, interceptæ, interruptæ, concitæ, deformes. Quarta demùm quæ ab hypothénare ad thenar tendit, mensalis dicta, Veneris est, & rerum ac genitalium partiũ, mensæ & quadranguli dicti pars quædam; vera fortunæ linea mihi nuper memorata. Hanc Aristoteles cum linea vitæ velut parallelam, per totam manum rectà exporrigi viuacioribus insinuauit. Quinta deinde à carpo exorta, per volam mediam porrecta, Saturnia perhibetur, laborum & molestiarum index certissima. hanc vitalis sororem quidam appellãt. Sexta à spatio inter minimum digitum ad annularem educta, ad medium digitum contendit, & indicem frequenter assequitur: Veneris cingulum cognominatur, nefariæ libidinis præsaga. soror venereæ dici solet, inuentu rara. Septima à carpo ad auricularem extenditur, lactea via cognominata, hepaticæ soror, magnæ index felicitatis. Octaua si qua inuenitur, ad stethos supra vitæ lineam, Marti sacra, soror vitalis habetur. Nona pariter rara adiacet lineæ cerebri, sub radicibus digitorum: epilepticos arguit. Decima sub radicibus annularis, vocatur solaris. Vndecima inter veneream seu mensalem & auricularem, & ipsa quoque venerea. Quæ manum cum brachio intlectit, & carpum metacarpio cõiungit, restricta cognominatur. Porrò autem non omnes in omnibus inueniuntur lineæ: sed tamen in quibusdam plurimæ, in aliquibus paucæ, in omnibus nonnullæ. His addunt viam combustam; quæ est linea orta à vitali, & ad spatium inter medicum indicémque delata: ignis pericula, & graues decernit ærumnas. Cui contrarius àngulus Orionis, ab initio vitalis ad hypóthenar extensus, aquarum pericula intentat.

2 Cerebri.

3 Hepatis.

Præsagium ad vitam, quale.

4 Mensalis.

5 Saturnia.

6 Veneris cingulum.

7 Via lactea.

8 Soror vitalis.

9 Soror cerebralis.

10 Solaris.

11 Venerea.

12 Restricta. Cautio de linea.

13 Via combusta.

Angulus Orionis.

In his omnibus lineis principatum tenent binæ Aristoteli, ternæ aut quaternę cæteris. septenæ nonnullis habentur naturales, vitalis, cerebralis, hepatica, genitalis, saturnia, solaris & lactea: aliæ verò præter naturam, & raræ, & insolentes, & maleficæ: distinctæ quantitatibus, qualitatibus, situ, & circunstantiis adnatorum. E quibus, sorores sociarum vim semper augent adiuuántque.

Linearum inter se collatio.

Linea naturales & præter naturam, & vis sororũ.

Plana, lata, conspicua, lævia & polita, bene colorata, proportionata, recta, magna, suo naturali loco posita, & per B signata, meliora & faustiora ducuntur: contraria verò mala. pessima quæ prauis signis & anomalis offuscantur, vt figuris O & ⊕, item ♄ & ☓: ambigunt autem C & D. praua etiam sunt, quæ lineis multis capillaribus, fractis, diuulsis interrumpũtur; aut ver-

Signa ex figura & circunstantiis.

Notæ fastę & infaustæ.

Signa ex adnatu. rucis ſimilibúſque adnatis vitiantur ac deformã-
Signum mortis propinquæ. tur. Ideóque morituris breui ſeu moribundis, lineæ omnes mirificè palleſcunt, aut etiam nigreſcunt, & plumbeum colorem induunt. Conſtãt autem, cruces & ſtellæ inſignes, aut alia ſigna illuſtria, bonum præſagiunt: ſicuti contraria fœda turpiáque, damnum & infortunium.

Linearum principum præſagia ex ſitu. Principes lineæ ſi deſunt, aut ſi diſpares multùm inter ſe ſeiunguntur, ſiniſtrum omen augurantur, aut mortem repentinam. Saturnia ſi ad radices medij digiti pertingit, dira minatur penes facinora, & pœnam impendentem. Vitalis, venerea & hepatica, de valetudine præſagiunt: Cerebralis de capite & oculis; aliæ verò de partibus ſibi affinibus.

Linea indices partium cognominũ, quæ. Porrò vtriuſque manus conſideratio certior ſed dextra per ſe, quàm læua, potentior. Manus autem ſunto mundæ: & loco illuſtri ſpectantor. Neque hæ ſolæ, ſed frons, facies, lineamenta, atque vniuerſum adeo corpus: & ſi pernoſti, huc etiam Genethliacũ accerſe: ſic apud te ſtatuens, his ſolis tam anguſtis chiromantiæ terminis, rem tam vagam & incertam non poſſe comprehendi, & ſic in animum inducens, nihil horum ſpeciatim ac ſeorſim vſurpatũ, ſatis eſſe ad certò reſpondendum inquirentibus ſciſcitantibúſve. Téque potiùs temeritatis accuſandum, ſi citò & extempore reſpondeas ex vno ſigno de omnibus; quàm ſtultitiæ culpandos eos, qui curioſi & ſupini te percontantur. Omnino enim dementis hominis exiſtimandum eſt, inſpectà ſemel manu, de vita & fortunis omnium omnib. ſententiam ferre, iudicióque velut certo decernere: quod vel ij fatentur priuatim & inter amicos, qui è talibus fucis quæſtum faciunt, vel gloriolam inanem aucupantur. ſed reliqua quæ fortè ſuperſunt, breuiter percurramus, atque ad certiora & potiora tranſeamus.

Manuum inter ſe collatio, & qualiter ſpectandæ. *Chiromantia per ſe inefficax, & quid requirat amplius.* *Cautio.* *Error circa chiromantiam.*

Circa lineas quid obſeruandum. Conſideranda igitur ſunt & loca & figuræ, tũ in naturalibus lineis, tum in non naturalibus. illa bonum, ſi bene habent, denuntiant: aliàs aliter. Lineæ digitorum reſpondent ſuis planetis: ſed peſſimæ in pollice, ad miſerabilem vitæ finem, & mortem ominoſam, aut facinora terrima. in reliquis, ſi figura & ſitu pulchræ, bonum omen: ſin aliter, deterius aliquid ſignificant.

De linea digitorum, & indicia.

De vnguiũ maculis & albuginibus, ſignificata. Quinetiam in vnguibus notulas & maculas obſeruant curioſi: quæ multæ, multos inanes metus aut ſpes vanas arguunt: albæ & pulchræ, potiora: rubræ vel atræ & fœdæ, deteriora pollicentur, pro ſua cuiúſque ſorte & conditione. & quidem ad vnguium radices, futura: in extimis vnguibus, vaneſcẽtia: in mediis potiùs præſentia. ſed & digitorum, quibus inhærent, ſortẽ participant. has alij ad amores & voluptates traducunt; alij ad liuores & inuidiam. alij tribuunt pollici honores atque itinera; indici lucrum; medio ſtudium laborioſum; annulari inuentionem; auriculari contemplationem. Vngues lucidi, ingenium clarum & perſpicax ſignant, aliàs aliter: quod in omnibus paſſim ſubaudiri volo, ex contrario contrarium inſinuans.

A loco.

Singulorũ vnguiũ nota indices. *Ab vnguium forma.*

De ſignis nouis & inſolitis. Nouæ figuræ nouáque ſigna repentè oborta, nouos rerum euentus præſagiunt. dextra & aſcendentia, bonum ominantur: contraria ſecùs. Lineæ in pueris, de futuro prænuntiant: in ſenibus, præterea arguunt: ideo illæ graciles, hæ obſoletæ. Omnes lineæ tenues, futura; euaneſcentes, præterita ſignificant: interciſæ, impedimenta: continuæ, vim & robur facultatis: obliquæ, intemperiem & debilitatem denotant. pallor, præterita & longinqua memorat.

Ab ætate. *Signa ex linearum forma, & adnatis.*

Linea cerebri bifida, claudos. vitalis iuxta carpum lata; & auricularis non attingens iunctu-
Qui claudi, qui nothi. ram ſupremam annularis, nothos ferè ſignificat. Diuulſæ lineæ principes, malignæ. Cingulus Venetis Saturniam ſecans, peſſimus index nefandæ libidinis. Martia vitali confuſa, libidi-
Linearum confuſio, mixtique. nis augur. Soror cerebralis, hæreditatis præmũtia. Trianguli plures in media vola conſtituuntur ex fortuito concurſu linearum: his denominatio eſt à ſitu. Diuulſi, malos mores, infidos, luſores ſignant: obtuſi, prodigos, tardos, atque hebetes: acuti, acutos potiùs, auaros, vafros & præcipites. qui ad montem Iouis & medium digitum aſcendunt, cerebri & ingenij infirmitatem arguunt. Vbi nulla ſoror, defectus auxilij externi ſignificatur.

Trianguli in vola, quid. *Sororis defectus.*

Plures vno loco lineæ amplæ & bene coloratæ, fortunam & mores proſperiores augurantur: aliter ſi ſecùs. Quæ ſublimes, partium ſuperiorum vulnera & affectus; mediæ mediarum; infimæ inferiorum partium inſinuant. Sed mors perſæpe ſignificatos euentus anteuertit. vt intutum ſit vel polliceri, vel negare futura. ideo Chiromantia magis fortuita, quàm neceſſaria ſpeculatur.

A copia linearum, & ſitu. *Chiromantia de fortuitis.*

Quæ ſi vera loquimur, tota eſt inanis, & ambitioſa, & impoſtore digna, aut gente barbara, vt Bohema aut Ægyptia, ſicuti vulgo ſolent ludificari. quia artis & rationis minimum, coniecturæ multum, plurimum habet exercitationis, longóque vſu addiſcitur atque firmatur, intrepidéque ab exercitatis impoſtoribus exercetur & factitatur, potiùs quàm à viris & doctis & modeſtis. Illi enim cùm nihil habeant ſolidæ veræque doctrinæ & eruditionis, ad nugas & technas inanes ſunt conuerſi, nullum bonæ famæ adituri periculum, qua carent; vt inter imperitos, admirationem ſibi parent ac pariãt. Sæpe tamen ſua prædictione in totum fruſtrati, ac prorſus ridiculi ludibrióque expoſiti. Vt miſer, mihi tantum ſuperfuiſſe otij, vt hæc curioſis dictarem: vt admirer in his Cardanum & Conciliatorem & Albertum, viros alioqui graues, tantum ſtudij atque operæ ponere non eſſe deſignatos: poſt neſcio quos Coruos, Tricaſſos, Indagines, Coclites, & alios eiuſdem farinæ viros. nili fortè iſti non tam neſciuiſſe, quàm docuiſſe volunt videri. quibus ego non plus fidei tribuo; ſed ne iis quidem quæ conquiſita aliunde huc adſcripſi, & in ordinem digeſſi, quàm ſaluâ conſcientiâ, & ſartâ tectâ philoſophicâ conſtantiâ; ſed in primis integrâ atque incolumi grauitate fidéque Chriſtianâ; atque adeo conſtante certáque & ratâ rerum veritate, & ſucceſſus atque euentus certitudine, concedi par eſt, deferríque.

N. in diuinatum. *N. exceſſus.* *Auctores chiromantiæ.* *N. quãnam tribuat chiromantæ.*

CAPVT

CAP. IX.

De motu & ingreſſu hominis & quadrupedum, & ambulandi organis:

Regreſſio ſermonis.

HIs igitur nunc omiſſis, quæ pluribus verbis enarrare poterant, & de quibus libros totos homines otio diffluentes compegerunt; ad continuandum integrandúmque ſermonem regredior; & ad potiorem ſalubriorémque cõtemplationẽ deuenio: dicturus de motu greſſúque hominis; ad quem per analogiam, etiam reliquorum pedeſtrium ambulatio referri poteſt. Quo in argumento ſubobſcuro explicando, priùs quàm ad Gal. venio, placet Ariſtotelis librum vtrumq. ſub eo titulo totum meo more excutere atque euoluere; ex eóque decerpere, quæ præſtantiſſima atq. vtiliſſima huic tractationi fore iudicabo; licet paulò prolixiore oratione futurâ.

Propoſitio, & N. candor.

EX ARIST.

Appetitiua naturalis animalibus: item facultatis motricis.

ARiſtoteles igitur cùm ſciret appetitiuam facultatem animalibus ineſſe, quæ iuberet ea anquiri & parari, quibus Natura ad conſeruationem ſui indigeret: aut declinari vitaríque, quæcumque noxia & malefica inimicáque Naturæ viderẽtur: eſque velut miniſtram adiunctã eſſe facultatem motricem, quæ de loco ad locũ aliũ impellit & circunfert animal in ſuo quodque genere. ideo de animalium motione commentarium vnum, alterum de greſſu animaliũ conſcripſit, vtrumque propoſito nunc argumento affinem & coniunctione proximum. itaque de illo priùs, de hoc poſteriùs nobis dicendum, & ex Ariſt. philoſophorũ facilè principe, nonnulla ſunt deſumenda, hunc ferè in modum per breues ſententias excurrendo.

Animaliũ diuiſio in motu.

Primum mouẽs quid: & motus ac quietis viciſſitudo.

Articulorum & nodorũ vſus.

Pars circa nodum quæ mouetur.

Copulatio partium ad motum: & quòd principiũ quieſcat.

Ab exẽplo.

Animalium alia volatu, alia natatu, alia greſſu, alia per alios eiuſdem generis modos impelluntur. Primarium mouens, ab omni motu vacuum, ipſum ſibi motum adfert; éſtq. aliarũ motionum principium. Nihil poteſt ad motũ excitari, niſi idé aliquando otietur, & per quietem agat: aut alio quieſcente, ipſum moueatur. Ideo in animalibus, ſi membrum aliquod motum nauat, oportet etiam aliquod otiari: ob eámq. rem, copulæ & nodi animalibus affiguntur; quoniam cardinis loco, nodis vtuntur: totiúſque partis integritas, quæ inſertum flectit nodũ, modò vna & duplex, modò recta & flexibilis redditur: quippe quæ per ipſum nodum in mutationem ducatur potentiâ & actu. ſiquidem partis quæ flectitur, & adducitur, alia per notam motu fertur, alia in nodis quieſcit. Quæ copulis continentur, potentiâ & actu partim ſimplicia conſiſtunt, partim diſtrahuntur: eùm tamen initium, quod initium eſt, quieſcat; dum mẽbrum quod cohæret, motum expedit. Verbi gratiâ, dum brachiũ mouetur, gibber quieſcit: dum lacerti motum agunt, humeri: dum tibia, genu: dum totum crus, coxendix. Certum igitur eſt, cuiq. etiam parti opus eſſe in ſeipſa aliquid retinere, vnde partis motæ initium proficiſcatur, & cui innixa eadem illa in ſumma & per partes moueatur. Imò quies omnis interna, ad id præſtandum minùs idonea eſt: niſi extrinſecùs aliquid ſimpliciter adhibeatur, quod & quieſcat, & omni vacet motu. Vt autẽm intus quicquam condi debet, ſi ad motum, animal exiturum eſt: ita extrà aliquid ſtatuendum eſt (quale eſt ſolum & pauimentum) in quo inſiſtens moueatur & firmo & ſtabili. quod non modò terrenis animalibus accidit, ſed auibus & piſcibus etiam. neque enim volatus, neque natatus fit, niſi vel aër, vel mare obnixè reluctetur. Atque id neceſſariò aliud ab eo eſſe debet, quod motu exercetur, totúmq. à toto; atque id quod propriè omnis motus expers eſt, in nullam eius partem receptum eſt, quod motum obit. ſin minùs, idem motu deſiſtet. Ideo ſiquis extra nauigium, ramo aut alio inſtrumẽto malum propellat, nauigium nullo negotio moturus eſt: cõtrà ſi in eodem ſit nauigio, & id ipſum conetur, nullam mouendi facultatem habebit: ne ſi Tityus quidem aut aquilo extra nauigium impellat. Omnino enim neceſſe eſt, vt qui impellit, in ſua aliqua parte quieſcente inſiſtens perſtet: dein hanc ipſam partem, vel id cui pars adiungitur, quieſcere externæ rei innixam: vt de remige in naui fruſtrà malum impellente patuit. Porrò robur motoríſque niſus, ad rem quieſcentem æqualiter quieſcere debet: nam roboris & facultatis magnitudo eſt, qua ſic id quod quieſcit, poteſt quieſcere; vt id quod mouet, poteſt mouere. atque neceſſariò quædam proportio vt contrariæ motionis, ita quietis, animo concipitur; motúſq. aut facultates per exuperantiam vincuntur. In iis autem quæ ſeipſa mouent, alia pars debet moueri, alia quieſcere; cui id quod mouetur, innixum, perficit motum. De inanimis tamen alia eſt ratio, quæ ſolo pulſu agitantur externo. at in animalibus, & interior & exterior vis eſt; & res quieſcens. vtraque autem & in ſeipſis & extrà, rem quieſcentem habent, qua ſe ſuſtentant ac firmant. Animalia enim quæ motu aguntur, omnia externæ parti incubantia id præſtant, cùm inſpirãt & expirãt. nihil enim intereſt, magnũ proiicias pondus an paruum: quodquidem faciunt, qui deſpuunt, qui tuſſiunt, qui inſpirant & qui expirant. Vtrùm tamen in animali, cùm alteraſcit & auctum recipit, quippiam debeat quieſcere, ſicuti cùm per locum mouetur, dubium eſt; cùm idem ſibi ipſi generationis & interitus cauſſa eſſe nequeat. Motor enim rem mobilem, effector opificium præcurrere debet: nihil autem ſeipſo prius & antiquius eſt. De animæ motu alia eſt conſideratio; itémque de primo mobili. Certè anima motum corpori adfert: omnéſque motiones animatorum, exitum habent: quandoquidem animalia omnia alicuius rei cauſsâ & mouent & mouentur; ita vt hoc ipſum conſtituatur exitus cuiuſque motionis. At videmus cogitationem, viſum, voluntatem, ſelectionẽ, cupiditatem, animalib. motũ adferre. hæc autem omnia ad mentem referuntur & appetitionem. viſum enim & ſenſus, eandem

Mouẽs ſibi pars quæ connectatur alij.

Vt motus fiat, neceſſe eſt partem vnam moueri, alteram quieſcente intus aut foris, quomodo.

Sic aues & piſces in ſub ſole manentur immobili fixóq.

Motum differri ab immobili. Ab exẽplo.

Ad motum requiritur aliquid fixũ & immobile, qualiter, & de externo. Ab exẽplo.

Proportio motoris ad rem mouendam: item motus & quietis.

De motu intra ſe, quòd aliud moueatur, aliud quieſcat.

Differentia motus animatorum & inanimatorum.

Animalia quæ mouentur intus & foris immota.

An quies neceſſaria ad incremẽtum. & an idẽ ortus & interitus ſibi cauſſa nõ eſt.

Motoris & opificis diuerſitas.

Anima quòd corpus moueat.

Finis motionis in animatis.

Vis animæ ad motum; & quòd operetur.

quam mens obtinent ſedem; cùm omnia iudicandi & ſtatuẽdi facultatem habeant. attamen eo diſcriminum genere ſeparantur, quæ alio tradidimus loco. Voluntas, ira, cupiditas appetitioni redduntur. ſelectio, cõmunis eſt cogitationis & appetitionis. Quapropter id etiam quod ſeligi poteſt, tale erit; cùm non omne rationale ſeligi queat, ſed rerum agendarum finis eſt. idcirco is qui ita mouet, commodi & boni rationem obtinet: imò non omnis honeſtus eſt. Nam quoad gratiã huius, alius eſt; & quoad finis eſt rerum, quæ rei alterius gratiâ ſunt, eatenus mouet. Bonum quoque ementitum, boni locum tenet: atque iucundum, tale etiam eſt, quandoquidem illud ementitum bonum eſt. Certè igitur animal appetitio mouet: quæ ipſa etiamſi moueatur, non tamen per locum mouetur. Ex his compertum eſt, impulſum eorum quæ oriuntur, vltimum eorum eſſe quæ prodeunt. animal enim motu agitur & ingreditur, vel appetitione, vel optione: alteratione tamen aliqua factâ per ſenſum aut viſum. Qui intelligit, quodammodo in actionem nunc incumbit, nunc non incumbit; & mouetur, nunc non mouetur. Et cùm appetitio, præcipua cauſſa motus ſit, eadémque excitetur vel per ſenſum, vel per viſum & motum: & qui agunt, partim cupiditate aut irâ, partim appetitione aut voluntate concitentur, accidit vt alia faciant, alia agant. non aliter quàm ea opera, quæ non alieno impulſu, ſed ſua ſponte agitari viſuntur, paruo excitato motu laxis lotis (vel rotis) ſeque mutuò trudentibus. & quadrigæ, quæ ab auriga agitatæ ſtatim mouent, & rurſus in orbem verſantur; quoniam inæqualibus vtuntur rotis: minor enim quaſi cardo euadit; vt in cylindris fit: Ita moueri animalia confirmamus; quippe quæ hiſce inſtrumentis ornentur, & machinationibus inſtruantur; hoc eſt, neruorum oſſiúmque naturâ. Quandoquidem oſſa, tanquam ligna & ferrum ſunt; nerui, tanquam rotæ: quibus laxatis & remiſſis, motus agitur. Verumtamen in operibus, quæ ſua ſponte mouentur, & in quadrigis nulla ſuboritur alteratio, etiamſi in orbem idem vertatur. contrà in animali, idem tum ampliari, tum diminui, & faciem corporis variare poteſt; partibus ex calore augeſcentibus; & iterum ſeſe aſtringentibus ob frigus, iiſdémque alterationem contrahentibus. Quin etiam viſa, ſenſus & conſignatæ in animo notiones commouent: ſenſus enim, cùm alterationes quædam ſint, confeſtim inducuntur. viſum autem & notio, rerum agendarum vim obtinent. Iccirco notione ſolùm affecti, tum horrore, tum metu perculſi videmur. atq. hæc omnia, perturbationes alterationéſque haberi debent. Initium verò motionis, res conſectanda & declinanda eſt: in iis tamen quæ geri administrarique poſſint, vt iam diximus. Ob eam rem, ſimulatque homo intelligit incedendum eſſe, incedit; niſi quid impedimento ſit. atque inſtrumentariæ quidem partes congruè affectiones præparant, appetitio affectiones, appetitionem viſum: hoc autem vel ex ſenſu, vel ex notione efficitur: ſimúlque & celeriter ipſa res euenit, quoniam principium agendi & patiendi inter ea refertur, quæ munum habeant naturam. Sed princeps animalium motor, neceſſariò in aliquo initio ſitus eſſe debet. Copula autem ipſa, alterius partis initium eſt, atque alterius exitus. propterea efficitur, vt Natura eiuſmodi copulã modò tanquam re ſingulari, modò tanquam duplici vtatur. Cùm enim ex vno loco in alium motus agitur, neceſſitas cogit, vt extrema altera nota quieſcat, alterã moueatur: quandoquidem id quod motum parit, in re quieſcente ſe ſuſtinere debet. Itaque extrema brachij pars mouetur, & non mouet: cùm tamen gibberis inflexu pars, hoc eſt manus moueatur: quæ ſanè cum toto brachio agitatur. Atque etiam neceſſariò aliquid conſtituendũ eſt, quod facultate quidem, ſingulare ſignum habeatur, ſed actu duplex. iccirco ſi animal, brachiũ eſſet; in gibbere profectò mouẽtis animæ originem locandã exiſtimaremus. Et certè vt brachiũ ad gibber ſe habet; ita cõiungit inanima quædam (quorum de genere eſt bacillus) ſe ad manum habere! vt ſi bacillũ moueat, perſpicuum ſit, animam in neutro extremo conſiſtere: neque in extrema rei motæ parte, hoc eſt manu; neque in altero principio, hoc eſt bacillo. hoc enim præ manu, tum ſummam, tum infimam obtinet partem: vt hac ſaltem cauſſã, niſi principiũ animæ mouens in bacillo cõdatur, neq. in manu fuerit. Nam ſumma ipſius manus pars, ita ad brachiale cõparatur, vt hæc pars ad gibber: propter quod, nihil differũt partes quæ coaluerint, ab iis quæ nõ huiuſmodi ſunt: quippe cùm ipſum bacillum, vt pars ſeparabilis euadit. Itaque neceſſe eſt illius ſedem nulla origine contineri, quæ alterius ſit finis: neq. ſi aliud cũ eo magis continens ſit; vt principium extremæ bacilli partis in manu; huius in brachiali. Quòd ſi in manu id non ſit, nimirum in parte habebitur ſuperiore: atq. etiã gibbere quieſcẽte, tota inferior pars, quæ tamen cõtinẽs ſit, mouetur. Sed cùm ſimiliter cor ad membra tam dextra, quàm ſiniſtra ſe habeat; & per partes, contraria mẽbra ita aguntur, vt neq. ex perpetua quiete ſiniſtræ partis, dextra moueatur, neq. è contrario fiat; cùm exordium à ſuperiore ambarum partium loco ſemper ducatur: Neceſſe eſt medio pectoris, hoc eſt cordi, ipſam animam mouẽtis originem reddi: quandoquidem amborum extremorum medium eſt vltimum. Et hoc ipſum æquè cõparatur ad motiones ſuperiorum & inferiorum partium, vt ad lacertorum & crurum, quorum origo eſt, ſpina capitis: in iis tamen, quibus illa dorſum perreptat. quodquidẽ omni etiã ratione probatur. Sentientem enim facultatem hîc locari oportere cenſemus: ita vt hoc loco, quo principium continetur, ſenſus operâ alteratione affecto & immutato, partes proximæ adiuuent extentæ & cõtractæ. atq. ita neceſſariò vel propter hanc ipſam cauſſam, motus animalibus agitur. Media ſanè corporis pars, quæquidẽ cor eſt, & in eo diffuſi ſpiritus, quanquam vna eſt actu tamen plura reddatur, neceſſe eſt: propterea quòd lacerti & crura per partes motum nanciſcuntur ab initio; & alteris quieſcentibus, alteris mouentibus, ſimul & ſemel ſenſus & motus ſuſtinetur.

Appetitionis & delectus vis.

Motionis finis varius.

Bonum & iucundum duplex.

Motio ab appetitu, qui fiat.

Impulſionis vis.

Animalis motũ quid concitet: & vis intellectus.

Appetitio, cauſſa motus qui excitetur: & actio quã fiat.

à ſimili.

Cylindri motus.

Animalium motus quã fiat, & organa.

à ſimili.

Motus in animalibus alterat, quamobrẽ.

Motio ex mente & ſenſibus, qualiter.

Motio quomodo impellat. inde perturbationes.

Motionis principium vnde.

Ordo conſeruandus ad motionem neceſſarium, organa, appetitus, affectus, viſa, ſenſus, notiones.

Agens & patiens, relata ſunt.

Motor princeps, vbi.

Copulatio partium ad motũ, quorſum.

Motio ad locum qui fiat, & motus quæſtiones.

Exemplũ. Signum in mouetur, vbi, & motus ergo. Bacillus quã motũ ſumat.

Anima ad motum ſedes vbi ſit.

Bacillus, pars ſeparabilis, & ſedis expers, quã.

Cor ad membra quo ſe modo habeat ad motum.

N. de cerebro hac tenus controuerſia pridem deciſa.

Exordium motus à parte ſuperiore.

Quòd anima in corde motum omnem diſpenſet æqualiter.

Crurum origo vbi.

Sentiens facultas, vbi, item principium. inde motus initium.

Digitized by Google

centibus, altera mouentur. Præter hæc verò principia, aliud neceſſe eſt mouens eſſe, quod nullum motum ſubeat: nimirum anima; quæquidem licet ab hac magnitudine ſit diuerſa, tamen in ea collocatur. ſed è ratione quæ probat motionis cauſſam, appetitio eſt mediũ, quod mobile mouet. quod autem mouetur, nec mouere poteſt, alienas vires pati valet. mouens itẽ neceſſariò quadam facultate & vigore niti debet; eóq. magis, quòd animalia omnia partim natiuum hunc ſpiritum habent, partim eo vigent. Videtur autem ille ipſe ſpiritus æquè ad vitalem originem ſeſe habere, vt nota in copulis expreſſa, quæ impellit & impellitur ad rem omnino immobilem. Sed quando principium aliis in corde locatur, aliis in eo quod cordi proportione redditur: ideo natiuus quoq. ſpiritus in eodem videtur ſedem tenere. Motionum verò opera ſunt, pulſus & tractus: iccirco inſtrumentum & augeſcat & corripiatur par eſt. Talis autem ſpiritus natura (nam in immẽſum contrahitur) atque etiam coactrix, & eandem ob cauſſam impultrix eſt: & ad ignea, grauitatem; ad contraria, leuitatem obtinet. Enimuerò id quod motionem per locum, non per alterationem allaturum eſt, debet vel grauitatem vel leuitatem habere: quandoquidem naturalia corpora per exuperantiam inter ſe primas tenent: leue in infimum deprimitur à grauiori domitum; graue ad ſummum contendit ab leuiori expugnatum. Qua parte, quæ tamen moueatur, anima moueret, & quam ob cauſſam, tradidimus. Animal ſanè ita conſtiturum eſſe iudicare debemus, vt ciuitatem legibus bene inſtructam & tẽperatam. in hac enim poſtquàm adminiſtrationis ratio ſemel inſtituta eſt, nihil oportet abſentem principem rebus ſingulis quæ gerãtur, intereſſe: imò verò quiſque officiis fungitur ſuis, vt mãdatũ eſt; & aliud poſt aliud ex conſuetudine adminiſtratur & inſtituto. In animalibus, hoc ipſum tum per naturam efficitur; tum quòd ſingula, quæ ita conſtituantur, ad munera ſua exequenda probè affecta ſunt. Quocirca opus non eſt in quôque membro animam ineſſe; ſed cùm in certo principio conſiſtat, & reliqua membra, quòd illi adiungantur, viuunt, atque officia per naturam obeunt ſua. Expoſuimus quemadmodũ animalia voluntariis ſeſe mouerent motionibus, & quas ob cauſas. atqui non deſunt quædam partes, quæ inuitis etiã motionibus agitentur. Motiones inuitas intelligo, quales cordis & mẽbri genitalis: quia ſæpenumerò ex occurſu rei, illa ſeſe mouent: quanquam mens nihil interea decernat & ſtatuat. Non voluntarias deſigno, quales ſomnum, vigiliam, ſpirationem, & reliquas eiuſdem generis. quandoquidé nulli horũ ſimpliciter aut viſum, aut appetitio præeſt. ſed cùm neceſſe ſit, animalia naturali quadam variari alteratione; ideo neceſſe eſt per occurſum rei, illa cómoueri. Partium quæ alterationem contrahunt, aliæ augẽtur, aliæ diminuuntur: propterea non ex motu & cõmutatione innatæ mutationes mutuò ſe ſequuntur, & continentur. Naturales verò motionũ cauſſæ, & partiũ prædictarũ inuiti impulſus excitãtur, vt alteratio inciderit. ſiquidem notio & viſum, vt ſupra docuimus, agentes pariunt affectiones; quia rerum agentium imagines effingunt & afferunt. Inter omnes autem partes, cor & genitale potiſſimùm id perſpicuè agunt, quia vtrumq. membrum, tanquam abiunctũ eſt animal. Ac huiuſce quidem rei cauſſam aſſerimus humorem, qui in vtroq. vitalis continetur. in corde quamobrem id fiat, cauſſa patet; quia ſenſuum principatus ei defertur. in genitali mẽbro, quoniam tale ſignũ eſt: ex eodem enim ipſo vis genitalis feminis, quaſi animal quoddam, promitur. Optimâ igitur ratione, motiunculæ à partibus ad initium, & ab initio ad partes contendunt; atque ita ſe mutuò petunt. Hæc ferè ex lib. de animalium motu: deinceps de altero, qui de cõmuni animalium greſſu inſcribitur, conſiderandum, deſumptis iis tantùm, quæ noſtro inſtituto conueniunt; reliquis autem in præſens omiſſis.

Homo igitur in ambitum crus inflectit; aues in cauum: idémq. ſibi ipſi tum crura, tum brachia contraria detorquet: nam brachia in cauũ, genua in ambitum cõtrahit. item quadrupeda, eadémque viuipara, contrà quàm homo faciat, crura inflectunt. atque etiam illa contrariũ ſibi ipſis nauant motum. genua enim in ambitum conuexa, ſuffragines in cauum adducunt. ouipara autem, crurũ inflexus præcipuè obliquant, & in latus detorquent. Natura nil fruſtrà molitur: imò ſemper id machinatur & efficit, quod optimũ ſit. de iis, quæ pertinere poſſint ad ſtatũ cuiuſq. generis animalium. Iam verò quantæ & quales magnitudinis dimenſiones, & quibus attribuantur, proponere conuenit. hæ quidem ſex enumerantur; ſed tria paria conficiuntur; vnum, quod ſummum & infimum: alterum, quod antè & ponè: tertium, quod dextrum & ſiniſtrum contineat. præter ea, initia motionũ, quæ per locum obeuntur, eſſe tum pulſum, tum tractum. itaque hi per ſe aguntur; ex accidenti autem id quod agitatur, ab alio mouetur. nam idem ab eodem moueri non videtur: imò id quod ab aliquo agitatur, pulſu agitatur externo. His præſcriptis ac explicatis, trademus quæ proxima habeantur, ex conſequenti.

Animalium igitur quæ per locum ſe mouent, alia in ſumma toto corpore id præſtant, vt proſilientia: alia per partes, vt ingredientia omnia. ſed in vtroque motionis genere, ipſum mobile, re quam ſubditam habet, ſe ſuſtentans, ſemper mutatur. Quapropter ſi eiuſmodi res celeriùs ſubtrahatur, quàm id quod in eo ſe moturum eſt, incubare innitíque poſſit: aut ſi nullus omnino contrarius detur conatus; profectò nihil in eodẽ ſeipſum mouere poterit, nã id quod proſilit, cùm ſuperiore parte in ſeipſum innitatur, & in pedum ſtratum inhæreat, ſaltum agit: & eò quidem magis, quòd partes mutuum in flexuris reniſum habent. Atq. omnino tale eſt id quod cõprimit, præ eo quod comprimitur. Ideo quinquertiones halterib. vtraq. manu prehenſis, maiorem & cõcitatiorem ſaltũ edunt: & quatiendis manibus curſus acceleratur: niſu quodam vtrobique captato. At verò

Motis alijs alia quieſcant.
Anima, principium mouens & immobile, vbi.
Appetitio, cauſſa motus mediata.
Mouens à moto differt.
Spiritus vitalis efficatius ad motum
Nota in copula, vis.
Principij ſedes & ſpiritus.
Motionum opera, & organa.
Spiritus efficacia ad motum, qualis.
Mouens graue aut leue eſſe debet: & qui in ſe agant.
Anima qui moueat, & vnde.
Comparatio animalium cum ciuitate politica, in qua.
Nota. Cur anima in ſingulis membris non inſit neceſſariò. N. de hoc in lib. de anima immortalitate & ſede dixi.
Voluntaria motio, aut involuntaria.
Exempla motus involuntarij & inuiti.
Alteratio qui fiat.
Motio naturalis, & inuita, ab alteratione.
Motio ab affectione qui fiat.
Cor & genitale qui moueantur, & à qua cauſſa. N. aliter dixi antea: & quòd potius à ſpiritu.
Cordis & pudendi efficacia motuſque.
Motio ab intro & à partibus, qualiter. Tranſitio.
Homo quî crus moueat & brachia.
Differentia à motis, & eorum.
Natura nil fruſtrà.
Magnitudinis loci quot dimenſionũ differẽtia 6.
Initia motus ineſſe, duo.
Motio ab alio, non à ſe.
Animalia qui mouẽtur loco, & vbi ſiſtant.
Nihil in eodem ſe poteſt mouere.
Animal quî proſiliat.
Saltum ineuant halteres, quî. ſic manus, curſum.

id quod motu exercetur, ſemper ex duarum ad minimum partiũ vſu, quæ inſtrumentariæ ſint, mouetur: vt quaſi altera comprimat, altera cõprimatur. nam id quod quieſcit, comprimitur, quia põdus ſuſtinet: cùm id quod effertur, vnà cum eo quod ſuſtinet pondus, prorſum impellatur. Et ob eam rem, quæ inſtrumentariis partibus carent, ad hunc modum ſeſe mouere non queunt: propterea quòd diſtincta partiũ agentium & patibilium deſcriptione vacant. Sed cùm ſex dimenſiones cõſtituantur, quibus animalia ſuapte naturâ diſtingui poſſint, ſummum & infimum, antè & ponè, dextrũ & ſiniſtrum; pars ſumma & infima, omnibus quæ vitam adipiſcũtur; tribuitur: quandoquidem non ſolùm animalia, verumetiam ſtirpes, in vtramq. excurrunt. Quanquam non ſolùm munere, ſed planè etiam poſitione & ſitu inter ſe differunt, ſi ad tellurem & cœlum reſpectum habeas. Summa enim pars omnibus vitâ præditis, eſt per quam cibus recipitur, & acceſſio adiungitur. infima autem, ad quam poſtremò accedit; ac partim initium quoddã, partim exitus patet: ſumma tamen pars, initium eſt. atqui pars infima, potius ac nobilius initium in ſtirpibus videri poterit; præſertim cùm non eodem ſitu partes ſummæ & infimæ in illis, quæ in animalibus diſponantur. ex quo, homo, velut arbor inuerſa intelligitur: de quo alibi.

Animalia porrò quæ ſenſu vigent, illius operâ antè & ponè diſtinguuntur: propterea quòd vnde origo ſenſus ducitur, & quò dimanat, hæc ipſa vt priora; oppoſita vt poſteriora ſignantur. Sed animantibus iis, quæ non modò ſenſus participes ſunt; ſed per locum etiam per ſe ipſas moueri queunt, dextrum & ſiniſtrum ita aſſignatur; vt vtrũmque diſcludatur, ac munere deſcribatur, quod obituræ ſunt, non ſitu. Itaque dextrum cuique eſt, vnde primordia motus per locum Natura ipſi corpori trahantur: ſiniſtrum, quod oppoſitum eſt, & ad illud conſequendum ſuapte naturâ propenſum eſt: etiãſi hoc ipſum de animalibus alia diſtinctiùs quàm alia indicent. nam ratio dextri & ſiniſtri propoſita magis declaratur in iis, quæ inſtrumentales obtinentia partes, vt alas, vt pedes, vt alia id genus inſtrumenta, per locum ſeſe agitant. in expedibus & reptilibus, ſecùs res habet. Motionis item originem trahi à dextra parte, argumento ſunt omnes, qui ſiniſtrâ ſolent onera baiulare. ita enim gerulus ſoluto motore ac diſiuncto, facilè moueri poteſt. Quapropter ſiniſtrâ ſe ſuſtinentes, faciliùs vnctos ſuperſiliunt vtres: quandoquidem dextra mouere, ſiniſtra moueri apta eſt. ob eámque rem, onera non parti mouenti, ſed mobili imponi debent. Quòd ſi mouenti, & loco ei imponantur, vnde motus proficiſcitur; impulſus vel nullus omnino, vel difficilior agetur, & grauior. Pedum etiam proiectiones in curſu, indicio ſunt, motus initia à dextra duci parte. ſiquidem omnes ſiniſtram proiiciunt, atque ſtantes & in ſublime erecti, eandem magis proieciſſe videntur: niſi fortuitò aliter contigerit. nec enim parte porrectâ, ſed contractâ motus ille nauatur.

Nil mouetur citra duarũ partium opem, quomodo.

Sine organis immobilia.

Dimenſionum ſex differentiæ: & ſumma atque infima vitã communia.

Hominis & ſtirpium diuerſa poſitio, qui.

& ſumma atque infima pars in animatis, quæ

Pars infima nobilior in planta, in homine contrà.

Pars anterior & poſterior in ſentientibus, quæ.

Pars dextra & ſiniſtra in ambulãtibus, quæ.

A dextris initiũ motus.

N. etiámne in læua? Gall. gauchers.

Dextra & ſiniſtra in organum motum, non autem in reptilibus.

Quòd motionis initiũ à dextris. onera autẽ in læua geſtantur, cur.

Saltus ſuper læua manu.

Curſus initia à dextris.

Dextrâ etiam defenſio fit: ac propterea dextræ partes omnibus eædem afformãtur. vnde enim primùm oritur motus, idem vniuerſis eſt; atque etiam ſecundùm naturam, in eodem loco ſitum poſitionémque obtinet ſuam. dextrum autem eſt, vnde primùm motus emanat. At homines, præter cætera animalia, ſiniſtram diſtinctam obtinent & agilem; quoniam maximè omnium ipſi ſecundùm naturam fingantur. dextra autẽ pars & adiuncta, potior eſt ſiniſtrâ. iccirco dextræ partes in hominibus maximè tales ſunt. quæquidem cùm diſiunctæ ſint, ratione optimâ læuæ rigidiuſculæ ſubeũt, & ab iiſdem ipſis abiunctæ maximè pendent. reliqua verò initia per naturam deſcripta & abiuncta, in hominibus potiſſimùm diſponuntur: ſummam dico & potiorem partem. ſed in quibus ſumma pars à priore diſtrahitur, vt in hominibus & auibus, hæc bipeda formãtur. in quadrupedibus enim diuerſa ratio eſt. Sed cùm loca tripartitò diſtinguantur, in ſummum, infimum, & medium; bipeda ſummum ita obtinẽt, vt editæ parti ipſius vniuerſi reſpondeat: multipeda & pedibus caſſa, mediæ; ſtirpes, infimæ. Cuius quidem rei cauſſam aſſerimus, quòd ſtirpes ipſi terræ, immutabili hæſu affiguntur: at ſumma pars pro cibo eſt. ſtirpib. è terra victus petitur. quadrupeda autem & multipeda & nullis pedibus ſubnixa, ideo ſummum locum in medio tenent, quòd celſâ atque erectâ fabricatione priuẽtur. bipeda eum ſummæ parti reſpõdentem habẽt, quoniam erecta in ſublime ſe attollunt; in primíſque homo, qui ſecundùm naturam celſus ac erectus conſtituitur. Quare conſentaneum eſt, ab his ipſis partibus initia duci, præſertim cùm initium nobilius ſit. ſummum autem infimo, prius poſteriori, dextrum ſiniſtro nobilius habetur. Sed bene eſt permutato etiam ordine idem probare: nam quia initia his partibus redduntur, iccirco hæc oppoſitis nobiliora (addo & mobiliora) ſunt. Motionem à dextra oriri, iis quæ tradidimus, planum fecimus. ſed quoniam neceſſe eſt, cuiuſque corporis continui, cuius altera pars mouetur, & altera quieſcit (id intelligo, quod totum moueri poteſt, alterâ parte quieſcente, quatenus vtraque contrariis motibus impellitur) cõmune quiddam eſſe, quo ille inter ſe ductu perpetuo cõmittantur: atque eò loci principium ſtatui motionis & pariter quietis vtriuſque partis: conſtat per quæcumque dicta repugnantiæ genera, vt proprius vtrarumque aduerſarum partium motus agatur, omnia hæc vnum commune habere principium, per quod partes quas diximus, connectantur: partes dico dextras & læuas, ſummas & infimas, priores & poſteriores. Itaque in eo quod ſibi ipſi motũ adfert, nulla eiuſmodi ſummæ infimæq. partis diſtincta deſcriptio eſt: tum quòd motus naturalis à nullo retrouerſum cieatur: tũ etiam quòd mobile nullo modo diſtinguitur in mutatione, quæ vtrôque verſum fiat. at dextræ & ſiniſtræ, ſummæ & infimæ partis notatur diſtinctio. Quæcumq. igitur animalia inſtrumẽtariis vſa partibus progrediũtur partis prioris & poſterioris diſcrimine illas diſ-

Dextra defenſio, vbi & motus initium.

Læua homini agilior bellua, cur.

Læua rigidiuſcula dextrâ.

Diſtinctio ſummæ partis à prima in bipedibus.

Loci diuiſi in tria: & quia quadrent in bipedibus, ſtirpibus, & tertio.

Summa pars in ſtirpibus, quæ.

Bipedum & multipedum, vel multipedũ & expedũ pars ſumma, vbi: itemq. imum.

Summi & prioris & dextri prærogatiua.

Motio à dextris oritur.

Principium motionis & quietis, vbi.

Vnum principium connexionis partium cõtinuarum.

Quod ſibi metum adfert, non diſtinguitur ſumma & infimo, cur.

Digitized by

Organa greſſitium non diſtinguuntur priori & poſteriori.

cretas non habent; cùm reliquæ ambæ ſignentur, & primum diſcrimen dextrum & ſiniſtrũ A ſeparans non deſideretur: propterea quòd diſcrimen ſtatim in binis neceſſariò, in quaternis verò præcipuè notatur. Cùm igitur ſummum & infimum, dextrũ & ſiniſtrum in eadem cõmuniq. origine inter ſe connectantur (eam deſigno, quæ princeps motionis eſt) oportet in ſingulis, quæ per locum à quouis horum motũ cient, præſcriptam quodammodo & definitam eſſe omnium propoſitorum motuum cauſſam; idq. interuallis ex principiis expoſitis, quæ in hiſce partibus ſita tum contrario, tum eodem diſponantur. Atque illa eſt, cui commune quoque principium mandatur, vnde animali motus B vel dextrorſum, vel ſiniſtrorſum; & pariter vel ſurſum, vel deorſum agatur. Item quodcumq. ſimiliter hoc retineat, oportet, vt quoduis principium, quod in partibus quas commemorauimus, ineſt. Conſtat igitur motionem per locũ, aut ſolùm aut maximè iis animalibus obiri, quæ vel binis, vel quaternis notis per locũ moueantur. vt cùm id tale ferè ſanguinem obtinentib. potiſſimùm eueniat, perſpicuum ſit, nullũ ſanguine præditum animal pluribus quàm quaternis notis poſſe citari. atque ſi tali notarum numero duntaxat motũ nauare ſuapte naturâ aptũ C eſt, illud neceſſariò ſanguine conſtare. Quæ etiã ipſis animalibus eueniunt, ea comprobant, quæ demonſtrauimus. de ſanguine enim præditis nullum in plures diſſectum partes protrahere vitam poteſt: quòd particeps eſſe nequeat motus per locũ, quem iam antè exequebatur, cùm totius integritate continuum & minimè diductum eſſet. contrà de exanguium ac multipedũ genere, quædam habentur, quæ præſecta ſingulis partibus diu viuere poſſint, & non diſſimilem ei motũ agere, quem antequàm id parerentur, conficiebãt: quales ferè ſunt inſecti generis animãtes omnes prælongæ. Porrò omnia D quæcumq. pedibus augentur (vel potiùs agunt ur) illos ipſos pares neceſſariò tenent. quæ enim per ſaltum ſeſe per locum mouent, nullũ pedum miniſterium ad eiuſmodi motionem deſiderant. at quæ ſaltu vtũtur, & greſſu inſuper indigent, cùm ſaltus illis ſatis non ſit; certũ eſt alteris eorum melius eſſe, alteris facultatem omnẽ eripi congrediendi. Quamobrẽ cuique animali neceſſe eſt parib. inſtrui pedibus. cùm enim talis motus per partes, non in ſumma toto corpore fiat, qualis ſaltus eſt; alteris quidem partibus neceſſe eſt quieſcere per agitationem pedum, alteris verò impelli; & oppoſitis illarum vtrumque præſtari, cùm à mobili parte ad quieſcentem traducitur pondus. Iccirco nullũ E aut ex trium pedum vſu, aut ex vnius tantũmodò ingredi poteſt: hoc enim nullo fulcitur firmamento, quo corporis pondus ſuſtineatur: illud autem labore aggrauatur, per alterum oppoſitum firmamentum. quapropter neceſſe eſt idipſum collabi, cùm vires ad motum ſic agendum intenderit. Id autem quod ingreditur, viciſſim ab vtraq. parte procedit: nam ita in priſtinum ſitum fit reſtitutio. Porrò neq; flexionem, neque natatum, neque directionem vllam agi poſſe, niſi quid otioſum iaceat. nam flexio nihil aliud eſt, quàm mutatio quæ ex directo, vel in orbem, vel in angulum agatur: directio, quæ ex alterutro eorum in directum procurrat. At neceſſe eſt in omni eiuſmodi mutationum genere, flexionem aut directionem ad vnũ procũbere ſignum: & eò quidem magis, quòd niſi nodus flecteretur, nec greſſus, nec volatus, nec natatus fieri poſſet. Cùm enim pedibus auctã, vtroq. obuerſorum crurum ordine viciſſim & cõſiſtant & pondus geſtent; neceſſe habent altero progrediente, alterius nodũ flectere: propterea quòd ſuperiora & inferiora corporis mẽbra contrario ordine formata, magnitudini paria reſpondent. Atque etiam ſubdita ponderi pars, tanquã perpendiculũ ad terram demiſſum, erecta cõſiſtere debet: quandoquidẽ in progreſſione diuaricatur & extenditur, & tum magnitudinem otioſam, tum id quod mediũ interiectum eſt, ferre poteſt. Sed cùm ſuperiora & inferiora mẽbra æqualia ſint; neceſſe eſt otioſam partem nodum flectere vel in genu, vel in parte quæ vnà flectatur: vt ſi de animalibus quæ ambulãt, aliquod genu careat. Ex eo nimirum documentum capitur, rem ita ſe habere: etenim ſiquis per terram ambulans, ad parietem adhæreſcat; profectò linea quæ deſignatur, non recta, ſed obtorta erit. quia partis flectentis linea breuior euadit: cùm quæ conſiſtit & effertur, porrectior ducatur. Verumtamen accidit motum præſtari, etiãſi nullus cruris inflexus agatur; quemadmodum puſiones ſerpere videmus; & de elephantis falsò in vulgus fertur. At nullum erectum & ſtans continenter & tutò incedere poteſt: quia perinde ſe mouebit vt palæſtritæ, qui per puluerem in genua ſubſidentes procurrunt. magna enim pars ſupernè aggrauat: ideo par eſt maiora adhiberi crura. quòd ſi hæc dentur, nodus inflectatur neceſſe erit. Sed cùm erectũ conſiſtat; ſi pars quæ prorſum mobilis eſt, rigida ſit; vel conſtitutum extra perpẽdiculũ concidet, vel non progredietur. Si enim altero crure erecto, alterum progreditur; maius erit, cùm æquale omnino ſit: quandoquidem hoc ipſum tum crus quieſcens, tum nodum qui ſubintẽditur, geſtare poterit. Ergo per id tempus cùm alter pedum progreditur, neceſſe eſt quieſcẽtem inflecti: & ſimul quia hic inflectat: neceſſe eſt alterum extendi. Superiora enim & inferiora corporis membra æquis lateribus triquetram efficiunt figuram: & caput in infinitum magis deprimitur, cùm perpendiculum, eum attigerit locum, cuius eſt balis.

Cæterùm per inflexionem & intenſionem omnia mouentur: nam in rem aliquandiu ſubiectam, & quaſi ſenſim cedentem progrediuntur. Animal igitur quod erectum ingreſſurum, bipes neceſſariò debet eſſe: atque etiam ſuperiores corporis partes leuiores habere, & inferiores grauiores ſubdi: quia hoc duntaxat modo ſuam ipſius molem facilè ſuſtinere poteſt. Quapropter cùm animaliũ omniũ vnus homo celſus atq. erectus fingatur, crura ſuperioribus partib. reſpõdentia proportione maxima & firmiſſima omniũ, quæ pedibus inſtẽt (ſeu inſiſtãt)

Flexio, directio, quid: & quòd ad vnum ſignũ incumbat, qua de re.

Greſſus quà fiat per nodos.

Comparatio ſuperiorum ad inferiora.

Pars quæ geſtat, debet oneri ſuppoſita ad perpẽdiculum.

Flectio in nodo ad progreſſum.

Ambulatio ad parietem fit per lineã obliquam, quæ.

Greſſus ſine cruris inflexu, quî fiat.

Ambulatio ſtante corpore incommodatior per moderatũ flexum.

Ambulatio vnico crure flexo, incommoda.

Greſſus altero crure flexo, altero extenſo fit.

Triquetra figura corporis in greſſu.

Motio per intenſionem & inflexionem, quî.

Bipes rectus ambulat.

Ambulãdo partes graueres ſubijciendæ.

Organa greſſitium non diſtinguuntur priori & poſteriori.

Diſtinctio & connexio quatuor diuiſionum. hinc totidẽ motus initia, qualiter. ſed ab vno principio.

Motio animalium per binas aut quaternas notas obitur.

Nullum animal ſanguineum, pluribus quàm quatuor notis mouetur, & è converſo.

Animal ſanguineum multifariã ſectum, moueri, nam poteſt nec viuere, cur. de inſectis & exanguibus contrà.

Omnia pedeſtria pares habẽt pedes.

Saltus ſine pedib. quãdo & quibus.

Greſſus quà fiat pars pedũ impulſu.

Imperium pedum iactura & importantia.

Motio nulla ſine quiete.

habet. Hoc autem ipſum ea planè res declarat, quæ puſionibus euenire ſolet: ſiquidem hi erecti incedere non queunt; propterea quòd in pumilionis habitum delabuntur omnes, & ſummas partes auctiores robuſtioréſq. infimis tenent: ſed procedente ætate, ad infimas accellio adiungitur, donec ad iuſtam perueniant magnitudinem: atque tum in veſtigio ſtare, & inceſſum erectum peragere queunt. Illud potiſſimùm cauſſæ eſt, quamobrem bipeda erigere ſe ac ſtare poſſint, quòd clunem femori ſimilem habent, & talem tantúmque, vt duo femora tenere videantur; alterum in crure ab ipſo inflexu productum, alterum ad hanc partem, directâ formatione à ſeſe protentum; quòd planè non femur, ſed clunis eſt. de auibus ſecùs, quæ ob femoris & coxæ diuerſam ab homine naturam, rectæ ſtare nequeunt. Nullum verò animal, quod ſanguine conſtat, & pedibus iuniti-tur, progredi poſſe, niſi nodus aut in cruribus, aut in ſcoptulis opertis, & in clunibus inflectatur, antè probatum eſt. atque etiam liquet, nodũ minimè inflecti, niſi quid interquieſcat. & homines auéſque tametſi bipedes formãtur, tamen contrarium agere inflexum. item quadrupeda tum ſibi ipſis, tum homini contraria in cruribus flectendis eſſe. hominum enim brachia cauantur; poplites incuruantur. quadrupeda, quæ tamen viuipara ſunt, genua in curuum, ſuffragines in cauum contrahunt. atq. id ipſum aues etiam præſtant. Cauſſa ea reddi poteſt, & iam paulò antè reddita eſt, quòd Natura nihil fruſtrà machinatur: ſed ſemper in iis quæ fieri poſſint, ad id reſpicit, quod potius ſit & melius. Cùm igitur omnium, quibus muratio per locum naturâ efficitur, crus conſiſtens, pondus gerat: cúmque in aduerſum motus obeatur: conuenit præcedentem pedem ſitu perleuem eſſe; & cùm greſſus continuè intendatur, in eo iterum pondus medium teneri: conſtat neceſſe eſſe, quia crus inflectitur, deintegro ipſum rectum explicari, ídque progreſſo pede quieſcente. Et certè accidit, vt altera pars quieſcat, & altera pars progrediatur; & ſimul animal procedendi facultatem habet, per crus nimirum præcedens, quod ante ſe inflexũ agat, cùm retrorſum minimè agi poſſit. ita enim crus extenditur proiecto corpore; altero autem modo, retracto. Iam verò ſi retrorſum nobis (vt nodus) inflectatur, ſitus pedis per duas motiones eaſdémque contrarias reddetur, alterâ antè, alterâ retrò factâ. ſiquidem neceſſe eſt, quoties cruris flexio adiuuatur, toties extremam femoris partem retrò produci, & tibiam à nodo deductam, pedem in aduerſum promouere. Quòd ſi nodus in aduerſum inflectatur, ingreſſus quem propoſuimus, fiet; motionibus tamen non ita contrariis, vt vna in aduerſum agatur. Itaque homo cùm bipes ſit; cúmque ſecundùm naturam ipſis cruribus per locum moueatur, ob eam quam explicauimus cauſſam, poplites in aduerſum, brachium in cauum contrahit. nec reclamat ratio: ſi enim contrà adducerentur, inutilia partim ad vtriuſque manus vſum, partim ad cibum capiendum penderent. Quòd autem homo brachia & crura habent, illa in cauum, hæc in curuum contrahat: & lacerti cruráque in hominibus contrarios viciſſim inflexus agant, id verò iam antè, vbi de brachiis & manibus agerem, ex hoc loco produxi demonſtrauíque. Hæc enim iam mihi ſatis ſuperque ex vtroque Ariſtotelis libello iſto deſumpta, in rem præſentem abundè videntur ſufficere: tu per otium reliqua ex eodem recognoſces: tranſeo enim deinceps ad cæteros.

Puſiones nõ ambulant veſti, &c.

Infantibus pueris ſupera auctiores: & quãdo gradiantur.

Bipeda cur ſtantia incedãt, quóque modo.

Volucres ſtare nequeunt.

Animal ſanguineũ & pedeſtre, ſine flexione nodi gradi nequit, & altero quieſcente.

Homo & aues & quadrupeda diuerſimodè incedunt, qualiter.

Natura nil facit fruſtrà.

Ambulãdo, crus vnum geſtat erum, altero moto, qualiter.

In greſſu altera pars quieſcit, altera mouetur & progreditur.

Homo qui gradiatur crure retrò inflexo, & poplite in aduerſum.

Poplites & brachia diuerſimodè flectuntur, & quo in vſu.

Tranſitio.

EX PLINIO.

PLinius cap. 45. lib. 11. multa ſcribit ab Ariſtotele accepta, nonnulla ab ſe aut ab aliis obſeruata: ex quibus iſta ſic habeto. Omnia digitos habent, quæ pedes, excepto elephanto. qui & poplites intus (pro intrò) flectit, hominis modo. cætera animalia in diuerſum, poſterioribus articuli pedibus quàm prioribus. nam quæ animal generant, genua ante ſe flectunt, & ſuffraginum artus in auerſum. Homini genua & cubita contraria. item vrſis & ſimiarum generi, ob id minimè pernicibus. Hominis genibus quædam & religio ineſt, obſeruatione gentium. hæc ſupplices attingunt: ad hæc, manus tendunt: hæc, vt aras adorãt: forteſſis quia ineſt iis vitalitas. namque in ipſa genu vtriuſq. commiſſura, dextrà læuáque à priore parte, gemina quædam buccarum inanitas ineſt, quâ perfoſsâ, ceu iugulo, ſpiritus fugit. Ineſt & aliis partibus quædam religio: ſicut dextra oſculis auerſa appetitur; in fide porrigitur. Antiquis Græcis in ſupplicando, mẽtum attingere mos erat. Eſt & in aure ima memoriæ locus, quem tangentes atteſtamur. Et poſt aurem æquè dextram, Nemeſios: quæ dea Latinum nomen ne in Capitolio quidem inuenit. quò referimus tacto ore, proximum à minimo digitum, veniam ſermonis à diis ibi recondentes.

Omnia animalia à dextris partibus incedunt, ſiniſtras incubant. reliqua vt libitum eſt, gradiuntur. Pedes homini maximi; fœminis tenuiores in omni genere. Suræ homini tantùm, & crura carnoſa. reperitur apud authores, quẽdam in Ægypto non habuiſſe ſuras. Vola homini tantùm, exceptis quibuſdam. namque & hinc cognomina inuenta; Planci, Plauti, Scauri, Panſæ (addo & Suræ) ſicut à cruribus, Vari, Vatiæ, Varinij: quæ vitia & in quadrupedibus.

Pulchra ſunt ſignata, præter elephantũ.

Quadrupeda qui intra inflectãt.

Homo aut crura & cubitum.

Religio in genibus, vt ſuprà: quæ de cauſſa: & ibi vitalitas, quomodo.

Dextra religio.

Supplicando mentum tangere.

Locus memoriæ, vbi item Nemeſis.

N. aliter poſita.

Initium motus à dextris.

N. ſuprà ex Ariſt.

Pedes homini maximi: item ſuræ & crura carnoſa ſolis item vola.

N ſuprà eodem.

Cognomina à vola & cruribus.

EX CELSO.

CElſus cap. 1. lib. 8. Ima ſpina in coxarum oſſe deſidit: quod tranſuerſum longéque valentiſſimum, vuluam, veſicam, rectum inteſtinum tuetur: ídque ab exteriore parte gibbũ, ad ſpinam reſupinatum; à lateribus, id eſt in ipſis coxis, ſinus rotundos habet: à quibus oritur os, quod pectinem vocant: ídq. ſuper inteſtina ſub pube tranſuerſum ventrem firmat; rectius in viris, recuruatum magis in exteriora in fœminis, ne partum prohibeat. Inde fœmina oriuntur (vnde & fœmina dici videtur) quorum capita rotundiora etiam, quàm humerorũ

Oſſis coxarũ vſus, & figura.

Pectinis vſus, & forma

Fœminæ figura, & ſuperior ætas.

ſunt, cùm illa ex cæteris rotundiſſima ſint. Infrà verò duos proceſſus à priore & à poſteriore parte habent. dein dura & medulloſa, & ab exteriore parte, gibba: rurſus ab inferioribus quoque capitibus intumeſcunt. Superiora in ſinus coxæ, ſicut humeri in ea oſſa, quæ ſcapularum ſunt, coniiciuntur: tum infrà introrſus leniter tendunt, quò æqualiùs ſuperiora membra ſuſtineant. Atque in eo inferiora quoque capita media ſinuantur, quò faciliùs excipi à cruribus poſſint. quæ commiſſura, oſſe paruo, molli, chartilaginoſo tegitur; patellam vocãt. Hæc ſuper innatans, nec vlli oſſi inhærens, ſed carne & neruis deligata, paulóque magis ad femoris os tendens, inter omnes crurum flexus, iuncturam tuetur. Ipſum autem crus eſt ex oſſibus duobus. etenim per omnia femur humero; crus verò brachio ſimile eſt: adeo vt habitus quoque & decor alterius ex altero cognoſcatur: quod ab oſſibus incipiens, etiam in carne reſpondet. Verùm alterum os ab exteriore parte ſuprà poſitum eſt; quod ipſum quoque ſura rectè nominatur. id breuius, ſupràque tenuius. ad ipſos talos intumeſcit. Alterum à priore parte poſitum, cui tibiæ nomen eſt, longius & in ſuperiore parte plenius, ſolum cum femoris inferiore capite committitur; ſicut cum humero cubitus. atque ea quoque oſſa infrà ſupràque coniuncta; media vt in brachio dehiſcunt. Excipitur autem crus infra oſſa ex tranſuerſo talorum; idque ipſum ſuper os calcis ſitum eſt; quod quadam parte ſinuatur, quadam exceſſus habet; & procedentia ex talo recipit, & in ſinum eius inſertur. idque ſine medulla durum, magiſq. in poſteriorem partem proiectum, teretem ibi figuram repræſentat. Cætera oſſa pedis ad eorum quæ in manu ſunt, ſimilitudinem inſtructa ſunt. plantæ palmis, digiti digitis, vngues vnguibus reſpondent. Hæc ferè de Latinis authoribus: nam Ciceronem nihil memini his de partibus ſpeciatim dicere.

Patellæ natura & vſus.

Cruris poſitus.

Cõparatio ſuperiorum artuum cũ inferioribus.

Tibiæ & ſuræ figura neruíque.

Talus & talus.

Comparatio pedis cũ manu.

EX LACTANTIO.

LActantij tamen illud ad extremum prætermitti non debet, cap. 13. lib. de opificio Dei; Quid reliqui corporis partes? num catent ratione ac pulchritudine? Conglobata in nates caro, quàm ſedendi officio apta, & eadem firmior, quàm in cæteris membris; ne premente corporis mole, oſſibus cederet. Item feminum deducta & latioribus toris valida longitudo, quò faciliùs onus corporis ſuſtineret; quam paulatim deficientem in anguſtum genua determinant: quorum decentes nodi, fluxuram pedibus ad gradiendum ſedendúmque aptiſſimam præbent. Item crura non æquali modo ducta, ne indecens habitudo deformaret pedes: ſed teretibus ſuris clementer extantibus, ſenſimque tenuatis, & firma ſunt & ornata. In plantis verò eadem quidem, ſed tamen longè diſpar, quàm in manibus, ratio eſt. quæ quoniam totius operis quaſi fundamenta ſunt; mirificus eas artifex non rotundâ ſpecie, ne homò ſtare non poſſet; aut aliis ad ſtandum pedibus

Natiũ vſus.

Feminum firma & vſus.

Genuum vſus.

Crura & ſuræ.

Plantarum vſus & figura, & vnde dicantur.

in digeret, ſicut quadrupedes: ſed porrectiores longioréſque formauit, vt ſtabile corpus efficerent planitie ſuâ: vnde illis inditum nomen eſt. Digiti æquè totidem, quot in manibus, ſpeciem magis quàm vſum præferentes; ideóq. & iuncti & breues & gradatim compoſiti. quorum qui eſt maximus, quoniam illum ſicut in manu diſcernià cæteris opus non erat, ita in ordinem redactus eſt, vt tamen ab aliis, magnitudine ac modico interuallo diſtare videatur. Hæc eorum ſpecioſa germanitas non leui adiumento niſum pedum firmat: concitari enim ad curſum non poſſumus, niſi digitis in humũ preſſis, ſolóque nitentibus, impetum ſaltúmq. capiamus. Idem verò iam ante cap. 5. Ea verò quæ diximus de corpore, vel ambulandi, vel faciendi, vel volandi cauſsâ eſſe producta; neque nimiùm longis, propter celeritatem mobilitatem; neque nimiùm breuibus, propter firmitatem; ſed & paucis & magnis oſſibus conſtare voluit (Natura.) Aut enim bina ſunt, vt in homine; aut quaterna, vt in quadrupede: quæ tamen non fecit ſolipeda, ne in gradiendo, pigritia & grauitas retardaret: ſed cauata, & ad vigorem corporis conſeruandum, medullis intrinſecùs plena: eáque rurſus non æqualiter porrecta finiuit; ſed ſummas eorum partes craſſioribus nodis conglobauit, vt & ſubſtringi neruis faciliùs, & verti rutiùs poſſent: vnde ſunt vertibula nominata. de quibus antehàc ſuo loco. Reuertor enim ad Galenum, in quo vno ferè huius argumenti de ambulandi organis, modóque & vſu, tractationis ſummam concludam: vt qui reliquorum penè dicam omnium optimè hanc materiam variis locis expoſuerit, quamquidem iam antè nuper partim attigi, partim nunc hunc in modum explico.

Pedum digiti quorſum, & pollicis natura.

Artuum ratio & vſus.

Oſſa brachiorũ crurúmque cur caua, & inæqualia.

Vertibula cur dicta.

CAP. X.

De Ambulandi modo, & greſſus organis. Ex Gal. & medicis, & N.

EX GAL. ET HIPP.

QVandoquidem igitur ex authoribus mihi familiaribus nihil admodùm occurrit amplius, quod huic loco debeat inſeri: Galenus vnus mihi excutiendus ſupereſt, tum vbi Hippocratem ducem ſequitur, tum vbi ipſe de ſe proloquitur. Hippocrates autem lib. de articulis, poſtquàm modos luxationis femorum docuit, & curandi rationem expoſuit, ſimul & illud adiicit, quam ſibi quiſque luxato femore, nec in locum priſtinum reſtituto, ambulandi viam modúmque præſcribat. Ipſa enim (inquit) calamitas, ex præſentibus ea quæ facillima ſunt, eligere docet. nam & qui vlcus habent in pede aut tibia, non omnes crure valde ingredi poſſunt: & infantes ſic iter faciunt: extrà enim ingrediuntur læſo crure. & duplex lucrum conſequuntur: duplici enim opus habẽt. Nam & corpus non ſimiliter vehitur in eo crure, quod extrà ingreditur, ſicut in eo quod intrò. non enim ſecundùm rectitudinem ipſi incũbit

Ambulandi modus luxato femine: ſic in vlceretibus: ſic in infantibus.

Corpus quò incumbat trahi inter ambulandum.

pondus; ſed multò magis ei quod ſubingreditur. ipſi enim è directo incumbit pondus, tum in ipſa ambulatione, tum in crurum permutatione. in hac enim figura ſanum crus celerrimè ſupponere poterit, ſi eo quod læſum eſt, exteriùs, ſano interiùs ingrediatur. Galenus autem ibidem comment. lib. 3. ad textum 73. Crurum ingreſſio fit, ait, dum alterutrum per vices & firmatur & mouetur. quando enim ſiniſtrum firmatur, tunc dextrum à poſteriore parte in anteriorem traducimus: eóque ibi antè collocato ac firmato, ſiniſtrum rurſus à poſteriore parte ſimili modo prorſum mouemus: ſicq. eo in anteriore parte firmato, rurſus ad dextrum promouendum redimus. atque ita ſubinde facimus, ſempérque alterum erectum in terra firmamus; alterum quod mouemus, attollimus. Si enim naturâ eſſet comparatum, vt neque ad genu, neque ad coxam inflecti crura poſſent; trãsferre crura, tanquam ligna quædam prorſus cogeremur; ſic vt in altũ aliquatenus alterutrum ipſorum ſublatum, in orbem poſtea circumuolueremus. Sed quia vtriſque his dearticulationibus, contrario quidem inter ſe, ac toti cruri perquàm vtili modo inflecti poſſunt: iccirco abſque eo vt in orbem circumferamus, vel attollamus crura tanquam ligna, commodè ingredimur. Nam dearticulatio, quæ eſt ad inguen, in priorem partem, femur; quæ eſt ad genu, in poſteriorem, tibiam attollit. vt etiamſi crus quod traducimus, longius eo ſit, quod in terra firmatum eſt: non opus ſit tamen, vt in exteriorem partem circumuoluatur; ſimodò muſculos validos habeat, qui citò inflectere vtramque dearticulationem queant. Cùm verò promptè inflectere, ob imbecillitatem non poſſunt, dolorémque auerſantur, circunferre id in orbem coguntur. nihil enim ne attollere quidem rigidum ſicut lignum, muſculis licet, qui imbecilli ſint, aut dolore afficiantur. atque ob hæc potiùs, quàm ob longitudinem, quæ cruri acceſſit, ingreſſio circumuolutim fit; de qua ibidem Hippocrates ab exemplo agit. Vbi autem dixerat ibidem Hipp. Vſus quidam à nimia effœminatione liberat; Galenus ex doctrina Platonis alibi commemorata, hoc modo dicit; Cùm aliquis exercitationibus & frictionibus robuſtior quàm erat, euadit, is fibrarum ſubſtantiam pleniorem; carnis verò tenuiorem quidem, ſed validiorem tamen etiam ipſam habet. at iis qui exercitati non ſunt, è contrario euenit: cùm enim fibras graciles habeant, carne multâ, ſed molli ob humiditatem præditi ſunt: horum ſiquidem caro, caſeis qui coagulantur; illorum qui exercitati ſunt, iam bene atque integrè coagularis perſimilis eſt. vnde fit, vt exercitatorum muſculi duri & neruoſi ſint; tororúmque delineationes euidentes præ ſe ferant: inexercitatorum, molles & carnoſi appareant; nec niſi obſcuras & exiles circunſcriptiones oſtendant. ſed de iſtis aliàs; ad rem propiùs accedo.

Enimuerò quando ad Galenum venimus; ſatius videtur, quæ multa & præclara circa partis huius vſum & actionem ſcripſit, partim Ariſtotelis ſecutus veſtigia, partim ac præcipuè ex proprio ſuo Marte ac ſenſu, & rei medicæ, & anatomiæ corporis ſingulari cognitione primus inuẽnit, & memoriæ prodidit, ea vt attentiùs conſideremus, & ab eo mutuemur, cum fœnore reddituri gratiam. ordiemur autem ab oſſium quorundam, aliunde licet iam explicata natura: vt eodem filo reliqua pertexamus. ſic igitur de his Galenus lib. 3. de vſu part. cap. 9. Vnum eſt os in femore, quemadmodum & in brachio. duo autem in tibia iis ſimilia, quæ in vlna cernuntur: quorum alterum quidem vocatur κνήμη, hoc eſt tibia, eodem cum toto mẽbro nomine: alterum verò minus, περόνη, id eſt fibula. Maximum certè omnium corporis oſſium, femur meritò fuit. primùm enim hoc firmatum eſt cotyle, id eſt coxarum ſinu & cauitate, & primum omnem ſuperiacentem corporis molem vehit. cùm autem optimam ſedem capiti eius præparaſſet Natura, ipſam nuncupati iſchij cotylen, non ſecundùm rectitudinem cotyles apparet extenſum femur: ſed vt cuipiam negligenter expendenti videri queat, figura femoris admodùm vitioſa eſt: quippe quod conuexum quidem & curuum priore & externa parte; reſimum verò partibus his contrariis factum ſit. Hanc eius formam & Hippocrates nouit, conſulítque eo fracto ſeruare, neque mox inuertere. Portò quibus naturâ femur fuerit rectius quàm conuenit, blæſi fiunt omnino ad genu. hoc autem quantum malum ſit, non ad curſum ſolùm, ſed etiam ambulationem & ſtationem tutam, refert quidem & ille quodam loco. imò & quemuis ex plebe cùm cernat quotidie, arbitror id ipſum non latêre. Atqui niſi collũ femoris ſtatim ex cotyle obliquum foràs abſceſſerit, propinquum ſic fuerit alterius femoris collo. Hoc verò ſi acciderit, quis adhuc locus fuerit reliquus internis femoris muſculis? qui maximi neceſſariò eſſe debent? quis autem neruis à ſpinali medulla in tota crura diſtributis? quis venis? quis arteriis? quis denique glandulis, ſpatia ipſarum replentibus? non enim per externas cruris partes dixerimus demitti hæc oportere. omnium enim foris incidentium noxis admodùm expoſita eſſent. Forſan autem ne nos quidem id ſaltem, tantum abeſt vt Naturam lateat, opportunis ad læſionem locis collocaſſe venas ita magnas; quarum ſiqua vulnerata fuerit, vix ſuperſtes animal eſſe queat. arteriâ enim inſigni earum, quæ illic ſtatutæ ſunt, vulneratâ, nullo pacto ſeruetur. Si igitur venis, neruis, arteriis & glãdulis, & muſculis multis & magnis oportebat præparaſſe id ſpatium, foràs ex cotyle ſecedere neceſſe fuit femur. & certè ſecedit; apparéntq. externæ eius partes rectitudinem totam excedere externarum corporis partium. ſi quibuſdã verò minùs foràs extuberauerit collum capitis femoris, his inguinum loca ſunt anguſta, & mutuò ſeſe collidentia; foráſque nutare ob id femore toto & genu coguntur. Cur igitur non extrinſecùs poſuit Natura cotylas, vbi nunc ſunt conuexitates femorum? ita enim & colla ipſis cotylis ſubmiſiſſet ſecũdùm rectitudinem

Crus læſum exteriùs deuergit.

Ambulatio quî fiat.

Crurum alterna motio quî fiat.

Crus cum tibia curinflectatur: aliquam greſſus quî fiat.

Articulationis tibiæ beneficia.

Femur & tibia quæ articulatione mouean-tur, quôque modo.

Femur & tibia quando circumferatur, & quot de causſa fiat circumuolutio.

Exercitatio roborat & dat cruri articulos: item frictio: aliàs aliter.

Comparatio carnis cum caseo duplici.

Propoſitio.

Cõparatio oſſium femoris & cruris cum humero & brachio, & partium denominatio.

Femur, os maximum in corpore, eiúſque articulatio & forma.

Femoris vitia.

Femoris vtriuſque collo vitiato quid incommodi, & ſpatij interceſſi vſus.

Naturæ ſolertia in collocando vaſa inſignium.

Femur retrorſum nimis affectat, cui vſui: & aliquam commoda.

Cur cotyle non extrinſecùs ſita vergat.

Corporis ad femur rectitudo, quorsum.

capitum, & femora recta feciſſet. Quoniam pondus corporis rectâ ad perpendiculum lineâ ad cotylen oportebat eſſe, & ad femoris caput: & maximè quando ambulantes vel currentes, alterum quidem crus altum circunferimus; reliquũ autẽ in terra firmũ tenemus. hæc autem quòd firmatum ſit in medio, id quod portat, maximè fiat. Si verò huiuſmodi poſitio cruris tutiſſima gradientibus eſt; manifeſtum eſt, conè trariam fore periculoſiſſimam. propterea certe ad externas partes iſchiorum, cotylas abduxiſſe, & cum eis capita femorum, non erat rotunda; ſed optima poſitio eorum præſens eſt. Cùm verò rurſus locorum anguſtia ex hoc naſceretur; vnicum relinquebatur remedium, non ſecundùm rectitudinem capitum extenſa efficere femora, ſed vt nunc ſunt, foràs vergentia. Quòd ſi rurſus vſque ad genu foràs vno tenore abſcederent, & nuſquam intrò reuerterentur; alter vtique ipſis adeſſet βλαισότητος, hoc eſt blæſitatis modus. Itaque optimo iure collum & primũ & maximè à capite foràs vergit: poſt id autem & cõtinuò, dimidia pars totius femoris: poſtea autem intrò rurſus reuertitur ad genu. ob eámque cauſſam, vniuerſa figura femoris curua & gibberoſa quidem exteriore parte, reſima autẽ interiore efficitur. Ad eundem autem modum magis quidem ſima retrorſum, antrorſum verò magis curua, ad ſeſſiones idonea eſt, & ad multa opera quæ agimus ſedentes: cuiuſmodi eſt ſcribere, libro ad femur extenſo. Ita autem & quodcumque aliud ſecundùm curuitatem eorum extendatur faciliùs, quàm ſi fuiſſet aliter facta. Quinimò dum firmamus vno crure corpus (ſæpe enim comperimus hoc nobis eſſe vtile, cùm in vita omni, tum artibus) melior fuit curua figura, quàm recta. Vt enim ſi latitudo eſſet æqualis vehentibus artubus & vectis corporis partibus, tuta ſic maximè & euerſu difficilis firmitudo in altero ipſorum eſſet, habente vnaquâque ſuperiacentium in corpore partium ſuſtulciens ſibi ipſi aliquid ad perpendiculum: ita & nunc quòd curuum factum ſit crus, partibus eius partim quidem externis, partim verò internis magis, & aliis in medio locatis, nulla ſuperiorum partium ſubiectá caret rectitudine. Eiúſque vtilitatis occaſione, nõ ſolùm hoc crus, ſed etiam tibiam magis curuã extrinſecùs Natura fabricata eſt. Maxima autem fides huius ſermonis ſit, quòd qui plurimùm curuis & extortis ſunt cruribus (hi quidẽ dum adhuc gererentur in vtero, alij verò à prima educatione facti ſunt) ſiue duobus pedibus, ſiue altero ſolo ſtare velint, firmiorem multò & difficiliorem euerſu, quàm qui crura habent recta, obtinent firmitudinem. At verò in conſtructione crurum, firmitudinem certam, tanquam ſcopum, non modò Natura ſibi propoſuit; ſed prouida etiam nihilominùs, vt citò poſſemus currere, ſiquando vſus incidiſſet, ne plurimùm quidem ea peruerterentur, cauit: curua autem eatenus fecit, vt & ſecuritatem firmationis habeant, & velociras curſus nihil lædatur. Poſtquàm autem rationabile fuit, vt nunc oſtenſum eſt, partium tibiæ ſuperiores quidem, quæ ſunt poſt genu, foràs ſenſum abſcedere; inferiores verò quæ ſunt ad malleolos, intrò reuerti: par fuit ob id quoque particularum pedis altiores fuiſſe internas, vt tibiæ partes eam intrò vergentem obfirmet. erátque id quod priori ſermone omiſeramus, cùm vtilitatem internarum partium pedis exponeremus: cuius de oſſibus, ſicut & tibiæ totius, dictum antea ſatis diffusè abundéque: nunc de vſu tum huius, tum partium ambulandi reliquarum, inchoatum pridem ſermonem & affectum, conficiamus abſoluamúſque.

Femur quod portat, corpori rectè ſubeſt: alioquin ſecus.

Cotylæ femorum cur intrò vergant: ſed nõ immodicè.

At femur nõ ad rectitudinem capitum eſſe.

Collum femoris cur à capite ſecedat foràs.

Femur quomodo ab exteriori intrò rudeat: eiuſdemque figura ratio, & vſus.

Femoris curui vtilitas magna.

Vecti & vehiti proportio in magnitudine.

Femoris curuitas, rectitudinem facit vehentis & vecti corporis. ſic & tibia.

Qui curuis ſunt cruribus, firmius conſiſtunt, quàm qui recti.

Natura ſolertia in crurum conſtructione, tam ad curſum, tam ad firmitatem.

Galenus igitur lib. 2. vſus part. hoc in genere ſic extulit; Pes quidem, ambulandi organum fuit, manus autem, apprehendendi. conueniebat itaque illi quidem, ſtabilimenti robur: huic autem, apprehenſionis multiiuga varietas. ſed robur quidem ſtabilimenti & firmitatis, vno ordine locatis indigebat omnibus digitis: promptitudo verò ad varietatem apprehenſionum, pollice manus aliis oppoſito digitis egurt, vt pridem oſtenſum eſt. In crure autem tranſferendo, ait idem lib. 15. vſus part. cap. 8. muſculi qui ipſum flectunt, plus agunt: ſtantibus autem, qui extendunt, vehementer ſemper tenduntur: quia ſi vel tantillum remiſerint, periculum erit ne corpus totum animalis collabatur. Flectitur igitur crus ad inguen, cùm ipſum attollimus. & ſi crus in ea figura voles continere, oportet flectentes muſculos eſſe tenſos. extenditur autem, cùm id ad terram deprimimus. ſummam autem extenſionem habet & ſtatum vltimum, cùm ſtamus. proinde Natura iure optimo fortibus, multis ac magnis muſculis actionem hanc commiſit. de quibus ſigillatim agere non eſt præſentis inſtituti, ſicuti iam monui, & pòſt admonens repetam.

Crus ſine tibia, quid ab exteriori intrò deuergat: & poſtum altius.

Pedis vſus, & tum manus comparatio.

Digiti pedũ tum tenues, manuũ autẽ diuiſi.

Muſculi femoris qui agant ſtando aut ambulando.

Femur vbi flectatur & quorſum, vel extendatur, & quibus organis.

N. interpretes crus pro femore frequentius vſurpant, contrà Celſum, & Cic. ſuprà.

Porrò Galenus noſter toto lib. 3. de vſu part. in horum artuum ſpeculationem vtilitatémque præcipuè incumbit; aliquando per analogiam ad manus, ſæpius autem perſpicialem partis explicationem, vt ex dicendis patebit, & ex dictis recognoſces. Manus homo omnium animalium ſolus habuit, organa animali ſapienti conuenientia. bipes verò ipſe ſolus inter pedeſtria factus & erectus, quia manus habuit. Cùm enim neceſſarium ad vitam, corpus ex his partibus, quæ in thorace ſunt & ventre, conſtet; egeátque cælis, id eſt cruribus ad greſſum: in ceruis quidem, canibus, equis, & aliis ſimilibus, anteriora crura poſterioribus ſimilia facta ſunt; ídque ipſis confert ad velocitatem: homini verò (neque enim propria indigebat velocitate, vt qui equum ſuâ ſapientiâ & manibus erat domiturus: fuítque multò melius pro velocitate, organa habere ad omnes artes neceſſaria) anteriores artus, manus factæ ſunt; de quibus antè ſuo loco ſat multis verbis egimus. Cur autem non habuit quatuor crura, & præter ea etiam manus; ſicut centauri? Quoniam primò quidem impoſſibilis eſt ipſi Naturæ, corporum adeò differẽtium mixtio. non enim ſicut plaſtæ & pictores ipſi, tum colores, tum figuras ſolùm ipſorum Natura compoſitura erat: ſed etiam ſubſtantias totas commixtura,

Manus homini bipedi competunt, quemodo.

Hominis à quadrupedibus differentia in artubus, & ratio ad vſum.

Cur homo non quadrupes, & manus habeat præterea.

ized by Google

quæ impermiſtæ ac puræ ſunt: neque enim ſi coïtus quidam venereus homini cum equa fiat, perficient matrices ſperma. Ideo Pindari vatis figmentum eleuat Galenus, de equabus Magnitidibus (non autem equis, vt interpres genere abuſus vertit) cum Centauris coëuntibus, & Hippocentauros generantibus. quam fœdam licet fabulam & Græciâ procaci dignam, Mythologici explicant ſuo quodam modo, neque ſimplici orationi fidem protinus faciunt: cùm ex tali congreſſu nihil generari, nihil educari, nulla commoda exeri poſſit actio. Verùm liceat poëtis & cantare & fabulari: cùm ſit poëticæ muſæ inter alia propria ornamenta, maximè ipſo miraculo egere proprium: admiratione enim velut attonitos reddere, & delectare auditores potiùs quàm docere volunt. licet ex Ariſtotele ſcripſerit Horatius in arte poëtica; *Aut prodeſſe volunt, aut delectare poëta.* ibidémque, *——pictoribus atque poëtis*

Quidlibet audendi ſemper fuit æqua poteſtas.

qua de re nos in eum librum amplißimis commentariis egimus. itaque his in præſens omiſſis. ad naturalem partium infimarum hiſtoriam reuertamur explicandam.

Igitur præter alia, quæ homo præcipuè habet; etiam ſedere commodè in iſchia, huic omnium animantium ſoli ineſt. ſed hoc quoque multos latuit, exiſtimantes ſolum hominem ſtare rectum: non percipientes, quòd etiã ſedere ſolus poſſit. Quòd autem id ſibi propriũ præter aliud omne genus animalium, homo vendicarit; quòd (inquam) ſolus ad amuſſim rectus, crurum beneficio incedat, idem Galenus lib. 4. anatom. aggreſſ. repetit & luculenter demonſtrat; & lib. 3. vſus partium, quem nunc præcipuè terimus, diſertè enucleat. Cæterùm quòd animalibus quidem quadrupedibus ſanguine præditis, exanguibus autem multos habere pedes fuerit conuenientius, poſt Ariſtotelem Galenus oſtendit. Homini autem (quo de agimus) bipedi eſſe fuit omnino conuenientiſſimum; vt qui ea commoditate, quâ tibiarum multitudine cætera fruuntur animãtia, nihil indigeret; & ad multa, niſi bipes fuiſſet, deterior futurus erat. At bipedes quidem & aues ſunt: & Cynicus Diogenes hominem definienti Platoni animal implume, bipes, gallum implumem obiecit, mancámque philoſophi definitionem meritò ſuggillauit, vt quidẽ Laërtius retulit. Rectus autem ſolus animalium omnium homo eſt; ſoli enim ipſi ſecundùm rectitudinem crurum eſt ſpina. quòd ſi ea eſt, profectò & reliquum omne corpus ad vitam neceſſarium. Nam quædam veluti carina eſt, ſpina huius corporis; & ad hanc crura ipſa auibus quidem, vt & quadrupedibus, angulum rectum efficiunt: ſolis autẽ hominibus vna recta linea extenduntur. Talem igitur figuram crura ad ſpinam habent in quadrupedibus & volatilibus animalibus, dum ambulant, qualem hominibus ſedentibus. ob eámque cauſſam paulò antè dictum eſt, nullum eorum ſtare rectum. Quî igitur fit, vt illa ſedere nequeant, ſicut homo, ipſis iſchiis innitẽtia? Quòd oporteat crura iſchiis copulata, in femoris ad tibiam dearticulatione retrorſum flecti. ſpina quidem ipſa cũ ſe more dum ſedemus, angulum rectum efficit: femur verò rurſus niſi ad tibiam, alium talem efficiat angulum, nequaquam recta ad terram tibia foret: ob idque firmitudo ſeſſionis corrumperetur. Si igitur quando flectuntur in genu cala iſchiis coniuncta, tunc cedere animal accidit; manifeſtum eſt, nulli quadrupedũ poſſe contingere. omnia enim antrorſum poſteriorum crurũ habent flexiones. anteriora enim omoplatis eorum cala, quemadmodum hominibus; poſteriora verò, coxarum vertebris cõmittuntur. flexiones verò ambotũ contraquàm hominibus, fiunt his; priorum quidem retrorſum, poſteriorum verò antrorſum. quadrupedibus enim ipſis præſtitit ad ſeinuicẽ conuerſas fuiſſe flexiones: homini autem omoplatis copulata cala, manus cùm eſſent, cõmodè ad anticam ac internam cubiti partem flectuntur. melius enim fuit manus ad ſeſe conuerti. Rationabiliter autẽ & crura flexionem in genu retrorſum obtinent: hoc enim ſolo modo ſedere pulchrè licebat. Quocirca cùm vna quidem recta linea ſit ſpina cum cruribus, ad tres differentias figurarum agi animal poteſt: cùm ſi ipſam quidem ſpinam humi reclinauerit, ſupinum omnino fiat: ſi ventrem, pronum: ſi firmetur pedibus, tunc exactè ſtet rectum: ſi verò aliquem angulum crura ad ſpinam fecerint, cõſtat nullã earum figurarum exactè eſſe rectam. quare iure optimo diximus, hominem ſolũ ſtare rectũ: ſicut etiam ſedere omnium ſolus demonſtratus eſt. Etenim omnes manuum in opificiis actiones, duabus iis egent figuris: hæc enim erecti, hæc ſedentes manibus cõficimus: nemo autem aut pronus, aut ſupinus (quid ſi coëat?) molitur quicquam. Meritóq. nullũ aliorum animaliũ, quod erectum ſtare vel ſedere poſſet, fabricata eſt Natura: quippe quod nihil manu elaboraturum erat. Opinari autem ob id rectum ſtare hominem, vt ad cœlum promptè ſuſpiciat, quod plerique tum poëtæ, tum philoſophi perhibẽt, vnus Galenus inficiatur oportere, exemplo adductus piſcis, quem ex oculorum conuerſione, Graij *δρακοντίαν*, quaſi cœli ſpeculatorem denominant. ſed de hac quidem controuerſia egi iampridem circa operis huius initia: ideóq. de noſtro inſtituto cum noſtro Gal. progrediamur dicere.

Vt igitur manus, apprehenſionis inſtrumentum: ita pes, ambulationis fuit: nec id quidem ſimpliciter, ſed vt maximè conueniebat ſapienti animali: cuius de crurum actione, quatenus bipedi animali, ratione prædito conueniebat, dicere tempeſtiuum eſt. Vtrùm igitur præſtitiſſet ei rotũdos & duros fieri pedes, ſicut equis: an oblongos, latos, molles, & multifidos, quales nunc ſunt? Priorem ſiquidem dictam conſtructionem, velocitas & patiendi difficultas forſan ſequi videãtur: ſecundam verò, horum neutrũ quidem propriè: euidenter tamen apparet opportuna huiuſmodi cõſtructio ad omnes locorum difficultates; & ſicubi oporteat ſublimes muros conſcendere, aut arbores, aut petras. Si

Hippocentaurorũ origo, & Mythologia.

Poëtarum licentia, & proprium.

Poëtices finis duplex, non ſimplex.

Solus homo ſedet, in iſchia, & ſolus ſtat cala cõtenta.

Solus homo rectus incedit.

Exanguia polypoda.

Homo cur bipes poſitus.

Diogenis ſtomma in Platonem.

Solus homo rectus, qualiter.

Spina, velut carina, & vſus. quibus angulum rectum cum cruribus faciat, homini ſecùs.

Nullũ animal præter hominẽ ſtare rectum

rectum: nullum in iſchijs ſedet: quæ de re.

Spinæ, femur, tibia, quos angulos faciant ſedendo.

Quadrupeda cur non ſedeant in iſchia.

Homini & quadrupedibus diuerſa crurum flexio femoraque, quare.

Manus ad ſe conuertitur, quare. at crura retrò flectuntur, quorſum.

Homo quò tribus figuris vtitur ſitum.

Angulus ad ſpinam.

Solus homo ſtat rectus, & ſedet, quorſum.

N. quid mirum? cum eſt opus manuale.

Quòd homo non ſtet, vt cœlum intuatur.

Prouiſio naturæ.

Manus & pedis vſus.

Quòd proſens pedum figura conuenientiſſima, adquod

by Google

Homini & equo cur pedes dissimiles.

igitur neutra quidem constructio, vtrasq. illas dotes ac excellentias habere poterat, oportebat autem omnino alteram eligere: perspicuum est, equis quidem priores, alteras verò hominibus fuisse potiores atq. optabiliores. illis enim quòd quadrupedes sunt, quatuor pedibus, qui rotùdi fuerint, licet firmatis tutò esse & ingredi. bipedi verò animali fallax omnino est huiusmodi constructio: nisi ipsi pedibus non solùm rotundas, sed etiam valdè magnas & latas supposueris verbis vngulas. sed ita demùm & onus superfluũ esset, & quicquid aliud potiùs, quàm velocitatis instrumentum. Oporteret igitur si velocitatis gratiâ rotundi sint constructi pedes,

Vngularum immanium damna.

Pedũ equorum cõmoditas.

non solùm tales, sed etiam paruos esse, quales sunt equis. Pariter autem & durities pedũ, equis quidem ne facilè lædantur, commoda: hominibus autem calceamenta consuere cùm possint, non solùm commodi nihil, sed etiam detrimẽtum sæpe adferret. Nunc certè priore contrito calceamento, aliud nobis nouum pro illo circumponere promptissimum est. Si verò haberent pedes aliquod tale connatum calceamentum, quales sunt vngulæ equis quidem solidæ, bobus autem bisulcæ; simulatque ipsum calceamentũ esset affectũ, claudicare illico ipsum esset necesse. Sed illis quidẽ animalibus, vt quæ nec manus, nec artes habeant, melius fuit quouis modo ad patiendi difficultatem pedes comparasse. homini verò, qui pro re nata, idoneũ calceamentum inuenire potuit, sæpe etiam nudis pedib. vti necesse habuit, præstitit eos esse prorsus detectos. Sed quòd quidem satius fuit non oblongos solùm, sed etiam molles esse pedes, abundè demonstratũ est. Cur autem adeo longi, quantum nunc sunt, & lati adeo, & caui quidem sensim inferna, gibbosi autem superna parte sint, postremò cur multifidi, sequenti sermone dicendum.

Homini pedes cur molles, equo duri: illi lõgi, huic rotundi.

Cur homo careat vngulis.

Quadrupedum cur duo pedes: homini verò contrà.

Propositio.

Postquàm igitur ambulandi instrumentum diximus esse humanum crus, non simpliciter, sed vt maximè conueniat sapienti animali; cõpositam videlicet nec omnino simplicem conseruemus adhuc eius notionem. Dicendũ itaq. nobis est, vel potius repetendum, prius quidem quomodo fiat ambulatio: deinde qua re ipsi accedente, fiat homini conueniens ambulatio. Fit autẽ ambulatio, altero quidem crure in terra firmato, altero autem circumlato. sed firmari quidem, pedis; circunferri autem, totius cruris est actio. Quapropter cùm per firmationem & motũ perficiatur ambulatio; illius quidem, pedes sunt instrumẽta: huius autem, totũ crus. hoc autem & instantibus immobiliter admodùm perspicuum est: stabilitatem enim, cuius gratiâ facti sunt pedes, non minùs etiam tunc præstant. quinetiam & ambulantibus & currentibus alter quidem pedũ in terra firmus est: alter verò simul cum toto crure fertur. & mutare quidem loca, beneficio cruris quod mouetur, nobis ineſt: hoc enim est quod loca permutat. quòd verò non cadamus, hoc pes in terrã fixus efficit. quomodo enim posset is transferre animal, cùm ne ipse quidẽ moueatur? Ideo quibus fortè digiti pedis vel frigore, vel pestilentia (qualem Hipp. & Gal. recensent) putres conci-

Ambulatio qui fiat: ità firmatio & circumlatio.

Cruris pedúmq. munia.

Loci mutatio à quo fiat: item casum quid impediat.

derunt, his fallax est gressus, præsertim in locis arduis: & quibus etiã *ischias* computruit, etiã in locis planis gradi perdifficile est. & quibus *Sphacelus* etiã corruptus est, ij non modò ambulare tutò nequeunt, sed ne stare quidẽ cõstanter. Ex quib. omnibus manifestũ est, ad firmam ac tutam stationem, amplos & oblongos pedes esse appositos. ob idq. tales potiùs hominibus, ceu ambulationem firmam, & tutam basim requirentibus, quàm quadrupedibus fuerunt. Hoc igitur vt bipedibus ipsis ineſt solùm: non tamen iam etiã vt sapientibus. vt talibus enim varietas firmitatis est propria, ambulare indigentibus in omnib. locorũ difficultatibus: quod non accidisset, nisi variæ fuissent in pedibus dearticulationes. Nam vt in omnibus antea demõstrauimus, ex varietate articulorum, quæ in ipsis est, & cauitate interna, factas fuisse figuris omnib. corporeis comprehendendis accõmodas. ita & pedes quantũ maximè licuit, manus imitati, & dearticulationibus quidem variegati; caui autẽ illis partibus, quibus locũ aliquem gibberosum calcaturi erant, in omni loco rectè firmari possunt. (Vidimus mulierem, quæ pedibus nere, suere, scribere, & cætera manuum munia obire, raro naturæ miraculo, posset.) Hoc igitur illud ipsum est eximiũ constructionis humanorum crurum, quòd antea inuenire desiderabamus, cùm dicebamus, non vt gressili solùm, sed etiam vt rationali animali conuenientes ipsi à Natura datos fuisse pedes. Vno autem verbo ac summatim maximè quis id complexus, dixerit multiplicem illam fissuram, simul cum ipsa in medio cauitate. quantum enim ipsa pollet ad securitatem in locis gibbosis, alia ratione nequaquam didiceris euidentiùs, quàm si videris aliquando hominem oblõgas & tenues scalas alcendentem. Quòd igitur tutæ firmitatis gratiâ pedes facti sint, & quòd oprimi ad talẽ firmitatem sint prælongi, & molles, & lati, demonstratum est: necnon in omnibus locis bellè firmari posse: ideóq. talem eorum constructionem necessariam fuisse. Restat vt multifidos iusta de caussa factos fuisse doceamus, & in medio cauos; videlicet vt omnia loca peruadere queant: cauis quidẽ & mediis, quæcumq. subiecta gibbosa sunt, amplexãtur: digitis autem, in rectis & obliquis & decliuib. ac præruptis vtẽtes. Quæ tandem caussa est, cur pes humanus, quoad crus fieri potuit, manum fuerit imitatus? Namq. si apprehensorium organũ fuit manus: fuerit & pes ipse aut quadãtenus, aut vsquequaq. huiusmodi. cõtrà de animalibus quadrupedibus sentiendum est, omni apprehensione carẽtibus, & motuum varietate incredibili: sed ad leuitatem & promptitudinẽ & velocitatẽ prædámque & rapinã pedes à natura cõpositos habẽtibus. Pes autẽ humanus non solùm nudæ stabilitatis, vt equinus; sed etiã apprehensionis gratiâ extitit. neq. enim vtraq. perfectio constare summa poterat: sic enim futuri erant pedes ipsi, aut manus, aut equini pedes. at si manus quidem fuissent, magnũ digitũ oportebat aliis oppositũ esse, vt sermo præcedens probauit: & sic periisset omnino firmitas. quòd si parui, rotundi & duri ac leues omnino fuissent, vt equorum, vitiata sic

Pedes digitis consumptis instabiles.

Pedũ & exrsi amissio quid auferat.

Pedes amplos & oblõgos, quorũ.

Varia pedũ articulationes, quorsũ: & similitudo cum manibus.

Pedes cur cani.

Historia.

Homini vt animali gressili & rationali pedes constructi.

Pedes cur cani & digitati.

Pedes hominis cur multifidi, & cani.

Pes cur manum emulatur: & an apprehendat.

Brutorum pedes quos in vsus.

Pes humanus cur medius inter manum, & pedẽ equorum.

Digitized by Google

fuiſſet omnino apprehenſio. Perinde igitur ac ſi licitũ eſſet vtramq. eligere quidẽ cõmoditatem, vitare autẽ nocumentum; ſic Natura creauit humanos pedes ſimiles quidem manibus; multifidos verò & multorũ articulorũ: non tamen oppoſitũ aliis digitum magnũ habẽtes, ſed in vno deinceps ordine omnes conſtituros. Nũ igitur hoc ſolo differunt à manuũ cõſtructione? an etiam quiddã adeſt ipſis aliud eximium & ſelectum, ceu inſtrumẽtis βάσις & fundamenti? Non eſt parum hoc quidẽ neq. fortuitum, ſed quod maximè cõmune eſt omnibus pedibus in equis quidem peculiare accidit; quia nuſquam eorũ pedes imitati ſunt manus: in aliis verò animalib. non æquale quidẽ, omnia tamen aliquid conſtructionis manus ipſius aſſumpſerunt. homines verò nihil omnino reliquerũt: ſed quod ταρσὸς vocatur, carpo aſſimile habuerunt: & metacarpio, *medio*, id eſt planũ ſiue ſolum à recẽtioribus vocatum: digitos autem digitis admodũm ſimiles, vt antè expoſitum eſt: vbi & de aſtragalo & calcaneo & nauiformi (quæ tria oſſa tibiæ ſubiacent) cõſtitit. quib. ſolis tribus oſſibus pedis, nulla eſt in manu particula quæ proportione reſpondeat; ſed ſunt ſimpliciter baſis ſolius (ſiue ambulationis) inſtrumẽta: aliæ verò omnes particulæ, baſis ſimul & apprehenſionis. neque enim tarſus, neq. planum vtrumque, vna eſt ſimplex particula: ſed ſicut corpus & metacarpion, ex multis oſſibus tũ duris, tum paruis cõpoſita ſunt. Quæcumq. verò pes, vt apprehẽſoriũ inſtrumẽtum, manui ſimilia eſt ſortitus, ea ex proportione vtriuſq. intelliguntur, quæcumq. verò vt ambulatoriũ, hîc enarrare oportet. Siquidẽ quòd ex multis ac variis oſſibus cõſtituti ſint, inuicem quidẽ multifariàm dearticulatis, per mẽbranoſa verò ligamenta cõnexis, id vt apprehẽſionis inſtrumẽtis pedib. accidit. ob id ipſum, multitudo digitorum quinque, & ſingulorũ in ipſis articulorũ numerus; non tamen quòd vna ſerie poſiti ſint omnes digiti: ſed hoc proprium eſt pedibus, tãquam firmationis organis. Similiter autem quòd minores digiti pedibus fuerint, quàm manibus. apprehenſorio namq. ſolùm organo, magnitudo ipſorum fuit cõueniens: ei autem quod vt ambulatoriũ eſſet vtriq. (propterea enim apprehenſoriũ eſt factũ) etiã tanta lõgitudo, quantam nunc habet, ſatis eſt. Sed interna quidem eorum altiora, externa verò humiliora fuerunt. ſimul quidẽ quatenus apprehenſoriæ ſunt partes, vt cõprehendant & circumplicentur loco cuiuis gibboſo & cõuexo: ſimul autem quatenus ſunt firmitudinis inſtrumenta. Cùm enim ambulando, alterũ quidẽ crus moueatur, alterum autem in terra firmatũ, totã corporis noſtri molem ſuſtineat; altiorem meritò ipſi interiorem ſedẽ Natura (vt eſt dictũ priùs) fabricata eſt. ſi enim æqualis ex vtraque parte exactè eſſet pes, verſus ſublimem cruris partem reperet ac inclinaret ipſe pes primus & maximè, ac cum eo crus totum. quod ſi fuiſſet, manifeſtum ſanè eſt, quòd ambulãtes facilè caderemus. Itaq. tutioris ambulationis gratiã, altiores factæ ſunt internæ partes pedum. quibus autem non ſunt altiores, hi luctantes aut currẽtes, aliquando autem & ambulantes in locis inæqualibus, facilè euertuntur & collabuntur. Apparet enim pes iure optimo internis partib. altus ſimul & cauus fuiſſe, propter ſecuritatem firmationis, & certitudinem apprehenſionis. Non igitur adhuc quæres, cur calcanei oſſis anterior pars tenuior ſit & anguſtior: neq. cur ad paruum digitũ ſpectare magis videatur: ſi enim anteriori parte, vt poſteriori eſſet craſſum & latum calcaneum; & tale manens, in anteriorem pedis partem extẽderetur; quomodo fuiſſet interna eius pars concaua? Meritò igitur hîc multum de craſſitie eius oſſis & amplitudine, interna parte Natura abſtulit; ob ídq. ad paruum digitum extenſum eſſe apparet. propterea rurſus aſtragalus intrò magis vergere videtur: licet poſteriores eius partes ad medium calcaneum ſint firmatæ. At quòd ſemper magis atq. magis gracileſcat in anterioribus partibus calcanei os, & ab internis abſcedere videatur ad externa, meritò aſtragalus ibi ab interna parte calcanei, & veluti ſuſpenſus apparet. Quomodo autem aliter cõmodiùs interna pedis cauitas facta fuiſſet, quàm ſi ſubiectum os minus & ſtrictius internis partibus factum eſſet; quod verò ſuperiacet, quale fuit à principio, ſeruaretur? Calcaneum namq. ceu ſubiectũ toti mẽbro, ſemper validè oportuit in terra eſſe firmatum: ſuperpoſitum verò ei os ſublime pendẽre. Quapropter & quæ coniunguntur his oſſa, quod calcaneo quidem, κύβωι, ideſt cubiforme nominatum, ab externis partibus pedis firmum in terra ſtatuitur. quod verò aſtragalo, σκαφοειδὲς, id eſt nauiforme vocatum. ſimiliter ipſi aſtragalo ſublime eſt & ſublatum à terra, internis partibus pedis locatum eſt. Pari autem modo tria tarſi oſſa huic coniuncta, & ipſa ſublimia apparent, & internis pedis partibus poſita ſunt. externâ enim eorum parte firmũ ac humile os cubiforme appoſitum eſt, quod ad ipſum calcaneum dearticulari dicebatur. & ita iam ſeptem primorum pedis oſſiũ vſus cõſtat. Calcaneũ namq. maximũ meritò factũ eſt, & læue quidẽ inferna parte, poſteriori autem & ſuperiori rotundum & prælongum, ad exteriora pedis maximũ quidem, quoniã ad perpẽdiculũ ſubiacet toti cælo; læue autem partibus inferioribus, firmationis ſtabilis gratiã: rotundũ autem, vt alia omnia rotunda, dyſpathiæ gratiã. externis verò partibus ad paruum digitũ, prælongum & paulatim attenuatum, propter internam pedis cauitatem. Eâdem verò ratione aſtragalus nõ attenuatus, ſed manens ſublimis, altus alto nauiformi coniungitur, ἁρμὸς, id eſt fórnici ſimilẽ illic efficiens figuram. His deinceps adiacent tarſi oſſa, tria quidem nauiformi coniuncta, quartũ verò calcaneo. ponitúrq. ipſum, vt dictum eſt, in terra firmũ ab externis pedis partibus: alia verò paulatim attolluntur; & omnium ipſorum hoc eſt altiſſimũ: vt ſimul quidem habeat per quæ firmetur & roboretur hæc particula, quæ vocatur tarſus: ſimul autẽ vt altiores fiant internæ pedis partes. Poſt hæc ſunt μέσα, id eſt plani oſſa, terram contingentia poſt aſtragalũ & nauiforme; & tria continua huic tarſi oſſa. ob id & hoc nomen

Pes vtrumque prehendit: & quo à manu differat: eiuſq. vſus.

Pes, βάσις & βαδισμὸς, greſſus organum. N. interpres malè de fundamẽto.

Hominis pedum ad manum analogia: & in aliis quanta: & partiũ collatio.

Tria propria pedis oſſa, vſuſque.

Tarſi & pedis conſtructio.

Pes prehenſionis & ambulationis organũ, & qualiter vtriuſque: item & firmationis.

Cur digiti pedum breues, & interna altiora.

Ambulatio qui fiat.

Cur pes inæqualis ſibi.

Pedum æqualium inter ſe, damna.

Pes cauus & cruc altus, quorſum.

Calcaneus cur anteriorem & anguſtus, & quò vergat magis.

Aſtragalus cur intrò magis vergat, & ad calcaneum quo ſe modo habeat.

Cauitas pedis qui cõparata.

Calcaneus humi firmatur, & ad cubiforme ſitus qualis.

Aſtragali ad nauiforme ſitus, qui: item ad tarſum, & huius ad cubiforme.

Pſal 7. pedis oſſium.

Calcanei figura, & ratio.

Aſtragali figura qualis.

Tarſi numerus ſitusque.

Interna pedis altiora.

Digitized by Google

Pedij numerus & ſitus. Digitorum pedis ratio.

nomen ab Anatomicis impoſitum eſt huic pedis parti. Deinde ſunt digiti, quorum maximus eſt intus, non ampliùs ex tribus phalangibus & articulis, vt reliqui, conflatus: ſed ex duabus. Cùm enim alta & concaua, qualis eſt fornix, futura eſſet interna pedis pars; rationabile fuit firmitudines tumis vtrinque ei adiacere maximorum oſſium. Poſteriori quidem parte os calcanei erat: priori autem, niſi magnus digitus multò ſimul maior aliis fuiſſet, & duabus conſtitiſſet phalangibus, nulla fuiſſet ſublimibus oſſibus ſecuritas. Quocirca primùm quidem non modò tantò maior aliis magnus pedis digitus, quantò ille qui eſt in manu, fuit; ſed etiam multò ampliùs. Secundò autem, quòd non ex tribus fuit oſſibus, vt ille & alij omnes, ſed ex duobus (magna enim oſſa illic Natura, ni fallor, omnino erat poſitura) perfecit, ne diuideret ea in multa & parua. Quinetiam ipſi quod magno digito præpoſitum eſt, duo videntur ſubiecta eſſe inferiori parte, velut ſuſtentacula quædam & ſtabilimenta: vt prius os magni digiti, præpoſitæ plani parti omnino iam in terram defixæ coniungatur. Vndique, opinor, huic parti pedis, Natura ſuppeditante ſecuritatem & ſtabilitatem, ceu multùm laboraturæ, propter præpoſitam ſibi concauitatem & velut fornicem oſſium. Num igitur planum proportione reſpondeat metacarpio, an quippiam differat, dicere tempeſtiuum fuerit. Mihi quidem videtur omnino ſimiliter habere: in vtraq. enim parte, primæ aciei vniuſcuiuſque digiti, os appareat præpoſitum: ſed in pede quidē, ceu vno ordine omnibus iacentibus, quantus eſt illorum numerus, tantus meritò eſt & oſſium plani. In manu autem, cùm magnus digitus poſitionem ſelectam ſit ſortitus, & ſeparatus ſit quidem plurimùm ab aliis, prope autem articulationem carpi abductus: meritò ex quatuor oſſibus metacarpiū conſtitit. Eudemus verò plantam & metacarpium ſimiliter vtrumque ex oſſibus quinque conſtare affirmans: paritèr autem & magnum digitum in pede & manu duas acies habere, quòd putet exactam eorum proportionem ſeruari oportere, hallucinatur. ex tribus enim oſſibus magnus digitus in manu conſtat euidenter, vt & articuli eorum & motus declarant. attamen his ita habentibus, proportio harum particularum euidens eſt: nec opus eſt, vt cum Eudemo mentiamur. At verò ne carpi quidem ad tarſum proportio conſtructionis eſt obſcura. ſi quidem ex quatuor oſſibus tarſus conflatus eſt: ex duplicatis autem carpus, ceu ex duobus ordinibus compoſitus, conflatus eſt. nam ex plurib. & minoribus componi particulis, apprehenſoriorum inſtrumentorum erat proprium: at ex maioribus quidem, ſed paucioribus, ambulatoriorum. Anteriores igitur partes pedis adamuſſim perſimiles comprehenſoriis, ex æqualibus illis numero oſſib. factæ ſunt. vnum enim quod ablatum fuerat magno digito, ipſi plano appoſitum, fecit vt par numerus fuerit ſeruatus. Poſteriores verò, cùm inſtrumēta omnino ambulationis ſolius ſint, nullam habēt in manu proportione reſpondētem particulā, reliqua igitur

Pes internus alium ſi cauus: & firmatus vndè.

Pollicis pedis ad alios comparatio, & figura ratio, quæ ſequitur.

Firmitas plani vndè fit.

Pedis ſecuritas & ſtabilitas, quorſum.

Pedij ad metacarpij comparatio.

Pedij oſſa digitis reſpondēt paria.

Pollex in manu abdu ctus à reliquis.

N. Eudemi error, ſed leuis, aut nullus.

Pollex tribus conſtat oſſibus.

Tarſi ad carpum cōparatio: & amborum proprietas.

Par vtrobique oſſium numerus.

Partes pedis anteriores, apprehēſioni: poſteriores, ambulatio-

A pars media ambarum, neque prorſus eſt ſimilis, neque iā omnino diſſimilis: ſed vt ſolùm decebat ipſam inter oppoſita ponendam, vtriuſque naturam moderatè imitari, ſic ipſe tarſus cōſtitutus eſt. Os itaque quod ab externis ipſius partibus eſt locatum (quod ſanè & cubiforme nominatur) inarticulatur cauitati calcanei ad finē adiacenti. reliqua verò tria, tres cubos nauiformis oſſis obequitant. hoc autem ipſum rurſus circumambit caput aſtragali: ille rurſus incumbit quidem epiphyſibus tibiæ & calcanei ſupernè à lateribus, & præterea à tergo ab ipſis comprehenſus. ſuperiacet autem calcaneo duabus eminentiis ibi in duab. calcanei cauitatibus firmatus. Atque extendere quidē & flectere pedē, B ſupernæ aſtragali dearticulationis eſt opus, quæ ad tibiæ & fibulæ (quam ἀγκῶνα vocant Græci) epiphyſes dicta eſt fiernad latera verò circumferre, opus eſt dearticulationis, quæ eſt ad os nauiforme. Alij enim certè oſſium connexus in pedibus itidem ac in manibus muki & parui, parū quidem auxiliantur prædictis cōſtructionibus: ſenſibiles autem ipſi per ſeipſos non ſunt. Apparet igitur ex iis, aſtragalus quidem principaliſſimum oſſium eſſe, quæ ad pedes mouendos pertinent: calcaneum autem, eorum quæ ad firmationem. propterea illum quidem vndique in circunferentias quaſdam deſinere decebat: hoc C verò læue eſſe inferiori parte; immobile verò quàm fieri poteſt maximè, & conſtāter firmum ad adiacentia oſſa. Quinetiam & magnitudine plurimùm excedere ipſum oportebat, non alia ſolùm, ſed etiam ipſum aſtragalum. quamquam & hic magnus ſit, vt qui maximis quidem oſſib. ſupernis inarticuletur: non parum verò in anteriora apophyſin producens, vbi committitur nauiformi. ſed tamen & ipſo eſt multò maius os calcanei: retrorſum enim præterlabitur non ſolùm aſtragalum, ſed etiam ipſam tibiā, & anteriore parte quamplurimùm procedit, & reſpōdentē habet longitudini amplitudinē, & his ambabus profunditatem. ſubiacet enim rectitudini D tibiæ, & ferè totam ipſam ſolum ſuſtinet; & per hanc, femur: & per hoc, ſuperiacens corpus, & maximè quādo ſalire voluerimus, aut magnum gradum facere. Magnitudinem igitur inſignem oportuit ob id ineſſe oſſi calcanei: alioqui temerè Natura cōmiſiſſet ei tanta onera. Propter eādē cauſſam, firmam præſtitit eſſe ei commiſſionem, non fallacem neque errabundam. ſed ſi fibulæ ipſi & tibiæ fuiſſet inarticulatum, neque medius aſtragalus locatus, omnino infirmum & laxum fuiſſet. illinc enim enaſcens pes, ad priſtin colon deſinens, maximam neceſſariò habiturus erat omnium, quæ in ipſo ſunt, dearticulationē E & motionem. ob eam ſanè cauſſam aſtragalus in medio eſt tibiæ & calcanei locatus. Sed quoniam omnino huic quidem coniunctum eſſe oportebat calcaneum, timens rurſus Natura, ne quopiā, propter vicinitatem eius, vehementiore motu fruendo, firmum quidem minùs ac ſecurū redderetur, primùm quidē duas ipſius apophyſes cōcauitatib. illius inſeruit: deinde verò plurimis ligamētis duris chartilaginoſis, his quidē latis, aliis verò rotundis copulauit ipſum non

vt dicatur & quatenus tū manus conueniant.

Tarſus medius in pede, eúſque vſus.

Cubiformis articulatio.

Aſtragali articulatio, & calcanei.

Pedis exiſtio & flexio quā fiat: item circumlatio.

Motus obſcuri pedum manuúmque.

Aſtragali vis præcipua ad motum: vt calcanei ad firmationem: hinc amborum idonea compoſitio naturáque & nexio, qualis.

Calcanei talis proportio, & connexio.

Calcanei magnitudo quanta, ſitúſque, & vſus, & motus.

Aſtragali ſitus, eúſque vſus.

Calcanei cum aſtragalo nexus.

Signa ex adnatis. rucis ſimilibúſque adnatis vitiantur ac defœdã-
tur. Ideóque morituris breui ſeu moribundis,
Signum mortis propinquæ. lineæ omnes mirificè palleſcunt, aut etiam ni-
greſcunt,&plumbeum colorem induunt. Con-
trà autem, cruces & ſtellæ inſignes, aut alia ſi-
gna illuſtria,bonum præſagiunt: ſicuti contra-
ria fœda turpiáque,damnum & infortunium.

Linearum principum præſagia ex ſitu. Principes lineæ ſi deſunt,aut ſi diſpares mul-
tùm inter ſe ſeiunguntur, ſiniſtrum omen au-
gurantur,aut mortem repentinam. Saturnia ſi
ad radices medij digiti pertingit, dira minatur
penes facinora,& pœnam impendentem. Vita-
lis, venerea & hepatica, de valetudine præſa-
Linea iudicat partium cognomiã, qui. giunt: Cerebralis de capite & oculis; aliæ verò
de partibus ſibi affinibus.

Manuum inter ſe collatio, & qualiter ſpectanda. Porrò vtriuſque manus conſideratio certior:
ſed dexrta per ſe,quàm læua, potentior. Manus
autem ſunto mundæ:& loco illuſtri ſpectantor.
Neque hæ ſolæ,ſed frons,facies,lineamenta,at-
que vniuerſum adeo corpus: & ſi pernoſti, huc
Chiromantia per ſe inefficax, & quod requirat amplius. etiam Genethliacũ accerſe: ſic apud te ſtatuens,
his ſolis tam anguſtis chiromantiæ terminis,
rem tam vagam & incertam non poſſe compre-
hendi,& ſic in animum inducens, nihil horum
ſpeciatim ac ſeorſim vſurpatũ,ſatis eſſe ad certò
Cautio. reſpondendum inquirentibus ſciſcitantibúſve.
Téque potiùs temeritatis accuſandum,ſi citò &
extempore reſpondeas ex vno ſigno de omni-
bus,quàm ſtultitiæ culpandos eos,qui curioſi &
ſupini te percontantur. Omnino enim demen-
Error circa chiromantiam. tis hominis exiſtimandum eſt, inſpectâ ſemel
manu,de vita & fortunis omnium omnib. ſen-
tentiam ferre, iudicióque velut certo decerne-
re:quod vel ij fatentur priuatim &inter amicos,
qui è talibus fucis quæſtum faciunt, vel glorio-
lam inanem aucupantur. ſed reliqua quæ for-
tè ſuperſunt, breuiter percurramus, atque ad
certiora & potiora tranſeamus.

Circa lineas quid obſeruandum. Conſideranda igitur ſunt & loca & figuræ,tũ
in naturalibus lineis, tum in non naturalibus.
illa bonum,ſi bene habent,denuntiant: aliàs a-
De lineis digitorum, & indicia. liter. Lineæ digitorum reſpondent ſuis plane-
tis: ſed peſſimæ in pollice, ad miſerabilem vitæ
finem, & mortem ominoſam, aut facinora te-
terrima.in reliquis,ſi figura & ſitu pulchræ,bo-
num omen: ſin aliter, deterius aliquid ſigni-
ficant.

De vnguiũ maculis & albuginibus, ſignif. que. Quinetiam in vnguibus notulas & maculas
obſeruant curioſi: quæ multæ, multos inanes
metus aut ſpes vanas arguunt: albæ &pulchræ,
potiora:rubræ vel atræ & fœdæ, deteriora pol-
licentur, pro ſua cuiuſque ſorte & conditione.
A loco. & quidem ad vnguium radices, futura: in exti-
mis vnguibus,vaneſcétia:in mediis potiùs præ-
ſentia. ſed & digitorum,quibus inhærent, ſortẽ
participant. has alij ad amores & voluptates
traducunt; alij ad liuores & inuidiam. alij tri-
Singulorũ vnguiũ nota indices. Ab vnguiũ forma. buunt pollici honores atque itinera; indici lu-
crum; medio ſtudium laborioſum; annulari in-
uentionem; auriculari contemplationem. Vn-
gues lucidi, ingenium clarum & perſpicax ſi-
gnant,aliàs aliter: quod in omnibus paſſim ſub-
audiri volo,ex contrario contrarium inſinuans.

De ſignis nouis & inſolitis. Nouæ figuræ nouáque ſigna repentè oborta,
nouos rerum euentus præſagiunt. dextra & aſ-
cendentia,bonum ominantur: contraria ſecùs.
Lineæ in pueris,de futuro prænuntiant:in ſeni-
bus,præterea arguunt:ideo illæ graciles,hæ ob-
ſoletæ. *Ab ætat.* Omnes lineæ tenues, futura; euaneſ-
centes,præterita ſignificant: interciſæ, impedi-
Signa ex linearum forma, & adiunctis. menta:continuæ, vim & robur facultatis: obli-
quæ, intemperiem & debilitatem denotant.
pallor,præterita & longinqua memorat.

Qui claudi, qui nothi. Linea cerebri biſida,claudos.vitalis iuxta car-
pum lata; & auricularis non attingens iunctu-
ram ſupremam annularis, nothos ferè ſignifi-
cat. Diuulſæ lineæ principes, malignæ. Cingu-
lus Veneris Saturniam ſecans, peſſimus index
nefandæ libidinis. Martia vitali confuſa,libidi-
Lineæ confuſæ, mysticæ. nis augur. Soror cerebralis, hæreditatis præmũ-
Trianguli in vola, quid. tia. Trianguli plures in media vola conſtituun-
tur ex fortuito concurſu linearum:his denomi-
natio eſt à ſitu. Diuulſi,malos mores,infidos,lu-
ſores ſignant: obtuſi, prodigos, tardos, atque
hebetes: acuti, acutos potiùs, auaros, vafros &
præcipites. qui ad montem Iouis & medium
digitum aſcendunt, cerebri & ingenij infirmi-
tatem arguunt. Vbi nulla ſoror,defectus auxilij
Sororis defectio. externi ſignificatur.

A copia linearum, & ſitu. Plures vno loco lineæ amplæ & bene colo-
ratæ,fortunam &mores proſperiores augurantur:aliter ſi ſecùs. Quæ ſublimes, partium ſupe-
riorum vulnera & affectus; mediæ mediarum;
infimæ inferiorum partium inſinuant. Sed
mors perſæpe ſignificatos euentus anteuertit.
vt intutum ſit vel polliceri, vel negare futura.
ideo Chiromantia magis fortuita,quàm neceſ-
Chiromantia de fortuitis. ſaria ſpeculatur.

N. Chiromantia inanis & falſa: quomodo diſcernenda, & à quib. exercenda. Quæ ſi vera loquimur, tota eſt inanis,& am-
bitioſa, & impoſtore digna, aut gente barbara,
vt Bohema aut Ægyptia, ſicuti vulgo ſolent lu-
dificari. quia artis & rationis minimum,conie-
ctura multum, plurimum habet exercitatio-
nis, longóque vſu addiſcitur atque firmatur,
intrepidéque ab exercitatis impoſtoribus exer-
cetur & factitatur,potiùs quàm à viris & doctis
& modeſtis. Illi enim cùm nihil habeant ſoli-
dæ veræque doctrinæ & eruditionis, ad nugas
& technas inanes ſunt conuerſi, nullum bonæ
famæ adituri periculum, qua carent; vt inter
N. in chiromantes. imperitos, admirationem ſibi parent ac pariãt.
Sæpe tamen ſua prædictione in totum fruſtrati,
ac prorſus ridiculi ludibrióque expoſiti. Vt mi-
N. extaſeos. rer, mihi tantum ſuperfuiſſe otij, vt hæc curio-
ſis dictarem: vt admirer in his Cardanum &
Authores chiromantes. Conciliatorem & Albertum, viros alioqui gra-
ues,tantum ſtudij atque operæ ponere non eſ-
ſe deſignatos:poſt neſcio quos Coruos, Tricaſ-
ſos,Indagines,Coclites, & alios eiuſdem farinæ
viros. niſi fortè iſti non tam neſciuiſſe, quàm
docuiſſe volunt videri. quibus ego non plus fi-
N. quãtum tribuat chiromantiæ. dei tribuo; ſed ne iis quidem quæ conquiſita a-
liunde huc adſcripſi, & in ordinem digeſſi,
quàm ſaluâ conſcientiâ, & ſartâ rectâ philoſo-
phicâ conſtantiâ,ſed in primis integrâ atque in-
columi grauitate fidéque Chriſtianâ;atque adeo
conſtante certáque & ratâ rerum veritate, &
ſucceſſus atque euentus certitudine, concedi
par eſt,deferríque.

CAPVT

CAP. IX.

De motu & ingreſſu hominis & quadrupedum, & ambulandi organis:

Regreſſio ſermonis.

HIs igitur nunc omiſſis, quæ pluribus verbis enarrare poterant, & de quibus libros totos homines otio diffluentes compegerunt; ad continuandum integrandúmque ſermonem regredior; & ad potiorem ſalubriorémque cõtemplationẽ deuenio: dicturus de motu greſſúque hominis; ad quem per analogiam, etiam reliquorum pedeſtrium ambulatio referri poteſt. Quo in argumento ſubobſcuro explicando, priùs quàm ad Gal. venio, placet Ariſtotelis librum vtrumq. ſub eo titulo totum meo more excutere atque euoluere; ex eóque decerpere, quæ præſtantiſſima atq. vtiliſſima huic tractationi fore iudicabo; licet paulò prolixiore oratione futurâ.

Propoſitio, & N. conſtr.

EX ARIST.

Appetitiua naturalis animalium vis: item facultatis motricis.

ARiſtoteles igitur cùm ſciret appetitiuam facultatem animalibus ineſſe, quæ iuberet ea anquiri & parari, quibus Natura ad conſeruationem ſui indigeret: aut declinari vitaríque, quæcumque noxia & malefica inimicáque Naturæ viderétur: eíque velut miniſtram adiunctã eſſe facultatem motricem, quæ de loco ad locũ aliũ impellit & circunfert animal in ſuo quodque genere. ideo de animalium motione commentarium vnum, alterum de greſſu animaliũ conſcripſit, vtrumque propoſito nunc argumento affinem & coniunctione proximum. itaque de illo priùs, de hoc poſteriùs nobis diceendum, & ex Ariſt. philoſophorũ facilè principe, nonnulla ſunt deſumenda, hunc ferè in modum per breues ſententias excurrendo.

Animaliũ diuiſio in motu.

Animalium alia volatu, alia natatu, alia greſſu, alia per alios eiuſdem generis modos impelluntur. Primarium mouens, ab omni motu vacuum, ipſum ſibi motum adfert; éſtq. aliarũ motionum principium. Nihil poteſt ad motũ excitari, niſi idẽ aliquando otietur, & per quietem agat: aut alio quieſcente, ipſum moueatur. Ideo in animalibus, ſi membrum aliquod motum nauat, oportet etiam aliquod otiari: ob eámq. rem, copulæ & nodi animalibus affiguntur; quoniam cardinis loco, nodis vtuntur: totiúſque partis integritas, quæ inſertum flectit nodũ, modò vna & duplex, modò recta & flexibilis redditur: quippe quæ per ipſum nodum in mutationem ducatur potentiâ & actu. ſiquidem partis quæ flectitur, & adducitur, alia per notam motu fertur, alia in nodis quieſcit. Quæ copulis continentur, potentiâ & actu partim ſimplicia conſiſtunt, partim diſtrahuntur: eùm tamen initium, quod initium eſt, quieſcat; dum mẽbrum quod cohæret, motum expedit. Verbi gratiâ, dum brachiũ mouetur, gibber quieſcit: dum lacerti motum agunt, humeri: dum tibia, genu: dum totum crus, coxendix. Certum igitur eſt, cuiq. etiam parti opus eſſe in ſeipſa aliquid retinere, vnde partis motæ initium proficiſcatur, & cui innitã eadem illa in ſumma & per partes moueatur. Imò quies omnis interna, ad id præſtandum minùs idonea eſt: niſi extrinſecùs aliquid ſimpliciter adhibeatur, quod & quieſcat, & omni vacet motu. Vt autem intus quicquam condi debet, ſi ad motum, animal exiturum eſt: ita extrà aliquid ſtatuendum eſt (quale eſt ſolum & pauimentum) in quo inſiſtens moueatur & firmo & ſtabili. quod non modò terrenis animalibus accidit, ſed auibus & piſcibus etiam. neque enim volatus, neque natatus fit, niſi vel aër, vel mare obnixè reluctetur. Atque id neceſſariò aliud ab eo eſſe debet, quod motu exercetur, totúmq. à toto; atque id quod propriè omnis motus expers eſt, in nullam eius partem receptum eſt, quod motum obit. ſin minùs, idem motu deſiſter. Ideo ſiquis extra nauigium, ramo aut alio inſtrumẽto malum propellat, nauigium nullo negotio moturus eſt: cõtrà ſi in eodem ſit nauigio, & id ipſum conetur, nullam mouendi facultatem habebit: ne ſi Tityus quidem aut aquilo extra nauigium impellat. Omnino enim neceſſe eſt, vt qui impellit, in ſua aliqua parte quieſcente inſiſtens perſtet: dein hanc ipſam partem, vel id cui pars adiungitur, quieſcere externæ rei innixam: vt de remige in naui fruſtrà malum impellente patuit. Porrò robur motoríſque niſus, ad rem quieſcentem æqualiter quieſcere debet: nam roboris & facultatis magnitudo eſt, qua ſic id quod quieſcit, poteſt quieſcere; vt id quod mouet, poteſt mouere. atque neceſſariò quædam proportio vt contrariæ motionis, ita quietis, animo concipitur; motúſq. aut facultates per exuperantiam vincuntur. In iis autem quæ ſeipſa mouent, alia pars debet moueri, alia quieſcere; cui id quod mouetur, innixum, perficit motum. De inanimis tamen alia eſt ratio, quæ ſolo pulſu agitantur externo. at in animalibus, & interior & exterior vis eſt; & res quieſcens. vtraque autem & in ſeipſis & extrà, rem quieſcentem habent, qua ſe ſuſtentant ac firmant. Animalia enim quæ motu aguntur, omnia externæ parti incubantia id præſtant, cùm inſpirãt & expirãt. nihil enim intereſt, magnũ proiicias pondus an paruum: quodquidem faciunt, qui deſpuunt, qui tuſſiunt, qui inſpirant & qui expirant. Vtrùm tamen in animali, cùm alteraſcit & auctum recipit, quippiam debeat quieſcere, ſicuti cùm per locum mouetur, dubium eſt; cùm idem ſibi ipſi generationis & interitus cauſſa eſſe nequeat. Motor enim rem mobilem, effector opificium præcurrere debet: nihil autem ſeipſo prius & antiquius eſt. De animæ motu alia eſt conſideratio; itémque de primo mobili. Certè anima motum corpori adfert: omnéſque motiones animatorum, exitum habent: quandoquidem animalia omnia alicuius rei cauſsâ & mouent & mouentur; ita vt hoc ipſum conſtituatur exitus cuiuſque motionis. At videmus cogitationem, viſum, voluntatem, ſelectionẽ, cupiditatem, animalib. motũ adferre. hæc autem omnia ad mentem referuntur & appetitionem. viſum enim & ſenſus, eandem

Mouens ſi pars quæ connectatur alij.

Vt motus fiat, neceſſe eſt partem vnam moueri, alteram quieſcente intus aut foris, quomodo.

Sic aues & piſces in ſuo ſolo mouentur immobili fixóq.

Motum differre ab immobili. Ab exẽplo.

Ad motum requiritur aliquid fixũ & immobile, qualiter, & de externo. Ab exẽplo.

Proportio motoris ad rem mouendam: item motus & quietis.

De motu intra ſe, quid aliud moueatur, aliud quieſcat.

Differentiæ motus animatorum & inanimatorum.

Animalia quæ mouentur intus & foris innixa.

An quies neceſſaria ad incremẽtum. & an idẽ ortus & interitus ſibi cauſſa nõ eſt.

Motorii & opificis dignitas.

Anima quæ corpus mouet.

Finis motionis in animatis.

Vis animæ ad motum, & quæ operetur.

quam mens obtinent ſedem; cùm omnia iudicandi & ſtatuẽdi facultatem habeant. attamen eo diſcriminum genere ſeparantur, quæ alio tradidimus loco. Voluntas, ira, cupiditas appetitioni redduntur. ſelectio, cõmunis eſt cogitationis & appetitionis. Quapropter id etiam quod ſeligi poteſt, tale erit; cùm non omne rationale ſeligi queat, ſed rerum agendarum finis eſt. idcirco is qui ita mouet, commodi & boni rationem obtinet: imò non omnis honeſtus eſt. Nam quoad gratiã huius, alius eſt; & quoad finis eſt rerum, quæ rei alterius gratiâ ſunt, eatenus mouet. Bonum quoque ementitum, boni locum tenet: atque iucundum, tale etiam eſt, quandoquidem illud ementitum bonum eſt. Certè igitur animal appetitio mouet: quæ ipſa etiamſi moueatur, non tamen per locum mouetur. Ex his compertum eſt, impulſum eorum quæ oriuntur, vltimum eorum eſſe quæ prodeunt. animal enim motu agitur & ingreditur, vel appetitione, vel optione: alteratione tamen aliquâ factâ per ſenſum aut viſum. Qui intelligit, quodammodo in actionem nunc incumbit, nunc non incumbit; & mouetur, nunc non mouetur. Et cùm appetitio, præcipua cauſſa motus ſit, eadémque excitetur vel per ſenſum, vel per viſum & motum: & qui agunt, partim cupiditate aut irâ, partim appetitione aut voluntate concitentur, accidit vt alia faciant, alia agant. non aliter quàm ea opera, quæ non alieno impulſu, ſed ſua ſponte agitari viſuntur, paruo excitato motu laxis loris (vel rotis) ſeque mutuò trudentibus. & quadrigæ, quæ ab auriga agitatæ ſtatim mouent, & rurſus in orbem verſantur; quoniam inæqualibus vtuntur rotis: minor enim quaſi cardo euadit; vt in cylindris fit: Ita moueri animalia confirmamus; quippe quæ hiſce inſtrumentis ornentur, & machinationibus inſtruantur; hoc eſt, neruorum oſſiúmque naturâ. Quandoquidem oſſa, tanquam ligna & ferrum ſunt; nerui, tanquam rotæ: quibus laxatis & remiſſis, motus agitur. Verumtamen in operibus, quæ ſua ſponte mouentur, & in quadrigis nulla ſuboritur alteratio, etiamſi in orbem idem vertatur. contrà in animali, idem tum ampliari, tum diminui, & faciem corporis variare poteſt; partibus ex calore augeſcentibus, & iterum ſeſe aſtringentibus ob frigus, iiſdémque alterationem contrahentibus. Quin etiam viſa, ſenſus & conſignatæ in animo notiones commouent: ſenſus enim, cùm alterationes quædam ſint, confeſtim inducuntur. viſum autem & notio, rerum agendarum vim obtinent. Iccirco notione ſolùm affecti, tum horrore, tum metu perculſi videmur. atq. hæc omnia, perturbationes alterationéſque haberi debent. Initium verò motionis, res conſectanda & declinanda eſt: in iis tamen quæ geri administrarique poſſint, vt iam diximus. Ob eam rem, ſimulatque homo intelligit incedendum eſſe, incedit; niſi quid impedimento ſit. atque inſtrumentariæ quidem partes congruè affectiones præparant, appetitio affectiones, appetitionem viſum: hoc autem vel ex ſenſu, vel ex notione efficitur: ſimúlque & celeriter ipſa res euenit, quoniam principium agendi & patiendi inter ea refertur, quæ mutuam habeant naturam. Sed princeps animalium motor, neceſſariò in aliquo initio ſirus eſſe debet. Copula autem ipſa, alterius partis initium eſt, atque alterius exitus. propterea efficitur, vt Natura eiuſmodi copulâ modò tanquam re ſingulari, modò tanquam duplici vtatur. Cùm enim ex vno loco in alium motus agitur, neceſſitas cogit, vt extrema altera nota quieſcat, altera moueatur: quandoquidem id quod motum parit, in re quieſcente ſe ſuſtinere debet. Itaque extrema brachij pars mouetur, & non mouet: cùm tamen gibberis inflexu pars, hoc eſt manus moueatur: quæ ſanè cum toto brachio agitatur. Atque etiam neceſſariò aliquid conſtituendũ eſt, quod facultate quidem, ſingulare ſignum habeatur, ſed actu duplex. iccirco ſi animal, brachiũ eſſet; in gibbere profectò mouẽdis animæ originem locandã exiſtimaremus. Et certè vt brachiũ ad gibber ſe habet: ita cõtingit inanima quædam (quorum de genere eſt bacillus) ſe ad manum habere: vt ſi bacillũ moueat, perſpicuum ſit, animam in neutro extremo conſiſtere: neque in extrema rei motæ parte, hoc eſt manu; neque in altero principio, hoc eſt bacillo. hoc enim præ manu, tum ſummam, tum infimam obtinet partem: vt hac ſaltem cauſſã, niſi principiũ animæ mouens in bacillo cõdatur, neq. in manu fuerit. Nam ſumma ipſius manus pars, ita ad brachiale cõparatur, vt hæc pars ad gibber: propter quod, nihil differũt partes quæ coaluerint, ab iis quæ nõ huiuſmodi ſunt: quippe cùm ipſum bacillum, vt pars ſeparabilis euadit. Itaque neceſſe eſt illius ſedem nulla origine contineri, quæ alterius ſit finis: neq. ſi aliud cũ eo magis continens ſit; vt principium extremæ bacilli partis in manu: huius in brachiali. Quòd ſi in manu id non ſit, nimirum in parte habebitur ſuperiore: atq. etiã gibbere quieſcẽte, tota inferior pars, quæ tamen cõtinẽs ſit, mouetur. Sed cùm ſimiliter cor ad membra tam dextra, quàm ſiniſtra ſe habeat; & per partes, contraria mẽbra ita aguntur, vt neq. ex perpetua quiete ſiniſtræ partis, dextra moueatur, neq. è contrario fiat; cùm exordium à ſuperiore ambarum partium loco ſemper ducatur: Neceſſe eſt medio pectoris, hoc eſt cordi, ipſam animam mouẽtis originem reddi: quandoquidem amborum extremorum medium eſt vltimum. Et hoc ipſum æquè cõparatur ad motiones ſuperiorum & inferiorum partium, vt ad lacertorum & crurum, quorum origo eſt, ſpina capitis: in iis tamen, quibus illa dorſum perreptat. quodquidẽ omni etiã ratione probatur. Sentientem enim facultatem hîc locari oportere cenſemus: ita vt hoc loco, quo principium continetur, ſenſus operâ alteratione affecto & immutato, partes proximæ adiuuent extentæ & cõtractæ. atq. ita neceſſariò vel propter hanc ipſam cauſſam, motus animalibus agitur. Media ſanè corporis pars, quæquidẽ cor eſt, & in eo diffuſi ſpiritus, quanquam vna eſt, actu tamen plura reddatur, neceſſe eſt: propterea quòd lacerti & crura per partes motum nanciſcuntur ab initio; & alteris quieſ-

Appetitionis & delectus vis.

Motionis finis varius.

Bonum & iucundum duplex.

Motio ab appetitu, quò fiat.

Impulſionis vis.

Animalis motũ quid concitet: & vis intellectus.

Appetitio, cauſſa motus quò excitetur: & actio quò fiat.

à ſimili.

Cylindri motus.

Animaliũ motus quò fiat, & organa.

à ſimili.

Motus in animalibus alterat, quamobrẽ.

Motio ex mente & ſenſibus, qualiter.

Motio quomodo impellat. inde perturbationes.

Motionis principium vnde.

Ordo earum ad motionem neceſſarium, organa, appetitus, effectio, viſa, ſenſus, notio.

Agens & pars, relata ſunt.

Motor princeps, vbi.

Copulatio parium ad motũ, quorſum.

Motio ad locum quò fiat, & motus quinquè rerum.

Exemplũ. Signum non mouetur, vbi, & motus vnde. Bacillus quò motũ tendat.

Anima ad motum ſedem obtinet.

Bacillus, pars ſeparabilis, & ſedem expers, quæ.

Cor ad membra quo ſe modo habeat ad motum.

N. de cerebro hactenus traditis prudenter deciſa.

Exordium motus à parte ſuperiore.

Quòd anima in corde motum omnem diſpenſet æqualiter.

Crurum origo vnde.

Sentiens facultas, vbi, item principium. inde motus initium.

Digitized by Google

centibus, altera mouentur. Præter hæc verò principia, aliud neceſſe eſt mouens eſſe, quod nullum motum ſubeat: nimirum anima; quæquidem licet ab hac magnitudine ſit diuerſa, tamen in ea collocatur. ſed è ratione quæ probat motionis cauſſam, appetitio eſt mediũ, quod mobile mouet. quod autem mouetur, nec mouere poteſt, alienas vires pati valet. mouens itẽ neceſſariò quadam facultate & vigore niti debet; eóq. magis, quòd animalia omnia partim natiuum hunc ſpiritum habent, partim eo vigent. Videtur autem ille ipſe ſpiritus æquè ad vitalem originem ſeſe habere, vt nota in copulis expreſſa, quæ impellit & impellitur ad rem omnino immobilem. Sed quando principium B aliis in corde locatur, aliis in eo quod cordi proportione redditur: ideo natiuus quoq. ſpiritus in eodem videtur ſedem tenere. Motionum verò opera ſunt, pulſus & tractus: iccirco inſtrumentum & augeſcat & corripiatur par eſt. Talis autem ſpiritus natura (nam in immẽſum contrahitur) atque etiam coactrix, & eandem ob cauſſam impultrix eſt: & ad ignea, grauitatem; ad contraria, leuitatem obtinet. Enimuerò id quod motionem per locum, non per alterationem allaturum eſt, debet vel grauitatem vel leuitatem habere: quandoquidem naturalia corpora per exuperantiam inter ſe primas tenent: leue in infimum deprimitur à grauiori domitum: graue ad ſummum contendit ab leuiori expugnatum. Qua parte, quæ tamen moueatur, anima moueret, & quam ob cauſam, tradidimus. Animal ſanè ita conſtitutum eſſe iudicare debemus, vt ciuitatem legibus bene inſtructam & tẽperatam. in hac enim poſtquàm adminiſtrationis ratio ſemel inſtituta eſt, nihil oportet abſentem principem rebus ſingulis quæ gerãtur, intereſſe: imò verò quiſque officiis fungitur ſuis, vt mãdatũ eſt; & aliud poſt aliud ex conſuetudine adminiſtratur & inſtituto. In animalibus, hoc ipſum tum per naturam efficitur; tum quòd ſingula, quæ ita conſtituantur, ad munera ſua exequenda probè affecta ſunt. Quocirca opus non eſt in quòque membro animam ineſſe, ſed cùm in certo principio conſiſtat, & reliqua membra, quòd illi adiungantur, viuunt, atque officia per naturam obeunt ſua. Expoſuimus quemadmodũ animalia voluntariis ſeſe mouerent motionibus, & quas ob cauſas. atqui non deſunt quædam partes, quæ inuitis etiã motionibus agitentur. Motiones inuitas intelligo, quales cordis & mẽbri genitalis: quia ſæpenumerò ex occurſu rei, illa ſeſe mouent: quanquam mens nihil interea decernat & ſtatuat. Non voluntarias deſigno, quales ſomnum, vigiliam, ſpirationem, & reliquas eiuſdem generis. quandoquidé nulli horũ ſimpliciter aut viſum, aut appetitio præeſt. ſed cùm neceſſe ſit, animalia naturali quadam variari alteratione, ideo neceſſe eſt per occurſum rei, illa cõmoueri. Partium quæ alterationem contrahunt, aliæ augẽtur, aliæ diminuuntur: propterea non ex motu & cõmutatione innatæ mutationes mutuò ſe ſequuntur, & continentur. Naturales verò motionũ cauſſæ, & partiũ prædictarũ inuiti impulſus excitãtur, vt alteratio inciderit. ſiquidem notio & viſum, vt ſupra docuimus, agentes pariunt affectiones; quia retum agentium imagines effingunt & afferunt. Inter omnes autem partes, cor & genitale potiſſimùm id perſpicuè agunt. quia vtrumq. membrum, tanquam abiunctũ eſt animal. Ac huiuſce quidem rei cauſſam aſſerimus humorem, qui in vtroq. vitalis continetur. in corde quamobrem id fiat, cauſſa patet; quia ſenſuum principatus ei defertur. in genitali mẽbro, quoniam tale ſignũ eſt: ex eodem enim ipſo vis genitalis feminis, quaſi animal quoddam, promitur. Optimâ igitur ratione, motiunculæ à partibus ad initium, & ab initio ad partes contenduntatque ita ſe mutuò petunt. Hæc ferè ex lib. de animalium motu: deinceps de altero, qui de cõmuni animalium greſſu inſcribitur, conſiderandum, deſumptis iis tantùm, quæ noſtro inſtituto conueniunt; reliquis autem in præſens omiſſis.

Homo igitur in ambitum crus inflectit; aues in cauum: idémq. ſibi ipſi tum crura, tum brachia contraria detorquet: nam brachia in cauũ, genua in ambitum cõtrahit. item quadrupeda, eadémque viuipara, contrà quàm homo faciat, crura inflectunt. atque etiam illa contrariũ ſibi ipſis nauant motum. genua enim in ambitum C conuexa, ſuffragines in cauum adducunt. ouipara autem, crurũ inflexus præcipuè obliquant, & in latus detorquent. Natura nil fruſtrà molitur: imò ſemper id machinatur & efficit, quod optimũ ſit. de iis, quæ pertinere poſſint ad ſtatũ cuiuſq. generis animalium. Iam verò quantæ & quales magnitudinis dimenſiones, & quibus attribuantur, proponere conuenit. hæ quidem ſex enumerantur; ſed tria paria conficiuntur; vnum, quod ſummum & infimum: alterum, quod antè & ponè: tertium, quod dextrum & ſiniſtrum contineat. præterea, initia motionũ, D quæ per locum obeuntur, eſſe tum pulſum, tum tractum. itaque hi per ſe aguntur; ex accidenti autem id quod agitatur, ab alio mouetur. nam idem ab eodem moueri non videtur: imò id quod ab aliquo agitatur, pulſu agitatur externo. His præſcriptis ac explicatis, trademus quæ proxima habeantur, ex conſequenti.

Animalium igitur quæ per locum ſe mouent, alia in ſumma toto corpore id præſtant, vt proſilientia: alia per partes, vt ingredientia omnia. ſed in vtroque motionis genere, ipſum mobile, re quam ſubditam habet, ſe ſuſtentans, ſemper mutatur. Quapropter ſi eiuſmodi res E celeriùs ſubtrahatur, quàm id quod in eo ſe moturum eſt, incubare innitique poſſit: aut ſi nullus omnino contrarius detur conatus; profectò nihil in eodẽ ſeipſum mouere poterit, nã id quod proſilit, cùm ſuperiore parte in ſeipſum innitatur, & in pedum ſtratum inhæreat, ſaltum agit: & eò quidem magis, quòd partes mutuum in flexuris reniſum habent. Atq. omnino tale eſt id quod cõprimit, præ eo quod comprimitur. Ideo quinquertiones halterib. vtraq. manu prehenſis, maiorem & cõcitatiorem ſaltũ edunt: & quatiendis manibus curſus acceleratur: niſu quodam vtrobique captato. At verò

Motio aliis alia quieſcant.
Anima, principium mouens & immobile, vbi.
Appetitio, cauſſa motus mediata.
Mouens à moto differt.
Spiritus vitalis efficacitas ad motum
Nota in copula, vir.
Principij ſedes & ſpiritus.
Motionum opera, & organa.
Spiritus efficacia ad motum, qualis.
Mouens graue aut leue eſſe debet: & quid ipſe agant.
Anima qui moueat, & vnde.
Comparatio animalium ciuitatis politicæ, in quo.
Nota. Cur anima in ſingulis membris non inſit neceſſariò. N. de hoc in lib. de animæ immortalitate & ſede diu.
Voluntaria motio, aut inuoluntaria.
Exempla motus inuoluntarij & innati.
Alteratio qui fiat.
Motus naturalis, & innata, ab alteratione.
Motio ab affectione qui fiat.
Cor & genitale qui moueantur; & à quo cauſſa.
N. alter dixi hic antea: & quòd potiùs à ſpiritu.
Cordis & pudendi efficacia motiuaque.
Motio ab initio & à partibus, qualiter.
Tranſitio.
Homo qui crus moueat & brachia.
Differentia à mutis, & auibus.
Natura nil fruſtrà.
Magnitudinis locique dimenſiones differẽtia 6.
Initia motus localis, duo.
Motio ab alio, non à ſe.
Animalia qui moueãtur loco, ad vbi ſiſtant.
Nihil in eodem ſe poteſt mouere.
Animal qui proſiliat.
Saltum in quo nauet halterãtes; quò. ſic manus, curſus.

id quod motu exercetur, ſemper ex duarum ad minimum partiũ vſu, quæ inſtrumentariæ ſint, mouetur: vt quaſi altera comprimat, altera cõprimatur. nam id quod quieſcit, comprimitur, quia põdus ſuſtinet: cùm id quod effertur, vnà cum eo quod ſuſtinet pondus, prorſum impellatur. Et ob eam rem, quæ inſtrumentariis partibus carent, ad hunc modum ſeſe mouere non queunt: propterea quòd diſtincta partiũ agentium & patibilium deſcriptione vacant. Sed cùm ſex dimenſiones cõſtituantur, quibus animalia ſuapte naturâ diſtingui poſſint, ſummum & infimum, antè & ponè, dextrũ & ſiniſtrum; pars ſumma & infima, omnibus quæ vitam adipiſcũtur tribuitur: quandoquidem non ſolùm animalia, verumetiam ſtirpes, in vtramq. excurrunt. Quanquam non ſolùm munere, ſed planè etiam poſitione & ſitu inter ſe differunt, ſi ad tellurem & cœlum reſpectum habeas. Summa enim pars omnibus vitâ præditis, eſt per quam cibus recipitur, & acceſſio adiungitur. infima autem, ad quam poſtremò accedit; ac partim initium quoddã, partim exitus patet: ſumma tamen pars, initium eſt. atqui pars infima, potius ac nobilius initium in ſtirpibus videri poterit; præſertim cùm non eodem ſitu partes ſummæ & infimæ in illis, quæ in animalibus diſponantur. ex quo, homo, velut arbor inuerſa intelligitur: de quo alibi.

Animalia porrò quæ ſenſu vigent, illius operâ antè & ponè diſtinguuntur: propterea quòd vnde origo ſenſus ducitur, & quò dimanat, hæc ipſa vt priora; oppoſita vt poſteriora ſignantur. Sed animantibus iis, quæ non modò ſenſus participes ſunt; ſed per locum etiam per ſe ipſas moueri queunt, dextrum & ſiniſtrum ita aſſignatur; vt vtrúmque diſcludatur, ac munere deſcribatur, quod obituræ ſunt, non ſitu. Itaque dextrum cuique eſt, vnde primordia motus per locum Natura ipſi corpori trahantur: ſiniſtrum, quod oppoſitum eſt, & ad illud conſequendum ſuapte naturâ propenſum eſt: etiãſi hoc ipſum de animalibus alia diſtinctiùs quàm alia indicent. nam ratio dextri & ſiniſtri propoſita magis declaratur in iis, quæ inſtrumentales obtinentia partes, vt alas, vt pedes, vt alia id genus inſtrumenta, per locum ſeſe agitant. in expedibus & reptilibus, ſecùs res habet. Motionis item originem trahi à dextra parte, argumento ſunt omnes, qui ſiniſtrâ ſolent onera baiulare. ita enim gerulus ſoluto motore ac diſiuncto, facilè moueri poteſt. Quapropter ſiniſtrâ ſe ſuſtinentes, faciliùs vnctos ſuperſiliunt vtres: quandoquidem dextra mouere, ſiniſtra moueri apta eſt. ob eámque rem, onera non parti mouenti, ſed mobili imponi debent. Quòd ſi mouenti, & loco ei imponantur, vnde motus proficiſcitur; impulſus vel nullus omnino, vel difficilior agetur, & grauior. Pedum etiam proiectiones in curſu, indicio ſunt, motus initia à dextra duci parte. ſiquidem omnes ſiniſtram proficiunt, atque ſtantes & in ſublime erecti, eandem magis proiecciſſe videntur: niſi fortuitò aliter contigerit. nec enim parte porrectâ, ſed contractâ motus ille nauatur.

Nil mouetur citra duarũ partium opem, quomodo.

Sine organis immobilia.

Dimenſionum ſex differentiæ: & ſumma atque infima vnis communia.

Hominis & ſtirpium diuerſa poſitio, quæ.

& ſumma atque infima partis cuiuſque animati, quæ

Pars infima nobilior in plantis, in homine contrà.

Pars anterior & poſterior in ſentientibus, quæ.

Pars dextra & ſiniſtra in ambulãtibus, quæ.

A dextris initiũ motus.

N. etiamne in læua? Gall. gauchers.

Dextra & ſiniſtra in organis motus, non autem in reptilibus.

Quòd motionis initiũ à dextris. onera autẽ in læua geſtantur, cur.

Saltus ſuper læua manu.

Curſus initia à dextris.

Dextrâ etiam defenſio fit: ac propterea dextræ partes omnibus eædem affórmãtur. vnde enim primùm oritur motus, idem vniuerſis eſt; atque etiam ſecundùm naturam, in eodem loco ſitum poſitionémque obtinet ſuam. dextrum autem eſt, vnde primùm motus emanat. At homines, præter cætera animalia, ſiniſtram diſtinctam obtinent & agilem; quoniam maximè omnium ipſi ſecundùm naturam fingantur. dextra autẽ pars & adiuncta, potior eſt ſiniſtrâ. iccirco dextræ partes in hominibus maximè tales ſunt. quæquidem cùm diſiunctæ ſint, ratione optimâ læuæ rigidiuſculæ ſubeũt, & ab iiſdem ipſis abiunctæ maximè pendent. reliqua verò initia per naturam deſcripta & abiuncta, in hominibus potiſſimàm diſponuntur: ſummam dico & potiorem partem. ſed in quibus ſumma pars à priore diſtrahitur, vt in hominibus & auibus, hæc bipeda formãtur. in quadrupedibus enim diuerſa ratio eſt. Sed cùm loca tripartitò diſtinguantur, in ſummum, infimum, & medium; bipeda ſummum ita obtinẽt, vt editæ parti ipſius vniuerſi reſpondeat: multipeda & pedibus caſſa, mediæ; ſtirpes, infimæ. Cuius quidem rei cauſſam aſſerimus, quòd ſtirpes ipſi terræ, immutabili hæſu affiguntur: at ſumma pars pro cibo eſt. ſtirpib. è terra victus petitur. quadrupeda autem & multipeda & nullis pedibus ſubnixa, ideo ſummum locum in medio tenent, quòd celſâ atque erectâ fabricatione priuẽtur. bipeda eum ſummæ parti reſpõdentem habẽt, quoniam erecta in ſublime ſe attollunt; in primíſque homo, qui ſecundùm naturam celſus ac erectus conſtituitur. Quare conſentaneum eſt, ab his ipſis partibus initia duci, præſertim cùm initium nobilius ſit. ſummum autem infimo, prius poſteriori, dextrum ſiniſtro nobilius habetur. Sed bene eſt permutato etiam ordine idem probare: nam quia initia his partibus redduntur, iccirco hæc oppoſitis nobiliora (addo & mobiliora) ſunt. Motionem à dextra oriri, iis quæ tradidimus, planum fecimus. ſed quoniam neceſſe eſt, cuiuſque corporis continui, cuius altera pars mouetur, & altera quieſcit (id intelligo, quod totum moueri poteſt, alterâ parte quieſcente, quatenus vtraque contrariis motibus impellitur) cõmune quiddam eſſe, quo ille inter ſe ductu perpetuo cõmittantur: atque eò loci principium ſtatui motionis & pariter quietis vtriuſque partis: conſtat per quæcumque dicta repugnantiæ genera, vt proprius vtrarumque aduerſarum partium motus agatur, omnia hæc vnum commune habere principium, per quod partes quas diximus, connectantur: partes dico dextras & læuas, ſummas & infimas, priores & poſteriores. Itaque in eo quod ſibi ipſi motũ adfert, nulla eiuſmodi ſummæ infimæq. partis diſtincta deſcriptio eſt: tum quòd motus naturalis à nullo retrouerſum cieatur: tũ etiam quòd mobile nullo modo diſtinguitur in mutatione, quæ vtrôque verſum fiat. at dextræ & ſiniſtræ, ſummæ & infimæ partis notatur diſtinctio. Quæcumq. igitur animalia inſtrumẽtariis vſa partibus progrediũtur partis prioris & poſterioris diſcrimine illas diſ-

Dextra defenſio, & motus naturalis.

Læua homini agitor bellax, cur.

Læua rigidiuſculæ ſubeũt dextrâ.

Diſtinctio ſummæ partis à priore in bipedibus.

Loci diuiſo in tria: & quia quadrent in bipedibus, ſtirpibus, & cæteris.

Summa pars in ſtirpibus, quæ.

Bipedum & multipedum, vel multipedũ & expedũ pars ſumma, vbi: itemq. infimum.

Summi & prioris & dextri prærogatiua.

Motio à dextra oritur.

Principium motionis & quietis, vbi.

Vnum principium connexionis partium cõtinuarum.

Quod ſibi motum adfert, non diſtinguitur ſumma & infima, cur.

Google

Organa greſtilium non diſtinguuntur priori & poſteriori.

cretas non habent; cùm reliquæ ambæ ſignentur, & primum diſcrimen dextrum & ſiniſtrũ ſeparans non deſideretur: propterea quòd diſcrimen ſtatim in binis neceſſariò, in quaternis verò præcipuè notatur. Cùm igitur ſummum & infimum, dextrũ & ſiniſtrum in eadem cõmuníq. origine inter ſe connectantur (eam deſigno, quæ princeps motionis eſt) oportet in ſingulis, quæ per locum à quouis horum motũ cient, præſcriptam quodammodo & definitam eſſe omnium propoſitorum motuum cauſſam; idq. interuallis ex principiis expoſitis, quæ in hiſce partibus ſita tum contrario, tum eodem diſponantur. Atque illa eſt, cui commune quoque principium mandatur, vnde animali motus vel dextrorſum, vel ſiniſtrorſum; & pariter vel ſurſum, vel deorſum agatur. Item quodcumq. ſimiliter hoc retineat, oportet, vt quoduis principium, quod in partibus quas commemorauimus, ineſt. Conſtat igitur motionem per locũ, aut ſolùm aut maximè iis animalibus obiri, quæ vel binis, vel quaternis notis per locũ moueantur. vt cùm id tale ferè ſanguinem obtinentib. potiſſimùm eueniat, perſpicuum ſit, nullũ ſanguine præditum animal pluribus quàm quaternis notis poſſe citari. atque ſi tali notarum numero duntaxat motũ nauare ſuapte naturâ aptũ eſt, illud neceſſariò ſanguine conſtare. Quæ etiã ipſis animalibus eueniunt, ea comprobant, quæ demonſtrauimus. de ſanguine enim præditis nullum in plures diſſectum partes protrahere vitam poteſt: quòd particeps eſſe nequeat motus per locũ, quem iam antè exequebatur, cùm totius integritate continuum & minimè diductum eſſet. contrà de exanguium ac multipedũ genere, quædam habentur, quæ præſecta ſingulis partibus diu viuere poſſint, & non diſſimilem ei motũ agere, quem antequàm id paterentur, conficiebãt: quales ferè ſunt inſecti generis animãtes omnes prælongæ. Porrò omnia quæcumq. pedibus augentur (vel potiùs agunt ur) illos ipſos pares neceſſariò tenent. quæ enim per ſaltum ſeſe per locum mouent, nullũ pedum miniſterium ad eiuſmodi motionem deſiderant. at quæ ſaltu vtũtur, & greſſu inſuper indigent, cùm ſaltus illis ſatis non ſit; certũ eſt alteris eorum melius eſſe, alteris facultatem omnẽ eripi congrediendi. Quamobrẽ cuique animali neceſſe eſt parib. inſtrui pedibus. cùm enim talis motus per partes, non in ſumma toto corpore fiat, qualis ſaltus eſt; alteris quidem partibus neceſſe eſt quieſcere per agitationem pedum, alteris verò impelli; & oppoſitis illarum vtrumque præſtari, cùm à mobili parte ad quieſcentem traducitur pondus. Iccirco nullũ aut ex trium pedum vſu, aut ex vnius tantũmodò ingredi poteſt: hoc enim nullo fulcitur firmamento, quo corporis pondus ſuſtineatur: illud autem labore aggrauatur, per alterum oppoſitum firmamentum. quapropter neceſſe eſt idipſum collabi, cùm vires ad motum ſic agendum intenderit. Id autem quod ingreditur, viciſſim ab vtraq. parte procedit: nam ita in priſtinum ſitum fit reſtitutio. Porrò neq; flexionem, neque natatum, neque directionem vllam agi poſſe, niſi quid otioſum iaceat. nam flexio nihil aliud eſt, quàm mutatio quæ ex directo, vel in orbem, vel in angulum agatur: directio, quæ ex alterutro eorum in directum procurrat. At neceſſe eſt in omni eiuſmodi mutationum genere, flexionem aut directionem ad vnũ procũbere ſignum: & eò quidem magis, quòd niſi nodus flecteretur, nec greſſus, nec volatus, nec natatus fieri poſſet. Cùm enim pedibus auctà, vtroq. obuerſorum crurum ordine viciſſim & cõſiſtant & pondus geſtent; neceſſe habent altero progrediente, alterius nodũ flectere: propterea quòd ſuperiora & inferiora corporis mẽbra contrario ordine formata, magnitudini paria reſpondent. Atque etiam ſubdita ponderi pars, tanquã perpendiculũ ad terram demiſſum, erecta cõſiſtere debet: quandoquidẽ in progreſſione diuaricatur & extenditur, & tum magnitudinem otioſam, tum id quod mediũ interiectum eſt, ferre poteſt. Sed cùm ſuperiora & inferiora mẽbra æqualia ſint; neceſſe eſt otioſam partem nodum flectere vel in genu, vel in parte quæ vnà flectatur: vt ſi de animalibus quæ ambulãt, aliquod genu careat. Ex eo nimirum documentum capitur, rem ita ſe habere: etenim ſiquis per terram ambulans, ad parietem adhæreſcat; profectò linea quæ deſignatur, non recta, ſed obtorta erit. quia partis flectentis linea breuior euadit: cùm quæ conſiſtit & effertur, porrectior ducatur. Verumtamen accidit motum præſtari, etiãſi nullus cruris inflexus agatur; quemadmodum puſiones ſerpere videmus; & de elephantis falsò in vulgus fertur. At nullum erectum & ſtans continenter & tutò incedere poteſt: quia perinde ſe mouebit vt palæſtritæ, qui per puluerem in genua ſubſidentes procurrunt. magna enim pars ſupernè aggrauat: ideo par eſt maiora adhiberi crura. quòd ſi hæc dentur, nodus inflectatur neceſſe erit. Sed cùm erectũ conſiſtat; ſi pars quæ prorſum mobilis eſt, rigida ſit; vel conſtitutum extra perpẽdiculũ concidet, vel non progredietur. Si enim altero crure erecto, alterum progreditur; maius erit, cùm æquale omnino ſit: quandoquidem hoc ipſum tum crus quieſcens, tum nodum qui ſubintẽditur, geſtare poterit. Ergo per id tempus cùm alter pedum progreditur, neceſſe eſt quieſcẽtem inflecti: & ſimul quia hic inflectat: neceſſe eſt alterum extendi. Superiora enim & inferiora corporis membra æquis lateribus triquetram efficiunt figuram: & caput in infinitum magis deprimitur, cùm perpendiculum, eum attigerit locum, cuius eſt baſis.

Cæterùm per inflexionem & intenſionem omnia mouentur: nam in rem aliquandiu ſubiectam, & quaſi ſenſim cedentem progrediuntur. Animal igitur quod erectum ingreſſurum, bipes neceſſariò debet eſſe: atque etiam ſuperiores corporis partes leuiores habere, & inferiores grauiores ſubdi: quia hoc duntaxat modo ſuam ipſius molem facilè ſuſtinere poteſt. Quapropter cùm animaliũ omniũ vnus homo celſus atq. erectus fingatur, crura ſuperioribus partib. reſpõdentia proportionè maxima & firmiſſima omniũ, quæ pedibus inſtẽt (ſeu inſiſtãt)

Motio animalium per binas aut quaternas notas obitur.

Nullum animal ſanguineum, pluribus quàm quatuor notis mouetur, & à contrario.

Animal ſanguineum multifariã ſectum, moueri, non poteſt nec viuere, cur. de inſectis & exanguibus contrà.

Omnia pedeſtria pares habẽt pedes.

Saltus ſine pedib. quãdo & quibus.

Greſſus quã fiat per pedũ impulſu.

Imparium pedum ictura & imbecillitas.

Motio nulla ſine quiete.

Flexio, directio, quid: & quòd ad vnum ſignũ incumbat, qua de re.

Greſſus quã fiat per nodos.

Comparatio ſuperiorum ad inferiora.

Pars quæ geſtat, debet oneri ſuppoſiti ad perpẽdiculum.

Flectio in nodo ad progreſſum.

Ambulatio ad parietem fit per lineã obliquam, qui.

Greſſus ſine cruris inflexu, quã fiat.

Ambulatio ſtante corpore incommoda: tutior per nodorũ flexum.

Ambulatio vtro crure flexo, incommoda.

Greſſus altero crure flexo, altero extenſo fit.

Triquetra figura corporis in greſſu.

Motio per intenſionem & inflexionem, quã.

Bipes rectum ambulat.

Ambulãdo partes graviores ſubijciendo.

habet. Hoc autem ipſum ea planè res declarat, quæ puſionibus euenire ſolet: ſiquidem hi erecti incedere non queunt; propterea quòd in pumilionis habitum delabuntur omnes, & ſummas partes auctiores robuſtioréſq. infimis tenent: ſed procedente ætate, ad infimas accellio adiungitur, donec ad iuſtam perueniant magnitudinem: atque tum in veſtigio ſtare, & inceſſum erectum peragere queunt. Illud potiſſimùm cauſſæ eſt, quamobrem bipeda erigere ſe ac ſtare poſſint, quòd clunem femori ſimilem habent, & talem tantúmque, vt duo femora tenere videantur; alterum in crure ab ipſo inflexu productum, alterum ad hanc partem, directâ formatione à ſeſe protentum; quòd planè non femur, ſed clunis eſt. de auibus ſecùs, quæ ob femoris & coxæ diuerſam ab homine naturam, rectæ ſtare nequeunt. Nullum verò animal, quod ſanguine conſtat, & pedibus innititur, progredi poſſe, niſi nodus aut in cruribus, aut in ſcoptulis opertis, & in clunibus inflectatur, antè probatum eſt. atque etiam liquet, nodũ minimè inflecti, niſi quid interquieſcat. & homines auéſque tametſi bipedes formãtur, tamen contrarium agere inflexum. item quadrupeda tum ſibi ipſis, tum homini contraria in cruribus flectendis eſſe. hominum enim brachia cauantur; poplites incuruantur. quadrupeda, quæ tamen viuipara ſunt, genua in curuum, ſuffragines in cauum contrahunt. atq. id ipſum aues etiam præſtant. Cauſſa ea reddi poteſt, & iam paulò antè reddita eſt, quòd Natura nihil fruſtrà machinatur: ſed ſemper in iis quæ fieri poſſint, ad id reſpicit, quod potius ſit & melius. Cùm igitur omnium, quibus mutatio per locum naturà efficitur, crus conſiſtens, pondus gerat: cúmque in aduerſum morus obeatur: conuenit præcedentem pedem ſitu perleuem eſſe; & cùm greſſus continuè intendatur, in eo iterum pondus medium teneri: conſtat neceſſe eſſe, quia crus inflectitur, deintegro ipſum rectum explicari, idque progreſſo pede quieſcente. Et certè accidit, vt altera pars quieſcat, & altera pars progrediatur; & ſimul animal procedendi facultatem habet, per crus nimirum præcedens, quod ante ſe inflexũ agat, cùm retrorſum minimè agi poſſit. ita enim crus extenditur proiecto corpore; altero autem modo, retracto. Iam verò ſi retrorſum nobis (vt nodus) inflectatur, ſitus pedis per duas motiones eaſdémque contrarias redderur, alterâ antè, alterâ retrò factâ. ſiquidem neceſſe eſt, quoties cruris flexio adiuuatur, toties extremam femoris partem retrò produci, & tibiam à nodo deductam, pedem in aduerſum promouere. Quòd ſi nodus in aduerſum inflectatur, ingreſſus quem propoſuimus, fiet; motionibus tamen non ita contrariis, vt vna in aduerſum agatur. Itaque homo cùm bipes ſit cúmque ſecundùm naturam ipſis cruribus per locum moueatur, ob eam quam explicauimus cauſſam, poplites in aduerſum, brachium in cauum contrahit. nec reclamat ratio: ſi enim contrà adducerentur, inutilia partim ad vtriuſque manus vſum, partim ad cibum capiendum penderent. Quòd autem homo brachia & crura habens, illa in cauum, hæc in curuum contrahat: & lacerti cruráque in hominibus contrarios viciſſim inflexus agant, id verò iam antè, vbi de brachiis & manibus agerem, ex hoc loco produxi demonſtranique. Hæc enim iam mihi ſatis ſuperque ex vtroque Ariſtotelis libello iſto deſumpta, in rem præſentem abundè videntur ſufficere: tu per otium reliqua ex eodem recognoſces: tranſeo enim deinceps ad cæteros.

Puſiones nõ ambulant velũ, cur.

Infantibus partes ſupera auctiores: & quãdo gradiantur.

Bipeda cur ſtantia incedãt, quóque modo.

Volucres ſtare nequeunt.

Animal ſanguineũ & pedeſtre, ſine flexione nodi gradi nequit, & alterò quieſcente.

Homo & aues & quadrupeda diuerſimodè incedunt, qualiter.

Natura nil facit fruſtrà.

Ambulãdo, crus vnum geſtat omne, altero moto, qualiter.

In greſſu altera pars quieſcit, altera mouetur & progreditur.

Homo qui gradiatur crure retrò inflexo, & poplite in aduerſum.

Poplites & brachia diuerſimodè flectuntur, & quare in vſu.

Tranſitio.

EX PLINIO.

PLinius cap. 45. lib. 11. multa ſcribit ab Ariſtotele accepta, nonnulla ab ſe aut ab aliis obſeruata: ex quibus iſta ſic habeto. Omnia digitos habent, quæ pedes, excepto elephanto. qui & poplites intus (pro intrò) flectit, hominis modo. cætera animalia in diuerſum, poſterioribus articuli pedibus quàm prioribus. nam quæ animal generant, genua ante ſe flectunt, & ſuffraginum artus in auerſum. Homini genua & cubita contraria. item vrſis & ſimiarum generi, ob id minimè pernicibus. Hominis genibus quædam & religio ineſt, obſeruatione gentium. hæc ſupplices attingunt: ad hæc, manus tendunt: hæc, vt aras adorãt: fortaſſis quia ineſt iis vitalitas. namque in ipſa genu vtriuſq. commiſſura, dextrâ læuáque à priore parte, gemina quædam buccarum inanitas ineſt, quâ perfoſsâ, ceu iugulo, ſpiritus fugit. Ineſt & aliis partibus quædam religio: ſicut dextra oſculis auerſa appetitur; in fide porrigitur. Antiquis Græcis in ſupplicando, mẽtum attingere mos erat. Eſt & in aure ima memoriæ locus, quem tangentes atteſtamur. Et poſt aurem æquè dextram, Nemeſios: quæ dea Latinum nomen ne in Capitolio quidem inuenit. quò referimus tacto ore, proximum à minimo digitum, veniam ſermonis à diis ibi recondentes.

Omnia animalia à dextris partibus incedunt, ſiniſtras incubant. reliqua vt libitum eſt, gradiuntur. Pedes homini maximi; fœminis tenuiores. in omni genere. Suræ homini tantùm; & crura carnoſa. reperitur apud authores, quẽdam in Ægypto non habuiſſe ſuras. Vola homini tantùm, exceptis quibuſdam. namque & hinc cognomina inuenta; Planci, Plauti, Scauri, Panſæ (addo & Suræ) ſicut à cruribus, Vari, Vatiæ, Vatinij: quæ vitia & in quadrupedibus.

Pedeſtria ſunt ligneta, præter elephantũ.

Quadrupeda qui vera inflectãt. Homo aut crura & cubitum.

Religio in genibus, vt ſuprà: quæ de cauſſa: & vbi vitalitas, quomodo.

Dextra religio.

Supplicando mentum tangere.

Locus memoriæ, vbi item Nemeſios.

N. aluus poſita.

Initium motus à dextris.

N. ſuprà ex Ariſt.

Pedes homini maximi: item ſuræ & crura carnoſa ſolis: item vola.

N ſuprà indidem.

Cognomina à vola & cruribus.

EX CELSO.

CElſus cap. 1. lib. 8. Ima ſpina in coxarum oſſe deſidit: quod tranſuerſum longéque valentiſſimum, vuluam, veſicam, rectum inteſtinum tuetur: ídque ab exteriore parte gibbũ, ad ſpinam reſupinatum; à lateribus, id eſt in ipſis coxis, ſinus rotundos habet: à quibus oritur os, quod pectinem vocant: ídq. ſuper inteſtina ſub pube tranſuerſum ventrem firmat; rectius in viris, recuruatum magis in exteriora in fœminis, ne partum prohibeat. Inde fœmina oriuntur (vnde & fœmina dici videtur) quorum capita rotundiora etiam, quàm humerorũ

Oſſis coxarũ vſus, & figura.

Peſtinis vſus, & forma.

Fœminæ figura, & inſertio uterũ ſuique.

ſunt, cùm illa ex cæteris rotundiſſima ſint. Infrà verò duos proceſſus à priore & à poſteriore parte habent. dein dura & medulloſa, & ab exteriore parte, gibba: rurſus ab inferioribus quoque capitibus intumeſcunt. Superiora in ſinus coxæ, ſicut humeri in ea oſſa, quæ ſcapularum ſunt, coniiciuntur: tum infrà introrſus leniter tendunt, quò æqualiùs ſuperiora membra ſuſtineant. Atque in eo inferiora quoque capita media ſinuantur, quò faciliùs excipi à cruribus poſſint. quæ commiſſura, oſſe paruo, molli, charnilaginoſo regitur; patellam vocãt. Hæc ſuper innatans, nec vlli oſſi inhærens, ſed carne & neruis deligata, paulóque magis ad femoris os tendens, inter omnes crurum flexus, iuncturam tuetur. Ipſum autem crus eſt ex oſſibus duobus. etenim per omnia femur humero; crus verò brachio ſimile eſt: adeo vt habitus quoque & decor alterius ex altero cognoſcatur: quod ab oſſibus incipiens, etiam in carne reſpondet. Verùm alterum os ab exteriore parte ſuprà poſitum eſt; quod ipſum quoque ſura rectè nominatur. id breuius, ſupràque tenuius. ad ipſos talos intumeſcit. Alterum à priore parte poſitum, cui tibiæ nomen eſt, longius & in ſuperiore parte plenius, ſolum cum femoris inferiore capite committitur; ſicut cum humero cubitus. atque ea quoque oſſa infrà ſupràque coniuncta; media vt in brachio dehiſcunt. Excipitur autem crus infra oſſa ex tranſuerſo talorum; idque ipſum ſuper os calcis ſitum eſt; quod quadam parte ſinuatur, quadam exceſſus habet; & procedentia ex talo recipit, & in ſinum eius inſertur. idque ſine medulla durum, magiſq. in poſteriorem partem proiectum, teretem ibi figuram repræſentat. Cætera oſſa pedis ad eorum quæ in manu ſunt, ſimilitudinem inſtructa ſunt. plantæ palmis, digiti digitis, vngues vnguibus reſpondent. Hæc ferè de Latinis authoribus: nam Ciceronem nihil memini his de partibus ſpeciatim dicere.

Patellæ natura & vſus.

Crurũ cõpoſitio.

Cõparatio ſuperiorum artuum cũ inferioribus.

Tibiæ & ſuræ figura neruíque.

Talus & talus.

Comparatio pedis cũ manu.

EX LACTANTIO.

LActantij tamen illud ad extremum prætermitti non debet, cap. 13. lib. de opificio Dei; Quid reliqui corporis partes? num carent ratione ac pulchritudine? Conglobata in nates caro, quàm ſedendi officio apta, & eadem firmior, quàm in cæteris membris; ne premente corporis mole, oſſibus cederet. Item feminum deducta & latioribus toris valida longitudo, quò faciliùs onus corporis ſuſtineret, quam paulatim deficientem in anguſtum genua determinant: quorum decentes nodi, fluxuram pedibus ad gradiendum ſedendúmque aptiſſimam præbent. Item crura non æquali modo ducta, ne indecens habitudo deformaret pedes: ſed teretibus ſuris clementer extantibus, ſenſimque tenuatis, & firma ſunt & ornata. In plantis verò eadem quidem, ſed tamen longè diſpar, quàm in manibus, ratio eſt. quæ quoniam totius operis quaſi fundamenta ſunt; mirificus eas artifex non rotundà ſpecie, ne homo ſtare non poſſet; aut aliis ad ſtandum pedibus in digeret, ſicut quadrupedes: ſed porrectiores longioréſque formauit, vt ſtabile corpus efficerent planitie ſuâ: vnde illis inditum nomen eſt. Digiti æquè totidem, quot in manibus, ſpeciem magis quàm vſum præferentes; ideóq. & iuncti & breues & gradatim compoſiti. quorum qui eſt maximus, quoniam illum ſicut in manu diſcretnià cæteris opus non erat, ita in ordinem redactus eſt, vt tamen ab aliis, magnitudine ac modico interuallo diſtare videatur. Hæc eorum ſpecioſa germanitas non leui adiumento niſum pedum firmat: concitari enim ad curſum non poſſumus, niſi digitis in humũ preſſis, ſolóque nitentibus, impetum ſaltúmq. capiamus. Idem verò iam ante cap. 5. Ea verò quæ diximus de corpore, vel ambulandi, vel faciendi, vel volandi cauſsâ eſſe producta; neque nimiùm longis, propter celeritatem mobilitatem; neque nimiùm breuibus, propter firmitatem; ſed & paucis & magnis oſſibus conſtare voluit (Natura.) Aut enim bina ſunt, vt in homine; aut quaterna, vt in quadrupede: quæ tamen non fecit ſolipeda, ne in gradiendo, pigritia & grauitas retardaret: ſed cauata, & ad vigorem corporis conſeruandum, medullis intrinſecùs plena: eáque rurſus non æqualiter porrecta finiuit; ſed ſummas eorum partes craſſioribus nodis conglobauit, vt & ſubſtringi neruis faciliùs, & verti tutiùs poſſent: vnde ſunt vertibula nominata. de quibus antehàc ſuo loco. Reuertor enim ad Galenum, in quo vno ferè huius argumenti de ambulandi organis, modóque & vſu, tractationis ſummam concludam: vt qui reliquorum penè dicam omnium optimè hanc materiam variis locis expoſuerit, quamquidem iam antè nuper partim attigi, partim nunc hunc in modum explico.

Pedum digiti quorſum, & pulicis natura.

Artuum ratio & vſus.

Oſſa brachiorũ crurúmque cauæ, & inæqualia.

Vertibula cur dicta.

CAP. X.

De Ambulandi modo, & greſſus organis. Ex Gal. & meditis, & N.

EX GAL. ET HIPP.

QVandoquidem igitur ex authoribus mihi familiaribus nihil admodùm occurrit amplius, quod huic loco debeat inſeri: Galenus vnus mihi excutiendus ſupereſt, tum vbi Hippocratem ducem ſequitur, tum vbi ipſe de ſe proloquitur. Hippocrates autem lib. de articulis, poſtquàm modus luxationis femorum docuit, & curandi rationem expoſuit, ſimul & illud adiicit, quam ſibi quiſque luxato femore, nec in locum priſtinum reſtituto, ambulandi viam modúmque præſcribat. Ipſa enim (inquit) calamitas, ex præſentibus ea quæ facillima ſunt, eligere docet. nam & qui vlcus habent in pede aut tibia, non omnes crure valde ingredi poſſunt: & infantes ſic iter faciunt: extrà enim ingrediuntur læſo crure. & duplex lucrum conſequuntur: duplici enim opus habẽt. Nam & corpus non ſimiliter vehitur in eo crure, quod extrà ingreditur, ſicut in eo quod introrsùm: non enim ſecundùm rectitudinem ipſi incũbit

Natibo ſus.

Feminum forma & vſus.

Genuum vſus.

Crura & ſuræ.

Plantarum vſus & figura, & vnde dicantur.

Ambulandi modus luxato femine: ſic in vlceretibus: ſic in infantibus.

Corpus quo incumbat crurí inter ambulandum.

pondus; ſed multò magis ei quod ſubingreditur. ipſi enim è directo incumbit pondus, tum in ipſa ambulatione, tum in crurum permutatione. in hac enim figura ſanum crus celerrimè ſupponere poterit, ſi eo quod læſum eſt, exteriùs, ſano interiùs ingrediatur. Galenus autem ibidem comment. lib. 3. ad textum 73. Crurum ingreſſio fit, ait, dum alterutrum per vices & firmatur & mouetur. quando enim ſiniſtrum firmatur, tunc dextrum à poſteriore parte in anteriorem traducimus: eóque ibi antè collocato ac firmato, ſiniſtrum rurſus à poſteriore parte ſimili modo prorſum mouemus: ſicq. eo in anteriore parte firmato, rurſus ad dextrum promouendum redimus. atque ita ſubinde facimus. ſempérque alterum erectum in terra firmamus; alterum quod mouemus, attollimus. Si enim naturâ eſſet comparatum, vt neque ad genu, neque ad coxam inflecti crura poſſent; trãsferre crura, tanquam ligna quædam prorſus cogeremur; ſic vt in altũ aliquatenus alterutrum ipſorum ſublatum, in orbem poſtea circumuolueremus. Sed quia vtriſque his dearticulationibus, contrario quidem inter ſe, ac toti cruri perquàm vtili modo inflecti poſſunt: iccirco abſque eo vt in orbem circumferamus, vel attollamus crura tanquam ligna, commodè ingredimur. Nam dearticulatio, quæ eſt ad inguen, in priorem partem, femur; quæ eſt ad genu, in poſteriorem, tibiam attollit. vt etiamſi crus quod traducimus, longius eo ſit, quod in terra firmatum eſt: non opus ſit tamen, vt in exteriorem partem circumuoluatur; ſimodò muſculos validos habeat, qui citò inflectere vtramque dearticulationem queant. Cùm verò prompte inflectere, ob imbecillitatem non poſſunt, dolorémque auerſantur, circunferre id in orbem coguntur. nihil enim ne attollere quidem rigidum ſicut lignum, muſculis licet, qui imbecilli ſint, aut dolore afficiantur. atque ob hæc potiùs, quàm ob longitudinem, quæ cruri accellit, ingreſſio circumuolutim fit; de qua ibidem Hippocrates ab exemplo agit. Vbi autem dixerat ibidem Hipp. Vſus quidam à nimia effœminatione liberat: Galenus ex doctrina Platonis alibi commemorata, hoc modo dicit; Cùm aliquis exercitationibus & frictionibus robuſtior quàm erat, euadit, is fibrarum ſubſtantiam pleniorem; carnis verò tenuiorem quidem, ſed validiorem tamen etiam ipſam habet. at iis qui exercitati non ſunt, è contrario euenit: cùm enim fibras graciles habeant, carne multâ, ſed molli ob humiditatem præditi ſunt: horum ſiquidem caro, caſeis qui coagulantur; illorum qui exercitati ſunt, iam bene atque integrè coagularis perſimilis eſt. vnde fit, vt exercitatorum muſculi duri & neruoſi ſint; tororúmque delineationes euidentes præ ſe ferant: inexercitatorum, molles & carnoſi appareant; nec niſi obſcuras & exiles circunſcriptiones oſtendant. ſed de iſtis aliàs; ad rem propiùs accedo.

Enimuerò quando ad Galenum venimus; ſatius videtur, quæ multa & præclara circa partis huius vſum & actionem ſcripſit, partim Ariſtotelis ſecutus veſtigia, partim ac præcipuè ex proprio ſuo Marte ac ſenſu, & rei medicæ, & anatomiæ corporis ſingulari cognitione primus inuênit, & memoriæ prodidit, ea vt attentiùs conſideremus, & ab eo mutuemur, cum fœnore reddituri gratiam. ordiemur autem ab oſſium quorundam, aliunde licet iam explicata natura; vt eodem filo reliqua pertexamus. ſic igitur de his Galenus lib. 3. de vſu part. cap. 9. Vnum eſt os in femore, quemadmodum & in brachio. duo autem in tibia iis ſimilia, quæ in vlna cernuntur: quorum alterum quidem vocatur κνήμη, hoc eſt tibia, eodem cum toto mẽbro nomine: alterum verò minus, περόνη, id eſt fibula. Maximum certè omnium corporis oſſium, femur meritò fuit. primùm enim hoc firmatum eſt cotyle, id eſt coxarum ſinu & cauitate, & primum omnem ſuperiacentem corporis molem vehit. cùm autem optimam ſedem capiti eius præparaſſet Natura, ipſam nuncupati iſchij cotylen, non ſecundùm rectitudinem cotyles apparet extenſum femur: ſed vt cuipiam negligenter expendenti videri queat, figura femoris admodùm vitioſa eſt: quippe quod conuexum quidem & curuum priore & externâ parte; reſimum verò partibus his contrariis factum ſit. Hanc eius formam & Hippocrates nouit, conſulítque eo fracto ſeruare, neque mox inuertere. Porrò quibus naturâ femur fuerit rectius quàm conuenit, blæſi fiunt omnino ad genu. hoc autem quantum malum ſit, non ad curſum ſolùm, ſed etiam ambulationem & ſtationem tutam, refert quidem & ille quodam loco. imò & quemuis ex plebe cùm cernat quotidie, arbitror id ipſum non latêre. Atqui niſi collũ femoris ſtatim ex cotyle obliquum foràs abſceſſerit, propinquum ſic fuerit alterius femoris collo. Hoc verò ſi acciderit, quis adhuc locus fuerit reliquus internis femoris muſculis? qui maximi neceſſariò eſſe debent? quis autem neruis à ſpinali medulla in tota crura diſtributis? quis venis? quis arteriis? quis denique glandulis, ſpatia ipſarum replentibus? non enim per externas cruris partes dixerimus demitti hæc oportere. omnium enim foris incidentium noxis admodùm expoſita eſſent. Forſan autem ne nos quidem id ſaltem, tantum abeſt vt Naturam lateat, opportunis ad læſionem locis collocaſſe venas ita magnas; quarum ſiqua vulnerata fuerit, vix ſuperſtes animal eſſe queat. arteriâ enim inſigni earum, quæ illic ſtatutæ ſunt, vulneratâ, nullo pacto ſeruetur. Si igitur venis, neruis, arteriis & glãdulis, & muſculis multis & magnis oportebat præparaſſe id ſpatium, foràs ex cotyle ſecedere neceſſe fuit femur. & certè ſecedit; apparéntq. externæ eius partes rectitudinem totam excedere externarum corporis partium. ſi quibuſdã verò minùs foràs extuberauerit collum capitis femoris, his inguinum loca ſunt anguſta, & mutuò ſeſe collidentia; fotáſque nutare ob id femore toto & genu coguntur. Cur igitur non extrinſecùs poſuit Natura corylas, vbi nunc ſunt conuexitates femorum? ita enim & colla ipſis corylis ſubmiſiſſet ſecũdùm rectitudinem

Cruslæſum exteriùs demergit.

Ambulatio quâ fiat.

Crurum alterna motio quâ fiat.

Crus cum tibia curinflectatur: aliaquin greſſus quâ fiat.

Articulationis tibiæ beneficia.

Femur & tibia qua articulatione moueantur, quôque modo.

Femur & tibia quando circumferatur, & quot de cauſis fiat circumuolutio.

Exercitatio roborat & in duras articulos: item frictio: aliàs aliter.

Comparatio carnis cum caſeo duplici.

Propoſitio.

Cõparatio oſſium femoris & crurum cum humero & brachio, & partium denominatio.

Femur, ut maximum in corpore, eiúſque articulatio & forma.

Femoris collí damna.

Femoris vtriuſque colli vtilitas quid incommodet, & ſpatij interſecti vſus.

Natura ſollerter in excolendis tutò vaſis inſignibus.

Femur externa meninge affectat, cui cauſa: & aliaquamplurima commoda.

Cur cotyle non extrinſecùs ſita vergant.

Corporis ad femur rectitudo, quorſum.

capitum, & femora recta feciſſet. Quoniam pondus corporis rectâ ad perpendiculum lineâ ad cotylen oportebat eſſe, & ad femoris caput: & maximè quando ambulantes vel currentes, alterum quidem crus altum circunferimus; reliquũ autẽ in terra firmũ tenemus. hæc autem quòd firmatum ſit in medio, id quod portat, maximè fiat. Si verò huiuſmodi poſitio cruris tutiſſima gradientibus eſt; manifeſtum eſt, conè trariam fore periculoſiſſimam. propterea certe ad externas partes iſchiorum, cotylas abduxiſſe, & cum eis capita femorum, non erat tutum: ſed optima poſitio eorum præſens eſt. Cùm verò rurſus locorum anguſtia ex hoc naſceretur; vnicum relinquebatur remedium, non ſecundùm rectitudinem capitum extenſa efficere femora, ſed vt nunc ſunt, foràs vergentia. Quòd ſi rurſus vſque ad genu foràs vno tenore abſcederent, & nuſquam intrò reuerterentur; alter vtique ipſis adeſſet βλαισότης, hoc eſt blæſitatis modus. Itaque optimo iure collum & primũ & maximè à capite foràs vergit: poſt id autem & cõtinuò, dimidia pars totius femoris: poſtea autem intrò rurſus reuertitur ad genu. ob eámque cauſſam, vniuerſa figura femoris curua & gibberoſa quidem exteriore parte, reſima autẽ interiore efficitur. Ad eundem autem modum magis quidem ſima retrorſum, antrorſum verò magis curua, ad ſeſſiones idonea eſt, & ad multa opera quæ agimus ſedentes: cuiuſmodi eſt ſcribere, libro ad femur extenſo. Ita autem & quodcumque aliud ſecundùm curuitatem eorum extendatur faciliùs, quàm ſi fuiſſet aliter facta. Quinimò dum firmamus vno crure corpus (ſæpe enim comperimus hoc nobis eſſe vtile, cùm in vita omni, tum actibus) melior fuit curua figura, quàm recta. Vt enim ſi latitudo eſſet æqualis vehentibus artubus & vectis corporis partibus, tuta ſic maximè & euerſu difficilis firmitudo in altero ipſorum eſſet, habente vnaquâque ſuperiacentium in corpore partium ſuffulciens ſibi ipſi aliquid ad perpendiculum: ita & nunc quòd curuum factum ſit crus, partibus eius partim quidem externis, partim verò internis magis, & aliis in medio locatis, nulla ſuperiorum partium ſubiectâ caret rectitudine. Eiúſque vtilitatis occaſione, nõ ſolùm hoc crus, ſed etiam tibiam magis curuã extrinſecùs Natura fabricata eſt. Maxima autem fides huius ſermonis ſit, quòd qui plurimùm curuis & extortis ſunt cruribus (hi quidẽ dum adhuc gererentur in vtero, alij verò à prima educatione facti ſunt) ſiue duobus pedibus, ſiue altero ſolo ſtare velint, firmiorem multò & difficiliorem euerſu, quàm qui crura habent recta, obtinent firmitudinem. At verò in conſtructione crurum, firmitudinem certam, tanquam ſcopum, non modò Natura ſibi propoſuit; ſed prouida etiam nihilominùs, vt citò poſſemus currere, ſiquando vſus incidiſſet, ne plurimùm quidem ea peruerterentur, cauit: curua autem eatenus fecit, vt & ſecuritatem firmationis habeant, & velocitas curſus nihil lædatur. Poſtquàm autem rationabile fuit, vt nunc oſtenſum eſt, partium tibiæ ſuperiores quidem, quæ ſunt poſt genu, foràs ſenſum abſcedere; inferiores verò quæ ſunt ad malleolos, intrò reuerti: par fuit ob id quoque particularum pedis altiores fuiſſe internas, vt tibiæ partes eàm intrò vergentem obfirmet. erátque id quod priori ſermone omiſeramus, cùm vtilitatem internarum partium pedis exponeremus: cuius de oſſibus, ſicut & tibiæ totius, dictum antea ſatis diffuſè abundéque: nunc de vſu tum huius, tum partium ambulandi reliquarum, inchoatum pridem ſermonem & affectum, conficiamus abſoluamúſque.

Femur quod portat, corpori rectà ſubeſt: aliequi damno.

Cotyle femorum cur intrò vergant: ſed nõ immodicè.

At femur nõ ad rectitudinem capitum eſt.

Collum femoris cur à capite ſecedat foràs.

Femur quomodo ab exteriori intrò redeat: eiuſdemque figura ratio, & vſus.

Crus ſiue tibia, qui ab exteriori intrò deuergat: & pedis ſolum altior.

Pedis vſus, & cum manu comparatio.

Galenus igitur lib. 2. vſus part. hoc in genere ſic extulit; Pes quidem, ambulandi organum fuit, manus autem, apprehendendi. conueniebat itaque illi quidem, ſtabilimenti robur: huic autem, apprehenſionis multiiuga varietas. ſed robur quidem ſtabilimenti & firmitatis, vno ordine locatis indigebat omnibus digitis: promptitudo verò ad varietatem apprehenſionum, pollice manus aliis oppoſito digitis egurt, vt pridem oſtenſum eſt. In crure autem tranſferendo, ait idem lib. 15. vſus part. cap. 8. muſculi qui ipſum flectunt, plus agunt: ſtantibus autem, qui extendunt, vehementer ſemper tenduntur: quia ſi vel tantillum remiſerint, periculum erit ne corpus totum animalis collabatur. Flectitur igitur crus ad inguen, cùm ipſum attollimus. & ſi crus in ea figurá voles continere, oportet flectentes muſculos eſſe tenſos. extenditur autem, cùm id ad terram deprimimus. ſummam autem extenſionem habet & ſtatum vltimum, cùm ſtamus. proinde Natura iure optimo fortibus, multis ac magnis muſculis actionem hanc commiſit. de quibus ſigillatim agere non eſt præſentis inſtituti, ſicuti iam monui, & pòſt admonens repetam.

Digiti pedũ tum contenti, manũ autẽ diuiſi.

Muſculi femoris qui agant ſtando aut ambulando.

Femur vbi flectatur & quorſum, vel extendatur, & quibus organis.

N. interpretes crus pro femore frequentiùs vſurpant, contrà Celſum, & Cic. ſuprà.

Porrò Galenus noſter toto lib. 3. de vſu part. in horum artuum ſpeculationem vtilitatémque præcipuè incumbit; aliquando per analogiam ad manus, ſæpius autem perſpicialem partis explicationem, vt ex dicendis patebit, & ex dictis recognoſces. Manus homo omnium animalium ſolus habuit, organa animali ſapienti conuenientia. bipes verò ipſe ſolus inter pedeſtria factus & erectus, quia manus habuit. Cùm enim neceſſarium ad viram, corpus ex his partibus, quæ in thorace ſunt & ventre, conſtet; egeátque cælis, id eſt cruribus ad greſſum: in ceruis quidem, canibus, equis, & aliis ſimilibus, anteriora crura poſterioribus ſimilia facta ſunt, ſdque ipſis confert ad velocitatem: homini verò (neque enim propria indigebat velocitate, vt qui equum ſuâ ſapientiâ & manibus erat domiturus: fuítque multò melius pro velocitate, organa habere ad omnes artes neceſſaria) anteriores artus, manus factæ ſunt; de quibus antè ſuo loco ſat multis verbis egimus. Cur autem non habuit quatuor crura, & præter ea etiam manus; ſicut centauri? Quoniam primò quidem impoſſibilis eſt ipſi Naturæ, corporum adeò differẽtium mixtio. non enim ſicut plaſtæ & pictores ipſi, tum colores, tum figuras ſolùm ipſorum Natura compoſitura erat: ſed etiam ſubſtantias totas commixtura,

Manus homini bipedi competunt, quomodo.

Hominis à quadrupedibus differentia in artubus, & ratio ad vſum.

Cur homo non quadruped. & manus habeat præterea.

Velli & vehitis proportio in magnitudine.

Femoris curuitas, rectitudinem facit vehemẽs & velli corpori. ſic & tibiæ.

Qui curuis ſunt cruribus, firmiùs conſiſtunt, quàm qui recta.

Natura ſolertia in crurum conſtructione, tum ad curſum, tum ad firmitatem.

quæ impermiſtæ ac puræ ſunt: neque enim ſi coïtus quidam venereus homini cum equa fiat, perficient matrices ſperma. Ideo Pindari vatis figmentum eleuat Galenus, de equabus Magnitidibus (non autem equis, vt interpres genere abuſus vertit) cum Centauris coëuntibus, & Hippocentauros generantibus. quam fœdam licet fabulam & Græciâ procaci dignam, Mythologici explicant ſuo quodam modo, neque ſimplici orationi fidem protinus faciunt: cùm ex tali congreſſu nihil generari, nihil educari, nulla commoda exeri poſſit actio. Verùm liceat poëtis & cantare & fabulari: cùm ſit poëticæ muſæ inter alia propria ornamenta, maximè ipſo miraculo egere proprium: admiratione enim velut attonitos reddere, & delectare auditores potiùs quàm docere volunt. licet ex Ariſtotele ſcripſerit Horatius in arte poëtica; *Aut prodeſſe volunt, aut delectare poëta.* ibidémque, *——pictoribus atque poëtis Quidlibet audendi ſemper fuit æqua poteſtas.* qua de re nos in eum librum amplißimis commentariis egimus. itaque his in præſens omiſſis, ad naturalem partium infimarum hiſtoriam reuertamur explicandam.

Hippocentaurorū origo, & Mythologia.

Poëtarum licentia, & proprietas.

Poëtices finis duplex, an ſimplex.

Igitur præter alia, quæ homo præcipuè habet; etiam ſedere commodè in iſchia, huic omnium animantium ſoli ineſt. ſed hoc quoque multos latuit, exiſtimantes ſolum hominem ſtare rectum: non percipientes, quòd etiã ſedere ſolus poſſit. Quòd autem id ſibi propriũ præter aliud omne genus animalium, homo vendicarit; quòd (inquam) ſolus ad amuſſim rectus, crurum beneficio incedat, idem Galenus lib. 4. anatom. aggreſſ. repetit & luculenter demonſtrat; & lib. 3. vſus partium, quem nunc præcipuè terimus, diſertè enucleat. Cæterùm quòd animalibus quidem quadrupedibus ſanguine præditis, exanguibus autem multos habere pedes fuerit conuenientius, poſt Ariſtotelem Galenus oſtendit. Homini autem (quo de agimus) bipedi eſſe fuit omnino conuenientiſſimum; vt qui ea commoditate, quâ tibiarum multitudine cætera fruuntur animãtia, nihil indigeret; & ad multa, niſi bipes fuiſſet, deterior futurus erat. At bipedes quidem & aues ſunt: & Cynicus Diogenes hominem definienti Platoni animal implume, bipes; gallum implumem obiecit, mancámque philoſophi definitionem meritò ſuggillauit, vt quidẽ Laërtius rerulit. Rectus autem ſolus animalium omnium homo eſt; ſoli enim ipſi ſecundùm rectitudinem crurum eſt ſpina. quòd ſi ea eſt, profectò & reliquum omne corpus ad vitam neceſſarium. Nam quædam veluti carina eſt, ſpina huius corporis; & ad hanc crura ipſa auibus quidem, vt & quadrupedibus, angulum rectum efficiunt: ſolis autẽ hominibus vna recta linea extenduntur. Talem igitur figuram crura ad ſpinam habent in quadrupedibus & volatilibus animalibus, dum ambulant, qualem hominibus ſedentibus. ob eámque cauſſam paulò antè dictum eſt, nullum eorum ſtare rectum. Quî igitur fit, vt illa ſedere nequeant, ſicut homo, ipſis iſchiis innitẽtia? Quòd oporteat crura iſchiis copulata, in femoris ad tibiam dearticulatione retrorſum flecti. ſpina quidem ipſa cũ ſi more dum ſedemus, angulum rectum efficit: femur verò rurſus niſi ad tibiam, alium talem efficiat angulum, nequaquam recta ad terram tibia foret: ob idque firmitudo ſeſſionis corrumperetur. Si igitur quando flectuntur in genu cæla iſchiis coniuncta, tunc cedere animal accidit; manifeſtum eſt, nulli quadrupedũ poſſe contingere. omnia enim antrorſum poſteriorum crurũ habent flexiones. anteriora enim omoplatis eorum cæla, quemadmodum hominibus; poſteriora verò, coxarum vertebris cõmittuntur. flexiones verò ambotũ contraquàm hominibus, fiunt his; priorum quidem retrorſum, poſteriorum verò antrorſum. quadrupedibus enim ipſis præſtitit ad ſeinuicẽ conuerſas fuiſſe flexiones: homini autem omoplatis copulata cæla, manus cùm eſſent, cõmodè ad anticam ac internam cubiti partem flectuntur. melius enim fuit manus ad ſeſe conuerti. Rationabiliter autẽ & crura flexionem in genu retrorſum obtinent: hoc enim ſolo modo ſedere pulchrè licebat. Quocirca cùm vna quidem recta linea ſit ſpina cum cruribus, ad tres differentias figurarum agi animal poteſt: cùm ſi ipſam quidem ſpinam humi reclinauerit, ſupinum omnino fiat: ſi ventrem, pronum: ſi firmetur pedibus, tunc exactè ſtet rectum: ſi verò aliquem angulum crura ad ſpinam fecerint, cõſtat nullã earum figurarum exactè eſſe rectam. quare iure optimo diximus, hominem ſolũ ſtare rectũ: ſicut etiam ſedere omnium ſolus demonſtratus eſt. Etenim omnes manuum in opificiis actiones, duabus iis egent figuris: hæc enim erecti, hæc ſedentes manibus cõficimus: nemo autem aut pronus, aut ſupinus (quid ſi coëat?) molitur quicquam. Meritóq. nullũ aliorum animaliũ, quod erectum ſtare vel ſedere poſſet, fabricata eſt Natura: quippe quod nihil manu elaboraturum erat. Opinari autem ob id rectum ſtare hominem, vt ad cœlum promptè ſuſpiciat, quod plerique tum poëtæ, tum philoſophi perhibẽr, vnus Galenus inficiatur oportere, exemplo adductus piſcis, quem ex oculorum conuerſione, Graij ὑπερουράνιον, quaſi cœli ſpeculatorem denominant. ſed de hac quidem controuerſia egi iampridem circa operis huius initia: ideóq. de noſtro inſtituto cum noſtro Gal. progrediamur dicere.

Solus homo ſedet, in iſchia, & ſolus ſtat ceteris contentus.

Exanguia polypoda.

Homo cur bipes patiùr.

Diogenis ſcomma in Platonem.

Solus homo rectus, qualiter.

Spina, volut carina, & vſus. quibus angulum rectum cum cruribus faciat, homini ſecùs.

Nullũ animal præter hominẽ ſtat rectum: quibus ſedere omnium ſolus demonſtratus eſt.

Quadrupeda cur non ſedeant in iſchia.

Homini & quadrupedibus diuerſa crurum flexio ſeorſumque, quare.

Manus ad ſe conuertũtur, quare. at crura retrò flectuntur, quorſum.

Homo quibus figuris vtatur ſitum.

Angulus ad ſpinam.

Solus homo ſtat rectus, & ſedet, quorſum.

N. quid mirandi? non eſt opus manuale.

Quòd homo non ſtet, vt cælum inueniatur.

Vtrumſapientia natura.

Vt igitur manus, apprehenſionis inſtrumentum: ita pes, ambulationis fuit: nec id quidem ſimpliciter, ſed vt maximè conueniebat ſapienti animali: cuius de crurum actione, quatenus bipedi animali, ratione prædito conueniebat, dicere tempeſtiuum eſt. Vtrùm igitur præſtitiſſet ei rotũdos & duros fieri pedes, ſicut equis: an oblongos, latos, molles, & multifidos, quales nunc ſunt? Priorem ſiquidem dictam conſtructionem, velocitas & patiendi difficultas forſan ſequi videãtur: ſecundam verò, horum neutrũ quidem propriè: euidenter tamen apparet opportuna huiuſmodi cõſtructio ad omnes locorum difficultates; & ſicubi oporteat ſublimes muros conſcendere, aut arbores, aut petras. Si

Manus & pedis vſus.

Quòd pedum figura conueneretiſſima, adquod

Homini & equo cur pedes dissimiles.

igitur neutra quidem constructio, vtrasq. illas dotes ac excellentias habere poterat, oportebat autem omnino alteram eligere: perspicuum est, equis quidem priores, alteras verò hominibus fuisse potiores atq. optabiliores. illis enim quòd quadrupedes sunt, quatuor pedibus, qui rotũdi fuerint, licet firmatis tutò esse & ingredi. bipedi verò animali fallax omnino est huiusmodi constructio: nisi ipsi pedibus non solùm rotundas, sed etiam valdè magnas & latas suppositis verbis vngulas. sed ita demùm & onus superfluũ esset, & quicquid aliud potiùs, quàm velocitatis instrumentum. Oporteret igitur si velocitatis gratiâ rotundi sint constructi pedes,

Vngularum inmanium damna.

non solùm tales, sed etiam paruos esse, quales

Pedũ equinorum cõmoditas.

sunt equis. Pariter autem & durities pedũ, equis quidem ne facilè lædantur, commoda: hominibus autem calceamenta consuere cùm possint, non solùm commodi nihil, sed etiam detrimẽtum sæpe adferret. Nunc certè priore contrito

Homini pedes cur molles, equo duri: illiscõgr, hunc rotundi.

calceamento, aliud nobis nouum pro illo circumponere promptissimum est. Si verò haberent pedes aliquod tale connatum calceamentum, quales sunt vngulæ equis quidem solidæ, bobus autem bisulcæ; simulatque ipsum calceamentũ esset affectũ, claudicare illico ipsum esset necesse. Sed illis quidẽ animalibus, vt quæ nec manus, nec artes habeant, melius fuit quouis modo ad patiendi difficultatem pedes comparasse. homini verò, qui pro re nata, idoneũ calceamentum inuenire potuit, sæpe etiam nudis pedib. vti necesse habuit, præstitit eos esse prorsus detectos. Sed quòd quidem satius fuit non oblongos solùm, sed etiam molles esse pedes, abundè demonstratũ est. Cur autem adeo longi, quantum nunc sunt, & lati adeo, & caui quidem sensim inferna, gibbosi autem superna parte sint, postremò cur multifidi, sequenti sermone dicendum.

Cur homo carens vngulis.

Quadrupedum cur duo pedes: homini verò contrà.

Propositio.

Postquàm igitur ambulandi instrumentum diximus esse humanum crus, non simpliciter, sed vt maximè conueniat sapienti animali; cõpositam videlicet nec omnino simplicem conseruemus adhuc eius notionem. Dicendũ itaq. nobis est, vel potius repetendum, prius quidem quomodo fiat ambulatio: deinde qua re ipsi accedente, fiat homini conueniens ambulatio.

Ambulatio qui fiat: ieẽ firmatio & circumlatio.

Fit autẽ ambulatio, altero quidem crure in terra firmato, altero autem circumlato. sed firmari quidem, pedis; circunferri autem, totius cruris est actio. Quapropter cùm per firmationem & motũ perficiatur ambulatio; illius quidem,

Cruris pedúmq. munia.

pedes sunt instrumẽta: huius autem, totũ crus. hoc autem & instantibus immobiliter admodùm perspicuum est: stabilitatem enim, cuius gratiâ facti sunt pedes, non minùs etiam tunc præstant. quinetiam & ambulantibus & currentibus alter quidem pedũ in terra firmus est: alter verò simul cum toto crure fertur. & mutare quidem loca, beneficio cruris quod mouetur, nobis ineſt: hoc enim est quod loca permutat. quòd verò non cadamus, hoc pes in terrã fixus efficit. quomodo enim posset is transferre animal, cùm ne ipse quidẽ moueatur? Ideo quibus fortè digiti pedis vel frigore, vel pestilentia (qualem Hipp. & Gal. recensent) putres conci-

Loci mutatio à quo fiat: item casum quid impediat.

derunt, his fallax est gressus, præsertim in locis arduis: & quibus etiã *ἰσχίον* computruit, etiã in locis planis gradi perdifficile est. & quibus *ἰσχίον* etiã corruptus est, ij non modò ambulare tutò nequeunt, sed ne stare quidẽ cõstanter. Ex quib. omnibus manifestũ est, ad firmam ac tutam stationem, amplos & oblongos pedes esse appositos. ob idq. tales potiùs hominibus, ceu ambulationem firmam, & tutam basim requirentibus, quàm quadrupedibus fuerunt. Hoc igitur vt bipedibus ipsis ineſt solùm: non tamen iam etiã vt sapientibus. vt talibus enim varietas firmitatis est propria, ambulare indigentibus in omnib. locorũ difficultatibus: quod non accidisset, nisi variæ fuissent in pedibus dearticulationes. Nam vt in omnibus antea demõstrauimus, ex varietate articulorum, quæ in ipsis est, & cauitate interna, factas fuisse figuris omnib. corporeis comprehendendis accõmodas. ita & pedes quantũ maximè licuit, manus imitati, & dearticulationibus quidem variegati; caui autẽ illis partibus, quibus locũ aliquem gibberosum calcaturi erant, in omni loco rectè firmari possunt. (Vidimus mulierem, quæ pedibus nere, suere, scribere, & cætera manuum munia obire, raro naturæ miraculo, posset.) Hoc igitur illud ipsum est eximiũ constructionis humanorum crurum, quòd antea inuenire desiderabamus, cùm dicebamus, non vt grestili solùm, sed etiam vt rationali animali conuenientes ipsi à Natura datos fuisse pedes. Vno autem verbo ac summatim maximè quis id complexus, dixerit multiplicem illam fissuram, simul cum ipsa in medio cauitate. quantum enim ipsa pollet ad securitatem in locis gibbosis, alia ratione nequaquam didiceris euidentiùs, quàm si videris aliquando hominem oblõgas & tenues scalas alcendentem. Quòd igitur tutæ firmitatis gratiâ pedes facti sint, & quòd optimi ad talẽ firmitatem sint prælongi, & molles, & lati, demonstratum est: necnon in omnibus locis bellè firmari posse: ideóq. talem eorum constructionem necessariam fuisse. Restat vt multifidos iusta de causſa factos fuisse doceamus, & in medio cauos; videlicet vt omnia loca peruadere queant: cauis quidẽ & mediis, quæcunq. subiecta gibbosa sunt, amplexãtes: digitis autem, in rectis & obliquis & decliuib. ac præruptis vtẽtes. Quæ tandem causſa est, cur pes humanus, quoad eius fieri potuit, manum fuerit imitatus? Namq. si apprehensorium organũ fuit manus: fuerit & pes ipse aut quadãtenus, aut vsquequaq. huiusmodi. cõtrà de animalibus quadrupedibus sentiendum est, omni apprehensione carẽtibus, & motuum varietate incredibili: sed ad leuitatem & promptitudinẽ & velocitatẽ prædámque & rapinã pedes à natura cõpositos habẽtibus. Pes autẽ humanus non solùm nudæ stabilitatis, vt equinus; sed etiã apprehensionis gratiâ extitit. neq. enim vtraq. perfectio constare summa poterat; sic enim futuri erant pedes ipsi, aut manus, aut equini pedes. at si manus quidem fuissent, magnũ digitũ oportebat aliis oppositũ esse, vt sermo præcedens probauit: & sic periisset omnino firmitas. quòd si parui, rotundi & duri ac leues omnino fuissent, vt equorum, vitiata sic

Pedes digitis consumptis inſtabiles.

Pedũ & tarſi amiſſiõ quid auferat.

Pedes ampli & oblõgi, quorũ.

Varia pedũ articulationes, quorsũ: & ſimilitudo cum manibus.

Pedes cur caui.

Hiſtoria.

Homini vt animali greſtili & rationali pedes conſtructi.

Pedes cur caui & digitati.

Pedes hominis cur multifidi, & caui.

Pes cur manum æmulatur: & an apprehẽdat.

Brutorum pedes quos in vſus.

Pes humanus cur medius inter manum, & pedẽ equinum.

Pedis nomen & ſitus. Digitorum pedis ratio.

nomen ab Anatomicis impoſitum eſt huic pedis parti. Deinde ſunt digiti, quorum maximus eſt intus, non ampliùs ex tribus phalangibus & articulis, vt reliqui, conflatus: ſed ex duabus. Cùm enim alta & concaua, qualis eſt fornix, futura eſſet interna pedis pars, rationabile fuit firmitudines turas vtrinque ei adiacere maximorum oſſium. Poſteriori quidem parte os calcanei erat: priori autem, niſi magnus digitus multò ſimul maior aliis fuiſſet, & duabus conſtitiſſet phalangibus, nulla fuiſſet ſublimibus oſſibus ſecuritas. Quocirca primùm quidem non modò tantò maior aliis magnus pedis digitus, quantò ille qui eſt in manu, fuit; ſed etiam multò ampliùs. Secundò autem, quòd non ex tribus fuit oſſibus, vt ille & alij omnes, ſed ex duobus (magna enim oſſa illic Natura, ni fallor, omnino erat poſitura) perfecit, ne diuideret ea in multa & parua. Quinetiam ipſi quod magno digito præpoſitum eſt, duo videntur ſubiecta eſſe inferiori parte, velut ſuſtentacula quædam & ſtabilimenta: vt prius os magni digiti, præpoſitæ plani parti omnino iam in terram defixæ coniungatur. Vndique, opinor, huic parti pedis, Natura ſuppeditante ſecuritatem & ſtabilitatem, ceu multùm laboraturæ, propter præpoſitam ſibi concauitatem & velut fornicem oſſium. Num igitur planum proportione reſpondeat metacarpio, an quippiam differat, dicere tempeſtiuum fuerit. Mihi quidem videtur omnino ſimiliter habere: in vtraq. enim parte, primæ aciei vniuſcuiuſque digiti, os apparet præpoſitum: ſed in pede quidē, ceu vno ordine omnibus iacentibus, quantus eſt illorum numerus, tantus meritò eſt & oſſium plani. In manu autem, cùm magnus digitus poſitionem ſelectam ſit ſortitus, & ſeparatus ſit quidem plurimùm ab aliis, prope autem articulationem carpi abductus: meritò ex quatuor oſſibus metacarpiū conſtitit. Eudemus verò plantam & metacarpium ſimiliter vtrumque ex oſſibus quinque conſtare affirmans: pariter autem & magnum digitum in pede & manu duas acies habere, quòd puter exactam eorum proportionem ſeruari oportere, hallucinatur. ex tribus enim oſſibus magnus digitus in manu conſtat euidenter, vt & articuli eorum & motus declarant. attamen his ita habentibus, proportio harum particularum euidens eſt: nec opus eſt, vt cum Eudemo mentiamur. At verò ne carpi quidem ad tarſum proportio conſtructionis eſt obſcura. ſi quidem ex quatuor oſſibus tarſus conflatus eſt: ex duplicatis autem carpus, ceu ex duobus ordinibus compoſitus, conflatus eſt. nam ex plurib. & minoribus componi particulis, apprehenſoriorum inſtrumentorum erat proprium: at ex maioribus quidem, ſed paucioribus, ambulatoriorum. Anteriores igitur partes pedis adamuſſim perſimiles comprehenſoriis, ex æqualibus illis numero oſſib. factæ ſunt. vnum enim quod ablatum fuerat magno digito, ipſi plano appoſitum, fecit vt par numerus fuerit ſeruatus. Poſteriores verò, cùm inſtrumēta omnino ambulationis ſolius ſint, nullam habēt in manu proportione reſpondētem particulā, reliqua igitur

Pes internus altus & cauus: & firmitas vnde.

Pollicis pedis ad alios comparatio, & figura ratio, nexuſque.

Firmitas plani vnde fit.

Pedis ſecuritas & ſtabilitas, quæ ſum.

Pedis ad metacarpiū comparatio.

Pedis oſſa digitis reſpondēs pars.

Pollex in manu abdūctus à reliquis.

N. Eudemi error, ſed leuis, aut nullus.

Pollex tribus conſtat oſſibus.

Tarſi ad carpum cōparatio: & amborum proprietas.

Par vtrobique oſſium numerus.

Partes pedis anteriores, apprehēſioni: poſteriores, ambulatio-

A pars media ambarum, neque prorſus eſt ſimilis, neque iā omnino diſſimilis: ſed vt ſolùm decebat ipſam inter oppoſita ponendam, vtriuſque naturam moderatè imitari, ſic ipſe tarſus cōſtituetus eſt. Os itaque quod ab externis ipſius partibus eſt locatum (quod ſanè & cubiforme nominatur) inarticulatur cauitati calcanei ad finē adiacenti. reliqua verò tria, tres cubos nauiformis oſſis obequitant. hoc autem ipſum rurſus circumambit caput aſtragali: ille rurſus incumbit quidem epiphyſibus tibiæ & calcanei ſupernè à lateribus, & præterea à tergo ab ipſis comprehenſus. ſuperiacet autem calcaneo duabus eminentiis ibi in duab. calcanei cauitatibus firmatus. Atque extendere quidē & flectere pedē, ſupernæ aſtragali dearticulationis eſt opus, quæ ad tibiæ & fibulæ (quam σφύρον vocant Græci) epiphyſes dicta eſt fiernad latera verò circumferre, opus eſt dearticulationis, quæ eſt ad os nauiforme. Alij enim certè oſſium connexus in pedibus itidem ac in manibus multi & parui, parū quidem auxiliantur prædictis cōſtructionibus: ſenſibiles autem ipſi per ſeipſos non ſunt. Apparet igitur ex iis, aſtragalus quidem principaliſſimum oſſium eſſe, quæ ad pedes mouendos pertinent: calcaneum autem, eorum quæ ad firmationem. propterea illum quidem vndique in circunferentias quaſdam definere decebat: hoc verò læue eſſe inferiori parte; immobile verò quàm fieri poteſt maximè, & conſtāter firmum ad adiacentia oſſa. Quinetiam & magnitudine plurimùm excedere ipſum oportebat, non alia ſolùm, ſed etiam ipſum aſtragalum. quamquam & hic magnus ſit, vt qui maximis quidem oſſib. ſupernis inarticuletur: non parum verò in anteriora apophyſin producens, vbi committitur nauiformi. ſed tamen & ipſo eſt multò maius os calcanei: retrorſum enim præterlabitur non ſolùm aſtragalum, ſed etiam ipſam tibiā, & anteriore parte quamplurimùm procedit, & reſpōdentē habet longitudini amplitudinē, & his ambabus profunditatem. ſubiacet enim rectitudini tibiæ, & ferè totam ipſam ſolum ſuſtinet; & per hanc, femur: & per hoc, ſuperiacens corpus, & maximè quādo ſalire voluerimus, aut magnum gradum facere. Magnitudinem igitur inſignem oportuit ob id ineſſe oſſi calcanei: alioqui temerè Natura cōmiſiſſet ei tanta onera. Propter eādē cauſſam, firmam præſtitit eſſe ei commiſſionem, non fallacem neque errabundam. ſed ſi fibulæ ipſi & tibiæ fuiſſet inarticulatum, neque medius aſtragalus locatus, omnino infirmum & laxum fuiſſet. illinc enim enaſcens pes, ad priſtin colon deſinens, maximam neceſſariò habiturus erat omnium, quæ in ipſo ſunt, dearticulationē & motionem. ob eam ſanè cauſſam aſtragalus in medio eſt tibiæ & calcanei locatus. Sed quoniam omnino huic quidem coniunctum eſſe oportebat calcaneum, timens rurſus Natura, ne quopiā, propter vicinitatem eius, vehementiore motu fruendo, firmum quidem minùs ac ſecurū redderetur, primùm quidē duas ipſius apophyſes cōcauitatib. illius inſeruit: deinde verò plurimis ligamētis duris chartilaginoſis, his quidē latis, aliis verò rotundis copulauit ipſum non

nē dicātur & quatenus tū mouēnt commouēntur.

Tarſus medius in pede, eiuſque nexus.

Cubiformis articulatio.

Aſtragali articulatio, & calcanei.

Pedis extēſio & flexio quā fiat: item circumlatio.

Motus obſtanti pedum manuúmque.

Aſtragali vū præcipua ad motum: vt calcanei ad firmationem: huius amborum idonea compoſitio naturāque & nexio, qualis.

Calcanei & tali proportio, & connexio.

Calcanei magnitudo quanta, ſitúſque, & vſus, & nexus.

Aſtragali ſitus, eiuſque ratio.

Calcaneū cum aſtragalo nexum.

Firmitas articulationum pedis, vnde.

astragalo solùm, sed etiam ossibus vniuersis vndique adiacentibus; quoad eius facere potuit, adaptans, vt seruaret conuenientem firmitudinem. Laboraturum verò in iis omnibus cùm sciret; duram quidem summè propriam ipsius quoque substantiam fecit: duram autem etiam inferiorem subiecit cutem, idoneâ maximè futuram ad præmolliendum & priùs exoluendum violentorum & durorum corporum occursus. Postquàm verò, vt dictum est, externa quidem pedis oportuit esse humiliora, interna verò altiora: periculúmque esset, ne si multis & magnis ossibus attolleretur pes, grauis redderetur; concauum medium eius inde effecit. prouidens etiã aliud quoddam commodum ex huiusmodi cõstructione, pedib. vt apprehensoriis instrumentis, ad firmitatis securitatem in locis cõuexis & inæqualib. multùm conferens, de quo priùs diximus. Propter tria igitur, cauitas pedis hæc videtur facta: primum quidem gratiâ altitudinis interiorũ partium pedis: secundum verò apprehẽsionis; & tertium ad hæc lenitatis. quorũ primum quidem ad securitatẽ firmationis: secundũ verò ad varietatem ambulationis: & tertium ad velocitatem motus, multum habet momenti.

Natura prouidentia ad pedis dyspathian.

Pedis interna & externa, quanta: & cur cauum in medio.

Cauitatis pedis vsus triplex.

Sed hæc fortasse longiora sunt, quàm pleriq. cupiant: nobis tamen semel est hoc totum deuorandum tædium; & hæc pars, licet infima, licet abiectissima; tamen suâ quadam laude non caret, tum vsu singularis, tum constructione mirabilis. De musculis autem & tendonibus femorum, tibiarum & pedum, noli à me expectare, vt tibi sigillatim faciam satis: quia vt iam insinuaui, hæ partes communes sunt, & communem quandam considerationem requirunt alibi semel dicẽdæ. sed ne de neruis quidem & venis & arteriis, quæ eandem communem rationem subeunt. hæc verò tibi potiùs ab iis sunt petenda, qui anatomicam demonstrationem profitentur; in primis ab eodem ipso Galeno, omnium Anatomistarum & principe & vero parente. licet posteri sua quadam inuentionis laude non sint fraudandi: si tamen paulò modestiùs de priscorum scriptis loquerentur & iudicarent. licet etiam vtiq. maiores nostri & Galeno priores, magna quadam ac præcipua commendatione sint celebrandi; qui primi hãc difficultatẽ, & has naturæ latebras perscrutati sint, & posteritati tradiderint. De motu crurum porrò aliquid deinceps adiiciã: cuius partiũ caussâ, istæ partes extiterunt, partim ad celeritatẽ, partim etiam ad firmitatem securitatémque cõparatæ. atque vt de manu dictum est, sic de pedib. venit intelligendum, nec plures, nec pauciores, nec aliter dispositos motus esse potuisse aut debuisse: quatuor nempe in vnoquoq. digito tum manus, tum pedis, inesse motus; quibus musculi ad motus contrarios semper oppositi, & ab his exorti tendines præsint; minores illi quidem, quàm in manibus (licet hæ minores sint illis) quia maior vsus est digitis manuum, frequẽtioremque ac vehementiorem actionem postulat. Quamquã maiores articuli per maiores & plures musculos, robustioréque tendines mouentur: minores verò per minores, aut pauciores,

Excusatio prolixitatis.

Laus & vsus artuũ inferiorum. Transitio.

N. de veteribus Anatomicis, & priscis iudicium.

De motu crurum, & vsu.

Manus & pedis digitorum motus quotuplex, & qui fiat.

Tendinum manus & pedis comparatio.

A aut imbecilliores. Quemadmodũ verò qui per funiculos, ligneas ὄργανα mouent; vltra articulos, ad caput coli mouendi eos applicant: ita & Natura multò prior, quemq. articulum fabricata est. Quantò autem pes, summâ manu maior est totus totâ: tantò & digiti digitis, & tẽdones tẽdonibus sunt minores. Manibus namque præcipua actio in digitis consistit, vt qui apprehensoria sint organa: pedibus autem vtpote non solùm ad apprehensionem omnino, sed ad firmationem quoque tutam constructis, & totum per se vecturis animal; vt multo quidem maiores manibus essent, paruos verò haberent digitos, magis ex vsu fuit. Ad eundem modum &
B tendones ipsorũ multò minores manuum tendonibus esse præstiterat, quantò minora instrumenta, & ad minores atque imbecilliores actiones præparata motui erant. Non ergo fuit æquum, quatuor genera tendonum mouẽtium digitos à musculis tibiæ produci, quemadmodũ in manu ab vlnæ musculis: sed duo sola; nempe alterum, quod extensionem eorum efficeret, alterum, quod flexionẽ primi & tertij eorum qui sunt in quatuor digitis, articulorum. Maximéq. in iis quidẽ est admiranda ars Naturæ: in quibus enim similitudo & dissimilitudo fuit, ad portionem quidem adornauit inuicem similitudines; dissimilitudines verò non item. siquidem quod
C ad quatuor motus, singulos digitos agi in vnoquoque articulo; & quòd excellere semper motus internos; ob idque etiam bina certè habere principia oporteat; similitudo fuerit in eo manibus & pedibus. quòd verò minoribus omnibus opus est tendonibus pedum digitis; & quòd particulæ plures & maiores sunt pedis; dissimilitudo rursus in eo membris ipsis fuerit. quomodo igitur ea iustè Natura disposuerit, dicendum iam fuerit.

Maiorem et tecti manubrii, plerisque, formatrices aptè musculi & tendinibus.

Natura qui articulos munit.

A simili.

Manus & pedis comparatio digitorum & tendinum, vbique.

Pedum alia & vsus, & varia quæ respondent constructio.

2 Tendinum genera ad pedis digitos, quatuor ad manus, cur, & vsus.

Analogia motus & tendinum manus & pedis, quidque similes aut dissimiles habeant.

Motus interni præstantiores.

Motus quidem cuique articulo mollita est quatuor, & principia ipsorũ quinque, vt in manu: non tamen omnia ex locis proportione respondentib. prodeuntia, vt ex anatomia musculorum videre est. in pedib. enim tria quidem ab
D iisdem principia motus oriũtur; duo verò ex tibia deferũtur: in manib. verò secùs, propter naturam partiũ variã; cùm in summa manu, locus nullus sit vacuus; in pedibus contrà. Proinde similiter & dissimiliter se habẽt pedum & manuũ tendones. similiter quidem, quòd quinque sunt ipsorum genera; quatuor vnicuique digito motus suppeditantia: dissimiliter autem in ipsa origine: nam quòd paruis vsus erat tendonibus, & propterea etiã musculis; & quia in ipsis pedibus, locus erat vacuus; propterea illic locati fuerunt: in manibus contrà. Porrò cùm in manu nõ solùm extẽdere & flectere totum colon; sed etiam
E circumagere ad vtrãq. partẽ præstiterit: in crure verò cùm cõstructionis scopus sit Naturæ præcipuus, nõ varietas apprehẽtionis, sed basis (seu ambulationis) firmitudo: ideo obliquis hoc quidẽ caruit musculis. nullũ enim nõ modò cumulum ex motib. eiusmodi erat habiturum; sed etiã de securitate amplius quiddam amissurum. pauciorib. enim articulis, & simplicioribus motib. indigebat: quod nusquam peruertendum erat

Articulorũ motus quatuor, & principia quinque, vnde tum in manu, tum in pede.

Tendines manuum & pedũ similiter & dissimiliter habent, qui.

Manuum motus quotuplex.

Crurum vsus præcipuus: & cur obliquis careãt musculis, vt manus contrà.

by Google

in vlla actione vehementi. Igitur neque in genu duplicem fecit dearticulationem vtriuſque oſſis ad femur; partim quidem tibiæ, partim autẽ fibulæ propriam, quemadmodum in manu; ad brachium vlnæ vnam, radij alteram. neq. ſeparauit à ſeſe vtrumque finem tibiæ & fibulæ, ſed vtrinque ſimul vniuit. quãdoquidem ſuperfluum erat, quibus non egebat membrum motibus, vel articulos vel muſculos præparare: ſicut certè ignauum fuiſſet, ea omittere quibus egebat. Sed neque prætermiſſum quicquam à Natura eſt in vtroq. cœlo: neque vſque ad multitudinem otioſam & vanam proceſſum eſt. ſed & muſculorum numerus, & alia vniuerſa ſummam oſtendunt Naturæ prouidentiam in animantibus. In tibia autem, tredecim capita ſunt tendonum; retrorſum quidem ſex, antrorſum autem ſeptem: mouẽntque pedem ſecundùm omnes conuenientes ei motus. conueniunt autem toti quidem ipſi abſque digitis, motus quatuor, vt & carpo: vt ſit etiam tibiæ cum brachio in motu proportio quædã, flectendo, extendendo, circumuertendóque: ſimiliter pedi, eiúſque digitis cum manu & digitis; vel ad vngues vſque extremos. Atque ex omnibus pedis tendinibus, validiſſimus ille eſt, qui ad calcaneum maximũ & fortiſſimum pedis oſſium alligatur, greſſumque firmat. Cur enim talis non fuerit, cùm in primum & principaliſſimum ambulationis inſtrumentum, calcaneum inſeratur, & id tibiæ ſolus coniungat? quod quidem os nullam conuenientem ſibi in manu particulã habet: à quo ſolo corpus totum vehitur. Vt hoc etiam intelligas, in manu & pede & tibia, vnumquemque muſculorum in plures deſinere tendones: vel ſi paruus fuerit, omnino in vnum: ſolum autẽ eũ, qui ad calcaneũ peruenit, & depilem pedis partẽ conſtituit, ex trib. in ipsũ veniẽtib. magnis muſculis ortum. vt ſi aliquando ipſorũ vnus vel duo læſi fuerint, reliqui ſaltẽ, vel reliquus ſubſeruiat. In multis ſanè aliis partib. corporis, Natura oſtendit huiuſmodi prouidẽtiam: vbi motus multùm conducit animanti, multa ei principia fabricata. Exiſtimant verò quidam Anatomici, γαστροκνημίαν, quaſi tibiæ ventrẽ dicas, hoc eſt ſurã conſtituentes tres muſculos, in calcaneum prorũpere: ſed non ita res habet. Illud multò verius & certius eſt, quòd obliquos quidem in cœlis muſculos Natura poſuit eos, qui obliquis motib. præficiendi eſſent: rectos autem extẽdit ſecundùm longitudinẽ eos, quib. exactam flexionẽ aut extenſionem commiſit: vnumquemque ſecundùm rectitudinem partis, quam moturus eſt: cuiúſque verò muſculorum optima eſt ea poſitio, quæ eſt ſecundùm rectitudinem mouendarum ab eo particularum.

Tibia & fibula terminus tũcti, cur.
Muſculi & articuli reſpondẽt mutuo partiũ.
Natura nil deficere aut abundare patitur.
Tendinum capita tibiæ quot, & vbi, & quorſum.
Pedũ motus quotuplex: & analogia tibiæ cũ brachio, pedis cum manu.
Tendinis calcanei robur, & vſus.
Calcẽ nullũ os in manu reſpondet.
Muſculi manum, pedis, tibiæ, in plures ſingulos deſinũt tendones, ſi magni.
Tendo caltis à tribus muſculis coalnit, cur.
Vbi motus creber, ibi multa motus principia.
Gaſtrocnemia vel ſura compoſitio.
Muſculorũ rectorũ & obliquorũ actio.
Muſculorũ ſitus à directo partis mouendæ.

Nũ igitur in iis ſolùm quæ diximus, quæquidẽ oportebat in pede, proportione reſpondere manui, & quæ diuerſa eſſe iuſtè Natura omnia conſtituit: cutẽ verò negligenter & cõtemptim cõſtruxit, vix ſenſilem ipſam, vel laxã, aut ſubtilem, aut mollẽ pedi ſubiiciẽs? Atqui ſi hãc quoque accuratiùs cõſideraris, ſpero fore, vt Naturã ruditatis atq. imperitiæ non condẽnes; ſed eius cum Hippocrate iuſtitiã & prouidentiã celebres

Proportio cutis manuum & pedum.
Natura inſtitia & prouidentia.

A ac prędices. An igitur fruſtrà putas internæ manus cutim, & pedis inferni cohærere ſubiectis particulis? an neſcis omnino ita exactè vnitam cutim hanc ſubiectis tendonibus, vt ne excoriari quidẽ poſſit; quomodo reliqua cutis omnis in toto animali? an hoc verò intelligis, præſtitiſſe autẽ exiſtimas laxam pedi cutim ſubiectã fuiſſe, & quæ facilè circumagi poſſet? Si enim id ex vſu magis fuiſſe dixeris: arbitror te calceamentis quoque vndiq. pedi conſtrictis & exactè circũtenſis præpoſiturũ laxa & quoquo verſus fluentia. At ſi conſtricta hæc eſſe mauis; ipſum tergus connatum nónne multò magis concedes conſtringi & cohærere fortiter oportere? Vtique
B omnia cultu conueniente exornauit Deus, etiã infima & abiectiſſima credita: nihilque ſuis beneficiis priuatũ eſſe voluit: hac quidem ratione, hymnis à nobis celebrandus. Paruam & abiectã eſſe partẽ animalis, pedem quis neget? magnum verò & pulcherrimũ omnium, quæ ſunt in mũdo, eſſe ſolem? ne hoc quidem ignoramus. in vtroq. tamen pariter elucet opificis ſolertia. Attonitũ enim facit idiõtã quidem, materiæ: artificẽ autem, artificij pulchritudo. Sol, velut oculus mũdi, in ſublimi cõſtitutus eſt, qui luſtraret vniuerſa: cùm enim tantus ac talis ſit, & in eũ vſum creatus, nequaquã ei locũ in vniuerſo aptiorem inuenias. Sed nec pedi vtiq. inuenias locum in
C corpore animalis cõmodiorem eo, quem nunc obtinet. nõ enim fruſtrà cõparo honoratiſſimũ ſidus abiectiſſimæ omnium animalis particulæ. quid vilius calcaneo? nihil. ſed nequaquã ſtatuatur alibi cõmodiùs. quid verò Sole præſtantius? nihil. ſed ne is quidẽ in vniuerſo mũdo ponatur meliùs. Maximum & pulcherrimum rerũ omnium eſſe mundum, quis tandem neget? ſed & hominem μικρόκοσμον, veluti paruũ quendã mundum eſſe aiunt viri veteres, Naturæ periti, vt ſæpe dixi; & iampridẽ in coargumento verſamur. eandẽ namq. in ambobus inuenies ſapientiam
D creatoris. Pes verò neq. oculo, neq. cerebro deteriùs cõſtructus eſt. omnes enim eius particulæ optimè ſe habent ad actionẽ, cuius gratiã factæ ſunt. cõmoditas verò maior, & præſtantia in iis quæ deficiunt quadantenus à ſummo, non in omnino inculpatis eſt cõſiderãda. Senſus principiũ & neruorũ omnium, eſt in cerebro. quid tandẽ hoc, vt meliùs pede cerebrũ ſit conſtitutũ & conſtructum, ſi ad actionẽ, cuius gratiã priùs factum eſt, vtrumq. optimè ſe habeat? Neque cerebrum ſine pede, & ſolum eſſet bonum, neq. pes ſine cerebro. eget enim, opinor, illud quidẽ vehiculo quodam; hic autem ſenſu. vehiculum
E verò cerebri eſt pes, ac totum corpus reliquum: ſenſum autem ipſis cerebrum præbet.

Portò iam reminiſcere eius quod initio dicere inſtituerã. Cùm enim oporteret ſenſus participẽ eſſe pedis cutem, dura quædam ſæpe & acuta conculcaturam, à quibus contuſa & vulnerata, multis modis vitiaretur; niſi promptè ipſa ſentiens, moneret animal, vt aufugiat: propterea tendonis quidem in calcaneum deſcendentis (quem ex trib. muſculis dicebamus generari) ſuperficialis portio ad inferiorem partem pedis prætergreſſa, cuti ad veſtigia intrinſecùs

Cutis vola manuum & planta pedum nõ poteſt à tendonibus excoriando diuelli.
Quòd pedã cutis nõ debuit eſſe laxa.
A ſimili.
In laudem conditoris, omnia pulchrè diſponentis.
Comparatio pedis cũ Sole, & in vtroq. laus opificis.
Solis locus & vſus: itemque pedis calciſve.
N. cumpdã ratio magni mundi cum mundo minore: illum μακρόκοσμον, hũc μικρόκοσμον voco.
Comparatio pedis cũ oculo & cerebro, in vſu & compoſitione.
N motus partium opera, quã Hippocr. ἐυκινησίας dicit.
Pedis cutis ſenſilis & dura, quorſum: & eius compoſitio: ex quo.

Planta pedis nerui, vnde: item manus, & amborum comparatio.

subducitur. profunditati autem pedis, quæ est sub cuti, in qua etiam duo parui musculi sunt, distribuuntur parua germina eorum neruorum, qui à spinali medulla oriuntur. His autem adhuc multò maiores sunt manus summæ nerui, quòd ea magis quàm pes, sensu exacto egeat: vt quæ non apprehensionis solius, sed & tactus sit organum, vt prideẽ diximus. Pes verò (neque enim futurus erat organum tactus commune totius corporis, sed solius ambulationis) quantum ne leui occasione læderetur, requirebat sensum, tantundem fortitus est, neruis à principio longinquo licet mollibus, per locorum securitatem multam deductis. Pedis verò cutis adhæret quidem exactè subiectis omnibus particulis, ne vsquam promptè circumuertatur. ad totam autem ipsam, disseminatum est germen tendonis illius, qui in calcaneo est, vt etiam non circumuertatur facilè, tum vt abundè sensus particeps fiat. Est verò mollis & dura moderatè, ab vtroque excessu recedens, quatenus oportebat ipsam neque nimis promptam ad patiendum, neque nimis stupidam & difficulter sensibilem fore. Nam summè quidem durum, propemodùm stupidum sit oportet atque insensibile. summè verò molle, quantùm ad sentiendi facultatem, tantùm quoque ad patiendi promptitudinem opportunum esse necesse est. Vt igitur neque admodùm insensilis sit, neque promptè quid patiatur, excessus vtrosque Natura virauit, mediam exactè fabricata ipsam inter mollem & duram. Itaque iam totus pes nobis absolutus est talis, eiusmodi maximè conuenit rationali animali.

Manus officiũ, itemque pedis.

Pedis nerui, vnde.

Cutis pedis firmiter hæret immobilis, quorsum.

Cutis pedis cur inter durum & molle media: & vtriusq; proprietas.

Fibula ad tibiam articulationis vtilitas, & commoditas.

Articulationis porrò fibulæ ad tibiam triplex hæc tibi notabitur vtilitas. Prima quidem dearticulationis ad astragalum, à qua extendi flectíque pedem contingit: alteram enim partem dimidiam exteriorem hæc propemodùm efficit totam, vt tibia internam. Alter autem vsus fibulæ hic est, quòd qua potissimùm parte ab incidentibus foris lædenda erant facilè omnia tibię vasa & musculi, hàc circũposita est fibula. Tertius vsus est in externo femoris capite, quod tibia sustinet: ad id loci enim affirmata, ad securitatem simul & firmationem non parum confert. Quòd si quis putat crus nihil indigere fibula (cùm possit tibia, sicut supernè ad genu, sola ad femur dearticulatur, sic & infernè dearticulari ad astragalum) non intelligit se desiderare in ea id magnitudinis, vt nihil vincatur à femore. quod ligneo fortè aut lapideo homini competat: at animali viuo & vero, per superiora moturo inferiora, omnino absurda esset huiusmodi constructio constitutióque: fortiora enim esse oportet & maiora motura, rebus à se mouendis. Rectè igitur Natura extrinsecùs ad tibiam extendens fibulam, simul quidem munimentum quoddam hoc musculis & vasis fabricata est: simul autem mediâ inter tibiam & fibulam regione, multos musculos posuit, per quos mouendus pes erat. Magnum autem os vnum si fecisset hîc solum, extrinsecúsque ei vasa & musculos sine munimento circumposuisset, malè habitum A totum ita crassum & graue fecisset cælum. Neque enim hoc licet dicere, quòd supernè quidem & infernè ipsi epiphyses producere præstiterat, quibus inarticularetur adiacentibus: ipsum autem os per totam tibiam tenue facere. facillimè enim ita essent patibiles eius apophyses, & maximè quæ esset ad astragalum, plurimùm excidentes à totius ossis rectitudine. An igitur non æquum est hîc quoque admirari prouidentiam conditoris, qui ad vtrumque vsum, etsi certè contrarium, exactè conuenientes & consentientes inuicem fabricatus est totius cœli particulas? Quoniam enim superius portari oportebat ab inferiori, fortius B simul & maius rationabile fuit esse id quod subiectum esset, vt videre est in columnis, mutis, domibus, turribus, & omnibus inanimatis. Quia verò mouere quidem oportebat quod superiacet: moueri verò ab eo quod subiectum est: maius rursus & fortius ratio fuit esse ipsum superius: vt in brachio contingit, vlna, & summa manu. Itaque cùm & tibiam, portandi femoris gratiâ præstaret esse maiorem: vt autem ipsa moueretur facilè, minorem: essétque necessarium, alterum eligere, cùm ambo simul conuenire non possent: ratio certè fuit, eligere quidem quod vtilius, alterum verò non omnino neglexisse. Sed in C organis, propter ambulationem institutis, ad motum promptior constructio, longè vtilior fuit, quæ ad stabilitatem firmationis erat opportuna. Propterea igitur minorem fecit femore tibiam: non tamen vsque eò minorem, vt non posset iam tutò ipsum portare. Vt verum sit illud; Cuiúsque particulæ vsum, ad actionem organi totius oportere referri: neque positionem, aut figuram, aut magnitudinem, aut connexionem, aut vllam omnino constructionem præsenti meliorem excogitari, nedum inueniri potuisse.

Pauim in tibia ossa incommoda.

Quod portat membris cæt. debet esse maius & fortius portato.

Ab exemplo.

N. At vas & altera columella tetú Choũ ædificium apud Fontebraldíses monachos fulcit cuspidatum.

Brachium cur maius & fortius vlna, itémque tibia quàm fibula.

Tibia cur ea maior femore.

Organa ambulandi debent esse ad motum & firmitatem apta.

Quòd autem & tibiæ magnitudo ad certam symmetriam seu conuenientiam venit, quod D tum ad femur, tum ad pedem pertinet, adeo vt optimè sit comparata ad velocitatem motus, nihilque ad firmationis securitatem lædatur; euidenter disces tum ex iis quæ propter varices, aut scirrhum crassiores sunt redditæ; tum ex earum contrariis, quæ propter aliud symptoma quoddam sunt extenuatæ. Siquidem quibus crassior quàm par est, contingit, superfluo pondere moratur, & vitiat velocitatem ambulationis: quibus verò est gracilior, facilè ij euertuntur & cadunt; maximè si citiùs moueri voluerint. Opus enim est, sicut & antè dictum est, ad bene ambulandum, altero quidem crure totum corpus turò vehi; circunferri verò celeriter alterum. Vtraque autem eiusmodi habet tibiæ secundùm naturam magnitudo: etenim portandis superiacentibus sufficit, & transferri ab eis facilè potest. Itaque iam manifestum est, maiorem quàm nunc est, non oportuisse esse tibiam: & cùm eius sit magnitudinis, fibulam ipsam haud mediocrem præbere articulo astragali tutelam; ac velut aduersus

Vsus organi debet ad actionẽ referri, vt de tibia patet.

Quòd tibiæ magnitudo iusta sit ad motum & firmitatem.

Tibia crassioris incómoda, vel gracilioris.

Motura fortiora mouẽdis.

Tibia externa vsus.

Ambulatio qui fiat.

N quemportunum morem terræ Gall. compar.

Fibula vsus, & articulorum.

Digitized by Google

externas iniurias, propugnaculum quoddam tibiæ adiacêre: cuius etiam capiti, præter hæc omnia, affirmatum est. Manifestum igitur ex dictis est, quòd plurimùm differt constructio fibulæ à constructione radij: quódque sapienter Natura, vbi nihil plus accessurum erat. ambulationis organis ex multitudine articulorum, ibi compositiones ossium immobiles omninò fabricata est. nam prõptitudo & diuersitas motuum, apprehensoriis organis; firmationis verò stabilitas, ambulatoriis est vtilior. Propterea igitur cùm radius supernè & infernè dearticulatur, etiam fibula in vtraque parte inarticulatur tibiæ. Sicut enim si simplex esset totum crus, nulla parte interceptum articulis, securiùs ab eo totum animal sustineretur: ita & nunc quòd plurimas articulationes non assumpsit, ad perfectam securitatẽ propè peruênit. Si enim absq. articulis fuisset omnino, neque extendi posset, neque flecti, & ita amisisset vsum omnem, cuius gratiâ factum est. in multas autem articulationes diuisum, lubricũ & fallax esset, adeo vt nunquam constanter vno crure stare possemus, quin confestim circumuerteremur atque caderemus. Quare & hîc admirari oportet Naturam, vt quæ ex contrariis & vitiantibus se mutuò & pugnantibus, necessariis tamen ambobus cturi, tantum ex vtroque acceperit, quantum neque motus facilitatem, neque firmationis securitatem vitiaturum erat.

Fibula differentia à radio.

Motuum varietas, manibus: organi robur, ambulationi conuenientior.

Cruris cur pauciores articulationes, & tamen non nulla.

Natura ex duobus cõtrarijs medium deligit.

Atque hæc ipsa quidem mirabiliter ab ea ordinata sunt: & iis adhuc magis, ipsius genu dearticulatio. epiphyses enim ossis ipsius femoris (vocatur autem similiter & ipsum μηρός, nomine totius cœli) mirum vt conuenientes habent in tibia cauitates, vt neque laxa sit basis earum productionum, neque motu difficilis, propter loci angustiam. Circumposita quoque ligamenta continent articulationem: adeo vt flectentibus nobis aliquando aut extendentibus plurimùm, femur à tibia minimè excidat. Rotula quoque (à nonnullis μύλη, id est mola: ab aliis, ἐπιγονατίς, quasi supra genu dicas, vocata) os chartilaginosum, anteriores partes articulationis omnes continet, prohibens quidem & ipsum femur elabi ad partes anteriores; in illis maximè figuris, quæ vocantur Græcè γόνξ, id est genu flexo; & ἰσχνόγονξ, id est geniculatim & curuè. Iam verò etiam ne cadamus, & maximè in decliuibus locis, cùm in anteriora totum corpus nostrum nutat, non modicam præbet commoditatem. Porrò si omnes in genu cauitates aut eminentias ossium dixero, & ostendero neque eminentiam vllam carere idonea cauitate, neque vllam cauitatem, occupante ipsam eminentiâ: sed omnes ad vnguem conuenientes quidem inter sese; extrinsecùs autem contineri superciliis quibusdam ipsorum ossium, & ligamentis aliis quidem latis, aliis verò rotundis; longior quidem sic quàm proposueram, oratio fuerit, nihilo autem apertior. Mirabile autem istud videri queat; in singulis aliis articulis omnes omnium tum eminentiarum, tum cauitatum eas suscipientium magnitudines & figuras sibi inuicẽ conuenientes, effectas à Natura fuisse. Admirabitur quis autem nihilo minùs externum munimentum, pro roboris actionis portione adauctum; vtũ in pedis dearticulationibus antea monstrabatur, tum in illa quæ est ad genu, à cubiti constructione discrepans. in aliis verò quæ prædicta sunt, & robur ligamentorum, & molæ basim perspicuè apparet proportione respondere. ligamenta autem tum in profundo, tum in circuitu totam comprehẽdunt articulationem. quibus accessit operimentum anterioribus partibus superpositum, quam molam diximus: vt vndique astrictus sit exactè articulus. Quatuor enim cùm sint regiones, circa genu ipsius articulum, anterior, posterior, dextra, sinistra; & anterior quidem non solùm maximè fallax & periculosa, sed etiam præter cæteras laboratura: secundo verò loco, externa est, ceu iis quæ incidunt cœlo, & vulnerare possunt, obnoxia magis quàm interna sit: plus autem posterior laboratura, quàm passura: primæ quidem dictæ molam imposuit: secundæ verò, rotundum & robustum ligamentum, simul cum fine lati musculi: tertiæ autem, aliud ligamentum: quartæ verò, neque os neque ligamentum insigne apposuit, præter illa lata & tenuia, quibus omnis articulus copulatur. Atqui nisi vndequaque prouidentiam & artem summam ostenderet Natura; quid eam prohibuit, retrorsum quidem posita mola: sine vllo autem munimento, parte genu anteriore relicta; simul verò cœlum facere lubricum, & promptum ad cadendum? quid autem vetuit, rotundorum ligamentorum expertem esse positionem? Sed vt diximus, si quis non in genu solùm omnia eiusmodi examinarit, sed etiam in quôque articulo, ad summam omnia sapientiam simul & prouidentiam peruenisse inueniet. sed de his dicta quidem sufficiant, ex Galeno potissimè exprompta nouissima pleraque.

Genu articulationum præstantiâ & connexio qualis, ac firmitas.

Mola sua patella natura & vsus.

Ossium in genu natura insertio, & colligatio.

In omnibus articulis, omnes ossiũ eminentiæ cauitatibus respondent.

Articulorũ roborí, ligamenta respondent, qui.

Ab exemplo.

Quatuor in genu partium munimenta, prô actionũ portione, quæ sint.

Naturæ prouidentiâ in genu vsq; laborando.

CAPVT XI.

De motu & ingressu.

EX FERNELIO.

HAVD abs re porrò fortassis fuerit, inter priscos vnum recentiorum pro omnibus inserere, tum Aristotelis, tum Galeni sedulum imitatorem Fernelium. sic igitur ille lib. 6. physiologiæ c. 13. Sensus quidem externus perpessione quadam percipit, cùm subiectarum rerũ incidentibus qualitatibus mutatur & afficitur. Non sic autem motus, sed sola actione is perficitur, nulla re extrinsecùs irruente. quum primùm enim appetitus aut voluntas mouenti facultati per neruos & musculos cũ spiritu diffusæ imperauerit, in quamcumque illa partem intẽderit, continuò illius mouens facultas concita motum exercet, & imperio paret. Et quandóq. hoc volũtatis imperium promptum quidem & euidens, sed plerumq. obscurum vsqueadeo ac tenue, vt nos prorsum fugiat; velut in oculorũ & palpebrarũ motu; in plerisq. tum capitis, tũ manuũ gestibus, in dormientiũ respirationibus,

Sensus externus quò afficiatur.

Motus quis sit, & à quo incitetur.

Voluntas ad motũ quo modo agat. N Quid de iis, qui dormiens ambulant?

& corporis iactationibus: ad quas nihil aut minimùm intenti videmur. At quum paralysis artus occupat: quia tum nerui à spiritu & facultate destituti sunt, nulla vel efficacissima voluntas motum potest efficere. Ex quibus intelligi potest, præcipuam motus causam ad spiritum & facultatem potiùs, quàm ad appetitum pertinere, illúcque refundi: & præter appetitum seu voluntatem, aliam propinquiorem atque coniunctiorem motus causam haberi. Hoc porrò voluntatis imperium parum omnino efficax videbitur, nisi conatus quidam & intentio animi, tanquam comes accedat. non enim si quis velit aut oculos in diuersa contorquere, aut omnes simul partes motibus impellere, aut sensibus omnibus pariter & perfectè quidpiam percipere, omnia statim efficiat, etiamsi bene valeant & integra sint instrumenta. Cuius sanè hæc vnica est causa, quòd non potest animus omnia simul animaduertere, neque ad singula intentus. Ergo non sola voluntas satis est: sed animi quædam est intentio necessaria, quæ facultatem in particula alioqui sopiram & languidam concitet in opus. Hæc autem facultas animalis, quæ vectore spiritu in quamcumque particulam per neruum influxit à cerebro, dum voluntatis imperio, & animi conatu intentionéque pulsabitur, motum faciet: primúmque dum neruum ac musculum contendet, & in seipsum firmiùs cõtrahet, simul eam particulam adducet, in quam inseritur, siue os est, siue membrana. Dum enim facultas musculum intendit & contrahit, simul & os mouet, in cuius caput inseritur; & totum membrum, cuius id fundamentum est. Ea contentio & contractio, propria musculi est functio: extensio autem & relaxatio, ceu remissio quædam est. hæc autem oppositorum musculorum est contentio. Laborat musculus, quoties impendiò aut contrahitur, aut extenditur: neque membrum citra laborem & defatigationẽ diu multúmque extendi potest aut contrahi. Ea autem duntaxat figura & constitutio, quæ inter extremas exquisitè media sit, & in qua musculi omnes quasi dissoluti cessant, prorsus lassitudinis & doloris est expers. Quocirca dum vehementer tensum aut contractum membrum est, vt in brachij porrectione, licet id tum fortasse fixum sit, nec de loco aut statione sua decedat, moueri tamen dicimus, quatenus laborat & operatur, idque frequentiùs cum dolore. Quinetiam quæ media figura dicitur, si cum intentione omnium musculorum immobilis continebitur; quia tamen ad postremum, laborem affert, in quiete non est, sed motu & labore concutitur. Eiusmodi motus est, qui tonicus appellari solet, ei similis, quo auis alarum nisu, vno eodémque loco quasi subnixa, se diutiùs immobilem sustentat: de quo non ita multò pòst. Vt intelligas, nihil admodùm insigne aut doctum à neotericis proferri, quod non sit à priscis erutum, vt de his tum ex superioribus deprehendis, tum ex sequentibus obseruabis: quamuis qui ab illis mutuantur, dissimulent, & veluti sua nobis narrent somnia inuentáque. sed tamen iterum Fernelium audiamus,

Voluntas in paralysi nequit motum ciere, quadere.

Motus causa principales.

Voluntas ad motum quicquam agat.

Ab exemplo. Hinc proverb. Pluribus intentus minor est ad singula sensus.

N. malè arguit animi impotentiã, qua est sensuum & organorum.

Motus à quibus causis impellẽtibus fiat, quoque modo.

Musculi actio & remissio: item oppositorũ tensio.

Musculi labor vnde, & figura indolens, qua.

Membrum vehementer tensum aut contractum, laborat, cur.

Figura media quando pariat dolorem, licet immobilis.

N. at hæc figura non est media.

Motus tonicus, quid.

A simili.

N. recitiores accipiũt sua de priscis, sed fortiùs.

A Aristotelis & Galeni mentem suis verbis explicantem.

Is igitur lib. 5. physiolog. cap. 9. hunc in modum philosophatur; Supra sentiendi cognoscendíque vires, alia quædam est vis appetendi, quam & appetitum dixerunt, clara quidem & aperta sanctione se promens. Nullum enim animantis genus est, quod non aliquando impetu atque perturbatione incitetur; quod non rei cuiuspiam desiderio, pulsetur & æstuet. Ea illius interior agitatio & animæ motus, appetitio quidem est, Græcis ὄρεξις appellata. Huic nihil cõmune intercedit cum reliquis functionibus interioribus; sed à singulis dissidet, à discretione, B memoria, & effictione. quamquam eas, præsertim verò effictionem, naturali quodã instinctu consequitur. Quocirca & facultas quæ illius est effectrix, à cæteris distabit; eásque tanquam assecla sit, comitabitur; erítque sentientis animæ summa atque suprema facultas, quæ cæteris tãquam finis aut princeps insideat. Neq. verò solùm hominibus, sed & belluis & stirpibus & inanimis sua quædam inest appetitio: vt nihil prorsum naturâ constare possit, quod non appetendi facultas impellat. Sic stirpes alimentum proliciunt: sic vnaquæque corporis particula sibi familiare trahit è venis alimentum. Alter ab hoc appetitus est cõmunis ille sentiens in cere- C bro situs: cuius seminaria in alias quoq. partes fundũtur: maximos autẽ ignes & incendia in testes pudendáq. vasa, & in os ventriculi Natura coniecit: in illos quidem, libidinis: in hoc verò, liguritionis & cupediæ. coniecit & fomitem in cor, qui ambitionis author est & excandescentiæ. Atq. duo hi fomites quũ sint distincti sedibus, vnus cupiditatis, alter excandescentiæ: vno tamen eodémq. appetitu reguntur, qui sentiens est & animalis. Vniuersum ergo animantiũ genus, sentiente illo communi appetitu ducitur; quem iccirco animalem dixerũt: perfectionem enim hic & absolutionẽ cõtinet omnis desiderij animalis atq. bruti. Quicquid sensu vllo præditum est, eius rei quam senserit, comprehẽsione, in appetitum ducitur; quo demum illam cõsectatur aut declinat. Hunc qui volet, poterit ex ortus sui modo in complures species distrahere: vt alius ex iecoris virtute in pudenda & in os ventriculi diffusus, illecebram & incitamentum inde accipiat: alius ex cordis impetu & feruore; alius nempe sentiens, ab his quæ foris occurrunt, stimuletur & excitetur, omnes quidem animales, sed variis orti principiis. Tertius præter hoc est appetitus, qui quid cum ratione desiderat; qui mentis rationísque consilio obtemperat, qui immanes & importunos ferinósq. ardores refrenat & coërcet. ea est voluntas libera E homini quidẽ familiaris, omnium princeps & regina. Appetitũ animalem acuere solent & incitare, quæcumque bona videntur, tametsi talia fortasse nõ sunt. at mentis appetitũ, ea duntaxat quę reapse & verè bona sint, possunt incendere, solóque veri boni desiderio is capi & deliniri potest. Itaque cùm tres omnino sint animæ partes, si suus cuiúsque esse debet appetitus, tres quoque erunt appetituum ordines: natu-

Appetitio animalis, à quo pulsetur.

Appetitio quid, & quæ à functionibus interioribus differat, atque cur.

Facultas princeps, quæ.

Appetitio inest omni viuenti. Ab exemplo.

Appetitus sedes, & effecta, atque fabella.

Cupiditatis & excandescentiæ sedes, & cõmunis appetitio.

Appetitus animalis, quæ, misque vũ.

Sentiens quomodo appetat.

Appetitus sensibilis & animalis diuersitas ex principio.

Voluntas libera sine appetitu rationalis.

Appetitus animalis & rationalis differentia, & quid sentiendum.

Tres animæ partes, totidemque appetitus, qui. & eorum sint proprij.

ralis, qui stirpium est: animalis siue brutus, qui belluarũ: tertius rationis particeps, hominum. hoc enim præcipuo homo viget: quanquam est etiam reliquorum particeps. Rursum verò animalis appetitus, aut cupiditas est, nempe libido, vel cupedia, aut excandescentia, aut eorum quæ sensus annuntiauerit, desiderium. hæc de appetitu satis: nunc de mouendi & progrediendi facultate ab eodem exorta.

Animalis appetitus distributio.

Vicatterorũ, sic ambulationis est alij quis finis, quis.

Animal omne moueri & incedere, atque sui incessus finem quendam habere, cuius gratiâ moueatur, demõstrari hinc potest, quòd rerum omnium agendarum status quidam sit finis. Motionem & progressionem animal suscipit, vt rem eam consectetur, quæ speciem boni & iocundi præ se fert, aut eam declinet, quæ tristis & aduersa iudicatur. quocirca triste aut iucundum, finis est, cuius gratiâ animal motum intendit, prosequens aut fugiens. Hoc quidem postremum attingitur & obtinetur, omnium tamen primum ad motionem inducit, huiúsq. initium adfert. Immobile enim obiectum cùm sit, primò sensum mouet externum: deinde primarem atque intimum: ab hoc verò, cogitandi fingendique facultatem. quæ cùm rem subiectam vt iucundam & voluptariam apprehenderit, simul insurgens appetitus, illius desiderio tenetur. atq. hic si próptus est & efficax, confestim animal impetũ facit vel ad motũ, vel ad actionẽ. Vnde hoc rectè, vt alia plurima videtur Aristoteles demonstrasse, cognitionem & appetitum, principia & causas esse actionis atque progressionis animalium: ab hísque animalia cieri concitarique ad motum. Cæterùm quòd appetitum, proximam causam statuat, quæ animal mouet & conturbat, quódque nullam insuper mouendi facultatem instituat, cui sit hoc muneris præcipuè concessum, non satis dilucidè Fernelio singula videtur executus. nam reuerâ mouens illa facultas, est à sentiente & ab appetitu diuersa. qua de re forsan sub finem operis inter problemata edisserã. namq. Aristotelis mentẽ de appetitu & motu & ingressu animaliũ satis videor antehàc aperuisse. Nihilominùs ad extremum iuuat poëtica musa velut *in*-*dè* occinere, atque hanc motionis, & ingressus ambulationisque animalium vicissitudinem, Lucretio authore sic depingere, ex lib. 4.

Motio & ambulationis finis.

Motionis finis idẽ primus & vltimus, quòd.

Motio à quibus causis excitetur.

Cognitio & appetitio, causa sunt ambulationis animaliũ, motúsque.

An appetitus sit proxima motus caussa.

Facultas mouens differt à sentiente & appetente.

EX LVCRETIO.

NVNC quî fiat, vti passus proferre queamus,
Cùm volumus, variéque datum sit membra mouere:
Et qua res tantum hoc oneris protrudere nostri
Corporis insuêrit, dicam: tu percipe dicta.
Dico animo nostro primùm simulacra meandi
Accidere, atque animũ pulsare, vt diximus antè.
Inde voluntas fit: neq. enim facere incipit vllam
Rem quisquam, quàm mens prouidit, quid velit, antè.
At quod prouidet, illius rei constat imago.
Ergo animus cùm sese ita commouet, vt velit ire,
Ingredi, fertextemplo qua ex corpore toto
Per membra atque artus animai dissita vis est.
Et facile est facta, quoniam coniuncta tenetur.
Inde ea properrò corpus ferit: atque ita tota Organũ.
Paulatim moles protruditur atque mouetur.
Preterea tum rarescit quoque corpus: & aër Aër.
Scilicet vt debet, qui semper mobilis exstat,
Per patefacta venit, penetrátq. foramina largus,
Et dispergitur ad partes ita quasque minutas
Corporis. Hinc igitur rebus fit vtrinque duabus,
Corpus vti, vt nauis velis ventóque feratur. Similitudo.
Nec tamen illud in his rebus mirabile constat,
Tantula quòd tantum corpus corpuscula possint
Conterquere, & onus totum conuertere nostrum.
Quippe etenim ventus subtili corpore tenuis Corpus à minimis impelliturs vt aër.
Trudit agens magnam magno molimine nauim:
Et manus vna regit quantouis impete euntem: à simili.
Atque gubernaculum conterquet quólibet vnum: Machinarũ vis.
Multaq; per trochleas & tympana põdere magno
Commouet, atque leui sustollit machina nisu.

CAP. XII.

SIVE PROBLEMA I.

De motu tonico, & musculorum actione.

Qua caussa est, cur stantes & immoti plurimùm laboremus, & lassitudinem contrahamus?

Conclusio.

SIc igitur Natura conuenientes animi moribus & potentiis vniuersas corporis particulas cunctis animalibus constituxit, vt tum de aliis partibus, tum nouissimè de artubus inferioribus, & paulò antè de superioribus ostendimus, & cum philosophis ac physicis medicisque demonstrauimus.

Partiũ constructio respõdet animi moribus.

Sed quoniam de motu & cursu vel ambulatione egimus, illud nunc occurrit soluendum, quod mihi nuper vir cæteroquin doctus obijciebat, mirari se dictitans, Quî fierer, vt qui stans eodem in loco diutiùs maneret, nihilo seciùs, vel adeo citiùs lassitudinem contraheret, quàm si idem æquali vel longiore adeo temporis spatio ambularet, vel curreret etiam: cùm tamen lassitudo ex labore & motu oriri sibi videtur, & quiete refici ac refocillari. Cui quæstioni priùs quàm satisfaciam, illud præmittam sermoni quæstionisque affine & congenet.

Propositio.

Quæstio, & problematis occasio.

Cur stantes plurimùm lassemur?

Omnis motus voluntarius, vt rectè & verè Galenus scripsit lib. de motu muscul. fit in corpore, vi & beneficio musculorum, in quos nerui à capite aut spinali medulla, acceptâ vi insitâ, deriuantur & sensus & motus authores. qui quidem primùm per caput musculi subeuntes, deinde per toros musculos traiecti, & minutim dispersi, tandem vniuntur in tendonem (quam & Anatomici dicunt) ad ipsum musculi extremum, ac veluti caudam, mox in ossa & ligamenta inserendum, ab eodem commouenda & pertrahenda: Non secùs ac si bacillo vel lapidi (vt antè de neurospastis dixi) funiculum alligares, aut nerunum quendam, quo attractum aut agitatum illum, quamcumque velles in partem impelleres aut adduceres. Deinde, paucis quibusdam exceptis (vt fortè diaphragmate & vtroque sphinctere) musculis singulis atque

Motus voluntarius qui fiat, & quibus instrumentis.

Nerui vsus, & quomodo in musculos inserantur, & in tendinem desinant.

Tendines qualiter in ossa inserãtur.

à simili.

Musculi ferè omnibus opponuntur antagonistæ quorũ, & quemadmodum agãt.

vniuersis oppositi contrariorum motuũ duces, & velut ἀνταγωνισταί, alij musculi contrarij occurrant. Tertiò, cùm musculus omnis ad suum versus trahat principium, inq. suum sibi caput, partem adducat cui inseritur, ex eo fit, vt vno agente, alter ferè conquiescat. Indéque contingit, ab internis flecti contrahíque, atque ab externis erigi extendíque partem quamlibet. A qua motus vicissitudine, νεῦρα ἀπὸ τῦ νεύειν, nerui à nutando, τένοντες ἀπὸ τῦ τείνειν, toníque seu tendones à tendendo denominantur. Sícque artuum musculi omnes aut extensioni, aut contractioni seruiunt. Item, cuicumque musculo geminus quidam motus ineſt, alter proprius & suus, qui motionis est: alter verò accidentarius, quo à suo antagonista euertitur & trahitur. hunc passionis, illum actionis motũ possis dicere. intensus enim musculus trahit: laxatus autem trahitur cum sua parte: sícque ambo in eodem motu mouentur. Ex quo sequitur, vt eorum motuum, qui sibi inuicem succedunt, altero pereunte, necesse sit & alterum perire: vt fortè in paralysi, aut musculi vel tendinis neruíque incisione. Porrò & tensio & contractio vtraque illa, insita est musculis actio. sed intensio & remissio, sunt musculorum oppositorum intensorum & ad se trahentium. Verùm in hoc subest nonnihil obscuritatis, cùm dicitur, motum aliquem fieri musculis omnibus partis alicuius ab actione cessantibus, & quietem agentibus. & contrà, multis agentibus musculis, tamen quietem partibus induci: qui sunt duo motus diuersi ab illis duobus musculorum propriis motibus. Porrò adeo aliud est reclinare, aliud decidere partem quampiam. décidit seu deorsum fertur per se citra voluntatem, musculis cessantibus, suapte grauitate deorsum nutante: reclinatur autem seu demittitur, musculis agentibus, & voluntati iubenti parentibus atque obtẽperantibus: vt in manu videre est, & Gal. ipse distinctionis huius author perhibet. Iam verò musculorũ propria actio, contractio est: extensio autem, non vt organi actio, sed vt motus simpliciter consideratur. fitque tensio, vel cùm musculi agentes in se coëunt, vel cùm à musculis oppositis extenduntur.

Musculorũ interiorũ & externorum actio.

Nerui & νεῦρα vnde dicãtur: itẽ τένοντες & tendines.

Musculorũ motus geminus, qui.

Musculi antagonistæ quomodo agãt, & motu priuãtur.

Musculorũ actio duplex quæ.

Motus qui fiat cessantibus musculis. item quies quomodo succedat musculis agẽtibus.

Reclinare & decidere, quid & à quo.

Musculorũ actio propria: & quid extensio, vel quomodo fiat.

Quæstio.

Quomodo agunt musculi, qui videntur quiescere? & contrà.

Ab exẽplo.

Græci verborũ architecti.

Motus tonicus, qui, & quomodo fiat: doloremque patiat & laborem.

Sed quî fit (inquies) vt musculi quiescant, cùm tamen moueantur? iidémque agant, licet moueri non videantur? Exemplo res euadet clarior. Manum supinam teneat aliquis, aut insistat rectus diutiùs. & quiescere, & moueri sic musculos necesse est: mouẽtur enim contra se oppositi & contenti, partémque fulciunt, ne collabatur: iidem quiescere videntur, quia immobiles permanent. agunt tamen musculi, licet moueri non deprehendantur. Sanè hic motus tamen quidam est, non contractionis, non inflexionis absolutè: sed tensionis potiùs, cui Græci nouorum nominum architecti, nomen dederunt τονικὸν κινῆ, quasi tonicum seu tensiuum motum dixeris: qui fit, oppositis musculis omnibus tensis, & ex aduerso contrarium tentibus, & pondus graue gestantibus, magnâ quidem vi, ideóque laboriosâ, & lassitudinem A molestissimam pariente. Sic aues alarum expanso remigio, in medio se librant aëre: sic pisces aut homines vel animantes quælibet immobiles natando, sic lembus aut phaselus nauisque, remis acta, contra fluminis impetum sese opponunt, neque sursum euecta neque deorsum delata, sed velut eodem loco permanentia. sic à duobus æquali robore vtrinque trahentibus, moles vel baculus transuersus in medio subsistit immobiliter motus, vel mobiliter immotus, si sic licet loqui, & obscuritatem istam interpretari. Quotquot enim celeres & momentaneæ fiunt mutationes, percipi vix queunt: & motus citatissimi, breuissimísque facti interuallis (vt in auibus alas breuibus momentis per aëra motitantibus obseruare licet) velut eodem loco manere videntur, & quodammodo motus sine motu, & quies sine quiete percipitur.

Similitudo.

Mutationes celeres vix percipiũtur.

Ab exẽplo.

Ex quo concludi licet, quatuor ineſſe motuum in musculis differentias. nam aut contrahuntur, aut extenduntur, aut transferuntur, aut tensi manent (quem postremum motum dixi τονικὸν) & hæc musculi actio est: ideo τονικὴ κίνησις vocitata. Qui motus si præter naturam fiat, & à caussa morbifica, τόνος dicitur, Celso rigor, quo partes inuitæ in contraria à musculis oppositis tenduntur: illic anima iubente & imperante: hîc morbo prædominante. Voluntas enim impellit quamcumque vult in partem, at caussa morbifica, citra delectum agit, & vi tenliuâ, ob repletionem aut immodicam siccitatem, musculos æqualiter tendinéíque conuellit. Alioqui musculi omnes, remoto voluntatis imperio, & sublatâ morbi tyrannide, mediam quandam figuram affectant, paulò fortè magis contractioni accedentes. nisi consuetudo aliter obtinuit: vt in spina dorsi, quæ modicè curuata in anteriora, meliùs quiescit. in cruribus autem contrà, quæ potiùs extendi, quàm contrahi, aut mediam seruare figuram consueuerunt. Ideóque summa tensio, & summa contractio, vtraque dolorifica est. media autem figura est, & dicitur Hippocrati atque Galeno ἀνώδυνος, indefatigabilis, aut minimi doloris laborisve: quòd illic alter musculorum agat è natura, alter præter naturam extendatur: hic autem oppositi ambo conquiescant. Ideo hæc figura diutissimè seruatur incommutata: illa celerem mutationẽ desiderat. alioqui enim multùm debilitans, robur dissoluit. Et tamen indolens illa figura, mutari quoque vult tandem: quia etiam in ea tensionem quandam musculi sustinent: ideo paulatim inducunt molestiam. Nullus enim musculus sine tensione est, ne si in media quidem figura consistat. qualis ab Hipp. dicitur brachio & manui contingere, quando vlna cum brachio angulum facit rectum: in qua figura, nullus musculus agit, sed quiescit, nec violenter mouetur, nec pars aut membrum distorquetur, sed omnis excessus expers, omnisque doloris: quamquidem deligimus ab omnibus vitæ actionibus liberam figuram: cùm cæteræ quatuor illæ, omnes & laboris & molestiæ plus minùs participes eua-

4. motuum differentiæ musculi, qui.

Motus tonicus, qui: itẽ tetanus, & quo fiat modo.

Voluntas & morbi caussa quo agat: & cõuulsio vnde fiat.

Musculorũ actio naturalis & involuntaria.

Spina & femoris figura naturalis.

Figura modo indolẽs, alia fortè, quæ, & qua ratione fiant.

Figura indolens mutari tamen desiderat, quare.

Musculi etiã in media figura tendantur.

Brachij & manus media figura, quæ.

Motus tonicus cur laborē & lassitudinē adferat.

dant. Et certè *minimè vērum*, tonicus dictus motus ille, mihi quidem laboris & molestiæ videtur habere plurimum: tum quòd musculi ex aduerso sibi contrahentur, & velut obluctentur, neutri cùm velint neutris cedere: tum quòd pondus partis, cui inseruiunt, diutius perferre ac sustinere cogantur, nullâ alternante interim & motum & quietum vicissitudine. Nullum enim est tam leue pondus, alicuius quidem notabilis quantitatis & grauitatis, quod tandem non fatiget siue totum, siue partem quampiam. Vnde fit, vt senes atque decrepiti, non alieno atque externo, sed suo & naturali proprióque oneri veluti succumbant in anteriora nutando, ac toto corpore prociduo, & capite in pectus inclinante atque obstipo, cui iam ferendo vires seniles haud sufficiunt. Vnde illa apud Plautum anus, tarditatem incessus excusans:

Onus annorū & senij.

Historia.

Tantum (inquit) hoc oneris quod fero. Quid oneris? Annos septuaginta & quatuor. Verumenimuerò in ista quidem ratione motus tonici, sæpe miratus sum Socratis constantiam: de quo ita Phauorinus scripserat; *Παμπόλλακις δὲ ἤνιξε αὐτὸν ἑστῶτα ἀπρεπέστερον ἢ ἀφίγμενον.* Sæpe de sole ad solem erectior stipitibus arborum steterat. de quo sic porrò refert Gellius cap. 1. lib. 2. Stare solitus Socrates dicitur pertinaci statu perdius atque pernox, à summo lucis ortu ad solem alterum orientem inconniuens, immobilis, iisdem in vestigiis, & ore atque oculis eundem in locum directis cogitabundus: tanquam quodam secessu mentis atque animi facto à corpore. Cui haud absimile, sed maius adeo refert Plinius cap. 2. lib. 7. Philosophos Indorum, quos Gymnosophistas vocant, ab exortu ad occasum perstare contuentes solem immobilibus oculis, feruentibus arenis toto die alternis pedibus insistere. Atque haud scio, num vtroque maius hoc quod Nicephorus refert cap. 51. lib. 14. de Simeone Stylite seu Columella cognominato. Hic primus stationem in columna inuênit, domicilium super columna bicubitale vndequaque habens, ad sublimia aspirans, mediúmque inter cœlum & terram habitaculum deligens, vt extra turbam & tumultum omnem positus, Deum glorificaret, & perpetuis cum angelis hymnorum laudibus celebraret, vt de eo Theodoritus Cyri episcopus scriptum reliquit, & Simeon cognomento Metaphrastes: qui in tali vitæ instituto eum quinquaginta & sex annos peregisse testatur.

Socrates solum diē stare solitum.

Gymnosophistarum mos adorādi solis.

Simeon monachus stat in columna habitans, quali & quanta.

Transitio digressiua.

Historia.

Sed à stantibus ad cursores transeamus. non dico autem Callipiden illum, qui semper cursitans, ne cubiti quidem mensuram progrederetur, vt Cicero Attico, & Suetonius in Tiberio notarunt. Plinius verò lib. 7. cap. 20. Cucurrisse M. C. LX. stadia ab Athenis Lacedæmonem biduo Philippidem, magnū erat: donec Aristis cursor Lacedæmonis, & Philonides Alexandri Magni, à Sicyone Elin, vno die M. CC. stadia cucurrerunt. Nunc quidem in circo quosdam CLX. passus toferare non ignoramus. nupérq. Fonteio & Vipsanio Coss. anno nono genitum puerum, à meridie ad Vesperum LXXV. M. pass. cucurrisse. hæc ille. Stadium autem, centum viginti quinque nostros efficit passus. hoc est, pedes 625. vt idem Plinius interpretatur cap. 23. lib. 2. Quæ mensura octies sumpta, efficit mille passus. quam nos pro dimidia leuca Francica numeramus: quod Latini milliare aut milliarium vocant. vt bis mille passus, Gallicam leucam conficiant, siue millia aut milliaria duo. Ita vt Aristis & Philonides, vno die 1200. stadia currendo, leucas Gallicas confecerint 75. Solinus is, quem alibi dixi Plinij simium, tum has, tum alias subijcit historias. Primùm palmam velocitatis (ait) Ladas quidam adeptus est: qui ita supra cauum puluerem cursitauit, vt arenis pendentibus, nulla indicia relinqueret vestigiorum. Polymnestor Milesius puer, cùm à matre locatus esset ad caprarios pastus, ludicro lepore consecutus est: & ob id statim productus à gregis domino, olympiade sexta & quadragesima (vt Bocchus author est) victor in stadiis meruit coronam. Philippides mille ducenta stadia ab Athenis Lacedæmonem cucurrit. Aristius Lacon, & Philonides, Alexandri Magni cursores, Elim ab vsque Sicyone, mille ducenta stadia vno die transierunt. Fonteio Vipsanióq. Coss. in Italia octo annos puer natus, quinque & quadraginta millia passuum à meridie transiuit ad vesperum. Vt iam *ἐπιχωρίως* locutus Virgilius videri minùs possit de Volsca Camilla sub finem 7. Æneidos;

Stadium, quid: item millepassus: item leuca Gall.

Alia historia.

Ladas cursor.

Item Polymnestor.

Item Philippides.

Item Aristius, & Philonides.

Item puer octennis.

N. debet tamē à Plinio dissentiri Solinum.

——non illa colo calathisque Minerua
Fœmineas assueta manus, sed prælia virgo
Dura pati, cursúque pedum præuertere ventos.
Illa vel intacte segetis per summa volaret (an volasset).
Gramina, nec teneras cursu læsisset aristas.
Vel mare per medium fluctu suspensa tumenti,
Ferret iter, celeres nec tingeret æquore plantas.

Volsca Camillæ celeritas & fortitudo.

Hyperbole.

ex imitatione Homeri Iliad. υ:

Αἳ δ' ὅτε μὲν κατέβαν θεοὶ ζείδωρον ἄρουραν,
Καρπὸν ἐπ' ἀτρυγέτοιο πολῆες ἴσαν, ἵνα πάλλοιτο.
Καπ' ἴον δὲ σφῶϊν ἐπ' ἰφθίμοιν ἐλάτῃσιν;
Ἄκροι ἐπὶ ῥιπαῖσι θέειν ἐπὶ πουλὺ δύναντο. id est,
Hæ autem aliquando quidem saltabant in fertili agro,
In summitate culmorum fructuum currebant, neque frangebant:
Hæ autem quando saltabant in lata dorsa maris,
In summitate litoris maris albentis currebant.

Dardani equa mirabiles.

hæc poëta de equabus Dardani ex Borea veritò grauidis poëticâ licentiâ, vt ita dicam, *ὑπερβολικῶς*. Vt etiam minùs mirum dei ilices videri queat, quod scribit Plinius cap. 3. lib. 8. de elephantis, maximo (vt dixi) terrestrium animalium; Aduersis funibus subire eos, sed regredi magis vtique promptis. quinetiam ductus Græcarum literarum didicisse, & hæc scribendo verba exarasse. Ipse ego hæc scripsi, & spolia Celtica dicaui. Cùm & nos funambulos vidimus, & nonnullos qui volare tentarint. Mulierem quoque manibus mancam, vt nuper dixi, scribere tamen, nere, suere, arcu inculari, pedum articulis vsam. Quid est, quòd non progrediatur ars & industria? Quanta Naturæ & quàm prouida quámque sagax est ars imitatrix? Vincit hæc in multis Naturam: vincitur in pluribus à Natura:

Elephas funambulus & scriba mirificus.

Homo sua bona & mala lucris.

Mulier pedibus vsa manūm loco & vice.

vtraque admirandis operibus certat. Deus verò & Naturam & artem nutrificè antecellit tum in cæteris, tum operum omniũ præstantiâ: idem & Naturæ & artis & omnium rerum summus author, & summè colendus artifex. Neque enim audiendus Strato ille Theophrasti discipulus, qui omnem vim diuinam in Natura sitam esse censet apud Cic. 2. natu. deor. Nomina siquidem Naturæ & Fortunæ videntur à philosophis & gentibus excogitata, vt gloriam omnipotentis Dei, eiúsque potentiam & prouidentiam aut in totum tollerent, aut sanè minuerent & eneruarent. Sed nos qui rectiùs de

Deilaus & hymnus.

N. contra Fortunæ & Naturæ cultores & assertores, & eorundem sectas.

A Deo sentimus, hunc Naturæ parentem, hunc mundi opificem, hunc hominis totius & animæ & corporis constantis architectum, hunc operum à se conditorum pronidum custodem, sedulúmque & benignum rectorem agnoscimus, veneramur, colimus, votísque & precibus laudamus, benedicimus, imploramus. In quo omnia, per quem omnia, ex quo omnia; Cui cum ὁμοουσίῳ filio IESV CHRISTO, Sanctóq. Spiritu paracléto, Deo trino & vno sit laus, decus & potestas atque imperium in omne ævum, Amen.

N. Dei notionem & laudes.

N. ADMONITIO AD LECTOREM.

INTER *legendos priscos authores & Theologos, tum Græcos, tum Latinos, duo mihi occurrerunt in suo quisque genere percelebres, Basilius & Ambrosius; quorum vterque, opus eximium sub eodem titulo exaranit. Atque ille quidem, vt res est, Hexaemeron; hic autem, nonnihil deflexo & truncato nomine (malè tamen) Hexameron inscripsit; In multis quidem imitatus alterum, & verè secutus, si non assecutus. De Basilio alias: nunc autem de Ambrosio sic habe. Hic igitur sub finem operis Hexameron inscripti, excurrit eleganter & breuiter in summam humani corporis anatomen; æmulatus veterum & Medicorum & Physicorum in eo genere diligentiam. Cui assutus velut breuis quidam epilogus, de dignitate hominis. quem dispar stylus arguit diuersum esse authorem. Qui quia breuis vterque est & luculentus, atque eodem tenore progreditur, nec à me appellatus Vspiam, nunc tibi exponetur velut in pergula. Sic enim malui liberè profiteri, quam more quorundam, in plagio de prehendi.*

CAP. XIII. SIVE DE DIGNITATE HVMANÆ CONDITIONIS, LIBELLVS

D. Ambrosio adscriptus: ad illud Genes. cap. 1.

Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. sub finem lib. 6. operis quod inscribitur, Hexameron.

CAP. 1.

Humanæ conditionis dignitas, ab ortu.

SANCTA itaque dignitas humanæ conditionis esse cognoscitur, vt non solo iubentis sermone, sicut alia sex dierum opera: sed consilio sanctæ Trinitatis, & opere majestatis diuinæ creatus sit homo. vt ex primæ conditionis honore intelligeret, quantum deberet suo conditori, dum tantum in conditione mox dignitatis priuilegium præstitit ei conditor, vt tantò ardentiùs amaret conditorem, quantò mirabiliùs se ab eo esse conditum intelligeret. Nec ob hoc solùm, quòd consilio sanctæ Trinitatis sic excelleret, à conditore conditus est: sed etiam quòd ad imaginem & similitudinem suam ipse creator omnium, eum creauit: quod nulli alij ex creaturis donauit.

Solus homo ad imaginẽ Dei creatus: & quid hoc sit.

CAP. 2.

Similitudo.

Quæ imago diligentiùs ex interioris hominis nobilitate est consideranda. Primò quidem, quòd sicut Deus vnus semper vbique totus est, omnia viuificans, mouens & gubernans, sicut Apostolus confirmat Act. 17. Quòd in eo viuimus, mouemur & sumus. sic anima in suo corpore vbique tota viget, viuificans illud, mouens & gubernans. Nec enim in maioribus corporis sui membris maior, & in minoribus

Quòd anima tota in toto, & quælibet parte.

B minor: sed in minimis tota, & in maximis tota. Et hæc est imago vnitatis omnipotentis Dei, quam anima habet in se quæ quoq. quandam sanctæ Trinitatis habet imaginem. Primò in eo, quia sicut Deus est, viuit & sapit: ita anima secundùm suum modum est, viuit & sapit. Est quoque & alia Trinitas in ea, qua ad imaginem sui conditoris, perfectæ quidem & summæ Trinitatis, quæ ex Patre, & Filio, & Spiritu sancto, condita est. Et licet vnius illa naturæ: tres tamen in se dignitates habet, id est, intellectum, voluntatem, & memoriam. Quod idem, licet alijs verbis, in euangelio designatur, cùm dicitur Matth. 22. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & C ex tota mente tua, id est, ex toto intellectu, & ex tota voluntate, & ex tota memoria. Nam sicut ex patre generatur filius, & ex patre filióq. procedit Spiritus sanctus. ita ex intellectu generatur voluntas, & ex his item ambobus procedit memoria, sicut facilè à sapiente quolibet intelligi potest. nec enim anima perfecta potest esse sine his tribus: nec horum trium vnum aliquod, quantum ad suã pertinet beatitudinem, sine alijs duobus integrũ constat. Et sicut Deus Pater, Deus Filius, Deus Spiritus sanctus est,

Anima 3. Trinitatis habet imaginem, quo.

Animæ tres dignitates.

Collatio trium facultatũ animæ ad 3. Trinitatem.

Digitized by Google

non tamen tres dij ſunt, ſed vnus Deus, tres habens perſonas: ita & anima intellectus, anima voluntas, anima memoria: non tamen tres animæ in toto corpore, ſed vna anima tres habens dignitates. Atque in his tribus, eius imaginem mirabiliter gerit in ſua natura noſter interior homo: ex quibus quaſi excellentioribus animæ dignitatibus, iubemur diligere conditorem: vt in quantum intelligitur, diligatur: & quantùm diligitur, ſemper in memoria habeatur. Nec ſolus ſufficit de eo intellectus, niſi fiat in amore eius voluntas: imò nec hæc duo ſufficiunt, niſi memoria addatur, qua ſemper in mente intelligentis & diligentis maneat Deus. vt ſicut non poteſt eſſe momentum, quo homo non vtatur vel fruatur Dei bonitate & miſericordia: ita nullum debeat eſſe momẽtum, quo præſentem eum non habeat memoria. Et ideo dilectiſſime fili, iuſtè mihi videtur dictum, interiorem hominem, imaginem eſſe Dei. Anima enim nominatur totus interior homo, qua viuificatur, regitur, continetur lutea illa maſſa humectata ſuccis, ne arefacta diſſoluatur. Deus dicitur vis illa ineffabiliter magna, & innumerabiliter ſapiens, vt ſcriptum eſt Pſal. 146. & 144. Magnus Dominus noſter, & magna virtus eius, & ſapientiæ eius non eſt numerus. & incomparabiliter ſuauis, vt alibi dicit; Suauis Dominus vniuerſis, & miſerationes eius ſuper omnia opera eius. Ex qua, & per quam, & in qua ſunt omnia quæ ſunt, reguntur omnia quæ ſunt, continentur omnia quæ ſunt. Omnia dico, ipſam vniuerſitatem, quæ eſt totum, quod aliud eſt, quàm ipſe qui fecit, & non eſt factus: ſed ipſe eſt ex quo, & qui ex eo, & quo. Quod ipſe Deus ex quo eſt, Pater dicitur à nobis pauperibus ſenſu, pauperioribus verbis. Quod qui ex eo, Filius dicitur. Quod quo, Spiritus ſanctus. Ideo autem dicitur Deus pater, quia ipſe eſt ex quo, & ſapientia eſt, quâ ordinantur omnia, & dilectio, qua ſe volunt omnia ita manere, vt ordinata ſunt. Ex quo ergo, & qui ex eo, & quo, ſe diligunt: ipſa duo, tria ſunt: & illa tria, ideo vnum: quia ſic ſunt ex vno illa duo, vt tamen ab ipſo non ſint ſeparata: ſed ex ipſo ſunt, quia non à ſe: & in ipſo, quia non ſeparata: & ipſum ipſa quod ipſe: & ipſum ipſe quod ipſa: & non ipſum ipſa qui ipſe: & non ipſa ipſe quæ ipſa. Vis iſta, Deus eſt, & ipſe Deus, tria eſt, & vnumquodque horum trium, Deus eſt: & omnia tria illa, non dij, ſed Deus eſt. Ad imaginẽ ergo ſuam conditor, vt dictum eſt, fecit animam hominis, quæ tota dicitur anima. Non autem aliud ſignifico hominis quàm animam, cùm mentem dico: ſed propter aliud, animam, & propter aliud, mentem. nam totum quod viuit, hominis anima eſt. cùm autem anima in ſe agit ſe, & ex ſe, & per ſe, ſola mens dici ſolet. ſenſus verò ad ſua miniſteria implens, conſuetiùs anima dicitur. Mens ergo ſcire gignit, & amat ſcire quod ſcit. Non illud ſcire dico, quòd repente ſcitur res aliqua, quæ antè neſciri putabatur: ſed illud vnde, & aliquid omne, quicquid ſcitur, vel neſcitur, ſciri poteſt. Illud ergo ſcire mens gignit: & cùm genitum eſt, ſcientia poteſt dici. Sunt ergo iam duo, mens, & quod ipſa mens ſcit: reſtat tertium vtriſq. commune. Omnis mens quicquid ſcit, amat ſcire. amor nõ minùs quàm inter duos eſt, amantem & quod amatur. Vnus eſt ergo amborum amor, qui & tertius eſt. Non autem poteſt negari hoc totum, vnam eſſe animam, & vnam animam, hæc tria eſſe. Sicut enim hæc tria, verè vna anima ſunt: ſic non minùs verè vna anima eſt hoc vnum, & hoc alterum, & hoc tertium. Cõparet igitur ſe hæc creatura tam eminens, creatori ſuo ſupereminenti ſibi, excepto hoc, & multùm ſupra ſe amoto, quòd omnis bonitas, & omne bonum, & omnis bonitatis & boni dulcedo creatoris, à ſeipſo eſt. Creatura verò non ſolùm quòd eſt, ſed etiam quod talis eſt, ab alio eſt, non à ſe, & ipſa quod eſt, ſemper eſt: licet & ipſa anima, quodam modo ſuo incommutabilis eſt. nam ſemper anima eſt, poſtquàm eſſe cœperit, & ſcit, & ſcire vult. Cõparet ergo, vt dixi, ſe anima eo modo quo poteſt, creatori ſuo, vt dicatur mens, Pater, quia gignit ſcire: dicatur ſcire Filius, quia ex alio eſt, & non eſt aliud, quàm ipſum quod ipſe eſt, ex quo eſt: dicatur amor, Spiritus ſanctus, quia amborum eſt eorum qui ſe amant. Vnde in noſtris ſcripturis ſæpius amor, id eſt charitas, quæ in Deo eſt erga nos, & quæ à nobis in Deum, ſpiritus ipſe appellatur. & hæc de imagine, ô dilectiſſime fili, habeto.

Similitudo Dei in anima, qua.

Imago Dei, homo interior.

Anima & Deus, quid.

Dei vis ineffabilis.

3. Trinitatis ſymbola, ab effectis.

3. Trinitatis myſterium.

Anima & mens, idem, qui.

Mens proprie, & anima.

Scire, quid.

Mens ſcientia, amor, vna eſt anima.

Analogia S. Trinitatis.

Differentia cõditoris ab homine.

Anima qua modo comparãda Deo & S. Trinitati.

Nunc verò de ſimilitudine aliqua intellige, quæ minoribus cernenda eſt: vt ſicut Deus creator, qui hominem ad ſimilitudinem ſuam creauit, eſt charitas, eſt bonus & iuſtus, & patiens atque mitis, mundus & miſericors, & cætera virtutum ſanctarum inſignia, quæ de eo leguntur. Ita homo creatus eſt, vt charitatem haberet, vt bonus eſſet & iuſtus, vt patiens atq. mitis, mundus & miſericors foret. Quas virtutes quantò plus quiſque in ſeipſo habet, tantò propius (imò propior) eſt Deo, & maiorem ſui conditoris gerit ſimilitudinem. Si verò (quod abſit) aliquis per deuia viriorum, & diuortia criminum, ab hac nobiliſſima ſui conditoris ſimilitudine degener oberrat, (ſeu aberrat) tunc fiet de eo quod ſcriptum eſt Pſal. 48. Et homo cùm in honore eſſet, non intellexit, comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis. Quj maior honor potuit homini eſſe, quàm vt ad ſimilitudinem ſui factoris conderetur, & eiuſdem virtutum veſtimentis ornaretur, quibus & conditor? de quo legitur Pſal. 92. Dominus regnauit, decorem indutus eſt. id eſt, omnium virtutum ſplendore, & totius bonitatis decore ornatus. Vel quod maius homini poteſt eſſe dedecus, aut infelicior miſeria, quàm vt hac ſimilitudinis gloriâ ſui conditoris amiſsâ, ad informem & irrationabilem brutorum iumentorum delabatur ſimilitudinem? Quapropter ô dilectiſſime, quiſque diligentiùs attendat primæ conditionis ſuæ excellentiam, & venerandam in ſeipſo ſanctæ Trinitatis imaginem agnoſcat: honorémque ſimilitudinis diuinæ, ad quem creatus eſt, nobilitate morum, exercitio virtutum, dignitate meritorum ha-

CAP. 3.

Similitudo Dei cũ homine, in quo: item diſſimilitudo.

Hominis dignitas, item infamia.

Exhortatio ad virtutes.

bere contendat: vt quando appareat qualis ſit, A tunc ſimilis ei appareat, qui ſe mirabiliter ad ſimilitudinem ſuam (vel ſui) in primo Adam condidit, mirabiliúſque in ſecundo reformauit. Hæc ille, quiſquis eſt, de dignitate hominis & breuiter & ſublimiter philoſophatur. ſed indubitatus author Ambroſius ita Hexaëmeron claudit vltimo capite libri ſexti. Vbi notabis, Hexaëmeron dici debere, non vt illic paſſim, Hexameron. neque enim Græcum, ἑξαήμερος; craſin patitus ex α & ε. quod diligenter vidit & cauit Baſilius: quem vt in te ipſa & argumento ſecutus eſt perſæpe, ita in nomine & titulo accuratiùs ſequi debuit Ambroſius. Vide Hieronymum. B

N. debere mero Ambroſij.

De præſtantia, decòre, & gratia humani corporis, ac membrorum ipſius.

Ex D. Ambrosio.

Humani corporis præſtantia, in forma potiſſimè, & mediocritate.

SEd iam etiam de ipſo aliqua dicenda ſunt corpore hominis, quod præſtantius cæteris decôre & gratiâ eſſe quis abnuat? Nam etſi vna atque éadem omnium terrenorum corporum videatur eſſe ſubſtantia, firmitudo & proceritas quibuſdam maior in beſtiis: forma tamen humani corporis eſt venuſtior, ſtatus erectus & C excelſus, vt neque enormis proceritas ſit, neque vilis & abiecta pauxillitas (an puſillitas.) tum ipſa habitudo corporis ſuauis & grata, vt neque belluina vaſtitas horrori ſit, nec gracilitas tenuis infirmitati. Ac primùm omnium cognoſcamus humani corporis fabricam, inſtar eſſe mundi (in homine enim principatus eſt animantium vniuerſorum, & ſumma quædam vniuerſitatis, & omnis mundanæ gratiæ creaturæ.) Siquidem vt cœlum eminet aëri, terris maria, quæ velut quædam membra ſunt mũdi: ita etiam caput ſupra reliquos artus noſtri corporis cernimus eminere, præſtantiſſimúmque eſſe omnium tanquam inter elementa, cœlum, tanquam arcem inter reliqua vrbis mœnia. In arce autem hac, regalem quandam habitare ſapientiam, ſecundùm propheticum dictum Eccleſiaſt. 2. Quia oculi ſapientis in capite eius, hanc eſſe cæteris tutiorem, & ex illa omnibus membris vigorem prudentiámq. deferri. Quid enim robur & validitas lacertorum proficiat, quid velocitas pedum, niſi capitis, velut principis ſui, imperialis quædam adminiculetur poteſtas? Ex hoc enim aut deſtituuntur vniuerſa, aut omnia fulciuntur. Quid agat fortitudo, niſi oculo duce vtatur in prælium? quid fuga, ſi deſit obtutus? Careet eſt totum corpus tenebroſo inhorrens ſitu, niſi oculorum illuminetur aſpectu. Quod ergo Sol & Luna in cœlo, hoc ſunt oculi in homine: Sol & Luna, duo mundi lumina: oculi autem, quædam in carne ſidera fulgent deſuper, & inferiora claro illuſtrant lumine, nec patiuntur noctis quibuſdam nos tenebris implicari, ſpeculatores quidam noſtri, die ac nocte excubant. Nam & ex ſopore membris cæteris citiùs excitantur, & vigilantes circunſpectant omnia. viciniores enim ſunt cerebro, vnde omnis manat vſus vigendi. Neque verò præproperè quiſquam huc deſcendiſſe me credat, quòd relicto vertice, oculos prædicem, cùm alienum non ſit, ſummam rem in parte laudare. oculos enim certum eſt eſſe capitis portionem. Caput itaq. oculis explorat omnia, auribus occulta rimatur, cognoſcit abſcondita, audit quid aliis agatur in terris. Ipſe autem vertex capitis quàm ſuauis & gratus, quàm ſpecioſa cæſaries, quàm reuerenda in ſenibus, quàm veneranda in ſacerdotibus, quàm terribilis in bellatoribus, quàm decora in adoleſcentibus, quàm compta in mulieribus, quàm dulcis in pueris! Alium ſexum crinita nõ decet, alium tonſa non decet. Ex arboribus licet, quæ humani ſit gratia capitis, æſtimare. in capite arboris, omnis eſt fructus, ibi omnis eſt pulchritudo: illius coma nos aut à pluuijs tegit, aut defendit à Sole. Tolle arbori comam, tota arbor ingrata eſt. Quantò igitur maior humani capitis ornatus eſt, qui cerebrum noſtrum, hoc eſt ſedem originémque noſtrorum ſenſuum, capillis capitis munit & veſtit, ne aut frigore vexetur, aut æſtu. Illic enim fons vniuerſorum eſt: & ideo vbi iniuria nocet, ibi gratia præminet. Quid ſine capite eſt homo, cùm totus in capite ſit? cùm caput videris, hominem agnoſcis. ſi caput deſit, nulla agnitio eſſe poteſt: iacet truncus ignobilis ſine honore, ſine nomine. Sola ære fuſa principum capita, & ducti vultus de ære, vel de marmore, ab hominibus adorantur. Non immeritò igitur huic quaſi conſultori ſuo, cætera membra famulantur, & circumferunt illud ſeruili geſtamine, ſicut numen, atque in ſublime locatum vehunt. Vnde cenſoriâ poteſtate, quò vult, dirigit quorumdam obſequia ſeruulorum, & præcepta ſingulis obeunda decernit. Videas Imperatori ſuo ſingula, gratuito ſtipendio militare. alia portant, D alia paſcunt, alia defendunt, & miniſterium ſuum exhibent: parent vt principi, ancillantur vt domino. Inde velut quædam procedit teſſera, quam debeant pedes obire regionem, quæ militiæ munia manus conſummandis operibus exequantur: quam venter abſtinendi vel edendi formam impoſitæ teneat diſciplinæ. Huic frons libera nudis aperta temporibus, quæ mentis habitum ſpecie ſui prodat, nunc læta, nunc triſtior, nunc directa ad ſeueritatem, nunc ad lenitatem remiſſior, quæ ſignis forenſibus internam exprimat voluntatem. Imago quædam animi loquitur in vultu: fidei baſis, in qua quotidie Domini nomen inſcribitur & tenetur. E Eam geminæ ſepes (ſiue rupes) ſuperciliorum ſequũtur, quæ oculis munimenta prætendunt, prætexunt gratiam, vt & venuſtas decôris arrideat, & diligentia protectionis aſſiſtat. ſiquid enim de capite ſordium décidat, aut arenæ puluis, aut ros nebulæ, aut humeſcentis verticis ſudor, excipitur ſupercilio, ne teneras offenſâ acie viſiones mollium perturbet oculorum. Adhærent veluti quibuſdam montium ſuperciliis oculi, vt & protegente montis cacumine tutiores ſint, & tanquam in ſummo locati, de quadam ſcena (an ſpecula) ſuperiore, vniuerſa proſpectent.

Homo, minor mũdus, eiúſque prærogatiua, & ad vniuerſũ analogia.

N. de præſtantia capitis, in quo tacitè inſinuat animæ ſedem.

De laude oculorũ, & eorundem vſu.

Analogia ſeu ſimilitudo oculorum ad Solem & Lunam.

Præcipſi.

De auribus & cæteris.

De grauitate capitis, & ſimilitudine arboris.

Infonat anima ſolii in capite.

Allegorica ſimilitudo.

De fronte.

De ſuperciliis.

De ſitu oculorum. proſpectent. Neque enim oportebat eos humiles eſſe, ſicut aures, vel os, ipſóſque narium interiores ſinus. ſpecula enim ſemper in alto eſt, vt aduenientium exteriorum hoſtilium explorari poſſit aduentus, ne improuiſo occupent otiantem vel vrbis populum, vel imperatoris exercitum. Sic latronum quoque cauentur incurſus, ſi exploratores in muris, in turribus, aut montis excelſi ſupercilio ſint locati, vt deſuper ſpectent plana regionum, in quibus inſidiæ latronum latére non poſſint. in mari quoque poſitus, ſi quis terræ appropinquare ſe conijcit, in ipſa malt faſtigia, & celſa antennarum cornua, vtri explorator aſcendit, & adhuc inuiſibilem reliquis nauigantibus eminùs terram ſalutat.

à ſimili.

Obiectio, cur oculi nõ in apice? ex Gal. de vſu part. ſuprà. Ac fortè dicas, Si ſpecula editior neceſſaria fuit, cur non ſupra ſummum verticem capitis, oculi conſtituti ſunt? ſicut canaris vel ſcarabeis in ſummo ſunt, quibus licet nullum caput appareat, colla ac dorſa tamen cætero corpore celſiore ſunt? Sed illis teſta valida, nec tamen tenuis membrana, ſicut nobis, quæ facilè poſſit offendi, rubóque & cæteris interſcindi ſentibus. Aliis quoque animantibus huiuſmodi ſpecies, vt poſſint oculos aut ad ceruicem conferre, vt equi ac boues, ac propemodùm omnes feræ, aut ad alas ſuas, vt aues, quò rutâ quiete potiantur. Nobis autem & in ſumma propemodùm corporis parte conſtitui oculos oportuit, tanquam in arce, & ab omni vel minima offenſione defendi: quæ ſibi compugnantia videbantur. Nam ſi in humili eſſent propter tutamen, munus impediremur: ſi in vertice, patérent ad iniuriam. Itaque ne vel vſui muneris aliquid detraheretur, vel aliquid ad propulſandam injuriam non proſpiceretur, eo loco oculos conſtituit, cui ſupercilia deſuper non minimum protectionis impertiant, ſubter malæ aliquantùm eleuatæ, haud exiguum munitionis adiungant: interiorem partem ſepiant nares, exteriorem quoque frontes malarum, quæ ſibi extuberent, & licet oſſium compage connexâ & æquatâ, confinia circumuallare videãtur. Inter hæc, medij ſunt oculorum orbes, & tuti ad cauendum, & ad intuendum liberi, & decóri ad gratiam, vtpotè in cryſtali ſpeciem refulgentes. In quorum medio, pupillæ ſunt, quæ videndi munus operantur, hæ nequâ incidentis iniuriæ offenſione lædantur, pilis hinc inde conſertis, velut quodam vallo, per circuitum muniantur. Vnde tutum auxilium poſtulans propheta ait Pſal. 16. Cuſtodi me Domine, vt pupillam oculi tui: vt protectionis diuinæ fieret ei tam ſolicita & tuta cuſtodia, quàm pupillam oculi tutiſſimo quodam Naturæ vallo munire dignatus eſt, ſimul quia innocentia & integritas, leui ſorde aſperſâ violatur, & gratiæ ſuæ munus amittit. & ideo proſpiciendum, ne quis eam puluis erroris oblimet, aut vila vexet feſtuca peccati. quia ſcriptum eſt Matth. 7. Eijce primùm trabem de oculo tuo, & tunc videbis eijcere feſtucam de oculo fratris tui. Itaq. propter oculos, ferunt medendi periti, cerebrum hominis in capite locatum: alios autem noſtri corporis ſenſus, propter cerebrum, finitimo quodam eſſe domicilio conſtitutos. Initium enim neruorum & omnium ſenſuum voluntatiæ commotionis, cerebrum eſt: atque inde omnis eorum quæ diximus, cauſſa manat. Initium autem arteriarum inſiti caloris, quo animantur & tepeſiunt vitalia, cor eſſe plerique arbitrantur. Senſuum autem ſingulorum velut organum, nerui ſunt, qui velut chordæ & fides quædam de cerebro oriuntur, & per partes corporis in ſinguła quæque officia deriuantur. ideoque mollius eſt cæteris cerebrum, quia omnes ſuſcipit ſenſus: vnde omnes nerui quærunt vniuerſa, quæ vel oculus viderit, vel auris audierit, vel odor inhalauerit, vel lingua increpuerit, vel os ſaporis acceperit. Quod enim molle, ad compaſſionem aptius: quod autem durum, ex aliquo rigore neruorum, ad agendum efficacius. Præſtantiſſimum quoque audiendi munus eſt, & viſui ſuper gratia. ideo aures extentiores, vt & ornatus decórem præferant, & excipiant omne illud, quicquid de vertice, fordium humoriſve defluxerit: ſimul vt in earum ſinibus vox repercuſſa ſine offenſione interiora ingrediatur anfractus. Nam niſi ita eſſet, quis non ad omnem fortioris ſonum vocis, attonitus redderetur: cũ inter ipſa ſubſidia, frequenter improuiſo ictus clamore nos obſurdeſcere ſentiamus? Tum velut quædam propugnacula videas prætendere aduerſus frigoris aſperitatem, caloríſq. flagrantiam: vt neque frigus penetret ductus patentes, neque nimius adurat æſtus. Sinuatio autem interiorũ aurium, modulandi quendam numerum præſtat & diſciplinam. ſiquidem per anfractus aurium, quidã rhythmus efficitur, & modulis quibuſdam ingreſſæ ſonus vocis exprimitur. Tenaces præterea ſermonis accepti ipſos eſſe anfractus aurium, vſus ipſe nos docet. ſiquidem velut in concauis montium, vel in receſſu rupium, vel in anfractu fluminum, vox auditur dulcior, & reſponſa ſuauia referens echo reſultat. Ipſe quoque ſordes auricium non inutiles, quæ ligant vocem, vt fenacior eius in nobis & memoria ſit & gratia. De naribus autem quid loquar, quæ biuio & procero foramine, antrum quoddam recipiendis odoribus præſtant: vt non perfunctione odor tranſeat, ſed diutiùs inhæreat naribus, & earum ductu cerebrum ſenſúſque depaſcat? Ideo diutiùs odor fragrat acceptus, quàm ſermo reſonat, aut viſus apparet. Plerumque quod momento breui fueris odoratus, toto die tibi ſpirat in naribus. Per eas quoque purgamenta capitis deſluunt, & ſine fraude atque offenſione aliqua corporis deriuantur. Eſt etiam non mediocris ſenſus in tactu, atque in eo voluptas gratiſſima, ſyncerúmque iudicium. pleraque enim tactu probamus, quæ oculis probare non poſſumus. Poſtremum quoq. officium eſt oris aut linguæ, quod tamen omnibus vires miniſtrat, nam neque oculi vigorem videndi haberent, niſi virtutem ſubſtantiæ corporalis acceperint, quæ cibo defertur & potu. neque aures audiendi, aut nares odorandi, aut manus tangendi, niſi corpus omne confortetur alimẽtis. Deficimus enim viribus, niſi eas cibi competentis aſſidui-

De arteriis ac corde, & de neruis.

De auribus & auricul.

De naribus & odoratu.

De tactu.

De officio oris, & cibi & potu.

De orbibus & pupillis oculorum.

De pilis pupillarum.

De cerebro. N. ex Gal. de vſu part.

tate reparemus. denique confecti fame, nullis oblectantur ſenſuum voluptatibus: ſed quaſi exortes, eorum delinimẽta non ſentiunt. Quid ergo deſcribam dentium vallum, quo cibus conficitur, & plenæ fit vocis expreſſio? quæ ſine dentibus alimonia delectaret? denique æui maturos plerumque cernimus hoc ipſo citiùs ſeneſcere, quòd amiſsis dentibus, nullam poſsint cibi virtutem validioris aſſumere. Ideo muta infantia, quia non habet adhuc organum vocis. Linguæ quoque non ſolùm in loquendo, ſed etiam edendo munus prætioſiſsimũ eſt. ea enim velut plectrum loquentis, & quædam edentis eſt manus, quæ defluentem cibum dentibus ſuggerit & miniſtrat. Vox quoque aëris quodam remigio vehitur, & per inane portatur: eadémque vis quæ aërem verberat, nunc commouet, nunc demulcet audientis affectum, iratum mitigat, fractum erigit, ſolatur dolentem. Sit igitur nobis canorum commune cum auibus. Sed apud quem, quo ſono vocis vtatur, quod eſt rationabile, non poteſt cum omnibus animantibus irrationabilibus ſcilicet eſſe commune. nam & ipſi ſenſus communes nobis ſunt cum animantibus cæteris: ſed tamen non eâdem his cæteri animantes induſtriâ vtuntur. Erigit bucula ad cœlum oculos: ſed quid ſpectet, ignorat. erigunt feræ, erigunt aues, omnibus eſt liber aſpectus: ſed ſoli ineſt homini, eorũ quæ aſpicit, affectus interpres. ſpectat oculis ortus obitúſque ſignorum, videt ornamentum cœli, miratur ſtellarum orbes, fulgores quoque diuerſos intelligit ſignorum, quando heſperus ſurgat, quando lucifer: cur ille veſpertinus, hic matutinus irradiet: quas motus Orion habeat, quos Luna defectus: quemadmodum Sol ſuos norit occaſus, circuitus quoque curſus ſui ſolennitate cuſtodiat. Audiunt quoque animãtes cæteri: ſed quis præter hominem, audiendo cognoſcit? Secreta ſapientiæ ſolus homo ex omnibus generibus, quæ in terris ſunt, auditu & meditatione & prudentiâ colligit; qui poteſt dicere, Audiam quid loquatur in me Dominus Deus, Pſal. 84. Hoc eſt prætioſiſsimum, quòd homo diuinæ vocis ſit organum, & corporalibus labiis exprimit cœleſte oraculum: ſicut illud eſt, Eſaiæ 40. Clama: quid clamabo? Omnis caro fœnum. Accepit quod diceret, & clamauit. Sibi habeant prudentiam ſuam, qui radio, cœli ſpatia, terrarúmque deſcribunt: ſibi habeant intellectum ſuum, de quo dicit Dominus, 1. Corinth. 1. Et intellectum prudentium reprobabo. Neque numeros, rationes ac modos & modulos muſicæ ſapientiæ conſtituam in loco, ſed eam ſapientiam definio, de qua dixit Propheta Pſal. 50. Incerta & occulta ſapientiæ tuæ manifeſtaſti mihi. Quid autem loquar de oſculo oris, quod pietatis & charitatis eſt pignus? Oſculantur ſe & columbæ: ſed quid ad oſculi humani venuſtatem, quo amicitiæ inſigne humanitatiſque præfulget? in quo plenæ charitatis fidelis exprimitur affectus? Vnde & Dominus velut prodigij genus in proditore condemnans, ait Luc. 22. Iuda, oſculo filium hominis tradis?

De dentibus. N. ex Lactantio & Cic.

De marmore linguæ.

De voce.

Homo quid commune cũ bellua, quid proprium habeat.

De oſculo oris.

hoc eſt, charitatis inſigne conuertis ad ſignum proditionis, & infidelitatis iudicium? pacis hoc pignore veteris ad officium crudelitatis! Beſtiali igitur oris obſequio, inferentem potiùs necem, quàm charitatis fœdera deferentem, diuinæ arguit vocis oraculo. Illud quoque præcipuum, quòd ſoli homines ore exprimimus, quæ corde ſentimus. itaque cogitationes tacitæ mentis, oris ſermone ſignantur. Quid eſt igitur os hominis, niſi quoddam ſermonis adytum, fons diſputationis, aula verborum, promptuarium voluntatis?

De ſermone oris.

Abſoluimus velut quandam humani corporis regiam, in qua ſit licet quædam quantitas portionis, forma tamen vniuerſitatis eſt. ſequitur guttur, per quod totius corporis vitale commercium, & ſpiritus huius commeatus infunditur. Succedunt brachia, & validi lacertorum toti: validæ ad operandum manus, & procerioribus digitis habiles ad tenendam. hinc aptior vſus operandi, hinc ſcribendi elegantia, & ille calamus ſcribæ velociter ſcribentis, quo diuinæ vocis exprimuntur oracula. Manus eſt, quæ cibum ori miniſtrat: manus eſt, quæ præclaris éniter factis: quæ conciliatrix diuinæ gratiæ, ſacris infertur altaribus: per quam offerimus & ſumimus ſacramenta cœleſtia. Manus eſt, quæ operatur pariter atque diſpenſat diuina myſteria: cuius vocabulo non dedignatus eſt ſe Dei filius declarari, dicente Dauid Pſalm. 117. Dextera Domini fecit virtutem, dextera Domini exaltauit me. Manus eſt, quæ fecit omnia, ſicut dixit Deus omnipotens, Nonne manus mea fecit hæc? Manus eſt totius corporis propugnaculum, capitis defenſatrix. Quæ cùm ſit loco inferior, totum verticem comit, & honeſto venuſtat ornatu. Quis dignè explicet pectoris crater? ventríſque mollitiem? aliter enim viſcera molliora non poſſent foueri, & inteſtinorum ſinus, duris haud dubiè oſſibus læderentur.

De labiis & gutture.

De manibus & digitis.

De pectore & ventre. N. ex Cic. & Celio, & Firmico & Gal. ſuprà.

Quid tam ſalutare, vt pulmo cordi, finitimo limite iungeretur? vt cùm exarſerit cor irâ & indignatione, pulmonis ſanguine atque humore citiùs temperetur. ideóque mollior pulmo eſt, quia madet ſemper, ſimul vt rigorem indignationis emolliat. Hæc ideo ſtrictim percurrimus, vt tanquam indocti, obuia perſtringere, non tanquam mediti, pleniùs ſcrutari videamur & perſequi, quę Naturæ latibulis abſcondita ſunt. Lien quoq; cum iecore habet vicinià fructuoſam, qui dum aſſumit, quo ipſe paſcatur, abſtergit quicquid ſordium deprehenderit: vt per fibras iecoris minutiores, ciborum poſſint tenues atque ſubtiles reliquiæ tranſire, quæ vertantur in ſanguinem, viribúſque proficiant, & non cum ſimo & ſordibus egerantur. Inteſtinorum verò circumplexi orbes, & ſine aliquo licet nodo, ſibi tamen inuicem nexi, quid aliud niſi diuinã proſpicientiam creatoris oſtendunt, vt non citò eſca pertrãſeat, & ſtatim à ſtomacho decurrat? quod ſi fieret, iugis fames & continua vorandi libido hominibus gigneretur. Exinanitis enim viſceribus & exhauſtis,

Exemplis modeſtia plena.

De iecore.

De inteſtinis & ſtomacho.

N. ex Platonis Timæo.

dum momentaneâ effuſione vacuantur, neceſſe erat inexplebilem atque inſatiabilem cibi & potus generati cupiditatem, quam ſine dubio mors matura ſequeretur. Ideóque prouidè conficitur primùm eſca in vtero ſuperiore: deinde in iecore coquitur, quouſque vapore digeſtus transfunditur ſuccus eius in reliquas corporis partes: eâque ſubſtantiâ artus aluntur humani, quam iuuenes accipiunt ad incrementum, ſenes ad perſeuerandum: reliquum autem velut ſuperfluum per inteſtina deducitur, & per illud ex tranſuerſo oſtium deriuatur. Denique, etiam in Geneſi, arca Noë ad fabricam humani corporis accipitur, de qua dixit Deus; Fac tibi arcam ex lignis quadratis: nidos facies in arca, & bituminabis eam intus & foris bitumine, & ſic facies arcam. & infrà, Oſtium verò facies ex tranſuerſo: inferiora autem arcæ bicamerata & tricamerata facies. Hoc ergo ſignificat Dominus, quòd oſtium ex poſteriori ſit parte, per quod egerantur ciborum ſuperflua. Decôre enim creator noſter, ductus reliquiarum à vultu hominis auertit: ne dum aluum purgamus, inquinaremus aſpectum. Simul illud conſidera, quòd ea quæ pudoris plena ſunt, eo loco conſtituta ſunt, vbi aperta veſtibus, elucere non poſſint. Venarum pulſus, vel infirmitatis internũtius, vel ſalutis eſt. eædem tamen cùm toto diffuſæ ſint corpore, neque nudæ, neque intectæ ſunt, & ita lenibus (an leuibus) operiuntur viſceribus, vt explorandi copia ſit, & celeritas ſentiendi: quando nulla eſt viſcerum craſſitudo, quæ pulſum poſſit obducere. Oſſa quoque omnia tenui operta ſunt viſcere, & reuincta neruis, præcipuè tamen capitis, leui tecta ſunt corio. vnde quò poſſint aliquod aduerſum imbres & frigora habere munimen, capillis denſioribus veſtiuntur. Quid de genitalibus loquar? quæ venis è regione ceruicis, per renes lumbóſque deductis, ſuſcipiunt genitale ſemen ad munus & ad gratiam procreandi? Quid de officio pedum, qui totum corpus ſine vlla ſuſtinent oneris injuria? Flexibile genu, quo præ cæteris, Domini mitigatur offenſa, ira mulcetur, gratia prouocatur. Hoc enim patris ſummi erga filium donum eſt, vt in nomine IESV, omne genu curuetur, cœleſtium, terreſtrium & infernorum: & omnis lingua confiteatur, quoniam (pro, quòd) Dominus IESVS in gloria eſt Dei patris; Philippenſ. 2. Duo enim ſunt, quæ præ cæteris, Deum mulcent, humilitas & fides. ſpes itaque exprimit humilitatis affectum, & ſedulæ ſeruitutis obſequium. fides æquat filium patri, atque vtriuſque eandem gloriam confitetur. Rectè autem non plures, ſed duo ſunt homini pedes. quaterni enim pedes feris ac belluis ſunt, bini auibus. & ideo vnus quaſi de volatilibus eſt homo, qui alta viſu petat, & quodam remigio volitet ſublimium cogitationum. & ideo de eo dictum eſt Pſal. 102. Renouabitur ſicut aquilæ, iuuentus tua. eò quòd propior ſit cœleſtibus, & ſublimior aquilis, qui poſſit dicere, Noſtra autem conuerſatio in cœlis eſt, Philipp. 3. Hæc vir pius & doctus Ambroſius in laudem hominis ſuauiter & ſapienter eſt modulatus, tum de ſuo ſenſu, tum ex Platonis Timæo, tum Galeno, tum Celſo, tum Cic. lib. 2. de natu. deor. tum Plinio, tum Lactantio deſumpta, locis ſingillatim à me indicatis: quorum quædam breuiter & carptim idem repetit in ſuo hexaëmero, ſimiliter Baſilio in ſimili argumento diſertus.

Alimenti ratio.

Bella ſimilitudo.

De ans.

Dependendis.

De venis ſine arteriis & pulſu.

De oſſibus, de capillis, de genitalibus.

N. de formatu origine & ductib. à crebro, errores priſcorum Phyſicorũ.

De pedibus & genu.

Chriſti Lactriã patri æqualis.

Humilitas, & fides, & ſpes.

Cur duo tantùm pedes homini.

Hominis cũ volucribus affinitas ad quid.

Tranſitio ad cõcluſa.

Digitized by Google

NICOLAI NANCELII ANALOGIAE MICROCOSMI AD MACROCOSMON;

LIBER NONVS.

De humoribus, siue humidis humani corporis partibus.

CAPVT PRIMVM.

De homine terreno, & quatuor elementis, & hominis principijs, humoríſque proprietate.

Tranſitio.

XRIST Deo duce atque auſpice, partium noſtri corporis ſolidatũ quadripartitæ diuiſionis quatuor omnia membra, & à ſummo vertice ad imos vſque pedes talóſque (quod aiunt) humani corporis admirabilem fabricam ſolidam ſum ſpeculatus; longè quidem diutiùs hac in parte pertractanda verſatus, quàm fortè in reliquis duabus ſimul coniunctis: igneam dico ſiue ætheream, & ſpirabilem ſiue aëream. Quia homo cùm ex humo conſtet ac denominetur, & ſuper humo gradiatur & viuat, plurimum ſibi hoc de elemento contraxit. Niſi potiùs totum hunc terrenum & luteum ſiue lutoſum dixeris. cui Deus author ſummus iam olim ita præmonens dixit Geneſeos 3. cap. In ſudore vultus tui veſcêris pane tuo, donec reuertaris in terram, de qua ſumptus es: quia puluis es, & in puluerem reuertêris. Et Abraham cum Angelo colloquens Geneſ. 18. Quia ſemel cœpi, loquar ad Dominum meum, cùm ſim puluis & cinis. item Eccleſiaſticus cap. 10. Quid ſuperbit terra & cinis. idem cap. 17. Omnes homines, terra & cinis. & cap. 33. Omnes homines de ſolo & ex terra, vnde creatus eſt Adam. Ne de ſacris & prophanis authoribus nunc plura repetam: quod adeo feci alibi vel de induſtria. niſi fortè placet de multis alibi productis paucula quædam delibare. Homo (aiebat Solon) putredo in exortu, bulla in omni vita, eſca vermium in morte. Ariſtoteles autẽ; Homo (aiebat) exemplum imbecillitatis, ſpolium temporis, ludus fortunæ, imago incõſtantiæ. Sed inſtituro ſermoni conuenientiùs quidem Gregorius Nyſſenus lib. de beatitudine; Non erubeſcis terrea ſtatua, mox puluis futura, qui in modum bullæ A breui duraturum in te tumorem contines, te ſuperbiâ repleri, faſtu tumere? vano ſpiritu atque cogitatione mentem inflatam habere? An non reſpicis ad vtrumque vitæ humanæ terminum, vnde & initium ſumat, & in quid deſinat? ſed & Phocylides ille αἰτιὰς·

Χοῦμα γὰ ὰν γαίης ἐγενὴθ, ἢ πάλιν ἐς αὖτὶς
Λυόμενον, πάντες ἐσμὲν. ----
Ex terra corpus nobis, & rurſus in illam
Soluimur, ac puluis ſumus ----

Deus vitæ humanæ extrema.

Hominis ortus & occaſus.

Bernardus autem lib. meditationum; Homo, nihil aliud eſt, quàm ſperma fœtidum, ſaccus ſtercorum, & cibus vermium: poſt hominem, vermis: poſt vermem, fœtor & horror. ſic verò etiam Palladas Græcus Poëta;

B

Κὰ πολλῶ χέγονας, τί φρονῆς μέγα, τῶν μὴ ὄντων
Εἶτ' ἂν πεντακυὰ πάσσαλοι σωρεύσῃ.
Εἰ δὲ λέγω ζωτὸς τὸν ἀνθρωπὸν, ἐξ ἀνοήτου
Λαγόνας γέγονας, καὶ μικρᾶς ἰκμάδος.
Natus es è cœno, quid ſic efferris? & ex hoc
Figmento dicas nobiliore aliquis.
Sin cauſſam quaris genninam, dira libido
E gutta impura contulit eſſe tibi.

Hominis ortus & materia prima.

ſed de hoc argumento aliàs, atque in noſtra medicinæ apologia pluribus egimus, & ſub finem operis huius de homine rurſus in vtramque C partem diſceptabimus.

Enimuerò quoniam hominis prius cum hoc vniuerſo comparationẽ analogiamq. inſtituimus, atq. hactenus proſecuti ſumus: & quoniã de quatuor elementis tria in homine & de homine abſoluimus dicendo: reliquũ eſt vnum & poſtremũ, aqua nempe & humores. Siquidem inter varias variorum philoſophorum de elementis ſententias, ex Ariſt. & Laërtio notas, Agrigentinus ille Empedocles vnus omnium optimè, & iudicio doctiſſimorum hominum appoſitiſſimè cenſuit, carminibus Græcis vaticinatus, quæ in rerum natura totóque mundo conſtarent, quæque mouerentur, ea

Cauſa prolixitatis.

Hominis etymon, & origo.

Hominis conditio à Deo.

Homo puluis, cinis, terra, limus.

Homo, quid.

Hominis miſeria, & ſuperbia.

Propoſitio per tranſitionem.

4. Elementũ author Empedocles

Digitized by Google

contrahere amicitiam, dissipare discordiam: esse autem in vniuerso elementa quatuor, ex quibus ortus rerum & accretiones existerent, ignem, aërem, aquam, terram, vnita quidem amicitiæ vinculo, soluenda autem dirimente ea discordia. Extant enim apud Laërtium lib. 8. isthæc eius ænigmatica carmina;

Duo ἐὐτρα-τα in toto mundo.

Ζεὺς ἀρχὴς, Ἥρη τε φερέσβιος, ἠδ' Ἀϊδωνεύς,
Νῆστίς θ' ἣ δακρύοις θνητῶν ὑγρὴν κρήνην. hoc est,

Elementorũ præfides dij.

Iuppiter albus, & alma soror Iuno, atq. potẽs Dis,
Et Nestis, lacrymis hominum quæ lumina cõplet.

Iouem ignem, Iunonem terram, Aïdoneum aërem, Nestin aquam dicens. & hæc ait assiduas versare vices, desinere nusquam. éstque æternus iuxta illum hic rerum ordo. denique infert,

Κοτὲ μὲν φιλότητι συνερχόμεν' εἰς ἓν ἅπαντα,
Κοτὲ δ' αὖ δίχ' ἕκαστα φορέσθαι νείκεϊ λυγρῷ. id est,

Amicitia & discordia vis.

Nõnunquam connectit amor simul omnia, rursus
Nonnunquam seiuncta iubet contentio ferri.

Alcinous autem de doctrina Platonis cap. 13. Corpus mundi ex igni, terra, aqua & aëre compactum esse astruit, vt postea de figuris analogis explicabo. Illius sunt & isti apud Aristotelem versus lib. 1. de anima cap. 2. etiam alibi à me producti ab Empedocle.

4. Elemẽta mundi.

Γαίῃ μὲν γὰρ γαῖαν ἐπείδομεν, ὕδατι δ' ὕδωρ,
Αἰθέρι δ' αἰθέρα δῖον, ἀτὰρ πυρὶ πῦρ ἀΐδηλον,
στοργὴ δὲ στοργὴν, νεῖκος δὲ τε νείκεϊ λυγρῷ. id est,

Simile agnoscitur simili.

Terram nam terrâ, lymphâ cognoscimus undam,
Aetheraq; æthere, sanè ignis dignoscitur igne:
Sic & amore amor, ac tristi discordia lite.

EX LACTANTIO.

Empedocles de elemẽtis.

LActantius autem lib. 2. de origine erroris c. 13. ita scribit; Empedocles, quem nescias vtrúmne inter poëtas an inter philosophos numeres, quòd de rerum natura versibus scripsit, vt apud Romanos Lucretius & Varro, quatuor elementa constituit, id est ignem, aërem, aquam & terram, fortasse Trismegistum secutus, qui nostra corpora ex his quatuor elementis constituta esse dixit à Deo: habere namque in se aliquid ignis, aliquid aëris, aliquid aquæ, aliquid terræ: & neque ignem esse, neque aërem, neque aquam, neque terram. quæ quidem falsa non sunt: Nam terræ ratio in carne est: humoris in sanguine: aëris in spiritu, ignis in calore vitali. Sed neque sanguis à corpore secerni potest, sicut humor à terra: neque calor vitalis à spiritu, sicut ignis ab aëre. adeo rerum omnium duo sola reperiuntur elementa, quorum omnis ratio in nostri corporis fictione concluſa est.

Trismegistus primus author 4. elementorũ.

Humanum corpus quomodo elementa participet, & horum analogia in homine.

Elementorũ numerus.

EX HIPPOCRATE.

PORRÒ noster Hippocrates licet diuersis vsus verbis, principia & elementa nostri corporis his tribus nominibus designauit, atq. hoc ternario numero inclusit lib. 6. epidem. sect. 7. vt aliàs produximus; Continentia, aut contenta, aut intus permeantia corpora. Græcè sic, *Τὰ ἐχόντα, τὰ ἐχόμενα, τὰ ἐντὸς διήκοντα σώματα.* vbi Galenus, Planum est, ait, continentia hic appellari solidas corporis partes: siquidem humores hæ partes continent. contenta verò, humores qui solidis partibus continentur. impetum denique facientia, spiritus, quòd hi ex omni parte & momento temporis, corpus quod in suo statu sit, facilè & sine vllo impedimẽto penetrent. Solidæ corporis particulæ sunt ossa, nerui, venæ, arteriæ, & concretiones eorum omnium, quæ extima, quæque intima nominantur. Contenta in vasis humida, sunt quatuor humores, sanguis, bilis flaua & atra, & pituita. & quidem bili flauæ instrumentum à Natura attributum, est vesica fellis, atræ verò, lien: sanguini nullum proprium, præter venas omnes: sicuti neque pituitæ. Ex hoc triplici genere, hoc est ex continentibus, contentis, & spiritibus, corpus humanum constat.

5. Hominis principia.

Continẽtia, quid: item contenta: item impetientia.

Solidæ corporis partes.

Humida in corpore humano, quot, & singulorum receptacula.

Huius autem triplicis Hippocraticæ diuisionis partes duas iam penè totas absoluimus, tertiam inchoatam deinceps expensuri. Namq. aëriam & spirabilem siue spirituosam, simul & igneam portionem huc illuc deferri solitam, iam inde ab initio suis locis & libris prioribus expendimus: nuper autem partes solidas & continentes amplissimè, latissimè, fusissimè examinauimus, excussimus, prosecuti sumus. reliqui sunt humores, totáque aquea nostri portio, atque humidorum natura, alieno egens ad sui tutelam custodiámque termino. Ita enim humida diffiniebat Aristoteles cap. 20. lib. 3. histor. animal. videlicet quæ conceptaculis seu vasculis ad se continendum indigent. & cap. 3. lib. 2. part. animal. & lib. 4. meteor. cap. 4. Elementorum maximè propriè terra dicitur siccitatis esse, aqua humoris. ideo circũscripta corpora omnia genita & caduca, absque terra & aqua non sunt. quo deinceps libro multa ille de humoris & siccitatis natura disserit alibi meliùs considerandа. sed hæc finitio perplacet ex cap. 2. lib. 2. de ortu & interitu; Humor est, qui vt suis non finibus, ita alienis probè circumscribitur. siccitas contrà se habet. Humor autem tenuior quàm terra est, ait sect. 11. problem. 61. & eiusdem sect. 11. problem. 45. Humoris secundùm naturam interest, vt deorsum feratur. Ex qua definitione paulò pòst eliciemus probationem dubij, An aqua terram sustineat, an contrà tellus maria & aquas in se & supra se cohibeat atque gestet? Quod idem cap. 5. lib. 3. part. animal. dixerat; Humor quisque conceptaculum desiderat. nisi concretus & siccus & durus per accidens, vt locis iisdem omnibus illis, & fortè pluribus demonstrat. Sicca enim & humida, alia potentiâ, alia dicuntur actu, vt scribit idem cap. 3. lib. 2. part. animalium.

Humidi finis.

Terra & aquæ vsus in rerum natura.

Humor, qui, & cuius natura.

Dubium.

Humoris proprietas.

Humida & sicca duobus modis.

Vt autem in singulorum elementorum analogia, de singulis pauca quædam præfatus sum, antequã de partibus humani corporis, aut proportione nostri ignis atque aëris terræque ad analoga elementa dicerem, primísque libris, de æthere & igne & calore natiuo alienóque transegi, proximis, de aere & spiritu, nouissimis autem, de terra obiter pauca quædam eximiáque potiùs attigi aut iudicaui & insinua-

Propositio cum translatione.

Propositio.

ui, quàm exactè pertractaui, cùm id non haberem propositum, nisi ex affinitate orationis, atque instituti sermonis cognatione. Sic postrema hac in parte de nostris humoribus acturus, de aqua & humore elementari nonnihil proloqui visum est, quò constans & perpetua nostri corporis analogia, ad elementa omnia faciliùs animo concipiatur, & mente intelligatur, eodémque velut filo orationis tota hæc disceptatio decurrat.

Cap. II.

De analogia nostrorum humorum ad aquas terræ. de terra vtraque & incolis. de quatuor elementorum situ & ordine. de aquarum mirijs, & terra in medio mundi pendula.

Similitudo corporis & humorũ ad terram & aquam.

QVEMADMODVM igitur terra certis suis quibusdam partibus ingentia maria sustinet, lacus perennes gerit, fluminibus viuis, & finibus limpidis irrigatur, stagnis residibus madet, fontibus iugibus alluitur, atque iisdem intra viscera fontibus, amnibus, finibus trajicitur humétque: aliis claris & pellucidis, aliis cœnosis & turbidis, aliis dulcibus & amœnis, aliis amaris acidísve, aliis genuino & simplici humore præditis, aliis autem metallorum colorem & saporem omnigenum, gustu vsúque referentibus. Sic molem istam & massam corpoream, multi ac penè innumeri riuuli penetrant traijciúntque per venas & arterias quacumque sui parte irroratam. atque vt Platonis Timæus dixit, In nostro corpore, quasi quodam horto, meatus veluti aquæductus varij diducuntur: vt liquoris deriuatione irrigetur. *à simili.* qua de re dixi pridem ex Arist. & Gal. vbi de venis, per imitationem Platonis. Eadem verò hæc corporea moles, *Sinus humorum in corpore.* suis multis capacitatibus, veluti lacunis quibusdam aut cisternis, insignem humorum copiam complectitur & continet, vt de cordis ventriculis, de cerebri finibus, de ventriculi capacitate atque aliis, partim in superioribus monui, partim in progressu sermonis patefaciam. Quorum quidem humorum ea est conditio, ea natura, vt alij gustu & *Humorũ in nobis differentia.* sapore varient, alij colore & consistentiâ plurimùm discrepent, vt ex dicendis patebit. quos singulos antequàm aggredior, lubet hæc præmittere, ac velut in primam dicendorum aciem producere.

EX PLATONE.

αὐτοχθόνες ἄνθρωποι.

PLATO in Phædone; Persuasum mihi quidem est, primò si est terra in cœli medio rotunda, nihil ei opus esse vel aëre, vel alia necessitate eiusmodi ad hoc vt nunquam décidat. sed *Terra qui sustineatur, & cur mũdo facta.* ad eam sustinendam satis id esse, quòd & cœlum vndique sibi ipsi simillimum est omnino, & terra vndique æquilibris. res enim æquilibris, in similis alicuius medio posita, nec magis nec minùs potest in partem aliquam inclinari: cúmque similiter se habeat, ab inclinatione permanet aliena. Præterea ingentem esse terrarum orbem, nósque à Phasíde ad columnas Herculeas habitare in parua quadam eius particula, ceu formicas atque ranas circa paludes atque mare. Esse verò & alios in similibus multísque locis multos habitatores. esse enim passim per terram, multas variásque concauitates secundùm formas & moles, in quas aqua, nebulæ, aërque confluant. puram verò ipsam terram in puro iacére cœlo, in quo sunt astra: quê plerique eorum qui hæc tractant, ætherem nominant. & quidem subiecta quasi resídendo hęc esse, sempérque in concauas terræ partes confluere. Nos itaque in his concauitatibus habitantes adeo falli, vt in terræ superficie alta nos habitare credamus. Perinde ac siquis in medio profundo pelagi habitans, putet se altiora maris incolere, atque solem cæteráque astra per mare prospiciens, mare ipsum, cœlum esse existimet. propter tarditatem autem imbecillitatémque, nunquam ad summum maris euaserit, neque caput vndis extulerit, planéq. aspexerit, quantò hic locus profundo illo purior pulchriórq. sit: quinetiam nec ab illo qui hunc intuitus sit, acceperit. Hoc igitur idem & nobis accidere, qui in quadam orbis terreni cõcauitate habitantes, altam incolere superficiem arbitremur, atque aërem, nominemus cœlum: vtpote qui per ipsum, quasi cœlum, astrorũ motus intueamur. idque nobis accidere, propterea quòd propter imbecillitatem tarditatémq. ad supremũ vsque aërem transcendere nequeamus. Quòd siquis ad summum euaderet, vtalis fretus eò volaret, quemadmodum pisces emergentes è mari nostra hæc aspiciunt: sic ea quæ illhic sunt, aspiceret. ac si Natura ad inspiciendum sufficeret, cogniturum protinus, cœlum illud esse verum, verámque lucem, veram quoque terram. Siquidem quæ à nobis incolitur terra, híque lapides, totúsque hic locus, adesa sunt atque corrupta, vt ea quæ in mari sunt, à salsedine. neque nascitur in mari quicquam existimatione dignum: atque vt ita dixerim, nihil est in eo perfectum, sed cauernæ, arena, limus incredibilis, atque sordes, vbicumque sit & terra: quæquidem ad has nostras pulchritudines nullo modo sunt conferenda. illius verò loci pulchritudo hanc nostram multò magis apparebit excedere. sed audi fabulam Socraticam, siue apologum haud illepidum.

Ferunt igitur primùm quidem talem videri terræ faciem, siquis supernè despiciat, quales sunt hæ pilæ, quæ ex coriis duodecim contextæ sunt, variis scilicet distinctam coloribus: quorum hi nostri colores, quibus pictores vtuntur, similitudinem quandam retinent. illic verò vniuersam terram ex talibus, multóque etiam nitidioribus ac purioribus esse, quàm hi sint, partim quidem purpuream mira pulchritudine præditam, partim verò coloris aurei, partim gypsoꝰ & niue candidioꝰ: præterea ex coloribus aliis similiter compositam, ac etiã pluribus pulchrioribúsque, quàm in nostram notitiam peruenerunt. Enimuerò has ipsas concauitates aqua aëréq. repletas, speciem quandam coloris

Terra pars habitabilis.

Loci.

Terrarum cauerna.

Terræ pars.

Homines incolũt terræ cauernas qui.

à simili.

Homines fallũ putant se superficiẽ terræ habere.

Aërem vocamus cœlũ, quadere.

Pisces volucres.

à simili.

Verũ cœlũ & vera terra nobis incognita.

Terra nostra aliena, qui.

In mari nil singulare aut perfectum.

Figurarum de terra superficie.

à simili.

Terræ colores.

Terræ cauernæ, quales, & quid in eis contineatur.

Google

ſplendidam in primis adferre inter cæterorum colorum varietatem, vt vnaquædam ſpecies eius varia ſemper appareat. In huiuſmodi verò terra, conuenienti ratione ſimiles naſci arbores & flores & fructus. præterea montes & lapides ibidem ſimili ratione habere perfectionem atque perſpicuitatem, coloréſque pulchriores. quorum quidem particulæ ſunt lapilli pretioſi, & aurum, & argentum, cæteráque ſimilia; quæ videre, ſpectatorum felicium ſit ſpectaculum. Ibi eſſe præterea animalia multa, & homines partim regionem mediterraneã incolétes, partim circa aërem, quemadmodum nos circa maris littora, partim etiam inſulas, quæ haud procul à continenti poſitæ, aëre circundantur. Sed vt ſummatim dicam, quod nobis aqua eſt & mare ad vſum noſtrum, idem illic eſſe aërem: quod verò nobis aër, id illis ætherem eſſe. Tempora verò apud illos tantam habere temperiem, vt illi & ſine morbo continuè, & lõgè diutiùs quàm noſtri viuant. Item viſu, auditu, prudentiâ, cæteríſque talibus nobis tantum præſtare, quantum & aër aquæ, & æther aëri puritate præſtat. Præterea illic eſſe Deorum templa & lucos, in quib. reuerâ Dij familiariter habitent, & reſponſa & diuinationes, Deorúmque ſenſus familiaritaréſque eiuſmodi hominibus ad Deos eſſe. Solem quoque & Lunam ſtelláſque alias, quales reuerâ ſunt, apud eos videri cæteris in rebus beatitudinem eos his rebus congruam poſſidere. Itaq. vniuerſam terram ſic naturâ comparatã, & quæ circa eã ſunt. Eſſe præterea in ipſa per eius concauitates, loca in circulum multa partim quidẽ profundiora atque ampliora, quàm ſit regio à nobis culta, partim verò profundiora quidem, ſed hiatum anguſtiorem habentia noſtrâ hac regione: eſſe & alicubi minùs profunda, ſed ampliora quàm noſtra. Hæc autem omnia ſub terra ſibi inuicem obuiare atque irrumpere multis vndique modis, tum per anguſtiora, tũ per ampliora, diſcurſúſque habere & exitus, quib. magna aquarum copia ex aliis in alia, velut in crateres confluat. Item perennium fluminum ſub terra incredibiles magnitudines aquarum tum calidarum, tum etiam frigidarum; plurimúmq. ignem, & ignis ingentes amnes: multos quoq. lutuléti humoris partim quidem purioris, partim verò ſordidioris: ceu torrens luti, qui in Sicilia eſt, & iuxta ipſum, amnes lutei inde fluentes. quibus ſingula compleri loca, quacumque eos contingit perfluere. talia verò ſunt ſingula, per quales labuntur terras. Poſtremò in hiatum terræ ingentem, flumina omnia confluunt, atque inde rurſus effluunt; quem barathrum alij, alij tartarum vocant: de quo ſic Homerus Iliad. θ'.

Terra prouérsus qualis.

Perfectio terra puræ, & quales incolæ.

Comparatio terræ huius cum pura, & habitantium in vtraque.

Cæterum terra pura, qualis, & quid contineat.

Aquarum confluxio in terra viſceribus, qualis.

Amnes ignei ſub terra: item alij varij.

Omnium fluuiorum receptaculum, idem & fons, qui.

Tartarus & barathrum.

Τόσσον μιὰ' ἴχ ἀΐδαο δόμου ὑπὸ χθονὸς ἐστὶ βέρεθρον.
Sub tellure procul barathrum demergitur altum.

EX CICERONE.

SED hactenus Socratici ſatis apologi, & veri falſíve figmẽti. Ciceronem deinceps & alios audiamus de re propoſita diſceptantes. Quocirca ſi mũdus globoſus eſt (ait ille 2. de natu. deor.) ob eámque cauſſam, omnes eius partes vndique æquales per ſe atque inter ſe continentur, contingere idem neceſſe eſt, vt omnib. eius partib. in medium vergẽtibus (id autem medium, infimum in ſphæra eſt) nihil interrũpat, quo labefactari poſſit tanta contentio grauitatis & ponderum. Eadémque ratione, mare cùm ſupra terram ſit, medium tamen terræ lõcum experens, conglobatur vndique æqualiter, neque redundat vnquam, neque effunditur. Huic autem cõtinens aër fertur ille quidẽ leuitate ſublimi, ſed tamen in omnes partes ſe ipſe fundit. itaque & mari continuatus & iunctus eſt; & naturâ fertur ad cœlum: cuius tenuitate & calore temperatus, vitalem & ſalutarem ſpiritum præbet animantibus. Quem complexa ſumma parſ cœli, quæ æther dicitur, & ſuum retinet ardorem tenuem, & nulla admiſſione concretum, & cum aëris extremitate coniungitur. In æthere autem aſtra voluuntur, quæ ſe & nixu ſuo conglobata continent, & formâ ipſâ figuráque, ſua momenta ſuſtentant: ſunt enim rotunda: quibus formis minimè noceri poteſt.

Mundi rotũditas quâ coharetur & aptetur.

Medium, infimum in ſphæra.

Mare ſupra terrã, cur non redundet.

Aëris regio naturáque, & vſus.

Et omnium elementorũ ordo.

Æther quid, & vbi, & quale.

Aſtrorum regio, & natura fotúsque.

EX VARRONE.

SED multò breuiùs Varro ſic rem conficit lib. 4. In mundo, infima humus: humor hinc. & rectè ille quidem: quomodo enim aqua terram portet, quæ alieno termino contineri debet, nõ ſuo? vt nuper ex Ariſt. neceſſum demonſtrauilicet è recentioribus nonnullos videam, contra philoſophiæ axiomata, contrà niti, aſſereréque terram, veluti globum aliquem, mari & aquis velut medium innatare. quod fortè vulgo & imperitis perſuaſerint, ſed philoſophiæ principia ſecutis, nunquam.

Quòd terrã ſit infra aquam, cur.

N. quòd terra non innatet aquis.

EX M. TVLLIO.

SED rurſum noſter Tullius eodem libro 1. nat. Deor. Principio terra ſita in media parte mũdi, circunfuſa vndique eſt hac animabili ſpirabilíque natura, cui nomẽ eſt aër, &c. & eiuſdem operis lib. 1. Nam locus quidem iis etiam naturis, quæ ſine animis ſunt, ſuus eſt cuíque proprius, vt terra infimum teneat, hanc inundet aqua, ſuperior aër, ignibus altiſſima ora reddatur. Quæ cùm Tullius commemorat, noli putare hunc de ſuo ſenſu locutum, melior enim orator, quàm philoſophus vtique fuit: ſed quod in philoſophia ptiſcorum, & præcipuè Academicorum Stoïcorúmque deprehendit Græcis ſcriptum literis, id bonâ fide ſuæ genti, Latinis expreſſum literis communicauit. Quod idem de Plinio fortè dici queat, quem nũc inducere volumus loquentem, & veterum placita de inſtituto argumento nobis aperientem: ne tibi totũ Laërtium replicem, ſingillatim in vita philoſophorum, placita eorum percurrentem. de quibus ita in genere accipe ex Plutarcho & hiſtoria philoſophica cap. 45. Mundi partes inter ſeſe complicatas Parmenides aſſeruit, vt vna ab alia contineatur. Leucippus & Democritus, tunicam & membranam quandam

Terræ ſitus.

4. Elementorum ordo.

N. Cicero quãtus philoſophus, & vnde ſua hauſerit.

Plinij bibliotheca, vnde.

Mũdi partium ſeries.

mundo circumponunt. Epicurus partim raro, partim denſo mundos operimento inuoluit: quorum alios circumagi putat, alios autem minimè. Plato ſupremo loco ætherem collocat, tum ignem, poſtea aërem, deinde aquam, vltimò terram: interdum tamen ætherem igni coniungit. Ariſtoteles ætherem primò collocat, quem incommutabilem & quintum corpus facit: ab eo commutabilia diſponit, ignem, aërem, aquam, & infimo loco terram. Empedocles nec definita, nec eadem loca ſemper habere ſenſit elementa, ſed in alterius locum omnia ſuccedere. hæc illi quidem.

4 Elementorum ordo.

Elementa cedunt locis.

EX PLINIO.

Elementorum numerus & ordo, nexúſque.

PLINIVS autem lib. 2. cap. 5. Nec de elementis video dubitari, quatuor ea eſſe. ignium ſummum: proximum ſpiritus: huius vi ſuſpenſam: cum quarto aquarum elemento, librari medio ſpatio tellurem. Sic pari in diuerſa niſu, vi ſua quæque conſiſtere, irrequieto mundi ipſius conſtricta circuitu. quo ſemper in ſe currente, imam atque mediam in toto eſſe terram: eandémque vniuerſi cardine ſtare pendentem, librantem per quæ pendeat. ita ſolam immobilem, circa eam volubili vniuerſitate: eandem ex omnibus necti, eidémque omnia inniti. idem lib. 2. cap. 65. Sed vulgo maxima hæc pugna eſt, ſi coactam in verticem aquarum quoque figuram credere cogatur. Atqui non aliud in rerum natura aſpectu manifeſtius. namque & dependentes vbique guttæ, paruis globantur orbibus: & pulueri illatæ frondiúmque lanugini impoſitæ, abſoluta rotunditate cernuntur. & in poculis repletis media maximè tument. quæ propter ſubtilitatem humoris, mollitiámque in ſe reſidentem, ratione facilius quàm viſu deprehenduntur. Idque etiam magis mirum, in poculis repletis, addito humore minimo, circumfluere quod ſuperſit. contrà euenire ponderib. additis ad vicenos ſæpe denarios. ſcilicet quia intus recepta, liquorem in verticem attollant, at cumulo eminente infuſa (pro, inferta) dilabantur. Eadem eſt cauſſa, propter quam è nauibus terra non cernatur, è nauium malis conſpicua, ac procul recedente nauigio, ſi quid quod fulgeat, redigetur in mali cacumine, paulatim deſcendere videatur, & poſtremò occulterur. Denique oceanus, quem fatemur vltimum, quánâ aliâ figurâ cohæreret, atque non decideret, nullo vltrà margine includente? & poſt pauca, cùm terra arida & ſicca conſtare per ſe ac ſine humore non poſſet, nec rurſus ſtare aqua, niſi ſuſtinente terrâ; mutuo implexu coniunguntur. & quæ multa ſequuntur aliquot deinceps capitibus, à cap. 85. ad caput 93. de aquarum miraculis, & quibus locis maria receſſerint, ex Ariſt. 1. lib. meteor. atque vt enatæ ſint inſulæ: tum quas terras interruperint maria: tum quæ inſulæ cõtinenti adiunctæ: tum quæ terræ in totum mari commutatæ: tum quæ terræ ipſæ ſe ſubruerint: tum quæ vrbes hauſtæ ſint à mari, & ſimilia etiam ab Ouidio deſcripta lib. 15. metamorph.

Terra media & ima, mundi centrum.

Quòd aqua ſit globoſa in toto & partibus.

Vaſa plena aqua, admittunt tamẽ numos, quot & qualiter.

Cur è naui terra nõ proſpiciatur.

Malus cur è terra non conſpiciatur.

Mare quo capiatur.

Terra gratis aquã.

Sed antequàm à Plinio recedam, hoc etiam placet adiicere; qua ratione æſtus maris accedãt & recedant, ex cap. 97. eiuſdem lib. 2. Et de aquarum natura, complura dicta ſunt: ſed æſtus maris accedere & reciprocare maximè mirũ, pluribus quidem modis; verùm cauſa in Sole Lunáque. Bis inter duos exortus Lunæ, affluunt, bíſque remeant, vicenis quaterníſque ſemper horis. & primùm attollente ſe cum ea mundo intumeſcentes: mox à meridiano, cœli faſtigio vergente in occaſum reſidentes. rurſúſque ab occaſu ſubter cœli ima, & meridiano contraria accedente inundantes: hinc donec iterum exoriatur, ſe ſorbentes. Nec vnquam eodem tempore, quo pridie reflui; vt ancillante ſidere, trahentéque ſecum auido hauſtu maria, & aſſiduè aliunde quàm pridie exoriente. paribus tamen interuallis reciproci; ſeriiſque ſemper horis nõ cuiúſq. diei aut noctis aut loci, ſed æquinoctialibus. ideóque inæquales vulgarium horarum ſpatio, vtcumque plures in eas aut diei aut noctis illarum menſuræ cadunt, & æquinoctio tãtùm pares vbíque. Ingens argumentũ, plenúmque lucis ac vicis etiam diurnæ; hebetes eſſe qui negent ſubtermeare ſidera, ac rurſus eadem reſurgere; ſimilémque terris, imò verò vniuerſæ naturæ exinde faciem, in iiſdem ortus occaſúſque operibus: non aliter ſub terra manifeſto ſideris curſu alióve effectu, quàm cùm præter oculos noſtros feratur. ſed de his iterum paulò pòſt. pergamus enim Plinium excutere. ibidem mox cap. 98. Omnia plenilunio maria purgantur; quædam & ſtato tempore. Circa Meſſanam & Mylas, ſimo ſimilia expuuntur in litus purgamenta. vnde fabula, ſolis boues ibi ſtabulari. His addit Ariſtoteles, nullum animal, niſi æſtu recedente, expirare. obſeruatum id multùm in Gallico oceano, & duntaxat in homine compertum. & mox cap. 100. quare Mare ſalſum, ſic inquirit; Solis ardore ſiccatur liquor. & hoc eſſe maſculum ſidus acceepimus, torrens cuncta ſorbénſque. Sic mari latè patenti, ſaporẽ incoqui ſalis: aut quia exhauſto inde dulci tenuíque, quod facillimè trahatvis ignea, omne aſperius craſſiúſque linquatur. ideo ſummâ æquorũ aquâ dulciorem profundam. Hanc eſſe veriorem cauſſam aſperi ſaporis, quàm quòd mare, terræ ſudor ſit æternus; aut quia plurimum ex arido miſceatur illi vapore; aut quia terræ naturâ medicatas aquas inficiat. alias opiniones percurrit Plutarchus in placitis philoſophorũ, de quibus paulò pòſt, & aliis. dein ibidem cap. 102. Altiſſimum mare XV. ſtadiorum Fabianus tradit (ſtadium quid ſit, antea expoſui) Idem ibidem cap. 65. iam antè altitudinem montium ſic menſus erat; Dicæarchus, regum curâ permenſus montes, altiſſimũ prodidit Pelion, MCCL. paſſ. ratione perpendiculi: nullam eam eſſe portionem vniuerſæ rotunditatis colligens. Mihi incerta hæc videtur coniectatio, haud ignaro, quoſdam Alpium vertices longo tractu, nec minore L. millibus paſſuum aſſurgere. Indidem decerpere potes miracula aquarum, fontium, fluminum, & aliarum ex cap. 103. ſatis prolixo; de inuectis mari, tanquam naturâ grauiori, amnibus dulcium aquarum, hoſpi-

Maris æſtuum cauſa, & tempora.

Æſtus maris ſemper varias horas, &c.

Maris æſtus reciprocantur ſeptenis quibuſque horis, qualiter.

Quòd ſidera ſubtermeent, & reſurgant.

Sidera ſub terra cur habẽt eadem.

Maris pleniluno purgãtur, quales.

Mare animalium hominumque æſtu recedente mori.

Maris ſalſi cauſſa.

Maris aqua ubi dulcior.

N. Ita Ariſt. 23 problem. 30. & 31.

Maris profunditas, & montium altitudo.

N. L. incerti Francorum.

De miraculis aquarum.

ed by Google

Plinij inuehuntur mari: quidam ſub terra.

tales ſuas, nec largiores quàm intulêre, aquas euehentibus; & alius terras ſubeuntibus, rurſúmque in apricum redditis: item Ciconum flumine, & Velino, & Surio, & Silari, lignum deiectum lapideo cortice obtegentibus, aut in lapidem durantibus: & hauſta de mari aqua dulci: déque Dodonis fonte; qui cùm gelidus ſit, immerſas faces extinguit, extinctas accendit. qualis in Illyriis fons expenſas veſtes accendit. déque Faliſco & Cephiſo, cuius aqua potata cãdidos boues facit: vt Melas, oues nigrat; ſicut & Penius: ſic Xanthus rufat. déq. fonte in Andro, vini ſapore fluẽte: & aliis alibi tũ fluuiis, tũ fontibus mirificis; quos & Ouidius celebrat in metamorph. lib. 15. Sed hoc omnem admirationẽ vincit; & montes duos concurrere viſos in agro Mutinenſi, L. Martio & Sex. Iulio Coſſ. vt Plinius ibidem refert: item, Amnes retrò fluere viſos, Neronis principatu. quod *ἀδύνατον* Ariſtoteles contra Platonem, cap. 2. lib. 2. meteor. conuincit, fontes in ſupremam fluminum partem profundi: quodquidem fieri minimè poſſe, omnis ætas iudicauit: ideóque Ouidius in Epiſt.

N. vt Arethuſa. Amnes lapidificantes lignum. N. ſic alibi coralium. Fons accẽdens faces. Aqua fluminũ mutat velleris ſolorẽ, qui. Aqua vinoſa.

Portentum naſcens.

Xanthe retrò propera, verſaque recurrite lympha:
Suſtinet Oenonem deſeruiſſe Paris.

EX OVIDIO.

IPSVM verò loco producto, miracula recenſens aquarum, hæc inter alia complura memorat, ac velut Plinio accinit; fortè autem & præcinit.

Quid non & lympha figuras
Ddique capiſque nouas? medio tua corniger Hammon,
Vnda die gelida eſt, ortúque obitúque caleſcit.
Admetie Athamantis aquis, accendere lignum
Narratur, minimos cùm Luna receſſit in orbes.
Flumen habent Cicones, quod potum ſaxea reddit
Viſcera; quod tactis inducit marmora rebus.
Crathis, & hinc Sybaris, veſtris conterminus oris,
Electro ſimiles faciunt auróque capillos.
Quódque magis mirum, ſunt qui non corpora tantùm,
Verùm animos etiam valeant mutare liquores.
Cui non audita eſt obſcœna Salmacis vnda?
Aethiopéſque lacus? quos ſi quis faucibus hauſit,
Aut furit, aut patitur mirum grauitate ſoporem.
Cliterio quicumque ſitim de fonte leuauit,
Vina fugit, gandétque meris abſtemius vndis.
Hinc fuit effectu diſpar Lynceſtius amnis,
Quem quicumque parum moderato gutture traxit,
Haud aliter titubat, quàm ſi mera vina bibiſſet.
Sic alias aliáſque lacus & flumina vires
Concipiunt. ——

Ammonis fons. Athamas accendit ligna. Ciconum amnis petrificat. Crathis & Sybaris reſtans. Salmacis inuirat, ſeu effœminat & furiat. Cliterius abſtemios facit. Lynceſtius inebriat.

&c quæ ille ibidem multò plura cecinit.

Plinij bibliotheca vnde.

Potuit Plinius vnus ſufficere, qui de omnib. omnium veterum ſcriptis optima corraſit omnia, & ſuis de mundi hiſtoria fœcundiſſimis monumentis inſeruit: tamen ad maiorem rei fidem, placuit alia aliunde tum antea producere, tum iam dictis ſubnectere.

EX GALENO.

GAlenus comment. 3. in prognoſt. Hipp. Ob eam rem appellarunt mortales vniuerſum hoc, *κόσμον*, argumento ordinationis (Plinius ab ornatu maluit, cui magis aſſentior) quandoquidem in eo cuncta rectè diſpoſita ſunt. In medio enim eorum, terra poſita eſt: extrà mare circumit: id ambit aër: illum æther: demum his omnibus cœlum circùm obtenditur. &c.

κόσμος, mundus cur dicatur. Terra ſub mari. 4 Elementorum ordo.

EX PHILONE.

SIc Philo lib. de mundo; Medius exactè locus attributus eſt terræ: ſuper quam terrena cuncta ſunt collocata: adeo ſi quippiam terrenum ſurſum eiaculeris, id continuò terram verſus feretur. hócque argumentum eſt, eum eſſe ſitum è natura, terrenorum. Etenim vbi quid nulla vi delatum ſubſiſtit, & quieſcit, ibi locum proprium idipſum vtique ſortitum eſt. Iam verò aqua ſecundo loco à terra, affuſa eſt in terrã: aër & ignis è medio ſublimia abierunt. Et aër quidem, aquæ igniſque confinem locum ſortitus eſt, ignis autem locum excelſiſſimum. Quo euenit, vt ſi ſuccenſam facem deorſum in terrã demiſeris, nihilo ſeciùs flamma reluctans, ſurſum illico reſiliat: nimirum ſeipſam arrigens ad naturalem ignis locum.

Terra in medio ſita & ſignum loci proprij cuiuſque elementi.

EX MANILIO.

MAnilius autem Aſtronom. ad Auguſtum lib. 1. cap. 1.

Sed facies quæcumque tamen ſub origine rerum
Conuenit, & certo digeſtum eſt ordine corpus.
Ignis in æthereas volucer ſe ſuſtulit auras:
Summáque complexus ſtellantis culmina cœli,
Flammarum vallo, Natura mœnia fecit.
Proximus in tenues deſcendit ſpiritus auras:
Aëráque extendit medium per inania mundi:
Ignem ſtatus alit vicinis ſubditus aſtris.
Tertia ſors vndas ſtrauit, ſtatúſque natantis
Aequora perfudit toto naſcentia ponto:
Vt liquor exhalet tenuis, aquæ cuenat auras;
Aëráque ex ipſo ducentem ſemina paſcat.
Vltima ſubſedit glomerato pondere tellus.
Conuenitque vagis limus permixtus arenis.
Paulatim ad ſummum tenui fugiente liquore.
Quóque magis puras humor ſeceſſit in vndas,
Et ſiccata magis ſtrinxerunt æquora terras,
Adiacuitque cauis ſinuosum connallibus æquor,
Emerſere fretis montes, orbiſque per vndas
Exiluit, vaſto clauſus tamen vndique ponto:
Imáque de cunctis mediam tenet vndique ſedem.
Iccircóque manet ſtabilis; quia totus ab illo
Tantundem refugit mundus: fecitque cadendo
Vndique ne caderet: medium totius & imum eſt:
Illáque contractis conſiſtunt corpora plagis,
Et concurrendo prohibent in longius ire.
Quòd niſi librato penderet pondere tellus:
Non ageret curſus mundi ſubeuntibus aſtris
Phœbus ad occaſum, & nũquam remearet ad ortus:
Lunáque ſubmerſos regeret per inania curſus:

4 Elementorum ordo. Ignis locus. Aëris. Aquæ. Terræ. Aquæ in medio terræ. Montium eruptio. Orbis circundatus mari. Terra cur ſtabilis, media & ima. Sidera ſub terram meant pendulum.

Digitized by Google

Lucifer, idē hesperus.

Nec matutinis fulgeret lucifer horis,
Hesperus immerso dederat qui lumen olympo.

Terra ima & media, non tamen in profunda.

Nunc quia non ima tellus deiecta profundo;
Sed medio suspensa manet; sunt pervia cuncta.
Quà caderet, subeat cœlum, rursúsque resurgat.

& quæ plura sequuntur: nam hæc ἀναστροφὴ, terræ mihi situm naturalem videntur demonstrasse. nisi & hæc ex eodem cap. 2. lib. 1. placebunt.

Terra & mundus pēdet, citra basin. Ideo astra subtermeant.

Nec verò tibi Natura admiranda videri
Pendentis terræ debet; cùm pendeat ipse
Mundus, & in nullo ponat vestigia fundo.
Quod patet ex ipso motu cursúque volantis;
Cùm suspensus erat Phœbus, cursúmque reflectat
Huc illuc, agiles & ferunt in æthere metas.
Quum luna & stellæ volitent per inania mundi,
Terra quoque aërias leges imitata pependit.

Terra in medio. N. at medium in sphæra, infimum est. Terra rotunda.

Est igitur tellus mediam sortita cavernam
Aëris, & toto pariter sublata profundo:
Nec patulas distenta plagas, sed condita in orbem
Vndique surgentem pariter, paritérque cadentem.

qua de terræ figura sitúque, & aliis plerisque circunstantiis, nos pridem lib. 3. diximus in analogia nostri corporis huius cum terreo elemento. vbi neque omissa est de serie & ordine situs elementorum, tum aliorum nonnullorum, tum Ouidij sententia ex lib. 1. metamorph. quam nunc breuiter retexo, vt alia in idem argumentum subnectam.

EX OVIDIO.

4 Elementorum ordo. Ignis, Aër, Terra, Aqua.

IGNEA convexi vis & sine pondere cœli
Emicuit, summáque locum sibi legit in arce.
Proximus est aër illi levitate locóque.
Densior his tellus, elementáque grandia traxit,
Et pressa est gravitate sui. circumfluus humor
Vltima possedit, solidúmque coërcuit orbem. &c.

Quæstio, an terra super aquis?

Quo loco videtur poëta insinuare, quod & plerisque aliis velut certum adstruitur, terræ globum velut aquis innatare, atque Oceanum terræ substratum, vti mox clariùs & pluribus aperiam. Ex quo deinde quidam arripuerunt occasionem negandi Antipodas. quam in sententiam ferri è nostris videtur Dauid vates Psalmographus, ita scribens Psalmo 23. Domini est terra, & plenitudo eius; orbis terrarum, & vniuersi qui habitant in eo. Quia ipse super maria fundauit eum, & super flumina præparauit eum. & Psalm. 135. Qui firmauit terram super aquas. Quibus locis, & docti & sancti interpretes, rerúmque naturæ periti, ita statuerunt hæc intelligi debere, non vt verba sonant, aut primâ fronte insinuant, terram superiorem aquæ inferiori innatare & superferri, globi cuiusdam instar, sed alio quodam sensu modóque, quem deinceps aperire & pandere instituo & aggredior.

An orbis super aquâ? Quòd non.

CAPVT III.

An terra sub aquis, vel super, eiúsque fulcro. item de fluuiis sub terra meantibus.

EX BASILIO.

N. alloqui ad Basilij nomen.

BASILIVS cognomento magnus, & vir verè regius, homilia 1. in hexaëmerō, vbi omnia in omnibus mixta elementa demonstrauit, intrepidè sic adstruit; Cœlum naturâ locum superum occupat, humus verò infimum. deinde ita infit, His igitur posthabitis, nec illud quæramus, moneo, super quónam subiecto terra fundetur atque quiescat. hoc enim pacto mens perturbabitur atque deficiet, ad nullum certum exitum sanè finémque cogitatione proficiscente. Nam si latitudini terræ substratum dixeris aërem esse, dubitabis quónam pacto permollis illa multúmque inanis natura, sub tanto pressa pondere perduret, nec subsistentem molem fugiens vndique dilabatur, perpetuóque ad superna tendens, super opprimentis se telluris superficiem effundatur. Rursus si aquam putaueris terræ subiectam esse; hoc quoque pacto profectò quæres, cur pergraue densúmque corpus non penetret atque ingrediatur aquam: sed à debiliore natura, corpus illud terræ adeo pondere exuperans detineatur. Insuper ipsius etiam aquæ sedem inquires; iterúmque dubitabis, cuinam corpori solido renitentíque vltimus ipsius subsideat fundus (seu potiùs vltimum fundum.) Quòd si aliud quoddam corpus, quod tellure sit solidius, tellurē, ne ad ima subsidat, prohibere putaueris: & illud quoque cogitabis, alio quodam opus habere, à quo feratur ac prohibeatur, ne & ipsum ad ima decidat. & si quippiam illi fictum cogitatione supponere possimus, & isti iterum aliud mens nostra fundamētum quæret. atque hoc pacto proficiscentes in infinitum abibimus, sedib. ac fundamentis inuentis, alia rursum excogitantes. Deinde quantò longiùs ratione progressi fuerimus, tantò maiorem afferre subduceréque vim renitendi cogemur, ad totam illam molem impositam sustinendam. Quamobrem modum finésque ponere menti velis, ne tuam nimiam inuestigationem, qua perscrutaris ea quæ minimè comprehendi possunt, Iobis sententia carpat: interrogeríque ab ipso & tu, super quo telluris orbes firmati sint. Sed & si in Psalmis audieris vnquam, Ego firmaui columnas ipsius; vim eam qua continetur atque stabilis est, dictum esse columnas puta. Nam illud, Super maria fundauit eam, quid aliud quàm vndique terræ, aquæ naturam circunfusam esse significat? At cùm fluida sit aqua, & ad decliuia suapte naturâ ruere soleat; quomodo sublimis manet, nullâque ex parte defluit? At terram etiam in seipsa suspensam esse atque pendentem non animaduertis, eandem, imò verò maiorem dubitationem afferre? quippe cùm ex natura, vndis sit longè grauior? Verùm siue per seipsam consistere concesserimus terram, siue super aquis

Quidnam vltimum fundamentum.

Dubium de ima basi.

Hominum curiositas damnatur.

Terra columna.

Terra fundata super aquis, quomodo accipiendum.

Terra pendula quomodo.

ed by Google

stabilitam esse dixerimus, non discedamus vnquam à pia & religiosa sententia: sed simul omnia per eius qui condidit, contineri potentiam fateamur. Hæc igitur & nobisipsis dicamus, & iis qui nos percontantur, cuinam corpori, veluti subiecto fundamento tam immensum hoc intolerabileque terræ pondus innitatur; Quòd in manibus Dei sint terræ fines: id nimirum & nobis ad notitiam tutissimum est, & audientibus conducibile.

Dei potentia sulcit vniuersum.

Terra cui innitatur.

EX PHILONE.

QVOD vel iam antè, nos consilio sententiáque munierat Philo ille Hebræus sapiens lib. de mundo; Esse verò ille dixit sempiterni Dei legem æternam, fulcutam firmissimam vniuersorum & certissimam. hæc lex à mediis ad extrema, & à summis ad media protensa, inuictum Naturæ curriculum, quasi Circense peragit, coagmentans omnes mundi partes & adstringens. etenim vinculum infractum vniuersi, eam fecit ipse parens qui genuit. Proinde consentaneum est dicere, nec terram omnem dissolutum iri ab aqua, quam intra sinus ipsa suos concepit: nec ab aëre ignem extinctum iri: nec verò aërem ab igne conflagraturum: vtique lege diuinâ pro confinio, aëre collocato. Hac igitur ratione stirps illa fertilissima suis cum radicibus condita, actis ipsis radicibus adfirmata est. sic Philo ille Platonicus de basi mundi circa initia libri differebat.

Lex Dei fulcit orbē, eúsque vtrúmque.

Elementa non dissolmunt se mutuò.

Iam verò quidam interpretes Naturæ, terram immobilem persistere, tales etiam ob causas, vt ipsis videtur, scitè argutantur. Nam ipsam necessariò manere dicunt, in eodémque semper persistere loco; propterea quòd regionem vniuersi medium occupat, nec habet ob interuallum vndique pariter circa ipsam atque extremum, quò potiùs declinet: vt impossibile sit, prorsus illam propter circumquaque admensuratam æqualitatem in aliquod latus deuergere. Medium autem locum non temerè nec fortè fortuna terram occupare dicunt; sed naturalem hanc esse necessariámque terræ positionem. Nam cùm locum versus supera, cœleste corpus extremum obtineat; quæ nos (inquiunt) inde pondera cadere putamus è supernis, ea suopte nutu medium vndique petent, ad ipsúmque ferentur. & ad quod cuiuspiam partes suapte naturâ feruntur, ad id & totum ipsum itidem feretur ac impelletur. Quòd si glebæ, si lapides, si ligna, si terrestria omnia ad inferum suopte momento locum mouentur; ibíque quiescunt; hæc eadem etiam & toti sanè propria fuerit accommodatáque positio terræ. & si quid eorum quæ leuia sunt, relicto medio ferantur: palàm est, quòd ad suprema motu suo tendat. Quare constat eum ponderibus proprium esse motum, vt infera loca petant. at vniuersi medium, inferum esse locum profitentur. Noli itaque mirari, si terra stabilis est, neque excidit; quippe quæ medium ipsum occupet vniuersi locum accommodatissimum sibi ex natura. Omnino enim aut manere ipsam eo in loco oportet: aut si motu præter naturam cieatur, à sua propria dimoueri sede. Si quid eorum quæ dicta sunt (namque his adeo pluta circa initia libri 3. diximus) probabile tibi videatur, ad architecti Dei sapientiam, quæ rebs omnes ita instituit atque disposuit, admirationem transferre velis. non enim admiratione, quæ maximis in rebus oritur, cùm modus ob quem fit aliquid admirabile, fuerit inuentus, imminui solet. sin minùs, ar simplicitas fidei rationalibus tibi fit demonstrationibus firmior.

Terra quomodo media, & in eam ferantur pondera.

Terra cur immobilis, eúsque finis.

Terra cur non cadat.

Dei sapientia.

Admirationis causa, & fidei vis.

EX EVTHYMIO.

EVTHYMIVS in Psalm. 23. Sciendum est, ait, quòd magnus Basilius, solum Domini imperium pro fundamento terræ esse dixit, non aquam, neque aliud quidpiam. per præsentem autem versiculum ostendi tantùm, quisnam ab initio creationis mundi, aquæ situs fuerit: quòd scilicet aquæ terra iniaceat, & quasi custodiat & contineat, nec ab eius defluat superficie. Iuxta quem sensum, congruentiùs fortassis legendum esset (quod Græca litera non denegat) Ipse in maribus fundauit eam, & in fluminibus præparauit eam. Ipsam verò aquam non abs re, & mare & flumina à propheta appellatam fuisse constat, ob aquarum in eis multitudinem: cùm & abyssum eam Moyses appellauerit, ob eius profunditatem; Spiritus enim Dei (inquit) ferebatur super abyssum. Hebræus legit, Quia ipse iuxta maria. & ex Genes. 1. asserunt aquas infra terram constitui. Iohannes autem Chrysostomus dictum hoc ait, illud potissimùm demonstrare; Quòd aquæ toti terræ subiaceant instar fundamenti. & nihil mirum: ipse enim Deus est, qui hanc ab initio fundauit. Omnia enim (inquit) per ipsum facta sunt. Admirandam autem fundationis rationem exaggerans propheta, vnà hæc complicauit; quòd fundauit eam super maria, & quòd stabiliuit super flumina. Tu verò hoc non in vniuersum intellige: nam alioquin inferior esset aqua. verùm Moyses inferiorem esse terram docuit. Vnde manifestum est, hoc dictum esse respectu certæ partis aquarum. in multis namque terræ concauitatibus & cauernosis locis, subter currunt partes quædam maris, quas maria appellauit. De fluminibus apertissimum est, quòd sub terra longo interuallo ferantur, & tandem emergant. Admirandum verò est, quomodo non confideant tanta terræ pondera. omnes enim montes in huiusmodi aquis stabiliti sunt: & tamè in ijs fundata permanet terra, solo factoris sui mandato contenta. Hæc ferè mihi de factis nunc sumpta authoribus sufficient: de quibus etiam antè circa initia operis lib. 3. tu Doctores ecclesiasticos legendo, & commentatores Psalmorum, plura deprehendere poteris; aut ego tibi aliàs suggeram, quando ad manum venerint; in primis Augustinus Eugubinus, quem nunc desidero, qui recens licet author, veterum scripta dili-

Terra fundamentum quodnam.

Terra quomodo super aquas.

Aquæ de mari, & fluminibus item abyssus.

Aquæ infra terram.

Aquæ sub terra, quæ.

Aquæ est superior terra.

Aquæ sub terra non vniuersæ, sed particulari, quæ.

Fluuij sub terra, tandem emergunt.

Terra aquis circumcumbit, nec demergitur, quia.

genter euoluit. Qui porrò fluuij ſubtus terram diu ferantur, & tandem emergant, Plinius tibi percenſebit lib. 2. cap. 103. de Arethuſa Syracuſis, de Lyconi Aſia, Eraſino in Argolica, Tigri in Meſopotamia, & Atinatenſi fluuio, & Timano Aquileïenſi. & Ouidius 15. metamorph. de Lyco, Eraſino, Myſo, Caïco, Amaſeno, & fortè pluribus.

Fluuij quinam ſub terra occulti.

Tremor terræ fluuios occultas aut prodit.

—tam multa tremoribus orbis
Flumina proſiliunt, aut excæcata reſidunt.

EX NICEPHORO.

PROTVLI nuper de Platone è Phædone. Nicephorus lib. 9. cap. 19. ex Theophilo Indo hæc de re ſic luculenter ſcribit verbis vſus Philoſtorgij hiſtorici; Tigris & Euphrates terram ſubeunt, & rurſus emergunt. & Gæon, qui & Nilus Ægyptius è paradiſo proruens, priuſquàm habitabilem orbis partem attigit, ſub terram cuniculis immiſſus, inde mare Indicum ſubit. Phiſon tamen, qui & Hyphaſis, è paradiſo pariter exortus, ſuper terram totus fertur, neque vſpiam ſub terram in cuniculos demittitur. argumento eſt caryophyllum, ſiue is fructus, ſiue flos, in eius ripis inuentum, & ex arbore vna ex iis quæ in paradiſo ſunt, aduectum. ſed de duobus illis placet plura ſubiicere & ſpecioſa & huic argumento conformia. Sacræ literæ è paradiſo veniuerſos illos quatuor profluere aſſerunt Geneſ. 2. Ex eo namque fontes & primordia lympharum ſuarum recipientes, fortaſſe ad certum vſque locum ſuper terram profluunt. deinceps verò à vaſta & arenoſa ſolitudine excepti (Tigris inquam, & Euphrates) atque ibi in profundum per cuniculos abſorpti, non priùs deorſum verſum currere deſinunt, quàm ad anguſta & lapidoſa eius terræ loca pertigerint, progreſſúmque eorum ad inferiora præcipitem, ſolum durius & ſolidius præpedierit. vbi vndæ eorum continuè & confertim confluentes, vi & magnitudine ſua directum eos deinde curſum tenere cogunt. Qui deinde ſubterraneo meatu fluentes, partem aquarum eorum non minimam, quæ in medio eſt, terrâ carpente, minores & tenuiores iam ad ea loca perueniunt, vbi ex cuniculis in apertum erumpunt. Quòd illi autem occulti, ſubterraneo curſu longiſſimè voluantur, id non debet videri incredibile: ſunt enim & alia paſſim flumina & maxima & rapidiſſima, quæ ſub terra feruntur. apparet id ex eo ſonitu, qui ad aures noſtras ab eis cum ſtrepitu & fragore ruentibus perfertur. & nonnulli, quòd quum ſupra eos fluuios, puteos effodiſſent, & quod ſe eis infernè obtulit, ſolum lapidoſum paululùm rupiſſent, vnda perſtrepens, curſum ſuum verſum cum vi quadam moliretur, vix ab eis qui ad ſummum putei os conſtiterant, ſunt retracti & recepti. Atque illa ſubſecuta, in tiuum euaſit, quem nulla cœli ſiccitas propter vim & fluxum perpetuum turbarit. Ineffabilis namque Dei ſapientia, tanquam venas quæ opus eſſent, ſuppeditantes, ſic aquarum procurſus tum occultos, tum manifeſtos perfecit. Vnde quoque propheta Dauid illud cecinit; Ipſe ſuper maria fundauit eam, & ſuper flumina præparauit eam. Maria ſcilicet quàm maximis terræ ſinibus theſauri inſtar accumulans, ſolo eorum robuſtiùs conſolidato, ad tantam vim & molem, quæ in ea inferuntur, aquarum ſuſtinendam: Flumina autem, commodâ & mirificâ conſtitutione, tranſitum eis liberum præbens, regionibus ſemper ex alto ſe ſummittentibus atque recedentibus, & ex ſublimioribus ad humiliores oras, aquarum ruentium momentis locum concedentibus. Idem ipſe coniecturâ ductus, Paradiſum ad orientem ſub æquinoctiali ſitum eſſe ait circulo. ad Eden ſacræ narrant literæ. de quo aliàs commodiùs: nunc enim ſatis multa de ſacris literis & ſcriptoribus; ad philoſophos meos reuertor, & his fortè conſentaneos Theologos.

Tigris, Euphrates, Nilus terram ſubeunt.

Phiſon fluuius caryophyllum inuehit, vnde.

4 Flumina paradiſi.

Tigris & Euphrates vbi occultentur, aut prodeant.

Stirps de Nemodamo. Similitudo.

Terra quomodo ſuper maria & aquas, vel flumina.

Paradiſi ſitus.

CAPVT IV.

De Antipodibus, ſint néne. de terræ globo, & aſtrorum cœlique curſu & figura. de quatuor terricolarum generibus, & eorum ſitu; & ab imbris capta differentia.

EX LACTANTIO.

EX illa priſca ſententia, quæ terram aquis innatare contendit, & veluti baſi innixam ſuſtentari, noua iſthæc prodiit exorta quæſtio, An eſſent aliqui Antipodes, quos eſſe vllos apertè negauit noſter alioqui doctiſſimus Lactantius cap. 24. lib. 3. de falſa ſapientia: Quid illi, qui eſſe contrarios veſtigiis noſtris Antipodas putant, num aliquid loquuntur? aut eſt quiſquam tam ineptus, qui credat eſſe homines, quorum veſtigia ſint ſuperiora, quàm capita? aut ibi quæ apud nos iacent, inuerſa pendêre? fruges & arbores deorſum verſus creſcere? pluuias & niues & grandinem ſurſum verſus cadere in terram? Et miratur aliquis, hortos penſiles inter ſeptem mira narrari, cùm philoſophi & agros & maria & vrbes & montes penſiles faciant? Huius quoque erroris aperienda nobis origo eſt: nam ſemper eodem modo falluntur. cùm enim falſum aliquid in principio ſumpſerint, veriſimilitudine inducti, neceſſe eſt eos in ea quæ conſequuntur, incurrere. Quæ igitur illos ad Antipodas ratio produxit? Videbant ſiderum curſus in occaſum meantium: ſolem atque Lunam in eandem partem ſemper occidere, atque oriri ſemper ab eâdem. Cùm autem non perſpicerent, quæ machinatio curſus eorum temperaret, nec quomodo ab occaſu ad orientem remearent: cœlum autem ipſum in omnes partes putarent eſſe deuexum; quod ſic videri, propter immenſam latitudinem neceſſe eſt; exiſtimauerunt rotundum eſſe mundum,

An ſint Antipodes.

Quòd mali ſint, ab abſurdo.

Horti penſiles.

Origo erroris, ex abſurdo principio.

Ab ortu & occaſu ſiderum.

Cœlum cur rotundum appareat.

Tigris & Euphrates vbi occultentur, aut prodeant.

Multi fluuij ſub terra labuntur, & ſigui.

Cuncio. N. Tale quiddá vidi & mihi retulit D. Simon à Maillé Archiepiſcopus Turonenſis, apud Andes. Tale etiam quiddam referit ne-

An mundus rotundus, & cælū volutus.

dum, ſicut pilam: & ex motu ſiderum, opinati ſunt cœlum volui: ſic aſtra ſolémq. cùm occiderint, volubilitate ipſa mundi ad ortum referri. Itaque & æreos orbes fabricati ſunt, quaſi ad figuram mundi, eóſque cœlarunt portentoſis quibuſdam ſimulacris, quæ aſtra eſſe dicerent. Hanc igitur cœli rotunditatem illud ſequebatur, vt terra in medio ſinu eius eſſet concluſa. quod ſi ita eſſet, etiam ipſam terram globo ſimilem. neque enim fieri poſſet (vel poſſe) vt non eſſet rotundum, quod rotundo concluſum teneretur. Si autem rotunda etiam terra eſſet, neceſſe eſſe, vt in omnes cœli partes eandem faciem gerat: id eſt, montes erigat, campos tendat, maria conſternat. Quod ſi eſſet, etiam ſequebatur illud extremum, vt nulla ſit pars terræ, quæ non ab hominibus cæteriſque animalibus incolatur. Sic pendulos iſtos Antipodas, cœli rotunditas adinuênit. Quòd ſi quæras ab iis, qui hæc portenta defendunt, quomodo non cadunt omnia in inferiorem illam cœli partem? reſpondent hanc rerum eſſe naturam, vt pondera in medium ferantur, & ad medium connexa ſint omnia; ſicut radios videmus in rota: quæ autem leuia ſunt, vt nebula, fumus, ignis, à medio deſerantur, vt cœlum petant. Quid dicam de iis, neſcio; qui cùm ſemel aberrauerint, conſtanter in ſtultitia perſeuerant, & vanis vana defendunt. niſi quòd eos interdum puto aut ioci cauſsâ philoſophari; aut prudentes & ſcios mendacia defendenda ſuſcipere: quaſi vt ingenia ſua in malis rebus exerceant vel oſtentent. At ego multis argumentis probare poſſem, nullo modo fieri poſſe, vt cœlum terra ſit inferius: niſi liber iam concludendus eſſet, &c. hæc Firmianus, cautâ vſus præteritione, ne id quod ſuſceperat probandum, malè probando, improbare deprehenderetur. qui in cauſſa religionis & morum, multò vrgentioribus argumentis philoſophos pungit, quàm in hac diſceptatione vel tantillùm vellicet, iis rationibus illorum obiectis, quibus ſoluendis cùm ſe imparem videret, honeſtè pedem referre, quàm pugnam detrectare videri maluit.

Terra ſphæra.

Sphæra cæli æmula.

Terra in medio mundi, & rotunda.

Terra figura.

Terra vbique habitabilis.

Antipodū figmenti origo.

Cur omnia non cadant in inferiora.

Leuia & grauia quò ferantur.

Pertinacia philoſophorum in errore, vt cauſſa.

Quòd cælū nullam infra terram.

N. Lactantij aſſertio.

EX AVGVSTINO.

AVguſtinus huius imitatus opinionem, ita cap. 9. lib. 16. de ciuitate Dei in hac quæſtione ſe geſſit; Quòd verò & Antipodas eſſe fabulantur, id eſt homines à contraria parte terræ, vbi Sol oritur, quando occidit nobis, aduerſa pedibus noſtris calcare veſtigia, nullâ ratione credendum eſt. neque hoc vllâ hiſtoricâ cognitione didiciſſe ſe affirmant, ſed quaſi ratiocinando coniectant; eò quòd intra conuexa cœli, terra ſuſpenſa ſit, eundémq. locum mundus habeat & infimum & medium. & ex hoc opinantur alteram terræ partem, quæ infrà eſt, habitatione hominum carere non poſſe. Nec attendunt, etiamſi figurâ conglobatâ & rotundâ mundus eſſe credatur, ſiue aliquâ ratione monſtretur; non tamen eſſe conſequens, vt etiam ab illa parte ex aquarum congerie, nuda ſit terra. Deinde etiamſi nuda ſit, neq. hoc ſtatim neceſſe eſt, vt homines habeat: quãdo nullo modo ſcriptura iſta mentitur, quæ narratis præteritis facit fidem, eò quòd eius prædicta complentur. Nimiſque abſurdum eſt, vt dicatur, aliquos homines ex hac in illam partem, Oceani immenſitate traiectâ, nauigare ac peruenire potuiſſe. vt etiam illhic ex vno illo primo homine genus inſtitueretur humanum. Quapropter inter illos tunc hominum populos, qui per ſeptuaginta duas gentes, & totidem linguas colliguntur fuiſſe diuiſi, quæramus ſi poſſumus inuenire illam in terris peregrinantem ciuitatem Dei, &c. hæc ferè noſtri, priſcæ philoſophorum & Geographorũ ſe opponentes aſſertioni de Antipodibus, & cœli figura, terræque ſitu. quibus tamen vt nunc aſſentiar, nulla cogit religio; quia de philoſophia, non articulis fidei diſceptatio eſt. quid autem veriſimilius ſit, à philoſophis & Geographis audire & diſcere nunc quidem ſatius duco. bona tamẽ cum patrum venia, quorum authoritas à rei veritate & ſimplicitate nos auertere minimè debet.

Quòd nullo traiectio ad Antipodas: neque illic Adami propago.

Linguarum & populorum diuiſio 72.

N. diſcedit ab opinione Lactantij & Auguſtini, bona cum venia.

EX PLINIO.

PLinius loco nuper producto, contrariis & vero ſimilioribus probabilioribúſque, Antipodas iſtis rationibus aſtruxit. Ingens hîc pugna literarum, contráq. vulgi, circunfundi terræ vndiq. homines, conuerſiſq. inter ſe pedib. ſtare, & cunctis ſimilem eſſe cœli verticem, ſimili modo ex quacumque parte mediam calcari: illo quærente, cur non decidant contrà ſiti tanquam non & ratio præſto ſit, vt nos non decidere, mirentur illi. Interuênit ſententia, quanuis indocili probabilis turbæ: inæquali globo, etſi ſit figura pineæ nucis, nihilominùs terram vndique incoli. Sed quid hoc refert, alio mitaculo exoriente? pendêre ipſam, ac non cadere nobiſcum: ceu ſpiritus vis, mundo præſertim incluſi, dubia ſit: aut poſſit cadere, naturâ repugnante, & quò cadat, negante. Nam ſicut igniũ ſedes nõ eſt niſi in ignibus, aquarũ niſi in aquis, ſpiritus niſi in ſpiritu: ita terræ, arcẽtibus cunctis, niſi in ſe locus non eſt. globum tamen effici mirũ eſt, in tanta planitie maris camporúmq. cætera de aquis paulò antè produxi: & fortè eadem hæc de Antipodibus iam circa initia obiter protuli; ſed nunc neceſſariò inculcanda iterandáque appoſitiſſimè. qui in tanto corpore, vix næuus ſit.

Quòd ſint Antipodes.

Terra media vndiq. habitabilis.

Inanis quæſtio.

Terra figura pineæ, vbique oriri.

Terra qua ſuſtentatur, ne cadat.

Locus cuiq; elemento ſuus.

Terra globum qualiter.

Ex iſto dubio pulchra, & ſanè ridicula extitit, patrum noſtrorum memoria, talis quædã diſceptatio cõtrouerſiáque. Virgilius Epiſcopus Salæburgenſis in Germania pro concione dixerat Antipodas eſſe. Bonifacius Epiſcopus Moguntinus homo tam ἀγαμίσητος, quàm Ariſtippus, Virgilium crimine impietatis accuſauit, quòd Antipodibus inductis, alius etiam Chriſtus inducereturi. Iudiciũ defertur ad Vtilonẽ Regem Boïorum. Bonifacius à Põtifice Zacharia, cuius nẽpe legatus eſſet, literas impetrat ad Vtilonem, quibus Virgilius damnatus eſt. hæc circa annũ Chriſti 745. contigerunt, vt Auentinus author

Hiſtoria lepida.

Antipodũ nouũ Chriſtum inuehere.

est in annalibus Boïorum. Scilicet audierant isti aliquando, legerántve apud Poëtas, & Solem & astra occidua mergi oceano. sic enim

Astrorum occubitus in mari fictitius.

Georg. 1.

Arctos oceani metuentes æquore tingi.

Arctos non occidit.

quod Strabo lib. 1. ex Homero sic repetit;

Oceani sola est undarum atque aquoris expers Arctos —— Et Lucanus 8.

Axis inocciduus gemina clarissimus Arcto.

item 2. Æneidos,

Vertitur interea cœlum, & ruit oceano nox.

item 2. Georg. & 1. Æneid.

Quid tantum oceano properent se tingere soles Hyberni ——.

& 3. Georg.

Nec cum invectus equis altum petit æthera, nec cum

Præcipitem oceani rubro lavit æquore currum.

Vulgi doctores, poëtæ.

qualia multa apud Homerum & alios poëtas occurrunt legentibus: sive hi à vulgo acceperint; seu vulgus, istorum, vt ferè fit, malorum magistrorum errorem imbiberit; & cùm Sol & astra occidunt, in oceanum immergi, ac eum apparere desinere: & cùm Sol & astra oriuntur ex aduerso situ, ex oceano emergere. sicq. vesperi à diurno labore refrigerium capessere; & matutino exortu recentes ac veluti madentes Oceani perfusos humoribus Solis equos opus diurnæ peragrationis aggredi atque repetere. Quæ omnia figmenta sunt puerilia, atque anilia deliramenta: cùm nullo labore aut æstu Sol corripiatur, semper alacer & irrequietus; & tantundem sub terris quotidie conficiat spatij, quantum nobis conspicuus supra nostrum vectus horizontem, pari & simili tempore emetitur. vnde sunt bina quotannis solstitia, bináque æquinoctia. quorsum respexit citatus paulò antè Manilius;

Ortus & occasus ex vulgi opinione, qui.

Solis equi fictitij.

Sol nunquàm fatigatur, & eius cursus.

Sol circa terrã pensilẽ volvitur.

Quòd nisi librato penderet pondere tellus;
Non ageret cursus mundi, subeuntibus astris,
Phœbus ad occasũ, & nunquã remearet ad ortus,

Sol post occasum à nobis quò secedat.

Et quæ tum ex eodẽ, tum è Plinio & aliis produxi. Quid enim? postquàm nobis occiderit, per tanta temporis & locorum interualla, lymphis demergi & obtorpescere inutiliter? vt dimidio annui cursus spatio, lux Solis inutilis sit futura? vt de sideribus reliquis inerrantibus & planetis idem intelligas: quorum ortus & occasus omni æuo sunt obseruati, & ex quibus prisci ac minores posterique, quatuor anni tẽpora metiri solent. Quasi cœlum non sit rotundum, sed hemisphæricum, & semicirculum tantùm conficiat. Aut quasi aliquid viderint illi sublimiũ rerum inspectores, qui apud Arist. lib. 1. meteorũ. cap. 1. Solem ipsum non sub terram, sed circùm terram ferri dixerunt: vt de reliquis astris & planetis idem intelligas. Sed vbi lateant interim, quæ mox emergunt sidera? vbi condantur faces stellantes & in cœlo micantes, quæ certas per vices disparent? Frustrà igitur Hesiodus,

Ortus & occasus astrorũ, quales.

Cœli figura tur sphærica.

An sidera circùm terrã ferantur.

Astra vbi lateant toto occasus tempore.

Candidus auratis aperit cùm cornibus annum
Taurus ——

frustrà idem ex Arato,

Antè tibi Eoæ Atlantides abscondantur.

Frustrà noster Hipp. lib. Epidem. anni partes ita distinxit; Ortus Pleiadum, principium est æstatis: Canis ortus, ὀπώρης, secundam æstatis partem, fructuum prouentu grauidatam inchoat: Arcturus exoriens initium facit autumno: Occasus Pleiadum, hyemis principium adducit: Æquinoctium autem, ver ab hyeme separat ac diuidit. & quicquid Ptolemæus de singulorum mensium dierúmque astris orientibus vel occidentibus accuratè in fastos redegit, id frustrà est; si cœlum non conuoluitur in orbem: non alia terris ostendit, alia occultat sidera. inanis denique omnis planetologia, omnis astronomia vana & superflua, si est eadem semper cœli facies; neque id motu raptus torquetur intra horas 24. ab oriente in occidentem; contranitentibus Sole & Luna & reliquis planetis, motu proprio contra cœli vltimi motum, ab occasu ad ortum delatis. Quòd autem ab oriẽte in occidentem voluatur cœlum, inde patet, quòd stellæ quæ oriuntur ab oriente, paulatim & continuè eleuantur, donec cœli medium pertingant, eodem semper à se distantes interuallo, ad occasum pari gradu properãtes. Deinde quòd quæ ad polum sunt arcticum, nũquam nobis occidunt, æquali à se diremptæ spatio circa eundem delatæ. Quòd autem cœli figura rotunda sit, inde coniicitur, & colligitur, quòd ea figura sit omnium pulcherrima, perfectissima, capacissima, vt pridem ex Platonis Timæo & Cic. 2. de nat. deor. & Plinio demonstraui. Ac si aliam ipsi figuram affingas multilateram, necesse erit dari vacuum locum aliquem, & corpus sine loco; quod Natura non patitur. Nec malè Alphraganus, mea quidem sententiâ; Si cœlum esset planum (quod videbatur Lactantius asserere paulò antè citatus) aliqua pars cœli esset nobis propinquior, nempe quæ supra verticem: alia autem remotior, quæ inde nempe ad extrema porrigitur. indéque astra eadem modò maiora, modò minora apparerent: quod nunc non fit, & Astronomia docet, & docti omnes consentiunt, & assentitur experientia.

4. Anni partes Hippocratica distinctio.

Ab inconmodo.

Cœli & astrorum motus diuersi, quales.

Quòd cœli volumen ab oriente in occidentem, quæ vi.

Polus arcticus semper nobis cõspicuus: antarcticus nunquam.

Quòd cœli figura rotunda.

Quòd cœli non sit planum.

Ab inconmodo.

At metuunt ne dentur Antipodes. Cur potiùs (inquam) oppositorum pedum, quàm capitum obuersorum illos terruit ratio? aut quid verentur, ne terram similiter nobis calcando, in cœlum sibi sublime corruant? qui metus siquis apud illos parum peritos erit rerum, idem erit istis de nobis. Omnino enim cœlum cùm sit, vt ostendi, & omnes vnò penè consensu affirmant, rotundum, terrámque rotundam, velut mundi centrum, circumdet, ac circumuoluatur: necesse est, vt cœlum vndiq. à terra distet æqualiter, tum à nostra ista habitabili, tum à laterali, tum ab opposita nobis. necesse etiam est, vt astra æqualiter vndique per vices, omnem terræ partem collustrent. necesse est, vt aër cœlo subinuectus, paritérque nubes, terram subiectam circumambiãt. necesse est, vt ab

Obiectio de Antipodibus, & solutio.

Ab absurdo & impossibili.

Cœlum rotundum circa terram volutur, velut centrum. inde quod sequatur.

aëre decidui imbres, nives, grandines, in terram vndique imam tum noſtram hanc, tum ad latera vtraque ſitam, tum oppoſitam, qua de agitur, vndique deſtillant: alioquin infra nos, videlicet in cœlum, aut in loca exteriora & Naturæ incognita ferãtur. Nam quod ſurſum ac deorſum dicitur, id fruſtrà eſt; neq. perpetuum eſt, vt Plato in Timæo docuit: ſed quod huic ſuperum, illi eſt inferum. Quomodo nobis Antipodes videntur inferiores: & ſuum ſibi cœlum, cœlique hemiſphærium, nobis infimum: ſic illis ex aduerſo, & nos inferiores erimus, & noſtrum cœlum erit illis infimum.

Surſum & deorſum qui dicatur.

Antipodum ad nos comparatio.

EX PLATONE.

SIC autem Plato in Timæo argumentatur. Sed illud dictu abſurdum eſt, eſſe duo quædam naturâ loca à ſeinuicem longo interuallo diſtincta. & vnum quidem deorſum vocari, ad quem locum ea deferantur omnia, quæcumq. molem quandam corporis habent: alterum verò ſurſum, ad quem vi omnia moueantur. Cùm enim cœlum omne rotundum ſit; quæcumq. à medio æquè diſtantia, extrema facta ſunt, ſimiliter eſſe oportet extrema. Medium quoque æqualibus lineis ab extremis vndique diſtans, è regione æquè omnia reſpicit. Quoniam igitur ita mundus diſpoſitus eſt; ſiquis dictorũ quicquam ſurſum eſſe dixerit vel deorſum, non iniuriâ errare videbitur. medius enim locus in ipſo, neque ſurſum, neque deorſum dici debet, ſed medius. Quod rurſus vndique circumit, neque medium eſt, neque partem in ſe habet aliam ab alia differentem, quo ad ipſum medium, & omnino quicquid ſit è regione locatum. Ei verò quod ſui ipſius ſimillimum eſt, contraria nomina iure nullus attribuet. ſiquid enim ſolidum æquilibratúmque in vniuerſi medio ſit, ad nullam extremorum partem, propter perfectam ipſorum ſimilitudinem, declinabit. at ſiquis circa illud obambulet, ſæpe ſibimet plantis ſtabit oppoſitis: eandémq. illius partem, tum ſurſum, tum deorſum vocabit. Itaque vniuerſum, quemadmodum paulò antè diximus, cùm ſit rotundum, locum habere ſuperiorem aut inferiorem vir prudens minimè affirmabit. vbi Antipodas Plato licet innominatos, re tamen ipſa ſtatuit & adſtruit, ex oppoſitis ambulando veſtigiis.

Deorſum & ſurſum qui dicãtur.

Cælum rotundum, & à centro ad circumferentiam paria intermalla.

In mundo nil ſurſum aut deorſũ, quõ.

Terra media in mundo aquilibri nuſquã declinat.

Quòd ſint Antipodes, ex Platone, & probatio.

EX CICERONE.

CICERO in Somn. Scipionis, breui verborum periodo, multa ſanè complexus eſt, præter iam mihi dicta ex libris de natura deorum. Nam eam (inquit) quæ eſt media & nona tellus (ſic Philoni lib. de mundo, medius exactè locus terræ tribuitur) neque mouetur, & infima eſt, & in eam feruntur omnia nutu ſuo pondera. & paulò pòſt, Nam terra nona, immobilis manens, ima ſede ſemper hæret, cõplexa mundi medium locum. & paulò pòſt, Vides habitari in terra, raris & anguſtis locis; & in ipſis quaſi maculis, vbi habitatur, vaſtas ſolitudines interiectas: eóſque qui incolunt terram, non modò interruptos ita eſſe, vt nihil inter ipſos ab aliis ad alios manare poſſit: ſed partim obliquos, partim tranſuerſos, partim etiã auerſos ſtare vobis. & paulò pòſt, Omnis enim terra, quæ colitur à vobis, anguſtata verticibus, lateribus latior, parua quædam inſula eſt circũfuſa illo mari, quod Atlanticum. quod magnum, quem Oceanum appellatis in terris. Quod & Plinius ita expreſſerat, cap. 108. lib. 2. Terra ambienti oceano velut innatans. quod iterum forſan paulò pòſt ex Ariſt. patebit, qui lib. de mundo ad Alex. vniuerſam terram, inſulam eſſe vnicam ſcribit, Atlantici maris ambitu circundatam. Et ex Macrobio ad illũ Cic. locum. Nam de cæteris partibus ferè dixi iam olim ſuo loco, vbi de terra, & terrena noſtri portione tranſegi. nunc de Antipodibus quoniam incidit mentio, atque aliis obliquis, tranſuerſis, auerſis; placet iſta dictis ſubnectere, & ad Ciceronem alludere.

Terra, vel inſulæ, quale.

Terra ocean. no cincta, velut inſula.

Terra media, ima, immobilis.

Terra vbi & qualiter habitabilis.

EX MACROBIO.

MAcrobius in Somn. Scip. lib. 2. Eadem ratio (inquit) nos non permittit ambigere, quin per illam quoque ſuperficiem terræ, quæ ad nos habetur inferior, integer zonarum ambitus, quæ hîc tẽperatæ ſunt, eodem ductu temperatus habeatur: atque ideo illic quoque eædem duæ zonæ à ſe diſtantes ſimiliter incolantur. Aut dicat, quiſquis huic fidei obuiare mauult, quid ſit quod ab hac eum diſtinctione deterreat. Nam ſi nobis viuendi facultas eſt in hac terrarum parte quam colimus; quia calcantes humum, cœlum ſuſpicimus ſuper verticem: quia Sol nobis & oritur & occidit: quia circunfuſo fruimur aëre, cuius ſpiramus hauſtum (vel hauſtu,) cur non & illic aliquos viuere credamus, vbi eadem ſemper in promptu ſunt? Nam qui ibi dicuntur morari, eandem credendi ſunt ſpirare auram: quia eadem eſt in eiuſdem zonalis ambitus continuatione temperies: idem Sol illis & obire dicetur noſtro ortu; & orietur, cùm nobis occidet. calcabunt æquè vt nos humum: & ſemper (imò ſuper) verticem ſemper cœlum videbunt. Nec metus erit, ne de terra in cœlum decidant, cùm nihil vnquam poſſit ruere ſurſum. Si enim nobis (quod aſſerere, genus ioci eſt) deorſum habetur, vbi eſt terra; & ſurſum, vbi eſt cœlum: illis quoq. ſurſum erit, quod de inferiore ſuſpicient, nec aliquando in ſuperna caſuri ſunt. Affirmauerim quoq. & apud illos, minùs rerũ peritos, hæc exiſtimare de nobis: nec credere poſſe, in quo ſumus loco, degere: ſed opinari, ſiquis ſub pedib. eorũ tentaret ſtare, caſurũ. nunquam tamen apud nos quiſquam rimuit, ne caderet in cœlũ. ergo nec apud illos quiſquam in ſuperiora caſurus eſt: ſicut omnia nutu ſuo põdera in terrã ferri ſuperiùs relata docuerũt. Poſtremò quis ambigat, in ſphæra terræ ita ea quæ inferiora dicũtur, ſuperiorib. ſuis eſſe cõtraria? vt eſt oriens occidenti? Nam in vtraque parte per diametros habetur. Cùm ergo & orientem

Zona temperata ſub terrã habitabiles.

Antipodas ſub terra viuere ſimiliter nobis, quomodo.

Antipodum ortus & occaſus à noſtro diſſert.

Nil poteſt cadere ſurſum.

Surſum & deorſum nobis & antipodibus, qualiter.

Antipodes mirantur in nobis, quod nos in illis.

Grauia tendunt deorſum.

Infera ſuperis oppoſita.

binas habent hyemes; atque bis in anno Sol vertici incumbit, & solstitia quaterna experiuntur, quaternásque vmbras; vt qui sunt sub æquinoctiali. qualem putat Arabiam: ideo dixit Lucanus lib.3.

Ignotum vobis Arabes venistis in orbem,
Vmbras mirati nemorum non ire sinistras.

Quibus videlicet Romam citra tropicum Cancri aduentantibus, vmbræ tantùm septentrionales erant; quas in sua regione omnigenas experiebãtur, modò dextras, modò sinistras, modò orientales, modò occidentales, modò perpendiculares. tot enim sunt vmbrarum differentiæ; quas ita exponit Cælius Rhodigynus lib.1.cap.10. Vmbrarum vulgò has faciunt differentias; vt occidentem vmbram vocent, quãdo Sol ab oriente mittit corporis vmbram versus occidentem: orientem verò, quæ contrario modo fit: septentrionalem, quando in meridie Sol iacit vmbram ad septentrionem: australem, quando in eodem meridie mittitur vmbra ad austrum: quod aliquando accidit his, qui habitant trans tropicum Cancri. perpendicularem, quando Sol est supra verticem capitis hominis, & reflectit vmbram rectà sub pedes. Lucanus autem loco citato facit partem mundi sinistram, australem: dextram, septentrionalem. Sic & multi alij: Aristoteli verò lib.2. de cœlo, dextrum mundi, est orientalis pars mundi: sinistrũ, occidua. Antehàc è Varrone lib.6. dixi, Templi siue cœli partes esse quatuor; sinistram ab oriente, dextram ab occasu, anticam ad meridiem, posticam ad septentrionem. Porrò in tropico Cancri habitantibus, Sole in primo puncto Cancri posito, totius anni vmbra perpendicularis est. qualis habetur Syene; de qua Lucanus lib. 2.

——vmbras nusquam flectente Syene.

Ascios pridem è Plinio vocitabam', & alios affines adiungebam, velut *ἀσκίους*, vmbra carentes. sed de his nunc satis: ad alia transeamus.

Vmbrarum differentiæ, quot & quales.

Mundi pars dextra læuáque, vbi.

Cœli partes 4. quæ.

Vmbra perpendicularis vbi.

5. Ascij qui.

EX CÆLIO RHOD.

CAP. V.

Quòd terra & aqua rotunda. de aquarum miraculis, & Oceani æstuarijs, Euripo & Nilo.

IAM verò sicuti terram rotundam esse ostendimus; ita de aquæ figura colligunt, & hanc sphæricam esse seu globosam tum vniuersam, tum in suis partibus, vel adeo ad minimas vsque particulas; vti guttas omnes, & rosida seu roscida prata atque vireta cernimus, rotundam figuram æmulantibus aquulis.

Quòd aqua rotunda.

EX IO. SACROBOSCIO.

DE mari autem & Oceano illo immenso ita colligit vir bonus Iohannes de Sacrobosco in sua sphæra; Ponatur (ait) signum in litore maris, & exeat nauis à portu; & in tantum elongetur, quòd oculus existentis iuxta pedem mali, non possit videre signum: stante verò naui, oculus eiusdem existentis in summitate mali, bene videbit signum illud. sed oculus existentis iuxta pedem mali, melius deberet videre signum, quàm qui est in summitate mali, sicut patet per lineas ductas ab vtroque ad signum. & nulla alia huius rei caussa est, quàm tumor aquæ. excludantur enim omnia alia impedimenta, sicut nebulæ & vapores ascendentes. Item cùm aqua sit corpus homogeneum, totũ cum partibus eiusdem erit rationis: sed partes aquæ, sicut in guttulis & roribus herbarum accidit, rotundam naturaliter appetunt formam: ergo & totum, cuius sunt partes. Quas ille rationes verisimiles tantùm, videtur ex Plinio iam alibi à me citato desumpsisse: sicut & suas pleraſque de terræ figura & situ ratiocinationes, & quòd terra, sit centrum mundi. Hìc tamen vide, ô Sacrobosci, ne optices te fallat ratio.

Quòd mare rotundum, & probatio.

N. Quid ad nouas terras nauigatũ, testantur nauim magno impetu ascendere ad æquatorem: deinde paulatim descendere. vide Leherũ & neotericos Geograph. præsertim Iesuitas.

Totum ad partẽ analogia in aquis.

EX EVCLIDE.

SIC enim Euclides optic. theoremate 9. & 10. & 11. *Τὰ ὀρθογώνια μεγέθη ἐξ ἀποστήματος ὁρώμενα, ἀνισόπλευρα φαίνεται. Τὰ γὰρ πρὸ τῶ ὄμματος κειμένου ἐγγυτέρω τὸ πέρας, μικροτέρους φαίνεται. Τῶν δὲ ὑπὲρ τῶ ὄμματος κειμένων ἐγγυτέρω τὸ πέρας, μείζονες φαίνεται.* id est, Rectangulæ magnitudines eminùs spectatæ, rotundæ apparent. Planorum oculo subiectorum, quæ remotiora sunt, sublimiora apparent. Planorum oculo sublimiorum, quæ remotiora sunt, depressiora apparent. Idem lib.1. de apparentibus, vno theoremate, terram esse mediã mundi partem, & puncti centríque rationem obtinere pauciſſimis verbis demonstrauit.

Rectangula qui rotunda cernantur.

Plana quãdo altiora aut, inferiora cernãtur.

Quòd autem terra sit rotunda, ita demonstrat Sacroboscius: à quo pariter accipies, terram, esse mundi centrum: esse autem totam terram, insulam oceano cinctam demonstrat Strabo lib.1. sic autem Io. de Sacrobosco, Signa & stellæ non æqualiter oriuntur & occidunt omnibus hominibus vbiq. existentibus: sed priùs oriuntur & occidunt illis, qui sunt versus orientem. Et quòd citiùs & tardiùs oriũtur & occidunt quibusdam, caussa est tumor terræ. Quod bene patet per ea quæ fiunt in sublimi. vna enim & eadem eclipsis Lunæ numero, quæ apparet nobis in prima hora noctis, apparet orientalibus circa horam noctis tertiam. vnde constat, quòd illis priùs fuit nox, & Sol priùs eis occidit quàm nobis. cuius rei caussa est tantùm tumor terræ. Quòd autem terra habeat tumorem à septentrione in austrũ, & contrà, sic patet. Hominibus existentibus versus septentrionem, quædam stellæ sunt sempiternæ apparitionis: scilicet quæ propinquè (vel propinquæ) accedunt ad polum arcticum: aliæ verò sunt sempiternæ occultationis; sicut illæ quæ sunt propinquæ polo antarctico. At si terra esset plana ab oriente in occidentem, tam citò orirentur stellæ occidẽtalibus, quàm oriẽtalibus: quod patet esse falsum. Item si terra esset plana à septentrione in austrum, & contrà, stellæ quæ essent alicui sempiternæ apparitionis, semper apparerent eidem quocumque procederet: quod falsum est. sed quòd plana sit,

Quòd terra sit rotunda, & mundi centrum, & insula.

Astra cur aliis citiùs, aliis tardiùs oriuntur & occidunt, & vbi.

Exemplum de eclipsi Lunæ. N. Arist. 1. meteor. cap. 13. Cancrũ inga Sole illustrari asserit ad cõticionẽ scribit.

Quòd terra tumorem habeat, probatio

Stellæ vbi semper vel nunquam aspectabiles.

Quòd terra nõ sit plana.

Tranſitio. præ nimia eius quantitate, hominum viſui apparet. verùm de iſtis iam abundè ſatis lib. 3. cùm de terra ageretur: iam enim ad humores & liquida redeamus.

De Aquarum miris, & Oceani acceſſu atque receſſu.

De Euripo Eſtæo, & freto Sicilo. ENimuerò aquarum multarum peculiaris quædam eſt natura, vti iam pluribus exemplis docui; & nunc paucis, ſed inſignibus & à cauſſa perobſcura demonſtrabo. Talis eſt Euripus ille in Græcia ſepties quotidie refluus.

Hiſtoria. cuius cauſſam euentus cùm Ariſtoteles capere non poſſet, in eum ſe demerſiſſe perhibetur; vt ab eo caperetur, quem ipſe capere non potuerat. De hoc ſic Tullius lib. 3. de nat. deor. Quid Chalcidico Euripo in motu identidem reciprocando puras fieri poſſe conſtantius? Quid freto Sicilienſi? Quid Oceani feruore illis in locis,

EX CICER.

Europam Libyámq. rapax vbi diuidit vnda?

Oceani æſtus à quo. Quid æſtus maritimi vel Hiſpanienſis, vel Britannici: eorúmque certis temporibus, vel acceſſus, vel receſſus, ſine Deo fieri nónne poſſunt? ſed de hoc paulò pòſt videro. Quid de

De Nili incremento, & efficacitate. Nili incremento tam vario támque diuerſi effectus? de quo ſic idem Tullius lib. 2. nat. deor. Ægyptum Nilus irrigat: & cùm tota æſtate obrutam oppletámque tenuerit, tum recedit, mollitóſque & oblimatos agros ad ſerendum relinquit. Meſopotamiam fertilem efficit Euphrates: in quam quotannis quaſi nouos agros

Euphratis uſus, item Indi maximi. inuehit. Indus verò, qui eſt omnium fluminum maximus, non aquâ ſolùm agros lætificat & mitigat, ſed eos etiam conſerit. magnam enim vim ſeminum ſecum frumenti & ſimilium dicitur deportare. ſed hæc alibi à me quæſtio agitata eſt; Fructus terræ ſpontanei, an ab alluuione aquarum fertilium, an potiùs ab aëre & nubibus, velut ſaliuante & fœcundante cœlo, habeant originem. de Nilo nunc pergo dicere.

N. at longè maiores fluuij in ſeptẽtrione, ex Olao & alijs.

N. Semina terræ ſponte nata, vnde ſint.

Plinius lib. 2. Quorundam priuata natura eſt; velut Taurominitani Euripi ſæpius, & in Euboea ſepties die & nocte reciprocantis. cui aſſentitur Strabo lib. 9. & Meſa. Idem verò Plinius lib. 18. cap. 18. In arboribus nata mirabili oſtento produntur frumenta, quo anno ſuperatus eſt Annibal. Nilus in Ægypto coloni vice fungens, euagari incipit à ſolſtitio aut noua luna: ac primò lentè, deinde vehementiùs, quandiu in Leone ſol eſt. mox pigreſcit in Virginem tranſgreſſo: atque in Libra reſidet. Si duodecim cubitos non exceſſit, fames certa eſt. nec minùs ſi XVI. exuperauit. tantò enim tardiùs decedit, quantò abundantiùs creuit, & ſementem arcet, &c. Author hiſtor. philoſoph. ſeu de plac. philoſoph. cap. 88. huius incremẽti Niliaci cauſſas ita indagat; Thales eteſias ventos aduerſus Ægyptum flantes, Nilum attollere credidit. nam cùm aduenientis pelagi tumor ipſum erumpere non ſinat, increſcat oportet, & alueum exeat. Euthymenes Maſſilienſis, externis Oceani maris aquis, quas ipſe dulces exiſtimat, Nilum augeri putauit. Anaxagoras,

Euripi reciprocatio.

EX PLINIO.

Frumenta nata ex arboribus. Portentum.

Nili inundatio qui, quando & quorſum fiat, & quanta.

EX PLVTARCH.

Nili inundãtis cauſa.

Æthiopiæ niuibus, quæ per hyemem denſatæ, æſtiuo tempore liqueſcãt. Democritus & ipſe, niuibus, ſed quæ in ſeptentriones ſint. Herodotus æqualem dicit æſtate & hyeme Nilum è fontibus manare: per hyemen tamen, minorem eum videri, ob ſolem, qui tum vicinus Ægypto diſcurrens, eius aquas extenuat. Ephorus narrat æſtiuo tempore Ægyptum vniuerſam laxari; atque ita magnam aquarum vim erumpere. Eudoxus ab Ægyptiis ſacerdotibus ſe accepiſſe memorat, permutationem æſtatis in hyemem, cauſſam eſſe, vt Nilus quotannis exundet. Nam quando nobis, qui ſub Cancro degimus, æſtâs ingruit; habitantibus ſub Capricorno, hyems adeſt. quò fit, vt inde aduectus Nilus, continuis pluuiis auctus increſcat, & ruptis alueis latiſſimè ſpatietur. Tu vide an hac de re aliquid certius, Porphyrio Iamblichus ſacerdos reſponderit.

Hyems & æſtas qui vtrique ſub Cancro & Capricorno.

De Oceani acceſſu & receſſu dixi paulò antè, cùm excuterem Plinium de aquarum miraculis dicentem: & nuper pauca obiter adieci, deinceps plura dicturus. Hunc videtur & ipſe agnouiſſe poëtices parens Homerus. Sic enim de illo reſtatur Strabo initio ſui operis; Terminum cunctis aſſuetum obſeruare dicit Oceanum: nouiſſima verò, ambitus circumagit. Eôdem etiam pertinet diligens illa inquiſitio, quòd euntis & redeuntis Oceani æſtuaria nequaquam ignorauit: vt modò campos inundet, modò nudet areſcentes, cùm refluum memorat Oceanum;

Oceani æſtuaria non Homero.

EX STRAB.

Térque die ſcandit reſluens, ter ſurripit vndas.

N. ind quater fiat ill reflux in die 24. horis.

Poſidonius cùm ſcopulos interdum tectos, interdum nudatos dicat, & flumen appellet oceanum Odyſſ. μ. & Iliad. ζ. eius fluxũ & inundationes demonſtrari ſuſpicatur. Crates tamen quippiam veri ſimilius docet: altiſſuum ſcilicet & refluum: & oceanum flumen appellat (tibi ſi Græca occurrant, adſcribito) cùm hunc in modum inquit:

Oceani fluxum fluuij cùm cymba reliquit,
Atque vagi late maris aduentauerat vndam.

Non vniuerſum, ſed fluminis fluxum in oceano, dixit partem oceani exiſtentem: quà refuſionem quandam ſinúmq. ab hyemali tropico in auſtralem polum procedentem Crates dixit. Rurſum Homerus;

Oceani reciprocatio, cauſſa vnde.

Deſeruit fluuij curſum, maris iuit ad vndam.

Oceanum ſignificans. Virgil. autem 2. Georg.

——qua vi maria alta tumeſcunt
Obicibus ruptis, rurſúmque in ſeipſa reſidant.

Oceani reciprocatio, cauſſa poëtica.

& Lucanus lib. 1.

Ventus ab extremo pelagus ſic axe voluet,
Deſtituátque ſereno; an ſidere mota ſecundo,
Tethys vnda vaga lunaribus æſtuet horis:
Flammiger an Titan vt ardentes hauriat vndas,
Erigat oceanum, fluctúſq. ad ſidera tollat.

Hæc poëta in oceani æſtuantis cauſſas cecinit non omnino ἀνιστόρητα. quas ſi cupis à philoſophis diſcere, fortè probabiliores; audi diſſertantem Plutarchum de plac. philoſoph. cap. 87. Ariſtoteles & Heraclitus ſolem dicunt ventos complures excitare, & circunducere. flantibus igitur ventis, Atlanticum mare pelli, pulſum

Oceani fluxus ac refluxus cauſſa philoſophica.

intumeſcere, tumens litora inundare. rurſus ceſſantibus ventis, aquas retrahi: hócque, receſſum; illud, acceſſum eſſe. Euthymenes Maſſilienſis ad incrementum & decrementum Lunæ, mare creſcere & decreſcere iudicat. Plato mare attolli credit aquis inſurgentibus, ſubſidere deſcendentibus. oſtium enim quoddam eſſe, per quod aquæ vltrò citróque reciprocant: indéque maris accurſum & recurſum fieri. Timæus complures fluuios è Celtarum montibus in Atlanticum pelagus labi putat: horum incurſu, protrudi & inundare mare credit, defectu reuocari & ſubſidere. Seleucus cùm &c. ipſe moueri terram opinetur, exiſtimat eam ſua conuolutione in Lunæ obuolutionem incidere: ſicque afflatum inter duo corpora repercuſſum, in Atlanticum pelagus irruere: quo impetu, maria cuncta attolli credibile ducit. Plinius in Sole & Luna cauſſas potiſſimas conſtituiſſe viſus eſt antea. Cicero lib. 2. de natu. deor. vel eo breuiùs concluſit: Quid verò tanta rerum conſentiens, conſpirans, continuata cognatio? poſſent ne æſtus maritimi, fretorúmque anguſtiæ, ortu aut obitu Lunæ commoueri: aut vnâ totius cœli conuerſione, curſus aſtrorum diſpares conſeruari? Varro lib. 8. At in mari (credo) motus non habent diſſimilitudines geminas; qui in viginti quatuor horis lunaribus, quotidie quater ſe mutant? At cùm ſex horis æſtus creuerunt, totidem decreuerunt rurſus itidem aliis; an hanc analogiam ad diem ſeruant, ad menſem non item alios motus? ſic item cùm habeant alios inter ſe conuenientes, de quibus in libro, quem de æſtuariis feci, ſcripſi. Solinus cap. 36. Dubitatur etiamnunc quibus ex cauſſis intumeſcat oceanus: vel cùm ſuperfluus ſibi fuerit, rurſus in ſe reſidat. Nec in obſcuro eſt, plura pro ingeniis differentium potiùs, quàm pro veritatis fide expreſſa. Sed omiſſo ancipiti concurrentium quæſtionum, has opiniones probatiſſimas inuenimus. Phyſici aiunt mundum, animal eſſe; eúmque ex variis elementorum corporibus conglobarum, moueri ſpiritu, regi mente: quæ vtraque diffuſa per membra omnia, æternæ molis vigorem exerceant (ſic à ſpiritu diuino regi & contineri omnia Cic. dicebat 2. nat. deor. vbi ſuprà) Sicut ergo in corporibus noſtris cõmercia ſunt ſpumalia: ita in profundis oceani, nares quaſdam mundi conſtitutas, per quas emiſſi anhelitus & reducti, modò efflent maria, modò reuocent. At ſi qui ſiderum ſequuntur diſciplinam, contendunt, meatus iſtos commoueri Lunæ curſibus: adeo vt ſic viciſſitudines interiacies aquarum & planitudinem, reſpiciant adauctus eius vel eliquia: neque eodem ſemper tempore: ſed prout illa aut mergatur, aut creſcat, variant ſe alternantes iucurſus. hæc ferè de priſcis, ne omnia conſecter. Recentiores autem ita perhibent, & obſeruatione certè enuntiant: Dum Lunæ ſidus ab oriente ad auſtrum, ſiue cœli mediũ ſcandit, in litore proximo decreſcere maria. inde ad occaſum deſcendente Luna, illa augeſcere ac turgeſcere. rurſum ab occidente ad meridianum tranſeunte, minui: poſtremò ſidere exoriente, augeri. Inde fit, vt quibus Luna in ortu vel occaſu appareat, his plenum mare, nauigandi poteſtatem faciat: quibus autem in circulo meridiano conſiſtit, ſupra aut infra horizontem, ab illis longiſſimè abeſt mare. In acceſſu tamen quandoq. tardior fit mora, propter impedimenta litorum, aut Lunæ motus varietatem. interualla recurſus accedentis recedentiſve maris diſparia, & proportiones, diſcere eſt à nautis aut maritimis. ac de his hactenus.

Sol cur id vni Oceano cõtingit, reliquo mari nunquam? viderint philoſophi quid reſpõdeant.

Mare nunquam ràdi bora mouetur, quare. Sed quidem Lunæ non mouet ſimiliter reliqua maria? inquã.

Terra mobilis, an?

Æſtus maritimi quater in die commutantur, quã.

Dubium.

Obſcura rei veritas.

Mundus, animal, & quale, & à quo mouetur.

Spiritus diuini efficacia.

Nares mãdi vbi & quales.

Luna vis in maria.

Experientia moderna de Oceani reciprocatione. confer cum Plinio, vbi ſuprà.

CAP. VI.

Cur mare ſalſum, præſertim Sodomiticum.

EX PLVTARCHO.

DE maris autem ſalſedine, has Plutarchus opiniones philoſophorũ recenſet cap. 86. Anaximander, humoris primi reliquias, mare exiſtimat. maiori namq. parte, quæ dulcis erat, igni conſumpta, reliquum quod extenuari non potuit, amarum ſubſtitiſſe. Anaxagoras, Cùm (inquit) inter initia ſtagnaret aqua, continua ſolis obambulatione vri cœpit: atque ita factũ eſt, vt pingui in vapores ablato, reliquum & amarum & ſalſum remanſerit. Empedocles, terram putat ſolis caloribus æſtuantem, ſudorem fundere: eúmque maris fluctibus elutum, ſalſedinis cauſſam eſſe. Antipho quoque ſudorem corporum æſtuantium, mare credit. Metrodorus mare putat tanquam per colum à terra tranſmitti; atque ita craſſitiem & ſalſedinem ab ea mutuari: non aliter atque tranſmiſſa per cineres aqua ſolet. Platonici, aquam dicunt, quæ gignitur ex aëre, frigoris operâ, dulcem eſſe: quæ verò caloris ope reſudat, aut euaporat, ſalſam. hæc ille certatim: his affinia iam audiſti è Plinio, ſi iuuat meminiſſe.

Mare cur ſalſum, ex philoſophis.

à ſimili.

EX ARIST.

VEnio poſtremò ad Ariſtotelem, omnium philoſophorum facilè principem, inceóq. inſtitutum ſermonem terminabo, vt ad medicos tranſeam. ſed ex argumento Alexandri in lib. 2. meteor. hoc adiungam dictis de maris ſalſedine cauſſis. Il phyſicis alij mare dicunt eſſe primi humoris reliquias: & cùm locus qui circùm terram eſt, humidus eſſet, primum humorem à ſole euaporaſſe, fierique ſpiritus ex eodem, atque ſolis Lunæque conuerſiones, eò ſcilicet continuò ſeſe vertentium, vnde humoris quantum ſatis eſt, ſuppeditari illis poſſit: & quod ex eo in cauis reliquum ſit, id mare eſſe. Eáque propter minus identidem effici, à ſole ſcilicet exſiccatum; & futurum tandem aliquãdo eſſe, vt omnino ſicceſcat. Huius opinionis fuêre, vt Theophraſtus tradit, Anaximander atque Diogenes. è quibus hic ſalſedinis etiam eandem cauſſam aſſignat; quòd ſole attollente dulcorem, reliquum ſalſum euadat. Alij quidã aiunt ſudorem quempiam terræ, mare eſſe; quæ Sole excalfacta, talem humorem emittat: qui

Alia cauſſa ſalſi maris, à philoſophis.

ob id salsus sit, qualis sudor est. sic opinabatur Empedocles. Tertia opinio de mari est, quòd aqua per terram deuoluta, ipsámque abluens, salsedinem cõtrahat. terram enim succos eiusmodi intra se habere. Signa adducunt, quòd ex ipsa sales effodiuntur, ac nitrum. sed & plerisque eius in locis acidos succos esse. & huius opinionis Anaxagoras fuit, ac Metrodorus. Aristoteles autem sect. 23. probl. 41. per totum, de mari & eius natura, multa differit: ac speciatim probl. 35. Cur mare simul sallũ & amarum est? An plures esse in mari sapores nihil prohibeat: quippe cùm genus salsum amaro coniungi, essèque simul, latissimè pateat? reliqua specialia ibidem legito. quæ autem de meteoris colligere potui, hæc ferè sunt, præsertim ex lib. 2.

Cur mare salsum, ex Arist.

Veteres equidem cùm mare, magna quædam vniuersi pars sit, ac cœlum circa talem planè locum coagmentetur; ob eam rem nobilissimũ illud existimant, principatúmq. deferunt. Physici autem authores sunt, partem alteram humoris primùm terræ circumfusi à soléque exhausti, vt respirauit, tum flatum, tum circumuectiones Solis & Lunæ attulisse. alteram, quæ eadem cauis in locis resedit, mare esse: ac propterea ab Sole semper illud diminui opinantur; ad extremúmque, illud omne exhaustum iri. Quidam de illis sentiunt, mare, tanquam sudorem à terra emanare, cùm ab Sole percalfacta est: ideo salsum idem ipsum sentiri: sudor enim salsus est. Nec desunt, qui salsuginis caussam, terræ adscribant. vt enim aqua per cinerem colata transmissaque redditur salsa: ita mare quoque salsum effici produnt, cùm eiusmodi terra admixta est. Iidem mare esse tum principium, tum corpus vniuersæ aquæ tradiderunt. Quod consentaneum videtur, vt tota magnitudo coacta, quemadmodum in reliquis elementis, sit vniuersæ aquæ corpus; & propter nimiam copiam, principium statuatur; vnde dispensatum commutetur, & aliis admisceatur. vt in locis quidem superis, ignis sit: aëris verò copia in loco post ignem: terræ corpus, cui illa omnia perspicua circumiecta sunt. Nec defuerunt qui scriberent, flumina non modò in mare influere (quod noster sapiens scripsit Ecclesiastes, cap. 1. Omnia flumina intrant in mare, & mare non redundat: ad locum vnde exeunt, flumina reuertuntur, vt iterum fluant) sed ex eodem etiam mari affluere: salsuginémque percolatam, dulcem reddi & potulentam. Illud tamen vide vt concoquas, lib. 2. meteor. cap. 2. Aqua ipsam terram complectitur: atque huic aëris globus adiacet: aëri ignis globus omniũ supremus. quod ita accipiendum est, vt nos antè expositimus, & ipse Arist. lib. de mundo interpretatur, & ex eo antea Tullius, terram vndique allui oceano. Ad mare autem pertinere videtur, quòd salsum, grauitatis caussâ subsidat: dulce verò & potu aptum, leuitate efferatur suâ: quomodo in animalium corporibus fieri perspectum est. Hæc enim post cibum dulcem assumptum, eiusmodi humentis cibi deiectiones & excrementa reddere videntur,

Mare, quid, eiúsq. dignitas.

Humoris omnis pars dua, qua.

Mare cur salsum, ex aliorũ sententia.

à simili.

Mare, principiũ aquarum, quî.

Elementũ ordo.

Flumina à mari & in mare.

4. Elementũ sphæri, & mare ad terram quî sa habeat.

Aqua marina, grauis, quia salsa.

N. ideo grauiora portat onera, ex probl. Arist.

quæ sapore tum amaro, tum salso sint. quandoquidem dulcis & potulentus humor, à natiuo corporis calore attractus ad carnem & reliquas corporis partes cõstituendas, vt quæcumque apta est, diffunditur. Aquarum autem riui in cauum decumbunt, qualem terræ locum occupat mare: quandoquidem poculentum totum celeriter per Solem superiora petit: & salsum ob eam caussam relinquitur. Quòd verò ad antiquæ hæsitationis quæstionem pertinet; Cur mare nihilo vastius reddatur, quanquam quotidie ad ipsum innumerabilia vastæ magnitudinis perlabantur flumina; Aristoteles ibidem tibi caussas aperiet, quas noster Ecclesiastes subticuerat, & nostri instituti ratio minimè requirit. Indidem discès Platonici iam antè positi figmenti confutationem, è Phædone; aquas omnes subterraneis foraminibus in vnũ velut cratêrem inter se concurrere & coïre: tartarum verò, fontem originémque & confluuium receptaculúmque aquarum esse omnium, vti Socrates stipulabatur. Hoc autem disceptationis præsentis scire magis interest, salsugo maris vnde sit, & an semper talis fuerit futuráque sit, ex cap. 3. lib. 2. meteorologicorũ: quorsum spectat tota, vt dixi sectio 23. probl. de iis quæ ad mare salsámque aquam pertinent.

à simili.

Diuisa aquarum sursum & deorsum.

N. an sic accipi debeat illud Genes. de aquarum diuisione?

Cur mare non redditur à fluminibus.

Arist. contra Plat. de tartaro fonte.

Certè si vniuersum perpetuum est, de mari etiam ita nos decernere oporteat. Sentẽtia porrò, qua magnitudinis diminutio & defectus asseritur, cuius author est Democritus, nihil differt ab Æsopo, qui fabulosè refert, Charybdin semel atq. iterum cùm exsorbuisset, primùm occultos indicasse montes, deinde insulas; postremò omnes terræ aquas exhausturum, cùm tertium absorbuerit. quod vtrumque improbat Aristoteles. Quod verò ad maris salsuginem attinet, nullo modo fieri posse putat, vt qui mare semel procreatum esse dixerunt, salsum constituant. Nam siue reliqua pars vniuersæ aquæ, terræ circunfusæ, post dulcem ab Sole exemptum humorem, in mare salsuginémque conuersa est; siue tantum saporis retinebatur, quoad eiusmodi terra admisceretur; profectò nihil minùs res necessariò consequeretur, delapsâ iterum aquâ, quæ per vaporem hausta fuerat, & æquabili priore constitutâ copiâ; sin minùs salsa antè fuisset, nec postea. at si vel antè eiusmodi fuisset, caussa exponẽda erat, quare maris aqua primùm talis sentiebatur; & simul cur salsugo, si tum exẽpta efferebatur, id nunc etiam non fiat. Sed tamen apud eos, qui salsuginis caussam, terræ commixtioni attribuunt (illam enim ita multiplici saporum varietate infectam referunt, vt à fluminibus conuecta, ex admixtione mare salsum reddat) absurdum nimis erit, flumina omnia salsuginis expertia & planè insulsa constituere. Nam quî fieri potest, vt in magna aquarum vi, eiusmodi terræ commistio ita planè declaretur? in singulis autem fluminibus obscura sit? cùm satis constet, mare totum nihil aliud esse, nisi fluminum aquam? (nulla enim alia re, mare à fluuiali differt aqua, nisi quòd salsum est) quæ cum fluminibus confusa, in eundem planè delabitur locũ, in quem

Arist. contra philosophos de mari salsedine.

Confutatio.

Am flumina salsa mare saluant.

Mare quid, & quo à fluminibus differat.

vniuerſa ipſa confluant flumina. Eodémque modo ridiculum eſt, ſi mare, ſudorem terræ profeſſus, exiſtimabis illuſtrius aliquid & clarius protulille: vt Empedocles fecit. Is enim ſi pangendi carminis ſtudio ita cecinit, fortaſſis aptè ceciniſſe videri poteſt; cùm tralatio ipſa ad ſtudium faciendi carminis maximè pertineat: ſed ad cognoſcendam veritatem id ſatis non eſt. Nam minùs conſtat, qua ratione ex dulci paru ſaltus exprimatur ſudor; vtrùm per partem aliquam remotam, vt ſi illa dulciſſima ſit; an per commixtam & vnà confuſam, quemadmodum in aquis fieri videmus, quæ per cinerem tranſmittæ colantur. At verò huiuſce rei cauſſa eadem reddi poſſe videtur, quam probare etiam conſueuimus, terrimenti in veſica collecti: hoc enim amaroremac ſalſilaginem contrahit, cùm potus & ipſius cibi humor dulcore præditus ſit. Ergo ſi maris aqua ita ſalſa redditur, vt illa quæ per cinerem colata, amarore inficitur; præſertim cùm talis res cum lotio egeratur, qualis ſalſilago videri ſolet, quæ in matulis ſidit; aut cum ſudore è corpore eliciatur; perinde ac ille eiuſmodi rem & ſaporem è corpore eluat per emanantem ſudorem: comperium eſt vel ipſo in mari, id quod è terra humori permiſtum eſt, ſalſuginis eſſe cauſſam. In corporibus quidem, cùm id tale efficitur, reliquiæ cibi ex cruditate habendæ ſunt, quas natura reſpuerit. ſed in terra quo pacto id habeatur, quod aquæ permiſtũ, ſalſuginis eidem cauſſa eſt, explicandum erat. Omnino quî fieri poteſt, vt tanta aquarum vis ex terra partim aquis nudata, partim calore affecta, eliciatur? hæc enim minima pars illius eſſe debet, quæ in terra remanſerit. Iam verò quam ob cauſſam terra nunc etiam vt ſqualuit, maior minórve illa ſit, ſudorem non fundit? Nam ſi humor & ſudor amaritudinem contrahunt, nunc etiam idem ipſum præſtari oporteret, ſi tum id tale fiebat. At hoc minùs accidere videtur, imò humida ſicceſcit: à ſiccitate verò occupata, nullum reddit ſudorem. Qua igitur ratione fieri potuit, vt in primo maris ortu, cùm terra humens eſſet, in ſqualorem ab Sole redacta, ſudorem emiſerit? Enimuerò magis probabile eſt, quod etiam nonnulli tradunt, per effluxum plurimi dulcis humoris, eiuſdémque ab ipſo Sole elati, quicquid terrenæ partis remanſiſſet, factum eſſe mare. cùm omnino fieri nequeat, vt humens terra ſudorem promat. Cauſſæ igitur ſalſuginis, quæ in medium venerunt, ab omni ratione videntur abhorrere. Nos autem orationeab eo initio, quod poſuimus, repetita, de marinæ aquæ ſalſugine præcipiamus. Cùm poſitum ſit duplex aſpirationis (ſeu exhalationis) haberi genus, alterum humidum, alterum ſiccum; patet hoc ipſum initium eiuſmodi rerũ exiſtimari oportere. Ac primùm quidem neceſſe eſt, in quæſtionem & dubiũ vocare, vtrùm mare etiã ſemper maneat iiſdem numero partibus conſtans, an ſpecie & quantitate; cùm partium viciſſitudines ſemper cõficiantur, vt aëris & aquæ dulcis, vt ignis. hæc enim omnia vſquequaque alia & alia redduntur: quanquam ſpecies multitudinis ſingulorum, in morem flammæ & aquæ delabentis remanear. Conſtat igitur, & maximè veriſimile eſt, eandem penitus rationem in iis omnibus quæ ita genita ſunt, probari: etiamſi pro mutatione vel celeritate vel lentiore varietas ſit in iis, quæ ex terrena aſpiratione proueniunt: tamen omnibus per naturam natiuis & mortalibus, conſtanti Naturæ ordine, ortus adſcribitur & interitus. Quæ cùm ita ſint, in ſalſuginis etiam cauſſa reddenda, ſtudium ac operam ponere debemus. Multis ſanè argumentis conſtat, admiſtione quadam talem gigni ſaporem, quando in ipſis planè corporibus id quod maximè concoctionis eſt expers, tum ſalſum, tum amarum habetur, vt antè etiam ſcriptum reliquimus. vacans enim humentis cibi materia & excrementum, nullam in primis aſſequitur concoctionem. atque omne deiectionis genus tale agnoſcitur; idque potiſſimùm, quod in veſicam cogitur. Tenuiſſima illius natura certiſſimo eſt documento, cùm omnia quæ exterguntur & concoquuntur, ſuapte naturà ad coëundum apta ſint. Dein ſudor habetur, in iis tamen, quibus idem corpus, quod hunc reddit ſaporem, vnà emittitur & ſeuocatur. Res item quæ deuruntur, eodem ſanè modo ſe habent: pars enim quæ à calore non vincitur, in animalium quidem corporibus, excrementum & ſuperuacanea redundánſque materia vocatur: ſed in rebus quæ deuruntur, cinis. Quocirca nonnulli ipſum etiam mare deuſta ex terra procreatum inquiunt. Quæ ſanè ſententia perabſurda eſt: quanquam verum ſit, mare tali ſapore præditum à non diſſimili cauſſa emanare, atque cinerem videmus prodire. Nam vt in iis quæ commemorauimus; ſic in vniuerſo, ex iis quæ terra eduntur, quæque ſecundùm naturam oriuntur, vt è rebus deuſtis, intelligere ſemper debemus id quod remanet, terram eſſe nulla quaſi concoctione domitam. Quamobrem omnis in ſicco aſpiratio (ſiue exhalatio) ſicca eſt. hæc enim ſiue ſicca aſpiratio, ſiue reſidens terra, magnam etiam parit copiam ſiue aquæ ſalſæ, ſiue ſiccæ aſpirationis. Et certè poſtquàm euaporoſa ſiccáque aſpiratio humidæ admiſta eſt, atque in nubem & aquam ſe induit; neceſſe omnino eſt aliquid ſiccæ eiuſmodi facultatis intercipi, atque rurſus in cœleſti prouolui humore; idq. ordine quodam ſemper effici, quoad quæ hinc dimanant, conſtantiam ſeruare poſſunt & ordinem. Vnde ſalſuginis ortus in aquis duceretur, ex Ariſt. & philoſophorum mente complurium expoſuimus. Videtur autem Ariſtoteles illud ad hiſtoriam Sodomorum reſpexiſſe; quorum de cinere, aqua proximi maris ſalſuginem contraxerit: de quo ſic Gal. de ſimpl. medicam. facult. lib. 4. cap. 19. Aqua quæ eſt in lacu Palæſtinæ, in caua Syria, quem alij quidam mare vocant mortuum, alij ſtagnũ bituminoſum, guſtantibus non ſalſa modò, ſed & amara eſt. ſalem verò etiam habet ex ſeſe natum perinde amarum. primóque ſtatim aſpectu, vnà cum vniuerſo mari tum candidior, tũ craſſior apparet, ſalſugini meræ ſimilis:

Ex mare, terra ſudor.

Metaphora petita.

Sudor non ſalſus.

à ſimili.

Aliud ſimile.

Vrina cur ſalſa.

Dubia ex dubijs.

Sudor è terra, quò: an mare ſaluat.

Mare vnde factum.

Arist. de ſalſugine maris, ſententia.

Ἀναθυμίασις duplex.

Quæſtio.

Salſedo ab admixtione.

à ſimili.

N. imò noſtra excrementa ſuprà coctionem ſunt, præſertim amara, & bilioſa, vt patebit.

Concocta increſcãtur.

N. non tamen omnia, vide ſuperiora de peptſi & peſmo.

à ſimili. Cineris cũ excremẽtis comparatio.

N. Et rectè, propter caloris impreſſionem

à ſimili. Terra non cocta.

Salſedo à ſicca exhalatione.

Anathymiaſeos vtriuſq. miſcella, & effectus.

EX GAL.

Mare Sodomiticum, vbi & quale.

in quam ſi ſalem iniicias, ne liquari quidem etiam poſſit: plurimum enim eius in ſe habet: ac ſi quis in eam ſe mergat, continuò ſale tenuiſſimo velut conſpertus vndique emergere conſpicitur. Quapropter etiam aqua illa, quàm cætera marina, grauior eſt; idq. tanto pondere, quanto fluuiali, marina. Itaque ne ſi teipſum quidem demittas, in profundum deferri poſſis: ita attollit eleuátque aqua. vt ſi hominem ligatis manibus pedibúſque in ſtagni illius aquâ conieceris, deorſum ferri nequeat: ſalis enim ſubſtantia terrea grauiſque eſt. & quæ ille ibidem ex Ariſt. lib. 2. meteor. licet non nominato. vbi tandem infit; Quicquid ſalſum pluſculum excalfeceris, amarum tibi euadet. Sic & ipſius bituminoſi lacus aqua, in caua calidáq. regione contenta, dum Sole torretur, amara efficitur: proindéq. æſtate quàm hyeme amarior eſt. Nota eſt Sodomæ hiſtoria ex Geneſ. cap. 19. ſed qualem Ethnici diſſimulant, placet ad Ariſtotelis illam opinionem commemorare ex Strab. lib. 16. Ignis & bituminis fons ac multitudo in medio lacu eſt: quanquam & flatio ſit inordinata: quoniam ignis motus, ordinem non habet nobis manifeſtum, quemadmodum & multorum aliorum ſtatuum. Quòd autem regio ignea ſit, permulta alia ſigna afferunt: nam & petras aſperas exuſtas circa Moaſadas oſtendunt, & multis in locis præruptæ, & terram cinerulentam, & picis guttas ex petris diſtillantes, & flumina fœtido odore efferuentia, & habitationes paſſim euerſas; vt iis fidem adhibeant, quæ ab indigenis prædicantur; Quòd in hoc loco, XIII. vrbes olim habitabantur; quarum metropolis Sodoma, adhuc LX. ſtadiorum ambitum ſeruet: & quòd ex terræmotibus & ignis afflatu & aquis calidis & bituminoſis & ſulphureis, lacus eruperit; & quòd petræ igniferæ factæ ſint; & vrbium aliæ abſorptæ, aliæ ab aliis quicumque fugere potuerunt, derelictæ. Eratoſthenes contrà ſentit; quòd quum regio ſtagnis teneretur, maxima eius pars eruptionibus reiecta fuerit, quemadmodum mare. hæc ille de mari mortuo ſalſóve, ſeu rubro, ſiue Sodomitico & lacu bituminoſo Palæſtinæ, ad Ariſtotelis obiectionem conſentaneè. ſed tamen ad rei veritatem ex hiſtoria ſacra, & huic affini Iudaïca Ioſeph, Geneſeos, cap. 14. quinque tantùm ciuitates perhibentur à Deo cœlitùs conflagraſſe, ſcilicet Sodoma, Gomorrha, Adama, Sebom & Bala, ſiue Segor.

Ioſephus idem velut bibliorum compilator, & in pleriſque abbreuiator, ſummam rei ita ſubduxit libro primo antiquitatum Iudaïcarũ cap. 11. Per idem tempus, Sodomitæ diuitiis & abundantiâ pecuniarum elati, tam in homines contumelioſi erant, quàm ergo Deum impij. Quippe qui neque beneficiorum eius meminerant, & hoſpites auerſabantur: denique mutuis etiam libidinibus ſeſe inceſtabant. His rebus offenſus Deus decreuit ſuperbiæ pœnas de illis ſumere, & regionem eorum adeò vaſtam reddere, vt poſthàc nec plantas, nec fructum vllum produceret. Reliqua lege, ſiquando tibi vacabit. hæc autem paulò pòſt ita breuiter ſubiungit; tum Deus iaculatur telum in vrbem, eámque cum ipſis incolis exurit, & agrum quoque pari deuaſtat incendio. Idem rurſus author lib. 5. de Bello Iudaïco, cap. 5. de Natura Sodomitici lacus & ſalſi & amari, ita ſcribit comperta ſibi & certò explorata, contra fidem aliorum ex relatu tantùm audita referentium. Commemoratione autem dignum puto, Aſphaltitis quoque naturam exponere lacus. Is enim ſalſus quidem ac ſterilis eſt: nimiâ verò leuitate (an denſitate) etiam quæ grauiſſima ſunt, in eum iacta fluitant: demergi autem quis in profundum, nec de induſtria facilè poteſt. Denique Veſpaſianus, qui eius viſendi cauſâ illuc venerat, iuſſit quoſdá natandi inſcios, vinctis poſt terga manibus, in altum proiici: & euênit omnibus, tanquam vi ſpiritus ſurſum repulſos, deſuper fluitare. Huic lacui Sodomitica terra vicina eſt: olim quidem tam fructibus, quàm diuitiis ciuitatum fortunata: Nunc autem omnis exuſta; vt quæ habitatorum impietate, fulminibus conflagraſſe memoratur. Denique adhuc in ea diuini reliquias ignis, & oppidorum quinque videre licet imagines; & renaſcentes in fluctibus cineres: qui colore quidem ſunt edulibus ſimiles; carpentium verò manibus, in fumum diſſoluuntur & cinerem. Terræ quidem Sodomiticæ fabula, eiuſmodi fidem habet ex facie.

Comparatio aquarũ in grauitate.

Mirum de mari mortuo denſitate.

Salſa qui amareſcãt.

Mare mortuum cur ſalſum.

EX STRAB. Mari ſodomitici natura, & cur ſalſum.

Quòd Sodoma aſtuãt è natura.

Mare mortuum vnde eruperit.

Penta polis de cœlo taſta.

N. de Ioſepho.

Sodomitarũ excidium, eiuſq. cauſa & modus.

Sodomitici lacus natura & portenta.

Hiſtoria.

Sodomæ euerſio, & cauſſa modúſque: id Hieroſolymis.

Mira fructuum Sodomitici ſoli degeneratio.

CAP. VII.

De fontium & fluminum origine, & quorundam miris.

EX ARISTOTELE.

CÆterùm Ariſtoteles eodem opere meteorologico, originem fontium & fluminum ſic inquirit, ac primùm lib. 1. cap. 13. De fluuiorum ortu, inquit, ad hunc modum nonnullis ſtatuendum videtur. authores enim ſunt, aquã à Sole euectam, & per imbrem demiſſam, collectam ſub terra, tanquam ex amplo alueo effluere, vel aliud ex alio; nec interim vllum aquæ genus creari; ſed ex confluuio in eiuſmodi origines per hyemem facto, hanc fluuiorum vim effundi; ob eámque cauſſam, ſemper hyeme tumidiores eos rapi, quàm æſtate: & alios perennes, alios non perennes eſſe. Quorum enim propter aluei vaſtitatem, collectitia aqua ita affluat, vt ſatis ſit, nec antè conſumatur, quàm hyeme pluuia repetat, hos perennes ſemper profluere. ſed quorum anguſtiora ſunt receptacula, hos propter aquarum exiguitatem priùs exhauriri, quàm imber cœlitùs iterum delabatur inanito vaſe. Enimuerò abſurdum nimis erit, niſi exiſtimaueris, eâdem ipsâ cauſsâ aquam ſuper terram ex aëre oriri, qua ſub terra oritur. Itaque ſi aër per vapores miſſus, in aquam frigore cogitur; eandem ſanè mutationem in terra à frigore effici exiſtimare debemus: atque eò loci non ſolùm diſcretam ſeuocatámque aquam procreari, eandémque fluere; verumetiam illius ortum nunquam in-

De origine fontium & fluminum.

Aliorum ſententia.

Cur fluuij alij perenes, alij ſecùs.

Confutatio

Aqua quò gignatur, ex Ariſt.

termitti. Iam verò cùm aqua non procreetur, ſed quotidie illa, hoc eſt, pluuia adſit; non conſtat propterea fluuiorum originem perinde eſſe, ac ſtagna ſubterranea, eadémque dimuncta, vt nonnulli inquiunt. Imò vt in locis qui ſupra terram parent, tenues minutæque ſtellæ (imò ſtillæ) primùm in vnum conducuntur, aliæque deinde cum aliis coeunt; ad extremum pluuiæ incidunt aquæ copioſæ: ſic in terra, ex tenuibus admodùm ſtillis initio aqua emanat, fluxionéſque aquarum, & fluminum ortus æquè conſtant; ac ſi terra vnam ad rem impelleretur & ageretur. Hoc ipſum re quoque declaratur: etenim qui aquæductus extruunt, factis tum cuniculis, tũ ſuffoſſionibus, aquam corriuant: tanquam terra ex locis edita ſudorem in vnum effunderet. Quocirca rapidi fluminum curſus, ex iugis montium videntur præcipitare: atque etiam plurima ampliſſimáque flumina de montibus, in celſiſſima cacumina elatis defluunt. Fontes itidem maxima è parte, montibus locíſque eminentioribus propinqui ſunt. Quinetiam in camporum patentium æquoribus, pauci omnino ſine fluminibus erumpunt: præſertim cùm montes excelſáque loca, quaſi ſpongiæ, elata, paulatim quidem, ſed multa in loca aquã reddant, eandémq. ſtillantem contineant: magnam enim aquarum vim delabentem excipiunt. Quid enim intereſt, vtrùm receptaculum aquæ in cauum & reſupinum, an pronum & deuexum ſit? præſertim cùm vtroq. modo, propter denſitatem, æqualem corporum magnitudinem comprehendat, & loca illa vaporem ſurſum actum frigore efficiant, & in aquam mutent? Maximi igitur amnes, vt docuimus, maximis de montibus deferri videntur, iis præſertim, qui ad ortũ hybernum vergant. quodquidem terræ ambitum cognoſcentibus conſtare poterit, & exempla haud infrequentia paſſim docent, & Ariſt. ſpeciatim lib. de mundo ad Alex. & 1. meteor. enumerat. Ex iis quæ tradidimus, perſpicitur, fluminum initia ex præſcriptis alueis trahi non oportere; eóq. etiam magis, quòd nec nubes, nec terra (vt ita loquar) ſatis eſſet ad tantam aquarum vim cõtinendam. ſiquidem nubium aquam ſolùm fluere oporteret, & altera pars non oriretur, altera deflueret; ſed ſemper ex ea quæ continetur, diſpenſatio fieret. Fontium ſitus ſub montes haberi, teſtimonio eſt, quòd tenue admodùm confluuium agitur, & paulatim locus ipſe ex magna ſtillarum vi, aquas promit & diffundit; ita amniũ fontes exiliunt. Enimuero nihil abſurdum, iudicare loca eius generis reperiri, quæ aquarum copiâ affluant, vt lacus: niſi quòd eiuſmodi eſſe non poſſint, vt vniuerſa aqua ab illis profluat: & propterea non magis id eueniat, quàm ſi quiſpiam exiſtimet, conſpicuos ſolùm fontes, amnes effundere: nam maxima ferè illorum pars à fontibus originem trahunt ſuam. Ergo ſimilis res fuerit, ſi cenſueris fontes conſpicuos, vniuerſam aquam fluminum eſſe: & ſi quippiam aquæ per terram fluat, id totum aquæ fluentis corpus haberi. Flumina item quæ abſorbentur, & aliis locis redduntur (qualia multa priùs numeraui) ſatis indicant, terram tum anfractibus, tum cauernis ſubhiare. Huiuſce quidem rei cauſa eſt, quòd emiſſaria ex alueis in mare non habent: cúmque erumpere nequeant, ob montes circumgeſtos, ſibi ipſis exitum in terræ altiora parant: quando ipſa etiã ſupernè delapſa aqua, ad id cogat, & quaſi vim inferat. Cur autem loca ita mutentur, vt vbi priùs terra continens fuerit: nunc ſtagnent flumina, & contrà, Ariſt. tibi cap. 14. & vltimo lib. 1. meteor. declarabit; & nos iam ex Plinio & Ouidio inſinuauimus. Vt igitur ſubterraneorum hiatuum amplitudinem, cauſſam eſſe inquiunt, quare flumina alia perennia, alia non perennia ſint: ita nos cum Ariſt. excelſorum locorum tum magnitudinẽ, tum denſitatem & frigus, talis fluminum naturæ cauſſam afferimus; quandoquidem vberrimã illa recipiunt aquam, continent & effundunt. At quibus montes coagmẽtati aſſurgunt, parui tamen, & vel in morem fungorum, foraminibus peruij, vel lapidoſi, vel argilloſi; hæc ità antè conſumi arbitrari debemus (de iis loquor, ad quæ tale humorum confluuium fertur) vt eiuſmodi locorũ humores magis perennes reddantur. hæc autem ſatis longo interuallo magis ſiccari vidẽtur, cùm altera minùs fluida riguaq. ſint, quoad eadẽ traiectio reuocetur, & magna imbrium vis demittatur. Idem lib. 2. de plãtis ſic breuiter demonſtrata alibi reſumit; Quemadmodum in balneis (puto magis in alembicis) calor humorem trahit, & in vaporem conuertit; qui elevatus, quando ſuperfluus fuerit, in guttas vertitur. Sic in animalibus quoque ac plantis, ſuperfluitates ab infernis ad ſuperiora aſcendunt, & è ſupernis ad inferna deſcẽdunt. Eodem quoq. modo fluuij, qui ſub terra ſunt, è montibus generantur. horum enim materia, ſunt pluuiæ: & vbi auctæ fuerint aquæ, & intus in anguſtias redactæ, fit ex eis vapor copioſus: qui propter compreſſionem intus factam, terram ſcindit: quomodo fontes ac flumina apparent, quæ priùs non apparebant, ſed occulebãtur. Ideo terræ motus, ſæpenumerò fontes oſtendit & flumina: quæ priùs non apparuerãt; ſciſſa ſcilicet terra per vapores. ſæpè quoque fontes ac flumina coniuncta fuiſſe deprehendimus, facto terræ motu. Idem lib. de mundo ad Alex. Continet etiam terra in ſeipſa multos fontes vt aquæ, ita ſpiritus & ignis: quorum alij ſub terra conditi minùs vidẽtur, cùm non pauci reſpirent & flatus edant, vt in Lipara, Ætna, & Æoli inſulis. qui item fontes, in morem amniũ ſæpe fluunt, & vel igneſcens eiiciunt ferrum. nonnulli etiam ſub terra iis proximi, ex quibus aqua ſcaturit, illos calfaciunt. & nunc tepidæ aquarum ſcatebræ erumpunt, nunc feruentiſſimæ, nunc modicè temperatæ. quo libello, de mari & aquis plurima alia legere poteris. Extat ſub Ariſt. nomine liber de mirabilibus auſcultationibus, planè lepidus & iucundus, & mirãdarum narrationum fœcundus: ex quo pauca quædam exempla mirabilium aquarum, ad Plinium & Ouidium iſthæc adiungam. In Sicilia ferunt aquæ verticem eſſe, in quem merſæ aues

à ſimili.

Pluuiæ qui colligantur: nec ſi ſimiq.

Ab experientia.

Fluminum origo à mõtibus, quã.

Fontiũ origo à montibus, quã.

à ſimili.

Aqua receptaculum, quale.

Quòd maxima flumina è montibus.

Quòd aquæ fluminum, non ex alueis colleãtur.

Quòd fontes è montibus, demonſtratio: indique flumina.

Non omnia aqua ex lacubus.

à ſimili.

Flumina terris occulta.

A

B

C

D

E

Terræ hiatus aquam traijciunt.

Locorum naturam mutatio cõtinentia in aquas, & contrà.

Fluminum cauſſa vera & falſitas.

Fluminum perennium cauſſa, vel contrà.

Fluuiorũ à montibus generatio, & modus.

à ſimili.

Flumina & fontes qui repente apparent.

Fõtes aquæ, ſpiritus, & ignis, ſub terra.

Ab exẽplo.

Aquæ naturales calidæ, vnde.

Aquarum mirabilia.

Fons animans ſuffocata.

reliquáve animãtia ſuffocata, vitæ reſtituantur. Circa Iapygiam promontorium, vbi inter Herculem gigantéſq. depugnatum fabulæ teſtantur, fontem eſſe tradunt, qui cruore defluens, ea parte mare innauigabile reddat, fœtoris grauitate. In Scotuſis Theſſaliæ, fonticulum eſſe aiunt, vnde aqua defluens, vulnera conuulſionéſque cùm hominum, tum iumentorum ſanat: lignáq. iniecta, ſi fiſſa, non etiam confracta fuerint, glutinat & coniungit. In Carthaginienſium ditione, iuxta montem Comium, fontem oleo fluentem eſſe, ac odore cedrí gutis haud abſimili narrant. Polycritus rerum Sicularum ſcriptor, loco mediterraneo ſtagnum eſſe ait, ambitu ſuo ſcutum nihil excedés, aquâ reſplendente quidem, ſed turbulentiore nonnihil; in quem ſi quis lauandi gratiâ ingrediatur, in latum extendi quod ſi iteret, ampliùs dilatari: adeo vt amplificatum ſpatium quinquaginta etiam viros capiat. Verùm ad eam iam menſuram diffuſum ex imo intumeſcere: corporáque lauantum in ſublime rapta, foràs in pauimentum ſternere: ac mox ad veteris angustiæ ſpatium cõtrahi. atque id humanis non ſolùm corporibus, ſed quadrupedibus etiam ingreſſis vſuuenire perhibent. Apud Cyclopas Thracenſes fons eſt aquâ conſpectu quidem limpidâ, aliiſque, ſimilis: verùm hauſtus ab animante, ſubitò necat. & hæc quidem hactenus. nam de iis quæ in India vtraq. & orbe nouo, & alibi, tum noſtra, tum patrum memoriâ, olim inaudita, reperta ſunt, de fluminũ migrantium ſub terra & ſuper terram lapſu aurifluo, de fontium miraculis, de nouo maris & multiplici tractu monſtriferõ, ex recẽtium Geographorũ, Germanorum, Polonorum, Italorum, Luſitanorum, Hiſpanorũ, Anglorum, & aliorũ, præſertim verò, Ieſuitarũ hiſtorica fide, tum à nobis aliàs, tum ab aliis diſces per otium.

Fons cruentus.

Fons vlcera ſanans, & diuiſa glutinans.

Fons oleo diffluens.

Stagnum ſe ſponte extẽdens & cõtrahens, & corpora erudiens.

Fons enecans.

Tranſitio cum admonitione.

Cap. VIII.

De corporibus Pythagoricis regularibus, & eorum ad elementa proportione, & horum inter ſe. vbi & de aurea Iouis catena.

EX TIMÆO LOCRO.

Hæc mihi ferè dicta ſint ex philoſophorum deprompta monimentis; quibus pro coronide, & hoc ad extremũ adiungam. De elementorum inter ſe proportione, & imaginaria quadam geometricáq. ſpecie, ſic è Pythagoreis philoſophatur Timæus Locrus libello περὶ ψυχᾶς; quem Latinè tantùm citabo, propter loci prolixitatem: ſicuti pari de cauſſa, Platonem eãdem de re ad huius imitationem produxi diſſerentem. Semiquadrangulum, inquit, principium eſt terræ coagmentandæ: nam ex hoc, quadratum efficitur, ex quatuor ſemiquadratis compoſitum. ex quadrato autem oritur cubus, firmiſſimũ & ſtabile corpus vndique, ſex lateribus conſtans, & angulis octo. Hinc fit, vt grauiſſimũ & ad mouendũ difficile, mutationiſq. in alias res fugiens, alienúmq. corpus ſit terræ quod nullam cõmunicationem cum alio genere trianguli poſſit habere: ſola enim terra, ſempiternum habet elementum, ſemiquadratum. Aliorum verò corporum, ignis, aëris, aquæ, hoc elementũ eſt. ſexies enim ſemitriangulo compoſito, triangulũ æqualiũ laterum conſtituitur: ex quo pyramis, quatuor baſes & pares angulos habens componitur: quæ ignis ſpecies eſt mobiliſſima atq. tenuiſſima. Deinde octaëdrum, baſes octo & angulos ſex habens; quod aeris eſt elementum. Tertium icoſaedrum, baſibus viginti conſtans, & angulis duodecim; quod eſt aquæ plurimis partibus diuiduum & grauiſſimũ elementum. Hæc igitur ab eodem conſtituta elemento, alia in alia inuicem conuertuntur. Dodecaedrum autem, ſimulacrũ vniuerſi ſtabiliuit; quod ad globũ ſeu ſphæram quàm proximè accedit. Ac ignis quidem, ob partium tenuitatem, per omnia peruadit: aerque per alia, præter ignem: & aqua per terram. Vnde fit, vt omnia ſint plena, nihilq. relinquatur inane. Et vniuerſitatis circumactione vna conuertuntur, & inhærentia viciſſim conteruntur, & continuam mutationem ad ortus & interitus edunt. Hæc inſuper vſurpans Deus, hunc mundum fabricauit tractabilem in terra, aſpectabilem in igne; quæ duo ſunt extrema. per aerem autem & aquam, colligauit vinculo arctiſſimo, analogià videlicet, quâ & ſe & ea quæ aſtringit, cohibere contineréque poteſt. Quòd ſi planum ſit quod colligatur, vnum interiectum medium ſatis eſt: ſin etiam ſolidum, duo requirit. Duobus ergo mediis extrema duo accommodauit vt quemadmodum ignis aeri, ſic aer aquæ, proportione reſponderet: & vt aer aquæ, ita aqua terræ: & viciſſim vt ignis aquæ, ſic aer terræ congrueret. itémq. vice verſa, quemadmodum aquæ terra, ſic aqua aeri, & aer igni: viciſſimque vt terra aeri, ita aqua igni comparetur. Et quoniam poteſtate paria ſunt omnia, rationes etiã eorum in parilitate verſantur. Eſt igitur vnus hic mundus diuino vinculo colligatus, proportione. & ibidem, Terra in medio conſtituta & fixa, deorum focus & ſedes, noctes definit ac moderatur, occaſus & exortus gignit, antiquiſſima inter ea corpora, quæ cœli ambitu concluduntur. Nuſquam aqua genita eſt, quæ terrâ careat: nec verò aer, qui humido: igniſque humido, & materia quam incendat, vacuus haudquaquam permanere poſſit. itaque radix omnium & quaſi fundamentum, terra conſtabilita eſt ſuo ipſius momento. de qua nos iampridem diximus etiam ex hoc loco, & aliunde. Quibus etiam hoc adde affine ſuperioribus; Terram eſſe frigidam ſiccam; aquam autem frigidam & humidam; aerem verò calidum & humidum; ignem denique calidum & ſiccum. hæc autem mutuò alterari & inuicem degenerare, præſertim in affine ſibi: vt aerem in ignem, aquam in terram, & contrà. Sic enim perhibent nonnulli; ex vno pugillo terræ, rareſcendo decem aquæ pugillos fieri: & ex decem ignis pugillis, craſſeſcendo vnum aeris pugillum exiſtere; vt ſit par de cæteris ratio, à tenuioribus ad denſiora craſſeſcendo, qua

Semiquadrati dignitas & antiquitas, & efficacia.

Pyramidis compoſitio, & huius ad ignem proportio.

Sic octaëdri ad aërem.

Sic icoſaedri ad aquam.

Sic dodecaëdri ad vniuerſum.

Elementa quò ſe mutuò habeãt, vt non ſit vacuum: & quomodo agant.

Elementorũ inter ſe nexus, & eorum inuicem proportio.

Ratio paritatis in elementis.

Terra ſedes & effectus.

Elementorũ mixtio & mutua actio paſſioque.

Terra, baſis omnium elementorũ.

4. Elementorum qualitates, & mutua conuerſio.

Terra analogia ad cubum & quadratum, & horum origo.

Cubus, qui.

4. Elementorum proportio in mutua alteratione & cõuerſione, qualis ſit.

qua ignis in aërem, aër in aquam, aqua in terram decuplando conuertatur: & contrà, terra in aquam, aqua in aërem, aër in ignem, rarefcédo commutetur. Hoc etiam licet alibi dictum iampridem, retexam ex Ambrofio lib.6. cap.3. in hexaëmeron; Terræ menfura circuitus, Geometris centum octoginta millibus ſtadiorum æſtimatur. alij ſic colligunt: Totius orbis terræ ambitus, authoritate Theodoſij, Macrobij, Eratoſthenis philoſophorum, 256000. ſtadia continere definitur: vnicuique quidem 360. partium zodiaci, 700. ſtadia deputando. quæ ſumma, 31500. milliaria conficere creditur, ex Io. Sacroboſcio, ſumptum è Macrob.c.20.lib.1. in ſomn. Scip. vt autem menſuras iſtas, ſi occurrant, metiare, hos tibi verſiculos habeto;

Circuitus terræ menſura.

Quatuor ex granis, digitus componitur vnus:
Eſt quater in palmo, digitus: quater in pede, palmus.
Quinque pedes, paſſum faciunt: paſſus quoque centum
Quinque & viceni, ſtadium dant, ſed miliare
Octo dabunt ſtadia. hoc duplicatum dat tibi leucã.

Nota verſus. Granum, Digitus, Palmus, Pes, Paſſus, Stadium, Miliare, Leuca Gall.

EX PLATONE.

SED redeo ad promiſſum. Plato in Timæo hanc Timæi Locri archetypi pro ſuo more explicans theologiam, de triangulis quædam præfatus, ita ſubintulit; Iam verò genera quatuor à nobis paulò antè digeſta, in ignem, terram, aquam, aërémque diſtribuamus. Terræ cubicam ſpeciem aſſignemus: nam omnium quatuor, maximè immobilis terra eſt, & corporalium omnium compacta maximè. tale verò illud præcipuè factum eſſe neceſſarium eſt, quòd firmiſſimas tutiſſimáſque poſſidet baſes. In triãgulis porrò, qui æquilateres (ſeu æquilateri) ſũt, firmiorem tutioremque, quàm inæquilateres (vel, -teri) baſin poſſident. & quod ex vtroque compoſitum eſt planum æquilatere æquilateri (vel, -terum-tero) quadrangulum, certè triangulo tam quò ad totum, quàm quò ad partem, ſtabilius neceſſariò prouenit. Quamobrem ſi conuenientem probabilémque ſequi rationem velimus, terræ id tribuamus: aquæ deinde, quod tribus reliquis eſt immobilius: igni, quod nobiliſſimum, aëri, medium. & corpus quidem minimum igni, aquæ maximum, aëri medium. acutiſſimum quoque igni, ſecundum ab hoc, aëri, aquæ, tertium. Ex his omnibus, quod baſes pauciſſimas habet, velociſſimum eſſe neceſſarium eſt: eſt enim ad penetrandum promptiſſimum: quippe cùm prorſus ſit omnium acutiſſimum: leuiſſimum quoque; cùm ex pauciſſimis partib. eiſdem conſtet: quod ſecundum eſt, ſecundo loco habeat hæc, oportet: tertio, tertium. Igitur ſecundùm rectam probabilémq. rationem, pyramidis ſpecies ſolida, elementum ſeménque ſit ignis. ſecundam verò generatione ſpeciem, aëri, aquæ tertiam tribuamus. vbi mox de mutua eorundem mutatione alius in aliud, & eorundem differentiis atq. affectis, ſed longiori oratione, quàm vt nũc ſingillatim explicari debeat.

4 Elementorum analogia; Terra ad cubũ, ignis ad pyramidem, aqua ad icoſaëdrum, aëris ad octaëdrum. Triangulorum inter ſe comparatio.

Corpora qualia quibus elementis conueniant.

Ex hac ſchola Pythagorica, ſicuti multa alia præclara, ſic etiam quinq. iſta corpora regularia, in ſua geometrica elementa retulit Euclides ille μεγάλος lib.11. primùm definiens στερεὸν ſolidum, deinde quid πυραμὶς pyramis, tum quid κύβος cubus, tum quid ὀκτάεδρον octaëdrum, tum quid δωδεκάεδρον dodecaëdrum, tum quid εἰκοσάεδρον icoſaëdrum: & hæc inter complura eiuſdem argumenti comprehendit, & lib.13. perſequitur. vbi ſcholion ita concludit; Aio verò, præter dictas quinque figuras, non poſſe aliam conſtitui figuram ſolidam, quæ planis & æquilateris & æquiangulis contineatur, inter ſe æqualibus. Non enim ex duob. triangulis, ſed neq. ex aliis duab. figuris ſolidus conſtituetur angulus: ſed ex trib. triangulis cõſtat pyramidis angulus. ex quatuor autem, octaëdri. ex quinque verò, icoſaëdri. ex trib. quadratis, cubi angulus continetur. ex tribus autem pentagonis æquilateris & æquiãgulis, dodecaëdri angulus continetur. & quæ ibidem plura demonſtrantur, & in librum vſq. decimũ quintum, aduſq. operis finem continuantur. Quam in ſententiam, poëta Græcus epigrãma conſcripſit, arguti inuenti gloriam deprædicans, Pythagoræ, Platoni, Euclidi, ſuo cuíuſq. merito impertiens. Et tamen hæc tam grauia, tam ardua, tam mirifica, Iuppiter apud Homerum, catenâ quadam aureâ ſeſe gloriatur in cœlum poſſe attollere, ſi velit. Quidni verò faxit? cùm & homuncio vnus aliquis (opinor, Archimedes, vt Pappus à me Latinè pridem conuerſus, & mihi per plagium ante annos 40. ademptus, referre viſus eſt) de ſe licet mortali iactare auſus ſit; Da vbi pedem figam, & hanc molem terreſtrem ad cœlum vſque ſubucham. Græca nunc non occurrunt: haud ſcio an hunc in modum; δὸς ποῦ στῶ καὶ πόδα κίνησω, τὴν σπεῖραν, ἢ σπεῖρα, ἢ τὸν γῆν αἴροιμι. ad Homerum mox reuertar: Alcinoï conformem Platoni magiſtro, ſed explicatiorem iſtam (quam tamen à Timæo depromptam ignorauit) elementorum analogiam ſubiungere dictis placuit, ex cap. 13. lib. de doctrina Platonis. Corpus mundi (inquit) ex igni, terra, aqua & aëre compactum eſt. quatuor enim hæc artifex ipſe mundi comprehendens, nullũ priùs elementorum ordinem obſeruantia, ſignauit ea pyramide atque cubo & octaëdro atque icoſaëdro: cunctis autem impreſſit dodecaëdrum. Quatenus ergo materia pyramidem figuram induit, ignis emicuit: ea quippe figura tenuis, & ad inciſionem præ cæteris apta, ex paucioribúſque triangulis conſtituta; ideóque omnium figurarum leuiſſima. Quatenus autem octaëdrũ, aëris ſubinduit qualitatẽ. At verò cùm primùm icoſaëdram figuram cepit, aquæ naturam ſortita eſt. Figuram denique cubicam, terræ largitus eſt, ſolidiſſimæ quidem atque elementorum omnium ſtabiliſſimæ. Figurâ denique dodecaëdra, ad vniuerſi fabricam vſus eſt. hæc ille & breuiter & enucleatè. At Homerus initio Iliad. θ'. concilio Deorum acciro, & iuſſa probare ſua comminatus, nec vſquequaque infringere, ſui numinis potentiam ſic deprædicat,

Quòd ſola quinque figuræ ſolidæ, & quales.

Pyramidũ, octaëdri, icoſaëdri, cubi, dodecaëdri, qui & quot & quales anguli.

Ienũ aurea catena.

Terra poteſt in cœlum attolli, mirum.

Mundi partes.

4 Elementorum analogia ad totidem corpora.
Vt ignis ad pyramidẽ.
Vt aëris ad octaëdrum.
Vt aquæ ad icoſaëdrũ.
Vt terræ ad cubum.
Vt vniuerſi ad dodecaëdrum.

by Google

Τυάντ' ἔπαθ' ὅσσ' ἐμὶ θεῶν τέρπνος ἀοιδός.
Εἰ δ' ἄγε πειρήσασθε θεὰ ἐν ὄψιν πάσης·
Σειρὴν χρυσείην ἐξ οὐρανόθεν κρεμάσασθε,
Πάντες δ' ἐξάπτεσθε θεαί, πᾶσαί τε θέαιναι.
Ἀλλ' οὐκ ἐρύσσητ' ἐξ οὐρανόθεν πέδον δὲ
Ζεὺς ὕψιστ μήστωρ, αἰθὶ τί μάλα πολλὰ τάμοιτε.
Ἀλλ' ὅτε δὴ ἤ ἐγὼν αὐτόχθονα ἐθέλοιμι ἐρύσσαι,
Αὐτῇ κεν γαῖῃ ἐρύσαιμ' αὐτῇ τε θαλάσσῃ.
Σειρὴν μὲν κεν ἔπειτα περὶ πρὸν οὐλύμποιο,
Δησαίμην· πάντ' κ' αἶψα μετίοεν πάντα ἥδεα.
Τόσσον ἐγὼ περέω' ἐμὶ θεῶν, περέω' ἐμὶ ἀνθρώπων.

id est, verbum si verbo referas; namque ad manum non est Zobanus poëta perelegans Homeri interpres.

Iouis omnipotentia probatio.

Cognoscetis postea quàm sim deorum fortissimus omnium.
Eia agite, experimini dij, vt videatis omnes.
Funem aureum è cœlo suspendentes,
Omnes detrahite dij, omnésque deæ:
Sed non trahetis è cœlo in terram
Iouem eximium consiliarium: ne si valdè multùm quidem laboraueritis.
Sed quando iam & ego promptus velim trahere,
Ad ipsam terram trabam vel ipsum mare.
Funem verò (siue catenam) postea circa summitatem olympi
Ligabo: hæc autem rursus suspensa omnia fuerint.
Tantò ego supráque deos supráque homines exto.

CAPVT IX.

De numero & generatione humorum in corpore humano. vbi obiter & de aqua pluuia, & mari falso, & quibusdam etymologiis.

Transitus.

ATenimuerò cum philosophis, poëtis & mathematicis nunc quidem satis iocatum est: deinceps ad medicos venio, cúmque iis, humores nobis congenitos percontor: atque ab Hippocrate coryphæo exordior. Hic author, de aquis multa scripsit tum alibi, tum lib. de aëre, locis & aquis inscripto. sed & librum de humoribus edidit, atque alterum de humidorum vsu: idémque lib. de natura humana, de corporis humani humoribus acutè disserit, ex quibus postea, suis pauca quædam locis idoneis producemus. illud verò nunc proponamus ex eodem lib. de aëre, locis, aquis. vbi postquàm de fontanis aquis disertissimè disseruit, & aquæ bonæ notas explicauit, à gustu, pondere, statione, ortu, colore, odore, virtute petitas: vel ex aduerso, prauæ & noxiæ: sic demùm intulit, Aquæ pluuiales leuissimæ & dulcissimæ tenuissimæ & splendidissimæ sunt. primùm enim Sol quod tenuissimum ac leuissimum est in aqua, educit ac sursum rapit. clarum autem hoc, ipsum mare facit: quod enim salsum est, isthic relinquitur; quæ crassitudine & grauitate, fit mare. quod verò tenuissimum est, sol sursum rapit præ leuitate. rapit autem tale, non solùm ab aquis stagnantibus, sed etiam ex ipso mari, & ex omnibus, in quibus aliquid humoris inest: inest autem in omnibus rebus. & ex ipsis hominibus

Signa bonæ aquæ, vel malæ, vnde.

Aquæ pluuia dotes, & generatio.

Mare cur salsum, ex Hipp. & N.

A tenuissimum ac leuissimum humorem sudoremque ducit. Quapropter etiam ex omnibus aquis hæ citissimè putrescunt: & odorem malum, pluuialis aqua habet, eò quòd ex plurimis congregata est ac permixta, vt citissimè putrescat. Ad hæc verò, vbi rapta est & in sublime eleuata, dum circunfertur & ad aërem permiscetur, quod turbidum est in ipsa, ac nocturnum refert, id excernitur ac decedit, & fit aër & nebula. quod verò tenuissimum ac leuissimum in ipsa, hoc relinquitur ac dulcescit, dum à Sole vritur ac coquitur. Fiunt autem & alia quæ coquuntur, semper dulcia. Quãdiu igitur dispersa fuerit, & nondum congregata, fertur sublimis. vbi verò coaceruata fuerit, ac simul congregata derepente à ventis inter se aduersariis; tunc deorsum prorumpit, quâ parte plurima collecta fuerit, & præ grauitate deorsum ruit, & fit pluuia. Addit his Aristoteles vno verbo, κατ' ἀπαρτισμὸν, per expressionem, neque ab hac Hippocratica sententia discedit. In qua vides, quomodo illi cum priscis dictis istis philosophis conueniat, de causa præcipua certioréque, salsedinis maris. Ex quo mihi quidem factum videtur, vt mare apud Latinos ab amarore nomen traxerit. nam θάλασσα ἀπὸ τῆς ἅλης Graiis, haud scio an ex eo dicatur, ὅτι θάσσει ἄσπ ἀπὸ ἅλης, quòd in mari plurima vigeant & vegerentur. vix enim vsquam est rei naturalis figura vlla, cuius imaginem quandam mare non referat: ne si Monachum quidem desideres, vt alibi ostendi, nisi cum aliis placet, θάλασσα παρὰ τὸ θάλπω, ab æstu & agitatione, vnius mutatione literæ σ in θ. ἀπὸ τοῦ θάσσει τὸ ἅλας τὸ θάλασσα, quòd vicinum sit morti, ob impendentia vndique pericula. ἀπὸ τοῦ θάσσει τοῦ ἁλὸς θάλασσα, quòd sal gignat. ἀπὸ τῆς διαπλατείας ἐχει τὸ εὖρος, quòd viam dilatatam habeat, ob aluei altissimam profunditatem, & amplissimam latitudinem, & conceptaculum longè capacissimum. Quo fit, meo quidem iudicio, vt affluentibus, & eò se præcipitantibus atque exonerantibus vndique riuis & ostiis fluminum, non redundet tamen, vt è Salomone & philosophis nuper proferebam, racitâ licet causâ; & admirationi, quàm rationi certæ potiùs attributa. Et verò maris vbertas, cum terræ fœcunditate forsan certare ausit, piscium tam ferax omnigenûm, quàm tellus fructuum; & mercimoniorum frequentiâ, terræ neutiquam cedens; licet pluribus exposita periculis. Vnde philosophus percontanti cuidam, plures an pauciores mortuis viuerent, dixit nauigantes inter vtrosque ambigere. Sed quoniam vocum etymologias inquirere cœpimus ad rem præsentem facientes, pergamus dicere. Aqua forsan ex eo dicitur, quòd sit æqua siue æqualis, & vndique adæquata, vel æqualiter constrata. ex quo Latinis, æquoris appellatio fluxit. Virgilius,

Cùm placidum ventis staret mare ——

æquor periphrasticè designauit. Nonnullis aqua, quasi à qua sit vita, duci videtur.

Aqua pluuia cur putredini obnoxia.

Aqua in nubem qui degeneret.

Cœlo dulcescunt.

Pluuia qui decidat.

Hipp. de pluuia & marii salsedine sententia philosophica.

Ita visum N.

Mare vnde dicatur, nisi θάλασσα.

In mari rerum figura omnium.

Piscis monachus.

Mirum.

N. mare cur à fluminibus nõ redundet.

Marù cum terra comparatio vbertatis.

Marù pericula.

Aqua vnde dicta, & æquor.

Digitized by Google

EX VARRONE.

Aqua cur fœmina, ignis mas dicatur, duo omnia pereuntia.

HInc aqua, fœmina Varroni dicitur lib. 4. quòd fœtus ab eius humore, & eorum vinctione sumit Venus. Ignis autem, mas, quòd ibi semen. quæ est nobis caussa nascendi duplex. At idem Varro eodé lib. 4. Aqua, quòd æqua summa, inquit. ὕδωρ, οἷον ὁμοῦ πᾶν ὂν ῥεῖ, quòd aqua, pluuiæ beneficio cõcedatur (alij autem δ, pleonasmo addicunt) si post Platonem audendum est, qui in Cratylo, πῦρ ἢ ὕδωρ, barbara ducit nomina, & incertæ apud Græcos originis. Vt temeritati sit affine, si Gallus Athenienſem, Nancelius Platonem, Picardus Græcum Græca quasi docere ausit; aut potiùs magistro discipulus percunctando communicare, & sententiam expectare. Quid si adeo πῦρ, quasi φῦρ, aspirata in tenuem conuersa, ἐν φυσιδρῳ ἑλκόμενον; quòd flatu & flabellis, ignis accendatur? ὃ οἷον πῦ φύσιν· φύσι γὰρ λαμπάδων ὕλας· aut à pullulo & exorior: acceptâ & nactâ si quidem ignis viget & repullulat materiâ. sed hæc intra coniecturam posita sunt, & similima veri. vt & quòd humor ἀπὸ τοῦ ὑεῖν (nisi ab humo potiùs, cui innatat & immergitur, vt priùs ostendi) vnde & ὑάδες potiùs ἀπὸ τοῦ ὑεῖν, ἢ ἀπὸ τῶν ὑῶν, à pluendo, quàm à suibus: ex quo perperam Latini licet prisci ante Tullium, suculas detorserunt, quas Pluuias dicere debuerant. licet Phrygium vocabulum ὕδαμος, Plato in Cratylo sentiat. Cui cum Varrone, indagandas linquamus etymologias; & si quis est, vt fortè Isidorus, qui eiusmodi studio propemodùm inani delectatur,

Tam filli prauique tenax, quàm nuntius veri.

Iam enim tempus est, vt ad rem ipsam deueniamus, & humorum nostri corporis numerum naturámque, si non vniuersalem, at insigniorem illustriorémque inquiramus & indagemus. si quidem de aqua, terra, aëre, igni, vt elementis, alibi commodiùs in physiologia dicetur: atque nos hîc de singulis obiter tantùm, vt analogiæ ratio intelligatur.

Humor vnde dictus, & hyades, quæ.

N. excusatio de se ad Platonem.

πῦρ vnde dictum.

N. etymologiarum inane & fallax studium.

Fabius Varronem videt in hoc argumento.

Propositio.

Scripsit Galenus sub finem lib. 2. facult. natural. hunc in modum; Porrò scripsimus & alio libro de succis sub authore Praxagora Nicarchi filio. etsi enim is decem maximè præter sanguinem faciat (quippe sanguis ipsi vndecimus sit) tamen ab Hipp. doctrina non recedit: sed qui ab illo simul omnes cum propriis demonstrationibus, primi dicti succi sunt, hos in species quasdam differentiásque diducit. hæc ille quidem: quæ amborum de humoribus disceptatio si supereſſet, aut minùs necesse nobis nunc esset de iisdem scribere, aut ex iis multa desumere possemus. sed vterque commentarius, cùm aliis multis veterum scriptis præclaris, magno reipubl. literariæ damno & iacturâ, excidit. itaque hanc nos etiam partem, quâ possumus diligentiâ & conquisitione veterum sarciamus. ac primùm nostra de sententia, paucis summam rei proponamus: deinde authoritate summorum virorum, nostro more illustremus; & singillatim atque vniuersim amplificemus. Numerum certum quidem non definiemus: sed inter differendum, quò plures humores nominabuntur, ij omnes subducti, summam suam indicabunt, & fortè ab illis propositum numerum integrabunt.

Humorum numerus, & qui de in scripserint, & enumerarint.

Propositio.

Humores igitur nostri, aut sunt insiti, aut asciti. insiti sunt & innati, primi duo illi, è quibus nostra prima extitit olim conformatio, videlicet semen vtriusque parentis, & sanguis maternus seu menstruus. de quibus partim iam antè, partim adeo pluribus posthàc. asciti autem sunt, qui ex alimento potúque nobis accedunt alibili. Nam qui quatuor nos primarij ac primigenij componunt humores, sanguis, pituita, & bilis vtraque, ij conditionem vtramque sortiuntur ac respiunt: tum quia nostræ olim generationi interfuerunt primi, & quidem à matre, velut terra, per vasa vmbilicalia, ceu radices quasdam pertracti, vt pridem patuit: tum quòd eosdem tum augescendo, tum reparando, propter assiduum de nobis effluuium, nouos quotidie nouis cibis idoneis, vi concoctrice ventriculi de integro generamus. quomodo autem concoctio fiat, & vbi, & quotuplex sit, iam antè suo loco explicauimus. quî verò nobis congruenti sint isti humores & coaliti; & cur dicantur, ac sint συγγενεῖς, posthàc ex Hipp. & Gal. patefiet. Partitionem interim nostram, hoc Aristotelis obuio testimonio confirmabimus ex cap. 7. lib. 2. part. animal. vbi connatos alios vocat, vt fortè sanguinem, pituitam, bilem vtramque, & si quis ex iis porrò constat aut efficitur: alios autem postgenitos, vtpote excrementa cibi & potus; præterea lac & semen. de quibus posthàc tum ex hoc eodem authore, tum ex aliis plerisque speciatim dicetur. nunc autem sic de generatione humorum in nobis facta, breuiter transigimus, ac veluti præfamur.

Humores igitur nostri, aut sunt insiti, aut asciti.

4 Humores ambigui, vnde.

Humorum diuisio, & qui, vel asciti.

Humorum alia diuisio in connatos & post genitos.

Humorũ in nobis generationis modus.

1 Cibus. Coctio qui fiat.

2 Chylus.

Chylus & chymus quâ differãt, & chyli qualitas.

3 Sanguis

4 Humores 4.

O nunc alimentum familiare & idoneum naturæque conueniens, à calore nativo euincendum & alterandum, vbi semel in ventriculum incidit, vi & energiâ partis, & proprietate substantiæ eiusdem, & facultate caloris insiti, demulcetur, mitificatur, & concoquitur; transítq. in chylum propriè dictum (sic enim χυμὸν & χυλὸν antea distinximus, vt χυλὸς, cremor, specialiter de cibi prima coctione, χυμὸς, succus, de quolibet humore dicatur) colore & consistentiâ lacti haud absimilem: quem velut humorem primum ac primarium possumus dicere; à quo reliqui deinceps omnes oriuntur & fiunt. Qui mox per venas emulgentes, quasi per manus attractus, vi ἀμυγμοῦ, iecoris, in sanguinem demutatur. Quiquidem confusus primùm, omnes in sese humores mixtos complectitur, mox partium quarundam vi & operâ peculiari distinguendos, separandos ac secernendos, atque vt vulgo loquuntur, sequestrandos. Quòd autem pro alimentorum diuersitate, & ventriculi robore, & caloris natiui concoquentis efficientiâ víque, huius aut illius humoris maior aut minor gignatur portio, dictum alibi, & posthàc necessariò repetetur. Iam verò de massa illa sanguinea & confusa, pars quæque vicina

Partes excrementa recipientes. Cor purificat & absolut sanguinem.

& vicaria, ſuum ſibi excrementum attrahit; quòd ſanguis purus & defæcatus ad cor, velut fontem purificantem, aut ciſternam aliquam puram & capacem confluat deinceps, vltimâ ſuâ perfectione, vi caloris vitalis elaboratus, ſuis demum ductibus & vaſculis per corpus vniuerſum varias in partes quaquà versùm deferendus. Hinc fit, vt proxima iecinori cyſtis ſubiecta, fel ſubtiliſſimum & igneum ad ſe per meatus χοληδόχους emulgeat & proliciat. Craſſiſſimam autem fæcem melancholicam, ac veluti limum ſanguinis, lien hepati oppoſitus, ad ſe alliciat. Pituita in ſanguinem verti facilis, bonâ ſui parte, ſanguini permixta maneat: aut iam antè in profundo ventriculi ſinu ſubſideat, ſi quâ vi concoqui tandem poſſit: aut alioqui vomitu, ſaliuatione, excretione per inferiora ſecedat, aut inteſtina ſuo lentore oblinat. Quod autem liquidius eſt atque ſeroſius, illud quidem vel per habitum corporis aliti, ſanguini permixtum effunditur, fitque ſudor, per poros cutis attenuando expellendus: Aut infrà ſubſidit, & vi renum attractrice percolatur, in vrinam vertendum, mox veſicâ excipiendam, & foràs ſuo tempore excernendam. At de bono & laudabili ſanguine, tum viteriore coctione (quod paulò antè in Ariſt. improbaui) tum proprietate partium, gignuntur liquores duo blandi ac benigni: Prius quidem ſemen illud eximium, noſtræ olim generationis principium, in mare & fœmina tuis conceptaculis recipiendum, & teſticulorum in vtriſque vaſorúmque ſpermaticorum facultate tranſmutandum; deinde verò ibidem aſſeruandum. Poſterius autem lac, velut ſanguen album, à glandulis mammarum aſſimilatum ac dealbatum. Quodquidem licet fœmineo ſexui magis familiare ſit & peculiare: tamen viris etiam quodammodo aſciſci poteſt, longâ licet operâ atque induſtriâ. Niſi viroſum eiuſmodi lac futurum eſſet, ac nulli deinceps vſui: non magis quàm illud Plinij lac gallinaceum, quod iam in prouerbium abiit, aut quaſi quis mulgeat hircos, ſicuti poëta iocatur in Bucol. Iiſdem porrò fœminis propria ſunt duo præterea humorum genera, vel copiam ſuperfluam vacuantia, vel imputitatem & κακοχυμίαν vitioſam repurgantia. Huius autem generis ſunt αἱ λοχεῖαι, quæ poſt partum vteris effluunt: illius verò, aut potiùs vtriuſque generis ſunt menſes, ſtatis temporum menſtruis interuallis ferri ſponte naturæ ſoliti. Saliua & mucus tum ore, tum naribus aſſiduè effluit, & cerebrum ventrémque & thoracem tum onerans, tum exonerans: ſed excrementi potiùs, quàm genuini humoris naturam redolet. Atque haud ſcio, an iſto numero quondam Praxagoras noſtri corporis humores omnes finierit: quiquidem hactenus breuiter à me ſunt commemorati (quibus chylum pro baſi potes adiicere) ſanguis, pituita, bilis flaua & atra, ſaliua ſeu mucus, ſudor, vrina, ſemen, lac, menſes, lochîa. quo vndenario numero toto, nuper dixi à Galeno humani corporis humores omnes & vniuerſos, authore Praxagora cenſeri. ita tamen, vt plures accenſeri poſſint, ſi quis velit iſtorum differentias ſingulatim perſequi: cùm ſuus cuique humori ſit congener ichor, ſanguineus, pituiteus, bilioſus, atrabilarius: cum de carne liquata per vim caloris non naturalis, pinguedo quædam reſudet (ne quid de adipe aut medulla dicam, de quibus forſan poſthàc ſpecratim, ſed concretis, ac non liquidis) cùm de ſuppreſſo ſanguinis ſero pituitoſóque, aut vrina ſubſiſtente, gignatur hydrops: cùm de ſanguine putri aut alterato gignatur pus: cùm pituita ſit omnino multiplex, præcipuéque triplex illa vulgaris, nempe dulcis, acida, ſalſáque: cúmque bilis vtraque ſimiliter ſit multiformis, variis diſtincta nominibus, vti patebit: cùm pituitæ naturam referat craſſus ille humor, qui calculum gignit, & viſcoſum gluten colore & conſiſtentia refert: cùm eidem Praxagoræ quidam vitreus humor ſpecialiter denominetur: cùm in oculis, præter cryſtallinum, inſit vitreus alter, alter albugineus: cùm ſtiria naſo haud infrequens ſenibus & frigidis excrementitiſíque propendeat: cùm vlceribus ſordes frequens ſaniéſque innatet. & ſi quid denique eſt præterea ſpeciale aliud in corpore: vt qui nitroſus humor pruritum excitat, aut qui craſſior ſcabiem inducit. ne de aliis aliorum affectuum præter naturam humoribus dicam, phlegmones, herperis, eryſipelatis, oedematis, ſcirrhi, choeradum, meliceridum, atheromatum, ſteatómatum, & quæ ſunt penè innumeræ prauorum humorum in humanis corporibus ſoboles. de quibus ſingulis non ſtatui ſingillatim & priuatim dicere: ſed de primariis illis ac præcipuis magni momenti & effectus ſemper habitis humoribus. incipiam autem ſi vultis, à Platone, aut ab huius prototypo Timæo illo Locrenſi, Pythagoreo philoſopho: qui in ſuo de natura libello ita ſcriptum reliquit. Græca conſultus prætereo, breuitati ſtudens.

5 Fel, ſunt bilis.
6 Humor melancholicus.
7 Pituita.
8 Sudor.
9 Vrina.
10 Semen.
11 Lac.
Lac in maribus, quid.
Proverb.
12 Lochia.
13 Menſtrua.
14 Saliua & mucus.
Summa humorum in nobis omnium, numero vndecim, vel duodecim. An etiam plurium.
Humores adnectit, & eorum differentias.
1 Serum quadruplex.
2 Colliquatio & ſyncrisis.
3 Hydrops.
4 Pus.
5 Pituita triplex.
6 Bilis multiplex.
7 Humor crudus.
8 Humor vitreus.
9 Oculorum humores duo triſtes.
10 Stiria.
12 Rhypes & ſordes.
11 Humor praeter naturam.
13 Humorum apoſtemata.
Propoſitio.

CAPVT X.

De quatuor humorum nobis congenitorum natura, vi & vſu, & analogia cum elementis, ab authoritate Phyſicorum.

EX TIMÆO LOCRENSI.

MORBI porrò initia ſunt, primarum facultatum intemperies ac immoderationes; ſicubi redundent aut deficiant ſimplices illæ facultates, caliditas, frigiditas, humiditas, ſiccitas. deinceps ſanguinis mutationes ac variationes ex corruptione, colliquatæve carnis cauſsâ natæ vitioſitatis; ſi quando permutationes ad acerbum, ſalſum, acre, ſanguinis mutationes; aut carnis colliquationes oriantur. hinc enim bilis & pituitæ origines exiſtunt. Morboſi humores & humidorum putredines, exiles illæ quidem ſunt,

Morborum cauſſæ.
Bilis & pituita origo.

quæ ad imum vſque non peruenerunt: difficiles tamen, quæ ortum & originem ab oſſibus ducunt: moleſtæ, quæ à medulla pendent. Extremi morborum ſunt, ſpiritus, bilis, pituita, cùm augentur, & ad partes alienas, aut loca periculoſa fluunt: Hûc enim vice meliorum, membrum occupantia, & quæ cognata erant, abigentia, adhærent illic & corpora vexant & in ſui tabem ipſa reſoluunt. Atque corporis quidem hæ ſunt affectiones; indéque animi morbi non pauci exoriuntur, & alij aliarum ſunt atque aliarum facultatum: vt ſentientis, memorantis, appetentis, patientis, ratiocinantis, cupientis, & ſi quæ ſunt aliæ breuiter ibidem Timæo indicatæ potiùs, quàm declaratæ.

Morbi qui grauiores.

Morborum in partibus cauſa.

Animi morborum cauſa vnde, & quot.

EX PLATONE.

AT Timæus ille Platonicus ſic rẽ illuſtrauit, cuius Græcâ orationem mihi nunc omittẽdam, ob nimiam prolixitatẽ, iudico. Morbi autẽ vnde naſcãtur, quis dubitet? nã cùm quatuor illa ſint, ex quib. cõpactum eſt corpus, terra, ignis, aqua, aër: horũ contra naturã abundantia defectuſque, & ex loco proprio in alienũ tranſlatio, per quã quod ſibi cõueniẽs eſt, nõ tenent, inteſtinã quandã ſeditionẽ & morbos inferũt. Quãdo enim præter naturã vnũquodq. fit aut tranſfertur, caleſcũt vtique, quæ antè frigebant; arida madẽt, graueſcunt leuia, & cætera omnia ſimiliter permutantur. ſolũmodò verò idem aliquid ſibimet ſecundùm idem atq. ſimiliter & debitâ proportione ſeruatâ accedens vel decedẽs, permittet ſe idẽ ſibi ipſi ſoſpes integrũmq. manere. Quod autem aberrat huc accedendo, ſeu decedẽdo, mutationes varias, morbos, corruptiones infinitas inducit. Ex ſecundis quoq. cõpoſitionib. ſecũdùm naturã cõſtitutis, ſecũdâ bonæ vel malæ valetudinis cõiecturâ id quærẽti cuiq. dabitur. Cùm enim medulla ex illis & os & nerui & caro cõſtiterint, ſanguis præterea ex iiſdem quãuis alio modo cõcreuerit, cæteri quidẽ euẽtus plurimi, quemadmodũ ſuperiora cõtingũt; maximi verò morbi atque grauiſſimi hoc pacto naſcuntur. Quãdo videlicet ordine cõuerſo, iſta ex ſe inuicẽ fiunt, proculdubio corrumpuntur. nẽpe ſecundùm naturã, carnes & nerui ex ſanguine generãtur: nerui quidẽ à villis & ligamẽtis, propter cognationẽ; carnes autẽ à coagulatione quadã eius quod ſecretũ à villis & ligamẽtis concreuit. Quod rurſus à neruis & carnibus emanat glutinoſum & pingue, ſimul quidẽ carnẽ vt plurimùm ad oſſiũ naturam, ac etiã os ipſũ medullam circundans nutriẽdo exauget. Quod rurſus per oſſiũ craſſitudinẽ ſtillat puriſſimũ genus triangulorum læuiſſimúmq. & pinguedine abundantiſſimũ, dum defluit ex oſſib. atq. delabitur, medullã irrigat. Quatenus igitur ſingula hunc in modũ fiũt, bona valetudo ſeruatur: mala verò ſequitur valetudo, quando fit contrà. Nã quoties eliquata caro, tabem rurſus tranſmittit in venas, ſanguis vnà cũ ſpiritu multus ac varius in venis, coloribus diuerſis amaritudinéque, & acidis ſalſiſq. infectus ſaporibus, bilẽ, cruorem, pituitam gignit quamplurimam. Quæquidem omnia rurſus ſic genita & corrupta, ſanguinem ipſum in primis inficiunt, & ipſa nullum nutrimentum adhibentia corpori, ferũtur paſſim per venas, nullo prorſus naturalis circuitus ordine obſeruato. Inimica ſanè inter ſeſe iſta ſunt; propterea quòd nullũ ſui ſibi inuicẽ præbent vſum. Naturali præterea corporis habitudini, ſuóque in ſtatu perſeueranti, diſſoluẽdo & liquefaciẽdo plurimùm aduerſantur. Portio namque carnis veteriſſima cùm liqueſcit, ad digeſtionẽ concoctionémq. ineptiſſima, propter veterẽ exuſtionẽ, nigreſcit: quia verò cõtabuit, penitúſq. exeſa eſt, amaritudinẽ contrahit, cæteris omnib. corporis partib. nondum contaminatis aduerſam: & tum quidẽ pro amaritudine, niger ipſe color acerbitatem & acrimoniam habet; eo iam quod amarũ fuerat, magis attenuato. tum verò amaritudo, rurſus ſanguine tincta, colorem habet rubeũ; ſed nigro huic admixto, felleum. Præterea flauus color cum amaritudine coït, quando ob ignis flammam, noua caro liqueſcit. Et nomen quidem omnib. his commune, bilem impoſuit vel medicus aliquis; vel certè eo ingenio prædituſ quiſpiam, quo multa & diſſimilia diſpicere poſſet: ac rurſus genus in multis vnum vno cognomento dignũ inſpicere. Quæ verò bilis ſpecies appellantur, pro colorum varietate, rationem ſingulis propriam acceperunt. Cruor præterea, qui ſanguinis reſiduum & defluxus eſt, lenis ac mitis eſt. qui verò bilis atræ acriſque, agreſtis: quando propter caliditatem, ſalſo ſapori miſcetur, huiuſmodi quiddam acida pituita nuncupatur. Sæpe verò tenuioris recentiſq. carnis portio quædam, vnà cum aëre colliqueſcit; deinde vento inflatur incluſo, humiditate protinus circunfuſa: fiúntque ex hoc ampullæ; quæ ſigillatim propter paruitatem videri non poſſunt: iunctæ verò ſimul & in grandiorem tumefactæ molem, conſpiciuntur; colorémque propter ſpumæ generationem, habent album. Omnem hanc tenerioris carnis eliquarionem, vnà cum ſpiritu factam, quę ex humiditate vẽto circunfuſa tumeſcit, albã pituitam appellamus. recentis item pituitæ reſiduum defluxúmque, lacrymas atque ſudorem: & quotcumque alis, in quæ quotidie corpus reſoluitur. Atque hæc omnia inſtrumenta morborum; quando ſcilicet ſanguis non cibis & potibus ſecundùm naturã, ſed ex contrariis, præter naturæ leges excreſcit. & ibidem paulò pòſt: Tertiam poſt hæc morborum ſpeciem tripartitò diuidimus: alius enim ſpiritu, alius pituitã, alius bile creatur. vbi deinceps morbos ab his tribus genitos recenſet, vtcumque bene. deinde ſubiicit; Quando igitur corpus, ignis potiſſimùm exceſſu languet, continuâ febre laborat. quando verò aëris, quotidianâ diſcretâ: aquæ, tertianâ; propterea quòd aqua ſegnior eſt quàm ignis & aër. terræ denique exceſſu, quartana: terra ſiquidem omnium tardiſſima, quarto gradu cùm ſit, temporis circuitu quarto feruet deferuétque, hinc quartanas inuehit febres, quæ vix ſeróque ſanantur. Arque hoc quidẽ pacto corporis morbi cõtingunt, ſi Platoni credimus, philoſophorũ potiùs quàm medicorũ more loquenti: & mox animæ

Morborum origo, & ſuperorum elementa.

Vanitatis cauſſa.

Morbi primarij & ſecundarij, vnde.

Partium ſimilarium morbi qui fiant, & quarũdem generatio, vt nerui & carnis, & oſſium & medullæ.

Oſſium alimentum.

Medullæ vnde.

Sanitatis & morbi cauſſa.

Bilis & pituitæ gene-

ratio, & inde morbi qui fiant.

Carnis corrupta morbi, & modus.

Humorum corruptela in guſtu & colore, qui fiat.

Bilis generatio, & differentiæ.

N. Cruoris qualitas, ſi ne ſanies.

Pituitæ generatio, primùm acida.

Pituitæ albæ generatio: item ſudoris & lacrymarum. N. An ſtatim poſſit aliis etiam humoribus includi & permiſceri, ac non ſolã pituitæ.

3 Species morborum, vnde.

Morbi ab igne, aëre, aqua, terra: & hinc febrium genera.

Morbi animi.

morbos propter corporis habitum natos recenſenti. quæ φιλοσοφούμενα licet ad præſens inſtitutum nihil attinent, alibi potiùs commemoranda.

EX HIPPOC.

Febrium origo & differentiæ, & cauſſa efficientes.

ET tamen iam multò antè Hippocrates, vt creditur, ſic ad finem lib. de natura humana ſcripſerat: Febres plurimæ à bile fiunt. ſpecies ipſarum quatuor ſunt, præter eas quæ ab occultis doloribus generantur: nomina ipſarum ſunt, continens, quotidiana, tertiana, quartana. Continens itaque appellata, à plurima ac meraciſſima bile prouenit. quotidiana verò poſt

Feb. omnes à bile.

B continentem, à plurima bile generatur. tertiana autem lógior eſt quàm quotidiana, & à pauciore bile gignitur. quartanæ autem, pauciore bilis parte participant, & atræ bilis potiùs participes ſunt. & quæ plura ibidem nõ multò credibiliora ſuperioribus deſcribuntur, non admodùm Hippocrate digna. Niſi Gal. lib. 8. plac. Hipp. & Plat. hanc libri partem vltimam velut genuinã citaret. Idem rurſus lib. de genitura; Sunt autem humidi ſpecies quatuor; ſanguis, bilis, aqua, & pituita. tot enim ſpecies congenitas homo in ſeipſo habet; & ab his morbi fiunt, aut etiam ex morbis diſcretiones. & lib. 1. de morbis; Febris porrò ab his fit: quum bilis aut pituita calefacta

N. falsum, ſi propriè loquaris. omnis enim humor putreſcens, bilem ſcit quodammodo.

Congenitarum humorum ſpecies 4.

Febrium origo.

C fuerit, totum reliquum corpus ab his caleſcit, & vocatur hoc, febris. vbi qualiter bilis & pituita ab internis & externis incaleſcat, percenſet. Initio autem ſequentis lib. 4. de morbis; Habet autem mulier & vir quatuor ſpecies humoris in

Morborum origo, & humores 4.

corpore, à quibus morbi fiunt, qui non à violétia aliqua fiunt: ſunt autem ſpecies hæ, pituita, ſanguis, bilis, & hydrops ſiue aqua. & quia animal ſecundùm parentes naſcitur, tot humorum ſpecies & ſanorum & morbo ſorum in ſeipſo habet. de quorum fontibus alibi. reſpondent autem hæc ſuperioribus illis ex lib. de genitura productis, ferè ad verbum repetita, vt cernis. & eodem pòſt libro 4. de morb. ſic multò elegantiùs; In homine dum turbatur humor, quicquid

4 Humorum ſedes, & diſtinctio

D eius eſt in corpore, à principiis diſparatur: & in ſuperficie quidem, bilis conſiſtit: leuiſſima enim exiſtit. ſecundo loco, ſanguis. tertio, pituita. grauiſſimus autem horum humorum, eſt aqua. quod ſimili docet exemplo ab equino lacte, quo Scythæ veſcuntur, ita per ſuas partes ſecreto. cuius meminit Latinus poëta;

N. imò bilis extra terræ affinis, omnium eſt humorum grauiſſima.

Et lac concretum cum ſanguine potat equino.

Sanguinis cum lacte bella comparatio.

cui conformis vſpiam Ariſtoteles, partes ſanguinis cum lactis bubuli partibus comparat, vt aliàs docui, & alio Galenico ſimili, à muſto deſumpto, illuſtraui.

EX GALENO.

IAM verò Galenus in opere de plac. Hipp. & Plat. vtrumque authorem conciliare voluit; & ſanè tum de aliis multis, tum de elementis & humoribus quatuor differentes ambos induxit. ex quo iuuat hæc expromere, atque mox ad ipſum Hipp. regredi. incipiam autem paulò altiùs, vt analogia vtriuſque nobis conſtet, tum medici omnium præſtantiſſimi, tum philoſophi omniũ nobiliſſimi, ac diuini ſemper habiti & cognominati, & quem Deũ philoſophorum Tullius nõ erubuit appellare. Galenus igitur poſtquàm ſuo quodam more, & Aſiatico lepõre plurimos ſermones cum Stoicis contulit, ac libris totis ſeptem vltrò citróque diſputauit; tandem ſui propoſiti memor (de Hipp. enim & Platonis decretis dicere ſtatuerat) libro demùm octauo rem ſeriam ſeriò aggreditur, vel adeo ſupra ſuum morem, longiſſimè & fuſiſſimè dicendo totis libris ſuperioribus euagatus. ſed tandem tamen aliquando ſic ad ſeſe, atque ad

N. Compatatio Hipp. cum Platone.

Mira Galeni digreſſio, & Aſiatiſmus.

E ſuum inſtitutum redit; vel potiùs de cætero præfatus, tum primùm ad rem accedit & aggreditur, à naturalibus elementis ſumpto tali principio. Elementum (inquit) appellatur minima pars eius rei cuius eſt elementum: eſtque in prædicamento ad aliquid, ſicut & pars. ſimili enim modo elementum, alicuius eſſe elementum, & partem alicuius partem, manifeſtum eſt. Omnium autem corporum, quæ gignuntur, minimæ particulæ quatuor habentur, terra, aër, aqua & ignis. vt minimum id intelligatur, quod non ampliùs ſuſcipere ſectionem poteſt. Sic Plato breuiſſimam eam orationem vocat, quæ ex nomine conſtat & verbo. Geometræ autem, diuiſionis magnitudinem probãt ſiſtere non poſſe, nullúmque finem habere: ſed rem quæ ſecatur, minorem ſubinde quãtitatem adipiſci. cùm verò ſola formæ ſectio deficiat, inter omnes conſtat, in ſingulis rerum generibus indiuiduã quãdam formam eodé modo eſſe, quo in naturalib. corporib. elementum eſt. Hippocrati autem in lib. de natura humana, cõſentiẽs Plato, corpora noſtra exterra, igne, aëre, aqua concreta eſſe affirmat. locum ex Timæo nuper citaui, & Gal. hîc obiter exponit, & fortaſſe pluribus in eo quem in Timæum ſcripſerat cõmentario, qui & excidit. Neuter tamen iſthæc elemẽta nominat: ſed

Elementũ quid, & quæ in prædicamento.

4 Genitorũ omnium elementa.

Oratio quæ breuiſſima.

Magnitudo ſemper diuiſa.

N. nempe mente & cogitatione.

Forma individua, vel hoc elementum.

Corporum generatio, & elementa.

F ex eorum concurſu & cõfuſione, naturalia corpora conſtare aſſerit: & quidẽ Plato cauſſas eorũ generationis inquiſiuit: Hipp. verò facultates eorundem potiùs expendit, & quî ſanitatem ſuâ temperie, morbos intẽperie contrariâ gignant. Mirum tamẽ, quòd Gal. neſcierit illam quatuor elementorũ cum totidem corporib. geometricis comparationem, non Platonis, ſed Timæi & Pythagoræ inuentũ fuiſſe. quam tractans Plato, ignis partes pyramidicas eſſe dixit, cubicas terræ, octaëdram aëris ab octo baſibus denominatam; vt eam quæ à viginti, icoſaëdros dicitur, aquæ; vti iã paruit. ſed ad rem præſentem venimus propiùs. Iam verò modũ, quo ex elementis

Hipp. & Plato quid de elementis.

Corpora Pythagorica ignorauit Galenus, & Platoni tribuit: & horum analogia cũ elementis.

G corpora conſtituuntur, eundem vtrique poſuerunt: non ex terra ſcilicet, aquâ inſperſa ſoléque excalfacta, cõtinuò generari animalia aſſerẽtes, ſed multis interuenientibus mutationibus. Ex quatuor ſiquidé elemẽtis, plantarũ ortus & fructuũ & ſeminum exiſtit. quæ omnia poſtea ouibus, ſuibus, capris, bobus, reliquiſq animalibus, quæ vel herbis, vel arborũ fructibus, vel ramis, vel radicibus veſcuntur, alimentum præſtant hominibus, ipſa hæc animalia nutrimento

Corpora ex elementis quomodo facta.

2. humoru generatio, vnde.

sunt. ex quibus quidem cibis, sanguis in ipsis gignitur, & pituita, & geminæ biles: sed sanguis plurimus, vnde solus ex omnibus in venis apparet: alia pauciora creantur. Atque hic sanguis, est nostræ generationis quasi materia: qui ex quatuor quidem humoribus constat, à dominio tamen ita appellatur. Gignimur quippe ex ipso, dum in vtero concipimur, primámque formationem adipiscimur: editique in lucem, deinceps formatorum membrorum distinctam explicationem, incrementum & perfectionẽ inde accipimus. ac principio lacte educamur ex sanguine, ortum habente: deinde ipsdem quibus adulti, cibis vescimur, vnde cursus sanguis, & pituita, & flaua, & atra bilis generatur. quæ omnia Hippocrates primus omnium & medicorũ & philosophorum optimè definiuit. Corpora autem quæ vna circumscriptione clauduntur, interdum similaria, eò quòd omnes partes tum sibi mutuò, tum toti similes habeant, interdum simplicia & prima nuncupantur: quippe cùm ea postea constituant, quæ composita & instrumenta solent appellare: ex quibus demùm totum corpus componitur, de quibus post hàc vspiam. Prima igitur nostra generatio, est sanguis, qui ex alimento intra corpus sumpto efficitur: est item semen. Sanguinem voco qui ex dominio hoc nomen sortitus est, quique in venis continetur: ex his primæ partes existunt, quas similares appellaui: ex quibus fiunt organicæ: & ex his demum corpus totũ constituitur. Quocirca Hipp. in lib. de nat. hominis, cùm hanc ex elementis vnionẽ commistionémque omnibus naturalibus corpotibus communem esse dixisset, ad eam quæ in animalibus est, considerandam transit: atque illis quidem non omnibus, sed sanguine præditis tantùm, inter quæ est etiã homo, ad quem tota eius festinat & spectat oratio, vti mox librum percurrentibus nobis patebit. cuius ex verbis, imitationem illam Platonicam de causis morborum vel sanitatis adamussim deprehendes, qua de paulò antè, & de totius adeo corporis ex primis elementis compositione. Accuratiùs tamen de ipsis, medicóque vtiliùs scripsisse Hipp. constat: quippe cùm ex quatuor elementis corpus nostrum dicat extitisse, ab effectricibus qualitatibus omnino ea appellat, siccum, humidum, calidum, frigidum. illa siquidem, potestate, non actu corporibus insunt. actu verò insunt, quæ ex ipsis per media alimenta gignantur, sanguis, pituita, flaua & atra bilis: igni flaua, atra terræ, pituita aquæ correspondet. Atque iccirco calida & sicca flaua bilis, facultate, sicut ignis: atra frigida & sicca, perinde ac terra: pituita non secùs atque aqua, frigida & humida euasit. solum autem aëreum elementum in animalium corporibus iuxta naturam suam tum in respirationibus, tum in pulsibus perstitisse Galeno iudicatur: verito scilicet, ne si sanguinem aëri conferat calido humidóque, putredini affinem vtrumque prodat inconsultus. cuius metum inanem alias eleuaui, indecorum atque ineptum esse ratus, cùm quatuor elementis totidem nostri principia respondeant, in humoribus primigeniis, & terni ternis in qualitatibus aptè quadrent ex cõfesso, quartum ab aliorum, ceu fratrum sorte consortióve dirimere atque excludere. Ita in suo quisque sensu abundat: & nobis graue est, à posita & asserta semel sententia desciscere atque recedere, vt Galen. 3. lib. de temperam. & ad aphoris. & alibi, qualitatem calidam & humidam, putredini & corruptioni obnoxiam asseueranti. quod in iis quæ naturam excedunt, facilè concesserim: in naturalibus, & iis quæ à vegeto calore natiuo reguntur, neutiquam admiserim. quia potiùs & sanguinem, & ætrem, & vernum tempus, & adolescentiam, & naturam adeo humanam ipsam suopte natiuo temperamento calidi humidíque participare, cum Hipp. lib. de natura humana, constãter asseram. cùm & ipse Gal. lib. 8. plac. Hipp. & Plat. insitum calorem probè temperatum, substantiâ quidem in sanguine & pituita subsistere, qualitate autem esse congruè ex caliditate & frigiditate contemperatum profiteatur: & eum qui in animalibus est, temperatum calorem modicè humidum, generãdi sanguinis caussam affirmet lib. 2. de facult. naturalib. eáque de caussa sanguinem ipsum calidum & humidum. Neque idem satis argutè Platonem reprehẽdit erroris, cùm dixit, cùm plus ignis & aliorum elementorum ex aliquo habuerint partes, dolere & ægrotare, cùm sanguinem, pituitam & bilem vtramque dicere debuisset cum Hipp. cùm philosophus sublimi & oratoriâ vsus dicendi facundiâ, metonymicos caussam pro effectu vsurparit: medicus autem simplici & aperta vsus oratione, rem vt erat, nudè & apertè declararit: quod me alibi antehàc monuisse memini. Sed esto, æquabilis ex omnibus quatuor elementis temperatura sanguinem exquisitum creauerit. De morbis autem ab humorum intemperie genitis, præter iam dicta, sic Plato breuiter enuntiat; Quæcumque corporis partes inflammationem pati dicuntur, à bile incendi atque inflammari contingit. Pituita verò accida & falsa, morborum omnium qui destillatione fiunt, fons atque origo est. Sanies quæ ex sanguinis ferosa substantia existit, mitis: quæ ex atræ bilis, accida & fera ferináque est. quam de humoribus rationem Hippocraticam secuti sunt & Plato & Aristoteles & amborum discipuli, atq. ex medicis grauissimi quique Diocles, Plistonicus, Mnesitheus, Praxagoras, Philotinus, Herophilus: vnus Erasistratus studio contradicendi, aliam inijt viam à Gal. sæpe & multùm exagitatus. Rectè tamen Galeno cum Hipp. conuenit, analogiam quandam esse ætatum, anni dieíque partium, regionum, & humorum elementorúmque quatuor inter se: Vnde efficitur, vt puer & ver & oriens & sanguis & aër, calido & humido consentiant: iuuenis & æstas & meridies & bilis igníque, calidi sicci dominium sortiantur: senex viridis, seu declinans vir & autumnus & vesper occidens & bilis atra terráque, frigido sicco propinquent: postremò decrepitus senex & hyems & septentrio vel occasus nóxve & pituita & aqua lymphâque, fri-

Sanguis constat ex 4. humoribus, qui, & vnde nostrorum, atq; cuiusmodi generationum, quidam.

Partes similares & organicæ, quæ.

Sanguis, instituis nostræ generationis, & semen, quidam.

Sanguis, quid.

Corpus quo ex quibus constet.

Plato imitatur Hippocratem.

Corporis humani principia ex Hipp. actu & potentia.

Humorum ad elementa proportio, & qualitates.

Aër in homine, qui.

N. contra Gal. de sanguinis temperamento, & analogia ad aërẽ cal. & hum.

à simili.

Obstinata opinatio vitiosa.

N. de qualitate calidâ & humida, an semper corruptioni obnoxia, quidam.

Calidũ humidũ temperamẽtum obtinere dominetur.

Caloris insiti qualitas.

N. pro Platone contrà Gal. de caussa doloris.

Sanguinis generatio.

Morbi ab humorũ intemperie qui fiant.

Hipp. sectatores plerique sophistarum medici.

N. Analogia 4. humorum cum ætatibus, anni & dieì partibus, regionibus, elementis.

gido humido componantur. sed de his nos etiam alibi copiosiùs ex professo comment. in Strab. Qui autem morbi quibus anni partibus respondeant, ex aphorismis discere est: itémq. quibus ætatibus. quorum nihil Plato scripsit: quia de ijs quæ experientiâ indigebant, non potuit fortasse exactè differere, cùm ipse operum medicinæ peritus non esset, Galeno saltem iudice. in eo tamen laudandus, quòd de ijs dicere non fuerit aggressus (quod est plerisq. in more positum) quæ nonexactè cognouerat. Haud scio tamen negligentiæ tantum philosophum quî insimulare Galenus ausit, circa hæc quæ ad medicum, non ad philosophum attinent, de morbis certo tempori & ætati familiaribus. Enimuerò non possum Platonis positam de febribus sedis probare sententiam: in quaquidem Galenus id primum culpat, quòd ad elementa omnibus corporibus communia, non ad propria sanguineorum, causam febrium reduxit, de quo nuper respondi. Secundus error ille est, quòd ad veram quotidianæ & tertianæ febris causam ne propè quidem accessit. Nam cùm euidenter pateat, in quotidianis phlegmaticum humorem redundare, qui humidus & frigidus est: in tertianis verò flauam bilem, quam cõtrà summè calidam ac siccam esse constat: debuerat dicere ex sua hypothesi & loquendi rhetorica formula, in tertiana quidem, ignis: in quotidiana verò, aquæ elementum redundare: sicut in quartana, atræ bilis humorem, & terræ elementum. De pituita autem alba, quòd ait ex bullis eam in se inclusis fieri, adeo quidẽ paruis, vt videri nequeant: quæ tamen omnes speciem exhibeant, qua talis color visui conspicuus reddatur, probabile est ac rationi consentaneum.

At ex colliquatione mollis carnis interdum phlegma existere, illud verò absurdissimum non esse nullo modo potest. nisi quis videlicet Prodicus, immutato nomine, amaræ bilis humorem, φλέγμα nuncupet, dicátque à verbo φλέγω, quod est inflammari, eam appellationem habere: de quo pòst viderimus. Sed Plato etiam ipse huiusmodi bilis calidissimum esse humorem testatur, & ex effectis demonstrat. Verùm non in appellatione humoris, vt Prodicus, sed in cognitione naturæ eiusdem humoris errasse videtur Plato, qui συπηξει, colliquatione, cum incluso in bullis spiritu, phlegma album iudicarit, & ab eodem exortos morbos recensuerit. cùm reuerâ pituitæ ortus ex alimento naturâ frigidiore existat, nec bene ab insito calore, concocto. At colliquata caro, similem colore habet colliquationem pallidæ bili, ad albedinem magis tendentem: ita vt efficiatur quod subpallidum fuluum appellant. est præterea crassior etiã colliquatio hæc, quàm pallida bilis, penúsque olet, & quandam sæpe tenacitatem pinguedinémque in se habet. Sed frustrà Platonem culpamus de pituitæ origine tam à medicorũ placitis absurdè philosophantem: neque enim ille huius non dicam erroris, sed opinationis author fuit: sed vt in aliis præclarè philosophantem, sic in isto articulo hallucinantem Timæum credulus nimiùm, more A Pythagoreorum secutus est: apud quos omnis excusationis loco habetur, αὐτὸς ἔφα. sed de his nunc satis: quî enim vtrique conueniat tum in ciborum concoctione, tum in respiratione, suprà suis quidem locis diximus.

Enimuerò postremus hic locus de phlegmatis appellatione & origine ac proprietate, alium mihi consimilem reuocarũ memoriã ex lib. 2. facult. natural. vbi de quatuor istis principibus humoribus Galenus agit hunc ferè in modum. Nam cum Erasistrato agit tum de vi tractrice, tum de humorum generatione. de illa iam antè alibi: de hac placet, quæ nostro instituto conueniunt, decerpere à cap. 8. & deinceps lib. 2. facult. natural. videlicet de generatione succorum siue humorum in corpore humano. De quibus (ait) cùm quid diceret, nihil haberet Erasistratus, ne quod mediocriter quidem probabile esset, fallere se putat, dum inutilem prorsus esse id genus contemplationem prætendit. Sed nunquid, quæso, quemadmodum cibi concoquantur in ventre, scisse est vtile: quemadmodum autem in venis bilis fiat, est superuacuum? & in corporéne statuenda eius generatio sit, an protinus in ipsis cibis extrinsecùs contineri dicenda? quod etiam de sanguine accipi debet, habeátne is in corpore generationem, an in cibis sit aspersus, veluti aiunt, qui opinionis de partibus similaribus sunt authores. de quibus ita Erasistratus; Vtrùm verò inter coquendum in ventre alimentum, talis gignatur humor, an mistus in exhibitis extrinsecùs accedat, id considerasse ad nullum pertinet medicinæ vsum. Quod tamen consilium probare Galenus neutiquam potuit: multùm differre ratus, in cibis contineatur humor, an eius in iecore facta sit secretio: & pro diuerso corporis statu, modò huius, modò illius maiorem minorémve quantitatem gigni. qui si à cibo extrinsecùs penderet, cùm ex melle bilis multa generetur, in eodem contineri dici posset: cùm tamen dulcissimum sit, alioqui tunc amarum futurum. idem verò in senibus non in bilem, sed in sanguinem vertitur: contrà ijs qui in flore sunt, potissimùm si calidiore naturâ sint, ac vitam degant laboriosam (ne quid de febrientibus dicam) in ijs totum mel in flauam bilem vertitur. hanc autem in iecore & venis vnà cum sanguine gigni, veteres tum medici, tum philosophi prodiderunt. quiquidem vno penè ore senserunt; Dum alimentum in venis ab innato calore alteratur, sanguinem quidem ex mediocri calore fieri, reliquos verò succos ex eodem immodico. Atque huic sententiæ, quæ euidenter sensibus apparent, omnia consentiunt. quando & cibi, qui naturâ calidiores sunt, magis sunt bilioſi: qui frigidiores, magis pituitosi. simili modo ex ætatibus, quæ calidiore naturâ sunt, has bilioſiores esse cõstat, quæ frigidiore, pituitæ magis obnoxias. Iamvitæ rationé, & regionem, & anni temporum, multóque priores his, ipsarũ quoque naturarum, quæ frigidiores sunt, eæ magis cernuntur pituitosæ: quæ calidiores, magis bilioſæ. præterea ex morbis quoque qui frigidi sunt, ij à pituita oriuntur: qui

Plato medicinæ inexpertus, an?

Gal. arguit Plat. negligentiæ.

Plato de caussa febrium perperá philosophatus, cur.

Vna quotidianæ caussa cõtra Platonem, item tertianæ.

N. Plat. correctio sẽtentiæ de febrib.

N. Plat. de pituitæ generatione hallucinatio qualis.

N. phlegma de bile, vel potiùs syncrisi: & vnde dicatur.

N. Plat. hallucinatio circa pituitam: & vera pituitæ origo.

N. colliquatio qualis, & cum bile comparatio.

N. excusat Platonem.

Plato Pythagoricus. αὐτὸς ἔφα.

à pari.

De bilis generatione.

Quæstio. An 4. humores in cibis cõtineantur, an in corpore gignantur?

N. nempe illæ potestatẽ, hîc actu.

Quid in corpore ab hepate 4. humores secernantur.

Ex melle fel, quî, & quibus.

Mel ebibitum.

Sanguinis generatio qui fiat, & reliquorum humorum.

Cibi qui bilioſi vel pituitosi: itẽ de ætatibus, & alijs.

N. ergo & cibis mẽsi facilitas in hunc aut illũ humorẽ conuerti, vt exẽpla dantur mellis, caſei, piſciũ, legumiñ, &c.

calidi, à bile ortum habent. Denique nihil vſquam immenias, quod non huic ſententiæ adſtipuletur. & quomodo, quæſo, non adſtipuletur? cùm enim propter certam ex quatuor illis temperiem, particula quæque certam habeat functionem, neceſſe omnino eſt, propter eius temperiei vitium, aut prorſus corrumpi functionem, aut impediri: atque ita vel totum, vel in parte ægrotare animal, aliquo ex primis & maximè generalibus morbis quatuor, qui calore, frigore, ſiccitate & humore inter ſe diſſident, intemperie procreati: cùm actio contrà nonniſi ex commoda naſcatur temperie: ſola enim commoda caloris temperies, actionis naturalis eſt cauſa. Hoc verò nobis conceſſo, non durum dictu eſt, in omni actione, id quod melius eſt, commodo temperamento referendum eſſe acceptum: quę deteriora ſunt, vitioſo. Atqui ſi hæc ita ſe habent, ſanguinem à mediocri, bilem ab immodico calore naſci quidni putandum eſt? ita namque tum in calida ætate, tum calida regione, tum anni tempore calido, & tempeſtate calida, præterea naturis hominũ calidis, & vitæ ſortibus, & victus rationibus, & morbis calidis, meritò nobis plurima fieri flauæ bilis apparet. Dubitare verò, an in animantium corporibus is ſuccus gignatur, an in cibis contineatur, vtique hominis eſt, qui nec illud adüertat, quemadmodum etiam ijs, qui ſani citra vitium ſunt, vbi aliqua coacti occaſione contra conſuetudinem cibo abſtinuerunt, os quidem amarum, lotium verò bilioſum reddatur, ac venter mordeatur: ſed quaſi nunc ſubitò in hunc mundum ſit ingreſſus, nec quæ in eo ſunt, nouerit. Quis namq; ſe ignorat, eorum quæ immodicè coquũtur, ſingula fieri primùm quidem ſalſiora, poſtea verò amariora? cùm ſi mel ipſum, quod omnium eſt dulciſſimum, plurimùm percoquere velis, id quoque reddideris amariſſimum. Non abs re igitur cenſuit Hipp. mel bilioſis naturis non eſſe ex vſu, vtpotè qui calidiore ſint temperie: in quibus, & in ætate florentibus, promptè in bilem vertitur. ſicuti morbis quos amara excitauit bilis, inimicum eſſe: ſemen verò ætati, & pituitoſis naturæ morbóq. amicum: vt de cæteris dulcibus idem intelligas, & reliquis illis conditionibus calorem indicantibus. Atqui non poteſt idem cibus alijs verti in bilem, alijs in ſanguinem, niſi intra corpus eorum generatio peragatur. Etenim ſi cibus quiſque à ſe & in ſe hanc habens, nec in animalis corpore mutatus, bilem aut alium humorem gigneret, vtique in omnibus ſimiliter eundem gigneret: quod ſecùs accidit, vt experientia probat. Verùm (inquam ego) quidam cibus non niſi in pituitam, alius in bilem, alius in alium verti humorem poteſt concoquendo, vt piſces, boleti, mel, cepæ, allia, & ſimilia, ideo in cibis ex ſe proprietas ineſt in hunc aut in illum humorem commutandi. & Hipp. lib. 4. de morbis; Omnia quæ naſcuntur è terra, in cibi ac potus vſum venientia, multas facultates de terra ad ſe trahunt, & in omnibus eſt aliquid pituitoſi ac ſanguinei, &c. vbi mox exemplum de caſeo pituitoſo ſubijcit. ac nos de his vſpiam antea in partium naturalium hiſtoria. Sed & hoc alibi demonſtratum eſt, ex veris principijs expromptum; Quod omnis actio paſſióque corporum inter ſe, ex calido, frigido, humido, ſiccóque illis inſint: & quæcunque pars, aliquâ fungitur actione, propter certam ex quatuor corporibus temperiẽ, ſuam functionem obit. de his (inquam) alibi dictum: ſicuti de morbo à contrariis intemperie exorto, & actionem ipſam lædente: & contrariis ad ſanitatem recuperandam via. nunc autem de humoribus inſtitutum ſermonem connecto & proſequor.

Quatuor eſſe humores primigenios oſtendi, & eorum temperamenta ſingillatim aperui: videlicet ſanguinem à calore temperato humidóque genitum, vtique etiam ipſum calidum & humidum poteſtate ſuccum eſſe: æquè vt flauam bilem calidam ſiccámque, quamuis ſit aſpectu humida. Quippe priſcis illis Phyſicis, id quòd ſecundùm apparentiam ſeu [illegible] humidum eſt, ſiue τῇ ἐντυχίᾳ, ab eo diſſidet, quod viribus & κατὰ δύναμιν tale eſt. inde flaua bilis in ventriculo æſtuans, ſitim accendit: & muria carnes ſeruat imputres. Vt autem ſuccus hic calidus poteſtate ſiccúſq. meritò eſt dictus: ſic pituita frigida humidáque eſt, vt Hipp. & veterum teſtatur authoritas. Quanquam Prodicus in opere de hominis natura, id quod vſtum, & velut aſſatum, φλέγμα Græcè nominat, ἀπὸ τῆ παρὰ τὸν ὀπτὸν ἢ φλέγεσθαι, quod vſtum eſſe vel vri ſignificat. ſed dictione iſta longè aliter vtitur, quàm cæteri: de re tamen idem ſentit cum cæteris. ac de hominis huius nominum nouatione, Plato abundè indicat. Cæterùm hoc alibi coloris, quod omnes homines Græcè φλέγμα vocant, Prodicus Græcè χλίνες, id eſt mucum appellat (quod Hipp. ſpeciatim de narium excremento) frigidus ille ſuccus eſt & humidus, qui tum in ſenibus, tum ijs qui ratione quauis ſunt perfrigerati, plurimus aſſeruatur, quem nemo mentis compos, aliud eſſe quippiam, quàm frigidum & humidum dicet. Nunquid igitur ſuccus aliquis calidus humidúſque eſt, nempe ſanguis: aliquis calidus & ſiccus, nempe bilis: aliquis frigidus humidúſque, nempe pituita: nullus autem eſt, qui poteſtate frigidus ſit & ſiccus? ſed quarta temperamentorũ coniugatio cùm in reliquis omnibus habeatur, in ſolis deficit ſuccis? Atqui nigra bilis eiuſmodi ſuccus eſt, quam ſapiẽtes medici ac philoſophi abundare cenſuerunt ex anni quidem temporibus, in autumno potiſſimùm: ex ætatibus, in ea quæ vigori ſuccedit. ad eundem modum, & victus rationes, & tẽpeſtates, & morbos quoſdam frigidos ſiccóſque memorant, ſicuti cæteris illis ſuccis & humoribus congeneres & eiuſdem temperamenti reſpondent cuique ſiti, & ſua vnicuique conceptacula, vti aliàs patuit, & poſthàc iterabitur. Neque enim in hac vna coniugatione claudicare Naturam fas eſt: ſed tanquam per alios tres illos humores, itidem per hunc etiam, vim Naturæ extendi. quod vbi per ſimilitudinem iſtam Galenicam demon-

Partium actiones naturales cauſſa: item morbi.

4. Genera morbi ab intemperie.

Actionis naturalis cauſſa, quæ.

Sanguinis & bilis generatio vnde ſit, & vbi.

Quòd humores gignantur in corpore, non ſumantur.

Corpus bilioſum abſq; cibo.

Collio vltra modum, quid faciat in ſapore. Ab exẽplo.

Mel bilioſis noxiũ, cur: & quibus profit, vel obſit.

Idem cibus in bilem & ſanguinem verti poteſt. ergo in corpore, non à cibo, quomodo.

N. contra Gal. & cibus ineſt à ſe proprietas in hunc aut illum humorẽ commutandi. Ab exẽplo. Cibi de terra trahunt ſanguinem & pituitam quomodo.

Actio & paſſio vnde ſit: & morbus à contrariis.

Tranſitio.

4. Humores temperamẽta, vt ſanguis.

Vt bilis.

Actio & portiũ cal. frig. hum. ſiccum. Ab exẽplo.

Vt pituita.

Phlegma vnde dicatur, & quomodo de bile.

Pituita quid proprie.

N. tali argumẽto probãt Gal. de analogia alterius ad ſanguinem & vas.

Vt bilis atra.

ſtrauero, ex fine lib.2. facult. natural. ad alia me conuertam. Ergo vinum mihi dulce, quod non dudum ab vuis ſit expreſſum, feruens & alteraſcens, ex quo quem in ſe habet, calore intellige: poſtea ex muſti illius mutatione, duo prouenire excrementa: alterum leuius magiſq. aëreum, alterum grauius ac magis terreum. quorum illud, florem, hoc, fæcem (arbitror) vocant. Horum ſi alteri flauam bilem, alteri nigram aſſimiles, minimè pecces. de cæteris aliàs alibi. ne manca hæc ſimilitudo ad humores quatuor ſanguini confuſos fuiſſe videatur. nam vinum defæcatum, ſanguini: pars tenuis & cruda, aquæ & pituitæ reſpondet.

Sanguinis quot ſint partes.

à ſimili.

EX HIPP.

HÆc igitur tam multa mihi poterant abundè ſufficere: ſed quia inſignis eſt de natura humana Hipp. liber, ab ipſo Galeno commentarijs illuſtratus, ex hoc placet non pauca dictis conformia annotare. quo quidé libro id docet ſenex: Ex calido, frigido, humido ſiccóque, tam animantium, tum omnium eorum, quæ generantur & intereunt, velut communibus elementis, corpora vniuerſa fuiſſe genita: ſimúlq. de humorum natura diſſerit peracutè: quæquidem humanæ naturæ peculiaria ſint elementa, nempe ſanguis, pituita, bilis tum flaua, tum atra: quæ tamen ſanguineis omnibus communia principia potiùs iure dixeris. Quorum humorum vnumquemque ex primis illis quatuor genitum potes dicere, quæ qualitatum vocabulo calidum, frigidum, humidum, ſiccum vocitamus. ſic enim Hippocrati mos eſt, à qualitatibus calidum, frigidum, humidum, ſiccum, denominare elemẽta. Ariſtoteles tamen cap.2. lib.2. part. animal. initia elementorum naturalium, quàm elementa dicere maluit calidum, frigidum, humidum, ſiccum, quorum ſubſtantiæ propria & vulgatiſſima nomina ſunt, ignis, aqua, aër, terra. Namque elementa à qualitatibus ſimplicibus & mixtis nomina eſſe mutuata, id verò neminẽ latet, cùm extrema caliditas in igne ſit, ſicut in aëre humiditas, algor in aqua, ſumma in terra ſiccitas, vnà cum conſtrictione & frigore. ex quibus quatuor elementis, ſummas neque mixtas qualitates habentibus, inter ſe mutuò temperatis, omnia fiunt media corpora, quâdam excellentiâ, non propriè calida, frigida, humida, ſicca. Et quoniam quibus veſcimur alimentis, ea omnia ex ijſdem quatuor elementis habent originem, igne, aqua, aëre & terra: ideo ex illorum eſu congeneres in nobis generantur humores, ad quatuor elementa proportione quadam referendi. Atque ex quo cuique eſt origo, in idem illud morte reſoluitur & abit, & ſingula ad ſuam naturam diſcedunt, humidum ad humidum, ſiccum ad ſiccum, calidum ad calidum, frigidum ad frigidum: quia nihil genitum deperit. atque ea eſt tum animantium, tum cæterarum rerum omnium natura. omnia enim ſimiliter gignuntur & ſimiliter intereunt, vt Hipp. ibidem, & philoſophi apud Ariſt. Laërtiúmque proteſtantur,

4. Elemẽta omniũ corporum.

Sanguineorum 4 principia à 4. humoribus.

Qualitates ſub elementorũ, vel initia elementorũ, quot.

Elemẽtorũ ſubſtãtiæ, & qualitates.

In elemẽtis qualitates ſummæ.

Elementa omniũ corporum principia.

Humorum analogia ad elementa, vnde ſit.

Omnia fato tendunt ad ſui ſimile: nihil deperit.

vt aliàs demonſtratum eſt.

Corpus autem humanum continet ſanguinem, pituitam & bilem geminam, flauam & atram. & hæc illi ſunt natura corporis: & propter hæc, ægrotat valétque. ex his prima noſtra generatio eſt: ex his vitæ noſtræ curſus ſuppeditatur: hæc denique vniuerſa hominis eſt natura. Nam humores continentur in ſolidis partibus: ſolidæ autem partes, in fœtus prima conformatione ex humoribus generantur: omnes enim partes ex menſtruo ſanguine, non illo quidem ſyncero, ſed duplicis participe bilis & pituitæ, fictæ ſunt. Valet autem præcipuè, cùm ea inter ſe virtutem & copiam mediocriter habeant temperatas, & potiſſimùm ſi permixta ſint: non ſolùm autem applicatione, & primorum corporum complexu, ſed tota per tota confuſa atque temperata. Contrà laborat, cùm eorum quicquam fuerit minus ampliúſve, aut in corpore ſecretum, neque cum omnibus confuſum. Neceſſe eſt enim cùm horum quid ſeparatum ſit, & per ſe ſtet, non ſolùm ex quo exceſſit, locum morbo affici: ſed etiam illum, vbi jam ſubſtiterit & influxerit, nimiùm affluentem, & dolorem & laborem párere. Etenim vbi horum quicquam de corpore effluit vltrà ſupernatans, dolorẽ affert vacuatio. ſin autem intrò vacuet, aut locum mutet, aut ſeſe ab alijs ſecernat, duplicem præbebit dolorem, & loco vnde abſceſſerit, & vbi exuperat. quod & Platonis Timæus citatus admonuit. Dico igitur cum Hipp. ſanguinem eſſe, pituitam, & bilem tam flauam, quàm atram. atque horum nomina primùm quidem lege diſtincta eſſe confirmo, & nulli eorum idem nomen eſſe. Deinde naturâ formas diſcrepare, miniméque pituitam ſimilem eſſe ſanguinis, aut ſanguinem bilis, aut bilem pituitæ. Quî enim inter ſe ſimilia ſint, cùm neque viſu, neque tactu eſſe ſimilia cognoſcantur? neque enim æquè calida, frigida, ſicca, humidáque ſunt. Ergo quando tantùm inter ſe & formâ & facultate differunt, neceſſe eſt ea non eſſe vnum: niſi certè ignis & aqua vnum ſunt. Quòd verò ea omnia, vnum non ſint, ſed ſuam habeat vnumquodque facultatem & naturam, vel hac re tibi conſtare poſſit. Sicui enim homini medicamentum exhibeas, quod pituitam ducit, euomet pituitam tibi. ſin medicamentum offeras quod bilem agit, vomet tibi bilem. pari modo bilem purgat atram, ſi medicamẽtum des, quod moueat atram bilem. quòd ſi is aliquâ corporis parte vulnus accipiat, vt fiat vlcus, illa ſanguinem profundet (Galenus verò, an ſit aliquod ſimplex medicamẽtum *αἱματαγωγὸν*, inquirit, & poſito fortuito exẽplo omaſorum, ſanguine per attractionem ab herba fortè ſuppoſita an ſuperpoſita exuccorum, adſtruit vſpiam) Atque hæc tibi faciet omnia ſemper tam die quàm nocte, hyeme & æſtate, dum trahere homo ſpiritum, & viciſſim reddere poterit: poterit autem, dum aliquo horum priuetur cognatorum. Sunt autem quæ diximus, cognata. quæ quis eſſe cognata infirmabit? ſeu Græcè mauis *συγγενῆ*, congenita dicere. quandoquidem fœtus, primam figuram ex matris eſt

Humani corporis 4. congenita principia, ideoq; natura hominis.

Hominis partes ſolidæ & humidæ, vbi crudæ.

Hominis prima compoſitio ex quo.

Sanitas hominis vnde, vel morbus, & quomodo.

4. Humorũ nomina, & natura, atq; differentia.

4. Humorũ diſſimilitudo.

Quòd non vnicus humor, ſed plures.

Ab experientia.

An ſit aliquod ſimplex medicamen αἱματαγωγὸν.

Mortis neceſſitas, vnde.

4. Humores congeniti, qualiter, & probatio.

sanguine omnium participe consecutus, ac incrementum nutrimentúmque. Primùm enim clarè apparet, hominem, dum viuit, ea omnia semper continere. deinde verò natum esse ex homine, in quo hæc insint omnia. præterea nutritum in homine éadem omnia habente, quæ ego (ait Hipp.) affero & demonstro. quod ij nunquam facient, qui hominem, solum sanguinem perhibent: quoniam cruorem, qui cernitur ex iugulatis hominibus manans, animam hominis esse putant. Quemadmodum autem stirpes & semina, vbi terram sunt ingressa, id quod in terra ineſt suæ naturæ accommodatum, singula attrahunt: id autem est acidum, dulce, amarum, salsum & omnimodum: ante omnia autem, ex eo plurimum, quod sibi naturali propinquitate maximè coniunctum est, alliciunt, tum cætera deinceps attrahunt. Haud secùs atque medicamenta faciunt in corpore: nam medicamentum quod corpus subierit, primum id quod sibi omnium maximè ex ijs quæ in corpore insunt, naturâ cognatum est, agit: inde reliqua trahit & purgat. Etenim quæ bilem ducunt, primùm meracissimam bilem purgant, deinde mixtam. pituitæ item medicamenta, primùm meracissimam pituitam cient, postea confusam. & iugularis, sanguis fertur primo loco quidem feruentissimus atque rubentissimus, mox manat pituitosior ac bilioſior. In ea autem quæ ὑπερκάθαρσις dicitur, hic ferè ordo est vacuandorum humorum, exempli gratiâ, sumpto φαρμακώδει medicamento, primùm pituitam, deinde bilem flauam, postea atram, postremò sanguinem excernunt, dein moriuntur. Euenire autem solet ὑπερκάθαρσις, cùm purgans medicamen vsque adeo inualuit, vt in vasorum ad ventrem pertinentium osculis mordicationem apertionémque multam relinquat, assiduéque irritans, conuellénsque corpora, quæ in vasis sunt, vires dissoluat atque deijciat. Cùm autem per initia, modica etiamnum sit & apertio & imbecillitas, tum & quod tenuissimum est, miniméque Naturæ familiare, excernitur: sed vbi vtraque adaucta est, iam tum etiam crassa, & quæ Naturæ familiarissima sunt, euacuantur. Quamobrem flaua bilis primo, pituita secundo loco, tertio atra bilis, post hæc postremus omnium in superpurgationibus effunditur sanguis, vtpotè qui Naturæ succus sit familiarissimus. ante hunc verò primus quidem qui tenuissimus, postremus qui crassissimus. Nisi si fortè humor medicamento congener primus omnium iure exire excerníq. dicatur, vt Hipp. lib. de natura humana, & ex eo Galenus cap. 26. lib. 3. de simplicit. medicament. facult. & lib. 2. de elementis, & lib. q. q. q. purg. & in lib. meth. med. & olim tractatu de vacuandorum causſis scripserat. quæ nunc non alia de causſa profero, nisi vt apertè demonstrem, & velut oculis subijciam, ex quatuor in vniuersum humoribus appellatis corpus humanum compingi & conformari.

Quòd homo non solus sanguis.

An anima in sanguine.

Similitudo. Medicamẽta attrahũt è corpore ijs nostri cõgeneri, vt planta è terra, quò.

Ab exẽplo.

Hyperecatharsis quomodo vacuet humores.

Hyperecatharsis quid sit.

Ordo vacuandorum humorũ in hyperecatharsi.

EX GAL.

SED fortassis haud absonum erit, dictis subijcere affinia quædam ex Gal. lib. de elementis, quod opus ad imitationem Hippocraticam illam de natura hominis, sed & Aristotelis, conscripsit, & hypotheses ampliando dilatauit: Elementum (inquiens) minima est pars eius, cuius est elementum. nec tamen sensus iudicio æstimatur: sed prima & simplicissima constat natura, nec in alia dissolui potest. Quòd autem vnum (numero, aut secundùm formam atque potentiam) non sit elementum, ex quo nostrum corpus & alia omnia genita sunt, ita demonstrat senior ille; Ego (inquit) affirmo, si vnum esset homo, nunquam doleret: neque enim esset vnde doleret, si vnum foret. si verò doleret, necessarium foret, vnam esse medelam. Quod enim dolore affici debet, esse alterabile & sensibile necesse est. id docet ratio & experientia. Porrò nihil diuersi generis potest ijs quæ componuntur, aduenire: & quæ componuntur ex alijs, non tamen ex ijs fiunt, quæ sunt diuersi generis: sed eiusdem, inter se alteratis & inuicem transmutatis & contemperatis. Quod Hipp. significat, ex vno similis naturæ, reliqua eandem vim habentia iudicans. Sic mirari oportet in priscis illis viris sermonis breuitatem. Primùm igitur necessarium est, generationem fieri non ab vno: quomodo enim vnum existens, aliud generaret, nisi alicui alteri misceretur? quomodo autem par est ab vno aliquid generari, quando neque à pluribus aliquid fit, nisi commodè se habuerint ad mutuam temperaturam? Necesse igitur cùm sit natura huiusmodi & hominis & aliorum omnium, hominem non esse vnum, cùm sic inuicem euarient formâ atque vi. Ergo non potest vnicum esse elementum nec tamen vllum vsquam syncerum elementum inueniri potest: sed ab excedente fit denominatio. Ignis, aër, aqua, terra, prima sunt & simplicissima omnium elementa. ex his constant fructus & legumina, quibus animalia generantur, nutriuntur, augentur. At Hipp. (vt dictum est) elementorum qualitates appellat calidum, frigidum, humidum, siccum, secundùm quas inuicem agere & pati sunt apta corpora. Quicquid enim frigidum, siccum, & densum corporibus inest, terra est: quicquid rarum, humidum, fusile, aquæ intellectum suggerit. calor in corpore animalis, ignem adesse significat: spiritus natura, sine qua animal constare non potest, aërem igni confusum designat. Et hæc omnia dicuntur per homonymiam, calidum, frigidum, humidum, siccum. nempe vel pro solis qualitatibus, calore, frigore, humiditate, siccitate: vel de corporibus talibus sumnìè calidis, frigidis, humidis, siccis: vel de qualitate exuperanti, vt balneum calidum dicitur, nox vel nix frigida. Iam verò simplicia sunt vel naturâ talia & summa, vt elementa: vel ad sensum talia, vt partes similares, neque supremè tales calidæ, frigidæ, humidæ, siccæ. Sunt autem ipsa elementa, vt corpora;

Elementum quid.

Quòd plura vno sint elementa. Probatio à dolore, & remedio. Doleri quæ ebnoxia.

Compositio ex re qua sunt eiusdẽ generis, fit quò.

Priscorum ἐνιγμολογία.

Quòd generatio nõ ab vno: sed quaeliter à pluribus.

Quòd homo nõ sit vnũ, nec vnicum elementum, nec vllũ syncerũ: & vnde sit denominatio.

4. Cõmunia omnium elementa.

Qualitates prolemẽtis.

4. Elementorum qualitates.

Cal. friz. humidũ, siccũ quomodo dicatur, & quot modis. N. ex Arist. vt patebit.

Simplicia quot modis.

non vt nudæ qualitates. éſtque elemento ſimplicior ſua congener qualitas: atque elementum, eius generis cum eo, cuius eſt elementum. Contrà, principium non neceſſariò in idem genus coït cum re cuius eſt principium: ex quo contingit principium ab elemento differre. nam qualitas ſimplex, eſt compoſitæ qualitatis elementum: corpus verò ſimplex, non ſimplicis corporis. Quæcumque autem corpora ortui atque interitui obnoxia ſunt, duabus tranſmutationibus ſubijciuntur, alteratâ ſimul atque fluente eorum ſubſtantia. alteratâ autem, refrigeratâ, calefactâ, exſiccatâ, & humectatâ. ſolæ enim hæ qualitates totam tranſmutant per totam ſubſtantiam. Fluit autem & ſecundùm ſenſibiles excretiones, & præterea ſecundùm illam, quæ occulta nominatur, tranſpirationem (Græcè ἄδηλον διαπνοὴν) Quare vt ſeruetur, duplici etiam eget inſtauratione: alterâ, quæ excedentes temperet qualitates, alterâ, quæ locum repleat exinanitum. Sed quæ exuperantiam deſtruit, eſt contraria qualitas exuperanti: quæ verò defectum qualitas ſupplet, non eſt quidem contraria, ſed magis debet eſſe ſimillima ſubſtantiæ potiùs euacuatæ: nam vicem illius in animali oportet obtinere. Hoc igitur eſt corporibus enutriri, ex ſubſtantia aliqua ſimili illi, quæ priùs fuit euacuata. vnde vt arbitror, ſubſtantiam illam, alimentum nominamus. Cùm verò ſecundùm ſolam qualitatem volumus alterare ſubſtantiam, illa per quæ hoc efficimus, non alimenta, ſed medicinas appellamus. quia verò nec vnam poſſumus ſine ſubſtantia qualitatem inuenire, cogimur vnà cum ſubſtantijs accipientes, corporibus illas, vbi neceſſitas vrget, adhibere. Et cùm ſumma quidem opus eſt qualitate, ipſum elementum, velut ignem, aquam & terram & aërem afferimus: cùm verò mediocri, mixtum aliquod ex elementis. Cùm igitur volumus calefacere, talem eligentes medicinam, in qua maior eſt portio ignis, quàm contrarij elementi: vbi verò frigefacere, vice versâ. nonnunquam verò contingit, quod vtrumque ſimul eligentes efficere, alterare videlicet atque enutrire, talem ſubſtantiam quærimus, quæ & ſicuti alimenti, & ſicuti medicamenti affert vtilitatem. Non igitur expectant, vt ab omni animali, vel terra, vel aqua, vel ignis, vel aër ſolus per ſeipſum aſſumatur purum, ſimplex, ſine alijs elementum: neque enim aut loco cibi, aut loco medicinæ oportebit aſſumere. cibus enim debet ſimilis eſſe nutrito. ſimile autem compoſito corpori, atque ex alijs temperato, & omnium elementorum principi, alterum (vt arbitror) tale exiſtit, quod ex illis omnibus eſt generatum. neque ſemper elementum, vſum præbet medicinæ: ſed illo tempore tantùm, quo ſumma qualitas eſt corpori neceſſaria. & hæc nunc quidem ad Hipp. verba priùs enuntiata.

Quòd verò à qualitatibus ſæpe Hippocr. nominet elementa, vt nuper iterum atque iterum monui, calidum quidem appellans, neque ſolam qualitatem, neque quod ab eius exuperantia dicitur, ſed corpus quod ſummam participat qualitatem: & frigidum, in quo frigiditas ſumma conſiſtit: & ſiccum, in quo ſiccitas ſumma, & humidum, in quo ſumma humiditas: ex eius verbis tam productis poteſt vnicuique conſtare. nam cùm ita inquit, Et rurſus neceſſarium eſt reuerti ad ſuiipſius naturam, ſingulum poſt mortem hominis: nam & ſiccum ad ſiccum, & humidum ad humidum, & calidum ad calidum, & frigidum ad frigidum, non ſolas ait qualitates, ſiccum & humidum, calidum & frigidum: ſed ipſas ſubſtantias, in quibus ſunt qualitates. ipſæ enim ſunt, quæ recedunt in hominis morte, & vniuerſi elementis commiſcentur. Qualitates verò corrumpi quidem in hominis morte dicerentur, ad propriam verò reuerti naturam non dicerentur. Ergo non ſolas vocat Hippocrates, qualitates, calidum, frigidum, humidum, ſiccum: ſed & ipſa elementa: omnia ſiquidem corpora ex iſtis generantur, & in iſta deſinunt ac reſoluuntur.

Agè verò, vt in homine ſermonem tranſigamus, ex primis hic eſt & ſimpliciſſimis ſenſui elementis, quæ ſimilaria dicuntur, fibra, membrana, & carne, adipe, oſſe & charilagine, ligamento, neruis, cerebro, medullâque & alijs omnibus, quorum partes vniuerſæ eandem inuicem retinent formam. factæ verò rurſus ſunt hæ ex alijs quibuſdam proximis ipſis elementis, ſanguine, pituita & duplici bile, quæ ex cibis & potibus generantur: qui rurſus ex aëre & igne, terra & aqua ſunt geniti. hæc rurſus non ex alijs corporibus, ſed ex materia & qualitatibus conſtant. ac propterea ignis quidem & aquæ & aëris & terræ principia eſſe dicimus, non elementa: hæc autem ipſa, aliorum omnium ſunt elementa: ſunt enim particulæ minimæ aliorum omnium primæ ſimpliciſque. Ex herbis demùm, plantis & fructibus animalia cibum capiunt: ex quibus humores ſunt generati, qui ſecundùm naturam in corpore apparent. Ex his humoribus, ſingulæ partes ſimilares ſunt generatæ: quibus inuicem iunctis, primùm ac ſimplex inſtrumentum efficitur, quod ob vnam operationem à natura eſt generatum. his rurſus in vnum compoſitis, alterum maius inſtrumentum generatur: atque iterum ex illis inuicem iunctis & connexis, ſtructura exultat corporis vniuerſi. Porrò quòd elementa inuicem tranſmutentur, etiam Thaletis ſectatores conceſsêre: Epicurus autem atque Democritus, quæ videtur eſſe alteratio corporum, hanc eſſe concretionem & diſcretionem ſentiebant: Anaxagoras autem, ὁμοιομερείας, id eſt ſimilares particulas introduxit: Empedocles verò, vt patuit, quatuor elementa inuexit, quæ tamen nullam recipere tranſmutationem putauit. Hipp. tamen non hominis tantùm, ſed aliorum omnium naturam ex calido, frigido, humido & ſicco conſtare dixit, in ſeſe inuicem agentibus, non ex concretione & ſectione, vt iſti dicebant, ſed ex ea, quæ eſt per totum ſubſtantiæ ipſorum paſſione & alteratione. Ex quo neque vna ſecundùm

Elementi & principij differentia.
Corpora mutationi obnoxia, qualiter, & quot modis.
Alteratio qui fiat.
Fluxio quî fiat.
Inſtaurationis modi duo cõtrarij qui, & qualiter fiat.
Mutatio quî fiat.
Medicamẽti vtilitas.
Qualitatẽ ſeparatur à ſubſtantia.
Sũma qualitates in elementis: in mixtis ſecùs.
Alteratio & nutritio ſimul qui fiat.
Nullũ elementũ ſyncerum.
Vbi cõditio, & ſimilitudo alibi cum alimento, in quo.
Elementum quando pro medicina.
Elementa per qualitates enuntiata, qualiter.
Qualitates ſumma in elementis.
Poſt mortẽ, omnia ad ſui ſimile redeunt.
Qualitates in morte corrumpuntur.
Hominis partes ſimilares.
Pars ſimilaris, quæ.
4. Hominis principia partiũ ſimilarium, & illarũ totidẽ elementa.
4. Elementorum principia totidem: & elementum, quid.
Partium ſimilariũ generatio, & inde cõpoſitarũ, & ex his corporis totius.
Organa duorũ generum.
Elementa inuicẽ tranſmutantur.
Corporum alteratio qui fiat, philoſophorum opinio.
4. Elementa cõmunia in ſe agunt mutuò, qualiter.

Homo, non vnum, nec impatibile.

cundùm ſpeciem, neque impatibilis noſtra ſubſtantia exiſtit, ſed doloribus obnoxia. maléque iſti ſupponunt, impatibilem eſſe ſubſtantiam, & vacuum dari, contra Ariſtot. & Theophraſtum. Nemo tamen poteſt contradicere, quòd non oporteat per ſe totam alterari ſubſtantiam: hoc enim poſito, dolorem, voluptatem, ſenſum, memoriam ac ratiocinationem atque animam ipſam de medio tollemus: neque aliam qualitatem, quæ per totum poſſit alterare, præter illas quatuor, quas ſuprà diximus, inueniemus. quarum author Hipp. naturæ rerum elementa adinueniſſe dici iure poteſt, ac primus éadem ſufficienter demonſtraſſe.

Nullũ vacuũ, & omnẽ ſubſtãtiã patibilẽ.

Qualitates 4. & ſubſtantia per totum diuerſantur.

Hip. author elementorũ, natura.

Porrò vt omnium entium communia ſunt dicta illa quatuor ab Empedocle inſtituta elementa, ignis, aër, aqua & terra, quæ Hippocrati nominantur calidum, frigidum, humidum, ſiccum: ſic omnium animalium ſanguineorum neque primum, neque commune, ſed proprium generationis quadruplex iſtud elementum cenſetur, ſanguis, pituita, bilis flaua & atra. hominis etiam propriæ ſunt particulæ illæ minimæ, quæ ſimilares vocantur: licet ſanguinis pleriſque animalibus communes, primæ illæ & ſecundùm ſenſum, ſimplices particulæ. Inter hæc verò & illa, nobis quidem ſunt quatuor dicti humores, materia noſtræ generationis proxima, quæ ſua cuique rei adeſt in ſuo cuique diuerſa genere. quodquidem ſubiectum eſt, ex quo primùm aliquid fit, nullâ alterâ mediâ egens tranſmutatione. Quòd quidem igitur ex ſanguine matris, omnes animalium ſanguineorum partes ſint generatæ, cuilibet eſt manifeſtum. cùm verò hic ſanguis participet & pituitam & geminam bilem, non abſque ratione hîc eſt orta diſcordia, nonnullis ex ſolo ſanguine nos eſſe genitos, nonnullis verò ex quatuor humoribus, idem affirmantibus. qui ſermo vterque habet probabilitatem.

4. Communia omniũ elementa.

4. Propria omniũ animaliũ ſanguineorum elementa.

Partes hominis ſimilares.

4. Humores materia noſtræ generationis prima & ſubiectũ.

Partes omnes corporis ex ſanguine matris coaluerunt, qui 4. conſtant humoribus. Quæſtio.

Hippocrates tamen verius eſſe arbitratur, 4. humores, eſſe generationis hominis materiam, ex qua ſimilares primùm partes, iuxta ſuum quæque temperamentum, generatæ ſunt, calidæ de calido, molles è molli, & ſic de cæteris. qualiter etiam ſequenti tempore pars vnaquæque alimentum atque augmentum ex propria materia ſuſcepit. neque enim non vt lactis, ſic & ſanguinis, vnum quoddam ſimilare & ſui ſimile corpus eſt, vt aliàs oſtenſum eſt: quod partes inuicem ſeparatæ declarant, & poſtea repetetur. & medicamenta diuerſa diuerſos è corpore educunt humores, vt patuit, qui olim in materno ſanguine confuſi permiſcebantur. atque vt ex his homo generationem, ſic & nutritionem habuit: eſtque hæc ipſius natura. quòd autem in ſuperfluis purgationibus, proprius humor ab vnoquoque trahatur medicamento, & quo id fiat ordine, expoſitum eſt. ita vt ſi vnus deficiat, commori hominem neceſſe ſit atque diſſolui.

Materia noſtri corpo ris, ſunt 4. humores, qualiter.

Partes ĩſdẽ alũtur, quibus & generantur.

Sanguis nõ eſt vniformis. à ſimili.

4. Humores cũ ſanguine confuſi.

Hominis natura è 4. humoribus conſtat.

Medicamen trahit ſibi cognatũ humorem.

Talia ferè quidem Galenus in opere de elementis (quod ego mancum iudico) ad Hippocratis & ſenſit & ſcripſit. ex quo poſtquàm vnum aut alterum præterea locum deſumpſero, ad ſingulos humores ſingillatim explicandum & enucleandum tranſibo. ſic igitur ille initio ampliſſimi commentarij, licet imperfecti & nuper inuenti, in Hipp. lib. de humoribus, de iſtis ſummatim percurrit: reliqua leges per otium: hæc ad noſtrum inſtitutum præcipuè facere ſunt viſa. Hoc igitur priùs intelligendum eſt, humorem & ſuccum non idem eſſe. humor enim, eſt humiditas quædam, quæ in corpore animantis continetur. ſuccus, humiditas eſt, quæ in ijs fructibus, quibus veſcimur, aut quos exprimimus, inuenitur. Quod cùm ita ſit, de humoribus dicendum eſt. conſtare nimirum inter ſapientes homines, omnia corpora ex quatuor quibuſdam generibus, quæ proportione humoribus reſpondent, quæque elementa omnes vocant, eſſe conſtituta: eáque fuit Hippocratis Platoniſque ſententia. conſtant enim è terra, igne, aqua & aëre. Elementum porrò vocant minimam eius rei, cuius elementum ſit, partem. Hiſce autem elementis proportione reſpondent, vti dixi, quatuor humores qui ſunt in nobis: hoc eſt, ſanguis, pituita, bilis vtraque tum flaua, tum atra. Cùm autem hi humores inter ſe aptâ menſurâ ſunt ſecundùm naturam temperati, hinc rectè valemus: cùm verò aut deeſt quippiam, aut redundat, aut in alienum locum commigrat, ægrotamus. Nunc verò ſcire, quid cauſſæ ſit, cur aqua humectet, ignis adurat, aut aqua fluat, & ignis in ſublime feratur, firmiſſimâque & grauiſſima omnium elementorum ſit terra, nihil ad morbos curandos facit. ſatis enim eſt ei, qui tueri valetudinem velit, ac morbos profligare, ſi ſciat, ex apta caloris, frigoris, ſiccitatis & humiditatis temperie, bonam valetudinem exiſtere: ex horum intemperie, morbos oriri. atque etiam ſi intelligat, ex quatuor elementis ſtirpes gigni, earúmque fructus & ſemina procreari: hæcque omnia eſſe pecudum, ſuum, capratum, boum, & cæterarum animantium elementa, quæ aut herbas, & arborum baccas, aut ramos, aut radices depaſcuntur. hominibus verò & hæc ipſa animalia nutrimento eſſe, & ex eis gigni in humanis corporibus ſanguinem, pituitam, & geminas biles. ac ſanguinem quidem plurimum, ideóque ipſum ſolum in venis apparere: alia verò pauciora procreari. Cæterùm hic ſanguis, eſt ortus noſtri veluti materia: conſtátque è quatuor humoribus: ſed hoc nomen à dominio duxit. Nolim autem quemquam cogitare, corpora ex quatuor elementis abſolutè eſſe conflata: quandoquidem illa, aut poteſtate ſint in corporibus, actu tamen nullo modo inſunt: ſed quæ ex ipſis, intercedentibus alimentis, gignuntur, vt ſanguis, pituita, & flaua, atráque bilis; vt flaua bilis igni, atra terræ, pituita aquæ, proportione reſpondeat: ob eámque cauſſam calida ſiccâque poteſtate ſit flaua bilis, ſicut ignis: frigida & ſicca atra,

Humor & ſuccus, differunt, quo. N. ſuprà χυλὸς καὶ χυμός.

4. Elemẽta omniũ corporũ, totidẽ humoribus reſpondent, quo.

Elementa quid.

Sanitatis & morbi cauſſa.

Sanitas in bona temperie: & morbus contrà.

4. Cõmunia omniũ elementa.

Sanguis compoſitus aliis humoribus, inde appellatio à dominio.

Materia noſtri ortus, ſanguis, quo 4. humoribus conſtat.

Corpora non conſtant 4. elementis abſolutè, ſed potentiâ nõ actu, qualiter.

4. Humorũ qualitates & temperamenta.

N. Galenus omittit humorũ aëri analogũ, quẽ sanguinem antea statuimus.

Hip. primus author 4. elementorũ ad 4. humores analogorũ, per totidem qualitates.

Animantiũ origo, est sanguis & sanguinis, 4. humores.

Quæstio, An vnũ vel 4 nostri elementa.

Quòd 4. hominis elementa.

ſicut terra: pituita verò frigida & humida, vt aqua. aëreum verò elementum in ſolis corporibus animantium cernitur iuxta ſuam naturam, vt in reſpirationibus & pulſibus licet intueri. Atque ex his ipſis prima conſtant corpora, vt medulla, & caro, & nerui, & oſſa & alia quamplurima. Hippocrat. autem primus omnium & medicorum & philoſophorum, quorum nomen ad nos peruẽnit, aggreſſus eſt demonſtrare, quatuor eſſe elementa, quatuor item humores, & quatuor eſſe omnes qualitates, quæ inter ſe mutuò agerent: à quibus quæ ortum interitúmque nanciſcuntur, omnia fiunt & componuntur: eáſque totas per totas qualitates mutuò miſceri, primus agnouit. Zeno autem Citticus, vt qualitates, ita etiam ſubſtantias totas per totas miſceri exiſtimauit. Quoniam autem animantium, quæ ſanguine prædita ſunt, particulæ ex ſanguine matris factæ ſunt, íſque ſanguis, eſt pituitæ & bilis vtriuſque particeps: inde factum eſt, vt quidam noſtrum ortum ex ſolo ſanguine, alij verò ex quatuor elementis conſtare voluerint. quamuis enim vtriuſque ſectæ ſit probabilis ratio, eſt tamen verior ſententia, quâ quatuor elementa, eſſe naturæ humanæ materiam affirmatur. qua de probatione eſt Hipp. liber de natura hominis paulò antè à nobis ventilatus, cum Galeni commentarijs in eundem, & de elementis humani corporis ad Hipp. imitationem liber geminus, ſed mancus & mutilus poſterior, vt auguror: vt nunc ex his in lib. de Humoribus Hipp. commentarijs Galeni plura in eandem ſententiam diffuſè reperita, ſuperuacaneum ſit hoc quidem loco nuper alijs verbis & aliunde prolata retexere vel reſumere. Illud potiùs obiter ex præfatione Galeni in lib. 1. Epidem. Vere quidem, humorum temperatiſſimus in bene temperata conſtitutione ſanguis abundat: hyeme pituita, frigidiſſimus humor, in frigidiſſima tempeſtate: ſicuti flaua bilis, calidiſſimus humor, in calidiſſima hora: & reliquus, ſcilicet bilis atra in autumno, peruſtis in æſtate duobus ſuccis, ſanguine ſcilicet & pallida bile. ſed de hoc iterum poſthàc in cenſu ſingulorum, pluribus dicetur. Idem Galenus lib. 4. de ſanitate tuenda; Sanguis in medio eſt bilioſorum, atque horum, quorum vtique genus vno vocabulo appellare licet vel crudum ſuccum, vel pituitam. illi namque ex ſanguine fiunt, vbi ſupra iuſtum modum eſt percoctus: hi verò, ex eo nondum perfecto. & rectiùs nunc quidem Galenus, quàm citatus antè Ariſtoteles ex cap. 3. lib. 2. meteor. excrementa coctionis expertia, ſiue infra coctionem reponens. & deinceps ibidem Galenus; Crudi ſunt humores, ſiue ſemicocti, qui ante ſanguinis perfectionem fuerunt: ſed acres & mordaces, qui ſecundi ſunt, ſanguine poſteriores habendi. Sed quid attinet plura commemorare? cùm in iſtis quæ dixi, omnis conſtet quatuor generalium humorum vniuerſalis quędam notio & natura, quam deinceps ſingillatim & ſpeciatim enucleabimus. niſi forte & hoc obiter, haud ſcio an ex genuinis Galeni monimentis, ſanè tamen Galenicæ doctrinæ affine & conſentaneum, & inter eius monumẽta repoſtum. primùm ex libro, cui titulus eſt, Finitiones medicæ. Humores quatuor ſunt (ait) ex quibus animal conſiſtit, ſanguis, pituita, biles duæ, flaua atráque. hæc enim medicorum filij vocant elementa: quandoquidem ſanguis calidus humidus dulciſque eſt: pituita frigida, humida, ſalſa glutinoſáque: flaua bilis calida & ſicca, acriſque ac mordax: atra verò, ſicca, frigida, acida atque graueſſima. Sanguis in venis copioſus, in arterijs paucior, ex quo alitur animal. pituita ad ciborum deuorationem, & articulorum motum à Natura, ſubiecta eſt. bilis ad ſtomachi robur, ac ventris excretiones comparata. bilis atra ſedem habet in liene, miſta autem in ſanguine eſt: quæ ab eo ſecernitur, ne craſſus, ignauus ac digeſtu difficilis reddatur. vbi mox de cuiuſque differentijs, alibi diſtinctiùs explicanda. Poſtremò inter Galeni opera extat libellus inſcriptus, De natura & ordine cuiuſlibet corporis, in quo de humorum natura ſic diſceptat: Corpus igitur hominis ex quatuor humoribus conſtat: nam habet in ſe ſanguinem, choleram rubram, choleram nigram, & phlegma: qui quatuor humores habitant vel dominantur in locis ſuis. Sanguis dominatur in dextro latere in hepate: ſic & cholera rubra ibidem dominatur. in ſiniſtro verò latere, id eſt in ſplene, cholera nigra dominatur. phlegma autem in capite, & alia pars in veſica. alia pars ſanguinis dominatur in corde. Virtus autem ipſorum talis eſt. ſanguis eſt feruens, humidus & dulcis. cholera rubra eſt amara, ignea & ſicca. cholera melancholica, id eſt nigra, eſt acida, frigida & ſicca. phlegma verò eſt frigidum & ſalſum & humidum. Hæc omnia creſcunt ſuis temporibus: ſanguis enim creſcit tempore, ab octauo Idus Februarij vſque in octauum Idus Maij: & ſunt dies XCII. cholera verò rubra in æſtate, ab VIII. Idus Maij vſque in VIII. Idus Auguſti: & ſunt dies XCIX. cholera autem nigra, autumno, ab octauo Idus Auguſti vſque in VIII. Idus Nouembr. & ſunt dies XCI. phlegma verò hyeme ab VIII. Idus Nouembr. vſque in VIII. Idus Febru. & ſunt dies XCIII. Hi quatuor humores hoc idem patiuntur die ac nocte. ſanguis enim dominatur horis ſeptem (imò ſex) ab hora noctis nona vſque in horam diei tertiam. exinde dominatur cholera rubra vſque in nonam diei horam. deinde cholera nigra dominatur ex hora diei nona vſque in horam noctis tertiam. phlegma autem dominatur ex hora noctis tertia vſque in horam noctis nonam. Hæc omnia habent reſpirationes ſuas per ſingulas partes corporis. ſanguis per nares, cholera rubra per aures, cholera nigra per oculos, phlegma per os. Diuiduntur etiam quatuor hi humores per quatuor ætates, id eſt, phlegma in pueris ab ineunte ætate vſque ad XIIII. annos, cùm ſanguine. exinde cholera rubra dominatur vſque in annos XXV. & exinde

4. Humorũ ad 4. anni partes analogia.

Sanguis medius inter bilẽ & crudum humorem, qui.

N. contra Arist. de bile non cruda.

Humores crudi, qui: ité humores qui ante vel post sanguinem

Transitio.

4. Humores, nostri elemẽta corporis, & illorum qualitates.

Sanguinis receptacula, & reliquorũ humorum vsúsque.

Corporis humani 4. elementa, humoréſque.

4. Humorũ sed. & dominia.

4. Humorũ natura, qualitas, temperamentũ.

4. Humorũ ad 4. anni partes ratio.

4. Humorũ ad 4. diei partes analogia.

N. Hic autẽ dies naturalis, nõ cuiuslibet intelligẽdus, & quidẽ aequinoctialis cuius hora prima incipit à sexta matutina: sic deinceps. sic hora prima noctu incipit à sexta vespertina.

denominatur vſq. in annos XLII. maxima pars A ſanguinis cũ choleris nigris. dominatur exinde vſque in ſummam ætatem, phlegma, ſicut in pueris dominatur. Præterea hi quatuor humores faciunt in hominibus tales mores. ſanguis facit homines boni voti, ſimplices, modeſtos, blandos, euchymos ſiue plenos. cholera rubra facit homines iracundos, ingenioſos, acutos, leues, macilentos, plurimùm concedentes, & citò digerentes. cholerá nigra facit homines ſubdolos, cum iracundia, auaros, timidos, triſtes, ſeditioſos, inuidioſos, habentes ſæpius cicatrices nigras in pedibus, B vel in alijs membris. phlegma facit homines compoſitos, inuigilantes, inter ſe (vel potiùs intra ſe) cogitantes, citò afferentes canos in capite, minùs audaces. Omnia ergo quæ calidas habent virtutes, in ſuperioribus locis corporis dominantur. Pulſus autem ſuos hi quatuor humores habent vel faciunt: ſanguis enim pulſus facit plenos, humidos, æquales. cholera rubra facit pulſum tenuem citatúmque. cholera nigra facit pulſum plus tenuem, ſed tabentem, veluti percuſſum & aſperitatem. phlegma facit pulſum minùs plenum, humectatum, æqualem pondere. Hi humores ſine ſe eſſe non poſſunt, & in omnibus ætatibus dominantur. ſed quoties aliquis ex his humoribus excreuerit, tunc facit ægritudinem longam. quales autem humores iſti ſinguli gignant morbos, & quibus aduerſis curentur remedijs, alterius erit ſpeculationis. iſta enim mihi nunc ſufficiunt ab hoc incognito authore depromptа, Latino, vt apparet, & in Galeni opera irreptitio. quibus ſimillima ſcripſit alius pariter ἀνώνυμος author lib. 2. de dynamidijs ad Mecœnatem inſcripto, cap. 2. & quidem verbis vt ſæpe ijſdem, ſicuti conferenti tibi innoteſcet. itémque alter Soranus inſcriptus, in Iſagoge medicinæ. Hæc igitur mihi generatim & vniuerſaliter de humoribus vniuerſis noſtri corporis primigenijs, dicta ſint: deinceps verò de ſingulis dicturus, à primarijs & mihi familiaribus, atque conſuetis & hactenus vſurpatis authoribus nonnulla mutuabor, ſuiſque ſpeciatim locis inferam, à ſanguine velut nobiliſſimo & copioſiſſimo vtiliſſimóque exorſurus.

4. Humorũ ad mores inclinatio.

4. Humorũ pulſus, quales.

Sanitas & morbi ab humoribus, qualiter.

Tranſitio.

Propoſitio.

Digitized by Google

NICOLAI NANCELII ANALOGIAE MICROCOSMI AD MACROCOSMON,

LIBER DECIMVS.

De ſpeciali omnium humani corporis humorum tractatione;

ac primum

DE SANGVINE.

Caput I. ſiue liber vnus.

αἷμα vnde dicatur.

SANGVIS, & priſcis illis Latinis ſanguen; Græcis αἷμα dicitur: fortè quòd κατ' ἀπὸ τοῦ ῥεῖν, per corpus fluitat. ſic enim Plato in Timæo ſcripſerat, vim & vſum ſanguinis, haud ſcio an etiam etymon ſpeculatus; τὸ δ' ἐρυθρὰ πλεῖστα αἰεὶ αὐτοῦ χέοντα ἀμφὶ τῆς τοῦ πυρὸς δυνάμεως καὶ ἀποκρίσεως ἐν ὑγρῷ διαλαμπούσης φύσις. ἔθεν τὸ κατ' ἀπὸ τοῦ ῥεῖν τὸ αἷμα ῥεῦσιν ἔχον, αἶσαν ἔλαβε διαλυτικήν, ἐκ καλύπτρας αἵματα, τροφὴν σαρκῶν ἐξ ὁμοιότητος τοῦ σώματος. ἔθεν ὑδρηλότατα ἅπαντα πλεῖστα πλεῖστον τὸν κατερῶντα χόλον. id eſt, Sed plurimus in his rubeus prævalet color, cuius natura ex ignis portione & abſterſione in humido facta prouenit. propterea eius quod in totum corpus permanat, color talis aſpectu eſt, qualem diximus. id ſanguinem nominauimus, carnium & vniuerſi corporis pabulum: vnde irrigatio diſtributa paſſim exhauſta cuncta replet. vbi de ſanguine plura, & eius origine & facultate, breui poſthàc refricanda: nunc enim etymologiam nominis perſequimur. An verò inde putes dici τὸ αἷμα, ἐν ὅλῳ τῷ μάζαν αἰεὶ μάττει, quòd totam maſſam, & potiſſimùm carneam, ſemper ſubigat, & quaquà verſum conſpergat, per venas ceu riuulos deriuatus ſanguis? an quòd ἅμα, ſimul in ſe reliquos humores complexos ceu ineat? an ἀπὸ τοῦ αἴθω, τὸ καίω, αἷμα ἂν εἴη ἄμμα, ab incendio & æſtu caloréque immodico? ſed leui vocum inflexione. Nam fortè ſanguis apud Latinos ita dicitur, quod ſanitatem gignat. neque enim ſalus, ac ne vita quidem abſque ſanguine conſtare queat: cùm & animam in ſanguine quidam collocent, vt pridem diximus. vnde Poëta Latinus,

Sanguis rubor, vnde & vſus.

Sanguis vnde dicatur.

Anima in ſanguine, opinio eſt.

Purpuream vomit ille animam ---

Anam Empedocli ſanguis eſt anima vt olim diximus. atque Homero,

---Ψυχὴ δὲ καὶ ἐμπρήσιν ἀλυκτὸν
Ἔσσυτ' ἰουσ' ἀπὸ γυίων --- id eſt,

Anima autẽ per vulneratam plagã exijt adacta.

licet idem immortalem & ſapientem animam perhibeat, & delictorum apud orcum pœnas luere. verùm de iſtis iam antehàc. Quomodo autem ſanguis ex ſumptis alimẽtis gignatur ab hepate, & ex chylo proximo demutetur, atque à calore temperato fiat, tum paulò antè, tum præcipuè vbi de hepatis natura & vſu, tranſegi. nunc mihi teſtimonia de ſanguinis natura, vi & vſu quærenda ſunt præter citata, etiam aliunde. ac primum de Platone & Timæo pauca reſumam. τρέφεσθαι δὲ τὸ σῶμα τῷ ἐναντίῳ ζῶον καὶ συνέχεσθαι, ταῖς μὲν πρώταις διαδιδομένας ἀφ' ἑνὸς φλεβῶν εἰς ὅλον τὸν ὄγκον καὶ διαῤῥέουσαν, ἅτε δὲ ἐχούσῃ ἀναγωγίας καὶ καταφορὰς ὑπὸ τῶν πνευμάτων, ὃ δέχεται αὐτὸ δεῖ τὰ πάντα φέρειν. Ali verò corpus aërearum (ſiue ſpirabilium) animantium & coaleſcere, cùm alimentum per venas ad totam molem diſtribuitur, influxione, & quaſi per canalem vehitur, ac ſpiritu irrigatur, qui diffundit ipſum ad extrema quæque ferens. hæc Timæus archetypus. ex quo Plato per imitationem; τροφὴν τῷ σώματι ἐμοὶ δοκοῦντες πέμπειν εἶναι τὰ κάτω ἐκπνοὴν, ἣ ἔσπερ ἐν κήποις ὑδάτων ῥύσεις ἀφεῖσαν. Alimentum corpori noſtro dij, quaſi in hortis aquæductus diduxerunt, vt liquoris deriuatione irrigaretur. cætera alibi etiam ex Ariſt. & Gal. per imitationem ſuggeſſimus. & ibidem, πᾶν ζῶον ἀπὸ πάντος αἰεὶ τὸ αἷμα καὶ τὰς φλέβας ἔχειν ἐφ', ἅτε ἐν αὐτῷ πηγὴν τινα οὖσαν πυρός. Omne animal vniuerſi huius (vt legas πᾶς) in venis & ſanguine calorem, quaſi fontem ignis aliquem poſſidet. quem locum pridem contra Ariſt. & Gal. tutati ſumus. ſicut illud eiuſdem cùm Galeno adhibita diſtinctione ſu-

Propoſitio.

Ex Timæo locus.

Corporis alimentum à ſanguine quò fiat.

Ex Platone.

Alimẽtum corpori quò diſtribuatur. à ſimili.

Caloris fons vbi.

Digitized by Google

mus moderati; πλὴν ἥ δὲ καρδίαν ἄμα τῇ φλεβὶ ἑκατέρῃ καὶ πνεύμονι τῷ ἀριστερῷ καὶ πάσῃ τῇ κοίλῃ φλεβὶ ἄνωθεν ἐκ τῆς πλατείης φλεβὸς ἐς τὴν δεξιὴν κοιλίην καθίσαμεν. Cor verò venarum originem fontémque ſanguinis per omne corpus impetu quodam manantis, in ſtipatorum regione ſuſpendere voluerunt. ſed hæc obiter mihi dicta ſint alibi diffuſiùs antehàc expoſita: ad cæteros deuoluamur, ex quibus ſi fieri poſſit, indicta decerpamus.

Cor origo venarum, qualiter.

EX HIPP.

HIPPOCRATES lib. 1. de morb. Sanguis qui eſt in homine (inquit) maximam partem ad prudentiam confert: quidam dicunt totum. ſic rurſus idem lib. de flatibus; Opinor autem inter omnia, quæ in corpore ſunt, nihil magis ad prudentiam conferre, quàm ſanguinem. hic ergo ſi in conſtanti habitu perſiſtit, conſiſtit & prudentia: ſanguine verò permutato, concidit ſimul & prudentia. quod docet ab exemplo ſomni refrigerantis, & ebrietatis animum & ſenſum perturbantis, aque alijs minimè nunc conſiderandis. Quorſum pertinet quod idem libello de virginum morbis ſcribit: Quum vteri oſculum intus non fuerit apertum, ſanguis autem ampliùs influxerit, propter cibos & corporis augmentum, tunc ſanguis non habens effluxum, præ multitudine reſilit ad cor, & ad ſeptum tranſuerſum. quum igitur hæc repleta fuerint, cor fatuum fit: deinde ex fatuitate torpedo: poſtea ex torpedine delirium apprehendit. Tamen quòd prudentia ſit à ſanguine, alij non pariter aſſentiuntur, neque ego protinus conceſſerim, vt patebit. cùm larga ſanguinis copia ſomnolentos potiùs & graues & tardos & hebetes & voluptati luxuíque deditos faciat: ſitque frequenti vſu probatum prouerbium;

Prudentia à ſanguine, quomodo.

Virginum deliria & mania qui fiant.

An prudentia à ſanguine: & ſanguis quid faciat ad mores.

Παχεῖα γαστὴρ ὑπνῶδες νόον φέρει.

Pinguis aqualiculus ſenſum tenuem non parit.

Proverb.

Illud potiùs ſpectandum, quod idem Hipp. ſcribit lib. de corde; Sanguis non eſt natura calidus: neque enim alia aqua, ſed caleſcit. multis autem videtur natura calidus eſſe. de quo iterum patebit, reuera calidum eſſe ſanguinem & verò in corde æſtuare, quod alibi dixi. quod idem fatetur alibi hunc in modum ſcribens lib. de mortis; Pituita frigidiſſima, calidiſſimus ſanguis: frigidior etiam eſt aliquantò bilis ſanguine. qua de re nos tamen poſthàc viderimus. Et verò quænam alia cauſſa ſit, cur pueri ſint calidiſſimi: niſi quòd ſanguine multo, eóque calido abundant? ſic enim ad finem libri de natura humana: Nam id probè noſſe oportet, quòd homo primis diebus calidiſſimus eſt ſui reſpectu, vltimis frigidiſſimus. quam ſententiam vt veram & Hippocraticam Galenus approbat hunc locum citans & explicans lib. 8. plac. Hipp. & Plat. & comment. in illum locum explanat. ſed & aphor. 14. lib. 1. Pueri qui creſcunt plurimũ habent calidi natiui. &c. quo loco Galenus, iuuenibus quidem acriorem, pueris autem copioſiorem calorem aſſignat: ſicque quæſtionem illam ſoluit, pueri an iuuenes ſint calidiores: de qua copioſè lib. de temperament. & aduerſus Lycum, ad ſubſtantiam, non ad qualitatem, nomen calidi adaptans & conuertens. ingeniti enim caloris (quod & humidum radicale hîc intelligimus) ſubſtantia aërea eſt & aquea: quod ex ſemine intelligere licet. ideo calor puerorum blandus & ſuauis, iuuenum autem caloris vapor acer & mordax: ſubiectæ ſubſtantiæ reſpondens vterque, quæ aërea (vt dixi) & aquea eſt in pueris, at in iuuenibus ignea terreáque. exemplis rem liceret multis illuſtrare, ſi vacaret: ſed iſta aliò pertinent; nunc quod cœpimus, agamus. Quod autem idem Hippocr. ſcribit lib. de alimento, nihil admodùm docet hoc pacto; Succi varij & coloribus, & vicibus, & in detrimentum, & in vtilitatem, & neque lædentes, neque commodantes, & multitudine, & exceſſu, & defectu, & implicatione, aliquorum quidem, aliquorum verò non. & omnium caliditatem lædunt & iuuant, & frigiditatem lædunt & iuuant, & facultatem lædunt & iuuant. facultatis autem variæ naturæ ſunt: ſucci corrumpentes & totum & partem, & forinſecùs ac intrinſecùs, ſpontanei & non ſpontanei: nobis quidem ſpontanei, cauſſæ verò non ſpontanei. & paulò pòſt, Naturæ omnium nullo doctore vſæ ſunt. ſanguis alicuius vtilis: ſanguis proprius vtilis: ſanguis alienus nociuus: ſanguis proprius nociuus. idem initio lib. 4. de morb. Et ſanè ſanguini fons eſt cor. quod tamen quatenus verum ſit, cùm de generatione ſanguinis diximus, aduerſus Ariſtotelem, opinor, ſatis oſtendimus: & nuper de Platone conſtitit. ſed lib. de natura humana ſic eleganter; Vere pituita in corpore adhuc valida manet, & ſanguis creſcit: tunc enim frigora remittuntur, & pluuiæ ſuccedunt. itaque tum ex imbribus & diei calore ſanguis augetur: cuius naturæ id anni tempus, quoniam humidum eſt & calidum, maximè accommodatum eſt. Cuius rei indicium eſt, quòd homines verno æſtiuóque tempore potiſſimùm dyſenterijs (cruentis) corripiantur, ac ſanguis de naribus profluat, & calidiſſimi ſint atque rubicundiſſimi. de reliquis poſtea. Atq. hæc mihi ex Hipp. prõptuario deprompta deſumptáque, vt eximia & præclara ſufficiant, præter illa iam paulò antè ex eodem authore adſcripta.

Quæſtio.

Caloris nativi ſubſtantia, quæ.

Calor puerorũ & iuuenũ, qualis & vnde.

Succorũ humorúmque varietas in quo, & vſus.

Natura per ſe ſapit.

Sanguinis qualitas, & fons.

Sanguinis dominium vere, aut, & ſigna.

Sanguis an naturâ calidus.

Sanguis & pituita & temperata, & bilis.

Pueri calidiſſimi, cur.

Caloris in pueris & iuuenibus comparatio.

EX ARIST.

ARISTOTELES autem in cœtu & choro philoſophorum velut præſul & choragus, cùm partitionem humorum, eam feciſſet, quam antè produximus ex cap. 7. lib. 2. de partibus animal. vt alios diceret connatos, alios poſtgenitos (Græcè οὓς μὲν συμφύτους τῆς ζώσης ὑγρᾶς, οὓς δὲ ἐπιγενομένους) de priore genere priùs trãſigit, in quo ſanguis facilè primas tenet, tum vſu neceſſarius, tum ſapore dulcis & blandus, tum odore haud ingratus, tum colore floridus ac rutilans, tum ſuis conceptaculis & vaſis communibus reliquos propè omnes in ſeſe humores congenitos (συγγενεῖς Hippocrates, συμφύτους vocat Ariſt.)

Humorum diuiſio.

Sanguinis qualitas, & dotes, & vſus.

complexus, aut ex se gignens, alendo corpori vniuerso & corporis partibus atque particulis singulis naturaliter destinatus. de quo cùm ille multa multis locis dixerit appositissimè, nos delectu habito, quod huic sermoni videbitur satis posse facere, reliquis in præsés omissis, desumemus. Sic igitur cap. 6. li. 1. histor. animalũ, animalia partitur, vt alia sint sanguinea, alia exanguia siue sanguinis expertia. ibidem cap. 17. & cap. 2. lib. 3. histor. animal. & cap. 4. lib. 3. part. animal. & alibi passim, vt iam antè non obiter attigi, cor, velut sanguinis fontem describit: continet enim tum intra se, tum in vasis sanguinem, ac præcipuè suis in sinibus, quos ille tres enumerat: nos de duobus sumus assensi, atque adeo quibus vnicus cordis sinus insit, contra Plinium antea disseruimus. sicuti à corde non esse & venarum & sanguinis primam originem, contra Arist. certis & validis argumentis conuicimus. de venis autem subinde cap. 2. 3. 4. lib. 3. histor. animal. & cap. 5. lib. 3. part. animalium transigit, de quibus nos alibi. sed de sanguinis natura sic deinde toto cap. 19. lib. 3. histor. animal. Sanguis in primis necessarius communisque omnibus sanguineis animalibus est: nec aduentitius supperit, sed vernaculus atque intimus in omnibus integris atque imputidis habetur. Venas hic vasa sibi & conceptacula habet, nec in vllo alio nisi in corde præter venas continetur. Tactum nullo in genere sentit: sicut excrementa quoque in aluo contenta sensu carere certum est. Effluit sanguis quamcumque partem incideris carnis viuæ ac incorruptæ. Si sanguis integer est, rubet & dulcis saporis est: sed si vel natura, vel morbo sit vitiatus, atrior cernitur. Nec verò admodum crassus, aut admodùm tenuis est, qui optimo habitu constet, humidus & calidus semper est, quandiu in corpore animalis continetur. at vbi affluxerit, concrescit omnium præter quàm ceruorum & damarum, & siquid aliud naturâ eiusmodi sit. Itaque cæterorum omnium sanguis spissari solet, nisi fibræ quibus refertus est, eximantur. sed celerrimè omnium sanguis taurorum coït durescítque. Copia sanguinis imprimis animalibus ijs quæ animal & intra se formant, & in lucem edunt: mox ijs sanguineis, quæ pariunt oua. Quæ autem vel naturâ vel arte bono habitu sunt, ijs nec admodùm sanguinis est, velut ijs quæ per aliquam potionem recentem sanguine excedant: nec parum, velut ijs quæ nimiùm sunt obesa. quippe cùm præpinguia omnia sanguinem quamuis purum, tamen paucum habeant: & quò plus pinguedinis, eò minùs possideant sanguinis. pingue enim omne exangue est. Obesa item sanguinem habent imputidum: quanquam sanguis & quæ sanguinea sunt, facilè putrent: ac præcipuè quæ ad ossa propiùs applicantur. Homini sanguis tenuissimus ac mundissimus, sed parte inferiore crassior & atrior, quàm superiore. Palpitat intra venas sanguis omnium animalium, pulsúque simul vndique mouetur: solúsque omnium humorum sparsus per totum corpus animalium est. & semper quandiu vita seruatur, sanguis vnus animatur & feruet. Oritur primùm in corde, antequam totum corpus formetur. Si multùm sanguinis effluat, anima deficit: si nimium, vita interit. Si sanguis immodicè humescit, morbus infestat: sic enim in speciem saniei diluitur: & adeo serescit, vt iam nonnulli sudore cruento (qua de re nos alibi) exudarint. Idem etiam interdum caussæ est, vt qui effluxerit, aut omnino concrescere nequeat, aut incomptè particulatimque spissetur. Dormientibus porrò sanguinis copia partes exteriores deserit, subítque interiores: ita vt adacto cultello non æquè effluere possit. Fit per concoctionem ex sanie sanguis, ex sanguine adeps. Vitiato excrescentéque sanguine, profluuium vel è naribus, vel per infera marisci mouetur, aut varices fiunt. Idem putrescens, pus redditur: quo demum concalescente, purus, id est tophus lapis consistit. Fœminis sanguis crassior & nigrior quàm maribus est: dummodo cætera adsint pariter, quæ vel ab ætate, vel à sanitate proficiscuntur. Et minùs sanguinis per summa corporis fœminarũ est: plus enim parte interiore continetur. Sed omnium fœminarum maximè mulier sanguine abundat: ideo & menstruis, de quibus posthàc. Cæteris morbis sanguinis minùs mulieres infestantur quàm viri. Paucis item mulieribus fiunt marisсæ, aut varices, aut è naribus profusio sanguinis. & siquid eorum acciderit, detrimentum in menstrua decumbit. Ætatum etiam ratione sanguis discrimen tum in modo, tum in genere recipit. etenim in ætate admodùm inuenili saniem trahit, & largior est: in senectute autem crassus, niger & paucus. medium tenet in media firmáque ætate. Concrescit etiam facilè senum vel in corpore sanguis qui per summa est: quod idem nunquam iuuenibus euenit. Sanies, quæ Græcis ἰχὼρ, sanguis incoctus est: aut quia concoctus nondum est, aut quia in serum degenerauerit. Sed & cap. 2. lib. 3. histor. animal. Similarium sanguis potissimùm communis animalibus sanguineis omnibus est. quod repetit ferè cap. 2. lib. 2. part. animal. vbi sanguinem inter partes similares & humidas recenset. Sanguinem & bilem alij inter calida enumerant, alij inter frigida, ait idem cap. 2. lib. 2. part. animal. vbi post multas calidi differentias, ita tandem statuit sequenti cap. 3. Sanguinem quodammodo calidum esse (quem tamen absolutè calidum sect. 8. problem. 2. verè & liberè adstruit) videlicet eo, quale est ei sanguini esse: perinde quasi aquam feruentem nomine vno significemus. at verò subiecto, & quod tandem cùm sit, sanguis est, non calidus est: & quodammodo per se calidus, quodammodo non per se calidus est. de quo mox ad Galenum resumam. & paulò pòst, Patet sanguinem esse animalibus sanguineis vltimum alimentum: exanguibus verò id esse, quod vice sanguinis habeatur proportionale. Quamobrem quoties cibus non ingeritur, sanguis deficit: quoties ingeritur, augetur. & si alimenta bona assumuntur, sanguis integer

Animaliũ diuisio.

Cor, fons sanguinis, qui.

Cordis sinus, quot: & an venæ à corde.

Sanguinis necessitas, & vsus, & receptacula.

Sanguis & excrementa nõ sentiunt.

Sanguinis qualitates.

Sanguis quibus in grumos cõcrescat, & quæ de caussa.

Quibus animalibus plus insit sanguinis, minùsve.

Pingues nõ abundant sanguine, cur.

Sanguis facilè putret.

Sanguinis humani natura & præstantia.

Sanguinis pulsus, & feruor è natura.

Sanguinis ergo, vnde: & eius vsus ad vitam.

Sanguis qui morbosus, & qualis.

Sudor cruẽtus, mirum.

Sanguinis in somno & vigilia motus.

Saniei sanguinis & adipis generatio: item puris & tophi.

Cõperatio sanguinis & fœminæ.

Fœmina abundat sanguine in hominũ genere: & quibus infestentur morbis à sanguine.

Cõperatio sanguinis ab ætate.

Ichor sanguinis, quid.

Sanguis similaris, & communis.

Sanguis an calidus, quo modo.

Sanguinis vsus, & eius generatio, vnde, & qualis.

Sanguis nō sentit, nec excrementa: & eius receptacula.

est: si prauus, vitiosus. & sanguis ne tactus quidem sensum mouere potest, sicut nec cætera excrementorum genera. neque sanguis continuus est carni, neque cognatus: sed in corde ac venis, quasi vasis continetur. quod ferè repetit sequenti cap. 5. & 6. eiusdem libri. præcedenti autem cap. 4. Quas (inquit) fibras vocant, non omnis continet sanguis: sed sunt qui non habeant, vt ceruarum sanguis & damarum: quamobrem id sanguinis genus nunquam ipsis fatur. sanguis enim qui dilutior est, frigidior est: itaque durescere non potest. qui autem terrenus est, nimirum coït cùm humor euaporatur. fibræ autem illæ, terræ sunt opificium. Quoniam etiã euenit, vt nonnulla ex iis animalibus, quæ talem obtinent sanguinem, sapientiora sint: verùm nō sanguinis frigiditate, sed potiùs tenuitate atque munditia, quorum neutrũ in terreno est. habẽt enim sensum mobiliorem, quorum humor tenuior & syncerior est. hinc etiam nonnulla ex iis quæ sanguine vacant animalibus, prudentiora nonnullis sanguinem habentibus, sunt: vt apes, formicæ (& serpens in sacris libris) & si qua sunt timidiora, quibus sanguis dilutus nimiùm est: metus enim refrigerat: aqua autem frigore congelascit. Quæ autem exsangnia sunt, timidiora sunt sanguineis animalibus, ac mota cessant præ nimio metu, & excrementa emittunt: nonnulla etiam suos colores immutant. Quorum autem sanguis fibris admodùm multis crassisque refertus est, hæc terrena ampliùs constant natura, & animosa, iracunda, proindéque furibunda sunt: ita enim calorifica est. solida autem firmioráque omnia concalefacta, vehementiùs quàm humida calefaciunt. fibræ verò solidæ terrenæque sunt: itaque quasi formata in sanguine efficiuntur, feruorémque per iram accendunt. At si fibras detraxeris, sanguis non cogetur. vt enim si ex luto terrenam portionem semoueris, aqua non concrescit: ita sanguis fibris detractis incongelabilis manet: fibrarum enim natura terrena est. quòd si non eximantur, cogitur, vt terra humida frigore. At verò quandiu in corpore continetur sanguis, humidus (seu potius vuidus) est propter calorem animalibus inditum. Ac profectò naturam sanguinis caussam esse, cur permulta animalibus veniant, tum per mores, tum etiam per sensum, ratio est: materia enim totius corporis est. quippe cùm alimentum, materia sit: sanguis autem, vltimum alimentum habeatur. Facit igitur vt plurimùm differentiæ existat, si calidus aut frigidus sit, si tenuis aut crassus, si turbulentus aut nitidus. Sanies (Græcè ἰχὼρ) pars diluta siue aquosa sanguinis est: eò quòd aut nondum concocta, aut corrupta est. itaque id vel sanies necessariò est, vel sanguinis gratia est. At cap. 5. lib. 3. part. animal. ita scribit; Cùm autem partes ex sanguine omnes consistant, venarum riui in omnes corporis partes ratione recta expanduntur. Sãguinem enim fundi per omnia, adesséque omnibus oportet: siquidem partes quæquo ex eo consistunt. Et vt in hortis rigandis de vna origine fontéque vno aqua riuis permultis diducitur, aliíque ab aliis ductus subinde excipiunt,

Fibra in sanguine quid faciant, & vnde.

Sanguis quicunque est, non nō.

Sanguis quid ad prudentiam conferat, & quale.

Animantes quæ prudentiores.

Sãguis qui metum vel audaciam pariat.

Sãguis qui magis fibrosus. & iracundus.

Fibris detractis sanguis non cogitur.

A simili.

Fibrarum natura.

Sanguinis vis ad mores & sensum, & ratio.

Sanguinis differentia & effectus.

Sanies quid.

Sãguis quã partes alat diffusus.

A simili.

A quousque humor in omnes partes deueniat. atque etiam vt in fabricis per totam fundamentorum descriptionem lapides apponuntur: videlicet ea ratione qua sata hortorum humoris beneficio nascantur, fundamenta ex lapidibus condantur. Sic natura sanguinem per totum corpus censuit deriuandum, cùm is omnium materia sit. sed de hac similitudine iam semel atque iterum antehàc memini ex Platone, Arist. & Galeno. Rursum cap. 16. lib. 3. histor. animal. Quibus multum est carnis, iis venæ arctiores, & sanguis rubentior, & venter ac viscera parua: quibus parum, iis venæ ampliores, sanguis atrior, viscera maiora, & venter auctior. pinguescunt intra carnem, quibus paruus est venter. Medici tamen illud simpliciter non confitentur, cùm pinguium duo genera faciant: alterum è natura, atque vt Hipp. loquitur, ἐκ φύσιος, vel vt Philotheus exponit, ἀπὸ γενέσεως, à natiuitate; alterum ex euentu. Inde Gal. comment. aphor. 44. lib. 2. qui opimo sunt corporis habitu, venas & arterias angustas atque exiles habent: proindéque paucum omnio sanguinem & spiritum. Si qui autem naturâ symmetri & modicè corpulenti, pleniore posteà victu & otiosa vita crassi euaserint; etiamsi carnis & adipis copia accesserit, nihilo seciùs tamen amplas ipsi venas habent & arterias: ob eámque rationem in ipsis plus inest caloris natiui. Idémque lib. 2. de temperam. cap. 5. Quibuscunque latiores venæ sunt, hi calidiores naturâ sunt: quibus angustiores, contrà magis frigidi. caloris namque opus est has dilatare & extendere. Ita rationabiliter in idem ferè recidit venarum angustia cum habitu pingui & crassiore, habitus gracilis cum venarum laxitate. Quòd si quis simul pinguis crassúsque est, ac venas laxas habet; is consuetudinis alicuius occasione, non naturâ, pinguis est redditus. sicut è diuerso si quis angustas venas obtinet, & gracilis est, nec hunc talem esse naturâ necesse est. Quod iterum confirmat, & exemplo mulierculæ extenuatissimæ, sanguine tamen diffluentis, illustrat comment. 3. in lib. 6. Epidem. textu 29. Multi si quidem, ait, haud modica sanguinis copia redundant, cùm sint gracillimi: sicut alij è contrario crassi, paucum habent sanguinem. atque hoc mihi ad philosophum διαπορῆσαι dictum sit. idem porrò cap. 2. lib. 2. part. animal. Omnia ex humore sua capiunt alimenta. sanguis autem alius tenuior, alius crassior est: & alius syncerior, alius turbulentior: item alius frigidior, alius calidior tam in eodem animali, quàm in diuersis. quantum enim sanguinis parte corporis continetur superioti, his differentiis discrepat cum inferiori. Omnino animalibus aliis sanguinem dedit natura, aliis vice sanguinis partem eiusmodi aliam. Est certè roboris efficacior sanguis, qui crassior & calidior est: vim autem sentiendi intelligendíque obtinet pleniorem, qui tenuior atque frigidior est. Hoc idem discrimen in iis quoque habetur, quæ sanguini proportione respondent. Quamobrem apes atque eiusmodi alia animalia ingeniosio-

Similitudo.

Sanguinis cum carne cõparatio, & venarũ, & ventris, & adipis.

N. modificatio ad Arist. de pinguibus.

Pinguium duo genera, & vtrorum in vtrisque cõparatio & caloris.

Venarum & caloris cõparatio, itémque adipis.

Pingues alij naturâ, alij consuetudine, qui, & signa.

Gracilis quinam & vnde sanguine.

Sanguinis differentiæ.

Animalibus omnibus sanguis, aut aliquid analogon ineſt.

Sanguinis discrimen ad robur & intellectũ.

ra multis carentibus ſanguine ſunt: necnon inter ea quę ſanguinem habent, ingenioſiora ſuis contrariis ſunt, quæ ſanguinem habent frigidiorem & tenuiorem. Sed optimè conſtant, quæ calidum, tenuem, & ſyncerum habent: quippe quæ vnà & viribus corporis, & animæ ingenio plurimùm valeant. qualia pleraque repetit ſequenti cap. 4. nuper citato. In quo vides cum Hipp. vtcumque ſentire, prudentiam ſanguini aſſignante, vt iam patuit. Nam quòd Critias animam dixit eſſe ſanguinem, id quidem Arist. ſcribit cap. 2. lib. 1. de anima, & nos alibi antea ex aliis oſtendimus elenchum, lib. de immortalitate animæ ad Gal.

Sāguis qui optimus ad vires animæ & corporis.

An prudētia à ſanguine.

Anima an ſanguis.

EX PLINIO.

ARISTOTELEM ſuo more ferè ſecutus eſt Plinius c. 38. lib. 11. & c. 39. Sanguis, ait, quib. multus & pinguis, iracunda: marib. quàm fœminis nigrior, & iuuentæ magis quàm ſenio: & inferiore parte pinguior. Magna & in eo vitalitatis portio. emiſſus ſpiritum ſecum trahit: tamen tactum non ſentit. Animalium fortiora, quibus ſanguis craſſior: ſapientiora quibus tenuior: timidiora quibus minimus. at quibus nullus, hebetia. homini ſanguis tenuiſſimus. Obeſis minùs copioſus, quoniam abſumitur pingui. Profluuium eius vni fit in naribus homini, aliis nare altera, aliis vtraque, quibuſdam per inferna. multis per ora ſtato tempore, vt nuper Macrino Viſco viro prætorio, & omnibus annis Voluſio Saturnino vrbis præfecto, qui nonageſimum etiam exceſſit annum. Solum hoc in corpore temporarium ſentit incrementum. ſiquidem hoſtiæ abundantiorem fundunt, ii priùs bibêre. In homine vis eius ad minima momenta mutatur, non modò tantò minore ſuffuſi materia, verùm ad ſingulos animi habitus, pudore, ira, metu, palloris pluribus modis, item ruboris. alius enim iræ, & alius verecundiæ. Nam & in metu refugere, & nuſquam eſſe certum eſt: multíſque non transfluere transfoſſis: quod homini tantùm euenit. nam quæ mutari diximus, colorem alienum accipiunt quodam repercuſſu: homo ſolus in ſe mutat. morbi omnes mórſque ſanguinem abſumunt. & mox cap. 39. Sunt qui ſubtilitatem animi conſtare non tenuitate ſanguinis putent: ſed cute operimentíſque corporum magis aut minùs bruta eſſe, vt oſtrea & teſtudines; boum tergora, ſetas ſuum, obſtare tenuitati immeantis ſpiritus, nec purum liquidúmque tranſmitti. ſic & in homine cùm craſſior calloſiórve excludat cutis. ceu verò non crocodilis & duritia tergoris tribuatur & ſolertia: ſic hippopotamo, ſic elephanto. qua de re dictum à me alibi diffuſiùs. Nam quòd cap. 37. lib. 11. idem ſcribit, neque omnino approbo, vt è ſuperioribus nonnulla perperàm intellecta ex Ariſtot. aſſeuero, ſi eorum meminiſti, quæ paulò antè expreſſimus: quæ nunc confutare non vacat. Prima domicilia (inquiebat) intra ſe cor animo & ſanguini præbet ſinuoſo ſpecu, & in magnis animalibus triplici, in nullo non gemino. quod falſum antea confutaui, licet Ariſtotele comprobante. quæ autem eodem libro, & toto deinceps opere de ſanguine variorum animalium diſſerit, huic ſermoni aliena conſultus prætermitto.

Sanguinis comparatio ab ætate & ſexu: vis ad iram, & vitam, & robur, & prudentiā. Pingues minùs ſanguinei. Hæmorrhagia homini propria.

Hiſtoria de obnoxio vomitui ſāguine: N. mus Tyroni vidimus duos eiuſmodi.

Sanguis quando auctior.

Sanguinis in homine crebræ mutationes, quæ & cauſa.

Metus abſorbet ſanguinem. N. imò intrò reſorbet.

Animi ſolertia an à ſanguine, vel vnde.

Animi & ſanguinis ædes.

EX CICERONE.

QVOD ad Ciceronem attinet, nihil aliud habeo, quàm quod pridem inſinuaui ex 2. nat. Deor. libro: Ab eo cibo cùm eſt ſecreta bilis, iſque humores qui ex renibus profunduntur, reliqua ſe in ſanguinem vertunt, ad eaſdémque portas iecoris confluunt, ad quas omnes eius viæ pertinent: per quas lapſus cibus in hoc ipſo loco in eam venam, quæ cava appellatur, confunditur: pérque eam ad cor confectus iam coactúſque perlabitur. A corde autem in totum corpus diſtribuitur per venas admodum multas in omnes partes corporis pertinentes. hæc mihi ex Cicerone breuiter repetiuiſſe licebit, præter morem tamen atque inſtitutum.

Sanguinis formatio, & fons, & diſtributio.

EX GALENO.

TRANSEO deinceps ad Galenum, qui vnus cæteros nobis facilè ſupplebit, qui poſt eũ ſecuti omnes ſi quid præclarum aut eximiũ de ſanguine ſcripſerunt, illo duce & authore prodiderunt: quos ſingulos perſequi laboris ſit & magni & minimè neceſſarij, cùm humoris huius natura etiam tacentibus reliquis, ex dictis & dicendis ſatis innoteſcat. Ex ipſo autem Galeno multa iam antè de ſanguine cum aliis humoribus egi, præſertim quomodo generetur, & vnde, & vbi & à quo, & quî reliquos in ſe humores contineat. nunc etiam nonnulla ſpecialia eximiáque de eodem ſubiiciam; reliqua quæ ſunt longè plurima, conſultò prætermittam. ſic igitur ille lib. 2. de temperam. Succorum optimus ac maximè proprius & domeſticus, ſanguis eſt. & lib. 1. de ſanit. tu. Optimus ſanguis eſt, qui nec flaua bile abundat, nec atra, nec pituitoſus eſt, nec ſeroſus, nec aquoſo liquore permiſtus. atque eiuſdem operis de ſanitate tu. lib. 4. Sanguis medius inter bilem & pituitam: atque ſi ſupra iuſtum modum percoquatur, bilis fit: ex eodem nondum perfecto, pituita. quod aliunde iam antè protuli in generali humorum cenſu. ſed cap. 15. lib. 4. facult. ſimpl. med. Sanguis ſi optimus, etiam dulciſſimus eſt: dulcedo enim naturali ineſt ſanguini. & nunc vbi vaſe rupto quopiam aut aperto, affatim calidus ſanguis in linguam effunditur, dulciſſimus appareat: vtique ſi ſecundùm naturam habuerit: nam morbidus amarus aut ſalſus eſt, aliámve eius generis qualitatem præ ſe fert. at qui in toto eſt corpore, nos fugit, non aliter quàm aut bilis, aut pituita. Salſus verò ſanguis morboſus eſt, ait lib. de atra bile. & comment. 2. in lib. 6. epidem. cùm illud Platonis propoſuiſſet ex Timæo; Ichor, ſanguinis quidem ſerum, mitte: nigræ verò bilis, ſed acutæ, immite; ſtatim ſubiungit iſtam egregiam ſimilitudinem iam alibi à me citatam ex Ariſtot. & ex Galen. lib.

Propoſitio.

Sanguinis natura familiaris. Sāguis qui optimus.

Sāguis medius inter bilem & pituitam, quî.

Sāguis dulcis è natura.

Sāguis præter naturā ſaporē variat, quî.

Ichor ſanguinis, qualis.

Similitudo sanguinis cum lacte.

2. de element. Quemadmodum in lacte serosa quædam humiditas est, veluti colamentum & circunfluitans crassiorem eius partem: eodem sanè modo in omnibus succis & humoribus serosum quendam ac tenuem liquorem reperiri constat. sed paulò antè alia mihi similitudo sumpta est à vino & musto recenti ex lib. 2. facult. natural. & pridem ex lib. 4. vsus part. quam & fortè pòst repetam. eiusdem

Sanguis, quid in genere, & proprie.

verò lib. 6. epidem. sect. 5. Sanguinem appellat Hippocrates omnem in vasculis inclusum succum, in quo & pituita & bilis vtraque & tenues serosique liquores continentur. hæc enim miscella & melior & deterior redditur. In ea verò contentus humor, qui propriè sanguis dicitur, & à cuius exuberantia tota collectio nominatur, prauus dici nequaquam potest, perinde vt neque alium habere colorem, quàm rubrum, ait Galen. qui lib. de plenitudine, syncerum

Sāguis pura in venis non est.

in venis sanguinem inueniri negat. idem sub finem lib. 1. de temperam. Humidissimum frigidissimúmque in corpore, pituita est: calidissimum, sanguis: non tamen est is perinde

Sanguinis & pituitæ temperamentum.

humidus, vt pituita. sed mox id videremus per collationem bilis. idem Galen. comment. 1. in lib. de natu. hum. sanguinem non calidum & humidum, sed temperatum dixit, vti patuit. ita

Sanguinis temperies qua.

enim comment. 1. textu 39. Sed horum quid refert meminisse? quando sanguis ille, qui temperatissimus videtur, talis dicatur, quòd in ipso nullum suo contrario magnopere præcellit, nec calidum frigido, nec calido frigidum, nec humidum ficco, vel siccum humido. quo fit vt temperatissimus sanguis, pituitæ sit & flauæ atræque bilis particeps. & ibidem paulò antè textu 27. Cùm bifariàm sanguis dica-

Sanguis bifariam dicitur, quomodo: & sensu vnde.

tur, tum hic quem in sanguinis missione & vulneribus euacuari videmus, vtriusque bilis & pituitæ particeps: tum purus ille & niger a liis humoribus non confusus: ex sanguine, priore significato conformari fœtum fortasse verum sit: ex sanguine altero non item. nunquam enim solus ille in prægnantibus inest. At lib. 8. plac. Hipp. & Plat. sub finem; Omne ani-

Fons caloris vbi.

mal (inquiebat Plato) in sanguine & venis calorem, quasi ignis quendam fontem habet. cuius iam loci pridem meminimus: sicut & huius in-

Caloris natiui temperies vnde fit.

didem; Insitus calor temperatus cùm sit, substantia quidem in sanguine & pituita subsistit, qualitate autem congruè est ex caliditate & frigiditate contemperatus. sed & pridem monuimus ex lib. 2. de temperam. cap. 3. sinistrum cor-

Cordis sinus læuus calidiss.

dis sinum, omnium quæ in animali sunt, longè calidissimum. quem ob id Plato ὑφαιστοῦ ἢ μετεωρίου, ignis fontem qnendam appellabat. idem rursum lib. 2. c. 3. eiusdem operis de tem-

Exangnis frigida.

peram. Omne exangue frigidius sanguine prædito est. Succorum optimus & maximè proprius ac domesticus sanguis est. huius velut sedimentum ac fæx, atra bilis est: quæ iccirco tum frigidior, tum crassior sanguine: sicut flaua bilis longè calidior. frigidissimum verò ac humidissimum omnium quæ in animali habentur, pituita est. sed de his postea suo dicetur ordine. Idem verò fortassis exactiùs sic per comparationem

Sanguinis partes, & temperamentum cuiusque humoris.

definit comment. 1. in lib. Hipp. de natu. hum. Quæstio non parua oritur de veris temperamẽto, quemadmodum & calidum & humidum dicatur: quam cùm tractaui, temperatum potiùs dici hoc ostendi. Atque constat eadem etiam ratione non calidum & humidum debere dici sanguinem, sed temperatum. & paulò pòst, Pituitam humidam dicimus & frigidam esse, non quasi contrariorum expertem, sed quòd in ea humidum & frigidum dominentur. Idem de vtraque bile statuas: nam est flaua ficca; atra ficca & terrena esse dicitur; cui tamen aliqua est humiditatis pars: nam alioqui humor non fit. eadem ratione frigida esse dicitur, quòd plus habeat frigoris quàm caloris. sic sanguis temperatissimus dicitur, quòd in ipso nullum suo contrario magnopere præcellit; & quòd indiget quatuor qualitatibus; ideo cum reliquis humoribus confusus. addidi etiam antea ex lib. 2. facult. natural. & lib. simpl. medicam. calidum, frigidum, humidum, siccum dici actu & potentiâ; item κατὰ ἕξιν & διάθεσιν, perceptione siue imaginatione & facultate. quos modos si examinaueris, de sanguinis & reliquorum humorum genuino temperamento facilè æstimabis: ac forsan iterum de his postea. Celsus tamen c. 3. lib. 4. non vsquequaque Galeno huic assentitur, secutus Asclepiadem potiùs; Cernicis morbi eadem ratione curantur. sed Asclepiades vtique mittendum sanguinem credidit: quod quidam vitandum esse dixerunt, eò quòd maximè tum corpus calore egeret, isque esset in sanguine. Verùm hoc quidem falsum est: neque enim natura sanguinis est, vt vtique caleat: sed ex his quæ in homine sunt, is celerrimè vel calescit, vel refrigescit. quæ tamen ratio inefficax est, & fallax: & quidem Hippocrates aquæ optimæ hanc notam esse asseruit, quæ tamen vtique algida est. certum est autem & caloris natiui, & humidi primigenij vehiculum pabulúmque esse sanguinem cum spiritu: eóque morbo aut ætate deficiente vel imminuto, calorem naturalem αὐτόματος imminui, & sensim ad mortem gelidam lento gradu hominem progredi. De Arist. iam indicaui quid hac de re sentiret: sed indicta mihi dilatáque subiicere nunc placet haud intempestiuè. Is igitur cap. 1. lib. 4. de genera. animal. sanguinem absolutè calidum esse adstruit: & quodcumque animal plus sanguinis habet, hoc esse calidus. Quo tamen loci, non quicquid humidum & cruentum colore, idem censendum esse sanguinem statuit: sed sanguinem esse alium alio calidiorem, sicuti muliebri virilem, sicuti iam ostendimus eo problemate, An mas vel fœmina calidior? sed & Aristoteles idem 59. probl. 10. Quorum animalium ampliùs sanguis feruet, hæc & robustiora & animosiora sunt: sanguis enim alimento corporibus est. & quidem sanguis integer, dulcis est, ait cap. 2. lib. 4. part. animal. sed de his nunc satis; forsan enim cum bile sanguinis calorem posthàc conferemus: nunc verò Gal. reliquum excutiamus.

Quæstio.

Veris temperamentū item sanguinis, & pituitæ & bilis vtriusque.

Sanguis tēperatus, qualis.

Cal. frig. quot modis dicatur.

Quid obseruandum, vt de temperamento humorum statuas.

An sanguis mittendus in cunctis.

Sāguis natura non calet. N. ita prius ex Arist.

Sāguis calidus, caloris natiui vehiculum.

Mors gelida, cur.

Sanguis calidus, plus minùs.

Sāguis qui propriè.

Robur à sanguine, qualiter.

Sāguis dulcis è natura.

Quónam sanguis venalis ab arteriali differret, diximus antea tum aliunde, tum ex hoc

loco, nempe lib.6. plac. Hipp.& Plat. versus finem: Cordis sanguis iecoris sanguini dissimilis est; nam quò calidius viscus viscere, eò flauior sanguis cordis conspicitur: quem colorem sicciorisanguinis, sicut humidioris ruborem proprium esse constat. Sanguinis enim temperatura humidi, colore verò rubri prima in iecore generatio est: at flaui & tenuis subtilisque substantiæ sanguinis alterius & spirituosi, in læuo cordis ventriculo ortum esse non dubitamus. hunc arteriæ, illum venæ per totum corpus deuehunt. Quòd autem sanguis ex venis & arteriis effusus, qualiscumque sit, sanguinis tamen appellatione censeatur, lib. de atra bile cap.2. scripsit: sed rubrior ex venis, ex arteriis fere flauior. qui extra vasa concrescit, quouis loco continetur, & in φύμα seu grumum inspissatur. rursúmque lib. de fœtuum formatione; Cùm duo sint cordis ventriculi, in dextrum sanguis à iecore mediocri caliditate præditus; in sinistrum longè calidior ex arteriis ingreditur. Nullum autem animal vel exangue planè calidum, vel planè calidum exangue est: nam in sanguine qui in venis est, absque cordis calore, tepida quædam caliditas insita est; & propterea etiam in iecore: cor verò quasi ignis quendam focum animalia sortita sunt, vt hìc rursus ex Platone repetit. Nos verò existimamus contra Erasistratum, subtiliorem & feruentiorem in arteriis sanguinem contineri, quam in venis. Eum verò qui in animalibus est, temperatum calorem, & qui modicè est humidus, sanguinis generandi caussam esse, ex lib. 2. facult. natural. videor protulisse. Quòd autem sanguis ob fibras concrescat, dixi iam antea ex Aristot. & nunc ex Galen. demonstrarem, nisi verbis illum & rationibus Aristotelicis id negotium prolixius confeciisse viderem libro inscripto, Quòd animi mores corporis temperaturam sequantur. quod tamen mox videro ex eodem, & aliis. Differentias verò sanguinis tum alibi, tum lib. 2. de facult. natural. sic attingit; Reperitur in venis & crassus & tenuis sanguis: item aliis corporum magis ruber, aliis biliosior, aliis magis ater, aliis pituitosior, atque interdum graueolens. & lib. 3. aliment. facult. cap. 26. Extremæ prauitatis secundùm consistentiam sanguis est tum crassus, vt pix liquida; tum serosus adeo, vt postea quàm è vena effusus concreuerit, plurimum habeat aquosæ humiditatis supernatantis. laudatissimus verò est, qui inter hos exactè est medius. idem lib. de cura. per sangu. miss. Non solùm nutrimentum animantis partibus ex sanguine est; sed calor quoque naturalis perseuerantiam ex sanguine obtinet. quod similiter repetit ad finem lib. 1. de semine: Omnibus solidis animalis membris è semine, quemadmodum carneis omnibus è sanguine tam generatio, quàm nutritio est. Vnumquodque enim ea substantia qua primùm genitum est, ali etiam perpetuò consueuit. quippe cùm nutritio nil aliud sit, quàm continuò effluentis substantiæ redintegratio. quod vspiam antehàc ptidem extulimus. Quòd autem sanguis minimam mutationem desideret, vt caro fiat, sítque potestate caro, scripsit ad finem lib. 3. de facult. natural. & lib. 2. de temperam. & eodem illo 1. lib. de semine. ita tamen, vt quæ ex sanguine à principio constiterunt, renasci queant: sed quibus semen generationem præbuit, si semel depereant, de integro gigni nequeant, nisi fortè vena, eáque perraro, vt est suo antea loco annotatum. nunc enim ex vno Galeno plura inculcare non placet, cùm hæc præsenti instituto videantur sufficere, præter alia alibi in medium allata.

Sanguinis cordis & hepatis differentia, & ratio ortus.
Sanguis quid sit.
Sanguis vbi grumescit.
Cordis vtriusque ventriculi sanguis, qualis, & vnde.
Exanguia frigida.
Hepatis & cordis sanguis qualis per comparationem: item venarum & arteriarum.
Sanguinis generatio vnde fit.
Sanguis cur cogatur.
Sanguinis differentia.
Sanguinis prauitas, vel boni.
A sanguine calor & alimentum.
Partium corporis geminum alimentum.
Alimenti & generationis eadē materia: vt nutritio quid.
Sanguis in carnem quà demutetur.
Orta de sanguine renascuntur, de semine nunquam.

EX NANCELIO.

HÆc igitur natura sanguinis est, hic vsus atque præstantia. cuius de officina & generationis modo locóque dictum abundè in ea parte, quæ naturales facultates partésque his dicatas complectitur. Gignitur enim ab hepate; venis atque arteriis continetur, & toti corpori distribuitur; à corde (meo quidem iudicio, licet Galenus neget) perfectionem quandam suam adipiscitur; alendo corpori toti & eius partibus sufficit; quantitate, omnium humorum congenitorum longè plurimus; idem vere seu verno tempore copiosissimus: in pueris dominans & largus, è vino & bonis alimentis ac temperatis vberrimè generatur, qualitate quidem penes colorem rubeus, siquidem naturali modo se habeat; alioqui multis modis degenerans in omnem propemodùm colorem, albicantem, pallidum, flauescentem, croceum, viridem, æruginosum, glaucum, nigrescentem, atrum, & quæ sunt his affinia per mixtionem penè infinita: dicitúrque sanguis pituitosus, biliosus, melancholicus, serosus, putris. ex quo plurima morborum genera emergunt, de quibus in therapeutice: nunc enim naturalia tantùm persequimur. Gustum & saporem sanguini naturaliter habenti diximus esse dulcem, à calore mediocri elaboratum. namque idem si vitiatus degeneret, varios & peregrinos saporum modos induit, acidum, acrem, salsum, amarum, & similes alios quoscumque. atque vna cum ista saporum discrepantia, etiam peregrinos sibi odores ascisicit, quibus ex affinitate de propinquo nomina affingunt. Et hæc quidem vis est sanguinis penes corpus, mea certè sententia. an aliquid autem ad animi mores & prudentiam conferat, alibi disquiretur exactiùs. atque hoc iam mihi negotium magna ex parte confeciisse videtur Galenus peculiari ea de re libello. ex quo nunc illud obiter ad Aristot. subiicere satis sit, ex libro Quòd animi mores temper. corp. sequantur. vbi Aristot. verba toto cap. 7. recognosces, quæ mihi videor ex ipso antea genuino authore produxisse, vel adeo his plura. idem verò Galenus de omnibus humoribus, ad prudentiam quid conferant, sic breuiter statuit comment. 1. in lib. de natu. hum. Postquàm igitur & ipse sanguis indiget quatuor

Sanguinis generatio, vasa, perfectio, vsus, quantitas, dominium, ortus, qualitas, color, denominatio, sapor, odor.
Sanguinis vis ad mores & intellectum.

Digitized by Google

qualitatibus, humiditate. ſiccitate, calore & frigore: nemini dubium eſt, qui cum reliquis humoribus poſtulet confundi. quo fit vt temperatiſſimus ſanguis, pituitæ ſit & flauæ atrǽque bilis particeps. Eſt alia prærerea naturalis conſideratio non contemnenda. hæc ad proborum generationem morum referre quatuor humores docet. ſed hîc demonſtraſſe priùs conueniat, animi mores corporis comitari temperamenta: quam rem aliubi demonſtrauimus. Atque hoc conſtituto, animi dexteritas & prudentia à bilioſo humore proficiſcetur: integritatis & conſtantiæ erit author humor melancholicus: ſanguis, ſimplicitatis & ſtupiditatis. pituitæ natura ad morum cultum nihil facit: ſed in ciborum prima generatione mutari videtur. Idem & hoc ſpeciatim de corde & orificio ſtomachi notauit comment. 5. in lib. 6. epidem. textu 24. Quibus calor in corde permultus redundat, ij ſunt iracundi, aut etiam per exceſſum, iracundiſſimi. Sed calor in ventriculo, os eius contriſtans, iracundiores efficit. hæc enim particula in conſenſum ſui affectus animam adducit. tardiores enim ad intelligendum atque agendum homines reddit, quo tempore ipſa frigidior euaſerit. contrà promptiores atque iraſcentes, cùm magis incaluerit, haud naturali calore ſcilicet, ſed aduentitio & à natura alieno. Quorſum fortè reſpexit Plautus cùm dixit, Mora & fames bilim in naſum conciunt. Ideo Lactantius lib. de ira Dei, iram iecori à Deo inditam ſcripſit cap. 21. ſiquidem creditur cauſſam huius commotionis in humore fellis contineri. hæc ille: qua de re aliàs dicetur maiore apparatu.

Animi mores ſequuntur temperamenta corporis.

Humores 4. quod ad mores & prudentiam conferant

Pituita generatus.

Cordis vitio ad iracundiam: item oris ventriculi.

Stomachus quando acutos aut hebetes faciat.

Iram quæ cient, eorum cauſa & ſedes.

Mihi quidem videtur ſanguis quantitate moderatus, & qualitate probus, tum ſanitatem corporis conſeruare, tum coloris viuidum colorem tueri, tum animi tranquillitatem morúmque placabilitatem & æquabilitatem fouere. quod & Timæus Locrus ſic inſinuauit, & Plato confirmauit: Vt animal præclarè habeat, ait ille, corpus ſuis præditum ſit virtutibus oportet, bona valetudine, ſenſibus integris, robore & pulchritudine. Animus quoque cum ſuis virtutibus proportione congruat eſt neceſſe. & quæ ille ibidem plura: qualia libri medicorum paſſim perſonant. Idem verò ſanguis (namque de aliis humoribus aliàs) ſi copia exuperat, vt corpus aggrauat & heberat, ſic animi vigorem obtundit, & aciem ingenij præpedit, hominem cæteroquin ad riſus & iocos & laſciuiam & ſecuritatem inuitans, deinde ad ludum & ſomnum impellens, parcè autem ad ſolertiam aut inuentionis acumen. Quòd ſi qualitate peccans, in alios humores degeneret, his quidem adſimilem naturam induit cholericam, pituitoſam, melancholicam, morboſam. & quod ſæpe fieri video, perſæpe ſenes & valetudinarij homines, & alioquin cacochymi, in quibus leuis morbus aliquis luxuriem humorum depaſcitur, nihilominùs acuto pollent ingenio; ac ferè cæteris ratiocinando, inueniendo, recordando antecellunt. vt vana ſit hac in parte eorum ratio, qui animorum conditionem morúmque

Sanguinis ad ſanitatē & animi vigorem efficacitas.

Sanitatem quid ſaciat.

Sanguinis ad corpus & animū, meritóque.

Sanguinis præter naturam mutatio.

Valetudinarius ſolertia non admittit.

Intellectus & mores quō pendeant ab humoribus toti.

ex humorum natura totam metiuntur. ſed de his aliàs fortè pluribus verbis agam: tranſeo ad humorem ſecundum.

DE PITVITA.

CAPVT II.

Sine liber vnus.

PROXIMVS à ſanguine vt copia plurimus, ſic vſu & naturæ familiaritate optimus eſt is humor, quem Graij φλέγμα, Latini pituitam vocant: & quidem illi ἀπὸ τῦ φλέγω ἢ τὸ συμφλέγειν, ab inflammando, vt patuit: non tamen (opinor) quòd is humor ſit cæteris calidior aut flammantior, aut quòd ex aduſtione fiat: ſed potiùs vt mihi quidem videtur, κατ' ἀντίφρασιν, quòd ſit frigidus & algidus, atque à defectu natiui caloris proueniat. Vt enim alibi docui, quatuor humani corporis humores quadruplici rerum vniuerſarum elemento, atque annuæ conſtitutioni quadripartitæ, & pariter ætati hominis quadruplici reſpondent. Quorū qui tēperatiſſimus eſt ſanguis, veri tēpeſtatum moderatiſſimo clementiſſimóque & pueritiæ atque aëri aptè quadrat, modicè calidis humidíſque. pituita autem frigida & humida, colore quidem canas niues & pruinas ipſámque ſenectutem atque hyemem temperamento refert, atque inter elementa, ipſam aquam, vtraque pariter, ſed maiori intemperie pollentem frigida humidáque. bilis flaua ſuo natiuo calore & ſiccitate ad æſtatis feruorem, & iuuentæ ardorem aſpirat, igníſque imitatur incendia, & quatenus etiamnum poteſt, rutilum & flammeum colorem æmulatur. poſtrema bilis atra ſuo colore terream fæcem limúmq. æmulatur, ac velut aduſtos cineres & fauillam exprimit, autumni inæqualitatem, & inclinantem ætatem ſibi affinem refert ſiccitate arida & frigore ſqualida. ſed de his poſt Ptolemæū lib. 4. Iudiciorū, & Proclū lib. de anima & dæmone aliàs tranſegimus cōment. in Strabum. Quod & Hipp. breuiter ſic inſinuat lib. de natu. hum. In anno autem modò hyems maximè, modò ver, modo æſtas, modò autumnus viget. haud aliter in homine interim pituita dominatur, interim ſanguis (vides quomodo veri reponat, contra Gal, interim bilis primùm flaua, deinde atra. vbi Galenus; Vt in anno nunc humidum viget & frigidum, vocatúrque hoc anni tempus, hyems: nunc humidum & calidum, tempore veris: aliquanto ſiccum. & calidum, quæ vocatur æſtas: poſtremò ab his ſiccum & frigidum, in autumno. Ita in homine præſtat hyeme pituita humor humidus & frigidus: ſanguis vere calidus humor & humidus: flaua bilis æſtate, quæ facultate eſt calida & ſicca: atra autumno, ſicca & frigida, vt ipſe etiam autumnus. qua de re etiam indidem poſthàc; & verò de hac analogia paulò antè ex lib. 2. de facult. natural. meminimus.

φλέγμα unde dicatur, & ratio.

Sic Grammatici plerāque dicuntur per antiphraſin, vt lucum, bellum, & ſimilia.

Analogia 4 humorū ad 4. elementa, anni partes, ætates.

Vt ſanguinis,

Vt pituitæ,

Vt bilis flauæ.

Vt bilis atræ.

Vt in annō pars aliqua de quatuor, ſic in homine humor vnus dominatur.

4 Anni partium & 4 hominū cōgenitorum humorum temperamenta, analogiáq.

Pituitam verò putant ex eo dici, quòd pe-

Pituita vnde dicatur, & ratio.

tat vitam vel impetat, fortè non ita abſurdè loquuntur: namque pituitoſa ſenectus, & capularis ætas lento ad mortem gradu properat: copiáque pituitæ immodica hominem quocumque in ſtatu ætatis plerumque ſtrangulat atque ſuffocat. Inde eſt Corn. Galli ſcomma in ſenes amarulentum:

Scomma in ſenes.

Se ſolum doctum, ſe iudicat eſſe peritum:
Et quòd ſit ſapiens, deſipit ipſe magis.
Multa licet nobis referens, eadémque reuoluens
Horret, & alloquium conſpuis ipſe ſuum.

& quæ ille plura feſtiuè & nimiùm verè, de quibus nos in artem poëticam Flacci. Scitè verò & luculenter Hippoc. lib. 1. de diæta ſub finem; Cæterùm quod ad ætates attinet, ſaniſſimi ex talibus pueri ſunt: deinde adoleſcentes: morboſiſſimi autem ſenes, & his vicini.

Pueri ſaniſſimi, ſenes ægerrimi.

EX PLATONE.

PLATO in Timæo ita ſenſit originem nominis & vim humoris huius ſpeculatus: cui tamen non ſum veritus Athenienſi Gallus noſtram contrariam ſententiam opponere, vt rei medicæ & veritati, ni fallor, magis conſentientem. φλέγμα δ' ἔξω μὲν ἀλμυρόν, πηγὴ πάσης τοιαύτης ἰδέας, ὅσα γόγγυλοι καλοῦμεν. ἔσω δὲ πᾶς πόρος εἰς τὸν περὶ τὴν κοιλίαν τόπον ἥκων τὴν ἁλμυρότητα ἔλαφρον· ἔστι δὲ φλεγμαίνων λέγοντι τῷ σώματος, ὅσῳ τῷ κρέατι ἢ φλέγματι, ὅτῳ χολὴ γένοιτο πάσα. καμπύλαι μὲν οὖν ἀναπνοὰὶ ἔξω πᾶσαι κλειόμεναι φυσήματα ξύουσι· καταψυχθὲν δ' ὑπὸ, πυκνώσαν τοῦ σώματος πᾶσα ἰσχνόν. μίγνυσι δὲ, ὅταν αἷμα τοῦτῳ συλλεχθὲν, τὸ δὴ ἱερὸν τῆς ἱερᾶς ἀφαιρῇ πίδακος. id eſt, Proinde pituita accida atque item ſalſa, languorum omnium qui diſtillatione fiunt, origo eſt. quoniam verò plurima loca illabitur, malas gignit valetudines plurimas. Quæcunque autem partes corporis tumeſcere dicuntur (ſiue inflammari) à bilis incendio & combuſtione vexantur: quæ cùm expirat, extrinſecùs varios æſtu ſuo tumores producit: intrinſecùs verò cohibita, vrentes edacéſque morbos plurimos procreat. tunc autem peſſima eſt, quando puro ſanguini mixta, & villorum ligaminúmq. fila ex ordine dimouet. ita Ficinus reddidit, quo interprete vti ſoleo in Platone exprimendo. quæ autem plura eodem loci explicantur, ea ſunt à nobis aut iam producta, aut ad noſtrum inſtitutum parum pertinét. ex iſtis tamen quæ ſit mens Platonis de phlegmate, vides, & vnde nominis ducat etymon: de quo iam paulò antè, vel Galeno iudice adhibito ex lib. 2. de facult. natural. & lib. 8. plac. Hipp. Plat. vt hoc obiter moneam, Homero Iliad. φ'. φλέγμα αἰὲν φλογμοῖο & πρήσιος, pro incendio vſurpari. vt ſit nomen æquiuocum, ad humorem frigidum ſignificandum, & inflammationem, quam propriè φλεγμονὴν dicimus, quaſi φλεγμασίαν, ἀπὸ τοῦ φλέγω, & quidem propria vocis & verbi ſignificatione, quam nunc κατ' ἐξοχὴν de pituita interpretamur. ſed de nomine plus ſatis, rem ipſam pergamus exponere iam bene inchoatam.

φλέγμα, N. contra Plat.

Pituitoſi morbi, item bilioſi.

φλέγμα pro inflammatione.

Phlegma, nomen æquiuocum.

EX HIPPOC.

HIPPOCRATES lib. de natura hominis, vbi analogiam quatuor humorũ ad quatuor anni tempeſtates inſtituit, iam de ſanguine ad ver incepeam; Hyeme (inquit) increſcit in homine pituita: quòd hæc præcipuè ex iis quæ in corpore inſunt, huic tempori conueniat: frigidiſſima enim eſt. Huic rei, pituitam eſſe frigidiſſimam, argumento eſt, ſi pituitam, bilem, & ſanguinem tangere libeat; pituitam omnium frigidiſſimam repetias, etſi ſit lentiſſima, ac nonniſi ſumma vi ſecundùm atram bilem ducatur. quæ enim per vim trahuntur, hæc propter violentiam feruentiora redduntur. Sed tamen ad hæc omnia pituita ſuapte natura multò frigidiſſima apparet. Quòd autem hyems corpus pituita impleat, tibi his veſtigiis patebit. Exponunt homines & emungunt hyeme pituitoſiſſima: atque tumores albi iis potiſſimùm hoc anni tempore extuberant, aliíque morbi pituitoſi. mox vere ſanguis creſcit, & pituita minuitur, vt iam dictum eſt. Idem lib. 1. de morb. muliebribus pituitam ex ore & naribus effluere dicit. ita vocans mucum illum, & quam aliàs βλέννα ἢ πτύελον proprie Græci appellitant. Pituitæ enim reſpondet crudus humor, ait Galen. lib. 4. ſimpl. med. facult. ſed lib. 4. de morbis ita luculenter ſcribit Hippoc. Et ſanè ſanguini fons eſt cor, pituitæ caput, aquæ ſplen, bili locus folliculi in hepate. hi enim ſunt quatuor humoribus his fontes, ventriculo excepto. ibidem paulò pòſt, Trahit ſimilis humor ſimilem ex terra, & ex hoc angeſcit ac nutritur: & in omnibus eſt aliquid pituitoſi ac ſanguinei. deinde, Aſſero itaque quòd quantum in cibo aut potu pituitæ ineſt, illud vbi ad ventriculum peruenit, partim corpus ad ſe ipſum trahit, partim caput, vt quod cauum ſit, & velut cucurbita corpori incumbat, ad ſe trahit: vtpote viſcoſa exiſtente pituita, ita vt hanc alia per aliam ſequatur ad caput, & quæquidem recens ex cibo generatur pituita, in capite manet. vetus autem, prout copioſior eſt recens, ab ipſa violentè extruditur. quapropter vbi quis edit aut bibit aliquid pituitoſi, excreat pituitã. alioqui manet in capite: aut ad corpus deſcendit de capite, & ad verticulum aut veſicam peruenit: inde cum ſtercore aut vrina excernitur. ſin ad corpus deueniat, pro ſui copia lædit plus aut minùs: quod ibidem pluribus verbis demonſtat. Quod autem ſcribit initio lib. de affectionibus ἀναίτιον eſt, & parum ad rem facit; Morbi omnes hominibus à bile aut pituita fiunt. bilis autem & pituita morbos exhibent, quum in corpore nimiùm aut reſiccantur, aut humectantur, aut incaleſcunt, aut frigefiunt. & quæ plura ſequuntur, ſimilia his quæ lib. 4. de morbis referuntur; Caleſcente ſanguine, exhalat maximè per hunc humor aquoſus, qui febri eſt infeſtiſſimus, &c. Videor autem mihi iam antè illud protuliſſe ex lib. 1. de morb. Pituita frigidiſſima ex natura eſt: calidiſſimus autem ſanguis. quod ex parte verum eſt, ex parte non omnino

Pituita quando ad bumdet.

Quòd pituita ſit frigida.

Quòd pituita hyeme abundet.

Pituita erit & narium.

Crudus humor de pituita.

Sanguinis & pituitæ fons: item bilis utriuſque.

Plantæ de terra trahũt humorem congenerem.

Inde cibi pituitoſi, &c.

Caput & venter cur pituita abundent.

Pituita à capite quò feratur.

Quòd morbi omnes à bile & pituita, qualiter.

Sanguinis & pituitæ temperamentum.

omnino absolutè, vt iterum posthàc monebimus, & iam antè significauimus. Hæc ferè ex Hipp. ex quo iam antè multa in communi de humoribus congenitis sermone vniuersali, vel adeo ex Platonis analogia. de pituita autem vt morbo apud eundē vocato, & eo quod vocant φλέγμα λάβρον, id quia est ab hoc instituto alienum, ideo iure prætermittitur.

Pituita, morbus.

EX ARIST.

Bilis & pituita, sunt excrementa.

VENIO igitur ad Aristotelem familiæ meditorum suo merito inferendum. sic autem ille lib. 3. histor. animal. cap. 2. inter excrementa & partes cōmunes pituitam numerat & bilem vtramque. quod de pituita repetit sect. 4. probl. 17. vbi & venerem morbis pituitosis vtilem ab Hipp. repetit: quòd cùm semine multa pituita profluat. quod tamen non est ita verum vt supponitur: sed quia venus deficcat, & moderata calefacit, vt alibi dixi. rectiùs autem quod idem lib. 1. genera. animal. cap. 15. Excrementum appello reliquias alimenti. omne autem excrementum aut alimenti inutilis est aut vtilis. inutile dico, à quo nihil præterea naturæ suppediterur: sed quò plus absumitur, eò magis natura vitiatur: vtile contrà. cuius vtilis excrementi pars aliqua, semen est. vtilissimum autem, quod vltimum est, & ex quo iam vnumquodque gignitur membrum: est enim tum prius, tum posterius. Primi igitur alimenti excrementum, pituita est, & siquid aliud eiusmodi est. pituita enim, alimenti vtilis excrementum est: cuius rei indicium, quòd permistum cum cibo puro alere potest, & labore absumitur. de quo pòst ex Galeno conformiter & certò statuetur. Porrò quòd bilis calida sit, pituita autem frigida, & verè & breuiter colligit sect. 1. problem. 29. Nam quòd mulieribus & pituitosis secundior valetudo æstate & autumno siccis contingit, vis contrarij facit, vt idem sect. 1. probl. 11. prudenter colligit ex Hipp. aph. 2. & 3. & 14. & 18. lib. 3. quibus Galenus in comment. astipulatur, & ratio suffragatur.

Venus cum pituitosis vtilis.

N. contra Arist.

Excrementum, quid, & vnde, & quotuplex.

Semen, excrementum vtile, quare.

Pituita, quale excrementum: & quòd alere possit.

Bilis & pituita temperamentū.

Pituitosi quo tempore sanescere debent.

EX GAL.

IAM verò Galenus vnus omnium fusissimè rem tractans (neque enim de alijs habeo quid dicam, vt Cicerone, Celso, Plinio, Lactantio) primùm de vocis origination tum suam, tum alienam protulit sententiam locis à me iam citatis, & nunc breuiter indicandis: primùm ex lib. 2. facult. natural. Sanè Prodicus in opere de hominis natura, id quod vstum & velut supra modum in succis coctum est, φλέγμα Græcè nominat à verbo φλέγειν, quod vstum esse significat. cæterùm dictione aliter vtitur quàm cæteri: de re tamen idem sentit cum cæteris. reliqua antè protulimus: vbi & pituitam frigidam humidámque in senibus abundare ex Galeni sententia definiuimus. cui similē sententiam ex lib. 8. plac. Hipp. & Plat. attexuimus, φλέγμα Prodico, immutato nomine, amaræ bilis humorem nuncupari, à verbo φλέγειν, quod inflammari significat. quo loco &

φλέγμα quid, & vnde dicatur.

Pituita temperamentū.

φλέγμα debile, & etymon.

A Platonis de pituitæ generatione dubiam & æquiuocam opinionem expendimus improbauimúsque. & verò lib. 2. de differ. feb. cap. 6. vitreum Praxagoræ humorem, speciem pituitæ facit, quòd sit frigidus & tenax. quicumque enim frigidus atque humidus humor existit, ad pituitæ appellationem reducitur, si Hippocr. omnésque non modò priscos, sed alios etiam Græcos in nominibus imitari velimus. siquidem Prodicus in hoc nomine præuaricatur ab admirabili quodam veridico persuasus, vt aliunde patuit. Sanè apud Hipp. comment. 2. in prognost. Galenus φλέγμα, ἀπὸ φλεγμονῆς ἢ φλεγμονώδους indicat accipi, vbi scribitur: Abscessus consistunt hi in locis infernis, quibus circa ilia phlegma fatiget: illi in supernis, in quibus ilia sine humore & dolore persistunt. vbi Galenus nomine φλέγματος, non pituitosum humorem accipi ducit: sed de calore præter naturam flammido, qui erysipelas aut phlegmone propriè nominatur. Vt inde appareat nominis huius apud priscos significatum fuisse homonymum, cùm eidem Hippocrati sæpius de quarto congenito humore frigido vsurpetur, vt clarè patuit, & pluribus possem docere exemplis. quod ipse adeo Galenus in exegesi vocum Hippocraticarum nominatim repetit & monet: haud scio an & qui de vocibus iatricis lexica post illum scripserunt, idem notarint: quos præ manibus non habeo. Nam comment. aph. 29. lib. 7. λάβρον φλέγμα, albam pituitam, speciem aquæ inter cutem interpretatur, qui λευκοφλεγματίας dicitur. Plinius autem apud Latinos pituitam de alio morbi genere accipit tum homini, tum auibus, tum pecoribus communi familiarique. Sed lite nominum omissa, ad rem veniamus. initio comment. in lib. 1. aph. 20. Si hyems adsit, si regio frigida, si homo senex, pituita abundat: à qua fit febris, quæ quotidiana dicitur, & ibidem ad aph. 7. & aliquot sequentes aph. 16. & 31. & fortè plures lib. 3. Aëris ambientis humiditas pituitosos aceruat humores, & nō paucas generat aqueas superfluitates. siccitas verò pauciores quidē humores efficit, sed qualitate biliosiores. Quòd autem pituita ex alimento naturâ frigidiore gignatur, quodquidem à calore insito vinci non potuit, docet idem lib. 8. plac. Hipp. & Plat. & lib. simpl. medicam. & de aliment. facult. atque alijs plurimis. Ad finem autem lib. 1. temperam. Humidissimum frigidissimúmque in corpore, pituita est. non tamen absolutè, sed à præpollenti ex mixtura, vt eodem lib. interpretatur. Nam pituitam humidam dicimus & frigidam esse, non quasi contrariorum expertem, sed quòd in ea humidum & frigidum dominentur, vt idem exponit comment. in lib. Hipp. de natu. hum. iam productum. quod ijsdem ferè verbis repetit lib. 1. de temperam. cap. 3. caussámque subdit: Instrumentum autem quo id cognoscitur, ipse est tactus, vt Hipp. lib. de natura hominis demonstrauit: sed & visus & ratio. & tactus quidem ac visus, quòd talis his cernitur: ratio verò, vbi non caloris copia, sed naturali humore talem esse definiuit. rursum lib. 3. de

Vitreus humor, qui.

Pituita tripartita.

φλέγμα pro phlegmone.

Abscessuum sedes.

Phlegmatis nomen homonymum.

Leucophlegmatias, qui.

Pituita mali humi.

Pituita vbi abundet, & quo tempore.

Bilis quāda abundet.

Pituitam, quæ generis alimenta.

Pituita temperamētū, & eius tales.

Quòd pituita frigida, qui.

Pituita generatio & qualitas. temper. ex Hipp. Pituita ipſa quanuis iam ſuccus ſit, atquè ex cibis in ventre iam concoctis nata, nihilo minùs frigida tangentibus ſentitur: neq. id modò dum in ventre conſiſtit, ſed poſtquàm à venis ipſis purgantis cuiuſpiam medicamenti vi eſt detracta. tametſi enim quàm tenacillima eſt, ac per vim ducitur: attamen ne ipſa quidem tractus violentia calfieri poteſt. quæ verba Hipp. agnoſco iam à me prolata. Verùm diſtinctio hæc prorſus neceſſaria eſt ex eodem Galeno non ratò repetita: ſic enim comment. 1. ad lib. Hipp. de natura hum. Pituita alia dulcis, alia acida, alia ſalſa, alia nullam inſignem qualitatem habet. quod idem repetit lib. cui titulus eſt, Finitiones medicæ, & lib. 1. de aliment. facult. verbis penè iiſdem; Humorem pituitoſum alium quidem acidum, aliũ ſalſum, alium dulcem, alium denique ſenſibilis qualitatis expertem, quem Graij vocant ἄποιον. rurſus alium liquidum, alium craſſum, alium viſcidum, alium diſſipatu facilem. item lib. de bile atra, Salſum ſanguinem ſalſámq. pituitam, morboſos humores ſtatuit. At verò ſanguis naturalis, dulcis in totum videtur, pituita autem qualitatis expers, perinde ac aqua: quæ ſi à naturali qualitate diuertat, non modò ſalſa, verùm & acida redditur: nonnumquam verò & dulcis particeps fit qualitatis. ſed hunc quoque humorem, qualiſcumque fuerit, ſi modò albus exiſtat, pituitam appellant. habétq. omnium humorum commune indicium, nimium non congelaſcere. & ad aph. 12. lib. 3. Pituitoſum humorem par eſt auſtrali conſtitutione plurimum generari. cerebrum autem naturâ ſua generandis pituitoſis ſuperfluitatibus aptum eſt. cùm perfrigeratum, alimentum conuincere non poteſt. Ineſt autem & hoc pituitæ generationi, vt quæ à forti fit frigiditate, acida euadat: quæ verò à caliditate replente caput, ſalſa: ſicuti ſanè & quæ à pauca fit frigiditate, vel paucam dulcedinem, vel nullam manifeſtam qualitaté habeat. & lib. 3. loc. aff. cap. 7. Pituitæ vnum genus eſt, ait, quod quotidie vel ſcreando, vel euomendo, vel emungendo educitur, vaporoſo ſcilicet ſpiritu plenum: vt ne ſenſum quidem lateat, ipſum eſſe diſſimulare. Alia verò pituita ſimilaris quidem videtur, licet fortaſſe non ſit ſimilaris; qualis eſt tum crudus humor, qui in vrinis ſubſtat, tum is qui à Praxagora vitreus appellatur. Atque ex hoc genere eſſe videtur ſaliua, quæ neque fluida admodùm eſt, neque aquoſa. verùm ſaliua non vnica duntaxat qualitate guſtum afficit, nedum vniuerſa pituita: ſæpenumerò enim & amaram, & acidam, & ſalſam in ore ſaliuam manifeſtè deprehendimus: veluti cùm ſani degimus, nulla qualitate infecta; ſed perinde quaſi aquoſa ſaliua guſtui offertur. Pituitoſos autem propriè nominamus, in quibus frigiditas humiditáſq. dominatur. qualia ferè repetit lib. 2. differ. feb. cap. 6. Quicumque humor naturâ frigidus atque humidus fuerit, hunc nos pituitam appellamus. cuius plures ſunt differentiæ. Vna ſiquidem eius eſt ſpecies frigida, adeo vt cùm loco calido obſtruitur, dolores maximos excitet colicos,

Ab expetitis.

Pituita differentia.

Salſa pituita morboſa.

Sanguis à natura dulcis: pituita verò ἄποιος.

Pituita color & proprietas.

Pituita quo tempore abundet, & cur in capite

Pituita acida, ſalſa, dulcis vnde fiat.

Pituita cruda & nariũ.

An pituita ſimilaris.

Pituita in vrinis.

Saliua de pituita, & eius differentia.

Pituitoſi, qui.

Pituita, qualis humor, & eius differentia.

vitri liquefacti ſimilitudinem gerens. Eſt & alia pituitæ ſpecies, quam plerique cum ſcreatu expuunt, ſenſibilem habens dulcedinem, non exquiſitè quidem frigida. Eſt & tertia alia pituitæ ſpecies, quæ expuentibus videtur acida: eſt autem minùs frigida quàm vitrea, magis tamen quàm dulcis. Sicut & alia ſpecies eſt ſalſa aut propter putredinem, aut propter ſalſæ ſeroſæ humiditatis mixtionem. Fortè autem & vitrea pituita acidæ qualitatis eſt particeps: adeo vt eius differentiæ tres ſint numero vniuerſæ, acida, dulcis & ſalſa. ſed de hoc forſan accuratiori diſtinctione ſic ad finem lib. 2. facult. natural. vbi & pituitæ finitio quædam notatur. Sanè quod pituitam expurget, natura nullum inſtrumentum condidit: propterea quòd frigida humidáque eſt, ac veluti ex dimidio coctũ (Gr. ἡμίεφθον) nutrimentum. deſiderat igitur talis ſuccus non vtique vacuari, ſed in corpore manens alterari. Excrementum verò quod à cerebro deſtillat, fortaſſe nec pituitam quis rectè appellet: ſed ſicut & nominari ſolet, mucum & deſtillationẽ (Gr. βλέννα ἢ κόρυζα) Quanquam & huic vacuando rectè proſpexit, & quæ in vẽtriculo & inteſtinis creatur pituita, quemadmodum commodiſſimè ac celerimè vacuetur, eadem natura prouidit, vt pridem oſtendimus in hiſtoria inteſtinorum & partium naturalium. Quod autem in venis pituitæ fertur, cùm ſit animalibus ex vſu, nulla vacuatione eget. Sed & omnino diſtinctè cap. 16. lib. de multitudine; Ex pituitæ generibus vnũ dulce eſt, acidum alterum, tertium ſalſum: fiúntq. ex dulci, ſomnolenti: famelici ex acida redundante: vti cùm ſalſa ſuperauerit, ſiticuloſi: ex crudo verò minimè appetentes. quem vtiq. poſtremum humorem crudum, & eum qui in hydrope dominatur, præſertim ἀνασαρκικήν, etiam pituitæ ibidem accenſet Gal. licet is humor alia pituita craſſior ſit, & minùs flatulentus. qualis in vrinis ſubſidet, iis præſertim quæ ex edacitate ſedimen multum fabaceæ pulticulæ ſimile obtinent. Quin & corporibus iis quæ ab exercitationibus abſtinuêre, cibis verò quàm plurimis ac balneis poſt ſumptos cibos vtebantur, ſæpe eiuſmodi humor confertim per aluum deſcendit. ſed & vnà cum hoc humore, perinde ac cum pituita, decolor quædam in toto corpore ſubeſt. verùm indidẽ ſpecies plethoræ æqualiter per totũ corpus diffuſæ quibus ſignis internoſcantur, breuiter accipe. Ruborem præ ſe fert ſanguinis copia, flaua bilis palloré, pituita ad albidius declinat, atra autẽ bilis ad nigrius. idem ferè in cacochymia accidit, de qua alibi. libro autem 3. de ſympt. cauſſ. vbi excrementorum ſingulorum perſequitur ſymptomata, ad pituitam iſta refert; Pituitoſo excremento in toto quidem corpore ſuccedit hydrops ἀνασαρκικὸς dictus. cùm in vna in ſedit particula, tumor qui Græcè οἴδημα dicitur, indolens & laxus. ſeroſa excremẽta cùm redũdant, tum aſcites vocatus hydrops excipit; tum papularũ in iis animalis partibus, in quas perducta ſuperflua ſunt, prouentus. de aliis alias. ſic & lib. 1. de ſanitate tuenda; Animi corporiſq. motus ſi in-

Pituita vitrea.

Pituitarum comparatio in calore.

Pituita ſalſa vnde.

Pituita vitrea 3. differentiæ.

Pituita, quid, & qualis, & vſus.

Mucus an ſit pituita.

Pituita vẽtriculi & inteſtinorũ, quorſum.

Pituita in venis vſus.

Pituitæ differentia, & effectus.

Humor crudus, an pituita.

Pituita in vrinis, vnde & qualis: item in faecibus.

Pituitoſus color.

Plethora ſua, & 4. humorum color naturalis.

Pituitoſi affectus.

tra modum ſubſiſtunt, pituitoſum frigidúmq. efficiunt. quibus affinia tum aliàs ſcribit, tum comment. aph. 56. lib. 6. & 19. lib. 2. & 30. lib. 7. quo poſtremo, pituitam à capite in inteſtina confluere profitetur poſt Hippocratẽ: coctamque in pulmonibus pituitam puri adſimilem reddi. idem ad aph. 53. lib. 4. in febribus lentam pituitam à calore circa dentes dẽſari conſentit Hippocrati. vbi & aph. 52. libri eiuſdem, lacrymas ad pituitam naturam videtur referre, & quæ ſunt generis eiuſdem; largiore forſan phlegmatis ſignificatu. ſed & cõment. ad aph. 75. & reliquos deinceps lib. 4. pituitam vrina excerni prodit. quin etiam comment. in aph. 36. lib. 5. per menſes eandem pituitam ferri tradit: atque eandem in vterum corriuari, & acerabula offercire, cõment. in aph. 46. & 62. eiuſdem lib. 5. dicenti & aſſeueranti Hippocrati aſſentitur. ſed idem priuatim lib. 1. de aliment. facult. cap. 2. Eſt (inquit) & pituitæ ſuccus crudus ac frigidus, non tamen craſſus, vt qui humiditatem multam habeat, & ſpiritum flatulentum. Crudus autem ſuccus propriè nominatus talis eſt, quale id apparet, quod in vrinis ſubſidet puri quandoq. adſimile. verùm pus & graueolens eſt & lentum: crudus verò ſuccus craſſitie & colore illi duntaxat eſt ſimilis, vt qui neque graueolens eſt, neque lentus. qui locus planè inſignis eſt ad diſtinctionem vtriuſque, in qua pleroſque falli contingit etiam peritos & exercitatos medicos. ideo qui nunc ex recẽti commentario in Hipp. de humorib. occurrit, placet conſimilem locum adſcribere, ne præterfluat incogitanti. Crudus humor (ait illic Gal.) propriè nominatur is qui talis eſt, quale videtur eſſe id quod in vrinis puri ſimile ſubſidet. ab eo tamen differt, quia pus graueolens eſt & glutinoſum: crudus verò humor habet quidem craſſitudinem & colorem illi ſimilem: ſed neque graueolens eſt, neque glutinoſus. Ac tale quidem eſt id quod vẽtriculo ac venis nondum coctum continetur. Sunt porrò crudorũ humorum duo genera: eorum alter tenuis & aqueus eſt, alter craſſus & glutinoſus. éſtq. is in partibus corporis impactus. Talis humor naribus & ore excernitur: talis in pueris & voracibus ab ingluuie cumulatur. idem lib. 3. de facult. natural. ſaliuam ore contentam pituitæ donat nomine. ſed θερμοτέρων lib. 5. vſus part. excrementum pituitoſum illud denominat, quod inteſtinis adhæret. ibidem verò pituitam eam vocat propriè, quæ ventriculo ineſt atque innatat, & fortè in ſanguinem lenta mora à natiuo calore conuertitur: éſtque illud alibi paulò antè citatum ἐμπεπτον ἀίμα ὑγρὸν, ſemicoctum ſanguen alimentúmve, ſiue in hepate, ſiue in ventriculo iam à principio genitum. quodquidem ſi vitium facit, & qualitate fit glutinoſum, quomodo hauſto oxymelite cum radiculæ decocto extergeatur, ibidem docet obiter, & nos obiter monemus, quia de curatione morborũ nunc non agimus. curatio autẽ iſtorũ ſimplex eſt, vt craſſa & viſcoſa incidãtur ac detergeãtur, vomitionéq. expellantur. Rurſum verò pituitæ iſtius quæ in ventriculo continetur, vſum mutationémq. ſic declarat lib. de atra bile; Porrò à nobis demõſtratum eſt, pituitoſum humorem ex pituitoſis cibis in prima coctione ventriculi fieri; vti bilioſum & melãcholicũ in iecinore. mutatur & in concoctione quam obit is, pituitoſus in ſanguinem. proinde nullum ei peculiare datũ inſtrumẽtum eſt ad ſanguinis purgationem, quemadmodũ vtraq. veſica & lien. nã hæ bilioſi humoris ſunt & ſeroſorũ excrementorum, lien melãcholici humoris. Quod enim in vẽtriculo generatur, ac cum humoribus qui ex cibo & potu in iecur digeruntur, perfertur dum cum iis vnà concoquitur, ſanguis euadit. quod autẽ in regionibus vẽtriculi eſt reliquum, à defluente ex iecinore in ipſas bile exterſũ, per inferiorem ventrem egeritur. & lib. de conſtit. artis med. de pituitæ generib. ſic ſtatuit; Si pituitæ humor redundet, ſaltam purgare, acidam alterare, dulcé concoquere oportet. quod quib. fiat modis, tum ibidẽ, tum libris therapeuticis exponitur. quæ autẽ medicamenta ſint φλεγματαγωγὰ, & quî familiares ſibi trahãt ſingula ſingulos humores, dictum eſt ab Hipp. lib. de natura hominis, & lib. 2. de elemẽt. & lib. facult. ſimpl. & compoſ. medicam. κατὰ γένη & κατὰ τόπους, & alibi, vt lib. q. q. q. purg. & lib. meth. med. Pituita verò tumores veluti inflatos, puſtulas, totius corporis coloré ad humoris ſpeciẽ, febres quotidianas, mentis pigritiem atq. torporẽ, ſomnos profundos, capitis grauitates, & acidos ructus generat: quibus remedio eſt medicamentum φλεγματαγωγὸν, ait idem comment. in aph. 2. cap. 4. An tamen pituita putrens degeneret in humorem bilioſum, dubitat ipſe cõment. in aph. 42. lib. 7. denique ne plura ex vno replicem ac repetam, ſic tandem ego de hoc humore & breuiter & compendioſè apud me ſtatuo & ſubduco, iis quæ ab Hipp. & Gal. peræclarè dicta demonſtratáq. ſunt, aſſenſus. nam de Auicenna fortè poſtea, ſed obiter. Eſt igitur pituita, ſecũdus in humano corpore ingenitus ſiue συγγενὴς humor, copiâ poſt ſanguinem plurimus (quod alibi ex lib. 5. de vſu part. probabimus) in ventriculo copioſiſſimus, ibidẽ generatus, aut ſanè in hepate & venis crudus ille humor ei qui in muſto innatat, ſimillimus, vt hic in vinum, ſic ille in ſanguinem conuerti facilis, ſi modò naturalis, ex humidis & frigidis alimentis largè cumulatéq. proueniẽs, ſenio & hyemi familiaris, otio atq. ingluuie cumulatè auctus, muliebri ſexui congener, colore albidus, tẽperamento frigidus humidus, ſapore dulcis (qui natura blandior) vel aliàs acidus, aliàs fatuus & inſipidus, aliàs ſalſus & nitroſus, aliàs etiam amarus, prout à naturali longiùs receſſit, quem dulcem dixi, aut potiùs ἄποιον, nulla inſigni qualitate ſapida præditum (dulcedinem tamen à leuiculo calore, vt alia cruda contrahit) qui quò magis è ſua natura immutatur, tantò morboſior efficitur; idem morbis generandis aptior longis, frigidis, humidis, ſenilibus, hybernis, neruoſis, cerebralibus, aluinis, puerilibus, muliebribúſque: animi etiam mores vtcumq. euarians (licet Gal. neget) aciem obtundens ingenij, ſoporem & torporem & caron cõcilians, & animos

Pituitam quænam condant.

Pituita in pulmonibus, & in inteſtinis, & dentib.

Lacryma pituitoſa.

Pituita in vrina, & manſtruis, & vtero.

Pituita natura.

Succi crudi & puri differentia notanda.

Crudus humor, qui, & qualis: & differentia à puro.

Crudi humoris ſpecies, & vbi.

Saliua pituitoſa.

Pituita propriè quid, & pituitoſa excrementum.

Pituita vbi gignatur, & quomodo iuuetur.

Pituitæ generatio vbi & vnde.

Cur pituita nullum vas excipienda: contrà bili vtrique.

Sanguinis generatio.

Ventris excremẽta quæ defluant.

Pituita differentia quæ meditanda.

Pituitoſi affectus, qui.

An pituita bileſcat.

Epilogus de vniuerſa pituitæ natura, generatione, qualitate, vſu, effectibus, &c.

& corpora exoluens, fluxiones concitans, ſenſus & motus languorem, tarditatem & lentitudinem inducēs, ſenium, canos & caluitiem acceleràns, ad mortem denique præcipitans. quo de humore vbi verbū vnum ſubiecero, ad proximum deinceps deuoluar. Inſitus calor, ait Galenus circa finem lib. 8. plac. Hipp. & Plat.) temperatus cùm ſit, ſubſtantiâ quidem in ſanguine & pituita ſubſiſtit: qualitate autem incalore & frigore moderatè ſe habet. An verò mulier viro hebetior & ignauior & indoctior & imperitior & timidior ſit, ob largam pituitæ copiam, aut aliam quamlibet cauſſam, aliàs inquiſiuimus.

Inſiti caloris natura in quo conſiſtat.

Dubium.

DE BILE FLAVA.

CAP. III. *Sine liber vnus.*

Bilis propriè & abſolutè.

TERTIA ſuccedit bilis ordine propriè & ſimpliciter dicta, eadémque addito epitheto diſcriminis cauſſà, pallida & flaua ſeu fulua cognominata, alicui & ipſa vſui dicata, vt patebit; inferiori tamen átque minori, quàm duo illi ſuperiores famoſi humores nuper expoſiti, ſanguis & pituita. idem humor fel Latinis, χολὴ à Græcis vocatur, atque adiecto epitheto, ὠχρὰ ἢ ξανθὴ, ſicuti paulò pòſt productis teſtibus locupletiſſimis comprobabo. Quod autem ad etymon vtriuſque verbi attinet, nunc quidem velut intactum prætermittam: quia nondum apud me conſtitui, an primigenia ſeu primitiua ſint ambo, an aliunde flexa. atque illud quidem veriſimilius ſit: licet bilis lites generet, & ad iracundiam prouocet: vnde dici queat ex bili crebra lis. ideóque χολὴ Græcis metonymicῶς pro ira, vt bilis Latinis vſurpatur. licet Graiis χολάδες inteſtina denominétur: ſiue quòd illhàc fluite χολὴ, & nomen parti dederit, ſiue à parte acceperit, per quam ἄνθρωπος χαίνων, abundè cōfluit. quanquam nonnullis χολάδες, ἀπὸ τοῦ κολάδες ἀφ' ἡδονῆς, à cauitate dici videntur, quod minùs probo. illud veriſimilius, vt χολὴ ἀπὸ χόλου, bilis, ſiue ira furórq. ἀφὸ τοῦ χέω, à fundendo deriuentur; συγχύνεται γὰρ ἡ ψυχὴ ὑπὸ τοῦ ὀργίζεσθαι, animus enim confunditur in iraſcendo ac perturbatúr: cui rationi etiā humor cholericus ab effectu ſubijci poterit.

Fel & χολὴ vnde dicatur.

Dubium.

An bilis, quaſi crebra lis.

χολάδες vnde dicantur.

χολὴ vnde dicta.

EX PLAT.

VEtùm iſta cura poſthabita, de re ſatius eſt dicere, quo de aliis diximus ordine modóque. De Platone dictū eſt antea, nunc ſummatim hoc repetendum venit ex Timæo. ὅσον μὲν οὖν αὖ πυκνότητα ὑπὸ τῆς ἀραιότητος ἔχει, διακριθὲν γεγένηται πικρὸν μὲν ὑπὸ πικρᾶς ξηλατούσας. ὅθεν δὴ τὸ πικρὸν ἅπαν ἀφικόμενον, πικρὸν ὑπὸ πικρᾶς χολατώδους ἀφορμῆς τῆς σώματος, ὅταν αὖ μόνον διαπεφορβὸν ᾖ. ἐὰν πᾶν μὲν αὖ τὸ πικρὸν πυκνόν, ὀξύτητα ἔχῃ τὸ μάλιστα χρῶμα, δακνωδέστατος μᾶλλον τῶν πικρῶν. πᾶν δ' ὁ πικρότης αὖ βαφὴν αἵματος, χρῶμα ἔχον ἐρυθρότερον. τῷ δὲ μάλιστα δύσπνοα ξυλλεγέντα μάλιστα, χολώδης. ἐὰν δ' ξυμμίγνυται ξανθὸν χρῶμα μὴ σφόδρα πυκνὸν, ἀλλὰ τὸ ξανθὸν καὶ σπάνιον ὑπὸ τοῦ αἰθέρος ᾖ φλόγα πυρός. ἐὰν δὲ μὴ κατὰ ἀτμὸν πᾶν ἐκ τοῦ ὑγροῦ ἡ πυρὸς ἀναφορὰν ἀπὸ χολὴν ἀπέρασεν, ἀλλ' ἐν αὐτῷ

Bilis generatio ex colliquatione, & coloris ratio, & ſapor.

Bilis vnde.

Bilis differentiæ.

EX HIPP.

HIppocrates lib. de oſſium natura; Hepatis extremitates quinque ſunt, ait: ſuper quarta autem extremitate fel incumbit, quod oſculum ad ſeptū tranſuerſum & cor & pulmonem profert. quod quàm ſit verum, ex dictis à me ſuo loco in deſcriptione partium ſolidarum intellexiſti. ſed iſtud luculentius lib. 4. de morb. ab initio: Nunc verò dicam de bile, quomodo & cur copioſior in corpore fiat, & quomodo locus folliculi in hepate ipſam trahat. habet ſe res hoc modo. Poſtquàm comedit & bibit homo aliquid amari, quódque aliàs bilioſum ac leue eſt, copioſior etiam bilis fit in hepate, & ſtatim dolet hepar, quod pueri cor vocant. atq. hoc ita fieri videmus, & clarum nobis eſt, quòd à cibo aut potu factum eſt. trahit etenim corpus in ſeipſum de cibis omnem prædictum humorem. trahit etiam folliculus in hepate, quicquid iſthic bilioſi ineſt. & ſi de repente multa bilis fiat, homo hepar dolet, & de ventre copioſior fit. vbi mox quò ſecedat bilis, quóſve affectus pariat, ediſſerit. atq. ibidem paulò antè vbi de quatuor humorum ſpeciebus & eorū fontibus propoſuiſſet dicere, ita de bile ſanxit; Bili locus folliculi in hepate. cætera aliàs appellaui. eiuſdem verò operis lib. 1. iam ab initio ſic præfatus erat; Morbi quidem vniuerſi fiunt ex his quæ in corpore inſunt tum à bile, tum à pituita. quod mihi iam antè videor notaſſe velut paradoxon. atque lib. de natura hum. At verò æſtate ſanguis adhuc viget, & bilis in corpore eleuatur, & vſque in autumnum

Hepatis lobi, & cyſtis fellis ſedes.

Bilis generatio vnde, & quòd è cibis, quà. Cor de hepate.

Cætera Gal. ſuprà.

Bilis locus.

Morbi à bile & pituita.

Bilis quo tempore, & ſigna.

porrigitur. bilis autem per æſtatem ac autumnũ corpus poſſidet. id quod inde cognoſcere potes: Quòd homines ſua ſponte hoc tempore bilem vomunt, & in medicamentorum potionibus biliоſiora purgantur: manifeſtum ſit & febribus, & hominũ caloribus. Feſtiuum porrò eſt ex colloquio Hipp. & Democriti videre de inſania, quid ſit, & vbi generetur aut conſiſtat, ex epiſtola Hipp. ad Damagetum. Bilis, inquiebat philoſophus, naturam & ſedem per anatomen animalium quæro: noſti enim quòd hæc furoris hominũ cauſſa eſt, vbi nimiùm redundarit. In omnibus equidem à natura ineſt: ſed in quibuſdam minùs, in quibuſdam ampliùs. at immodeſtia ipſius morbi ſunt, ipſa velut materia aliquando bona, aliquando mala ſubiacente. vbi deinceps de cauſſa riſus Democritici copiosè & luculenter & omnino feſtiuè. cuius duas potiſſimas cauſſas aſſignat, bona & mala. vnum autem hominem ridere profitetur dementia quidem plenum, rectis autem actionibus vacuum. in omnibus conſiliis pueriliter ac ſtultè ſe gerentem, & nullius vtilitatis gratiâ labores nunquam abſoluendos tolerantem; quales ille ibidem cõplures recẽſet, de quibus aliàs. Quòd autem bilis phrenitim pariat, idem ſcribit Hipp. in Prorrhetico, & lib. 1. de morb. quo etiam poſteriore, quî bilioſus cieatur vomitus, & vnde effluat, inquirit, ſed longiùs à noſtro propoſito.

Bilis, *ſuperis cauſa, quando.*

Democritici riſus cauſſa.

A bile phrenitis.

Enimuerò quod ſequitur, non oſcitanter legẽdum aut aduertendũ eſt. nam lib. 1. de morb. cùm dixiſſet, bilis & pituita vnde incaleſcant, intrinſecùs à cibis & potibus, extrinſecùs autem à laboribus & aẽre externo, aut ſimilibus: tandem inſit, Pituita frigidiſſima ex natura, calidiſſimus autem ſanguis: frigidior etiam aliquanto eſt bilis ſanguine. Hoc enim licet à magno viro dictum ſit: tamen exacta rei veritas, & explorata ratio docuit eſſe falſum: & Galenus ipſe magiſtro ſoſe opponit pro veritate ſentiens, vt patebit. Certum eſt enim & communi medicorũ calculo comprobatum, bilem omnium eſſe in nobis humorum calidiſſimam, à calore æſtuãte progenitam, & ſanguinis adeo ipſius calorem ingenitum ſua acrimonia permixtum intendere. Indicant naturalia hominum temperamenta, cùm bilioſi & cholerici perpetuo æſtu incaleſcant, incandeſcant, efferueſcant, atque in iram exæſtuent: ſanguinei autem temperato calore vegetentur. indicãt morbi tum vniuerſales, tum particulares ab hoc aut illo humore geniti. cauſos enim & febris ardẽs à bile, calidior eſt ſynocho imputri à ſanguine. & herpes atque eryſipelas à bile excitati præter naturam affectus tumoréſve, longè ſunt ardentiores ipſa vera phlegmone. Rectéq. in analogia quatuor humorum ſtatutũ eſt, bilem igni, ſanguinem aëri reſpondere: ſicuti de duobus reliquis, pituita aquæ, bilis atra terræ naturam colore & temperamento præ ſe ferunt. ſed de Galeno non ita multò pòſt dicetur: de Ariſt. priùs peruidendum, quem ſemper medicis iure acciuimus haud *ἀνόμοιον* hoſpitem, ſicuti in philoſophia cæteris eundem anteponimus.

Bilis & pituita vnde incaleſcant.

Sanguinis & pituita temperamẽtum.

An ſanguis calidior bile. N. contra Hipp.

Quòd bilis omnium humorum calidiſſima ſit, & probatio.

Bilis igni reſpondet.

4. Humorũ ad 4. anni tempeſtates analogia.

EX ARIST.

ARiſtoteles igitur probl. 1. ſect. 19. nominatim dixit bilem eſſe calidam: ſicuti pituitam frigidiſſimam. ideo 4. ſect. 30. calidis naturis bilem amaram deiici rectè ſubiungit, familiare ſcilicet excrementum. atq. à bile ſyncera febres acutas hyeme æſtuoſa gigni, probl. 1. ſect. 10. Quanquam idem aſſerenti Anaxagoræ videatur leuiter contradicere cap. 2. lib. 4. part. animal. vt mox patebit. & cap. 2. lib. 2. part. animal. Aduſta omnia (inquit) ferè aliquid habent caliditatis, vt calx, cinis, ſedimenta animalium, & inter excrementa, fel: eò quòd feruore nimio exaruerint, relictúmq. ſibi contineãt aliquid caliditatis. quo loco, ſanguinem & bilem ab aliis inter calida numerari, ab aliis inter frigida profitetur. vbi homonymiam nominum interpretatur, & vtrumq. calidum citra controuerſiam conſtituit, vt iam paulò antè memini me monere. Docet & ipſa apud eundem generatio. bilis enim quæ qualibet corporis parte gignitur, excrementum quoddam liquamentúmq. eſt, ait mox lib. 4. part. animal. cap. 2. iis conſentaneè quæ paulò antè de Platonis Timæo appellaui. vbi exaffinitate, de fellis natura diſceptat Ariſt. non tamen quaſi humor ſit idem, ſed affinis alter alteri. Re tamen vera nihil aliud habeo quod fel eſſe dicã, quàm eam quam bilem nominamus. & certè Græca ſi inſpectes eodem capite citato, non alio nomine quàm χολὴς vtitur: vbi Latinus interpres rem vnam diuerſis nominibus diſtinguit bilis & fellis. ſic enim Græcè ſcribit; Ὅσων μὲν χολὴ ἢ ἐξ ἀνάγκης ἐν ἄλλῳ τινὶ γίγνεται μορίῳ, ἀφίσταται τὸ ἦθος τοῦ συγκρίματος· ὅσων δὲ ἐν αὐτῷ τῷ ἥπατι χολή, ἀφίσταται ὅτι, ἢ οὐκ ἔστιν ἐνίοις· ἀλλὰ ἔνιοι ἔστιν ὧν οὐθέτερα, ἔστιν ὧν ἀμφότερα ταῦτα πάντα ἐξ ἀνάγκης. vbi ſic interpres, cuius me fateor paſſim ore loqui: Vt bilis quæ qualiber alia corporis parte gignitur, excrementum quoddam liquamentúmque eſt: ſic fel iecori adiunctum, non rei cuiquam delegatum, ſed excrementum eſſe videtur, quomodo & alui intentiſtinorúmq. ſedimen. & deinceps, Attamen natura cõmodè vel excrementis ſuis interdũ abutitur: ſed non propterea quærere omnia alicuius cauſa debemus. quo toto capite, multa ille de felle huic loco opportunè inferẽda tradit hunc ferè in modum; Fel habet maior pars animaliũ quib. ſanguis, idq. aut in iecore, aut inteſtinis ſepoſitum, vt quod ſuam naturam non minùs aluo familiarem habeat. Quamobrem qui fellis naturam ſenſus alicuius gratiâ eſſe opinantur, non rectè ſentiunt. volunt enim ideo fel adeſſe, vt partem animæ ſitam in iecore mordendo exciret, laxando exhilaret. Aliqui homines fel in iecore habere viſuntur, aliqui carent. Anaxagoras errore opinari videtur fel eſſe morborũ cauſſam acutorum: cùm enim abundat, aſpergi in pulmonem & venas & coſtas aſſeuerat. qui tamen morbi etiam felle carentibus animalib. obueniunt. Quibus igitur iecoris conſtitutio ſalubris eſt, & ſanguinis natura, quæ iecur ſubeat, dulcis accedit, hæc aut nullũ fel ſuo iecore habẽt, aut venulis quibuſdã incluſũ cõtinẽt, aut partim habent, partim non habent. Quamobrẽ

Bilis calida, & eius effecta.

Aduſtũ calor ineſt, vnde.

Fel ■ bilis pro eodem.

Fel ſeu bilis, eſt excrementum. an alicuius vſus.

Natura abutitur excremẽtis.

Felli locus & vſus.

An fel cauſa morb. acutorum, quomodo.

N. malè Ariſt. culpat philoſophum.

Fel quibus multum aut paucum, & vbi.

iecinora eorum quæ felle vacant, dulcia ſunt probéque colorata, propè dixerim, omnium. Particula etiam iecoris, quæ felli ſubdita eſt, dulciſſima eſt, vt olim in hepatis hiſtoria monuimus. Fel igitur non alicuius gratiâ, ſed purgamentum atque inutilem eſſe materiam conſtat. Quamobrem rectè à veteribus dicitur illis qui cauſſam cur diutiùs viuatur, fellis vacuitatem eſſe aiunt, argumento ex ſolipedum ceruorúmque genere deducto: hæc enim & felle vacant, & diu viuunt. ſed iecoris naturam vt oppportunam ac neceſſariam omnibus ſanguineis animalibus cauſſam pro ſua qualitate afferre viuendi plus minúſve temporis, ratio eſt. Excrementum etiam tale huius viſceris eſſe, cæterorum autem nullum, ratio exigit. cordi enim nullus eiuſmodi humor appropinquare poteſt: quoniam illud affectum nullum patitur violentum. cæterorum autem viſcerum nullũ neceſſarium animalibus eſt, niſi iecur. Abſurdum autem ſit, niſi vbicumque pituitam aut alui ſedimen videris, excrementum id eſſe putes: pariq. modo de bile felléve cenſeas: ſed locis diſcrimen elicere velis. ſed & cap. 2. lib. 3. hiſt. animal. bilem geminam agnoſcit, flauam & atram, vt de poſteriore poſteriùs videro. Fel autem aues piſcéſque omnes & quadrupedes plus minus ſortiri ſcribit cap. 15. lib. 2. hiſtor. animal. & iiſdem propè verbis cap. 2. lib. 4. de partib. animal. vtrobique tamen de ceruo, dama, equo, mulo, aſino, vitulo marino & muriũ nonnullis velut felle carentibus admonet. fortè quòd non omnibus iecori annectatur, ſed per inteſtina diffuſum ſit, aut quadam corporis parte lateat. vt fortè ceruis in cauda, aut inteſtino, quod ne canes quidem præ amarore attingunt. Nam de quibuſdam hominibus quod fel habere dubitat, vix aſſentior ſcribenti citato cap. 2. lib. 4. part. animal. idem verò etiam cap. 18. lib. 1. hiſtor. animal. fellis priuationem in nonnullis victimis percipi tradit. ſed de aliis animalibus alij viderint: hominem vnum intuemur, hominem vnum perſcrutamur. Quo in vno tantum fellis interdum deprehenditur, totus vt ſit quodammodo felleus, bile & cholera exæſtuans, feruidus, iracundus, ferox, pugnax, contumax, præfractus, periurus, homicida denique, ne dicam parricida. & hoc vnde tandem, niſi ab ingenti quadam bilis & fellis innati copia prodeat? ſi modò corporum temperaturas ſequantur mores animorum. quod ſi non ſemper & adamuſſim; at frequenter tamen. niſi ſibi quiſque vir prudens naturam & mores informet, Socratémq. imitatus, naturæ vitia ſibi paulatim deterat. ſicut ille de ſe gloriatus eſt adſtantibus amicis, quum phyſiognomon ex eius inſpectione vultus, hominem bardum & mulieroſum prædixiſſet, vt antea retuli ex Cicerone.

Hepar vbi dulce, & quibus.
Fel nulli vſui. N. contra Ariſt.
Bilis vitam abbreuiat, à contrario. & vt hepatis.
Iecur bile cur abundet, cor minimè.
N. contra Ariſt. ideo quia cor nõ gignit ſanguinem, cuius excrementum, bilis ab hepate.
Iecoris neceſſitas.
Bilis gemina.
Bilis in animalibus & quibus deſit.
An bilis in quibuſdam latet, & vbi.
An hominis ſine felle.
Homo maximè bilioſus, quo.
Animi ad corporis temperaturam inclinatio.
Socratis conſtantia.
Hiſtoria.

EX N.

VErùm ſi id quidem vitij habet hic humor & acer & feruidus: alij tamen etiam vſui eſſe ſolet, vti mox ex Galeno licebit recognoſcere: quiquidem vnus deinceps nobis futurus erit inſtar omnium: quia de iſto quidem humore nihil admodùm tradiderunt ij, quos hactenus in conſortium ſermonis frequenter acciuimus. ac fortè haud abs re fuerit hoc ad ſequentia velut præfari. Ex humoribus omnibus nullus eſt admodùm, qui bile plus ad acumen ingenij conferat. vnde & prouerbio locus fuit, Quò quis ſapientior eſt, hoc iracundiùs docere. Hic enim humor & torum corpus perpurgat ac verrit, & reliquis excrementis vacuat concurrendo: idémque alios acuit humores, & ſanguinem potiſſimùm defæcatiorem, ſyncериorem, agiliorem reddit: cerebri ſtuporem veternúmque exuſcitat ac diſcutit: ſpiritus agiliores facit prompтiorésque, ſomnos minuit, & ſenſus actiores ac lucidiores limpidiorésque efficit, animíque functiones expeditiores conſtituit. niſi copia immodicus, aut qualitate feruidus, vtrique & animo & corpori pariat noxiam. Meminiſſe enim oportet eius quod alibi diximus; optimam naturam in æquali temperie conſiſtere: & eam quidem eſſe oportere quatuor humorum inter ſe analogiam, vt ſanguis vnus copia vincat cæteros: pituita huic multitudine ſuccedat: bilis tertia ſequatur: melancholicus humor reliquis omnibus concedat. Neq. enim ſatis moueor authoritate ſummi licet philoſophi Ariſtotelis, qui citato 2. capite lib. 4. part. animal. fellis naturam vſus alicuius gratiâ eſſe inficiatur: eóſque errare putat, qui ideo fel adeſſe volunt, vt partem animæ ſitam in iecore, mordendo excitet, laxandóque exhilaret. cui ferè aſſentitur Eraſiſtratus apud Gal. lib. 2. cap. 2. facult. natural. Mea fuit alia quædam ratio ab hac non parum diſcrepans, vt audiiſti. & frequés rerum vſus id apertè oſtendit: cùm bilioſos omnes propè dixerim, acutos & ſagaces & promptos & ingenioſos experiamur. Quod ne ipſe quidem Ariſtoteles ſua metapoſcopia ibit inficias: hunc enim crine & barba rufeſcentem legimus: Dauidem etiam, atque alios primarij ingenij viros. ac ſi hominibus hominem dominum & redemptorem Deúmq. Chriſtum accenſere licet, hunc barba & capillitio ſubflaueſcente ſeu ſubfulneſcente audiuimus. de quo ſic Nicephorus cap. 40. vlt. lib. 1. Cæſariem habuit ſubflauam, ac non admodùm denſam. barbæ capillos flauos, nec admodùm demiſſos. cætera aliàs ex occaſione. cui conſentit epiſtola Romani cuiuſdam Procõſulis in Iudæa, quæ vulgo circũfertur. Quin etiam Ariſtoteles ipſe cap. 4. lib. 2. part. anim. Habent (inquit) ſenſum mobiliorem, quorum humor tenuior & ſyncerior eſt. hinc etiã nonnulla ex iis quæ ſanguine vacant, animalibus, prudentiora nonnullis ſanguinem habentibus, ſunt, vt apes & formicæ. & ex ſanguineis ſapientiora ea ſunt, quæ ſanguinem dilutiorem obtinent: non ſanguinis frigiditate, ſed potiùs tenuitate atque munditia. Sic vtiq. verbis Ariſtoteles à nobis diſcrepat, re autem conuenit. non enim ſanguis pituitoſus; frigidus, tenuis, aquoſus, acumen parit ingenij (ſic enim viro mulier foret prudentior & ſapientior) ſed

Bilis vis ad ingenij acumen. Prouerb.
Bilis vſus & vſus.
Bilis quando animo & corpori noxia.
Optima natura temperata.
4. Humores inter ſe proportio.
N. contra Ariſt. de bilis vſu.
Bilioſi ſunt ſolertes.
Ab exẽplo.
Hiſtoria.
Chriſti capillorum & barba color.
Sanguis quo pollet.

Sanguis qualis ad mores facit.

bilioſus, tenuis, acer & calidus ſanguis, qualis in ætate florenti, & præcipuè virili dominatur, omnes in ſeſe humores congenitos complexus, vti diximus; ſed maiorem bilis copiam, quàm alia quauis ætate.

Comparatio ſanguinis totius cũ muſto, & aliis liquoribus.

Sed iam Galenum dicentem audiamus, & eo duce ſimilitudinem eam proponamus, quam antebàc vſpiam protulimus ex lib. 2. facult. natural. & lib. 4. de vſu part. vini totius & *μύσου* cum ſanguinea maſſa vniuerſa. Fieri enim poteſt, vt in vnam ſubſtantiam conueniant vel maximè contrariæ tum qualitates, tum facultates. vt enim in ſuccis & muſto, ſic etiam in ſanguine aliud eſt leuiſſimum, aliud grauiſſimum, aliud tertium toti ſucco permixtum. quod graue eſt, fæci; quod leue, flori reſpondet: tertium eſt id quale in muſto feruet: quartum poſtremò ipſum eſt puriſſimum & ſynceriſſimum, cuius hæc tria excrementa exiſtunt. quem nunc ſanguinem intelligimus: ſicuti florem, bilem flauam, fæcem, atram bilem: crudum feruet in muſto, pituitam deſignat. quod vtique roſæ exemplo ſucci demonſtrat Gal. lib. 3. facult. ſimpl. medicam. cap. 14.

EX GAL.

4. Humorũ inter ſe proportio in quanto & quali.

IAM verò quæ ſit proportio quatuor congenitorum humorũ inter ſe, & antè deſignaui, & nunc ex Gal. demonſtro lib. 5. vſus part. cap. 6. Pauciſſimum quidem eſt melancholicum excrementum, copioſius autem ipſo bilioſum: porro vtroque aquoſum multo cumulatius. ſed & craſſiſſimum quidem melancholicum: tenuiſſimum verò ſeroſum: atque amborum medium ipſum bilioſum. Ex eo tamen quòd

An atra copioſior flaua bile, & ſigna.

atræ quàm flauæ bilis receptaculum capacius ſit, quidam non abſurdè colligunt, atram flaua bile copioſiorem: & quòd flaua partibus alendis inepta ſit (nihil enim amarum nutrit) atra verò bilis ſimiles & cognatas partes alat. denique quòd miſſo ſanguine, plus atræ fæcis ſubſideat, quàm ſeri bilioſi innater. quòd tamen non eſt perpetuum. Sed de bilis generatione

Bilis generatio vnde, & quando vel quibus abundet.

naturáque ſic lib. 2. facult. natural. Qui cibi naturâ calidiore ſunt, magis ſunt biliòſi. & ex ætatibus quæ calidiore natura ſunt, has bilioſiores eſſe conſtat: quod de vitæ victúſque ratione, & regione, & anni tempore perinde eſt intelligendum, vt antè vel ex hoc loco in genere enuntiaui, & de melle ſpeciali exemplo iam antè propoſui. cùm & illud in confeſſo ſit

Bile vbi generatur, & quibus magis.

apud medicos, bilem in iecinore & venis vnà cum ſanguine cõmunibus inſtrumentis gigni. & tamen nonnulli quacumque victus ratione regantur, vel amaræ bilis humorem multum, vel melancholicum, vel pituiteum colligunt, ait idem lib. de atra bile cap. 5. Quòd autem

Bilis calfiens, quô.

ſuccus hic calidus poteſtate ſiccúſque ſit & dicatur, tum eodem lib. 2. facult. natural. aſſerit, tum locis mox proferendis. de bilis excretione & vſu & organis dixi in hiſtoria hepatis & eiuſdem cyſtidos, nunc tamen quædam cogor repetere, præſertim ex lib. 5. de vſu part. cap. 3. & 4. vbi poſt deſcriptũm hepar & cyſtin χολε-

δόχον, quo dictum eſt à nobis modo, de vſu & incommodis fellis differit. Excrementum bilioſum (inquiens) paulò ſuprà ieiunũ ad ipſam ex ventriculo ecphyſin, meatus bilem ducentes deferunt, excrementúmque bilioſum in inteſtinum eructat nondum ab initio excrementis admixta, ſed pura adhuc in tunicis ipſorum inteſtinorum circunfluitat mordens ipſa & ad excretionem excitans. quæ vna cauſſarum eſt vacui ſemper ieiuni, inter plures à me pridem citata. Cur autem in ventriculum, cyſtidos nullum meatum natura infixerit, ibidem inquirit, & nos illic adſcripſimus; quòd nempe ventriculi munus ſic foret euerrendum fundiùs, & dolor continuus perferendus, & *καρδιαλγία*, ſiue oris ventriculi mordicatio: ob bilis flauæ qualitatem acrem mordacémque, quæ alimentum cogeret priùs propellere deorſum, quàm planè concoctum eſſet. Morſus enim ventriculus à ſucci acrimonia commouetur ab ipſo ac pungitur ad ea quæ in ſe ipſo continet celeriùs excernenda. Si igitur humor iſte ad os ventriculi maximè ſenſile irrepſerit, morſi ab ipſo anguntur vehementer, nauſeant ac vomunt. ſi verò ad fundum pertinuerit, celeriter deorſum ſubit, ac ſecum aſſiduè ſimul cibos excernit. Cùm enim ventriculus vndique validè comprimitur, os autem ſiue ſupernum, ſiue infernũ patefactum eſt, omnia paritet quæ in ipſo ſunt incluſa, excernuntur. Ex quo cõcluditur, quòd ſi plurimus humor iſte ad ventriculum confluxerit, corruperit vtique ac perturbarit propriam ipſius actionem. quandoquidem propria actio, eſt concoctio: poſtulant autem quæ concoquuntur, temporis diuturnitatem: hic autem humor non ſineret in ipſo cibos morari. ſed de his quidem incommodis videor mihi iam antè in ſolidarum partium hiſtoria vel ex Gal. hoc loco monuiſſe: ſimul & ex eodem protuliſſe ex his non pauca. Sed quòd bilis meatum negat vllum ad ventriculum deriuari, ita eſt accipiendum, quaſi frequens, non tamen perpetuum ſit: conſtat enim haud dubia experientia, atque fide anatomica, ramum vnum cyſteos illius ad fundum ventriculi ferri, atque in ipſum effundere ſatis inſignem bilis copiam. quam nos non rarò vidimus quotidie à nonnullis manè ieiunis eiectam: atque ipſe Galenus hiſtoria ſpeciali adſtruit lib. de arte medicinali cap. 74. à nobis antè prolata: quod & lib. 2. de temperam. agnoſcit, cùm ita ſcribit ſub finem, vbi de ventriculi coctione pauca dixit, tum naturali, à temperato calore: tum vitioſa, ab intemperato; cum acido ructu, ſi calor debilis; nidoroſo autem & fumoſo, ſi igneus in eo calor efferueſcat (cui tamen meminiſſe Trallianum diuerſa ſentire & ſcribere, vt alibi oſtendi) ac mox ſubiicit, Videndum autem num ſucci alicuius, qui aliunde confluat, culpâ eiuſmodi ſymptoma ventriculo accidat. aliis enim ex capite pituita, aliis flaua ex iecinore bilis in ventriculum confluit. rarum tamen hoc cernitur, & pauciſſimis contingere. Cæterùm & quod rarò accidit, conſiderandum; nihílque pro ſuperfluo habendum aut negligendum. ſiquidem

Bilis quò & vnde excernatur, & quorſum.

Cur nulli meatus, à cyſti ad ventriculum.

Morſus ventriculi quid faciat.

Ventriculus qui excernat cõtenta.

Ventriculi munus & coctio quæ fiat.

Quæſtio, An nullus meatus à cyſti ad ventriculum? quòd ſit.

Hiſtoriã.

Concoctio qui fiat bene aut malè.

Ructus acidus & nidoroſus, vnde.

Coctionem quæ impediant.

ipſe vidi quibuſdam perquàm pituitoſis hominibus multam tamen in ventriculo colligi flauam bilem: quam cùm ante cibum aqua vinóve epoto euomere debuiſſent, ſiquid ciborum priùs quàm vomerent, guſtaſſent, & hos corrumperent, & capite dolerent: cùm hos quidē naturà bilioſos eſſe crederent: quanquam eſſent toto corpore molles & candidi & glabri & adipoſis & venis ac muſculis parum conſpicuis, præterea exangues, nec tangentibus admodùm calidi. Vidi & qui bilem nunquam vomuerunt, cui tamen & graciles & hirſuti & muſculoſi & nigri & venoſi fuerunt, affatimq. calidi ſiquis tangeret, videbantur. Cauſſa huius euentus ferè ab anatomica fide pendet, quòd meatus per quem iecur bilem in ventrem euomit, aliis geminus ſit, aliis vnicus. atque hic quidem in ecphyſin inſertus: ex illis duobus alter & maior in eandem ecphyſin; minor in fundum ventriculi paulò ſupra pylorum. Cæterùm quibus ſuperior eſt maior, inferior minor, his in ventrem quotidie non exiguum bilis effunditur: quam & euomant ante cibos, oportet: & niſi id faciant, læduntur. quibus autem vnicus eſt omnino meatus, iis tota bilis confluit in ieiunum. ſed hac de re dictum à me iam antehàc in hiſtoria partium ſolidarum, & hæc modò refricuiſſe ſat ſit. ſicuti & hanc quæſtionem paulò antè commemoratam, An pueri calidiores ſint iis qui in florenti degunt ætate: de qua ſic ille eodem lib. 2. de temper. ſtatuit; Puerorum calor magis halituoſus, & copioſus, & tangenti blandior: florentium autem calor ſubacre quiddam habet, ac non ſuaue; hic in ſicca, ille in humida poſitus ſubſtãtia: ſicuti experientia iudice ſenſu probat. qua de re duas opiniones ſubiicit: Priorem eorum qui ita ſupponunt, Quòd ſanguinis humor, omnium quæ in animalis habentur corpore, calidiſſimus ſit: tum quòd fœtus in vtero propemodùm tantummodò ſanguis ſit: pòſt enim fingendis vtique iam particulis, aliud os efficitur, aliud arteria, aliud vena, aliud diuerſum ab his aliquid, omnia tamen rubra: tum quòd ſanguinem ſynceriſſimum calidiſſimúmq. obtineat, colligunt calidiſſimum eſſe geſtatum in vtero fœtum. quod ſi eſt, etiam pueros quantò geſtatis in vtero propiores ſunt, tantò eſſe florentibus ætate calidiores. Alteri, quòd etiam plurimus ſit in florentibus ſanguis, ac copioſior quàm in pueris: ita vt eius occaſione crebrò his ſanguis profluat. quinetiam quòd flauæ bilis ſuccus, qui ſanguine multò eſt calidior, plurimus his ſit; propterea calidiores eſſe florentes quàm pueros confirmant. deinde ab actionibus vtriuſque ætatis tum naturalibus, tum vitalibus, tum animalibus, & communibus aliis. ex quibus in ſumma colligunt, puerum adhuc imperfectum eſſe; florentem verò, animal perfectum: quod per longum ſermonem declarat ab inſtituto noſtro alienũ: cuius etiam nunc breuis mihi ſolutio data eſt. Illud ad rem præſentem magis facit, quod antè ventilauimus, & eodem hoc libro reſumit, cap. 3. de præpotenti humorum calore ac frigore.

Flaua bilis ad ventriculum confluit. Hiſtoria.

Bilis ante cibum remomenda, cur.

Pituitoſorũ ſigna, item bilioſorum.

Pectoralis ſuperne & inferne, qui.

Meatus à cyſti vnus aut duo quò ferantur, breuiſue.

περίχολα αἵματος.

An pueri vel iuuenes calidiores.

Puerorum & iuuenũ calor, qualis.

Quòd puer calidior iuuene, & quòd ſanguis omniũ humorum calidiſſimus, quî. Et fœtus calidiſſimus.

Fœtus eſt totus ſanguineus.

Quòd pueri calidiores iuuenibus, quî

Quòd iuuenes calidiores pueris, cur

Bilis calidior ſanguine.

Quòd puer imperfectus

4. Humorũ τῶν περάτων, & τῶν ἀπείρων, inter ſe.

Succorum (ait) optimus & maximè propius ac domeſticus ſanguis eſt. huius velut ſedimentum & fæx, atra bilis eſt: quæ iccirco tum frigidior, tum craſſior ſanguine eſt, ſicut flaua bilis longè calidior. frigidiſſimum verò ac humidiſſimum omnium quæ in animali habentur, pituita eſt. qua de re ſcio factam à me priùs mentionem vel adeo ex hoc loco, ſed nunc ob ſermonis communionem repeto, ad litem grauiſſimorum authorum nuper nominatorum dirimendam, vel adeo Hippocratis ipſius, qui ſanguinem bile calidiorem nominatim ſcripſerat, vt loco producto indicaui. Cui Galenus meritò refragatur tum alibi, tum hoc eodem lib. 2. de temperam. cap. 2. ſanguinem quidem calidum profeſſus, ſed bilis flauæ ſuccum multò ſanguine calidiorem, vti nunc nuper protuli. & lib. de inæquali intemperie, cap. 5. calidiſſima flaua bilis meritò eſt naturâ. quod & lib. 1. ad Glauconem, vbi de tertiana febre, repetit, calidiſſimam ſicciſſimámque profeſſus. ideóq. cùm ſub finem lib. 1. de temperam. calidiſſimũ ſanguinem enuntiat; ne putes abſolutè ſupra vniuerſi corporis partes & humores omnes hunc calore antecellere habendum; ſed vel per ſe conſideratum (eſt enim reuera valdè calidus) vel cum partibus frigidioribus comparandum: quia ſanguis inter ſolidas partes corde minùs calet: atque inter humores, bili flauæ in caloris exceſſu cedit. Hinc eſt quòd idem Galenus febres ardentes, & morbos acutos à bile fieri ſcribit comment. aph. 32. lib. 7. & lib. 8. plac. Hipp. & Plat. vbi & de bilis generatione ea diſſerit, quæ antea declarauimus. atque à bile genitos affectus calidos recenſet lib. 3. de ſympt. cauſſ. nempe ictericum, herpẽtes, cryſipelata: vt ab aliis alios. Porrò bilis differentias multis ille quidem locis deſignat: nos proferemus ex iis nonnullos, reliquis intactis. ſic igitur primùm lib. finit. medicinal. Bilis flauæ diſcrimina habentur, elementaria, vitellina, glaſtea, porracea, æruginoſa & pallida. alibi additur rubra, crocea, cærulea. idem comment. 4. in lib. 6. epid. & cap. 39. lib. 3. de aliment. facult. & ſæpe alibi. Multoties dictum eſt, cùm ſimpliciter Hippocrates bilem dicit, pallidam & flauam vocatam eſſe accipiendam. & comment. 5. in 6. epidem. ad illud, Lingua lotium ſignificat. Pallidam bilem ſimpliciter appellãt, non ſicut alias cum adiectione, aut atram, aut æruginoſam, aut rubram, aut flauam, aut vitellinam appellantes. Flaua quidem bilis proxima pallidæ eſt, & eiuſdem ferè generis. dicunt autem plerumq. non adijcientes pallidam, ita abſolutè, hominem vomuiſſe bilem, ſed de flaua rarò quiſpiam abſolutè protuliſſe inuenitur: ſtatim enim ipſi coloris nomen adiiciunt, flauam bilem vomuiſſe quempiam dicentes, aut puram bilem (χολὴ ἄκρατος vocat Tullius lib. 14. epiſt. famil.) Æruginoſam verò & atram bilem nullus neq. medicus, neque idiota ſine adiectione nominauit: quemadmodum neq. ἰοειδῆ, id eſt iſatidi herbæ ſimilem, nec porraceam, nec vitellinam. nam hæc bilis nomina à quibuſdam medicis reperta ſunt, & à coloribus quibus infecta eſt,

Controuerſia de calore bilis & ſanguinis per comparationem.

Quòd bilis ſanguine calidior.

Sanguis calidiſſ. quò dicatur.

Cor & bilis calidiora ſanguine.

Morbi & affectus à bile, qui & quales.

Bilis differentia.

Bilis abſolutè, quid.

Flaua bilis, quæ.

Quòd bilis abſolutè nõ de flaua, ſed pallida, alibi tamen aliter.

Bilis differentia vnde ſumpta.

Vitellina bilis generatio, quæ in: item pallida.

derivata. sic verò & rubram bilem vocant, quæ sanguinis serum est. sed vitellina, flaua bile spissescente progignitur: quemadmodum pallida ex eodem aqueam quandam substantiam accipiente. sic lib. de atra bile cap. 2. Bilis flaua vt tenui mixta humiditate & colore pallidior & consistentia humidior redditur: ita cùm distillata ipsa admodùm fuerit, crudorum ouorum vitello similis apparet: atque ob id Græcis ἀπόδης, hoc est vitellina vocatur. In ventriculo autem alia quædam porracea, πρασώδης à porrorum similitudine dicta. & alia ἰώδης ob id appellata, quòd sit æruginis similis. est & quædam λαμπάδης, ab isatide herba cæsium colorem referente nuncupata. rubram autem eam nominarunt bilem, quæ ad tenuem sanguinem consistentia proximè accedit. sedenim comment. 1. in lib. de nat. hum. vitellinæ istius bilis generationem ista depingit; Cùm humidi sint humores omnes, siccitate tamen distat humor ab humore humiditatéque. etenim flaua bilis sæpenumerò euadit admodùm humida: & fit eius tum non flauus, sed color pallidus. haud rarò crassescit, & vitellis ouorum fit adsimilis: vnde & nomen vt vitellina appelletur, apud nonnullos inuenit. idem ad finem lib. 2. facult. natural. Bilis flaua efficitur vitellina: ita enim nominant, quoniam ouorum vitellis tum colore, tum crassitudine sit adsimilis. & paulò pòst, In sanguine generando, quicquid abundè crassum ac terreum ex ciborum natura in nutrimento fertur, nec commodè à naturali calore alteratur, id lien ad se trahit. Quod verò assum vstúmque nutrimenti est (quod in eo calidissimum dulcissimúmq. est) id cùm flaua bilis factum est, per fellis vocata vasa expurgatur. est autem hoc tenue humidúmque & fluidum: non quale cùm ad vltimum est excoctum: flauum, igneum, & crassum, πυῤῥὸς, vitellis ouorũ simile: hoc namque iam præter naturam est. & breuiùs comment. 2. in prognost. cap. 6. flaua bilis crassa, vitellina dicitur: liquidior & minùs flaua, crocea. & ibidem, At verò gignitur in corpore crocea bilis per naturam habentibus, sicuti porracea altera præter naturam. constátque vt hæc sæpenumero in ventriculo gignatur, propter quorundam cruditatem esculentorum: aut ratione ægrotationis in venis genita, in ventrem superiorem aut inferiorem decumbat. Auicennas tamen non à calore torrefaciente, sed ferè à mixtione pituitæ fieri bilem vitellinam tradit, quem & turba Arabistarum sequitur, & zinariam, ni fallor, nominat: puto asinariam voluisse dicere: ita perperàm de eius generatione philosophantur. Hæc fit, quando pituitæ aut melancholiæ portio flauæ bili permiscetur, ait Auicennas fen. 1. canone 1. doctr. 4. cap. 1. vnde & maioris & minoris famæ differentias comminiscuntur, prout pituitæ aut melancholici humoris naturam induerit. vnde & febres heterogeneas fieri arbitrantur, à principiis Galeni discrepantes, cùm hic à calore torrido, illi è miscelli frigidi crassíque humoris fieri perhibeant. Cholera non naturalis (ait ille lib. 1. fen. 1. doctr. 4. cap. 1.) alia est quæ à natura egreditur, propter causam extraneam quæ ei admiscetur: alia est quæ à natura egressa est, propter causam in se, quia eius substantia est non naturalis. Partis primæ est alia quæ est scita & famosa: & est illa, cui extraneum illud quod est admissum, est phlegma: cuius generatio magis est in hepate. & alia est, quæ est minoris famæ: & est illa, cui extraneum quod est admistum, est melancholia. Notha autem & famosa, aut est cholera citrina, aut est cholera vitellina. phlegma namque, cui admiscetur cholera, quandoque est tenue, & generatur inde prima: quandoque est grossum, & generatur inde secunda: scilicet cholera quæ ouorum vitellis similis existit. Quæ autem minoris est famæ, est illa quæ cholera vocatur adusta: quæ aliquo duorum generatur modorum. vnus est, vt cholera in se aduratur, & accidat in ea cinereitas: sed eius subtile non separetur ab ipsius cinereitate: imò cinereitas in ea contineatur: & hæc quidem est peior. & alius est, vt melancholia seu humor melancholicus extrinsecùs ad eam veniat, & cum ea commisceatur: & hæc quidem est melior. & quæ ibidem ille multa de humoribus disceptat, tum ex ingenio proprio, tum ex imitatione Græcorum. sed nos riuulis potíhabitis fontes persequamur. Quòd igitur bilis flaua vel minima parte quapiam linguam contingens, perpetuò amara appareat, atra verò acida, lib. 4. facult. simpl. cap. 15. sanciuit, & nos aliàs ptorulimus, de sanguine ac pituita simul prolocuti. Porrò quòd vt in multitudine pluuiarum, pituitosi humores gignuntur, sic in siccitatibus biliosiores, comment. aph. 16. lib. 3. rectè dixit. vnde & morbi fiunt humoribus congentes. idem comment. 1. in lib. 6. epidem. Hæc sunt quæ corpus biliosius efficiunt; mora sub sole ardenti, vigiliæ, cogitationes, angores animi, ira, alimenti inopia, biliosorum ciborum nimius vsus. vt de pituitæ generatione intelligas contrarium. Signa autem dominantis in corpore humoris sic inquirit comment. in aph. 2. lib. 4. Humoris in corpore superabundantis notitia ex eo captatur, qui in toto corpore præter naturam color repræsentatur, & insuper ex casibus, & morbis, & tempore, & regione, & ætate, & constitutione, & natura ægrotantis, & studiis, & victu. veluti si ita contigerit, colore pallidiore in toto corpore apparente, vt in ictericis, aut euacuata per sedem bile, aut pustulis biliosis per totum corpus dispersis: particulatim autem si morsus in ventriculo aliquis, aut fastidium sentiatur, & adsit cibi appetentiæ defectus, ac sitis, ore ad amaritudinem alterato: aut quia in aliqua parte corporis sit erysipelas: aut quia tertiana febris hominem habeat: aut ex ardentibus illa quæ ex amara fit bile: in his omnibus flaua bilis abundat. Porrò vt pituitam humidam dicimus & frigidam esse, non quasi contrariorum expertem; sed quòd in ea humidum & frigidum dominentur: idem de vtraque bile statuas licet; nam & flaua, sicca est: & atra sicca terrenáque, cui tamen est aliqua humiditatis pars, ait cõment. 1. in lib. de nat. hum.

Alia bilis differentia.

Humorum differentia inter se, & bilis pallida aut vitellina qui fiat.

Succi melancholici generatio, & loci.

Bilis flaua generatio, & sedes.

Vitellina bilis generatio.

Bilis crocea & porracea natura, & locus.

Bilis vitellina generatio iuxta Auicennam.

Dissimen Gal. cum Auicenna de bilis vitellinæ ortu & natura. N. credibile est tamen humores immixtos per-

misceri, & calorem ac temperiem natiuã immutare, à prædominantis.

Bilis seu cholera differentia.

Cholera sine bilis maioris vel minoris fama, quæ, & eius generatio.

Bilis vitellina generatio duplex: item cholera adusta.

Bilis flaua & atra sapor.

Bilis & pituita quo tempore abundet.

Bilem quæ gignant aut cumulent.

Signa dominantis in corpore humoris, vt bilis.

Humoris temperamentum cur dicatur tale, ab exemplo.

Hæc autem ſicca dici humidáve, item calida aut frigida, non tam actu, quàm potentiâ, iam antè ex lib. 2. facult. natural. & de temper. monuimus. Extat autem in catalogo ſimplicium medicam. lib. 10. cap. 12. περὶ χολῆς, ex quo hæc à nobis ſunt deprompta; Hic ſuccus (nempe bilis) omnium quæ in quôque ſunt animalium, calidiſſimus eſt in ſuo quiſque genere pro varia temperamenti ratione. In vnoquoque enim animali ſanguineo quatuor ſunt humores, ſanguis, pituita, & bilis tum flaua, tum atra. Eſt autem ex more non tantùm medicis, ſed & Latinis omnibus, bilem flauam abſolutè efferri bilem, tanquam ſubaudituris qui audiunt, coloris cognominationem: eandémque & pallidam denominant: quia talis in veſica iecoris inuenitur. atra verò non ſimpliciter, ſed cum additione, atra bilis nuncupatur. Porrò flaua tantò eſt pallida calidior, quantò & craſſior. nam ſeroſo recremento flauæ bili commiſſo, pallidam conſtitui contingit: ſicut & flauam pluſculùm excalfactam, conſiſtentia reddi craſſam, colore autem flauam. ſicque in animalibus aucto calore intenditur color: vnde bilis pallida, flaua, æruginoſa, cærulea, glaſtea, nigreſcens. idem Gal. comment. 2. in lib. de diæta acut. πικρόχολων duo genera facit, & ſic explicat: Nempe cùm flaua vel pallida bilis amaráq. ſuperiori ſupernatat ventri, tales πικρόχολοι ἄνω, amara bile in ſupernis abundare dicuntur: Cùm verò per ſedem demittitur, πικρόχολοι κάτω, parte inferiore bilioſi perhibentur. Eudemum hunc, illum verò Paulum, exempla proponit. ibidémq. omnino bellè iſthuc enuntiat generaliter de humoribus iſtis loquens; Bilioſus humor inedia redditur amarior. pituita verò temporis proceſſu coquitur, ſanguíſque efficitur. ſed neutra bilis in ſanguinis ſubſtantiam redire valet: cùm ex ſanguine quidem plus calfacta flaua bilis generetur: ex eodem verò aſſato aduſtóque atque etiam ex craſſo, atra. Pituitæ autem generatio in pituitoſis eduliis ſanguinem perpetuò antecedit: atque generatione ipſius media, cibi in ſanguinem tranſeunt. ſed de hoc iam etiam aliunde plura: id cùm inopinanti occurreret, adſcriptum volui. Quis autem victus debeatur πικροχόλοις atque in totum bilioſis tum ſanis, tum ægris, quomodo bilis ſurſum deorſúmve prorumpat, quæ pariat incommoda, quæ ſympromata, quos denique morbos, & his qua ſit ratione medicandum, alia quidem ſpeculatio erit, atq. alterius diſceptationis materies, cùm interim ex Hippocr. notum ſit, Contraria contrariis percurari.

Sic igitur bilis colore flaua, calore eximia, ſapore amara, conſiſtentia tenui, æſtate abundans, iuuenibus congenita & familiaris, è cibis calidis à calido hepate generata, & animo, & moribus, & corpori ea præſtat commoda quæ diximus, dum è natura ſe habet. eadem ſi à naturali temperamento degeneret, multorum & grauium cauſſa ſit atque author morborum & ſymptomatum, colore quidem multùm varia, conſiſtentia inæqualis, acrimonia vellicans, vi & efficacia detergens, æſtu incandeſcens, & verò his ferè diſtincta epithetis; ὠχρὰ & χλωρὰ pallida, ξανθὴ flaua (quæ naturalis eſt) cætera omnis præter naturam plus minus à temperatiore & naturali recedens, ἐρυθρὰ rubra, ſanguinis æmula, ſed minimè concreſcens, cùm fibris careat: proxima πυῤῥὰ rufa, deinde ὑπερυθρὰ ſubrubra, ob ſeri ſanguinei admixtionem: eadem ὑγρὰ humida, ob diffluentem humiditatem: eadem ὑδατώδης, velut aquea, ad eius naturam accedens, quam ὠχρὰν pallidam, ab ὤχρα ochræ terræ flaueſcentis ſimilitudine nominauit: deinde λεκιθώδης vitellina ſeu vitellis ouorum ſimilis, eorúmque colore ſatura, & craſſitie conformis; non tamen ob pituitæ permixtionem, vt Arabes putant, ſed à calore aucto progenita, & exaſſata atque retorrida ſpiſſáque, ſummè flaua: tum πράσινος porracea porrive ſucco adſimilis, ſæpe in ventriculo de malis cibis & herbaceis eduliis concreſcens: tum ἰώδης æruginoſa ſiue æruginis viridiſſimæ conſimilis, acris & mordax calidáque: tum ἰσατώδης glaſtea ſiue iſatidi herbæ affinis, colore cæſio, acerrima, calidiſſima, nocentiſſima: tum κυανῆ cærulea, ad glaſteam & colore & natura accedens: tum ὑπόμελας obſcura tenebricoſáque, à colore caneſcente glaucóve ad nigrum appropinquans; quæquidem χολὴ μέλαινα diuerſam ab hac ſpeciem facit: de qua iam dicere aggrediar.

Humores cur dicãtur cal. frig. hum. ſicci.

Bilis temperamentũ quũ varium.

4. Humores omniũ ſanguineorum communes.

Bilis abſolutè, quid. N. at paulò antè negabat.

Bilis flaua & pallida comparatio, generatióq.

Bilis color quũ intendatur & variet.

πικρόχολοι qui, & quot modi.

Ab exẽplis.

Sola pituita verti poteſt in ſanguinem.

Bilis vtriuſque generatio.

Pituita generatio antecedit ſanguinem, qualiter.

Contraria contrariorũ remedia.

N. epilogus de bilis natura, colore, temperamento, ſapore, ſubſtãtia, tempore, ortu, dominatu, vſu, &c.

Bilis præter naturã qualis, & quot mutationes per gradus, & differentias.

DE BILE ATRA SIVE MELANCHOLIA.

CAP. IIII.

Sine liber vnus.

QVARTVS & vltimus de congenitis nobis humoribus ſupereſt, communi quidem cum ſuperiori bilis denominatione comprehenſus: ſed vt colore, ſic & epitheto diſcrepans, atra cognominatur. ſicuti Græcis non ſolùm χολὴ, ſed per additionem, χολὴ μέλαινα, atque inuerſis vocabulis, μελαγχολία nuncupatur, aut etiam ſæpius μελαγχολικὸς χυμὸς, ſuccus melancholicus. de quo ideo breuiùs dixero, quia cum bile illa altera, multa habet communia, & iam à me ſemel producta, neque nunc repetenda. tantùm vt propria quædam adſcribere ſit ſatis, reliquis menti potiùs, quàm chartæ appingendis. de qua priùs quàm aliorum ſententiam proferam, id præſtabo.

Quemadmodum in vino generoſo fæx infima & abiectiſſima eſſe ſolet, aut nullius ferè vſus, aut planè contemptibilis: eadem craſſa, terrena, grauis & acida, vel adeo aceto concinnando idonea. Sic in maſſa ſanguinis, humor melancholicus, tanquam fæx ſanguinis imo loco ſubſidit, colore terram æmulatus, pariter grauitate & põdere, & quidem acore quodam inſito, guſtu percepribilis, & ſæpe aceti inſtar terram fermentans: alicui ipſe quidem vſui naturali, vt ſubſtratus velut ſanguinem ſubſtẽtet ac purificet, & quodammodo conſeruet,

Bilis atra ſynonyma.

Similitudo. Sanguinis totius cum mœſto, & præſertim facit cum bile atra.

partéſque terrenas alat. Idem tamen ſi copia vel qualitate peccet, multorum & grauium author & morborum & ſymptomatum: quoquidem haud ſcio an vllus alius humor deteriores morbos atque ſymptomata funeſtiora pariat in corpore, vt fortè poſthàc è medicorum theſauris demonſtrabo expromptum. Idem verò ſi ad animi morúmque rationem & informationem referatur, non poſtremus vtiq. poterit videri. namque ſua grauitate & terreſtri natura, grauitatem quandam morum, & maturitatem ingenij, conſtantiam, temperantiam fortitudinemque inuictam parit. ſed ad auaritiam, morоſitatem, inuidentiam, mœſtitiam, obſtinationem, furorem, deſperationem vtcumque inducit. Ideo conſtanti & virili ætati familiaris, iuuentlem excipit feruorem, cùm pituita ſenium reddat tardum & ſegne & meticuloſum: ſanguis pueritiam luſionibus & inertiæ & iocis & ſecuritati tradat: bilis iuuentam inflammet, & ad iracundiam prouocet, ſuáque agilitate & feruore inconſtantiam pariat. ita vt nullo alio propemodùm humore præditi, quàm hoc melancholico, res magnas & periculi vel magnæ plenas aleæ aggrediantur. Indicauit Qu. Fabius ille Maximus, qui hoſte cum Allobroge Aruernóque in acie apud flumen Iſaram congreſſurus, quartanam qua erat correptus, victor amiſit: indicauit Democritus, Socrates, Plato, Ariſtoteles, & chorus philoſophorum omnis, non alio vtique quàm melancholico temperamento præditus: indicauit lógè auguſtior ſanctiórque philoſophia Chriſtiana, quæ in primitiua eccleſia viros innumeros habuit ſolitudini, ieiuniis, ſtudiis, precibus ſemper addictos, vt Philo, Euſebius, Ruſinus, Euagrius, Nicephorus, tripartitæ hiſtoriæ authores, & alij complures hiſtorici commemorant, quorum extitit olim, aut ſupereſt etiamnum hodie celeberrima hiſtoria. Quo eodem humore dominante melancholico (ſed Dei charitate, ſed zelo fidei animante & inflammante) infinita martyrum cohors, ſua tolerantia & patientia & conſtantia, omnem quamlibet diram & immanem tyrannorum & carnificum vim, machinas, furorem rabiémq. ſuppliciorum ac tormentorum vicit & ſuperauit: neq. à concepta ſemel optima veriſſimáque de Deo & Chriſto ſententia flecti, dimoueri, aut auocari potuit. vt tamen Spiritus ſancti motibus interioribus, & fidei fomitibus longè plus, quàm vlli vel humori, vel temperamento deferamus, ſicuti aduerſus Cardanum aliàs pluribus verbis iuſtè & piè cõtendimus. Quorſum referri etiam poteſt non modò recta & firma de Deo & de religione ſententia: ſed etiam praua & erronea tum circa fidem, tum de rebus philoſophicis perſuaſio opinatióque, velut Græcè ſignificantiùs dicam, ἔμφασις, obfirmatis animis & ſententia contumaci conceptum ſemel errorem, vel dogma receptum tuens atque propugnans. Sed hæc iam in vitium abeunt, atque ad maniam & melancholiam & lycanthropiam accedunt, tetra horribiliáque & corporum & animorum ſymptomata atque fanatica deliramenta. Quibus vtcumque affines ſunt præſtigiæ dæmoniacæ, & illuſiones ſortilegorum. de quibus quia dici breuiter non poteſt, ideo alibi cõmodiùs tranſigetur, & partim à me in comment. ſiue libris de peſte, partim ad Strab. dictum eſt. Quis ſit autem generationis modus huic humori, & vbi conſiſtat, & quando vigeat, attigi iam antè, & demum dicam poſtea. nunc autem obiter illud monebo. Ex cibis in ventrem aluúmque ingeſtis, quicquid craſſum eſt, fæculentum, terrenum, graue, ſalſuginoſum, acre retorridum, id bona quidem ex parte in ſuccum atrum degenerare. niſi ſiqua eius pars tenuior in flauam bilem verti anticiparit. atque vt huic capiendæ cyſtis fellea comparata eſt: ſic illi exugendo conſeruandóque lien à natura inſtitutus præficitur. vtque æſtatem autumnus ſequitur, atque iuuentam declinans ætas: ſic bilis dominatum prouentúmque eo tempore atque ea ætate luxuriantem, humoris melancholici generatio atque vbertas proximè comitatur. de quo deinceps dicere ex aliorum arbitratu ſcriptíſque aggredior: prætermiſſo quidem Platone, quia quicquid ille de hoc humore ſenſit, communi tractatu cùm de bile agerem, expendi: ideóque ad alios tranſeo.

Succi melancholici vis ad morbos & ingenium.

Melancholiæ generatio, qualis, & receptaculum, & ætas.

Sanguinis & aliorum humorum vis ad morũ & ingeniorum conditionem: & hominum ætates.

Melancholicorũ præcipua facinora: Hiſtoria.

Philoſophi & vates religioſi melancholici.

Martyrum conſtantia vnde tanta.

Hæretici melancholici, & obſtinati.

Phanatici melancholici: item ſortilegi.

EX HIPP.

HIppocrates igitur noſter choragus quatuor humorum generationem initio lib. 4. de morbis ita propoſuit, vt antè indicaui, & quatuor fontes totidem humoribus aſſignauit: ſed nouo quodam nomine hunc quo de agimus, humorem melancholicum denominat, hydropem videlicet, eíque in ſplene ſedem tribuit. vbi & quòd in cibis omnibus ac potibus quatuor humores inſint, clarè profitetur: non tamen actu, ſed potentiâ, vti nos antè paulò oſtendimus, ac ſimilitudine à plantis de terra ſuum alimentum trahentibus, rem illuſtrauimus. Quanquam ſi propiùs inſpicias, hydropis iſtius nomine, cui ſedem dat in ſplene, non tam ſuccum atrum intelligit, quàm aquam potu hauſtam: quamquidem miro quodam artificio à ſplene veluti ſpongia quadam attrahi ebibíque credit, atque inde ad veſicam transfundi, tranſmitti, percolari, atque confluere. quæ ſi ibi cunctetur, ſplenis tumores gignere, ſcirrhos producere, verum hydropem cauſari ariolatur. Aut ſanè ſecto quondam cadauere, cùm lienem aqua ſcatere deprehendiſſet, fortè in hydropico homine quodam; quod caſu in vno præter naturam obueniſſet, id putauit & aſſeruit in omnibus è natura ſe habere: ſicque καθολικὸν ἐξίωμα de ſplene & aqua in eodem contenta vniuerſaliter extulit, non parum tamen hallucinatus. Sic partis huius officio, atque humoris atri natura aburitur, alióque rem detorquet, nullo noſtro commodo aut fructu in præſentia. quod tamen monere iuniores & tyrones in arte medica voluimus; ne ſui ducis authentico titulo ſe circumueniri ſinerent. Et tamen idem author, quiſquis eſt, lib. de genitura (Polybum vtriuſque operis

Hydrops in liene, quî.

Humores 4. inſunt cibis, qualiter.

Splen aquã trahit, inde vrina fit, quî.

N. contra Hipp.

Hipp. erroris cauſa.

Authoritas nemini debet imponere.

authorem iudico) quatuor pariter humidi
A
ſpecies fecerat, iiſdémque nominibus appel-
Aqua pro ſucco melancholico, quì.
larat, ſanguinem, bilem, aquam, pituitam: &
quidem aquam pro bile atra, non ſimilitudine
formæ, ſed ſortis & numeri ſubſtitutione ſu-
brogans, & quatuor congenitos iſtos humo-
res, ſalutis morborúmque authores ſtatuens.
Melancholia cur autumno dominetur, & eius natura.
Hoc autem certius eſt, quod lib. de nat. hum.
ſcribit; Autumnus ſiccus eſt, & hominem re-
frigerare incipit. atra porrò bilis autumno &
plurima & fortiſſima eſt. vbi & hoc ſub finem
additur, Atra bilis inter omnes corporis hu-
mores viſcoſiſſima eſt, & ſedes diuturniſſimas
facit. quòd autem quartanæ febres atræ bilis
B
participes ſint, vel hinc condiſcere licet. au-
Quartana quando accidat, & quibus.
tumno enim maximè homines à quartanis
corripiuntur: & in ætate à quinque & viginti
annis vſque ad quadrageſimum quintum. hæc
autem ætas præ omnibus aliis maximè à bile
atra infeſtatur: & autumni tempus omnium
anni temporum ad eandem aptiſſimũ eſt. Quæ
autem Democritus de furore & bile diſſerit
epiſtola nuper citata, ea verò ad ſuccum atrum
Mania vnde.
vel eò magis ſpectant, quòd maniam ſeu me-
lancholiam generet, cuius ille foco inueniendo
inſudabat. Qui porrò morbi ab hoc humore
fiant, & quibus curentur, idem author
C
in aphoriſmis & aliis libris attigit, ſed ab hoc
inſtituto rem alienam conſultò prætermittimus, vt ad Ariſt. veniamus. iuuat tamen prius
hunc aphoriſmum excutere ex lib. 6. epidem.
Melancholici qui fiãt epileptici, & contrà.
ad finem: Melancholici fiunt epileptici, & vi-
ciſſim epileptici fiunt melancholici. vterque
verò morbus magis fit, prout humor ad alte-
ram partem inclinarit. ſiquidem enim ad cor-
pus inclinarit, comitiales fiunt: ſi verò ad ani-
mum, melancholici euadunt. quo loco Gal.
audire poteris, ſi eſt præ manibus. idem verò
lib. 3. loc. aff. eandem ſententiam ſic inculcat
omnino appoſitè & ſubtiliter. Igitur craſſi
D
Humores quomodo cerebro vt ſimilari, vel organico nocent.
humores, qui in cerebri ſubſtantia abundant,
interdum ei vt inſtrumentali, interdum vt ſi-
milari parti nocent. cùm enim meatus ob-
ſtruuntur, cerebro quidem vt inſtrumentali:
cùm verò temperamentum alteratur, vt ſimila-
ri nocet humor, ſiue bilis atra, ſiue pituita:
quarum hæc, epilepſiam: illa, melancholiam
gignere ſolet. Cùm igitur cerebro, velut parti
inſtrumentali nocet, ad cerebri corpus con-
Humor qui ad mentem vel corpus repere dicatur.
uerti ait, vt in obſtructionibus accidit: cùm
verò temperamentum mutat, eidémque vt ſi-
milari nocet, hinc ad mentem repere dicit. &
E
hoc quidem obiter dictum ſit.

EX ARIST.

Bilis atra temperamentum.
Sic autem Ariſtoteles lib. de ſomno & vigi-
lia; Atra bilis cùm ſuapte natura frigida ſit,
locum alimenta ſuppeditantem, & reliquas
partes, in quibus potentia eiuſmodi excre-
menti reperitur, frigidas reddit. Idem lib. 7.
Melancholicorum natura, & intemum contraria.
ethic. cap. 10. Melancholicus ad conſultan-
dum eſt ineptus (opinor, de mente capto &
furente) & mox cap. 14. vbi de voluptate diſ-
ceptat; Inuentus (inquit) ad voluptates pro-
penſior eſt. bilioſi autem atra bili natura ſem-
per egent medicamento: ſemper enim corpus
ob complexionem mordetur, & ſemper in ap-
petitione ſunt vehementi. & lib. 7. ethic. ad
Eudemum, ſub finem; Melancholici recta
valde ſolitáque inſomnia habent. itémq. ſect.
probl. 3. 40. Melancholicos & vehementer *Melancholicorum inſomnia, vnde.*
æſtuantes inſomnia tenent: alteros, quia re-
frigeratus humor penitus eſt: alteros, quia
nullus aut minimus extat. idem lib. de memo-
ria, Melancholicorum animus imaginibus ma- *Melancholicorũ hallucinatio vnde.*
ximè agentibus, acribus, inſignibus percuti
ſolet: ideo reminiſci vix poſſunt. & lib. de
præſenſione; Melancholici ob ingenij vehe- *Melancholici perſpicaces, à ſimili.*
mentiam perſpicaces in collimando ſunt: vt
iaculatores qui è longinquo artem exercent
ſuam: atque etiam propter ingenij habitum
ad mutationes maximè patentem, continuò
imagines de iis afformant, quæ primis proxi-
mæ hærere ſolent. ibidem, Vt quiſque naturâ *Melancholici in viſis obmouij, cur.*
garrulus & melancholicus eſt, ita multiplici
viſorum genere tenetur. de quo nos multis
exemplis egimus comment. in artem poëti-
cam Horatij ad illud,

——*velut ægri ſomnia, &c.*

Idem lib. de ſomno & vigilia, Venoſos pro- *Melancholici ſunt venoſi.*
pter meatuum laxitatem, inſomnia tenent: niſi
fortè contrarium aliud vitium contraxerint:
tales enim melancholici ſunt. idem ſect. 1.
probl. 12. Nonnullos inſania rapit: quorum
ſcilicet natura atra bile abundat. hæc enim lar- *Melancholici inſani, vnde.*
gè ſupereſt; cùm eius humores contrarij reſic-
ceſcant. & ſect. 11. probl. 38. Quam ob cauſſam
qui lingua hæſitant, melancholico habitu con-
ſtant? An quòd properè ſequi imaginationem, *Balbi ſunt melancholici, cur.*
non niſi eſſe melancholicum eſt? & ſect. 4.
probl. 31. Cur libidinoſi ſunt, qui melancho-
lici? An quòd flatu redundant? ſemen autem,
deceſſio flatus eſt. quam ſententiam idem ſect.
Melãcholici ſunt libidinoſi, cur.
1. probl. 30. & ex eo Galenus demum repetit &
approbat, vt alibi dicetur. item ſect. 30. probl. 13.
Hominis morbo laborantis propoſita quoque
animi vitioſa ſunt: atque etiam propter cor-
poris perturbationem animus quieſcere ne-
quit. Melancholici idcirco in ſomnis crebrò *Melãcholici & egricur ſomnient, & inquietè dormiunt.*
excitari conſueuerunt, quòd calore largiore
vrgente animus moueri æquo ampliùs cogi-
tur: quòd cùm motus vehementior ſit, me-
ritò dormire minimè poſſunt. Sed vnum eſt
perinſigne problema 1. ſect. 30. ex quo natura
humoris huius melancholici clariſſimè & ve-
lut in ſpeculo eluceſcit: de quo nonnulla huc
transferre non verebor, quia præclara & exi-
mia, tantóque philoſopho digna: licet à me ad
illud Horatianum alibi citata. quæſtio ſic pro-
ponitur, deinde fuſiſſimè & doctiſſimè ſoluitur. Cur homines qui ingenio claruerunt, vel *Homines clari ferè ſunt melancholici, quæ de cauſſa.*
in ſtudiis philoſophiæ, vel in Republ. admi-
niſtranda, vel in carmine pangendo, vel in arti-
bus exercendis, melancholicos omnes fuiſſe
videmus? & alios ita vt etiam vitiis atræ bilis *Ab exẽplis.*
infeſtarentur. ceu inter heroas de Hercule fer-
tur: hic enim ea ipſa fuiſſe natura putatur; & *Epilepſia, cur dicatur morbus Herculeus.*
morbum comitialem, ſacrum ab illo & her-
culeum priſci nominauere. adde Lyſandrum,

Aiacem

Aiacẽ,& Bellerophõtem, de quo ſic Homerus;

Αὐτὰρ ἐπεὶ δὴ οἶνος ἀπ' ὀφθαλμῶν πᾶσι θύραι.
Ἤτοι ὁ καπνίδιον τὸ ἀλώμενον οἷος ἀλᾶται,
Ὃς ῥοθίῳ κεκάδηκε, πάτος δέ οἱ ἄμβατος ἀλτεῖται. i.
Aſt hic quando etiam grauior dys omnibus, errat
In campos ſolus latos, inque auia rura,
Ipſe ſuum cor edens, hominum veſtigia vitans.

Bellerophon miſanthropos. ſic Timon apud Plutarchũ.

(ita ferè Cicero vertit.) Quinetiam pleroſque alios ex heroũm ordine morbo eodem laboraſſe compertum eſt. annis verò poſterioribus Empedoclem, Socratem, Platonem, & alios complures viros inſignes hoc fuiſſe habitu nouimus: atque etiam partem ordinis poëtarum ampliorem. Exemplo vini rem philoſophus demõſtrat alibi producto, qui animos hominum variè afficit. vbi etiam melancholici magna ex parte duri, veníſq. tumidi perhibentur. quo ex humore varia morum genera exoriuntur, prout alius aliam habitus intemperiem ſortitus eſt. Ex quo, in quibus multa & frigida eſt bilis atra, hi ſtolidi ſunt & ignaui: in quibus permulta & calida, ij perciti & ingenioſi, amaſij, propenſi ad omnem excandeſcentiam & cupiditatem, nonnulli etiam loquaciores. multi veſani & lymphatici. ex quo Sibyllæ efficiuntur, & Bacchæ, & omnes qui diuino ſpiraculo inſtinati creduntur; cùm ſcilicet id non morbo, ſed naturali intemperie accidit. At quibus minùs ille calor remiſſus ad mediocritatem ſit, ij prorſus melancholici quidem, ſed longè prudentiores. & quanquam aliqua in parte minùs excedant; multis tamen in rebus, cæteris ſunt omnibus præſtantiores, alij in ſtudiis literarum, alij in artibus, alij in Rep. Habitus enim melancholicus vt morbos varios creat, ita etiam ipſe inæquabilis eſt: quippe qui aliàs frigidus in modum aquæ, aliàs calidus ſit. ex illo, pauor: ab hoc, ſecuta mens timoris: ſimiliter anxietas vel vacuitas curæ ac ſolicitudinis. Ac ſi omnino merus bilis atræ habitus ſit, melancholicos admodùm eſſe neceſſe eſt: ſin autem quendam in modum temperetur, egregij ſingularéſque inſtituuntur. hi tamen ſi parum ſuæ valetudini conſulunt, facilè in vitia bilis atræ labuntur, alij parte alia ſui corporis, alij in morbum comitialem incidunt, alij attoniti fiunt, alij vehementiſſimè anxij aut formidoloſi redduntur, alij maiorem in modum ſibi confidunt & ſperant. cauſſam verò tam variæ poteſtatis ipſe habitus dat, ſcilicet prout frigidus calidúſve conſtiterit. qui ſi vltra modum frigidus ſit, moleſtiæ anxietatéſq. ſponte ſine vlla ratione naſcentur: ex quo mortem laqueo ſibi conſciſcunt, aut ſibi violentas manus inferunt. calidior autem cùm eſt, ſecuritatem & lætitiam præſtat. Quocirca pueri lætiores, ſenes triſtiores eſſe conſueuerunt: alteri enim calidi, alteri frigidi ſunt: quippe cùm nonniſi refrigeratio quædam ſit ipſa ſenectus, vt alibi dicetur: iam enim ſatis ad problema doctiſſimum Ariſtotelis alluſimus. à quo ad principem medicorum & perinde doctiſſimum diligentiſſimúmq. Galenum tranſeo. ac primum affinia iſthæc philoſophico appoſito problemati ſpeculemur, ex libello de melancholia inſcripto, qui inter notha Galeni opera legitur, & à quibuſdam inter Hippocratica, & apud Aëtium lib. 6. cap. 9. inſeritur velut de multis collectum ſyntagma. cauſſas morbi, ſedem, ſymptomata, curationem ordine perſequitur, quæ pleraque ſunt à noſtro inſtituto aliena: hæc autem ad rem præſentem facere viſa ſunt.

Heroës plerique melancholici. Ab exẽplis.

Similitudo vini cum melancholia.

Melancholicorum natura & mores, qui.

Sibylla & diuini, melancholici.

Melancholici viri præſtantes.

Melancholicorum habitus varius, vnde.

Melancholici quibus obnoxij morbi animi & corporis.

Melancholicorum affectus varij vnde.

Calidi & frigidi temperamenti effectus.

EX GAL.

QVOD igitur ob atram bilem rationalis animæ principia occupantem, timor fit & triſtitia & mortis formido, nihil miri eſt. videmus enim etiam extra corpus nihil nobis ita horrendum, velut ſunt tenebræ. Quum igitur velut caligo quædam rationali animæ parti circunfuſa fuerit, neceſſe eſt timere hominem, vt qui cauſſam timoris ſecum in corpore circunferat. Sicut enim in profundis tenebris pueri timent, itémque adulti imperiti: ita etiam atræ bilis color, velut tenebræ, rationis locũ obumbrans timores efficit (qua ſimilitudine Galenus ipſiſſimus vtitur lib. loc. aff.) Sed ſymptomatum variorum in melancholicis ratio reddi vix poteſt: iſtorum autem eſt aliqua veriſimilis iſta ratio. vt, Qui ſibi vas fictile eſſe videbatur, propter ſiccitatem hoc patiebatur: frigidus enim & ſiccus eſt melancholicus humor. Qui verò putabat ſe caput non habere; fortaſſis ob leuitatem id patiebatur, quam flatus ventoſus ſurſum elatus ipſi exhibuit. Sed cur melancholici appetunt plures cibos? an quia frigeſcit ipſis os ventriculi? Cur autem ipſorum aliqui vini ſunt potores & ebrioſi? num quòd frigiditas calfactione opus habet? Cur autem occidunt ſeipſos? num quia à maioribus malis liberari ſe putant? niſi mortem in bonis ducunt. Cur autem cruditates aſſiduè ipſis fiunt? num quia turbatum & ſuperfluitatibus plenum eſt ipſorum corpus: & propterea etiam venter intemperatus; vt qui ſemper ex atræ bilis humore perfrigeratur? Cur autem alui plerumq. ipſis ſiccantur? num quia flatus ſupernè circa præcordia conſiſtunt, & non valdè infrà ſecedunt? ob idque neceſſe eſt ventres ſiccos eſſe. Iidem oculis plerumque nictant, & oculi ipſis procidunt, & craſſa habent labia; propter craſſum flatum. Atri verò coloris ſunt, propter coloris diffuſionem. Hirſuti verò plerique ipſorum ſunt, propter multitudinem craſſarum ſuperfluitatum. Veloci verò plerique lingua, & balbi, & gracili voce præditi, ob linguæ incontinentiam: motus enim concitationes à flatu fiunt: quicquid autem concitatè mouetur, citò defluit. ſic de aliis. Porrò nigreſcit hic humor aliquando ſupercalfactus, aliquando ſuperfrigefactus: vt in carbonibus videre eſt. Gignitur autem atræ bilis humor à calore alieno aut bilem flauam, aut craſſum & atrum ſanguinem adaſſante, vt eodem ille libello docet, & deinceps ex genuinis Galenicis oſtendemus.

Melancholici cur triſtes & formidoloſi.

Melancholicorũ viſa varia, & ratio de nonnullis.

Ab exẽplis, vt de figulino.

Vt de acephalo.

Cur cibos plures appetant.

& vinum appetant.

& ſe perimant.

& crudi fiant.

& alui ſicca.

Cur niſi.

Cur atri ſint, hirti, balbi.

Bilis nigra cur ſit, & vnde fiat.

Exſtat Galeni libellus de bile atra lepidus, ex quo nonnulla iſta placet decerpere velut excurrendo; atque hoc præmittere. In eodem

libellò palmam doctæ & exquisitæ de melancholia disputationis Rufo Ephesio concedi, cuius tamen omnia propè opera exciderunt, graui artis Apollineæ iactura. quo de libello extremo isthuc primum arripiam; Succum melancholicum ab atra bile differre, quòd ille in ægris, hic in sanis insit, vt ex aliis locis postea patebit. initio autem libri & deinceps, Porrò (ait) similis crasso atróque sanguini humor conspicitur is, quem vomentes & deiicientes sæpe excernunt: nec tamen quauis multo tẽpore sub dio habeatur, gelascit. atq. huius quidem ipsius interdum sensus vomentibus prouenit acidi simul atque acerbi: quandoq. verò nullam quæ percipi queat, qualitatem habentis: nempe neque dulcedinem, vt sanguis; neq. salsedinem, vt interim sanguis & pituita; neque vt flaua bilis, amaritudinem refert. Omnium autem humorum commune indicium est, nimirum non gelascere. Atra verò bilis quoniam non concrescit, ab atro quidem sanguine distincta est: non tamen iam & ab iis, quæ propriè nigra nominantur. nam & talia sæpenumerò vomuntur & deiiciuntur, quæ ab atra bile quamplurimùm non solùm facultate, sed qualitatibus quoque sensilibus differant. quippe hæc neque acerbitate, neque acore manifestè participãt: cùm bilis atra tum gustu ipsam vomentibus, tum olfactu non illis solùm, sed aliis quoque innotescat. qui ne terram quidem fermentant, vt illa. sed quauis in hoc quoque acero similis acerrimo sit; crassis tamen substãtiæ partibus pugnantissimè disposita est. Proinde quibus corporis partibus pura impermistáq. adhærerit, eas prorsus exedendo vlcerat. acetum namque vt quod tenuium partium est, permeat: atræ autem bilis crassitudo cùm sedem ipsi stabilem firmámque præbeat, erosionis sit caussa. Sicuti autem à nigris siue humoribus, siue deiectionibus, siue eduliis dicere malis, bilis atra expositis notis planè dirimitur: ita in eo quoque, quòd ne musca quidem aliúdue quoduis animal gustare eam velit: vti neque abundantiorem nimiámq. salsedinem. Atque iccirco exitialis eius generatio esse videtur, vt quæ atro humore superassato contingat. Multò verò hac profectò pernicioſior censenda est ea bilis atra, quæ à flaua bile superassata progignitur: quantò nimirùm & humor humore efficacior ac strenuior est: nempe flaua bilis, quàm ea quæ sanguinis veluti subsidentia existit, quam amurcæ fæcíque similem obtinere generationem prodiderunt ij, qui circa artis opera studiosè versati sunt. impropriè tamen aliquid atræ bilis vomi ac deijci vulgo loquuntur, de atro humore intelligentes. Quanquam exactæ bilis atræ humorem semper lethaliter excerni: nigrorum autem euacuationem non infrequenter bonis auspiciis fieri obseruatum est, & ita vspiam Hipp. inter aph. 22. lib. 4. Si atra bilis (χολὴ μέλαινα) in quocumque morbo incipiente, vel suprà vel infrà exierit, lethale est. vbi superiore aph. 21. ὑπερκρίματα μέλαινα, deiectiones nigras sanguini atro similes, malas quidem, sed minimè lethales dixerat. quo loci, vtriusque huius humoris discrimen obseruare facile est: ratio autem à Galeno vtrobique loci petenda est. Sanguis igitur in vena secanda crassior & nigrior in siccorum calidorúmque corporum naturis conspicitur: sicuti & per anni eiusmodi tempora, & loca, & cœli status, & artiũ studia, & victum in siccis cibis crassísque, potibúsque. sic & quicumque per calidam siccámque intemperiem fiunt morbi, cuiusmodi sunt febres ardentes, crassum atrúmque sanguinem referunt: similiter pestilentia, & nigra exanthemata, hæmorrhoïdes, varices, & scabies, psora, lepráque, item carbunculi, & elephas, & cancer, à melancholico sanguine fieri solent, venis atro crassóque humore distentis. De melancholia morbo maniæ simili, nihil attinet nunc dicere, à quo in furorem animus rapitur, citra febrem tamen. nos autem de humore nobis congenito, eóq. quarto & vltimo & velut sanguinis fæce agere cum Gal. pergamus. sanè verò ex fine lib. de multitudine placuerunt ista cap. 17. Species multitudinis seu plethoræ, cùm scilicet æqualiter in corpus totum porrecta est, distingui hac ratione potest. Rubotem præ se fert sanguinis copia: flaua bilis, pallorem: pituita vbi dominatur, ad albidius quàm natura postulet: vtri potior sit atra bilis, ad nigrius declinat. de cæteris alibi. Comitatur verò atram bilem præcipuè tetricus aspectus, & animi molestia ac tædium, idque præter rationem. mœsti enim & amarulenti & horribiles & sitis expertes ac saliua referti sunt melancholici; nec omnes cibũ auersantur; sed eorum aliqui fame conflictantur, nimirũ ij quibus atra bilis qualitatem acidam superantẽ obtinet. id fieri cùm malignior ea redditur, solet. Vsquedũ autem velut sanguinis limus duntaxat, necdum planè acida fuerit, honestius forsitan quoad melãcholicus humor dicitur, nec eiusmodi humorem, atram bilem vocare, sed melancholicum, quòd ad atram bilem factam propè accedat. Vbi rursum vides, atra bilis quî à succo melancholico differat: de quo etiam posthàc aliunde. Libro autem tertio loc. aff. cùm de melancholico morbo & mania dicturus esset, multa de hoc humore dixit, inter quæ & hæc leguntur de eius differentiis. Atra bilis ob substantiæ varietatem non obscuras habet differentias. nam alia est veluti fæx sanguinis, quæ admodùm spissa est, fæcibus vini haud adsimilis. alia verò quàm superior, essentiæ est multò tenuioris, atq. vomẽtibus eam & olfacientibus acida videtur, quæ etiam terram tadit, attollit & fermentat, atq. ampullas quales feruentibus iusculis supernatare videmus, excitat. Sed ea quam crassæ fæci similem esse dixi, in terram effusa, non inducit feruorem: nisi fortè in ardente febri ipsam præassari cõtingat: neq. vlla etiã qualitate acida participat: túmq. ipsam nominare cõsueui (ait Gal.) melancholicũ succum, aut melancholicũ sanguinem. hæc enim meo quidẽ iudicio, non rectè atra bilis appellari potest. Prouenit autẽ huiusmodi humor in quibusdam plurimus vel à temperie initio comparata, vel à cibis, qui cùm in venis concoquuntur, in huiusmodi humorem tãsmutari solent.

Succi melãcholici ab atra bile differentia.

Vomitus melancholicus humoris, qualis.

Humores non congelascunt sanguinem contrà.

Nigra excrementa differunt à bile atra, quî.

Bilis atra proprietas, & maleficium.

Aceti & bilis atræ comparatio.

Bilis atræ generatio duplex, & comparatio.

Ater humor, non bilis atræ vomitur, aut deijcitur, nisi hæc lethaliter.

Deiectiones nigræ, quæ & quorsum.

Humor melancholicus quibus & quando abundet.

Morbi & affectus melancholici, qui.

Melancholiæ morbus.

Signa dominantis sanguinis, pituitæ, bilis vtriusque.

Melãcholici indicia.

Humor melancholicus à bile atra quî differat.

Bilis atræ differentiæ, & effectus.

Succus melancholicus, qui, & eius generatio.

Melancholia morbus unde & vbi.

qui in cerebri corpore abundans, eam inſaniæ ſpeciem, quam Græci μανίαν μελαγχολίαν vocant, efficit. quemadmodum alter atræ bilis ſuccus, qui præ aſſata flaua bile naſcitur, ferina deliramenta inducit, modò ſine febre, modò cum febre in cerebri corpore abundans. vbi mox explicatur Hipp. aphoriſmus è fine lib. 6. epidem. iam adſcriptus. Quòd autem integritatis & conſtantiæ author ſit melancholia à natura ſe habens, dixi antea ex commēt. 1. in lib. de natu. hum. vbi etiā atra bilis craſſior flaua verè perhibetur. Affectus autem melancholicos iſtos enumerat initio lib. 3. de aliment. facult. cancrum, elephantem, ſcabiem, lepram, quartanam, & peculiari nomine dictā melancholiam. quos eoſdē affectus ex lib. de atra bile protuli, & his adeo plures; quos demum repetit tum alibi, tum lib. de tumoribus præter naturā, & 2. ſympt. cauſſ. & 2. ad Glauc. & aph. 56. lib. 6. & aph. 40. lib. 7. & initio lib. 6. loc. aff. vbi de ſplenicis & melācholicis morbis agit.

Bilis atra vis ad mores.

Morbi & affectus ab atra bile.

Melancholici temperamenti generatio vnde, & ſigna.

Fiunt autem melancholica tēperamenta ex ſanguinis aduſtione, ait lib. 2. de temperamē. ſúntq. melancholici vt plurimùm hirti, maciléti, venis craſſis & nigricantibus. quo ex libro id antea protuli; Sanguinis veluti ſedimentum ac fæx, atra bilis eſt: quæ idcirco tum frigidior, tum craſſior ſanguine eſt, ſicuti flaua bilis lōgè calidior. Non dicam ad aphoriſmos quæ multa & præclara de hoc humore paſſim commemorat, ſed è nonnullis ſpecioſiora ſeligam. Declinantis ætatis temperatura, inquit ad aph. 30. lib. 3. plus atræ bilis habet: atque ideo in ea multi inſaniūt: veluti ex anni temporibus, in autūno. & ad aph. 2. lib. 4. In atra bile, color totius corporis ad nigritiem tēdit, & puſtulæ nigræ fiunt ex atræ bilis colore: & morbi ex eius humoris exuperātis, ſunt iā mihi aliunde dicti, elephas, cancer, quartana, lien magnus, varices, melancholia & furor. dixi nō ita pridem ex aph. 21. lib. 4. & aliis locis, quæ ſit diſtinctio inter humorem melancholicū & bilem atram. & ſequenti aph. 77. lib. 4. fæcem ſanguinis, humorem melancholicum ſolemus appellare, ait. & ſimiliter aph. 11. lib. 6. vbi hæmorrhoïdum fluore atrā bilem iuuare dixit Hippocrates; ſanguinem craſſum humore melancholico plenum adiecit Galenus, qui talem habeat in ſanguine conſiſtentiam, qualis eſt fæx in venis. ibidémq. ad ſequentem aph. 12. ſanguinem fæculentum, melancholicum eſſe aſſerit. ſed ad aph. 53. lib. 6. ita omnino appoſitè ſcripſit; Quædam bilis atra ex flaua bile ſuperaſſata gignitur, quæ omnino moleſtiſſima eſt: quædam ex ſanguinis limo ac fæce, craſſior quidē illa ſecundùm ſubſtantiam, ſed plurimùm differens prauitate qualitas. Quæ autē veluti fæx eſt ſanguinis, cùm volumus exquiſitè loqui, nondum atrā bilem nominamus, ſed humorē melancholicum. nominib. verò abutentes, & atram bilem aliquādo vocamus: quoniā ſi non priùs euacuetur, paulò pòſt atra futura eſt. quod idem iā antè breuiter ſignificauerat ad aph. 22. lib 3. Atra bilis duplicē habet generationem: alteram quidē ex flaua bile ſuperaſſata, alteram verò ex ſanguine craſſo. idem lib. 2. facult. natural. Nigra bilis (ait) ſuccus eſt, quam ſapientes medici ac philoſophi abundare cenſuerunt, ex anni quidem temporibus, in autumno potiſſimùm: ex ætatibus, in ea quæ vigori ſuccedit. his adde victus rationē, & tempeſtates, & morbos frigidos ſiccóſque. vbi de lienis vſu aduerſus Eraſiſtratū, de quo pridem in hiſtoria partium ſolidarum. Author porrò libri de finitionibus medicinal. quatuor humoris melancholici differentias facit, & rudi quadam minerua delineat. Primus (ait) eſt elementarius, dein qui ex ſuperaſſata flaua gignitur bile, quem bituminoſum quoque nominamus, quòd bituminis inſtar ſplendeat: & qui ex terrificata ſeu putrefacta pituita oritur, & qui ex fæculēto ſanguine conſiſtit. at lib. 14. meth. med. vbi has notas humorum ab aliis humoribus propoſuiſſet, Tumor ruber ſanguinem ſubeſſe indicat: flauus & pallidus, bilem: ſuppallidus & laxus, pituitā. ita ſubdit; fuſcus inter rubrum & nigrū medius, Græcè μέλας, eum ſuccum indicat, quem medici non abſurdè vim fæci aſſimilant. Hic enim humor vbi ampliùs incaluerit, aut propter putredinem, aut febrem phlegmonodem, nigram efficit bilem, quam nullū animal, ne ipſi quidē mures guſtauerint. terra quoque raditur ab ea: ac partes quæ raduntur, omnes in altum attollūtur: vocatúrque is affectus, tum feruor, tum fermentatio. eſt namque is humor talis, quale & acetum: ideóq. in terrā effuſus idem facit. haud dubiè enim nigra bilis acida eſt, terrámque ritu fermenti eleuat, omni animanti iniucūda. Quæ verò fieri talis eſt idonea, hæc bifariàm nuncupatur, vel melācholicus humor, vel nigra bilis. ſcilicet qui ſic eam nominant, affirmantib. aliā eſſe nigram, quæ dum animal naturaliter ſe habet, quotidie gignitur: aliā quæ vſtione ac velut aſſatione conflatur. idem lib. 3. de ſympt. cauſſ. Nigra bilis ſanguine ſplēdidior eſt, bitumini ſimilis. ſanguis autē per ſe cùm ex frigore fit niger, adeo nullum ſplendorē acquirit, vt etiā quē ab initio habuit, amittat. non enim cùm perfrigeratur ſanguis, nigrā bilē creat: ſed cùm ſupra modū eſt coctus: ideóq. etiā ſplendorē ſuū tuetur. At lib. 3. cōment. in prognoſt. Bilis atræ duplex eſt generatio, tū ex ſanguine craſſiore, qui reſpondet proportione in venis ſubſidēti in dolio fæculæ vinitum etiā flaua bile vehementer aſſata. Hæc igitur atra bilis alioqui malefica eſt, ac derodit partes in quibus abundè collecta eſt. altera verò atrā mitior quàm hæc eſt: ſed potiſſimùm quoties nondum traxit in animam moram, aut cum aliquo calore abundanti & præter naturam commercium habuerit. quod etiam comment. 1. in prorrhet. iiſdem penè verbis ſcripſit: Gemina verò bilis atræ generatio exiſtit: nempe & ex bile ſupra modum exuſta aſſatáque, vel ex craſſo ſanguine. ſupra modum autem aſſatur, propter vehementem caliditatem. quam ſententiam cùm alibi ſæpe repetat, & ego iam crebrò indicarim, hoc poſtremo loco ſemel concludam ex fine lib. 2. de facult. natural. Nigra bilis longè malignior bile flaua vitellináque, aut atra naturali, nomen tamen tali ſucco nullum eſt inditum: niſi quòd aliqui vel ξανθὴν radentem, vel ὀξώδη acidum appellarunt: quoniam ſcilicet acris in morem

Bilis atræ duplex, & differentia.

Melancholia differentia.

Signa humorum in tumoribus præter naturam.

Melancholia proprietas, & effecta.

A ſimili.

Bilis nigra duplex, quæ.

Melancholia à ſanguine atro diſcrimen.

Melancholia generatio duplex, & differētia.

Melancholia proprietas & ſynonyma & effecta.

Bilis atræ quo tempore, ætate, quibus abundet.

Atra bilis quo ætate, tempore, quibus dominetur: & ſigna, & vnde morbi.

Sanguis fæx ſuccus melancholicus, qui, & qualis. A ſimili.

Melancholia generatio quotuplex, & diſcrimen.

Humoris melancholici à bile atra diſcrimen, & affinitas.

aceti ſit, & corpus animalis radat, terram etiam ſi ſupra eam ſit effuſus; quandámque cum bullis ſeu πομφόλυξι, veluti fermentationem ebullitionémque excitet, Græcè ζύμωσιν ἢ ζέσιν. vbi ſcilicet aſcititia putredo nigro illi ſuco naturaliter ſe habenti acceſſit. Mihíque videntur veterum medicorum plerique, quod è tali ſucco naturaliter ſe habet, quod & infrà deiicitur, & ſæpe ſuprà fluitat, atrum vocare ſuccum, non atram bilem (Græcè μέλαιναν χολὴν, οὐ χολὴν μέλαιναν) quod verò exuſtione quapiam ac putreſcentia in acidam migrauit qualitatem, id atram nũcupare bilem. Memini porrò me ex Ariſtotele dicere, μελαγχολικοὺς eſſe fetè libidinoſos. hanc ſententiam ſic tuetur Galenus cõment. 3. in lib. 6. epidem. textu 12. Atra bile infeſtari, & flatibus diſtenti ſolent, qui declinantem agunt ætatem: prorſus enim flatu repleri ab ingenti caloris debilitate prouenit. vbi mox poſitum à me Ariſt. problema ſubiicit. Ficinus verò acutè in ſympoſion Platonis hanc ſententiam expoſuit. Cholerici & melancholici homines (inquiens) tanquam vnicum remedium & ſolamen moleſtiſſimæ ipſorum complexionis, cantus & formæ oblectamenta ſectantur. ideóque ſunt ad veneris illecebras proniores. & Socrates, quem Ariſtoteles melancholicum iudicauit, ad amandi artem, vt ipſemet profitetur, erat omnium propenſiſſimus. idémque de Sappho melãcholica, vt ipſa teſtatur, poſſum iudicare. necnon & Maro noſter, quem cholericum fuiſſe eius effigies indicat, quamuis pudicus, fuit tamen procliuior ad amandum. Porrò quòd lien ſit humoris melancholici receptaculum, id abundè ſuo loco monſtratum eſt, ſicuti de bilis flauæ conceptaculo in cyſti fellis. ſed de huius damnis in ventriculum regurgitantis, & raro quodã modo per canaliculum ſeſe effundentis dixi paulò antè: nunc autem de humore melancholico in hunc eundem confluente, citra noxam tamen, dicere paucis iuuat ex lib. 5. de vſu part. Nihil amplius miri ſit, ſi excrementum melancholicum, quod in liene elaborari ac mutari non potuit, non in propinqua ano inteſtina, ſed in ipſum ventriculum excretum eſt. à quo tamen nullum incommodum ſentit ventriculus, contrà quàm de bile flaua diximus, licet in totum animal non abſumatur, ſicuti neque flaua bilis tenuior licet. Quòd verò nullam ventriculo adferat noxam, indicat ipſa qualitas. acerba enim cùm ſit atque acida bilis atra, contrahere ipſum ac conſtringere, non vt flaua ſubuertere nata eſt: ſed ipſius actionem promouere. nam ventriculum intendit & contrahit in ſeipſum, cogítque cibos ad vnguem circumplecti, atque retinere quouſque fuerint percocti. His addit Auicennas, humorem melancholicum ideo in ventriculum reuomi, vt famem & naturalem appetentiam inuitet atque excitet. quod tamen è Græcorum ſequacib. pleriq. inficiantur; Arabiſtæ contrà mordicùs tuentur. ſed quia in Auicennam ſemel incidimus, adſcribam ex eo nonnulla in præſentem ſententiã, ex c. 1. lib. 1. fen 2. doctr. 4. hunc vtiq. in modũ, ſeruata eius interpretatione ad verbũ, ſed truncata vbi opus erit.

Succus ater qui, & differentia à bile atra.

Bilis atra, qua. Melancholici libidinoſi, cur.

Bilioſi & melancholici ſunt amatij, quamobrem.

Ab exemplo.

Lien, humoris melancholici receptaculum.

Melancholicorum excrementum regurgitat in ventriculum, & quorſum, vel quos in vſus.

De quatuor humoribus, ex Auicenne & recentiorum ſententia.

EX AVICENNA.

DIcemus ergo quòd humiditatum corporis quædã ſunt primæ, quædam ſecundæ. primæ, ſunt quatuor humores noti. Secundæ aut ſunt ſuperfluitates, aut non ſuperfluitates. Et quæ ſunt nõ ſuperfluitates, ſunt humores qui à principali diſpoſitione conuerſi membris delegati fuerunt: ſed nõdum alicuius membrorum ſimpliciũ operatione perfecta, pars effecti ſunt: quorũ ſunt quatuor ſpecies. Vna eſt humiditas in foraminib. extremitatum paruarum venarũ contenta membris ſimplicibus propinquarum imbibentium ea, vel à quibus ipſa mẽbra imbibunt. Alia, eſt humor per mẽbra ſimplicia tranſiens, ſicut ros qui in nutrimentum conuerti eſt aptus, cùm corpus nutrimẽto caret, & vt membra humectet, cùm aliqua cauſſa fortis motus aut alia, ea exſiccauerit. Tertia eſt humiditas, quæ in tempore proximo fuit coagulata. & eſt nutrimentum, quod in ſubſtantia membrorum ex parte complexionis & ſimilitudinis conuerſum eſt: ſed ex parte eſſentiæ completæ nondũ conuerſum fuit. Quarta eſt humiditas, quæ eſt intus in membris ſimplicibus à principio natiuitatis, per quam partiũ eorum continuitas exiſtit: cuius principium eſt ex ſpermate. Humores autem humoroſi boni & ſuperflui, quatuor cõtinentur generibus: genere ſanguinis, quo omnibus illis melior exiſtit, & genere phlegmatis, & genere choleræ rubeæ, & genere choleræ nigræ. Sãguis verò naturã calidus exiſtit & humidus: naturalis & non naturalis. Naturalis autem eſt, cuius color eſt rubeus, malo carens odore, & eſt valdè dulcis. nõ naturalis aut intemperie vitioſus, aut alterius admixtione humoris, variis quidem modis nũc omittendis. Phlegmatis autem aliud eſt naturale, & aliud non naturale. naturale eſt dulce, quod eſt aptum vt in aliquo tempore fiat ſanguis: quoniam eſt ſanguis non plenè coctus: & temperamento frigidum. Non naturalis autẽ phlegmatis aliud eſt ſuperfluitas diuerſæ eſſentiæ apud ſenſum: & iſtud eſt mucilaginoſum. & aliud eſt in ſubſtantia æquale in ſenſu, & in veritate diuerſum, & eſt phlegma crudũ. aliud eſt valdè ſubtile: & ipſum eſt aquoſum. aliud eſt valdè groſſum, albũ, nominatum gypſeum. & ipſum eſt, cuius ſubtile fuit reſolutũ, ideo quòd in foraminib. & iũcturis diu fuit retentũ: quod omnib. exiſtit groſſius. & ex phlegmate eſt quoddã quod eſt ſalſum, quod omnib. phlegmatis ſpeciebus calidius eſt & ſiccius & leuius. & ex phlegmate eſt quod eſt acetoſum. & eſt aliud ponticum. & eſt phlegmatis ſpecies vitrei, ſpiſſi, vitro liquefacto ſimilis, in ſui viſcoſitate & põderoſitate. Iam igitur declaratum eſt, quòd corrupti phlegmatis modi ex parte ſaporum ipſius, ſunt quatuor, ſalſum, acidũ, dulce, & inſipidũ. & ex parte ſuæ eſſentiæ ſunt quatuor, aquoſum, vitreũ, mucilaginoſũ & gypſeũ: crudũ verò eſt de ſũma mucilaginoſi. Cholera autẽ rubea alia eſt naturalis, alia eſt quæ eſt ſuperfluitas

Humorum partitio.

Humores ſecundarij qui & quot, & vſus.

Humorum alia partitio, & de quatuor præcipuis.

Sanguinis qualitas & temperamentum, & differentia.

Pituitæ differentia & qualitates.

Phlegma gypſeum, vnde.

Phlegma vitreum, quale.

Phlegmatis differentiæ quot, & vnde dictio.

non naturalis. naturalis, eſt ſpuma ſanguinis, cuius color eſt rubeus, clarus: & eſt leuis, acuta: & quantò magis fuerit calida, erit eius rubedo maior. Quæ enim in hepate generatur, in duas diuiditur partes: quarum vna cum ſanguine vadit, & altera ad cyſtim tranſmittitur fellis: in vſus vtraque neceſſarios. Nõ naturalis verò cholera, alia eſt quæ à natura egreditur, propter cauſam extraneam, quæ ei admiſcetur: alia eſt quæ à natura egreſſa eſt, propter cauſſam in ſe, quia eius ſubſtantia eſt non naturalis. inde eſt illa vtraque maioris & minoris famæ mihi paulò antè dicta, ex pituitæ vel atræ bilis admixtione genita. Quæ verò in ſui ſubſtantiã extra naturam eſt, alia eſt cuius generatio ſæpius eſt in hepate, alia eſt cuius generatio magis eſt in ſtomacho. & illa quidem, cuius generatio magis eſt in hepate, eſt vna ſpecies, quæ eſt ſubtilior pars ſanguinis cùm aduritur: cuius ſpiſſum efficitur cholera nigra. & quæ in ſtomacho magis generatur, duas habet partes, porrinam ſcilicet & zinariam, ſeu ſimilem viridi æris. Et mihi quidem videtur, quòd porrina ex vitellina generatur cùm aduritur. cùm enim aduritur, aduſtio in ea efficit nigredinem: ex qua cum citrinitate mixta, generatur viriditas. Zinaria verò videtur mihi quòd generetur ex porrina, cùm tantùm aduritur, donec eius humoroſitas finiatur, & ad albedinem redire incipit, propter ſui ſiccitatem. Hæc autem ſpecies, quæ dicitur zinaria, omnibus choleræ rubeæ ſpeciebus calidior exiſtit, & peior, & magis pernicioſa: & dicitur quòd eſt de ſubſtantia venenorum. Choleræ autem nigræ alia eſt naturalis, alia non naturalis ſuperfluitas. naturalis, eſt boni ſanguinis fæx, & reſidentia ipſius, & turbidum eius: cuius ſapor inter dulcedinem & ponticitatem exiſtit. Quæ cùm in hepate generatur, in duas ſeparatur partes: quarum vna in ſanguinem penetrat, & alia ad ſplenem tranſmittitur, ſuos quidem in vſus. verùm omiſſis nunc quidem reliquis, illum qui ad ventriculum pertinet, authoris verbis exponam: duobus quidem modis: vno, quia os ſtomachi ſtringit, & confortat, & inſpiſſat. alio, vt in ore ſtomachi commotionem faciat propter acredinem, & excitet ad famem, & faciat deſiderium: & quemadmodum cholera rubea poſtrema euigilat virtutem expulſiuam inferiùs: ſic cholera iſta nigra poſtrema virtutem attractiuam euigilat ſuperiùs. Melancholia verò non naturalis, non eſt ad modum fæcis & hypoſtaſis, imò eſt ad modum aduſtionis & cinereitatis. ſed melancholia naturalis, eſt quaſi fæx ſanguinis. neque enim alius humor habuit hypoſtaſin, niſi ſanguis: neque è phlegmate, propter ſui viſcoſitatem: neque è cholera rubea, propter ſui ſubtilitatem, & motus aſſiduitatem, & ſuæ terreſtreitatis paucitatem. Melancholia autem quæ eſt ſuperfluens, alia eſt quæ eſt cinis choleræ & aduſtionis eius, & ipſa eſt amara. inter quam tamen & choleram rubeam, quam aduſtam vocamus, exiſtit differentia: quòd illa eſt cholera rubea, cui cinis hic fuit admiſtus: hæc verò non eſt niſi cinis per ſe ſeparatus, cuius ſubtile fuit reſolutũ. alia eſt, quæ cinis phlegmatis, & quod de eo aduſtum fuit. & ſi phlegma valdè ſubtile & aquoſum fuerit, eius cinis erit ſalſus: & ſi non, trahit ad ſe acredinem aut ponticitatem. alia eſt, quæ eſt cinis ſanguinis, & quod de eo eſt aduſtum: & hæc quidem eſt ſalſa ad paucam trahens dulcedinem. alia eſt, quæ eſt cinis melancholiæ naturalis: quæ ſi ſubtilis fuerit, erit eius cinis; & quod de ea aduſtum eſt, valdè acre, ſicut acetũ, quod cùm ſuper terræ faciem cadit, ebullit: & eius odor eſt acris, à quo muſcæ fugiunt, & alia. & ſi groſſa fuerit, minoris erit acredinis cum ponticitate & amaritudine. Malæ igitur choleræ nigræ ſpecies ſunt tres: cholera rubea cùm aduritur, & eius ſubtile reſoluitur, & duæ aliæ diuiſiones, quas poſt eam diximus. Melancholia verò phlegmatica eſt tardioris nocumenti, & minoris malitiæ: & melancholia cholerica eſt quæ eſt fortioris malitiæ, & velocioris corruptionis: veruntamen eſt ſuſceptibilior curationis, quàm illæ. de aliis verò duabus diuiſionibus, quæ magis eſt acris, deterior exiſtit: ſi tamen in eius principio auxilium præſto fuerit, citiùs medicationem recipiet. tertiò verò, quæ minùs ſuper terram ebullit, & minùs in membra penetrat, tardiùs perimit: ſed ad reſoluendum & ad maturandum & medicationem recipiendum, magis eſt effræxis. Hæ ergo ſunt ſpecies humorum naturalium & ſuperfluentium, ex Auicennæ doctrina tum propria, tum per Galeni imitationem, niſi forte & hoc placet ex eodem annotare, ex ſequenti cap. 2.

Cholera maioris & minoris famæ, qua, & vnde, & eius.

Cholera porracea qua.

Cholera zinaria, qua & vnde, & qualis.

Cholera nigra differẽtia, qualitas, generatio, diuiſio, vſus.

Vſus melãcholiæ ad ſtomachũ. Aſimilis.

Melancholia non naturalis, qualis, & eius differentia. Solus ſanguis habet fecum.

Melancholia aduſta, quæ: item bilis aduſta.

Melancholia à phlegmate aduſto, qualis.

Melancholia à ſanguine aduſto, qualis.

Melancholia ab atrã bile aduſta, qualis.

Cholera nigræ ſpecies, & earum inter ſe comparatio.

Sanguinis ergo cauſſa efficiens, calor eſt temperatus. & cauſſa materialis, eſt quod de nutrientibus eſt temperatum, & de potibus bonis. & formalis cauſſa ipſius, eſt decoctio bona, & eius cauſſa finalis, eſt vt nutriat corpus. Efficiens verò choleræ rubeæ cauſa, eſt igneus calor ſuperfluus, & propriè in hepate. & eius cauſſa materialis, eſt quod de nutrientibus eſt ſubtile, calidum, dulce, & vnctuoſum, & acutum. & eius cauſſa formalis, eſt decoctionem ad ſuperfluitatem procedere. & eius finalis cauſſa, eſt neceſſitas & vtilitas. Efficiens autem phlegmatis cauſſa, eſt caliditas attenuata. & eius materialis cauſſa, eſt quod de nutrientibus eſt groſſum, humidum, viſcoſum & frigidum. & eius cauſſa formalis, eſt decoctionis attenuatio. & eius finalis cauſſa, eſt neceſſitas eius atque vtilitas. Melancholiæ autem hypoſtaſiuæ quidem cauſſa efficiens, eſt calor temperatus. ſed cauſa efficiens aduſtæ, eſt caliditas quæ ab æqualitate eſt egreſſa. & eius cauſſa materialis, eſt quod de nutrientibus eſt vehementer groſſum, paucæ humiditatis: & quod ex eis eſt calidum, eſt fortius in hoc. & cauſſa eius formalis, eſt fæx hypoſtaſiua ſecundùm vnum duorum modorum: vnde neque labitur, neque reſoluitur. & eius cauſſa finalis, eſt neceſſitas eius & iuuamentum ipſius. Melancholia autem fit multa, aut propter caliditatem hepatis, aut ſplenis debilitatem, aut propter frigoris vehementiã congelantis, aut propter conculcationis perſeuerantiã, aut propter ægritudines quæ

Sanguinã cauſſa, & materia, & forma, & finis.

Item cholera.

Item phlegmatis.

Item melancholiæ.

Melancholia reperta cauſſa, dãnáque.

multæ & prolixæ fuerunt. quate propter illud, humores facti ſunt cineres. cúmque melancholia multiplicatur, & inter ſtomachum & hepar ſtat; ſanguinis & bonorum humorum generatio cum ea minoratur: quare ſanguis minoratur. ſed de Auicenna nunc ſatis, cuius ſententia ſi purioribus verbis expreſſa foret, maiorem præ ſe ferret gratiam, & lectori minus moueret faſtidium, cùm ſit à rei veritate non prorſus aliena; quæ multò longiori oratione apud eum tibi perlegetur. Extat liber inſcriptus, Sorani Epheſij in artem medendi Iſagoge, vnus ex iis in quos Latinos medicos notas correctionum edidi: iscap. 5. quatuor anni & diei temporibus. & quatuor elementis, totidem inſignes corporis partes, & 4. iſtos congenitos humores comparat: quem ego in medium adducerem, niſi & ſententiam eandem, & verba propemodùm eadem iam antè attuliſſem ex alio φυσιολογίας, libro de natura & ordine cuiuſlibet corporis, & de dynamidiis ad Mecœnatẽ, inſcripto. Vt mirari ſubeat, vnius libelli tot plagiarios & exſcriptores extitiſſe: ita tamen, verum & genuinum authorem agnoſcere vt neſcias. ita ſunt ieiunia multorum & iniqua ingenia, vt nihil inuenire aut excogitare queant, ſed ab aliis acutè inuenta excogitatáque, falsò ac fraudulenter ſibi affingant.

N. de Auicenna.

In plagiarios.

Tres eiuſdem libelli authores ex conferuntur.

EX FERNELIO.

IAM verò Auicennæ interpretum barbariem, orationis nitore expoliens Fernelius inter neotericos eximius medicus, ita de ſecundariis humoribus primùm ſtatuit cap. 5. lib. 4. phyſiolog. Secundariorum vnus conſtituendus eſt is humor, qui carnoſa vocatur ſubſtantia, & qui ceu concretus liquor ſolidis fibris adhęreſcens, moles ſit ſimilaris partis. hunc manifeſtò videre licet in carnibus, dum igni immodicè torrẽtur, liquari & plurimùm defluere, ferríque in prunas largiter. Alter eſt, qui ceu proximũ partis alimentum, illi iam annectitur & agglutinatur. Deinde accedit qui nódum quidem agglutinatur & adhæreſcit, ſed roris vice in partis ſubſtantiam diffuſus, propriúſque adductus illi apponitur. Poſtea is humor exiſtit, qui in exilibus arteriis venſíque continetur, hinc mox ex earum finib. in vacua partium loca influxurus. hunc quidẽ eſſe conſtat purioris ſanguinis portionem multiplici coctione exquiſitè elaboratam, & ex qua pars ſimilaris aletur. Qui in maiorib. venis reconditur ſanguis, ad hæc ſecundariorum humorum genera neutiquam pertinet: ſed quatuor primos ac principes humores ac verè ſuccos recipit, de quibus agimus. idem author ſequentis lib. 6. c. 3. ſanguinis & humorum generationem perſequitur, Galenico prorſus modo. ſed c. 4. id priuatim aſſerit; In omnibus tũ naturis, tum ætatibus, tũ cœli conſtitutionibus, ex quocumq. alimento, omnes humorum differentias gigni in nobis. dum enim alimentum, ſanguinis formam commutatione nanciſcitur, reliqui humores pariter ortum habent. itaque quoniam hominis ſimplex eſt & eiuſdem naturæ calor; conſequens eſt hanc humorum differentiam non calori, ſed alimento adſcribendam eſſe. quod mox per exẽpla explicat: vbi ex chylo temperato omnes ſimul in homine gigni humores, ſuo quemque in genere temperatũ oſtẽdit: quinetiam ab imbecillo calore bilem. neque pituitam primã gigni, ex qua mox ſanguis fiat, cuius illa ſit velut rudimẽtum aut adumbratio, quæ vi caloris perficiatur: neq. enim omnis ſanguis parcè coctus, pituita eſt. ſed neque adaucto calore, deinde bilem primùm flauã, tum atram generari: ſed omnes ſimul illos elaborari, aduerſus Gal. vt apparet, contendit: atque humorem vnumquemque ex conuenienti idoneáq. chyli portione gigni, ſídque ſimul, & vnius eiuſdémq. efficientis caloris operâ. quæ diſceptatio quia prolixior eſt, in alium mihi locũ differtur. mox ſequenti c. 7. ſanguinem non eſſe vnius modi & ſimilarem arguit, ſicut & ſemen ipſum, propter partium gignendarum alendarúmque diſcrepãtiam. vbi & de eius concretione propter fibras ex Ariſt. & contra Ariſt. qui in ceruis & damis eum cogi negauit, cùm nihilominùs coëat, parcè licet, & minùs quàm in aliis. proximo cap. 8. ſanguinem ex quatuor, non trium humorum permixtione contineri diſſerit, & aſſerit. vnde ineptam eius cum lacte comparationem ſtatuit: in quo tamen ſi bene expendas, quatuor partes diſtinguere eſt, butyrum, caſeum, ſerũ, & quod à butyro ſecretum manet. ſed quod ad analogiam 4. cõfuſorum humorum cum ſanguine attinet, manifeſtè Galeno citato aduerſatur; Quòd in temperata & mediocri conſtitutione, ea quidem proportione purus ſanguis multum antecellat, cæteríſq. præſtet: ab hoc deinde pituita, quia dulcis eſt, potéſtq. in ſanguinẽ cõuerti, & complurib. partib. nutriendis eſt neceſſaria: tertio loco ſit melancholicus humor ſuccúſve: omniũ autẽ pauciſſima flaua bilis, tum ob nũc commemoratas rationes, tum etiam quòd illius quàm bilis receptaculum capacius & plenius deprehendatur in nobis; quódq. ex venæ ſectione, ſi ſanguis aſſeruetur, plus ſubſideat lutulenti, quàm per ſummũ innatet bilioſi. Quinetiam veram bilem (quæ prorſus lutea & amara ſit) in ſanguinis maſſa non contineri, nullámq. ab ea partem alii: id quod guſtu deprehendi queat: & quòd omni ſubſtantia totóq. genere, alimenti rationem exceſſerit. paríq. ratione nec atram bilem, nec ſuperuacaneam pituitam fieri poſſe cõueniens vſquam corporis alimentũ. Ex quib. intelligitur, quatuor humores, qui in ſanorũ ſanguine continentur, ſynceros nõ eſſe, nec eorum naturam exprimere, qui in bilis folliculum atq. in lienem coniecti ſunt. ſed præter naturam alij humores à ſanguine gignũtur in venis, aut aliarũ partium vitio commeant: vnde morbi fiunt. Et qui medicamento vacuãtur humores, iuxta Hipp. lib. de natu. hum. non è venis, ſed ſuis conceptaculis educuntur. Sãguis autem naturalis alius ſubſtãtia mediocri, & colore ruber, qui pulcherrimus & optimus: alius magis flauus & cõſiſtentiâ tenuis, alius craſſior atque nigrior, alius demum liquidior & albior. at qui non naturalis eſt, varias præ ſe fert differentias. ſed ſequenti cap. 9. eiuſ-

Humorum ſecundariorũ diuiſio, & proprietas, vſuſque.

Eõdem reſpexit Hippoc cùm triplex alimentum faceret, de quo in nutritione.

Sanguis à 4 humoribus compoſitus.

Sanguinis & reliquorum humorum generatio qui fiat.

Humorum differentia cauſa.

Humores ſimul omnes gigni, vbi & à quo.

Quòd pituita non gignatur prima, deinde ordine reliqui humores, quomodo.

Sanguis nõ eſt ſimilarium, nec ſemen.

Contra Ariſt. de ſanguinis concretione.

Quòd ſanguinis partes quatuor, quæ item lactis. A ſimile.

4 Humorũ proportio qualitate.

Quòd bilis paucior melancholia, & ratione.

Quòd vera bilis in ſanguine non cõtineatur, nullaque pars alatur bile.

Sic à pituita & melãcholia ſuperfluæ, nulla pars alitur.

Humores ſynceri non permiſcentur ſanguini, & vbi ſint: niſi contra naturam.

Humores à medicamento vacuãtur.

Sanguinis differentia.

dem libri 6. Auicennam preſſiùs imitatur in partitione humorum primorum & ſecundariorum, & naturalium & præter naturam. Itaque tum pituita, tum vtraque bilis, alia alimentaria fit, alia ſuperuacanea, eáque aut naturalis, aut præter naturam, bilis vſum, receptaculum, differentias primò percenſet Græcorum ferè iam dictum in morem: & obiter Auicennam notat, in bilis vitellinæ generatione & temperamento turpiter hallucinatum, vt pridem Auerrhoïs obiecerat, & nos nuper meminimus. deinde melancholiæ differentias exponit, & quidem primariam illam, quæ ſanguini confuſa eſt, & μέλαν χυμὸν dicitur, ſuccus ater, non atra bilis: & excrementitiam alteram, quam lien à iecore prolicit, & in ſe recondit: quæ & naturalis eſt, & nondum atra bilis, ſed ater humor nuncupari debet: éſtque ſanguinis cum bile, non autem corporis excrementum. Atra autem bilis, quæ omnino præter naturam eſt, ex illius exuſtione ac putrefactione genita acidam aut acerbam qualitatem acrimoniámve contraxit. eſt autẽ ea triplex: vna ex melancholico ſucco vel humore profertur, quæ aut putredinis, aut caloris ardore quaſi in cinerẽ conuertitur, calida, acris & mordax, eo diſcrimine à ſuperuacua naturali diſſidens, quo fæx vſta à non vſta. Altera ſpecies ex ea fit bile, quam vitellinam dixerunt. exuſtione enim hæc primùm in porraceam, deinde in æruginoſam, pòſt in cæruleam, nouiſſimè in atram omnium pernicioſiſſimam commigrat: quæ tantò certè deprehenditur malignior, quantò bilis, melancholia eſt actior. Ea eſt quæ in terram impacta, fermenti more & quodam quaſi æſtu efferuelcens, hanc iactat & excutit: quæ ſua craſſitudine parti ſe affligens adhæreſcénſque, eam arrodit & exulcerat: quæ demum in perniciem ſemper excernitur. quanquam horum omnium vitiorum altera etiam quodammodo particeps eſt. Ex ſanguine nulla proximè bilis atra profertur: ſed priùs in bilem vel melancholiam migrat: deinde in duas illas bilis atræ differentias tranſit. nam qui in grumos coït ſanguis, & picis liquidæ modo nigerrimus excernitur, ſummè malignam ac ferè venenatã qualitatem adeptus, ab atra bile differt, atque humor eſſe deſijt. Sed neque ex pituita dulci fit bilis atra. at verò pituita ſalſa quoniam caloris cuiuſdam præter naturam eſt particeps, ſi vehementiùs & prorſus torreatur, acrem atrámque bilem gignit, quæ tertia ſpecies eſt reliqua. vnde intelligi poteſt, non omnem atram bilem ex melancholico aut bilioſo humore naſci. hæc ille de bile atra cum Auicenna vt cumque conſentiens potiùs quàm cum Galeno & Græcis. De pituita verò diſſerens, alimentariam primam facit eam, quæ ſanguis ex dimidio coctus appellari ſolet (neutra enim bilis vlla vi in ſanguinis mediocritatem & benignitatem reduci poteſt) & hæc quidem dulcis eſt: ex qua aliæ duæ præter naturam emergunt, accida ſummè cruda, & ſalſa ex dulci putreſcenti nata. Tres verò hæ pituitæ ſpecies conſiſtunt in venis, prima quidem naturalis, reliquæ duæ præter

Humorum diuiſio.

Differentia fucci atri ab atra bile.

Atra bilis generatio, ſuper, & def frentia.

Bilis atra adusta per gradus qui ſint, & eius comparatio, malitiáque.

Bilis atra à ſanguine nulla immediatè.

Differentia grumoſi ſãguinis à bile atra.

Bilis atra qua de pituita fiat.

Bilis atra vnde fiat.

Pituita differentiæ.

Neutra bilis fit ſãguis vnquam.

Pituita in venis, quotuplex, vbi

naturam. quarum omnium materia à iecore ſumpta eſt, & initium duxit: qualitas autem aliunde irrepſit à cauſſis quæ contra naturam ſunt. Superuacua pituita extra venas conſiſtit, cuius ſunt differentiæ quatuor. Vna eſt pituita tenuis & aquea, qualis plerumque aquæ modo ſtillat è naribus, aut è cerebro in plurimas corporis partes illabitur. Altera cenſetur muco ſimilis, quam corporis calor ex illa tenui, ob modicum lentorem, cuius particeps eſt, ad muci conſiſtentiam coëgit. Hæc ſi caloris vi & appulſu tantam adipiſcatur craſſitudinem, vt iam partibus concluſa poſſit adhæreſcere, vitrea tum appellabitur, quæ tertium genus eſt. Ad extremum verò cùm ex concretione ſic iam dureſcet, vt à lapidis aut gypſi duritia non procul abſit, quarta tum emerget, quã multi gypſeam appellant: quę in tophi & calculi duritiem euadit. Hæc ille de integra omni humorum natura, tum ex Galeni placitis, tum ex Auicennæ decretis, tum ex priuata opinione haud inartificioſa. ex quo etiam illud arriſit ex lib. 2. de ſignis cap. 14.

genita, & qualis à quo.

Pituita extra venas quotuplex, & qualis.

Vitrea pituita generatio.

N. contra Fernelium, quòd non à calore, ſed frigore gignantur, ſitq; cæterùm frigidior.

Signa quæ ſanguinem in corpore ſyncerum contineri dominaríque demonſtrant, hæc ſunt. Faciei corporiſque color ſupra conſuetudinem rubicundus, & quaſi ex albo rubróque miſtus. habitus carnoſus, firmus, ſine multo adipe, miti, blando & halituoſo calore perfuſus. venarum vaſorúmque omnium ſymmetria, ſed ab exercitatione vel ab æſtu promptè turgens plenitudo. pulſus fortis, magnus & plenus. viriũ robur cũ ſanguine & habitu proportione quadam pariter increſcens. vrina copioſa, colore, conſiſtentia, contentiſq. mediocris. animi mores tranquilli, hilares, & iucundi. ſomnus placidus, in quo & res in ſomnijs viſuntur iucunditatis & lætitiæ plenæ, quaſi floribus aut luce illuſtres. Huic autem gignendo apti ſunt, quibus iecoris cordiſque temperatura commemoratis ſignis calida humidáque deprehenditur. quinetiam ex ætatibus pueritia quidem & puberras bonum temperatúmque ſanguinem: adoleſcentia & iuuentus copioſum, ſed aliquantò calidiorem producunt. In externis porrò & enidentibus cauſſis ſunt cibi euchymi benéque temperati, quíque facilè ac celeriter alunt: ſanguini quippe & humoribus ſui ſimilem materiam ſubminiſtrant. moderata autem tempeſtiuáque exercitatio ſine labore, ſomnus mediocris, vita curarum expers, gaudiorum plena, aëris clementia qualis vere & regione temperata exiſtit, ſanguinis humorúmque omnium mediocritatem ſi non efficiunt, ſaltem tuentur, nihílq. immutant. hæc ſi quidem faciunt eadémque aucta, μελαγχολία.

Sanguinis effectrices cauſſæ, & circunſtantiæ.

Qui autem iecoris cordíſque, calido & ſicco temperamento ſunt, bilis flauæ copiam vel ex oprimis & bene temperatis alimentis exaggerant, maximè verò ſi iuuentutem, ipſámque conſtantem ætatem agunt, quæ & omnium feruentiſſima eſt, & bilioſis morbis facilè conflictatur. deinde ſi alimenta calida ſiccáque anteceſſerint, inediæ, aut victus admodùm tenuis, parcus & rarus. exercitatio vehemens, robuſta,

Bilis effectrices cauſſæ, & circunſtantiæ.

multa & frequens. æſtus feruidioríſque aëris ſiue à regione, ſiue ab æſtate, ſiue ab æſtuarijs, ſiue à calfaciente vitæ ſit genere, frequens occurſatio. vigiliæ immoderatæ, curæ graues, attentæ cogitationes, & mœrores: ſuppreſſa bilis vacuatio ſpontanea, aut intemiſſa, quæ medicamentis fieri conſueuerat, per vomitum, per aluum, per vrinas aut ſudores. cui omnia iſthæc obtigerint, is neceſſariò bile multa redundat.

Signa bilis abundantis & dominantis.

Quum autem ea iam moleſtiùs inualeſcet, ſigna hæc apparebunt. Faciei, oculorum, totiúſque corporis color pallidus, flauus aut citrinus, ad eum accedens, qui ictericorum eſt. interdum bilioſæ puſtulæ eryſipelatis ſpecie erumpentes. corporis habitus ſiccus, macer & gracilis, & qui tangentem acri mordacíque calore feriat. venæ & arteriæ amplæ, & à prima conformatione caloris vi diſtentæ. pulſus vehemens, velox, frequens & durus. vrina flaua, flammea & acris, ſedimenti pauci. interdum vomitione, deiectione, vrinis aut ſudoribus ardens & bilioſa excretio. in iracundiam, in audaciam & vindictam propenſio. ſomnus leuis nec profundus, magna corporis iactatione inquietus. inſomnia belli, furoris, iracundiæ ſplendoríſque plena. frigidorum appetentia, eorúmque vſus gratus & delectabilis. bilis purgatio vtilis toleratúque facilis. hæc exuperantis bilis communia ſunt indicia.

Bilis atræ efficientes cauſſæ & circumſtantiæ.

Cumulandæ melancholiæ apti ſunt, quicumque iecur & cor frigidum ſiccúmque, ſiniſtrum verò hypochondrium diſtentum, in eóq. obſtructum imbecillúmve lienem aut naturâ, aut viuendi conſuetudine obtinent. his craſſi lentíque humores ac prorſus terreni ſuccreſcunt, aliàs in vnum lienem, aliàs in omne corpus effuſi. ætas iam inclinans, primáq. ſenectus repreſſo vitæ feruore, in hanc prona eſt. victus vſúſque frequens craſſorum ac terrenorum alimentorum. vitæ conditio triſtis, multis curis, negotijs, contemplationibus aut literarum ſtudijs implicita, nulla interpoſita animi hilaritate, aut corporis exercitatione: ſub hanc enim natiuus calor elangueſcit, & omnia torpore ſopita craſſeſcunt. autumnus, aut regio, aut cœli tempeſtas frigida & ſicca, inconſtans & inæqualis. conſueta melancholiæ vacuatio ſuppreſſa, ſiue ea ſpontanea eſſet, ſiue medicamentis fieri ſolita. his igitur ex cauſſis melancholia coaceruatur, & immoderatiùs exuperat: túmque naturæ ſuæ morbos cognatos inuehit.

Signa dominátis melancholiæ.

Quum iam illa exuperat, hæc ſigna ſe proferũt. Faciei totiúſque corporis color fuſcus, obſcurus aut nigricans, interdum vniuerſus & æquabilis, interdum maculis quibuſdam inuſtis. nigra plerumque & cruſtis fœda ſcabies, aut cutis nigra vitiligine conſperſa. corporis habitus ſiccus & macilentus. aſpectus inconſtans, horridus, ac mœſtus. pulſus paruus, tardus, rarus & ſubdurus. vrina, ſi nihil vnà excidit melancholiæ, tenuis & alba: ſin verò illius quiddam præterfluat, craſſa, liuida, vireſcens aut nigra. præcopia ſponte erumpens melancholia, vomitione, deiectione, vrinis, ſudoribus, mariſcis aut varicibus. in morbis animi, metus & mœſtitia, taciturnitas, ſolitudo, inanis rerum commentatio. ſomnus turbulentus, horrendis inſomnijs fluctuans & agitatus ſpectris rerum nigrarum, fumorum, mortis, cadauerum, ſepulcrorum, quæ plena ſunt terroris. appetentia ſæpe corrupta, interdum canina, cum acido ructu. medicamenta quibus vis eſt atram bilem detrahendi, conferunt, laborantémque leuant: omníſque victus probum tenuémque ſuccum proferens, iuuat: contrarius verò lædit. hæc igitur quoties adſunt, melancholiam exuperare demonſtrant.

Pituita efficientes cauſſæ, & circumſtantiæ.

Pituitam verò coaceruare ſolet, cui cor, iecur & ventriculus frigido humidóque temperamento ſunt, atque ijs conſentiens totius corporis conſtitutio: nempe habitus obeſior, colore albicans aut liueſcens, venæ & arteriæ exiles & anguſtæ, ſiue ab ortu, ſiue poſtea tales euaſerint. ætas propriè quidem ſeneſcens & præcipitata, ob natiui caloris penuriam: & ob voracitatem, puerorum ætas. frigidorum humidorúmque alimentorum immoderatus vſus, & liberalior aquæ potus. victus plenior & liberalior, largiórque potus intempeſtiuè necdum priore confecto, ſumptus: omnis denique ſatietias & ingluuies. vita ſedentaria & in otio deſes, locis præſertim aquoſis & humidis. aëris conditio frigida, & humida ſiue ex regione, ſiue ex hyeme, ſiue ex cœli ſtatu, & artis quam quis exercet, conſuetudine. ſomnus longus ac profundus, præſertim à cibo: itémque balneum à cibo. vita ſine curis, ſine ſtudiis, aut mœrore. pituitæ per os aut per aluũ vacuatio ſuppreſſa, quæ diu ſiue ſponte, ſiue arte conſueta fuerat. hæc ſanè pituitam congerunt, cuius deinde hæc in corpore ſigna apparent.

Pituita dominantis ſigna.

Faciei corporíſque color albicans interdum plumbeus aut liuidus. moles ampla & obeſa, mollis & contactu frigida. pulſus paruus, tardus, rarus & mollis. vrina alba vel pallida, nunc tenuis, nunc craſſa & turbida, cum multo ſedimento. pituita vomitione aut deiectione ſpontanea erumpens, corpúſque madore ſæpe diffluens. pituitoſorum morborum conſuetudo & frequentia. animi mores, omnéſque corporis motus tardi cum grauitate & ſegnitie. ſenſus obtuſi, mens hebes, ſomnus profundus atque grauis, aquarum, pluuiæ, niuis, aut ſubmerſionis plena inſomnia. cibi potúſque calidi, omníſque cauſſæ calfacientis occurſus iucundus & vtilis. pituitæ vacuatio quæcumque vel arte, vel ſponte obtigerit, conducibilis. hæc ſigna exiſtunt, quoties pituita toto corpore æquabiliter dominatur & exuperat. Signa hæc ferè ſunt omnia, ex quibus corporis cuiuſque conſtitutio innoteſcit, & materia quæ in eo dominatur & redundat. ea tota eſt antecedens morborum cauſſa, à qua & proxima continénſque illorum materia foue-
tur, incrementúmque ſumit. atque iſta quidem pleraque à Fernelio, qui cautus & tacitus à Gal. potiſſimùm cuncta ſublegit: quibus abundè contẽti eſſe poſſumus ad ſuperiora illa adiectis. niſi ad plenioré cumulum, iſthæc à ciue noſtro communi placet accipere, qui eadem ferè methodo, & verbis nec minùs elegantibus, bre-

uem de humoribus tractationem ſubduxit, locis pleriſque de Galeno adſcriptis, vt genuino authori gratus & candidus gloriam præclaræ inuentionis relinquat.

EX SYLVIO.

SYLVIVS igitur comment. de febrib. ſub initium libri, de cauſſis & ſignis humorum doctè & acutè inquirit: ex quo iſta ſubduximus, ad cumulatã huius de quatuor humorum natura tractationem illuſtrandam complendámque. pleraque recognoſces ijs ſimillima, quæ iam protulimus: multa tamen conſultò prætermittemus, ne bis térve idem repetatur.

Sanguinis cauſſa efficiens, & aliorum humorũ: vtrũ admittat.

Sanguis (ait ille ex Gal. lib. 2. facult. natural.) fit à calore moderato ventriculi & hepatis. pituita & humor melancholicus, ab imbecillo. bilis flaua & atra ab immodico. ſic certè habet humorum generatio, quod ad cauſſam effectricem attinet, vt oſtendunt animalium temperamenta, ætates, vitæ conditiones, aër per anni partes, regiones, cœli ſtatum. tamen ad horum quoque humorum generationem magni eſt momẽti partium in quibus hi gigni incipiunt, & perficiuntur, ab excrementis puritas & corrupteia ſæpe multiplex, in horum vel horum humorum generationem propenſior. ad hæc alimenti natura ſanguini vel alteri humori gignendo opportunior. quin & ipſius alimenti quantitas ad huius vel huius humoris generationem non leuiter confert. naturarum quoq. proprietas quædam eſt, quæ ſola experientia cognoſcitur, humoribus quibuſdam gignendis aptior: vti & partium cachexia. Quanquam ergo color multùm poteſt in humorum generationem, tamen in eo non ſunt omnia: ſed alimenti natura etiam obſeruanda. Sanguis autem optimus ac pulcherrimus multùm rubet, præſertim in venis. nam ab arterijs fluens flauior eſt, vti & calidior, cùm in venis ſit temperatior. dulcis præterea eſt, quia fit à calore temperato, & craſſi ac tenuis eſt medius. ſunt tamen multæ ſanguinis differentiæ à colore, & humorum miſcella, & conſiſtentia, & ſapore. Sanguis verò bonus in medio eſt ſuccorum crudorum ſua natura non percoctorum, & bilioſorum. illi autem ex ſanguine nondum perfecto fiunt: hi ex ſanguine ſupra iuſtum modum percocto, ratione maioris & minoris in vtroque ſpectata.

Vis caloris & ciborũ ad humorum generationem.

Sanguinis natura & differentia, & temperamẽtum.

Humores infra & ſupra ſanguinem, qui.

Calor noſter, vt Gal. ſcribit comment. 3. lib. 3. epidem. & lib. 2. facult. natural. vbi naturalem ſeruat temperiẽ, plus ſanguinis quàm aliorum humorum facit: in igneum verſus, flauam bilem: imbecillior pituitam facit. Calor temperatus ventriculi & inteſtinorum & venarum meſaraïcarum, chylum temperatum, proximam ſanguinis temperati materiam hepati temperato ſuppeditat ex alimentis medijs & temperatis vel natura, vel arte noſtra & mixtione varia contrariorum. Temperatura corporis totius, aut ſaltem hepatis & cordis inculpata & media, vel calida temperatè & humida, ad coquendum aptiſſima. Adoleſcentia ſanguinis boni plurimùm fœcunda, lib. 1. prognoſt.

Sanguinis cauſſa efficiens, & aliorum humorum.

Sanguinis generandi cauſſa & circumſtantia.

A 37. & lib. 3. prognoſt. 14. & aph. 17. & 30. lib. 3. Vernum tempus, Hippocrati lib. de natu. hom. & aph. 20. 3. Victus ratio temperata, modicè calida & humida, plenior, euchyma, polyhæmat in ſumendis, vt cibo, potu: in faciendis, vt conditione vitæ libera, hilari, parum anxia, cum exercitatione tempeſtiua, & moderata, & ſomno mediocri aut paulò longiore: in educendis, vacuatione ſanguinis ſpontina, vel medica, vel intermiſſa. ciborũ delectus ex lib. 3. de aliment. facult. & lib. ſimpl. medicam. & aph. 4. lib. 5. & 40. lib. 5. & alijs patebit, quem nunc perſequi non vacat.

Sanguinis dominantis ſigna.

B Sanguinis largioris ſigna ſunt hæc. Sanguinis dulcis prompta reiectio per deiectiones, hæmorrhoïdas, menſes, vrinas, ſputa, nares. & facilitas tolerandi etiam multam hæmorrhagiam. tenſio vaſorum omnium plenorum etiam in oculis manifeſta: præcipuè calfacto corpore maximè. calor cutis totius blandus, mitis, halituoſus: venæ autem prominentes & liuidæ, ſanguinis craſſi & pici liquidæ ſimilis, in ſuppreſſis menſibus copiam indicant Galeno comment. 3. in 6. epidem. Quibus item exercitatis aut aliter calfactis vires ſunt mediocres, & ſanguis bonus, corpus rubeſcit: quibus verò imbecillæ, & ſanguis vitioſus, palleſcit

Coloris indicia.

C corpus aut liueſcit, Gal. comment. 3. in 6. epidem. pruritus quo loco eſt aliquãdo ſecta vena. carnoſum corpus ſine multo adipe, lib. 2. temperament. multi tamẽ ſummè graciles multum habent ſanguinem, Gal. comment. 3. in 6. epidem. & aph. 44. lib. 2. Graciles in venis & arterijs multum habent ſanguinem & ſpiritum & calorem natiuum: ſed ob carnis penuriam, cauſſis externis expoſiti calfacientibus, refrigerantibus, quaſſantibus, minùs vitales quàm bene carnoſi. color faciei & corporis reliqui rubicundus, roſeus, floridus, ſeu ex albo &

Graciles ſanguinei.

Indicia ex colore oculorum & linguæ.

D rubro miſtus ac ſplendens, à ſanguine, ſpiritu calore bono. oculorum, cutis & linguæ color humorem redundantem indicat. nam rubra lingua ſanguinem, viridis bilem, nigra atram bilem, alba pituitam indicat. & aliæ partes duæ ſimiliter: ſed oculi & linguæ color, ipſarum partium humores, non totius ſemper indicat, Hipp. lib. 6. epidem. & ibidem comment. Gal. 4. & 5. & comment. in 3. epidem. & lib. 2. & 4. ſanit. tu. color autem in cute effloreſcit ſimilis humoribus ſubiectis, niſi intrò receſſerint. vrina craſſa, rubra multáque, ſuccorum tantùm in vaſis abundantium nota eſt. ſudor

E autem multus lutum & virus olens ac hircum, in calida & humida natura. dulcis autem eſt ac ſuaueolens, ſi bonus eſt ſanguis: is verò ſudor ſuccorum in toto corpore redundantium nota eſt. pulſus magnus, velox, frequens, plenus. pulſatio in temporibus valida. laſſitudo ſpontanea, tenſiua: oſcitatio, pandiculatio, nauſea, grauitas capitis & oculorum. morbus à ſanguine multo conſuetus & frequens, Gal. 2. ad Glauc. A calidorum humidorum vſu multo læditur, iuuatur à contrarijs, & temperatis. ſomnus facilis & placidus & moderatus. ſomnium frequens rerum iucundarum, rubrarum,

ed by Google

hæmorrhagiæ, natationis in dolio ſanguinis pleno. viſa enim per ſomnium à ſanis & ægris, plerumque humorum copiam, inopiam, qualitatem declarant, Gal. lib. de diuina. per ſomnia. & Hipp. lib. de ægr. ſomn. morum ſimplicitas & ſtupiditas, Gal. ad lib. de natu. hom. ſenſus impediti, cogitatio tarda, iraſci tardus: liberalis autem, hilaris, facetus, ridibundus, iucundarum rerum & hominũ amans, interdum vinoſus, cupediuorus, libidinoſus.

Pituitæ effectrices cauſſæ, & circũſtantia.

Pituitam gignit calor imbecillus ventriculi, inteſtinorum, venarum meſaraïcarum, chylum incoctum aut ſemicoctum hepati & cordi præſertim frigido ſuppeditans, ex alimentis frigidis, humidis vel natura, vel præparatione, vel alia ratione. temperatura frigida humida vel natiua cum vaſis exilibus, vel acquiſititia. infantia & pueritia, & victu immoderato, & motibus inordinatis: ſenectus frigida & excrementis humida. hybernum tempus, & aër quiuis frigidus humidus, Hipp. lib. de natu. hom. & lib. 3. aph. & aër nebuloſus & caliginoſus in pituitoſa natura. ſanguinis immodica vacuatio vel medica, vel violenta, vel ſpontina, cui ſuccedit hydrops, vti & ſanguinis ſuppreſſioni intẽpeſtiuæ, Hipp. 6. aph. 12. vitæ conditio ſedentaria: ſomnus longus: balneũ præſertim à cibo. & motus vehemens tum animi, tum corporis. victus ratio frigida humida, vel etiam temperata, ſed pleniſſima. neglecta conſuetudo pituitam purgandi. vſus quoque frequens medicamentorum narcotica recipientium. exercitatio aut nulla, aut mox à paſtu largiore. balneum frequens, præſertim à cibo.

Pituitæ dominantis ſigna.

Pituitæ largioris ſigna ſunt, eiuſdem prompta & multa & innoxia vacuatio per aures, oculos, nares, palati foramina, ſputum, vomitum, deiectiones, fluores albos mulieribus & viris communes. vtriſque habitudo etiam corporis obeſior. corpus graue: facies tumida, lingua alba, mollis. corpus totum albicans, molle, tactu frigidũ, ſitu obſitum. color autem plumbeus, liuidus, ex albo liuidus. ſaliua dulcis, inſipida, acida, ſalſa, multa in ore. mucus multus per nares, palatum. ſaliua ſtomachi cum ſputo multo, aquoſo. coryza, branchus, catarrhus in pulmones & corpus reliquum, frequens. appetentia deprauata: coctio tarda: ructus acidi, nauſea ſumpto cibo & grauitas maior. deiectio pituitoſa frigidior, humidior, cruda, aquoſa, alba, mucoſa, lenta, Gal. lib. 1. ad Glauc. vrina alba, pallida, nunc tenuis, nunc craſſa, turbida. ſudor albicans, acidum olens: & in ſabulo, menſes aut ſanguinem alium recipiente, color albicans. morbi pituitoſi conſueti. tolerandi purgationem per medicamentum phlegmagogum facilitas, præſertim hyeme & in morbis pituitoſis. iuuatur calidis ſiccis, læditur frigidis humidis. ſomnium frequens aquarum, pluuiæ, niuis, Ariſt. Hipp. & Gal. lib. de ſomn. ad ſomnum profundum propenſio. pulſus, paruus, tardus, rarus, mollis. ſenſus hebes, motus tardus: partium omnium ſegnities & grauitas. mentis pigritia & torpor & obliuio prompta. ad morum autem cultum, pituitæ natura nihil facit, Gal. lib. de natu. hum. ſigna pituitæ acidæ & ſalſæ è ſapore, colore & calore deprehenduntur.

Bilis effectrices cauſſæ.

Bilem verò generant calor hepatis & cordis & venarum & arteriarum immodicus, qui chylum & partem ſanguinis tenuiorem in qualitatem amaram & acrem vertit, Gal. lib. 2. feb. cap. 12. & Aphoriſ. 83. probl. 1. temperatura totius calida ſicca immodicè, vt in iuuentute omnium ætatum bilioſiſſima, Gal. lib. 2. feb. cap. 1. & in aëre calido ſicco: & in regione inter tropicos media. exercitatio celeris, robuſta, vehemens, multa, frequens, in æſtu, per inediam, aut cum cibo pauco, calido, ſicco: & cum medicamentis calidis ſiccis. inedia, potus parcior, rarior, calidus ſiccus. omiſſa conſuetudo bilem vacuandi ſpontanea vel medica, præſertim æſtate & in morbo bilioſo per medicamenta cholagoga ſeu bilem purgantia vomitu, deiectione, vrinis, ſudoribus, aut per balnea aquarum dulcium. vigilia, cura, ira, furor, cogitatio, mœror, animi impetus alij vehementes, frequentes, longi. alimentorum partes vſtæ coquendo, elixando, aſſando, frigendo: ſalis & ſalſorum & amarorum & acrium vſus frequens & largus, præſertim primis epulis & in temperatura calida ſicca, & aëre calido ſicco.

Bilis dominãtis ſigna.

Bilis flauæ largioris ſigna ſunt, corpus tangentibus calidum ſiccum, mordax, gracile, hirſutum, lib. 2. temperam. venæ & arteriæ amplæ. color oculorum, faciei, corporis reliqui pallidus, rufus, flauus, nigellus. vacuationes & ſpontineæ & medicæ bilioſæ, ſalubres, & toleratu faciles: vt vomitus bilioſus & amarus, nunc flauus, nunc viridis. aluus aſſiduè ſicca: & ſtercus paucum, ſiccum, acre & vrens: ſæpe bilioſum, flauum, pingue, torminoſum. vrinæ admodùm flauæ, tenues, cum paucis contentis: & ſi cibo diutiùs abſtinuerint, igneæ, mordaces. ſudor flauus & amarus: & per ſudoris initium horret, ceu acutus pungatur. aurium excrementum flauius, largius. mucus narium rufus, flauus, viridis, paucus. lippitudo oculorum ſimilis. lingua ſicca, aſpera, pallida, rufa, flaua, præſertim manè aut poſt laborem. os amaricat: ſaliua, ſpurum amara. morſus aliquis in ventriculo, & magis in eius ore: & inde conuulſio epileptica, ſyncope ſtomachica. ſitis vehemens & inexpleta, frigidis humidis placanda, quibus calidæ & ſiccæ naturæ delectantur & iuuantur, vt contrarijs læduntur. appetentia cibi deiecta, vt alijs æſtate & per febres præſertim acutas. ſomnus omnino paucus, leuis: vigiliæ propè perpetuæ, & inquietudo. ſomnium ignis, incendiorum, rixarum, pugnarum. animo eſt dextero & prudenti, Gal. lib. de natu. hum. niſi quòd ſæpius eſt ad omnia præceps, aſtutus, fallax, iracundus, audax, temerarius, gloriæ cupidus, vindictæ appetens, acer vltor iniuriarum, liberalis & ſæpe prodigus, ingenio perſpicaci, ad cogitationes propenſo, celeris incrementi. pulſus magnus, vehemens, velox, frequens, durus. morbi frequentes bilioſi.

Poſtremò humorem melancholicum & melancholiam generat temperatura totius fri-

Melancholæ causſa efficiuntes, item ſuccimelãcholici, & differentiæ amborũ.

gida ſicca, natiua vel acquiſititia, cum lienis imbecillitate, ex alimentis frigidis ſiccis, & alijs ſumendis, admouendis, faciendis, educendis, humorem melancholicum fæci ſimilem, hoc eſt craſſum, frigidum, ſiccum gignentibus. Temperatura verò calida ſicca vel natiua, vel acquiſititia, ex bile flaua & biliofis alimentis, & calidis, ſiccis, craſſis, & ex ſanguinis parte craſſiore, & ex humore melancholico vſto, atram bilem fæci vſtæ ſimilem, id eſt calidiſſimam, ſiccam, cauſticam gignit, & quibus ſanguis multus generatur, his promptè in cacochimiam melancholicam peruenit, Gal. comment. 3. in lib. 3. epidem. ætas declinans iuuentuti ætatum biliofiſſimæ ſuccedens, & bilem retorridã excipiens. autumnus æſtati omnium anni partium calidiſſimæ ſiccæ ſuccedens, & vſtam in ea bilem excipiens: & alius quiuis ſtatus autumno ſimilis, id eſt nocte, mane, veſpere frigidus ſiccus, meridie calidus ſiccus. vere autem furores, atræ biles deteguntur, aph. 20. lib. 3. non autem gignitur vel augetur vere atra bilis. exercitatio qualis quæ bilem gignit, ſed diuturnior, frequentior, & in æſtate, vel autumni die medio, & cum multo ſudore, ira, cura, vigilia, metu, mœrore, cogitatione vehementi rerum grauium aut triſtium, vitæ ſorte anxia. febris ardens præceſſit non commodè refrigerata, humectata. omiſſa conſuetudo ſpontina, vel medica, humorem melancholicum vel atram bilem vacuandi per hæmorrhoïdas venas, deiectionem potiùs quàm vomitum, per menſes, vrinas, ſudorem. vſus multus & frequens alimentorum hos humores craſſos gignentium, qualia Gal. in alimentis, & lib. de attenu. victu, & lib. 3. loc. aff. cap. 6. enumerat.

Fœtus alimentum, & reliquia.

à partu quoque ſanguis melancholicus, & is reliquus ex fœtus alimẽto. portionem enim optimam ſanguinis trahit fœtus: deteriorem & fœculentam in chorio & vaſis ad vterum pertinentibus deponit. An verò pituita ſiccando & vrendo in melancholiam, vt in calculum & tophum tranſire poſſit, à multis dubitatum audio.

An melancholia fiat è pituita, & quali. N. Auicẽna è pituita exaſſata & patiente: fit ex auri falſaque, ex Gal. lib. de atra bile.

Mihi tam ſcrupuloſa animaduerſione hoc loco opus non eſt: præſertim cùm videam morbos propè omnes planè melancholicos à veteribus æſtimatos, quartanam, alphos, elephantiam, ſcirrhos, etiam à pituita in his regionibus frigidis, alimento multo & crudiori aſſuetis generari: ac etiam Galeno confirmari, initio lib. 13. meth med. omnem humorẽ craſſum quodammodo eſſe melancholicum: & epilepſiam à pituita craſſa & melancholico humore naſci, li. 3. loc. aff. cap. 5. & pituitam vel ſubamaram & calidam, vrendo fieri in melancholia flatulenta ibidem cap. 6.

Omnis humor craſſus quodãmodo melancholicus.

Melancholiæ & ſuccimelãcholici ſigna.

Humoris autem melancholici & bilis atræ ſigna ſunt hæc. Corpus totum emaciatũ, venis latis, hirſutum, nigrum, ſæpe rufum & flauum, calidum ſiccum, atram bilem ſignificat. tumidum verò, venis anguſtis, nigrum, depile, frigidum ſiccum, humorem melancholicum. lienis durities, tumor, dolor grauis, color palpebrarum, præſertim inferioris, & totius corporis, fuſcus, vitidis. ſanguis vena ſecta vel aliter diuiſa excretus, niger, craſſus, concretu facilis. facilitas tolerandi vacuationem per medicamenta hunc vtrumque humorem purgantia, & per hæmorrhoïdas, & per venæ ſectionem amplam, ſi ſanguis craſſus excernatur. morbi melancholici frequentes, vt ſcirrhus niger, alphi nigri, phagedæna, cancer, elephas, pſora, lepra, varices, hæmorrhoïdes, melancholia morbus. febres inordinatæ, quartanæ, quintanæ, ſextanæ, ſeptimanæ, octauanæ, nonanæ, Hipp. & Gal. in epidem. & prorrhet. vrina craſſa, nigra, fuſca, interdum viridis, liuida, interdum rubra, obſcura, interdum alba, tenuis. ſudor niger, paucus, acidus odore & ſapore. deiectio nigra, acerba, acida, concreta, obſcura, ab humore melancholico: acida & acris, fluida, ſplendens, ab atra bile. ſputum paucum. ructus acidus, interdum & acer & mordax, cum ardore quodam in ore ventriculi. appetẽtia corrupta, interdum canina, à materia acida os ventriculi imbuente & fugente. hypochondrij ſiniſtri, interdum dextri læſio, in melancholica & flatulenta paſſione. color menſtruorum fuſcus, & aliorum alius, Hipp. de morb. muliebr. dolor grauis capitis, præcipuè ſiniſtri: vt ab hepate ægro, dextri. oculi limpidi, lucentes: aſpectus fixus & terribilis. vigiliæ & inſomnia, aut ſomnus leuis, plenus inſomnijs turbulentis, terribilibus, à ſomno expergificantibus. ſomnia terribilia, vt mortis, cadauerum, ſepulcrorum, tormentorum, dæmonum, nigrorum aliorum. pulſus varius pro contraria humoris natura in ſanis & ægris. homo integer, grauis, Gal. lib. de nat. hum. malignus interdum, vt etiam ſibi mortem conſciſcat: inuidus, fraudulentus, auarus, parcus, ſoluere lentus, taciturnus, lacrymabundus, cogitabundus, ſolitarius, miſanthropos, id eſt oſor hominum: immoritur ſtudijs, propoſiti tenax, iratus ægrè placatur, ingenioſus, probl. 1. 30. timidus & mœſtus, aph. 23. lib. 3. & 41. lib. 7. libidinoſus, comment. 3. in 6. epidem. & Ariſt. 31. probl. 4. quia flatulentus: ex his, quæ ad humorem melancholicum, vel ad bilem atram magis referri debeant, ex amborum natura & temperamento facilè æſtimabis. Vides autem ex duobus vltimis propoſitis his medicis (qui mihi erunt inſtar omnium recentiorum) quomodo vterque in naturam humorum indagandam incumbat, ſimili quidem methodo, & verbis propè ijſdem, vt alterum in altero recognoſcas. quorum tamen poſterior & locos & authores ſæpe appellat, prior ſibi velut ἀξιοπίστῳ καὶ ἀξιόχρεῳ credi vult. ita vt mutuò communicaſſe inter ſe ſua ſcripta videantur, cùm ſint contemporanei ambo, & ciues ambo & Ambiani. ſed tamẽ ſi res ita habet, credibilius eſt à Syluio Fernelium, quàm à Fernelio Syluium aliquid fuiſſe mutuatum: eò quòd antiquior Syluius iam antè fatis conceſſerat, quàm Fernelius ſuam medicinam (cui ego primùm edendæ inter fui) inuulgaſſet. & hoc obiter te monitum volui, ſi neſcias.

Comparatio Fernelij & Syluij, & N. de vtroque.

Hæc igitur de quatuor humoribus nobis cõgenitis à me dicta ſint, præcipua noſtri parte, tum qui vitam in nobis auſpicantur, tum qui

Cõclusio & epilogus, de 4. humoribus, eorumq; vſu & damnis effectiſque.

gitized by Google

eandem tuentur & conseruant; tum qui sanitatem faciunt æquali temperie, & analogia conueniente permixti, suisque locis & conceptaculis inclusi naturalibus: tum qui morbos omnigenos creant, vel si immoderata intemperie & dyscrasia peccent, vel si vnus alium præter naturæ institutum largiore copia vincat, aut ab eodem vincatur, vel si suis vasis locisque à natura destinatis velut exundãtes, alienam sedem inuaserint, putrendo & corrumpendo ingẽtes dolores atque intolerabiles cruciatus, & febres æstuosas, & partium corruptelas gignant, mortem denique auctis damnis & symptomatis exacerbatis tandem homini misero creent & concilient. Quamquidem idonea victus ratione, & vsu similium dissimiliúmve fouendo vel corrigendo, vt fors erit, & vacuatione eius quod vitium fecit, aut alteratione & ad naturalem statum reductione, differre ac retardare fortè licebit: sed in totum declinare atque euitare nemini mortalium licet. Ita nihil genitum in terris, nihil elementis conflatum, perennitatem sibi valet polliceri: sed orta omnia post demẽsum cursum naturalis vitæ necessariò occidunt.

Mors quibus modis differatur.

Omnia orta occidunt.

A perfici debere, nec vlli supereſſe otium, vt per omnem vitam valetudinarius in corpore curando occupetur. Verùm iſte vtlibet, qui ſi noſtro æuo & tempore reuiuiſcat, ne noſtram noſtrorúmque hominum ingluuiem & miram deſidiam luxúmque ſatyricè reprehendat, & morborum miretur frequentiam, qui nulli aliunde plures, quàm à flatu, luxu, fluxu & catarrho prodeũt. ſed Ariſtotelem philoſophantem audiamus: Platonem concionatorem nunc ſinamus.

Morbi ex deſidia.

Temporum noſtrorũ luxuria, & inglauies.

B Cerebrum (inquit cap. 7. lib. 2. part. animal.) calorem feruoremque cordis moderatur, & temperiem adfert. Fluxiones etiam (ob cerebri frigiditatem) ex capite oriuntur in ijs corporibus, quibus cerebrum frigidius eſt, quàm temperamẽtum modicum poſtulet. Cùm enim alimentum per venas ſurſum reſpirat, vbi excrementum ob eius loci vim refrigeratum eſt, fluxiones pituitæ ſanieíve mouet. Quod ſimile generationi imbrium euenire intelligendum eſt, quoad magnum conferre cum paruo licet. Cùm enim ex terra vapor exhalat, effertúrque in ſublime à calore, vbi ſupernum aërem ſubierit frigidum, conſiſtit: denuò in aquam propter refrigerationem, atque in terram defluit (qua de re ex meteorologicis alibi) hactenus philoſophus. cui ſubinferre licet *κατάρρους*. Sic in humano cõrpore, elati de ventriculo cibum concoquente & æſtuante vapores, occurſu & *κατάψυξιν* cerebri frigidi condenſantur in aquas, quæ deorſum ruentes, rheumatum genus omne concitant. Galenus lib. 3. loc. aff. cap. 7. cùm pituitoſos eos demonſtraſſet, in quibus humiditas frigiditáſque dominatur, dein ſubiungit; Pituitæ quidem vnum genus eſt, quod quotidie vel ſcreando, vel vomendo, vel emungendo educitur, vaporoſo ſcilicet ſpiritu plenum, vt ne ſenſum quidem lateat, ipſum eſſe diſſimilare. Alia verò pituita ſimilaris quidem D videtur, licet fortaſſe non ſit ſimilaris: qualis eſt tum crudus humor, qui in vrinis ſubſtat, tum is qui à Praxagora vitreus appellatur. Atque ex hoc genere eſſe videtur ſaliua, quæ neque fluida admodùm eſt, neque aquoſa. verùm ſaliua non vnica duntaxat qualitate guſtum afficit, neque vniuerſa pituita. ſæpenumerò enim & amaram & acidam & ſalſam in ore ſaliuam manifeſtè deprehendimus: veluti quum ſani degimus, nulla qualitate infecta, ſed perinde quaſi ſaliua guſtui offertur. Quo loco, ne plures aliunde conquiram (nam & lib. 3. facult. natural. E ſaliuam pituitæ annumerari paruit) vides ad pituitam referri genus omne humoris frigidi, humidi, albicantis plus minùs, vario guſtu & ſapore præditi, diuerſis locis concluſi: ſed præcipuè à cerebro, propter inſitam frigiditatem excellentis: ínque ſtomacho, propter concoctricis infirmitatem, & partis & cibariorum naturam congeſti cumulatíque, & per tunicam ori, linguæ, palato, œſophago, ventriculo communem, ſurſum allabentis, crebráque ſputatione ac ſaliuatione reiecti: quem Graij *πτύελον* ἢ *σιελομὸν* vocant. de quo meliùs inter morborum cauſſas & ſymptomata dicetur, illud nunc

Cerebri vtilitas, & quinam defluxionibus ob eum.

Catarrhi quomodo generentur, & ſimili.

Imbres qui fiant.

Rheumata & catharri quo fiant modo.

Pituitoſi qui.

Mucus & ſputum, pituitæ genus, quale.

Saliua natura, & differentia.

Pituitæ cõgeneres humores, vbi conſiſtant.

Sputum & ſaliua vnde fit.

Sialiſmus, ſaliuatio, vnde fit.

DE MVCO, ET SALIVA, ET PVRE, ET SIMILIBVS pituiteis humoribus.

CAP. V.

Siue liber vnus.

Quòd quatuor ſummarij humores in homine, quæ. & quomodo diſcrepent.

QVI corporis humani quadruplex eſſe humorum genus omne dixerit iam à nobis expoſitum & ſingillatim explicatum, is profectò rem omnem ſumma quadam complexus fuiſſe queat videri: nullus enim admodùm, ſiquis diligenter obſeruet, in nobis eſt humor, qui ad vnum aliquem de quatuor mihi dictis non poſſit aut debeat referri, cognatione illi proximus, & ortu naturáque planè affinis: licet colore aut conſiſtentia aut guſtu aut ſapore vtcumque diſcrepans. quod vt de alijs deinceps patebit, ſic de muco iſto ſputóve & ſaliua licet obſeruare, quæ ad pituitam cõgenerem tantam habent affinitatem, vt eadem iure dixeris. niſi generationis modus, & locus, & vſus diſcreparet, vti de pituita genuina iam demonſtraui, cui à doctis quibuſdam annecti tamen annotaui.

Medicina ad quæ vtilis vel non.

Plato dialogo 3. de Republ. abſurdum exiſtimat homines medicis egere non ad vulnera ſananda duntaxat, morbóſque curandos intemperie aëris, & pro anni tempore aliter atque aliter incidentes: ſed ob deſidiam, & quem in victu damnat luxum: vt homines lacunarum inſtar aqua flatúque exuberantes, coëgerint præclaros Æſculapij ſucceſſores, morbos quoſdam nouo nomine *φύσας καὶ καταῤῥόους*, flatus & catarrhos appellare. noua ſanè morborum nomina nimiúmque abſurda. in ciuitate autem optimè inſtituta ſuum cuiq. munus aſſignatum

Morbi non à catarrhis, quales.

nunc forſan aptiùs referetur; Plinius lib. 7. c. 19. Ferunt Craſſum auũ Craſſi à Parthis interempti nunquam riſiſſe: ob id agelaſtũ vocatum: Antonium Druſi nunquam expuiſſe: Pomponium Conſularem poëtam nunquam ructaſſe (qualia demum Solinus iterat) idẽ cap. 2. li. 7. Omnibus hominibus contra ſerpentes ineſt venenum: ferúntque ictas ſaliua, vt feruentis aquæ contactum fugere. idem cap. 4. li. 28. ſic repetit, & addit; Hominum verò in primis ieiunam ſaliuam contra ſerpentes præſidio eſſe. ſed & alios efficaces eius vſus recognoſcat vita. deſpuimus comitiales morbos, hoc eſt contagia regerimus. ſimili modo & faſcinationes repercutimus, dextræq. clauditatis occurſum. veniá quoque à deis ſpei alicuius audacioris petimus, in ſinũ ſpuendo etiam. eadem ratione terna deſpuere deprecatione in omni medicina mos eſt, atq. effectus adiuuare. incipiẽtes furunculos ter præſignare ieiuna ſaliua. Mirum dicemus, ſed experimento facile. Siquem pœniteat ictus eminùs cominúſve illati, & ſtatim expuat mediam in manũ qua percuſſit, leuatur illico percuſſus à pœna. hoc ſæpe delumbata quadrupede approbatur, ſtatim à tali remedio, correcto animalis ingreſſu. quidam verò aggrauant ictus, ante conatum ſimili modo ſaliua in manu ingeſta. Credamus ergo & lichenas lepráſq. ieiunè illitu aſſiduo arceri. item lippitudines matutina quotidie velut inunctione: carcinomata, modo terræ ſubacto: ceruicis dolorem ſaliua ieiuni dextra manu ad dextrum poplitem relata, læua ad ſiniſtrum. ſiquod animal aurem intrauerit, & inſpuatur, exire. rumpi ſcolopendras marinas ſputo, item rubetas aliáſque ranas. & ſerpentes, ſiquis in hiatum earum expuat. Inter amuleta eſt, editæ quemq. vrinæ expuere. ſimiliter in calceamentum dextri pedis, antequàm induatur. itẽ quum quis tranſeat locum, in quo aliquod periculum adierit. & ſi dormiens ſpectetur infans, à nutrice terna adſpui. quanquam religione mutatur & faſcinus. Sed hæc vanitati, quàm veritati videntur eſſe propinquiora: dico autem de iſtis ſuperſtitioſis. nam ſaliuæ hominis contra viperinum & anguinum genus, antipatheiam quandam à natura inſitam fuiſſe non diffiteor.

Exempla agelaſti, nõ ſpuẽtu, non ructantis.

N. his adde meã aniam maternam, qua nõquã pepedit.

Saliua humana vtilis ſerpenti.

Saliua humana vtilis & amuleta, & ſuperſtitio.

Ictus quã magu aut muus nocent.

Saliua remedia, & faſcinu.

Saliua humana valet aduerſus angues.

Dicere de cæteris, quę ad pituitæ naturã referuntur, ſpeciatim minimè conſtitui, neq. iſtorũ ſingula ad amuſſim perſequi: niſi fortè obiter ac velut per tranſennã de quibuſdã. Memini iam aliquoties pituitæ cuiuſdam à Praxagora vitreæ denominatæ, quòd ſit vitro fuſo ſimilis: albumineã potes vocitare clariùs, quòd ſit oui albumini, & calore & cõſiſtentiâ perſimilis. ea eſt omnium frigidiſſima actu potentiaq. (ideo à calore cogi denſariq. Fernelio aſſeueranti reluctabar, cùm potiùs ab algore ingenti cogatur) eademq. craſſiſſima lentiſſimaq;: eadẽ grauiſſimorũ longiſſimorumque dolorũ cauſſa, præſertim colici affectus terebranti ſimilis, vt Gal. 2. loc. aff. in ſe expertus profitetur. Cuiquidẽ adſimilis eſt natura quædam puris: quale nos frequẽter à veſica & renibus defluxiſſe vidimus, craſsũ, tenax, olidum, fundo matulæ pertinaciter adhæreſcens, calculi & vlceris *cuiuſdam* effectũve: de quo inter pathologica potiùs. ita vt perdifficile ſit, tale pus

Pituita vitrea, quæ: eadem albumínea, qualis.

N. contra Fernel.

Puris natura.

A à pituita illa vitrea diſcernere: cuius tamẽ diſcerniculũ ex Gal. nuper attulimus, & nunc ſubijcimus ex eodẽ & alijs. Nam colore, craſſitudine, odore, pus à crudo humore recedit, ait Gal. cõment. 2. ad lib. de nat. hum. ne de lib. 1. de alimẽt. facult. & cõment. in lib. Hipp. de humoribus repetam paulò antè dicta mihi. hoc potiùs indictũ mihi attexã. Fernelius lib. 3. c. 6. patholog. Tria cernũtur in vrinis finitima, ſemen, pus, atq. pituita: quæ ſic tamen internoſcũtur. Semen quia tenue ac leue, vrinæ sẽper innatat: pus & pituita ſubſident. hęc tamẽ craſſa atq. tenax ſibi cohæret: pus verò agitatũ mox diſſoluitur ac diffluit.

Puris & pituita vitreã differentia.

Semen in vrina, vbi.

B Syluius autẽ cõment. in li. poſter. Gal. de differ. feb. c. 6. Crudus humor ſeu vitreus propriè dictus, frigidus eſt ac craſſus, hypoſtaſi ac puri ſimilis, craſſitie & colore duntaxat. Nam pus graueolens eſt ac lentũ: crudus humor neq. graueolens eſt neq. lentus. niſi mora in corpore lõga lentorẽ acquirat, ex Gal. li. 10. cõpoſ. medicam. cap. aliquando etiã ex putredine graueolentiam acquirit, ſed à puris graueolentia diuersã, vt norunt qui vulnera & vlcera quotidie tractant, & qui vrinas calculoſorũ hoc ſucco crudo plenas odorãt. Quæ res quotidie multis imponit, pus eſſe putantibus ab vlcere aliquo aut renum, aut vretẽrum, aut veſicæ. Sed pus multò eſt albius

Puris & crudi humoris differentia.

Cautio.

C & corpulentius, ita vt colum ægrè prætereat: crudus humor ſi putruit, totus percolatur factilè: ſi non putruit, ſæpe longiſſimè ſeruata contínuitate trahi poteſt. Adhæc ſi pus eſt, ſæpe poſt motum aliquem violentum ſanguis meiitur ex vlcere eliſus: non autẽ ſi humor crudus tantùm eſt. Præterea ſi humor eſt crudus, à ventriculo, aut cerebro, aut partibus alijs trãſmiſſus, velut acceſſiones quaſdã & affluxus copioſos habet, ac per medicamenta idonea largiter purgatus dies quinque aut ſex, poſtea in vrinis aut multus aut pauciſſimus compãret, & qui pituitam omnino referat. cùm pus continenter æquale

D aut propemodùm æquale ex vlcere dictarum partium excernatur, etiamſi pridie vlcus ipſum terebinthina, & ſimilibus deterſeris. nam ſinus qui pus interdum nullum, interdum largiſſimum remittunt, vix in renibus, vreteribus, veſica, partibus aut exiguis (fortè exanguibus) aut tenuibus fieri poſſunt. idem verò Syluius commentario de feb. inſcripto, ſimilia quodãmodo retexit, vbi de pituita diſſerit. Excrementum (ait ex Gal. lib. 2. facult. natural. & lib. 4. ſanita. tu.) quod à cerebro deſtillat, fortaſſe nec pituitam quis rectè appellet, ſed mucum & coryzam, vt iam antè citaui. Quin & crudos ſuccos à pituita

Mucus & ſaliua, ab pituita.

E vitrea, & vtcumque à pituita publicè vocata ſeparat Galenus. nam crudi ſucci quanquã de genere ſint pituitæ, tamẽ eâ minùs ſunt humidi, & plerumq. carent lentore: qui ſi adeſt, ſuccus eſt vitreus Praxagoræ dictus, inſigniter frigidus, ſed minùs craſſus, quàm crudus per eminẽtiam dictus. qui colorem in cute nunc plumbeum, nunc liuidũ, nunc ex albo & liuido miſtũ exhibet. Succus ergo crudus propriè dictus eſt frigidus & craſſus. pituita autem, ſuccus quãquam crudus eſt ac frigidus, non tamen craſſus quia humiditatem multam habet, & ſpiritum flatulentum. Succus quoque crudus propriè dictus

Differentiæ pituitæ & humoris crudi, & vitrei ſignáque.

Puris & ſucci crudi differentia.

talis eſt, quale quod in vrinis ſubſidet puri ſimile aliquando: ſed pus graueolens eſt ac lentum: ſuccus verò crudus craſſitie & colore tantùm puri ſimilis, neque graueolens, neq. lentus. alibi lentorem ei Gal. tribuit, lib. 6. ſanit. tu. & lib. 1. facult. aliment. Succus crudus omnino craſſus eſt: non tamẽ perpetuò glutinoſus. humor item crudus cùm lentorem accepit in meatibus per renes anguſtis, quod craſſiſſimũ eſt & maximè lentum, ibi diutiùs moratũ calculos gignit. ergo & lentorẽ tandem accipit, & ex putredine graueolentiam: quando à pure ægrè, vt antè dixi, ſecerni poteſt. ſed de hoc ſatis in præſentia.

Pus à quo calore gignatur, quæſtio.

Pus autem an à calore naturali, an ab eo qui præter naturam eſt, fiat, aliàs inquiretur: quia nihil purulentũ, nihil ſordidum noſtra hæc patitur oratio, éſtque alterius illa quæſtio cõtemplationis. Mihi tamẽ fit veriſimile, πῶς, ſiue pus à Latinis dictum, ab vtroque calore produci: & quidem quò laudabilius, eo magis à dominante calore natiuo: éſtq. tale quidem album, læue, æquale, minimùm fœtens. quò autem deterius, ab eo qui contra naturã eſt, & quidem iſti diſſimilimũ colore, odore, conſiſtentia. ſicuti gangrænã & omnimodã corruptelã putrefactionémque, ab hoc ſolo qui præter naturam eſt, calore procurari par eſt credere: vt contrà, ab illo naturali calore & concoctionem & omne opus naturæ amicum perfici obiríque: cùm ſit hic naturæ amicus & ſociali fœdere coniunctus: ille autem alienus, & naturæ hoſtis atq. capitalis aduerſarius. ſed Galeni audiamus ſententiã ex cõment. 1. ad prognoſt. Hipp. ſub finem, vbi ſumptum eſt; Pus optimum eſt, ſi candidum, æquale, læuéque, & quàm minimè fœtidum eſt: maximè verò contrarium huic, deterrimum eſt. vbi Galenus, Decumbens (ait) ſanguis in partes laborantes, committit inflãmationes: ita vt ab initio quidem ſola cõceptacula repleat diſtendátque, mox adiacentes ſedes inanes complures atque exiguas in ſingulis mẽbris. Talis igitur ſanguis ad exiguas diſperſus partes, in locis inflammatione affectis, vtpote extra propria cõceptacula poſitus, non inſuper remeare ad antiquam naturã poteſt: mutatur verò ac putreſcit, quomodo omnia quęcũque in alieno loco vehemẽtiùs calefaciunt. Si igitur natiuus calor de propria exorbitat temperie plurimùm, vt in corpore inanimi, putreſcit ſanguis. Si verò vim ſeruet quãdam, permiſta quædã commutatio de cauſſa per naturam, & item præter naturã efficitur. ſiquidem cauſſa naturalis concoquit: præter naturã, putrefacit. Vtra verò earum magis exuperet, per eã ipſam neceſſariò ſigna accedunt tum coloris odoríſque, tum etiam conſiſtentiæ. Ex iſtis igitur ſeries eſt vt colligas, ſanguinem qui probè ſit in pus cõmutatus, primò quidem nõ putruiſſe, ſed potiùs concoctum fuiſſe. ſecundò verò, in ipſo ſimul quid putredinis præter naturam apparere, parum verò illud eſſe, & quàm minimè fœtidum. ad hæc, colorem eius reddi ſimilem ſemini, ratio eſt. candidum verò non exquiſita ratione, velut nix eſt, ſemen enim à natura ducitur in ſolidiorum corporum colorem exquiſita ratione, modicè pus: ſiquidem ſemen nihil habet præter naturam cõmixtum: pus verò non aſſiduè par: permiſceatur enim omnino aliquid, quoniam ſanguis de proprijs organis exiliuit. Hæc itaque cauſſa eſt, ob quã candidum ſemen ac pus eſt: pus enim quodammodo ſolidioribus aſſimilatur corporibus, quæquidem ſunt conceptaculorũ tunicũlæ neruíq. & copulæ ac membranulæ, atque etiã chartilago oſsáque. Eadem cauſſa eſt, ob quam ſubſidet in vrina candidum ſedimentum: etenim id quoque obtinet generationem, quæ puri proportione reſpondeat, inter id & naturales humores in medio collocatam. Quicquid enim aliměti in ſanguinis generatione, naturæ refugit confectionẽ, ſubſidet in vrina, neque vt ſanguis, ab ea commutatum: neque vt pus, præter naturam cauſſæ in generatione particeps. Idẽ Gal. lib. 1. de differ. feb. ca. 6. Humorum putredo (inquit) quæ in vaſis fit, ſimilis eſt ei, quæ in inflammationibus atque abſceſſibus accidit, aliíſque collectionibus, duplex quidem ſecundùm genus. Ex duorum autem generum miſcella, alia tertia ſecundùm ſpeciem euariat: quoniam & innumerabiles miſcellæ modi in eo quod magis & minùs, reperiuntur. at duorum generum alterum quidem fit ſuperante natura, alterum verò ſuperata, & ſuperante quidem, ſicut in inflammationibus & ſimilibus collectioni tumoribus omnibus, pus: in humoribus autem qui in venis atque arterijs continentur, quoddam quod puri proportione reſpondet, ſubſidens in vrinis. At talis quidem putredo non ſimpliciter putredo exiſtit, ſed aliquid in ſe continet coctionis. nam adhuc vi coquendi vaſorum remanente, qui interim putrefit humor, ad talem peruenit alterationem. Sed & alterum eſt putredinis genus, cùm ea vis, cui coquendi officium eſt demandatum, adeo imbecillis facta eſt, vt nullam ampliùs facere poſſit in putreſcente ſuperfluitate ad optimum tranſmutationem. quoquidem vſu contingit nonnunquam, cùm eadem vis ad vltimum imbecillitatis peruenerit, etiamſi id quod putreſcit, mediocriter ſit vitiatum. At fieri poteſt interdum, vt vis quidem ipſa non omnino ſit imbecillis, humor verò putreſcens maximè ſit vitiatus. Huius ſuperfluitatis putredo nequit conſiſtere, neque aut colorem, aut odorem habet vnum, ſed ſemper ſecundùm ſubſtantiam permutatur ac multis modis euariat illud quod putreſcit. Altera autem putrefactio, quam & coctionem eſſe diximus, ſemper ad vnã puris ſpeciem terminatur, colorémque ac conſiſtentiam ſuſcipit & odorem. ſuperante verò integrè ipſa natura, optimum fit pus cõſpectui album & craſſum & quaquà verſum ſibi ſimile: lene autem tangenti ac minimè fœtidũ. ſi verò ſemiputridum fuerit, tertiũ in tali tranſmutatione genus quod paulò antè diximus, fit, multiforme quidem iuxta id quod magis & minùs coctionem ſuſcipit. quod etiam in vrina cõtingit iuxta dictam rationem, & ab Hipp. repetitam è prognoſticis.

Hypoſtaſis cur alba, & vnde genita.

Suppuratio quid ſit, & à quo: item hypoſtaſis.

Putredo à quo fiat calore: & differentia ex facultate & humore.

Pus à quo fiat calore.

Porrò & hoc obiter dictum ſit. Vlcus omne duplici ſorde inquinatur: quarum quæ craſſior & albidior, ea πῦον à Græcis, ſordes à Latinis: quæ tenuior & ſeroſior atque rufeſcens, ea di-

Vlcerũ excrementa duo, quæ & qualia: & eorum remedia.

Puris & ſucci differentia.

Pus à quo calore gignatur, quæſtio.

Quòd ab vtroque calore, qualiter.

Gãgræna à quo calore: né cõcoctio.

Caloris vtriuſque diſcrimen.

Puris boni nota.

Pus qui fiat in phlegmone.

Pus ab vtroque fit calore, & ſigna.

Seminis & puris cõparatio: & cur albeſcant.

citur ab illis ἰχὼρ, ab his ſanies: ab hoc, humidum: ab illo, ſordidum dicitur vulnus, ſeu potiùs vlcus. malè enim Arabes hæc duo nomina confundunt, quæ Græci nomine & re ſeparant, ἕλκος καὶ τραῦμα, hinc que Latini, plaga ſeu vulnus, atque vlcus. & verò ſordi ſiue πύου, & πύωσιν, detergentia, ἰχῶρι, ſanie, ξηραντικὰ, reſiccantia debentur remedia. ſed therapeuticen relinquamus, & quicquid vſpiam morboſum. Hoc tamen etiam obiter monere volo, Celſo cap. 26. lib. 5. aliter viſum. nempe ex omni vulnere atq. vlcere exire ſanguinem, ſaniem, pus: ex quibus ſanguis omnibus notus: ſanies eſt hoc tenuior, variè craſſa & glutinoſa & colorata: pus craſſiſſimum, albiſſimum, glutinoſius & ſanguine & ſanie. rurſum eſt quædam ſanies, quæ vel ἰχὼρ, vel μελικηρὶς nominatur. ἰχὼρ tenuis, ſubalbidus, ex malo vlcere exit, maximéque vbi neruo læſo inflammatio ſecuta eſt: μελικηρὶς craſſior & glutinoſior, ſubalbida, melliquè albo ſubſimilis fertur. Dixi de Hipp. & Gal. ad prognoſtica: hoc autem ſubijcere viſum eſt è cap. 5. lib. 5. de ſimpl. medicam. facult. Cùm tres in animalium corpore fiant alterationes, vna planè ſecundùm naturam eſt, cùm videlicet in ventre cibus coquitur, aut in viſceribus & vaſis, qui inibi generatur ſuccus, vnde rurſum pars vnaquæque nutriatur. altera contrà planè præter naturam, nempe in putreſcentibus omnibus. atque hæ quodammodo inuicem ſibi contrariæ ſunt. tertia ex vtraque miſta & media eſt, partim quidem primæ quicquam obtinens, ac naturalis: partim verò huius contrariæ, quæ eſt præter naturam. Siquidem alterationi ſecundùm naturam duo hæc inſunt, vt & ex familiari animantis natura fiat alteratio, & ab ingenito calore planè ſuperetur. ei verò quæ præter naturam eſt, & ab aliena caliditate mutatio prouenit, & ad nihil vtile. at media earum, quæ ſcilicet ſuppurationes comitatur, ab ingenito quidem fit calore, ſed non planè vincente: neque enim ex materia peragitur, quæ prorſum benigna ſit, neque tamen ex omnino aliena, vti iam ab exemplo patuit. neque enim nunc ea de re plura placet diſſerere: niſi breuibus periodis ex doctrina Hippocratica & Galenica audire gratum eſt; Pus λεῦκον quidem ſeu album, ideam referre partium ſolidarum, atque earumdem integritatem arguere (vt de hypoſtaſi idem intelligas) læue autem ſiue λεῖον, caloris natiui ſeſe æqualiter in omnem materiæ partem inſinuantis vim indicare: vnde minor fœtor putórque quàm à putrente & corrupto: ὁμαλὲς denique & æquale, materiæ benignæ naturam vniuſmodi deſignare, & coquenti calori, & parti alteranti obtemperantem. qua de re aliàs commodiùs in iatricis.

Vlcera & vulnerum excremẽta, quæ, & qualia.

Ichor & meliceris, quid.

Tres alterationes à triplici calore, qua, & earum differentiæ.

Alteratio ſecundùm naturam, quæ: & præter naturam: & media.

Enimuerò ad pituitam referri poteſt, & à nonnullis pituita perhibetur, vt iam inſinuaui, liquidiſſimus ille humor, qualis ſtiria de naſo per hyemem propendet, quem Græci peculiari nomine ὕδωρ, velut aquam nominarunt: atque is qui ſeroſus è ſanguinis maſſa reſudat, hydropémque facit. denique quiſquis humor frigidus & exalbidus paulatim craſſeſcit: fitque è tenui & aquoſo craſſus, mucilaginoſus, vitreus, gypſeus denique, cuius paulò antè ex Auicẽna primùm, dein è neotericis meminimus. qualẽ etiã nos ſæpe concretum in articulis podagricorum vidimus grãdini perſimilem, aut potiùs lapillis gypſeis tophíſque. Nam quòd naturalis pituita ſit ἄμικτος, aut dulcis, id verò iam diximus, eamq. à calore natiuo in ſanguinem poſſe conuerti. at acida & frigidior eſt & crudior: ſalſa autem & nitroſa, vel à calore præter naturã & putrediue vitiatur, vel ſeri alieni admixtione degenerauit: talíſque vt plurimùm ſenibus infeſta, creat pruriginem, creat & lichenas impetiginémque & ſcabiei diuerſum genus. quæ enim ſanguini naturali confunditur, ſi parit tumorem, œdema phlegmonodes vocatur, aut phlegmone œdematodes: ſin bili miſcetur, œdema eryſipelatodes, aut eryſipilas œdematodes creat: ſi ſucco atro, œdema facit ſcirrhodes aut ſcirrhum œdematode, à præpotenti ſemper indita appellatione, & ab infirmiori addita denominatione. Mucum verò & cõryzam ex affinitate ad pituitam reduximus. eõdem poſſumus & lacrymas & lemas referre oculorum. ſed neque hi liquores verè pituita ſunt (vt ex Gal. antè confirmaui) neque ſuccus crudus, ac ne vitreus quidem ille Praxagoræ, & quiſquis alius eiuſdem generis in corpore aceruatur, tum partium frigore, tum caloris natiui infirmitate, tum caloris præter naturã aduſtione, verè pituita dici poteſt. Namque vera pituita cùm ſit frigida, multam humiditatem cum ſpiritu flatulento coniunctam habet è natura. iſtis verò craſſities quædam ineſt & tenacitas, humoris plerumque indiga: neq. vnquam in ſanguinem & alimentum conuerti poſſunt: quod genuinę & naturali pituitæ proprium eſt, vti Galenus tum aliàs, tum lib. 4. de ſanit. tu. his ferè verbis declarat. Certiſſima ſuci animalis cognitio ex colore datur. albiores enim, pituita ſuperante, pallidiores bili abũdante cernuntur, aut ſi bilis ſit meracior, flauiores. Sed vehementer cõmotis, aut iratis, aut in pudore veluti reciprocantibus ſe humoribus (ex Hipp. lib de humorib.) inſpicere colorem non oportet. neq; ſi ambientis violentia calidi frigidiue, aut aliquis animi affectus ſubeſt. Tanquã igitur corpus ſicubi albius ſolito eſt effectũ, pituitoſum abundare ſuccum indicat: ſicuti pallidius aut flauius, bilioſum. ita ſicubi ad rubicũdius quàm pro natura, eſt mutatum, ſanguinis abundãtiam ſubeſſe, ſignificat: ſicuti ad nigrius, nigram ſupereſſe bilem oſtendit: interdum ad plumbi colorem, interdum ad liuorem, aut ex albo liuidóq. mixtum. Ergo eiuſmodi colores, crudos dominari ſuccos indicant. qui cùm de genere ſint pituitæ, minus tamen humiditatis habent, quàm ea quæ publicè vocatur pituita: plerumque verò huic nec lentior ineſt. qui ſi adſit, Praxagoræ ſuccum vitreum facit egregiè frigidum, ſed eo quem crudum per eminentiam vocant, minùs craſſum. ita Galenus. Non tamen ſudorem & vrinam, licet tenues, ad pituitam referri in totum volo, licet illi affines, cùm potiùs ſerum ſanguinis reſipiſcant, vti deinceps oſtendam.

Pituita diſferentiæ.

Pituita gypſea.

Pituita naturalis, quatenus acida & ſalſa, qualis & à quo.

Pituitoſi affectus & tumores & horum diſferentia.

Pituita affines humores.

Pituita mucoſa & ſpuria multiplex.

Pituitæ naturalis ſigna, & ab aliis diſferentia.

Signa humoris dominantis, quæ, & unde: & cautio in reflux.

Quando ex colore falſa indicium.

Signa dominãtis humoris à colore.

Humores affines pituitæ, & eorũ diſcrimen.

Vitreum & crudus humor, qualis.

Serum ſanguinis.

Stiria, an pituita, & ſerum.

DE SVDORE, ET HVMORIBUS secundarijs.

CAP. VI.

Sius liber vnus.

Sudoris & vrinæ germanitas, differentiæ.

SVDORIS & vrinæ aliàs dixi eandem esse sortem naturámque, neque dissimilem generationis modum: sed locis differre, atque excernendi vijs modóque, & fortè consistentia: quòd tenuior vrinâ percipiatur sudor, ac tenuioribus locis, ceu cribris quibusdam per poros corporis percoletur, minùs item acris, aut mordax, aut fœtidus, tum locorum & receptaculorum discrimine, tum moræ diuersa ratione, & humorum vel excrementorum miscella. sed dicam de vtroque separatim: ac de sudore priùs.

Sudor & ἱδρὼς vnde dicatur.

Sudor igitur nostris, Græcis ἱδρὼς nominatur, vtroque forsan nomine ab eodem themate deducto, sed leuicula mutatione detorto. ὕδωρ nempe, aqua est & sudor est aqueus. Nisi sudor ex eo ducatur ac dicatur, quòd sit vdus siue vuidus: ἱδρὼς autem, ὅτι ὑδὼς ἰδεῖν ῥέων, quòd stillantem videre liceat: nonnulli tamen ab ἵδειν ἢ ἰδίειν, eò quòd ex labore & ærumna sudor consequatur: immutato videlicet spiritu. sed ad rem veniamus.

Sudor embrionis vbi: item vrina.

Sudor nobis non tantùm natis & adultis obortiri solet, verumetiam maternis loculis etiamdum inuolutis, vteróque gestatis, vti suo quodam loco scripsimus antea, cùm numerum tunicarum embryonis recenseremus, atque amnio excipi eius sudorem diceremus: sicut allantoïde vrinam recondi, ei mox vsui futuram, qui & ibidem dictus est. Sudoris autem gene-

Sudoris generandi ratio.

ratio, sicut & reliquorum humorum, ex eo videtur esse, quod edendo bibendóque, nostrûm vnusquisque vitam sustentat. Quicquid enim ibi tenue inest & vaporosum, id attenuatum calore natiuo, aut externo calore euocatum, motúque corporis aut labore aut dolore, tum sanis tum ægris per patentes cutis poros erumpit. quod quo fiat modo, siquis aues discere, paucis accipe. Cibus omnis in os ingestus &

Aqua pura non alit.

commanſus, potióque liquida omnis, si est alibilis (nam aquam meracam alere vspiam cum Hipp. negauimus) per œsophagum in capacitatem ventriculi illabitur, ibíque tepore loci,

Cibi coctio quâ fiat & vbi & à quo.

& proprietate partis, & viscerum ope circunstantium, mira quadam naturæ solertia alibi declarata coquitur, & in cremorem cogitur veluti lacteum, quem χυλὸν à Græcis propriè

Chylosis, coctio prima, vbi.

vocari suo loco monui: operámque primam totam illam inde χύλωσιν dici: quæ & prima concoctio dicitur habetúrque, rudimentis tantùm coctionis in ore obitis. Chylum ea ratione elaboratum, venæ meſenterij ad hepar rapiunt: à quoquidem, proprietate substantiæ, & actionis insita vi, in sanguinem demutatur, & colore mutatus, & natura, & vsu, & nomine. χυλὸν enim generali nomine Graij

Hematosis coctio secunda, vbi.

A vocant, velut succum, aut χύμα, eò quòd sanguis vniuersos in se quatuor humores congenitos vnus complexos continet, vti iam alibi demonstrauimus. atque hæc secunda dicitur coctio, eadémque speciali nomine αἱματώσεως vocitatur. De excremento primæ coctionis (omni enim coctioni suum excrementum inest) dixi aliàs, quod est illud crassum, terreum, indigestum, fœculentum intestinorum recrementum, stercus denique & merda siue κόπρανον, atque ijs distinctum epithetis, quæ alibi commemoraui. de secundæ verò concoctionis excrementis dixi tum antea, tum adeo nuper in tractatu de humoribus congenitis, B cùm bilis vtriusque naturam explicarem, & sua vtrique receptacula designarem, de vrina, & ipso secundæ coctionis excremento, paulò pòst videro. venio enim ad tertiam & vltimam iuxta Græcos concoctionem (Auicennæ enim quatuor perhibentur) quæ in singulis partibus obitur, suum sibi alimentum assimilantibus & adijcientibus, inque sui similem substantiam demutantibus, quo alibi dixi modo. atque hæc vera demum nutritio est, & vltimus cibationis finis.

Cuique coctioni suum excrementum inest, ab exemplo.

Tertia coctio, & nutritio, vbi.

Humorum alibilis quâ fiat, & similis.

Namque ab hepate transsumptus per venas sanguis, quaquà versum in omnes corporis partes particuláſque, instar rinulorum defertur, ac per vasorum oscula resudans, in totam partem particulámque alendam dispergitur, eidémque agglutinatur & assimilatur: fitque actu nutriens alimentum, vt ex Hipp. antea ostendimus. Qualiter deducta per tubulos & siphunculos aquula plantam irrorat, & radices subiens, terram madefacit & macerat, simúlque permiscetur futurum toti plantæ alimentum, similem sibi familiarémque de terra succum attrahenti. Porrò qui rem acutiùs atque accuratiùs peruiderunt, ac velut minutiùs

Plantæ quo modo alantur.

concisam expenderunt, in ista tertia & vltima D coctione, quatuor nominibus distinctis humorem istum alibilem distinxerunt, authore Auicenna iam paulò antè producto, fen. 1. canone 1. doctr. 4. cap. 1. cùm tamen res vna & eadem vno & communi nomine dici potuerit, vtpote sanguis alibilis, vel humor partium similarium alimentarius, quem sibi pars vnaquæque apponit, agglutinat & assimilat colore consistentiáque variatum. Sed liceat istis acumen ingenij ostentare sui: liceat in re seria ludere multiplici nominum varietate. Ergo sanguis ad partem quamlibet per vasa deriuatus, de maioribus semper in minora confluit, donec tandem extra vasa depositus, in spatiola quædam inania partium ipsarum confluit bene elaboratus, atque parti ipsi pro sua cuiusque natura & diuersitate assimilatus. Is cumprimùm ab exilibus vasis exilire parat, nullum proprium nomen sortitur, dicíque potest ἀνώνυμος, vt ab istis, innominatus. Cùm autem iamiam elabitur ab extremis vasis, & in spatiola partium roris instar spargitur, ijsdémque apponitur alimentum actu futurum, is ex ea similitudine ros nuncupatur. Idem postquàm crassior redditus, par-

Humor alibilis vnus, & nomina diuersa.

Partes corporis quomodo alantur, & humoris alibilis nomina varietas pro præsáque.

Humor ἀνώνυμος.

tibus concrescere incipit primulùm, inque earum substantiam commutari, & perfectè assimilari, & in eius vicem subire quod iam consumptum est, ex eo gluten, à viscositate, & cambium, ob commutationem atque alterius deperditi instaurationem (restaurari vellem liceret dicere) denominatur. nisi cum quibusdam hæc duo nomina distinguas, & rem diuersam statuas: vel potiùs affinem sibíque mutuò succedentem. vt sic quatuor humores secundarios istos habeas totidem primarijs numero respondentes. Nam qui à nonnullis quartus numeratur, atque humidum radicale, vel primigenium vulgo dicitur, is vtique non ex nouo alimento concreuit, sed iam inde ab ortu primo de genitali semine productum, vnicuique nostrùm adest & inest, vitámque fouet, & partes solidas ligat, spiritus natiui & caloris insiti pabulum atque fundamentum, aëreum, pingue, oleosum, tenax, durabile, perenne, partium denique similarium solida substantia, vt alibi diximus, & Gal. lib. 7. meth. med. cap. 6. & sæpe aliàs docet, vt comment. 2. in lib. de natur. human. & comment. 1. aph. 14. & alibi denique. quo semel consumpto, certa mors imminet: nec enim reparari potest; atque in pueritia abundans, paulatim minuitur, donec senio sensim contabescat, à se & sibi annexo calore natiuo sensim ac sensim absumendum. sicuti flammula accensa paulatim suum fomitem & oleum depasta, tandémque insitum atque intimum elychnij humorem consumens, lentè extinguitur, sicuti ex Gal. lib. 1. de differ. feb. & lib. de marasmo aliàs citauimus.

Gluten.

Cambium.

4. humores primarij, totidémque secundarij.

Humidum radicale, quid, & vnde, & quale, eiúsque vsus.

Mortis necessitas, vnde.

à simili.

In Arabibus immixtam subtilitatem.

à simili.

Quomodo sanguis fiat ruber per gradus.

Sic de lacte & semine, sed inuerso ordine.

Humerum in nobis numerus indefinitus.

Verum enimuerò si ista Arabum ἀπόδειξις locum habet, quídni liceat in hæmatosi, pari lasciuia nominum ludere? quídni in seminis & lactis generatione? quídni in spirituum triplicium procreatione? cùm res à rudi primùm exorsa principio, paulatim elaborata, ad perfectionem per gradus nititur. vt de sanguine videre est è chylo albo in rubrum conuertendo. Qua in mutatione, modò in ijsdem vasis, modò in diuersis, cernere licet sanguinis colorem subinde variari ex albo in dilutum, mox apertum ruborem, tandem in saturnum purpureúmve, atque in exactam rubedinem conuersi. similiter in lacte & semine, sed vice versa, de colore rubido sensim albicante, & medij inter duo extrema subinde coloris, vt huic modò, modò illi accedat propiùs. quibus omnibus conuersionibus si noua imponenda forent nomina, vtique res abiret in infinitum. Et tamen quatuor isti humores ab Arabibus excogitati, & nominibus distincti, si locum hîc singuli sortiantur, iam longè plures vtique humores licebit enumerare, quàm aut ab initio proposuerimus, aut quàm Galenus numerauerit vndenos, aut quàm Praxagoras primus annotarit, vel adeo bis vndenos & plures, si cæteros à me commemoratos in vnam summam subducas vniuersos. Verùm liceat (inquam) hominibus acutis suum exercere atque exerere acumen ingenij: liceat in rebus naturalibus penitiùs rimandis accuratam adhibere solertiam perspicacitatémque.

Sed quod de vtraque superiore coctione dixi, suum cuiq. excrementum superesse: ita & huic tertiæ suum videlicet aliquod περίττωμα inesse credibile est: & quidem duplex à maioribus obseruatum: prius quidem, quod prę sua tenuitate de nostro corpore assiduè effluit, neque cerni potest, dicitúrque ob id à Græcis, ἀδηλος διαπνοὴ, insensilis perspiratio: alterum quo de nunc agimus, qui sudor dicitur. is enim sanguini permixtus, eidémq. velut ὄχημα, vehiculum appositus, quò possit per loca angustissima permeare, atque ad partes quamuis dissitas ferri penetratéque, aut manet in corpore, toti massæ sanguinis confusus: aut data occasione, per poros quo dixi modo transcolatus, sanísque & ægris erumpit, illis è natura, his vi morbi, aut motu critico, aut symptomatica violentia excluſus & adactus. sed de ægris alibi.

Tertiæ coctionis duplex excrementum.

Perspiratio insensibilis.

Sudoris vsus & excretio qui fiat.

EX HIPP.

ENIMVERÒ hæc velut præfati, deincepś alios dicentes audiamus. Hippocrates non aliter ferè sudores considerauit, quàm qua ratione morbis accidunt siue critici, siue symptomatici. ac primùm lib. 1. de morb. sic naturam sudorum examinat; Sudor verò fit hac de causa: Quicumque morbi in iudicatorijs diebus iudicantur, & febrilis ignis dimittit, in his de pituita & bile quod tenuissimum est, eliquatur & secernitur, & secedit partim extra corpus, partim intus, & isthic in corpore relinquitur, partim præ caliditate attenuatur, & vapor fit, & cum spiritu permixtũ foràs procedit. Et quidem calidus sudor de percalefacto malo & exusto & attenuato & debili & non valdè multo secernitur atque excernitur. frigidus autem de ampliore malo secernitur, & de eo quod reliquum est, & adhuc validum & nondum putrefactum neque attenuatũ neque exustum, & frigidior & crassior & graueolétior prodit. libro autem de diæta, sic breuiter de effectu ratiocinatur; Sudores omnes abeuntes siccant & attenuãt, humore ex corpore deficiente. sed lib. de flatib. sudoris generationem alio quodam modo isto exponit; Quando congregatus fuerit cumulatim plurimus sanguis, calefit aër, qui antea sanguinem infrigidauit: nimirum à calore multo victus accensúsque ac velut igneus factus, per omne corpus calorem spargit, cooperante ei in hoc etiam ipso sanguine. Liquescit ergo quicquid ignea vis illa attigerit, fitque inde spiritus: qui cùm ad meatus corporis irruerit, sudores fiunt. Siquidem spiritus compactus in aquam transmutatur, & per meatus penetrans extrà prorumpit; Eodem planè modo, quo à feruentibus aquis vapor eleuatus si obstaculum habeat, ad quod impingere oportet, pinguefit ac condensatur, guttæque distillant ab his corporibus, quibus vapor ipse fuit impactus. & eodem ferè modo lib. 2. de diæta; Calfacto sanguine & attracto, celerem circuitum faciunt ea, quæ in corpore sunt, & tum reliquum corpus præ spiritu purgatur, tum quod compactum

Sudor cur calidus aut frigidus.

Sudoris effectus.

Sudor quâ fiat.

Sudor de vapore vbi concrescat.

à simili.

Sudoris calidi generatio.

est, calescens attenuatur, & simul ex carne foràs sub cutem extruditur: atque hoc, sudor calidus vocatur. Iam verò qui boni aut mali sint sudores, si vis ita accipe, ex lib. de crisib. Sudores enim optimi sunt, & celerrimè febrem sedant, qui in iudicatorijs diebus fiunt, & febrem perfectè summouent. boni quoque sunt, qui per totum corpus fientes, morbum faciliùs ferre faciunt. qui verò nihil horum faciunt, incommodi sunt. vbi & dies criticos istos enumerat, 3. 5. 7. 9. 11. 14. 21. 31. hi enim sudores morbos iudicant, ait. & ibidem, Sudores pessimi sunt frigidi & circa ceruicem fientes: hi enim mortes & morborum longitudinem præsignant. & paulò pòst, Frigidi quidem sudores cum acuta febre lethales sunt: cum mitiore verò, longitudinem morbi significant. item, Sudor multus intemperatè fiens, sano morbum significat ætate minorem, hyeme maiorem. quæ ferè omnia ex prognosticis & aphorismis repetita videntur, vti mox ostendam. sic autem prognost. opere genuino; Sudores optimi sunt in omnibus acutis morbis, qui in diebus iudicatorijs fiunt, & febrem perfectè submouent. boni verò sunt, qui per totum corpus fientes, hominem faciliùs morbum ferre faciunt. qui verò tale quid non effecerint, incommodi sunt. Pessimi autem sunt frigidi, & tantùm circa caput & faciem fientes & circa ceruicem. hi enim cum acuta quidē febre mortem præsignificant: cum mitiore verò, longitudinem morbi. Et qui per totum corpus fiunt, similiter significant his qui circa caput. At verò milioformes & solùm circa collum fientes, mali sunt. qui verò cum guttis fiunt & euaporant, boni sunt. Considerare porrò conuenit sudores in summa: fiunt enim aliqui propter inflammationis vigorem. & in Coacis prædictionibus. Sudor optimus quidem est, qui febrem in die iudicatorio soluit: commodus autem est & qui leuat. frigidus verò & circa caput solum ac collum contingens, malus est. nam & temporis diuturnitatem, & periculum significat. At frigidus in febre quidē acuta, lethalis est: in mitiore verò, diuturnitatem significat. Sudor vnà cum febre in acuto morbo malus est. idem verò aph. 4. 36. Sudores febricitanti si inceperint, boni sunt tertia die & quinta & septima & nona & vndecima & decima-quarta & decima-septima & vicesima-prima & vicesima-septima & tricesima-prima & tricesima-quarta: hi enim sudores morbos iudicant. qui verò non sic fiunt, dolorem significant, & longitudinem morbi & recidiuas. & 37. Frigidi sudores cum acuta quidem febre fientes, mortem significant: cum mitiore verò, morbi longitudinem. & 38. Vbi in corpore sudor est, illic morbū esse declarat. & 41. Sudor multus ex somno citra manifestam caussam fiens, corpus multo alimento vti significat. si verò cibum non capienti hoc fiat, significat quòd euacuatione opus habet. & 42. Sudor multus frigidus aut calidus semper fluens, frigidus maiorem, calidus minorem morbum significat. & aph. 7. 83. Sudores in diebus iudicatorijs fientes vehementes & veloces, periculosi sunt qui expelluntur ex fronte velut guttæ & aquæ salientes & frigidi, valdè ac multi. necesse est enim talem sudorem prodire cum violentia & doloris excessu ac expressione diuturna. & signa sunt apud eundem similia potiùs ad ἐμπνευλὰ καὶ ἀσχαυλὰ medicinæ partem, quàm ad nostrum institutum pertinentia.

Sudores, qui boni aut mali.

Sudores frigidi, quales.

Sudor multus quomõ.

Sudores boni, quicunque mali.

Sudorum caussæ diuersæ.

Sudor boni & mali, qui. N. hic obserua Hipp. πανσπερμίαν.

Sudores critici, qui.

Frigidi sudores, qui.

Vbi sudor, ibi morbus.

Sudor à somno quid indicet.

Sudores mali.

EX ARIST.

ARISTOTELES de sudore multa scripsit & tempestiua, ex quibus ista magis mihi nunc sunt probata. primùm cap. 7. lib. 2. part. animal. humores alios connatos siue congenitos facit, de quibus iam diximus: alios verò postgenitos vocat: cuiusmodi sunt excrementa cibi, id est vesicæ sedimen atque alui, præterea genitura & lac: quibus accensere sudorem licet. de quo ille inter problemata inquirit multis quæstionibus sect. 2. quas tu ab illo recognosces: vt, Cur neque intento, neque contento spiritu, sed potiùs relaxato sudor proueniat? Cur membra aquæ immersa calidæ non sudent? Cur sudor salsus sit? Cur parte corporis superiore magis quàm inferiore sudemus? Cur cùm manus exercitamus, sudor tum maximè oriatur? Cur sudor capitis minùs oleat? Cur ad solem magis sudent partes contectæ? Cur detergenti magis profluit sudor, quàm residere sinenti? & quæ eôdem multæ deinceps quæstiones pertinent tibi recognoscendæ per otium. vbi quæstione 4. Sudor, humor incoctus definitur. & cap. 5. lib. 3. part. animal. sudor, excrementum vaporis humidi dicitur. & eadem sect. 2. probl. 2. sudor, res vitiosè adiuncta corpori nuncupatur. ex quo fortè Diocles medicus omnem sudorem præter naturam esse asserebat, vt Galenus ad aph. comment. annotauit. sed & sect. 4. problem. 13. sudor in agnoscentibus venerem adolescentulis, ob cruditatem salsior ac fœtidior, quàm in puerili ætate, asseritur. nam cur salsus omnino sit sudor, caussam iam antè reddiderat sect. 2. problem. 3. quòd pars dulcissima in corporis nutrimentum consumpta sit: pars autem alienissima crudissimâque, motu & calore secernente, partim per vrinas, partim per sudores excernitur: ambo ob eandē caussā salsa futura. quibus sect. 5. probl. 35. lacrymam adiungit, qui sit velut quidam sudor. quod tamen alibi docui aliter habēdum, quòd lacryma sit cerebri sese comprimentis mador quidam, & perfusus humor, vel liquamen & excrementum eius partis: non autem sudoris aut vrinæ commune effluuium, aut ab eadem caussa genitum. quo fit, vt eadem ratione probare nequeam, quòd sect. 32. problem. 4. sordes aurium putri de sudore contrahi dicuntur, cùm sit hoc certissimum cerebri recrementum. Sed hoc placuit subijcere velut rarum & insolens, alibi à me citatum ex Theophrasto; Cur animantium nullum suauiter olet, excepta panthera? sect. 13. problemat. 4. Vtrùm quòd mali odoris caussa, cruditas quædam excrementi est: quamobrem sudores etiam aliqui aliquando ita olent. sed è morbo maximè vitiantur, quibus tales esse non solent.

Humorum diuisio.

Probl. de sudore.

Sudor, quid.

Sudor puberum cur fœtet.

Sudor cur salsus: item vrina: item lacryma.

Lacryma, quid. N. contra Arist.

Aurium sordes, quid & vnde. N. contra Arist.

Sola panthera bene olet, quæ dam.

Hiſtoria. *Alexandri ſudor bene olens, cur.*

Videor mihi tamen aliquando legendo comperiſſe, Alexandro Magno veluti peculiare illud fuiſſe, ſudorem ſuauiter olentem vt de corpore expiraret; quod etiam Plutarchus in eius vita notauit. Cuius ego euẽtus ſingularis cauſſam non aliò referri ducebam oportere, quàm ad optimum corporis temperamentum, & διαιτήσεων, ciborúmque delectum quendam (niſi ſe nimio vino ex interuallis ingurgitaſſet) probámque triplicem omnem concoctionem, ſiue quadruplicem mauis cum quibuſdam Arabiſtis inſtituere. Qualiter à noſtris theologis quidã forſan curioſiùs eſt philoſophatus, de exacta in Chriſto vt homine, concoctione, quæ nihil craſſioris excrementi prorſum relinqueret. qua de re anxiè inquirere nolim. Sed hoc quod deinceps ſum dicturus, miraculo eſt proximum. Si ſanguis immodicè humeſcit, morbus infeſtat: ſic enim in ſpeciem ſaniei diluitur, & adeo ſereſcit, vt iam nonnulli ſudore cruento exudarint, ait Ariſt. cap. 19. lib. 3. hiſtor. animal. ſed idem ἀνεξετάστως cap. 5. lib. 3. part. animal. Procedunt venæ in minores ſubinde ex amplioribus, quouſque arctiores reddantur, quàm vt ſanguinẽ tranſmittere poſſint: quamobrem exitus ſanguini nullus patet. quanquam excremento vaporis humidi, quem ſudorem vocamus, ſatis pateat: ſed ne illi quidem, niſi corpore calefacto, & venularum clauſulis patefactis. Iam nonnullis accidit, vt cruentum quoddam excrementum ſudarent, propter vitiatum corporis habitum: ſcilicet cùm corpus laxum fluxúmque eſſet, ſanguiſque præ cruditate humeſceret imbecillitate caloris, qui exiguus venulis incluſus concoquere non poſſet. omne enim quod aquæ & terræ commune eſt, cùm coquitur, craſſeſcit. Huc ſpectat quod ſcribitur ſect. 2. probl. 10. & 17. quòd quæ laxa, humida, ſolutáque ſunt, hæc ſudori maximè ſolent eſſe peruia: ideo facies præcipuè ſudore madet. quod repetit ſect. 36. probl. 1. His affine miraculum ſpeciali Chriſti exemplo retulit Lucas cap. 22. de cruento in tormentis ſudore. Et factus in agonia prolixiùs orabat. & factus eſt ſudor eius ſicut guttæ ſanguinis decurrentis in terram. Qui rariſſimus & penè inauditus adhuc euentus, nullóque hactenus veterum exemplo comprobatus, Seruatori noſtro ob agonem certaménque proximæ diræ mortis inſontem manentis obtigit: qui nullis fortè quod legerim audierímve, deinceps aliis: ac ſicui tamen contigit, quod nuſquam ex hiſtoria priſca memini, id factum mihi pòtiùs videtur ob miram & inuſitatam pororum amplitudinem, & ſanguinis inſolitam tenuitatem, feruorémque, & vaſculorum faciles & patulas anaſtomoſes ad cutis ſuperficiem corriuantium. De ſudore autem calido vel frigido, critico vel ſymptomatico, morboſo vel morbum præſagiente, præter mihi dicta, potiùs ex medicis audies, ac iam ex Hipp. nonnulla produxi; à quo quædam mutuatus videtur Ariſtoteles. Plinius an verè ſcripſerit cap. 18. lib. 7. neſcio: ſic tamen ſcribit; Concretis quoſdam oſſibus ac ſine medullis viuere accepimus. ſignum eorum eſſe, nec ſitim ſentire, nec ſudorem emittere. vbi de Iulio Viatore equite Rom. metu aquæ ſubter cutem à potu abſtinente. quales nos frequentes vidimus. Quòd tamen homo ſine medullis oſſa gerat, neutiquam crediderim, cùm ne leo quidem ſolidiſſimis omnium animalium oſſibus, medulla tamen in totum careat: licet hoc in dubium Ariſtoteles vocarit. & vt ita ſit, nulla tamen eſt potionis ad medullam analogia, ſiue hæc copioſior, ſiue potior adſit. neq. enim potionis neceſſitatem inde augeri contingit vel minui: neque ſumpta pocula per oſſa media delata, interiores irrigant medullas, vt fortè quis è vulgo plebeius philoſophus ſenſerit. Certè quibus hepatis parenchyma vitiatum, aut ſcirrho indutatum ſit, hos negant ſudare poſſe: qua in ſentẽtia Fernelius fuit. Qui autem menſes non dico multos ſine potu permanſerint, ſed annos etiam, nos certò nouimus, ex iis potiſſimùm, qui olim hydropi fuiſſent obnoxij, atque hac vna lympharum abſtinentia potiſſimè percurati: de quibus tamen aliàs: quia de morbis nunc agere nobis eſt ἄκαιρον.

Hiſtoria de hydropico. *An leo ſine medulla.* *N. contra Plinium, de ſudore ad medullam, & ſiti, & potionis curſu.* *Qui non ſudent, & quamobrẽ.* *Hiſtoria De abſtinentibus à potu.*

Quæſtio curioſa. *Sudor cruẽtus, vnde.* *ſudor, quid, & vnde cruentus, quáue de cauſſa.* *Quæ concocta craſſeſcant.* *Sudoribus qui magis obnoxij.* *Hiſtoria, De cruento Chriſti ſudore, eiuſq. cauſſa ſiqua eſſe poteſt naturalis.* *Oſſa ſine medulla, & ſigna.*

EX GAL.

GAlenus poſtremò vnus omnium optimè de ſudoris natura tranſegit, multis & ſparſis de eo locis agens. primúmque ſic definit lib. finit. medic. Sudor, eſt tenuis ac ſeroſæ colatura humiditatis ſanguini permixtæ. ſed omnino appoſitè lib. 1. ſanita. tu. Certum excrementorum genus in ſingulis animalis naſcitur particulis, ex ipſo vnde aluntur ſucco: aliud quidem ceu ſemicoctæ quæpiam reliquiæ, quæ aſſimilari nutriendæ parti nequiuerunt: aliud, quod tranſmittendi alimenti fuit vehiculum. Huic excremento nullus certus à natura præſcriptus meatus eſt: expellitur tamen partim actum per ipſa molliora corpora, quæ fluentis eius violentiæ cedunt; potiſſimùm cùm à ſpiritu, maiore impetu irruente impellitur: partim etiam per exiguos omnes corporeæ molis meatus, πόρους Græci vocant: quorum non modò reliquum corpus vniuerſum, ſed etiam tota cutis plena eſt. Ergo tenuiſſimum huius generis excrementum facilè ſanè eiicitur, partim in ſpeciem halitus ab inſolito calore ſolutum, partim violento motu confertim erumpens. appellant verò quod ita excernitur, ſudorem. Alterum verò, cui nullũ publicè nomen eſt, quod videlicet nec vulgo eſt cognitum, vt quod conſpectum præ tenuitate effugiat, ab iis qui id ratione contemplati ſunt, ἀδηλον ἱδρῶτα ἀισθητὸν, id eſt trãſpiratio vel perſpiratio vel perflatus ſenſum latens vocatur. ex quo craſſioris excremẽti participe, pilorum generatio eſt, de qua aliàs. idem rurſus eiuſdem operis lib. 4. Sudor (ait) ſuccorum qui in vniuerſo corpore abundant, nota eſt: vrina, eorum tantùm qui in vaſis continentur. & paulò antè de ſudoris qualitate agens; Hic partim acidus, ait, partim ſalſus eſt, partim veluti lutum aut virus planè olet (Flaccus hircum dixit) idem amarus, vt in ictero. Eius verò dignotio etiam citra guſtum facilis eſt ex ſolo colore: quippe pallidus pro eiuſmodi bilis ratione apparet. idem poſt validiſſimos

Sudor, quid. *Sudor vnde fit, & quà excernatur.* *Peri vbi.* *Sudor, qui, & qualiter erumpat.* *Perſpiratio inſenſilis quæ, & vſus.* *Sudoris & vrinæ ſigna & differentiæ.* *Sudoris dignotio à colore, qualis.*

labores & vehementem æstum planè flauus conspicitur. aliquando medius atque ambobus mixtus cernitur, veluti quodammodo ex pallido flauus: ὠχροξανθον Græci dicunt. sic enim serum suæ bili respondet, de qua paulò antè (quàm non bilis solius, sed reliquorum qui in corpore succorum sudor nota est, vti dixi.) Porrò de sudore vnũ est caput 13. lib. 10. de simpl. med. facult. ferè in hanc summam. Sudor, vnus est humorum in animantis corpore prouenientium, eandem habens materiam quam vrina, & eundem generationis modum. siquidem vtrique ex bibito humore constat generatio, excalfacto simul in corpore, & bilioſæ nonnihil substantiæ adepto. verùm sudor plus est elaboratus, vtpote qui ad cutem vsque permeatis omnibus quæ intersunt partibus peruenit. Attamen sudores inter sese & vrinas differre necesse est pro animalium temperaturis, ætatibus, tempore, anni constitutione, aëris temperie, regione, & aliis circunstãtiis. Quòd autem sudor salsæ & salsuginosæ qualitatis sit particeps, gustus testimonio probatur. sed & color eius naturã designat. reliqua præstigiarũ plena sunt apud priscos. Legitur etiam inter Galeni opera libellus de præsagio experiẽtia cõfirmato, cuius caput 3. de sudore sic agit. Febrem verò sudoribus dissolutũ iri cognoscimus ex eo, quòd lãguor sit vigoris maximi, vt est qui causus nominatur. Pulsus ingentes & sublimes & celeres in diductionémque potiùs properantes ac velut vndosi, cum arteriæ tunica atra humidáque, sudorem præsagiunt. totius verò corporis extrema superficies perpruriscit ac remollescit, & quandoque ad horas rubescit. Atque hæc si in critica accessione aduenium, præeunte concoctione & critica die bona existente, salubriũ ac resoluentium sudorum fuerint indicia. vbi mox de frigidis sudoribus, & criticis diebus sudorum similiter citato antè Hippocrati. Extat autem in prognosticis caput 11. lib. 1. de sudore hunc in modum: Sudor optimus est per omnes acutos morbos, si per diem eucnit decretoriũ, & integrè sedat febrem. bonus etiam est si ex toto corpore prodeat, faciátque vt æger ferat faciliùs morbum. si verò nihil tale efficiat, nequaquam vtilis est, pessimus verò est, si frigidus egrediatur, & circa caput tantum modò, vultum & ceruicem. hic enim cum acuta febre, mortem; cum mitiore, morbi longitudinem indicat. quem locum valdè egregium Galenus lib. de crisibus & sæpè aliàs repetit & inculcat, & certatim deinceps omnes, necnon Hipp. ipse pluries, vt patuit ex aph. 36. 37. 38. 41. 42. lib. 4. & alibi. Fiunt sudores (ait Gal. lib. 4. aph. 38.) vel à natura humiditatem superfluam euacuante, quando & optimè iudicium fit; vel quando non continetur in corpore, morbi ratione. & plura ibidem ad reliquos aph. & illud prognost. & in crisimis. Illud autem non omittendum, quod idem ad aph. 15. lib. 1. Quantò (inquit) fortius extiterit calidum innatum, tantò magis dissipatio effugit sensum. & ob hanc causam Diocles sudores esse præter naturam ait. quoniam omnibus quæ ad corpus attinent, rectè administraris, & alimento à natura subacto, nunquã sensibilis humor per cutẽ excerneretur. Quæcumq. enim in balneis aut vehementius exercitiis, vel propter æstiuum calorem exudant homines, ex caussis violentis originem habent. sed hoc manifestiùs sic improbat sub finem lib. de sympt. differ. Fortasse verò dubitauerit quispiam de sudore, num is secundùm naturam sit. siquidem & Diocles abundè in hanc sententiam inclinauit. Videtur tamen durum esse placidum & inefficax: quanuis idipsum maximè probabilibus argumentis confirmet. idem verò lib. 3. de sympt. caussis ita distinguit; Nunc ad sudores transeundi est tempus, qui interdum resoluto corporis habitu proueniunt, vocatúrque ea passio, syncope, cui contrarius status est, qui in decretoriis incidit sudoribus, qui vtique robustam naturam indicant, non autem resolutam. atque eiusmodi quidem sudores corpus expurgant. similes iis sunt, quos mediocres exercitationes, & balneæ, & calor æstiuus excitant. in immodicis verò exercitiis etiam boni aliquid effluit. Porrò odorem colorémque excremento quod vacuatur, similem habent. Copia verò eorum vel propter corporis raritatem, vel propter excrementi abundantiam, vel propter eius quod vacuatur, tenuitatem prouenit. sicut propter horum contraria, morari quoque solent; quum scilicet vel quod superfluit, exiguum est, vel glutinosum, vel crassum, vel meatus sunt angusti. ita verò idem prorrhet. sect. 2. paragrapho 23. Sudor multus si cum febribus acutis fiat, malus. Multus sudor (ait ille) si febrem non soluat; quòd ægri virtus citò exoluetur, liquidò ostendit. Quod tu mihi dictum de sudoribus διαφορητικοῖς ἢ ἐκτηκτικοῖς intellige, qui omnes funesti esse solent, exhaustis & humoribus, & spiritibus, & viribus, morte repentina succedente. Quales fuêre nostro penè seculo sudores Anglici & Germanici, circiter annum 1486. & 1529. velut epidemij quidam morbi compluribus in omni genere lethales, à communi (vt par est credere) caussa excitati, & gentis consuetudine, tum in quãtitate ciborum sua mole obruentium, tum eorundem qualitate acri & tenui è vinis generosis, zytho tum lupulis, vsu aromatũ frequenti, hypocaustorum patria consuetudine: quibus accessit natiuum temperamentum calidum & humidum, & cutis raritas, pororúmque apertio: præterea etiam illud τὸ νοσῶδες Hippocraticum ab aëris constitutione; qualis pestem & contagia in vulgus excitare solet, præsertim in corporibus iam dispositis, vti ex Galeno diximus lib. de peste. de Germanicis autem sudoribus, Langius; de Anglicis, Polydorus Virgilius, historiam recensent. Sudamina autem, Græcis ἱδρῶτες, de quibus Hipp. aph. 21. lib. 3. è pustularum genere esse dicit Galenus, in summa hærentium corporis parte, quæ instar vlcerum cutem exasperant. Proueniunt autem, quemadmodum & ipsum ostendit nomen, propter multos sudores, qui vel bilioſiores, vel omnino mordaciores existunt: mordẽt enim hi cutem, & pruriginosam efficiunt, & per modum vlce-

Sudor non solius bilis.

Sudoris natura, & affinitas cũ vrina, & amborum generatio, ac differentia.

N. contra Gal. Quòd sudor & vrina non à solo potu, vt in eo qui potu abstinens.

Sudoris & vrinæ differentia, vnde.

Sudor salsus.

Signum sudoris in febrib.

Sudor quãdo bonus.

Sudor bonus, qui: itẽ malus.

Sudor à quo causso.

Sudor cur præter naturam.

Sudoris quæ cient.

Quæstio, An sudor præter naturam.

Sudor duplex, vnde, & effectus.

Sudoris odor & color vnde.

Sudoris copia, vnde: & contrà.

Sudoris multi genus.

Sudores diaphoretici, vnde & vti.

Historia, de sudoribus Anglicis & Germanicis, eorum caussa & effectus.

Sudamina quid, & vnde.

rum exaſparant. denique non ſudores, ſed ſudorum velut germina exiſtunt.

Epilogus, de ſuderis natura, vſu, modo, cauſſis, effectis, differentiis.

Ergo ſudor, tertiæ & vltimæ concoctionis eſt excrementum, ſeroſum in primis, & vtcumque bilioſum, tenue, & ſanguinis ipſius velut ὄχημα, vehiculum; qui è maioribus in minores venas minimáſque ſenſim deſtillans, tandem è corpore per poros patentes excernitur, à calore vtroque attenuatus, & foràs expulſus, ſiue copia peccans nimia, ſiue qualitate acris & tenuis & mordax: idémque critico motu naturam alleuans, & calorem febrilem exhalantem vnà cum ſpiritu comitatus: ſiue ſymptomatica vi atque irritamento exundans, & repletionem humorum nimiam, & tempeſtiuitatis immodicam humiditatem, ac velut vliginem, & largioris cibi ac potus copiam, & naturæ imbecillitatem retentricis, aut expultricis robur indicans. idem & è natura genitus ac ſepoſitus, & eiuſdé dominatu excretus, motu quodam atque impetu naturali. quomodo vrina quantitate nimia, aut qualitate acrior, ductu eiuſdem naturæ quotidie expellitur. ſed idem ſudor præter naturam à cauſſa violenta, & tempore & motu illegitimo, & malis hominum rebus, ſiniſtróque euentu vbertim promanans: ille contrario modo, quadam velut ſarcina leuans naturam: hic ſimul profuſis calore & ſpiritu naturali hominem debilitans, atque in ſyncopen primùm, mox adeo in exitium præcipitans. ex quo patet noſtra de Dioclis aſſertione penes ſudoris naturam, ſententia.

N. ad Dioclis quæſtionem ſolutio.

quoſdam profluens, & veſicæ inſigni capacitate exceptum, à ſphinctère tandiu cohibitum, donec larga ſua copia grauans, aut acrimonia pungens, excretionem ſui cogit atque accelerat; excrementum iam naturæ ſuperuacaneum, & pondus iners arq. inutile: cùm tamen olim toti maſſæ ſanguinis permiſtum, huic per graciles hepatis & meſaraei venulas, ac per totum corpus vehendo traiiciendóque, non ſecùs arq. ſudor ipſe conduceret, quamlibet anguſta loca ſubiens ac penetrãs, & ipſi ſanguini viam tranſitúmque muniens ac parans. neque enim ſtatim à maſſa ſanguinea ſecernitur, & ad inferiora detruditur: ſed toti ſanguini ſuum ſerum velut lacti admixtum, quaquà verſum defetendo eſt velut πρόδρομος, præcurſor & antеambulo, atque vt Hippocrati dicitur, ὄχημα τροφῆς, cibi vehiculum. dein eo quo dixi modo, ſua tenuitate & grauitate per maiores venas deuectum, ad inferiora delabitur. quò cùm acceſſit propiùs, à renibus familiaribus & naturâ cognatis emulgetur per venas quæ ab iſto officio emulgentes denominantur, vt tum alibi dixi, tum paulò pòſt repetam potiſſimùm è Galeno. Quo de liquore ſi ea dicere velim, quæ dicenda occurrunt, vix totus liber vnus ſufficiat, & quidé ampliſſimus, tum penes colorum diſcrimina, tum penes ſubſtantiæ diuerſitatem, tum penes contentorum præſagia: quæ omnia potiùs ad ἰατρικὴν ἐξήγησιν partem therapeutices pertinent, de qua cõmodiùs ἐν ὑπομνήμασι alibi poſt Hipp. Gal. Aëtium, Actuarium, Auicennam, & melioris notæ medicos, cùm nullus ea in parte non eloquens & diſertus videri ſtuduerit. non percurram ſingulos: eſſet enim infinitum, atque huic inſtituto alienum: & quo in argumento cæteri pleriq. etiam elingues, ſunt admodùm diſerti, in eodem penè infans ac perbreuis ero futurus. attamen meum ſecutus morem, à præſtantiſſimis quibuſdam authoribus pauca & ſelecta quædam mutuabor: reliquos qui nihil ad cætera contulerunt, ne nunc in hanc quidem de vrinis tractationem aduocabo.

Prima vſus in corpore.

Serum ſanguini, quorſum.

Prima qua percolatur.

Tranſitio.

Propoſitio.

EX HIPP.

HIppocrates igitur ſummus author, nobiſq; iam longo vſu familiaris, ita naturam & ductus vrinæ depingit lib. de natura oſſium; Ipſæ porrò venæ in vtramque partem bifariàm maximè finduntur partim ab vna vtriuſque renis parte, partim ab altera, & perforatæ ſunt in renes. vbi mox de renum compage alibi deſcripta. & paulò pòſt, Aqua per renes velut per qualum percolatur: ſpongiforme enim ipſorum corpus ad veſicam, & hîc percolatur ac ſecernitur à ſanguine vrina: quapropter etiam rubra exiſtit. Vbi tamen obſeruari velim quæ dicuntur, potiùs quàm quis dicat: potum enim neutiquam trahi per venas in renes & per inteſtina, ſi meminiſti eorum quæ diximus, facilè intelligis. nulla enim potionis portio per vrinas effluit, niſi ab ipſo ventriculo vtcumque concocta & ſanguini permixta: ne ſi ex tempore quidem hauſta potio excernatur. Quod in iis videre licet, qui tingẽdæ purpuræ vrinam

Prima ductus, & ſecretio per renes quã fiat. à ſimili.

N. contra Hipp. quòd potus non ferantur ad renes.

Prima unde fit.

DE VRINA.

Cap. VII. *Siue liber vrinæ.*

Vrina & ὑπὲρ unde dicatur.

VRINA nobis, ὑπὲρ Argiuis dicitur, Latino fortè nomine de Græco efficto & efformato. niſi ab vrendo malis, quòd ſua quadam ardente acrimonia (vt in vrinæ ardore cernere eſt) vaſa vretica ſuo tranſitu lancinando vellicandóque perurat. Nam ὑπὲρ fortè ex eo nominatur, ὅτι ἐκ τοῦ σώματος, quòd vrina ſimul tota confertim effluat. ἀπὸ τοῦ οὐρεῖν, quòd cum impetu feratur, atque aceruatim proruat. Quam cum ſudore affinitatem habeat vrina, dixi non ita multò antè, & quòd vel ante noſtrum ortum embryoni concreſcat, & allantoïde aduſque partionis tempus recondatur. qui autem gignatur non tantùm ex potione liquida, ſed etiam ex cibariis omnigenis, ac præſertim liquidis, & iis quæ nos cum Græcis ἐδώδιμα, velut vrinalia vocamus, dixi nihilominùs, & nunc breuiter ita reſumo.

Vrina embryonis, vbi.

Vrina quid, quã ſecernatur & excernatur.

Vrina, eſt excrementum ſecundæ concoctionis, ſerum ſanguinis & omnium humorum cum eo in vaſis confuſorum: quod ſua tenuitate & grauitate deorſum vergens ac penetrans, à renibus vi quadam peculiari attrahitur, & eorum corpore denſo traiicitur ac percolatur, à ſanguine craſſiore ſecretum, & angulis velut iſtorum cribris ſecretum atque traiectum, mox per vretêras ſeu ductus vrinarios, ceu tubulos

Hiſtoria. Vinum potum coquitur antè quàm vrina fiat.

aſſidnè profundere dicuntur, ſubinde exhau-
rientes ſine intermiſſione vini congios & cu-
A fullos, velut κατὰ ῥόον, quod demum & colore
& odore mutatum reddi cernitur: licet per
corpus, velut per cribrum aut qualum traiici
videatur, vt antea oſtendi, & vt fidem facit ex-
perientia. ac de renum anatome vſúq. abundè
antea ſuo loco. ſed veriùs atque artificioſiùs
idem ſic optimã vrinam deſcribit in prognoſt.
Vrinæ optimæ ſignæ. & lib. de criſib. reperit; Optima verò eſt vri-
na, cùm fuerit alba ſubſidẽtia & læuis & æqua-
lis per totum tempus, donec iudicatus fuerit
morbus. ſignificat enim & ſecuritatem & mor-
bum fore breuem. vbi mox de vrinarum iudi-
B ciis multò plura, ſed quæ ad κριτικὴν potiùs at-
tinent alibi inter iatrica accuratiùs expẽdenda:
Puris & vrinæ comparatio. coruatem alba, læuis, & æqualis ſit, paulò antè
paucis aperui. Ex hoc autem Hipp. loco centies
repetito, Galenus ita puris & vrinæ cõparatio-
nem inſtituit lib. 1. differ. febr. cap. 6. Quotcũ-
que verò in abſceſſibus putredinis ſunt diffe-
rentiæ, totidem & in febribus quæ ex putredi-
Vrinæ bonæ ſignæ, item malæ. ne accendantur, ſunt eorum quæ in vrinis ap-
parent formæ. Optima verò vrina, quæ ad ex
putreſcente humore coctionem à continenti
vaſe ſuſcipiente perficitur, eſt quæ album & le-
ne & æquale & minimè fœtidum ſedimentum
C habet: peſſima autem eſt, quæ in omnibus ma-
ximè contrario modo ſe habet: quæ verò in-
termedia exiſtit, quantò propiùs ad alteram ac-
ceſſerit, tantò aut melior aut deterior exiſtit, vt
lib. de criſib. traditur, & lib. de atra bile, mul-
ta ex Hipp. repetuntur alibi dicenda his pror-
ſus affinia. Idem verò Hipp. initio lib. 2. de
Vrinæ copioſæ cauſa. morb. Multùm vrinæ emittitur, vbi caput ni-
miùm incaluerit: liqueſcit enim in ipſo pitui-
ta: liqueſcens autem ſecedit partim ad nares,
partim ad os, partim per venas quæ ducunt ad
pudendum. quum autem ad pudendum perue-
nerit, mingit homo, & patitur quemadmodum
D ab vrinæ ſtillicidio. & tamen lib. de fiſtulis,
Vrinæ ſtillicidij cauſa. Vrinæ ſtillicidium (inquit) ex his accidit. veſi-
ca ex recto inteſtino caleſcens, caliditate pitui-
tam adducit: à pituita verò, vrinæ ſtillicidium
Nõ contra Hipp. de cauſa copioſæ vrinæ. fit. Certè verò an à capite tanta vrinæ copia
profluat, nondum ſtatui: ſit tamen veriſimi-
lius, ab aliqua capacitate coërcitam repentè
profundi; aut à ſanguinis maſſa liquari. & Fer-
nelius cap. 11. lib. 3. patholog. Interdum ex in-
teriore affectu prodit vrina: vt cùm ingens
aquarum copia quodam loco iamdiu coërcita
E erumpit, aliàs quidem ab hydrope, aliàs à multa
cruditate aquoſa, quæ circùm viſcera fluctua-
bat. illinc ſiquidem quodam impetu aut natu-
ræ vi contendit in renes, perinde ac in ſponta-
nea ventris perturbatione. & Galenus ad aph.
Vrina vnde, & quid indicet. 1. lib. 4. per vrinas totius ſanguinis ſeroſam
ſuperfluitatem abduci rectè tradit. idémq. vri-
na ſuperfluente extenuari corpus. ad aph. 18.
lib. 2. profitetur. & comment. 3. in 3. epidem.
abundantis in corpore ſeroſi humoris ſympto-
Vrina profluuiũ vnde. ma facit. ſed & vrinæ profluuium ex colliqua-
tione naſci interdum ſcribit, ſuccis in ſeroſam
ſaniem ſolutis, renibus quidem trahentibus &
ad veſicam aſſiduè mittentibus, lib. 3. de ſympt.
cauſſ. cap. 2. nonnunquam etiam à calore re-
num, vt in diabête. Hoc autem certum ſcio;
tantam copiam vrinæ limpidiſſimæ breui tem- *Hiſtoria.*
poris momento me profuſam vidiſſe, vt trium
dierum quantitatem cibi & potus aſſumpti
longè ſuperaret. Sed & hoc ſcio, patefacto cra-
nio in duabus puellis, tantam aquæ inuentam
fuiſſe copiam, vt duas libras vel ſuperaret, vel
ſaltem adæquaret. Quid quòd puella illa me-
morabilis quotidie plus vrinæ reddebat, quàm
in cibo & potu aſſumeret alimentorum? imò
& pauci temporis interuallo, plus quàm totius
corporis moles cum cibo & potu ponderata
æquilibraret? ita verò rem narrat Cardanus lib.
8. cap. 44. de rerum varietate. Contingunt etiã
quandoque mirabiles morbi, & inter reliquos, *Mira vrina profuſa quantitas, cauſaque.*
anno ſalutis 1491. puella octodecim annorum
mingebat ſingulis diebus vrinæ libras circiter
triginta ſex: aſſumebat autem ex potu ac cibo
non plus ſeptem libris. itaque factum eſt, vt
ſingulis diebus emitteret circiter libras viginti
nouem. & hoc ſexaginta diebus perſeuerauit.
vbi mox in cauſſæ indagationem inquirit:
nempe aërem, qui arteriis continebatur, in ſub-
ſtantiam aqueam conuerſum, frigida humidáq.
cœli intemperie fauente. Et verò ipſe Hipp.
lib. 3. epidem. de quibuſdam ſuæ tempeſtatis
C ægrotis loquens; Vrinæ (inquit) prodeuntes *Vrina profuſio, & comparatio ad cibum & potionem.*
multæ quidem erant, non pro potus ingeſti ra-
tione, ſed multùm excedentes. idẽ tamen lib. 2.
prædict. ſic ſtatuit; Cæterùm vrinam iuxta po-
tionis copiã mingere oportet, & ſemper æqua-
lem, & quàm maximè aceruatim, & momento
paulò craſſiorem, quàm id quod in potu acce-
ptum fuit. idem verò aph. ſect. 4. de vrinis
nonnullas iſtas profert ſententias 69. Quibus
vrinæ craſſæ, grumoſæ, paucæ, non ſine febri- *Vrina tenuis non poſſ craſſam.*
bus, vbi copia ex his ſucceſſit, tenuis prodeſt.
tales autem maximè prodeunt his quibus ab
initio aut breui ſubſidentiam habent. 70. Qui-
D bus in febribus vrinæ conturbatæ velut iumẽ- *Vrina perturbata, quorſum.*
ti, his capitis dolores aut adſunt, aut aderunt.
71. Quibus ſeptima die morbi iudicantur, his
nubeculam habet vrina quarta die rubram, & *Nubecula rubra quorſum.*
alia ſecundùm rationem. 72. Quibus vrinæ *Vrina alba, quid.*
pellucidæ, albæ malæ: maximè autem in phre-
neticis comparent. plures decerpes ex ſect. 7.
aph. 31. 32. 33. 34. 35. 36. & affinia his ex lib.
prænotionum, loco iam indicato, & plura adeo
vndique corraſa & in farraginem congeſta in
Coacis prænotionib. verſus finem ab eo loco,
Vrina in febre albam habens & læuem ſubſidẽ- *Vrina hypoſtaſis alba, quid.*
E tiam firmatam, celerem dimiſſionem ſignifi-
cat. & quæ deinceps plurima ſequuntur de vri-
nis partim vera & Hippocraticis illis conſen-
tanea, partim ſimilia veri, ne dicam falſa non
pauca, miniméque generica, pleraque etiam
in prorrheticis repetita. qualia pleraq. omnia
ad κριτικὴν partem medicinæ attinent, ſúntq.
ab hoc noſtro inſtituto aliena, ideo nunc præ-
termittenda, atq. ahò regerenda. hæc enim ab
Hipp. ſufficiunt.

EX ARIST.

ARiſtoteles cap. 1. lib. 4. part. animal. rectè
hoc quidem proponit; Veſica nec piſci-

Pyſces quibus deſit, & qua de cauſa.

bus, nec eorum vlli, quæ modò dixi, adiuncta eſt, niſi teſtudini. humor enim iis in corticem tegentem, vt auibus in pennas abſumitur; cùm exiguo potu contenta ſint, propter exanguem pulmonis naturam. iiſque omnibus excrementum alui albicat. Itaque iis quæ veſicam habẽt, exempta vrina, ſalſugo quædam terrena in vaſis ſubſidet. quantum enim dulce & potulentum ſit, in carnem præ ſua leuitate abſumitur. hæc ille: vt cõtraria ratione de homine & aliis intelligamus, & veſica opus habuiſſe, & vrinæ copiam alioquin inutilem profundere. ideo cap. 2. lib. 1. hiſtor. animal. ſic ait; Cùm duplex ſit excrementum, ſiccum ac humidum, quæ partem humidi excrementi capientem habent, hæc ſicci receptaculum continent: quæ verò hoc habent, non illud etiam habere omnia nouimus. quamobrem quæ veſicam habent, aluũ eadem etiam obtinent: at verò quæ aluum habent, non omnia & veſicam poſſident: humidi namque excrementi conceptaculum, veſicam; ſicci, aluum nominamus. ſed de veſica & renibus dictum antea in partibus ſolidis. idem verò vrinæ & ſudoris affinitatem ſic docet ſect. 2. probl. 3. Salſus eſt ſudor, propterea quòd pars quidem dulciſſima in ſanguine leuiſſimáque tota ad corpus nutriendum aſſumpta eſt. pars autem alieniſſima crudiſſimáq. tantùm abſoluitur, quæ partim deorſum collapſa & ſubſidens, vrina vocatur; partim in corporis ſumma emergens, ſudor eſt: ambo tamen ſalſa ob eandem cauſſam prodeunt. Omnino excrementum veſicæ quadrupedum craſſius quàm hominum eſt, ait cap. 18. lib. 6. hiſtor. animal. Ideo Hipp. vrinas iumentorum ſimiles dixit in homine capitis dolorem præſagire, aph. 70. 4. Signum verò coctionis vrina exhibet rufa, ait ſect. 1. probl. 53. quoquidem opere multa ille ſparſim de vrinis ſcribit tum alibi, tum ſect. 14. vt, Cur fœtidior vrina redditur, quò diutiùs in corpore manſerit; ſtercus autem, minùs? & probl. 6. Cur ſiquis allia ederit, vrinam redolentem allium reddet? de terebinthina deglutita idem teſtificamur odorem violæ expirari. cauſſam quæſtionis vtriuſque ab eodem accipies. Porrò quòd hominum nonnullis per metum fundatur aluus, aut excrementum veſicæ profluit, tum idem Ariſt. cap. 5. lib. 4. part. animal. ſcribit, tum ipſa probat experientia. cuius rei cauſſam hanc mihi videor poſſe reddere: Tum quòd bilis in corpore liquetur, & ſuis conceptaculis effluat, ſolitáſque vias breuiter percurrat: Tum quòd ſphincter vterque reſoluatur, debilitato toto genere neruoſo, motúque tremulo totum corpus quatiente. Sed quòd vrinæ profluuium inducat tabem, idem breuiter admonet cap. 18. lib. 1. genera. animal. Cur autem metuentibus alui ſoluantur, libidóque vrinæ laceſſat, cauſſam ab Ariſtotele diuerſam noſtræ (quid enim vetat dicere quod ſentias, in re præſertim phyſica & obſcura?) iſtam accipe è ſect. probl. 27. 10. An quia (ſubdit) calor inſitus nobis, quaſi animans eſt. hic ergo rem quamcumque timuerit, defugit: quod cùm extrinſecùs tum conturbandi, tum cæterorum metuendi generum ratio inuehatur, atq. in ima de ſupernis effluat, & è ſummis ad intima ſeſe penetret, efficitur vt alui veſicæque fundantur, faciléſque reddantur. ibidem ſect. 9. probl. 9. Cur ad extremam vrinæ miſſionem (ſiue mictionem) inhorreſcamus? An dum humor calidus ille ineſt, veſica & meatus qui circa eam poſiti ſunt, pleni expertéſque frigoris ſubſtant: poſt verò vbi effluxerit, aëre frigido replentur: quippe cùm inane nihil eſſe naturæ ratio patiatur: ſed aut aëris, aut corporis plenum eſſe vnumquodque neceſſe ſit. quòd igitur ſe induxerit aër frigidus, rectè vt inhorreſcamus, euenire ſolitum eſt. quo loco & de ils quæ vrinas cient, & eorum qualitate atque vi, multa ſubiicit ſect. 1. probl. 49. & ſect. 12. probl. 12. & ſect. 20. probl. 16. & aliis alia problematis libríſque: quorum quæ ad præſens inſtitutum pertinebant, præcipua mihi videor adſcripſiſſe.

Excrementũ duplex, & conceptacula quibus gemina.

Sudor & vrina cur ſalſa, & amborum affinitas.

Vrina in mententibus craſſior humana.

Vrina rufa, quid.

Probl. de vrina.

Metus ſolum aluum & veſicam, & ratio.

Tabes ab vrina profluuio.

Stercus & vrina cur metu exeũt.

Horror poſt mictionem, vnde.

Natura nil inane.

EX GAL.

RElíquum eſt vt Galenum perſcrutemur: à quo tamen ſi omnia haurire velimus, quæ de vrinis paſſim diſceptat, longos commentarios conflare neceſſe ſit; cùm & ſub huius nomine plures extent libelli de vrinis ſpeciatim conſcripti, ſed ad *κρίσιμον* potiùs attinentes, & præſagia ex iiſdem medico proponentes, de quibus in iatrologia commodiùs. organorum vreticorum naturam & fabricam vniuerſam iam antè expoſui: nunc autem ſumma opificij huius capita refricabo. quodquidem ſi diligenter conſideraueris, mirabilem tibi in regendis animalibus prouidentiam indicabit, vt Galenus ipſe comment. 5. in 6. epidem. docuit. & renum fabricæ cauſſa, & vrinariorũ meatuum originis, quam ex renum ventriculis habent, & operculorum quæ meatuum oſculis in veſicam ſeſe inſerentibus impoſita ſunt, & muſculi qui aſtrictorio in ſede poſito proportione reſpondens, veſicæ collo circundatus eſt, & aliorum quæ minora quidem ſunt & minùs admiranda, tantum verò ad rem conficiendam opis afferẽtia, vt niſi hunc in modum omnia inſtructa eſſent, prauè ſanè aut nullo etiam pacto vrina ſecerni & euacuari poſſet. idem rurſus cõment. aph. 77. lib. 4. Vrina (inquit) ex venis venit, in renibus percolatur, in veſica aggregatur, earundem partium affectus indicat. lib. autem 2. facult. natural. cap. 6. *ἰχῶρας* deſcribit, & eorum ſubſtantiam alibi à me poſitam. ibidem cap. 13. aduerſus Aſclepiadem differit, qui perperàm eum humorẽ qui bibitur, in halitus reſoluí, atque in veſicam tranſmitti ariolabatur, ibidémq. cõcreſcere, & priorem formam recipere. quam ſententiam in noſtro vtique Lactantio alibi reprehendi, & quidem merito, ex fide anatomica. & mox cap. 15. ex Hipp. vim trahendæ vrinæ renibus aſſignat, & ſimilitudine illuſtrat, & reliquo toto libro percurrit lõgiùs quàm vt nunc placeat adſcribere. Omnino autem appoſitè ſic rem demonſtrat lib. 4. de vſu part. cap. 4. & 5. Poſtquàm igitur depoſuit qui apparatur in hepate *χυμὸς*, hoc eſt humor, ad nutrimentũ animalis prædicta duo excrementa (bilem vtramque intelligit) & ab innata caliditate

Organorũ vrina mittica compoſitio, & vſus.

Vrina vnde, quæ, quò, quod.

Mira metamorphoſis potus in vrinam.

Renibus vbi ineſt trahẽdi vrinam.

coctionem exactam eſt adeptus, ruber iam & purus ſurſum ad gibbas partes hepatis aſcendit, ignis in humido diuini portionem ab eodem deterſam colore præ ſe ferens, vt Plato dicebat. Excipit autem ipſum illic vna vena maxima ex gibbis hepatis enata, quæ ad vtramque animalis partem fertur, ſuperiorem ſimul & inferiorem. Diceres ſanè ceu aquæ ductum quendam plenum ſanguine, ipſam eſſe, riuóſq. quàm plurimos à ſeſe manantes habere paruos & magnos in omnes particulas animalis diſtributos. Atenim in hac quoque vena multo adhuc humore tenui & aquoſo plenus eſt ſanguis. vocat autem ipſum Hippocrates ὑγρὸν τροφῆς, hoc eſt vehiculum nutrimenti, ſimul cum appellatione, vſum quoque eius oſtendens. Neque enim ex ventriculo in venas commodè tranſſumi poterat chymus iam ex cibis factus, neque facilè pertranſire venas quæ ſunt in hepate & multæ & anguſtæ, niſi tenuis quædam & aquoſa humiditas tanquam vehiculum fuiſſet ei admiſta. Hos igitur tenues humores poſtquam ſuo officio perfuncti fuerint, non oportet ampliùs manere in corpore, onus alienum venis futuros. huius autem vtilitatis gratiâ renes extiterunt, inſtrumenta concaua ſtomachis aliis quidem attrahentia, aliis autem emittentia tenue hoc & aquoſum excrementum: quo ſemel depulſo, ſolus ſanguis purus ac repurgatus per totum corpus feratur, pauco omnino ipſi admiſto aquoſo humore, quem ſudorem diximus. Non enim eget ampliùs multo vehiculo, vt qui tum per venas amplas illhinc feretur, tum fluxilis magis naturâ iam ſit redditus: quod ei accidit primùm ab ipſius heparis, deinde cordis calore multò vehementiore, ſicuti pridem demonſtratum eſt, & de organis adeo vrinæ pridem tranſactum. Ex hoc verò loco videtur fluxiſſe hæc vrinæ definitio ex lib. finit. medicinal. Vrina, eſt ſuperfluitas excolata ſanguinis in magna vena, quæ per renes & vreteras in veſicam delabitur. vel, Vrina, eſt excrementum quod in iecore gignitur, diſcernitur in renibus, per vreteras in vrinariam veſicam deriuatur, excernitúrque inde per eius collum, οὐρήθρας nomine Græcis appellatum, ex eo quòd per eam vrina deferatur. Ideóque vrina de iis iudicat, quæ in iecore & venis fiunt, ait Gal. cõment. 2. in prognoſt. cap. 5. atque adeo de toto venoſo genere, ait idem lib. 1. de criſib. ſed & de renibus, vreteribus, veſica, pene, quibus vehitur atque excipitur organis. Sanè enim ſudor, ſuccorum qui in vniuerſo corpore abundant, nota eſt: vrina autem, eorum tantùm qui in vaſis continentur, vti paulò antè ex lib. 4. de ſanit. tu. protuli; quo libro de vrinis multa diſſerit. ſed & comment. 3. in lib. 1. epidem. Vrina, ſerum eſt humorum in venis contentorum. Græcè ſic, opinor, οὖρον, ὀρρὸς δὲ τὸ ἐν φλεψὶ χυμῶν. quoquidem commento multa ille de vrinis rubris & ſubrubris ex Hipp. Extat præterea caput duplex de vrina lib. 11. de ſimpl. med. facult. nempe caput 13. commune cum ſudore, paulò antè ventilarum, & cap. 15. de vrina proprium. in hoc, vrinæ temperamentum & vim inquirit, vſúmque; quòd ſit calida & detergens, & epota credatur à peſte vindicare: in illo, communem eius cum ſudore generationem exponit ipſius paulò antè verbis prolatam, ideo minimè nunc repetendam. Verùm omnino appoſitè iſthuc quidem comment. 1. in lib. 6. epidem. 10. Tanta ſignorum ab vrina in acutis febribus vis eſt, vt ſoli ipſi credendum ſit. aliis verò accedentibus etiam, diuinatio erit tibi firmiſſima perpetuóque veridica. ideo dixit idem comment. 2. in lib. 3. epidem. Atque memineris ſemper vrinas vt ſimul inſpicias in ventris affectibus, thoracis, pulmonis, neruorúmque. Nam bonæ ſi appareant, multùm valent ad ſalutem: contrà ſi malæ, amplificant ſimul ægri periculum. ſed hoc nihilo ſeciùs conſiderandum ex lib. 2. ſanita. tu. ab initio. Quæ vrina aquæ ſpeciem præfert, crudum adhuc in venis eſſe indicat ſuocum eum, qui à ventre ſummittitur. quæ verò rufa bilioſaque eſt, iamdudum coctum eſſe huiuſmodi ſuccum. quæ modicè pallet, peractæ modò ſecundæ concoctionis eſt ſignum. Cùm namque bili infecta vrina nondum eſt, aquæ ſpeciem alborémque præfert: cùm verò plus iuſto eius bilis acceperit, rufa cernitur. cuius ſimilem ſententiam verbis paulò elegantioribus (namque paſſim interpretum verſionem ſequimur) paulò pòſt ex Celſo proferemus. Porrò notum eſt in vrina tria obſeruari ſolere contenta locis diſcreta; videlicet περίκλυσιν ſummæ vrinæ innatantem; & huic ſubiectum medio vaſe expauſum ὑποστάσιμον (quanquam Galeno interdum ambo pro eodem vſurpantur, vt comment. 2. in prognoſt.) & omnium infimam fundo matellæ inſtratam ὑπόστασιν à ſubſidendo denominatam. quas in vrina partes agnoſcit Gal. paſſim alibi, ſed his duobus potiſſimè locis: nempe ad aph. 71. lib. 4. περιφύσιν, ὑποστάσιμα, ὑπόστασιν à ὑποκειμένῳ diſtinguit. ſed apertiùs idem comment. 2. in prognoſt. cap. 5. nam de lib. 1. criſeων mox patebit. Si (inquiens) vrina habeat ſedimentum, id candidum, æquale, ac læue ſit quoad diſſoluitur morbus, neceſſe eſt. ſi verò non habet, prorſus aliquam nubeculâ candidam obtinebit. Cæterùm vrina nullo pacto ſedimentum habet, ſi tenuiter; copioſum verò, ſi largiùs; exiguum verò, ſi modicè viuitur. Porrò ſedimentum habet copioſum, quoties morbus ex humoribus crudis fatiget. nullo verò modo, aut omnino minimum, quoties ex bilioſis fatiget. ſed ſatis erit, ſi habeat ſublimamentum. Intelligo ſublimamentum (Græcè ὑπερώρημα) id quod corpulentius candidiúſq. in vrina, neque in ſummis eius, neque in fundo vaſis: ſed in media ſede ſublime, vel exquiſitè medium, vel deorſum potiùs quàm ſurſum exiſtat. id igitur ſolitus ſum nominare ſublimamentum. Sed ab Hipp. id quoque nubecula nominatur, eandem obtinens proportionem circa vrinam, quam veræ nubeculæ ad aërem præferunt: etenim hæ, humore qui circiter eſt, corpulentiores; & item illæ, aëre ſunt. Itaque ſæpenumerò vt dixi, ſupernatat in vrina deſuper, quam ego nubeculam propriè ſoleo nominare. Quo ex loco etiam hoc reportabis,

Vrinas

Sanguinis ſecretio quò fiat, & vbi.

Vena cauæ qualis. à ſimili.

Vrina confuſa ſanguinis quorſum.

Renũ vſus & efficacitas.

Sudor ſanguini permiſtus, quorſum.

Vrina quid.

Vrethra quid & vnde dicatur.

Vrina de quibus indicet.

Sudor & vrina de quibus indicent.

Vrina quid.

Vrinæ vis & temperamentum.

Vrina aduerſus peſtē.

Vrina indicia in febrib.

Vrinæ ſemper inſpiciendæ, &c.

Vrinæ ex colore ſigna.

Vrinæ vndæ albæ aut rufæ.

Tria in vrina contenta locis diſcreta, vbi, & qua.

Vrina hypoſtaſis, nubes, enecrema, quid & vbi.

Hypoſtaſis quãdo plus aut minus.

Enecrema quid.

Nubis in aëre & in vrina comparatio.

Vrinæ quibus de morbis indicēt.

Vrinas de morbis febriculosis indicare. quicumque enim sine febre affligunt, aut in cerebro, aut membranulis, aut in thorace, aut pulmone, ex aliis indiciis agnoscuntur, siue mitiores breuioresque sint, siue periculosi diutiníque. cur autem albescat hypostasis, & vnde læuis sit & æqualis, ex eodem isto Galeni commentario 1. in prognost. sub finem, iam tum exposui, cùm huius hypostaseos cum pure comparationem paulò antè instituerem & differentiæ notas explicarem. Iam verò de vrinis, sicuti de aliis excrementis, & multa & præclara commentatur Galenus lib. 1. de crisib. toto cap. 12. ex quo hæc tibi sublegi. Vri-

Vrinæ optimæ, quæ, & quales.

na optima est, quæ vrinæ sanorum simillima. quæcumque verò non est talis, simpliciter incocta est, vel præter hoc, & pernicioſa. Quæ optimè cocta est, & supremum sanitatis obtinet gradum, talis est subfulua & subflaua, magisque subfulua quàm subflaua. statim verò & hæc mediocrem crassitiem habet. nam quæ crassior est atque tenuior, coctionem imperfectam significat. siquidem altera nondum in humorem conuersa est, altera verò adhuc conturbata est. vbi mox triplex vrinarum turbidarum differentia exponitur, & earum significatio. Ad

Vrina aquosa, quid.

summum incocta est vrina exquisitè aquosa, neque iam coqui incipiens, velut turbulenta, neque in futurum parans, sicuti quæ paulò pòst perturbatur: sed veluti desperatæ coctionis accidens. atque hic talis est venosi generis affectus, qualis ventriculi exacta crudiras. Est autem vrina alba, tenuis, aquosa omnis cruda prauáque, secundùm plus & minus. Post hãc est subpallida: deinde pallida, quæ iam & subfulua est. Optima autem omnium vrina subfulua & subflaua est, secundùm naturam se habens. Nam cùm adhuc coquitur

Vrinæ optimæ, quæ.

sanguis, vrina quæ mingitur, lævem & æqualem & albam subsidentiam ac multam facit: iam verò perfecta coctione, color quidem vrinæ intenditur, minùs autem subsidet. & si longiori pòst hoc tempore hominem à cibo prohibueris, videbis ipsam fieri semper magis fuluam. vbi mox de bilis colore per analogiam, pallidæ, flauæ, fuluæ (vbi tamen flauum fuluo intensius & rubicundius perperam exponitur) Vrinarum verò quæ secundùm naturam se habent, terminus est in optimè sanis corporibus, primum coctionis sanguinis tempus. subsidẽtia alba, lævis & æqualis; sed multa, humorem

Hypostasis copia, vbi, vel contrà.

crudum vacuari demonstrat, vt in pueris, & otiosam vitam degentibus, aut alio quouis modo plenis. contrà in iis qui multùm laborãt, & pauciori vtuntur alimento, vrinæ sunt biliosiores, & pauciorem habent hypostasin. vbi mox de variis contentis, & eorũ indiciis ad ægrorũ perniciem, repetita ex lib. 4. aph. sub finem.

Vrina pessima, quæ.

Pessima est omnis vrina denigrata. minùs pernicioſa, si sola hypostasis nigricat: atque adhuc minùs, si solum id quod in medio innatat: ac multò minùs etiam, si nebula (vbi tria illa distingui cernis, nubem, sublimamentum & subsidentiam.) Color verò viridis sit in transitu ad

Vrina nigra quomodo malæ plus minùs.

nigrum, & quoddã veluti principium nigri. Color autẽ liuidus, est tantùm frigiditatis effectus: odor verò grauis, putrefactionis. quòd si veluti oleum mingatur, colliquationis est signum. tales quidem vrinæ prauæ sunt. Quæ autem bene coloratæ sunt, & subsidentias habent albas & læues & æquales, aut nebulas quasdam, aut innatantia similia, omnes vrinas bonitate præcellunt, & præsertim in quibus subsidentia læuis fuerit. Secundum bonitatis obtinent locum, in quibus innatantia talia sunt. tertium, in quibus nebulæ. hæc igitur coctionis signa sunt. Reliqua verò omnia partim cruditatem, partim perniciem portendunt, plus minúsve: In viris quidẽ & mulieribus nigræ vrinæ pessimæ sunt; in pueris autem, aquæ similes: nam in his magis consuetæ crassiores, in perfectis autem magis fuluæ. quod verò maximè contrarium est consuetis, pernicioſum. De vrinæ significatione extat libellus peculiaris Galeno adscriptus, velut ex Hipp. excerptus: & alius eidem attributus, cuius inscriptio est, Quæsita in Hipp. de vrinis: & tertius de vrinis liber verè spurius, in quo ipso Galenus citatur aliquoties ex isthoc libro de crisib. & Hipp. ex aph. & prognost. iam à me indicatis: quibus è libris locisque isti nonnulla selegerunt, & velut in artem perbreuem redegerunt, quæ nos aut omnia, aut præstantissima quæq. germanàq. indicauimus, non illorum more furtiuo, celatis locis & authoribus; sed candida professione indicatis & appellatis. denique plurima sunt etiam in geminis Galeni operibus de vrinis diserte & copiosè conscripta: quæ quia ad prognosin morborum magis attinent; ideo in alium locum censeo reiicienda, vbi de pathologia disceptabitur.

Vrinarum gradus ad coctionem.

Vrinæ aquosa, quid.

Vrinæ bonitatis gradus.

Vrinæ virorum, mulierum, puerorum pessimæ, quæ.

N. candor in citandis authoribus.

At Erasistratus eos qui ex vrina aliquid cognoscere conantur, tinctores scõmate quodã vocat, ait Gal. lib. de causs. procatarct. velut augurio & vaticinio quodam eos irridens medi-

In vrinã diuinatores & impostores.

cos, qui postero seculo vrinis inspiciundis quasi vaticinari & diuinare pollicerẽtur, credulámq. plebeculam inani verborũ strepitu circumuenire, omnia circa ægros de morbo (cùm tamen de cerebro & thorace citra febrem vrina nihil indicet, ex Gal. cõment. 2. in prognost.) simulãtes sese ex sola vrinæ contemplatione posse prædicere; dum sedentes in hemicyclo, velut ex tripode oracula fundunt: quos ob id solitus sum ἰατρομάντεις ex merito nominare. ac Fernelius noster, homo grauis & sapiens, sic subsannat &

Ouipsissimus.

instruit cap. vlt. lib. 3. patholog. Quoniam verò iam ita mos inolenit, vt præter hæc, tanquam arioli multa multi de absente ægroto ex sola vrinæ inspectione augurentur; quisquis se ad

Instructio medici ex vrina diuinã naturi.

eorum imitationem studet accõmodare, captãdæ gloriæ desiderio, is aceruatim recẽsear quæcumq. primùm nouerit ex vrina: Nam verborũ circuitu, stultorum mens irretitur, & post nonnulla; Sed interrogatiuncula cautè præmittenda, quàm pridem morbus inuasit, subitóne an lentè ac pedetentim & quàm vehemẽter: vt hinc coniectura fiat, acutúsne an diuturnus is sit. hinc quippe, & ex naturæ, temporis, regionis, & morborum vegantium æstimatione, ad morbi speciem proximè accedítur,

Digitized by Google

Partes corporis vulgo cognitæ.

Solas autem haſce corporis partes imperitorum vulgus nominibus deſignat, caput, latus à ſumma ſcapula ad coxendicem, ſtomachum à clauibus ad vmbilicum, ventrem, dorſum & artus. Quúmque vllo modo pars dolens deprehenſa fuerit, quæcumque hanc ſymptomata premunt, enarrentur: móxque idonea illi remedia prudenter decernantur. Incertam & plerumque dubiam mercedem referet, qui periclitatione medicos, tanquam vates augurari coget. cõſultor verò prudens & fidelis, ſani conſilij fructum percipiet. tales multas cautiones vel adeo argutiores, barbaro licet ſermone, proponit inter neotericos Gorgonius tract. de vrinis. ſed iſtos nihil moror, ad priſcos reuoluor.

Medicus, augur fallax.

De vrinis multa obiter Plinius, tum quibus proſint, tum quibus noceant, tum quibus prouocentur: ſed hoc ſatis lepidè ad hunc quidem ſermonem attinere videtur dictum ex cap. 6. lib. 28. Auguria valetudinis ex vrina traduntur: ſi manè candida, dein ruffa ſit: illo modo concoquere, hoc concoxiſſe ſignificatur. mala ſigna rubræ, peſſima nigræ. Magna & vrinæ non ratio ſolùm, ſed etiam religio apud authores inuenitur digeſta in genera. de quibus ille ibidem eleganter, ſed ab hoc ſermone alienè. Illud potiùs miror, vnde Celſo eadem cum Plinio ſententia, & verbis ſanè iiſdem expreſſa obtigerit: niſi fortè Plinius elegantiam Celſi voluit imitator referre, quam & ex Galeno, vtroque poſteriore nuper protuli. ſic igitur Cornelius ille lib. 1. cap. 2. Scire autem licet integrum corpus eſſe, cùm quotidie manè vrina alba, dein ruffa eſt. illud concoquere, hoc concoxiſſe ſignificat. & cap. 3. lib. 2. In vrina ſubſidere debet album, læue, æquale: ſic vt etiam ſiquæ quaſi nubeculæ innatarint, in imum deferantur. at de mala vrina & diuerſa idem ſequenti cap. 5. quæ tamen ad hoc inſtitutum nihil attinent. illud longè magis attinet dicere; Ex omnibus iis qui de vrinis olim ante annos quingentos ſcripſerunt, vnum Actuarium inter poſteriores Græcos de iiſdem penè abſolutam perfectámque doctrinam tradidiſſe, & cæteros omnes tum deceſſores, tum poſteros & methodo & accuratione deuicíſſe. ex quo poſtquàm nonnulla exſcripſero, ad aliud tranſire decreui. opus verò longum eſt, totos libros ſeptem complexum, quodquidem omni medico diligenter euoluendum ſuadeo non ſine fructu multo laborem in re perutili impenſuro. mihi autem nunc ſatis eſt authorem indicaſſe omnium equidem, quos ego ea de re viderim audierímve, eo in argumento longè accuratiſſimum, & certa methodo facilíque rem omnem perſecutum; videlicet de differentiis, de iudiciis, de cauſſis & de prædictionibus vrinarum copioſè & methodicè pertractantem: cùm Hippocrates & Galenus de vrinis & pauca & ſparsim velut obiter ſcriptis mandarint; & poſt hos, Alexander ac Theophilus eandem tractationem à ſe ſuſceptam, tamen imperfectam reliquerint. ita vt medicina cæteris ſuis partibus exculta, hac de vrinis parte haud ignobili, hactenus manca foret derelicta. Verùm ex vnguibus, quod aiunt, licebit leonem agnoſcere, atque ex hoc ſpecimine, de toto opere colligere iudicium, atque æſtimationem facere.

Auguria valetudinis ex vrina, & ſigna coctionis.

Religio circa vrinas.

Plinij cum Celſo conuenientia.

Signum valetudinis & coctionis ex vrina.

Vrinæ bonæ ſigna.

Actuarij laus in doctrina de vrinis.

Authorum priſci de vrinis.

EX ACTVARIO.

Tria noſtri principia, & eorum comparatio, vis & vſus.

CVM igitur tria ſint (ait cap. 3. lib. 1.) quæ vitam humanam conſtituant, ſcilicet cor, hepar, & cerebrum; córque primas habeat partes, vt quod ſit velut theſaurus naturalis caloris ac vitalis roboris, & affectus ex quacumque cauſſa tum ipſi accidentes, arteriarum perpetuo motu indicet, tum qui in reliquis corporis partibus fiunt, quæ cum eo veluti principe communionem habent. hepar verò ſecundæ dignitatis ſit, ac caloris cordi inſiti magis particeps ſit, quàm aliæ corporis partes, ſdque per venam cauam appellatam, quæ omnium venarum principium eſt, ſitque ei faciendi ſanguinis vis ab opifice natura commiſſa. tertium autem cerebrum ſit, ſenſum motúmque ac actionem ἐμφυτικὴν corpori ſuppeditans: communicéntque inter ſe, ac conſortij lege patiãtur, cùm vna ſit in omnibus confluxio & conſpiratio; nos de vi hepati inſita dicere propoſuimus. ſiquidem hepar vim ſanguinis efficiendi à natura habet: vrina verò, ſanguinis colatura eſt. Sed vt ſermo clarior ſit, de ſanguinis apparatu priùs diſputare par eſt, deinde de vrina, vt ſermo ſerie quadam procedat.

Pulſuum ſigna ad quid.

Vena cauæ vſus.

Tria principiorum ſympathia.

Vrina quid.

Cibo igitur in ventriculo alterato & concocto, tum meſaraïcæ venæ, quæ originem ab hepate habent, per ramalem vocatam venam, ventriculum ipſum & inteſtina exſuxerint, & veluti emulſerint quod purius eſt, cibum in chylum mutatum tanquam percolum trahentes, ipſum ad cauam hepatis partem traiiciunt, virtutíque ſanguinis effectrici tradunt. Hic igitur ſi nihil impedimento fuerit, dum in ſanguinem alteratur, quicquid tenue ac acrius in eo fuerit, id omne veſica bilem excipiens, ad gibbum hepatis collocata attrahit, pauco admodùm exactam illam ſecretionem ad aliquam vtilitatem effugiente. ſiquid autem terreſtris & melancholici humoris genitum ſit in ſanguine, id ipſum lien, qui è regione adiacet, attrahit, naturalibus quibuſdam tractionibus, vnoquoque id quod proprium eſt, attrahente. Tertium verò, qui ſeroſus humor eſt, relinquitur: veruntamen non etiam in hoc loco humor is vacuatur, ſed ad maiorem vſum ſeruatur à natura. Quandoquidem tam ratione, quàm ſenſu compertum eſt, ſanguinem craſſiorem eſſe, ac ineptum ad penetrandas venas paruas. Hunc verò humorem ſeroſum & facilè tranſeuntem eſſe; tum ob id naturâ indiſcretum ipſum ſeruauit; tum etiam quòd ipſa erat à concauis hepatis partibus ad conuexas chymum traiectura, & venæ cauæ coniunctura ducente ſeroſo humore. Quæ deinde coniunctos humores parum alterauit in venæ cauæ ramo, qui à figura A Græcæ literæ, lambdoïdes vocatur; conceſſit renibus vt traherent &

Chylo quid fanguis fiat.

Bilis ſecretio ad eyſtim.

Succi atri ad lienem ſecretio.

Vrinæ ante ſecretionẽ, vſus veluti ſeri ſanguinis.

Renũ vſus.

Digitized by Go

ſecernerent ferosum humorem. Quantum verò ſanguinis reſtitit, id per venam laubdoïdem atque amplam cordis cæteris quæ deinceps ſunt venis diuiſum diſtribuit. Sanguis verò qui hinc ad profundiora loca concedens cogitur in alterationem carnis, non priorem quam habebat, rubedinem ſeruans, ſed à quarta vocata concoctione decidens in diminutam albedinem: quandoquidem eiuſmodi concoctio ad valdè remiſſam rubedinem, qui ſanguinis color eſt, ac in eam quæ carnis eſt, tranſmutat. in hac enim & reliquis partibus ſimilaribus, finis nutritionis eſt. & quantum congruens atque purum illic eſt ingenitum, id rori perſimile fit indicibili naturæ diſpenſatione. Quoniam verò illic etiam ſuperflua congeri ab exacta illa concoctione neceſſe eſt; hæc ſi ſubtilia & magis aërea ſint, oportet vt ita diſſoluta per occultam ſpirationem abeant ſenſum ipſum latentia. ſed quoniam aliquid nos fugit, id ſermoni adiiciendum eſt.

Sanguinis vſus & mutatio in quarta concoctione.

Nutritionis finis, vbi.

Excrementa quarta concoctionis.

Quatuor ſunt, vt arbitror, concoctiones generales, quæ in diuerſis locis corporis fiunt. prima in ventre: ſecunda in ramali vena meſaraïcíſve & in cana parte hepatis: quemadmodum tertia in gibba hepatis parte, ac venis quæ hinc proficiſcuntur. vltima in extremis corporis partibus: & in illis fit appoſitio quædam & compago atque aſſimilatio. Harum concoctionum primæ excrementa ſunt: quæ vomuntur atque per ventrem deſcendunt: ſecundæ verò, humores ſunt alterius ſpeciei: tertiæ ſunt vrina, & quæ vrinæ ſubſiſtentia continentur: in vltima & quarta ſuperfluunt tam ea quæ latenter per ſpirationem abeunt, cùm ſubtilia ſint, quàm quæ craſſiora cùm ſint, in ſuperficie velut efflorescunt. Quum igitur omnes concoctiones hæ proprium munus obeant; tunc vrinæ congruum colorem atque conſiſtentiam oſtendunt, & contenta proprium locum habentia & læuia & æquabilia cõſpiciuntur. Vrina enim (inquit Hipp.) optima eſt illa, quæ albam & læuem & æquabilem hypoſtaſin habet. item alij quidem perficiendo definitionem dixêre; Vrina optima eſt, quæ ſit hominis ſecundùm omnia temperati, ac magnitudine reſpondente ei quod bibitum eſt, colore ſubaureo vel ſubcroceo, hypoſtaſi verò alba, læui, & æquabili. Namque per quaſcumque concoctiones contigerit ſanguinem aberrare ab eo quod decet, vrina etiam manifeſtè tranſmutatur: atque per quas cauſſas tranſmutata ſit, indicat inuenire. ſiquidem humoris qui in venis eſt per totum corpus concedentis excrementa apparent in matellis. Decenter hæc certò oſtendere poſſunt, quomodo peccatum eſt in concoctionibus, velut clarè res apparet in abſceſſibus: Namque ſi album & læue & parum vel nihil olens fluxerit pus, neque quicquam diuerſi generis continuerit, demonſtrat bonam vlceris fieri concoctionem. ſi verò quicquam horum defecerit, indicat concoctionem peccaſſe: ita vt hinc liceat coniectare, vel magnum redditum eſſe vlcus, vel retardari, vel nigreſcere, vel aliquid maius vel minus pati, ad proportionem peccati quod in concoctione fuit. Ita in vrinis videre eſt: namque quantitates vrinarum ſi minùs ſeruauerint proportionem, & conſiſtentiæ non ſeruauerint mediocritatem: coloris verò ſi ſuſceperint tincturæ intentionem vel remiſſionem: contenta autem neque conſiſtentiam, neque colorem, neque locum, neque læuitatem & æquabilitatem ſeruauerint, decenter ſignificauerint effugiſſe naturæ ſtatum, & moderationem ipſam, atque noxam aliquam tum aliquã factam eſſe in corpore. ſiquidem magnas intemperaturas ſimilarium & organicarum partium, & obſtructiones, & intenſos humores, concoctionéſque & cruditates atque reliquas quaſque non contemnendas paſſiones, vrinæ ipſæ demonſtrant illi qui inuentis methodis vſus fuerit. hæc ille: tu cætera per otium recognoſces, ac ſi me audis (ô medicinæ candidate) perleges; ſimul & aliorum ſcripta, ſi vacat, excuties. Hæc autem poſtremo loco breuem quandam rei ſummam complectentia ex noſtro Fernelio adſcribam, qui mihi vnus erit inſtar reliquorum recentium omnium. ſic ille igitur phyſiologiæ lib. 6. cap. 5. & 6.

Vrina malè in quo peccet.

Vrina de quibus indicet.

4. Eſſe in corpore concoctiones, & vbi fiant.

Nutritio in partibus.

4. Coctionũ totidem excrementa, quæ.

Vrinæ perfectio, vbi.

Vrina optima, quæ, & cùm nota.

Vrina ſequitur ſanguinis alterationem, & de coctione indicat.

Cõparatio hypoſtaſis cum pure.

EX FERNELIO.

POſteaquàm ſuccus quem in iecore confici & ortum accipere demonſtrauimus, à ſuperuacaneis expurgatus fuerit, ruber iam & ſyncerus in eam venam perlabitur, quæ in conuexo iocinoris ſita eſt, & caua appellatur. hoc autem loci, aquoſo & tenui humore ſanguis perfunditur, quo tanquam vehiculo, facilè & expeditè in graciles & perquàm anguſtas tum meſenterij, tum iecoris venas permanat. Hic humor quoniam alendo corpori minimè eſt accommodatus, perfunctus iam illo vehendi munere, & ad reliqua deinceps inutilis, è iocineris conuexo ſecernitur, & trahitur in renes: vnde mox profunditur in veſicam. Iccirco enim venæ cauæ vtrinque renes aſſident mox ſubter iecur poſiti, vt expeditiùs celeriúſque id muneris obeant. Cæterùm non omnem eum humorem proliciunt, propterea quòd nonnihil illius retineri conuenit, quo reliquus ſanguis per venas in omnes partes corporis pertinentes traducatur. Itaque renes per ductus venarum emulgentium vrinam eliciunt, ad id quidem incitati mutua & communi quâ inter ſe conueniunt, familiaritate. Per amplam eam ductuum laxitatem fieri vix poteſt, vt ſyncera illa atque pura trahatur: ſed cum ea, tum flauæ bilis plurimùm, tum ſanguinis humidi ac tẽnuioris non modicum fertur. Vrina quidem & quæ cum ea tenuior eſt bilis, poteſt per exiles tranſitus, qui ſunt in tunica ſuccingente, interiorem renum capacitatem elabi, profundíque in veſicam: at ſanguis nempe illis craſſior, inibi conſeruatur: qui deinde rori modo fuſus, renibus primùm apponitur, hinc annectitur, demum aſſimilatur, & in eorum ſubſtantiam faceſſit. Vrina quum prælongis validíſque ductibus è renibus in veſicam depulſa fuerit, retrò commeare non

Sanguinis in venæ cauæ parte, præter ſerũ, & huius vſus.

Vrinæ ſecretio.

Renũ ſitus & vſus ratio.

Renes quemodo alliciant vrinã.

Humores vrinæ confuſi.

Sanguis quã ſecernatur.

Renum instrumentum quale.

Vrina in vesicâ defectus, & cur non remeet.

Vrina quãdo & quæ de causa excernatur, quoq. modo.

Vesica vnde alatur.

Excremẽta corporis quid sint, quotq. indicent.

Vrina vis indicandi, & quid sit, & quomodo secernatur.

à simili.

Seri in sanguine vsus, & eius vsus.

Potionis vsus & necessitas.

Chylus è cibo & potu confusis.

Chyli deuectio quâ fiat

Sanguinis excrementa quò faciant, & quæ sint reliqua.

potest, quòd obliqua sit ductuũ in vesicam insertio, coacteuatur verò illic & continetur vt proprio receptaculo ne continenter & intempestiuè eam reddere cogamur. Quum verò illius influxu, vesica iam turgescit, aut acrimonia ad illam reddendam impellitur; contractis quas in se continet, transuersis fibris vrinam propellit: idque simul relaxato ex rationis præscripto, eo musculo qui in orbem agitur, & qui tanquam custos aliquis in ceruice positus, inhibet ne sponte proprióque impetu profluat vrina. Qui in abdomine sunt musculi, non parum eam expulsionem adiuuant, potissimùm dum ad imum ventrem constricti, vesicam intrò protrudunt, & impensè contrahunt. Quin & musculus ille in ceruice custos, dum sub finem emissæ vrinæ se comprimit & coarctat, omnes quæ in ceruice sunt, reliquias exprimit; maximè verò cùm eæ aut acrimonia, aut arenis molestæ sunt & graues. Vesicam vrina non alit, sed sanguis qui per peculiares venas vtrimque in illius ceruicem insertas influit: quemadmodum sanè tum vterum, tum bilis folliculum nutriri constat. idem cap. 8. libr. 3. pathologiæ sic ait.

Quum corporis excrementa aut affectarum partium, aut peccantium humorum portio quædam sint, aut saltem ex his defectæ reliquiæ; quæ illorum constitutio, certò referunt, atque in demonstratiuis signis primas tenent. vna autem vrina omnium maximè de toto decedit significationem in primis generalem sortita. Est enim vrina, serum vehiculúmque sanguinis, renum vi secretum. Vt in lacte dum concrescit, ita & in sanguine serum à crassiore terrenáque substantia seiungi secerníque animaduertitur. quod iccirco sanguini permiscebatur, vt hunc fibrarum copia iam crassum ac lentum dilueret, & tanquam vehiculum per venas tenuissimas in corporis extrema deduceret. Oritur quidem serum ex potu, aut ex liquore quocumque cibus solidior diluitur, & sine quo vix quicquam emolumenti corpus ex cibi benignitate perciperet. Hac ratione potus cunctis animantibus apprimè conueniens & necessarius, aliis quidem vt volucribus, quæ haudquaquam meiunt, parcior; aliis, vt hominibus & quadrupedibus, liberalior. Ventriculi concoctione liquor totus cibo permiscetur, totáque cibi vis in liquorem confertur, dum vna fiat æquabilis substantia, cui chylo nomen est. Hunc flexuoso per intestina prolapsu exugunt mesenterij venæ, & quicquid inest vtilioris substantiæ, id omne eripiunt, potúque tanquam vehiculo subuehunt ad iecoris portas. Quum dein ex chylo factus sanguis est, vt melancholia in lienem, bilis flaua in proprium folliculum: ita & vrina (proprium iecoris, quemadmodum & alui fæx, ventriculi & intestinorum excrementum) iam inutilis & superuacua è gibbis iecoris, renum vi per venas emulgentes allicitur. at non vniuersa: portio enim cum sanguine in corpus distribuitur: quæ cùm vectionis munere perfuncta est, aut sudoribus exhauritur ac diffluit, aut qua via processerat, eadem tracta relabitur in renes & in vesicam. Itaque non è iecore solùm, verumetiam è venis tum maioribus, tum minoribus, & è corporis mole, vrina prolicitur. quod apertè sentiet, quisquis biduum triduúmve, nullo aut parcissimo potu transegerit. Ea autem si nec immoderato potu diluta, nec aliena permistione conspersa sit; manifestò humorum qui in iecore maioribúsque venis; obscuriùs verò eorum, qui tum in minoribus, tum in partibus ferè singulis insunt, notam exhibet, eorúmque constitutionem indicat. his enim tantisper dum vrina permiscebatur, eorum omnem affectionem, omnem qualitatem contraxit asciuítque sibi: & nunc quasi defecta portio, quæ ipsorum constitutio sit, coràm proponit planúmque facit. Quocirca si vel viscera, vel maiores venæ, vel caput, vel pulmones, vllâve corporis pars morbo tenetur; quoniam hæc affectionem humoribus in se contentis impartit, vrina profectò, quæ sanguinis & humorum comes est, eiusdem quoque particeps erit, & profusa affectionis notas referet, propriáque eius signa dabit. sed & partium per quas illabitur, vt renum, vreterum, vesicæ ac penis affectus repræsentabit. nam tametsi non diutiùs in his subsistat ac hæreat; ab illis tamen sordes & inquinamenta (siqua insunt) præterfluens corradit, secúmque rapit. quocirca partium quas attingit omnium affectus illa ostendit. An verò cum affectu, quæ etiam pars affecta sit, certò & apertè referat, æstimatione eget. Hæc autem in vrina veniunt consideranda; chymosis, perspicuitas & puritas, quantitas, color, odor, contenta. Color intempetiem; substantia crassa aut turbulenta, humoris vitium; confusio putredinem denuntiat. de quibus singulis consulendi sunt, qui de vrinis tradunt ex professo. simul & peruidendum, an à rebus externis, an à ductibus vrinæ, an à toto corpore istorum singula varientur. Quæ autem optima est vrina, ea veluti lex est & regula reliquarum; nempe substantia mediocri, clara non turbida, colore subaureo atque flauo, quantitate media, & potui respondens, vel aliquantò parcior, hypostasi alba, læui & æquali, nullis prauis contentis inquinata. muliebris tamen virili aliquantò crassior & turbidior & impurior; color ex albo liuescens; hypostasis copiosior, crassior & albior: qualis ferè infantum aut puerorum est.

Sed de hypostasi quoniam controuersia est disputatio, subiiciam tibi Fernelij sententiam ex sequenti cap. 17. Vrina è potulentorum liquidorúmque fit materia; quæ omnia permeans, dum concoctione quæ in ventriculo, in iecore atque venis fit, cibo, sanguini, humoribúsque permiscetur; tum coloris, tum substantiæ suæ modum adipiscitur; perinde atque leguminum carniúmve iuscula. non enim simplex illa existit, qualis olim potus fuerat, sed aliena profusione crassior. Quinetiam

Vrina suò qui trahatur.

Serum sanguinis quòd excernatur.

Vrina vnde alicietur, & de quibus indices potissimè.

Vrina de quibus partibus indicet, & quomodo.

An vrina indicet de parte affecta.

Quæ & quot in vrina contemplãda. item color, substantia, confusio quid portendat.

Cautio in vrinis.

Vrina optima, quæ: & comparatio virilis cum muliebri.

Vrina vnde genita, & colorem ac substantiam vnde habeat

à simili.

Vis caloris nativi etiã in excrementis.

tantiſper dum in nobis ea continebatur, inſiti caloris vim quandam conquiſiuit, quam & Ariſtoteles rectè annotauit, in ipſis quoque animantium excrementis manere. Quicquid igitur in emiſſa vrina craſſioris ineſt ſubſtantiæ, licet non protinus aſpectabile ſit, mox tamen ſecernitur atque coït, ac plerumque ſubſidet perinde atque fæx in aqua roſarum ſtillatitia: idque inſiti huius caloris beneficio, cuius eſt vis, heterogenea ſecernere. hæcque craſſior vrinæ portio, inſiti caloris vi ſecreta, hypoſtaſis eſt. Non igitur hæc (vt Actuario viſum eſt) eius duntaxat coctionis, quæ in extremis venis perficitur, aut etiam ſolidarum partium excrementum eſt. neque (vt aliis pleriſque placet) portio cibi crudior, quæ interdum è ventriculo in venas cum ſero prouehitur: ſed vbique cum vrina ortum perfectionémque nacta eſt. Quocirca non ſolùm aut ventriculi, aut ſolidarum partium, ſed præcipuè maiorum venarum hypoſtaſis eſt index. Quæ verò externæ cuiuſpiam rei vel à renibus, vel à veſica profluentis permiſtione craſſeſcit & perturbatur, craſſamẽtum deponit, quod non propriè hypoſtaſis, ſed fæx eſt vrinæ. Sic igitur hypoſtaſi materiam confert vrinæ chymoſis: illam autem ſecernit inſitus calor: qui ſi in vrina vegetus eſt, ac validus, materiam in vrinæ humorem ſparſam, ac tum minimè conſpicuam citò quidem ſegregat & colligit, ac dein prorſus deorſum deponit, & demum ita cogit, vt æqualis euadat, id eſt ſui vbique ſimilis; atque etiam læuis, nihil aſperum, nihil diuulſum habens. Infirmior, vrinæ calor, craſſamentum hoc tardiùs ſecernit, neque id deorſum impellit, ſed in medio ſinit propendere, quod enæorema dixerunt; idque ferè aut diuulſum, aut inæquale. Languidus calor tardiſſimè ſecernit, neque potens cogere, id aut diuulſum relinquit, aut per ſumma innatans nubis ſpecie. Itaque triplex ex ſitu fit contentorum in vrinis (vt antè dixi) genus: in imo ſubſidet hypoſtaſis, id eſt ſedimentum: in medio propendet enæorema, id eſt ſuſpenſum: ſumma facie nubes innatat. Calor demum extremè languidus nihil prorſus ſegregat, & vrinam permiſtam ac verè confuſam exhibet. ſed talis ægrotorum eſt, de quibus alia eſt ſpeculatio, & quidem prolixior. Hypoſtaſin autem in febribus puri proportione quadam reſpondere dixerunt veteres, eſſéque portionem eius humoris, qui in febre computruerat, ſed iam coctam, ſecretam, & naturæ vi depulſam cum vrina. quod tamen pernicioſum in primis eſſe medicinæ commentum adſtruit Fernelius ibidem, ſed longiori oratione, quàm vt adſcribere placeat, cùm ne de morbo quidem & ſymptomatum cauſſis agamus. illud potiùs ex eodem obſeruabis. An hypoſtaſin ne ignis quidem extenuare aut colliquefacere poſſit, quod ille aſſerit: ego facto periculo, non ſtatim conceſſero. tu pariter fac ipſe periculum, vt rem pernoſcas.

Vrina hypoſtaſis vnde fit, quáque ex cauſa.

à ſimili.

Hypoſtaſis non eſt excrementum partium ſolidarum Non reliquiæ cibi crudi.

Hypoſtaſis de maioribus vaſis potiſſimum indicat, cur.

Fæx vrinæ non eſt hypoſtaſis, & vtraq. vnde fit.

Vis caloris nativi in vrina ſiquæſtranda & mittiſcãda.

Quæ ſit cauſſa hypoſtaſeos, nubis, enæorematis.

Tria in vrinis diſtincta locis, quæ.

Vrina indiſcreta, vnde.

Hypoſtaſeos cum pepe analogia improbatur.

An hypoſtaſin ignis poſſit colliquare.

Ego verò candidatis medicinæ, quam mihi iuuenis breuem de vrinis epitomen contexueram (tu potes in tabulas digerere) candidus impertiar, quam illi aut ſequantur, aut vincant æmulati. Vrina, cibi vehiculum, ἔγκριμα θρέψεως ex Hipp. aut ſerum eorum qui ſunt in venis humorum, ὀρρὸς τῶν ἐν τοῖς φλεψὶ χυμῶν, ex Gal. Ideo hepatis, renum, veſicæ, venarum morbos & affectus indicat, præcipuè in febribus obſeruanda. non tamen de omnibus corporis partibus aut morbis denuntiat: vnde fit manifeſtus impoſtorum error. Vrinarum differentiæ ſumuntur præſertim à colore, conſiſtentia, & cõtentis. 1. Color albus has ferè ſpecies habet: cryſtallinum, niueum, aqueum, lacteum, glaucum ſeu pellucidum vt cornu, charopum. Color autem flauus ſic intenditur, ſubſpiceus ſeu ſubpallidus, ſpiceus ſeu pallidus, ſubfuluus vel ſubaureus, fuluus vel aureus, ſubcroceus, croceus. Color verò ruber ſic increſcit, ſubruber, ruber & ſanguineus, vineus, paſſeus, venetus ſiue cæruleus. Color denique peſſimus & lethalis, viridis, oleaceus, liuidus ſeu plumbeus, niger. 2. Subſtantia, tenuis eſt, craſſa, vel mediocris, nempe comparata ad ſanam & naturalem mediámque. 3. Contenta differunt loco: vnde nubes in ſuperficie, enæorema in medio, hypoſtaſis in imo fundo. Contenta ſunt orobea, ſimilaginea, farinacea, ſquamoſa, ſabuloſa, purulenta, & cætera id genus. Contentorum color ferè idem qui & totius vrinæ, idémque iudicium. ſimilis & ſubſtantia, craſſior tamen. hæc de differentiis.

Vrina quid, & de quorum indicat.

Vrinæ differentiæ vnde ſumantur.

A colore.

A ſubſtãtia

A cõtentis.

1. Præſagia à colore ſunt hæc: Vrina alba in ſanis, à copia vini tenuis: in morbo, à refrigeratione hepatis, à ſenio, ab obſtructione renum viſcerúmque, ab hydrope. Vrina alba & tenuis in acutis delirium ſignat, ſublata bile ad cerebrum; aut humorum deſignat craſſitiem; aut abſceſſum infra ſeptum portendit. talis in melancholicis & pituitoſis excerni ſolet. ſubſpicea ſignificat coctionis initium: ſpicea, coctionis augmentum: ſubaurea & ſubcrocea, coctionem perfectam. flaua in biliioſis ſanis apparet. aurea & crocea auctum præter naturam calorem arguit: ſed aurea, cum affluxu: crocea ſine affluxu materiæ, vt in mœrore, labore, vigilia. rubea, à bile rubra, aut ſanguinis ſero, vt in ſynocho: aut ex vaſis ruptis, apertis, exeſis, diſtinctio eſt à dolore & loco: aliàs ſecura. vinea, à ſanguine aſſato & in melancholicum verſo: peſſima, niſi cum bono ſedimento & contentis: aut à vehementi motu, vt equitatione. paſſea, ab aduſto humore biliioſo, eáque peſſima: talis in ictero. viridis, ab aſſatis humoribus & exuſtis, & à bile praſſina & æruginoſa. oleacea, à colliquatione pinguedinis ob æſtum, vel ex renum incendio. venera in acutis mala, à ſucco melancholico, aut ab extincto calore. liuida, peior etiam ſuperiore, ab eadem cauſſa, aut à plagis & contuſione. nigra, peſſima, à calore torrente cum ſignis propriis; aut à ῥαφανίδι & extinctione natiui caloris: aut fortè critica in morbis melancholicis, & lienis obſtructione: ab epoto medicamento & veneno.

Vrina præſagia.

A colore.

2. Præſagia à ſubſtantia ſunt eiuſmodi. *A ſubſtãtia*

N. de vrinis epitome.

Vrina mediocri consistentia, bona est & naturalis, coctionem arguens. tenuis, cruditatem obstructionémque, aut coloris natiui imbecillitatem. crassa, ab humorum exuberantia, vel soluta obstructione, vel inita concoctione, vel ab humorum cruditate cum perturbatione in venis, similis iumentorum vrinis. ac si crassum sedimen subsidet, significatur concoctio: sin pura conturbatur, coctio initur, citò quidem si citò, tardè verò si tardè. at si non secernitur, sed turbata manet, naturæ infirmitatem significat. namque omnis subsidentia à robusto calore est.

à contentis. 3. Præsagia denique à contentis sic habent, tum penes quãtitatem, tum penes qualitatem.

In quantitate. Quantitas aut est maior, aut minor, aut mediocris. maior, ab humorum est copia, aut ab otio & sagina. minor, à contrariis. mediocris è natura est.

In qualitate. Qualitas in colore, aut substantia, aut contentis spectatur. A colore, Contenta alba

A colore. humorem pituiteum, aut pus elaboratum indicant. subspicea, à mediocri calore, bona. flaua, ab aucta bile, mala. nigra, à copia praui humoris, pessima in acutis; nisi critica. liuida & veneta, à mortificatione caloris natiui, pessima. rubra & subrubra, ab humorum cruditate, aut à bile, periculo vacant. cruenta, ab inopia sanguificationis ex diuturnitate morbi, aut à calore eliquante, aut à ruptione vasorum,

A substantia vel apertione. A substantia, Contenta tenuia & conspicua, ab humore crudo, tenui, & facilè diuulso. crassa, ab humore crasso, aut à coctione in humore crudo inchoata, aut à secretione superuacui in venis priùs innatantis, & quidem motu critico: alioqui cum malo colore, mala. mediocria verò sunt è natura.

A contentis. A contentis, si alba, læuia & æqualia, bona sunt à calore natiuo coquente. talia interdum purulenta, abscessum intrinsecum arguunt. Orobea, carnium renúmve colliquationem insinuant: distinctio amborum à febre petitur. furfurea, à calore febrili in vasis aut à vesicæ scabie: distinctio superiori similis. laminea, ab exustione partium solidarum. similacea, à mortificatione caloris natiui, vel depastione partium solidarum. ramentosa, à crematis humoribus. capillaria, ab incendio renum. carunculæ, à scabie vel vlcere vel colliquatione renum. arenulæ, rubræ quidem à renibus: albæ autem, à vesicæ calculo. sanguis, pus, ab vtrisque: squamæ à vesica. vetula siue χαῖ, & gutræ velut olei supernatantes, à colliquatione. Corona innatans colori vrinæ ferè respondet: alba ex se bona. Fœtor à putredine aut mortificatione, malus cum malis signis. vrina sine hypostasi & contentis, omnis mala, ab insigni obstructione, aut cruditate, aut naturæ & caloris natiui infirmitate. Quid quòd

Historia, de excretis cũ vrina viuis animalculis. etiam cum vrinis viua animalcula excreta sunt? Comes Carolus scorpionem vel serpentem; Doctor Duretus medicus Parisiensis millepedam hirsutam, cornigeram, variegatam, post diros & acerbos cruciatus (ita mihi retulit anno 1580.) viuam; alij alias bestiolas & vermiculos excreuerunt. Hæc egomet mihi iuuenis

Conclusio. συνήγορος collegeram pauca de multis velut per tabellas appingens, fortè & coloribus variis distinguens, tum memoriæ subsidio, tum animi oblectandi gratiâ. plura ex ipsis authoribus, non dico recentioribus, qui sunt innumeri, & plerique barbari, cœnóque Arabico inquinati; sed priscis illis Hipp. Galeno, Aëtio, Actuario, Paulo, Auicenna & aliis decerpes.

DE SEMINE.

CAP. VIII. *Siue liber vnus.*

Seminis prærogatiua, vsusq. à simili.

INTER omnes corporis humani tam varios & multiplices humores, præcipuus atque primarius quidam locus semini debetur, velut materiæ generationis nostræ & perpetuationis animalium necessariæ. Vt enim plantæ & arbores ac stirpes vniuersæ, ex semine congenere quotannis, imò quotidie nouo satu expullulant atque adolescunt, eo in terram demisso aut defosso atque depacto, atque in sinu naturæ foto & condito, benigna solis aura, aëríque temperie concalfacto, genitalis humoris affusione macerato, dein rupto vtrinque, & radices quidem deorsum pangente, ramos autem, truncum & folia sursum emittente. Sic de semine genitali in vterum maternum coniecto, & partium insito calore subacto, solis nihilominùs calore vegetato (Sol enim & homo hominem generant, ait philosophus) tum generis humani, tum reliquorum animantium rediuiua soboles perennat, atque indiuiduis quotidie commorientibus, continua successione nouæ generationis, genus mortalium velut immortale perdurat perpetuátque. quo de naturæ miraculo cùm à nobis antehàc copiosè dictum sit in partium genitalium historia; nunc reliquum est, vt de isto genitali humore speciatim atque ordine inter cæteros quædam tum ex nostra, tum ex aliorum sententia dicamus.

Hominem genus qua ratione perennet.

Seminis synonyma. Multiplex illi quidem nomen tum apud Græcos, tum apud Latinos subest, sed frequentiora & vsitatiora (addo & honestiora, eò quòd vulgus insolens honestissimo hominis principio, obscœna & vix coram modestis auribus proferenda nomina excogitauit) quæ occurrunt, expediam. *Γονὴ* dicitur Hippocrati, ob eam caussam, quòd nostræ sit generationis origo, faciátque nos γίγνεσθαι, oriri, nasci, & esse. Nam *σπέρμα* quod frequentissimo nomine Græcis, Latinis, Gallis & aliis pleríque nationibus dicitur, *ἀπὸ τοῦ σπείρειν*, sicuti apud Latinos semen à serendo per metaphoram & similitudinem quandam denominatur, qualis nunc nuper à nobis exposita est. Iam verò sicuti humorum reliquorum, sic & seminis origo ab esculentis & poculentis iure repetitur: siquidem ex cibo & potu optimi alimenti, laudabilis sanguis gignitur. cuius portio syncera & bene elaborata, ductu atque opificio naturæ ad

Γονή.

Σπέρμα.

Semen.

Seminis origo vnde fit, & qualis, & quomodo fiat.

Digitized

partes generationi dicatas trãſmiſſa, ſuis cõceptaculis & vaſis ſpermaticis recepta, iiſq. obliquis & anfractuoſis diutiùs aſſeruata cohibitáque, vi & robore peculiari teſtium elaborata, in ſeminis naturam demutatur, déque rubeo colore albidum coloré poſtrema illa coctione, & ſimilitudine amplectentium vaſorum alterantium, induit ac ſuſcipit. Qualiter de chylo priùs albo, ſanguis rubens vi hepatis ſanguifica efficitur. qualiter ſanguinis portio ad mammas per ſua vaſa tranſlata, vi & ſimilitudine partis & glandularum concoquentium, in lac exalbeſcit, vti poſthàc dicetur. Atque vt lac excrementum vocare, forſan ἄτοπον haud abs re videri queat: ſic etiam ſperma dicere excrementum, licet benignum illud quidem, & tertiæ concoctionis ἀπόπλυσμα, forſitan à dignitate & vſu tantæ rei videatur alienum. cùm ſit & lac, velut ſanguen album, alendo fœtui conueniens alimentum: & ſemen pariter ſanguis dealbatus, nouæ generationis futurum argumentum. Sed neque excrementum in plantis & ſtirpibus, ſemen dicitur aut habetur, longéque honorificentiori titulo decoratur. Et verò cur excrementum dixeris humorem illum, quo nullus in toto corpore præſtantior, ſiue naturam generationis ſpectes, ſiue concoctionis modum, ſiue vſum præſtantiſſimi operis, ſiue mirifici in excernendo titillatus atq. voluptatis incredibilem effectum? Sed eſto, maneat intus in corpore, neque excernatur vllo animantis coïtu, vt in omni animantium genere, volucrum, reptiliũ, quadrupedantum, præſertímque natatilium videmus: certè non vt ſtercus, aut vrina, aut pituita, aut bilis alterutra, tormina parit & ξυσμὸν ἢ ξύσιν καὶ δυσχρηστίαν, raſuram exaſperationémve (quandiu nempe habet è natura, & ſuis conceptaculis naturalibus continetur) ſed animali viuidum colorem, & vegetum calorem conciliat, & robur adauget, atque opimat mirificè. vt in adipem conuerti, & partes ſibi dicatas ſimilitudine ſubſtantiæ alere credibile ſit: vt idem de lacte dictum intelligas. & Gal. lib. 1. de ſemine cap. 12. arterias & venas ſpermaticas ſemine ali profitetur, vti poſtea probabo. Itavt illarum partium alimentium dici, & deinceps quod ſupereſt, excrementum haberi queat. quomodo Galenus ſub finem lib. 1. de ſemine diſtinguit. Demonſtratum eſt vnamquamque partem ad ſe accommodatum ſibi alimentum attrahere: deinde vbi ex eo quicquid ſibi neceſſarium eſt, perceperit, reliquum excernere. quod cùm ipſi excrementum ſit, alteri ſubſequenti alimentum efficitur. atque hæc ad huiuſmodi quæſtionem cum Ariſt. mihi nunc obiter inſtitutam, reſponſio queat ſatisfacere. Atque adeo Ariſtoteles ipſe cap. 18. lib. 1. de genera. animal. ita ſcriptum reliquit: Alia multum ſeminis edunt, alia parum, alia nihil omnino: ídque non præ imbecillitate, ſed contrà nonnullis euenit. abſumitur enim in corpus, vt hominum nonnullis, qui vbi per habitũ corporis bonum carnuléti aut pinguiores euaſerint, minus ſemen emittunt, minúſque rem veneream expetunt. & ſequenti cap. 19. Pinguia minus ſeminis habent, quam macilenta. & eiuſdem operis lib. 2. cap. 5. Mulieribus pinguioribus factis, viris corpore meliùs habito, excrementum ſeminale in corpus abſumitur. idémque cap. 6. lib. 2. part. animalium. Quinetiam obeſa omnia ſteriliora ſunt: quantum enim ex ſanguine proficiſci ad genituram & ſemen genitale debeat, hoc in adipem aut ſeuum ſumptitatur: ſanguis enim cùm concoquitur, ad hæc tranſit: itaque aut nullum omnino excrementum in ijs ipſis conſiſtit, aut parum. idémque probl. ſect. 4. clunes ijs extenuari dicit, qui crebrò coëunt: propinquiores partes ſuo alimẽto per ſeminis effuſionẽ fraudari inſinuans. Ergo ſemen, iam non excrementum benignum tertiæ concoctionis, ſi verè loqui volumus, & præclarè ſentire de tam nobili humore: ſed ſanguis eſt vi & energia ſpermaticorum vaſorum, teſticulorúmque familiari natura exalbeſcens, ei vſui quem iam ſæpe diximus, & quem repetere deinceps erit neceſſum, vbi aliorum opiniones de eo ſubiungemus: quod iamiam ſumus facturi, breuiter iſto quidem modo noſtram de ſemine præfati ſententiam.

à ſimili.

Quòd ſemẽ ſit excrementum. N. contra Ariſt. à ſimili.

Seminis præ regatiua.

Excremẽti natura.

Seminis vis à contrario.

Semen, eſt alimentum, non excrementũ: & qualiter vtrumque, quáſve partes alat.

Idem poteſt eſſe alimentum & excrementum, qui.

Semen alit corpus.

Obeſi vtinetrein minus capiuntur, nec ſemine abundant, & rariùs generant.

Coïtus frequens extenuat clunes, quî.

Quòd ſemẽ nõ ſit excrementum, & quid ſit pro priè.

EX HIPP.

HIPPOCRATES igitur de genitura librum ſcripſit, déq. ſemine multa multis locis adſcripſit, de quibus hæc nonnulla ſubijciam: lib. enim de genitura ſic ait; Genitura viri prouenit ab omni humido, quod in corpore exiſtit: ita vt id quod robuſtiſſimum eſt, ſecernatur. argumentum autem eius quod robuſtiſſimum ſecernitur, hoc eſt: quòd à veneris vſu paucula adeo re emiſſa, imbecilles reddimur. habet autem res hoc modo. Venæ & nerui ab omni corpore in pudendum vergunt, quibus dum aliquantulùm teruntur, & caleſcunt & implentur, velut pruritus incidit, & ex hoc toto corpori voluptas ac caliditas accedit. Quum verò pudendum teritur, & homo mouetur, humidum in corpore caleſcit ac diffunditur, & à motu conquaſſatur ac ſpumeſcit: quemadmodum etiam alij humores omnes conquaſſati ſpumeſcunt. qualiter etiam per ſomnum genituram effundunt, quum humidũ in corpore diffuſum & calfactum fuerit. non tamen ante legitimam ætatem ob venulas tenues, quę genituræ tranſitum impediunt, ſicut in eunuchis. Porrò genituram dico à toto corpore ſecerni, & à ſolidis & à mollibus partibus & ab humido omni in toto corpore. & in ipſa genitura egreditur & fœmineum & maſculinum ab omni corpore, & à debilibus debilis, & à fortibus fortis. vnde ſimilitudo natorum ad parentes, de qua poſtea. nam & ex eodem iſto libello particularia quædam ex occaſione proferentur affinia quæſtionibus poſtmodùm agitandis, ſicuti ex altèra parte libri eiuſdem, quę diuiſa legitur, inſcripta de natura pueri: cùm ſit inſtituti ſermonis continuatio, vt aliàs monui. Verùm iſti loco ſimiliter idem lib. de aëre, aquis, locis; Quum enim ſemen genitale ab omnibus corporis membris procedat, à ſanis quidem ſanũ, à morbidis morboſum, fit vt ex caluis calui gignantur, ex cæſijs

Genitura vnde prodeat, & qualis.

Coïtum cui imbecillitas cõſequatur.

Voluptas vnde ſit in coïtu.

Semen cur ſpumeſcat.

Oniregenos vnde, & quibus.

Genitura à toto procedit qualis.

Semen maſculum & fœmineum.

Semen ab omnibus membris prodit, quale.

cæſij, & quæ alibi proferentur. quod idem ferè repetit lib.de morbo ſacro: Semen genitale ab omnibus corporis partibus procedit, à ſanis ſanum, à morbidis morboſum. ſed aph.2. lib.6. Quibus nares naturâ humidiores, & genitura humidior, minùs integra ſanitate fruuntur: quibus verò contraria, ſalubriùs degunt. & lib.5. aph.62. de intemperie vteri ſimiliter. vbi Galenus, Corpus totum vtplurimùm eſt vteris ſimile. Inde quemadmodum in terra paluſtri cerealia ſemina extinguuntur, ſic genitura viri in vtero mulieris præhumido. vbi de alijs intemperaturis calida, frigida, ſicca, pariter à ſimili de terra argilloſa, petroſa, arenoſa, æſtuoſa. Sic in viris per analogiam, propter temperaturæ frigiditatem aut humiditatem, ſemen cõcoqui non poteſt: & propter excedentẽ calorem, ſemen fit toſto ſimile: ob ſiccitatem verò, vt primùm excidit, extendi nequit. vnde ſterilitas oritur, de qua poſthàc. rurſum Hipp. lib. de natu. hum. ſub initium; Neceſſarium eſt generationem hominis non proceſſiſſe ab vno. quónam enim pacto quod vnum eſt, generare aliud poſſet, niſi cum quo commiſceatur? Deinde nec quæ miſcentur, generant niſi ſint eiuſdem generis, eandémq. habeant facultatem: neque ſimilia nobis efficiantur. Rurſus niſi calidum frigido, & ſiccum humido, modo & æquabilitate reſpondeat, ſed alteri alterum longè præſtabit, & valẽtius infirmiori, nihil generabitur. Proinde quî veriſimile eſt, aliquid ab vno generari, cùm nec à pluribus generetur, niſi mutuo temperamento conueniant? vbi Gal. ſimilia ferè repetit, quæ ad illũ aph.62. lib.5 ſcripſerat, quem & citat hunc in modum; Quæcumque frigidos habent & ſpiſſos vteros, non concipiunt: & quæcumque præhumidos habent vteros, non concipiunt, nam extinguitur genitura: & quæcumque ſicciores feruidioréſque, nam alimenti difficultate tabeſcit genitura. qua de re poſthac.

Seminis & matri materiæ proportio.

Corporis & vteri analogia. à ſimili.

Seminis ad corpus analogia, & cauſſa ſterilitatis.

Generatio hominis qui fiat, & ratio temperamentorũ.

Viri generandi inhabiles, qui.

EX ARIST.

SED audiamus deinceps Ariſtotelem multa præclarè de ſemine differentem. ac primùm cap.1. lib.4. de genera. animal. Semen, excrementum eſt vltimum alimenti. vltimum autem id intelligi volo, quod in vnamquãque partem feratur. Quamobrem quod generatum eſt, ſimile ei quod generauit, eſt. Nihil enim refert, ab vnaquaque parte proficiſcatur, an ad vnamquamque accedat. ſed rectiùs ita. Maris autem ſemen differt, quod principium in ſe continet tale, quo moueat, & alimentum in animali vltimum concoquat: fœminæ ſemen materiam tantùm præbet. qua de re pòſt. idem lib.1. de genera. animal. cap.18. Genitura id vocatur, quod à generante proueniens, cauſſa eſt quæ prima obtineat principium generationis: videlicet in ijs quæ coïre natura voluit. Semen autem eſt, quod ex ambobus coëuntibus illis originem trahit, quale ſemen plantarum omnium eſt, & animalium nonnullorũ, in quibus ſexus diſtinctus non eſt. ibidémque breuiùs ſic, Vtilis excrementi pars aliqua, ſemen eſt. quod ibidem ſcripſerat cap.7. & 9. lib.2. part. animal. & problem.10. ſect.15. Semen genitale, principium generationis eſt. idq. à cibo rectè ſtatuit ſect.3. probl.11. idem cap.1. lib.3. & cap.3. lib.2. de genera. anim. inter excrementa numerat etiam genituram & menſtrua: & alibi, vt patebit. quam tamen ſententiam probare antea non poteramus. idem cap.20. lib.3. hiſtor. animal. lac & genituram inter adnata poſterioráque numerat, quos poſtgenitos humores cap.7. li.2. part. animal. dicit. vbi humorum alios connatos, alios poſtgenitos facit, ſicuti iam ab initio ſum partitus. rurſum cap.10. lib.4. part. anim. Genitura, humor quidam excrementitius eſt, infit: ſicuti & menſtrua. humida autem ſuapte natura ſunt menſtrua & genitura. idem maris genituram lactis coagulo aptè comparat cap. vlt. lib.1. & cap.4. lib.2. genera. animal. Coagulum enim lac eſt continens calorem vitalem, qui partes ſimiles ducit eôdem & vnit atque conſtituit. Quamquam hæc ratio non omni ex parte probatur: quia fœminæ ſemen tollit, quod non recipimus, vt patebit. ſubijcit autem, Et genitura ita ſe habet ad menſtruorum naturam: eadem enim natura lactis & menſtruorum eſt. ſi dixiſſet ad ſemen muliebre, nos quidem ſimilitudini argutæ acquieuiſſemus. Et tamen verè ſcripſit 4.probl.26. Per æſtatem, viri minùs, & mulieres magis concumbere valent. quod Heſiodus quoque poëta agnouit. quoniã naturæ præ nimio calore æſtiui tẽporis æſtuant collabuntúrque: frigidæ verò refouentur & vigent. eſt autem vir calidus & ſiccus, mulier frigida humidáque. vbi & problema 16. notari deber. Qua de cauſſa res omnium ſuauiſſima, concubitus eſt? Quoniam aut toto ex corpore ſemen profluit: aut ſi non ex toto corpore, tamen per eam partem, in quam venæ meatúſque omnes applicẽtur & coëant. qua de re poſthàc. & ſect.3. probl.31. Cur vinolenti concumbere nequeant? an quòd vinum in ſublime efferatur, & calorem ab infernis auocet? Poſt cibum quoque libido veneris minimè incitatur: vnde prandere largè, cœnare parce præcipiunt. Ideo ieiuni meliùs coëunt, ait idem, probl.10.ſect.4. verùm de ſemine nullibi meliùs quàm cap.3. lib.2. genera. animal. Semen excrementum alimenti mutati eſt. Ineſt autem in ſemine omnium, quod facit vt fœcunda ſint ſemina: videlicet quod calor vocatur. ídque non ignis, non talis facultas aliqua eſt, ſed ſpiritus qui in ſemine ſpumoſóque corpore continetur: & natura quæ in eo ſpiritu eſt proportione reſpondens eleméto ſtellarum. Quamobrem ignis nullum animal generat, neque conſtitui quicquam denſis, vel humidis, vel ſiccis videtur. At verò ſolis calor & animalium, nõ modò qui ſemine continetur, verumetiam ſiquid excrementi ſit, quanquam diuerſum à natura, tamen id quoque principium habet vitale. Corpus autem genituræ, in quo ſemen animalis principij contentum vnà prouenit, partim ſeparabile à corpore, in quibus diuina pars comprehenditur, qualis eſt quæ mens appellatur, partim inſeparabile, hoc (inquam) genituræ ſemen diſſoluitur, verſúmque in ſpiritum euaneſcit, cùm naturam

Semen, excrementum ex Ariſt. N. negat.

Genitura, humor poſtgenitus.

Genitura quid.

Semẽ matri coagulo ſimile, quid. item ſemen ſeu menſtrua mulieris, lacti ſimilia.

Quãdo vir aut mulier magis coëat, & ratio.

Viri & mulieris temperamentum. Coïtus cur ſuauis.

Cur ebrioſi minùs coëãt & minùs à cibo.

Cur parciùs cœnandum.

Semen quid ſit, & cur facũdum ſit & vnde.

Ignis nil generat.

Vitale principium vnde ſit in homine.

Semen facilè diſſoluitur, quamobrem.

humidam aquoſámque habeat. Semen autem cùm excrementum ſit, eodémque moueatur motu, quo augetur corpus, digeſtione vltimi alimenti, vbi vterum ſubijt, conſtituit & mouet excremẽtum fœminæ eodem motu quo ipſum mouetur. nam illud quoque excrementum eſt, habétque omnes partes potentiâ, actu nullam. Habet enim eas partes potentiâ, quibus differt fœmina à mare. Seminale autẽ animal calidum & humidum reputat idem cap. 1. lib. 3. genera. animal. & lib. 4. c. 8. Eſt enim naturę ſanguineæ, tum excrementum maris, nempe ſemen, tum menſtrua fœminæ, plurimum in vtriſque, tum mulieribus præcæteris fœminis, tum viris præ cæteris maribus pro magnitudine, alteris menſtruorum, alteris genituræ. & lib. 1. de genera. animal. cap. 19. Sanguinem, eſſe vltimum alimentum in ſanguinario genere animalium, proportionale autem in exangui dictum eſt. Verùm cùm ſemen quoque excrementum ſit alimenti, eiúſque vltimi, aut ſanguis proportionaléve eſt, aut ex ijs aliquid. Sed cùm ex ſanguine concocto digeſtóq. modo quodam pars quæque gignatur, ſemen autem concoctum diuerſum à ſanguine ſecernatur (nam incoctum aut per vim emiſſum, videlicet cùm vltra modum quis re venerea vtitur, cruentum iam aliquibus prodijt) conſtat ſemen eſſe excrementum alimenti ſanguinei, quod vltimũ in membra digeritur. & quidem vim magnam ob eam rem obtinet: ſanguinis enim ſynceri ſalubriſq. ſeceſſio reſoluere poteſt. De ſemine caput eſt 22. lib. 3. hiſtor. animal. Semen genitale omnia emittunt, quæ habent ſanguinem. plurimum verò proportione corporis homo emittit. albũ omnium eſt. Nec audiendus Herodotus, qui Æthiopes genituram colore nigro promere ſcripſerat. Exit profectò ſemen hoc genitale album & craſſum, ſi integrum eſt: ſed foris tenue totum redditur & nigrum. Nunquam id gelu concreſcit: imò admodùm extenuatur, & aquæ tum colorem, tum etiam ſubſtantiam trahit: calore autem coït & craſſeſcit. Et quod de vulua effluxerit, aliquandiu iam in ea immoratum, id craſſius prodit: nonnunquam etiam ſiccum cõtortúmque. Delabitur in aqua quod fœcundum eſt, atque ſubſidit: quod autem infœcundũ eſt, diffunditur atque exoleſcit. quam in ſententiam ſic idem cap. 2. lib. 7. hiſt. animal. Plurimum omnium animalium ſemen emittit homo comparatione magnitudinis ſuæ: & verò inter ipſos mares, qui humidiores naturâ ſunt, nec valdè carnoſi, plus reddunt: atque etiam plus candidiores, quàm fuſci. nec ſecùs in mulieribus. Præparatur copioſum vſu ciborum humidorum & acrium. Eandem ſententiam penè totam illam ſic reperit & demonſtrat cap. 2. lib. 2. genera. animal. Semen prodit de animali craſſum & album, mox refrigeratum, humidum ad aquæ ſpeciem redditur: colorem etiam accipit aquæ. ſed aqua craſſeſcit calore. Id autem intrinſecùs è loco calido proficiſcitur craſſum, refrigeratúmque humeſcit. Atqui omnia aquoſa concreſcunt frigore. ſemen verò poſitum in gelu ſubdio non concreſcit, ſed humeſcit, quaſi à contrario craſſum conſtiterit: idem refrigeratũ totum modo aquæ liqueſcit. Sed mixta ex aqua & ſpiritu incraſſantur, vt ſpuma craſſior albíque exiſtit. ſpiritus enim humorem efficit, & albedinem dilucidè aperit, vt in ſpuma & niue: nam & nix, ſpuma eſt. His de cauſſis ſemen exit quidem intrinſecùs ſpiſſum & album calore interiore, multum ſpiritus calidi continens. ſed egreſſum, vbi calor euanuit, & aër refrigeratur, humidum nigrúmque euadit. remanet enim aqua, & ſiquid paruum terrenæ portionis continetur, vt in pituita, ſic in ſemine cùm ſucceſcit. Semen igitur cõmune eſt ſpiritus & aquæ: ſpiritus autem, aër calidus eſt. quamobrem naturâ humidum eſt, quoniam ex aqua conſtat. Semen omnium album eſt craſſúmq. ſpiritus miſtione. Herodotus igitur vera non ſcribit, cùm nigram eſſe Æthiopum genituram dicat: quaſi neceſſe ſit omnia nigra eſſe eorum quibus nigra eſt cutis. atqui dentes eorum albos eſſe cernere potuit. Cauſſa autem vt album ſit ſemen, quòd genitura, ſpuma eſt, ſpuma antem alba eſt, & maximè quæ ex pauciſſimis (imò minutiſſimis) partibus conſtet, & tam paruis, vt cerni ampullæ nequeant. Nec verò homines antiquos latuiſſe videtur, naturam ſeminis eſſe ſpumoſam. deam enim quæ rei venereæ præeſt, ab ipſa facultate nominarunt (nempe ἀφροδίτην, ἀπὸ τῆς ἀφρῶ, à ſpuma.) Congelaſcere autem ſemen non poteſt: aër enim incongelabilis eſt. Eiuſdem verò operis de genera. animal. lib. 1. cap. 17. egregia tractatur quæſtio, An ſemen ex omnibus corporis partibus procedat. quam ſententiam probl. ſect. 4. 22. propoſuerat in medium, & nunc diſcutit exactiùs. Hippocrates verò iam ante, ſemen rapere ſecum ideam omnium partium dixerat: vnde eſt ſimilitudo natorum ad parentes tum in toto. tum in partibus, de qua poſthàc. ſed cùm ideam diceret, materiam ſeminis vtique non intellexit, ſed formare, vt alibi oſtendimus. nunc autem Ariſtotelem dicentem audiamus. Semen (ait loco citato) alia apertè emittunt, de alijs incertum eſt. Omnia verò ex ſemine gigni, ſemen autem ipſum proficiſci à generantibus videtur. ſunt qui dicunt id ex toto corpore prodire. quibus autem argumentis probant, vt ſemen ex vnaquaque corporis parte ſecernatur, quatuor ferè numero ſunt. Primum vehementia voluptatis. ſecundum, quòd ex mancis manca procreentur. tertium, ſimilitudo parentum in toto & partibus. quartum, quòd ratio eſſe videtur, vt quemadmodum totius aliquid eſt, ex quo primum generetur: ſic partis quoque cuiuſque ſit ſemen aliquod proprium. His ferè rationibus quidam potiſſimùm crediderũt ſemen à toto corpore proficiſci. ſed idẽ author ſequenti cap. 18. contrariam tuetur opinionem, & quatuor poſita argumenta multis rationibus euertit, quas longum ſit percenſere. vbi & hoc inquiritur, ſemen an ſit materia & patiens, an forma & agens, an vtrumque. Sed cùm illi, quod ex toto ſecedat, ſemen eſſe fateantur: nos (ait) quod ad totum ſuapte natura faciat, ſemen eſſe fatebimur: cúmque illi colliquamentum

Semẽ maris omnes ẽ mouetur, quomodo.

Semẽ habet omnes partes potentiâ, quî.

Semen & menſtrua ſint natura ſanguinis, ambo in homine plurima præter reliqua.

Sanguis, vltimum alimentum.

Semen, eſt ſanguis, quo inter.

Semẽ diuerſum à ſanguine, quî: & quomodo cruentum.

Semen, excrementum ſanguinis, quale.

Semen in ſanguineis, plurimũ in homine.

Quòd ſemẽ omne albũ. Hiſtoria.

Seminis ſubſtantia & color, qualis.

Seminis fœcundi probatio.

Homo plurimo ſemine abũdat præcæteris, quî.

Semen qui cibi augeãt.

Seminis ſubſtantia & color, qualis intus & foris.

Cõparatio cum aqua.

Semẽ non congelat.

Spuma craſſa, vt niues.

Semen ſpumoſũ vnde, & quomodo reſoluatur.

Semen ſpiritus & aqua conſtat: ideo humidum.

Semẽ omne albet, qua de cauſa. Hiſtoria.

Seminis natura ſpumea.

Inde ἀφρο-δίτη.

Semen non congelat, cur.

An ſemen ab omnibus corp partib.

Semẽ rapit ſecũ ideam omniũ partium, quomodo.

Semẽ vnde, & quid præſtet.

Quòd ſemẽ ex omnibus corporis partibus prodeat, & rationes.

Quæſtio.

Semẽ non à toto, ſed ad totum, qui.

Semen an colliquatio.

dicant, nos excrementum potiùs esse statuimus. probatio inde repetenda est, & ex vltimo capite eiusdem libri; vbi, Non omni ex parte corporis

Quòd semẽ non à toto.

genituram prouenire statuit: neque enim distincta statim inde ex eadem parte secernerentur: neque postquàm simul ad vterum deuenissent, ibi plures fœtus distinguerentur. & se-

Semẽ, origo sanguinetũ, qualiter.

quentis lib. 2. cap. 1. Sanguinea omnia semine procreantur, videlicet ea quę per coïtum oriuntur, emissa à mare in fœminam genitura: qua ingesta, animalia constituuntur, suámque formam recipiunt. vbi mox, quo pacto ex semine generetur aut planta, aut animal. Semen porrò

Semẽ cal. & humidũ, vere abundat.

naturâ calidum & humidum esse rectè videtur statuere 5. sect. probl. 31. & sect. 4. probl. 7. & 9. & 32. ob idque vere abundare, & cap. 18. lib. 6.

Coïtus verè frequẽs, cur.

histor. animal. Sunt (inquit) animalia propensiora ad coïtum propè dixerim omnia verno tempore. & 10. probl. 26. qualitate calida & humida opus esse ad coïtum cum medicis rectè asserit: calor enim excernit, humor excernitur. Idem tamen alibi haud infrequenter semen fri-

Semen an frigidum.

gidum profitetur, licet minùs verè minúsque appositè. quia cùm de sanguine generetur, eóque calido & humido, addita insuper coctione conuenienti: congruens videtur esse, vt sanguinis sibi temperiem asciscat & retineat, quem vtique calidum humidum demonstrauimus. Hinc cap. 4. lib. 2. genera. animal. Inest calor

Semen est cõgener sanguini, cur.

Semẽ, quatenus calidũ & spissum.

in excremento seminali, tantam talémque habens motionem & actionem, quanta modicè ad quamuis corporis partem accommoderur. & cap. 1. eiusdem libri, semen coctum calidius esse & spissius intulit, idémque fœcũdius. quod

Seminis fœcundi notæ.

aquæ infusum, ima petere cap. 22. lib. 3. histor. animal. dixerat. liquidum enim diffluere, & per superiora liquoris euanescere. quod sic nomi-

Viri & fœmine degeneres, qui.

natim repetit cap. 5. l. 2. gener. anim. Gignuntur & mulieres viragines, & viri fœminares: alteris menstrua desunt, alteris semen exile frigidúmque est. Quamobrem ratione recta, experimen-

Seminis fœcundi probatio, ratióque.

to in aqua probatur fœcunditas seminis: quod enim tenue ac frigidum est, citò diffusum per summa innatat: quod fœcundum est, in imum descendit. calidum enim quod concoctum est: concoctum autem est, quod spissum crassúmque est. rursum cap. 4. l. 2. gener. anim. Semen

Seminis cocti signa, & causa.

concoctum crassius & corpulentius esse ait. & 4. probl. 13. Calor autem naturalis semen genitale concoquit: quod quanquam exiguum est, vim tamen obtinet maximam, quippe quod

Seminis cur tãta sit vis.

ex multo admodùm tamen tam exiguum constitutum sit. cap. 1. lib. 7. histor. animal. Semina infœcunda sunt, quæ tenuia: fœcunda, quæ

Semẽ quale fœcundũ & masculum, aut contrà.

grandinis speciem referunt, eadémque potiùs marem fœtificant: contrà tenuia nec globulenta, fœminam gignunt. Ideò semen infœcundum vsque ad ter septimũ annum dixit ibidem: quod tamen experientia nos docuit esse falsum.

Quoto anno homo generet & indicia.

& cap. 14. lib. 5. histor. animal. Res igitur hominí innotescit tum vocis mutatione, tum etiam testium, tum ortu mammarum & pilorum pubis. Semen autem ferre incipit circiter annos bis septem: sed vim genitalem recipit circa annos ter septem. Hinc fit vt coniuges

A dispares non generent: siquidé in coïtu, maris & fœminæ moderatione opus est, ait cap. 2. lib. 4. gener. animal. secutus Hippocratem iam antea productum. At 3. probl. 4. ebriosorum semen genitale magna ex parte infœcundum ob id esse dixit, quòd habitus corporis eorum præhumidus sit. semen autem non quòd humidum, sed quod constat crassúmque est, hoc vim obtinet procreandi. & 1. probl. 51. Semen genitale excrementi cuiusdam detractionem esse adstruit: ideo naturam præ se ferre pituitæ, & morbis qui à pituita contrahuntur, ob id libidinem immodicam prodesse, quòd multum pituitæ concubitus detrahat. quod ferè repetit

B 4. probl. 17. Hinc est fortasse, quòd ibidem problem. 13. & 25. eos qui rem agunt veneream, aut qui ætate sunt, quæ sufficiat veneri, malè olere, & hircum redolere scribit. quod de puellis alibi nominatim scripserat. Quòd autem semen, decessio sit flatus, verisimiliter dixit 4. probl. 21. & 31. & sect. 30. probl. 1. & 3. concubitus flatus copiâ agitur. cùm tamen veriùs cap. 2. l. 2. gener.

C animal. semen multùm spiritus calidi cõtinere dixisset, eóque refrigerato, humescere. vt spiritus & aquæ commune sit semen. & cap. 6. li. 1. genera. animal. semen genitale spiritu retento emitti tradit. & cap. 7. l. 7. hist. anim. Cùm semen genitale exit, spiritus antecedit, & quidem ipso exitu constat agi cum spiritu: nihil enim procul sine violentia spiritali proijci potest. idem cap. 18. lib. 1. genera. animal. semen à fructu, & excrementum à colliquamento distinguit. illa potiùs ad plantas attinent. Excrementum appello, inquit, reliquias alimenti: colliquamentum, quod ex incremento secernitur resolutione præter naturam. Veteres quidem authores opinari videntur, semen esse colliquamentum. quod enim ex toto secedere propter motus calorẽ dicunt, vim habet colliquamenti. colliqua-

D menta autem præter naturam sunt: nec quicquam secũdùm naturam oriri potest ex ijs quæ præter naturam sunt. Alimentum autem, planè res aduentitia est. Excrementum igitur esse necesse est, non autem inutilis alimenti. Ergo vtilis excrementi pars aliqua semen est. vtilissimum autem quod vltimum est, & ex quo iam vnumquodque gignitur membrum. Ita differit philosophus: ego contrarijs rationibus mihi videor effecisse, vt non sit excrementum: sed humor benignus & naturæ familiaris, è sanguine in album demutatus, in modum lactis, quod vtrumque est velut sanguen album. ne

E fortè è sanguine meraco genitus & altus homo, cruore gauderet & cædibus, ac feratum instar, præda & rapinis & carnibus crudis atq. cruentis in morem Polyphemi illius Homerici vesceretur. Denique sic concludit ibidem philosophus: Addo etiam quòd colliquatio & tabes semper morbosa est: excremẽti emissio semper vtilis est: seminis secessio in ancipiti versatur, quoniam aliquid alimenti inutilis assumit. At si colliquatio esset, semper noceret: quod non facit. Semen igitur excrementum esse alimenti vtilis atque vltimi, siue omnia semen emittunt, siue non. quibus addit cap. 19. sequenti, Constat

Coniuges quando non generent.

Semẽ ebriosorum infœcundum, quare.

Semen, excrementum pituitæ.

Coïtus pituitosi corpora, cur. N. imò quia corpus calefacit & secat.

Corpora coïre recusantia male olẽt, cur.

Semẽ flatulentum.

Seminis natura.

Semen quæ vi excernatur.

Excrementi & colliquamenti differentia.

An semen sit colliquamentum.

Quòd semẽ sit excrementũ alimẽti vtilis, & vltimi. N. negat.

Semen quid ex N.

Cur semen & lac albescant.

Quòd semẽ non sit colliquamentum.

Semẽ quid.

Colliquatio seminalis quid sit, & vnde.

Semen qui alimẽti & quo se habeat.

Cur imbecillitas sequatur coïtum.

Coïtum quos alleuet, & quos de cauſſa.

Coïtum cur ſequatur debilitas & triſtitia.

Homo ſemine abundat, cur.

Coïtus quos hilares aut cõtriſtet, & quãobrem.

Coïtus cur debilitet.

Coïtus inhibitus quibus damnoſus.

Seminis natura.

Semen quid & quotuplex.

Semen potẽtiâ quale.

Omnia fiũt ex eo quod eſt potẽtiâ tale.

Semininis, & quòd animã habeat, quomodo.

ſemen eſſe excrementum alimenti ſanguinei, quod vltimum in membra digeritur, vt antè protuli. Conſtat etiam colliquationem ſeminariam, vbi accidit, excrementum eſſe. quod vitium euenit, cùm reſoluitur in quod acceſſerit. Igne autem & calore ſemen liqueſcere rectè docuit 4. probl. 15. quod gelu concreſcere negauerat cap. vlt. lib. 3. hiſtor. animal. Verùm illud non eſt omittẽdum, cuius authorem Hippocratem antè demonſtraui. Diſſolutio & imbecillitas manifeſta, ait cap. 18. lib. 1. gener. animal. conſequitur, vbi vel minimum id ſeceſſerit, vt quaſi corpus eo fine priuetur, qui demum ab alimento afferatur. Pauci verò quidam & breui tempore per ætatem leuantur, cùm id ſecedit: videlicet vbi copia ſuperarit. Leuat etiam cùm ſecum alia trahit excrementa. non enim ſolum ſemen eſt quod exit, ſed etiam aliæ permiſtæ facultates cum eo ſecedunt, quæ inſalubres ſunt. Quamobrem nonnullis improle aliquando eſt quod emittitur, quia parum ſeminis habet. Sed enim plurimis & magna ex parte ita accidit, vt venere exoluantur debilitentúrque ob eam quam diximus cauſſam. idem 4. probl. 6. hanc debilitatem ad copiam excreti ſeminis proportione ſui corporis maximum refert: quod homo calidus & humidus ſit & 30. probl. 1. Poſt coïtum venereum animo plerique omnes ſuccumbunt, redduntúrque triſtiores. Qui tamen copiam excrementi ſuo cum ſemine effuderint, ij lætiores hilarioreſq. euadunt: quippe qui ſic excremento & flatu atque calore nimio leuentur. cæteros triſtiores demiſſioréſque ſæpe Venus reliquit, eò quòd parti neceſſariè aliquo ſubtracto refrigeraſtur: quod humoris eius paucitate qui effluxit, patet. & ſect. 4. probl. 22. Qui concumbunt, reſolui atque languere magna ex parte ſolent. an quòd ſemen omni ex parte corporis ſecretio eſt? Et tamen quia multum atque inutile excrementũ ſemini permiſcetur, inde fit vt nonnullis morbi contrahãtur, cùm nõ bene purgatio ceſſit, & alij euadunt, alij obeunt mortem, ait idem cap. 18. lib. 1. genera. anim. & ibidem lib. 2. c. 2. Semen commune eſt ſpiritus & aquæ: ſpiritus autem, aër calidus eſt. idem rurſus cap. 1. l. 1. part. anim. Principium & efficiens rei quæ gignitur, ſemen eſt: ſemen enim ipſum, generatio eſt: bifariãmque accipitur, videlicet ex quo, & cuius. nam à quo deceſſit, eius ſemen eſt: & eius, quod ex illo futurum eſt. nec niſi potentiâ eſt ſemen, id quod futurum eſt. & quidem potentiâ ſemen eſt vnumquodque membrum, quod ex illo ortum habebit. & cap. 19. lib. 2. genera. animal. Quodcumque membrorũ in corpore eſt actu, tale ſemen potentiâ eſt, aut corpulentia ſua, aut facultate ſiue virtute quam in ſeipſo continet. & ſequentis lib. 2. cap. 1. Omnia quæcumque aut natura aut arte efficiuntur, ab eo quod actu eſt, fiunt ex eo quod potentiâ tale eſt. Semen igitur tale eſt, motúmque habet & principium tale, vt motu peracto pars exiſtat quæque, eadémque ſit animata. Porrò ſemen habere animam, & eſſe potentiâ, eodem capite profitetur. & ſequenti cap. 3. Animam igitur vegetalem in

A

B

C

D

E

feminibus, conceptibus ſcilicet nondum ſeparatis habet i potentiâ ſtatuendum eſt, non actu, priùs quàm eo modo, quo conceptus qui iam ſeparantur, cibum trahant, & officio eius animæ fungantur. Principio enim hæc omnia vitam ſtirpis viuere videntur. De anima quoque ſenſuali, pari modo dicendum eſt, atque etiam de intellectuali: omnes enim potentiâ priùs haberi, quàm actu neceſſe eſt. At de anima, qua animal dicitur (eſt autem animal parte animæ ſenſuali) verùm in ſemine & conceptu inſit, an non, & vnde, ibidem inquirebat dubitans. Certè animam habere vegetalem fatetur. ſenſualem etiam, qua animal eſt, tempore procedente recipi, & rationalem qua homo, certum eſt, ait. non enim ſimul & animal ſit & homo: finis enim poſtea contingit. ſed de mente quónam tempore, & quomodo, & vbi eam recipiant quæ principium id participant, plurimùm dubitat tum ibidem, tum lib. de anima, quod pridem oſtendimus de animæ immortalitate differentes. & cap. 4. lib. 2. genera. animal. Deceſſio igitur ſeminis omnium, non aliter quàm cæterorum excrementorum fieri ſolet: fertur enim vnumquodque ſuum in locum, non vim ſpiritu inferente, non alia eiuſmodi cauſſa cogente, vt quidam à teſtibus trahi modo cucurbicularum medicinalium per vim ſpiritus opinantur. At id commune omnium eſt quæ mouere volumus, vt vires retento ſpiritu augeantur. quod idem confirmat 4. probl. 15. turſum cap. 18. lib. 1. genera. animal. Alia multum ſeminis edunt, alia parum, alia nihil omnino, ſdque non præ imbecillitate, ſed quia in corpus abſumitur, vti dictum eſt. & ſequentis lib. 2. cap. 4. Cùm ſemen de mare acceſſit in fœminæ vterum, partem puriſſimam excrementi conſtituit. plurimum enim in menſtruis quoque humoris inutilis continetur, vt in maris genitura, quod humidiſſimum eſt, tum eadem emiſſione, tum in diuerſis: Prior enim emiſſio minùs fœcunda, quàm poſterior eſt: minùs enim caloris animalis continet, propter cruditatem. at verò quod concoctum eſt, craſſum & corpulentius eſt. & ibidem cap. 4. lib. 4. Semen maris ſiue ad materiam confert, ſe adhibens partem conceptus, & miſcens cum ſemine fœminæ, ſiue non eo modo, ſed vt nos cenſemus, cogit condítque materiam contentam in vtero, fœminaléque fœminæ excrementum, vt ſuccus (imò coagulum) lactis humorem ſpiſſat, cur tandem non vnum efficit animal incrementi maioris? vbi mox de cauſſa plurium fœtuum, de qua pòſt. idem cap. 14. lib. 5. hiſtor. animal. Nouellorum autem in omnibus animalium generibus prima emiſſio ſeminis aut infœcunda eſt, aut ſi fœcunda ſit, imbecilliora tamen generat & pauciora. Sectio 4. probl. tota de rebus venereis pertractat, tibi legenda per otium: in qua, quorundam problematum alia certam & veram ſolutionem habent, alia vix veriſimilem: quæ nunc ſingula non vacat expendere. Eiuſdem generis eſt illa quæſtio de ſemine, num per arteriam feratur, & an compreſſione id quadam fiat, & dum emittitur ſolum, vt ſcribitur lib. de

Embryo vitam ſtirpis vivit.

Anima triplex, vegetalis, ſenſualis, intellectualis quando in homine.

Animal ab anima.

Non ſimul ſit homo & animal.

Dubium, Ariſt. diſſerunt mens & anima.

Seminis excretio quò fiat, & attractio.

Vires vitæ ſpiritu augentur.

Semen cur nõ emittũt.

Seminis virilis actio in vtero.

Seminis emiſſio quæ fœcundior, aut fœcis, & ratio.

N. Gal. aliter.

Seminis virilis vis & actio.

à ſimili.

Iuuenilia cur ferè infœcunda.

N. iudicium de probl. Ariſt.

Quæſtiones.

Seminis ejaculatio quò fiat.

Dubium.

Adulteria prohibet philosophus, & medici.

Senum & iuuenũ fœtus inualidi.

Quo tempore viget intellectus.

Quo ætate venus prætermittẽda.

Vir cum vxore quo modo coïre debeat, & quæ cautiones.

Vir quomodo se gerat cum vxore.

spiritu. cùm illud veriùs alibi docuerit, seminis profusionem eiectionémque in coïtu, à spiritu impellente fieri, vt antè citauimus. Vtrùm autẽ fœmina semen emittat, tum alibi attigimus, tum pòst problemate speciali inquitemus, & fortassis alia non iniucunda scitu eôdem pertinentia. Sed hoc cum quadam pietate coniunctum videtur esse, quod præcipit 7. politic. c. 16. Coïtus omnis alterius quàm coniugis, penitus sit interdictus: quandoquidem sit & appelletur coniux. Quòd siquis deprehendatur contrà facere per tempus procreationis, dignam pro delicto pœnã reportet. vbi paulò antè, Seniorum fœtus, quemadmodum iuniorum, imperfecti sunt & corporibus & intellectibus. senescentium quoque fœtus sunt inualidi. Quapropter illud maximè tempus probandum est, in quo maximè intelligentia viget in nobis. id autem esset in plurimis circiter annum quinquagesimum, vt poëtarum quidam dixerunt, septenario numero ætatem dimetientes. Itaque qui quatuor aut quinque annis hanc ætatem excesserint, derelinquere debent in aperto procreandi studium, ac de cætero, vel sanitatis, vel alterius huiusmodi caussâ concubitum facere videri. sed ad ethica reuertor: hæc enim video iam antè citasse. idẽ verò cap. 2. œconomici 2. Appropinquandum vxori, ait, cum magna temperantia atq. modestia: sitque pudor in verbis, in operibus verò fas atque honestas, in conuersatione fides & moderatio. Parua quidem peccata etsi voluntaria fuerint, ignoscendo: siquid verò per ignorantiam deliquerit, commonefaciendo. Nec metum incutiat sine verecundia & pudore: hæc enim meretrices ad mœchos pati decet. at verò cum verecundia & pudore iusta diligere & timere, id ingenuæ est mulieris erga proprium virum. & quæ ibidem plurima de iure connubiali, & viri ac mulieris mutuo officio differit alibi à me producta, aut saltem indicata. namque ex Arist. nunc quidem plus satis.

EX CICERONE.

M. Tullius 2. de natu. deor. ita multò breuiùs suam extulit sententiam. Quid loquar, quanta ratio in bestijs ad perpetuam conseruationem earum generis appareat? Nam primùm aliæ mares, aliæ fœminæ sunt: quod perpetuitatis caussa machinata natura est. Deinde partes corporis & ad procreandum, & ad concipiendum aptissimæ, & in mari & in fœmina commiscendorum corporum miræ libidines. Cùm autem in locis semen insedit, rapit omnem ferè cibum ad sese, eóque septum fingit animal, eo quo antehàc explicuimus modo. & eodem lib. iam antè; Seminis vim esse tantam scribit, vt id quanquam sit perexiguum, tamen si inciderit in concipientem comprehendentémque naturam, nactúmque sit materiam qua ali augerique possit, ita fingat & efficiat in suo quidq. genere, partim vt tantummodò per stirpes alantur suas, partim vt moueri etiam & sentire & appetere possint, & ex sese similia sui gignere. hæc Tullius.

Animalia perpetuato qui fiat.

Voluptatis efficax in coïtu quorsum.

Seminis vis, & vis, & efficacitas.

EX PLINIO ET LACTANTIO.

PLINIVS nihil admodùm scripsit huic instituto affine. Lactantius autem & multò plura & floridiora duobus diuersis operibus: quæ quia iam antè in historia partiũ solidarum delibaui, nunc obiter refricabo. Libro igitur de opificio Dei cap. 12. sic ait; Ipsum semen quidam putant ex medullis tantùm, quidam ex omni corpore ad venam genitalem confluere, ibique concrescere. Sed hoc humana mens quomodo fiat, non potest comprehendere. cætera indidem aliàs. idem cap. 23. lib. 6. de vero cultu sic ait; Venio nunc ad eam quæ percipitur ex tactu, voluptatem: qui sensus est quidem totius corporis. sed de sola libidine nunc mihi dicendum puto, quæ maximè coërcenda est, quia maximè nocet. Cùm excogitasset Deus duorum sexuum rationem, attribuit ijs vt se inuicem appeterent, & coniunctione gauderent. Itaque ardentissimam cupiditatem cunctorum animantium corporibus admisceuit, vt in hos affectus auidissimè ruerent: eáque ratione propagari & multiplicari genera possent. Quæ cupiditas & appetentia in homine, vehementior & acrior inuenitur: vel quia hominum multitudinem voluit esse maiorem: vel quoniam virtutem soli homini dedit, vt esset laus & gloria in coërcendis voluptatibus, & abstinentia sui. Oportet ergo sibi quemque proponere, duorum sexuum coniunctionem generandi caussâ datam esse viuentibus: eámque legem his affectibus positam, vt successionem parent. Sicut autem dedit nobis oculos Deus, non vt spectemus, voluptatémque capiamus, sed vt videamus propter eos actus, qui pertinent ad vitæ necessitatem. ita genitalem corporis partem (quod noméipsum docet) nulla alia caussa, nisi efficiendæ sobolis accepimus. huic diuinæ summa deuotione parendum est. & quæ itidem præclara multa in eandem sententiam enuntiantur.

Semina ex rigo, unde.

Tactus natura & efficacia.

Coïtus cauſſa & effectus duplex.

Homo mire pra cæteris libidine incẽdetur, quæ de cauſſa.

Oculorũ & partium genitalium vſus, à ſimili.

EX AVICENNA.

AVICENNAS, quem appellare aliàs non assueui, quia de semine visus est post Aristotelem & Galenũ idonea dicere, ideo nunc mihi obiter appellabitur ex lib. 3. fen. 20. tract. 1. c. 3. Sperma, est superfluitas digestionis quartæ, quę fit, cùm dispertitur cibus in membris, resudandoà venis, tertia digestione iam expleta. & est de summa humiditatis proximæ tempori coagulationis, ex qua nutriuntur membra radicalia, vtpotè venæ & arteriæ & similia illis. & quandoque reperitur de ea plurimum sparsum in venis, ad quod iam præcessit digestio quarta, & remansit vt nutriantur ipso venæ. aut peruenit ad membra homogenea, & nutriuntur cum ea, præter quod necessaria sit magna alteratio illius: & propter illud prouenit sperma ex eo ad ipsos. Et apud Gal. quidem & medicos, masculo & fœminæ simul sunt duo semina, de quibus ambobus dicitur nomẽ spermatis, non communitate nominis tantùm, sed vniuocè. Et in vnoquoque duorum seminum est virtus formandi & virtus recipiendi formam simul. verùm

Sperma, quid, & vnde.

Semen alit venas, & partes ſpermaticas.

Seminis vis & efficacitas, & differentia.

verùm ſemen maſculinum eſt fortius in virtute, à qua eſt inceptio formationis iuſſu Dei. Et ſemen fœmininum eſt plurimum in virtute, à qua eſt principium recipiendi formam. Et ſperma quidem maſculi expellitur prope materiam etiam. quare deglutit ipſum os matricis attractione vehementi. Et ſperma quidem mulieris expellitur ab interiori matricis ex vaſis & venis ad locum conceptionis. Sapientum verò philoſophorum cùm intentio comprehenditur, eſt concluſio, quòd in ſpermate maſculi eſt principium formationis: & quòd in ſpermate fœminæ eſt principium recipiendi formam in re propria ipſius. Virtus enim formatiua in ſpermate maſculi intendit in formando ad ſimilitudinem eius à quo ſeparatum eſt: niſi ſit aliquid quod impediat & prohibeat. Et virtus informatiua in ſpermate mulieris intendit in recipiendo formam, ad hoc quòd recipiat eam ſecundùm ſimilitudinem eius à quo ſeparatum eſt. Et nomen quidem ſpermatis cùm de eis duobus dicitur, eſt per communitatem nominis, vt componatur intentio aggregans rem diſtinctam in intentione. Nam in intentione, qua nominatur expulſio viri ſpermatica, non nominatur expulſio fœminæ ſpermatica. & verè quidem: nam ſperma viri eſt calidum, digeſtum, ſpiſſum. & ſperma fœminæ, eſt genus ſanguinis menſtrui digeſtum parumper, & conuerſum parum. & non elongatur à ſanguineitate elongatione ſpermatis viri. Et propter hoc, aſſimilauerunt ipſum philoſophi antecedentes, menſtruo: & dixerunt, quòd ſperma maſculi quando permiſcetur, operatur cum virtute. & non eſt corpulentiæ eius plurimus introitus in fortificando vel generando corpulentiam corporis infantis. Illud enim eſt ſpermatis mulieris, & ſanguinis menſtrui. imò plurimum ſtudij ſui vel intentionis eius eſt in corpulentia ſpiritus infantis: & non eſt niſi ſicut coagulum agens in lacte. Sperma autem mulieris, eſt fundamentum corpulentiæ corporis infantis. Et vnumquodque amborum exuberare facit, quod generat ſanguinem calidum & humidum & ſpirituoſum. & quæ ſequuntur ex interpretatione barbara, velut vaſe acido aut putido trãsfuſa & percolata. vbi mox de coïtus commodis damniſque, & horis eiuſdem, & alijs eôdem pertinentibus: & deinceps ſequenti fen 21. tract. 1. de mulieribus copioſiſſimè. quæ quia totos libros complectuntur, ideo nunc prætermittuntur, legenda medicis ſuo quæque tempore. Veneris commoda damnáque iam antè percurri 2. parte lib. 7. ex Paulo cap. 15. lib. 1. & Oribaſ. lib. 1. & Aëtio & Rufo & Celſo lib. 1. Itaque ad Galenum tranſire paro. Poſtquàm nonnulla aliunde inſeruero.

Semen quid recipiat vterus. M. ex Ariſt. falſum.

Seminis mares & fœminæ vis, & efficacia.

Seminis appellatio æquiuoca, & differentia maſculi à fœminæ.

Vſus & diſcrepantia ſeminis vtriuſque, ex Ariſt.

à ſimili.

Semen quæ ſignent.

EX CENSORINO.

CENSORINVS lib. de die natali cap. 4. Semen vnde exeat, inter ſapientiæ profeſſores non conſtat. Parmenides enim tum ex dextris, tum læuis partibus oriri putauit. Hipponi verò Metapontino, ſiue vt Ariſtoxenus author eſt, Samio, ex medullis profluere ſemen videtur. idque eo probari; quòd poſt emiſſionem, pecudum ſiquis mares perimat, medullas vtpotè exhauſtas (non) reperiat. Sed hanc opinionem nonnulli refellunt, vt Anaxagoras, Democritus & Alcmæon Crotoniates. hi enim poſt Græcam contẽtionem, non medullis modò, verùm & adipe multáque carne mares exhauriri reſpondent. Sed quia de philoſophis cœpi meminiſſe, pergo eorum de ſemine ſententias exponere. Extat inter Galeni opera liber inſcriptus de hiſtoria philoſophica, quem ſæpe ſub nomine Plutarchi citaui de placitis philoſophorum (eſt enim prorſus idem liber) in quo de ſemine ſic inquirit cap. 108.

Semen vnde ſit, & argumentum.

EX PLVTARCHO.

ARISTOTELES excrementum vltimi alimenti ſemen definiuit, quod in ſe vim conficiendi tale aliquid continet, quale eſt id à quo proiectum eſt. Pythagoras optimi ſanguinis ſpumam, ſemen aſſerit: vel nutrimenti partem quandam ſuperabundantem, qualis & medulla & ſanguis eſt. Alcmæon cerebri particulam. Plato ſpinalis medullæ profluuium. Epicurus corporis & animæ modicum quiddam auulſum. Democritus ab omnibus præcipuis corporis partibus ſemen deriuari credit, vt oſſibus, carne, venis & ibidem capite ſequenti 109. an ſemen, corpus ſit, inquirit fortè nimiùm pueriliter & otiosè.

Semen quid ſit, & vnde ſit.

EX GALENO.

NVNC verò tempus eſt ad Galenum accedendi, qui vnus longè plurima vtiliſſimáque fœcundo ſinu proferet. cuius de longiſſimis ſermonibus, & Aſiaticis excurſibus, quædam nobis excerpenda ſcitu digniſſima. Extant apud eum lib. 2. de ſemine, quos totos euoluere debet, quiſquis rei medicæ ſtudio tenetur: de quibus tamen mox videro: namque priùs ſuſpectos eius libros breuiter excutio. quos inter, legitur nothus quidam libellus de ſpermate inſcriptus, non omnino indignus qui legatur, ex quo iſta tibi ſelegi.

Sperma hominis deſcendit ex omni corporis humore, qui fit ex ſubtiliori natura quatuor humorum. Hoc autem ſperma habet neruos & venas proprias attrahentes ſe à toto corpore ad teſticulos. qui nerui & venæ ex frications calefactione viri & mulieris emittunt illud: ſicut ex colliſione ferri & petræ elicitur ignis. Et hi nerui & venæ diuerſi ſunt à neruis & venis vrinæ: vrina enim ſuos proprios meatus habet, & iſtud ſuos. Sperma viri fortius eſt & calidius muliebri: muliebre verò, nutrimentum eſt ſpermatis virilis. Secundùm igitur naturam ſpermatis, vt ex ſubtiliori natura quatuor humorum procreati, in coëundo emittitur completum & animatum: ac tunc ſpermati muliebri aſſociatum recipitur cum quodam ſpiritu in matrice, & ibi impingueſcit ex matricis calore & fomento, ſpiritu per arterias ſubtiles attracto, eóque multiplici: à quo ſperma vertitur in naturam car-

Sperma vnde origo, & ductus, & excretio.

à ſimili.

Spermatis virilis & muliebris cõparatio, & vſus.

Semẽ quomodo animatur.

nalem, per matricis calorem: quæ mox ſuſcipit figuram hominis per calorem naturæ, eo quo tum hic dicitur, tum antea explicauimus modo. necnon in hiſtoria muliebriũ, multa huc pertinentia produximus ex cap. 19. libri de anatomia viuorum, tibi repetenda indidem. Porrò author finitionum medicinalium de ſemine ſic ratiocinatur; Semen, vt Plato ac Dioclesautumant, ex cerebro & dorſi medulla excernitur. vt autem Praxagoras atque Democritus, præterea & Hippocrates cenſent, ex toto corpore. Democritus quidem ait, Homines vnus erit, & homo omnes. Hippocrates verò, Genitura (inquit) vndique à corpore demanat, à ſanis ſana, à morboſis morboſa. Semen eſt ſecundùm Stoïcos, quod cum ſpiritu & anima, ſed veluti non pars ab animali dimittitur. Vt autem opinio fert Aſclepiadis, genituus humor, qui in venereis congreſſibus excernitur. Illud quæſtione exagitatum eſt, vtrùm fœmina perinde ac mas ſemen depromat. etenim eadẽ veneris libidine vexatur fœmina, ijſdémque obnoxia eſt morbis ac planè ex coniectione, ſeminarijs meatibus prædita eſſe oſtenditur. maximum quoque id conferendi ſeminis teſtimonium eſt, quòd ſimiles matribus procreentur liberi. conferri autem ipſum teſtatur Hipp. lib. de natura fœtus aliàs citato. Differt à genitura ſemen, quòd hoc in ſeminarijs meatibus ſit. quidam verò quod iam eſt excretum, id eſſe ſemen volunt: genituram autem, ſemen nondum concoctum. At nos, vt Aſclepiades dicit, ſemen quoque in ijs eſſe, qui generare non adhuc poſſunt, definimus. ſed venio iam ad genuinos Galeni libros.

Seminis ſeaturigo quæ.

Homo vnus omnes homines.

Semẽ quid ſit.

Dubium.

Quòd mulier ſemen profundat, argumenta. N. de his poſtea.

Seminis & genituræ differentia.

Quid genitura ſit Hippocrati, Galenus ita diſſerit lib. 1. de ſemine cap. 9. Primum illud quod vel in abortu, vel in diſſectione, ſeminis ſpecies adhuc apparet. quo tempore admirabilis in omnibus Hippocrates, animalis conſtitutionem, nondum fœtum appellat, ſed genituram: quod hiſtoria pſaltriæ confirmat olim à me citata. vbi mox de reliquis tribus temporibus embryonis in vtero formati, & totidem diſtrictis nominibus, fœtus ſeu embryonis, ramificationis & infantis. verùm ſatius eſt librum totum breuiter excutere. Quiſnam eſt, ait, vſus & quæ vis ſeminis? nunquid duorum principiorum, materialis & effectiui (vt Hipp. exiſtimabat) rationem ſubit? an alterius tantùm effectiui, vt Ariſt. opinio eſt? qui licet principium motionis menſtruo ab ipſo inferri arbitraretur: non tamen formari animal ex ipſo concedebat. Idem ſemen viri in ſpiritum reſolui & vaneſcere, aut foràs excerni cenſuit, de quo inter Ariſtotelicas *problemata*. Galenus planè in vtero muliebri ſemen viri remanere aſſeuerat, & experientia doctus, & aliorum obſeruatione, & mulierum relatu: & Ariſt. improbat ſententiam. Semen autem in vtero retentum, membrana intra triduum obduci, donec in fœtum coaleſcat. quod citata illa hiſtoria Hippocratica pſaltriæ confirmat. quo autem modo membrana fiat in vtero de ſemine, ibidem mox exponit, & nos pridem extulimus, vbi de fœtus formatione ageremus. & cap. 7. ſubiungit: Vbi in vuluæ fundum incidit ſemen, neque ipſam totam poteſt aſpergere, vtpote quæ proceſſus, quaſi cornua quædam vtrinque habeat, hanc partem altero, hoc eſt fœmineo ſemine ſubleuit natura. In hæc enim cornua vnum ex vtraque parte ſeminarium vas committitur ex fœminæ teſtibus procedens. Cùm igitur ſub idem tempus vnà cum mare fœmina ſemen emittit, per vtraque hæc cornua eiaculatum ſemen fertur in mediam vuluæ cauitatem, ſimúlque & humectat vias, & ad ſemen vſque viri peruenit, cum eóque miſcetur. atque ita fit, vt vtraque hæc ſemina inter ſe membranulis copulentur: quas ſcilicet fœmineum propria ſua progreſſione tunc effecit ſemen. vt totum genituram complexum, hunc vſum fœtui exhiberet, virilíque eſſet alimentũ: tenuius enim ipſo cùm ſit, & frigidius, accommodatius ad alimentum præſtandum, quàm quippiam aliud eſt. vbi mox de membranarum & fœtus formatione alibi à nobis expoſita. & cap. 10. Fœmineum ſemen multò minoris eſt quantitatis, quàm maris. & cap. 11. & 16. Omnia quæ carneam ſpeciem præ ſe ferunt, è ſanguine conſtiterunt: quæ membranea ſunt, à ſemine fuerunt producta. quæ ſingula ibidem enumerat, & componit. quo autem modo ſemen generetur, cap. 12. ſequenti explicat luculenter: ſed locum inſignem reſeruo in ſequens proximum problema, multò commodiùs & accommodatiùs vſurpandum. Hoc tamen licet alibi vſurpatum, non poſſum nunc præterire, ex cap. 16. eiuſdem libri; Nihil mirandum eſt, ſi ij qui immoderatiùs coïtu vtuntur, imbecilliores euadunt, cùm & vniuerſum corpus ſanguinis & ſpiritus puriſſima parte fraudetur: & accedat etiam voluptas, quæ vel ſola idonea eſt ad virales vires diſſoluendas: vt nonnulli iam nimia voluptate affecti interierint. Quã quæſtionem antea ex Hipp. & Ariſt. produxi: qui haud ſcio an Galeno ſatisfecerint, Quid ſit (dicenti) cur maximè diſſolutum corpus reddat coïtus, multa multi reſpondent, quæ falſa omnia ſunt: iccirco quia principia prima ignorarunt, quæ hoc neceſſariò conſequitur. quæ tamen verba fortè in neutrum horum, ſed in alios contorſit. lib. autem 2. de ſemine, hoc velut conceſſum aſſumit, Ex menſtruo & ſemine vtriuſque parentis animal generari. Neque verò ſemen, facultas tantùm eſt, ſed materia etiam quædam: neque menſtruum, materia ſolummodò, ſed etiam facultas. Semen autem definit nihil aliud eſſe, quàm ſanguinem à venis quæ ipſum continent, exquiſitè confectum. quod quomodo fiat, paulò pòſt viderimus. Et tamen libro ſuperiore cap. 5. talem mutationem videbatur inficiari, cùm diceret; Hæc igitur, ô egregie vir, videtúrne tibi è ſanguine, an è ſemine formaſſe natura? contrà Ariſt. de neruis, venis, arterijs differens. Quòd è ſanguine ipſo perindè ac carnes, non efficiantur, perſpicuum eſt. non enim eſt albus, neque lentus, neque adeo craſſus ſanguinis ſuccus, vt ſi & intendatur, & fiſtulæ in modum

Seminis vtriuſque cõfuſio in vtero, & opera.

Vaſa ſeminalia ſeminæ, vbi.

Seminis vtriuſque vſus, & differentia.

Quæſtiones vel ſanguinem conſicit.

Coïtus cur debilitet.

Voluptas perimit.

Animalis generatio, vnde: & ſeminis ac menſtrui vſus.

Semẽ quid.

Gal. purgãtia ſcribit.

Vena, arteria, nerui, nõ conſtant ſanguine. N. nempe primùm.

Genituræ quid.

4. tempora & nomina embryonis.

Seminis vis & vſus.

Ariſt. de ſemine error.

Semen in vtero quomodo coaleſcat.

proferetur, poſſit in ſua continuitate perſeuerare. Quòd ſi mutari ipſum à natura dicas, nunquid è rubro in album, è tenui in craſſum, è liquido in lentum? At hoc modo inſitorum motuum, quos tu ſemper illi adſcribendos teſtaris, oblita eſſet natura: fruſtráque in hoc laboraret, cùm ſanguinem talem efficere conetur, quale à principio ſemen ipſum habebat. Nihil tamen fruſtrà operari naturam ex tua diſciplina habemus. Quo tamen modo ſemen è ſanguine fiat, poſtmodò aperietur. ſed cap.4. lib.2. fœmineum ſemen humidius frigidiúſque virili facit, & quaſi quoddam alimentum virili ſemini craſſioti & calidiori accommodatum. Fieri enim non poterat, vt fœminæ & ſanguineum excrementum, & ſemen fœcundum habeant. ex temperatura enim earum frigida efficitur, vt excrementitium illum ſanguinem colligant. ad ſeminis verò exactè concocti generationem, valido calore opus eſt: vt humidior fœmina & frigidior, calidior & ſiccior mas appareat. Non immeritò igitur illa in exactè conficiendo ſemine deficit: hic ſanguineum excrementum, quippe quod totum à caliditate & ſiccitate conſumptum exhalet, nullum habet. At fœmina excrementis non abundabit, niſi multò & frigidior & humidior temperatura ſit. Sed ſi ita fuerit, ſemen neque ita copioſum vt opus eſt, neque lentum, neque calidum, neque craſſum, atque iccírco neque fœcúdum gignet. ideo nihil per ſe generabit. Et profectò difficillimum eſt, ac fortaſſe nullo modo eſſe poteſt, vt animal aliquod in ſe integrũ fœtum ſine maris coïtu concipiat: multo enim tempore ali fœtus debet in corpore. cap.5. Inter nos (inquit) & Ariſtotelem & Athenæum conſtat, ſemen ex ſanguinis concoctione, non ex omniũ animalis partium colliquatione gigni: idq. ſimilare eſſe. Fieri tamen poteſt, vt ſemen quanuis ſimilarem naturam habeat, eiuſmodi tamẽ ſit, vt omnia ex omnibus eius partibus animalis membra fabricari queant. In eo tamen differẽtia eſt, quòd illa ſeminis pars quæ primò excidit, craſſior, quæ ſecunda vel tertia eiaculatione emittitur, tenuior & frigidior & imbecillior eſt, ſubſtantiéque inſiti caloris minùs particeps. quemadmodum è contrario quę primò exit, viribus, calore & ſpiritu longè præcellit. cui ſcilicet contrarijs qualitatibus præditum eſſe conuenit, quod ſecunda vel tertia vel quarta emiſſione profunditur. vnde ſimilitudo parentum ad liberos, de qua alibi: nam nunc quidem ſatis multa ex vtroque libro de ſemine video cõpilaſſe, reliqua longè commodiore loco inferturus. Hipp. autem ſub finẽ libri de natura pueri; In muliere & in viro & in omni animali, in ſingulis & debilior & fortior genitura ineſt: & nõ ſemel ac ſimul genitura procedit, ſed & bis & ter ebullit ac eiaculatur. Idem verò Gal.lib.7. plac. Hipp. & Plat. ſeminis generationem ſic explicat; Natura & ſemen & lac cùm velit exactè conficere, diuturnam illis in inſtrumentis concoctionis moram machinata eſt: atque iccirco ſemini teſtibus annexum anfractum, lacti, vaſorum ad mammas tendentium longinquitatem præparauit. item

Natura nil fauit fruſtrà

Semini vtriuſque cõparatio & vſus.

Maris & fœminæ temperamẽta.

Fœminei temperamenti cõmoda.

Nullum animal per ſe gignit.

N. protoli lib. animant. xaj ἀμάθειας.

Semen ex coctione, nõ colliquatione.

Semẽ ſimilare, & tamen diſpar, quõ.

N. Ariſt. alterſuprà

Genitura eſt diſſimilaris, quõ.

Seminis & lacti generatio quõ fiat, & vbi.

A lib.14. de vſu part. cap.10. Cauſſa generationis feminis hæc eſt. Vena & ſubiecta illi arteria, vtraque flexus multos numero æquales facit, inſtar capreolorum quorũdam variè implexorum: quo implexu, ſanguis & ſpiritus qui ad teſtes feruntur, diutiſſimè cõquuntur: claréque cernas humorẽ, qui in primis flexibus habetur, adhuc ſanguineũ, in ſequentibus deinceps magis magíſque albeſcere, quoad in omnium poſtremis, totus albus omnino fuerit redditus: qui flexus poſtremi in teſtes terminantur. iterum lib.16. cap.10. Lac & ſemen ex ſanguine exactè cocto generantur: coctionis autem perfectionem tempus moræ ac conſuetudinis cum vaſe B ferente ipſis tribuit. mora enim ex neceſſitate accidit in longioribus: longiora verò ſemper ſunt, quæ à longinquo veniunt. Conuenienter igitur teſticulis ac mammis natura non à propinquis vaſis, ſed longiſſimo internallo ſanguinem ac ſpiritum adducit. Atqui ſi ſemen ipſum confici exactiùs oportebat, ſola interualli longitudo ipſi nõ ſufficiebat, quomodo lacti. alioqui natura fuiſſet iniuſta, ſi inæqualibus ac diſſimilibus rebus æqualia ac ſimilia omnino tribuiſſet. Ob eam igitur cauſſam non à lõginquo modò venas & arterias ad teſticulos, vt ad mãmas deduxit: ſed præterea multipliciter eas C priùs quàm inſerat, inuoluit, diuturnam (opinor) ex eo cum vaſe ferente conſuetudinem ipſi materiæ comparans. vaſorum autem hiſtoriam pridem ſuo loco explicuimus: ac de muliebribus per analogiam virilium idem lib.14. de vſu part. cap.11. ſic verò ad finem cõment.1. in prognoſt. Proditum eſt lib. de ſemine, vt in conceptaculorum tuniculis, de quibus aluntur teſtes, ſæpe appareat liquidò commutatus iam ſanguis ad ſeminis creationem. non enim conuenit ipſas conceptaculorum tunicolas ab alio quopiam nutriri. Atque appellant huiuſmodi humiditatem nonnulli medici genitale virus: D &ob eam rem, ſemen ipſum, genitale virus nominatur: ſed potiſſimũ ij qui vim eius dictitarant, ſemen non ſubſtantiam corpulentam. & paulò pòſt ſemen puri comparans, ſubiungit: Semen à natura ducitur in ſolidiorum corporum colorem exquiſita ratione: modicè pus. ſiquidem ſemen nihil habet præter naturã permiſtum. vbi mox de pure & hypoſtaſi alibi à me citata. & lib.2. facult. natural. Quod ſemen priùs erat, id cumprimùm & gignit & formatanimal, natura quædam fit. Tanquam enim Phidias antè habuit facultatem artis, quàm materiam attigit, vſus autem ipſis eſt in materia (omnis enim facultas, ſi competens deſit materia, otioſa eſt) ita maris ſemẽ facultates quidem in ſeipſo poſſedit: actionem verò non didicit à materia, ſed circa hanc obiuit. Iam ſi copioſo ſemen obruatur ſanguine corrumpetur: ſin ſanguinem omnino deſideret, cùm otioſum ſit, natura eſſe non poterit. Itaque quò nec corrumpatur, & natura pro ſemine fiat, exiguum illi ſanguinis affluat neceſſe eſt. imò verò id exiguum dicendum non eſt, ſed quod ſeminis modo ſit iuſtum. Semen verò velut artifex (non tamen quod rationem intellectúmve habeat)

Vaſa ſeminalia, quæ.

Semẽ quomodo demonſtetur.

Lactis & ſeminis generatio, & vaſa.

Vaſorũ ſeminalium fabrica, & ratio.

Seminis generatio cui quo.

Semẽ quid.

Seminis & puris cõparatio, & diſſimilitudo.

Seminis efficientia vſque. à ſimili.

Seminis & mẽſtrui portio.

Seminis artificium, & menſtrui. à ſimili.

Phidiæ ad portionem reſpondet: ſanguis verò, curæ rationem habet. & initio lib.1. de ſanitate tuenda, Sanguis ſeménq. genitale, generationis noſtræ primordia ſunt: ille, ceu materies quædam apta conſtat, & opifici ad quiduis ſequax: hoc, opificis rationem obtinet. In ſemine plus eſt igneæ ſubſtãtiæ atq. aëreæ: in ſanguine aquæ terræque. quanquam præpollet in hoc quoque & calidum frigido, & humidũ ſicco. At ſemẽ ſanguine ſiccius quidẽ eſt: cęterùm ipſum quoque humidũ ſinxiléque eſt. atque ita nobis vtrinque ex humida ſubſtantia genituræ origo proficiſcitur. idem initio lib.2. de temperam. Prima hominis cõſtitutio ex ſemine & ſanguine eſt, quæ humidæ & calidæ res ſunt. Quanquã Fernelius acutè c.5. l.2. phyſiolog. Semen genitale, & maternus ſanguis, principia ſtatuẽtur non quæ componunt, ſed quæ corpus efficiunt. hic enim ceu materies quædam eſt: illud vt cauſſa efficiens, quod nimirũ omnis generis partes conformat. Hæc eſſe corporis elementa falsò quis affirmet, cùm id minimè conſtituant, nec in eo præterea ſeruentur: eius verò cauſſæ ſunt & principia. ſed de iſto quidẽ poſtea. Idem porrò Galenus lib. 14. & 15. de vſu partium, multa in hanc ſententiam ſcribit, ex quo ad partium genitalium cõſtructionem multa pridem retulimus: pauca iſta de plurimis ſelegimus. Sperma in fœminis parcius ac frigidius humidiúſque: hæc enim ſequũtur caloris penuriam. ſemen autẽ quod in maribus generatur, cùm ſit ſummè coctum, principiũ eſt animalis effectiuum. Noli tamen putare ſemen alia quadã ratione ad maris, alia ad fœminæ procreationem moueri: eo enim modo principiũ animalis non eſſet ſimplex ac vnicum, ſi motus haberet omni ratione ſibi pugnantes. verùm fœmina in motu eſt imperfectior, mas verò perfectior, motus principiũ cõfert: cuius inæqualitatis ratio à calido frigidóque pendet. Cùm autẽ fœmina ſolo ſemine in ſeipſam emiſſo concipere nequeat, omnino ſemen maris flagitat: cum quo miſceatur neceſſe eſt, atque ita vtrũque ſemen in vnum morum cõſpiret, in vnius animalis procreationẽ. & paulò pòſt, Ipſum ſemen ſpirituoſũ eſt ac ſpumoſum: vt ſi extrà effuſum aliquãdo fuerit, paulò pòſt diminutius multò appareat, quàm cùm initio exciderat, deſiccetúrq. citiſſimè præ viſcoſitate: neque quemadmodum mucus & pituita diutiſſimè perdurant, neque ſiccãtur, molémq. æqualem ſeruant: tenuis enim & aquoſa ac cruda horum, craſſa autẽ & viſcoſa & ſpiritu vitali plena ipſius ſeminis eſt humiditas. Quando igitur in proprium locum inciderit, principium fit animalis generationis: cùm autem in alienum, expirat quidem ex ipſa humiditate repentè ſpiritus, relinquitur autem viſcoſa humiditas, quæ in ſeipſam cõſidet. Quid autẽ mirum eſt, ſi cùm tunicæ vaſorũ ſint albæ, ſanguinem in formam ſibi ipſis ſimilẽ immutent? At fortè quæret aliquis, cur in nullo alio vaſe id accidere cernatur? Cui promptum eſt reſpondere, quòd in nullo vaſe ſanguis ita diu moratur. Quare nihil mirandum eſt, ſi in prædictis flexibus ſanguine velut ſtagnante, ſuccus ſpermaticus concrescat eo quem nuper expoſuimus modo. & ibidem, Semen maris, principium ſeu originem membranarum ac vaſorum omnium eſſe dixit Hipp. ipſum enim ampliùs coquitur, atq. initio ſtatim ex fœminæ ſemine nutritur: tanquam id natura familiare magis ſit, quã ſanguis: & omne quod nutritur, à ſimilibus augeri facilius poſſit. Sunt autẽ inter ſe ſpecie ſimillima, ſemen quod in teſtibus fœminarum continetur, & humor qui in glanduloſis corporibus marium eſt: cùm & robur & calor maſculorum, detentum in his partibus humorem ita concoquat, vt nihil ei ad fœminarum ſemen deſit. & ſiqua ſunt ibidem præterea inter partium genitalium conſtructionem de ſemine obiter inſperſa. idem cõment. ad aph. 48. lib. 5. Semen muliebre ex proprijs teſticulis per vtrumque corniculum, partim in dextrum vteri ſinum, partim in ſiniſtrum, diſſimile tamen profunditur. ſeroſior autẽ eſt atque frigidior genitura, quæ in ſiniſtro teſticulo continetur: & iuxta hoc, conceptus in læua parte vteri ſtatim initio cõſtitutus, non abſque ratione eſt frigidior. & comment. 3. in 6. epidem. 11. Democritus inquit, Homo ex homine in coitibus gignitur. Quinetiam multum prurimum ac morſum ob ſeminis ſalſuginem atque acrimoniam patiuntur. vbi plura ad Ariſt. probl. cur melancholici libidinoſi, & flatuléti. vbi ſemen, ſpiritus excretio perhibetur. idem ad aph. 14. l.1. Subſtãtia innati caloris aërea eſt & aquea, ſicuti ex ſemine licet conijctari, quod paucam omnino terrenam ſubſtantiam participat, plurimum autem aëris calidi humidíque in ſeipſo cõtinet. Iam verò & alterum noſtræ generationis principium, ſanguis menſtruus, humidum natura eſt. ibidem ad aph. 28. li. 6. Semen parentum vitiatum, filijs partium imbecillitatem infert, vt in podagricis. Quas autem noxas pariat ſeminis corrupti retentio, te docebit idem Gal. li. 6. loc. aff. cap. 5. in hiſtoria hyſtericarum aliàs citanda. Atque quæ ſemen augeãt vel minuant extinguántve tum alimenta, tum medicamenta, idem tibi aperiet lib. 5. ſimpl. medicam. facult. cap. 20. & ex illo Aëtius & Paulus & Auicennas. Cùm autem ſeminis ſubſtantia ex bona ſuperfluitate generationem ſortiatur, ſítque etiam flatuoſa: bene nutriant & flatulenta ſint neceſſe eſt, quęcumque ſemen aut procreare, aut prouocare poſſunt, tum vt alimenta, vt bulbi, cicer, eruca, fabæ, polypodes, nuclei pinei, piſtacia, lini ſemen: tum vt medicamenta, vt ſcincus & ſatyrion, ait ferè ibidem cap. 22. quibus contraria frigida ſicca, ſemen abolent tum intrò abſumpta, tum foris admota, de quibus ille ibidem, & ad finem lib. 6. de ſanitate tuenda, & ex illo Paulus lib. 1. cap. 38. tum Aëtius, Auicennas & alij recentiores, qui ex vno illo pleraque ad verbum exſcribere ſolent. Hæc mihi de Galeno ſumpta ſufficiant. non dicam è recentioribus quid ſinguli ſenſerint: eſſet enim infinitum & minimè neceſſariũ. niſi forrè priſcis illis vnum aut alterum ſubiungam, vnum noſtrum contemporaneum ſiue συγχρονον, alterum ſeculo auorum noſtrorum medicinalia ſcriptitantem.

Duo noſtri principia, quæſt quæſtio.

Seminis & ſanguinis comparatio.

Hominis cõſtitutio, vnde.

Semen & menſtrua qualia principia, ſed nõ elementa.

Seminis maſculi & fœminei cõparatio, & efficientia.

Vtriuſque ſeminis motus, qualis.

Seminis vtriuſque cõfuſio.

Seminis ſubſtãtia qualis.

Semẽ intus & foris quis moueatur.

Semẽ vnde albeſcat.

Cur ſemen in ſolis vaſis ſpermaticis conficiatur. N. at vbi teſticulorũ vſus?

Seminis obiectiue efficientia & materia.

Similitudo amborum ſeminum.

Semen maſculum ſiebre quã profundant, & quale.

Homo ex homine.

Seminis qualitas, & vis.

Semẽ quid, eius ſubſtãtia qualis.

Duo noſtra generationis principia.

Vitia partũ in prole, vnde.

Seminis ſubſtãtia qualis, & vnde generetur, & materia.

Semen quæ augeant vel minuant.

EX CONSTANTINO.

Coïtus quor sum institutus à natura, & incitamentum.

CONSTANTINVS Aphricanus loc. commu. lib. 5. cap. 25. Natura (inquit) coïtum fecit in animalibus vt generarent, & species eiusdem generis seruarentur. destructa enim in generatione reparantur. Vnde nimiam delectationē natura fecit in coïtu, vt quodlibet animal ad hoc alliciatur & animetur. Omnes enim ferè homines tantùm in coïtu appetunt sui delectationes: pauci gignendorum spe filiorum. irrationabilia tantùm delectatione sunt contenta.

Finis concubitus.

Semē quid, & vnde, & temperamentum.

Fecit autem natura gignendorum sperma, quod corporis quædam est superfluitas, sed nō tamen alijs superfluitatibus assimilanda. sperma enim illud de meliori substantia totius corporis generatur. cuius complexio calida & humida est necessariò, quia de puro & clarificato sanguine generatur, vnde fundamenta principaliū membrorum nutriuntur. Ideo cùm quidam in coïtu plus quā oporteat, exerceātur, virtus minuitur, corpus exiccatur. cùm enim multò maior sanguinis quātitas minuatur phlebotomia, nūquā tamen aliquis inde delassatur, sicut triplicato vel quadruplicato coïtu, etsi multò minus sanguinis emittatur. Cuius defectionis caussa talis. quia cū natura illud spermatis emiserit, quod in testiculis & vasis suis inuenerit, & homo ad idē operandum secundò animetur, neque tamen in vasis natura inueniat, quod paratum emittatur, colligit per alia membra quod sanguinis paratum ad opus spermatis fuerat. Quòd si multoties homo in coïtu fatigetur, sanguis principalia membra principaliter nutriturus tandem emittitur. Vnde fit vt multùm id operantibus, sanguis pro spermate per virgam emittatur: quia natura ad excoquendum non habuit tempus congruum. vnde est necesse corpus deficere. Hippocrates & Galenus dixerunt coïtum, sanitatis custodiendæ fomitem vnum esse: alij è contrà. Nos Hipp. & Galeni consentientes authoritati, dicimus coïtum de corpus mutātibus esse vnum. qui cùm excedat modum, necesse est generet morbum. Sicut enim humores, quibus corpus regitur, si minuātur vel augmententur, morbus necesse est inde generetur: itidem in vtrolibet contingit coïtu. Vnde cùm in vasis sibi cōpetentibus sperma augmentetur, oportet vt natura, sicut quęlibet expellatur superfluitas: quod sine coïtu sæpe fit in pollutionibus. Cùm autem neque coïtu, neq. pollutionibus exeant humores, tetanum in inguinibus generant, grauitatem sub hypochondria, imò totum corpus grauant. Aliquando in vasis calefiunt, & febres faciunt. aliquando fumus eorum ascendit cerebrū, & pessima generat circa ipsum accidentia. Vnde si coïtus quando & secūdùm quod oportet, exerceatur, corpus leuigatur, sanitas corroboratur, cogitationes malæ remouentur, ita extinguitur, melancholia iuuatur, multi morbi phlegmatici propulsantur, appetitus excitatur. Si autem econtrà modum exeat, caussa est quia corpus refrigerat & exsiccat, & aliquando calefit ex motu nimio. Coïtus autem est triplex, aut propter rem naturalem, vel non naturalem, vel

Coïtus vtilis & efficacitas.

Coïtus immoderati damna: & temperatio complebit.

Ex coïtu nimio cur debilitas consequatur.

Coïtus cruētus, vnde.

Coïtus distributio.

A extra naturam. Naturalem, si puer vel iuuenis non exercent, quorum cōplexiones calidæ sunt & humidæ, & similiter testiculi, ipsi verò pingues & rubicundi, virtuosi & sani, in inguinibus dolorem patientur, pigritiā, totius corporis grauitatem & fastidium. aliquādo cùm calefiat, febres siue melancholiā generat, & scotomiam siue cardiacam. Naturaliter frigidi & sicci, & similiter testiculi, macilenti, cholerici, albi, liuidi, & spermatis parui, hoc sæpe operati, corpus infrigidant: color naturalis eis minuitur, pori tarificantur, nerui deficiunt, tremor, & animæ defectiones, cardiaca, fastidium, arthriticus dolor, B pectoris & pulmonis mala accidentia subeunt. Quòd si propter hæc non desistat, & corpus corrumpat, & in spasmum oportet decidat. vnde est necesse vt hæc caueatur. Frigidi & humidi, vel calidi & sicci mediocriter debent exercere. sin aliter, morbi fiant necesse est. Frigidi & humidi hoc operantes, calore naturali priuantur, nerui emolliuntur. Calidi & sicci deficcationes patiuntur totius corporis, oculorum concauitates, & alias siccas infirmitates. Naturalem si exercuerint cibo & potu corporibus plenis, defectiones sequuntur corporum, emollitiones neruorū, dolores arthritici, constipationes in vesicis, humores augC mentantur viticoli. Quòd si non desistant, hydropisim, anhelitum, vel paralysim incident. Si sitiens fecerit vel famelicus, post vomitum & ventris solutionem seu phlebotomiam vel balneum vel post quemlibet laborem, vigilias, tristitiā, deficit corpus & exsiccatur, calor naturalis dissoluitur, visus obscuratur, oculi cōcauantur: aliquando spasmus & defectio sequuntur. similiter si post gaudium subitò fiat, maximè in æstate vel autūno, quia hæc duo tempora coïtui sunt inconuenientia. Si operetur quis coïtum cùm corpus nec adeo plenum, nec sit adeo exinanitum, habens multum sperma, cùm lætus D sit & solicitus, iuuatur corpus, calor naturalis confortatur: præcipuè in pueritia & in iuuentute & vernali tempore hoc operari est vtile. Quicūque faciunt propter rem extra naturam, si conturbationem mentis patiantur propter melancholiam, vel cogitationem habent falsam vel sunt hernioſi, vel phlegmate pleni, vel laborantes de plenitudine corporis, vel cerebrum habentes plenum humoribus, vel si in capita eorum acuti fumi ingrediantur, sanus eis est coïtus: Maniam enim aufert, amorē temperat, suspicionē falsam mitigat, laborem alleuiat, E constipationem pororum aperit, abundātiam humorum cerebri à superioribus in inferiora deponit. Et maximè prodest, si complexio cuiuslibet calida & humida est. Si qui rursum coeant, qui pectoris vel pulmonis infirmitatem habeant, vel arthritici, & in visceribus grossi, frigidi quoque & phlegmarici, & in ilibus dolentes, diarrhoeam etiam vel dolorem stomachi & defectionem habentes, catharrici & coryzaïci, in his infirmitatibus augmentantur: vel si non habeant, eis accelerantur. Magis tamen coïtus cerebro & neruis nocere videtur, propter dissolutionem animati spiritus. Pectori & pul-

Veneri quis nam aptus.

Veneri quis nam inept⁹, & damn⁹.

Venus quibus dānosa, & damna.

Veneris à cibo incommoda, vel fœtentes.

Veneris ex inanitione damna.

Tempora coïtui contraria.

Concubitus quinam opportunus.

Coïtus quibus morbis prosit.

Coïtus alia mala tempestiui.

Venus quibus morbis obsit.

Venus quibus partibus nocet.

moni, propter nimiam motionem, & ſpiritus vitalis diſſolutionem. Oportet ergo ſic infirmantibus, vt in peſtilentiæ temporibus, & corruptione aëris, coïtus vitetur. Quinetiam coeuntes, virtutũ patiuntur defectiones, ſtomachi abominationes, in ore ſiccitates, oculorũ concauitates. Si autem aſtineant, ſpermate in vaſis ſuis abundante, grauitatẽ capitis tolerant, abominationem quoque & anguſtiam. Quidam alij cùm hoc operentur, rigorem ex tremore corporum patiuntur. hoc autem, corruptionem ſignificat humorum, quos calor diſſoluit in coitu. Alij in hoc eodem opere, nimio fatigantur putore. vnde cognoſcitur, quia tunc temporis putredines humorum diſſoluantur. hæc iſto quidem libro & opere. extat autem alius de coïtu inſcriptus libellus tomo priore, ex quo iſta ſelegi. Creator volens animalium genus firmiter ac ſtabiliter permanere, per coïtum illud ac per generationem diſpoſuit renouari, vt renouatum, ex toto interitum non haberet. Ideóq. compleuit animalibus naturalia membra, quæ huic operi apta forent & propria, eíſque tam admirabilem virtutem, & amabilem delectationem inſeruit, vt nullum ſit animalium, quod non vehementer delectetur per coïtum. Nam ſi animalia abhorrerent, animalium genus pro certo periret. In tantum enim naturaliter coïtus ineſt animalibus, vt per multa tempora impeditus, cùm explendi poſſibilitas affuerit, penè omni ratione poſtpoſita fiat. Fítque coïtus per duo animalia: per vnum enim ſemen emittitur: cui aliud obuiando, in ſua concauitate illud recipit vndique clauſa, ne ex aliqua parte poſſit diffundi & diſpergi. Tria verò ſunt in coïtu: Appetitus ex cogitatione phantaſtica ortus, ſpiritus & humor. Appetitus ab hepate, ſpiritus à corde, humor à cerebro. de quo poſtea ibidem mox quod ſit ſemen, ex Gal. definit, quibus ex craſſis fiat, quibus proſit coïtus vel obſit, quóve tempore celebrandus, & ratio temperamenti ſeminis & teſtium perſonarúmque, quæ ſint quæ ſemen augeant vel extinguant: quæ pleraque omnia ex ijs quæ propoſuimus ex Hipp. Ariſt. Gal. Rufo, Paulo, Aëtio, & fortè Auicenna deſumpſit, quæ conſultus prætereo prolixitatis vitandæ gratiâ.

Coïtus quo tempore maxime.

Coïtus incõmoda tũ omiſſi tum frequẽtiora.

Coïtũ quæ ſequantur ſymptomata.

Coïtus neceſſitas & finis.

Organa coïtus & titillatio ad quid.

Coïtus infitũ ſtudiũ à natura.

Seminis organa duo.

Coïtũ quæ comitentur, & vnde.

EX FERNELIO.

Semẽ quid.

VENIO deinceps ad poſtremum Fernelium ex cap. 1. & 2. & 4. & 5. phyſiolog. Semen igitur eſt, ex quo primo oriuntur ea quæ ſecundùm naturam conſtituuntur, non quidem vt ex materia, ſed vt ex motus efficiente principio. deinde ex Ariſt. iam à me producto elicit, Semẽ excrementum eſſe, & quidem reſiduũ alimenti vtilis atque vltimi. ídque eſſe ſanguinem, hoc indicio, quòd ſi vi nimióque conatu reddatur nondum facultate teſtium plenè conuerſum, vt ijs accidit qui ſupra modum rei venereæ indulgent, cruentum id plerumque prodeat. imò & in ſpermaticis vaſis cruentum id plerumque animaduertatur. Quî autem ſemen, portio ſit vltimi alimenti, vtque in ſolidis quibuſque particulis gignatur, ita ferè demonſtrat breuibus rationum momentis. Vnaquæque pars corporis, ſanguine nutritur ſibi aſſimilato, & in ſuam ſubſtantiam conuerſo. Qualis autem eſt cuiuſque partis ſubſtantia, tale prorſus euadit & illius alimentum. Prima autem ſolidarum partium ſubſtantia ex ſemine conſtituitur ac gignitur. Omnis igitur alimenti illarum ſubſtantia in ſeminis naturam atque materiam faceſſit. Non alia ex materia procreatæ ſunt particulæ, et alia verò alimentum & vitam expoſcunt. Atqui partes omnes ſolidæ ex ſemine ortum habent. omnes ergo aluntur ſemine. Rurſum pars vnaquæque ſpermatica dum nutritur, ſimile ei generat & reſarcit, quod fluore diſſipatum eſt. at diſſipatum eſt quippiã ſpermaticum. ergo ſpermaticum erit, quod in eius locum ſufficitur: id autem proximum eſt alimentum, & ſanguinis pars puriſſima pleniſque confecta. Quòd autem vaſa ſeminis, ſanguinem modicè albeſcentem contineant, oculorum iudicio fit manifeſtum, & poſtea demonſtrabitur. Teſtes enim per ſeminis vaſa materiam ſugunt à vena caua, quæ lumbis & renibus aſſiſtit, hæc verò ab omnibus circumiectis venis grandioribus, hæ à minutis quæ iam vix capilli magnitudinẽ adæquant, & quæ partes ſingulas alunt. Ea enim attractio manet ac perſiſtit, dum vaſa & teſtes impleantur: neque enim ptiùs intermittit, quàm teſtes copia turgeant atque ſaturentur: inaniti enim, ex locis plenioribus veluti exipientes violenter euellunt. Seminis ergo materiam à vena caua elici, ídque perfectam tum coloris, tum ſubſtantiæ mutationem in teſtibus habete, vna ſenſuum fide confirmatur. At verò in ſemine quod fœcundum eſt & ad procreationem comparatum, præter eam materiam, ſpeciem quandã haberi, quæ ſpiritus & caloris vim ſummam obtineat, ratione compertum eſt. Itaque quodcũque fœcũdum eſt & vtile ſemen, ſimplex id non eſt, ſed vtique compoſitum, materiámque habet vltimi alimenti excremẽtum, & in hac facultatem quandam opificem, quæ tota eſt ætherea ſpiritúſque plena, ac non ipſi inſita materiæ, vt in gonorrhoea videre eſt ad generãdum inefficaci. Cæterùm quæ in fœcundo ſemine facultas conſiſtit, ea eſt quæ per ſe agit, omníſque motionis eſt principium. ſeminis autem corpore & materia, vis ea tanquam inſtrumento vtitur. Cùm itaque duo in ſemine comprehenſa teneantur, materia & facultas, illa quæ patiendi vim habet, non ab omnibus corporis partibus, à quibuſdã tamen neceſſariò ſecernitur: hæc verò quæ prorſus eſt efficiens, ab vnaquaque vel minima denigrat: quod nonnulli hac verborum interpretatione explicant, ſemen non mole, ſed viribus à toto defluere. Seminis autem materia quamquam vaſorum teſtiúmque vi exquiſitè adeo coquatur, vt craſſior albiórque euadat: nequaquam tamen ſemen inde abſolutam fœcunditatis naturam conſequi poteſt, niſi magna vbertate ſpiritus influant, eíque materiæ penitus confundantur. Quandoquidem horum cauſſa, arteriæ ab aorta deductione habent in teſtes, ſeminis vaſa comitatæ. Ex quo intelligi poteſt, per ea vaſa, materiam,

Semen quæliter excrementũ, & partes vnde alãtur, quóque modo.

Pernũ ſolidarũ ortus ex alimẽto.

Semen quomodo ad teſtes cõfluat.

Teſtes attrahunt ſemen à toto corpore qui.

Semẽ vnde habeatur ſit fœcundum.

Quòd ſemẽ ſit vltimi alimenti excrementum.

Seminis facultas prolifica qua ſit vnde.

Duo inſunt in ſemine, quæ ſit vnde.

Semen quomodo ſit à toto.

Seminis vis prolifica vnde ſit.

Seminis materies & forma vnde adsit, quoq. modo.

per arterias verò, formam & facultatem seminis conferri. per has quidem spiritus vitalis, per venas naturalis à iecore, per neruos animalis à cerebro & spinæ medulla illabitur in testes. à cæteris autem particulis & ab vniuerso corpore credibile est nonnihil spiritus atq. facultatis derepentè in testes irruere: idq. valida agitatione corporis & perturbatione quæ in ipso fit coïtu; cuius hoc esto indicium, quòd titillatio vehemens tum corpus vniuersum eximia voluptate afficit. Hæ igitur vires & facultates, quæ cum spiritibus ex vniuerso corpore, maximè verò ex principibus partibus confluxerunt, illi demum seminis materiæ insident tanquam procreationis magistræ & opifices. Quapropter non testes semini vim tribuunt qua fœcundum est, sed hæc ab vniuerso corpore suscipitur. Iam verò quodcumque semen absolutè coactum coctúmque est, id vt colore album, ita & substantia crassum redditur, planéque imitatur vasorum ac testium naturam: cuiusmodi plerumq. ab animali, grandinis specie prodire deprehenditur: ab ingenito tamen & interiore vasorum ac testium calore demutatum, planè aëreum, aut potiùs æthereum. Testium enim calor spiritum vitalem ac reliquos tanquam concoctione exagitans, materiæ seminis omni ex parte permiscet: cúmque sit ea materia non parum cohærens, & tenax, ab immixto spiritu facilè in spumam eámq. densissimam turgescit: cuius tamen bullæ cerni vix possint, vt neque in butyro. Ea certè causa veteres fabulantur Venerem ex spuma prognatam fuisse. Itaque semen etsi aëreum est, multo spiritu eóque calido confertum, calore tamen in spumam conuersum concrescit albescítque. Cuius etiam rei indicium est, quòd sub dio positum liquefit: cúmque iam planè refrixerit, spiritúsque euanuerit, nigrius id effectum dilapsúmque diffunditur. remanet enim velut aqua minimum quippiam habens terrenæ portionis: quæ dum exaruerit, manifestò deprehendi solet. Ex his autem quæ euentuum obseruationibus confirmata sunt, palàm fit id quod propriè semen appellamus, naturâ calidum humidúmque haberi. vbi mox de seminis viribus ex Arist. & hoc adstruitur; Quæcumque in viuentium numero habentur, ea sui ortum non primis rerum elementis, sed semini acceptum referre. denique rerum omnium formas esse diuinas.

Quòd spiritus & facultas à toto corpore seminis sit, quò.

Seminis prolifica vis vnde: & quòd non à testibus.

Seminis color & substantia vnde, & qualis.

Testium vis circa semen,

Semen spumeũ, vnde.

Appellatio vnde dicta.

Ex Arist.

Seminis essentia & temperamentũ, & quomodo refoluatur.

Animantiũ origo à semine.

Circunspectis igitur rebus omnibus, rationibúsque subductis, hanc cum Fernelio nostro, & cum Arist. ipso Galenóque, de semine summam facio. Seminis materia vtilis atque syncera, eius alimenti quod partibus solidis attribuitur, portio quædam est: quæ vi testiculorum attrahente, de singulis corporis partibus secreta decessit. Ex hac testes & vasa suo quo prædita sunt calore semen generant: quod tamen fœcundum atque fertile neutiquam habetur, nisi plurimus spiritus vitalis ex toto confluat, qui diligenter ei permisceatur. Quod ea confusione gignitur semen fœcundum, id substantia crassum est & spumans, colore album, pondere leue, natura aëreum, temperamento calidum & humidum. Eius substantia & crassitudo ex elementorum constat temperamento. præter id autem, calorem quendam diuinum atque cœlestem obtinet, non ignis aut alterius elementi participem, in quo vita omnis consistit ac manet: in quo præterea potestas insidet tum naturalis & altricis animæ, tum eius quæ sensum, motum & appetitum habet. Hic tum efferuescit, quæ compressæ atque tacitæ in eo delitescebant facultates, in actum erumpunt, & viribus sese ostentant. Omnes has facultatum adumbrationes semen non ab elementorum permixtione, sed à parentis corpore consecutum est, in quo energiâ consistunt. Ex quo intelligi potest, cum hominem qui emisso semine generat, omnes quoque corporeas facultates vnà producere. Cæterùm animum & eam animi partem quæ princeps est, quæque mens nominatur, minimè is confert: quia cùm animus sit à corporis natura diuersus, eius substantiam non comitatur, sed extrinsecùs in id illabitur ceu diuinum munus. qua nos de re speciali antea tractatu egimus.

Seminis facultas vnde sit.

Anima rationalis non est ex traduce.

SEQVVNTVR PROBLEMATA QVÆDAM IN NATVRAM SEMINIS.

An semen à cerebro defluit?

PROBLEMA PRIMVM.

QVÆ cùm ita sint, aut sanè primariis & medicis & philosophis ita esse videantur; nobis placet in nonnullas eorum opiniones inquirere, atque agitatis vltrò citróque rationibus, tanquam ignem è silice concusso & attrito, sic veritatem è controuersa disceptatione elicere. Ac primùm, An semen à cerebro per spinalem medullam defluat, producendæ sunt virorum primariorum sententiæ, quæ ita rem habere pleræque adstruunt. contra quas nostra demum argumenta proferenda, quæ commentum illud vanum & anile falsúmque conuincant. Primus igitur Hippocrates, simodò is dicendus est libri illius genuinus author, ita scribit lib. de genitura; Sic autem in homine, ab humido spumescente id quod robustissimum est ac pinguissimum secernitur (in coïtu) & ad medullam spinalem venit. Tendũt enim in hanc ex omni corpore viæ, & diffundunt ex cerebro in lumbos ac in totum corpus & in medullam: & ex ipsa medulla procedunt viæ, vt & ad ipsam humidum perferatur, & ex ipsa secedat. Postquàm autem ad hanc medullam genitura peruenerit, procedit ad renes: hac enim via tendit per venas. & si renes fuerint exulcerati, aliquando etiam sanguis simul defertur. à renibus autem transit per medios testes in pudendum. Procedit autem non quà vrina, verùm alia ipsi via est illi contigua. hæc eo loci creditus Hipp. idem rursum lib. de internis affectionib. Resiccatur medulla spinalis maximè quum venulæ ad medullam tendentes fuerint

Propositio.

Similitudo.

Quæstio.

Semen vnde & quemodo prodeat, quáq. via.

N. falsum.

Prima cruenta causa.

Alia seminis & vrinæ via.

N. falsum.

Spinalis medulla vnde resiccetur

Digitized by Google

obturatæ, itémque eo cerebro accessus. resiccatur etiam à Venere. quem morbum nouis sponsis familiarem lib. de morb. profitetur. Quam Hippocratis θεοφόρητον sententiam, ne dicam vendibilem plausibilémque errorem multi deinceps etiam viri clarissimi secuti sunt. quos inter Plato primarius ita scripsit sub finem Timæi; Qui fluido stupidóque circa medullam abundat semine, vtque arbor pluribus quàm conueniat fructibus grauida, nimia vbertate luxuriat; is profectò multis doloribus passim, multis item voluptatibus in libidinibus ipsis earúmque fœtibus fructibúsque affectus, per omnem fermè vitam ob ingentes voluptates dolorésque insanit ac furit. & paulò pòst, Nempe Venereorum intemperantia, maxima ex parte ptopter generis vnius habitum, per ossium raritatem, in corpore lubricum madidúmque, animi infirmitas est. & ibidem rursum fini libri propinquiùs; Dij coïtus amorem (inquit) cùm in homine machinarentur, in viris vnum quiddam, in fœminis alterum vitæ & animæ cõpos ita composuerunt. Ipsum potus discursum, quo per pulmones sub renes in vesicam defluens & spiritui mixtus elisúsque depromitur, dij in fistulæ modum in compactã medullam à capite per ceruicem & spinam deriuauerunt: quodquidem σπέρμα, id est semen in superioribus nuncupauimus. Hoc autem vtpote animatum ac respirans, qua parte spirat, per eandem vitale effluendi desiderium gignit: atque ita generandi amorem nobis inseruit. Quocirca pudendorum naturæ in viris insita vis inobediens atque imperiosa, & quasi animal non exaudiens rationem, furiosarum libidinum violentia subiicere sibi cuncta conatur. vbi mox de vulua siue vtero, velut animali furioso, de quo nos pridem in organis generationis. Enimuerò eandem sententiam iam antè σφοδρότατος Timæus Locrensis ille Platoni familiaris extulerat, cùm ita loqueretur αἰδοῖ φασὶν. πρῶ͂τ᾽ ἐπιμελὲς ἀρχαῖ μὲ᾽ ἧς ῥίζαν μυελὸ πάσῃ εἰλήφασιν, ἐν ᾗ ἀναπαύεται· διὸ δὴ ζῶσι πάντες ἀπεδίδοσαν ἐπιθυμίαν, ἐξ ἃ ἐς σπέρμα ἡ γόνιμα μεμίζεται. id est, Corporis verò medullæ principium & radix, cerebrum est, cui principatus debetur: ex quo defluxus deinceps per dorsi vertebras labitur: vnde in semen & genituram pars cedit. Aristoteles sect. 10. probl. 56. semen à cerebro per spinam delabi tradidit, vt antè indicauimus. simul & aciem oculorum frequentiore coïtu exolui. quasi semen è cerebro cum animali spiritu excernatur & profundatur. Quam ferè in sententiam fertur author libri, qui inscribitur anatomia viuorum, Galeno adscriptus. Sunt (ait) vasa seminaria antecedentia & consequẽtia, quibus defertur sperma, vel materia spermatis. Vasa autem antecedentia, sunt quædam venæ, quæ prodeunt à cerebro vsque ad testiculos, & deferunt sanguinem dealbatum, qui erat ad nutrimentum cerebri, ad ipsos testiculos; qui mediante sua virtute attractiua, talem sanguinem attrahunt ad nutrimentum. residuum autem illius nutrimenti à testiculis trãsmittitur per seminaria vasa consequentia, in ipsa virga virili, & per illam in matricem ad generationem fœtus, &c. & lib. finit. medicinal. Semen (vt Plato ac Diocles autumant) ex cerebro & dorsi medulla excernitur. Censorinus cap. 4. iam antè citato; Semen (inquit) vnde exeat, inter sapientiæ professores non constat. Parmenides enim tum ex dextris, tum lævis partibus oriri putauit. Hipponi verò Metapontino, siue vt Aristoxenus author est, Samio, ex medullis profluere semen videtur: idq. eo probari, quòd post emissionem, pecudum siquis mares perimat, medullas vtpote exhaustas reperiat. Sed hanc opinionem nonnulli refellunt, vt Anaxagoras, Democritus & Alcmæon Crotoniates: hi enim post Græcam cõtentionem, non medullis modò, verùm & adipe multáque carne mares exhauriri respõdent. Illud quoque ambiguam facit inter authores opinionem, Vtrúmne ex patris tantummodò semine partus nascatur, vt Diogenes & Hippon Stoicíque scripsêre: an etiam ex matris, vt Anaxagoræ & Alcmæoni necnon Parmenidi Empedoclíque & Epicuro visum. quæ differens, non definitè se scire Alcmæon confessus est, ratus neminem posse perspicere. quod mihi dubium certò indubitantérq. sustulimus. Constantinus Africanus haud ignobilis medicus cap. 1. lib. 6. de morb. cogn. & curat. Cùm homo coïre cogitet, ait, vel imaginetur, subitò venit ad verettum ventus per pulsus qui sibi à corde iungitur, & per quendam neruum intrat concauum, qui inflat & erigit, vt actionem suam naturalem explere possit. Quod erigere sibi venit à corde: cor enim mandat toti corpori ventum spiritualem. Verettum recipit sperma è cerebro, desiderium ab hepate, &c. Idem author libellum de coïtu fisdem penè verbis inchoauit, sensu planè eodem, vt patuit, imitatus Galenum ex lib. 14. & 15. de vsu partium: in quo statim sub initium, Tria sunt in coïtu, ait: Appetitus ex cogitatione phantastica ortus, spiritus, & humor. Appetitus ab hepate, spiritus à corde, humor à cerebro. Nã cùm delectabilis motus sit in coitu, per motum omnia mẽbra calescunt, & per calorem æqualiter humor qui est in cerebro, æqualiter attrahitur per venas, quæ post aurem ducuntur ad testiculos, & inde per virgam in vuluam iacitur, Nam vt Hipp. dicit, Quibuscumque venæ quæ post aurem ducuntur, excisæ fuerint, semine non effuso, gignere non valent. si verò aliquod emiserint, non est semen, sed aquosus humor, vnde nullus conceptus fieri potest. quæ de quæstione mox videro: subdit autem, Cùm igitur appetitus in hepate oritur, vt dictum est; mouetur spiritus à corde: qui per arterias descendens à virgam, concauum virgæ replet, & replendo more vtris, in duram rigiditatem tendit. sed semen emittere non valent, dum seminalis humiditatis fuerit indigentia ac defectus in cerebro. Cùm verò superabundauerit hæc humiditas in cerebro, & fuerit defectus & indigentia ventositatis in corde, semen emittitur etiam à nolentibus, sed & virga non renditur. cùm verò vtrumque fuerit, indigentia

Semen ad spinam. N. falsum.

Semibus copis quos patiat affectus.

Venereũ intemperẽtia vnde.

Seminis decliue ac via naturales. N. falsum.

Semen animatum spirat, & vnde coïtus ardor.

Medulle origo, & semen deriuat.

Spermatis declinatio.

Vasa seminalia duplicia.

Seminis declinatio à cerebro. N. falsum.

Seminis origo & vnde.

Semen vnde prodeat, & quòd ex medulla.

An semen ex solo patris semine.

Dubium.

Veretrum cur erigat, & vnde.

Spermatis origo. N. falsum.

Appetitus in coitu, & spiritus, & semẽ vnde.

Spermatis declinatio à cerebro.

Vena post aures incisa sterilitatem facunt.

Penis vnde erigat. N. Columbus hoc inuentum sibi tribuebat, vt patuit.

Seminis origo vnde.

Puto non erigat, nec semen profundat, aut contrà.

Seminis defectus. N. falsum.

Semini & urinæ demptis eadem via. N. falsum.

Ab incisis post aures venis fœcunditatem adimunt.

Quid sit

Historia.

Hipp. bugerastes.

Vena post aures secta fœcunditatem auferunt, quæ de re.

Historia.

Sperma à cerebro.

Seminis defectus naturalis.

Dubium.

Sperma non à solo cerebro, sed fermentum.

ac defectus, nec virga valet intendi, nec semen emitti. Illi verò qui hæc integra habuerint, coëuntes ad generationem proficere valent. & deducitur eis semen à cerebro per venas quæ post aures descendunt, & per eas in spinalem medullam immittitur, & à medulla in renes, & à renibus ad clunes, & à clunibus per virgam emittunt non quidem vrinali via, sed alia, seminis scilicet propria. hæc ille inpletisq. Hippocratem æmulatus, vt partim patuit, partim nunc parefacio.

Ex superiore siquidem quæstione illa, noua isthæc orta est opinatio, incisis ponè aures venis, fœcunditatem hominibus adimi. sic enim scripsit Hippocrates lib. de aëre, locis & aquis, interprete Cornario, quem sequor passim licet duriusculum. Venæ retrò aures sunt, quas siquis secet, sterilitatem inferat his quibus secantur. quare id etiam ipsis ex earum incisione accidere certum est. cauillámque ad deos referunt. quod Scytharum ditissimis ex continua potiùs equitatione accidit, vt ibidem Hipp. religionis auitæ minùs sequax profitetur, superstitionem vulgi liberè cauillatus. Idem rursus initio libri de genitura; Quibuscumque iuxta aures venæ sectæ sunt, hi coeunt quidem, & genituram emittunt: verùm modicam & debilem ac infœcundam. Nam plurima genituræ pars à capite iuxta aures in spinalem medullam procedit. ipse autem transitus, cicatrice sectioni inducta, consolidatus est. Auicennas lib. 3. fen. 20. cap. 3. senis sententiam agnouit & celebrauit, nec apertè improbauit, quamuis ego parum probem: licet in vno speciali exemplo id comprobatum audierim, de homine restibilis alioquin fœcunditatis, quem tot natorum, támque frequentis sobolis alioqui pauperculum pigebat. Hippocrates quidem dixit (ait ille) in suis intentionibus, quòd plurimùm materiei spermaticæ est ex cerebro: & quòd descendit ex duabus venis, quæ sunt post ambas aures. & propter hoc, abscindit phleborotomia ambarum generationem, & facit incurrere sterilitatem. Et est sanguis earum lacteus: & contiguatæ sunt nuchæ, vt non elongentur à cerebro. & quæ ei similantur spatio lõgo. quare alteraretur complexio illius sanguinis, & conuerteretur: imò perueniunt ad nuchã, deinde ad renes, postea ad venas quæ veniunt ad testiculos. Et Galenus quidem non scriuit, an faciat incurrere incisio harũ duarum venarum, sterilitatem, an non. Mihi verò videtur, quòd non oportet vt sit sperma ex cerebro solo, quamuis eius fermentum ex cerebro sit. Et est verum quod dixit Hipp. de esse duarum venarum. imò oportet vt sit ei ex omni membro principali fons, & vt sit ex membris aliis resudatio etiam ad istas radices. & propter illud est assimilatio, &c. hæc Arabs ille haud indiligens: cui lecta videntur Galeni commentaria in lib. Hipp. de aëre, locis & aquis, quæ nobis nunc quidem desiderantur: vt de Galeni sententia super hac quæstione non constet. Recentiores verò haud intactam prætermiserunt: quorum de numero duos celebriores in medium proponam, quos & iam sæpe in re seria testes aduocaui. Syluius lib. de mensib. mulierum ita infit; Venæ quoque & arteriæ iuueniles dictæ, post aures sitæ si vulnere aut ab imperito chirurgo transuersæ secentur, quia testes cerebri communione priuant, vt ab eo nec spiritum animalem, nec seminalem portionem recipere possint, sterilitatem afferunt. Fernelius autem eiusdem ciuis, & noster *[illegible]*, lib. 7. cap. 2. physiologiæ, cùm semen ab omnibus partibus secerni improbaret, Aristoteli suffragatus, sic intulit; At nihilominùs seminis materiam necessum est de cerebro, de corde & iecore, quæ trium sunt principia, decedere: plurimum autem de cerebro. Hoc quidem illius argumentum est, quòd cui vnumquodlibet istorum grauem offensionem acceperit, infœcundus is redditur: quemadmodum si leuius erit vitium, prolem suscitabit ægra infirmáque valetudine. Ex quo fit, vt iis venis & arteriis quæ penè aures sunt, resectis aut exustis, fœcunditas adimatur. Seminis ergo materiam ex toto deriuari atque dimanare sic accipiendum, vt ex illius principiis principibúsque partibus necessariò profluat. hæc illi quidem nudè & simpliciter magistro creduli assentiendo scripserunt, nihil amplius in rei veritatem inquirentes, sed alienæ fidei innixi. dixeris de illis iure Pythagoricum istud, *[illegible]* Quidam de nostris cùm apud Platonem & alios fortè legissent, semen per spinam de cerebro prolabi, hanc sententiam tanquam veram arripuerunt. quorum enim Lactantius lib. de opificio Dei cap. 12. ita scriptum reliquit; Ipsum semen quidam putant ex medullis tantùm, quidam ex omni corpore ad venam genitalem confluere, ibíque concrescere. sed hoc humana mens quomodo fiat, non potest comprehendere. Ambrosius autem libello de dignitate humanæ conditionis, Quid de genitalibus loquor? ait; quæ venis è regione ceruicis per renes lumbósque deductis, suscipiunt genitale semen ad munus & ad gratiam procreãdi. sic isti viri præclari ex aliorum relatu scripserunt, de aliena professione magistris ipsis assensi. quem pridem errorem vulgus hominum arripuit, & sequitur nihil hæsitans. quem si queam, lubens correxerim, veriora certioraque de penu naturæ depromens, omninóque inficiens, seminis materiam à cerebro per spinalem medullam descendere, his fere rationibus.

Quid enim? an qui hoc dicunt, sperma putant esse liquatam medullam? an cerebrũ ipsum esse multi & crassi spetmatis congeriem? an seminis profluxuri velut fontem de scaturigine? At bone Deus, quantum est amborum discrimen? quàm dissimilis generatio & natura? quàm dispar temperamentum? quàm diuersa opera? quàm dissitæ sedes atque à natura diuersæ? Cerebri ea natura est, vt igne nullo liquari, nullo calore fundi aut effluere queat. cerebro primaria est iam inde ab ortu primo necessariáque generatio. cerebrum omne frigidum & humidum est. à cerebro vis est motus & sensus per neruos in corpore, cerebro

Venæ & arteriæ iuueniles incisæ adimunt fœcunditatem, qua de causa.

Seminis materia vnde sit.

Venæ post aures incisæ à limitur fœcunditas; quî.

Semen ex toto.

Pythagorica fides.

Semini origo, vnde.

Seminis defectus.

Quòd semẽ à cerebro nõ defluat. N demonstratio.

Quomodo semen à cerebro?

Seminis & cerebri discrimina, quæ.

Cerebri natura & proprietas.

vt parti nobili, ſummo in capite ſedes eſt aſſignata, veluti primario animæ organo, cum animali ſpiritu futuro. Contrà autem, ſemen eſt liquidum, fluidum, aqueum, nullo non tempore futum aut fuſile. ſemen nonniſi in adultis concoctum & elaboratum inueniri poteſt; in pueris autem omnino nullum, cùm cerebrum ſit longè plurimum. ſemen alicuius eſt caloris blandi atque aërei particeps. ſemen generationi ſoli à natura deſtinatum. ſemen in iis partibus & gignitur & reconditur, quæ ſitu & opportunitate locorum ſunt ad generationem & ad coïtum accommodatæ. denique quænam proportio aut ſympathia ſeminis ad cerebrum, aut cerebri ad ſemen eſſe poteſt? Sanè verò qui ſæpe & multùm cõcumbunt, iis oculi & clunes ſubſidere atque flacceſcere, iis acies oculorum hebeſcere atque infirmari iuxta Ariſt. probl. ſect. 4. 2. & 3. & 30. cerebrum etiam & caput debilitari, neruoſum genus affici ſolet. non ideo tamen, quòd à cerebro ſemen defluat atq. excidat: ſed quia cum ſemine, larga ſpirituum copia excernitur atque euaneſcit: atque in illo congreſſu violento, nerui omnes compatiuntur & tenduntur. vt non immeritò Ariſtoteles & Epicurus, coïtum, breuem quendam epilepſiam definierint. Quanquam Ariſtoteles cap. 5. lib. 2. genera. animal. ita ſcribit; Mulierum probatio ſuffitu, vt odores ſubeuntes vterum efferantur ad locum ſpirandi, & afficiant halitum. atque etiam illitu, vt colores oculis impoſiti ſaliuam inficiant oris. Nam niſi hæc ita fiant, meatus corporis per quos excrementum decedit, confuſos, obſeptos & occæcatos eſſe ſignificatur. Sedes enim oculorum maximè omnium locorum capitis, ſeminalis eſt. quod patet, cùm ſola ipſa per coïtum venereum manifeſtè immutetur, & vſu immodico rei venereæ oculi apertè langueant & ſubſedeãt. Cauſſa eſt, quòd natura genituræ ſimilis cerebro eſt: aqueſa enim materia eius eſt, calórque aduentitius. Idémque haud ſcio qua ratione permotus, ſect. probl. 10. 56. Multum cerebri (inſit) iis qui rem veneream non peragunt, vt ſpadonibus: ſemen enim labi per ſpinam è cerebro videtur. Sed quantò rectiùs idem Ariſtoteles citato nuper cap. 19. lib. 1. genera. animal. Sed cùm ex ſanguine concocto digeſtóque modo quodam pars quæque gignatur, ſemen autem concoctum diuerſum à ſanguine ſecernatur (nam incoctum aut per vim emiſſum, videlicet cùm vltra modum quis re venerea vtitur, cruẽtum iam aliquibus prodiit) conſtat ſemen eſſe excrementum alimenti ſanguinei, quod vltimũ in membra digeritur. Ex quo Peripatericus & ipſe philoſophus Alexander Aphrodiſieus probl. 124. lib. 2. Cur qui nimis concubuerunt, ſi præterea coẽunt, ſanguinẽ vice ſeminis emittant? Quoniam ſemine omni exhauſto, nullus humor promptiùs ſanguine, rei venereæ ſe offert. & ibidem iam antè probl. 63. fortè περιττον, Cur in omni tranſmutatione, id quod generatur, exprimit generantis & tranſmutantis colorem? Quoniam facultates tranſmutantes naturales ſunt in partibus ſolidis tanquam ſedibus firmis à natura collocatæ: vtpote oſſibus, venis, membranis & arteriis; non autem in humoribus & ſpiritibus, nimirum fluxis, infirmis, ac facilè prodituris creditas facultates. Porrò autem cùm vniuerſum corpus tribus iſtis componatur ſubſtantiis, & ſolidæ partes colore ſint albo præditæ: conſentaneum eſt in vrinis percoctis contenta eſſe alba, & pus, lac, ſemen, mucum, lippitudinem, chylum, & iis ſimilia: ſanguinem verò eſſe rubrum, pro iecoris à quo generatur, colore. Conſtantinus etiam ipſe loco producto, Si multoties homo in coïtu fatigetur, ſanguis principalia membra principaliter nutriturus tandem emittitur. vnde fit, vt multùm id operantibus, ſanguis pro ſpermate per virgam emittatur. Et citatus nuper Fernelius; Semen, eſſe ſanguinem hoc indicat, quòd ſi vi nimióque conatu reddatur nondum facultate teſtium plenè conuerſum, vt iis accidit qui ſupra modum rei venereæ indulgent, cruentum id plerumque prodeat. Cuius euentus cauſſam nemo doctiùs, nemo clariùs, nemo artificioſiùs Galeno vidit aut expoſuit locis partim antè citatis, partim nunc explicandis. Nam lib. 14. de vſu partium ita ſcripſerat, vt iam inſinuaui; Implexu vaſorum, ſanguis & ſpiritus qui ad teſtes feruntur, diutiſſimè coquuntur: claréque cernas humorem, qui in primis flexibus habetur, adhuc ſanguineum, in ſequentibus deinceps magis magiſque albeſcere: quoad in omnium poſtremis, totus albus omnino fuerit redditus: qui flexus poſtremi in teſtes terminantur. Idem verò fuſiùs & ἀκριβέστερον rem eandem ſic demonſtrat. cap. 12. lib. 1. de ſemine, ab euidentibus in diſſectione exorſus. Arteria & vena ad vtrumque teſtem deſcẽdere conſpiciuntur non recto itinere, vt reliquæ omnes, ſed inſtar capreoli aut hederæ, variis modis inuolutæ: vnde vt puto, à diſſectionis profeſſoribus partim hederaria, partim capreolaris natura ipſarum fuit appellata. In his verò capreolis & anfractibus, quos faciunt antequàm ad teſtes perueniant, albeſcere paulatim ſanguinem videre licet: tum demum vbi iam ipſos teſtes attigerint, ſeminis ſubſtantia in ipſis manifeſtè apparet. quaſi ex toto arteria & vena ſeroſi humoris ſubſtantiam gignant: atq. in iis ipſis ſeminis generatrix natura inſit. At ex ſanguine in ipſis diutiùs immorante ipſum procrearunt: hunc enim vſum anfractus præſtant, atque ita alteratum ſanguinem in ſemen immutarunt. Omne verò id quod alterat, in ſuam naturam illud quod alteratur, tranſmutat: id quod etiam hic cernitur: Album ſiquidem & craſſum & lentum ſemen eſt ad alendũ arteriæ & venæ corpus accommodatum. de teſtium verò facultate aliàs. Cur autem ſi ſemen teſtium tantùm opus eſt, ſuperiùs in vaſis quæ ad ipſos feruntur, videtur contineri? ait Gal. Sed ſi teſtes ad ſeminis generationem nihil conferunt, inquã, cur humor ſeminalis quantò illis propinquior eſt, tantò magis exalbeſcit: & quantò remotior abſcedit, eò minùs albeſcit, ſed contrà paulatim rubeſcit, dum ſanguis meracus efficiatur? ſed de iſtis antea. ſed pergit

Semini natura & proprietas.

Coïtus immodicus quæ pariat incõmoda, & eorum cauſa.

Coïtus, velut quædam epilepſia, quare.

Fœcunda mulieris probatio.

Oculi ſemine turgent, & ſigna.

Genituræ natura.

Semen à cerebro, quì.

Semen cruentum vnde.

Semen à ſanguine, quì.

Coïtus immodicus cur ſemen cruẽtum profundat.

Quòd tranſmutati, idem ſibi aſſimilat, ab exemplo.

Tres corporis humani ſubſtantiæ.

Solida partis quælibet aſſimilant.

Coïtus cruentus vnde.

Quòd ſemen ſit ſanguis, argumentum.

Semen quo modo concoquatur, & ſigna.

Semen vbi & quomodo excoquatur.

Seminis generatio, à quo, & vbi.

Vis alterantis.

Semẽ quæ alat.

N. quæſtio in Gal.

Vasorum seminalium ductus.

N. at non persequar, contra istos.

Epididymis quid.

Parastatæ locus & vsus.

Seminis loculi.

N. at testes humanis nunquã semine repleri vidi, vt antè dixi.

Pars assimilat sibi alimentum.

Essentia partiũ quæ & vnde sit.

Testium alimentum vnde.

Semen à quibus partibus fiat, & vnde prodeat.

N. non tamen à testibus ipsis. vide historiam partiũ genitalium.

Partes sibi trahunt alimentum, quale.

Seminis loculi.

Coitus immodicus exhaurit loculos.

N. at testes semper duri, turgidi.

Seminalia vasa, quæ.

Testes trahunt alimẽtum, vnde.

Galenus cap. 15. Arteria igitur & vena à conceptaculis dorsi profectæ, per ilia deorsum feruntur, vsque dum ad testium inuolucrum & appendicem pertingant, quam epididymidem appellant, quasi supergemmalem (seu supertesticularem) dicas. Est autem epididymis, pars quædam testiculorum capiti superimposita: ex qua multæ fistulæ seroso quodam humore plenæ ad testem permeant. Huic epididymidi arteria & vena suo illo anfractu & capreolo innectuntur, suíque partem quãdam exiguam priùs quàm testibus committantur, distribuunt. Iam verò meatus etiam genitalis, quem varicosum assistentem nonnulli vocant, inde genitalem haustam ad colis radicem defert. Atque hac de caussa Herophilum esse opinatum puto, non admodùm multùm ad seminis generationem testes conferre. quam nunc quæstionem prætermittendam duco. & paulò pòst ibidem cap. 16. Arteria & vena, quæ capiti testis committuntur, seminalem quendam humorem iam habere conspiciuntur; & ipse etiam totus testis huiusmodi humoris plenus reperitur. Vnumquodque autem oportet animalis membrum influentem ad se humorem alimenti ratione in suam naturam immutare. Vnicuique verò membro esse illud est, quod non ex humorum qui insunt, natura, sed ex solidorum corporum substantia existit; à quibus scilicet & qui continentur humores, alterantur. Quòd si hoc ita se habet, & in testibus serosus humor continetur; ab eo nutriri ipsorum corpus manifestum est: vnumquodque verò simillimum sibi alimentum reddit. Semen igitur efficiunt testes: id quod efficere etiam arterias & venas demonstrauimus. sed illæ paucum multo temporis spatio: hi non solùm multum & citò; sed exquisitè etiam confectum: quippe cùm syncerissimam seminis habeant qualitatem, quam etiam in omnes animalis partes quàm citissimè diffundunt. Singula portò membra è venis accommodatum sibi succum attrahunt: atq. hoc in excrementis quoque fit. sic enim demonstratum est, & renes vrinam, & folliculum fellis bilem attrahere. Trahunt igitur etiam testes serosum illum humorem à vasorum anfractibus antè ipsis præparatum: cuius deinde qualitate percepta, suáque eodem tempore communicata, quod superuacuum est, in meatus seminales reponunt: hi posteà in coïtibus foràs excernunt. Vnde si immoderatiùs quis libidini vacet, testes frequentiùs ex vasorum reuolutione semen trahentes; ipsa penitus exinaniunt. & si huiusmodi animàl dissecueris, in ipso humorem nullum serosum inuenies. Contrà in ils qui venereis abstinent, & plurimum & crassissimum semen reperitur, omniáque seminis referta vasa inueniuntur. primùm varicosus assistens, deinde vas seminale, tum supergeminalis, tum totus testiculus, postremò etiam vasorum reuolutio. Si verò quis assiduis coïtibus semen totũ euacuarit, in eo neque aliam quampiam partem, neque ipsum anfractum habere semen conspicies. Qua in occasione, testes ex superioribus venis quicquid in ipsis serosi humoris continetur, id omne attrahunt. est autem paucus admodùm hic, & mistione sanguinis irroratus. quo videlicet etiam ipsas indigere ad alimentum demonstratum est. Hæ quidem venæ cùm à testibus, qui vehementiorem ipsis vim habent, eo violenter priuentur, à superioribus alis etiam ipsæ, rursus superiores illæ ab aliis, hæ à vicinis subinde trahunt. atq. ita deinceps fit, vsque dum in omnem corporis partem trahendi hæc viciſſitudo diffusa, omnibus animalis membris proprium alimentum eripiat. quibus occasionibus omnes animalis partes non tam seroso humore, quàm vitali etiam spiritu priuantur. ex quo est illa ex nimio coïtu debilitas, de qua antè egimus, & quàm sub finem huius libri 11 de semine Galenus tradit, nos autem ex eodem antea protulimus.

Coitus immodicus exhaurit totũ corpus, quæ-liter.

Inde corporis debilitas.

Quòd siquem tot & tantæ rationes non cõmouent: at illa saltem frangat & persuadeat, quam oculis subiicit fides anatomica, & quam frequens comprobat experientia. Quam neq. adeo videntur poëtæ ignorasse, cùm sanguinem metonymicõs pro semine vsurparunt, & consanguinitate ipsa vel cognatione. sic enim Virg.

Ab experientia, & sensuũ fide

Sanguis pro semine quomodo dicatur.

Corripe tela manu, sanguis meus——

idémque 4. Æn.

——genus alto à sanguine Teucri. & 2.

——hortamur fari quo sanguine cretus.

Neque adeo I.C. hoc nescierunt, cùm consanguineos dicerent, eodem semine prognatos, cuius origo prima de sanguine puro extitisset. atque eodem tropo cum poëtis oratores sanguinem vsurparunt. Tullius pro Rosscio Amer. Magnam possidet religionem paternus matérnúsque sanguis. sed de istis aliàs inter humaniores literas in nostris oõmentationibus egimus: nunc potiùs pensum institutum absoluamus. Plinius lib. 36. cap. 10. Prodigiosa sunt, ait, quæ circa hoc tradidit Theophrastus author alioqui grauis, septuagenio coïtu durare libidinem contactu herbæ cuiusdam, cuius nomen speciémque non posuit. Legitur portò inter Herculis labores, labor haud exiguus, quòd vna nocte quinquagies coïerit adhuc puer, totidémque filios genuerit è filiabus Thespij, quos inde Thespiadas dici voluit. Nouimus qui prima nocte nuptiali, cum hymene colluctati, decies, duodecies, quatordecies, vel adeo sæpius concubitu multiplici semen profuderint. quod genus hominum belluinum & voluptuosum, graui damnó ex lasciuia immoderata affici soler. At nos certo eorundem relatu comperimus, post aliquantum seminis effluuium, exhaustis spermate loculis, sanguinem meracum profilire. Et verò vnde sanguis à cerebro? aut quæ cerebro exangui, albido, frigido, humido, cum sanguine rubente calidóque affinitas? an denique vna nocte vel pluribus intemperans luxuries hominis voluptarij totum cerebrum, vel cerebro ipso totam caluam exhauserit. Quid dici potest absurdius? quid à ratione magis alienum? Consule hominis, consule canis, consule cuiuslibet animalis exta demortui; replica genitalium fabricam; dispice vasorum

Historia de coitu mirabili.

Historia.

Historia.

Coitus truncus, vnde.

Quòd semen à cerebro, & eorum horum differentia.

Coitu nullus potest inuitare cerebrum.

seminalium ductus. videbis oculata fide (quod & nos sæpe vidimus, & tibi confirmamus) certáque probatione, quò propiùs ad testiculos accedunt vasa seminalia illa obtorta & obliquata anfractuosáque, eò semen elaboratius albescere: quò autem remotiùs ab iisdem testibus absunt, sursúmque ad renes feruntur, & truncos insignium quatuor vasorum à nobis iam antea memoratorum, eò dilutiorem ac rubentiorem seminis vix ampliùs albidi naturam deprehendi: iam vt fortè ad palmi intervallum, meracus tandem sanguis in totum rubens, neque demum vlla sui parte albicans inueniatur. Vt necesse sit, exhausto per coïtum frequentiorem toto illo semine albido, vi naturæ illata, per consequentiam ad id quod vacuatur, (quod Graij ἀναπλήρωσιν τοῦ κενουμένου vocant) sanguis vt meracus qualem diximus, excernatur. Porrò autem ductus illos seminales digitis oculisque designatos persequere; videbis in truncum venæ cauæ geminas venas, totidémque arterias in aortam arteriam desinere, neque vlteriùs ad cerebrum priuatim exporrigi, & nusquam omnino seminalem materiam inueniri. Neque adeo per dorsalem spinam vllũ seminis esse effluuium: sed solidam medullam spinalem paulatim in dicta pridem neruorum paria resolui: neruos autem solidos nullo semine liquido repleri: denique à spinali medulla nullum meatum, nullum velut aquæductum, nullũ seminalem siphunculum ad testes pertingere: quicquid philosophi hallucinentur: quicquid poëtæ nugentur: quicquid logiastri delirent: quicquid vulgus insaniat. Quod siquis obstinatus & contumax non credit; si nobis qui vidimus & asserimus, diffidit; si authoritate magnorũ virorum hallucinantium, quàm ratione & experientia magis ducitur; faciat ipse periculum, atque rem ita sese habere vt dixi, oculata fide certissimè comperiet. Tantò certior est anatomiæ fides, quàm philosophorum quamlibet acuta & solers argutáque ratiocinatio. vt cum Persio possim apud contumaces & præfractos illos obiicere ac reponere,

Disce, sed ira cadat naso rugosáque sanna,
Dum veteres anias tibi de pulmone reuello.

Semen vbi conficiatur, & probatio.

Coitus quãdo cruẽtum, & causa.

Vasa seminalia neutiquam ferri ad cerebrũ, & solũ in eis semen contineri.

Ab experientia.

Quòd nullus seminis ductus in spina dorsi.

Anatomiæ fides certissima, & philosophorum ambages.

Quanam est in coïtu tanta voluptatis caussa?

PROBLEMA II.

GEneris humani summus ille & admirabilis artifex, cùm hominem ab initio creasset, & masculum fœmellámque discreuisset, dixisséque, Crescite & multiplicamini: prospiciens vtique perennitati hominum cùm artus siue τὰ ἄῤῥενα καὶ θήλεα, vt loquitur I. C. fabricatus esset generando apta: idem ipse author generationis, velut incitamentum quoddam, & vt iidem I.C. loquuntur, incentiuum addidit; quo velut œstro perciti mas & fœmina mutuum congressum ardentiùs expeterent, & liberis operam cupidiùs darent illecti noua quadam atque incredibili voluptate; iam inde ante natam sobolem, percipientes fructum quendam haud iniucundi laboris. quem alioqui fortè subire aut aggredi multi μισόπονοι καὶ μισογυναῖκες, prolísque suscipiendæ negligentes auersarentur ac dedignarentur. Sensum eius quidem titillationis omnes percipiunt non homines modò, verumetiam reliquæ animantes in suo quæque genere. sed eius caussam modúmque cùm cæteræ animantes ignorent, ex hominibus pauci intelligunt aut assequuntur. de qua nunc lubet summorum authorum audire ac referre sententiam.

Caussa voluptatis in coïtu parua sequitur.

EX HIPP. ET THEOLOGIS.

HIPPOCRATES omnium primus naturæ humanæ & procreationis accuratus indagator ita tradidit lib. de genitura: Venæ & nerui ab omni corpore in pudendum vergunt, quibus dum aliquantulùm teruntur & calescunt ac implentur, velut pruritus incidit, & ex hoc toti corpori voluptas ac caliditas accedit. ibidem pòst paulò, Muheribus in coitu dum confricatur pudendum, & vteri mouẽtur, velut pruritus in ipsos incidit, & reliquo corpori voluptas ac caliditas accidit. & quæ sequuntur alibi proferenda. Idem lib. de ossium natura: Voluptas accedit vena pudendi genitura expleta. Quum igitur soleat reliquo tempore modici sanguinis ac multi seminis esse repleta & calfacta, & semine deorsum confluente, ea quæ in seipsa habet, constringit. Spiritus autem in ipsa existens, & præsens violentia, & caliditas, & venarum vndiquaque concitatio titillationem inducit. vbi paulò antè de venis pudendi, Penetrant (ait) per pudendum venæ crassæ & tenues & densæ & curuæ. ob hanc autem naturem ipsa vena etiam plurima foecundaac genitalia concipit. à plurimis enim ac syncerissimis partibus connutrita, paucíque sanguinis existens ac cana, & densa instar nerui ac spiritu referta intentáque à pudendo demissas ad spinam venulas cogit: hæ verò velut cucurbita medicinalis in seipsas coactæ, omnia in supernam venam emittunt. sed hæc ad superius problema pertinent. Verumènimuerò lib. de locis in homine omnino doctè sic disserit; Corpus porrò ipsum sibi ipsi idem ac simile est, & ex iisdem compositum est. similiter autem habet & paruas & magnas partes, itémque infernas ac supernas. & siquis minimam corporis partem acceptam malè afficere velit, totum corpus affectionem sentiet, qualiscumque tandem ea fuerit: propterea quòd minima corporis pars omnia habet quæcumque & maxima. insuper quicquid tandem minima pars pertulerit, ad gentilitatem refert ac transfert, vnaquæque ad suam siue bonum siue malum id fuerit. Et propterea corpus & dolet & lætatur cum minima gente; quia in minima omnes insunt partes, & hæ ad gentiles sibi ipsis singula transferunt, & omnia denuntiant. Hanc autem philosophandi subtilitatem nostri etiam doctores sunt imitati: sic enim Paulus 1. Corinth. 12. Deus temperauit corpus, ei cui deerat, abundantiorem tribuendo honorem: vt non

Voluptas in coïtu cur toti corpori accedat, præsertim mulieribus?

Titillationis causa in coïtu.

Vena pudendi vnde & qualis.

Corporis partiũ sympathia, vnde sit.

Totum corpus vni particulæ compatitur, qualiter.

Corporis partium inter se sympathia.

Genus humanũ qua ratione perpetuetur.

Voluptas allicit ad coïtum.

Corporis partium inter se sympathia.

non sit schisma in corpore, sed in id ipsum pro inuicem solicita sint membra. Et siquid patitur vnum membrum, compatiuntur omnia membra: siue gloriatur vnum membrum, congaudent omnia membra, &c. Sed noster Augustinus ad Hippocratem etiam propiùs accedit lib. 6. de trinit. cap. 6. Creatura spiritualis, vt est anima, in comparatione quidem corporis est simplex: sine comparatione verò corporis, est multiplex, & non simplex. quæ ideo simplex dicitur respectu corporis, quia mole non diffunditur per spatium loci, sed in vnoquoq. corpore & tota anima est, & in qualiber eius parte tota est. Et ideo cùm fit aliquid in quauis exigua particula corporis, quod sentiat anima: quanuis non fiat in toto corpore: illa tamen tota sentit, quia totam non latet. hæc ille. Aristoteles tamen lib. de animal. motu, animam in corde corporis medio statuens, hanc in singulis partibus consistere necessarium non ducit, vt antè exposuimus; ac de sede animæ in corpore speciatim egimus: quo libello nondum adscribenda ista occurrerat Augustini sententia. quiquidem idem tribuit animæ, quod physicus ipsi partium ac particularum sympathiæ per totum corpus latè diffusæ tribuerat. sed omissis theologis reuertor ad philosophos.

Anima simplex ex multiplex, qui.

Anima in toto & in qualibet parte: ideo sentit omnia.

EX PLATONE.

PLATO in sympolio colloquentem cum Socrate Diotimam inducit, cuius in oratione ita loquitur; Omnium, ô Socrates, hominum prægnans & grauidum corpus est, prægnans & anima. & cum primùm ad certam ætatem peruenerimus, parere nostra natura cupit: parere verò in turpi nequit, in pulchro potest. Viri sanè mulierisque congressu fœtus partúsque prouenit. est autem opus hoc diuinum, & in animali ipso mortali, immortale hoc est, conceptio scilicet & generatio. Hæc in eo quod sine proportione & dissonum est, expleri nequeunt. dissonum autem est, quod turpe, ab omni quod est diuinum: pulchrum verò diuino cõsonum. Parca igitur & Lucina generationi pulchritudo ipsa est. Quocirca quoties pulchro quod grauidum est, adhæret, lætitia gestit, hilaritate & voluptate diffunditur, paritérque & generat. Contrà verò quod turpi propinquat, tristitia quadam & dolore contrahitur absterretúrq. & cohibetur, nec gignit, sed fœtum retinens angitur. Quapropter quod concepit & iam luxuriat, adultúmque ad generationem anhelat, circa pulchrum vt plurimùm obuersatur: quoniam inde acri anxietate leuatur. Est enim amor non pulchri, sed generationis partúsque in pulchro. Quia amor, sempiternum quiddam est & immortale, quemadmodum in ipso mortali generatio: immortalitatem autem vnà cum bono appetere necesse est: quandoquidem amor, est appetitio qua bonum sibi quisque semper adesse desiderat. Ex his concluditur, amorem, immortalitatis quoque desiderium esse. vel vt paulò antè, Amorem, esse appetitionem, qua bonum (seu bene) sibi semper esse quis cupit. hæc ex Diotima. & paulò pòst (nam totus dialogus de amore est, vellem paulò modestior) Quicumque igitur corpore fœcundi sunt, ad fœminas se magis conuertunt, atque ita amant, & filiorum generatione immortalitatem, memoriam, felicitatem per omne tempus assequi sperant. Sunt & qui animam grauidam atque fœcundam magis quàm corpus habeant: hi sanè concipiunt ea quæ animæ & concepisse & concipere conuenit. & quæ ibidem plurima. Idem in Philebo, Voluptas (ait) maximè omnium temeraria: fertur enim de venereis voluptatibus, quæ ingentissimæ omnium æstimantur, quòd peierantibus illis dij protsus ignoscunt: quasi pueri quidam, voluptates sint nullius intelligentiæ compotes. ibidem, Si quem verò voluptatibus præsertim maximis fruentem aduertimus, vel quòd ridiculæ, vel quòd obscœnæ sint, ipsi quidem erubescimus atque celamus noctis tenebris talia committentes: quasi sint diurni luminis indigna conspectu. idem t. de legib. Cùm fœmina & mas ad generandum conueniunt, huiusmodi voluptas secundùm naturam his tributa videtur. quod mares autem maribus, aut fœminæ fœminis commiscentur, præter naturam voluptas ea est. sed in Philebo de voluptate multa disceptans, etiam hoc ait, quod Galenus videtur æmulatus, vt ex sequentibus patebit. Velut in scabiei medela, ait philosophus, quæ fricando fit (sicuti de se Socrates initio Phædonis ostendit) cæterisque huiusmodi haud alio pharmaco indigentibus: hoc malum, voluptatémne an dolorem potiùs nuncupabimus? Sanè & doloris animæ & corporis voluptatibus mixtos reperiemus, secúmque vtrorumque commixtionem, interdum voluptatem, interdum verò dolorem cognominatam. Sed ex vtique veræ voluptates, quæ circa decoros colores figuráque & odores pleroque & sonos consistunt. Cui loco assentitur Epicureus ille apud Ciceronem Tusc. 3. vt alibi citaui, & ex Laërtio in Epicuro. Verùm idem Plato in sympolio, vbi de amore ex professo differit (vtinam paulò modestiùs, neque hircum Danielis redoleret) plurima de amore cõmiscet. vbi & hoc dicit, Nullam voluptatem esse amore potentiorem. Quòd si voluptates omnes amore imbecilliores sunt, ab illo vtique superantur, ille verò dominatur. Amor itaq. quoniam libidinibus & voluptatibus dominatur, mirum in modum est temperans. hæc ille ex Agathonis oratione. In Phædro tamen omnes penè voluptates corporis seruiles non iniuria contendit appellari. sed locus hic vnus cæteros facilè superat, nostro quidem sermoni cõuenientior ex Timæo: Quando in id quod facilè moueri solet, aliqua vel breuis incidit passio, pars eius quælibet sequentibus partibus vndiq. passionem ipsam trãsfundit, quousq. ad prudẽtiæ sedem perueniatur: vbi per hos quasi nuntios potẽtia illius quod passionem intulit, noscitur. Quod verò cõtrà est affectum, & immobile quodãmodo permanet, circularem illã transfusionem non habet: & ipsum quidem patitur solum, proxima verò minimè mouet.

Corporis fœcunditas in quo, & connubij finis.

Anima prægnans quid concipiat.

Voluptas circa res venereas, qualis.

Voluptas venereorum pudibunda.

Voluptas naturalis & præter naturam.

Voluptas mixta dolori penes corpus & animam.

Voluptas honesta in quo.

Plato lasciuus.

Amoris vis

Voluptas similis.

Sympathiæ quomodo à partibus ad animam transeat.

Hominum genus perẽnat, qualiter.

Generatio nonnisi in pulchro, & cum voluptate: aliàs aliter.

Amor qui sit, & circa quid.

Pars insensilis, quæ.

Visus & auditus qui efficiantur.

Seminis copiosi locus & effecta.

Semen quomodo gliscat ad generationem.

Partium genitalium impersosa libido.

Voluptatis vis.

Voluptas quid, item dolor.

Voluptas impersosa, & eius damna.

Quapropter cùm partes aliæ aliis passionem primam non impertiant, totúmque animal hinc minimè agitetur, sensus expers id quod patitur, extat. Id profectò circa ossa capillósq. & reliquas partes, quæ terrenæ vtplurimùm in nobis sunt, accidit. Visus verò & auditus instrumenta aliter omnino afficiunt: quia illis ignis aëríq. vis maxima inest. Quod præterea ad voluptatem attinet & dolorem, ita consideretur. Passio violenter prætérq. naturam abundè simúlque nobis illata, molesta sit. rursus quæ in naturam abundè simúlque reuertitur, dulcis: quæ contrà fit, contrà. Passio verò magna cùm facilitate illata, sentitur quidem maximè, voluptatis autem & doloris minimè particeps. & quæ plura sequuntur olim à nobis appellata, vbi de dolore & voluptate inter sensus ageremus. necnon & illud nuper attigimus, quod ibidem sequitur; Qui fluido stupidoque circa medullam abundat semine, vtque arbor pluribus quàm conueniat, fructibus grauida, nimia vbertate luxuriat, is profectò multis passim doloribus, multis item voluptatibus in libidinibus ipsis earúmque fœtibus fructibúsque affectus, per omnem fermè vitam ob ingentes voluptates doloréíque insanit ac furit. & quæ plura exposuimus. quinetiam ex eodem dialogo diximus de seminis origine quid Plato sentiret, velut à capite per ceruicem & spinam ad testes defluente, quos nos improbauimus. & hoc adeo attigimus ex fine dialogi; semen vtpote animatum ac respirans, qua parte spirat, per eandem vitale effluendi desiderium gignit, atque ita generandi amorem nobis interuit. Quocirca pudendorum naturæ in viris insita vis inobediens atque imperiosa, & quasi animal non exaudiens rationem, furiosarum libidinum violentia, subitcere sibi cuncta conatur. vbi mox de vtero, animali vago, & generandi cupido, quæ pridem proposuimus. veniamus deinceps à magistro ad discipulum.

EX ARISTOTELE.

ARISTOTELES in hanc quæstionem incubuit apertiùs. lib. 7. Ethic. ad Nicomachum de voluptate differit à cap. 11. in librum reliquum: sed de voluptate ex coitu nonnisi obiter. iterum lib. 10. eiusdem operis, aliquot prima capita in eam quæstionem consumit, an voluptas sit summum bonum. Maximè autem voluptas nostro generi familiaris est, ait cap. 1. quam ideo vniuersa affectant tum quæ rationem habent, tum quæ expertia sunt rationis, ait cap. 2. Sanè cap. 10. lib. 1. rhetor. ad Theodecten, Voluptatem definit motum animi quédam & affectionem totam simul ac sensibiliter in naturam proficiscentem: dolorem verò huic contrarium, quod antè ex Platone sumptum disserui, & idem Arist. repetit cap. 7. lib. 2. magnorum moralium. Difficilius autem est, vt Heraclito placet, voluptati quàm iræ repugnare, cap. 3. lib. 2. Ethic. Voluptates impedimento prudentiæ sunt: atque quo magis hisce quispiam gaudet, eò magis impeditur: vt in veneréa fit voluptate, cap. 11. lib. 7. ethic. Sed hæc multò sunt magis instituto nostro affinia. cap. 20. lib. 1. de genera. animal. Voluptas (ait) quæ per coitum sentitur, non solùm semine exeunte accidit, sed etiam spiritu, ex quo consistente semen emittitur. Quod patet tum in adolescentulis, qui nondum emittere queunt, propéque ætate sunt: tum in viris genituræ expertibus. voluptas enim. iis omnibus scalpendo excitatur. idem cap. 7. lib. 7. histor. animal. Cùm semen genitale exit, spiritus antecedit, & quidem ipso exitu constat agi cum spiritu: nihil enim procul fine violentia spiritali proiici potest. Verùm omnino, præclarè philosophus sensit, non solùm ob seminis qualitatem, contingere voluptatem in coitu; sed multò maximè ob copiam spirituum, qui affatim & confertim, vel vt Græci loquuntur, ἀθρόως ciaculantur. vnde est illa potissima ex coitu debilitas, de qua iam meminimus ex Hipp. & Arist. & Galeno. Quare qui concumbunt, resolui atque languere magna ex parte solent? quærit Arist. 4. probl. 22. An quod semen, omni ex parte corporis secretio est? Itaque vt ædificij constructio, sic corporis compactio quæritur, dum semen decedit: quasi sanguinis multum, aut aliqua pars alia decedat. ita quod exit, peropportunum est, & quod exiguum ex multo alimento conficiatur: quemadmodum amylum ex farina. & sequentes probl. 24. Foramina spiritu admisto implentur, ita vt genitale membrum intumescat atque se erigat. & superiori probl. 21. Concubitus fit cum flatus excursu. similiter probl. 1. sect. 30. Concubitus, flatus copia agitur. cuius indicium, quòd penis ex paruo citissimè in molem augescit insignem: nisi enim flatus, non ita extumescere potest. Et vinum verè flatus mouere nimirum potest. cóstat vinum eam habere vim ex spuma quam excitat, præsertim nigrum, quia calidius & corpulentius est. Vnde fit vt cupiditatem Veneris accendere vinum possit. quare non ineptè Venerem iunctam Baccho autumant. ita philosophus: cui adstipulatur Comicus, Sine Cerere & Baccho friget Venus. Sed an verè idem dixit 30. probl. 4. vnà cum semine aliquid aliorum excrementorum exire? an hoc verisimilius est, quod scribit cap. 18. lib. 1. de genera. animal. Caussa autem vt voluptas rei veneteæ vehementior sit, non quòd ex toto secesserit, est; sed quia prurigo vehemens accidit. quamobrem siquis frequenter ea re vtitur, minùs afficitur voluptate. item voluptas Veneris in fine coitus potissimùm est. Huc spectat elegans problema 16. sect. 4. Qua de caussa res omnium suauissima, concubitus est? An suauissimè quidem concumbimus, quoniam aut toto ex corpore semen profluit, vt aliqui volunt: aut quia quanuis non toto ex corpore, tamen per eam partem se promit, in quam meatus omnes venæque omnes applicentur & coëant. Cùm igitur voluptas similis in libidine atque in prurigine sit, efficitur pariter vt corpus gestiat vniuersum. Prurigo enim, secessio humoris spirituosi incluśi contra naturam est. & genituram verò secessionem humoris.

Voluptatis in coitu caussa.

Seminis vibrationis caussa.

Voluptatis in coitu caussa.

Coitum ea re debilitas consequatur.

à simili.

Penitus ne arrigat.

Concubitus qui fiat.

Vinum & semen, flatulenta.

Bacchi & Veneris coniunctio, quæsum.

An in coitu cum semine excrementa exeant.

Voluptatis in coitu caussa, & quando maior.

Concubitus cur suauissimus.

à simili. N. hinc Gal. mutatur, vt patebit.

Prioritus quid & vnde.

eiusmodi esse ad rem naturalem constat. Suauis autem tum ex necessitate, tum rei cuiuspiam gratiâ, concubitus est. ex necessitate, inquam, quòd via omnis pertinens ad rem naturalem suauis est, simodò à sensu percipi queat. rei verò cuiuspiam gratia est, vt ortus sit animantium perpetuus. facit enim voluptas, vt animantes ad coitum ardentiùs excitentur. de cæteris aliàs, quæ ad rem veneream tota sect. 4. probl. pertinent. nunc autem à philosopho consilium hoc reportent ij, qui voluptati ex coitu se nimis addictos sentiunt, ex cap. 9. & vlt. lib. 2. Ethic. ad Nicomachum; Cùm medium consequi summè sit difficile (in medio autem virtus omnis consistit) secunda, vt inquiunt, nauigatione, minima malorum sunt eligenda. Considerare autem oportet ad quæ nos sumus propensiores: nam alij ad alia naturâ sumus procliues. quodquidem ex voluptate doloréque inde proueniente percipietur: atque nos ipsos ad contrarium oportet retrahere: Longè namque à delinquendo recedentes, ad ipsum tandem medium accedemus: vt solent ij facere, qui ligna obliqua ad rectitudinem redigunt. In vniuersis autem cauendum est maximè à voluptate: non enim incorrupti iudicamus de ipsa. Vt ergo Troianorum senes erga Helenam sese habuerunt, sic & nos ad volupratem ipsam esse affectos, in omnibúsque illorum dicere vocem oportet (ex Iliad. 7.) hoc enim modo remouentes à nobis ipsam, minùs peccabimus. Eôdem pertinet illud ex lib. 7. histor. animal. cap. 1. Senescunt autem celeriùs mares salaces, & mulieres quæ frequenter pariunt. passeres alibi ex eodem philosopho in exemplum breuis vitæ attulimus. atque ex Tullio paulò antè, & in mari & in fœmina commiscendorum corporum miras libidines memorani. necnon ex Lactantio, ardentissimam cupiditatem conctorum animantium corporibus admisceri diximus, vt in hos affectus auidissimè ruant: vt ea ratione propagari & multiplicari genera possint. sed de istis quidem nunc nuper constitit: itaque ad alios transeamus, vbi hanc ex Val. Maximo lib. 9. cap. 12. retulerimus historiam, de morte repentina ex voluptate in coitu; Cornelius enim Gallus Prætorius, & Titus Ætherius eques Rom. inter vsum Veneris absumpti sunt, ait ille: nam de mortibus ex ingenti lætitia nos quidem antea vbi de voluptate & dolore ageremus.

Cùm cor anxium, & finis duplex.
Voluptas in coitu, quorsum.
Virtus in medio.
Minima mala eligenda.
A voluptate resiliendū, qualiter, & à simili.
Voluptas dolosa & damnosa.
Voluptas asserēda. à simili.
Venus fœminam accendit.
Venerem omnia animantia expetunt, quorsum.
Historia.

EX GALENO.

GALENVS vnus è priscis nobis superest, aut sanè præcipuus, qui cùm tantæ in coitu voluptatis caussam assignare vellet, non tamen eam probare omnibus potuit. sic autem scribit lib. de tremore, palpita. rigore cap. 14. & sæpe aliàs ex citato Platone repetit; Qui præter naturam & violentus & aceruatus fit in nobis affectus, doloroſus est: qui verò in naturam abit rursus aceruatus, iucundus. & cap. 6. lib. de sympt. causs. Reditus ad naturalem habitum, si confertim fiat, cum voluptate perficitur: si verò paulatim, sensu haud percipitur. Haud aliter transitus à naturali statu in eum qui est præter naturam, si confertim fit, violentus est, & omnino dolorem excitat: si verò paulatim, sensum latet. & tamen 12. lib. meth. med. cap. 7. Corpora non solùm cùm in naturalem habitum confertim aguntur, tristem grauémque mutationem sentiunt; sed etiam in ipso ad natutalem statum reditu, nisi eum paulatim accipiant, cruciantur. quasi dicat, si confertim ad naturalem statum redeant, cruciari. Qui loci pugnare vtcumque videntur: sed loco hoc posteriore, de reditu ad naturalem statum per contraria loquitur, doloris sensum inferentia; vt à gelu exrimorum, si vngues & digiti igni admoueantur, dolor grauis excitatur. illo autem loco superiore, de reditu ad naturalem statum per familiaria intelligit, miniméque contraria: qualis ad naturam reditus etiam ἐξ ἴσου factus, tantum abest dolorem vt concitet, vt etiam pariat voluptatem: quia violentia caret. Inde semen retentum cùm grauissima causetur symptomata, quæ Gal. commemorat. lib. 6. loc. aff. tamen illud item semen quando de corpore expellitur, quantò celerior ad naturalem statum fit reditus, tantò maior voluptas ex eo accedere videtur. sed dicentem Gal. auscultemus: nam de voluptate & dolore generalem antehàc sermonem instituimus. Libro igitur 7. plac. Hipp. & Plat. hoc rectè adiicit; Non satis esse ad voluptatis doloríque creationem, vt vel lenis, vel aspera in corpore motio efficiatur: sed vtrisque his agitationibus sensus quoque accedat, necesse est. Verùm idem omnino bellè lib. 1. de sympt. causs. cap. 6. Quò vniuscuiusque sensus substantia crassior est, eò maiore hominem afficere voluptate solet. Est verò splendoris quidem sensus visus, aëris verò auditus, halitus odoratus, æquè scilicet vt humidæ naturæ gustus, & solidi corporis tactus. quod nos iam inde ab initio de sensibus differendo ostendimus. sed reliqua indidem audiamus planè huic instituto conformia. Delectatio & dolor omnibus sensibus contingunt, non tamen pari euidentia: sed in oculis minùs quàm in cæteris euidenter: in tactu autem & gustu maximè luculenter: ab iis deinceps in odoratu: & pòst hinc in auditu. Communis caussa ex Timæo Platonis hæc est; Violenta passio quæ præter naturam est, cùm simul multa & celeriter fit, dolorem affert: è diuerso quod ad suam naturā vniuersim & celeriter redit, iucundū est: quod autem sensim & paulatim fit, sensum latet. atq. ita Plato pridem à nobis citatus: Hippocrates verò eo antiquior: Iis (inquit) quibus natura alteratur & corrumpitur, dolores fiunt. quippe illud (corrumpitur) celeritatem simul ac magnitudinem mutationis indicat. sed prætermissis aliis aliorum sensuum exemplis, quæ ibidem percurrit, dolore aut voluptate affici solitorum, sub finem capitis prorsus egregiè in rem præsentem & appositè: Egregium verò (ait Gal. ibidé) propriū quiddā habet generatricium

Voluptatis & doloris caussa.
Dolor quā fiat.
Gal. pugnantia dicit, & quomodo conciliandus.
Voluptas ab excretione seminis, qualis.
Ad voluptatem & dolorē quid requiratur.
A quo sensu maior aut minor voluptas accedat: & sensuum ad elementa proportio.
Sensus qui maximè voluptatem percipiant.
Dolor & voluptas qui fiat.
Dolor quāda fiat.

Genitalium partium ſenſus & officium.

particularum ſenſus: propterea quòd etiam facultatem habent valentiſſimam, in mare quidem, ſeminis expultricem; in fœmina verò tũ hanc ipſam in teſtibus & ſeminalibus vaſis, tum attractricem in toto vtero. Cõbiunxit enim natura & cum ſeminis effuſione, & cum eius conceptu ingentem cupiditatem ſimul ac voluptatem. Cæterùm offenſa redundantis & intus manentis ſeminis, quod paulatim multo tempore, ac iccirco plus colligitur, quanquam magnoperè infeſtet; impar tamen eſt magnitudini voluptatis, quæ in venere ſentitur. Offendẽtis enim expulſio ſimul & celeriter facta, etiam delectationis magnitudinem celeritati reditus ad naturam proportione reſpondentem habet. hæc eo loci Galenus. Cæterùm rectè etiam illud ex Democrito initio comment. 1. in lib. 3. epidem. Paruus morbus comitialis, concubitus eſt. & Epicurus, Nunquam proderſe Veneris vſum; præclarè agi, ſi non officiat. Græcè ſic, μικρὰ ἐπιληψίαν τῷ * συνουσίαν. ᾧ μᾶλλον μὲ αἰφνίδιον ἀφροδίσιον χεῦμα, ἀχαιτοτὸ δ' εἰ μὴ διαλίψειν. Malè tamen ibi Sabinus, Ferunt acernatam in cerebro genituram multitudine id opprimentem, delirij ſymptoma efficere. quam nos paulò antè opinionem conuulſimus. Illud verius ex lib. 6. ſanita. tu. Venus iis tantùm innoxia eſt, qui calidi humidíque ſunt: tum verò qui genitura naturaliter abundant, & inculpata corporis conſtitutione ſunt. ſiccis autem temperamentis inimiciſſima, vt ibidem. Vonus autem tantùm eſt ætate florentium: quæ enim hanc vel præcedunt ætates, vel ſequuntur, aut planè ſemen non effundunt, aut certè infœcundum, aut malè fœcundum effundunt, ait idem initio lib. 2. eiuſdem operis. Corpus autem à venere & laxius & frigidius & imbecillius & ſiccius effici ibidem dixit lib. 3. & ex eo Paulus lib. 1. quibus addit ſub finem comment. in lib. 3. epidem. & neruis & neruorum origini cerebro officere, & ſtomachum labefactare venerem. & ad aph. 30. lib. 6. gignere podagram. quibus adiicit articulorum dolores, renum vitia, epilepſiam, atram bilem, comment. 5. in 6. epidem. Morbis tamen à pituita ortis remedio eſſe; neque verò omnibus, ſed quibus vires firmæ ſunt. concubitus enim, ſicut & vigilia, reſiccat humoréſque digerit, robuſtorum corpus calfacit, infirmorum autem corpora reſoluit & reſiccat & refrigerat. de venereis caput eſt 86. artis medicinalis hunc in modum; Venereorum verò iuxta Epicuri ſententiam, nullus eſt vſus ſalubris. reuera autem confert, ſi tantum interualli in eorum vſu adhibeatur, vt neque reſolutio aliqua ſentiatur, & ipſe ſe ipſo homo quodammodo leuior factus, ac meliùs ſpirare videatur. Tempus verò ad vtendum opportunum, cùm omnium in rerum circunſtantium exquiſita mediocritate corpus fuerit conſtitutum: cùm ſcilicet neque ſupra modum plenum, neque vacuum extiterit: aut in calore aut frigore aut ſiccitate aut humiditate exceſſerit corpus. Quòd ſi abertare contigerit, paruus ſit error.

Voluptatem coitus quare pariat.

A ſemine & dolor & voluptas quò.

Coitus cauſſa voluptatis.

Cõcubitus, eſt epilepſia

Venus ſemper noxia.

Delirium à ſemine in cerebro.

Falſum.

Digreſſio. Venus quibus profit, aut obſit.

Ætas quæ fœcunda.

Veneris effecta in corpus, & mota.

Venus quibus morbis medeatur

Cõcubitus vis & effecta.

Venus quibus profit, vel non.

Coitus ſit. pus idoneũ, & circunſtantia.

A

B

C

D

E

melius autem illi calefacto magis quàm infrigidato: & pleno quàm vacuo: & humecto potiùs corpore quàm exſiccato, vti venereis. qualia nos pridem ex Celſo, Rufo, Paulo, Aëtio, Oribaſio & aliis, in hanc ſententiam produximus, cùm de Venere generaliter ageremus. De damnis retenti ſeminis dixi alibi ex lib. 6. loc. aff. & fine lib. 1. de ſemine, vbi ita concludit; Nihil igitur mirandum eſt, ſi ij qui immoderatiùs coïtu vtuntur, imbecilliores euadunt, cùm & vniuerſum corpus vtrorumque horum (ſeminis & ſpiritus) puriſſima parte fraudetur: & accedat etiam voluptas, quæ vel ſola idonea eſt ad vitales vires diſſoluendas: vt nonnulli iam nimia voluptate affecti interierint. ſed de hoc aliàs: ad theſin redeamus. Quod ſequitur, quamuis ſpecie ipſa plauſibile verique ſimile appareat; tamen non perinde omnibus probatur ex lib. 14. de vſu part. Cæterùm cur cum vſu partium genitalium, voluptas quidem maxima ſit coniuncta, inſana autem cupiditas in omnibus florentibus animalibus vſum præcedat, quò genus in perpetuum maneret incorruptum, materialem atque inſtrumentariam cauſſam veſtigantibus, ita dicendum eſt. Arteriæ & venæ, quæ à locis quæ ad renes pertinent, ad partes genitales feruntur, matricum quidem fundum præterueheruntur, lateralibus verò ipſarum partibus poſtea inuectæ, in duo diuiduntur: tum autem pars alia illinc à lateribus ad teſtes fœminæ ſecedit, qui ipſi matricibus adiacent: altera verò ad fundum progreſſa, multipliciter in ipſum tota diſtribuitur. Committuntur autem hîc fines vaſorum, quæ in ſiniſtrum ſinum matricis ſunt diuiſa, cum finibus eorum quæ in dextrum eiuſdem ſinum ſunt diſtributa. quò fit vt dextra matrix exiguam quidem, ſed tamen ſeroſam humiditatem aſſumat. Quæ humiditas præter dictum alibi vſum, alium quempiam erat præſtatura maximum; vt quæ acrimoniam quandam ac mordacitatem habeat. quod humoris genus omnium maximè poteſt partes ipſas ad agendum excitare, voluptatémque dum ipſæ agunt, præbere. Quòd ſi praua quædam ac leuia magnorum ac mirabilium naturæ operum exempla, quò res ſit clarior, in hanc diſputationem oportet afferre; eiuſmodi quiddam mihi accidere intellige, cùm humores hi ſeroſi incaleſcunt: quod maximè accidit, cùm humores acres ſub cuti animalis ſæpe ſunt acernati: titillant enim tunc ac pruritum excitant, & ſuo motu voluptatem afferunt. Quando igitur non modò eiuſmodi humores vacuari poſtulant (eóque nos excitant ac pungunt ad ſeſe excernendum) verumetiam ſpiritus multus ac calidus expirare gliſcit; incredibilem quendam exiſtimare oportet voluptatis eſſe exceſſum. Præterea cùm partibus his natura ſenſum quàm cuti lõgè exactiorem, propter eandem vtilitatem tribuerit; mirum ampliùs videri non debet, neque cur ipſis illinc voluptas maior accedit, neque cur cupiditas ingens ipſam præcedat; quam ſeroſum iſtorum

Coitus cur tanta ſequatur imbecillitas.

Voluptas reſoluit.

Voluptatis in toto cauſſa materia & finalis.

Veſa ſeminalia ſeminea.

Semen cur acre, & quorſum. N. idem intellige de ſiniſtro matris teſticulo, de quo antehàc & mox.

Voluptatis in coitu cauſſa. à ſimili.

Voluptatis in coitu cauſſa.

excrementorum excitat acrimonia. Accedit eò etiam aliud alimentum non aſpernandum à corporibus glanduloſis, quæ vtraque parte colli veſicæ ſunt locata: in quibus & ipſis humor quidam ſpermati quidem ſimilis, verùm tenuior longè continetur, de quo aliàs. Ipſum autem ſemen ſpirituoſum ac ſpumoſum eſt: cuius craſſa & viſcoſa & ſpiritu vitali plena eſt humiditas. denique vt paucis verbis enuntiat lib.6. loc. affect. ſemen, humorem primarium & flatuoſum ſpiritum continet.

Præſtat eatum vſus.

Seminis natura.

Seminis partes.

Enimuerò iſta licet arguta Galeni ratio, vt nonnullis, ſic & Væſalio præſtanti Anatomico tota probari haud potuit: ſic enim obiicit lib. 5. anatom. cap.13. Cæterùm à ſiniſtri renis vena eius lateris teſtem ſuam venam in hoc obtinere Galenus cum aliis Anatomicis omnibus atteſtatur, vt hæc ſeroſum ſanguinem ſemini communicaret, cuius acrimoniæ & mordicationis vi in ſeminis emiſſione pruritus titillatióque in organo multis neruis implicito concitaretur. Eiuſmodi enim hîc delectationem Galenus fieri ſcribit, qualem ex ſalſis mordacibúſque ſuccis in his qui ſcabie laborant, eſſe cognouimus, quando illi igne aut lecti ſtragulis excalefacti pruriunt, ſcalpendóque ſuccis illis cutem ſtimulantibus locum dant. Hoc Galeni decretum non admodùm probabile duco, cùm mingentes ex tanta ſeroſi humoris copia pruritu non afficiantur, etiamſi rigido excalefactóque pene crebrò, & præcipuè iis qui calculo vexantur, vrinam reddi nouerimus. Quinetiam putridi ſeminis inuoluntario fluxu laborantes, primis diebus languido & flaccido pene pruritum etiam ſentiunt, nulla præcedente penem excalefaciente cauſſa. Adhæc qui ex ramicum vitio aut alia occaſione, ſiniſtro teſte caſtrantur, coëuntes neque pruritu, neque voluptate afficerentur: quod falſum eſſe indies ab his quibus ramex manu curatur, audimus. Quod verò alij halituoſum ſeminis ſpiritum ad delectationis cauſſam etiam concurrere teſtantur, non mihi ſatis arridet, cùm ea pungendi ſtimulandíque vis ſpiritui ineſſe nequeat. Adeo vt ad ſpecificam eſſentialémque ſeminis formam materiámque; ac dein ad corporis quod ſenſu afficitur, rationem hæc delectatio ſit referenda: cùm tota veſicæ cernice hanc non percipiamus. neque profectò ſemen pari ſenſu alias corporis partes, ac vterum afficit. hæc ferè Veſalius omnino probabiliter, & vero propiùs, quàm id quod Galeno licet acutè cuncta rimanti viſum eſt. cuius locus alter præter citatum, ſic legitur cap.7. lib.14. de vſu part. Vaſorum quæ ad dextram matricem atque teſticulum progrediuntur, à magnis vaſis quæ ſunt ad ſpinam, proficiſcuntur, vena quidem à caua vena, arteria autem ab arteria magna. Quæ verò ad ſiniſtrum teſticulum in maſculis, aut ad matricem ſiniſtram in fœminis perueniunt totidem vaſa, non amplius à magnis vaſis, ſed ab eis quæ ad renes feruntur, emergunt. Ex quo intelligi poteſt, teſticulum ſiniſtrum in maribus, & matricem ſiniſtram in fœminis, ſanguinem impurum atque excrementoſum, humidum ac ſeroſum recipere.

Teſtis ſiniſter vnde ſerum habeat, & quorſum.

Similitudo.

Citra Gal. Quòd acrimonia fœminæ non pariat voluptatem. à ſimili.

Efficax planè ratio de ſiniſtro teſte peta-tur.

N. ſed Gal. hanc cauſſæ alias accẽſet, nec ſolam facit.

Vera voluptatis cauſſa in coitu.

Vaſa ſpermatica quæ, vnde, quò, quà & quorſum.

Et quidem talis obiectio Teutonica, mihi planè efficax eſt viſa, atque aduerſus Græcum acumen ſolertis ingenij ex vna parte neceſſariò concludere, ſenſum voluptatis non eſſe ab acrimonia ſeminis: licet Galenus illius opinionis primus author non extiterit: licet Andreas vlteriùs non viderit: licet nemo hactenus notarit. nos autem tum hanc, tum pleraſque alias ſententias vulgo medicorum phyſicorúmque ignotas, indictas, & inauditas in apricum protulimus: atque nuper monuimus, hanc Platonis mentem, hanc deinde Ariſtotelis licet diſſimulantis opinionem, poſtremò hanc Galeni magiſtrorum inuenta occultantis fuiſſe ſententiam. Ac profectò ſi acrimonia ſeminis tantæ catuſitionis & titillationis cauſſa foret, ea cùm ſit multò maior in iis qui ardore vrinæ laborant, tantò maiori voluptati tali materia putrente excernenda affici par erat: quos tamen tantum abeſt voluptate vt afficiat, diris vt potiùs doloribus excrucier. Et verò volucrum genus omne & renibus caret & veſica: & tamen pari cum aliis animantibus titillatione in coïtu demulcetur, imò vel cæteris fortè magis. vnde eſt illa tam frequens concumbendi repetitio, vt paſſeribus, columbis, coturnicibus, & ſanè volucrum permultis. idem multi de piſcibus licet dicere, quibus cum illa deſit & materies & organa; tamen appetentia coëundi, & voluptas in excernendo mira ac penè inexhauſta ſuppetit. Denique omnia ruunt in venerem natura duce atque impellente. vnde dixit poeta ecloga 10.

Author acrimoniæ ſeminis ad titillandũ.

Quòd voluptas in coitu non fiat ab acrimonia ſeminis. Ab exẽplis.

Volucres & piſces voluptate afficiuntur in coïtu, ſaltãtes.

Omnia vincit amor. ——

Venus & amor omni animanti communis.

idem ecloga 3.

Idem amor exitium eſt pecori pecoriſq. magiſtro.

& elegantiùs Georg. 3.

Omne adeo genus in terris hominúmque ferarúmque,
Et genus aquorum, pecudes pictæque volucres,
In furias ignémque ruunt: amor omnibus idem.

Hiſtoria.

Lucretius autem omnium amantium longè infeliciſſimus, atque ab amoris philtro percitus & perditus, manu propria confoſſus, de amore ſcripſit eleganter, ſed ſuo & Epicureo more laſciuè ac pemlanter, neque caſtis auribus recitanda, neque pudicis oculis legenda. dixeris poetas huius ſeculi corruptiſſimi [illegible]. ex illius tamen libro 4. placet huc nonnulla coniicere præſenti ſermoni plurimùm voluptatis & gratiæ allatura. ſic igitur ille numeroſus phyſicus.

Poëtarum veterum laſciuia.

Tum quibus ætatis freta primùm inſinuantur,
Semen vbi ipſa dies membris maturat creauit,
Conueniunt ſimulacra foris è corpore quóque
Nuntia præclari vultus pulchríque coloris,
Qui ciet irritans loca turgida ſemine multo:
Vt quaſi tranſactis ſæpe omnibus rebus profundant
Seminis ingentes fluctus, veſtémque cruentent.
Sollicitatur id in nobis quod diximus antè,
Semen, adulta ætas cùm primùm roborat artus.

Amor quomodo accẽdatur in nobis, & quando.

Nanque aliàs aliud res commouet atque laceſſit.
Ex homine humanũ ſemen eiet vna hominis vis.
Quod ſimulatque ſuis eiectum ſedibus exit,
Per membra atque artus decedit corpore toto,
In loca conueniens neruorum certa, citique
Continuò partes genitales corporis ipſas.
Irritata tument loca ſemine, fitq; voluntas
Eiicere id quò ſe contendit dira libido:
Idque petit corpus mens vnde eſt ſaucia amore.
Sic igitur veneris——

Seminis origo & conceptacula.

Veneris ſtudiũ vnde

Et quæ multa deinceps ſequuntur per aliquot paginas de vi amoris, & ſeminis titillatu, & coëuntium petulanti laſciuia prorſus Epicuro digna, & noſtri ſeculi poëtarum fæci turpiter fœdè decantata, vel euomita potiùs eructative laſciuè & procaciter. ſed de poëtis & de venere nos quidem aliàs fortè inter humaniores literas: nunc autem poſitam theſin placet concludere.

Epicureiſſimus de coïtu.

Ergo quemadmodum ſtomachus ſupra modum exinanitus, triſti quodam ſenſu afficitur, & comprehendens vis illa interior irritata cibũ & epulas concipit, illarúmque ſpectra ſibi obuerſat, quæ deinde appetitui oblata, eum inuitant & alliciunt, hic demum concitus captúſq. rerum ſuauitate, in illarum deſiderium fertur, & in eam cibi auiditatem irruit, quæ fames appellatur. ſic in pudendis congeſta ſeminis copia primò prurítum quendam & titillationem naturaliter inuehit, hæc deinde ſenſum, mox verò interiorem ſentiendi facultatem mouet non modò vigilantibus, ſed & plerumque dormientibus nobis. Ab animaduerſione demum rei delectabilis, vt appetitus impulſus fuerit, eam mox quàm ardenter expetit: atque tum in conditionem ſtimulantis rei ſe conuertens, libidinem parit: quæ ipſa eſt propria venereorũ cupiditas & appetitio, vt rectè Fernelius cenſet cap. 12. lib. 6. phyſiologiæ. Rurſum qualis voluptas oculis ex obtutu rerum & corporum colorúmve inſignium accedit: qualis auditui ex modulatione & concordi ſymphonia: qualis odorarui ex ſuaueolentibus vaporibus odoribúſque: qualis guſtui ex delicatis ſaporibus: qualis denique toti reliquo corpori ex appulſu & contactu blando, temperato, molli, calente, læui, placido: Talis vel multò maior voluptas partibus genitalibus ex ſeminis titillatu iam gliſcente ad exitum accedit; tum ob partium ſenſu exquiſitiſſimo prædituarum naturalem cõpoſitionem planè neruoſam, & cum toto corpore, præcipuéque cum neruis & neruorum origine primarióque cerebro inſignem ſympathiam: tum ob venarum & arteriarum copiam cum hepate & corde reliquis duobus principiis communicantem: tum ob vaſorum ipſorũ anfractuoſos ſinus, per quos ſemen excalfactũ & liqueſcens, ſenſim cum blando quodam motu ac titillatu confluit & exſtillat: tum ob locorum genitalium mulieris teporem, & prurientem & pungentem quandam acritudinem; tum ob laſciuam confricationem atque læuem molliriem lubricámque æqualitatem: tum ob corporum congreſſum & mixtionem amoris gratiâ initam, cum inſigni quadam catulitione: tum ob imaginationem & appetitionem illam ſuauiter demulcentem: tum ob ſpirituum cum ſemine confertim erumpentium impetum: tum ob inſitum maris in fœminam è natura amorem, vel ſolo aſpectu aut oculo mirabiles ignes mutuò in nobis accendente; vt canit poëta 2. Georg.

Appetitio coitus vnde ſit. *à ſimili.*

Libido vnde ſit, & quod.

Xx N. Voluptatis in coitu conſortium ſyndrome vi cõcurſus. à ſimili.

Mas fœminam viſam appetit, & viciſſim.

Carpit enim vires paulatim, vrítque videndo
Fœmina——

Cui ego vicíſſim repono, & fortè efficaciùs, ἀντὶ ἀντιπάλου,

Carpit enim vires paulatim, vrítque videndo
Mas muliebrem animum——

Tum ob ſeminis naturam cùm ex ſe aliquid acrimoniæ habentis ab ipſa natiua generatione, cùm ob ſerum ſanguinis & aliorum humorum ſibi permixtum & confuſum: tum denique ἐξ ὑποψιῶν,

(*--nam quæ non profunt ſingula, multa iuuant*, ait Martialis) ob inſitum optimo atque honeſtiſſimo homini cuique ſimilem ſibi procreandi ſtudium deſideriúmque, cum quadam verecundia & moleſtia, quam tegunt tenebræ, nox celat, ſtragula operiunt, conclaue opacat, thalamus velat, natura ſuffuſo vultibus rubore obnubit atque obtegit: non Diogenico illo aut barbarico more Canibalium publicè & palàm & interdiu coëuntium velut belluarum. vt ſoli Cynico poſſit illa reſponſio quadrare, Hominem planto. cùm ipſum alioquin opus pudendum, partes verendæ, verba ταρακτικὰ, niſi fortè ebrioſis & διϐϊπυρικοῖς (vt fortè Stoïcis, qui omnia propriis nominibus appellare ſolent, neque exiſtimare in verbis ineſſe turpitudinem, ſi rei non inſit) nonniſi cum verecundia & pudore quodam liberali, & veniæ præfatione, aut metaphorica ſimilitudine alluſionéve proferantur. Ideóque minùs veniæ M. Tullio Academico dandum ſit, epiſtola illa obſcœna cum Papyrio Pæto petulanter & laſciuè colludendi lib. 9. epiſtol. famil. Amo verecundiam, vel potiùs libertatem loquendi: atq. hoc Zenoni placuit, homini meherculè acuto. etſi Academiæ noſtræ cum eo magna rixa eſt. ſed vt dico, placet Stoïcis ſuo quamque rem nomine appellare. ſic enim diſſerunt, nihil eſſe obſcœnum, nihil turpe dictu. nam ſiquod ſit in obſcœnitate flagitium, id aut in re eſſe, aut in verbo: nihil eſſe tertium. in re non eſt: multò minùs in verbis. ſi enim quod verbo ſignificatur, id turpe non eſt; verbum quod ſignificat, turpe eſſe non poteſt. Non ergo in verbo eſt: docui autem in re non eſſe: nuſquam igitur eſt. Habes ſcholam Stoïcam: ὁ ἐπὶ δϐϊπυρίαν ἔπη. Illi etiam crepitus aiunt æquè liberos ac ructus eſſe oportere, &c. ac Suetonius paragr. 299. Claudij Cæſaris edictum de efflatu crepitúque ventris in conuiuiis emittendo refert haud infacetum.

Cupiditas coëundi amor inſitus, qualis.

Verecundia in coitu ſeruanda. N. ſuprà in Ariſt.

Cicero laſciuus.

Stoïcorum libertas loquendi, & ſcommata.

Crepitus liberi.

Vter plus voluptatis in coïtu percipit, mas an fœmina?

PROBLEMA III.

QVi hominem ab initio creauit Deus altissimus, pari iure creasse illũ marem & fœminam gemino discretum à sexu, & paribus naturæ beneficentiæque suæ dotibus exornasse videri iure potest, vt vterque bonorum & malorum fieret æquè particeps. adeò ita tantùm partionis illa molestia, quam mulier sensura in partu foret in pœnam temeritatis: & quòd sugillatu atque impulsu serpentis prima decepta, coniugem suum in communionem erroris & culpæ primæ secum haud inuitum pellexisset atque pertraxisset. Nisi fit credibile, vt cupediæ fuit illa magis obtemperans atque auida, fructum vetitum appetens atque efferans: sic eandem libidini circa res venereas esse magis addictam atque vt isto voluptatis lenocinio ardentiùs allici: sic maiori sensu ac titillatu eiusdem affici ac percelli. Quam olim controuersiam inter se & Iunonem cùm mouisset Iupiter (si credere dignum est) vter in coïtu venereo, maiori afficeretur voluptate, videlicet ipse rerum humanarum ignarus Deus hominem cõsuluit, si modò poëtis de Ioue supremo suo Deo impia & flagitiosa comminiscentibus credendum est, qui suos dijs mores affingunt, quò digniores venia inter homines iudicentur, si libidini, iræ, cupediæ, ebrietati ac concupiscentiæ dare operam ac indulgere plus æquo videantur, atq. ob id à cæteris hominibus culpentur. Sed iuuat explicare haud illepidam ea de re fabulam ex Ouidij lib. 3. metamorph.

Fœmina pœnas patitur.

An fœmina veneri acrius, si mas de re.

Quæstio.

Historia fabulosa.

Iunonis.

Poëtarum dolus & vafricies.

Forte Iouem memorant diffusum nectare, curas
Sepositisse graues, vacuasq; agitasse remissos
Cum Iunone iocos. Et maior vestra profectò est,
Quàm quæ contingit maribus, dixisse, voluptas.
Illa negat: placuit quæ sit sententia docti
Quærere Tiresiæ. venus huic erat vtraque nota.
Arbiter hic igitur sumptus de lite iocosa,
Dicta Iouis firmat---- &c.

Quæstio.

Quæstionis solutio.

Vides quomodo Tiresia iudice, sed cæco, maior fœminæ quàm mari in coïtu voluptas accedit. Extat apud eundem authorem altera de Cæneo fabula vtramque naturam expertο. de quo sic breuiter Virgilius 6. Æneid.

Quòd fœminæ maior voluptas.

---& iuuenis quondam, nunc fœmina Cæneus,
Rursus & in veterem fato reuoluta figuram.

Historia fabulosa.

cuius necnon antea memini: & Plato ipse 11. dialogo de legib. ita infit: Sed quænam abiectionis armorum damnato, & à virili fortitudine degeneranti, pœna congrua erit? præsertim cùm impossibile sit huiusmodi in contrarium cõmutari: vt Cæneum Thessalum ferunt diuina quadam vi in naturam viri ex fœmina commutatum. cuiquidem graui censori, poëtarum de dijs suis inepta partim, partim impia fœdáque figmenta, ethnico licet homini, probari nunquam potuerunt, sed iustam reprehensionem incurrerunt. Enimuerò Ouidius fabulam pluribus & verbis & versibus explicat libro metamorphoseos.

Mas non potest fieri mulier, nec contrà.

Historia.

Plato reprehenditur.

Clara decore fuit proles Elatina Caneis,
Thessalidum virgo pulcherrima---
--- nec Canis in vllos
Denupsit thalamos, secretaq; litora carpens,
Aequorei vim passa Dei est----
---Da fœmina ne sis,
Omnia præstiteris, grauiore ruuissima dixit
Verba sono, poteraq; viri vox illa videri,
Sicut erat. namiam voto Deus æquoris alti
Annuerat---- studijs q; virilibus ænum
Exigit Atracides. &c. idẽ lib. 4. metamorph.
Nec loquar vt quondam natura iure nouato,
Ambiguus fuerit modo vir, modò fœmina Scythes.

Historia fabulosa.

Historia fabulosa.

Quj ergo certò scire volet, mas an fœmina maiori voluptate in coïtu afficiatur, is necesse est Cæneum, vel Tiresiam, vel Scythonem interroget, aut si quis est istis similis modò mas, modò fœmina, quales antea ex Plinio & Gellio produximus: aut siqui sunt etiamnum Androgyni, qui vtramque venerem sint experti, tum vt incubi mares, agendo, tum vt fœminæ succubæ, patiendo, vtraque natura donati: quod tamen raris contingit; vt perfectè naturam vtramque sortiantur: sed aut alteram tantùm absolutam, alteram verò inchoatam, aut vtramque mutilam & imperfectã habeant. Vix enim fieri potest (quod Galenus Archigeni obiectabat lib. loc. aff.) vir vt de muliebribus pathematis proprietatibúsque, mulier de virilibus certò ac verè referat atque pronuntiet: sed singuli de suis & propijs affectionibus exactè norunt differere. Siquis tamen est rationi vel conjecturæ locus, credibile est eum maiori voluptate demulceri, qui sensu exactiore est præditus: & qui rariùs coït: & qui ardentiùs coïtum expetit: & qui seriùs semen illúdque copiosius & corpulentius & fœcundius, & acrius & spirituosius eiaculatur. Cæteris autem paribus (vt aiunt philosophi) par vtique accedat vtrique voluptas necesse est. Alioquin quoniam viro vasa sunt longiora, obliquiora, anfractuosiora; & semen copiosius, crassius, spirituosius, viuidius atque actuosius, & agitatio validior, facilè ob id crediderim, huic maiorem & intensiorem in coïtu, fœminæ autem languidiorem, sed diuturniorem (& vt Logici neoterici loquuntur, extensiuè) oblectationem creari. Quanquam mihi per similitudinem conferenti & comparanti ita visum est; Quemadmodũ manus dum manum fricat mutua parique scabie aut pruritu æstuantem, dici vix potest, vtra plus delectationis persentiscat. sic de mare & fœmina vix queat certò definiri, vter plus voluptatis percipiat in concubitu mutuóque amplexu: cùm mutua sit & reciproca frictio, & causſa, & materies (mulieri enim semen inesse suppono, licet Aristoteli secùs videatur, vt patuit & parebit) & organa sibi paria inuicem vtrinq. respondeant. Atque vt cœperam dicere, quemadmodum cui appetitus maior est, aut quem fames maior vrget, aut qui siti magis torqueatur, huic demùm cibus gratior, aut potio suauior obtingit: sic ei qui largiore seminis copia turget, & à venere

Androgyni qui & quales.

Vir de propriis pathematis, mulier de suis narrat.

Vter plus voluptatis in coïtu percipiat, mas an fœmina.

Ratio, quòd mas maiori voluptate afficitur, & causſa.

Quòd cæteris paribus, æqualis vtrique voluptas, & omissa.

Quando alteri ri voluptas maior.

à simili.

Digitized by Google

coïtúque diutius abſtinuit, quíque huius ardentiori deſiderio tenetur, & hac materia pungente, vellicante, titillante exonerari cupidiùs ardeſcit, & qui amans amantem vehementiùs ardet, efflictimque amatum magis deperit,

——viſámque cupit, potitúrque cupita;

vt Ouidius de Marte ſcribit, demũ venus multò accedit gratior, multóq. voluptuoſior: cùm ne eidem homini quidem ſemper ex æquo ſit, aut æquè ſuauis, modò ſaturo, modò ieiuno, modò feſto, modò requieto, modò fatuo, modò valetudinario, modò ante ſomnũ, modò à ſomno, modò ſtanti, modò decumbenti, modò amicto, modò nudo, modò cum eadem, modò cum diuerſa fœmina, modò cum virgine, modò cum puerpera, modò cum iuuencula, modò cum anu ſeu vetula, modò cum turpi, modò cum formoſa, modò noctu, modò interdiu: vt de mulierum erga viros maréſve delectu & catulitione idem ſtatuas, membrorúmque proportio vtrique competat ex voto: & quæ ſunt infinitæ eiuſmodi circumſtantiæ locorum, temporum, perſonarum. quorſum illud pertinet Salomonis Prouerb. 9. Mulier ſtulta & clamoſa, plenáque illecebris, & nihil omnino ſciens, ſedit in foribus domus ſuæ ſuper ſellam in excelſo vrbis loco, vt vocaret tranſeuntes per viam, & pergentes itinere ſuo; Quis eſt paruulus? declinet ad me. & vecordi locuta eſt, Aquæ furtiuæ dulciores ſunt, & panis abſconditus ſuauior.

Homini vide-nõ par ſemper in coïtu voluptas, cur.

Meretricia techna.

Prouerb.

Denique cui plures ex ijs cauſſis adſunt, quas voluptatem efficere nuper diximus, is demum eſt, qui plus ex coïtu voluptatis percipit, ſiue mas, ſiue fœmina. ſanè hæc mea eſt ſententia: nunc verò placet, ex ijs qui in meam notitiam venerunt (perpauci enim quod ſciam, hanc theſin attigerunt) quoſdam producere, vt quid ipſi ſenſerint, eorumdem verbis intelligatur.

EX HIPP.

HIPPOCRATES lib. de genitura; Venæ & nerui ab omni corpore in pudendum vergunt: quibus dum aliquantulùm teruntur & caleſcunt ac implentur, velut pruritus incidit: & ex hoc, toti corpori voluptas ac caliditas accidit. Quum verò pudẽdum teritur, & homo mouetur, humidum in corpore caleſcit ac diffunditur, & à motu conquaſſatur ac ſpumeſcit: quemadmodũ etiam alij humores omnes conquaſſati ſpumeſcunt. atque ibidẽ mox apertiùs; Mulieribus in coïtu dum confricatur ac teritur pudendum, & vteri mouentur, velut pruritus in ipſos incidat, & quòd reliquo corpori voluptas accedat (emittit enim etiam mulier à corpore genituram) Et delectatur mulier vbi coïre inceperit, per omne tempus (& hoc extenſiuè interpretabar antea) donec vir ſemen emiſerit. Et ſiquidem appetit viro commiſceri, priùs quàm vir, emittit, & de cætero non ſimiliter delectatur. ſi verò non appetit, ſimul cum viro delectari deſinit. & habet res hoc modo, Quemadmodum ſiquis in feruentem aquam, alteram frigidam infundat, illa feruere ceſſat: ſic genitura viri in vterum illapſa, caliditatem

Voluptas in coïtu, vnde.

Semen cur ſpumeſcit.

Mulieri voluptas in coitu vnde, & quando.

Muliebris voluptas quando deferueſcat. à ſimili.

A & voluptatem mulieris extinguit. exilit autem voluptas & caliditas ſimul cum genitura in vteros illabente, deinde deſinit. quemadmodum ſiquis in flammam vinum infundat, primùm quidem contingit flammam exilire, & per modicum tempus augeri ad vini infuſionem, deinde deſinere. ita etiã mulieri caliditas exilit ad genituram viri, deinde deſinit. Cæterùm multò minùs delectatur fœmina, quàm vir in coïtu, & vir etiam tempore longiore (quaſi intenſiuè ſimul & extenſiuè dicat) Propterea autẽ quòd vir magis delectatur, ſecernitur ipſi de repente ab humido, fortiori turbatione ac agitatione, quàm mulieri. Habes ex Hipp. definiB tionem quæſtionis, & pro maribus latam iſto iudice ſententiam, contra Tireſiam de Iunone decernentem.

Quòd fœmina minùs voluptatis in coïtu capiat.

Semẽ maſculi vnde.

EX CONSTANTINO.

CONSTANTINVS Africanus lib. 6. loc. comun. cap. 17. contra Hipp. ſenſit, vt ex his patebit: Tactus (inquit) delectatur interiùs, cùm mali humores à corpore diſſoluũtur, ſicut in balneis videmus: vel cùm res nocitiua expellitur, ſicut in coïtu cùm ſperma emittitur. ſperma enim cùm in ſuis abũdet vaſis, nocet & grauat naturam. vnde cùm expellitur, adiuuatur C natura & delectatur. Maior in expellendo ſpermate eſt delectatio, quàm dolor in coadunãdo. quia cũ expellitur, inſimul & ſubitò emittitur, cũ coadunatur, adeo paulatim coaceruatur, vt vix dolor sẽtiatur. Delectatio in coïtu maior eſt in mulieribus. quia maſculi delectantur tantùm in expulſione ſuperfluitatis: mulieres dupliciter delectãtur, & in ſuo ſpermate expellendo, & in maſculi recipiendo, ex vuluæ ardentis deſiderio. hæc ille haud omnino abſurdè quidem, ſed planè probabiliter.

Voluptas ab interiori cauſſa, quæ ſit.

Semini exitus aut voluptatem parit, pœnã, quam doleas.

Quid mulier in coïtu maiore afficiatur voluptate, cur.

EX FERNELIO.

D FERNELIVS cap. 8. lib. 7. phyſiolog. ſequi Hippocratem maluit, ſicq. diſertè vt ſolet, enuntiauit. Quoniam in animantium genere conducebat marem & fœminã ſeparari, ſolers & prouida rerum natura, vt eos quandoque ad generis propagationem inuitaret, & ne vniuerſum genus intercideret, libidinem, quaſi ſtimulum ex ſeminis ardore vtique iniecit, & partibus obſcœnis illecebras & admirabile congreſſus deſideriũ, idque vt ſua ſemina in vnum conferrent, alioqui prorſus inutilia futura. Quare præter teſticulos, quorum eſt ſemen generare, conditæ ſunt partes obſcœnæ, iiſque inſigniores duo nerui eximij ſenſus inſerti, qui viris deſinunt in glandem, venereæ voluptatis ſedem. Dum itaque qui concauus eſt in pene neruus, ſpiritus copia impletur, penem arrigit, viáſque diſtendit, per quas ſemen directè & impetu iaculemur. Veneris autem ingens facta delectatio, ſeminis vaſa & teſticulos irritat. Hinc mirificè impulſum ſemen turgidúmque ſpiritus vbertate, vix poteſt ſuis vaſis contineri: ſed cogitur foràs exilire ingenti voluptate, viris quidem quodam quaſi ſaltu, ob viæ flexum & longitudinem: mulieribus verò, languidiùs.

Libido in homine quæſita.

Vſus partiũ genitalium, & ſenſus.

Glans, ſedes voluptatis. N. negat.

Penis cur arrigat.

Voluptatis coïtu cauſa.

Semẽ quatenus profundatur, & rarius.

Quid mas maiori voluptate afficiatur, & ratio.

Vr autem omnes hæ cauſſæ maiores ſunt in viris, quàm in mulieribus: ſic illos conſtat in coïtu maiore voluptate teneri, quàm mulieres. quanuis hæ pluribus modis oblectãtur: nempe dum ſemen erumpit: atque etiam dum vterus viri ſemen auidè ſuſcipit, & amplectitur. Hinc Tireſias vates, qui vtrumque ſexum fingitur expertus, mulierum partes viſus eſt tutari. ſic ille argutè argutatur, & quidem artificioſè, ex cauſſis colligens effecta. plures modò non occurrunt, quos teſtes in hanc quæſtionem dubiam controuerſãmque poſſim euocare: tibi ſi fortè occurant legendo ac libros priſcorum peruolutando, huc prouidè cõgeres. nam Auicennas in his pleriſque ducem ſequitur Hippocratem, & ſæpe velut interpres conuertit, inque ſuum volumen conijcit. Sic autem de ſeminis vi & veneris illecebris atque efficacitate placet obiter concludere, ac velut [illegible] exclamare.

Quòd mas plurimis modis.

Hiſtoria fabuloſa.

Epiphonema in voluptatis malorum, & facta nefanda, ac miſeranda.

Hæc igitur eſt illa tot malorum, tot periculorum, tot cladium, tot calamitatum cauſſa, Voluptas & inſana libido. hæc eſt, quæ vrbes euertit, quæ caſtella diruit, quæ regiones depopulatur, quæ agmina committit, quæ conflictus cogit, quæ acies dimicare facit, quæ ſtrages hominum edit innumeras,

----quæ natorum ſanguine matres
Commaculare manus docuit----

vt canit poëta, quæ virgines rapere, quæ vxores à maritis auellere, quæ mœchari, adulterare, nefanda veneris diuerticula quærere, fidem matrimonij frangere, iuráque connubiorum violare compellit, dira (inquam) & omnibus modis execranda voluptas. huic enim vni ea omnia facinora & flagitia tribui iure poſſunt, tanquam authori heu nimiùm frequenti, quæ Salluſtius nobilitate veritatis hiſtoricus, ſub perſona C. Cæſaris de bello ciuili diſſerentis, & damna eiuſdem percẽſentis (quæ & qualia nos pridem in miſera noſtra Gallia tot annis bello ciuili perdita & afflicta, experimur & inuiti cernimus) commemorare non prætermiſit; Rapi virgines, pueros diuelli, liberos parentum complexu, matres familiarum pati quæ victoribus collibuiſſet: fana atque domos ſpoliari, cædem & incendia fieri. poſtremò armis, cadaueribus, cruore atque luctu omnia compleri.

Tantæ molis erat Troianam euertere gentem!

Francia bellis ciuilibus attrita.

Hypotypoſis capta vrbis & expoſita.

An ineſt ipſi mulieri ſemen, idque fœcundum?

PROBLEMA IV.

ENIMVERÒ quoniam præcipuam quandam voluptatis cauſſam ſemini diximus ineſſe: fœminæ autem aut parem, aut ſanè ſupparem mari voluptatem in coïtu adeſſe demonſtrauimus: idque ex hypotheſi ſemel arripuimus, etiam mulieri ſemen ineſſe. illud quia controuerſum inter quoſdam video, déque eo dubitant Peripatetici, imò Peripateticorum princeps Ariſtoteles, ſemen in totum mulieribus negat: Ideo etiam problematis huius veritas in lucem proferenda eſt, & pugnantes philoſophorum ac medicorum conferendæ ſunt ſententiæ. incipiam autem à negantibus, vt demonſtrationi locus fiat apertior atque facilior.

Dubium.

Propoſitio.

EX ARISTOTELE.

ARISTOTELES igitur optimè de tota philoſophia meritus, & rei medicæ peritus, vt generationis efficaciam vni virili ſemini ſexuíque proprium aſſereret, ſoli mari ſiue maſculo ſemen ineſſe putauit: fœminæ autem à natura negatum. ſic enim ſcribit ille lib. 1. de genera. animal. cap. 20. Quòd autem ſemen conferri à fœmina per coïtum nonnulli exiſtimant, propterea quòd interdum ſimili voluptate afficiatur vt mas, ſimúlque aliquid humoris ſecernat, id non humor ſeminalis eſt, ſed loci proprius. vteri enim excretio eſt, quæ alijs euenit, alijs non. Euenit (quod plurimùm dixerim) ijs quæ nitidæ fœminaléſque ſunt: non euenit ijs quæ fuſcæ, atque viragines. Copia verò quibus euenit, non pro ſeminis emiſſione interdum eſt, ſed multò excedit. tum etiam ciborum diuerſa ratio plurimùm facit, vt plus minúſve eius humoris excernatur: vt quædam acris ſaporis augent planè excernendi modum. Voluptas autem quę per coïtum ſentitur, non ſolùm femine exeunte accidit, ſed etiam ſpiritu, ex quo conſiſtente ſemen emittitur, de quo paulò antè patuit. Vt igitur in aluo profluuium accidit cruditate, ſic in venis tum cætera profluuia ſanguinis, tum menſtrua veniunt: nam ea quoque ſanguinis profluuium ſunt. ſed illa morbo citantur, hoc naturale eſt. itaque generationem ex eo ratione optima fieri apertum eſt. ſunt enim menſtrua, ſemen non purum, ſed indigens confectionis. quomodo in fructuum generatione adhuc imperfecta, ineſt quidem alimentum, ſed confectionem ad puritatem deſiderat. Quamobrem vt menſtrua genituræ admiſta generant, ſic alimentum in fructibus gignendis miſtum alimento ſyncero alit. Indicio eſt etiam ſemen non emitti à fœmina, quòd cùm per coïtum feminis, voluptas contrectatione loci eiuſdẽ atque maribus veniat, tamen humor ille non hàc emittitur. Item non omnibus fœminis id excernitur, ſed ſanguineis tantùm: iiſque non omnibus, ſed quibus vterus non ad ſeptum tranſuerſum eſt, nec partus ex ouo. Ad hæc, ijs quæ non ſanguinem, ſed proportionale ſanguinis habent, non emittitur ille humor. Tamen nullis tam purgationes redundãt, quàm homini, ac plurima ex omnibus animalibus purgatio mulieribus fit. Maribus etiam plurimùm emittitur ſeminis, magnitudinis ratione, vt patuit. Indicium autem, ſemen eſſe in menſtruis, quòd ſimul maribus ſemen fieri incipit, & fœminis menſtrua innoteſcunt eadem ætate: tanquam ſimul ea loca diſtendantur, quæ vtrumque recipiant excrementum. cúmque tempus diſtendendi inſtat, loca intumeſcunt à ſpiritu. Sed genituram à fœmina non conferri ad generandum, tamen aliquid conferri, idque eſſe menſtruorum conſtitutionem, aut proportionale in genere exangui, tum ex ſuprà dictis,

Quòd ſemen ſoli mari inſit.

Quòd ſemina ſemine careat, & quid in coïtu profundat.

Quæ ex fœminis emanent, aut non. N. hoc falſũ eſt.

Qui cibi humorẽ ſeminalẽ mulieris augeant.

Voluptas mulieri in coïtu, vnde.

Mẽſes quibus prodeat. à ſimili.

Menſtrua quid, & quòd ad generationem conferant, qualiter. à ſimili.

Quòd mulier in coïtu ſemen non profundat, & vnde voluptas.

Quæ fœmina humorẽ ſeminalem profundant.

Mulier plena reliquis menſtrua profundit. & vir ſemẽ copioſius.

Quòd ſemẽ menſtruis inſit, & vetus. N. imò & tunc virgo turget ſemine.

Quòd mulier non cõferat genituram, & quid tandẽ. N. at mẽſes habent, & ſperma habeſit.

tum etiam ratione vniuerſalíque indagatione conſtat. Eſſe enim quod generet, & ex quo generet, neceſſe eſt: idque quamuis vnum, forma quidem differre & rationis diuerſitate oportet. At verò in ijs quæ diſtinctas eas potentias obtinent, corpus etiam & naturam diuerſam eſſe agentis & patientis. Quòd ſi mas eſt vt mouens & agens, fœmina quà fœmina, vt patiens: ſequitur vt ad maris genituram fœmina non genituram, ſed materiam conferat. quod & fieri ita videtur: natura enim menſtruorum pro prima materia eſt. atque de his ita docuiſſe ſatis ſit. nam plura in eam ſententiam eodem capite vltimo lib. 1. de generat. animal. ſubijciuntur, ſed ad multa potiùs animantia pertinent, quæ à noſtro inſtituto ſunt aliena. Quòd autẽ humor à cõitu non exire de vtero fœminæ dicitur, id verò partim verum, partim falſum eſt. non exit ſiquidem ſemper, quia fœmina rariùs quàm vir in cõitu ſemen excernit: nihílque tunc generari poteſt: quia procreatio vtriuſque ſemen deſiderat. deinde non exit, ſi mulier conceptura eſt: intus enim retinetur muliebre ſemen virili permiſcendum. quinetiam citra cõceptionem, licet extra vaſa ſpermatica delapſum ſemen, vtique non excernitur ab vtero ſtatim poſt coïtum, ſed interdum eodem die, aut proximo, aut poſt triduum, interdum longiori tempore effluit, vt vel ipſe Ariſt. profitetur antè à nobis productus, & Hippocrati conſentiens. Non excerni autem in totum, omnino falſum eſt, tum modis illis dictis, tum vel adeo in ſomnis & imaginatione veneris, & blando obſtetricum vel alio laſciuo contactu, vt poſtea patebit. & hoc quantum ad mulieres attinet, dictum à me intelligatur: nam de reliquis mutorum animalium fœmellis nunc mihi mentio non fit: ac de menſtruis non ita multò pòſt. Idem verò lib. 2. cap. 3. genera. animal. Semen, cùm excrementum ſit, eodémque moueatur motu, quo augetur corpus, digeſtione vltimi alimenti, vbi vterum ſubijt, conſtituit & mouet excrementum fœminæ eodem motu quo ipſum mouetur. nam illud quoque excrementum eſt, habétque omnes partes potentiâ, quibus differt fœmina à mare. Fœmina enim, quaſi mas læſus eſt: & menſtrua, ſemen ſunt, quanquam non purum. vnum enim illud nõ habent, originem & principium animæ. Vbi menſtrua pro ſemine ad generationẽ animalis malè & impropriè confert, abuſus eo nomine, vt mulieri ſemen deeſſe præſupponat, licet falsò. & tamen cap. 1. lib. 4. genera. animal. mulieri ſemen ineſſe fatetur ille quidem, ſed κατ' ἐνέργειαν, cùm eidem neget ſubſiſtere conceptaculum: contrà quàm mari. ſic autem loquitur; Maris autem ſemen differt, quòd principium in ſe continet tale quo moueat, & alimentum in animali vltimum concoquat: fœminæ ſemen materiam tantùm præbet. Fœmina cruditate frigiditatéque ſanguinei alimenti deſcribitur. Natura verò excremento cuique dat conceptaculum. Semen autem, excrementum eſt, quod in calidioribus atque maribus ſanguinei generis contractius eſt. quapropter membra capientia eius excrementi, meatus in maribus ſunt. At fœminis præ cruditate, copia redundat ſanguinea: inconfectus enim incoctúſque ſanguis eſt. itaque conceptaculum eius haberi neceſſe eſt, idque diſſimile eſſe, & amplius. quocirca natura vteri talis eſt, qua parte fœmina differt à mare. Atqui ſi mulieri conceptacula ſeminis denegat, id verò falſum eſſe iam patuit in anatomia partium muliebrium, & poſtea conuincetur, atque aduerſus Ariſt. ipſum aſſumetur. idem cap. 3. eiuſdem libri, Quoties excrementum ſeminale bene concoctum in menſtruis eſt, motus maris agit pro ſua forma. vbi menſtrua pro ſemine muliebri ex hypotheſi paſſim vſurpat, vt iam monui. ibidẽ cap. 5. Fœminis purgatio menſtruorum, ſeminis exitus eſt: cùm menſtrua, nonniſi ſemen ſint inconcoctum. Quod quàm ſit abſurdum, præter cætera iam dicta & dicenda, illo facilè conuincitur, quòd menſtruorum excretio eſt omnis cum aliquo dolore & difficultate: ſeminis contrà nulla ſine voluptate naturalis excretio eſt. Quo vno argumento euerti omnis Ariſtotelica potuit aſſertio, ne dicam obſtinatio. & ibidem, Iam verò ſeminale excrementum, quod libidiné accendebat, emiſſum facit ne mulierem quæ ſæpius generauit, concumbendi auiditas deinceps ſtimulet. ſeminale excrementum dixit, quod ſemen abſolutè dici debuit, quòdque menſtruum alibi vocat. Neque verò illud recipimus ex cap. 19. lib. 1. genera. animal. Sed cùm menſtrua ſint, quod fœminis fiat perinde vt maribus genitura, nec fieri poſſit, vt duæ ſimul ſecretiones ſeminales agantur: ideo ſemen à fœmina non conferri ad generationem apertum eſt. nam ſi ſemen eſſet, menſtrua non eſſent. nunc ideo illud deeſt, quia hæc ſunt. ſed menſtrua eſſe excrementum, vt ſemen explicatum iam eſt. Indicio autem eſt non tale ſemen à fœmina emitti, quale à mare, nec amborum mixtura generari, vt aliqui volunt, quòd ſæpenumerò fœminæ concipiant ſine ea, quæ per coïtum fit, voluptate. Rurſúſque cum voluptate, paríque cõcurſu profuſionis vtriuſque, nihilo magis concipitur, niſi menſtruorum humor ſit modicè temperatus. qua de re poſthàc. Sed neque pariter hoc ſubterfugium admittimus ex cap. 4. lib. 2. genera. animal. Humorem illum qui à fœminis cum voluptate emittitur, nihil ad conceptum conferre. Sed potiſſimùm inde videri poteſt, quòd vt maribus, ſic & fœminis accidat noctu per quietem, quod pollutionem appellant. Verùm hoc nullum indicium eſt: nam & adoleſcentibus idem euenit, qui etſi emiſſuri aliquãdo ſunt, tamen nondum emittunt. quorum nos neutrum recipimus. At idem cap. 3. lib. 1. hiſtor. animal. fœminam prolificum intra ſe ſemen emittere fatetur, qualiter mas in alterum. & cap 2. lib. 1. genera. animal. ſemen genitale vt à mare, ſic à fœmina prodire ſcribit. Quòd autem fœmina in generatione materiam præbeat, & mas motum conferat, crebris ille locis inculcat in libris de genera. animal. Cui etiam in hoc Galenus aduerſatur quoque lib. 1. de ſemine, viri ſemen, & materialis & affectiui principij vim obtinere ex

Quòd mulier non cõferat genituram, & quid tandẽ. N. at mẽſes habent, & ſperma habeſit.

Quæ genitãt, ſunt diuerſa, quæ: & quid mas ac fœmina.

Fœmina confert materiam, non ſemen, quatenus.

Humor ab vtero ac à coïtu exeat, quóue modo, & quando.

Mas magis abundat ſemine.

Conceptio quõ fiat.

Fœmina excernit ſeminalẽ humorẽ, quatenus.

Semẽ quid, & vnde vel quãdo prodeat, & qualiter moueat.

Fœmina ſeminalis humor qui.

Fœmina quid, item menſtrua.

Ariſt. fœmine menſtrua pro ſemine habet, & malè.

Ariſt. ſemẽ excedit muliebri, & ſecũ pugnat.

Seminis maris & fœminæ differentia, & temperamenti.

Fœminæ cur menſtrualis, & quæ parte.

At mulier habet vaſa ſpermatica.

Fœmina mẽſes pro ſemine.

Menſtrua, quid. N. quòd fœmen à menſtruis differat, qui, contra Ariſt.

Mulier quãdo coitu abſtineat.

Menſtruũ ſemini analogum.

Fœmina cur ſemen non conferat, N. ut poſſit Athenæus, ſed falsò.

Quòd mulier nõ conferat ſemen ad genituram N. falſum veramque.

Conceptio quãdo fiat.

Quòd humor ſeminalis cũ voluptate emiſſus ad generat. N falſum.

At mulier pollutionem eſſi ceat, & vnde.

Quòd mulier ſemen prolificum emittat.

Ariſt. fœminam dicit.

Semen virile quid conferat.

Mulier quæ plus euaporet in coitu. N. forsan de fluore albo intellexit.

Hipp. confirmans. Atque idem cap. 2. lib. 7. hiſtor. animal. In vſu rei venereæ, candidiores ſua natura plus quàm fuſcæ euaporant. maluit ille alieno & improprio verbo vti, quàm ſemen profundere, vti res habet, apertè profiteri. Ex quo ſequitur, falſam hanc eſſe definitionem cap. 20. lib. 1. genera animal. Mulier, quaſi mas inſeminis eſt. itémque iſtam cap. 3. libri eiuſdem, Natura mulierum ſimilis puerorum naturæ eſt: vtraque enim ſterilis ſeminalis excrementi eſt. quod quia pluribus idem locis repetit, & apertè palámque profitetur, nóſque de multis inſigniores protulimus, nihil eſt quòd quis à nobis iſta confingi putet. illud modò reponemus, quod neque Ariſtoteles, neque Peripateticorum vllus iure inficiari queat.

Mulier quid, & cõparatio cum puero.

N. ſed falſa.

N. confutatio aduerſus Ariſt. Quòd mulier habeat vaſa ſpermatica.

Primùm inter illos ſatis conuenit, ſæpéque iactatur hæc ſententia, A natura nihil fruſtrà fieri. Quod ſi verum eſt, vt eſt, quorſum mulieri teſtes? quorſum ſpermatica vaſa? namque ad menſtruorum vel generationem, vel excretionem nihil illa faciunt. ſed ſemen gignere, & concipere, ac retinere, in aperto eſt: ac ſiquis neget, anatomen adeat, corpora diſſecet viduarum aut puerperarum, & earum potiſſimùm, quæ veneri indulgere, & liberis dare operam ſolebant: deinde tetro carcere concluſæ, aut à coïtu & venereis exercitijs præter morem diutiùs abſtinentes, vel ad reſtim ſubitò adactæ pependerunt, vel aquis ſuffocatæ ſunt, vel morte repentina occubuerunt, nullo grauiore morbo diuturnóque conſumptæ & emaciatæ: certum eſt enim in ijs vaſa ſeminalia turgentia inueniri, ſemine albicante diſtenta: cùm tamen menſtruorum vtique longè ſit diuerſus color, & hæc ſemel in menſe prodeant, ſemen autem qualibet ex occaſione: & hoc cum voluptate ingenti, illa non niſi cum aliquo dolore. Atque adeò teſtes ipſos per medium confectos, ſpermate abundantes repetiri vel adeo virilibus magis, ob denſitatem horum, & inopiam cauitatis aut lacunarum, quæ muliebribus inſunt, vti ſuo tempore oſtendi, & nunc obiter refrico. Et quidem in teſtibus virilibus ſemen non contineri, duabus potiſſimùm his rationibus patet: Tum quòd in diuturna coïtus abſtinentia, non tamen magis diſtendi videntur, vt in vaccis vbera lacte: neque eo frequentiore, vel ad ſyncerum vt dixi, ſanguinem, magis flacceſcere aut exhauriri, cùm ſolidis glandibus conſtent. Tum quòd exciſi ab animante, & per medium diſſecti, nullos eiuſmodi humoris ſeminalis riuulos oſtentant, neque ſpermatis vllæ guttæ intus inueniuntur: ſed carne glandoſa, alba, ſolida conſtare, vt dixi, deprehenduntur. cùm tamen muliebribus teſticulis compreſſis ſemen fluidum exilire conſpiciamus, vt pridem oculatus teſtis aſſerui. virile autem ſemen tum proſtatis, tum paraſtatis, tum ſpermaticis vaſis contineri adſtruo: at ipſo teſtium corpore denſo nullum omnino ſemen inueniri, licet Galeno affirmante (totus teſtis ſeminali humore plenus reperitur, ait cap. 16. lib. 1. de ſemine) confirmo. & contrà, muliebres teſticulos ac loculos ſemine concocto, non rubente menſtruo A ſanguine ſolo diſtendi profiteor. Quòd ſiquis oculis proprijs non credat, & ipſi adeo tactui, adeat licet mulieres & cæcus & ſtupidus: audiet enim aſſerentes, tum vigilantibus in coïtu & forti imaginatione, vt fortè inter ſuauia & mammarum contractionem titillationémque, ſemẽ in vterum primò, deinde in vuluam, poſtea foràs vel inuitis ſibi effluere excerniſque: tum dormientibus, ob ſomnia venerea & dictum ὀνειρογόνον, ſemen manifeſtè pari modo ab vteris excedere atque excidere. quod de hyſtericis aliàs monui, & nunc ex Galeno iuuat repetere, vt huius atque aliorum veras rationes Ariſtotelicis figmentis opponam.

Quòd mulieri ſemen viſibile profundat quãdo & quomodo.

B

EX GALENO.

Hiſtorica ſuffocata quibus & quare accidat.

GALENVS igitur lib. 6. loc. aff. cap. 5. Conuenit inter omnes medicos, vteri ſuffocationem magna ex parte viduis euenire, iiſque maximè, quæ cùm antea probè purgarentur, ac parerent, atque virorum concubitu gauderent, ijs omnibus priuantur. Quid igitur ex ijs quis probabilius cõijcere poſſit, quàm quòd ob retenta menſtrua, vel ſemen cohibitum, huiuſmodi mulieres vteri affectionibus crucientur? idque forſaſſe magis à ſemine retento contingere poteſt, vtpotè magnam vim obti- C nente. Vt eſt enim in mulieribus humidius, ita & frigidius. proinde ipſum excerni oportet, præſertim ſi naturaliter multo ſemine exuberat mulier. Hæc ergo conſideranti mihi, viſum eſt longè maiorem ex retento ſemine, quàm menſtruis corporis noxam euenire poſſe. præſertim in his, quibus ſuapte natura magis vitiatum id ipſum eſt ac redundans, atque in his, qui in otio degunt, quíque cùm antea nihil ad libidinem reliqui fecillent, affatim continere cœperunt. Cogitanti itaque mihi aliquando ſuper hac re, tale quoddam accidens apparuit in muliere ex longo iam tempore vidua, quæ præter cæteta D mala, neruorum quoque diſtentione vexabatur. ac dicente obſtetrice, vterũ eſſe retractum, remedijs ad huiuſmodi affectus conſuetis vti decreuit. Quibus adhibitis, partim ob ipſorum calorem, partim etiam quòd inter curandum, manibus tractarentur partes muliebres, oborta titillatione cum labore & voluptate, veluti per coïtum vſu venire ſolet, excreuit craſſum plurimúmque ſemen: atque ita à moleſtia ſua liberata eſt mulier. Proinde manifeſta coniectura aſſecutus ſum, vitiato ſemini maiorem quàm menſtruis eſſe vim ad noxam vniuerſo corpori inferendam. Eandem hiſtoriam ſic E breuiter repetit initio lib. 2. de ſemine; Seminales meatus à lateribus vuluarum annexi alter hinc, alter inde, ad ſummum alteruter ſibi oppoſitum cornu pertendunt, atque intrò ſemen effundunt: quodquidem eo in loco in conceptu colligitur. in effuſione verò quæ in ſomnis fit, primùm in vuluam, deinde foràs ex ea egreditur. Quemadmodum etiam nunc in muliere, quæ vteralibus morbis vexabatur, in vuluam priùs, deinde ex ea foràs & copioſiſſimum & craſſiſſimum ſemen effluere viſum eſt. quod quia diu vidua permanſerat, tam multum

Seminis & differentia in mare & fœmina.

Seminis quã menſtruorũ noxa maior.

Hiſtoria notanda.

Mulier excernit ſemẽ viſibile & palpabile. N. quid ſi pus foret? dicet Peripateticus.

Muliebria vaſa ſpermatica, vbi

Mulier quò ſemen profundat, & quando.

Hiſtoria.

Quòd ſemine teſtes muliebres ſtreant.

At teſtes marium nõ continent ſemen, quæ dicere.

N. contra Gal. Ab experientia.

Semen virile, vbi.

Quòd mulier ſemen album habeat.

Ab experientia.

Quòd menſtrua à ſemine differãt, in quo.

atque huiuſmodi collectum fuiſſe manifeſtum eſt. Sed tunc ipſam lumborum, manuum & pedum diſtentiones quædam inuaſerunt, vt conuulſa eſſe videretur, quo tempore excretum eſt ſemen: dicebátque ſe voluptate etiam ſimili affectam, qualis in coïtu contingere conſueuit. Atque hoc quidem ſemen & craſſum & copioſum propterea fuit, quòd multo iam tempore non fuerat euacuatum. at in alijs & paucum & liquidum quod effluit, apparet ſæpe ex interiore ipſarum vulnarum parte in eum locum exit, quà mingunt. Atque ibidem paulò antè, Annexi quidem ſunt teſtes vuluis, ex vtraque parte alter, vaſorum reuolutionem excipientes ſimilem vt in maribus: niſi quòd in eundem locum non protenditur. non enim opus erat fœminæ, quemadmodum mari, extrà, ſed in ipſas vulnas ſemen emittere. Vnde hæ quaſi concurrentes ſeminali meatui, oblongos quoſdam proceſſus à lateribus exigunt, quibus ſemen excipiant. Atque in animalibus cùm in venerem ſtimulantur, ſeminalis meatus ſemine maximè plenus reperitur: vacuus contrà ſtatim poſt coïtum. Non parua etiam ſeminis copia in ijs interdum conſpicitur, quæ iamdiu conceperunt, & grauidæ ſunt. in quibus videre manifeſtè poteris, in oblongis proceſſibus (quæ ſcilicet cornua appellant) humorem ſeroſum craſſum contineri: ad quem locum, allantoïdes tunica craſſiórque genitura applicatur. Deinceps autem eiuſdem lib. cap. 3 quæſtionem illam excutere aggreditur, An fœmina nullum ſemen omnino, vel certè non fœcundum profundat. Ac ſi concedatur, fœminam non tam materiæ, quàm facultatis principium eſſe, ſuperuacaneus mas eſt. At aues ſine maris commixtione pariunt oua ſubuentanea & zephyria. At inſectorum quoddam genus (ait idem ex Ariſt. cap. 3. lib. 1. de ſemine) ſine ſemine gignit: fœmina enim in corpus maris articulũ inſerit, atque ita diutiùs cum ipſo coït, nullúmque corpus in copula illa, ſed vim tantùm & facultatem recipit informantem, ſpeciémque formæ ipſi exhibentem. Empedocles autem diuulſa eſſe ſobolis membra aiebat, vt patuit, vt in fœminæ alia, alia in maris ſemine continerentur: atque inde oriri animalibus venerei complexus appetentiam, dum partes illæ inter ſe diſtractæ, coniungi atque vniri concupiſcunt. quam opinionem deinceps refellit, & ſtatuit cap. 4. Semen fœminam habere: idque ſenſibus credendum eſſe, neque ratione veritatem labefactandam. Quod iccirco factum eſſe conſtat, quia melius erat, vt fœminæ ad prolis in vtero generationem, excrementum ſuppeteret. Contrà quàm Athenæus dixit, propterea enim non eſſe in fœmina ſeminale excrementum, quia eſt ſanguineum: quippe cùm in ea duo excrementa non debeant concedi. Sed neque fieri poſſe, vt vnum & idem animal vtraque principia ad fœtum procreandum, materiam ſcilicet & facultatem in ſe habeat. ſed hunc cum Ariſt. confutans Galenus rectè intulit; Primùm niſi habuiſſet & teſtes & ſemen fœmina, ne appetere quidem coïtum potuiſſet. In cuius

Semen muliebre aſpectabile.

Semen muliebre quale.

Teſtes & vaſa ſpermatica fœminæ, quæ lia.

Mulier quò ſemẽ effundat.

Semẽ à muliere quando multũ, & vbi

N. An mulier grauida ſuum ſemen extra vterũ nõ emittit? Dubium.

Quæſtio.

Ouazephyria.

Inſecta quo modo generentur.

Mẽbra ſobolis diuulſa, qualiter & cauſſa appetitus coëundi.

Fœmina ſemen habet aſpectabile quorſum.

Cur fœmina ſemẽ nõ debeat habere.

N. ita ſuprà Ariſt.

Quòd fœmina ſemẽ habeat, & quorſum.

A rei teſtimonium, adducit teſticulorum exectiones, quæ apud multas nationes fieri in ſuibus conſueuere. quæ ſanè vbi exectæ ſunt, non ampliùs vt priùs ſe apris ſubijciunt, ſed omnis venerei congreſſus obliuiſcuntur. quod iam antè lib. 1. de ſemine cap. 5. ita ſcripſerat; Pari modo (vt in viris) ſi fœminæ teſtes fuerint execti, neque in venerem excitatur ampliùs, neque virum coëundi cauſſa appetit: ſed omnem prorſus fœmineam naturam amittit. Sues enim fœminas apud nos non in Aſia tantùm, ſed in ſuperioribus etiam nationibus Cappadociam vſque execare conſueuerunt. quæ ſimiles omnes caſtratis euadunt, obeſæ admodùm ac pingues, carníſque ſuauitate alijs fœminis, quemadmodum caſtrati mares alijs maribus præſtant. ſed loco iſto priore, cap. 4. lib. 2. de ſemine, ſubijcit; Deinde alium fœminei ſeminis neque paruum illum quidem vſum tibi poſſem oſtendere, ſi in diſſectis animalibus inſpicere velles membranam quæ inteſtinalis appellatur, ex ſeminarijs vaſis dependentem, quam ex fœmineo ſemine ortam eſſe diximus. Animaduertes enim ſtatim, nullo modo fieri potuiſſe, vt omnes vteri partes virili ſemine oblinerentur: quippe cùm id recta eiaculatione per vteri ceruicem in fundum proximáſque C partes delatum, reflecti in latera vſque ad eius cornua nullo modo queat. Atque hic eſt non paruus vſus, quem fœtui fœmineum ſemen præſtat. quod cùm humidius frigidiúſque ſit, eſt quoddam quaſi alimẽtum virili ſemini craſſiori ac calidiori accommodatum. Ne igitur fieri nõ poſſe dicamus, vt vtrumque excrementum colligat fœmina: id enim colligere ipſam euidenter patet: & quæ euidenter patent, fieri poſſe confitendum eſt. Ne igitur fruſtrà genitum eſſe dicamus fœminæ ſemen, melius quippe illis erat, paululùm immutata oratione, affirmare fieri non poſſe vt fœminæ & ſanguineum excrementum, & ſemen fœcundum ha- D beant. fœmina ſiquidem in exactè conficiendo ſemine deficit, ob caloris inopiam. demonſtratum enim eſt, fœminæ humiditatem & frigiditatem eſſe neceſſariam, & quorſum. Sed antequàm hoc volumen dimitto, adſcribam ex lib. 1. de ſemine cap. 7. poſitam antè paulò ſententiam. In cornua vteri vnũ ex vtraque parte ſeminarium vas committitur ex fœminæ teſtibus procedens. Cùm igitur ſub idem tempus vnà cum mare fœmina ſemẽ emittit, per vtráq. hæc cornua eiaculatum ſemẽ fertur in mediam vuluæ cauitatem, ſimúlque & humectat vias, & ad ſemen vſque viri peruenit, cum eóque E immiſcetur, atque ità fit, vt vtraque hæc ſemina inter ſe membranulis copulentur, quas ſcilicet fœmineum propria ſua progreſſione tunc effecit ſemen: vt totum genituram complexum, hunc vſum fœtui exhiberet, virilíque eſſet alimentum, tenuius enim ipſo cùm ſit & frigidius, accommodatius ad alimentum præſtandum, quam quippiam aliud eſt. Sic idem ferè comment. aph. 48. lib. 5. Confert aliquid ad conceptus caliditatem & muliebre ſemen profuſum quidem ex proprijs teſticulis per

Suæ caſtratæ non ampliùs coëũt, aut ſubant.

Fœminæ caſtratæ cibũ auerſantur.

Caſtratũ propinatur.

Alimentũ ex muliebri ſemine fit.

Spermatis fœminei vſus, & comparatio cum virili.

Fœmina & ſemen & menſtruum abundat.

An fœmina ſemẽ fœcundũ & quale.

Fœminæ ſẽ peramantũ.

Vaſa ſpermatica fœminæ qualia, & quò ſemẽ effundat, & cui vſui.

Semen muliebre quale cuiuſque vſui.

vtrumque

Seminis muliebris vſus, vaſa, qualitas.

vtrumque corniculum, partim in dextrum vteri ſinum, partim in ſiniſtrum, diſſimile tamen: ſiquidem ſeroſior eſt atque frigidior genitura quæ in ſiniſtro teſticulo continetur, vt nuper oſtenſum eſt. & lib.14. cap.11. vſus partium; Quin & fœminæ ſemen præterquàm quòd confert animalis generationi, ad hęc quoque eſt vtile. Vt enim fœmina quoque ad venerem excitetur, & cùm coït cum mare, collum matricis patefaciat, ſemen non minimum habet momentum. vbi mox ex iſtis libris de ſemine repetuntur illa citata, Semen maris; principium atque originem eſſe membranarum & vaſorum omnium. idémque ex ſemine fœminę nutriri. & ex eodem fœmineo ſemine tunicam ἀμαρδωδῆ gigni. ſed de his iam plus ſatis. Liber finitionum medicinalium ſub finem ita breuiter & efficaciter proponit; Illud quæſtione exagitatum eſt, vtrùm fœmina perinde ac mas ſemen deprimat. Etenim eadem veneris libidine vexatur fœmina, iiſdémque obnoxia eſt morbis: ac planè ex conſectione, ſeminarijs meatibus prædita eſſe oſtenditur. maximum quoque id conferendi ſeminis teſtimonium eſt, quòd ſimiles matribus procreentur liberi. qua de re aliàs.

Spermatis fœminei vſus.

Seminis virilis vſus & alimentum.

Quæſtio.

Quòd fœmina ſemen habeat, rationes certiſſimæ.

EX PLVTARCHO.

AVTHOR hiſtoriæ philoſophicæ (quod opus apud Plutarchum de plac. philoſoph. inſcribitur) ita inquirit cap. 110. An fœmina ſemen adferat. Pythagoras, Democritus & Epicurus fœminas quoque ſemen effundere cenſent, ſeminales alueos cùm habeant, qui in vterum ex aduerſo profluunt: atque iſtud cauſſam eſſe, vt etiam mulieres ſeminis vſum appetant. Ariſtoteles & Zeno humorem quidem eas emittere concedunt, non tamen cõcoctum id ſemen eſſe dicunt: verùm ex congreſſus fatigatione, quendam veluti ſudorem. Hippocrates fœminas non minùs maribus ſemen effundere opinatur: quicquam tamen ipſum ad conformationem fœtus non conducere, cùm extra vterum incidat. hinc mulieres aliquot viduas præſertim, abſque virili concubitu ſemen interdum emiſiſſe. Quanquam hic author, Hippocratis mentem vt cumque inuertit ac peruertit, ſicuti de conceptu alibi oſtendi, & fortè repetam: & Galenus initio lib.1. de ſemine; hanc Ariſtotelis & Peripateticorum mentem fuiſſe profitetur, cuius antea commemini.

An fœmina ſemen habeat, opiniones contrariæ.

Semen muliebre quid ſit vnde, & cui vſui.

EX HIPP.

AT genuinus Hippocrates diſertis verbis ita effatur, primùm lib. de genitura; Emittit autem & mulier à corpore genituram, aliquando in ipſum vterum, qui ſanè humidus inde euadit: aliquando foràs, ſi vterus magis quàm opportunum eſt, hiarit. & paulò pòſt, Poſtquàm coïuit mulier, ſiquidem conceptura non eſt intra ſeipſam, pro more foràs procedet genitura ab vtriſque, vti fœmina volet. ſi verò conceptura eſt, non procedit foràs, ſed manet in vtero genitura. nam vteri ſuſceptam & conclauſam in ſeſe continent, oſculo nitibitum ipſorum præ humiditate contracto ac concluſo: ſimúlque permiſcentur tum quæ à viro venit, tum quæ à muliere emiſſa eſt. imò & ibidem paulò pòſt, & viro & mulieri ſemé vtrumque ineſſe maſculum & fœmininum aſſerit, & lib. 1. de diæta repetit, vti poſtea docebitur. & initio libri de natura pueri, Si genitura ab vtriſque permanſerit in vtero mulieris, primùm quidem ſimul miſcetur, vtpote muliere non quieſcente, coaceruatúrque, ac craſſa per calorem euadit. deinde ſpiritum concipit, & quæ ſequuntur deinceps de conceptu muliebri repetita à Galeno, & pro Hippocraticis habita lib.1. de ſemine cap.7. & initio lib.2. de ſemine, vbi hunc textum profert & agnoſcit, quo pacto ex vtráque genitura commixta, fœtuum generatio exiſtat, ait ibidem.

Semẽ vtrũque vtrique partis ineſt.

Conceptio qui fiat.

EX FERNELIO.

SED hanc theſim placet cum Fernelio noſtro concludere ex cap.6. lib.7. phyſiolog. Semen fœminas proferre, hac potiſſimùm ratione doceri poteſt, quod teſticulos & ſeminis vaſa acceperint crebris flexibus atque circuitibus intorta, haud ſecùs ac in maribus enata. Quæ omnia ſi natura non fruſtrà condidit, generandi ſeminis facultatem ſimul his attribuit, huiúſque cauſſa fabricata ſunt. Rei veritas ſenſus teſtimonio cõprobatur: nam fœminis quæ diutiùs à coïtu ſibi temperarunt, diſſectis in vaſis ſemen circũfluere, idque iam albeſcere conſpicitur, æquè ac in maribus: in ipſis verò teſtibus, craſſius & perfectius. Quinetiam per inſomnia eæ interdum fatentur ſemen non minori ſe voluptate, quàm in coïtu eiaculari. Viduis & ijs quæ diutiùs veneris ſtudia intermiſerunt, vt per inſomnia, ita obſcœnarum partium titillatione, copioſiſſimum craſſiſſimúmque ſemen erumpit. Quæ cùm integra ſenſuum fides affirmet, non aliude rationes petendæ ſunt, quibus doceatur, ſemen in mulierum vaſis haberi, idque concubitus magna voluptate profundi. Id autem præter eum quem addit impetũ & quaſi ſtimulum ad venereos amplexus, vim habere procreantem atque fingentem, inde colligitur, quòd non alium in his quàm in maribus ortum & à teſtibus & à vaſis acceperit: quòd etiam mulier, quæ morbo comitiali, calculo aut podagra affligitur, prolem gerit horum malorum hæredem: quòd demum partus ſit plerumq; matri ſimilis. quæ omnia non maternus ſanguis, ſed quod ab illa profuſum eſt ſemen, efficere poteſt: tametſi ei profectò vis minor eſt & infirmior, quàm quæ à maris ſemine confertur. quibus in verbis, Galeni mentem agnoſcere eſt, qualem antè aperui. quibus autem rationibus fœmineo ſemini fœcunditas adimatur, ex ipſo Fernelio ab Ariſtotele mutuante condiſces. Neque enim ſemen iccirco fœcundum appellamus, quòd ſolum ex ſanguine quippiam generet: ita enim ne maſculum quidem fœcundum haberetur: ſed hinc quòd dum alteri confunditur, ad generandum conferat. Neceſſum eſt igitur amborum ſemina mutua

Quòd fœmina ſemen habeat: quia & vaſa.

Quia ſenſus patet.

Ab experientia.

Quia ſemã fundit, quãdo.

Quòd ſemẽ muliebre ſit prolificum & fœcundũ ratio.

Vis ſeminis muliebris maior virili.

Semen cur dicatur fœcundum.

à simili.

Plátis vterque sexus inest.

Cóparatio fœtus cum planta. ita Hipp. & Arist. vt patuit antehàc.

Gal. contra Arist. quòd semé sit materia & alimentum. à simili.

Analogia fœtus cum planta, in quo: ac dissimilitudo.

subſtãtiæ familiaritate & amicitia ſe copulent, & prorſus confundantur, ſiqua inde futura eſt abſoluta procreatio. Quam vim ne plantis quidem natura negauit aut inuidit, in quibus maris & fœminæ vtrumque ſexum miſcuit, vt Ariſtoteles & Theophraſtus agnoſcunt: quòd ſola vis maſcula (licet terra materiam ei conferat, de matre Peripatetici aſſentiuntur, ſed minùs ſufficiente ad infantis ortum adiumento) non ſatis ſit, quæ procreationem in ſtirpibus efficiat: tantò minùs in hominis generatione, qua de agimus. Et verò Gal. lib. 1. de ſemine cap. 9. fœtum plantæ comparat, & duplex vtriuſque principium motionis atque formationis: & quod in plantis inferiori parte ſub terra radicatio eſt, id in fœtu, arteriarum venarúmque chorij vuluæ adhæſio nexúſque eſt: & qualis truncus in plantis cum ſuis ramis deſuper tendentibus, tales ſunt in fœtibus trium principiorum cum ſuis appendicibus progerminationes. Sed idem Ariſtotelem veluti ſuorum principiorum oblitum arguit, & quòd naturæ opera diuerſo modo in plantis atque in animalibus exponat. Cùm enim videat ſemen in ombus plantis materiale non minùs quàm fabricatorium principium in ſe continere, aufert horum alterum in animalibus. Aut ſi feminis natura non alijs facultatibus plantam, alijs animal creat, quæ in plantis contemplaris, ea ad animalia transfer: vtraque enim in vtriſque proportionem ſeruant. Plantæ ſemen terra indiget, vt ex ea alatur & augeatur: noſtrum pari modo ſemen vulua opus habet ijſdem de cauſſis. Radices quibus alimentum attrahat è terra, ſibi gignit planta: chorion vaſa, quæ ſunt radices fœtuum, procreat. Semen producit truncum, & è trunco ramos, folia, flagella: fœtus tria habet principia, è quibus totidem ramos educit, aortam è corde, venam cauam ab hepate, dorſi medullam cum cerebro è capite: quorum ſingula in ramos deinceps innumeros ſpargũtur per totum corpus diſſeminatos. ſed fœtus mox animatur, viuit, mouetur: planta autem vegetabili anima vitáque viuit contenta. ſed de his hactenus: ad aliud nunc tranſire tempeſtiuum eſt.

Quenam eſt natorum ad parentes ſimilitudinis cauſſa?

PROBLEMA V.

Duo noſtri principia.

Seminis & menſtruus & vſus, ac differentia.

HÆc cùm ita ſint, facilior deinceps erit ſolutio proximæ quæſtionis, de ſimilitudine natorum ad parentes. Cùm enim duo principia noſtræ generationis prima ſtatuantur, ſemen vtriuſque parentis, & menſtruus ſanguis maternus: illi verò ſemini vis multò maxima inſit ad motum & effectum, ſicuti nonnulla etiam ad materiam ſuppeditandam: huic autem vis præcipua ac penè tota in id vnum tendat, ſemen vt foueat, alat, augeat, fœtúmque pariter, & quæcumque ad hunc

A inuoluendum cuſtodiendúmque pertinent: Conſentaneum videtur, vt vnde eſt generationis origo, inde ſit etiam ſimilitudinis cauſſa ratióque. Cùm enim ſemen rapiat ſecum ideam omnium partium (neque tamen iccirco ſeminis ſubſtantiam ab omnibus & ſingulis partibus decidi, intelligi volo) habeátque potentiâ in ſe velut adumbratam corporis vniuerſi effigiem, ſíque potentiâ totum: nihil abſurdi debet videri, ſi ab eodem præcipua ſimilitudinis origo repetenda videatur, tum quæ ad matrem attinet: quatenus & patri & matri ſemen ineſt vtrumque & maſculum & fœmineum, ſiue maribus & fœmellis procreandis

B aptum. Maſculum verò intelligimus, quodcumque calidius eſt & craſſius & æqualius & magis excoctum: fœmineum autem huic contrarium, nempe frigidius, tenuius, inæquale, languidum, aqueum. Et quid mirum idem humano fœtui ac germini contingere, quod etiam reliquis mutis animãtibus & volucribus atque adeo ſtirpibus vſuuenit? Nónne vides ex equo equum, ex boue bouem, ex cane canem, ex æluro gigni ælurum, non ſolùm in ſuo genere parem, ſed etiam perſæpe notas eaſdem in fronte, tergo, pedibus, oculis, vel

C partibus cæteris referentem? Quid quòd ex equo & aſina, burdo gignitur vtriuſque naturam referens? (hinnum Varro vocat) ex equa autem & aſino, mulus naſcitur, mixtum genus. vel vt cum Varrone loquar, bigeneri atque inſititij, non ſuopte genere ab radicibus, muti maiores, hinni minores. ſic ex lupo & cane fœmina oriuntur lyciſcæ ſeu crocutæ hybrides: ex alijs alia. ſic enim Ariſtoteles cap. 6. lib. 2. de generat. animalium. Item cùm ita ſit, vt equi ex equis gignantur, aſini ex aſinis, & mulus ex equo & aſino, alterutro

D mare aut fœmina, cur ex his tam denſum conſiſtat, vt ſterile ſit quod prodierit? & paulò pòſt, Si ex mare & fœmina ſpeciei eiuſdem, proles ſpeciei eiuſdem gigni ſolet, aut mas aut fœmina: vt ex cane mare & fœmina canis aut mas aut fœmina: ex diuerſis etiam ſpeciebus diuerſum ſpecie proueniat, neceſſe eſt. &c. hæc enim ille & plura ibidem aduerſus Empedoclem & Democritum.

Sed nónne vides (inquam) oua cuiuſcumque volucris ſiue eidem generi ſubiecta incubando, ſiue diuerſo, párere ſui generis aues parentibus ſuis concolores & vſquequaque ſimiles? Id docet quotannis cúculi auis induſtria, quæ in alieno ponens oua nido, ſuum

E ſibi genus perpetuat. curruca etiam alienis ouis incubat, & prolem adulteram éducat. Ieremias tamen cap. 17. Perdix fouit quæ non peperit. & tamen iſtarum volucrum nulla non ſuorum parentum oua ponentium ſimilitudinem refert: nihil ab incubante, præter officium incubationis mutuata. ne ſi anguina quidem oua gallinæ aut alij volucri incubanda ſubijcias, vt quondam obſeruatum viſúmque inaudij. Præclarè autem M. Tullius 2. nat. deorum. Eſt etiam admiratio nonnulla in beſtijs aquatilibus ijs quæ gignuntur in terra:

Similitudinis origo à femina, qui.

Seminis vis & efficacia.

Semé vtriusque vtriusque parentis inesse.

Semé maſculum & fœmineum, quale ac de ſingulis, à ſimili.

Simile de ſimili in ſuo quodque genere.

Ab cuiuſlibet.

Mixtũ genus è diuerſo genere ortum.

Simile de ſimili, & diſpar è diſſimili.

Ab oui, ab alio incubãte eſt ſimilitudo.

Cuculi & curruca & perdicis natura.

Oua anguina.

Amphibia vbi pariant quique modo.

veluti crocodili fluuiatilésque teſtudines quædámque ſerpentes ortæ extra aquam, ſimul ac primùm niti poſſunt, aquam perſequuntur. Quinetiam anatum oua gallinis ſæpe ſupponimus: ex quibus pulli orti primùm aluntur ab ijs vt à matribus, deinde eas relinquunt, à quibus excluſi ſoríque ſunt, & effugiunt cum primùm aquam quaſi naturalem domum videre potuerunt. Tantam ingenuit animantibus conſeruandi ſui natura cuſtodiam. Sed tranſeamus ab animatis ad inanima. Nónne ſemen plantæ vel arboris cuiuſlibet quamcumque in terram deportatum, humíque depactum, ſimilem ſuæ parenti arborem edit plantámve? Et vnde illa ad ſuum ſibi genus ſimilitudo, niſi à ſemine & genitali vi quadam ſemini inſita, ſimile ſibi procreandi? Non tamen negauerim, in muliere præſertim plurimùm valere fortem quandam imaginationem, (quam vnam adſtruit Empedocles, vt patebit) vt nonnunquam pariat alteri cuipiam adſimilem fœtum: vti de illa refert Plutarchus, quæ candida licet, atrum Æthiopem progenuit, ob frequentem tabulæ inſpectionem, in qua depictus erat Æthiops. quod etiam in alijs fœmellis aliorum animalium cernitur, vti de ouibus Laban ſacra refert hiſtoria Geneſ. cap. 30. vti de pauonibus fœmellis & de gallinis memorant, quæ ſimiles obtentis pannis, aut linteis, aut depictis ouis variegatos educunt pullos. Nempe hauſta imago ſub ipſo conceptu, ſimilitudinum reputatio eſt, ait Plinius lib. 7. ca. 11. ſicuti nos cap. 7. lib. 2. de peſte produximus, & alibi dicemus.

Similitudo in plantis à ſemine, non ſolo aut terra.

Imaginationis vis in muliere, ad formæ ſimilitudinē: ſic in multis animalibus.

Hiſtoria.

Ab exēplo.

Imaginationis vis in concepto.

Sic igitur ſtatuo, ipſum genus animalis ad ſimile genus (ſiue ſpeciem mauis appellare, vt Ariſt. cap. 6. lib. 2. generat. animalium) reduci: Galenus autem genus animalis ad ſubſtantiam vnde fit, referebat, vti mox aperiam. ſic homo hominem, quadrupes quadrupedem, auis auem, vt pſittacus pſittacum, ſerpens gignit ſerpentem, vt viperam vipera. Sexum deinde referri ad ſemen potentius & actuoſius efficaciúſque, ſicut antè oſtendi (Galenus autem temperamentum vtrorumque principiorum referebat) Poſtremò ſimilitudinem natorum ad parentes in quolibet genere ex ipſa ſemini inſita vi & genitali facultate (Galenus motionem ſeminis dicit, vt mox patebit) præcipuè ac potiſſimè proficiſci: rarò tamen concurrente imaginatione. quomodo dixit Ouidius in metamorphoſi;

Animalia generis, & ſexus, & ſimilitudinis origo vnde ſit.

Similitudinis naturorum ad parentes cauſa duæ præcipuæ.

Forma prior redijt, genitúsque venit imago.

& Virgil.

Sic oculos, ſic ille manus, ſic ora gerebat,

EX HIPP.

SED placet aliorum etiam ea de re audire ſententiam. Hippocrates lib. de genitura; Quandoque quidem fœtus eſt ſemen à muliere emiſſum, aliquando verò debilius. ſimiliter etiam quod vir emiſit. Et eſt tum in viro fœmineum, itémque maſculum ſemen, tum ibidem in muliere. fortior autem maſculus

Vtrique parenti vtriúſq; ſemē ineſt, quale: & mas vel fœmina vnde, quo modo.

A fœmina eſt. Neceſſe igitur eſt ipſum à fortiore ſemine generari. habétque res hoc modo. Si ab vtríſque ſemen fortius prodierit, maſculus erit partus: ſi verò debile, fœmina naſcetur. Vtrum autem multitudine ac copia prævaluerit, iuxta illud ipſum partus naſcetur. ſi enim multò plus fuerit debilis ſeminis, quàm fortioris, ſuperatur forte, & debili permixtum, in fœminam tranſit. ſi verò plus fuerit fortis ſeminis quàm debilis, ſuperatur debile, & in marem tranſit, qua de re pridem à nobis eſt actum ſpeciali problemate. ibidem paulò pòſt, In ipſa genitura egreditur & fœmineum & maſculinum ab omni corpore (qua de re tamen mox videro) & à debilibus debilis, & à fortibus fortis: & neceſſe eſt ſic in partum diſtribui. Et ex quacumque corporis viri parte plus prodierit in genituram, quàm mulieris, partus ille magis ſimilis erit patri. Vndecumque verò à corpore mulieris plus venerit, magis aſſimilabitur matri. Eſt autem impoſſibile partum per omnia matri ſimilem eſſe, & patri nihil: aut vice verſa: neque alteri quicquam ſimilem eſſe. ſed vtriſque neceſſe eſt in aliquo ſimilem eſſe: ſiquidem ab vtriſque corporibus ſemen in partum procedit. vter autem tandem plus contulerit ad ſimilitudinem, & à pluribus corporis regionibus, illi magis ſimilis eſt. contingítque aliquando vt filia nata maiori ex parte magis ſimilis ſit patri quàm matri: & filius natus aliquando magis ſimilis eſt matri quàm patri. Vnde colligitur, & in muliere & in viro tum maſculam, tum fœmineam genituram exiſtere, quod ſuperiori problemate probauimus. Quòd autem matri ſimilior ſit aut eſſe poſſit fœtus, quàm patri, ex eo colligi poteſt, quod ſcripſit idem lib. de ſeptimeſtri partu; Similia enim longius tempus in ſimili ſunt, & tardiùs diſcernuntur, propter conſuetudinem & amicitiam. quanquam aliàs quum à matre ſegregatæ fuerint, filiæ citiùs quàm filij pubeſcant, & ſapiant, ac ſeneſcant, propter corporum imbecillitatem, & victus rationem. quem locum inſignem Ariſtoteles eſt æmulatus, vt alibi notaui, & vtrumque pariter coniunctim appellaui. & ibidem ex alio codice, Si qua conceptura eſt, vti ſibi conceſſionem pariat, bene habeat, vírque ad eam rem demittendam promptus præſtóque ſit, corpus ſiue corporis alueus creatur & perficitur. collatio enim & concordia validáque neceſſitas & vis cogit vti perficiatur, & adoleſcat ſuo ſatori non diſſimile. Similes porrò inter ſe fiunt gemelli ob hanc quam lib. 1. de diæta reddidit cauſſam. Primum quidem quòd æquales ſunt loci, in quibus augeſcunt. deinde quòd ſimul ſecreti ſunt. poſtea quòd ijſdem alimentis augeſcunt, vitaléſq. in lucem prodeunt: idem rurſus lib. de aëre, locis, aquis, de macrocephalis Aſianis diſſerens, ita infert; Ea conſuetudo tantùm effecit, vt eiuſmodi natura capitum exiſteret. temporis verò progreſſu, natura quoque tales produxit, vt non eſſet neceſſe conſuetudine priore co-

Semen ab omni corpore.

Similitudo partiū fœtus ad parentes, vnde fit.

Infans habet aliquid vtrique parenti ſimile, qua de re.

Filiæ matri, & filius patri cor aſſimilatur.

Infans cur matri ſepe ſimilior.

Filia citiùs & ſapiunt, & ſeneſcūt, cur.

Generatio quò fiat, & ſimilitudo vnde.

Gemelli cur ſimiles.

Macrocephali ex cōſuetudine. ſic de alijs.

gere. Quum enim ſemen genitale ab omnibus corporis membris procedat, à ſanis quidem ſanum, à morbidis morboſum, fiátque vt ex caluis calui gignantur, ex cæſijs cæſij, & vt plurimùm diſtortus diſtortum generet: eadémque ratio ſit circa reliquas formas, quid prohiberet vt non ex macrocephalis macrocephali gignerentur? atque hæc ferè ex Hipp. quorum partim iam attigi, partim poſthàc reſumam.

Semen ab omnibus membris procedit: inde partiũ ſimilitudo ad parentes.

EX ARISTOTELE.

ARISTOTELES poſitæ quæſtionis ſolutionem pluribus agitat & diſcurit, hunc ferè in modum. primò lib. 4. cap. 3. genera animal. Eædem cauſſæ ſunt & vt alij parentibus ſimiles generentur, alij diſſimiles, & alij patri, alij matri tum corpore tóto, tum verò partibus ſingulis, & parentibus magis quàm maioribus ſuis, & ijs potiùs quàm quibuſlibet, ac mares potiùs patri, fœminæ matri; alij nulli conſanguineo ſimiles, ſed tamen homini ſimiles, alij ne homini quidem, ſed iam in monſtro. Qui enim ſuis parentibus ſimilis non eſt, monſtrum quodammodo eſt. diſceſſit enim in eo quodammodo natura ex proprio genere, cœpítque degenerare. ſed initium primum degenerandi eſt fœminam generari, non marem, quòd ſemen maris ſuperetur aut ob ætatem iuuenilem ſenilémve, aut ob aliam eiuſmodi cauſſam, qua de pridem diximus. Quoties enim excrementum ſeminale bene concoctum in menſtruis eſt, motus maris agit pro ſua forma. itáque ſi ſuperat, facit marem, non fœminam, & ſimilem ei qui generat, non matri. ſed ſi non ſuperat, pro ea qua non ſuperarit, facultate, defectum faciet. Quamobrem ex facultatibus inſunt in ſeminibus eiuſmodi omnium motus. maiorum etiam propria in neporum ſemine inſunt potentiâ: ſed propinquius ſemper quod particulare eſt. Sed cùm omne quod mutatur, non in quodlibet, verùm in ſibi oppoſitum tranſeat, ideo & quod in generatione non ſuperatur, tranſeat in oppoſitum neceſſe eſt, pro ea facultate qua non ſuperarit quod generat mouétque. Quòd ſi quà eſt mas, non potuit, fœmina gignitur: ſed ſi quà eſt Coriſcus aut Socrates, non patri, ſed matri ſimile gignitur. Vt enim omnino patri mater opponitur, ſic ſingulis generantibus ſingulæ generantes opponuntur: ſimilíque modo in ſequentibus facultatibus agitur. ſemper enim in ſequentem & proximum maiorum potiùs tranſitur tam in patre, quàm in matre. Inſunt autem motus alij actu, alij potentiâ. Actu inſunt motus eius qui generat, & vniuerſalium, vt hominis & animalis. Potentiâ inſunt motus fœminæ & maiorum tam in patre, quàm in matre. mutatur igitur tranſigens in oppoſita. Motus autem qui creant, ſoluuntur in propinquos. verbi gratiâ motus eius qui generat, ſi ſoluatur, primùm differentia minima in motum patris tranſibit, mox in aui, atque deinceps ad hunc modum in cæteros ſimiles. In fœminis quoque tranſitus fit. motus enim concipientis in motum ſoluitur matris: ſi non in eum, in auiæ: eodémque modo in ſuperiores. Sed potiſſimùm ita natura fert, vt quà mas & quà pater eſt, ſimul & ſuperet & ſuperetur: parum enim diſcriminis eſt. itaque vt ſimul vtrumque eueniat, nequaquam difficile eſt: Socrates enim vir talis quis eſt. Quamobrem mares magna ex parte ſimiles patri exiſtunt, fœminæ matri: ſimul enim in vtrumque diſceditur. opponitur autem fœmina mari, mater patri: diſcetlúſque in oppoſita fit. ſed ſi motus qui à mare eſt, ſuperarit, qui verò à Socrate eſt, non ſuperarit: aut hic ſuperarit, ille non: ita euenit vt mares ſimiles matri, fœminæ ſimiles patri generentur. Item ſi motus ſoluantur, & quà mas eſt, ſeruetur; Socrates autem ſoluatur in patris, mas erit aut ſimilis aut alicui cæterorum ſuperiorum maiorum, prout ſolutio torenderit. ſed ſi quà eſt mas, ſuperetur, fœmina erit ſimilis potiſſimùm matri. ſi autem & hic ſoluatur motus, matri aſſimilabitur matris, aut alicui ſuperiorum pari ratione. Idem modus partium quoque eſt: ſæpe enim aliæ patri ſimiles, alij matri, aliæ maiorum alicui ſimiles conſtituuntur. inſunt enim & partium motus alij actu, alij potentiâ. Omnino enim ſubijcienda ſunt tria illa. Vnum quod modò dixi, motus ineſſe alios potentiâ, alios actu. alterum, degenerare in oppoſitum quod ſuperatur. tertium, tranſire in motum proximum, id quod ſoluitur: & ſi minùs ſoluitur, in propinquum: ſi magis in remotiorem diſcedere. demúmque ita confundi, vt nemini ſuorum ſimiles prodeant, ſed commune tantùm relinquatur, vt homo ſit. cuius rei cauſſa eſt, quòd commune particularia conſequitur omnia. homo enim vniuerſale eſt: Socrates pater, & quæcumque eſt mater, particulare eſt. Cauſſa vt motus ſoluatur, eſt quòd omne agens patitur etiam à patiente. Denique quodcumque mouet, excepto primo, mutuò mouetur aliquo motu. interdum etiam fit, vt quod agit, magis patiatur quàm agat. Degenerat autem quod patitur, nec ſuperatur, aut defectu facultatis eius quod coquit & mouet, aut copia frigiditatéque eius quod concoquitur & diſtinguitur. vnde eſt formæ diſſimilitudo. de ſimilitudine autem ita ferè ſenſit philoſophus. Alij nonnulli naturæ interpretes duplicem afferunt modum rationis, nonnulli enim ita cenſent, vt ab vtrouis plus ſeminis venerit, ei ſimilis magis generetur, æquè toti totum, & parti pars quali ex vnaquaque parte ſemen decedat: ſed ſi par de vtroque venerit, ſimilis neutri procreetur. Sunt qui ſemen genitale dicant quamuis vnum, tamen veluti omnifariam quandam eſſe multorum ſeminum (non actu tamen, ſed potentiâ) miſtionem: vt in ſaporum genere cernimus. vt à quocumque gignente plurimum acceſſerit, ei formâ ſimilis generetur. quas tamen rationes vt mancas & inefficaces

Similitudinis & diſſimilitudinis gradus ac differentia.

Infans neceſſariò parentibus ſimilis: & quo modo degeneret.

Fœmina degener, quò.

Mas quò generetur, & patri ſimilis, vel contrà.

Seminà vis à maioribus in poſteros.

Mutatio quò fiat, vt à mare in fœminã, & ſemper in propinquum

Motus qui actu vel potentia.

Motus primum quomodo in propinqua degeneret tum mari, tum fœmina.

Mares ferè patri ſimiles, fœminæ verò matri: & diſceſſus quiſque.

Mares matribus ſi fœminæ patribus quando ſimiles, vel alicui maiorum.

Infans cur quadam ſui parte patri vel matri ſimilis.

Motus partim actu vel potentiâ quid.

1. Motus duo genera.

2. Degenerare in oppoſitum.

3. Tranſitus in proximũ, vel remotũ, quã.

Commune ſequitur particularia, quomodo.

Motus cur ſoluatur.

Agens agendo patitur.

Diſſimilitudo formarum.

Similitudinis naturam ad parentes duæ cauſſæ, & è contrario.

Semẽ varie mixtum è pluribus.

eleuat Arist. eodem cap. & libro. idem verò cap. 4. hb. 7. histor. animal. rem exemplo demonstrat, quod alibi ex Plinio repetiui. Id etiam constitit, ait, adultera quadam, quæ alterum suo marito, alterum alterutro similem peperit. & lib. 1. cap. 17. genera. animal. hinc argumentum duci ait à quibusdam similitudinis natorum ad parentes, quòd semen ab omnibus partibus corporis secedat: de quo non ita multò pòst. & cap. 6. lib. 7. histor. animal. ex imitatione illa Hippocratica ita infit; Gignuntur læsi ex læsis, verbi caussâ claudi ex claudis & cæci ex cæcis. denique similes sæpenumerò in re, quæ præter naturam comitetur, & signa habentes cognata sibi hæreditaria: vt verrucas, vt nævos aut cicatrices aut quid aliud generis eiusdem. Iam tale quid vel tertia prole pòst regeneratum est: vt cùm quidam suo in brachio puncti notam haberet, filius non id retulit, sed nepos ea corporis parte nigritiem quandam habens confusam prodijt. Sed rarò hæc eueniunt, integri autem ex mancis ne gignantur, nulla res obstat, & sæpissimè ita agitur. Similes etiam aliqui parentibus aut auis suisque maioribus generantur: aliqui similitudinis nihil referunt.

Historia similitudinis ad vtrõque patrem.

Semen ab omnibus corporis partibus. hinc similitudo in toto & partibus.

Similitudo etiã in adnatis appendicibus.

Historia.

Integri ex mãcis quõ.

Redditur etiam vel pòst plures eiusdem prosapiæ. vt in Sicilia, eius quæ adulterium cum Æthiope commiserat, filia non colorem patris Æthiopis retulit, sed qui natus ex hac est, is auum Æthiopem regenerauit. Fœminæ magna ex parte matri, mares patri proueniunt similes. sed fit etiam è diuerso, vt fœminæ patri, mares matri similes procreentur. Particulatim etiam similes fiunt, vt alia corporis parte similes sint patri, alia matri. Gemini vel dissimiles inter se nati iam sunt: sed plurimi magna ex parte similes prodeunt. nam & quædam cùm septimo die à partu concubuissent concepissétque, peperit similem superiori, quasi geminum. Naturæ etiam ratione aliæ sibi, aliæ suo marito similes generant, vt equa Pharsalia nomine Iusta. Nos vidimus olim gemellos tam sibi similes, vt domestici vix possent longo vsu alterum ab altero distinguere. Superiorem verò historiam Aristotelis idem sic repetit cap. 18. lib. 1. genera. animalium. Redditur pòst plura genera similitudo: vt in Helide, quæ cum Æthiope concubuerat, non filiam forma Æthiopis peperit, sed natus ex filia erat Æthiops. & quæ multa toto capite his affinia disceptantur. & sequenti cap. 19. Constat semen, esse excrementum alimenti sanguinei, quod vltimum in membra digeritur. & quidem vim magnam ob eam rem obtinet: sanguinis enim synceri salubrisque secessio resoluere potest, vtque filij similes parentibus sint, ratio exigit. simile est enim quod ad partes accesserit, ei quod remanet. Itaque semen manus aut faciei aut totius animalis, est manus indefinita, aut facies, aut animal totum indefinitum. & quale quodcumque illorum est actu, tale semen potentiâ est, aut corpulentia sua, aut facultate siue virtute quam in seipso contineat. Ideo pars aut membrum patris dicitur filius in Ethicis. ideo parentes diligunt natos, vt aliquid sui: nati verò, parentes, vt aliquid ex illis, ait cap. 12. lib. 8. Ethic. Ideo Adamus 2. Geneseos; Hoc nunc os de ossibus meis, & caro de carne mea, dicit de Eua. Sed notandum venit hoc problema 12. sect. 10. Cur proles cæterorum animalium, magis quàm hominis, suis parentibus similem gerit naturam? An quòd homo vago varióque plurimùm animo in coïtu est? prout autem pater matérque in conceptu affecti fuerunt, ita partus euariant. cætera verò animantia omnia, aut certè plurima, rei tantùm ipsi intendunt, totáque sese veneri dedunt. adde quòd ob eam auiditatem, minimè repleri magna ex parte patiuntur. hæc philosophus.

Semen partibus simile, quatenus.

Filius, patris pars: inde amor mutuus.

Similitudo naturæ in parẽtes, cur in matrimonio quã hominũm.

Posteri similes maioribus.

Historia nouanda.

Mares patri, & fœmellæ matri ferè æstimantur, & contrà. sic de partibus corporis.

Gemelli ferè similes.

Gemellorũ similitudo mira.

Historia.

Similitudo reseruatur ad posteros.

Semẽ quid, & eius vis.

Fœtus cur parentes referant, cuiũ in partibus.

EX PLINIO.

SEd aliquis obijcit, Si caussa similitudinis liberorum cum parentibus à semine pendet, vt isti dicunt, qui fit, vt diuersi generis pueri, diuersæque regionis & climatis longè dissitissimi, inter se similes sint? Audi enim Plinium lib. 7. cap. 11. & 12. Iam illa vulgata, variè ex integris truncos gigni, ex truncis integros, eademque parte truncos. signa quædam nævósque & cicatrices etiam regenerari. Quarto partu Dacorum originis nota in brachio redditur. In Lepidorum gente tres intermisso ordine, obducta membrana oculo genitos accepimus. Similes illis quidem alios auo: & ex geminis quoque alterum patri, alterum matri: annóque pòst genitum maiori similem fuisse vt geminum: quasdam sibi similes semper párere, quasdam vito, quasdam nulli, quasdam fœminam patri, marem sibi.

Obiectio.

Similitudo etiam inter dissimillimas gentiũ species vnde.

Similitudo etiã in partibus & signis.

Historia.

Similitudo etiã in posteris.

Indubitatum exemplum est Nicæi nobilis pictæ Byzantij genini, qui adulterio Æthiopis nata matre nil à cæteris colore differente, ipse auum regenerauit Æthiopem. Similitudinum quidem in mente reperatio est, & in qua credantur multa fortuita pollere, visus, auditus, memoris, hausiæque imagines sub ipso conceptu. cogitatio etiam vtriusliber animum subitò transuolans, effingere similitudinem aut miscere existimatur. Ideóque plures in homine, quàm in cæteris omnibus animalibus differentiæ; quoniam velocitas cogitationum, animíque celeritas, & ingenij varietas multiformes notas imprimit: cùm cæteris animantibus immobiles sint animi, & similes omnibus, singulíque in suo quique genere. Antiocho regi Syriæ, è plebe nomine Artemon in tantum similis fuit, vt Laodice coniunx regia, necato iam Antiocho, mimum per eum commendationis regnique successionis peregerit. Magno Pompeio Vibius quidam à plebe, & Publicius etiam seruitute liberatus, in-

Historia.

Imaginationis vnius conceptus, quã.

Hominum cur dispar forma. supra in Arist.

Exẽpla similiũ in diuersa gẽte & cognatione.

discreta propè specie fuêre similes ; illud os probum, reddêtes, ipsúmque honorem eximiæ frontis. & post alia nonnulla exempla, subijcit; Suræ quidem Proconsulis etiam rictum in loquendo contractionémque linguę & sermonis tumultum, non imaginem modò, pisceor quidam in Sicilia reddidit. Cassio Seuero celebri oratori, armentarij Mirmillonis obiecta similitudo est. Toranius M. Antonio iam Triumuiro eximios formâ pueros, alterum in asia genitum, alterum trans Alpes, vt geminos vendidit. tanta vnitas erat. Postquàm deinde sermone puerorum detecta fraude, à furente increpitus Antonio est, inter alia magnitudinem pretij conquerente (nam ducentis mercatus erat sesterrijs) respondit versutus ingenij mango, ob idipsum se tanti vendidisse, quoniam non esset mira similitudo in vllis eodem vtero editis. diuersarum quidem gentium natales tam concordi figura reperiri, super omnem esse taxationem. adcóq. tempestiuam admirationem intulit, vt ille proscriptor animus modò & contumelia furens, non aliud in censu magis ex fortuna sua duceret. hæc ferè Plinius.

Similitudo etiam in voce & gestu.

Historia lepida.

Similitudo etiam in diuersa gente.

Vnus Impp. opinor Augustus, aut fortè quem nuper appellaui, Pompeius, cùm adstantem sibi fortè videret hominẽ sui persimilem, percontatus est quis & cuias esset, siue vt Poëta loquitur,

Historia.

Qui genere, vnde domo. ——

Qui cùm se & peregrinũ & hospitem dixisset, adiecit Imperator, num eius mater aliquando Romæ fuisset. Minimè gentium, inquit ille: sed pater meus vir bellicus & militiam secutus, multas orbis partes peregrauit: quinetiam & Romæ fuit. Cauillo ausus in Imperatorem retorquere suspicionẽ materni adulterij. vterque tamen eò respiciens, similitudinem liberorum rarò nisi inter germanos contingere. Sanè ista quidem similitudo in multis animalibus & volucribus atque adeo stirpibus ipsis ferè obseruatur, vt quamuis remotissimà à se inuicem regione similes edant fœtus, & progeniem alijs vbiuis gensium progenitis. sed in hominum genere multipliciter variando ita lusit natura; vt in eadem familia, in eadem vrbe, in eadem regione vix duos vsquequaq. similes (nisi fortè gemellos, quales dixi me persimiles vidisse) non facilè reperias. Ita tamen, vt natura velut sui oblita interdum deprehendatur, quæ Romę vnum similem alteri in Scythia aut in Græcia nato producat. quod dici non potest, ex similitudine natorum ad parentes huius aut illius pendêre, cùm nunquam conuenerint, nunquam se viderint, nunquam de se audierint: sed ex fortuito quodam casu, quo ita contigit, vt Romæ hunc talem, in Scythia aut in Græcia illum isti similem genuerit natura, suæ illius varietatis tantopere affectatæ velut immemor: concurrentibus interim iisdem astris, & temperamentis parentum respondentibus, & seminum conformitate. quod quia rarò accidit, ideo velut monstrum in rerum natura notari placuit. Iam in facie vultúque nostro cùm sine

Similitudo in mente & planta.

Hominum forma mira discrepátia.

Similitudo forma inter gentes diuersas, vnde.

A decem aut paulò plura membra, nullas duas in tot millibus hominum indiscretas effigies existere: quod ars nulla in paucis numero præstet affectando, sicuti verè Plinius idem scripsit cap. 1. lib. 7. Cui consentit illud poëtæ,

Facies partes decẽ cæteras passim dissimiles.

Mille hominum species, & rerum discolor vsus;

Persius Satyr. 5. & Cicero lib. de fato; Quoniam à natura tantùm natura distat, quid mirum est has dissimilitudines ex differentibus caussis esse factas?

Naturæ diuersitas vnde sit.

EX LACTANTIO.

B FIRMIANVS autem cap. 12. lib. de opificio Dei; Similitudines autem in corporibus filiorum sic fieri putant: Cùm femina inter se permista coalescunt, si virile superauerit, patri similem prouenire siue marem, seu fœminam. si muliebre prævaluerit, progeniem cuiusque sexus ad imaginem respondere maternam. id autem prævalet è duobus, quod fuerit vberius: alterum enim quodammodo amplectitur ac includit. hinc plerúmque fieri solet, vt vnius tantùm lineamenta prætendant. Si verò æqua fuerit ex pari semine permistio, figuras quoque misceri: vt soboles illa communis aut neutrum referre videatur, quia totum ex altero non habet, aut vtrumque, quia partem de

Similitudo in natorum ad parentes caussa.

Forma dissimilitudo vnde.

C singulis mutuata est. Nam in corporibus animalium videmus aut confundi parentum colores, ac fieri tertium neutri generantium simile: aut vtriusque sic exprimi, vt discoloribus membris per omne corpus concors mistura varietur. Dispares quoque naturæ hoc modo fieri putantur: Cùm fortè in lævam vteri partem, masculinæ stirpis semen inciderit, marem quidem gigni opinatio est. sed quia sit in fœminina parte conceptus, aliquid in se habere fœmineum, suprà quàm decus virile pariatur, vel formam insignem, vel nimium candorem, vel corporis lævitatem, vel artus delicatos, vel staturam breuem, vel vocem gracilem, vel animum imbecillum, vel ex his plura. Item

Mas aut fœmina generatio vnde, & forma vtro.

D si partem in dextram semen fœminini sexus influxerit, fœminam quidem procreari, quoniam in masculina parte concepta sit, habere in se aliquid virilitatis, vltrà quàm sexus ratio permittat, aut valida membra, aut immoderatam longitudinem, aut fusculum colorem, aut hispidam faciem, aut vultum indecorum, aut vocem robustam, aut animum audacem, aut ex his plura. Si verò masculinum in dextram, fœmininum in sinistram pervenerit, vtrosque fœtus rectè prouenire, vt

Mas & fœmina qui è natura sint geniti.

E & fœminis per omnia naturæ suæ decus constet, & maribus tam mente quàm corpore robur virile feruetur. verùm quæ caussa sit, vt mas aut fœmina gignatur, antea speciali problemate inquisiui, & Firmiani ea de re sententiam ob huius affinitatem argumenti, hoc retuleram, ne bis idem mihi iterandum foret. quem ad lapidem, quamuis accuratè cauearn, vix possum quin interdum impingam.

EX GALENO.

IAM verò de iſta ſimilitudine liberùm ad parentes differentem Galenum audiamus. ſic enim lib. 2. de ſemine ex Athenæo primùm: Formantis officium eſſe, alterutro ex parentibus ſimilem vel diſſimilem fœtum reddere, nemo eſt qui neſciat. Ipſo verò matri ſimilem infantem ex alimento fieri affirmant: ex quo alterationes magnæ & animalibus & plantis exiſtant. Sed enim in commixtionibus diuerſi generis animalium fieri Athenæus ipſe confitetur, vt fœtus à matre quiddam peculiare accipiat, non in colore tantùm, aut tenuitate, aut craſſitudine, aut clariore voce, & id genus cæteris, quæ parua ſunt & ſolius materiæ, non etiam formæ animalium affectiones: ſed quod à matre in his prouenit, tale eſſe ait, vt ſpeciem quoque totam immutet. Si enim aſini ſemen equa in vtero exceperit, fœtus non patris tantùm, ſed ex vtriſque miſtam ſpeciem referre. Imò plus etiam à matre, quàm à patre habere natos idem affirmat Athenæus: vt ab equa mulum, ab aſina hinnum. Verùm non modò non amplius, ſed ne minus quidem à matre conferri natis deberet: quippe cùm nihil omnino formam ſpecialem vel animalis, vel plantæ poſſit immutare: ſed omnia ex ſeminibus talem originem habeant. Verùm éſtne ita naturâ comparatum, vt ea quæ fœtum fingit vis, oculum ſinguláque alia membra efficiat; materia verò oculum cæſium vel nigrum exprimat? an eiuſdem eſt facultatis, quæ naſum fabricat, ſtatim etiam eundem vel aduncum vel ſimum vel rectum formare? an naſus ab opifice, rectus autem naſus à materia fit? vt de reliquis membris idem intelligas. ſimiliter quoque iſtorum ſingula quidem à ſemine; huiuſmodi verò vel illiuſmodi, à menſtruo effici. At ſi hoc concedemus, ſemper natum matri ſimilem euadere neceſſe erit. ſimilitudo enim ex membrorum formatione exiſtit, non quantum ad communem ſpeciem, ſed quantum ad differentias, quæ ſpeciei accidunt. Quippe cùm communis ſpecies hominem, equum, bouem conſtituat: membrorum verò differentia ea ſit, quæ aduncum aut ſimum facit: in quo ſimilitudo & diſſimilitudo omnis ad parentes conſiſtit. At ſi ſemen tantùm effundit mas, nunquam ſimiles matri nati ederentur. Quòd ſi à facultate, hoc eſt ſemine, ſimilitudo ſit, ſolis maribus ſimiles filij erunt, matri verò nequaquam. ſi contrà, materia, id eſt menſtruum ſimilitudinis in cauſa eſt; nati fœminarum omnes, marium nulli effigiem referent: qui tamen alterutri ſimiles conſpiciuntur. At verò hypotheticè, ſi vtriſq. parentibus ſimiles eduntur partus, ex communi quæ vtrique ineſt, cauſſa ſimiles efficiuntur. ſed vtriſque parentibus ſimiles eduntur partus. ex communi igitur quæ vtriſque ineſt, cauſſa ſimiles efficiuntur. non autem ex menſtruo. ex ſemine igitur. Si verò è ſemine ſimilitudo exiſtit, quia multi matribus quàm ſimillimi naſcuntur, fœminam etiam ſemen emittere neceſſe eſt. quod tamen Ariſt. & Athenæus negarunt. Sed quænam cauſſa eſt, cur ſpecies animalis ad matrem magis ſpectet ſimilitudo modò ad matrem, modò ad patrem? nam etiamſi quàm maximè ſemen effundat fœmina, & fœcundum id ſit; nondum tamen fœcundius maris ſemine ipſum eſſe eſt exiſtimandum. vnde oportet vinci fœmineum ſemen, maſculum vincere ac ſuperius eſſe, vt in ſpecie & ſimilitudine principatum obtineat. Motibus equidem & facultatibus animæ idoneum corpus præparare naturam alibi demonſtratum eſt lib. de vſu partium: mores verò & facultates ex ſubſtantiæ temperatura habet, vnde ipſius prima generatio exiſtit. Ex his ita poſitis conficitur, vt animalium ſpecies generationi ſubiectas ſubſtantias ſequantur: atque vnumquodque animal euadat ex ſubſtantia ipſa vnde genitum eſt: natura verò eius, ſit facultas quædam, quæ ſubſtantiam eam mouet & fingit, quam & materiam potes appellare. In animalibus ſanè ſubſtantia quæ generationi ſubiicitur, menſtruum ſolum eſt, vt Ariſtoteli placet: motionis verò principium ex ſemine accidit, ſeu facultas mouens. Menſtruo propria ſpecies animalis tribuitur: quippe cùm in materia, ex qua animal fit, conſiſtat: forma verò vniuſcuiuſque ſpeciei ſemper ex mare prouenire dicitur. Re tamen vera, non tota animalis ſpecies iuxta matrem formatur; ſed maiorem quidem partem à matre, nonnihil verò etiam à patre habet. Enimuerò neque ſemen, facultas tantùm eſt, ſed materia etiam quædam: neque menſtruum, materia ſolummodò, ſed etiam facultas, vt iam dictum antea. Ex materia porrò & facultate vnumquodque animal gigni in confeſſo eſt. cùm verò in ſemine & menſtruo vtraque hæc principia habeantur, non tamen æquis viribus in vtroque, ſed in ſemine effectiuum principium validiſſimum eſt, materiale paucilſimum: in ſanguine contrà & menſtruo, quod ad materiam ſpectat, plurimum; quod ad vim & facultatem, imbecillimum reperitur. Nam ſi fœtus materiale principium, ex quo ſpecies animalis efficitur, in menſtruo ſolummodò eſſet, natus exquiſitè ſpeciem matris redderet. ita quoque ſi effectiuum tantùm in ſemine eſſet, filius patri prorſus ſimilis naſceretur. Quoniam verò non ita eſt, ſed vtrumque in alterutro quidem reperitur: in menſtruo tamen materia, in ſemine vis & facultas principatum obtinet: meritò euenit, vt quamuis ſemen ad materiale principium etiam faciat, ſpecies animalis matrem magis, quàm patrem repræſentet: ſimilitudo non tam matrem, quàm patrem. Licet enim quantum ad vim ſeminis, proles ſemper patri ſimilis naſci debere videatur: fœminea tamen genitura, quæ ad robur etiam ipſa & firmitatem confert, vim & facultatem menſtrui ſibi adiungit, quæ nouem menſium ſpatio aſſidens, tantò inualeſcit & ſuperat, quantò in primo congreſſu à maris ſemine ſuperabatur. quippe cùm fœmineo ſemini conſenta-

Similitudo maternum vnde aſtimanda, & ſpecies quæ.
Alimentum vim ad ſimilitudinem.
Fœtus plus habet à matre: idem ſpeciem immutat.
Ab exẽplo.
Forma & ſpecies eſt à ſemine.
An partis alia, alia forma eiuſdem vis opifex? viſemen & menſtruum.
Similitudo maternum vnde aſtimanda, & ſpecies quæ.
Non à ſola maris ſemine, neque à ſolo menſtruo pendet naturæ ſimilitudo.
Nati ſimiles vtrique parenti, vnde. nempe à ſemine. ergo fœmina ſemen habet.

Species animalis ad matrem ſpectat.
Species & ſimilitudo à vincente ſemine.
Corpus materiæ aptè, & mores vnde nati.
Species animalium ſubſtantiã ſequitur, ex qua gignũtur.
Facultatis vis.
Menſtrui & ſeminis proprietas in generatione.
Species animalis à menſtruo, cur quòd non tota.
A ſemine & facultas & materies, item à mẽſtruo, ſed inæqualiter, quomodo.
Animalis generationis cauſſa.
Materia fœtus non à ſolo menſtruo: nec facultas à ſolo ſemine cur.
Neutrum videtur neceſſarium, ob vim alterutrius ad ſimilitudinem.
Species animalis cur matrem potiùs referat, & ſimilitudo patris. & cur contrarium accidat.

neum ſit, vt ſuam ſubſtantiam & facultatem potiùs quàm matris augeat & confirmet. Semen autem viri & fœminæ cùm diſſimilare ſit in robore & ſubſtantia, vt pridem oſtenſum eſt; inde fit, vt in commiſtione in quibuſdam partibus, maris; in quibuſdam, fœminæ ſemen prævaleat. & quà prævaluerit, ea pars fœtus ei cuius ſemen prævalet, ſimilis euadat. quippe cùm in omni materiæ particula opifex vis inſit; non ſeparatim alibi id quod mouet, alibi quod mouetur: ſed idem ſit quod mouet ac fingit, atque etiam attrahendo à prægnantis venis alimentum, fœtum ipſum auget. Minimè igitur mirum eſſe debet, ſi ſoboles vtriſque parentibus ſimilis diuerſis in partibus efficitur. Igitur ſimilitudo natorum ad parentes prima eſt à totius ſubſtantiæ ſpecie, cùm homo ex homine, equus ex equo procreatur. atque huius maiorem partem mater videtur exhibere. Altera, ex differentia eorum, quæ eadem ſpecie ſunt, vt hominis ad hominem, equi ad equum: in qua feminis prædominium vim obtinet. Tertia, in qua maris ad marem, fœminæ ad fœminam diuerſitas conſideratur: quæ effectricium qualitatum temperaturam conſequitur, quam caliditatem & frigiditatem diximus, & pridem diſſeruimus. Illud item planum factum eſt, in calidiore & ſicciore fœtus temperatura, marem; in frigidiore & humidiore, fœminam procreari. ſpeciem verò ſeu genus animalis, ſequi oſtendimus naturam ſubiectæ ad animal generandum materiæ. quemadmodum formæ ſimilitudinem ad alterutrum parentem, ex fictrice ac formatrice facultate, quæ in ſemine continetur, exiſtere. Vt trium ſimilitudinum tria principia habeamus: generis animalis, ex ſubſtantia vnde fit: formæ, ex ſeminis motione: maris & fœminæ, ex vtrorumque principiorum temperatura, nempe ſeminis & ſanguinis menſtrui. atque hæc quidem ex Gal. lib. de ſemine collecta nunc mihi ſufficere videntur. idem verò lib. de fœtuum formatione ita proponit; Maximè verò admirari aliquis poſſet, quomodo natorum ad parentes ſimilitudo efficiatur. dein ita ſubiicit ſub finem libri; Siquidem quæ corpus format anima, vtpote in ſemine contenta, à parentibus videtur in fœtum peruenire. cuius quidem ſubſtantia quænam ſit, affirmare non poſſum, cùm à quibuſdam audiuerim eam incorpoream eſſe, ſimúlq. cum ſemine introductam, ipſo tanquam materia idonea ad formandum fœtum vti. quidam non materiam, ſed inſtrumentum ipſius, ſemen eſſe contendant: materiam enim eſſe matris ſanguinem. nonnulli contraria penitus aſſerant, ſeménque ipſum artificem eſſe dicant: atque ex his alij, toti ſemini; alij, ſpiritui tantùm, qui in ipſo continetur, fœtus formationem demandent. Cæterùm vt de animæ ſubſtantia, ſic de fœtuum formatrice cauſſa fateor me dubitare. nam cùm ſummam in horum fabrica & ſapientiam & potentiam videam, non poſſum exiſtimare, eam quæ in fœtu eſt, animam ab Ariſtotele vegetalem, concupiſcibilem à Platone, à Stoïcis ne animam quidem prorſus, ſed naturam appellatam, fœtum ipſum formare: cùm non modò ſapiens non ſit, ſed omni prorſus ratione carere videatur. Cùm tamen rurſus ſimilitudinem, quam filij habent cum parentibus, ſpecto; ab hac opinione non longè diuerſus abeo: ac poſt partum in reliqua vita corpus noſtrum à naturali anima diſpenſari vix credo: cùm antequàm diſſectione exploremus, neque partes corporis, neque ipſarum functiones cognoſcamus. Adde quòd cùm quidam mihi ex Platonicis magiſtris diceret, animam quæ per totum mundum diffuſa eſt, fœtus formare, artem & potentiam quæ fœtuum fabricæ adhibita eſt, dignam ea quidem eſſe exiſtimabam. nunquam tamen adduci potui vt crederem muſcas, ſcorpiones, & ſimilia ab eadem fingi ac formari, propè ad impietatem accedere hanc opinionem ratus. neque præterea materiæ animam tantam artem aſſecutam fuiſſe credibile videtur. Tantùm igitur hoc habeo, quod de cauſſa animalium formatrice aſſerere poſſe confidam; quòd ſumma in ea ars ſummáque ſapientia ineſſe conſpicitur. hæc ferè eo loci Galenus palàm profitetur, rei obſcuritatem animi humani aciem erui poſſe diffiſus. ac de anima quid ſentiat, pridem ſpeciali libro patefeci.

Parti's infantis nunc alia patrē, alia matrē ſimilent.

Facultas omni ſeminis particulæ ineſt. N. non igitur quòd ab omni parte deſtillatur. Eadem facultas fingit & auget.

Prima ſimilitudo natorum ad parentes, vnde.

item ſecunda. item tertia.

Mas & fœmina qui gignatur.

Species animalis vnde. item ſimilitudo natorū ad parētes. item ſexus diſcretio.

Tria principia trium ſimilitudinum, ſunt menſtrua, ſemen, temperamentū, qualitas.

Similitudo natorum ad parentes ab anima quæ in ſemine.

N. hanc opinionem ſuprà elauimus.

Gal. de anima dubitat.

Seminis & menſtruorum vſus.

Vis formatrix vnde, Gal. dubitat.

Anima & natura, quæ

Natura inſipiens & ſine ratione. N. ſed Gal. iſta confundit.

Anima in corpus regat.

Anima mundi in omnes fabricatur.

N. quæ vera ſint iudicandum à materia.

Gal. ſententia de formatrice cauſſa.

EX PHILOSOPHIS.

AVTOR libri de hiſtoria philoſoph. eandem hanc quæſtionem proponit, & ex variis philoſophorum opinionibus ſic agitat cap. 116. Vnde ſimiles parentibus filij gignantur. Empedocles fœtum illi ſimilem fore dicit, cuius ſemen ſuperarit: diſſimilem, ſi calor qui ſemen inſequebatur, euaporarit. Parmenides è dextra parte vteri, patri ſimilem prodire infantem arbitratur; è ſiniſtra, matri. Stoïci à toto corpore & anima ſemen deſcendere cenſent, eiúſque vnamquamque particulam ad ſimilitudinem membri illius à quo deſcendit, componi; perinde ac ſi pictor adſtaret, qui ex alicuius inſpectione vultum ſimilibus coloribus effingeret. atque hoc pacto generis forma figuráq. retineretur. Cùm verò tam mater quàm pater ſemen effundat, ſi matris ſemen vincat, matrem ſimilem filium naſci: ſin vincatur, patri. Cur autem diſſimiles parentibus filij naſcantur, ita ſequenti cap. 117. ediſſerit. Complures medici caſu & fortuna id euenire putant. nam ſimulatque tam maris quàm fœminæ ſemen refrixit, diſſimiles parentibus nati redduntur. Empedocles ad mulierum cogitationem, quam inter concipiendum habuerunt, infantes formari credit. ſiquidem illas, quòd pictam imaginem ſtatuámve aliquam eo tempore adamabant, imaginibus ſtatuíſque ſimiles fœtus plerumque genuiſſe. Stoïci tacita quadam diſcordia radiorum & ſimulacrorum mentis, quo tempore ſemen effluebat, parentibus filios diſſimiles reddi arbitrantur.

Patri aut matri ſimilia.

à ſimili.

Fœtus cur diſſimiles parentibus.

Imaginationum vis.

EX CENSORINO.

CENSORINVS lib. de die natali cap. 5. ita de his retulit; Sunt qui opinentur totum infantem ab ipsa natura figurari, vt Aristoteles atque Epicurus. sunt qui potentiâ spiritus, semen comitantis, vt Stoïci ferunt vniuersi, sunt qui æthereum calorem inesse arbitrantur, qui membra disponat, Anaxagoram secuti. Cæterùm vt mares fœminæve nascantur, quid caussæ esset, variè (vt ex antecedentibus patuit) ab eisdem philosophis proditum est. nam ex quo parente seminis amplius fit, eius sexum repræsentari dixit Alcmæon. ex seminibus autem tenuioribus fœminas, ex densioribus mares fieri Hippon affirmat. vtrius verò parentis sedem priùs occupauerit, eius reddi naturam Democritus retulit. at inter se certare fœminas & mares, & penes vtrum victoria sit, eius habitū referri author est Parmenides. ex dextris partibus profuso semine, mares gigni: at læuis, fœminas, Anaxagoras Empedoclésque consentiunt. Quorum opiniones vt de hac specie congruæ, ita de similitudine liberorum dispariles. super qua re Empedoclis disputata ratio talis profertur. Si par calor in parentum seminibus fuit, patri similem marem procreari. si frigidus, fœminam matri similem. quòd si patris calidus erit, & frigidus matris, puerum fore qui matris vultum repræsentet. at si calidus matris, patris autem si erit frigidus, puellam futuram quæ patris reddat similitudinem. Anaxagoras autem, eius parentis faciem referre liberos iudicauit, qui seminis amplius contulisset. Cæterùm Parmenidis sententia est, quum dexteræ partes dederint, tunc filios patri consimiles; quum læuæ, tunc matri. hæc Censorinus ad historiam philosophicam, seu placita philosophorum illa propiùs.

Fœtus formatio à quo.

Fœmina vnde mas aut fœmina.

Fœtus cur patri aut matri similes.

EX FERNELIO.

SVpereſt inter recentiores videre quid noster Fernelius vnus pro multis, post Hipp. Arist. & Gal. scripserit cap. 12. lib. 7. physiologiæ. Quibus ex caussis fit, vt nati parentibus similes dissimiléve sint? Huius quæstionis ardua & tanta obscuritate inuoluta est inuestigatio, vt quicumque in hac versati sunt veteres, de caussa dissentiant. quò autem hæc breuiter summatimque perstringam, omissa Aristotelis de hisce sententia, triplex in primis similitudinis genus commemorem, vnum in specie, alterum in sexu, tertium in effigie. Quæ in specie existit similitudo, maximè ex subiecta materia proficiscitur. hinc quod ex animalium diuersi generis concursu progignitur. propiùs ad fœminæ, quàm ad maris speciem accedit. Qui certè euentus argumento est, multò copiosiorem fœtui materiam à fœmina quàm à mare conferri. Cùm autem mas nihil nisi semen suppeditet, consequens est, ipsum quoque semen fœtui pro materia subiici, alioqui fœtus mat rem omnino exprimeret, & specie referret: quod perspicuè falsum est & inane. Sexus porrò ex temperatura & moderatione agentium, & principum quæ in seminibus insunt, qualitatum emergit. si enim vtriusque parentis semen calore siccitatéque plurimùm excellat, mas procreabitur: contrà si frigus humórque vincat & exuperet, fœmina. Formæ & effigiei similitudinem robori facultatis conformantis, quæ in semine opifex est, Galenus refert acceptam. At nequis inferat, oportere semper fœtum patri similem gigni, quòd patris semen validius sit materno; inquit fœmineum quandoque præpollere, propterea quòd nouem mensium spatio vim plurimam sumit ex menstruo: atque hinc accidere ait, vt fœtus nonnun quam matri fimiles euadant. Quinetiam contingit fœtum vna parte matrem repræsentare, altera patrem: nimirum cùm neutrum semen reliquum prorsus euincit: sed fœminei pars altera excellit, altera vincitur à masculo. nec rarò vsu euenit, vt fœtus sexu patrem æmuletur, forma autem & effigie ad matrem propiùs accedat. De duobus primis similitudinum generibus Galeno assentitur Fernelius: de tertio autem, minimè. speciei enim & sexus rectè ab eo traditam caussam putat, effigiei verò non vsquequaque veram. Probabilius autem esse ducit, quod huc solet ab aliis efferri; vehementi comprehensione & firma grauidarum cogitatione, vim eam quæ fœtum conformat, duci atque gubernari. huius enim quæ potissimùm data est hominibus, tanta vis est, & potestas, vt sicuti plerumque corpus cogitantis immutat, sic & in conceptum semen vim suam conferat. Hoc testimonio, quòd dum muliebri, quæ nuper vtero conceperit, vel cerasum, vel fragum, vel vinum in sinum effundetur, si animo id grauiter ferens vehementer apprehendat, ibidem infanti nota inuretur. Par ac similis est eorum ratio, quæ in malacia accidunt, si grauida eo cuius flagrat desiderio, minimè potiatur, infans illius signum geret. Veterum etiam literis proditum est, mulierem albam prolem nigram genuisse, hinc duntaxat, quòd fixis oculis intentóque animo diu Æthiopis imaginem comprehendisset: historiam nuper attigimus, & Plinium adstipulantem adduximus ex lib. 7. cui noster Fernelius assentitur, sibique omnino persuadet, vim formæ effectricem à cogitatione duci, & ab ea vna regi. Quamquidem multum habere virium existimo; sed nequaquam in vna illa vim omnem similitudinis natorum ad parentes sitam esse iudico: cùm pleræque matres ex furtiuo concubitu, citra omnem firmam imaginationem, atque adeo cum metu quodam ne ἀναισθήτως deprehendantur, mœcho similem prolem edant, vt ex eodem Plinio & Arist. comprobaui: pleræque semisopitæ, nihilque cogitantes, sed somno velut obrutæ, alterutri parentum similes procreent liberos: pleræque quorumlibet animalium hauſtas in conceptu imagines neutiquam pariendo refe-

2. Similitudo in sexu, vnde.

3. Similitudo in forma, vnde.

Fernel. contra Gal.

Imaginationum vis.

Ab exemplo & experientia.

Malacia vis.

Historia.

N. contra Fernel. quòd similitudo formæ non à sola imaginatione.

Obscuritas quæstionis.

Similitudinis tria genera, & eorum origo caussaq. N. supra ex Gal.

1. Similitudo in specie, vnde.

rant, imò ne hominum quidem: denique pleræque imaginatæ pulcherrimas hominum formas ſub ipſum coitum, diuerſam ſobolem, ac ſæpenumerò deformem pariant: atque marem fortè contemplatæ, fœmellam longè diſſimillimam generent. Quod ante annos viginti matrona quædam Pariſienſis apud me profeſſa eſt, pulchras ſolita ante maris congreſſum imagunculas, vel ſtatuas, vel tabulas attentiùs diſpicere, quarum ſpeciem in coitu verſaret animo: quarum tamen vix vnquam ſimilem partum eniti potuit, ſed ſui aut mariti potiùs adſimilem. Sed cur iſta imaginatio tantum in muliere habeat virium; in mare autem prorſus nihil? cùm tamen maſculo ſemini vis & efficientia motus præcipuè aſſignetur, vt patuit? & tamen de imaginatione virili ne verbum quidem: ad muliebrem cogitationem referri ſolent omnia imaginationémque. Quanquam hanc vnam cauſſam multis aliis annumerauí, vbi paulò antè meam ſuper hac quæſtione explicarem ſententiam: & nunc lepida hiſtoria confirmabo. Lubet verò ad extremum aliquot exemplis inſignibus quidem, ſed admodùm diuerſarum perſonarum, hunc locum atque problema ſubobſcurum concludere. Semiramis alioqui famoſa mulier, ſed rerum geſtarum, atque imperij Babylonici adminiſtratione virilem æmulata prudentiam, filij ſui ementita eſt effigiem, quam & perſimilem vultu ſuo gerebat, quo rerum potiri illo abſente & occultato, vel etiam in vincula coniecto, deinde liberato, & nefariè ab eodem enecta, quiret. ſed Trogi ex Iuſtino audiamus breuem hiſtoriam ex initio operis. Semiramis mortuo Nino marito, nec immaturo puero Nino auſa tradere imperium, nec ipſa imperium palàm tractare, tot ac tantis gentibus vix patienter vni viro, nedum fœminæ parituris, ſimulat ſe pro vxore Nini, filium: pro fœmina, puerum. Nam & ſtatura vtrique mediocris, & vox pariter gracilis, & lineamentorum qualitas matri ac filio ſimilis. Sic primis initiis ſexum mentita, puer credita eſt. Magnas deinde res geſſit: quarum amplitudine vbi inuidiam ſuperatam putat, quæ ſit, fatetur, quémque ſimulaſſet. Nec hoc illi dignitatem regni ademit. ſed admirationem auxit, quòd mulier non fœminas modò virtute, ſed etiam viros anteïret. Verùm multis rebus præclarè geſtis, cùm ad poſtremum, concubitum filij petiiſſet, ab eodem interfecta eſt, duos & XL. annos poſt Ninum regno potita. cætera de eadem, & Beroſus & Trogus & Diodorus Siculus tibi percenſebunt: hæc ad præſens argumentum mihi ſufficere ſunt viſa. quam autem deinceps narrabo, ea vt multò verior, ſic & ſanctior eſt hiſtoria.

Hiſtoria.

Obiectio, de virili imaginatione.

Hiſtoria. 1.

2. *Ieſu effigies.*

Nicephorus cap. 40. & vltimo lib. 1. Porrò effigies formæ domini noſtri Ieſu Chriſti talis ferè fuit. Egregio is viuidóque vultu fuit. corporis ſtatura ad palmos prorſus ſeptem. cæſariem habuit ſubflauam, ac non admodùm denſam, leniter quodammodo ad criſpos declinantem. ſupercilia nigra non perinde inflexa. ex oculis ſubflaueſcentibus mirifica prominebat gratia: acres ij erant. naſus longior. barbæ capillus flauus, nec admodùm demiſſus. capitis porrò capillos tulit prolixiores. collum fuit ſenſim decliue, ita vt non arduo & extento nimiùm corporis ſtatu eſſet. porrò tritici referens colorem: non rotundam aut acutam habuit faciem, ſed qualis matris eius erat, paulùm deorſum verſum vergentem, ac modicè rubicundam. perſimilis denique per omnia fuit diuinæ & immaculatæ ſuæ genitrici. hæc ille, atque his adeo plura. Epiphanius autem de virgine matre Θεοτόκῳ, Erat (inquit) in rebus omnibus honeſta & grauis; pauca admodùm eáque neceſſaria loquens; ad audiendum facilis, & perquàm affabilis, honorem ſuum & venerationem omnibus exhibens. Statura mediocri: quanuis ſint qui eam aliquantulùm mediocrem longitudinem exceſſiſſe dicant. decenti dicendi libertate aduerſus homines omnes vſa eſt, ſine riſu, ſine perturbatione, & ſine iracundia maximè. Colore fuit triticum referente, capillo flauo, oculis acribus; ſubflauas & tanquam oleæ colore pupillas in eis habens. ſupercilia ei erant inflexa, & decenter nigra. naſus longior, labia florida & verborum ſuauitate plena. facies non rotunda nec acuta, ſed aliquantò longior. manus ſimul & digiti longiores. hæc ille & plura, quæ idem ille hiſtoricus in acta retulit lib. 2. cap. 25. Ex quo analogia formæ filij ad matrem ſanctiſſimam, cuius è puriſſimis ſanguinibus in vtero virginali concreuerat, vt Hieronymus loquitur, prorſus ſimilis & conformis captari ducíque poteſt. Vt tamen imaginationis ſuſpicio nulla ſubſit. quis enim ſuam imaginem effigiémque & faciei lineamenta, colorem, characterémque imaginatur, quam ne cernit quidem, niſi fortè in ſpeculo non expreſſam, ſed adumbratam, & ſæpe fallacem falſámque, prout cryſtallus ementitur? niſi ſiquis Narciſſus Cephiſi ſe de fonte limpido contemplando admiratur amátque, & in ſuum ipſius amorem ſtultus rapitur, contabeſcítque amando, neque ſui potiundo, ſicuti de illo referunt fabulæ. Sed in eo quod ſequitur longè diſſimillimum exemplum, expreſſæ imaginationis certiſſima relucent, & prorſus admiranda veſtigia, ne de menſtroſis partubus, & libris qui de iis extant, plura exempla conquiram.

Maria virginis forma.

N. contra imaginationem.

Fabula.

Vrbs eſt in Brabantia Buſcunducis, in qua vt in aliis eiuſdem terræ, ſtato anni die, quo ferunt maximum vrbis templum dedicatum, publicè ſupplicatur, ludíque variis diuis exhibentur. Sunt qui tunc perſonas diuorum induant, ſunt qui dæmonum. Ex his vnum, cùm viſa puella exarſiſſet, domum ſaltitando ſe recepiſſe, & correptam vt erat perſonatus, vxorem ſuam in lectum coniecit, ſe ex ea dæmonium velle gignere dicens, concubuit: concepit mulier: & infans quem peperit, ſimul ac primùm editus eſt, ſaltitare cœpit, forma quali dæmones pinguntur. hæc Margarita Auguſta

Mirum.

Digitized by Google

Maximiliani filia Caroli quinti amita narrauit Ioanni Lamuzæ, qui tum erat legatus à Ferdinando rege in Flandria, vt Viues ad Augustinum de ciuitate Dei testatum reliquit. cuius vbi quædam verba in hanc sententiam adscripsero, huic problemati finem faciem, & lectorem ad libros de monstris relegabo, vnde exépla diabolici phantasmatis & coitus & monstrifici partus nimiùm frequentis condiscat, & ex depictis imaginibus recognoscat.

EX AVGVSTINO.

AVGVSTINVS igitur lib. 12. cap. 15. huius quæstionis positæ nodum quasi Gordium ita soluit vt acutè, sic piè causſam formationis & similitudinum ad authorem Deum referens: vt hæc solutio vtrique nostro problemati illi satisfaciat, illic iam antè à me citata & producta. Cùm (inquit) alia sit species, quæ adhibetur extrinsecùs cuicumque materiæ corporali, sicut operantur homines figuli & fabri atque id genus opifices, qui etiam pingunt & effingunt formas similes corporibus animaliumː alia verò quæ extrinsecùs efficientes causſas habentː de secreto & occulto naturæ viuentis atque intelligentis arbitrio, quæ non solùm naturales corporum species, verumetiam ipsas animantium animas dum non sint, facit; supradicta illa species artificibus quibusque tribuatur: hæc autem altera non nisi vni artifici creatori & conditori Deo, qui mundum ipsum & angelos sine vllo mundo & sine vllis angelis fecit. Ab illa enim vi diuina, quæ omnium rerum diuisiua, & vt ita dicam, effectiua est, quæ fieri nescit, sed facere: à qua accepit speciem cùm mundus fieret, & rotunditas cœli, & rotunditas solis: eadem vi diuina & effectiua, quæ fieri nescit, sed facere, accepit speciem rotunditas oculi, & rotunditas pomi, & cæteræ figuræ naturales, quas videmus in rebus quibusque nascentibus non extrinsecùs adhiberi, sed intima Creatoris potentia, qui dixit, Cælum & terram ego impleo. & cuius sapientia est, quæ attingit à fine vsque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter. Proinde facti primitùs angeli, cuiusmodi ministerium præbuerint creatori cætera facienti, nescio; nec tribuere illis audeo quod fortè non possunt. creationem tamen conditionemque omnium naturarũ, qua fit vt omnino naturæ sint, eis quoque fauentibus illi Deo tribuo, cui se etiam ipsi debere quod sunt, cum gratiarum actione nouerunt. Non solàm igitur agricolas non dicimus fructuum quorumcumque creatores, cùm legamus, Neque qui plantat, est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus. sed ne ipsam quidem terram, quanuis mater omnium fœcunda videatur, quæ germinibus erumpentia promouet, & fixa radicibus continet: cùm itidem legamus, Deus illi dat corpus quomodo voluerit & vnicuique seminum proprium corpus. Ita nec fœminam sui puerperij creatricem appellare debemus, sed potiùs illum qui cuidam suo famulo dixit, Priùs quàm te formarem in vtero, noui te. Et quanuis anima sic vel sic affecta prægnantis valeat aliquibus velut induere qualitatibus fœtum, sicut de virgis variatis fecit Iacob, vt pecora colore varia gignerentur: naturam tamen illam quæ gignitur, tam ipsa non fecit, quàm nec ipsa se fecit. Quælibet igitur corporales vel seminales causſæ gignendis rebus adhibeantur, siue operationibus angelorum aut hominum aut quorumcumque animalium, siue marium fœminarúmque mistionibus: quælibet etiam desideria motúsve animæ matris valeant aliquid lineamentorum aut colorum aspergere teneris mollibúsque conceptibus; ipsas omnino naturas quæ sic vel sic in suo genere efficiantur, non facit nisi summus Deus. cuius occulta potentia, cuncta penetrans, incontaminabili præsentia facit esse quicquid aliquo modo est, in quantumcumque est: quia nisi faciente illo, vt tale vel tale esset, prorsus esse non posset. Eat igitur nunc Plato, qui post Pythagoram, & Timæum, summo Deo mundi vniuersi molitionem tribuit, & minorum deorum animarúmque fatum: his autem & hominum & animalium corporúmque fabricam affingit: vt immortalem partem ab ipso sumerent, ipsi verò mortalem attexerent. qua de re alibi meliùs.

Mulier non creat fœtũ: & vis imaginationis.

Deus naturarũ author

Contra Plat.

Forma externa & interna vnde sint.

Deus author formarum naturalium.

Angeli quid faciãt circa formã.

Terra nil gignit.

An semen à toto corpore profluit?

PROBLEMA VI.

QVANDOQVIDEM similitudinis natorum ad parentes causſam inde quidam arcessunt ac repetunt, quòd semen à toto corpore profluat ac decidat, probabili illi quidem opinione ducti: cuius tamen veriorem & magis multiplicem causſam nunc nuper reddidimus. illud verò iamvolumus consequenter & breuiter inquirere, An semen à toto corpore, & corporis vniuersi partibus singulis decidat, ac decidatur. magnos enim habet hæc opinio assertores, & facilè in mentes hominum subit. Quia vident prolem referre parentum effigiem, non vultu modò, sed etiam plerisque omnibus partibus corporis, vel adeo extremos aduſque vnguiculos. Et quia in coitu maris & fœminæ, voluptas toti corpori accedit ingens, neque solis partibus genitalibus ineſt, vt antè vspiam insinuaui.

Sanè verò siquis est iam à me demonstratorum memor, tum penes genitalium partium fabricam, tum penes fidem ac demonstrationem nouissimorum problematum; satis ille quidem intelligit, seminis prolifici substantiam albam, læuem, æqualem, non alibi coqui ac perfici, colorémque & consummationem accipere, quàm in vasis spermaticis, epididymide, parastatis, & fortè restibus ipsis: aut saltem horum vi naturali atque insita,

Occasio probl.

Cur semen à toto decidere videatur.

Ex N. Quòd semẽ à toto defluere nequeat.

Seminis vera officina.

iuxtà in vasis concoloribus è sanguine puro & laudabili elaborari; neque alibi vlquam semen albidum & generationi aptum inueniri: tantúmque abesse, vt à summo vertice, aut imis calcibus: aut extremis vnguibus, totáve media corporis mole & compage extillet aut profluat: vt palmæ (vix enim palmi maioris ausim dicere) latitudinem à testibus minimè excedat: quicquid vt paulò superiùs in vasis continetur, binis arteriis ac binis venis præparantibus dictis, per renes à summo caudice gemino dependentibus, nondum concoctum & elaboratum, & à foco genitali remotum, illud totum purum ac putum referat sanguinem, primùm quidem albidiorem, ob concoctionis rudimenta, deinde reliquo prorsus adsimilem & colore & consistentia vsúque. Quæ causa fuit antè à nobis posita & citata, quamobrem qui immoderatiùs concumbunt, exhaustis loculis, ac toto profuso semine, cruenta excernant. quam illam causam neque dum Hippocrates ipse aut Aristoteles viderant, ac veteres anatomici ignorabant, priscique physici ac philosophi illi nesciebant, qui semen à cerebro & capite per spinalem medullam defluere arbitrabantur: & cruorem illum in coitu profusum, ab attritis atque vlceratis renibus promanare credebant ac profitebantur. quos iam ante speciali problemate & produximus loquentes & confutauimus, nempe isto, An semen à cerebro, &c. Verùm condonandum id fuit antiquitati rerum causas etiamnum indaganti, nondum tamen assecutæ. sicuti & hoc quo de agimus, ab iisdem scriptum dictúmque perperam, amicè est excusandum, & beneuola interpretatione distinguendum; dum asserunt, à toto corpore semen decidi: quia voluptas toti corpori in complexu venereo accedit: & quia prolis effigies plerumque toto corpore parentes, totísque adeo corporis partibus ac particulis refert. Quasi ab eodem pictore aut statuario proposita breui imagine è tabella aut pusilla statua aliqua certis lineamentis circunscripta, similis aliqua ingens imago, aut etiam colossus, paribus seruatis, sed in immensum auctis ac productis lineamentis pingatur sculpatúrve. Scilicet idea signi aut tabulæ prioris in mente pictoris aut fictoris fuit, qua duce, scalpro aut penicillo adsimilem expressit, maiorem licet multò effigiem: aut de maxima quadam, pusillam minimámque depinxit ac dedolauit.

Semen vbi tantùm albicet, & quatenus.

Coitus immodicus cur profundat sanguinem.

Ignota prisca ratio, & excusatio.

Similitudinis naturam ad parentes causa. à simili.

Enimuerò artifex nostri natura, & vis illa formatrix, fortè incogitantibus ac dormitantibus parentibus, dum liberis semisopiti dant operam, aut omnino nullam imaginando formam sibi ac speciem proponentibus (quam tamen imaginationem non negamus in quibusdam agere plurimùm; quam primus vt iam notaui, inuexit Empedocles, reliqui complures sunt consecuti) similem alterutri, aut etiam vtrique parenti sobolem procreat. non tamen ascita & petita de partibus (alioqui enim de mancis manci gignerentur, quod nunc abest) singulis seminali substantia simili; sed à toto corpore, atque à totius corporis singulis partibus rapta quadam vniuersali idea, quam & ipsum semen æthereæ naturæ adsimile, ac proportione quadam respondens elemento stellarum, cœlique entelechiæ, vnà cum multiplici illo spiritu genitali, secum aduexit, inque similibus partibus similem impressit ac velut cælauit & insculpsit. Sic igitur gratis animis accipi, & beneuolè explicari verus illud verbum potuit ac debuit, quo dictum est, Semen à toto corpore, & ab vniuersis ac singulis corporis partibus decidere. quod in sua illa quidem substantia aquea humidáque, tantillo coitus ocyssimi (præsertim in volucribus & piscibus) tempore fieri neutiquam potuit; neque toties queat, sæpiusculè congressuris & coituris coniugibus, aut alienis personis, ac toties effusis seminibus, quæ similem generantibus prolem procreare possint: sed ipso illo semine, vti dixi, secum ab omnibus corporis partibus ideam singularum partium rapiente ac referente, & in fœtum imprimente.

Semen refert secum ideam omnium partium corporis, qualiter

Inde similitudo totius & partiũ.

Semen qua ratione à toto corpore decidat, & denique.

Quæ vis similes parentibus gignat liberos: & imaginationis vis ac dignitas.

EX HIPP.

Atqvi hæc mihi ad solutionem problematis poterant sufficere. sed placet authorum audire & conferre sententias, præter illas quas eadem de re tum proximo, tum aliquot superioribus problematis produxi: ac primùm ipsius, vt creditur, Hippocratis, qui vel antiquissimus omnium, quorum extet memoria, hanc opinionem inuexisse existimatur. ita multa in Hippocrate leguntur neutiquam Hippocrate digna, vt sæpe conqueror, falsò quidem tanto isti authori attributa. Libro igitur de aëre, locis & aquis, de macrocephalis agens, qui tales ex consuetudine euaserunt primùm; deinde natura conspirante, tales nati sunt, Cùm (inquit) semen genitale ab omnibus corporis membris procedat, à sanis quidem sanum, à morbidis morbosum; fiátque vt ex caluis calui gignantur, ex cæsiis cæsij, & vtplurimùm distortus distortum generet, &c. & iisdem penè verbis lib. de morbo sacro; Semen genitale ab omnibus corporis partibus procedit, à sanis sanum, à morbidis morbosum. quos locos videor mihi paulò antè, & fortassis alibi citasse: sed præsens sermo repetere coëgit: propter problematis huius assertionem contrariam. sicuti & istum ex initio libri de genitura; Genitura viri prouenit ab omni humido, quod in corpore existit. humidum autem dixit, velut de partibus solidis contrarium tacitè insinuans. quod mox tamen asserit & apertè profitetur ibidem verbis diserris; Porrò genituram dico à toto corpore secerni & à solidis & à mollibus partibus, & ab omni humido in toto corpore. ac rursus ibidem, In ipsa genitura egreditur & fœmineum & masculinum ab omni corpore & à

Multa in operibus Hipp. spuria & falsa.

Macrocephali vnde.

Semen ab omnibus corporis partibus prodit, qualiter.

Genitura vnde prodeat.

& à debilibus debilis, & à fortibus fortis. quod idem duobus antè libris & locis dixerat. Quanquam videmus plerumque ex ſanis ægros fœtus, & contrà ex ægrotis ſanos pronaſci. quanquam de mutilis & mancis integros oriri quotidie cernimus. quanquam ex cæcis videntes, ex claudis rectà ambulantes, ex ſurdis limpidè auſcultantes, ex gibboſis erectos prouenire aſſiduè obſeruamus, & Hipp. ipſe atque Ariſt. fatentur, vt nuper locis productis demonſtraui, & mox repetam. manente illa videlicet priore idea in mancis præſertim & artuum aliquo truncis ac mutilis: cùm tamen ſemen ab ea parte quæ nulla eſt, promanare nequeat. Inde vt liceat argumentum capiare efficaciſſimum validiſſimúmque, quòd ſemen ab omnibus partibus neceſſariò non prodeat: vt inde ſimilitudo natorum ad parentes repeti nequeat. Fac enim vtrumque parentem cæcum, fac mutum, fac ſurdum, fac claudum, fac gibbum, fac manibus truncum, pedibúſve & cruribus mancum: omnino fœtus oculatus, vocalis, auritus, ambulans & rectus, artubúſque extimis præditus enaſci poterit: neque tamen parentes in vitio partium ſimilium referre, cùm & diſſimiles ſint, aut omnino nullæ. ac ſæpe è diuerſo, parentes diſerti liberos elingues produxerunt: ſæpe cæcos aut mutos aut ſurdos, qui oculorum & linguæ & aurium vi atque acumine pollerent: ſæpe claudos aut mancos aut gibberos & contortos, qui artubus conſtabant & corpore erecto, firmo, robuſto, agiliſque. Verùm audiamus deinceps & cæteros, quid ſentiant, ſingillatim profitentes: vt tamen meminerimus eorum, quos paulò antè in hanc ſententiam obiter produximus, præſertim proximo ſuperiore problemate.

N. contra Hipp. quòd non ſemper à mutilis mutili, & ratio.

Quòd ſemen non ab omnibus partibus, propter mancos.

Quòd non inde ſimilitudo natorum ad parentes.

Ex hypotheſi.

Quòd parentes integri gignant mutilos & imperfectos, ſuique diſſimiles: & contra.

Ergo ſemen non ab omnibus partibus, nec inde ſimilitudinis cauſſa.

EX ARIST. ET GAL.

ARISTOTELES ex profeſſo eos adoritur, qui ſemen ab omni corpore ſecedere tradunt. Galenus os obiter attigit, neque quos confutaret, dignos habuit; ex eo ſatis ratus conuictos, quòd ſeminis natales & generationem ac velut officinam examuſſim enucleauit lib. de ſemine & lib. de vſu partium, iam antehàc à me productis & citatis, præſertim probl. 1. An ſemen à cerebro. ſed de Peripateticis ita præfatur ironicè lib. 2. de ſemine: Multùm aduerſus eos dilatant orationem, qui à toto corpore proficiſci ſemen inquiunt. Ariſtoteles igitur lib. 1. cap. 17. de genera. animal. ita ediſſerit; Omnia ex ſemine gigni, ſemen autem ipſum proficiſci à generantibus videtur. Quamobrem eiuſdem ſtudij eſt quæſtio, vtrùm ambo mas & fœmina emittant, an alter tantùm: & vtrùm ex toto corpore ſecernitur, an non ex toto. nam ſi non ex toto, nec ex ambobus quidem parentibus prodire probabile eſt. quapropter primùm de hoc, quemadmodum ſe habeat, inquirendum eſt. ſunt enim qui dicant id ex toto corpore prouenire. quibus autem argumentis probent, vt ſemen ex vnaquaque corporis parte ſecernatur, quatuor ferè numero ſunt. Primum vehementia voluptatis: magis enim ſuaue eſt, quod idem amplioris ſit affectus: amplius autem eſt quod omnibus membris, quàm quod paucis accidat. Secundum, quòd ex mancis manca procreentur. ſemen enim ab ea quæ deeſt parte proficiſci negant: vnde autem non acceſſerit, id ne procreetur, accidit. Tertium, ſimilitudo parentum: ſimiles enim gignuntur vt toto corpore toti, ſic particulatim ſingulis partibus. quod ſi cauſſa eſt vt totum ſimile ſit, quòd ex tali toto ſemen genitale prodierit; partibus quoque cauſſa ſimilitudinis erit, quòd ex vnaquaque parte aliquid venerit. Quartum, quòd ratio eſſe videtur, vnaquemadmodum totius aliquid eſt, ex quo primùm generetur: ſic partis quoque cuiuſque ſit ſemen aliquod proprium. Fidem etiam illa faciunt huic opinioni veriſimilem: non ſolùm enim rebus naturæ inſitis & natiuis liberi ſimiles parentibus prodeunt: ſed etiam aduentitias atque externas præſentant.

Quòd ſemen ab omnibus corporis partibus prodeat. 1. ratio. 2. ratio. 3. ratio. 4. ratio. 5. ratio.

Iam enim cùm parentes cicatrices haberent, filij quidem parte eadem ſui corporis idem habuerunt. & Chalcedone cùm pater brachio eſſet compuncto, filius idem retulit, confuſa tamen nota minúſque explanata. quod etiam proximo problemate aliunde repetiui. Atque his ferè rationibus quidam potiſſimùm crediderunt ſemen à toto corpore proficiſci. Sed voluptatis in coitu alias antea veneres cauſſas retulimus. mancos de mancis gigni improbauimus, vel Hippocrat. & Ariſtotel. & experientia ſuffragante. cauſſas ſimilitudinis natorum ad parentes aliàs longè certiores adduximus, qui ſemper alioqui ſimiles redderentur: quod falſum docet experientia. poſtremò ſemen omni in parte corporis contineri iam tum improbauimus, cùm eius officinam aperuimus, ac velut ob oculos poſuimus: vt iſta falſa & inefficacia omnia argumenta corruant.

Hiſtoria.

N. breuis confutatio iſtarum rationum.

Verumtamen audiamus philoſophum ſequenti capit. 18. apertè & prolixè eorum ſententiam improbantem, qui ſemen ex omnibus corporis partibus prouenire affirmant. Sed cùm ſcrutamur, ait, & diligentiùs rem diſcutimus, contrà potiùs eſſe videtur. nec ſupradicta quatuor illa ſoluere difficile eſt: & quædam alia ſequuntur impoſſibilia ex ea ipſa opinione. Primùm igitur ſimilitudo nullum indicium adfert, vt ſemen genitale ex toto corpore ſecedat. quandoquidem & voce & vnguibus & pilis & motu ſimiles procreantur, ex quibus nihil proueniat. nonnulla etiam nondum habent cùm generant, vt canos aut barbam. maioribus item ſuis plerumque ſimiles ſunt, ex quibus nihil ſeceſſit. ſicuti exemplo Æthiopis iam patuit.

Quòd ſemen ab omnibus corporis partibus non procedat, ex confutatio quatuor rationum. 1. De ſimilitudine natorum ad parentes, & vnde nullum ſemen.

Semen gignit omnia.

Dubia.

An semen à partibus similaribus, an à dissimilaribus? an ab vtrisque.

Adhæc, vtrùm ex vnaquaque similari parte tantùm prodit, an etiam ex dissimilaribus? Nam si ex illis tantùm, similes autem parentibus sunt, partium potiùs dissimilarium formâ: quidnam obstet, ne illæ quoque similes sint secessu ex toto? sed alia causa, quando nec in ipsis quidem similitudo propterea sit, quia ex toto corpore semen genitale secesserit. Sed si ex dissimilaribus tantùm: ergo non ex toto & partibus omnibus. At si ex similaribus, magis conueniat: sunt enim priores, & dissimilares ex similaribus constant. At verò si ex vtrisque, quisnam motus sit generationis? constant enim partes dissimilares ex similaribus. itaque quod ex iis secedit, ex illis quoque secesserit. Item si partes distractæ in semine sint, quónam pacto viuat? sed si coniunctæ, paruum quoddam animal fuerit. Genitales etiam partes quónam modo consistant? non enim simile est quod à mare & fœmina secedit. Item si vtriusque semen æquè ex toto venit, duo animalia generabuntur: vtrumque enim omnia habebit. Sed rectiùs Empedocles, maris ac fœminæ quasi symbolum esse dicit: totum verò à neutro proficisci:

Similarium & dissimilarium natura.

An à partibus coniunctis, an à distractis.

An æquè ex toto ab vtroque parente.

Sed discerpta gerunt mas ipse & fœmina membra.

vt pridem ex illo citauimus. cur enim fœmina non ex seipsa generet, siquidem semen ex toto secedit, & conceptaculum obtinet? Sed vt videtur, aut non ex toto secedit: aut ita vt ille ait, non ex vtroque eadem secedunt. quapropter alterum alterius coitum desiderat. sed de isthoc aliàs. Item cùm partium aliæ facultate, aliæ affectibus distinguantur: constat ob eam rem fieri non posse, vt quod secesserit, vniuocum sit cum partibus corporis. Adhæc quónam pacto ista augeantur, cùm ex toto secesserunt? nam si mutari quod accesserit, potest: cur non iam inde ab initio semen sit tale, vt gigni ex eo possit sanguis & caro? Adhæc si fœmina & mas differunt inter se vteri ratione: constat non propterea esse fœminam, quia ex quodam secesserit: itáque nec partem quidem quam propriam habet mas aut fœmina, secessu consistere: siquidem semen idem, & mas effici potest & fœmina, tanquam non alterutra pars in semine sit. quod idem de cæteris partibus accipi debet. Item nonnulla animalia aut ex nullis, aut ex diuersi generis animalibus nascuntur. Patet igitur non semine, quod ex cunctis partibus secesserit, generari quæcumque diuersi generis sunt: nam similia essent. siquidem similitudo indicio esset, quòd ex cunctis secesserit. Quædam etiam animalia vno coitu plura generant. quod fieri non posset, si ex cunctis partibus semen secerneretur: singulas enim è singulis vel coitibus vel secessibus fieri secretiones necesse est. vt de plantis & seminibus taceam, & insectorum genere citra semen genito. Itaque in iis etiam maribus qui semen emittunt, non causa generationis est, quòd ex toto secesserit. nam si causa esset secessus, non ex cunctis secedere partibus censendum esset, sed ab agente tantùm virtute: velut à fabro, non à materia. Causa autem vt voluptas rei venereæ vehementior sit, non quòd ex toto secesserit, est: sed quia prurigo vehemens accidit. quamobrem siquis frequenter ea re vtitur, minùs afficitur voluptate. Item voluptas veneris in fine coitus potissimum est. at si ex toto secerneretur, non simul, sed singulis partibus aliis priùs, aliis pòst exultaret. Causa verò quamobrem ex mancis manca proueniunt, eadem est & cur filij similes parentibus prodeunt. sed non manci etiam ex mancis gignuntur, vt & dissimilès suis parèntibus. Item si semen non à fœmina emittitur, eadem ratione profectò nec ex toto secedere probari potest. sed de hoc aliàs: cùm tamen semen non ex cunctis secerni partibus apertum iam sit iuxta Aristotelis demonstrationes, vel adeo iis quæ hactenus adduximus, prolixiores. idem verò capite vltimo eiusdem libri; Ex vno semine vnum gignitur corpus: vt ex vno ouo vnum animal. At in quibus generibus mas & fœmina distinguitur, in iis plura animalia ex eodem semine gigni possunt, quasi natura differat. Semen in plantarum & animalium genere indicium est quòd vno initu plura gignuntur in iis quæ plura quàm vnum possunt generare. Quo argumento constat etiam, non omni ex parte corporis genituram prouenire. neque enim distincta statim inde ex eadem parte secernerentur: neque postquàm simul ad vterum deuenissent, ibi distinguerentur. & paulò pòst, Mares nonnulli per coitum nec membrum quidem vllum in fœminam inde re visuntur, sed contrà fœmina in marem, vt in quibusdam insectis fit, de quibus iam antè ibidem cap. 18. Maximo etiam indicio est, quod auibus & piscibus ouiparis euenit, semen nec omni ex parte corporis venire, neque tale quid emitti à mare, quod insit in eo quod genitum est: sed virtute tantùm contenta in genitura viuificari; vt in insectis illis, quorum fœmina transigit in marem.

1. De causa voluptatis in coitu maioque.

2. De mancis.

3. De fœtus distinctione, & an semen à fœmina.

Vno semine vnum animal gignitur.

At homo & animalia gignunt plura vno coitu.

Ergo semen non ab omni parte corporis, cur

At generatio insectorum fit citra semen, quomodo.

At cuiparis nõ ab omni parte semen profundant.

Idem tamen cap. 3. lib. 2. eiusdem operis; Vt ex læsis interdum læsa, interdum non læsa gignuntur: sic ex fœmina aliàs fœmina, aliàs mas gignitur. & ibidem cap. 3. lib. 4. iam alibi citato; Nonnulli ita censent, vt ab vtrouis plus seminis venerit, ei similis magis generetur æquè tori totum, & parti pars, quale ex vnaquaque parte semen decedat: sed si par de vtroque venerit, similis neutri procreetur. Quod si falsum est, nec omni ex parte decedit, constat nec similitudinis & dissimilitudinis causam id esse quod referunt. Adhæc cur similes maioribus suis magna ex parte remotisque generentur, cùm nihil seminis ab iis secesserit; nihil profectò isti quod bene tueantur, habent. sed cap. 6. lib. 7. histor. animal. Gignuntur læsi quoque ex læsis: verbi causa, claudi ex claudis, & cæci ex cæcis: denique similes sæpenumerò in re quæ præter naturam comitetur, vt nuper exemplis decla-

At nõ semper mutili de mutilis.

Similitudo totius & partis ex fœtu, vnde.

At plerique similes maioribus.

Mutili de mutilis gignuntur: & secùs.

At parles inter se discrepant.

At quomodo augeri queant.

At mas & fœmina differunt partibus genitalibus parentum.

At multa fiunt animalia è putredine, aut degenerant à generantibus.

At vno initu multa generãtur.

At vis agẽs est à mare tantùm.

ratum eſt. Sed hæc rarò eueniunt. integri autem ex mancis ne gignantur, nulla res obſtat, & ſæpiſſimè ita agitur. Similes etiam aliqui parentibus aut auis ſuiſque maioribus generantur: aliqui ſimilitudinis nihil referunt, vt antè patuit.

Cur ex coitu languent corpus.

à ſimili.

Quanquam probl. 22. ſect. 4. An ſemen (inquit) omni ex parte corporis ſecretio eſt? vnde ex concubitu languere corpora colligit velut conquaſſata ædificij cuiuſdam in morem. de quo antehàc. Huc etiam reuocari poteſt illa quæſtio, Si ſemen ab omnibus corporis partibus procedit, an Æthiopum ſemen ideo nigricet. quod Herodotus ſcripſerat, Ariſtoteles autem impugnat cap. 22. lib. 3. hiſtor. animal. & cap. 2. lib. 2. de genera. animal. omnium ſemen album eſſe confirmans. cuius rei fidem iis relinquo faciendam, qui cum Æthiopibus habitant aut verſantur: ne ratio authoritati & antiquitati prævalere aut præiudicare videatur: cùm multa in rerum natura accidant, quorum nobis cauſſæ ſunt incognitæ; imò præter ſpem & fidem omnium propè dixerim, qui rei non fecerunt periculum. & iam intellexi, quibuſdam conſpectum ſemen canum ſubuiride aut glaucum: de cæteris verò prout naturæ placuit: namque nunc de vno homine agimus. Cùm tamen in vaſis ſpermaticis albidis ſemen conficiatur, par eſt vtique partis ſolidæ alterantis colorem vt referat, ſicuti iam ſæpe probauimus, de chylo & lacte idem conteſtati. ſic enim malo, quàm cum Ariſt. & Fernelio dicere; Vt aqua oleo permiſta, aut oui candidum diutiùs agitatum, à coërcito flatu in ſpumæ denſæ & albæ ingentem tumorem exurgit: ira propemodùm quod in nobis eſt ſemen, calore cogitur & albeſcit.

Quæſtio.

An ſemen Æthiopū nigrare.

Naturalium cauſarum obſcuritas.

An omne ſperma albicet.

Quòd ſic. à ſimili.

Semen cur albeſcat, & ſpumeſcat. à ſimili.

Teſtium enim calor ſpiritum vitalem ac reliquos tanquam concoctione exagitans, materiæ ſeminis omni ex parte permiſcet: cúmque ſit materia non parum cohærens & tenax, ab immixto ſpiritu facilè in ſpumam cámque denſiſſimam turgeſſit: cuius tamen bullæ cerni vix poſſint, vt neque in butyro. ea certè cauſſa veteres fabulantur Venerem ex ſpuma prognatam fuiſſe. hæc & plura à nobis olim citatus ex Ariſtotele licet non appellato Fernelius lib. 7. cap. 5. phyſiolog. Illud porrò conſentaneum videtur, quod cap. 1. lib. 1. part. animal. & cap. 1. lib. 2. genera. animal. idem adſtruit Ariſtoteles; Semen potentiâ eſſe animatum, & eſſe totum, & eſſe vnumquodque membrum, ſiue id quodcumque ex eo futurum aut generandum eſt. cui adſtipulari videtur Galenus citato nuper, lib. 2. de ſemine; Quippe cùm in omni materiæ particula, opifex vix inſit: non ſeparatim alibi id quod mouet, alibi quod mouetur: ſed idem ſit quod mouet ac fingit, atque etiam attrahendo à prægnantis venis alimentum, fœtum ipſum auget. & quæ ex eodem plura iam antè diximus. Quam nos ſummorum duorum virorum ſententiam vt veram iam antè arripuimus & nunc amplectimur, & nuper in noſtra illa demonſtratione vſurpauimus: iterúmque κατ' ἀναπαλαίωσιν dicimus; Seminis quantitatem licet modicam, quæ generando tamen facultate & copia ſatis ſit ſufficiátque, tum ideam partium omnium ſecum rapere, tum potentia eſſe & totum & partes ſingulas, quibus demum corpus totum componendum ſit atque integrandum: atque ex tenuiſſimo principio minimáque mole primaria (Ariſtoteles api aut formicæ comparabat) in animal inſigne euaſurum.

Venus à ſpuma, cur.

Quòd ſemē ſit animatū, & totū, & pars, quomodo.

Vis formatrix omni ſeminis parti ineſt.

N. hinc πλανολία.

N. cum Ariſt. & Gal. tuetur ſemē non à toto, nec à ſingulis partib. dimanare.

N. cōcluſio, Quòd ſemē potentiâ ſit totum & partes, & rapiat ſecum ideam omnium partium.

EX FERNELIO.

Fœtus prima magnitudo.

Sed obſeruemus poſtremò noſter Fernelius quid hac de re poſt Hipp. & Ariſt. ſenſerit: Galenus enim hanc quæſtionem modicè attigit: quantum venando aſſequi potui. ſed tamen ex eo quòd ſeminis natales ac velut officinam in arteria & vena ad vtrumque teſtem deſcendente, inſtar hederæ aut capreoli intorta, demonſtrauit: ibidémque albeſcere paulatim ſanguinem, & in ſeminis ſubſtantiam demutari clarè expoſuit, vt ex lib. 1. de ſemine cap. 12. & 15. & lib. 14. de vſu partium, paulò antè probl. An ſemen à cerebro, declarauimus: ex illa (inquam) velut oculari demonſtratione ſatis docuit, ſeminis ſubſtantiam à toto corpore nulla prorſus ratione poſſe decidi aut defluere. noſter autem ille Ambianus phyſiolog. lib. 7. cap. 2. poſtquàm ſeminis originem ſedémque natiuam deſcripſit, in hanc quæſtionem volens eſt digreſſus. Obſcurior (ait) ac ſcrupuloſior dubitatio hîc difficiles explicatus habet. multa enim plerique proferunt, quibus perſuadeant, ſeminis quam diximus materiam & in partibus ſingulis progigni, & ab iis quotquot ſunt, in teſtes confluere: alioqui inutile id fore ac minimè fœcundum. Quæ tametſi firmiſſimis rationibus Ariſtoteles vitus eſt confringere, alias tamen ſubiungam, ex quibus id nequaquam fieri poſſe demonſtrem. Si enim de minima quaque particula, ſeminis quippiam decederet, cùm nihil extare poſſit minus minimo, neceſſe eſſet vnico concubitu vniuerſum corpus in ſemen quaſi liquefactum diffundi. Quoniam verò minimè particulæ, quam cogitatione potiùs quàm ſenſu comprehendimus, nullum poteſt fragmentum haberi: non poteſt de illa quicquam decedere. Neque præterea ex omnibus ſenſu manifeſtis tum ſimplicibus, tum compoſitis, quippiam ſecernitur ad ſeminis conſtitutionem: copioſum enim id colligi neceſſe foret, quod fœcundum euadit: nec fieri poſſet, vt tantula quæ eiicitur ſubſtantia vim haberet ad procreandum fœtum, quod è ſingulis corporis partibus quippiam accepiſſe non poſſit. Quinetiam ſemen totum ſenſu ſimplex apparet, & vnaquæq. eius portio fœcunda, vt totum eſſe ex iis animalibus intelligitur, quæ vnico coitu & ex pauco ſemine multiplices fœtus procreant.

Seminis officina.

Quòd ſeminis ſubſtantia nequeat à toto defluere.

Quòd ſemē non ab omnibus partibus.

1. ratio.

2. ratio.

3. ratio.

by Google

Ergo cùm quælibet ſeminis portio totius vim habeat, qua corpus vniuerſum conformet; non ſic potuit totum ſemen à toto corpore dimanare, vt de vnaquaque parte fiat partis ſimilis deceſſio.

Quamobrem rectè cenſuit Ariſtoteles, ſeminis materiam non à toto corpore demitti. *Quòd ſemẽ à principibus partibus decedat* At nihilominùs hanc neceſſum eſt de cerebro, de corde & iecore, quæ tria ſunt principia, decedere: plurimùm autem de cerebro. Hoc quidem illius argumentum eſt, quòd cui vnumquodlibet iſtorum grauem offenſionem acceperit, infœcundus is reddetur: quemadmodum ſi leuius erit vitium, prolem ſuſcitabit ægra infirmáque valetudine. *Ab experientia & euentu.* Seminis ergo materiam ex toto deriuari atque dimanare ſic accipiendum, vt ex illius principiis principibúſque partibus neceſſariò profluat. *Semen à toto dimanare qualiter accipiendum. Acutè.* Sunt qui putent hanc non modò è principiis, ſed ex omnibus quoque ſimilaribus partibus fecerni: non quidem ex vnoquoque oſſe vel nerno, ſed ex aliquo oſſe, ex nerno, ex membrana, ex chartilagine quiddam in ſeminis materiam conferri: deinde verò quod à nerno vel ab oſſe profluxit, non modò illius, ſed etiam omnis nerui vel oſſis in conceptu materiam fieri. *Semen qualiter à partib. ſimilarib. & quomodo hæc generat.* Proinde ex tantulo ſemine tanquam ex materia, ſimilares omnes partes effici: idque eius facultatis operâ, quæ in ſemine ſita, omnia conformat. idem mox cap. 3. Vt ſeminis materia, quam è ſingulis particulis paulatim teſtes magna vi traxerunt, in flexuoſis vaſorum anfractibus longo viæ tractu hæret, cunctatúrque diutiùs: ita in arteriis quæ illis anfractu quodam ſubſtratæ ſunt, ſpiritus quaſi irretitus ſubſiſtit atque retinetur. *Semen vbi elaboretur, & qualiter.* Hac mora & cunctatione vtraque vaſa nituntur quicquid continent tanquam alimentum, ſenſim in ſimilem ſibi ſpeciem mutare, & vt illius colorem, ita planè & ſubſtantiam totam paulatim conuertere. Quum ita præparatus humor in poſtremos illos anfractus, qui teſticulos inuoluunt & circumplicant, tractus delatúſque fuerit, coquitur, aptúſque perficitur ad animalis procreationem: ídque tum robore & calore eorum vaſorum quæ teſtes ambiunt, tum verò ipſorum teſtium ingenita vi. *Seminis perfectio vbi & à quo, & qualiter fiat.* Glandes enim cùm ſint, & ſpongiæ modo rari, complures fiſtulæ ſeminis confertæ in eo ex vaſis propagantur, per quas ſuſceptum humorem propria vi conficiunt. & mox cap. 4. Ex quo intelligi poteſt, per ea venalia vaſa, materiam: per arterias verò, formam & facultatem ſemini conferri. *Seminis materia & forma vnde & quà: item ſpiritus triplex vnde illi affluat, & quando.* per has quidem ſpiritus vitalis, per venas naturalis à iecore, per neruos animalis à cerebro & ſpinæ medulla illabitur in teſtes. à cæteris autem particulis, & ab vniuerſo corpore, credibile eſt nonnihil ſpiritus, atque facultatis derepente in teſtes irruere: ídque valida agitatione corporis & perturbatione, quæ in ipſo fit coitu. *Voluptatis in coitu cauſſa.* cuius hoc eſto iudicium, quòd titillatio vehemens tum corpus vniuerſum eximia voluptate afficit.

Hæ igitur vires & facultates, quæ cum ſpiritibus ex vniuerſo corpore, maximè verò ex principibus partibus confluxerunt, illi demum ſeminis materiæ inſident tanquam procreationis magiſtræ & opifices. *Facultas ſemina prolifica vnde.* Itaque quodcumque fœcundum eſt & vtile ſemen, ſimplex id non eſt, ſed vtique compoſitum, materiámque habet vltimi alimenti excrementum, & in hac facultatem quandam opificem, quæ tota eſt ætherea ſpirituſque plena. *Semen fœcundi non eſt ſimplex & vnde illi vis.* Cùm itaque duo in ſemine comprehenſa teneantur, materia & facultas; illa quæ patiendi vim habet, non ab omnibus corporis partibus, à quibuſdam tamen neceſſariò ſecernitur: hæc verò quæ prorſus eſt efficiens, ab vnaquaque vel minima demigrat. *Seminis materia & facultas vnde ſit: & quòd hæc à toto & partib.* quod nonnulli hac verborum interpretatione explicant, Semen non mole, ſed viribus à toto defluere. *Semen non mole, ſed viribus à toto. Acutè.* Inde cap. 11. libr. 1. patholog. de morb. cauſſis; Quale parentum maximéque patris ſemen obtigerit, tales euadunt ſimilares ſpermaticæque partes. *Partes ſimilares indicant ſeminis virilis naturam.* Quocumque etiam morbo pater quum generat, tenetur, eum ſemine transfert in prolem: quandoquidem ex corpore vniuerſo deciſum ſemen, tum morbi, tum cauſſæ eius vim in ſe continet. *hunc morbi hereditarij. Semen à toto deciſũ.*

Hæc & ſanè plura ille quidem ſatis magnificè ad explicandam ſuam & ſummi philoſophi ſuper poſita quæſtione ſententiam. de cuius veritate ambigi iam nullo modo poteſt, cùm ſeminis natales & quaſi torcular expreſſionémque ob oculos fides anatomica proponat. cúmque tam breui coitus tempore à ſingulis partibus ſeminalis ſubſtantia promanare profluerèque nequeat, ne ſi illæ quidem velut æſtu & calore ſoluantur ac liqueſcant. & cùm ab oſſibus, chartilaginibus, vnguibus denique & capillis ſolidiſſimis nulla vi extorqueri ſeminis ſubſtantia queat: quibus tamen pleriſque partibus nati ſuos parentes referunt ac ſimilitudine repræſentant. *Quòd non inde ſemper ſimilitudinẽ naturam ad parentes.* & cùm ex mutilis mancíſque parentibus liberi omnibus artubus integri naſcantur: quos alioquin iiſdem partibus orbari neceſſum foret, ſi à ſimilibus partibus ſimile ſemen generando aptum promanare debuerit, vt eſt à nobis abundè ſatis demonſtratum.

An mulier ſuperfœtet?

PROBLEMA VII.

Fœtvs quid ſit, & quot temporibus diſtinguatur, iam antehàc oſtendimus, & nunc breuiter ſubducimus ex Gal. lib. 1. de ſemine cap. 9. Vniuerſam fœtuum fabricam quatuor temporibus diuidendo, primum erit illud, quo vel in abortu, vel in diſſectione, ſeminis ſpecies adhuc apparet. quo tempore admirabilis in omnibus Hippocrates animalis conſtitutionem nondum fœtum appellat, ſed *Fœtus quatuor tẽpora, totidémque nominum diſcrimina.* 1. genitura.

genituram. Vbi verò sanguine fuerit repletum, cor que & cerebrum & iecur indistinctam quidem adhuc & informem, quandam tamen coagulationem & magnitudinem alicuius momenti præ se tulerint, secundum esse id tempus censendum est: cùm videlicet substantia fœtus carnea iam, & non ampliùs seminalis appareat. vnde neque genituram ampliùs talem formam appellari ab Hipp. inuenies: sed vt dictum est, fœtum. Tertium sequitur tempus, cùm & tria principia videre exquisitè possumus, & reliquorum omnium membrorum descriptio ac quasi delineatio appareat.

1. fœtus.

2. animatus

Euidentior est trium principiorum formatio, partium ventris obscurior: longè verò his omnibus obscurior brachiorum & crurum distinctio conspicitur. hæc enim posteriùs, sicut Hipp. vocat, ramificantur: hoc vocabulo quam ad ramos habent proportionem, volens significare. Iam verò quartum illud & extremum tempus est, cùm brachia & crura distinctè absoluta cernuntur: neque ampliùs fœtum, sed infantem id quod in vtero gestatur, diuinus appellat Hipp. cùm eum & palpitare & moueri vt animal iam perfectum inquiat. sed de hoc etiam alibi antea. Vt interim liceat colligere, quatuor istis temporibus totidem nomina aptari posse, iuxta formæ discrepantiam, à primo rudimento ad complementum infantis, & quidem hoc ordine, γονὴ, κύημα, ἔμβρυον, ζῶον ἢ παιδίον. genitura, germen, embryo, animal siue puer aut infans.

3. infans.

4. distincta fœtus nomina.

Ergo is fœtus demum est, qui ex congressu viri & mulieris de vtriusque seminibus vtero formatur, ac primò vegetabili, deinde sensitiua, postremò etiam rationali anima donatur, vt rectè Aristoteles docuit, & post Aristotelem Fernelius physiolog. libr. 7. cap. 13. Fœcundum semen animam in se continet (ait) tum naturalem, tum sensus participem: idque potestate, non reipsa & energia. Nemo enim semen animam iam habere, vti profectò neque animal esse dixerit: quod tamen vt euadat, potestatem & vim habet. præditum enim est diuino & cœlesti calore, qui non in elementis, sed in spiritu quodam est æthereo.

Fœtus quid & eius generatio & anima triplex.

Semini anima qualiter insit, & qui fit animal.

Hic autem spiritus, sentientis animæ sedes est & vehiculum, primúmque agendi instrumentum: in omne seminis corporis penitus immergitur: eique fœcunditatem conciliat. hic à corpore inseparabilis est, nec per se potest solus constare: vti neque anima, cuius est sedes. Quòd si à materia nunquam seiungitur anima, neque ea diuinitùs, neque aliunde extrinsecùs accessit. Quocirca vt in omni animantium genere mas præcipuam seminis substantiam, ita sanè & animæ vim statim primo ortu vnà cum spiritu confert. primùm tamen in semine delitescens sensum latet, nec magna ex parte cernitur: quo tempore potestate dicitur inesse: at in progressu, vteri vi excitatur, & opere se ostentat. Nam mox simulac semen concipitur, vis conformandi exurgit; quam nonnulli aiunt velut idolum quoddam & ideam generantis esse. Nutriendi insequitur facultas perpetua, & quæ nunquam animal viuum deserit, quæ à parente defluens, vegetior fit paulatim, non secùs quàm quæ in stirpium seminibus inest. Eadem de sentiente facultate ratio est, quæ in fœtu redintegrata, interim otio sopitur, dum fœtus perfectior euadat: tum deinde in actum prodit, suáque depromit opera: his demum mouendi vis appellit.

Semini energia vnde, & eius spiritus, anima sedes sensibilis, quomodo.

Anima sensibilis quæ & vnde.

Anima à patre infunditur fœtui, qualis.

Vis formatrix quæ.

Anima vegetatiua & nutritiua, qua, & vnde.

Anima sensitiua & motiua quando emicet.

Cæterùm princeps pars animi, quæ mens appellatur, & rationis præstantia excellit, separabilis cùm sit à corpore, nequaquam in materia potestate continebatur, ex qua demum temporis progressu erumperet: aliequi enim immersa corpori, ipsíusque egens perpetuò, nec ratiocinari, nec intelligere, nec aliud quicquam citra organum corporeum posset efficere. Ab summo rerum autem conditore primùm creata, in præparatum instructúmque infantis corpus vniuersum, temporis momento commigrat; idque mense quarto fieri proditum est: quo tempore cor & cerebrum consummata iam sunt. Cæterùm humoris redundantia, veluti in ebrietate aut lethargo sopita, nondum potest quæ sua sunt munera proferre, sicuti est à nobis disputatum copiosiùs libello de immortalitate animæ.

Mens & anima rationalis quæ & vnde, & eiusdem natura.

Anima quando in corpus infundatur, & cur actiones nõdum edat. à simili.

Iam verò post conceptum semen, vteri osculum ita concludi, vt ne specilli quidem mucro (vt Herophilus dicere erat solitus) subire possit, dicente & docente Hippocrate, ratum certúmque apud medicos habetur ex aph. 51. lib. 5. cui Galenus adstipulatur eodem commentario; cum distinctione tamen, sicuti & locis mox citandis. namque Hippocrates idem lib. de genitura, Si conceptura est fœmina, inquit, non procedit foràs, sed manet in vtero genitura: nam vteri susceptam & conclusam in sese continent, osculo nimirum ipsorum præ humiditate contracto ac concluso: simúlque permiscentur tum quæ à viro venit, tum quæ à muliere emissa est. At Galenus initio lib. 3. facult. animal. Iam verò prægnantes ipsæ primis diebus, potissimúmque eo ipso quo semen est conceptum, moueri ac in seipsum concurrere vterum sentiunt. Quòd si ambo hæc incidunt, vt & os vteri citra phlegmonem aliúmve affectum conniueat, & sentiatur deinde succedere vteri in seipsum motus; iam semen à mare & cepisse se mulieres existimant, & retinere censent. Neque nos ista modò illis affingimus, sed longo vsu comprobata ab omnibus ferè, qui de iis differuêre, sunt prodita. Herophilus certè nec illa scribere est grauatus, ne specilli quidem mucronem admittere veteres, antequàm mulier pariat. præterea ne vel minimùm quidem hiscere, vbi conceperint: laxiùs autem recludi, cùm menses profluunt.

Quòd vterus post conceptum concludatur in ternis.

Conceptio qui fiat.

Conceptionis signa.

Ab experientia.

Vteri osculum in conceptu claudi-tur.

Huic adſtipulantur & reliqui omnes, qui de his tractauerunt: primúſque omnium non medicorum modò, ſed etiam philoſophorum Hippocrates conniuere os vteri tum conceptibus, tum phlegmonis pronuntiauit: cætero in concepribus ſeruato naturali habitu: in phlegmonis verò in durum mutato. qualem *Exegeſin* etiam Gal. comment. ad aph. illum adhibuit. & lib. 15. cap. 7. de vſu part. Neminem fugit, neque quòd os matricis quo tempore fœmina ferè ventrem, omnino eſt conſtrictum ac congluinatum, neque quod plurimùm patefit, cùm tempus appetit pariendi. alio namque tempore omni ne ſpecilli quidem cuſpidem in matricis collum queas immittere: in partubus verò integrum animal illinc egreditur. & lib. 2. cap. 3. de ſympt. cauſſ. Vteri tum fœtus grauitatem, tum ſui diſtentionem nouem menſibus pertulerunt: atque ita ad vnguem toto hoc tempore conniuente ore fuerunt, vt ne ſtyli quidem mucronem reciperent. & alibi frequenter idem inculcat, & omnibus in confeſſo eſt.

Vterus quo de cauſa conniuet, & differentia.

Vteri os quando, & quatenus conniuet.

Geſtationis legitimum tempus.

EX HYPOTHESI.

QVOD ſi ita eſt, vt clauſo vndique vteri orificio nihil intromitti, nihil emitti vel exire queat; iam totum hoc vtique confectum eſt negotium, & mulier ſuperfœtare dici nequit, cùm vno & eodem initu ſuperfœtatio fieri nequeat. Eſt enim ſuperfœtatio, Græcis ὑπεράυξησις, priori ſuccedens noua impregnatio: ſiue noua quædam nouæ ſobolis procreatio: ſeu priori genito intus fœtui noua quædam noui fœtus generandi affuſa materia: ex qua ſuo tempore partus vitalis & legitimus ſit futurus. Quodquidem an fieri poſſit, factúmve ſit olim, & quî fiat, nunc nobis inquirendum proponimus.

An vterus poſt conceptum deinceps ad partũ claudatur arctiùs.

Superfœtatio quid, & quî fiat.

Propoſitio.

Eſſe quidem in rerum natura ſuperfœtationem ſatis indicat ille,

Inter quadrupedes gloria prima lepus.

vt poëtæ verſu vtar Martialis. ſiquidem qui venationi indulgent, & feras perſequuntur, ſatis teſtantur ſibi deprehenſum: & qui lepores domi alunt, profitentur à ſe quotidie obſeruatum, lépores vtroque ferè ſexu androginos, aut viuos alternantibus menſibus eniti, aut mortuos & exenteratos, altero maiore, altero minore lepuſculo grauidari. ſed de muliere agimus: namque & in pleriſque plantis frequens tale experimentum cernimus.

Quòd ſit ſuperfœtatio, ab experientia.

Lepores androgyni ſuperfœtant.

Nos Chiuccam feram immanem non perſequimur, quæ quotidie ſuos fœtus iam grandiores abſorbet, atque aluo recondit ſubinde pariendos aſſidnè, quam Caribes ſeu Canibales immanes populi ἀνθρωποφάγοι & ferunt & norunt. & ſi quod ſimile monſtrum alit mare, quod ſuos fœtus præ metu cete & balenarum, orcarum, priſtium, phyſeterum, & ſimilium belluarum marinarum, ſubinde vtero recondat, mox velut repetito partu fre-

Chiucca hiſtoria.

Priſtis marinus ſuos reſorbet fœtus.

quentiore enitendos, ſi Ariſtoteli, Oppiano, Æliano & recentioribus credimus de piſcium natura ſcribentibus.

Sanè verò ſuperfœtare mulieres, atque aliquot menſium interpoſito interuallo, poſt priorem fœtum iam maturum editum, deinceps nouum quendam in lucem producere vitalem, vt fortè duorum, trium, quatuor, quinque aut plurium menſium à priore partu interiecto ſpatio, & nos vidimus, & ab aliis ocularis teſtibus, & matronis lectiſſimis pariter id bona fide teſtificantibus accepimus. Iam vt dubitare nemo debeat, an ſit, vel quid ſit ſuperfœtatio; ſed ſolummodò quî fiat. Tanta eſt enim Hippocratis ſummi viri ſemper habiti apud omnes authoritas, aſſeueranti illi nemo vt non credat.

Quòd mulier ſuperfœtet.

Ab experientia.

Quî fiat ſuperfœtatio.

Ideóque cùm aphoriſmum hanc in ſententiam ſcripſit; Quæ grauidæ ſunt, iis vteri os coarctatum eſt; id viſus eſt ſcribere teſtarique, quod frequentior rerum vſus obtinet: Quæ enim rarò contingunt, ea certos & perpetuos canones non faciunt: ſed potiùs quæ eodem ſe ſemper habent modo, aut ſanè vtplurimùm. Nos ergo fatemur Hippocratem vera dicere, & naturæ conſentanea. ſed nihilominùs raris mulieribus accidit, cum eodem aut cum diuerſo viro coëuntibus, ſemen auidiore vtero aperto abſorbere; quod muliebri permiſtum ſemini, in fœtum maturum ſuo ſtatóque tempore adoleſcit, ac legitimo partus tempore in lucem prodit: ſed antecedente partione perſæpe illæſus quidem & inconcuſſus, quia priuata cellula concluſus, & propriis tunicis inuolutus, cotyledonibus vteri fimiter illigatur. quanquam & nonnullis nonnunquam contigit, ob violentiam pariendi multò maximam, & *ἀδῖνα* longè acerrimam, eodem partu duos eniti fœtus pluréſve; quorum alius perfectus & conſummatus, alius inchoatus & imperfectus, interdum etiam appenſa mola exiſteret. Quomodo citrus arbor citria mala gerit diuerſæ ætatis, matura quædam, alia nouella & inchoata tantùm, quinetiam futurorum quorundam primæuos flores: omnibus tamen ſuæ maturitatis tempus, ſi fors ferat, cum tempore aſſecuturis.

Grauidæ os vteri quatenus claudatur. & de rarò contingentibus quod ſtatuendum.

Hipp. diuerſa ſententia conciliatur.

Superfœtatio quî contingat à priore partu ſi enixa.

Partus violentia quid faciat.

à ſimili.

Citri arbor in proprietate.

Neque modò ſemen in vterum grauidæ recipi poſſe contendimus: ſed etiam ex eodem ſemen muliebre, aut ichôres quoſdam, vel ſemiputres humores dicimus eructari: cùm pleræque grauidæ coëant inſigniter, ſeménque cum ingenti quadam voluptate profundant. quod tandiu in vtero cunctari, dum partus ſubſequatur, videtur abſurdum, propter grauia inde oritura ſymptomata. Cui declinando incommodo cùm Ariſtoteles proſpectum vellet, non intra vteri capacitatem, ſperma viri proiici, ſed in ceruicem deponi mox intrò exugendum voluit cap. 4. lib. 2. de genera. animal. neque ſuum proprium ſemen muliebre per vteri cornua in vteri ſinum effundi, ſed per vaſa ſpermatica in ceruicem eandem natura duce deriuari.

Quid vterus in grauidis ſuſcipiat & emittat aliquid, qualiter.

An ſemen vellà in vterum excalcetur.

Quòd ſic, contra Ariſt.

Quam in fententiam fere videbatur Herophilus, qui ſeminales meatus in carnoſam cervicis veſicæ partem inſeri ſcripſerat, iure in eo reprehenſus à Galeno initio lib. ſecundi de ſemine. Quorum tamen errorem ſequi noſter Fernelius maluit, quàm cum Galeno & rei veritate rectè ſentire, ſicuti antea in partium genitalium hiſtoria notauimus ex hoc loco cap. 8. lib. ſeptimi phyſiolog.

Semen virile emiſſo vbi fiat.

Porrò autem feminis emiſſio non fit in vteri ſinum, quoniam eius os internum connixum occludique ſolet: ſed in cervicis fundum excidit ad os vteri, quò plerique feminis vſa dentesticulos deriuari prodiderunt, vbi mox Ariſtot. & Oribaſium ex comment. in aphoriſ. 23. lib. 6. in affirmationem ſuæ opinionis producit, atque ita Galeno obijcit; Minor ab his atque etiam à vero Galenum deſciuiſſe, qui putauit mulierem ſemen per cornua in ſolum vteri ſinum eiaculari. Quum illa vterum gerens fortaſſe concumbet, quónam tandem ſemen id vteri ſinu ſuſceptum euadet? obſignatum enim tum adeo eſt os vteri interius, vt nihil vel minimum ſubire poſſit, aut excidere. Hoc ſi in præſcriptum pariendi tempus intus contineretur, inutile prorſus & otioſum computreſceret, & grauiſſima tum animi, tum corporis incommoda neceſſariò inuoheret. Cui obiectioni tum alibi vſpiam antea, cum nuper ſatis videmur feciſſe.

Obiectio in Gal. ab incommodo.

EX HIPP.

TRoo ſuperfœtationem eſſe tum ratio, tum experientia dictat: neque Hippocr. illa obſtat ſententia, quò minùs hæc fiant, rarò licet, & quodammodo præter naturæ inſtitutum. Quod ſi neget ipſe ille grauiſſimus author, huic ſuam contrariam opponemus ſententiam: ſic enim ſpeciatim & nominatim ſcripſit lib. de ſuperfœtatione; Quum ſuperfœtarit mulier, ſi primum puerum in medio vteri habuerit, ſuperfœtatio elabitur, à primo ac veteri expulſa. ſi verò in altero cornu ſuperfœtationem habuerit, poſteriùs ipſam inſuper parit non vitalem: nimirum vitalitate, vbi vterus laxatus & humectus fuerit, exoluta. Si verò non ſtatim ſecedat ſuperfœtatio, dolores exhibet, & fluxum fœtidum, ac febrem. & facies intumeſcit, tibiæque ac pedes: & ſi pereat, cibum auerſatur, donec exciderit. Superfœtant autem mulieres, quarum ſtomachus, id eſt vteri os poſt primum conceptum non clauditur ita valdè: ídque apparentibus ſignis conſtat: clauditur autem poſt ſuperfœtationes, quæ poſteriùs inſuper pariuntur. Si ſuperfœtatio nondum partium diſcriminationem habeat, ſed caro ſit, non quidem intumeſcit, ſed putreſcit, donec ex vtero exeat. &c æt. Idem tamen lib. primo de diæta, de ſuperfœtatione multò aliter ſentit; Cæterùm ſuperfœtationes hoc modo fiunt, ait. Quum vteri calidi & ſicci naturâ fuerint, ipſáque mulier eiuſmodi, & ſemen calidum ac ſiccum illapſum fuerit, non fit ampliùs vlla aliqua humiditas in vteris, quæ ſemen ſuperillabens contineat. Quapropter conſiſtit ab initio ac viuit, perſeuerare autem non poteſt: ſed etiam id quod iam adeſt, inſuper corrumpit, quia non eadem vtriſque conferunt. &c.

Quod Hip. agnoſcat ſuperfœtationem.

Superfœtatio quando cum primo partu excidat, aut nõ.

Superfœtatio quando fiat.

Si ſuperfœtatio qui fiat.

EX ARISTOTELE.

ARISTOTELES Hippocratis imitator inſignis lib. ſeptimo hiſtor. animal. cap. 4. Cùm ſemen conceperit vterus, ſtatim ſe contrahit, donec ad ſeptimum menſem ventum ſit. octauo iam adaperitur, atque dehiſcit. & ibidem paulò pòſt, Mulier & equa omnium maximè animalium grauidæ coïtum patiuntur: cætera vbi grauida fuerint, fugiunt mares, ea ſcilicet quorum natura ſuperfœtare more lépotis recuſat. verùm equa nunquam ſuperfœtas, ſed magna ex parte vnum tantummodò generat. At verò in muliere rarò quidem euenit vt ſuperfœtet: ſed factum tamen aliquando eſt. Qui itaque longo pòſt tempore ſint concepti, nihilo perfici poſſunt: ſed præmaturiùs dolorem, quo ipſi & primus fœtus intereat, mouent. Iam incidit, vt facta corruptione, duodecim ſuperfœtata puerperia gererentur. At verò ſi proximè à primo conceptu ſecundus ſit factus, abſolui edíque poteſt, quod ſuperfœtarit, vt quaſi gemini naſci videantur. quomodo Herculem & Iphiclem procreatos eſſe fabulantur. Nam id etiam conſtitit, adultera quædam, quæ alterum ſuo marito, alterum adultero ſimilem peperit. Iam & cùm geminos quædam ferret, tertium ſuperfœtauit: & cùm tempus pariendi iuſtum iam eſſet, primos vitales peperit, ſecundum quinto menſe elifit, qui ſtatim mortuus eſt. Altera cùm primum ſeptimo peperiſſet, qui mortuus eſt, mox duos iuſto menſium numero edidit, qui vixerunt. Quædam etiam ſub abortu conceperunt, atque alterum abegerunt, alterum continuerunt, pertulerúntque ad partum. Quamquam idem Ariſtotel. cap. quinto lib. quarti de generat. animal. Si iam aucto conceptu, coïtus adhibetur ſuperfœtari quidem poteſt, ſed rarò: quoniam vterus magna ex parte ad partum vſque comprimitur. vbi de ſuperfœtatione animalium diffusè agit. Multipara ideò ſuperfœtant, quoniam plures conceptus ſuperfœtatus quidam alter alteri ſunt. quæ autem ex his magnitudine prædita ſunt, vt homo, ſi alter coïtus proximè ab altero acceſſit, enutrire quod ſuperfœtatum eſt, poſſunt. Sola animalium mulier & equa grauidæ coïtum patiuntur. homo enim ſua natura præfœcundum animal eſt. vbi & de lepore & feminis abundante, & ſuperfœtante: quippe qui ſæpenumerò fœtus alios imperfectos geſtet, alios perfectos iam edat. de cæteris animantibus ſuperfœtare potentibus ex eo recognoſces.

Vterus poſt conceptum qui ſe habeat.

Quæ animalia ſuperfœtent.

Mulier ſuperfœtat, qui.

Hiſtoria.

Exempla ſuperfœtationis.

Superfœtatio quando fiat.

Quæ animalia ſuperfœtent.

Leporina natura.

ed by Google

EX PLINIO.

PLINIVS autem Aristotelis interpres, vt hic Hippocratem, sic ille Aristotelem in multis æmulatus, ita scriptum reliquit lib. 7. cap. vndecimo. Præter mulierem, paucæ animalia nouere coïtum grauida. vnum quidem omnino aut alterum superfœtat. Extat in monumentis etiam medicorum, & quibus talia conspectari curæ fuit, vno abortu XII. puerperia egesta. Sed vbi paululum temporis inter duos conceptus intercessit, vterque perficitur: vt in Hercule & Iphicle fratre eius apparuit & in ea quæ gemino partu, alterum marito similem, alterum adultero genuit. item in Proconnesia ancilla, quæ eiusdem diei coïtu, alterum domino similem, alterum procuratori eius. & in alia, quæ vnum iusto partu, quinque mensium alterum edidit. rursum in alia, quæ septem mensium edito puerperio, insecutis mensibus geminos enixa est. hæc ille ad Aristotelem proximè.

Historia superfœtationum.

EX SOLINO.

SOLINVS Plinium ni fallor, æmulatus ita intulit cap. quarto. Compertum & id est, quòd inter duos conceptus cùm interceßerit paululum temporis, vterque resident. sicut in Hercule & Iphicle apparuit eius fratre: qui gestati eodem onere, interuallis tamen quibus recepti, nati videntur. & de Proconnesia ancilla, quæ è duplici adulterio geminos edidit, vtrumque patri similem. hæc ille verbis penè ijsdem, quibus & Plinius vsus fuerat: vt plagium subesse putes ferè toto opusculo. Galenus porrò de superfœtatione an aliquid scripserit, non habeo nunc exploratum: quæ autem ego hac de re dicerem, hæc habui.

Superfœtatio quando fiat, & exempla.

N. de Solino iudicium.

An mola sine viri coïtu concrescere possit in vtero muliebri? déque eius natura.

PROBLEMA VIII.

QVONIAM de semine virili & muliebri embryon in vtero materno generari demonstrauimus, & matri semen prolificum esse statuimus, déque purissimo huius sanguine embryon ali atque augeri confirmauimus: est autem Mola, velut inanis & euanidus fœtus, ac velut naturæ ludibrium, moles informis, & nunquam vitæ particeps futura, quantolibet gesterur in aluo tempore: ei quidem dissimilis, quam vrsa párere memoratur, lambendo tamen efformare, & vitæ iam participem, in legitimum fœtum educare. Quærendum iccirco videtur, an eiusmodi mola, viri & fœminæ congressum ad sui generationem postulet, déque amborum seminibus necessariò concrescat.

Transitio.

Mola, quid.

Versus molæ qualis.

Quæstio.

A Sanè verò siquis molam cum subuentaneo comparet (quod pari forma Græci ἐπίληψιν καὶ ἀμόρφωτον καὶ ἄμορφον vocant, Plinius etiam Zephyrium dixit, quia ex leui auræ afflatu gallina imaginata venerem, sine galli initu concipere, atque etiam gallus sine gallinæ coïtu ouum ponere traditur) nihil videtur necesse ad molæ concretionem vt maris accedat copula: cùm mulier ipsa per sese atque intra se talem molem rudem & indigestam (vt poëta dixit) ex proprio excrementitio sanguine & semine possit aggerere atque cumulare.

Ova subuentanea qui fiant.

Molæ natura.

Nunc autem quando nulla mulier viri congressum inexperta, molam edidisse comperta est, in contrariam abimus sententiam, sine viri congressu mulier vt nulla, molam procreare ex se & intra se queat. Quid verò mola sit, aut qualis, arbitror pleroſque omnes scire, aut ab alijs saltem audiuisse: qualem autem frequentem vidi, ea erat eiusmodi. Malum rubellum crassiusculum, aut granatum præmaturum & compage & colore propemodùm referebat: sed paulò compressior, quàm vt globum exprimeret, ac veluti crassiore pedunculo oblonga ferebatur. & qua parte vtero erat affixa, nigricans erat ac lurida. secta per medium, intus vacuam scrobem repræsentabat, quasi ventriculo cordis maiori assimilem, rotundiorem tamen. Nihil in eo scrobiculo præter aquulam aut putrem saniem inerat, eámque parcam & bullantem, reliquo spatio flatu pleno: qui, fissa repentè mola, cum leni stlopo rupit. Latitudo segmentorum cauum illud ambientium, duos digitos æquabat. Nullus sensus, motus nullus rei inerat stupidæ, embryonis figura nulla. Et quod te volo obseruare, nulla vi maiore aut conatu findi opus habuit, quàm si caro foret exossis, aut hepatis parenchyma. Talis mihi mola visa est, atque explorata. parum vt verisimilia de ea dicere Aristoteles visus sit, vti demùm patebit. Et tamen certa fide exploratum habeo, circa annum quo hoc primùm commentabamur, 1580. apud Senones in Burgundia, mulieri mortuæ, excisa aluo, exemptam molæ speciem globo haud absimilem, rudimenta fœtus & formæ pueritis formam quandam præ se ferentem, duram solidámque pleraque sui parte, vt ossi an lapidi affimilares, ambigi posset: & qui excepit medicus Daliburgus, infanti saxeo, ac veluti diceres, petrificato conferre, sicut & ij qui tractarunt, mihíque retulerunt, solebat. vt ad molam Aristotelicam quadantenus duritie saltem & solida compage accederet: de qua pòst paulò.

Quid ad molæ requiratur maris congressus.

Mola qualis, & eius descriptio accurata.

B

C

D

N. contra Arist.

E

Historia mulieris, de sine lapidea.

Equidem certè molæ vbitatæ & perquàm frequentis, talis quædam istiusmodi videtur esse generatio. Vbi paternum aut maternum aut vtrumque semen vt quantitate paucum, sic qualitate morbosum in vtero concipitur ac retinetur, & languida vi formatrice compingitur, concrescitque ex eo tunica cotyle-

Molæ generatio qui fiat, eiusque figura.

Digitized by Google

ledonibus vteri affixa, ſiſtuntur menſes, mola turgeſcit, venter inflatur, mammæ ſine lacte implentur, pica oboritur: denique omnia veram impræg nationem ementiuntur, & mulier ſe grauidam eſſe credit. niſi quòd poſt iuſta motus & vitæ embryonis tempora, nullus intus motus percipitur, ſed pondus tantùm iners, & tumor grauis atque oneroſus, vel adeo iuſto & legitimo embryo longè moleſtior ac ponderoſior, & grauiora fœtæ mulierculæ inferens ſyptomata. donec longo tandem & vix bene certo tempore, vt fortè annuo, breuiori longioriſve, vt 2. 3. 4. & plurium annorum, aut conatu naturæ, & magno vteri enixu excutitur: aut præterito legitimi partus tempore, ope medici & medicamentorum operâ deturbatur.

Mola & fœtus diſcrimen.

In quo tamen nouitios ac tyrones medicos vltrò monitos volo, ne faciles & credduli licet quiritantibus mulierculis obtemperent, atque eiuſmodi ſuſpectam molam, quarto, quinto, vel adeo ſexto dubiæ imprægnationis menſe, exhibitis medicamentis φθοίαις exturbent. Plerumque enim morboſus & languidus fœtus ad eos vſque menſes (non audita, ſed comperta narro) vix certa ſui dedit indicia aut motu, aut calcitratu: qui tamen ſtato tempore perfectus & roboratus, vitales in auras vitalis erupit. quod nos alibi monuimus contigiſſe, & quidem noſtro maturo conſilio aliorum præcipitatam temeritatem remorante atque inhibente. Quanquam & hoc nouimus, non rarò ſimul cum fœtu viuido & conſummato, etiam molam annexam pariendo prorupiſſe: ſiue ex ſuperfœtatione euanida, qualem deſcripſimus: ſiue eodem congreſſu pars ſeminis ſecreta, & ſeorſim vteri ſinu peculiari recepta, molam inanem pro fœtu vitali procrearit. Atque hæc ſunt, quæ ego de mola dicere, & breuiter ſubducere volui: deinceps auditurus aliorum de eadem ſententiam.

N. admonitio.

Fœtus languidi tardiùs mouetur.

Hiſtoria.

Mola partus quâ fiat.

EX HIPP.

Hippocrates de mola meminit locis ille quidem varijs: at lib. 1. de morbis muliebribus inſcripto, huius naturam ſic ſpeculatur, & ex cauſſis efficientibus, atque materia artificioſè deducit. Cæterùm molæ conceptus hæc cauſſa eſt. Quum multi menſes modicum & morboſum ſemen conceperint, neque conceptus rectus ſit, & venter plenus eſt velut prægnantis. nihil autem in ventre mouetur, neque lac in mammis generatur. Hæc igitur ad duos annos, ſæpe etiam tres ſic habet: & ſiquidem vna caro fiat, mulier perit: neque enim fieri poteſt, vt ſuperſtes maneat. Si verò plures, erumpit ipſi per pudendum ſanguis carnoſus plurimus: & ſi hoc moderatè fiat, ſeruatur. ſin minùs, à fluxu correpta perit. & morbus quidem talis eſt. Iudicare verò oportet ex plenitudinis mole, & quòd in ventre non mouetur. nam mas trimeſtris, fœmina quadrimeſtris motum habet. Poſtquàm igitur tempore hoc prætergreſſo non mouetur, nimirum hic morbus eſt. Eſt autem hoc magnum ſignum, quòd lac in mammis non generatur. &cæt. Idem lib. de ſterilibus, ijſdem planè verbis rem eandem reperit: quod etiam aliàs alijs in argumentis & propoſitis varia de re ſermonibus facere deprehenditur: quod & alibi monere memini, & mirari ſum profeſſus. vt diuerſum authorem diuerſorum librorum ſub eodem Hippocr. titulo ſuſpicari poſſimus, haud inerti & inefficaci coniectura ducti. At idem lib. ſecundo eiuſdem operis de morb. muliebribus. A craſſa genitura intus retenta fieri molam tradit, eiuſdémque curationem proponit tibi ex eo ſi cupis, repetendam. Vt tamen memineris (quod iterum iterúmque moneo atque repeto) poſt tertium aut quartum quintúmve adeo menſem exactum, ſæpe tam languidum eſſe fœtus motum, vix vt percipi à fœta & grauida queat. ne temporiùs ac celeriùs velut ad molæ curationem imprudens atque improuidus accedas: ſed alieno (quod aiunt) periculo ſapias.

Hipp. plúraque repetita ad verbũ in diuerſis operibus.

Mola matõ vitio.

Fœtus languidior motu, & cautio in vſu remediorũ ad molam.

Molæ generatio qui fiat, & figura, tempuſque.

Fœtus quídã mouetur, & differentia à mola.

EX ARISTOTELE.

Aristoteles de mola ſcribit hunc in modum lib. quarti cap. ſeptimo de generat. animalium. De eo quod mola vocatur (μόλα Graijs dicitur, generali etiam ad alia nomine) videndum eſt. Accedit hoc vitium mulieribus nonnullis grauidis, quanquam rarò. pariunt enim quod molam vocant. Iam accidit enim mulieri cuidam, vt cùm concubuiſſet, & ſe concepiſſe putaſſet: primùm ventris moles augeretur, & reliqua ex ratione venirent. Sed cùm tempus pariendi iam eſſet, nec páreret, neque moles minueretur, ſed annos tres aut quatuor ita perſeueraret, quoad dyſenteriæ, id eſt difficultati inteſtinorum implicata, eóque modo periclitata, demum pepererit carnem, quam molam vocant. Quin & tota vita edurat hoc vitium, vt & conſeneſcat & commoriatur. Quæ autem prodierit, adeo obdureſcit, vt vix ferro tranſigi poſſit. Afficitur enim conceptus eodem modo, quo ea quæ inquinari diximus, cùm elixantur, nec per calorem, vt quidam volunt, ſed potiùs propter caloris debilitatem. Natura enim de vita certare videtur, nec poſſe perficere, finémque apponere generationi. Quam ob rem aut tota vita, aut longo tempore durat, quod inchoatum eſt: nec enim vt perfectam, nec vt alienam omnino habet naturam. Cauſſa namque duritiæ, cruditas eſt: quippe cùm inquinatio quoque, cruditas quædam ſit. Sed quæritur, cur cæteris animalibus idem non accidat: niſi quid admodùm lateat. Cauſſam verò eſſe putandum, quòd mulier vna omnium animalium affectionibus vteri obnoxia eſt, & menſtruis abundat, nec poteſt ea concoquere. Cùm

Molæ generatio, & mora in alijs.

Molæ duritiei, & cauſſa.

Cur ſolã mulier molã pariat.

igitur ex humore concoctu difficili conceptus consistit, tunc gignitur quod mola vocatur: idque in mulieribus meritò aut solis, aut maximè.

EX PLINIO.

PLINIVS subscribit, atque ita magistro subijcit lib. septimi cap. 15. Inde vnius vtero mulieris, quas appellarunt molas. ea est caro informis, inanima, ferri ictum & aciem respuens. mouetur sistítque menses: & vt partus, aliàs lethalis, aliàs senescens, aliquando aluo citatiore excidens.

Mola quid, & qualis. N. sed non mouetur tamen.

EX GALENO.

GALENVS lib. 14. de vsu partium, cap. 7. de motu vtriusque seminis disputans, à gallinis sumit exemplum. Concipiunt enim hæ oua (inquit) quæ ἀτρυφα, id est subuentanea nuncupantur, sine coïtu cum mare. Quibus ouis quòd deest quippiam ad perfectionem, id indicio est, quòd animal ex ipsis gigni non possit. Quòd tamen hæc quoque formam omnem habeant, quam & alia oua, apparet euidenter. vt enim perficiantur, solam à masculo desiderant caliditatem. quod in gressilibus animalibus non contingit. Solum autem siquod animalis est genus temperatura eousque siccum, vt humoris frigidi redundantiam in fœminæ semine possit quadantenus absumere, id fœtum eiusmodi, qualia sunt in gallinis ea oua, sine mare potest efficere.

Oua subuentanea & zephyria quæ fiant, & qualia.

An fœmina sine mare gignat in matu.

Verùm in gressilibus quidem animalibus quid reperias quod ouo proportione respondeat, nisi quem medici appellant molæ conceptum? quæ sanè caro quædam est inutilis atque informis. Si igitur eousque volunt semen fœminæ progredi, primùm quidem quòd parum artificiosam actionem ei tribuunt (quæ vtique vel soli menstruo fortè adfuerit) nemo qui ignoret. Secundò autem quòd mentiuntur etiam in his quæ accidunt, explorandis: Non enim sicut gallinæ sine maribus oua pariunt, ita mulierem aliquando viderunt sine viro vel molam, vel eiusmodi quippiam aliud concepisse. Satius igitur est maris semen motus principium supponere: fœminæ verò ad animalis generationem eximare ipsi aliquid conferre. hactenus Galenus.

Mola cum ouo zephyrio comparatio, & eius generatio.

Quod mola nõ fine viri coïtu.

Vis feminis maris & fœminæ.

Hæc igitur si ita sunt, iam nemo in virgine aut puella innupta ab vtero laboranti, de mola quicquam iure suspicari possit: nisi simul idem de pudicitia violata suspicionem conatur inijcere: nemo vestali seu moniali aut sanctimoniali hanc inurat infamiam, de mola vt percontetur: cùm id perinde sit, atque de stupro arcessere. Quanquam ex ludificante imaginatione, & turgente seminis copia, & sanguinis ob desidem vitam ingenti abundantia, nonnullis narrantur intus in aluo monstra quædam innata, modò velut adnata & vitæ expertia, modò etiam viua, & ipsas adeo matres suo aspectu terrentia: vel adeo sine horrenda illa dæmonum copula, quamquidem ij qui de præstigijs dæmonum & de maleficis & sagis atque sortilegis scribunt, vulgo persuadere conantur, vel etiam ipsum in suam pellicientes sententiam D. Augustinum de succubis & incubis mutuo coïtu generantibus lib. decimoquinto de ciuitate Dei, & Thomam in prima parte theologiæ. qua de re nil possum nec audeo certum affeuerare (quod Auerrhoïs de quodam Lauello ex dæmonis coïtu genito memorat, vir alioquin impius) ne si compressas quidem quis dicat non à malis genijs, sed ab hominibus incestu sese nefario polluentibus, & nonnullas matres esse crebrò conspectas: quæ tamen pœnas illas Vestalium neutiquam subierunt, olim à Numa Pompilio excogitatas, & in sontes ac reas iure patrio & religionis violatæ ergô exercitas, atque ab vniuerso populo approbatas. de quibus disertis verbis scribit Plutarchus in Numa. Mihi verò magis probatur (nisi quis abuti præsumat) illa Constantini Imperat. magni modestia; Si in Episcopum incidam (inquientis) alienum torum violantem, purpura tale piaculum lubens obducam: ne tam fœdum facinus populo occasionem mali vel scandali pariat, sicuti post Eusebium de eo Nicephorus cap. 16. lib. 8. recenset.

Animalia in vtero mulieb. sine coïtu genita, quæ.

Dæmones incubi & succubi quo ope.

Historia.

Vestalium pœna.

Historia.

De monstris & androgynis, qui fiant?

PROBLEMA IX.

SED quando à rebus naturalibus ad res præter naturam deuenimus, velut à summo gradu ad infimum delapsi: antequàm ad proximum humorem transeamus, lubet pauca & obiter de monstris & monstrosis androgynis differere. quæ siue præter naturam, siue potiùs contra naturam voces, parui refert. licet mola potius præter naturam, monstra verò contra naturam dici distinctiùs queant, siquidem recentiorum opinionem sequimur, quibus præter & contra naturam diuersimodè accipi cernimus. vt apud Fernelium cap. secundo lib. primi de differ. morb. Sed iam antè author finitionum medicinal. sic distinxerat; Secundùm naturam sanitas est: præter naturam morbus. quod autem est naturâ, id nec secundùm naturam, nec præter naturam iam est: vt gracilis admodùm ac siccus: vel crassus iam & præpinguis: vel qui naso est adunco aut simo: vel cæsijs oculis: vel qui varus, aut varia est. nam qui ita se habent, non sunt secundùm naturam affecti: nam symmetriam euasere: verum

Contra naturam, & præter naturam, quid dicatur.

Secundùm, præter, naturâ & non naturâ, & quid.

Digitized by Google

nec præter naturam rursus: non enim impediuntur functionibus administrandis. Esse autem non naturâ, eiusmodi est, vt neque secundùm naturam, neque præter naturam, neque naturâ existat. vt vitiligo, myrmecia, & eiusmodi; Enimuerò quod constat natura, ei quod secundùm naturam, & quod non naturâ, ei quod præter naturam habet, ratione proximum est. &cæt. Verùm ista in morbis & morborum caussis potiùs locum habent: de quibus aliàs. & tamen Græci vtrumque pari modo enuntiant, κατὰ φύσιν. quod nos præter & contra naturam exprimimus. At nos istam ἀνωμαλίαν nihil moramur: monstra autem contra naturam, quàm præter naturam dici maluimus. quoniam Latinus sermo, hîc Græco fœcundior apparet, ac duabus distinctis præpositionibus aptè enuntiamus, quod illi aliàs vberiores, si M. Tullio credimus, vna & eadem coguntur exprimere. veruntamen ad id quod sumus polliciti, potiùs descendamus.

Contra & præter naturam, quid.

Latini fermonis copia supra Græc.

Quandocumque igitur caussæ procreationis humanæ conueniunt omnes, qualiter antè designauimus, tunc sanè legitimum, & omnibus numeris absolutum, atque à vertice ad imos calces perfectè consummatum edi fœtum par est. quales nos diuina bonitas & clementia, corpore & anima pulchrè compositos & decenter instructos prædítósque nasci & adolescere voluit. Sinautem caussarum peruertatur ordo, aut vis, aut qualitas, tum adeo penes caussam efficientem, formantem, concipientem, & ipsam vtique materiam atque subiectum natiuitatis locum, aut animi vaga & errans imaginatio hallucinetur, tum vtique monstrosos edi partus contingit: quorum vix certus esse potest numerus. ira forma', magnitudine, qualitate multiplici discrepant, & à naturali partu multifariàm differunt, tribus ferè istis modis. Aut quatenus ex inopia materiæ, minora naturalibus membra gerunt, peruersa vtique omnimoda ipsorum inter se proportione. Aut contrà, ex materiæ copia, maiora euadunt aut singula, aut vniuersa, ipsa pariter analogia partium vitiata & interrupta. (huic addo fauentem loci capacitatem, illi autem angustias reluctantes atque refragantes) Aut denique facultatis formatricis vitio, atque imaginationis alienatione, modis innumeris deformantur, & à naturæ archetypo desciscunt. Hinc alij bicipites, alij acephali: alij pusillo, alij vasto capite: alij sine auribus, alij cum auriculis Midæ, plúsve quàm asininis: alij monoculi, alij cæci: alij ingenti rictu plus quàm leonino, alij planè astomi. qualia pleraque monstra describit Plinius lib. septimi cap. secundo, alij naso rhinocerotis, alij sine vllo naso: alij humana facie, alij canina, lupina, vitulina, suilla, aprugna, leonina: alij bicorpores tricorporéſve, alij vix dimidiato corpore: alij velut gigantes proceri, alij pygmæi, eodem Plinio teste ibidem. alij sedigiti, alij palmis solidis & indiscretis: alij vnimani, alij quadrimani: alij mancibrachijs, alij quaternis præditi: alij monoscœli ac monopodes apodésve, alij quaternis fulti cruribus pedibúsque: alij ἄρρενα καὶ ἔκτομα, genitalibus vtique partibus casti & defecti, alij androgyni, quos & hermaphroditos vocant, velut Mercurio & Venere prognatos, & vtrumque sexum sortitos, virilem atque muliebrem. Ac de primo eiusmodi monstro ita narrant fabulæ, lepido isto epigrammate alludentes.

Monstrosi fœtus & cõtra naturã, caussæ.

Monstrosi differentiæ, ex caussis.

Fœtus quãdo contra.

Fœtus figuræ præter naturam exempla.

Hermaphroditi sexus, mortisque amphibolia, & enigma.

Dum mea me genitrix grauida gestaret in aluo,
Quid parerem, fertur consuluisse deos.
Mas es, Phœbus ait, Mas fœmina, Iunoque neutrum:
Quúmque forem natus, Hermaphroditus eram.
Quærentis letbum, Iuno sic ait; occidet armis,
Mas cruce, Phœbus aquis: fors rata quæque fuit.
Arbor obumbrat aquas: ascendo, decidit ensis
Quem tuleram, casu labor & ipse super.
Pes hasit ramis, caput incidit amne, tulique
Fœmina, vir, neutrum, flumina, tela, crucem.

De hoc sic Ouidius 4. metamorphoseos.

Hermaphroditi fabula.

Mercurio puerum diua Cythereide natum
Naiades Idais enutriuere sub antris:
Cuius erat facies, in qua matrémque patrémque
Cognosci possent: nomen quoque traxit ab illis. &c.

vbi post Salmacis & Naïdos congressum, & metamorphosin, ita accinit;

—— nam mixta duorum
Corpora iunguntur, faciésque inducitur illis
Vna: velut siquis conducat cortice ramos
Crescendo iungi, paritérque adolescere cernat.
Sic vbi complexu coierunt membra tenaci;
Nec duo sunt, sed forma duplex: nec fœmina dici,
Nec puer vt possit: neutrúmque & vtrumque videtur. &c.

Monstra poëtica.

Sic noti sunt è poëtarum fabulis, Briareus, quem quinquaginta ventres & centum brachia habuisse fingit Homerus: item centimanus Tiphœus, & centimanus Gyges: item Geryon tricorpor, idémque τριφάλλιος· item Tityus ille immanis nouem iugeribus distractus: itémque is qui

Centum luminibus cinctum caput Argus habebat.

Minotauri origo.

item Scylla illa latrantibus inguina monstris horrida. Item Minotaurus ille Pasiphaës è tauro fœtus: de qua Martialis,

Iunctam Pasiphaën Dictæo credite tauro. &c.

& Virgilius 6.

Hic crudelis amor tauri, suppostáque furto
Pasiphaë, mixtúmque genus, proléſque biformis,
Minotaurus inest, Veneris monumenta nefanda.

& quæ sequuntur ibidem plura. Sed fabulas missas faciamus, atque ad rem veniamus.

Digitized by Google

igitur hoc modo dicuntur monstra, partim quòd forma prodeant multimembri, scilicet multis pedibus, aut multis capitibus. Sed profectò rationes monstrorum & oblæsorum animalium propinquæ & similes inter se quodammodo sunt, monstrum enim, oblæsio quædam est.

Monstrum quid.

EX DEMOCR.

Monstri caussa.

DEMOCRITVS verò monstra fieri ea caussa scribit, quòd duo subeunt semina, alterum antè, alterum postea: quæ cùm in vtero confundantur, euenit vt membra coalescant atque dissideant. Quod homini rarò, & ijs locis quibus mulieres præfœcundæ sunt, magis euenit, vt in Ægypto. sic & in multiparis frequenter. Nam deesse aut superesse quicquam, monstrosum est: quæ res est præter naturam. Verumtamen idem Arist. cap. 28. lib. 8. histor. animal. aliò caussam monstrorum videtur retulisse, prouerbium secutus, Semper aliquid noui Africam afferre: Facit enim (inquit) illius situs aquarum penuria, vt feræ eôdem concurrant bibendi caussâ. quoquidem loco etiam quæ alienigenæ sunt, coëunt & generant. quorum tempora eadem ferendi vteri sint, & magnitudines non multò inter se discrepent. Redduntur mitiores inter se desiderio fluuij: nam & contrà quàm cætera, potum quærunt: tempore enim hyberno, magis quàm æstiuo. insuetum namque his est bibere æstate, propterea quòd imbres fieri per id tempus non soleant. & mures quidem cùm biberint, moriuntur. Sed & alibi coïtu alienigenarum procreari apertum est: vt in Cyrenensi agro lupi cum canibus coëunt: & Laconici canes ex vulpe & cane generantur. Indicos etiam canes ex tigride & cane gigni confirmant: verùm non statim, sed tertio coïtu; primò enim belluinos adhuc catulos procreari aiunt. alligantur canes locis desertis, & nisi bellua incensa libidine sit, sæpe lacerantur. quod idem repetit cap. 5. lib. 2. de genera. animalium. sic breuiùs & contractiùs, Adhæc quod de Aphrica in prouerbio est, Semper aliquid noui Aphricam afferre, propterea dicitur, quòd diuersa etiam genera coeant. nam ob aquæ penuriam terræ illius, vel alienigena libidine copulantur, cùm in loca paucissima rigua congregentur. Hinc dependet probl. 60. sect. 11. Cur monstra paruæ quadrupedes pariunt, homo autem grandéique animantes omnes minùs, vt equi & asini? An quòd paruæ, vt canes, sues, capræ, oues, longè sunt fœcundiores, quàm grandes? illarum enim aliæ omnino singulos pariunt, aliæ magna ex parte. Monstra autem tum confici solent, cùm plura semina inter sese cohæresc unt confunduntúrque, vel cùm prodeunt ex mare, vel cùm se in fœmina permiscent: vnde aues etiam monstra edere possunt. oua namque vitello pariunt geminato. monstrum autem ex geminatis illis consistit, quorum vitelli nulla interiecta membrana distinguuntur. exempla autem & demonstratio talium euentuum ex cap. 4. lib. 4. de generat. animal. repetenda est, quo ex loco huius problematis deprompta est & caussa & origo.

Monstri caussa.

Prouerb.

Africa cur monstrorũ ferax.

Animalia mixti generis & exempla.

Monstraque magis pariant.

Monstrorum caussa.

Volucres monstrificæ vnde.

EX PLINIO.

PLINIVS post Arist. mira de monstris narrat à variis quidem authoribus accepta, & varijs locis libríque inserta. libro enim 6. cap. 30. de Æthiopia loquens; Animalium hominúmque effigies monstriferos circa extremitates eius gigni minimè mirum, artifici ad formanda corpora effigiésque cælandas mobilitate ignea. Ferunt certè ab orientis parte intima gentes esse sine naribus, æquali totius oris planitie. alias superiore libro orbas: alias sine linguis. pars etiam ore concreto, & naribus carens, vno tantùm foramine spirat, potúmque calamis auenæ trahit, & grana eiusdem auenæ sponte prouenientis ad vescendum. quibusdam pro sermone nutus motúsq. membrorum est. vbi & de Pygmæis. & sequentis lib. 7. cap. 3. Gignuntur & vtriusque sexus, quos hermaphroditos vocamus, olim Androgynos vocatos, & in prodigijs habitos, nunc verò in delicijs. Alcippe elephantum: & serpentem peperit inter initia Marsici belli ancilla. quanquam id inter ostenta est. Multiformes pluribus modis inter monstra partus eduntur. Claudius Cæsar scribit Hippocentaurum in Thessalia natum, eodem die interijsse. & nos principatu eius allatum illi ex Ægypto in melle vidimus. Est inter exempla, in vterum protinus reuersus infans Sagunti, quo anno ab Annibale deleta est. idem lib. 11. cap. 43. Digiti quibusdam in manibus seni: M. Curiatij ex patritia gente filias duas ob id Sedigitas appellatas accepi: Volcarium Sedigitum illustrem in poëtica. Sed permira sunt, quæ deinceps recensebo ex eodem Plinio lib. 7. cap. 2. primùm ex Duri, Indorum quosdam cum feris coïre, mixtósque & semiferos esse partus. In Calingis eiusdem Indiæ gente, quinquennes concipere fœminas, octauum vitæ annum non excedere. Et alibi cauda villosa homines nasci pernicitatis eximiæ: alios auribus totos contegi. Idem de Scythia loquens ibidem, ex Herodoto prodit Arimaspos ad septentrionem populos, vno oculo in fronte media insignes, quales poëtæ finxerunt Cyclopas. In conualle magna Imaï montis, syluestris Anthropophagos viuere homines auersis post crura plantis, eximiæ velocitatis, passim cum feris vagantes. In monte cui nomen est Milo, homines esse auersis plantis, octonos digitos in singulis pedibus habentes, author est Megasthenes de India loquens, & Æthiopia, miraculis scatente vtraque. sed cætera ab hoc instituto diuersa prætereo. In multis montibus genus hominum capitibus caninis, ferarum pellibus velari, pro voce latratum edere, vnguibus armatum, venatu & aucupio vesci, Ctesias scribit. Item hominum genus, qui Monosceli vocarentur, singulis cruribus, miræ pernicitatis ad saltum, eosdémque Sciopodas vocari, quòd in maiore æstu humi iacentes resupini, vmbra se pedum protegant;

Monstrorum varia exempla formaque.

Hermaphroditorũ natura.

Alia monstrorũ exempla

Antea prodigij historiã virginis cũ dracone congressa.

Alia monstrorũ exempla, & figura.

Sic Angli caudatos perhibent.

Rursus ab his occidentem versus, quosdam sine ceruice, oculos in humeris habentes. Sunt
Satyri. & Satyri subsolanis Indorum montibus, per-
De his ex Pausania & Plutarcho nos in comment. in artem poeticæ Hor. nicissimum animal (de quo alibi ex D. Hieronymo in vita Pauli eremitæ) tum quadrupedes, tum rectà currentes, humana effigie. Choromandarum gentem vocat Tauron sylvestrem sine voce, stridioris horrendi, hirtis corporibus, oculis glaucis, dentibus caninis. Eudoxus in meridianis Indiæ viris plantas esse cubitales, fœminis adeo paruas, vt Struthopodes appellentur. Megasthenes gentem inter Nomadas Indos narium loco foramina tantùm habentem, anguium modo, loripedé, vocari Syricas. Ad extremos fines Indiæ ab oriente circa fontem Gangis, Astomorum gentem sine ore, corpore toto hirtam, vestiri frondium lanugine, habitu tantùm viuentem, & odore quem naribus trahant. mox de Pygmæis ternos dodrantes
Pygmæi. longis, gruum infestis hostibus, ex Homero atque Aristote. sed de istis nunc satis: alibi plura forsan adijcientur.

Hæc atque talia ex hominum genere ludibria sibi, nobis autem miracula, ingeniosa fecit natura. & singula quidem quæ facit in dies, ac
Monstra ex concubitu dæmonum. propè in horas, quis enumerare valeat? Omnia tamen omnis ævi monstra supurant, quæ ferè nostra, aut parentum nostrorum ætate prodierunt, nonnulla ex incubo aut succubo dæmone, alia alijs modis, opinor, non sine diuina vindicta, vlciscente in liberis aut prole, parentum scelera facinoráque. Extat vnus aut alter liber de monstris speciatim editus: ac de portentis pridem Iulius Obsequens libellum scripsit infinitis partubus monstrotis plenum: quos omnes referre piget, ob prolixitatem: nisi fortè pauca exempla subijcio. M. Marcello & P. Sulpitio
Alia exempla monstrifici partus. Coss. Theani Sidicini puer cum quatuor manibus & totidem pedibus natus. T. Gracchо & M. Iuuentio Coss. Cere porcus humanis manibus & pedibus nàtus: & pueri quadrupedes & quadrumanes nati (vidi Lutetiæ puellam suillis natam manuum pedúmque articulis) M. Æmilio & C. Hostilio Mancino Coss. Exquilijs equuleus cum quinque pedibus natus. L. Furio & Attilio Sarrano Coss. puer ex ancilla quatuor pedibus, manibus, oculis, auribus, & duplici obscœno natus. Seruio Flacco & Qu. Calpurnio Coss. Romæ puer solidus, posteriore
Androgyni olim velut omnes in flumen conijci solebãt. naturæ parte genitus. P. Aphricano & C. Fulvio Coss. puella quadrupes nata. in agro Ferentino Androgynus natus, & in flumen deiectus: aliàs in mare frequenter, ibidem. Saturæ vitulus biceps natus. C. Mario & C. Flacco Coss. in Lucanis duo agni equinis pedibus nati, alter siminino capite. P. Crasso & Qu. Scævola Coss. puer tribus manibus totidémque pedibus natus. C. Lælio & L. Domitio Coss. puella biceps, quadripes, quadrimana, gemina femine à natura, mortua nata. C. Claudio & M. Perpenna Coss. puer ex ancilla natus sine foramine naturæ, quo humor emittitur. mulier duplici natura inuenta. Aretij duo androgyni inuenti. pullus gallinaceus quadripes natus (talem & Arist. retulit cap. 4. lib. 4. genera. animalium)

A Plura alibunde exempla repetes, tum ex scriptis & editis libris plurimorum, tum ex hominum rumore & relatu ex inspectione frequenti. Circumfertur lepidus de monstris libellus authore P. Boaistau Gallo: à cuius lectione & picturata inspectione, censeo vt mulieres præsertim grauidæ abstineant, aut quæ in legitimo matrimonio liberis dant operam: ne hausta inde longè deformissimam & monstrosissimam *N. admonitio ad prægnantes.* ex inani pictura imaginem effigiémque, animo & menti repositam atque reconditam, in ipso conceptu aut mariti complexu sibi fortè & imaginationi fluxæ repræsentantes, pro
B parta formoso elegantique, monstrum horrendum & visu terrificum (quod nonnullis incautis accidisse legimus) in vtero sibi informent, statóque tempore edant, triste parentum infortunium, populi ludibrium, ciuibus portentum aut prodigium exitiale & calamitosum futurum.

DE LACTE,

CAP. IX. *Sine liber vnus.*

C DE semine multa diximus, plura consultò omisimus, hæc sufficere rati in præsens: cùm & de partibus genitalibus longè plurima suo loco, propter earum dignitatem, præstantiam, necessitatem, naturæ solertiam in ijsdem fabricandis, à nobis dicta sint. Nunc autem *Lacteus succus ad sanguinem emendatior, vt ad effectum.* ad affinem humorem deuoluimur, de lacte breuiùs multò tractaturi: quodquidem illi ferè colore simile, generatione propinquum, vsu suppar esse nouimus. Illud enim nos genuit & effinxit: hoc autem nos nuper genitos alit ac sustinet: vtrumque velut sanguen album seu dealbatum: illud in epididymide & vasis spermaticis an fractuosis, vi & calore testium elaboratum, & de sanguine rubro in album conuersum
D ac demutatum: hoc autem in glandulis mammarum pariter è sanguine allabente genitum, & solidis partibus ipsum alterantibus ac demutantibus assimilatum. Scitum est enim & à nobis iam antè demonstratum, mammarias dictas *Lacteæ venæ, & arteriæ vteri cum mammis sympathia.* venas per totam vberum substantiam traiectas, deinceps ex se succulos vmbilicum versus per musculos abdominis demittere. ac velut cognatis sibi venis epigastricis ab vtero ascendentibus obuiàm ire. ita vt his ductibus sanguis vtrò citróque commeet, & natura modò sursum ab vtero sanguinem fortè vt menstruum
E traducat & eructet, modò à mammis deorsum abundantem sanguinem per eosdem canales deponat. Ita vt largè fluentibus menstruis, aut embryo suum alimentum in vtero materno depascente (intus enim sanguine materno, foris *Lacti obstat in mammis quid probatur.* lacte sucto infans alitur, eodem nempe, licet discolori alimento) lacte distendi mammæ nequeant: aut his lacte distentis, & ab infante *Menstrua & Lac non possint simul abundare.* sucto assiduo lactendo & lallando exhaustis, menstrua pro ratione fluere nequeant. Hæc enim est illa vteri cum mammis communio atque sympathia, de qua tam crebrò ap.ad

Vteri cum mamm. simpathia.

medicos dici audio, & quam qualémque antea designaui. Quæ res (ait Hipp. lib. 2. epidem.) commonefacit nos communionis pectorum, mammarum, genituræ, vocis. de cæteris enim alibi.

Atque hæc breuiter præfati, ad authoritates nostro more conuertimur: vbi id modò breuiter attigero; Lactis nomen mihi de Græco defluxum videri, nempe ἀπὸ τῆ γάλακτος. Græci autem γάλα dixerunt, vnius fortasse mutatione literæ, quasi καλὰ, ἀφ' ὧ τὸ καλὸν ἔπαι τὸ γάλα εἰς ἀπαντᾶς, quòd in alimoniam vtile sit lac & commodum. Nisi sanè à laciendo lac dictum mauis, quòd illud sibi infantes ore sugendo alliciant, eiusdémque suauitate & bonitate & necessitate alliciantur. siue quòd in osculum, illud sibi pelliciant (simplex enim ipsum verbum infrequens est & exoletum) Quibus autem alimentis lac vber generetur, ex ijs quæ de semine diximus, potuisti iam antè colligere, ob vtriusque inter se naturæ affinitatem: Nempe cibis & potionibus vim calfaciendi & humectandi habentibus, & copiosum sanguinem (cuius temperamento ambo respondent calido humidóque) vtriusque materiam primam generantibus ac procreantibus: multi denique & solidi nutrimenti, miniméque excrementitij, aliquantulum tamen flatulenti, miniméque frigidi aut sicci, quibus vtrumque sterilescere & velut fraoescere consueuit.

Lac vnde dicatur, ita γάλα.

Lac & semen quibus cibis ingeneretur, vel nonnatur.

Sed venio ad proceres tum medicinæ, tum philosophiæ mihi familiares. qui si aliquid dixerint veritati minùs consentaneum, si à nobis benevolè & candidè moneantur, æquo ferent animo ipsi illi veritatis optimi indagatores.

EX HIPP.

Lac quomodo generetur, & quando.

HIPPOCRATES primus lactis generationem istam in medium protulit, & similitudine familiari, licet minimè necessaria exornauit lib. de natura pueri. Quum fœtus mouetur, tunc sanè lac indicationem sui, matri præbet: mammæ enim attolluntur, & papillæ gliscunt ac turgent. lac verò non prodit: & in mulieribus densam carnem habentibus lac posteriùs significationem de se præbet ac prodit: in raram verò carnem habentibus, priùs. Lac autem ob huiusmodi necessitatem fit. Quum vteri tumidi præ puero sunt, ventrem mulieris comprimunt: eius autem pleni vbi compressio contigerit, pinguissimum de cibis ac potibus foràs prosilit in omentum ac carnem. Quemadmodum siquis corium illinat multo oleo, & imbibere permittat: & vbi imbibit, corium ipsum premat, oleum vtique exilierit foràs ex corio compresso. Sic etiam si venter pinguitudinem in se habeat à cibis ac potibus, comprimatúrque ab vteris, pinguitudo prosilit in omentum ac carnem. & si raræ carnis mulier fuerit, citiùs percipit eius persultationem: si non, posteriùs. Deinde à pinguitudine calfacta ac alba existente, quod edulcatum est à caliditate, quæ ab vteris accessit, expressum venit in mammas: & in vteros quoque parum venit per easdem venas. Tendunt enim & in mammas & in vteros venulæ hæ, & consimiles aliæ. & vbi peruenerit in vteros de lacte, puer ipso paululùm fruitur. quod tamen an verum sit, iam antè excussimus, & in hac posteriore assertione Hippocratem cum ratione improbauimus. Mammæ verò susceptо lacte implentur & impletæ attolluntur. & vbi peperit mulier, principio motus facto, lac in mammas ipsas procedit, si lactauerit. sic enim res habet: Dum mammæ lactant ac exuguntur, venulæ in mammas ampliores fiunt: ampliores autem factæ, à ventre pinguitudinem trahentes, in mammas distribuunt.

à simili.

Lac de pinguitudine qui fiat, & quibus vesa.

N. contra Hipp. quod embrio non alatur lacte.

Sectio infantis lac prolicis & mammæ.

Enimuerò, ô præceptor bone Hippocr. ego verò de adipe aut pinguedine in mammas resudante lac fieri non autumo: sed de syncero sanguine nondum vspiam commutato, verùm in vberibus primam sui mutationem de rubido in albidum colorem nanciscente, ob partium similarium & glandosarum idipsum alterantium ac sibi assimilantium proprietatem. vis enim agendi à partibus similaribus est, solidísque. Neque verò in grauidis & prægnantibus modò lac gignitur, velut tumore alui idipsum in mammas spongiosas eructante & exprimente: sed etiam multis post partum mensibus, imò & annis. cùm & vetulis diu multúmque mulgendo, incalfactis papillis, lac sæpe extillet, vt Aristot. tradit cap. 20. lib. 3. histor. animal. & cap. 12. lib. 1. cùm adeo etiam (quamuis rarum & insolens) homini ipsi siue mari grandæuo, eadem opera atque industria lac ex vberibus emulgeri constet, & antè ex eodem Aristot. sit probatum, & mox repetendum ex cap. 12. lib. 1. histor. animal. Sed demus hoc antiquitati, demus hoc illi, qui nobis tot bona dedit optimus in medicina & fœcundissimus author. Iuuat autem ex illo breuiter repetere, quæ antea suo loco protulimus ex lib. de glandulis: Quin & glandulæ in pectoribus, mammæ appellantur, & attolluntur, ac lac faciunt, aliquibus verò lac non faciunt. & faciunt quidem lac mulieres, viri verò non faciunt. mulieribus enim rara est glandularum natura, quemadmodum etiam reliquum corpus rarum habent: & alimentum quod in se trahunt, in lac permutant. Et ab vtero accedit ad mammas, quod post partum puero cessurum est in alimentum: quod ipsum sanè exprimit ac sursum mittit omentum, ad supernas partes ab ipso fœtu coarctatum. vbi mox de virorum densitate raritati muliebri oppositа: de qua aliàs. Idem verò lib. de natura pueri; Modicus sanguis à iuuenculis ac nouellis matribus procedit. vt plurimùm verò contingit tales mulieres etiam sine lacte esse, quæ paucos menses demittunt: ficciores enim sunt, & densiorem carnem habent:

N. contra Hipp. de lactis generatione.

Vis agendi in partibus, unde.

Lac in vetulis, quibusdam in mensibus.

Mammarum compositio, & vsus, & lactis generatio.

Famina rarum corpus, viri densum.

Idem rursus author (fortassis enim non ille magnus Hippocrates, sed aut Polybus, aut Hippocrate illo iunior aliquis, & vt ætate, sic sapientia inferior) demonstrationi illi de

Mulieres quæ lacte & mensibus abundant, quæ non.

lactis generatione nuper citatæ, ita deinceps subijcit alio libro de morb. muliebribus 1. Lac (inquit) quomodo fiat, dictum est à me in natura pueri in partu. postquàm autẽ prægnans fuerit mulier, menses non valdè prodeunt, præterquàm quibusdam pauci. dulcissimus enim humor ex cibis ac potibus ad mammas vertitur ac exugitur. & necesse est etiam reliquum corpus magis euacuari, & minùs sanguine plenum fieri. atque hoc ita contingit. Sunt autem quæ natura sine lacte sunt, & quibus lac deficit ante tempus. hæ verò naturâ solidæ sunt & densæ carnis: & propterea sufficiens humor non penetrat à ventre in mammas, cùm via sit densa. & de morbis lib. 4. Lac in nutrice impurum fit, si pituitosis cibis ac potibus & alimẽtis impuris nutrix vtatur. conferunt enim omnia in ventriculum illabentia in ipsa ad lac. consentiũt enim corpus & ventriculus. &c. idẽ lib. de alimento; Lac & sanguis, alimenti sunt redundantia. Circuitus ad multa cõsoni sunt, ad fœtum eiúsque alimentum. Rursum autem sursum repit in lac, & in alimentum, & ad infantem. Idem verò lib. de natura muliebri, lactis generationi contraria profitetur acria, acida, salsa, & cruda olera omnia. his autem contraria lac procreare, vt fœniculum, porrum, brassicam, raphanum, nasturtium, butyrum, bullos, vinum, caseum, hordeum, fabas, iuniperi baccas. quod ijsdẽ verbis lib. 1. de morbis muliebr. repetit. Idem de lacte aliquot aphorismis egit: vt lib. 5. aph. 37. & 38. Mulieri vterum gestanti si altera mãma gracilis fiat, gemellos gestans alterum abortit. & siquidem dextera gracilis fiat, masculum: si verò sinistra, fœmellã. & aph. 39. Si mulier quæ neque prægnans est, neque peperit, lac habet, menses ipsius defecerunt. & 40. Mulieribus quibuscumque ad mãmas sanguis colligitur, insaniam significat. & aph. 52. Mulieri vterum gestanti si multum lac ex mammis fluat, debilem fœtum significat: si verò solidæ fuerint mammæ, sanioremfœtum significant. & 53. Quæ corruptura sunt fœtus, his mammæ graciles fiunt: si verò rursus duræ fiant, dolor erit aut in mammis, aut in oculis, aut in genibus, & non corrumpunt. & aph. 64. Lac dare caput dolentibus, malum. &c. vbi & de tabidis. Quibus omnibus non lac vtique nutricis, sed aliud quadrupedis alicuius dari intelligit, vt fortè asininũ, caprinum, bubulum (quæ tria post fœmineum facilè primas tenent) de quibus dicere nunc minimè instituti, de muliebri solo tractaturus, quod nullo non tempore infanti potest prodesse & sano & ægro: quippe quo nullum ipsi magis familiare magísque conueniens natura prouidit alimentum: præsertim si mater quæ genuit, eadem & nutricandi demandatam sibi à natura prouinciam non defugit: quod aliàs Catonis ex Plutarcho autoritate commendaui, producta etiam insigni illa disceptatione ex A. Gellio cap. 1. lib. 2. ad quam te nunc remitto, hac modò similitudine huc translata. Sed nihil interest, dum alatur & viuat, cuius id lacte fiat. Cur igitur iste qui hoc dicit, si in capessendis naturæ sensibus tam obsurduit, non id quoque nihil interesse putat,

Lac qui generetur in prægnãtib.

Fœmine que lacte abundãt aut deficiant.

Lac nutricis vnde impurum.

Lac è sanguine, qui.

Lac ligenerando quæ aduersentur aut prosint.

Iudicia ab ortu è mãma.

Lac è menstruo defectu.

Infania à lacte, quæ.

Fœtus indicia è mãmis ad sanitatẽ matris, tum fœtus.

Lac quibus obsit, prosit.

Lactis potissima genera.

Lac infanti cõpetit alimentũ, quomodo.

Mater nec dũ fit nutrix.

Infans quo alatur lacte interest.

A cuius in corpore, cuiúsque ex sanguine concretus homo & coalitus sit? An qui à spiritu multo & calore exalbuit, non idem sanguis est nunc in vberibus, qui in vtero fuit? Nonne hac quoque in re solertia naturæ euidens est, quòd posteaquàm sanguis ille opifex in penetralibus suis omne corpus hominis finxit, aduentante iam partus tempore, in supernas se partes profert, & ad fouenda vitæ atque lucis rudimenta præsto est, & recens natis notum & familiarem victum offert? Quamobrem non frustrà creditum est, sicuti valeat ad fingendas animi atque corporis similitudines, vis & natura similis: non secùs ad eandem rem lactis quoque B ingenia & proprietates valere. hæc ille & plura adeo non inuenustè.

Lac è sanguine, quæ fiat.

Naturæ solertia.

Lactis vis miũ ad animi mores.

EX ARISTOTELE.

DE lacte porrò nescio an aliquid Plato, sanè multa & præclara scripsit Aristoteles, quæ nunc excutere placet. Ille igitur lib. 4. cap. 8. generat. animal. Lac autem fit ijs fœminis, quæ animal intra se generant. quod vtile partus tempore est. natura enim id alimenti gratiâ externi animalibus parauit, vt nec deesset tempore debito, neque vltra id tempus C superesset. quod ita planè euenire videmus, nisi quid præter naturam acciderit. Lac mulierum cùm ante septimum mensem inutile sit, vtile iam septimo redditur mense. Causa necessitatis propria, concoctio lactis temporibus vltimis habetur. principio enim decessio huiusce modi excrementi absumitur in fœtus generationem. omnibus autem alimento est, quod dulcissimum & coctissimum sit. Itaque sublata hac facultate, reliquum salsum maléque sapidum esse necesse est. sed cùm fœtus magis magísque perficiatur, plus excrementi supereST: minus absumitur, idque dulcius est, cùm non D æquè detrahatur, quod bene concoctum sit. Non enim insuper ad fœtus informationem consumitur, sed ad incrementum mediocre: quasi iam fœtus constet adeptus finem suum. est enim & conceptus, perfectio. Colligitur lac parte superiore corporis, & mammis, propter ordinem primæ originalísque constitutions. Præcipua enim pars animalis, quæ supra septum est: inferior verò ad cibum & excrementum accommodata est. &c. sic idem cap. 5. lib. 7. histor. animal. Lac quod ante septimum mensem contractum est, inutile est: E sed simul infans natalis est, & lac esse vtile incipit: priùs etiam falsum est, vt pecoris. sic rursus idem cap. 20. lib. 3. histor. animalium. Mammæ datæ sunt ijs quæ animal intra se concipiunt, & in lucem edunt. Nulli ferè animalium lac fieri solet, antè quàm vterum ferat: nec dum ferunt, vtile omne est, sed primum nouissimúmque inutile. Non prægnantibus aliquando, sed rarò, edulijs quibusdam efficitur vt lactescant. Etiam quibusdam mulieribus natu maioribus, fluctu frequentiore lac prodijt, & copia tanta, vt infantem nutrire potuerit. Maribus magna ex parte nec bestijs, nec homi-

Lac quãdo mulieri vtile, & quando.

Embryonis alimentum, quale.

Lactis vsus, & generatio usque ad finem.

Conceptus quid.

Lac quod non vtile.

Lac quãdo fiat.

Lac etiam in vetulis, rarò in maribus.

Digitized by Google

nibus gignitur lac. fieri tamen potest, vt aliquibus interdum gignatur. Nam & in Lemno insula capro ex mammis, quas geminas iuxta genitale gerit, tantum lactis emulgebatur, vt colostra inde conficerent. sed hæc ostentis annumeranda potiùs ducunt: & eò poëtæ paræmia respexit in bucol.

Lacte capro.

Atque idem iungat vulpes, & mulgeat hircos.

Proverb.

At idem lib.1. cap.12. histor. animal. Mammis laxior contextus corporis est, iuncta papilla, per quam fœminis lac transmissum elicitur. In maribus etiã lac fieri potest: verùm caro ijs spissa, mulieribus fungosa foraminulẽtáque est. idem cap.11.lib.7. histor. animal. Post partum purgationésque, lactis copia excitatur, & nonnullis effluit non solùm de papillis, sed etiam passim per vbera, aliquibus etiam per alas: edurántq. in posterũ globuli, quoties humor non coquatur, nec exeat, sed redũdet. Seruatur lac, donec mulier concipiat, tum desinit, atq. extinguitur, tam in homine, quàm in quadrupedum viuiparo genere. Quamdiu lac emanat, purgationes magna ex parte nõ fiunt: magna (inquã) ex parte: quoniam iam quibusdam lactantibus facta purgatio est. Sed enim natura ita fert, ne humor locis pluribus simul erumpere soleat. idẽ cap.7. li.2. part. anim. Lac & semẽ inter postgenitos humores, & cibi excrementa numerat: & hoc quidẽ, generationis principium: illud autẽ, generationis gratiã institutum. Sed qua ratione semen, excrementum esse improbaui, eadẽ etiam & lac pro excremento habendum potest improbari. Cùm vtrumq. sit alimẽtum primum earum partium, à quibus demutatur: quicquid autem supersit, alijs vsibus secundariò destinatum. qualiter de sanguine diximus, primùm ab hepate in alimoniam propriam genito: deinde ex abundanti, etiam alijs partibus cõmunicando. Vtrumque inter partes similares refertur cap.2. lib.2. part. animal. Quanquã reuera lac, vt sanguis, diuersis constat partibus, vel saltẽ tribus, butyro nempe, caseo, & sero: quibus quarta pars addere portionem illam, quæ butyro concreto supersit: vt quaternis in sanguine humoribus respondeant, & quatuor elementis. Porrò de victu & institutione puerorum est cap.17. lib.7. politicorum, vbi & de lactis nutrimento tenellis corporibus maximè proprio, vt & D. Paulus alludebat 1. Corinth. 3. ac de institutione puerili deinceps lib.8. politic. qua de re potiùs alibi.

Mammarũ natura.

Lac quando fiat, & vnde effluat.

Conceptio lac extinguit.

Lac & mẽ. fœ. non simul respondent, nisi nerò.

Lactis & seminis affinitas, vsúsque.

N. contra Arist. quòd lac & semen nõ sint excremẽta.

Pars quæq. sibi elaborat alimentum, & alia reliquæ. Ab exẽplo. Lac & sanguis sunt dissimilaria, quã.

EX PLINIO.

PLINIVS Aristoteli velut magistro subijciendus discipulus, sic lib.28. cap.9. Vtilissimum lac cuique maternum. Concipere nutrices exitiosum est: hi sunt enim infantes, qui colostrati appellantur, densato lacte in caseĩ speciem. Maximè autem lac alit humanum, mox caprinum. &c. Sed ad Arist. deinceps propiùs ex cap.41. lib.11. Mulieri ante septimum mensem profusum lac inutile. ab eo mense, quòd vitalis est partus, salubre. plerisque autem totis mammis, atque etiam alarum sinus fluit. &c. ex eodem authore, post Hipp. & Arist. quæ lac augeant, vel extinguant, poteris colligere. Sed

Lac maternum

Colostrati pueri qui, & vnde.

Lac mulieri quando vtile, & quã præstet.

A hoc ex eodem prodigiosum; In Ponto homines lacte equino ali, eóque nigro. Vt minùs miret Herodotum Æthiopibus semen nigrum effinxisse, qua de re antehàc suo loco. ac de lacte brutorum, eiúsque differentia & natura aliàs.

Lac equinũ alit homines.

Lac nigrũ, merum.

EX GALENO.

VERVM autem postremò ad Galenum lactis naturam omnium optimè describentem libris quidem variis. sic enim lib.1. de sanit. tu. Pueris quibus ætas secundùm naturam, id maximè est vtile, quod planè est simillimum. quæ enim corpora secundùm naturam se habent ijs seruari custodiríque suum habitum decet. Ac B seruatur quidem similibus vnumquodque, alteratur contrarijs. Pueri igitur calidi humidi eo cibo potionéque nutriendi, qui humidæ quam maximè naturæ sunt. Ad hunc modum & natura ipsa pueris consuluit, & lac matris in humentis alimenti vsum præparauit. Atque optimum quidem est etiam reliquis fortasse omnibus infantibus ipsum lac matris, modò nullo morbo sit corruptum: maximè verò ei, qui optimo est temperamento: quippe cuius maternum non corpus modò totum, sed etiam lac à vitio esse alienum non sit absimile. Ac sanguine quidẽ, dum adhuc in vtero gestamur, alimur constat. ex sanguine verò lac gignitur, exiguam C in mamillis mutationem adeptum. Quare qui matris lacte pueri aluntur, ij iam non solùm consueto, verumetiam maximè proprio vtuntur alimento. Videtur autem non modò nutrimẽtum id natura infantibus præparasse, verùmetiam facultates quasdam naturales, quibus eo vtuntur, ab initio protinus cõtulisse: quando si modò natis papillam statim in os inseras, & sugunt lac ipsum, & deglutiũt prõptissimè. Quin ficubi fortè offenduntur plorántve, non minimum ijs doloris lenimen est nutricis papilla ori indita. vbi & de cæteris infantum oblectamen- D tis & dolorum remedijs, & tota puerili institutione, nutricísq. victu & vitæ instituto, tibi per otium recõgnoscendo. vnde tamen hoc breuiter sic habeto; Lac nutricis optimũ, gustu, odoratu, visu explorandum: atque id quidẽ gustanti olfacientíque planè suaue, intuenti candidum, æquatile, ac liquidi crassíque mediũ apparebit. Quod vitiosum est, è diuerso aut crassum & caseosum, aut liquidum & serosum ac liuidum, tum consistentia ipsa coloréque inæquabile videbitur. idẽ gustantibus amaroré, aut salsedinẽ, aut qualitatem quãpiam extraneam exhibebit: tale verò nec olfacienti suaue erit. atque lactis E muliebris probi improbíque hæc sunto indicia, fortè etiam aliorum animantium lacti communia, quæ tamen nunc minimè speculemur.

Natura docuit infantes sugere.

Lactis boni notæ, & contrà.

Idem Gal. ad finem lib.7. de vsu partium, Posteaquàm lac vltimi alimenti est superfluum; iure optimo quibus animantibus in cornua ac dentium magnitudinem, iubam, & si quid aliud eiusdem generis est, in partibus superioribus copia superfluorum absumebatur, in his quidem ad thoracem non poterat aliud aceruari vtile excrementum. vnde ad ventrem eorum, natura mammas ex thorace deduxit: quibus-

Lac quid, & vnde.

Mãmarum in mulieribus & alijs, situs ratio, itémque numeri.

Digitized by Google

dam autem ad imas adeo totius ventris partes depressit, vt posterioribus cruribus sint proximæ, adhæc, fœcundis quidem multas, infœcundis autem binas effecit. Porrò quibus animalibus in partibus supernis superflui nihil absumitur, his in pectore ipsas collocauit. & si vnum aut duo concipiant, duas: sin verò plura, duas quidem in pectore, alias verò inferiùs adhibet. In homine verò mammæ pectori meritò inhærent, ob dictas alibi causas in partium solidarum historia, ex qua necesse est hîc quædam repetere. Quòd si lactis causâ mammæ extiterunt, eámque primam ac maximam animalibus præbent vtilitatem: lac autem, est cibus exactè confectus. in eo potissimùm loco constituere eas conueniebat, vbi facillimè simul & citissimè lactis copia perfectè elaborari potest consistere. Nam quis locus alius magis insito animantibus calore (cuius cor est fons) frui queat, quàm is qui in hominibus, mammis est destinatus? aut quæ pars alia magis quàm mammæ, sanguinem in venis atque arterijs priùs confectum recipit? de quibus nos quidem abundè antehàc: sicuti & de mammarum natura glandulosa, & crassis indumentis non dissimili, veluti cordis quodam tegumento ac munimento ornamentóque. Idem eiusdem operis lib. 14. cap. 4. At quòd mammis lac tunc accedit, quo tempore fœtus iam est absolutus, id dementi cuipiam fortunæ, non arti eximiæ ferant acceptum. quod si aliud nihil, id tamen solum cuius persuadere queat, factum fuisse artificiosè: cùm enim tenera adhuc sint atque imbecilla recens nata animalia, edulia solida nondum possiunt conficere. Ob eam certè causam natura, perinde ac si vtero adhuc gererentur, alimentum ex matre ipsis comparauit. ibidé mox cap. 8. Cùm tota conceptus tempore in communibus vasis, ceu promptuarijs quibusdam alimenti, aceruatum fœtus alimentum ea vasa attollit atque distendit & veluti exundat, locum in quem transferat sese, requirit: quem reperire non potest, nisi in pectore, in quod simul venæ distentæ ac grauatæ id immittunt. simul autem ventris totius moles, quæ propter conceptum ipsis incidit, ac premit, ad locum cedentem propellit. Ita igitur lac menstruo germanum esse ait Hipp. vbi & de venis vtero & mammis communibus, & de aphorismis Hipp. eandem in sententiam scriptis, & paulò antè à me citatis. Denique sub finem lib. 15. Homini verò alimentum quidem Natura lac comparauit: eadem autem die præstituta vtrumque duxit, in mammas scilicet eius quæ peperit, alimentum: ad nutrienda verò animalia, conatum ad huiusmodi succum capessendum. Nam siquis papillam mammæ ori infantis indiderit, cõfestim quidem eam suis labijs constringet: protinus autem buccis dilatatis succum attrahet: pòst autem curuata lingua in fauces propellet, perinde ac si id multo antè tempore didicisset. Inde autem stomachus in ventriculum deducit & ipse velut edoctus. deinde vẽtriculus vbi eo est vsus mittit intestinis quod sibi est superfluum. hæc autem deinceps sibi mutuò dispertiunt vsque ad postremũ. Sed enim idem Gal. lib. 10. simpl. medicam. facult. cap. 7. lactis generationem & dotes ita tradit: Igitur lac, probi lac sanissimũ, velut etiam sanguis, purum syncerúmque est, nec amaritudinis, nec acrimoniæ, aut aciditatis, aut salsedinis, aut fœtoris particeps, sed vt dixerit quispiam, bono odore præditum, aut odoris expers, aut certè exiguũ odorem bonum referens. clarum etiam est, id esse debere gustu suaue, pauculam habens dulcedinem, sicut & sanguis integræ sanitatis, ex quo & lacti constat generatio. vbi mox de vi & vsu lactis, vtendique modo. Maximè verò mulieris bene habitæ, & bonã victus rationem seruantis lacte vtendum (nam id humano corpori est familiarissimum) deinde aliorũ animalium, quæquidem ab humana natura non longissimè absunt: id quod scies ex carniũ odore: nam fastidiosus est & iniucũdus eorum quæ multum diuersam habent temperiem: non iniucundus autem est eorum, quæ non porrò absunt. Quocirca etiam homines docti experiẽtia, caprino, ouillo, bubulo, asinino q. vtuntur lacte. quorum postremũ tenue est, & plenum humoris serosi: velut bubulum crassum: caprinum consistentia medium. Porrò lac omne ex tribus constat essentijs, caseosa, serosa, pingi. Sed iuuat istam generationis similitudinem audire ex lib. 7. plac. Hipp. & Plat. Sic natura & semẽ & lac cùm velit exactè conficere, quamuis animali spiritu sint potestate longè inferiora, diuturnam illis in instrumentis cõcoctionis morã machinata est, neque iccirco semini, testibus annexũ an fractum, lacti, vasorum ad mammas tendentium longinquitatem præparauit. Qua eadem similitudine vsus fuerat lib. 16. de vsu part. subfinem: Lac enim ac semen ex sanguine exactè cocto generantur: coctionis autem perfectionem tempus moræ ac consuetudinis cum vase ferente ipsis tribuit. mora enim ex necessitate accidit in longioribus: longiora verò semper sunt, quæ à longinquo veniunt. Idem cap. 10. li. 5. de medicam. simpl. facult. sic coniunctim de vtroque: Lactis & seminis effectrices facultates sunt partim in medicamentis tantùm, partim in alimentis, in medicamentis, cùm succos pituitosos excalfacientes in sanguinem vertimus. in alimentis autem, secundùm substãtiæ totius similitudinem: vbi videlicet boni sunt succi, & humida ac tepida, calida, ceu ipsum lac, quod in medio pituitæ est & sanguinis in calore, propiùs ad sanguinem accedens. vbi mox aliquot deinceps capitibus de ijs quæ lac generant, aut abolent. Porrò Galenus aphorismos explicãs illos, quos ex lib. 5. aph. Hipp. citaui, multa in singulis de lacte notatu digna scribit cuique legenda & recognoscenda: ex quibus pauca ista mihi subduxisse fuit satis. ac primò ad aph. 37. Communes quædam venæ sunt mammis ac vteris, quæ vbi parum habuerint sanguinis, graciles quidem mammas reddũt: alimenti verò inopia nõnunquam fœtum perimunt, nonnunquam etiam ad excretionẽ (seu abortionem) excitãt, de qua alibi ex Hipp. lib. de natura pueri. & ad aph. 39. Hoc quidem commune est omnibus animalis parti-

Mammarũ vsus, & lac quid sit.

Lac cur in mãmis elaboretur, & quomodo.

Lac quando fiat, quisve in vsu.

Lactis officina, & cur ad mãmas confluat.

Lactis & menstruũ affinitas.

Infantis alimentum & naturale ingenium in fugendo lacte.

Embryon quomodo edoctus.

Lactis, probi nota.

Lac è sanguine.

Lactis dulcedo.

Lactis boni signa ex carne animalis.

Lac hominis similare quodammodo, ac differentia.

Lactis compositio.

Lac & sem. non quilibet generantur, & vbi.

Lac & semen vnde fiant, quo modo.

Lac & semen quæ procreent.

Lactis temperamẽtũ.

Venarum mammarum & vteri communes, quæ sint.

bus, quę aptæ ſunt humores aliquos vtiles generare aut ad vſum aliarum partium, aut ad generis propagationem, aut ad fœtus nutritionem, eſſe humorem illum, quandam veluti ſuperfluitatem alimenti partis ipſum generantis. Sic in mammis quidam ſunt adenes vim habentes id quod ad eos influat, ſibi ipſis aſſimilandi. Cùm ergo hi ſint exangues & albi, proprium efficiunt humorem, talem qualis eſt lac: eiuſque maiorem copiam, quò plus alimenti defertur ad ipſos. & ad aph. 40. Adenum natura, illorum præſertim qui in mammis ſunt, exanguis proculdubio eſt & frigida: omne enim exangue frigidum. atque ideo ſanguinem, qui defertur ad ipſos, ad frigidius commutat. Quanto enim adenes hi ſunt hepatis carne frigidiores, tanto lac ſanguine. Qui verò ad mammas defertur ſanguis, ad contrariam naturam alterari non poterit, ita vt lac fiat, tum propter ſeruorem, tum propter exuperantiam. ſed de hoc nunc quidem ſatis.

Partium excrementa ſunt alia alimenta.

Lac vbi gignatur, quove modo.

Lac cur frigidiuſculum, & à quo gignatur.

Lactis cum ſanguine comparatio.

Sanè quidem lac quòd ſit probi alimenti, & quòd laudabiles gignat humores, & quòd phthiſicis potiſſimùm conueniat, dictum Galeno ſæpe: ſecuti lactis tres omnes eſſe partes, caſeolam terreſtrem, ſubfrigidam; butyroſamque pinguem modicè calidam; & ſeroſam aerem; quam frigidam nominatim profitetur cap. 16. lib. 4. de ſimpl. medicam. facult. & tamen lac calidam & aerem qualitatem facultatémque à ſero habere ſcribit idem cap. 16. lib. 3. de alimont. facult. Quam poſteriorem ſecutus ſententiam Auicennas ſerum lactis calidum & aere venditat: cùm potiùs refrigeret ac detergeat, aluúmque tergendo blandè ſoluat. Cæterùm de lactis natura, qualitate, differentiis, & comparatione ad diuerſa animalia, vſu & effectis, alimenti bonitate aut vitio, legendus tibi Galenus eſt in libris de ſimpl. medicam. facultatib. & de aliment. & de cibis boni & mali ſucci, & libr. de ſanitate tuenda, & lib. therapeutikis. namque nos de ſolo lacte muliebri dicere inſtituimus, nobis familiari alimento, & humore cognato congenitóque. de quo licet plura à me dici poſſint, tamen his dictis acquieſcam, vt ad vltimum humorem, atque huic nuper tractato affinem tranſeam. vbi priùs allegoricum illud obiter ex Paulo ſubiiceto, 1. Corinth. 3. Tanquam paruulis in Chriſto, lac vobis potum dedi, non eſcam: nondum enim poteratis: ſed nec nunc quidem poteſtis: adhuc enim carnales eſtis. & Hebr. 5. Facti eſtis quibus lacte opus ſit, non ſolido cibo. Omnis enim qui lactis eſt particeps, expers eſt ſermonis iuſtitiæ: paruulus enim eſt. perfectorum autem eſt ſolidus cibus, eorum qui pro ipſa conſuetudine exercitatos habent ſenſus ad diſcretionem boni ac mali. Verùm theologica nunc relinquamus, atque id quod nunc inſtat, agamus. Vt tamen hoc obiter moneam, abarte & profeſſione medica ductas ſimilitudines plurimùm lucis tum aliis diſcipulis, tum illi ipſi artium magiſtræ theologiæ afferre: qua de re nos in noſtra medicinæ Apologia.

Lactis natura, & vſus, & partes, earumq. temperamentũ.

Gal. de ſero lactis diuerſa ſcribit.

Serũ lactis calidum an frigidum.

Similitudo à natura infantis.

Alia aliter prolata mutuantur à medicina.

DE MENSTRVIS ET LOCHIIS.

CAP. X. *Sine liber vtrius.*

EX humorum vniuerſorum humani corporis numero à me propoſito, & ex notatione Galeni poſt Praxagoram indicato potiùs quàm nominato; vnus mihi duóve ſuperſunt explicandi, & quidem coniunctim, quia licet nominibus diſtincti, re tamen ipſa naturâque & vſu tanquam vnus & idem humor cenſeri poteſt. vterque in muliebri ſexu proprius; non tamen omni ætati conueniens, neque accidens ab eo inſeparabile: ſed adultis & maritatis & puerperis vtique peculiare. Græci καταμήνια ἐμμηνία ἐπιμήνια ἐπιμήνια γυναικεῖα, & τὰ λοχεῖα vocant: Latini menſes ſeu menſtrua & lochia pari forma enuntiant. atque hæc quidem ἀπὸ τοῦ μηνός, quòd ex puerperio purgamenta ſint, nutriti intus embryonis reliquiæ, vt aliàs dixi, & poſthàc repetatur. illa demùm καθ' ἕκαστον μῆνα, quòd in menſem, vel quoto quóque menſe repetant ac recurrant. vnde cauillus natus eſt in ſexum muliebrem velut lunaticum, & Lunæ motui atque mutationi obnoxium.

Lochia vnde dicta, & quid.

Menſtrua cur dicantur Græcis & Latinis.

Mulier lunatica, quare.

Mulier igitur, eáque propè ſola inter omnes animantes fœmina (cæteris enim in pilos & tergus conſumitur, ſiquid eſt alimenti ſuperfluum) cùm degat otioſa & ſedentaria, nullo admodùm arduo exercita opere, nulla vehementi exercitatione agitata & commota, multis autem ſe ob ingluuiem & cupediam cibis omnigenis ingurgitet, neque perſpirabili cute diffletur: ob eas potiſſimas cauſſas plurimùm congerit ſanguinis: quo alimento ideoneo alitæ partes vniuerſæ, breui interuallo annorum, incrementum capiunt, vel adeo quàm in maribus multò celerius, anniſque pauciores. ſic enim noſter affirmat Hipp. & experientiæ ſuffragatur lib. de ſeptimeſtri fœtu; Similia in ſimili longius tempus ſunt, & tardiùs diſcernuntur, propter conſuetudinem & amicitiam. quanquam aliàs cùm à matre ſegregatæ fuerint, filiæ citiùs quàm filij pubeſcant, & ſapiant, ac ſeneſcant, propter corporum imbecillitatem, & victus rationem. Et quidem Hippocrati ſic Ariſtoteles ſubſcribit lib. 7. Hiſt. animal. cap. 3. Cùm fœtus in vtero formatur, fœmina tardiùs quàm mas perfectionem quarumcunque partium recipit, & ſæpius in decimum menſem quàm mas, protrahitur. Sed cùm in lucem prodierit, fœmina otyùs quàm mas & accreſcit, & ætate floret, & ſenectute maceratur. idem rurſum ſimiliter lib. 4. de genera. animal. cap. 6. Hæc eadem cauſſa eſt, ne fœmina ſimiliter atque mares perficiantur in genere hominum: quippe cùm & intra parentem fœmina tempore longiore conficiatur quàm mas: & vbi in lucem venerint, celeriùs fœminæ quàm mares perficiantur. Nam & pubes, & vigor, & ſenectus fœminis priùs venit, quàm maribus. Sunt enim fœminæ ſua natura debiliores frigidioréſque: & ſexum

Mulier cur menſtrualis.

Fœmina citiùs adoleſcit quàm mas, quamobrem.

Fœmina tardiùs formatur quàm mas, & ocyùs adoleſcit, atque ſeneſcit, & cauſſa.

Fœmina imperfecta.

fœmineum, quasi læsionem naturalem & detrimentum esse putandum est. Intus igitur tardè præ sua frigiditate discernuntur: hæc etenim discretio, concoctio est. calor autem concoquit, & quod calidius, id concoctu facilius est. Sed foris propter suam debilitatem citò ad ætatis florem senectutémque perueniunt. Etenim omnia minora vt in artis operibus, sic in natura citiùs ad finem deueniunt. sed de his etiam antehàc vspiam.

Discretio partium qui fiat.

Mulierin augmento causſa.

Iam verò vbi incrementum sistitur, ossáque iustam adepta longitudinem indurescunt, atque extendi porrò negant: fœminæ hoc superest, vt in latum & profundum inaugescat. quod illi facile est, & quotidie fieri cernimus: vt assiduè sese ingurgitans, velut cucumis aut cucurbita cepáve in ventrem extuberet. quod antequàm illi accidat, vbi alimenti plus accedit, quàm in augmentum consumi queat, quámque difflari ac dissipari triplici illo mihi olim dicto solenni effluuio possit: tum verò natura sagax & prouida quicquid superesse sentit, ad partes inferas velut ignobiliores detrudit, inque vterum multis & insignibus vasis contextum deponit. cui tam largæ sanguinis copiæ cùm impar sit vasculum, distentis hàc illàc per totam viciniam vasis omnibus veníque; tum demùm reserari harum orificia necesse est, & quidem potiùs ac tutiùs, quàm dirumpi frangíve. sicq. partem sanguinis superfluam, vel quantitate immodicam, vel qualitate vitiosam, certis ac statis temporum interuallis excernit: donec iusta reliqui portione, toto corpori sufficiens alimétum suppetere atque superesse coniectat.

Menstruorum muliebrium causſa modúſq.

Menſes fœmina quando accipiát, & cur citiùs aut ſeriùs.

Cuius quidem menstruæ excretionis tempus aliis ocyus, aliis tardius esse solet: pro vasorum ratione, & vteri densitate aut mollitie & laxitate: aut prout sanguinis plus minúsve intus in corpore, velut in dolio vini, recondi-
D tur: aut ille magis minúsve musti instar efferuescit, qualitate mordax, & substantia tenuis, & impetu violentus, aut secùs. Inde fit, vt aliis puellis ante 14. annum, aliis post eundem, pleriſque circa eundem annum, naturali ductu atque impetu menses prorumpant. quos illæ verecundiore vocabulo flores appellant, quòd hic sit veluti flos sanguinis, vt in vino flos supernatare solet: aut quòd rubido purpureóque aut roseo colore flores æmuletur, præsertim in sanis, victimæ recèns mactatæ sanguini simillimus: aut quòd vt in arbore flos præuius fructum suo tempore adfuturum denuntiat:
E sic primi illi menses nubilem & viripotentem virginem arguunt, & iamiámque fructum tempestiuum, si excolatur, edituram. Aliæ tempus appellant, quòd certo statóque tempore recurrant. Aliæ malas septimanas, quòd certa hebdomadum quadruplici periodo repetant, Lunari ferè apparitionis mense vocato: & quidem pleraſque fœminas tota hebdomade malè habeant, ac veluti morbo quodam naturali ex imperfectione sexus perturbent atque diuexent. Denique vulgus muliebre variis rem eandem nominibus, cum quodam pudore & virginali verecundia designat: súntque vernacula cuique genti sua, vt de Græcis & Latinis antè paruit, ac ferè à mense & luna suam sortita denominationem. Quanquam aliis ipsa victus ratio crassa vel tenuis, & exercitatio segnis vel agilis, & natiuum temperamentum calidum vel frigidum, & veneris studia tempestiua aut sera, sanguinis menstruum fluorem accelerant aut remorantur, aut quæ his proportione respondent. Iam verò quemadmodum luna citima terris, frigidus & humidus planeta, mari & vndis & humidis omnibus præest atque dominatur: ita & muliebri eadem sexui non modò parturienti Iuno Lucina fert opem, vt credidit antiquitas: sed etiam quolibet alio tempore præsidet, ob humoris dominium, quo vtraque pollet, Luna (inquam) fœminàque. Ac quoniam insignes Lunæ motus per quadraturas seu tetragonismos fieri solent: ideo accidit, vt eodem penè motu muliebre genus agitetur, tum ad cætera vagum & inconstans & Lunaticum, tum ad menstruum onus deponendum. non tamen indifferenter seu *adiuerse*, sed ferè vt ætas ætati respondeat. Luna enim ex recenti solis velut mariti congressu iuuenescens, iuuenculas repurgat: eadem longiore Solis abientia velut
C senescens atque ægrescens, anus & vetulas exonerat: medio autem quodam modo cursúque tanquam matura ac vegeta, mediam fœminarum ætatem sua menstrua sarcina leuat. hinc iste versiculus prouerbio locum fecit;

Menſes quæ accelerent aut tardẽt.

Luna dominium in fœminas, & humores, unde.

Mulier ſequatur luna motum & menſtruum, & qualiter ad menſtrua, etas reſpondeat.

Luna vetus vetulas, iuuenes noua Luna repurgat. *Prouerb.*

Quanquam quòd aniculas dixi menstruales, non ita velim dictum accipias, quasi in omnem senectã supersit sanguis mulieri per vterum vacuandus: sed pleriſque circa quinquagesimum, nostro quidem æuo, & his moribus, vix paulò citrà vltráve, mensium stata fluxio desinit: pariténque gerendi habilitas iisdem terminis concluditur atque circunscribitur. Est cùm & post quinquagesimum annum mulier peperisse comperta est. memoratur lib. 6. cap. 12. à Valesco de Taranta, & quæ post sexagesimum aduſque 67. quales Saram & Elisabetham de sacris paginis accepimus. commemini iam multò antè, & quæ virgunculæ nouennes aut decennes peperissent. sed hæc rara sunt, & iustos naturæ limites peruertunt, seu potiùs postuertunt, aut anteuertunt: qui ferè isti esse solent legitimæ gestationis ab vtero, à 15. ad terdecimum quintum, id est, 45. siue ad septies septimum, qui vndequinquagesimus est, si iuxta Pythagoram & Hippocratem huc etiam vis septenarij sese extendit. rariùs aut post hunc vltimum, aut ante primum illum terminum anticipando retardandóve. Aristoteles lib. 5. histor. animal. cap. 14. Homo mas ad annum vsque septuagesimum, videlicet termino vltimo potest generare: fœmina vsque ad quinquagesimum; verùm id rarò. paucis enim proles in eo ætatis tempore procreata est. sed magna ex parte maribus quintus & sexagesimus annus finis progenerandi est: fœminis quintus & quadragesimus.

Muliери quæ ætate menſes deſinant, & parte.

Partus poſt annũ 66. & ante 10. annũ.

Termini legitimi pariendi.

Homo & fœmina quo ætate generando habiles.

Protuli alibi è Plinio, lib. 7. cap. 14. & Solini cap. 4. Mulier poſt quinquageſimum annum non gignit: maiórq. pars quadrageſimo profluuium genitale ſiſtit. Nam in viris Maſaniſſam regem poſt LXXXVI. annum generaſſe filium, quem Methymarhnum appellauerit, clarum eſt. Catonem Cenſorium octogeſimo exacto, è filia Salonij clientis ſui. de quo vtroque M. Tullius lib. de ſenectute, & nos alibi. Cornelia Voluſium Saturninum poſt 61. annum genuiſſe in nobili Scipionum hiſtoria legitur. Valeſcus mihi dictus cap. 11. lib. 6. mulierum profert exempla, quæ anno ætatis 60. 61. ad vſque 67. enixæ ſint. quaſi certus generandi pariendíque terminus non ſit, cùm alij aliis temporiùs aut tardiùs, pro ratione temperamenti, vitæ, valetudinis, cœli, regionis, tempora gignendi pariendíque finiant aut proferant. Porrò vt tempus euariat in menſium periodis muliebrium, quo dixi modo: ſic & ſanguinis qualitas aut quantitas, & dierum fluxionis numerus. Vt autem ſana ſupponatur mulier (ægrotis enim, aut à morbo conualeſcentibus, vel pauci, vel nulli menſes profluunt; atque ij quidem omnes decolores, pro ratione humoris vitium facientis) atque vt circa omnia medio ſe quodam habeat modo, non macilenta, non præpinguis, non ebrioſa, non famelica, non planè iners, & otioſa, nec eadem violenta aſſiduáque exercitatione, operéve arduo fracta ſeu fatigata (his enim omnino pauci menſes ſuperant, conſumpto penè toto, aut ſanè diſſlato ſanguinis alimento) cæteris, vt dixi, mediocriter & moderatè ſeſe habentibus, iuuencularum flores (ſic enim appellant, aut etiam violas, aut roſas, in re turpi & obſcœna honeſto nomine alludentes) primiùs vtcumque pallidi vel ſuppallidi albidíve eſſe ſolent, pituitæ adhuc dominanti reſpondentes. mox autem planè rubidi ac floridi optimum ſanguinem referentes. poſtea pallidi & bilioſi. demùm nigricantes, prout ætas huic aut illi humori, aut bili alterutri magis minúſve affinis eſt. tandem verò albidi exalbidíve, phlegmatici ac ſeroſi, & velut aquei, vergente ad ſenium fœmina, & ætate appetente illa, in qua pituita dominatur. Atque vt annis florentis ætatis maior ſanguinis exundat copia: ſic primis atque vltimis minuitur cùm iuuenculis in incrementum pars ſanguinis adhuc conſumatur: aniculis generari bonus & copioſus deſinat. Dierum autem fluxionis menſtruæ incertus numerus eſt: ferè tamen à tribus ad ſex, aut ſummum ad octo dies. Quo interuallo, quibus plurimum ſanguinis effluit, vna eſt libra, rarò duæ aut tres ad ſummum libræ; atque hoc quidem æuo rariſſimum, priſco autem longè frequentius: pleriſque tamen longè minus, vel adeo ad ſelibram, aut infra hanc quidem: cùm & nonnullis vix aliquot vnciæ ſenſim & paulatim extillent.

Incipientibus autem aut deſinentibus menſibus, optimum eſſe conceptionis tempus veteres autumant. ego verò iis nuper deſitis, longè conuenientius iudico: tum ob mundiciem vteri & locorum muliebrium, tum ob legis Moſaïcæ interdictum, tum ob ſanguinis perfectam abſolutámque purificationem. qui ſi ebulliens & efferueſcens, ob ſuperuenientem conceptum ſuppreſſus foret, planè impurus ac fæculentus extitiſſet, fœtúmque enutriuiſſet prauo & inquinato alimento: qui fortè in omnem vitam demùm malè ſanus vixiſſet, aut ſanè primis annis vlcere & ſcabie & achoribus & pruritu atque impetigine laboraſſet: donec iſtas impuri ſanguinis fæces atque fraces reliquiáſve eluiſſet atque conſumpſiſſet, aut noua menſium eruptione in puellis, aut vbi ex ephebis, mas excedere cœpiſſet, robuſto validóque corpore, & fortibus ac vehementibus moribus exercito, lucta, curſu, ſaltu, venatu, equitatu, vel vt ſors eſt cuiuſque ſua.

Vt non temerè mihi quidem monuiſſe videantur, qui congredi cum muliere menſtruata, tum viro, tum naſcituro infanti periculoſum fore dictitant: atque vtrique lepræ ſiue elephantis imminere periculum. aut ſanè vlceris in pudendo, ipſi quidem patri matríque; nato autem infanti, elephantiaſis. qua in ſententia eſt haud indoctus Auicennas, & experientia in quibuſdam comprobauit. Porrò quemadmodum ſemen dici & alimentum & excrementum poſſe oſtendimus: idem etiam de menſibus dici vel eo rectiùs queat: alit enim ſanguis tum mulierem ipſam, tum fœtum ipſum in vtero. idem verò copia immodicus, vel qualitate vitioſus, ſingulis menſibus natura impellente, extra corpus more excrementi inutilis expellitur.

De lochiis pauca reſtant dicenda. ſic autem peculiari nomine vocari ſolent purgamina puerperarum, & ea proluuies omnis, quæ à partu ferè per octo decémve aut plures rarò diés noſtro æuo paulatim diſtillare vix ad ſummum quindecim diebus aſſuenit: olim per totum adeo menſem, atque ampliùs eo, ferri ſolita, vt antea monui, & poſthàc repetam. Meminiſſe porrò decet, embryoni in vtero duplex genus excrementi colligi, vnum perliquidum in allantoïde reconditum, quam vrinam diximus: alterum craſſius & albidius in amnio contentum, quem ſudorem vocauimus. quod vtrumque excrementum, inſtante partu, diruptis calcitrando tunicis profluere conſueuit, & mox elapſuro infanti veluti viam lubricam & facilem ſternere atque præparare. Hæc duo excrementa ſiquis volet inter λοχεῖα numerare, non impedio illud quidem; quia etiam τὴ λοχεύσῃ, ἢ λοχεῖ, ἢ λοχευσεῖ, puerperæ aut enixæ ſolent euenire, partim poſt elapſum infantem, partim ac multò copioſiùs ante eius exitum: cui facilitando lubricandóque, vt ita dicam, ſeruire monuimus. Nos tamen ea lochia verè ac propriè intelligimus, quæ de puro ſanguine, quo embryon intus alitum ac nutritum eſt, ſupereſſe ſolent, ac dierum decem,

Senes octogenarij generauit. ab exẽplo.

Fœmina ſexagenaria peperere. ab exẽplo.

Partus & generationis diſcrimen vnde.

Quæ menſes mulierũ minuant aut abolẽt.

Virginis color in menſtruo qualis, item adultæ, & ſenẽſcentis mulieris.

Menſtrui quantitas quæ varietur ab ætate.

Menſtrui profluuij dierum numerus, & ſanguinis quantitas.

Conceptionis idoneum tẽpus.

Menſtrua penes menſtrua, quando. N. ab aliis diſcrimen.

Conceptio à nõ initio menſtrui fluoris incommoda.

Damna coitus cum muliere menſtruata.

Menſtrua, an excrementum, vel alimentum.

Lochia, quid.

Embryonis excrementũ duplex, quale, vbi, vnde & quorſum.

Λοχεῖα, quid, & vnde dicta, & quem in vſum.

plurium pauciorúmve continuo poſt partum interuallo diu noctúque ſenſim & guttatim profluere: colore quidem vtplurimùm referentia ſanguinem, ſi modò ſana eſt mulier: aliàs, eius temperamento vel intemperiei reſpondentia, pituitoſæ, bilioſæ, melancholicæ. vnde concolor fluxio albida, rufa, nigricans: certè menſtruorum inſtar, de quibus nuper diximus, quorum naturam planè referunt. niſi quòd ἀῤῥύθμως & continuò mox à partu erumpunt, nullo menſis aut Lunæ reſpectu habito: ac tandiu vacuantur, donec mulier ſuo ſibi ſtatui reddita, & omne pondus priſtinæ imprægnationis depoſuiſſe videatur. quod variis vario temporis interuallo contingere dixi, ac ferè per analogiam fluxus menſtrui, tum in quantitate tota, tum in dierum numero, tum in colore ipſo. Niſi quòd ob dictam cauſſam, deterioris eſſe coloris aſſueuerunt, velut laudabili ſanguine in alimoniam embryonis abſumpto, & his ſuperſtantibus reliquiis inquinatiore illo ac fæculentiore reddito: tandémque ſub extremum fluoris tempus, ad lactis colorem vtcumque accedentibus: quaſi hoc ſit reliquum de puriore ſanguine per fœtum abſumpto vel excreto ſerum purum, vti mox ex Hipp. docebimus: atque vt in omni hæmorrhagia immodica fieri quotidie cernimus. quod & Auicennas ipſe ſic teſtatus eſt lib. 3. tract. 3. cap. 2. fen. 21. cùm ita inſit; Omnis fluxus ſanguinis incipit paulatim ſubtilis: deinde incipit proculdubio peruenire ad groſſitudinem, & procedit groſſitudo eius: deinde deſcendit & peruenit ad ſubtilitatem, & paucitatem, & aquoſitatem. & hæc eſt diſpoſitio in omni fluxu ſanguinis, ob quamcumq. cauſſarum fit. Et cauſſa in hoc eſt, quòd orificia venarum, & inceſſus ventoſitatis ſunt in primis ſtricta, & in fine eius conſtringuntur iterum, & adunantur propter ficcitatem. hæc ille prorſus veriſimiliter. Quid ſi porrò lac de mammis per communes dictas venas ad vterum deriuatur, ſicuti mulierculæ noſtrates vocare & ratiocinari ſi non verè, at probabiliter tamen, & pro ingenio muliebri ſatis acutè conſueuerunt? Atque hæc quidem ferè ſunt, quæ noſtris moribus & vſibus temporibúſque vſuuenire comperimus: quid antiquitas de his ſenſerit aut obſeruarit, deinceps audiamus, atque à ſanctiſſimo Moſe incipiamus.

Lochiorum colorū varietas, vnde.

Lochiorum & menſtruorum differentia, atque analogia.

Lochiorum origo, & cur tandem lacteſcant.

Sanguis in omni fluxione qui varietatem colorum & ſubſtantiam, & ratio.

An lactis ſubſtantia feratur ad vterum.

EX MOSE.

MVLIER quæ redeunte menſe patitur fluxus ſanguinis, ſeptem diebus ſeparabitur. omnis qui tetigerit eam, immundus erit vſque ad veſperum. & locus in quo dormierit, vel ſederit diebus ſeparationis ſuæ polluetur. Qui tetigerit lectum eius, lauabit veſtimenta ſua, & ipſe lotus aqua immundus erit vſque ad veſperum. Omne vas ſuper quod illa ſederit, quiſquis attigerit, lauabit veſtimenta ſua, & ipſe lotus aqua pollutus erit vſque ad veſperum. ſi coïerit cum ea vir tempore ſanguinis menſtrualis, immundus erit ſeptem diebus, & omne ſtratum in quo dormierit, polluetur. & quæ ſequuntur, Leuitici cap. 15. de muliere hæmorrhoïſſa, ſeu fluxum ſanguinis præter naturam patiente, eiuſdémque expiatione.

Lex muliebris menſtruata.

Ezechiel cap. 18. eum qui vxorem proximi ſui violauerit, propemodùm parem facit illi, qui ad mulierem menſtruatam acceſſerit. qualiter iſta duo ſuccedunt vetita Leuitici 18. Ad mulierem quæ patitur menſtrua, non accedes, nec reuelabis fœditatem eius. Et meminiſſe potes eius cautionis, qua de nuper memini; ex tali concubitu naſci prolem elephanti obnoxiam: quod conuitium gentiles & prophani Iudæis probrosè & petulanter obiectabant, vt Corn. Tacitus iniuriosè calumniatur. Quinetiam grauior apud propheram comminatio ſubinde ſequitur cap. 20. ibidem. Qui coïerit cum muliere in fluxu menſtruo, & reuelauerit turpidinem eius, ipſáque aperuerit fontem ſanguinis ſui, interficientur ambo de medio populi ſui. Ar cap. 12. eiuſdem, lex puerperæ ſic ſtatuitur; Mulier ſi ſuſcepto ſemine pepererit maſculum, immunda erit ſeptem diebus, iuxta dies ſeparationis menſtruæ. ipſa verò triginta tribus diebus manebit in ſanguine purificationis ſuæ, &c. Verùm hæc lex quia ceremonialis eſt, ideo nos neceſſariò non obligat, quanquam reuera eidem parêre vtrò moneo: quia munditiem & modeſtiam & cultum ſalubrem atque honeſtum ſpectaſſe ſanctus legiſlator videtur. ſed ad phyſicos venio.

Iudæi lepra obnoxij.

Menſtruata ſemina concumbere lethale.

Lex puerpera.

N. prolege Moſis de menſtruali.

EX HIPPOCRATE.

HIPPOCRATES noſter multis ille quidem libris atq. locis, menſtruorum mentionem facit: nos potiſſimos indicabimus, de cæteris idem deinceps facturi. ſic igitur ille lib. de ſeptimeſtri partu; Menſes mulieribus ſanis ſingulis menſibus apparent, tanquam peculiarem in corporibus vim menſis habeat. idem lib. de octimeſtri partu; Oportet mulieri tempus dare menſis, in quo ipſa purgatio contingat: & hoc tempus quibus breuiſſimum ſit, tres ſunt dies: pleriſque autem multò plures. & ſimiliter lib. 1. de morb. muliebrib. Prodeunt menſes craſſiores & plurimi in intermediis diebus. incipientes autem & deſinentes, pauciores & tenuiores. Moderati verò ſunt menſes prodeuntes in omni muliere, ſi ſana ſit, vt duarum heminarum Atticarum menſura ſecedant, aut paulò plures, vel pauciores: atque hoc ad duos aut tres dies. longius autem aut breuius tempus, morboſum & ſterile eſt.

Menſtrua qui nouem.

Menſtrui fluxus ſpectatum.

Menſtruorum varietas à tempore fluxionis, & quantitate, & qualitate.

Procedit autem ſanguis, velut à victima, & citò congelatur, ſi ſana fuerit mulier. idem initio libri de natura muliebri: Quæ ſuperalbidæ ſunt, humidiores ſunt & fluidiores: nigræ verò duriores acerbioréſq. ac aſtrictio-

Mulierum temperamenti notæ à colore, & statu.

res. quæ verò vini colorem referunt, medium quid inter vtraſque habent. Sic autem & in ætatibus contingit. iuuenculæ enim humidiores ſunt, & multo ſanguine pleraque referæ. anicułæ verò ſiccniores, & modicum ſanguinem habentes. mediæ autem medium quiddam inter vtraſque habent. Similitérque initio libri 2. de morb. mulebrib. Fluxus albus in ſenioribus mulieribus magis fit, quàm in iunioribus: fluxus fuluus in vtriſque: fluxus ruber in iunioribus. & lib. de genitura: Quin & virginibus, quouſque iuuenculæ fuerint, menſes non procedunt, propter eandem cauſſam (ob venulas tenues & repletas) poſtquàm autem adoleuerint & virgo & puer, venæ in pudendum pueri tendentes, itémque virginis in vterum, ampliæ fiunt præ augmento, & oſcula ipſarum aperiuntur, & via ac tranſitus per anguſtias concingit; & humidum tunc etiam agitationem habet: nam ſpatioſitas ipſi tunc ab agitatione & conquaſſatione contingit. & puero ſanè procedit genitura, vbi plenè puber fuerit, ob hanc cauſſam, itémque virgini menſes. & lib. de natura pueri; Menſtrua non prodeunt, vbi mulier conceperit intra ſeipſam, ſi puer ſanus fuerit, & permanere debet: niſi in quibuſdam primo menſe modicam ſui indicationem faciant. qua tamen de re poſthàc. ibidem, Atqui vterum non geſtantibus, vbi menſes non prodierint, propterea dolor oboritur.

Flaxio mulebris variat pro ætate, quâ.

Virgini quando mẽſes erumpant, & qua de cauſſa.

Puero quãdo ſemen gliſcat.

Menſes à conceptu an prodeant.

Primùm quidem ſanguis in corpore ſingulis menſibus turbatur ab huiuſmodi neceſſitate, quòd menſis à menſe multùm differt & ſecundùm frigiditatem & caliditatem: atque hoc percipit mulieris corpus: humidius enim eſt, quàm virile. vbi autem turbatus eſt ſanguis, & venas impleuit, ab ipſo deſcendit, qualis ab initio naturæ fuit. & quæ ibidem plura. Rurſum lib. 1. de morb. mulebr. ab initio, Mulier quæ non peperit, grauiùs & citiùs è menſibus ægrotat, quàm ea quæ peperit. quum enim peperit, venulæ fluidiores ſunt ad menſes: fluidas autem ipſas facit purgatio illa quæ fit à partu. diſciſſo autem à partu corpore, neceſſe eſt venas magis aperiri, & ampliores ac fluidiores ad menſes fieri, itémque vteros magis aperiri, &c. ibidémque multò pòſt, Poſtquàm prægnans fuerit mulier, menſes non valdè prodeunt, præterquàm quibuſdam paucis. duriſſimus enim humor ex cibis ac potibus ad mammas vertitur ac exugitur. quod paulò antè ferè ſimiliter aſtruxerat, de quo iterum poſthàc.

Menſtrua cur ſingulis menſibus fluant.

Menſes quibus fœminæ delectifici, aut ſecus, & ratio.

Menſes poſt conceptum cur fluere deſinant.

Extat eiuſdem Hipp. libellus de virginum morbis, vbi incommodè ſuppreſſorum menſium iſthæc recenſet. Quidam adeo fortiter pauent homines, vt delirent, & dæmones quoſdam videre ſe putent ipſis infeſtos quandoque nocte, quandoque interdiu, aliquando verò vtroque tempore. poſtea ab huiuſmodi ſpectris multi iam ſe ſtrangulauerunt, plures autem mulieres, quàm viri. eſt enim muliebris natura animi magis deiecti ac imminuti.

Maniacorũ phantaſmata, præſertim in mulieribus, quare.

Cæterùm virgines nubiles & maturæ viro hoc magis patiuntur vnà cum menſium deſcenſu, antea non valdè hinc afflictæ. poſtea enim ſanguis in vteros conſtuit velut effluxurus. Quum igitur oſculum exitus non fuerit apertum, ſanguis autem ampliùs influxerit propter cibos & corporis augmentum, tunc ſanguis non habens effluxum, præ multitudine reſilit ad cor & ad ſeptum tranſuerſum. Quum igitur hæc repleta fuerint, cor furiunt fit, deinde ex furiunte torpedo, poſtea ex torpedine delirium apprehendit. & paulò pòſt, His autem ſic habentibus, præ acuta quidem inflammatione inſanit: præ putredine verò clamat: præ caliginoſitate autem timet ac formidat: præ compreſſione verò circa cor, ſtrangulationes parat, præ ſanguinis autem malitia, animus mœrens ac anxius malum attrahit. ſed & alium horribiliter compellat, & in puteos proſilire ac incidere iubet & ſtrangulari: tanquam meliora ſint hæc, & omnem vitæ vtilitatem excedentia. Quibus tot & tam grauibus malis vtiliſſima remedia ſubiicit, ſanguinis detractionem & viri congreſſum. ſed de iſtis in iatrologia dicetur. Sanè verò ſi menſtrua immodicè fluunt, morbi accidunt: & ſi iidem ſupprimuntur, ex vtero morbi eueniunt, ait aph. 57. lib. 5. qua de re conſulendus tibi foret Galenus tum eodem loco, tum lib. 6. loc. affect. & ſiqui ſunt de natura menſtruorum aphoriſmi, vt 28. 32. 33. 36. 39. 50. lib. 5.

Virgines ſuppreſſis menſibus quæ patiãt incommoda, quóq. modo, & quæ de cauſſa.

Remedia ſuppreſſi menſtrui.

Menſium ſuppreſſorũ aut profuſorũ damna.

Huc etiam pertinet περὶ γυναικείης, fluor muliebris, cuius paulò antè ex Leuitico memini; de quo extat aphoriſ. 56. lib. 5. quem Paulus Æginera lib. 3. cap. 63. non de menſium fluxu, ſed vteri defluxu interpretatur; per quem, vniuerſum corpus expurgatur. cui conſentire videtur Galenus lib. 6. loc. affect. cap. 5. talem fluorem vtero haudquaquam affecto fieri ſcribens: ſed potiùs toto corpore eò ſuam ſarcinam deponente, & omnem humorum cacochymiam atque colluuiem deorſum propellente. quo fit, vt non ſtata & menſtrua periodo recurrat: ſed quolibet tempore, & quidem longiori, cum macie & extenuatione corporis, imò etiam conuulſione & animi defectu, vt Hipp. docuit eodem aph. atque vt nos vidimus, ſequente pallore, aut ἀχροΐᾳ, aut καχεξίᾳ, aut interdum hydrope.

Fluxio muliebris, qualis, quid, & cauſſa, atq. periodi, & damna: & diſcrimen à menſibus.

Talis autem fluxio non ſynceri ſanguinis eſt victimæ recèns mactatæ ſimilis, vti diximus: ſed ſeroſa, tenuis, pallida, bilioſa, aquoſa, albida: quos noſtræ mulierculæ flores albos nuncupant, ægroti & cacochymi vliginoſique & præhumecti corporis indicia. de quibus ita ſenſit Ariſtoteles cap. 4. libr. 2. genera. animal. Quæ alba vocantur menſtrua, paruis adhuc & puellis proueniunt. & ea alba cùm frequenter mouentur, & ſuperant, incrementum auferunt puellarum. de quibus etiam pòſt ex lib. 7. hiſt. animal. cap. 1.

Albi flores mulierum, quæ.

ed by Google

Lochiorum suppressorū incommoda.

Postremum est apud eundem Hipp. de lochiis, ex libr. 1. de morb. muliebrib. Si processerit mulieri puerperij purgatio ad caput thoracémque ac pulmonem (fit enim & hoc) moriuntur sæpe statim, si detineatur ac firmetur. si verò probè exeat per os aut nares, sana euadit. Si verò puerperij purgatio non exeat per os, sed sursum tamen impetum fecerit, occultabitur, & non procedet iusto modo. vbi mox de incommodis & symptomatis inde consequentibus. & ibidem paulò pòst, Prodeunt autem puerperij purgamenta sanæ mulieri sufficienter, primùm sesquihemināe mensura, aut paulò plura, postea adhuc pauciora iuxta hanc rationem, donec cessent.

Lochiorum quantitas & qualitas, & duratio.

Prodeunt autem velut sanguis à victima, si sana mulier fuerit, & sana futura est, & citò congelantur ac purgantur. & post partum plerumque sanæ mulieri contingit, vt post puellæ partum, in quadraginta duobus diebus diuturnissima purgatio fiat. extra periculum autem est, etiam si viginti quinque diebus purgetur. post masculi verò partum, purgatio diuturnior fit in triginta diebus. extra periculum est etiam quæ in viginti diebus contingit, &c.

Lochiorum fluxionis tempus atq. terminus.

Eôdem referri debet quod scripsit iisdem penè verbis lib. de natura pueri; Purgatio fit à partu vtplurimùm in fœmellis quidem duobus & quadraginta diebus: atque hæc tardissima est & perfecta; vacauerit autem periculo etiam si in viginti quinque diebus purgetur. in masculo verò purgatio fit diebus triginta: atque hæc tardissima est & perfecta. citra tamen periculum fuerit, etiam si in viginti diebus mulier purgetur. postremo autem tempore purgatio quàm pauciſſima procedit: & in iunioribus, paucioribus diebus purgantur: in senioribus verò, pluribus. &

Lochia cur à partu profluant, & cur certo termino, qui.

paulò infrà, Atqui purgationes à partu mulieribus ea gratia fiunt, quòd primo tempore vsque ad dies quadraginta duos in fœmella, in masculo verò ad dies triginta, pauciſſimus sanguis in augmentum pueri descendit. ab hoc autem tempore copiosior, donec pariat. Oportet itaque purgationem reddi, in toto puerperij tempore, & foràs exire, ac respondere pro dierum ratione ac proportione, de qua ille ibidem: vbi & de partionis modo, & humorum ordinis profluuio, de quo alibi.

Embryo nutritur dulciori sanguine.

Hic autem locus à Galeno citatur comment. ad aph. 57. libr. 5. vbi & hoc ex eodem subiungit: Trahit infans à sanguine ad se, id quod est dulciſſimum. & rursus lib. de atra bile, cap. 8. Sic veteres medici λοχίαν; hoc est fluorem qui in partu accidit, non absolutè euacuationem appellauere. Cùm enim natura quæ fœtum format augétque, vteri gerendi tempore optimum sanguinem trahat, relinquitur portio in venis deterrima, quæ post partum excernitur: vti singulis mensibus superflua & inutilis non solùm quantitate, sed etiam qualitate. quæ sanguine secundùm naturam habente, magna ex parte nigrior est.

Lochia, quid, & vnde.

Idem similiter comment. 3. in libr. 3. epidem. part. 75. Menstruorum suppressio offendit: tamen non perinde vt si à partu suppriматur, officit: quòd non abundantiam modò, sed insignem etiam humorum pariat prauitatem: Nam meliorem sanguinem ad se fœtus nutrimenti causſa alliciens, relinquit deteriorem. ideóque prægnantes prauis humoribus impleт, quos à partu euacuat natura. Quod cùm maiores animaduertissent, puerperarum à partu vacuationem, excretionem sanguinis vocitauerunt. & hoc mihi semel de lochiis dictum ex Galeno sit satis. quibus porrò menses prouocentur aut sistantur, idem Galenus in libr. simpl. medicam. & Hipp. in libris muliebrib. passim docent. sed hoc præter institutum nostrum nunc omittetur, atque ad alios pergere volumus.

Lochiorum suppressio incommoda variq.

EX ARISTOTELE.

ARISTOTELES initio lib. 7. histor. animal. de marium natura epheborum tractans simul de puellis ista subiicit, à similitudine Alcmæonis exorsus, qui vtrumque sexum generando aptum effici refert; vt stirpes semen laturæ primùm florere conspiciuntur. Fœminis (inquit) per id tempus (nempe anno bis septimo) exurgunt vbera, quod fratrare dicitur, & quæ menstrua vocantur, erumpunt: quòd sanguis quasi recèns occisi animalis est. Quæ autem alba dicuntur, admodùm etiam puellis eueniunt, de quibus antè. Sed menses tunc plurimis fiunt, cùm iam vbera ad duos digitos prominent: & vox eodem tempore puellarum mutatur in grauiorem. Fit etiam vt per id tempus custodiri præcipuè debeant: maximè enim ad vsum rei veneræ incitantur: cùm hæc incipiunt. & paulò pòst, Futuris adhuc & nondum profluentibus menstruis, quò plus continetur humoris, eò magis efferri sursúmque impelli necesse est, donec infrà erumpat. & toto sequenti cap. 2. Profluuium autem mensium decrescente Luna contingit. quamobrem nonnulli cauillo sexum fœmineum Lunæ tribuunt: quoniam simul vt illa decrescat, & mulier purgetur, móxque repleantur ambæ, eueniat. Paucis menstrua singulis mensibus mouentur, sed vno intermisso plurimis. Faciliùs agitur cum iis, quibus breui tempore, hoc est biduo aut triduo profluunt: sed quibus in longum protrahitur, difficiliùs: laborant enim id temporis. Aliis namque vniuersim hæc purgatio fit, aliis paulatim. attamen omnibus corpus grauatur, quandiu effluat humor. Multis etiam cùm menstrua citantur, & eruptioni propinqua sunt, strangulationes vuluarum sequuntur, & crepitus, donec erumpant. Omnium autem animalium, mulierib. inter fœminas plurima hæc purgatio euenit. reliquis enim in pilos & corpulentiam

Puellæ quo tempore vbera & menses ýiscant, & signa.

Virginum custodia quo tempore artior.

Menstrua quare fiant, & quãdo.

Mulieres lunatica, quamobrẽ.

Menstruorum periodus, & commoda, ac fluxionis differentia.

Menstrui proximi signa.

Mulier præcipuè menstruata, quare.

tranſit

a

transit, atq; in vrinam viuertitur, at in mulieribus vice eorũ omnium, quantũ superuacuum A sit, in purgationem mensium vertitur. & quidem corpulentis multum menstrui excrementi in corporis alimentum transit. idem cap. 18. lib. 6. histor. animal. Purgatio menstruorum fit quidem & cæteris, sed nulli æquè ac mulieri. item cap. 5. lib. 7. histor. animal. Sed desinunt plurimis menstrua circa quadragesimum annum: quod tempus quæ excesserint, ijs ad quinquagesimum seruantur. etiam nõnullæ eo tempore pepererunt; sed vltra hoc tempus nulla potest protrahere. qua de re iam antehac. idem cap. 10. lib. 4. part. animal. Menstrua fœminarum, excrementum est & B vacans materia. humida autem suapte natura sunt menstrua. &c. & cap. 19. lib. 1. de genera. animal. per totum, ex quo ista sufficient, cùm reliqua de semine potius. Sed cum infirmioris plus excrementi minúsque concoctum fieri, idque copiam cruenti humoris esse necesse sit: infirmius autem secundum naturam est, quod minus caloris adipiscitur, taléque fœmina sit: hinc secretionem quoque illam sanguineam, fœminæ excrementum esse necesse est. talis autem electio est eorum, quæ menstrua appellantur. Menstrua igitur excrementum esse, & proportione vt maribus C genituram, sic fœminis menstrua prouenire apertum est. Rectè autem ita dici indicant ea quæ in iis ipsis eueniunt: eadem enim ætate maribus genitura fieri incipit, & secerni; fœminis autem menstrua erumpunt: vox etiam mutatur: & mammæ intumescunt. necnon desinente ætate aboletur maribus generandi facultas: fœminis menstruorum confluuium. Adhæc, indicium illa faciunt, vt excrementum sit hæc secretio fœminarum, quòd non marisca, non profluuium è maribus sanguinis, non varices, non tale quid mulieribus magna ex parte accidere D solet, quandiu menstrua profluunt: & siquid tale accidit, deteriores fiunt purgationes: quasi hæc materia menstrua consumpta in ea fuerit. Minus etiam venosæ sunt fœminæ, quàm mares, & lautiores læuioréque sunt: quoniam excrementum quòd eo tendat, confluere in menstrua solet. Hanc eandem causſam esse putandum, & vt corpora minora sint fœminarum, quàm marium in viuiparo genere. in hoc enim vno menstrua profluunt, & omnium apertissimè in muliere. plurimum namque menstrui excrementi mulier emittit: ex quo fit, vt euidentissime palleat, & obscuriores habeat venas, & corpore planè ad matem deficiat. Sed cùm menstrua sint, quod fœminis fiat, perinde vt maribus genitura: nec fieri possit, vt duæ simul secretiones seminales agantur: ideo semen à fœmina non conferri ad generationem concludit Philosophus. qua de consequentia nos antehac ex professo, & peculiari problemate. & mox caput 20. ibidem, Vt in aluo profluuium accidit crudi-

tate, sic in venis tum cætera profluuia sanguinis, tum menstrua veniunt: nam ea quoque sanguinis profluuium sunt. sed illa morbo citantur: hoc naturale est. itaque generationem ex eo ratione optima fieri apertũ est. sunt enim menstrua, semen non purum, sed indigens confectionis: quomodo in fructuum generatione adhuc imperfecta inest quidem alimentum, sed confectionem ad puritatem desiderat. Quamobrem vt menstrua genituræ admista generant: sic alimentum in fructibus gignendis mistum alimento syncero alit. & mox, Plurima ex omnibus animalibus purgatio mulieribus fit: maribus etiam plurimum emittitur seminis, magnitudinis ratione. Cuius rei causſa est constitutio corporis, quæ humida & calida est. plurimum enim excrementi fieri in eiusmodi corpore necesse est. Carent etiam partibus iis, in quas vertitur excrementum in cæteris animalibus. non enim pilorum copiam gerunt per corpus, non ossium, aut cornuum, aut dentium excretiones. Indicium semen esse in menstruis, quòd simul maribus semen fieri incipit, & fœminis menstrua innotescunt eadem ætate, tanquam simul ea loca distendantur, quæ vtrumque recipiant excrementum. cumque tempus distendendi instat, loca intumescunt à spiritu. Quod marium testes apertius ostendunt, quamquam & mammæ: sed fœminarum mammæ potius indicãt. cum enim bino digito extolluntur, tunc plurimis incipiunt menstrua. de quo iam nuper aliunde. ibidem cap. 4. lib. 2. gener. animal. Fœminæ venis duabus, maiore atque aorfissis, superne venarum multitudo tenuium in vterum desinit: quibus alimento expletis, naturáque præ sua frigiditate facultatis concoquendi indiga transfunditur in vterum, propter venarum tenuitatem, cùm præ sua angustia nequeant exuperantiam continere. itaque affectus hic veluti marisca, aut alia profusio sanguinis euenit. Cæterum menstrua nullo circuitu certo describuntur: tendunt tamen moueri decrescente mense: idque ratione recta. sunt enim corpora animalium frigidiora, cùm euenit vt continens aër talis efficiatur. mensium autem coitus frigidi sunt, propter Lunæ defectum. itaque fit vt fines mensium, quàm media, sint frigidiores. Igitur postquàm excrementum mutatum in sanguinem est, menstrua moueri tendunt eo, quem modo dixi, circuitu, aut si concoctum non est, paulatim subinde aliquid secernitur. Quamobrem quæ alba vocantur, paruis adhuc & puellis proueniunt. Seruat corpora integra vterque excrementorum hic secessus, cum modicè fit, vtpote cùm ab excrementis vindicentur. quæ causſæ corporibus sunt vt ægrotent. Sed si vel non fit, vel immodicè fit, damnum euenit. aut enim morbi oriuntur, aut corpus emarcescit & extenuatur. Quamobrem & ea alba cùm frequenter mouentur & superant, incrementum auferunt puellarum, vti iam nuper demonstratum est:

Menstrua alunt corpus N. ergo non virulenta.

Mulierum quo anno menstrua deficiant.

Menstrua, quid.

Mulieri quare fiant menstrua, & eius temperamentum.

Menstrui & seminis analogia, & quando erũpant ambo, & signa.

Quod mẽstrua sint excrementũ, & quibus liberent affectibus.

Maris & fœminæ cõparatio.

Mulier cur brevior & minor viro, & venosa minus.

Mulier præcipuè menstrualis.

Mensium & seminis analogia, & an mulieri ambo adsint.

Mensium cũ diarrhœa comparatio, & cum hæmorrhagia.

Quod menstrua sint semen & generationis seruans.

A simili.

Mulier potissimè menstrualis, & mas seminalis, & ratio.

Quam semẽ insit menstruis, & signa amborum gliscentium.

Sanguis ad vterum qui cõfluat: vnde mẽstrua.

Menses quo tempore tueantur, & cur in fine mensium.

Mensis quãdo calidior aut frigidior.

Alba menstruaquibus

Menstruorũ commoda & damna.

Lactis & menſium affinitas, ac vicißitudo.

Ibidem mulieribus ſanguinis plurimum & menſtrui colligi repetitur. ibidem eadem lactis & menſtruorum natura perhibetur. quod necnō aſſeritur c. 11. lib. 7. hiſt. animal. Quandiu lac emanat, purgationes magna ex parte non fiunt. magna(inquam) ex parte: quoniam iam quibuſdam lactantibus facta purgatio eſt. Sed enim natura ita fert, ne humor locis pluribus ſimul erumpere ſoleat. nam & mariſcas habenti deteriores accedūt purgationes, quod iam alibi Ariſtoteles poſt Hipp. ſcripſerat.

Coitus citat menſtrua, qui.

idem cap. 1. lib. 3. de genera. animal. In mulieribus coitus maris detrahitur menſium excrementum: trahit enim humorem vterus tepefactus, & meatus aperiuntur. Et cap. 1. lib. 4. eiuſdem operis; Fœmina ob frigiditatem &

Fœmina abundat ſanguine. inde menſium origo.

impotentiam ſanguine abundat quibuſdā ſui corporis locis. idque indicium facit, contra quàm aliqui afferunt cauſſam, cùm fœminam eſſe mare calidiorem opinētur, ob menſtruorum emiſſionem. ſanguis enim calidus eſt: & quod plus ſanguinis habet, hoc calidius eſt.

An ideo mulier calidior mare?

putant enim hunc affectum moueri abundantia ſanguinis & caloris. ſed de comparatione caloris in mare & fœmina iam nos antea. ibidem ſequenti cap. 2. lib. 4. Vt menſtrua ſecundum naturam menſibus decreſcentibus

Menſtrua qua parte menſium ciebantur, & qua de cauſa.

potius fiant, eadem de cauſſa accidit. tempus enim hoc menſis frigidius eſt & humidius, propter Lunæ decremētum defectionémque. quod idem fere ſcripſerat cap. 19. lib. 3. hiſtor.

Sanguinis maſculi & fœminei cōparatio.

animal. Fœminis ſanguis nigrior & craſſior quàm maribus eſt, dūmodo cætera adſint pariter, quæ vel ab ætate, vel à ſanitate proficiſcuntur. & minus ſanguinis per ſumma corporis fœminarum eſt: plus enim parte interiore continetur. Sed omnium fœminarum maximè

Mulier intus ſanguine abundat, & menſtruis.

mulier ſanguine abundat. & quæ mēſtrua appellamus, plurima fieri in mulieribus ſolent. quod genus ſanguinis vitiatum ægrotánſque fluit immodicè: atque profluuium ob eam rem dictum eſt. idem cap. 5. lib. 4. genera.

Menſtrua ſunt ſemen, quale.

animal. Fœminis purgatio menſtruorum, ſeminis exitus eſt; cùm menſtrua non niſi ſemen ſint incoctum, vt alibinde protulimus: & idem ſcripſit cap. 20. lib. 1. & cap. 3. lib. 2. genera. animal. Menſtrua, ſemen ſunt, quamquam non purum. & cap. 19. lib. 1. eiuſdem operis, Sed cùm infirmioris plus excrementi, minuſque concoctum fieri, idque copiam cruenti humoris eſſe neceſſe ſit: hinc ſecretionem illam ſanguineam, fœminæ excrementum eſſe neceſſe eſt, quæ menſtrua appellantur, vt nuper fuſius produximus. Quamquam

Menſtrua, excrementū fœmina.

nos longè aliter ſentimus, & iam demonſtrauimus, ſemen à menſtruo ſanguine plurimum diſtare tum colore, tum effectu, tum quòd nulla feminis excretio ſit ſine aliquo titillatu, & voluptatis ſenſu: menſium autem eruptio eſt omnis cum aliquo dolore coniuncta, & omnis voluptatis expers. ſed de his antehac. nam de Ariſt. placet concludere: qui præter mihi dicta, ſic cap. 8. lib. 4. genera. animal. Cuius rei cauſſa eſt, quòd excrementum plurimum & mulieribus præ cæteris fœminis, & viris præ cæteris maribus eſt pro magnitudine, alteris mſtruorum, alteris genituræ. &c. hæc enim atque his fortè plura de natura menſtruorum ſparſis & locis & libris ſcripſit Ariſt. quæ quatenus cum medicis conueniant aut diſcrepent, partim intellexiſti, partim ex dicendis concipies: Venio enim deinceps ad Galenum, de Plinio mira dicturus inter aliquot deinceps problemata.

Vir fœmina, mulier Bōdat menſtruis ſupra reliqua.

EX GAL.

GAlenus igitur lib. 14. de vſu partium cap. 6. poſt Ariſt. de natura fœminæ ſic colligit; Rectè quidem Ariſt. mihi cenſuiſſe videtur, fœminam mare eſſe imperfectiorem. Eſt igitur fœmina mare imperfectior, vna quidem ac prima ratione, quia frigidior: ſiquidem in animalibus calidum eſt actiuum magis, frigidum autem calido minus. ſecunda vero ratione, ea quæ in diſſectione apparet, de qua pridem in partium genitalium hiſtoria. Nil igitur eſt mirum, ſi fœmina mare tanto eſt imperfectior, quanto frigidior. Et quidem mulier partibus genitalibus viro eſt imperfectior: partes enim ipſius formatæ intus fuerunt, dum ipſo vtero adhuc geſtaretur. Cum autem extare & foras emicare præ caloris imbecillitate non poſſent; ipſum quidem animal, quod cōformabatur, imperfectius eo quod vndiq eſt abſolutum, reddiderunt: toti verò generi vtilitatem non aſpernandam præſtiterunt. Oportet enim quandam eſſe fœminam: nec credendum eſt, opificem partem tōtius generis noſtri dimidiam ſua ſponte imperfectam ac velut mancam fuiſſe facturum: niſi imperfectionem hanc magna quædam vtilitas fuiſſet ſecutura. Frigidiorem igitur mulierem eò vſque fieri fatius fuit, quod alimentum quod coxiſſet ac confeciſſet, totum diſcutere non poſſet. quod enim eſt frigidius, ne concoquere quidem poteſt: quod verò planè eſt calidum, vt concoquere, ita diſcutere valide poteſt. Quod igitur non ita multum à calidiſſimo relinquitur, & coquere ſatis (vt quod non amplius eſt frigidum) & relinquere aliquid ſuperfluum (ceu quod non vehementer adeo ſit calidum) poteſt. indéque eſt menſium in muliere origo, in fœtus primam conſtitutionem, & futurum deinceps incrementum. ibidem cap. 8. Eodem tempore menſtrua bellè procedere nequeunt, & fœmina lactare: altera enim pars, dum ſanguis ad alteram transfertur, ſicca ſemper relinquitur. Cæterum ante conceptum in muliere ætate florente, quicquid ſanguinis ſuperfluí colligitur, natura ſingulis menſibus per venas ad vterum pertinentes id excernit. cùm autem iam conceperit, ex iiſdem vaſis fœtus trahit alimentum. ac poſt partum, in mammas traductum, in lactis ſubſtantiam conuertitur, de quo iam paulo ante. Ad lactis verò & menſium communionem ſpectant quæ ſcribuntur caput 21. lib. 5. de facult. aliment. Lactis & menſium communis materia eſt, nēpe ſanguis in venis contentus. itaque vbi hic

Partium genitalium maris & fœminæ analogia, & diſcrimen.

Vtilitas imperfectionis muliebris.

Mulier quæ. temus frigida.

Calidi & frigidi efficacitas.

Menſium muliebrium origo vſque.

Lactis & menſtruorū affinitas & vicißitudo.

Menſtrua ante & poſt conceptum quid faciat, & à parta.

Lactis & menſiū analogia, & vaſorum communio.

fluxilis fuerit,& qualitate contemperatus,vtique abundantem ſuppeditat copiam. Cõmunes quinetiam vberibus vteroq; venæ ſunt nõ exiles.itaq; vbi ad alterutram partium ſanguis defertur,altera ſicceſcit. proinde quibus menſes mediocriter feruntur, iis lac in mammillis non colligitur: quibus verò hoc large ſuppetit, iis plane menſes ſupprimuntur. quibus vtrumque abundet aut ſupprimatur, indidem condiſces. ſic idem lib. de venæ ſectione aduerſus Eraſiſtr. cap. 7. Nonne natura mulieres cunctas ſingulo menſe euacuat, ſanguine ſuperfluo foras effuſo? Muliebre enim genus vt quod domi ageret,neque vehementibus laboribus exerceretur, aut ſub claro Sole viueret; ac ob vtraq; hæc, multitudinem humorũ coaceruaret, ipſam euacuationem plenitudinis,tãquam remedium naturale obtinere opus habebat. Et vnum quidem iſtud naturæ opus eſt: alterum verò, purgatio poſt partum contingens exiſtit: licet & fœtura ipſa, ſpecies ſit euacuationis. nam ex ſanguine vteri, conceptus nutriri ſolet. tum vero poſtquam editus eſt fœtus, generatio lactis in mãmillis, vacuatio hæc quoque eſt plenitudinis non parua. Vna ſiquidem & lactis & menſtruorum ſubſtantia eſt, amborumque,vt quiſpiam dixerit, riuorum fontes communes venæ ſunt. Quamobrem quibuſcunq; per ætatem menſes fluere ceſſarunt, his neque in mammillis lac amplius colligitur: quæcunque etiam purgandi tempora adhuc habent, ac interea lactant, hæ non purgantur. Præterea cùm mulieri lactanti ſanguis per locos eruperit, illico lac huic euaneſcit. Adhæc,quæcunq; animantia vtero non gerunt,his neq; lac vnquam adeſt: rurſus quibus id ſuppetit, illa etiam ad concipiendum à natura idonea ſunt. vbi mox commoda ex fluxione menſium naturali recenſentur, & contraria incõmoda ex eorundem retentione, de quibus ſic cap. 5. lib. 6. loc. aff. Grauitas totum corpus moleſtat, item faſtidium quoque, vt nulla ſit cibi cupiditas, horror inæqualis. nonnullæ cibum euomunt, at terram aut extinctos carbones aut alia quædam eiuſmodi edunt. quinetiam in coxam dolor tranſit: ac crus ipſum quod è regione eſt, per inceſſum claudicat. tumor in ilibus exoritur. panus in extrema ilium parte excitatur. præterea lumborum & colli & ſincipitis dolor & oculorum fundamenta infeſtat. item febres ardentes, & vrinæ nigricantes, cum rubra quadam ſanie. quibuſdam vrina aut difficulter redditur, aut omnino ſupprimitur. Igitur quibus mẽſtruorum cohibetur purgatio, iis huiuſmodi plerumq; eueniunt accidentia. cum verò immodice vacuantur, ſequitur color fœdus, pedes molli tumore attollũtur,corpus totum ſubtumidum eſt,vitiatur ciborum tum concoctio, tum cupiditas. quibus incommodis qua ſit ratione occurrendum, in libris therapeuticis, & lib. de ſangu. miſſ. differit, itemque lib. περὶ πόνων, & qui falſo illi tribuuntur, de dynamidiis, & de remediis paratu facilibus, & de ſecretis: quæ ſunt vtique ab hoc noſtro inſtituto alienа:itaq; ad alia tranſeo. Idem Gal. lib. 2. de ſemine c. 4. Ex temperatura fœminarum frigida efficitur, vt excremẽtitium illum ſanguinem colligant,quem menſtruum dicimus. ibidem cap. 1. Ex menſtruo & ſemine animalium generatio eſt. quod alibi ſæpe repetit. idem cõment. 5. in 6. Epidem. part. 26. explicans illud mihi pridem dictum ex Hipp. Hircus,vter teſtis prominuerit &c. ſubiungit, Quum puerilis ætas in adoleſcentiam trãſit, quemadmodũ ipſis ſemen & pili in locis genitalibus erũpere incipiunt,perinde & teſtes ſubito increſcũt. quemadmodũ & puellis virginibus mãmę extuberant,vna & menſes ferri incipiunt: tunc & vocis mutatio in maribus ſit præcipue. qua de re antehac. idem lib. de atra bile, mẽſtrua ex ſuperflua & inutili quantitate & qualitate ſanguinis fieri tradit,quæ ſanguine ſecundũ naturã habente, magna ex parte maior ſit. ad quas cauſſas refert menſtruorũ ſuppreſſam aut immoderatã fluxionẽ tum alias, tum cõment. ad aph. 57. lib. 5. Poſſibile eſt igitur immodicas fieri menſtruorũ euacuationes, ſi ora vaſorum quæ pertingunt ad vterũ, vltra modum aperiãtur, & ſi ſanguis vel calidior vel tenuior fiat,& ſi ſolũ corpus propter malũ habitũ aliquẽ aggrauetur ſanguine,quem licet modum naturæ conuenientem ſua multitudine non excedat, expellit ad venas,quæ in vtero ſunt. Eadẽ verò menſtrua poſſunt fieri pauciora,vel quia venæ ferentes ad vterũ menſtruã purgationẽ, comprimuntur,vel obſtruuntur ob craſſitiem ſanguinis,ſiue frigiditatem,& robur ipſorum quę in vtero ſunt,vaſorum: adeo vt quod influit, non admittant. vbi & de morbis ſuccedentibus. quo lib. aph. 5. quoniã Hipp. ſæpe menſium meminit, & morborum muliebrium peculiariter ac proprie: ideo de menſtruorũ natura Galenus crebram mẽtionem iterat,de his particulatim & obiter differens; vix tamẽ alia aut his plura diuerſá ve, quã quæ à nobis commemorantur. ideò vbi pauca ex eodem aliũde produxero,ad alios me conuertã. ſic igitur lib. 3. de ſympt. cauſſis c. 11. Vteri corpus quum dẽſum & durum fuerit ſuppreſſionis cauſſa erit, tale ſcilicet natura factum,vt omnino nũquam purgetur, niſi quis ipſum medicamentis, longóque tempore ad meliorem habitum transferat: aut tractu temporis per illum affectum, qui vtiq; crebro vteros occupauerit. venarum etiam anguſtia protinus ab initio connaſcitur, muliere illic malè formata. Detinentur etiam menſes ob materiam ipſam, quando id quod vacuatur, vel craſſum, vel glutinoſum fuerit. Obſtructio etiam in vaſis,quæ ad vterũ perueniũt,ab humoribus facta, menſes quoque ſupprimit. Sed & totius corporis culpa interdum mulier nihil prorſus purgabitur, interdũ parcius, aut plus, aut deprauate. Nihil omnino purgabitur,ob multas exercitationes,& tenuẽ victũ, & humorũ ad alias partes inclinationẽ. propter hæc ipſa verò quum mediocria ſunt, minus quàm pro naturali cõſuetudine purga-

Lac & mẽſtrua alternant.

Menſtruorũ profluuium vnde ſit.

Lochia poſt partum.

Menſium vſus ante conceptum, in & poſt.

Lactis & menſiũ affinitas, & qui alternent.

Lac quibus adſit aut deſit.

Menſtruorũ cõmoda incommoda que, & indicia cum ſuppreſſorũ, tum immodice fluentium.

Menſtruã vnde ſint.

Menſtruã cur nulla aut pauca fluãt.

Duo animaliũ principia.

Puerorum & virginũ puberũ analogia, & accidentia.

Menſium immoderate profluẽtium cauſſæ.

Menſium ſuppreſſorũ cauſſæ.

bitur. plus autẽ propter diuturnum otium, & liberaliorẽ victum. Cæterũ deprauatæ per vterum fluxiones (vocatur verò id ſymptoma, fluxus muliebris) expurgato per hãc partem vniuerſo corpore fiunt, de quibus alias. ἐφύρ γυναικεῖος ab Hipp. & Gal. nominatur, item Paulo, & Aëtio, & alijs. hic autem lib. 16. cap. 65. hunc in modum ſcribit; Fluxus muliebris, eſt vteri deſtillatio diuturna, à ſanguinis eruptione differens, eo quòd in illa ſyncerus emanat: hic verò fluxus deprauatus apparet. cuius de vario colore, tum Aëtius ibidem, tum Paulus lib. 3. cap. 63. tum Gal. libro nuper citato. videlicet in hanc ſententiam; Quicquid in fluxu muliebri vacuatur, perpetuo ſpecie tale eſt, quale eſt id quod in muliere redundat. ſi enim rubrum fuerit, ſanguinis ſanies in corpore redundat. ſin album, pituitæ. quòd ſi pallidum, bilis. ſi verò aquoſum, ſeroſa in animante redundare excrementa certum eſt. ſed de priſcis nunc ſatis. Non erit igitur abs re forſan è recentioribus vnum aut alterum appellare, qui hac de re poſt veteres accuratius aliquid elucubrarint: ſed prius indicato Auicenna de menſtruorum natura diligenter pertractante fen 1. tract. 3. lib. 3. quem tamen ob nimiam prolixitatem cum reliquis Arabibus nunc cõſulto prætermittã. ſicuti Græcos cæteros poſt Hipp. & Gal. citare videtur ſuperfluum, velut rem eandem diuerſis, ſæpéque iiſdem verbis repetentes: quod nominatim in Paulo, Aëtio, Oribaſio deprehendimus, & poſt iſtos, in Arabiſtis certa imitatione rẽ eandẽ inculcantibus.

Fluxio muliebris, quid & quorſum, & differentia, ſignaj.

titate m & qualitatẽ, vel ex motu ſuo. De quãtitate, ſi ſit parua: quæ paruitas, vel ex ſubtili diæta eſt, vel ex nimiis exercitiis. Rufus dicit, Mulieres ſe exercentes, & nimium mouentes, non multũ menſtruorũ habent: ſed quæ quieſcunt, & multũ comedunt, & ſuauiter viuunt, multa indigent purgatione menſtruorum. Ex qualitate materiæ, vel ex craſſitudine & viſcoſitate, vel de frigiditate, vel de ſiccitate eſt. incraſſatus enim ſanguis vias claudit, neq; facile exit. ſimiliter infrigidatus vel exſiccatus non currit in venas facile. Ex motu materiæ in alia membra ſe mouentis, ſicut in anum, & dicitur hæmorrhoïs, vel in nares. Item menſtrua auferuntur & corrũpuntur ex triſtitia cõtinua, gemitu, timore ira, & aliis, ſimilibus animæ paſſionibus. Cum ablatio menſtruarum diu elongetur, paſſionẽ in ſtomacho patiuntur, vtpote defectionẽ appetitiuæ, abominationẽ, malum appetitum, vtpote pulueris, terræ, carbonum, laterum, & ſimiliũ. Alia adhuc paſſio ſequetur maior, ſicut dorſi, colli, capitis & oculorũ dolor: patiuntur & acutas febres. earũ vrina tendit ad nigredinẽ. aliquando eſt ſicut lauatura carnis recentis. vniuerſaliter earum corpora morbis maximis ſunt apparata, ſicut phthiſi, hydropiſi, maniæ & ſimilibus. vbi mox de curationis modo pro diuerſitate cauſſarum diuerſo. ſequenti autem cap. 10. de fluxu ſanguinis agit cum menſtruis exeunte, cauſſis, modis, & curatione: ἐφύρ γυναικεῖον nuper vocabamus: de quo inter iatrica in therapeuticis.

Menſes quibus muliebribus pauci, vel multi, & quæ de cauſſa.

Menſtruorũ ſuppreſſorũ damnum.

EX CONSTANTINO.

E Latinis porrò Conſtantinus inter recentiores lib. 6. de morb. cogn. & curatione c. 9. Menſtrua (inquit) mulieribus veniũt, cum ætatem 14. annorum ſubeunt. ſed tamen ſi feſtinauerint, in duodecim annis. Cauſſa eorum, quia corpora mulierum naturaliter frigida & humida ſunt: vnde multos humores colligunt. qui cùm ad inferiora deſcendunt, cum menſtruis exeunt: ſicut in arboribus videmus, quarum humores cum gummi egrediuntur. Cum exeunt menſtrua ſecundum quod oportet, in quantitate & tempore, purgantur humorum ſuperfluitates. quod ſi fiat contra in quantitate ſiue tempore, vel ſi auferantur, diuerſitates paſſionum generantur. Eorũ autem ablatio eſt aut naturalis, aut non naturalis. naturalis, quæ mulieribus poſt 45. annos contingit, alijs in 40. alijs in 35. maxime multum pinguibus & carnoſis. Ablatio accidentalis vel ex virtute, vel ex organis, vel ex materia. Ex virtute, ſi in membris dominentur aliquæ cõplexiones malæ, naturaliter vel accidentaliter. Ex organis, propter ſubſtantiam vuluæ, vel venarum ſuarum. Ex ſubſtantia vuluæ, ſi ſit ſpiſſa & viſcoſa naturaliter ſeu accidentaliter. Ex venarũ ſubſtantia, ſi ſint ſtrictæ naturaliter, ſicut pinguibus euenit, quibus venarũ ora ſunt cõſtricta. Naturaliter ſeu accidentaliter, ſicut ex oppilatione, quæ innaſcitur eis de craſſis humoribus & viſcoſis. De materia ſecundũ quã-

Menſium tẽpus, cauſſa, cõmoda.

Mẽſes quãdo deſinant, & quibus ex cauſſis.

POrro è noſtris duo ſunt inſignes viri populares mei ambo, qui vt de reliquis medicinæ partibus pleráq; egregia ſcriptis mandarũt, ita & de mẽſtruis diſerta oratione perſcripſerunt. prior, & quandiu vixit, lautior, atq; regibus & principibus cõmendatior Fernelius lib. 7. Pathol. c. 7. Menſtruum non quemadmodum ſemen, vltimi alimẽti, ſed ſanguinei portionem quandã eſſe, hoc eſt indiciũ, quòd non mariſcæ, non fluxus ſanguinis è naribus, non varices, non tale quicquam mulieribus magna ex parte accidere ſolet, quandiu id profluit: ſi quid horum erumpit, deterior fit menſtrua purgatio, quòd huius materia alio rapta diſſipetur. eorum animantium quæ viuum fœtum edunt, fœminas menſtruo abundare neceſſum eſt, vt hoc fœtum, quem ſtato tempore vtero gerunt, plene alant ac ſuſtentent. Quo autem hanc alimenti vbertatem natura ſuppeditaret, fœminam imbecilliorem frigidioremque mare conſtituit. Proinde illi ex frigida imperfectáque natura, menſtrui ſanguinis vtilitas acceſſit. Et paulo poſt, Mẽſtrui circuitus cauſſa aut in naturæ conſuetudinem, quæ omnia certis legibus ſtatiſque periodis exequitur, aut in ſempiternos & immutabiles Lunæ curſus referenda eſt: quæ vt luminum varietate tum crescens, tum ſeneſcens menſem dimetitur: ſic homines, vt ſanè reliquorum omnium humores rata ordinis conſtantia regit atque moderatur. Non eſt autem men-

Menſtrua vnde fiant, & quid efficiant.

Menſtruorũ vſus, & proximus cauſſa.

Menſtrui circuitus cauſſa.

Luna vis in humida.

Menſtrui natura, & motus tempora.

ſtruum, affluētia & exuperantia ſanguinis, vtilioris: ſed à puriore ſanguine ſecernitur naturæ beneficio, preſertim decreſcente aut ſilente Luna. cuius de maleficio credito nos paulò poſt ex hoc loco & aliunde perquiremus. rurſus ſequente cap. 11. Sanguis in tres diſtribuitur portiones. Prima ea eſt, quam fœtus per acetabula vi ſua pro alimento trahit, hæcque non modo menſtrui, ſed etiam totius materni ſanguinis (vt Auenzoari credimus) pars eſt ſynceriſſima & longè optima. Altera ſanguinis portio, nullo item contaminata vitio, cùm primū fœtus monetur, in mãmas concedit, vt naturæ mutationibus in lac cõuerſa, recens nato infanti familiare & cõueniens ſuppediret nutrimentum. Tertia in ipſo iam partu, & multo poſt tẽpore, copioſe è venis per vterum dimanat. Tres eæ portiones in ſuperuacuo mulierũ ſanguine continentur, & menſibus ſingulis naturæ impulſu foras exturbantur: hincque mẽſtruorum nomen inuenerunt. Vna tamen ea portio, quæ in pariendi tempus reſeruata foras propulſatur, verum eſt menſtruũ nutricationi ineptum, non molis tantũmodo copia, verumetiam qualitate noxium & infeſtum. de cæteris non ita multo poſt. Hæc & plura iiſdem locis Fernelius ex Hip. & Ariſt. & Gal. pleraque, ſed in nõnullis à medicorum recepta ſententia diſcrepans, vt ex illorum collatione, & ijs quæ produxi, ſatis patet: præſertimq; de menſtrui maleficio, de quo mox περιλαμπτικῶς.

Sanguinis partes ac diſtributio.

Lochia vnde.

Menſes vnde colligantur.

Menſtruum propriè quid & quale. N. imò λοχεῖα ſunt.

EX SYLVIO.

VEnio ad Syluiũ, optimũ quondã medicæ rei apud Pariſios interpretẽ regiũ: cuius de mẽſibus mulierum extat cõmentarius ſpeciatim conſcriptus, tibi per otiũ non ſine fructu & voluptate legendus: ex quo placet huc quędam coniicere, collectis à me ſimilia, vti ex veſtigiis agnoſces. Excrementum animalibus viuiparis aut inutile eſt, idémque humidum ac ſiccum, & quod Galenus vaporoſum: aut vtile, etiam triplex cum Gal. ſanguis menſtruus, fœminiũ ſemen, & maſculinum. tria hæc, duo generationis ipſorum primordia, potiùs quàm tantũ duplex cum Ariſt. ſanguinem menſtruũ & ſemen fœmininum rem vnam affirmãte. Eſt verò tam ſemen vtrúmq; quàm mẽſtruus ſanguis, excrementum vtile & benignum alimenti vltimi partium, illud ſpermaticarũ, hic ſanguinearũ. Venæ enim & arteriæ alimento expletæ, quod reliquũ eſt, præ frigiditate incoctũ in vterũ transfundunt. Sanguinem verò menſtruum, vt reliquum omnem, hepatis & ſecundæ in eo coctionis excrementum eſſe, non tertiæ (quæ in ſingulis partibus alendis obitur) ex Gal. & Auicẽna potes colligere. vnde menſes rubros eſſe aiunt, cùm albi eſſe deberẽt, ſi partium alimenti eſſent excrementum, quæ natura ſunt albæ, & ex ſpermate productæ. Porrò fœmina in omni genere rerũ cùm ſit (vt Hippocrati placet) frigidior mare in animalibus, ob id plus appetit, minus coquit, parciorem triplicis ſubſtantiæ diſſipationem ſuſtinet, ob corporis totius denſitatem, ex frigido corporis habitu naturali & acquiſititio productam. Præter victum enim largiorem crudiorémque, vitam quoq; agit ſedẽtariam magis, præſertim ipſa mulier. hinc fit vt fœminis, quàm maribus ſanguis ſit nõ modo nigrior & craſſior, ſed etiã largior, ſi æquæui ſint & æque ſani, cæteráſque adſint paria. Quin & fœminis ipſis plus eſt ſanguinis parte interna, minus parte corporis ſumma continetur. Sed omnium fœminarum maxime mulier ſanguine abũdat: & quæ menſtrua appellamus, plurima fieri in mulieribus ſolent; quòd victu quàm cæteræ fœminæ vtãtur non largiore modo, ſed humidiore & excrementoſiore: præterea otioſa ſit præter cætera. poſtremo nihil aut minimum eius excrementi in corporis munimenta abſumit: cùm animalia cætera hoc materiæ ſuperuacuũ vertant in corporis alimentum, & quædam item in corticem, alia in ſquamam, alia in pennarum frequentiam: & terreſtria animalia parientia, in pilos, & corpulentiam, & vrinas multas & craſſas hanc vacantem materiam transferant. Od id hæc purgatio mulieribus inter fœminas plurima euenit. Fit & cætetis animalibus viuiparis hæc menſtruorum purgatio, ſed nulli æque ac mulieri. Huic autem circa annum ætatis 14. quæ menſtrua vocantur (quod eſt ſanguis quaſi recens occiſi animalis) erumpunt, plurimis cùm vbera ad duos digitos promittunt, & vox in grauiorem mutatur. quo tempore ad vſum veneris maxime incitantur: ſunt enim per id ætatis nubiles. quibuſdam tamen etiam 12. & 11. anno proueniunt: ſed hæ ſunt vitæ breuioris; vt quibus erumpunt tardius, viuunt diutius. Poſtquàm igitur excrementoſus hic ſanguis collectus eſt, menſtrua moueri incipiunt. at ſi concoctum id non eſt, crudum aliquid paulatim ſecernitur. Quamobrem quæ alba vocantur menſtrua, paruis adhuc & admodum puellis proueniunt, & magis ſi cibo vtantur humidiore & crudiore. hæc autem alba incrementum corporis impediunt, & puellam extenuant, ſi frequenter & immodice mouentur. Deſinunt autem mẽſtrua plurimis circa annum 40. quod tempus quæ exceſſerunt, menſtrua ad 60. ſeruantur: quo tempore etiam nonnullæ pepererunt: ſed vltra hoc tempus nulla poteſt mẽſtruam purgationem protrahere. nam principium & finis mulieribus prolis recipiendæ, & maribus præbendæ, eſt menſtruorum & ſeminis emiſſio. Sed neq; cùm incipiũt, ſtatim prolifica ſunt, neq; cum deſinunt, & iam pauciora & infirmiora ſunt. Conceptus tamen mulieribus à profluuio menſtruorum ſua natura contingit: & quæ his carent, ſteriles magna ex parte, exigunt. Verum an conceptus citra menſtruũ profluuium contingat, mox inquiremus. Deſinunt menſtrua ante hos annos ſæpe ex morbo aut acuto aut longo, mœrore, timore, victu parciore, laboribus auctioribus: citiſſime in pinguibus corporibus ceſſant, nec prius tamen anno 35. nec ſerius 50. raro enim ſexageſimũ annũ purgationes menſtruæ attingũt.

Excrementũ quotuplex, & quale.

Principia humanæ generationis.

Semen & menſtruum, quid & vnde.

Menſes, excrementum ſecundæ coctionis, & vtile.

Fœmina mare frigidior, & quid inde ſequatur.

Sanguis maribus quàm fœminis, & comparatio cum virili.

Mulier ſanguine abundat, & menſtruis, quamobrem.

Fœminæ brutæ etiam menſtruales.

Muliebre menſtrui tempus, & qualitas, & ſigna contemporanea.

Alba menſtrua quæ, & quibus, & eorum effectus.

Menſtrua quo ætate deſinant.

Generandi in homine terminus.

Mulier quando concipere apta.

Menſium ſuppreſſionis cauſſa, & tempus.

Ad tempus verò nõ omnino ſiſtuntur lactantibus, & vtero gerentibus: ambabus tamen multus ſanguis & natura & ex victu pleniore. Abſurdum igitur nihil eſt, à conceptu menſtrua effluere (nam etiam poſt conceptum aliquandiu prodeunt, quamquam parce, nec ſemper) ſed morbidum id eſt: quamobrem paucis & raro accidit. Quæ autem magna ex parte fiunt, ea maxime ſecundùm naturam ſunt, ex Ariſt. Adde quòd quibus prægnantibus menſtrua vſque ad poſtremum gerendi tempus eueniunt, hæ parua pariunt, & non vitalia, aut infirma. Et quandiu lac emanat, quãuis purgationes magna ex parte non fiant, quibuſdam tamen lactantibus fiunt. Quæ præterea purgationes quibuſdam accidunt mulieribus cùm conceperunt, fere ſunt ordinatæ, & per tempus quoddam accedunt, vt triginta dierum, maxime ſi fœmina eſt, quadraginta, ſi mas. A partu etiã purgationes eodem dierum numero ſequi volunt: nõ æque tamen exacte, per dies ſcilicet triginta, ſi fœmina, per quadraginta, ſi mas editus in lucem eſt. Menſtrua enim nullo circuitu certo deſcribuntur: tendunt tamen moueri decreſcente menſe & Luna: Idque ratione recta: corpora enim animalium frigidiora ſunt dum aër continens talis euadit: menſium autem coitus & fines frigidi ſunt, propter Lunæ defectum. Medicorum tamen vulgus per ſingulas Lunæ quadraturas purgari mulieres volunt: iuniores quidem per primam, ſeniores per poſtremam, ætate medias per alias; idque frequentius & promptius tum à natura, tum à medico menſes mouente obſeruatum prædicant: hoc etiam carmine addito,

Luna vetus vemlat, iuuenes nona Luna repurgat.

Quòd igitur hũc ſanguinem mulieres ferè ſingulis menſibus, ſi ſanæ ſunt, excernunt, menſes & menſtruas purgationes appellarũt, vt Græci ἐμμηνα καὶ καταμηνια. Et tempora etiam vocat vulgus, quòd ferè ſtatis temporibus prodeunt. alij etiam malam ſeptimanam, quòd effluxiones vocatæ ſeptem numero dies fieri ſolent. Sunt qui flores vocant, & alba menſtrua, albos flores: quoniam (inquiunt) vt flos fructum antecedit, ſic mulieres antè nunquã concipiunt, quàm menſes fluxerint, vt affirmant practici propè omnes. qua de re paulò poſt dicã apertiùs. Nec tantùm, nec ſemper ſemel ſingulis mẽſibus fiunt hæ purgationes, ſed quibuſdam frequentiùs, alijs ratiùs. Multis enim ex deſiderio coitus (quod ætas iuuenilis, aut longa veneris abſtinentia excitat) menſtrua ſæpe ter in menſe citantur. Adhæc paucis menſtrua ſingulis menſibus mouentur, ſed vno intermiſſo plurimis. Quibus vniuerſim & breui tempore, hoc eſt biduo vel triduo profluunt, feliciores ſunt, quàm quibus paulatim. Et in longum tempus protrahitur hæc purgatio ſeptem numero diebus fieri conſueta: Laborant enim omnes, & corpus habent graue, quandiu affluit humor: Multis etiam ſtrangulatio ſit ab vtero, quibus eruptioni propinqua ſunt menſtrua, donec erumpant: his tamen tantùm A ſtrangulatio hæc contingit, quæ per venas & arterias à vaſis ſpermaticis ortas, in vteri fundum, ſed etiam latera, orificiis deſinentes purgantur, vt alias patuit. Fluunt menſes largius & frequentius, & contra parcius & rarius multis mulieribus, nõ tamen minus inde ſanis, quàm quibus medio quantitatis & minori modo fluunt. Quæ enim venas habent latas, & hepar multum ſanguinem generans (quale ferè eſt magnum, & ideo voracibus familiare) hæ ſi alimentum & multum & frequens & plenius nutriens ingerant, & vita adſit otioſa, & ſomnus longior, aër pluuius, auſtrinus, & mox à ci- B bo balneum aut frictio quantitate mediocris, menſes habent largiores & frequẽtiores; præſertim ſi iuuenes ſunt & fuſcæ, debiles aut veneri aſſuetæ, aut cauſſæ adſint aliæ, ſed paucæ aut imbecillæ, purgationem menſium immodicam facere conſuetæ, vt cibus humidus, & aër, & ſimilia; niſi craſſus, lentus ſit ſanguis, aut per alias partes vacuatus, nares, ſedem, gulam, aſperam arteriam, ſectam venam; aut alia larga fiat vacuatio per ſudorem, alui fluorem, puris vomicam, poſtulas omnes in cute efflorescentes; aut febris acuta, aut longa ſuperuenerit. Corpulentis autem mulieribus multum men- C ſtrui in corporis alimentum tranſit: & in coitu candidæ natura plus euaporant quàm fuſcæ. parciores igitur his menſes fiunt: præcipuè ſi accedat euacuatio ex victu parciore parum nutriente, vacuatione quauis, labore, cura, mœrore. Corpulentas cum Ariſt. & Aëtio intelligo viriles, fuſcas, compactas, neruis robuſtas, venoſas, lumbis & natibus ampliori-bus, pectore & humeris latioribus, & piloſis. Quæ item natura ſunt obeſæ admodum, quia venas habent anguſtas, in his etiam paucum ſanguinem, & qui ferè in adipem abſumitur: ob id omnium rariſſimè concipiunt, & ſi con- D cipiunt, fœtus graciles & admodum imbecillos pariunt: igitur & menſes paucos, vt graciles ex morbo longo, victu tenui, laboribus, intemperie calida: contra graciles natura, ſed victu impinguante ſaginatæ, & bene carnoſæ, largiores profundunt. Nec ſolùm quantitate diuerſa eſt mẽſium purgatio ratione alimenti & ætatis, ſed genere. nam iuuenibus ſanies tantum loturæ carnium recens mactatarum ſimilis, & ea largior fluit: hoc eſt, ſanguis incoctus, aut quia concoctus nondum eſt, aut quia in ſerum degenerauit. ſenibus autem craſſus, niger, paucus, & qui facilè vel in cor- E pore concreſcit. ætas media & firma medium tenet. Adhæc purgatio menſtrua ad ætatis vſque vigorem augetur: florente iam ætate æqualis perſeuerat, vel parum aucta aut diminuta: ætate iam declinante paulatim minuitur, donec omnino deſinat. Vere autem, vt in pubertate largius fluere videntur, ob ſanguinis in corpore tunc redundantiam, virium robur, & cœptum tunc fieri humorum motum. æſtate etiam, vt ætate florente, largi ſæpe menſes fluunt, ob ipſius acrimoniam & tenuita-

Mẽſes ſinũt etiam grauidæ, qualiter, & quid inde ſequatur.

Menſes lactantibus vari, item grauidis.

Lochiorum tempus. N. hæc pugnãt cum citato Hipp.

Mẽſes quãdo cieantur, & ratio.

Mulieres qualiter ad Lunam mẽſes præfundant.

Mẽſes, tempora, mala ſeptimana, flores, alba mẽſtrua tur dicuntur.

Menſes quibus frequẽtes aut rari.

Mẽſes quot diebus fluãt.

Menſium inſtantium ſymptomata.

Menſes quibus pauci aut largi profluãt, & quid hinc ſequatur.

Menſtrua corpus alãt. N. ergo non venoſa.

Corpulenta mulier, qua.

Menſes quibus parci, & qua de cauſa.

Pinguium mulierum duplex genus, & mẽſtrua diuerſa.

Menſium vtilis ab ætate, ab anni tempore.

Menſium beneficia, & incommoda.

tem. iuuentus enim ætatum, vt æſtas anni partium eſt bilioſiſſima. Quæ igitur mulieres pro ſanguinis menſtrui multitudine purgantur tempeſtiue, hæ cæteris ſunt ſaniores, fœcundiores, caſtiores, & veneris minus appetentes: cùm verò ſiſtuntur, aut parcius fluunt, ægrotant, ſalaces ſunt & infœcundæ: aut ſi generẽt, imbecilles aut morbidos gignunt. Si immodicè fluãt, alij fiunt affectus. Seruat enim corpora integra menſtruorum etiam alborum ſeceſſus, cùm modice fit (ſuus autẽ cuique modus eſt) quia corpus ab excrementis vindicatur, quæ ipſi ſunt ægrotandi cauſſæ. ſed ſi non fit, aut immodice fit, dãnum euenit: aut enim morbi oriuntur, aut corpus emarceſcit & extenuatur. Mulier verò immodicæ ſanguinis aut profuſioni, aut retentioni obnoxia, cæteris ſanguinis morbis minus quàm viri ſolet infeſtari. Paucis item mulieribus fiunt varices aut mariſcæ aut ſanguinis è naribus profuſio: & quod eorum acciderit detrimentum, in menſtrua decumbit. nam hæc ob id parciora fiunt: quemadmodũ ſi ſanguis per alium vacuetur meatum, vel naturæ ſponte, vt per vomitum, ſputum, ſedem, meatum vrinarium, vel ſecta à medico vena, vel à foris corpori violenter occurſantibus diuiſa. Huc pertinet Aph. Hipp. 29. lib. 6. Mulier podagra non laborat, niſi menſtrua defecerint. & Aph. 13. lib. 5. Si menſtrua plura fiant, accidunt morbi: & ſi non fiant, ex vtero morbi contingunt. quo eodem libro plures Aphoriſmi de natura menſium proponuntur in vtramque partem, quos ferè iam attigi, aut ab Hipp. repetes. ac de ſuperuenientibus vtrinque ſymptomatis, tum ex menſtruorum ſuppreſſione, tum immoderata profuſione, iam antè ex Gal. monui lib. de loc. affect. tum ibidem Syluius pertractat libro nuper producto, curationem, ſigna, cauſas exponens, atque alia ſpecialia de peculiaribus vteri pathematis, vt hiſterica ſuffocatione, præcipitatione, peruerſione vteri, ſimilibúſque ad therapeuticen ſpectantibus, de quibus inter iatrica ex profeſſo.

Albi flores quid faciãt.

Mulier morbis à ſanguinis vario affligitur.

Menſes quæ minuant.

Mulier quãdo podagrica.

Morbi à menſtruis, quando.

Tranſitio.

Porrò quæ ſub Alberti Magni nomine circunferuntur in vulgus Secreta mulierum, ea ſi quid veri habent, tamen magna ex parte conficta videntur eſſe ad lectorem alliciẽdum & oblectandum: ac de ſemine & menſtruis & vteris & generatione hominis, pleraque plauſibilia & veriſimilia potiùs quàm vera aut neceſſaria continent; ideo nunc mihi iure prætermittenda; cùm neque adeo multorum aliorum hac de re ſcripta licet præclara, lubeat hæc omnia congerere, iſta ſufficere ratus ad rei amplam & exactam veritatem demõſtrandam, & hiſtoriam omnibus ſuis numeris abſoluendam: vt quod ab alio prætermiſſum eſt, alius farciat ac ſuppleat rependatque; ſicuti ex Hipp. Ariſt. Gal. primariis phyſicis, cibi (opinor) ſatis conſtitit: ex quibus omnia ſumma atque præcipua hanc in ſententiam mihi videor collegiſſe atque ſubduxiſſe, necnon aliquo indicio adhibito expendiſſe

A atque examinaſſe: præter illa quæ iam ab initio capitis huius noſtro arbitratu ſumus præfati. niſi ſiquid me pluribus intentum fortè ſubterfugit. Sed iuuat ad extremum aliquot problematis de hoc poſtremo humore anquirere, vt tandem latè fuſam iſtam de humorib. diſceptationem concludam: & ſiquid ſuperſit in hoc ampliſſimo analogiæ excurſum, illud ad extremũ percurram. qualia fortaſſe multa ſuperſunt, ſi ſingula adamuſſim excutere atq; particulatim perſequi velim. quæ autem deinceps tractanda ſuſcipimus, ea erunt, quæ de humoribus concreuiſſe & coaluiſſe in nobis

B ſecundùm naturam deprehenduntur. Sed de his poſteriùs: illa priùs quæ dixi problemata circa mulierum menſes excutiamus peruideamúſque.

Propoſitio.

An menſtruo muliebri tam dirum virus ineſt, vt quidam perhibent?

PROBL. I.

Natura prouidentia in menſibus excernendis.

C NATVRA ſagax & prouida, ac velut optima parens, ita infirmo ſexui muliebri proſpexit (eſt enim fauor pro laborantibus, aiunt rhetores) vt quantum illi ſupereſt ſanguinis ad iuſtum corporis vniuerſi alimẽtum incrementumque, niſi vtero gerat, illud ſtatis menſium interuallis vel copia moleſtum, vel qualitate maleficum excernat. Inde eſt illa menſium eruptio ſingulis lunæ periodis viſitata, qua de paulo antè diximus. Inuenti autem ſunt nonnulli, qui menſtruis illis tam dira, tam ominoſa tamque abominanda tribuerunt, vt ſi vera ſint quę referunt, nullum nocentius aut magis peſtiferum animal domi alere homines queant: quam mulierem con-

Obiecta de maleficiis menſium.

D tubernalem, nulla ferè non ſui parte, ſi hæc ita ſunt, contagioſam & modis omnibus infeſtam iis quæcumque obuia illi fuerint: vt & viſu funeſta, & tactu pernicioſa, & auditu doloſa, & odoratu peſtifera, ne dicam ſapore mortifera ſit habenda. ad quam quoties quis accedat. vel adeo cum illa commiſceatur, totiesde vita déque ſalute periclitetur, ac de veneno atque faſcino ſuſpicari poſſit ac debeat. Ita vt nullo commodiore ſupplicio Deus hominum malitiam plectere potuerit aptiùs, & vlciſci commodius, quàm data illis contubernali fœmina, ceu vipera aut baſiliſco, omnibus

Mulier, animal nocentiſſimum, ex hypotheſi.

E ſui corporis partibus, ſed cauda potiſſimùm, quod aiunt de ſcorpione, lethaliter infeſtante, & virus exitiale iaculante. Quæ ſi vera ſunt, cur nos non quotidie tabeſcimus, non faſcinamur, non morimur? cur noſtra ſoboles non anguino partu lethalior ſit, quæ de tam inquinata naturæ officina prodeat? quæ de materia tam virulenta coaleſcat? Quid prodeſt ille muliebris candor fallax, quid illa corporis venuſtas, illæ ſermonis blanditiæ, illa vultus & oris ad ſeſe alliciens hominem pulchritudo? neq; verò hominem ſolum, ſed angelos etiam, ſi quibuſdam credimus, & hæc verba perinde

Mulieri virus in cauda.

Muliebres rictus, delique.

dam autem ad imas adeo totius ventris partes depressit, vt posterioribus cruribus sint proximæ, adhæc, fœcundis quidem multas, infœcundis autem binas effecit. Porrò quibus animalibus in partibus supernis superflui nihil absumitur, his in pectore ipsas collocauit. & si vnum aut duo concipiant, duas: sin verò plura, duas quidem in pectore, alias verò inferiùs adhibet. In homine verò mammæ pectori meritò inhærent, ob dictas alibi causas in partium solidarum historia, ex qua necesse est hîc quædam repetere. Quòd si lactis causâ mammæ extiterunt, eámque primam ac maximam animalibus præbent vtilitatem: lac autem, est cibus exactè confectus. in eo potissimùm loco constituere eas conueniebat, vbi facillimè simul & citissimè lactis copia perfectè elaborati potest consistere. Nam quis locus alius magis insito animantibus calore (cuius cor est fons) frui queat, quàm is qui in hominibus, mammis est destinatus? aut quæ pars alia magis quàm mammæ, sanguinem in venis atque arterijs priùs confectum recipit? de quibus nos quidem abundè antehàc: sicuti & de mammarum natura glandulosa, & crassis indumentis non dissimili, veluti cordis quodam tegumento ac munimento ornamentóque. Idem eiusdem operis lib. 14. cap. 4. At quòd mammis lac tunc accedit, quo tempore fœtus iam est absolutus, id dementi cuipiam fortunæ, non arti eximiæ ferant acceptum. quod si aliud nihil, id tamen solum cuius persuadere queat, factum fuisse artificiosè: cùm enim tenera adhuc sint atque imbecilla recens nata animalia, edulia solida nondum possunt conficere. Ob eam certè causam natura, perinde ac si vtero adhuc gererentur, alimentum ex matre ipsis comparauit. ibidé mox cap. 8. Cùm tota conceptus tempore in communibus vasis, ceu promptuarijs quibusdam alimenti, acernatum fœtus alimentum ea vasa attollit atque distendit & veluti exundat, locum in quem transferat sese, requirit: quem reperire non potest, nisi in pectore, in quod simul venæ distentæ ac grauatæ id immittunt. simul autem ventris totius moles, quæ propter conceptum ipsis incidit, ac premit, ad locum cedentem propellit. Ita igitur lac menstruo germanum esse ait Hipp. vbi & de venis vtero & mammis communibus, & de aphorismis Hipp. eandem in sententiam scriptis, & paulò antè à me citatis. Denique sub finem lib. 15. Homini verò alimentum quidem Natura lac comparauit: eadem autem die præstituta vtrumque duxit, in mammas scilicet eius quæ peperit, alimentum: ad nutrienda verò animalia, conatum ad huiusmodi succum capessendum. Nam siquis papillam mammæ ori infantis indiderit, cófestim quidem eam suis labijs constringet: protinus autem buccis dilatatis succum attrahet: pòst autem curuata lingua in fauces propellet, perinde ac si id multo antè tempore didicisset. Inde autem stomachus in ventriculum deducit & ipse velut edoctus. deinde vẽtriculus vbi eo est vsus mittit intestinis quod sibi est superfluum. hæc autem deinceps sibi mutuò dispertiunt vsque ad postremũ. Sed enim idem Gal. lib. 10. simpl. medicam. facult. cap. 7. lactis generationem & dotes ita tradit: Igitur lac sanissimũ, velut etiam sanguis, purum synceróque est, nec amarinudinis, nec acrimoniæ, aut aciditatis, aut salsedinis, aut fœtoris particeps, sed vt dixerit quispiam, bono odore præditum, aut odoris expers, aut certè exiguũ odorem bonum referens. clarum etiam est, id esse debere gustu suaue, pauculam habens dulcedinem, sicut & sanguis integræ sanitatis, ex quo & lacti constat generatio. vbi mox de vi & vsu lactis, vtendíque modo. Maximè verò mulieris bene habitæ, & bonã victus rationem seruantis lacte vtendum (nam id humano corpori est familiarissimum) deinde aliorũ animalium, quæquidem ab humana natura non longissimè absunt: id quod scies ex carniũ odore: nam fastidiosus est & inamcũdus eorum quæ multum diuersam habent temperiem: non inamcundus autem est eorum, quæ non porrò absunt. Quocirca etiam homines docti experiẽtia, caprino, ouillo, bubulo, asininoq. vtuntur lacte quorum postremũ tenue est, & plenum humoris serosi: velut bubulum crassum: caprinum consistentia medium. Porrò lac omne ex tribus constat essentijs, caseosa, serosa, pingi. Sed iocas istam generationis similitudinem audire ex lib. 7. plac. Hipp. & Plat. Sic natura & semẽ & lac cùm velit exactè conficere, quamuis animali spiritu sint potestate longè inferiora, diuturnam illis in instrumentis cõcoctionis morã machinata est, neque iccirco semini, testibus annexũ an fractum, lacti, vasorum ad mammas tendentium longinquitatem præparauit. Qua eadem similitudine vsus fuerat lib. 16. de vsu part. subfinem: Lac enim ac semen ex sanguine exactè cocto generantur: coctionis autem perfectionem tempus moræ ac consuetudinis cum vase ferente ipsis tribuit. mora enim ex necessitate accidit in longioribus: longiora verò semper sunt, quæ à longinquo veniunt. Idem cap. 20. li. 5. de medicam. simpl. facult. sic coniunctim de vtroque: Lactis & seminis effectrices facultates sunt partim in medicamentis tantùm, partim in alimentis, in medicamentis, cùm succos pituitosos excalfacientes in sanguinem vertimus. in alimentis autem, secundùm substãciæ totius similitudinem: vbi videlicet boni sunt succi, & humida ac tepida, calida, ceu ipsum lac, quod in medio pituitæ ell & sanguinis in calore, propiùs ad sanguinem accedens. vbi mox aliquot deinceps capitibus de ijs quæ lac generant, aut abolent. Porrò Galenus aphorismos explicãs illos, quos ex lib. 5. aph. Hipp. citaui, multa in singulis de lacte notatu digna scribit cuique legenda & recognoscenda: ex quibus pauca ista mihi subduxisse fuit satis. ac primò ad aph. 37. Communes quædam venæ sunt mammis ac vteris, quæ vbi parum habuerint sanguinis, graciles quidem mammas reddũt: alimenti verò inopia nõnunquam fœtum perimunt, nonnunquam etiam ad excretionẽ (seu abortionem) excitãt, de qua alibi ex Hipp. lib. de natura pueri. & ad aph. 39. Hoc quidem commune est omnibus animalis parti-

Mammarũ vsus, & lac quidsit.

Lac ex in mãmis elaboratur, & quomodo.

Lac quando fiat, quisve in vsu.

Lactis officina, & vsus ad mãmas confluxus.

Lactis & menstrui affinitas.

Infantis alimentum & naturale ingenium in sugendo lacte.

Embryon quomodo alatur.

Lactis probi nota.

Lac è sanguine.

Lactis dolcedo.

Lactis boni signa ex carne animalis.

Lac humani similitudo quadruplex, ac differentia.

Lactis imperfectio.

Lac & semen quæ generentur, & vbi.

Lac & semen vnde fiant, quemodo.

Lac & semen quæ præstent.

Lactis temperamentũ.

Venæ mammarum & vteri communes, quæ sint.

bus, quę ipsæ sunt humores aliquos vtiles generare aut ad vsum aliarum partium, aut ad generis propagationem, aut ad fœtus nutritionem, esse humorem illum, quandam veluti superfluitatem alimenti partis ipsum generantis. Sic in mammis quidam sunt adenes vim habentes id quod ad eos influit, sibi ipsis assimilandi. Cùm ergo hi sint exangues & albi, proprium efficient humorem, talem qualis est lac: eiúsque maiorem copiam, quò plus alimenti defertur ad ipsos. & ad aph. 40. Adenum natura, illorum præsertim qui in mammis sunt, exanguis procul dubio est & frigida: omne enim exangue frigidum. atque ideo sanguinem, qui defertur ad ipsos, ad frigidius commutat. Quanto enim adenes hi sunt hepatis carne frigidiores, tantò lac sanguine. Qui verò ad mammas defertur sanguis, ad contrariam naturam alterari non poterit, ita vt lac fiat, tum propter feruorem, tum propter exuperantiam. sed de hoc nunc quidem satis.

Partium excrementa sunt alia alimenta.

Lac vbi gignatur, quove modo.

Lac cur frigidiusculum, & à quo gignatur.

Lactis cum sanguine comparatio.

Sanè quidem hac quòd sit probi alimenti, & quòd laudabiles gignat humores, & quòd phthisicis potissimùm conueniat, dictum Galeno sæpe: sicuti lactis tres omnes esse partes, caseosam terrestrem, subfrigidam; butyrosamque pinguem modicè calidam; & serosam acrem; quam frigidam nominatim profitetur cap. 16. lib. 4. de simpl. medicam. facult. & tamen lac calidam & acrem qualitatem facultatémque à sero habere scribit idem cap. 16. lib. 3. de alimont. facult. Quam posteriorem secutus sententiam Auicennas serum lactis calidum & acre vendicat: cùm potius refrigeret ac detergeat, aluúmque tergendo blandè soluat. Cæterùm de lactis natura, qualitate, differentiis, & comparatione ad diuersa animalia, vsu & effectis, alimenti bonitate aut vitio, legendus tibi Galenus est in libris de simpl. medicam. facultatib. & de aliment. & de cibis boni & mali succi, & libr. de sanitate tuenda, & lib. therapeuticis. namque nos de solo lacte muliebri dicere instituimus, nobis familiari alimento, & humore cognato congenitóque. de quo licet plura à me dici possint, tamen his dictis acquiescam, vt ad vltimum humorem, atque huic nuper tractato affinem transeam. vbi priùs allegoricum illud obiter ex Paulo subiecero, 1. Corinth. 3. Tanquam parvulis in Christo, lac vobis potum dedi, non escam: nondum enim poteratis: sed nec nunc quidem potestis: adhuc enim carnales estis. & Hebr. 5. Facti estis quibus lacte opus sit, non solido cibo. Omnis enim qui lactis est particeps, expers est sermonis iustitiæ: parvulus enim est. perfectorum autem est solidus cibus, eorum qui pro ipsa consuetudine exercitatos habent sensus ad discretionem boni ac mali. Verùm theologica nunc relinquamus, atque id quod nunc instat, agamus. Vt tamen hoc obiter moneam, ab arte & professione medica ductas similitudines plurimùm lucis tum aliis discipulis, tum illi ipsi artium magistræ theologiæ afferre: qua de re nos in nostra medicinæ Apologia.

Lactis natura, & vsus, & partes, earúmq. temperamenta.

Gal. de sero lactis diuersa scribit.

Serum lactis calidum an frigidum.

Similitudo à natura infantis.

Alia artes præclaras mutuantur à medicina.

DE MENSTRVIS ET LOCHIIS.

Cap. X. *Siue liber vnus.*

EX humorum vniuersorum humani corporis numero à me propositio, & ex notatione Galeni post Praxagoram indicato potiùs quàm nominato; vnus mihi duóve supersunt explicandi, & quidem continctim, quia licet nominibus distincti, re tamen ipsa naturáque & vsu tanquam vnus & idem humor censeri poterit. vterque in muliebri sexu proprius; non tamen omni ætati conueniens, neque accidens ab eo inseparabile: sed adultis & maritatis & puerperis vtique peculiare. Græci καταμήνια & ἐπιμήνια & ἐπιφυσήματα, & τὰ λοχεία vocant: Latini menses seu menstrua & lochia pari forma enumerant. atque hæc quidem ἀπὸ τῶ λοχεύειν, quòd ex puerperio purgamenta sint, nutriti intus embryonis reliquiæ, vt alias dixi, & posthàc repetam. illa demùm καθ' ἕκαστον μῆνα, quòd in mensem, vel quoto quóque mense repetant ac recurrant. vnde cauillus natus est in ferum muliebrem velut lunaticum, & Lunæ motui arque mutationi obnoxium.

Transitio.

Lochia vnde dicta, & quid.

Menstrua cur dicantur Græcis & Latinis.

Mulier lunatica, quæ de re.

Mulier igitur, eáque propè sola inter omnes animantes fœmina (cæteris enim in pilos & tergus consumitur, siquid est alimenti superfluum) cùm degat otiosa & sedentaria, nullo ádmodùm arduo exercita opere, nulla vehementi exercitatione agitata & commota, multis autem se ob ingluiem & cupediam cibis omnigenis ingurgitet, neque perspirabili cute diffletur: ob eas potissimas causas plurimùm congerit sanguinis: quo alimento idoneo alitæ partes vniuersæ, breui interuallo annorum, incrementum capiunt, vel adeo quàm in maribus multò celerius, annisque paucioribus. sic enim noster affirmat Hipp. & experientiæ suffragatur lib. de septimestri fœtu; Similia in simili longius tempus sunt, & tardiùs discernuntur, propter consuetudinem & amicitiam. quanquam aliàs cùm à matre segregatæ fuerint, filiæ citiùs quàm filij pubescant, & sapiant, ac senescant, propter corporum imbecillitatem, & victus rationem. Et quidem Hippocrati sic Aristoteles subscribit lib. 7. hist. animal. cap. 3. Cùm fœtus in vtero formatur, fœmina tardiùs quàm mas perfectionem quarumcunque partium recipit, & sæpius in decimum mensem quàm mas, protrahitur. Sed cùm in lucem prodierit, fœmina ocyùs quàm mas & accrescit, & ætate floret, & senectute maceratur. idem rursum similiter lib. 4. de gener. animal. cap. 6. Hæc eadem causa est, ne fœmina similiter atque mares perficiantur, in genere hominum: quippe cùm & intra parentem fœmina tempore longiore conficiatur quàm mas: & vbi in lucem venerint, celeriùs fœminæ quàm mares perficiantur. Nam & pubes, & vigor, & senectus fœminis priùs venit, quàm maribus. Sunt enim fœminæ sua natura debiliores frigidioréque: & sexum

Fœmina citiùs adolescit quàm mas, quamobrem.

Fœmina tardiùs formatur quàm mas, & ocyùs adolescit, atque senescit, & cur.

Fœmina imperfecta.

Digitized by Google

fœmineum, quaſi læſionem naturalem & detrimentum eſſe putandum eſt. Intus igitur tardè præ ſua frigiditate diſcernuntur: hæc etenim diſcretio, concoctio eſt. calor autem concoquit, & quod calidius, id concoctu facilius eſt. Sed foris propter ſuam debilitatem citò ad ætatis florem ſenectutémque perueniunt. Etenim omnia minora vt in artis operibus, ſic in natura citiùs ad finem deueniunt. ſed de his etiam antehàc vſpiam.

Diſcretio partium qui fiat.

Muliebris augmenti cauſſa.

Iam verò vbi incrementum ſiſtitur, oſſáque iuſtam adepta longitudinem indureſcunt, atque extendi porrò negant: fœminæ hoc ſupereſt, vt in latum & profundum inaugeſcat. quod illi facile eſt, & quotidie fieri cernimus: vt aſſiduè ſeſe ingurgitans, velut cucumis aut cucurbita cepáve in ventrem extuberet. quod antequàm illi accidat, vbi alimenti plus accedit, quàm in augmentum conſumi queat, quámque diffiari ac diſſipari triplici illo mihi olim dicto ſolenni effluuio poſſit: tum verò natura ſagax & prouida quicquid ſupereſſe ſentit, ad partes inferas velut ignobiliores detrudit, inque vterum multis & inſignibus vaſis contextum deponit. cui tam largæ ſanguinis copiæ cùm impar ſit vaſculum, diſtentis hàc illhàc per totam viciniam vaſis omnibus veniſque; tum demùm reſerari harum orificia neceſſe eſt, & quidem potiùs ac tutiùs, quàm dirumpi frangíve. ſicq; partem ſanguinis ſuperfluam, vel quantitate immodicam, vel qualitate vitioſam, certis ac ſtatis temporum interuallis excernit: donec iuſta reliqui portione, toto corpori ſufficiens alimẽtum ſuppetere atque ſupereſſe coniectat.

Menſtruorum muliebrium cauſſa modúſq.

Menſes fœminæ quando accipiãt, & cur citiùs aut ſerùs.

Cuius quidem menſtruæ excretionis tempus aliis ocyus, aliis tardius eſſe ſolet: pro vaſorum ratione, & vteri denſitate aut mollitie & laxitate: aut prout ſanguinis plus minúſve intus in corpore, velut in dolio vini, reconditur: aut ille magis minúſve muſti inſtar efferueſcit, qualitate mordax, & ſubſtantia tenuis, & impetu violentùs, aut ſecùs. Inde fit, vt aliis puellis ante 14. annum, aliis poſt eundem, pleriſque circa eundem annum, naturali ductu atque impetu menſes prorumpant. quos illæ verecundiore vocabulo flores appellant, quòd hic ſit veluti flos ſanguinis, vt in vino flos ſupernatare ſolet: aut quòd rubido purpureóque aut roſeo colore flores æmuletur, præſertim in ſanis, victimæ recèns mactatæ ſanguini ſimillimus: aut quòd vt in arbore flos præuius fructum ſuo tempore adfuturum denuntiat: ſic primi illi menſes nubilem & viripotentem virginem arguunt, & iamiámque fructum tempeſtiuum, ſi excolatur, edituram. Aliæ tempus appellant, quòd certo ſtatóque tempore recurrant. Aliæ malas ſeptimanas, quòd certa hebdomadum quadruplici periodo repetant, Lunari ferè apparitionis menſe vocato: & quidem pleraſque fœminas tota hebdomade malè habeant, ac veluti morbo quodam naturali ex imperfectione ſexus perturbent atque diuexent. Denique vulgus muliebre variis rem eandem nominibus, cum quodam pudore & virginali verecundia deſignat: ſúntque vernacula cuique genti ſua, vt de Græcis & Latinis antè patuit, ac ferè à menſe & luna ſuam ſortita denominationem. Quanquam aliis ipſa victus ratio craſſa velcenuis, & exercitatio ſegnis vel agilis, & natiuum temperamentum calidum vel frigidum, & veneris ſtudia tempeſtiua aut ſera, ſanguinis menſtruum fluorem accelerant aut remorantur, aut quæ his proportione reſpondent. Iam verò quemadmodum luna citima terris, frigidus & humidus planeta, mari & vndis & humidis omnibus præeſt atque dominatur: ita & muliebri eadem ſexui non modò parturienti Iuno Lucina fert opem, vt credidit antiquitas: ſed etiam quolibet alio tempore præſidet, ob humoris dominium, quo vtraque pollet, Luna (inquam) fœminàque. Ac quoniam inſignes Lunæ motus per quadraturas ſeu tetragoniſmos fieri ſolent: ideo accidit, vt eodem penè motu muliebre genus agitetur, tum ad cætera vagum & inconſtans & Lunaticum, tum ad menſtruum onus deponendum. non tamen indifferenter ſeu *adnixæ*, ſed ferè vt ætas ætati reſpondeat. Luna enim ex recenti ſolis velut mariti congreſſu iuueneſcens, iuuenculas repurgat: eadem longiore Solis abſentia velut feneſcens atque ægreſcens, anus & vetulas exonerat: medio autém quodam modo curſúque tanquam matura ac vegeta, mediam fœminarum ætatem ſua menſtrua ſarcina leuat. hinc iſte verſiculus prouerbio locum fecit;

Menſes quæ accelerent aut tardẽt.

Luna dominium in fœminas, & humores, vnde.

Mulier ſequitur lunæ motum & inconſtantem, & varium, & qualiter ad menſtrua, ætati reſpõdeat.

Luna vetus vetulas, iuuenes noua Luna repurgat. *Prouerb.*

Quanquam quòd aniculas dixi menſtruales, non ita velim dictum accipias, quaſi in omnem ſenectã ſuperſit ſanguis mulieri per vterum vacuandus: ſed pleriſque circa quinquageſimum, noſtro quidem æuo, & his moribus, vix paulò citrà vltráve, menſium ſtata fluxio definit: patiérque gerendi habilitas iiſdem terminis concluditur atque circunſcribitur. Eſt cùm & poſt quinquageſimum annum mulier peperiſſe comperta eſt. memoratur lib. 6. cap. 12. à Valeſco de Taranta, & quæ poſt ſexageſimum aduſque 67. quales Saram & Eliſabetham de ſacris paginis accepimus. commemini iam multò antè, & quæ virgunculæ nouennes aut decennes peperiſſent. ſed hæc rara ſunt, & iuſtos naturæ limites peruertunt, ſeu potiùs poſtuertunt, aut anteuertunt: qui ferè iſti eſſe ſolent legitimæ geſtationis ab vtero, à 15. ad terdecimum quintum, id eſt, 45. ſiue ad ſepties ſeptimum, qui vndequinquageſimus eſt, ſi iuxta Pythagoram & Hippocratem huc etiam vis ſeptenarij ſeſe extendit. rariùs aut poſt hunc vltimum, aut ante primum illum terminum anticipando retardandóve. Ariſtoteles lib. 5. hiſtor. animal. cap. 14. Homo mas ad annum vſque ſeptugeſimum, videlicet termino vltimo poteſt generare: fœmina vſque ad quinquageſimum; verùm id rarò. paucis enim proles in eo ætatis tempore procreata eſt. ſed magna ex parte maribus quintus & ſexageſimus annus finis progenerandi eſt: fœminis quintus & quadrageſimus.

Mulieri quo ætate menſes deſinant, & pariũ.

Partus poſt annos 66. & ante 10. annos.

Termini legitimi parendi.

Homo & fœmina quo ætate generando habiles.

Flores cur dicti, qui & menſes.

Tempus cur de menſtruo. cur mala hebdomas.

Proculi alibi è Plinio, lib. 7. cap. 14. & Solini cap. 4. Mulier poſt quinquageſimum annum non gignit: maiórq. pars quadrageſimo profluuium genitale ſiſtit. Nam in viris Maſaniſſam regem poſt LXXXVI. annum generaſſe filium, quem Methymathnum appellauerit, clarum eſt. Catonem Cenſorium octogeſimo exacto, è filia Salonij clientis ſui. de quo vtroque M. Tullius lib. de ſenectute, & nos alibi. Cornelia Voluſium Saturninum poſt 62. annum genuiſſe in nobili Scipionum hiſtoria legitur. Valeſcus mihi dictus cap. 12. lib. 6. mulierum profert exempla, quæ anno ætatis 60. 61. ad vſque 67. enixæ ſint. quaſi certus generandi pariendíque terminus non ſit, cùm alij aliis temporiùs aut tardiùs, pro ratione temperamenti, vitæ, valetudinis, cœli, regionis, tempora gignendi pariendíque finiant aut proferant. Porrò vt tempus euariat in menſium periodis muliebrium, quo dixi modo: ſic & ſanguinis qualitas aut quantitas, & dierum fluxionis numerus. Vt autem ſana ſupponatur mulier (ægrotis enim, aut à morbo conualeſcentibus, vel pauci, vel nulli menſes profluunt; atque ij quidem omnes decolores, pro ratione humoris vitium facientis) atque vt circa omnia medio ſe quodam habeat modo, non macilenta, non præpinguis, non ebrioſa, non famelica, non planè iners, & otioſa, nec eadem violenta aſſiduáque exercitatione, operéve arduo fracta ſeu fatigata (his enim omnino pauci menſes ſuperant, conſumpto penè toto, aut ſanè diſſlato ſanguinis alimento) cæteris, vt dixi, mediocriter & moderatè ſeſe habentibus, iuuencularum flores (ſic enim appellant, aut etiam violas, aut roſas, in re turpi & obſcœna honeſto nomine alludentes) primiùs vtcumque pallidi vel ſuppallidi albidíve eſſe ſolent, pituitæ adhuc dominanti reſpondentes. mox autem planè rubidi ac floridi optimum ſanguinem referentes. poſtea pallidi & bilioſi. demùm nigricantes, prout ætas huic aut illi humori, aut bili alterutri magis minúſve affinis eſt. tandem verò albidi exalbidíve, phlegmatici ac ſeroſi, & velut aquei, vergente ad ſenium fœmina, & ætate appetente illa, in qua pituita dominatur. Atque vt annis florentis ætatis maior ſanguinis exundat copia: ſic primis atque vltimis minuitur; cùm iuuenculis in incrementum pars ſanguinis adhuc conſumatur: aniculis generari bonus & copioſus deſinat. Dierum autem fluxionis menſtruæ incertus numerus eſt: ferè tamen à tribus ad ſex, aut ſummum ad octo dies. Quo interuallo, quibus plurimum ſanguinis effluit, vna eſt libra, rarò duæ aut tres ad ſummum libræ; atque hoc quidem æuo rariſſimum, priſco autem longè frequentius: pleriſque tamen longè minus, vel adeo ad ſelibram, aut infra hanc quidem: cùm & nonnullis vix aliquot vnciæ ſenſim & paulatim extillent.

Incipientibus autem aut deſinentibus menſibus, optimum eſſe conceptionis tempus veteres autumant. ego verò iis nuper deſitis, longè conuenientius iudico: tum ob munditiem vteri & locorum muliebrium, tum ob legis Moſaïcæ interdictum, tum ob ſanguinis perfectam abſolutámque purificationem. qui ſi ebulliens & efferueſcens, ob ſuperuenientem conceptum ſuppreſſus foret, planè impurus ac fæculentus extitiſſet, fœtúmque enutriuiſſet prauo & inquinato alimento: qui fortè in omnem vitam demùm malè ſanus viziſſet, aut ſanè primis annis vlcere & ſcabie & achoribus & pruritu atque impetigine laboraſſet: donec iſtas impuri ſanguinis fæces atque fraces reliquiáſve eluiſſet atque conſumpſiſſet, aut noua menſium eruptione in puellis, aut vbi ex ephebis mas excedere cœpiſſet, robuſto validóque corpore, & fortibus ac vehementibus moribus exercito, lucta, curſu, ſaltu, venatu, equitatu, vel vt ſors eſt cuiuſque ſua.

Vt non temerè mihi quidem monuiſſe videantur, qui congredi cum muliere menſtruata, tum viro, tum naſcituro infanti periculoſum fore dictitant: atque vtrique lepræ ſiue elephantis imminere periculum. aut ſanè vlceris in pudendo, ipſi quidem patri matríque; nato autem infanti, elephantiaſis. qua in ſententia eſt haud indoctus Auicennas, & experientia in quibuſdam comprobauit. Porrò quemadmodum ſemen dici & alimentum & excrementum poſſe oſtendimus: idem etiam de menſibus dici vel eo rectiùs queat: alit enim ſanguis tum mulierem ipſam, tum fœtum ipſum in vtero. idem verò copia immodicus, vel qualitate vitioſus, ſingulis menſibus natura impellente, extra corpus more excrementi inutilis expellitur.

De lochiis pauca reſtant dicenda. ſic autem peculiari nomine vocari ſolent purgamina puerperarum, & ea proluuies omnis, quæ à partu ferè per octo decémve aut plures rarò diés noſtro æuo paulatim diſtillare vix ad ſummum quindecim diebus aſſueuit: olim per totum adeo menſem, atque ampliùs eo, ferri ſolita, vt antea monui, & poſthàc repetam. Meminiſſe porrò decet, embryoni in vtero duplex genus excrementi colligi, vnum perliquidum in allantoïde reconditum, quam vrinam diximus: alterum craſſius & albidius in amnio contentum, quem ſudorem vocauimus. quod vtrumque excrementum, inſtante partu, diruptis calcitrando tunicis profluere conſueuit, & mox elapſuro infanti veluti viam lubricam & facilem ſternere atque præparare. Hæc duo excrementa ſiquis volet inter λοχεῖα numerare, non impedio illud quidem; quia etiam τῇ λοχείᾳ, ἡ λοχεῖ, ἡ λοχευομένῃ, puerperæ aut enixæ ſolent euenire, partim poſt elapſum infantem, partim ac multò copioſiùs ante eius exitum: cui facilitando lubricandóque, vt ita dicam, ſeruire monuimus. Nos tamen ea lochia verè ac propriè intelligimus, quæ de puro ſanguine, quo embryon intus alitum ac nutritum eſt, ſupereſſe ſolent, ac dierum decem,

Senes efflagenary generantur. Ab exẽpla.

Fœmina ſexagenaria pepererunt. Ab exẽpla.

Partus & generationis diſcrimen vnde.

Quæ menſes mulierũ minuant aut abolẽãt.

Virginis color in menſtruo qualis, item adoleſcentis, & ſenescentis mulieris.

Menſtrui quantitas quæ varietur ab ætate.

Menſtrui profluuij dierum numerus, & ſanguinis quantitas.

Conceptionis idoneum tẽpus.

Menſtrua primum prodeuntia, quando. N. ab aliis diſcrimen.

Conceptio ni initio menſtruo fluoris incommoda.

Damna coitus cum muliere menſtruata.

Menſtrua, an excrementum, vel alimentum.

Lochia, quid.

Embryonis excrementũ duplex, quale, vbi, vnde & quorſum.

Λοχεῖα, quid, & vnde dicta, & quem in vſum.

plurium pauciorúmve continuo poſt partum interuallo diu noctúque ſenſim & guttatim profluere: colore quidem vtplurimùm referentia ſanguinem, ſi modò ſana eſt mulier: aliàs, eius temperamento vel intemperiei reſpondentia, pituitoſæ, bilioſæ, melancholicæ. vnde concolor fluxio albida, rufa, nigricans: certè menſtruorum inſtar, de quibus nuper diximus, quorum naturam planè referunt. niſi quòd ἀθρόως & continuò mox à partu erumpunt, nullo menſis aut Lunæ reſpectu habito: ac tandiu vacuantur, donec mulier ſuo ſibi ſtatui reddita, & omne pondus priſtinæ imprægnationis depoſuiſſe videatur. quod variis vario temporis interuallo contingere dixi, ac ferè per analogiam fluxus menſtrui, tum in quantitate tota, tum in dierum numero, tum in colore ipſo. Niſi quòd ob dictam cauſſam, deterioris eſſe coloris aſſueuerunt, velut laudabili ſanguine in alimoniam embryonis abſumpto, & his ſuperſtantibus reliquiis inquinatiore illo ac fæculentiore reddito: tandémque ſub extremum fluoris tempus, ad lactis colorem vtcumque accedentibus: quaſi hoc ſit reliquum de puriore ſanguine per fœtum abſumpto vel excreto ſerum purum, vti mox ex Hipp. docebimus: atque vt in omni hæmorrhagia immodica fieri quotidie cernimus. quod & Auicennas ipſe ſic teſtatus eſt lib. 3. tract. 3. cap. 2. fen. 21. cùm ita inſit; Omnis fluxus ſanguinis incipit paulatim ſubtilis: deinde incipit proculdubio peruenire ad groſſitudinem, & procedit groſſitudo eius: deinde deſcendit & peruenit ad ſubtilitatem, & paucitatem, & aquoſitatem. & hæc eſt diſpoſitio in omni fluxu ſanguinis, ob quamcumq. cauſſarum fit. Et cauſſa in hoc eſt, quòd orificia venarum, & inceſſus ventoſitatis ſunt in primis ſtricta, & in fine eius conſtringuntur iterum, & adunantur propter ſiccitatem. hæc ille prorſus veriſimiliter. Quid ſi porrò lac de mammis per communes dictas venas ad vterum deriuatur, ſicuti mulierculæ noſtrates vocare & ratiocinari ſi non verè, at probabiliter tamen, & pro ingenio muliebri ſatis acutè conſueuerunt? Atque hæc quidem ferè ſunt, quæ noſtris moribus & vſibus temporibúſque vſuuenire comperimus: quid antiquitas de his ſenſerit aut obſeruarit, deinceps audiamus, atque à ſanctiſſimo Moſe incipiamus.

Lochiorum coloris varietas, vnde.

Lochiorum & menſtruorum differentia, atque analogia.

Lochiorum origo, & cur tandem lacteſcant.

Sanguis in omni fluxione qui manet, penes colorem & ſubſtantiam, & tactu.

An lactis ſubſtantia feratur ad vterum.

EX MOSE.

MVLIER quæ redeunte menſe patitur fluxus ſanguinis, ſeptem diebus ſeparabitur. omnis qui tetigerit eam, immundus erit vſque ad veſperum. & locus in quo dormierit, vel ſederit diebus ſeparationis ſuæ polluetur. Qui tetigerit lectum eius, lauabit veſtimenta ſua, & ipſe lotus aqua immundus erit vſque ad veſperum. Omne vas ſuper quod illa ſederit, quiſquis attigerit, lauabit veſtimenta ſua, & ipſe lotus aqua pollutus erit vſque ad veſperum. ſi coïerit cum ea vir tempore ſanguinis menſtrualis, immundus erit ſeptem diebus, & omne ſtratum in quo dormierit, polluetur. & quæ ſequuntur, Leuitici cap. 15. de muliere hæmorrhoïſſa, ſeu fluxum ſanguinis præter naturam patiente, eiuſdémque expiatione.

Lex mulieris menſtruatæ.

Ezechiel cap. 18. eum qui vxorem proximi ſui violauerit, propemodùm parem facit illi, qui ad mulierem menſtruatam acceſſerit. qualiter iſta duo ſuccedunt vetita Leuitici 18. Ad mulierem quæ patitur menſtrua, non accedes, nec reuelabis fœditatem eius. Et meminiſſe potes eius cautionis, qua de nuper memini; ex tali concubitu naſci prolem elephanti obnoxiam. quod conuitium gentiles & prophani Iudæis probrosè & petulanter obiectabant, vt Corn. Tacitus iniuriosè calumniatur. Quinetiam grauior apud prophetam comminatio ſubinde ſequitur cap. 20. ibidem. Qui coïerit cum muliere in fluxu menſtruo, & reuelauerit turpidinem eius, ipſaque aperuerit fontem ſanguinis ſui, interficientur ambo de medio populi ſui. At cap. 12. eiuſdem, lex puerperæ ſic ſtatuitur; Mulier ſi ſuſcepto ſemine pepererit maſculum, immunda erit ſeptem diebus, iuxta dies ſeparationis menſtruæ. ipſa verò triginta tribus diebus manebit in ſanguine purificationis ſuæ, &c. Verùm hæc lex quia ceremonialis eſt, ideo nos neceſſariò non obligat, quanquam reuera eidem parêre vltrò moneo: quia munditiem & modeſtiam & cultum ſalubrem atque honeſtum ſpectaſſe ſanctus legiſlator videtur. ſed ad phyſicos venio.

Iudei lepra obnoxij.

Menſtruali fœmina concumbere lethale.

Lex puerpera.

N. prologe Moſis de menſtruali.

EX HIPPOCRATE.

HIPPOCRATES noſter multis ille quidem libris atq. locis, menſtruorum mentionem facit: nos potiſſimos indicabimus, de cæteris idem deinceps facturi. ſic igitur ille lib. de ſeptimeſtri partu; Menſes mulieribus ſanis ſingulis menſibus apparent, tanquam peculiarem in corporibus vim menſis habeat. idem lib. de octimeſtri partu; Oportet mulieri tempus dare menſis, in quo ipſa purgatio continget: & hoc tempus quibus breuiſſimum fit, tres ſunt dies: pleriſque autem multò plures. & ſimiliter lib. 1. de morb. muliebrib. Prodeunt menſes craſſiores & plurimi in intermediis diebus. incipientes autem & deſinentes, pauciores & tenuiores. Moderati verò ſunt menſes prodeuntes in omni muliere, ſi ſana ſit, vt duarum heminarum Atticarum menſura ſecedant, aut paulò plures, vel pauciores: atque hoc ad duos aut tres dies. longius autem aut breuius tempus, morboſum & ſterile eſt.

Menſtrua qui non ſentiunt.

Menſtrui fluxus ſpectatus.

Menſtruorum varietas à tempore fluxionis, & quantitate, & qualitate.

Procedit autem ſanguis, velut à victima, & citò congelatur, ſi ſana fuerit mulier. idem initio libri de natura muliebri; Quæ ſuperalbidæ ſunt, humidiores ſunt & fluidiores: nigræ verò duriores acerbioréſq. ac aſtrictio-

Mulierum temperamenti notæ à colore, &c mate.

res. quæ verò vini colorem referunt, medium quid inter vtrasque habent. Sin autem & in A ætatibus contingit. iuuenculæ enim humidiores sunt, & multo sanguine plerunque referæ. aniculæ verò siccriores, & modicum sanguinem habentes. mediæ autem medium quiddam inter vtrasque habent. Similitérque initio libri 2. de morb. muliebrib. Fluxus tibus in senioribus mulieribus magis fit, quàm in iunioribus: fluxus fuluus in vtrisque: fluxus ruber in iunioribus. & lib. de genitura: Quin & virginibus, quotcunque iuuenculæ fuerint, menses non procedunt, propter eandem causſam (ob venulas tenues & repletas) postquàm autem adoleuerint & virgo & puer, venæ in pudendum pueri tendentes, itémque virginis in vterum, ampliæ fiunt præ augmento, & oscula ipsarum aperiuntur, & via ac transitus per angustias contingit; & humidum tunc etiam agitationem habet: nam spatiositas ipsi tunc ab agitatione & conquassatione contingit. & puero sanè procedit genitura, vbi plenè puber fuerit, ob hanc causſam, itémque virgini menses. & lib. de natura pueri; Menstrua non prodeunt, vbi mulier conceperit intra seipsam, si puer sanus fuerit, & permanere debet: nisi in quibusdam primo mense modicam sui indicationem faciant. qua tamen de re posthàc. ibidem, Atqui vterum non gestantibus, vbi menses non prodierint, propterea dolor oboriatur.

Fluxio muliebris varius pro ætate, quid.

Virgini quando menses erumpant, & qua de causſa.

Puero quando semen gliscat.

Menses à conceptu an prodeant.

Primùm quidem sanguis in corpore singulis mensibus turbatur ab huiusmodi necessitate, quòd mensis à mense multùm differt & secundùm frigiditatem & caliditatem: atque hoc percipit mulieris corpus: humidius enim est, quàm virile. vbi autem turbatus est sanguis, & venas impleuit, ab ipso descendit, qualis ab initio naturæ fuit. & quæ ibidem plura. Rursum lib. 1. de morb. muliebr. ab initio, Mulier quæ non peperit, grauiùs & citiùs è mensibus ægrotat, quàm ea quæ peperit. quum enim peperit, venulæ fluidiores sunt ad menses: fluidas autem ipsas facit purgatio illa quæ fit à partu. discisso autem à partu corpore, necesse est venas magis aperiri, & ampliores ac fluidiores ad menses fieri, itémque vteros magis aperiri, &c. ibidémque multò pòst, Postquàm prægnans fuerit mulier, menses non valdè prodeunt, præterquàm quibusdam paucis. dulcissimus enim humor ex cibis ac potibus ad mammas vertitur ac exugitur. quod paulò antè ferè similiter astruxerat, de quo iterum posthàc.

Menstrua cur singulis mensibus fluant.

Menses quibus fœminis doloriſici, aut ſœtus, & ratio.

Menses post conceptum cur fluere desinant.

Extat eiusdem Hipp. libellus de virginum morbis, vbi incommod. suppressorum mensium isthæc recenset. Quidam adeo fortiter pauent homines, vt delirent, & dæmones quosdam videre se putent ipsis infestos quandoque nocte, quandoque interdiu, aliquando verò vtroque tempore. postea ab huiusmodi spectris multi iam se strangulauerunt, plures autem mulieres, quàm viri. est enim muliebris natura animi magis deiecti ac imminuti. Cæterùm virgines nubiles & maturæ viro hoc magis patiuntur vnà cum mensium descensu, antea non valdè hinc afflictæ. postea enim sanguis in vteros confluit. velut effluxurus. Quum igitur oscilum exitus non fuerit apertum, sanguis autem ampliùs influxerit propter cibos & corporis augmentum, tunc sanguis non habens effluxum, præ multitudine resilit ad cor & ad septum transuersum. Quum igitur hæc repleta fuerint, cor furiosum fit, deinde ex fœtidate torpedo, postea ex torpedine delirium apprehendit. & paulò pòst, His autem sic habentibus; præ acuta quidem inflammatione insanit: præ putredine verò clamat: præ caliginositate autem timet B ac formidat: præ compressione verò circa cor, strangulationes parat, præ sanguinis autem malitia, animus mœrens ac anxius malum attrahit. sed & alium horribiliter compellat, & in puteos prosilire ac incidere iubet & strangulari: tanquam meliora sint hæc, & omnem vitæ vtilitatem excedentia. Quibus tot & tam grauibus malis vtilissima remedia subiicit, sanguinis detractionem & viri congressum. sed de istis in iatrologia dicetur. Sanè verò si menstrua immodicè fluunt, morbi accidunt: & si iidem supprimuntur, ex vtero morbi eueniunt, ait aph. 57. lib. 5. qua de re consulendus tibi foret Galenus tum eodem loco, tum lib. 6. loc. affect. & si qui sunt de natura menstruorum aphorismi, vt 28. 32. 35. 36. 39. 50. lib. 5.

Virgini suppressio mensiũ quæ pariat incommoda, quòq. modo, & qua de causſa.

Remedia suppressi menstrui.

Mensium suppressorũ aut profusorũ damna.

Huc etiam pertinet περὶ γυναικῶν, fluor muliebris, cuius paulò antè ex Leuitico memini; de quo extat aphoris. 56. lib. 5. quem Paulus Æginera lib. 3. cap. 63. non de mensium fluxu, sed vteri defluxu interpretatur; per quem, vniuersum corpus expurgatur. cui consentire videtur Galenus lib. 6. loc. affect. cap. 5. talem fluorem vtero haudquaquam affecto D fieri scribens: sed potiùs toto corpore eò suam sarcinam deponente, & omnem humorum cacochymiam atque colluuiem deorsum propelliente. quo fit, vt non stata & menstrua periodo recurrat: sed quolibet tempore, & quidem longiori, cum macie & extenuatione corporis, imò etiam conuulsione & animi defectu, vt Hipp. docuit eodem aph. atque vt nos vidimus, sequente pallore, aut ἀκρωμίᾳ, aut κακοχυμίᾳ, aut interdum hydrope.

Fluxio muliebris, qualis, quid, & causſa, atq. periodi, & damna: & discrimen à mensibus.

Talis autem fluxio non synceri sanguinis est victimæ recèns mactatæ similis, vti diximus: sed serosa, tenuis, pallida, bilioſa, aquosa, albida: quos nostræ mulierculæ flores albos nuncupant; ægroti & cacochymi vliginosique & præhumecti corporis indicia. de quibus ita sensit Aristotel. cap. 4. libr. 2. genera. animal. Quæ alba vocantur menstrua, paruis adhuc & puellis proueniunt. & ea alba cùm frequenter mouentur, & superant, incrementum auferunt puellarum. de quibus etiam pòst ex lib. 7. hist. animal. cap. 1.

Albi flores mulierum, qui.

Manias, & phantasmata, præsertim in muliebribus, quare.

Lochiorum suppressio varièmodo.

Postremum est apud eundem Hipp. de lochiis, ex libr. 1. de morb. mulieb. Si processerit mulieri puerperij purgatio ad caput thoracémque ac pulmonem (fit enim & hoc) moriuntur sæpe statim, si detineatur ac firmetur. si verò probè exeat per os aut nares, sana euadit. Si verò puerperij purgatio non exeat per os, sed sursum tamen impetum fecerit, occultabitur, & non procedet iusto modo. vbi mox de incommodis & symptomatis inde consequentibus. & ibidem paulò pòst, Prodeunt autem puerperij purgamenta sanæ mulieri sufficienter, primùm sesquiheminæ mensura, aut paulò plura, postea adhuc pauciora iuxta hanc rationem, donec cessent.

Lochiorum quantitas & qualitas, & duratio.

Prodeunt autem velut sanguis à victima, si sana mulier fuerit, & sana futura est, & citò congelantur ac purgantur. & post partum plerumque sanæ mulieri contingit, vt post puellæ partum, in quadraginta duobus diebus diuturnissima purgatio fiat. extra periculum autem est, etiam si viginti quinque diebus purgetur. post masculi verò partum, purgatio diuturnior fit in triginta diebus. extra periculum est etiam quæ in viginti diebus contingit, &c.

Lochiorum fluxionis tempus atq. terminus.

Eôdem referri debet quod scripsit iisdem penè verbis lib. de natura pueri; Purgatio fit à partu vt plurimùm in fœmellis quidem duobus & quadraginta diebus: atque hæc tardissima est & perfecta; vacauerit autem periculo etiam si in viginti quinque diebus purgetur. in masculo verò purgatio fit diebus triginta: atque hæc tardissima est & perfecta. citra tamen periculum fuerit, etiam si in viginti diebus mulier purgetur. postremo autem tempore purgatio quàm pauciissima procedit: & in iunioribus, paucioribus diebus purgantur: in senioribus verò, pluribus. & paulò infrà, Atqui purgationes à partu mulieribus ea gratia fiunt, quòd primo tempore vsque ad dies quadraginta duos in fœmella, in masculo verò ad dies triginta, pauciissimus sanguis in augmentum pueri descendit. ab hoc autem tempore copiosior, donec pariat. Oportet itaque purgationem reddi, in toto puerperij tempore, & foràs exire, ac respondere pro dierum ratione ac proportione, de qua ille ibidem: vbi & de partionis modo, & humorum ordinis profluuio, de quo alibi.

Lochia cur à partu profluant, & cur certo termino, quò.

Hic autem locus à Galeno citatur comment. ad aph. 37. libr. 5. vbi & hoc ex eodem subiungit: Trahit infans à sanguine ad se, id quod est dulcissimum. & rursus lib. de atra bile, cap. 8. Sic veteres medici λοχείαν, hoc est fluorem qui in partu accidit, non absolutè euacuationem appellauere. Cùm enim natura quæ fœtum format augétque, veteri gerendi tempore optimum sanguinem trahat, relinquitur portio in venis deterrima, quæ post partum excernitur: vti singulis mensibus superflua & inutilis non solùm quantitate, sed etiam qualitate quæ sanguine secundùm naturam habente, magna ex parte nigrior est.

Embryo nutritur dulciori sanguine.

Lochia, quid, & vnde.

Idem similiter comment. 3. in libr. 3. epidem. part. 75. Menstruorum suppressio offendit: tamen non perinde vt si à partu supprimatur, officit: quòd non abundantiam modò, sed insignem etiam humorum pariat prauitatem: Nam meliorem sanguinem ad se fœtus nutrimenti causa alliciens, relinquit deteriorem. ideóque prægnantes prauis humoribus implet, quos à partu euacuat natura. Quod cùm maiores animaduertissent, puerperarum à partu vacuationem, excretionem sanguinis vocitauerunt. & hoc mihi semel de lochiis dictum ex Galeno sit satis. quibus porrò menses prouocentur aut sistantur, idem Galenus in libr. simpl. medicam. & Hipp. in libris muliebrib. passim docent. sed hoc præter institutum nostrum nunc omittetur, atque ad alios pergere volumus.

Lochiorum suppressio non eòdem modo ratio.

EX ARISTOTELE.

ARISTOTELES initio lib. 7. histor. animal. de marium natura epheborum tractans simul de puellis ista subiicit, à similitudine Alcmæonis exorsus, qui vtrumque sexum generando aptum effici refert; vt stirpes semen laturæ primùm florere conspiciuntur. Fœminis (inquit) per id tempus (nempe anno bis septimo) exurgunt vbera, quod fratrare dicitur, & quæ menstrua vocantur, erumpunt: quòd sanguis quasi recèns occisi animalis est. Quæ autem alba dicuntur, admodùm etiam puellis eueniunt, de quibus antè. Sed menses tunc plurimis fiunt, cùm iam vbera ad duos digitos prominent: & vox eodem tempore puellarum mutatur in graniorem. Fit etiam vt per id tempus custodiri præcipuè debeant: maximè enim ad vsum rei veneræ incitantur: cùm hæc incipiunt. & paulò pòst, Futuris adhuc & nondum profluentibus menstruis, quò plus continetur humoris, eò magis efferri sursúmque impelli necesse est, donec infrà erumpat. & toto sequenti cap. 2. Profluuium autem mensium decrescente Luna contingit. quamobrem nonnulli cauillo sexum fœmineum Lunæ tribuunt: quoniam simul vt illa decrescat, & mulier purgetur, móxque repleantur ambæ, eueniat. Paucis menstrua singulis mensibus mouentur, sed vno intermisso plurimis. Faciliùs agitur cum iis, quibus breui tempore, hoc est biduo aut triduo profluunt: sed quibus in longum protrahitur, difficiliùs: laborant enim id temporis. Aliis namque vniuersim hæc purgatio fit, aliis paulatim. attamen omnibus corpus grauatur, quandiu effluat humor. Multis etiam cùm menstruantur, & eruptioni propinqua sunt, strangulationes vuluarum sequuntur, & crepitus, donec erumpant. Omnium autem animalium, mulierib. inter fœminas plurima hæc purgatio euenit. reliquis enim in pilos & corpulentiam transit

Paulò quo tempore vbera & menses gliscant, & signa.

Virginum custodia quo tempore adhibenda.

Menstrua quare fiant, & quòd.

Mulieres lunatica, quamobrē.

Menstruorum periodus, & commoda, ac fluxionis differentia.

Menstrui proximi signa.

Mulier præcipuè menstruata, quare.

transit, atq; in vrinam viuertitur, at in mulieribus vice eorũ omnium, quantũ ſuperuacuum ſit, in purgationem mentium vertitur. & quidem corpulentis multum menſtrui excrementi in corporis alimentum tranſit. idem cap. 18. lib. 6. hiſtor. animal. Purgatio menſtruorum fit quidem & cæteris, ſed nulli æquè ac mulieri. item cap. 5. lib. 7. hiſtor. animal. Sed deſinunt plurimis menſtrua circa quadrageſimum annum: quod tempus quæ excellerint, ijs ad quinquageſimum ſeruantur. etiam nõnullæ eo tempore pepererunt; ſed vltra hoc tempus nulla poteſt protrahere. qua de re iam antehac. idem cap. 10. lib. 4. part. animal. Menſtrua fœminarum, excrementum eſt & vacans materia. humida autem ſuapte natura ſunt menſtrua. &c. & cap. 19. lib. 1. de genera. animal. per totum, ex quo iſta ſufficient, cùm reliqua de ſemine potius. Sed cum infirmioris plus excrementi minúſque concoctum fieri, idque copiam cruenti humoris eſſe neceſſe ſit: infirmius autem ſecundum naturam eſt, quod minus caloris adipiſcitur, taléque fœmina ſit: hinc ſecretionem quoque illam ſanguineam, fœminæ excrementum eſſe neceſſe eſt. talis autem iectio eſt eorum, quæ menſtrua appellantur. Menſtrua igitur excrementum eſſe, & proportione vt maribus genituram, ſic fœminis menſtrua prouenire apertum eſt. Rectè autem ita dici indicant ea quæ in iis ipſis eueniunt: eadem enim ætate maribus genitura fieri incipit, & ſecerni; fœminis autem menſtrua erumpunt: vox etiam mutatur: & mammæ intumeſcunt. necnon deſinente ætate aboletur maribus generandi facultas: fœminis menſtruorum confluuium. Adhæc, indicium illa faciunt, vt excrementum ſit hæc ſecretio fœminarum, quòd non mariſcæ, non profluuium à maribus ſanguinis, non varices, non tale quid mulieribus magna ex parte accidere ſolet, quandiu menſtrua profluunt: & ſiquid tale accidit, deteriores fiunt purgationes: quaſi hæc materia menſtrua conſumpta in ea fuerit. Minus etiam venoſæ ſunt fœminæ, quàm mares, & lautiores læuioréſque ſunt: quoniam excrementum quòd eo tendat, confluere in menſtrua ſolet. Hanc eandem cauſſam eſſe putandum, & vt corpora minora ſint fœminarum, quàm marium in viuiparo genere. in hoc enim vno menſtrua profluunt, & omnium apertiſſimè in muliere. plurimum namque menſtrui excrementi mulier emittit: ex quo fit, vt euidentiſſime palleat, & obſcuriores habeat venas, & corpore planè ad marem deficiat. Sed cùm menſtrua ſint, quod fœminis fiat, perinde vt maribus genitura: nec fieri poſſit, vt duæ ſimul ſecretiones ſeminales agantur: ideo ſemen à fœmina non conferri ad generationem concludit Philoſophus. qua de conſequentia nos antehac ex profeſſo, & peculiari problemate. & mox caput 20. ibidem, Vt in aluo profluuium accidit crudi-

Menſtrua alunt corpus N. ergo non virulenta.

Mulierum quo anno menſtrua deficiant.

Menſtrua, quid.

Mulieri quare fiant menſtrua, & eius temperamentum.

Menſtrui & ſeminis analogia, & quando erũpant ambo, & ſigna.

Quòd menſtrua ſint excrementũ, & quibus liberent affectibus.

Maris & fœminæ cõparatio.

Mulier cur lenior & minor viro, & venoſa minus.

Mulier præcipuè menſtrualis. Menſium & ſeminis analogia, & an mulieri ambo adſint.

tate, ſic in venis tum cætera profluuia ſanguinis, tum menſtrua veniunt: nam ea quoque ſanguinis profluuium ſunt. ſed illa morbo citantur: hoc naturale eſt. itaque generationem ex eo ratione optima fieri apertũ eſt. ſunt enim menſtrua, ſemen non purum, ſed indigens confectionis: quomodo in fructuum generatione adhuc imperfecta ineſt quidem alimentum, ſed confectionem ad puritatem deſiderat. Quamobrem vt menſtrua genituræ admiſta generant: ſic alimentum in fructibus gignendis miſtum alimento ſyncero alit. & mox, Plurima ex omnibus animalibus purgatio mulieribus fit: maribus etiam plurimum emittitur ſeminis, magnitudinis ratione. Cuius rei cauſſa eſt conſtitutio corporis, quæ humida & calida eſt. plurimum enim excrementi fieri in eiuſmodi corpore neceſſe eſt. Carent etiam partibus iis, in quas vertitur excrementum in cæteris animalibus. non enim pilorum copiam gerunt per corpus, non oſſium, aút cornuum, aut dentium excretiones. Indicium ſemen eſſe in menſtruis, quòd ſimul maribus ſemen fieri incipit, & fœminis menſtrua innoteſcunt eadem ætate, tanquam ſimul ea loca diſtendantur, quæ vtrumque recipiant excrementum. cumque tempus diſtendendi inſtat, loca intumeſcunt à ſpiritu. Quod marium teſtes apertius oſtendunt, quamquam & mammæ: ſed fœminarum mammæ potius indicãt. cum enim bino digito extolluntur, tunc plurimis incipiunt menſtrua. de quo iam nuper aliunde. ibidem cap. 4. lib. 2. gener. animal. Fœminæ venis duabus, maiore atque aorſiſſis, ſuperne venarum multitudo tenuium in vterum deſinit: quibus alimento expletis, naturáque præ ſua frigiditate facultatis concoquendi indiga transfunditur in vterum, propter venarum tenuitatem, cùm præ ſua anguſtia nequeant exuperantiam continere. itaque affectus hic veluti mariſcæ, aut alia profuſio ſanguinis euenit. Cæterum menſtrua nullo circuitu certo deſcribuntur: tendunt tamen moueri decreſcente menſe: idque ratione recta. ſunt enim corpora animalium frigidiora, cùm euenit vt continens aër talis efficiatur. menſium autem coitus frigidi ſunt, propter Lunæ defectum. itaque fit vt fines menſium, quàm media, ſint frigidiores. Igitur poſtquàm excrementum mutatum in ſanguinem eſt, menſtrua moueri tendunt eo, quem modo dixi, circuitu. aut ſi concoctum non eſt, paulatim ſubinde aliquid ſecernitur. Quamobrem quæ alba vocantur, paruis adhuc & puellis proueniunt. Seruat corpora integra vterque excrementorum hic receſſus, cum modicè fit, vtpote cùm ab excrementis vindicentur. quæ cauſſæ corporibus ſunt vt ægrotent. Sed ſi vel non fit, vel immodicè fit, damnum euenit. aut enim morbi oriuntur, aut corpus emarceſcit & extenuatur. Quamobrem & ea alba cùm frequenter mouentur & ſuperant, incrementum auferunt puellarum, vti iam nuper demonſtratum eſt:

Menſium cũ diarrhœa comparatio, & cum hæmorrhagia.

Quod menſtrua ſint ſemen & generationis ſeruiant.

A ſimili.

Mulier potiſſimè menſtrualis, & mas ſeminalis, & ratio.

Quem ſimul inſit menſtruis, & ſigna amborum gliſcentium.

Sanguis ad vterum qui cõfluat: vnde menſtrua.

Menſes quo tempore cientur, & cur in fine menſium.

Menſis quidam calidior aut frigidior.

Alba menſtrua quibus

Menſtruorũ commoda & damna.

Lactis & menſium affinitas, ac viciſſitudo.

Ibidem mulieribus ſanguinis plurimum & menſtrui colligi repetitur. ibidem eadem lactis & menſtruorum natura perhibetur. quod necnō aſſeritur c. 11. lib. 7. hiſt. animal. Quandiu lac emanat, purgationes magna ex parte non fiunt. magna(inquam) ex parte: quoniam iam quibuſdam lactantibus facta purgatio eſt. Sed enim natura ita fert, ne humor locis pluribus ſimul erumpere ſoleat. nam & mariſcas habenti deteriores accedūt purgationes, quod iam alibi Ariſtoteles poſt Hipp. ſcripſerat.

Cōitus citat menſtrua, qui.

idem cap. 1. lib. 3. de genera. animal. In mulieribus coitus maris detrahitur menſium excrementum: trahit enim humorem vterus tepefactus, & meatus aperiuntur. Et cap. 1. lib. 4. eiuſdem operis; Fœmina ob frigiditatem & impotentiam ſanguine abundat quibuſdā ſui corporis locis. idque indicium facit, contra quàm aliqui afferunt cauſſam, cùm fœminam eſſe mare calidiorem opinētur, ob menſtruorum emiſſionem. ſanguis enim calidus eſt: & quod plus ſanguinis habet, hoc calidius eſt.

Fœmina abundat ſanguine. inde menſium origo.

An ideo mulier calidior mare?

putant enim hunc affectum moueri abundantia ſanguinis & caloris. ſed de comparatione caloris in mare & fœmina iam nos antea. ibidem ſequenti cap. 2. lib. 4. Vt menſtrua ſecundum naturam menſibus decreſcentibus potius fiant, eadem de cauſſa accidit. tempus enim hoc menſis frigidius eſt & humidius, propter Lunæ decremētum defectionémque. quod idem fere ſcripſerat cap. 19. lib. 3. hiſtor. animal. Fœminis ſanguis nigrior & craſſior quàm maribus eſt, dūmodo cætera adſint pariter, quæ vel ab ætate, vel à ſanitate proficiſcuntur. & minus ſanguinis per ſumma corporis fœminarum eſt: plus enim parte interiore continetur. Sed omnium fœminarum maximè mulier ſanguine abundat. & quæ mēſtrua appellamus, plurima fieri in mulieribus ſolent. quod genus ſanguinis vitiatum ægrotāſque fluit immodicè: atque profluuium ob eam rem dictum eſt. idem cap. 5. lib. 4. genera. animal. Fœminis purgatio menſtruorum, ſeminis exitus eſt; cùm menſtrua non niſi ſemen ſint incoctum, vt aliunde protulimus: & idem ſcripſit cap. 20. lib. 1. & cap. 3. lib. 2. genera. animal. Menſtrua, ſemen ſunt, quamquam non purum. & cap. 19. lib. 1. eiuſdem operis, Sed cùm infirmioris plus excrementi, minuſque concoctum fieri, idque copiam cruenti humoris eſſe neceſſe ſit: hinc ſecretionem illam ſanguineam, fœminæ excrementum eſſe neceſſe eſt, quæ menſtrua appellantur, vt nuper fuſius produximus. Quamquam nos longè aliter ſentimus, & iam demonſtrauimus, ſemen à menſtruo ſanguine plurimum diſtare tum colore, tum effectu, tum quòd nulla feminis excretio fit ſine aliquo titillatu, & voluptatis ſenſu: menſium autem eruptio eſt omnis cum aliquo dolore coniuncta, & omnis voluptatis expers. ſed de his antehac. nam de Ariſt. placet concludere: qui præter mihi dicta, ſic cap. 8. lib. 4. genera. animal. Cuius rei cauſſa eſt, quòd excrementum plurimum & mulieribus præ cæteris fœminis, & viris præ cæteris maribus eſt pro magnitudine, alteris mſtēruorum, alteris genituræ. &c. hæc enim atque his fortè plura de natura menſtruorum ſparſis & locis & libris ſcripſit Ariſt. quæ quatenus cum medicis conueniant aut diſcrepent, partim intellexiſti, partim ex dicendis concipies: Venio enim deinceps ad Galenum, de Plinio mira dicturus inter aliquot deinceps problemata.

Menſtrua quæ parte menſium ciēantur, & quæ de cauſſa.

Sanguinis maſculi & fœminei coparatio.

Mulier intus ſanguine abundat, & menſtruis.

Menſtrua ſunt ſemen, quale.

Menſtrua, excrementū fœmina.

N. quod ſemen & menſtrua diſcrepent, qualiter.

EX GAL.

GAlenus igitur lib. 14. de vſu partium cap. 6. poſt Ariſt. de natura fœminæ ſic colligit; Rectè quidem Ariſt. mihi cenſuiſſe videtur, fœminam mare eſſe imperfectiorem. Eſt igitur fœmina mare imperfectior, vna quidem ac prima ratione, quia frigidior: ſiquidem in animalibus calidum eſt actiuum magis, frigidum autem calido minus. ſecunda verò ratione, ea quæ in diſſectione apparet, de qua pridem in partium genitalium hiſtoria. Nil igitur eſt mirum, ſi fœmina mare tanto eſt imperfectior, quanto frigidior. Et quidem mulier partibus genitalibus viro eſt imperfectior: partes enim ipſius formatæ intus fuerunt, dum ipſo vtero adhuc geſtaretur. Cum autem extare & foras emicare præ caloris imbecillitate non poſſent; ipſum quidem animal, quod cōformabatur, imperfectius eo quod vndiq eſt abſolutum, reddiderunt: toti verò generi vtilitatem non aſpernandam præſtiterunt. Oportet enim quandam eſſe fœminam: nec credendum eſt, opificem partem totius generis noſtri dimidiam ſua ſponte imperfectam ac velut mancam fuiſſe facturum: niſi imperfectionem hanc magna quædam vtilitas fuiſſet ſecutura. Frigidiorem igitur mulierem eò vſque fieri fatius fuit, quod alimentum quod coxiſſet ac confeciſſet, totum diſcutere non poſſet. quod enim eſt frigidius, ne concoquere quidem poteſt: quod verò planè eſt calidum, vt concoquere, ita diſcutere valide poteſt. Quod igitur non ita multum à calidiſſimo relinquitur, & coquere ſatis (vt quod non amplius eſt frigidum) & relinquere aliquid ſuperfluum (ceu quod non vehementer adeo ſit calidum) poteſt. indéque eſt menſium in muliere origo, in fœtus primam conſtitutionem, & futurum deinceps incrementum. ibidem cap. 8. Eodem tempore menſtrua bellè procedere nequeunt, & fœmina lactare: altera enim pars, dum ſanguis ad alteram transfertur, ſicca ſemper relinquitur. Cæterum ante conceptum in muliere ætate florente, quicquid ſanguinis ſuperflui colligitur, natura ſingulis menſibus per venas ad vterum pertinentes id excernit. cùm autem iam conceperit, ex iiſdem vaſis fœtus trahit alimentum. ac poſt partum, in mammas traductum, in lactis ſubſtantiam conuertitur, de quo iam paulo ante. Ad lactis verò & menſium communionem ſpectant quæ ſcribuntur caput 21. lib. 5. de facult. alimēt. Lactis & menſium communis materia eſt, nēpe ſanguis in venis contentus, itaque vbi hic

Vir fœmina, mulier ſūdat menſtruis ſupra reliqua.

Fœmina imperfectior mare, qua de cauſſa.

Partium genitalīū maris & fœminæ analogia, & diſcrimen.

Vtilitas imperfectionis muliebris.

Mulier quare tenui frigida.

Calidi & frigidi efficacitas.

Menſium mulierum origo vſuſque.

Lactis & menſtruorū affinitas & viciſſitudo.

Menſtrua ante & poſt conceptum quid faciāt, & à parū.

Lactis & menſiū analogia, & vtrorum communia.

fluxilis fuerit,& qualitate contemperatus,vtique abundantem ſuppeditat copiam. Cõmunes quinetiam vberibus vteroq; venæ ſunt nõ exiles.itaq; vbi ad alterutram partium ſanguis defertur,altera ſicceſcit. proinde quibus menſes mediocriter feruntur, iis lac in mammillis non colligitur: quibus verò hoc large ſuppetit, iis plane menſes ſupprimuntur. quibus vtrumque abundet aut ſupprimatur, indidem condiſces. ſic idem lib. de venæ ſectione aduerſus Eraſiſtr. cap. 7. Nonne natura mulieres cunctas ſingulo menſe euacuat, ſanguine ſuperfluo foras effuſo? Muliebre enim genus vt quod domi ageret,neque vehementibus laboribus exerceretur, aut ſub claro Sole viueret; ac ob vtraq; hæc, multitudinem humorũ coacernaret, ipſam euacuationem plenitudinis,tãquam remedium naturale obtinere opus habebat. Et vnum quidem iſtud naturæ opus eſt: alterum verò, purgatio poſt partum contingens exiſtit: licet & fœtura ipſa, ſpecies ſit euacuationis. nam ex ſanguine vteri, conceptus nutriri ſolet. tum vero poſtquam editus eſt fœtus, generatio lactis in mãmillis, vacuatio hæc quoque eſt plenitudinis non parua. Vna ſiquidem & lactis & menſtruorum ſubſtantia eſt, amborumque,vt quiſpiam dixerit, riuorum fontes communes venæ ſunt. Quamobrem quibuſcunq; per ætatem menſes fluere ceſſarunt, his neque in mammillis lac amplius colligitur: quæcunque etiam purgandi tempora adhuc habent, ac interea lactant, hæ non purgantur. Præterea cùm mulieri lactanti ſanguis per locos eruperit, illico lac huic euaneſcit. Adhæc,quæcunq; animantia vtero non gerunt,his neq; lac vnquam adeſt: rurſus quibus id ſuppetit, illa etiam ad concipiendum à natura idonea ſunt. vbi mox commoda ex fluxione menſium naturali recenſentur, & contraria incõmoda ex eorundem retentione, de quibus ſic cap. 5. lib. 6. loc. aff. Grauitas totum corpus moleſtat, item faſtidium quoque, vt nulla ſit cibi cupiditas, horror inæqualis. nonnullæ cibum euomunt, at terram aut extinctos carbones aut alia quædam eiuſmodi edunt. quinetiam in coxam dolor tranſit: ac crus ipſum quod è regione eſt, per inceſſum claudicat. tumor in ilibus exoritur. panus in extrema ilium parte excitatur. præterea lumborum & colli & ſincipitis dolor & oculorum fundamenta infeſtat. item febres ardentes, & vrinæ nigricantes, cum rubra quadam ſanie: quibuſdam vrina aut difficulter redditur, aut omnino ſupprimitur. Igitur quibus mẽſtruorum cohibetur purgatio, iis huiuſmodi plerumq; eueniunt accidentia. cum verò immodice vacuantur, ſequitur color fœdus, pedes molli tumore attollũtur,corpus totum ſubtumidum eſt,vitiatur ciborum tum concoctio, tum cupiditas. quibus incommodis qua ſit ratione occurrendum, in libris therapeuticis, & lib. de ſangu. miſſ. diſſerit, itemque lib. κτ τόπων, & qui falſo illi tribuuntur, de dynamidiis, & de remediis paratu facilibus, & de ſecretis: quæ ſunt vtique ab hoc noſtro inſtituto aliena: itaq; ad alia tranſeo. Idem Gal. lib. 2. de ſemine c. 4. Ex temperatura fœminarum frigida efficitur, vt excremẽtitium illum ſanguinem colligant, quem menſtruum dicimus. ibidem cap. 1. Ex menſtruo & ſemine animalium generatio eſt. quod alibi ſæpe repetit. idem cõment. 5. in 6. Epidem. part. 26. explicans illud mihi pridem dictum ex Hipp. Hircus, vter teſtis prominuerit &c. ſubiungit, Quum puerilis ætas in adoleſcentiam trãſit, quemadmodũ ipſis ſemen & pili in locis genitalibus erũpere incipiunt, perinde & teſtes ſubito increſcũt. quemadmodũ & puellis virginibus mãmę extuberant, vna & menſes ferri incipiunt: tunc & vocis mutatio in maribus fit præcipue. qua de re antehac. idem lib. de atra bile, mẽſtrua ex ſuperflua & inutili quantitate & qualitate ſanguinis fieri tradit, quæ ſanguine ſecundũ naturã habente, magna ex parte maior ſit. ad quas cauſſas refert menſtruorũ ſuppreſſam aut immoderatã fluxionẽ tum alias, tum cõment. ad aph. 57. lib. 5. Poſſibile eſt igitur immodicas fieri menſtruorũ euacuationes, ſi ora vaſorum quæ pertingunt ad vterũ, vltra modum aperiãtur, & ſi ſanguis vel calidior vel tenuior fiat, & ſi ſolũ corpus propter malũ habitũ aliquẽ aggrauetur ſanguine, quem licet modum naturæ conuenientem ſua multitudine non excedat, expellit ad venas, quæ in vtero ſunt. Eadẽ verò menſtrua poſſunt fieri pauciora, vel quia venæ ferentes ad vterũ menſtruã purgationẽ, comprimuntur, vel obſtruuntur ob craſſitiem ſanguinis, ſiue frigiditatem, & rõbur ipſorum quę in vtero ſunt, vaſorum: adeo vt quod influit, non admittant. vbi & de morbis ſuccedentibus. quo lib. aph. 5. quoniã Hipp. ſæpe menſium meminit, & morborum muliebrium peculiariter ac proprie: ideo de menſtruorũ natura Galenus crebram mẽtionem iterat, de his particulatim & obiter differens; vix tamẽ alia aut his plura diuerſá ve, quã quæ à nobis commemorantur. ideò vbi pauca ex eodem aliũde produxero, ad alios me conuertã. ſic igitur lib. 3. de ſympt. cauſſis c. 11. Vteri corpus quum dẽſum & durum fuerit ſuppreſſionis cauſſa erit, tale ſcilicet natura factum, vt omnino nũquam purgetur, niſi quis ipſum medicamentis, longóque tempore ad meliorem habitum transferat: aut tractu temporis per illum affectum, qui vtiq; crebro vteros occupauerit. venarum etiam anguſtia protinus ab initio connaſcitur, muliere illic malè formata. Detinentur etiam menſes ob materiam ipſam, quando id quod vacuatur, vel craſſum, vel glutinoſum fuerit. Obſtructio etiam in vaſis, quæ ad vterũ perueniũt, ab humoribus facta, menſes quoque ſupprimit. Sed & totius corporis culpa interdum mulier nihil prorſus purgabitur, interdũ parcius, aut plus, aut deprauate. Nihil omnino purgabitur, ob multas exercitationes, & tenuẽ victũ, & humorũ ad alias partes inclinationẽ. propter hæc ipſa verò quum mediocria ſunt, minus quàm pro naturali cõſuetudine purga-

Lac & mẽſtrua alternant.

Menſtruorũ profluuium vnde ſit.

Lochia poſt partum.

Menſium vſus ante conceptum, in & poſt.

Lactis & menſiũ affinitas, & qui alternent.

Lac quibus adſit aut deſit.

Menſtruorũ cõmoda incommodaque, & indicia cum ſuppreſſorũ, tum immodice fluentium.

Menſtrua vnde fiant.

Menſtruũ immoderate profluẽtium cauſſa.

Menſtruum ſuppreſſorũ cauſſa.

Menſtrua cur nulla aut pauca fluãt.

Menſtruorũ crigo vnde.

Duo animaliũ principia.

Puerorum & virginũ puberũ analogia, & accidentia.

bitur. plus autẽ propter diuturnum otium, & liberaliorẽ victum. Cæterũ deprauatæ per vterum fluxiones (vocatur verò id ſymptoma, fluxus muliebris) expurgato per hãc partem vniuerſo corpore fiunt, de quibus alias. γύναικεῖος ab Hipp. & Gal. nominatur, item Paulo, & Aëtio, & alijs. hic autem lib. 16. cap. 65. hunc in modum ſcribit; Fluxus muliebris, eſt vteri deſtillatio diuturna, à ſanguinis eruptione differens, eo quòd in illa ſyncerus emanat: hic verò fluxus deprauatus apparet. cuius de vatio colore, tum Aëtius ibidem, tum Paulus lib. 3. cap. 63. tum Gal. libro nuper citato. videlicet in hanc ſententiam; Quicquid in fluxu muliebri vacuatur, perpetuo ſpecie tale eſt, quale eſt id quod in muliere redundat. ſi enim rubrum fuerit, ſanguinis ſanies in corpore redundat. ſin album, pituitæ. quòd ſi pallidum, bilis. ſi verò aquoſum, ſeroſa in animante redundare excrementa certum eſt. ſed de priſcis nunc ſatis. Non erit igitur abs re forſan è recentioribus vnum aut alterum appellare, qui hac de re poſt veteres accuratius aliquid elucubrarint: ſed prius indicato Auicenna de menſtruorum natura diligenter pertractante fen 1. tract. 3. lib. 3. quem tamen ob nimiam prolixitatem cum reliquis Arabibus nunc cõſulto prætermittã. ſicuti Græcos cæteros poſt Hipp. & Gal. citare videtur ſuperfluum, velut rem eandem diuerſis, ſæpéque iiſdem verbis repetentes: quod nominatim in Paulo, Aëtio, Oribaſio deprehendimus, & poſt iſtos, in Arabiſtis certa imitatione rẽ eandẽ inculcantibus.

Fluxio muliebris, quid & quotſum, & differentia, ſignaj.

EX CONSTANTINO.

E Latinis porrò Conſtantinus inter recentiores lib. 6. de morb. cogn. & curatione c. 9. Menſtrua (inquit) mulieribus veniũt, cum ætatem 14. annorum ſubeunt. ſed tamen ſi feſtinauerint, in duodecim annis. Cauſſa eorum, quia corpora mulierum naturaliter frigida & humida ſunt: vnde multos humores colligunt. qui cùm ad inferiora deſcendunt, cum menſtruis exeunt: ſicut in arboribus videmus, quarum humores cum gummi egrediuntur. Cum exeunt menſtrua ſecundum quod oportet, in quantitate & tempore, purgantur humorum ſuperfluitates. quod ſi fiat contra in quantitate ſiue tempore, vel ſi auferantur, diuerſitates paſſionum generantur. Eorũ autem ablatio eſt aut naturalis, aut non naturalis. naturalis, quæ mulieribus poſt 45. annos contingit, alijs in 40. alijs in 35. maxime multum pinguibus & carnoſis. Ablatio accidentalis vel ex virtute, vel ex organis, vel ex materia. Ex virtute, ſi in membris dominentur aliquæ cõplexiones malæ, naturaliter vel accidentaliter. Ex organis, propter ſubſtantiam vuluæ, vel venarum ſuarum. Ex ſubſtantia vuluæ, ſi ſit ſpiſſa & viſcoſa naturaliter ſeu accidentaliter. Ex venarũ ſubſtantia, ſi ſint ſtrictæ naturaliter, ſicut pinguibus euenit, quibus venarũ ora ſunt cõſtricta. Naturaliter ſeu accidentaliter, ſicut ex oppilatione, quæ innaſcitur eis de craſſis humoribus & viſcoſis. De materia ſecundũ quãtitatem & qualitatẽ, vel ex motu ſuo. De quãtitate, ſi ſit parua: quæ paruitas, vel ex ſubtili diæta eſt, vel ex nimiis exercitiis. Rufus dicit, Mulieres ſe exercentes, & nimium mouentes, non multũ menſtruorũ habent: ſed quæ quieſcunt, & multũ comedunt, & ſuauiter viuunt, multa indigent purgatione menſtruorum. Ex qualitate materiæ, vel ex craſſitudine & viſcoſitate, vel de frigiditate, vel de ſiccitate eſt. incraſſatus enim ſanguis vias claudit, neq; facile exit. ſimiliter infrigidatus vel exſiccatus non currit in venas facile. Ex motu materiæ in alia membra ſe mouentis, ſicut in anum, & dicitur hæmorrhois, vel in nares. Item menſtrua auferuntur & corrũpuntur ex triſtitia cõtinua, gemitu, timore ira, & aliis, ſimilibus animæ paſſionibus. Cum ablatio menſtruarum diu elongetur, paſſionẽ in ſtomacho patiuntur, vtpote defectionẽ appetitiuæ, abominationẽ, malum appetitum, vtpote pulueris, terræ, carbonum, laterum, & ſimiliũ. Alia adhuc paſſio ſequetur maior, ſicut dorſi, colli, capitis & oculorũ dolor: patiuntur & acutas febres. earũ vrina tendit ad nigredinẽ. aliquando eſt ſicut lanatura carnis recentis. vniuerſaliter earum corpora morbis maximis ſunt apparata, ſicut phthiſi, hydropiſi, maniæ & ſimilibus. vbi mox de curationis modo pro diuerſitate cauſſarum diuerſo. ſequenti autem cap. 10. de fluxu ſanguinis agit cum menſtruis exeunte, cauſſis, modis, & curatione: γύναικεῖον nuper vocabamus: de quo inter iatrica in therapeuticis.

Menſium tẽpus, cauſſa, cõmoda.

Mẽſes quãdo deſinant, & quibus ex cauſis.

Menſtruis quibus mulieribus pauci, vel multi, & qua de cauſa.

Menſtruorũ ſuppreſſorũ damnum.

EX FERNELIO.

POrro è noſtris duo ſunt inſignes viri populares mei ambo, qui vt de reliquis medicinæ partibus pleráq; egregia ſcriptis mandarũt, ita & de mẽſtruis diſerta oratione perſcripſerunt. prior, & quandiu vixit, lautior, atq; regibus & principibus cõmendatior Fernelius lib. 7. Pathol. c. 7. Menſtruum non quemadmodum ſemen, vltimi alimẽti, ſed ſanguinei portionem quandã eſſe, hoc eſt indiciũ, quòd non mariſcæ, non fluxus ſanguinis è naribus, non varices, non tale quicquam mulieribus magna ex parte accidere ſolet, quandiu id profluit: ſi quid horum erumpit, deterior fit menſtrua purgatio, quòd huius materia alio rapta diſſipetur. eorum animantium quæ viuum fœtum edunt, fœminas menſtruo abundare neceſſum eſt, vt hoc fœtum, quem ſtato tempore vtero gerunt, plene alant ac ſuſtentent. Quo autem hanc alimenti vbertatem natura ſuppeditaret, fœminam imbecilliorem frigidioremque mare conſtituit. Proinde illi ex frigida imperfectáque natura, menſtrui ſanguinis vtilitas acceſſit. Et paulo poſt, Mẽſtrui circuitus cauſſa aut in naturæ conſuetudinem, quæ omnia certis legibus ſtatiſque periodis exequitur, aut in ſempiternos & immutabiles Lunæ curſus referenda eſt: quæ vt luminum varietate tum crescens, tum ſeneſcens menſem dimetitur: ſic homines, vt ſanè reliquorum omnium humores rata ordinis conſtantia regit atque moderatur. Non eſt autem men-

Menſtrua vnde ſint, & quid efficiant.

Menſtruũ vſus, & præcipuum cauſa.

Menſtruũ circuitus cauſſa.

Luna vis in humida.

Menſtrui natura, & motus tempora.

ſtruum, affluētia & exuperantia ſanguinis, vtilioris: ſed à puriore ſanguine ſecernitur naturæ beneficio, preſertim decreſcente aut ſilente Luna. cuius de maleficio credito nos paulò poſt ex hoc loco & aliunde perquiremus. rurſus ſequente cap. 11. Sanguis in tres diſtribuitur portiones. Prima ea eſt, quam fœtus per acetabula vi ſua pro alimento trahit, hæcque non modo menſtrui, ſed etiam totius materni ſanguinis (vt Auenzoari credimus) pars eſt ſynceriſſima & longè optima. Altera ſanguinis portio, nullo item contaminata vitio, cùm primū fœtus monetur, in mãmas concedit, vt naturæ mutationibus in lac cõuerſa, recens nato infanti familiare & cõueniens ſuppediret nutrimentum. Tertia in ipſo iam partu, & multo poſt rãpore, copioſe è venis per vterum dimanat. Tres eæ portiones in ſuperuacuo mulierũ ſanguine continentur, & menſibus ſingulis naturæ impulſu foras exturbantur: hincque mẽſtruorum nomen inuenerunt. Vna tamen ea portio, quæ in pariendi tempus reſeruata foras propulſatur, verum eſt menſtruũ nutricationi ineptum, non molis tantũmodo copia, verum etiam qualitate noxium & infeſtum. de cæteris non ita multo poſt. Hæc & plura iiſdem locis Fernelius ex Hip. & Ariſt. & Gal. pleraque, ſed in nõnullis à medicorum recepta ſententia diſcrepans, vt ex illorum collatione, & ijs quæ produxi, ſatis patet: præſertimq; de menſtrui maleficio, de quo mox *περιλαμπικῶς*.

Sanguinis partes ac diſtributio.

Iechia vnde.

Menſes vnde colligantur.

Menſtruum propriè quid & quale. N. imò λοχεῖα ſunt.

EX SYLVIO.

VEnio ad Syluiũ, optimũ quondã medicæ rei apud Pariſios interpretẽ regiũ: cuius de mẽſibus mulierum extat cõmentarius ſpeciatim conſcriptus, tibi per otiũ non ſine fructu & voluptate legendus: ex quo placet huc quędam coniicere, collectis à me ſimilia, vti ex veſtigiis agnoſces. Excrementum animalibus viniparis aut inutile eſt, idémque humidum ac ſiccum, & quod Galenus vaporoſum: aut vtile, etiam triplex cum Gal. ſanguis menſtruus, fœmininũ ſemen, & maſculinum. tria hæc, duo generationis ipſorum primordia, potiùs quàm tantũ duplex cum Ariſt. ſanguinem menſtruũ & ſemen fœmininum rem vnam affirmãte. Eſt verò tam ſemen vtrúmq; quàm mẽſtruus ſanguis, excrementum vtile & benignum alimenti vltimi partium, illud ſpermaticarũ, hic ſanguinearũ. Venæ enim & arteriæ alimento expletæ, quod reliquũ eſt, præ frigiditate incoctũ in vterũ transfundunt. Sanguinem verò menſtruum, vt reliquum omnem, hepatis & ſecundæ in eo coctionis excrementum eſſe, non tertiæ (quæ in ſingulis partibus alendis obitur) ex Gal. & Auicẽna potes colligere. vnde menſes rubros eſſe aunt, cùm albi eſſe deberẽt, ſi partium alimenti eſſent excrementum, quæ natura ſunt albæ, & ex ſpermate productæ. Porrò fœmina in omni genere rerũ cùm ſit (vt Hippocrati placet) frigidior mare in animalibus, ob id plus appetit, minus coquit, parciorem triplicis ſubſtantiæ diſſipationem ſuſtinet, ob corporis totius denſitatem, ex frigido corporis habitu naturali & acquiſititio productam. Præter victum enim largiorem crudiorémque, vitam quoq; agit ſedẽtariam magis, præſertim ipſa mulier. hinc fit vt fœminis, quàm maribus ſanguis ſit nõ modo nigrior & craſſior, ſed etiã largior, ſi æquæui ſint & æque ſani, cæteráſque adſint paria. Quin & fœminis ipſis plus eſt ſanguinis parte interna, minus parte corporis ſumma continetur. Sed omnium fœminarum maxime mulier ſanguine abũdat: & quæ menſtrua appellamus, plurima fieri in mulieribus ſolent; quòd victu quàm cæteræ fœminæ vtãtur non largiore modo, ſed humidiore & excrementoſiore: præterea otioſa ſit præter cætera. poſtremo nihil aut minimum eius excrementi in corporis munimenta abſumit: cùm animalia cætera hoc materiæ ſuperuacuũ vertant in corporis alimentum, & quædam item in corticem, alia in ſquamam, alia in pennarum frequentiam: & terreſtria animalia parientia, in pilos, & corpulentiam, & vrinas multas & craſſas hanc vacantem materiam transferant. Od id hæc purgatio mulieribus inter fœminas plurima euenit. Fit & cætetis animalibus viuiparis hæc menſtruorum purgatio, ſed nulli æque ac mulieri. Huic autem circa annum ætatis 14. quæ menſtrua vocantur (quod eſt ſanguis quaſi recens occiſi animalis) erumpunt, plurimis cùm vbera ad duos digitos promittunt, & vox in grauiorem mutatur. quo tempore ad vſum veneris maxime incitantur: ſunt enim per id ætatis nubiles. quibuſdam tamen etiam 12. & 11. anno proueniunt: ſed hæ ſunt vitæ breuioris; vt quibus erumpunt tardius, viuunt diutius. Poſtquàm igitur excrementoſus hic ſanguis collectus eſt, menſtrua moueri incipiunt. at ſi concoctum id non eſt, crudum aliquid paulatim ſecernitur. Quamobrem quæ alba vocantur menſtrua, paruis adhuc & admodum puellis proueniant, & magis ſi cibo vtantur humidiore & crudiore. hæc autem alba incrementum corporis impediunt, & puellam extenuant, ſi frequenter & immodice mouentur. Deſinunt autem mẽſtrua plurimis circa annum 40. quod tempus quæ exceſſerunt, menſtrua ad 60. ſeruantur: quo tempore etiam nonnullæ pepererunt: ſed vltra hoc tempus nulla poteſt mẽſtruam purgationem protrahere. nam principium & finis mulieribus prolis recipiendæ, & maribus præbendæ, eſt menſtruorum & ſeminis amiſſio. Sed neq; cùm incipiũt, ſtatim prolifica ſunt, neq; cum deſinunt, & iam pauciora & infirmiora ſunt. Conceptus tamen mulieribus à profluuio menſtruorum ſua natura contingit: & quæ his carent, ſteriles magna ex parte, exigunt. Verum an conceptus citra menſtruũ profluuium contingat, mox inquiremus. Deſinunt menſtrua ante hos annos ſæpe ex morbo aut acuto aut longo, mœrore, timore, victu parciore, laboribus auctioribus: citiſſime in pinguibus corporibus ceſſant, nec prius tamen anno 35. nec ſerius 50. raro enim ſexageſimũ annũ purgationes menſtruæ attingũt.

Excrementũ quotuplex, & quale.

Principia humanæ generationis.

Semen & menſtrua, quid & vnde.

Menſes, excrementum ſecundæ coctionis, & ratio.

Fœmina mare frigidior, & quid inde ſequatur.

Sãguis muliebris qualis, & comparatio cum virili.

Mulier ſanguine abundat, & menſtruis, quamobrem.

Fœminæ brutæ etiam mẽſtruales.

Muliebria menſtrui tẽpus, & qualitas, & ſigna cauſique.

Alba menſtrua quæ, & quibus, & eorum effectus.

Menſtrua quo ætate deſinant.

Generandi in homine terminus.

Mulier quando cõcipere apta.

Menſium ſuppreſſionis cauſſa, & tempus.

Menſium beneficia, & incommoda.

tem, iuuentus enim ætatum, vt æſtas anni partium eſt bilioſiſſima. Quæ igitur mulieres pro ſanguinis menſtrui multitudine purgantur tempeſtiue, hæ cæteris ſunt ſanniores, fœcundiores, caſtiores, & veneris minus appetentes: cùm verò ſiſtuntur, aut parcius fluunt, ægrotant, ſalaces ſunt & infœcundæ: aut ſi generẽt, imbecilles aut morbidos gignunt. Si immodicè fluãt, alij fiunt affectus. Seruat enim corpora integra menſtruorum etiam alborum ſeceſſus, cùm modice fit (ſuus autẽ cuique modus eſt) quia corpus ab excrementis vindicatur, quæ ipſi ſunt ægrotandi cauſſæ. ſed ſi non fit, aut immodice fit, dãnum euenit: aut enim morbi oriuntur, aut corpus emarceſcit & extenuatur. Mulier verò immodicæ ſanguinis aut profuſioni, aut retentioni obnoxia, cæteris ſanguinis morbis minus quàm viri ſolet infeſtari. Paucis item mulieribus fiunt varices aut mariſcæ aut ſanguinis è naribus profuſio: & quod eorum acciderit detrimentum, in menſtrua decumbit. nam hæc ob id parciora fiunt: quemadmodũ ſi ſanguis per alium vacuetur meatum, vel naturæ ſponte, vt per vomitum, ſputum, ſedem, meatum vrinarium, vel ſecta à medico vena, vel à foris corpori violenter occurſantibus diuiſa. Huc pertinet Aph. Hipp. 29. lib. 6. Mulier podagra non laborat, niſi menſtrua defecerint. & Aph. 13. lib. 5. Si menſtrua plura fiant, accidunt morbi: & ſi non fiant, ex vtero morbi contingunt. quo eodem libro plures Aphoriſmi de natura menſium proponuntur in vtramque partem, quos ferè iam attigi, aut ab Hipp. repetes. ac de ſuperuenientibus vtrinque ſymptomatis, tum ex menſtruorum ſuppreſſione, tum immoderata profuſione, iam antè ex Gal. monui lib. de loc. affect. cum ibidem Syluius pertractat libro nuper producto, curationem, ſigna, cauſas exponens, atque alia ſpecialia de peculiaribus vteri pathematis, vt hiſterica ſuffocatione, præcipitatione, peruerſione vteri, ſimilibúique ad therapeuticen ſpectantibus, de quibus inter tatrica ex profeſſo.

Albi flores quid faciãt.

Mulier morbis à ſanguine varijs afficitur.

Menſes quæ minuant.

Mulier quãdo podagrica.

Morbi à menſtruis, quando.

Tranſitio.

Porrò quæ ſub Alberti Magni nomine circunferuntur in vulgus Secreta mulierum, ea ſi quid veri habent, tamen magna ex parte conficta videntur eſſe ad lectorem alliciẽdum & oblectandum: ac de ſemine & menſtruis & vteris & generatione hominis, pleraque plauſibilia & veriſimilia potiùs quàm vera aut neceſſaria continent; ideo nunc mihi iure prætermittenda; cùm neque adeo multorum aliorum hac de re ſcripta licet præclara, lubeat hæc omnia congerere; illa ſufficere ratus ad rei amplam & exactam veritatem demõſtrandam, & hiſtoriam omnibus ſuis numeris abſoluendam: vt quod ab alio prætermiſſum eſt, alius ſarciat ac ſuppleat rependatque; ſicuti ex Hipp. Ariſt. Gal. primarijs phyſicis, tibi (opinor) ſatis conſtitit: ex quibus omnia ſumma atque præcipua hanc in ſententiam mihi videor collegiſſe atque ſubduxiſſe, necnon aliquo indicio adhibito expendiſſe

A atque examinaſſe: præter illa quæ iam ab initio capitis huius noſtro arbitratu ſumus præfati. niſi ſiquid me pluribus intentum fortè ſubterfugit. Sed iuuat ad extremum aliquot problematis de hoc poſtremo humore anquirere, vt tandem latè ſuſam iſtam de humorib. diſceptationem concludam: & ſiquid ſuperſit in hoc ampliſſimo analogiæ excurſum, illud ad extremũ percurram. qualia fortaſſe multa ſuperſunt, ſi ſingula adamuſſim excutere atq; particulatim perſequi velim. quæ autem deinceps tractanda ſuſcipimus, ea erunt, quæ de humoribus concreuiſſe & coaluiſſe in nobis B ſecundùm naturam deprehenduntur. Sed de his poſteriùs: illa priùs quæ dixi problemata circa mulierum menſes excutiamus peruideamúſque.

Propoſitio.

An menſtruo mulebri tam dirum virus ineſt, vt quidam perhibent?

PROBL. I.

Natura prouidentia in menſibus excernendis.

NATVRA ſagax & prouida, ac velut optima parens, ita infirmo ſexui muliebri C proſpexit (eſt enim fauor pro laborantibus, aiunt rhetores) vt quantum illi ſupereſt ſanguinis ad iuſtum corporis vniuerſi alimẽtum incrementumque, niſi vtero gerat, illud ſtatis menſium interuallis vel copia moleſtum, vel qualitate maleficum excernat. Inde eſt illa menſium eruptio ſingulis lunæ periodis viſitata, qua de paulo antè diximus. Inuenti autem ſunt nonnulli, qui menſtruis illis tam dira, tam ominoſa tamque abominanda tribuerunt, vt ſi vera ſint quę referunt, nullum nocentius aut magis peſtiferum animal domi alere homines queant: quam mulierem contubernalem, nulla ferè non ſui parte, ſi hæc ita D ſunt, contagioſam & modis omnibus infeſtam iis quæcumque obuia illi fuerint: vt & viſu funeſta, & tactu pernicioſa, & auditu doloſa, & odoratu peſtifera, ne dicam ſapore mortifera ſit habenda. ad quam quoties quis accedat. vel adeo cum illa commiſceatur, totiesde vita déque ſalute periclitetur, ac de veneno atque faſcino ſuſpicari poſſit ac debeat. Ita vt nullo commodiore ſupplicio Deus hominum malitiam plectere potuerit aptiùs, & vlciſci commodiùs, quàm data illis contubernali fœmina, ceu vipera aut baſiliſco, omnibus E ſui corporis partibus, ſed cauda potiſſimùm, quod aiunt de ſcorpione, lethaliter infeſtante, & virus exitiale iaculante. Quæ ſi vera ſunt, cur nos non quotidie tabeſcimus, non faſcinamur, non morimur? cur noſtra ſoboles non anguino partu lethalior ſit, quæ de tam inquinata naturæ officina prodeat? quæ de materia tam virulenta coaleſcat? Quid prodeſt ille muliebris candor fallax, quid illa corporis venuſtas, illæ ſermonis blanditiæ, illa vultus & oris ad ſeſe alliciens hominem pulchritudo? neq; verò hominem ſolum, ſed angelos etiam, ſi quibuſdam credimus, & hæc verba perinde

Obiecta de maleficio menſium.

Mulier, animal nocentiſſimum, ex hypotheſi.

Mulieri virus in cauda.

Muliebres tectum, delique.

An angeli cum mulieribus egressi genuerint?

sunt accipienda, vt sonant Genes. 6. cap. Postquàm enim ingressi sunt filij Dei ad filias hominum, illæque genuerunt, isti sunt potentes à seculo viri famosi. & ibidem, Videntes filij Dei filias hominum, quod essent pulchræ, acceperunt sibi vxores ex omnibus quas elegerant. quem in locum quid scripserit Augustinus, quid Basilius, quid reliqui Doctores, possem in medium proferre, nisi esset ab hoc instituto alienum. sane Ambrosius cap. 4. lib. de Noë & arca, angelos filios Dei interpretatur, atque ex angelis & mulieribus generatos filios simpliciter & nudè accipit. Chaldæi tamen & Hebræi filios principum & magnatum accipiunt. alij filios Seth & filias Cain posterorumque à vera religione degenerantium intelligunt. sed de istis alias. audiamus verò quid illi tandem obiiciant, & quæ tam grauia flagitia menstruis istis muliebribus inesse arguant aut affingant.

Filij Dei, qui sint aut dicantur.

EX PLINIO.

N. de Plinio.

PLinius sanè perquã industrius naturæ rerũ scriptor & notarius, vt in suam bibliothecam multa cõiecit aliena, non satis fide digna; ita & hæc verba sublimi quodam suo argutóque stylo perstrinxit lib. 7. cap. 15. Solum autem animal menstruale mulier est (in quo tamen Aristoteli & veritati reclamat, vt ex dictis meministi: verùm audi sequentia) Sed nihil facilè reperiatur mulierum profluuio magis monstrificum. acescunt superuentu musta, sterilescunt tactæ fruges, moriuntur insita, exuruntur hortorũ germina, & fructus arborum quibus insedêre, decidunt: speculorum fulgor aspectu ipso hebetatur, acies ferri præstringitur eborisq; nitor, aluei apum emoriuntur, æs etiam ac ferrum rubigo protinus corripit, odórq; dirus aëra. & in rabiem aguntur gustato eo canes, atque insanabili veneno morsus inficitur. quin & bituminum sequax alioquin ac lenta natura, in lacu Iudææ (qui vocatur Asphaltites) certo tempore anni supernatans, nequit sibi auelli, ad omnem contactum adhærens, præterquàm filo quod tale virus infecerit. etiam formicis, animali minimo inesse sensum eius ferunt: abiicique gustatas fruges, nec postea repeti. Et hoc tale tantúmque omnibus tricenis diebus malum in muliere existit, & trimestri spatio largius. quibusdam verò sæpius mense, sicut aliquibus nunquam. sed tales non gignunt, quando hæc est generando homini materia, semine è maribus coaguli modo hoc in sese glomerante: quod deinde tempore ipso animatur corporatúrque. Ergo quum grauidis fluxit, inualidi aut non vitales partus eduntur, aut sanios, vt author est Nigidius. hæc ille eo loci. vtrum tamen sine mensium fluxu mulier queat concipere, mox viderimus. Idem rursus cap. 7. lib. 28. Quæ ex mulierum corporibus traduntur, ad portentorum miracula accedunt: vt sileamus diuisos membratim in scelera abortus, mensium piacula, quæque alia non obstetrices modò, verumetiam ipsæ meretrices prodidêre. & paulò pòst, Posthæc nullus est modus. iamprimùm abigi grandines turbinésque contra fulgura ipsa in mense connudata: sic auerti violentiam cœli. in nauigando quidem tempestas etiam sine menstruis. Ex ipsis verò mensibus monstrificis aliàs, vti suo loco indicauimus, dira & infanda vaticinantur. è quibus dixisse non pudeat, si in defectu Lunæ Solisve congruat vis illa, irremediabilem fieri: non segniùs & silente luna: coïtúsq. tum maribus exitiales esse atque pestiferos. purpuram quoque ab his eo tempore pollui. tantò vim esse maiorem. Quocumque autem alio menstruo, si nudatæ segetem ambiant, erucas ac vermiculos Scarabeósque ac noxia alia decidere. Metrodorus Scepsius in Cappadocia inuẽtum prodit, ob multitudinem cantharidum. Ire ergo per media arua, retectis super clunes vestibus. alibi seruatur, vt nudis pedibus eant, capillo cinctúque dissoluto. Cauendum, ne id oriente sole faciant: Sementem enim arescere. item nouellas vites eius tactu in perpetuum lædi: rutam & hederas, res medicatissimas illico mori. Multa diximus de hac violentia: sed præter illa, certum est, apes tactis aluearijs fugere: lináque cùm coquãtur, liquescere: aciem in cultris tonsorum hebetescere: æs contractum, graue virus accipere & æruginem, magis si decrescente Luna id accidat: equas, si sint grauidæ, tactas abortum pati. quin & aspectu omnino, quamuis procul visas, si purgatio illa post virginitatem prima sit, aut in virginea ætate spontanea. nam bitumen in Iudæa nascens sola hac vi superari filo vestis contactæ docuimus. ne igne quidem vincitur, quo cuncta ciniſque etiam ille, siquis aspergat lauandis vestibus, purpuras mutat, florem coloribus adimit: ne ipsis quidem fœminis malo suo inter se immunib. Abortum facit illitus, aut si omnino prægnans supergrediatur. vbi de Laïdis & Elephantidis meretricum contentioso certamine: déque petitis à menstruo remedijs, quæ nunc intempestiua ducimus. Sicut & illud, hebetata aspectu specula recipere nitorem, iisdem auersa rursus contuentibus. &c.

Menstrua mulieris prodigia.

Coïtus quãdo cum muliere exitiale.

Menstruata mulieris effecta. Ita & Columella.

Menstruũ facinus & effectus mirifici.

An sola mulier menstruata.

Menstruorũ muliebrium vires, & effecta.

Bituminis natales.

Menstruũ periodus.

Duo generationis nostræ principia.

Menstruũ vsus.

Mensium & abortus piacula.

EX SOLINO.

SOlinus Plinio suo ita subscribit cap. 4. Itaque vt Democritus physicus ostendit, mulier, solũ animal menstruale est. cuius profluuia non paruis spectata documentis, inter monstrifica merito numerantur. Contactæ his fruges non germinabunt: acescent musta: morientur herbæ: amittent arbores fœtus: ferrum rubigo corripiet: nigrescent æra. siquid canes inde ederint, in rabiem efferabuntur nocituri morsibus, quibus lymphaticos faciunt. parua hæc sunt. bitumen quod in Iudæa Asphaltites gignit lacus, adeo lentum est mollitie glutinosa, vt à se nequeat separari. enimuerò si abrumpere partem velis, vniuersitas sequetur, scindique non potest, quoniam in quantum ducatur, extenditur. sed vbi admota fuerint cruore illo polluta fila, sponte

Sola mulier menstrualis.

Menstruũ exitium & effecta mira.

Bituminis natura.

ed by Googl

discerpitur: & applicita tabe deducitur paulò ante corpus vnum: fitque de tenacitate connexa, contagione partitio repentina. Habet planè id solum salutare, quòd auertit sidus Helenæ pernicioſum nauigantibus. Cæterùm fœminæ quibus nimis est necessitas huiusmodi, quandiu sunt in sua lege, non innocentibus oculis contuentur. aspectu specula vitiant, ita vt hebetetur visu fulgor offensus, & solitam æmulationē vultus extinctus splendor amittat, faciésque obtusi nitoris quadam caligine nubiletur.

Mulieris menstruata maleficia.

EX FERNELIO.

FErnelius lib. 7. cap. 7. physiolog. horum authorum monstrificā narrationem æmulari, immò vincere, & referendo augere voluit, suppressis tamen suo semper more authoribus. Hoc excidente (ait) si nouella vitis tangatur, in perpetuum lædituꝛ: steriles fiunt tactæ fruges, moriuntur insita, exuruntur hortorum germina. si omnino mulier prægnans alterius menstrua supergrediatur, aut illis circumlinatur, abortum facit: ei autem quæ vterum non gestat, concipiendi spem adimit. Mulierum quæ purgantur, spiritus & vapor ab ore specula atque eboris nitorem obscurat. gustatus hic sanguis canes in rabiem agit: homines autem miris cruciatibus affligit: comitialem morbum, pilorum effluuium, aliáque elephanticorum vitia infert: iccirco à veteribus inter venena relatus, pari malignitate existimatur, atque sanguis elephantici potus. Hinc dum in muliere supprimitur, nec statis temporibus emanat, ei etiam cui proprius est, debétque familiaris esse, grauissima affert incommoda, viscerum obstructiones, tabem, cancrum, morbum comitialem, huiúsque perniciei quamplurima. Quum itaque tanta sit eius pernicies, sitque vis ei tam pestifera, vix animum induco fieri posse, vt ex eo fœtus in vtero gestatus alimentum capessat. imò tum optimè solet mulier vtero concipere, quum ab hac fœda eluuie, munda repurgatáque fuerit: quúmque purus existet tum vterus, tum reliquus sanguis in corpore, ex quo demum fœtus aletur. Quanquam autem reliquo deinceps temporis circuitu vitiosus similiter ac priùs congeritur & accrescit; eo tamē haudquaquam fœtus continetur aut viuit, nec eum, sed quantum potest puriſſimum atque suauissimum pro alimento rapit sibiq; iungit. Quónam igitur corruptus ille sanguis, quem menstruum appellauimus, in grauidis concedit? Pars exigua circa vterum inhæret in venis, pars maxima reliquo puriori sanguini permiscetur. hinc quia nequit naturæ vis omne illius virus mitigare, aut euincere, grauidis mulieribus plurima mala obueniunt. Hunc autem natura intus continet, ne si viam patefaceret, cum eo vtile fœtus alimentum simul emanaret. Itaque natura nouæ prolis procreationem instituens, in vitæ discrimen plerumque parentem adducit. Non igitur menstruo fœtus alitur, si hac appellatione corruptum eum sanguinem notamus, qui purgatio est & excrementum purioris. At verò quoniam hoc nomine omnem sanguinis ab vtero factam deiectionem sæpius veteres significarunt, ferè fit vt & fœtum ali, & lac gigni ex menstruo sanguine pronuncie-mus. Idē sequenti cap. 11. vbi de triplici nuper citata sanguinis materni portione dixisset, Vna tamen ea portio (inquit) quæ in pariēdi tempus reseruata foras propulsatur, verum est menstruum nutricationi ineptum, non molis tantummodò copia, verumetiam qualitate noxium & infestum. Tanta autem cum sit menstrui pernicies, quemadmodum suprà diximus, mulier si à partu non commodè expurgatur, vita est in discrimine. Idem hic humor grauidis illa sub partum infert symptomata. Porrò veterum diuturna obseruatione animaduersum est, mulierem, quæ profluentib. menstruis fortè conceperit, fœtum edere ad elephantiasin propensum: definitúmque est à quibusdam, quoto ætatis anno illa in conspectum se dabit. Huius causam statuunt, quòd per id temporis fœtus necessariò augetur & increscit ex menstruo prorsum vitioso & corrupto, quod suæ perniciei radices agens, tandem suam prodit malignitatem. Si verò haud ita multùm antè quàm menses erumpere consueuerunt, mulier concipiat, quoniam iam quiddam in venis huius est menstrui, in lucem proferetur infans in multos certè morbos procliuis. Feliciter autem & integra sanitate hic ortum accipiet, quem nuper expurgata mulier conceperit: nisi aliunde à parentibus vitium quasi hæreditate contrahat. hæc fere Ambianus noster.

Menstruorū facinus & effecta dira.

Menstruorū toxica.

Menstruorū suppressorū damna.

Quòd fœtus non alatur menstruo sanguine: & quodnam idoneum concipiendo tempus.

Menstrua in grauidis quò fœcundant, & cur non exeant. N. negat.

Menstruū quid largè significatione.

Menstruum propriùs quid, & eius retētis dāna.

Coitus flagitiosus menstruis dirus; quā de re. Hinc pueri elephantici.

Fœtusque ādo morbosus gignitur, aut sanus.

EX CÆLIO.

QVæ ego cùm lego, illam mihi audire videor lepidam narratiunculā ex Cælio Rhodigyno lib. 13. cap. 69. Proditur memoriæ apud Idumæos (siue malis Iudæos intelligere) quum rebus potiretur Herodes, puellam in ipso constitutam ætatis vigore, insigniter à dracone magnitudinis visendæ adamatam: qui commeans subinde amanter cum ea decumbebat. Illa tamen etiamsi clementem mansuetúmque (vtique naturam verita insociabilem, & ab humano dissitam captu) reformidans, ex loco abscedere proposuit longiùs, ac mensem abesse, ceu bruto per absentiam illatura dilectionis obliuium. At diuersa euenêre omnia: siquidem in dies intendebatur affectio, augescebátque amoris impetus, desiderio dum contabesceret nimio, interdiu noctúque consuetа repetens cubilia, nec esset eius potiundi facultas, quod appetebat præcipue. Conflictabatur ergo vti infelix amator. Postea verò quàm rediit quandoq. puella exoptata, deuolans is ad vilam protinus ac prorsum amatorie, suspicionum plenus, tanquam neglectui habitus, atque eo nomine indignabundus, cauda complexus puellæ crura conuerberabat, sed obseruate admodum ac verentis modo, ira & amore compugnantib.

Historia, à dracone puellam amante & seruante.

Digitized by Google

hæc ille cap. 29. lib. 25. editionis posterioris: quæ mihi iam videor antea protulisse.

N. contra ipsos, qui menstrua mulierum tam dira effingunt.

Vtrum igitur tibi videtur admirabilius? vtrum verisimilius? hoc sanè ab omni naturæ lege abhorret, vixque vlla potest esse in natura rerum tanta antipatheia, quanta puellæ cum dracone intercedit, cùm vel conspecto angue exalbescat metu, & diffugiat visu exanguis. Illud autem de tot portentis menstruorũ fortasse credibilius in vulgus videri queat. quãquam vix mihi possum persuadere, omnia illa pro veris habenda, quæ Plinius recenset accepta (vt apparet) à meretriculis, omnino perfido animaliũ biformium (biforium volui dicere) genere, & captioso atque fallaci, sicuti plerique suo quotidie damno experiuntur, qui istarum technis atque dolis irretiti & circunuenti; indignis ac miserandis modis excepti sunt; factoque primùm fortunarum omnium naufragio, grauissimam demum valetudinis iacturam fecerunt. Sed esto, scripserit Plinius, scripserit etiam ante Plinium alius author: an iam tot seculis antegressis non expertum idem cæteri prodidissent? an nos nostro damno periculóque quotidie non experiremur? Sed hæc vulgo nimiũ credulo fatuóq. persuaderi, vt & alia pleraque potuerunt. mirum autem, quòd etiam viris quibusdã doctis, imò doctissimis, & qui arti medicinæ suum nomen dederunt, artémque ipsam mirificè illustrarunt. quos inter, iam paulò antè recensui Io. Fernelium eadem cum Plinio, vel adeo atrociora de menstruorum veneficio commemorantem: qui cum lubet sic paucis agere.

Meretricia technæ, & insidiæ.

N. ad Fernel.

Enimuerò docte Ferneli, quòd tantam perniciem menstruorum indicto authore profers, id facis ex more, vt lectores tuorum librorum exacuas ad diligentiam, quò magis seduli authorum opera euoluant, vt vnde tua hauseris, recognoscant, vel adeo neutiquam admoniti. aut sanè id facis, quod plerique iam olim factitare solebant, alij ab aliis vt multa & præclara innominatis exscriberent, quò sibi authoritatem sapientiæ maioris apud homines conciliarent. quam tamen tute tibi satis magnam tuopte marte ingenióque comparasti: ac de talibus sic Plinius præfatus ad Vespasianum; Scito enim conferentem me authores, deprehendisse à iuratissimis & proximis veteres transcriptos ad verbum, neque nominatos. & quæ sequuntur antehac à me vsurpata. Verùm id tibi commune est cum multis, qui maiori ambitione laudis adeo ducuntur. illud autem potiùs viderimus, An embryon sanguine matris menstruo alatur. Equidem sanè ali sanguine embryonem nemo est qui eat inficias: cùm vasa vmbilicalia, per quę nutritur, non aliunde quàm à corde & hepate orta, de suis fontibus riuulos contenti in vtroq; humoris deducant: cumque ea aperta, nihil aliud præter sanguinem meracum continere anatomica fide deprehenduntur: neq; sit alius liquor in corpore matris, quo conuenientiùs infans ali queat, quàm communi secum alimento. quod enim lacte nutriri in aluo fœtum dixerat Hippocrates ille, vel Polybus potiùs, & ore in vtero materno positum sugere; id verò tanquam vulgare & proletarium commentitiúmq; reiecimus; neque alia vasa deprehendere sit, quibus embryon cum matre connexum cohæreat, hisque veluti radicibus, vt planta solet à terra, sic alimentum ad se à matre pertrahat, atque spiritum ducat. Hoc autem nosse superest, an is sanguis menstruus dici siue menstruum debeat. qualem, si exactè loqui volumus, possumus negare: quia postquàm mulier concepit, vix vnquam aut sanè perrarò deinceps per menstrua interualla sanguis repurgari illi consueuit, sed intus in alimoniam fœtus asseruari. qui si adeo extra corpus effunderetur, & quidem singulis ex more mensibus; non iam vtique embryonis alimentum esse queat, quod esse in corpore desiit. Ex quo efficitur, vt qui menstruo sanguine fœtum ali negat is vera dicere quadantenus videatur. Sed elenchus tollatur; atque id inquiratur, Num embryon eo sanguine nutriatur, qui olim solebat singulis mensibus exundans effluere: aut qui etiamnunc, nisi imprægnatio sisteret, statis temporum periodis excerneretur? qualis denique massa sanguinis in toto corpore subesse solet? Profectò siquis ita me interroget, non dissentiar, sed apertè profiteri ausim; quali sanguine mater alitur, quali per menstrua interualla repurgari superfluè solebat; tali nunc intus cohibito vesci infantem, & specie (vt aiunt) & fortasse numero plane eodem. Quasi quis e pleno dolio vinum hauriat, non aliud vtique bibat, quàm quale intus relictum est, & quale paulatim exhauritur. aut si de fõte aquam poturus, aut de puteo hauriat. Quanquã scimus in fundo fæcem quandam grauem subsidere & vino & aquæ, sanè verò & sanguini, vti aliàs per similitudinẽ & analogiam vini partium ad sanguinem dictum est, quatuor in se humores complexum. sed tamen qualis in massa reliqua solet esse sanguis maternus, talis embryoni intus alendo per dictos canales demittitur atque deriuatur, non purior reliquo, neque defæcatior, neque à cætero degenerans. ita vt siquid vitij huic insit, etiam illi toti reliquo inesse necesse sit: & siqua tanta lues atque pernicies mensibus mulierum dicatur aut intelligatur adesse, talis ac tanta sanguini, quo fœtus alitur, reliquóque adeo toti intus permanenti adesse debeat. Vt autem de meliore alimentorum portione bonus sanguis gignitur, & siquid crudum, indigestum, incoctum, vim ac robur concoctricis subterfugit, illud fit excrementum, & in secessum abit, aut per intestina delapsum, aut per renes percolatum: sic post embryonis absolutam nutricationem, quædam sanguinis reliquiæ superant suo tempore vacuandæ. Non ea tamen lue atque pernicie præditæ, qualem isti fingunt: sed per analogiam ad reliquum sanguinem, & qua proportione stercus aut vrina à chylo & lau-

Infans in aluo non lactat.

A simil.

Menstruum quid verè ac propriè, ac diuersimode.

Fœtus quomodo non alatur menstruo.

Quòd fœtus alatur eodem sanguine cum matre, eóque menstruo, quatenus.

A simili.

Fax sanguinis, à simili.

Embryò alitur de sanguinis massa mista.

Menstruus sanguis nihil habet distinctum à cæteris.

Lochia à partu excernenda, vnde fiant.

A simili.

Lochiorum ad reliquum sanguinem comparatio, à simili.

Plagiariorũ dolus.

An embryon alatur sanguine menstruo, & vnde vel quali.

dabili sanguine differunt. Et tamē siqua tanta labes, siqua lues, siquod virus menstruis inesset, quantum isti prædicant; hac vtique vel longe deteriorem, funestiorem, multóque magis abominandā in puerperis labem superesse necesse foret; absumpto (vt par erat) optimo quôque sanguine in embryonis alimentum, & his reliquiis tanquam venenatissimis superstantibus: quas obstetrici vel attigisse vtique sit exitiale; & ipsi adeo infanti velut innatanti prorsus pernicioſum. Sitque iam non laudanda parens, sed grauiter culpanda nouerca natura, quæ isto non alimento imbecillum fœtum nutricarit, sed exitiali toxico insontem infecerit. Quin potiùs ij accusandi veniunt, qui naturæ ingrati, tam indignum facinus, crimenque tam atrox illi impingunt atque tribuunt, tantámque innocenti creant inuidiam. At intus retenti præter naturam menses multa & grauia inferunt incommoda. Ita est, vt vel adeo si immoderatè profluāt sicut Hipp. præmonuit. quia naturæ lex in quadam mediocritate consistit: & sanguis eiusmodi vel sola quantitate exuperans, licet victimæ recens mactatæ sanguini simillimus, vt Hipp. idem aduersus istorum calumniam de sanis mulieribus dicebat: tamen sua copia grauat & obruit, ac velut repentinam suffocationem minatur: vt in lucerna cernimus oleo nimio ignículum extinguente. eóque magis si qualitate prauus sit sanguis, ea inuehens symptomata, quæ & qualia nuper ex Hipp. Et Galeno produximus. Quò minùs mirum, si retenta ex partu non menstrua, vt Fernelius vocat, contra vsum priscorum & non inquinatè vel ineptè loquentium, sed speciali nomine dicenda λοχεία, puerperis acerbissima damna, vel adeo mortem nonnullis conscisçant: quia sanguinis portio melior absumpta, ferè meracas reliquit intus sordes & quisquilias, quæ illis cunctando computrescunt, & putrescendo virus quoddam aut κακοήθειαν acquirunt. non eam tamen quam isti vel naturalitet habenti se menstruo affingunt:

Nec sic vt placidis coëant immitia, non vt
Serpentes auibus gemineutur, tigribus agni.

Vt dixit Flaccus ab absurdo argumentatus in Arte.

Lochia sunt impuriora menstruis, quare: & tamen non venenata.

Natura sit inuria.

Obiectio, de retentione mensium molesta, quatenus.

Sanguinis copia suffocat. A simili.

Quæ excernuntur à partu, non sunt menstrua.

Lochiorum suppressorū damna, & vnde sint.

Quòd medē lochiis tantū virus insit.

EX COLVMBO.

ENimuerò Columbus lib. 12. anatomiæ suam huic quæstioni & ipse interposuit sententiam hunc in modum; fœtum à sanguine menstruo ali pernegans, si non vera, at saltem verisimili ratione probabilique, sed minimè necessaria. Fœtus in matris vtero alimentum per vmbilicum suscipit, vēnæ vmbilicalis ope, ait: fabulæque sunt, quas magnus Hipp. qui omnia scire non potuit solus, de pueri nutrimento in aluo matris dixit, quòd scilicet per os exugat. Et profectò tanti viri errorem tam crassum nequeo satis mirari: nam inter os fœtus matricisque substantiam multùm interest. & quomodo succum, qui vel in matris ventriculo est, aut in intestinis, exugere posset? sed de isthoc nos alibi antea: mox autem, vbi per venam vmbilicalem nutriri, & quidem bono sanguine docuit, & verè quidem, & eo per vasa seminaria delato, in semen olim conuertendo, deinde subiungit; Vana quidem est falsáque eorum sententia, qui fœtum sanguine menstruo nutriri aiunt. nam quod illi pro huius rei probatione in medium afferunt, dum fœtus in vtero est, statos tempore menses non fluere, nihil est: nam ego complures noui, quib. vtero gerentibus, singulis mensibus menses profluebant: quod ob magnam sanguinis copiam in illis mulieribus euenire certum est. Quibus verò tanta sanguinis copia non adest, iis dum grauidæ sunt, neque adsunt menstruæ purgationes: quia non gignitur quod superuacaneum sit naturæ inutile, & ab vtero eiiciendum: sed vniuersus ad fœtum ipsum naturæ miraculo distribuitur. Nihil enim aliud esse existimato menstruum sanguinem: quàm sanguinem superuacuum, qui herbas atque arbores non cogit arescere, quemadmodum scripsit Arist. vbi mox de materia illa fæculenta in intestinis infantum inueniri, aut inde excerni solita, non cibi excremento, sed sanguinis in fœtus intestinis contenti: qui nec ideo malè olet. de quo etiam alibi antehac.

Quòd fœtus non alatur menstruo, cur.

Embryo qui alatur in vtero, & vnde. contra Hipp.

Quòd embryo non alatur menstruo.

Menstrua fluunt etiā grauidis, sed raro.

Menstruum sanguis, qui.

Meconium infantis, vnde.

Fernelius porrò cap. 11. antea citati, licet à concepta opinione non planè recedēs, tamen modificationem quandam adhibet cum explicata menstrui sanguinis differentia; sanguinémque tripartito diuidit & verum, id menstruum statuit, quod in pariendi tempus reseruatū, mox à partu foras propulsatur. verba nuper in medium produxi: præclara illa quidem in speciem, & diserte enuntiata: sed si dicta Hipp. obseruentur, & quæ quotidie appārent, fidem mereantur; satis apparet, illud non esse veri nominis menstruum, quodquidem à partu aliquot dierum interuallo excernitur. namque menstruum ipsum, syncerus est & totus atque integer sanguis, recens mactatæ victimæ sanguini simillimus, vti ex Hipp. ostendimus, & quidem reliquo toti in corpore muliebri relicto sanguini planè affinis; sicuti de dolio vini per similitudinem pridem docui, & quotidiana fidē facit experientia in sanis mulieribus viuidum sanguinem menstruum eructantibus. quæ autem valetudinariæ sunt, suæ illum intemperiei adsimilem reddunt pituitosum, biliosum, melancholicum, albidum, flauescentem, nigricantem, hoc aut alio colore varium. At verò quæ à partu secedunt λοχεία, reliquiæ sunt alimenti embryonis, quæ de puriore absumptō sanguine supersunt. ideoque λοχεία vniuersa magis seroſa esse solent, ac velut sanguinis ichōres, tandémq; lac aut lactis serum quodammodo referentia, sicuti diximus antehac. Et verò quónam tandem modo nouem aut decem mensium spatio retentus intus sanguis menstruus, paucorum dierum interuallo totus

Menstruum proprie quid. N. imò sunt lochia.

Menstruum sanguis qui, & qualis.

Menstrui colores diuersi, vnde.

Lochia quæ, & vnde, & qualia.

Quòd lochia non sint menses.

exinaniatur? cùm pleræque mulieres à partu non plus admodum excernant sanguinis (excepto embryonis fudore & vrina) quam simul ac semel olim solebant vnius mensis stato triduo forte aut quatriduo interuallo profundere? Ergo cùm sanguis menstruus, alterum nostræ generationis principium existat, non est verisimile, ac minùs vtique verum habendum, tanta lue ac pernicie esse inquinatum. nisi & ex eo concretum atque alitum partum, venenatum ac virulentum pari temeritate ausis asserere. simile enim semen similem sibi stirpem solet edere. Deinde cum eadem mulier iisdem facultatibus prædita, simili alimento per totam deinceps vitam nutrita, eodem calore natiuo prædita, iisdem vasis generatum à se sanguinem, iisdem visceribus elaboratum reseruet: non est credibile, menstruo sanguini totius velut portioni alicui tantum virus inesse, cùm nihil eiusmodi reliquo sanguini in corpore adsit: cúmque suppressis per ætatem mentibus, confuso ac permixto sanguine illo toto innoxie alatur. De sanis semper accipio: quia morbosis morbosum & sanguinẽ totum & menstruum vtique nouimus: & secta vena talem ostendit, siue de fronte media, siue de brachio, siue de poplite, siue de saphena dicta extrahas. argumento certo, nusquã esse illum sui dissimilem (nisi phlegmone aut vomica intus lateat) ac sicui placet eodem tempore incisa vena extractum sanguinem cum menstruo conferre, vtique illi adsimilem facilè deprehenderit: vt ex eadem haustum fidelia mustum dixeris. Nisi fortè casu quondam ægrum corpus prauos & corruptos humores in vterum, velut ad corporis sentinam, deponat: qui illic, vt dixi, cunctando malignitatem acquirant: quia deinceps mensibus allabentibus communicabunt, odore tetram, colore variam, sapore virulentam, & forte contagiosam. quali toxico, pro philtro, nonnullas maleficas vti solitas inaudiui, poculum amatorium amasiis concinnantes, dignas igne vel suspendio laruas. quasi fortè Lucretius in furorem conuersus, dira morte sublatus commemoratur: qualia φίλτρα Theocritus in εἰδυλλίοις memorat: qualibus nos audiuimus quosdã effascinatos, miseram vitam paulatim tabescendo, paucos intra annos, cum ingenti animi & corporis cruciatu finiuisse. Sed hæc & similia sunt præter naturæ institutum, & ex euentu contingunt, & malo quodam genio impulsore perpetrantur. Et tamen Galenus talium meminit initio lib. 10. simpl. medicam. facult. menses bibere non minùs abominandum ratus: quàm κεφοτόμον audire, quàm fellatorem aut cinædum reputari. Ideóque Xenocratem notat leuitatis ac turpitudinis, qui talia scriptis mandare non erubuerit. & mox ita subiungit, porrò φίλτρων ἀγωγίμων, ὀνειροπομπῶν τε μανιῶν, hoc est, eorum quæ amorem conciliant, somnia inducunt, & exosos faciunt, planè nec si abundè illa forem expertus, mentionem facere in animum inducerem: sicuti nec lethalium medicamentorum, aut aliorum (vt ipsi vocant) καθαρτικῶν. Nam illa sanè ridicula sunt; constringere ac vincire aduersarios, vt in iudicio nihil possint eloqui: aut grauidæ aborsum afferre: aut vt ne vnquam deinceps concipiat, efficere: & quæcumque eius sunt generis. Sanè horum pleraque vel ante quàm facias periculum, scire licet esse impossibilia: quædam verò possibilia, cæterùm vitæ mortalium noxia: addo etiam & graui pœna supplicióque coërcenda ac vindicanda. Hoc tamen quod scripsit Arist. de mulieribus menstruatis, quadam naturali caussa nititur eiusmodi, quam etiam Ficinus ad Platonis symposion acute attigit. Scripsit igitur Arist. & iam multò ante citauimus, vbi de modo videndi egimus, mulieres quando sanguis menstruus defluit, intuitu suo speculum sanguineis guttis sæpe fœdare. Quod ex eo fieri videtur, quia spiritus, qui vapor sanguinis est, sanguis quidam tenuissimus videtur esse, adeo vt aspectum fugiat oculorum. sed in speculi superficie factus crassior, clare perspicitur. Hic si in rariorẽ materiam aliquam, ceu pannum aut linum incidat, ideo non videtur, quia in superficie rei illius non restat, sed penetrat. si in densam quidem, sed asperam, sicut saxa, lateres & similia, corporis illius inæqualitate dissipatur & frangitur. speculum autem propter duritiem, sistit in superficie spiritum; propter æqualitatem lenitatémque, seruat infractum: propter nitorem, spiritus ipsius radium iuuat & auget: propter frigiditatem rarissimum, illius nebulam cogit in guttulas. Et quid mirum, si patefactus oculus & intentus in aliquem, radiorum suorum aculeos in adstantis oculos iaculatur? atque etiam cum aculeis istis, qui spirituum vehicula sunt, sanguineum vaporem illum, quem spiritum nuncupamus, intendit? Ideóq. oculi, fenestræ amoris à quibusdam perhibentur, quod neque Ouidium in heroidibus epistolis latuit: qua de re aliàs commodiùs ac tempestiuiùs dicetur.

At si menstruo sanguini tanta maleficia ab istis tribuuntur, his paria aut maiora semini muliebri iure affingi poterunt ex eodem genito sanguine, è venis connatis affluente, eodem vase excepto atque asseruato. quod tamẽ dicere hactenus nemo fuit ausus, ne contrario rerum euentu mendax refelleretur. Vt idem de lacte intelligas, cui communis est cum mensibus generatio ex eodem sanguine sursum deorsum commeante, atque iisdem vasis huc illuc tracto. accedente videlicet illi noua coctione mutationéque à glandulis mammarum sanguinem sibi coquendo assimilantibus, vti pridem patuit. Et verò cur natura alioqui tam sagax & prouida, hanc iniuriam mulieri fecerit, cuius immunes reliquas in omni genere animantum fœminas esse voluerit? quis enim vnquam de catella, de sue, de vacca, de asina, de cerua, aut aliis fœmellis menstrualibus (piscibus tamen atq; volucribus

Menstrua non esse virulenta, & vsus è natura sed neque infans venenatus.
A simil.
Menstrua nihil habent diuersum à reliqua massa sanguinis, quãuis obrem. nisi fortè plus facis.
Omnes vena continent sanguinem adsimilem. qui.
A simili.
Vterus, sentina corporis, quomodo menses corrumpat.
Philtrum amatorium vnde, & virus.
Historia.
At de naturalibus loquimur.
Medicus dicenda tacendaq; callet.
Ligaturarum vis.
Facinus pœna dignũ.
Mulier menstrua inficit speculum qualiter, & ratio.
Aspectus effascinat, & amorem conciliat. cur.
Quòd seminis & lacti muliebri eadem maleficia ineſſe debeant, quæ & menstruis, cur.
Lactis generatio.
Cur mulieri potiùs quàm reliquis fœminis tantũ virus insit?

volucribus nulla menſium fluxio contingit) talia prædicari audiuit? cur deſitis decurſu ætatis mentibus, vel nondum ante ætatem maturam prorumpentibus, tali ſanguine alita mulier non ſuffocatur? non intoxicatur? cur mulieris quàm aliarum fœminarum iniquior ſit iſta conditio? cur huius quàm relinquarum ſanguis inquinatior, ſpurcior, virulentior, nocentior? cùm & mulier meliore temperamento nata ſit ac prædita; cúmque cultiore & lautiore victu vtatur; cúmque cæteris animantibus longè præſtantior, Deóque gratior ſit & commendatior? de qua neque filium ſuum naſci recuſauit; ſed de Virgine Maria B Θεοτόκῳ, cuius de puriſſimis ſanguinibus conceptus & enutritus (vt Hieronymus loquitur) muliebrem ſexum decorans, & ab omni contumelia vindicans, ſuóquenitori & integritati aſſerens, nono demum menſe natus, in lucem ſalutari & toti orbi ſalutifero partu prodiit IESVS CHRISTVS ſeruator: aut vt Sibylla in acroſtichide, Ἰησοῦς Χριστὸς Σωτήρ.

Menſtrua quib. adſint fœminis, vel abſint.

Menſes cur ætate ſuppreſſi mulierem non perimunt?

Mulieris prærogatiua ſupra reliquas fœmellas.

Chriſtus muliebrem ſexum ornat & aſſerit ab iniuria.

An citra fluorem menſtruum conceptio fit?

PROBL. II.

QVA demum ætate puellæ menſes prorumpere ſoleant, illáque ſit nubilis annis, & matura viro, ſeu viripotens, vt poëtæ & I C. loquuntur, diximus haud ita pridem. Sed quia pleræque iuuenculæ nouennes, decennes, & vetulæ raræ quinquagenariæ ſexagenariæve parere viſæ ſunt: hinc non abre controuertitur, An ante menſium eruptionem, aut poſt eorundem deſitam fluxionem, conceptio fieri poſſit? Equidem naturæ lex & inſtitutum videbatur eſſe eiuſmodi, vt poſtquàm puella iuſtum nacta eſſet incrementum, D & ſanguine ſatis copioſo abundaret, quo ſeipſam alere, & ſi fors ferat, fœtum pariter educare poſſet, eo demum tempore generationi foret idonea: quod pleriſque ab anno 14. ad annum 45. vſuuenit, vt pridem notauimus. atq; ita Galenus lib. 14. cap. 4. de vſu part. Matrix neque dum augentur adhuc animalia, neque cum iam conſenuerunt, ritè actionem ſuam poteſt obire. ſiquidem alimenti benigni abundantis fœtibus eſt vſus, cuiuſmodi in ſolis florentibus animalibus poteſt abundare. in declinantibus verò, quòd vires ſint imbecillæ, alimentum non E rite concoquitur. quo fit, vt cum illis bene agatur, ſi ad ſuum proprium vſum, alimentum quod ſatis ſit, poſſint comparare. In eis autem quæ augentur, valentes quidem ſunt vires: ob eámq; cauſſam alimentum benignum coquunt plurimum: quòd cùm duabus actionibus, nutritioni ſcilicet & auctioni ſufficere oporteat, ſuperfluum nihil relinquit. In ſolis igitur ætate florentibus, ceu augeri iam deſinentibus, & virib. adhuc valentibus, magna benigni alimenti eſt affluentia. Quapropter natura in iis quidem animalibus matrices

Partus extra naturæ limites.

Mulier quo tempore generationi apta.

Mulier quæ ætate generare poſſit, & ratio.

Puella cur menſtruales non ſint: contrà de adultis.

A efficit maximas: in imperfectis verò & eis quæ conſenuerunt, exiles: quòd illas quidem ad concipiendum, magnitudinem habere oporteat commemorabilem: his verò quòd otioſa eſſet futura, magnitudo erat planè ſuperflua. hæc ille de vteri incremento: quæ ego ad menſium fluorem pari de cauſſa refero, qui iuuenculis nondum ob incrementum corporis prodire queunt: vetulis ob ſiccitatem corporis, & coctionis diminutionem ſtato tempore ferri deſinunt. Toto autem intermedio tempore reliquo, natura corpus diſpenſans, quod ſoli fœminæ nutriendæ ſuperat, illud tanquam ſuperuacuum potius quàm qualitate vitioſum (quî enim potiùs quàm in prouectiori ætate, cùm vires & facultates naturales omnes in illis, quàm in hac vegetiores & robuſtiores ſint?) ſiquidem ſana eſt mulier, quod ſemper hic intelligi volo, ſtatis menſtruis interuallis, ſi nulla imprægnatio ſubſit, qua via commodiſſima viſa eſt, per vterum excernit. Ad quem cùm ſanguis affluit, venarum interiora reſerat oſcilla, quas κοτυληδόνας appellant: quæ vbi primùm turgere incipiunt, & in- C æqualitatem quandam tuberoſam efficiunt, aut iam modicè ſanguine interiora vteri irrigant, initio fluoris menſtrui: aut vbi tandem ſanguinis ſuperflua portione iam vacuata, adhuc conniuent, & vterum intus humentem relinquunt, ſub fluxionis menſtruæ finem: vtroque illo ſpatio idoneum concipiendo tempus conſtituunt. Semen enim virile in fundum vteri illapſum, muliebrique confuſum, ad iſtas eiuſdem inæqualitates adhæreſcit, quod aliàs loco læui ac lubrico facillimè relaberetur: & pauca licet ſufficienti menſtrui ſanguinis quantitate alitur ac fouetur, quod alioqui larga ſanguinis copia eluereturr, ac ſimul raperetur, aut eo deficiente areſceret; genitámque de ſe tunicam, velut cruſtam tenuem calore loci concretam, iiſdem oſculis vaſorum conniuentibus affigit: fiúntque iſta futuri fœtus primordia. Et hæc vtique duo notata ſunt à priſcis aptiſſima concipiendi tempora, quanquam hoc poſterius, & tutius & potius, vt ante declarauì. Quocirca ſi deſunt illa duo, & inæqualitas quædam interioris vteri, & ſanguinis parca quædam ac ſufficiens affluxio; neque ſemen intus retineri atque hæreſcere, neque ſi retineatur, ali & foueri poſſe creditur. atque omnis prope dixerim, generatio in genere humano (de aliis per analogiam idem licet intelligere) iſto quidem modo quotidie fieri deprehenditur, & rationi ſuffragatur experientia certiſſima, experientiæque ipſi dicta ratio ſuccurrit. Tertio loco concurrit authoritas iam inde à primis medicinæ velut incunabulis ad hæc noſtra vſque tempora, quorum partim iam diximus, partim nunc ſumus dicturi.

Vteri proportio ad ætates, & ratio.

Menſes quæ ætate abundent, aut ſecus.

Menſtrua poſſint præcant quantitate, quàm qualitate, cur.

Cotyledones menſtruis diſtenduntur, qui. & quo tempore concipiendo aptæ, & ratio.

Conceptio feminis qui fiat, & eius alimentum.

Fœtus qui concreſcat in vtero.

Tempus conceptioni aptiſſimum.

Menſtrua cur ad generationem neceſſaria, & quem in vſum.

Ratio, experientia, authoritas.

EX HIPP.

Virgines quare non menſtruales.

Puer & puella quãdo gignere queant.

Mulier grauida cur retentis menſtruis non offendatur.

Menſiũ vſus in grauidis.

Menſtrua cur ſingulis menſibus fluant.

Menſes reliquo ſanguini ſimiles. N. contra iſtos.

Sanguis ad ſemen conceptum qui influat.

Lochia à partu qui profluant.

Puer femina, puella menſtruis cur deficiat: & amborum ſigna.

Conceptio citra menſes non fit, quamobrem.

Menſtrua pauca aut plura conceptionem impediunt.

Partus ſine menſtruis.

HIppocrates igitur lib. de genitura, Virginibus quouſq; inuerecundæ fuerint, non procedunt menſes; quia venæ tenues & repletæ. poſtquam autem adoleuerint & virgo & puer, venæ in pudendũ pueri tendentes, itemq. virginis in vterum, ample fiunt, præ augmẽto, & oſcula ipſarũ aperiuntur, & via ac tranſitus per anguſtias cõtingit, & humidũ tunc etiam agitationem habet: idem lib. de natura pueri; At verò mulier cùm vterum gerit, à menſibus non prodeuntibus propterea non dolet, quòd ſanguis non conturbatur, aceruatim abire ſolitus ſingulis menſibus: ſed procedit ſenſim & modicè citra dolorem quotidie in vterum ipſum, & quod ineſt intus in vtero augeſcit. Singulis autem menſib. ea gratia procedit, & nõ ſemel per menſem; quòd genitura in vtero exiſtens, ſemper à corpore trahit, provt vires tum ipſa, tum ſpiratio habet. Atqui vterum non geſtantibus vbi menſes non prodierint, propterea dolor non oborietur. Primùm quidẽ ſanguis in corpore ſingulis menſibus turbatur ab huiuſmodi neceſſitate, quòd menſis à mẽſe multùm differt & ſecundùm frigiditatem & calidꝛtatem. atq; hoc percipit mulieris corpus: humidius enim eſt quàm virile. vbi autem turbatus eſt ſanguis, & venas impleuit, ab ipſo deſcẽdit, qualis ab initio naturæ fuit. vbi quos retentio menſium pariat morbos, ſubiungit, & lib. de mulierib. enarrat. idẽ ibidẽ, Primis diebus vbi genitura in vteros illapſa eſt, pauciſſimus ſanguis à muliere in vteros venit, deinde copioſior: ſi enim aceruatim & multus ſemel veniret, genitura ſpirationẽ habere non poſſet, ſed ſanguine multo accedente ſuffocaretur. repẽditur autẽ in purgatione vice verſa: purgatio enim puerperij in primis diebus plurima procedit, deinde paucior, donec deſinat. ibidẽ illud ſuperius repetit, Nam dum adhuc puer eſt, & venæ tenues exiſtunt, non procedit per ipſas genitura: eadem ratio de menſibus virginum eſt. ſimul autẽ vt via ſit & genituræ, & mẽſtruis virginibus, etiã pilos emittit pubes tum pueri, tum virginis: rara nimirũ cuticula reddita. idem libro de ſterilib. ſic velut areſto ſtatuit, Si verò mulieri menſes non prodeant omnino, etiam ſic non concipit. venæ enim ſanguine plenæ genitura non ſuſcipiunt: & in vteris aliquid inuetetati ſanguinis ineſſe eſt, quod genituræ nutriri prohibet. Si verò pauciores quàm debeant, menſes prodeant, neque ſic prægnans fit. & ſi plures quàm debẽt mẽſes mulieri prodeant, neque ſic in ventre cõcipit. ſed de his poſthac. idem tamen lib. 2. epidem. ſect. 2. ita ſcripſit, de vxore coriarij loquens; Habebat iam multos annos, & poſtremũ neq; menſes prodibant. quando autem peperiſſet, vrinæ ſtillicidiũ paululum intermittebat. hæc ille, præter alios iam antè citatos, aut poſtea producendos in eandẽ ſententiam locos. quib. ita Galenus ſubſcribit lib. de anatomia vteri.

EX GALENO.

VAſa vuluæ in interiorẽ partẽ penetrant, ex quib. etiã mẽſes expurgãtur, cùm fœmina conceptura eſt, ora aperiunt. conceptionis verò tempus eſt, vel incipientibus vel ceſſantib. menſtruis. Quamuis enim reliquo etiam alio toto expurgationis tempore aperta ora hæc ſint; non tamen tunc concipere mulier vllo modo poteſt, cùm ſemen nequeat in vulua remanere, ſed ab influentis ſanguinis copia eluatur. At ceſſantib. vel incipientib. menſtruis & ora aperta ſunt, & menſtruũ non multũ, neq; vniuerſum, ſed paucũ & paulatim effluit, quaſi ex humiditate quadam ſanguinea exudante. Vnde efficitur, vt ob aſperitatem vuluæ fœmẽ adhæreat, ſatiſq. alimẽti ex ſanguinis confluentis paucitate habeat. Antè enim quàm menſes veniant, conceptus fieri propterea non valet, quia & alimento caret ſemen, & adhærentiam nullam inuenit. Nam cùm eo tẽpore, occluſis vaſis, læuis vulua relinquatur, defluit, neque vniri cum tunica eius poteſt. aſpera ſiquidem magis idonea ſunt quàm læuia, ad coaleſcendum. Vnde etiam ex inanimatis rebus (inquit Diocles) vt ligna & lapides qui coagmentare inter ſe voluat artifices, ſi læuia ſint, atterentes priùs aſperare conſueuerunt. Aſpera enim inequalib. partibus inter ſe inhæreſcunt, atque ita vniuntur. læuia cùm nullam firmam prehenſionem nanciſcantur, licet ab aliquo violenter compulſa ac coacta inter ſe fuerint, facilè abſoluuntur. atque hæc ille hactenus. ex quibus perſpicuum eſt, chorion nulla alia re, quàm vaſorum orificiis velut inhæreſcere. Ideo lib. 1. de ſemine cap. 7. Quodcunque ex acetabulis vteri attigerit ſemen, ſtatim alimentum per illud ad ſeſe attrahit membrana ea in parte, vtpote quæ recens ac tenera adhuc ſit, patefacto foramine aditum præbente. vbi mox de chorij generatione, & ad venas arteriáſque vteri adhæſione. Et mox lib. 2. cap. 5. Fœmina, quia imbecillius animal eſt, excrementa multa abundant: quia verò omnium infirmiſſimas genitales partes habet, in eas redundans ſanguis fertur. quiquidem fœminis, antè quàm concipiant, ſit expurgatio ſalubris: vbi iam concepere, alimentum fœtibus accommodatum euadit. idem ſimiliter lib. 14. de vſu partium cap. 1. Non enim ſanguis menſtruus prima eſt materia, atque E gignendi animalis propria: ſed cùm feminis humiditas à calore inſito incitata, matricum tunicis inciderit; quę cùm ipſa ſit viſcoſa, corporibuſq. aſperis inciderit, non ſecus ac pinguedo facilè agglutinatur. Qui enim humor matricis aſperitates illinit, toti ſuperficiei internæ ſubtenſus, membrana tenuis efficitur. & quæ ſequuntur de formatione fœtus alibi propoſita, & ab hoc inſtituto aliena.

Conceptionis tempus, & ratio ad menſium fluorem.

Menſtrua quomodo ſemen fiſtãt, & alant.

Conceptio ante menſiũ fluxionem non fit, quare.

Adhæſio non fit citra aſperitatem, qui.

Chorij ad hæſus in vtero, qui.

Semen in vtero qualiter alatur.

Fœmina excrementis ſcatet, quare & cur in vtero pereãt.

Menſtruũ vſus à conceptu.

Semen cum menſtruo qui ligetur in conceptu: & inde tunica generatio.

EX TROTVLA.

EXtat libellus Trotulæ aſcriptus, non mendico, vt quidam hallucinantur citando, ſed obſtetricis ſolertis & doctæ ac velut So-

N. de Trotula.

craticæ, ac nisi fallor, & piæ & Christianæ mu- A liercularæ: cuius opusculi prologus sane perelegans huic instituto visus est apprime quadrare, vbi ait; Quum author vniuersitatis Deus in prima mundi constitutione, rerum naturas singulas iuxta genus suum distingueret, naturâ humanam supra cæteras creaturas singulari dignitate cõdidit. huic enim supra aliorum animalium conditionem, rationis & intellectus libertatem dedit. Propterea volens eius generationem perpetuò subsistere, in sexu dispari masculum & fœminam creauit: vt eorum fœcunda propagatione nunquã desineret emergere futura soboles. Quorum quidem complexiones grata quadam cõmixtione contemperans, naturam masculi calidam & siccam, fœmellæ verò frigidam & humidã constituit: qua cuiúsque alterius complexionis excessus, mutua qualitatum contrariarum repugnantia coërceretur. adeo vt viri constitutio calida & sicca, mulieris frigiditatem & humiditatem: & è contrà, huius natura frigida & humida, illius complexionẽ calidam & siccam remulceret. Similiter vt masculus qualitate fortiori dignus, in mulierem, tanquam in agrum semẽ effunderet: & mulier qualitate debiliore prædita, tanquam viri officio subdita, semen effusum in gremium naturâ susciperet. Cum itaq; in mulieribus non tantus abundet calor, qui prauos & superfluos, qui in eis quotidie congregantur, sufficiat consumere humores: nec tantum laborem valeat earum debilitas tolerare, vt per sudorem possit ad exteriora illos natura expellere, sicut in viris: ideo ipsa natura, propter defectum caloris, eis præcipuam quandam purgationẽ destinauit, scilicet menstrua, quæ vulgus flores appellat. Nam sicut arbores non producunt sine floribus fructus: sic mulieres sine propriis floribus, cõceptionis D officio defraudãtur. Solet præterea huiusmodi purgatio mulierib. cõtingere circa decimumtertium vel quartumdecimum annum, vel paulò citiùs, vel paulò tardiùs, secũdùm quod in eis magis vel minùs abundat caliditas vel frigiditas. durat autẽ vsq; ad quinquagesimũ annum, si est macra; quandoque vsque ad sexagesimum aut sexagesimum quintum, E si est humida: in mediocriter pinguibus, vsque ad quadragesimum quintum. & quæ deinceps plurima in eam sententiam.

Humana natura prærogatiua.

Humana generatio qui perpetuetur.

Maris & fœmina, dispar temperamentum qualiter consentiat, & mutuò quadret.

Maris & fœmina conuenient proportio, ad agendum & patiendum, & ad generandum.

Menstrua qualiter congregantur in fœmina, & causa.

Menstrua cur dicantur flores. A simili.

Menses quo ætate prorumpãt, aut desinant.

EX ARIST.

ARistoteles porrò quid hac de re senserit, E deinceps audiamus: sic enim lib. 7. de histor. animal. cap. 2. Conceptus mulieribus à profluuio menstruorum sua natura contingit: & quæ iis carẽt, steriles magna ex parte existũt. Verùm fieri potest, vt aliquæ etiã sine eorum profluuio concipiant: videlicet quib. tantum humoris colligitur, quantum iis quæ purgantur, restare solet: quanquã non tanta copia, vt & foras possint profluere. ibid. cap. 5. Principiũ & finis mulieribus prolis recipiendæ, maribus præbendæ, seminis & menstruorũ emissio est. Desinunt plurib. menstrua circa 40. annum: quod tempus quę excesserint, iis ad 50. seruantur. etiam nonnullæ eo tempore pepererunt: sed vltra hoc tempus nulla potest protrahere. qua de re iam antehac. At idem lib. 5. histor. animal. cap. 14. Homo mas ad annũ vsq; septuagesimum videlicet termino vltimo potest generare: fœmina vsque ad 50. verùm id rarò: paucis enim proles in eo ætatis tempore procreata est. sed & de hoc iam priùs. rursum cap. 19. lib. 1. genera. animal. Quamobrẽ nec nullis omnino vicib. menstruorum fœmina generat, neq; cùm effluũt magna ex parte, sed à purgatione. Vis enim quæ in maris genitura cõtinetur, aut caret alimento & materia, ex qua instituat animal; aut nimia copia semen cum humore eluitur: sed vbi effluxerint satis, quod remanet, consistit. Quæ autẽ nullis menstruorum vicib. concipiunt, aut interea dum agitantur & effluunt, non pòst, earũ alteris causa est, quòd tantum humoris continent, quantum prolificis remanet à purgatione: quanquã non ita superat, vt effluere possit: alteris, quòd à purgatione os vteri comprimatur. Cùm igitur multùm quidem effluxit, sed adhuc effluit, tamen non tantum vt semen elabatur, tunc concipiunt. Hæc eo loci Aristoteles omnino probabiliter, ne dicam verè, & rationibus admodùm verisimilibus; quibus idem vsus fuerat cap. 2. lib. 7. histor. animal. vt patuit.

Menstruorũ vltimus terminus, idem & generationis.

Conceptio non citrà menstrua, quare, & quo fluxionis horum tempore fiat.

Conceptio quãdo citrà menstrua fiat.

Menses ad cõceptionem necessarij, nõ semper, quomodo.

Generandi potẽtia quib. seminis concludatur.

EX AETIO.

AEtius tetrab. 4. serm. 4. cap. 53. etiam concisius post Rufum & Aspasiam; Non concipiunt, quæ non purgãtur. proinde conceptus gratia, & eò quòd omnes ferè mulieres temerè victitant, purgationes sunt necessariæ. vbi de suppressorum mensium damnis atq; symptomatis, & aliis eôdem pertinentibus per complura deinceps capita, breuitatis studio nunc omittenda.

Conceptio non fit sine menstruis.

EX SYLVIO.

SYluius noster ad Arist. sic paucis verbis subiecit; Virgines quib. nondum menses fluxerunt, compressu concipere possunt: & quæ pepererunt, siue lactarunt, siue non, cõcipere possunt priusquàm mẽstrua purgatio repetat: paucis tamen id accidit. Imò verò, inquã ego, non est insolens, vt puella ante eruptionem mensium, concalfacto ex coitu vtero, & vasis modicè hiscentibus, & humore genitiuo lentescentibus, concipit: & frequentissimum est, vt mulier nono post partum priorem mense, puerpera denuò fiat: ac ferè quotidianum est, vt nutrices primo, secundo, tertio aut vlteriore à partu mense concipiant; quibus tamen nulla menstruorum paruerunt indicia. Et sanè si vera sunt, quæ olim retulimus de puellis nouennibus

Conceptio sit ante menstruum profluuium, qui.

Ex N. Nutrices citra menstruum effluxum, & puerpera frequentes concipiunt.

Puellæ ante menſium eruptionem poſſunt concipere, quæ literæ ab experientia.

ac decennibus, quæ compreſſæ pepererint: A omnino conſequi neceſſe eſt, vt & ante menſium eruptionem, quæ demum inchoat primulum anno 12.13.14.15. & vlteriori tempore, conceptio poſſit contingere: cùm & cotyledones calefacto vtero intumeſcunt: & ſemen muliebre in vteros illabendo, inæqualitatem quandam ad vteri cornua facit: & loculi hument & lentore quodam madent: vt ſemen virile & vbi adhæreſcat, & vnde nutriatur, habeat. quæ duo ad conceptionem requiri diximus: vt demùm vterus ſemine vtroque commixto intus concepto ac retento, arctè concludatur. Quæ omnia ſi adſint (quidni enim vt in mutis animantibus, omni menſtruorum profluuio carentibus?) concipere puellam & fœminam quamq. poſſe credimus aſſerimúſq. vt contrà ſi deſint, irritos & euanidos fore congreſſus: ſicuti ceſſantibus menſtruis, affecta iam ætate, conceptum nullum fieri putamus. Naturali autē lege, matura ætate maris ac fœminæ, veros ac legitimos conceptus fieri receptum eſt; ſemine tum prolifico vtriuſque, & ſanguine muliebri ad eius nutritionem allabente; eodémq. ſemine ad illam vteri inæqualitatem facile adhæreſcente. Quæ autem ſciùs contingunt, ea magis obſeruatione egent, quàm vt legem conſtituant: quæ porrò eodem ſe modo ſemper habent, ea demùm pro lege & canone haberi merētur: aut vt Ariſtotelicis verbis vtar, cap. 19. li. 1. de generatione animal. Quæ magna ex parte fiunt, ea maximè ſecundùm naturam ſunt. τὰ δ' ὡς ἐπιτοπολὺ γινόμενα, μάλιστα τῇ φύσει ἐστί.

Conceptio quid requiratur.

At muta animantes pleraq. carēt menſtruis, & tamen concipiunt. ſic & puella.

Conceptio naturalis qui fiat.

Naturalia ſunt vt plurimùm.

An mulieri etiamnum grauidæ menſes prodeant? & qua via?

PROBL. III.

OBſcurior hæc atque implicatior obiicitur quæſtio, An mulieri prægnanti mēſes nihilominùs erumpant. Nam ſi vera ſunt, quæ diximus, vt poſt conceptionem os matricis interius tam arctè concludatur, vt ne ſpecilli quidem mucronē admittat, ſicuti problemate de ſuperfœtatione propoſuimus, vt Herophilus dicebat, & Galenus cōfirmabat comment. ad aph. 51. lib. 5. & li. 14. de vſu partium, & lib. 3. facult. natural. & locis aliis aliunde citatis, vtq; poſt eandem conceptionē, tunica quæ dicitur chorion, vtero alligetur, & penetrantibus vaſis in morem cribri pertundatur, venis & arteriis maternis totidem de ſe ſurculos in vterum emittentibus & producentibus, atque ad embryonem pertinentibus, tandémq. in quatuor inſignia vaſa coaleſcentibus, quæ medium vrachum habentia, per vmbilicum infantis intromittantur: Hæc (inquam) ſi ita ſe habent, vt omnis antiquitas tradidit, & vt recētiorum conſenſus aſtipulatur; profectò ſanguis menſtruus de vtero muliebri promanare nequit, tum arctiſſimè clauſo, tum oſcillis vaſorum omnibus ad illa vaſa vmbilica directis atque productis, nullúmq. intus in vtero os relinquentibus, quod fortè apertum, ſanguinem foras per ceruicem ab interna illa vteri capacitate queat profundere. Accedit & ea neceſſitas alendi fœtus, & ſemine vtriuſq. fouendi, de qua diximus. Ideo enim ſiſtuntur prægnantib. mēſes, vt ſufficiat embryoni alendo & augēdo, nutrimentum: qui ſi effluant, ſuo genio fraudari infantem neceſſe ſit, atq; imminere abortionis periculum. Ex quib. videtur poſſe concludi, mulieri prægnanti nullum relinqui toto grauiditatis tempore fluorem menſtruum. Et verò ita fert naturæ inſtitutum, ſicq. videntur omnia comparata, vt toto geſtationis tēpore embryon ex retento iſthoc olim ſuperfluo ſanguine, & menſtruis interuallis repurgari ſolito, alatur & augeſcat.

Vteri os à conceptu arctè claudi-tur.

Chorion vtero alligatur, qui.

Vaſa vmbilica quot, & vnde, & quò.

Menſtrua de fundo vteri manare nequeunt in grauidis, quare.

Menſtrua vſus in grauidis.

Menſes non fluant in grauidis.

Atenim ſcripſit Hippocrates aph. 60. lib. 5. Si mulieri prægnanti menſtruæ purgationes prodeāt, fieri non poteſt vt fœtus rectè valeat. An Hippocratem arguat quis mendacij? an figmentum illud eſſe obiiciat? nunquid cæteri authores ſimile prodiderunt? num dictis illis ſuffragatur experientia? Idem porrò lib. de natura pueri, Menſes non prodeunt, vbi mulier conceperit intra ſeipſam, ſi puer ſanus fuerit, & permanere debet: niſi in quibuſdam primo menſe modicam ſui indicationem faciant. idē lib. 1. de morb. muliebrib. Poſtquàm autem prægnans fuerit mulier, menſes non valdè prodeunt, præterquàm quibuſdam paucis. hæc ferè ex medicinæ coryphæo.

Menſes ferè in grauidis damnoſum.

Grauidis menſes non erumpunt, niſi ferè pauci.

EX ARIST.

ARiſtoteles poſt Hipp. vel adeo hac de re accuratiùs ita ſcripſit cap. 2. lib. 7. hiſtor. animal. Sunt quibus prægnantib. etiam menſtrua vſq; in poſtremum gerendi tempus eueniant: quib. accidit, vt parua pariant, & proles aut minus vitalis aut infirma procreetur. Audis non de primo tantùm menſe, ſed de toto geſtationis tempore. ibidem capite ſequenti 3. Purgationes accedunt plurimis cùm conceperint, ad tempus quoddam, ſcilicet triginta dierum, maximè ſi concepta fœmina eſt, quadraginta ſi mas. quod idem ſic repetit cap. 5. lib. 4. de genera. animal. Fit enim nonnullis grauidis purgatio, & interdum quæ ad finem vſque perſeueret. ſed iis præter naturam hoc euenit. quemobrē fœtus afficitur detrimento. & iam antè cap. 19. lib. 1. eiuſdem operis, Nec verò abſurdum quicquam, ſi à conceptu item effluunt menſtrua: non pòſt vel aliquandiu prodeunt, quanquā parcè, nec ſemper. qua de re iam alibi antea. Quæ autem magna ex parte fiunt, ea maximè ſecūdum naturā ſunt, inquit. Digna profectò tanto homine ſentētia, & quæ in his problematis locum frequentē ſortitura ſit (& nuper à me producta eſt) vbi nonnulla præter naturæ inſtitutum quibuſdam, ſed rarò accidunt. vt in hac fluxione menſium etiam in grauidis: quæ quia præter naturam accidit, ideo etiam rarò: & conuerſim, quia rarò, ideo præter naturam habenda eſt. Quæ enim ſecundum naturam ſunt, ea magna ex parte fiunt, dico ὡσπρέπον ad illud Ariſtotelicum. atque vt Galenus lib. de oſſib. poſt Ariſt. Quod ſecundum naturā eſt, tanquam ſcopus

Menſtrua toto geſtationis tēpore fluunt nonnullis: indēque incommoda.

Menſtruæ fluxio à conceptu, quamdiu ordina.

Quæ ſecundum naturam dicantur.

Digitized by Google

haberi debet. Hoc autem naturale & frequens, quod idem Arist. scripsit cap.6.lib.4. de genera. animal. Conceptus purgationem impedit, de quo patuit antehac.

Conceptus inhibet purgationem.

EX GAL.

GAlenus vt hanc sententiam approbauit,& menses fluere etiam grauidis, dicenti Hippocrati est assensus: ita & vnus omnium vel primus vel optimè hunc nodum soluit: sic enim comment. ad citatum aph. 60. lib. 5. Excretio quæ in grauidis fit, videtur ex venis quæ in collo sunt, apparere. nam ab interioribus, quæ sunt in cauitate vteri, secundæ pendant: quare nihil per illas potest in muliebrem sinum excerni. idē lib.6.loc.aff.cap. 5. Prægnantes quoque cùm ora venarum in ceruice aperiuntur, sanguinem excernunt. An tamen illinc in virginibus sanguis elabatur, propter hymenem intersepientem, & interiori ostiolo prætensum, alia consideratio fuerit, ac de hymene antehac. quem vtique si adsit (plerumq. enim abest) medium tamen fissum esse profitentur; vt nihilominus fluxuris ab interiore vtero mensibus exitum liberum faciat ac permittat. Isti verò Galenicæ solutioni tam acutæ, támque argutæ suam Vesalius nobilis anatomicus interposuit sententiam omnino probabilem illam quidem lib.5. anatomiæ cap.15. in hæc verba.

Menses in grauidis quò ferantur.

Menses in virginibus quò ferātur.

EX VESALIO.

CÆterum venas & arterias vterum implicantes, huic & quum concepit mulier fœtui etiam commune venarum arteriarúmq. munus in alendo, natiuóque calore recreando præstare, indubitatum est. vti & menstruas lunaréque purgationes, ex vterum petentibus venis quoque euacuari constat. sed quî id fiat, & per quásnam potissimum venas, fundi scilicet an ceruicis perpetuo, an nunc ex illis, nunc ex his, dubium est. & mox aduersus Gal. qui grauidis, quibus fortè sanguis profluit, eum non per fundi venas manare putauit, quòd illarum ora secundinæ continuentur, ita differit; Verùm hæc (inquiens) toti fundi sinui non est continua; multæque venæ in illum pertinent, quibus ipsa non connascitur: adeo vt grauidis per fundi venas sanguinem defluere non sit impossibile; vteri quoque tum crassitie, quæ in non prægnantium purgatione aliquoties me hærere ambigeréque coëgit, nihil prorsus obstante. Neq; etiam vtero gerentibus tanta oris fundi vteri est commissio, vt eius occasione, illis sanguinem ex venis vteri ceruicem intertexentibus deferri contendendum sit; quum multi id orificium nonnunquam semen tum quoque admittere adstruant. Quanquam interim sanguinem per ceruicis vteri venas quibusuis tandem mulieribus emanare interdum posse collectu promptissimum sit, vel ex sanguinis è naribus & ano & faucibus & ventriculo etiam, subinde defluxu: quodque vterum quibusdam mulieribus & virginibus annis aliquot mira fuscæ crassæque aquæ copia turgidum fuisse iam sectione non semel deprehendimus: quibus alioquin menstruus sanguis sæpius, etsi non ordinatis omnino vicibus certisque interuallis, eiusdémq; perpetuò quantitatis profluxit non aliunde sanè, quàm ex venis vteri ceruicem implicantibus. Et quæ ille ibidē plura haud illepidè per anatomiam sibi comperta narrat: illud obiter inficiatus, quod Plinius de menstruorum maleficiis memorat: quódque sanguinem menstruum in fundi sinum toto mensis interuallo sensim coaceruari, ac mensis periodo, turgente iam vtero promanare nonnulli temerè & falsò asseuerant. hæc igitur ille vtique probabiliter contra Gal. solutionem: cuius tamen sententiam mihi probabiliorem videri assero; vt prægnante muliere, concluso interiore vteri osculo, mensium fluxio illa, quam præter naturam dixi, per eas fiat venas, quæ in ceruice sunt ipsius vteri & multæ & insignes: sicuti & nerui plerique ad sensum partis exquisitum. Sic Fernelius lib.6.de partium morb.&sympt. cap. 17. Menstrua purgatio post conceptionē, præter consuetudinem subsistit, nec statо tempore procedit: quum enim vteri acetabula secundarum adhæsu obturentur, ósque ipsum interius conniueat, nihil sanguinis ex vteri capacitate elabitur. At quibus fortasse sanguis primis mensibus, aut etiam postremis effluxerit, ex iis venis quę ad vteri ceruicem pertinent, quemadmodum & virginibus emanat, citra vllam fœtus offensionem. quas venas noster Syluius hypogastrias nominauit; per quas idem virginibus, & sæpe vtero gerentib. etiam sano fœtu menses purgari Galeno suo succinit in anatomicis: idémque comment. de mensib. mulierum, Virginibus (inquit) & his quæ à conceptu purgantur, si sanus est fœtus, fluunt menses per venas & arterias in vteri collum à vasis crurum reflexas. ferè autem tem fluunt à tribus diebus vsq; ad septimam. hæc ille pro Galeno aduersus antagonistum suum Vesalium, quem væsanum nimis μαχομανῶς, ne dicam iniuriosè cauillatur lib. depulsionum. Cuius tamen Vesalij hominis bene sani non est illa temerè explodenda sententia, sed beneuolè excipienda, ac subinde exploranda, si fortè mulierem quampiam grauidam sic affici contigerit, & morbo quodam lethali correptam repentè emori: vt eius vtero per scalprum aperto, diligenter inquiratur, quib. tandē venis sanguis menstruus illa prægnante elaberetur. Fit enim credibile, vtero plurimas venas inesse, neque ab omnibus illis exortas cotyledonas, cum chorio annecti, & nouos de se furculos ad vmbilicalia vasa generanda emittere: cùm & satis sit, per eas quæ fundo insunt, & vicinis partibus, chorion illigari, fœtum appendi, vasa exoriri alendo sufficientia. è reliquis autem sanè compluscu-lis, & maxime ori vteri interno propinquis, permulta ora relinqui libera, per quæ etiamnum grauidis, statо tempore menstruo sanguis profluat, & vtero elaboratur. Quid enim

Vterum hydropem facit & patitur.

Sanguis non colligitur in vtero per totum mensem ad menstrua.

N. pro Gal. quòd grauidis menses fiunt à venis vteri ceruicis.

In grauidis sanguis non potest è fundo vteri ferri, cur: sed à ceruice.

Ex Fernel. & Syl.

N. pro Vesal.

Quòd non omnes vteri venæ arteriaque in chorion penetrent.

Quòd menses in grauidis de fundo vteri ferantur, nec à secundinis impediantur, qualiter.

Os vteri in grauidis non exactè claudituv.

Sanguis potest ferri à ceruice vteri.

Digitized by Google

Vteri os interius in grauidis non exactè claudatur, qui.

dixeris incommodi, si vt femini muliebri extra vterum excernendo; aut colluuiei illi, quæ intus colligitur, repurgandæ, vteri orificium interius aperiri dicimus, & iam antè recepimus; sique vt intromittendo virili semini, illud idem referari interdum fatemur, ad superfœtationem receptam perficiendum: sic etiam menstruis interuallis irritatam vim excretricem, eadem valuula, quasi vuluula aperta, sanguinem tenuem & serosum & mordicantem foras propellere dicamus? an facilius fuit illi foris intro, quàm intus foras referari? an huic potiùs quàm illi materiæ expurgandæ? an semel in mense, quàm quotidie, si fors ferat, aperiri? Illud modò superest,

Menstrua possunt ferri à fundo vteri in grauidis.

Menstruum fluxio embryoni noxia, & vnde magis.

vt ex sanguine, qui ad fœtum per vasa vmbilica ferri debuit, effluente, maior embryonis debilitas, quàm ex venis colli vteri consequatur: vt fortè ab his, quàm à venis hæmorrhoïdalibus, aut quam si de naribus sanguis profundatur. Quæ enim vicina, quæque communia, vt magis affici dixit Hipp. sic etiam magis afficere & posse & solere dicimus. Sed tamen nihil horum, nisi copia exundans, & sæpe effluens, graui noxa embryon afficit. ideo Galenus verba Hippocratis ita interpretatur; Et verbum (purgationes) numero plurali dictum, & ipsum verbum (eant) adiunctum, ostendunt non esse paucum illum, qui excernitur sanguis, neque semel sed sæpius & multùm. qui enim semel aut bis paucus excernitur, in multis apparet, absque hoc quòd fœtus patiatur. Cùm verò nihil deficit multitudini purgationis menstruorum, & seruat deinceps terminum circuitum per menses, impossibile est fœtum esse sanum. siquidem ille qui fortis est, ad sui alimentum vtitur sanguine, qui ex toto corpore ad vteros fertur. Excretio verò quæ in grauidis fit, videtur ex venis quæ in collo sunt, apparere. &c.

Vicinis maior ineſt ſympathia.

Paucus ſanguinis menſtrui fluxio fœtum parùm afficit: aliàs aliter.

Restat illud postremò, vt dicamus, an veterum obseruationi præsens adstipuletur experientia. Sanè verò quia maiorum nostrorum corpora & maiora fuerunt, & sanguine copiosiore redundantia, & victus vberior illis vsitatur; ob eas causas, credibile est priscis temporibus plures mulieres grauidas fluore menstruo tentari solitas. sed tamen certum scimus, etiam nostri ævi mulieribus nonnullis vtero gerentibus, statis & consuetis menstruorum interuallis sanguinem per vterum vacuari, rarissime quidem toto fœturæ ac prægnationis tempore: non rarò tamen aut primo mense, aut adeo toto primo trimestri: quo tempore fœtus pauciore egent alimento: idque illis citra fœtæ aut fœtus incommoda contingit: cùm & quantitas non sit immodica fluentis sanguinis, nec ideo fœtum aut matrem graviùs debilitet: neque continuò effluat, sed fortè tridui per totum mensem spatio, ad vncias forsan sex aut vix paulò plures. Quibus enim aut largiori copia sanguis profunditur, aut pluribus contiA nuis mensibus excernitur; is verò vt matrem debilitat, sic fœtum perdere & enecare solet, ac plerisque abortum causatur: aut sanè fœtum ita tenuem, languidum, emaciatũ reddit, vix vt suo tempore natus, demum possit fieri superstes. Qui vtique suis non per alias venas excerni queat, quàm per quas dictum est, vel iuxta Gal. ex ceruice vteri (cui magis assentimur) vel iuxta obseruationem Vesalij, licet Galeni dogmata mordicus tenentibus improbandam, mihi planè probabilem, de interna capacitate eiusdem, quo dictum est modo: vel sanè, vt mihi quidem videtur, modò hinc, B modò illinc, modò vtrinque.

Menſes quà fluant in grauidis. N. opinio.

Quænam eſt ſterilitatis cauſſa viro aut mulieri?

PROBL. IV.

Similitudo.

QVemadmodum ager suapte natura fertilis, si diligenter excolatur, semine vegeto conseratur, Solis & astrorum benigno fulgore & irradiatione, aëriſque clementia fruatur ac foueatur, ac tempestiuis imbribus irrigetur, fructum profert suo tempore; & acceptum semen reddit cum fœnore. Sic re- C stibilis fœcunditatis mulier, succi plena, bene colorata, vegeta, ὥρυομος, florente iuuenta, statis mensium periodis repurgari solita, bono denique temperamento prædita tum corporis vniuersi, tum partium potissimè genitalium, & harum naturali conformatione bene habita, animo liberali & hilari nata, si colonum siue agricolam (vtricolam vel vtericolam non ausim dicere) idonetum nacta sit, ætate, habitu, temperamento pari sibi respondentem, maritali copula & amore mutuo coniunctum, aspirante cœlitus aura fauorabili, haud dubiè prolem susceptam quotannis, aut statis temporum iustis interuallis pariet atque sufficiet, vtrique parenti, aut saltem alterutri adsimilem. Vt contra, & natura sua infertilis ager, & nullo prosciſſus aratro aut vomere ligonéve, nulloque aut sanè infœcundo consitus semine, omnino vel fructum nullum edet, vel sentes, vepres, carduos, tribulos, ebulos, rubos, filices, vrticas progerminabit. Pariqué modo mulier infœcunda & sterilis iis destituta conditionibus, quas paulò antè desiderabamus, etiamsi fœcundo semine ab idoneo colono conseratur, nihilominus sterilescit, & pro lecta lætáque prole, saniem putrem, aut purulentam proluuiem, aut fluorem olidum spurcúmque reponet ac deponet. Similitérque pariendo & generando apta fœmina ex se quidem & idonea, qualem descripsimus, si colono destituatur, sterilis permanebit, & more gallinæ subuentaneæ velut ona & infœcunda irritáque pariet ac ponet. Eadem etiam semine infœcundo perfusa, & viro subacta atque exculta sterili, illi quidem opposito, quem requirebamus, & temperie & conformatione vitium faciente, nihil amplius ædet, quàm quod acceperit.

Quæ ad generationem hominis requirantur.

Quæ generationem hominis impediant.

A ſimili.

Corpora olim maiora, & vaſtiora noſtris.

Menſes in grauidis fluunt, qualiter.

Largi menſium profuſio & fœta & fœtui grauis.

Quòd autem mulieres ἄτρητοι seu imperforatæ vocatæ (raræ quidem in eo genere) semen susc ipere nequeant, neque eunuchi aut spadones vel ἀνοσπερμίαν semen emittere queam, & in vterum muliebrem eiaculari, id vtique satis constat, vèl adeo si nullus moneam. Vt igitur ad generationem apti, & mutuis temperamentis sibi inuicem respondentes coniuges copulentur ac coniungantur, omnino prospiciundum est, siquidem spes substituendæ sobolis tenet: alioqui dispares vir & mulier matrimonio iuncti, nihil magis generabunt, quàm in obiecta nube Ixion, vt est in fabulis: aut quàm si agricola semen in aërem, aut super petras & saxa iaciat, aut ----- *Littora bobus aret*, vt est apud poëtam. Cæterum temperatus mas in temperata fœmina generare potest, si vtrique organa ex voto respondeant, & per analogiam aptentur. Vterque autem simili intemperie vitiosus calida, frigida, humida, sicca, generando impotens redditur. Alteruter verò intemperie laborans vna ex quatuor simplicibus illis, aut geminis de quatuor ab iisdem compositis, calida humida, calida sicca, frigida humida, frigida sicca (nam calida simul & frigida, item humida & sicca nulla intemperies subsistit) si diuersa intemperie laboranti coniungatur, fortè generabit (vt nullum in organis vitium subesse intelligatur) quia huius frigidam intemperiem illius calida intemperies corrigit, similitérque humida siccam, aut contrà: & per combinationem seu complicationem geminatam, quo dixi modo. Hinc fit, vt iidem coniuges post multos initi matrimonij annos demum incipiant generare, mutato alterutrius vel vtriusque temperamento. Hinc fit, vt dissoluto fortè matrimonio, alter coniugum alteri compari si copuletur, generare possit, & crebro ita fieri videamus; cùm toto tamen prioris matrimonij tempore, vel adeo annorum complurium spatio, neuter simul iunctus procrearet. Quæ si vera sunt, vt experientia quotidiana fidem facit, quicunque connubio iungi cupiunt spe sobolis sufficiendæ ac suscipiendæ, non quo modo dixit Ouidius,

Primum ad census, de moribus vltima fiet
Quæstio ---- sed nec tantum de moribus, de facultatibus, de stirpe, de forma debent inquirere: sed peritos medicos adhibere, (vt olim matronas & ostetrices) qui ex vtriusque futuri coniugis diligenti inspectione expendant, an conuenienti ambo temperamento sibi respondeant: an alterius intemperiem contraria alterius intemperies possit emendare. vt semper organa genitiua integra & apte conformata intelligantur. Quod consilium si plurique reges, imperatores, magnates, & potentes ac nobiles sequerentur, melius vtique & sibi & posteritati suæ consulerent; neque liberis ac prole destituti, magno suo mœrore, incredibilique desiderio, regna, imperia, dominia, opes innumeras alienis, & sæpe infestis atque inuisis familijs possidendas relinquerent. Hinc sunt magnarum & amplarum familiarum ruinæ, hinc infimarum elationes, hinc regnorum & imperiorum euersiones, hinc dominiorum ad nouos heros translationes, hinc fundorum ac feudorum alienationes, hinc rerumpubl. frequentes iacturæ, hinc denique rerum omnium tam insolentes mutationes sæpe quidem in deterius, raro autem in melius factæ. Quas cum deus sua potentia absolutè possit efficere: tamen persæpe his caussis mediis contingere permittit: siue vt populos fontes plectat, siue vt innocuos miseratus beet atque respiciat, siue vt iniquis artibus euectas familias euertat ac pessundet, siue vt pias extollat, & omnia denique pro arbitrio versetur, mutet ac dispenset.

Enimuero quam nos nostro iure medicis prærogatiuam assignamus coniugum componendorum, qui pari temperamento præditi: sint ad generandum apti, aut qui contraria intemperie contrariam corrigant frangantque intemperiem; hanc Plato curam obstetricibus demandat: sic enim in Theæteto loquitur Socrates opinor & ipse obstetricis filius, postquam de officio earumdem disceptauit, & Dianæ illis munere collato; Nunquid & hoc de illis audisti? ait, quòd tanquam pronubæ in conficiendis coniugiis aptissimæ sunt? quippe quæ optime calleant, quam cui iugare ad generosæ prolis procreationem oporteat. Quid enim? alteriusne an eiusdem artis esse putas, curare colligerédque terræ fructus; & rursus dignoscere, quod in solum quam plantam quod ve semen iacere deceat? in fœminis autem alterius facultatis hoc, alterius illud existimas? Haud certè: siquidem legitimis obstetricibus solis conuenit rectè mares fœminásque iugare. hæc & plura Socrates, suæ credo Phanaretæ matri obstetrici peritæ gratificatus.

EX HIPP.

SEd tempestiuum est audire deinceps quid cæteri sentiant. primus verò mihi nominabitur Hippocrates vt in multis aliis, sic in hac ratiocinatione diligentissimè speculatus tum alias, tum speciali libello de sterilibus, quem tu leges cum libebit: hæc placuit interim ex eo decerpere. Caussam verò sterilitatis hanc esse dico, si os vterorum omnino auersum fuerit à pudendo, non concipiunt. non enim suscipiunt vteri genituram, sed statim foras exiit. contingit autem hoc etiam, si parum distortum fuerit os vterorum præter naturam à pudendo. & si omnino conclusum fuerit os vterorum, neque sic suscipiunt. neque si recens conclusum fuerit magis quàm oportet. Menses enim aut non prodeunt omnino, aut prodeunt violenter cum morbo, aut prodeunt paulatim per multos dies. Deinde si læues fuerint vteri: contingit autem hoc & ex natura quibusdam, & si vlcera innata ma-

Ad nuptias contrahendas quid obseruandum, sobolis gratiâ.

Prouerb.

Coniuges qui generando apti.

Coniuges cur longo post tempore generent, vel mutato connubio.

Ad matrimonia quid consilij capiendum.

Caussa principua euersionis familiarum, & mutationis dominiorum.

Cur familiæ euertantur à Deo.

Ad quos pertineat coniugum copulandorum peritia.

Obstetricum munus & officium.

A simili.

Ioan.

Caussa sterilitatis ponitur.

Nil. ergo mirum si fœ prodeunt è fundo vteri.

gnas cicatrices reliquerint. Si læues igitur vteri fuerint, mulier in ventre non concipit. nam genituram ſuſcipiunt, quidem vteri ſi non alia aliqua cauſa obſtiterit: non autem concipiunt, ſed ſemen foras emittunt. Et ſanè quandiu vlcus habuerit, in ventre non concipit: non enim concipiunt vteri genituram. Si quid ex menſibus in vteris remanens, ſciſſuram ac ſegmentum habeat, quod circa oſculum, aut paulo penitius caleſcat, & rurſus frigeſcat, neque ſic in ventre concipit. impedimentum enim hoc incumbens, genituram quo oportet, tranſire non permittit. Et ſi magis quàm conuenit, vteri hiarint, neque ſic prægnans fit. non enim concipiunt vteri ſemen genitale. Si verò mulieri menſes non prodeant omnino, etiam ſic non concipit. venæ enim ſanguine plenæ genituram non ſuſcipiunt: & in vteris aliquid inueterati ſanguinis ineſſe neceſſe eſt, quod genituram nutriri prohibet. Si vero pauciores quam debeant, menſes prodeant, neque ſic prægnans fit. Et ſi plures quàm debent, menſes mulieri prodeant, neque ſic in ventre concipit. vteri enim ſanguine euacuato, genituram non concipiunt præ debilitate. ſi vero etiam conceperint, ſanguis multus de repente in vteros mulieris deſcendens genituram ſuffocat. Et ſi os vterorum ex pudendo exciderit, neque ſic concipit: nam os durum fit, & genituram non ſuſcipit, & intumeſcit, & propterea in totum infœcunda fit. Et ſi non prodeant menſes velut debent, ſed deorſum proceſſerint in ſedem, neque ſic in ventre concipit. Atque tot ac talia mulieribus contingunt, propter quæ non pariunt, antequam curentur, & propter quæ omnino ſteriles fiunt. Eadem de re ſic idem breuius lib. 1. de morb. muliebrib. Quæcunque viro cohabitãtes, in ventre habere non poſſunt, interrogandæ ſunt, an ipſis menſes prodeant, aut non: & an purulenti ſint, aut frigidi. Siquidem igitur reſponderit, interrogetur an ſtatim exeat genitura, an poſtera die, aut tertia, aut ſexta, aut ſeptima. Si igitur dixerit ſtatim exire vbi coiuit, vteri oſculum rectum non eſt, ſed diſtortum, & genituram non capit. ſi verò dixerit, poſtera die, aut tertia, vterus præhumectus eſt, & ſemen eluitur. ſi vero ſexta aut ſeptima, ſemen computreſcit, putrefactum verò exiit. Vbi mox purgandi humoris vitium facientis notas ex linteo ſuper cinerem expanſo, dein loto & reſiccato, & diligenter conſiderato penes colorem varium captat, mucoſo, ſuluo, ſubliuido, pituitam bilemve alterutram teſtante. idem 6. epidem. ſect. 6. Quibus nares natura humidiores, & genitura humidior ac copioſior, hi morboſius ſani ſunt. quem in locum inuenta nuper Galeni commentaria ſi voles, legito. Extant porro aphoriſmi aliquot Hippocrati adſcripti, in hanc ſententiam lib. 5. ac primum aph. 62. Mulieres quæ frigidos & denſos habent vteros, non concipiunt, quæ etiam præhumidos habent, haud concipiunt: extinguitur enim in iis ſemen. necnon quæ ſiccos admodum & immodicè calidos habent: inopia enim alimenti genitale corrumpitur ſemen. Quæ vero in vtriſque oppoſitionibus mediocriter temperatum obtinent vterum, hæ fœcundæ ſunt. Cui ſententiæ ſimilis eſt illa lib. 1. de natura hum. textu 11. Si non calidum & frigidum, humidum & ſiccum mediocriter inuicem & temperatè atque æquali modo ſe habuerit, ſed alterum longè præpolleat, & valentius imbecilliori, generatio futura non eſt. item ſequenti aph. 63. Similiter verò & in maribus euenit: aut enim propter corporis raritatem, ſpiritus extra fertur, vt ſemen tranſmitti haud poſſit: aut ob denſitatem humor non excernitur: aut propter frigiditatem non excaleſcit, vt in hoc loco coaceruari poſſit: aut propter calorem hoc idem euenit. Poſteriorem hunc aph. Galenus ſpurium cenſet, & contemptim percurrit: ſed priorem attentè conſiderat, & adamuſſim excutit prolixa admodum oratione, de qua huc nonnulla iſthæc transfudimus. Temperati quidem tam viri quàm mulieres ſemper gignunt, etiamſi cum intemperatis coëant. intemperati verò, cum iis ſolis qui contrario ſunt temperamento copulati, generare poſſunt. Quum itaque frigiditas immoderata tantum præpollet, vt denſior vterus euadat; tum & anguſta admodum ſtrictaque ſunt vaſorum ad ipſum peruenientium ora, & ſteriles mulieres redduntur: vtpote neque ſecundis cohærere & agglutinari ad vaſorum ora potentibus: neque ſi id quandoque fiat, probè vnquam conceptu nutrito. Vel enim nullo prorſus modo talibus mulieribus fluunt purgationes, vel admodum exiguæ, & hæ ipſæ vitioſæ, ſolo tenuiore & aquoſiore ſanguine per arcta vaſorum oſcula elabente: quæ & ipſa facilè obſtruuntur, tum ob natiuam anguſtiam, tum quia magna ex parte tali natura prædita humorem cumulant pituitoſum. ferè ſiquidem eſt totum corpus vtero ſimile. Quinetiam maris quoque ſemen talibus locellis exceptum refrigerari accidit; niſi ſit natura callidius. Quæ autem frigidos locos habent, grauidæ fieri non poſſunt, ob ſubſtantiæ ipſorum denſitatem. Et quæ immodice humidos locos habent, prægnantes non fiunt: extinguitur enim in ipſis genitura, non ſecus atque in paluſtri ſolo cerealia ſemina. Et quæcunque ſiccos & æſtuoſos ardentéſque vteros habent, alimenti inopia non concipiunt. nam ſiccis locellis eiuſmodi aliquid accidere ſolet, quale cùm arenæ aut argilloſæ & petroſæ humo ſemina mandantur. Calidis verò immoderate & ardentibus ſimiliter euenit, atque ſi valde calenti terræ (qualis per caniculæ ardores eſſe ſolet) ſemina committerentur. Similiter verò iuxta analogiam eorum quæ ſcripſit de mulieribus, licet nobis ad viros

Menſes ad generationẽ requiriũtur, ſed moderati.

N. ergo mẽſes à capacitate vteri.

Cauſſa alia ſterilitatis.

Signum humidi ſeminis.

Signa vteri infœcundi fœcundiue.

Generationẽ quæ intemperies impediat.

Signa maris infœcundi.

Viri & mulieres qui generando habiles.

Vteros frigidos cur infœcũdos.

Corporis & vteri idem temperamentum.

Item vterus humidus. A ſimili.

Item vterus cal. ſiccus. A ſimili.

Viri ſemẽ quale infœcũdum, frigidum, humidum, calidum, ſiccum.

Digitize

transeuntibus dicere, vel propter temperamenti frigiditatem non exacte ipsis semen A concoqui: atque propterea siquidem mediocris ipsi intemperies adest, vterum calidiorem postulare: si vero immoderata sit, infœcundum planè reddi. vel rursum propter humiditatem non percoqui: atque etiam propterea si moderata adest intemperies, calidiore id & sicciore vtero indigere: si vero immodica, fœcundum minimè existere. eodem quoque modo, excedente etiam calore semen veluti torreri exuccumque reddi. præsiccitate vero, simulatque exciderit, extendi non posse: qua maxime re ad mulieris grauidationem est opus, de qua nos pridem di- B ximus. Sed ex eodem lib. 5. aph. 59. placuit sententia, Si mulier non concipit, & scire placet, an sit conceptura, veste præcinctam & vndique obuolutam subter suffito: ac si odor corpus peruadere videatur ad nares & os vsque, non sua culpa sterilem esse scito. Sæpe enim (subijcit Galenus ibidem) vt sacerdotalis quædam aut regalis propagatio & soboles supersit, studiosè faciunt ciuitates vt ab iis seu viris, seu mulieribus susceptos liberos habeant, ad quos solos eius progeniei spes est redacta: deinde vbi mulieres non concipiunt, vtrius caussâ id accidat, quæritur; vt facto C diuortio ex aliis suscipiantur liberi. quam artem doctarum pronubarum Plato facit, vt ostendi. cui sententiæ quia nonnullas alias apud Hipp. similes legimus, forsan haud absre fuerit adscribere hoc loco, licet fortè alibi productas: vt quinis in posterum his indiciis coniecturam faciat de muliere, an sit concipiendo habilis, & marito tradenda; aut velut infrugifera tellus inculta derelinquenda. Non tamen ob eam caussam repudianda, vt Galenus consulit, siquidem iam nupserit: quia lex Christiana vetat libellum repudij, excepta vna fornicationis caussa, Matth. 5. D & 19. Marci 10. Lucæ 16. 1. Corinth. 7. sic igitur Hipp. ille eodem lib. de sterilibus; Experimenta per quæ indicatur an prægnans fiet mulier; Si cognoscere voles, an mulier prægnans fiet, butyrum & lac mulieris masculum alentis bidendum dato: & si eructauerit, concipiet: sin minus, non. aliud, Netopum modicum laua exceptum subdat, & postea nunc, an quod subditum est, per os oleat, consideret: & siquidem oleat, concipiet: sin minus, non. aliud, Cuicunque mulieri à subdititiis non valdè fortibus, dolores ad articulos processerint, & stridor dentium ipsam habuerit, & vertigine affecta fuerit, & escitarit; huic maior spes est vt prægnans fiat, quàm ei quæ nihil horum patitur. aliud, Caput allij integrum depurgatum ac derasum ad vterum apponat, & postridie videat, an per os oleat; & si oluerit, concipiet: sin minus, non. aliud, Si cognoscere voles, an mulier concipiet, anisum in aqua tenuissimè tritum bibat, ac dormiat: & siquidem pruritus ipsam circa vmbilicum corripuerit, concipiet: sin minus, non. hæc Hipp. antehac vtpiam producta, nunc autem tempestiuè producta: quibus alia mox similia ex recentioribus subijciam: ne ordinem ætatis & antiquitatis peruertam.

Conceptionis idonea mulieris probatio.

Interest Reipubl. scire cuius culpa sit sterilitas, qui.

Hinc repudij iusta caussa.

Vsus talis experientia.

Repudium Christianis interdictum

Conceptionis futura probatio & experimentum.

1

2

3

4

5

EX ARIST.

ARistoteles de caussa sterilitatis sic philosophatur cap. 5. lib. 2. de genera. animal. Caussæ sterilitatis in animalibus plures sunt: nam & à primo ortu naturæ, locis ad coitum commodis oblæsis, steriles & mulieres & viri redduntur, vt alteræ non pubescant, alteri non barbescant, sed spadones quidam sint: aliis in procesu ætatis idem accidit affectus, aut propter corporis nutricationem pleniorem. mulieribus enim pinguioribus factis, viris corpore melius habito, excrementum seminale in corpus absumitur. itaque fit vt illis menstrua desint, his genitura. Aut ex morbo viris humidum frigidúmque emittitur semen: mulieribus purgationes vitiantur, pleréque excrementorum morbificorum redduntur. Multis etiam tum viris, tum mulieribus hoc idem accidit malum, oblæsis partibus & locis accommodatis ad venerem. quæ vitia partim sunt curabilia, partim incurabilia. sed maxime steriles tunc perseuerant, cùm primo naturæ ortu tales constiterunt. & paulo post, Mulierum probatio suffitu, vt odores subeuntes vterum, efferantur ad locum spirandi, & afficiant halitum. atque etiam illitu, vt colores oculis impositi saliuam inficiant oris. Nam nisi hæc ita fiant, meatus corporis, per quos excrementum decedit, confusos, obceptos & occæcatos esse significatur. &c. idem cap. 2. lib. 4. eiusdem operis, Dissident omnino inter se mas & fœmina: & omnia quæ vel natura, vel arte efficiuntur, ratione aliqua sunt. sic in coitu, maris & fœminæ moderatione opus est. Hinc multis tum maribus, tum fœminis euenit, vt coniuncti inter se nequeant generare, disiuncti queant: & aut minoribus natu aut maioribus hæ contrarietates existant æque in generatione sterilitatéque, & maris fœminæque procreatione. & aquæ crudæ & frigidæ aut sterilitatem, aut partum fœmineum faciunt. ibem caput 6. lib. 7. histor. animal. Euenit sane multis & mulieribus & viris, vt qui coniuncti inter se nequeant procreare, vbi dissociati se iunxere cum aliis, queant. quod idem in maris quoque aut fœminæ procreatione nimirum euenire certum est. Plerúmque enim tum mulieres, tum viri, quandiu cum eisdem iunguntur, fœminam tantum marémve procreant, seiuncti autem contra. Quæ concipere nequeant, si vel cura adhibita, aut aliquo casu conceperint, fœminam magna ex parte pariunt potius quàm marem. multis etiam viris euenit, vt cùm antea possent generare, post nequeant, deinde rursus facultatem recipiant generandi. &c. ibidem cap. 11. lib. 3. Fieri potest, vt homo tum mas, tum

Sterilitatis caussa.

Semen vertitur in alimentum. N. ergo non excrementū.

Probatio mulieris ad concipiendum apta.

Mas & fœmina mutato coniugio cur demum generent.

Vis aquæ ad generationē.

Coniugij mutatio cur generationē faciat, aut sexum vertat.

Fœminam gignere facilius, quàm marem.

Digitized by Google

Pubes gignendi argui potentiam: aliàs aliter.

etiam fœmina pilis poſt genitis careat iam inde ab ortu naturæ vitio contracto: & niſi vt pubeſcant, contingat, ſteriles in gignendo ſunt. ibid. cap. 1. lib. 7. Prodeunt nonnulli iam inde à primo ortu naturæ impubes infœcundique, propterea quòd parte ſui genitalis fuerint deprauati. mulieres etiam ſimili modo impubes à natiuitate poſſunt creari. de imperforatis & hypoſpadiæis idem cap. 4. lib. 4. genera. animal. & cap. 2. lib. 7. hiſtor. animal. Nonnunquam etſi cætera bene ſehabeãt,

Vterus humidus, ſterilis.

vterus humidus tamen eſt: reſpuit ſemen genitale, ſi humidus ſit. & cætera his locis affinia & continua alibi ſuis locis attigimus.

EX PLVTARCHO.

AVthor hiſtoriæ Philoſoph. cap. 118. vnde mares infœcundi, fœminæ ſteriles fiãt, ita inquirit. Medici fœminas ſteriles inquiunt

Cauſſa ſterilitatis in fœmina, & in mare.

fieri vteri denſitate, raritate, duritie, obſtructione, quam vel caro, vel callus faciat. item animi languore, corporis tabe & eiuſdem malo habitu; vel demum quia diſtortus conuulſuſque ſit vterus. Diocles viros infœcundos arbitratur, vel quia ſemen proſſus non emittunt, vel quia minus quàm conueniat, vel quia infœcundum, vel quia vieto pene ſint, aut ita diſtorto, vt iaculari ſemen in vterum non valeat; aut ita puſillo, vt in vuluam non aſcendat. Stoici diſcordes coëuntium vires qualitatéſque culpant: quas ſiquis diuellat, & ſui generis alteri coniungat, euincet natura, & fœtum procreabit. vbi mox de mularum ſterilitate, de qua & Ariſtoteles, quæ ad nos nunc nihil attinet.

EX GAL.

VErum author finitionum medicinalium multo breuius; infœcunditatis (ait) duplex cauſſa eſt, quarum altera viro, mulieri altera debetur: & vtraque multiplex. nam

Alia cauſſa ſterilitatis.

fœmina in cauſſa eſt, ſi perfrigidum vterum vel præpinguem habeat. mas vero cùm ſpado fuerit teſticulis orbatus, aut alio quouis morbo laborauerit.

EX P. ÆGINETA.

PAulus tibi modos explicabit tum intemperiei corrigendæ, tum impedimentorum conceptionis remouendorum, tum vt ſterilis mulier concipiat, niſi ipſe fallit & fallitur cap. 74. lib. 3. quem indicaſſe mihi nunc ſatis ſit alibi therapeuticen tractaturo, ſi deus volet.

EX AETIO.

AEtius de modis inducendæ ſterilitatis multa & nefaria illa quidem docuit, quæ ſilentio inuoluere ſit ſatius: idem de cauſſa ſterilitatis in viro & muliere, itemque de cu-

Sterilitatis cauſſa, penes marem.

ratione hæc diligẽter collegit tetrab. 4. ſerm. 4. cap. 26. Sterilitas aut viri, aut mulieris, aut vtriuſque ratione contingit. & ex viro quidem eſt, cùm ſemen eius vel feruidum & velut torrefactum; vel frigidum, tenue, aquoſum languidumque fuerit, quale eſt crepitorum. vel craſſius quàm oportet, emittitur. aut cùm viri ſemiſpadones ſunt, & penem breuiſſimum habent, vt ſemen in vulnæ profunditatem eiaculari non poſſint: quod etiam aliquando ob nimiam obeſitatem contingit: tales enim præ nimia aqualiculi mole, ſemen ad vteri receſſus non eiaculantur. At vero mulier non concipit, ſi vterum habet vel calidum & igneum, vel frigidum & humidum, vel ſqualidum ac ſiccum, vel carnoſum & pinguem, vel excarnem ac gracilem, aut debilem, aut anguſtum, aut breuem. aut quod vaſa eius clauſa ſunt & obſtructa, aut per cicatricem inductam excæcata. aut quòd membranæ oſculum vteri obturantes, nullum foramen relinquunt. aut quòd vteri ceruix obliqua eſt. aut quòd oſculum nimis anguſtum, vel amplum. aut quod

Penes fœminam.

alia aliqua affectio vuluam impedit. Sed & inuiti coitus inanes ac ſteriles ſunt: Amor enim genituram conciliat: & propterea fœminæ amantes crebro pariunt. Ætas etiam vel iunior vel prouectior conceptionem impedit. Quapropter primum pubeſcentes à venere prohibendæ ſunt: ita vt vir quidem triceſimum annum, mulier verò decimum octauum attingat. Maximè verò inepta mulieris forma, ſterilitatis occaſio eſt: fœcunda enim mulier habere debet proceritatem corporis moderatam, lumbos & ſuperiorem ventrem laros, nates eminentes, pectus anguſtum, mammas amplas: tales enim mulieres fœcundæ: his autem oppoſitæ ſteriliores ſunt. poteſt & præter enumeratas cauſſas aliqua magis recondita eſſe: verum tot fermè ſunt quæ noſcuntur. quibus qua ſit ratione ac methodo proſpiciundum, alius erit dicendi locus. cætera hinc petant ſuadeo, quibus ea cura demandata eſt, vt in nobilibus fœminis arte medica conceptionem adiuuent: ſunt enim illa eximia & præclara, & ſanè magni facienda, meo quidem iudicio. venio autem deinceps ad recentiores, percurſo obiter velut medio Auicenna, Græcorum accurato imitatore, quiquidem de ſterilitate & difficultate imprægnationis ſic agit lib. 3. fen 21. tract. 1. cap. 8. & cap. 9. his proſus iiſdem apud nos quidem verbis.

Amor generationi conducit.

Connubij legitimum tempus.

Fœcunda ſigna fœminæ.

EX AVICENNA.

CAuſſa ſterilitatis aut eſt in ſpermate viri, aut in ſpermate mulieris, aut in membris matricis, aut in membris virgæ & inſtrumentis ſpermatis, aut propter cauſſam in principiis, ſicut triſtitia, & timor, & dolores capitis, & debilitas digeſtionis, & ſatietas nauſeatiua, aut propter errorem accidentem. Cauſſa vero quæ eſt in ſpermate, eſt ſicut malitia complexionis diuerſificantis virtutem generationis calidæ, aut frigidæ. ſcilicet frigidæ ex frigore naturali, aut frigore accidente ex longa remanentia & retentione; aut humilitas, aut ſiccitas. & cauſſa illius ſunt cibi non conuenientes, & acetoſa etiam: ipſa enim ſunt ſumma eorum quæ infrigidant & exiccant. Et quandoque eſt cauſſa, quæ eſt in ſpermate, ſiccitas complexionis nõ prohibens generationẽ: ſed quæ facit ipſum difficilem, aut corrumpit illud quod aduenit matrici de alimento infantis. Et quandoque eſt cauſſa in ſpermate, vt ſit

Sterilitatis cauſſa penes partes principes.

Penes ſemin.

Digitized by Google

ſperma viri diuerſæ impreſſionis ei quæ eſt in ſpermate mulieris contrarium receptrici: aut cõmunicantis ſuper vnum duorum ordinũ, & nõ accidat inter ea ambo filius. Et ſi permutet vnuſquiſque ſocium ſuum, non eſt dubium, quin ſit ambobus filius. Et quandoque diuerſificatur duo ſpermata, propter cauſſam malitiæ complexionis in vnoquoque eorum, quod cum alio non æquatur, imo addit ei corruptionem. quare cùm permutantur, inuenit vnumquodque amborum, quod æquat ipſum cum contrarietate: quare temperatur. Et de genere quidem ſpermatis, ex quo non ſit generatio, eſt ſperma infantis, & patientis nauſeatiuam ſatietatem, & ebrij, & ſenis. Et ſperma eius qui plurimum vritur coitu, & cuius corpus non eſt ſanum. Sperma enim currit ex omnibus membris, & eſt ex ſano ſanum, & ex infirmo infirmum, ſecũdum quòd dixit Hipp. & iſtæ diſpoſitiones omnes inuentæ ſunt in vtriſque ſpermatibus ſimul. Et dixerunt quidam, quod de cauſſis corruptionis ſpermatis viri, eſt coire cum illis, quæ nondum ſunt magnæ: & hoc currit curſu proprietatum. Cauſſa autem quæ eſt in matrice, aut eſt malitia complexionis corrumpentis ſperma, cuius plurimum eſt frigus congelans eam: ſicut accidit ex potu aquæ frigidæ mulieribus, per hoc quod infrigidat: & ſimiliter viris. & per hoc quod altera partes ſanguinis menſtrui: & per hoc quod conſtringit foramina ſanguinis mẽſtrui. quare non effunditur ſanguis menſtruus ad fœtum. & quandoque eſt cum materia. Et humiditates corrumpunt ſperma iterum per commiſtionem ſuam cum eo, aut exiccant, aut reſoluunt, aut humectant lubricantes. quare debilitatur retentiua, & eſt plurimum: aut debilitantes virtutem attrahentem ſperma: quare non attrahit ſperma cum fortitudine. Aut propter conſtrictionem meatuum nutrimenti ex frigore, aut calore, aut ſiccitate, & quandoque vincitur ex ſiccitate, ita vt ſimiletur coriis ſiccis: aut corrumpens nutrimentum infantis, aut prohibens ipſum à peruentione vel à tranſitu, propter adunationem matricis vehementem, propter ſiccitatem, aut frigus, aut conſolidationem vlcerum, aut carnem additam verrucoſam; aut ſicut ſiccitas dominans fecundinæ: quare oppilantur meatus nutrimenti. Et accidit ſpermati in matrice frigida & humida, & quod accidit ſemini in terris humidis paludoſis: & in complexione calida & ſicca, quod accidit ſemini in terris, in quibus eſt calx ſparſa ſeu permiſta: aut propter abſciſſionem materiei, quæ eſt ſanguis menſtruus, cùm matrix defecit in attrahendo ipſum, & applicatione eius: aut eſt propter declinationem in ea, aut conuerſionem; aut vehementiam adunationis oris matricis ante partum, propter oppilationẽ, aut propter duritiem, aut carnem additam verrucoſam & nõ verrucoſam, aut conſolidationem vlcerum, & frigus conſtringens, & alia ex cauſſis oppilationis, & ſiccitate: quare nõ penetrat ad ipſum, ſperma aut debilitas adunationis poſt prægnationem: quare non retinet ipſum: aut multitudo adipis lubrificãtis. Et quandoque fit cum communitate corporis totius. & quandoque eſt in matrice proprie & zirbo, aut in matrice ſola. & quando multiplicatur adeps ſuper zirbum, facit compreſſionem & conſtrictionem ſuper ſperma, & educit ipſum expreſſione ſua. & operatio eius eſt huiuſmodi. Aut propter vehementiam extenuationis in corpore toto, aut in matrice. aut nocumentum in matrice ex apoſtemate, & vlceribus, & hæmorrhoidibus, & additione carnea prohibente. Et quandoque eſt in ore eius res dura, ſicut virga, prohibens introitum virgæ & ſpermatis. aut vlcera quæ conſolidata ſunt, qua lenitur matrix, & conſtringuntur orificia venarum emittentium ſanguinem menſtruum. aut aſperitas in matrice. Cauſſa autem factæ in membris generationis, aut eſt debilitas vaſorum ſpermatis, aut corruptio accidens complexioni eorũ: ſicut cui abſcinduntur venæ auris poſterius, aut cuius perforatur vefica à lapide. quare cõmunicat nocumẽtum membris generationis. Et quandoque abſcinditur aliquid ex neruis eorum, & facit incurrere debilitatem in vaſis ſpermatis, & in virtutibus eorum generatiuis ſpermatis, & in eicientibus ipſum. Et ſimiliter cuius contuſi fuerint teſticuli, aut amplaſtrantur cum ſucharam, aut bibit ex camphora plurimum. Cauſſa autem virgæ facta, eſt ſicut ſi ſit breuis in creatione ſua, aut cauſſa pinguedinis viri: quare aſſumit cato plurimum eius. aut ex pinguedine ipſius mulieris: quare elongatur ab ore matricis, & non æquatur in ea virga. Et de eis eſt amplitudo oris matricis, & non æquatur in ea virga: aut ex eis ambobus ſimul. aut propter tortuoſitatem eius. aut propter abbreuiationem chordæ: quare declinat virga ab oppoſito: quare non eiicit ſperma ad guttur oris matricis. Cauſſam verò in principiis iam numerauimus: neceſſarium eſt enim, vt ſint mẽbra digeſtionis, & mẽbra ſpirituũ fortia, ita vt fiat conceptio. Error autem accidens eſt, cum ſpermatis ſit emiſſio ante cõplementum, aut poſt complementum. debent enim mas & fœmina ſimul ſperma eiaculari, ſiquidẽ cõceptio futura eſt, vti pridem diximus. Error verò accidens poſt complementum, eſt ſicut motus laborioſus ex ſaltu aut obuiatione quæ fit cũ caſu, & velocitas elevationis poſt emiſſionem ſpermatis, & ſimilia illis poſt conceptionem: quare lubricat: aut ſicut timor accidens, aut aliquid ex reliquis cauſſis abortus. Et ſcias, quod mulier quæ parit & imprægnatur, minus infirma eſt quàm ſterilis: verumtamen eſt debilioris corporis quàm ipſa, & velocius ſit anus. ſterilis verò eſt plurium ægritudinum, & tardatur eius ſenectus: & eſt quaſi inuenis in plurimo ſuæ ætatis.

Idem ſequenti cap. 9. In ſignis ſterilitatis, ex quocunque duorum ſpermatum ſit, dicuntur res, quarum veritas non verificatur, neque in eis aliquid iudicatur. ſicut eſt illud quod di-

Matrimonij mutatio generationi faunt.

Semen ab omnibus deciditur partibus.

Penis vterij.

Aqua noxia generationi.

A ſimili.

A

Penes corpus ſympathiam, & vtre.

Penis innatus vtero, de quo pridem ſupra.

B

Penes partes genitinas.

Caphura ſterilitatem facit.

C

Penes ceſſa fuſionem ſeminis.

Penes motũ corporis.

D

Fœcunda & ſterilis qui ſe habeãt.

E

Ex Raſi 22. cõtin. tract. 6. cap. 1.

Experimenta futuræ conceptionis.

xerunt, quod oportet vt experiantur duo ſpermata, & proiiciantur ſuper aquam: & quodcunque illorum natat in aqua, tunc ex parte illius eſt defectus. & dixerunt, Fundantur duæ vrinæ ſuper radicem lactucæ: & ex illo eſt defectus, cuius vrina exiccauerit eam. Et ex hoc dixerunt, vt ſumantur ſeptem grana tritici, & ſeptem grana hordei, & ſeptem fabæ, & ponãtur in vaſe teſteo, & mingat ſuper ea vnus amborum, & dimittantur ſeptem diebus: tunc ſi grana naſcũtur, non eſt ſterilitas ex parte eius. vbi mox de ſuffitu vteri, & allij ſuppoſitu, ex citato nuper Hipp. ex quo penè ſunt illa omnia, quæ longa & accurata, barbara tamen oratione per interpretem obloquitur: niſi quod ex Ariſt. & Gal. & poſterioribus Græcis iam à me productis nonnulla conferendo facilè deprehendis.

EX SYLVIO.

DVo nobis ſuperſunt pro omnibus, noſtrates & vernaculi ambo viri perdocti, quos placet excutere poſtremos in hanc ſententiam ſatis profuſè prolocutos. Syluius igitur libello de hominis generatione; Generationem impediunt (ait) vel omnino in ſterilibus, vel diu in fœcundis, affectus præter naturam nunc viri, nunc mulieris, nunc vtriuſque: & hi vel in ſemine vtriuſque, vel in ſanguine menſtruo, vel in partibus genitiuis, aut eis ad generationem neceſſario communicantibus. Viri enim ſemen multo calidius, quàm generationi ſit ex vſu, & velut torrefactum; aut frigidius, tanquam glaciatum; aut humidius, tenuius, aquoſius, fluidius, ob id ſtatim ex vtero effluens, quale ſenum & valdè puerorum, ac nimis puellarum, & ebrioſorum, & helluonum, & pituitoſorum; aut craſſius & ſiccius, eſt infœcundum. niſi mulieris ſemini aut temperato, aut contrarium intemperiem ſortito, vt calidum frigido, aut contra, humidum ſicco aut contra, commiſceatur & contemperetur. Multus item adoleſcentis coitus ſemen reliquis ætatibus imbecillum aut corruptum efficit, ob vaſorum ſpermaticorum iam inde cœptã imbecillitatem. Coitus quoque cum puella nimis puſilla, proprietate quadam ſemen corrumpit: vti & morbi cerebri, cordis, ventriculi, hepatis, lienis, renum, vaſarum ſpermaticorum & teſtium. Infœcundi ſunt teſtes phlegmone, aut tumore alio præter naturam magno & diuturno obſeſſi, obdurati, inſigniter vlcerati, vulnerati, conuulſi, intra ventrem adhuc conditi, præcipuè ambo (quod multis adeſt, ac ferè primis coitibus deſcendunt) reſoluti, & omnium maximè ob hernias & cauſſas alias execti ambo: nam altero manente, fœcunditas perſeuerat. Exciſio etiam calculi imperata vaſis ſperma deferentibus (paraſtatas vocant medici) violatis, aut etiam ſpermaticis, infœcundos ſæpe fecit. Venæ quoque & arteriæ iuueniles dictæ poſt aures ſitæ, ſi vulnere aut ab imperito chirurgo tranſuerſæ ſecentur, quia teſtes cerebri communione priuant, vt ab eo nec ſpiritum animalem, nec ſeminalem portionem recipere poſſint, ſterilitatem adferunt. Penis quoque affectus non pauci viros reddunt infœcundos: vt dum hic eſt breuior vel natura, vel ætate, vel corporis totius, præſertim imi corpulentia & obeſitate: vel eſt præſectus, vel frigore inſigni, vel putredine corruptus: quoniam is ſemen penitiorem vteri ſinum iaculari non poteſt: vti nec idem ob ligamenti breuitatem natiuam vel acquiſititiam obliquior & contortus. tamen quendam, cui penis rigidus infra tres digitos erat: & alium, cui ex cancro inciſus, erat breuiſſimus, genuiſſe ſcribit Sauonarolla, ob valentem vteri attractionem, & reliqui penis iaculationem. Damnatur & penis longior ab omnibus vt infœcundus: quod (inquiunt) in via tam longa ſemẽ ante refrigeratur, quàm in vterum recipiatur. quæ ratio frigere videtur, vt pridem oſtendimus. Ratione meliori damnatur ſeminis via obſtructa, vel anguſtior, natura aut affectu acquiſito; vt partium vicinarum tumore hunc meatum comprimente.

Penis tum. dictio.

Sterilitatis cauſſa in mulere.

Mulier quoque infœcunda eſt, propter eoſdem affectus præter naturam, tum ſeminis ſui, tum teſticulorum in vltimis cornibus ſitorum: ſi videlicet id ſemen eſt calidius, frigidius, humidius, ſiccius, ob ſimilem corporis totius, & præcipuè partium principum, & inter has maximè teſticulorum intemperaturam, & affectus alios nuper in virorum teſtibus abundè explicatos. Sic virago, id eſt mulier barbata, audax, vegeta, virilis, voce graui, infœcunda eſt: quia calor multus ſanguinem diſſipat. Nec minus infœcundam faciunt mulierem menſtrui ſanguinis quantitas, qualitas vacuationis tempus: adhæc vteri & vaſorum ad ipſum pertinentium affectus propè innumerabiles. Menſes ſiquidem immodicè effuſi non ſolum in præſens infœcundam mulierem reddunt, ſed hydropem & atrophiam pariunt. pauci autem, alimentum ſufficiens ſemini & embryo ac fœtui non ſuppeditant: multo minus nulli adhuc ſi apparuerint, aut iam diu ſuppreſſi ſint: propter vaſorum menſtrualium denſitatem, obſtructionem, occupationem à cicatrice vulneribus inducta, vel cauſſam aliam in menſibus ſuppreſſis dictam. Quòd ſi hi fluant quidem moderatè, ſed impuri, corruptiores, bilioſi, pituitoſi, melancholici, ſeroſi, aut non nutriunt, aut malè & prauo ſucco nutriunt ſemen, embryon, fœtum. Meretrix ſi ſæpe cum diuerſis coit, raro concipit: quia attritu multo partes fiunt calloſæ & lubricæ: vaſa ſpermatica infirma fiunt: ſperma non emittunt, quia ſine multa voluptate cum ignotis coëunt. Vteri affectus præter naturam, ſterilitatis authores ferè ſunt, intemperies ocło, ſolæ, aut quod frequentius eſt, cum materia, ſanguine, pituita, bile vtraque, ſero, flatu, ſemine corrupto: vnde tumorum genus omne & alij affectus innumeri tum in vteri ſpatio, tum in eius corpore: quorum plurimi etiam vteri vaſis tum ſpermaticis, tum menſtruis,

Menſtruorũ ratio ad cõceptum.

Meretrix cur raro gignat.

Generationis impedimenta, ſeu cauſſa ſterilitatis in viro.

Penes ſemẽ.

Penes ſtatũ.

Penes partes principes, & genitales.

Digitized by Google

menſtruis, cornibus, vinculis, ori & collo communes ſunt. His ferè duobus, & mulieribus peculiares thymi, myrmeciæ, verrucæ, condylomata, rhagades, hæmorrhoides, nympha, os vteri imperforatum, adhuc anguſtia, amplitudo, obliquitas. Intẽperaturæ enim hæ omnes ſeu natiuæ, ſeu ex victu prauo aut morbo acquiſitæ, dum inſignes ſunt, vteri facultatem, qua ſemen trahit, concipit, tetinet, fouet, infirmam faciunt ac proſternunt. quorſum ſpectant aph. iam citati ab Hipp. 46. lib. 5. & 52. & comment. Gal. Tumores præter naturam, præcipuè in tunica vteri propria, & in ipſius capacitatem vergentes, quia ſpatium ſemini eximunt, ac embryo & fœtui generationem ſi non inchoari, ſaltem perfici prohibent: vti & vteri breuitas & anguſtia. Vteri verò vlcera quantumuis blando attactu ſeminis offenſa, id protinus expellunt. vteri verò anguſtum os, & collum obliquius, aut obſtructum caruncula, membrana, adipe, callo, verruca; aut compreſſum abomento largiore, per aph. 46. lib. 5. tumore præter naturam in ipſis, aut recto inteſtino, collo veſicæ, ſemen in vterum recipi prohibet: multo magis os vteri, aut colli vteri non perforatum. Latius autem os vteri aut natura, aut partu difficili, aut coitu vario, vt in quibuſdam meretricibus, aut cauſſa alia, aut quia ob labra ipſius calloſa & dura poſt acceptum ſemen viiri non poteſt, conceptum prohibet: quia ſemen mox delabitur. vt his quæ mox à coitu ſurgunt, ſaltant, vehementius exercentur, tuſſiunt, ſternutant: niſi etiam prius vitalis in eo ſpiritus exhalauerit. Hæc igitur etiam vteri ſimilaria, organica, communia, generationem impediunt: quia ſemen vtrumque & menſtruum ſanguinem in ipſum recipi prohibent, aut receptum corrumpunt, vel mox remittunt ac expellunt.

Conceptionis signa expetenda.

Porro an mulier conceptura ſit, ex aph. 59. lib. 5. iam conſtitit de ſuffitu. quorſum & hæc pertinent. Peſſo ex ariſtolochia cum melle impoſito in ceruicem vteri, ſi ſaliua dulceſcat, fœcunda eſt. Spica allij veſperè collo vteri impoſita, ſi manè allij odorem naribus, aut ſaporem ore ſentit, fœcunda eſt. Crocus ſaliua ſolutus, aut collyrium magno oculi angulo impoſitum, naribus odorem, ori ſaporem ſuum ſi repræſentat; fœcunda eſt: quia venas & arterias iuueniles ad aures à cerebro ad inferiora vias eſſe apertas ſignificant.

Cauſſæ ſterilitatis vtrique communes.

Communes maris & fœminæ affectus generationem impedientes quidam dicti ſunt. præter hos, etiam coitus coitui ſuccedens, & coactus alterutrius vel vtriuſque concubitus, vt in his qui inuiti & ſine amore iunguntur, inanis eſt ac ſterilis: vt voluntarius ac iocundus, eſt fœcundus: niſi amor nimis ardens adſit. Semen diu retẽtum in vtero, prius quàm concipiatur, & vndique à toto vtero comprehendatur: vel diu à viro retentum, prius quam emittatur: quia ſpiritus ab eo reſoluitur, & à frigiditate corrumpitur. Semen viri & mulieris tempore diuerſo emiſſum: cum ſimul tempore ad conceptum emitti oportere plerique contendant. Penis viri inæqualis collo vteri, hoc eſt longior, breuior, amplior, gracilior. ætas maris annis 12. fœminæ 14. minor: & illius, annis 60. huius 50. maior, raro eſt fœcunda, aut malè fœcunda. obeſitas alterutrius, & magis vtriuſque: quia genitiuæ partes ob aqualiculum pinguem propenſo ſeſquipede extantem, coire nequeunt: & ſanguis in iis, præſertim naturâ admodum craſſis, paucus, & is in adipem abſumptus, ſemen & ſanguinem menſtruum, duo noſtræ generationis primordia gignit parciora: ob idque hi venerem parum appetũt, & raro coëunt. Quæ præterea cauſſæ aliæ vtriuſq; communes ſtatuuntur, remotiores ſunt: vt aër calidior, peſtilens, labor multus, victus tenuior, balneum ieiunis immodicum, gonorrhœa, venus immodica, gaudium ſubitum, iracundia, vigiliæ longæ, & reliqua omnis vacuatio: quia ſanguinem, ſeminis & menſium materiã vacuat, aut ſpiritus calidos primaria naturæ ad generationem faciendam inſtrumenta diſſipat, à contrariis contraria. narcotica ſumpta & admota, item caphura, ſquama ferri, vermes noctu lucentes ſumpti, tota ſua ſubſtantia ſteriles facere creduntur: vt faſcinatio, incantatio, ſortilegium, & vt putant, corporum cœleſtium in aërem vel in animalia influxus, dæmonum malefica vis, vt Ptolemæo viſum eſt quarta parte quadripartiti cap. 3. Hæc etiam cum pleriſque iſtis ſuperioribus ex Auicenna produxi, quæ Syluius idem in ſuum libellum tranſtulit. Vir meiat ſæpe ſuper virentem maluam aut lactucam, & mulier ſuper aliam: cuius herba ſiccabitur, ſterilis eſt. Vir dies circiter nouem aut plures permeiat furfurem vaſe captum, & mulier alium: in cuius furfure vermes citius naſcuntur, ſterilis eſt. Frumentum vel hordeum vel fabæ exceptæ vaſe à viro permeiantur totidem diebus, aut ſeptem diebus viri vrina macerentur, & alia ſemina à muliere ſimiliter: cuius ſemina germinabunt, generare poteſt: ſi credere dignum eſt. tu fac periculum. mihi admonuiſſe ſit ſatis. venio enim poſtremo ad Syluii huius διόρθωσιν populárémve.

Generationi arcentia à proprietate. Hic adde litigium & ligationes.

Conceptionis futuræ probatio.

EX FERNELIO.

FErnelius lib. 6. de morb. & ſympt. cap. 17. ſterilitatis cauſſas ita perſequitur, Sterilitas, vt alia pleraque ſymptomata, alias vteri obſcœnarumque partium, alias viſcerum vitio tum viris, tum mulieribus inducitur. ſteriles enim & infœcundi ſunt impuberes & ſenio confecti, quod his tenue & aquoſum languidumque ſit ſemen: & qui vel ætate matura morbo acuto, vel etiam diuturno conficiuntur, qui vel humores corrumpat, vel ſpiritus principes offendat. Ad horum conditionem accedunt, & qui citra manifeſtam corporis actionumque vitæ

Sterilitatis cauſſæ, in viro.

offensionem, principum partium, vt ventriculi, iecoris, lienis ac pulmonum latenti vitio, intemperie, obstructione aut scirrho tenetur: maximè si vel cachexia, vel leucophlegmatias, vel icterus, vel tabes & corporis extenuatio, vel lenta febris, vel alia quædam cacochimiæ soboles sit consecuta. Viri enim ita affecti aut semen non proferunt, aut prorsus euanidum & infœcundum: vtpote nec ex vtili materia productum, nec spirituum benignitate perfusum. *In fœmina.* In mulieribus verò quæ ita sint affectæ, aut viri semen vtero non concipitur, aut conceptum à muliebri semine destituitur, moxque excidit: aut retentum, principum partium vitiis obrutum extinguitur; idque vel mox, vel aliquanto post tempore. His ex causis non modo sterilitas fit, sed & mola, & irritus conceptus, & fœtus languidus, & abortus multò quidem frequentius, quam peculiari vteri errore. *Penes membra genitalia.* Iam verò obscœnarum partiũ vitia, quæ sterilitatem accersunt, in viris quidem numerantur, pudendi paralysis & atonia, gonorhœa, vasorum spermaticorũ obstructio, coarctatio & confusio, testium pudendique exilitas, & quæuis mala conformatio. In mulieribus eadem atque in viris testium spermaticorumq; vasorum vitia, & oris vteri ceruicisque nimia amplitudo vel angustia, obstructio, obliquitas, peruersio, hincque nata mensium suppressio: quæ omnia non signis egent, sciptis quippe conspicua. Adhæc vteri semen suscepturi intemperies immodica sterilitatem facit. calidior ea est, cum (vt in viragine) genitalia pruriunt nimisq; titillantur venere, & menses parce & cũ labore emanant, ardoréq; exulcerant. frigidior, quum venus est ignauior, menses aut supprimuntur aut parce fluunt, atque ij decolores: lumborũ, pubis, crurumq; stupor inest. humidior, quum tenue, aquosum, copiosumq; menstruum redditur, ac sæpe vterinus fluor infestat, frequensque lumborum & pubis grauitas premit. Impedit etiam & nimia coarctatio ab omento pingui, & vteri inflatio: omnis denique affectus insignior. *Mulier quæ fœcunda.* Quæcunque igitur mulier ætate matura his vitiis minimè tenetur, & bono rectéq; conformato est corporis habitu, nec extenuato, nec obeso, lumbis latis amploq; ventre, fœcunda censeatur. *Conceptionis futura probatio.* Eam autem hinc nosci putat Hipp. si veste obuolutam subter suffias, atque odor per corpus ad os & nares transmitti deprehendatur: sterilem verò, quum in via extinctus odor eo minimè pertingit. Quinetiam alium expurgatum si pessi forma dormituræ subdatur, odorque vel sapor ad os pertingat, fœcunda est: sin minus, sterilis. Hordeum in mulieris aut viri vrina maceratum, si deinde sepultum decimo die germinet, fœcunditatem: sin minus, sterilitatem arguit. Præterea si vrinæ viuum sulphur inspergatur, hincque vermes prodeant, fœcunditas: sin minus, sterilitas est. Quum itaque maris ac fœminæ congressu conceptus non euadit, vtrius id culpa contingat, hæc indicabunt. Sæpe tamen vsu venit, vt neuter coëun-

tium sit sterilis: sed quia eorum sunt inter se abhorrẽtes naturæ, nihil iccirco ex sese, ex aliis verò generare possunt. Sic amborum impense calidorum non facilis est consensus, vti neq; frigidorum temperatorum atq; etiam contrariorum perutilis congressus. sed de istis nunc satis: quorum nonnulla vt subinde repeterem, fecit diuersitas authorum, quos appellare decreueram, qui rem eandem suo quisque modo exprimere voluerunt. *Matrimonij mutatio generationem promouet.*

EX NANCELIO.

Hæc igitur à me de caussis sterilitatis dicta sint, tum ex nostra, tum ex aliorum sententia, tum quod ad marem, tum quod ad fœminam attinet: vt tamen ad eas remouendas multo & acri ingenio sit opus; tum etiam ad causarum distinctionem internoscendam, tum ad earũdem artificiosam sublationem promouẽdam, felici successu, & prospera quadam, si fas est dicere, fortuna, quę votis boni alioquin & eruditi medici faueat ac respondeat: cùm plerũque in hoc subiecto atque proposito multos nostros conatus inanes, & inuentiones irritas deprehendamus. vt semper à Deo sit auspicãda tum cognitionis inuentio, tum medicationis ratio: qui sæpe incognita nobis de caussa, vt plantã infrugiferam, vt agrum sterilem, sic mulierem concipiendo ineptẽ vult fieri. Sic Christus Iesus è Bethania reuertens in ciuitatem, cùm esuriret, videns fici arborem vnam secus viã, venit ad eam: & nihil inuenit in ea nisi folia tantum: & ait illi, Nunquã ex te fructus nascatur in sempiternum. & arefacta est cõtinuo ficulnea. & videntes discipuli mirati sunt, dicentes, Quomodo continuo aruit? Respõdens autẽ Iesus ait eis; Amen dico vobis, si habueritis fidem, & non hæsitaueritis, non solum de ficulnea facietis: sed & si monti huic dixeritis, Tolle & iacta te in mare: fiet. & omnia quæcũque petieritis in oratione credẽtes, accipietis; Matth. 21. Sic plerumq; cõtigit ab omni æuo, vt faciens fructũ bonũ arbor bona à Domino benediceretur, & familia Deo grata cresceret ac multiplicaretur vt dicitur genes. 1. contra quæ displiceret, aut quanis alia occulta de caussa, deficeret sterilescẽs. Sic Anna Elcannæ, cùm deficerent liberi, & Dominus vuluã sonclusisset, & Phenenna eius riualis atq; æmula probro verteret, cùm esset amaro animo, orauit ad Dominũ flens largiter, & votum vouit dicens; Domine exercituũ, si respiciens videris afflictionẽ famulæ tuæ, & recordatus mei fueris, nec oblitus ancillæ tuæ, dederisq; seruæ tuę sexũ virilem, dabo eum Domino omnibus diebus vitæ eius; & nouacula nõ ascẽdet super caput eius. Et factum est post circulum dierum, concepit Anna, & peperit filium, vocauitque nomen eius Samuel. Sic iam multo antè Abraham pater futurus multarum gentium, cum Deo expostulat genes. cap. 15. Domine Deus, quid dabis mihi? ego vadam absque liberis: & filius procuratoris domus meæ iste Damascus Eliezer. addiditque Abram, Mihi autẽ nõ dedisti semẽ: & ecce vernaculus meus

An caussa sterilitatis sit à Deo. *Historia.* *Ficus maledicto arescit.* *Sterilitas à Domino.* *Historia fœcunditatis ex natiua sterilitate contra naturam.* *Samuel natus.* *Isaac Abrahæ.*

zed by Google

hæres meus erit. Statimque sermo Domini factus est ad eum dicēs, Non erit hic hæres tuus: sed qui egredietur de vtero tuo, ipsum habebis hæredem.&c. Et dixit Sara marito suo,cap. 16. Ecce conclusit me Dominus ne parerem: ingredere ad ancillam meam,si forte saltem ex illa suscipiam liberos. &c. Dixit quoque deus ad Abraham, cap. 17. Sarai vxorem tuam non vocabis Sarai, sed Saram: & benedicam ei, & ex illa dabo tibi filium, cui benedicturus sum, eritq; in nationes, & reges populorum orientur ex eo. &c. ibidem cap. 18. Vbi est Sara vxor tua? ille respondit, Ecce in tabernaculo est. cui dixit, Reuertens veniam ad te tempore isto vita comite,& habebit filium Sara vxor tua,quo audito Sara risit post ostium tabernaculi, Erant autem ambo senes,prouectæque ætatis, & desierant Saræ fieri muliebria. quæ risit occultè dicēs,Postquàm consenui,& dominus meus vetulus est, voluptati operam dabo. Dixit autem Dominus ad Abraham, Quare risit Sara vxor tua dicens, Num verè paritura sum anus? Nunquid deo quicquam est difficile? &c. Ibidem Rachel vxor Iacob, cernens quòd infœcunda esset, inuidit sorori suæ. & ait marito suo; Da mihi liberos, alioquin moriar. cui iratus respondit Iacob, Num pro Deo ego sum,qui priuauit te fructu ventris tui? quæ dedit illi Balam famulam in coniugium. & Lia Zelpham ancillam suam marito tradidit, sentiens quòd parere desiisset. vbi mox pro mandragoris Lia cum Rachele pascisitur, vt ea mercede conductus intret ad eam Iacob. Denique exaudiuit Deus preces ambarum, quæ conceperunt, & pepererunt plures liberos.& lib. Iudicum cap. 1. Erat autem quidam vir de Sara, & de stirpe, Dan, nomine Manue, habens vxorem sterilem cui apparuit Angelus Domini,& dixit ad eam; Sterilis es,& absque liberis: sed concipies,& paries filium. Peperit itaque filium suo marito Manue, & vocauit nomen eius Samson. Similiter Lucæ 1. cùm sacerdos quidam nomine Zacharias,& Elizabeth vxor eius,ambo processissent in diebus suis, & illa esset sterilis; ait ad illum angelus, Ne timeas Zacharia, quoniam exaudita est deprecatio tua: & vxor tua Elizabeth pariet tibi filium, & vocabis nomen eius Ioannem. &c. Quale autem ex sacris bibliis de Anna Samuëlis matre, tale & de Anna virginis deiparæ Mariæ matre lubet percensere miraculum ex histor. Ecclesiast. Nicephori lib. 1. cap. 7. Postquàm perfici atque exhiberi debuit ingens illud naturámque omnem longè superans mysterium, opus fuit prorsus instruere & præparare vas, quod eum qui incomprehensibilis est, comprehenderet. Inuenta itaque est beata virgo Maria,dignum deumq; decens Verbi domicilium,etiam ante nativitatem Deo consecrata, atque ex membris senilibus & longè à naturæ feruore alienis, tāquam quidam diuinitus datus fructus,producta. Ioachim & Anna parentū erant nomina.ambo accuratiore,iuxta præscriptum legis,vita præstantes & clari,nechon primis quibusque & splendidissimis nibilissimisque genere connumerati. vitam autem ad senectutem sine prole edita,produxerant. erat enim ad liberorum procreationem Anna aluo infœcunda. Et cùm ob sterilitatis causſam non haberet communes cum matronis & matribus à lege tributos honores; exemplo matris Samuëlis, ipsa quoque fit supplex deo, & in templo sedulo versatur: ne scilicet à benedictionibus legis excluderetur, sed vt ei matri esse liceret,orans: ac quod paritura esset, ipsi Deo dicaturam se esse vouens. Sed enim diuino nutu ad eam quam petierat gratiam, Annæ confirmata atque roborata, postquam puella è maternis prodiit locis, Mariam eam statim nominauit. &c. Sed quid plura persequor? cū & historia prophana infinitis abundet exemplis:ex quibus hoc vnum licet colligere; Etiāsi vir & mulier bene habiti benéque conformati sint, & iustæ ac idoneæ ambo ætatis: tamen generandi impotes fieri, nisi Dominus benedicat, & generationem promoueat: qui & de lapidibus istis potest suscitare filios Abrahæ, vt scribitur Matth. 3. ideo Exodi 23. Non erit infœcunda nec sterilis in terra tua:numerum dierum tuorum implebo. iterum Deuteron. 7. Benedictus eris inter omnes populos: non erit apud te sterilis vtriusque sexus tam in hominibus, quàm in gregibus tuis. Atque inter benedictiones populi seruantis mandata, additur & ista Deuteron. 28. Benedictus fructus ventris tui, & fructus terræ tuæ, fructusque iumentorum tuorum, greges armentorum tuorum, & caulæ ouium tuarum. & mox ibidem, Abundare te faciet Dominus omnibus bonis, fructu vteri tui, & fructu iumentorum tuorum,fructu terræ tuæ,quam iurauit Dominus patribus tuis vt daret tibi. sic Ieremiæ cap. 22. in Iechoniam maledicitur, Scribe virum istum sterilem,virum qui in diebus suis non prosperabitur. nec enim erit de semine eius vir, qui sedeat super solio Dauid, & potestatem habeat vltra in Iuda. & psalmo 51. Radix impiorum de terra viuentium peribit. Contra autem Psal. 127. Beati omnes qui timent Dominum,qui ambulant in vijs eius. Labores manuum tuarum quia manducabis: beatus es & bene tibi erit. Vxor tua sicut vitis abundans, in lateribus domus tuæ. Filij tui sicut nouellæ oliuarum in circuitu mensæ tuæ. Ecce sic benedicetur homo qui timet Dominū. Hanc benedictionem venæ metonymicōs vocat Salomo cap. 5. Prouerb. quia venis semen ineſt,& vasis spermaticis dictis: idemque per venam siue canalem,quam vrethram dicimus,vrinæ etiam cōmunem, quasi per venam (quamquam propriè vena non est, vt alibi demonstraui)extillat lentū ab inguine virus, vt ait poëta; quomodo per riuulum aqua de fonte profluit; quam etiam venam aquæ alibi vocant scripturæ sacræ. sed ex illo Salomonis loco sanè præclaro placet huic problemati & toti de humoribus tractationi isti longissi-

Sara absque menstruis concipit.

Iacob filij.

Dei est dare liberos.

Patriarcharum coniuges suis maritis obijcunt ancillas ad procreationē liberorum.

Samson Manue.

Ioannes Zacharia.

Maria Anna.

Priuilegia matrum & puerperarū.

Solus Deus dat liberos.

Benedictio Dei omnem sterilitatem summouet, etiā in brutis & plātis.

Historia.

Iechoniæ maledictio sterilefacit.

Benedictio iusti, & nepotum series.

Vena benedicta, quid.

A simili.

Conclusio.

Benedictio veri coniugalis, & castitas, & amor mutuus

mæ & difficillimæ optatum finem imponere, ac velut colophonem addere. loquitur autem allegoricus hunc in modum; Bibe aquam de cisterna tua, & fluenta putei tui. Deriuentur fontes tui foras, & in plateis aquas tuas diuide. habeto eas solus, nec sint alieni participes tui. Sit vena tua benedicta, & lætare cum muliere adolescentiæ tuæ. Cerua charissima, & gratissimus hinnulus: vbera eius inebrient te in omni tempore, in amore eius delectare iugiter, quæ ego sic in mea sacra poësi reddidi, lib. 6. in Prouerb. Salomonis.

N. sacra poësi.

Tu latices vndasque tuis hausrito fluentis:
Liba cisternas, puteique tui bibe lymphas.
Derivato foras fontes, & amœna fluenta:
Atque tuos latices per plures diuide vicos:
His solus fruitor sine rivali socioque.
(Vxorem tibi solus habe, propriaque potito:
Nec pateres scortatorum sectare lacunas.)
Sit tua vena potens, & fons benedictus amoris,
Ac florens ætate, vxoris carpe iuuentam.
Hac fruitor veluti cerua charissima, & viro
Hanc veluti lepidam damam amplexare, fouque:
Vbera te illius satient, & mellare dulci
Iugiter & blando lætus potiaris amore.

Allegoria.

ANALOGIAE MICRO-COSMI AD MACROCOSMON

LIBER VNDECIMVS.

De ijs quæ ex humoribus concreuerunt, deque partibus nostri corporis similaribus.

CAPVT I.

Quid pars similaris, quid organica.

Duo nostræ generationis principia in humoribus.

DVos in vniuersum esse primos ac primarios nostræ generationis humores antehac probauimus, semen & menstruum sanguinem: ex quibus vt est nostra omnis procreatio, vti probatū est; sic omnium partium organicarum & similarium ab iisdem est generatio. Sic enim partes nostri corporis diuidere placet cum medicis ac priscis physicis, quibus pars similaris dicitur, Græcè ὁμοιομερὲς, cuius quælibet vel minutissimæ particulæ, vel quæuis segmenta nomen & formam totius adoptant ac retinent. Pars autem instrumentalis siue ὀργανικὸν, de pluribus similaribus cōflata, si diuidatur, dissimilaris ducitur ac deprehenditur; eaque variis apta est vsibus tum per se, tum ab aliis administrantibus ac famulantibus adiuta. Sic in oculo humor crystallinus, similaris est particula: oculus totus ex tribus humoribus, & tunicis quinque vel pluribus, si minutim concidas qua ratione explicatum est, compositus, cum suis musculis, pars organica censetur. Rectè enim Gal. lib. 1. de vsu part. quatuor partium genera constituit: primum per quod fit actio: secundum per quod melius fit: tertium quo sine fieri nequit actio: quartum denique quod pro omnium custodia habetur. Est tamen quādo pars similaris, vtcumque composita potest videri: vt vena quælibet, quæ fibris constare deprehenditur, & sua quadam membranea carne villorum inania spatia complente, sed simplex nihilominus dicitur (Galenus tamen lib. de inæquali intemperie simplicem negat, quam idem alibi similaribus accenset) vtpote quæ talis visu percipiatur, eademque si aliis compositis partibus conferatur, simplex ac similaris apparet. ita enim Gal. ipse lib. 1. de elemen. primas & simplicissimas particulas, quātum ad sensum, vocat similares: atque pari ratione simplicium medicamentorum facultates æstimat in lib. de simpl. medicam. facult. Sic caro etiam partibus similaribus accensetur, cùm tamen sanguine, villis, fibris, neruorum, venarum & arteriarum filamentis contexta sit. Aristoteles cap. 10. lib. 4. meteor. in animalibus carnem, ossa, neruos, cutem, viscera, pilos, fibras & venas, similares partes numerat: ex quibus dissimilares planè constituuntur partes, vt facies, manus, pes, & reliqua eiusdem generis. similaria pariter designat metallica, aurum, æs, argentum, plumbum, ferrum, lapides, & reliqua eiusmodi. Verum audiamus hominem pulchrè philosophātem initio lib. 2. de partib. animal. Quum triplex sit compositio (inquit) prima statui potest ea, quæ ex primordijs conficitur iis, quæ nonnulli elementa appellant, terram dico, aquam, aërem, ignem. sed melius fortasse dici potest, ex virtutibus confici elementorum: humiditas enim & siccitas & caliditas & frigiditas, materia sunt corporum compositorum. cæteræ autem differentiæ eas sequuntur, vt grauitas, leuitas; densitas, raritas; asperitas, lenitas, & reliquæ id genus afflictiones. Secunda constitutio ex primis illis natura similarium partium in animalibus est. Tertia & vltima numero, partium dissimilarium est ac membrorum. Sed cùm contra in generatione, atq; in essentia agatur: quæ enim posteriora sunt generatione, hæc natura priora sunt: & quod primum natura est id vltimum est generatione. Quum igitur generatio & essentia ita se habeant, tempore materiā generationemq; esse priorem necesse est: ratione verò, essentiam rei cuiusq; & formam. Quamobrem elementorum materiam esse similarium partiū gratia necesse est: sunt enim

Pars simplex & similaris, qua.

Pars organica & dissimilaris; quid.

Ab exemplo.

Partium genera quatuor, qua.

Pars similaris an sit composita, vt vena.

Pars simplex ac similaris, qua: item medicamentum.

Caro, an pars composita.

Partes similares, qua.

Compositio rerum triplex, qua.

Corporum compositio vnde.

Similarium compositio vnde: Item dissimilarium.

Natura & generationis priora differunt, qui.

Ab exemplo.

Digitized by Google

Partium in animalibus genera duo, & earum proprietas.

hæ posteriores illis generatione: iis autem ipsis dissimilares sunt posteriores. Constant igitur animalia ex vtroque membrorum hoc genere. verum similaria dissimilarium gratia habentur: illorum enim officia sunt, & actiones. Itaque partes similares obtinẽt sibi vires eiusmodi singillatim accõmodatas: alia enim mollis, alia dura, & alia humida, alia sicca, & alia lẽta, alia rigida. at vero dissimilares, plures & cõpositas vires continent. Quamobrẽ partes organicæ, quas officiales & instrumentarias licet appellare, ex ossibus, neruis, carne, cæterisque eiusmodi constant, nõ illa ex iis. atq; illæ ferè omnes multiformi figura cõstant, quæ ex corpore similari conditæ habentur. At fieri non potest, vt similares ex dissimilaribus conficiãtur: sic enim pars similaris multæ essent dissimilares. quod nunc cõtra est. Instrumentariæ enim omnes, dissimilares sunt: & per has fiunt actiones: sensus autem omnibus contingit per similares, scilicet propterea quòd quiuis sensus vnius generis certi est, singulæque sensoriæ partes singulorũ sensibilium generum capaces habentur. &c. Præclare autẽ idem initio lib. 1. hist. animal. Animalium partes aut incõpositæ sunt, quæ scilicet in similes sibi partes diuidũtur, vt caro in carnes: & ob eam rem similares appellentur: aut compositæ, quæ aptæ secari in partes dissimiles sint, non in similes, vt manus: quapropter eas dissimilares nominemus: quæ & mẽbra appellentur. videlicet quæ cùm ipsæ totius integritate describãtur, habeant tamen intra se partes diuersas, suiq; generis opificia: vt caput, quæ & pars est tota, & ex partibus cõstat diuersis. Quæq; autem pars dissimilaris ex similaribus cõstat, vt manus ex carne, ossibus, neruis. & paulo post, Partes autem similares, aut molles aut humidæ sunt, aut siccæ & solidæ. Molles vel omnino, vel quãdiu in sede manent naturali, vt sanguis, semen. siccas ac solidas intelligi volo, vt neruũ, venã. &c. sic ca. 2. lib. 2. part. animal. Partium similariũ aliæ molles & humidæ sunt, aliæ duræ & solidæ. humidæ vel omnino, vel quãdiu in cõstitutione naturæ, manẽt, vt sanguis. siccæ ac solidæ inter similares sũt os, spina, neruus, vena. Ordo enim similarium discrepat, quippe qui nomẽ partim cõmune toti cũ parte seruet, vt venæ pars vena recte appellatur: partim nõ seruet, vt in visceribus patet: figura enim diuersa est. verũ hoc à medicis distinctius discendum est, & à nobis forte posthac discernetur accuratius. Partes porro similares ita definit sequenti cap. 9. Sed quòd partes eorũ idem cum totis nomen sortiũtur, propterea inter similares enumerãtur, vt caro, venæ, ossa, chartilago, cutis, vesica, mẽbrana, pili, vngues, pennæ, cornu, dentes, & quæ ijs proportionantur. ac paulo ante, Quæ enim tota ex ijs cõstant, nominis consortiũ tantummodo habent cum suis partibus. Sunt autẽ, inquit idem c. 18. lib. 1. genera. animal. partes similares priores dissimilaribus: ac dissimilares ex similaribus constãt. idemq; c. 4. lib. 2. gener. animal. Ortus similariũ frigore caloréve agitur: cõsistunt cogunturq; alia frigido, alia calido. Per venas igitur & meatulos quosq; alimẽtum resudans, quẽadmodum aqua per crudiusculã sutem, in carnẽ aut carnis proportionale cõuertitur frigore cõsistens: ex quo fit, vt caro ab igne resoluatur. Sed quæ terrena admodum oriuntur, parũ humoris caloriſque adepta, hæc dum refrigescunt, humore cum calore euaporante durã terrenãq; formã capiunt: quãobrem hæc igne molliuntur. nerui & ossa calore interiore cõficiuntur, siccescẽte humore quãobrẽ ossa resolui ab igne nõ possunt: quomodo testa indissolubilis est. Calor autẽ nec ex quolibet carnẽ aut os facit, neq; quolibet modo aut tẽpore, sed ex materia apta, & vt aptè, & cum aptè effici potest. &c. de his verò & antea ex Hip. & ex hoc loco forsan alibi. Sed enim de toto & partibus agit idem lib. 6. topic. cap. 6. sed doctrina ab hoc argumẽto discrepante, quod autem cap. 2. lib. 2. part. animal. omnia corporis membra ex humore alimentũ capessere dixit. & quidem ex sanguine tenuiore aut crassiore, calidiore aut frigidiore; quãdoquidem ex parte verum est, sed de vniuersis partibus enuntiatum, veritate carere quibusdam videri potest, id verò paulo post accuratius ex medicotũ decretis erit distinguendũ stabiliendũque.

Partium dissitio, & similaris ac dissimilaris, qua fit.

Dissimilaris pars vnde dignoscatur.

Similarium partium dissitio, ac differentia.

Similaris pars nõ omnis seruat nomen toti commune.

Similaris pars qua propria.

Partium similarium ac dissimilarium discrimen.

Similarium partium ortus, & nutrimentum qui fiat.

Partes quæ calore aut frigore concrescant.

Similarium generatio qui fiat.

Partes corporis vnde alantur.

An partes solidæ semine alantur & augentur? & an parentum, vel cuiusque suo?

PROBLEMA.

INterim autem sic habeto. Quamuis medici partes solidas semine & ali & augeri, carnosas sanguine asserant: tamen Aristotelem vera dicere videri posse sustinemus: eo quod omne semen in corpore humano adulto, de sanguine in vasis spermaticis atq; parastatis concrescit. sicq; partes ali sanguine poterit Peripateticus aliquis adstruere, primario vel secundario, mediate vel immediate. quãquam medici distinctius enuntiant. quibus tamen illud reponat quis, vtrum nã parentum, an suo cuiusq; semine partes solidas ali dicitis? Atenim infantibus & pueris, quibus nullum actu semẽ generatur, ac si voles, etiã castratis & eunuchis, vnde tanta tandem seminis vbertas, quæ augescentes partes solidas & spermaticas valeat enutrire? Nullũ enim in iis semen actu gignitur, impotentia partiũ genitalium, & ætatis aut eunuchismi ratione. An verò proiectã in vterũ maternũ tantillã ab vtroq; parente seminis copiã, non modo tunicis embryonis cõpingẽdis, sed partibus neruosis & mẽbranosis, & cerebro, & aliis dictis vulgo medicorũ spermaticis primũ cõformandis sufficere credis lõge longéq; mole ingentioribus? sed etiã multã demũ ætatem, iisdem tot ac tantis partibus alendis & augendis putãs sufficere? Nonne credibilius sit, partes illas exangues, albidas, solidas, quas vocãt spermaticas, primum à semine rudimẽtum, aut si voles, primam generationem sortitas, postmodum adolescente & augescente corpore, à sanguine benigno & familiari nutri-

Quod partes solida alãtur sanguine, qui: & semen vnde.

An solida partes alantur semine, & quo tandem.

Quod non proprio cuiusque.

Quibus semen desit.

Quod partes infantũ solida neque gignantur, neque alantur partibus semine.

Vnde partes spermaticæ gignantur primum & alantur, & qua ratione.

cari, eoſque nouo quotidie, atque omni ætate genito (cum ſemen certæ ætatis rationem ſequatur) & à parte nutrienda planè ſibi aſſimilato? Sic enim receptum eſt vtique, partem vnamquamque alendam, vi quadam inſita ſibi à natura, trahere, retinere, coquere, aſſimilare, apponere, agglutinare ſibi ipſi conueniens alimentum, eiuſque ſuperfluas reliquias facultate expultrice alio detrudere. An alimentum prius in ſanguinem, deinde in ſemen demutari oportuit? ſed vbi tandem, aut qua vi conficiẽdum? vbi afferuandum? Anne etiam puellis puſionibúſq; ſemen confici credis? vbi tãdem vidiſti concretum in puerili adaperto ſemen corpuſculo? etiamne lactenti infanti teſticuli vim habent actu ſemen elaborandi, immutãdi, dealbandi, vt ex eo mox ſpermaticæ partes ſimili ſimiles alantur & accreſcant? Fac potentia ita contingere, ſed nondum actu. Ergo futurum ſemen cruentum adhuc & rubrum eſt: & tamen partes nutriẽdæ albicant. Porro quomodo etiam adultis & grandioribus ex tantilla portione elaborati ſeminis, tot & tam diſſitæ partes ali poterunt? quibus illud ductibus, quibus riuulis ad ſingulas qualſque particulas permeabit? an per venas? an per arterias? At ſanguini permixtum largiori ſemen protinus rubeſcet: & iam non ſemen, ſed ſanguis habebitur. Quanto illi veriſimilius opinati ſunt, qui de cerebro, veluti fõte ſupremo ac perenni ſeminales riuulos deduci, & per corpus deduci ac diſtribui tradiderunt; & ſemen ibidem genitum elaboratúmq;, per certos ductus ad renes ac teſtes deuolui? Et tamen abſurda nos illorum commenta conuicimus. Reſtat igitur vt illis noſtris, aut Peripatetici cuiuſdam obiectionibus, Galenus aut Galenicus aliquis vir acutus reſpondeat. hoc enim mihi velut ἐγκαινιστικῶς nunc dictum ſit, atque obiter demonſtratum; Partes ſpermaticas dictas, nec parentum, nec ſuo cuiuſque ſemine proprio ali vel augeri: ideóq; nullo: ſed ſanguine potius ijſdem partibus aſſimilato & agglutinato foueri atque adoleſcere.

Finit Problema.

ENimuero dixi iam ante ab initio, & alias repetiui ex Hipp. 6. epidem. generaliter loquenti, tres eſſe ſummas noſtri corporis partes, quæ ille vocat ἴσχοντα, ἐπεχόμενα, & ὀρεκτικά, continentia, contenta & impetentia: & quidem continentia appellat ſolida: continent enim & coërcent humores. contenta vero, humores nuncupat: continentur enim & coërcẽtur à ſolidis. impetentia autem, ſpiritus: per totum ſiquidem corpus momento temporis expeditè pernagantur. ſed de iſtis alibi: nunc enim aliam partium diſtinctionem quærimus iam ante indicatam, & nunc ex Galeno demõſtrandam, melioris & cultioris medicinæ parẽte. quiquidem ille, quid pars ſit, ita definit lib. 1. meth. ca. 5. quicquid totum complet atque integrat, id totius corporis quod complet, particula ſiue pars nominatur. eſt enim pars ex iis quæ ad aliquid dicuntur: quippe pars, totius integriq; pars dicitur: æque profecto vt totum & integrum, per relationem ad partem & particulas proprias nominatur. & c. 6. Inſtrumẽtum verò appello animalis partem, quæ perfectam edere actionem poſſit: veluti oculus viſionem. oculus enim, & pars animalis, & particula, & inſtrumentum vocatur: cornea verò tunica, & particula quidẽ & pars, nõ autem inſtrumẽtũ, &c. Homoeomeres verò, id eſt, ſimilaris pars eſt, quæ vndique in ſimiles diuiditur particulas: veluti in oculo cryſtallinus, primũ viſionis inſtrumentum. At commen. 3. in lib. de natura hominis ſtatim præfatus ait, ex minimis rebus ſiue magnitudine, ſiue ſpecie, prima efficitur corporũ genitorum ſtructura, quæ Ariſtoteles & nos ſimilaria vocamus. ex his altera naſcitur corporũ figura, quæ inſtrumẽtalia appellamus, vt manus. cõflata enim eſt huiuſcemodi inſtrumentorum natura ex primis & ſimilaribus, quæ Plato etiam σπερμάτων appellare conſuenit. Et initio libri de opt. corp. cõſtitu. Cùm moderata calidi, frigidi, humidi ac ſicci temperatio, partium noſtri corporis ſimilarium ſanitas exiſtat: cõpoſitarum verò, ex ſimilarium ipſarum conformatione, quæ ſitu, magnitudine, figura, & numero cõſtet, &c. Idẽ verò initio lib. 1. de ſanitate tuẽda, Similarium partium ſanitas, calidi, frigidi, humidi & ſicci ſymmetria quædam eſt & conuenientia inter ſe: inſtrumentalium verò, ex ſimilarium ipſarum cõpoſitione, numero, magnitudine figuraq; conſtat. Et paulo poſt, Sanguis ſeménque genitale, generationis noſtræ primordia ſunt: ille, ceu materies quædam apta concinnáque, & opifici ad quiduis ſequax: hoc opificis rationem obtinẽs. Conſtat horũ vtrumq; ex iiſdem genere elemẽtis; humido, ſicco, calido & frigido: aut ſi mauis ab elsẽtia ſumptis nominibus, quàm à qualitate nominaſſe, aqua, terra, igni, & aëre. diſſident tamen hæc inter ſe ipſa temperamenti menſura. Siquidẽ in ſemine plus eſt igneæ ſubſtãtiæ atq; aëreæ: in ſanguine, aqueæ terræq; quanquã præpollet in hoc quoque & calidum frigido, & humidum ſicco, vti pridem demonſtratum eſt. veluti & hoc obſeruatione digniſſimum ex lib. 1. de ſemine c. 11. Omnia quæ carneam ſpeciem præ ſe ferunt, è ſanguine conſtare: quæ membranea ſunt, à ſemine produci. ſed rurſus lib. 1. de vſu part. cap. 8. quandam partium differentiam facit iſtã; Particulæ corporis omnes ſibi inuicem compatiuntur cõſentiuntque, id eſt in famulatum & ſubſidiũ vnius operationis omnes conſpirant. magnæ quidẽ & totius animalis partes, gratia totius animalis actionũ factæ ſunt, ad haſq; reſpondent & conſpirant vniuerſæ: minores autem etiam harum ipſarum particulæ ad totius organi actionẽ referuntur. ſic oculus quaſdam partes habet per quas videmus, quaſdam ſine quibus videre nõ licet, alias gratia videndi melius, alias ad harum omnium ſalutem & conſeruationem. idem ſub finem lib. 1. de ſemine; Omnibus ſolidis animalis membris è ſemine,

Partes quæq; quomodo alatur, & quibus vſa facultatibus.

At nullum ſemẽ in pueris gignitur ergo non proprio.

Quod potẽtiã, nõ actu.

Quod ne in adultis quidem partes ſolidæ alantur ſemine.

Rimi ſeminis à cerebro ad veru.

Quod partes ſolidæ alãtur ſanguine non ſemine.

Partiũ vniuerſalium diuiſio.

Solida quæ: item contimentes & contenta, & impetentes.

Pars quid ſit, & quod referatur ad aliquid: itẽ totum.

Organica pars quæ, & exẽplo.

Pars ſimilaris, quid.

Corporum compoſitio vnde, tum ſimilarium, tum diſſimilarium.

Similarium partium ſanitas in qua item diſſimilarium.

Duo noſtræ generationis principia, qualiter: & eorundem ortus.

Seminis & ſanguinis diſcrimen.

Quæ ſanguine aut ſemine conſtent.

Partiũ ſympathia, & earum actio mutua.

Abſ exẽple.

Solidarum & carnoſarũ partium generatio & nutritio vnde ſit.

quemadmodum carneis omnibus à ſanguine tam generationem, quàm nutritionem eſſe adſtruit. Vnumquodq. enim ea ſubſtantia, qua primum genitum eſt, ali etiam perpetuò conſueuit. quippe cùm nutritio nihil aliud ſit, quã continuò effluentis ſubſtantiæ redintegratio. *Nutritio quid.*

Quæ igitur ex ſanguine à principio conſtiterunt, adhuc vſque renaſci ac gigni poſſunt: non poſſunt ea quibus ſemen generationem præbuit. niſi alicubi vena aliqua, atq; ea quidẽ perrarò. Vegetabile autem principiũ primum omnium habet, quòd non ex ſanguine, ſed è ſemine ipſo arteriam, venam, neruum, os item & mẽbranam fabricatur, dixit ibidem cap. 10. multa & præclara toto illo opere hac de materia commentatus. qui quidem comment. 1. in lib. Hipp. de natu. hum. Omnes partes ex menſtruo ſanguine, non illo quidem ſyncero, ſed duplicis bilis participe & pituitæ, fictas eſſe profitetur, ſect. 18. Idem verò lib. 2. facult. natural. cap. 3. Siquidem os, chartilago, arteria, vena, neruus, adeps, glandula, membrana, medulla, exanguia quidem ſunt, ex ſanguine tamen facta. Et lib. 1. facult. natural. cap. 7. partes ſolidas has recenſet, elementares, ſimplices, & ſimilares pro eodem habitas, venas, arterias, neruos, oſſa, chartilagines, membranas, ligamenta, denique tunicas omnes. Quòd autem partes inſtrumentariæ e ſimilarib. conſtituantur, ex eodem conſtitit tum aliunde, tum è comment. in lib. de natu. hum. & lib. 6. plac. Hipp. & Plat. vbi & hoc rectè notatur, in ſingulis partibus ex ſubſtantiæ proprietate propriam functionem conſequi. Porrò partem corporis inſtrumentariam quamlibet, ex iis quæ in ea particulis continentur, vnam habere quæ ſui ipſius actionis ſit cauſſa; reliquas verò huius gratiâ conſtitutas, libris de vſu part. docet & inculcat, vt iam inſinuaui, & ſæpe alias repetit. Placet verò ad finem locorum Galenicorum, hanc adſcribere ſolutionem ex lib. 1. comment. in lib. Hipp. de natu. hum. particula 27. At verò cùm bifariam ſanguis dicatur, tum hic, quem in ſanguinis miſſione & vulneribus euacuari videmus, vtriuſque bilis & pituitæ participem; tum purus ille & niger aliis humoribus non confuſus; ex ſanguine, priore ſignificato, conformari fœtum fortaſſe verum ſit; ex ſanguine altero non item: nunquam enim ſolus ille in prægnantibus ineſt. Quid autem ſermone (fortaſſe) adiecerim, non eſt obſcurum: in commentariis enim de ſemine, corporis pleraſque partes ex ſemine apertum eſt fieri, cùm ſolæ carnoſæ ex ſanguine fingantur. At quatenus ſeminis parua eſt in vterum deiecta moles, nutrit autem iſtud & amplificat ſanguis; hactenus corporis partes ex ſanguine propè omnes fingi dixeris. pro eo verò quòd ex ſanguine ſemen genitum ſit; qui ex ſanguine fœtum generari dixerit, rem ipſam dicere videbitur. at non ex mero quidem ſanguine & aliorum experte humorum: ſed ex eo qui per excellentiam nomen id eſt ſortitus. habes

Partes carnoſæ renaſci poſſunt, ſpermatica contrà.

Partes ſolidæ vnde genitæ.

Partes omnes à ſanguine menſtruo genitæ, & quali.

Partes exſangues à ſanguine genitæ.

Partes ſimilares, quæ & quot.

Partis cuiuſque actio vnde, & quòd vna ſit in ſingulis organicis.

Sanguis duplex.

Quòd fœtus totus ex ſanguine genitus, & quali.

Partes quæ carne aut ſemine conſtent.

Quòd partes infantis omnes è ſanguine genitæ, qui.

omnem propoſitæ orationis ſententiam, & dubij iam antè poſiti exquiſitam ſolutionem. porrò de ſimilarium corporum differentia ſcriptum à Gal. librum teſtatur lib. 8. plac. Hipp. & Plat. quem fateor me non legiſſe, nec adeo vidiſſe: de quibus deinceps dicere inſtituo. *Solutio dubij, ſeu problematis.*

Hæc igitur ex Galeni multiplici opere mihi decerpere viſum eſt ad partium cõporis humani differentiam notionémq. explicandam, deinceps de ſingulis ſimilarib. partibus, velut ὕστερον πρότερον ὀμωνύμως, vt Tullius ait, diſceptare placet, ſed breuiſſimè, quoad eius fieri poterit, ſatis ſupérque expatiatus in compoſitarum ab iiſdẽ partium cẽſu, ſtructura, dignitate, vſu & actione, & quæcumque eôdem referri poterant. ita vt nunc pauciora reſtent dicenda, quum tractatio hæc tam fuſa tám que multiplex ad exitum feſtinare contendat: adhibita tamen moderatione quadam, vt nequid deeſſe tanto operi, ſed potiùs aliquid ſupereſſe videatur: Qualiter in templis & regiis aut priuatis ædibus multa ſunt, quæ præter vſum neceſſarium & ornamentũ, foris parent extántque, aut intus reconduntur, vel vt ſine aliis adminiculo, vel vt grata quadam nouitate & figura ludicra ridiculáve ſpectatori quaſi arrideant, iocularia potiùs quàm planè vtilia aut neceſſaria habenda. Quò autem velut ob oculos exponam, quibus partibus aut particulis; quáve materia prima aut ſimplici, humani corporis fabrica iſta tam ſingularis conſtet, dicam ordine de ſingulis, ab oſſibus exorſus, velut ſolidiore operis ſtructura fulcróque & mole vaſtiore. Sic enim in œcodomia cernere eſt ſtratam humi materiam ex ædificationi paratam, ligna, lapides, marmora, cæmẽta, ſabulum, calcem, tegulas, & quæcumque operi conſtruendo habentur neceſſaria. Quas ego noſtri huius opificij partes omnes tibi iam inde ab initio propoſuiſſem, atque oculis ſubieciſſem, niſi analogiam elementis inſtituens, de proportione partium noſtri corporis vniuerſalium cum iiſdem ordine mihi dicendum ſtatuiſſem, & totum hoc velut ædificium in triſtega ſeu triplicem contignationem diſtinxiſſem; ac primùm de ſublimioribus & diuinioribus contemplatus eſſent, vt animæ diuinitate & immortalitate ad Dei naturam & imaginem referenda: dein de mediis & elementaribus, igni, ætheri, & aëri cœleſti reſpondentibus: poſtremò de iſtis inferioribus & ignobilioribus elementis terræ & aquæ affinibus. quæ duo poſtrema bonam noſtri partem occupant, & in quibus ideo longè plurima noſtræ huius tam longæ diſſertationis pars adhuc conſumpta eſt. vt iam haud intempeſtiuè licet tractationi huic finem imponere, ſatis alioquin vberi & amplæ. verùm placuit hoc velut auctario corollarióve exornare, & tanquam cumulare: vt potiùs aliqua ſupereſſe, quàm quippiam deeſſe, vti nuper dixi, videretur. Sic enim in lauta & bene inſtructa & locuplete domo aut familia, præter neceſſariam ſupellectilem, pleraque

Propoſitio.

Similitudo.

N. cur ab oſſibus incipiat tractatũ de ſimilarib. A ſimili.

N. cur nunc demum de ſimilaribus agat.

Ordo tractationis vniuerſæ huius.

Duo elementa nobis præcipuè affinia, & cognata.

Similitudo.

redundant: quorum vſus licet rarus, tamen quandoque incurrere poſſit atque obrepere: & quę ſi adſint, non admodum iuuent: eadem ſi tempori deſint, requiri ad deſiderari queant.

DE OSSIBVS.

Vbi primùm in genere de ſimilarium partium natura & ortu.

Cap. II.

Propoſitio. DE ſingulis, vel ſanè præcipuis humani corporis partibus ſimilaribus atque ſimplicibus dicturus, antequàm ſingillatim ſermonem in eam aut partiar, generatim placet de omnibus hunc in modum velut præfari, primùm cum Gal. ex lib. 1. de elementis. Ex primis & ſimpliciſſimis ſenſui elementis, quæ ſimilaria dicuntur, fibra, membrana & carne, adipe, oſſe & chartilagine, & ligamento & neruo & medulla (aliàs cerebro) & aliis omnibus, quorum partes vniuerſæ eandem inuicem retinent formam; factæ verò rurſus hæ ex aliis quibuſdam proximis ipſis elementis, ſanguine, & pituita, & duplici bile, flaua ſcilicet & nigra, quæ ex cibis & potibus generantur, qui rurſus ex aëre & igne & aqua & terra ſunt geniti. hæc rurſus non ex aliis corporibus, ſed ex materia & qualitatibus conſtant. Ac propterea ignis quidem & aquæ & aëris & terræ principia eſſe dicimus, non elementa: hæc autem ipſa aliorum omnium ſunt elementa: ſunt enim particulæ minimæ aliorum omnium primæ ſimpliceſq. Quodquidem igitur ex aëre & igne & aqua & terra omnes herbæ ac plantæ ac fructus omnes habeant generationem, neminem ſana mente præditum puto dubitaturum. ſed neque illud in ambiguo eſt, quòd hæc ſint omnium animalium cibi; neque quòd ex his humores ſint generati, qui ſecundùm naturam in corpore apparent. Ex his humoribus ſingulæ partes ſimilares ſunt generatæ: atque his inuicem iunctis, primum ac ſimplex inſtrumentum efficitur, quod ob vnam operationem à natura eſt generatum. his rurſus in vnum compoſitis, alterum maius inſtrumentum generatur: atque iterum illis inuicem connexis, ſtructura exultat corporis vniuerſi, de quo hactenus ſummatim egimus. Huic autem Galeni loco affinis eſt alter ille locus lib. 8. plac. Hipp. & Plat. Iam verò modum, quo ex elementis corpora conſtituuntur, eundem Hipp. & Plato poſuerunt: non ex terra ſcilicet aqua inſperſa ſoléque excalfacta, cõtinuò generari animalia aſſerẽtes, ſed multis interueniẽtib. mutationib. Ex quatuor ſiquidẽ elementis plantarum ortus & fructuum & ſeminum exiſtit. quę omnia poſtea ouibus, ſuibus, capris, bobus reliquiſque animalibus, quæ vel herbis, vel arborum fructibus, vel ramis, vel radicibus veſcuntur, alimentum præſtant. at hominibus ipſa hæc animalia nutrimento ſunt: ex quibus quidem cibis ſanguis in ipſis gignitur, & pituita, & geminæ biles: ſed ſanguis plurimus, vnde ſolus ex omnibus in venis apparet: alia pauciora creantur. atque hic ſanguis eſt noſtræ generationis quaſi materia: qui ex quatuor quidem humoribus conſtat, à dominio tamen ita appellatur. gignimur quippe ex ipſo, dum in vtero concipimur, primámque formationem adipiſcimur, editique in lucem deinceps formatorum membrorum diſtinctam explicationem, incrementum & perfectionem inde accipimus: ac principio hæc educamur ex ſanguine ortum habenti. deinde iiſdem quib. adulti, cibis veſcimur: vnde rurſus ſanguis & pituita & flaua & atra bilis generatur. Prima corpora, eadem & ſimilaria intelliguntur. Corpora namque quę vna circunſcriptione clauduntur, interdum ſimilaria, eò quòd omnes partes tum ſibi mutuò, tum toti ſimiles habeant; interdum ſimplicia & prima nuncupantur: quippe cùm ea poſtea conſtituant, quæ compoſita & inſtrumenta ſolemus appellare: ex quibus poſtremò totum corpus componitur. Prima igitur noſtra generatio eſt ſanguis, qui ex alimento intra corpus ſumpto efficitur: eſt item ſemen. Sanguinem voco, qui ex dominio hoc nomen ſortitus eſt. quique in venis continetur. Ex his primæ illæ partes exiſtunt, chartilago, os, neruus, membrana, & reliqua ex quibus poſtea oculus, linguæ, caput, viſcera, crura & brachia gignuntur: vnde totum demum corpus conſtituitur. &c. Iam verò de iſtarum ſimilarium partium temperamento ſic idem Gal. breuiter & enucleatè tranſigit ſub finem lib. 1. de temperam. Quinetiam cutis, non ſolùm omnium hominis partium, ſed etiam vniuerſæ, quę generationi corruptionique ſubiicitur, ſubſtantiæ media eſt, & in duritie ac mollitie, item calore & frigore ſimiliter ſe habet, vt pridem oſtendi. Cæterùm neruus omnis exanguis eſt & frigidus. caro multi ſanguinis, & calida. media inter vtrumq. eſt cutis. vbi mox de 4. humoribus, de quibus nuper. ſiccisſimum ac frigidiſſimum, eſt pilus. minùs eo & frigidum & ſiccum eſt os. hoc verò minùs ſiccum eſt chartilago. proximè hanc ſequitur ligamentum: poſt hoc, tendo: deinceps membrana, & arteria, & vena, ipſa ſcilicet corpora vaſorum. ſuccedunt deinde nerui duri: molles autem nerui in humiditate & ſiccitate mediam naturam, ſicuti cutis, obtinent. reliqua illa tantò ſunt cute frigidiora, quantò minus habent ſanguinis: ideo tunicæ omnes frigidæ ſunt naturâ: contactu tamen ſanguinis caleſiunt, atque ad medium temperamenti ſtatũ veniunt. caro humidior cute, eadem tamen calidior eſt. ſpinalis autem medulla cute eſt humidior, atq; etiam frigidior. ſicuti hæc rurſus humidius eſt cerebrum: cerebro autem ipſo, adeps. de quo mox: nam de viſceribus, quę ſingula ibidem percurrit Galenus, nos quidẽ fuſiſſimè ſuis pridẽ locis.

Similares partes quæ, & quot, & vnde genitæ, & quibus gradibus.

Elementorũ origo.

Plantarum ortus vnde.

Partes ſimilares ex humoribus qui generantur.

Partes organicæ qui fiãt & ex his corpus integretur.

Corpora ex elemẽtis qui fiãt, & quib. gradibus.

Sanguis & humores in homine qui generentur, & vnde.

Sanguis materia generationis principium, & nutrimenti, quomodo.

Similares partes, quæ, & earum ſynonyma.

Corporis compoſitio vnde.

Duæ noſtræ generationis principia, quæ.

Corporis & partium compoſitio vnde ſit.

Partium ſimilarium temperamẽtũ, vt cutis, nervi, carnis, pili, oſſis, chartilaginis, ligamẽti, tendinis, membranæ, venæ & arteriæ, adipis, medullæ ſpinalis, cerebri.

Tunicæ omnes frig.

Dissimilares partes è similaribus, & similares ex elementis.

Aristoteles cap.12. lib. 4. meteor. E similaribus ipsa dissimilariũ partium natura constat. ex elementis partes formantur similares: ex quibus, vt ex materia, vniuersa naturæ opera componuntur. & certe similares omnes ex terra & aqua, vt ex materia, constant: & quæuis illarum, ratione & forma id plane est quod

Similares partes quomodo à calore & frigore concrescant.

est. atque hæc ipsa res in dissimilaribus magis declaratur. Has igitur partes tum calore, tum frigore & illorum motionibus fieri contingit, quando calore & frigore durescant & cogantur. partes intelligo similares, vt carnem, ossa, pilos, neruos, & quæ eiusmodi generis sint. &c. idem rursum artificiosius cap. 4. lib. 2. genera. animal. Ortus similarium frigore caloréve agitur: consistunt coguntúrque alia frigido, alia calido. &c. locum nuper produxi longiorem. sed quæ ibidẽ sequuntur, hunc in locum distuli. Partium vnaquæq. ex alimento gignitur. nobilissima quæque & potissimi principij

Partes quali alimento concrescant.

particeps ex concocto synceriſſimo primoq. alimento. reliquæ necessariæ ac illarum gratiâ instituendæ, ex deteriore & reliquiis excrementisque. Perinde enim natura atque paterfamilias prudens nihil amittere solet, ex quo facere aliquid commodi possit. dispensatur autem in cura rei familiaris ita, vt cibus optimus detur liberis, deterior seruis, vilissimus

A simili.

sociis animalibus. Vt igitur incremento iam addito mens aduena facit hæc: sic in ortu ipso natura ex materia synceriſſima carnem, cæterorum tensoriorum corpora conficit: in excrementis ossa, neruos, pilos, vngues, vngulas, & reliqua generis eiusdem constituit. quamobrem hæc vltima efficiuntur, cùm iam suppetit excrementum naturæ. Ossa igitur in prima partium constitutione gignuntur ex seminali excremento: cúmq. animal augetur, hæc incrementum ex alimento capiunt naturali, quo partes principales augentur. eius tamen ipsius alimenti sunt & reliquiæ & excrementa. Nerui etiam eo modo quo ossa instituuntur, & ex eodem seminali excremento & nutritiuo. sed vngues, pili, & ſmilia ex cibo gignuntur aduentitio. Quamobrem ossa quodamtenus capiunt incrementum: omnibus enim animalibus exitus magnitudinis est. itaque ossa quoque certo augendi termino describuntur: nam si hæc semper augerentur, animalia quoque in quibus os aut ossis proportionale est, augerentur quandiu viuerent. magnitudinis animalium meta & terminus his describitur, vti mox patebit. eadem cum corpore & membris decrescunt.

Formatrix nostri est mẽs aduena. N. de hac iampridem.

Quæ constent ex excrementis.

Ossium generatio & alimentum, vnde: item neruorum.

Ossa quãdiu augescant.

Sed Hippocratem quo piaculo taceam? sic enim vniuersaliter ille lib. de carnib. philosophatur; Videtur sane mihi id quod calidum vocamus, immortale esse & cuncta intelligere & videre & audire & scire omnia tum præsentia, tum futura. Temporis progressu terra à calido arefacta, & per multum tempus calescens, celerrime exusta in ossa mutata est. Quæ verò glutinosiora fuerunt, & frigiditate participarunt, ea calefacta exuri non potue-

Calidi diuinitas, & effata.

Ossium generatio qui fiat, item neruorũ, & venarũ, & mẽbranarũ.

A runt, neque verò liquida fieri: propterea speciem alieniorem ab aliis acceperunt, & nerui solidi facti sunt: neque enim multùm frigiditatis ipsis inerat. Verùm venæ frigiditatis multùm habebant: atque eius frigidi quantum circum circà glutinosissimũ erat, à calido exaſſatum, membrana euasit. frigidum verò quod erat, à calido superatum, dissolutum est, & ob id liquidẽ factum. Iuxta eandem autem rationem etiam fauces & stomachus siue gula & venter & intestina in podicem vsque caua facta sunt. & quæ plura consequuntur alibi à me suis locis speciatim inserta.

Canales in corpore qui fiant.

B

DE OSSIBVS

ATque hæc mihi semel dicta sint vniuersaliter, vt deinceps ad singula deuoluar. De ossibus autem iam antè cùm de terra analogiam ingrederer, multa ex Hipp. Platone, Arist. Galeno & aliis percurri: quæ ne eadem nunc repetam; pauca summatim delibabo, eôdem si cupis, te remissurus, vnde plura si aues, haurire queas: nisi si nonnulla fortè series orationis repetere coget. Quemadmodum igitur in ædificiis rectæ trabes passim dispositæ, & obliquis vel transuersis fulciendis suppositæ, totũ opus affabrefactũ sustentant, néve

Similitudo.

C cæmenta & lapides & materies reliqua aggesta corruat, efficiunt. sic in humano corpore (vt idem de cæteris animantibus per analogiam intelligas, tum de ossibus, tum de reliquis similaribus partibus, quas in solo nunc homine contemplamur) ossa solida alia recta, alia obliqua, alia transuersa, totam molem & compagem corporis (ἁρμονίαν post Hipp. appellaui) fulciunt atque stabiliunt, & hanc figuram atque decentiam mẽbrorum, artuum, partium denique omnium aptam inter se & connexam effingunt. quibus liquatis & contusis, vel imaginatione quadã sublatis, omnes

Ossium vsus.

corporis partes collabi, fatiscere, deprimi, comprimi, cogi, confundi necesse sit. Quomodo repentina ruina collabascere & collabi conglobariq. turrim aut ædificium cernimus, euersis ligneis trabibus & statuminibus atque fulcimentis. Hic vsus, hæc actio vniuersalis ossium est; quorum de particulari structura vsúque, vbi res postulare videbatur, antea suo loco in analogia terræ dictum à me commemini. Quinetiam & hoc iam inde circa operis initia constitit, ossibus suam materiem substantiámq. ex crassiore parte terrestri extitisse: & Arist. cap. 2. lib. 3. part. animal. Os

Ossia quãdiu sit necessitas. A simili.

Ossium compages, vnde. A simili.

E omne, & quidquid ossis speciem gerit, terrenum est. quomodo (inquam ego) in terræ almæ visceribus de crassamento illo duriore lapides vi caloris insiti concrescunt atque indurantur. vnde sunt rupes & scopuli & immania saxa & omne lapidum genus maiorum minorúmque. Nisi quòd ex minimis & pretiosis lapillis quosdam ex humore concreuisse à frigore cogente nouimus, atque ita aditruentibus philosophis assentimur. Sic enim Hipp. 6. epidem. Post mictum concretio pueris magis: num quoniam calidiores?

Lapidum generatio qui fiat, itemque lapillorum.

Calculi generatio qui fiat, præsertim in pueris

Digitized by Google

vbi Gal. comment. 3. textu 15. Veritas autem est, calculos pueris in vesica ob vrinæ crassitudinem procreari. crassas enim ab iis vrinas excerni & euidenter apparet, & rerum testimonio declaratur. Huiusmodi namque crassitudo multa collecta, & in vnum coëns, cùm semel aliquando non apto tempore excreta, intus diutiùs remanserit, coagmentandi concrescendique initium capit. eo verò principio facto, facilè quicquid iterum crassi in vesicam delabitur, priori agglutinatur, maiórque inde tophosus calculus redditur. quemadmodum extrà & in calidis aquis sponte nascentibus, & in vasis vbi calefit aqua, quotidie lapis coalescere cernitur. Igitur vrinarum crassitudo, creandorum calculorum prima potissimáque causa est: caliditas verò etiam mediocris ad huiusmodi materiam spissandam satis est. Nempe & in sponte calidis aquis etsi mediocribus tepidiores sint, tophi concrescentes apparent. &c. qualiter idem de calculorum & lapidum per analogiam generatione tradit libris de aliment. facult. 1. & 3. & alibi. Aristoteles autem lib. 4. meteor. cap. 6. Quæcumque à calore vel frigore obstricta sunt, contrariis à causis dissoluuntur. Calore enim sicco obstricta & densata, ab aqua dissoluuntur, quæ planè humida & frigida est. contrà frigore obstricta, ab igni qui calidus est, dissiciuntur & soluuntur. Quæ igitur aqua constant, ab igni dissipantur, non densantur. siquidem fieri non potest, vt idem per eandem facultatem eidem rerum contrariarum assignetur causa. imò densantur, quòd calor faciat. propterea nemini dubium est, quin per illius aduentum dissoluantur. Ergo densantur agente frigore, atque ita non crassescunt, quæ ex aqua coguntur. crassitudo enim coalescit per humorem facessentem, ac per siccitatẽ in iisdem ipsis coactam. Quæ igitur tum ex aqua, tum ex terra componuntur, quæque plus terræ adepta sunt, hæc quidem ob caloris egressum congelata calore, qui eadem ipsa repetiit, liquescunt: vt cœno euenire solet, cùm obduruit. Quæ etiam ob frigus, calore ex illis humorem per vapores exprimente congelantur & densantur, omnia hæc indissolubilia consistunt, nisi calor adhibeatur, qui admodùm excedat: quanquam emolliuntur, vt ferrum & cornu. Quæ sicco à calore densantur, alia omnino indissolubilia constant, alia per humorem dissolubilia. vas quidem fictile, & nonnulla lapidum genera, quæ per terram igni combustam producuntur, indissolubilia habentur. Itaque si alterum densauit, alterum dissolutionem afferet: quoniam hoc maximè modo contraria causæ rerum contrariarum sunt. Et certè (subiungit cap. 7.) illa tantummodò ignis opera crassescunt, quæ maiorem aquæ vim habent, quàm terræ: coëunt quæcumq. ad terram referuntur. Si enim magis ad aquam refertur, quàm ad terram, à frigore vt glacies, coire deberet: sin ad terram, à calore id præstandum esset, quemadmodum figulino in vase fieri solet. Quæ igitur frigoris opera non crassescunt, sed gelantur, ad aquam potiùs referuntur: contrà quæ per ignem, vaporem non mittentia, crassescunt, partim ad terram, partim ad aquam & aërem communiter pertinent. Lapides quoque nonnulli ex coactis humoribus producuntur. Itaque si res coëant, & frigore ac siccitate indurentur, necessariò calore atque humore dissoluuntur. propterea igni & aqua id fiat necesse est: hæc enim contraria sunt. aqua dissoluuntur, quæ igni solùm concrescunt: igni dissoluuntur, quæ aqua tantummodò stringuntur: vt ea potissimùm indissolubilia consistant, quibus contigit vtraque ab re congelari. Ex his planè intelligitur, corpora è calore & frigore coalescere, concludit idem & demonstrat sequenti cap. 8. & deinceps subdit, His planè differunt os, caro, neruus, lignum, cortex, & quoduis aliud corpus & similare & naturale. Corporum quæ concrescunt & indurantur, alia à calore ita afficiuntur, alia à frigore: à calore (inquam) humorem indurante: à frigore calorem exprimente: vt quibusdam per humoris defectum, quibusdam per caloris, id vsueniat. quæ aqua constant, iis caloris defectu: quæ terra, iis humoris id accidere solet. &c. idem sect. 23. problem. 30. Quapropter quibusdam ex iis qui à disciplina Heraclitj sunt, placet vt dulci ex aqua siccata concretáque, lapides terráque creentur. & mox sect. 24. problem. 11. Cur aquis calidis potiùs quàm frigidis lapides concrescant atq; coagmententur? Vtrùm quòd lapis defectu humoris consistit, caloréque potiùs quàm frigore humor deficit & lapidescit calore? vt etiam Empedocles, Lapides (inquit) & saxa feruentium aquarum opera conficit. An non solùm calor elapidat, sed frigus etiam humorẽ nimio gelu absumendo indurat, facitque lapidem? hæc ego ex Arist. collegi ob affinitatẽ argumenti. censeo Georg. Agricolam & Encelium legat, cui ista cordi sunt, de metallis & lapidibsu, lapillisq. differẽtes, & Matthiolũ in 5. lib. pioscoridis præfantem, cui Arist. Theophrasti, Plinij sententia improbatur, Auicennas vix arridet, dum suo iudicio meliora indagat. non tamen inepte isti quidem, quantum iudico, de re ista sunt opinati, si vacaret eorum patrocinium in præsens suscipere. breuiter autem sic Theophrastus suo Aristoteli subscribit; Eorum quæ in terra consistunt, alia aquea sunt, alia verò terrena. aquea quidem sunt metalla, nempe aurum, argentum & reliqua: terrena verò, lapis & lapidum species pretiosæ. quibus ego ossa lapidosa quodammodo accensere posse videor, ad quorum deinceps historiam regredior, ad Deucalionis & Pyrrhæ fabulam te remissurus, de qua iam circa operis initia, & cætera indidem pleraque recognoscenda.

Lapidum cœcretio qui fiat, & vbi.

Calor & frigus quomodo cõsciant, & differẽtia figuáque.

Causa contrariorum contraria diuersáque.

Caloris & frigoris vis in aquam & terrã ad condensandã.

Calor & frigus quomodo mutua opera dissoluant.

Non calor aquea, frigus nec cogit terrea, sed contrà.

Lapidum generatio qui fiat.

Ignis & aqua quomodo mutua dissoluant opera.

Calor & frigus condensant, qualiter.

Aquea à frigore, terrea concrescunt à calore & siccitate.

Lapides qui concrescant.

Cur lapides aquis calidis magis cogãtur.

Lapis à quo generetur.

Duo lapidũ & metallorũ principia.

Ossium generatio qui fiat, & ad vsum accommoda.

In humano igitur corpore aggestam secretâmque molem osseam ac terrosam seu terream formatrix facultas, velut opifex aliquis industrius, elaboratam ac perpolitam pro sua cuiusque partis natura fabrefecit ac dedolauit: siue totam solidam vsus requirebat, siue intus concauam, ad pondus partis alleuandum: & media & extrema rotundans, aut in capitula agglomerans, vel in mucrones & corona exacuens, aut in glenen vel cotylen excauans, prout vsus & partis actio postulabat. vt innumeras ossium differentes species ac figuras prætermittam à forma, magnitudine, numero, situ aut aliunde petitas, vt adnatis, apophysibus, epiphysibus, capitulis, cauitatibus, soliditate, & aliis, quæ diligentes anatomici obseruant. Vt autem inclusus in terræ visceribus calor saxeam illam duritiem retorruit (quosdam enim lapillos de humore concretos gelu cõpingente dicimus) sic vel adeo iustiore de causa, cùm terræ elementum crassum frigidúmque sit, insitus nostris corporibus calor natiuus, terrenam illam partẽ & ossea velut fornace excoctam solidauit. sicque ossa suam formam ex tali subiecta materia, naturali calore, agente & cogente, & facultate formatrice elaborante, sunt consecuta.

Ossium differentiæ vnde.

Ossa qui cõpingãtur. A simili.

Ossa vnde dicta, item ὀστᾶ.

Nominis ratio vnde sit, quærẽti respondeo mihi videri ossa Latine ex Graia appellatione deflexa: ὀστᾶ enim Graij vocant, παρὰ τὸ ἑστάναι τὸ ἱστάναι, à stando firmandóque, quòd sint stationis seu στάσεως caussæ. Iodidem est appellatio tunicæ ossa proxime vestientis, quæ περιόστιον ὑμὴν dicitur, eò quòd ossa singula circundet ac vestiat, sensu prædita acerrimo, vt ij experiuntur, quibus lues venerea intimas exest medullas, & quibus ossa in tophos concrescunt, diris cruciatibus diu noctúque exagitati. à quoquidem periostio adest ossibus sensus, simodò aliquis inest. Habet verò hæc tunica in nonnullis partibus specialem denominationem, vt passim insinuaui, ac de periostio alibi dixi. quæquidem periostios membrana à tendinibus & ligamentis exorta potest videri, nisi de pericranio mauis, quam nonnulli mẽbranarum vel omnium, vel præcipuarum velut matrem haud abs re existimant. Ego verò tum huius, tum reliquarum omnium membranarum matrem veram ac genuinam eam esse duco & adstruo, quæ crassa meninx nominatur, vulgo dura mater; aut simul cum socia, quæ pia mater dicitur: cùm pericranios ex illa produci manifestè deprehendatur, vt forsan posthac demonstrabitur. Tu verò mihi fac reuoluas ex superioribus quæcumque protulimus ab Hipp. de ossium natura libello, ex Platonis Timæo, ex Arist. lib. de partibus animal. & lib. de genera. animal. & Gal. de anato. administra. & lib. de ossibus, & aliis ibidem designatis tum locis, tum authoribus. interim verò de singulis pauca sic habeto.

Periostij origo vnde fit.

Mẽbranarũ mater omnium est meninx.

Hipp. lib. de natura ossium, Ossa corpori stabilitatem & rectitudinem & speciem exhibent. quem imitatus dixit Aristoteles cap. 8. lib. 2. part. animal. Natura ossium adhibita est, vt sua duritie rem mollem seruarent in iis quæ ossa habent. idẽ Hipp. lib. de natura pueri, Postquàm iam articulatus fuerit puer, speciebus membrorum ipsius augescentibus, tunc & ossa duriora fiunt & cauantur, atque hæc à spiritu fiunt. caua autem existentia trahunt ad sese à carnibus quod in sanguine est pinguissimum, & progressu temporis ramificantur rursus extremitates ossium; quemadmodum arboris extremitates postremùm ramos spargunt; sic & in puero digiti manuum ac pedum inter se diuaricantur. & mox ibidem, Ea ossa durescunt à calore conglutinata: & sanè ramificantur velut arbor &c.

Ossium vsus.

Ossa à quo formentur, & vnde in his medulla.

Ossium ramificatio. A simili.

Plato in Timæo ossa ex terra componit aquæ permixta & igne torrefacta, vt ibidem ostendi: & à medulla generationem horum repetit. quem sic videtur Arist. interpretari lib. 2. part. animal. cap. 9. Principium ossium spina dorsi vocatur: hinc enim cætera ossa oriuntur & continuantur. quod repetit lib. de spiritu, vbi & hoc addit; De natura ossium consideratio est instituenda, an triplicis functionis caussa sic extiterint, & alia ad motum, alia ad fulciendum, alia vt contegant capiántque: & an quartum quoque inter hæc genus sit, quod tanquam principium motus sit, velut poli. quod deinceps exemplis quatuor generum declarat. similiter cap. 7. lib. 3. histor. animal. Ossa alia ab aliis nexa, & omnia inter se apta vnam continuant senem, nec est vllum os quod seorsum ipsum per se maneat. initium verò in omnibus quę ossibus constant, spina est. &c. idem sequenti cap. 13. Ambit singula tum ossa, tum etiam viscera, membrana tam in maiore, quàm in minore animalium genere. Præcisa membrana ipsa syncera non coit. & ossa suis dispoliata membranis siderantur. quod antè sic Hipp. extulerat aph. 19. lib. 7. In ossis exutione erysipelas malum. quod tamen rarum est, ait ibidem Gal. Hunc autem Græci περιόστιον ὑμένα vocant, ὅτι περὶ ὀστᾶ περίκειται, quia ossa ambit, vt alias dixi. sic enim author finitionũ medicinal. Periostea membranæ, sunt inuolucra tenuia, fibrosa, velut indumenta ossium à natura conditæ. sed de periostio nunc satis. Plinius lib. 11. cap. 37. de ossibus pauca & leuia quædam insperšit, de quibus forsan mox vbi de chartilagine. Galenus autem post Hipp. Platonem & Arist. ita scribit comment. 1. in 6. epidem. textu 3. Ossa ex capite ortum habent, cum quo simul augescunt & roborantur. idem initio lib. de ossibus. Sunt autem ossa ex animantis partibus durissima & aridissima maximéque terrestria. hæc tanquam fundamenta quædam ad vniuersam corporis substantiam sustẽ-

Ossium vsus multiplex.

Ossium connexio ad actionem.

Periostios tunica quid, & qualis.

Periostios vnde dicatur, & quid sit.

Ossium origo vnde sit, & eorum natura, vsusque & temperamentum.

Digitized by Google

tandam ſubiiciuntur; in iiſque omnia adnaſcuntur ſtabiliuntúrque. cætera perlege ſi voles. idem lib. 1. de temperam. oſſa duriſſima, ſicciſſima, frigidiſſima, ſenſus & neruorum expertia aſſerit. vnde quidam an dentes inter oſſa numerari debeant, ambigunt. alij breuiſſimum quendam ſenſum oſſibus à perioſtio credunt accedere. idem Gal. lib. 3. de ſemine cap. 10. Atque ad multa quidem fabricanda, lenta ac tenaci ſeminis parte vſa eſt natura: reliqua craſſiore ac terreſtri minúſq. ad diſtrahendum idonea in oſsium ſede depoſuit. vſum autem oſsium in genere & ſummatim cap. 18. lib. 11. vſus part. ita exponit; Aut enim motus gratiâ, aut perſpiratus, aut tranſitus cuiuſdam, aut partium diſcriminis, aut ſecuritatis, ac patiendi difficultatis ipſorum conſtructio extitit. quod mox ſubiectis docet exemplis, ad imitationem iam ex Ariſt. propoſitam. oſſa verò ali medulla iam alibi docuimus: ſed non ita multò pòſt, cap. de medulla, eandem quæſtionem ſpeciatim agitabo, vbi & ex Gal. loco inſignes quoſdam haud pigebit appingere. extat porrò inter huius opera liber de anatomia viuorum inſcriptus, cuius cap. 29. & 30. ita habent. primùm de partibus ſimilaribus ita præfatur. Omnis operatio ab anima procedens, vt melius in actum procedat, in corporibus noſtris perficitur. Inſtrumentorum autem corporalium alia ſunt ſimplicia, alia compoſita. ſimplicia ſunt, quorum quamcumque partem ſumpſeris, ſenſibilem communitatem habet cum corpore & definitionem. compoſita verò ſunt illa quæ non. Inter ſimplicia primum eſt os, quod eſt fundamentum totius corporis, & rectio & ſuſtentamentum motus & ſenſus. Quædam oſſa ſpecialia habent iuuamenta. quoddam enim propter fundamentum eſt: quædam vt ſint ſuſtentamentum ſenſus & motus: quoddam ad tuendum: quoddam ad replendum. &c. de cæteris ſimilaribus ex hoc libro deinceps ſuis priuatim locis proferentur capita. cætera verò quæ ad hiſtoriam oſſium pertinent, tum generalia, tum particularia, tibi ſunt ex antegreſſis repetenda, ne mihi in *πωπολογίαν* odioſam vitioſámque neceſſe ſit incurrere.

An oſſa ſenſu careant.

Oſſium materies & fabrica.

Oſſium vſus multiplex.

Inter recentiores Fernelius de oſſium vſu vt breuiter, ſic eleganter ratiocinatur cap. 2. lib. 1. phiſiolog. Cùm minimè tutum eſſet, nec decorum, vermiculorum ſerpentiotiúmque more repere hominem tot rerum principem, firmis oſſibus illi natura corpus erexit atque ſtabiliuit: vt tanquam propugnacula eſſent aduerſus omnes impetus, & ſtabilimen atque robur corpori ſuſtinendo, haud ſecùs atque baſis & columna ædibus ſubiecta. Cæterum non in animante (nec enim commodum atque vtile fuerat) os vnicum, idque ſolidum poſitum eſt: ſed quò in omnem partem flecti mouerique poſſet, ex variis diſcretiſq. compactum. Vt elegantiore artificio naturæ hoc opus conſtaret, iccirco articulis ita iuncta & continuata ſunt oſſa, vt cuiuſque extremitas alterius ſinum & capacitatem ſubeat. ea ſtructura Græcis eſt *ἁρθρωσις*: oſſium extrema ſic aptè compoſita, articulos appellamus. & ſequenti cap. 3. Omnium oſſium ſedes & origo, ſpina eſt, quam veteres carinæ in nauigio primùm iactæ comparârunt: cui ceu fundamento latera, prora, puppis innixa cohærent. vbi mox de vertebris & reliquis oſſibus ſpecialibus, de quibus nos pridem ſuis locis egimus, quantum huic ſermoni competere videbatur; quoniam fuſa & exacta iſtorum tractatio ad anatomiam pertinet huius tractationis alienam.

Partiũ corporis diſtinctio, & proprietas.

Os quid ſit.

Oſſium vſus.

Oſſium vſus & neceſſitas. A ſimili.

Oſſa cur plura vno, & eorum articulatio.

Oſſium origo vnde. A ſimili.

DE CHARTILAGINE.

CAPVT III.

POſt oſſium explicatam breuiter hiſtoriam, de chartilagine ſubiungam dicturus, ob vtriuſque affinitatem in generatione, vſu, natura, temperamento. de quo ſic Ariſt. cap. 8. lib. 9. hiſtor. animal. Chartilago differt ab oſſe, pluris minoriſque ratione, cùm alias natura eadem qua oſſa, conſtet, & quemadmodum os præciſum nunquam recreſcit, ita & chartilago rupta nunquam reparatur. quod idem repetit ſuo ferè more cap. 49. lib. 2. genera. animal. Natura verò eadem oſſis & chartilaginis eſt, quanquam pluris minoriſq. ratione intereſt. quapropter neutrum præciſum recreſcere poteſt. Ex quo loco admoneor etiam conſequente & ſic enuntiante; Proximas oſſibus eſſe partes oſtendit tactus etiam illas, vngues, vngulas tum ſolidas, tum biſulcas, cornua, roſtra auium: quæ omnia præſidij gratiâ adiuncta ſunt animalibus. Dentes etiam in hoc eodem genere collocandi ſunt. &c. ex hoc (inquam) Ariſt. loco admoneor vt dicam tùm de dentibus planè oſſeis, tum de vnguibus atque pilis à me tractatum fuiſſe antehac ſuis quidem locis in analogia terræ: vt rurſus de iiſdē mihi dicere ſuperuacaneum ſit, & cuiuis promptum ſit ad ſuperiora recurrere, eundem librum præ manib. habenti. de cornibus autem, pennis & vngulis vt ab hominum genere alienis, dicere prorſus alienum duco ab inſtituto, ob eam quam ſæpe dixi cauſſam; quòd de ſolo mihi homine nunc contemplatio ſit inſtituta. itaque ad chartilaginem regredior.

Chartilaginis & oſſis affinitas, ac diſcrimen.

Os & chartilago non reparantur.

Oſſium partes affines ſunt.

Tranſitio.

Chartilaginem Latini mihi denominaſſe videntur, quòd candore & tenuitate & læuore politiſſimo cum charta hac libraria cõtendat: & quòd olim deficientib. chartis ac mẽbranis, ſicuti libris arborum, ſic chartilaginib. atque oſsib. animalium ſcribendo vterentur, vti memini de quodam philoſopho apud Laërtium lib. 7. legere. Aiunt enim Cleanthem, quę à Zenone audierat, teſtæ boúmque oſsibus inſcribere ſolitum, cùm pecuniis careret, quib. chartas

Chartilago vnde dicatur.

Mos ſcribẽdi apud priſcos, & materia.

Hiſtoria.

Digitized by Google

chartas emere posset. Nisi à Græco nomine χόνδρου vtrumq. deflexum mauis, leui tamen vocũ ex primis litteris affinitate: cùm alioqui vox χόνδρου apud Græcos quidem multa significet. sed vndecumq. nominis sit origo, de re dicamus, & quidem breui isto sermone. Chartilago igitur ossiũ albedinis ac duritiei æmula, tenerior tamen, sed lenta & frangi contumax, ex eadem materia spermatica, crassa, viscosa, tenaci, glutinosa, terrea, vi caloris insiti recocta induruit, certis partib. componendis apta & commoda, quæquidem occursu corporum durorum frangi aut cõtundi periclitabantur, vti denarium & aurium fibris atq; helice tota, & conuoluta concameratáq. earum testudine atque capacitate suo antea loco dictum est. Neque enim chartilago tam facilè frangi aut comminui potest, vt quę sunt dura solidáq. & friabilia: neque incidi aut contundi, perinde vt quæ mollia & carnosa sunt. ideo mediam quandam naturam inter os & carnem sortita. vt tamen certum sit, puerorum ossa chartilaginis naturam æmulari: sicuti senum chartilagines quodãmodo ossescere. Eadem chartilago extremitatibus ossium muniendis atque inuoluendis conuenientissima fit, vt motus articulorum facilior & expeditior ob compagis lubricam cõpaginem redderetur: néve ossium extrema sine medio commissa & composita, mutuo attritu frangerentur collidérentúrque, vel breuissimo adeo motu repentinam lassitudinẽ parerent. Hinc vtique Hipp. lib. de locis in homine, Mucus (ait) omnibus à natura est: & quum hic purus fuerit, articuli sani sunt, & bene moueri possunt, vtpote lubrici inter se ipsos. labor autem & dolor fit, vbi à carne humiditas fluxerit vitiosa. quod subinde repetit & demonstrat Gal. de lassitudine scribens. His igitur vsibus destinata videtur à natura chartilaginum substantia, atque hæc compositionis earum ratio fuisse: nisi siquid nostri maiores viderunt aut obseruarunt amplius.

Ariστoteles cap. 9. lib. 2. part. animal. Natura eadem ossis & chartilaginis est: quanquam pluris minorisque ratione interest, vti nuper protuli. idem de vsu chartilaginis sic breuiter enuntiat ibidem, Chartilaginosæ partes inseruntur flexuris ossium, velut lectisternium, ne attritu muruo lædantur. idem sect. 33. probl. 18. Chartilago, nonnisi os est.

Plinio post Arist. lib. 11. cap. 37. Omnium auriculę ac nares, quæ modicũ eminent, flexili mollitia, naturæ prouidentia, ne frangeretur. Chartilago rupta non solidescit. nec præcisa ossa recrescunt, præterquã veterinis ab vngula ad suffraginem. hæc ille coniunctim de vtrisq.

Galenus vnus omnium plurima de chartilagine scripsit, tum vsum, tum naturam contemplatus: quẽ recentiores omnes passim sequuntur. sic autem lib. finit. medicinal. Chartilago, imago est ossis, sensus expers. lib. autem 1. & 2. de temperam. chartilaginem siccam profitetur & frigidam, sed osse minùs. idem initio lib. 7. de vsu part. Est sanè particula quædam simplex in animalis corpore, quæ aliarum quidem omnium est durissima, solo autem osse est mollior, cui nomen omnes propemodùm medici imposuerunt χόνδρου, id est chartilaginem. & ibidem lib. 1. cap. 11. Quæ verò non vt arma essent, factæ sunt omnino, sed simpliciter particulæ corporis, exeri & prominere debebant, veluti aures, nares, cubiti tuber, genua, molliorem substantiam habuerunt, vt magis cedentes, magis ea exoluant, quæ foris incidunt. ibidem lib. 11. cap. 12. Nudæ ac eminentes partes, quæque externis iniuriis sunt expositæ, ex ea sunt substantia, quæ neque contundi, neque frangi facile queat. vbi exempla aurium nariúmque subiicit. & paulò pòst cap. 18. Natura quum vniri inter se contraria posse desperaret, amicitiam partibus inter se quandam ac consuetudinem innoxiam ex insertionis modo est machinata, chartilaginem instar glutinis cuiusdam artubus vtrinque adlinens; cauernulas quidem ossis laxi, quę sunt in finibus, refarciens, asperitates verò læuigans. quæ chartilago duro extrinsecùs circunfusa, adeo validè sui ipsius interuentu ossa inter se colligault ac coniunxit, vt nisi quis ea coxerit, aut siccauerit, compositionem deprehendere nequeat &c. rursum ibidem lib. 12. cap. 2. vbi de articulatione agit, quæ fit duobus ossibus per musculos & ligamenta connexis, sic ait; Nam cùm tria sint corpora hæc simplicia, chartilago, ligamentum ac neruus, cúmque chartilago sit durior, neruus autem mollior, medium inter vtrumque est ligamentum. Chartilago subungit quodammodo articulos, cúmque ipsis præstat vsum. vbi & de nerui ac ligamenti vsu deinceps, sed omnium optimè ibidem initio lib. 16. Ossium potrò substantia multis quidẽ locis velut stabilimentum ac sedes aliis partib. est subiecta: alibi etiam passim velut propugnaculũ quoddam ac murus: hæ enim duæ sunt ossium vtilitates. Chartilagines verò ipsorũ partes quasdam, quò læues sint ac politæ, subungunt, vt in articulis. vtitur autem & ipsis natura nonnunquã ceu corporib. mediocriter cedentib. Ob eas certe causas superuacaneũ erat ossib. ac chartilaginibus sensum vllum aut motum voluntarium tribuere. Cæterùm extat aph. 9. lib. 6. Cùm discissum fuerit os, aut chartilago, aut neruus, aut buccæ tenuis particula, aut præputium, neque augetur, neque coalescit. Eq̃ Arist. & Celsus & Plinius & alij sequuntur atque approbant. Galenus autem ossa callo ferruminari contendit: coalescere autẽ negat, vel concrescere, vel deniq. regenerari: quippe cùm à semine habeant originem.

Hic verò vsus chartilaginum neque Firmianum latuit sic scribentem cap. 5. lib. de opificio Dei; Nodos ossium firmiter solidatos leni quodam operculo Deus texit, quod dicitur chartilago: scilicet vt sine attritu & sine sensu doloris aliquo flecterentur. quiquidem & de ossibus ita subiungit cap. 7. Deus igitur solidamenta corporis, quæ ossa dicuntur, nodata & adiuncta inuicem neruis alligauit atque

Chartilaginis natura, ortus, vsus.

Chartilago media, inter os & carnem, qui.

Chartilaginis vsus.

Lassitudinẽ quid impediat.

Ossis & chartilaginis affinitas, & huius vtilitas.

Chartilaginea partes cur saleant.

Ossis & chartilaginis proprietas.

Chartilago, quid, eius superuacuũ.

Chartilaginis vsus.

Chartilago velut glutinum vnit artus.

Chartilaginis, nerui & ligamenti affinitas ac discrimen.

Ossium & chartilaginũ vtilitas.

Quæ partes nõ recrescãt.

Ossis prouidentia.

Chartilaginis vsus.

Ossium articulatio quorsum.

cõstrinxit:quib.mens si excurrere aut resistere velit,tãquã retinaculis vteretur,& quidẽ nullo labore nullóq. conatu, sed vel minimo nutu, totius corporis molẽ temperaret ac flecteret.

Chartilago quid & quorsum.

Citatus autem nuper author anatomiæ vinorum ita de chartilagine scribit cap. 31. Est autem chartilago, membrum mediocre in natura inter os & carnem: est enim mollior osse, durior carne. & est propter hoc in animali, vt sit diuisiuum ossis à carne, ne nimis durum coniungatur cum molli immediatè. Quædam verò chartilagines specialia habent iuuamenta. vnde quædam posita est in animali, vt sit iuuamentum extremitatum buccellarum ingredientium vacuitates alterius ossis, & concauitatem eiusdem: quoniam inter illa minor læsio est, quàm si durum supra durum fricaretur in motu. quædam ad defensaculum nocumenti extrinsecùs aduenientis. quædam est suscipiens & retinens musculos è remotis partibus venientes. quædam vt sit suspensorium carnium inferiorum &c.

Chartilaginum vsus.

Maiorum autem insistens vestigia sic noster Fernelius sancit cap.2. lib.1. physiol. Addidit natura & articulis munitionem, dum ossium sinus & summas partes, quæ supercilia à quibusdam vocantur, omnia denique extrema chartilaginibus obduxit obliniuitque lubrica læuique materia, quò sint in motibus ab attritu & quassu tutiores. iisdem quoque auriculas, nates, extremásque costas muniuit, vt duriorum corporum occursui cederent, & infracta permanerent. sunt autem sensus experres. & mox cap.3. sequenti, Vertebrarum processuúmque omnium extrema cinguntur & circunfunduntur chartilagine permulta. & mox cap.4. Plurima ossium extrema chartilago cingit: nullus articulus non læuitate illa obblinitur: nullus expeditè obuolui circunducique potest, neque neruis aut vinculis coniungi, nisi quędam materia intercedat.aliæ in costarum præsertim adulterinarũ extremis: aliæ os ipsum ambiunt atque prehendunt:aliæ extrema nasi communiunt molliúntque:aliud chartilaginum genus solitarium per se consistens, vixque vlli ossi impactum. &c.

Articulatio quo fiat medio.

Chartilaginis natura vsúsque.

Vesalius cap. 2. lib. 1. anatomiæ maioris de chartilagine sic agit; Chartilago osse mollior est: terrestris tamen ac durissima partium corporis secundùm os particula prorsus solidæ, & nullis foraminibus cauernulisq. ossium modo intus oppleta,& medullæ ac sensus ferè expers. Huius vsus perquàm varius est. primùm namque idem præstat quod ossa, quam velut fulcrum quoddam sit, cui proximæ partes adnascantur & adstabiliantur. aliæ ob molliorem magisque sequacem temperiem, promptiùs dilatari & constringi quam efformant cauitatem, patiuntur. aliæ ossibus occasionẽ præbent, vt in continuis frequentibúsq. motib. attritu minùs vitientur. Neque solùm chartilago in ossiũ affrictu, quò minùs mutuo contactu atterantur, commoda est:at ita læuis planáq. visitur, vt promptissimè ossis caput in suo sinu voluatur, nulláq. asperitas motus prõptitudinem impediat. accedente huc viscido lubricóq.humore,& veluti smegmate quopiã, quo rotulas & cardines, vt ad reflectendum reddantur aptiores, oblinimus. vnde in nonnullis articulis tertia quædã chartilago, velut chartilaginum ossib. obductarũ quoddam interstitium interponitur. Quinetiam in plerisq. ossium commissuris non ad motum institutis, chartilago quasi glutinis vice interuenit. Insuper quędam in hoc fabricantur, vt quippiam in ipsis quod continuò erectum esse oportuit, firmetur. Prętera nudæ prominentésq.corporis particulæ & ossiũ fines alteri ossi non commissi, chartilagine adaugentur, vt tali constẽt substantia,qualis neq; frangi propter mollitiẽ, neque rumpi propter siccitatem queat. quæ omnia variis exemplis illustrat.

Numerum porrò chartilaginum percensere vt superuacaneũ puto, sic fieri haud posse existimo. harum autem differentias persequi, eorum est, qui anatomen ex professo tradere aggrediuntur. nos naturam & vsum obiter speculari ac proponere satis habuimus. de harum nutrimento sic Gal.breuiter sub finem lib.3.facult.natural. Tale quiddam & chartilagini est mucosum illud,quod ei circũfunditur. sic Actuarius apud Fernelium lib.6. cap. 5. eo sanguine chartilaginem nutriri scribit, qui in angustarum venarum extremitatibus iam albescit. de quo rursum paulò pòst.

Transitio.

Chartilaginis nutrimentum.

De Ligamentis. Cap. IV.

LIgamentum, Græcè *σύνδεσμος*, suo satis ipso nomine vsum indicat,*ἀπὸ τῆς συνδέσεως ἢ τῶν συνδεόντων*,à colligando, quòd ossium extrema duo adducta & commissa inter se quasi vinculum mutuò colliget atque deuinciat, sed & muniat atque vestiat. frustrà enim ossa ossib. iungerẽtur & musculis ambirentur, nisi fortia quædam ceu retinacula hanc commissuram firmarent, & partem ad motus expeditam stabilirent. Intelligo autem de ligamentis propriè dictis: quia communi isto nomine quæcumque partem alteri parti alligant, ligamẽta dici possunt: qualia multa sunt in corpore fibrosa &neruosa aut membranosa,quæ ab osse &chartilagine minimè ducunt originem:ideo pleraque omnia ista sensilia, cùm vera ligamenta non sentiant. Iure siquidem ossibus & chartilaginibus ligamenta proprie vocata dicantur affinia, quia & ex vtrisque soboles ista pullulauit: ideo naturæ eiusdem temperamentique particeps, terræ elemento frigido sicco respondens, sed ossibus & chartilaginibus minùs. & quidem quantum hæ cedunt illis duritie ac siccitate, tantundem & ligamenta chartilaginibus: alioquin etiam ipsa ex humore lento & viscido concreta, & à naturali calore elaborata atque percocta, rumpi contumacia, tendi facilia, flecti prona, sed exiguo aut nullo sensu prædita. quo fit, vt in articulari morbo dolor in his percipi negetur, sed tendinibus potiùs atque periostiis, quib. ipsis est cum neruis maior affinitas, vti mox patebit,sic verò Gal.comm.aph.49.lib.6.

σύνδεσμος, ligamentum vnde dicatur, & vsus.

Ligamẽtorũ differentia. & ortus, & an sentiant.

Ligamenta vnde sint, & temperamentũ & origo.

Ossium, ligamentorũ & chartilaginũ affinitas.

Ligamẽtorũ natura.

Digitized by Google

Podagra qui fiat, & cauſſa doloris,

Podagricorum inflammatio fluxione fit ad articulos pedum decumbente. hanc autem fluxionē ſuſcipiunt primùm quidē loca articulationū, deinceps circunſtantia omnia vſq; ad cutem. Quia verò impleri dicimus articulationes, liquet etiam eſſe neceſſarium, ea quę ipſis circumiacent ligamenta extendi. Neruos enim & tendones non eſt rationabile in ipſis inflammari, ſed ſolùm dolere, qui ſimul cum articulationib. extenduntur: argumento quòd vſus eſt nunquam podagricus pati conuulſionem, quæ frequēter ſolet in neruorum ac tendonum inflāmationib. aduenire. At *παχὺ νεῦρον χονδρῶδες* Galeno dicitur, ob naturæ ſimilitudinē cum chartilagine, tum ortu, tum duritie & conſiſtentia. ſic autē ille ſcribit lib. 2. de temperam. Ligaměta omnia quantò cute ſunt duriora, tāto ſunt & ſicciora. mediū quoddā inter ea corpus appellant anatomici quidē *νευρόχονδρον παχὺ σύνδεσμον*, quaſi chartilagineum ſimul & neruoſum ligamentum dicas. idem lib. 1. vſus part. cap. 17. Album autem & exangue & ſolidum expérſq. concauitatis cùm ſit ligamentum ſimiliter neruo: propterea pleriſq. imperitis neruum eſſe putantibus impònit. verùm non eſt natum ex cerebro vel ſpinali medulla, ſed ex oſſibus ad oſſa tranſit, neruóque multò durius & penitus inſenſibile eſt, & mouere aliquid non poteſt. idē lib. 1. de motu muſcul. *παχὺ σύνδεσμον*, id eſt ligamentū proprie, non communiter appellatus, eſt corpus neruoſum ex oſſe quidem omnino ortum habens, inſertus autem in os aut in muſculum. conſtat etiam nomen ei ab vſu eſſe inditum. & paulò pòſt, Ligamenta per quæ muſculi oſſibus colliguntur, & coaleſcunt, & membranas circa ipſos gignunt, & quaſdā intrò propagines in ipſam carnem muſculorum mittunt, quam veluti quendam locū intellige multis riuis irriguum, vno quidem prædicto neruo, duob. verò aliis, altero ſanguinis calidi & tenuis & vaporoſi, altero frigidioris & craſſioris: hæc vena, illa arteria nominatur. vbi ligamentum omne inſenſibile adſtruit. quod repetit cap. 4. lib. 3. aliment. facult. & lib. 16. de vſu part. & aliàs nonnuſquam: de quo tamen mox videtimus. ſed de vſu ligamētorum ſic præclarè initio lib. 12. de vſu part. Porrò articulatio, oſſium eſt compoſitio propter motum voluntariū cōparata: perſpicuúmq. eſt, ea quæ componuntur, pauciora duob. omnino eſſe non poſſe: nec minùs quòd & ligamenta omnia, itidem & muſculi ab oſſe altero producti in alterum inſeruntur. Qua ex re intelligi poteſt, articulationē omnē, ligamentum ac muſculum ad componendos inter ſe articulos eſſe aſſumpta, eáq; cōmunib. partib. rítè eſſe annumerata. ipſum autem ligamentum ad motus generationem non eſſe neceſſarium: conferre tamen ad rectè mouendū. &ibidem, Durum non eſt appoſitū ad ſenſum: neque molle ad mouendum. ergo neque per neruum ſolum pars quæuis mouetur, neq; per chartilaginem vel ligamentum. Ligamentum enim cùm in medio ſit nerui & chartilaginis, validè quidem colligare poteſt, neq; impedit quò minùs membra moueantur: motorium tamen inſtrumentum eſſe ipſum non poterat, cùm non ex principio animal mouente, ſed ex oſſe originem ducat. idem lib. 1. adminiſtra. anatom. Ligamentorum vſus triplex. primò enim id præſtant, à quo & nomen ipſorum derivatur. nam ex oſſe in os inſerta, vinculum vtriuſq. cōmune redduntur, hoc ſolo nomine, vt oſſa inuicem deligata contineant. Secundo vſu munimēta ſunt corporib. ſubditis. Tertio, indumenta tendinib. extrinſecùs circundantur. Quartus autem ipſorum vſus ſecundùm ipſorū genus alius non eſt: etenim qui muſculi exactè ligamenta in ſuis ipſorum capitib. tenent, eorū ſimilis eſt quoq. vſus, qui & oſſium. niſi quòd huiuſmodi ligamenta os oſſi non committant, ſed medio ipſorum muſculos ſubiectos oſſibus, ex quibus ducunt originem, connectunt. Sed & author anatomiæ viuorum inter Galeni opera, cap. 34. Ligamentum, eſt mēbrum inſenſibile, ortum habens ab extremitate oſſis; inſenſibile per ſe, ſenſibile tamen per accidens, quoniam per muſculum. Et eſt duplicis iuuamenti in corpore. vnum eſt, vt ipſo medio iungatur os cum neruo. aliud eſt, vt cum neruo iūgatur ad hoc vt fortis ſit, cùm ſubtilis ſit in eius ortu: à cerebro ſcilicet, vel à ſpinali medulla alba, & cùm multiplicem ſuſcipiat deciſionem in eius proceſſu. hæc ferè ex Galeno.

Hippocrates omnino breuiter lib. de arte; Nerui non in carne ſublimes, ſed ad ipſa oſſa protenti, ligamentum ſunt articulorum. Nomine autē neruorum, ligamenta ſic comprehendit lib. de locis in homine; Nerui ſicci ſunt, & ventriculos ſiue cauitates non habent, & ad oſſa conſiſtunt, & maxima ex parte ab oſſibus nutriuntur. nutriuntur & à carnibus, & colorem ac robur inter oſſa ac carnem, medium habent: & humidiores quidem ſunt ac carnoſiores quàm oſſa: ſicciores autem ac magis oſſei quàm carnes. ſed quæ ſit affinitas neruorum cum ligamētis, & quódnam diſcrimen, nos paulò pòſt diſcutiemus. his autem omnibus communis eſt iſta generatio lib. de carnibus, Quę glutinoſiora fuerunt, & frigiditate participarunt, ea calefacta exuri non potuerunt, neque verò liquida fieri: propterea ſpeciem alieniorem ab aliis acceperunt, & nerui ſolidi facti ſunt: neque enim multum frigiditatis ipſis inerat. &c.

Ariſtoteles Hippocratis minùs diſtinctam de ligamentis doctrinam ſecutus ita ſcribit cap. 5. lib. 3. hiſtor. animal. Sed nerui diducti diſtractiſq. paſſim ad artus & flexus omnium oſſium applicantur. quod inde etiam percipi poteſt: nam ſi eorū natura eſſet continua, latè iam in extenuatis corporib. continētia omniū pateret. Summæ neruorum partes, quæ mēbrum ad ſaliendum accōmodatum continent, poples dicta: & quę ſe geminam porrigit, tendo nomine: & quæ ad vires corporis iuuāt, attēdo, & humerarius: reliquæ quib. oſſiū nodi

Ligamētum inſenſile.

Articulatio quid, & quemodo fiat.

Ligamenti vſus.

Ligamenti cum nerno & chartilagine affinitas eius origo & vſus.

Ligamentum non mouetur.

Ligamentorum vſus.

Ligamenti quid, vnde, quorſum.

Ligamenti vſus.

Nerui de ligamēto, & eius natura, ac nutrimentum.

Ligamenti cum oſſe & carne affinitas.

Nerui quemodo generati.

Neruorum colligantiū vſus.

Neruorum partiū diſcrimen & nomina, vſuſq; ligandi.

deligantur, nomine vacant. nam ossa omnia siue foris vicissim tanguntur, siue alterũ inseritur alteri, neruis ligãtur: & circiter ossa quæuis neruorum copia ducitur, capite excepto. Nerui natura fissilis in longitudinem tendit, scindi per latitudinem non potest, intendique vehementer idonea est. Humor circa neruos mucori similis, albidus glutinosúsq. consistit, quo ipsos neruos & nasci & ali certum est. & quæ confusè deinceps de veris neruis enuntiantur, alibi forte repetenda. idem lib. de spiritu, de neruorũ nutritione, num ex ossib. sit, addubitat: videtur enim minimè dissimilis amborum modus esse: an potiùs ab his ipsis ossa alantur. quod vtramq. in partem disquirit parum probabiliter. rectiúsq. tandẽ affirmat, è muco illis adhærescente eosdem ali; modúmq. quî fiat, exponit. Porrò nerui & ossa calore interiore conficiuntur, siccescente humore, ait cap. 4. lib. 2. genera animal. vbi & excrementis annumerat. ac paulò pòst, Nerui eodem modo quo ossa instituuntur, & ex eodem, videlicet ex seminali excremento & nutritiuo, vt iam exposuimus.

Nerui natura, origo & alimentum.

Nerui & ossa vnde alantur & qui fiant, & ex quo.

Hanc indefinitam philosophorum de neruis indiligentiam imitatus Plinius scripsit cap. 37. lib. 11. Nerui orsi à corde similem naturam & caulìm habent, in omnibus, lubricis applicati ossibus: nodósque corporum, qui vocantur articuli, aliubi interuentu, aliubi ambitu, aliubi transitu ligantes, hic teretes, illic lati, vt in vnoquoque poscit figuratio. Neque ij solidantur inciti. mirúmque, vulneratis summus dolor, præfectis nullus. Vbi sunt nerui, interiores conducunt membra, superiores reuocant. hæc ille de neruis in genere obloquitur.

Neruorum origo, vsus, discrimen, proprietas.

A medicis igitur petenda fuit partis huius diffinitio atque discrimen. ac post Galenum ita Fernelius cap. 2. lib. 1 physiolog. Quoniã verò periculum erat, ne motu violẽto ossa seiugata distraherentur, néve dum artus animal quocumque vult, inflectit, contorquet, porrigit aut contrahit, ex sedibus excíderent; natura omnem ossium copulationem & structuram arctissimis firmissimisque vinculis extrinsecùs rotundo ambitu colligauit, quæ articulos non sinant motus agitatione diuelli. Validum quidem est vinculum, durum atque firmum, sensu vacans & impatibile: sed quod tamen in angustum adduci possit & relaxari. hæc ille, neq; enim plures vno reliquo placet scrutari.

Ligamẽtorũ vsus, & articulatio qui fiat.

Ligamenti natura.

Vesalius cap. 1. lib. 2. anatomiæ de his ita definit; Ligamentum, quod nerui generatim dicti nomine etiam cõprehendimus, Græcisq. σύνδεσμος nuncupatur, corpus est similare primariò ex osse aut chartilagine principium ducens, durum, sed tamen chartilagine mollius, album, variósque in colligando, continendo, obtegendo, dirimẽdo, & musculis constituẽdis vsus præstãs. Nisi enim ossium & chartilaginũ articuli, non leui sanè occasione extructi, ligamentis tenerentur, nihil sanè prohiberet illos quouis ferè motu luxari, & à sua naturali sede ingredi. Vnde etiã miranda est rerum opificis

Ligamẽtorũ quid, vnde, quale, quorsum.

A Dei industria, qui ex mutuò coarticulatis partibus substantiã quandã pronasci voluerit ita durã, vt eas simul adamussim tutóq. colliget: & quò minùs per violentos & continuos propemodúmq. indefessos motus à se inuicẽ rumpantur & dissiliant, pulchrè præstet. & interim mollitie ita tẽperatur, vt tantũ tendi remittiq. possit, vt articulorũ, quib. singuli ex sua constructionis ratione agi debẽt, motus haudquaquàm prohibeat; & quò minùs concinnè celebrentur, obstet. adeo vt iste præcipuus primariúsq. ligamẽti habeatur vsus, à quo etiã suum nomen potissimum inuenit. Secundo autẽ vsu

Ligamenti apta vsibus substantia.

Ligamenti vsus & denominatio.

B ligamentũ tendines suis quib. vehuntur, sinib. cõtinet, ac ne ex ipsis declinent, aut ab illis eleuentur, præcauet. Porrò tertius ligamẽtorum vsus censebitur, quo illa instar indumenti & propugnaculi, corporib. quibusdã obducũtur. Quartus ligamentorũ vsus haberi poterit, quo septi alicuius ac interstitij vice, illa musculos intercedũt. quintus ligamẽtorũ vsus neutiquã infimus est: in huius enim ordinẽ ea ligamẽtorum portio reponẽda venit, quę musculi cõstitutionem ingreditur, musculóq. non infimam substantiam suppetit. quæ deinceps singula

Ligamẽtorũ differentiæ vnde.

C multis declarat exẽplis, & ligamentorũ differentias accẽset, ab vsu, ortu, partibus, subsitãtia, situ, forma petitas. deinde subiungit, Cõmune autem omnib. ligamentis est, quòd obtuso admodùm sensu (nollẽ enim dicere nullo) participent: ne propter crebrum frequentémque motum, & continuũ affrictum, dolore vexẽtur.

Ligamenta an sentiant, & cur muco obducantur.

Qua etiã fermè ratione (quam scilicet natura ficca sint) ne ocyùs exiccentur ligamenta mucoso quodã lentóq. humore, vt etiã articulorũ chartilagines, oblinuntur. sed placet super hac quæstione paucis inquirere velut αὐτοσχεδιαστῶς.

An ligamenta sensus sint expertia?

PROBLEMATION.

D ENimuerò siquis exacte dispiciat & expendat ligamentorum naturam, haud abs re forsan sensus illis particulam affinxerit, si non vniuersis, at sanè nonnullis. non dico ligamẽtis illis geminis, quæ de ossib. pubis exorta, neruum penis fungosum constituunt, permultis neruis, venis, arteriis implexũ. nõ dico linguæ ligamenta carnosa, & siqua sunt porrò his similia, aut membranea non pauca, vtiq; sensilia omnia. ea dico, quæ de ossibus & chartilaginibus exorta, ossium extrema deuinciunt. Ex his (inquam) quæcumq. bonam periostij partem recipiunt, aut tendinum & neruorum & mẽbranarum propagines admittunt; ea vtiq; sensus in totum negamus expertia: licet à cerebro aut spinali medulla ortum minimè ducant, sed ab osse & chartilagine, vti dixi, & fortè à tendinibus ac membranis: atque eadem in musculorum capita seu tendines vt plurimùm inserta, neruis communicant. cætera planè ossis & chartilaginis naturam nudam ac meram retinentia, & in ossa, vel in chartilagines, vel in vtraq; tantùmodò inserta, sensu carere si dixeris, habebis me cum Galeno adstipulatorem.

Ligamenta quæ sentiãt.

Ligamenta quæ sentiãt, aut non, & vnde illis sensus.

DE TENDONIBVS. CAP. V.

τένων, tendo vnde dicatur.

TEndo Latinis, τένων Græcis, vtroque nomine ἀπὸ τῆς τάσεως, ab extendendo, vt apparet, deflexo, non tam vſum vi vocabuli primariò declarat, quàm ex euentu inſinuat. omnis enim tendo cùm agit, tum vel maximè extenditur, vel contrahitur, reliquo tempore laxus ac ſolitus. Siquidem vbi mens & ratio ſeu voluntas iuſſit partem quampiam moueri, tum videre liceat neruos ad motum muſculos ſolicitare, atque ab his agitatos tendines ſuum principium verſus, mẽbrum aut articulum attrahere. Haud ſecùs atque in ligneis imagunculis νευροσπάστοις, affixis ad extrema articulorum fidiculis, artus ſingulos leniter attractos dimouere, & humanas aut viuas & animales actiones imitari cernimus. Nemo tamen ab vniuſmodi tendinum genere, motus omnes edi credat, quia ſinguli ad ſeſe partem, verſus muſculi caput trahere nati ſunt; & iſta vniuerſali omnium tractione actioneque ſimul facta, partem potiùs immotam, vel adeo totum corpus obrigeſcere neceſſe ſit; vt in motu illo tonico vocato antè diximus. Non enim liceat ſimul agere motus oppoſitos, vt Gal. docuit lib. de motu muſcul. ſed dum partis vnius alicuius muſculi ac tendines agunt, his oppoſitos ſeriari & quieſcere ac remitti par eſt, quos appellant ἀνταγωνιστὰς, eò quòd ex aduerſo iſtis oppoſiti reluctentur. ſicque fit ex mutua & alterna illorum antagoniſtarum actione, vt per ſex omnes τῆς φορᾶς, lationis dictæ modos (quas figuras Gal. lib. 1. de vſu part. appellat) pars modò prona, modò ſupina, modò recta, modò curua, modò ſurſum, modò deorſum, modò ante, modò ponè, modò ad dextram, modò ad læuam, modò intrò, modò foràs ferri conſpiciatur: & quidem quò agilior eſt cuique articulorum ac tendinum motus, eò celerior obeatur actio, vt in tibicinibus, lyricinibus, liticinibus, citharoedis atque aliis muſicis videre eſt: in cæteris autem per analogiam. Siquidem à tendonibus actionis celeritas potiùs, quàm robur pendere videtur: quod ego magnam partem ligamentis ſolidis & lacertis validis malim, quàm ſolis tendonibus aſſignare; at Gal. comment. aph. 43. lib. 7. neruis ſimul ac muſculis aſſignat: vulgus ſolis neruis imputat. Ideo dixit Plinius cap. 20. lib. 7. Titanum gladiatorem rectos & tranſuerſos cancellatim toto corpore habuiſſe neruos in brachiis etiam manibúſque, authore Varrone. ideóque hoſtem ab eo ex prouocatione dimicantem, inermi dextra vno digito ſuperatum; & poſtremò correptum, in caſtra tranſlatum. Quinetiam Iunium Valentem carpenta comprehenſa vna manu retinere obnixum contrà nitentibus iumentis, ſicut vſpiam alibi produximus. Sed Plinio cum Ariſt. & priſcis mos eſt neruos cum tendonib. confundere: ideo ſic eodem ille cap. 37. lib. 11.

Motus qui fiat. A ſimili.

Tentendo quomodo agat.

Muſculis & tendinibus ſimul agentibus, quies.

Motus oppoſiti non fiunt ſimul, cur.

Muſculi antagoniſtæ, qui.

Sex lationis modi qui fiant.

Ad tendinib. agilitas potiùs quàm robur: & vnde hoc: nempe ab illis tribus.

Robur quarum ſit partium. Hiſtoria.

Exempla roboris: ſuprà de Milone.

Nerui nodos corporum, qui vocantur articuli, ligant. &c. imò & Tullius lib. 2. nat. deor. per neruos videtur & ligamenta, & tendones complecti, cùm dicit à neruis artus contineri. quomodo etiam plerique Latinorum loqui ſolent. atque hos ante omnes Ariſtoteles cap. 7. lib. 5. genera. animal. Vires omnium neruis continentur: quapropter cùm ætate florent, robuſtiora ſunt. minùs enim compacta neruataque ſunt, quæ minora natu adhuc ſunt. item recentiorum nerui nondum intenduntur, ſeneſcentium iam laxantur. quamobrem ad motum quoque ſunt imbecilliora. ſed potiſſimùm tauri neruoſi ſunt, & eorum cor ita conſtat. itaque contentiorem eam obtinent partem, qua ſpiritum mouent, quaſi fidiculam intentam. Enimuerò non fuit (inquam) illa vis neruorum, ſi propriè loquaris, ſed tendinum potiùs, aut adeo magis, quod dicere cœperam, lacertorum ac ligamentorum. quæ tamen tria vulgus etiam medicorum, nerui cõmuni nomine ſolet appellare, ſecutus & philoſophorũ & phyſicorum quorundam κατάχρησιν loquendi conſuetudinem: quibus quidem neruus intelligitur, tum qui à cerebro & ſpinali medulla exortus (Ariſtoteles à corde producebat, vt pridem patuit) ſenſum motúmque partibus præbet, & neruus propriè nominatur: tum qui ex muſculo toto cum neruorum & vaſorum omnium propaginibus exurgit, & articulo attrahendo mouendóque inſeritur, quo de agimus, qui tendo proprie vocatur: tum ligamẽtum illud craſſum & terrenum, quod ab oſſibus & chartilaginib. generari produciquo diximus, oſſibus inter ſe deuinciendis comparatum. quibus ſingulis diſtincta ſua nomina accuratior medicorum doctrina aſſignauit. de neruis dicetur poſtmodò, vbi de cerebro circa finem, & iam de iis dictum antea aduerſus Ariſtotelem: de ligamentis verò nunc nuper ſermonem abſoluimus: de tendinibus igitur pergamus dicere. Hos iſti dicatos vſui natura voluit, quem attigimus, pro partibus diuerſis diuerſa obeundo munia: tum manib. prehendendo palpandóq. tum pedib. & cruribus ambulando currendóq. tum toto corpore aut ſingulis partibus pronandis, ſupinandis, erigendis, flectendis, attollendis, deprimẽdis. quales illos inſignes notauit τίτανας Hippocrates, quibus attractum huc illuc caput annuit aut abnuit. Sanè verò quia oſſib. & chartilaginibus & ligamentis affinẽ tendines habent naturam, affine quoq. temperamẽtum & ortum & creationis modum habere par eſt. quanquã frigidi ſicciq. iſtis minùs: quanquam de materia humidiore & glutinoſiore, & à calore blandiore concreuiſſe credibile eſt. & qui iſtis propè omnis defuit omnib. his certiſſimus & exquiſitiſſimus ſenſus ineſt: quia de neruorum propaginibus omnib. vnitis atq; in vnũ collectis ad muſculi finẽ (rarò in principio vel medio eiuſdẽ) caudámve concreuerunt, ei vſui dicati, quẽ dixi, & quem deinceps tacente me ex aliis audies.

Nerui ſpatia tendonib. & ligamentis.

Vires à neruis, qui.

Taurorum robur vnde.

Nerui nõmã homonymã.

Neruorum trio genera.

Tendinum vſus.

Affinitas tẽdinis, oſſis, ligamenti, chartilaginis.

Tendinum generatio qui fiat, cordi temperamẽtũ & ſenſus origo.

Galenus vnus erit mihi instar omnium, qui rem accuratè & peruidit, & distinxit. nam Hippocrates ferè cum neruis etiam tendines comprehendit, vt antè indicaui, & potissimùm ex lib. de articulis intelliges, vbi rarò tendines appellantur, sed aut nerui, aut adiecto epitheto, neruosi tendines cognominantur. sic enim ille sect. 4. lib. 2. epidem. Duo verò nerui à cerebro sub os magni verticuli, ex supernis & ad gulam magis ab vtraque arteriæ parte descendunt, & vterque in seipsum incidens, vni similis, vbi verticula & septum sunt, ibi desinunt. & quidam ambigui ex hac societate, ad hepar & splenũ ipsos tendere putauerunt. &c. idem lib. de natura ossium, Duo autem crassi nerui à cerebro sub os magni verticuli supernè &c. iisdem prorsus verbis cum loco superiore. & paulò pòst ibidem, Nerui flexionem & contractionem ac distentionem corpori exhibent. de tendonibus & ligamentis intelligens. Quem secutus Plato in Timæo, Arbitratus verò ossium naturam atidiorem rigidiorémque quàm oporteat, fore, & cùm ignita euaserit atque etiam frigefacta, illisuram corrupturámq. citò semen internum, neruorum carnisque genus effinxit: vt neruis quidem membra reliqua vincientibus, intensis remissisque circa cardines ipsos, corpus omnem ad flexionem tensionémve promptum & agile redderet. &c. nam de carnis vsu alibi ex hoc loco. ἵνα τῷ μὲν πάντα τἄλλα μέλη ξυνδήσας ἐντεινόμενος καὶ ἀνιεὶς, ἀφ' ὧν ἐφάπτεται κινοῖτο τὸ σῶμα καὶ ὅλον μεθέποι, ait de neruis & eorum vsu prolocutus: & mox de eorundem generatione; πλὴν ἥ γε τῶν νεύρων φύσις ἐξ ὀστοῦ καὶ σαρκὸς αἵματος κράσιν, μίαν ἐξ ἀμφοῖν μίσιν δυνάμει ξυνεκεράσατο, ξανθῷ χρώματι σφετερίσασα. Naturam verò neruotum ex osse & carne non fermentata, vnam ex vtrisque potentia mediam temperauit, flauóque infecit colore.

Aristoteles, vt patuit, eôdem ferè retulit: & cap. 5. lib. 3. histor. animal. aperte confudit, vt antè monstraui: nisi quòd obiter ita distinguit, νεῦρον διατηκὲς, ὁ τένων· neruus geminus, tendo vocatur. cùm tamen plerique tendines vnico constent capite aut chorda, alij ternis aut quaternis, alij nullo, sed simplici complures. de tendonibus autem manuum pedúmque sic cap. 5. lib. 3. histor. animal. Neruis plurimis pedes, manus & scapulæ continentur, atque etiam ceruices & lacerti (vtique de tendinibus loquens.)

Verùm istis omissis, satis est audire Galenum: cuius hoc planè διατύπωσις est initio lib. de ossib. Tria neruorum genera censentur. ex neruis qui ex cerebro dorsique medulla oriuntur, voluntarij: qui ex ossibus, ligamentales: qui tertio loco ab his differunt, atque ex masculis originem ducunt, tendones vocantur. Ne verò æquiuoca nomina obscuritatis aliquid afferant, qui ex cerebro, itémque ex dorsi medulla ortum ducunt, voluntarij nerui: qui ex musculis, tendones: qui ex ossibus, ligamenta à nobis appellentur. item initio lib. 15. de vsu part. Qui propriè appellantur nerui, qui à cerebro ac spinali medulla oriuntur, præterquàm quòd nullam habent perspicuam cauitatem, neque sua natura dilatantur, neque contrahuntur; etiam mollities ipsa ei actioni, quæ per tensionem obitus, obsistit. Porrò quę ab Hipp. nominantur ligamenta, à recentioribus autem medicis nerui colligantes, duritie quidem ad tensionis actionem non sunt inhabiles: nulla tamen cauitas eis inest. Quæ verò ex musculis manant neruosa corpora, ea Hipp. tendones appellat. quę tria sunt omnino corporum neruosorum genera. idem comment. in aph. 1. lib. 5. A neruosis corporibus motus secundùm electionem perficiuntur: sunt autem hæc, nerui, ligamenta, musculi, & tendones. idem lib. 1. Anatom. adminiſtr. ligamentum ex ossibus, neruos de cerebro & spinali medulla procedere dicit: tendines autem, esse neruèas musculorum tenuitates, quas Græci ἀπονευρώσεις vocant. at lib. 2. de temperam. cap. 3. Tendones tametsi ligamentis sunt molliores, attamen cute luculenter sunt duriores. omne porrò exangue frigidius censetur sanguine prædito, ex quo colligere est, tendinem in medio cutis & ligamenti consistere, tum quod ad duritiem, tum quod ad siccitatem attinet, idem lib. 1. de motu muscul. sub initio sic ait; τένοντας vocant recentiores, ἀπονευρώσεις, quasi eneruationes musculorum; quoniam (vt & puto) musculos in eos vident finire. mista autem quædam eorum natura est & media inter ligamentum & neruum. quod ferè repetit lib. 1. de vsu part. verùm ibidem illic paulò pòst, Quòd igitur quasi mista quædam natura tendonum sit ex ligamentis & neruis, sic constat: Tendo enim tantò durior est neruo, quantò ligamento mollior. quin & mole corporis talis, vt qui ex ambob. maximè factus sit. Et ligamentum quidem omne insensile: neruus autem omnis sensu præditus: tendo verò neque insensilis, quia etiam nerui est particeps, nec ita sensilis vt neruus: non enim neruus est tantùm. quatenus igitur particeps est ligamẽti naturæ, eatenus habeantur acrimonia sensus. Quinetiam quòd nascitur quidẽ tendo ex fine musculi, inseruntur autem in caput ipsius & neruus & ligamenta, deinde in totum musculum disperguntur, rationabile est ex ambobus tendonẽ esse factum. quod ex dissectione apparet. idẽ lib. 1. de semine cap. 10. tendinis istam tradit originem; Natura ab inuolucris mẽbraneis tenuia quędam tegumenta carnib. protraxit. quinetiam neruum in subtiliores telis araneis priùs fibras diuisum in vnamquamq. huiusce modi membranã disperſit. Simili modo quoq. ex ligaminibus fibras tenuissimas immisit: quæ vtraq. fibrarum genera carne superinducta in vnũ cõiunxit, exq; toto hoc instrumento, in quo machinata est, musculũ: ex eo verò quod ex fibrarũ coitione cõstitit, tẽdonẽ efficit. quã sententiã tum alibi,

Nerui de tendinib.

2. nerui à cerebro, qui.

Neruorũ seu tendinum vsus.

Nerui & caro cur geniti.

Neruorum seu tendinũ vsus.

Neruorũ seu tendinum generatio vnde.

Tendo quid proprìè.

Nerui pro tendonib.

Neruorum genera tria, qua, & dictionis.

Neruorum natura & propriet.

Ligamentorũ natura.

Tendinis qui.

Motus voluntarij organa quæ & quot, & singulorũ origo.

Tendinum cum cute & ligamento collatio.

Omne exangue frigidũ animal.

Tendo quid, & vnde, & cuiꝰ natura.

Tendinis affinitas cũ nerno & ligamento.

Tendo quatenus sensus particeps.

Tendinum ortus vnde.

Musculi & tendinis compositio.

Tendones olim nerui, vnde orti, eiusdem vsus.

tum lib.1. de vsu part. cap.17. repetit; Qui antiquis vocantur nerui, hi scilicet ipsi conspicui A qui mouent digitos, tendones sunt prognati sanè ex neruis & ligamentis in musculos dispersis, rursusque inuicem coëuntibus. Vtilitas autē eorum est secundum componentium naturā. etenim sentiunt & mouentur motu voluntario, & colligant musculos ossibus. horum autē priora quidem, scilicet sentire & mouere, à neruis habent: colligare autem, à ligamentis.

Tendonum cum neruis & ligamentis affinitas, & qui moueant articulos.

Tendones in caput mouendi ossis infiguntur: quomodo simulacra solēt moueri. in iis enim articulationem transcendentes, ad principium sublocatarum particularū applicant funiculū, B vt eo sursum tracto, mēbrum facilè sequatur, &c. & mox apertius lib.2. c.7. Neruis & ligamentis in carnes musculi disseminatis, postea paulatim in idem aceruatis & coalescentibus, generatio fit tendinibus, vbi paulo post naturæ solertiam in neruis ac tendonibus tuto per artus traducendis ostendit, aut cauata particula, aut perforata, aut omnino circa basim ossis neruo inuoluto, ne nudus noxæ exponatur. sed hoc exinde notandū, vt igitur quod securitati particularū istarū prouidit natura, oportet inspicere solum accuratè ea quæ in anatome apparent: eodē modo quod magnitudinem vnicuiq; musculo & tendoni proportione actionibus respondentē dedit. imbecilliores quidē actiones paruis cōmisit musculis & tendonibus: ad vehementiores verò, non magnos solū, sed etiā binos fecit. vbi & hoc notatur lib. 1. c. 21. Tendones qui exercentur, bene habitos & crassos euadere: qui verò otiosi sunt, nō nutriri: proindéq; extenuari & graciles fieri. itemq; paruorū tendonum motus esse obscuros, magnorū contra manifestos. quinetiam tendones nō magnos solum, sed etiam geminos vnicuique actioni validæ præficit: ætatéq; numerū nō variari. vbi & illud verum notatur eiusdē lib.1. D cap.17. Vnusquisque tendo ad suum caput trahere natus est particulam, quæ à se ipso mouetur. denique multitudo & magnitudo & positio & diuisio & applicatio vniuscuiusque tendonum, melioris gratia factæ sunt. Sed consequens est vt intelligatur ex lib.1. de motu musc. quomodo musculis singulis vnus sit motus proprius, & tamen vni geminus motus assignetur, vt de tendone idem dictum accipias. Motus, vt actio, vnus in singulis, contrarius verò per accidens. siquidem operatur trahens ad seipsum particulam quæ mouetur: non operatur autē, cùm in contrariū locum ab alio mus- E culo abducitur. Ideóque nulla particula quæ mouetur, vno vtitur musculo: sed siquidē desuper aliquis innascatur, omnino alius parte inferna contra innascitur: & si ex dextris, omnino alius ex sinistris. Vnaquæque enim particularum, quæ mouentur à musculis, veluti à quibusdam habenis in cōtrarium distracta, vicissim habet alterum ipsorum intensum, alterum laxatum. Intensus igitur trahit ad se, laxatus autē trahitur cum particula: & propter hoc mouētur ambo in vtroq; motu. Agere autem est, eum qui mouet, intendi, non sequi: sequitur cum ipse otiosus transfertur. sed de musculis postmodo, de motu autē iam à me dictū est. idem c.3. lib.12. de vsu part. sic infert, in commentariis de motu musculorum diximus neruos ac ligamenta in fibras dissolui, ipsiq; carnē simplicē esse permistam. item ex iisdem fibris coëuntibus inter se ac cōmistis tēdonem quidem conflari, ex omnibus autem musculū. Tēdo quidem, primum est motus instrumentum musculi in vnum magnū tendonem desinunt, alij autem partibus carnosis ad mēbra perueniunt, tendonibus multis ac minimis ea mouentes. &c. sed hæc ex Galeno videntur sufficere. Author ille anatomiæ viuorum de his ita definit c. 33. Chorda, est membrū ab extremitatibus musculi ortum habens, ad similitudinem chordæ arcus effecta. quemadmodū enim chorda arcus incuruata, incuruatur arcus, & relaxata relaxatur: sic musculo relaxato, chorda impellitur à musculo, & relaxatur: quare membrū extenditur. musculo verò cōtracto, cōtrahitur & chorda: quare mēbrū incuruatur.

Musculi & tendinis generatio quid fiat.

Tendo quid.

A simili.

Chorda seu tendo quid, vnde, & quomodo agat.

A simili.

Tendinis generatio quale.

Musculi & tendinis magnitudo actioni respondet.

Tendones exercitii fiūt crassiores, alius aliter.

Tendones quando plures.

Tendo trahit ad suum caput.

Qui fiat vt musculo & tendini vnus fit & geminus motus, & quomodo agat.

Nulla pars vnico mouetur musculo, & qualiter.

A simili.

Inter recentiores Fernelius (nam de priscis illis vix habeo plura quæ dicā, ob causas expositas) c.2. lib.1. physiolog. At verò neruis, quorum è cerebro aut è spinæ medulla est origo, C prima sentiendi mouendiq; facultas data: qui tamen quoniā molles sunt, soli transferre nequeunt ossa, tam magna pōdera. Vt hæc igitur mouerentur, necesse fuit motus instrumētum quoddam creari ex ambobus temperatū, neruo solidius & durius, vinculo mollius, quod in sensu & robore mediam inter illa naturā obtineret. id quidem est τένων, qui cœpit à nostris tendo appellari, ex tenuibus nerui & vinculi fibris intextis concretus. & mox ibidem cap.5. Tendo ex musculi contextis cōfusisq; neruorum & vinculorum fibris concreuit, vt natura media donatus, durior & robustior ad motum fieret quàm neruus, at vinculo mollior & infirmior: hoc rursum sensus acumine superaret, ab illo verò plurimum deficeret. Non omnis musculus tēdonem habet, sed is dumtaxat qui os moturus, in summam illius chartilaginem, aut in vinculum se inserit. Figura quidem hic, vti & musculus, varia præditus, prout loci ad quem pertinet, conformatio ferebat. Quocirca non vnus idémq; esse potest tum musculorum, tum tendonum numerus: sed cum alias vnius musculi plura sint capita, pluréq; tēdones, alias plurium vna sit origo, vnicúsq; tēdo, singula seorsum ex propria cuiusq; circunscriptione æstimare dinumerareq; licet. Vesalius c.2. lib.2. anatom. Musculi finem Græci ἀπονεύρωσιν, quasi enervationem dixeris, Latini tēdinem appellant. qui ex quibus componatur, mox in musculo audies. Tendo non omnibus ligamentis, sed quibusdā tenuior, colore, substātia, sapore similis. vtut tamen sit tendo musculi capitis mollitiei nequaquam cedit: quāuis id statim in ortu purum & nervo minimè mixtum esse ligamentum nemo inficias ire possit. Neque etiam mirandum esset, tendinem liga-

Neruorum facultas.

Tendinis generatio & necessitas.

Tendo vnde contexerit, & eius cum nervo & ligamento cōparatio.

Musculi qui tēdones habeant, & figura varietas.

Aponeurosis quid.

Tendinis ad ligamentum comparatio, & eius origo

Tendinis ad neruo comparatio.

mento ossa colliganti vtplurimum molliorem minusq; chartilagineum esse: cum ligamentorum, quæ mutuo ossa colligant, substantiæ in duritie non eadē sit ratio. Tendo solidior neruo est, & magis vt ligamentum, similaris cōtinuúsq; visitur. quanquā in latis & quodāmodo membraneis tendinibus series fibrarū aliquāto quam in crassis est manifestior. Tendinem neruo miscerī, atque ex ligamento & neruo æqualiter aut plus minus confusis fieri, & capite musculi ob id crassiorem esse, quod is non capitis solum musculi substantia, sed & neruo quoque constet, quidam asserunt, sed Andreas negat. sicut & hanc consequentiā, Tendo sensu exactissimo participat: neruo igitur & ligamento constat. Porro tendines & eneruationes illæ, quas caro destituit, in illis tātum musculis habentur. qui longo ductu ferūtur, plusque habent spatij, quam carnea musculi substantia requirit. breues enim & succincto arctóve loco repositi musculi, tendine carent, & vndique carnosi sunt, vt in larynge & alibi nōnusquam, vti docet anatome. tendinum differentias à figura petitas & numero sectionum, indidem dices cap. 3.

Cirrhorum de tendinis ortu & crassitie.

Tēdoni vnde sensus.

Musculi quinam in tendines desinant, qui non.

DE FIBRIS SEV VILLIS.

Cap. VI.

Transitio.

DE neruis propriè dictis consequens erat hoc loco dicere, ob affinitatem cum ligamētis & tendinibus: sed ad extremum placuit reiicere, vbi de cerebro forsan vberius tractabitur. His autē neruis & colore, & consistentia, & natura, sed nō ortu similes sunt fibræ seu villi à Latinis dicti, à Græcis ἶνες, breui & angusto nomine rem minimā quidem, sed maximi tamen vsus indicante. ἶς vel ἴν dicitur fortè ἀπὸ τῦ ἴσται ἢ τῦ ἰδρύειν, ab eundo vel firmando; propter vim quandā insignem ipsis insitam, à qua Græcis etiam ἶς, ἀδαμας, villus quasi virtus dicitur. Nam fibræ & villi etiam aliis rebus significandis vsitātur à Latinis: sed maximè pro congerie floccorum aut capillamentorum aut radicularum, aut vbi deniq; permulta tenuissima filamenta concurrunt. vnde & villutum dici puto illud holosericum pretiosissimum, seu villosum sericum, quo indui solent proceres & magnates bōbycino aut heteromallo purpureóve, quod velutum nostri post Italos dixere. Sed posthabita nominum cura, in quibus tempus terere, aut ætatem consumere vetat Plato, de re proposita dicamus, tenui & exili cōtemptibilique in speciēm, sed maximi tamen vsus, vti cœperam dicere; & animalibus, vitalibus, atque naturalibus muniis obeundis planè necessaria. neque enim partes moueri, aut ali, aut suis se excrementis exonerare citra villorum istorum minutissimorum operam possent, vti patebit. imò neque pars vlla insignis & organica, vel etiam simplex quælibet, vt apparet, sine his posset subsistere. sunt enim hæc tanquam stamina vel subtegmina, quæ circum, sua cuique caro obuoluitur. hæ sunt veræ partes spermaticæ & solidæ ac primariæ, hæc prima nostri corporis rudimenta, & si fas est dicere, elementa, aut ex elemētis prima conflata. Vt enim mundum Leucippus, Democritus, Epicurus ex atomis constare dixerunt, tenuissimis & insecabilibus (vnde & nomen habent ἄτομα) atque indiuiduis corpusculis: sic vel iustiore multo de caussa, corpus hoc humanum vniuersum, imò & animantium omnium, haud scio & an omnium quæ mista dicuntur, in suo quodque genere, ex istis tenuissimis fibris primam cepisse originem sit credibile, omnino solidis & validis & robustis & rigidis particulis, quas circa, sua cuique caro, aut quod carni proportione respondet, velut tomentum aut carnosa stœbe siue στὰρ concrescit, atque humido primigenio, veluti glutino quodam compingitur. Vt hæc duo nostri corporis principia & prima & summa & præcipua atque vltima asseuerare audeam. quibus dissolutis (dissoluuntur autem omnium postrema) & corpus vniuersum non hominum tantum, sed omnium adeo animantium, imò omnium mixtorum dissolui par est. In ferro etiam & ligno, nedum in aliis, villos deprehendes, si quando rubigo aut caries istorum velut carnem pulpamve exedit, qui tamen antea cerni non poterant. Quanquam in corporibus & mixtis omnibus villorum exactam haberi rationem cupio: eo quod villi quidam satis crassi densique oculis omnium facillimè apparent: quales in musculis & tunicis crudis, & potius coctis elixíve dilacerando & vellicando, & in vesicis animalium recenter distentis pellucere seu tralucere conspiciuntur. alij sunt porro longè tenuiores, nec nisi oculatissimis conspicui, ac propè (vt philosophi prisci loquuntur) λογοδιαίρετοι, quos Galenus lib. 2. facult. natural. cap. 6. neruos inuisibiles & primos videtur appellare; ex quibus etiam hos densos & crassos componi conflarique villos primum credimus, quas fibras vocant medici, sicuti genus omne neruosum, carnosum, membranosum, osseum, & quodcumque aliud vniuersum, humido radicali illos ambiente, vinciente, colligante, conglutinante, & sua demum conueniente substantia cuique corpori, aut parti, aut mixto denique, spatia inter villos media & inania interstitia complente, ac veluti sufferciente. Ex quo infero, nonnullis partibus, quibus fibræ istæ à medicis cognitæ deesse dicuntur, vt hepati, lieni, pulmoni, renibus, meningibus, subcostali, peritonæo, & siquæ sunt aliæ; tamen necessario istos villos quos dico, ad partium omnium primam generationem cum humido radicali compingendam adesse: quibus neque sanguis destituitur, vt eo, sed nonnisi congelato perspicitur, & ante ex Arist. ostendi, & postmodo forte repetam. sed villis his λογοδιαιρέτοις vim trahendi, retinendi, expellendi non assigno, qua fortasse ne carent illi

Fibræ, sunt elementa corporum omnium.

Similitudo.

Atomorum natura.

Corporum concretio qui fiat. A simili.

Duo nostri corporis principia, fibra & humidum radicale.

Villi in omni corpore genito reperiuntur, etiā solidissimo.

Fibrarum seu villorum duo genera, quæ: unum omnibus notum, alterum animo contemplabile, qualiter.

Fibra conspicua fiunt ex inuisibilibus, qui.

Corpora omnia qua materia dispergantur.

Quibus partibus fibra desint conspicua.

At nullis desunt villi ipsi inconspicui, cur.

Villorum ἀθεωρήτων actio.

ἶνες, villi vnde dicantur.

Fibra quid.

Villutum vnde dicatur.

Nominum cura posthabenda.

Fibrarum necessitas, & actio.

Fibra componunt omnes partes, vel adeo similares, qui. A simili.

Digitized by Google

quidam: at potius partem quamque componendi conſtruendique: queis ſine, ne ipſa quidem pars vnquam concreuiſſet, aut compacta fuiſſet, vti mox ex Hipp. conuincam. Nouum tamen quod dico, ſed admodum probabile, ne dicam neceſſarium, & quod ad omne plantarum & ſtirpium genus, adeôque ad ligna & lapides & cætera ex elementis ſolidis conflata pertinere duco; quæ nonniſi duobus iſtis velut principiis conſtitiſſe primum videntur: & quibus putredine quadam aut igne conſumptis, aut alia quauis ratione corruptis, & ligna & lapides & carnes & oſſa & cætera quæcunque in cinerem, fauillam, puluerem reſolui conſpiciuntur. Sed de villis medicorum more deinceps agamus, atque iſtam contemplationem doctis conſiderandam relinquamus, de qua alibi demonſtrationes longiores contexentur.

Omnium elementorum duo principia, & reſolutio.

N. inuitum de villis cõtemplabilib.

Villi ſeu fibra, quid.

Sunt igitur villi, Græcè ἶνες, velut fila quædam teretia, oblonga, alba, ſolida, ſimilaria, verè ſimplicia, & fortè ſola ſimplicia, ſpermatica, terrena, frigida, ſicca, & vtcumque neruoſa: ideo aut omnia, aut ſaltem quæ à neruis oriuntur, ſenſus capacia. ſiqua enim ſunt à ligamentis (eſt enim tertium genus quòd à neutro horum duci creditur, ſed proprium & partibus innatum) hæc pariter ſenſus expertia fas eſt credere: quamquam primigenia maluiſſem haberi, & ab ijs orta potius illa, à quibus hæc oriri credebantur. ſiquidem & ipſi nerui illis iiſdem conſtare videntur, ſicuti venæ, arteriæ, membranæ, & pars denique quælibet corporis. quibus ſublatis, reliquam materiam velut feriari ac diſſolui contingit. Horum differentias à ſitu peti video, & alibi ſcripſi, quòd alij villi ſint recti iuxta partis cuiuſque longitudinem; alii tranſuerſi rectos iſtos ſecando ad angulos rectos & æquales, quomodo crucem pingere ſolemus +: alii denique obliqui hos & illos obliquo ſitu diſpeſcendo atque decuſſando ad angulos impares, acutum & obtuſum, hunc ferè in modum *, ſed omnino multiplici congerie, & frequentia innumerabili. Rectæ fibræ, Graiis ἰυθεῖαι ἶνες, trahunt: at ἐγκάρσιαι, tranſuerſæ, eædem κατὰ κύκλον περιτελλόμεναι, eædem σφιγκτῆρες ἢ περιφερεῖς, orbiculares, circulares, rotundæ contrahunt, conſtringunt, protrudunt: at λοξαὶ, obliquæ retinent & cohibent. Atque vt eſt villorum in ſitu & poſitione diſcrimen, ſic & actio (quæ fit in omnibus per contractionem ſui) pro ſitus ratione variat. recti enim villi trahere, tranſuerſi expellere, obliqui retinere ſolent: ſicuti & omnes ſimul extenti, vtique validius retinent. Ex quo fit in partibus dictis naturalibus alimenti ad partes ſingulas attractio, eiuſdem ad tempus iuſtum retentio, tandémque reliquiarum expulſio, vt in multis partibus inſignibus antea commemini. Sic in corde & arteriis fit ſyſtole & diaſtole, cum attractione iuuantium, & expulſione nocentium: ſic in genere neruoſo, motus & ſenſus explicatur. Quamquam non omnes villi partibus omnibus ac ſingulis inſunt (intelligo de iis, quos medici norunt ac celebrant) ſed aliis alii; vt muſculis ſingulis vnicum ſemper genus: nonnullis partibus ac viſceribus duo genera: quibuſdam organicis partibus ac principalibus, vt cordi ſummo principi omnia inſunt: prout actio cuiuſque diſcrepat, egétque aut attractione, aut retentione, aut expulſione ſola, aut duobus ex his, aut omnino vniuerſis. Quæ cum ſint ad vitam actiones neceſſariæ, quanta ſit Fibrarum huic tam multiplici operi præpoſitarum neceſſitas, facilè ex eo apparet. Dicere vt liceat, quod captiuo & irretito mus vel ſorex olim poſt eroſum funem liberato à ſe ac ſoluto leoni exprobrauit,

Non omni parti omne fibrarum genus ineſt, & quibus plures.

Villorum neceſſitas.

A ſimili.

Maximus à minima ſæpe leuatur ope. *Proverb.*

Sed volo audire diſertiſſimum & ſapientiſſimum Galenum, qui vnus fere naturam villorum explicauit, aut ab hoc deinde conſecuti cæteri. vbi hoc prius addidero; villis ſimilem mihi & communem cum neruis generationem factam videri, de qua Hipp. lib. de carnibus; Quæ vero glutinoſiora fuerunt, & frigiditate participarunt, ea calefacta exuri non potuerunt, neque vero liquida fieri: propterea ſpeciem alieniorem ab aliis acceperunt, & nerui ſolidi facti ſunt: neque enim multum frigiditatis ipſis inerat. idemque ibidem hepatis & ſplenis generationem enarrans, neque fibris deſtitui aſſerit, quod ante monueram, & cæteri negabant. At vero iecur (inquit) ſic compactum eſt. & mox, Si verò quis ipſum conquaſſet, & fibras eximat, non congelatur: fibræ enim frigidæ ſunt & glutinoſæ. de ſanguine perfrigerato & congelato loquitur. Et ſanè ſiquis diligenter inſpiciat, & viſcus illud vtrumque (vt idem de aliis intelligatur) findat, diſpeſcat, perſcrutetur crudum coctumve, fibras quamplurimas velut capillares deprehendet, quæ neque forſan omnimoda functione dicta trahendi, retinendi, expellendi carent: ſed hoc habent præterea vſus innati ac primigenii, vt iam inde ab ortu primo, de ſemine concretæ, & variè huc illuc pro diuerſa partis cuiuſque figura, diſperſæ ac diſſeminatæ, humores circumaggeſtos & in carnem propriam ſubſtantiámque vi caloris natiui cogendos excipiant ac fulciant, humidóque radicali interueniente informent. ſed de villis & fibris medicinalibus dicentem Gal. audiamus. ſic autem ille lib. 2. de temperam. cap. 3. Cæterum non eſt idem fibrarum genus: ſed quæ in muſculis habentur, neruorum & ligamentorum ſunt particulæ: cordis autem propria quædam fibrarum eſt ſpecies, æquè ſcilicet vt venarum tunicæ atque arteriarum, itemque inteſtinorum, ventriculi, vteri & veſicæ vtriuſque. licet enim in iis quoque inſtrumentis propriam quandam videre carnem ſuis ipſorum fibris circumnaſcentem. atque hæ quidem carnes cute ſunt calidiores: fibræ vero quàm cutis partim paulo magis, partim paulo minus tum frigidæ, tum ſiccæ ſunt,

Villorum generatio qualis.

Fibra in hepate & ſplene, quales, & quos in vſus.

Fibrarum differentia.

Viſcerum compoſitio.

Fibrarum temperamentum.

An villi ſenſiani, & qui & vnde.

Villi, ſunt principia partium ſimilarium.

Fibrarum differentia.

Fibra recta, tranſuerſa, obliquaquid agant.

Villi quomodo agant, & quod modus.

Facultates naturales qualiter agant: item vitales: item animales.

partim ſimiles omnino cutis ſubſtantiæ. idem lib. 3. facult. natural. c. 8. multa de vi attrahendi & retinendi expellendiq; diſſerit, ſubiecto exemplo ventriculi, œſophagi & inteſtinorum, ſed c. 11. conſequenti ita ſcribit; Cæterorum inſtrumentorum ſingula ambas obtinent facultates, velut ambæ veſicæ, vterus & vena, vtrumq; fibrarum genus obtinet rectarum ac tranſuerſarum. quin tertium quoq; fibrarum genus obliquarum eſt, minus omnino quàm duo prædicta genera, numeroſum. Inuenitur id in his inſtrumentis, quæ ex duabus tunicis conſiunt: in altera ſola, rectis ſcilicet ipſis fibris immiſtum. in his autem, quæ ex ſingulari conſtant tunica, vna cum aliis duobus generibus. ſanè hæ maximum auxilium præſtãt retẽtricis facultatis actioni. Poſtulat enim in hoc genere particula ſuper ea quæ continet, ſtringi ac circum ea tendi: ventriculus quidem toto concoquendi cibi, vterus toto geſtandi fœtus tempore. Venæ quoque tunica cùm vnica ſit, ex multifariis fibris eſt condita. iam ex arteriæ tunicis ea quæ externa eſt, ex circularibus: quæ interna eſt, ex rectis plurimis, paucis autem cum his obliquis eſt conflata. Ita venæ quod ad fibrarum ſitum pertinet, vteris ac veſicis, quanquam craſſitudine deficiuntur, ſunt ſimiles: arteriæ verò, ventri. ſola inſtrumentorum omnium ex duabus tunicis, atque harum vtraque ex tranſuerſis conſtante fibris facta ſunt inteſtina, &c. de his agit idem lib. 4. vſus part. & nos pridem attigimus; atque eiuſdem operis lib. 5. cap. 11. propoſito veſicæ exemplo, ita de fibris agit; Vna vtriuſquæ veſicæ tunica cùm ſit, ad omnem motus ſpeciem, conſtructionem adepta eſt accommodam, ſiquidem & eum motum, quem attrahendi cauſſa villi recti; & eum quem excernendi gratia, trãſuerſi; ad extremum etiam eum, quem vt ea etiam retineant, vt que vndique conſtricta ſunt, obliqui conficiunt, inſtrumẽta ipſa habere æquum fuerat. nam tenſis ſolis tranſuerſis latitudo ipſa contrahitur: at rectis ſolis, longitudo minuitur: omnibus porro ſimul tum rectis, tum tranſuerſis, tum obliquis in ſeipſos contractis, tota contrahitur particula: quemadmodum certè longioribus his omnibus redditis, tota etiam extenditur. Ergo cùm vtraque veſica tunicam ſimplicem eſſet habitura, ſatius fuerit omne fibrarum genus in ipſis inſiſtere, vt omnis etiam motus ſpecies conſequeretur. At inteſtina, vt quibus neque attrahere, neque retinere erat neceſſe, ſed contractis vndique prorſum pellere, cum ſimplici egerent motu, ſimplices quoque fibras habuerunt. ventriculus verò non item: ſiquidem nobis tranſglutientibus trahere ipſum, & coquentibus retinere. atque vbi coxerimus, depellere oportebat. ex quo intelligitur, ipſum genus omne fibrarum iure eſſe conſecutum. &c. idem lib. 1. de ſemine cap. 10. & 11. quaſdam fibras à neruis & ligamentis deduci ait in muſculis, & aliud fibrarum genus recenſet & agnoſcit tum in ventre, tum in inteſtinis, tum in vtriſq; veſicis, in vuluis etiã & corde, quæ è ſemine ortum habent. quibus quidẽ venulis totum viſceris corpus, quod etiam ipſum è ſanguine generatum eſt, quibuſdam quaſi crinibus circundatur. idem lib. 5. de vſu part. cap. 14. Pro fibrarum poſitione inſtrumenta ipſa actiones edere ſcribit: quatuor verò ipſarum omnino eſſe poſitiones, rectam, tranſuerſam & duas obliquas. At lib. 5. adminiſtra. anatom. fibras in macilentis & vetuſtis animantibus magis eſſe conſpicuas verè profitetur: nam iuuenilium pinguiumque animaliũ fibræ tum humiditate, tum carnis copia conteguntur. quod ſimilitudine à calathis ficellisve, & caſeo ſeu lacte coagulato in eis contento demonſtrat. idem lib. Quod animi mores. &c. ex Ariſt. de fibris ſanguinis ita ſcribit; Quas autem fibras vocant, ſanguis alius habet, alius non, vt ceruarum & damarum. quamobrem id ſanguinis genus non ſpiſſatur. ſanguis enim qui dilutior eſt, frigidior eſt: itaque dureſcere non poteſt: qui autem terrenus eſt, nimirum coit, cùm humor euaporatur. fibræ autem illæ terræ ſunt opificium. quorum autem ſanguis fibris admodum multis craſſisque refertus eſt, hæc terrena amplius conſtant natura, & animoſa, iracunda, proindéque furibunda ſunt: ira enim calorifica eſt: in aliis autem aliter.

Ariſtoteles verò cap. 6. lib. 3. hiſtor. animal. Fibræ inter neruum & venam ſuam habent naturam, & nonnullæ humorem, ſaniem appellatum cõtinent. tendunt à neruis ad venas, ac inde ad neruos. Secundum etiam genus fibrarum eſt, quod conſiſtere in ſanguine ſolet, quanquam non cuiuſque animalis. ſpiſſari autem ſanguis non poteſt, ſi id genus fibrarum detrahatur: ſpiſſatur verò ſi non detrahatur. &c. quod idem repetit mox cap. 19. eiuſdem libri, Sanguis vbi effluxerit, concreſcit omnium, præterquam ceruorum & damarum, & ſiquid aliud natura eiuſmodi ſit. Itaque cæterorum omnium ſanguis ſpiſſari ſolet, niſi fibræ quibus refertus eſt, eximantur. & iterum cap. 4. lib. 2. part. animal. Si fibras detraxeris, ſanguis non cogetur. vt enim ſi ex luto terrenam portionem ſemoueris, aqua non concreſcet: ita ſanguis fibris detractis, incongelabilis manet: fibrarum enim natura terrena eſt. quod ſi non eximantur, cogitur, vt terra humida frigore ex quo eodẽ capite Galenus locum illum poſtremum totum deſumpſerat, quem nuper produxi & truncaui ob longitudinem; vbi philoſophus dicebat. Quas autem fibras vocant, non omnis cõtinet ſanguis. &c. idemque c. 7. lib. 4. meteor. Similis ratio ſanguinis cum lacte & caſeo: nam ſpiſſatur, quòd refrigeratus ſicceſcat. qui non coit, vt ceruinus, is aquæ naturam magis ſapit, & frigidiſſimus eſt, ac propterea fibris caret; fibræ enim, terræ opera ſunt, ſolidæque conſiſtunt. quapropter illis ademptis nõ coit aut ſpiſſatur. quod ideo fit, quia non ſiccatur: aqua enim ſupereſt, vt lacti poſt extractum caſeum. Quam Ariſt. do-

Fibrarum genera ac differentia, & vſus in partibus, ac varietas unde.

Retentio qui fiat.

Venarum & arteriarum fibra, quales: itemque viſcerum aliorum.

Veſicarum fibra, quales, & harũ vſus, actioque.

Veſica quomodo formam mutet ob motum fibrarum varium.

Inteſtinorũ quales tunicæ, item vẽtriculi.

Fibrarum origo unde.

Fibrarum ſitus, & actionũ varietas.

Fibra vbi magis aut minus conſpicua.

A ſimili.

Fibra in ſanguine quales, & quid præſtent.

Fibrarum temperamẽtum.

Sanguinis diſcrimen, & effectus.

Fibrarum natura quale, ſitusque, ac differentia.

Sanguis qui concreſcat aut non, & unde.

Fibroſus ſãguis coit, alius non. A ſimili.

Sanguis qui ſpiſſetur, & qua de cauſſa, aut ſecus. A ſimili.

ctrinam imitatus Gal. ſcripſit initio lib. 2. de elementis; Sicuti igitur in lacte pars quidem vna, ſerum eſt, altera verò, caſeus: ita in ſanguine, altera veluti liquor ſanguinis, ſero lactis proportione reſpondens, altera verò veluti lutum & fæx caſeo proportionalis. Et quidem quædam veluti fila, quæ ſanguini inſunt, licet manifeſte videre: quibus ablatis ſanguis non concreſcit. & quæ ſequuntur. namque quod ſanguis in ſe quatuor humores complexus cõtineat, pridem oſtendimus, & rem multiplici ſimilitudine tum ex Hipp. tum ex Ariſt. tum è Gal. illuſtrauimus.

Sanguinis cum lacte comparatio.

Fibrarum genera.

Quæ cùm ita ſint, ex Ariſtotele duplex potuiſti genus fibrarum percipere: vnum illud ſanguini cogendo efficax: alterum autem quo de agimus, neque ſatis ab illo explicatum, cùm à neruis ad venas, & à venis ad neruos ſolummodo tendere profitetur. Nos autem præcipuè muſculis fibras ineſſe dicimus & ventriculo & inteſtinis & cordi & veſicis & cuti toti & ſimilibus partibus organicis, quæ vitam à corde, ſenſum motúmq; à cerebro, alimentum ab hepate ſortiũtur. Quinetiam iis partibus fibras ineſſe contendimus, quas tamen nonnulli fibris priuant ac ſpoliant, vt hepati, lieni, pulmonibus, renibus, peritonæo, hypezocoti, meningibus, & quotquot omnino ſunt partes ſeu particulæ in toto corpore: quas ſine fibris nunquam potuiſſe concreſcere, imò ne ſubſiſtere quidem aſſerimus: vt ne venas quidem, neruos, arterias, atque adeo oſſa fibris illis genitalibus ac primigeniis carere velimus. quarũ etiam vſum alio traducimus ad omne plantarum, ſtirpium, arborum genus, imò & lapidum & mineralium, atq; adeo piſcium & volucrũ & reptilium & animantum reliquorum, quæ terra, mari aut aëre capi alique cernimus; & omnino quicquid è terra ſolitum conereuit, id omne beneficio villorum ſimilarium concreuiſſe ac ſubſtitiſſe tuemur aſſerimuſque: & has vere primas & ſimplices & ſimilares noſtri partes adſtruimus: quaſquidem humido radicali, ceu glutino quodam cohærere & vniri ideo iam ſæpe repetimus & inculcamus, quia qui id olim ſcripſerit, monuerit, docuerit, adſtruxerit, audiui ſanè neminem. Nomen autem villorum vt ad pilos & capillamenta ſimiliaque traducitur: ſic fibras de lobis viſcerum, de auriam chartilagine, de extremitate qualibet dici nouimus. ſed hæc à noſtro ſunt inſtituto aliena; vt & illud forſan poëtæ Perſij,

Vibra viſcerum vnde vitam, ſenſum, alimentum habeãt.

Vibra contemplabiles, vbi paſſim. & earum vſ.

Vibra communes omnibus mixtis.

Fibrarum genitalium vſus mirificus, & inde compoſitio corporum.

H. inuentio.

Villi & fibra quid ſignificent.

— *Neque enim mihi cornea fibra eſt.*

item, *Quod latet arcana non enarrabile fibra.*

& hoc per imitationem ſcriptum à neoterico poëta Buchanano ad Pſalm. 103.

Fibra per allegoriam.

— *Et remotis Quiſquis eſt fibris vigor* —

pro corde aut præcordijs aut vitali principio ſeu vitæ fonte animique ſenſu aut penetralibus & arcanis ſenſuum mentiſque, aut denique tropo vel metaplaſmo quolibet iſti hominum generi vſitato. atque hæc mihi nunc dicta ſint.

E recentioribus (quia priſci hanc particulam modicè attigerunt) vnus ſatisfaciet Veſalius cap. 1. lib. 7. Fibræ venarum Græcis ἶνες nuncupantur, & ſubſtantia quidem, forma & colore, muſculorum fibris reſpondent, actione autem plurimum ab illis variant. hæ enim maxima ex parte, carnea muſculorum ſubſtantia obſitæ, arbitrario: illæ verò nulla eiuſmodi carne implicitæ, naturali motui præſiciunt. Quippe vt motus è noſtro arbitratu pendentes, fibrarum in muſculis auxilio perficimus: ſic naturales motus vniuerſo corpori ſubſeruientes, fibris quibuſdam obeuntur, quæ organis toti corpori famulantibus intertextæ ſunt. Quamquam naturales motus non omnes, ſed materiæ dumtaxat alicuius attractio, retentio, & expulſio huiuſmodi fibris adimpleantur. Motus igitur omnibus ſimiliter partibus proprij, atque aliis non ſubminiſtrantes, inſita dumtaxat partibus vi, citra fibrarum opem omnino fiunt. ſed partes quas aut attractionem, aut retentionem, aut expulſionem partibus aliis, vel toti etiam corpori ſubſeruientem & commodam obire neceſſum eſt, ad eam functionem fibras quaſdam ſibi vendicant, quarum auxilio illam complent. Et quemadmodum tres ſpecie ſunt motus: ita quoque triplex fibrarum genus à natura conſtructum eſſe credimus: rectum videlicet, obliquum & tranſuerſum. Ac rectæ quidem fibræ attractioni conducunt: oblique autem retentioni: tranſuerſæ expulſioni. Rectæ enim ſunt, quæ ſecundum organi longitudinem expanduntur. obliquæ autem, quæ ſecundum obliquum organo obducuntur: atque hæ circulares ſunt: ſed cum in duplici ſint differentia, inuicem contrariantur, ac ſe mutuo X literæ, aut potius duorum inuicem implexorum circulorum modo decuſſatim interſecant; ita commodè quicquid organi cauitate comprehenditur, retinentes. tranſuerſæ ſecundum corporis latitudinem exactè tranſuerſim locantur; corpuſque orbiculatim quemadmodum obliquæ, ambiunt. quamquam tranſuerſæ interim, circulares orbicularéſque priuatim nuncupentur. hæc ille & plura in anatome venarum, quorum iam ante ſuis locis opportune meminimus: ſed hîc non memineriſſe noluimus.

Fibrarũ forma & actio, ac differentia.

Motus naturalis & voluntarius per fibras quid fiat.

Motus proprij qui fiãt, & qui fibrarum adminiculo.

Fibrarum & motuũ quæ genera.

Fibra recta, obliqua, tranſuerſa quid agãt. & quæ ſint vel quales.

Obliquarũ fibrarum ſitus.

DE TVNICIS SEV MEMBRANIS,

Vbi præſertim de cute.

CAP. VII.

SI vera ſunt ea quæ de fibris diximus, vt ex iis partes ſuam accipiant omnes originem texturamque: ſane verò & tunicæ membranéſque omnes ex iis facilè concreuiſſe concipiuntur. Vt enim tela vel pannus vel byſſus aut purpura aut ſericum ex duplici villorum vel filorum genere conte-

Tunicarum generatio qualis, & ſimili.

Digitized by Google

xitur, & quanta maxima placet amplitudine diducitur; quorum alterum à ſtando, ſtamen; alterum à ſubtexendo, ſubtegmen nominatur. aut vt calathus è duplici viminis genere, altero recto, tranſuerſo altero eſt compactus & contextus: Sic è duplici ſaltem fibrarum genere triplicive in totum omnis membrana contexi intelligitur; quarum altera in longum, in latum altera, alia in obliquum innumerabili frequentia extenditur atque exporrigitur. Quales fibras in nonnullis membranis Anatomici facilè agnoſcunt, vt veſicæ vtriuſque, œſophagi, inteſtinorum, vteri, venarum & arteriarum, cutiſque & aliarum quarumdam: in aliis quia non vident, vt meningibus, pericranio, perioſtio, peritonæo, ſubcoſtali, & aliis nonnullis infantilibus, ideo negant adeſſe: cùm tamen ex actione ipſa, & naturali iſta fabrica ſtructuraque perſuaderi atque induci potuerint, ineſſe vt crederent: & oculis animi magis, quàm corporis fidem habere debuerint: vt κυαθίσκην ἢ τρανῆ νύσσειν, cyathiſcatem & menſalitatem Diogenes cuidam Philoſopho exprobrabat inuiſam atque incognitam, quod corporis oculos haberet, animi non haberet. Sed hæc in ſpeculatione conſtituta, & alibi neceſſario ἢ δι' ἀνατομικῶν demonſtrata nunc prætereo. Illud dico, pellem à pellendo, quod per eam ſudor & fuligo & noxii humores de corpore expellantur, & aëris atque occurſantium damna & incommoda iniuriaque plurima propulſentur. item tunicam à tegendo, & membranam à membris denominari, quod ſubiectas partes contegere, aut membra & artus velare muniréque natæ ſint. χιτῶνα vocant Graij ab vſu contegendi, quod ſit tanquam veſtis aut tegumentum, παρὰ τὸ περιχύδην τοῖς σώμασι, quòd corporibus circunfundatur. Dicitur etiam ὑμένιον generali quodam nomine, ὡς ὑφή τις, ἢ τὸ ὕφασμα, quaſi contextus quidem: ἢ ὅτι ἐν ὑμῖν, quòd nobis inſit. Galenus initio lib. 7. adminiſtra. anatom. ὑμένιον μὲν ἀπὸ τῆς ὑφῆς. χιτῶνα δ' ἀπὸ τῆς χρείας. hymen ſeu membrana, ob eſſentia, chiton ſeu tunica, ab vſu denominatur. Denique μηνιγξ cùm ſit & ipſa tunica, tamen ſpeciali potius nomine de involucris cerebri vſurpatur: de qua ſub finem: vbi & de cerebro tranſigetur. ſed de verbo ſatis: rem ipſam diſpiciamus.

Eſt igitur membrana ſiue tunica, pars corporis ſimilaris, lata, plana, lævis, tenuis, alba, ſpermatica, exanguis, neruoſa, ſenſus capax, ſed motus impos, dilatari & comprimi habilis faciliſque, frigida, ſicca, de humore tenaci & viſcoſo à calore natiuo progenita, tegendo & inuoluendo muniendóque comparata: eaque omnino multiplex, & quæ frequenter ex ſitu aut vſu nomen habet, vt de meningibus vtriſque coperam dicere, quæ cerebrum inuoluunt, conregunt, traiiciunt, ſubtexunt, ſicuti poſtea repetam & fuſius dicam. de aliis autem plerisque inſignibus dictum à nobis iam ante ſuis ſingillatim locis: vt de tunicis ocularibus, vbi de oculis & reliquis ſenſibus: vt de ſubcoſtali, deque pericardio, vbi de thorace & partibus vitalibus: vt de peritonæo, omento, œſophago, ventriculo, inteſtinis, meſenterio, vbi de partibus naturalibus concoctioni & nutritioni dicatis: vt de perioſtio, vbi de oſſium natura: vt de veſicis, vreteribus, vtero & tunicis infantilibus, vbi de partibus inferioribus & genitalibus: denique de cute extima, vbi de ſenſibus omnibus fuſiſſime & copioſiſſime egi circa operis initia, cùm tactus acumen cuti ſuo iure vendicare. Itaque cæteris poſthabitis & ſufficienter alibi expoſitis, hoc loco de cute nonnulla reſumam partim indicta mihi, partim breuiter & ſummatim delibata: vbi prius hanc partitionem de analogia cæterorum animalium ex Cic. lib. 2. de natur. deor. propoſuero. Animantium vero, inquit, quanta varietas eſt? quanta ad eam rem vis, vt in ſuo quæque genere permaneant? quarum aliæ coriis tectæ ſunt, aliæ villis veſtitæ, aliæ ſpinis hirſutæ. pluma alias, alias ſquama videmus obductas; alias eſſe cornibus armatas, alias habere effugia pennarum; & quæ crator de naturæ ſolertia in paſtu, figura, greſſu, volatu, natatu ingenióque animalium ibidem percurrit. Atenim vt eſt apud Poëtam Horatium,

--- *Quod medicorum eſt, Promittunt medici* ---

Eſt igitur cutis, extimum & oculis tactuique & aëri primum obuium totius humani corporis longè ampliſſimum tegumentum (de tergore quadrupedum, aut piſcium ſquamis, aut volucrum plumis nulla nunc mihi initur ratio vel conſideratio) idemque munimentum tutiſſimum aduerſus æſtum & frigus atque extrinſecus occurſantia, necnon ornamentum præcipuum. quo detracto, nihil homine fœdius, nihil deſpicatius, nihil horridius aut formidabilius excogitari poteſt. vtinos de ſancto Bartholomeo Apoſtolo & Martyre vulgo credimus: vt nos de Siſamne Otanis patre, vno è regiis Perſarum iudicibus, quod iniuſte ob pecuniam iudicaſſet, à Cambyſe excoriato legimus ex Terpſichore Herodoti: vt de quadam regina Anglorum annales memorant.

Cutis igitur quaſi cuſtos corporis, à Græcis χρὼς, ἀπὸ τῆς χρείας, ab vſu denominatur, vel quod præ ſe ferat χρόα, colorem reliqui corporis. idem τὸ δέρμα, ἀπὸ τοῦ δέρειν, quaſi corium ab excoriando vocatur. cuius ſumma & extima illa tenuis pellicula, oculis prima obuia, poris anguſtis cribrata, ἐπιδερὶς ὡς ἐπὶ τῷ δέρματι, velut ſupercuticula aut corio cutive incumbens & inhærens, exigua quidem ipſa aut nullo ſenſu prædita: quæ ab igne aut ſub naſcente puſtula facilè attollitur, & quæ minimo aut nullo pœnè dolore eximitur, tanquam veræ cutis excrementum, quæ illi proximè & immediate

Quæ partes fibru careãt viſibilib. ac inuiſibilibus non carent.

Et ad anatomicos admonitio.

Hiſteria.

Pellis, tunica, membrana, χιτὼν, ὑμὴν, vnde & cur ſic dicantur.

ὑμὴν ἢ χιτὼν quid & quorſum dicantur.

Tunica ſeu membrana, quid ſit, & vnde genita vſus & differentia.

Tranſitio.

Animãtium varia tegumenta & arma.

Cutis quid, & quorſum.

Hiſteria.

χρὼς, δέρμα, ἐπιδερὶς quid & vnde dicantur.

Digitized by Google

Cutis natura & genera.

diare ſubeſt, villis conſtrata, poris perula, ſenſu prædita acerrimo, propter propagines dilatatorũ in ſuperficiem neruorum, venularum, arteriolarum, carnis, muſculorũ, tendinũ, & omnium ſubiectarũ partium. cui toti & alia tertia per totum corpus ſubſtrata eſt membrana ſeu cutis craſſa denſaque, fibris prædita, adipe ferè paſſim vtramque dirimente: eadem carnoſa & muſculoſa vſpiã, aſſumpta ſibi carnis & muſculorũ portione quadã: attamen vſpiã neruoſa tantum, venarũ ſubcutanearũ vehiculũ, & vbi contigit, extimæ muſculorum tunicæ propriæ appreſſa, atque adeo coniuncta, vt alias ex Syluio dixi. Sic igitur quæ noſtro corpori toti tota extrinſecus inſternitur cutis, quodammodo triplex dici ac dirimi poteſt; tota vtiq; exquiſito ſenſu donata, præcipuè quæ manus internas veſtit, primariam ac præcipuam tactus ſedem ac iudicem: cum ex toto corpore humano nulla pars temperatior exiſtat; dum & mollis index corporis: cui quæcunque cedunt, mollia; quæ reſiſtunt, dura dici Plato, Ariſtoteles & Galenus voluerunt: eadem in caloris, frigoris, humoris, ſiccitatis velut æquilibrio poſita, vt Gal. docuit, & nos antehac protulimus, & paulo poſt refricabimus? Quanquam ſiccitati quam humiditati propior; quanquam frigiditati quàm calori propinquior. Quam mihi quidem temperatus calor natiuus ex materia craſſa & tenaci, more partium mẽbranoſarum omnium, videtur excoxiſſe & induraſſe inque latum extendiſſe, ob ſequacem & ductilem materiam. Quomodo in panificio videmus maſſæ ſubactæ ac dilutæ, aut pani piſto, aut pemmatibus azymis, vt farcimini, vel libo, vel artocreati compacto, aut caſeo recens coacto pelliculam extrinſecus ab aëre concreſcere: quæ demum calore clibani aut fornacis, aut ſitu longo indureſcit, ſicque tegumentũ medullæ vel pulpæ intus contectæ. aut quomodo in fructibus omnibus vi caloris ſolaris cortex aut corium tegmenque foris concreſcit. Ita prouidente natura partibus ſubiectis & tenuioribus & mollioribus & ſanè præſtantioribus, vt olim de tunicis embryonis, earumque vſu differebamus. Sed iuuat audire deinceps quid alij ſentiant, quos & hic ſumus imitati, & alibi vt potuimus, expreſſimus.

Panniculus carnoſus qui & qualis, & quorſum.

Cutis in homine triplex Tactus ſedes vbi exquiſitior, & manuũ vola prærogatiua temperieſq; & generatio

A ſimili.

Membrana generatio.

Hippocrates lib. de carnib. Quum frigidum ſemper caleſcat, quantum eius circuncirca glutinoſum erat, exaſſatum eſt, & membrana tunica facta eſt. ibidem, Extremum corporis ad aërem conuerſum neceſſario pelliculam induit, præ frigido & ventis impetẽtibus. quod demonſtrat exemplo ſanguinis è vena detracti, & à frigore circunſtante ſibi pelliculã inuoluente. idem lib. de natura pueri, Genitura inflata pelliculam acquirit: circuntenditur enim quod foris inſecus circũ ipſam eſt cõtinuũque euadit, vtpote viſcoſum exiſtẽs. quemadmodum in pane dum torretur, tenue quiddã pelliculæ ſpecie in ſuperficiẽ abſcedit ac extat. ſed de iſthoc iam antehac, vbi de fœtificatione. Plato in Timeo, vbi de capillis ageret, Ea verò quæ in digitis eſt, nerui, pellis & oſſis cõplexio aridior facta, eõmuni quodam vno duriorique cutis tegmine eſt adoperta. &c. Ariſtoteles lib. de ſpiritu, Cutis tribus hiſce, vena, arteria, & neruo conſtat. vena quidem, nam dum pungitur, ſanguinem emittit: è neruo autem, quia tendi poteſt: ex arteria quoque, perſpirationẽ enim habet: nam ſola arteria ſpiritũ ſuſcipit. idem lib. 2. genera. animal. c. 4. Neruus ſiccus & ductilis, os ſiccum & fragile, cutis carne ſicceſcente efficitur. quomodo in polentis cruſtula, quam vetulam vocant. idem c. 11. lib. 3. hiſtor. animal. Cutis homini proportione magnitudinis tenuiſſima eſt (quod iiſdem verbis repetit ſect. 10. probl. 5.) & rurſum c. 2. lib. 5. genera. animal. Cutẽ tenuiſſimã præ cæteris animalibus homo ſuapte natura pro magnitudi habet. idem cutem à mẽbranis diſtinguit c. 2. lib. 3. hiſtor. animal. ac de mẽbranis hic cap. 13. eiuſdem lib. 5. Sunt & membranæ in ſanguineis animalibus, quæquidẽ pars ſimilis cuti prætenui ſpiſſæq. eſt. ſed diuerſum ſanè genus id eſt, quippe quod nec fiſſile, nec euulſile ſit. Ambit ſingula tum oſſa, tum etiam viſcera, membrana tam in maiore, quàm in minore animalium genere. ſimiliter lib. 3. part. animal. cap. 11. Mẽbranis omnia viſcera includuntur: pro tegmine enim opus eſt, quo illæſa ſeruãtur, eóq. leuiori. Mẽbrana autem talis ſuapte natura eſt, quippe quæ & denſa ſit, vt arcere poſſit, & carne vacet, vt vaporẽ nec trahat, nec habeat: & tenuis prætendatur, vt leuis ſit, & nihil ponderis afferat. vbi mox de pericardio & meninge. idẽ ſect. 10. probl. 29. Cæteris animalib. tergus, pars per ſe corporis eſt: hominis autẽ cutis, veluti affectus carnis exultat; quippe quę ſumma illius forma refrigẽte, ſolidiuſcula exiſtere videatur. quemadmodum cruſtę in pulte ſuperducuntur, quas vetulas appellamus. idem cap. 3. lib. 5. genera. animal. Omnino cutis naturam terrenam eſſe ſtatuimus. cum enim per ſumma ſit, humore euaporente, ſolida terrenaque redditur. ibidem cap. 5. Cauſſa colorum pili in cæteris cutis eſt: at in homine cutis nulla cauſſa eſt: qui enim ſunt albi, admodum nigros habent capillos. cauſſa eſt, quod homo omnium maxime tenuem cutem habet. Pro magnitudine itaque nihil ad pilorum mutationem cutis valet: imo præ ſua imbecillitate ipſa mutatur, & vel à ſole, vel à flatu redditur nigrior, nec pili vllo pacto cum ea mutantur. ibidem cap. 3. Cutes duriores craſſioréſque efficiuntur ſeneſcẽte ætate: reſiccantur enim. idem cap. 13. lib. 2. part. animal. Cutis ſine carne coaleſcere nequit vulnere diducta, vt in palpebra & præputio. ex quo Plinius lib. 11. cap. 37. Veſica membrana conſtat, quæ vulnerata, cicatrice non ſolideſcit: neque qua cerebrũ aut cor inuoluitur: plura enim membranarum genera. verũ vtriuſq; diſcrepantiam opinionum de ſigno acuminis ingenij ex cutis tenuitate deſũpto alibi & notaui & cõciliaui. Iam vero alibi ex Tullio lib. 2. natu. deor. propoſui; Tractus toto corpore æquabiliter tuſus eſt, vt omnes ictus omnéſque nimios & frigo-

Cutis qui fiat.

A ſimili.

Cutis humana prouida.

Membranæ vſus, & differentia à cute.

Membranæ natura cui talis.

Cutis generatio.

A ſimili.

Cutis natura generatioque.

Pilorum color an à cute

Cutis humana natura, & ab ætate varietas.

Cutis an regeneretur, & vbi non.

Tactus ſedes & conſtat.

Ab exemplo. Cutis vſus, eiuſque cõpoſitio, & partium ra-

ris & caloris appulsus sẽtire possemus, quæ vis non vtique alius cuiusquam partis, quam cutis haberi debet, quæ est instar nerui cuiusdã latissimi, & toti corpori ad sensum occursantium instrati. sed de sensibus antea diffuse.

Cutis quid, ausque vsus.

Cutis & mẽbranæ temperamẽtum, & natura.

Galenus lib.2. temper. cap. 3. Porro omnes membranæ cute sunt siccriores: veluti cerebri & spinalis medullæ inuolucra, quæ meninges dicũtur: sunt enim hæ quoq; mẽbranæ. & aph. 33. lib. 6. aph. in cõment. densa est mẽbranarũ substantia. ibid. lib.2. de vsu part. cap.6. Cutis quæ ambit totum corpus, Δέρμα, hoc est excoriari potest: & propterea opinor, aiunt eam etiam sic nominatã, Δέρμα, hoc est coriũ & cutim. sed de hoc iam alibi. Author finitionum medicin. Cutis (ait) est corpus neruosum, ambitum corporis honestamenti gratia totũ operiẽs, ac noxiis caussis arcendis procreatum. cui adstipulatur Gal. ad finem lib.1. de temperam. Hominis cutis omniũ extremorũ media, maximéq; ea quæ est in manu. de qua nos pridem. & paulò post, Cutis, est veluti sanguine prædit⁹ neruus, qui sit inter neruũ & carnẽ quiddã planè mẽdium, ac si ex mixtis vtrisque constitueretur. Quinetiã cutis quæ non solum omnium hominis partium, sed etiã vniuersæ, quæ generationi corruptioniq; subiicitur, substantiæ media est, ea nec calloſa, nec dura lapideáve est: sed secũdum naturã se habens: quo scilicet cutis genere maxime perfectum tactum esse censemus: prætertimq; eius quæ intra manum est, de qua antea. idem lib. de morb. causs. Cutis nullum opus habet, sed vsus tantum gratia à natura instituta est: ideo optima ratione partibus aliis quę aliquam habent operationẽ, imbecillior est facta. est enim quoddam veluti velamentum, atq; amictus animali cognatus, nullam operationem animali efferens. Prætera cum omnium aliarum partium extrema sit collocata, non absque ratione totius corporis excipit excremẽta. Cutis autẽ quomodo à regione variet, idem lib.2. tempera. sic aperit; Simul autem pensitandus cõtinentium partium affectus est, quarũ omniũ extrema est cutis. hęc in nostra regione, quæ vtiq; temperata est, subiectarum partium naturã prodit. quãquam nec in ea simpliciter loquenti, omniũ: sed dũtaxat earum, quæ similem habent cuti tẽperiem. At in iis quæ sub vrsa & sub meridie sunt locis, quoniã corporũ quæ in alto sunt, calor in altũ à circundante extrinsecus & vincente frigore est fugatus: alterorũ in cutem ab externo calore attractus prodiit, non potest ex eo affectu, qui in cute cernitur, internarũ particularum temperies clare discerni. quippe corporis tẽperies in regionibus iis quæ à tẽperie recessẽrũt, inæqualis visitur, externis scilicet internisque partibus ad eundẽ se modũ se non habẽtibus. Gallis enim & Germanis & omni Thracio ac Scythico generi frigida humidáq; cutis est: ideóque etiã mollis, alba & pilis nuda. Omnis verò naturalis his calor in viscera vna cum sanguine confugit: vbi dũ agitatur & premitur & feruet, iracundi, audaces & præcipitis consilij reddũtur. Æthiopibus verò & Arabibus, omnibus deniq. iis qui ad meridiẽ incolũt, natura cutis ex ambientis æstu & naturali calore foras acto, vsta, dura, sicca & nigra redditur: toto corpore naturalis quidẽ caloris exiguam obtinente portionẽ, sed alieno atq. ascititio, incalescente. Qui enim meridianam plagã incolũt, ascititio calore sunt calidi, proprio frigidi. Iam apud nos quoq; naturalis calor hyeme est vberior, ascititius minor: æstate contra ascititius maior, naturalis minor. Neque omnino si cutis nigrior apparet, iam totus homo calidior est: sed ita erit, cæteris omnibus simili modo se habẽtibus. sed de his nũc plus satis: cætera breuius decurramus. Gal. eod. libro cutem veri cõparat temperato tẽperatam: sicut intẽperatã, æstati terræq. & aliis. Cutis autem differentias ex lib 11. de vsu part. c.15. disces, vbi de frõtis, manuũ, pedũ, labiorũ cute singulari peculiariq. differit. at initio lib.16. Natura exactiorem sensum partibus illis tribuit, quæ assiduè erant iis occursuræ, quæ incidũt aut frangunt aut rodũt aut calfaciũt vehementer, aut refrigerãt, aut alio quouis modo alterant, vt animal à dolore ferendæ sibi ipsi opis admonitũ, quod sese angit, prius amoliatur, quã pars sit labefactata. sic ad cutẽ totam fibræ quædam à singularũ partiũ neruis productæ prorũpunt. Non enim quemadmodũ in singulos musculos neruus peruenit: ita & ipsius cutis est proprius aut definitus: sed ex partibus subiectis fibræ quędã ad ipsam peruenĩut, quæ simul ipsam cum subiectis partibus cõnectunt, simul etiam sensum ei suppeditant. idem lib.1. facult. simpl. medicam. c.13. Cutis omnis in primo statim ortu sibi est cõtinua, ac temporis spatio perforariac plurima nanciscĩ spiramenta incipit, ritu cribrorũ. at lib.1. sanita. tu. Cum animalis corpori duplex instet incõmodum, alterũ ab externis, alterũ ab internis occasionibus: quorum certè rara, molliq. cutis est, ij ab extrinsecus imminentibus malis facilè tentantur: quorũ densa ac dura, ab internis. idem lib.3. meth. med. c.5. Cutis ex subiecta creatur carne. cæterum caro eadẽ specie cũ ea quæ periit, gigni in cauo vlcere potest: cutis talis omnino qualis erat quæ periit, prorsus restitui non potest: sed simile quiddam cuti, & quod eius officium suppleat, potest: nõ tamẽ planè cutis. &c. Quæ autem & qualia ad cutim expellantur vel criticè, vel symptomaticè, quæq. iuuent aut lædant, ex libris de causs. morb. & sympt. & cõm. in aph. & lib. therapeuticis cõdisces. Author ille anatomiæ viuorũ de his ita edixit c. 38. Panniculus propter multam necessitatẽ in corpore creatus est. quidam enim continet membrum in sua forma debita & positione: quidam est diuidens nutritiua à spiritualibus: quidam est cooperiens intrinsecam costarum superficiem: quidam est sensificans, vt in pleriſq. visceribus.

Meridionalium & septentrionalium populorum calor, qualis

Calor pro tempore qui variet.

Cutis cum temporibus anni comparatio.

Tactus vbi magis eluceat, & quare.

Cutis sensus vnde, & nerui quorsum.

Cutis qui perforatur.

Cutis quibus malis magis obnoxia interna externaue.

Cutis generatio vnde? & eo vsque.

Panniculi vsus, seu membranæ.

Inter recentiores. Io. Fernelius de membranis & cute sic post Arist. & Gal. disserit cap. 13. lib. 1. Physiolog. Tanta inest in corpore membranarum commoditas, tanta necessitas vt nullam natura partem prætermiserit, quam membrana non integat, comprehendat & sul-

Membranarum vsus multiplex.

Tactus sedes

Cutis vsus.

Temperamenti iudicio ex cute, qualiter.

Calor & frigus quomodo agat in cutem pro diuersa clima te.

Cutis temperamentum qui ob climata variet itemque caloris nativi motus, & mortus.

Ab exemplo.

Digitized by Google

Tunica vnde dicta.

ciat. Siue enim os eſt, ſiue chartilago & vinculum, ſiue muſculus atq; tendo, adde neruos, venas, arterias, inteſtina, viſcera denique omnia, propriis quibuſdam mẽbranis cõueſtita, & iis veluti cõcluſa cõtineri cernuntur. Hasquidem ex vſu atq; officio, quod veluti tegumẽta partes ſingulas ambiãt atq; definiant, tunicas propriè dixerũt. Præter quas tamen aliæ quædam diſterminant, aliæ ſuſtinẽt, connectũt aliæ, quibus cõmune membranarũ nomẽ eſt inditum. Mẽbranis omnibus prima origo eſt ex partiũ quas inuoluunt, ſubſtãtia atq; mole: è qua pingue crãſſumq; recremẽtum foras circum illas emergens ac pedetentim ſiccefcẽs, dum fœtus conformatur, coit in mẽbranam. Accipit hæc robur & omnem ſentiendi vim ex neruorum ſentientium tenuitatibus in ſe conſperſis, contextuq; miro conſertis & implicatis. vt iccirco à multis falſo exiſtimatum ſit, omnẽ membranæ ſubſtantiam à neruis tractã eſſe. quo loco ventriculum, inteſtina, vterum, veſicam vtrãq; venas & arterias ad hoc genus referri debere negat. Cutis tamen non diſſimilem videtur conditionem ſequuta, quæ membranarum modo à prima conformatione ex ſemine concreuit, vt corpus vniuerſum ambiret atq; circundaret, tanto mẽbranis craſſior, quanto corporis vniuerſi moles amplior: at paulo rarior quidem effecta, & crebris exilibuſq; ſpiraculis peruia, vt interiorum exhalationi pateret: mediam inter carnem neruumque naturã adepta, exiſtimari poteſt ex paribus eorum quodammodo portionibus cõponi. At reuera propria illius ſubſtãtia, qualem dixi ex ſemine traxit originem: ſed quam tamen ſubditarum venarum & arteriarum extrema ſubeũt, quo alimentum ſpiritũque profundant. Eoiem neruorum tenuitates è ſubiectis partibus inferũtur, cõpluribuſque locis longa propagine cõſperſi apparent, per quos cuti tangendi ſenſus aſcifcitur. Super hanc, quæ vera eſt & germana, altera veluti exile tegumentum poſita eſt. quæ ſumma cutis & cuticula nobis, Græcis ἐπιδερμὶς eſt. denſior quidem quàm vera, ab exiccatis illius ſordibus, non ex ſemine procreata: quam per exuſtionem ignium vi obortа puſtula conſpicuo cernimus à vera cute diuelli, atque intertrigine diſcerpi & atteri, &c. idem cap. 5. lib. 3. Tactus hominis cum per totam cutem æquabiliter fuſus ſit, quæ rerum externarum appulſus ſentiat, palam fit hanc quoque omnium extremorum verè mediam haberi, & omnis ſuperlationis expertem, eam præſertim quæ manum integit, maximéque summos digitos. ſed de hoc alibi antea. & mox cap. 6. Inter vtraque (ſanguinem & carnem) planè medium quiddam eſt cutis ex ambobus æque permiſtis conſtituta, tanquam ſanguine & carne prædituſ neruus. cõſtat enim ex carne molli & nerno duro: ac proinde duri molliſq; & humidi ſiccique medium occupauit. Quo fit, vt ab vtriuſque oppoſitionis extremis pari interuallo ſeiuncta, æquis eorum portionibus tẽperetur: neque is quidẽ cõpoſitis modo, verumetiã per totas cõmiſtis. Quocirca vt ſenſus iudicio, ſic & fabrica cõpactioneq; cutis videtur media tẽperie cõtineri. iterum ſequenti c. 7. Ea cõmunione euecti tum vapores, tum ſpiritus, in corporis extima in ipſamque cutẽ confluũt, eamque ſic afficiunt, vt hac moderatione prædita, eo prorſus ſit tẽperamẽto, quo & vniuerſum corpus: ſiquidem ab his quæ extrinſecus imminent cauſſis, aduentitiã illa conſtitutionem nullam acceperit. Quo fit, vt ſolius cutis contactu liceat de vniuerſi corporis temperamento pronuntiare. cutis enim vniuerſæ ſubſtantiæ medium obtinet. &c.

Cutis temperamentum, vnde, & analogia cum toto corpore.

Membranarum origo, & ſenſus vnde.

Cutis & membrana comparatio, vſuſque & textura.

Cutis origo & compoſitio, ſenſus & alimentum vnde.

Epidermidis natura, ortus, & vſus.

Tactus ſedes & cutis natura.

Cutis generatio, vnde, & tempories.

Huic recenti authori alterum ſubiungo in anatomia facilè principem Veſalium, qui de cute, cuticula, & membrana cuti ſubiecta hũc in modũ diſputat c. 5. lib. 1. Cutis omniũ corporis partiũ eſt indumentũ, corpori inſtar natiui tegumenti obductũ, non dũtaxat omnium hominis partium, ſed vniuerſæ ſubſtantiæ, quã generationi & corruptioni ſubiectam ſcimus, duritie mollitieq; media. Eſt enim cutis, veluti ſanguine præditus neruus, ac inter neruũ muſculorũq. carnem quiddã planè mediũ: perinde ac ſi ex mixtis vtriſque cõſtitueretur. Hæc in homine, Herodoto ἀνθρωπὶνη aut ἀνθρωπὶνα dicta, boum & equorũ tergoribus, ex quibus coria adaptantur, reſpondet, & non pari ratione omnibus ſubiectis ipſi partibus adhæret cõnectiturq. vbi mox de differentia cutis, à cõnexu, à neruorũ copia, à mollitie, à motu, à pilis, à foraminibus. Cuti alia tenuis & prorſus exanguis cuticula obducitur, propemodũ ceparum tenuioribus ac pellucidis reſpõdens inuolucris: niſi quod alicubi, & præſertim in vola & pedis planta, craſſior durioríque occurrit. Hanc, quum cutis (quæ δέρμα Græcis vocatur) velut quædã effloreſcentia ſit, ἐπιδερμὶδα illi appellãt. Hæc renaſci poteſt, aliter hac vera cutis, quæ ſola ſanguinis & vitalis ſpiritus cõpos eſt, ob quod venarũ arteriarumq. alicubi & neruorum tenuiſſimæ partes finéſq. ad eam cõfluunt, ipſumq. ſimul cõcreta quibuſdã efformare credũtur. ideo cutem ſenſu male deſtitui vult Ariſt. cuticula tamen cuti obnata ſenſu priuata exiſtimatur. Mẽbrana autem cuti per vniuerſum corpus ſubdita, cuticula longe robuſtior craſſiorq. eſt, & fibris quibuſdam raris, his qui ſubſternuntur illi, muſculis adhæret: cuti verò pertinacius cõmittitur. Hæc nõ eandem in vniuerſo corpore craſſitiẽ obtinet: verum quibuſdã corporis ſedibus, carnoſis fibris adaugetur, & craſſior reddita, adeo carnoſa efficitur, vt muſculi nomine donetur. Porro huic mẽbranæ, quã aliarũ membranarũ nomine σὰρκα Græci appellãt, nõ perperã vocẽ (carnoſa) adiectã arbitror, quũ inter reliquas corporis mẽbranas hæc ſola propemodũ carnoſa appareat, veréque talis cenſenda ſit. atque ita Arabes primi denominatũt: barbari panniculũ carnoſum. hæc cuti in vniuerſo corpore ſubtenditur, quam vtriſque ſæpe adeps interiacet, & tantundẽ dirimit, quãta eſt adipis craſſities. quin & lentor mucoſus inter hanc mẽbranam & ſubiectos muſculos obducitur. Membranis enim omnibus, quæ corpus, quod ſitũ locũq;

Cutis natura, vſus tẽperamentum.

Epidermidis natura.

Cutis alimentum, vita & ſenſus, vnde.

Panniculus carnoſus qui, & quæ ille, & vnde.

Cutis, epidermidis, & panniculi carnoſi fabrica, ac diremptio.

Membrana cur mucoè obducta.

aliquando mutat, continent ambiúntve, mucoso quodam lentoque humore, qua corpus id respiciunt, oblini commune habetur. Sunt itaque tria vniuersum hominis corpus perpetuo cingẽtia, cuticula nimirũ, cutis, & mẽbrana hæc carnosa: quibus & quartũ accedit ipsa videlicet pinguedo seu adeps; qui, nisi extreme

Adipis locus naturalis.

homo emacietur, vndiq; propemodum inter cutẽ, & quã nuper diximus mẽbranam copiosissime continetur: de quo non ita multo post.

De vena & arteria. CAP. VIII.

Membranæ cũ vena & arteria comparatio, & communis omnium generatio, qualis.

ANtequam de membranis sermonem, concludo, libet de vena & arteria subiungere, tum ob naturæ & essentiæ similitudinem, tum ob materiæ & causſæ efficientis affinitatẽ. neq; enim alia materies, neque alia causſa efficiens vtrãq; cõpegit: sed idẽ calor materiã crassam & tenacem reliccans atq; percoquens, mẽbranã effinxit, illã latam atque explicatã, hanc orbiculatã ac rotundam, vtrãq; vsui proprio, sed lõge diuerso ac discrepanti accõmodam. vt vena arteriaq; nõ aliud quàm mẽbrana sphærica, vel vt ait poëta, tota teres atque rotunda dici queat. Quã in rem multum cõtulit multiplex illa fibrarũ soboles, qualibus omnem mẽbranam constare prius dixi, tum quas anatomici agnorũt, cernunt, ac profitẽtur: tum quas ideo negant adesse, quia oculis corporis nõ cernũtur. Vtrouis autẽ modo, & venæ & arteriæ innumera fibrarum multitudo inest, quæ calathi aut fiscellæ in morẽ, traiectis huc illuc viminibus aut ibiscis lentis, sic carne quadã sua media cõglutinata concreuit, & in formam orbicularẽ longe omniũ capacissimã aptata est: siue à calore natiuo cætera in nobis cõformante, siue à facultate illa formatrice & diuiniore, de qua multa olim diximus. sanè omnino cõuenienter ad sanguinẽ & spiritũ vehendũ, tum corpori alendo, tũ vitæ & calori vitali impertiendis, vt pridẽ suis locis demõstraui, cùm arteriarũ originẽ à corde deduci ostenderem, earumq; vsum vehendo sanguini tenuissimo calidissimoq; ac vitali spiritui in totum corpus ocyssime perferendo adstruerẽ. ideoq; duplicẽ huic tunicã assignarem: alterã ceu venæ æmulam, alterã quintuplo densiorẽ: tum ne motu illo assiduo systoles atq; diastoles cum corde cõmuni quateretur & frangeretur: tum ne tenuitatẽ raritatẽque vnicæ alioqui tuniculæ, sanguinis & spirituũ longè agillima subtilissimaq; substantia perrũperet ac penetraret: sicque omni momento difflueret atq; euaneseceret. Vt cõtra venarũ ab hepate originẽ conuici necessariã, atque ab eodẽ elaboratũ sanguinem (adiuncta in hanc operis societatẽ etiam vicaria venarum opera) cum spiritu naturali crassiore & fæculentiore, iis quidem ductibus, velut quibusdam canaliculis atque siphunculis (quomodo hortos irrigare, & porcas ductis riuulis irrorare solent, vt Plato, vt Aristotel. vt Gal. pridem appellati alluserũt) in omnes corporis partes quaquà versum tuto circunferri. sed vnica tunica, eaque tenui sufficiente: tum quia de motu non periclitabatur: tum quia ne perferẽda crassior materies exhalaret aut præterflueret, minimè metuebatur. Vnde vena & arteria diceretur, quibusve nominibus tum Græcis, tum Latinis, antea exposui: item vnde sit vis mouendi pulsandiq; arterijs, quẽq; præstent vsum. Quòd autẽ comes arteriæ vena esse soleat, & velut custos, id vtique etiã scripsimus. vix vt vspiã arteria sine comite vena reperiatur: vena tamen sine arteria nonnusquam inueniatur, vt in extremis artubus & partibus haud infrequenter. Simul & hoc addidimus, esse venarũ ad arterias mutuã ἀνακόμωσιν, præcipue in partibus extimis: vbi venarũ & arteriarũ oscula cõniuendo in sese mutuo hiãc atque aperta sunt. ita vt incisis venis aut arteriis insignibus, totus de corpore sanguis exhauriatur, mortemque sequi necesse sit. Hinc Hipp. lib. de locis in homine; Communicant autem omnes venæ & confluunt inter se mutuo, & aliæ quidem sibi ipsis per se committũtur ac coincidunt, aliæ verò per venulas à venis extentas. quæ autem carnes nutriunt, ea parte inter se confluunt. sic Aristoteles lib. de spiritu, Quod autem venæ & arteriæ inter se committantur, sensu quoque ipso manifestum est. id sanè non foret, nisi & humor spiritu, & spiritus humore opus haberet, quod & in neruo, & arteria, & vena vis caloris ingens sit. quod ex Gal. iam insinuauimus lib. aduersus Erasistr. & forsan postmodo confirmabimus. Hæc igitur & his longè plura sunt antehac suis locis demonstrata, quæ nunc repetere longiori oratione nihil necesse est: nisi quid obiter occurrat velut memoria refricandum. Sed de vena arteriaque, vt membranis & partibus similaribus, solidis, simplicibus dicere nunc visum est satis. quanquam exactè loquẽti, composita vtraque possit videri: quia præter propriam suam illam carnem, & spermaticam solidamque substantiam, fibræ omnium generum ambas earũ tunicas traiicere ac pererrare conspiciuntur, mutuoque illas implexu, & vario situ, recta, transuersim, oblique implicare. Quo fit, vt ex Arist. & Gal. modo simplicibus, modo compositis (vt vasa sunt, & per se sine contentis considerantur) partibus venas & arterias accenseri paulo ante monuerim, nec ita multo post demonstrare coner. nunc autẽ dicentes alios audire placet, sed eo breuius quod de his multa iam ante dicta sint. Hippoc. igitur lib. de carnib. ita inuilit; venæ frigiditatis multũ habebant. atque eius frigidi quantum circumcirca glutinosissimum erat, à calido exsiccatũ, mẽbrana euasit: frigidum verò quod erat, à calido superatũ dissolutum est, & ob id liquidum factum. & paulo post, Sed de aliis quæ causa sunt, eodem modo res se habet. vbi enim plus glutinosi quã pinguis erat, membrana tunica facta est. ibidem, Venulas ideo fecit: quantum enim in glutinoso inerat frigidi, idipsum quidem à calido colli quatum est, & liquidum euasit: ab ipso verò glutinoso tunica facta est. idem lib. de natura pueri, atq;

Vena & arteria comes, quorsum.

Venarũ arteriarumque anastomoses.

Venarũ mutua commissura.

Venarũ cum arteriis coniunctio, quorsum.

Propositio.

Vena & arteria simplicium an composita.

Venarũ generatio, & membranarum.

Vena & arteria compositio à fibris. A simili.

Qua causſa partes compingat.

Venarum & arteriarum vsus.

Arteriæ tunicæ duæ, quales, & quorsum, & origo.

Venarũ origo, vsus, & tunicæ quatuor simplex.

A simili.

Spiritus operę.

hæc omnia à ſpiritu coarticulantur: nam inflata diſparantur omnia iuxta cognationem. quo autem modo Hipp. in ortu venarum ac diſtritione falſus ſit, tum alibi, tum lib. de natura hum. & de natura oſſium, & ſect. 4. lib. 2. epidem. alias cautus admonui, & ſemen, vt meretur, excuſaui: quanquam Polybum libri iſtius de nat. hum. authorem citat Ariſt. cap. 5. lib. 3. hiſtor. animal. & Galenus in cõmentario negat Hippocratis eſſe hanc particulam, & lib. 6. plac. Hipp. & Plat. ne Polybo quidem adſcribere dignatur. ſed de hoc tampridem. ac de Platone ſemel tranſegi, & quomodo venæ arteriæque nomine ἀδιαίρετον more veterũ vtcretur, dum venarũ originem, & ſanguinis fontem à corde arceſſit, vt notaui, vtque Gal. cum Hipp. conciliat ſub finem lib. 6. plac. Hipp. & Plat. quin & aduerſus Ariſt. longa demonſtratione oſtendi, non à corde, ſi propriè loquaris, ſed ab hepate eſſe venarum certam originem: & quænam foret ſanguinis venalis atque arterialis differentia, commodè explicani. quibus nunc omiſſis, cætera ſic proſequor.

Vena etiam & arteria.

Præteritio.

Solidæ partes, quæ item ſimilares.

Ariſtoteles c. 2. lib. 2. part. animal. Siccæ & ſolidæ inter partes ſimilares, ſũt os, ſpina, nervus, vena. ordo enim ſimilariũ diſcrepat: quippe qui nomen partim cõmune toti cum parte ſeruet, vt venæ pars vena rectè appellatur: partim non ſeruet, vt in viſceribus patet: figura enim diuerſa eſt. & mox c. 5. lib. 3. eiuſdẽ operis, Humor conceptaculum quiſq; deſiderat: venarũ autem genus, conceptaculũ & vas eſt. itaq; ſanguis in iis quaſi in vaſe eſt. Quod autẽ venarũ duo ſumma genera faciat, nempe maiorem & aortam minorem, alibi expoſui. ſicut illud examinaui, quod ſcribit c. 4. lib. 3. eiuſdem operis, Vena per iecur tendit, nec vlla ex eo prouenit: venæ enim omnes ex corde ſua initia trahunt. quod paſſim repetit, ac pridem elenchum redargui. vbi tamen rectè illud ſequenti cap. 5. Cum partes ex ſanguine omnes conſiſtant, venarum riui in omnes corporis partes ratione recta expanduntur. ſanguinem enim fundi per omnia adeſſéque omnibus oportet: ſiquidem partes quæque ex eo conſiſtunt. Et vt in ortis rigandis de vna origine fonteque vno, aqua riuis permultis diducitur, aliique ab aliis ductus ſubinde excipiunt quouſque humor in omnes partes deueniat: ſic natura ſanguinem per totum corpus ſenſuit deriuãdum, cùm is omnium materia ſit. quod etiam repetit c. 4. lib 2. genera. animal. Omnia quæ ſanguinem habent animalia, cor primum poſſident. Venæ ex corde tendunt: deductæ modo riuorum, qui in parietibus proficiſcentes ab eodem fonte pinguntur: partes enim coniunctæ iis ſunt, vtpote quæ ex iis coagmẽtentur atque conſiſtant. quam ſimilitudinem de Platonis Timæo repetiui, & Gal. lodo illuſtraui quo ex lib. 16. vſus part. ex poſteriore authore certiſſimo, plurima ad adſtruendam veram originẽ venarũ, & earũ vſum, venæq; ab arteria diſcrimen probandum commodè ſuo loco vſurpaui: ideóque nunc paucioribus cum illo tranſigam de vaſe ipſo, non de contento humore dicturus, quo de iam alibi inter reliquos humores plus ſatis: nunc enim de ſimilaribus & ſolidis partibus agere inſtitui.

An vena ex iecore, an à corde.

Venarum vſus. A ſimili.

Sanguis alitur partes omnes.

An vena à corde, & vſus. A ſimili.

Primum illud quidem generale ex lib. 1. de ſemine cap. 11. repetere non grauabor: Quæ carneã ſpeciem præ ſe ferunt partes, è ſanguine conſtiterunt: quæ mẽbraneæ ſunt, à ſemine fuerũt productæ. ibidem c. 5. venam, arteriam & neruum generationem è ſemine ſortiri probat, quod ſint exangua corpora albaque quod mox repetit c. 8. venæ quidẽ & arteriæ, quæ in viſcera materias traducunt, quaſi radices quædam ſunt: quæ verò in totum corpus ipſius fœtus educũt, truncis ſunt ſimiles, qui in multos ſurculos diſſindũtur: quibus etiam ortus idem eſt ex fiſtulata ſeminis ſubſtantia. quod etiam mox c. 11. demonſtrat contra Ariſt. diſſerens: ruſumq; lib. de formia. fœtuum ſub initium; Arteriarũ & venarũ corpus cùm prorſus exãgue ſit, ſimili modo primam è ſemine generationem habere veriſimile eſt, continuo vbi id vuluæ vaſorũ orificiis adhæſerit. quippe cùm facillimum prõptiſſimúmq; ſit, vt ex eius ſubſtantia, quæ lentorẽ multum habet, talis membrorum ſpecies procreetur. ac lib. 2. tẽperam. cap. 3. Omnes membranæ cute ſunt ſiccio res. & ibidem, Omne exangue frigidius ſanguine prædito eſt. & ſub finẽ lib. 6. aggreſſ. anatom. Mos eſt anatomicis vaſorum corpora tunicas appellare. cæterum vniuſcuiuſq; iecinoris venæ tunica admodum tenuis eſt, qualis nulla in toto animante alia. & paulo poſt, Arteriæ vas magis quàm vena candicat. & mox, Itaq; venam omnem fibras varie ipſam intertexentes, tunicã verò vnam habere nouimus. ibid. ſub initium lib. 7. Venæ totius corporis ex peculiari tunica vna conſtãt. nam exterior mẽbrana ipſis nonnunquam obhæreſcens, vbi colligari quibuſdam aut fulciri ac contegi deſiderãt, illud ſolũ accedit. Arteriæ verò duæ peculiares tunicæ exiſtunt: exterior ſanè, qualis venæ eſt: interior autẽ, craſſitie huius ferè quintupla, inſuper durior, in tranſuerſas fibras deſumpta. exterior autẽ, qualis venæ eſt, rectis fibris & quibuſdã mediocriter obliquis, tranſuerſis nullis cõtexta eſt. interior arteriæ tunica craſſa duráq; ceu cutẽ quãdã interna ſuperficie cõtinet, telæ araneorũ manifeſto perſimilẽ, in magnis quidẽ arteriis perſpicuã, quã nõnulli tertiã arteriæ tunicam cõſtituunt. quarta verò alia peculiaris ei nulla eſt; ſed veluti quibuſdã venarũ, ita quoq; arteriis alicubi obhæreſcit & circũtenditur mẽbrana tenuis contegens aut affirmans aut connectens ipſas vicinis particulis, à peritonæo & mẽbrana coſtas ſuccingente. quod fere ſic repetit cap. 9. lib. 6. vſus part. In aliis omnibus partibus (præter venam arterioſam & arteriam venoſam, in quibus vaſorum tunicæ cõmutantur) cuiuis arteria venæ ſit æquabilis: tunicarum tamen craſſitudo nõ eſt eadem: ſed tantũ vtriq; differt, quantum Herophilus rectè collegiſſe videtur, qui arteriam venæ ſpiſſitudine ſexcuplam eſſe

Partes quæ ſanguine vel ſemine conſtent.

Comparatio venarũ cum truncis & radicibus, & earum origo.

Vena & arteria de ſemine genitæ, quo.

Cutis & membranæ comparatio.

Venarum tunica qualis: item arteriarum.

Vena compoſitio vnde. Arteria quot & quales tunicæ, item fibræ.

Venarum & arteriarum tunica diſcrimen, & comparatio.

definierit. & mox c. 10. In toto corpore mutua est anastomosis atque oscillorum aperrio arteriis simul & venis, transsumuntque ex sese pariter sanguinem & spiritum per inuisibiles quasdam atque angustas planè vias. & iam ante c. 15. lib. 4. sic breuiter edixerat; Tunica arteriarum quàm venarũ est densior: & sanguis qui in ipsis continetur, est subtilior & vaporosior. rursum c. 12. lib. 16. eiusdem operis, Cõmiscentur autẽ arteriæ venis, & venæ arteriis, & vtraq; hæc neruis, & his ambobus nerui in toto corpore animalis. cuius connexionis vsus est necessarius, si demum nutriri, & sentire, & caloris natiui symmetriam partibus omnibus animalis conseruare ex vsu est futurum. vbi venæ & arteriæ tunicas sensus omnino expertes subiungit, de quo post paulo. sed mox c. 13. Inuenias igitur venas quasdã sine arteriis; sed arteriam nullã sine sua cõiuge vena, quæ videlicet propter eundẽ vsum extitit. & mox c. 14. Nusquã enim vena ab arteria relinquitur: sed vbi vas arteriosum videris, ibi necesse est venam etiã esse: paucis tamen venis in corpora, quæ ad cutim pertinent, sine arteriis, diuisis. id quod accidit in manibus & cruribus potissimũ externis. Venæ autẽ arteriis incubant, ait ibidẽ lib. 9. c. 5. at lib. de dissect. ven. Superficiariis omnibus, vt in artubus, aut quæ per dorsum, latera. totum thoracẽ inferiorẽq; ventrem sub summa cute expanduntur, nullã inuenias subditam arteriam. Arteriæ autem sine venis illæ sunt, quæ in animalibus etiãdum in vtero agẽtibus velicã amplexantur. in perfectis autem animantibus, tum magnæ quæ ex corde prodeunt, tum quæ ad iugulũ effertur, tum quæ ad scapulã & axillã sinisteriorẽ, tum carotidis propago quæ ad rete mirabile ascendit: quod ipsũ sine venis est. &c. deniq; ad illud Plat. & Arist. sic alludit c. 10. lib. 16. vius part. Natura sanè videtur vasis maximis, vt aquæductib. vti: ex omnibus enim locis, per quæ ea prætereũt, vicinis omnibus velut riuos quosdã ac canales mittit magnitudine discrepãtes, pro dignitate & vsu partium receptrarũ, omnes certè breuissimo interuallo. idem lib. 2. facult. natural. cap. 5. Atque venæ quidem nobis ita nutrientur, sanguine scilicet quẽ in se habent, fruentes. quod eodem lib. repetit. atq; eiusdem operis lib. 3. c. 11. Venæ tunica cum vnica sit, ex multifariis fibris est condita. ex arteriæ tunicis ea quæ externa est, ex circularibus; quæ interna est, ex rectis plurimis, paucis autẽ cum his obliquis est conflata. rursus ibidem c. 15. Quod autem ex venis in arterias transferatur aliquid, illud satis euidenti argumento est. si enim multis ampliſq; arteriis præcisis iugulare per eas animal velis, inuenies eius venas æque atque arterias vacuatas. quod sanè nunquam fieret, nisi inter se haberent altera in alteram ora reclusa. qua de re iam nuper aliunde. sic etiam c. 12. lib. 1. simpl. medicam. Multæ venæ arteriæque mutuis in sese osculis aperiuntur, tũ ad cutis meatus eiusque superficiem ac meatuum perforationes, haud pauca pertingere venarum arteriarumq; oscula existimandum est, nihiloque secius ad extimam superficiem quasi osculis finiri. quod idem sæpe inculcat, vt lib. 6. plac. Hipp. & Plat. item lib. 2. & 6. & nonnullis aliis libris de vsu part. & lib. de vsu puls. & resp. & aliis.

Venarum arteriarumque anastomosis qui fiat, & earũ analogia.

Vena, arteria & nerui cur in corpore coniunguntur, & vsui mutuum.

Arteria nulla sine vena, non contra.

Arteria vena subest: sed pleraque vena sine arteriis, vbi.

Arteria vbi sine venis.

Similitudo venarum & arteriarum. Venæ enim aquæ ductibus, qui.

Vena quo alantur.

Venarum & arteriarum fibræ qualis.

Venarum & arteriarum anastomoses probatio.

Arteria quid, & quorsum.

Author anatomiæ viuorum, arteriam & venam sic definit c. 36. & 37. Arteria, est membrum ortum habens à corde secundum Galenum, concauum existens, vt per eius concauitatem concurrat spiritus vitalis ad omnes partes corporis. Vena, est membrum ortum habens ab hepate, secundum Gal. concauum existens, vt per eius concauitatem sanguis nutrimentalis transmittatur ad omnes partes corporis. affines his finitiones tibi suggeret author finitionum medicinalium.

Vena quid, & quorsum.

Vena & arteria quo alantur, & qualiter.

Inter recentiores Fernelius Galeno nuper citato adstipulatur c. 5. lib. 6. physiolog. Non dissimili ratione nutriuntur venæ & arteriæ: quæ quãquam proximum in se sanguinẽ continent, quo aluntur; hunc tamen non possunt leui momento in se cõuertere: sed quæ portio tunicis proxime assistit, primum cõmutata albescit: moxq; tanquã ros in angusta foramina venæ & arteriæ rapitur: quibus penitus apposita crassiorque facta annectitur, tandémque assimilatur. idem c. de venis 11. lib. 1. Physiol. Præter reliquas autem, attrahendi facultas in illis venis plurimum viget: cuius caussa in simplici tunica omnes villos in longum protectos acceperunt. simplex autem tunica satis erat, quæ sanguinem vtpote crassiorem coërceret atq; contineret: neque periculum erat hinc illum diffluere. vbi mox de vniuersa venarum distributione, quæ ad anatomiam pertinet, idem sequenti cap. 12. de arteriis, Arteriarum non longe impar nec dissimilis est, atque venarum descriptio: spiritus enim vitalis in omne corpus effusi cũ hæ canales sint atque ductus, debent vtique in omnes partes corporis deriuari. At nihilominus arteriarum quam venarũ minus frequens est propagatio, quod sanguis in exiguas proculque remotas partes vix nisi venarũ ductibus possit cõmeare. spiritus autem, sanguine multo tenuior, ab extremis maiorũ arteriarum elapsus, per cæcas occultasq; partiũ vias in distãtiora possit euadere, nullo in id arteriæ adminiculo indigens. Hinc fit vt arteriam semper vena comitetur: nisi cum ortus varietas eas coniungi non permittit. arteriam enim quæ ex corde secundum spinam delabitur, vena nulla sectatur: vt neque eas, quibus contextus ille struitur admirabilis. At non peræque vnaquæque vena comitem arteriam obtinuit, tum quòd diuersa origo id plerúmque non finit: tum quod in complures partes exiguas, maxime sub cutem diffusæ sunt venæ, quibus nulla erat arteriarum necessitas. Itaque insignioribus & magnitudine præcipuis venis, vbicunque natura potuit, comites dedit arterias. quod qua ratione in singulis effecerit, ibidem eaucleatè persequitur. sed hæc ad vsum vasorum

Venarum fibræ quales, & quorsum: & cur simplex tunica.

Arteriarum vsus, & cur venis pauciores.

Vena comitatur arteriam, & vbi non.

Arteria non semper venã comitatur, quare.

rum & contentos liquores potiùs attinent, & ad anatomicam earum per totum corpus diſtributionẽ: nos autem de humoribus antehàc, de tunicis & ſolidis partib. nunc agimus.

Arteria, quid.

Gellius ante Galenum, puto, ſic arteriam definierat cap. 8. lib. 10. Eſſe enim conceptaculum ſpiritus naturalis mixti confuſiq. cum ſanguine, in quo plus ſpiritus inſit, minus ſanguinis. Veſalius cap. 1. lib. 3. de venis diſſerens ita ſcribit; Vena, pars eſt inſtrumentaria, teres, fiſtulæque inſtar canata, & ſanguinem corporis partes enutriturum, vnà cum naturali ſpiritu inſigniter (ſiquis modò ſit) caliginoſo, deferens. Hæc vnica peculiari propriáve conſtat tunica, quę colore ac quodammodo craſſitie & forma, membranis reſpondet; ſed aliàs ab illarum natura plurimùm diſcrepat. Membrana namque, ſimplex ac ſimilare corpus cenſetur, & omni ex parte, quomodocunq. diſcerpatur, perpetuò membranæ nomen retinet. Venæ autem tunica, corpus eſt inſtrumentarium, ex ſimilaribus partibus, fibris videlicet, conformatum. venæ enim tunica, triplici fibrarum genere conſtituitur, de quibus paulò antè dixi cap. de fibris. Quum itaque vena, organum ſit vniuerſo corpori in ſanguinis adminiſtratione vtiliter ſubſeruiens, natura corpus ipſius membraneum ac fiſtulæ inſtar cauum conſtituit, ac certis quibuſdam fibris, non autem vt ſors ferebat, intertextuit: iis nempe quas ſanguinis adminiſtrationi vtiles fore cognouit. Quamobrẽ cùm ſciret venam neceſſariò ſanguinem ad ſe admiſſuram, rectas illi communicauit fibras, quibus vena ſanguinem in ipſius alliceret cauitatem. Deinde quia ſanguinis ad ſubſequentem venæ partem, tanquam per riuum propulſione opus erat, tranſuerſis quoque fibris eam donauit. Ne verò ſtatim vniuerſus ſanguis in proximam venæ partem citra moram ex alia aſſumeretur propelleretúrve, obliquas etiam fibras venæ corpori implicuit. Ex tribus itaque fibrarum generib. venæ corpus inſtar albæ membranęq. ſeu neruęæ tunicæ conflatum eſt, diſtendi & rurſus (vt cõtentæ materiæ appoſitè cõgruat) in ſe collabi aptum. Præter hanc peculiarem tunicam vena aliam ſubinde aſciſcit pleriſque etiam corporis partib. communẽ, cùm tutioris ductus, tum ad vicinas partes firmioris nexus gratiâ, vt alibi demonſtratũ eſt: ſicuti & illud. Omnes venas primaria ratione vt ſanguinem ſingulis corporis partibus deferant, ac veluti canales & ductus ſint, ex quibus partes omnes ſuum alimentum ſugant, rerum opifex procreauit. quæ tamen venæ chylum vehant, ante ſerum ſanguinis percolent, & an venæ vis ſanguificándi ineſſet, alibi inquiſiuimus.

Vena quid ſit, qualis, quorſum.

Venarum ſimplex tunica, & quatenus à membrana differat.

Vena cõpoſita, qui, & unde.

Venarũ vſus, & cõpoſitio.

Venarũ fibra ad quid.

Venarum ſecunda tunica unde & ad quid.

Venarum vſus.

Quæſtio.

Sequenti porrò 2. cap. lib. 3. idem anatomicus de arteriis agens ſic infert; Arteria, vas eſt ſimiliter vt vena, mẽbraneum, teres, ac fiſtulæ modo cauum; quo vitalis ſpiritus, & impetu ruens calidúſq. ſanguis per vniuerſum corpus diffunduntur: quorum beneficio, accedente arteriæ ipſius motu (qui dilatatione ac contractione fit) naturalis ſingulorum partium calor vitaliſque ſpiritus refocillantur. venas priſci appellabãt cõmuni nomine, vt olim diximus, & has pulſantes diſtinguebant, calidáſq. venas ſpeciatim vocantes, interdum læues, arterias. Arteria itaque propriè dicta, ſimiliter ac vena, membraneo conſtat corpore, comprimi ac in ſe collabi & rurſus diſtendi idoneo: at longè ſolidiori, duriori, ac ex plurib. tunicis conformato: Arteria enim duas peculiares ſibi vendicat tunicas: quarũ exterior profectò robore ac craſſitie venarum peculiari tunicæ reſpondet: interior autem plurium diſſectionis procerũ ſuffragio, ipſa exteriori tunica quintuplo ferè putatur craſſior: & deinde totum arteriæ corpus ad venam collatum, ſextuplum cenſetur. interior tunica quia durior, σκληρότης à quibuſdam denominatur. Tunicæ arteriæ ſimiliter vt venæ, fibris cõformantur: ac interior quidẽ tranſuerſis duntaxat intertexitur; exterior verò, rectis & quibuſdã mediocriter obliquis, tranſuerſis autem nullis conſtat: eiuſdem quo venæ, vſus gratiâ. ac tranſuerſis quidem plurimis, obliquis autẽ pauciſſimis, vt neceſſitati reſpondeant. Nonnullis tertia intus ſubtenditur, & quarta foris attexitur tunicula. Quoniam autem arteriæ tenuiorẽ rariorémq. & velociori impetu ruentem ſubſtantiã quàm venæ, erant amplexuræ, ac dum viuit animal, perpetuò dilatandæ conſtringẽdæque, meritò etiam duriori & craſſiori pluribúſque tunicis cõformato corpore extruuntur. verùm de iſtis plurima iam antè vbi de hepate, diſſeruimus, quorum quędam repetere ſeries orationis coëgit, cætera indidem repetes.

Arteria quid, & quorſum.

Arteria tunica qualis & quotuplex.

Arteriarum fibra qualis, & quorſum.

Arteria compoſitio cur talis.

An venæ & arteriæ ſentiant?
PROBL. I.

Propoſitio.

ATQUI ita mihi quidem de venis & arteriis tractatio tum ex noſtra, tum magis ex aliorum ſententia, ventilata ſit: vt quæ ad eaſdem pertinent multo plura ex cordis & iocinoris hiſtoria petenda relinquam. illud modò breuiter dubiũ agitaturus, An venæ ſentiant? quodquidem de venis dictum, de arteriis ob naturæ affinitatẽ ſimiliter intelligendũ venit: vt ſi illæ ſenſus capaces habeantur, & hæ nihilo ſeciùs ſentire, vel adeo illis potiùs iudicentur: ſin hæ non ſentiãt, ne illæ quidẽ. Porrò autem venas non ſentire ſub finem lib. 16. de vſu part. ſic palàm aſſerit Galenus; Arteriæ & venæ partis cuiuſque, ſenſus omnino ſunt expertes, ſiue illas frangere velis, ſiue vrere, ſiue incidere, ſiue laqueis excipere. Magna enimuerò viri authoritas, cui refragari nõ eſt facile, niſi idem (quod huic cum multis ſępe cõmune eſt, cum ætate mutare ſententiam) alibi venis ſenſum impertiret, vt comment. ad lib. 4. aph. ſed fortè non tam euidenti affirmatione, atque firma fuerat illa negatio. Sed fac Galenum ea de re tacuiſſe, tu quid cenſes? dicet quiſpiam. Ego verò duab. potiſſimis rationib. inductus, venas & arterias ſenſu in totum priuare abſurdum duco. Prior eſt à natura partis, quam vtique

Venarum & arteriarum par ratio ad ſenſum.

Quòd vena & arteria non ſentiãt.

Quòd vena & arteria ſentiant.

iudicatur? adhibe mentem, diſpice attentè, huius naturalem fabricam acutè rimare & diligenter conſidera: ſtatimque, ni fallor, peruidebis, venæ tunicam pluribus villis minimis contextam, quas ſua quædam media caro compleat, atque humidum radicale, velut gluten compingat: vt ſimul adeſſe intelligantur villi iſti prætenues, quos pro baſi ſolida partis cuiuſque, imò & omnium elementorum antea ſubſtitui atque ſuppoſui. Deniq; & illud in confeſſo eſt, nihil reſtare ſimplex in rerum ex elementis conflatarum natura, præter ſola primaria illa quatuor elementa, ſi vſpiam ſunt ſyncera & impermixta. quibus exceptis, cætera ab his conflata, mixta ſunt omnia & compoſita. Quid ergo cauſſæ eſt, inquies, cur Ariſtoteles & Galenus & poſt hos duces, etiam plerique alij tum venas, tum oſſa, tum neruos, tum de partib. corporis plurimas iam ſæpe appellatas, & ſimplices & ſimilares vocitent? de Ariſtotele pridem conſtitit cap. 1. & 2. libri huius, ex lib. meteor. & de partib. & hiſtoria animalium; & de Galeno ex lib. de ſemine, deque ſimpl. medicam. facult. qui cap. 3. lib. 1. de differ. morb. humanum corpus ita diuidit; Compoſitio autem & conformatio in corporibus animantium triplex eſt. prima quidem earum partium quę ſimilares appellãtur, arteriarũ, venarũ, neruorũ, oſſium, chartilaginum, ligamentorum, membranarum & carnium. ſecunda verò, inſtrumentalium, cerebri, cordis, pulmonis, iecoris, ventriculi, lienis, oculorum & renum. tertia autem totius corporis. ſingulæ enim harum partium inſtrumentaliũ ex aliis quibuſdam, quæ ſenſus iudicio ſimplices videntur, conſtitutæ ſunt: ſingulæ verò illarum ex primis conſtant elementis. Vides hoc loco venas & arterias in ſenſu ſimplicium & ſimilarium reponi, & multis aliis locis antè à me appellatis, aut cuilibet obuiis vt lib. 1. de elemẽtis; Si minimum quoddam & ſimpliciſſimum eſt elementum, erit vtiq; (quantum ad ſenſum) os & chartilago & ligamentum & caro & neruus & cerebrum, atque vt ſimpliciter dicam, omnes ſimilares particulæ humanorum corporum elementa. & mox ibidem, Agè enim, vt in homine ſermonẽ tranſigamus, ex primis hic eſt & ſimpliciſſimis ſenſui elementis, quæ ſimilaria dicuntur, fibra, membrana, & carne & adipe, oſſe & chartilagine & ligamento & neruo & cerebro & aliis omnibus, quorum partes vniuerſę eandem inuicẽ retinent formam. factæ verò ſunt rurſus hæ ex aliis quibuſdam proximis ipſis elementis, ſanguine & pituita & duplici bile, flaua ſcilicet & nigra; quę ex cibis & potibus generantur: qui rurſus ex aëre & igne & aqua & terra ſunt geniti. hæc rurſus non ex aliis corporibus, ſed ex materia & qualitatib. conſtant. At idem lib. de inæquali intẽperie cap. 2. ſic contrà; Digitorum particulæ ſunt oſſa, chartilagines, ligamẽtum, arteria, vena, membrana, caro, tendo, vnguis, cutis adeps. has autem diuiſiſſe in aliam ſpeciem non eſt, ſed ſunt ſimilares ac primæ: exceptis tamen venis & arteriis: hæ namq. ex fibris & mẽbranis ſunt conditæ. vbi de carne, quod de venis & arteriis, idem dubitari queat, vel omnino iuſtiore de cauſſa. caro enim, vt paulò pòſt patebit, ſanguine, venis & arteriis, neruis, tendinibus, mẽbranis & aliis fortè plurib. conſtat: ideo verè compoſita pars, ac non ſimplex habẽda, ſiquis exactè loqui velit. vt idem de mẽbranis, ligamẽtis, neruis & aliis iudices, quę villis conſtãt, & peculiari ſua carne, & humido primigenio conglutinante, & pluribus fortaſſe particulis.

Enimuerò medicis alia eſt atque diuerſa à philoſophis accuratis vſitata quædam loquẽdi ratio: quòd hi vbi rem in examen reuocant, penitiùs rimantur, conſiderant & explorant, num planè ſimplex ſit, an ex diuerſis conflata. quo in examine exquiſito, nihil in rerum natura ſimplex elementatũ agnoſcunt, ſed mixta & cõpoſita omnia: ſola autem elementa quatuor verè ſimplicia, ex quib. conſtant & componuntur cætera. aut ne hæc quidẽ iam nunc planè ſimplicia, qualia fuerant ab initio: ſed mixta inter ſe & confuſa omnia; cùm nuſquam rerum purus ignis, nuſquã purus aër, nuſquam aqua meraca, nuſquã terra ſyncera & ſibi ſemper inueniri poſſit: niſi forte in ſuo centro, aut vſpiam locorum alibi recondita ab eo qui omnia de nihilo creauit, & omnia creata in nihilum vltimis ſeculis rediget. qua de re alibi commodiùs: & Galenus ipſe poſt Ariſt. lib. 1. de elementis ſic ait; Quia igitur in corporib. animaliũ nullum eſt ſyncerum atq; integrum elemẽtum, non propterea debemus dubitare, quòd non temperentur ex iſtis. Neque ob hoc ipſum quidem mundum ex quatuor conſtare elementis concedamus; animalib. verò illam, quæ fit ex iſtis, generationem adimamus, quaſi non fuerint in mundo generata, atque aliunde extrinſecùs venerint. Vel tu exigis à me, vt oſtendam tibi in animalium corporib. terram ſyncetam atq; impermiſtam, quam neq; tu in mundo talẽ potes oſtendere? Nam quacumq. ipſius portionem aſſumpſeris, ſtatim hæc & calorem & humiditatem & ſubſtantiam aëream particípat: cùm tamen terra, quã pro elemẽto intelligimus, ſit maximè denſa, grauis, frigida ac ſicca. quare ſi quæris in animalib. terram, talem potes reperire quidẽ etiam in mundo: impermiſtam autẽ & integram & ſolam, neq; in illo facilè inuenies: ſicuti neq; aquam ſyncetam omnis mixtionis expertẽ, neq; ignem, neq; aërem. hæc enim omnia ſunt adulterata, atque alteri naturæ diuerſæ commiſta, & ſecundùm magis ac minùs ſimul coniunguntur. verùm in hac mixtione iis qui mentẽ habent, elementi exuperantis forma deprehenditur. ſed de iſtis aliàs in phyſiologicis rationem rẽdemus. At medici ſenſus iudices potiſſimùm ſecuti, ea vocare ſimplicia ſolent, quę oculis & tactui talia apparent; licet aliquin compoſita, ſed de partib. tenuiſſimis, & ita occultis, viſu cerni ac diſcerni vt nequeant. Alia etiam vocant ſimplicia, quæ ſola naturæ dote conſtant, vt eſt

Vena compoſitio, & particula.

Quòd nihil ſimplex præter elemẽta.

Quæſtio.

Corporis partium triplex genus, quale, & organicarum compoſitio.

Elementum, quid.

Partes hominis ſimilares, quas, & vnde conſtent.

Vena & arteria ſunt compoſita.

Caro vnde compoſita.

Pleraq. partes ſimilares ſunt compoſita, qui.

Medicorum & philoſophorum diſcrimen in examine ſimplicium, quatenus ad primum de philoſophis.

An aliquid vſpiam ſimplex.

Nullum in nobis elementum ſyncerum.

4. vniuerſa elementa, an vſquam pura.

Terra qualis.

Omnia elementa ſunt mixta & confuſa.

Medici quæ vocent ſimplicia, aut compoſita.

plantarum & fructuum genus omne : cùm tamen ex his nihil ſit ſyncere, nihil purè ſimplex : ſed compoſita omnia, ſiquis penitùs exploret. Compoſita autẽ ea demùm nuncupant, quæ ars præparando, miſcendo, contemperandóq; concinnauit atq; interpolauit. Sic enim Gal. lib. 1. cap. 1. de facult. ſimpl. medicam. Eſt autem ſimplex medicamentum, quod ſecundùm ſuam naturã ſyncerum eſt. & mox cap. 5. Igitur aqua quæ abſq. his eſt omnibus, vt ad naturã ſuam, certè ne ipſa quidem adamuſſim ſyncera fuerit, ſicut nec aliud vllum elementorum ſenſibilium : ſed vt ad vſum & ſenſum ſyncera eſt. Omnia itaque quæ examinanda veniunt medicamina, omnis extraneæ valentiſque tum caliditatis, tum frigiditatis aliena ſunto, nedum aqua. ibidem cap. 17. Pleraq. vt ad ſenſum ſimplicia expugnantibus conſtant facultatib. vbi deinceps ſequentib. libris quid ſimplex naturã aut mixtum ſit, & quatenus medicis cum philoſophis cõueniat, diligenter inquirit. Necnon lib. 1. de element. poſt illa ſuperiora; Nemo eſt qui neget (inquit) primas & ſimpliciſſimas (quantum ad ſenſum) particulas eſſe chartilaginem, adipẽ, membranam, atq; omnes alias partes ſimilares. Siquis verò hæc omiſerit, quoniã ſunt vt ad naturam compoſita, etſi ſenſui videantur eſſe ſimplicia; nondum tamen aliquod ſimplex protulerit; quámnam probabilẽ habebit excuſationem, ne vana atq; ſuperflua garrire videatur? Quòd ſi ſimplex ad naturam requiris, purum atque impermixtũ eſſe oportet, ac ſummam habere qualitatem. curſus igitur venis ad ignem, & aërem, & aquam, & terram : in his enim ſolis inuenies ſummas & impermiſtas qualitates, & quæ ſequuntur aduerſus Athenæum. Idcirco citato nuper cap. 3. lib. 1. differ. morbus ita ſubintulit; Singulæ enim partiũ inſtrumentaliũ, ex aliis quibuſdã, quæ ſenſus iudicio ſimplices videntur, cõſtitutæ ſunt : ſingulæ verò illarum ex primis conſtant elementis. item lib. de opt. corp. conſuetu. Similares (ait) partes vocantur, quæ ſenſu ſimplices ſunt : hoc eſt, ſunt partes quas ſenſus, etſi reuerà compoſitæ ſint, iudicat eſſe ſimplices. qua diſtinctione vſum tũ locis à me nuper citatis, tum aliis pleriſq. cautus ac diligens obſeruabis. Nunc ſtatuere vt poſſis, venas & arterias ex medicorũ æſtimatione & ſenſus iudicio, vtique partes eſſe ſimplices ac ſimilares : ſed ſi alibi rem indagine accuratiùs perſcruteris; tum has, tum cæteras pleraſq. corporis humani partes omnes naturã eſſe verè & reapſe compoſitas.

An venarum & arteriarum tunica hæc a corde, illa abhinc oriri ſit.

Propositio III.

COntrouerſiam ſanè ſpinoſam & aculeatam Ariſtotelis & Peripateticorum cum Galeno & medicorum ſenatu, de nervorum, arteriarum, venarũque principi principio, cerebro, corde, hepate, alterno & eodẽ omnium fonte, corde videlicet, iã antehàc ſuis locis & longa & clara quatimur diſcuſſimus. illud etiam abiter attigimus, an arteriarũ venarúmq. tunicæ ſint à corde & hepate, & ex eorundẽ ſubſtãtia compactæ formataq. quam poſteriorẽ quæſtionem nunc iterum ſuo loco commodiore iſto breuiter agitamus, & probabili ratione noſtro more μεθοδικωτέρᾳ meliorem ſecuti probabiliorémque ſententiam adſtruimus. Galenus medicorum omnium facilè princeps (Hippocratem vnum ſemper excipio) trium principiorum aſſertor acerrimus, cerebri quod ad neruos attinet, cordis quod ad arterias & ſpiritum vitalem & ſanguinẽ arterialem, iecoris quod ad ſanguinis procreationem : tamen de arteriarum venarúmq. tunicis dubitauit, quî fieri poſſet, vt corpus durum, ſolidum, capax, de corpore molli, liquido & ſanguine cõcreto (παχυμερὲς cum Eraſiſtrato vocant medici) concreuiſſe & coaluiſſe credi poſſet aut adſtrui. ſic enim ille lib. de fœtuum formatione; Prima diſtinctio ſumitur à venis aut arteriis aut neruis vel præfectis, vel laqueo interceptis, in quibus altera à laqueo pars functiones proprias retinet, altera penitùs amittit. Idem in dorſi medulla conſpici euidenter poteſt : nam ſi aliqua in parte ſpinæ præcidatur, omnes qui ſupra inciſionẽ ab ipſa emanant nerui, ſenſum & motum integrum ſeruant : qui infra ſunt, continuò perdunt; qua ex re facultates has deſuper à cerebro in medullam influere perſpicuum eſt. Simili modo cùm arteriæ cuiuſlibet laqueo conſtrictæ pars, quæ cordi continuata ſupra vinculũ extat, pulſare adhuc ſicut priùs cernitur : reliqua verò quæ infra eſt, pulſu ſtatim orbari; quid aliud argumenti habet, quàm arteriis originẽ agitationis à corde procedere? Atque hoc quidem optimum eſt ac certiſſimũ principij functionum indicium, ſecundum eſt illud, venùm corporum, de quibus eſt quæſtio, ſubſtantia in omnibus eadem ſit, an prorſus diuerſa. nam dorſi medullæ & neruorum eadẽ in omnibus cum cerebri ſubſtantia eſt : ſimilitet & horum operimenta cum cerebri operimẽtis eadem ſunt. at arteriarum ſubſtantia ne propè quidẽ ad cordis, ſicut nec iecoris ad venarum naturam accedit. Cùm verò alia venæ, alia cordis & iecoris ſubſtantia manifeſtè apparet, incertum relinquitur, quantum ad hoc ſignum, an ex corde exorta cana vena in iecur pertineat, an à iecore in cor feratur, an item horum neutrum ſit, ſed aliud quoddam tertium membrum venæ huic originẽ præſtet, ſed de hoc quidem nos pridem decidimus : hîc autem Galeni dubitatio hactenus indiciſa permanſit, & pars quæſtionis adhuc latet. Equidẽ Hipp. lib. de carnibus hunc in modum olim ſcripſerat; Iecur ſic compactum eſt, quum vnà cum calido multum humidi concluſum eſſet citra glutinoſum ac pingue, frigidũ ſuperans, calidũ, & congelatũ eſt. huius ſignum hoc eſt; quando quis victimam mactat; donec calidus fuerit, liquidus eſt ſanguis : poſtquàm verò perfrigeratus eſt, cõgelatur. ſi verò quis ipſum conquaſſet, & fibras eximat, non congelatur : fibræ enim frigidæ ſunt, & glutinoſæ. hæc ille

Simplex medicamẽtum, quale.

Simplex quomodo aliquid elementum.

Simplicia quomodo examinãda.

Partes ſimplices, quæ, & quomodo tales.

Eſſu ſimplex idem naturã compoſitum.

Simplex naturã quid.

Partes ſimplices & compoſitæ quomodo fiant.

Similares partes qui ſimplices.

Concluſio.

Tria principia neruorũ, arteriarum, venarum.

Dubium.

Quomodo probetur nerues à cerebro exoriri.

Itẽ arterias à corde. dic idem de venis ab hepate.

Arteria & vena nil habent ſimile cum ſuo principio.

Dubia ortum habẽ origo.

Iecur qui factum.

Sanguis ob fibras congelat, cur.

iam multò ante natum Aristotelem. vbi notabis, citra glutinosum & pingue concreuisse iecur: qua tamen de materia & pingui & glutinosa venæ coaluerunt, vt ex eodē libro antea ostendi. ibidem rursum paulò pòst, Siquis corpus hominis secet, vbicumq. velit, sanguis calidus fluet: & quandiu sanè calidus fuerit, liquidus erit: postquàm verò refrigeratus est, tum ab intrinseco frigido, tum extrinseco, pellicula fit & mēbrana: & siquis hac pellicula detracta, modico tēpore sinat, aliā pelliculam factam videbit: si verò quis hanc semper adimat, alia rursus pellicula à frigido generatur. Verumtamē hæc demonstratio ad generationem tunicæ venalis & arterialis inefficax ducitur: quia neq; à frigore coaluerunt ambæ in loco calidissimo, neque in hepate & corde materia fuit eiusmodi membranis generandis accōmoda. Ex quo relinquitur dubium, vnde venis & arteriis sua generatio accesserit. vt tamen fateamur & sanguini elaborando aptissimam esse hepatis officinam: & spiritui vitali atque sanguini arteriali calido tenuique procreando cor esse peridoneum. Quid igitur? an aliunde est vasis capacis, aliunde verò cōtenti humoris origo? Quidni inquam? nónne fontis tubulus & sipho vel aquæductus ex alia materia, quàm liquor ipse fluidus ortum habet? De neruis licet in historia cordis dictum sit, tamē posthàc aliquid dictis adiicere erit tempestiuum. nunc porrò in quæstionem propositam de arteriarū venarúmq. tunicis incumbimus, & dictis hæc adiicimus, sicq. supponimus.

Hepar, sanguinis officina, cor autē spiritus & sanguinis arterios.

Dubium.

Similia gignit similia.

Similis materia similem sibi gignit ac producit: Hepatis & cordis materia calida humida, vel sanguinea vel musculosa est, & quod vsitato ab Erasistratiis nomine παρέγχυμα, velut humoris affusi concrementum dicitur: venarum autem arteriarúmq. tunicæ duræ, solidæ, glutinosæ, frigidæ siccæ, dispari sunt ab illis principiis & natura & temperamento. Ergo harum tunicæ ab istis principiis produci non potuerunt: etiamsi contenti intus liquores ac spiritus ab iisdem principiis natura & temperamento similibus prodierint. Quòd autem simile à simili generetur, multa sunt in humano corpore quæ id euidenter demonstrent, ne aliunde extrinsecùs exempla quærantur. Sic cerebrum album & glutinosum neruos produxit. sic hepar rubens & cruentū genuit sibi similem sanguinem. sic ventriculus albidus chylum: mammarū candicātes glandulæ, lac: vasa spermatica, semen, nēpe vtrumq. sibi concolor genuerunt: & quæ per exempla plurima persequi liceat alibi demonstrata. Hepati verò & cordi vnde sua origo fuerit, necnon antea dictum constat: de sanguine videlicet coagulato concretóque, quem arteria & vena vmbilicalis eructarunt. de temperamento harum partium & suorum humorū, nec minùs cōstat ex antecedentibus, quámq. ex diametro illud pugnet cum tunicarū istarum dispari tēperie. Ex quo inferre licet, neq; arteriarum à corde, neq; venarū tunicis ab iecinore esse originem.

Hepatis & venarum natura.

Quòd simile generetur à simili. Ab exemplo.

Hepar & cor ex quo concreuerint.

Vndénam verò igitur potiùs? inquies. Tu verò si nosti, inquam, edoce: si nescis, addisce nobiscum, atque vt perdiscas, animum aduerte, & rei veritatem (quam in puteo demersam, id est latentem & profundam insinuabat philosophus) sedulus inquire ac perueſtiga, & credulus ac docilis audi, nostra an probes, an potiora tuopte expromere queas ingenio. Mihi quidem admodùm probabile videtur, & quodammodo necessarium, quemadmodū cordi & hepati sua est generatio de affuso per vasa vmbilicalia & concreto sanguine gemino illo genuinóq. iam olim nobis post Hipp. & Gal. demonstrato: sic arteriarū venarúmq. tunicas ex eorundem humorum vehiculis membranosis, quæ nos vasa vmbilica diximus, multiplici sobole venularum & arteriolarum vteri per coniunctionem in duo vasa insignia vnitarum, primam suam originem in vnoquoque nostrum accepisse: atque ab initio deinceps contraria via, iisdem geminis vasis in venulas innumeras arteriolasq. dissectis ac diuisis, totam istam humani corporis venarum arteriarúmque progeniem pullulasse: quarum tamen singuli trunci insignes de suo quisque viscere exorti eruperunt, aorta de corde arteria, caua de hepate vena, & altera quæ porta aut caudex siue κοιλοκοία nominatur. siue isti trunci de quamplurimis radiculis & fibris venarum arteriarúmq. in corde & hepate coaluerunt: siue ijdem trunci magni & ampli, multiplici facta sui diuisione ad minutissima vsque, hanc tam numerosam sobolem vasorum ediderūt. qua de re nos antehàc. Vterus enim neruosus & membranosus, susceptа semel idonea materia spermatica, insito sibi calore, vi facultatis formatricis, vasa illa ὁμοειδῆ & congeneria produxit neruosa membranosáque, de similibus vasis venarū & arteriarū sibi insitarum, veluti per ἀναστόμωσιν emanantia; & quo dixi modo, ex innumera serie minutarū fibrarum in duo tandē vasa insignia vmbilici coalita: quorum alterum venosum ad regionē hepatis tetendit; alterum arteriosum (dic si voles, illud venale, hoc autem arteriale) ad cordis sedem properauit; vtrumq. de contento intra se sanguine effuso, affine sibi & congener viscus generans, eodem illo sanguine coacto & coagulato, propter insitas fibras, & propter calorē facultatémq. formatricem partib. generantib. insitam: deinde continuatione eorundē vasorum in vasa similia venalia & arterialia visceris vtriusque, & ab vtroque in totum deinceps corpus dispersa ac disseminata; tum crassiorib. & paucis ramis in tenuiora & propè infinita vascula diuisis ac distributis; tum minimis istis & quamplurimis radiculis in pauciores & crassiores ramos, tandémq. in vnum vtrinq. caudicem, nempe aortæ arteriæ magnæ in corde, aut alterius geminū truncum venæ cauæ & portæ in iecore, coalitis & reductis. Quomodo in arborum & plantarum natura cernimus aut radices innumeras in vnum caudicem vniri, aut truncū ipsum in fibras infinitas diffectum

Veritas in obscuro.

Venarum & arteriarum tunica vnde cōcreuerint. 1. N. tunic.

Hepar & cor qui concreuerint.

Arteria & vena pulmonis, vnde, quoq. modò.

Vasa arteriarum venarúmque quomodo facta sint, & vbi.

Vena & arteria quomodo genita.

A similibus

humi pangi, aut eundē vnicum priùs, in duos tréſve ramos inſignes aſſurgere, & mox in flagella & ramulos innumerabiles diuiduos diffindi. Aut quomodo permulti rimuli in vnum inſignē fontem corriuantur, multíve fōtes in vnū grande flumen aceruantur & inundant. aut cōtra fluuius idem in multos riuos, riui autem ſinguli in quamplurimos riuulos atque diuortia diducuntur. His enim ſimilitudinibus cum Platone, Ariſt. Galeno alibi citatis luſimus. atque hæc mihi prima & veriſimillima compingendarum arteriæ venæq. tunicarum demonſtratio dicta ſit. altera autē eſt huiuſmodi.

Altera ſimilitudo.

Natura libera in agēdo, non his ſe anguſtiis concludi voluit aut paſſa eſt, de humidis vt tantùm liquida, de duris tantum vt ſolida gigneret: ſed ex oppoſito nonnunquam de liquidis ſolida, de ſolidis liquida peperit, vt per partes noſtri corporis excurrēti videre eſt. durum verò & molle quid ſit, ex Platonis Timæo aliàs expoſui. durum quot fiat modis, ex Ariſt. meteoris & Galeno vſpiam tradidi: & nunc ita breuiter edixiſſe ſit ſatis; Durum eſſe, cui caro noſtra cedit: molle verò, quod cedit carni, ex Timæo Locrenſi. ſiue vt Ariſt. cap. 4. lib. 4. meteor. molle, quod in ſe cedit: durum, quod non cedit. in quo vterque tactum adhibuit iudicem, vt Gal. cap. 3. lib. 5. facult. medicam. ſimpl. repetit. qui conſequenter eiuſdem libri cap. 4. ſic ait; Porrò varie quidem durius vnumquodq. efficitur: nempe aut ſicceſcens; aut concreſcens ſiue congelans; aut nimia repletione, adeo vt vehementer diſtendatur, aut coniugatione quapiā. Aut ſi mauis Ariſt. ſequi ex cap. 5. lib. 4. meteor. ſic habe; Omnia vel à calore, vel à frigore ſicceſcunt, & quidē calore interiore aut exteriore quòd autem ſicca conſumpto humore indureſcant, idem aſſentitur. Inde fit, vt in terræ ſinu de liquore quidam lapides concreſcant, vt idem ibidem adſtipulatur: veluti de frigore cryſtallus, non autem de calore torrido, vt idem profitetur. In nobis autem vi caloris præter naturam intēſi, multa alioqui priùs liquida lapideſcunt. indicio ſunt calculi in veſica & renib. concreti, iuxta Hipp. Eodē porrò calore vel adeo natiuo indurante, oſſa & chartilagines ſolidantur. Quid ergo mirū eſt, ſi de viſcoſiore craſſioréq. ſanguinis portione, arteriarum à corde, & venarum ab hepate tunicæ concreſcant? cùm & materia compingi, indurari, ſiccari, ſolideſcere parata ſit? & calor cogens ac deliccans, his partibus præcipuè adſit, omnium corporis partium calidiſſimis, vt alibi demonſtratum eſt? Idque eò faciliùs de corde & arteriis iudicandum, cùm hic ſit fons caloris in animali, ſicut Hipp. Plato, Ariſt. Galenus & omnes phyſici profitentur, & nos antehàc oſtendimus, & experientia ipſa conuincit. cúmque cordis ſubſtantia dura, ſolida, fibroſa, viſcida, conuenientē generandę arteriarum tunicæ materiam ſuppeditet: eóq; magis, quòd cordis ſubſtantia qualibet carne durior ſit atque fibroſior: caro autem ipſa ſicceſcens cutem generauit, vt eſt paulò antè à nobis oſtenſum. Quod de corde dictum, ſit admodùm probabile. vt arteriarum tunicæ non ſit aliunde repetenda generatio, cùm huic compingendæ & cauſſa efficiens, & materia abundè ſuppetat. De hepate & venis difficilior doctrina ſupereſt, cùm iecur, nonniſi coagulatum & concretum ſanguinem videamus & agnoſcamus. Sed nónne vides extrinſecùs, caſeo primùm molli & liquido, ſolidum corticē obduci? nónne fructibus pleriſq. de nucum genere, ab ortu primo molliſſimis, putamen duriſſimum ſolidari? nónne vrſis primò ex informi maſſa ſanguinis, molli & fragili, tergus duriſſimum cernis euadere, quod nulla propemodùm vis aut acies aut mucro penetrare queat? vt de echino & elephanto & aliis feris idem intelligas. An porrò facilius fuit cordi geminas ſibi tunicas ſolidas ac prędenſas arteriarum efformare, quàm iecinori vnicam de ſe venarum tunicam, eámque prætenuem producere? Fac calorem huius quàm illius remiſſiorem: fac materiam liquidiorem ac minùs viſcoſam tenacémve: tamen & calor eſt huic operi, imò & alij planè neceſſario elaborandi coquendique ſanguinis muneri ſufficiens: & materia primùm liquida & fluxilis, lento iſto calore tandem cogitur, denſatur, inſpiſſatur, & quadam ſui parte ad generationē tunicę huius tenuiſſimæ compingendæ, vi facultatis formatricis idonea redditur. Heus tu, inquā, nónne meminiſti duorum noſtri corporis principiorum, qualia ab initio fuerint? ſemen & ſanguis maternus, num liquidiſſima corpora & humida fluidáque extiterunt? Et tamen ex iiſdem non modò caro, nerui, tunicæ, membranæ ſolidæ: ſed etiam tendones, ligamenta, chartilagines, oſſa deniq. ſolidiſſima atque duriſſima concreuerūt. ideo Galenus lib. 1. de elem. Ex quatuor humorib. ſingulæ partes ſimilares ſunt generatæ: atque his inuicē iunctis, primum ac ſimplex inſtrumentum efficitur, quod ob vnam operationē à natura eſt generatum. his rurſus in vnum cōpoſitis, alterū maius inſtrumētum generatur: atque iterum illis inuicē connexis, ſtructura exultat corporis vniuerſi. Ex quo licet inferre, & venis ab iecore, & arteriis à corde, ſuo nēpe vtriſq. principio & origine, his geminam, illis vnicam tunicam pronaſci, nec aliūde mutuari fuiſſe neceſſum: cùm id naturæ inopiæ atque impotentiæ tribui vitióq. verti alioquin nar ſit. quæ tamen nihil facit fruſtrà, nihil temerè, nihil impotenter aut imperfectè.

2. N. demonſtratio.

Durū quid, & molle.

Durum quot fiat modis.

Siccitas quot modis fiat.

Lapilli qualiter concreſcant: item calculi, & oſſa.

Venarum & arteriarum tunicæ qui eſcreuerint, ex quo & à quo.

Cor, fons caloris, qualiter producat arterias.

Cutis vnde genita.

Vena qualiter de hepate gignantur. A ſimili.

Analogia cordis ad hepar.

Venarum tunicæ qui eſcreuerint.

Duo noſtri principia humida quomodo partes generarint.

Similarium partium generatio, vnde diuina organicarum.

Tertia demùm hæc ratio eſt, quæ demonſtrat à meſenterio eſſe venarum tunicam: ſiquidem vicinia id facit, & communicatio partium, & quòd meſenterij peculiares quaſdā eſſe venas diximus, quarū cum iecinore vix vllum certū apparet cōmercium. Cùm autē hepatis natura generandis tunicis habeatur minùs idonea, vt ab initio propoſuimus; meſenteriū autē illud & venoſum ſit & membranoſum, facile fuit iecori de vicinia mutuari vaſcula, in quę ſuum ſibi liquorem reconderet. quod ſi de omnibus omnium omnino venarum tunicis in genere

3. N. ratio.

Meſenterij natura.

efferri

efferri negas oportere, quia venas portæ eui- A
dēter de hepatis ſima, venam autem cauam de gibba eiuſdem parte, aut ſanè de corde enaſci oſtendimus. at illud ſaltem dari poteſt, venas meſenterias à meſenterio deduci: ſimodò vera ſunt, quæ pridem de triplici venarum ortu propoſuimus; quæ tibi mature expendenda potiùs, quàm temerè explodenda relinquimus. Quarta & poſtrema hæc erit ratiocinatio, qua dicimus non modò arterię & venę tunicarum, ſed omnium omnino membranarum primam eſſe à meningibus originem: quas ideo credula & facilis patrum ætas matres appellauit, tacitè inſinuās, has eſſe omniū B
in humano corpore membranarum tunicarúmq. veras & germanas matres. quod pleriq. Anatomici de pericranio, de peritonæo & aliis nonnullis candidè profitentur; de omnibus nondum ſunt auſi profiteri. Sed ſi peritonæos tunica eſt à meninge, ſi à peritonæo partes omnes quæ nutritioni ſeruiunt, tunicam communem accipiunt; fortè tum hæ, tum cæteræ & propriam & peculiarem ſortiuntur. dicere autem à meningibus ortum eſſe membranarum tunicarúmque omnium, haud erit abſurdum, ſiue mediatè, ſiue immediatè id illis C
accidat. Quæ mihi ratio multùm probabilis videtur, vt ab eadem meninge, cōmuni velut parente, & arteriarum & venarum tunicæ demitti iudicentur, & quicquid in corde vel hepate & aliis vſquequaq. partib. tunicarum ineſt, quod ſingulas inuoluat ac muniat, aut vſui cuilibet inſeruiat. Vt illa meninx, vna ſit omnium membranarum & prima & ſumma parens, & immediata mater aut mediata quodammodo auia aut proauia, aut ſiquo tali epitheto decorare voles. Accedit huic probabili ratiocinationi ipſa naturalis conſtitutio conformatióque: de qua dum dico, queſo attentus D
audi. Ἀλωὴ eſt in cerebro ſummo dictus, quà verſus dura meninx cranium ſpectat, locus capax & amplus, multo eóq; ſyncero ſanguine ſcatens: quo de more ſolet vinum in torculari prælo expreſſum: vnde & à ſimilitudine loco nomen acceſſit: torcular enim Latini, ἀλωὴν Græci vocant: lacum poteſt aut vtrouis illo nomine appellare. Sanguis eo loco plurimus ac ſyncerus capaci ſinu excipitur, eóq. mēbranaceo, quem ſibi vicina dura meninx efformauit, vlli vſui (vt apparet) nō futurus. Ego verò ſi nouæ ſententiæ & opinionis, aut vt Græci citra inuidiam loqui ſolent, αἱρέσεως author eſſe velim facilè cōtenderim, ab iſto torculari ſi nō ſanguinis eſſe primā velut ſcaturiginē, ſaltē vaſorum & tunicarū in arteriis ac venis primam produci originē. quid enim? nónne receptū eſt apud medicos, ſanguinē extra vaſa poſitū, quolibet loco repoſitū, illico corrumpi atque grumeſcere? ſeu græcè mauis, θρομβῶδες; At hîc integer & incorruptus permanet. ergo non extra propria vaſa: ergo nō alieno, ſed proprio loco reconditus: ex quo mox tanquā ſummo & primario fōte, per tubulos quoſdā, venas nēpe & arterias in id cōparatas, primū per cerebrū intus & foris, deinde per collū in thoracē & ven-

Vena meſenteria vnde.

4. N. ratio.

Meninx cur mater dicatur, & quotum.

Peritonæum vnde ortum, quid gignat.

Ab meninge omnium tunicarum principium.

Meninx, eadem mater tunicarum omnium.

5. N. ratio. torcular in cerebro quid, vbi, quale: & an inde venis & arteriis origo, qui.

A ſimili.

Lami ſeu torcularis compoſitio.

Sāguis extra vaſa putreſcit.

trem & artus & in omnes corporis partes idoneis ac peculiarib. vaſis deductus, ab illis maguis, exortis & diſſectis, quaquà verſum diſpergitur. Quomodo in hortis irrigādis aut pratis irrorandis, ab inſigni & capaci vaſe aut lacu, per riuulos innumeros aquam deduci & cōſpergi deriuariq. cernimus. Atq; haud alia, vt puto, ratione impulſus Hipp. ſiue Polyb. tū lib. de nat. hum. tum 2. epidem. & lib. de natura oſſiū, venarū craſſarū (vt eodē nomine arterias priſco more intelligas) originē à capite deduci ſcribit, earúmq. paria quatuor conſtituit: quarum primum à capite retrò per ceruicē demittatur B
lorinſecùs: alterū à capite iuxta aures per ceruices & iugulares ad ſpinā & inferiora deducatur: tertium à tēporib. per ceruicē ad pulmones & interiora deuoluatur: quartū à priore capitis parte ſub ceruicē ad clauiculas & brachia cæteráq. mēbra deferatur, vt olim plurib. demōſtraui. Quę mihi quatuor ſinus illos reuocāt in mentē, quos anatomia repræſentat, ſtatim retecto cranio cōſpicuos, de craſſa meninge ampliter deductos, ſanguine plenos, & ad interiora, & ad inferiora deinceps cōuehendo per canales lōgè plurimos, quos ab iſtis quatuor inſignibus ſinib. enaſci iure dixeris. Vt nō aliunde venarū, & fortè arteriarū (pulſant enim ex his ſinib. nōnulli) originē cōmodiùs repetas, ſi nō cum ſanguine & ſpiritu cōtento, quē eò euehi ab hepate & corde dixeris: at ſaltē tunicarū earundē, quas ſibi mater illa meninx aptas fabricatur. Quorſum ſpectat quorundā ex Arabib. haud inſulſa ratio sāguinē nullibi extra venas, niſi in iſto torculari imputrē & naturalē conſiſtere. quiquidē aptiùs & irreprehenſibiliùs dixiſſent, nedum ibi extra propria vaſa cōſiſtere; ſed in ſuis & propriis venis atque receptaculis cōtineri. Vt citra exceptionem veriſſima ſit & vniuerſalis aſſertio omnis ævi medicorū, ſanguinē extra propria vaſa poſitū corrumpi, putreſcere, grumeſcere, ſiue græcè dicas, θρομβοῦσθαι.

Vena & arteria qualiter à torculari demiſſa.

A ſimili.

Venarum origo à capite qualiter accipienda, & paria quatuor quo ſe tendant.

4. ſinus cerebri quales.

Sāguis extra vaſa grumeſcit.

Sed quia de torculari & ſinu quadruplici multa dixi, volo tibi ab oculos ponere, quid de his duo celebres anatomici ſcripſerint: vt ad ea quæ de cerebro poſthàc dicenda erunt, quaſi viā præſtruā. prior Veſal. li. 3. c. 14. de his ſic ait; Vaſa cerebri mēbranis duntaxat contēta paſſim cerebro accūbunt, vixq. vllibi ipſius ſubſtantiæ adnaſcuntur. Dura igitur cerebri mēbrana vbi quadam ipſius portione ſeu proceſſu inter dextram & ſiniſtram cerebri partē conſiſtit, ac dein vbi inter cerebrum & cerebellū implicatur, penitiúſq. velut ſeptū quoddam ſubintrat, ſinus quoſdam obtinet venarū modo oblongos, & venis caluariam petentib. capaciores, ſed intetim venarum modo neutiquam teretes. Horum enim ſinuum cauitas ſecundùm ipſorū ductus longitudinē inſinuata, trianguli ſpeciē exprimit, ſed diſſimilē in pleriſq. & multùm varietatē. Sinus iſti non ſolùm venarum vſum, ſed & arteriarum quoq. præſtant, pleriſq. tamen anatomicis haud obſeruatum; eò quòd in iſtos ſinus & venę & arterię pariter exhauriūtur, & ſuā materiam infundūt. Præter iſtos ſinus, in duræ mēbranę proceſſib.

Propoſitio.

Sinuum cerebri compoſitio, & figura vſuſq.

zed by Google

excauatos, ipſa alios quamplurimos obtinet in tenuem cerebri mẽbranam & cerebri ventriculos excurrentes, venarum arteriarúmque munere functos. Atque hæc duo cerebri membranæ inter reliquas corporis partes peculiaria rara & priuata ſortiuntur. eandem nimirum ipſarum cauitatem ductúmve, arteriæ pariter ac venæ munus obire, & interim in mẽbranarum corporib. parator ductus ſeu ſinus, neque venam, neque arteriam propriè cenſeri poſſe: verùm proprias quaſdam taléſq. omnino fiſtulas ſinúſve exiſtere, quales quis formaret, quando ſtylos craſſiori cuipiam corio ſecundùm ipſius craſſitiẽ in longum, quaſi venarum ſinus extructurus impingeret. vbi mox quatuor illos ſinus enucleatè exponit: quorum cõgreſſum, ſiue primi cum ſecundo, ſiue tertij cum quarto, ſiue quarti terminũ capacẽ illum pro torculari illo celebrato habet, è quo ſanguis, tanquã vinũ è torculari promitur, quem Gal. & Græci medici λωὸν vocitãt ac prædicãt.

Sinuum figura, A ſimili.

Torcular quid.

Poſterior eſt Realdus Columbus, qui lib. 8. anatom. cap. 1. ita enarrat; Inter membranas à meninge quadruplicatas, quatuor ſinus ſeu cauitates potiùs adſunt ſanguine refertæ, in quas tamẽ venæ iugulares internæ ingrediuntur, & ad extremum vſque progrediuntur: propterea non adeſt hoc loco ſanguis extra propria vaſa. Quod ſi eſſet, dura mater, venarũ principiũ eſſe diceretur. quod quid abſurdius dici aut cogitari poſſit, non equidem video. vbi mox ſinus illos quatuor deſcribit, & ita ſubiicit; Quartus ſinus quadruplicatæ duræ matris inter cerebrum cerebellúmq. poſitus eſt: quem locum, linon (λωὸν voluit dicere) torculárve appellant anatomici: à quo venæ ortum ducunt per ſubſtantiam cerebri delatæ, pérq. tenuẽ membranã, à qua cerebellum inuoluitur, reticulari plexui ſe ſocias præbẽt. hæc iſti: de cæteris nunc non placet inquirere.

4. ſinuum cerebri conſtructio.

Torcular quid, & vbi.

Hæc igitur noſtra ſunt argumenta, quibus venarum & arteriarum tunicæ origo aſſeri poteſt, aut à vaſis vmbilicalib. quod veri duco ſimillimum: aut ab vtroq. ſuo ſibi principio, vt vulgaris & cõmunis medicorũ fert opinio: aut à meſenterio, vt videri cuipiam ſaltem de meſenteriis haud absre queat: aut denique à craſſa meninge, vt ego auſim aſſerere, mihique admodum probabile videtur. niſi nouum eſſet & inauditum dogma, cui adſtruendo, & multis obiectionibus ſoluendis, aut declinandis incommodis, longius opus texeretur, aliàs commodiùs ordiendum ac diſcutiendum.

Epilogus N. rationum.

Venas porrò ab hepate oriri ſic Fernelius demonſtrat cap. 14. lib. 5. phyſiologiæ; Vt in arborib. vniuerſóq. ſtirpium genere, maiora minorum ſunt principia, & truncus omnium ampliſſimus deorſum radices agit, ſurſum autem in ramos diffinditur, hi rurſus in alios exiliores, dum tandem in tenuiſſimam ſobolem vndiq. propagetur atque fruticetur: hincque vnus omnium cõſenſus in trunco principium conſtituit, & eam vim quæ ſtirpi moderans, alimentum trahit diſtribuitq. ſingulis partib. ita ſanè in venis arq; neruis ſtatuendũ videtur. Cæterùm vena caua, quà cordi aſſiſtit, multò quidem tenuior eſt, quàm vbi è iocineris conuexo emergit. quinimò hic in duos ramos diffinditur, quorum vtérq. duplo maior eſt eo, qui ad cor ſurſum irrepit. quod planè argumento eſt, non è corde, ſed è iecore primam venis originem eſſe. Huc accedit, à cauis regionib. interioréq. facie iecur venã ad portas emittere, quà ſerpens multiplici lapſu & erratico, cõplures riuulos tanquam radices effundit in vẽtriculum, in omentũ & meſenterium. his autem (venæ tametſi ſunt) nulla intercedit cum corde cõmunio aut ſocietas, ſed ne cum his quidem venis, quæ è iecoris facie conuexa emerſerunt. Quare ſtirpium exemplo, iecur venarum origo conſtituendum eſt. Ex quo intelligitur, partem in ſtirpibus inter radicẽ & truncũ interpoſitam, quam Ariſtoteles cordi comparauit, iecoris potiùs quàm cordis ſimilitudinem ſpeciémq. genere: vt in qua vis inſit naturalis, eam prorſus exprimens, quæ in iocinere conſedit. Poſtremò vt in perfectis animantibus arterias è ſiniſtro cordis ventriculo naſci animaduerſum eſt: ſic terrenis animantibus, iiſque vocalibus, dexter ventriculus adiectus eſt, in eúmq. inſerta vena caua, vt inde erumpente reiectóq. ſanguine pulmones alerentur. muta autẽ animantia, vt piſces omnes, dextro ſinu defici atq; deſtitui omniũ iudicia ſenſúſque confirmant: quòd aquatilia neque pulmones habent, neque vociferantur, neque ſpiritum ducunt. At nihilominùs ſanguine aluntur in venis recondito, ipſæq. venæ omnium, iecori ſic affixæ ſunt, vt aperte hinc deriuari cernantur. in dextrum autem cordis ventriculum (vt quem non habeant) nec inſeri, nec inde poſſunt educi. Quid quòd vena in piſcibus vix cor attingit; poteſtne inde exoriri, vnde longiùs abeſt atque dijungitur? hæc Ambianus noſter ferè Galeni veſtigia ſecutus expreſſit: nos plura in eam ſententiam pridem cùm de hepate ageremus & venarum origine, ſumus locuti, quæ nunc intacta relinquimus, & inſtitutum vrgemus.

Vena caua vbi craſſiſſima.

2. ratio.

3. ratio.

Quòd dexter cordis ſinus adſit vel deſit, & quorſum.

De carne, CAP. IX.

INter ſolidas & humidas partes mediã quandã naturam caro ſortita eſt, neq; dura vt illæ, neque vt hæ mollis ac fluida. ideo neq; ſolidis exactè, neq; humidis exquiſitè accẽſeri poteſt. Galen. lib. 1. de ſanit. tu. cap. 7. ſolidas corporis particulas has ſolas numerauit, arterias, venas, neruos, oſſa, chartilagines, membranas, ligamenta, deniq. tunicas omnes. eaſdémq. partes elementares, ſimilares, ſimplices denominat ibidem, vt antè citaui. quas inter caro locũ nõ habuit: ideo inter molles aut humidas iure reponenda: niſi in ambarum confinio mauis. ſed Ariſtoteli mos eſt coniunctis nominib. vocare illas duras ac ſolidas, has autem molles & humidas. ideo in cenſu ſimilarium partium ſic ait cap. 2. lib. 2. part. animal. Partium ſimilarium aliæ molles & humidæ ſunt, aliæ duræ & ſolidæ. humidę vel omnino, vel quãdiu in con-

Carnis natura, & analogia ad alias partes.

Solidarum partium catalogus.

Partium ſimilarium diuiſio & numerus.

ſtitutione naturæ manẽt, ſanguis, ſanies, adeps, ſeſum, medulla, genitura, lac vbi haberi ſolet, caro, & quæ iis proportione reſpondent. ſiccæ autem ac ſolidæ inter ſimilares ſunt, os, ſpina, neruus, vena: hæc ille: vt tamen ex Galeno his cæteras illas annumeres, chartilaginẽ, arteriã, membranam, ligamẽta, & tunicas omnes: illis autem pituitam & bilem vtramq. Ex harum verò ſolidarum partiũ numero ſoli mihi nerui ſuperſunt in homine contẽplabiles: quia cornua, roſtra, vngulas, calcaria, ſetas, pinnãs pennáſq. quadrupedum & volucrũ & cæterarum belluarum nihil moror, de quib. agere non inſtitui, & ex analogia hominis intelliguntur: de neruis haud ita multò pòſt in hiſtoria cerebri trãſigam: nunc à ſolidis ad humidas partes, vel potiùs de humore concretas (nam de vere humidis pridem tranſegi) per carnem velut medium naturã ſubſtantiáque tranſire ſtatui.

Propoſitio.

Caro quid ſacta.

Caro igitur quòd ſua cuiq. chara ſit (nemo enim vnquam carnem ſuam odio habuit, ſed nutrit & fouet eam, ait Paulus Epheſ. 5.) ſed immutata & quantitate & aſpiratione. aut quòd ſit nobis cara, magniq. habita pretij, tum ad vſum, tum ad vitã. niſi cum Donato mauis, quòd cãreat anima vitáque: cui caro mortua & mactata tantùm intelligitur: contrà quàm Ariſtoteli, cui & facies & caro nonniſi animam habẽtium cenſetur cap. 1. lib. 2. genera. animal. aut vt aliis videtur, à Græco nomine κρέας per metathеſin duſlexum nomen eſt: Græcis enim vt dixi, κρέας vocatur, opinor ὑπὸ τῦ κεκρᾶσθαι, quòd multis particulis confuſa cõſtet, vt aliàs dixi, & mox patebit: ſiue per hypotheſin, παρὰ τὸ κίαι, ἢ τὸ κῆναι, quòd animæ vitæq. caro ſit particeps, vt alij cẽſent: ſiue quòd omne animatũ carnem habeat. alij παρὰ τὸ κείρω, τὸ κέπω, quia edendo ſcinditur & cõciditur fruſtulatim. alij παρὰ τὸ κρατύνειν, quòd corpus firmet ac roboret. alij ab inuſitato κρέω, eò reſpicientes quò dixi, quòd ſit caro compoſita de plurib. particulis: Non tamen vt multùm approbem quod dicitur à quibuſdam, carnẽ de parte organica dici, quæ muſculis, oſſibus, chartilaginibus, neruis, venis, arteriis, ſanguine conſtet. pulpa autem ea ſit, quam nos carnẽ dicimus edulẽ in animalibus, aut illi noſtrã reſpondentẽ. vel vt verbis Hieronymi referam, pulpa ſit quæ manducatur, eò quòd pulſetur & concidatur. Galenus comment. 5. in lib. de fractu. Quamlibet (inquit) carnoſam partem Hippocrates κρέα appellat. ſed nomen κρέας etiam alia ſignificat, vt nuper de cute dixi, ἀπὸ τῆ χρείας, ab vſu, vt apparet. Dicitur etiã frequẽter à Græcis σαρξ, & à Doricis ſib. & Æoliis, σάρξ, velut etymo propiùs, παρὰ τὸ σύρω, quòd ad ſe trahat, nempe ſanguinẽ in alimentum: & verò quòd muſculum, nẽpe partem motiuã ad trahendũ adiuuet. ἢ παρὰ τὸ ἀπορρύεσθαι τὸ δέρμα ἀπ' αὐτῆς, quòd ab ea cutis detrahatur & excorietur. ſed de vtroq. etymo iam plus ſatis: ad rem venio.

Caro nobis.

Caro, an pars organica & vere compoſita.

Pulpa quid.

κρέας quid, & vnde dicatur.

σαρξ vnde dicta.

Caro nobis proprie dicitur atq; intelligitur pars ſimilaris & ſimplex (vt ad ſenſum, nõ autẽ habita cõpoſitionis exquiſita ratione, vt antè dixi carnem cõſtare neruis, venis, arteriis, ſanguine, ſpiritu, mẽbranulis) mollis, mobilis, veſut pro tomẽto & fartura muſculorũ præcipuè cõparata, ſed & eorũdẽ motui plerumq. ſubſeruiens, de ſanguine concreto & reſiccato genita, villiſq. illis primariis vndiq. obſita & circumiecta & farta ſuffultáque, eorúmq. media ſpatia inania replens; muniens ac roborans, ſanguini ſuo genitori ferè cõcolor plus minùs; eiuidẽq. cum illo tẽperamẽti calida humidáq. in omni animãtiũ genere plurima, & præcipuè corpus animaliũ conſtituẽs, vt Ariſt. cap. 2. li. 3. hiſtor. animal. docet, ad calfaciendũ, fulciendũ, operiendũ, muniendũ, propugnandũ, mouendumq; à natura inſtituta & cõparata. Ne de plãtis ac ſtirpib. dicam, quib. ſua quædam caro ineſt, itémq. nerui, venę, ſanguis, cutis, oſſa, medulla, & cætera animaliũ nutritionis organis analoga, vt Plinius poſt Theophraſtum agnouit. Vt carnis nomine ſecũdo loco (namq; tres carnis differẽtias galenus ipſe facit lib. 10. meth. med. vti poſtea patebit) vel iuſtiore de cauſſa intelligi poſſit ac debeat, craſſa illa & tenax materies, quæ villos viſibiles aut inuiſibiles mihi dictos mẽbranarum & tunicarũ ligamentorũq. veſtit, ambit ac intercipit, & partium ſolis aut præcipuis mẽbranis vna aut plurib. cõſtantiũ. Vnamẽ docto & accurato Syluio, & poſt hũc, Io. Gorrhæo pleráſq. ad verbũ paginas innominato authore ex huius libris anatomicis in ſuas definitiones medicas referenti, vtriq. ſanè viro perdocto ac perdiligenti minùs aſſentiar; & quidẽ illi dicenti cap. 6. lib. 1. anato. mẽbranis nonnullis villos deeſſe, carnem tamen adeſſe propriã, craſſam & benè habitã in corpulentis, tenuẽ & gracilẽ in macilentis. Omnino enim dico, ne carnem illam quidem, quam his rectè aſſignat συναγωγικὰς, nunquam inter ſe vniri & cohærere potuiſſe, niſi his minutiſſimis villis & ἐπιφύσεσι, vt Gal. vocat, aut vt ego appello, λεπτοτάταις ἐπιφύσεσι, ceu vinculis quibuſdã cõcreuiſſet. quomodo neque parietes de cæmento, calce, ſabulo, gypſo friabilib. cõpingunt architecti, niſi bacillis trãſuerſis multis tali materiæ aqua dilutæ velut fulcrum & ſtabilimentũ, alioqui in ſe caſuræ & corruituræ, prouiderint ac præparârint. Verùm anatomici pleriq. omnes de villis triplicib. ſibi notis & cõſpectis loquũtur, vt iã monui: noſtros illos animo potiùs quàm oculis aſpectabiles prætereunt. cùm tamen & ligno & ferro carie aut rubigine adeſis, vt iidẽ agnoſcunt, villi iſti primigenij tum demùm appareant, qui nunquam antea integris iiſdem cerni potuiſſent. quod idem de his mẽbranis, & aliis omnibus ſolidis partibus, vel adeo de oſſibus & lapidibus & plantis intelligendum relinquo, ſicuti nuper monui de villis agens. Rectè tamen idem vir bonus Iac. Syluius cum gal. ſuo certium quoddam genus carnis illud facit, quod ipſe gal. ab Eraſiſtrato ſæpe monet πρόσχυσιν vocari; quaſi affuſionem ſeu alluuiem dicas, aut vt vocabam nuper, concrementum ſeu concretionem humorum, ex quibus vnumquodque viſcus ſuo modo quodam concreuit, & ſuis vaſis villiſque formandis ac muniendis hanc ſibi carnem aſciuit, vti

Inſtrumenta nutritionis in plantis.

Carnis 2. ſpecies.

An villi deſint mẽbranis. quòd nõ. N. contra Syluium.

A ſimili.

Anatomicis villi incogniti qui, & tamen omnẽ corpori ſolido communes.

Carnis 3. ſpecies.

de corde & hepate nuper dixi, de cæteris idem accipies, vt ſplene, renibus, pulmonibus, cerebro, & reliquis à ſuo genere. à quaquidē carne peculiari & propria, ſua eſt cuiq. viſceri & propria & peculiaris actio, vt olim de ſingulis ſingillatim dixi ac diſſerui. Quanquā Ariſt. carnē à viſceribꝫ, ita diſtinguit cap. 13. l. 3. part. animal. Differunt viſcera à carne non modò ſua corpulentia, verumetiā eò quòd caro foris poſita eſt, viſcera intus cōtinentur. Lactantius cōtrà lib. de opificio Dei cap. 7. carnē nomine viſcerum videtur intellexiſſe ex vſu, vt his ſolida oſſa concluſa tegerentur. Namq. carnis illius quæ propriè dicitur, hic ferè vſus & hæc actio eſt, de qua iam obiter monui, & breuiter attigi, videlicet vt oſſa contegat, artus liget, corpus decoret ac venuſtet, partes alendo mouendóq. adiuuet, frigus arceat, æſtum temperet, ictus retundat, appulſus ſuſtineat, lapſus excipiat, ſedendo ſubſternatur, cubando velut mollis culcitra feſſos artus lenitet fulciat ac ſuſtētet; deniq. oſſa frangi, contundi, collidi, luxari prohibeat; & ſiquid eſt aliud, quod diligens maiorum obſeruatio notauit, quos deinceps audire tempeſtiuum eſt.

Allio partiū vnde ſua cuique.

Carnis & viſcerum differentia.

Carnis vſus præcipuus.

EX HIPP.

HIppocrates de carnib. lib. conſcripſit, ſed præter carnis naturam, multa cōplexum, vt videre eſt: vbi priuatim ſic de carne ſcribit; Frigidum quidē conſtituit & cōpegit ac fecit carnem: glutinoſum autē in foramina tranſiit, in foraminib. autē his, humidum eſt, velut in venis magnis. hæc eo loci parum veriſimiliter tamen. idem lib. de natura pueri, Quum generatur caro, tunc pelliculæ, augeſcente in vtero ſanguine, etiam ipſæ augentur ac ſinuantur, & præſertim externæ. & ſanguis à matre deſcendens, quem ſanè caro ſpirans attraxerit, in incrementum cedit. &c. idem lib. 1. de diæta hoc aſſumit probandum; Ignis omnia quæ in corpore ſunt, ſecundùm ſuum ipſius modū exornauit ad vniuerſi imitationē, parua ad magna, & magna ad parua. ignem pro calore videlicet vſurpans, vt pridem dixi Platonem metonicōs loqui, atq; aduerſus Ariſt. & Gal. tutatus ſum. & hoc quidem probabilius, quàm vbi ſuprà carnem à frigido cōpactam aſſtruebat. rurſum ibidē, Quod humidiſſimum eſt in igne, in his locis quæ venæ cauæ appellantur, exiſtit. in media autē horum, id quod reliquum eſt, aquę congregatū ſtabilitur; atq; ea vocantur carnes.

Carnis generatio qualis, & incrementum.

Caloris opera in nobis.

Caro an à cal. vel frig. compacta.

Caro quid.

EX PLAT.

PLato in Timæo de carnis generatione & vſu ita philoſophatur: Græca breuitati ſtudens præteribo. Arbitratus verò oſſium naturā aridiorē rigidiorémq. quàm oporteat, fore, & cùm ignita, quaſerit atq; etiam frigefacta, illiſuram corruptuiámq. citò ſemen internum, neruorum carniſq. genus effinxit: vt neruis quidē mēbra reliqua vinciētibus, intenſis remiſſiſq. circa cardines ipſos, corpus omnē ad flexionē tenſionémve prōptum & agile redderet. caro verò tegmen foret aduerſus frigus atq; calorē: & quemadmodū externa corporis fulcimenta ſolent, ad caſus varios munimentū: præſertim quia talis erat futura, vt molliter lenitérq. corporib. cederet. cui calidum iccirco humorem indidit, vt æſtate quidē roſcida madidáq. extrinſecùs, toti corpori domeſticū præbeat refrigerium: hyeme verò rurſus proprio igni exteriorem glaciē moderate repellat. Hæc cùm fictor ille noſtri corporis cogitaret, mixtione quadam ex aqua, igne & terra contēperata, & acuto illis ſaliſque fermento adhibito, ſucci plenam ac mollē carnē conflauit. Quæ igitur oſſa animata maximè erāt, pauciſſimis carnib. adoperuit: quæ verò minimè, cōtrà plurimis atq; craſſiſſimis iuncturis inſuper oſſium, præterquā vbi neceſſitatis ratio aliter poſtulabat, paucas carnes adiecit, ne flexionibus impedimento forent, tardáq. ad motum corpora facerent; néve ſua quadam ſolida craſſitudine obtuſioriq. mole, ſenſuum aciem hebetarent, memoriā impedirent, ingenij acumen obtunderent. pauciorib. verò quæ prudentiā habent: niſi fortè carnoſa quædam moles, propriè ad ſenſum aliquem aptata ſit, qualis eſt lingua. in cæteris eſt vt diximus: Natura enim ex neceſſitate genita atque nutrita, nullo modo os compactum, carnémq. multam ſimul & acutum ſenſum admittit.

Caro cur humida.

Carnis elementa.

Partes quæ plus aut minus carnis habeant.

Carnis moles obtundit ſenſus.

EX TIMÆO LOCRO.

SEd omnino breuiter & argutè Timæus ipſe prototypus ὀστέων. Oſſa, medullarum ſunt ſepimenta: quorum tegumentum & operimentum, carnem fecit. artus aptiſſimis ad motum, neruorum vinculis colligauit. Græcè ſic, ὀστέα δ', μυελῶν φύτευμα· νεύρων δ' καὶ σαρκὸς τὰ σύνδεσμα· σώματος δ' ἔνδυμα κύτος τῶν ἀνωτάτω σωμάτων τὸ ἄφθον. vbi vides more priſco τοὺς νεύρους αὐτὰ τείνοντα καὶ σωματοῦντα, neruos pro tendonib. & ligamētis vſurpari, vti nuper proprio capite monuimus, triā neruorū genera profati.

Oſſa & caro quorſum.

Nervi de ligamentis.

EX ARIST.

ARiſtoteles porro, vnus omnium philoſophorum copioſiſſimè vt de cæteris naturalib. partib. ſic de carne diſſeruit, ex quo placuit iſthæc excerpere. primò caput eſt. totum 16. lib. 3. hiſtor. animal. de carne hunc in modū; Caro autē hæc, & quod carni ſimile in genere ſanguineo eſt omnib. inter cutem & oſſa, aut quæ oſſium proportione continētur. Vt enim ſe habet ſpina ad os, ita carnis ſimulū illud ad carnē. Diuiſibilis vndiq. caro eſt, nec venarum aut neruorū more in longū ſecari tantùm idonea. abolescit & in venas fibráſq. trāſit, quoties animal extenuatur & gracileſcit. vertitur item in pingue, quoties pabuli copia ſuppetit. quib. multum eſt carnis, iis venæ arctiores, & ſanguis rubētior, & venter ac viſcera parua. quib. parū, iis venę ampliores, ſanguis atrior, viſcera maiora, & vēter auctior. pingueſcunt intra carnem, quib. paruus eſt venter. idem cap. 8. lib. 2. part. animal. de carne inſcripto ſic ferè ropetit; Nunc de ſimilaribus partibus dicendum eſt, & primùm de carne in iis quæ obtinēt carnem: in cæteris autē de eo quod vice carnis proportione reſpōdeat. hoc enim principium & corpus per ſe animalium eſt. vbi mox de tactu & reliquis ſenſibus. ibidem ſequenti cap. 9. Caro circa oſſa conſiſtit, vinculis modo fibra-

Carnis ſedes.

Caro quid diuiſibilis.

Caro quæ macie & pinguedine mutetur.

Carnis copia vel inopiæ quid ſequatur.

Caro quid, & eius ſedes & colligatio.

A ſimili.

rum tenuibus adhærens; cuius cauſſa oſſium genus habetur. Vt enim qui ex limo aut alia maſſa humida animal effingunt, firmo aliquo ſubdito corpore obducunt atque afformant: ſic natura ex carnib. animal condidit. eiuſdēq. lib. cap. 1. & 5. carni ſenſum tactus aſſignat, ob id molliſſimæ, vt ibidem cap. 16. ſubiicit, atque alibi de tactu pridem diſſerui. cui mediocrem temperatúmq. habitum ſect. 34. probl. 3. iure aſſignat. ideo frictione augetur, vt ſect. 37. probl. 5. rectè poſt Hipp. docuit. quia calfacta attrahit alimentum, eóque magis quòd inſtar ſpongiæ laxa ſit; & quòd caro fœminæ ſit humidior quàm maris, alibi ex cap. 6. lib. 4. hiſtor. animal. oſtēdimus, vbi vtriuſq. ſexus analogiā percurrimus. Carnem autem è vena & arteria ali hoc argumento docet idem lib. de ſpiritu, quòd dum pungitur, ſanguinem reddit, & in volucribus ac nonnullis aliis, ſaniem.

Caro ſentit tactu, qualis.

Frictio auget carnem, qui.

Caro mollis-bris humidior.

Caro qui alatur.

EX GAL.

GAlenus vnus ferè ſupereſt de priſcis recognoſcendus in hanc ſententiam, qui primùm ita definit lib. finit. Caro concreta ex ſanguine eſt humida & calida, mollitudinémq. corpori adhibens. idem lib. 2. de elem. Caro ſanguinea eſt & calida, & ex toto mollis. & lib. 1. de ſem. cap. 11. Facillimum eſt ſanguini vt caro efficiatur: mēbranæ verò, neruo, venæ, arteriæ ac tunicæ difficillimum. at lib. 10. meth. med. cap. 11. ſic diſtinguit, Vocatur caro tantùm ea quę in muſculo eſt: reliquarū nullam homines carnem vocant, præterquàm admodùm pauci. ſed quæ in viſceribus, ceu iecinore, renibus, lie & pulmone viſuntur, eas παρεγχύματα, quaſi affuſiones dixeris, Græcè vocant. quæ in inteſtinis, ventriculo, ſtomacho, & vtero ſunt, ſine nomine relinquunt. Tu tamen de nominibus non laborabis: illud potiùs intelliges, ſingularum particularum ſubſtantiæ molē ex tali maximè completam eſſe naturam, quę vtiq. (vt in ſinuoſis vlceribus videre licet) & perire & regigni poteſt. idē lib. 7. aggreſſ. anatom. carnes vniuerſas eſſe muſculorum particulas definit (nempe propriè dictas, vt paruit) atque huic vtiq. loco ſimiliter ſic cap. 3. li. 2. de temperam. Commodiſſimè dictum veterib. eſt, humidiſſimam eſſe adipem: ſecūdo poſt eam loco carnoſum genus. Eius plures ſunt ſpecies: prima quidē quæ proprie caro appellatur, quam ſcilicet nuſquā in corpore per ſe inuenies, ſed eſt perpetuò muſculi pars. ab hac, cuiuſq. viſcerū propria ſubſtantia eſt: eam Eraſiſtratus parenchyma vocat, quaſiq. pro re parua leuiq. habet; parum intelligēs cuiuſq. viſceris actionē huic carni acceptam referri. & proœmio in lib. 11. de ſimpl. medica. ſhoult. Pleræq; animantiū partes communes inter ſe omnium ſunt: nulla tamē eſt æquè communis vt caro. hanc enim habet omne animal: ſanguine quidem præditum. & quod ex animantib. maximè editur, caro eſt. nā & viſcerum plurima moles ex carnib. ipſis inhærentib. conſtat. Verùm nonnulli medicorū carnē viſcerum, parenchyma vocandā cenſent: propterea quòd ex venis effuſus ſanguis circū vaſa omnia cōcreſcat, vt ipſi arbitrantur. ſed eā quæ viſitur in muſculis, ſolam carnis appellatione dignātur. verùm de nominib. nō eſt contendēdum. Cui ſic author anatomiæ viuorum ſubſcribit cap. 40. & 41. Caro eſt propter hoc, vt repleat interſtitia neruorū & ligamentorū, venarū & arteriarum. & paulò poſt, Omnium mēbrorum ſimplicium ſiue cōſimilium cauſſa materialis eſt ſperma, præterquā carnis & adipis ſiue pinguedinis. Carnis quidē (nā de altero poſtea) purior pars ſanguinis eſt cauſſa materialis: efficiens, calor & ſiccitas villorum à ſe deciſione venarū & arteriarū interſtitia ſecundùm ſui poſitionē debitā adimplens. Itē carnis diuerſæ ſunt ſpecies ſecundùm colorē & ſubſtantiā, vt exēplis docet. Nulla tamen caro per ſe ſenſum habet, ait cap. 18. lib. 1. vſus part. quo lib. cap. 15. de vſu carnis ita philoſophatur; Propter hoc molita natura eſt carnis generationē, quam ſuper externas oſſium partes ob id nutrire non debuit, quòd ibi locata, onus ſuperfluum fuiſſet: ſub omnib. verò internis partib. eam nutriuit, vt (cùm mollis conſiſtentia ſit, & occurſantib. cedat leniter) oſſium rectitudinē tunc corrigat, quādo eſt aliquid circulo apprehenſura. Proinde in ipſis quidem articulis perpaucam, plurimā in partib. inter articulos mediis carnem produxit. neq; enim carnis adiutorio tali, quale oſſib. eſt neceſſariū, aliquis articulus indigebat, cùm flecti natus ſit; & caro præterquàm quòd nullā ei commoditatē præſtaret, impedimento motui fieret, tum grauās vt ſupérflua, tum etiam internū articuli ſpatiū excludens occupánſq. quod exēplo manus & digitorū declarat, & Platonis illo nuper citato loco illuſtrat, & calidā humidamq. aſſentitur. & mox ibid. cap. 16. lib. 2. Quòd verò caro, pars muſculi eſt, ab omnib. ferè dictū eſt anatomicis, & carnes in muſculorū ſubſtantia cōtineri: ſed de muſculis haud ita multò pòſt ob affinitatem dicetur. rurſus ibid. initio lib. 2. cap. 3. de muſculi cōpoſitione loquens è neruis & ligamentis per fibras tenues diuiſis; Niſi natura (inquit) ſpatia inter fibras media, ſubſtantia molli (quę inſtar ſtoebes cuiuſdā ac ſedis firma eſſet futura), oppleuiſſet, ne tēporis quidē momentū ſeruari potuiſſent, quin contunderētur ac tūperentur. Stoeben igitur hāc natura (quę eius in omnib. eſt ſapientia) haudquaquā reliquit inanem: ſed quò æſtus ac frigora propulſaret, atq; operimentū filtris ac penicillis eſſet ſimillimū, tum fibris ipſis in orbē circumiecit, tū autē venis atq; arteriis ſubſterniculū quoddam atq; amiculū admirabile cōparauit, quæ caro nominatur, quòd vtilitates eiuſmodi animalib. præbeat: tum autē quòd ipſa aduerſus caloris ac frigoris vim eſt remedium quamquā hæc quidē inter ſe pugnent. quo loco muſculis eaſdē aſſignat vtilitates, quas & carni, de quib. poſtea. Atq; hæc de Græcorū penu hauſta mihi ſunt de carne hominis eiuſq. vſu: quia inter Latinos noſtros illos priſcos authores vix vllus aliquid magni de ea momenti dicere compertus eſt; niſi fortè hæc de recentioribus placent.

Carnis genetatio & vſus ac ſperma.

Caro quas propriè, vel impropriè.

Parenchyma quid.

Caro perire & regigni poteſt.

Caro quid propriè.

Adipis & carnis temperamētum.

Carnis 3. differentia.

Affio partis à carne.

Caro cōmunis, qualiter. Item caro propriè.

Parenchyma quid, & vnde conueniat.

Carnis vſus & vndegeneratio.

Carnis differentia.

An caro per ſe ſentiat. contra Ariſt.

Carnis vſus.

Caro pauca ad articulos cut.

Caro quid.

Carnis compoſitio qualis, & quorſum.

A ſimili.

Carnis vſus

plura repetere, cuius assertio conceptis verbis paulò antè expressa est. sic autem vtrique duxi satisfaciendum.

Motui quibus caussis concurrentibus fiat.

Equidem sanè vt motus fiat, pleraq; necesse est in nobis concurrere: voluntatem primum quæ id iubeat, anima corporis ministerio vsa ad externas functiones obeundas. secundo spiritus animales instar solaris fulgoris repente ad neruos allabentes. deinde neruorum motoriorum iussis animæ obtemperantium totam futuro motui præfectam cateruam. quarto musculos ipsos, qui suo corpori infusos atque inspersos neruos excipiunt, & quicquid illis inest, quodque ad horum compositionem facit, vt præcipue tendines ac ligamenta. postremo ipsa ossa, quæ attracta à tendonibus, partem totam molémque agitant, ac motum perficiunt. Hic fere ordo atque hæc progressio partium ad motum efficiēdum concurrit.

Dubitatio ad motus caussam assignandam.

Siquis igitur absolutè dicit, vel carni, vel musculo vim primariam mouendi inesse, fallitur. sed si & musculum & carnem, τὰ κινοῦντα motus facit, & adiuuantibus caussis præcipuas annumerat, recte ille quidem & sapienter atq; irreprehensibiliter loquitur. carnes autem dicere & primas & solas ac per se sufficientes motus caussas, absurdum illud quidem. quanquam κατὰ χρῆσιν loquenti, & caro & musculus pro eodem sumi solet: atque ita Hipp. ipse loquitur, vt Galenus comment. 1. in lib. de fracturis asserit, & mox citabo, & nuper monui ab Hipp. quamlibet carnosam partem, χρέα vocitari; musculos & cutem & membranas hoc nomine comprehendente: non autem ossa, chartilaginem & ligamenta, vt idem Gal. interpretatur. cui frequens est illud in ore, vo-

Solutio dubij.

χρέα, caro, musculus pro eodem.

lūtarij motus omnes à musculis fiunt, vti mox patebit. & comment. ad aph. 1. lib 5. A quibus neruosis corporibus secūdum electionem motus perficiuntur, hæc sunt, nerui, ligamenta. musculi & tendones. sed idem omnino διεκρινᾶτο cap. 6. lib. 3. loc. aff. Si omnis motus, qui à voluntate procedit, attractis musculis in eas quibus innascuntur, partes fieri videtur, neque fieri possit attractio, nisi ad suam originem retrahatur musculus; constat conuulsionem in conuulsis partibus factam hac sola ratione à motu naturali differre, quod præter voluntatem fit. Itaque quemadmodum in eo qui secundum naturam habet, voluntas in cerebro iuxta neruorum originem ordinata, motionis principium primis dat neruis, ac per ipsos, musculis: ita si sine huiusmodi principio inuenerimus quæ caussa neruos conuellere possit, modum quo cōuulsio fiat, nos iam scire non temere profitebimur. hæc ille.

Musculi præsunt motui voluntario, quibuscum.

Motus qui fiant.

Conuulsio qui differat à motu voluntario.

Motus quibus caussis consurrentibus fiat.

Est igitur caro, pars similaris, vt sensus præcipuum instrumentum, sic motus caussa quædam adiuuans, siue de toto id musculo intelligatur, siue de huius maxima & præcipua parte, pulpa molli, sanguinea, villorum & fibrarum & neruorum vasorumque spatia intermedia complente atque infarciente. Qua leui distinctione, iurgiū illud non triumuirale, sed duorum clarorum virorum componi, si paterentur, facile potuit. Sic autem rursum Galenus cap. vltimo lib. 1. loc. aff. Omnis ab impetu prodiens motus ad musculorum officium pertinet: quippe nullus neruorum per se sine musculo vllam huiusmodi in animantis particulis actionem efficere potest; sed per musculos, omnes à consilio & voluntate prodeuntes motus perficiunt. Ad partes verò mouendas musculi ipsi aliquando quidem manifestè perueniunt, aliquando verò per medios tendones, quos aponeuroses aliqui cognominant; τόνους Hippocrates retundos tendines nominare consueuit, vt antea indicaui.

Musculi præsunt motui.

Nerui, quid.

DE MVSCVLO.

CAP. X.

NAturæ affinitas efficit, tractationi de carne vt musculi tractatio succedere debeat, & quidem eò futura breuior, quòd de carne mihi iam multa dicta, huic etiam parti competunt: cum adeo musculos, carnem dici ab Hipp. lib. de fract. nuper monuerim. primum autem de nomine, tum de re ipsa dicam. Μῦς apud Græcos à similitudine animalculi domestici potius quàm piscículi marini denominatur: fortè ἀπὸ τῆ μύειν, à soni compressi velut ore semiclusō, tinnitu & stridore, quem mus seu sorex edit, suo sæpe captus indicio. Siquidem musculus piscis gobioni persimilis, balænæ monstri marini luscioli ac prope cæci dux & anteambulo, vt de eo Aristoteles, Oppianus, Plinius, Claudianus & alij testantur, nihil admodum musculo motorio in nobis organo (nisi forte raro in quibusdam rotundis & oblongis) habet simile: sed potius muri excoriato similis, eius caput, ventrem, caudam & artus æmulatur in nobis musculus totidem penè partibus distinctus, vti mox dicetur. Qua seruata similitudine, etiam lacertus à Latinis vocatur, ob similitudinem cum altero isto terrestri (est tamen & piscis huic cognominis) animalculo, & capite & aluo oblonga & cauda gracilescente & artubus veri musculi motorii effigiem exprimente atque adumbrante. sed interdum specialiter lacertus de summa dicitur brachii parte, quæ & humerus Celso vocatur, vnico constans osse, eoque scapulæ connexo. & lacertosus ac musculosus pro eodem sumuntur, siue penes omnium musculorum toros, siue penes brachiorum torosum illud robur, quale Milonis Crotoniatæ fortissimi pentathli ac pancratiastæ celebratur. Nobis adeo Francis specialius dicitur mus siue lacertus, musculus ille anterior & prominens brachii superioris, qui cubitum intro flectit valido tendone eidem incertus. quo loci vulnera lethalia perhibentur haud iniuria: quoniam quinque paria neruorum, quæ ad manum sensui tactus exquisito dicatam feruntur, sub clauicula occultata, illic fere emergunt, iuxta internum scapulæ processum, ibiq; vena

Affinitas carnis & musculi.

Musculus μῦς vnde & cur dicatur.

Musculus piscis qui.

Musculi cū mure analogia: item cū lacerto.

Lacertus quid.

Historia.

Vulnera in lacerto cur lethalia.

basilicæ & axillari arteriæ occurrunt. Hanc porrò μυὸς appellationis originem ne ipse quidem Aphrodiſeus Alexander reticuit ita ſcribens probl. 32. lib. 2. Cur muſculi tranſuerſè inſecti difficilius vniantur & curentur? Quoniam fibræ filaque neruoſa affatim ita inciduntur: natura enim neruum carpſit, in quo fila diſcreuit permulta, quibus carnem vndiq; veluti deducto porrectoque ſtamine texuit, fecitque muſculum, nomine à ſimilitudine muris animalis tranſlato. cui ſanè oppoſitum neruum condidit, ipſis fibris rurſus in vnum collectis: qui tendo à tendendo vocatus eſt. cuius extremum artubus partium mouendarum annexuit. hæc ille de nominis ratione, partis cõpoſitione & vſu, vt breuiter, ſic etiam appoſitè & eleganter & extra omnem inuidiam poſitus. Nam ſi muſculi naturam penitius inſpicias, non aliud vtique quàm partem organicam, ſentientem & motoriam, ſiue motus voluntarij organum deprehendes, carne potiſſima ſui parte conſtantem, ſed & fibris, neruis, venis, arteriis, membranis, tendonibus atque ligamentis: quibus particulis vnitus & conflatus, aptam vtui naturam induit: & quidem partibus inſignioribus tribus notabilis, capite ſeu principio, per quod neruus cum ligamento traiicit per totum mox diſpeſcendus. deinde ventre protuberans, qua carnis multò maxima portio colligitur. poſtremo ſeſe paulatim arctans & contrahens, donec gracileſcens in caudam & aponeuroſin de reliquiis omnium partium componentium conflatam, & oſſi proximo inſerendam, finem ſui accipit, in tendonem vocatum deſinens. nonnullis forte carnoſis & toroſis particulis huc illuc latè effuſis, quæ vel murium vel lacertorum pediculos ſeu petiolos repræſentãt, potius quàm piſcis muſculi veram imaginem & iconem adumbrant, vti dixi. Vt tamen fatear, muſculos in homine frequentes piſcium figuram imitari tum rotundorum & oblongorum, tum planorum: ſed non eius modo, quem muſculum ſpeciatim nominant.

Cur muſculi tranſuerſi ſecti vix vniantur.

Muſculi cõpoſitio & nomi vnde.

Tendo vnde dictus, & vſus.

Muſculi natura, vſus, compoſitio, & partes.

Muſculi figura, & nomen vnde.

Iam verò omni muſculæ villos adeſſe cum anatomicis diximus, & quidem inſignes illos, atque oculis conſpicuos, ac ferè vnius generis (Veſalius tamen c. 3. lib. 2. multiplices deprehendit in nonnullis, ſi dicenti & aſſerenti illi credis, & maiorum principia neganti) rectos videlicet, qui per muſculi longitudinem exporrecti tractionem adiuuant contracti ipſi ac verſus ipſius muſculi caput & principium adducti. Sic enim accipi debet quod dicitur, muſculum verſus caput attrahẽdo, ſuas actiones obire. caput (inquam) non hominis, ſed muſculi ipſius caput & principium: cum non omnis muſculi caput ſurſum tendat in homine, ſed pro eius ſitu & vſu variè porrigatur ſurſum deorſum vel ad latera inclinans. Omni autem muſculo vnica vis mouendi ineſt: niſi forte illum excipias, qui linguam adducit atq; exporrigit. Porro autẽ ſingulis muſculis, aut ſaltem perpaucis omnino exceptis, ſuus oppo-

Muſculorũ villi, quot, quales, & quorſum.

Muſculus quomodo trahat, & quid ſit trahi caput verſus.

Muſculorũ ſitus varius.

Muſculi motus vnicus.

nitur antagoniſta, qui ex aduerſo agit. Necnõ agente vno, alter cedit atque quieſcit (præterquàm in motu illo tonico mihi olim dicto) quia motus oppoſitos ſimul agere impoſſibile eſt naturæ: ſiue pars flecti ſiue tendi debet, ſeu pronari ſiue ſupinari, ſiue dilatari ſiue cõſtringi, ſeu dirigi ſiue obliquari, ſiue firmari ſeu circumagi, ſeu adduci ſiue abduci, ſiue attolli ſiue deprimi, ſeu claudi ſeu aperiri. Quãquã ſphincteres vtrique ſolitarii, atq; ipſum diaphragma comparibus carent contrariæ actionis authoribus, vt olim ſuo loco expoſuimus: quibus ſũt qui cremaſteras adiungunt. Muſculorum verò numerũ inire (quẽ Gal. li. 9. plac. Hipp. & Plat. trecentis maiorem facit, alibi etiam innumerabiles habet) & de ſingulis dicere non eſt huius inſtituti: ſed nec ſingulorum differentias perſequi, à ſubſtantia, magnitudine, numero, figura, connexione, parte mouenda, ſitu, motu, ortu, inſertione, colore, actione, vſu & ſimilibus petitas, de quibus libri anatomici ſcire auenti facient ſatis. Nos enim noſtro more ſumma & præcipua quæq; delibamus: ſpecialia iſta & numero infinita, & prolixitate moleſtiora aliò referimus. nunc autem de muſculis paucas authorum nobis viſitatorum deſcriptiones ſubiicimus: quia id nominis ſoli prope medici norunt, & quidem poſt illos veteres longo ſecuti interuallo.

Muſculus antagoniſta, Muſculi agunt alternatim.

Motus oppoſiti non poſſunt ſimul fieri, quæ.

Qui muſculi antagoniſtis carent.

Muſculorũ numerus, & differentiæ.

N. ſuprà.

EX HIPP.

HIppocrates tamen lib. de arte inſit; Quæcunque membra carnem in orbem circunſitam habent, quam muſculum appellant, ea omnia ventriculum habent. omne enim inconcretum, & quod non coaluit, ſiue pellicula, ſiue carne contegatur, cauum eſt. impletur autem dum ſanum eſt, flatu: dum ægrotat, ſanie. Quo loco ventrem accipit non quo nos modo de muſculorum tribus partibus inſignibus loquimur, ſed pro capacitate quadam vacua & inani, quæ tamen media potius muſculorum ſpatia, & membranis à ſe inuicem diſtincta occupat, in quibus reſudãs ſanguis phlegmonem ſolet concitare: nam muſculi toroſa pars tota, carne oppleta eſt. Niſi de ſpatiis quibuſdam ratione contemplabilibus dicas, de quibus in Gal. cõment. aph. 20. lib. 6. In inflãmationibus quidem per minimas partes diſperſo ſanguine ad eas quæ ſunt in muſculis cauitates, quas ſola ratione contemplamur in ecchymoſibus autem, in ſpatia effuſo, quæ vaſis circumiacent. Quod autẽ caro pro muſculo ab Hipp. dicatur, iam aliquoties monui: ac lib. de fracturis cum ait de brachio fracto, Ceaſſa enim eſt caro, quæ ſupernè innaſcitur, non aliud vtique quàm muſculos & lacertos nuper mihi dictos intelligit. ac fortè de hoc iterum ex loco ibid. quodã alio præcedẽti, & ex Galeno. Nam muſculi rara admodum Hipp. fit mentio: tantum abeſt, vt in ea parte anatomiæ illuſtranda ſibi duxerit incũbendum: quãquidem poſteri diligenter ſarſerunt incuriam. neque tamen ignoraſſe debet videri, cum ita deſcripſerit citato libro de arte, μύες περιτείνει, τῶν ἁπαλωτέρων

Muſculi deſcriptio.

Muſculorũ venter qui.

Phlegmone qui fiat.

Caro pro muſculo.

Natura muſculorum parum nota Hipp.

carnem in orbem circunductam, musculum appellant. Vt iam inde appareat nomen inuentum, & vulgo notũ, vsuq; tritum fuisse. quanquam in eiusmodi vulgaribus appellationibus Hippocratem sum cohibet, contentus monuisse, hoc aut illo nomine in vulgus circumferri.

Musculi periphrasis.

Hipp. mor.

Sed ad posteriores deuoluimur: nam ex Platone nihil admodum hac de re: sed nec ex Arist. quidem, licet omnium diligentissimo, præterquam quæ mihi de carne super annotata sunt. inter quæ, locus hic ex ca. 9. lib. 2. part. animal. musculi naturã satis insinuat. Caro circa ossa consistit, vinculis modo fibrarum tenuibus adhærens: cuius causã genus ossium habetur. scilicet partibus carnosis omnibus ossa subiacent, aut flectendi gratia, si mouentur: aut conseruandi caussa, si immobilia sunt. Vbi apertè naturam musculi aperit mouẽdo cõparatum. sed more illo Hippocratico, carnis nomine musculum significauit.

Ossium & musculorũ nexus, vsusq;

A

B

EX GALEN.

GAlenus vnus reliquorum omnium vicem suppleuit (nam reliqui interiecti fere toti intercidêrunt) qui de musculis totos libros cõposuit, tum quod ad anatomiam, tum quod ad vsum, tum quod ad eorũ motum attinet: quos tibi legendos perorũ relinquo: hæc enim mihi subduxisse sit satis. Galenus igitur cõment. C in lib. 1. de fracturis, vbi de manu agitur aph. 12. cum senex dixisset, Si autẽ cõflectere iubeat, neq; ossa, neq; nerui, neq; carnes in eodem situ permanebunt; sic cõmentator inquit; Musculos hic carnes appellat, substantiã eorũ nobis ostẽdens. carnes enim hæ sensu prædictæ, ex eo quod inter alias, quæ absolutè carnes dicũtur, prævaleant, ita appellatæ, musculi sunt, qui ex neruis & copulis discissas fibras in se habent. Quippe cum musculus prorsus à natura ex his fibris procreetur, cum circũ ipsas ea quæ absolute caro dicitur, cõcreta est ac cõpacta. hæc siquidẽ propria musculi substãtia est. nam venas D & arterias ea caussa in se admittit, sicut & cæteræ aliæ partes, vt alatur & viuat. propriũ verò eius corpus, fibræ sunt, quæ circumcirca agnatã caruẽ habent. quæquidẽ caro cum plurima in mediis musculorũ partibus agnascatur, subinde decrescẽs, iuxta initia & fines pauciſſima est. ac propterea fit, vt his in partibus neruosiores, in medio carnosiores musculi reperiãtur. sic lib. 1. de semine c. 10. Qua in parte ossium carnes prius quã inuolucris mẽbraneis natura operiret, superinduxit, ea in parte minus aridũ os totum effectũ est. sed tamen ipsa natura ab inuolucris mẽbraneis tenuia quædã tegumẽta carnibus protraxit. quinetiã neruum in subtiliores telis araneis prius fibras diuisum in vnãquanq; huiusce modi mẽbranã disperſit. simili modo quoque ex ligaminibus fibras tenuissimas immisit. quæ vtraque fibrarũ genera carne superinducta in vnũ coniunxit: exq; toto hoc instrumẽto, in quo hæc machinata est, musculũ: ex eo verò quod ex fibrarũ coitione constitit, tendonem effecit. idem lib. 1. de vsu part. ca. 81. Quia verò nulla caro ex seipsa sensum habet, & absurdum erat, apprehensorium organũ insensibili tegi particula, neruorum ad totas manus desuper venientiũ non paruã portionẽ in carnes ipsas natura deriuauit. quod factũ illico cõsequitur, vt carnes ipsæ fiant musculi, si demũ neruis per carnes dissem inatis generatio fit musculorũ. ibid. lib. 12. c. 8. Natura cum alia omnia iustè constituisset, tum autem musculo omni motu aliquo prædito, aliũ motus cõtrarij authorẽ opposuit. claudicare enim motum, nisi id fecisset, erat necesse, aut funditus aboleri: propterea quòd cuiusq; musculi vnica est actio, coitus in seipsum scilicet, aut contractio. & lib. 4. aggress. anatom. Hoc quoque de omnibus musculis cõmuniter intelligendum est, quicquid rectam naturã obtinẽt, sine plicis eos præesse motui: qui verò nõ rectam habent, compositos. & ad aph. 66. lib. 5. Vulnera prauum quæ sunt in capitibus aut finibus musculorũ, & maximè neruosorũ: nam in capitibus musculorũ, musculis nerui adnascũtur: ex finibus autem chordæ oriuntur. Porro musculus si omnis partẽ in quam inseritur, ad se trahit, aut lib. 11. de vsu part. vbi etiã illud musculis omnibus eõmune dicitur, quod in tendonẽ desinãt: cui tamen contraria est illa sententia lib. 1. de motu muscul. Nõ omnis musculus in tendonẽ desinit. sic autẽ soluitur dicti repugnantia; Musculus omnis os moturus (Vesalius tamen paucos excipit lib. 1. c. 4.) in tendinẽ desinit eidem ossi inserendũ: nam alias nil necesse est, vt in musculis linguæ & nõnullis aliis, quos tibi lib. 1. de motu muscul. percẽsebit Gal. qui autẽ motus ille fiat, sic ibidẽ explicatur sub finẽ libri; Cùm ossa inuicẽ coëant, vt articulus fiat, alterum quidem ipsorum est quod mouetur: alterum vero velut sedes quædã ei quod mouetur, est subfirmatũ: quomodo cernis ostiorũ cardines se habere. quare necessario manenti quidẽ cauitas, ei verò quod mouetur, cõuexitas adest: hic cõdylus, illa glene vel cotyle dicitur. Cùm verò hoc modo bene haberent quę mouenda erãt, multo adhuc aptius atq; artificiosius eis coniunxit quæ motura erant. nam musculos, instrumenta motuũ produxit quidẽ ex superiacentibus ossibus, in quibus sunt cotylæ. inserult autem in capita subiacentiũ, quæ erant mouẽda: & per hæc extẽsa capitibus sursum tractis, simul cũ eis totum mẽbrũ sursum trahitur. Cum autem alter ipsorũ, maius; alter verò, minus os erat moturus, magnitudinem musculorũ qui mouuti sũt, creauit proportione parẽ moli mouẽdorũ ostiũ. Quare alij quidem iure ex ipsis capitibus aut condylis superiacentiũ ossium sunt exorti: alii verò paulo his inferius iuxta cotylen aut glenam, sed nõ multum: parui siquidẽ hoc pacto penitus fuissent, nec potuissent mouere subiectũ os. vbi de cõiunctione ossium per articulos à simili, qua de re iam in historia ossiũ transegi. nunc autẽ de toto opere Gal. de motu muscul. placet nõnulla præclara summatim excerpere huic de musculis tractationi illustrandæ necessaria. Instrumenta motus volũtarii, musculi sunt. quorum

Caro ut sẽ non sentit. Cõtra Arist.

Musculi de carnibus, qui.

Musculi ratio quorsum.

Musculi vnica est actio, qua.

Musculi qui simplici aut cõposito motu præsint.

Vulnera musculorum quæ prauum facio.

Musculus qui agat.

An omnis musculus in tendonem desinat, & qui potissimum.

Ossium motus qui fiat.

Musculi qualiter ossa moueant, & amborum proportio.

Musculorũ ortus varius, quare.

Musculus quid.

Musculi figura, & species.

Musculi dispositio ex quo.

Tendo vnde fit.

Musculi dispositio, vnde & ratio.

Caro pro musculo, quamobrem

adeo magna multitudo est, vt ne numerare quidem eos facile sit. Omnis musculus sectur per transuersum, non valdè tenui neq; superficiali sectione, nocet quidē omnino quibusdam motibus particulæ in quam inseritur. Musculus, instrumentū animale, propter neruos assūpto sensu & motu volūtario: quēadmodū propter arteriē & venā, naturale. quæ qualiter per corpus musculi distribuātur, & hic demōstrat, & iam aliūde patuit. Motus quidē nullus fieri potest animalibus volūtarius absq; musculis: quare proprium ipsius instrumentū, musculus est. Principiū seu caput musculi magis neruosum est; media verò carnosiora, vbi vēnes (vt vocāt) musculorū sunt: inde rursus eadem qua prius proportione, multo sēper neruosior efficitur. Neruū in fine musculi & numero & magnitudine pares sunt iis qui initio primo locātur. Omnis tendo in os omnino inseritur: non tamen omnis musculus in tendonē desinit, de quo patuit, & hic plura exēpla subiicit. Musculi quandoq; seipsos mouent cōtracti: quādoq; & cutē ad principiū suum dū trahuntur, simul attrahūt. Cæterū omnes musculi quicūq; ollā mouent, in tendones omnino vel maiores vel minores terminātur. qui verò aliud quippiam quā os mouent, horū quibusdā sunt tendones, quibusdā verò nō. Musculis omnibus non sex insūt motus, vt quidā falso perhibent, sed duo tantū, extēlionis & cōtractionis. In cōfesto est duos saltem per singulos musculos motus fieri. mot' enim vt actio, vnus in singulis: cōtrarius verò per accidens. siquidē operatur trahens ad seipsū particulam quæ mouetur: nō operatur autem, cùm in contrariū locū ab alio musculo abducitur. Ideóq. nulla particula quæ mouetur, vno vtitur musculo: sed siquidem desuper aliquis innascātur, omnino alius parte inferna cōtra innascitur: & si ex dextris, omnino alius ex sinistris. Vnaquæq; enim particularum quæ mouentur à musculis, veluti à quibusdam habenis in contrariū distracta, vicissim habet alterū ipsorū intensum, alterū laxatum. intensus igitur trahit ad se, laxatus autē trahitur cū particula: & propter hoc mouentur ambo in vtroque motu. Agere autē, est cum qui mouet, intendi, nō sequi: sequitur, cū ipse otiosus transfertur, sicut quędam alia certi mēbri particula. Abscissis musculis totis per transuersum, motus penitus perit in subiectis particulis: incisis autem, læditur. læsionis autē quantitas quantitatem sectionis sequitur, magis quidem percūte motu in maioribus diuisionibus, minus autem in minoribus. idem de tendonibus intelige. Motuū qui sibi inuicē succedunt, necesse est altero pereūte & reliquū simul perire, quia motus cōtrarij sibi inuicem succedentes simul corrūpuntur. Flexio à musculis qui intus sunt, extensio autē ab his fit qui foris sunt. in vtraq; autem figura permanet immobilis particula, neq; extensa, neque flexa. Tensio & in seipsos cōtractio, insita musculis est actio: extensio autem & laxatio, oppositorū intensorū, & ad se ipsos trahentiū. Omnis particula musculi cōnatum habet motū, in seipsam scilicet coitionem. Vnusquisq. musculorum dum tenditur, ad seipsū trahit particulam in quam inseritur. Quatuor omnino differentiæ motuum sunt in musculis: nam aut cōtrahūtur, aut extendūtur, aut transferuntur, aut sensi manent: Abscisso musculo externo aut tendone, particula flectitur, tametsi flectere nolis: ab ipso scilicet musculorū internorum corpore in seipsum naturā considente. Tamen ad exactam & perfectam flexionem nūquam corpus musculi ex seipso peruenire potest, nisi ab animali facultate adiuuetur. Fit tamen proprius musculi motus, est extremis eius cōractio: quam tamen consequi nō potest, tum quòd oppositos in cōtraria trahentes musculos habeat, tum grauitatem ossiū annexam. Membra autem mediam figuram accipiunt, cùm neuter musculorū ab animali facultate mouetur. Tūo autem flectitur & cōtrahitur aut extenditur membrū, cum alterum dūtaxat musculū volūtas mouet. Abscisso externo musculo, vltra quidem mediam figuram flectitur membrū, nō tamen ad extremam. grauitas enim membri perfectæ cōtractioni musculi resistit. De omnibus autem figuris quæ in partibus sunt, ita scripsit olim Hipp. Primum quidem, quòd flectentes penitus quamcunq; partem aut extendentes summè dolemus. Secundum verò quod media istarum figura minimū dolorem affert. Tertium, quia mutationem celerem in extremis figuris appetimus. Quartum, quòd diutissimè mediam figuram seruamus, nullam cupientes mutationē. Quintum, quod hanc quoq; mutare aliquando desideramus. Sextum, quod omnis figura molesta, est summè imbecillis. his adde, Nunquā vllus musculus sine tensione est, cùm in mediis quidē figuris cōsistit: sed quod hāc quidēvt exiguā cōtemnimus, alias vero vt vehementer ac violentas nō ferimus: illam quidem eligimus, has vero fugimus. Porro quisque musculorū quasi quēdam lapidem gestans appensum os, donec quidem validus sit, cōtemnit plerūq; ne cantillum quidem granitatem eius sentiens: cū autem imbecillus fuerit, tunc sentit, & ægrè fert, & quasi quoddam onus excutere cupiens, alias aliam figuram appetit. Media figura cum intensione vtrorūq; musculorum, æquè ac extremæ, dolorem affert: at quæ in musculorum quietē est, indolens habetur, Hippoc. *ἀνώδυνος* dicta. Nunquam ne dormientes quidem, omnes penitus otiosos musculos habemus. in his autem quæ in medio sunt inter extremas & mediam figuram, vt plurimum somnum capimus. In omnibus partibus contrariorum motuū cōtrarij quidem musculi sunt duces. Duplex omnibus musculis tensio est: vna quidem cū agentes in seipsos coëunt: altera verò, cùm à musculis oppositis extendūtur. Quod sequitur, carni cōmune est, de qua paulo ante. Tendo, primum est motus instrumentū. musculus vero, ad cōstituendum ipsum fuit comparatus, carnisq; compositæ ac coagmentatæ animali præbet vtilitates. cadenti enim ipsi aut alioqui

Musculi per trāsuersum secti damna.

Musculi cōpositio, & partiū vsus.

Motus voluntarius à musculis.

Musculi partes, & figura.

Nerui musculorum capitis & caudæ.

Tendo quo inseratur.

Musculi qualiter se moueant.

Musculi qui in tendines desinant, vel non.

Musculi quot sit motus.

Nulla particula vnito musculo.

Partes qualiter à musculis mouēdæ.

Musculus quādo agat.

Musculi secti damna, vel incisi.

Motus oppositi quomodo agant aut pereant.

Flexio & tensio qui fiat.

Musculi actio propria

Musculi qualiter trahat.

Musculorū quot sint motus.

Pars quando flectatur inuita, & quatenus.

Musculi actio propria & quisnam.

Membri figura media qui fiat, aut rara.

Dolor à tensione quando, aut indolentia.

Mutatio figuræ quando expetita, aut contra.

Musculus nunquam non tenditur, qui.

Musculus qualiter ad os se habeat.

Quæ musculorum figura indolēs, aut summè dolorifica.

Nunquam otiātur omnes musculi.

Musculi antagonistæ.

Musculorū duplex tensio.

Tendo & musculus, quod, & vsus cum carne cōmunis.

procubánti ſubſterniculum ſit molle: cum autem cæditur, operimentum penicillis ſimillimum: cum vero vulneratur, propugnaculum. præterea dũ frigus vrget, calefacit: dum æſtus, præbet vmbraculum. poſtremo autem ante partes omnes principes, genus carnoſum iniuriis omnibus eſt oppoſitũ. ad eum modum natura ex omnibus fructũ percipit, ornatq; animal ac munit, ait idem Gal. c.3. lib.12. vſus partium. Author verò anatomiæ viuorum cap. 35. Muſculus, eſt membrũ ex neruis, ligamẽtis, & carne, ligamentorum & neruorum interſtitia replens, cõpoſitum vt ipſo tracto vel dilatato ſecundum ſui partes, ſequatur extenſio vel incuruatio mẽbri; mediante chorda. Et eſt muſculus, idem quod lacertus, quaſi laceratus, id eſt diuiſus ſecundum diuerſas ſui partes. hæc ille perperam inter Galeni opera repoſitus, author potius Latinus aut ſemibarbarus quiſpiam de Arabiſtarum familia.

Muſculi cõpoſitio, & vſus.

Lacertus vnde dicatur.

EX FERNEL.

AT que hęc quidem poterãt ſufficere, imo vel ſolus Gal. totam de muſculis hiſtoriam vel omnium optimè atq; abſolutiſſimè cõplexus eſt: ſed ex abundanti, noſtro more è recentioribus vnũ aut alterũ ſubiungã, ſiquid fortè de ſuo addiderũt haud cõtenti maiorum veſtigiis acquieſcere. Fernelius lib.6. phyſiol. c.13. primum de motu ita diſſerit, vt iam ante produximus, cũ de motu ageremus. idem li.5. c.10. Motus voluntarij proprium organum eſt muſculus; qui cum ex ſimplici carne, ex vena, arteria atq; neruo cõditus ſit, ex neruo tamen, qui inter cætera principatum habet, cuiq; præcipua mouendi functio refertur accepta, vim omnem aſſumit. Hic in muſculi principium, quod caput appellant, inſeritur primũ in paucas portiones diſtributus, ſed quæ rurſum in alias tandẽq; in fibras prætenues diffindantur. omnes rurſum in muſculi fine coĕũt, vbi neruum parẽ atq; principio referũt, qui aut in tẽdonem, aut in os, aut in mẽbranam intruditur. idem c.2. li.1. phyſiol. Tenuia quaſi fila tutum nõ erat ſine firmamẽto in omne corpus diſtribui, oſſaq. prægrandia mouere. quocirca natura medias inter illa regiones molliore ſubſtantia inferciens, quaſi rimas expleuit. ea eſt caro ſimplex fibris ad robur circumiecta, ac veluti molle ſtragulũ data cadenti aut recũbenti animali, vtque præſidiũ quoddam omnibus particulis principibus obtenta, ne aut vulnerentur, aut frigore rigeãt, aut æſtu cõtabeſcant. Quod igitur ex nerui & vinculi fibris duntaxat cõtexitur, tendonẽ dicimus: qui vero præterea carnem habent fibris inductam & impoſitã, muſculi appellantur & lacerti, hi plerũq. in tendonem deſinũt. ibid. mox c.5. Lacertorum ſubſtantia quanquã non vt oſſiũ ſimplex videtur, tamen in partibus externis primas obtinent. Conditus eſt enim qui dicitur muſculus, neruorum fibris ad motum accõmodatis: his caro circumcreuit, tanquam fulſiens illarum robur atq. cõfirmans: venæ atq. arteriæ cõſperſæ, illæ quidem ad alimenti diſtributionem, hæ ad natiui caloris cuſtodiam. omnia demũ circumſcriptè tenuis mẽbrana cõplectitur, muſculũque definit. Tres ſunt illius in lõgitudine partes, origo, mediũ & exitus: quas ſolent quidam caput, ventrẽ & caudam appellare. Planè neruoſum eſt caput: venter omnibus quæ numeraui, cõſtat: extremus tendo cõtextis cõfuſiſq. neruorũ & vinculorũ fibris cõcreuit, vt natura media donatus, durior & robuſtior ad motum fieret, quã neruus: at vinculo mollior & infirmior: hoc rurſum ſenſus acumine ſuperaret, ab illo verò plurimũ deficeret. Non omnis muſculus tendonem habet, ſed his dũtaxat qui os moturus, in ſummam illius chartilaginẽ, aut in vinculũ ſe inſerit. Figura quidẽ hic, vti & muſculus, varia præditus, prout loci ad quem pertinet, cõformatio ferebat. Quocirca non vnus idemq. eſſe poteſt tum muſculorũ, tum tẽdonũ numerus: ſed cum alias vnius muſculi plura ſint capita, plureſq. tendones, alias pluriũ vna ſit origo vnicuſq. tendo, ſingula ſeorſũ ex propria cuiuſq. circũſcriptione æſtimate dinumerarẽq. liceat. & mox c.14. Muſculorũ caro tota (quæ propriè caro dici debet) ſanguine madet, quo plurimo perfunditur, & vnde ſuam eam originem duxiſſe exiſtimatur. non enim aliud atq. ſanguis videri poteſt, qui circa villos concreſcens, inanitatẽq. inter eos mediam implẽs & quaſi infarciens, robur iis acceſſit & cõtinet, ne per motus periclitentur. Hæc ille cum Gal. ferè in omnibus conueniens. ſed qui ſequitur Veſalius, obſeruata ſibi, ſed priſcis, & maximè Gal. repugnantia multa tum in ſpeciali muſculorũ enumeratione & inuentione vſuque, tum in generali tractatione percenſet, quæ tu ab illo recognoſces: nos enim muſculorũ anatom. minimè inſtituimus. atq. ille cùm culpet alios, in crimen reprehenſionis iuſtũ incurrit, ſic à Columbo reprehenſus c.1. li.5. Adnotandum eſt (inquiente) muſculos, organa eſſe motus voluntarij, qui neruorum ope illis demandatur. hæc etenim vis neruis à cerebro demandatur, etſi Ariſtot. ſecus videatur eſſe. iccirco muſculo cuiq. quamuis minimo neruus obtigit: imo & nerui quandoq. Cùm ad muſculum neruum ferri dico, nõ intelligo prope muſculos, neruos ferri, aut per illorum medium recta prętierire: ſed per muſculorum ſubſtantiam aio neruos diſſeminari. Quamuis Veſalius parum in hoc anatomicus, ſenſui rationique aduerſetur, inquiens muſculos cõplures carere neruo. Quod dum efficit, naturam irridere maluit, quam ſuam in hoc nõ obſcuram negligentiam patefacere. hæc ille. Ita reprehenſionis ardor homines ſæpe tranſuerſos agit, & à recto itinere veróq. cogit deflectere.

Muſculi tres partes, qua & quales.

Tendinis natura & vſus.

Muſculi qui tendines habeant.

Muſculorũ & tendinũ varietas in quo, ac diſtinctio.

Muſculorũ caro qualis, & vnde, & vſus.

Muſculus quid, & vnde cõpoſitus.

Neruus qualiter inſeratur muſculo.

Carnis vſus in muſculis.

Tendinis compoſitio, ità muſculi.

Muſculi cõpoſitio, & partiũ vſus.

Ex Columbo.

EX VESALIO.

SEd tamen que de muſculis generaliter Veſalius enuntiat, hæc ferè ſunt c.2. l.2. Muſculũ, motus voluntarii ex noſtróq. arbitratu pendẽtis proprium eſſe inſtrumentũ, omnib. cõceſſum videtur diſſectionum profeſſoribus, idẽq. ab omnibus muſculi conſtructionis modus enarratur, quẽ tamen in pauciſſimis, aut potius in nullis obſeruaui, ex neruo, ligamento, carne,

Muſculus quid.

Muſculus quid, & vnde vim illi.

Nerui qualiter per muſculos trajciant.

An muſculi ſine neruis.

Muſculi cõpoſitio, ſed improbata.

venis & arteriis, qua ratione prius expoſitum eſt, & ob dictas cauſſas, quas hic etiam repetit A Andreas, & improbat, ideóq. ſubdit; Commemorata muſculi cõſtructio quantũuis cõcinna & elegãs diſſectionũ imperito apparere queat, ad amuſſim nulli prorſus conuenit muſculo: quũ nullũ in vniuerſo corpore adinuenias, qui parẽ ligamenti ſeu ex oſſe aut chartilagine exortus ſui, & nerui portionem ſibi aſſumat. Sed

In Galenũ.

quid tãtopore Gal. præcepta, tanquã oracula iubuerẽtes, & ipſius libros de muſculorũ motu exoſculantes, de illis dicemus muſculis, qui

Quod tendo in muſculo ſit nerui & ligamenti portio.

latiſſimo oriũtur principio, ac ſenſim in anguſtũ verſus ipſorũ inſertionẽ deſinũt? quorũ in

Neruus qualiter muſculum tranſeat.

origine multo maior eſt fibrarũ copia, quã in reliqua parte. In pleriſq. autẽ muſculis dũtaxat neruulũ admodum gracilem, neq; magis quã venã diuiſum, ad ſuperficiẽ muſculi nunc interiorẽ, nũc exteriorẽ, venæ ac arteriæ modo exporrigi, mẽbranæq; muſculi adhærere conſpicies; neutriquã autẽ in fibras per muſculi ſubſtantiã diffundi: ex quibus etiã quoſdam reperias, quorũ ne ſuperficiei quidẽ neruus, vti neque vena & arteria, vix vt cõtiguus omnino ſit, attendatur. vbi & muſculos cõplures ſubiũgit, in quibus neruulũ obſeruari vllũ negat. vnde

Muſculi ſine nerno.

cõcludit, Nõ eſt itaq. muſculus inter ligamentũ & neruũ natura medius: neq; etiã illa, quam vulgo imaginantur, ligamenti & nerui fit cõmixtio. Nã etſi fortè neruũ in muſculi alicuius caput inſeri animaduerſurus ſis; nunquã ſanè nerui ſoboles ligamenti fibrarũ modo ad tendinis vſq; principiũ diffundi, aut aliquo pacto ligamenti fibris vniri vereq; permiſceri reperies. Nõ enim omnes muſculi, nerui implantationẽ (etiam ſiquãdo in ipſorũ ſubſtantiã neruus porrigitur) in capitis exortu adipiſcuntur: ſed ſubinde multo inferius, quam caput habetur, & in medio ſui quodãmodo ductus & longitudinis. Verum vtcũq; nerui vel in muſculi ſubſtantiam ſeſe inſinuent, ſiue ipſius tantum ſuperficiei attendantur, ſemper ferè ſua ſerie & propaginibus ſecundũ muſculi ductum porriguntur. Ex his efficitur, vt fateri cogar, nullam prorſus aliã nerui in muſculos, quàm venæ & arteriæ diſtributionẽ eſſe: & pari etiam ratione neruũ, qua venã arteriamq; muſculũ accedere. neq; vllam aliam in vena arteriáque cum neruq differentiam ſtatuo, quàm quod ad finẽ ſeu inſertionem muſculi neruus nunquam, vt aliquando illa vaſa, implantetur. quanquã etiã pauciſſimos prorſus muſculos eius generis enumerare poſſem. Vt itaque vena nutriendo E muſculo ſubſeruit, & arteria ipſius innatũ calorẽ recreat: ita quoq; neruũ, animalẽ ſpiritum cõtinuè ipſi deferre, neruúq; illo ſpiritu muſculũ nunquam indigũ relinquere arbitror, vt neq; vena alimẽto muſculũ deſtituit. Deinde ſpiritus animalis vi, & debitæ peculiariſque muſculi cõſtructionis eſſentialiſq; formæ beneficio, muſculũ cõtrahi & laxari ſentio: neq; aliter ſuũ munus obire, quàm oculũ reliquaq. ſenſuum organa: quæ ſingula propriam peculiarẽq. fabricam obtinent, & animalis ſpiritu (quem per neruos cerebrũ ipſis porrigit) imbuta ſuis fungũtur muniis. Eſt itaq. muſculus, voluntarij motus inſtrumentum, ex ligamenti natura in fibras complures diuiſa, & carne has cõtinente firmantéq; fabricatũ, venarũ, arteriarũ & neruorum ſurculos in ſe interdũ aſſumens, ac neruorũ beneficio animali ſpiritu nũquã, dum ſanũ eſt animal, deſtitutũ. vbi quoſdam muſculos ſine vena arteriáque *παραδόξως* adſtruit, ſicuti & alios ſine neruis iam memoratos *παραδόξως* adſtruxerat: cum ſit tamen *ἀνόητον*, ſine neruis ſentire & moueri: ſit autem ex cõfeſſo, muſculus, voluntarij motus inſtrumentũ. Idẽ ſequenti c. 3. Bruxellẽſibus & aliis B quibuſdam nationibus mures nũcupantur illi, qui ad pollicis manus primũ articulũ habẽtur: aliis vero ita appellatur cubitũ flectentiũ anterior. Italorũ autẽ vulgus in quibuſdam corporis partibus neſcio quem piſciculũ eſſe fingit, eo nomine indicans muſculos piſcis imagini nõ abſimiles. Vtcunq. ſit, ab eiuſmodi ſimilitudine omnes muſculi à Græcis & Latinis ſuũ nomen ſortiuntur: etiamſi quamplurimi muſculi illorũ animalium effigiẽ nulla ex parte referant. vbi de muſculorum differẽtiis bene multa, ab eorum ſubſtantia, ortu, inſertione, particula mota, forma, foraminibus, magnitudine, colore ſitu, fibrarum genere & compactione, muſculorum capitibus, ventribus, tendinibus, munere oppoſitionéq., petitis. vbi & C hoc axioma refellit, omnibus muſculis ſimplex & vnicum fibrarum genus ineſſe. cætera ex illo repetes: hæc enim mihi nunc abundè ſufficiunt de pluribus, quæ ille pleraque de ſuo arbitratu retulit, ſiue ita eſſe cõperit, ſiue φιλόνεικον Galeno inſultare, & vulgo anatomicorũ barbam vellere, mediúmve digitum porrigere voluit. Sanè vero in pleriſq. ſola *ἀναγκαία* litem dirimet, neque in iſtis conciliandis tempus reD rere decreui: cum & huic demum recentiores quidam anatomici pleràq. falſa opponant. denique vt ait Satyricus,

Cedimus, & totidem plagis conſigimus hoſtem.

Nerui qualiter per muſculos ſpargantur.

Vena, arteria, nerui vſus in muſculo.

Muſculi actio qui fiat, & vnde.

Muſculus quid, & eius compoſitio.

N. in Veſal.

Mures de muſculis, vbi.

Muſculorũ differentia vnde ſumãtur.

De vnicum genus fibrarum in muſculo.

DE GLANDVLIS. Cap. XL

Glandium cum carne affinitas, ac diſcrimen.

Glandularũ origo, & deformatio.

Glandulæ ſedes.

Glandulæ quid.

GLandularum natura carni licet adſimilis conſiſtentia & mediocri duritie, non tamen colore aut origine: quia caro rubens de ſanguine rubro concreuit: glandes albicantes de ſeminali & ſaliuoſa potius ſubſtantia coaluerunt: Quod enim ex glutino ſolidiſſimum eſt, hoc calfactum craſſius redditur, vt Hipp. de neruorum & muci & vnguium generatione lib. de carnibus ſcribit: ego de glandulis per analogiam dico; Tum quæ paſſim per corpus diſperſæ ſunt, ac præſertim circa triplex nuncupatum emunctorium, cerebri in collo, cordis ſub alis, iecoris ad inguina: tum quæ certis partibus velut eſſentiales inſunt, & peculiari actioni deſtinatæ ſunt, quales mammariæ, quales teſticulorum & paraſtatarum & aliarum quarumdam. Et tamen ob iſtam ſimilitudinẽ glandularum cum carne, Heſychius cum Galeno definit *ἀδένα*, *σαρκῶδη σφαῖραν*, glandam ſeu

seu glandulam, carnosam collectionem: vel vt alij dicunt ex Gal. carnẽ in se conuolutã. quod tamen veræ glandulæ nõ ita cõuenit, vt ex dicendis apparebit. verùm ex iſtis pleriq; Græci & Latini hoc nomine χοιράδας, ſtrumas intelligunt, affectũ morboſum, atq; vt Aphrodiſieus Alexander definit, ἀδένας σκιρρωμένους, glandes ſcirrho induratas. ſed de naturali agamus, vt cœpimus, glandula. Glandis appellatio iſti parti per metaphoram acceſſit, ob ſimilitudinem cum glande, fructu quercus aut roboris aut alius arboris glandiferæ (tredecim enim glandium genera recenſet Plinius lib. 16. cap. 5.) oblongo, ſubduro, intus candido, friabili & quondam eduli veſcoque, antequàm Deus omnium bonorum author,

Chaoniam glandem pingui mutaſſet ariſta,

vt Virgilius in Georg. cecinit. ſic & glandes potiſſimum ſuillæ, cibis delicatioribus annumerantur à priſcis. βάλανοι à Græcis nominantur, vbi de fructu agitur oblongo iſto duroque tum quercus, tum arborum variarum glandiferarum, nemoroſarum ſylueſtriumque. At de quibus agimus in homine (quippe & de aliis animalibus per analogiam) ἀδένες nuncupantur, ob frequentiam & multitudinem confertam, ὡς ἄδην ἔνεστι, quali ſufficienter & abundè ſatiſq; crebræ ſint glandes: μεγὰ τὸ δὴν, τὸ ἱκανὸν παρὰ τὰ δεδηκότα. ſed quia idem nomen pleriſque aliis rebus commune eſt, ideo de huius originatione anxiè non inquiram: de re potius videro. Eſt igitur glans ſeu glandula (glandium ſiquidem alio ſpectat, & de neruo concreto dicitur) pars noſtri ſimplex, vt apparet oculis, ſpermatica, albida, mollis, ſpongioſa, rara, friabilis, motus expers, ſenſus verò aut omninò pauci, aut nullius: niſi ſiquibus præcipuis nerui inſunt, vt tonſillis antiadibuſve, quas Plinius glandulas in ſue propriè dici putat; aut œſophagi & aſperæ arteriæ glandibus, & ſimilibus mollioribus, humore diffluẽtibus, raris, laxis, & partes vicinas, vt fauces, linguã, laryngẽ gulam lento quodã humore perpetuo ſaliuantibus. quas ideo videtur Hipp. initio lib. 4. epidem. σιάγγους denominare, propter ſpongioſam laxitatem humori combibendo aut remittendo comparatas. Sunt verò etiam aliæ duræ, ſiccæ, denſæ ſpiſſæque glandulæ, quæ inſtar cuneolorum, inania articulationis aut ſimilium partiũ laxa ſpatia cõplent, in id cõparatæ, vt illac deducta & præteruecta vaſa quæcunque, ac præſertim ſublimia excipiant, ſulciant, firment, vehant, tuto traducant; ne ramuli à truncis motus vehementiore diuellantur; aut ne tenſione violenta ditũpantur; aut à vicinis partibus contundantur vel cõllidantur. Quod neque Alexander Aphrodiſieus ignorauit, cum diceret 11. probl. 2. Adenes, corpora ſunt parua, rotunda, laxa, inter amplas venas & arterias poſita ἅτε σφηνίσκοι, inſtar cuneolorum, ne conceptacula ipſa humida ex copia ſanguinis, mutuo putrerent adhæſu ſeu adeſu (vel potius vt dixi, ne rumperẽtur & colliderentur ſpatiis alioquin inanibus traducta) & quidem eo ipſo venarum humore nutriuntur: & inflãmati inguina faciunt (græcè βουβῶνας malè interpres, pro bubonas ſeu adenum tumores, & inguinum phlegmonas excitant) concalefcentes ſiue in callum indurati ſcrophulas committunt. hæc ille de glandulis inguinum. vt idem de cæteris intelligas, quæ velut tomentum complendis ſpatiis vacuis, & vaſis fulciendis ac muniendis ſubſeruiunt. quales ſunt inſignes in corpore, conarium in cerebro, thymus ſub ſummo ſterno; pleræq; in collo & axillis & inguinibus, atque aliæ alibi. Accẽſentur etiam glandulis & teſtes & paraſtatæ atq; mammæ ſuis glandulis ſemen & lac conficientes, & cõſeruantes. Quinetiam glandis nomine vocatur ſpeciali extremum penis virilis; non quod ſubſtantia, ſed forma glandem imitetur: eſt enim genuina caro. de cerebro dicetur poſthac, quorſumcunq; pertineat. Inſunt & meſaræo ſeu meſenterio glandes frequentes, quæ inſito ſibi humore inteſtina vicina lubricant. atque pleræq; eiuſcemodi glandes molles ſunt & laxæ & ſpongioſæ & vuidæ raræque: quibus præter venas & arterias, etiam nerui adſunt, qui ſenſum pro ratione ſui glandulis conferunt: quo reliquæ iſtæ duræ & vaſorum miniſtræ plerumq; carent. Sic vt duo ſumma liceat iſta glandularum genera ſtatuere. vti mox ex authoribus patebit, ſicut & de duplici vſu generis vtriuſque.

Glandis nomen.

Teſtes, paraſtata, mamma, an glãdula, & quos in vſus.

Glans ſeu balanus in pudendo, quid.

Meſaraei glandes ad quid.

Glandularũ duo diſſerentiæ.

EX HIPP.

ATque vt à principe ordiar, Hipp. extat liber de glandulis, vel potius ſub Hippi nomine, vt Gal. comment. 1. in lib. de articulis admonet, ex quo iam pleraq; ſpecialia antehac decerpſimus, & iſta nunc ſelegimus. De glandularum tota natura ſic habet. Natura ipſis eſt ſpõgioſa: ſunt enim raræ & pingues, & neque carnes ſunt reliquo corpori ſimiles, neq; aliud quid ſimile corpori: ſed friabiles ſunt & venas multas habent. Si verò diſſeces, ſanguis largus erumpit ſpecie albus & velut pituita. tangenti autem velut lanæ apparent. Et ſi multa vi ipſas digitis compreſſeris, glandula humorem oleoſum remittit, qui & ipſe cõteritur vt plurimũ ac diſperit. Ægrotant autẽ nõ valdè, ſed vna cũ reliquo corpore. Cæterũ glandulæ in corpore ſũt plures ſiue maiores in cauis ipſius partibus, quam in articulis, & quæcunq. allis humectis ac ſanguinolentis locis conſiſtunt. atque illæ quidẽ, vt quod ſupernè in cauas partes influit, ſuſcipientes in ſe trahant: hæ verò vt rurſus naſcentem præ laboribus humiditatem in articulis, ſiquam articuli remittant, eius multitudinem ſuſcipient. & ſic nimia humectatio in corpore nõ ineſt. nam ſi etiam quid gignatur humiditatis, non ſtatim nimia humectatio inde ſucceſſerit: reflectitur enim & conſumitur tum multa, tum modica in ipſas glandulas: atque ſic reliqui corporis redundantiam glandulæ ſibi lucrifaciunt, & alimentum hoc eſt ipſis coaleſcens. Quare vbi cœnoſæ partes ſunt & humectæ, ibi etiam glandulæ. cuius ſignum eſt, quod vbi eſt glandula;

Glandularũ natura.

Glandularũ ſedes, & vſus.

Glandula vbi plures; & ſignum.

Charader, ſtruma, ſcrophula, quid & vnde.

Glandula vnde appellatio.

Glande priſci veſcebantur.

ἀδένες cur dicti.

Glandula quid, & glandinum.

Quæ glandula ſentiant.

σιάγγοι de glandulis, quare.

Glandularũ duo genera, & vſus.

Adenes qui & quales.

ibi etiam pili. vbi mox de particularibus glandulis, & earum morbis. cætera enim leges per otium, quæ ad rem præsentem minus faciunt. in quibus quia nonnulla Galenus indigna iudicauit Hippocrate (quæ tamen hîc sunt perpauca, aut sanè nulla) ideo huius esse genuinũ opus negauit. quod illi solenne est etiam in aliis operibus, vt quæ reprehensione digna iudicat, ea Hipp. adscribenda neget; cuius famæ & nomini parcere decreuit, & nomine mutato, libere veritatẽ inquirere. Quanquam idem lib. de articulis, vbi prolapsum humerũ curat, circa initia ad aph. 46. Hipp. ipse palam profitetur de rota & solida glandularum natura essentiaque (quam antiquo vocabulo ἀδένιδα vocat; interpres rudi minerua solimembriam, verbum de verbo expressum extulit) peculiari libro scripturum, quid sint, & qualia in qualibus significent, quanque vim habeant. quod nusquam alibi præstitit; & hoc libello, quo de agimus, quantum æuo & seculo prisco licuit, gnauiter explicuit atq. expleuit. vt de libri authore Hippocrate non dubitem, cùm illic summam & ordinem operis ob oculos lectoris subiecerit. licet Galenus & dicendi forma & sententiis longè à germanis Hipp. operibus distare censeat, nec eius libri veteres medici meminerint, nec index librorum Hippocraticorum agnoscat. de quo viderint sapientes, & critici iudicent. ego enim iudico hunc quem terimus, ignotum Galeno fuisse, cùm illud sibi visum contemptim dicat fuisse recentioris cuiusdam Σκλάδου περὶ ἑβδόμων ἀδένων inscriptum: confecto, vt reor, ad illam Hippocratis imitationem titulo: quo tamen titulo nostet hic non insignitur; sed tantum absolutè περὶ ἑβδόμων. estq. liber satis iustæ magnitudinis, vt ad Hipp. morem scribendi de tali quodam subiecto, qui ex plerisq; aliis eiusmodi libellis innotescit. Et hoc mihi semel dictum sit, vt da nõnullis aliis censuram Galeni suspendas atque expendas. quam vellem tulisset de omnibus, qui Hipp. nomine circunferuntur, plerisque indignis tali ac tanto authore lib. EX GAL.

N. de libello Hipp. iudicium, ad Gal.

N. sententia de Galeni praiudicio in Hipp.

VEnio ad Galenum: nam Philosophorum rari de hac parte nominatim meminerũt, sed aut minus cognitam & obseruatã à se prætererũt, aut eius vsum ignorantes neglexerũt. Author finitionũ medicinal. Aden (inquit) siue glandula, conuolutio sicca quædam & carnosa est. vel carnosa conglomeratio. ἀσφοδ. ἀπαρ. ἀδένων paulo ante ex Hesychio dicebatur iisdem verbis, vt monui. idem cõment. ad aph. 39. lib. 5. Sunt quidam in mammis ἀδενες vim habentes id quod ad eos influit, sibi ipsis assimilandi. cum ergo hi sint exangues & albi, proprium efficiunt humorem talem, qualis est lac, eiusque maiorem copiam quo plus alimenti defertur ad ipsos. sed de lacte nos iam multo antè. de adenibus ad maxillas, inguina & alas meminit idem comment. ad aph. 26. lib. 3. & ad aph. 31. & 55. lib. 4. verum omnino præclarè Marinus apud Gal. sub finem lib. 2. de semine, Duplicem (inquit) glandularum omnium, quæ ἀδένες appellantur, vsum dicimus. vel enim suspensa vasa firmare, quæ cum diffusa sint, periculũ subeunt, ne in vehementioribus agitationibus diuellãtur: vel humorẽ quendã gignere, qui ad ea mẽbra irrigãda idoneus sit, quæ ne facilè exsiccentur, atque inde inepta ad motũ efficiantur, lentæ alicuius humiditatis interfusione indigent. ideo rariores & foraminosas ac madidæ ſpõgiæ in modũ humiditate imbutas esse. nõ tamẽ in omnibus meatus qui sensui pateãt, existere vbi & de parastatis glãdulosis corporibus, de quibus olim suo loco in historia partiũ genitalium, sicuti & de testibus ibid. quos glãdulis Gal. accenset. de adenibus porro eundẽ ferè sermonẽ sic reterit initio lib. 16. de vsu part. Glandulæ verò, quæ sunt velut stabilimentũ diuisionis vasorũ nullis sanè ad id neruis indigẽt, quod neq; sensum, neq. motũ voluntariũ ad id postulẽt. quæ vero glandulæ ad succos animanti vtiles generandos fuerunt cõparatæ, quemadmodũ venas & arterias cõspicuas nõnunquã ac magnas, ita & neruos habuerunt cõmuni ratione partium omniũ eiusmodi. similiter etiam c. 11. lib. 14. meth. med. Glandulæ quæ quod in medio vasorũ in diuersas partes diductorũ habetur, implẽt, eiusque diductionis pro firmamẽto sunt, earũ haud magnus vsus animãtibus est: sed ex abũdãtiore prouidẽtia, sicut alia quædã, sic has quoq. glãdulas natura fabricauit. earum verò quæ ad saliuã, vel lac, vel genitale semen, adhęo quæ pituitosum quendam humorẽ in mesenterio, vel faucibus, vel larynge generant, earum maior est vsus. atque aliqui has non glandulas, sed glanduloſa vocant corpora, vt quæ non paulo quàm reliquæ glandulæ, & rariore sint, & magis spõgiosa substãtia. quietiã in has tum arteriæ, tum venæ sensibiles perueniunt. Porro de glandulis texitur totum cap. 6. lib. 3. de aliment. facult. in quo præter quæ ad alimenti naturam spectant, hæc nostro instituto quadrare visa sunt. Quantum linguæ à carnis substantia, tantum glandulæ à linguæ substantia recesserunt: nõ tamen omnes æquali omnino ab ea distant interuallo. sed quæ illi adiacẽt ac cõtingunt, iis quadãrenus sunt similes, quæ in mãmis habentur, quãdo saltẽ ex sanguine nõdum refertæ fuerint. nõ enim glandulæ mammillares perpetuo suo munere funguntur, vt cum aliæ propemodum omnes, tum autem eæ quæ sũt ad linguã. natura enim eas linguæ cõparauit ad saliuam generandum: mammillares verò post fœtũ cõceptũ, fiũt rara ac laxa & lacte plenæ. at quo tẽpore lacte carent, cõrahũntur ac densantur tantum à seipsis differentes, quantum permadidæ spongiæ à siccis. Sunt autem & circa larynga ac pharynga huiusmodi quædam glandulæ, sicut & in mesenterio: verum hæ quidem sunt exiles, eoque vulgus ipsum latent. quæ verò sunt ad paristhmia ac larynga, magnæ sunt ac conspicuæ. Sunt & aliæ exiguæ in multis corporis partibus vasorum diuisiones firmantes ac fulcien-

Adenũ duo genera, & vsus.

Glandularũ forma & essentia.

Glandularũ vsus, & differentia.

Glandularũ vsus & substantia.

Glandularũ natura, & vsus atque proprietas & sedes.

Aden quid.

Glandulæ mammarũ quales, & vsus.

Glandulæ quis cibus.

tes. Omnibus autem ipſis illud eſt commune, vt ſuaues in cibo ac friabiles appareant. alimentũ autẽ quod ex iis probè quidẽ in ventriculo cõcoctis prouenit, pròpè ſanè ad carnium alimentũ accedit. quod ſi minus quam ſat eſt, ſint cõfectæ, ſuccũ crudũ aut pituitoſum generãt; humidiores quidem pituitoſum, duriores vero crudum. vbi & de teſtibus ac renibus velut ad naturam glandularum attinentibus.

EX FERNEL.

HÆc mihi dicta de priſcis poterant ſufficere: ſed addã ex more etiã de recentioribus pauca quædam eiuſmodi. Fernelius c. 14. lib. 1. phyſiolog. Glandularum porro ingens eſt numerus; quæ cum omnes ex craſſa denſaq. materia cõcreuerint, hoc tamẽ diſcrimine ſeiũctæ apparẽt, quod aliæ aliis ſunt rariores, neq; omnes vna pariliſq. ſubſtantiæ ratio cõprehendit. Hinc & illarũ vſus diuerſus euadit magna varietate diſtinctus. quæcunque denſiores ſunt, præter alias cõmoditates, in locũ fiſſionis tum venarũ, tum arteriarũ, quaſi pro firmamento cõiectæ ſunt. quæ verò mollitudine ſua ſpongiã quodãmodo referunt, eas natura quibuſdã vel gignẽdis, vel recipiendis humoribus accõmodauit. quarum ibid. in vtroq; genere exẽpla pleráq. recenſet. Sed neq; figurã earum aut magnitudinẽ perſequi cõmodum eſt: quę cum ſit ſua cuique attributa, multiformi varietate diſtinguitur. hæc ille ex Gal. ſubducta retulit.

Glandularũ natura & differentia vſusque.

EX VESAL.

VEſalius c. 4. lib. 5. de glãdulis ita ſcribit; Quoniam violentiori motu vaſorũ diuaricationes iniuriis potiſſimum patent, & ſuper molli mediocritérq; cedente ſubſtãtia ſuauius vaſa quieſcunt, & demum eius auxilio, quãuis moueãtur vehementius, impercuſſa integráque cuſtodiuntur: haudquaquam vt ſors ferebat, ſingulis vaſorũ diſtributionibus huiuſmodi ſubſtantiã (quæ. communi nomine Græcis ἀδένες & ὄγκοι, Latinis verò, glans & glandula & glandiũ & interdũ caro dicitur) natura interiecit. quandoquidẽ illa panciſſimã aut nullã propemodũ diuiſionibus, quæ neq; ſuſpenſæ feruntur, neq; articulis vario admodũq. laxo motus præditis incũbunt, cõmunicauit; quod illas vaſorum partitiones ex violento motu nihil paſſuras ei perſpectum eſſet. Verum vbi diuiſiones quapiam membrana ſuſpenſæ, aut ſuper articulos, qui in acutos mouentur angulos, longius porriguntur, eæque plures in iſtiuſmodi ſedibus numero habentur; natura hanc glandularum ſubſtantiam non mediocri copia illis vaſorum diuiſionibus circundedit. quod mox exemplis pluribus declarat. Quanquam glandulas quaſdam ad vaſorum ſecuritatem ac robur auxiliantes, alicuius maioris vſus, quàm tuendorum vaſorum gratia à natura procreatas ſcimus. hæc ille & plura de glandulis in genere: nam de ſpecialibus vt cerebri, colli, laryngis, ſtomachi, meſenterij & aliis permultis, ſpecialibus ille locis tranſigit. ſed nos particularia non perſequimur, id negotium anatomiæ deſtinamus.

Glandularũ vſus.

DE ADIPE. CAP. XII.

CArne quidem mollior & glandulis adeps in nobis concreſcit, de ſanguine pingui coactus, & tunicis ad quas affigitur atq; allinitur, concolor. Hanc Græci μεμβλὼ vocant, interdũ στέαρ. quãquam ſunt qui hæc duo ſic diſtinguunt, vt Latini ſebũ ab adipe ſeparant; in Græcis tamen duobus illis vocabulis Latinè exprimẽdis minimè cõſentientes, cum alij στέαρ adipem, μεμβλὼ ſeuũ, alij contrario oppoſitóq. modo hoc & illud interpretẽtur. qua de re nos paulo poſt tum ex Ariſt. tum ex eius imitatore Plinio. Μεμβλὼ ex eo dici videtur, ὅτι μαλῆ ὁ μεμβλὼ τὰ μέλη, quòd artus & mẽbra corporis ſtringat, impleat, denſet, iungat, neque inania relinquat ſpatia. pingue enim vnũquodq. denſum, ait Ariſt. 10. probl. 21. ὁ περὶ τὸ ὀπίσθιον ἢ τὸ μήλειον, ab vnguine & mẽbro, quaſi μεμήλιον. ὁ ἐστὶ τῆς μαίνεσθαι τὰ μέλη, quòd mẽbra opimet: ὁ περὶ τὰ ἔντερα μέλη ἔχει, quod partibus inſit pinguibus. At τὸ στέαρ, περὶ τὰ ἔνδοθεν, eo quòd cõſiſtat & cõgelet: ὁ περὶ τὸ στέαρ ἢ πῆξιν ἔχειν, quod conſiſtentiã & concretionẽ habeat. nihil mauis à στέαρ, quia omne pingue fuſum ſtillat. Vtroq. autẽ iſto nomine & Græco & Latino vti, vel potius abuti paſſim medicos video (licet Ariſt. vt dixi, inuicẽ ſeiungat) pro eodẽ, vel adeo pro omni animaliũ pingui & vnguine, ſiue adipe, ſeu ſepo. Præterea axungiam Græci appellauere in voluminibus ſuis, ait Plin. c. 9. lib. 28. Miror tamen hominẽ Rom. & in Græcia minimè nouũ aut hoſpitẽ, quaſi Græcũ nomen fateri, quod verè Latinum eſt, quodq. ſuã ſatis ipſa cõpoſitione originem demõſtrat. dicta eſt enim axungia, ab vſu ſpeciali ſuillæ adipis, quod ea rotarũ axes vngantur: Græci autẽ aliqua immutatione literarum & generis quæ erat Latinis axũgia, ſibi τὸ ἐξύγγιον finxerunt: quod in aliis pleriſq. videre eſt, vt apud Plutarchũ, Actuarium, Myrepſum, & alios cõplures, ſic & in nouo teſtamento haud infrequenter. ſed ad rem redeo. Adeps in homine & cæteris per analogiã animantibus, priuatim à Latinis dicitur, quæ Græcis μεμβλὼ: ſeuum autẽ ſeu ſepum Romanis eſt, quod Graij στέαρ appellant, aliorũ præter hominẽ animaliũ, neq; tamen omniũ, ſed cornigerorũ & alterutra parte dentatorũ, vti patebit. Haud ſcio an ex eo dictus adeps, quod ſuã ſibi formã & conſiſtentiã priuatim adipiſcatur; cum olim toti ſanguineæ maſſæ confuſus innataret; antequam videlicet vaſis excideret, ad tunicas tum muſculorum, tum cutis, tum variarum partium, præcipuéque & plurimum ipſius meſaraei & peritonæi atque omenti adcreſceret atque adnaſceretur. vnde extat Satyrici poëtæ verſiculus ille paræmicus atque ironicus;

Pinguis aquabiculus propenſo ſeſquipede extat, Iuuen.

alias à nobis ſuo loco citatus. Quorſum etiam ſpectat illud Ariſt. 5. Probl. 14. Sed enim quod venter celerrimè opimetur, ideo & pingue aliquid ſẽper obtinet, niſi morbo laborat. cuius rei cauſſam dixerim, quod cibo ex vicino poſitus eſt. & ibidem probl. 5. Cur venter

Adipis genera tio.

Confuſio nominum.

μεμβλὼ vnde dicatur.

στέαρ vnde dicatur.

Axungia an nomen Græcum, & vnde dicatur. N. ad Plinium.

Græci plerãque nomina Latina deformant.

Adeps, μεμβλὼ: ſeuũ, στέαρ eſt, & diſcrimen.

Adeps vnde dicatur.

Venter cur ex facili ſanginatur.

opimus admodum esse solet? Vtrum quod cibo propinquus est: dumque cætera membra ex ventre hauriunt, venter ipse sibi sæpius ingerit? An quoniam minimè venter laborat? flexibus enim hic nullis contorquetur. sed rei naturam deinceps vberius explicemus.

Adipis natura, generatio, figura, sedes.

Adeps igitur, pars est nostri corporis similaris, mollis, liquabilis siue fusilis, albicans, sensus expers, calida & humida (sunt qui frigidam malint, quibus neutiquam assentior, vti mox edisseram) exanguis ipsa quidem (nisi si quis sanguis albicat, vt olim de lacte & de semine diximus) & tamen de sanguinis pinguiore aëriáque substantia atque portione genita, è vasis extillante ac resudante, deinde ex contactu partium membranosarum tum densarum, tum frigidarum, tum albarum coacta & dealbata, cuti ad internam membranam, præter glandem & scrotum, plurima congesta: vt ij docent, quibus etiamnum viuis bona pars istius farcinæ ac velut saburræ, ferramentis extrahitur, vt de quodam L. Apronio (quem verius aprum diceres) Plinius memorat lib. 11. cap. 37. vti mox producam: sed tamen etiam per carnis & musculorum spatia adeps plerisque innatans, ac præcipuè epiploo & mesenterio circunfusa & circungesta: rarò partibus natura calidis, vt cordi & arteriis, hepati & venis aggesta (de quo tamen post viderimus) raro in calidis & siccis temperamentis deprehensa: plurima in frigidiusculis, desidiosis, ingluuiei & gulæ deditis, vt plurimum mulieribus voracibus, & vasis exiguis, & pauco calore natiuo præditis; quæ naturam suum & vitæ genus atque institutum iners & voluptarium æmulantur. quibus (vt ait Tullius) anima data est pro sale. cùm & mures in eiusmodi suibus nidificare omnino torpescentibus & moueri impotentibus vulgo perhibeant, & nos sæpe intellexerimus, sicque Plinius testetur cap. 27. lib. 11. Neminem tamen tanta macie confectum esse arbitror, cui vita superstite, adeps aliquis non supersit: vt in ijs perspectum est, qui longo morbo consumpti, tãdem mortui sunt aperti, nonnullo etiamnum adipe locis illis vsitatis inuento: quem tamẽ & inedia, & valida frequensque exercitatio, & calor, & mœror consumit, liquat, tabefacit. vt non immerito dictum sit à Sapiente Prouerb. 17. Spiritus tristis exsiccat ossa. per quandam hyperbolen, pro carne & partibus saginari solitis. ossa enim qui intus resiccentur corpore alto condita, non video. nisi medullam illis imminui præ sanguinis dicas inopia: vnde simul & macrescere & marcescere necesse fit. sed nunc non vacat συλλογίζειν, nisi paucis, vt dicebat ille Neoptolemus, opinor, apud Ennium. Rectè tamen Arist. 5. Probl. 4. Cur pingue eorum absumitur, qui se laboribus dedunt, caro autem nullatenus emaceratur? An quoniam pingue cõcalfactum liquescit, quod carni non euenit: motio autem concalfacit? hæc ille verisimiliter.

Historia.

Adeps vbi multa, aut pauca, aut nulla.

Anima pro sale.

Mures vinis suibus indulgentur.

Adeps etiam in maciem.

Adipem quæ minuant.

Ossa an macie arescant.

Labor consumit adipem non carnem.

Igitur natura prouida ex eo quod vix iam amplius intra vasa capi & contineri præ immodica copia poterat, portionem quandam tenuem, pinguem, aëream, subtilem per raritatem vasorum, aut anastomosin oscillorũ percolauit, quæ ad vicinas tunicas illapsa & cohibita, frigore ac densitate loci concreuit in adipem; velut pabulum natiui caloris futurum, & humidi illius radicalis fomes & alimẽtum; calori & siccitati tum internæ, tum externæ contemperandis, frigori etiam vtrimque propulsando, motui artuũ lubricando & expediẽdo, iniuriæ & offensioni atq; impulsui extrinsecus irruentibus, repellẽdis, arcendis, excipiẽdis, fulciendis, retundendis, vt de carne nuper diximus. sed & concoctioni naturalium partium iuuandæ, excretioni intestinorum opitulandæ, corporibus natura duris atque siccis emolliendis, læuigandis, irrigandis. & siquos vsus alios causasve ætas maiorum notauit, de quibus in posterum agemus.

Adipis generatio quales, & vsus.

EX HIPP.

HIppocrates lib. 2. epidem. sect. 1. Quorum venæ amplæ, & ventres & ossa ampla, hi sunt qui tenues sunt. pingues verò his cõtraria habent: & in his qui fame macerantur, mediocritates. sic Arist. c. 4. lib. 3. part. animal. Nullum ex iis quæ venis aut ventriculis sunt amplioribus, obesum per carnem opimũq; est: sed quæ ita pinguescunt, aut omnia, aut maxima parte venis incertis paruoq; vẽtriculo esse cernuntur. cui simile est illud Gal. ad aph. 44. lib. 2. Qui natura admodum crassi sunt, citius intereũt, quàm qui graciles; Optimũ est (inquit) bene carnosum esse natũ: hoc est ita cõmoderatum, vt neq; crassitudo adsit, neq; gracilitas. tales enim possunt ad longam senectam peruenire. si verò à modo recedatur, melior ad gracilitatem, peior ad crassitudinem excessus est. angustæ sunt enim horum arteriæ ac venæ: atq; ob id paucum omnino sanguinem & spiritum habent: adeo vt cùm ætate processerint, celeriter ipsis paruam ob caussam calor natiuus destruatur. Graciles autem hac quidẽ ratione non periclitantur: quia vero partes principales ita affectæ sunt, vt nullum habeant munimentum, à caussis exterioribus promptè offenduntur. Qui vero natura quidem mediocres erant, sed victu delicatiore vtentes, postmodum crassi facti sunt; iis licet caro atq; pinguedo adnatæ sint, venæ tamen atq; arteriæ latæ consistunt: atq; iccirco in eis calor natiuus maior existit. Sed idem Hipp. (nam de Galeno post viderimus) libro de carnib. Frigidũ quidem congelat, calidũ autem diffundit: in multo vero tempore etiam exsiccat. vbi autẽ pinguitudinis aliquid adfuerit, citius exurit & siccat. vbi vero glutinosum affuerit frigido extra pinguitudinẽ, exuri nõ vult, sed tempore calescens congelatur. De omento in pinguibus os vteri cõprimente, & conceptum inhibente, est aph. 46. lib. 5. item pingues ex macris & enacti ex pinguibus quî fiant, traditur libello de salubri diæta, & à Gal. sub finem li. 14. meth. med. sed hæc ad rem minus faciunt istam.

Pingues vel macri è natura, qui.

Pingues tãd vita breuiores, cur.

Status quis melior aut deterior in pinguedine vel macie.

Pinguium natura, item gracilium, & cæterorum.

Pinguium duo genera.

Calidi & frigidi effe-ctus.

EX ARIST.

ILlud multo magis, quod ſcribit Ariſt. c. 1. lib. 2. part. animal. Adeps & ſeuum, pars ſimilaris, mollis & humida. ſed illud etiam potius cap. 6. lib. 2. part. animal. Sanguinis per ſe concoctio, ſeuum & adeps eſt, item c. 9. lib. 3. part. animalium, Finis probæ cōcoctionis ſanguineæ, adeps & ſeuū eſt. & c. 1. lib. 2. genera. animal. Pingue nec terræ eſt, nec aquæ, ſed ſpiritus. ex quo fit, vt per ſumma aquæ fluitet: aër enim contentus in eo, veluti in vaſe, effert per ſummáq; ſuſtinet, & cauſſam leuitatis præbet. & c. 19. li. 3. hiſtor. animal. Quæ vel natura, vel arte bono habitu ſunt, iis nec multum admodum ſanguinis eſt, velut iis quæ per aliquam potionem recentem ſanguine exundant; nec parum, velut iis quæ nimiū ſunt obeſa. quippe cùm præpinguia omnia ſanguinem quāuis purum, tamen paucum habeant: & quo plus pinguedinis, eo minus poſſideant ſanguinis: pingue enim omne exangue eſt. obeſa itē ſanguinem habent impurum. item de generatione adipis ita philoſophatur c. 3. lib. 4. part. animal. Propter mēbranæ denſitatē, quod ſanguinei alimenti tranſmiſſum colatúmq; eſt, id pingue eſſe neceſſe eſt: tenuiſſimum enim hoc eſt, & calore loci iſtius concoctū, pro carnoſa & ſanguinea coagmentatione, in ſeuū aut adipē euadere neceſſe eſt. omentum ratione hac giguitur, ſed natura eo abutitur ad cibi meliorem concoctionem, vt facilius celeriuſq. cibus concoquatur. calor enim vim habet concoquendi: pingue autem calidum eſt, & omentum pingue eſt. idem c. 18. lib. 3. hiſtor. animal. Minus eſſe fœcunda quæ adipe pinguescunt: ſiue mares, ſiue fœminæ, notū eſt. Omnia ætate prouecta potius quam nouella pinguescunt: ſed præcipuè cùm iam ſuæ longitudinis modū adepta, augeri in profundum incipiunt. idem cap. 19. lib. 1. genera. animal. Pinguia minus feminis habent quàm macilenta. cuius rei cauſſa eſt, quòd & pinguedo, excrementum, vt ſemen & ſanguis concoctus eſt. quamquam non eodem modo quo ſemen. Itaque ratione optima fit, vt cùm materia ſuperuacua cōſumpta in pinguedinem ſit, deficiat genitura. ibidem cap. 18. præcedenti, Abſumitur ſemen in corpus, vt hominum nonnullis, qui vbi per habitum corporis bonum, carnulenti aut pinguiores euaſerint, minus ſemen emittunt, minuſq; rem veneream expetunt. ſed de his iam ante ex profeſſo egimus, vbi de ſemine. Enimvero de diſcrimine πιμελῆς καὶ στέατος, adipis & ſepi, quod eram pollicitus, ab eodem philoſopho ſic accipere ex cap. 17. lib. 7. hiſtor. animal. Adeps & ſeuum, Græcè πιμελὴ καὶ στέαρ, differunt inter ſe, cum ſebum fragile vlquequaque ſit, & eum refrixit, concreſcat: adeps liquidus ſit, miniméque aptus durari. Locis etiam diſcrepant: adeps enim inter carnem cutemque ſolet conſiſtere: ſebum in fine carnis ſemper eſt. Quæ parte vtraque dentata ſunt, adipe pinguescunt: quæ vna, ſebo. Animalia quæuis aut intra carnem, aut ſeorſum pinguescunt: plurima tamen pars animalium ventre pinguescit, & præcipuè quæ parum ſe moueant. Renes ex viſceribus maximè pinguescunt, præſertim ſiniſter. Quæ ſebo pinguescunt, magis quàm quæ adipe in renibus opimandis luxuriant. idem conſimiliter cap. 5. lib. 2. part. animal. Seuum & adeps (Græcè πιμελὴ καὶ στέαρ) inter ſe differunt ſanguinis ratione: eſt enim eorum vtrumq; ſanguis concoctus per bonitatem nutriendi: conſiſtitque ex eo quod in pulpam quidem animalis non abſumitur, ſed concoctionis alimentique bonitate præditum eſt. indicat id pinguedo eorum, cum pingue inter humida cōmune ignis & aëris ſit. Quamobrem nullum ex iis quæ ſanguine carent, vel adipem habet vel ſeuum, quandoquidem ſanguis deeſt. quorum autem ſanguis corpulētior eſt, hæc ſeuum potius habent: ſeuum enim terrenum eſt. vnde fit, vt modo fibroſi ſanguinis cogatur tam ipſum, quàm eiuſmodi ius cùm parum aquæ, multum terræ contineat. Quamobrem quæ vtrinque dentata, ſed cornigera ſunt, hæc ſeuum habent, quæ natura ſunt arida & terrena. At verò genus vtrinque dentatum & cornuum expers & mulcifidum, vice ſeui a lipem habet: quæ non cogitur, nec ſiccitate aliqua frangitur, quoniam eius natura minus terrena eſt. Hæc ſi mediocriter in animalium membris habentur, proſunt, nec enim ſenſum impediunt, & ad ſanitatem vireſque opitulantur: ſed ſi modum excedunt, nocent atque interimunt. nam ſi corpus totū tranſierit in adipem aut ſeuum, peribit: animal enim ea parte eſt, in qua ſenſus habetur. ſed nec adeps, nec ſeuum ſentit: ſunt enim ſanguis concoctus. quod ſi totum corpus tale efficiatur, nullum præterea ſenſum habere poterit. hinc & ea celeriter ſeneſcunt, quæ pinguerint: quippe quæ parum ſanguinis habeant: vtpote cùm copia ſit abſumpta ad pinguedinem. quæ autem parum ſanguinis habent, hæc iam inde ad interitum ſunt opportuniora: interitus enim, inopia quædam ſanguinis eſt. quodque parum eſt, affici tum à frigore quolibet, tum à calore facile poteſt. Quinetiam obeſa omnia ſteriliora ea de cauſſa ſunt: quantum enim ex ſanguine proficiſci ad genituram & ſemen genitale debeat, hoc in adipem aut ſeuum ſumptitatur: ſanguis enim cum concoquitur, ad hæc tranſit. itaq; aut nullū omnino excrementum in iis ipſis conſiſtit, aut parum. hæc philoſophus ad Hipp. citatū illū aph. omnino eleganter & doctè, optimi velut interpretis officio functus.

EX PLIN.

IAm verò Ariſt. æmulus ac diligens imitator Plinius ſic Græcum authorē Latine eleganter expreſſit lib. 11. cap. 37. Cornigera vna parte dentata, & quæ in pedibus talos habent, ſeuo pinguescunt. biſulca, ſciſſiſve in digitos pedibus, & non corniger, adipe. concretus hic, & cùm refrixit, fragilis, ſemperque in fine carnis. contra pingue inter carnem cutemque ſucco liquidum. Quædam non pin-

Adipis & ſebi natura, & generatio.
Pinguia cur aquā innatent.
Sanguinis qui plus aut minus habeant.
Pinguitudo minuit ſanguinem, cur.
Pinguedinis generatio & uſus.
Omentum iuuat coctionem, qui.
Pingues minus fœcūdi, & quæ ætate pinguescāt.
Pingues minus abundant ſemine, cur.
Semen impinguat.
Pingues ad rem venereā inepti.
Adipis & ſebi differentia.
Quæ animalia adipe vel ſeuo abundent.
Pinguedo abi abūdet.
Adipis & ſeui diſcrimē, & vnde generatio.
Pinguedinē quæ gignāt, & quæ ex materia.
Seuo quæ animalia abundent, & eius generatio.
Adipe quæ animalia abundent, & eius natura.
Pinguedo quatenus proſit vel obſit.
Adeps & ſeuum inſenſibilia, & vnde.
Pingues citò ſeneſcunt, quare.
Mors quid.
Obeſa ſteriliā, cur.
Adipis & ſeui generatio vnde.
Quæ animalia ſeuo aut adipe pinguescāt.
Adipis & ſeui locus,

Pinguia ſteuilia, citò ſenescunt.

Pinguedo inſenſilis.

Sues vini vi odorantur à muribus. Hiſtoria.

Admonitio.

Adeps μυελὸν, σέαρ ſebum.

guescũt, vt lepus, perdix. Steriliora cuncta pinguia & in maribus & in fœminis. Senescunt celerius præpinguia. Omnibus animalibus est quoddam in oculis pingue. Adeps cunctis sine sensu, qui nec arterias habet, nec venas. Plerisque animaliũ est pinguitudo sine sensu. quã ob causſam sues spirantes à muribus tradunt arrosas. Quin & L. Apronij consularis viri filio detractos adipes, leuatúq; corpus immobili onere. Quo loco te obiter monitum velim, seuum (quod idem & sebũ & sepũ Latinis dicitur) sine diphthongo scribi oportere, cõtra nonnullorũ inobseruantiam, quos adiectiuũ nomen fefelli diphthongatũ. Sed & illud indidem cõdisces, ad istorum Latinorum interpretẽ cõfusionem nominum tollendam & illustrandam, quæ Græcis μυελὸς dicitur, hunc Latinis adipẽ: quod autem σέαρ illis, his sebum aut seuum dici oportere. EX GAL.

Adeps vbi concrescat, qualis, quorsum.

Adipem quæ minuant.

Pinguedo quid.

Adeps ex quo & vbi concrescat.

Adipis temperamẽtum.

Signum tẽperamenti è nemi, item pinguedinis & macies.

Pinguium duo genera

Sanguinis pinguis vſus

Adipis generatio qui fiat.

IAm verò post Arist. facile fuit deinceps cuiuis de natura adipis & seui dicere, ac præ cæteris, Galeno nostro nõ tantum in iatricis, sed in omni philosophiæ parte versatissimo atque expertissimo, sic autem ille initio lib. 16. de vsu part. Nec verò adeps vlla in re neruos desiderat, quæ instar olei pinguis, partibus animantis mẽbranosis ac neruosis est affusa. porro ipsius origo atque vtilitas hæc est. Generatur ex sanguinis parte pinguiore per tenues venas effusa. affusa autem siccis corporibus ac tenuibus, vt ipsa perpetuo pinguedine natiua humectet, quæ celeriter in diuturnis inediis ac vehemẽtibus exercitationibus & caloribus immodicis exsiccatur atq. indurescit. Author finitionũ medicinal. ita definierat; Pinguedo, est affusio alimenti circa membranas maximè cõcrescẽs, sensu carens. verum idem de tẽperam. li. 2. cap. 3. Potest quod prius fuit fluxile, aliquando concrescere, veluti adeps: quod enim oleosum in sanguine fluxiléq; & pingue est, vbi in frigidum venit locũ, cogitur: durum tamen ne sic quidẽ efficitur. cõmodè igitur dictũ veteribus est, humidissimã esse adipem: secũdo post eam loco, carnosum genus. ibid. capite mox 4. præclara instituitur disceptatio de pinguedinis causſa & generatione adipis, ab illa Hipp. sententia sumpto tali quodã exordio. Quibuscũque latiores venę sunt, hi calidiores natura sũt: quibus angustiores cõtra magis frigidi. caloris namq. opus est has dilatare, flatúq. extendere. Ita rationabiliter in idem ferè recidit venarũ angustia cũ habitu pingui & crassiore: habitus gracilis cũ venarũ laxitate. Quòd siquis simul pinguis crassúsque est, ac venas laxas habet, is consuetudinis alicuius occasione, non natura pinguis est redditus. sicut è diuerso siquis angustas habet venas, & gracilis est, ne hunc quidem talẽ esse natura necesse est. Quicquid in sãguine pingue, leue & tenue est, id in calidioribus corporibus alimentũ quoddã calido fit, in frigidioribus seruatur. cumq. id venæ extra se transmiserint, vbi in frigidas particulas incidit, quod genus mẽbranæ sunt, in iis concrescit. in partibus verò natura calidioribus, cuiusmodi carnosæ sunt, à calore ipso absumitur ac digeritur. nisi sicubi frigiditate temperamenti, etiam vita indulgentior accedens, ipsis carnosis particulis adipis aliquid allinat. Qua ratione etiam quæ hyeme delitescunt animalia, non raro inueniuntur adipe obesa. & fœminæ viris sunt pinguiores, quòd scilicet fœmina mare est frigidior, & plurimũ domi versatur. Adeps cuti ad internã eius mẽbranam subnascitur: & raro id quidem in viris conspicitur, in fœminis sæpissime inuenitur. siquidem adeps ex habitus frigiditate gignitur. Nec tamẽ pro carnis semper portione adeps simul augetur: sed alios habere plus carnis, alios plus adipis videas, in quibus frigidi plus est quam humidi. &c. idẽ cum de adipe & eius differẽtiis multis in locis dixerit, præsertim libris de simpl. medicam. facult. déq; eorũdem secundũ locos & secundum genera cõpositionib. at speciali quodã 4. capite sic differit lib. 11. de simpl. medicam. facult. vt Arist. imitationẽ possis agnoscere: si interpretes Latini in verborũ suorum sensu vsúq. cõuenissent. Πιμελὴ ἢ σέαρ, pinguedo & adeps, & hæ quoq. cõmunissimæ sũt animaliũ partes. nã quæcunq; bene nutriũtur ea omnia aut pinguedinem aut adipem obtinent. Porro differt à pinguedine adeps, quod crassior sit; ac propterea animantibus totã naturã terrosiorem habentibus adeps prouenit, velut humidioribus pinguedo. Proinde pinguedo celeriter in ignem posita liquescit: nec facile vbi liquata fuerit, rursum concrescit ac cogitur. At adeps nec facile funditur liquescitve, & fusus celerrime coit ac conglaciatur, multoque apparet pinguedine durior. vbi suillã pinguedinem, bubulam adipem in exemplum proponit, & alias aliorum animalium; deque vsu & efficacia differit atque differentiis, illud in genere præfatus, Omnis pinguedinis facultas est humectatoria & excalfactoria humanorũ corporũ. cætera specialia inde repetes. & hoc obiter notabis, interpretẽ vertisse μυελὸν, pinguedinẽ, quẽ adipem debuit dicere: & σέαρ, adipẽ; quod sebũ exponere, si latinæ puritati studuisset, debuit. de iisdem sic breuius ca. 11. li. 3. de alim. facult. Vtrũq. quidem est oleosum, humiditate tamen & siccitate inter se differunt. pinguedo nãq; humida quædã res est oleo longa vetustate incrassato similis. adeps verò pinguedine multo est siccior: ideóque si calefactũ ipsum fũdas, coit facilè ac cõcrescit. pauci vtraq. est nutrimẽti: potiusq. camiũ nos alentiũ sunt cõdimenta, quã alimẽta. vbi pariter μυελὸν, pinguedinẽ; σέαρ cõuertit adipem: cùm hoc debuerit seuũ dicere, illã adipem nominare, more eorũ qui Latinè loqui affectant: quod apud Arist. citatũ Gaza prudẽter obseruauit, istorũ Galeni interpretũ dissimilis, accuratus tamẽ. sic lib. 1. de tẽper. seuũ & adipem, μυελὸν ἢ σέαρ peruersè exponit doctus vir aliqui Thomas Linacer; similiterque duobus his postremis locis crebro alij interpretes Gregor. & Gaudanus. cuius ego ambiguitatis vitandæ gratia, σέαρ sebum, μυελὸν adipem passim verti

Pinguedo in carne, vnde.

Fœmina cur mare pinguior.

Adipis sedes, & causſa.

Adipis & carnis proportio.

Adeps & seuum vnde fiant, qui differant, amborum proprietas.

Adipis temperamẽtũ.

Adipis & seui differentia.

Interpretum error.

mallē: quomodo apud Arist. interpres vtriusq. linguæ peritissimus dictus mihi Theodorus Gaza: quomodo iam ante Plinius discreuit lib. 11. cap. 37. nuper citato. sed hoc breuiter à me dictum sit.

EX FERNEL.

ATque hæc mihi de priscis poterāt abundè citata sufficere: sed iuniorum nō visa mihi est spernenda industria, & maiorum vel familiaris imitatio, vel audacula in nonnullis reprehensio. De adipe igitur sic ex Fernelio primùm accipe ex ca. 15. lib. 1. physiolog. Mēbranæ atque cuti adeps copiosus & vberior increscit: ex pingui quidem & tenaci eáque frigida sanguinis portione genitus: quæ è venis excidens, móxq. affusa frigidis exanguibúsq. mēbranis, tanquam congelans similiter atque crassius oleum frigore durescit. Hinc corporib. quib. frigidior est natura, copiosus: calidiorib. verò paucus innascitur: qui æstibus, immodicis laboribus, & inediis fundi atque dissipari solet. albescit autē ex earum partium natura, quib. apponitur & cohæret. Quoniam igitur illi primū ortū confert tum sanguinis, tum loci in quem inciderit, natura; horum certe differētia magnam illius dissimilitudinem suscitabit: vt sit alius alio crassior sicciórque, vel tenuior atque mollior. Hos autem nominis varietas toto propè genere disiūxit, vt id quidē seuum appellare mos sit, quod crassius & magis terrenum est: adipē verò, qui humidior & liquidior. & paulò pòst, Adeps neque frigidissimis neq; siccissimis locis gaudet, quòd cuiusdam sit caloris particeps. hinc cerebri meninges nullus circunfundit, vt rarò membranas quæ ossa conuestiunt. Sic in hominum naturis qui vel calidissimi sunt, vel frigidissimi atq; siccissimi, adipem nullum coacernant, neq; huic gignēdo idoneam materiam habent in venis. qui verò à mediocritate in frigidum humidúmq. deuergunt, multò maxima illius copia redundant & quoniam eorum sanguis totus in adipem procliuis est, non potest cordis immodicus calor illius concretionem circa pericardium, quātò minùs in reliquis partibus? inhibere & arcere. Quocirca his multò promptiùs materiæ vis abit in adipem, quàm cordis reliquarúmque partium calor possit dissoluere. Qui naturæ mediocritatem sunt cōsecuti, sanguinē media conditione obtinent. atque huius pinguior portio, quæcūq. in carnosas caldáq. partes influet, vi caloris tota dissipabitur & euanescet: quæ verò in membranas infertur, illarum frigore ea veluti conglaciat. Istius tamen euētus causas alias istas probabiliores retulit Syluius cap. 8. lib. 2. isagoges anato. licet in distinctione nominum cum aliis interpretib. hallucinatus. Intra cranion adeps non concrescit, etiamsi frigidum id est & membranis duab. cinctum & passim intertextum tenui menioge, ac etiam intra ventres, choroide. Fortè quòd membranæ hæ vasis amplissimis & sanguine plurimo calidissimóq. ad cerebri frigiditatem temperandā repletis abundant: aut quòd intrà ventres & totam cerebri substantiam spiritus animalis (quæ res est purissima, tenuissima, planè ignea) est plurimus: aut quòd vaporum excrementosorum à toto corpore in illud elatorum copia, prohibetur adipis generatio. Adhæc cerebrum quanuis est frigidum, aëre tamen æstiuo & meridiano est calidiùs: minùs tamen calet quàm cor, omnium quæ in nobis sunt, calidissimum, cui adeps accrescere solet. de quo mox dicetur. Idē porrò Fernel. cap. 2. lib. 2. physiolog. partiū corporis humani catalogum istum percensuit, vbi quòd neq; adeps, pars sit corporis humani, demōstrat. Est enim pars, corpus toti cohærens communique vitæ coniunctum, & ad illius functionem vsúmve comparatum. vbi sanguinem, & spiritus, & humores, & pilos, & pleráq. eiusmodi de partium cēsu eximit. Similis est ac fortasse maior (quàm de medulla) in adipe ratio, quem palàm est è sanguinis portione præpingui, hanc autē ex alimenti cōcoctioniſq. probitate generari; quæ dum affluens in animalis pulpam non absumitur, sensim exaggerata in molem, è venis iam delapsa, in adipem concrescit à frigido. Quòd si illius efficiens est frigidum, quomodo corporis pars esse possit? Quem confirmamus humorem in venis nondum partem esse, quî putemus extra venas frigoris vi concretum, partem fieri? Siquis est huic argumento locus, videbitur similiter gelati in ventriculo sanguinis grumus, pars esse corporis, simodò illi adhærebit. In carne ratio diuersa, quòd hæc vt cæteræ partes omnes, non ex concrescente, sed ex conuerso mutatóq. sanguine gignatur. Est & aliud quod adipem vt medullam à communi partium notione secludit: nam per inedias, per alimenti & sanguinis penuriam cedit vertitúrq. in vtile partib. alimentum. Atqui pars nulla partem alteram nutrit, neq; alia alij fit nutrimentum. Deinde omnes tum simplices, tum compositæ, propria quadam circunscriptione continentur, quam (tametsi in ampliorem molem diffunduntur) similē seruant, nisi præter naturam sint affectæ. adipem & medullam nulla propria circunscriptio aut figura, sed vicinarum duntaxat partium ora & extremitas circumiecta claudit. Vnde intelligi potest, in partium numero & ordine nō pilos, non vngues, sed nec medullam, nec adipē esse. quanquam Arist. quicquid in corpore tenetur, partis appellatione complectitur. Nos verò accuratius ea sequimur, ex quib. ad medendi artem fructus percipi possit. Ergo quæ vere existimari debent partes simplices, hæ restant, os, chartilago, vinculum, mēbrana, tēdo, nerus, arteria, vena, caro, cutis. de quibus nos ferè hactenus egimus. Hæc ille de partiū nostri corporis tum numero, tum censu earum quæ his malè annumerantur. verùm si eorum meministi, quæ pridem de partis finitione & distinctione ex Arist. & Gal. protuli, poterat & sanguini & pituitæ & bili vtrique & adipi & medullæ locus inter partes corporis assignari & simplices & elementares & similares, ex

Adipis generatio.
Adipe quinā abundent, & qua minuant.
Adeps cur albeat.
Adipis differentia.
Adipis sedes.
Adipe qui abundent, aut scāt.
Adeps qui concrescat, & vbi.
Adeps cur meningibus nō accrescat, & in cerebro.
Cerebrum quatenus frigidum.
Cordi adeps accrescit.
Pars quid.
Adipis generatio, & quòd non sit pars corporis vt neque medulla.
Cato qui gignatur.
Pars non alit partem.
Quæ existimanda de partib. corporis numero.
Pars quid apud Arist.
Partium simplicium in corpore numerus.
N. ad Fernel.

quibus demum aliæ partes organicæ componuntur. neque iſta loquendi accuratior ſubtilitas tantos viros latuit, qui de iis accurate & ex profeſſo ſcribere inſtituerant. ſed partis variè explicata definitio varietatem ſumptionum ac lemmatum induxit.

EX VESAL.

VErùm audiamus quid noui adferat Veſal. is igitur cap.5.lib.1.ita ſcriptum reliquit; *Quæ & quot cinxant corpus humanum.* Tria ſunt vniuerſũ hominis corpus perpetuò cingentia, cuticula nimirum, cutis, & mẽbrana carnoſa: quib.& quartum accedit, ipſa videlicet pinguedo ſeu adeps, στέαρ Græcis nuncupatus. qui, niſi extremè homo emacietur, vndique propemodùm inter cutem & quam nuper diximus membranã copioſiſſimè continetur. Ex venis enim complurib. & arteriis (ſiquæ reperiantur) membranam perreptantibus, atque inter illam cutémque propagatis, plurimus ſanguis reſudat, membranæ frigiditate caloriſq. inopia in adipẽ ſeu pinguedinẽ, aut vt alij etiam in cornutis animalib. vocant, axungiam degenerans. Eſt namq. hæc adipis ad vniuerſi corporis membranas, ligamenta, & vt ſemel dicam, ad omnia ſanguine indiga frigidáq. corpora, generationis ratio: videlicet quòd ex venis emanans ſanguis frigoris vi congeletur, illiſq. adhæreat corporib. Verùm interim à natura cautum eſt accuratiſſimè, ne adeps naſcatur, vbi noxia inutiliſve eſſe poſſit. non enim natura adipem cerebri membranis obduxit, non teſtium inuolucris, non internæ ſedi cordis inuolucri (quanuis tamen cor hac non deſtituerit) non aliis partibus pleriſque copioſiſſimum autem clunib. obduxit, vt illi adipe puluinaris vice vterentur. Adeps humidis frigidiſq. animantib. (ex quorum numero homo & porcus ſunt) plurimus colligitur: ſiccis verò & calidis nullus, aut perquàm exiguus. Albet autem adeps, etſi in omnib. animalib. non æquè, & in homine minùs adhuc quàm in cæteris omnibus, quòd membranæ cutiſq. & alia quib. adhæret, corpora alba & non carnis modo rubra ſint. Omnia enim quæ in noſtro corpore ab aliquo emutántur, mutantis alterantiſq. colorem quàm poſſunt proximè etiam ſortiuntur. Et ridiculum prorſus eſt, ob hoc adipẽ album arbitrari, quòd aëreæ ſubſtantiæ compos ſit. quum offe & chartilagine & ligamento & tendinib. vix aliquid candidius occurrat, quib. nihil æquè terreum in corpore reperias. Adipi inter cutem membranámq. collecto eum vſum adſcribere poſſumus, quem veſti tribuimus: vt corpus ſcilicet calefaciat frigoris tempore: & ſi ſoli homo exponatur, veſtis quoq. modo refrigeret, calorem quò minùs penetret, inhibens. Atque tam leuis eſt adipis vſus, vt homini neceſſariã corporis partem aut ſubſtantiam nequaquam deeſſe putemus, ſi adipe fortaſſis deſtituatur. Vnde etiã haud mirũ eſt, nuper natos pueros aliorúmq. animalium fœtus nihil adipis quibuſuis etiam membranis attẽſum adnatúmve oſtẽdere. De adipe ſpeciali partiũ quarundam ille tibi ſatisfaciet, vt in omenti, meſenterij, peritonæi, inteſtinorum, & aliarum partium anatome. ex quo tamen illud lubet ſubiicere ex c.2.lib.2. quòd verò muſculorum carni, aut carni ſimpliciter nullum adipẽ intexi omnes hactenus falsò prodiderint, obeſi boues quos Brabanti ſale condiunt, atteſtantur, in quorum muſculorum fibris per carnes adeps attenditur. adde etiam obeſarũ mulierum muſculos, qui femur extẽdunt, pinguitudine adeo oppletos inter diſſecandum videri, vt ambigas num caro adipi, an adeps carni commiſceatur. hæc etiam iſte & luculenter & intrepidè.

Quòd adeps carni adnaſcatur.

EX SYLVIO.

QVanquam Syluium noſtrũ huius corriualẽ memini lib.1. Anat.c.8. ita breuiter ſcribere, Cæteris propè partibus (quaſdã enim exceperat, vt meningas, cerebrum, frontem, ſcrotum, pericardium, ligamenta, cor, arterias, hepar, venas) adeps accreſcere & allini ſolet, modò animal probè nutriatur, vt ſanguinem bonum habeat largum, vel ſaltẽ moderatum. Hinc muſculorum non modò membranæ ambientes, ſed interna quædã ſpatia ſunt adipoſa: & linguæ propria caro in obeſis animalib. adipe interlinitur. &c. quod idẽ Ariſt. ita pridem ſtatuerat 5.probl.10. Cur alia ex animantib. ſub cutem, alia intra carnem, alia vtroq. modo pingueſcere conſueuerunt? An quibus denſa eſt caro, iis inter cutem & carnem humor prætenuis cogitur, quòd is ſemper ſua natura eminet atque relidet, qui tandẽ concoctus, pingue effici ſolet? Quæ autem carne ſunt rariore, cutémq. gerunt obuiam, hæc opima intra carnem redduntur. quę verò vtroq. modo ſe habent, vtroq. etiam pingueſcunt. Non igitur opus fuit homini Flandro aut Brabanto Brabantinas ſuas boues ſeu Batauas, aut adeo Lucas illas iam olim ante Pyrrhum celebres, in exẽplum adducere, cùm in permultis quotidie tum edulib. carnibus, tum ſectis præpinguib. virorum vel mulierum corporib. id à viris doctiſſimis ſcriptum & obſeruatum legere vel etiam cernere liceat. hoc autem potiùs inquiri debuit;

Adeps cur alliſcat.

Vis mutãtis ad aſſimilandum.

Adipis vſus ad ſimilit.

Quòd adeps non ſit neceſſarium. Abexemplo.

Adipis quib. partibus non adnaſcatur.

Adipis ſedes

Adeps vbi conſiſtat & ratio.

N. ad Veſal.

An cordi ipſi adeps adnaſcatur?

PROBL. I.

ENimuerò ſiquis meminit eorum quę protulimus, ſtatim reſpondebit cordi nullum adipem adcreſcere, tum ob certam rationem, tum ob authoritatẽ virorum doctiſſimorum, qui id pro confeſſo habent, vt de multis nuper oſtendi, & nunc receptæ rationi aliud teſtimonium ſubiicio. Vna eſt communi omnium medicorum ore trita ſententia; adipem gigni ex pinguiore ſanguinis portione extra vaſa reſudante, & ad tunicas membranáſve natura frigidas appulſo atque illic congelante. Quod ſi verum eſt, neutro modo cordi vnquam adcreſcet. quî enim? cùm ſit ſanguis cordis æſtuantiſſimus & feruidiſſimus, ſitq. illic veluti fons ignis noſtri, vt Plato, Ariſtoteles, Galenus & omnes profitentur? Deinde neque ſi è vaſis excidat, habet ad quas appulſus congelet

Quòd cordi adeps non accreſcat.

Adipis genẽratio quæ ſit.

Cordis æſtus.

Cordis substantia.

membranas: quia cordis substantia carnosa est & musculo vtrumq. affinis, sed duro tamen & fibroso. Itaq. ex duob. propositis generandæ adipis modis, neuter est quo ad cor possit concrescere dici aut videri. Quo fit, vt Galenus nominatim scripserit, & post eum plerique omnes assensi sint, cordi vtpote calidissimo visceri seu parenchymati nullum adipem concretum cuiquam vnquam visum fuisse. ac præter mihi iam dicta, sic ille sub finem lib. 1. de temperam. Adipi concretio contingit, propterea quòd mẽbranis adiacet: crasso namq. oleo est similis, eóque congelatur, vbi cum frigidis & exanguib. particulis coniungitur. At neque circa iecur coire adeps potest, neque circa arterias venásve aut cor: sed nec circa aliam vllam præcalidam particulam. quoniam autem cogitur per id quod valdè est frigidum, iccirco calfacta liquatur cæterorum coagulatorum ritu. idem initio lib. 4. aggress. anatom. Pinguitudo mẽbranis, ligamentis, tendinibus, neruis, & vt semel expediam, omnib. sanguine vacuis frigidisq. corporib. obduci solet. ibidẽ postea lib. 6. Pinguedo à calore liquescit, à frigiditate conseruatur: atq; huius rei gratia, semper in neruosis partib. consistit: & iis qui otiosam vitam agunt, abundat. Et quid plura persequor, cùm id ex hypotheli Galenus vbiq. supponat, vt locis iam antè cõplusculis annotaui. Quid igitur superest? vbi ratio totam sese explicuit, hoc restat videre, an experiẽtia huic suffragetur, an verò reclamet. Et verò certum est, cordi animalium præpinguium, ideóq. & hominis, maximéq. fœminę adipem copiosum adcrescere. quod quisquis negat, is nunquam pinguia iura sorbillauit, nunquam pinguia & obesa edit omasa. Mihi nõ enim raro contigit obseruare, circa basim & auriculas cordis insignem adipis portionem concretam. qualem etiam in hominum cadauerib. à se dissectis obseruatam scribit diligẽs anatomicus Columb. initio lib. 7. cuius testimonium ab ipso tale repetam, ne videar affingere. Inter cor & pericardium non parua oritur pinguedo, quæ manifestè conspicitur, & cordi adhæret. quanuis Aristoteles & Galenus asserant, neque circa cor, neque circa aliam quamuis calidam particulam, pinguedinem vllam nasci.

Adeps qui accrescat, & vbi non.

Adeps quib. partibus adhæreat.

Ratio & experientia.

Quòd adeps cordi accrescat.

Adeps vbi cordi adnascatur.

Hæc cùm ita sint, retexendáne est omnis illa de generatione adipis recepta demonstratio? Minimè illa quidem: sed hoc addendum est; plerisq. omnib. partib. adipẽ concrescere, vbi natura huius vsum duxit necessarium: atq; iis quidẽ partib. plurimam, quib. præter vsum ipsum, etiam generandi facultas abundantiùs suppetit. quæ ne cordi ipsi quidem deficit aut defuit, licet viscerì natura sua præcalido (sed potissimùm in internis suis vẽtriculis, omniũ in nobis partium calidissimis, vero illo ac genuino Platonico ignis fonte mihi citato) cùm & sanguis ibi adsit pinguis & elaboratus: cúmq. externa cordis compages membranea vtcumq. sit & neruosa fibrosáque: sitq. genuina ipsius caro tota, neq; musculosa, vt olim docuimus, sed sui cuiusdam generis & partis vsui atque actioni pernecessariæ conueniens. At pulmoni nullus adeps, nullus meningib. nullus cerebro adnascitur: quia præterquàm partes istæ adipi generando sunt ineptæ; insuper tantum abest iuuare vt potuerit, plurimùm cõtrà obesse vt valuerit. Sic natura velut, ὁπόσ' ἄνευ χρείης quicquid vtile aut necessarium nouit, illud idẽ facultatib. vsa suis, vel adeo nobis incognitis, gignit & procreat; etiamsi difficultas operi multa inesse reputantib. nobis videatur. Neq; enim quęri debet, cor adipem cur non gignat: sed illud potiùs, an gignat, & cor adipem cùm habeat, quænã illi fuerit eius generandæ ratio. Est vtique non tam quærenda ratio eius quòd nõ fit, quàm si fit, tum demum facti vt vera aut probabilis saltẽ ratio solerti medico sit excogitanda; & experientiæ ac sensib. nudis, quàm rationi licet peracutæ semper maior fides est adhibenda.

Adeps vbi nullus, & cur.

Quæstio quomodo reformanda, & insoluenda.

Experientiæ vincit rationem.

Estne adeps frigida?
PROBL. II.

IAM verò habita & cõprobata huius generatione adipis, quòd frigore concrescat, & ad tunicas frigidas adhæreat, & calore dissoluatur, & quòd adiposi sint alsiosi: nõnulli haud ignobilis doctrinæ viri frigidam adipem hinc collegerunt, & censuerunt: sic ex causis quibusdam de effectis ratiocinati. scilicet quòd à causis frigidis nonnisi frigidum gigni queat. Quæ tamen fallit ratiocinatio multis modis. neque tamen nunc dicam, quomodo verum esse possit illud Poëtæ, *--penetrabile frigus adurit.* id enim alibi solujmus tum aliunde petitis rationibus, tum ex Arist. cap. 5. lib. 4. meteor. Siquidem frigus & calfacere & comburere dicitur, nõ more quidem ignis aut caloris: sed quòd calor in vnum cogatur & conducatur, aut certè aduerso teneatur conatu. Illud nunc dico, haud satis esse, à qua causa concrescat adeps aut resoluatur, scire ac pernosse: sed præterea videndum, ex quo, velut ex præsupposita materia fiat, & quid demum possit efficere. Quib. ritè expensis, non modo non refrigerare, aut frigidam esse, sed calere & calfacere adipem asserimus: non tamẽ insigniter, verùm moderatè & temperatis proximè; plus tamen aut minùs, pro animalium diuersa ratione, aut asseruationis modo. Agè autem, adeps quãnã de materia prouenit? Vtique de purissima & pinguissima sanguinis portione. At sanguis ipse calidus an frigidus dici debet? Sanè calidus potiùs, & caloris natiui focus ac fomes, eiusdémq. pabulum. Ideo & genita de eiusdẽ potiori parte adeps frigida esse nequit: non magis quàm butyrum pingue, & velut adeps quædam de lactis moliore & pinguiore parte concretum: quippe cùm & lac ipsum calidis, quàm frigidis potiùs annumerari debeat: sed tamen & ipsum temperatis proximum. hunc gradum primum vocant. Porrò quandocũq. aliquid in disceptationem venit, calidum an frigidum sit, humidum an siccum; certissima explorãdi regula hæc est, Vt corpori tẽperato,

An à caussis frigidis semper frigidæ fiant.

Frigus quomodo vrat.

Quòd adeps calida sit.

A materia generationis.

A simili.

Lac & sanguis calida.

Qua lege explorandum temperamẽtũ.

Digitized by Google

aut contraria intemperie affecto apponatur A vel imponatur,& quidem ſyncerum,& omnis alienæ qualitatis expers,& quoad eius fieri poteſt,actu temperatum,nec gelu algens,nec calore æſtuãs.ſic enim rectè & prudenter Galen. in lib.de ſimpl.medicam.facult.horum vim & efficacitatem explorandam ſuadet de aceto, vino, roſis, roſeo & aliis multiplici exemplo propoſitis. quod experimentum quiſquis fecerit,& ſynceram atque temperatam ab omni frigore & calore adipẽ eryſipelati aut plegmonæ æſtuanti impoſuerit; certum eſt, non ita multò pòſt ardorẽ paulatim augeſcere ſentiet. ſimiliter ſi aluo æſtuanti ingerat, aut acutè febrienti porrigat, augebit conceptum intus incendium. contrà verò eandem ſi œdemati aut tumori frigido impoſuerit, aut ventriculo algido ingeſſerit, blandum quendam & amicum calorem naturali perſimilem, gratúmq. leuamentum percipiet. Eſt porrò & alia ratio. ſicui omentum, quod pingue eſſe ſolet, fortè ex vulnere putrens recidatur, huic manifeſtè coctionem ciborum minui continget: quod vſpiam antea notauimus ex Gal. & mox refricabimus. Præterea receptum eſt apud philoſophos, omnem materiam pinguem ignium rapacem & facile flammas concipientem, caloris eſſe participem. quod adipi,ſicut oleis & ſimilib. pinguibus omnib. accidit euidenter. Atque hoc argumento noſtram camphoram ignium rapacem &citiſſimè flammantem,genuinam eſſe priſcorũ caphurã improbauimus, tantumq. abeſſe vt refrigeret, vt potiùs ſiccet & calefaciat.Sed iam pugnemus authoritatib. quia priſcorum teſtimonia neſcio quid ponderis habent ampliùs ad perſuadendum,& hominum animos inducendos. Ariſtoteles 10. probl.23.An ſus calidiſſimus omnium eſt,partiq;calenti corporis eius pili adhęrent?quippe D cùm pingue tale eſſe neceſſe ſit.ſed multò clarius idem cap.9.lib.3.part.animal. Finis probæ concoctionis ſanguineæ,adeps & ſeuum eſt.vt enim in combuſtis ſiccis,velut cinere, aliquid ignis relinquitur: ſic in concoctis humidis nonnihil caloris qui effecerit,relinquitur.quo fit vt pingue leue ſit & humorib. reſideat atq; fluitet. Inde fit vt renum natura calida ſit.itaq. vice carnis, adipe renes obſepti muniuntur. quinetiam humorẽ meliùs diſcernunt & concoquunt ſua pinguedine: pingue enim omne calidum eſt:calor autem concoquit.idẽ rurſus cap.3.lib.4.eiuſdem operis; Natura omento E abutitur ad cibi meliorem concoctionem, vt faciliùs celeriúſque cibus concoquatur: calor enim vim habet concoquendi: pingue autem calidum eſt, & omentum pingue eſt.

Huic Ariſtotelis loco ſubſcribit Gale.lib.6. adminiſtr.anato.&clariùs etiamnum lib.4. de vſu part.cap.9.Calidum omentum & vaſa habere quamplurima, venas atq;arterias & pinguedinem quandam copioſam circunfuſam: quæ certè quòd calida res ſit, dignoſcitur & ſenſu ipſo,vtentib.nobis ea vice olei. Indicat autem id nõ minimùm,quòd facilè in flãmam transmutetur, tanquam ad flammæ naturam proximè accedat: nihil enim frigidum prõptè cõburitur. Quòd autem omentum non pauca pinguedine conflatũ, calefaciendi gratiã factũ ſit, euidenter diſcas licet in illis, qui vulnus in abdomine acceperunt,in quib. per vulnus excidit omentum, deinde liuidum factum cogit medicos partem læſam adimere. omnes enim hi frigidiorem ſentiunt ventriculum, minúſq. cõcoquunt,ac plurib.operimentis extrinſecùs egent:&maximè quando inſigni fuerit magnitudine quod abſciſſum eſt.quod exemplo gladiatoris ibidem docet Galenus,alibi, ni fallor, citato. Quib. inſignib. & locis & authoribus, tota lis decidi potuit: ſed adferam etiam nonnullos ex eodem Galeno locos,vt lib.11.facult. medicam.ſimpl.cap.4. Porrò calidior ſemper ac ſiccior eſt adeps maſculorũ animalium, & horum ipſorum exectorũ minùs tum calidus tũ ſiccus. quippe mas caſtratus eiuſdẽ ſemper generis fœminæ aſſimilatur.&c.& paulo pòſt, Omnis igitur pinguedinis facultas eſt humectatoria&excalfactoria humanorũ corporum. at differentiæ quæ ſunt cuiuſq. ſingulatim, in maioris minoriſq. ratione ſunt.& mox, Cæterùm adeps dum inueteraſcit, ſeipſo & calidior &tenuior efficitur:ac proinde quoq.valentiùs deſiccans. & ferè ſimiliter c.23.lib.1.de cõpoſ. medicam.τῶν ἡμίων,In omni animantium genere iuuenilia perfectis humidiorem humidúſque calidum adipẽ habent.& eiuſdem operis lib.3. cap.7.Adipes temporis interuallo ad maiorem acrimoniã declinant.quod repetit initio lib.7. & alibi ſæpe,vt antè productis multis locis indicaui:nunc autẽ poſtremus hic mihi ſufficiet ex lib.3.de temperam. cap.4. Attendere autem quammaximè oportet ac diſcernere quæ per ſe ſunt,ab iis quæ per accidens, nõ in calidis & frigidis modò, ſed nihilò etiam ſeciùs in ſiccis & humidis: quippe aliqua talium cùm ſiccam ſubſtantiam ſint ſortita, vbi largo calore ſunt liquata, humiditatis phantaſiã præbent,veluti æs & ferrum. Siquidẽ ſi exiguo prædita calore nihilo minùs humida cernuntur, talia eſſe ex propria natura ſunt cenſenda,tametſi cum copioſo calore ſint ſicca. Ergo tum ad hunc modum diſtinguere cõueniet, quæ per ſe ſunt,ab iis quæ per accidens: tum ad hæc ipſa ſpectantibus,eorum quæ poteſtate calida, frigida, humida,ſiccáve ſunt, iudicium faciendum. Non enim ad id quod ſecundùm accidens eſt,reſpicientibus; ſed ad id quod ſecundùm ſe eſt, id quod poteſtate eſt, iudicari debebit. Porrò cõmunis in omnib.vnáq. iudicandi ratio eſt alterationis celeritas. At cùm calidũ,frigidum, humidum & ſiccum dicãtur ὁμωνύμως, quòd ſcilicet alia per id quod exuperat; alia quòd eam qualitatẽ, à qua ſunt denominata,ſummã habeant,in vtrumcũq.horum prõptè vertitur, de quo agitur iudicium, tale poteſtate fuerit. oleum namq. calidum poteſtate eſt, nimirum quòd flãma facilè fiat: eodẽ modo reſina,bitumen,pix,adde etiam & adeps, quo de agimus.

Loco iſti permultos ſimillimos poſſem

Quòd adeps calcat ab experientia.

Omentum ſuo calore iuuat coctionem.

Calida facile inflammantur.

Camphora noſtra cal. ficca.

Pinguis calidum.

Quòd adeps & ſebum calcant.

Renes calidi qui.

Pinguedo omnis cal.ſic omentum.

Omentũ cal, item adeps, & ſigna.

Quòd omentum iuuet coctionem.

Adipis calidi gradus.

Pinguedo cal. hum.

Iuuenilia humidiora.

An per ſe, an per accidens talia.

An alia vel poteſtate talia.

Signum temperamenti talis.

Calida quæ ſint poteſtate.

proferre ex lib. de simpl. medi. facul. sed quis tum ratione, tum authoritate, tum experientia calidam adipem satis demonstrasse videmur, oltq; res non omnino maximi momenti: ideo & plurib. rationib. adducendis, & plurib. locis atque authoritatib. producendis non immorabor: sed ad id quod vnum superest de partib. omnib. similaribus ac simplicib. similiter & simpliciter explicandũ aggrediar. de neruis enim postea supremo loco, dũ cerebrũ replicabimus, simul ac semel trãsigetur, ne bis ac ter idẽ mihi sit repetendũ. licet veteri prouerbio, δὶς καὶ τρὶς καλὰ, vt Plato in Philebo permittit: cuius ego metum prouerbij iure, tum philosophi authoritate, liquando bis térve idem à me inculcari aliquis morosus & fastidiosus obiiciat, queri pudens ac prudens combor. quamquam à τὸ ταὐτολογίᾳ, quantum potero, nisi necessarijs inductus causis, mihi duco abstinendum.

Transitio.

Bis térque pulchra.

Ne exosus fatic.

De medulla, CAP. XIII.

Adipis & medullæ affinitas.

OMnino affinis & ortu & generatione & temperamento & facultate est adipi medulla, vt ex dictis & dicendis facile erit colligere atque intelligere. μυελὸς autem à Græcis dicitur, fortè ἀπὸ τοῦ μύειν, quòd intus clausa sit, nempe in ossib. occulta & inclusa: ἀπὸ τοῦ μυεῖν τὸ ἔνδον εἶδος, μυελὸς τε ὤν, aut quòd in loco penitiore obuoluta & recondita sit. Quorsum etiam Latinæ vocis origo spectat: medulla enim dicitur, quasi meditullia, quòd in medio siue meditullio ossium seruetur condita, quos demùm dicetur in vsus.

μυελὸς, medulla, vnde dicatur.

Medullæ natura, & vsus.

Est verò medulla propriè dicta (nam & cerebrum & spinalis medulla huic etiam accenseri solent, vt postea dicemus vbertim) pars similaris ac simplex, mollis, liquida, fusilis, calidahumidáq. pinguis, dulcis, sapida, subalbicans, interdum rubescens (vt in animalib. nõnullis videre est, & postea notabitur) in homine potiùs parti gignenti concolor, ossi nempe, à quo & demutatur & recõditur & asseruatur conficitúrque, vt illi in alimentum cedat, vti olim docui, & mox repetã: sed ipsa tamen & sensus & motus ex se expers, sicuti & nẽruorum. Huic origo est non à semine, quanuis albicet (quanquam si à semine ortus est ossium, ab eodẽ & medullæ esse originem haud absurdè dici potest, ac de cerebro nulla dubitatio est, vti patebit) sed potiùs & certiùs à sanguine, quem venulæ per foraminula ossium traiectæ, interdũ per ampla eorundẽ foramina satis insignes illæ (sicuti de maxillis ex Hipp. dicetur) intrò conniuentes eructant ac deponunt ipsis ossib. futurum alimentum, & eorundẽ natiuam siccitatem aridítatémq. temperãs atque emolliens, frangiq. motu citatiore aut violentiore prohibens. Quanquam vt in homine nonnulla ossa solida nullam intus cauitatem relinquunt, velut futurum medullæ asseruandæ penum: sic in pleríque animalib. siccis calidíq. & farino victu gaudentibus, ossium solida compago si non omnium, at complurium saltem, nullis intus excauata scrobiculis, omni medulla carere creditur, vt aliquando Aristoteles de omnib. leonum ossib. visus est asserere: sed postea rẽ expensa, quibusdã ex iis inesse manifestè confessus est, vti paulò pòst demonstrabitur. Et verò ijs ossib. vnde alioquin erit suũ alimentum? vnde pabulum? vnde glutinum? fracto enim istiusmodi ossa solidari & occalleſcere negentur. qualia fere in veterinario genere conspicimus, & magno sæpe dãno experimur.

Ossium alimenti vnde.

Omnino sane augeri ossa, vt forte ad tertium aut quartum vsq; septenarium, aliàs diximus: decrescere autem cum corpore & membris Aristoteles dixit cap. 4. lib. 1. genera. animal. parum probabiliter tamen: ali verò toto illo incrementi tempore necessũ est; si non à medulla conspicua, & in cauernulis illis recõdita; salsẽ humore glutinoso quodã, lento & tenaci, & portione quadã sanguinis per venulas ilsdẽ insertas lente allabentis ac resudantis, & longo pòst tempore assimilari, vti nuper ostẽdimus. Qualiter in arboribus conspicuas venularum fibras cernimus, per quas attractum & exuctum è terra alimentũ sibi assimilant: quo deficiente, in κάματον incidunt, suum sibi senium, & connatam certam mortis causſam: neque arbores modò, sed etiam saxa & cautes & rupes durissimæ, per sibi traiectas ac diductas venulas alimentum idoneum è terra fugunt & cõuehunt: alioquin intra longum tempus resiccandæ, & in puluerem friabiles euasuræ. quæ tamen an incrementum & augmentum à terra altæ accipiant, alibi inquisiui, atque ita esse cõprobaui. Si enim à terra aluntur, quid erit incommodi, si & ab eadem incrementum capessere dicantur? Sic natura sagax & prouida quicquid genuit, eidem etiam vt si ac superfit, idoneo & conuenienti alimento appositio prouidit. sic dẽtes humore quodam saliuoso, albido, crasso nutriuntur, quem eadem natura in superioris & inferioris maxillæ cauernis alueolisq. recondidit. sic eadem animalib. cornigeris materiam cornuum alendorum augendorúmq. in ossib. frontis spongiosis sepposuit. sic hominis cranio non vsquequaq. solido, atque nonnusquam cauernoso ac diploën habẽti venulas insinuauit, per quas illud ali queat, atq; olim ad iustũ incrementum augeri. quibus ne ipsa quidem spondylorum ossa & vertebræ caruerunt, per venulas insertas alendæ potiùs, quàm per contentam intus medullam spinalem: quamquidem alios longè præstãtiores in vsus, sicuti & cerebrum eidem ipsi cognatum eadẽ sapiẽs natura vel Deus potiùs reseruauit: qua de re plura posthàc. Nam de seminali origine & natura dixi non ita pridem, atq; Hippocratis, Platonis, Timæi & magnorum virorum opinionem eluſi (cum omni tamen modestia) qua illi perhibẽt, à cerebro esse seminalem scaturiginem. in quo nutat Lactantius cap. 12. lib. de opificio Dei; Ipsum semen quidam putant ex medullis tantùm, quidem ex omni corpore ad venam genitalem confluere, ibiq; cõcrescere. sed hoc humana mens quomodo fiat, non potest comprehẽdere. quod tamen tam euidẽter demõstrauimus antehàc, nullã vt dubitationi

Ossium incrementi terminus.

Ossa quomodo alantur. A simili.

Mors plantarum vnde.

Plantæ & saxa quomodo alantur.

An lapides in terra augescant alendo.

Dentes qui nutriantur.

Cornua vnde augescant.

Cranium & spina dorsi qui alantur.

Digressio.

An cerebrũ sit origo seminis.

Lactantij dubium.

Non omnib. ossibus inest medulla.

Medullæ origo & generatio, vsusque.

locum reliquerimus. Et tamen ſententiam illam quamuis abſurdam cùm Poëtæ optimi imitatores inaudiſſent, ſuis illam carminib. inſeruerũt. Hinc eſt de medullæ ignib. & oſſium flammis frequens apud illos querimonia.

Poëtæ putãs ſemen ineſſe medullis.

— eſt molli flamma medullas, ait Virgil. 4. Æn. & ibidem, *— caco carpitur igni.* item,
— agnoſco veteris veſtigia flammæ. item,
— animum inflammant amore. item,
Ardet amans Dido, traxitq; per oſſa furorem.

quib. verbis & verſib. Græcis Latiniſq. metonymos cauſſam amoris & voluptatis effectricẽ, ſemen videlicet in oſſib. contineri, & medullis confundi, & in coitu medullas ipſas effundi ipſi crediderunt, & vulgo ignaro perſuadere voluerunt. Vt autem catena catenam, ſic error errorem trahit, atque à Poëtis malis ſæpe pædagogis, & à poëtica ductam erroneam opinionem deinceps prophanum vulgus arripuit: nempe ſeminalem originem in oſſib. eſſe, & medullam oſſium frequenti coitu exhauriri, eſſéq. ſemẽ nihil aliud, quàm oſſium intimam medullam. Inde iſtis elumbib. & in venerem pronis ac putribus, & frequentiore coitu languidis, medullarũ ex animalib. vſus expetitur: oſſa quatiunt, elidũt, eliquant, exugunt, emedullant denique, vt quis dicat, ſarciendæ videlicet ſeminis iacturæ. cùm tamen è medullis non ſit admodùm laudabile alimentũ, Galeno teſte cap. 9. lib. 3. de aliment. facult. Medulla nauſeã prouocat, ſi liberaliùs ſumatur, quemadmodum & cerebrum: nutrit tamen & ipſa, ſi probè cõficiatur. Eſt tamen oſſium medulla cerebro dulcior, iucundior, ac pinguior. &c. Sic facilè eſt vulgo imponere & rudi & ſtulto & inſipienti. *O ſeclum inſipiens & infacetum!* vt Catullus exclamat. Sed quid facias, vbi ſiquis rectè moneat, nemo ſit qui credat, nemo qui obtẽperet? Eant nunc iſti Luperci venere exhauſti, elumbes, eueruati, effœti, languidi, & medullam abſumptam largo medullæ eſu rependant ac refarciant. ne cerebro & oſſibus ſemel inanitis, ac in venerem profuſis, euadãt tandem excerebrati, emedullati, dementulati. Fallor, ac dementatos volui dicere: priùs enim venus illis mentẽ quàm mentulam ademerit, aut quàm cerebrum, aut medullã abſumpſerit. Sed iſtos relinquamus ſuæ nequitiæ & petulantiæ atque libidini ſeruire: niſi ſano conſilio ac temperantiq parêre animum inducant: alioquin ſera, ſed vera pœnitentia coërcendi & emendandi: quando magno ſuo malo dãnóq. & irreparabili iactura, facto de ſe periculo, verum illud cõprobabunt, quod à viro bono & ſapiente Catone ſene dicitur apud M. Tulliũ; Libidinoſa & intẽperans adoleſcẽtia effœtum corpus tradit ſenectuti. aut illud Poëtæ 5. Æn.

An ſemen è medullis hauriatur.

Poëta, malis pædagogis.

Vulgi error de feminis natura.

Ironia in veneri deditos.

Medulla quale alimentum præbeat.

— frigent effœta in corpore vires. aut vt Perſius ſatyr. 1. *En pallor ſeniúmq.* & Iuuenal. ſaty. 1.

Hinc ſubitæ mortes atque inteſtata ſenectus.

Vnctuoſæ in venerẽ.

Quod cõſilium tum iis vtile futurum eſt, qui cœlibes degere malũt, quò liberiùs libidinem expleant, genióq. indulgeant: tum adeo & ipſis maritis, qui vel vt propriæ inſeruiant libidini & cupidini, vel alienę vt obtẽperẽt voluptati, & inexplebili vxorum deſiderio ſatis faciant (ſimodo queãt, quia os vuluæ nunquam dicit ſufficit, ait mulieroſus ille atque vxorius apud Salomonẽ, inter inſaturabilia vuluam numerans Prouerb. 30.) & venas & loculos & oſſa & cerebrum, vt putãt, & quicquid eſt vſquam ſemine turgeſcẽs ac diffluens, exinaniunt atq; exhauriunt, ſibiq. immaturum ſenium, & morbos graues, vel adeo mortem intempeſtiuam accerſunt atque accelerant. vt etiam animis labem inde affricari ſciant, ſimodò Auguſtino credimus dicenti; Ardentiorem amatorem, etiam propriæ vxoris, adulterum eſſe. item, Coniugalis concubitus generandi gratiâ non habent culpam: cõcupiſcentiæ verò ſatiandæ, ſed tamen cum coniuge, propter fidem tori, venialem habet culpam. adulterium verò ſiue fornicatio, lethalem habet culpam, ait cap. 6. lib. de bono coniugali. ſed de his alias potiùs opportuniúſque, ad phyſicos veniamus.

Adulterium in proprium vxor. quo.

Culpa etiam in thalamo nuptiali.

EX HIPP.

HIppocrates lib. de carnib. Ex oſſib. capitis ac maxillarum, incremẽtum ſit glutinoſi, & quod ex pingui ineſt, à calido exſiccatum exuritur, & fiunt dẽtes reliquis oſſib. duriores: quia nihil frigidi ineſt. & paulò pòſt, In maxilla venæ ſunt, & hæ huic oſſi ſoli inter omnia oſſa, ex inferno ventre alimẽtum præbẽt. Oſſa verò tale augmentum dant, qualia exiſtunt: ſed & alia omnia talia augmentum reddunt, qualia ipſa exiſtunt. ſed idem clariùs lib. de natura pueri; Oſſa caua exiſtentia trahunt ad ſeſe à carnibus, quod in ſanguine eſt pinguiſſimum. medullam his verbis deſignãs & præpinguem & ex ſanguine genitam & ab oſſib. demutatam ac dealbatam & iiſdem reconditam, atq; adeo iis in alimentũ ceſſuram. ſic paucis verbis plurima complexus, generationem, materiam, cauſſam efficiẽtem, finalẽ, ſiue vſum *medullæ*, quo de vſu ſic idem breuiter rurſum *lib.* de alimento; Medulla, alimentũ oſſis: propterea callo obducuntur. ſed de ſpinali & cerebrali medulla poſtea.

Oſſium & medullæ origo vnde. N. contra Plat.

Medulla natura.

EX PLAT.

PLato in Timæo oſſium & carnis cæteroruṁq. eiuſmodi generationis initium vni medullæ tribuit: non tamen ſatis appoſitè, ſi vera ſunt quæ diximus, & ſi rem ſatis acutè medici peruiderunt. non enim his medulla generationis initium prębuit, ſed ipſa potiùs ab illis accepit, vt nuper ex Hipp. diximus. ſed tamen hunc audiamus dicentem. His (inquit) omnib. medullæ generatio initium præbuit. vincula enim vitæ illius, quam anima corpori iuncta ducit, applicata medullæ, ex eáque per omne diducta, vinciunt fulciúntq. corporis noſtri conſtructionem. ipſa verò medulla eſt ex aliis generata. vbi mox generationem medullæ de triangulis Pythagorico more componit, indéq; totius generationis animalium ſementem ac fomitem deducit, ſeméq. intra oſſa contineri & tutò aſſeruari profitetur. qua de re nos alibi.

Plato medullam pro ſemine habet. falſò.

EX

EX GAL.

Ossa vnde alantur, quéq. modo.

GAlenus tamen ſub finem lib.9.plac.Hipp. & Plat. oſſa nutriri à venis tradit, quæ ad ſingula pertingunt: ſiue ipſe ita ſentiat, ſiue hanc ſententiam Platoni affingat. namq. idem ſub finem lib. 3. de facult. naturalib. dixit, & lib.8. plac. Hipp. & Plat. repetiuit, Oſſa quo nutriantur, numeroſa quæ intercedat mutatione egent: eſtque qualis carnibus ſanguis, talis oſſibus medulla: ſcilicet in iis quæ parua ſunt, ſinúſque expertia, cauernulis eorum inſperſa: in magnis verò, & quibus ſinus non deſunt, vtique in ipſis collecta. quam ſententiam vt veram & rationi conſentaneã antehàc arripui, cùm de oſſibus agerem, & idem Gal. repetit lib.1. de vſu partium, & alibi nonnuſquam. & eiuſdem operis lib.11.cap.18. In commentariis de facul.naturalib. demõſtrauimus, ait, medullam oſſibus proprium eſſe alimentum, & oſſibus cauitate carentibus tale quiddam in eorum cauernulis contineri. poſtremò neminem admirari oportere, ſi medulla eſt craſſior eo ſucco, qui in cauernulis habetur: quanquam eiuſdem vſus gratiâ hic extiterit. Ea igitur eſt cauſſa, cur quæ oſſa ſunt caua, medullam habuerint. ſed de iſtis nos iterum, vbi de oſſibus, & pridem antea, vbi de chylo & partib. nutritoriis. Vt tamen facile ſit locos iſtos in ſpeciem pugnantes conciliare. aluntur enim oſſa reconditis intus medullis, quæ olim ſanguis fuêre: aluntur eadem & ſanguine, qui vi coctrice & aſſimilatrice oſſium in medullã priùs fuit conuertendus. & tamen vtique tum hoc, tum illis aluntur mediatè, vt quis dixerit, vel immediatè. ſed paulò pòſt ad Gal. reuertar.

Oſſium alimentum.

Conciliatio locorũ, quòd oſſa alantur ſanguine & medullis, qui

EX ARIST.

Oſſa quo nutriuntur.

ARiſtoteles de alimento oſſium ita inquirit lib. de ſpiritu; Quapropter diligens hìc eſt inſtituenda inquiſitio. & ſi omnino in oſſe initiũ cõſtituatur, vt ex hoc potiùs nerous, quã è neruo os ipſum, alimẽtum capiat: quomodo igitur ad oſſa tandem alimentum aduehetur, aut meatus è vena arteriáve ad ipſum tendens quis erit? id enim in pleriſque obſcurum erit, tum ad ſpinam maximè quiſnam deriuetur? Deinde quæ ab oſſibus ad latera committuntur, quomodo è ventre deriuentur, & attractio quo pacto fiat? an plura habentur abſq. chartilagine, velut ſpina? ſed non vt motum exerceant, hæc ſunt, magiſq. continuationis gratiã. Sed & ſi è neruo os alatur, nerui alimentũ nouiſſe oportet. cæterum nos affirmamus è muco illis adhærente eoſdẽ ali. verùm hac de re nos haud ita pridem. Porrò medullam inter partes ſimilares humidas reponit capite ſæpe citato, nempe 2. lib. 2. part. animal. idémq. lib. 3. hiſtor. animal. cap. 8. eius naturã ſic exponit; Oſſium animalis eiuſdem alia medullam intra ſe continent, alia minimè. ſunt nonnulla quæ ſuis in oſſibus nullam omnino habere medullam videantur, vt leo, quòd admodùm exiguam ac tenuem habeat, eámq. in paucis oſſibus, ſolis enim inferiorib. atq; brachiis. Cõſtat profectò leo præcipue omnium animaliũ oſſib. ſolidis:

Medulla, pars ſimilaris.

An oſſa omnia habeant medullam.

A ſunt enim adeo dura, vt ex eis concuſſis ignis velut è ſilice elidatur. & eiuſdem libri cap. 20. Medullæ rationem illis addere debemus: nam ea quoq. humidis annumeranda generibus in nonnullis ſanguineis animalib. eſt. omnia verò quæ ſuapte natura humida in corpore ſunt, conceptaculis quibuſdam tanquam vaſculis continentur, vt ſanguis in venis medulla in oſſibus, alia in mẽbranis aut cutib. aut ventrib. Nouellis adhuc animalib. medulla cruenta admodùm eſt: ætate prouectis, vt adipe pinguiſcẽtibus, adipem trahit; ſic ſebo deputatis generib. ſebum præ ſe fert. Sed quanquam medulla nonniſi incluſa oſſib. eſt: tamen non oſſa omnia medullam intra ſe cõtinent, ſed ea tantùm, quæ caua habentur: tametſi ne ipſa quidẽ omnia continent. Oſſa enim leonis partim nullam, partim admodùm exiguam habent. quamobrẽ nullam omnino medullam leones habere nõnulli putarunt, vt dictum eſt. Quanquam de oſſib. leonis ſic idem diſtinctiùs ſermonem explicat, & de medulla hiſtoriam perſequitur lib. 2. part. animal. cap. 6. Sed medulla etiam natura quædã ſanguinis eſt, nõ vt quidã volunt, vis genituræ ſeminalis. patet hoc in iis, quæ nuper in lucem prodierint: medulla enim in oſſib. quoq. eorum ſanguinea continetur, vtpote cùm omnes corporis partes ex sãguine conſtent (quod iam antè quodam problemate oſtendimus) & partui alimentum præſtetur à ſanguine. Sed per incrementum coctionémq. efficitur, vt quemadmodũ cætera membra, ſic viſcera quoq. immutentur colore: per copiam enim ſanguinis, viſcera etiã cùm recẽtia adhuc ſunt, colorem ſibi ſanguineũ trahunt. ſic etiam medulla afficitur, & pinguis in pinguib. animalib. eſt, atq; axungiæ ſimilis. at quib. ſanguis nõ pinguedini, ſed ſeuo ſimilis per cõcoctionẽ euadit, iis medulla ſeuo ſimilis eſt. Quamobrẽ vt cornigeris animalib. nec vtrinq. dentatis, medulla ſpeciem gerit ſeuiſic vtrinq. dentatis atque multifidis pinguedinem refert. Sunt ex animalibus, quæ nullam cõmentatione dignã medullam habeant, videlicet ea quib. oſſa robuſta & ſolida ſunt, vt leoni. eius enim oſſa quòd exiguã admodùm & perobſcuram medullam continent, carere omnino medulla videtur. Sed cùm oſſium naturã ineſſe animalib. neceſſe ſit, aut quod oſſib. proportionetur, vt in aquatilib. ſpinam: fit neceſſario vt nõnulla habeant etiã quod pro alimento contineatur, ex quo oſſa cõſiſtant: alimentum autẽ omnib. eſſe ſanguinem dictum iam eſt. Seuoſas etiam & pingues eſſe medullas ratio eſt: repor enim, quẽ oſſium complexio facit, ſanguinem concoquit. In iis autem quæ oſſa ſpiſſa firmáque habent, non tamẽ partim nulla, partim exigua ineſt medulla: alimentum enim in oſſa abſumitur. Eſt igitur medulla, alimenti ſanguinei quod id oſſa ſpinámve diſtribuatur, cõcrẽtúq. excrementum. ibidẽ mox ſequenti capite medullam calidam eſſe plurib. cõſtare profitetur: contrà cerebrũ frigidum, de quo nõ. ita multò pòſt. cui ſubſcribit Plin. lib. 28. c. 9. Idem verò

Oſſũ leonis proprietas.

Medullæ natura.

Humidorũ receptacula.

Medullæ color qui variet.

An omnibus oſſibus inſit medulla.

An leonibus inſit medulla.

Medullæ natura contra Plat.

Quòd medulla ſit à ſanguine.

Medullæ qui immutetur.

Medullæ color & conſiſtentia quæ variet.

An leoni medulla inſit.

Oſſa vnde alantur.

Medullæ natura & concoctio.

Medullæ quid, & eius temperamentum.

Plin. lib. 11. cap. 37. Aristotelem suum secutus A ita scribit; Et medulla ex eodem videtur esse (de adipe loquitur) in iuuenta rubens, & senecta albescens. nõnisi canis hæc ossibus, nec crurib. iumentorum aut canum. quarę fracta nõ ferruminantur, quod defluente euenit medulla. Est autem pinguis iis quib. adeps, leuosa cornigeris: neruosa & in spina tantùm dorsi, ossa non habentibus, vt piscium generi. vrsis nulla: leoni in femorum & brachiorum ossib. paucis exigua admodùm. cætera tanta duritia, vt ignis elidatur velut è silice, & iis dura quæ non pinguescunt: asinorum ad tibias canora. Verùm quod cap. 18. lib. 7. memorat, parum credibile videtur; Concretis quosdam ossib. ac sine medullis viuere accepimus: signũ eorum esse, nec sitim sentire, nec sudorem emittere. hæc ille.

Medulla color qui variet, item consistentia.

Quæ ossa nõ ferruminentur, & quare.

Medulla qualis in brutis.

Medulla quib. nulla, & signum.

EX GAL.

SEd reliqua de Galeno colligamus, quiquidem sic ferè Aristoteli subscribit lib. 11. de vsu part. c. 18. Vbi os medullam habet, eius finibus vtrinq. caput instar operculi cuiusdam vt plurimùm videas adnasci. & tamen maxilla interior medullam habet, cùm eiusmodi substantiæ superior sit expers. nullũ verò paruum os medullã habet, quòd sinum nullum habeat cõmemorabilem ac magnum, sed cauernulas duntaxat, easq. exiles atq; angustas. In omnib. verò imbecillioribus animantib. ossa sunt laxiora ac caua magis, fortioribus verò densiora ac conferta magis fuerunt: natura, opinor, id agente, ne instrumentis imbecillis magna appenderet pondera. proinde quæ musculis ac neruis sunt robusta, dẽsiorẽ ac durioré ossium habent substantiam. quia & leo qui omniũ est ferocissimus ac fortissimus, ossa omnia medullæ expertia habere creditur. re enim vera cætera eius mẽbra omnia talem euidentissimè ossium habent substantiam: in femoribus verò & siquis alius id genus est artus, obscuram ac tenuem per medium ipsorum peruadentem cernes cauitatem. idem initio lib. 1. de motu muscul. medullæ naturam sic distinguit à rhacitide. Medulla quæ in ossibus est, humida & propemodùm fluxilis est: maximè verò ipsius mollẽ substantiã assimilare pinguedini posses. Quapropter nec exoriri ex hac medulla neruum aliquẽ inuenies neq; mollẽ neq; durum. quin nec cerebri & medullæ spinalis tegumẽtis operta est: nec præterea arteria atque venæ intexunt eam. itaq. nullo pacto cerebro & medullæ spinali similis est, nec est ipsi nulla communicatio cum musculis. de altera tu cõtraria intellige. Portò author finitionũ medicinalium ita definit; Medulla in ossib. est eorũ cauitatib. contenta pinguis ac sensu vacans. Iterum author anatomiæ viuorum; Medullam quidam existimant esse membrum, cùm mihi dubium sit. mollis est in substantia vnctuosa, quoniam mediante eius virtute sustẽtatur. Sed genuinos Galeni lib. potiùs scrutemur, is li. 2. de tẽpera. cap. 3. medullę tẽperamentum inquirit, & cum cerebro ac spinali medulla cõparat, vt postea producam, & iam ex lib. 1. de motu muscul. produxi.

Medulla receptaculũ.

Ossib. quib. desit medulla.

Ossium natura qui variet in mutis animalibus, & ratio.

Leo an medullam habeat, & vbi.

Medulla temperamentum, & consistentia.

Differentia medullæ à cerebro & rhacitide.

Medulla quid, & eius natura.

EX FERNEL.

INter recentiores Fernelius de medulla ita Arist. & Gal. succinit cap. 15. lib. 1. physiolog. Medulla in maiorib. ossium capacitatib. concrescens non minùs consistit quàm adeps. at maximè durescit quæ in spinæ fistula continetur, eóq. magis, quò longiùs à cerebro profluxerit, de quib. non ita multò pòst. Itaq. quib. animantib. ossa non vt leonum vel aquilarum robustissima & solidissima esse debuerunt, maxima his interior capacitas interiicitur, cuius gratiã cum duritie lenitatẽ quandam ad motũ sunt consecuta. non tamen inanis ea derelicta B est, sed medulla multa refercitur, quæ ex communi ossium alimento per tenues venas eò penetrantes affluente, illic conditur atq; reponitur: quæ deinde sensim multóq. tempore præparationem accipiens albescit atque concrescit, dũ sit idonea ossũ nutriẽdo: cuiusmodi in humerorum, brachiorum, femorum atque crurum ossibus plurima comperitur. reliqua omnia in quib. ingentes illæ cauernæ non insunt, seu quòd gracilia, seu quòd minùs ad motum sint necessaria, in laxitatibus exilibus humorem concludunt medulla quidem liquidiorem magisq. fusum, sed qui tamen illi proportione quadam respondet. iterúmq. lib. 1. cap. 2. De medulla nihil ambigi potest, eã quæ in spinæ fistula tenetur, non aliter quàm cerebrum, corporis partem esse: quandoquidem non vsu modò, sed proprio quoq. perfungitur munere, & vitam habet, cuius ope trahit & in se recondit alimentum. Cæterùm quæ in exilibus ossium cauernis est, vt liquidi humoris speciem ostendit, ita non pars corporis est, sed ossis alimentum, quod à sanguine primùm deductum, ab illius natura mox deficit, sensimq. mutatum in ossis naturam tandem facessit. Similiter quę maiores implent ossiũ laxitates, vt crurum, vt humerorum, quanquam firmior solidiórq. subsistit, alimentum tamen est ossis, tanquam commeatus aliquis congenitus datúsque ab ortu: propterea quòd ossis soliditas non facilè aliud sint extrinsecùs intrò commeare. Medulla quidem vi ossis atque tepore albescit & concoquitur, raptáque sensim in ossis naturam absumitur. Quod igitur in ea laxitate manet tanquam superabundans ad futuram necessitatem, id medulla est: quam Aristoteles concoctũ excrementum (sic vocãt succum corporis superuacaneum) appellauit: E non tamen inutile & reiectaneum. quamobrẽ decepti videntur, qui vt aduersas sententias in concordiam adducerent, medullæ partẽ alteram vtilem, inutilẽ alteram, totam verò partim alimentum, partim excrementum esse prodiderunt. Ea ne præpropere desit, illapsi extrinsecùs alimẽti subsidio sustentatur, eo indicio, quòd quæ in iuuentute rubro colore perfusa erat, & sanguineo, ætatis progressu alba fit, & vt reliquum corpus, adipata. Cæterùm illius nulla est vera nutritio, neq; sanguinem prælectat, sibiq. iungit, quòd vita nulla constet, vt neque sanguis, neque quisquam alius humor. hæc ille.

Medulla.

consistentia.

Ossium natura, & medulla excrementum, ac generatio.

Medullæ color & vsus.

Ossa quibus alantur, & quid contineant.

Medulla an sit pars corporis, & quæ.

Medulla originis vsus.

Medulla qui generetur.

Medulla an sit excrementum.

Contraria de medulla sententia.

Medulla vndealatur, & qui mutet colorem.

Digitized by Google

EX VESAL.

VEſal.lib.1.c.1. de medulla oſſiũ ita diſſerit omnino probabiliter; Sunt quædam oſſa planè ſolida, neque quouis pacto effracta, interiùs cauernulis ſinibúſve obſita videntur. nonnulla verò exteriùs quaſi continua cruſta aut lamina obducerentur, ſolida apparent, ſed effracta, quędam paruis tantùm ſinib. cauernuliſq. cõpactiſſimæ ſpõgiæ vel leuiſſimi pumicis foramina quãproxime referẽtib. intus oppleta cernuntur, quandam exſiecati fungi ſpeciem exprimentia. quædam verò præter has cauernulas, nulla ſerie aut numero poſitas, amplum aliquem & inſigniter cauum oſtendunt ſinum, qui ſolidiſſima validiſſimáq. oſſis ſubſtantia circundatus, in extremis angulis, oſſeis veluti lineis interſtinguitur. hunc ſinum ſingula oſſa, quib. obtigit, vnicum ferè adipiſcũtur (maléq. Gal. oſſa digitorum ſolida cõſtituit, cùm huc referenda ſint) Dentes autem, qui omnium oſſium facilè ſunt duriſſimi, huius generis ſinũ quoq. obtinent, ſed interim dictis nuper cauernulis & pumicis modo effoſſis foraminulis prorſus deſtituũtur. Maiores iſti ſinus, & illa pumici ac fungo non abſimilis cõſtructio oſſib. contigerunt, cùm quò motus nomine, quum neceſſariò magno alicuius vſus occaſione craſſa, aut alioquin grandia eſſe debuerunt, leuiora redderentur: tum vt medullam, proprium ipſorum nutrimentum illis continerent, aut priuatim aërem aliquámve peculiarem materiam (vt frontis os & temporum oſſa) præter medullam amplecterentur. Neq; ſolùm in maiorib. iis oſſium ſinibus, vt quiſpiã fortè arbitraretur, medulla reponitur; verùm illæ etiam ſpongiæ modo extructæ cauernulæ, nõ minùs quàm inſigniores illi ſinus, medulla infarciuntur. Præter cauernulas & ſinus, quib. oſſa intus ſcatent, quædam etiam amplis foraminib. ſunt peruia, quò põdere minùs grauẽt. alia autem paruis pertorantur foraminibus alia exteriùs ac in ſuperficie nullũ, quod ſenſu dignoſcitur, foramen cõmonſtrant. nõ paucis autẽ oſſib. foraminula obtingunt, quę exteriùs ac in ſuperficie ſunt cõſpicua, non tamen vniuerſum os penetrant, ſed tantũ venis & arteriis craſſiora oſſa ſubeuntib. præparantur. ſed hæc ad oſſa potiùs pertinent, & eorum differẽtiam, de quib. pridem egimus, quantum huic inſtituto conueniebat. vt tamen pro modo cauernulæ vel rimulæ aut foraminis quãticumque, parem medullæ quantitatem ineſſe credas.

Oſſium differentia in cauitatib.

Medullæ receptacula.

Dentes an cauernulas habeant.

Oſſa cur intus caua.

Medulla vſus.

Medulla receptacula.

Oſſium cauerna & foramina quorſum.

Portò medullæ vſum in externis, vim & differentias pro diuerſorũ animantiũ genere, Gal. tibi percenſebit lib. 11. facul. ſimpl. medic. c. 5. & lib. 2. ad Glauc. c. 5. & lib. compoſ. medic. κατὰ γένη, κατὰ τόπους, ac de medulla vt alimento, iam memini ex c. 9. lib. 3. de facul. alim. Verùm iſta ſunt ab hoc inſtituto aliena, quia de medulla hominis ſolùm ſpeculamur, quam exeſſe licet nemini: ac ſi liceat, ne guſtare quidem ſuſtineat. Quanquam Gal. amico cuidam imprudẽti & ignaro deguſtatã in hoſpitio quodã peregrinanti humanam carnẽ memorat lib. 10. c. 2. de ſimpl. medi. facul. Siquidẽ carnes ſuum humanis ſunt ſimiles, ait. comperti enim ſunt hoſpites & coqui cõplures, qui humanas carnes pro ſuillis venderent: tametſi qui eas ediſſent, nullum omnino diſcrimen percipere potuerint. Quin & ipſe narrãtes audiui viros fide dignos eſe in diuerſorio publico ius eſitaſſe delicatũ cum carnib. ſuauiſſimis. cæterũ cùm iã penè ſaturi eſſent, inueniſſe digiti partẽ anteriorẽ, quæ videlicet ad vnguẽ eſt: quo perculſi ac metuentes, eos qui agebant in diuerſorio, ne ſcilicet ſe quoq. vorarent, ceu ei rei aſſueti, protinus quidẽ illinc exiere, ac vomitu reddito quę ederãt, ita iter denuò ingreſſi ſunt. Sed & in ipſo facinore homines mactantes deprehenſos non ita multò pòſt referebant. ibidẽq. Gal. proœmio lib. 10. Xenocratẽ talia ſcribere auſum meritò culpat. At noſtro ſeculo Lutetię caupo quidam de pendulis ſuſpendioſorum carnib. ac lacertis farta artocreata popello diuendebat inſcienti, nouo ille quidem ſupplicij genere truciq. pro merito affectus atq; tortus. Sed iſtã feritatẽ animus hominis exhorret atq; auerſatur. niſi forte fuerit ἀνθρωπόφαγος aut Polyphemus aliquis, vel de Læſtrigonũ gente, aut Scytharũ, aut Cyclopum reliqua ſoboles: aut quales nunc memorantur Canibales & Tupinẽbaldi, ſimiliáq. hominũ mõſtra priſcis inaudita ſeculis, & noſtro penè æuo, nauigantium audaci ac periculoſo facinore, atq. orbis perluſtrati exantlato ambitu, paucos iſtos ante annos inuenta, nondũ tamen planè domita, aut ad humanã mentẽ & manſuetudinẽ, melioremq. frugẽ, imò neq. ad Dei cognitionẽ cultúmq. à ferino & planè barbaro horridóq. victu, & à belluina natura religioniſq. contẽptu cõuerſa atq; traducta. Rectè tamen Horat. ode 3. lib. 1.

Humana carnis cum ſuilla affinitas.

Ab experiſtis.

Mirum.

Hiſtoria.

Anthropophagi qui.

Hiſtoria.

Nauigantiũ audacia, & peritula.

Ille robur & æs triplex
Circa pectus erat, qui fragilem truci
Commiſit pelago ratem
Primus: nec timuit præcipitem Africum
Decertantem Aquilonibus,
Nec triſtes Hyadas, nec rabiem Noti,
Quem mortis timuit gradum,
Qui ſiccis oculis monſtra natantia,
Qui vidit mare turgidum, &
Infames ſcopulos, Acroceraunia!
Audax omnia perpeti,
Gens humana ruis per vetitum nefas.

Humanæ temeritas.

Verũ de iſtis alibi cõmodiùs, ſunt enim huius loci aliena, & velut παίγραφα: ac potiùs τῷ ἔργῳ quod nobis reſtat, agamus. Ex vniuerſo autem partium ſimilariũ tum ſolidarum, tum humidarum numero, poſt Ariſt. & Gal. propoſito, vna vel duæ tréſve ad ſummum partes ſuperſunt, ſimul ob affinitatẽ & cognationẽ ſedulò expendendæ, & poſtremo loco explicandæ, atq; pro ſua dignitate, quoad eius fieri à nobis poterit, expoliendæ & expediendæ, videlicet cerebri & ſpinæ dicta medulla, atq; ab his orta multiplex neruorum ſenſus & motus authorũ ſoboles & propago. de quib. vbi tandẽ dixero, finem Θεῷ τῷ huic immenſo ac multiplici operi imponam. à tali autem quodam oppore tunè videor auſpicaturus exordio.

Tranſitio.

ANALOGIÆ MICROCOSMI AD MACROCOSMON

LIBER DVODECIMVS.

De cerebro & partibus eiusdem, aut alioquin exortis.

CAPVT I.

In quo analogia capitis cum orbe cæleſti deſignatur.

Similitudo.

QVemadmodum ſolers ac prudens architectus, poſt exædificatam totam, reliquam domum aut ædē aliquam, iactis primùm altis & ſolidis fundamentis, deinde muris ac parietib. altis & rectis excitatis, tum diſtegis, tum triſtegis per contignationes validas tranſuerſim, recte & oblique firmatis ac ſolidatis: tum tecto deſuper inſtrato totum ædificium operturo: poſtremò colophonem operi ſuperimponit (quod ideo Græci κορωνίδα ἐπιτιθέναι dicunt) & ſupremo faſtigio ſuum velut opus coronat. Sic nos poſtquàm totis animi corporiſq. neruis, pro noſtri ingenioli modulo & quātulocumq. acumine, atq; haud inerti induſtria, vndiq. conquiſitis & comportatis emblematis, hoc præſtantiſſimum opus (quem hominē dicimus) inſtruximus & compoſuimus, per quatuor ſummas ac præcipuas ſui partes diſtinctū deductúmq. & amplißimè expoſitum, quāuis haud ex merito expolitum & exornatum: hoc videmus tanto ac tali operi ſupereſſe, ſupremam vt illi coronidem imponamus, & vnde olim ſumpſimus dicendi exordia, inde finem dicendi faciamus. Vbi ſiquid forſan de iamprīdē propoſitis cōtingat obiter attingi ac repeti, id neceſſitati ſermonis continuādi, ac ſeriei diſputationis velut eodem filo contexendæ ac decurrendæ imputari & condonari velim.

Deſcriptio hominis qualis hactenus.

Ordo ſermonis, & analogiæ.

Vt igitur iam inde ab initio analogiam inſtituere placuit microcoſmi ad macrocoſmō, & hoc titulo noſtrum hoc opus iccirco inſcribere; ac per partes ſi non ſingulas ſingillatim, at ſaltē vniuerſaliter vniuerſas, quænam eſſet noſtri proportio ad mundū hunc vniuerſum, anxiè & curioſè anquirere, tū penes eam partē, quæ diuinior eſt & immortalis, tum penes eam quæ ex elementis conſtat fragilibus & caducis: quidque cum diuina natura eſſentiáq. ſimile (ſiquid eſt quod huic cōferri poſſit aut debeat) hominis animus haberet: & quid cum quatuor elementis, noſtræ huius corporeæ compagis, atque vt Græco priſcorum verbo vtar, ἁρμονίᾳ ſymmetria ſtructuráq. & compoſitio cōmune aut affine haberet, differere, atq; oratione lōga licet, clara tamen & perſpicua explicare, contēdimus. Sic etiam nunc ad extremum eadem ſimilitudine in vna noſtri parte & præſtantiſſima & digniſſima ſupremáq. non tam ludere, quàm ſeriò agere viſum eſt, & continuata dein oratione reliqua perſequi adſit modò per Dei gratiam, fauor ille Spiritus ſancti, qui nobis, vt credimus, dux & author operis inchoandi, perA ſequendi, producēdi, continuandi iam inde ab initio ad hoc vſque tempus inuocatus adfuit.

Epilogus tractationis vniuerſæ.

Propoſitio.

Vt igitur totius huius vniuerſi (quem ideo orbē dicimus, Græci κόσμον nomine ornamenti, Latini pariter à perfecta abſolutáq. elegantia, mundum appellauerunt) figura rotunda eſt ac ſphærica, qua nulla alia pulchior, nulla cōmodior, nulla capacior, & quæ ſola omnes alias figuras complexa continet: quæq. nihil aſperitatis habere, nihil offenſionis poteſt: nihil inciſum angulis, nihil anfractibus, nihil eminēs, nihil lacunoſum, vt Tullius depingit lib. 2. de natura deorum ex Platone; vel vt breuiùs Timæus Locrus Platonis archetypus, σχημάτων πάντων τὸ ὅμοιον πρωτεῖον, globoſa figura reliquis perfectior eſt: quod Tullius repetit lib. de vniuerſ. eſt autem forma illa omnium elegantiſſima, eius quē nouo forſan, ſed appoſito nomine μικρὸν κόσμον auſus ſum appellare. Sic in iſto μικροκόσμῳ, quem hominem hactenus deſcripſimus, & ſuis vt aiunt, coloribus depinximus, alter etiam velut minor mundus, ὁ τὸ μικρὸν μικρόκοσμον, ὡς τύπῳ, quaſi mūdulus, vt ita dicā, elucet, rotunda globoſáq. figura præditus, vt omnium elegantiſſima, ſic ſanè capaciſſima, quod nos inde prīdē caput, ſenomin animus, cerebri in homine longe plurimi, ſi cum cæteris componatur, receptaculum, neruorum ad ſenſum & motum origo, ſpiritus animalis elaborandi conſeruandiq. officina, facultatum animæ principum, imaginandi, ratiocinandi, intelligendi, recordandi, & voluntatis ſedes, animæ denique, ſi vera ſunt quæ antè demonſtrauimus, domicilium ac velut aula: ex qua ceu ſpecula, toti corpori proſpicit, ſenſuum miniſtēriis fungitur, tum primariis, tum corpori communib. muniis vacat & incumbit, atque hoc ſuo tanquam cœlo fruitur. Namque vt orbium cœleſtium numerus eſt multiplex (de quo tamen inter theologos & philoſophos non ſatis conuenit) ſiue octonarius, vt philoſophi quidā numerant, ad ſeptem planetarum ſphæras, octauam fixarum ſtellarū adnicientes, quod primum mobile vocitant, alij autem potiùs firmamentum. ſiue nouenarius, hoc cœlo propter motus diuerſos ab oriente in occidentem, & ab occidente in orientem conuerſo, duas in ſphæras diſcreto, vt Aſtronomi pleriq. arbitrantur, & ſupra firmamentū, alium ſibi adſciſcente orbē; quod cœlum cryſtallinū denominant, alij vocant primū mobile, ſupra firmamentum & ſphæram fixarum ſtellarum. ſiue denarius, propter orbem ſupremum, cui motus tertius ab arcto ad Auſtrum ab illis diuerſus aſſignatur acceſſus & receſſus, ſiue trepidationis: quod ideo verē primum mobile nuncuparunt poſtiſſimè recentiores

Analogia vniuerſi cum capite.

Mundus cur dictus.

Figura rotunda perfectio.

μικροκόσμου nomine ſibi ſumſit à N. per analogiam.

In homine duplex μικρόκοσμος

Capitis dignitas & vſus ac prærogatiua.

Anima mundi.

Capitis cum orbib. cæleſtibus analogia.

Cæleſtium globorum numerus.

aſtronomi: Quorum acutam ſpeculationem ſupergreſſi theologi, vndecimam quandam nouam ſphæram ſunt imaginati omnib. ſuperincumbẽtem, nullo mõtu locali prædita m. ſed quietam & immotam, ſpiritib. & intelligẽtiis refertam, mole immenſam, luce & ſplendore admirabilem; quod ideo cœlum empyreum denominarunt; iã inde à conſtitutione mundi deſtinatam beatis animis ſedem futuram, ac velut aulam regalis ſolij iis præparatam, qui regnaturi ſunt in conſpectu Dei & agni. Sic in iſthoc nobis propoſito microcoſmio (hac enim denominationis ſpeciali forma placuit caput vocare, ad totius microcoſmi differentiam) ſiquis rẽ volet argutè acutéq. inſpicere, plures ſunt velut orbes atque ſphæræ, quas diuerſæ tunicæ aut ſolidamenta, naturæ prouidentia prætenta dirimunt atque effingunt, numero fortè cuidam ex ſuperioribus illis aptè quadraturo. quarum ſuprema, ſi voles, reiectis nunc capillis, futura eſt pericranios tunica: quę etiã ipſa in plures diuidi potuit, vt aſtronomi ſuum illud primum mobile multiplex fingunt & efficiunt. conſtat enim pericranios, ſumma cuticula ſiue epidermide: deinde cute craſſa & muſculoſa proprie dicta: tertiò membrana illa communi, quæ cuti toti vbiq. ſubiicitur, interueniente frequenter adipe. ſunt tamen qui pericranion ſpecialiter accipiunt id quod capitis muſculoſæ cuti proximè ſubiicitur: Poſt pericranion autem illud triplex, ſubeſt tenuiſſima μηνίγξ tunica. quanquam ſunt qui pericranium loco perioſtij habeant, & perioſtium caluæ ſubeſſe adſtruant, nullum autem cranio incumbere. Inde cranium ſolidius & oſſeum, quod idẽ etiam pro duplici poteſt haberi, quia media cauitate plerũq. dirimitur, quã διπλόα Graij vocant. Poſt cerebri deniq. munimen illud oſſeum, quod cranium appellant, aliquo ſpatio ad diaſtolẽ cerebri interpoſito, propiùs cerebrum inuoluunt duæ inſignes membranæ (cranio tamen vt monui, ſubeſſe quibũſdam μηνίγγιον tunicula videtur) quarũ quæ ſuperior, dura mater craſſáve, quæ dupla ſiue duplicata ſeu duplex dicitur: quæ autem inferior, tenuis molliſq. meninx, & quibuſdam è vulgo, pia mater denominatur. Nihil nunc ſinus illos commemoro, & torcular illud inſigne, de quo paulò antè mentionem feci. has autem quas numeraui partes externas ſiue extra cerebrum poſitas, Columbus ita recenſet lib. 8. anatom. Iam primùm adſunt capilli: deinde cutis craſſiſſima: deinde pinguedo, deinde carnea membrana, pericraniónq. & perioſtion, & caluaria duplex, ſub qua adhuc binæ meninges à ſeipſis diſtantes pro cerebri tutamento conſtructæ ſunt. Falloppius tamen perioſtiũ nullum ſub pericranio ſtatuit, & intus caluariæ ſubtendi ait: quod vtrumque Columbus inficiatur. Et eamen vterq. nouem aut decem velut in cepa teſtas, aut in cœlo ſphæras numerat, pari numero his reſpondentes, quot orbes cœlorum pleriq. numerant ac recẽſent. Veſal. lib. 7. cutẽ cum adipe & carnea membrana ante cranium nominat; dein ipſum cranium, ipſúmq. hac in ſede ſitum perioſtion cum duab. meningibus. atque hæ tot numero partes cerebrum extrinſecùs ambiunt, ſiue octo, ſeu nouẽ, ſiue decem, variante harum partium numero penes Anatomicorum ſentẽtiam, prout orbium in cœlo numerus penes Anatomicorũ cenſum diſcrepat & varius eſt. Intus potrò, quà ſpiritib. animalib. locus eſt, & velut animæ aula quædam lucidiſſima, & reuera vſpiam more σπλαχνίου piſciũ reſplendens viſitur cellula ſiue capſula, tunicula eſt propria, quæ cerebri ventriculos dirimit & effingit, præſtans naturæ artificium, vel potiùs miraculum, animæ noſtrę velut auguſtum tẽplum futurum. Vt ordine inuerſo, ſuprema illa epidermide velut pro infima & ignobiliſſima ſphæra habita & numerata, hoc penitius animæ & animaliũ functionum principum domiciliũ, velut cœlũ illud empyreum quadam imitatione & dici & haberi poſſit. in quo anima velut ergaſtulo quodam diu concluſa, Dei tanquam vicaria, corpori regẽdo ac moderando præficitur: neque tamen à ſuis & priuatis muniis cohibetur: neque cum beatis animis vſurpando frequenti colloquio, aut meditatione ſancta, aut prece ſacra, aut fruitione & contemplatione rerum cœleſtium aè ſupernarum prohibetur: ſuis interim intus vſa ac foris miniſtris vndique ſtipantibus, & ſibi deprehenſa perceptáq. fideliter heræ renuntiantib. ſentibus, tum oculis circa aſpectabiles rerum formas, tum auribus circa ſonos & modulos vocéſq. tum narib. circa odorabilia, tum lingua & palato circa ſapores, tum corpore reliquo circa tactilia aſſiduè occupatis. Vt autẽ dux aut legatus vel præfectus aliquis à rege arei cuidam aut vrbi regendæ & cuſtodiendæ præpoſitus, poſt nauatã egregiè operã, laboris & induſtriæ vel fortitudinis præmia refert merita: Sic Anima velut præſidio ſibi à Deo deſtinato præfecta, eodémq. præclarè perfuncta, & vicaria opera fideliter ac ſtrenuè obita; his tandem ſoluta vinculis, à ſuo ſibi rege euocata (cuius iniuſſu nefas eſt hinc diſcedere) mutata ſede corruptibili in incorruptibilẽ, elementari in diuinam, ſurſum in æterna illa tabernacula recipitur, vbi ante mundi cõſtitutionẽ, locum refrigerij & pacis & quietis beatitatiſque cœleſtibus animis & angelis ac ſpiritib. cum Deo in æternũ permanſuris paratũ eſſe dixi dicóq. & credo. atque hæc ad primã illam analogiam τῆ μικροκοσμίᾳ πρὸς μακρὸν ἅπαν à me dicta ſint.

Sed quando multis adhuc ſimilib. rem quam de agimus, illuſtrãdo perſpicuã fecimus, antequàm ad ſpecialia & ad mirãda cerebri arcana deſcendam, poſſem etiam aliis ſimilitudinib. figurarum Pythagoricarum, elemẽta ex quib. hoc corpus, & cætera hæc inferiora compacta ſunt, deſignare, & in hoc argumento acumen philoſophorũ ac mathematicorũ celebrare, niſi iã haud obiter id præſtitiſſẽ antea c. 8. lib. 9. huius operis, productis authorib. præcipuis e ſchola Pythagoræ, Timæo Locrẽſi, Platone ex Timæo, & Euclide ſtoechiote cognominato, quiquidem hoc inuentum maiorum in artem retulit, & theorematis pleriſque incluſit ſub

Sedes beatorum.

Caput, eſt μικροκοσμίου Potes in capite reliqua elementa adumbrare, ignem pro calore, aërem pro ſpiritu, aquam pro cerebri ſubſtantia, terrã pro oſſibus: de quibus alibi.

Pericranion.

Perioſtion.

Dubium de perioſtio in capite.

Cranium.

Meninges.

Sinus in torculari.

Capitis partes externæ.

Perioſtion vbi in capite.

Anima ſedes.

Anima dignitas & munia.

Anima miniſtri ſenſus.

Similitudo.

Anima Dei vicaria quæliter beatificetur.

Pratetitiõ.

Corpora Pythagoræ regularia.

finem ſui opetis, de elemẽtorũ ad figuras geometricas comparatione, & corporum regularium, ὁ κοσμικῶν σχημάτων (ſic enim appellant) matheſi, pleráq. docte & acutè commentatus. cuius tamen inuentionis prima laus ad Pythagoram refertur; quam Plato demũ celebrauit, Euclides decorauit, ſicuti ſententia Græci epigrammatis, incerto licet authore, his verſibus extollit apud Pſellum in geometrica ſynopſi.

Σχήματα πέντε Πλάτωνος, ἃ Πυθαγόρας ουρὸς εὗρε·
Πυθαγόρας ουρὸς εὗρε, Πλάτων δ' ἀΐδηλ' ἐδίδαξεν·
Εὐκλείδης ἐπὶ τοῖσι κλέος πολὺ μᾶλλον ἔτυξεν. id eſt,
Corpora Pythagoras inuenit quinque Platonis:
Pythagoras ſapiens reperit, Plato in acta redegit:
Euclides exim decus haud ignobile traxit. vel ſic,
Euclides ſuper his clarum ſibi ſtruxit honorem.

Hoc Galenũ latuit, qui in Platone velut vnico & primario authore acquieſcit li. 8. plac. Hipp. & Plat. vbi ſpinoſam & acutam aculeatámq. hanc philoſophiam conſultò ſibi ducit omittendam, & prudens intactam relinquit: nos loco nuper citato ſubiecimus.

De cranio & pericranio & ſpina dorſi.

CAPVT II.

SEd iam tempus eſt ad rem aggredi, & theſaurum naturæ iſtum perquirere ac perſcrutari; remoto priùs atque retecto iſto operculo, quo duro ac ſolido tantas illa opes contexit & celauit. De oſſib. dixi non ita pridem: de capite multa iam inde ab initio diſſerui: à quo ſiquis omniũ oſſium & à ſpinali medulla, vt nuper ex Platone & Ariſt. ſcribebamus, repetat originem, non malè ille quidem fortaſſis opinari videbitur, habebitque ſuæ ſententiæ idoneos aſſertores mihi iam appellatos. Mihi tamen veriùs dici videtur, vnicuiq. oſſium de iuſta & deciſa prima ſua ſibi ſeminis portione, quanta cuique opus fuit, iam indè à prima in vtero conformatione, cùm hominis futuri rudimentum poneretur, quod apiculam aut formicam vix dum mole & magnitudine ſuperaret, ſuam peculiarem & propriam fuiſſe tum originem, tum circunſcriptionem, deinceps à facultate formatrice dolatam & exſculptam; ſed in capite multò magis conſpicuam, ob denſitatem & capacitatẽ & craſſitiẽ inſignem: eò quòd primario & ſupremo futuro noſtri principio hæc velut aula ſterneretur & conſtrueretur. quod quantò dignitate & præſtãtia reliquis antecellit, tantò maiore prouidentia illi eſt à natura proſpectum, & loci prærogatiua quadã prouiſum, & hoſpitis diuinitate animæ indultum. Ideo ſcripſit Hipp. lib. de nat. pueri; Poſtquàm iam articulatus fuerit puer, ſpecieb. membrorum ipſius augeſcẽtibus, tunc & oſſa duriora fiunt, & cauantur, atque hæc à ſpiritu fiunt. caua autem exiſtentia trahunt ad ſeſe à carnib. quod in ſanguine eſt pinguiſſimum, & progreſſu temporis ramificantur rurſus extremitates oſſium, quemadmodũ arboris extremitates poſtremùm ramos ſpargunt: ſic & in puero digiti manuum ac pedum inter ſe diſparantur, quod pridem oſtendimus.

Κρανίον igitur Græci, quam nos caluam aut caluariam, dixerunt hunc globum ſupremum & inſignem, quem corpori incumbentem & verſatilem circũferimus, his ſenſuum organis & intus condentis gazis ac præcipuis naturæ opibus comparatum munimentum, ac velut τὸ κράνος, galeam ſeu caſſida fortiſſimã, arcendis externis iniuriis firmiſſimum propugnaculũ: fortè παρὰ τὸ κραίνειν, quòd huic parti adſit ac præſit imponatúrq. pro tutiſſimo præſidio. niſi ἀπὸ τῆς κεφαλῆς, κρανίον, ὡς κεφάλιον mauis: ſic enim caput totum vocatur. ὃ ὅτι κραυὸν, quòd rude ſit & aſperum cranium. de aliis porrò partis huius appellationibus, & partib. eiuſdem antea in onomaſia partium corporis humani tranſegi. Latinis calua ſeu caluaria nonniſi ex euentu dici videtur; quòd hac parte, appetente iam vel ingraueſcente ſenio, cerebro fatiſcente ac depreſſo, partim ſolidis ſenſim ac paulatim areſcentib. & marceſcẽtibus, caluities oboriatur. hac enim parte vna ac præcipua pili & capilli exoriuntur atq; luxuriant, vt cernere eſt, ac nos iampridem expoſuimus. Quaquidem parte breuiter deſcribenda, non alia vtique meliùs aut commodiùs quàm Celſi oratione luculenta videor vti poſſe ex cap. 1. lib. 8. Igitur caluaria incipit ex interiore parte concaua, extrinſecùs gibba, vtrinq. læuis, & quà cerebri membranam contegit, & quà cute capillum gignente contegitur. eáque ſimplex ab occipitio & temporibus, duplex vſque in verticem à fronte eſt. oſſáq. eius ab exterioribus partib. dura, ab interioribus, quib. inter ſe connectuntur, molliora ſunt. interq. ea venæ diſcurrunt, quas his alimentũ ſubminiſtrare credibile eſt. Rara autẽ caluaria ſolida ſine futuris eſt: locis tamen æſtuoſis faciliùs inuenitur. & id caput firmiſſimum, atque à dolore tutiſſimum eſt: ex cæteris, quò futuræ pauciores ſunt, eò capitis valetudo commodior eſt. neque enim certus earum numerus eſt, ſicut ne locus quidem. vbi mox de futuris & foraminibus & aliis particulis. Sed caluaria ſolida tantum abeſt vt optima ſit, potiùs vt plurimis morbis ac doloribus caput reddat obnoxium, non diffluris, ſed cohibitis intus vaporib. qua de re mox ex Hipp. & Gal. atq: ita in hanc ſententiam Columbus expertum confirmat teſtimonium lib. 1. c. 5. Capitis oſſa neque prorſus ſunt ſolida, neque omni ex parte fungoſa, rara ac pumici ſimilia: ex hoc enim fragilem naturam & leuiſſimæ cuiq. iniuriæ obnoxiã fortita eſſent: ex illo verò onere ſatis moleſtè premerẽtur. Præterea huiuſmodi ſubſtantia minimè tranſpirabilis eſſet, ſicuti expediebat: caput namq. futurum erat veluti operculum quoddam ebullienti vaſi ſiue ollæ ſuperpoſitum, non ſecùs atque calidæ domus tectum. Multis itaque vaporib. atque excrementis continenter ad cerebrum aſcendentib. niſi exitus pateret, vt reliqua omittam incommoda, nemo diuturnam ſibi vitam polliceri poſſet. Idcirco prouida natura perforatam eſſe voluit caluariam, variiſque futuris diſtinctam, vt purgando à recrementis cerebro noſquam occaſio deeſſet. Quòd autem futuræ hunc vſum inter cætera præſtent,

Cranium quid, & vnde dictũ, & quos in vſus.

Calua ſeu caluaria cur dicta.

Caluitiũ qui fiat.

Caluariæ deſcriptio.

Offium origo vnde?

Caput cur reliquis oſſib. eminens.

Oſſa qui compingantur, ac dirimantur.

Futurarum vſus in capite. N. ſed hæc malè.

Futurarum vſus.

Capitis oſſa qualia.

Caluariæ vſus. A ſimili.

Futurarum capitis neceſſitas.

præter authorum probatiſſ morũ ac præcipuè Gal. teſtimoniũ, nos etiam ipſa experiẽtia docuit, vt mox audietis. Patauij ſuperioribus annis iuuenem quendam propinquorũ volũtate ad me delatũ, domi in magna amicorũ corona ſecui, qui diutino capitis dolore vexatus, nullis remediis ſanari potuerat: in cuius caluaria vix futurarum veſtigia apparebant, adeo cõpacta, vt in vnũ coacta capitis oſſa viderentur. Quamobrem pro cõperto omnes qui tunc aderãt, habuerunt, nõ aliunde ingentẽ ac ferè cõtinuũ capitis dolorem profectum eſſe, quàm ex arctiſſima illa oſſium cõpoſitione, ex qua nullus exitus patebat fumidis illis craſſiſque vaporibus, qui & perpetuo doloris cauſſa fuerant, & tandem mortem intulerant. hæc ille, ſpeciali exemplo dictum Celſi euertens: quod tamen potius de externis iniurijs validius propulſandis, quàm de internis morborũ & dolorũ cauſſis declinandis intelligi debuit.

Hiſteria.

Celſi obiectio.

Celſo tamen iſti Galenus ita ferè aſſentitur lib. de oſſib. cap. 1. Naturalis capitis figura adoblongæ ſphæræ potiſſimum ſimilitudinem ſtructa eſt. Quod ſecundum naturam habetur. priorẽ ac poſteriorẽ partem prominentiorem habet; in eóq; tres futuræ ſunt: ac duæ quidem tranſuerſæ, quarum altera in occipitio eſt, in ſincipite altera, tertia à medio poſteriores per capitis longitudinem ad mediam vſque anteriorẽ extenditur. anteriorem coronalẽ vocant, quãdoquidem coronæ in ea potiſſimũ capitis parte collocantur: poſteriorẽ à literæ Λ ſimilitudine, lãbdoeiden nominant. &c. Duæ præterea lineæ per capitis longitudinẽ à poſteriore in priore partẽ ſuper aures feruntur, lepidoeides à figura nuncupatæ. Quo fit, vt quinq; peculiares capitis futuræ ſint, lãbdoeides, coronalis, & quæ recta per longitudinem fertur; duæ item ab hac æquidiſtantes, quæ in oſſibus adſquamæ ſimilitudinem ſtructis habentur. vbi mox ſex totius capitis oſſa recẽſet: duo ſincipitis, quibus ea futura cõmunis eſt, quæ recta per capitis longitudinem fertur: duo item infra, vnumquodque videlicet ad ſuam aurem: quintum os occipitis: ſextum frontis. quibus ſeptimum accẽſetur ſphenoeides denominatũ. idem comment. 1. ad 6. epidem. Caput & dorſi ſpina magnitudine reſpondentia & cerebrũ & medullam includunt. cùm enim mẽbra hæc grandiora ſint, & cerebrum & medullam ampliores, latioreſque ſpiritus cauernas in ipſis efficiunt. at ſi puſilla fuerint, contrariũ euenit. vis præterea cogitandi his qui aut nimis magna capita, aut nimis exigua euidenter poſſident, oblæſa eſt. Sed exigua capita ſemper praua ſunt; magna vero licet raro, nonnunquã tamen & bona fuerint, & ob facultatis formatricis robur, & ex materia vnde creata ſunt, vbertate. Tanto magis autẽ grande caput bonum ſit, quanto naturalem magis, figuram retineat, & cernicem validam, & oculos acutè cernentes habeat: tunc enim optimè huiuſmodi caput ſeſe habere ſciendum eſt. Optima vero capitis figura oblongo orbi vtrimque cõ-

Naturalis capitis figura.

Futurarum capitis numerus & figura, nomina & nominum ratio.

Capitis & ſpinæ vſus, & proportio ad cerebrum & medullã ſpinalem, & facultates.

Capitis magnorum & parcorum comparatio.

Capitis figura naturalis

preſſo ſimilis eſt. &c. ſiquid tamen hîc ſit, in quo recentiores à priſcis diſcrepent, poſt viderimus: venio enim nunc prius ad veteres.

EX TIMÆO ET PLAT.

TImæus Locrenſis ἐν τῷ περὶ φύσεως, τῷ δὲ σώματος ἀρχὴν μὲν ἐγκέφαλον εἶναι μυελοῦ ἴδιον ἐγκέφαλον· ἐν ᾧ δὲ ἀγγεῖα. Corporis verò medullæ principium & radix, cerebrum eſt, cui principatus debetur. Plato autẽ in Timæo pauca hæc multum dilatauit & locupletauit ſuo more, primum ſic; τὸν μὲν οὖν θεὸν ἅπαντος σφαιροειδῆ ὄντα, τὴν τοῦ παντὸς ἀρχὴν ἐπιμελούμενον μέρους περιφερῆ ὄν, εἰς σφαιροειδὲς σῶμα ἐνίδρυσεν, τοῦτον δὴ νῦν κεφαλὴν ἐπονομάζομεν, θεῖον τέ ἐστι, καὶ τῶν ἐν ἡμῖν κρατοῦν ἅπαντων ἐφ᾽ ᾧ τοῦ σῶμα περιέστησαν ὀργανοποιὸν ἑαυτῷ ξυμβαίνοντες θεοὶ, καταπόσεως τε ὧν πρέπον ἕνεκα καὶ ἀναθύσεως ἕνεκα, μετέχει. id eſt, Principio dij figuram capitis ad rotunditatem mundi finxere, in eóq; duos illes animæ diuinos circuitus ſtatuerunt. Eſt autem caput, membrũ corporis diuiniſſimum, reliquorũq; membrorum princeps: cui totum corpus connexum dij ſubeſſe & parere iuſſerunt. excogitauerunt enim motuum omnium quotcunque eſſe queant, compos id fore. vbi mox de artubus quatuor, & eorum vſu actionéq. alibi expoſitis. ibidémq; paulo poſt caput oſſe raro componit, carne pauca cinctum, ob acumen ſenſus, vt ante patuit.

Cerebri dignitas.

Capitis figura, & dignitas.

EX HIPP.

HIppocrates 6. epid. ſect. 6. Oſſium naturã ex capite colligere oportet. vbi Gal. commẽt. obſeruare licet cupienti. idẽ initio lib. de vulnerib. Hominum capita nihil inter ſe ſimiliter habent: neque futuræ capitis in omnibus eodem loco conſiſtunt. vbi differentias explicat cõplures, & alia multa in hanc ſententiam, vt illud; Duplex eſt os iuxta mediũ caput. duriſſima verò ac denſiſſima ſuprema ipſius pars exiſtit, & infima quæ eſt ad mẽbranã. eſt autem duplicata lamina cauiſſima ac molliſſima & maximè antroſa. Eſt autẽ totũ os capitis, excepta valdè modica ſuprema ac infima parte, ſpõgię ſimile. & habet os in ſeipſo carũculas ſimiles multas humidas; & ſiquis ipſas digitis cõterat, ſanguis vtiq; ex ipſis prodierit. Sunt etiã in oſſe venulæ tenuiores & cauiores ſãguine plenæ. Vniuerſi capitis os tenuiſſimũ eſt ac debiliſſimũ, quod eſt circa ſinciput: & carnem pauciſſimã ac tenuiſſimam hac parte os in ſeipſo habet: & cerebrũ hac capitis parte plurimum ſubeſt. inde vulnerum periculi ratio. idem lib. de locis in homine, Capita futuras habent alias tres, alias quatuor: & quæquidem quatuor habent, his ſunt vtrinque iuxta aures, & tertia ab anteriore, quarta à poſteriore capitis parte. ſic quidẽ in capite quod quatuor habet: in eo vero quod tres, iuxta aures vtrinq. ſunt, & ab anteriore parte, tertia. poſteriore vero parte, futura nulla eſt, velut in eo quod quatuor habet. Saniores autem capite ſunt, qui plures futuras habent (& hoc contra Celſi ſententiam multo rectius ac verius) idem lib. de glandulis, Caput ſupra ſitum eſt, ſurſum cauum ac rotundũ exiſtens, & humiditatẽ ex reliquo corpore com-

Capitis & oſſium analogia.

Capitis medium.

Cranij conſtitutæ qualis.

Caro & glandulæ in cranio.

Sinciputis infirmitas, vnde.

Capitum futuræ varia, & ſedes.

Capitis ſaluberrimi vndę

Capitis figura, ſitus, vſus.

plectens:& corpus ſimul vapores omnis generis ſurſum in caput demittit,quos caput rurſus retro dimittit: niſi ægrotet. Fluxiones porro de capite vſq; ad ſecretionē cōtingunt,per aures ſecundū naturā, per oculos,per nares, atq; hæ tres ſunt & aliæ per palatum in guttur,& in gulā:& alia per venas in medullā ſpinalē, & in ſanguinē. Verū de iſta ſurſum capitis attractione atq; defluxu idē multa demū ſcripſit lib. 1. & lib.4.de morbis,quæ nunc duco prætermittenda.vbi & hoc repetit,caput cauū eſſe,& velut cucurbitam corpori incūbere,atq; ad ſe ab inferioribus attrahere. ſed de his alias ex Ariſt. per egregiam ſimilitudinē ab aëre & imbribus dixi, ex li.2.c.7. de part.animal. Fluxiones(ait) ob eam ré ex capite oriūtur. cum enim alimētū per venas ſurſum reſpirat,vbi excremētum ob eius loci vim refrigeratū eſt, fluxiones pituitæ ſanieiq. mouet. quod ſimile generationi imbriū euenire intelligendū eſt,quoad magnū cum paruo cōferre licet.& quæ ſequūtur alibi citata, quæ ad cerebri potius naturam & cōditionē pertinent, de quo mox ſpeciatim,ſuntq. hæc nunc dicta à me tantū affinitatis gratia,ac potius ad cauſſas morborū referuntur,de quibus alias.

Capitis emiſſaria.

Caput cucurbitæ confertur.

Capitis fluxionis qui fiant. A ſimili.

EX ARIST.

ARiſtoteles verò idem lib.1. hiſto.animal. c.7. ſic ad rem propoſitam multo aptius; Capitis pars quæ capillis intecta eſt, calua appellatur (de diſcrimine tamen maris & fœminæ caluæ poſt viderimus,quæ ſunt ſibi ſimiles) cuius pars prior, ſinciput nouiſſimè conſiſtere ſolita: omniū enim oſſium corporis vltimū id cōcreſcit & induratur. poſterior, occiput eſt. media inter occiput & ſinciput,vertex. Cerebrū ſincipiti ſubditū eſt occiput inane (falſum verò)Calua ipſa ſanè tota,os rarū,rotūdū,cute gracilēta obductū eſt. Habet ſuturas quæ mulieris eſt,vnam in orbem:quæ autē viri, tres in idem magna ex parte coëuntes. Iam viſum etiā ſine vlla ſutura caput viri eſt. Verticem caluæ, mediū diſcrimen & æquamentū capillorū vocamus:quod nōnullis geminum eſt. ſunt enim qui facti à natura biuertice ſint,verùm nō oſſe, ſed capillorū æquamento. idem ſimiliter eiuſdē operis lib. 3. c.7.Extat os capitis cōtinuum, nouiſsimis ſuperimpoſitū vertebris,quod calua dicitur. eius pars ſerrata ſuturæ nomine ſignificatur.Pars hæc nō ſimili modo in quoque genere animaliū habetur: aliis enim oſſe cōtinuo calua perficitur, vt cani : aliis cōpacto, vt homini eiuſq; fœminæ circulariter ſutura eſt. mari tres in ſummū verticē aſcendunt ſuturæ, coëuntq; in figuræ triangulæ ſpeciē. ſed iam & viri caput viſum ſine vlla ſutura eſt.conſtat ſanè caput non quatuor oſſibus,ſed ſex.&c. hinc ſect.10. probl.47. Denſum os capitis, cerebrū inualidū indicat. & ſect. 30. probl. 3. Inter homines qui minori ſunt capite,prudētiores naſcūtur, quàm qui ſunt grandiori. & lib.phyſiognom. capita parua inſentata comparat aſinis: capita magna ſenſata,canibus.ſed de hoc alias: pergamus ſermonē inſtitutū abſoluere. idem c. 7. lib. 2. part. animal. hunc articulū repetit;

Caput & eius partes.

Sinciput molliſſimū.

Cranij conſiſtentia.

Suturarum ratio.

Vertex qui.

Cranij deſcriptio.

Suturarum varietas.

Cranij & cerebri analogia.

Magni & parui capitis comparatio.

Capitis os, quod caluariam nōnulli appellant, fere admodum induratur, cum diu calor euaporetur.quod nulli ex cæteris animalibus ſanguine præditis euenit. Iuncturas etiā plurimas in capite homo habet,& mas plures quam fœmina,vt locus ſpirantior ſit: & amplius in quo plus cerebri habetur. idem c.4. lib.2. genera. animal. Principio igitur caput prægrande propter cerebrum. ſinciput inter oſſa vltimū confirmatur:iam enim cum partus in lucem venit, molle hoc infantis os eſt. Cauſſa vt hoc maximè hominibus accidat, quoniā cerebrū humidiſſimum, & maximū omniū animaliū homines habeant. deniq. lib.7. c.10. hiſtor. animal. idem confirmat; Pueris ſinciput molle eſt,ſeróq. duratur. quod & Plinius ex eodem Ariſt. tractum ita expreſſit præfatione lib.7. Quādo homini inceſſus? quando vox? quando firmū cibis os? quandiu palpitans vertex, ſummæ inter cuncta animalia imbecillitatis indicium? &c.37. lib.11. Vni hominum infantia palpitat cerebrū, nec corroboratur ante primum ſermonis exordium. & Gal.lib.de inſtrumento odoratus; Cerebrum dum in adducendo ſpiritu per ſua quaſi germina quædam agit pectuſque dilatat, aliquid & ipſum ad ſuos vētriculos attrahit.&c. vbi & de motu cerebri qualiter fiat. idem initio lib.8. de vſu part. c.2. Cerebrum ſi nihil aliud,motus ſaltem perpetuus poteſt calfacere. & lib.6. c.13. Cerebrum ſemper mouetur. His aſſentitur Columbus cap. 5. lib.1. In bregmate cū adhuc molle eſt, ſyſtolen ac diaſtolen planè perſpicimus: id quod nobis optimè confirmat perpetuo conſtrictionis ac dilatationis motu cerebrū donari. & rurſum ſub finem lib.14. de viua ſectione;Cranio excoriato, mēbranisque duris incīſis, cerebri motum contemplari licet,cordis videlicet in morem. Quod cum certiſſimum cōſtet,non ſolum tot teſtium omni exceptione maiorū authoritate, ſed etiam experientia cōprobatum, & quotidie manus ad ſinciput dintulè puero admota ac ſuperpoſita motum cerebri manifeſtū percipiat: miror à Fallopio acuto alioquin anatomico additū ad finem anatomiæ hunc ſcrupulū; Vtinam in cerebro aliquando videre licuiſſet motū cōtractionis ac dilatationis, quē primus ipſi cerebro adſcripſit Gal. & noſtrorum tēporum anatomici aliquot approbarūt. quoniam ratio mihi cōtrarium penitus dictat, neque argumenta Galeni tanti ſunt momenti, vt vnquam perſuadere potuerint,motū adeſſe in hoc viſcere: cui motui obſtet tota ipſius ſubſtātia;quodq. pulſans ſenſu ipſo,quod magis eſt nunquā aſſequi potuerim neq; in viuorū brutorū anatome,neque in maximis capitis vulneribus,neq. alia euidenti, quā ſenſus ſubminiſtraret,ratione, quāuis ſummum ſtudium ac diligentiā hac in re adhibuerim: adeſſe audacter non negarem: ſed aut ob ipſius paruitatē, aut aliā ob cauſſam,me nunquā hoc aſſequi potuiſſe affirmo. hæc ille, quē ſanè fefellit aut oculorū imbecillior acies,aut manuum tactus hebetior,aut potius cōceptæ animo opinionis

Bregma tardè ſolidatur.

Suturarum vſus.

Cranij vſus.

Bregma ſerò ſolidatur, cur.

Hominis infirmitas naturalis.

Vertex paruo palpitat.

Cerebrum palpitat, quorſum.

Cerebri diaſtole & ſyſtole.

N. in Fallop. Quod cerebrum non moueatur.

Opinionis error.

ficma apprehenſio,& præiudicata perſuaſio: vt quæ videret,videre tamẽ ſe nõ crederet. quod è diuerſo pleriſq. accidit,qui cum reuera nihil obiectũ ſibi cernant; tamen idola quædam & ſpectra viſaq. mendacia ſibi cõfingunt:nõ ipſo ſenſu oculorũ,ſed imaginationis læſę vitio falſa obiiciẽte ac perſuadẽte. Niſi hunc fortè Veſalij ratio in errorẽ induxit, qui c.19. lib.1. ita inquit; Cerebrũ in nullos vſus muſculis eguit, quum nulla calvariæ pars aut dilatatione aut cõpreſſione indigeat. quare etiam merito calvaria, veluti galea & murus immobilis ipſi circumponitur. EX GAL.

SEd ad cæteros tranſeamus. de Galeno nonnulla produximus, ſed plura indicta reliquimus, ad quæ nunc reuertimur expendenda. de capite & eius vſu paulo poſt ex eodẽ vniuerſaliter, vbi de cerebro: nũc præſtabit iſta placuit tãto digna & medico & philoſopho, quibus & Hippo. & Ariſto. ſubſcribere cernes ex nuper citatis, & de ſoliditate cranij Celſo aduerſari deprehendes. ſic igitur initio lib.9. de vſu part. Natura magnã curã adhibuit in partibus principibus, vt ſuperflua excernerentur. quæ cũ genere ſint duplicia (alia enim ſunt vaporoſa ac fumoſa, alia autẽ velut aquoſa ac limoſa: quorũ illa, quidẽ ſuo impetu naturali in ſublime ferũtur, hæc autẽ deorſum, id etiã ex ſeſe ſuopte nutu ac põdere) duplices & ipſorũ excretioni ſecuit meatus, & eos quidẽ qui leuia erant vacuaturi excrementa, in altũ duxit: quiuero grauia & ſua natura inferiora appetentia meatus erant vacuaturi, eos natura fecit decliues: neq; id ſolum, ſed amplos etiam admodũ effecit, vt qui multorũ certè, & eorũdẽ craſſorũ humorũ velut riui quidã & canales erãt futuri. alios verò cõtra velut foramina quædã tenuia perforauit pro portione tenuitatis excremẽtorũ. Cæterũ decliues cerebri meatus tum per palatũ in os, tum per corpus nariũ cõſpicuis orificiis ac magnis, ſenſibilia ac craſſa eructãt excremẽta. Vaporoſi verò ſuperflui excretiones tum quæ per corpus vniuerſũ, tum quæ per caput fiunt, cernere planè ſemper non licet, vt quæ præ tenuitate ſenſum nonnunquã effugiant; vt in cerebro, meningibus & pericranio. In cranio verò (ſic enim nominatur id os quod totũ ambit cerebrũ) conſpicuas ac ſenſiles vias natura vaporoſis his ac fuliginoſis excrementis ſecuit. nam partibus corporis omnibus caput velut tectũ quoddã calidæ domui eſt ſuperpoſitum. Quo fit, vt cũ omnia quæ à partibus ſubiectis ſurſũ efferuntur, fuliginoſa ac vaporoſa excrementa caput excipiat, largiore egeat vacuatione. At quoniã cerebrũ ipſum ſepto forti muniri erat neceſſe, ob eãq; cauſsã natura nõ tuti ſoli, quomodo partes ad ventriculũ attinentes, huic cuſtodiã cõcredidit: ſed velut κράνον quoddã, hoc eſt galeã, os ipſi ante cutẽ circũpoſuit: nõ ſolũ non copioſiorẽ reliquis partibus euacuationẽ, ſed ne mediocrẽ quidẽ erat habiturũ, niſi multas ipſi tranſpirationes cõparaſſet, ſimul quidem os capitis efficiẽs cauernoſum, ſimul & futuris quas vocant, variè coarticulatũ. quæ qualiter ex duobus oſſibus eminẽtiam & cauitatẽ alternam habentibus cõponantur, in-
A didẽ diſces, ab exemplo ferræ. Craſsiora igitur fuliginioſorũ excremẽtorũ per has futuras vacuantur: quandoquidẽ tenuioribus vel craniũ ipſum eſt peruiũ. & ibid. c.17. Quod igitur ad fuliginoſorũ excrementorũ tranſpiratũ; & vt per eas craſſa meninx oſſi capitis alligaretur, quo vaſa alia quidem intro, alia autẽ extra exciderẽt, inſuper quod & ad pericranii generationẽ futuræ vtiliter cõſtructæ fuerint, dictum ante fuit. Fuit autẽ certè vel ob eã cauſsã vtile, craniõ ex multis oſsibus cõponi, vt ſiquando percuſſum ruptũ fuerit (multoties enim eiuſmodi ſolent accidere) ne per totũ rupturæ eius
B progrediantur, ſed inhibeantur illic & ceſſent, vbi & ſauciũ ipſum os ceſſat. tot itaq; futurarũ ſũt vtilitates, tum rectæ, quæ per mediũ caput ab anterioribus ad poſteriora fertur, tũ duarũ tranſuerſarũ, nẽpe anterioris στεφανίας, & poſterioris λαμδοειδοῦς dictæ. vbi tres capitũ figuræ recenſentur naturali oppoſitæ, variãtibus etiãnũ futuris. Cum autẽ retro ἰσοσκελὴς, ante verò ad oculos ac nares, apophyſes poſitæ ſint, iure optimo caput naturale prælongæ ſphæræ fuit adſimile. Ideo Hipp. quatuor omnino capitis figuras, nec plures numerat. Suturis annumerari poſſunt ἀκανθοειδῆ σφηνοειδῆ τε, ſquamoſæ
C agglutinationes ad vtrãq. aurẽ ſecundũ capitis lõgitudinẽ ſitæ: quarũ cõſtructionis ratio ibid. exponitur. ibidem lib.11. c.19. Summi capitis oſſa rara & cauernoſa eſſe debuerunt: maxima enim vaporũ vis ex toto corpore ſurſum ad illa fertur, vt quæ loco celſiſſimo ſint cõſtituta; ob eamq; cauſſam multiplicẽ ipſis natura per ea vacuationem cõparauit. Quæ verò ad latera ſitum habent, præterquam quod ea cauſſa eis nõ adeſt, nobis etiam cadentibus aut percuſſis aut quauis alia ratione ſæpe erant offendenda. neq. enim quis facilè in capitis verticem ceciderit, aut ea parte vulnus prõptè acceperit. reliqua verò oſſa omnia tum occipitii, tum frõtis, tum auriũ, plagas nõ raro excipiunt, & lapſibus frequenter offenduntur. Cum igitur illa quidem neque ſimiliter plagis erant obnoxia, euacuationeq. indigebant, hæc autem vulnera ſæpenumero erant exceptura, vacuationeq. nõ indigebant; nõ immerito ſanè rara quidem illa ac cauernoſa, denſa verò ac dura hæc extiterũt. idem de reliquis æſtima. Quæ porro bregmatis oſſa appellant, quæ duo ſunt & eadem laxa & capiti deſuper incũbentia, ac vndiq; à duris ac denſis oſſibus circundata, parte quidem poſteriore ab oſſe occipitii; anteriore verò, frontis, vtrinq. verò ab oſsibus tẽporum meritiſsimò lineis fuerunt diſtincta. ſeptimũ autem ad
E hæc eſt os palati, quod nõnulli quidem maxillæ ſuperioris, alii verò capitis eſſe autumant, vtriſq. inſtar cunei incũbit, ideo dictũ σφηνοειδές. Reliqua verò omnia oſſa maxillæ ſuperioris nouem ſunt numero: duo quidem naſi: ante hæc vero tertium, in quo dentes inciſores cõtinentur: vtrinq. autẽ duo molarium ſcilicet, in quibus reliqui dentes omnes inſident. ſupra quæ, alia ſunt duo, quæ ſunt ad anteriorem zygomatis productionẽ atq; oculorũ cauitatem

Excrementorum duo genera.

Duplices in capite excrementorũ gemini, quales.

Cranij futuræ quorſum.

A ſimili.

Caput excipit vaporoſa à toto.

Cranij vſus quorſum.

Cranium cur vndiq; peruium.

Futurarum vſus triplex.

Cranium cur multis conſtet oſſibus.

Futurarum capitis numerus & figura.

Caput cur oblongum.

Oſſa bregmatis cur cauernoſa, at cætera ſolida.

Oſſium capitis diremptio per futuras, qualiter.

Oſcitantiſorme quale.

Maxilla ſuperioris oſſa.

Digitized by Google

infernam: duo vero reliqua ſunt iuxta naſi in os meatus.ſimiliter ibid. iam ante li.8.c.9.Ipſi rurſus craſſæ meningi tegumẽtũ eſt os extrinſecus circundatũ,quod ſanè κρανίον etiã appellant,quòd quaſi κράνον quoddã, id eſt galea ſuperiaceat. Neq; enim horũ quidquã à natura contẽptim ac negligenter factũ fuit:ſed quemadmodum induſtrij opifices cum κράνον natiuũ facere nequeunt,oporteat autẽ caput quã maximè tuto vndiq. ab illo cõſtringi; vincula apta,quibus ipſius ambitus locis eſt cõmodum, præparant, eoq. modo capiti ipſũ adeptant,vt nihil putes à naturali differre. Ad eundẽ modũ natura tũ propter ſubſtãtiæ diſſimilitudinem, cõnatã vndiq; & adhæreſcentẽ cranio meningẽ facere nõ poſſet, quãquã id opus eſſet;quod ſolum adhuc erat reliquũ,ad ſecuritatẽ machinata eſt,plura vincula inueniẽs,quàm à Vulcano fabricata fuerant. Et ligamenta quidem ab ipſa meninge,enaſcuntur tenues quædam mẽbranæ. viæ autẽ ipſis vt foras excidant, capitis ſunt futuræ.extẽduntur enim vincula hæc ſingula verſus cranij partẽ ſibi directam,vnde exorta ſunt,inde progreſſa ſibi mutuo occurrunt & coaptantur:ac coaleſcunt & exactè vniũtur, cõmunemq. ex ſeipſis omnibus vnã procreant mẽbranam,quã μηνιγγίον appellant.quæ quod duram meningẽ cum cranio cõnectat,antequã vel per anatomen inſpicias, ratio ipſa ſatis te docet. Quod autem capitis ſint motus,ibid. ſic definit li.12.c.4. Capitis totius motus duo genere ſũt;vnus quidẽ dum deorſum inclinamus ac ſurſum attolimus ipſum: alter verò,dum ad latera circũagimus. quod idem iam paulo aliter & certius definierat lib.de oſſib. c.8. Cum autẽ capitis duplex ſit motus,alter quidem annuendo abnuẽdoq. ſit,alter in alterutra:illum, vertebræ ſecundæ proceſſus potiſſimũ præſtat: hũc verõ ſũma vertebra quum capitis coronis annectitur, eius ſcilicet & ipſius capitis tranſuerſæ partes efficiunt.quod tũ alibi,tum lib.4. aggreſſ. anato.repetit.ſed minus accuratè perſpecta humani capitis motuũ forma,vt tibi ex ſceleto diſcere licebit,& poſt ex recentioribus intelliges. aut ſic interim accipe. Caput proprio & peculiari motu annuit ac renuit, ſiue ante & pone flectitur,& leuiter in humeros intorta ceruice inclinatur, per ſuam cum prima vertebra copulationẽ. idem in orbẽ torquetur & circũagitur dextrorſum ac læuorſum, adducto ad humeros mento, per articulationẽ primæ vertebræ ad ſecundam:quomodũ feneſtra vel oſtiũ circa ſuũ cardinẽ vertitur. ſed de his mox plura. Rurſus idem in arte medicinali de magnitudine & paruitate capitis ſic definit c. 11. Paruum caput vitioſæ cõſtitutionis cerebri propriũ eſt indicium: magnũ vero nõ neceſſario indicat bonam cerebri cõpoſituram:ſed ſiquidem ob inſitæ virtutis robur, quæ multam atq. optimam materiam afformauerit,euenit, optimum eſt ſignum. at ſi ob materiæ tantum multitudinẽ,haud quaquam bonũ. Diſtinguẽda vero ſunt hæc & ex figura ipſa,& ex his quæ ab eo habent ortum. à figura quidẽ ipſa, ſi cõcinna:ſemper enim hoc bonum eſt ſignum. ex his autem quę ab eo ortum habent,ſi valida eſt ceruix,& ſi aliis oſſibus optimè cõſtet;atq. omnis præterea neruoſa ſubſtantia boni ſit habitus,ac robur habeat intentum. Propria autem capitis figura eſt,veluti ſi excogitares ſphæram exquiſitè rotundam ex cera cõſtructam paulatim vtrinq. depreſſam,de qua iam ante aliunde idem verõ ſiue quis alius introduct. author ita ſtatuit de anatome oſſium:Suturis igitur capitis oſſa cõſtant. inueniũtur autẽ futuræ in plurimis quinq. prima per ſinciput, στεφανῖτις,à corona cui aſſimilatur,Græcis dicitur. altera per verticem ἐπωτῖτις,quod vera repræſentet,vocatur. tertia per occipitium à Græcorũ litera Λ, λαμβδοειδὴς ei nomen eſt.duæ quas κροταφίτας nominant, in vtroq. temporum vna. Oſſa caluariæ ſeptẽ numerantur:occipitis vnum,verticis duo,tẽporum item duo,frõtis vnum,πολυμήρων vnum.&c. De pericranio quid idem Gal.ſentiret, cum de cranio dicerẽ, ſimul obiter attigi, neq. eſt quòd pluribus inculcem, ex lib.8.vſus part.& lib.9.Sed & Plato in Timæo de capillis agẽs, ita deſcribit;Tegmen ad cerebri tutelam non carnibus ponderoſum, ſed leue quod ad frigoris caloriſque intemperiem repellendam ſufficiat, & ſenſus acumen minimè impediat. Ego vero pericranion accipio durã & craſſam illam denſamq. mẽbranam ſenſus participem, quæ forinſecus totum cranium (præterquam qua collo caput annectitur) circundat; id nominis ſortita, ὅτι περὶ τὸ κρανίον πεφύκει. cuius origo ex craſſa meninge per futuras cranij quaſdam ſui portiones ac fibras emittente, & oſſa cum pericranio firmiter alligante:eiuſdẽ cum perioſtio naturæ: ſed nomen peculiare ob partis quam ambit, præſtantiam, velut per antonomaſiam ſortitæ, & à ſuo cranio appellationem mutuatæ. Neq. enim craniũ extrinſecus aliud perioſtiõ habet. quanquam parte ſui interna, ex more & natura oſſium,peculiari ſuo perioſtio inſternatur.Nam de futuris ſatis conſtat à ſimilitudine denominatas à Latinis,vt à Græcis ῥαφαί. quarum ſpecies vel à ſitu,vel à ſimilitudine rerum externarum denominant στεφανῖτιν, coronalem: tum λαμβδοειδῆ ἐπωτῖτιν, à ſimilitudine Græcarum literarum maiuſcularum, Λ & Τ: tum ἐπωτῖτιν à forma veru æmula: eandemq. βελοειδῆ, quaſi virgiformem:deniq. λεπιδοειδῆ, ſquamiformẽ. de quarum vſu & natura locóq.partim audiiſti,partim mox audies. De ſpina dorſi dixi iam ante, vbi thoracem expendi,& cordis domicilium expoſui: & nunc vbi de oſſibus medullarum & cerebri & ſpinæ cõmuniter tranſigitur, iuuat haud obiter meminiſſe.

Cranij cur dicatur, ab vſu.

A ſimili.

Dura meninx ligamenta, quæ & quotia.

Pericranij origo & vſus.

Capitis motus quot, & qui fiant.

Vide num ſit interpretum error: pro, hunc quidem, illũ verò, per bellenifmum.

Capitis quomodo moueatur, & quot modi.

A ſimili.

Parui & magni capitis comparatio & natura.

Magnum caput quando laudabile, aut cõtra.

Capitis figura naturalis

Suturarum numerus ſitus, appellatio.

Cranij oſſa numerus.

Pericranij vſus & quotia.

De pericranio.

Pericranion quid, vnde dictum, & ortum, vſus.

Perioſtion in cranio vbi ſit.

Futura cur dictæ, & denominatæ.

De ſpina dorſi.

EX HIPP.

HIpp. initio lib. de oſſib. Spina vero à ſacro oſſe vſq; ad magnum verticulum gibboſa eſt, & veſica, & genitura, & recti inteſtini pars inclinata in hac parte eſt. inde vero vſque quo ad ſeptum tranſuerſum peruenit, in directum repanda eſt, & muſculi lumbares hac parte exiſtunt. hinc vero vſq; ad magnum verticulum, quod ſupra ſupernas humeri partes eſt, è directo gibboſa eſt. imo magis eſſe videtur quàm eſt: nam poſteriores oſſiũ propagines hac par-

Spina figura & articulatio.

te altiſſimæ ſunt. ceruicis autem articulus repandus eſt. verticula vero intrinſecus inter ſe æqualia ſunt: ab externis autem chartilaginibus ac neruis continentur. coarticulatio verò ipſorũ in poſteriore medullæ ſpinalis parte eſt. quibus ſimilia iam ante ex eodem protuli lib. de articulis. quibus Gal. lib. 2. de motu muſcul. aſſentitur, itémq. lib. 9. placit. Hipp. & Plat. Rurſus idẽ Hipp. lib. de locis in homine, Verticula alii plura, alii pauciora habent. qui pauciora habẽt, his duodeuiginti ſunt. horum alia ſurſum ad caput, alia deorſum ad ſedem tendunt. &c.

Spondylorũ numerus & figura.

EX PLAT. ET ARIST.

PLato de ſpina dorſi nihil admodũ ſcripſit, præterquam quod ad medullam attinet, de qua partim ante dixi, partim poſt expediã. Sed Ariſt. locus hic quia mihi inſignis viſus eſt, licet alibi à me productus, nunc tamen repetetur ex c. 15. lib. 1. hiſtor. animal. Ergo ſuperiora inferiorúq. hominẽ omniũ maximè animaliũ habere ratione locorũ naturaliũ intelligimus. eius enim partes tam ſuperiores quàm inferiores, ad ſitum orbis vniuerſi ſuperiorẽ inferiorẽq. diſpoſitæ ſunt. itidem quæ priores poſteriorésq. atq; etiam dextræ ſiniſtræq. habentur. Homo enim ad vniuerſi orbis habitũ inſtitutus eſt, quod per partes omnes à ſũmo deorſũ demõſtrat, & iam alibi expoſui. idẽ porro c. 9. lib. 2. part. animal. Principiũ oſſium, ſpina dorſi vocatur, videlicet in omnibus iis quæ oſſa habent. hinc enim cætera oſſa oriuntur & continuantur. Spina eſt enim quod lõgitudinem ac rectitudinẽ cõtinet animaliũ. ſed cum corpus inflecti per animalis motum neceſſe ſit, cita cõſtat, vt ãc vna ſit propter cõtinuitatẽ, & multipartita propter vertebratũ diſtinctionem. &c. Quod autẽ à ſpina dorſi oſſiũ principiũ Ariſt. repetat, ante oſtendimus, & ex Platone imitationem indicauimus. idem vero Ariſt. lib. de motu animal. idem ſentit ſub finem, & lib. de ſpiritu ſub finem, & c. 7. lib. 3. hiſtor. animal. Initium verò in omnibus, ait, quæ oſſibus cõſtant, ſpina eſt, quæ compacta ex vertebris, à capite ad coxas porrigitur. Vertebræ omnes foramine medio peruiæ ſibi iunguntur. &c.

Analogia ſitus partium hominis cũ vniuerſo.

Spina, principium oſſiũ.

Spina vſus & figura ratio.

Spina, oſſium initium, & qualis.

EX PLIN.

PLinius lib. 11. c. 37. Sed quibus ceruix è multis vertebratiſq. orbiculatim oſſibus flexilis ad circũſpectum, articulorum nodis iungitur. leonitantum & lupo & hyænæ ex ſingulis rectiſq. oſſibus rigẽs. cætero ſpinæ annectitur. Spina lũbis oſſea, ſed tereti ſtructura, per media foramina à cerebro medulla deſcendente. Eandem eſſe ei naturam quam cerebro colligunt, quoniam præcenui eius mẽbrana modo inciſa ſtatim expiretur. ſed de hac mox plura; Mõſtroſum verò eſt illud quod idẽ ſcripſit lib. 10. c. 66. Anguem ex medulla hominis ſpinæ naſci. ſed hoc ad medullam potius, quam ad os pertinet.

Cerui à pluribus vertebris, quibus & quorſum.

Spina figura & vſus ante medullã.

Anguis à ſpinali hominis medulla.

EX GAL.

GAlenus ſpinam ſic cõponit li. de oſſib. c. 7. Spina ex vertebris quatuor & viginti cõſtat: quę ſi plures pauciorésve ſint, ſicuti capita depraua tæ figũræ, quæ faſtigiato ſunt vertice, præter naturã ſunt. Harum cõtextus omnis in ceruicem, dorſum lumbos & ſacrũ os diuiditur. Ceruix capitis annectitur. huic dein dorſũ, cui pars ineſt quæ & pectori lõgitudo. quod ſubeſt reliquũ, lũbi appellantur: quorũ pars vltima ſacro latóve, vt nonnullis placet, oſſe finitur. Septẽ in collo vertebræ ſunt, duodecim ad coſtas, ad lumbos quinq. quã hiſtoriã deinceps perſequitur, & c. 8. infit, Summa vertebra latiſſimæ tenuiſſimaq. eſt, ſecunda anguſtior validiorq. ac reliquæ deinceps eodẽ modo ſe habẽt. Quo enim ſpinæ medulla in gignendis neruis cõmittitur attenuatúrq. eo inferiorũ vertebrarũ foramina minuũtur: quorũ vnũquodq; medullæ quã cõplectitur, craſſitudini æquale eſt. vbi deinceps c. 9. 10. 11. 12. de partibus ſpinæ ſingillatim & vbere differit, ſed prolixius quã huic loco inſeri debeant illa ſpecialia de forma & inſertione mutua vertebratũ, earũq. horũtibus ſpinis & aculeis, à quibus huic parti nomẽ ineſt, per ſimilitudinẽ à ſpinis & vepribus ſentibuſq. arbuſtis aculeatis. Nã & Græcis ἄκανθα de vtriſq. enũtiatur, ἀπὸ τῆς ἀκῆς ἀκάθων, ab eo quod acumine efflorẽſcat; cõmuni (vt dixi) nomine tum ſtirpi aculeatæ, tum huic parti oſſeæ, quã ſpinã dorſi vocant: haud ſcio, an quaſi ſupinam: quia quod eius ſupremũ eſſe debuit, illud infimũ extitit; cum radix ſpinæ ſit à cerebro exorta. ſimodo verum eſt quod ſcribit Ariſt. lib. de iuuẽtute & ſenectute; Partẽ quidẽ ſuperiorem vocamus, per quã illabitur cibus. nec interim ad vniuerſum habetur reſpectus, ſed ad ipſum plane animal. Inferiorẽ notamus, per quã exuberãs primũ emittitur materia. Talis vero partis deſcriptio aliter in ſtirpibus, quam animalibus habetur: Homo enim propter erectũ opificiũ, partem ſuperiorẽ potiſſimũ habet. quę ad ipſius vniuerſi edam reſpondeat: beſtiæ verò medium tenent. idem cap. 10. li. 4. part. animal. Principium animi admodum difficile motu corpulentũq. eſt. Addo etiam quod cũ minus remaneat caloris qui efferat, plus autẽ terrenæ portionis ſuperſit: efficitur vt corpus animalis tum minus, tum etiam multipes formetur, demũq; expes proſtratũq; in terrã præ inopia caloris proueniat, ſẽſimq; procedendo ita degeneret, vt principiũ vitale caputq; infrà habeat. ad poſtremũ immobile ſit & ſenſu vacuũ, plãtaq; eſt vice mutata, vt ſuperiora infra, inferiora ſupra habeat. Radix enim plantarũ vim obtinet oris & capitis: ſemen contra ſupra extremiſq. ramis cõſiſtit. hæc ille. Denique ita dici aſſolet, Hominem eſſe arborem inuerſam. cui tamen diuerſam mihi videor apud Gellium ex Varrone legiſſe ſententiã, Hominẽ, eſſe velut arborẽ erectam ac proceram. ſed de hoc alias: cætera ex Galeno ſuppleamus: vbi tamen hoc breuiter antea notauerimus; vertebras & vertibula & verticula ſeu verticilla, à vertẽdo dici Latinis, quia in ſeſe mutuo inſerta vertuntur, atq; horũ beneficio in cæteram partem cõuertimur. ſiue vt cum Plinio dicam, quia è multis vertebratiſq. orbiculatim oſſibus flexilis ſpina conpingitur, atq; articulorum nodis iungitur. quos Græci ἀσπόνδυλους vocant, παρὰ τὸ σπένδεσθαι παρ' ἀλλήλους, quod inuicem inſeri & conſtitui

Partes in homine ſuperior & inferior, quæ.

Animalium ſtatus varius pro caloris ratione, qui.

Hominis, cum plantis comparatio.

Homo, arbor inuerſa, aut contra.

Vertebræ vnde dicantur.

ἀσπόνδυλοι cur dicti.

ſint. ἀπὸ τοῦ σφενδάειν, à mouendo & agitando dicuntur; & per aſpirationem σφενδάλιοι σφενδάλια, fortè à robore & fortitudine: nam σφεδανὸς, fortis & validus dicitur; & σφενδανόειν, roborare eſt. ſed de nomine plus ſatis, rem porro ipſam inſpiciamus. Galenus li.12. & 13. vſus part. multus eſt in explicatione huius partis, quem ſuadeo vt legas cum otio, aut ſi non eſt præ manibus, hæc à nobis ſic habe de eodem excerpta primum de c.7. & deinceps per reliquos libros conſequentes. Cum vertebræ omnes ſpinali medullæ in orbem ſint circundatæ, laxam fieri articulationem non licebat, neque capitis cum primis vertebris, neq; aliarũ inter ſe. Ideo duplex primi ſpondyli cauitas, capitis cõuexitates cõtinet: ſecundi autẽ vtrinq. vnus proceſſus accliuis ac prælõgus ligamento robuſtiſſimo capiti eſt annexus. Eius enim beneficio caput erat attollendũ atq; deprimẽdum: ad obliqua verò per articulos cum primo ſpõdylo mouẽdum. Secunda autẽ articulatio, quæ rectorum motuũ dux eſt, fit, vertebra ſecunda fortem ac lõgam productionem habente (πυξωτὸν à nuclei ſimilitudine appellant, & dentem Hipp.) ſurſum quidem ad caput tendentem; ligamento autẽ forti ac rotundo cõuexã, prius quã caput attingat. articulationis modũ ibid. Gal. pluribus perſequitur. Hinc conſtat primã cũ capitis oſſe articulari, & ſecũdam cũ prima. nã ſi ſimul fuiſſe cõmiſſæ fuiſſẽt, altera alterius motũ impediiſſet, quũ quę quieſceret, agentẽ alia retraheret ac coërceret. nunc autẽ vtraq; viciſſim motũ ſuũ ſola poteſt obire quieſcente altera. vbi cauitates vtriuſq. vertebræ diligenter expendit, & labia hisproportionata, item ligamenta, muſculos, proceſſus & foramina reliquarũ vertebrarũ. Caput autẽ corona, vndiq. cingũt, ob eamq. cauſſam capiti nullus motus deeſt, muſculorum multitudine ac magnitudine & ſitu vario laxã articulationem, ad agilitatẽ & varietatẽ motuũ, cõpenſante. Spinã igitur natura animalibus velut carinã quandã corporis ad vitã neceſſariã molita eſt: cuius quidẽ beneficio nos recti ambulare poſſumus, ſpõdylis omnibus intus excauatis, viam cõparans opportunã cerebri portioni, quæ per ipſã erat deſcenſura. Secundò autẽ non ex vno oſſe ſimplici atque incõpoſito totam ſpinã effecit, quanquã ad ſedẽ tutã id eſſet vtilius, cum neq; luxari, neq; diſtorqueri, neque eius generis affectũ quẽuis incurrere ſine varia articulatione poſſet. Et quidem ſi tantũ vt difficulter pateretur, rationẽ habuiſſet, neq; ſcopũ alium in partibus cõſtruendis haberet antiquiorem, haudquaquã aliter quã ſimplicẽ ipſam effeciſſet, aut omnino incõpoſitã. Neq. enim ſi lapideũ vel ligneũ animal effingere velis, aliter ipſũ feceris. ſatius enim eſt ſtabilimentum vnũ eſſe per totã ſpinam artuſque porrectũ, quàm plurima eſſe exigua, & ea articulatim diuiſa. Animali verò quod mẽbris ſuis eſſet vſurũ, pedibúſq. ſuis ambulaturũ, ac manibus apprehẽſurũ, dorſũq; inclinaturũ ac erecturũ, nõ erat melius in pedibus aut in manibus totáq; ſpina os vnicum habere. Sed cum multis ac variis motibus animal eſſet vſurum, ſatius fuit ipſum ita comparare, quàm ad motũ ineptũ id efficere. Quacunque enim ipſius parte animal motu deſtituitur, ea nihil omnino videtur à lapideo diſcrepare, eóque modo animal amplius nõ eſt. Quapropter cum motus animali ſecũdũ ipſius ſubſtantiam maximè inſit, is autem fieri ſine articulis nequeat: ob id ſatius fuit ipſũ ex multis partibus fuiſſe cõflatũ, quarũ numerus eſt certus. At natura nõ viciſſim, ſed vtrũq; perpetuo conſiderat: priorẽ quidem dignitate actionẽ; poſt illã autẽ, ſecuritatem. ad ſanitatis verò diuturnitatẽ, ſecuritatẽ quidẽ eſſe priorẽ; poſteriorẽ autẽ actionẽ. Nam ſi os vnicum totius ſpinę fuiſſet, quod iis partibus animal immobile fuiſſet velut veru quodam confixũ, aut palo affixũ, nihil verbis eſt opus. vbi mox numerũ & menſuram & proceſſus, & articulorum compoſitiones ac connexiones, ligamenta & perforationes omnes ad actionem & patiendi difficultatem optimè comparata eſſe demonſtrat. ac de ſpinali medulla ex hoc loco poſtea. Porro quatuor has ſpinæ vtilitates numerat: primam quidem velut ſedis cuiuſdam & fundamenti inſtrumẽtorum ad vitam neceſſariorũ: ſecundam autẽ, velut viæ cuiuſdam ſpinalis medullæ tertiam firmi præſidij: quartam motus inſtrumenti, quem dorſo ac ſpina animalia obeunt. quibus quinta ex abundanti accidit, viſcerum extrinſecus ſpinæ incumbentium munimentum. Atque etiam ſigillatim proprium quiddam ipſi fuit tributum: Nam quod velut carina eſt & totius animalis ſtabilimentũ, ob eam cauſſam ex oſſibus conflatum eſt, & his duris. quod verò ſpinalis medullæ eſt via, ob id intus eſt cauum. quodautẽ ipſi inſtar muri eſt, ob id multis propugnaculis in orbẽ eſt munita. quod vero motus eſt inſtrumentũ, ob id ex pluribus oſſibus per articulos cõmiſſis inter ſe cõſtitit. vbi mox primo quod ſpondylos ſpinæ multos omnino eſſe ac paruos oporteat, diſſerit prolixius: ſecũdò quòd quatuor præcipuæ eius ſint partes, collũ, dorſum, lumbus, & os magnũ ſiue ſacrũ: tertio quod in collo ſeptẽ ſpõdylos eſſe oportebat, in dorſo duodecim, in lũbo quinque, in ſacro quatuor. E ſpondylis autem ſuperiores ſemper minores; quia quod geſtatur minus eſſe oportet eo quod geſtat. ideo ſpinæ oſſium infimum maximum, velut fundamentum quoddam exteris ſubijcitur. reliqui autem quantum ſitu ab infimo diſcedunt, tantum & magnitudine cedunt, ad caput vſque: niſi fortè aliquis paulo maior adiacentibus ſit interiectus, idque cum magna vtilitate. Cum autem ſpinalis medulla velut alterum quoddam cerebrum partibus omnibus quæ ſunt ſub capite, eſſet futura, & ſpina ipſa ſimul quidem via indiuertibilis, ſimul autem firmum præſidium ei eſſet comparata: ob eam cauſſam natura tum alia multa atq. admirabilia in ſpondylis eſt machinata, tum autem & quàm ἄκανθαν, id eſt ſpinam vocant, ex mediis partibus poſtremis produxit, quæ eſſet velut vallũ quoddam ante ſpinam totam oppoſitũ, quod prius ipſũ cõtũderetur ac cõminueretur modiſq;

Motus animali neceſſarius: inde articulorum neceſſitas.

Natura ſcopi duo, & actionis ac ſecuritatis ratio.

Spina vtilitates.

Spina cur oſſea, & caua, & aculeata, & plurium partium.

Spinæ partium numerus.

Spondyli inter ſe cõparati.

Medulla ſpinalis vſus cuiuſdamque munimentum.

Spinarum vſus in vno oſſe.

N. addit muſculoſi cauum & inferiorem.

Spina vſus.

Spina cur multiplici oſſe conſtet.

A ſimili.

Homo quare vnico oſſe ſolido non conſtet.

Capitis motus qui fiat. N. ſed hoc mali.

Dentis in vertebra vſus.

Prima & ſecunda vertebra qualiter articulentur & moueantur.

Corpus qui moueatur.

Spina corpoſitio & articulatio.

modiſque omnibus afficeretur, quàm ad vllum ſpondylum noxa perueniret. ad poſteriores ſiquidē partes ſpinæ os attinet, quo loco chartilago quamplurima ei circumiacet: cui ligamenta neruoſa, lata, fortia & craſſa indidit, ſeruatura ſimul ac totam ſpinam colligatura. Soli tamen ſpondylo qui in medio eſt ſpinæ, productio poſterior quæ ſpinam efficit, in neutram partem inclinat, id eſt neque in collum, neque in lumbos, ſed omnino eſt recta atque in nullam partem propenſa retrò exporrecta: quò ſpina tota fornici ſimilis efficeretur, cuius ſummitas in ſpondylo medio intelligenda eſt. Quemadmodum autem productio cuiuſq. ſpōdyli parte poſteriore quæ ſpinam efficit, propugnaculi vſum præſtat: ita & aliæ productiones tranſuerſæ ſpondylis ſunt duæ, quæ ſimul quidem lateralibus ipſorum partibus ſimile præbent præſidium, ſimul autem velut ſedes quædam ſunt muſculis ſpinæ internis atque externis ſubditæ, itémque arteriis, venis & neruis, quæ partim ad ipſos, partim per ipſos feruntur. Spondyli autem omnes præter duos primos, partibus quidem anteriotibus tutò inter ſe colligati, poſteriore verò articulati, firmitatem quidem in poſteriotibus figuris propter anteriorem harmoniam ac compagem ſunt adepti: ad motum autem non ſunt impediti, quòd non coaluerint, & parte poſteriore articulis non mediocribus ſunt diſtincti. Ob eam ſanè cauſſam antrorſum quidem plurimùm flecti poſſumus, retrorſum verò non item. perrumpes enim, ſi vim feceris, ligamentum anterius, quod ita exactè ipſos inter ſeſe coniungit, vt credas ipſos coaluiſſe: laxamentúmque indulget exiguum in ſpinæ poſteriora reclinantibus. fieri enim non poterat, vt ſimul quidem forte eſſet, ſimul autem multùm extenderetur. Spinam verò cùm ne ſimiliter quidem in partes vtraſq. flecti eſſet melius (infirma enim ſic ac laxa penitus eſſet) oportuit naturam eligere id quod erat vtilius. Sic enim ad omnes vitæ hominis actiones melius erat, ſpinam antrorſum flecti: quod etiam vaſis parte anteriore ſpinæ incumbentibus, magnæ ſcilicet arteriæ ac venæ cauæ longè minùs erat moleſtum. rupta enim fuiſſent, ſi extenſa plurimùm ac refracta, dum ſpinam totam retrorſum flecteremus, fuiſſent. Iure igitur cùm eam partem anteriore ſpondylis conſtrictam exactè oporteret, articulationes parte poſteriore extiterunt. Porrò dorſi ſpondylis ſingulis productiones ſeptem extiterunt, tametſi non omnes formam habent ſimilem. At qui in dorſo eſt decimus, ſolus omnium ſpondylorum vtriuſque productionis fines mediocriter conuexos adeptus, inuehitur adiacentibus in cauitates quaſdam ſupercilioſas deſinentibus. Medium autem totius ſpinæ ſpondylon, qui in ſpinam rotundam, quaſi fornicem ſolum deſinit, rectam ac nuſquam inclinantem habet poſteriorem productionem. Verùm medius hic omnino eſt ille dorſi decimus. natura enim hîc quoque totam ſpinam in partes omnino æquales diuiſit, mole ſpondylorum æſtimata, non numero. multò enim plures ſunt ſuperiores: verùm inferiores, corporis mole tantò illis ſunt maiores, quantum numero ab iſdem vincuntur. Meritò igitur ſpondylus iſte quemadmodum ſitum præter cæteros habuit eximium, & cum eo productionem poſteriorem, ita & articulationes. Vt enim dorſum æqualiter omnibus articulationibus flecteretur, hunc certè ſpondylum medium immotum eſſe oportuit: reliquos verò omnes mutuò à ſe digredi & à medio, idque ſenſim, ſuperiores quidem ſurſum, deorſum autem inferiores. Porrò figuræ vtriuſque terminus eſt, vt cùm flectimur, ſpondyli quàm poſſunt legitimè mutuò à ſe digrediantur, perinde ac ſi longior tunc ſpina eſſe deberet. cùm verò erigimur, contrà vt cuncti coëant ad medium ſpondylum accedentes, ac ſi ſpinam tunc breuiorem eſſe oporteret. Porrò quæ parte anteriore ſpondylis incumbunt, in dorſo quidem venæ quædam ſunt quæ thoracem nutriunt, ac maxima omnium arteria, & ſtomachus: in lumbi verò ſpondylis incubant tum memoratæ arteriæ pars inferior, tum venæ cauæ loci illius portio, ac muſculi maximi, quos ἰλιακοὺς nominant: in colli autem ſpondylis ſunt muſculi caput inclinantes, ac ſtomachi pars ſuperior. inde natura medium præteriens, vbi primùm ipſorum ſpondylorum latera deſinunt, illinc à ſpinali medulla neruos produxit: tum ne quid ipſa afficeretur, tum ne ſpinæ compoſitio redderetur imbecillior, tum etiam ne ligamentorum continuatio intercideretur, aut ne ſi per longum ac periculoſum iter nerui ferrentur, pari aliquid periclitarentur. Eſt ergo ſpina, velut animalis totius compaginis carina quædam, ac veluti fundamentum. Cùm igitur ſpondyli ſinguli primum conſtructionis ſcopum habeant duplicem, ſedem ſcilicet tutam ſpinæ totius, ac motum; aliorum quidem omnium, qui ſunt ſub collo, ſpondylorum vſus in ſecuritate eſt maior, ſuperiorum verò in motione. Collum enim ad plures actiones variè, celeriter ac multùm nunc inclinamus, nunc attollimus atque ad latera circumagimus, reliqua ſpina immota. Ideo neque inferni ſpondyli alij incumbere aliis tutò poterant ſine lata baſi ac forti ligamento: neque ſuperni facilè moueri poterant ſine longo proceſſu aut laxo ligamento. Spondyli enim inferiores tantò incumbentibus ſunt maiores, vt hos ſine moleſtiâ geſtent: hi verò ſine moleſtia à ſubiectis vehantur. Quibus omnibus os ſacrum ſubſtratum eſt, quod ſimul quidem velut fundamentum quoddam ſpinæ eſſet futurum: ſimul autem oſſa coxendicum ac ilium incumbentia ſibi exciperet: ſine quibus neque pubis oſſa conſtare poterant, quæ vſus neceſſarios animali erant præſtatura: eruriúmq. ad iſchion dearticulatio omnino non fuiſſet. horum enim primorum gratiâ, tum autem vteri, veſicæ, ac inteſtini recti, os natura eſt molita, quod πλατὺ, id eſt latum, alij ἰερὸν, id eſt magnum nuncupant. de muſculis & ligamentis nihil nunc neceſſe eſt plura dicere: de neruis & medulla ſpinali poſthàc dicetur.

Spina ligamenta.

Medij ſpondyli proprietas.

Spina formici ſimilis.

Apophyſeon in ſpinæ vſus.

Spondylorū articulatio qualis, & quorſum.

Spina cur antrorſum flexilis magis.

Spina cur in anteriora tantùm flectatur.

Spinæ articulationis ratio.

Spondylorum apophyſes, & decimi proprietas aſq. medij.

Cur ſpondylus decimus ſit medius.

Spondylorū decimi proprietas, & cur ſit immobilis.

Spina quæ later flectēdo fiat longior, & ſtando breuior.

Quid contineant ſingula ſpinæ partes.

Nerui de ſpina quà prodeant, & quare.

Spina quid.

Spondylorū vtilitates.

Ceruicis ſpondyli ad omnem motū expediti.

Spondyli ſuperni ad motū, inferni ad firmā ſtationem apti.

Oſſa ſacri vſus.

reliqua ex iisdem libris 12. & 13. de vsu partium recognoſces.

Hæc igitur nunc mihi dicta ſufficiant de teſtaceis & oſſeis vtriuſque medullæ cerebralis ac ſpinalis tegumentis inuolucriſque, ad theſaurum naturæ recondendum affabrè factis, iuxta priſcorum ſententiam, & Galeni potiſſimùm: qui vnus plura reliquis omnibus & cõmodiora conſcripſit, tum penes partium conſtructionem, tum penes vſum propè diuinitùs excogitatum & explicatum. Nam anatomes pars vtique vel ab aliis ante hunc, & quidem exactiſſimè tradita fuerat à præſtantiſſimis anatomicis, Hippocrate, Diocle, Eudemo, Eraſiſtrato, Marino, Herophilo & aliis, quorum ipſe frequentem facit mentionem, præcipuè initio lib. 8. plac. Hipp. & Plat. quibus Celſus præfatione lib. 7. addit Philoxenum, Gorgiam, Soſtratum, Hieronem, Apollonios, Ammoniũ, Tryphonem, Euelpiſtum, Megetem: Plinius etiam plures, alij alios. Sed cùm priſcis ſeculis raritas & penuria mira eſſet cadauerum humanorum, vt ipſe Gal. profitetur hb. adminiſtr. anatom. opinor quòd cremari corpora ſolerent, iam inde à Sylla & Mario lata lege, ob bella ciuilia, ne quis ſæuiret in mortuos: tũ quòd ſuperſtitio quædam vulgus hominum inuaſiſſet, perſcrutari vel in mortuis viſcera nefas eſſe, & quodammodo impietati affine: ob eam cauſſam vel ſimilem quampiam, Galenus ſimias, hominum ridicula ſimulacra, velut ad horum naturalem conſtructionem proximè accedentes, potiſſimè ac frequentiſſimè diſſecuit. in quibus ſibi diligenter inquiſita accuratéque perſpecta, literis fideliter ad poſteritatem mandauit. Vnde à multis poſterioribus anatomicis in crimen ignoratæ humanæ hiſtoriæ vocatur, & pleraque ſimiis aut aliis quadrupedibus, quàm hominibus magis conuenientia, memoriæ & ſcriptis ad poſteros traduxiſſe arguitur, vti iam ſæpe in multis anteà locis oſtendimus. Quod tamen vt illis concedam vtcumque inuitus de tanto profeſſore & doctore totius artis primario (niſi ſecundum iure antiquitatis ab Hipp. deputas) fortè citra viſcerum humanorum fabricam, muſculorum, venarum, arteriarum, neruorum hiſtoriam: tamen de oſteologia non poſſum aſſentiri: quam vnam & præcipuam Hippocrati cognitam & Galeno excultam exploratámque fuiſſe certum ſcio aſſeróque. Niſi ſiquid longa temporum atque æuorum ſeries in humanis corporibus immutauit (quod Veſalius ipſe magnus licet μεγαλοφυὴς profitetur & agnoſcit) atque à veteri typo, velut ludens ac laſciuiens natura in paucis declinauit, ſuámque artem & potentiam in variando opificio, & hoc tanquam figlino vaſculo variè diſſimilitérque compingendo demonſtrare ſoſertiam voluit: namque vt ait poëta, *Ludit in humanis diuina potentia rebus.*

Et hoc poſtremò à me dictum accipe: quia & olim antea in huius rei mentionem incidimus, & iſtis argutis videlicet reprehenſoribus ſatisfacere voluimus, ſimodò potuimus. Ita ſibi quiſque Suffenus eſt: ita ſibi quiſque placet in ſuis inuentis, & ea exoſculatur, atque inuento ſcalmo nauim iactat, vt Tullius ait, & prouerbio fertur. At quantò modeſtiùs ipſe Galenus dicta maiorum etiam manifeſtè falſa excuſat? ſic enim comment. aph. 34. lib. 6. Quando in viri ſapientis libro aliquis ſermo inuenitur manifeſtum habens mendacium, non ſine ratione dubitare legentes contingit, & primo quidem ſibi ipſis diffidere, quaſi neque illa quæ ſunt manifeſta, noſcentibus; deinde ſuſpicari, ne falsò fuerit interiectum, &c. Nos autem non pudebit & à priſcis, & à neotericis aliquid diſcere, & vtriſque gratias agere ac rependere; & ipſi nouum quiddam inuenire & comminiſci vtile & verum quotidie conamur. Omnium tamen vel acutè inuentorum, vel diſertè enuntiatorum laus omnis ad ſummum authorem inuentorémque Deum referenda eſt. Sed videamus quid afferant recentiores vel medici, vel anatomiſtæ, nec tamen omnes (quis enim ſit modus?) ſed horum præcipui.

EX FERNEL.

FERNELIVS medicorum noſtri ſeculi meo iudicio facilè princeps in ſua arte, ita ſcribit lib. 1 cap. 3. Omnium oſſium ſedes & origo ſpina eſt, quam veteres carinæ in nauigio primùm iactæ compararunt: cui ceu fundamento, latera, prora, puppis innixa cohærent. atque vt hac clitellarij muli perferunt grauiſſima pondera: ita in homine corporis moles huius opeſtat & erigitur. Ad neceſſitatem actionum cùm hominem flecti curuarique oporteret, pluribus coagmentata & compacta eſt oſſibus tanquam nodis, quæ vertebræ nobis dicuntur, omnes oſſe ſacro ſuffultæ. Vniuerſa ſiquidem ſpina quatuor in partes fuſa exporrectáque eſt, os ſacrum, lumbos, dorſum & collum. Os ſacrum, quod & latum appellant, primo aſpectu vnum atque continuum videtur. atque aqua vel oleo feruenti diu multúmque demerſum, ſex quaſi vertebris conſtare. Cuius ab ima parte os aliud appenſum demittitur, quod Græcis κόκκυξ, noſtris cauda dici poſſit. hoc quoque compactum quatuor oſsibus teretibus, gracilibus & magna ex parte chartilaginoſis. Supra os ſacrum lumbus quinque oſſibus conſedit: cui dorſum inſidet vertebris ſtructum duodecim: proximè ceruix ſeptem. itaque triginta ſunt omnes in ſpina vertebræ. Omnium os ſacrum eſt ampliſſimum: cui tum magnitudine, tum craſſitudine ſuccedunt lumborum vertebræ arcto cauo mediæ perfoſſæ. Reliquæ ſuperiores quantum ſitu ab infima, tantundem & mole diſtant: vt ſit illarum ad occipitis radices continuata quædam attenuatio. Cæterùm quæ in ſummis ineſt interior capacitas, medullæ labenti peruia, omnium eſt ampliſsima: inde verò tantùm coarctatur, quantum dilapſa proceſsit. Vt ſemel dicam, ſuperiores vertebræ interceptis inanitibus amplæ ſunt, mole graciles: contrà inferiores omnes mira compage ad ſtamina contexræ: atque vt his ſtructura foret tutior, figurum variam acceperunt. Quà quidem intrò ad inteſtina vergunt, rotundæ ſunt & in orbem conuolutæ, læues,

Galeni laus aduerſus calumniatores, & aſſertio.

Anatomici veteres.

Cur apud priſcos impia fuerit cadauerum humanorũ.

Gal. accuſatur ignorata anatomes humanæ.

Sed falsò.

Oſſium hiſtoria priſcis notiſſima.

Corpora humana quo immutentur.

Natura ludit in ſuis operibus.

In opinionibus retinendis.

Viri ſapientis error quomodo excuſandus.

Ex modeſtia inſcriptorum.

Deo laus omnis tribuenda.

Spina, oſſium vſuſq. a ſimili.

Spina cur à multis oſſibus, cuiusque partis.

Oſſa ſacra compoſita.

Coccyx.

Lumbi, dorſi, cervicis circumſcriptio.

Spondylorũ inter ſe comparatio.

Spondylorũ figura.

nullis tuberibus exasperatæ: sed vt nodi (hinc σπόνδυλοι nomen inuenerunt) aliis alij superpositi columnam exprimunt: quibus est substantia tenera magis & rara, ac spatiis inanibus interceptа. Extrà multiplices efferuntur productiones (ἀπόφυσες appellantur à Græcis) densiore illæ & compactiore substantia, à quibus externa facies spinæ speciem refert. At verò summas duas nullus processus, sed ambiens membrana copulat. sola autem suprema medium eminentem quasi ramum & extimum non nouit. hunc reliquæ omnes ad decimam vsque dorsi, quæ est omnium decima septima, deorsum porrigunt: in rectum verò, quæcumque illi subiectæ sunt. vbi de aculeatis processibus & foraminibus plura. Vertebrarum processuúmque omnium extrema cinguntur & circunfunduntur chartilagine permulta. in hanc vincula crassa, dura, & valida inseruntur, quorum beneficio interiores vertebrarum nodi cohærescunt: vtpote quæ inter nodos fusa, nexu illos firmissimo colligant. Externæ vertebrarum partes processibus implicantur sursum deorsúmque spectantibus, vt aliis aliæ nexæ & omnes inter se captæ colligatæque videantur. præter hæc tamen, vinculum membranis validis intextum vniuersam spinam extrinsecùs obuoluit. hæc de spina satis, iam de capite.

Spondylorũ apophyses quot & quales.

Spina cur dicta.

Chartilago vertebrarũ, & ligamenta.

Spondylorũ nexus & articulatio.

Huius verticem calua integit summa parte rotunda & globosa, introrsus concaua. in hac suturæ sunt tres: vna in priore parte, quam στεφανίαν, id est coronariam vocant; quia è temporibus vtrinque in summum verticem per transuersum viam capessit. alteram λαμβδοειδῆ dixere, quæ in occipite posita, à capitis imo & posterioribus vtrinque partibus sursum contendens, in angulum coït ad A literæ figuram: tertia ἰσόμετρος in capitis longitudinem porrigitur, ἀπὸ τῆς λαμβδοειδοῦς angulo in mediam coronam excurrens. hunc in sincipite concursum βρέγμα Græci nuncupant. atque in iis sunt dentatæ more serræ, rimarum connexiones, nec vinculis nec chartilagine vinctæ, sed suis quasi dentibus pectinatim intextæ. Supra aures verò duæ sunt illis dissimiles commissuræ ab obelæa interuallo pari disiunctæ, à squamæ specie σκυαμώδεις dictæ, per quas ossa quæ petrosa vocant, subditis ossibus squamarum modo, & (vt nonnulli dicunt) imbricatim agglutinantur. ea autem sic enumeres. Parte postrema os occipitis, id quod cerebellum nominant, concludit: quod triquetra futura circumseptum, ad posteriora deorsum vergit. Omnium quæ in capite sunt, illud maximo foramine perterebratum, quo medulla à cerebro in medullæ fistulam delabitur. Occipitio latera capitis innituntur, quæ sincipitis nonnunquam & αἱ βρεγματικαὶ ossa dici solent. hæc ad summum verticem acta, vtrinque ei commissuræ aslident, quæ recta in capitis longitudinem ferunt. Subter hæc, duo sunt ad suam quodque auriculam, quæ à lapidis specie & duritia, πετρώδεις dixerunt. In horum cauo ossa duo visuntur malleo aut incudi similia. Ab vtroque processus, quasi surculus intrò subit σπηνοειδὲς, in quo foramen quo soni admittantur, intrò ferrur ad cerebrum. Os sextum frontis est, quod in superciliorum sede vbi eminet, duplex est, concluditque gemina facie inanem capacitatem in nares deriuatam. Iam his totique cerebro ceu basis quædam substernitur τὸ σφηνοειδὲς, &c. hæc ille & plura cum Gal. & Arist. consentiens.

Calua figura, & sutura.

Suturarum differentia vsus.

Sagma.

Capitis ossium numerus, ac circumscriptio.

EX VESALIO.

VESALIVS & ipse inter anatomicos facilè princeps, de capite & calua multa differit lib. 1. cap. 6. 7. 8. quæ nunc percensere prolixitas vetat. idem cap. mox 39. octo capitis propria ossa numerat, cùm tamen ex Gal. 6. aut 7. ad summum recensuerim; & cum communibus vniuersa ossa viginti toti caluariæ assignat ac sigillatim depingit. idem ex Hipp. & Galeno, cap. 5. lib. 1. figuram capitis naturalem & eas quæ præter naturam, enumerat & explicat. quæ omnia vitandæ prolixitatis gratiâ non referam adamussim, sed ista summatim subducam. Prouidus rerum opifex non soli cuti carnosisque partibus, cerebri commisit custodiam, sed vndique os ipsi instar galeæ circumposuit, quæ octo peculiaribus constat ossibus, præter alia duodecim maxillæ superioris ossa. Galea hæc seu caluaria ob id futuras obtinuit, tum ad vaporosorum & fuliginosorum excrementorum purgationem (quippe cùm caput tectum quoddam calidæ domus referat) tum vt per illas membraneæ transirent fibræ, quæ præter vasorum quorundam fines, duram cerebri membranam ipsi caluariæ committerent: & huius dein intetuentu ac beneficio, cerebrũ quòd promptè aliàs ob mollitiem concideret, suósq. ventriculos & cauitates comprimeret, admodùm concinnè sustinerent, ac veluti suspensum seruarent. quæ futuræ quot & quales sint, inter omnes cõuenit: quæ in mulieribus vt in viris eodem modo se habent, contrà quam sensit Arist. aut quàm plerique putant, alij in viris, alij in mulieribus, obelæam (quæ & ῥαβδοειδὴς à virgæ figura dicitur) per frontis medium ad nasi vsque summum prorepere. Valdè senum caluariæ futurarum situm duntaxat, idq. perquàm obscurè referunt, nulla interim futuræ conspicua imagine. quales Herodotus in Persia caluarias passim reperiri scripsit, & Arist. alibi. Neque profectò mirum est senibus futuras concrescere: siquidem illis vertebras vniri connascíq. cernamus: & ossium quoq. supercilia processũsque ita ipsis excrescere constet, vt consuetis motibus illorũ ossa agi nequeant. Os σφηνοειδὲς, à cunei similitudine vocatum, vnicũ & coniugis expers ab aliquibus inter capitis ossa, ab aliis inter maxillæ superioris ossa cõnumeratur. capitis autem ossibus rectiùs ascribetur, quum haud minimã caluariæ cauitatis, quà cerebrum reponitur, sedem cum cæteris ossibus constituat, & oculorum orbitas effingat. Ita vt sint octo capitis ossa, duo nẽpe verticis; duo infra hæc, ad vtramq. aurem vnum, quæ tẽporum ossa vocantur: quintum os frontis vnicum; sextum occipitis; septimum cuneiforme; octauum quod ad cribri aut spongiæ referur

Caluariæ ossium numerus.

Cerebri munimenta.

Cranio cur adsint futuræ, & vsus.

Suturæ modus & summa similitudo.

Calua sine futura, & quales sine.

Ossa sinuum quomodo muniantur.

Os cuneiforme.

Ossium capitis numerus.

imaginem. quæ ſingula ibidem author deſcribit prolixiùs: hoc tamen confeſſus, quà ſagittalis ſutura in coronalem incidit, totius caluariæ partem molliſſimam rariſſimámque occurrere: quæ in nuper natis infantibus adhuc membranea ac recenti caſeo ſimilis tangentibus ſentitur: & quæ in puerulis manducantibus reſpirantibúſque mouetur, contra Falloppij dictam nuper opinationem.

Sinciput infantu quale.

De motibus autem capitis ita Galeno aduerſatur eiuſdem lib. 1. cap. 15. Galenus 12. lib. de vſu part. capiti duos aſcribens, vnũ in annuendo renuendóque, alterum in latera fieri docet, humeris ſeu ſcapulis admoto capite. priorem motum, qui annuendo renuendóque fit, ſecundæ ceruicis vertebræ beneficio, aut ſupra ſecũdam perfici affirmat. poſteriorem verò, quo caput in latera ducitur, ſupra primam ceruicis vertebram fieri ait lib. 4. adminiſtr. anatom. Ego verò aliter multò capitis motus conſtituo. Caput enim aut primario motu, quieſcente collo mouemus; aut ſecundario, quum ſcilicet caput colli motum ſequitur, etiamſi id in aliam partem quàm collum mouetur, ducere coneris. Proprij capitis motus duo ſunt. priore id antrorſum flectimus retrorſúmque inclinamus extendimúſve: quem motum conficis aut rigido immotóque collo, aut collo etiam ſimul moto: ſiue id pari motu cum capite agas, ſiue contrario. Quanuis enim in anteriora collum ducas, capútque neceſſariò collum inſequatur, nihilominùs tamen caput proprio motu in poſteriora poſſis reflectere, & vnà promptè obſeruare, collum & caput ſeorſum proprios & priuatos in flexu reflexúque motus obtinere. Alter proprius capitis motus is cenſendus eſt, quo caput ita quodammodo circunducimus in gyrúmve agimus, ac rota ad axem reuoluitur, quémque etiam quieſcente collo obibis, ſi modò dextra, modò ſiniſtra viciſſim intueri ſtudueris, capútve circunuerteris. Præſens motus capiti omnino eſt proprius, & collum illo deſtituitur. vnde etiam quocumque modo collum móueris, hic capitis circumactus commodè perficitur. flexo enim collo, capitéque cum illo inclinato, id facilè in gyrum ducis. ſic etiam ſi collum fuerit extentum, aut in latus humero admotum, caput promptè circumagis. Cæterùm vt caput vno motu, qui circumactu fit, priuatim donatur: ita collum quoque peculiarem motum, quo in latus veluti ad humeros ducitur, ſibi vendicat. Caput enim nullum proprium obtinet motum, quo in latus inclinatur: ſed colli tantùm beneficio motúq. ſecundario illuc fertur. nobíſque denegatum eſt, caput huic illíve ſcapulæ vel minimùm, niſi collo illuc ducto, admouere. Duobus itaque propriis motibus caput donatur, quorum priorem, qui flexione ac reflexione perficitur, capitis cum prima ceruicis vertebra, articulorum beneficio celebrari dicimus: vti poſteriorem motum, quo caput in gyrum agitur, ſupra ſecundam ceruicis vertebram velut ad axem confici relatum eſt. Mea itaque ſententia, duplicibus capitis cum prima vertebra articulis caput flectitur & extenditur, ſeu antrorſum retrorſúmque rectiſſimo motu ducitur. Nulla autem ratione, illorum articulorum ope in latera fertur, quanuis id Galeno tot locis ſit proditum: immoto namque collo, caput ne tantillum quidem in latera mouere poſſumus. & ſi caput ſupra primam vertebram in latus ageretur, quis ambigit in eo motu primam vertebram debere immotam ſeruari? ſi modò in motu alterum articuli os oportere quieſcere Ariſt. in lib. de communi animalium greſſu rectè demonſtrauerit. Præterea cùm primæ vertebræ cum capite articulationes ſint eiuſmodi, vt ne minimo quidem temporis momento paruam exarticulationem ac luxationem ſuſtineant, quin homo mox reſpirationis expers, mutus, & abſque motu & ſenſu, tanquam affecta neruorum radice reddatur, quî poterimus cum Gal. naturæ tantam imponere oſcitantiam, vt fateamur eam in digniſſimis totius corporis articulis ita dormitaſſe, vt neceſſum ſit, oſſis quod mouetur, caput ex ſinu, cui aliàs inarticulatur, ita debere ſubleuari, vt ſinum non ampliùs contingat, ipſíque non aliqua ex parte ita firmetur & inſiſtat, vt reliqua omnia oſſa penitus ex ſuo ſinu neutiquam in concreditis ipſis motibus abſcedere dehiſceréve nouimus? Galenus namque caput ſupra primam vertebram in latus duci arbitratus aſſerit, capite in dextrum latus ducto, dextrum tunc occipitij oſſis capitulum in dextrum primæ vertebræ ſinum ſtringi; ſiniſtrum verò capitulum ex ſiniſtro ſinu aſſurgere: & contrà, ſiquando caput in ſiniſtrũ latus inclinatur. Non igitur huic gemino capitis cum prima vertebra articulo motum in latus, ſed ſimplicem flexum & reflexum tribuamus. Quod verò ad primæ vertebræ cum ſecunda contextum attinet, neutiquam cum Galeno annuere poſſum, caput quouis tandem pacto illius auxilio flecti & in poſteriora reclinari: ſed natura caput ſupra primam tantùm vertebram flecti ac reflecti voluit. Nam ſupra hanc in latus moueri haud potuit: niſi natura hîc ſui oblita, vnum occipitis oſſis capitulũ in vno vertebræ ſinu ſtringi, aliud verò capitulum egregiè attolli ac à prima vertebra prorſus diſiungi cupiuiſſet: quæ aliàs ſemper ſtudet, vt articuli oſſa mutuò ſint contigua, neque obinuicem abſcedant, & neſcio quam vacuam à Galeno confictam ſedem ſtatuant. Præterea minùs adhuc caput in gyrũ ſupra primam vertebram moueri potuit, niſi natura acutũ proceſſum in capitis amplitudinem, qua cerebrũ continetur, à prima vertebra produxiſſet, ad quem caput perinde ac axem volueretur, ac deinceps alia quamplurima nunc concinnè efformata vitiare propoſuiſſet. Super ſecundam itaq. vertebram caput ſummo artificio in gyrũ mouetur: ſi enim flecteretur, dens dorſalem frãgeret medullam. Dein prima vertebra ſupra ſecundam retrorſum nullo modo reflecti poſſet, niſi prima in anteriori ſede, qua dentem cõtinet, prorſus exculperetur: primáq. tunc vertebra à dẽte nũ præpedita, retrorſũ liberè duceretur. Adde caput neutiquã in latus ſupra ſecũ-

Capitis motus quot & quales, & quomodo fiant.

Capitis motus proprij & communi, quot & quales.

Colli motus proprij & communis.

Capitis motus qualiter fiant.

Citra Gal. de motu capitis.

Capitis motus qui fiat iuxta Gal.

Citra Gal.

Concluſio.

Caput quomodo vera moueatur.

dam moueri potuiſſe: aliàs enim neceſſum eſſet primam vertebram in altero latere à ſecunda plurimùm attolli: quod periculum nunc in circumactu non impendet. Lateralem itaque motum natura non vulgari induſtria omnibus ceruicis commiſit vertebris, quæ ſingulæ ſeorſum in latus moueri nequeunt, verùm ſimul omnes ſuccedentibus motibus illuc adeo concinnè inclinantur, vt caput ſecundario motu in latus citra omnem noxam ipſarum auxilio commodè feratur. Hanc demonſtrationem ſcientificam ſanè idem paucis verbis perſtrinxit cap. 28. lib. 2. velut per epilogum. Quot propriis motibus ceruix agitur, totidem etiam ſecundariis caput mouetur. ac ceruix quidem extenditur, ſeu in poſteriora verſus dorſum ducitur, & in anteriora flectitur: deinde vtrinque ad latera, ad humeros ſcilicet etiam inclinatur. Caput autē vno proprio motu, vel quieſcente etiam ceruice, flectitur & extenditur, ſeu antrorſum & retrorſum, idque ſupra primā ceruicis vertebram fertur: & dein alio ipſi prorſus peculiari motu ſupra ſecundam vertebram, veluti ad axim circunducitur, ſiue flexum, ſiue extenſum cum ceruice aut citra ceruicem exiſtat. In latera verò ſeu verſus humores caput nonniſi ceruicis beneficio, ac veluti ſecūdariò inclinatur: quum immota rigidáque ceruice, ne minimùm quidem caput proprio motu humeris adducamus. hæc ille omnino probabiliter: niſi naturæ archetypum conſulere mauis. Nam Syluius in Galeni verba iuratus, depulſione 4. calumn. ſic in Veſalium velut hoſtem inſurgit. Motus capitis geminos, rectum annuendo & renuendo, ſeu flectendo & extendendo; ac obliquum in latera circumagendo ſcribit Gal. & rectum fieri diarthroſi primi ſpondyli cum ſecundo: obliquum autē diarthroſi coronon occipitis duorū cum duabus primi ſpondyli ſupernis cauitatibus. Id quod pernegat calumniator ſua ignorantia craſſiſſima & iudicādi celeritate peruerſus. Verbum enim κεφαλὴ paſſim Galenus accipit pro caput ab antico in dextrum vel ſiniſtrum circunducere, ſine vlla capitis in humeros inclinatione. quam ſolam malè calumniator per circumactionem Galeni interpretatur: cùm ea capitis inclinatio in humeros, colli ſit totius ſpondylorum, non capitis articulationū cum primo ſpondylo. Neque verò ſic accipiēdum, rectos capitis motus ſecunda, obliquos prima diarthroſi fieri, vt non etiam iuuentur illi quidem prima, hi verò ſecunda. id quod ratione & experientia (quæ ſola duo ſunt fidei faciendæ inſtrumenta) ſic demonſtro. Id namq. in homine viuo, præſertim multùm gracili, vt ſpondylos primos obſeruare poſſis, ita explorabis; & in recèns mortuo & adhuc calente aut recalfacto. Præterea ſi omnes muſculos exemeris, præter octo paruos & duos maſtoideos: quos ſi ambos contraxeris, cernes primum ſpondylum à ſecundo plurimùm poſtica parte ſurſum abſcedere, minimùm ab occipite. ſi paruos quatuor muſculos rectos contraxeris, occiput in ſecundum ſpondylum reclinari plurimùm ſpectabis, nulla primi ſpondyli ſpina id prohibente, minimùm in primum. Idem ablatis omnibus muſculis, ſed ligamentis adhuc recentibus & mollibus ſeruatis, experieris. Cur enim natura muſculos rectos, licet breuiſſimos, à primi ſpondyli parte poſtica in occiput inſeruiſſet, niſi hæc diarthroſis prima motū capitis rectum adiutura fuiſſet? faciendum tamen præcipuè à rectis duobus aliis muſculis maioribus à ſpina ſecundi ſpondyli in occiput tendētibus. Cur itē obliquos muſculos affixiſſet duos apophyſi tranſuerſæ primi ſpondyli & ſpinæ ſecundi, non ſolùm duos etiam obliquos eidem apophyſi & occipiti, niſi motum capitis obliquum ſeu circumactionem à prima diarthroſi præcipuè fieri voluiſſet, à ſecunda tamen iuuari? Porrò eam capitis flexionem & extēſionem ipſe ſecundi ſpondyli dens non paulò ſecuriorem facit, dum ne motus vterque immodicus fiat, prohibet. ſed idem quoque dens per primi ſpondyli cauum in occiput inter ſua cornua firmiter alligatus circumactionem multùm adiuuat, & tutiſſimam facit (quòd ea diarthroſis prima omnium ſit principaliſſima, & ob id omnium ſecuriſſima & munitiſſima eſſe debuit) dū circa ipſum caput in primo ſpondylo non aliter quàm oſtiorum verticilla circa ipſos vectes circumagatur. hæc Syluius pro Gal. quæ ſi diligenter expendas, paucis verbis immutatis, aut bene & purè intellectis, videbis omnes idem ſentire & inter ſe conuenire. ſatius tamen eſt ad naturæ volumina, quàm authorum libros pro veritate eruenda recurrere. Idem porrò Veſalius, vt ſemel expediam, cap. 14. lib. 1. de ſpina dorſi ſic diſſerit. Rerū parens natura homini dorſum, quod Græcis ῥάχις & νῶτον dicitur, carinæ cuiuſdam inſtar & fulcri machinata eſt, illius enim ope recti ambulamus, & erecti conſiſtimus. Verùm natura in hoc duntaxat dorſum non fabrefecit, ſed perinde atq. aliàs ſubinde membrū aliquod ad varios ſimul vſus aptū reddit, ita nec hîc quoq. induſtriæ ſuæ eſt oblita. dorſi enim oſſibus ne tantum ſuſtinerent, corpúſq. cōmuni oſſium vſu ſolùm ſtabilirent, magnum inſculpſit foramen, quo idoneū dorſali medullæ per dorſum deſcenſuræ, iter ac veluti ſacra quædam fiſtula, Græcis νεῦρον ἱερὸν nūcupata, adaptaretur. Atque hoc foramen ſic eſt cælatum, vt eius gratia diſſectionem periti, à verticulorū quibus fuſi aggrauantur, imagine, oſſa dorſi, vertebras appellauerint. Dein natura non ex vno ſimpliciq. oſſe dorſum conſtituit, etſi ita ad ſtabilitatem & magis à luxationibus diſtortionibúſq. tutam dorſalis medullæ ſedem fuiſſet cōmodum: at variorū motuum, quibus hominem neceſſario agi oportuit, occaſione, pluribus oſſibus dorſum extruxit, vtcunq. eā ſic luxationibus magis reddatur expoſitum. Quamobrem verò id ex pluribus oſſibus, quatuor [illegible] & triginta efformetur (quorū ſeptem ad ceruicem, duodecim ad thoracem, quinq. ad lumbos, ſex ad ſacrum os, & quatuor ad coccygis os referimus) ipſa potiſſimùm dorſalis medulla in cauſſa eſt, triginta parium neruorum mater & origo, de quibus non ita multò pòſt. nam in cæteris ſpinæ partibus deſcribēdis cum

Capitis & ceruicis quot motus & quales.

Capitis motus quibus ſpondylis fiant, & quotuplices.

Motum capitis q mot, & quomodo fiant.

Circumducere caput, quid.

N. aliud eſt facere abſolutè, aliud autem iuuare. hoc ſubterfugium eſt.

N. de muſculis non inquiritur, ſed de oſſibus.

Dentis vſus in ſpondylo.

Spina vſus.

Fiſtula magna ſpinæ.

Vertebræ vnde dicantur.

Spina cur multis oſſibus conſtet.

Spina partes, & oſſium numerus, & ratio.

Gal. & aliis huic planè conuenit; peculiariter autem deinceps cap. 15. 16. 17. de colli, thoracis & lumborum vertebris fusè & amplè agit, vt solertem anatomicum decet, sed nostro huic instituto haud ita conuenienter: quæ ideo nobis prætermittenda ducimus, ne sermo nimiùm producatur. Huic verò nouæ anatomiæ coryphæo duo recentiores Itali, Columbus & Falloppius vt alibi ferè passim, sic in hoc argumento subscribunt. itaque vt ait poëta,

—— ab vno

Disce omnes ——

An futurarum sit dessatio.

Ex istis præterea Fallopius Hippocratis decussationem illam seu χιασμὸν futurarum, vbi vtraque prominentia perit antica & postica, inueniri in rerũ natura negat. Columbus autem Galeno negat vnquam futuras ambas coronalem & lambdoeiden obliterari, sola semper sagittali permanente. Idem Aristotelem ridet, qui mulierum caluarias à virilibus discrepare tradidit, cùm vtique persimiles sint, quòd iam antè Vesalius monuerat. Idem asserit, & verè, sagittalem interdum aduſque nasum summum protendi in vtrisque. & contra eundem Aristotelem, occiput esse solidissimum firmissimúmque. nec inane, sed cerebello plenum, quod reliqui anatomici profitentur & verè affirmãt. Idem Vesalio vitio vertit, quòd duos anteriores cerebri ventriculos tenui membrana vestiri ignorauerit. Idem nullum neruorum par à cerebello exoriri, sed à cerebro solùm contra Gal. adstruit, de quo postmodò. In motibus autem capitis Vesalio contra Galenum suffragatur. Item duodecimam vertebram mediam & velut axem deputat, quæ cæteris motis sola conquiescat immobilis, processus in vtramque contiguam immittens & inserens, ab illis vtrimque suscipienda nempe maiotis firmitatis gratiâ. quam prærogatiuam Galenus decimæ vertebræ tribuebat, vt patuit, sed in simia vtique, non homine. Similiter sub decima illa vertebra Galenus spinas seu spinosos processus sursum vergere dixit, reliquos deorsum spectare: cùm tamen omnes omnino spinei processus iam inde à secunda summa vertebra ad vltimam lumborum vsque, deorsum vergere ac nutare cernantur. De osse autem sacro & coccyge, quomodo Galenus ab aliis discrepet, pridem indicauimus.

An sola futura sagittalis esse queat.

An calua mulierum dissimiles virilium.

An occiput vacuum.

An pia mater ventriculos cerebri vestiat.

An à cerebello quedam neruorum paria.

An spinei processus deorsum omnes vergant.

Transitio.

Atque ea quidem est & cranij & verticillorum seu vertibulorum spinæ historia, tum penes veterum, in primis Galeni doctrinam, tum penes accuratiorem neotericorum obseruationem. quibus non admodùm fuit difficile vestigia maiorum secutis, priuatim sibi obseruata, & ætatum ac temporum decursu mutata pauca annotare: si paulò modestiores fuissent in interpretandis maiorum inuentis, & suis in lucem proferendis. Quibus siquid sequens olim posteritas diuersum obseruarit, vt futurum auguror, par pari referet, quos illos remordeat: vt sit vera poëtæ sententia Homeri:

Αἶψ' ἐπιμαιόμενος, ἵνα τε στόμα χαλκὸς ἔπεφνεν.
Vlciscì par est, si fortè quis ante lacessat.

Nr. modestiã in neotericis requirit.

DE MENINGIBVS.
CAP. III.

Similitudo.

IAM verò quemadmodum mercatores pretiosam mercem aliquam, vel eximium aliquod κειμήλιον non contenti cista aut capsula vel arca includere, eandem pluribus inuolucris & chartis implicant atque inserunt & obuoluunt, ne quo contactu aut duro comprimatur vel contundatur, aut sordido & inquinato conspurcetur. Sic sagax illa parens natura pretiosissimam vsquequaque supellectilem cerebri, tum spinalis medullæ non contenta osseo cranij tegumento cooperuisse & amicuisse solidissimo firmissimóque, duplici præterea illam membrana valida implicuit atque inuoluit: quam meningem iam sæpe cum patribus & decessoribus vocauimus. μῆνιγξ verò Græcis ideo mihi quidem videtur dicta, ὅτι ἐν αὐτῇ μέση ὁ ἐγκέφαλος, quòd in ea cerebrum consistat, ἢ ὅτι ἡ καὶ μάλιστα μέση ἐστίν, aut quòd ambæ meninges sibi contiguæ sint ac vicinæ finitimæque. nisi fortè ex aduerso, ac velut per ἀντίφρασιν dicantur, ὅτι μὴ ἐφάπτονται, quòd mutuò sibi non appropinquent, vel quòd inuicem diremptæ sint atque separatæ: nempe quantum pulsationi & dilatationi cerebri fit satis. ita tamen vt alterum altera passim incumbens tantum non contingat; crassa duráque exteriore ob offium caluæ duritiem, ad quam ferè sublato per diastolen cerebro semper contigua appellit, vt eius occursui valido sua solida duritie resistat. tenui autem substrata, & cerebrum mollius vndique molliter inuoluente atque implicante. Quarum naturam si spectes, non alia est vtique, quàm membranarum reliquarum, de quibus paulò antè speciali capite egi: eiusdem etiam temperamenti frigidi sicci, & ab eadem causa materiáque orta illis generatio; nempe de materia crassa & tenaci, vi caloris natiui concocta & concreta, per villos genuinos, carne sui generis velut tomento compacta. vsus qualis tunicarum est, à contegendo. sed nominis differẽtia specialis, ob partis præstantiam accessit: eò quòd cerebrum, partem omnino nobilem ac principem, & ab eodem exortam spinalem medullam, velut alterum cerebrũ forma oblonga effigiatam, arctè & tutò complexæ continent; sensúsq. & motus & vitæ participes, propter neruulos, arteriolas venulásq. per suam substantiam traiectas; quibus partes quas contegunt; sensu vegetant, alunt etiam & natiuo calore fouent ac temperant. De quibus si separatim audire cupis, tenuis & interior meninx cerebrum omne & ab eo exortam rhachitidem neruósq. septem coniugationũ immediatè ambit ac munit, in ventriculos & mæandros atque anfractus cerebri sese altè & passim insinuans. Crassa autem tentiem complexa vestit, sed ab hac (vt pericardion à corde) tantum dirempta, quantum cerebro pulsanti suscipiendo sit satis: eadem cerebri ventriculos duplata dextrum à sinistro, cum tenui coniuncta & altè adacta dirimit:

Meninges natura.

Nature solertia in cerebri & spinalis medulle custodia.

Μήνιγξ vnde dicatur.

Meninges qualiter contigue.

Meningum situs, ratio, & vsus.

Meningum natura, temperamentũ, generatio, vsus, nomẽclatio præter-ea.

Meningis tenuis vsus & proprietas.

Meningis crassæ vsus & proprietas.

Meninges vbi robustæ, vbi non.

eadem quadruplicata cerebrum anticum à postico cerebro separat, totúmq. cerebrum & spinalem medullam pulsu carentem (ideo tenuis crassæ meningi in rhachitide coniungitur) similiter inuoluit: eadem etiam ossa ethmoïdea oblinit & contegit, déque multis suis fibris ac membranulis extra cranium per futuras emissis & latè effusis ac dilatatis, pericraniũ illud mihi dictum gignit. Vt tamen mihi sit obscurum, in ijs quæ carent futuris, vnde sit capitibus raris quidem illis, sui pericranij generatio. Sed quæ rara sunt, ea sub artem vix cadunt: erítque pericranio eiusmodi ortus, vnde & cuti toti corpus ambienti: quasi de carnis portione suprema resiccata & indurata, aut de tunicarum interiorum & fibrarum & tendonum & ligamentorum simul collectis atque amplè dilatatis propaginibus. Illud certius est, de pericranio existere adnatam oculi tunicam illam albicantem, quæ ad iridem vsque extenditur. de crassa autem meninge effingi in oculo dictam à similitudine corneam. de tenui porrò meninge formari vueam. de alijs iam olim, vbi de oculis & visu ac visionis modo. deinceps de meningibus audiamus artis magistros, quid sentiant, enuntiantes.

Pericranij origo.

Dubium.

Cuti origo vnde.

Tunica cisnostina, & cornea & vuea origo.

EX HIPP. ET ARIST. ET PLIN.

HIPPOCRATES lib. de locis in homine: Membranæ cerebri duę sunt: altera superna crassior, altera tenuis cerebrum attingens, non amplius eadé permanens, postquam fuerit vulnerata. cætera mox vbi de cerebro. namque philosophi has membranas parcè attingunt, imò neque de nomine specialiter norunt. sic tamen Aristoteles cap. 13. lib. 3. histor. animal. circumscribit; Maximæ inter membranas duæ sunt illæ, quibus cerebrum opertum munitur: altera suprà adhæret ossi, quæ firmior & crassior est: altera infrà contigua cerebro. præsita membrana syncera non coït. & ijsdem pènè verbis lib. 11. cap. 3. part. animal. Maximæ inter membranas & robustissimæ sunt, quæ cor aut cerebrum ambiunt. idque optima ratione: hæc enim præcipuã tutelam desiderant: tutela enim partibus adhibenda principalibus est. hæc autem principatum maximè vitæ obtinent. Plinius post Arist. etiam breuiùs de his agit cap. 37. lib. 11. Plura membranarum genera vna propria & cerebrum & cor inuoluitur. & ibidem iam antè, Duabus suprà subterque membranis velatur cerebrum: quarum alterutram rumpi mortiferum est. de quo tamé pòst paulò viderimus. Lactantius cap. 10. de opificio Dei: Cerebrum in quo sentiendi ratio est, quamuis sit vnum, tamen in duas partes membrana interueniente discretum est.

Meninges homines & bestiæ vsíque.

Membranæ præsita non coïunt.

Partium principum custodes.

Meningum vsus & proprietas.

EX GALENO.

SED venio ad medicos, vt huius partis, sicut reliquarum omnium in corpore curiosos & circunspectos indagatores: Galenus verò omnium primus & plurima solus suggeret: nam Celsus velut obiter meningum meminit initio lib. 8. & vbi capitis fracturas curat, vt eiusdem libri cap. 3. & 4. sic igitur Galenus lib. 2. de temperament. cap. 3. Omnes membranæ cute sunt siccíores, veluti cerebri & spinalis medullæ inuolucra, quæ meninges dicuntur: sunt enim hæ quoque mébranæ. idem initio lib. 9. administr. anatom. Membranam quæ cerebrum in orbem contegit, siue crassam, siue duram, siue cuticularem appellasse malis, nihil intererit: quemadmodum si etiã alteram sub ea tenuem, mollem membraneámque nuncupes, nihil offendes. & paulò pòst, Ac nihil miri est, naturam nõ requirere tunicã venæ, quæ sanguinem crassæ membranæ ventriculis suppediter, cùm similis vtraq. corpora substantiæ existant. & paulò pòst, Omnes venarum processus in tres totius cerebri partes disseminari conspicies, nónullas quidem tam superficiarias, vt ipsarũ rami in cóspectum prodeant: quasdam verò altè penetrantes, omnémque tenuem mébranam, quæ enumeratas venas colligat, & cerebro extrinsecùs circundatur, cum venis in ventriculum ipsius descẽdentem. Hanc membranam, tenuem meningem appellant veteri quadam consuetudine, nunc haud noui quónã pacto, solis cerebri membranis nuncupatione conseruata. nam veteres non has solùm membranas, sed etiam omnes, meningas vocitabant. &c.

Meninges vbi lethale, vbi non.

Meningum superamentum.

Meningum substantia.

Meninges quomodo alantur.

Venæ cerebri quales & quorsum.

Meningis tenuis vsus & proprietas.

Cæterùm Plinius ab Erasistrato traxisse visus est sententiam, cùm diceret, membranas cerebri rumpi mortiferum esse. quod cùm experientia quotidie falsum doceat, tum Galeni authoritas ita eludit lib. 7. plac. Hipp. & Plat. Iam verò ex meatibus cerebri, alij per infundibulum quod dicitur, in palatũ pertingunt, alij in principium narium cessant, in visibus alij neruis apparent, alius item quidam in primum ortum dorsi medullæ cõmittitur: qua maximè in parte si crassa membrana vulneretur, meatus totus vnà cum extremitate ventriculi cerebri posterioris aperitur. id quod præcipuè fuit in causa, vt Erasistratus deciperetur, existimarétque ex membranæ vulneratione, immobile cõtinuò animal reddi. inspiciebat quippe in bobus, qui in prima vertebra ferirentur, statim vbi membrana diuisa confractáque esset, motum interire. id tamen nõ ex læsione mébranæ, sed ex posterioris ventriculi denudatione cõtingebat. quod vel inde perspicuum esse omnibus potest, quòd licet omnibus alijs in partibus disrupta fuerit membrana, animal nullam huiusce modi nocumẽtum patitur. idem cõmẽt. ad aph. 50. lib. 6. Quibuscunque præciditur cerebrum &c. Non solum autem cerebro (ait Gal.) vulnerato euomunt homines bilem, sed & dura membrana ipsum circumstante: quæ cùm in multis pasibus sit cerebro adnata, ciriissimè ei cõmunicat proprias affectiones. vnde lib. 8. vsus part. Smyrnæi cuiusdã adolescentis meminit, qui accepto vulnere in vno ventriculorum cerebri anteriorum, superuixit. quod idem etiam scripserat lib. aggress. anatom. & ad aph. 18. lib. 6. vbi sic Hipp. Vesica discissa, aut cerebro, aut corde, aut septo, aut aliquo ex tenuioribus intestinis, aut ventriculo, aut iecore, lethale est. Cerebrum sanè vulneratum sæpe sanatum vidimus; semélque in Smyrna Ioniæ vicente adhuc præceptore Pelope, è

An meningũ rupturæ lethales. Quòd non.

Cerebri meatusque & quales.

Meningis vulnus vbi lethale, sola per accidẽs.

Bos vbi lethale, vel sola adacta suspende.

Gal. idem reperit lib. plac. Hipp. & Plat.

Cerebri vulnera, signa.

Historia.

Vulnera vbi lethalia.

Cerebri vulnus nõ semper lethale.

vulnere effatu digno. hoc itaque rariſſimum eſt. idem lib. 7. plac. Hipp. & Plat. Quòd ſi in viuentibus animalibus periculum feciſſet Eraſiſtratus, certiſſimè cognouiſſet, duram illam craſſioremque membranam operiendi cerebri cauſſa factam fuiſſe mollem & tenuem, vt eodem etiã fungeretur munere, ſed magis tamen vt omnia quæ in cerebro continentur, concepracula, arterias ſcilicet & venas colligaret. Ac ſi extracto capitis oſſe in viuente adhuc animali craſſum inuolucrum denudaueris, ſdque hinc inde à media illa recta cõpage, qua duplicatum in cerebrum penetrat, eíq. connectitur, hamato ferramento ſuſtuleris, & vel ſolum ſecueris, vel totum etiam exemptum detraxeris, ſenſu & motu orbari animal minimè videbis. idẽ contingit, ſi pars ea qua totum cerebrum poſterius integitur, vel præcidatur ſola, vel tota excidatur. Quinetiam ſi cerebrum ipſum quomodocumq. incidas, non priùs ſenſum & motum amittet animal, quàm ad aliquem ventriculum vulnus penetrauerit. Poſtremi quidem ventriculi vulneratio maximè omnium animal lædit: ſecũdo loco medij: minima ex anterioribus vtriſque noxa contrahitur. qua de re poſthàc. idem li. 8. vſus part. cap. 6. Dura meninge duplicata cerebrũ anterius à poſteriori dirimitur, & per meatũ ſolũ, qui ſub capitis vertice eſt, ac corpora meatum ipſum ambientia, coniunguntur. & paulò pòſt cap. 8. Tenuis meninx cerebrum ſtabilit ac tegit, & præterea vaſa omnia quæ in ipſo ſunt, colligat. ſimilis enim eſt χοριῳ, hoc eſt ſecundæ fœtus, atque animalis meſaræo ſeu meſenterio. Nam vt vtrumque horũ ex multis tum arterijs, tum venis ſibi ipſis proximis, præterea membrana tenui media inter ea ſpatia contexente, eſt conflatum: ad eundem modum & meninx totius cerebri arterias ac venas continet, ne alternent ac circũplexentur, néve ſuo ſitu in motibus dimoueantur, cùm ſedem ſeu baſim habeant infirmã, vt quæ in corpore humido adeo & molli ac propemodùm fluxili vehantur. Quo fit, vt non modò cerebrum cõplectatur, verum etiam in profundũ eius ſeſe inſinuet, ipſum in omnes partes peruadens, totúmque contexens, ac quoquò verſus ſeſe extendens vſque ad internam ventriculorum capacitatem. Argumento eſt, quòd ſi cuiuſuis animalis cerebrum ceperis iam vndique nudatum quidem, conſtans tamen adhuc & cohærens ad baſim, ab eóque tenuem meningẽ excoriare aggrediaris, videbis repentè partes omnes ſimul ac nudatæ erunt, ſingulatim effundi atq; amplificari extrorſum. cùm autem nudatus iam fuerit vndique, pro rotundo ac orbiculari planum efficitur: partibus nimirum ipſius ſuperioribus præcedentibus ac circumfluentibus ad latera. quod apertè indicat ipſum conſtringi ac cõtineri oportere à meninge chorioide. Eſt porrò ipſius tegumentum & craſſa meninx, aut potiùs non ſimpliciter ipſam, tegumentum nominare oportet, ſed magis velut propugnaculum quoddam propulſandis cranij impreſſionibus oppoſitum. At tenuis quidem meninx, naturale reuera eius operimẽtum. nam craſſa certè ab ipſo eſt ſeiuncta, excedentibus

Meningum vſus.

Cerebri vulnera quæ demũ ſenſũ & motum adimãt, & horũ cõparatio ad ignauiam.

Meningũ vſus, præſertim tenuis.

Tenuis meningis cum ſecũdina & meſenterio comparatio.

Tenuis meninx quò cerebrum ſubeat.

Quibus modis tenuis meninx totum cerebrũ ambiat & contineat.

Meningis craſſioris.

A tantùm vaſis cohærens. Quòd ſi natura tenuem meningem non interpoſuiſſet, cerebri cũ craſſa meninge vicinitas ac contagio haudquaquam dolore vacaret. Quẽadmodum igitur Plato inquit inter terrã & ignem, quòd natura multùm eſſent inter ſe diſſimilia, Deum aquam & terram interpoſuiſſe: ita & ego naturam affirmarim, in medio cerebri & cranij, quia ſubſtãtijs multum diſcrepabant, vtraſque meningas poſuiſſe, non contentam vno vinculo neceſſitudinis cõciliatore. Neutra verò meninx ad portionẽ à cranio & cerebro diſtat: ſed tenuis quidem plus ab oſſis duritie relinquitur, quàm cerebri mollitiem B ſuperet. contrà autem craſſa infinitis quidem partibus cerebro eſt durior, oſſe verò paulò eſt mollior. Proinde ſi tenuem quidem ſolam natura effeciſſet, fieri certè non potuiſſet, vt citra noxam cum cranio ipſa conſueſceret: ſin verò craſſam, cerebrum ipſum angeretur. Vt igitur neque cerebrum, neque eius operimentũ quicquam paterentur, prior quidem tenuis meninx, poſt ipſam autem craſſa locata eſt: quæ quantò oſſe eſt mollior, tantò tenui eſt durior: quantò autem hac tenuis eſt mollior, tantò tenui cerebrum eſt mollius. Duobus igitur medijs vſa natura (quãuis plurimùm qualitatibus diſcrepent) cranion & cerebrum pauco interuallo inter ſe C ſine offenſione ac turbò iunxit, ſiquidem meninx χοριοειδὴς, innatum eſt cerebri tegumentum, vt in brutis corium. huius rurſum craſſa, innatum quidem non etiam eſt operimentum, multis tamen locis adhæreſcit. ipſi rurſus craſſæ tegumentum eſt os extrinſecùs circundatum, quod ſanè κρανίον etiam appellant, quòd quaſi κρανος quoddam, id eſt galea ſuperiaceat, vti nuper patuit. ibidem mox ſub finem libri 9. In pleriſque locis fortiter, in alijs inualidè, in quibuſdã mediocriter, in multis autem nihil omninò annectam cranio duram meningem docet oportuiſſe, indéque ligamentorum differentiam pendere. D in baſi enim pauca habet, eáq. imbecilla, quòd ſuopte nutu ac pondere deorſum ſemper ferantur. in omnibus autẽ alijs partibus, vt laxitatem cerebro dilatando ac comprimendo præbeat ſpatioſiſſimam, factum iure eſt, vt plurimùm ab eo ſecederet, ſurſúmque ad cranion extenderetur. meritò etiam craſſior infernè extitit, vt cùm cerebrum in ea omnino eſſet firmandum, nullum ei exhibeat dolorem, penitúſque ab eo ſubiacentium oſſium durities non ſentiatur. At in plexu retiformi duriorem quoque ipſam, non modò craſſiorem effecit, vt ſit velut os cerebro ſubſtrata, quod ea parte eſt cõfertiſſimum: néve pondere depreſſa, arterias ibi coarctet aut comprimat. Dura enim meninx portionẽ quandam E à ſeipſa productam retiformi plexui ſubſtrauit: quem haudquaquam à ſubiectis oſſibus comprimi oportebat. ſed de iſdem tunicis iterum poſtea, vbi de cerebro dicetur. Porrò quod de cerebri meningibus dico, idem de medullæ ſpinalis membranis intelligi debet. ſic enim rectè Gal. lib. 13. vſus part. cap. 8. Meninges duæ circa ſpinalem medullam, illis quæ totum cerebrum in orbem complectuntur, planè ſunt ſimiles: niſi quòd nullum habent medium interuallum,

Vtriuſque meningis teſtitas, quæ de re. à ſimili.

Cõparatio meningum inter ſe & cum cranio.

Ordo meningum & operimentorum cerebri.

Cranij cum dicto.

Meninx qualiter cranio adhæreat, aut cerebro præpugnet.

Dura meningis vſus, & varietas.

Meningum vſus communis cerebro & ſpinali medullæ, & quid differant.

vt in capite, ſed in eo ſanè diſcrepāt, quòd craſſa meninx tenuem tangit, ac totam in orbem continet: præterea quòd tertia quædam tunica valida admodùm ac neruoſa extrinſecùs ijs eſt impoſita. verùm de his etiam meminiſſe iterum neceſſe eſt, vbi de medulla ſpinali paulò pòſt tranſigetur.

EX FERNELIO.

CÆTERVM inter recentiores ita Galeno ſubſcribit noſter Fernelius cap. 13. lib. 1. phyſiolog. Ex interioribus autē quæ cerebrum inuoluunt, membranis, meninges appellantur, altera craſſior, tenuior altera: quarum productiones omnē ſpinæ medullam, ex haoq. ductas neruorum propagines circūſepiunt. ſupra quas tertia quædam illis firmior, ſpinæ fiſtulam intus ſuccingit, itemq. quarta extrinſecùs vniuerſam ſpinam tegit & illigat. & iam antè eiuſdem libri cap. 9. Caluam itaque obuelant mēbranæ, quarum interior craſſa meninx appellata, villis cōpluribus caluæ futuris adhæreſcit: qui inde foràs elapſi, fuſiùs latiúſque circumiecti, alteram exteriorem membranam conficiunt (Græcis eſt περικράνιον) capitis muſculoſæ cuti proximè ſubiectam. Craſſior dura illa meninx cùm eſſet, cerebro vt propugnaculum aduerſus caluæ occurſum data eſt. altera autem ſubeſt tenuis atque mollis, idoneum cerebri inuolucrum ei quamproximè adiunctum: quod & locis compluribus altiùs demergitur, vt interiores cerebri capacitates oblinat. At verò geminatæ atque duplicatæ meninges altiùs impulſæ, primùm cerebrum à cerebello, quod Græcis eſt παρεγκεφαλὶς, prorſus diſterminant: rurſúmque cerebrum ipſum parte priore ſium, in dextram lænámque per ſumma duntaxat dirimunt. vt partes cerebri tres ſint omnes geminis membranis ſeiunctæ, omnéſque ijſdem ſuprà ſubtérque ambientibus comprehenſæ. ſed de cerebro non ita multò pòſt.

Meningum numerus & officium.

Pericranij origo.

Meningum vſus & differentia.

Cerebri partes ac deremptio.

EX COLVMBO.

COLVMBVS diligentia cum neotericis in re anatomica certans, de his ita ſcribit cap. 1. lib. 8. Natura circa cerebri ſubſtantiam duas apoſuit membranas, craſſam (inquam) & tenuem, quæ vniuerſam illius ſubſtantiam circundant. ex quibus craſſa meninx, quam & duram matrē vocant, à cerebro ipſo diſtat, quemadmodum à pericardio cor. Huius autem diſtantiæ cauſſa eſt, vt cerebri diaſtole ſyſtoléque locum habeat. Vt enim vidimus, non modò cordi perpetua adeſt diaſtole ac ſyſtole, ſed cerebro quoque. quod licet paradoxon videatur, tamen ſi diligens eris anatomicus, & recentia capitis vulnera cōplura obſeruabis, tam verum eſſe deprehendes, quàm quod veriſſimum. Iccirco dura hæc membrana caluariæ cōnectitur ſuturarum ope: caluariámque egreſſa, pericranion creat: ita dictum, quòd exteriorem cranij partem circundet. cuius interiori parti dura quam diximus, membrana validiſſimo nexu colligatur. Neque vnica eſt membrana, veluti qui ante me de anatomicis rebus ſcripſere, omnes vno ore prædicant, ſed duplex, vel vt apertiùs dicam, duæ ſunt membranæ, dura meninx: quarum vnam internam voco, quæ cerebrum ſpectat, alteram externá, caluariam verſus: quæ minori ſenſu meritò prædita fuit: quippe cui oſſis duritiei attingenda erat. altera verò quam internam dixi, magno ſenſu pollet. Hæ itaque membranæ in capitis vertice ſub recta ſutura reduplicatæ deſcendunt cerebri dexteram partem à ſiniſtra ſeiungentes: non tamen ad imum vſque, ſed ad dimidiū cerebri, quaſi ad ſphæræ centrum dixeris, vbi corpus adeſt calloſum dictum. Hæc membranarum duplicatio, quam ſuprà memorani, poſteriore ſui parte verſus cerebrum latior eſt, quàm in anteriore frontem verſus. figura eius eſt falcis in modum. at poſteriore capitis parte hæ mēbranæ quadruplicantur. hoc eſt, quadruplex hoc looo dura membrana cernitur, neque iniuria, nam cerebrū à cerebello ſeiungit. Inter has, quatuor ſinus ſeu cauitates ponūs adſunt ſanguine refertæ, de quibus nos paulò antè, vbi de torculari capitis lib. ſuperioris cap. 8. Hoc autem loco Fallopium vellicare & obiter notare viſus eſt, qui cerebro motum cordis æmulum diffitebatur, vt nuper oſtendi: quem tamē cerriſſimum adſtruximus: eúmque non aliunde pendēre ducimus, quàm à numeroſis arterijs, quæ à corde ſurſum elatæ, meningas contexunt, & per cerebrum traiectæ, ipſius ſubſtantiam animant, cient, ſpiritu vitali fœcundant, animalíque ſpiritui originem de ſe ſuggerunt ac ſubminiſtrant. de quo tum alibi circa initia, tum haud ita multò pòſt dicetur. Vides autem, quod paulò antè prædixeram, μηνιγγοφλὰς iam à talionis multa minimè immunes, & pari pat ſibi relatum à recentioribus, quod illos remordeat, vt in hoc, ſic pleriſq. alijs in locis conuellendos ac vellicandos.

Quòd dura meninx, ſit gemina ſeu duplex, & eauſdē natura figuraq.

Cerebri motus.

Torcular, vbi.

Contra Fallop.

EX VESAL.

SI cupis porrò quid Veſalius de his ſentiat, pernoſſe, ſic habe ex cap. 2. lib. 7. de dura meninge, & cap. 3. de tenui meninge. Vniuerſa caluariæ cauitas cerebro excipiendo adaptata, quadam ſubducitur membrana, quam propter craſſitiem, qua cæteris non cerebri modò, verùm totius etiam corporis præſtat membranis, craſſam, & ab inſigni duritie duram, vti & cuticularem nuncupamus. Hæc vnica continuáque viſitur: adeo vt ipſius ſitum & externæ ſuæ ſuperficiei formā magnitudinémque, oſſiū cognitio eleganter edoceat. nullum enim caluarię os priuati alicuius vſus gratia in caluariæ cauitatem extuberat, cui hæc membrana non cedat, ſéque ab illo introrſum premi ſinat. nullus in ea cauitate ſinus, quem hæc quoque membrana non impleat? præter cuneiformis oſſis ſinum, cui glans pituitam cerebri excipiens incumbit, & eos ſinus, qui præcipuis ſoporariæ arteriæ propaginibus ad glandis illius latera excurrentibus cedunt, ad pituitæque defluxum cenſentur accommodi. in horum namque ſinuum regione, dura mēbrana à caluaria abſcedit, & inter membranam & caluariam, glans ea dictæque arteriarum propagines conſiſtunt. quum interim per

Meninges dura ſynonyma & vſus, ſitus, forma, ligamenta.

Dura meninx vbi à oſſibus recedat, aut cū cohæreat.

reliquam calvariæ cauitatem, membrana oſſibus proximè & citra alicuius corporis medium ſit attigua: alibi oſſium proceſſibus & foraminibus connaſcitur, adhęc calvariæ etiam annectitur ſuturis. interim non ſolùm futuris cõnaſcitur, ſed tenues membraneáſque fibras etiam per illas verſus capitis exteriora tranſmittit, quæ ipſius ſuperficiem aſperam oſtendunt, vt etiam tubercula quædam in vertice inæqualiter prominentia, paréſq. ſibi in calvaria ſinus obtinentia, quibus validè innaſcuntur. quo loco videndum, ne primùm cauti in cauteriorũ adminiſtratione & capitis contuſionibus calvariam perforemus. etenim nulla horum tuberum habita ratione, membranã vnà cum oſſe haud leui malo perfunderemus: quò in his locis, vti in futurarũ quoq. regionibus, illa ab oſſe difficulter abſcedat. Porrò hæc non toto ſuo corpore calvariæ oſſibus eſt attigua, ſed magnam ſui portionem inter cerebrum ac cerebellũ inſinuat, quæ vniuerſam cerebelli ſuperiorem ſedẽ integens, cerebri regionem cerebello incumbentem ab illo interdiuidit ac veluti ſubleuat. eadem dextrã cerebri partem à ſiniſtra dirimit. cuius proceſſus à poſteriori capitis ſede antrorſum ductus, ſenſim falcis meſſoriæ ritu arctatur, ab omni parte eam effigians, craſſitie duritiáque variãtibus. Verùm neuter horum proceſſuum (contra Gal.) dupliçatur, ſed vterque ſimplex eſt, quẽadmodum & ipſa membrana, quà cerebri lateribus aut calvariæ attẽditur. Horum duræ membranæ proceſſuum ſuperficies ſpecie cum reliqua interiori totius membranæ ſuperficie congruit, qua vix inter omnes corporis ſuperficies aliam magis ſplendidam lævámve, & omni adipe, quemadmodum omnia quę in calvariæ conſiſtunt cauitate, deſtitutam reperias. quinetiam interior hęc ſuperficies aqueo humore longè magis quàm exterior perfunditur, & multò cãdidior apparet. Porrò quemadmodum exterior ſuperficies oſſa calvariæ reſpicit: ita & interior tenuem cerebri ſpectat membranam: cui nullius corporis interuentu, quàm ductuũ inſtar venarum ab ipſa in tenuem membranam pronatorum ope cõmittitur. Quandoquidem ſi dura membrana pari modo tenui membranę, ipſiq. adeo cerebro, vt calvariæ connaſceretur, ipſa quò minùs tenuis membranæ vaſa diſtendi contrahíque poſſint, impedimento foret. quod præcauens natura, duræ membranæ cauitatẽ nonnihil ampliorem ipſa cerebri cum tenui membrana mole produxit: non ſecùs ac cordis inuolucrum ipſo corde inſigniter ampliùs viſitur. quanquã dura membrana à tenui minùs diſtat, propter innumeros venarum ductus & arteriarum intercedentes, quibus illa hanc ſibi quaſi deuincit. vbi mox de duræ meningis foraminibus, tum ad odoratus inſtrumenta, tum ad ſeptẽ neruorum paria, tum ad infundibulum pituitã cerebri excipiens, tum ad dorſalem medullam, cui perinde ac neruis ipſam tranſeuntibus, proceſſum ac velut inuolucrum quoddã obducit: adeo vt dura mẽbrana neruos dorſalémq. medullam non ſecùs ac cerebrum contineat, & inſtar tegminis & tunicæ illis euadat. Verùm dura membrana etiam præcipuè extruitur, vt aptis quibuſdam ſinibus omnes calvariã petentes venas, omnéſque (ſi duos modò ramos dempſeris) arterias excipiat, ipſarúmque materiam in ſuos ſinus aſſumat, eam ita deducẽtes, vt hæc propaginibus inſtar venarum ab illis ſinibus deprõptis, in tenuem membranam cõmodiſſimè deferatur: & dura membrana lagenam imitetur, ex qua tenuis membrana & dein cerebrum materiã ſibi alliciant, in venis & arterijs verſus caput trãſmiſſam. Ad hæc propagines à tertio duræ membranæ ſinu vtrinque innumera ſerie in tenuem membranam deriuatæ, cerebrum ne deorſum concidat, ventriculíque ipſius comprimantur, ſic ſuſpenſum ſuſtinent, vt dura membrana pariter cerebri inuolucrum & fulcrum euadat. Ad quod rurſus ſummopere conducunt fibrę per futuras à dura mẽbrana prorepentes, quæ illam (quod alioquin duriſſimo oſſi non ſatis connaſci poterat) calvariæ firmãt, & quò minùs cerebri grauitate tracta deorſum labatur, authores ſunt. Natura namq. fibras has non ſolùm per reflexos & obliquitatis etiam nomine firmantes ductus tranſmiſit: verùm tranſmiſſos rurſus dilatauit, auxit, atque in vnum omnes adeo commiſcuit, vt in ὁμοιομερῆ degenerent. Sub quo alia tenuis membrana conſiſtit, alijs quoque omnibus propemodùm oſſibus communis, ac ab amplexu quo oſſa ambit, ἐγκέφαλος appellata, qua interna calvariæ cauitas caret, cerebro excipiendo adaptata. Tenuis autem cerebri membrana, ſimiliter ac dura, vnica duntaxat & ſibi ipſi continua eſt, per totam cerebri cauitatem diſtributa. Nulla etenim exterioris ſuperficiei cerebri & cerebelli & dorſalis medullæ & neruorum portiuncula conſpicitur, quam tenuis membrana viciniſſimè & citra alterius ſubſtantiæ interuentum non integat, ſimodò ſuperiorem calloſi corporis ſuperficiem excipias, quæ ſola eiuſmodi membrana, quum dura vtcumque ſit, haud continetur. Præterea omnes cerebri ac cerebelli anfractus, in quos tenuis membrana vndicumque ſui partes proceſſúſve ingerit, eius ſitum oſtendunt, vti ſanè & ipſius quoque figuram & magnitudinem. Hæc membrana exteriori ſuperficie velut aqueo humore oblinitur, ſecundùm partium quas ambit, eminentias extuberans. ipſa namque vix alibi craſſitiem variat tenuiſſimæ ſemper membranæ innumeris vaſorum ductibus obſitæ imaginem commonſtrans. Quippe vaſorũ potiſſimùm gratiã illam rerum opifex condidit: nimirum vt inſtar meſenterij ferè & humilioris membranæ omenti, ea vaſa tutò deduceret ſuffulcirétque. Quinetiam cerebri & cerebelli eſt inuolucrum, quod ipſorum ſubſtantiã proximè continet & firmat. His vſibus rerũ opifex hanc apprimè idoneam produxit: tam mollis enim tenuiſque & ſequax eſt, vt aptiſsimè omnibus anfractibus ſinibúſq. ſeſe ad profundiſsima vſque ingerat: & quæcumque vaſa cerebrum expetebat, ea tutò deducere poſsit. Quinetiam adeo leuis cernitur, vt ſua grauitate neutiquam vim cerebro inferat: & tam valida interim duráque exiſtit, vt à dura cerebri membrana ſurſum tracta non diuellatur.

Tubera in caput, vnde cautióque.

Anatomica in capite adminiſtratio, qui facienda.

Cerebri diuiſio quî fiat, & meningis figura.

Duræ meningis figura interior & exterior.

Meninges qui coniungantur, & vſus.

Meningis magnitudinis analogia & diuiſum.

Duræ meningis foramina.

Meningum vſus, & vaſorum inſertio.

à ſimili.

Cerebrũ à quo ſuſtineatur.

Meninx dura quibus illigetur ſuſpenſa.

Pericranij origo, & perueſtij locus in cranio.

Meningis tenuis natura & vſus ſitúſque.

Tenuis meningis facies interna & externa.

Tenuis meningis vſus præcipuus. à ſimili.

Tenuis meningis ſubſtantia, ratióque, & cur chorioides dicatur.

by Google

imò illum ſuſpenſionis impetum à frequenti numeroſáque & continua vaſorum ſerie, inductum eleganter ſuſtinet, à pleriſque eò quòd vaſa cerebri inſtar inuolucrorum fœtus complectitur, ἀμνιὸν nuncupata. &c. hanc nuncupationem & ſimilitudinẽ agnoſcit & proponit Gal. & ad ſui retis mirabilis atque chorij infantilis formam refert & accommodat: Veſalius ad ſuas illas ſecundinas & caruncula retulit, de quibus pridem egimus.

DE NERVIS.

Cap. IV.

Neruorum tria genera, quæ.

NERVORVM triplex eſſe genus non ita multò antè diximus, & nunc dicimus: vnum illud propriè dictum, longum & gracile, albicans, ſenſui motuique præpoſitum, à cerebro aut ſpinali medulla exortum, quo de nunc agimus: alterum quod de muſculi corpore colligitur, & huius velut caudam efficit, quem νεῦρα tendonem vocauimus: tertium denique validum illud & teres de oſſium extremitatibus exortum, quod ipſorum extrema inter ſe connectit colligátque, vnde ligamentum ſiue σύνδεσμος ab vſu denominatur. de hoc vtroque poſteriore diximus paulò antè in cenſu partium ſolidarum. de neruo propriè dicto, hoc poſtremo loco in cenſu partium ſimilarium breuiter quantum dabitur, tranſigemus. Neruus à Latinis de Græca origine duci videtur dicíque. νεῦρον autem, ἀπὸ τοῦ νέεσθαι, vt Galenus cenſet, eò quòd nutare & flectere natum eſt, atque in omnem partem nutanti corpori vel parti cuilibet præeſt ac præſidet. ἀπὸ τοῦ νέεσθαι τὴν δύναμιν ἐν τῷ σώματι, aut quòd per totum corpus eat ac permeet. Dicitur verò & τόνος ἀπὸ τοῦ τείνειν, tonus à tendendo, quia contractis vel extenſis muſculis artus intenditur aut remittit. atque hoc de nomine.

Neruus & νεῦρον vnde dicatur.

Τόνος vnde dicatur.

Neruus autem ſi iuxta ſuam eſſentiam, temperamentum, vſum & actionem conſideretur (de neruo propriè dicto nunc loquor) vtique pars eſt ſimplex ac ſimilaris, ſpermatica, exanguis, albida, frigida, ſicca, oblonga, teres, mollis & quodammodo poroſa (ſpinales tamen cute duriores exiſtimantur, præſertim infimi) de glutinoſa ſubſtantia vi caloris & facultatis formatricis compacta, tum ſenſui, tum motui, tum vtrique deſtinata, ſpiritus animalis à cerebro ad partes ſenſiles & organicas vehiculum, de cerebro vel cerebello vel medullari ſpina ſuam ducens originem, de mucoſo quodam lentore ſuum ſibi trahens familiare alimentum, & in ſimilem materiam pure ac putredine reſoluendum.

Nerui natura, origo, vſus & actio.

Neruorum autem vt actio præcipua, ſic & ſubſtantia & ortus duplex cenſetur (cæteræ enim neruorum differentiæ à cauitate, à ſerie & ſimilibus, ad rem parum faciunt) ſunt namque molles alij à cerebro exorti, alij duri à cerebello & ſpinæ medulla: atque hi ad motum & robur & ad agendum, illi ad ſenſum & ad patiendum aptiſſimi. ideo Galenus mollibus ſenſum, duris motum ſolis attribuit. Cuius dictum quidam in peiorem partem rapientes & ad vnum reſecantes, inferri putarunt, ſolis mollibus ſentire, ſolis duris mouere à natura datum & conceſſum eſſe. Quanquam ſi candidè dicta maiorum interpretari volumus, aliud & ipſe ſenſit & docuit: neque tam fuit hebes aut plumbeus is qui acumine ingenij omnes omnium ætatum medicos excelluit, quíque velut hieroglyphicas Hippocratis notas ſolus perſpicaciſſimè explicuit, neruis vt quibuſlibet ſenſum auferret. Eſt enim certiſſimum & exploratiſſimum, omni neruo ſenſum ineſſe, ſiue ſolum, ſiue ſimul cum motu. non tamen καθ' ὑπερβολήν, dici vt poſſit omni neruo motum ineſſe: pleriſque enim horum ſolus ſenſus ſine motu ineſt: motus autem ſine ſenſu nullis omnino neruis adeſt è natura. Siquidem & ſenſum integrum manere pereunte motu, & motum illæſum ſenſu abolito ſupereſſe, præter naturam affectis contingit, vt alibi dicetur in iatricis, & Galen. lib. loc. aff. diſſeruit, & nos in paralyticis quotidie videmus. Sed quia pati quàm agere facilius eſt, & actioni robur neceſſarium ineſt: iccirco natura prouidit, de molliori ſubſtantia neruos molles ad ſenſum vt crearet. quales ſunt plerique omnes à cerebri anteriore baſi iuxta tertium ventriculum per ſeptem ζεύγη exorti, ad tres primarios ſenſus comparati & vtrinque ablegati ac dimiſſi, viſum, auditum, guſtatum. odoratus enim per ſpongioſa quædam corpuſcula ſpeciatim in cerebro anteriore editur, vti pridem diximus: tactus per corpus vniuerſum æquabiliter fuſus eſt. niſi quòd ex ijs qui duriores ſunt, vt 2. 3. 5. 7. coniugationum, ijdem etiam motui partium quibus inſeruntur, plerumque ſubſeruiunt: vt ijdem ſimul & ſenſui & motui aptentur. At de cerebelli & præcipuè de ſpinali ſubſtantia (ſunt tamen qui à cerebello neruos vllos oriri negent haud abs re illi quidem) dẽſiore & ſolidiore, reliquæ neruorum ζεύγη ad motũ validum muſculorũ & artuum deſtinantur. Non tamen vt ſolius motus authores ſint ac præſides, ſed etiam vt ſenſui tactus per vniuerſum corpus latiſſimè fuſi, ſint ijdem duces ac præfecti. Quorſum velim putes à me referri illam quam vocant triſtantium dignotionem, vel potiùs & deficientium & iuuantium & lædentium, ſeu voluptatis & doloris perceptionem, quæ nonniſi ſenſu mediante fieri poteſt, vt pridem oſtendi. Quanquam hoc vtrique peculiare habent nerui generis vtriuſque, tum molles vt exactiùs ſentiant, tum duri vt obtuſiùs. & ex his quò quiſque durior, eò ad ſenſum ineptior, & ad motum vt habilior ſit à natura comparatus.

Neruorum differentia, ortus & actio.

N. pro Gal. an ſoli nerui molles ſentiant, duri moueant.

Omnis neruus ſentit: at nõ omnis neruus mouet.

Senſus perire poteſt, ſaluo motu, & contrà.

Nerui molles ad ſenſũ, duri ad motum cur aptiores.

Nerui ſeptẽ ζεύγη vnde, & quales.

Nerui ſeptẽ coniugationũ quo motui deſtinentur.

Nerui ſpinales ad motum & ſenſum.

Voluptas & dolor qui percipiantur.

Cõparatio neruorũ in ſenſu, & motu.

Porrò quòd ζεύγη autem tam frequenter à nobis dici, tum de neruis à cerebro exortis,

Neruorum coniugationes cur dicantur, & cur vtrinq; pares.

tum de ijs quos ſpinalis medulla multiplices parit ac germinat, & velut caudex aliquis de cerebri radice erumpens, ramis pluribus extatico lapſu diductis fruticatur, ſic habeto à natura inſtitutum, iuſtitiæ lex vt ex æquo ſeruetur, & dextra ſiniſtris æquipolleant (quoad eius fieri poteſt: eſt enim cùm dextra ſiniſtris præpolleant, vt olim ſignaui, dum de iocinore agerem) ab vtraque tum cerebri parte dextra læuáque, tum ſpinalis medullæ, neruum cum ſuo compari ex aduerſo emergere, & per idem foramen egredi, atque vt origine affinem, ſic vſu & actione & diſtributionis modo ac proportione ſeruatis, in partem quamque oppoſitu lateris ſibi à natura aſſignatam inſeri atque exporrigi, & eadem vtrobique obire munia. ſic enim recte ſcripſit Galenus libello de anatomia neruorum; Nullus neque à cerebro, neque à ſpinali medulla neruus eſt non coniugatus, ſed ſemper alter ad dextram, ad ſiniſtram alter, eadem prorſus vtrinque magnitudine ſitum obtinet. ſed de Galeno poſthàc cum alijs. Talis igitur iuſtitiæ lex atque obſeruatio cùm in cæteris propemodùm ſimilaribus partibus vſuueniat, vt de oſſibus, venis, arterijs & alijs audiſti: ſic vel eò accuratiùs atque exactiùs in neruorum ſemper vtrinque binorum propagatione obſeruatur: vix vt vnus aut alter, ſi Auicennæ credimus, & authori anatomiæ viuorum cap. 26. ab caudæ (vt vocant) ſummitate, ſiue de ſpinæ extremo, ἀζυγίας, & paris expers neruus in toto corpore inueniatur. ſintque in totum coniugationes ſpinalium neruorum numero 37. aut vt quibuſdam placet, paulò plures, vti mox percenſebo.

Dextra ſiniſtris ſemper æqualia.

Neruorum ortus & diſtributio æqualiter quo fiat.

Omnes nerui in ortu ſunt coniugati.

Natura facit omnia paria.

An neruus aliquis ſine pari, & vnde.

Neruorum quot ſint coniugia, & vnde orta.

Ita vt naturæ non modò prouidentiam, ſed etiam æquitatem admirari liceat, quæ non modò vſibus totius corporis & partium prouiderit, ſed etiam id effecerit, vt dextra ſiniſtris, & ſiniſtra dextris, quantum fieri poſſet, ex æquo reſponderent & æquiualerent: eſſéntque totidem dextræ, quot & ſiniſtræ partes, & robore & numero pares: aut ſi quando aliter ob neceſſitatem contingeret, vt pars ſingularis & vnica in ſuo quæque genere medium corpus ſitu obtineret, vti de corde antehàc oſtendimus, & nunc de capite diſſerimus. Atque hæc de neruis in genere præfari libuit: niſi ſi hoc additum cupis; Exorta de medulla ſpinali neruorum paria ſiue coniugia à ſingulis vertebris ſingula, inter ſpondylos ſic excidere vtrinque ſigillatim, vt ſinguli coniunctim nerui, vnum par efficiant: quodquidem ſi vertebris aſſignari lubeat, quas trium ordinum diſtinximus, colli 7. dorſi 12. lumborum 5. vtique inferiori ac ſubiectæ ſibi vertebræ ſemper deputabis. Ex quo fit, vt primum par ceruicis neruorum, vertebræ primæ aſſignetur, quà cum occipite connectitur, ſecundum par ſecundæ, quà primæ ſubeſt, atque ita deinceps. vt primum par neruorum thoracis ſeu metaphreni habeatur, quod inter ſeptimum ceruicis & primum thoracis vertibulum exoritur. ſimiliter primum par in lumbaribus verticillis ſit, quod inter vltimum dorſi & primum lumborum emergit.

Neruorum coniugationes à ſpinali medulla vnde oriantur, & quo modo, & cui vertebræ aſſignétur Ab exẽplo.

Fernelius tamen illam coniugationem, quæ ſub octaua vertebra, quæ eſt eadem dorſi prima, erumpit, dorſi & thoracis primam cenſet exiſtimari: & octo ceruici, dorſo duodecim, lumbis quinque tribuit neruorum coniugationes: ab oſſe ſacro quatuor aut quinque paria deducit: vniuerſas 29. aut 30. Qua æſtimatione, non infra ſeptimum & ſupra octauum ſpondylum vectæ coniugationi, quæ numero eſt octaua à cerebello & ſumma ſpina exordiri volentibus, locum aſſignat ſuum naturalem & primum inter dorſi vertebras, ſed vltimam facit ceruicalium: cùm tamen numero ſpondylorum reſpondeat numerus coniugationum neruorum à ſpina exortorum, & cuique vertebræ ſua coniugatio cognominis aſſignanda veniat. quatenus nomen coniugationis ſemper ſubiectæ ſibi vertebræ imputetur ac tribuatur, vti dixi. vt colli ſeptem paria neruorum tantùm ſint, contra Fernelium, dorſi duodecim, lumborum quinque, quot ſunt vbique verticilla, à quibus emergunt: nempe in totum 24. cùm reliqua ſex coniugia ab oſſis ſacri ſex oſſibus totidem prodeant. ac ſi huic oſſa quinque tantùm adſint, vt nonnullis accidit, eodem quinario numero neruorum paria inde ducta conſtent ac reſpondeant. Ita vt numerus propoſitus parium ſeu ἀζυγιῶν, coniugiorum neruorum à ſpina tota fruticantium compleatur 29. aut 30. ad ſummum. quæ autem aut qualis ſit ſingulorum inſertio, progreſſio, diſtributio, actio, nolim expectes vt à me ſingillatim hoc loco exponatur: ſed ab ijs potiùs repetas, qui anatomiam profitentur: cùm particularia ſpecialiáque, vti ſæpe moneo, perſequi ſit ab hoc noſtro inſtituto alienum. Placet tamen quid de neruis philoſophi ac medici percelebres & antiqui ſenſerint, ex more ob oculos ſubijcere. Vt tamen memineris, priſcæ philoſophiæ ac medicinæ nomen nerui de tendonibus præcipuè cognitum & vſurpatum fuiſſe. quod cùm antea clarè oſtenderim in hiſtoria tendinum & ligamentorum, nunc breuiter tantùm admonebo ac reſumam ſubducámve.

Exceptio Fernelij.

Sexque vertebra ſibi communia ſunt neruorum coniugationum.

Septima paria in neruis ſpinalibus.

Tranſitio.

Neruus apud priſcos, quid.

EX HIPP.

Neruus pro ligamẽto & tendine.

Neruorum vſus, & locus.

E HIPPOCRATES lib. de arte, neruum de ligamento oſſium clarè interpretatur. idem lib. de loc. in homine, neruos ab oſſibus ad oſſa traducit: & ſiccos & ſine ventribus deſcribit. niſi fortè ibidem de neruis propriè dictis hæc quæ ſequuntur, dicta accipias. Nerui autem premunt articulos, extentíque ſunt per totum corpus. robuſtiſsimi autem maximè & ſemper craſsiſsimi ſunt in illis corporis partibus, in quibus pauciſsimæ carnes ſunt. Et corpus quidem omne neruis plenum eſt. verùm

verùm circa faciem & caput non ſunt nerui, ſed fibræ conſimiles neruis, inter oſſa & carnes, tenuiores & ſolidiores. vbi vel ſaltem fibras pro genuinis neruis numerat. idem lib. de natura oſſium; Neruorum exortus ab occipitio vſque ad ſpinam, ad coxendicem, in pudenda, in femora, pedes, tibias, in manus: alij in brachia partim in carnes, partim ad fibulam, in magnum digitum, partim ex carnibus in alios digitos, &c. & lib. 2. epidem. ſect. 4. Duo verò nerui à cerebro ſub os magni ventriculi ex ſupernis & ad gulã magis ab vtraque arteriæ parte deſcendunt. & quæ ſequuntur antè citata in hiſtoria tendinum, tum ex hoc loco, tum iiſdem verbis repetita ex lib. de natura oſſium. His generatio ex oſſibus & glutinoſo humore vi caloris concreto, qualis fuerit cum tendinibus & ligamentis communis, idem exprimit lib. de carnibus, vt antè oſtendi. quanquam ferè paſſim altàs nomine neruorum tendines apertè intellexit, quod nupertimè admonui. Neque verò Hippocrates modò ita vſurpauit, ſed ex eo Plato in Timæo, vti citato nuper loco indicaui cap. de tendonibus. quinetiam vtrumque ſecutus Ariſtoteles, nomine nerui tendinem perſæpe intelligit, vti locis productis demonſtraui. & poſt Ariſtotelem inter Latinos eius aſſecla & æmulus Plinius paulò antè productus: & ante hunc Cicero etiam optimus latinitatis author lib. 2. nat. deor. vbi ſic ait; huc adde neruos (de oſſibus paulò antè dixerat) à quibus artus continentur, &c. vt mihi Hippocratem hoc loco expreſſiſſe videatur, qui lib. de nat. oſſium, à neruis flexionem & cõtractionem & diſtentionem corporis fieri profitebatur; de tendonibus vterque potiùs mutato nomine locutus, & ex ipſa functione atque opere deſignans. atq; vtrumque imitatus Lactantius capite 7. lib. de opificio Dei, adiuncta inuicem neruis alligari ſcribit atque conſtringi. ſed de neruorum origine (quos partibus ſimilaribus ſiccis accẽſet cap. 2. lib. 2. part. animal.) hunc in modum philoſophatur.

Neruorum ortus & diſtributio.

Duo inſignes in corpore tendones ſeu nerui.

Neruorum generatio qualis.

Neruus pro tendine.

Neruorum, id eſt tendinum actio.

EX ARISTOTELE.

ARISTOTELES cap. 5. lib. 3. hiſtor. animal. Origo neruorum in corde eſt: id enim neruulos ſuos ampliore ventriculo continet. Sed nerui diducti diſtractíque paſſim ad artus & flexus oſſium applicantur. Et quæ ſequuntur iam mihi citata capite de ligamentis, quæ nunc communi nomine neruorum ſimul comprehẽdit. ibidem, Nerui & oſſa calore interiore cõcreſcunt ſicceſcente humore. Neruus autem ſiccus & ductilis, ait cap. 4. lib. 2. genera. animal. & ferè repetit lib. de ſpiritu; additque cauſſam, quòd faciliùs extendi queat. Quo libro id conſiderandum venit quod dicitur; Non ſolùm ex oſſibus in totius animalis mole ſuſpendi neruos videri, ſed etiam in corde perſpici, qui in carnem finiant. inde motum à neruis pendere & actionem, vt brachiorum crurúmque, & vincula articulorum atque ligamenta. Quaſi his verbis duplex neruorum genus & eorum duplicem originem profiteatur, ſed confuſo nomine implicans: quod nos cum diſtinctione diceremus, Ab oſſibus oriri ligamenta; ſed à corde neruos propriè dictos emergere, vt quidem Ariſtoteli videtur: vt autem neceſſariò demonſtrauimus, ab ipſo capite & cerebro & ſpinali medulla. qua de re prætet mihi nuper demonſtrata, etiã ſpeciali problemate diſcuſſum eſt, vbi de corde agebatur. Vt tamen eius me- mineris quod dixi, Ariſtoteli impoſuiſſe nomi- nis nerui amphiboliam, & ſubſtantiæ cordis cum tendinum natura affinitatem. idem verò cap. 4. lib. 3. part. animal. dixit, Copia neruorum in corde eſt, idque recta ratione: hinc enim motus oriuntur qui intendendo remittendóque efficiuntur. itaque miniſterio tali & robore opus eſt. cùm tamen in corde vix neruulus verus deprehendatur: niſi breuis quædam portio ſextæ à cerebro coniugationis, cordis tunicam ſubiens. reliqui enim quos Ariſt. neruos putat, villi ſunt & fibræ omnigenæ, quibus per diaſtolen, ſpiritum & ſanguinem trahit, ac per ſyſtolen extra propellit, aut tantiſper retentis neceſſariis vtitur ac fruitur: aut quinque mẽbranarum ibidem contentarum proceſſus, ſicuti pridem declaraui. Eodem porrò libello de ſpiritu, ſi genuinus eſt Ariſtotelis, quî nutriantur nerui, accuratè inquiritur, itémque lib. 3. cap. 5. hiſtor. animal. vti paulò antè in hiſtoria ligamenti & tendinis citaui, & paulò pòſt ex Gal. patefaciam.

Origo neruorũ vnde.

Nerui quomodo compacti, & cur ductiles.

Nerui vnde exorti, & quorſum.

Ligamẽtorum origo.

Neruorum origo vera.

Nerui nõmen aquiuocum.

Nerui in corde ad quid.

N. contra Ariſt. opinionem in corde, & qui.

Villorum corde vſus.

EX GAL.

VErumenimuerò ſatius eſt priſcis iſtis omiſſis, quibus anatomiæ fides parum fuit explorata, & neruorum vt origo ac proceſſio progreſſióque, ſic appellatio ipſa haud ſatis cognita vel explicata, vt ad recentiores tranſeamus, medium inter veteres ac modernos Galenum vnum præ cæteris excuſſuri, vt reliquarum anatomiæ partium, ſic huius de neruis diligentiſſimũ obſeruatorem: ante quem neruorũ hiſtoria parũ fuit cognita, vt lib. 1. loc. aff. & lib. 3. de compoſ. medicam. ſæpiſſimè proteſtatur. quicquid nouitij iſti plus æquo ſibi applaudentes, illi optimè de tota medicina merito viro obtrudant atque obiiciant. Sic igitur ille lib. 15. de vſu part. diſtinguit, vbi naturam pudendi virilis inquirit & explicat. Qui propriè appellantur nerui, qui à cerebro ac ſpinali medulla oriuntur, præter quàm quòd nullam habent perſpicuam cauitatem, neque ſua natura dilatantur, neque contrahuntur: etiam mollities ipſa ei actioni quæ per tenſionem obitur, obſiſtit. Porrò quæ ab Hippocrat. nominantur ligamenta, à recentioribus autem medicis nerui colligantes, duritie quidem ad tenſionis actionem non ſunt inhabiles, nulla tamen cauitas eis ineſt. Quæ verò ex muſculis manant neruoſa corpora, quæ Hipp. tendones appellat, non modò quòd vt prædicta, cauitatis ſunt expertes, ſed quòd etiam duri minùs ſint, quàm ligamenta; iccirco omnino ad pudendorum

Nerui propriè dicti, vnde, & quot ſint, & quot generum.

Ligamentorum natura.

Tendinum natura.

Neruorum tria genera, quæ.

constructionem sunt inutilia. atque hæc tria omnino sunt corporum neruosorum genera. cui loco similem iam antè produxi ex initio libri de ossib. Tria neruorum genera censentur. ex neruis qui ex cerebro dorsiq; medulla oriuntur, voluntarij; qui ex ossibus, ligamentales: qui ex musculis originem ducunt, tendones vocantur. quod idem repetit initio lib. 1. administr. anatom. & initio comment. in lib. 6. epidem. quos mihi locos videor antè protulisse, & initio lib. 1. plac. Hipp. & Plat. ita distinguit; Tria

Neruorum genera & differentiæ.

instrumenta sunt, quæ corporis forma inter se vicina sunt, sed quæ tamen functione atq; vsu multùm variant. horum vnum, neruus: secundum, ligamentum: tertium, tendo nominatur. Ex his neruus omnino aut ex cerebro, aut spinali medulla exoritur, sensum vel motum, vel vtrumque partibus quibus inseritur, conducés.

Neruorum vterorum figura, origo & vsus: item tendinum & ligamentorũ.

Ligamentum sensu quidem caret, vsum tamen talem habet, qualem nomen indicat. At alterũ, tendo videlicet, musculi neruosus finis est, ex ligamento & neruo genitus. Iam neruus omnis exactè teres est: tendines verò non item omnes, & his minùs ligaméta: etenim ex his maior pars in modũ membranæ dilatescit, sed dura crassáque. De neruorũ autem temperamento (de propriè dictis mihi deinceps continuari sermonem intellige) sic idé cap. 3. lib. 2. de temperam. Omne exágue frigidius sanguine prædito est: proxima cuti est mollium neruorũ natura. duriores autem in humido & sicco secundùm cutis naturã se habent. calore ab eius natura tantum absunt, quantum consentiens est exangue corpus à sanguine prædito abesse. & lib. 2. de element. neruus exanguis, durus, frigidus asseritur. iam & hoc constitit ex cap. 11. lib. 1. de semine, Omnia quæ carneam speciem præ se ferunt, è sanguine cóstare: quæ membranea sunt, à semine fuisse producta. in queis, venam, arteriam & neruum, maximè communia in animalibus instrumenta comprehendit ibidem cap. 5. vbi etiam neruum nullam sensui euidentem cauitatem in se habere adstruit. rursus cap. 11. quæ è semine, vel nunquam vel rarò admodùm rursus gigni solere. & mox cap. 13. venas in vlceribus interdum gigni denuò visas: arteriam verò & neruum nemo ne rarò quidé in aliquo gigni vnquã vidit. Quòd autem nerui non solidentur incisi, tum eodem lib. 1. de semine docuit, tum comment. ad aph. 18. & 19. lib. 6. ex Hipp. idem initio lib. 1. de motu muscul. vbi neruum, tendonem, ligamentum diftinguit quo antè citaui modo, sic infert; Nerui ex cerebro aut spinæ medulla oriuntur: substantia verò corporis eorum ea est, ac si intelligas stipatum & densatum, idémque duriusculũ factum cerebrum. & quicumq; neruorum molliores sunt, hi nihil à medulla spinæ differre tibi videbũtur. idem initio lib. 2. plac. Hipp. & Plat. illud assumit probandũ, quod antehàc aduersus Arist. & Stoicos confecimus, quódque idem lib. 1. einsdem operis copiosè demonstrauit, & lib. 1. de semine pro confesso accipit, & alibi habet indubitatum, A cerebro esse neruorum originem, non autem à corde: ibidémque esse animæ principatum, quod pridem probauimus. Videlicet quia animæ principatus sit, vnde origo & sensus & motus ex voluntate existat. & vbi neruorum origo, ibi etiam animæ principatus sit. est autem origo neruorum in cerebro mediatè, vt consensus priscorum ostendit, & Hippocrates, Erasistratus, Eudemus, Herophilus, Marinus consentiunt, & nos sermone de corde, & lib. de immortal. animæ ostendimus. quòd autem animæ sedes sit in capite, speciali tractatu demonstrauimus: atque eodem opere Gal. asseruit, vbi sub finem lib. 7. ita scripsit: Sensum per alterationem & dignotionem fieri apertum est. alteratur quippe sensus ipsius instrumenti alteratio verò ipsa ab vna eadémque facultate omnibus sensoriis communiter impertita, à principio emanante dignoscitur: quodquidem principium, siue sensum communem, siue primum sensorium appelles, nihil refert. nos autem cerebrum id esse ostendimus, vnde omnia membra sensum & motum adipiscuntur, neruis ad sensuum instrumenta pertingentibus, aliis discernendorum sensilium causa, aliis vt motum ea quæ mouenda sunt, suum accipiant à musculis, per quos omnes in animalibus voluntariæ motiones existunt. Ex quibus omnibus rectè dictum esse constat, cerebrum tum sensuum omnium, tum incitatorij motus in animalibus originem esse. Quòd si nó propterea factum esse cerebrum dicas, quam ob aliam causam? cur membranis illud extrinsecùs operuit natura? si in illis est animæ principium, frustrà cerebrũ constitit. quid est quòd singuli ventriculi vulnerati subitum periculum afferunt? quid est quòd ab ipso etiam omnes nerui & dorsi medulla exoritur? quam cerebri substantiæ quasi progerminationem quãdam esse ex dissectionibus patet. Sed qualem habeat vim facilè cognoscas, si priùs ad dissectionem accedens contemplaberis ab *ipsa* neruos exoriri numero circiter sexaginta, atque vniuscuiusque vsum animaduertes: quę fabrica ipsa, atque ea quæ ex incisione proueniunt, læsiones tibi manifestant. Fabrica enim eadem est, quæ in emanantibus à cerebro neruis conspicitur: cùm interna eorum pars, quasi medulla ab ipsa spinali expullulans, à membranis vsquequaque circundetur. Nam habet perinde atque cerebrum, medulla spinalis membranas eiusdem vsus gratia fabricatas: quibus detractis, vnicuique ab ea orienti neruo, membrum in quod pertendit neruus, nullam læsionem contrahet. quæ euidentia membranas cerebri & spinalis operimenta quædam esse: vim verò ipsam & sensus & motus, in internis quæ conteguntur, partibus inesse testatur. si enim præcidas nerui medullam, continuò membrum cui neruus inseritur, stupidum omnino & immobile reddideris. Quòd verò etiam dorsi medulla à cerebro originem facultatum habeat, inde perspicuum esse omnibus potest: nã si qualibet in parte præsecetur, quicquid supra præcisuram erit, illæsum famúmque permanebit: inferior omnis pars sensum & motũ amittet, musculis omnib. qui ab ipsa neruo,

Animã principatum & neruorum origo eadem.

Sensus quo fiat, & dignotio.

Neruorum vsus duplex.

Sensus & motus origo vnde, & cerebri sus.

Cerebri & tricularum dignitas.

Spinalis medulla vnde.

Nerui spinales, quot, & quorsum.

Neruorum spinalium compositio ex quo.

Quòd facultatis spinalis medulla à cerebro, & probatio.

Quæ nam à sanguine aut semine constent.

An nerui cani.

Nerui & arteriæ non reperiuntur, nec solidantur.

Neruorum origo, substantia.

accipiebant, collapſis. quo antè argumento, neruorum à corde originem Ariſtoteli certiſſimè negauimus: ac de ſpinali medulla haud ita multò pòſt. Proprietas igitur, ait ibidem paulò antè, hæc communis cum omnibus ſenſificis facultatibus, quæ à cerebro oriuntur, eſſe reperitur, vt per neruos ad propria vſque inſtrumenta deferantur. At neruum eandem cum cerebro ſubſtantiam habere conſtat; niſi quòd quatenus compactiore materia conſtitutus eſt, ne facilè à quolibet pateretur, eatenus à cerebri natura videtur receſſiſſe: & quatenus compactus induruit, eatenus aſſiduo cerebri auxilio indiget. nam ſi talis, quale eſt cerebrum, prorſus remanſiſſet, nulla eius ope indiguiſſet. natura enim ita comparatum eſt, vt ſubſtantiarum proprietates, facultatum etiam ſibi conuenientium proprietates ſecum habeant. Vnde fit, vt quantum vnuſquiſque neruus ex iis qui propriè ſenſifici appellantur, à natura cerebri receſſerit, tantum etiam ſit à virtute facultatéque eius remotus. Illi autem ſenſifici propriè vocantur, qui ad ſenſuum inſtrumenta mittuntur, aliis quidem qui mouent membra, molliores. quod ipſum etiam ſapienter à natura prouiſum eſt: ſenſus quippe, niſi neruus aliquo modo afficiatur, fieri non poteſt: motus verò in efficiendo tantùm conſiſtit. atque iccirco nó immeritò, qui ſenſum affert, mollior: qui motionem præſtat, durior eſt factus. Quanquam ſenſus tactus, cuius ſenſibile craſſius exiſtit, omnes etiam qui motum inducunt, capaces ſunt. Porrò idem initio lib. de diſſect. neru. Quod nulla particularum animalis neque motum, quem arbitrarium vocamus, neque ſenſum ſine neruo obtineat: ac quòd ſi incidatur neruus, immobilis confeſtim inſenſibiliſque reddatur particula, inter omnes conſtat medicos. Quòd autem principium origóque neruorum ſit cerebrum, ſicut & ſpinalis medullæ: quódque nerui alij ex cerebro, alij ex ſpinali oriantur medulla, id verò minimè omnibus notum exploratúmque fuit. vbi mox de ortu & progreſſione ſeptem parium neruorum, quantum mutilati libelli fragmẽta patiuntur. Quòd autem nerui tactus præcipuè à ſpinali medulla ortum ducant, tum ibidem, tum alibi non rarò ſcripſit, & ratio in promptu eſt, cauſsáq; à me antè expoſita. Idem verò initio lib. 16. de vſu part. de origine neruorum ſic agit: Cerebrum, neruorum eſt principium, cor arteriarum, iecur venarum. quæ ſi aliis quidem partibus maiora, aliis verò minora, prout partis cuiuſque dignitas fert, reperiatur fuiſſe diſtributa, îdq; in toto corpore ſeruetur, nipp. iudicio ſubſcribemus, qui naturam iuſtam appellauit. quòd ſi ea quoq; cum omni ſecuritate ferri ad partes ſingulas cernantur, eam nõ iuſtam modò, verum etiam artificioſam ac ſapientem pronuntiabimus vbi ſimilitudine dicta à fonte & aquæductu, neruorum ad partes ſingulas diſtributionẽ ab vno principio deſcribit. Spinalis enim medulla à cerebro exorta, partibus omnibus quæ ſunt ſub capite, neruos immittit. Cùm tamen in omnes corporis partes nerui ferantur, nullus A neq; in oſſa, neq; in chartilagines, neque in ligamenta, nec deniq; in quaſuis glandulas vel adipem inſeritur: quib. ſenſum nullum aut motum volũtariũ tribuere erat ſuperuacaneũ. Ad motũ namq; voluntarium natura in animalibus vnũ genus inſtrumentorũ inſtruxit, quos muſculos appellãt. Proinde quanquã nerui omnes vtráſq; habent facultates (ſenſum dico ac motum) nulla tamen pars alia quæ neruos recipit, motu voluntario eſt prædita, ſed ſentit duntaxat, vt viſcera omnia. Natura enim nulli parti neruum fruſtrà inſeruit, ſed iis quæ ſenſu ſolo aut motu voluntario indigebant: neq; iis rurſum temerè, ſed iis quibus ſenſu exactiore erat opus, neruos molles: iis verò quæ motum voluntarium flagitabãt, duros omnes: quibus autem vtriſq; opus erat, neruorum genus vtrumq; inſeruit: Natura hîc quoq; (vt arbitror) prouidente ac præparãte ad ſenſum quidem, neruum qui faciliùs pateretur: ad motũ autem, qui valentiùs ageret. Satius autem fuit, iis partibus quas aliis ſenſu exactiore præditas eſſe oportebat, neruum à cerebro immitti tum maiorem, tũ molliorem: quæ verò ad multos ſimul ac vehemẽter motus fuerunt comparatæ, maiorem quidem & iis neruũ, ſed tamen duriorem tribui. Senſus enim patiẽdo fit; motus autem quo nerui mouent cũ muſculis, in agẽdo. rurſus eodem opere lib. 5. cap. 9. C Tres ſcopi naturæ in neruorum diſtributione fuerũt: primus quidem fuit, vt ſenſoriis inſtrumentis ſenſum impertiret: alter verò vt motoriis motũ: tertius omnibus aliis, vt quæ ſibi dolorem afferrent, dignoſcerẽt. ibidem lib. 9. cap. 14. Duos mihi neruos intellige, alterũ quidem omnium qui in corpore ſunt, duriſſimum; alterum autem molliſſimum: tertium mihi præterea intellige medium inter vtrumq; ab vtriſq; extremis æquiſſimo ad portionem interuallo diſtantem. qui inter medium hunc ſunt & duriſſimũ, omnes ſimul duros: reliquos verò alios qui ab eodem medio ſunt vſq; ad molliſſimũ, molles vocites. ac duros quidem ad motus optimè eſſe comparatos, ad ſenſus verò exiſtimes eſſe ineptiſſimos. contrariam autem mollibus ineſſe aptitudinem ad ſenſum exactiorẽ: imbecillitatẽ verò ad robur motionis. Cæterùm qui omnino ſunt molles, hos tibi perſuade nullam prorſus ad motum habere facultatem: qui verò his ſunt minùs molles, quíq; ad medium quodammodo accedunt, motorios quidem eſſe etiam hos, ſed multùm à durorum actione relinqui. Neruorũ igitur omnium durorum intellige mihi principium eſſe ſpinalem medullam, eiúſque oram inferiorem, duriſſimorum eſſe principium: mollibus verò neruis omnibus, cerebrum: mediúmque anteriorum eius partium, molliſſimis eſſe dicatum: mediorum verò neruorum ſubſtantiæ principium id eſſe, quà cerebrum & ſpinalis medulla coniunguntur. Quando igitur neruus quidem à cerebro mollis fuerit enatus, repentè quidem motorius is eſſe non poteſt: exporrectus tamen ac progreſſus ſi ſiccior & durior ſeipſo euadat, omnino tandẽ erit motorius. At cũ vel initio ipſo alij quidẽ ipſorũ magis, alij verò minùs ſint molles; in ipſóq; progreſſu alij D E

Nullus ſenſus aut motus ſine neruo.
Neruorum origo vnde.
Neruum tactus vnde.
Tria principia communia.
Neruí & vaſa quanta & qualia ad partes ferantur.
à ſimili.
Neruí à ſpinali medulla quò ferãtur.
Neruorum ſubſtantia & actio.
Neruí cum cerebro compatio.
Facultates ſequuntur ſubſtantiã partium.
Neruí ſenſifici qui propriè, & quales.
Senſus qui fiat, item motus.
Neruí motorij ſunt capaces ſenſus tactus.
Quæ partes neruo deſtituantur, & quamobrẽ.
Muſculorũ actio.
Quæ partes ſimul mouẽtur & ſentiũt, vel ſeparatim.
Neruorum differentia, ad ſenſum & motum, & ratio.
Qualesnerui ad ſenſum, & quales ad motum plurimùm.
Senſus & motus quò fiat.
Neruorum tres ſcopi.
Neruorum differentiæ, & qui duro molliſve dicendi.
Neruorum durorum & molliũ proprietas.
Neruorũ durorũ origo, némpe molliũ, per gradus.
Neruí à cerebro exorti, quò fiant motorij.

quidem citiùs exſiccentur, alij autem tardiùs; neceſſe eſt & motorios fieri, partim quidem qui minùs, partim autem qui magis à principio ſecedunt. Quidã tamen nerui retinere videntur longiſſimè naturam, quæ ſibi à principio inerat. Hæc igitur omnia tum prædicto ſermoni, tum ſibi inuicem conſentiunt, durorúmque neruorum robur, & mollium imbecillitatem oſtendunt. præterea quòd illorum quidem in agendo, horum autem in patiendo vſus nobis conſtat. eodem lib. 9. coniugationes neruorum à cerebro deſcribuntur cap. 9. 10. 11. 12. 13. rurſum lib. 8. cap. 5. Senſoria omnia neruum poſtulant mollem: neruum quidem, quia is ſenſuum eſt inſtrumentũ: mollem autem, quia vt ſenſus fiat, ab extrinſecùs occurrente ſenſorium ipſum afficiatur quodãmodo neceſſe eſt ac patiatur. Porrò quod molle quidem eſt, ad patiendum; quod autem durum, ad agendum eſt aptius. proinde ſenſoria quidem mollibus: reliquæ verò partes motu voluntario prẽditæ, duris neruis indiguerunt. Quin & productiones ſupernè ex ipſo cerebro, & vias ad ſenſoria nerui molles & duri non habent eaſdem: illi enim ex mollibus eius partibus, hi autem ex duris producuntur: rurſus illi quidem rectà ad ſenſoria: hi verò per circuitum tendunt. ac molles quidẽ poſtquàm cranio exciderunt, vlteriùs non procedunt, quomodo alij omnes duri: rumperentur enim illi mox ac contunderentur facilè non ab extrinſecùs incidentibus modò, ſed multò magis ab ijs quę corpori inſunt, particulis, illis quoquo modo occurſantibus. ob hanc cauſſam ſenſoria omnia prope cerebrum eſſe oportet. cętera mox de cerebri natura indidem petentur. Quo autẽ modo nerui nutriantur, ita inquirit lib. 2. facult. natural. Nobis (inquit) in promptu eſt reſpondere, quòd trahendo à venis: quaſi neruus venas in ſe arteriáſq; habeat, veluti catenã ex tribus diuerſis natura loris contextam. verùm ſimplex vena à ſeipſa nutrietur: neruus verò & arteria, à vena. ſed apertior eſt qui ſequitur locus ſub finem libri 3. namque illa aduerſus Eraſiſtratum diſputationis cauſsâ longo ſermone indeciſa & indefinita diſceptantur. ſic igitur illic breuiter & argutè capite vltimo; Ligamentis, membranis & neruis lentus humor qui in ipſis inſperſus viſitur, alimentum eſt. ſingula namque horum ex multis conficiuntur fibris, quę & ſimilares particulę ſunt & verè ſenſibiles. in mediis verò earũ ſpatiis, qui maximè ipſarum nutritioni ſuccus conuenit, eſt inſperſus: hunc verò ex ſanguine traxerunt venarum, electo inde quod potuêre, ſibi quàm ſimillimo. affimilãt autem ſenſim atque in ſuam naturã mutant. quibus verbis ſimilia antè ex Ariſt. citaui lib. de ſpiritu. ſic Eraſiſtratus lib. de atra bile apud gal. dixit, lentum & tractitiũ nec facilem excretu cibum eſſe, à quo nerui aluntur. quod nõ aliũde collegit, quàm ex ijs quæ circa neruos apparent. etenim ſi elixentur, ſi putreſcant, in eius generis humorem diſſolutionem habent, ſúntque in naturali habitu prorſus exangues. & ad aph. 26. lib. 2. Replentur, ait, nerui à frigidis & glutinoſis humoribus ex quibus etiam nutriuntur: Porrò licet à producta forſan aliàs, & aliũde nuper repetita, & ab Oribaſio vſurpata lib. 27. ex Gal. & lib. 3. adminiſtr. anatom. propoſita; nunc etiam iterabitur hæc demonſtratio ex lib. de forma. fœtus; Si aliqua in parte ſpina præcidatur, omnes qui ſupra inciſionem ab ipſa emanant nerui, ſenſum & motum integrum ſeruant: qui infra ſunt, continuò perdunt. qua ex re facultates has deſuper à cerebro in medullã influere perſpicuum eſt. ſic de arteriis à corde, de venis ab iocinere aliàs demonſtrauimus originem primam duci. Quòd autem ſpinalis medullæ partes quò fuerint altiores, eò præſtantiores, idem lib. 4. loc. aff. ex Hipp. ſupponit lib. 2. epidem. ſect. 2. vbi de ſpinæ luxatione ágitur. ibidémque illud confirmat, quod lib. de forma. fœtuum docuerat; Vbi proprio affectu ſpinalis medulla laborat, ſiue id in dextra, ſiue ſiniſtra parte eueniat, citra tamen vertebrarum luxationem: & quidem ſi in altera parte duntaxat afficiatur, omnium inferiorum corporis partium, quæ è directo nocumenti conſtituuntur, tam ſenſus quàm motus læditur. ſi verò vtraque pars affecta eſt, omnes particulæ tam in dextra quàm ſiniſtra parte, ei quæ læditur, ſubiectæ, ſimiliter reſoluuntur. Iam verò & ſentiendi & mouendi facultatem ſpinalis medulla recipit à cerebro, ait ibidem. ſed hoc obſeruandum, quòd eiuſdem operis lib. 3. cap. 6. ſcripſit; Sunt nonnulli qui ſibi perſuaſerunt neruos à corde oriri, eò quòd nequeunt inter ligamentum neruúmque diſcernere. quibus nonnihil etiam ſuffragari videtur ipſa homonymia: quippe ligamenta à multis modicorum colligantes nerui appellantur: Verùm nulla vexabimur nominis inuidia, ſi modò non ligamenta ipſa, ſed voluntarios neruos intelligant, quos ſcilicet à cerebro initium accipere dicimus. neque enim illi aut conuulſionem aut paralyſin ad ligamenta referunt: ſed eorum neruorum, qui voluntatis imperio obediunt, affectionem eſſe dicunt. Conuulſo enim vniuerſo corpore, omnes quidem autumant affici talem quampiam partem, quæ vt in arbore caudex ramorum, ſic ipſa ſit omnium neruorum communis origo, quod cerebrum diximus. idem verò lib. 1. plac. Hipp. & Plat. & ſub finem lib. 2. neruoſa quædam corpora in corde eſſe, neruos autem nullos profitetur, & nos pridem adſtruximus aduerſus Ariſt. in hiſtoria cordis. Author autem anatomiæ viuorum cap. 32. Neruus, eſt membrum mediocre in duritia, dilatabile & extenſibile; ſolutionem continuitatis non de facili recipiens ſiue ruptu-

Neruorum durorũ & mollium proprietas, & actio.

Nerui ſenſorij quales, & ratio: eadem motorij.

Nerui à cerebro molles & duri vnde oriantur, & quò ferantur, & ratio.

Senſoria organaetur cerebro propinqua.

Nerui qui nutriantur.

Neruorum, ligamentorum, membranarũ alimentum vnde & quale: itémque cõpoſitio. Nerui ergo non ſunt partes verè ſimplices.

Neruorum alimentũ, & ſubſtantia.

Neruorum à ſpina origines probatio.

Spina partes quo altiores, eò præſtantiores.

Nerui ſpinales quales ſuam vnam dederint, & originem.

Spinalis medulla facultates vnde.

Error omnium fere de origine neruorũ à corde.

Nerui nõ nem ambiguum.

Conuulſio vniuerſi corporis vnde habeat originem.

An nerui in corde.

Neruus quid, eius natura & vſus.

ram; ſuſtentaculum motus & ſenſus ad vniuerſa corporis membra. qui idem ibidem capite 16. anatomiam neruorum à ſpinali medulla exortorum proſequitur. extat verò & Galeni ea de re opuſculum, extant & Theophili atque Oribaſij græcorum authorum, atque huius quidem planè ex gal. qui lib. anatom. aggreſſ. præcipuè 3. & lib. de vſu partium præcipuè 8. 9. 13. plurima de neruis partium, eorúmque anatome ac diſtribu-

tione commentatus est. sed vereor quod de venarum & arteriarum anatome initio libelli sic inscripti ad Antisthenem profitetur, idem etiam hac in parte illi contigerit: sic enim ait, Compendium de venarum & arteriarum dissectione, quo à me donari voluisti, ad memoriam confirmandam eorum quæ ipse in simiæ corpore spectasses, hoc libro confeci. quod miror à Vesalio & aliis παλιωφάξει prætermissum. Atq; hæc ex Galeno vno omniũ & doctissimo & diligentissimo anatomes professore: cætera specialia magnitudine infinita, ab eo aut alio quolibet repetes. quæ autem ad neruorum affectus & passiones attinent, disceptata libris aph. & meth. med. & de loc. affect. & de sympt. causis, & lib. κατ' ἰητρεῖα & κατ' ἄνδρα atq; aliis, ea quidem ad nostrũ institutum nihil faciunt. nonnulla porrò de his deinceps μεθαυριωτέρως discutienda prudentes omittimus, atque in posteriora reiicimus, vbi de cerebro historiã subtexuero. quod priùs quàm facio, quorundã recentiorum de neruis obseruationẽ subiungo.

Gal. profitetur se anatomiam venarum & arteriarum ex simiis tradere. nũ & ner. nũ?

Transitio.

E recentioribus autem, qui cum Galeno de neruis idem sentiunt scribúntque, vt fortè Syluium, Fernelium, Vassæum, Stephanũ, & alios frustrà sit producere. sed qui hac in parte aliquid inuenisse sibi videntur, & antiquitati herbam porrigunt, déque propriis inuentis gloriãtur; horum tibi quædam ob oculos subiiciam, vt siquando ad rem anatomicã oculos manúsq; admoueas, rei veritatem non ex his aut illis anatomicis commentarijs, sed de genuino germanóque naturę libro atque archetypo naturalíq; historia promas.

N. consilium.

Nullius addictus iurare in verba magistri,
vt Flaccus ait

EX COLVMBO.

COLVMBVS sanè perdiligens anatomicus de neruorũm vsu & origine galeno & veritati consentiens, in ea tamen est hæresi vt credat, neruis opticis nullum porum inesse nõ modò in homine, sed ne in bobus quidem aut quibusuis grandioribus animalibus: sed per suam substantiam raram mollémq; spiritui animali transitum patêre. quã tamen opinionem iam antè Vesalius promulgarat cap. 1. lib. 4. Cùm vtiq; omnis antiquitas contrarium senserit & adstruxerit, neruis opticis poros inesse, cósq; tam amplos, nullius vt aciẽ fugerent, copioso spiritui animali necessario ad visũ perferendo à natura comparatos. vnde & parti nomen imposuêre, πόρους eos neruos solos ex omnibus vocitantes. Et verò cur illi potiùs de opticis, quàm de quibusuis alijs hoc extulissent, nisi res in aperto foret, quæ omnium obtutu diiudicari possit? Sed tamen vt hos, sic omnes meatus in mortuis contabescere, fathiscere, conniuere, comprimi constringíque contingit, vbi calor & spiritus cum vita exhalauit. ideo qui parui viuis meatus inerant, ij mortuis connixisse plerumque, nisi acutum cernentibus aut quodãmodo lynceis existimantur. Idem verò galenum culpat, quòd neruos sensum deferentes, ab anteriori cerebri parte exoriri, motiuos verò dictos à posteriore scribat: cùm tamen motiui durique ab anteriore quoque parte originem ducant. In quo licet deprehendere hominis ad culpandum & reprehendendum proclitatem, cùm galenus ipse lib. 9. de vsu part. idem nominatim monuerit. sed pergamus. Idẽ rursus & galeno & Vesalio, quod mireris, appingit, errasse vtrumque in numero & vsu paris tertij quartíque neruorum cerebri. quippe cùm quartum par neruorum, verissimum gustus organum sit: quod munus illi tamen tertio pari adscripsere, ob viciniam originis decepti. Quanquam ita Vesalius monuerat iam antè cap. 7. lib. 4. Quartum par exoritur à dorsalis medullæ principio posteriùs paulò quàm tertium par, sed antrorsum modicè tensum, posteriori tertij paris sedi committitur atque vnà cum illo per commune illis foramen ex capitis cauitate seu cerebri sede ad palatum elabitur &c. nisi totum gustum vni linguę adscripseris, quæ à maiori portione crassioris tertij paris neruorum, aptum saporibus dignoscendis instrumentum accipere ab illo traditur cap. 6. ibidem. Deinde septimum par à cerebro versus occiput vergente, non à cerebello exoriri contendit aduersus galenum. Tum sibi octaui & noni paris neruorum cerebralium inuentionem nouam & hactenus inauditam vendicat. quæ vtique duo neruorum paria, cæteris anatomicis pro radicibus aliorum neruorum habentur. Cedò autem, quos tandem illa in vsus? aut quibus partibus inserenda? Natura vtique nihil facit frustrà. quod galenus post Arist. toties ingeminat. sic igitur ille describit; Sub basi cerebri versus anteriora incedit, & per proprium foramen in sphenoïde collocatum transit ad musculum temporalem latitantémque & massetera, & à quinto neruorum coniugio illius distat origo, ait de octauo pari, & mox, Nonum par quod ego primus inueni (namque illud Vesalius iam olfecerat) est neruorum exilium par ortum ducens à binis illis cerebri processibus, qui nates appellantur, penes testes. faciem versus accedunt, transeúntque apud tertium & secundum par, atque in tertium palpebræ musculum inseruntur. ramulus tamen huius noni paris ad quintum musculum oculi defertur. &c. Deinceps Aristotelem cauillatur, qui cerebrum frigidissimum, vt est: spinalem verò medullam calidissimam falsò scripserit. quo autem loco, neque ille annotat, neque ego memini me legere. sed postmodò accuratiùs viderimus. Tum in censu neruorum rhachitarum (de spinali enim medulla quid sentiat, mox videro) thoraci paria vndecim tantùm assignat, contra Vesalij & aliorum sententiam: eò quòd vertebræ cùm sint numero 12. tamen foramina tantùm 11. habeant, quot nempe sunt & costarum interualla. qua æstimatione, vertebris colli saltem octo neruorum paria assignare deberet: imò verò ad primam vsque thoracis vertebram, per communia spondylorum colli foramina, decem neruorum paria recẽseret.

Tertij & quarti paris neruorum vsus & insertio quæ sit.

Septimi paris origo vnde.

An octaui & noni par neruorum à cerebro exeat.

Octaui paris neruorũ cerebri descriptio.

Item noni paris.

An medulla spinalis calida.

Partes neruorum spinalium.

An neruis optici pores habeant.

πόροι in neruis ad quid, & cur dicti.

Meatus in mortuis cõsimiles, quæ dicere.

An neruis sensuum ab anteriore, motus à posteriore cerebro.

Iocus.

In quo certantes anatomicos rationum momẽtis audire iuuat: quia ſcalpris & nouaculis & cultris anatomicis certamen nondum initur: nec eò, vt ſpes eſt, iurgia proueniẽt inter homines rationis quàm armorum peritiores atq; inſtructiores. De Fernelio nuper ſimile quoddam dubiũ ſolui: tu tuũ interpone iudiciũ. Idẽ tamẽ lumbis quinque paria neruorum, & in nonnullis, quatuor tribuit. quamuis in quinque vertebris lumborũ, quatuor duntaxat foramina reperiantur. ſolutio paulò antè eſt à me propoſita; quòd par neruorum ſemper ſubiectæ ſibi aſſignetur vertebræ: cùm tamen de foramine excidat, quod eſt vtrique ſpondylo commune ſuperiori inferioríq;. Sed quomodo ſummam neruorum omnium ſpinaliũ ſubducat, ipſe viderit: nempe lumborum, quinque: thoracis, vndecim: manuum quinque, & totidem partium ſuperiorum. quæ omnia ſi per additionẽ arithmeticam componas, vtiq. 26. effeceris. cùm cæteri parem numerũ coniugationũ & vertebrarũ ſtatuant, quibus ego volens ſubſcribo, videlicet vtrobiq. 24. ab oſſe autem ſacro, neruos pedis cũ ſuo Veſalio ſimiliter deducit: qui primùm per quadruplex exorti principiũ, deinde coniunctis illis, craſſiſſimũ in toto corpore neruũ efficiunt, mox in plures neruos diuiduũ, & in partes ſubiectas cum aliis paribus ab oſſe ſacro enatis, eo modo diſtribuendum, quo anatomicis ſingillatim perſequi moris eſt & inſtituti ab hoc noſtro alieni. Tandem vt eſt hominũ ingeniũ procliue ad laudis æmulationẽ, Galeno affingit neruum, vt vocat, inconiugatũ, in extrema parte ſpinalis medullæ deprehendendũ. quod nuſquã memini Galenũ ſcribere: quin potiùs in diuerſam abire ſententiã, vt locis productis declaraui: cùm hæc potiùs Auicennæ & Arabiſtarum ſit opinio, nec tamen omnino à ratione aliena: ita videlicet cõſumpta tandẽ & effœta medulla, vt gemino neruo producendo impotens, vnicum & ſolitariũ edat. ſed tamen quamlibet acutę rationi ſemper anteponenda eſt certa rerũ magiſtra experiẽtia. Poſtremò ita concludit Veſalio ſuo conſentiẽs, vt patebit; De illis autem neruorũ coniugationibus ſub coccyge prætereuntibus, quas Gal. ſomniauit, nihil attinet dicere, propterea quòd nuſquã in homine reperiri poſſunt, cùm nõ adſint. & mox contra Veſaliũ; Fortè is cùm ſecãdo defeſſus eſſet, ſcriptũ reliquit, muſculos aliquos abſq. neruis reperiri. quamuis tamen in quouis corporis humani muſculo quamuis minimo, ſuum neruũ adeſſe conſtet, quod minimũ eſt, & aliquãdo plures. Verùm quomodo dicunt I. C. Erubeſcimus ſine lege loqui. ſic ego iſtis ſemel reponam, non quodlibet hominis cuiuſcumq; probrũ, velut iaculum contortũ in alios, ſtatim recipiaut probari debere: niſi illud priùs cõſtet, quis dixerit, vbi dixerit, & quibus rationib. inductus dixerit. quod ideo moneo, quia vt apud alios paſſim, ſic apud hunc Columbũ multa dici & iaci conuitia video, locis nuſquam productis eorũ in quos inuehitur, qui tamen nihil tale aut ſcripſerunt, aut ne ſomniarũt quidẽ, vt de Ariſt. & Gal. nuper atq. aliàs repoſui; quíq. eorũ ſibi inuentionem arrogant, quæ multis antè ſeculis inuenta, quinetiam maiorũ monimentis conſecrata fuerant. ſic illi de ſua ſibi ignorantia aut diſſimulata prudentia callidi lucrum faciunt, vt alibi obiecí.

Solutio dubij.

Sũma Neruorum ſpinalium.

Neruus totius corporis craſſiſſimus.

Neruus ſine pari, an ſit.

Experiẽtia præponderat authoritat.

An nerui aliqui ſub coccyge.

An aliqui muſculi ſine neruis.

Quæ lege examinanda hominũ dicta ſint probra.

EX VESAL.

SED Veſalio poſtremò etiam faciamus audiẽtiam: quem vnũ ac præcipuum emendatæ & illuſtratæ anatomiæ authorẽ iure poſſumus appellare. De neruis ab initio lib. 4. cap. 1. ſermonẽ inchoat, ac deinceps lib. 1. reliquã neruorum hiſtoriã ſigillatim exponit, vnde orti, quà inſerti, quò diſtributi, quomodo ſuã actionem edant. quæ omnia tibi legenda relinquo cũ otio. atque in ceteris ille quidem cũ Galeno & reliquis anatomicis vtcumq. conſentit: ſed cum Columbo neruum opticum negat ſibi vnquã viſum fuiſſe cauum. idem plura ſeptenis neruorũ coniugiis à cerebro numerari poſſe cõtendit, veladeo præter olfactus organa, quæ à quibuſdam inter cõiugationes neruorũ cerebri numerantur, ductu, colore, forma neruis reſpondentes cerebri proceſſus: ſed neruis tamẽ veris molliores latioréſque: neq; extra cerebri capacitatem, aut duræ meningis cauitatem procidentes: à ſimilitudine quadã mammillares ac papillares appellatos: de quib. olim in tractatu odoratus egi. Et verò tertij paris radices inuicem diremptæ, nec poſtea coaleſcentes, pro duabus coniugationib. iure poſſunt haberi. Similiter ad quinti paris radices noua quædã vtrinq; expullulat, quæ eidem annumeratur: cùm tamen ſpecialis quædã coniugatio dici queat. Sed hoc mirum poteſt videri, quòd cap. 10. lib. 4. figura 1. nõ à cerebro, ſed à principio ſpinalis medullæ, antequàm cerebro excidat, neruorum coniugationes, 3. 4. 5. 6. 7. per ſuas radices educi ſignificet: cùm tamẽ omnes à cerebro ſeptem coniugationes neruorũ, & quidem mollium deducãt: reliquas 30. coniugationes durorum, à ſpinali medulla pronaſci fateantur, & ille ipſe Veſalius ita deſcribat. Quod ideo fit, quia nõ de cerebello, ſed de cerebri baſi primordia medullæ ſpinalis, vt pòſt dicemus, pronaſci aſſeueret: ideo quicquid ab eadem intus in caluaria adhuc hæreſcente & contenta manere videri queat, illud idem etiã cerebro primatio authori deputari & aſſignari iure poteſt: cuius & ipſa illa medulla ſpinalis, certa & maxima ſoboles eſt, ac veluti truncus de ἐιζώσει ſiue radicatione cerebri, arborem ſed inuerſam figurans, & paulatim in ramos atq; flagella gracileſcens, vti nuper declaraui. Quanquã Veſalius hãc flumini, illud fonti comparare maluit. ego fluuiũ de lacu, aut de ingenti ſtagno maximum riuum educi malim per alluſionem dici. Idẽ cap. 2. lib. 2. vbi de muſculis, negat nerui & ligamẽti diuiſionẽ commixtionémq; in muſculis fieri ea ratione, vt ſingulis fibris in ortu neruulus miſceatur, quod Gal. adſtruxerat: eò quòd in pleriſq; muſculis duntaxat neruulus admodùm gracilis non magis quàm vena diuiſus, ad ſuperficiem muſculi nunc interiorem, nunc exteriorem, venæ ac arteriæ modo exporrigatur, mẽbranæq; muſculi adhæreat, neutiquam autem in fibras per muſculi ſubſtantiã diffundatur. quod exẽplis nonnullis probare contendit. deinde ita cõ-

An neruus opticus ſine pore.

Odorum organa quæ ſint.

An plura quã 7. neruorum paria à cerebro.

An plura paria neruorum cerebri à ſpina oriantur.

Spinalis medulla vnde naſcatur, & qualis.

à ſimili.

Quomodo neruus muſculo inſeratur.

cludit. Hac igitur occasione fateri cogar, nullâ prorsus aliam nerui in musculos quàm venæ & arteriæ distributionem esse: & pari etiam ratione neruum, qua venam arteriámq. musculum accedere. neque vllam aliam in vena arteriáque cum neruo differentiam statuo, quàm quòd ad finé seu insertionem musculi, neruus nunquam, vt aliquando illa vasa, implantetur. Idem inuenta sibi arrogat neruorum illa paria, quæ Columbus vendicauerat, sic enim cap. 7. lib. 1. Adde quinos neruorum cerebri surculos (præter tres enim aliis notos anatomicis, duos adinueni) singulis musculis exporrigi: ob idque non iniuria diuum Hipp. pronuntiauisse, plagas præcipuas ac stuporem inducentes, esse temporales. Idem cap. 1. lib. 7. ita statuit, Nerui igitur cerebro id præstant, quod magna arteria cordi, & caua iecori, vt qui paratum à cerebro spiritum illis quibus hunc mandari oportet, instrumentis deducant, diligentésque cerebri satellites & nuntij censeantur. Idem verò septem colli vertebris totidem paria neruorum assignat, & primum par à summa primáque vertebra, eiusdémque cum capite articulatione posteriori repetit, & sequentes ordine deduçit. ita vt octauum par, quod est primum thoracis, à foramine inter septimam ceruicis & thoracis primam vertebram deducat, ac cæteras eodem deinceps ordine modóque qua proportione, inter 19. & 20. vertebram, siue 12. thoracis & lumborum primam, primum par lumbarium neruorum educi consequens sit asserere, licet ipse subticeat: neque Columbi habeatur ratio monentis, 12. vertebrarum dorsi esse tantùm foramina vndecim. cuius dicti solutio ex me iam patuit. similiter coniugiorum ab osse sacro par primum inter vltimam vertebram lumborum & ossis sacri os primum enasci fas est, ac vicissim reliqua inter eiusdem ossa emergere, numero senario respondentia: cùm à coccyge nullum par neruorum subnascatur. contrà quàm tamen Galeno visum est, os sacrum paucioribus ossibus componenti, vt antea vspiam diximus. Terminus verò dorsalis medullæ, ait idem Andreas cap. 16. lib. 4. ex sexto sacri ossis osse procidens, nerui ritu mihi haud quaquam digeri visus est, etiamsi hunc à quibusdam neruum coniuge carentem vocari non ignorent. In homine tamen, cuius sacrum os quinque tantùm efformari videbatur ossibus, medullæ dorsalis terminus ab osse procidens, vnum vtrinque diffundebat surculum, hac ratione sexti paris sacri ossis vices supplens. Atque hæc è recentiorum obseruatione, de neruorum œconomia mihi dicta sint, simul & de tota partium similarium nostri corporis historia. Iam enim de partibus similaribus tum solidis, tum humidis totam videor propemodùm absoluisse historiam, quas ex Arist. & Gal. iam antè proposueram, ab hoc quidem ex lib. 2. cap. 7. facult. natural. ab illo autem, tum ex cap. 2. lib. 2. part. animal. tum cap. 1. lib. 1. histor. animal. quos antea locos tempestiuè produxi, vbi de humoribus & partibus similaribus censum instituí.

Inuentio neuorum parium à cerebro.

Valuæ temporum cur latebræ.

Neruorum vsus.

Paria neruorum à spina qui oriantur, & quo ordine.

Nerui ab osse sacro.

An neruus aliquis ἄζυγος.

Transitio.

DE CEREBRO ET SPINALI MEDVLLA.

CAPVT V. *Siue liber vnus.*

IAM venio ad illud viscerum excelsissimum, proximumque cœlo capitis, sine carne, sine cruore, sine sordibus: hanc sensus arcem: hoc culmen altissimum: hoc mentis regimen, vt Plinius disertis verbis eius naturam & essentiam delibat & paulò pòst loquens inducetur. Vt enim huius vniuersitatis parens, ménsque illa rectrix in cœlo, excelsissimo loco consedit: ita decebat nostræ mentis arcem in summo corpore, velut in specula collocari. Hoc cerebrum Latini dixere, vt opinor, primigenia voce, nec aliunde flexa: vt quoniam ipsum, sensus ac motus futurum erat principium, & facultatis animalis, imò & animæ atque mentis sedes & domicilium. ideo ne in appellatione quidem sua aliud principium agnosceret. Nisi cerebrũ, quasi cereum dici credas, allusione quadam nominis & substantiæ æmula quodammodo cõpage, neque dura, neque molli, sed duritiei ac mollitiei velut media, colore albicante, materia tenaci, lenta, glutinosa, citra adipem, sed velut adiposa, glandulosa, sed citra glandem, medullosa, sed veræ medullæ experte, & liquari nescia: denique suæ cuiusdam & peculiaris naturæ, quæ nullam aliam in corpore planè similem agnoscit: quamuis ad quasdam affinitate & cognatione accedat quodammodo. Graij ob situs & tutæ collocationis rationem, τὸ ἐγκέφαλον dixere, ἐν ᾧ τῇ κεφαλῇ κεῖται, eò quòd in capite recondatur, velut sua theca & tuto conceptaculo, propter sui præstantiam tali custodia dignissimum. Siquidem iuxta Logicorum axioma, Propter quod vnumquodque tale, & illud magis. ac si talua, si pericranium, si meninges aliquid dignitatis habent, cerebri inuoluendi, tegendi, muniendi gratiâ partes comparatæ: tum vel multò magis eximium & partib. multis anteferendum est cerebrum, cui velut regulo cuidam, eiusmodi aula pulcherrima, siue arx tutissima & munitissima à parente natura exædificatur: tantò suo domicilio præstantius, quantò rex aut princeps sua regia dignior est atque augustior. Ac si ex formæ & figuræ rara quadam, sed admirabili præstantia, rerum dignitas æstimatur, tum in piscium natura, tum in stirpium genere, tum in auium discrimine, tum in quadrupedum discrepanti varietate, tum in hominum sorte & conditione, rerúmque omnium vel à natura factarum, vel ab arte fabricatarum comparatione: equidem cerebri rara quædam & singularis effigies illa externa atque interior cõpages miris variata lenociniis, innumeris lasciuiẽs figuris, aliquid diuinitatis præ se ferre videtur, quò cæteris partibus in humano corpore antecellat. Motus ille perpetuus & indefessus, caloris ætherei atque immortalitatis affectatæ refert imaginem. candor ille niueus puritatem ac synceritatem ortus repræsentat. toruli isti obliqui & tortiles, variis-

Cerebri periphrasis, & præcognitum. à simili.

Animi domicilium.

Cerebrum vnde dicatur, & eius vsus.

Cerebri natura & substantia, quale.

ἐγκέφαλον vnde Græcis dicatur.

Cerebri dignitatis ratio, & cõparatio.

A simili.

Dignitas rerum ex formæ præstantia.

Cerebri figura varietas, à motu, candore, varietate, ventriculis, formis.

que crenis gyriſque inciſi, ac velut per ſulcos, A dirimente vbique tenui meninge, & ſpiris inteſtinorum tenuium haud abſimilis, naturæ ſibi in hoc opere placentis certa dant indicia. quaterni intus cælati ſcrobiculi (malè enim ſex à quibuſdam numerantur) tam accuratè támq. affabrè inſculpti, diuinæ cuiuſdam prouidentiæ ad res eximias recondendas ſuggerunt argumentum. tot intus reconditæ figuræ ſphæricæ, pineæ, oblongæ, acutæ, inflexæ, rotundæ, cylindricæ, quadratæ, trapeziæ, rhomboïdes, triangulæ, pyramidales, ſpeciem quandam vniuerſi repræſentãt: quod paulò antè per corpora illa canonica & regularia Pythagoræ argutè adumbratum prædiximus. Multa hic cernimus, quædam aſſequimur, nonnulla interpretamur: ſed longè plura nos latent, & arcano quodam ſenſu animos ludificantur. Quid ſi tam multiplex intus figura, rerum externarum per ſenſus perceptarum & animo comprehenſarum retinet imaginem, & recordationem imprimit, vel reminiſcentiam adiuuat, vel etiam à ſimili & per ſimile, vt in illa arte memoriæ Simonidea, ex ſymbolis rerum externarum, ſic ex his internis figuris, olim percipiendo & imaginando atque apprehendendo memoriâ, rerum ἀναμνήσεις adiuta eſt? Omnis enim geometrica figura intus in capite quodammodo cælata, vel ſaltem adumbrata videri poteſt: ſiue punctus, ſeu linea quælibet, ſiue ſuperficies, ſiue anguli omnigeni, ſiue figura rotunda, ſemicircularis, trilatera, quadrilatera, multilatera, triangula, rhomboïdes, trapezia, & ſiquæ ſunt aliæ in natura rerum, quarum (vti dixi) ſpeciem quãdam in cerebro, ad rerum notiones perceptionéſque vel apprehenſiones & imaginationes Deus inſculpere atque imprimere voluerit. ſed hæc alterius ſunt ſpeculationis: partis verò propoſitæ naturam inquiramus.

Ventriculorum cerebri numerus.

Cerebri figurarum multiplicium vſus.

Multiplex in cerebro figura.

Quum igitur Deus hominem ad imaginem ſui crearet, non iuxta Anthropomorphitarum errorem, corpore humano ſimilis ſimilem: ſed animæ & meritis diuinitate ſibi adſimilem: huic porrò corpus non iam ſui ſimile, ſed terreno animali de terra & limo architectatus eſt, déque humo excitatum, celſum & erectum cõſtituit, formáque & figura ſupra genus omne animantum præſtanti decorauit, recta & procera, ſurſúmque ad ſui originem conuerſo vultu, & hoc capite, tanquam animæ templo, ad illa ætherea templa & cœlum thronúmque diuinitatis in ſublime euecto erectóque, vt diuinitatis rerúmque cœleſtium cognitionem, cœlum intuens, capere poſſet. Sunt enim è terra homines non vt incolę & habitatores, ſed quaſi ſpectatores ſuperarum rerum atque cœleſtium: quarum ſpectaculum ad nullum aliud genus animantium pertinet, ait Tullius 2. natu. deor. & hunc imitatus Firmianus cap. 8. lib. de opificio Dei, Cùm ſtatuiſſet Deus ex omnibus animalibus ſolum hominem facere cœleſtem, cætera vniuerſa terrena, hunc ad cœli contemplationem rigidum erexit, bipedémque conſtituit: ſcilicet vt eadem ſpectaret, vnde illi origo eſt. & quæ plura pridem circa initium in hanc ſententiam produximus. Ac ne fortè iners & ſtupida illa corporea moles locó moueri, & rerum appulſus ſentire non poſſet, & ſenſus & motus organis inſtruxit, & libera voluntate eundi quò vellet, & rerum obiectarum ſpecies captandi percipiendíque præditam eſſe voluit. Quam ad rem præter animæ diuinioris eſſentiam, quæ iuberet & regeret, organa ſenſus & motus fabrefecit, & ad hæc, demiſſos à ſummo cerebro neruos vtriuſque præſides diſperſit atque traduxit. Et quemadmodum à prima origine fontis, multi riuuli in varia locꝛ irrigaturi defluunt: ſicà capite & cerebro, velut ſcaturigine prima, neruorum innumera ſoboles in artus ſubiectos mediatè vel immediatè, ad ſenſum & motum ſparſa progerminauit. de qua ſummatim præfari placet, deinde aliorum vberrimam hac de re orationem iubet inſerere.

Anthropomorphita.

Homo ad ſimilitudinem Dei creatus, quô.

Homo cur rectus.

Homo mobilis, & oblongus.

Homini organa ſenſus & motus quæriã. A ſimili.

Cerebrum igitur, animæ arx & domicilium, principúmque functionum eiuſdem ſedes, motus ac ſenſus, fons & origo, μυελὸς ἐγκεφαλίτης, medulla cerebralis cognominata, ὁ ἐγκέφαλος, aut cerebrum ratione ſitus à Græcis cognominatum, vt patuit, pars ſimilaris, albicans, mollis, tenera, friabilis, flexuoſa, vuida, temperamento frigida humidáque, ipſa quidem fortè ſenſus expers, ſed tamen neruorum ad ſenſum & motum origo habita, de portione quadam ſeminali, minimè pingui, lenta, vi caloris natiui cõpingentis concreuit: ídque quodammodo geminum, à meningibus altè demerſis inuicem diremptum: anterius quidem & extimis partibus ſui mollius humidiúſque atque albidius, ſub toro bregmate locatur. poſterius autem ſub occipite conditur, intimis ſuis partibus ſiccius, denſius duriúſque, & iam quodammodo flaueſcens, ferè decuplo minus altero illo anteriore. illud autem generali nomine ἐγκέφαλος cerebrum vocatur: hoc autem ſpecialiter παρεγκεφαλὶς, Latinis diminutiua forma cerebellum denominatur. à quo per quandam continuationem è baſi cerebri exorta ſpinalis medulla, μυελὸς ῥαχίτης ὑπωτίου διαχύσεως ἀπὸ ψοΐτης demittitur, velut cerebrum vnum & idem à genuina figura degenerans, aut velut caudex enaſcens, & cerebri ſubſtantiam accipiens, eiuſdémque pars, aut ſaltem vicaria, duritie tamen & ſiccitate præpollens, in longum ſeſe exporrigens, cúmque ſua peculiari fiſtula ſeu capſula, nempe ſpina dorſi de formæ ſimilitudine certans, iiſdem velaminibus meningum aduerſus ſpondylorum duritiem continuatarum inuoluenda, accedente inſuper ab occipitis oſſe tertia tunica neruoſa, valida craſsáque, humore viſcoſo oblita, qua vtique cerebrum caruit, ad motus & flexionis robur, medullæque cuſtodiam. eadem à ſummo principio craſſiuſculo, velut trunco primario, paulatim deinceps gracileſcens (Columbo tamen ad ſummitatem vſque oſſis ſacri æqualis aſſeritur: Veſalius aliter depingit, vti mox patebit: ego naturam rei & rationis euidentiam cum Gal. ſequor) vt quantum eius in neruos ſpinales abſumitur, tanquam ramos de ſe productos, tantundem de craſſitie eiuſdem & mollitudine ſenſim immi-

Cerebri communia vſuſque & ſynonyma & natura, temperamentum, generatio.

Cerebri diuiſio, & diſcrimen partium.

Cerebri & cerebelli cõparatio.

Spinalis medullæ ortus & epithera, figura, numen.

Neruorum paria à ſpinali medulla.

nuatur. donec tota in neruos abſumta & velut effœta, in finem deſinit breuem, acutum, ſimplicem, quaſi in caudam aliquam cum infimo coccyge terminandam: vbique per communia inter ſpondylos foramina, neruorum paria 29. aut 30. in corpus totum & artus à ſingulis vertebris ſingula emittens, atque in muſculos partium omnium infra caput, & partes ſpecialiter pleraſque organicas, vt penem, vterum, veſicam, & alias diſtribuens, reliquáque ab oſſe ſacro paria progerminans: ac per eadem illa foramina viciſſim à vicinis vaſis craſſioribus venas arteriáſque ad alimoniam ſui vitámque excipiens. Hinc enim eſt vniuerſa neruorum deriuatio, velut à primario fonte riuóque inſigniori, tum ad ſenſum, qui molliores, tum ad motum, qui duriores eſſe ſolent. Ita tamen vt de cerebro ſeptem tantùm neruorum coniugationes inſignes illæ ac famoſæ prodeant, ad ſenſuum quinque organa præcipuè deferendæ, quo alibi dictum eſt modo. reliqua autem innumera propè neruorum propago à cerebello potiſſimùm atque à ſpinali illo ſtipite prægrãdi progerminet, ad reliquum corpus vniuerſum ſenſu motúque donandum. Neque enim mihi ſatis placet, à mollibus ſolis neruis ſenſum, à duris eſſe motum: & molles iſtos à priore tantùm cerebri parte, duros autem à poſteriore & è ſpinali medulla deriuari. alioqui enim partes plurimæ etiam neruis præditæ, ſenſu carerent: quod videtur abſurdum. à neruo enim ſenſum auferre, ſed propriè dicto, nunquam concedam, vt aliàs diximus, & fortè poſthàc repetemus.

Neruorum origo, vſus, differentia.

An ſolis neruis molles ſentiant, & quam differentia.

Porrò cerebrum non modò in anticam illam & poſticam partem diuiduum eſt, ſed etiam in dextram atque ſiniſtram. ex quo ventriculis duobus anterioribus & ſublimioribus, oblongis, anfractuoſis, ámplis (præſertim in viuis, quia animali mortuo contrahuntur) per longitudinem ab anterioribus ad poſteriora, intus cælatis, atque ab antica cerebri parte verſus os ethmoïdes (vt aërem naribus inſpiratum attrahant) ad medium totius propemodùm capitis, excauatis, & in imam ſedem baſimque cerebri obliquè reflexis, tenui meninge veſtitis ac ſecretis, denominatio acceſſit dextro ac ſiniſtro. Quos ambos dirimit callus quidam oblongus, craſſus in extremis, in medio autem tam tenuis, vt tralucear (ſpeculum pòſt appellabo) è cerebri antici ſubſtantia indurata, vel vt alij credũt, è duplicata tenui meninge conflatus: quod ideo κοιλώδης, quaſi calloſum ob duritiem denominant. Poſt duos autem illos ventriculos ſublimes, anticos & capaces, tertius quidam ventriculus longè inferior verſus baſin cerebri longiuſculus rectà ad cerebellum porrigitur, minor ille quidem duobus prioribus, ſub μαμμιλλῶν & μαστοειδῶν (ita vocant induratam cerebri portionem, poſt dictum callum incipientem, quæ velut fornicem aut cameram arcum ve triplicem, ſiue tribus fulcum cruribus æmulatur: ideo etiam καμάρειον dictum, & καμάρης à καμάρα, quaſi cameram aut arcum, ait Oribaſius, huic ventriculo pro tutela, velut pons ve-

Cerebri diuiſio.

Cerebri ventriculorum anteriorum figura naturáque.

κοιλώδης quid & quale.

3. Ventriculus cerebri, vbi, qualis.

καμάρειον & μαμμιλλοειδὲς quid, quale, quorſum.

hendo, vel fulcro ne concidat cerebri mole obrutus, præparatur) eò vſque concurrentibus: ſed tamen idem vtique maior (ſunt qui minorem adſtruant) quarto & poſtremo atque omnium citra controuerſiam minimo cerebri ventriculo, ad baſim cerebelli, verſus initium rhachitidos, ſiue inter cerebellum ſpinalémque medullam, leuiter cælato, ac velut in mucronem deſinente. Hos autem ambos poſticos cerebri ventriculos, meatus quidam oblongus & anguſtus inter clunes ſeu nates ſitus (inde eſt quòd podici aſſimilent) per longum exporrectus coniungit, ac ſuper γλήνας excauatus, inque morem cuiuſdam incîſis incîſus, & in eoſdem vſus forſitan deriuandis humoribus à cerebri ventriculis, ſed & ſpiritui animali præcipuè vehendo inſtitutus, velut aquæ ductus quidam à natura fabrefactus. ab hoc cerebrum cum cerebello committi opinantur, atque ita Oribaſius ex Gal. ſcriptum reliquit. Γλήνα autem appellant à ſimilitudine geminarum natium cluniúmve, duo corpuſcula ex aduerſo ſibi oppoſita, vtrimque dictum canalem cingentia, duriuſcula, è cerebri portione coaleſcentia, tum conario antè fulciendo (ſic vocant glandulam κώνῳ ſeu nuci pineæ ſimilem, colore ſubluteam, vaſa ſublimia illic fulcientem) tum ponè epiphyſi vermiformi, è multis membranulis ſtriatis coalitæ, à Græcis ἐπιλαμπάδιον vocatæ, à coſſi vermis ſimilitudine: tum denique meatui illi, ne comprimatur, cui per longitudinem ἐπιλαμπάδις ſupertenditur, à medio ad poſtremum ventriculum excurrenti (quibus tribus vtique ſubſunt glutia (ſuſtinendis ſtabiliendíſque. Qui omnes quatuor cerebri ventriculi (quorum de comparatione dignitatis poſthàc) elaborando & continendo ſeruandóque ſpiritui animali, & ſenſus & motus & principum animi functionum duci atque authori, vt pridem demonſtratum eſt, ſunt à natura deſtinati, pretioſi tanquam naturæ theſauri, & fortè adeo animæ diuinæ huius aula quædam & contubernium: ſiue potiùs, ſi dignitatem eius ſpectes, atque huius partis naturam fragilem & caducam, ipſius animæ carcerem & ergaſtulum: quo incluſa tenetur, donec à corpore fiat animæ ſecretio atque diremptio, quam mortem nominamus.

4. Cerebri ventriculus vbi, qualis.

Meatus à tertio ad quartum ventriculũ qualis & quorſum.

γλήνα quæ & qualia, & quorſum.

ἐπιλαμπάδιον quid & quale, & quorſum.

ἐπιλαμπάδις epiphyſis qualis.

4 ventriculorum cerebri vſus.

Anima carcer.

Enimuerò præter mihi dictas illas figuras, κοιλώδη, μαμμιλλοειδῆ, ἐπιλαμπάδιον, γλήνα, κωνάειον, inſunt etiam & aliæ cerebro figuræ, quæ rerum externarum effigiem exprimunt. nomina ridebis, vt poëta de ſuo Iano cecinit, dum non modò natium in cerebro formam ineſſe audies, ſed etiam penis glandoſi, in extremo tertio cerebri ventriculo poſiti, quem tamen eundem ab alia ſimilitudine κωνάειον vocari monuimus. necnon teſticulorum, qua parte glutia dicta conarium contingunt, à ſimilitudine totius pudendi virilis, illum κώνειον, penem, hos διδύμους ſeu διδύμια, teſticulos appellant. atque adeo ſtyli ſeu graphij ſeu calami ſcriptorij ſimilitudinem ibi deprehendes, caſtitatem nempe manifeſtam ad initium ſpinalis medullæ, viam vehendis ſpiritibus animalibus idoneam. ita vt diuſori, ſic &

Ridicula à cerebro figura, clunium, podicis, penis, teſtium, calami, cuiuſdunque.

Locus in mulierum virorúmq. obſcæna in ſomnia & eorũ cauſſas, & aliorum varia ſomnia.

intercapedini illic locus eſt. Inde eſt fortaſſis quòd mulieri crebra penis virilis, cuius figuram gerit in capite, vel adeo in ſomnis obuerſatur imaginatio: ſicuti viro, pudendi muliebris, atque vtrique viciſſim ſuarum natium & partium pudendarum obrepit tum vigili, tum ſemiſopito, tacita quædam recordatio, rerúmque venerearum in ſomnis frequens agitatio. Et verò cunni haud inconcinnam effigiem in cerebro deſignant, qui hæc penitiùs rimantur, ad anteriorem teſticulorum partem, quà vergunt ad tertium ventriculum: haud procul ab ano & podice ſeu glutiis dictis, ſed peni atque teſticulis propiùs: ſi obſcœnis etiam hiſce nominibus in tam mirabili naturæ fabrica ludere fas eſt, ac non potiùs ea mirari, quorum cauſſas, vti dixi, nondum acumine ingenij humani attigiſſe datum eſt. Ineſt ibi etiam λῆνος, torcular: vt potores & ſcribas iſtis naturalibus μνημονικοῖς, ſui officij ac deſiderij perſæpe admoneri contingat. & fortè, vt eſt in prouerbio, fiſtulator ſuæ fiſtulæ, ſeu tibicen tibiæ, denique artifex propemodùm quilibet, ſui artificij à ſimilitudine cuiuſdam ſui inſtrumenti ibidem adumbrati & efficti, admonetur. namque eiuſmodi figuræ innumeræ pro cuiuſque arbitrio ad externa organa infinita duci per ſimilitudinem poſſunt: vt de arte topica memoriæ in cerebro reſidentis nuper commonui. Quinetiam ſpeculo, corpori diaphano intus illic locus deputatur, quà vtrumque ventriculum anteriorem tenuis meninx duplicata dirimit, inter callioſum corpus & pſalloeides conſtituto. in quo fortè ſpecies rerum externarum impreſſæ aſſeruantur. aut vbi anima, ſi fas eſt arbitrari, ſuum ſibi illuſtre & pellucens domicilium ſortita eſt. Cæterùm quæ χοάνη dicitur, ſiue πυέλος, peluis vt nomen & figuram, ſic vſum quoque æmulatur cauitas illa membranoſa infundibulo ſimilis, ex portione tenuis meningis efficta, ad quam riuuli ventriculorum cerebri confluunt. hæc enim ibi incipit, vbi duo meatus coëunt: vnus è fundo ventriculi medij, alter à meatu iam dicto in poſtremum ventriculum traiecto. deſinit autem in glandulam ſpongioſam oſſi cuneiformi inſtratam, illic perforato, atque oſſibus ſpongioſis palato incumbentibus excepto: deinde cerebro & craſſæ meningi ſubditam, & inter ἐπιφύσεις κληοειδεῖς incumbentem. vbi Galenus plexui retiformi locum ſtruxit, de quo tamen poſtea. Hæc autem glandula, pituitam de medio cerebri ventriculo per geminum illũ meatum deſtillantem, vel adeo ex omnibus cerebri ventriculis per communes riuulos congeſta excrementa, & à choanæ poſtremo influentia, in palatum & nares tranſcolat, deinceps emungendo aut ſcreando expuendóque excernenda ac deturbanda. His adiicit Columbus duorum alborum vermium figuram, quales in lignis carioſis inueniuntur: qui ſunt duo proceſſus, in quos cerebrum ſuis gyris deorſum nutans ac vergens deſinit: quorum vſus fuit, vt prohiberent, ne quartus ventriculus à cerebelli pondere preſſus, ab illius ſubſtantia obſtrueretur, ait cap. 2. lib. 8. vbi nullum par neruorum à cerebello oriri, ſed à cerebro, aduerſus Gal. affirmat, vt antè inſinuaui.

Teſticuli cerebri.

Monimenta multorum organorum & opificiorum in capite, quorſum. Speculum in cerebro, vbi, quorſum.

Peluis in capite vbi, ad quid.

Glandula ſub infundibulo ad quid.

Vermes cerebri, qui.

Hæc igitur cerebri totius partiúmque eiuſdem compoſitio eſt, atque hæc hiſtoria, quantum allequi adhuc licuit: nam pleráque in tam præſtanti opificio latêre credibile eſt, quæ fortè labentibus ſeculis inuenientur atque innoteſcent: ſicuti iam nonnulla priſcis incognita, parentum aut auorum ætas in lucem de tenebris eruit, vel noſtra adeo hæc ætas in apricum protulit. De vſu autem partis huius dicetur paulò pòſt ex probatorum authorum ſententia: neque enim breuiter dici à me nunc poteſt, quia multiplex & implicitus eſt vtique. ideo velut per ſpecialia problemata deinceps inquirendum erit de multis, ac ſpeciatim pertractandum. Illud autem conſtat, vt ſummatim velut delibem, quæ fuſiſſimè aut dicta ſunt, aut dicenda reſtant, cerebrum natura ſua frigidum & humidum, & homini præ cæteris animantibus plurimum, multa excrementa ſuperuacanea (Ariſtoteles περίττωμα vocabat) colligere, magnorum ſæpe morborum cauſſas, imò & mortis repentinæ, aut diuturnæ ægritudinis occaſiones: tum penes principis facultatis, quæ cerebri tribuitur ſubſtantiæ, functiones, oblæſa imaginatione, intelligentia, memoria: tum penes ſenſus ac motus actiones vel impedimẽta, quæ à neruis dependent, & cerebri ventriculis aſſignantur, per quos ductus, animalis ſpiritus in ſenſuum motuúmque organa diſtribuitur: tum penes dolorem, qui non ſubſtantiam cerebri inſenſilem, non ventriculos inanes laceſſit, ſed membranas illas ſolas cum neruis exquiſitè ſentientes, quas meningas geminas diximus, atque ab his ortum pericranium. has enim ſolas partes in capite dolor occupare creditur. ſed de his alia erit ſpeculatio. Illud dico nunc potiùs, naturam prouidam & ſagacem, cùm illius partis nobilis infirmitati proſpectum vellet, multos velut aquæductus & multa ſpiracula condidiſſe, per quæ cerebrum ſua excrementa propulſaret, tum tenuia & vaporoſa per ſuturas nuper dictas: tum craſſiora & corpulentiora per certos ductus excernenda: vt per oculos ſtillantibus lacrymis: vt per aures ſorde, pure, ſanie, eluuie diffluente: vt per nares & palatum & os muco & coryza & ſaliua & flatibus excernẽdis, & quaqua data porta ruentibus huc illuc cerebri excrementorum reliquiis: quæ plurima in anterioribus cerebri ventriculis & amplioribus & patentioribus colligi, & per dictos meatus (quos Hipp. lib. de glandulis, ſeptem numerat) percolari ac præterfluere ſolent. Quamquam eoſdem ventriculos natura in vſus longè præſtantiores effinxit: neq. velut in naui ſentinam illic ſolam & ſemper ineſſe voluit: ſed ſpiritui animali in reti admirabili elaborato, quo paulò pòſt dicetur modo, hunc quaſi penum ſpecúmve aſſeruando præparatum eſſe voluit, inde ad reliquos cerebri ventriculos & in neruos omnes ad ſenſum motúmque ciendum delegando ac diſtribuendo. Omitto nunc dicere de ſede animæ, déque huius principibus functionibus, quæ nullibi

Multa arcana in cerebro latent.

Cerebri temperamentum, copia, excrementa, morbi.

Morborum cerebri tres ſedes, & vbi dolor percipiatur tantùm.

Cerebri excrementa qua via expellantur.

Cerebri ventriculorum vſus.

Praterita.

melius exerceri queant, de quibus iam sæpe antea memini, & forsan postea refricabo. Non dicam nunc plura de septem coniugationibus neruorum à cerebri ventriculis exortorum & ad sensoria distributorum, de quibus & paulò antè & iampridem circa operis initia transegi. non repetam de odoratus atque gustatus, déque auditus organis ibidem explicatis, longam satis historiam. necnon de visionis modo & organis illic fusissimè expositis, insignem disceptationem. denique de tactu corpori toti & partibus sensilibus communi ibidem à nobis explicato. hæc enim omnia sunt à nobis iampridem copiosissimè atque vberrimè demonstrata, quæ per παυτολογίαν & longam & vitiosam repetere fuerit superuacaneum. nisi siquid obiter ac velut per transennam contingat meminisse, & nostram atque lectoris tam longo sermonum discursu penè obrutam rerum varietate memoriam refricari. quod antequàm per quædam problemata particulatim dicere aggredior, priscos illos de cerebri & capitis dignitate, vsu præstantiáque, quid sentiant, hunc in modum loquentes inducimus.

EX HIPP.

HIppocrates igitur, cui primas semper propter antiquitatem dedimus, sic velut per breuia oracula enuntiat lib. de carnibus, Cæterùm cerebrum, sedes & metropolis est frigidi ac glutinosi. quod quia minimum pinguitudinis habet, plurimum verò glutinositatis, à calido exuri non potest, sed tempore tunicam, membranam crassam accepit: circum membranam verò, ossa, quantum calidum superauit, & in quibus pinguitudo erat. Sed & medulla spinalis appellata, à cerebro descendit, & non in ipsa neque pinguis, neque glutinosi multum, quemadmodum & cerebro: & propterea neque nomen medullæ iustè possidet: non enim est alij medullæ simulis, quæ in aliis ossibus inest. sola enim membranas habet, quas alia medulla non habet. idem lib. de glandulis (quem tamen Galenus genuinum negabat comment. in lib. 1. de articulis part. 46.) Caput etiam ipsum glandulas habet, cerebrum nimirum simile glandulæ. est enim cerebrum album ac friabile, quemadmodum etiam glandulæ. maius autem est cerebrum, quàm aliæ glandulæ, & in amplo spatio in capite situm. & paulò pòst, Fluxiones de capite per aures secundùm naturam fiunt, per oculos, per nares: atque hæ tres sunt: & aliæ per palatum in guttur & in gulam, & alia per venas in medullam spinalem, & in sanguinem: quæ omnes septem numero existunt. idem lib. de morbo sacro, Cerebrum hominis duplex est: medium autem ipsius diuidit membrana tenuis. quapropter non semper eandem capitis partem dolet, sed particulatim vtramuis, aliquando verò totum. sed & venæ in ipsum tendunt ex vniuerso corpore. & ibidem, Potrò expedit homines nosse, quòd ex nulla alia nobis parte voluptates contingunt & lætitiæ & risus & lusus, quàm ex cerebro: item mœrores & anxietates tristitiæque ac eiulatus & querelæ. & hoc sapimus maximè ac intelligimus & videmus & audimus & cognoscimus turpia & honesta, mala & bona, iucunda & iniucunda partim consuetudine discernentes, partim vtilitate percipientes. eodem voluptates & iniucunditates pro opportunitate dignoscimus, & non eadem nobis placent. eodem & insanimus & deliramus, & terrores & timores nobis accedunt partim noctu, partim interdiu, & insomnia & errores intempestiui & curæ inanes, & vt non noscamus adstantes, & desuetudo & inexperientia. Atque hæc omnia perpetimur à cerebro, cùm sanon non fuerit &c. quanto verò tempore cerebrum quieuerit, tanto etiam homo sapit. fit autem corruptio cerebri à pituita & bile. &c. Propterea iudico cerebrum vim plurimam in homine habere. hoc enim est nobis eorum quæ ab aëre fiunt, interpres, si sanum fuerit. sapientiam autem ipsi exhibet aër: ad intelligentiam verò internuntius est cerebrum. &c. quam ferè sententiam libello de insania inter epistolas ad Democritum repetit, cui & ipse Democritus adstipulatur, inquiens, Cerebrum quidem supremam corporis partem custodit, & securitatis tutelam sibi commissam habet intra membranas neruosas cohabitans. super quod, duplicatorum ossium naturæ necessariæ firmatæ, dominum mentis custodem ipsum cerebrum tegunt. quo loco cupio vt legas breuem quandam partium humani corporis descriptionem planè luculentam à summo capite ad imos vsque pedes, tali philosopho dignam: quam ego vspiam hîc inserui, nisi memoria labascat. nam de ista cerebri prærogatiua dixi iam antehàc, vbi de animæ sede & facultatibus transegi.

Cerebrum quid & quorsum & quale.

Spinalis medullæ origo. & nomina impropriata.

Cerebrum, an glandula, & quale.

Excrementorum à cerebro quæ affluuia.

Cerebri dimisio, & cur dolor non semper totum occupet.

Cerebri prærogatiua & functiones varias ac multiplices.

Cerebri sani & ægri functiones.

Cerebri dignitas & munera.

EX PLATONE.

DE Platone dixi circa operis initia, & nuper adeo ex Timæo repetiui, & nunc meminisse iuuat, propter sermonis seriem, ex Timæo Locrensi desumpto argumento, quo de natura rerum non tam ex Socratis disciplina disceptat, quàm de Pythagoræ sententia, vt aliàs indicaui, vbi Platonis zelum quendam & ambitionem aperui, qua ductus, præclarissimum inter omnia opera suum illum Timæum velut authori sibi arrogat, aut tacitus προσῳκειώσατο ἐκ Σόλωνος celat, neque viuus cuiquam vnquam, vel adeo charissimorum discipulorum aut amicorum indicauit: idque Aristoteles ipse ignorauit: sed & M. Tullius cùm ex Timæo librum de vniuersitate exscriberet, atque ipse Galenus cùm de iatricis inde sumptis commentaretur, & de placitis Hipp. & Plat. commentarios amplissimos digereret. quod licet à me antea dictum monitúmque vspiam, tamen etiam nunc dici ac moneri ad extremum volui, vt ostenderem, inuentionis rerum gloriam tantopere placere, atque authori suo arridere, vt magnos etiam philosophos à vero deflectere & ambitione labi cogat. quod olim de Arist. ex coëmptis magnorum philosophorum libris & sibi demum vendicatis, ex Plutarcho & Laërtio & Strabone insinuaui. sic igitur Timæus Platonicus (nam de Locrensi archetypo nuper patuit) ὁ τοῦ μὲν, οὐ δοὺς οὐδὲν ἀλλ' ἢ ὄνομα μόνον

Platonis calliditas & velut plagium.

Ambitio & studium etiam in philosophis.

ἔχειν ὁ ἐντὸς αὐτοῦ κυκλῳ πλείους ἐπιπίμασι τῷ A μυελῷ παίειν τὸν μύελον, ἐγκέφαλον, ὡς ἐπιτηδειότατος ἐκείνῳ ζώου τὸ σῶμα τῶν ἐγκεφάλων, καφαλὴν ἡμεῖς λέγομεν. ἐν ᾧ δὲ τὸ λεπτὸν ἐν ἀρχῇ τῆς ψυχῆς ἔμφυτον ἐτέθειτο, ἅμα περιέχουσι καὶ πρώτιστα ὀστᾶ κύκλῳ ; μυελὸν δὲ πάντα ἐπιφύεται, καθάπερ ἐξ ἀρχαίων ἐλελήθειμεν, ὅτι τοῦτον πάσης ψυχῆς ἀλυτὸν, καὶ αὐτὸ δὲ τοῦτο ξύμπαν ἐδεῖ τὸ σῶμα ἡμῶν ἀναπεφύσθαι, τέγεσμα μὲν ἀνὴρ πρῶτον ξυμπηγνὺς αὐτοῦ ὅλου, ἐτίθει. id-est,Et illam quidem medullæ partem,in quam velut in agrum quendam, diuinum semen iaciundum erat,globosam & vndique teretem finxit, atque ἐγκέφαλον, id-est cerebrum idcirco voluit nominari,quia vnoquoque animali denique absoluto, vasculum cerebri capax, καφαλὴ, id est caput vocandum erat. Quod autem reliquas mortalésque animæ vires comprehensurũ erat,rotundis simul oblongísque figuris ornauit, totúmque medullam voluit nominari. atque ex iis quasi quibusdam anchoris iaciens totius animæ vincula, circa illas iam vniuersum nostrum corpus absoluit, ossiúmque textura extrinsecùs eas fulciuit. vbi mox de capitis osse raro & excarni ad sensus acumen & prudentiam maiorem. quia caput membris omnibus acutius ad sentiendum prudentiúsque,sed imbecillius est constitutum. Vitam enim breuem meliorémque diuturnæ & deteriori esse omnino anteponendam diis visum est. ξυνέδοξε ἡμῖν τῷ πλείους εἶν, φυλακήν δὲ, τὸ ἐλαττόνα ἀμείνονα ὄντα πάντα σώζειν σῴζειν. hæc ille.

Cerebri figura, vsus & dignitas & nominis ratio.

Medulla spinalis ad quid.

Caput cur excarne.

Vita brevis & bona potior quã contraria.

EX ARIST.

AD Aristotelem venio dignum tanto magistro discipulum. is primùm caput cerebri gratia conditum adstruit cap. 10. lib. 4. part. animal. qua de re paulò pòst inter problemata, item an cerebrum sit cordis refrigerandi gratia, vt ipse fatetur. ideo caput habent omnia animalia sanguine prædita, inquit ibidem. idque cæteris partibus omnibus superiorem obtinet situm,ait cap.15.lib.1.histor.animal. Quæ omnia hactenus probabilia possunt videri. sed quod sequitur, obseruatione eget adhibitóque iudicio. sic igitur cap. 7. lib. 1. histor. animal. proponit,Cerebrum sincipiti subditum est:occiput inane.similiter lib.2.cap.10.part. animal. Pars capitis posterior cerebro caret. quo breui elogio bis peccauit tantus licet philosophus: tum quòd totum cerebrum sub sincipite non comprehendatur:tum vel eò magis,quòd occiput non sit inane,& cerebro vacuum. cuius assertionis confutationem cùm antecedentia satis euertunt,tum fides ex inspectione capi facilè potest, cùm tota caluaria cerebri ac cerebelli substãtia plena sit:excepto eo interuallo, quod ad pulsationem illi natura reseruauit. idem mox cap.16.lib.1.histor.animal. ita hypothesin continuat, Cerebrum capitis priorem obtinet situm non modò in homine, verùm in cæteris etiam animalibus, quibus ea pars data est. Sed homo plurimum cerebri proportione magnitudinis,ac humidissimum habet. Continent id membranæ duræ, altera ossi adhærens valida, altera ipsum cerebrum attingens infirmior. Bipartitum omnium cerebrum est, postremúmque iungitur, quod cerebellum appellatur, quod certè & tactu & specie formam habet diuersam. pars verò posterior capitis, inanis & caua omnibus est,prout in singulis magnitudine variatur. Cerebrum omnibus priuatum sanguine est,nec venam intra se vllam continet, & ad tactum, frigidum per naturam est. Habet suo in medio plerisque omnibus cauum quoddam exiguum,quod membrana obhærente venosa cuticularíque obducitur. osse postremo continetur tenuissimo infirmissimóque omnium capitis ossium, cui nomen occipiti. quæ omnia quàm vera sint,ex antecedentibus patet, & ex dicendis constabit. quod autem cerebrum sit bipartitum, idem repetit cap. 7. lib. 3. part. animal. atque ibidem cap.7.lib.2. Homini inter omnia animalia plurimum cerebri inest:scilicet proportione sui corporis: & inter homines, mares plus habent quàm fœminæ. Cerebrum autem esse commune aquæ & terræ constat ex eo quòd ei accidit: cùm enim coquitur, indurescit atque siccescit, vt humore exacto à calore,terrena portio relinquatur.quòd autem cerebrum cordi refrigerando seruiat, ex hoc loco & aliis deinceps patebit,inter problemata discutiendum. sed quòd somnum conciliet, quódque somnus sit à cerebro,propter frigiditatem, tum ibidem scribit Arist. tum lib. de somno & vigilia, quod nos iam pridem vbi de somno, excussimus, vel adeo contra Arist. ipsum. idem lib.2.de genera.animal.cap.4. Cerebrum humidissimum & maximum omnium animalium homines habent. Homo enim omnium animalium prudẽtissimus est.pueri etiam longo tempore nequeunt continere caput,præ pondere cerebri. iterum eiusdem operis cap. 3. lib.5. Cùm cerebrum frigidissimum omnium (frigidum humidúmque paulò antè dixerat ibidem) corporis partium sit, tum rei venereæ vsus refrigerat. Quòd autem parte priore cerebrum continetur, hinc ea parte caluescimus. quòd autem homo maximum humidissimúmque cerebrum habet, hinc solus omnium animalium ita afficitur. sed de noxa cerebri & oculorum ex nimio coitu iam ante vel adeo ex Arist.ipso monuimus. huic autem loco similiter scripsit idem cap.14.lib.2.part.animal.Cùm cerebrum hominis proportione maximum & humidissimum sit, maximam etiam tutelam desiderat. quòd autem natu minoribus cerebrum humidius sit,idem assentitur cap.1. lib. 5. de genera.animal.& sect.1.probl.16.Inde lib. 2. part.animal. cap.10.caput longo tempore præ cerebri pondere pueros sustinere posse negat post Hipp.& cap.4.lib.2.genera.animal. Cerebro euenit vt primò præhumidum sit multúmque: mox humore efflato concoctóque corporatur magis subsidétque & cerebrum & magnitudo oculorum.& cap.7.lib.2.part.animal. Quòd si cerebrum vel humet vel siccescit supra modum, suo fungi officio non potest, sed aut refrigerabit aut coagulabit.itáque morbos,deliria, mortes adferet. sed de morbis & morborum caussis alia erit speculatio. Porrò de vsu cerebri, quem Aristoteles refrigerando cordi aut vnum aut primarium scopum facit, mox inter

Cerebri dimensio, & differentia à cerebello.

Cerebri natura & conditio, & ventriculi, & cranii.

Homo & mas cerebro abundat.

Cerebri cum aqua & terra affinitas.

Cerebri vsus ad quid.

Homo cui cerebri plus habeat.

Cerebri temperamẽtũ.

Calvities cur ab anteriori parte.

Coitus nocet cerebro & oculis.

Homini cerebrum plurimum.

Pueris cur caput grande.

Cerebrum sensim refrigerat.

A cerebro qui morbi, & vnde.

An occiput inane.

Cerebri fides.

Cerebrum homini quale & quantum, & meninges officium.

inter problemata viderimus. item ſitne medulla, aut quid aliud tandem, & ſimilia tum ex hoc, tum ex Plinio & aliis decernemus. De ſpinali autem medulla, quæ eſt cerebro continua atque eiuſdem naturæ, ſic idem Ariſt. cap. 6. lib. 2. part. animal. Spinæ dorſi medulla continua porrectáque per longitudinem ſpinæ totius, ex multis vertebratis orbiculatim oſſibus iungitur. quæ ſi ex pinguedine aut ſeuo eſſet, non æquè perpetua eſſe poſſet, ſed vel fragilis vel humida eſſet. & paulò pòſt, Quæ oſſa non habent, ſed ſpinam, iis dorſi tantùm medulla eſt: parum enim continent ſanguinis ſuapte natura: & dorſi ſpina tantummodò caua habetur: quamobrem in ea medullæ aliquid creari poteſt. ſed de medulla ſpinali iam paulò antè ex eodem Ariſt. ac de medulla propriè dicta nuper adeo toto capite egimus. itaque ad alios deinceps tranſeamus.

Spinæ medulla quale, & vbi.

EX PLINIO.

ARiſtotelis ſedulus imitator Plinius à magiſtro accepta ſic explicauit & cum fœnore reddidit lib. 11. cap. 37. Caput habent cuncta quæ ſanguinem. & poſt multa, de iis quæ capiti inhærent & adnaſcuntur, ita ſubdit, Cerebrum omnia habent animalia quæ ſanguinem. ſed homo portione maximum & humidiſſimum, omniúmque viſcerum frigidiſſimum, duabus ſuprà ſubtérque membranis velatum: quarum alterutram rumpi mortiferum eſt. cæterò viri quàm fœminæ maius. Hominibus hoc ſine ſanguine, ſine venis, & reliquis ſine pingui. Aliud eſſe quàm medullam eruditi docent, quoniam coquendo dureſcat. Omnium cerebro medio inſunt officula parua. vni hominum infantia palpitat, nec corroboratur ante primum ſermonis exordium. Hoc eſt viſcerum excelſiſſimum proximúmque cælo capitis, ſine carne, ſine cruore, ſine ſordibus. hanc habent ſenſus arcem: huc venarum omnis à corde vis tendit, hîc deſinit. hîc culmen altiſſimum, hîc mentis eſt regimen. Omnem autem animalium in priora pronum, quia & ſenſus ante nos tendunt. ab eo proficiſcitur ſomnus: hinc capitis nutatio. quæ cerebrum non habent, non dormiunt. Illud autem [illegible] apud eundem lib. 27. cap. 6. Capita autem aperiri aſpectu magiſtratuum, non venerationis cauſſa iuſſere, ſed (vt Varro author eſt) valetudinis, quò firmiora conſuetudine ea fierent.

Caput & cerebrum quæ habeant, & homini quale.

Sincipitis infirmitas.

Cerebri dignitas & vſus.

Capita cur aperiantur magiſtratuum.

EX GAL.

SEd venio à philoſophis ad medicos atque medicorum coryphæum Galenum, qui vt in omni partium omnium hiſtoria, ſic in capitis & cerebri explicanda natura, cæteris omnibus palmam facilè præripuit. quæ autem controuerſa ſunt, vt, Caput ne oculorum an cerebri gratiâ ſit conditum: &, An cerebrum cordis refrigerandi gratiâ ſit à natura inſtitutum: &, Sitne cerebrum vera medulla: & quæ eôdem ſpectant pleraque, ea omnia problematicôs diſcutienda, in ſequentia ſciens ac prudens ſepono ac reſeruo. niſi quædam obiter attingere ſermonis ſeries cogat. Primùm igitur lib. 2. de temper. cap. 3. Quod autem ipſum cerebri pulmoníſque proprium corpus proximum adipi, humiditatis ratione ſit, ex mollitie eius coniectare licet: non enim à frigido congelatur, cùm nec calore [illegible]ndatur. Cerebrum autem & ſpinæ medulla eiuſdem ſunt generis: reliquæ omnes medullæ alterius naturæ ſunt. eſt tamen humidius ac calidius cerebrum, quàm ſpinalis medulla, eóq; etiam mollius. Præterea ipſius cerebri priores partes tantò ſunt humidiores, quantò molliores. Omne enim exangue frigidius ſanguine prædito eſt. & comment. aph. 69. lib. 5. Rigor recurrit ad principium neruorum, ſcilicet caput, celerrimè facta per ſpinalem medullam compaſſione: quoniam & ipſa natura frigida eſt, ſicut & cerebrum, & propter ſubſtantiæ mollitiem, vt cerebrum, alterationem facilè ſuſcipit. Enimverò lib. 8. de vſu part. cap. 4. ita præſupponit ex iam demonſtratis tum ab ipſo, tum à nobis in hiſtoria cordis, & alibi: Principium quidem neruorum & ſenſus omnis motúſque voluntarij, eſſe cerebrum: cor verò arteriarum & caloris inſiti: hepar denique venarum & ſanguificationis. vbi mox oculorum, non cerebri cauſſa conditum fuiſſe caput ediſſerit. ſed hac de re volumus extare ſpeciale problema. Interim tamen hoc inde deſumemus ex cap. 5. quod iterum repetit initio lib. 16. & nuper protuli, Senſoria omnia prope cerebrum eſſe oportere. conſtat enim iam cerebrum in capite locatum eſſe propter oculos, reliqua autem ſenſoria omnia propter cerebrum, de quibus nos iampridem egimus abundè. Porrò cerebrum ſubſtantia quidem neruis eſt ſimillimum, quorum ipſum principium erat futurum, niſi quòd illis eſt mollius. nam id illi etiam conueniebat, vt quod ſenſus quidem omnes recipit, omnéſque imaginationes & intellectus complectitur. Quandoquidem quod facilè immutatur, id eſt in eiuſmodi actionibus atque affectibus aptiſſimum. porrò quod mollius eſt, id faciliùs duro immutatur. proinde cerebrum neruis eſt mollius. Quia verò neruorum oportet duplicem eſſe materiam (vt antè etiam docuimus) duplex etiam cerebrum extitit, mollius quidem anterius, reliquum autem durius, quod anatomici [illegible] nuncupant. quæ dura meninge duplicata diriguntur, & per meatum ſolum, qui ſub capitis vertice eſt, ac corpora meatum ipſum ambientia coniunguntur. Poſtquàm enim mollius eſſe anterius oportebat, vt quod principium mollium neruorum ad ſenſus inſtrumenta pertinentium eſſet futurum: durius verò poſterius, principium & ipſum neruis duris in corpus vniuerſum diffundendis futurum, mollis autem cum duro non admodùm conueniens eſſet contactus: propterea vtrumque natura à ſeſe diſiunxit, mediámque inter ipſa duram meningem interiecit, quæ totum cerebrum ex memoratis iam duabus partibus compoſitum erat complexura. Atque etiam ipſius anterioris cerebri quæ partes quidem operimentum id contingunt (quod vtique du-

Cerebri natura, & ſpinalis medulla, & amborum cõparatio.

Exanguia frigida.

Rigor quò fiat.

Cerebri & medulla ſpinalis cõperamentũ.

Tria in nobis principia, quæ.

Senſoria cur prope cerebrum.

Cerebri ſubſtantia, & cum neruis comparatio.

Cerebrum cur molle.

Cerebrum cur duplex, & quale, & quomodo diuidatur vel coniungatur.

Cerebrum anticum cur molle, & poſticum durum, & qualiter cõiungantur.

Cerebrum vbi durius aut mollius, & quæriũ.

ram & craſſam μήνιγγα appellant) duriores quoque meritò ſunt factæ: mediæ verò quæ ſub his continentur, molliores. exteriores namque partes cùm ad patiendi difficultatem oportebat eſſe comparatas, tum autem ad duriorum neruorum productionem. quæ verò ſunt in medio, patiendi quidem difficultatem à ſitu ipſo habuerunt: principium autem hæ idoneum neruis mollibus exiterunt. Cæterùm ex parte cerebri poſteriore mollis neruus penitus nullus producitur: exterioriautẽ duros quoſdam neruos producere fuit neceſſe. Igitur nerui omnes conſiſtentia cerebro ſunt duriores, non quòd ex alio quopiam ſubſtantiæ genere ſint ac omnino diſcrepante: ſed quòd eandem quidem naturam habeant, ſiccitate tamen ac denſitate à cerebro diſſideant. de quibus nuper ſatis multa. hoc autem ſcire intereſt, ex ſequenti cap. 7. Cerebro aërem intrò trahente, inſpiratio fit: expiratio autem foràs pellente perficitur. at miſtis actionibus, illapſu inſpirationis quidem, odorum fit dignotio: expirationis verò, ſuperfluorum excretio. ſed de odoratu iam circa initia operis, vbi & de reliquis ſenſibus. & ibidem mox cap. 10. At nunc certè ventriculorum cerebri magnitudinem, poſitionem cuiuſque, figuram, mutuas inter ſeſe perforationes, omnem denique ipſorum numerum explicemus, tum autem & incumbentes atque adiacentes ipſis particulas. Anteriores itaque duo inſpirationem & expirationem efflationémque ex cerebro efficiunt: ſpiritum animalem cerebro præparant: odoratum efficiunt: ſuperfluis excernendis ductus ſternunt. Duos porrò præſtitit eſſe ventriculos quàm vnum, cùm canalis ac perforatio inferna eſſet duplex, & ſenſorium omne & ipſum denique cerebrum ſit geminum. vt ſi fortè alterum geminorum inſtrumentorum læſum fuerit, reliquum ſubſeruiat. Sed vt ſpina vnica, ſic poſterioris cerebri ventriculus duplex eſſe non poterat, cùm certè ex ipſo ſpinalis medulla producatur. Sed quoniam nerui omnes qui ſub capite, toto corpore diffunduntur, aut ex poſteriore cerebro, aut ſpinali medulla oriuntur, ventriculum hunc oportuit commemorabilem habere magnitudinem, ſpiritúmque animalem antè in ventriculis anterioribus confectum tranſſumere. Quare ab his duob. in hunc poſteriorem meatus ſit neceſſe eſt. quocirca magnus quidem ventriculus hic, maximus autem & meatus, qui ab anteriorib. ventriculis in ipſum prorumpit, conſpicitur: per quem meatum duntaxat cum cerebro parencephalis eſt communis ac cõnexa, quam ἐγκεφαλίδα & ἐγκέφαλον quidam vocant. Cùm autem cerebrum ſit à cerebello, craſſæ meningis duplicatione diremptum, ipſúmque oporteat aliqua parte illi coniungi, quò prædictum meatum produceret, in vnum priùs locum vtroſque ventriculos terminauit: quem ſanè quartũ totius cerebri ventriculum nonnulli anatomici numerant. Sunt qui hoc ipſum perforationem vocant duorum ventriculorum, nec concedunt alium quẽdam ventriculum oportere exiſtimari. Cauſa autem

Nerui mollis & duri vnde prodeant.

Neruorum cum cerebro comparatio.

Cerebri inſpiratio & expiratio quæ fiat: itẽ odoratus & excretio ſuperfluorũ.

Ventriculorum cerebri anteriorum vſus, & cur gemini.

Cerebelli cur vnicus ventriculus.

Nerui vnde prodeant.

Ventriculi cerebri anteriores qui committuntur poſteriori.

Cerebrum qui dirematur & coniungatur.

Quartus cerebri ventriculus vbi.

A cur anteriores ventriculi in vnum coëant, hæc quædam eſt, meatus ventriculos ipſos cum parencephalide coniungentis generatio. Nam ex hac cauitate profectus is meatus, ſpiritúmq. qui ea continetur, excipiens, parencephalidi tranſmittit. Pars autem cerebri, quæ ſupra communem cauitatem eſt, velut domus tectum quoddam, in ſphæræ ſuperficiem cõcauam circumacta, non abs re videbitur appellata κρωβύλη & ψαλιδωτὶς, quod eius generis ædificia, qui architecturæ ſunt peritiores, appellare ſoleant κρωβύλας ſeu ψαλίδας, hoc eſt teſtudines & fornices (de comparatione autem ventriculorum cerebri poſthàc.) Quemadmodum enim fornices ad incumbentia onera ſuſtinenda ſunt quauis alia figura aptiores: ita & hoc corpus partem cerebri omnem incumbentem ſine dolore ac citra moleſtiam ſuſtinet. Cùm autem omnium figurarũ ad patiendum ſit difficillimũ omniúmq. etiam capaciſſimum earum quæ æqualem habent dimenſionem, ob id ventriculi omnes cerebri, remotis apophyſib. & aliis annexis, rotundi deprehenduntur. Ventriculos autẽ qui materiales magis ſubſtantias recipiunt, conſentaneũ eſt eſſe maiores: minores verò qui materias maiorum virium ac facultatis continent. Quo fit vt poſterioris cerebri vẽtriculus minor merito ſit anteriorib. Quòd ſiquis etiam cõmunem ipſorũ C locum expendere ſeorſum velit quartum cum cerebri ventriculum numerans, hoc quoq. minor eſt cerebelli ventriculus. quandoquidem meninx χωρὶς (quam ventriculos parte interna ſuccingere dicebamus) ad hanc vſq. progreditur cauitatem, quæ eſt fornici ſimilis. Cerebellũ verò non ex magnis flexib. tenui meninge interceptis, vt cerebrum: ſed ex multis quidẽ & his admodùm paruis corporib. nõ tamen ſimili illis modo eſt conflatum: in quo plurimus ſpiritus animalis cõtinetur, vt quod omnium qui in totum corpus diſtribuuntur, neruorum futurum erat principium. mediáq. illa interualla, quæ partes eis cõnectunt, ſpiritus ſunt viæ. Poſt D medium ventriculum, corpus quoddã ad principium meatus incumbit, qui ventriculũ hunc cũ cerebro poſteriore coniungit, quod ab anatomicis κρωβύλη appellatur. eſt autẽ corpus hoc, ſubſtantia quidem, glandula: figura autem, cono perquàm ſimile: vnde ei nomen quoque eſt impoſitum. Vtilitatem autem ei eandẽ eſſe exiſtimant, quæ eſt in pyloro ventriculi. cuſtodem enim eſſe & velut œconomũ, quantum ſpiritus mitti oporteat à medio ventriculo in parencephalidis ventriculũ. Quin potiùs magnæ venæ diuiſionẽ opplet: quomodo reliquæ glandulæ E venarũ diuiſiones firmare dictæ ſunt. neq. enim conarium, cerebri par eſt, neq. cum cerebro dilatatur & cõprimitur, vt modo aperiat, modo claudat meatum. Quæ autem circa meatũ cerebri particula, ſpiritus tranſitui præeſt, non eſt conarium, ſed epiphyſis, quæ ſecundùm totum meatum extenditur, σκώληκι id eſt vermi adſimilis (vnde σκωληκοειδὴς appellatur) cuius poſitio & natura & cum partib. vicinis communio ſic habet. Ex vtraque meatus parte tenues ſunt ac prælongæ cerebri eminentiæ, quas γλάνας, id eſt,

Pentriculi anteriores cur coëant, & quo medio.

Camerion quid & quale, & vſus. A ſimili.

Pentriculi anteriores cur rotundi, & capaces.

Pentriculus poſticus cur minor: & medium eodem maior.

Cerebelli compoſitio, & eiuſdem ventriculi vſus.

Camerion quid & quale, & vſus. A ſimili.

Vermiformis epiphyſis qualis ſit & quorſum.

Testiculi cerebri.

paruas nates appellant: quorum concurſum, hominum coniunctis inter ſeſe femoribus rectiſſimè comparaueris. Sunt autem qui διδύμια, hoc eſt teſticulis ea aſſimilantes, malunt vocare διδύμια, quàm γλύτα. Nonnulli verò corpora contrario propinqua vocant διδύμια. quæ verò his ſunt proxima, γλύτα. Siniſtræ igitur ac dextræ meatus partes, horum ipſorum ſunt corpora. ſuperiores verò à tenui quadam membrana, non tamen imbecilla operiuntur, glutiis vtrinque coniuncta. quæ ſanè membrana ad poſteriorem vſque ventriculum exporrecta finis eſt inferior epiphyſeos ἐπαλλαντοειδὴς, quæ nihil habet didymis ſimile, neq; glutiis. illa enim multipliciter eſt articulata: hæc autem vbique ſunt ſimilia, non tamen vbique compoſita particulis per membranas. Portò epiphyſis hæc ἐπαλλαντοειδὴς præterquàm quòd variè articulata, atque ex quàmplurimis particulis per membranas tenues connexis compoſita, id quoque adhuc habet eximium ac præcipuum: conuexa quidem ipſius ac tenuis eſt ad ventriculum poſteriorem extremitas, quo loco in ſuperiacentem membranam deſinere dicebamus. inde autem paulatim adaucta atque amplificata, dorſum habet propemodùm diſtantiæ glutiorum æquabile: ob id longa quidem ſecundùm meatum porrecta ipſum totum planè obſtruit: retrò autem in orbes reflexa, ſimul ita membranam abſtrahit conuexis ſuis particulis connatã: meatum autem totum tantùm aperit, quantùm retrorſum ceſſerit. Cùm enim dum reflectitur, in ſphæræ modum fiat rotunda, ſinque ſeipſam conſideat, quantum minuitur longitudo, tantũ augetur latitudo. itaq. conſentaneum eſt, paulùm quidem in orbes reuoluta, ob eámq. cauſſam paulò magis ampliata, in ſolas meatus partes quę ad baſim ſunt, ſtrictiſſimas nequaquam ingredi poſſe fines ipſius inferiores. maiore verò refractione facta, ob idq. amplitudine magis aucta, plus & de meatu ipſo aperitur. ſemper autem tantum aperitur, quantum aſſiduè de conuexitate eius minuitur, in ipſum ingreſſura. Quorum nihil probè factũ fuiſſet, ſi paulò craſſiorem aut tenuiorem quàm nunc eſt, natura feciſſet epiphyſim. quandoquidem à craſſiori meatus nunquam claudi exactè potuiſſet, quòd nunquam epiphyſis partib. ſuis tenuiſſimis ad meatus anguſtias peruenire potuiſſet. à tenuiori autem non modò non claudi exactè potuiſſet, ſed ne probè quidem aperiretur. Nã aut interea dum clauderetur, ſpiritus quidpiam elaberetur, vtpote non tota ipſius amplitudine ob epiphyſeos tenuitatem occupata: dum autẽ aperiretur, multam priùs oporteret fieri refractionem, aut nunquam fines conuexi attollerentur, à baſiq; ipſius meatus abſciderent. Porrò glutia tanto meatu ſunt altiora, vt ipſis incumbat epiphyſis atq. inuehatur. & totus meatus ob aliud nihil fuit prælongus, niſi vt motus ipſius multam haberet in quantitate differentiam. ne autem vagari poſſit, vtrinq. ligamenta epiphyſin cum glutiis conſtringunt, quos tendones appellant. Duram quoq. ipſam, quo abiniurijs eſſet tutior, effecit: non tamen eouſque duram, vt pars cerebri ampliùs non eſſet. &c. Libro deinceps nono poſtquàm de natura & compoſitione cranij diſſeruit, & excrementorũ cerebri duplicium excretione (de qua iam paulò antè in hiſtoria cranij) ita ſubiungit cap. 3. De duob. quidem meatib. qui ad nares perueniunt, alibi iam dictum eſt, vbi de naſo & eius vſu diſſeruimus, & à Gal. ipſo eiuſdem operis lib. 8. reliquorum verò duorum, qui ad palatum deſcẽdunt, alter quidem ex fundo medij cerebri ventriculi profectus, fertur deorſum: reliquus verò emergit quidem à meatu qui cerebrũ cerebello connectit: fertur autẽ obliquus deorſum verſus alterum meatum. cùm verò primùm in idem ſimul cõuenerint, locus quidam cõmunis vtróſq. excipit cauus ac decliuis, cuius labrum ſupernũ abſolutus eſt circulus. inde autem ſemper magis ac magis arctatus deſcendens in ſubiectum ádenem immittitur amplæ ſphæræ ſimilẽ, manifeſtámq. cauitatem habentem. excipit autem hunc os cribro cuidam ſimile in palatum deſinens. hæc igitur eſt craſſorum ſuperfluorũ vía. Vtilitas autem cuiuſq. inſtrumentorũ, quæ viæ ipſi inſunt, perſpicua quidem iam eſt, etiamſi ſilentio ipſam præteream: referam tamẽ, nequid hîc deſideretur. Cauitas igitur quæ meatus hos excipit, quam nonnulli à figura λεκάνη, id eſt peluim, alij ab vtilitate, χοάνην, id eſt infundibulum nominant, ſupernis quidem partib. quaſi lacunæ cuiuſdam habet vtilitatem: infernis autem (vt & nomen ipſum indicat) infundibula imitatur. parte autem inferna meatũ habet ſenſibilem, vſq. ad ádenis ventriculum. Quoniam autem hoc infundibulum cerebro ipſi ſupernè coniungi opòrtebat, infernè autem in ádenem deſcendendo inſeri, conuenienter membranoſum extitit. Adhęc cùm cerebrum ipſum membrana tenuis, meninx ſcilicet χοριοειδὴς contineat, non erat conſentaneũ, ligamentum aliud choanæ cum cerebro requirere. conuenienter igitur portio quædam ab hac meninge protenſa, corpus peluis huius cõſtituit. Porrò quod ad vſum adenis infundibulum excipientis attinet, ſatis liquet quòd excrementa tranſcolat, ſicut & oſſa quæ vocantur ἠθμοειδὴς, cribri ſimilia, vel potiùs ab Hipp. σπογγοειδὴς, ſpongiformia. Cùm enim nares promptiùs læderentur, magna facta ſunt hæc propugnacula, & oſſea, longiſſimeq. porrecta. In palatum verò, ceu in os foraminibus deſinentibus, craſſaque præterea membrana intrinſecùs operiendis, non fuit opus magnis tegumentis: ſed tria hæc ſuffecerunt, aden, os, membrana. de plexu autem retiformi hunc ádena in orbem complectẽte, mox ſpeciali problemate diſſeram. ſed mox eiuſdem libri 9. cap. 5. Cerebri figura rotunda, conſiſtentia autem mollis. & mox cap. 11. Quantò magis retrò progredimur, tantò plus ſeipſo durum cerebrum inueniemus. cerebrum enim ipſum partibus anterioribus, vnde incipit, cùm ſit molle, ſemper magis ac magis ſeipſo durum efficitur. quà porrò ſpinali medullæ coniungitur, ibi reliquis ſuis partibus eſt durius: quo loco & ſpinalis medulla, quàm aliis ſuis partib. eſt mollior. paulatim autem hæc quoque quò

Meatus à cerebro ad palatum, quorſum, & quales.

Infundibuli & ſubiecta glandulæ natura.

Excrementorum à cerebro via.

Infundibuliformis, natura, ſitus & vſus.

Cerebri choana cranio.

Organa cerebri excrementis dicata, qua & qualia.

Cerebri figura, & ratio molitiei ac duritiei à loco.

Scelotoeidis forma & vſus.

Vermiformis quomodo claudat & aperiat ſubiectum ſibi meatũ.

Vermiformis epiphyſis cur non maior aut minor, nec durior.

Spinalis medulla vbi dura aut molle.

magis deorsum progreditur', eò durior efficitur: quòd durorum corporis neruorũ sit principium, per quos perfectus sensus fieri nequit. rursus eiusdem operis lib. 12. cap. 4. Articulus capitis animalibus magni adeo est momenti, vt omnium solus non dico luxationem magnam, sed ne deflexionem quidem vel temporis momento ferre queat. repentè enim reſpiratione ac voce motúque omni ac sensu totum animal priuatur, ipsa nimirum neruorũ radice affecta. Principium enim horum omnium est cerebrũ, in ipsumq; velut in aruum quoddam, anima ratiocinatrix semen mittit. germen verò inde velut truncus quidam in arborem exurgens, spinalis est medulla. à quo trunco per totam spinam extenso nerui quamplurimi deducti instar ramorum quorundam in sexcentas propagines distribuuntur, ad sensum & motum corporis vniuersi. Capitis porrò articulus tutissimam omnium meritò habet cõstructionem, vt quod in seipso neruorum omnium partes inferiores mouentium radicem contineat. accedit autem ei securitas à ligamentorum crassitie, musculorum multitudine, & ossium exacta compositione. Hæc ferè excerpsi de toto opere librorum de vsu partium, ex quibus partim alia suis antè locis, partim pòst paulò inter problemata transigam, partim cum spinali medulla communia paulò pòst inferam. venio ad alia eiusdem opera: in queis præclarum illud est, quod de decretis Hipp. & Platonis inscribitur: quod nunc placet excutere, sumpto exordio à lib. 1. & deinceps venando quod nostro instituto conueniat. Primum autem illud est, quod asserit, neque cordi opus esse cerebro, vt suo fungatur officio, neque cerebro, corde ipso atque in cerebri ventriculis spiritum animalem contineri, purum ac syncerum animæ principium. sed contra Arist. & Praxagoram, cerebrum, non cor esse neruorum principium, vt iam antè declaraui. porrò ex Hippoc. cor arteriarum, iecur venarum seminarium siue radicationem, denique neruorum principium esse cerebrum, non autem cor: quod pluribus illerationibus aduersus Arist. conficit, quas nos iam antè in historia cordis recensuimus, vbi & speciali problemate hanc quæstionem agitauimus, Cor an cerebrũ foret principium neruorũ. Libro autem 2. illud supponit, Quòd animæ principatus in capite, vis irascendi in corde, concupiscendi in iocinore. vnde ex Plat. Ratio in capite, iracundia in pectore, ad vmbilicum cupiditas est. qua vtique de re pridem est à nobis transactum & pertractatum. & ibidem, Cerebrum in capite, tanquam in arce, magni instar regis collocatum, sensus omnes quasi apparitores & satellites habet circumiectos, quòd in ea parte principatus animæ sit: atque quod in vniuerso est cœlum, idem in homine est caput: ac propterea sicut illud deorum domicilium habetur, ita in hominis cerebro, rationis sedes habetur. & ibidem paulò pòst, Cor cerebro tria vasorum genera connectunt, ex iis (inquam) quæ toti corpori communia habentur, venæ, arteriæ, ner-

Capitis articulatio cur tam valida. N ar nobis obiecti sunt duo aut tres qui sibi luxarunt illũ capitis articulum & repositum affirmarũt.

Cerebri vsus & dignitas, item spinalis medulla. A similib.

Capitis articulatio cur tam valida. N ar nobis obiecti sunt duo aut tres qui sibi luxarunt illũ capitis articulum & repositum affirmarũt.

Cor & cerebrum non egent alterna opera.

Tria nostri principia quæ.

Anima principatum vbi, item ira & concupiscentia.

Cerebrum cur in capite, ad quid. A similib.

A ui, venæ quæ iugulares appellantur. arteriæ quæ carotides. nerui qui his arteriis annexi atque associati sunt. Neruos siue collidas, siue laqueis aut digitis comprimas, siue seces, ex his omnibus læsionibus vnum eundémque casum accidere animali conspecies. mutum quippe statim efficietur, nullâque alia functio neque tunc illico, neque pòst aliquantò noxam aliquam contrahet. Si verò arteriæ vel interceptæ laqueis, vel abscissæ fuerint, animal neque mutum, neque sopitum euadet: sed tantùm efficietur, vt omnes quæ supra vulneratas partes fuerint arteriæ, penitus pulsu omni priuentur. Venis vel laqueo comprehensis, vel præfectis, functionem euidenter interire nullam deprehendes. Ex his ita sensui expositis ratiocinari facilè possumus, neque cor ad pulsuum motum, cerebri opera aliqua indigere, neque cerebrum cordis, vt & sentire, & per voluntatem fungi officio suo animal queat. & ibidem, Cerebrum, voluntarij in nobis motus, cor autem inuoluntarij motus principium est. & sub finem lib. 3. Quemadmodum corpus ipsum cordis cùm ex seipso dilatatur & contrahitur, vicissim materias & attrahit & emittit: eadem ratione cerebrum etiam cùm vult spiritum, quem in ventriculis suis continet, quem animalem nuncupamus, in aliquod membrum transmittere, accommodata huic rei agitatione motum id facit. qua autem ratione spiritus animalis è vitali elaboretur, & hoc eodem loco ad finem libri describitur, & posthàc inquiremus. reliquis verò deinceps libris nihil est admodum, quod huc attineat: sed lib. 7. iã ab initio in hanc disceptationem de cerebro & neruis ingreditur, ex quo placuit ista mutuàri. Demõstratum est geniti animalis à tribus principiis fieri dispensationem, quorum vnum in capite collocatum, id habet munus per se quidem, vt imaginationem, memoriam, intellectionem cogitationémq. causet: per aliud verò, vt sentientibus animalis membris sensus, iisque, quæ per appetitionem mouentur, motus originem præstet. Alterum in corde situm est, cuius opera per se sunt animæ tenor, quem τόνον dicũt, & in iis quæ ratio iusserit, inuicta cõstantia. eiusdem in perturbationib. est quasi feruor quidam insiti caloris, cùm anima vindictam de eo sumere cupit, qui videtur offendisse, quæ ira appellatur. Per aliud etiam id efficit, vt mẽbris sigillatim omnibus calorem, arteriisq; illam micationis pulsusque agitationem suppeditet. Reliqua facultas in iecore sedem obtinet, vniuersamque in animali nutricationem procurat: cuius maxima pars & nobis & sanguineis omnib. sanguinis est procreatio. Ad eandem hanc pertinet iucundarum rerum fruitio: in qua cùm vehementiùs quàm par est, mouetur, incontinentiam intemperantiámque efficit. & mox ipsum cerebrum esse neruorum principium, non autem membranas aut inuolucra, ex ipsa rei substantia euidenter demonstrat. Vniuscuiusque enim nerui natura triplici substantia constat, media quadam & intima arborum medullæ quã simillima, quæ haud dubiè è cerebro ortũ

Cordis cum cerebro sympathia, qui.

Neruorum læsio quid faciat: item arteriarũ.

Quòd cui sine opera cerebri pulset: & cerebrum sine corde agat. Cor & cerebrum cui motui præsint.

Cor & cerebrum quid suo motu faciant.

Tria nostri principia, eorum sedes & munia.

Ira quid.

Quid nerui à cerebro non autem meninges habeant: & eorum compositio, atque earum tripl. plex.

habet : exterioribus duabus, prima quam à tenui membrana, altera quam è dura & craſſa exoriri compertum eſt. ex quo falſus Eraſiſtratus, à craſſiore membrana totum neruum oriri opinabatur. ſed hæc ad neruos pertinent, de quibus antehàc ſatis multa. hanc autem fortè obuiam Eraſiſtrati de cerebri anatomia oculatam demonſtrationem & perbreuem placuit ſubiicere. Speculati ſumus (aiebat) naturam cerebri : quod quidem erat bipartitum, ſicut in cæteris animalibus, & ventriculum oblonga forma collocatum. atque hi in contactu partium, communi perforati erãt tramite in vnum coëuntes : ex eóque in cerebellum, quod vocatur, trudebant. in quo quidem alius quoque erat paruus ſinus. at verò ſingulæ partes membranulis diſpertitæ munitæque ſunt : & ipſum etiam cerebellum, ſiue occipitium per ſeipſum: & cerebrum quoq; quod ieiuno inteſtino perſimile, multiplici eſt ſinuoſitate implexũ : multò magis tamen cerebellum multis variiſque anfractibus fabricatum cernitur : vt qui id videat, cognoſcere facilè poſsit ad curſum vtiles neruos & muſculos optimè fuiſſe fabricatos vt in cæteris quidem animantibus, ſic in homine, quia omnibus cogitatione antecellit, varietatem hanc in cerebro ac multiplicitatem extitiſſe. Neruorum item ortus omnes è cerebro erant: & vt ſemel dicam, omnium quæ in corpore ſunt, principium eſſe cerebrum apparet, nam & ſenſus narium continuato quodam foramine, cerebro committuntur : ſimiliter aurium : ad linguam etiam & oculos de cerebro exortus feruntur. hæc ille. neque nunc plura ex illo Galeni opere occurrunt noſtro inſtituto conſentanea, aut aliis adeo libris in alio argumento conſumptis. Author verò finitionum medicinalium, Pericrania (inquit) membrana eſt neruoſa totam caluariam complexa. Meninges ſunt quæ cerebrum ambiunt corpora neruoſa arterioſáque. Cerebrum eſt albũ, molle, velut è ſpuma quadam concretum, humidum & calidum. Cerebellum ſecundum locum à cerebro obtinet, ſimilis cum eo naturæ ac caloris. Dorſi medulla cognata cerebro eſt, cæterùm pinguior candidiórque. idem ſiue alius author introductionis ſeu medici, vt inſcribitur: Cerebrum ex nullo principali vaſe compoſitum eſſe videtur Eraſiſtrato, eóque nutrimenti parenchyma, id eſt affuſio ipſi videtur. eſt autem corpus ſimplex, atque ob id omnium quæ humano continentur corpore, & præcipuum & princeps. Quapropter Plato & Hippocrates animi principatum in eo conſtituunt. Comprehenditur ſanè membranis duabus. Vna & contigua aſſimilíque, μηνιγξ Græcis appellatur, venoſiórque eſt. Altera quæ huic ſuperiacet, caluariæ quibuſdam partibus magis adhæreſcit : ſed hæc neruoſior exiſtit. Cæterùm duos habet cerebrum ventriculos, quorundam opinione vnum, vbi animi principatus reſidet, &c. Sanè quidem lib. 9. adminiſtr. anatom totam cerebri hiſtoriam ſibi deſcribendam Galenus ſumpſerat: ſed neſcio quo malo fato, bona pars libri, cum totis reliquis

Natura cerebri, ventriculi & connexio, & diuiſio.

Cerebri figura, & varietatis ratio.

Neruorum origo, & ſenſuum omnium, vnde.

Pericraniũ quid, item meninges, item cerebrum, item cerebellum, item medulla ſpinalis.

Cerebrina natura & dignitas, & meninges, & ventriculi.

A 10. 11. 12. 13. 14. 15. omnino deeſt, nec vnde ſuppleatur, habemus : niſi ex iis quæ de vſu partium collegimus, hæc iactura ſarciatur, atque ex Oribaſio ſub finem nobis proponendo. Interim quæ de dicto nono libro aggreſſ. anatomicæ excerpere ſummatim licuit, hæc ſunt. Cerebri pars anterior multò maior eſt poſteriore, quod ἐγκέφαλον, cerebellum appellatur, vel παρεγκεφαλίς. Craſſa membrana cerebrum in duas partes æquales ſecat. Venæ frequentes per totam longitudinem in vtramque cerebri partem diſtribuuntur ſiniſtram & dextram, tum ſuperficiarię, quarum rami in conſpectum prodeunt, tum altè penetrantes, quas tenuis B meninx colligat, cum quib. ipſa in illius ventriculos deſcendit. vbi pauca & obiter de quatuor cerebri ventriculis, de conario, de pſalidoeide, de didymis, de excreſcentia vermiculari. quorũ ſingula diſſecando obuia potiùs nominatim appellat, quàm verè deſcribit, reliquo libro & opere toto mutilis. idem porrò lib. conſtitu. artis med. cap. 4. Enimuerò cerebrũ ipſum, quod neruis cunctis principium eiuſmodi ſit facultatis, ex præciſo quouis neruo apertè didicimus : cùm in partibus ſupernis qui continuus cerebro eſt, functiones ſeruet, in infernis deperdat. ſed de hac demonſtratione nos iam aliquoties aliunde deſumpta. idem lib. 4. differ. pulſ. cap. 2. Sunt qui membranas cerebri confirmant C pulſare : ſunt qui etiam cerebrum, alij vtraque: alij primariò cerebrum, membranas per accidens. contrà alij nec membranas cenſent nec cerebrum pulſare primariò : cæterùm ad arterias hoc pertinere, atque per accidens ad illa. nam attolli illa vnà cum arteriis aiunt, quas habent frequentes, qua de re iam antea. Sanè cerebrum nunc ſpiritum trahere, vt refrigerium capiat : nunc eundem reddere, vt noxia à ſe expellat, rectè profitetur idem lib. de inſtrumento odoratus. Extat verò liber de oculis, Galeno adſcriptus, ex quo pleraque huc commodè transferri videntur poſſe, ex cap. 1. & 2. partis D ſecundæ. Cerebrum autem frigidius & humidius cæteris membris eſt. initium enim eſt ſenſus & voluntarij motus ac regitiuæ virtutis. nullum enim aliud membrum hac actione fungitur, ſed cerebrum. his enim modis operatur vel per ſe, vel per viam adiuuantis, inſtrumento adiuuante ſenſum agit & motum voluntarium. Inſtrumenta ſunt nerui, qui duobus ſunt modis: quidam à cerebro, quidam à ſpinali medulla procedunt. medulla ſpinalis tamen de cerebro eſt : vnde cerebrum, fundamentum neruorum eſt omnium. ſed duris neruis volũtarius motus efficitur. molles nerui quinq; ſenſus faciunt. omnes autem nerui ſenſum habent tactus, ſed non voluntarium motũ: quia duri nerui tantũ voluntario motu funguntur: ſed molles duris ſunt ſenſibiliores : procedũt verò duri plus à ſpinali medulla. à cerebro autẽ procedũt ſeptem paria neruorum. ſic cerebrum cum inſtrumento, id eſt neruis, motũ agit & ſenſum. Cerebrũ autẽ habet quatuor concauitates, quæ dicuntur ventriculi: duæ ſunt in prora, tertia in puppi, quarta inter proram & puppim, in quibus

Cerebri cũ cerebello comparatio, & tegumenta.

An venæ cerebri ſubſtantiam penetrent.

Quòd cerebrum ſit origo neruorum.

An cerebrũ & meninges pulſent, & quo vſu

Cerebri inſpiratio & expiratio ad quid.

Cerebri temperamentum, & vis.

Nerui vnde exeant, & eorum differentia ad vſum.

Cerebri ventriculi quot & vbi & quorſum.

Digitized by Google

Cerebrum cur frigidum & humidum.

ſemper eſt animatus ſpiritus, quo actus ſit. Cerebri autem natura frigida eſt & humida. frigida duabus de cauſſis: vna propter multitudinem ſui motus, quo fiunt memoria, intellectus & imaginatio. ſecunda propter motionem, quę ab eo dirigitur, vnde fiunt ſenſus & voluntarius motus: ne cauſſa ſuæ motionis calidiſſimum factum incenderetur, & incenſum cõſumeretur. ampliùs, ſi cerebrum calidum eſſet, memoria inſtabilis eſſet: caput enim calidum mobile eſt naturaliter, frigidum contrà. memorię verò requies & ſtabilitas eſt neceſſaria. quod ſic atteſtantur, quia calidum cerebrum habentes, inſtabiles & mobiles ſunt. Humiditas autem cerebri duabus de cauſſis eſt neceſſaria. vna, ne ex motu nimio deſiccaretur: motus enim calorem facit, calor verò deſiccat humiditatem. alia, vt in eo velociter imaginatio formaretur, & citò ſenſum, qui eam dirigit, ſuſcipere poſſet, & velociter ad audita diſcernendum moueretur. rurſus vt nerui ab eo procedentes molles eſſent. impoſſibile eſt enim à duro molle, vel à molli durum generari. proinde prora mollior eſt puppi: quia de prora, molles, de puppi, duri nerui procedunt, quibus motus voluntarius fit. ſed de principibus animæ facultatibus poſthàc. ac de ordine generationis tum cerebri, tum aliarum partium, ſpeciali problemate egi antehàc. illud tamen ex lib. 1. de ſemine cap. 8. placet ad extremum ſubiicere, & finem locis Galenicis tempeſtiuè imponere. Tertium principium (de corde & hepate dixerat) ex quo nerui omnes procedunt, ex ſolo ſemine ortum habet. cùm enim in commiſtione fœminei ſeminis multæ ampullæ eius rumpantur, ſpiritus interiùs atque in profundum vt ſeipſum conſeruet, ſubit. Non enim eſt ſicut vapor, ſed per ſe mobile animalis principium, perinde atque illa etiam quæ hunc continet humiditas, ventriculum ſemini plenum ſpiritu efficit, & ne exinaniri facilè queat, humidæ ſubſtantiæ, quæ ipſum complectitur, craſſior ac durior pars in exteriorem ſuperficiem reiecta, ſolidum illi domicilium exhibet: quæ poſtea temporis mora calefacta atque arefacta, in oſſis naturam eſt euaſura. Atque hoc eſt quod in principio animalis formatrix vis efficit. quod tamen nondum ob exiguitatem inter initia facilè apparet: ſed vbi primùm poteſt apparere, tria hæc tum maxima conſpiciuntur tam vicina adeo ſede collocata, vt ſe mutuò tangãt. quod neruorum principium futurum eſt, quod cerebrum appellamus, in ſublimiori ſede conſtitutum, cor inferius, inde iecur ſubiectum, mutuò tamen ſe contingentia. temporis verò proceſſu tria hæc principia ſicut multùm inter ſe diſtant, ita in totũ quod ſubinde formatur, animalis corpus germina diffundunt: dorſi medullam cerebrum tanquam truncum producens, cor maximam arteriam, quam aortam appellauit Ariſt. cauam venam, iecur &c. verùm de iſtis etiam antehàc vſpiam. ſigna autem omnium temperamentorum cerebri ex arte medicinali colliges & quod cerebrum & ſpinalis medulla frigidis lædantur, ex aph. 17. & 69. lib. 5. atque libri 6. aph. 18.

N. hoc argumento venas ab hepate oriri negabam poſſe.

Cerebri origo vnde, & quę, & qualiter.

Tria principia qualia initio generationis, & ſua cuiuſque germina.

A & 50. & 58. lib. 7. cerebri vulnera lethalia cum febre & bilis vomitu & obmutescentia, vt & lib. de vulneribus capitis, ſignificantur. Cerebrum tamen vulneratum ſanari vidit Gal. apud Smyrnam Ioniæ, quod & rarum eſt, & iam antè protuli. ſed quæ ad morbos & morborum cauſſas attinent, ea conſultò prætermittimus. non dicam de cerebro animalium, tum quem vſum vitis præſtet, humano vtique affinem ſimilémque, tum qualem ſuccum generet edendo, aut quale homini alimentum ſuggerat. qua de re Galenus in libris de aliment. facult. & de cibis boni & mali ſucci, & alibi: quod ne ex Hippoc. quidem placuit indagare velut ab hoc inſtituto

Cerebri vulnera lethalia, quæ.

B alieniſſimum, & alterius ſpeculationis proprium.

Reſtant porrò duo fortè authores, qui aut Galeno aſſentiuntur, aut iidem cum eo iudicantur. prior eſt author anatomiæ viuorum inter Galeni opera inſertus, qui cap. 25. de cerebri anatomia ita breuiter & ſuccinctè tranſigit: Cerebrum diuiditur in tres ſubſtantias, in velarem, medullarem & ventres plenos ſpirituum, qui ſunt principia neruorum à cerebro orientium. Cerebrum autem eſt frigidum & humidum. frigidum verò, ne inflammetur vapore fumorum aſcendentium à ſtomacho, & ne inflammetur motu neruorum ſenſibilium, vel per operationes ſenſibiles, vt imaginationes & cogitationes: & vt temperet ſua frigiditate ſpiritus vitales calidos aſcendentes. Molle & humidum eſt, vt de facili ſuſcipiat impreſſiones ſenſibiles, & vt poſſit eſſe nutrimentum neruorum, qui à principio ſui molles ſunt, & gradatim & ſucceſſiuè indurantur. Item cerebrum in anteriori ſui parte eſt mollius & humidius, propter neruos ſenſibiles inde orientes, qui molliores habent eſſe, quam nerui motiui: in poſteriori ſui parte durius eſt propter neruos motiuos inde

Cerebri diuiſio, temperamenti, conſtitutio.

Cerebrum vbi molius & quorſum vel durius.

D orientes, qui duriores habent eſſe, quàm nerui ſenſibiles: & propter illam partem, in qua eſt theſaurus memoriæ, & repoſitio formarum. Cerebrum autem ſecundùm latitudinem diuiſum eſt in duas partes: vt hoc membrum vnum ſit, ſicut & cætera membra, bina: vt ſi fortè lædatur vna eius pars, altera ſeruetur illæſa. Deſcendit autem poſterior pars cerebri cum ſuis velaminibus in concauitatem ſpinæ: & ex illa parte oriuntur nerui ex vtraque parte lateraliter, atque ad ambas partes corporis vicinas tendunt. hæc prior.

Cerebrum cur bifidum.

Nerui ſpinales vnde & quò.

Alter eſt diuerſus quidem nomine, ſed reuera ipſiſſimus Galenus, quem commodùm Oribaſius inter reliqua fragmenta epitomes Galeni in lib. 24. ſic loquentem inducit, & ſummam quandam (vt coniicere eſt) magnificæ tractationis de cerebro, quam mancam lib. 9. aggreſſ. anatom. reliquit, ita ſubducentem facit, atque adeo fuſæ illius tractationis, quam ex multis libris de vſu partium, & lib. plac. Hipp. & Plat. nuper adeo excerpſi, ſynopſin colligentem. quam vniuerſam in pauca contractam ſic tibi breuiter (quoad rei magnitudo patitur) ob

oculos ſubiicio, prætermiſſa torcularis deſcriptione, quam λῆνον vocat Herophilus, iam mihi antea aliunde explicata, & meningum hiſtoria itidem paulò antè à me commemorata, itémque cranii & pericranij pariter à me ſuo loco expoſita, & hic ab Oribaſio propoſita. Cerebrum igitur dilatando tum accedit, tum recedit in media regione, quæ inanis eſt. ipſum verò cerebrum ſubſtantia eſt neruis ſimillimum, quorum erat futurum principium; niſi quòd illis eſt mollius: ac mollius quidem anterius, durius verò poſterius, quòd ἐγκέφαλον & παρεγκεφαλίδα anatomici nuncupant: quæ dura membrana duplicata dirimuntur: & per ſolum meatũ, qui ſub capitis vertice eſt, ac per corpora meatum ipſum ambientia, coniunguntur. Ventriculi autem cerebri duo ſunt anteriores, inſpirationem expirationémque & efflationem ex cerebro facientes. vnus autem ventriculus in cerebello eſt, qui ſpiritum animalem in anterioribus ventriculis confectum tranſſumit. quamobrem vnum meatum ab iis ventriculis in hunc pertinere fuit neceſſe. Quocirca meatus qui ab anterioribus ventriculis in ipſum prorumpit, maximus conſpicitur: per quem ſolum parencephalis eſt cum cerebro connexa. Cùm igitur cerebrum à parencephalide, craſſæ membranæ duplicatione ſit diremptũ, ipſúmque oporteat aliqua ex parte illi coniungi, vt antedictum meatum generaret, in vnum priùs locum vtróſque ventriculos terminauit: quem etiam quartum totius cerebri ventriculum aliqui anatomici vocant. ex hac namque cauitate profectus meatus, ſpiritúmque ea contentum excipiens, parencephalidi tranſmittit. Pars autem cerebri quæ ſupra cauitatem eſt, veluti domus tectum quoddam incauæ ſpheræ ſuperficiem circumacta, non immeritò videtur appellata παρεγκεφαλίς ἢ ἐγκεφαλίδιον, quòd huius generis ædificia architecti παρεγκεφαλίδας ἢ ἐγκεφαλίδας, hoc eſt teſtudines & formices ſolent nominare. Corpus verò hoc quod ad principium meatus eſt ſitum, qui ventriculum medium cum poſteriore cerebro coniungit, quod ab anatomicis κονάριον appellatur, ſubſtantia quidem eſt glandula: figura autem eſt cono perſimile, vnde ei nomen eſt ductum. Epiphyſis verò quæ per totum meatum extenditur vermi ſimilis, ſpiritus tranſitui præeſt ac dominatur. Ex vtraque meatus parte tenues ac prælongæ ſunt cerebri eminentiæ, quæ γλουτοὶ, hoc eſt paruæ nates appellantur: quarum concurſum hominum femoribus inter ſe coniunctis præcipuè compares. ſunt etiam qui διδύμους, id eſt teſticulis eas aſſimilent, & διδύμους nominent. nonnulli verò corpora conario vicina, vocant didymia: quæ verò deinceps ſequuntur, glutia. Sinistræ igitur dextræq; meatus partes, horum ipſorum ſunt corpora: ſuperiores verò à tenui quadam membrana, non tamen imbecilla operiuntur, quæ vtrinque glutiis coniungitur. quæ quidem membrana ad poſteriorem vſque ventriculum exporrecta, finis inferior eſt epiphyſeos vermi ſimilis. de cuius poſitione, vſus natura, communione cum vicinis partibus quia dixi nuper diffusè ex ipſo genuino Gal. non repetam eadem ipſius verba ab Oribaſio eodem tenore expoſita: neque de duplici excrementorùm cerebri genere, eorúmque excernendorum ductibus ibidem ad verbum explicatis: neque de reti mirabili poſtea ex hoc loco & aliunde deſcribendo. ſed hoc indidem depromptum breuiter ſubiiciam. Ex iis meatibus qui ad palatum perueniunt, alter ex profundo medij cerebri ventriculi profectus fertur deorſum: alter verò emergit quidem à meatu, qui cerebrum parencephalidi connectit, ſed ad cerebrum deorſum obliquus fertur. cùm primùm verò in idem inter ſe conuenerint, locus quidam communis vtroſque excipit cauus ac decliuis: cuius librum ſupernum, eſt circulus abſolutus, inde autem ſemper magis ac magis arctatus, deſcendens in ſubiectum ádenem inſeritur amplæ ſphæræ ſimilem, qui manifeſtam ipſe quoque cauitatem habet. hunc autem excipit os cribro ſimile, per quod via craſſorum excrementorum in palatũ eſt facta. Vtilitas verò ſingulorum inſtrumentorum, quæ viæ ipſi ſunt, eſt cauitas quæ meatus excipit, quam nonnulli à figura, πύελον, hoc eſt peluim, nonnulli verò ab vſu, χοάνιον, hoc eſt infundibulum nominant: quæ ſupernis quidem partibus quaſi ciſternæ cuiuſdam vſum præbet: infernis autem, vt etiam nomen ipſum indicat, infundibulum imitatur: parte autem decliui meatum habet ſenſibilem vſque ad ventriculum ádenis. Quoniam autem hoc, cerebro ſupernè coniungi oportebat, infernè autem in ádenem inferi; iure factũ eſt vt membranoſum exiterit. ergo portio membranæ tenuis protenſa, hoc corpus peluis efficit: iuxta quod eſt illud rete mirabile, de quo nó ita multò pòſt. atque hæc ille ex Galeno decerpſit lib. 24. cap. 1. Nam cap. 2. caluitiei cauſſam ab imminutione cerebri iuxta Hipp. repetit, oſſibus bregmatis raris ob diſtantiam cerebri depreſſi reſiccatis. cap. autem 3. de ſpinali medulla diſſerit oratione quidem manca & mutila, & ex iis Galeni locis ſupplenda, quos antè paulò nominatim citauimus: ne tibi putres Arabum ciſternas & lacunas olidas exhauriam, vel ſequacium Arabiſtarum ingratas vappas propinem.

Enimuerò de ſpinali medulla, præter ea quæ mihi cum cerebro communia iam obiter ex Gal. dicta ſunt, iſta ſpeciatim placet contexere, nequid huic ſermoni & tractationi deeſſe videatur. quo fit illa temperamento, dixi ex lib. de temperam. & rurſus Gal. comment. ad aph. 69. lib. 5. Spinalis medulla natura frigida eſt ſicut & cerebrum. idem verò Gal. initio lib. 1. de motu muſcul. Eſt etiam ſpinalis medullæ corpus ſimile cerebro compacto, & ob id duro facto. nam & ipſius cerebri poſterior pars, quæ medullæ ſpinali continuatur, durior eſt anteriori. & quicumque neruorum molliores ſunt, hi nihil à medulla ſpinæ differre tibi videbuntur. ſed omnino eleganter cap. 11. lib. 12. vſus part. & deinceps reliquo libro. Auſpicanda certè mihi narratio eſt à parte omnium quæ ſunt in ſpina, principaliſſima, quam ſummam μυελὸν, id

Cerebri meatus, conſiſtentia, diremptio, vnitio, ventriculi, & horum vſus.

Meatus à cerebro ad palatum.

Infundibuli cũ ſubiecta glande commiſſura vſuſque.

Peluis compoſitio.

Caluitiei cauſſa.

N. Græcè imitatur. Arabas pœnè facit.

De ſpinali medulla.

Cerebri & ſpinalis medullæ temperamentũ, formáque.

Cerebrum vbi durius, & ad quid.

Quartus cerebri ventriculus vbi, & meatus communis.

παρεγκεφαλὶς cerebri ad quid.

Conarium quid & quale.

Vermiformis vſus.

γλουτοὶ quid, ſine διδύμους.

eſt ſpinalem medullam nominant. neque enim negare quis poſſit, quin eam exiſtere fuerit neceſſe: neque quòd aliam poſitionem meliorem habere nō potuiſſet hac tutiorem. Si enim omnino non extitiſſet, duorum alterum accidiſſet: aut enim partes omnes animalis, quæ ſunt ſub capite, immobiles omnino eſſent, aut in earum ſingulas neruum à cerebro deduci oporteret. Verùm ſi immobiles omnino fuiſſent, animal non ampliùs eſſet animal, ſed velut lapideum, aut luteum opus eſſet. Quòd ſi à cerebro neruus exiguus in partes ſingulas eſſet deductus, opificis id eſſet ſecuritatis eorum rationem nullam habentis. Nō ſolùm enim neruum tenuem, qui frangi ac contundi poteſt, magno interuallo deducere non erat tutum, ſed ne vllum quidem fortiorum inſtrumentorum, neque ligamentū, neque arteriam, nec venam. Nam hæc quoque perinde ac ſpinalis medulla, à proprio principio magna enata, velut ſtipites quidā, dum progrediuntur, ac iam prope partes ſingulas acceſſerunt, ramos mittunt, quòd à principio ipſo proficiſcitur, partibus omnibus ſuppeditantes. Proinde ſatius erat ſpinalem medullam, velut fluuium quendam ex cerebro tanquam fonte manantem, locis omnibus quæ præterit, neruū ſemper immittere, tanquam ſenſus ac motus riuulum, quod ſanè ita manifeſtò accidit: ſemper enim propinquis quibuſque partibus ex parte medullæ ſpinalis propinqua productus neruus immittitur. Tutius enim erat per mediam ſpinalem medullam motum à rationali principio partibus omnibus inferioribus immitti, quàm nullius interuentu mitti ad ſingulas à cerebro per tenuem quempiā neruum. Eſt enim ſpinalis medulla, velut alterum quoddam cerebrum partibus omnibus quæ ſunt ſub capite comparatum. de cuius vertebris & tunicis & vtilitatibus iam antè vel ex hoc loco diximus, vbi aliquot deinceps capitibus ſpina, velut carina corporis, cum ſuis vertebris deſcribitur. & cap. 15. Spinalis medullæ craſſitiem natura fecit inæqualem, nempe tenuem magis ac magis atque anguſtam partibus infernis. nā ad quem vſum omnino eſt facta, propter illū ſatius fuit ipſam in ſingulis ſpondylis efficere tantā, quanta nunc eſt. Ipſam ſanè extitiſſe ob id diximus, vt nerui partes omnes quæ ſunt ſub capite, motui diſtribuerentur. Proinde natura in eo videtur admiranda, quòd tantam à cerebro produxerit medullam, quanta maximè partibus omnibus infernis eſſet ſuffectura. atq; cernitur tota in neruorum propagines conſumi, non aliter quàm arboris truncus in ramos quāplurimos. Oportebat autem (opinor) ſi nulla arte animal fuiſſet conformatum, aut ſi natura non eum ſcopum in ſpinalis medullæ craſſitie ſibi propoſuiſſet, ipſam aliquando inueniri aut nō ſecundùm ſpinæ longitudinem totā extenſam, aut ſuperfluū quippiam habere, facta iam in partes omnes diſtributione. Quod ſi minorem ipſam ſupernè ex cerebro produxiſſet, quam partium vſus poſtulabat, ſtatim quidem pars ipſius vltima inueniretur vacua: ſtatim autem & partes infernæ prorſus eſſent immobiles ac ſenſus expertes.

Spinalis medulla neceſſitas, ab vſu & commodo.

Venæ, arteriæ, nerui quō diſtribuantur.

Spinalis medullæ origo, à ſimili, & inde neruorum diſtributio.

Spinalis medulla vſus & neceſſitas.

Spinalis medullæ figura, & quomodo ſenſim gracileſcat.

à ſimili.

Spinalis medulla cur nec maior, nec minor.

A Quòd ſi maior extitiſſet, nonnulla ipſius pars ad poſtremam ſpinam eſſet ſuperflua, velut riuus quidam ſtagnans, otioſus atq; inanis. Si igitur horum neutrum in quouis animalium genere inuenitur, ſed quemadmodum medulla vnà cū ſpina cœpit, ita cum ea finit: quā cauſſam dices, cur non iis quæ diximus, aſſentiri debeas, ſimul & naturam admirari? Cùm enim in neruos octo & quinquaginta ſpinalis medulla eſſet diuidenda: tantam ex cerebro produxit, vt diſtributioni in neruos planè eſſet æqualis, neque in ipſa deficeret quippiam, neque ſupereſſet, equidem naturam pro dignitate admirari ſatis nequeo. ſed deinceps de ſpinæ ſpondylis & neruis indidem

II ortis ibidem Galenus: vbi mox lib. 13. cap. 8. Cùm ſpinalis medulla quædam habeat cum cerebro cōmunia, alia verò propria; in communib. quidem communem quoque habet conſtructionē: in propriis verò, propriā ac diſcrepantem. Sunt autem ei cum cerebro communia, quòd corporis ſubſtantia ſit ſimilis, & neruorū etiā ſit principium. propria verò, vt cùm cerebrū pulſet ac moueatur, quanquam oſſe immobili contineatur; ipſa tamen non moueatur, tametſi à ſpōdylis mobilib. continetur. vbi mox de duplici meninge cōmuni, & tertia tunica neruoſa, & oſſiū propugnaculo, & aliis iam antè explicatis.

Hæc mihi de Galeno ſumpta & vndique conquiſita ſufficiant. de recentioribus, ſi quid diuerſum obſeruarint, deinceps expendamus, vti ſumus polliciti. reliquos tamen qui cum Galeno idem ſentiunt & ſcribunt, vt fortè Syluium Ferneliúmque conſultò prætermittere animus ſuadet, quia partis huius vnius tractatio, vtpote omnium ſupremæ & præſtantiſſimæ, iam longiore excurſu progredi videtur, cui finem modúmque ponere iam videtur eſſe tempeſtiuum.

Medulla qui ſpinam inuestetur.

Neruorum ſpinalium numerus.

Spinalis medulla cū cerebro cōmunia, & aliqua proprietas.

EX COLVMBO.

COLVMBVS igitur ſimplicitatem columbæ retinens, vel potiùs cautam ſerpentis æmulatus prudentiā, inuentis maiorum ac deceſſorum acquieſcere non ſatis habuit, ſed oculis & manu rei veritatem venari ac perſequi ſatius duxit. ſic igitur ille lib. 8. cap. 1. Sub tenui meninge (nam de vtraque vel ex eodem antea diximus) cerebri ſubſtantia latitat alba molliſq; & medullaris quoque nuncupata: licet à ſubſtātia medullæ quæ in oſſiū cauitatibus reperitur, non parum diſcrepet. Figura totius cerebri ſubſtantiæ, dempta pia matre, tenuium inteſtinorū ſpiris, dempto omento, non abſimilis eſt. harū circumuolutionum cauſſa quærenda eſt. Ego tum ob leuitatem, tum vt cerebrum in diaſtole ſyſtoléque faciliùs moueretur, hos gyros factos

E fuiſſe opinor. Non deſunt ſcriptores, qui aliam cauſſam tot cerebri circumuolutionum ſe inueniſſe putent, vt ſcilicet cerebrū intelligeret. At ſi hæ circumuolutiones in cerebro intellectionis cauſa exiſtūt, aſini quoq; cæteráq; bruta animantia, quorū cerebrū hiſce gyris præditū eſt, non intelligere nō poſſent. quod quàm ridiculū ſit, nemo non videt. Igitur cauſſam quā ego attuli, leuitatis cerebri & motus promptioris, veriorem puto. Animaduertendum interim eſt,

Cerebri ſubſtantia, figura, capacitas.

Cerebrum cur in gyros cōuoluatur. N. at aſini etiam ſapiunt ſua modo, & omnes animantes pro ſua ſorte, ſed homo ſupra omnes, de quo mox problematicè

Google

quemadmodum hæ profundiores ſunt magis minúſve, ita piam matrem illas inueſtire. Subſtantia cerebri totam caluarię internam cauitatem occupat antè, retrò atq; à lateribus. Ad huius ſubſtantiæ medietatem plus minùs duæ occurrunt cauitates, hoc eſt ventriculi duo, dexter (inquam) & ſiniſter oblongi anfractuoſiq;, ab anteriori parte ad poſteriora tendentes. hos vẽtriculos ſunt qui anteriores vocant: ego verò ſuperiores potiùs appellarem: nã alios omnes ſupereminent. Hi ergo ſatis ampli ſunt, tenuíque membrana induuntur. Per hos feruntur plexus chori formes ſeu reticulares, de quibus poſtea. Ad baſin cerebri tertius adeſt ventriculus, cauitas ſcilicet longiuſcula rectáq; ab anteriori ad poſteriorem tendens cerebri partem. nõ procul autem ab hoc ventriculo nerui ſpinalis medullę oriuntur. Præter hanc tertiam cauitatem, quartam quoque obſeruare licet inter cerebellũ ſpinalémq; medullã. quo loco exiguum adeſt foramena tertia ad quartam quam dixi cauitatem permeans, per quod ſpiritus animales à tertio ad quartum ventriculum tranſeunt. Atq, hic eſt locus, in quo memoriam contineri aiunt. Quartus ventriculus non eſt admodùm capax, atq; à tenui membrana cõtinetur. Ibi ſpinalis medulla cauitate prædita eſt inſtar calami ſcriptorij. quaſi foramen eſſet, per quod contentos ſpiritus ad ſpinalem medullã facilè peruenire poſſe non dubito. Supra tertium ventriculũ cerebri, portionem illi ſuperuenientem videbis ſatis cãdidam, quæ calloſum corpus appellatur. Huic ſubeſt alia cerebri portio, fornix & ptalloeides dicta, ſemic irculi figura, vel pontis potiùs: qui poſteriore parte duobus cruribus, anteriore verò vnico dũtaxat innitatur. Neq; inutiliter calloſum corpus fornicémque natura efformauit: ſed ne tertiã hanc cauitatem cerebri moles obrueret atq; repleret. Inter has autem particulas cerebri, calloſum (inquam) corpus & cameratũ, continetur ſpeculũ. ita verò dicitur, quòd diaphanum ſit. eſt autem diaphanum, quoniã nihil aliud eſt, quàm tenuis cerebri membrana hoc loco duplex: cuius vnius ope dexter & ſiniſter cerebri ventriculus dirimitur. Poſt fornicem in extremo cerebro cerebellum verſus atque in finibus ſuperioris partis tertij ventriculi, quaſdã partes eminentes natura finxit, quæ ſuperiore ſui parte, teſtium imaginem referũt, & teſtes ab anatomicis vocari ſunt. Prope quos duæ aliæ particulæ paulò maiores cernuntur, ob earum figuram clunes appellatæ. Inter quas foramen illud iacet, quod à tertio ventriculo ad quartũ progredi diximus: & ano ſimile videri poteſt. In anteriore præterea teſtium parte ad tertium ventriculum tendenti, pars alia cerebri tibi occurret, quæ muliebris pubis vuluæq; ſpeciem non inconcinnè, imò verò perelegãter exprimit. Apud hoc corpus glandula viſitur duriuſcula, colore à cerebri ſubſtantia diuerſo, hoc eſt aliquantulùm luteo, tenui quadam membrana obducta. hæc glandula, conarium pinealiſque dicitur. torculari affigitur, & penis figurã perbellè reddit. Ita vt in cerebro, teſtium, cluniũ, ani, vuluæ, penis figura non deſit. In anteriore parte tertij ventriculi, cauitatem profundiorem cernes, quæ ſupra ſphenocidis ſellam tandem euadit. hæc cauitas, peluis & infundibulum appellatur: facta vt excrementa in hiſce ventriculis genita excipiat, & ad glandulam in ſphenoeidis ſella poſitam tranſmittat. Quæ glandula craſſa eſt ſatis extra duas membranas poſita, ad cerebri excrementa ſuſcipienda à diuino opifice fabricata. vbi Veſalium obiter notat incredibili rerum nouarum & populi gloriola captanda raptum, & Galeno contradicendi ſtudio à vero ſæpe aberrantem. ſed pergamus tandem. Cerebellum in poſteriore caluaria ſub duris membranis collocatur, à quibus & à tenui quoque vndique circundatus. eius tamen circumuolutiones diſſimiles ſunt à cerebro. Subſtantia cerebelli (quicquid gal. dicat) minimè dura exiſtit. ſuſq; gyris tandem deorſum deſinit in proceſſus binos, quorũ figura ſimilis eſt albis breuibúſq; vermibus iis qui in lignis carioſis ſæpe cernuntur. Nullum autem neruorum par à cerebello exoritur, ſed à cerebro ſolùm, quicquid Gal. opinetur. idem verò cap. 4. eiuſdem libri; Medulla ſpinalis nil aliud eſt, quàm cerebrum oblongum illud quidem per vertebras & ſacrũ os deductũ. eſt autem eadem cum cerebro ſubſtantia, ideóq; frigida, contra Ariſt. vt patuit: & ad lumborum initium tantùm medullã refert. Differt ſpinalis medulla à cerebro in duobus, nempe motu cerebri, & quiete caluarię. Duplex autem eſt ſpinalis medullæ principium, ex quibus hoc maius, illud minus exiſtit. maius à cerebro emanat, à cerebello minus. quod à cerebro deducitur, vnicum eſt: quod autem à cerebello, bifidum: itaq; tum in dextrum, tum in ſiniſtrũ diuiditur. Oritur igitur ſpinalis medulla ab anteriore cerebri parte, non autem cùm vertebras ingreditur, ſed iuxta neruorum opticorum originem: vt ipſa cerebri baſis videatur eſſe. in ſuo primo deſcenſu per foramen primæ vertebræ craſſior aliquantulùm, quàm in reliquo itinere. cùm verò ad ſummũ thoracem peruenit, vſq; ad ſummitatẽ oſſis ſacri, æquali craſſitie cernitur, contra gal. qui medullæ ſpinalis ſubſtantiã nernis gignendis abſumi exiſtimat, & cum eo Veſalius. Caluariam regrediens medulla ſpinalis, tũ pia, tum dura matre circundatur. itaq; neruos quos ex ſe promit, circundat. & ne oſſis duritie læderetur, aliã membranã tenuem ſuperinduit, qua cerebrum caret. quod tamen non eſt illi ligamentum cum vertebris, vt gal. hallucinatur. Spinalis igitur medulla ad extremũ vſq, thoracẽ duntaxat medulloſa eſt: ſed cùm progreditur, neruoſa euadit. ideo dolores ibi vehementiores ad lumbos percipiuntur. Huius vſus eſt, vt ab ea nerui exorirentur, qui tum ſenſum, tum motũ ad reliquas corporis partes deferrent à cerebro, de quibus deinceps Realdus, & nos quantum huic inſtituto quadrare videbatur, haud ita multò antè diximus.

Cerebri ventriculi, anteriores, quales.

3. Cerebri ventriculus vbi.

4. Cerebri ventriculus vbi, & communis meatus.

Calamus ſcriptorius in cerebro, vbi & quorſum.

Calloſum corpus cerebri vbi, & fornix, & vſus.

Speculum cerebri quod, quale, vbi, quorſum.

Teſtes in cerebro, & penis vbi, item nates, & ani, & cunnus.

Conarium quid, quale, vbi, quorſum.

Infundibuli locus, vſus, figura item glandulæ ſubiectæ.

Columbus notat Veſalium φιλονεικίαν.

Cerebelli ſedes, munimẽ, ſubſtantia, proceſſus vermiformes.

Nulli par neruorum à cerebello ut & Veſalium.

Medullæ ſpinalis natura, ortus, & à cerebro diſcrimen.

Spinalis medullæ principia duo, vnde & quales.

Spinalis medullæ æquabilis craſſities, quæ.

Spinalis medullæ medulloſa & neruoſa, quatenus & quæ ſint.

EX VESALIO.

VESALIVS minimè veſanus ille quidem, vt iratus Syluius conuitiabatur, ſed mente ſibi conſtans ſanúſque, licet φιλονεικότερος, hiſtoriam cerebri latiùs diffuſam toto lib. 7. perſe-

quitur, vt tu ex eodem potes recognoſcere. qui ſi non eſt præ manibus, ita ſummatim accipe ex cap. 2. lib. 4. primùm, Duplex eſt cerebrum, vnũ anterius ſuperiúſque vniuerſam propemodùm implens caluariam: alterum poſterius ac humilius, quod cerebellum appellatur, ipſo cerebro decuplo minus. Anterius cerebrum tota ſuperiori ſua ſede genuinum eſt, dextrum & ſiniſtrũ. inferiori autem parte, qua caluariæ baſis innititur medio, vnicum eſt & indiuiſum: à quo dorſalis medulla, non autem à cerebello enaſcitur: cùm cerebellum potiùs dorſali medullæ innitatur; & tenuis membranæ, parum verò ſuæ ſubſtantiæ interuentu, medullæ cõmittatur, quàm illius principium ſit. Præter ſinus autem cerebri meatúſq; alios, duo eius exiſtũt ventriculi, vnus quidem dexter, alter verò ſiniſter. qui ambo in vnam coëunt cauitatem ſinúmve communem, qui tertius ventriculus cẽſetur: qui meatu quodam ad ſinum inter cerebellũ & dorſalem medullam, vbi inuicem committuntur, conſpicuũ, & tam cerebello quàm dorſali medullæ cõmunem pertingit. Neruæ propagines aut ab ipſa anterioris cerebri enaſcuntur baſi, aut à dorſali medulla: non autem à cerebello. ſed enim lib. 7. ſingulæ cerebri partes & particulæ adamuſſim expenduntur; ex quo placet per ſingula capita obiter diſcurrendo, nonnulla decerpere eorum gratiâ qui his denſis voluminibus carent, initio ducto à 4. cap. & deinceps, quia præcedentibus meningum hiſtoria texitur. Diſſectionum profeſſores vniuerſum cerebrum in anterius, quod cerebrum, & in poſterius, quod cerebellum vocant: deinde anterius in dextrum & ſiniſtrũ diuidere ſolent. non quòd vniuerſum cerebrum omnino diuiſum, & non aliqua ſaltem ex parte ſibi continuũ ſit: at quòd vt vnica manus in digitos, ita quoq, id in diuerſas partes diſcretum videatur; quę tamen inuicem continuæ exiſtũt, eadémq; ſubſtantia conſtituuntur, in duritia ſolùm coloréq; aliquantulùm variante. Quamuis autem cerebrum per totã longitudinem in elatiori ſede regioneq; diſſectum ſit: tamen circa baſin & alibi continuum cernitur. Cerebellum decuplo aut vndecuplo minus cerebro eſt, atq; vnà cũ dorſalis medullæ principio occiput occupat: ita tamen vt poſtrema cerebri pars in poſteriora non magis quàm ipſum cerebellũ vergat, & occipitium impleat. Cerebellum autem quemadmodũ & ſua ſedes, latius eſt quàm profundius aut lõgius, latioris globi imaginem exprimens, in medio acutiùs & in anteriori parte, qua ad cerebri nates exporrigitur, vndique ſuæ ſedis formam accuratè referens. Cæterùm cerebri formã ac magnitudinẽ oſtendit reliqua caluariæ cauitas cerebello non oppleta: ideo in ſua baſi admodùm inæquale & varium. quaſi nullã peculiarem exigeret formam, ſed ſua ſubſtãtia, magna mole, vt in ſe ſinus ventriculóſve functionibus aptos habere poſſit, collecta, in capite foret reponendũ. Duas cerebri partes, ſepti ritu interſtinguit ſectio per duram meningem: quas tenuis membrana ſeorſum ambit & implicat. Cæterùm gyri ac inuolutiones cerebri tenuiũ inteſtinorũ anfractibus ſimiles, per vniuerſam cerebri ſuperficiẽ vndiq; eadem frequentia habentur, reliquis etiã animalibus communes, ſed tantò profundiores, quantò in homine ſubſtãtia cerebri quàm in illis copioſior viſitur: non ad intelligentiæ acumen, ſed ad cerebri ſubſtãtiæ enutritionem procreatæ, in quas tenuis mẽbrana frequentibus vaſis oppleta ſeſe inſinuat, ita cerebri ſubſtantiæ alimentum appoſitiſſimè ſubminiſtratura: in cuius ſuperficie tantùm venæ & arteriæ excurrebãt, illius denſam craſſitiẽ minimè penetrare valentes. Ac vt cerebri baſis, vnde dorſalis medulla ortũ ducit, cæteris omnibus cerebri partibus, & ipſo quoque cerebello durior viſitur: ita quoq; dorſalis ſuo principio ſenſim durior euadit, neq; colore, neq; duritia ſupernato ipſi cerebello correſpondens. Cerebellũ enim magis flauum cineritiúmve eſt, perquàm paucis albeſcentib. lineis interſtinctum, & duntaxat in ſui ſinus ſuperficie candicãs. vniuerſum verò dorſalis medullę initium cerebello adhuc in capite ſubnatum, albiſſimum eſt, vt & cerebri baſis ipſi originem præbens: quæ omni prorſus inuolutione ac anfractu, quib. cerebellũ ſcatet, deſtituitur. Eſt autem cerebri ſubſtantia quædam cum ſua eſſentiali forma peculiaris & propria, qualem in vniuerſo corpore ſimilem nullã reperias, ad ingenitas cerebro functiones idonea: ab alia oſſium medulla diſcrepans, vt poſtea patebit. In cerebro quicquid reuolutionibus & tenui meningi proximũ eſt, velut aqueo humore oblitum, ſubflauum aut ſubcineritium eſt, aliàs candicãs. neq; alimentũ ex vllo alio vaſe aſſumit, quàm ex his quæ tenui membrana ſuffulta ipſi circundatur. Cui diuiſiones illæ & anfractus, ob mollem ſubſtantiam, ne concidat, ſuſtinendum plurimùm auxiliantur. hæc de 4. cap. breuiter & præcipuè ſubduximus, ſummã rei continentia: nam obiectiones in Gal. ſtudioſè quæſitas conſultò prætermiſimus. At cap. 5. calloſum cerebri corpus deſcribitur. Nã quædam cerebri pars in externa ipſius ſuperficie ſeſe offert, tenui membrana non obuoluta: verùm intimæ cerebri ſubſtãtiæ modo, externa ſuperficie candicans albáq;, & reliqua cerebri ſubſtãtia ad ſuperficiem conſiſtente durior: quam vetuſtiſſimi græcorum [illegible] appellarunt: calloſum corpus noſtri vocant. Iidem græci à forma, quòd inferiori ſede duorum arcuum modo ſinuatum ſit, & ab vſu, quòd ſuſtineat, [illegible] vocarunt. In medio cerebri cõſiſtit, partes ciuſ vniens & commirtens, album & candicans viſitur, longum quidem, ſed arctũ, ſummo capite gibboſum, læue & æquale, ex intima cerebri ſubſtantia dura & alba enatum. Ad cuius latera ſecundùm longitudinẽ, ſinguli ſinus in cerebri ſubſtantia inſtar profundioris lineæ inſculpti viſuntur. Tota interna calloſi corporis ſuperficies, ventriculorum cerebri portio eſt: ac dextra quidem dextrum, ſiniſtra ſiniſtrũ reſpicit. Huius ſepti medium adeo tenue eſt, vt pelluceat. Calloſum hoc corpus cum ſepto nullis venis traiicitur, nulla membrana tegitur. ſequẽs cap. 6. cerebri ventriculos depingit. Ventriculorum cerebri numero is adſcribitur, qui cerebello dorſalique medullæ communis eſt, ac quartus

Cerebri diuiſio, & proportio.

Spinalis medulla vnde oriatur.

Cerebri ventriculi, quot & quales.

Neruorum origo, vnde.

Cerebri diuiſio, & partiũ differentia.

Cerebrum vbi continuum aut diuiſum.

Cerebelli ſedes & proportio, & figura.

Cerebri figura, & cauſſa, vſuſque.

Cerebri diremptio, & inuolucra, ſeu inuolutionum genera.

Cerebri inſtrumentum vnde.

Cerebrum vbi durius, item ſpecies mollis, & humidi cerebelli cõparatio.

Cerebri ſubſtantia quale, & quorſum.

Cerebrum vbi colore variet, & à quo alatur.

Cerebri gyri ad quid.

Calloſum cerebri, corpus, vbi quale.

Ἡγεμονικὸν quid, quale quorſum, vnde ſit.

Sinus inueſtes in cerebro.

Speculum cerebri.

Ventriculi cerebri quot, vbi, quales.

etiam ventriculus dicitur. tres namq; præter illum in cerebro Herophilum imitati enumeramus: vnũ quidem in dextra cerebri parte, alterũ in siniſtra, & tertium in cerebri, ſeu duorũ primorum ventriculorũ medio recenſentes. Dexter ſiniſtro in omnib. correſpondet. ideo quod de vno dicitur, idem per analogiã de altero intellige. In dextra itaq; cerebri parte ſecundùm ipſius longitudinem, dexter cõſiſtit ventriculus, tantum anteriori ſede à fronte, quantum maximè poſteriori ab occipitio remotus: tantúmque illis ſedibus ab externa cerebri ſuperficie ſeiunctus, quantum ipſius ventriculi dextrum exteriúſve latus à ſuperficie cerebri diſtat ſuo caluariæ lateri contermina. internum autem eius latus ſecundùm calloſi corporis longitudinem ſiniſtri ventriculi interno lateri proximum eſt, neque aliud interſtitium ambos ſeparat, quàm tenuis quædã & velut membranea cerebri portiuncula, quam ſeptum vocauimus. Cæterùm anterior ventriculi pars obtuſa eſt & rotunda, miniméq; acuta, vt alij aſſerunt. poſterior huius regio occipitium reſpiciens, obtuſa quidem eſt & rotunda, ac deorſum ſenſim in cerebri ſubſtantiam verſus priora paulatim cornu in modum arctata tantiſper deſcendit, dum ad principium olfactus organorum & viſoriorum neruorum perueniat, aduerſus galeni dogmata. Vniuerſa vẽtriculi ſuperficies lubrica & aqueo humore óblita oppletáq; conſpicitur. cuius ſuperior pars omnis æqualis: inferiorem verò eius partem inæqualem efficit ſinus quidam ex poſterioris ſedis externo latere antrorſum obliquè ad communem ventriculorum cauitatem prorepens, & ad leuiorem pituitæ defluxũ paratus, dein etiã ea ventriculi pars quæ deorſum è poſteriore ventriculi ſede prorepit. Tertius ventriculus amborũ eſt cauitas, ſub corpore teſtudinis imagini comparato deſcenſus concurſúſque eorundem; qui inferiori parte oblongam vallem duorum vicinorum montium exprimit, acutúmve per ſuam longitudinem angulum efformat, in concauo tamen orbiculatus: binos à ſe educens meatus: quorum vnus ex humiliori ipſius ſede, vbi acutũ illum angulum exprimit, rectà deorſum verſus cyathum cerebri pituitã excipientem porrigitur: alter, tertij ventriculi non minima pars, inter cerebri teſtes & nates, ac ſuper dorſalis medullæ initium decliuis, ad quartum ventriculum retrorſum pertinet. Ex inferiori meatus iſtius angulo, quà primùm inter cerebri teſtes ferri incipit, meatus alius rarò educitur, qui per cerebri ſubſtantiam deorſum in priora protenſus, ad finem eius meatus tandẽ ceſſat, quem ex humiliori tertij ventriculi ſede rectà deorſum duci atque in cyathũ terminare diximus. Cæterùm quartus ventriculus ex dorſalis medullæ & cerebelli finibus (ſiue finibus) componitur: non ſecùs quàm ſi vtraque manu vnam fingeres cauitatem. Sinum hunc Herophilus cauitati rectiſſimè aſſimilauit calami quo ſcribimus. Quartus ventriculus nihil in ſe præter aqueum humorem aliis ventriculis cõmunem continet. at dexter & ſiniſter plexum continent inſuper illum reticularem, tertius autem, vas venoſum ad eum plexum deducit effingendum. cætera aduerſus gal. qui omnes ventriculos cerebri tenui meninge ſuccingi, quarto excepto ſcripſerat. cap. autem 7. fornicem cerebri deſcribit. Eſt itaque id corpus vnicum, & in cerebri medio repoſitum, vtriſq; cerebri partibus commune, cuius interuentu dextra pars cerebri ſiniſtræ continuatur, ſimilem ſubſtantiam cum cerebri ventriculorum ſubſtantia ſortitũ, candidius tamen duriúſque, ex poſteriori anteriorum ventriculorum ſede enatum, triangulari forma, inferiori ſede vnica ſuperficie donatũ triangulari teſtudini fornicíve ſimillima: vnde καμάρειον vel καμάρειος nuncupatus, ab vſu & figura. cuius tres ſuperficies, quæ leues omnino ſunt, & aqueo humore perfuſæ, cerebri vndiq; ſpectant ventriculos: atque inſtar teſtudinis, ſuperiorum corporum impetum, quò minùs illa corruant, ſuſtinent, & tertium cerebri ventriculũ amplum, ne concidat, efficiunt; & ſeptum ventriculorum ſubleuat; & ne ſubiectum ſibi vas prematur, continuè prohibet. cap. demum 8. conarium breuiter explicat. Iuxta poſterioré fórnicis illius ſedem, glandulã natura condidit nuci pineæ aut turbinatæ figuræ ſimilem, ac proinde κωνοειδῆ & κωνάριον à græcis appellatam eminentiſſimę & anteriori teſtium cerebri parti innixam: cerebro enim vix hæret, venoſo váſi ſubſtrata glandula: perinde ac ſi continua quæpiam cerebri ſubſtantiæ portiuncula haud eſſet cenſenda, illius ſubſtantia durior, magíſq; ad glandis, quàm ad cerebri naturã accedens, vaſi quod tertium ventriculum cerebri accedit, ſuffulciendo comparata; non autem in eum vſum quem gal. dixerat. mox cap. 9. de teſtibus agit & natib. cerebri. Sunt autem teſtes hi natéſq; aliud nihil prorſus, quàm quædam cerebri portio in hoc fabricata, vt meatus ex tertio cerebri ventriculo quartum accedens turò citra aliquem à ſuperioribus cerebri partibus compreſſum deferretur. neque verò in plures partes diuiſa eſt; ſed vnica cernitur, effigiẽ quandam exprimens, duabus ſibi commiſſis natibus quàm ſimillimã. cuius ſuperior regio quia teſtes magis, propter glandem illam quę peni aſſimilatur, refert, ideo διδύμους, eam appellauêre, teſtes & gemellos dixeris. Cæterùm quia in poſteriori inferioríque huius partis regione, orificium prominet meatus, qui ex tertio vẽtriculo quartũ petit, quódq; id orificium ſpeciem ani referre videatur, & in poſteriori huius cerebri partis regione impreſſio quædam inſtar lineę tranſuerſim feratur, ſuperiora quodammodo ab inferioribus diſtinguens; ob id huic poſteriori inferioríq; regioni, γλουτὸν nomen indiderũt, quaſi natulas aut clunes dixeris. Subſtãtia ipſius ſubflaua eſt, vt multa pars cerebri. reponitur autem inter anteriorẽ cerebelli ſedem, & poſteriorem tertij ventriculi regionẽ: deinde inferiori ſede ſpectat dorſalis medullæ initiũ: ſuperiori eam cerebri partem, quæ cerebello iam inniti incipit, ab ipſo cerebro, cui continuatur, enata, quos dixi in vſus. poſtea verò cap. 10. de proceſſu vermiformi. Hæc pars cerebelli à prioribus in poſteriora velut in orbem ducta, talibus inuolutionibus

Anteriorũ ventriculi deſcriptio.

Septum vẽtriculorum anteriorũ.

Sinus communis ventriculorum ad quid.

3. Ventriculi deſcriptio.

2. Meatus tertij ventriculi, ad quid: item tertium.

4. Ventriculi deſcriptio.

Calamus in cerebro.

4. Ventriculi quid habeant intra ſe.

Fórnicis deſcriptio.

Camarion cur dictum, & quis ius vſus.

Conarij deſcriptio.

Didymorũ deſcriptio, & natium.

Glutia & eorum, quid.

examinandæ deſcriptio.

implexa eſt, vt vermis in ligno naſcentis effigiē appoſitiſſimè commonſtret. Duo itaque huius partis apices proceſſuſve, quorum hic anteriorē ventriculi cerebello & dorſali medullæ communis ſedem reſpicit, ille verò poſteriorem, à dicta nuper ſimilitudine Græcis σκολιοειδῆς nuncupatur. quorum de vſu ad meatus ex tertio in quartum ventriculum pertinentis, claudendum & ſubinde aperiendum orificium, aduerſus Gal. inſultat: ſimul & tenuis membranæ partes cerebellum cerebri teſtibus colligantes, & hanc epiphyſin firmantes, nomine tendinum appellandas inficiatur. deinde cap. 11. infundibulum & ſubiectam peluim exponit. Duo in cerebri ſubſtantia inſculpti ſunt meatus pituitæ educendæ comparati. vnus inſigni ſatis amplitudine ex media tertij vētriculi ſede rectà deorſum deſcendit in ſinum glandulæ cerebri pituitam excipientis. alter rarus ille quidem, altero longè arctior, ex meatu illo progreditur, qui à tertio ventriculo in quartum per cerebri teſtes natéſq; pertingit, & cum priore illo meatu pituitam expurgāte, in finem terminatur, idémq; ex ambobus meatibus orificium conſurgit. Ad huius orificij latera, tenuis membrana etiā hîc cerebri baſin ſuccingens, orbiculatim à ſe educit portionem ſui, cuius initium accuratè refert elatiſſimam regionē infundibuli, quod in ſummo amplum ſenſim arctatur, in longam fiſtulā deſinens: quæ deorſum protenſa, per peculiare ſibi in dura cerebri membrana exciſum foramē deſcendit, ſuo mucrone ad glandem, qua cerebri pituita excipitur, deſinens; ab vſu & figura χοάνη nuncupata, vel πώλος. alij ſuperius illud, πῶλον, ſubiectam autem ſibi glandulam, χοάνιον vocitant: quæ ſub dura cerebri membrana locatur, proprio intra os cuneiforme ſinu donata, humiliori parte ſui gibboſa, ſuperiori autem concaua, non tam circularis, quàm quadrata: ſubſtantia conſtans glanduloſa, ſed duriore & compactiore; omni ex parte tenui membrana obducta. vnde pituita ſenſim in palatum decūbit. vbi in gal. ſuo more inuehitur, quòd pituitam & cruda, craſſáq; cerebri excrementa partim per os cuneiforme rarum & ſpongioſum paulatim percolari, partim per odoratus organa extillare tradiderit: cùm nullus in illis ſit meatus præ anguſtia, cúmq; nullus eo ductus feratur. quod ita conſtanter affirmat, vt oſſium ἀνωμαλίαν non ampliùs meminiſſe, vt denique naſum nunquam emunxiſſe, vel ſtiriam narib. excuſſiſſe videatur. ſed tamen illi pro bene inuentis benéq; monitis agendæ ſunt gratiæ: ſiquid ambitioſè in gal. obiicit, quò plus ſapuiſſe in re anatomica videatur, & acutiùs vidiſſe, hominem vtique fuiſſe meminerimus. De medulla autem dorſali ſic iam antè idem tranſegerat cap. 11. lib. 4.

Infundibuli deſcriptio.

Ineuſt.

Dorſalis medulla, neruorum modo ſubſtantiæ cerebri, à qua originem ſumit, correſpondens, quantò magis à cerebro recedit protenditúrque, tantò (neruorum etiam ritu) compactior duriórq; efficitur, diſſimilis aliorum oſſiū medullæ, vt aliàs patebit. Hanc longi cerebri nomine quibuſdam appellare libuit: cuius neceſſitatem Galenicis verbis à me nuper expoſitis rationibúſque aſſerit: quòd omnes ſub capite partes ſenſu motúq; carerent, aut à cerebro demiſſos neruos haberent. quorum alterum perdifficile, alterum impoſſibile iudicatur. mox de eiuſdem munimentis ac propugnaculis, tum oſſeis, tum membranoſis ibidem commemoratis. Vnica eſt autem, vt & cerebrum ſimplex: quia duo dorſa ineptè fingerentur: ac tutius illi per medias vertebras iter: non quòd vnicum ſit cerebellum, contra Gal. Per totam illa ceruicē, ad thoracis vſque medium, ſimplex, mollis, indiuiſà deorſum fertur, neruos geniculatim à ſe diffundens. exinde in innumeras ſcinditur velut chordulas duris & motui potiſſimùm ſeruientibus neruis propagandis aptas, per ſingula vertebrarum foramina diſtribuendis, quouſq; vnica tantum ſuperſit chordula dorſalis medullæ fini reſpondens. à qua neruorum paria nonnullis 29. aliis 30. educi traduntur: nempe 24. à totidem vertebris: ab oſſe ſacro modò 6. modò 5. tantùm. dorſalis verò medullæ terminus ex oſſe ſacro procidens, neruus non cenſetur; neq; in ramulos, qui neruorum nomen merentur, ceſſat: aliquando tamen in tres impensè breues ſurculos, diffundi viſus eſt. Hæc ille, licet multò fuſiùs reliquam deinceps ſubtexens hiſtoriā, bonáque fide, vt anatomicum decet authorem, ſingula diſtinctis capitibus & locis perſequens, ac poſteris veluti lampada præferens, & ſignū, efferens, cuius ductu & auſpiciis, rei anatomicæ veritatem perſequi ac perſcrutari, vel adeo liberè profiteri audeant, nulla maiorum authoritate perterriti, quin potiùs ipſius veritatis dignitate freti. bona tamen cum venia, atque omni-modeſtia ſeruata, qualis decet bonos & ſapientes, & verò Chriſtianos. Quo animi candore ductus ego, dicta maiorum toto hoc volumine expendi atque excuſſi, parem gratiam ab iis expectans, qui noſtra fortè hæc olim lecturi ſunt, atque ad Critolaï lancem, quod aiunt, ponderaturi; vel ad Ariſtophanis lucernam, aut ad Cleanthis, exanimaturi: non autem velut Momi, cum liuore & odio & μωλωπίᾳ culpaturi ac reprehenſuri: cùm illud ſcitè dictum conſtet, τὸν μωμοσκοπον ὑ μωμᾶσθαι, atque longè difficillimum ſit, Ligurinis iſtis Momis ſatisfacere.

De ſpinali medulla.

Medulla ſpinalis quā mucet ſubſtantiam.

Paria neruorum à ſpinali medulla, quot oriantur.

Quomodo accipienda maiorum dicta.

Prouerb.

ANALOGIÆ

Digitized by Google

NIC. NANCELII ANALOGIAE MICROCOSMI AD MACROCOSMON,

LIBER DECIMVS-TERTIVS,

Problemata varia in naturam capitis & cerebri continens.

Primum de principibus animæ facultatibus, & huius earúmque numero & ſedibus.

ABSOLVERAM vtique hoc opus & mole denſum, & tractatione vber ac varium, & ſcriptione arduum, & inſcriptione perdifficile, atque ad inſtitutæ analogiæ normam examuſſim totũ ac partes hominis cum hoc vniuerſo contuleram, déque quatuor generalibus humani corporis partibus ab initio propoſitis, ſuo quibuſque ordine vbertim & copiosè diſſerueram, addito inſuper velut ſupremo colophone iſto, De capite, velut totius faſtigio atque coronide: cùm ſubijt, circa ſingulas penè præcipuas noſtri partes eſſe antehàc à me μεγαλωμαλῶς varijs plauſibilibus theſibus, difficilibus tamen atque arduis inquiſitum. Qua ratione, pro ſua dignitate, celſiſſimo capiti ac præſtantiſſimo cerebro neutiquam ſatis poſſe factum videri, niſi circa vtriuſque vſum & naturam excellentiámque, aliquot problematis ad extremũ ſimiliter inquirerem, quò rei magnitudo & præſtantia atque difficultas tum huberiùs tractaretur, tum decentiùs extolleretur, tum clariùs illuſtraretur. Et quoniam animæ ſedem in capite, ſpeciali libello, aut potiùs problemate adſtruximus, déque eius facultatibus functionibúſque & organis non ſemel diximus: nunc obiter tantùm, ac velut per tranſennam, ne bis térve idem dicere atque iterare cogar, illud repetam, vt ad cætera deinceps problemata inferiora vilioráque tranſeam.

Anacephaleoſis.

Propoſitio.

Igitur mens diuina & anima illa immortalis, humani corporis perfectio formáque ſiue ἐντελέχεια, vt vocat philoſophus, quia non tantùm animantum, quæ ſunt in terra, ſed etiam ſui corporis ſortita eſt dominatum, in ſummo capite collocata, tanquam in arce, ſublimis ſpeculatur omnia & contuetur. eo enim mens & A ignis ille diuinus tanquam cœlo tegitur, vt Lactantius profitetur ita arguens, Oportuiſſe ſcilicet quod totius corporis regimen haberet, potiùs in ſummo, tanquam in arce habitare: nec quicquam eſſe ſublimius, quàm id quod vniuerſum ratione moderetur: ſicut ipſe mundi Dominus & rector in ſummo eſt. Deinde quòd exteriorum, vt vocant, actionum, id eſt motus voluntarij atque ſenſus omnis, audiendi & videndi & odorandi & ſapiendi miniſtra membra in capite ſunt locata, vel à capite deriuata: quibus velut ſatellitibus vſa anima (anima enim quædam per ſeipſam animaduertit, nonnulla per corporis B vires apprehendit, ait Plato in Theæteto, & nos alibi docuimus) rerum omnium obiectarum formam, magnitudinẽ, colorem, quantitatem, qualitatem, ſonum, odoratũ, guſtum percipiat, & reliqua quæ tactus miniſterio captari ſolent leuia grauia, denſa rara, læuia aſpera, calida frigida, humida ſicca, & quæ eôdem pertinent, vniuerſa à nobis iam alibi expoſita.

Similitudo.

Cur anima in capite, & eius munus.

Senſus enim interpretes ac nuntij rerum, in capite tanquam in arce, mirificè ad vſus neceſſarios & facti & collocati ſunt, vt pridem ex Cicer. 2. de natur. deor. protuli. Siquidem ex Platone non ſemel antea oſtendi, vel adeo C interprete eodem Cicerone 1. Tuſcul. Animæ principatum, id eſt rationem, in capite ſicut in arce poſitum: duas reliquas partes ſeparatas: iram & cupiditatem: illam in pectore, hanc ſubter præcordia locatam. quam ſententiam iam antè Timæus ille Locrus ita extulerat; τὰς μὲν ἀνθρωπίνας ψυχὰς τὸ μὲν λογικὸν ἔδει καὶ νοερὸν, τὸ δ' ἄλογον ἐξ ἄφρου. τῶ δὲ λογικῶ τὸ μὲν κρίσιν ἐκ τᾶς τοιαυτᾶ φύσιος· τὸ δὲ χόλιν ἐκ τᾶς τῶ ἐτέρω· ἑκάτερον δὲ ἐφεῖ τὰ καφαλὰ ἱδρυται μέρεα, ἃς ἔλαχε μέρια τᾶς ψυχᾶς καὶ τῶ σώματος ἐπιτηρεῖν τύτω, καθάπερ ἐν ἀκροπόλι τῶ ἐκείνων ἅπαντος. τῶ δ' ἀλόγω μέρεος τὸ μὲν θυμοειδὲς ἐφεῖ τὰ καρδίαι· τὸ δ' ἐπιθυμητικὸν ἐφεῖ τὸ ὑπαρ-

Animæ triplex facultatũ ſedes.

Senſus cur in capite.

id est, Hominis animi pars vna ratione vtitur atque intelligit, altera nec rationem habet nec mentem. partis autem quæ rationis est particeps, melior particula ex eiusdem natura est, deterior ex alterius. vtraque autem sedem habet in capite permanentem: vsqueadeo vt aliæ partes animi & corporis huic debeant obtemperare, cui totum corporis quasi tabernaculum subiectum est. Partis autem quæ rationis est expers, id in quo irarum ardor existit, cor ambit: id in quo cupiditas, iecur. & mox ibidem, ὁ ἐγκέφαλος ἀρχὴ αἰσθήσεως, cerebro principatus debetur. Ad cuius imitationem Timæus ille Platonis sub finem ita infit; τὸ δὲ δὴ θεῖον τὸ κυβερνῶντα πᾶν ἐμῖν ψυχῆς ὄντως ἀνθρωπίνης ἐπὶ τοῦτ. ὡς ἄρχει αὐτὸ δαίμονα φασὶ ἐκάστου εἶδος τὸν, ὃ δὴ φαμὲν ἐκεῖν μὲν ἡμῶν ἐν ἄκρῳ τῷ σώματι. ἀπὸς δὴ τιὰ ὑ ἐσπερῷ συγγένειαν αὐτὸ γῆς ἡμας αἴρειν ὡς ὄντας φυτὸν οὐρανίου, ἀλλ' οὐρανίου, ὀρθότατα λέγοντας. ἀνάπτει γὰρ ὅθεν τὸ πρῶτον τῆς ψυχῆς γένος ἦν, τὸ θεῖον πᾶν κεφαλὴν καὶ ῥίζαν ἡμῶν ἀναφαίνοντας, ὀρθοῖ πᾶν τὸ σῶμα. id est, De præstantissima igitur animæ nostræ specie ita est sentiendum. nempe hanc Deus vt dæmonem cuique nostrûm tribuit: hanc in summa corporis arce sedem habere dicimus, atque ad cœli cognationem à terra nos tollere, tanquam animalia cœlesti potiùs quàm terreno semine nata. quod quidem rectè admodùm dicitur: vnde enim primus animæ datus est ortus, inde diuina vis caput radicémque & originem nostram pendentem suspendens, totum dirigit corpus. Rursum M. Tullius lib. 1. de diuina. ex Platonis politia ita Socratem facit loquentem; Qui salubri & moderato cultu atque victu quieti se tradiderit, ea parte animi quæ mentis & consilij est, agitata & erecta, saturatáque bonarum cogitationũ epulis: eáque parte animi, quæ voluptate alitur, nec inopia enecta, nec satietate affluenti, quorum vtrumque præstringere aciem mentis solet, siue deest naturæ quippiam, siue abundat atque effluit: illa etiam tertia parte animi, in quo irarum existit ardor, sedata atque restincta: tum eueniet, duabus animi temerarijs partibus compressis, vt illa tertia pars rationis & mentis elucear, & se vegetam ad somniandum acrémque præbeat: tum ei visa quietis occurrunt tranquilla atque veracia. Eandem sententiam Galenus persæpe, vt olim citaui, iterat lib. plac. Hipp. & Plat. sic denique cap. 4. lib. 3. loc. affect. rem exemplis illustrat; Porrò rationalem animæ vim in cerebro, virilem verò atque irascentem in corde, concupiscentem in iecore sitam esse nemini non persuasum est. id quod quotidie dicentes audiendo discere licet. quippe fatuum aiunt cerebrum non habere: timido & pusillanimi cor deesse: Tityo verò iecur ab aquila rodi, non solùm poëtæ, verumetiam pictores sculptoréque fingunt. Inde est quòd Epictetus, τὸν ἄνθρωπον θεατὴν ἔστησε αὐτοῦ καὶ τῶν ἔργων αὐτοῦ· οὐχὶ τὸ μόνον θεατὴν, ἀλλὰ καὶ ὑπουργὸν αὐτῶν. id est, Deus hominem induxit contemplatorem sui suorúmque operum: neque contemplatorem modò, verumetiam eorumdem interpretem ac internuntium. Sic philosophos imitatus noster Augustinus lib. 6. cap. 12. super genesi ad literam, Si Deus & hominem de terra & bestias de terra formauit, quid habet homo excellentius in hac re, nisi quòd ipse ad imaginem Dei creatus est? nec tamen hoc secundum corpus, sed secundùm intellectum mentis. Quanquam & in ipso corpore habeat quandam proprietatem quæ hoc indicet, quòd erecta statura factus est: vt hoc ipso admoneretur, non sibi terrena esse sectanda, velut pecora, quorum voluptas omnis in terra est: vnde in aluum cuncta pecora prona atque prostrata sunt. Congruit ergo & corpus eiusdem animæ rationali, non secundùm lineamenta figuráque membrorum, sed potiùs secundùm id quòd in cœlum erectum est, ad intuenda quæ in corpore ipsius mundi superna sunt. sicut anima rationalis in ea debet erigi, quæ in spiritalibus natura maximè excellunt: vt quæ sursum sunt, sapiat, non quæ super terram.

Hominis ad brutu cõparatio, & excellentia.

Homo rectus, & pecudes curuæ. ex Cic.

Anima ad quid homini data, & vbi sit, & quare, & quorsum.

Sed quid opus est plures testes producere, vbi iam confectum negotium est? siquidem productis in medium authoribus sacris atque prophanis pridem hanc quæstionem problematicè agitauimus, vbi sit animæ sedes: quam alij alibi statuunt, Hieronymus in corde cum plerisque Stoïcis & Peripateticis visus est asserere: Ambrosius cum paucis, per totum corpus æqualiter diffusam: author glossæ biblicæ interlinearis cum poëtis & quibusdam philosophis, in sanguine: alij denique alibi, vt fusè enarrauimus. quorum varias opiniones ita conatus sum conciliare, vt tamen cerebro & capiti principatum τοῦ τε ἡγεμονικοῦ cum Hippocr. & Platone & Galeno & philosophorum præcipuis & Theologis nonnullis vendicarem, tum ob nuper commemoratas causas, tùm quòd actionum mentis certa indicia à capite peterentur, non modò integrarum & è natura habentium, sed etiam læsarum atque aberrantium. Vnde medicis illud solenne esset, vt ad rationis vitia, vt phrenitidem, deliria, morosin, maniam, vitiatam imaginationem, rationem, memoriámque oblæsam, non vtique thoraci aut cordi, sed capiti & cerebro conuenientia remedia admouerentur, tum intemperiei sedandæ & corrigendæ, tum humorum affluxui repellendo atque aliò auertendo. Ex quo videbatur consequens, vt vbi actionis vitium inesset, ibidem & actionis perfectio existeret. atque hæc vberè quidem isthic demonstrata sunt, & multis grauibus omníque exceptione maioribus testibus comprobata. Producam verò in eádem sententiam nihilominùs etiam alios nonnullos hactenus à me omissos, vel de industria hùc reseruatos, vel qui fortè postmodò inter legendum occurrerunt. Primùm igitur Plutarcho illi à me citato ex placitis philosophorum sic assentitur Theodoretus Cyrensis lib. quinto de cura. græc. affect. Hippocrates, Democritus & Plato principem animæ vim in cerebro sitam esse affirmant: Strato in medio sinciputio: Erasistratus autem medicus iuxta membranam cerebri, quam epicranidem

De sede animæ, opiniones variæ.

Quòd anima sedes in capite, & cur.

Philosophorum opiniones de animæ sede.

Somnia quando vera.

Animi partes & earũ sedes vsq.

Animi faculatum sedes, & earũ demonstratio.

Homo, contemplator operum Dei.

vocat: Herophilus in ventre cerebri: Parmenides & Epicurus in toto hominis thorace: Empedocles & Aristoteles, vniuersáque Stoïcorum societas, cor animæ sedem dicunt. horúmque rursus alij eam in cordis ventre constituunt, alij verò in sanguine, alij in chartilagine quæ cor obsæpit, alij autem in ipso diaphragmate. Plotinus lib. 1. de dubijs animæ cap. 13. Cùm instrumenta tactus in primis sint neruis ad animalis motum vim habentibus, atque his vis eiusmodi se accommodet: exoriantur autem nerui à cerebro: nimirum sentiendi prosequendíque initium, totiúsque penitus animalis hîc potissimùm collocarunt, hinc ad ad alia deriuátes. Vbi videlicet instrumentorum principia sunt, ibidem quod his vsurum est, collocantes. Satius verò fuerat illic principium operationis illius potentiæ ponere. vnde enim mouendum erat instrumentum, ibi oportebat quasi fundari vim illam artificis congruam instrumento. imò verò non potentiam, vbique enim potentia viget: ibi autem est principium actionis, vbi est initium instrumenti. & quæ ille ibidem plura in hanc sententiam fusa oratione demonstrat, Platonis sui magistri de animæ sede in capite assentionem comprobans. Tertullianus autem lib. de anima, Principem animæ partem esse in corde, varijs pro Aristotele argumentis colligit. quod antè de Diuo Hieronymo ad Fabiolam attulimus. quibus tamen Gregorius Nyssenus cap. 12. lib. de creatione hominis auder aduersari. Credendum est, inquit, mentem æqualiter mẽbra singula iuxta ineffabile temperamentum rationis attingere. etsi scripturam nonnulli ad hoc proferunt, quatenus principale hominis in corde esse testentur (verba sunt Hieronymi illic pridem à me citata) non id debemus inexplorata ratione percipere. qui enim cordis meminit, & renes asseruit, dicens, Scrutans corda & renes Deus. ita in vtroque aut neutro hoc intellectuale hominis licebit includi. & cap. 13. His qui mentem localibus includunt partibus, & ad demonstrationem opinionis suæ proferunt, quòd non prosperetur intellectus eorum, quibus contra naturam cerebri membrana vexatur, ostendit ratio quòd per omnes partes humanæ conformationis, sicut aptum est vnumquodque membrum, naturaliter operetur. similiter autem vis animæ præter efficientiam subsistit, cùm aliqua pars corporis in natura non permanet. Et propter hæc, oblata est sermoni nostro proposita consequenter inspectio, per quam discamus, in hominis constructione à Deo quidem gubernari mentem, à mente verò à natura materialem vitam nostram contineri, cum in natura persistit: si verò à natura discesserit, etiam cooperatione mentis eam priuari necesse est. Aristoteles, vt alibi demonstratum est, vt cordi principatum, & neruorum, venarum, arteriarúmque originem tribuit, sic animæ domicilium adstruit tum alibi, tum cap. 10. lib. 3. de anima, tum cap. 1. & 10. lib. 2. part. animal. tum cap. 4. lib. 3. eiusdem & cap. 2. lib. de somno & vigilia, & lib. de animalium

Vbi sensus origo, ibi & anima sedes esse debet. Quòd anima in toto corde. Quòd anima per totum. Quòd anima in certis partibus. Mentem Deum, & mentem corpus regit. Quòd anima in corde, & cor sensus principium, non cerebrum.

A gressu, animam reipsa vnam, substantia simplicem, facultate triplicem, in corde velut in centro residere. Cerebrum autem sensus expers, non aliter quàm quoduis excrementum: nec sensus illius causam obtinere scribit idem cap. 10. lib. 2. part. animal. & cap. 2. lib. 5. de ortu animal. vbi principium sensuum esse cordis locum statuit. Præclarè tamen idem lib. de mundo ad Alexand. Augustius decentiúsque id existimandum est, Deum in summo loco ita esse collocatum, vt tamen eius vis per vniuersum mundum pertinens, tum solem lunámque moueat, tum cœlum omne circumagat, simúlque causam præbeat eorum quæ in terra sunt, salutis atque incolumitatis. idémq; cap. 2.

B lib. 1. de cœlo, Deus in cœlo ipse est, vt in opificij parte præstantissima: indéque incolumitatis causam rebus omnibus præstat. Qua ego similitudine persuasus, idem olim de anima scripsi, quæ in capite velut arce residens, vniuersam corporis molem suis vsa facultatibus moderaretur ac regeret. Rectè enim rursus idem lib. de motu animal. Non est necesse in quòque membro inesse animam: sed quia in quodam corporis principio est, cætera viuunt necessariò, quòd cohæreant: suis autem muneribus naturæ ducę funguntur. quam philosophi sententiam agnoscit Thomas cap. 72.

C lib. 2. contra gentiles. Rursus nostræ illius similitudinis fundamenta statim euertet Theologorum authoritas: sic enim respondebit Hieronymus comment. in Esaiam; Quòd dicitur Deus in cœlo esse, non est in Iudaïco more accipiendum, vt Deus vllo claudatur loco, & in cœlo tantùm habitet, qui vbique diffusus est, & à quo omnia continentur. sed excelsa & cœlos, meritò intelligamus sanctos, atque virtutes. cui astipulatur Augustinus cap. 29. lib. 22. de ciuitate Dei: Non enim quia dicimus Deum in cœlo esse & in terra (ipse quippe ait per prophetam, Cœlum & terram

D ego impleo) aliam partem dicturi sumus eum in cœlo habere, & in terra aliam. sed totus vbicumque est non alienis temporibus, sed vtrumque simul, quod nulla natura corporalis potest. hæc illi omnino grauiter & verè, vt olim lib. de animæ sede sumus assensi. & verò Aristoteles ipse locis nuper citatis, cùm Dei tabernaculum inquirit, ita subiecit cap. 1. lib. 1. de cœlo: Deus in cœlo ipso est. vel potiùs extra supráque cœli mundique ambitum, respondet ibidem cap. 9. sed de hoc aliàs: nisi hoc interim ex Homero, altissimam & maiestate deorum dignissimam sedem, cœlum nempe depingente, lubet velut

I commune gentium de æternis immortalium deorum sedibus testimonium inferere.

Οὐρανὸν ἆν ἐγὼ φαμὶ θεῶν ἕδος αἰπὺν ἁπάντῃ
Ἔμμεναι, ὄφρ' ἀνίησιν ὑπήνεμον, ὄφρα μὴ ἄμπνοαι
Δάλλωσι, πνοιαί τε κατισχέμεν· αὐτὰρ μὰν αὖτε
Πίπτουσι ἀνίησιν, λευκὴ δ' ἐπιδέδρομε αἴγλη,
Τῷ ἐν τέρποντο μάκαρες θεοὶ ἤματα πάντα.

Augustinus noster (quem vnũ optimum totius antiquitatis interpretem omnes ferè agnoscunt) in hanc quæstionem de sede animæ varijs locis incubuit: ac lib. 6. de Trinitate, & lib.

Deus ubique. Dei sedes ubi. Cœlũ, sedes deorum tutissima, quã

de animæ quantitate, & epist.28. Animam sua essentia vnam, totam esse in toto corpore, & totam in qualibet eius parte adstruit. Quoniam sua essentia, perfectio indiuidua est. quare nisi tota secundùm essentiam in qualibet parte animata esse non potest. Facultatibus tamen variè diuiditur, & secundùm eas, in varijs partibus quæ illis subseruiunt, varia esse dicitur: vt in oculo facultas videndi, in auribus audiendi. In corde tamen sedem habere dici potest, quia in eo affectus animæ primi sunt maximéque necessarij. qua de re idem in opere de quæstionibus disputatis artic.4. & 10. Quorsum ferè respiciebat Plotinus ille lib.1. de dubijs animæ cap.23. Cùm animatum corpus (inquiens) sit ab anima illustratum, aliam corporis partem dicimus aliter hinc accipere: atque secundùm instrumenti aptitudinem ad opus, ferentem secum vim ad opus accommodatam. Sic nominari potentiam quidem in oculis visualem, in auribus auditiuam, in lingua gustandi, in naribus olfaciendi compotem: compotem verò tangendi ponere solemus in toto: ad hanc enim perceptionem, corpus totum, velut instrumentum animæ subministrare videtur. vbi mox de cerebro neruorum origine, & fortè animæ sede iuxta suum Platonem, vt patuit. Origenes verò cap.1. lib.2. de principijs, Cor in sacris literis pro mente & intelligendi virtute frequenter vsurpari dicit. quam metonymiam continentis pro contento iam pridem sum interpretatus. & quoniam cæteris videor vtcumque satisfeciſſe nostro illo problemate, An sedes animæ in capite, vel in corde, vel vbi denique sit, placet attentiùs Augustini verba & locum deinceps legendo mihi obuium vnum & alterum expendere, primum ex cap. 6. lib. 6. de Trinitate. Creatura spiritualis (ait) vt est anima, in comparatione quidem corporis est simplex: sine comparatione verò corporis, est multiplex, & non simplex. quæ ideo simplex dicitur respectu corporis, quia mole non diffunditur per spatium loci, sed in vnoquoque corpore & tota anima est, & in qualibet eius parte tota est. & ideo cùm sit aliquid in quauis exigua particula corporis, quod sentiat anima, quamuis non fiat in toto corpore, illa tamen tota sentit, quia totam non latet. Sed tamen nec in ipsa tota anima vera simplicitas est: cùm enim aliud sit, artificiosum esse, aliud inertem, aliud acutum, aliud memorem, aliud cupiditas, aliud timor, aliud lætitia, aliud tristitia: possintque hæc & alia huiusmodi innumerabilia in animæ inueniri natura, & alia sine alijs, & alia magis, alia minùs. manifestum est non simplicem, sed multiplicem esse animæ naturam. nihil enim simplex mutabile est: omnis autem creatura mutabilis est: nulla ergo creatura verè simplex est. Cui sententiæ quoniam consentientem alteram Ambrosij & proposui & explicaui, nihil habeo necesse nunc pluribus insistere vel explicare vel distinguere. Sed quia Augustinum semel memini, & præ manibus habeo, huius de animæ partibus & functionibus præcipuis hæc iuuat cõsequenter subijcere ex lib. 14. de Trinitate cap.8. Licet humana mens non sit eius naturæ, cuius Deus est: imago tamen illius, quo nihil melius est, ibi quærenda & inuenienda est, quo natura nostra nihil habet melius, id est mente. In ipsa etiam mente, antequàm sit particeps Dei, eius imago reperitur. etsi enim amissa Dei participatione deformis sit, imago tamen permanet. Eo enim ipso imago Dei est mens, quo capax eius est, eiúsque particeps esse potest. Iam ergo in ea Trinitatem, quæ Deus est, inquiramus. Ecce enim mens meminit sui, intelligit se, diligit se. hoc si cernimus, cernimus Trinitatem, nondum quidem Deum, sed imaginem Dei. hîc enim quidam apparet Trinitas memoriæ, intelligentiæ & amoris. &c. vbi & loco amoris, voluntatem supponit. quas tres functiones animæ præcipuas pridem ex Aristot. exposui. Ecce autem illius summæ vnitatis atque Trinitatis, vbi vna est essentia & tres personæ, imago est humana mens, licet impar. Mens autem hîc pro animo accipitur, vbi est illa imago Trinitatis, ait P. Lombardus lib.1. distinct.3. Propriè verò mens dicitur, vt ait idem Augustinus lib.15 de Trinitate cap.7. non ipsa anima, sed quod in ea est excellentius, vt iam inde ab initio huius operis monui. Qua distinctione vti solet vafer alioquin Aristoteles, cui νοῦς, mens; ψυχὴ, anima dicitur: & quidem νοῦς καὶ ψυχὴ quomodo differant. νοῦς μόνος θύραθεν εἰσιέναι, mens sola forinsecùs accedere, & sola diuina esse, cap.3. lib.2. genera. animal. perhibetur. ibidémque & 10. ethic. τοῖς θεοῖς συγγενικώτατον, mens dijs cognatissima. χωριστὸν τῷ σώματι, à corpore separabilis. ἀμιγὲς καὶ ἀπαθὲς τῷ εἴδει, mixtionis & passionis exors sua essentia. denique ὃ μόνον ἀθάνατόν ἐστι καὶ ἀίδιον, id solùm immortale atque sempiternum, ait lib.2. de anima, ex quo Aphrodiseus, ὥστε ἀΐδιον ἄνθρ. τοῦτο ὁ νοῦς ἐστι καὶ οὐκ ἐνέργεια, igitur forma immaterialis, mens est propriè & actu. atque idem ille lib.2. de anima, νοῦς, ψυχῆς εἶδος, καὶ τῶν μόνον ἀδύνατον χωρίζεσθαι, mens, animæ genus, idque solum separari contingit à corpore. aptè indicans, τὸν ψυχὸν, animam ipsam morti obnoxiam. Quæ mihi quidem vera solutio videtur contrariarum de Aristotele opinionum, quarum aliæ immortalem ipsi animam visam affirmant, aliæ morti obnoxiam mentur. in illa fuerunt Simplicius & Michaël Ephesinus & Theodorus Metochytes, & Thomas Theologus: in hac autem, Plutarchus, Alexander Aphrod. Origenes, Theodorus Cyrensis, Gregorius Nyssenus & alij. Atticus autem Aristotelem sepiæ pisci comparabat in asserenda animæ immortalitate, quòd in hac quæstione omnia magna obscuritate inuoluat: vt cùm ex vna parte premitur, in alterum possit euadere. atque ille sic apertè remota ambage, 11. metaphys. ὁ δὲ ἐκ τούτων τὸν Σωκράτη, σκοπεῖν, εἰ καὶ ἡ ψυχὴ συνδιαφθείρεται τῷ σώματι, ἢ ὁ νοῦς· τοῦτο γὰρ ἀθανάτῳ ἔοικε. An aliquid in posterum perduret, considerandum est, vt vtrùm anima sit aliquid eiusmodi, non omnis quidem, sed mens ipsa: siquidem omnem animam immortalem dicere forsan fas non est. atque hæc mihi de Aristotele dicta sint, cuius de anima sententiam lib. de im-

Quòd anima in toto & parte qualibet.

Quomodo anima in corde.

Partes corporis ab anima quomodo contineantur.

Cor de mente.

Anima quomodo simplex & multiplex.

Anima in toto & parte qualibet.

Partium sympathia vnde.

Anima, dei imago, & probatio.

Anima, Trinitatis exemplar, quà.

Mens quid sit.

Mentis dignitas & prærogatiuæ, & quòd sola immortalis.

ψυχὴ, mortalis apud Arist.

An Aristoteli anima immortalis videatur, vel secùs.

Similitudo.

Mens est immortalis, non anima.

mortalitate animæ aduersus Galenum pridem & expoſui & explosi velut inuram atque infidam.

De internis functionibus animæ iam multa dixi ex Platonis Academicorúmque opinione, & ex Aristotelis Peripateticorúmque, & ex Zenonis Stoïcorúmque sententia, tum alibi, tum lib. de risu & lib. de sede animæ in corpore, & mox dictis adijciam nonnulla: nunc autem ad Augustinum reuertor. cui haud absimile est illud D. Bernardi in cantica cantic. Vita, anima est viuens quidem, sed ipsa: & per hoc, non tam viuens, quàm vita, vt propriè de ea loquamur. Inde est, quòd infusa corpori viuificat illud. vt sit corpus de vitæ præsentia, non vita, sed viuens. In hoc autem gerit anima similitudinem quandam cum Deo, quòd non solùm est vita, sed etiam viuificans. Sequitur etiam vt sit immortalis: quoniam cùm sibi ipsi vita sit, sicut non est quò cadat à se, sic non est quò cadat è vita. idem rursum Augustinus lib. 1. de doctrina Christiana; Magna quædam res est homo factus ad imaginem & similitudinem Dei: non in quantum mortali corpore includitur, sed in quantum bestias rationalis animæ honore præcellit. sic verò distinguit lib. de quantitate animæ, Anima facta est similis Deo, quia immortalem & indissolubilem fecit eam Deus. Imago ergo ad formam pertinet, similitudo ad naturam. Sic Gregorius Nyssenus lib. de anima & resurrectione; Nihil in anima eximium est & insigne, quod non etiam diuinæ naturæ proprium sit. qui enim similitudinem Dei, animam esse dixit, quicquid à Deo alienum est, extra definitionem animæ esse declarauit: quoniam in diuersis ac differentibus similitudo conseruari non potest. itaque quia nihil quod ad duas inferiores facultates irascendi & concupiscendi pertinet, in natura diuina cernitur, ne animæ quidem has insitas & coëssentiales existimari rectè potest. sed de similitudine Dei ad hominem nos quidem iam multò antea ex vtriusque generis authoribus, & sacris potissimè: ac de functionum animæ præcipuis partibus facultatibúsque pòst paulò. Ad illam autem Augustini sententiam de anima per totum corpus diffusa, si philosophicè agere placet (alioqui enim tanto doctori vel citra rationē vllam, certa fides vtique habenda sit) præter multas alibi à me dudum productas rationes, quo de sede animæ egi problemate, hanc Aristotelicam non inefficacem animaduerto, quam nuper attigi, & nunc prolixiùs recito ex lib. de communi animalium notione sub finem; Animal sanè ita constitutum esse iudicare debemus, vt ciuitatem legibus bene institutam & temperatam. in hac enim postquàm administrationis ratio semel instituta est, nihil oportet absentem principem rebus singulis quæ gerantur, interesse: imò verò quisque officijs fungitur suis, vt mandatum est, & aliud post aliud ex consuetudine administratur & instituto. In animalibus hoc ipsum tum per naturam efficitur, tum quòd singula quæ ita constituantur, ad munera sua exequenda probè affecta sunt. Quo-

Anima viuificat corpus & immortalis.

Anima dei similis in quo.

Homo, Dei similitudo, quatenus: item q; imag. qui. Anima, Dei similitudo, qui.

Ira & cupiditas ab anima aliena.

Quòd non necesse sit animam esse in parte qualibet.

Animalis ciuitatis politica cōperatio.

circa opus non est in quòque membro animam inesse: sed cùm in certo principio consistat, & reliqua membra quòd illi adiungantur, viuunt, atque officia per naturam obeunt sua. Has rationes diuersas, & sententias, vt videri potest, sibi repugnantes authoritatésq. clarissimorum virorum placuit huc inserere, velut dignas quæ legantur & expendantur. Enimuerò D. Augustini sententia illa cum D. Ambrosio communis & Chrysippo Stoïco atq. Xenocrate & Proclo Platonicis, vt pridem singulorum opiniones collegi nostro illo de sede animę libello, videtur vtcumque non de rationali & immortali anima tam latè per corpus vniuersum diffusa, necessariò intelligenda, quæ nulla vi externa lædi aut afflici potest, nec ipsa corposis languorem persentiscere: sed potiùs de anima illa, quæ sensitiua à philosophis denominatur, quæque omni animanti inest, nō homini tantùm, vitæ præses, rerúmque lædētium aut iuuantium discretrix, vitæque huius moderatrix, voluptatis & doloris vim sentiēs, atque vt credibile videtur, vnà cùm corpore extinguenda, vt olim interpretabar illud Leuitici 17. Anima omnis carnis in sanguine est. Hanc eandem Stoïci videntur Naturam interdum appellare: quam Plato & Aristoteles animam cómuni nomine cum illa immortali, sed reuera diuersam nominant, sicuti pridem pro Platone cōtra Galenum distinximus. Hinc illud Augustino persimile est, & velut ab eodem per imitationem expressum ex Hipp. lib. de locis in homine; Corpus porrò ipsum sibi ipsi idem ac simile & ex ijsdem compositum est. similiter autem habet & paruas & magnas partes, itémque infernas ac supernas. & siquis minimam corporis partem acceptam malè afficere velit, totum corpus affectionem sentiet, qualiscumque tandem ea fuerit. propterea quòd minima corporis pars omnia habet quæcumque maxima. insuper quicquid tandē minima pars pertulerit, ad gentilitatem refert ac transfert vnaquæque ad suam, siue bonum siue malum id fuerit. Eapropter corpus & dolet & lætatur cum minima gente: quia in minima omnes insunt partes, & hæ ad gentiles sibi ipsis singula transferunt & omnia denuntiant. quem mihi locum insignem videor aliàs protulisse, vbi de sympathia partium corporis vniuersi agetem. Hanc autem animam mortalem finxit Plato & ita discreuit in Timæo. *καὶ τὸ μὲν θνητὸν αὐτοῦ ὁ τῶν θεῶν γένναις δημιουργὸς, τὸ δὲ θεῖον αὖ τὸν τοῦ θείου σπείρων ἡγεμόνα δημιουργῶν ἐκμιμεῖται· οἱ δὲ μιμούμενοι ἀθανάτου θνητὸν ἐμποιοῦντες ψυχὴν ἀθάνατον, τὸ μὲν θνητὸν σῶμα αὐτῇ ἐκπυρώσουσι, ἐχυρὰ γε ἄνευ τε σώματα ἰδόντες, ἄνευ τε θεὸς ἐν αὐτοῖς ψυχῆς ἐκτελεσθήσεσθαι θνητὸν, ἀρνὰ δὲ καλῶς ἐν αὐτοῖς πεφύσθαι ἔχει.* id est, Diuinorum quidem Deus ipse est author, mortalium verò generationem natis suis tradidit absoluendam. illi igitur suum imitari parentem, principiúmque animæ immortale suscipientes, animam ipsam mortali corpore clauserunt, totúmque corpus animæ quasi vehiculum subdidere: atque in eo alia aliam animæ speciem mortalem fabricauerunt, quæ grauibus necessariísque perturbationibus

Anima sensitiua, quæ vbi, qualis.

Corpora & partiū sympathia vide.

Anima sensitiua est mortalis.

Homi à quibus condit.

Corporis ad animam analogia.

Anima quæ mortalis, & quæ immortalis.

Anima bestiarũ motiua & plãta omnium.

Anima in homine triplex, quomodo.

Mens immortalis, quæ.

Anima mortalis, quæ.

Mẽs actiua à corpore secreta.

Mẽtis dignitas & prærogatiua.

Mens quĩ se intelligat.

Mens simplex, separabilis, actus eſt æterna.

Anima qui percipiat externa.

Anima eſt forma.

Quòd homo microcoſmus, cur.

afficeretur. Qua loquendi forma, duplicem vel adeo triplicem fingit in nobis animam inesse, immortalem illam diuinámque & intelligentem, cui domicilium in capite assignat: alteram mortalem per totum corpus diffusam, nostri corporis altricem, & fortè nobis cum cæteris non modò animantibus communem, quæ sensibili facultate pollent, in quibus anima sensitiua denominatur, sed ipsis adeo plantis ac stirpibus, vbi anima vegetatiua dici consueuit, cuius illa beneficio & viuunt & adolescunt. Ac si locis secludere in nobis placet, geminam statim illam effecerit, vtramque nihilominùs interitui obnoxiam: quarum vna in corde residere, & iracundæ parti præesse dicitur: altera in iecore, concupiscibili potestati præfecta, vti pridem exposuimus eiusdem authoris secuti vestigia, triplicem animam pro triplici animæ facultate metonymicῶς interpretati, & Galeni dubio, eiusmodi solutione ac distinctione satisfacere conati. Quinetiam Aristotelis eôdem inclinare ac propendere visa est sententia, qui cap. 5. lib. 3. de anima ita scripsit: Atque hæc quidem mens separata est, non permixta cum corpore, & impatibilis, cùm agat natura sua. & paulò pòst, Separabilis autem hæc vna est naturâ sua, & quicquid ipsa est, eáque sola immortalis æternáque est. Anima autem quæ vim patiendi & quasi accipiendi habet, interit. Mens autem Deo similima, ait idem cap. 7. lib. 12. metaph. Vnde cap. 3. lib. 2. generat. animalmentis actionem propriam esse, neque cum corpore communicare ait. Atque vt anima corpori præstat, ita mens præstantior est animâ. omnium naturarum (quarum decem genera facit) expers: vt omnia intelligat ἀπαθὴς, cùm sit simplex, nullámque partem corporis informet: neque ad intelligendum, instrumento vllo vratur, ait ijsdem libris. Tamen ad sentiendum, instrumentis vtitur corporeis. suam verò energiam & actum materia vacantem contemplatur. cùm autem suam ipsius energiam, nonnisi seipsam contemplando, intelligat, sine materia & sine contrario cognoscit, quæcumque in se contemplata fuerit. *εἰ δὴ νοῦς μὴ ἕξις ἀπαθὴς ἀλλὰ δυνάμει τοιοῦτος, τῷ ἐνεργείᾳ ἕξει, τῇ χωριστὸν.* Sicut verò nihil inest contrarium cauſsarum, illud seipsum intelligit, éstque actu, idémque separari potest ait idem lib. 3. de anima. Nihil enim est quod extra mentem consideratum, penitus simplex sit, & contrariorum omnino expers, ac pura synceráque natura existat. Quocirca sempiternum sit atque corruptione & interitu vacans, cuius actus & energia contrariorum non fuerit, ait ibidem commentator. Res autem percipiuntur ab anima non per se & simpliciter, sed per species & formas. rerum autem formas omnium complectitur anima sensu & *λόγῳ* siue *νοητικῷ*. Est enim mens siue animus, forma omnium formarum quæ intelliguntur: sensus autem, species est, qua percipiuntur species omnes quæ percipiuntur ac sentiuntur. Ideo homo iure *μικρόκοσμος* est, cùm sit quodammodo omnia, vt mox edisseremus speciali quodam problemate. Platonis autem illam dubiam orationem sic doctus interpres enucleat Marsilius Ficinus lib. 2. epistol. ad Donatum; Quæris nunquid Peripateticis illis adhibenda sit fides, qui Platonem, quòd plures in homine animas, scilicet rationalem, irascibilem, concupiscibilem collocarit, calumniari non dubitant? Respondeo quidem vnam tantùm esse animam, per quam pluribus eius viribus hæc omnia facimus. quemadmodum corpus ignis vnum, tribus qualitatibus sufficienter agit tria: luce enim fulget atque illuminat, leuitate celer ascendit, calore calefacit & vrit, atque in qualibet ignis particula pariter tres hæ facultates vigent, súntque loco simul, quoad tamen inuicem proprietate distinctæ. sic animæ substantiæ vna eadémque sufficienter posse videntur tribus vicibus officia exequi tria. &c. Illud idem iam antè, excusso tandem veterno, Galenus agnouerat, aut saltem iam antè callidus & vafer dissimulauerat: sic enim fragmento commentarij in Timæum Platonis de rebus medicis; Superest vt eorum mentionem faciamus, qui vnam asserunt esse animæ nostræ substantiam, quæ tres facultates, rationalem, irascibilem & concupiscibilem habeat. cùm & ipse etiam Plato speciem animæ ipsam concupiscibilem esse dixerit, quæ haud quidem in stirpibus, aliam verò in nobis, sed eandem naturam habeat, atque in iecore sedem obtinere, non eodem profectò loco, vbi irascibilis & rationalis habitant. quod tamen rationi consentaneum erat, si vnius substantiæ tres illæ essent facultates, quemadmodum illi asserunt, qui cor eiusmodi esse supponunt. Iure enim illi vnam statuentes substantiam animæ, tres ipsius esse maximè generales facultates dicunt. Plato verò non eandem esse rationalis partis animæ substantiam, quæ est ipsius irascibilis & concupiscibilis, sed inter sese diuersas asserit: ac sæpius quidem rationem cum irascibili pugnare: nonnunquam verò irascibilem rationali aduersus concupiscibilem in corpore habitantem opitulari. hæc ille. Gregorius autem Nissenus lib. de creatione hominis cap. 15. Notandum est, ait, quòd vna vis est tantummodo vitalis, altera verò sentiendi, tertia ratiocinandi & intelligendi. Sed nemo per hæc existimet tres animas in hominis conformatione proprijs circumscriptas esse limitibus, & velut ex pluribus eam credat esse conflatam: cùm vera & perfecta vna sit anima naturaliter spiritualis & intelligibilis, quæ per sensus miscetur materiali substantiæ. Sic paulò antè ex D. Augustino diximus, Animam sua essentia vnam, totam esse in toto corpore, & totam in qualibet eius parte: facultatibus autem variè diuidi, & secundùm eas, in varijs partibus, quæ illis subseruiunt, variam esse dici. Iustinus autem & martyr & philosophus quæstione 77. ita respondet: Naturæ omnes & quæ creatæ sunt, & quæ rationis sunt participes, duplicem percipiendi vim

Anima vna an plures in homine.

à sensu.

Quòd anima vnica in homine.

Anima vna & tres eius facultates locis distinctæ.

Anime tripliciis an substantiæ vnæ, vt sides vna vel plures.

Tres animæ vires, sed non anime totidem.

Quòd anima vnica.

habent, ſentiendi vnam, alteram intelligendi: & *ἀναπνοὴν* quidem quæ dicitur, qua & ſe ipſæ & ſe inter ſe percipiunt: intelligendi autem, qua notitiam eius quod ſupra eas eſt. Non igitur corporis operâ, animæ, ea percipiunt, quæ ſenſibilia ſunt: ſed anima ipſa præſentiâ ſua ſenſum ſuppeditans & afferens, animantem ſenſus participem facit: & quodammodo ad corpus particeps eſt ſenſus; quodam autem modo ad ſe, ſenſus eſt compos. nec vnquam anima moritur; mors enim eſt eorum quæ animata ſunt, non autem animæ. Verùm ad Platonis mentem ſic conſentaneè rurſum Ficinus cap. 3. lib. 18. de theologia Plat. Ego verò in eadem Platonis doctrina dicere malim, humanam animam ſuapte eſſentia, actum eſſe efficacem & ad ratiocinandum potentem: cuius ſolus Deus pater eſt opifex: quoniam ab illo ſolo manat actus omnis ratiocinandi & intelligendi, qui proprius eſt eiuſdem eſſentiæ. Itaque ſolam facultatem ad intelligendum & ratiocinandum, quæ potens & efficax, atque ad agendum, non ad patiendum comparata, ad eius eſſentiam pertinere, & ab illo Deo datam eſſe, qui in eadem author eſt & opifex eſſentiæ. reliquas verò duas, iraſcendi & concupiſcendi, non eſſe ad agendum comparatas, ſed potiùs ad patiendum. Quare has redundare in animam ex corpore, in quo principium eſt humanæ naturæ alterum, non ad agendum efficax, ſed ad patiendum tantùm comparatum. Itaque facultates hæ cum corpore enatæ, cum eodé deponuntur; mortaléſque iccirco apud Platonicos eſſe dicuntur. quod docet per ſimilitudinem ab artificibus peritis, & vitioſis inſtrumentis. Sed de his iam plus ſatis, ne alibi dicta cogar retexere ex lib. de immortalitate, déque ſede animæ, & probl. de riſu: vbi præter illa Platonica, etiam ex Ariſtotele duplicem inſtitui animæ facultatem primariam; vnam apprehenſiuam, ad quam ſpectant quinque ſenſus exteriores, & tres interiores, de quibus nunc agere inſtitui: alteram autem naturæ vim motiuam appellant; ad quam ſpectare credunt appetitiones ſeu motus animorum, quas perturbationes dicimus. ad appetitiuam autem referunt iraſcibilem, concupiſcibilem & voluntatem, vt illic expoſui, quid à Platone Ariſtoteles diſcrepet, aut in quo conſentiat, declarans, & quid de facultatibus naturalibus, earúmque numero & viribus, animæque potentiis ſentiat: de his (inquam) iam ſatis alibi.

Illud porrò ſubiungam etiam alibi à me demonſtratum & variis rationibus atque authoritatibus confirmatum; Tres eſſe præcipuas animæ rationalis facultates (Galenus communi nomine *ἡγεμονικὸν* appellat lib. 8. de vſu partium) quas interiores functiones appellant; vnam imaginandi & rerum notionem formámque & qualitatem percipiendi; alteram diiudicandi intelligendíque; tertiam & poſtremam recordandi reminiſcendíque. quam vniuerſam animæ functionem interiorem, & à ſenſibus atque corporeis organis paulùm remotam, in capite locare non modò receptum eſt: ſed etiam iuxta quorundam opinionem (cui tamen aduerſari nonnullos video) etiam locis ſeparare atque dirimere: ita vt anteriore capitis parte, *φαντασία* ſiue imaginationem locare viſum ſit, quà fortè anticis cerebri ſinibus locus eſt: poſteriore autem parte, memoriam ſeu recordationem, quà fortè quartus & poſtremus eſt ventriculorum cerebri: media dénique parte, quà fortè tertio ventriculo locus eſt, iudicium, ratiocinationem, intelligentiam (variis enim nominibus appellant) fortitò ſibi ſedem legiſſe affirment. Hoc vtique ſentiebant & obſcuriùs indicabant Thomas, Albertus, Scotus & nonnulli ſcholaſtici theologi, cùm dicerent, Hominis cerebrum tribus donari vẽtriculis: atque horum primum frontíque conterminum, ſenſus communis ventriculum vocari, quòd ab hoc quinque ſenſuum nerui ſuis inſtrumentis deferantur; quórque dein horum neruorum beneficio, odores, colores, ſapores, ſoni & tactiles qualitates in ipſum pertingant. Ac proinde illi homines præcipuum primi ventriculi munus eſſe cenſent, vt obiecta quinque ſenſuum is recipiat, illáq. meatu quodam in ſecundum ventriculum in capitis medio repoſitum tranſmittat, vt iſte de obiectis imaginari, ratiocinari & cogitare poſſit. Secundo enim ventriculo cogitationem ſeu rationem tribuunt: tertium, qui occipitium ſibi vendicat, memoriæ conſecrantes. In hunc namque ſecundum ventriculum omnia quæ ex obiectis illis memoriæ mandari ſtatuit, commodè deponere aſtruunt. Subiicientes dein tertium ventriculum iſta, proùt humidior ficiórve eſt, aut ocyùs aut tardiùs ſibi velut in ceram, vel contrà, tanquam in lapidem duriorem inſculpere, & pro ſculpturæ leuitate aut difficultate, quæ ipſi delegantur, aut breuiori aut longiori temporis interuallo aſſeruare. Cæterùm hunc tertium ventriculum illa non ſibi aut retinere aut inſculpere docent, ſed ſecundi ventriculi gratiâ: nimirum vt quoties hic de aliquo memoriæ ſinui concredito, ratiocinari inſtituit: ille ocyùs hoc quicquid eſt, in ſecundum ventriculum mandet, ac veluti in rationis officinam verſandum exporrigat. hæc ferè ex illorum ſententia traduntur, & interim reprehenduntur tamen ab Andrea, velut figmenta non ſine graui impietate excogitata, vt obiicit viris bonis, & Dei artificium libera mentis agitatione prædicantibus. Qui aut ſuam aut maiorum ſententiam ſecuti, venia quàm tam grandi & atroci calumnia digniores mihi videbantur. ſic enim longè ante illos D. Auguſtinus veluti viam huic opinioni præſtruxerat lib. 7. cap. 18. ſuper geneſi ad literam: Quoniam corporalis motus qui ſenſum ſequitur, ſine interuallis temporum nullus eſt: agere autem interualla temporum ſpontaneo motu niſi per adiutorium memoriæ non valemus: ideo tres tanquam ventriculi cerebri demonſtrantur: vnus anterior ad faciem, à quo ſenſus omnis: alter poſterior ad ceruicem, à quo motus omnis: tertius inter vtrumque, in quo memoriam vigere demonſtrant: ne cùm ſenſum

Vis animæ duplex, quæ.

Anima quomodo percipias ſenſibilia, & eius energia, & quòd immortalis.

Anima quid, & quatenus mortalis vel immortalis.

Anime facultatum genera.

De facultatibus tribus animæ interioribus, & earum ſedibus.

Phantaſia.

Memoria.

Ratiocinatio.

Senſus communis vbi.

Cogitatio vbi: item memoria.

Memoria cur tenax aut labilis.

Functiones animi quæ communicent.

Memoria ad rationis analogia, & mutuum auxilium.

N. tuetur hanc ſententiæ auctores.

Memoria quæ ſit.

Ventriculorum cerebri vſus.

motus ſequitur, non connectat homo quod faciendum eſt, ſi fuerit quod facit, oblitus. Vbi & cur in faciem Deus inſufflauerit, velut digniorem, & à qua ſenſuum origo eſt, vt motus à poſteriori, inquirit. Anterior quippe pars poſteriori meritò præponitur, quia & iſta ducit, & illa ſequitur: & ab iſta ſenſus, ab illa motus eſt: ſicuti conſilium præcedit actionem. hæc iſte vir pius & doctus ad illorum ſententiam propiùs accedens, quam & alij plerique recipiunt; In antica parte cerebri eſſe rerum perceptionem imaginationémque ſenſibus proximam ſuis velut internuntiis ac miniſtris: in media autem, iudicio & æſtimationi accuratiori: in poſtica denique parte, velut capſula quadam, rerum ſenſibus perceptarum & ſenſui communi repræſentatarum, iudicióq. acriori perpenſarum atque æſtimatarum fideliſſimam cuſtodem memoriam. Quanquam reuera ſuperuacaneum ſit, vnius & eiuſdem animæ facultates diuerſis locis ſecludere, cùm vna & eadem numero anima, vbi vbi ſit, ſuas omnes ibidem actiones exerat, præſertim proprias & peculiares & à ſenſibus remotas, & quas interiores ſolent appellare, ſicuti problemate de ſede animæ aduerſus Platonem & reliquos philoſophos diſſerui. Illa tamen diſtinctio & ratiocinatio præter iſtos viros bonos, & theologos ſagaces atque acutos, neque idoneis adeo caruit medicis authoribus, præcipuè ex Arabum familia præſertimque Rhazis & Haly & Auicennæ teſtimonio comprobata. quibus etiam inter Græcos vtique Galenus adſtipulari videtur, ſimodò eius eſt liber qui de oculis inſcribitur, cuius caput 2. part. 2. ita ſcribit; Regitiua verò actio per ſe ſolùm tribus modis eſt: phantaſia in fronte, ratio in medio, memoria in puppi. & poſt deſcriptionem ventriculorum cerebri nuper commemoratam, ſubiicit; Via quæ eſt à medio ventriculo ad puppim, non eſt aperta: habet enim portam, in qua quoddam obſtaculum eſt, cuius forma eſt ſicut pinea, quam anatomici vermem vocant, ſed fermè ſemper clauditur. Vnde cùm ſpiritus qui eſt in puppi, fuerit motus, fit memoria: cùm is qui eſt in medio, fit intellectus & ratio: cùm ille qui eſt in prioribus, fit ſenſus communis & phantaſia. vbi mox de temperamento cerebri frigido, propter multitudinem ſui motus, quo fiunt memoria, intellectus & imaginatio. nam ſi cerebrum calidum eſſet, memoria inſtabilis eſſet: memoriæ verò requies & ſtabilitas eſt neceſſaria. itémque de cerebri temperamento humido, vt in eo velociter imaginatio formaretur, & citò ſenſum qui eam dirigit, ſuſcipere poſſet, & velociter ad audita diſcernendũ moueretur. & quæ indidem paulò antè citauimus. idem verò ipſus Gal. cap. 3. lib. 3. de ſympt. differ. actionum à principe facultate prodeuntium noxas proſequitur, & triplici genere manifeſto diſtinguit: Primo imaginationis, ſecundo cogitationis ſeu ratiocinatricis, tertio memoriæ. quarum ſingulatum exempla proponit: primi generis, de imaginatione vel reſoluta, vt in caro & catalepſi; vel aberrante, vt in delirio; vel deficiente, vt in veterno. ſecundi generis, de cogitatiua ſeu ratiocinatiua vel reſoluta, vt in dementia; vel deficiente, vt in ſtultitia; vel aberrante, vt in delirio. tertij generis, de memoria iiſdem modis labefactata, vel Thucydidis teſtimonio de peſte Attica. denique imaginationis cum ratiocinatione ſimul læſæ exempla profert, aut ſingulatim alterutrius, aut memoriæ cum iſtarum altera vel vtraque: qualia nos vtique exẽpla haud infrequenter vidimus tum in peſtilenti conſtitutione, tum in aliis virorum morbis, ſed virginum mulierúmque frequentioribus. Peripatetici alio quodam modo, duce Ariſtotele, partiuntur principes iſtas animi functiones, tribus dictis illis ſenſum communem adiicientes, ob id dictum forſan, quòd percipiendis omnibus omnium externorum ſenſuum functionibus ſeſe ex æquo accommodet, illorúmque omnium ſolus ipſe ſenſata percipiat: quod nulli externorum ſenſuum accidere Ariſt. lib. 3. de anima tradidit. ideóque hunc circuli centro comparat: vt enim ad hoc ductæ omnes à circunferentia lineæ tendunt: ſic ad illum velut iudicem, reliquorum ſenſuum perceptiones notioneſq. referuntur. Vnde Themiſtius ſenſum hunc primum ac principem vocandum cenſuit; quòd regis inſtar aut iudicis, velut in throno aut pro tribunali ſedens, ab externis illis quinque ſenſibus, ceu miniſtris fidelibus, ſingillatim viſa, audita, guſtata, odorata, tacta, tractatáque æſtimet ac dijudicet: ac proinde re quidem ipſa vnum ac ſimplicem; facultate autem varium ac multiplicem exiſtere Auerrhoës cenſet. Hanc animæ facultatem cum phantaſia & imaginatione in primoribus cerebri ventriculis collocant, velut à ſenſibus exorta, quæ formas rerúmque imagines à ſenſibus acceptas in ſe retineat ac veluti conſignet, atque illis abeuntibus, veſtigia in ſeſe conſeruet. vnde hæc in ſicco, velut ſolidiore; ille in humido, velut fluido & agili conſiſtat: eò quòd apprehenſio ex facili fiat: apprehenſæ autem rei & ſenſu communi perceptæ aſſeruatio perdurare debeat imaginationi diutiùs defigenda. Tertia demum princeps animæ facultas dicta ratiocinatrix, quæ conceptas animo ſpecies diſcernit ac dijudicat, altiſſimam cerebri ſedem, mediúmque eius ventriculum, ceu arcem tutiſſimam occupat. Quæ ſanè potentia dum in altiſſimis illis, ac nulli animantium generi, præterquàm homini, acceſſibilibus naturæ receſſibus adytíſque verſatur, rerúmque abdita perſcrutatur, diuidit, componit, intelligit, ratiocinatur, tum demum intellectus ménſque ob id vocatur, ſublimis illa mihi nuper celebrata vis animæ, nullis diſtricta corporis repagulis, nullis vinculis alligata, ſed ſoluta ac libera, nullo corporeo vſa organo, eodem momento ſumma & infima perluſtrãs, verum à falſo diſcernens, rerúmque omnium diſcrimen faciens. Quarta poſtremò memoria, res ſenſibus perceptas, à ſenſu communi expenſas, à ratione dijudicatas, velut cuſtos fidiſſima ſuis cellulis in poſtico occipitio receptat

Antica pars dignior.

Imaginationis, rationis & memoriæ ſedes, vbi.

Anima functiones non debent ſedibus diungi, cur.

Anima facultatum interiorum ſecus.

Vſus epiphyſeos vermiformis.

Actiones animæ interiores quæ fiant, & vbi.

Cerebrum cur frigidũ & humidum.

Tria genera functionum animæ, & earum ſymptomata.

N. Hic vide functionum animi indicat Gal. de ſedibus earũ diſtincta tacitè cogitaſſe, ab exterioribus ſemper inchoantem, per media ad extrema deuerſum.

Senſus communis qui, & quales.

à ſimili.

Senſus communis ut dignitate à ſimili.

1. Senſus communis & imaginationis ſedes communis, vbi, & earũdem proprietas.

2. Ratiocinatricis facultatis ſedes, & vis, item, quod mens & intellectus.

3 Memoriæ ſedes & vis.

ac recondit, & tanquam in arcano mentis thesauro, aduersus obliuiosam fragilitatis humanæ conditionem asseruandas suscipit ac tuetur. sed hæc mihi à Lyceo petita sufficient. de Galeno plura ex libris symptomatum & loc. affect. petere exempla licebit, quæ haud obscurè, functionum animi vt plura genera, sic & sedes distinctas commonstrant, & lib. 7. plac. Hipp. & Plat. velut ob oculos subiiciunt, itémque lib. 3. loc. affect. cap. 4. & 5.

Rhazis, antiquus author inter Arabes, lib. 1. cap. 1. Cerebrũ autem præter hoc quòd ipsum est origo sensus & motus voluntarij: est etiam secundum Gal. sententiam, imaginationis, cogitationis & memoriæ fundamentum. Imaginatio quidem in duobus ventriculis anterioribus perficitur: cogitatio verò, in medio expletur: memoria autem posteriorem possidet ventriculum. (alij addunt æstimatiuam, quam cogitatiuæ coniungo: formatiuam, quam imaginatiuæ: sensum communem, quem vtrique.) Auicennas tamen apertiùs & fusiùs rem eandẽ enucleauit: sic enim cap. 5. lib. 1. fen. 1. doctrina 1. Et virtus quidem comprehensiua occultè, scilicet animalis, est sicut genus quinque virtutum: vna est virtus, quæ vocatur sensus communis & phantasia: & apud medicos quidem sunt vna virtus: sed apud certificantes qui sunt ex philosophis, duæ sunt virtutes. Sensus enim communis, est illa quæ omnia sensu percepta recipit & ab eorum formis patitur, quæ in ipsa coniunguntur. Phantasia verò est illa quæ eas custodit, postquam coniunguntur, & retinet eas post sensus absentiam. & quæ harum duarum est recipiens, alia est à custodiente. hoc autem certificare est philosophi. sed qualitercunque fuerit, eius sedes, & operationis eius principium, est anterior cerebri ventriculus. Et secunda quidem est virtus, quam medici vocant cogitatiuam. sed certificatores vocant quandoque imaginatiuam, quandoque cogitatiuam (vbi de differentia secundæ huius ad primam.) Et huius quidem virtutis sedes, est ventriculus cerebri medius. & hæc quidem virtus, est instrumentum virtutis, quæ procul dubio in animali est occulta comprehensiua: & est existimatiua (vbi de eius distinctione à phantastica.) Tertia verò illarum quas nominant medici, est quinta aut quarta, cùm certificauerimus, quæ est virtus conseruatiua & memorialis. & est thesaurus eius quod peruenit ad existimationem de intentionibus imperceptis sensu extra formas eorum sensu perceptas: sicut phantastica est thesaurus eius quod peruenit ad sensum ex formis sensu perceptis. & eius quidem locus, est posterior cerebri ventriculus: reliqua virtus comprehensiua, est humana rationalis. & quæ ibidem plura nam lib. 3. fen. 1. tract. 1. cap. 2. cur cerebri substantia frigida humidáque sit, tum alias, tum eas affert rationes, quas nuper ex libello de oculis sub Galeni nomine attigimus. ibidem ventriculos cerebri ita partitur, vt indidem retulimus; meatúmque animalis spiritos, & huius vsum tum ad cætera, tum ad principes animæ functiones istas eodem pariter modo exponit. quem velut principem Haly abbas lib. 4. theor. cap. 9. æmulatur atque exprimit: & vtrumq. deinceps imitatur Ianus Damascenus lib. 3. sed multò expressiùs Constantinus Aphricanus multis locis: sic enim lib. de animæ & spiritus discrimine, vbi ventriculos cerebri describens, Spiritus animalis (inquit) transit ab ipsis ventriculis in spatium, & de spatio in ventriculum cerebri posteriorem, & per ipsum meatum, quo vadit à communi spatio, quod est in medio cerebri, ad posteriorem. Et in ipso transitu, id est introitu per quem vadit spiritus, habetur quædam particula de corpore cerebri similis vermi, quæ eleuatur & deponitur in ipso itinere. cùmq. fuerit hæc particula eleuata, aperitur foramen quod est inter commune spatium, quod iungitur ventriculis, & ventriculum posterioris cerebri: cùm verò deposita fuerit, clauditur. Cùm ergo apertum fuerit foramen, transit spiritus de anteriori cerebro ad posterius: & hoc non fit, nisi cùm necesse fuerit recordari alicuius rei, quæ tradita est obliuioni: tempore scilicet quo fit cogitatio in præteritis. Si verò foramen non foramen apertum, nec transit spiritus ad posteriùs cerebrum, nec recordatur homo, nec aderit ei responsio eorum de quibus interrogatur. Illa autẽ apertio foraminis, quæ fit per eleuationem illius corporis, quod assimilatur vermi, diuersa est in hominibus in celeritate ac tarditate. fit enim hoc in quibusdam tardiùs: & ideo fiunt tardæ memoriæ & tardi aspectus, ad respondendum multùm cogitantes. & ideo accidit ei qui vult recordari alicuius rei, vt caput suum valdè inclinet, vel inclinando illud retrò vertat, & immotis oculis sursum aspiciat. vt hæc positio vel figura sit ei quasi auxiliatrix ad foramen prædictum aperiendum, & vt ipsum corpus remouere possit sursum. Intellectus enim, imaginatio siue cogitatio, prouidentia atque cognitio fit per spiritum qui est in ventriculo qui participatur illis duobus ventriculis qui sunt in anteriori cerebro. Cùm ergo homo cogitauerit, vel aliquid præuiderit, necesse est vt meatus vel foramen quod est inter commune spatium, quod iungitur illis duobus ventriculis, qui sunt in anteriore parte capitis, & ventriculum qui est in posteriori eius, clausus sit; vt spiritus videlicet qui est in communi spatio, possit facere motas, vt confortetur, & fit hoc ei quasi augmentum fortitudinis ad cogitandum & intelligendum, vt sit fortior in cogitatione & intellectu, prouidentia ac cognitione. Et ideo accidit ei qui cogitat, mergere caput ad terram, & multùm aspicere eam: & sese incuruat, quasi scriberet aliquam scripturam, vel describeret in ea aliquas figuras. vt sit hoc quasi auxilium ad deponendum illud corpus quod diximus esse simile vermiculo super foramen illius decursus, per quod pertransit spiritus ad posteriora corporis, &c. ibidem paulò pòst, Si adfuerit impedimentum in parte cerebri media, & cæteræ partes eiusdem cerebri sint incolumes, destruitur cogitatio & cognitio tantùm,

Functionũ animæ diuisio.

Sensus cõmunis & phantasia affinitas & discrimen, & ambarum sedes.

Cogitatiuæ sedes & vis.

Memoriæ sedes & actus.

Spiritus animalis ductus.

Epiphysis vermiformis vsus mirificus.

Recordatio quũ fiat, & cur ocyùs aut tardiùs.

Memoriæ quo situ capitis excitetur.

Intellectus quũ fiat, & vbi.

Cogitatio quo situ capitis exercetur.

Subtilis inuentio, falsa tamen.

Memoria & cogitatio quũ afficiãtur simul aut seorsim.

& ſenſus ac motus manebunt æquales. Et ſi fuerit impedimentum in parte cerebri ſuperiori vel poſteriori, deſtruitur memoria tantùm: & erunt cæteri actus hominis æquales, id eſt recti. Si verò fuerit impedimentum in duobus ex his ventriculis, aut in tribus, & occupauerit totum cerebrum; erit impedimentum in cognitione & in ſenſu atque motu vniuerſaliter. Probatur ergo per hoc quod diximus, certiſſimè, quòd ille ſpiritus qui eſt in anterioribus ventriculis, operetur ſenſus: & cum his, *ωαντασίαν*, & ſpiritus qui eſt in ventriculo medio, operatur cogitationem & cognitionem atque prouidentiam [& qui eſt in poſtremo ventriculo, operatur] memoriam & motum. ſic enim locum reſtitui in meis correctionibus in medicos Latinos. ſed idem rurſus lib. 4. loc. commun. cap. 19. multò breuiùs totius orationis iſtius ſummam ſic contraxit; Spiritualis ſpiritus ſubtiliatus vadit ad ventriculos puppis per viam mediam medij ventriculi atq. puppis. quæ non ſemper eſt aperta, quia in cõcauitate ſua, à corpore vermem aſſimilante eſt clauſa. Cùm autem natura naturans expetat vt ſpiritum hunc ad puppim mittat, rugato vermi, ſpiritus cùm tranſiit, & vermis poſtea ſe claudit, vt priùs fuerat: Spiritus autem qui ad puppim pertranſit, motum ibi & memoriam facit. in prora immorans, ſenſum creat & phantaſiam. ſpiritu medij ventriculi, intellectus ſine ratio fit. hæc ille atque adeo plura, ſecutus Arabum placita ſcripſit. ac demum Arabiſta haud ignobilis practicus Io. Arculanus præfatione comment. in 9. lib. Rhaſis ad Almanſorem: Primus cerebri ventriculus, eſt ſedes & organum duorum ſenſuum interiorum, ſcilicet ſenſus cõmunis & phantaſiæ. eſt enim ſenſus communis in prima medietate ſecundùm longum: phantaſia in altera. qui ſenſus communis habet recipere ſpecies ſenſibilium exteriorum, eas componendo & diuidendo, non tamen per copulam verbalem. phantaſia verò habet pro paruo tempore huiuſmodi ſpecies reſeruare. vbi mox de vermiformi idem cum Conſtantino ex Auicenna repetit; quòd ea epiphyſi communem meatum claudente, non poſſint penetrare ſpecies de vno ventriculo ad alium. quod fit, cùm homo vult ceſſare à cogitatione & operationibus ſenſuum exteriorum: quod eodem meatu aperto contrà accidit. Ventriculus autem medius, velut tranſitus de primo ad tertium, ſedes eſt & organum duarum virtutum, ſcilicet cogitatiuæ, quæ habet componere, diuidere etiam cum copula verbali, & ex vno aliud inferre. & in ſecunda medietate eſt exiſtimatiua eliciens inſenſata ex ſenſatis. Tertius verò ventriculus in poſteriori cerebro figuræ pyramidalis, ſecundùm extremum magis latum, recipit ſpecies & intentiones. & ſecundùm ſtrictum, ipſas meliùs conſeruat. eſt enim organum virtutis memorariuæ, quæ eſt purè conſeruatiua. ſed hæc de Arabum familia ſufficiant.

Accedit præterea non ſpernenda ratio eiuſmodi; quod cùm animæ ſit ad corpus ſympathia quædam, & illa ſuas actiones omnes obire niſi in corpore bene temperato & conformato, vel vt loquuntur, debitè organizato nequeat: frequenti obſeruatum eſt experientia, quibus antica *ἐγκεφάλου* capitis deeſt, iis turbulentam & exiguam eſſe imaginationem; rerúmque perceptionem, atque vt Græci loquuntur, *κατάληψιν*; ſenſúmq. vocatum communem vagum & inſtabilem, incertum & inconſtantem. contrà quibus poſtica *ἐγκεφάλου* deeſt (proiecturam aut eminentiam dixeris) ij vt memoria ſint ferè nulla, eáque omnino fugaci & labili. denique quibus *ὀξὺ* caput & acuminatum exiſtit, ij vt ratione iudicióque incõſtanti, incerto, vago, vario, mutabili ſint præditi. qualem vtique Therſiten illum finxit Homerus Iliad. β. *Θερσίτης ἦν ἀκριτόμυθος — acuminato erat capite*, de quo nos lib. de ſede animæ.

Sed dices fortaſſe plures eſſe animæ functiones facultatéſve, neque triplici iſto numero vniuerſas poſſe comprehendi. & quidem Ficinus in Menonem Platonis iuxta Academicos, vires animæ cognitiuas tres recenſet; prima, mens eſt, cuius actus, eſt perpetua contemplatio veritatis, ſecunda, ratio, cuius actus, veritatis eſt inueſtigatio: tertia phantaſia, cuius actus, collectio eſt eorum quæ ſenſus eius nuntiis portigunt, pérque illa diſcurſus. Cui totidem appetitiuas animæ vires ſubiicit, voluntatem, iraſcendi vim & concupiſcendi, de quibus alibi. idem in Theætetum ex Platonis Philebo & Menone & Sophiſta, ſex nominibus vtitur ad eandem animæ vim pertinentibus, ad ſex illius officia ſignificanda. nam cùm poſt ſenſum cõmunem, anima eadem quæ & communis ſenſus apprehendit, opinante potentia percipit, prima ipſa perceptio, imaginatio dicitur: vt apprehenſa conſeruat, memoria: vt iterum quæ ſeruauit, in ſeipſa reſúmit, reminiſcétia (quam vtramq. in corde ſtatuit Theætetus) & cùm reſumendo de alio in aliud quaſi ratiocinando diſcurrit, cogitatio: poſtquàm verò diſcurſu peracto affirmatur aliquid vel negatur, opinio: at verò cùm opinione percepta, per ſenſum atque memoriam anima cogitatione refingens, ita in hæc reſpicit, velut in illa, à quibus iſta manarunt, & quæ imagines ſunt, res veras eſſe putat, picturam quandam & phãtaſiam Plato nominat. ibidem phantaſia, opinio, cogitatio, eadem vis perhibetur vltra ſenſum communem, qui omnibus animalibus ſtatim natis ineſt, per organa ſenſuum quinque res omnes externas percipiens. ſed de his Peripatetici aliter, aliter theologi, vti nuper & iam antehàc ediſſerui. Inde eſt quòd Auguſtinus atque alij theologi voluntatem in homine primariam cenſent, eámque liberam: vnde & libero arbitrio cum quibuſdam philoſophis illi nomen dederunt. vnde Iamblichus ex Pythagora, *τῆς ψυχῆς αὐτεξούσιος δύναμις*, animi libera & ſui iuris eſt poteſtas. additur & appetitio voluntati coniunctiſſima, quæ nos ad omnia impellit. nam ſenſu quodam communi præditos omnes natura duce fatentur, quo bonum à malo, fugienda ab expetendis norunt diſcernere

Senſus & phantaſia & cogitatio & motus memoriáq. qui fiant, & vbi.

Spiritus animalis qui cerebri vẽtriculos pertrauerſat.

Memoria, cogitatio, phantaſia qui fiat, & vbi: itémq. ſenſus & motus.

Senſus cõmunis & phantaſia ſedes, & actio.

Vermiformis epiphyſeos vſus.

Cogitatiua & æſtimatiua vis ſedéſque.

Memoratiua vis & ſedes.

M. Demonſtratio de.

Sedibus diſtinctis animæ facultatum, ex conformatione capitis.

Ab experientia.

Therſites.

An plures tribus principes animæ functiones.

Cognitiuæ facultatis ſpecies.

Appetitiuæ facultatis ſpecies.

Animæ functionum genera ſex, quæ.

Senſus cõmunis, qui.

Alia functiones animi ex theologis.

Voluntas & appetitus quales.

Facultatũ anima tria summa genera, sedesque totidẽ.

Sed his ac fortè adeo pluribus animæ functionibus nihil opus est noua genera aut sedes inuenire diuersas, cùm alicui è tribus propositis coniungi & cohærere valeant. nempe voluntas quæ à delectu pendet, iudicij est & rationis, quæ cum intellectu comprehendi consueuit. sic sensus communis cum imaginatione aut iudicio conuenit. sic reminiscentia memoriæ affini tribuitur, quamuis authore Arist. in libro sub hoc titulo, inter ambas leue aliquod discrimen intercedat. sic vt in prouerbio est, ἑαυτῷ ἑαυτῷ πλάξ, καὶ ἑαυτῷ ἄθυρμα. vtique simile simili adhæret, & simili simile gaudet. ac de diuersis functionum potestatúmque animæ tum nominibus, tum differentiis, ex Academicorum, Peripateticorum Stoïcorúmque decreto à me iam sæpe transactum lib. de immortalitate, déque sede animæ, atque potissimùm probl. de tisu.

N. conclusio opinionum.

Prouerb.

Vsus quæstionis de sede animæ, & functionum eiusdẽ, præsertim in medicina.

Fernelius verò noster in hanc quæstionem seriò & variis locis incubuit, vti mox recẽsebo, postquàm quæstionis huius vsum necessitatémque ex Galeno breuiter ostendero: sic enim lib. 3. cap. 5. de locis affectis; Sed philosophis fortasse, vtpote in angulis desidentibus facilius pro errore quis veniam dederit: medicis verò qui iam in operibus ad senectutem vsque versati sunt, cùm de hac re contendunt, tantũ abest vt ignoscamus, vt etiam ignominia ob impudentiam dignos esse censeamus: quippe qui vigilantibus, delirantibus, phreniticis, lethargicis caput irrigare (non cor aut thoracem) consueuerunt. Fernelius igitur lib. 5. physiolog. cap. 8.

Sentientis animæ distributio, præsertim interioris.

Sentiens anima (inquit) duas cognoscendi facultates obtinet, externam in sensus quinque, tanquam in species distributam, & interiorem. Hæc porrò species habet, vim discernendi communem, vim fictricem, & eam quæ meminit atque recordatur. Sentiens ea & cognoscens anima in cerebri quidem corpore, tanquam in arce & propria sede penitus insedit, quod inde proprium sentiendi instrumentum appellant. id etiam primarium sensum dixere, quòd reliqui sensus externi ei omnes circumiecti proximè assideant; in quos & in omne corpus neruorum propagines dispersæ sunt, quibus anima vires suas effundit. Vt enim ab orbis ambitu lineæ partes, tanquam radij in centrum deuergunt: sic à sensibus quædam & foramina patent, per quæ haustæ rerum imagines in illud, tanquam in arcem confluunt. harum autem æstimator & arbiter est princeps ille sensus, quem communem & intimum appellant. Hic tanquam rex atq. princeps sedem stabilem & domicilium certum habet in cerebri corpore, è quo tanquam è suggesto, rerum omnium imagines à ministris & nuntiis sensibus extrinsecùs allatas & ante se positas contẽplatur, omnésque sensuum actiones obseruat. hic ille est, quo nos visu videre, & auditu audire cognoscimus. hic imaginum discrimina constituit, ac de illis suum promit iudicium. Ea est igitur principis sensus vna facultas, quæ externarum rerum varietates discernit, internoscit & iudicat. Altera est vis & facultas conseruatrix, quæ impressiones & vestigia sensuum excipit, continet & recondit. Quum enim externus sensus in subiectam rem incumbit, simul quoque in eam ipsam fertur interior & princeps illa sentiendi facultas, quæ rem vnà percipit atque sentit. ab externis rebus lacessiti sensus, simulacra spectráque ab eis emissa recipiunt: quæ deinde interiorem sentiendi vim appellunt: hæc tum formas atque imagines rerum, quas sensus præbuerunt, retinet & consignat in se. digressis sublatísve rebus, istæ diutiùs inhærent, & quasi exsculptæ conseruantur; hoc indicio, quòd tum abstractas res sensus ille cognoscit ac percipit, vt cui earum custodia esset concredita. Effigies illæ spectráque rerum cerebro insita atque insculpta, obiectum efficiuntur facultatis eius quæ fingit; quemadmodum res externæ, sensuum: hos enim externæ, illam intetiores qualitates extimulant. ab illis ergo excitata alia quædam facultas, quæ fictrix appellatur, & quæ tertia est interiorum, obiecta spectra apprehendit & concipit. atque vt in sensu tria quidem sunt, res obiecta, vir sentiens, & actio quæ ex illorum congressu interuenit: ita hæc quoque ratio tribus continebitur, simulacro, facultate fingendi, & ipsa actione, qua externis rebus abiunctis, facultas ob simulacrum versatur. hæc propriè effictio appellatur, nempe motio facultatis circa rerum duntaxat simulacra atque vestigia. & post pauca, Hæc omnia in sensu primario insunt; neque alterius partis animæ aut cerebri est effictio, alterius verò memoria: sed in subiecto eodem insunt, & eiusdem partis animæ functiones. Vnde intelligitur, eos ab antiqua celebríque philosophia defeciisse, qui vim illam ad fingendum aptam, cerebri parte priore, memoriam posteriore collocarunt. nam vtraque totius est cerebri, in cuius toto corpore fusa est princeps sentiendi anima. & sequenti cap. 10. Cerebri substantia mollis vel dura, memoriæ sedes est, & instrumentum excipiendis rerum spectris. eius temperamentum, quantitas & figura, vnà cum insito spiritu, discernendi, cogitatione fingendi, ac memorandi facultatibus inseruiunt & propriè accommodantur. & paulò pòst, Haud dissimulanter hoc loco adeunda est, sed funditùs euertenda iuniorum propè omniũ absurda & futilis opinio, quæ memoriam cerebri ventriculo postremo; phantasiam verò, id est cogitandi fingendíque vim prioribus collocauit. Hæc ex Arabum factione primum orta, nullis rationibus stabilita, partim ficta pueriliter, partim effutita temerè, ita demum iactationem habuit in populo. Veràm quæ suprà productæ sunt à nobis rationes, palàm faciunt memoriæ atque imaginum facultates vna eadémque essentia contineri, sede vna firmari, circa spectra eadem negotiari, similíque vti instrumento corporeo. quanquam est efficiendi ratio diuersa: quandoquidẽ fit nec rarò, vt caussa efficiens vna, eodem vsa instrumento, diuersos iccirco promat effectus, quòd dissimiliter id adhibeat operi, alitérque vires intendat.

2. Recordationis vis & actio qui fiat.

Sensuum & fictricis facultatum obiecta.

3. Fictricis facultatis vis & actio qui fiat. à simili.

Trium animæ functionum diuersum locum, cõtra Arabes.

N. At duas modò facultates & sedes duas memorat, quas illi ternas distinguunt.

Facultatũ animæ sedes.

N. At cùm malè referam, nobis quidem videris satis accuratè perlegisse.

Contra Arabes de distinctis facultatum animi sedibus.

N. Atqui tres illi sedes totidem facultatibus assignant.

Caussa efficiens eadem diuersos producit effectus, qui.

1. Sensus communis vis sedesque & actio. à simili.

Sensus communis prærogatiua & actio. à simili.

Hoc ſi poteſt tactus efficere, id ipſum multò faciliùs præſtabit princeps ille intimúſq. ſenſus: qui quanquá in organo eſt corporeo, functiones tamen occultas obit potiùs accurata ingenij intentione & obſeruatione ad res adhibita, quam organorum ope. omnes enim eæ functiones in illius ſunt poteſtate, quas dum vult, exhibet. at non ſic externæ, quæ quia expromptæ ſunt neceſſitate pendent. Quare occultas illas & interiores facultates non eſt neceſſe ſedibus & inſtrumentis diiungere. Si Ariſtotelis & Peripatetiorum rationibus illi non cedunt, audiant ſaltē vniuerſam Græcorum medicorum familiam, qui omnes ad vnū, iiſdem principiis informati, læſa memoria non modò occipiti, ſed toti cerebro remedia adhibere iubent: id ratum habentes, partem animæ φαντασικὸν, quæcumq. ea ſit, hanc eandem & recordari, & rerum impreſſiones cōſeruare. Pluribus non ago, quòd ipſa illorum declinatio ad libidinem prorſus efficta videatur. idem rurſus cap. 11. lib. 1. eiuſdē operis, eadem de re diſſerit, ſed minùs noſtro huic propoſito conuenienter. & ibidem mox cap. 15. principes animæ facultates ſedibus minimè diſtingui, ſed prout fictrix, ratiocinatrix, memoratrix facultas validior aut infirmior fuerit, ita ægriùs aut faciliùs affici ſtatuit. qua de re haud ita pridem. Vt tamen excitatis, illius ſententia ſatis innoteſcat, & alienæ vim quandam opinioni faciat: quaſi qui contrà ſentiat, perperàm iſto quidem arbitro ſentire videatur, quanquam ab huius iudicis prouocare ſententia licet. qui ſi D. Auguſtinum & priſcos illos theologos legiſſet multis ante medicos Arabas ſeculis natos, fortè non tam graui cenſura viros tam eximios notare auſus foret: præſertim vbi authoritati tantæ non minor nec parcior aut infrequentior ratio faueat.

Senſus cōmunis quomodo agat.

N. Atqui Græci tres animæ functiones interiores memorant ſingillatim, vt patuit, & eodē ſemper ordine, ab anteriori ad poſteriorem.

N. Atqui de numero quidem conuenit vtriſque.

N. ad Fernel.

PROBLEMA II.

An multis animantibus vt cerebri eadem eſt nobiſcum compoſitio, ſic & eadem functiones animales inſunt?

ITEM,

Quenam eſt reliquarum animantium ad hominem comparatio in functionum interiorum, imaginationis, ratiocinationis, memoriæ & prudentiæ vſu?

SEDENIM mirabitur aliquis fortaſſe, cùm videat eandem compoſitionis & ſtructuræ fabricam in pleriſque quadrupedum, atque adeo volucrum, quam & in homine videt, vnde ſit iſta functionum animæ origo, vbi ſedes aſſignāda, & cur reliquis animantibus eædem animi dotes à natura datæ non ſint, & an eaſdem & totidem habeant? Quod cùm videret Veſalius circa cadauera & ſectiones corporum verſari ſolitus, ſatis habuit dicere lib. 7. cap. 6. De principis animæ facultatū in cerebro ſedibus nihil enarrandum duco, quandoquidem omnes quibuſcum viuimus, præcipuas animæ vires ſimiis, canibus, equis, eiuſq. generis animātibus, vt & auibus & piſcibus omnino adimunt: & vt cæteras taceam, ſoli homini ratiocinandi facultatem, eámq. omnibus, quantum ab ipſis capere poſſum, parem tribuunt. quanuis interim homines nullo ſinu permulta animalia ſuperare inter diſſecandum conſpicimus: neque ſolùm numerus idem eſt, at cætera omnia (ſimodò molem & temperamenti fortè ad iuſtitiam integritatem excipias) inter ſe ſunt ſimillima. liceat itaque vel illorum hominum gratiâ, me ab illo ventriculorum vſu inquirendo abſtinere, &c. hæc ille. Enimuerò pleraſque animantium præter hominem quaſdam facultates animales habere percipiendi, intelligendi, cognoſcendi, recordandi, vtiq. ratio ipſa fidem facit, & quotidiana comprobat in pleriſque experiētia, tum animalibus cicuribus & domeſticis, vt equo, cane, ſimia, aſino, bubus; tum in feris & agreſtibus, vt elephanto, leone, lupo, hyæna, vrſo, vulpecula: tum in auibus, vt pſittaco, coruo, pica, luſcinia: tum adeo in minutis animalculis, quæ inſecta ſiue ἔντομα dicimus, vt ape, formica, araneo. quorum opus & induſtriam cernimus & admiramur vel interdum adeo quàm in homine maiorem. Quam naturæ prouidentiam cùm contemplaretur Virgilius Georg. lib. 1. ita ſententiam extulit:

Haud equidem credo quia ſit diuinitùs illis
Ingenium, aut rerum fato prudentia maior.
Verùm vbi tempeſtas, &c.

Quo loco Virgilius tacitè inſinuat hominis à reliquis animalibus brutis, quæ vulgo dicūtur, ſeu mutis, vt Latini loquuntur, diſcrimen. ſcilicet homini peculiare ingenium à Deo datum, & prudentiam atque intelligentiam à natura inſitam & ingenitam, quæ cum ætate & rerum experientia quotidie augeſcat & eluceſcat. Ego verò addo his præterea, ita videri probabile, vt iſtis compluſculis animalibus tum quadrupedibus, tum volucribus, tum inſectis, tum etiam piſcibus marinis (vt de delphine & phoca & hippopotamo dixi vſpiam, vtque ex Ariſtotele & Plinio conſtat) certa quædam indicia ingenij naturalis & prudentiæ genitalis ineſſe; vt imaginationis & ſenſus communis & ratiocinationis & memoriæ non obſcura ſigna in iis appareant. Inde eſt quòd loqui quædam & voces humanas exprimere atque expromere docētur, vti de elephanto legimus apud Pliniū & Ælianum; vti de pſittaco, coruo, pica experimur. Inde eſt quòd dominos agnoſcere, domeſticos amare ac tueri vel ad mortem vſque traduntur, vt de canibus expertum frequenti vſu nouimus, de delphino puerum ardente legimus, de bucephalo Alexandri equo memorant hiſtoriæ, de reliquis exempla frequentiſſima omnibus horis occurrunt. Iude eſt quòd apes Reipubl. formā certam retinere agnoſcuntur, formicæ prouidere in poſterum videntur, aranei & bombyces nere ſubtiliſſimè, teláſq. texere fabrilimè conſpiciuntur. Inde eſt quòd cantu, motu, geſtu, modò ſerenitatem portendere, modò imbres ac tempeſtates prædicere præſagiréq. obſeruātur. Inde eſt quòd phantaſiæ & imaginationis, quòd ratiocinationis & intelligentiæ, quòd memoriæ & recordationis non obſcura in illis plus

Quid caeteris animalibus facultatum interiorum vſus ſit, & qualis vel quantus.

Ab exēplo.

Vnde ſit animalibus mutis & volucribus vis præſaga.

Hominis à brutis diſcrimen ingenij.

Mutis animantibus pleriſque inſunt prudentiæ naturalis indicia, & functionum interiorum.

Animantes humanas linguas diſcunt, & hominum affectus imitantur, qualiter.

Ab exēplo.

Dubium.

Animalib eadem cum homine fabrica cerebri: at functiones animæ diſpares.

plus minùs notare licet argumenta. Inde ſunt mores humanorum æmuli, amor, odium, ira, inuidia, modeſtia, temperantia, fortitudo, æmulatio, fides, perfidia, cæteriq. animorum motus nobis cõmunes. Deniq. vix vllũ functionis animalis tum interioris, tum exterioris in homine argumẽtum videas, cuius non adſit pleriq. illis haud obſcurũ veſtigium. Lactantius lib. 3. cap. 10. Iam illa quæ ſibi proſpiciunt in futurum, & cibos reponunt, habent vtique prouidentiam. rationis quoq. ſigna in multis deprehẽduntur. nam quando vtilia ſibi appetunt, mala cauent, pericula vitant, latibula ſibi parant in plures exitus diſpartéria; profectò aliquid intelligunt. Poteſt aliquis negare illis ineſſe rationem, cùm hominem ipſum ſæpe deludant? nam quibus generandi mellis officium eſt, cùm aſſignatas incolunt ſedes, caſtra muniunt, domicilia inenarrabili arte componunt, regi ſuo ſeruiunt: neſcio an in his perfecta ſit prudentia. Incertũ eſt igitur, vtrúmne illa quæ homini tribuuntur, cõmunia ſint cum aliis viuentibus: religionis certè iunt expertia. Equidem ſic arbitror, vniuerſis animalibus eſſe datam rationem: ſed mutis tantum modò ad vitam tuendam, homini autem ad propagandam. Et quia in homine ipſa ratio perfecta eſt, ſapientia nominatur. quæ in hoc eximium facit hominem, quòd ſoli datum eſt homini intelligere diuina. qua de re Ciceronis vera eſt ſententia. Ex tot (inquit) generibus nullũ eſt animal præter hominem, quod habeat notitiam aliquam Dei: ipſiſque in hominibus nulla gens eſt neq. tam immanſueta, neque tam feta, quæ non, etiamſi ignoret qualem Deum haberi deceat, tamen habendum ſciat. ex quo efficitur, vt is agnoſcat Deum, qui vnde ortus ſit, quaſi recordetur. ſed de hoc aliàs. Certè Ariſtoteles & philoſophi acutiores quandam homini prærogatiuam dederunt ſupra genus animaliũ vniuerſum, vt quemadmodum ſolus habet volas, ſuras & crura carnoſa, ſolus ridet; ſolus plus habet cerebri, vel adeo penè quàm decem boues aut equi: ſic ſolus cogitandi & intelligẽdi reminiſcendíq. facultate polleat. Nã ſolum λογικὸν, rationalem hominem dicere fortaſſe non liceat exactè loquenti, cùm rationis ſigna euidentia in pleriſq. animalibus cernere ſit, vti mox per exempla docebo, ſi eloqui poſſint, ſioíq. cõprehenſa vt mutuis indiciis corporis & partium motu vocibúſq. indiſertis & indiſcretis inter ſe declarant, ſic nobis diſerto & aperto ſermone queant aperire. Hinc illud Salomonis prouerb. 30. cap. Quatuor ſunt minima terræ, & ipſa ſunt ſapientiora ſapiẽtibus. Formicæ populus infirmus, qui præparat in meſſe cibum ſibi. Lepuſculus, plebs inualida, qui collocat in petra cubile ſuum. Regem locuſta non habet, & egreditur vniuerſa per turmas ſuas. Stellio manibus nititur, & moratur in ædibus regis. de ape & formica protuli aliàs verſus Virgilij: nunc tamen etiam obiter meminero ex occaſione. Firmianus lib. de ira Dei cap. 7. Cùm ſæpe philoſophi per ignorantiam veritatis à ratione deſciuerint, atque in errores inciderint inextricabiles (id enim ſolet his euenire, quod viatori viam neſcienti, & non fatẽti ſe ignorare, vt vagetur, dum percontari obuios erubeſcit) illud tamen nullus philoſophus aſſeruit vnquam, nihil inter hominem & pecudem intereſſe: nec omnino quiſquam, modò qui ſapiens videri vellet, rationale animal cum mutis & irrationabilibus coæquauerit. quod faciunt quidam imperiti, atque ipſis pecudibus ſimiles; qui cùm ventri ac voluptati ſe velint tradere, aiunt eadem ratione ſe natos, qua vniuerſa quæ ſpirant; quod dici ab homine nefas eſt. Quis enim tam indoctus eſt, vt neſciat; quis tam imprudens, vt non ſentiat aliquid ineſſe in homine diuini? Nondum venio ad virtutes animi & ingenij, quibus homini cum Deo manifeſta cognatio eſt. Nónne ipſius corporis ſtatus & oris figura declarat non eſſe nos cum mutis pecudibus æquales? Illarum natura in humum pabulúmque proſtrata eſt, nec habet quicquam commune cum cœlo, quod non intuetur. Homo autem recto ſtatu, ore ſublimi ad contemplationem mundi excitatus, confert cum Deo vultum, & rationem ratio cognoſcit. Propterea nullum eſt animal, vt ait Cicero, præter hominem, quod habeat aliquam notitiam Dei. ſolus enim ſapientia inſtructus eſt, vt religionem ſolus intelligat. & hæc eſt hominis atque mutorum vel præcipua, vel ſola diſtantia. nam cætera quæ videntur hominis eſſe propria, etſi non ſint talia in mutis, tamen ſimilia videri poſſunt. Proprius homini ſermo eſt: tamen & illis quædam ſimilitudo ſermonis: Nam & dignoſcunt inuicem ſe vocibus: & cùm iraſcuntur, edunt ſonum iurgio ſimilem: & cùm ſe ex interuallo vident, gratulandi officium voce declarant. Nobis quidem voces eorum videntur inconditæ, ſicut illis fortaſſe noſtræ: ſed ipſis qui ſe intelligunt, verba ſunt. denique in omni affectu certas vocis notas exprimunt, quibus habitum mentis oſtendant. Riſus quoque eſt homini proprius: & tamen videmus in aliis animalibus quædam ſigna lætitiæ, cùm ad luſum geſtiunt, aures demulcent, rictum contrahunt, frontem ſerenant, oculos in laſciuiam reſoluunt. Quid tam proprium homini, quàm ratio & prouidentia futuri? Atqui ſunt animalia, quæ latibulis ſuis diuerſos & plures exitus pandant, vt ſiquod periculum inciderit, fuga pateat obſeſſis. quod non facerent, niſi ineſſet illis intelligentia & cogitatio. alia prouident in futurum; vt

——ingentem formica farris acerum
Cõportant hyemis memores, tectóque reponunt.
vt apes, *Quæ patriam ſolæ & certos nouere penates*
Venturæque hyemis memores æſtate laborem
Experiuntur, & in medium quæſita reponunt.

Longũ eſt, ſi exequi velim, quæ à ſingulis generibus animaliũ fieri ſoleant humanæ ſolertiæ ſimillimæ, & alibi ex Arato, Virgilio, Ariſtotele, Plinio, multa præſagiorum, multa ſingularis cuiuſdam ſolertiæ exempla protuli, & deinceps nonnulla proferam. Quòd ſi horũ omniũ, quæ adſcribi homini ſolent, in mutis quoq. deprehẽditur ſimilitudo: apparet ſolã eſſe religionẽ, cuius in mutis nec veſtigiũ aliquod, nec vl-

Ratio & prudentia in mutis animalibus, quæritur.

Apum ſolertia.

Animæ functiones homini cõmunes cum mutis, præter religionem.

Hominis à reliquis differentia.

Homini inſita à natura religio.

Hominis quæ ſint propria per prærogatiuam.

An ſoli homini ratio inſit.

Animalibus inſita ſapientia. Ab exẽplo.

Philoſophorum error à ſimili.

Hominis à mutis diſcrimen.

Hominis cũ Deo cognatio.

Homo quã differat à mutis.

Soli homini religio ineſt.

Homo quid habeat cõmune cum bruto.

Brutorum quæ ſermo, quæ riſus, quæ ratio vel prudentia.

Formicarũ & apum ſolertia.

Mutis aliis manifeſtis imitatur homo mentis prudentiam.

Homini propria religio, ratio & vrtus.

la ſuſpicio inueniri poteſt. religionis enim eſt propria inſtitia, quam nullum aliud animal attingit. homo enim ſolus imperat: cætera conciliata ſunt. Enimuerò vt homo propter rationis & ſermonis excellentiam, ſolus ratione & oratione donatus dici & haberi ſolet: cùm tamen pleræque animantes ſua quadam oratione vti, & ſua mutuò inter ſe ſenſa explicare dicta ſint; nec non rationis certa indicia præ ſe ferre videantur: ſic idem homo religione ac pietate erga Deum præditus haberi poteſt, ob eximium quendam cultum & reuerentiam numinis, ab ratione & intelligentia tum à natura, tum ab inſtituto, & librorum lectione, & longa obſeruatione profectam, certáque & indubitata ſemper fide creditam, & ab omni æuo comprobatam vſu experientiam. nihilominùs etiam religionis cuiuſdam, ſicuti & prudentiæ, & memoriæ, & cognitionis haud obſcura ſigna in nonnullis animalibus (vt de aliis licet minùs aperta expreſſáve colligere fas ſit) conſpici manifeſtò poſſunt, certáq. deinceps teſtimonia proferre paro. Plinius enim nominatim de elephantis ita ſcribit cap. 1. lib. 8. Maximum animal eſt elephas, proximúmq. humanis ſenſibus: quippe intellectus illis ſermonis patrij, & imperiorum obedientia, officiorúmq. quæ didicêre, memoria, amoris & gloriæ voluptas: imò verò (quæ etiam in homine rara) probitas, prudentia, æquitas, religio quoque, ſiderum ſoliſq. ac lunæ veneratio. Authores ſunt, in Mauritaniæ ſaltibus ad quendam amnem, cui nomen eſt Amilo, niteſcente luna noua greges eorum deſcendere, ibíque ſe purificantes ſolenniter aqua circunſpergi; atque ita ſalutato ſidere, in ſyluas reuerti virulorum fatigatos præ ſe ferentes. Alienæ quoq. religionis intellectu creduntur maria tranſituri non antè naues cõſcendere, quàm inuitati rectoris iureiurando de reditu. Viſique ſunt feſſi ægritudine (quando & illas moles infeſtant morbi) herbas ſupini in cœlum iacientes, veluti tellure precibus allegata. Nam quod ad docilitatem attinet, regem adorant, genua ſubmittunt, coronas porrigunt. Indis arant minores, quos appellant nothos. Certum eſt vnum tardioris ingenij (ait idem cap. 3.) in accipiendis quæ tradebantur, ſæpius caſtigatum verberibus, eadem illa meditantem noctu repertum. Mirum maximè & aduerſis quidẽ funibus ſubire, ſed regredi magis vtique pronis. Mutianus ter Conſul author eſt, aliquam ex his & literarum ductus Græcarũ didiciſſe, ſolitúmq. præſcribere eius linguæ verbis, Ipſe ego hæc ſcripſi, & ſpolia celtica dicaui. & cap. 4. Elephas, homine obuio fortè in ſolitudine, & ſimpliciter oberrante, clemens placidúſq. etiam demonſtrare viam traditur. Sic & tigris etiam feris cæteris truculenta, homine viſo transferre dicitur protinus catulos. quónam modo agnito? vbi antè conſpecto illo quẽ timet? Nimirum hæc eſt natura rerum, hæc potentia eius, ſæuiſſimas ferarũ maximáſque, quæ nunquam vidiſſent, quod debeant timere, ſtatim intelligere cur ſit timendum. Pudore nunquam niſi in abdito (ait idem cap. 5.) elephanti coëunt, mas quinquennis, fœmina decennis. nec adulteria nouere, nulláve propter fœminas inter ſe prælia cæteris animalibus pernicialia. non quia deſit illis amoris vis: Namq. traditur vnus amaſſe quandam in Ægypto corollas vendentem. alias Menandrum Syracuſanum incipientis iuuentæ in exercitu Ptolemæi, deſideriũ eius, quoties non videret, inedia teſtatus. & vnguentariam quandá dilectam Iuba tradit. Omnium amoris fuere argumenta, gaudium à conſpectu, blanditiæq. inconditæ, ſtipéſq. quas populus dediſſet, ſeruatæ & in ſinum effuſæ. Nec mirum, eſſe amorem quibus ſit memoria. idem namque tradit agnitum in ſenecta multos poſt annos, qui rector in iuuenta fuiſſet. idem diuinationem quandam iuſtitiæ. cùm Bochus rex triginta elephantis, totidem in quos ſæuire inſtituerat, ſtipitibus alligatos obieciſſet, procurſantibus inter eos qui laceſſerent, non potuiſſe effici, vt crudelitatis alienæ miniſterio fungerẽtur. Ipſius animalis tanta narratur clementia ab eodem cap. 7. contra minùs valida, vt in grege pecudum occurrentia manu dimoueat, ne quid obterat imprudens: nec niſi laceſſiti noceant, ideóque gregatim ſemper ambulent, minimè ex omnibus ſoliuagi. Equitatu circumuenti infirmos aut feſſos vulneratóſve in mediũ agmen recipiunt, ac velut imperio ac ratione per vices ſubeunt. ſed dẽ elephantis iam plus ſatis. poſſem de leone ex eodem Plinio dicere cap. 16. lib. 8. Leoni tantùm ex feris clementia in ſupplices: proſtratis parcit: & vbi ſæuit, in viros priùs quàm in fœminas fremit; in infantes non niſi magna fame. credit Libya intellectum peruenire ad eos precum. Captiuam certè Getuliæ reducem audiui, multorum in ſyluis impetũ à ſe mitigatum alloquio, auſæ dicere ſe fœminam, profugam, infirmam, ſupplicem animalis omniũ generoſiſſimi cæteríq. imperãtis, indignam eius gloria prædam. Mentor Syracuſanus in Syria leone obuio ſuppliciter voluiãte, attonitus pauore, cùm refugienti vndique fera opponeret ſeſe, & veſtigia lamberet adulanti ſimilis; animaduertit in pede eius tumorem vulnúſque, & extracto ſurculo, liberauit cruciatu. Simili caſu Elpis Samius pari miraculo ſeruatus à leone, & venatione ab eodem alitus, ibidem apud Plinium. Protuli aliàs ſimilem, ſed mirificentiorem hiſtoriam Androdi Daci ſerui, qui triennium totũ in eadẽ ſpecu eodémq. victu cũ leone vixerat; & Romæ introductus inter complures cæteros ad pugnam beſtiarum, à contubernali leone agnitus, mirabiliter ſeruatus fuerat. hiſtoriã tibi lepidè ſuo more narrabit Gellius cap. 14. lib. 5. poſſem de hyæna ex eodẽ Plinio lib. 8. cap. 30. narrare; Sermonem humanũ inter paſtorum ſtabula aſſimilare, noménque alicuius addiſcere, quem euocatum foràs laceret. item vomitionem hominis imitari ad ſolicitandos canes, quos inuadat. poſſem de pantheris indidẽ referre cap. 17. ex Demetrio phyſico hiſtoriã; Iacentẽ in media via hominis deſiderio, pantheram repẽtè apparuiſſe patrî cuiuſdã Philini aſſectatoris ſapiẽtiæ: illũ pauore cœpiſſe regredi, ferã verò circumuolutari nõ dubiè

Quòd mentis quibuſdã inſit religio, & ratio, prudentia, memoria, cognitio, &c.

Elephanti intellectus, memoria, amor, probitas, prudentia, religio, &c.

Elephanti mira docilitas & aperta ſolertia.

Elephas diſſit ſcribere.

Tigris hominem vetetur à natura.

Elephanti pudor & verecundia & caſtitas.

Elephantorum amor in mulieres, & ſigna.

Elephanti memoria, & inſtitia.

Elephanti clementia, & prudentia.

Leonis clementia.

Hiſtoria.

Hyænæ aſtutia.

Panthera homini ſapiens.

Historia. blandientem, seſe conflictantem mœrore, qui etiam in panthera intelligi posset: fœta erat, catulis procul in foueam delapſis. Primum ergo miserationis fuit non expauescere: proximum ei cutem intendere: secutúsque quà trahebat vestem vnguium leni iniectu, vt cauſſam dolonis intellexit, simúlque saluris suæ mercedem, exemit catulos: eáque cum iis prosequente, vique extra solitudines deductus, lætaque gestiente. vt facilè appareret, gratiam referre, & nihil inuicem imputare: quod etiam in homine rarum est. Hæc fidem etiam Democrito

Draconum clementia. Historia. adferant, qui Thoantem in Arcadia seruatum à dracone narrat. eum nutrierat puer dilectum admodùm: pauénsque serpentis naturam, & magnitudinem metuens, in solitudines tulerat: in quibus circumuento latronum insidiis agnitóque voce subuenit. De puella à dracone adamata mirabilem ex Rhodigyno protuli historiam. nam quæ de infantibus ferarum lacte nutritis, cùm essent expositi, produntur, magnitudini ferorum accepta ferri æquius, quàm ferarum naturæ arbitrat. possem verò nunc

Canum fidelitas & vindicta. Historia. feris omissis, de canibus ex eiusdem lib. 8. cap. 40. profetre; Fidelissimi ante omnia homini canes & equi. & pugnasse aduersus latrones canem pro domino accepimus, confectúmque plagis, à corpore non recessisse, volucres & feras abigentem. Ab alia in Epiro agnitum in conuentu percussorem domini, laniatu & latratu coactum fateri scelus. Garamantum regem canes ducenti ab exilio reduxere prælantes contra resistentes. Canis Iasone Lycio interfecto, cibum capere noluit, inediáque consumptus est. Is verò cui nomen Hyrcani reddidit Duris, accenso regis Lysimachi rogo iniecit se flammæ: similitérque Hieronis regis. Nicomedis Bithymiæ regis vxor, propter lasciuiorem cum marito iocum, à cane lacerata. T. Sabini canis nec à carcere abigi potuit, nec à corpore domini recessit abiecto in gradibus

Mira canis historia. Gemoniis, mœstos edens vlulatus, magna populi corona circunstante: ex qua cùm quidam ei cibum obiecisset, ad os defuncti tulit. innatauit idem in Tiberim cadauere abiecto, sustentare conatus; effusa multitudine ad spectandum animalis fidem. Soli dominũ nouere: & ignotum quoque, si repentè veniat, intelligunt. soli nomina sua, soli vocem domesticam agnoscũt itinera quanuis longa meminere: nec vlli præter hominem memoria maior. impetus eorum & sæuitia mitigatur ab homine confidente humi, &c. Canem locutum in prodigiis accepimus, ait mox cap. 41. ac de cane Simonis magi locuto cum D. Petro alibi ex Nicephoro retuli. quin & bouem locutum idem Plinius & Liuius memorant: & asinam Baal locutam sacra pagina testatur. possem de Bucephalo equo Alexandri dicere tum ex Plutarcho, tum ex Arriano & Qu. Curtio & historicis, de quo ita idem Plinius lib. 8. cap. 41. Neminem hic aliũ quàm Alexandrum regio instratus ornatu recepit in sedem, alios passim reiiciens. cui propter multa officia defuncto rex duxit exequias. Nec Cæsaris Dictatoris quenquam alium recepisse dorso equus traditur: idémque hominis similes pedes priores habuisse. possem de simia ex eodem lib. 8. cap. 54. Simiarum mira solertias

Simiarum solertia, mores, veligio. visco inungi laqueisq. calceari imitatione venantium tradunt: Mutianus & lactunculis lusisse fictis cera: nuces visu distinguere: lunæ cauti tristes vise: quibus in eo genere cauda fit, nouara exultatione adorare. possem de Tritonibus & Nereidibus, monstris marinis mira referre, si vacaret, quorum parum iam recoli probl. de risu, partim commenti. in artem poeticam Horatij. sed illud Plinij ex cap. 8. lib. 9. retiqere nequeo; Delphinus non hominis tantùm amicum animal, verùm & musicæ artis

Delphini amores. Historia. mulcetur symphoniæ cantu, & præcipuè hydrauli sono. hominem non expauescit vt alienum: obuiam nauigiis venit, alludit exultans, certat etiã, & quanuis plena præterit vela. Duo autem Augusto principe Lucrinum lacum inuectus pauperis cuiusdam puerum ex Baiano Puteolos in ludũ literarium iantem, cùm meridiano immorans appellatum eum Simonis nomine, sæpius fragmentis panis, quem ob id ferebat, allexisset, mire amore dilexit. Quocumque diei tempore inclamatus à puero, quãuis occultus atque abditus, ex imo aduolabat, pastúsque è manu, præbebat ascensuro dorsum, pinnæ aculeos velut vaginæ condens; receptũq. Puteolos per magnum æquor in lædũ ferebat, simili modo reuehens pluribus annis. donec morbo extincto puero, subinde ad consuetũ lecum ventitans tristis & mœrenti similis, ipso quoq. (quod nemo dubitaret) desiderio expirauit. Similia de puero in Iasso vrbe memorãtur, cui amore spectatus longo tempore dũ abeuntem in litus auidè sequitur, in arenam inuectus expirauit. Hermias puer similiter maria perequitans, cùm repentinæ procellæ fluctibus examinatus esset, delphinus cauſſam lethi fatens, non reuersus in maria, atque in sicco expirauit. nec modus exemplorum, vt Arionis citharœdi credibilis fiat historia. ibidẽ mox cap. 42. Conchararum generis pinna est. nascitur in limosis subrecta semper, nec vnquam sine comite, quẽ pinnotherem vocant, alij pinnophylacem. is est squilla parua, alibi cancer dapis assectator. pandit se pinna, luminibus orbum corpus imminutis piscibus præbens. assultant illi protinus, & vbi licentia audaciæ creauit, implẽt eam. hoc tempus speculatus index, morsu leui significat. illa ore compresso quicquid incluſit, exanimat, partémq. socio tribuit. Quò magis miror quosdam existimasse aquatilibus nullum inesse sensum. Nouit torpedo vim suã ipsa non torpens, mersáq. in limo se occultat, piscũ qui secuti supernatantes obtorpuere, corripiens. Nec minor solertia ranæ, quæ in mari piscatrix vocatur. eminẽtia sub oculis cornicula turbato limo exerit, assultantes piscículos pertrahẽs, donec tam propè accedant, vt assiliat. Simili modo squatina & turbũs abditi pinnas exertas mouet specie vermiculorũ: itémq. quæ vocatur rana. Nã pastinaca latrocinatur ex occulto, transeuntes radio, quod telum est, figens. Hæc piscũ solertia est: ex quibus quosdam ita instruxerunt

Pinnæ & pinnophylacis assiduitas & fœda fidelitas.

Torpedinis cautela.

Rana piscatricis dolus; item rhombi, squatinæ, raiæ, pastinacæ.

homines, vt canum venaticorum more, pisces domino captent & deferant, vt noui orbis nouа declarat historia. ibidem Plinius cap.13.lib.9. *Phoca disciplina.* Vituli marini accipiunt disciplinam, vocéque pariter & visu populum salutant incondito fremitu: nomine vocati respondent. Quid quòd galli hi nostri vigiles nocturni nosse sidera & ternas distinguere horas interdiu cantu memorantur? Cum sole eunt cubitum, quartáque castrensi vigilia se ad curas laborémq. reuocant. nec solis ortum incautis pariuntur obrepere, diémque venientem nuntiant cantu, ipsum verò cantum plausu laterum. imperitant suo generi, & regnum in quacumque sunt domo, exercent. Inuenitur in annalibus, in Ariminensi agro, M. Lepido, Qu. Catulo Coss. in villa Galerij locutũ gallinaceum semel quod equidem sciam, ait idem Plinius lib.10. cap.21. Quale portentum retulit Io. Carion lib.3. à Sabino his versibus inclusum:

Gallinacerum astrologia & imperium.

Gallinacem locutum.

Cùm patris educẽs Ioachimus Marchio turmas,
Castra profecturis signáque mouit equis:
Auspice qui contra pharetratos Cæsare Turcas
Acria pro Christi nomine bella gerit:
Ingrediente viam cantantes principe pulli
Insolitum liquida voce dedere sonum;
Præpete qui nondum vestiti corpore penna,
Ante duos sed adhuc ouа fuere dies, &c.

Gallinacem biduo exclusi cantûs monstrificè.

Historia.

idem portò Plinius lib.10. cap. 41. Villaribus gallinis & religio inest. inhorrescunt edito ouo excutiúntque sese & circumactæ purificant, ac festuca aliqua sese & ouа lustrant. & sequenti mox capite, Super omnia humanas voces reddunt, psittaci quidem etiam sermocinantes. imperatores salutat, & quæ accipit verba pronuntiat, in vino præcipuè lasciua. Minor nobilitas, quia non ex longinquo venit, sed expressior loquacitas certo generi picarum est. adamant verba quæ loquuntur: nec discunt tantùm, sed diligunt, meditantésque intra semet, cura atque cogitatione intentionem non occultant. constat emori victas difficultate verbi: ac nisi subinde eadem audiant, memoria falli: quærentes mirum in modum hilarari, si interim audierint id verbum. Latior iis est lingua omnibúsque in suo cuique genere, quæ sermonem imitantur humanum. quanquam id penè in omnibus contingit. Agrippina Claudij turdum habuit sermones hominum imitantem. habebãt & Cæsares iuuenes item sturnum, luscinias Græco atque Latino sermone dociles. & mox cap.43. Corуus sermoni assuefactus, omnibus matutinis euolans in rostra in forum versus, Tiberium, deinde Germanicum & Drusum Cæsares nominatim, mox trãseuntem populum Rom. salutabat: postea ad tabernam remeans, plurium annorum assiduo officio mirus, à populo exequiis honoratus. ibidem cap.5. Est percelebris apud Sestion vrbem aquilæ gloria; educatam à virgine retulisse gratiam, aues primò mox deinde venatus aggerentem. defuncta postremò, in rogum accensum eius iniecisse sese, & simul conflagrasse. Nota est ciconiarum dicta inde ἀντιπερίστασις. sed ad alia digrediamur, quæ viliora quidem & minora, nihil tamen minus admirationis habent: pauca de multis proferam ex eodem Plinio exprompta lib.11. cap.3. ac primùm quidem illud ex cap.2. hæsitabundus inquiro; In magnis corporibus, aut certè maioribus facilis officina sequaci materia fuit. in his tam paruis atque tam nullis, quæ ratio, quanta vis, quàm inextricabilis perfectio? dein subiicit post multa; Sed inter omnia ea principatus apibus & iure præcipua admiratio, solis ex eo genere hominum causa genitis. Mella contrahunt succúmque dulcissimum atq. subtilissimum ac saluberrimum. fauos confingunt & ceras. illæ ad vsus vitæ laborem tolerãt, opera conficiunt, rempubl. habent, consilia primùm, ac duces gregatim: & quod maximè mirum sit, mores habent. Præterea cùm sint neque mansueti generis, neque feri; tamen tanta est natura rerum, vt propè ex vmbra minimi animalis incomparabile effecerit quiddam. Quos efficaciæ industriæque tantæ comparemus nervos? quas vires? quos ratione medius fidius viros? hoc certè præstantioribus, quo nihil nouere, nisi commune. Non sit de anima quæstio, constet & de sanguine, quantulum tamen esse in tantulis potest: æstimemus postea ingenium. ac de iis mox per plura capita: dein & de bombycum genere multiplici, & opere mirabili: tum de araneis: in quibus hoc mirabile, quòd ordiuntur telas, tantique operis materiæ vterus ipsorum sufficit: siue ita corrupta alui natura statotempore, vt Democrito placet: siue est quædam intus lanigera fertilitas; tam moderato vngue, tam tereti filo & tam æquali deducunt stamina, ipso se pondere vsi. quàm remoti à medio reti, aliúdque agenti similes? inclusi verò sic, vt sit nécne intus aliquis, cerni non possit? & quæ ille plura, vbertate ingenij ac verborũm subtilitate cum illorum certans acumine. ac mox cap.30. Formicæ vt apes communicant laborem: sed apes vtiles faciunt cibos, hæ condunt. & siquis comparet onera corporibus earum, fateatur nullis portione vires esse maiores. gerunt ea morsu: maiora auersæ postremis pedibus moliuntur humeris obnixæ. & iis reipubl. ratio, memoria, cura. semina arrosa condunt, ne rursus in fruges exeant è terra. maiora ad introitum diuidunt. madefacta imbre proferunt atque siccant. operantur & noctu plena: eædem interlunio cessant. iam in opere qui labor, quæ sedulitas? & quoniam ex diuerso conuehunt altera alterius ignara, certi dies ad recognitionem mutuam nundinis dantur. quæ tunc earum concursatio? quàm diligens cum obnüs quædam collocutio atque percontatio? silices itinere earũ attritos videmus, & in opere semitam factam: nequis dubitet qualibet in re quid possit quantulacumq. sedulitas. sepeliuntur inter se viuentium solæ, præter hominem. vbi deinceps de Indicis aurũ ex cauernis terræ egerentibus, felium aut lupi magnitudinem æquantibus, & aliis quæ vt à nostra cognitione aliena sunt, nec sensibus agnita, ita nec fide certa excipiuntur.

Mira insectorum natura & sollertia.

Apum ingenium & opera.

Bombycũ, aranearũmq. industria.

Formicarũ sollertia, cura, memoria, recognitio.

Formicæ ludus.

Quòd animantibus naturalis inſit prudentia.

Plura poſſem vel de vno Plinio proferre, ſi vacaret, aut ſi probandum ſuſcepiſſem; naturalem quandam prudentiam ſolertiámq. cunctis animalibus ineſſe, non modò quadrupedibus & terreſtribus, ſed etiam volucribus & aëriis, atque adeo ſquamigeris piſcibus ipſis & marinis incolis, vel vſque ad reptilia & inſecta, quorum nulla ingenio quodam atque inſtinctu natura parens carere ac deſtitui voluit aut paſſa eſt. Quum autem Plinium appello, nolim putes hunc ſolum mihi nominari vel intelligi authorem: quia mihi ſic vtique perſuaſi, quicquid præclari in rerum natura priſci Græci aut Latini monumentis mandarunt, id omne Plinium vnum omnium ſcriptorum diligentiſſimum in ſuam bibliothecam, velut publicam apothecam reſeruandum ad poſteritatem mãdaſſe & traduxiſſe. Quocirca quæ multa ex Ariſt. agnoſco, ea repetere ab Ariſt. nunc minimè inſtitui: hunc autem ab eodem locum inſignem præſenti inſtituto affinem lubens mutuabor ex cap. 6. & 7. lib. 9. hiſtor. animal.

Plinius bibliothecam vndiq. terraſit.

Vrſæ ſolertia, & modeſtia.

Vrſæ cùm fugiunt, ſuos catulos propellunt, ſuſcepéſque portant: cùm ab inſectante iam occupantur, arbores ſcandunt. Solent vrſi arũ herbam comedere, cùm è latibulo egrediuntur. ligna etiam manducant, quaſi dentiant. Sed ex cæteris quoque quadrupedibus multæ prudenter ſibi opitulari videntur: Nam & in Creta inſula capras ſylueſtres ſagitta tranſfixas, dictamnum herbam quærere aiunt: hoc enim ſpicula ex corpore eiici. Canes etiam ægreſcentes herba quadam comeſa vomitant. Panthera cùm venenum pardalianches dictum ab angore, ederit; quo leones etiam intereunt, ſtercus hominis quærit: eo enim ipſo iuuatur. Eandem ſeſe abſcondentem venari ferunt, propterea quòd ſuo odore belluas delectati intelligat: propiùs enim ita accedunt, quas corripiat. Ichneumo Ægypti vbi aſpidem anguem ſuum hoſtem aſpexerit, non priùs aggreditur, quàm ſocios vocet, & limo obducto contra ictus morſúſque ſeſe loricet. modus armandi, vt primùm madefaciat corpus, & in terra ſe volutet. Crocodilis hiantibus trochili aues inuolantes depurgant dentes, quo munere & ipſi aluntur: & crocodylus ſentiens ſecum commodè agi, nihil nocet: ſed cùm egredi auem vult, ceruices mouet ne comprimat. Teſtudo cùm viperam ederit, mox cunilam edit: quod cùm ita ſæpius factum animaduertiſſet quidam, vt guſtata cunila, viperam teſtudo repeteret, herbam euulſit: quo facto, teſtudo interiit. Muſtela quoties dimicatura cum ſerpente eſt, rutam comedit: odor etenim eius herbæ infeſtus ſerpentibus eſt. Draco cùm per vſum pomorum nauſea infeſtatur, ſuccum ſylueſtris lactucæ exorbet: quod ita facere viſus ſæpius eſt. Canes cùm lumbricis infeſtantur, herbam tritici comedunt. Ciconiæ cæteræq. aues cùm vulnus per pugnam acceperint, cunilam plagæ apponunt. Locuſtam etiam complures viderunt, quoties cum ſerpẽte pugnat, collum eius prehendere. Quin & muſtela prudenter capere aues videtur: iugulat enim quas ceperit, vt lupus ouem. Erinacei qui in cauernis ſunt, commutant ſua cubilia, Aquilonum & Auſtrorum mutatione. qui autem intra tecta aluntur, ad parietes diſcedunt. Ictis ſeu viuerra morum aſtutia & forma muſtelæ ſimilis: officit alueariibus, melliis enim auida eſt: aues etiam petit vt felis. Omnino ratio brutorum magnam refert vitæ humanæ ſimilitudinem, magiſq. in minore genere, quàm in maiore videris intelligentiæ rationem. Quod primùm in auium genere hirundo poſt halcyones mirifica, in nidificãdo oſtendit. atque in enutrienda prole, mira tam mas quàm fœmina æquitate laborat. impartit pullis ſingulis cibum, obſeruans conſuetudine quadam, ne qui acceperit, bis accipiat. excrementa etiam pullorum parentes eiiciunt: poſt adultiores iam natos circumagi, fotáſq. ipſos egerere edocent. Columbi pleraque contemplationis huiuſmodi afferunt; neque enim cum pluribus adoleſcere aut coïre patiuntur: neque coniugium iam inde à primo ortu initum deſerunt, niſi cælebs aut vidua. quinetiam fœminæ parturiendi mas adeſt, & cultu omniq. officio fungitur. ſæpe etiam fœminam pigriùs euntẽ ad nidum, propter partus laborem, mas percutit cogítque intrare, &c. Mare vno contenta & turtur & palumbes viuit, nec alterum recipit. incubant ambo & mas & fœmina. ſed de ſingulis dicere ſit infinitum: cætera tum vſus, tum librorum docet lectio. atq. ex iis quæ protuli, multa ex Ariſtotele tranſtulit Plinius, quæ repetere nihil neceſſe eſt. illud modò ex M. Tullio reponam ex lib. 2. de natura deorum, in quæſtionis ſeu theſeos propoſitæ demõſtrationem prorſus luculentam. Natura dedit belluis & ſenſum & appetitum, vt altero conatum haberent ad naturales paſtus capeſſendos, altero ſecernerent peſtifera à ſalutaribus. Iam verò alia animalia gradiendo, alia ſerpendo ad paſtum accedunt, alia volando, alia nando: cibúmque partim oris hiatu & dentibus ipſis capeſſunt, partim vnguium tenacitate arripiunt, partim aduncitate roſtrorum: alia ſugunt, alia carpunt, alia vorãt, alia mandunt. At quibus beſtiis erat is cibus, vt alius generis beſtiis veſcerentur, aut vires natura dedit, aut celeritatem: data eſt quibuſdam etiam machinatio quædam atq. ſolertia: vt in araneolis, aliæ quaſi rete texunt, vt ſiquid inhæſerit, conficiant: aliæ autem vt exinopinato obſeruant, & ſiquid incidit, arripiunt idq. conſumunt. Pinna verò (ſic enim Græcè dicitur) duabus grandibus patula conchis cum parua ſquilla quaſi ſocietatem coït comparandi cibi. itaq. cùm piſciculi parui in concham hiãtem innatauerint, tum admonita à ſquilla pinna morſu comprimit conchas. ſic diſſimillimis beſtiolis communiter cibus quæritur. In quo admirandum eſt, congreſſúne aliquo inter ſe, an iam inde ab ortu naturæ, ipſæ congregatæ ſint. Eſt etiam admiratio nonnulla in beſtiis aquatilibus iis quæ gignuntur in terra: veluti crocodili fluuiatiléſque teſtudines, quædámque ſerpentes orcæ extra aquam, ſimulac primùm niti poſſunt, aquã perſequuntur. Quin etiam anatum oua gallinis ſæpe ſupponimus:

Erinacei aſtutia, item viuerræ.

Humanam ſolertiam imitantur bruta.

Halcyonis & hirundinis caliditas & ingenium.

Columbarũ animus & caſtitas: ut turturis & palumbis.

Cæprorum in mordendo acumen, item canũ, item pantherarum.

Pantherę venatio.

Ichneumonis ſolertia in dimicando.

Trochili in crocodilo ſocietas.

Teſtudinis medicatio, item muſtelæ, item araneę, item cuniculi.

Locuſta & muſtelæ aſtutia.

Belluarum intellectus.

Animalia quomodo paſcantur.

Araneolarũ aſtutia.

Pinnæ cum ſquilla affinitas & commercium.

Aquatilium naturalis ſolertia.

Animantes ſeſe naturæ duce conſeruant.

ex quibus pulli orti, primùm aluntur ab iis vt à matribus: deinde eas relinquunt, à quibus excluſi fotíq. ſunt, & effugiũt cùm primùm aquã quaſi naturalem domum videre potuerunt. tãtam ingenuit animantibus conſeruandi ſui natura cuſtodiam. Legi etiam ſcriptum, eſſe auem quandam, quæ Platalea nominetur: eam ſibi cibum quærere aduolantem ad eas aues quæ ſe in mari mergerent: quæ cùm emerſiſſent, piſcémq. cepiſſent, vſq. eò premere earum capita mordicùs, dum illæ captum amitterent, id quod ipſa inuaderet. Eadémq. hæc auis ſcribitur cõchis ſe ſolete complere, eáſque cùm ſtomachi calore concoxerit, euomere, atque ita eligere ex iis quæ ſunt eſculenta. Ranæ autem marinæ dicuntur obruere ſeſe arena ſolere, & moueri prope aquam: ad quas quaſi ad eſcam piſces cùm acceſſerint, confici à ranis atque conſumi. Miluo eſt quoddam bellum naturale cum coruo. ergo alter alterius vbicumque nactus eſt oua, frangit. ſed infinita ſunt eiuſmodi ἀνωμαλίας exempla, & ſpeciali volumine incluſa nuper, necdum tamen omnia. Illud verò ab Ariſt. animaduerſum, à quo pleraque, quis poteſt non mirari? Grues cùm loca calidiora petentes, maria tranſmittunt, triãguli formam efficere: eius autem ſummo angulo aër ab iis aduerſus pellitur: deinde ſenſim ab vtroq. latere tanquam renis, ita pennis curſus auium leuatur. baſis autẽ trianguli, quam grues efficiunt: ea tanquam à puppi ventis adiuuatur: hæque in tergo præuolantium colla & capita reponunt. quod quia ipſe dux facere non poteſt, quia non habet vbi nitatur, reuolat vt ipſe quoque quieſcat. in eius locum ſuccedit ex us quæ acquieuerunt: eáque viciſſitudo in omni curſu conſeruatur. Multa eiuſmodi proferre poſſum: ſed genus ipſum videtis. Iam verò illa etiam notiora, quando ſe opere cuſtodiant beſtiæ, vt in paſtu circunſpectent, vt in cubilibus deliteſcant: atque illa mirabilia. Quid ea quæ nuper, id eſt paucis antè ſeculis medicorum ingeniis reperta ſunt? Vomitione canis * purgare aluos ibes Ægyptiæ curant (meliùs autem ſic legas, Vomitione canes, purgatione aluos, &c.) Auditum eſt pantheras quæ in barbaria venenata carne caperentur, remedium quoddam habere, quo cùm eſſent vſæ, non morerentur. Capras autem in Creta feras, cùm eſſent confixæ venenatis ſagittis, herbam quærere quæ dictamus vocaretur: quam cùm guſtauiſſent, ſagittas excidere dicũt è corpore. Ceruæque paulò ante partum perpurgant ſe quadam herbula, quæ ſeſelis dicitur. Iam illa cernimus, vt contra metum & vim ſuis ſe armis quæque defendat: cornibus tauri, apri dentibus, morſu leones, aliæ fuga ſe, aliæ occultatione tutantur; atramenti effuſione ſepiæ, torpore torpedines: multæ etiam inſectantes odoris intolerabili fœditate depellunt. de cæteris, ne me exemplorum multitudo obruat, nunc ſtatui non meminiſſe diffuſiùs: vnum pro multis ſufficiet. Bonaſus, animal eſt quadrupes, capronatum, cornigerum, tauro haud abſimile, in terra Pæonia frequens, monte autem Meſſapo. de quo ita retulit Ariſtoteles cap. 45. lib. 9. hiſtor. animal. Repugnat calcitrans, & proluuiem alui vel ad quatuor paſſus proiiciens. quo præſidio facilè vtitur, & plerumque ita adurit, vt pili inſectantium canum abſumantur. ſed tunc ea vis eſt in fimo, cùm bellua excitatur & metuit: nam ſi quieſcit, nihil vrere poteſt. tempore pariendi, vniuerſi in montibus enituntur. ſed priùs quàm fœtum edant, excremento alui circiter eum locum in quo pariunt, ſe quaſi vallo circundant & muniunt. largam enim quandam eius excrementi copiam hæc bellua egerit. vbi mox de ingenio & ſagacitate elephanti, de manſuetudine, & amore delphini, item de leonibus, thoïbus & pleriſque aliis animalibus, quorum de miranda naturæ ſolertia nuper dicentem Plinium ex Ariſtotelis hiſtoria potiſſimùm induximus, & Ciceronem ipſum rem aliquot illuſtribus exemplis indidem ferè deſumptis, perorantem ac demonſtrantem. cui turſum concordantem Plinium in nonnullis præclaris exemplis placet adiicere, atque his pluribus enarrandis, cùm ſint innumera, finem imponere. ſic autem cap. 26. lib. 8. Hippopotamus in quadam medendi parte etiam magiſter extitit. aſſidua namque ſatietate obeſus exit in litus, recentes arundinum cæſuras perſpeculatus: atque vbi acutiſſimum videt ſtipitem, imprimens corpus, venam quandam in cruro vulnerat, atque ita perfluuio ſanguinis morbidum alià corpus exonerat, & plagam limo rurſus obducit. Simile quiddam & volucris in Ægypto monſtrauit (ſubdit idem cap. 27.) quæ vocatur Ibis, roſtri aduncitate per eam partem ſe perluens, qua reddi ciborum onera maximè ſalubre eſt. Nec hæc ſola à mutis animalibus reperta ſunt vſui futura & homini. Dictamum herbam extrahendis ſagittis cerui monſtrauere percuſſi eo telo, paſtúque eius herbæ iecto. ijdem percuſſi à phalangio, quod eſt aranei genus, aut aliquo ſimili, cancros edendo ſibi medentur. Eſt & ad ſerpentum ictus præcipua, qua ſe lacerti, quoties cum his conſeruëre pugnam, vulnerati refouent. Chelidoniam viſui ſaluberrimam hirundines monſtrauere, vexatis pullorum oculis illa medentes. Teſtudo cumiæ, quam bubulam vocant, paſtu, vites contra ſerpentes refouet. Muſtela ruta in murium venatu, cum iis dimicatione conſerta. Citonia origano: hedera apri in morbis ſibi medentur, & cancros veſcendo maximè mari eiectos. Anguis hyberno ſitu membrana corporis obducta, fœniculi ſucco impedimentum illud exuit, nitidúſque vernat. exuit autem à capite primùm, nec celeriùs quàm vno die ac nocte replicans, vt extrà fiat membranæ, quod fuerat intus. idem hyberna latebra viſu obſcurato, marathro herbæ ſeſe affricans, oculos inungit ac refouet: ſi verò ſquamæ obtorpuere, ſpinis iuniperi ſe ſcabit. Draco vernam nauſeam ſylueſtris lactucæ ſucco reſtinguit. Pantheras perfricata carne aconito (venenum id eſt) barbari venantur. occupat illico fauces earum angor: quare pardalianches id venenum

Platalea aſtutia.

Rana marina calliditas.

Milui & corui antipathia.

Gruum ingenium.

Beſtiarum cautio.

Remedia medicinalia à beſtijs accepta.

Panthera & capreæ & cerui medela.

Bellua quæ ſe tueantur.

Sepia & torpedinis aſtutia.

Bonaſus ſtercore ſeſe tutatur, qui.

Hippopotamus docuit medicos phlebotomiam, item clyſteremi, quomodo.

Medicinæ quas herbas à beſtijs acceperint medicinales.

Exempla.

De cerno & dictamo.

De hirundine & chelidonia.

De teſtudine & cumia.

De muſtela & ruta.

De cicunia & origano.

De apro & hedera.

De angue & marathro.

De draconе & lactuca.

De panthera & ſtercore humano.

appellauere quidam. At fera contra hæc excrementis hominis sibi medetur, & alias tam auida eorum, vt à pastoribus ex industria in aliquo vase suspensa altiùs quàm vt queat saltu contingere, iaculando se appetendóque deficiat, & postremò expiret: alioqui vinacitatis adeo lentæ, vt eiectis interaneis diu pugnet. Elephas chamæleonte concolori frondi deuorato, occurrit oleastro huic venenato suo. Vesi cum mandragoræ mala degustauere, formicas lambunt. Ceruus herba cinaræ venenatis pabulis resistit. Palumbes, graculi, merulæ, perdices, lauri folio annuum fastidium purgant. columbæ, turtures & gallinacei, herba quæ vocatur helxine. anates, anseres, cæteræque aquaticæ, herba siderite. grues & similes, iunco palustri. coruus occiso chamæleonte, qui etiam victori nocet, lauro infestum virus extinguit. Sed ex his pleraq. iam ab authentico Aristotele produximus, cuius modò interpretem agit Plinius, ex quo longè plura eodem lib. 8. & deinceps in suam locupletem bibliothecam trãstulit: ex qua tum hæc, tum alia in nostram pro medicina apologiam transtulimus.

De elephanto & chamæleonte.

De vrso & formica.

De cerui & cinara.

De vitulis & lauro, helxine, siderite, iunco.

Ex quibus plerisque hactenus exemplis omnium generum, latis quidem vt arbitror, in variis animantibus etiam mutis, quæ brutæ dicuntur, certum & insignem rationis, intelligentiæ, imaginationis sensúsque communis ac memoriæ vim inesse à natura, morúmque hominis simulacra haud obscura elucere cõprobaui. Et verò vnde id tandem? an ab ipsa Dei & naturæ prouidentia, donóq. peculiari tantæ temperamenti ratione? an à partium cerebri compositione conformationeq. ad humanam proximè accedente? Certè equidem vnus & idem est author & dator omnium bonorum Deus, qui de suis inexhaustis thesauris deprompta varia & multiplicia dona in omnigenum animal effudit liberaliter ac munificè: sed tamen homini, quem ad sui similitudinem creauit omnibus animalibus dominaturum, longè præstantiora dona concessit. Nam præter illa omnia cæteris cõmunia, insuper animam rationalem & immortalem homini concessit, diuinitatis velut exemplar, æternitatis arrham, principatus argumentum, rationis efficaciratem, orationis vsum, & ipsam dominam rerum eloquentiam & profundam animæ σοφίαν seu contemplationem. denique vt ait Propheta Psalmo 4. Ἐσημειώθη ἐφ' ἡμᾶς τὸ φῶς τοῦ προσώπου σου, κύριε· Signatum est super nos lumen vultus tui, Domine. Quod cùm de omnibus in vniuersum hominibus possit efferri: at verò de Christianis speciatim prædictum accipi potest: quibus character fidei in ipso baptismo fronti impingitur: & quibus per hoc nomẽ, quo Christiani appellantur, signũ atq. indiciũ quoddam impositum est, Christus nimirum, qui patris lux est. per Christum enim, patrem agnouimus: Qui enim vidit me (inquit) vidit & patrem meum. Qui etiam character & forma patris ab Apostolo cognominatur. Coniunxit autem seipsum propheta Christianis, ob cognationem quandam ac familiaritatem virtutum, ait Euthymius comment. in Psalmos. & Genes. cap. 1.

Conclusio.

Causa ingenij & solertiæ in mutis vnde.

Hominis priuilegia supra brutas animantes, quæ.

Lumẽ vultus diuini in frontibus hominum, quale.

Baptismi efficacitas.

A ait Dominus, Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. iterúmque cap. 2. Formauit Deus hominem de limo terræ, & inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ: & factus est homo in animam viuentem. qua de re iam antehàc sæpiculè. Deinde corporis formam augustiorem ac præ cæteris honorabiliorem Deus homini dedit, vt ab ea velut tacitè admonitus, originis suæ ac diuinæ beneficentriæ omnibus momentis animo grato memoriam recoleret. atque vt philosophus dicebat ex Euripide, ἰδὲ ἄξιον νεμεσᾶν, species & forma digna est imperio. Ob id Deus homini vltimo post omnia genito imperium in vniuersa animantia contulit. cap. 1. Genes. Crescite & multiplicamini, & replete terram, & subijcite eam, & dominamini piscibus maris, & volatilibus cœli, & vniuersis animantibus quæ mouentur super terram. & iterum cap. 9. ad Noë & filios eius, Crescite, & multiplicamini, & replete terrã: & terror vester ac tremor sit super cuncta animalia terræ, & super omnes volucres cœli, cum vniuersis quæ mouentur super terram: omnes pisces maris manui vestræ traditi sunt. Ex quo Latinus poëta Ouidius 1. metamorph.

Homo, imago Dei.

Hominis creatio.

Hominis figura augustior, ad quid.

Homo in vniuersa animalia habet imperium.

B

—— & quod dominari in cætera posset,
Natus homo est.

Vt iam mirum non sit, hominem cæteris animalibus vnum præcellere tum ipsa corporis figura, tum vultus venustate & elegantia, tum partium singularum conformatione, tum capitis & cerebri mirifica compositione, tum sensuum omnium acriore certioréque iudicio, tum orationis elocutione, tum artium omnium inuentione, tum manuum admirabili artificio, tum animæ functionum perfectione, tum denique animæ diuinæ immortalitate. Quibus dotibus addidit Aristoteles etiam istam specialem prærogatiuam cap. 1. lib. 1. histor. animalium; πρὸς δὲ τοῖς μέρεσι τοῦ ἀνθρώπου καὶ τὰ ζῷα ἐστι, καὶ μᾶλλον μὲν καὶ ἐλάττω τοιαῦτα· ἀνομοιομερὴς δὲ καὶ εἷς ἄνθρωπος, πολλὰ ἄνθρωποι. id est, Homo vnus ex numero animalium omnium, vim obtinet cogitandi: & cùm memoriæ atque disciplinæ complures animantes esse participes possint, nulla tamen præter hominem potest reminisci. quod ferè idem lib. de memoria & reminiscentia demonstrat. Memoria & reminiscentia non solùm tempore differunt, verumetiam ea re, quòd memoriæ complures quoque aliæ animantes participes sunt, reminiscentiæ verò, homo vnus omnium, quarum naturam compertam habeamus, compos est. Cuius rei causa illa afferri potest, quòd reminiscentia, tanquam ratiocinatio quædam suppetit. etenim qui reminiscentię dat operam, ratiocinatur se antè vel id audijsse, vel vidisse, vel alio sensũ percepisse: & quasi inquisitio est. hæc autem à natura tribuatur, quibus ipsa quoque consultandi facultas assignatur: consultatio enim, ratiocinatio quædam est. idem verò cap. 4. lib. 3. de anima, Sensitiuum non est sine corpore: at intellectus ab eodem separabilis est. vbi multa de intellectu animæ. & eiusdem operis lib. 1. cap. 4. & cap. 7. lib. 12.

Homo in quo antecellat cæteris animantibus.

Homini propria animi dotes.

Solus homo reminiscitur, quæ de re.

Reminiscẽtiæ qui fiat.

Intellectus à corpore separabilis, & quod sit.

C

D

E

metaphyſic. Intellectus, diuinum quiddam eſt. quem Plato in Phædro animæ gubernatorem vocat. idem in Alcib. 1. animæ virtutem, ſapientiam dicit. Eſt autem intellectus vniuerſalium & principiorum, vt ſcripſit Ariſtotel. cap. 6. & 11. lib. 6. ethic. atque ſub finem lib. 1. de anima; At nequit eſſe quicquam præſtabilius anima, quodquidem dominetur, & magis etiam intellectu, maximè enim rationi conſonum eſt, hunc omnia præceſſiſſe, & præſtantiſſimum omnium & naturæ Dominum eſſe. idem cap. 7. lib. 9. hiſtor. animal. Omnino ratio brutorum magnam refert vitæ humanæ ſimilitudinem, magiſque in minore genere quàm in maiore videris intelligentiæ rationem. de qua iam paulò antè ex hoc loco. & cap. 1. lib. 1. part. animal. An non omnis anima principium motus eſt? neque partibus animæ omnibus id tribui debet: ſed augendi principium idem putandum, quod & in plantis: & alterandi vim eandem quam ſentiendi: deferendi autem aliud quiddam, non vim intelligendi. delationem enim vel in cæteris eſſe animalibus nouimus: intellectum ſiue mentem in nullis. hunc θύραθεν, illam φυσικὴν appellat. & cap. 3. lib. 2. genera. animal. Cùm animam multiplicem conſtituiſſet, vegetalem, ſentualem, rationalem, illas cum plantis & mutis animalibus communes homini fecit, hanc autem huius propriam. Reſtat igitur (ait) vt mens ſola extrinſecùs accedat, eáque ſola diuina ſit. nihil enim cum eius actione communicat actio corporalis. Græcè autem ſic, νοῦς δὲ ὥσπερ οὐσία ἐγγινομένη, ταύτη μόνον ἐνυπάρχει· ἀπὶ τούτου δὲ καὶ τῇ ἐνεργείᾳ κωλυθὲν ἅπαν ἀπόλλυται ἐνέργεια. qua de re nos iampridem & ſæpe. Ex quibus quidem & pluribus adeo locis colligere eſt, vel iuxta philoſophorum decreta (quia de vera Theologia planè conſtat, & nos vltrò aſſentimur) hominis à cæteris animantibus multum eſſe diſcrimen, vt in cæteris rebus omnibus, ſic in animæ immortalitate, & ea parte quæ functiones animæ præcipuas interioréſque ſpectat. de quibus cùm alibi dixerimus antehàc, ad aliud deinceps problema erit tranſitus, vbi priùs iſta ex Fernelio ſubiecero.

Intellectus dignitas.

Ratio in brutis, qualis.

Anima quid, & quotplex facultates.

Intellectus hominis peculiaris.

Anima quæ hominis propria aut communis.

Mens ſola diuina, & à corpore aliena.

Hominis anima præſtantia, & eiuſdē functiones.

Omnium animæ partium (ait cap. 11. lib. 5. phyſiolog.) princeps ac regina, mēs eſt ac intelligentia, qua præditus homo vnus cæteris antecellit animantibus: quæcumque enim præſtantiora edit opera, eorum effectrix eſt & opifex intelligentia. Res incorporeas ab omníque materia ſeiugatas & nudas, vniuerſales rerum notiones atque formas, huius opera omnium animantium vnus homo cognoſcit. Vnde ſtatim huius eſſentiam ſimplicem eſſe, indiuiduam, ab omni materia & corpore abſtractam abiunctámque deprehenditur: neque demum vllius inſtrumenti corporei opera indigere: alioqui particeps fieret corporis: híſque potiſſimùm à ſenſu diſtare. Iam verò ſi inſtrumento corporis intelligentia non opus habet, neque profectò ei miſcetur, neque ab eius qualitatibus afficitur, prorſúmque impatibilis euadit. Itaque intelligentia ſimplex eſt, incorporea, ſeparata, impatibilis, immortalis atque æterna, imitatione Deo proxima, homini diuinitùs & extrinſecùs accedens. vbi mox de intelligentia agente & patiente, ex Peripateticis. Ex duabus igitur naturis, tanquam ex materia & ſpecie, ratio atque mens conſtat, ipſa quidem incorporea, impatibilis tota quidem diuinitùs adiecta nobis. mox de componendi, iudicandi, ratiocinandi facultatibus, déque contemplatione, actione, conſultatione, prudentia, arte, voluntate, electione ſeu προαιρέσει, animæ facultatibus interioribus. ac deinceps cap. 15. libri eiuſdem, ita concludit; Quiſquis igitur volet naturalem contemplationem medicis obſeruationibus confirmare, omni depoſita concertationis inuidia, tres animæ facultates, vitalem, animalem & naturalem, eſſentia, ſede, inſtrumentíſque cum Platone diſcludat. nunquam enim futurum eſt, vt qui eas turbulenta confuſione connectet, quicquam in re medica vel dilucidè demonſtret, vel certa intelligentia & ratione comprehendat. quod neque Ariſt. fecit, neque alij Peripatetici: ne multas in homine animas, & hunc multa eſſe animalia, fateri cogerentur, neque ſimplicem, ſed concretam ex partibus animam dicere. idem rurſus lib. 6. cap. 14. idem argumentum repetit & inculcat, verbis aut ijſdem, aut ſanè affinibus. vbi etiam de memoria quî fiat, & recordatio ſeu reminiſcentia, quæ mentis actio eſt, nempe collapſæ memoriæ reuocatio. quæ accirco non belluarum, ſed ſolius eſt hominis; quòd nonniſi connexione rerum & ratiocinatione quadam comparetur. Neque etiam bellúis propriè ineſt memoria, quòd præteriti & futuri temporis perceptionem nullam habent, ſine qua meminiſſe non poſſumus. Quæ bona aut mala iam ſæpius ſenſerunt, agnoſcunt illæ quidem, ſed tanquam præſentia ſint, nulla elapſi temporis obſeruatione. Neque enim apes, neque formicæ, quæ alimenta ſibi in hyemem recondere putantur, in futurum proſpiciunt: verùm ea ſólius eſt naturæ quędam inconſiderata, nec præmeditata molitio. Mortuis nobis ſtatim omnium rerum quas in vita cognouimus, memoria deletur: quoniam hæc ex communi ſenſu pendebat, qui ipſe patibilis eſt, & peremptis nobis ſimul occidit. quare ab illo ſeiuncta mens immortalis, illiúſque ſubſidio deſtituta, præteritorum meminiſſe non poteſt, ex Ariſt. lib. 1. de anima & lib. 1. Mens enim illa & ſimplex noſtra intelligentia quum è corpore diſceſſerit, patiendi ratione deperdita, alteram duntaxat agendi vim conſeruabit. Non enim tum ea ſenſuum miniſterio indigebit, neque ab his hauſtas rerū notiones ſuſcipiet, quibus cognoſcat: ſed ipſa per ſe omnia ſpectans, nihil aliud quàm merus erit actus, à ſua ſimplici natura id obtinens, vt tum ſe aliáque intelligat, tum intelligatur à ſe. Ea neque componit quicquam aut diuidit, neque vlla connexione ad rerum cognitionem accedit: ſed formas rerum omnium in ſe continens, vna comprehenſione ſimul aggreditur & intelligit omnia. vnde ſemper

Mens quibus conſtet, & qualis ſit, & eius officium.

Animæ tres facultates qualitercunque diſtinctæ.

Memoria & reminiſcentia hominis propria, cur.

Quòd mutæ animantes careāt prouidentia.

Memoriam mors in homine abolet quo.

Anima extra corpus agit, nō patitur, & quomodo intelligit.

Mentis diuinitas, & intellectus in homine propriè.

Intellectus agit extra corporis adminiculum, & qualis

intelligit & intelligitur à ſe, nunquam defatigatione ingraueſcit, tota æterna & immortalis. ſed de anima antea copiosè dictum eſt.

PROBLEMA III.

Cor an cerebrum præſtantius?

PRIDEM cùm de partium principum numero & ordine generationis dicerem, tres ſummas & præcipuas indicaui, quæ eodem propè momento genitæ, inſtar ouium milij granorum in prima conformatione appareremt, quas inter, ſi qua foret ortu prior reliquis, hepar vtique antecederet, ob rationes allegatas, & nunc omittendas. Iam verò dico tres illas partes totius hominis & microcoſmi huius, ceu mundi tres toparchas locis diſſitos, imperijs diſtinctos, pro ſitus ordine & beneficiorum in Rempubl. ſiue œconomiam iſtam corpoream magnitudine, primas aut ſecundas tertiáſve ſortiti. Qua ratione, Cerebrum omnium celſiſſimum, idem velut auguſtiſſimũ ac diuiniſſimum quaſi templum cœlúmve animæ immortalis, & ſpiritus animalis functionúmque interiorum atque animæ præcipuarum domicilium, idem ſenſus & motus, ob neruorum productionem, cauſſa & author. Et quia conſilij & intellectus & prudentiæ ac religionis primaria velut origo cenſetur, ſiquis externæ dominationi conferre velit, haud abs re ſummo Pontifici cõparabitur, velut reliquis monarchis & regibus in rebus ſacris atque auguſtis imperaturo. Secundo deinceps loco ſitúque & ordine, quaſi Imperator aliquis inſignis, viribus potens, robore vegetus, armis induſtrius, victor triumphans, Cor ſuccedit, vitæ & vitalis ſpiritus & caloris natiui focus, arteriarum origo, per quas toti corpori & partibus omnibus vitam & ſpiritum caleréque vitalem ac genitiũ & largitur & communicat, parem ab illis expectans gratiam ac mutuam operam tum ſenſus à cerebro, tum alimenti à iecore. Tertio deinceps & infimo loco, ſitu atque ordine, velut Rex aut princeps latè imperans, terræ amplæ ac fertilis pinguiſque ſoli ac regionis Dominus, Hepar ſuccedit, venarum & ſanguificationis officina, naturalis facultatis & caloris ac ſpiritus præſes: cuius larga prodigalitas non modò ſibi & ſuis ſubditis alendis ſufficit: ſed etiam de eo quod ſupereſt, vicinos & accolas liberaliter alere ac nutrire poteſt, dimiſſis in omnem viciniam & œconomiam totam corporis, velut pro annona & commeatu, idoneis alimentis: quorum vbere prouentu non modò ali, ſed etiam pingueſcere ſolent. Et quemadmodum in orbe iſto vix fieri poteſt, vt reges ac principes mutua carere poſſint opera, & regiones ſingulę de fructu ac vbertate ſui ſoli vicißim ſibi communicant ac fœnerantur tum quæ ad victum, tum quæ ad cultum corporis pertinent: ſic in iſta œconomia naturali corporis humani, non modò partes iſtæ principes mutua egent opera: verumetiam viliores ac inferiores partes vniuerſæ particulæq. cum principibus mutuam deſiderant atque requirunt operam & opem: & quæ primaria ſibi videtur, infimæ auxilio carere nullo modo poteſt. Hinc rectè Paulus noſter Rom. 12. Sicut in vno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent: ita multi vnum corpus ſumus in Chriſto, ſinguli autem alter alterius membra. idémque 1. Corinth. 12. Sicut corpus vnũ eſt, & multa habet membra, omnia autem membra corporis cùm ſint multa, vnum tamen corpus ſunt: ita & Chriſtus. & paulò pòſt, Nunc autem poſuit Deus membra, vnumquodque eorum in corpore ſicut voluit. quòd ſi eſſent omnia vnũ membrum, vbi corpus? nunc autem multa quidem membra, vnum autem corpus. Non poteſt autem oculus dicere manui, opera tua non indigeo. aut iterum caput pedibus, nõ eſtis mihi neceſſarij. Sed multò magis quæ videntur membra corporis infirmiora eſſe, magis neceſſaria ſunt. & quæ putamus ignobiliora mẽbra eſſe corporis, his honorem abundantiorem circundamus: & quæ inhoneſta ſunt noſtra, abundantiorem honeſtatem habent. honeſta autem noſtra nullius egent: ſed Deus temperauit corpus, ei cui deerat, abundantiorem tribuendo honorem. vt non ſit ſchiſma in corpore, ſed in id ipſum pro inuicem ſolicita ſint membra. Et ſiquid patitur vnum membrum, compatiuntur omnia mẽbra: ſiue gloriatur vnum membrum, congaudent omnia membra. Quam Pauli ſententiã ſecutus Greg. Nazianzenus in Apologetico dixit, Sicut in corpore noſtro alia ſunt membra quę regunt corpus, atque omnibus eius moribus præſident, alia ſunt quæ reguntur, & obſequiũ rectoribus præbent. ita & in Eccleſia ſtatuit Deus, æquitatis eam legem diſpenſans, & per diuinam prouidentiam ſuam, quę vniuerſa componit, meritorum temperans priuilegia. alios conſtituit regi & gubernari, quibus hoc vtilius eſt, vt verbo & opere rectorum, ad id quod expedit, imbuãtur: alios paſtores dedit & doctores ad perfectionẽ Eccleſiæ. & paulò pòſt, Hi (inquit) præ cæteris virtute animi præditi, familiariùs Deo aſſiſtunt, & id officij in Eccleſia gerunt, quod vel anima in corpore, vel mens & ratio operatur in anima: vt vtraque pariter compaginata & ſibi inuicem mixta, in quo quid deeſt, & in quo abundat; vel vt in membrorum diuerſitate conſonãtia facta per ſpiritum, perfectum & integrum atque aptum ad omnia corpus exiſtat, & dignũ quod Chriſtum habeat caput. hæc ille. ſed de iſta ſympathia corporis vniuerſi partiúmque diximus tum hîc vſpiam ex Hipp. tum in Strabum, vbi & Menenij ex Liuio apologum produximus.

Illud igitur pergamus inquirere, quod ab initio propoſuimus, cor an cerebrum præſtantius (nam de hepate velut inferiore ac viliore parte, licet perneceſſaria, & ortu prima, vti oſtendi antehàc facilè aſſentimur) Licet autem priore ſermone & comparatione illa de primatu, lata videatur ſententia: tamen quia Peripateticorum ſchola, duce Ariſtotele, primas ſemper cordi dedit, quaſi primo viuenti & vltimo morienti, ac non modò arteriarum, vt conſentimus, ſed

Tres in homine partes principes, quæ, & quales & quare.

Cerebri ſedes, functio œconomia, & cõparatio.

à ſimili.

Cordis ſedes functio & dignitas, à ſimili.

Iecoris ſedes functio & liberalitas, à ſimili.

Partium principum communicatio, & alia ad inuicem.

à ſimili.

Corporis & Eccleſiæ cõparatio.

Corporis partiũ ſympathia & conſenſus ac mutuũ auxilium.

Cõparatio Eccleſiæ cũ corpore & membris.

Cõparatio magiſtratuũ cum ſuperioribus animæ functionibus, & inferiorũ cum membris corporis.

Cordis dignitas.

etiam venarum neruorumque, quod abnegamus, indidem originem repetendam censet: hic vtique vt satisfaciamus, iam apertiùs demonstraturi dicimus, neruorum haud à corde, sed à cerebro esse certissimam originem. similiter venarum haud à corde, sed ab hepate manifestissimam esse atque indubitatam derivationem: quod quia speciatim antehàc demonstrauimus, nunc pro confesso accipimus, & de hac prærogatiua tantundem cordi detrahimus. Accedit & illa de animæ sede quæstio, quam definiisse vtcunque videmur, quantum homini phytico licet asserere. cuius vtique veritas quæstionis soli Deo nota est & animæ ipsi aut angelis: homine enim perfectè & exploratè scire arbitror neminem: sed quadam probabili coniecturâ duci vnumquemque, hic vt in corde, ille in sanguine, alius alibi adstruat: nos cum Theologis quibusdam & Academicis & Galeno & philosophorum medicorúmq. primarijs, in cerebro esse statuimus. Qui ex hypothesi aduersus Arist. concludimus atque interimus, Quãdoquidem animæ diuinitas, suæ aulæ ac regiæ dignitatem extollit supra cæteras corporis partes, eò cerebrum esse corde præstantius, quòd animam suo hospitio & cõtubernio (si qua pars vna in nobis tanta diuinitate digna censenda est) excipere dignetur. Deinde functiones animæ planè illustres illæ ac diuinæ imaginandi, intelligendi, recordandi, quia in cerebro obiri gerique creduntur, ob eas quas sæpe promuli causas & rationes aduersus Stoïcos & quosdam Peripateticos, ob id corde cerebrum esse excellentius asserimus. Tertiò, quia sine corde viuere animal ad breue licet tempus dicitur, vt olim demõstraui, vtque hostiæ immolatæ, aut quadrupedes per anatomiam viuæ dissectæ, exempto corde viuere, vociferari, currere visuntur: ob id, cerebrum quo sine vita non constat, præstantius & magis necessarium corde ducimus. Quartò, animalis spiritus vitali tantò dignior est, quantò vitalis naturali: quia vt naturalis vitalem, sic vitalis animalem gignit & elaborat, atque huius potissimùm gratiâ ille instituitur, vti pridem demonstraui: ob id, cerebrum tantò dignius corde, quãtò animalis spiritus vitali tenuior, præstantior, efficacior. quem adeo quidam errore ducti, pro anima ipsa, ob actionum dignitatem præstantiámque, habuerunt. Quintò, sensus & motus vi neruorum inductus, motu arteriarum & cordis functione quantò illustrior ac præclarior est, quo sine, homo à lapide aut saxo vel statua, aut adeo quouis animal à caudice parum differret, & sentire & moueri impotens, tantò cerebrum corde ipso antecellit. Sextò, quãtò discrimine loci, caput à corde, & cor ab hepate distat, tantò cerebrum cordi, & cor hepati antecedit. quia natura ipsa tacito quodam indicio, quas præcipuas partes duxit in corpore, eas celsiore loco collocauit, summo summas, infimas infimo, medias medio, pro suo quamque dignitatis modo & ordine. Septimò, quarum partiũ perfectior est natura, earumdem est figura præstantior: figura autem sphærica demõstrata est omnium perfectissima, ex Platone & Tullio Ciceron: eáque est capitis optimè à natura conformati species: cordis autem figura secundi est, conúmve refert, ipsa forma turbinata & oblonga, altero extremo denso & amplo, mucrone autẽ acuminato: ob id capitis & cerebri, quàm cordis maior est dignitas ac præstãtia? Octauò, cùm duo sint summa nostri ortus principia, semen & sanguis menstruus, quantò semen sanguine efficacius & dignius, caussa nempe efficiens & formans, caussa adiuuante, tantò cerebrum est corde ac iecore excellẽtius: quia huic vni origo à solo semine, istis autem ambobus à sanguine, vti color & temperamentum & ipsa generationis ratio docet atque nutritionis modus ostendit. Tertium enim principium, ex quo nerui omnes procedunt, ex solo semine ortum habet, ait Gal. lib. 1. de semine cap. 8. Postremò cui parti natura prouida parens accuratiùs consuitum ac prouisum voluit, hanc insignita esse & haberi sibi digniorem, eandémque magis eximiam, quam industriam in asseruandis thesauris & bonis rebúsque charissimis, seu musæo pretiosissimis nos omnes plerique imitamur. Atqui cerebrum longè plura validioráque propugnacula tegunt & tuentur, quàm cor ipsum, vt paulò antè recensuimus. Ergo vel naturæ ipsius indicijs tacitóque consensu, cordi cerebrum anteferendum statuere debemus. rectéque Plato in Timæo, Caput, membrum corporis diuinissimum, reliquorúmque membrorũ princeps denominauit. rectè etiam Aristoteles ipse in probl. partem sacram nominat. rectè etiam Hippocrates libello de insania, cerebro animæ opera tribuit, vt antè ostendimus: sicuti etiam apud eundem Democritus à nobis ibidem citatus. Ac iam non cum Arist. aut Peripateticis, cerebrum cordis gratiâ institutum à natura, sed potiùs ex aduerso, cor cerebri caussâ genitum, magna quidem ex parte & colligimus & asseueramus. verùm ad id posterius probandum, satius esse duco peculiari disceptatione agere: quia quæ huc ad cerebri prærogatiuam adstruendam attulimus, satis alibi disceptata probatáque constitêre.

A corde quæ partes oriatur, quæ non.

De vera animæ sede, Nostra.

Quòd cerebrum corde præstantius, quia anima domicilium.

Quia ibi functiones animæ principes.

Quia sine corde viuitur.

Quia spiritus animalis vitali præstat.

Quia sensus & motus potiùs à cerebro.

Quia corde superius cerebrum.

Quia cerebrum rotundum.

Quia de semine ortũ.

Quia accuratiùs munitum.

à simili.

Capitis dignitas.

PROBLEMA IIII.

An cerebrum cordis temperandi gratiâ creatum?

GALENVS cùm alibi satis, tum ex instituto in eo opere, quod de Hipp. & Plat. decretis inscribitur, id apertè docuerat, quod ita summatim cap. 10. lib. 9. meth. med. resumit; Gubernant animal tres diuersi generis facultates, toti corpori ex suo veluti fonte quodã quæque distributæ. eas Plato animas vocat, propriam cuiusque substantiam innuens. Est enim earum quædam ad nutriendum animal necessaria, ac cum stirpibus communis, quæ iecur veluti pro fonte habet: canales verò ab hoc in totum corpus spargos, ipsas venas. Hanc seu appetitricem, seu naturalem, seu altricem voces, nihil interest: veluti nec si animam aut facultatem.

Tria in corpore principia seu facultates, quæ, & singulari organo ac domo.

Altera est quæ non modò vt stirpibus, aut vim præditis, sed etiam vt animalibus anima est insita. hæc sedem in corde habet, ipso quoque insiti caloris quodam ceu fonte. ab hoc fonte canales, arteriæ sunt. vocatúrque hæc sanè multis nominibus: nam & facultas siue virtus vitalis, & facultas siue virtus animosa, & anima animosa ac vitalis dicitur. Tertia anima ratiocinatrix in cerebro domicilium habet. ea voluntarijs actionibus vnà cum sensibus præsidet. vtitur & hæc particulis quibusdam ceu canalibus, nempe ipsis neruis sensum motúmque per hos in totum animal transmittens. Ergo has facultates seruare, nihil planè est aliud quàm vitam seruare. quarum qualibet amissa, necesse est reliquas quoque vnà perire. Cùm autè apud Arist. legisset Gal. cerebrum cordis refrigerandi gratiâ genitum, id ferre non potuit, atque in certamen cum Arist. pro veritate descendit, longè alios cerebri vsus declarans, vti partim ostendi, partim dicere aggredior. siquidem huic opinioni euertendæ vnus Galenus vel si nihil addas, potest abundè sufficere. Sed antequàm ad Gal. venio, lubet Aristotelem producere: qui sic de cerebro scribit lib. 2. cap. 7. part. animal. Cùm omnia momentum requirant cõtrarium, quo mediocritatem ac medium assequantur (in hoc enim essentia ratióque consistit, non in alterutro extremo seorsum posito) iccirco aduersus cordis sedem & calorem, cerebrum natura molita est. Et ea de caussa, pars ita animalibus iuncta est naturã obtinens aquæ & terræ communem. atque ob eam rem, cerebrum omnia sanguine prædita habent: ex cæteris nullum ferè nisi per proportionem. Cerebrum igitur calorem feruorémque cordis moderatur, & temperiem adfert. Sed vt ea quoque pars modico potiatur calore, venæ ad membranam cerebri deueniũt ex vtraque vena: maiorem dico & eam quæ aorta vocatur. Et ne calor nimius offendat, non paucæ amplæ, sed frequentes ac tenues venæ ambiunt: nec sanguis copiosus & crassus, sed tenuis syncerúsque subit eôdem. idem rursus lib. 2. genera. animal. cap. 4. Cùm principium sensuum totiúsque animalis in corde contineatur, hoc ob eam rem primum gignitur: mox ob eius calorem frigiditas suprà, vbi desinunt venæ, respondens cordis calori constituit cerebrum. itaque caput à corde cõtinuò generatur, & magnitudine cæteris præstat. Principio enim cerebrũ multum & humidum est (vbi mox de oculis) & caput prægrande propter cerebrum, oculi grandes propter humorem in ipsis contentum apparent. vbi mox de cerebri humani copia, humiditate & frigiditate alibi exposita.

Quos Aristotelis locos cùm legisset Galenus (neque enim citat nominatim) gausus est oblatam sibi esse occasionem differendi cum philosophorum principe, eiúsque de cerebri tam ignobili vsu sententiam impugnandi. quodquidem negotium non paucis ille verbis lib. 8. vsus part. cap. 2. sic conficit; Existimare caloris qui cordi inest, gratiâ cerebrum extitisse, vt eum scilicet refrigeret, caloríq. ac frigoris modum temperet, omnino est absurdum. Non enim cerebrum tam longè à corde natura locasset: sed vel omnino cordi circundedisset, quẽadmodum & pulmonem, aut in thorace omnino saltem posuisset. neque sensuum omnium principia in cerebro suspendisset: sed si adeo cæcutiuisset, vt id longè à corde collocaret, sentúsque (quod minimè oportebat) in eo coapraret, non tamen duobus septis firmis adeo ac densis ea diremisset, huic quidem cranium totum, illi autem thoracem circumponens. Aut si hæc quoque non vidit collum saltem haudquaquam in medio vtriusque statuisset, idque in calidissimis animalibus, & quæ vocamus καχεξιδοντα, id est dentes serratos habentia, longum admodùm: in volatilibus verò multò adhuc longius: adeo vt cerebrum pari cum pedibus interuallo à corde distet. Simile enim est hoc dogma, ac siquis dicãt calcaneum cordis caussâ extitisse. ac nequis me existimet risus gratiâ hæc dixisse, si rem diligenter inspexeris, citiùs à calcaneis ad cor refrigerium aliquod perueniat, quàm à cerebro. Cæterùm nihil minùs frigida inuenias calcanea quàm cerebrum. hoc enim etiamsi aliud nihil, motus saltem perpetuus potest calefacere: vt interim omittam multitudinem ac magnitudinem venarum atque arteriarum, quæ in ipso sunt, quibus nulla est alia calidior in corpore animalis particula. Quibus etiam accedit, quòd duabus tegatur meningibus: pòst autem osse durissimo simulac densissimo & crassissimo, per quod necesse omnino est, vt ad cor refrigeratio pertingat, non sanè per verticem. Hæc igitur caliditatem, quæ in eo continetur, necessariò augebunt, & viam refrigeranti frigiditati ad cor inuiam planéque difficilem efficient. At quid refrigerationem cordi à cerebro parare erat necesse, cùm respirationem videamus, actionem adeo continuam ac perpetuam? quæ donec animali supperet, ratione duplici cor refrigerabit, in inspirationibus quidẽ, qualitate frigida suppeditata: in expirationibus verò, eo quod feruet, effuso. Nisi fortè aërem cerebro calidiorem existimant, ob eámque caussam cor minùs iusto ab eo refrigeratum, cerebri vtpote frigidioris subsidio indigere. Sed hæc quidem aut hominum sunt veritatem verbis separare conantium, aut euidentia ipsa ignorantium. Quouis enim tempore cerebrum multò calidius aëre inuenitur, siue ruptum alicuius caput manibus curemus: siue etiam experiendi gratiâ animali cuiuis cranion exciderimus: deinde meningibus discissis tangere voluerimus. Adde etiam quòd nemo est qui ignoret nos id maximè agere, vt quàm citissimè ossa capitis excidamus, ne cerebrum refrigeretur: quódque si refrigeretur, malorum id vltimum sit illi, cui fractum caput est. Arqui si aër cerebro esset calidior, haudquaquam ab eo refrigeraretur. nunc autem etiamsi æstas fuerit, facilè refrigeratur, indigétque etiam tum foueri citissimè: tanquam non solùm id non sit frigidum, sed ne citra molestiam quidem, frigidæ substantiæ occursum toleret. vbi & de tenuis meningis munimento caloréque. at deinceps cap. 3. sic in Aristotelem insurgit acriùs. Ac cæ-

Trib. principiorum munerum.

Gal. in Arist.

Cordis & cerebri oppositio quæ sit.

Cerebrum cordi quid subministret, & vnde illi calor.

Cor principiũ omniũ, à cerebro quid habeat, & vtrum antiquius.

Gal. contentio cum Arist.

Quòd cerebrum non cordis refrigerandi gratiâ genitũ, & ratio.

Cerebrum non ita frigidum, &c.

Cor vnde refrigeretur & vsus respirationis.

Cerebrum est aëre calidius.

Cerebri refrigerandi damna.

by Google

Gal. de Arist.

teris quidem ignoſcendum fortè fuerit: Ariſtotelem verò facere non poſſumus, quin valdè accuſemus, qui cùm ea quæ ex anatome apparent non neglexerit, in eorúmque vtilitate ſit exercitus, ipſéque tradiderit problematum alia quidem ſolutionẽ poſtulare, alia verò ſupplicium, alia ſenſum: inuenitur tamen poſtea ipſe neque his quæ ſenſibus apparent, credere, neque ſui ipſius memor. nam tactus noſter calidius inuenit cerebrum, quàm ambientem nos aërem. ille verò caloris ipſius cordis refrigerandi gratiâ ipſum extitiſſe confirmat, ſui ipſius immemor, qui reſpirationem huius rei gratiâ paratam eſſe dixerit. At huius quidem rei gratiâ iure ipſum laudauerimus, quòd ex Hipp. ſententia ſimul ac verè de reſpirationis vſu pronuntiarit: in eo ſanè peccat, quòd nũc oblitus ſit ſe alibi aërem calidum eſſe ſtatuiſſe. An hoc quidem rectè fecit, quòd falſarum aſſertionum ſit oblitus, in eo autem labitur, quòd cor non ſatis à ſolo aëre refrigerari putarit: ſed indigere præterea viſcere, quod non ſimiliter vt aër, eſt frigidum? neque ſi etiam frigidius eſſet, attamen propterea quòd magna intercapedine eſt diſtitum, & quia ſe multa ac denſa corpora interponunt, refrigerationem tranſmittere poſſet? Nam quis eſt, qui cùm aërem ipſum habeat per pulmonem ad cor tendentem, aut ſi minùs ipſum, at ſaltem omnino ipſius qualitatem, idque continenter ac ſine intermiſſione fieri videat, alio adhuc putet cor indigere ad refrigerationem auxilio? quo ſi indiget, longè melius eſſet ex pulmone ipſam dicere ſuppeditari. Quo pacto autem cerebrum aëre nõ eſt calidius, cui certè lethale eſt, ſi æquè ac aër refrigeretur? Quomodo autem cerebrum cordi refrigerando ſatis eſſe poteſt, cor autem non multò magis cerebrum ſupra ſe poſitum poteſt excalfacere, cùm calor omnis feratur ſublimè? Aut cur ad cor quidem obſcura quædam apophyſis ab ipſo pertinet: ſenſuum verò inſtrumenta omnia à cerebro immenſam portionem euidenter recipiunt? Nam non eſt quòd quis dicat id accidere, propterea quòd cerebrum quidem cordi refrigerando eſt comparatum: ſentorijs verò ad aliam rem quampiam id eſt vtile. ſiquidem quod cordi refrigerando eſt comparatum, id ceu fons refrigerationis, propinqua omnia, opinor, refrigeret neceſſe eſt. Atque ea ratione ſolum ex omnibus monſtrum quoddam cerebrum fuerit, vt quod remotiſſima quidem ac calidiſſima & per multos interiectos obices refrigerare queat: quæ verò ſunt proxima ac calida minus ſibíque cohærentia, ea ſimiliter afficere nequeat. deinceps verò de cerebro, an ſit neruorum principium & venarum arteriarúmque, omnium denique ſenſuum: qua de re alibi dictum.

Problemata tria genera.

Cerebrum aëre calidum.

Cor vnde refrigeretur.

Aër calidus.

Quòd cor à cerebro non refrigeretur, ſed reſpiratu.

Cerebrum aëre calidum.

Cor potiùs calfacit cerebrũ, quàm.

Senſus à cerebro.

Cerebrũ nõ refrigerat propinqua.

His vtique rationibus Galenus Ariſtotelem conuincit & conficit, eò quidem faciliùs, ac ſine ſudore & ſanguine, vt aiunt, aduerſarium confodiens ac ſuperans, quòd non repugnantem vincere promptum eſt, & quòd ambo armis rationum imparibus decertant, atque Ariſtoteli ipſi velut iubar ſolis, ſic veritatis ſplẽdor lumen aciémque oculorum perſtringit. Sic ergo ſtatuendũ eſt, vel ipſo Ariſtotele iudice, Cerebrum & cor duas eſſe partes principes & ad vitam perneceſſarias, vt ille nominatim profitetur cap. 11. lib. 3. part. anim. hęc enim principatum maximè vitæ obtinent, ait. Sed quia cordi prærogatiuam omnem deferre ſtudet, ideo huic ſumma omnia accepta deputat, huic vitã & vitæ actiones omnes defert, huic non inodò arteriarũ, vt res eſt, ſed etiam venarũ neruorúmque originem cõtra rei veritatem aſſignat. atque vt eſt in illud idem propenſior, & munificẽtior, veluti cæteras partes pleraſque, etiam cerebrum huius vnius gratiâ conditum arbitratur. ea fortè potiſſima ratione inductus, quòd cor in animali ſit omniũ viſcerum caliditſimum: vt ex aduerſo, cerebrum fortè omnium partium frigiditſimum humiditſimúmque tum proprio temperamẽto, tum ob aſſiduas ad ipſum exhalationes partium ſubiectarum: in quo, propter partis naturam, concreſcunt, & in aquam ſeu pituitam coguntur, deinceps idoneam catarrhis materiam futuram, ſicuti pridem oſtendimus tum Hippocrate, tum ipſo Ariſtotele ibidem adſtipulante. Et tamen locorum diſtantia, & colli anguſtiæ atque longitudo, & cerebri egelida natura, temperiei proxima, cordis tam remoti quantumuis calorem æſtúmve moderari ac temperare nequeat: ne ſi totum quidẽ caput niue aut glacie pro cerebro plenum ſit. cùm præterea cerebri ipſius natura longè alios præſtantiores in vſus ſit comparata: vtpotè principium neruorum ſenſúſque & motus voluntarij, idémque animæ & animalium ſpirituum functionúmq. ſedes & conceptaculum; quodquidem cum corde, vaſorum triplici genere communicat, neruorum, arteriarum, venarum, ſicuti chorus omnis illuſtrium medicorum & philoſophorum haud pertinacium aſſentitur. ſed diutius in re nimiùm aperta immoramur: itaque ad aliud tranſeamus.

Cordis & cerebri dignitas, & vitæ matter.

Ariſt. cordi plura & nimiũ tribuit.

N. pro Ariſt.

Catharrhi ergo.

Cor nequit à cerebro perfrigerari quadere.

Cerebri vſus & dignitas.

PROBLEMA V.

An caput cerebri vel oculorum gratiâ conditum?

VT in re militari dubius eſt & anceps plerumque euentus, & victoria modò hanc, modò illam partem mutat, ſitque modò victor qui nuper victus erat. ita in præſenti opinionum certamine, ea eſt conditio & ſtatus diſceptationis ambiguæ, metus vt ſit, qui nuper victor glorioſus euaſit Galenus, nunc ab aduerſario Ariſtotele poſt inſtauratam & redintegratam pugnam, ne victus, ſed ſtrenua priùs obita dimicatione, acer pugil euadat: non tamen abiectis armis, aut loco & ſtatione deſerta: ſed iniqua conditione in arenam deſcendens, paratus aliàs nouo poſthàc, ſi fors ferat, certamine vires ingenij induſtriámque experiri periclitatíque. Ergo Galenus Ariſtotelem in eo vicit, quòd cordis refrigerandi gratia cerebrum conditum, probabili tantùm nitius veri ſimilitudine, aſſereret. nunc autem re perſpecta, cùm ad rem ventum eſt, & manu de iure confertum, perpenſis accuratè rationibus, prudens ac ſciens Galenus idem contra

Similitudo.

Victoriæ inſtabilitas.

Ariſtot. victus.

Ariſtotelem

Aristotelem tuetur, non cerebri, sed oculorum ergò caput esse conditum. Quaquidem assertione Galenus videtur arcem inualidam & immunitam, tum natura, tum arte minùs belle instructam, suis solus viribus rationúmque momentis tutandam suscipere. quæ quales aut cuiusmodi sint, subiicere paro, sed vbi primùm Aristotelis momenta rationum propoluero.

Caput propter cerebrũ

Is igitur lib. 4. part. animal. cap. 10. ita breuiter enũtiat; Caput cerebri gratiâ potissimùm est: hanc enim partem genus omne sanguineum habeat necesse est. sed natura sensuum etiam nonnullos in eo collocauit, quoniam sanguis eius membri temperatus modicè sit, & idoneus tum ad cerebrum tepefaciendum, tum ad sensuum tranquillitatem atque integritatem. Hoc argutum philosophi elogium Galenus medicus mordicùs cùm apprehendisset mirificis modis agitat atque exagitat initio lib. 8. vsus part. cuius quidem lógioris disputationis summam ita colligo, primùm ex cap. 2. Caput plurimis visum est propter cerebrum factũ fuisse; ob eámq; causſam sensus omnes in seipso continere, tanquam seruos quosdam & magni regis stipatores. At cancris & crustatis plerisque caput quidem non ineſt: particula autem quæ sensuum dux est ac motus voluntarij, in thorace est locata, vbi omnia ipsis insunt sensuum instrumenta. vnde cerebrum in his non potest esse in capite, sed in thorace iuxta cor. deinde mox cap. 4. Caput neque cerebri gratia factũ esse, etiamsiquis cerebrum supponat esse sensus ac motus voluntarij principium: neque fieri posse, vt qui cerebro ca ademerint, quorum beneficio ipsum cõtingebat esse prædictorum principium, pleriq; turpissimè hallucinantur, & cancrorum & vniuersum ἀναιμοπόρων genus euidenter ostendit, quæ caput non habent omnino, aut rudem tãtùm eius delineationem, sensúsq; omnes gerunt in pectore. ἐγκέφαλον autem nomen à situ tractũ est: cuius substantiam Plato cùm vellet significare, medullam & credit & appellat: impropriè tamen, vt alibi patuit. ideo multi cerebrum, medullam ἐγκεφαλίτιδα cerebralem, quomodo & ἐγκέφαλον spinalem nominant. alij verò non ἐγκεφαλίτιδα, sed hoc ipsum, μόλιν ἐγκεφάλου, medullam cerebri volunt nominare. sed de medulla vtraque nos alibi. ἐγκέφαλον autem, quasi dicas in capite, cerebrum nominare quî liceat? nam quibus animalibus non est caput, manifestum est quòd neq; ἐγκέφαλος esse potest, neque proportione ita potest appellari. Neque enim ex situ, instrumentorum quodque hanc aut illam habet substantiam, tametsi à situ nominatur. Ipsum igitur ἐγκέφαλον etsi quammaximè nomen expositione adeptũ (nominatur enim ita, quòd ἐν τῇ κεφαλῇ, in capite situm sit) quando in partibus thoracis inuenerimus in animalibus capitis expertibus, non aliud quippiam & proportionale ipsi esse dicemus, sed illud ipsum, vetus tamen nomen illi non conuenire. Et Romani quidem cerebrum appellant, non à situ aut aliquo accidente, sed ipsam eius substantiã indicãtes. Omnis enim in animali particula sensus & motus voluntarij dux, quolibet loco cõtineatur, cerebrum Latinis, græcis abusiuè ἐγκέφαλος nominatur. Quandoquidem instrumenta omnia quę eandem habent actionem, idem etiã par est nomen habeant, quocumq; tandem loco sita sint. & mox cap. 5. Quid igitur causſæ est, quòd natura in plurimis animalib. caput effecerit, haudquaquã mihi nos aliter inuenire posse videmur, quàm quomodo inquirere instituimus. Nam si inuenerimus, quánam particularũ in capite sitarum, pectora animaliũ capitis expertium destituuntur, non vtique abs re dixerimus, illius gratiâ caput extitisse. huius quidem inueniendæ, quã quærimus, ratio ac methodus hæc fuerit. Oculi cancris, balænis, scarabeis & omnibus animalib. capitis expertibus, ceruicib. prælongis insunt: non enim his licebat esse imis, vt ori, narib. & auribus. nam illorum actio locũ editum postulabat: quę causſa etiam fuit, vt qui hostium aut prædonum infestos incursus à longè speculãtur, muros aut turres altas aut mõtes quosdam conscendant. atque etiam nautæ qui nauium malos ascendunt, terram priùs intuentur quàm vectores, quanquam ij in eadem sint naui. nam qui in excelsum aliquem locum ascẽdit, plura loca prospicit, quàm qui in loco est humiliore. Prædictis igitur animalibus testaceã ac duram cutem habentibus, non difficile facta erat oculos altis ceruicibus tutò imponere, vt qui duri essent futuri, tunicámq; sibi ipsis extrinsecùs circundatam (quæ à cuti nascitur) durissimum similiter ac reliquam cutim habere possent. Homini verò cæterisque animalibus ei similib., totos oculos molles necessariò ob corporis substantiã habituris, & præterea extrinsecùs adhęrescentem ipsis membranam mollem æquè ac reliquam cutem, prælongis ceruicibus prominẽtes oculos imponere erat periculosus: cùm ne ipsis quidem ὀφθαλμοῖς semper prominent, sed in concauum sese abdant: & si rei alicuius incursum metuant, aut etiam actione ipsorum alioqui non indigeant, oculis in pectus reclinatis tutò conquiescunt, loco scilicet ad recipiẽdos oculos ibi à natura præparato. Postquàm igitur oculos nostros in imo constituì è re ipsorum non erat, nudis autem ceruicib. imponere non erat tutum (nolebat portò natura neque vtilitatem vllam impedire, neque securitatem tollere) inuenit qua arte faceret ipsis particulam, quæ alta simul esset, & eos tueri satis posset; suprà quidem supercilia constituens, infrà verò quas malas appellamus, attollẽs: internis præterea partibus nasum apponens; externis ossis processum, quod græci ζύγωμα, nos iugale appellamus. At nondum horum congeries est caput, possuntque esse alicubi sine capite. Cur igitur fuit necesse, alias quoque hic poni particulas, quarum compositio, caput nominatur? Sensoria omnia neruum postulant mollẽ: neruũ quidem, quia is sensuum est instrumentũ: mollem autẽ, quia vt sensus fiat, ab extrinsecùs occurrente sensoriũ ipsum afficiatur quodãmodo necesse est ac patiatur. sed de neruis & sensoriis alibi, déque sensu & motu & eorundem organis, tum ex hoc loco, tũ aliunde; & cur molles ad sensum, duri ad motum nerui sint aptiores.

Cerebri ipsius quæ sint.

Capitis ipsius.

Cerebrum & sensus non semper in capite, et quib. nõ.

Quòd caput non cerebri gratiâ, & quibus desit.

ἐγκέφαλος unde dicatur, & an medulla.

ἐγκέφαλος impropriè dicitur, quare.

Pars vnde nomen sortiatur.

Cerebrum cur dicatur, & quid.

Alius communis communi nomẽ fuit.

Caput quot sint genera.

Oculi in acephalis, vbi et cerũ mouimentum.

à simili.

Oculi hominum molles, quo nomine egeant.

Oculorum situs & mouimenta.

Oculorum genera cur plura.

Sensoriorũ neruum cur mollis.

Rationum quomodo æstimanda.

instructus erat plurimis: ita suæ sententiæ confirmandæ si non necessarias, at probabiles rationes multas congessit. Non tamen rationum numerus, sed grauitas & momentum spectari atq; æstimari debet. pluris enim facienda est vna ratio prægnans & fœcunda validáque, quàm decem ratiunculæ leues atque inanes & futiles.

Similitudo.

Itaque vt ille ad Imp. Philippum prouocabat eundem, à quo dãnatus & malè mulctatus erat, ira & odio & prejudicata opinione liberum: sic nos ad eundem nostrum gal. appellamus, hoc velut excusso veterno & paradoxa opinione vacuum, liberè & syncerè & candidè res ponderantem atque æstimantem. qui, expensis totius capitis tot partibus, tot sensibus inde emanantibus, tot facultatibus ibi velut in thesauro cõditis, tanta cerebri mole intus recondita, & capitis sibi figuram magnitudinémq; æquante, &

Caput potissimùm propter cerebrũ, deinde & alios in vsus.

hanc sibi velut apothecam firmam & validam eligente, & fortè fabricante sibi & circũdante, facilè tum huius cerebri potissimùm gratiâ, tũ illarum facultatum & sensuum ac motuum, eorundémq; organorum caussâ creatum caput nõ modò fatebitur, sed etiam clarè palámq; profitebitur: vt oculi in partem hæreditatis veniant, non totam tamen illam adituri & inuasuri. esset enim non mater, sed crudelis & iniusta nouerca

Natura æquitas.

natura, si multam prolem enixa, vni ex liberis totum fundum largiretur & manciparet; reliquos liberos aut exhæredaret, aut in minimam patrimonij partem reciperet. & tamen galenus toties eandem iustam, sapientem, prouidam prædicat: vt aliud cogitasse videatur, cùm ista minùs consideratè, imò tam inconsideratè diceret. Columbus in galenum ita tulit sententiam lib. 1. anato. Mihi nunquam fiet verisimile, oculorum caussâ caput fuisse conditum: ad cerebrũ potiùs talem formam spectasse crediderim: nẽpe ad illud quod futurum erat domicilium rationis: qua ratione, homo diuinum propè animal iudicatur. Est enim virtutum omnium animaliúmq; facultatum regina: cui vt præsto esse possent sensus omnes veluti satellites ac ministri, in ipso capite suas singuli sedes obtinuerũt.

Quòd caput non sit oculorum caussâ.

Capitis præstantia & vsus.

Cúmque sentiendi vis per neruos deferatur, quorum fontem atque originem esse cerebrum cum galeno opinamur; quis non videt, maiorem inesse cerebro quàm sensibus dignitatem: cùm à cerebro sensus dependeant, non à sensib. cerebrum? hæc ille vt liberè, sic etiam verè. an alius aliquis è nostris illis in hanc mentionem inciderit, tu videris: mihi quidem nemo occurrit in præsentia.

Cerebrum dignius sensibus.

EST-NE CEREBRI ET SPINÆ vera medulla?

PROBLEMA VI.

Nominibus quibus imposuerit, & vocabula.

QVI rebus olim nomina primi imposuerũt, siue dij ipsi, siue barbari, vti Plato in Cratylo iùspicatur; seu potiùs primus ille hominũ parens Adamus, vti genes. cap. 2. scribitur: ij profectò rerum naturam, substantiam, condi-

A tionémque primùm spectasse videntur, deinde proprietates, tum accidentia & euentus, tum figuras & similitudines rerũ inter se, aut simile quiddam secuti, ne confusis nominibus rerum confusio sequeretur: cùm vtique ex Aristotele, nomen ipsum sit veluti rei symbolum & nota; aut vt Socrates definit, rerũ substantias docendi discernendíque instrumenta. atque ipsum adeo ἐπωνυμίαν, nomenclatorem, virum vtiq; sapientem ac prudentem fuisse colligit; videlicet qui rerum naturam calleret, & iuxta cuiusque proprietatem essentiámque, nomen illi imponeret suum. Hinc qui apud græcos μυελὸν, & apud

Nomẽ quid rei.

Onomatheta sapiens.

μυελὸς, medulla cur dicatur, & vbi seruetur, ac differentia.

B Latinos medullam vocarunt, vtriq; eõdem respexisse possunt videri: quòd res qua de ageretur, vt antè docui, in medio recondi ac reponi soleret atq, poscceret: scilicet ex sua natura, materia mollis, friabilis aut liquabilis & vuida, quę ad conseruationem sui, aliqua indigeret velut capsula aut apotheca. Sic medullam propriam ossa sibi intus asseruant: sic cranium, sic spina dorsalis, hæc medullam speciatim cognominatum, ἐγκέφαλον καὶ νωτιαῖον μυελὸν: illud ἐγκεφαλίτιδα ἢ ἐγκεφαλῖτιν ἢ τὴν ἐγκεφάλου μυελὸν custodit & seruat vlu singulari, sed collidi, quati, rumpi, frangi, comprimi periclitantem.

Sed quæritur, an cerebri & spinæ medulla, verum & commune nomen medullæ ossium iure

C sortita sit, quídve hæc ab illis discrepet? Certè si vsum spectes, si qualitatẽ substantiámq; & consistentiam compares, longè hęc ab illa distat: atque appellationis communio, vel ob similitudinem collocationis, quòd vtraq, in ossibus reposita seruetur, vel ob nominum penuriã subrepsit. Nam medulla ossium propriè dicta, de pinguiore sanguinis portione in capacitatem ossiũ illapsa cõcreuit calida & pinguis & oleosa & liquari facilis, nonnunquam cruenta & sanguini suo authori cõcolor, nullis inuoluta mẽbranis; ossibus alendis, humectandis, lubricandis, molliendis destinata, ne assiduo motu attritúque tabescant, fathiscant, collidantur atq; conterãtur.

Quòd cerebrum & spina medulla improprie, & cur ita vocetur, ac differimen à vera.

Medulla propriè quæ, qualis vbi, vnde, quorsum.

At quæ medulla cerebralis ac spinalis denominatur, ab ipso generationis nostræ primordio,

D de seminali substãtia pura putáq; genita coaluit, non autem de sanguine: ideo semper alba aut albicans (qui color partiũ spermaticarũ esse solet) frigida humidáq;, nullo calore torrẽdo, elixãdo, frigẽdo liquescens, sed potiùs à calore indurescens atq; siccescẽs; duplici saltẽ inuoluta meninge sibi propria & peculiari, ad sui custodiã; propter vsum quendã insignẽ longè medulla ossiũ præstantiorẽ, vt patuit, genetãdis ac producẽdis ex sese neruis ad sensum motúmq;, & spiritus, & facultates functionésq; animales recipiẽdas,

Medulla cerebri & spinæ vnde, qualis, vbi quorsum.

E nihil autẽ ad ossiũ motũ conducens: nonalendo cranio, nõ spinæ ossibus nutriendis ac fouendis comparata. quibus speciatim natura prospexit, venulis per eorũ substantiã traiectis in alimoniã atq; incrementum. accedit & peculiaris cerebri motus, quoquidẽ vt omnis medulla, sic & ipsa consors medulla spinalis caruit. Ergo cerebri substantia, & spinalis eidem affinis atque congener, si propriè loqui volumus, non medulla, non glandula, sed sui generis substantia

Cranii & spinæ vnde alantur.

Cerebrum & ſpinalis medulla quid, & affinitas cũ glandula medulláque

eſt, ſeminalis, ad medullam gladulámque quadam ſimilitudine accedens. cuius cauſſa, ob nominum, opinor, inopiam medulla vulgo, atque ipſi interdum Hippocrati glãdula cognominatur. quod alibi indicatum placet nunc ex illo repetere, ac ſubinde Ariſtotelis & Galeni ſuper hac quæſtione ſententiam proferre. Igitur Hippocrates lib. de glandulis ita infit; Caput ipſum glandulas habet, cerebrum nimirum ſimile glãdulæ. eſt enim cerebrum album ac friabile, quẽadmodum etiam glandulæ. & ob id in commoditatem capitis glandulas facit, & per relatas à me cerebrum auxiliũ ferens, humiditatem aufert, & in extremitates foràs ablegat per fluxiones ex magna parte. Maius autem eſt cerebrum, quàm aliæ glandulæ: & capilli etiam maiores quam alij pili. maius enim eſt cerebrum, & in amplo ſpatio in capite ſitum eſt. idem lib. de carnibus, Cerebrum quia minimum pinguitudinis habet, plurimùm verò glutinoſitatis, à calido exuri non poteſt; ſed tempore tunicam, membranam craſſam accepit: circùm membranam verò, oſſa quantum calidum ſuperauit, & in quibus pinguitudo erat. Sed & medulla ſpinalis appellata, à cerebro deſcendit, & non eſt in ipſa neque pinguis, neq; glutinoſi multum, quemadmodum & cerebro. & propterea neq; nomen medullæ iuſtè poſſidet: nõ enim eſt alij medullæ ſimilis, quæ in aliis oſſibus ineſt. ſola enim membranas habet, quas alia medulla non habet. Signa porrò horũ manifeſta ſunt: ſiquis enim neruoſa & glutinoſa itémque alia aſſare velit, alia quidem citò aſſantur: verùm neruoſa & glutinoſa aſſari non volunt: minimum enim pinguitudinis habent: pinguiſſimum autem & ynguinoſum celerrimè aſſatur.

Cerebrinatura, & vſus in eo glãdularũ, atque affinitas.

Cerebri natura & proprietas.

Spinalis medulla vnde & qualis, & diſcrimẽ à vera.

Ariſtoteles Hippocratis veſtigia ſecutus, licet innominato authore, eodem argumento vſus eſt lib. 2. cap. 6. part. animal. Sed medulla etiam natura quædam ſanguinis eſt, non (vt quidam volunt) vis genituræ ſeminalis. patet hoc in iis quæ nuper in lucem prodierunt: medulla enim in oſſibus quoque eorũ ſanguinea continetur, vtpotè cùm omnes corporis partes ex ſanguine conſtent, & partui alimentum præſtetur, à ſanguine. ſed per incrementum concoctionémque efficitur, vt quemadmodum cætera membra, ſic viſcera quoque immutentur colore. per copiam enim ſanguinis, viſcera etiam cùm tecentia adhuc ſunt, colorem ſibi ſanguineum trahunt. ſic etiam medulla afficitur, & pinguis in pinguibus animalibus eſt, atque axungiæ ſimilis. At quibus ſanguis non pinguedini, ſed ſeuo ſimilis per concoctionem euadit, iis medulla ſeuo ſimilis eſt. Quamobrem vt cornigeris animalibus nec vtrinque dentatis, medulla ſpeciẽ gerit ſeui: ſic vtrinque dentatis atque multifidis pinguedinem refert. Verùm ſpinæ dorſi medulla minimè talis eſt: quoniam continuam hanc eſſe oportet porrectámque per longitudinem ſpinæ totius, quæ ex multis vertebratis orbiculatim oſſibus iungitur. Nam ſi ex pinguedine aut ſeuo eſſet, non æquè perpetua eſſe poſſet, ſed vel fragilis vel humida eſſet. idem ſequenti cap. 7. Cerebrum quoque medullam

Medulæ generatio, cõtra Plat. & cur rubeat infantibus.

Viſcera & medulla initio rubent, dein colorẽ mutãt, quà.

Medulla quæ adipem vel ſebum refert.

Spinæ medulla qualis, & cur.

A eſſe atque originem medullæ, compluribus placuit authoribus, argumento quòd dorſi medullam iunctam cum cerebro cernerent. ſed res contrà ſe habet, omnino propè dixerim: cerebrum enim partiũ omnium corporis frigidiſſimum eſt, cùm medulla calida ſuapte natura ſit. quod eius pinguedine & axungia perſpicuum eſt. idque facit vt cerebro iungi continuaríque poſſit ipſa dorſi medulla. Solet enim natura ſemper emoliri contra cuiuſuis exuperantiam, auxilium, per coniunctionem rei aduerſæ, vt excellum alterius altero compenſet & moderetur. Sedenim medullam calidam eſſe pluribus ſanè rationibus conſtat alibi citatis. cerebri autem frigiditas & tactu percipi poteſt, & ratione intelligitur; quòd omnium maximè humorum corporis ſanguine caret: quippe quod nihil ſanguinis habeat, ſqualoréque obſitum ſit atque horridum; de quo item aliàs, ac nuperrimè ex hoc loco de vſu cerebri cordis refrigerãdi gratiâ, ſi Ariſtoteli credas. Cerebrũ autem eſſe commune aquæ & terræ, conſtat ex eo quod ei accidit: cùm enim coquitur, indureſcit atque ſicceſcit; vt humore exacto à calore, terrena proportio relinquatur; quemadmodum in leguminum reliquorúmque fructuum coctione: quòd enim ex terra, magna ex parte conſtant, hinc exacto humore, quem exiguum ſibi admiſtum continent, dura terrenáque admodùm ea quoque relinquuntur. hæc philoſophus; nam de cerebri & medullæ vſu naturaque non ita multò antè dictum eſt.

Quòd cerebrum non ſit medulla, itémque ſpinalis.

Natura prouidentia.

Quòd cerebrum frig.

Cerebri ex terra & aqua eſſentiæ.

à ſimili.

Legumina cur coctu difficilia.

Vtrumque demum ſecutus Gal. ſic intulit lib. 2. cap. 3. de temper. Quòd autem ipſum cerebri pulmoníſque proprium corpus proximũ adipi humiditatis ratione ſit, ex mollitie eius coniectare licet: non enim à frigido congelatur, cùm nec calore fundatur. Propinquam iis habet naturam oſſium medulla. non eſt tamen eiuſdem generis cum cerebro & ſpinali medulla ea quæ in quolibet habetur oſſe: ſed cerebrum & ſpinæ medulla eiuſdẽ ſunt generis: reliquę omnes medullæ alterius naturæ ſunt. & lib. 12. vſus part. cap. 12. Spinalis medullæ natura cerebro eſt aſſimilis: & ſymptomata quibus animal prehenditur, eius ſymptomatib. ſunt ſimilia, quæ affecto cerebro nobis accidunt. & initio lib. 1. de motu muſcul. Eſt etiam & ſpinalis medullæ corpus ſimile cerebro compacto, & ob id duro facto: nã & ipſius cerebri poſterior pars, quæ medullæ ſpinali continuatur, durior eſt anteriori: & quicumque neruorũ molliores ſunt, hi nihil à medulla ſpinæ differre tibi videbuntur. Medulla tamen quæ in aliis oſſibus eſt, non talis viſitur; ſed humida & propemodùm fluxilis. maximè verò ipſius mollẽ ſubſtantiã aſſimilare pinguedini poſſes. quapropter nec exoriri ex hac medulla neruũ aliquem inuenies, neq; mollem, neq. durũ. de cerebro & medulla ſpinali aliter eſt iudicandũ, vt patuit. idẽ lib. 5. loc. aff. cap. 3. Medici neglecto priſco nomine σμυελῶν, ſeptũ appellare cõſueuerũt: id quod & in dorſi medulla eos feciſſe cõſtat. quippe hinc quoq; ob propriã eſſentiã, medullę nomẽ eſt. verũ quò clarior eſſet dignotio, illi dorſalis, quẽadmodũ & ceruicalis &

Cerebri pulmoníſque natura quæ.

Medulla à cerebro differentia.

Cerebri & ſpinalis medullæ affinitas, & ybi differant.

Nerui molles ſpinalis medullæ ſimiles.

Medulla vtra qualiter à ſpinali differat.

Spinalis medullæ duo genera, & eius ſynonyma.

ſpinalis atque lumbaris cognomenta addiderunt: poſtea ferè omnes ſimpliciter dorſalem appellare conſueuerunt. ſed de diaphragmate ſeu phrenibus alibi iampridem.

Cerebrum & ſpinalis medulla, vnde: & quòd carnis nomine cõprehendantur.

Maiorum inſiſtens veſtigia doctus Fernelius ſuper hac re ita ſtatuit lib. 1. phyſiolog. cap. 14. Multò grauiſſimam quæſtionem atq; controuerſiam faciunt ſpinæ medulla & cerebrũ; quæ quoniã in principibus habentur, ortus ſui primordia ſemini, vt reliqua viſcera, accepta referunt, debéntq; annumerari inter partes ſimiles. at ne diuerſum in hisgenus prętet omnẽ omniũ veterum ſententiam conſtituendũ ſit, in carnis vni uerſum genus coniici neceſſe eſt: licet frigidiore natura ſint. ibidem mox cap. 15. In maioribus oſſium capacitatib. concreſcens medulla non minùs cõſiſtit quàm adeps. at maximè dureſcit quæ in ſpinæ fiſtula continetur, eóq; magis quò longiùs à cerebro profluxerit, cuius illa ceu ſtipes quidã eſt & portio lõgiùs exporrecta. Hæc quidem nullius ignis vi liqueſcũt aut diſſipantur: quin potiùs ſoliditatẽ augent. reliquorum oſſiũ medulla non minùs quàm adeps calore liquata dilapſàq; diffunditur. vnde intelligi poteſt, quantum illarũ inter ſe genera diſtent. & ſequentis lib. 2. cap. 2. De medulla autem nihil ambigi poteſt, eam quæ in ſpinæ fiſtula tenetur, non aliter quàm cerebrũ corporis partem eſſe: quandoquidẽ non vſu modò, ſed proprio quoque perfungitur munere, & vitam habet, cuius ope trahit & in ſe recondit alimentum. vbi mox de oſſium medullæ ortu & vſu, de quo nos antehàc in cenſu & hiſtoria partium ſimilarium.

Medullæ cũ ſpinali analogia, & vbi dorior, & hæc vnde ſit.

Medullæ à ſpinali differentia.

Cerebri cũ ſpinali medulla affinitas, & diſſq.

His igitur authoribus atq; teſtibus idoneis ſatis mihi probaſſe videor, & quidẽ multis antea rationibus oſtendiſſe, & cerebri & ſpinę medullam καινὴν χυμοῦ dici, eſſéq; rem à vera medulla planè diuerſam tum vſu, tum natura & ſubſtantia tota: ſed partim ob quandam ſimilitudinem in conſiſtentia & repoſitionis modo, partim ob nominum penuriam, tum Græcis, tum Latinis iſta communi appellatione indicari. atque hæc mihi de nomine dicta ſint: de re autem iam antè planè tranſactum.

Quòd cerebrum & ſpinalis non ſint medulla, & cur ita dicãtur.

AN NERVI DE CEREBRI ſubſtantia facti?

PROBLEMA VII.

Neruorum origo vnde, cõtra Ariſt.

CVM de cordis natura vſúq; ſuo loco diſſererem, neruos non à corde, ſed à cerebro & medulla ſpinali ducere originem, certis & irrefragabilibus, vt loquuntur, atq; inconcuſſis rationib. argumentiſq; demõſtraui, & rem ipſam ſenſibus expoſui: vt iam Ariſtoteli nemo conſentire teneatur, à corde neruorum ortum deducenti: atque vt Peripateticorum nullus dubitare deinceps de rei huius veritate ac certitudine poſſit aut debeat. cùm ipſæ adeo neruorũ radices de baſi cerebri, vel de ſpinali medulla aptè & apertè pullulare cernantur. vt de ſtirpe vel planta non iuſtiùs ambigas, an à terra producatur, an verò ab aëre prodeat ac pendeat:

à ſimili.

cùm vtroq; termino & hunc & illam attingat. Deinde hac quidem experientia, quòd ſiquis in anatomia viua explorare ac pertentare velit, partis cuiuſlibet neruum digitis prehenſum bis alliget aut amputet; ſemel quidem ad cor accedens, atq; iterum cerebro aut medullæ ſpinali propiùs. certiſſimum eſt enim, ſenſus detrimẽtum ab his & verſus hæc, in parte cui neruus inſeritur, infra vinculum aut ſectionem perceptũ iri. at verò ab illo, & verſus illud, nequaquam. Qualiter fluentis rinuli ſtatu ſitúque origo explorari ſolet, hinc an inde fluxionis principia ducantur, tantiſper aſcendendo, donec ad fontem & originem primam perueneris: qua ſemel obſtructa obturatáque, fluxio deinceps intercipiatur. Sic etiam ſecto vel inciſo neruo, quicquid ſupra ſectionem eſt cerebrum ſpinámve verſus, non autem ad cor, id omne illæſum permanet: quicquid autem infra inciſionem eſt, id licet cordi proximum, & ſenſu & motu priuatur eo quidem, cuius ante ſectionem neruus author erat. Vt nunc omittam naturæ partium ſimilitudinem ac diſſimilitudinem: vt taceam in cerebro & ſpinali medulla fruticantes cerni neruulos, ac velut inibi ſcaturiẽtes & ſcatentes: in corde autem vix vllum, aut ſaltem vnicum obſeruari. vt cætera denique argumenta præteream, quibus totum hoc dubiũ deciſum peculiari problemate cõfecimus atq; reſoluimus. Quî fit tamen, vt anſer aut pullus truncus caput de repẽte incedat & currat aliquãdiu? namque factũ experientiâ conſtat. an alia illis, quàm homini neruorũ origo eſt? id aliàs videro. Hoc igitur ex hypotheſi velut concluſum & demonſtratum arripimus, eſſe neruorum à cerebro & medulla ſpinali certam indubitatámq; originẽ. ſed illud in dubio relinquitur, An neruorum corpus ipſum candicans, ſolidum, oblongum, ſentiens, de cerebri & medullæ ſpinalis ſubſtãtia molli, friabili, liquida, inſenſili prodeat? Videtur enim vtiq; conſentaneum, ſoboles vt referat parentis naturam, atq; vt germen æmuletur ſuæ ſtirpis ſubſtantiam. Iam verò quomodo ſolidum de liquido, durum de molli, longum & continuũ de præfracto interruptóq; generetur? hæc profectò fuit olim ratio, quæ nos dubitare fecit, an de iocineris ſubſtantia molli, liquida, rubra, ſanguinea, corpus venarum albicans, durum, ſolidum, cauum poſſet exiſtere, nam de corde ad arterias, maior quædam probabilitas occurrebat: quæ tamen ipſa, neque dubitatione caruit, vt pridem explicuimus. Quocirca qui de meningum portione quadam adſimili neruorum materiam ſubſtantiámque velut progerminaſſe monuerunt, ij vtique ſi non verum, at ſimile veri prorſus dixerunt. Ac niſi authoritas magnorum medicorum & velut conſenſus vniuerſus artis peritorum in id ferretur, & eadem adſtrueret, non aliunde quàm à cerebri & ſpinalis medullæ ſubſtantia ſuam eſſe neruis originem: profectò facilè in eam ſententiam deſcenderim, vt credam & aſſeram, non de cerebri & ſpinalis medullæ ſubſtantia molli & liquabili, ſed de meningum

Quòd nerui à cerebro & ſpina, ab experiẽtia.

Similitudo.

Dubium.

An nerui de ſubſtãtia cerebri. Quòd non, cur.

à pari, de venarum ortu.

An nerui de meningibus. Quòd ſic, N. & ratio.

certis partibus congeneribus particulisque nervos congeneres expullulasse. Accedit & altera haud inefficax ratio, quòd cùm nervi, sensus sint prima organa: tamen & cerebri & medullæ spinalis substantia stupida atque insensibilis deprehenditur: meninges autem sensu sunt præditæ acerrimo. Verùm de hoc posteriùs: illud vrgemus, nempe similitudinem naturæ particularem ac dissimilitudinem facilè persuadere, nervis de meningum substantia, non autem de cerebri aut spinalis medullæ corpore suam sibi ductam originem videri. Nam si de cerebri substantia nervi prodituri erant, cur non de medio corpore eiusdem & cerebrali medulla plurima & confertissima & compacta, veladeo potiùs anticam partem versus erumpebant? nunc autem & versus posteriora, & planè ad inferiora cerebri & ad basim propè vacuam & cerebro exhaustam expullulant, suas radiculas de substantia substratæ meningis sibi colligentes, & paulatim crassescentes, donec suum sibi caudicem truncúmve absoluerint. Pariter & de spinali medulla per medias meninges prorumpunt nervi, quarum de corpore duro, lato, solido, ductili, suum sibi corpus & substantiam architectasse & confixisse atque compegisse planè probabiliter dicuntur, nec temerè aut irrationabiliter creduntur.

Quòd nervi non de cerebri substantia, cur.

Nervi vnde prodeant, & qualiter.

Obiectio.

Sed video quid hîc dici possit ab hominibus acutis; Neruorum corpus cùm sit vtique similare; tamen dissimili quodammodo substantia constare (quod de venis, arteriis, carne pridem ostendimus) cuius intima & medullosa pars, planè cerebri & spinalis medullæ referat naturam, mollitie, candore, læuore adsimilis. extima autem paulatim indurescens, viscida, solida, dilatari ac produci facilis, de meningis vtriusque simili essentia prodire ac pronasci iure dici possit.

Quòd nervorum corpus dissimilare, qui: & vnde sit.

à similibus.

1. Quid enim quòd & terra friabilis filices solidos & duras cautes ac rigidas rupes & immania saxa producit? Quid quòd de terra extractus à radicibus succus humidus & fluxilis, in arborem vel durissimam solidissimámque crescit & adolescit? Quid quòd fructus mollis & aqueus mucleum sibi aut putamen circundat & effingit durissimum? Non dicam de aqua, quæ gelu in glaciem solidam concrescit. pleraque enim vi ignis aut caloris siccata indurescunt: multa vi gelu & algoris obrigescunt: nonnulla sine manifesto calore aut frigore sensim duritiem contrahunt. Sed hoc tamen rarum est & insolens, quòd corallus in aqua frutex vel arbor lenta & flexilis aciéque penetrabilis, & findi scindíque facilis; idem aliquandiu extra mare, in quo sponte naturæ prouenit, aëri expositus, duritie ferrum & cautes soliditate æmulatur aut vincit etiam. sic enim Plinius lib. 32. cap. 2. Forma est ei fruticis, color viridis. baccæ eius candidæ sub aqua & molles, exemptæ confestim durantur & rubescunt, quasi corna satiua specie atque magnitudine. ainnt tactu protinus lapidescere, si viuat. taque occupari eucliA líque, retibus, aut acri ferramento præcidi. hac de causa cur alium vocitatum interpretantur. probatissimum quàm maximè rubens & quàm ramosissimum, nec scabrosum aut lapideum, vel rursus inane aut concauum, &c. quod & iam antè Ouidius lib. 15. Metamorph. eleganter sic & breuiter expresserat;

Sic & coralium quæ primùm contigit auras
Tempore durescit: mollis fuit herba sub vndis.

Coralij natura mira.

An neruis simile quiddam accidit, vt de materia molli, liquida, friabili erumpentes, paulatim à sua origine remoti, magis ac magis indurescant? Mihi tamen verisimilius videtur, aut his de meningum substantia suam totam fuisse originem: aut si non totam, propter medullam mollem & fungosam, saltem partes eas extimas, quas visu tactúque percipimus. Verùm hac de re dicentes alios audiamus: ego enim *in ἀνατομαῖς*, quid sentirem, satis videor aperuisse, & mox nonnulla *in ἀνατομίοις* subiungam sequenti problemate. de sensu autem mox viderimus vnde sit. galenus igitur lib. 7. de dogmatis Hipp. & Plat. Erasistratus cùm exteriorem nervi partem (inquit) per multum tempus solam conspiceret, quæ è crassiore membrana progreditur, ab ea totum neruum oriri opinabatur, ita inquiens: Ab operiente cerebrum membrana neruis originem esse. eandem senex, neruorum intimam partem quasi medullam è cerebro nasci animaduertit. vbi mox cerebrum describitur verbis Erasistrati accuratis sanè, & iam antè suo loco productis. rursum similiter comment. ad aph. 50. lib. 6. Erasistrati sectatores quum membranas velint esse principia neruorum, membranam crassiorem inquiunt suæ naturæ ratione, si sola vulnerata, tales afferre casus. si verò vsque ad cerebrum vulnus peruenerit, quoniam ambæ membranæ priùs illud admiserint, sic nuper dictarum sequi affectionum ortum fatebuntur. febrem nempe & bilis vomitum, iuxta eundem aph. Quã sententiam imitatus noster Fernelius ita scriptum reliquit cap. 14. lib. 5. physiol. Eadem sunt rationum pondera in neruorum exortu, quos palàm est cor non attingere, neq; ei vlla communione iungi: vt iccirco nemo (nisi qui in contemplandis rebus cæcus fuerit) existimet à corde, tanquam à principio eos emanare. At si diligenter cerebri structura animo sensúq; lustrabitur, clarũ erit & euidens, neruos omnes sentientes illinc deduci, ortósque sui primordia accipere. Si substantia spectabitur, eos cerebri tanquam surculos arboris partes esse; sed quæ in extrema corporis progressæ, tum viæ longitudine, tum locorum per quos tractus est, siccitate, mira soliditate durescant. vbi mox de spinali. alibi explicatis. deinde subiũgit, Vetus olim fuit sententia, quę ob duritiẽ eorũ, ortũ meningib. tum cerebrũ, tum spinę medullã circumplicantib. acceptum referret. Ab his fortasse nerui omnes inuolucra quædã acceperũt; medullę tamen (quę ramorũ qui in arborib. sunt, exemplo, intus inseritur) origo cerebri substantiæ datur. næc autem prima est & præcipua nerui portio,

Nervi origo vnde sit.

Vulnera cerebri differentia.

Quòd nervi non à corde, sed à cerebro.

Nervi non durescunt orti à cerebro molli.

Nervi quid à meningibus accipiãt.

Nervi alibi vnde.

qua valēte, motio omnis cōficitur, & qua læſa, concidit. &c. vide mox ibidem Auicennæ & Ariſtotelicorū argutā confutationē, à functionum proprietate, ab inſtrumentorum poſitu, à ductuum ortu & deriuatione petitam.

Solutio.

Sanè verò Galenus noſter vt breuiter, ſic argutè nodum ita ſoluit initio lib. 7. plac. Hipp. & Plat. Vniuſcuiuſque nerui natura triplici ſubſtantia conſtat, media quadam & intima arborum medullæ quàm ſimillima, quæ haud dubiè è cerebro ortum habet: exterioribus duabus, prima quam à tenui membrana, altera quam è dura & craſſa exoriri compertum eſt. hæc ille: venio autem ad alteram partem de ſenſu neruorum, vnde ſit: cuius eſt obiter hîc à me nuper facta mentio, cùm neruos de ſubſtantia cerebri ſenſiles de inſenſibili vix poſſe enaſci contenderent. ſed hoc obiter priùs ex Falloppio adiiciam. In neruis probare non poſſum illam anatomicorum ſententiam, Quòd nerui vſq; ad extremum duabus tunicis cerebri modo induantur. nam quamuis in diſputatione neruorum aſſeram quemlibet ipſorum ex triplici illa ſubſtantia conſtare: hæc tamen ratione potiùs quàm ſenſu diſtinguuntur, neque exceptis viſoriis, alicuius nerui durius molliúſq; ſimul indumentum per anatomen iudicari poterit. ſed de his nunc ſatis: venio enim ad alteram theſin huic affinem & iam indicatam, nunc autem apertiùs indicandam.

Neruorum natura triplex, qua & vnde.

Nerui non habēt duas tunicas.

AN VT ORIGO, SIC ET SENSVS NERVORVM EST à cerebro?

PROBL. VIII.

ARISTOTELES cùm de generatione & corruptione diſſereret libris ſub hoc titulo inſcriptis, rectè hoc equidem ſtatuit, ad generationem rei cuiuſpiam, vnam eſſe debere cauſſam, vnde motus exordium ſumatur: alteram vnde materia promatur. item, quod gignitur, quodammodo ſimplicitur ex nihilo gigni: alio autem modo, è re quæ ſemper ſubſtet eò quòd poteſtate ens, actu verò non ens antegrediatur, neceſſe ſit, cap. 3. lib. 1. Deinde mixta corpora, quæcumque medio in loco verſantur (cœlum enim credit ingenitum) ex vniuerſis corporibus ſimplicibus (quæ quatuor elementa concedit) compacta conſtare, cap. 8. lib. 2. itémque cap. 9. In generatione duo velut ſumma principia conſtitui oportere, nempe materiam & formam. quibus tertium tamen adiungi velit, cùm duo tantùm ad generationem conſtituendam ſatis non ſint: ſiue illa ſit natura, formarum cauſſa, ſiue motus, ſiue cauſſa efficiens, ſiue (vt idem putat) impulſus quidam æternus, qui continuam parit generationem, quòd ſolem procreandarum rerum authorem admoueat & remoueat. His igitur ad generationem ſuppoſitis, quæ ſunt omnium generabilium communia, quomodo ad neruorum procreationem concurrant, conſideremus. Impulſus ille & cauſſa efficiens (quam nos formatricem facultatem dicimus) vbi materiam in loco idoneo generationi aptam inuenit, tota circùm illam ſeſe applicat & circunfundit, in id incumbit, id ſtudet & molitur, formam vt idoneam velut dedolando, ſubigendo, tornando, verſando denique imprimat. Sic de ſemine & ſanguine menſtruo totus in vtero materno compactus eſt & informatus embryo: ſic ſingulæ eius partes effictæ & conformatæ: ſic extrinſecùs faber domum architectatur: ſic nauim, ſic currū efficit: ſic opus vniuerſum quod cernimus multiplex & varium varius artifex conſtruit. Sic denique (vt ad hypotheſim veniamus) facultas noſtri formatrix (qua de ſpeciatim egimus) ex ſeminali portione glutinoſa, tenaci, viſcoſa, lenta, adiuta calore natiuo & genitali partis, neruum compegit ac ſolidauit, idoneum ſenſus ac motus futurum inſtrumentum.

Neruorum generatio à quib. cauſſis fiat.

Generatio mixtorum quò fiat.

Ab exēplo.

Nerui generatio quò fiat.

Sed quæret aliquis, an de cerebri ſubſtantia neruus decidi potuit? an potiùs de conformi ſubſtantia meningum, velut ramus de arboris trunco, germinauit? Quid (inquam) hoc neceſſe eſt? nónne ex conuenienti materia ſubſtrata & primigenia ſpermaticáque, facultas illa ſolers & prouida partem deligere potuit, ex qua neruos componeret in prima corporis generatione; ſicuti de eadem maſſa per analogiam quantitatis, cerebri ſubſtantiam & medullam ſpinalem & oſſa & chartilagines & tendines & ligamenta & cætera quæque, conuenienti ſuæ naturæ vſuique modo compegit? Quid enim illi fuit neceſſe, de maiore parte iam compoſita & abſoluta, alias partes minores decidere, & priore abolita, nouáque indita forma procreare? cùm in ipſo totius generationis principio materia abundè ſuppereret & his & illis ſimul ac ſemel & velut eodem momento compingendis? An cranium de duriore cerebri ſubſtantia & velut cortice concretum pari ratione dixeris? an contrà, de liquidiore cranij ſubſtantia, cerebri corpus eliquatum & velut expreſſum duxeris? num potiùs neutro modo, ſed vtrumque ſingillatim de materia ſuæ generationi apta & conueniente & proxima genitum?

Dubium.

N ſententia de vera neruorum & omnium partium generatione.

N. quòd partes minores non fiunt de maioribus.

Ab abſurdo.

Atque hæc à me tum ad quæſtionem propoſitam, tum ad ſimiles innumeras reſponſio ſemel facta ſit. vt cùm audis quærentes, an oſſium reliquorum ſit à caluaria generatio? an à pericranio & meningibus & peritonæo ſit omnium reliquarum tunicarum origo? Vt enim iam antea vſpiam oſtendi, ex eodem lacte coagulato totum ſimul caſeum eodem momento conformari concreſcerēque: ſic de totius corporis partibus ſingulis & vniuerſis ſtatui iure poteſt, has omnes ex idonea ſuæ generationi materia primam ſuam conformationem eodem temporis momento (penè dixerim) nactas fuiſſe. ſed lubet rem propoſitam ſubtiliùs excutere, atque accuratiùs expendere.

Quæſtionis anatomica.

A ſimili.

N. ſolutio.

Receptum eſt omniúmque medicorum calculo comprobatum, neruos à cerebro ſpinaliſq. medulla ortum ducere. id nos fatemur, id recipimus, id approbamus. Iam verò quæritur, an

Nerorum origo.

de ipſa cerebri ſubſtantia, an verò de meningibus potiùs? Neutrum dicimus & probauimus neceſſarium: ſed ab his, quàm ab illo videri probabilius extitiſſe: aut potius de vtriſque coaluiſſe, ſicuti cum Galeno paulò antè ſuperiori problemate ſtatuimus: vtpote medulla interiore molli & fungoſa, de ſimili cerebri ſubſtantia: exteriore autem parte denſa, ſolida duráque, de ſimili meningum eſſentia ſemel conflata & compoſita. atque hæc iam ſunt demonſtrata: & quid priuatim ſentirem, nuper indicaui.

Nernorum ſubſtantia vnde ſit.

Sed quomodo (dices) nerui ſenſibiles, imò ſenſuum duces & authores, de cerebro ſtupido & inſenſibili poſſunt originem videri accepiſſe? aut quo tandem modo ſenſus à cerebro, velut primo ſenſifico poteſt dici extitiſſe? denique qui poteſt cerebrum ſenſus omnis cauſſa & authori iure haberi? Illud enim communi quadam notione (κοιναὶ ἔννοιαι Græci vocant) & cõmuni omnium conſenſu comprobatum receptúmque eſt, Nemo dat alteri quod non habet. quam ſententiam & in ſe Galenus admittit lib. 1. de ſemine cap. 5. Quódnam ſemine melius inſtrumentum (ait) vel ad ventres, vel ad meatus, vel ad membranas, vel ad vaſa fabricanda, naturæ exhibebis? Nam concedes ſcilicet etiam tu in fingendo animali partem aliam materiæ perforari, aliam inflari, dilatari aliam, aliam extendi neceſſe eſſe. & paulò pòſt, Quòd ſi priùs alienum cùm eſſet menſtruum, ſeminis recepta qualitate, proprium & accommodatum efficitur, ex ſemine aptitudinem illam acquirit, quam proculdubio ipſum etiam priùs habebat. Nihil enim exhibere aliis quicquam poteſt, cuius ipſum particeps priùs non fuerit. atque ibidem mox cap. 8. tertium principium (cerebrum nempe) ex quo nerui omnes procedũt, ex ſolo ſemine ortum habere profitetur. & hoc palàm prædicat libris de vſu partium & de placitis Hipp. & Plat. atque aliis, Cerebrum & ſenſus & neruorum eſſe principium. Et tamen idem ſub finem lib. 1. de ſympt. cauſſis, cerebrum à natura ſentiens organum conditum negat fuiſſe. Quomodo igitur ſenſum alteri dabit, quum nullum ſenſum habeat? Sic enim ex demonſtratis collige, Nihil dat alteri quod nõ habet: Cerebrum ſenſum non habet. quid inde concludi aut effici poſſe putas? nónne iuxta logicorum axioma, duabus vt conceſſis veris antecedentibus ſyllogiſmi partibus, propoſitione & aſſumptione, tertia demùm concluſio neceſſaria conſequatur? Ergo nerui ſenſiles à cerebro inſenſibili ſenſum ſentiendi ſenſum nõ habent. Expende atque examina partes ſingulas. formam & diſpoſitionem ſyllogiſmi inſpice, vim & conſecutionem illationis perpende. quid habes quod improbes? quid negas? quid concedis? nihil enim hìc video, quod ex antecedentium confeſſione non ſequatur neceſſarium. verſa huc illuc, diſpice, examina quod infertur. Nerui ſentiunt, imò & ſenſum toti corpori ſentienti ſenſim conferunt: Cerebrum autem non ſentit: Ergo ſenſum à neruis non accipit. cóque minùs neruis ſentientibus ipſum cerebrum inſenſile ſenſum poteſt conferre. Et tamen Galenus cap. 8. lib. 1. de ſympt. cauſſis, cerebrum primum ſenſitiuum vocat. Ariſtoteles autem lib. de ſenſu & ſenſili, id munus videtur animæ concedere, ſub finem, cerebróque adimere, vtpote ſtupido & inſenſibili & excremẽtitio, vt alibi ex eodem oſtendimus. atque id officium cordi vendicat, vti mox oſtendemus. Verùm audi quæſo, Galenus hunc modum quomodo reſoluat eodẽ libro de ſympt. cauſſ. cap. 8. Nunc ad ipſam ſenſoriorum originem, & quæ ex ſe veluti fonte membratim iis vires tranſmittit, conuerti tempeſtiuum videtur. eſt autem ea, id quod primum ſentit. quippe cuiuſque ſenſus alteratio, quæ à ſenſibilibus infertur, in ſingulis inſtrumentis perficitur. eius autem ſentiendi vim habet ipſa quæ alteratur particula, ex eo quòd à cerebro delatam ad ſe per neruum virtutem recipit. Ipſum namque cerebrum, ſentiens organum à natura conditum non eſt, ſed quòd ea quæ ſentiant, ſentire poſſit. Quòd autem per neruos ſemper ſentiendi vim omnibus animalis particulis tranſmittat, inde maximè liquet, quòd præciſo neruo quolibet, illico particula in quam diſpergitur, ſentiendi vim amittit. liquet autem non ſecùs & quod in ſomno aut omnino ferientur ſenſus aut quòd exiliter & obſcurè agant. rationale ergo eſt exiguum virtutis à principio in ſingulos tum confluere. ſed de ſomno & facultatum muniis alibi, etiam ex hoc Galeni loco, ex quo & hoc aduerſus Ariſtotelem breuiter reportabis. Quanquam ad ratiocinandum ſit vehemẽtiſſimus, & ad diſceptationem quocunque velit probabiliter perducendam maximè potens: tamen cur capite repleto primus ſenſus, ſi is ſicuti ipſe exiſtimat, in corde ſedem habet, quieſcat, nihil potuit probabile inuenire. ſed de hoc aliàs: ad Galenum ita ſermonem reflecto.

An cerebrũ, primũ ſenſitiuum? an animæ? an cord

Senſus quõ fiat.

Ea (inquis) quæ ſentiunt, ſentire poteſt cerebrum. Sentit igitur, inquam ego. at ſentire negaueras. aut ai, aut nega. Aut ſentit, aut non ſentit. Non ſentit autem, vt tute fateris. Ergo ſentire ipſum quouis modo dicere abſurdum eſt. Ac ſi de ſenſu (videlicet tactus) cerebri dubitas, huius ſubſtantiam acu aut ſtylo aut ferro traiice, penetra, confode: vtique non magis ſentire, quàm os aut chartilaginem videbis. Idcirco dolores qui fiunt in capite, meningibus ſenſu exquiſito præditis tribuebamus: cerebri autem ſubſtantiæ nullum doloris ſenſum aſſignabamus. Niſi fortè vt ſtirpem aut arborem vireſcentem & humi depactam, ſentire vim ſecuris adactæ impropriè dicimus: ſic cerebrum obtuſiore quodam tactu ſentire & percipere iuuantia atque lædentia dixeris.

N. ad Gal. quòd cerebrum nullo modo ſentiat.

Ab experientia.

Dolor in capite vbi fiat.

Cerebrum quatenus ſentiat.

Sed ſtatim Ariſtoteles reclamabit, qui ſic lib. de iuuentute & ſenectute ſcribit ab initio, Animalia quatenus ita dicuntur & viuunt, vnam eandémque obtinere partem neceſſe habent, per quam viuant & animalia nuncupentur. ſiquidem animali vt animal eſt, minimè integrum eſt non viuere. contrà haud neceſſe eſt, vt quo viuit, eo animal conſtet. ſtirpium enim genus viuit, cùm à ſenſibus vacuum ſit. Animal

A ſimili.

Animalis vita vnde ſit.

An ſenſus ad vitam neceſſarius.

Dubia.

Quòd neruorum ſenſus non à cerebro.

Nemo dat quod non habet.

Partes quæ ſemine conſtent.

Partes de ſemine & menſtruo quæ fiant.

Cerebri origo de ſemine.

Cerebri dignitas, & eo ſentiat.

N. contra Gal. quòd neruorum ſenſus non à cerebro.

Cerebri & neruorum diſcrimen in ſenſu.

Cur in ſummo ſenſu ſapiamus.

Ariſt. locus.

Primus ſenſus vbi.

enim ob eam rem, quòd ſenſibus ornetur, ab eo quòd animal non eſt, diſtinguimus. vbi mox cor, ſenſoriorum omnium commune ſenſorium medio quodam loco ſitum deſcribitur. Talis verò partis deſcriptio aliter in ſtirpibus quàm animalibus habetur. Homo enim propter erectum opificium, partem ſuperiorem potiſſimùm habet, quæ ad ipſius vniuerſi editam reſpondeat, beſtiæ verò mediam tenent. Reſtant ſtirpes, quæ cùm vitam ſtabilem ducant, ſuccúmque è terra obuióque petant, neceſſariò tale receptaculum infimæ parti ſemper annexum habent. Radices enim ſtirpium, inſtar oris animalium ſunt: propterea illæ ſuccum è terra hauriunt, hæc verò per ſe cibum capiunt. ſed de his aliàs, vbi homo, arbor inuerſa demonſtratus eſt. ſed mox ibidem paulò pòſt, Cor autem præcipuum eſſe, & quaſi inchoato operi ſummum imponere faſtigium. quapropter in ſanguen habentibus origo ſenſiuæ altriciſque animæ cordi reddatur neceſſe eſt, cùm reliquarum partium officia, quæ propter alimentum ſuſcipiuntur, cauſſa eiuſmodi cordis rauneris obiri videantur. ibidem paulò pòſt, Sed cùm alibi ſpeciatim de hoc præciperetur, cauſſam attulimus, cur nonnulli ſenſus perſpicuè ad cordis principatum pertineant, nonnulli ad cerebrum: ac propterea fieri vt quidam exiſtiment, animalia talis viſceris beneficio ſentire. Itaque ex iis quæ aſpectu percipiuntur, conſtat eiuſmodi membro & medio tripartiti corporis, initium animæ ſenſiuæ, auctricis & altricis reddi. ſic verò idem cap. 10. lib. 4. part. animal. Natura ſenſuum etiam nonnullos in capite collocauit, quoniam ſanguis eius membri temperatus modicè ſit, & idoneus tum ad cerebrum tepefaciẽdum, tum ad ſenſuum tranquillitatem atque integritatem. vbi etiam conſequenter Homo, arbor inuerſa ſimiliter depingitur, ſiue planta vice mutata, vt ſuperiora infrà, inferiora ſuprà habeat. radix enim plantarum, vicem obtinet oris & capitis. de quo alibi in vtramque partem comment. ad Strab. Iam verò lib. de ſomno & vigilia ita definit, Animantes ab eadem parte initium ſenſus trahunt, à quo etiam motus: quæ quidem pars, cùm tripartita loca ſint, media ſita eſt inter caput & ventrem imum. Sanguine præditis in cordis principatu conſtituitur: ſiquidem hæ ſolæ cor habent. atque inde initium ſenſus & præcipui motus proficiſcitur. Et ſanè compertum eſt, tali in loco principium & fontem motus, ſpiritus & omnino refrigerationis conſiſtere: atque etiam ipſam naturam, ſpirationem & refrigerationem ab humore afferendam ad ſalutem caloris in eiuſmodi parte ſiti ſuppeditare. idem cap. 19. lib. 3. hiſtor. animal. Cerebrum & medulla tactum non ſentiunt. paucis his verbis multa complexus eſt. ſed & lib. 2. cap. 7. part. animal. Cerebrum nec excrementum eſt, nec inter partes continuas enumerandum, ſed ſui generis eſt, & quidem ratione optima naturam eiuſmodi ſortitum eſt. Nullam verò cum partibus, quę vim obtinent ſentiendi, continuitatem habere cùm intuitu pateat, tum vel

Cur, primũ ſenſorium.

Comparatio hominis, beſtiæ & ſtirpis, ad partem ſupremam & nutricationis modum.

Homo, arbor inuerſa.

Cordis dignitas, & præſtantia, vſuſque.

Nutritionis officinæ, vbi.

Senſus à corde, & cerebro, quò

Cordis prærogatiua ad triplex.

Senſus in capite, quò.

Homo, arbor inuerſa, qualiter.

Senſus & motus idem initium, vbi: item reſpirationis.

Cerebrum inſenſile, & eius natura vſuſque.

A maximè inde conſtat, quòd cùm tangitur, nullum efficit ſenſum, quemadmodum nec ſanguis, neque excrementum animalium vllum. datum autem hoc animalibus eſt ad naturæ totius ſalutem. & libri eiuſdem cap. 10. Vim ſentiendi ſitam in cerebro: ſenſum autem per partes nimium carnoſas nequaquam admitti poſſe nonnulli arbitrantur. neutra tamen eorum ratio vera eſt. Sed ſi cerebrum à carnis copia circundaretur, contrà efficeret quàm inſtitutum exigeret, cuius gratiâ adiunctum eſt animalibus: non enim refrigerare poſſet, cùm valdè ipſum reperet. Nec ſenſus vllius cauſſam cerebrum obtinet, quodquidem expers omnino

B ſenſus non aliter quàm quoduis excrementum eſt. & mox ibidem, Vis ſentiendi nec vlli exanguis data eſt parti, neque ſanguinis propria eſt: ſed cuidam ex his quæ ſanguine proueniunt, delegata eſt. Quocirca pars nulla exanguis eorum quæ ſanguinem habent, ſentire poteſt, nec ipſe ſanguis ſenſu præditus eſt, quippe qui nulla pars ſit animalium. quo eodem libro & capite, Principium ſenſuum eſſe cordis locum, definitum eſt cùm de ſenſu ageremus, ait. qua de re, totáque cerebri natura iam nos antehac abundè, vbi & ex Ariſtotelicis iſtis pleroſque locos in medium attulimus, & improbauimus.

C Vides autem quomodo Ariſtoteli cum Galeno malè conueniat, tum in multis aliis, tum in primo ſenſitiuo deſignando, quod cerebrum Galenus tradit, cor autem Ariſtoteles. Plato in Theæteto & in Phædone, ἐγκέφαλός ἐστιν ὁ τῆς φρονήσεως παρέχων, cerebrum eſt, inquit, quod ſenſus largitur. his verbis cerebro hanc prærogatiuam videtur aſſignare. quem ducem ſecutus Galenus tum locis citatis, tum aliis pleriſque idem aſſerit, Cerebrum eſſe primarium ſenſorium ſeu ſenſitiuum aut ſenſificum, aut vt quidam Ariſtotelis interpretes vertunt, ſenſiterium: Græcis tamen meliùs τὸ αἰσθητήριον. ſic autem loquitur & concludit lib. 7. plac. Hipp.

D & Plat. Sed cùm duo ſignificare poſſet omnis huiuſcemodi oratio, qualis eſt etiam Empedoclis illa,

Conſpicimus terram tellure, liquore liquorem,

vt intelligamus aut per inſtrumentum, aut per facultatem, virtutem eiuſmodi nos ſentire: per inſtrumentum, verum eſſe concedendum eſt: per facultatem, minimè. Nam primum ſenſorium qualecumque id fuerit, ſenſibus ſigillatim omnibus commune eſt, vt Plato etiam tradidit tum alibi, tum in Theæteto (dialogus eſt paulò prolixior, ideo nunc omittendus) quibus locis de communi quadam facultate & potentia docuit nos Plato, quæ à cerebro per neruos in ſingula ſenſoria penetrans, alterationes

E omnes ipſorum perſentit. idem Galenus comment. in aph. 3. lib. 2. Coma fit primo ſenſifico, id eſt cerebro refrigerato. & iiſdem penè verbis cap. 3. lib. de ſympt. differ. Vigilia & coma in primo ſenſitiuo, quod omnium ſenſuum commune eſt, conſiſtunt. quod & iam antè ex lib. 8. vſus part. & lib. 7. plac. Hipp. & Plat. patuit. quo ex poſteriore non pigebit hæc breuiter repetere. Senſum per alterationem & dignotio-

Senſus à quo parte.

Gal & Ariſt. diſſenſio.

Senſus à cerebro.

Cerebrum, primum ſenſorium.

Senſio quò fiat.

Facultas ſenſifica vbi & vnde.

Coma quò fiat, & vbi.

Sensus qui fiat, & vnde pendeat.

nem fieri manifestum est: quippe alteratur sensus ipsius instrumentum. alteratio verò ipsa ab vna eáque facultate omnibus sensoriis communiter impertita, à principio emanare cognoscitur. quodquidem principium, siue sensum communem, siue primum sensorium appelles, nihil refert. sic idem rursum cap. 8. lib. 1. de sympt. causis, Sensuum omnium principium ac veluti fons quidam, id verò primum est sensitiuum, in singulis enim particulatim instrumentis singulorum sensuum alteratio à sensilibus perficitur. hæc ille.

Sensus communis & primum sensorium pro eodem, & quódnam sit.

Sensus particularis vbi.

Quòd nerui à cerebro contra Arist.

Sanè verò neruos sensuum præsides à capite cerebróque ducere originem Aristoteles perperàm negauit, cùm & ratio & experientia & sensus ipse reclamet, vti pridem ostendimus. Quòd tamen cerebro sensum adimit tactúmve, ego verò non possum non probare & verò fidē facit experientia, neque Galenus ipse diffitetur.

Cerebrum non sentit.

sed neuter satis explicauit, Cerebrum cùm sit sensus expers, quomodo sensum neruis conferat, quem tamen nullum habet. Ex quo illud

Dubium.

axioma euerti necesse erit, quo dicitur, Dari non posse à quoquam id quod non habeat. Forte equidem nisi per accidens, vel mediatè, aut ex euentu, ἀπ' συμβεβηκότος, vt distinguit & loquitur philosophus. Namque etiam terra vinum in vite producit, quod tamen antè non habuit: verùm de suo sinu attractus per radices succus vinosus, calore solis excoctus, in vinum maturitate euasit. sic tellus fructus omnigenos

An dare possit quod non habet, & quo? Quòd sic.

Ab exēplis.

edit, quum tamen nullos planè consummatos gerat in vtero. sic mas lac fœminæ confert, mediante generatione, quum tamen ipse lacte careat. sic vt est apud Flaccum in arte poetica,

--fungar vice cotis, acutum
Reddere quæ ferrum valet exors ipsa secandi.

sic vinum inebriat, quum tamen nō sit ebrium. sic sol calfacit, quum tamen vt aiunt philosophi, duce Aristotele, ipse minimè calescat. Sic denique per quandam mediam alterationem pleraque fiunt ab iis, qui talia non habent, qualia videntur efficere. quod in chylosi & sanguificatione & reliqua œconomia naturali frequenter vsuuenit. Similiter & cerebrum cùm

Cerebrum quomodo vim largiatur neruis. A simili.

neruos de suo corpore producit, iisdem vim omnem inserit, quam intus conditam habeat, & qua illud idem non vtebatur. Quomodo neque armorum aut musicorum organorum faber, factis & fabricatis abs se armis dimicarē, aut instrumentis ludere valet aut didicit.

Neruorum sensus vnde, ex N.

Quanquam credibilius videbatur, sensum neruis non à corpore cerebri stupido procedere, sed ab anima sensitiua, aut à sensu communi, aut potiùs ab animali spiritu, quem iam sæpe diximus esse præcipuum animæ instrumentum, & mox ad sensum requiri docebimus: aut ab ipsis denique meningibus, quæ quum sensu præditæ sint exquisitissimo acerrimóque, cúmque tunicas neruis de se elargiri probentur, saltémve perhibeātur, vtique verisimillimè etiam sensum iisdem conferre aut communicare & dici verè, & credi utò possunt. Atque hæc sunt quæ breuiter dicta à me (plura autem dici poterant) in hanc quæstionem volui vt obscuram, sic iucundam & vtilem, si aptè explicari queat.

Quando autem video doctissimum Fernelium in eandem quæstionem incubuisse, non pigebit validas huius & probabiles rationes referre. sic igitur lib. 5. physiolog. cap. 8. Sentiens & cognoscens anima in cerebri quidem

Animæ sedes.

corpore, tanquam in arce & propria sede penitus insedit: quod inde proprium sentiendi instrumentum appellant. id etiam primarium sensum dixere, quòd reliqui sensus externi ei omnes circumiecti proximè assideant, in quos

Cerebrum, sensus primarium, &c.

& in omne corpus neruorum propagines dispersæ sunt, quibus anima vires suas effundit. vbi mox de sensu communi alibi exposito, & aliis animi facultatibus. & ibidem mox cap. 10. Cerebri corpus motu agitatur assiduo, nullo

Cerebri motus, & meningum sensus.

tamen tangendi sensu præditum: contrà verò quæ id ipsum ambiunt, meninges immobiles per se sunt, præsertim quæ crassa: tactu autem ea valent exquisitissimo. quæ singula vt Galeni fide confirmata sunt, ita etiam vulnerata apertáque calua contrectantibus nobis sunt

Ab experientia.

deprehensa. Hæc autem morborum euentus pleniùs declarant, quòd in delirio & phrenitide (quæ ipsa phlegmone est substantiæ cerebri) nullus plerumque dolor affligit, multóq; minùs in sopore & lethargo, qui tamen cum putredine est. At si vel minima occasio aut humoris aut etiam vaporis acrioris in meninges effertur, grauis dolor excruciat: quæ cerebri & meningum diuersam naturam commonstrant. Atqui spina & nerui omnes, vel eo authore, medullam habent è cerebro, eámque meningibus conuestitam: quæ singula talem vim & naturam habent, qualem ab exortu acceperūt. Quocirca necesse est medullam in spina atque

Nerui quā sui parte sentiant aut moueantur.

neruis (tametsi ea non vt cerebrum motu agitatur) vim duntaxat mouentem, eius verò mēbranas vim sentientem & tractabilem tum suscipere, tum aliis particulis conferre. Si enim

Cerebrum & medulla omnis insensilia.

corpus cerebri, sensus est expers, multò magis quæ in spina aut neruis est medulla. vnde enim & qua conditione vim nouam accepisset? aut quomodo cerebri corpus vim illi sentientem conferat, quam non habet? vbi mox de neruis sensus & motus, de quibus alibi.

SENSVS AD PARTES QVOMODO FERTVR? AN VI SOLA, AN etiam substantia spiritus animalis?

PROBL. IX.

Sensus qui fiat.

QVANDOQVIDEM sensum fieri mediante spiritu animali in confesso est, atq. hunc primarium sensus authorem nuper asseruimus, cùm cerebrum insensile sensum sentientibus sensim neruis tribuere improbaremus, saltem immediatè ac per se & primariò. illud nunc placuit consequenter excutere, An qui, nostra sententia, sensus est primarius artifex animalis spiritus, & quo fine, nerui compositi & abso-

Digitized by Google

luti, siue de cerebri, siue de meningum sola substantia, seu potiùs de vtraque, sensus tamen expertes deprehendantur, vt iis vinculo interceptis, aut paralysi resolutis experiri licet: An (inquam) animalis ille spiritus in substantia propria adesse neruo sensuro debeat, aut sola vi de cerebro, cóceptaculo suo demissa, energiam & efficacitatem adferre sensui sufficientem queat. Vtrouis autem id modo contingat, sanè necesse est, liberum ipsi ad neruum sensurum vt iter pateat. eò quòd vinculo fortè intercepto neruo, vti nuper dicebam, aut arctiùs eodem compresso, vt manu vel digito vel mole desuper imposita & comprimente, aut tumore grauante, stuporem induci quotidie cernimus, vt & diutiùs brachio innixi, aut decussatis cruribus ac femoribus suffulti, stupere membrum & moueri ac sentire impotens experimur. Argumento manifesto, sensus officientiam non tam vel tantùm à neruo instrumento, quàm vel quantùm à spiritu animali conferri ac procedere. Quemadmodum in musicis instrumentis aut tibiis ac fistulis, nulla harmonia nullúsque sonus edi potest, nisi plectro aut digito fides impellantur, aut nisi tibicen flatu tibias ac fistulas impleat, & velut animet. Qualiter etiam media luce, Sole nostro vertici incumbente, tenebræ nihilominùs densæ occupant, si rubar & splendor Solis auricomi aliquo opaco obice intercipiatur & inhibeatur atque auertatur. vt fortè clausis vndique fenestris & ianuis domus aut cubiculi, viisque omnibus diaphanis obstructis, quà sese lumen intrò fundere & spargere conuiuando possit aut quomodo, raro licet, interposita inter nostrum aspectum & solis globum luna, densa illa & opaca, eclipsis solaris obrepit, summóque meridie tenebræ circunfusæ nostrum orbem opacant. Vt quondam Mose & Aarone fratribus apud Pharaonem pro populo Israëlitico educendo frustrà contendentibus, Deus tenebras super terram Ægypti tam densas induxit, vt palpari quirent (aut certè palpare homines vel palpando ingredi cogerent) toto triduo: quo tempore nemo vidit fratrem suum, & mouit se de loco in quo erat. cùm tamen vbi habitabant filij Israël, lux esset clarissima, sicut testatur historia Exodi 10. Aut vt passo Christo & Messia, à sexta hora (qui nobis meridies est) tenebræ factæ sunt super vniuersam terram vsque ad horam nonam, sicuti Matth. cap. 27. refertur. Quo stupendo euentu perterritus Dionysius ille Areopagita exclamasse fertur, Aut Deus naturæ patitur, aut tota mundi machina dissoluitur. Tertullianus autem in Apologetico, Eodem momento dies, medium orbem signante sole, subducta est. Deliquium vtiq; putauerunt, qui id quoque super Christo prædicatum (seu potiùs prædictum) non scierunt. Defectus tamen iste solis, mirabilis erat & prodigiosus, ait Augustinus. verùm rectè Nicephorus intulit cap. 31. lib. 1. Tenebræ densæ & propè contrectabiles à sexta vsque ad horam nonam. sol non ordine aut ratione naturæ, sed quòd creatori compateretur, per deliquium extinctus & rursùm relucens. Verùm Ioannes Sacrobosc̃ius haud inscitè in sua sphæra, Cùm luna fuerit in capite vel in cauda draconis, vel prope vel infra intráve metas prædictas, & in coniunctione cum sole, tunc corpus lunare interponetur inter aspectum nostrum & corpus solare, vnde obumbrabit nobis claritatem solis, & ita sol patietur eclipsin: non quia deficiat lumine: sed deficit nobis propter interpositionem Lunæ inter aspectum nostrum & solare corpus. Ex his patet, quòd non semper est eclipsis solis in cóiũctione siue in nouilunio. quódque cùm eclipsis solis esset in passione Domini, & eadem passio esset in plenilunio, illa eclipsis non fuit naturalis, imò miraculosa & contraria naturæ: quia eclipsis solis in nouilunio vel circà debet contingere, &c.

Verùm alibi hæc meliùs & commodiùs, quæstionem propositam idoneis potiùs authoribus ac testibus discutiamus atque comprobemus: ac primùm Galeno, qui huius aliquoties meminit haud obscuris verbis, sed suo more & claris & prolixis. sic igitur ille lib. 1. symp. caus. Torpor verò qui tam ex motus, quàm sensus difficultate est compositus, in toto corpore, & maximè in artubus manifestè videtur à frigore & compressione neruosorum corporum incidere. adhæc etiam à torpedinis marinæ contactu. Si autem sua sponte, nulla tali causa præcedente incidat, omnino vita deses, & ciborum vel crassorum vel lentorum abundantia, vel consueti alicuius vacuationis suppressio necessariò antecessit. Ac continens quidem huius symptomatis causa est talis quispiam in neruo affectus, cuius occasione à principio ad ipsum virtus transmitti prohibetur. Porrò prohibetur, siquidem meatum aliquem neruus habet, qualem qui ad oculos descendunt, manifestè habere cernuntur, vel ex obstructione, vel cõpressione: sin aliter, ex constipatione vel frigore. Atque quòd animalis quidem virtus, siquidem meatum aliquem, tanquam certam viam à cerebro per neruum habet, hoc obstructo impedietur, cuiusmodi arbitror pateat. Quinetiam quòd compresso extrinsecùs neruo, angustia meatui eius continget, ne id quidem vllum lateat. Quòd autem etsi nullus sit meatus, sed tanquam per aquam vel aërem solis radij transeũt, sic principij vis per ipsum corpus neruorum permeat, cùm hi ad crassiorem habitum sint mutati, transitus impedietur. nec id mihi longis probationibus egere videtur, recordanti præsertim ea quæ in aqua & aëre eueniunt: quippe in aëre, nebula & fumus & nubes, in aqua, lutum & limus, solis splendorem quò minùs per ea syncerus procedat, impedimento sunt ac vetant. Ad eundem igitur modum & neruus si crassiore habitu & duriore quàm pro sua natura sit redditus, virtutis transitum prohibebit. Sanè crassiore habitu erit, si vel glutinosis vel crassis alatur succis, vel violento frigore sit stipatus. Si autem à duro aliquo corpore, quod illi extrinsecùs imitatur, pressus sit, ne sic quidem virtutis transitum non morabitur. Proinde nerui qui vel funiculis vel manibus sunt

Animalis spiritus qui neruis sensum suggerat.

Stupor qui accidat in parte.

Sensus quomodo fiat.

A similibus.

Solis eclipsis quæ sint.

Historia.

Nubes palpabiles quid.

Historia.

Eclipsis mirabilis passo Christo, & quomodo contigerit contra naturam.

Torpor qui & quomodo fiat & à quibus.

Animalis spiritus ad neruos trãsitus quò prohibeantur.

Stupor in parte quomodo fiat.

Spiritus animalis quò feratur ad neruos, aut intercipiatur.

A similibus.

constricti, & qui ab externo aliquo, quo vel phlegmone sit obsessum, vel cum sensus noxa duratum (scirrhum vocant) premuntur, & qui aut laxatis aut fractis ossibus angustantur, omnes principio quidem torpent, postea verò omnino sensus motúsque expertes sunt. & vocatur quidem eiusmodi neruorum vitiũ, Græcè παράλυσις, id est neruorum resolutio. quæ cùm in eodem genere cum torpore sit, magnitudine certè ab eo differt. &c. idem initio lib. 1. de motu muscul. Neruus visu quidem paruus, sed virtute minimè paruus. cognoscesautem ex passionibus: nam incisus, oppressus, contusus, laqueo interceptus, scirrhis affectus & putrefactus aufert musculo omnem motũ & sensum. quin & neruo inflammato non pauci spasmo correpti sunt & mente alienati. quorum quidam affecti cùm sapientiorem medicum nacti essent, neruo inciso statim spasmo & mentis alienatione liberati sunt: sed postea musculum in quem neruus insertus erat, insensibilem atq; inutilem ad motum habuerunt. adeo certè magna quædam vis est in neruis supernè à magno principio affluens. non enim ex seipsis eam, neque connatam habent. Cognoscere autem potes hinc maximè, si incideris quemcumq; istorum neruorum, aut spinalem ipsam medullam. quantum enim superius est incisione continuum cerebro, id quidem adhuc conseruabit principij vires: omne autem quod inferius est, neque sensum neque motum vlli præbere poterit. Nerui igitur riuorum in morem à cerebro, ceu ex quodam fonte deducunt musculis vires. similiter lib. 1. loc. affect. cap. 6. Quibus igitur partibus vel materiæ vel facultatis copia non transmittitur, actionem lædi probabiliter dixeris, parte ipsam faciente nequaquam læsa. & paulò pòst cap. 7. Plurimùm differunt naturalia ab animalibus instrumentis: siquidem naturalibus connatam actionis vim esse, animalibus verò instrumentis à principio (veluti lumen à sole) ipsam defluere iam ostensum est. Et quia musculi connatum sensus & motus principium non habent: idcirco neruis per quos hoc ipsis influat, semper indigent, qui illis ea suppeditare possint: quemadmodum sol omnibus rebus quas illuminat, splendorem adfert. Quamobrem solis partibus quæ & sentiendi & mouendi vim habent, accidit vt ipsis interdum haudquaquam affectis, nihilo minùs earum actio pereat. idem lib. 16. de vsu part. Nerui optici mearus habent sensibiles: quæ causa fuit, cur crassi extiterint. visus autem instrumentum, spiritum habet splendidum assiduè sibi à cerebro affluentem. ob id nerui optici cani intus fuerunt, quò spiritum reciperent, surſumque vsque ad cerebri ventriculum ob eandem causam pertigerunt. idem lib. 2. facult. natural. cap. 5. Canitas nerui omnis (vt supponit) spiritu animali plena est. quod saltem de opticis passim (licet nostri anatomici reclament) profitetur, & nuper admodùm ostensum est. libro autem de fœtuum forma, Quæritur (ait) vtrùm sensum & motum omnia animalis membra ex sese habeant: an per neruos aliqua facultas ad ipsa vel de cerebro, vel ex corde influat. vbi mox de corde primo formato & præpotenti ex Stoicorum sententia, sed & lib. 1. de sympt. caus. cap. 8. ita statuit, vt antè insinuaui, ipsum cerebrum sentiens organum à natura conditum non est, sed quod ea quæ sentiant, sentire possit. Quòd autem per neruos semper sentiendi vim omnibus animalis particulis transmittat, inde maximè liquet, quòd præciso neruo quolibet, illico particula in quam dispergitur, sentiendi vim amittit. Liquet autem non secùs & quòd in somno aut omnino ferientur sensus, aut exiliter & obscurè agant. rationabile ergo est exiguum virtutis à principio in singulos tum confluere: & quidem tantò minùs, quantò somnus est profundior. Igitur in toto eo tempore videtur animalis vis quiescere, naturalis autem vehementiùs operari. Ideo lib. 9. meth. med. neruos veluti canales sensus & motus à cerebro ducti, & facultatis animalis vocitat. sed clara & longa oratione sic idem proponit, nec tamen litem dirimit lib. 7. plac. Hipp. & Plat. Cùm igitur nerui à cerebro cerebrúmque operientibus membranis oriantur, per interiorem partem quæ à cerebro exit, sensus & motus omnibus animalis membris suppeditatur: reliquæ duæ exteriores à membranis progerminantes idem officium neruis exhibent, quod ipsæ membranæ cerebro præstant. Vtrùm verò perinde vt in cauis cerebri spiritus continetur, quo euacuato, totum animal stupidum redditur: ac propterea vtilem esse eum ad sensus motúsq. membrorum dicebamus: ita quoque in singulis neruis spiritum quendam esse existimandum sit. vtrùm item spiritus is innatus insitúsque maneat, atque illo qui à fonte promanat, tanquam nuntio quodam pulsatus excitetur: an insitus quidem minimè sit, sed illo tempore quo mouere membrum aliquod volumus, de cerebro denuò influat, ego sanè non possum absolutè ita pronuntiare. sed in medium discutienda vtraque hæc proponantur. Quinetiam tertium illud, Quomodo scilicet alteratio qualitatis in continuo corpore efficiatur. quam innuere mihi videntur illi, qui quandam sine substantia vim influere dicunt. à quibus qualitatum per alterationem in continua corpora diffusiones, facultatis & virtutis influxus appellantur. Quemadmodum cùm à solis splendore in ambientem aërem profecta quædam qualitas in totum eius corpus, solis substantia immota permanente, diffunditur. Non igitur fieri potest, vt absolutè ita sinéque vlla probatione pronuntiemus, Vtrùm è cerebro ita vis quædam per neruos influat ad membra, an spiritus substantia vel vsque ad partes eas quæ sentiunt & mouentur, perueniat: vel aliquatenus neruos ita penetret, vt vehementer illam immutationem in eos inducat, quæ postea ad ipsas vsque quæ mouentur, partes diffundatur. vt in visu accidit, cùm spiritus lucidus per neruos opticos vtrinque manifestè perforatos transmeat, & quà è superiori origine emanent, & quà oculis committuntur, vt in magnorum animalium dissectionib. videre licet. quanquam foramen

quod

Sensus & motus qui pereat.

Paralysis qui fiat.

Neruorum vis quanta, & quomodo pereat.

Vis neruorum vnde, & probatio.

Actio quomodo pereat.

Naturalium & animalium organorum discrimen.

Sensus & motus vnde.

A simili.

Sensus & motus qui auferatur.

Nerui optici cur perforati.

An nerui omnes cani, & quorsum.

Sensus & motus vnde

Cerebrum an sentiat, frustráne conferat, ab experientia.

Sensus in somno cur obtusiores. N. imò propter sopitam imaginationem.

Neruorum visus, & ortus.

Neruorum compositio & partium vis.

Spiritus animalis vis.

Sensus in nerue vnde fit, & spiritus in eo dem.

Dubium.

Vis sensifica an materialis, & qualiter influat.

A simili.

Sensus vnde partes illabatur.

Visus qui fiat.

Nerui optici qualiter perforentur & probatio.

quod eſt inferiori parte, vbi oculos attingunt, plerique diſſectionis artifices perſpectum habent: quod verò in ſuprema origine latet, ex anteriorum ventriculorum cerebri obliqua conuerſione, omnibus ferè ignotum eſt. imò vti dixi, apertè vtrumque inficiantur, negántque deprehẽdi. ſed hîc Galenus tria requirit, primum, vt magnum animal habeas, deinde vt ſtatim poſt mortem diſſecetur, poſtremò vt aër circũfuſus, clarus lucidúſque ſit. quib. addo, vt acie oculorum acri valeas: atque vt ne præiudicatam animo opinionem geras. Spiritum autem quendam per hos meatus tranſuehi argumento eſt, quòd ſi alter oculus claudatur, alterius pupillam dilatari: ſin aperiatur, in naturalem ſuam magnitudinem redire experiamur, qua de re nos iampridem in oculorum fabrica. ſed mox ibidem ita ſubiungit, Quid igitur? nunquid ſicut per neruos viſiuos ſpiritus hic tranſmeat, ita in reliquis omnibus fieri ſentiendum eſt? an id in tenuiſſimis neruorum fibris concedi non poteſt? neceſſe enim erit meatui illi circumiectum quoddam nerui vel aranearum telis tenuius corpus excogitemus: adeo vt & ipſum quàm facillimè diſcerpi, & meatus in ſingulis penè dixerim momentis obturari queat. His de cauſſis ego non omnibus neruis meatus eſſe dandos crediderim. Sed diceret fortaſſe quiſpiam, ſi datur vt vnus omnino neruus ſine vllo foramine facultates inferioribus membris ab origine traducat, dabitur etiam vt omnes. Quid igitur dicendum: cùm in exortu ſpinalis medullę adeo ſenſui patens meatus, ſicut etiam in viſoriis neruis exiſtat? Quid aliud, niſi ideo factum eſſe, quoniam imbecilla cùm ſit virtutum facultatúmque traductio ad continua, præcipuè cùm vel maiora paulò fuerint, vel duriora, vel vehementiori aliqua alteratione indigeant, ſi ſubtilioris ſubſtantiæ quadantenus cum violentia & ictu immiſſio fieret, augeri alteratio ita poſſe videbatur. Dictum eſt enim, tam quæ à pleriſque virtutis facultatiſque diffuſio nuncupatur, alterationis eſſe traductionem. id quod in aëre etiam à ſolari ſplendore fieri non dubitamus. Eodem igitur modo verimile eſt ſpiritum qui ad oculos fertur, primo incurſu cum ambiente aëre vniri, atque ipſum contactum ad naturæ ſuæ proprietatem alterare atque immutare: non tamen vlteriùs latiúſq; extendi. &c. & mox ſub finem libri, Neruus cerebri pars cùm ſit, ſicuti arboris virga aut ramus, efficit vt membrum in quo inſeritur, vi eius in ſe totum recepta, habile ad omnia quæ ipſum attigerint, ſentienda reddatur. vbi deinceps de ſpiritu optico, & modo videndi. qua de re iam nos multò antehàc tranſegimus. ibidem verò, vim ſenſus & motus in internis cerebri ac ſpinalis medullæ neruorúmq. partib. quæ conteguntur, ineſſe. ſi enim præcidas nerui medullam, continuò membrum cui neruus inſeritur, ſtupidum omnino & immobile reddideris. ſic confoſſis vno aut pluribus cerebri ventriculis, ſenſum & motum ádimi paſſim teſtatur Galenus, & præcipuè lib. 7. plac. Hipp. & Plat. aliàs autem licet diuulſa eius ſubſtantia, inciſa, extracta, ſenſum motúmque & vitam permanere, vt quidem de Smyrnæo adoleſcente ex eodem Gal. vſpiam antè docuimus. ſic autem idem lib. de reſpira. cap. 5. Quandoquidem ventriculi ſpiritus iuxta cerebrum cùm vulnerantur, ſtatim immobiles ac ſenſus expertes nos reddunt: oportet vtique omnino hunc ipſum ſpiritum, aut ipſam animæ ſubſtantiam eſſe, aut primum vtique ipſius organum. quæ penè verba lib. 7. plac. Hipp. & Plat. ſub finem expreſſerat. Cæterùm placet ad extremum iſta ſolutio ſicuti paucis verbis, ſic grauibus & apodicticis rem propoſitam ſimilitudine explicans cap. 16. lib. 1. de ſemine, Siquis paululùm ſucci vel Medici, vel Cyrenaïci aſſumpſerit, eius qualitatem & in vrina & in aliis humiditatibus præ ſe fert. Qua ratione etiam minima particula humoris lethalium venenorum, quæ deleteria appellant, vbi in animalis corpus ingreſſa fuerit, totum id momento temporis immutat, ſibíq. ſimili affectione alterat. ſimiliter per antidota fit curatio, quæ cõtraria lethalib. alteratione totum etiam ipſa corpus immutant. Non ſanè quòd ſubſtantia ipſorum per totum penetret corpus: neque enim poteſt tam paucus ſuccus tam breui tempore corporis interdum maximam molẽ replere: ſed qualitatis diffuſione. Qualis & extra nos à ſolis fulgore in ambientem aërem, & in nobis tum à corde in arterias, tum à cerebro in neruos fieri conſpicitur. vbi cæterùm de vi à teſtib. in ſemen profuſa, de qua nos pridem: ſicuti à cerebro in neruos, & à corde in arterias, qua de vtraque etiam ſuis locis dictum eſt.

Porrò Ariſtotelem aut aliquem de ſchola Peripatetica huc afferre ſuperuacuum duco, quib. noſtra hæc principia de neruorum & ſenſus origine improbantur: vt nobis iuſtiore de cauſſa, iſtorum ſumptiones & lemmata eadem de re non modò ſuſpecta ſunt, verumetiam incredibilia atque ἀπαράδεκτα. Itaque ſiquis eſt inter medicos eximius, qui in hanc quæſtionem aliquando inciderit, huic locum dabimus dicendi quid ſentiat. Et verò commodùm occurrit Fernelius ciuis meus, qui ſuper hac re ita diſſerit lib. 6. cap. 13. phyſiolog. Hoc igitur loco quamplurimi in quæſtionem diſceptationémque vocant, & quærunt, Ipſáne animalis ſpiritus ſubſtantia, dum motus ſenſúſve inſtituitur, commeet in neruos. Hanc quidem vſque eò influere, dum manifeſta ſit medullæ & neruis capacitas, perſpicuum quidem eſt, de quo etiam inter omnes planè conſtat. at longiùs in reliquas partes dimanare, pauci admodùm ſibi perſuaſerãt. Quamobrem? quoniam (inquiunt) hæ excauatæ non ſunt. Quaſi verò ſpiritus qui tenuiſſimus eſt, patentem alueum vbique deſideret, neque ſenſum illabens poſſit neruos irrigare. Si alimentum quod neruos nutricatur & alit, in eorum ſubſtantiam irrepit & penetrat, ſi craſſus & lentus humor, ſi pingue oleum inſtillatum penitus illos ſubit, quid cauſſæ eſt, cur ſpiritus animalis tenuis ille quidem & æthereus, non poſſit omnem eorum ſubſtãtiam quoquo verſùm peruadere? Quemadmodũ igitur in neruos opticos oculorum, & in medullæ capacitatem,

Quòd ſpiritus per neruos opticos feratur, probatio.

An ſpiritus animalis per neruos omnes tranſeat, qualiter.

An omnes nerui perforentur, & quinam.

Virtus qualiter tranſferatur in continuum.

Virtus qualiter diffundatur.

Viſus qui fiat.

Senſio qualiter fiat.

Vis ſentiendi vbi, & probatio.

Cerebri vulnera quando ſenſum & motum

adimant, vel non. Hiſtoria.

Spiritus animalis, quid.

Deleteria & alexiteria quomodo agant in corpus. N. ſic de ſenſo ſtatue, vi non ſubſtantia ſpiritus peragi. Qualitas, non autem ſubſtantia diffunditur. A ſimili. Vis in neruos qualiter diffundatur.

Peripatetici cum medicis vbi nõ conueniant.

Spiritus animalis ſubſtantia neruos omnes ſubit, qui.

Sic alimentum neruos ſubintrat, & alia.

Spiritus animalis omnes nerv. penetrat, quorsum.

Spiritus animalis generatio qui fiat, & quos in vsus, & qualiter diffundatur.

Sensus & motus à quo fiat.

Spiritus animalis quid nervis & musculis conferat.

Sensus & motus qualiter intercipiatur. N sed hoc repugnat superioribus de tenuitate spiritus penetrabili.

Sensus patiendo, motus agendo fit.

Nervi optici compositio, & quòd non sit cauus, & qualiter à spiritu perfundatur.

N. conclusio.

Nervi compositio, vsus & alia.

N contra Fernel. de spiritus tenuitate.

inque neruorum origines hunc illabi & influere tenuis iudicat: ita & eundem in reliquam illorum substantiam pertinere hæc rationum momenta confirmant. Adde intelligi vix posse, qua ratione conueniens virium facultatisq. distributio fiat citra vectorem spiritum. Quum vitalis spiritus in animalem commutatur, a cerebro eiusque meningibus nouam speciem & vires nouas assumit ascisciteq; sibi: quas demum tanquam actionum opifices in neruos sentientes, tangentes ac mouentes secum prouehit. in his autem semper præsens adest, quoniam iugis illa quam commemoraui, cerebri agitatio eum assiduè profundit atque distribuit. Quanquam verò semper in neruis dum sani sunt, spiritus hic adest: non tamen necessariò motum efficit, sed neruorum duntaxat & musculorum robur & firmitudinem tuetur ac continet. Quidnam ergo aliud præter hunc spiritum, motionem sensúmque conferet? estne hoc ipso quidquam præstantiùs? explicandum hoc planiùs & fusiùs est. Sensuum instrumenta neruique omnes & musculi, spirituum viriúmque animalium continenti illapsu & aspiratione firmantur, simúlque stabilimen & præparationem quandam ad obeunda munia assumunt. hoc certè argumento, quòd præpeditis & obstructione quadam interceptis viis, velut in paralysi, non modò sentiendi aut mouendi spes adimitur, sed omni prorsus robore dissoluto langueſcunt. dum verò acceptо spiritu omnia suo robore constabunt, bene instructa & composita erunt ad opus, & tum integrè functiones suas obibunt, sensus quidem perpetiendo, motus autem agendo, vt alibi declaratum est.

Enimuerò quoniam Columbus Galenum erroris notat, sed leuiculè tamen, de neruo optico perforato frequenter admonentem, illius obiectionis momenta subiicere placuit ex lib. 8. c. 3. Nerui optici substantia constant cerebri spongiosa quidem, sed nullus in illa porus manifestò cernitur, quamuis id Galenus asseueret. Imò verò non modò in homine meatus nullus est in neruo optico perspicuus, sed neq. in bobus ipsis aut quibusuis grandiorib. animalibus. Non est tamen vllo pacto negandum, cùm substantia horum tara sit mollisq. quin spiritibus transitus pateat præsertim purioribus. hæc ille obiiciebat: quibus pridem Galenus prouiderat, cùm rationes pororum in neruis opticis inueniédorum proponeret vbi dixi, & nuper citaui.

Sic igitur tandem statuo, neruos quidem à cerebro & meningibus sunm corpus accepisse, & tanquam vehicula esse atque organa sensus motúsq. ita tamen vt per se sensum aut motum conferre nequeant: nisi spiritus animalis de vẽtriculis cerebri per illos quantuscumq. non semel, sed omni momento recens allabatur, siue poris inuectus, vt de opticis fatemur (licet Vesalius & post eum Columbus dubitet) siue per totam eorundem substantiam fungosam & potis inaspectabilibus peruiam deductus. Non tamen vt nostet Fernelius arbitratur, tanta tenuitate præditus, densissima vt quæque penetret: sed ita, nullus vt obex nullúmve impedimentum obstet susceпturi nerui vel compressi, vel cótusi, vel collisi, vel laqueo intercepti, vel scirrho aut phlegmone aut frigida intemperie aut quauis affectione morbosa occupati, nullaque alia eiusmodi excusatio adferri possit. sic enim subtilissimo licet spiritui animali viam nunquam dabit transituro: imò ne vel solam quidẽ eiusdem facultatem, sua mole & substantia tenuiorem agiliorémq. ac penetrabiliorẽ admittet vnquam. Porrò vt arteriæ & venę spiritu vitali naturaliq. perpetuò irrigantur: sic neruorũ corpus licet magis compactum, animali spiritu sufferciri dicimus, tantò quidem spiritu vitali tenuiore & subtiliore, quantò hic naturali tenuior atq. subtilior est: aut quãtò arterialis sanguis venali calidior, ęstuantior, subtilior ac syncerior est. Quanquam si quis sola facultate animalis spiritus, & animæ vi per totum nerui corpus diffusa, citra ipsius spiritus substãtiam, sensum neruis conferri dixerit, iis similitudinibus inductus, quas paulò antè expressimus, non multùm repugnabimus. modò nullum in neruo insigne impedimentum subesse intelligas, quale paulò antè multiplex cõmemorauimus. Quam in sententiam scripsit author libri de oculis Galeno ascripti c. 5. Animalis spiritus in cerebri ventriculis existens, sensum & voluntarium mandat motũ: virtus enim ipsius per neruos penetrat ad cætera membra: essentia verò in proprio permanet loco. sicut sol totũ aërem illuminat, ipse tamen in vno loco stat. sed ad oculos non solùm virtus visibilis spiritus, sed ipse spiritus essentialiter dirigitur, & tanta eius quantitas, quanta est necessaria, illuc adducitur: quod vtriusque nerui concauitas attestatur. id etiam hoc testatur, quia vno oculo clauso, ad pupillam alterius tota virtus cõuertitur, caussa neruorum coniunctorum. sed de oculis & videndi modo nos pridem: hæc autẽ demonstratio Galenũ habet authorem, vti suo loco patuit.

Spiritus iter quod celebrent.

Nervorum corpus animali spiritum turget.

Spiritus triplicis comparatio.

Sensus & motus quò fiat sine spiritu. N. & hoc probabilius.

Animalis spiritus quid sensum & motum efficiat, & vbi resideat. A simile.

Visio quid fiat, & quomodo spiritus commoueat.

QVI FIT VT PEREVNTE MOtu, sensus maneat illæsus, aut contrà?

Probl. X.

Nervi omnes sentiũt, non tamen mouent: sed contrà.

Paralysi mentis.

CVm sensus & motus à neruis perfici demõstratus sit, sed animali spiritu interueniente, alij porrò nerui motibus destinati, alij sensui dicati habeantur, vti patuit: ita tamen nullus vt neruus sensus expers relinquatur, cùm omnib. omnino sit hoc à natura tributum, vt sentiãt, licet non omnes perçquè moueant. quæritur quî fiat, vt eiusdem partis aut membri, vt fortè brachij aut cruris, sensus pereat manente motu integro: aut contrà, motus vt intereat, sensu manente illæso. vtrumque enim accidere haud infrequenter videmus, vti in paralysi partis cuiusdam, quum æger admiratus nouitatem rei atque insolentiam, medicum percontatur, qua tandem ex caussa modò sensus, modò motus sibi depereat. vt intellecta probabili caussa, ea se velut consolatione leui quadam recreet, ac miseriam suam subleuet. Nam quibus cum

ſenſu motus vnà deperit, hi vt in grauiore caſu verſantur, ſic velut perculſi atque attoniti tanta calamitate, ne cauſſam quidem ſui infortunij ſcitcitari cupiunt aut curant, quam nemo eſt medicorum tam rudis, qui non intelligat. ſuperiorem autem illam de alterutro ſingillatim amiſſo, rarus eſt qui perfectè valeat enucleare: niſi qui & anatomes peritus, & lectione bonorum authorum, in primiſque Galeni, fuerit apprimè eruditus. Hic autem meminiſſe vnumquemque decet, quot paria neruorum procedant à cerebro, & quas ſingula ferantur in partes, aut quorſum, & an ad motum, aut ad ſenſum tantùm: ſicuti de neruis oculorum & linguæ motoriis diximus, quorum vitio videmus interdum oculos immotos, aut linguam immobilem perſiſtere. Sed hoc longè frequentiùs accidit, vt brachia, manus & digiti, ſimilitérque femora, crura, pedes & articuli ſenſu motúque repentè deſtituantur, præcipiti humorum decubitu radices neruorum obſtruente, & ſpiritui animali, velut ſolis ſplendori, aditus intercludente. aut vt quibuſdam viſum eſt, neruorum corpus multo humore remolliente atque infarciente, vímque eorundem tonicam reſoluente. Quod quibus & quando accidit, diligenter medico peruidendum eſt, vnde tandem nerui ad illas partes demittantur, quóve de coniugio ſpinalium neruorum. Qua craſſa ignorantia plerique inertes medici, de loco remediorum anxij, hominem opis indigum & fruſtrà quiritantem, ſuo languori deſtituunt, ignari quid agant, & cui parti ſua medicamenta applicent, plerumque partem immobilẽ remediis intempeſtiuis onerantes, quæquidem ad neruorum originem legitimè tranſlata, non paruum attulere ſolatium aut alleuamentum, ſæpe etiam morbi cauſſam depulerunt, perfectámque ſanitatem reſtituerunt. Quam in rem iuuat ex Galeno proferre hiſtoriam ex lib. 1. loc. affect. ſub finem. Occurrit mihi quidam medicamentum tribus digitis adhibitum oſtendens, dixítque triginta iam diebus ſenſificam ipſorum facultatem ſe amiſiſſe, illæſa ſeruata motione, ſed nihil præſidij ab impoſitis medicamentis percipere. Ego verò id quod in eiuſmodi caſibus facere conſueui, ne tunc quidem obliuioni tradidi. quippe vocato medico qui digitorum curationem ſuſceperat, interrogaui, cuiuſmodi remedia adhibuiſſet. Quæ cùm intelligerem ad hanc rem eſſe idonea, cauſſam inueſtigare cœpi, cur nullum ab ipſis homo præſidium conſecutus fuiſſet. Inquirens itaque quæ præceſſerant accidentia, inueni ipſo dicente, neque inflammationem, neque refrigerationem, neque ictum præceſſiſſe, ſed ipſum paulatim ſenſum perdidiſſe. Captus itaque admiratione, rurſus interrogaui, num ſuperiorum partium aliqua icta fuiſſet. Ille reſpondit digitos quidem non fuiſſe ictos, ſed dorſi initium fuiſſe afflictum. deinde quomodo & quando id accidiſſet, cùm interrogarem, reſpondit ſe cùm Romam proficiſceretur, à vehiculo decidiſſe, ac non multò pòſt digitorum incepiſſe affectum. Quocirca coniecturam feci, neruorum qui primi à ſeptima vertebra procedunt, partem quampiam obiectum fuiſſe inflammatam, at nunc duram habere affectionẽ. id quod ex anatome intellexi. Quod verò cæteros medicos in maximam duxit admirationem, quòd dimidia duntaxat digitorum pars afficeretur, id mihi perſuaſit potiſſimùm eam nerui partem, quæ in cubito ab ipſo egrediens, in digitis finitur, eſſe affectam. Igitur adhibitum ei medicamentum abiicere iubens, illi præcipuè ſpinæ parti, quæ affectæ particulæ principium obtinebat, ipſum adaptaui: ſecutáque eſt res, vt aſpicientibus videbatur, & admirabilis & inopinata, quòd digiti manus, adhibitis ſpinæ medicamentis, eſſent curati. &c. eandem porrò hiſtoriam, verbis paulùm immutatis, ſed prolixis ex more recitat initio lib. 3. aggreſſ. anatomic. quam adiicere nil neceſſe eſt, indicaſſe modò ſatis eſt. niſi quòd ſophiſtam hîc nominat de vehiculo delapſum, & medicos dicit fuiſſe methodicos: nam cætera conſentiunt.

Verumenimuerò vt neruorum originem medicus norit, & remedij locum cautus deſignarit: nondum tamen fortè interrogatus, Qui motus illæſo ſenſu pereat, vel contrà, ſatis habet exploratum, quid reſpondeat. quò fit, vt in hominum ſplendido cœtu dicturus ſentẽtiam, non rarò vel cum rubore obmuteſcat: vel pudore & verecundia ſuffuſus, aut cõfuſione perculſus recedat ἀσύστατος: aut ſi audaculus eſt & impudens (quales pleriq; ſophiſtæ ἀσύστατοι quotidie viſuntur medicorum habitum perſonámque velut ſimiæ, ementiri) perfricta fronte rationem frigidam comminiſcatur planè abſurdam alienámque, non tam ſuo, quàm artis eius quam profitetur, dedecore apud eos, qui in phyſicis & iatricis ſunt haud mediocriter verſati aut imbuti. Quid enim? cum neruus vnus & idem à cerebro aut ſpinali medulla in caput muſculi inſertus, ac per totam eius ſubſtantiam diſperſus, & ſumma intimáque perceptans, ſenſum motúmque conferat: qua tandem ratione modóque fieri credibile ſit, vt hic vegetus perduret illo deperdito? Nam ſi diuerſis neruis pars quæque ſentiens & mouens prædita foret, altero tantùm mouente, atque altero ſentiente tantùm, profectò facile foret & expeditum negotium, & promptum cuiuis dicere, ab eo damnum pendere, qui vitium feciſſet aut ſenſiſſet. Sed cùm vnus idémque & ſolus vtique ad partem quampiam veniat: quomodo dimidia ſui functione priuari poteſt, altera ſoſpes vt ſuperſit? Multi multa poſſunt afferre: ſed qui rei veritatem certus enuntiet, rarus erit, vel adeo inter eos qui id ſe ſcire profitentur. Audiamus autem quorundam virorum primariorum ſententiam, vt iis etiam noſtram bona cum venia inferamus.

Galenus ingenij acumine præditus acerrimo, primus videtur eſſe qui id & obſeruarit fieri, & cur ita fieret, inquirere ac veriſimili ratione aperire conatus ſit. ſic autem ille poſt nuper commemoratam ex lib. 1. loc. affect. hiſtoriam. Verùm affectu planè ſummoto, orta eſt inter

Queſtionis obſcuritas.

Præparatio ad ſolutionem.

Cauſſa deperditi ſenſus & motus.

Ignorantia damnum.

Hiſtoria.

Mos Gal. in therapeutica.

Mos medicorum imperitorum ac protervia.

Senſus qui fiat.

Dubium.

Quæstio. medicos quæstio, quænam sit eiusmodi neruorum affectio, vt per ipsam seruato corũ motu, sensus pereat. Equidem id ipsum dicebã, quod priores medici dicere solebant, quòd scilicet sensus patiendo, motus verò faciendo aliquid, fit. Quapropter vt quis moueatur, opus est robore: sed vt sentiat, vel minima facultas sufficit. Cúmq. rectè me hunc dixisse sermonem putarent, Quid igitur (inquam) num vidistis aliquando contrà euenire, vt seruato sensu, motus periret? Tum cæteris omnib. se nunquam conspexisse dicentibus, vnus id confiteri audebat, ac nomine laborantis citato, testes quoq; adhibiturum esse pollicebatur. dein rationem facti subiungit istam, Omnis ab impetu prodiés motus, ad musculorum officium pertinet: quippe nullus neruorum per se sine musculo vllam huiusmodi in animantis particulis actionem efficere potest: sed per musculos, omnes à consilio & voluntate prodeuntes motus perficiunt. Ad partes verò mouendas, musculi ipsi aliquando quidem manifestè perueniunt, aliquando verò per medios tendones, siue νεῦρα Hippoc. dictos. Si itaque musculorum neruos affici contingat, motus digitorum perit: si verò eos qui ad cutem perueniunt, tangendi sensus corrumpitur. Sed vbi tota resoluuntur membra, cùm videlicet commune principium affectum est, simul & sensus & motus pereunt. atque tum locum primariò affectum ex læsorum neruorum multitudine inuenire poteris. &c. hæc eo loci Galenus: qui mox eiusdem operis lib. 3. sub finem, de Pausania Syro sophista historiam illam bis cõmemoratam, tertiò nominatim inculcat. & mox lib. 4. c. 2. Videmus interdum linguæ motum, interdum gustandi sensum lædi, atq. nonnunquam tactum quoque. neque verò aliis gustus, atque aliis tactus neruis vtitur, vt in motu videre est. nerui enim à tertia coniugatione orti, non solùm tangendi, verumetiam gustandi vim obtinent. verùm crebriùs læditur gustandi, quàm tangendi facultas, quamuis iisdem neruis vtraque vtatur. nam ad gustum quidem exacto iudicio opus est: tangendi verò sensorium, crassissimum, vt cernendi tenuissimum est. auditus verò sensorium vt in tenuitate à visu, ita sensorium gustus in crassitudine à tactu secundum locum obtinet. olfaciendi verò sensorium in illorum quatuor medio constituitur. sed de his iam multò antè. ibidem verò mox cap. 5. Quidam à vehementi peripneumonia conualescebat, cui brachij tam externæ, quàm internæ partes à cubito ad summos vsq; digitos, sensus difficultate laborauerunt, atq; motus nonnihil læsus est, à diuersis vterque neruis procedens, vt ibidem & in myotome docetur. Huic autem homini celeriter sanitas reddita est, adhibito medicamento ei loco, vnde nerui prodeunt. vbi & alia exempla recensentur, atq. ita statuitur, Vnica duntaxat pereunte actione, solum musculum qui ipsam efficere solet, aut neruum ipsius affectum esse. at vbi plures actiones vitiatæ sunt non eodem in loco, accidit interdum omnes musculos à communi aliqua causa lædi. &c. ibidem paulò pòst, Si exacte

Sensus & motus quo fiat.

Alia quæstio.

Solutio.

Motus qui fiat.

Motus qui pereat solo, vel sensu, vel vtroque.

Lingua morbi & nerus qui.

Gustus qui fiat.

Sensuum comparatio in tenuitate & crassitie.

Historia.

Actionis læsio simplex & composita.

quæ corpora secare docet, ad quam particulam descendant singuli nerui à spinali medulla prodeuntes, cognoueris, affectas sedes quàm facillimè inuenies. quod multis subinde docet ibidem exemplis. Medici verò (subiungit ibidem) neque huiusmodi neruos, neque eos qui per singulas cutis partes dispersi sunt, cognoscentes, quamuis præsentaneum sit eis remedium, quod minimæ particulæ iuxta nerui initium adhiberi deberet, ipsi partes illæsas multo negotio molestant. Ego verò sæpenumero vos monui, alios quidem in ipsa spinali medulla veluti radicem habere, alios verò vt ex magnis ramis, atque ipsis quoque è spinali medulla exortis procedentes, qui rursus diuisi distribuuntur: atque alij per multas cutis partes, alij per pauciores. Quò magis miror dissectores ipsos, illos non cognoscere, atque in neruorum resolutione quærere, quam ob causam resolutarum partium non semper & sensus & motus pereat: sed aliquando sensum duntaxat, aliquando & sensum & motum simul deperdant. Arbitrantur namque neruorum qui per musculos dispersi sunt, reliquias ad cutem tendere: cúmque diuisus per musculum neruus affectus est, siquidem vehemens fuerit vitium, & sensum & motum simul lædi: sin leuius fuerit malum, seruari quidem sensum, vtpote qui non tantum roboris desideret: motum vero, eo quod robustis egeat viribus, perire. Quippe nihil minùs, imò magis etiam pati possunt partes cùm debiles fuerint: efficit tamen imbecillitas, vt facilius affectio à sensu dignoscatur. Igitur ratio ipsorum in eiusmodi neruorum resolutione: probabilis esse potest: vbi verò perdita sentiendi facultate, motus non perit, nonnulli quidem adeo vanas adduxere rationes, vt satius fuisset eos conticescere: nonnulli verò cognita huius quæstionis difficultate, non grauati sunt dicere, huiuscemodi paralysis speciem, qua seruato motu sensus perderetur, neminem vnquam vidisse. ita suæ ignorantiæ honestam speciem prætexunt. rursus verò idem lib. 8. vsus part. cap. 5. Sensoria omnia neruum postulant mollem: neruum quidem, quia is sensuum est instrumentum: mollem autem, quia vt sensus fiat, ab extrinsecùs occurrente sensorium ipsum afficiatur quodammodo necesse est ac patiatur. Porrò quod molle quidem est: ad patiendum: quod autem durum, ad agendum est aptius. proinde igitur sensoria quidem mollibus: reliquæ verò partes motu voluntario præditæ, duris neruis indiguerunt. Huc accedit etiam, quòd & ipsa sensoria, quæ motu agũtur voluntario, duplex habuerunt neruorũ genus, non vnum duntaxat molle. quòd siquando alterũ eorum læsum fuerit, pars ipsa dammũ tantum modò accipit in eam vtilitatem, quam læsus neruus sibi præstabat. Videre namq. sæpe est linguam aliàs quidem ad motum, aliàs autẽ ad saporum dignotionẽ apprehensionemq. impeditã. Quin & productiones supernè ex ipso cerebro & vias ad sensoria nerui molles & duri nõ habent easdẽ. illi enim ex mollib. eius partib. hi autem ex duris producũtur: rursus illi quidem

Anatomes necessitas.

Neruorum origo & distributio varia.

Dolium.

Solutiones N. ac mox de neruo cutis idẽ fatuit.

Quæstionis obscuritas.

Nerui ad sensum quales, itemque ad motum.

Quæ partes duo habeãt neruorum genera, & quæ sint.

Neruorum mollium & durorum ductus varij & ortus.

Motus quò fiat.

rectà ad ſenſoria, hi verò per circuitum tendunt. &c. idem initio lib. 16. ciuſdem operis, Ad motum voluntarium natura in animalibus vnũ genus inſtrumentorum conſtruxit, quos muſculos appellant. proinde quanquam nerui omnes vtraque habent facultates, ſenſum dico & motum, nulla tamen pars alia quæ neruos recipit, motu voluntario eſt prædita, ſed ſentit duntaxat, quemadmodum cutis, membranæ, tunicæ, arteria, vena, inteſtina, matrix, veſica, ventriculus ac viſcera omnia, & glandularum ſpecies altera. Senſuum autem inſtrumenta neruos ad ſenſum flagitant. reliquæ autem partes quæ ſenſu aut motu voluntario indigebant, neruos molles ad ſenſum, duros ad motum ſortiuntur: quibus autem vtriſque opus erat, neruorum genus vtrumque natura inſeruit. ad cutem autem fibræ quædam à ſingularum partium neruis productæ prorumpunt. Non enim quemadmodum in ſingulos muſculos neruus peruenit, ita & ipſius cutis eſt propriusaut definitus: ſed ex partibus ſubiectis fibræ quædam ad ipſam perueniunt, quæ ſimul ipſam cum partibus ſubiectis connectunt, ſimul etiam ſenſum ei ſuppeditant. ſic verò lib. 7. plac. Hipp. & Plat. Natura ita comparatum eſt, vt ſubſtantiarum proprietates, facultatum etiam ſibi conuenientium proprietates ſecum habeant. Vnde fit, vt quantum vnuſquiſque neruus ex iis, qui propriè ſenſifici appellantur, à natura cerebri receſſerit, tantùm etiam ſit à virtute facultatéq. eius remotus. Illi autem ſenſifici propriè vocantur, qui ad ſenſuum inſtrumenta mittuntur, aliis quidem qui mouent membra, molliores. Senſus quippe, niſi neruus aliquo modo afficiatur, fieri non poteſt: motus verò in efficiendo tantùm conſiſtit. atque idcirco non immeritò qui ſenſum adfert, mollior: qui motionem præſtat, durior eſt factus. Quanquam ſenſus tactus, cuius ſenſibile craſſius exiſtit, omnes etiam qui motum inducunt, capaces ſunt. iterum initio lib. 3. adminiſtra. anatomic. Non ex iiſdem neruis & ſenſum & motum ſingulis digitis manuum pedúmque diſpenſari tradit. inde digitos manuum pedúmque aliquando inſenſiles, aliquando reddi immobiles. denique lib. 1. de ſympt. cauſſ. cap. 5. ita inquirit. Quî fit, quòd videntur particulæ quædam ad voluntarias quidem functiones reſolutæ eſſe, & tamen ſentire? rurſus aliæ moueri quidem, minimè autem ſentire? Sanè in lingua & oculis nulla fit dubitatio, propterea quòd hæc duplici neruorum genere ſunt prædita. at in quibus membris duri tantùm nerui ſunt, in iis diſtinguendus ſermo ad hunc modum eſt. Si cute ablata, ſubiectus ei nudus muſculus immobilis appareat, tangentem tamen ſentiat, paruam illi noxam incidiſſe eſt putandum: vtpote per quam minimè ſteterit, quin tantùm animalis virtutis ceperit, quantum ad ſentiendum quidem eſſet ſatis, ad muſculum mouendum non ſatis. conſiſtit enim in patiendo magis quàm agendo, tangendi ſenſus: itaque etiam parua virtute perfici poteſt. Si ſuperiaceus muſculo cutis ſenſum amiſit, ipſe autem moueatur, nihil eſt quòd mirêre. veluti nec ſi duorum muſculorum alter moueri non poſſit, aut altero ſentiente, alter ſit inſenſibilis. ſicut enim in iis alterius læſum neruum eſſe, alterius integrum licet: ſic is qui in cutem diſpergitur, iniuria affectus eſſe poteſt: qui autem in muſculum, minimè eſſe affectus. contráque qui in cutem ſpargitur, nullam eſſe paſſus iniuriam, qui in muſculo eſt, non eſſe noxæ expers. Hæc ex Galeno ſit mihi ſatis collegiſſe. in quibus ſiquid videtur ſibi vtcumque repugnare, quòd motu abolito, qui vi maiore ad agendum eget, ſenſus permaneat: ſenſu autem abolito, qui minore vi & patiendo perficitur, motus neceſſariò aboleatur: & è diuerſo, motu integro permanente, ſenſum aliquando perire. talis (inquam) contradictio quæ apparet, facilè ex eo conciliatur, quòd muſculum modò cute nudum, modò eadem tectum conſiderat, vt ſenſu aut motu priuari colligat. ſi enim nudatus cute mouetur muſculus, vtique etiam neceſſariò ſentit. contrà, cute integra, moueri quidem poteſt, & tamen ſenſum amittere: quia neruus interior integer eſt, exterior autem læſus.

Nerui alternatim læſi damna, & quemodo diſcernenda.

Gal. contradictio conciliatur.

Sed quid ſi motus, ad quem efficiendum maior facultas animalis requiritur, eſt amiſſus, & tamen ſenſus, qui minori facultate animali eget, maneat integer? Hîc Fuchſius ad neruorum ſeriem & muſculorum naturam recurrit, vt dicat Galenum ſecutus, & Veſalio ſuo adſtipulatus, ſenſum manere motu ſublato, vbi neruus muſculo ſuppeditans ſenſum, illæſus eſt: alter autem, qui motui deſtinatus eſt, læditur. & contrà, motum manere ſenſu amiſſo, quando neruus ſenſum præbens offenditur: motum autem ſuppeditãs, illæſus permanet. quod ſubiecto docet exemplo, comment. in c. 5. lib. 1. de ſympt. cauſſ. Non eſt igitur neceſſe eò deflecti, quòd vis maior ad motum quàm ad ſenſum requiratur: ſed ortus neruorum, & inſertio eorũdem medico quàm diligẽtiſſimè diſcenda erũt. ita enim non ſolũ aboliti motus aut ſenſus cauſſam proferre, verumetiam medicaméta neruis laborantib. commodè adhibere medicus ſciet.

Obiectio.

Senſus & motus ſingillatim quò pereat.

Solutio inter.

Audiamus verò quid ipſe Veſalius pro ſe dicat, quídve ſentiat: eſt enim non infans, nec indiſertus, vt animi ſenſa commodè queat aperire, nec opus habeat interprete ſuo ciue aut vicino Fuchſio. ſic autem ille lib. 4. cap. 1. anatom. Porrò neruorum originis ſpecies formáue non eadem vndíque viſitur. aliqui enim, & præcipuè molliores, continuò neque quaſi in plures ſurculos diducto corpore exoriuntur procedúntque: in quorum numero viſorij nerui habentur. alij tanquam plures funiculi inuicé connexi, ex cerebro prodeunt. alij etiam in ipſo ortu ſurculos hos, veluti funiculos inuicem diſtãtes, ac ſingulos propria tenuis membranæ portione circundatos habent. qui cùm caluariam egrediũtur, omnes inuicem cõmiſſi, vnica duriori membrana induuntur. At neſcio qua fronte quidã antomicorũ principes aſſerere auſi fuerint, ex huiuſmodi ſurculis funiculiſve, alios quidem motui, alios verò ſenſui ſeruire: haud ſecùs ſanè, quàm ſi quoſdam

Neruorum ortus variat à cerebro, quò.

Nerui ſenſifici qui & quorſum & quales.

Senſus & motus qui fiat, & neruorum diſcrimen.

Digiti quare ſenſum aut motum per ſe ſolum amittant.

Dubium.

Diſtinctio ad ſolutionem.

Senſus & motus qui fiat.

Subſtantiæ & facultatis analogia.

Partes quæ tantùm ſentiant. Nerui cum & arteriæ ſentire ne ganerat. Nerui ſenſus & motus, quales. Nerui vnde, & quorſum.

neruorum ſurculos tactus ſenſus natura deſtituiſſet. vbi rem exemplo familiari docet: neruóſque omnes, vel adeo opticos perforatos inueniri negat. Verùm ad rem præſentem accommodatiùs ſic idem cap. 14. libri eiuſdem, cum Fuchſio ſuo conſona loquitur, & Galeni ſolutionem eludit, Neruorum ſpeciem in manum non in iucundè in teipſo obſeruabis, modò adamuſſim neruos alterius manus, pollice aut cubiti innixu ad os ita compreſſeris, vt animalis ſpiritus trāſitum compreſſione cohibeas, ac pars, cui nerui inſeruntur, ſtupeſcat. fit verò id iuxta cubiti articulum non multis intectum veſtibus, aut non multa adipe inueſtitum commodiſſimè. nam ſi pollice quartum neruum aliquandiu compreſſeris, ſenties externam pollicis & indicis ſedem, & internum quoque latus exterioris ſedis medij ſtupeſcere. vbi mox & de aliis, & de modo comprimendi. Quum verò hæc exploras, propende pariter quàm leue ſit, nonnunquam motum integro adhuc ſenſu perire, & ſenſum quoque motu adhuc integro aboleri. quod exemplo ſubiecto docet de quarto & quinto brachij neruo. Neq; neceſſum eſt, ait ad Gal. ex lib. 1. loc. affect. nuper à me citatū, eò deflecti, quòd maior vis animalis ad motum quàm ad ſenſum requiratur. & multò minus admittenda eſt anatomicorum quorundam ratio, qua illi confingunt quoſdam neruorum ſurculos motui tantùm, alios autem ſenſui præeſſe. Quaſi verò quis neruorum ſurculus ſenſu tactus deſtitueretur: & non quæuis tandem corporis pars ſua eſſentia conſtitutionéve ſenſui haud repugnans, à quolibet neruorum ſurculo ipſam perceptante, tangendi vim obineret. hæc ferè Andreas anatomus ſcitè & appoſitè.

Columbus & ipſe haud illepidus conuiua, ſuum iſtud ſymbolum protulit lib. 8. cap. 5. Sed antequàm ab hoc argumento diſcedamus, ſcito ſurculos & propagines exiguas neruorum manus, eodem pacto in omnibus hominibus non diſtribui: licet in truncis ipſis rarò admodùm varietas notatu digna reperiatur. Et quoniam in illis qui vulnerantur, quandoq. ſenſus amittitur, licet motus integer maneat: in aliis cōtrà, motu amiſſo ſenſum accidit permanere: complures exiſtimarunt duas neruorum differētias vbique reperiri: vel vt apertiùs dicamus, vbi neruos adeſſe oportuit, duplex adeſſe neruorū genus, alterum motum adferre, ab altero ſenſum adferri. Sed hæc opinio in illis mea quidē ſententia, locum habuit, qui veram neruorum diſtributionem ignorabant. tu verò ſcito, neruos ad cutim deſinentes, quoniam cutis motu caret, ſenſum dūtaxat adferre: eos verò qui muſculis addicti ſunt, ſenſum motúmq. illis impertiri. Quocirca ſi nerui cutis ſauciantur, aut ſi illos noxia materia laceſſit & detinet atque præoccupat: quid mirum ſi cutis ibi non ſentiet? & quoniam nos dum cutim tangimus, cutis nobis duntaxat ſenſus occurrit (neque enim ſunt in ſuperficie muſculi) ſi illi nerui lædātur, qui in muſculos inſeruntur, illis illæſis qui feruntur ad cutim, amitteretur quidem motus, ſed perſtabit ſenſus. quòd ſi vtriq. noxa illata fuerit, & ſenſus & motus peribunt. Hæc autem noxa intelligitur illata neruo, priuſquàm muſculum ſubeat, in loco qui retrahi poſſit & contrahi: quo facto, vniri & coaleſcere nullo pacto poſſit. ſi enim nerui læſio contingat in ea parte, quæ iam muſculum ingreſſa erat, vniri poteſt, neq. ſenſus motúſve amiſſio perſeuerabit. rem docet exēplo atq. experientia ſibi comprobatā.

Quid (ſi inquam) vnicus ſit muſculi eiuſdem neruus? atq. ab hoc vno affecto, ſenſus maneat pereunte motu: aut cōtrà, motus ſuperſit ſenſu abolito: an id poſſe negas contingere? Ego verò fieri poſſe duco, neq. eo inficias, & Galenus locis citatis inſinuat. & tamen iſta ratio nunquam ſatisfecerit: ſicuti ſi neq. totius membri, vt brachij aut cruris læſio ſit, qualem frequenter cernimus, vt partis totius motu prorſus defecto, ſenſus tamen valeat, aut contrà. Ad quod accidens neq. iſta valebit arguta licet reſpōſio, quæ ſolum habet locum, vbi (exempli gratia) in manu duo tréſve digiti affecti ſunt: ita vt reliquis integris, alij motus aut ſenſus iacturā fecerint, vt Galeni exemplum primū ſupponebat. quod vnum ſpectaſſe videntur illi, eúmq. voluiſſe docere aut reprehendere, quem non totum dicentem intellexiſſent. Quanquā nonnulla præclarè & omnino probabiliter iſti quidem, & cuidam loco Galeni à me nuper producto conſentaneè, & à veritate nihil aut parum variante ſententia.

Tandem verò magni noſtro æuo medici Fernelij ſententiam attentè audiamus. is lib. 5. c. 9. phyſiolog. de appetitu & mouēdi facultate diſputationem ex Ariſtotelis veſtigiis cùm inſtituiſſet, & cognitionem atq. appetitum, principia & cauſſas eſſe actionis atque progreſſionis animalīū dixiſſet, de qua iam antè ſuo loco, vbi de artub. extimis ageremus. id tamen probare non potuit, quòd appetitum, proximam cauſſam philoſophus ſtatuat, quæ animal mouet & conturbat, quodq. nullam inſuper mouendi facultatem inſtituat, cui ſit hoc muneris præcipuè conceſſum: cùm tamen reuera mouens illa facultas, à ſentiente & ab appetitu ſit diuerſa. quod ita ex medicorum decretis comprobat, & luculenta oratione ex more demonſtrat, Vulgatum eſt (inquiens) & conteſtatum, alia ſenſus, alia motus eſſe organa alióſq. neruos: vnde obtingit eiuſdē artus, velut cruris aut brachij motū perire illæſo tactu, qui in omnem cutem fuſus eſt: contráq. tactū aboleri ſaluo motu & incolumi. Quinetiam notio diuerſum quiddā eſſe intelligitur à ſentiendi functione: omníſq. ſenſus perpeſſione quadam & affectione accepta obiri ſolet: motus verò nōniſi adnixu & roboris contentione. quib. planè conficitur, ſentiendi atq. mouendi non modò inſtrumēta, ſed etiam obeundi rationes & efficientes facultates plurimùm diſſidere. Quod ſi eſt, conſequens eſt continuò animalem appetitum, qui à ſenſib. & cogitatione ducitur, illáque perpetuo comitatur, omnino à progrediendi facultate differre. Mouendi autem facultas in totius cerebri corpore ſedem habet, maximè in parte poſteriore, quam Græci μεσοκεφαλίδα vocāt, à qua tum ſpinæ me-

Error anatomicorum de neruis ſenſus & motus.

Neruorum diſtributio varia.

Senſus & motus ſingillatim qui pereat.

Senſus quomodo arte ſopiatur.

Senſus & motus ſingillatim qui pereat.

Gal. ſibiipſi eluditur, & anatomicorum. N ſed Galenus etiam aliā poſteriorem rationem attulit ſuprà.

Nerui qui ſenſum, & qui motum peragant. Solutio dubij N. ne & Gal. ſuprà.

Senſus & motus ſingillatim qui pereat.

N. obiectio.

Galenis contrariat.

Galenus defenditur.

Ambulationis cauſſa prima.

Facultatis mouentis à ſentiente diſcrimen, itémque argumenta.

Senſus corperat illæſo motu, & contrà: & ambo quò fiant.

Mouendi facultatis ſedes.

Sentiendi facultatis ſedes.

dulla tanquam caudex, hunc plurimi mouentes nerui ortũ habent. Sentiendi & appetẽdi facultas parte cerebri priore domicilium habet, quam conſtat ſentientes neruos eóſque molles in ſenſuum organa profundere. ſed de vi motrice aliàs, vt dixi. idem ſequẽti cap. 10. adhuc apertiùs rem perſequitur & demonſtrat. Quoniam facultates opus ſuum foràs depromunt, externis quoque adminiculis indigent, ſed quæ à communi illo cerebri fonte deriuentur. Viſus, auditus atque guſtus foris cùm ſint, neruos habent concauos, per quos vis influat: ſimiles habet & olfactus, quanquam intimus eſt. atq; hi molles ſunt omnes à priore cerebri parte nati. tangendi ſenſus paulò durioribus inſtructus eſt, quos ſexta cerebri coniugatio ad interiora viſcera foràſq; ad cutem diffundit nullius motus authores. Iam verò exquiſitè duri ſunt mouentes appellati, qui tametſi motum voluntarium non ſufficiunt, vim tamen motus effectricem in muſculos deuehunt, qui propria ſunt mouendi inſtrumenta. Quid cauſſæ eſt igitur, cur eorum qui à cerebro nati ſunt, hi ad motum accommodantur, ad ſenſum autem illi? Eadem vtriſque eſt origo, ſpiritus ſimilis in hos influens, compoſitionem eandem facit Galenus. quænam igitur ſortitio hæc eſt? quæ diſcriminis ratio? Duriores (inquit) ſunt qui mouent, molles qui ſentiunt. At qui è ſexta coniugatione in crura, in cutem, & in corporis extrema porriguntur tegentes nerui, multò iis ſunt duriores qui in oculos è ſecunda coniugatione protenduntur, motum eis præſtaturi. neque id modò ex longo viæ tractu, ſed ab ipſa ſtatim origine, quòd poſteriorem quàm illi originem acceperint. Quocirca tam variæ huius facultatis cauſſa non in mollitudinem aut duritiem referenda eſt. quónam igitur aliò? in compoſitionem, quam ibidem ſubiungit à natura cerebri mobilis ſed inſenſilis, meningúmque immobilium quidem, ſed acri tangendi ſenſu præditarum. quem locum paulò antè produxi, vbi de ſenſu neruorum diſſerui, eſſẽtne à cerebro vel à meningibus, aut aliunde. dein ita ſtatuit; Itaque quicumque nerui & tangendi & mouẽdi vim obtinent, vtriuſque functionis inſtrumenta ſunt, parte tamen diuerſa. Qui ſentientes dicuntur, ſolius tactus, nullius autem motus authores ſunt. atque hi quanquam non à ſolis meningibus (vt nonnulli quondam cenſuerunt) producuntur: ab eis tamen ſubſtantiæ ſuæ plurimum receperunt, à cerebro minimũ. ſtatim enim à tenui meninge orti, vt ad craſſiorem appulerunt, multum incrementi, roboris & virium illinc aſciſcunt ſibi. quapropter tactũ duntaxat, non item motum efficiunt. contrà verò qui ex ſpina orti, magnam cernuntur medullæ copiam ſuo exortu continere. Ergo prior cerebri pars, ſenſus; poſterior verò, motus principium eſt atque ſedes: meninges autem, tactus ſunt origo. omnium autem functionum animalium efficiens eſt cerebrum ſuis meningibus cõueſtitum. Qui nerui multa medulla conferti ſunt, mouendi inſtrumenta exiſtunt: tangendi autem ij, quos maiore ex parte meninges pro-

Senſuum nerui quales, & vnde.

Motuum nerui quales, & motus qui fiat.

Nerui cerebri cur alij ad ſenſum, alij ad motum, contra Gal.

Cerebri & meningum diuerſa natura.

Nerui iidẽ qualiter ſentiunt & mouent.

Nerui ſenſiles vnde, & quales.

Nerui mobiles vnde, & quales.

Senſus & motus vnde, item animalis ſtudium.

Nerui ſenſiles &

tulerunt. vbi mox de muſculo præcipuo motus inſtrumento, de quo nos antehàc, ſicuti & de triplici neruorum ſubſtantia. Hæc igitur ex Fernelio mihi deprompta ſunt, quæ tamen nondum poſitæ quæſtioni faciunt ſatis, quatenus & ipſe cæteris ſimiliter de diuerſis neruis agit, quorum vnus affici poſſit reliquo integro permanente, ſicque ſenſus perire vitio nerui ſentientis, vt tamen motio maneat, illæſo neruo mouente, aut contrà. Sed nec diuerſa compoſitionis neruorum huc multùm facit ratio, motus vt à cerebro, ſenſus à meningibus pendeat. ſemper enim difficultas manet eadem, cur ſenſus aboleri queat, manente motu & vegeto & integro, aut contrà.

Enimuerò tanta eſt vtique quæſtionis huius obſcuritas, vix vt vllus ſatis hactenus explicuiſſe aut illuſtraſſe videatur; ne Galenus ipſe quidem, licet multis ſolutionibus propoſitis, tum quòd debilior ſenſus patiendo fiat, motus autem agendo, qui vtique robuſtior eſt; tum quòd ſenſus ſit in extima cute, motus in intimo muſculo; tum quòd alia ſit conſideratio muſculi recti, alia cute nudati. Sed neque anatomicorum ſatisfacit ratio, diuerſis neruis diuerſas actiones ſentiendi ac mouendi diuerſis in partibus rectè aſſignantium, ob cauſſas iam propoſitas, & incommoda haud illis præuiſa. Quid igitur nos in tanta turba hominum doctiſſimorum excogitabimus? quid cauſſæ melioris ac certioris proferre poſſumus? nónne ſatius ſit his aut illis acquieſcere, quàm noua quadam opinione, de ingenij fama apud doctos periclitari? At nos (inquam) problemata verſamus, in queis rei veritas non velut certa, indubitata, inconcuſſa & demonſtrata plerumque aſſumitur, ſed diuerſis rationum momentis agitata quæritur. quod hactenus in permultis fecimus, & facere etiamnum pergimus. ita tamen vt tum hìc, tum illic, tum paſſim, quod veritati & probabilitati proximum eſt, ſemper arripiamus, neque nouis opinionum monſtris, aut ludicris paradoxis famam acuti ingenij & ſolertis diſputatoris aucupemur. quod vtique faciunt nonnulli, non ſine gloria & commendatione in vulgus. Sed agitedum, dicamus & nos aliquid, ne muti inter cæteros diſertos appareamus.

Omnino vt huius accidentis non vnus eſt modus, ſic neque vnica videtur aſſignanda eſſe ratio. Vbi enim per diuerſos neruos res geritur; vt verbi gratiâ, ſi tres in manu digiti immobiles euadant, duo moueri pergant: aut ex his duos ſenſu priuari contingat, reliquis tribus ſaluis: prompta eſt & expedita ſolutio: nempe diuerſam neruorum ad hos & illos originem in cauſſa eſſe, cur illis illæſis, hi læſi ſuam actionem amittant. Deinde neque negligi debet hæc ratio. Cùm motus fiat agendo, & cum aliquo robore; ſenſus autem patiendo, & ſine multa vi; ob id facilius eſſe, vt ſenſus integer maneat, quàm motus: quia illi facultas languida licet, poteſt tamen ſufficere: huic non poteſt niſi valida. Tum verò qui ad cutem neruuli expanduntur, ſenſus efficientes,

motini quatenus.

N. contra Fernel.

Gal. rationes, cur ſenſus pereat manente motu: itémque anatomicorum.

N. ſæpius.

N. opinio, cur ſenſus pereat manẽte motu, aut contrà.

1. Ratio.

2. Ratio.

possunt vtique damnum sentire; vt tamen interni, qui ad musculos feruntur, & motus peragunt, illæsi permaneant. potest & contrà contingere, vt interni lædantur & motum virient, externis illæsis permanentibus. Sed enim nos plerumque vidimus non modò sensum cutis externum deperditum (manente motu integro) sedetiam penitissimum quemque sensum extingui: ita vt puncti, cæsi, collisi, compressi artus nullo modo sentirent. & tamen nullus neruus è natura sensus est expers, ne is quidem qui mouere propriè & peculiariter natus est. Et verò quem lædi facilius nonnulli putant sensum, hunc sæpe vidimus illæsum, motu abolito, qui affici ægriùs ab illis putatur. & contrà, motum seruari incolumen, ad quem peragendum, plurima requiri solent: vt tamen sensus periret, qui sola neruuli ope peragi videtur. Quid hîc statuas? quid caussæ dicas? siquidem seu cutis auferatur, sive permaneat, musculo tecto aut retecto, parui videtur ad caussæ indagationem referre: licet Galenus in eo vim aliquam inesse crediderit: vt est sanè, sed leuicula paruique momenti ad totius quæstionis solutionem.

3. Ratio.

N. obiectio ab experientia.

N. de sensu.

Dicam verò in summa quid sentiam. ac primùm, Vt sensus fiat, id videtur requiri necessarium: nempe vt anima sentiens, siue sensus communis sit acer ac vegetus, atque è natura habeat: hic enim est, qui nos videre, audire, gustarè, odorari, tangi percipit: idem & rerum imagines apprehendit, & impulsus di iudicat: idem de perceptis ab interno & externo sensu æstimationem facit. ab hoc velut à fonte riuuli sensuum deriuantur: quorum veluti canales sunt nerui, & neruorum propagines per musculos & carnes & cutem diffusæ ac dispersæ. Et verò sensus, perpessio quædam est, facilis affici & apta percipiendo rerum externarum appulsus. Porrò vt sensus fiat, spiritus animalis vim aut substantiam per neruos, ceu tubulos, à cerebro demitti necesse est ad partem sensuram & sensus compotem per se & è natura: nisi & ex euentu quid obstet. Iam verò in caussarum istarum serie vniuersa siquid deest, siquid peruertitur, damnum noxámque per analogiam pars sentiens persentiscet. Si enim sensus communis, siue anima sentiens aberret, licet partibus integris, sensio non fit, vt in delirantibus, de quibus scripsit Hipp. aph. 6. lib. 2. Quicumque parte aliqua corporis dolent, & dolorem omnino non sentiunt, iis mens ægrotat. Deinde & imaginatio debet esse integra, ad quam sensus communis referri, & sensus externus velut in speculo repræsentari solet. alioqui licet partes sentiant, perceptio, tamen & sensus non fit, imaginatione aliò conuersa. quo fit, vt sæpe videndo quippiam, animo aliud agente, videre tamen non videamur, nec audire quæ audimus; sic de reliquis sensibus. & contrà, eadem imaginatione aberrante, quæ ne sentimus quidem, tamen nos sentire credimus & fingimus.

Ad sensum faciendum quæ & qualia requirantur.

Sensus communis præcipua.

Sensus quid, & qui fiat.

Sensus qualiter nè fiat, seu intercipiatur.

1. Caussa.

2. Caussa.

---Sic qui amant, ipsi sibi omnia fingunt.

Postea iudicium debet esse alacre & integrum: quo similiter deprauato, falsas rerum species concipimus, & veras negligimus atque aspernamur. vt in ægrotis, de tibicinibus, serpente deuorato, dolore partis cuiuspiam, hausto veneno, infixo aculeo, siti nulla in causo ardentissimo, homine acephalo & testaceo, & alio velut gallinaceo cucuriente, & infinitis aliis quotidie deprehendimus, atque alibi ex Galeno, Aëtio, Actuario exempla protulimus. Atque hæc quidem penes functiones animæ interiores: quarum præcipuum organum, spiritus animalis ad neruos & partes sensuras commeans, siqua ratione intercipiatur, sensum perfici haud pote est: vt si intemperies aliqua ingens partem occupat, si tumor, si obstructio, si vinculum, & similes caussæ iam nuper commemoratæ. Vt enim de fonte ducti multi riuuli, exundantem & scatutientem aquam non suscipiunt tamen, siquis obex interponitur: sed aqua aliò regeritur, aut in vicinos riuos & agros vel prata irrigua deriuatur. sic nerui, velut canales animalis spiritus, siquo impedimento corripiuntur, eundem haud valent excipere, sed aut in suo ille fonte & cerebri ventriculis manet, aut ad alias partes diuertit. rursus vt fonte inarescente, exhausto, aqua per suos ductus effluere cessat, atque omnes riui resiccantur: sic animali spiritu fortè exhausto aut extincto & consumpto, vt propinqua morte, aut morbo aliquo insigni, vt caro, aut comate, aut apoplexia, aut lethargo opprimente cerebrum, sensus partium resoluuntur, & stupor partes occupat vniuersas, cum ἀναισθησίᾳ atque omnimoda sensus deperditione. ideo Galenus dixerat lib. 7. plac. Hipp. & Plat. Primum animæ instrumentum ad sensus omnes & item ad motus qui ex appetitione fiunt, hunc esse spiritum. vnde fit vt exinanitus, animal minimè vita priuet, sed stupidum sensu motúque erepto tantisper reddat, quoad rursus collectus restituatur. Atsi spiritus, animæ substantia esset, fieri nullo modo posset, quin simul atque ipse esset euacuatus, continuò quoque animal interiret. & cap. 9. lib. 1. de causs. puls. Animalis spiritus consumitur in exercitationibus & immodicis per halitum digestionibus, fluxionibúsque intrò vergentibus: quorum nihil est quod medicum præterire possit. hæc ibi. Contrà (inquam) si copia spiritus animalis imminuatur, si sensus communis laboret, si functiones animæ leuiter aberrent, si canales neruorum modicè afficiantur, nec in totum intercipiantur; pro sensu acri, aut absoluta insensibilitate, stupor quidam (græcè ῥᾶσις, nempe μεθύσκουσα paralyseos) aut sensus obtusus permanet: vt fortè in alto somno, sensifico cerebro ac primo sensibili quiescente, aut cùm animus res alias agit, aut leuiter aberrat, aut animalis spiritus aliò auertitur. Siquidem eausarum efficientium læsionis modum sequitur per analogiã effectus proportio. vt est videlicet symptoma actionis triplex, imminutio, deprauatio, atque omnimoda abolitio. Inde

3. Caussa.

4. Caussa.

Similitudo.

Spiritus animalis affectus.

Spiritus animalis qui defluat.

Stupor in sensu quò fiat.

Nunc sensus aut motus quando maior aut minor.

Ab exiplo.

capite affecto, cùm ſpina tota, grauiſſima ſequitur partium omniũ offenſa vnde apoplexia fit, aut vniuerſalis reſolutio: minor autem, ſi ſpinæ pars tantùm dimidia lædatur: ex quo ſequitur dicta ἡμιπληγία. atque hac leuior, ſi partis alicuius vnius tantùm nerui afficiantur, vt fortè oculi, linguæ, brachij, manus, cruris, pedis, digiti, aut alius cuiuſpiam. leuiſſima denique, ſi neruus vnicus offendatur, aut in ſua radice totóque proceſſu eiuſdem in partem inſerendi ac diſpergendi: aut ne in toto quidem proceſſu, ſed vnica eius parte ſeu particula. Siquidem hoc ex anatome conſtat, eiuſdem nerui futuri pleraſque interdum eſſe radiculas; quæ tandem coniunctæ, vnum nerui truncum faciunt; modò in membranula quadam communi inuoluti neruuli atque impliciti, eadem dirempta ac diuulſa, in complures quaſi fibras diuelluntur ac diſpeſcuntur, quarum aliæ aliò tendunt & inſeruntur: nec ideo neceſſe eſt communem eſſe nerui totius læſionem, quæ interdum eſt vnius aut alterius fibræ de multis illic vnicum eundémque neruum componentibus. quod notari præcipuè velim ad partis aut particulæ cuiuſdam peculiarem noxam ſeu in motu, ſiue in ſenſu: cuius origo particularis ſit non in toto neruo vno, ſed eiuſdem nerui diuidui fibra aliqua certæ parti particulæve deſtinata. Hinc eſt quòd nos aliquando queſtos audiuimus de ſtupore extremi vnius digiti, aut exiguæ cuiuſdam particulæ: cuius quidem non totum neruum in ſua ab origine, radice affici par ſit, ac ne in ſuo quidem toto proceſſu; ſed in ramulo vtique vno ſolóque, qui ad hanc aut illam partem fertur ſeu motu, ſiue ſenſu donandam. Hæc enim exempla atque hæ hypotheſes ad vtrumq; poſſunt accommodari, ſenſum motúmque; cùm dico, iuxta læſionis modum, ſequi partium aut partis cuiuſdam iacturam ἀνάλογον ac proportionalem. Atque hæc mihi quidem videtur ſenſus amittendi aut debilitandi non vna cauſſa, verùm multiplex exiſtere, vt tamen motus integer aut paulùm immutatus maneat.

Nerum in plures diſpeſcitur: in de noxa diſ. erimus.

Cur ab eodem neruo affecto, noxa non eſt vniuerſalis.

Ab exiplo.

N. de motu.

Iam verò voluntaria vt fiat motio, vti hæc eadem omnia requiruntur, ſic & his adeo plura. primùm quidem actio debet adeſſe, quæ paſſione multò validior eſt. vt enim pars moueatur, aliquo robore eſt opus agitante atque impellente partem monendam plus minùs denſam & grauem. ſicuti magna moles ægrè ab vno, vix à multis interdum moueri poteſt: contrà verò, paruam atque obſequentem vel puer vnus aliquis loco dimoueat. At vt ſenſus in parte fiat, ſufficit vel minima & imbecillima facultas ad eandem partem appellens, cámque leuiter paſſans ac feriens. Hinc fit meo quidem iudicio (alij aliter ſentiunt) vt difficilius ſit, ſeruato motu ſenſum perire, quàm ſenſu pereunte motum integrum ſeruari. quia vel pauca facultas animalis ſenſum valet afficere: eadem nonniſi valida motum ciere poteſt. Eſt enim hoc axioma Logicorum iampridem receptum & communi fide donatum; Si quod inceſſe difficilius eſt, ineſt tamen; & hoc quod facilius, vtique inerit. Præterea vt motio fiat (voluntariam hìc ſemper intelligo: de naturali & animali alia fuit olim ſpeculatio) inſtrumenta multa requiruntur, oſſa, muſculi, tendones, nerui, articuli, chartilagines, vincula: quæ omnia ſi abſint, moueri pars nulla queat. Deinde præter illa communia, cerebrum & ſpinæ medullam, neruorum & facultatis motricis originem, adſit præterea neceſſe eſt, voluntas ſeu appetitio, mouendi velut cauſſa prima, cum animi intentione illud idem perficiendi. quibus abſentibus, ne ſi cætera quidem adſint, motus partis cuiuſpiam animalis conſequetur (nam vitalis motus cordis & arteriarum, nulla volũtate inhiberi poteſt: reſpiratio an queat, aliàs inquiſiuimus) vt clauſis oculis, immota lingua, quieto corpore atque artubus, homo ſi velit, perſtet ad multum tempus; licet facultas & inſtrumenta & cætera præſto adſint. Tum verò facultas animalis, vectore ſpiritu animali, quamcumque in partem & particulam à cerebro per neruum, ceu canalem debet effluere: vt ſimulatque voluntatis imperium animíque intentio inſſerit, aut pulſauerit, motum faciat, ipſis organis imperio animæ vltrò parentibus. Iſtæ ſiquidem omnes cauſſæ videntur ad futurum motum debere concurrere: ex quibus ſiqua præcipua deerit, motio neutiquam fiet. de cæteris vnaquæque pro ſuo modo & vſu (vt nuper de ſenſu dicebam) motum vel accelerat è natura, vel contra naturam cohibet ac reprimit; aut ſimul omnes, vel ſaltem præcipuæ harum, ἀκινησίαν immobilitatémve inducunt. totidem enim motus, quot & ſenſus ſtatuenda ſunt ſymptomata, debilitati, deprauati, aut in totum ſublati atque aboliti. quæ ſi liceat Græcis nominibus efferre, his vtique velim, ſi auſim, ad ſenſum quidem ſpectantibus, ἐνδοκαθησία, διακαθησία, ἀνακαθησία. ad motum autem, ἐνδυναμία, διαναμία, ἀναμία. quibus poſterioribus vti non reformidem: illis durioribus multò parciùs ac timidiùs: præter receptum vnum ἀναισθησίας nomen, ita appoſitum τῷ αἰσθάνεσθαι, videlicet inſenſibilitas ſenſui, vt τῷ κινεῖσθαι ἡ ἀκινησία, motui immobilitas, vſitato Græcis vocabulo aduerſatur. cætera vſu fortaſſe mollientur, aut facilè conficta faciliùs exoleſcent. Vides igitur quomodo nec breui oratione, nec vnica cauſſa reddita, poteſt tam obſcura quæſtio diſſolui aut explicari. quod qui facere conantur, illud videntur tentare, quod prouerbio fertur, Vno calceo aut calopodio omnes calceare: quod Galenus lib. 9. meth. med. ita expreſſit, Ἑνὶ πάντας ἀνθρώπους ὑποδεῖν. aut vt noſter D. Hieronymus, ſicuti Theologiæ peritus, ita & triplicis idiomatis apprimè narus, Vno collyrio omnium oculos velle curare, ait comment. in epiſt. ad Epheſios.

1. Cauſſa.

An difficilius ſit ſeruato motu ſenſum perire, an contrà.

Axioma logicum.

2. Cauſſa.

3. Cauſſa.

4. Cauſſa.

Motũ qui inhibeant.

Senſus & motus tres ſymptomata, eorúmq. nomina ex N.

Proverb.

EST-NE ALIQVOD RETE mirabile?

PROBLEMA XI.

Triplex ſpiritus in homine, & ſuci.

DE triplici ſpiritu, naturali, vitali & animali, dixi tum generatim circa operis initia, vbi horum analogiam cum aëre percurri; tum de ſingulis etiam ſuo & ſpeciali loco; de naturali quidem, in hiſtoria hepatis; de vitali autem, in hiſtoria cordis; de animali denique, toto hoc de cerebro eiuſdémque partibus ac miranda fabrica, déque neruis & eorum actionibus, longiuſculo tractatu. quibus ex locis, ſpirituum natura, generatio, vſus & actio ſatis [illegible] noſcitur atque innoteſcit. Sed quia de reti mirabili aliquam video inter noſtros controuerſiam moueri, ſitne aliquod, & vbi illud tandem, de hoc quidem dicturus, non poſſum ſpiritus animalis non meminiſſe, quòd iſti elaborando ac perficiendo iſta ſit à natura officina tributa: eò tamen breuiùs eius meminero, quò de eodem mihi iam plura dicta conſtant. Eſt igitur animalis ſpiritus, functionũ animæ præcipuum inſtrumentum, rationalis animæ facultates illuſtrans, actionum noſtrarum omnium præcipuus author, ſenſus atque motus arbiter, medicorum theorematum finis. huic autem ſedes in capite, & quidem loco illuſtriſſimo, tutiſſimo, honoratiſſimo: ſcilicet in cerebri ventriculis, velut ſua officina domicilióque animæ contermino. hunc vitalis ſpiritus per arterias ſurſum elatus calidus & igneus & mobilis de ſe gignit deferueſcens, & tenuiorẽ ſynceriorémq; naturam induens. vnde non iam æſtuans, ſed temperatus; non igni, ſed ætheri magis affinis redditur: Functionum (vti dixi) admirabilium author, & cui vni præcipuæ functiones animæ noſtræ commiſſæ ſunt. Illi verò vt ſinus cerebri aſſeruando magis quàm elaborando ſeruiunt: ſic plexus dictus reticularis (græcè [illegible]) elaborando percoquendóq; potiùs quàm aſſeruando dicatus eſt, & à natura comparatus. de ſede retiformis plexus dicetur proximè ex Galeno & aliis. Alter autem qui [illegible] denominatur, à ſimilitudine ſecundarum puerperij, in anticis eſt cerebri ventriculis vtriſque, chorio ſimillimus, multis conſtans arteriolis inuicem implexis atque implicatis, ruborem quendam præ ſe ferentibus. Vtrumque autem effingunt præcipuè & componunt multæ arteriæ, nonnullæ ſurſum ad caput euectæ & in minima vaſa diſſectæ, inque inuicem implexæ & complicatæ retis cuiuſdam inſtar, aut ſecundinarũ embryonis, quas vteri vaſa innumera intexunt; nouo ſemper affluente ſanguine per venas & arterias ex idoneis alimentis confecto, nouiſque ſpiritibus naturalibus atque vitalibus ſuffectis auctum & reparatum, & aſſidua reſpiratione contemperandum, alendum, irrigandum, purificandum. Alimenti enim purior magíſq; aërea portio, coctione in tenuiorem ſubſtantiam trãſit ſanguinis, quæ vaporis ſpeciem quandam exhibet, quæque vi iecoris natiua, in ſpiritum naturalem, omnium velut baſim, paulatim ſubacta, atque alterius ſpiritus naturalis vbertate penitus perfuſa, facilè concedit & abit per venas diffuſum in corpus vniuerſum. Cuius melior pars & elaboratior in cordis ſinus per venã cauam deducta, vi caloris vitalis attenuata magíſque elaborata, hauſtóque per pulmones aëri permixta, in ſpiritum vitalem degenerat, per arterias toti corpori diſtribuendum. huius autem quicquid ſurſum per carotidas arterias ad caput rapitur, in reti dicto mirabili & choroeide diu multúmque verſatum, elaboratum, præparatum, percoctum, ob longam in ſinuoſo & vorticoſo corpore moram (vt olim de ſemine diximus, & fortè repetemus) atq; ob loci proprietatem quandam, reliquo animali ſpiritui confuſus, eiuſdémque benignitate vbertim perfuſus, tractóq; per nares aëre fomentum & incrementum accipiens, & ab eodem depuratus, ſeu depurgatus ac mitificatus, genuinus & ipſe ſpiritus animalis euadit; ad interiores animæ functiones peragendas, & ad ſenſus exteriores obeundos, motuſque ciendos à natura, vti dictũ eſt, comparatus. tantò quidem vitali ſpiritu tenuior, temperantior, perfectior; quantò naturalem vitalis iiſdem qualitatibus perfectioribus antecedit: cùm ſit naturalis ille ſpiritus vapori cuidam ſimilior: vitalis autem, aëri ignívе: animalis verò, ætheri & cœleſti atque animabili iſti ſpiritui vtcumque magis affinis. de quibus quoniam abundè alibi tranſegi, hæc obiter dixiſſe ac ſummatim reperiuiſſe ſufficiat, [illegible].

Dubia de reti mirabili, & vſu.

Spiritus animalis vbi ſit, ſedes, generatio, qualitas.

Spiritus animalis vbi gignatur & ſecretus.

Plexus retiformis & choroïdes differunt, vbi & vnde.

Spiritus animalis, qui fiat & vbi & ex quo.

Spiritus naturalis generatio & ſedes.

Spiritus vitalis generatio & focus.

Spiritus animalis generatio & focus, repurgatio & vſus.

Trium ſpirituum cõparatio, & analogia.

Volo enim deinceps producere in arenã ſtrenuos pugiles de reti mirabili mirabiliter controuerſos. quib. ſuo merito Galenus plus quàm [illegible], viam ad verba præibit, & ludicra [illegible], certaminis modum conditionémque ſuo iure præſcribet atque dictabit. ſic igitur ille primùm libr. 9. de vſu part. cap. 4. poſt deſcriptam ſedem vſúmque [illegible], ita infert; Iam verò conſentaneum certè fuerit recenſere, quænã corpora hoc in loco natura collocarit, omnium in toto corpore tutiſſimo, inter cerebrum & os palati. Itaque quod anatomici nuncupãt [illegible], id eſt plexum retiformem, maximè omnium quæ illic ſunt, admirabile, ibi eſt collocatum, complectens quidem in orbem & ipſum [illegible], pertingens autem retrò longiſſimè. toti enim propemodùm cerebri baſi plexus hic ſubiicitur. Eſt autem non ſimplex rete, ſed eiuſmodi, vt ſi vulgaria hæc piſcatorum retia plura alia aliis cumulata ſuperiicias. Ineſt tamẽ naturali huic reti id eximium, quòd alterius replicationes alterius replicationibus ſint connexæ, quódq. ex ipſis ſeiunctum nihil omnino capere queas. cùm enim omnia ſerie continua inter ſe ſint connexa id vnum quod ceperis, alia ſequẽtur. Nec certè ex quauis materia conflatum eſt: ſed natura maximã portionem earũ arteriarũ, quæ à corde ſurſum ad caput feruntur, materiã plexui huic mirabili ſubiecit, quo ibidem modo narratur. Vtilitatem autem plexus iſtius ita reperies: vbi enim natura exactè materiam vult

Plexus mirabilis ſedes, forma, generatio, vſus.

à ſimili.

Cōparatio plexus variciformis ad mirabili, & vſus eiusdem.

conficere, diuturnam ei moram in coctionis instrumentis comparat. sic in flexu variciformi sanguis & spiritus ad spermatis generationem apparatur, qualiter alibi expositum est At quātò spiritus animalis cerebri exactiorem semine postulabat concoctionem, tantò plexus retiformis flexuosior variciformi extitit. Totum enim cerebrum arteriis multipliciter diuisis est contextum, multæq; ipsarū diuisiones in ipsius ventriculos definunt, quemadmodū & venarum ex vertice ipsius descendentium. ex oppositis enim locis arteriis occurrunt, & in omnes quomodo arteriæ, cerebri partes, atq; adeo in ipsos ventriculos distribuuntur. &c. Idē tamē lib. de dissect. venarum, plexū retiformem sine vena dicit esse. at lib. 3. plac. Hipp. & Plat. sub finem, Quemadmodum corpus cordis cùm ex seipso dilatatur: & contrahitur, vicissim materias & attrahit & emittit: eadem ratione cerebrum etiā cùm vult spiritum quem in ventriculis suis continet, quē animalē nuncupamus, in aliquod membrū trāsmittere, accōmodata huic rei agitatione motū id facit. hic autē spiritus qui in ventriculis continetur cerebri, parua quadā ex parte fortasse ex iis etiā quæ ad ventriculos ipsos pertinent, venis gignitur. maximū verò ac præcipuū ortū huic, arteriæ illæ quæ sunt ad reticularē in fundamēto cerebri sitam texturā suppeditāt à corde ipsæ ortū habentes. iterúmq; sub finem lib. 16. de vſu part. cap. 12. In prēsenti pauca dicā de arteriarū iugo, quod antiquo quidem nomine carotidas appellamus. quarum pars aliqua per foramen in osse lapidoso sursum fertur ad plexū retiformē, toti ferè basi cerebri subiacentē, vſu præstantissimum, & loco tutissimo collocatū. In cerebrū quidem ipsum, iugum arteriarum haud exiguū ascendit, ex quo plexus χοροειδὴς, qui est in vētriculis cerebri, generatur, ac venis quæ ibi sunt, tenui meningi permixtis contexitur. Commiscentur autem arteriæ venis & venæ arteriis & vtraq; hæc neruis & his ambobus nerui in toto corpore animalis: cò quòd nutriri & sentire & caloris natiui symmetriā partib. omnibus animalis conservare ex vſu sit futurū. sic verò etiā initio lib. 2. plac. Hipp. & Plat. Vbi primùm arteria rectà thoracem egressa clauiculámq; excedens, ad medium iugulum peruenerit, in duos ramos finditur: ex quib. par quoddā magnarū arteriarum fit, quas carotidas vocāt. quæ vbi ad cerebrū peruenerunt, sub crassa meninge admirabilē illum plexū qui rete refert, conficiunt. & ibidē lib. 7. Verisimile est spiritum animalem in cerebri ventriculis oriri, atq; iccirco cò coire & arteriarū & venarum non paruā multitudinē; ex quib. videlicet plexus illi existunt, qui χοροειδὴς à secūdarū similitudine appellātur. Magis quoq; inducereris in eam sententiā vt crederes spiritū hunc ibi generari, vasis ac præcipuè arteriis ipsū in cerebri cauas expirantibus, si reticularē contextum animaduerteres, qui ex iis quæ in caput pertinent, arteriis conficitur: cùm primùm calvariā transgressæ, ad ipsam cerebri basin cōcurserint. Ibi enim natura locū minimè angustum, quasi cauernulā quandā à crassiore cerebri mēbrana circundatā, reticulari illi texturæ præparauit: in quemquidē locū ab arteriis quæ sopo-

Vaſa cerebri qualia.

An vena concurrant ad fingendum plexū retiformē.

Cōparatio motus cordis & cerebri, & vti.

Plexus retiformis compoſitio.

Plexus reticularis & choroides diuerſi loco differunt.

Venarum, arteriarum & neruorū miſtelæ ad quid.

Carotides arteriæ quæ, vnde, quouſque.

Spiritus animalis officina.

Plexus choroides & retiformis vbi.

rariæ dicūtur, non paruā quędā portio, vno ictu licet ex vtraque parte ramo prouulo peruenit; quæ postea in multiplicem sobolē diſcissæ, retis formā cancellatis fibris conficiunt: neque eam simplicem; sed prēterquàm quòd connectuntur inter se omnes ac cōeunt, multæ sunt miro quodam modo sibi mutua perplexitate superiectæ: & rursus ex hac textura tā magnū arteriarū par exoriens, quantū ad erat quod à principio è laporatiis processerat, in cerebrū ingreditur: & cùm alias eius partes, tum vētriculorū ambages multis ramulorū implicationib. innectit. Spiritus igitur qui in arteriis continetur, vitalis & est & dicitur: qui in cerebro, animalis; non quòd substantia animæ sit, sed quòd primū est eius ibi habitantis instrumentum, qualitcumq; substātia postea fuerit. Sicut verò vitales spiritus & in arteriis & in corde gignuntur, materia generationis ex inspiratione & humorum exhalatione sumpta: ita animalis ex vitali perfectiùs cōcocto oritur: quippe cùm oporteret ipsum exquisitissimā omnium immutationem adipisci. Nā si natura & semen & lac cùm velit exactè conficere, quāuis animali spiritu sint potestate longè inferiora, diuturnā illis in instrumentis cōcoctionis morā machinata est: atq; iccirco semini, testibus annexum infractū; lacti, valorum ad mammas tendentium longinquitatē præparauit: meritò etiam hic cùm in cerebro è vitali spiritu animalem efficere studeat, reticularem hunc contextū, quasi varium quendā labyrinthum iuxta cerebrum fabricauit, &c. de lacte & seminis generatione nos pridem antea, & idem Galenus cap. 10. lib. 16. vſus partiū, & lib. 1. de semine cap. 12. 13. 14. olim à me productis. sic verò idem lib. de vſu pulsuum, Duplex respirationis vſus, iuxta Hipp. sententiā: alter, qui maior est, spiritus insiti custodia: alter, qui minor, animalis spiritus nutritio. at in horum vtroque, ex attracto per nares spiritu accedere cerebro vtilitatem dicimus. ventriculi enim qui in cerebro habentur, animalis spiritus, qui assiduè nutriri postulat, pleni sunt: qui in motu voluntario assiduè consumitur. & mox, Plexus ille qui ab Herophilo reticularis dicitur, basin cerebri occupat, è colli arteriis, quas carotidas vocant, ad cerebrū ascēdentibus, multifariàm diuisis & implexis compositus: veluti si retia retib. superpōsita intelligas. Natura siquidem materiā eam quæ in arteriis continetur (ea est sanguis calidus & tenuis & halituosus) longo tempore cōficit, spiritui animali qui in cerebro est, copiosum alimentum prēparans. vbi rem exemplo demōstrat, de animali vinctis arteriis ad tempus currente, & mox fatiscente. sed & sub finē lib. de vſu respira. spiritum animalem purissimū & optimū adstruit. ibidem tamen cerebrū spiritu à corde allato nō valdè egere testatur. quod etiā illo libro de vſu pulsuum confirmat, ab experientia: quòd carotidib. interceptis spiratio foret libera, motúsq; integer permaneret. ac sub finē libri de vtilitate respira. animalē spiritū ab aēre per inspirationē attracto nutriri ex Hipp. atq; ex sanguinis euaporatione per Erasistratū asserit. illi enim statim per nares in cerebri ventriculos: huic ex corde per arterias ad cerebri mēbranas spiritū perue-

Plexus reticularis tū poſitio.

Carotidum diſtributio & vſus.

Spiritus vitalis & animalis qui & vbi, & vnde generetur.

à ſimili.

Seminis & lactis & ſpiritus animalis generatio quò fiat, & vbi.

Reſpirationis vſus.

Spiritus animalis officina.

Plexus reticularis locus & generatio.

Arteriarū ſanguis qualis, & ad quid.

An ſpiritus vitalis cerebro neceſſarius.

Animalis ſpiritus nutritio vnde, & quò fiat.

nire visum est. quarũ ambarũm opinionũ probabilior visa est Galeno, quæ prior fuit Hippocratis; réique eodem illo exemplo, quod libro de vsu pulsuum proposuerat, testatam reliquit.

Hæc igitur mihi de Galeno dicta sufficiant, licet plura proferri queant, sed quæ idem dicant ac repetant. venio deincepsad alios, non omnes vtiq; productura, sed duos trésve ad summũ, quib. ego plurimùm tribuere soleo. quorũ primus Fernelius Galeni vestigiis insistẽs, nihil amplius inquisiuit: sed hoc velut pro demonstrato per manus traditum ad posteros traduxit lib. 1. cap. 9. physiolog. post peluis & suæ glãdulæ descriptionẽ sitúmq; ad os *σφηνοειδὲς*. In illa (inquit) ventriculorum caua, venarum arteriarúmq; riuuli è summo cerebro pariter cum tenui meninge deuehuntur: quæ inter se colligatæ atque implicitæ, contextus eos conformant, qui *χοροειδῆ* appellantur, quíq; capacitates intus succingunt & implent. Ex inferis quoq; partibus, atq; ex ipso contextu admirabili, per ea quæ modò cõmemoraui foramina, arteriæ tum in cerebri corpus, tum in eius ipsius ventriculos emergunt euadúntq;, illis contextibus, vt dixi, innexæ. Nã ex colli arteriis rami sursum euecti, cùm iam in cerebri basin pennauerint, eásq; capacitates attigerint, quæ cunei ossi subditę sunt, mox in tenuissimas arterias eásq; plurimas dispersas, multiformi varióq; nexu citra vllius membranę copulationem, reti assimilem contextum efficiunt struúntq; (græcis hic *πάγμα ἀγνοούμενον* nuncupatur) qui os cunei non prorsus excessit, sed medius inter id & crassam meningem collocatur. Huius tenues arteriæ omnes tandem in maiores duas cõfluunt, quę per cunei ossis & crassæ meningis foramina elapsæ, in cerebri corpus eiúsq; ventriculos commeant eo quem dixi modo distributæ. ibidemq; mox cap. 12. carotidum arteriarum percurrens historiam, Maior ramus (ait) per id foramen quod apud infirmam est auriculam, permeat in caluam, eò quidé deductus, vbi geminatio est crassæ meningis, partim sursum ad cuneum & cerebri basin euehitur in multas exiléq; arterias diductus: quæ variè vtrinq; insertæ atq; implicitæ, nullius membranæ interpositu, cõtextum admirabilem constituunt cerebri basi substratum atq; in osse cunei reconditum. Ex hoc demum arteriarum contextu, tanquam ex radicibus in stipites concursantibus, arteriæ duæ surgunt, quæ per crassæ meningis foramina scandunt in cerebrum mox subtiliùs dispertitæ; aliæ in cerebri corpus euadunt; id ipsúmque ambiunt: aliæ in eius vẽtriculos producuntur, quæ assumptis pariter venarum & arteriarum fibris è summo torculari delapsis, contextum illum chorocidem componunt, & cætera.

Verùm his tam præclaris inuentis, velut commentis recentiores posthabitis, de reti mirabili diuersa atq; inter se dissentanea prodiderũt. nã Vesalius velut iuratus hostis atque aduersarius Galeni, huius tam plausibilem doctrinã hoc de reti mirifico eluit & sanè irrisit lib. 5. cap. 14. Ab hac arteria & dextra eius propaginis parte, plexus ille implicato, sibíq; inuolato reti admodùm sanè similis, ac hinc forsan aliquando primúmque reticularis plexus à primis dissectionũ professorib. appellatus, in dextro cerebri ventriculo conflatur, quem etiã Græci *χοροειδῆ* nuncupant, comparatione sumpta à membranea inuolucrorum fœtus substantia, vasorúmque per illam excurrentium serie. dein à fusca quadam & subrubra carne glanduloſáve substantia, quæ hinc cerebri plexui quodammodo intertexitur, & aliquid commune obtinet cum ea substantia, quæ inter vterum & exterius fœtus inuoluctum reperitur, vasorúmque distributionibus pulcherrimè præest. In sinistro cerebri ventriculo plexus iste secundinis assimilatus constituitur ex præcipuo tertiæ eius lateris arteriæ ramo, & eõdem tendente altera parte eius propaginis, quam ad cerebri ventriculos à quarto sinu pertinere scriptum est. De reticulari verò Galeni plexu nihil hìc mentiendum duxi, quòd iam cerebri vasorum seriem mihi perspectam esse haud dubitem. atque ideo minùs quoque modò aliquid confingendum est, quòd nouimus Galenum boum cerebri dissectione delusum, non hominis cerebrum, vti neque ipsius vasa, sed bouis, idque etiam parum exactè recensuisse. si enim tertiæ caluariam petentis arteriæ seriem in homine examineris, illam vti ego nunc enarraui, comperies: interdum tamen vnicum obseruabis esse ramum, duos illos quos aliquò vsque protensos inuicem coire dixi. cæterùm si bouis arteriam indagaueris, durámque cerebri membranam iuxta glandis pituitam cerebri excipientis latera diuiseris, aliquid Galeni reticulari plexui simile comperies. sed apertiùs dein lib. 7. cap. 12. hunc in modum; Quantum Galeno dissectionis professorum facilè principi à medicis illum seculis nonnunquam præter rationem attributum sit, vel beatus ille & mirabilis plexus reticularis attestatur, quem is nullibi non in suis libris inculcat, quóque nihil frequentius medici in ore habent; hunc (etiamsi illum nunquam viderit) ex Galeni sententia enarrantes. Nihil enim minùs à soporalibus arteriis, quàm eiusmodi reticularis plexus, quem Galenus recenset, perficitur: multóque minùs arteriæ, foramen caluariæ quod ipse tradit, ingrediuntur, aut totæ etiam in plexum aliquem absumuntur, sed diuerso planè modo. Vt enim vitalis spiritus in multis gyris anfractibúsque arteriæ excoqueretur, aptáque animali efficiendo spiritu materia redderetur, Galenus arteriam dico atque in caluariæ cauitatem ingressa est, in innumeros ramos diffundi dicebat: qui inuicem ita imponuntur commiscentúrve, vt plexum efformare videantur illi similem, qualem in collecto piscatorio reti fieri cernimus: aut illi plexui qui ex pluribus inuicem incumbentibus retibus consurgeret. Atque hunc implexum inter os & duram cerebri membranam fieri asserit: interim tamen duræ membranæ portiuncula, quæ os succingeret, plexui substrata. Quàm verò hæc ab omni prorsus veritate sint aliena, quan-

Plexus reticularis, idem choroides, vbi, & vnde genitus. N. ex malè transfunditur item & nomina.

à simili.

contra Gal. Quòd bouis, non hominis cerebrum dissecuit,

Fraus in Gal. plexu mirabili.

Quid plexus mirabilis non fiat è carotidibus.

Vsus reti cõmunis, & locus.

Plexus choroides generatio, & locus.

Reti mirabilis compositio & locus.

Carotides qui dispesci tur & ea.

Carotidis distributio.

Reti mirabilis compositio locusq.

Carotidem distributio.

Plexus choroidis compositio locusq.

quantúmq. naturæ oſcitantiam arguant, is demùm percipit, qui verã huius arteriæ ſoporalis rami ſeriem didicit. In prioribus autem cerebri omniũ animaliũ ventriculis oſtenditur plexus ab illis efformatus arterijs, quę infimas dextri & ſiniſtri ventriculorum ſedes ſubeunt, quà illum deorſum verſus priora, atq. adeo ad cerebri baſis ferè mediũ pertingunt. cuius cõpoſitionem raram veteres fœtuum inuolucris comparãtes, hunc plexũ ob id meritò χοροειδῆ, ob vaſorum & carnis mẽbranarum implicationẽ appellarunt. Num verò ipſi eundẽ plexum retibus ſimul cõplicatis inuolutiſque, ac vti magna piſcatorum retia iam ſæpius quercus cortice decocto lota, apparere ſolent, rubentibus etiã aſſimilauerit, & ἐκλυσεῖς κάγμα nũcupauerint, ex plexus colligendum eſt imagine, quæ dicto modo rubet, cõplicatiq. retis effigiem proponit: quũ plexus nulla ex parte motus in cerebri vẽtriculis inter ſecandũ occurrit. ſi quando verò tunc expãditur & veluti explicatur, nihil æquè diducto reti cõferre poteris, ac dictam vaſorum plexus ſeriem. quanquã interim nullã mihi de nominib⁹ velim eſſe contentionẽ, qui modò plexũ quoq. obiter memini, nequid fortè in cerebri conſtructione hoc libro prætermiſſe viderer. hæc ille.

Plexus choroïdis compoſitio, & locus. an idẽ eſt rete mirabile?

Quòd ſic, à ſimili.

Columbus magiſtri & præcurſoris ſui imitatus libertatem, in illum retorſit quod idem in Galenũ priùs iaculum torſerat, atq. inter vtrumque mediam quandã ſententiam inſtituit, de reti mirabili hunc in modum ſcribens lib. 7. cap. vltimo; Neminẽ inuenies, cui vera harum duarũ arteriarũ diſtributio cognita fuerit: neq. Veſalius ipſe illam olfecit: qui dum in arteriarũ per tranſuerſos vertebrarũ proceſſus aſcendentium deſcriptione verſatur, inquit ingredientes calvariam per ſinum illum duræ matris tendere, quem iugulares ingrediuntur venę, ſed hoc potiùs ita eſſe animo concepit Veſalius, quàm oculis viderit. Quocirca nihil mirum eſt, ſi is rete mirabile à priſcis anatomicis tantopere decantatum neſcio quo pacto irrideat. nam ab hiſce quas ignorauit, arterijs potiùs quàm à carotidibus rete mirabile efformatur. quamuis neque Galeno hæ duæ arteriæ cognitæ fuerint. nam venas inquit per poſteriora capitis ferri, per anteriora verò arterias. Tu verò hoc loco admirabile & arte inenarrabile conſtructum opus ab opifice ſummo diligẽter annotabis: cuius de ſapientia prouidentiaq. ſilere ſatius duco, quàm pauca dicere. Etenim duę quas diximus, arteriæ ſub ſpinali medulla ſurſum attolluntur, & præter multifidos illos ramos, quos per tenuẽ membranam ſpargunt eo loco quem conarium vel pinealem glandulam appellamus, ingrediuntur ſubſtantiam cerebri in extremitate ſuperiorum ventriculorum, atque ibi grandem atque inſignem plexũ perficiunt. qui plexus, mea quidem ſententia, plexus mirabilis ob admirabile artificium appellari meritò poteſt: qui poſteriore parte ad torcular affigitur. In hunc eundem admiratione dignum plexum duæ quoque arteriæ carotides immittuntur. itaque ex quatuor arterijs conſtructũ eſſe rete mirabile obſeruare poteris: quod ante me à nemine hactenus obſeruatum fuiſſe comperi. ita vt rei nouitate & dignitate delectari & doceri poſſit rei anatomicæ ſtudioſus. Quamuis Veſalius hic Galenum acriter mordeat, idq. mehercule iniuria. &c. & paulò pòſt, Hæ arteriæ ſocias habẽt venas: & in earum finibus adeſt glandula pinealis. has Galenus deſcripſit pro retiformi plexu, quaſi ſecundinam præ ſe ferat. Ego verò ſi rete mirabile vſquã eſt, hoc eſt affirmare audeo. nuſquam enim tam admirandum arteriarum minimarum innumerabiliumq. plexum perplexumq. & intertextum videre poteris. Sed Galenus ſuum rete mirabile ſupra ſphenoïdem deſcribebat: vbi glãdula illa adeſt, omne id excremẽtum ſuſcipiens, quod in cerebro gignitur: huic enim muneri fuit à natura dicata. Sed nónne impiũ quid pijs hominibus videri potuiſſet, grauiterq. accuſanda fuiſſet natura, ſi natura, quę prudens & oculatiſſima in hominis fabrica eſſe ſolet, ac debet, tam nobilẽ plexum, tam inſignem, tamque admirabilem in loco non modò humili, ſed tot excrementorum ſentina, ne cloacã dicam, collocauiſſet? Quamobrem nequeo ſatis mirari, quî fieri potuerit, vt Galenus vir diligens ſuprà quàm dici poſſit, rerumq. naturalium acerrimus ſpeculator in tam graues errores inciderit, veriq. retiformis plexi ſitũ ignorauerit, perperamq. deſcripſerit. quod ſi cuipiã diligenter inueſtigare libeat, ne is fine ſuo fruſtrabitur. hæc ille liberè & ingenuè pro Gal. & contra Gal. aduerſus Veſalium præcipuè contorſit, idémque rurſus eadem de re aduerſus virumq. ſic cap. 1. lib. 8. Per ſuperiores cerebri ventriculos feruntur plexus choriformes, quos reticulares appellauimus. vſus autẽ horũ eſt, animaliũ ſpirituũ generatio. atq. hoc quod nũc dicam, quoniã meũ inuentũ eſt, obſecro diligẽter attende. Horum ventriculorũ origo eſt ſupra os ſphenoïdes, ethmoïdes vers⁹. aër autẽ per nares attractus, in frõtis cuneaſq. cauitate aliquãdiu cõſeruatur. alteratus deinde ad hos binos vẽtriculos, quos ego ſuperiores appellaui, foramina ethmoïdis aſcẽdit. At in his vẽtriculis ob aſſiduũ cerebri, tũ huius reticularis plexus motũ, miſcetur cũ vitalib. ſpiritib. aër, itáq. ſpiritus animales euadũt ex aëre, eo quo diximꝰ modo, præparato, & ex vitalibus dictis ſpiritibus. quæ res à nemine ante me obſeruata fuit. dein Veſalio ſic aculeũ infigit, & abit; Sed ille tantopere exoptabat Galeno cõtradicere, vt nil mirum ſit, ſi is ab illa incredibili rerũ nouarum & populi gloriola capiendi raptus nonnunquam longa errat via.

In Veſalium.

N. & hîc in rei & nominis impingit homonymiã: differt enim plexus retiformis à choroïde, & re & loco.

In Gal. de ſitu plexus retiformis.

Locus plexus choroïdes, & vſus. N. iterũ & rem & nomina confundit.

Aërem per nares inſpiratum ducit.

Spiritus animalis generatio.

N. at hîc nihil penè audio, ſed ex Gal. amia: tantum lucrum ex ignorantia; ait Hipp.

In Veſalium.

Fallopius extra controuerſiam eſſe, ac neutram opinionem tueri voluit, id ſatis habens dicere, In brutis animalibus infinitas propagunculas à carotidibus dimitti in calvariæ cauitatẽ aſcendentibus, & ad ſellam dictam contendentibus: vbi ſub dura mẽbrana adhuc labentes, rete mirabile efformãt, in hominibus verò non inſigne hoc reticulũ, ſed ipſius potiùs vmbram ac imaginem quandã produci. hæc ille tantùm, interim de Veſalio id proteſtatus; Doleo, & mirũ in modũ doleo, quòd diuinus Veſalius, quem amo atque vti præceptorẽ colo, veneróque, aliquando dum acriùs accuſat Galenũ, ac reliquos anatomicos, ipſe erret. &c. Sic vides, vt olim

Rete mirabile in bruto, vbi, & quale in homine.

In Veſalium.

Rete mirabile cõpoſitio vnde, & locus genitum.

N. at is plexum Gal. eſſe choroïdem.

Columbi inuentum.

Proverb. repoſui, in conuiciatorem ſæpe regeri conuitium, & vix multum abire, qui alijs maledicere & conuiciari paratus eſt: eodémque quod aiunt cubito, eadémque menſura: denique par pari referri, quod illum remordeat, vt eſt apud Comicum.

Syluius depulſione calumniæ 19. Galeni cauſſam ex more ita adſtruit, vt verè Picardus, Iocus in Picardi naturam, ex etymo. ὡς σπάνιον κεφάλαιον ἔχων, habere cor acre & vehemens videatur. σπάνιον autem ἀδένωδες à Galeno & veteribus deſcriptum, in vſus maximos à natura factum, eſſe omnino in homine nullum, ſed in bubus & brutis quibuſdam alijs affirmat calumniator. cùm id hodie tam verum appareat omnibus, quàm maiorum noſtrorum ſeculo viſum fuit. id autem vbinam ſit, & qualénam ſit, & qua ratione inueniri queat, paucis explicabimus. Arteria carotis præcipua, vbi per obliquum valdè foramen in oſſe lapidoſo exculptũ intra cranium penetrauit, in duos abit ramos planè conſpicuos: ij deinde in alios atque alios ſibi mutuò retiũ in aream proiectorum modo inſtratos. qui tandem omnes in vnam redeunt, quæ craſſa meninge pertuſa in cerebrũ & eius membranas ramoſiſſimè diſtribuitur, dextra vna, & ſiniſtra vna prope neruos opticos emicans. Hic autem arteriarum implexus eſt ſub craſſa meninge, quà nerui tertiæ deſcendunt & in duas partes diuiduntur ad latera apophyſeos clinoeideos in oſſe ſphenoide. ſæpe etiam glandulam pituitariam attingit parte poſtica. eſt quando ambit. aliquando etiã ad contactum exorientis rhachitidis extenditur. Præterea ſi carotidem in collo inflaueris, id rete cum flatu ſubſultare aſpicies, & ſanguinem ex his arterijs, ſi vulneratæ ſint, eodem flatu velut expui, & ſimul ex eo ramo in cranij capacitatem erumpente, in quem hæ tandem coëunt. Idem explorabis rectè, ſi eundem ramum tubulo inflaueris: nam & ſtrata hæc ramulorum moueri, & flatum cum ſanguine miſtum per vulnus reddere cernes, & eius flatus aliquid in arteriam carotidem emitti. Hanc partem qui in homine factam à natura negat, nónne gigantum more cum alijs pugnat, hoc eſt, naturæ repugnat, eiq. obſtrepit indigniſſimè? hæc ille.

Quid ſit in homine rete mirabile, vbi & quot ſint, & unde. Probatio rei ex mirifici ab experientia.

Quicquid ſit, certum eſt multas arterias à corde ſurſum efferri ad cerebrum, eò quòd ex ſe frigidiſſimum ſit, niſi hoc vitali calore foueatur atq. incaleſcat: quæ tam frequẽti numero illuc ſubrepũt, vt cordis inſtar totum cerebrum palpitet, ſubſultet, pulſet denique. quod nulli alteri parti (vidi aliquãdo etiam in liene) præter cor & arterias vſquam contigit. & quidem contentus in arterijs ſpiritus multus ille non otiatur: ſed loco certo quodam ſtrato thalamóq. plurimus coactus colligitur, vt proprietate loci in animalem ſpiritũ percoquatur atque elaboretur: quo fine, omnis animalis actio torpeſcit ac feriatur languétque. Vbi autem frequenter illæ arteriolæ, ſiue ſolæ, vt Galenus tradit, ſiue cum venis per anaſtomoſes coëunt, vt idẽ aſſentitur, plura neceſſe eſt ſimul vaſa implicari atque intexi, vt illic diuturniore mora, ſpiritus animalis de vitali generetur. Hunc autem plexum à ſimilitudine quadã externa viſum eſt denominare ſine χοροειδῆ, à forma & ſpecie chorij, infantilis tunicæ pluribus vaſis perforatæ & conſtratæ & colore ſubrubræ. qui plexus in vtroque ventriculo cerebri anteriore viſitur. alter autem rete referens, σπάνιον ἀδένωδες, plexus retiformis ob id nuncupatur, loco inferiore quodã cõceptus: qui fortè extincto animali, exoluto calore natiuo, exhauſtis ſpiritibus, vaſis concidentibus & conſidentibus atque collapſis cerni vix poteſt. quem ſi fortè voles excitare & cõſpicuum reddere, meningẽ vtramq. perforatam ſummoue, atque truncum carotidis in collo inſa ſiphone aut calamo immiſſo, ac ſubinde inſpira, & brevibus interpoſitis interuallis quieſce. atque ſic inflatas & ſpiritu turgidas arteriolas omnes, ac ſi voles, venas etiã velut choro facto aſſurgere ac ſubſulture conſpicies, tum in ventriculis cerebri (quo de nemo ambigit) tum nonnullis etiam alibi, vt ipſa te ἀυτόψια docebit. ac niſi ſtoïcus es, quíq. nihil admirari ſoleas, qualem Flaccus Numicium ad beatitudinem inſtruit, tum profectò mirari incipies, ea te videre, quæ priùs latebant: & naturæ prouidentiam, quæ tam neceſſario rerum agẽdarum velut organo, nempe ſpiritui animali conflando, tam ſolerter prouiderit. * Verùm de his iam plus ſatis, quæ etiam alibi à me commemorata memini, atque ab alijs viris perdoctis velut vno concentu decantata.

Plexus chorioides & choroides vnde dicatur, & vbi ſit vterque. Probatio plexus retiformis. Nil admirari. *N. ſed iſti ambos plexus confundunt, & Galenum antè accuſant, quàm intelligant, qui & Herophilũ habet adſtipulatorem, vt patuit, optimum illum anatomiſtã.

Vtri ventriculi cerebri digniores?

PROBLEMA XII.

IAM verò tanquam appendicem quandam ſermonis ſuperioris, lubet ſubijcere poſitam à Galeno dubitationem de ventriculis cerebri, vtri tandem digniores ſint ac præſtantiores, antici ambo, an medius, an verò poſtremus? quam quæſtionem qui ipſe propoſuit, eam idem vtique dirimet: quia qui id curauit, rarus hactenus eſt inuentus, éſtque quæſtio neque magni admodùm emolumenti, ſi ſoluatur, neque magnæ iacturæ aut damni, ſi ſilentio inuoluatur.

Prius quot modis dicatur. Ariſtoteles in categorijs quatuor modos prioris inſtituit. idem etiam lib. 4. ethic. ad Eudemum ſub finem; Dignitatem alij aliter æſtimant: democratici enim, libertatem: oligarchici, diuitias: optimates virtutem, alij nobilitatem anteponunt. quod repetit Ethic. lib. 5. cap. 3. ad Nicomachum. idem rurſus lib. 2. de genera. animal. cap. 4. Prius multiplex eſt: id enim cuius cauſſa, & id quod eius cauſſa, differunt: & alterum generatione, alterum eſſentia prius eſt. Plato ſecundùm naturam & ſubſtantiam priora dixit, quæ contingit abſque alijs eſſe. ne cætera replicem, quæ Ariſtoteles cap. 11. lib. 5. metaphyſ. de modis prioris longa ſatis oratione recenſet ab hoc loco aliena. id modò ſatis erit conſiderare, quòd prius aliquid dicitur, nempe id quod eſt præſtabilius honorabiliúſque, idémque natura prius, vt ait loco è categorijs producto.

Priorítas in quo consistat.

Ergo ad hanc normam expendatur ventriculorum cerebri dignitas, ac velut τρυτάνη. nam generationis quidem ordine, nullus videtur horum altero prior aut posterior, cùm eodem momento simul omnes à formatrice facultate effecti & exculpti fuerint. itaque hac quidem ratione nullus cæteris anteit. An tamen vnus sit alterius gratiâ conditus, haud abs re quæri potest. sed cùm sit mutua omnium inter se opera, & alius alio æquè indigeat: neque hoc quidem modo alius reliquis præstantior est habendus. Et tamen siquis ea prærogatiua pollet, vtique anteriores ambo tali quodam priuilegio gaudebunt, quorum partim cansâ (sicuti patuit in cerebri historia) reliqui duo posteriores videntur instituti. Porrò natura esse tiáque, vt Plato æstimabat, vna est omnium cõmunis: neque admodùm ista quidem ratione videntur inuicem differre. Et tot quidé modis prioris aut dignioris, iuxta philosophi propositã quæstionem distinctionémque, ventriculi cerebri vidétur mutuò sibi inter se æquales. Et tamen è duobus cordis sinibus, dextro sinister potior ac præstantior habetur: quia spiritum vitalem cõtinet, eundemque elaborat & conficit. Iam verò situ & forma & actione vsúq. siquis volet horum dignitaté reputare, cùm anteriora posterioribus in omni genere præstantiora dignioráque habentur, vtique antici ventriculi eam ob causã antecellere dici iure poterunt: quos natura velut digniores, priore cerebri parte collocauit. Itidem figura horum amborũ longa, alta, corniculata, ampla, cælata, obliqua, varia, omnino reliquis omnibus elegantior ac venustior apparet. quasi natura in ijs elaborandis sibi magis placuerit, atque vt operæ, sic dignitatis plus ijs conferre voluerit. Neque verò ista gratia parui pendi debet, cùm in omni creaturarũ genere, tum volucrum, tum piscium, tum animalium, tum etiam plantarum, formæ præstantia & decor supra reliqua, in suo quæque genere quandã prærogatiuam in se habere videatur, vt per exẽpla longè plurima probari queat: ac nos de hominis dignitate supra genus omne animantum pridem arripuimus. Accedit eôdem etiã, quòd natura fabricam instituens priorum cerebri ventriculorum, illos multis accessionibus partium tum exornauit, tum illustrauit, tũ roborauit: vt fórnice, vt speculo calloso atque alijs iam dictis: quibus vel adeo pluribus, etiã medio ventriculo eadem est gratificata: si modò eidem cætera adessent, quæ prioribus hactenus tribuimus. Iam verò penes vsum actionemque si expendantur, mihi sanè penes anteriores ventriculos palma dignitatis spectare & inclinare videtur: hos enim spiritus animalis custodes esse diximus: cuius tanta præstantia est, vt post animam, secundas in corpore partes tenere constet. ac si vspiam loci priuatim anima residet in corpore, nulla magnificentior aula vsquam inueniatur, in qua versari ac velut exspatiari commodiùs dici queat. Deinde inter principes animæ functiones, potissima ratio, seu iudicij, sine intelligentia, seu νοῦς ἢ διάνοια his quidem locis incubare (nisi fortè in medio manis) dici possunt: vel saltem cõmunis ille sensus, ad quem vnum præcipuè, rerum iudicium æstimationémque referunt, tantò quidem imaginatione dignioré, quantò φαντασία postremæ memoriæ antecellit. quasi pro suo quæque ordine & loco, etiã dignitatis ordiné natura iudice sortiantur. Licet nõnulli graues sanè viri istas animæ functiones locis secludere, inane & supervacuũ duxerint. quorum tamen nos authoritati non plus tribuimus, quàm aliorum & numero pluriũ, & seculo antecedentiũ, & doctrina haud inferiorum, & supercilij minus, plus fortè candoris atq. modestiæ habentiũ. quibus etiam nos nostras aliquas tum rationes, tum demõstrationes haud ἀτεχνῶς ἢ ἀπροσδιονύσως (ni fallor) adiunximus, vt è problemate quodam superiori potes meminisse. Postremò sensus si non omnes, at sanè præcipui, inde suã originem ducere videntur: præsertimque vnus omniũ præstantissimus visus, ad quem nerui illi optici soli omnium forati (vt Galeno assentimur, reclamantibus licet posteris) ijdémque πόροι spiritu animali plenissimi, ab anticis cerebri ventriculis manifestè produci ac tendere conspiciũtur: vti de organis odoratus iampridem demõstratum est. Et verò etiamsi nerui reliquorum sensuũ ad postica magis deuergant (ob natiuã quandam neruorũ duritiem) tamé istorũ omnium sensibilé vim vnus vegetat, afficit & illustrat spiritus animalis, quẽ nõ aliunde, quàm ab anticis ventriculis cerebri prodire certum est & exploratum. Vt hoc etiam obiter moneam ac repetam, è sensibus vniuersis quò quisque dignior & potior est, eò anteriora capitis occupasse, atque ab anterioribus cerebri partib. sua organa deducta habuisse. Tot igitur modis, si quis rei veritatẽ candidè velit æstimare & æqua lance ponderare, antici ventriculi cerebri reliquis antecellere possunt videri. vt tamen medio sua quædam dignitas concedátur, si non æqua prioribus, at saltem admodùm propinqua & affinis: cùm alioqui dicatur vulgari prouerbio; In medio cõsistit virtus. vnde prisci Theologi bonitatem in centro, pulchritudinẽ in circulo collocatam dixerunt. cúmque natura duce, partes nobiles & vsu & actione potissimæ, medium corpus occupare cernantur, vt de corde & alijs plerisque doceri potest.

Sed iam plus satis de nostro arbitratu: solum enim volui iudicem efficere & cõstituere eum, qui cõtrouersiæ & quæstionis author exiterat: vt quem nodum nexuisset, eundem ipse velut Midas Gordium soluerit. sic igitur Galenus lib. 7. plac. Hipp. & Plat. Si cerebrum ipsum quoquo modo incidatur, non prius sensum & motum amittet animal, quàm ad aliquẽ ventriculum vulnus penetrauerit. postremi quidé ventriculi vulneratio maximè omniũ animal lædit: secundo loco medij: minima ex anterioribus vtrisq. noxa cõtrahitur. quod videtur ideo dixisse, quia motus pluriũ partium à postico cerebri ventriculo, & spinalis tota medulla dependeat: penes quã sensus & motus iacturam, damnum læsi postici ventriculi videtur æstimasse: cùm de vita déq. functionibus animæ præcipuis & de sensibus aut omnibus aut præcipuis tũ internis, tum externis non minor, vel adeo maior

Facultatũ anima comparatio.

Sensibile.

Sensus quæ sint.

Sensus potiores sunt anteriores.

Medij ventriculi cerebri dignitas.

Prouerb.

In medio sunt præstantiora.

Prouerb.

Cerebri vulnera quædã lethalia, & à quibus ventriculis grauiora sint.

Cur noxa in postico ventriculo grauior.

Anteriorum cerebri ventriculorum noxa quanta.

ex læſione anteriorum ventriculorum iactura dependeat. idem rurſus cap.7. lib.3. loc.affect. ita ferè repetit; Rationi conſonum videtur, animam in cerebri corpore ſedem obtinere, atque in ipſo & rationis vim & ſenſibilium imaginum memoriã reſidere. ac primum ipſius inſtrumẽtum tum in ſenſibilibus actionibus omnibus, tũ in his quæ à conſilio & voluntate prodeunt, ſpiritũ eſſe qui in ipſius ventriculis, maximeq. poſtremò continetur: quãnis non contemnẽdus ſit medius ventriculus, perinde quaſi non valẽtiſſimus ſit. multis enim rationibus inducimur, vt hunc amplectamur, duos verò anteriores deſeramus. Quibus vtique locis Galenus contrariã noſtræ opinionem delegit, vt diceret præſtantiſſimũ omnium ventriculũ eſſe poſtremum, deinde mediũ: anteriores autem omnium ignobiliſſimos. quod vti dixi, vna & præcipua illa ratione inductus ſcripſiſſe videtur, quòd ex poſtico vẽtriculo ad motũ corporis totiꝰ maius damnum cõſequi experimur: reliquas anteriorũ dotes præ iſta prærogatiua parui faciẽs. Cui per me quidẽ licebit, vt & alij cuilibet, hac de re ſentire vt volet: modò rei & partiũ vſus, actio & natura incolumis permaneat. Sed quid incõmodi eſt, ſi diſcipulus à præceptore aliud ac diuerſum ſentiat? vbi potiſſimũ in opinionis diſcrepantia nihil ſubeſt periculi, habetq. vterque quibus ſuã roboret ſententiam, probabiles ſaltẽ, ſi nõ omnino veras ac neceſſarias rationes? Neque tamen Galenus noſter in eadẽ ſemper opinione permanſit: ſed lib.3. plac. Hipp. & Plat. ſub finem ita intulit; Circa verticẽ, medius atq. idẽ principalis cerebri ventriculus eſt. & paulò antè, ibidem ita in genere extulit; Cerebri ventriculis colliſis aut vulneratis, totum repentè animal ſopitum collabi: neq. tamen vel arteriarum, vel cordis agitationẽ interire. iterũq. lib.8. de vſu part. cap.10. admirabile ducit ſpectaculũ atq. incredibile à me olim citarũ, quod Smyrnæ in Ionia accidit, adoleſcentẽ vulnere in alterum anteriorũ ventriculorum accepto ſuperſtitem fuiſſe. Sed ne temporis quidẽ momentũ viuere potuiſſet, ſi vtrumq. ſimul vulnus violaſſet. Sic ille à concepta ſemel opinione deſciuit nullius impulſu, ſed animi modò in hanc, modò in illã partem vergentis nutu: cùm ratio in vtramque partẽ valeat vergátque, ſi modò minus eõdem inclinet. Meis autem iſtis ſuperioribus & multis & efficacibus (niſi fallor) rationibus hanc adiũgo præterea; In vltimo illo ventriculo cerebri, nihil præter aquulã inueniri, ſeu fonticulo aut ſiphunculo iſto aſſeruandam, aut per ipſum percolandam. Qualem etiam humorem continet meatus ille, qui à tertio cerebri ventriculo in quartum pertinere dictus eſt. Qualem denique medius & anteriores duo ventriculi cõſeruant. qui fortè liquor mortuo animali, ob frigiditatẽ loci, de ſpiritu animali cõcreſcit. ſicuti familiare eſt omni ſpiritui in humorem cogi, vel occurſu frigidi, vt in aëre de elatis à terra ſurſum vaporibus: & in alembico, ob capitelli repercuſſũ denſitatémque. ſic deniq. in cordis & cerebri ſinibus, poſtquàm mortuo animante ſpiritus perfrixit, denſatúſque concreuit. Quanquã haud eo A inficias, etiam viuo animante tum in corde, tum in cerebro humorem iſtis alueolis contentũ aſſeruari, ſed minori tamẽ copia: & verò in capite potiùs, ad generationẽ catarrhi atq. rheumatiſmi, vti pridẽ dixim°: vel adeo eriã ad generationẽ cari, apoplexiæ, epilepſiæ, grauiſſimorumq. morborũ, vt Gal. li. de loc. affect. & li. meth. therapeu. & ſub finẽ lib. de odoratu rectè admoner, atque alibi paſſim, & cuẽtus quotidianus oſtendit. Verùm præter iſtud cõmune cum reliquis accidens, etiã peculiare hoc ijdem illi anteriores habent ventriculi, vt plexum χροειδὲς de multis arteriolis, & fortè venulis implexis atq. inter ſe conuolutis præ ſe ferat, officinã vtique elaborandi ſpiritus animalis, qui nuſquã alibi copioſior aſſeruatur, nuſquam alibi efficitur aut elaboratur, ſi à reti mirabili diſceſſeris: cuius tamen certa de ſede ambigitur, neque ego aſſeueranter de illa pronũtiaui, cùm per vacua cerebri & capitis ſpatia, vbicumque plures arteriæ concurrunt, gigni & percoqui, meo quidem iudicio, verè dici ſpiritus animalis poſſit: etiãſi nuſquam reris figuram aut imaginem expreſſam, aut vix adeo adumbratam in homine videre ſis.

Quòd vnus homo ſit velut πᾶν ζῷον.

C

PROBL. XIII. *ſine liber vnus.*

VT homo comparatione vniuerſi, μικρόκοσμος à nobis celebratus eſt, quòd omnia quę maximus orbis habet, ea vnus homo per analogiã complexus ſit, vt per partes hactenus toto hoc volumine eſt demonſtratum. Ita ſi idem homo cæteris animantibus conferatur, velut πᾶν ζῷον, omne animal ſeu animans omnigenũ dici quodãmodo poterit: eò quòd quibus dotibus ſingulæ animantũ ſpecies ſunt à natura donatæ atque dotatæ, has vniuerſas vnus homo cõplexas in ſe continet, ſæpe quidẽ etiam præſtantiores D atque perfectiores, ſemper autem aliquas ſibi proprias & peculiares, quarum gratiã cæteris omnibus vnus antecellit, vti partim iam demonſtratum eſt, partim nunc breuiter ſubducere ſtatuimus, de hominis dignitate alibi ſpeciatim dicturi, ac non ita multò pòſt ea de re aliquid deliberaturi.

Inciptã autẽ primùm à Mercurio termaximo, quiquidẽ initio Aſclepij, Non hoc dixi (inquit) omnia vnum eſſe, & vnum omnia, vtpote quia in creatore fuerint omnia, antequàm crearẽtur omnia. nec immeritò dictus eſt omnia, cuius membra ſunt omnia. & ibidẽ paulò pòſt, O hominũ quãta eſt natura, temperata feliciùs ac dijs cognata diuinitate coniunctus, partem ſui qua terrenus eſt, deſpicit: cætera omnia, quibus ſe neceſſarium eſſe cęleſti diſpoſitione cognoſcit, nexu ſecũ charitatis aſtringit, ſicq. ſuſpicit cœlum. Sic ergo feliciori loco medietatis eſt poſitus, vt quæ infra ſe ſunt, diligat, ipſe à ſuperioribus diligatur. colit terram, elementis velocitate miſcetur, acumine mentis in maris profunda deſcendit. omnia illi licent. non cœlum videtur altiſſimum: quaſi enim è proximo, ſagacitate animi intuetur. intentionem ani-

Ventriculi cerebri quid contineant.

An ſpiritus in liquorem denſeſcit mortuo, & qualiter.

Medius vẽtriculus præcipuus.

Cerebri vẽtriculorum læſionis modus.

Hiſtoria.

Gal. mutat ſententiam.

Anima ſedes, & functionũ eius.

Spiritus animalis ſedes.

Cõparatio quatuor vẽtriculorum cerebri.

N. cũ Gal. conciliatio.

Diſcipulus à præceptore quando & quatenus diſſentire poſſit.

Humor in capite, quor ſum.

Plures choroides vbi, & vſus.

Spiritus animalis officina, vbi.

Homo præstantior quã.

Homo habet vnus omnia animãlia dotes.

An omnia vnum, & quæ ſum.

Hominis natura præſtantia.

Homo cur in medio habetur, & extrema pertingat.

mi eius nulla aëris caligo confundit: non depreſſitas terræ opera eius impedit: non aquæ altitudo profunda deſpectum eius obtundit: omnia idem eſt, & vbique idem eſt. ſed horum pars ad animi celeritatem & acumen pertinet atque ſolertiam, qua de alibi. ſic verò per analogiam vtiq. Ariſtoteles cap.8.li.3.de anima: Quòd anima ſit quodammodo omnia quæ ſunt: nam ea quę ſunt, aut intelligibilia ſunt aut ſenſibilia: & quæ ſequuntur, ad animam potiùs quàm ad corpus ſpectãtia. Vtrigitur Ariſtoteles dicit animam eſſe quodammodo omnia: ſic aſſero hominem eſſe velut πάντα ζῶα. Porrò animal id omne dici conſueuit à Latinis, quod animæ & vitæ particeps eſt. qua communi appellatione, etiam homo per excellentiam animal dici meretur, vt olim ex Ariſt. & Cicerone 1. Tuſcul. notaui. Græci ζῶον ἀπὸ τοῦ ζῆν, animal à viuendo deflexerunt: Latini fortè rectiùs ab anima, id eſt vita, animal denominarunt, vt pridem ex eodem Cic. notaui Tuſcul. 1. Animantiũ verò, ſi eundẽ Ciceronem ſequimur 2. lib. de natu. deor. aliæ pictures, aliæ feræ ſunt atque ſylueſtres. item aliæ corijs tectæ ſunt, aliæ villis veſtitæ, aliæ ſpinis hirſutæ, aliæ pluma, ſquama ſunt aliæ obductæ. itẽ aliæ gradiendo, aliæ ſerpendo ad paſtum accedunt, aliæ volando, aliæ nando. His eadẽ dedit natura ſenſum & appetitũ, vt altero conatum haberent ad naturales paſtus capeſſendos, altero ſecernerent peſtifera à ſalutaribus. Cibum verò partim oris hiatu & dentibus ipſis capeſſunt, partim vnguiũ tenacitate arripiunt, partim aduncitate roſtrorum. aliæ fugunt, aliæ carpunt, aliæ vorant, aliæ mandunt. ac de his ita ferè M. Tullius.

Galenus noſter alio quodam modo partitur animalia, vt alia dicat ἀνθρωποειδῆ, ad ſimiæ ſpeciẽ formata, quæ ad hominis figuram propiùs accedunt: alia ſolipeda: alia cornuta, biſulca & ruminantia, alia ſerratis prædita dentibus, ſiue vt Græci vocant, καρχαρόδοντα, alia media. ſed de auibus atque piſcibus in his non meminit.

Ariſtoteles cap.3.li.2. genera.animal. Animal eſt parte animæ ſenſuali, & abanima dicitur. quamprimùm enim anima à corpore diſceſſit, animal eſſe definit, ait cap.1. li.1. part. animaliũ. Animal enim ſenſu definitur, ait idem cap.4. lib.3. part.anim. & lib. de iuuẽtute & ſenectute. idem rurſus cap.1.lib.2. hiſtor.animal. Quadrupedum alia multiplici pedum fiſſura digitantur, vt canis: alia biſulca ſunt, vt oues: alia ſolipeda, vt equus: ſues autem inter hæc ambigunt. & cap.1.li.1. hiſtor.animal. Terreſtium nulla ſtatu immutabili viuunt: aquatiliũ plura ſaxis affixa vitam traducunt, vt conchæ, ſpongiæ. quædam abſoluta moueri nequeunt, vt oſtreæ. alijs vis nandi tributa eſt, vt piſcibus: quædã ambulare poſſunt: vt genus cancrorum. Terreſtrium verò alia, volucres ſunt, vt aues, vt apes: alia pedeſtria, quorum alia greſſilia, alia reptilia, alia tractilia. quædam greſſilia, eadem natatilia ſunt, & ex his nonnulla ἀμφίβια & ſunt & dicuntur, vt ex eodem aliunde colligitur. ſed idem ſic breuiùs ſub finem lib.de mundo; Animalium alia fera, alia cicura ſunt, alia in aëre, alia in terra, alia in aqua paſcentia gignuntur. quam ferè

Quòd anima ſit omnia, quo.

Animal quid, & ζῶον vnde dicatur.

Animantiũ differentiæ.

Senſus & appetitus ad quid.

Animantes qualiter partiantur.

Animalia diuiſio.

Animal vnde ſit.

Quadrupedum differentiæ.

Animaliũ differentiæ.

A partitionem optimus naturæ interpres Empedocles olim propoſuit his verſibus;

Δενδρέα τ' ἐβλάστησεν καὶ ἄνδρες, ὄφρι γυναῖκες,
Θῆρες τ' οἰωνοί, καὶ ὑδατοθρέμμονες ἰχθῦς.
Plantarum genus omne, hominũ generoſa propago,
Atque fera, volucres, piſceſq; in fluctibus alti.

Quanquam Platonici quidam nullum in aëre genus animalium veſci & habitare tradunt: quibus vtique à terra neceſſarium ſit alimentum capeſſere, vbi & nidulari & quieſcere ijs neceſſe ſit. in igne verò quoddam animalium genus degere admonent, vt fortè pyraũſtam & ſalamandram, & ea de quibus ſic Ariſtoteles cap.19. li.5. hiſt.anim. In Cypro inſula, ærarijs fornacibus, vbi chalcitis lapis ingeſtus, compluribus diebus crematur, beſtiolæ in medio igne naſcuntur pennatæ paulò muſcis grandibus maiores, quæ per ignem ſaltant atque ambulent. quæ ſimul ac ab igne dimotæ ſunt, emoriuntur. velut illud genus vermium hirſutũ rubrum, quod in niue veteſtiore naſcitur, ſimulatq; à niue dimouetur, extingui ac perire ſolet. Nonnulla verò corpora eſſe animaltum, quæ igne non abſumantur, ſalamandra claro documento eſt: quæ (vt aiunt) ignem inambulans per eum, extinguit.

Tot igitur cùm ſint animalium differentiæ, cum ſingulis homo quiddã eõmune habet vel à natura, vel ab arte. Huic ſolum firmiſſimũ commune eſt cum terreſtribus animantibus, modò quadrupedi, vt infanti: modò tripedi, vt ſeni: modò bipedi, vt omni media reliqua ætate. Idẽ aliquando curſu fertur citatiſſimo, vt vel leporem curſu aſſequatur, ſicuti de Lada & Polymneſtore, Philippide & Philonide diximus antea. aliquando autem tanta torpedine intercipitur, vix vt teſtudinem greſſu antecurrat, vti de Calippide diximus, vti de podagricis quotidie cernimus. Piſces & ranas natatu æmulari multos homines videmus, præſertim ex ijs qui maritimam mercaturam nauigationémque profitentur, & quos vrinatores ſpeciali nomine appellãt. quos omnes vnus facilè vicit celebris ille cognominatus piſcis Colas, maiorem diei partem in mari & aquis degens atque natans, de quo nos alibi ex Alex. ab Alex. & Petro Meſſia. Volaterranus de eo ita ſcripſit; Ante annos plus quàm ducentos in Apulia iuuenem in mari viuere inter beluas aſſuetum. qui cùm antea Nicolaus, poſtea hanc ob cauſã Cola piſcis eſt nominatus. Non dicam de homine piſce, aut eo qui ſub monachi habitu apparuit: quia potiùs mõſtrum fuit marinum, quàm homo, vt ſunt Tritones, Nereides, Sirenes, atque alia maris monſtra ad hominum figuram accedentia. qualem narrant in mari conſpectum Epiſcopum aut qualem Cornelius Amſterodamus in Edam oppido Pomeraniæ, poſt ſæuas maris tempeſtates eiectam in litus refert mulierem mutam & ſalacem, quæ pluribus annis ſuperuixerit. quales etiam refert Nicephorus lib 18. ca.36. in Ægypti Nilo conſpectos & virum prægrandem, & mulierem planè formoſam, aquatica monſtra: qualia memorat Plinius li.9.ca.5. aut qualẽ Viues li.2.de veritate fidei Chriſt. apud Batauos inter homines biennio verſatũ & mutum hominẽ marinũ teſtatur:

An aliquod animal in aëre viuat. An in igne quoque.

Beſtiolæ in igne viſentes, & nitre.

Mirum.

Salamandra ignẽ extinguit frigore.

Homo communicat omnibus animantiũ generibus, qui.

Curſũ.

Hiſtoria.

Natatũ.

Hiſtoriã.

Vir & mulier monachi, & hominis marini.

Plinius enim lib.9.cap.5. Tiberio principi nuntiauit Olyſſiponenſiũ legatio ob id miſſa, viſum auditúmque in quodam ſpecu concha canẽtem Tritonem, qua noſcitur forma. & Nereïdum falſa non eſt, ſquamis modò hiſpido corpore, etiam quà humanam effigiem habent. viſus & in Gaditano oceano marinus homo &c. ſed de his pleriſque non ita pridem lib. de riſu, præſertim ex Alex. ab Alex. Auium volatum tum alij nonnulli, vt noſtra ætate Italus & Turcus quidam, atque alius Leonardus Vincius, tum Dædalus & Icarus ſunt imitati, hic ſuo quodam malo fato, ille magno ſuo commodo & vitæ ἀσινῶς: ſic enim de illo ſcribit poëta 6. Æneidos;

Dædali fabula, & Icari.

Dædalus, vt fama eſt, fugiens Minoia regna,
Præpetibus pennis auſus ſe credere cœlo,
Inſuetum per iter gelidas enauit ad Arctos;
Chalcidicáque leuis tandem ſuper aſtitit arce.
Redditus his primùm terris tibi Phœbe, ſacrauit
Remigium alarum ---- .

fabulã pluribus verſibus deſcribit Ouidius li.8. metamorph. vbi & de Icaro nominatim. de quo ſic breuiter li.3. triſt. noto & familiari verſiculo;

Icarus Icarias nomine fecit aquas. & alibi,
Icarus Icariis nomina fecit aquis.

Horatius autem lib.1. carm. ode 3.

Homo omnia audet.

Expertus vacuum Dædalus aëra
Pennis non homini datis;
Perrupit Acheronta Herculeus labor.
Nil mortalibus arduum eſt:
Cœlum ipſum petimus, &c. & ibidem,
Audax omnia perpeti
Gens humana ruit per vetitum nefas.

Ignis commercio.

Porrò igne ſic vtitur homo, in eo vt viuere dici quodãmodo queat, cùm ad ferrariam ærariámq. & vitrariam atque artes varias fabriles ignem ſic aptet & accommodet, vt iſto tam indomito elemento, velut aqua terráve vti videatur. In igne autem & vixiſſe & illæſos aliquandiu permanſiſſe tum alios viros ſanctos, tum præcipuè tres illos pueros, Sidrachum, Miſachum, Abdenagonem credimus ex Danielis hiſtoria cap.3. de alijs pluribus eccleſiaſtica teſtatur hiſtoria. Iam verò animantium amictum, vitam, mores & ingenium plerique homines ita referunt, vt quodammodo exprimant. plumis auium ſibi cucullos & perizomata conſuunt: melotidas & pelles ouium, caprarum, camelorum aptant ſibi veſtimenta: ſquameſum tegmen nõnulli effingunt. inueniuntur qui cornua geſtarint fronte, vti de Moſe ſcribitur Exodi 34. ac de Cippo vſpiam retuli. quidam vngues in vngulas excreſcere ſiuerunt, vt ille Nabuchodonoſor inter pecudes & iumenta per ſeptennium verſatus, de quo ſic Daniel cap.4. Eadem hora ſermo completus eſt ſuper Nabuchodonoſor, & ex hominibus abiectus eſt, & fœnũ vt bos comedit, & rore cœli corpus eius infectum eſt: donec capilli eius in ſimilitudinem aquilarum creſcerent, & vngues eius quaſi vngues auiũ. &c. Eſau villoſus inſtar feræ, vix homo agnoſcitur. quales etiamnum hodie multi homines ſylueſtres & marini deprehendũtur, ac nobis ſunt viſi: & Plinius ca.14. li.6. varia hominum mõſtra depingit, itémque lib.5, & 7. quorum nõnulla non ita pridem produximus, vbi de monſtris egimus. Sunt qui auiũ cantus ita exprimunt, aut animalium voces imitãtur, vt niſi videas, auditu diſcernere vix queas. non dicam de nonnullis nationibus, quę veriùs latrare aut gannire, quàm loqui videtur. non dicam de monſtris ad hominẽ accedentibus, quæ Plinius & alij ſono quodam & murmure, loco ſermonis vti referunt. Quidam hominum exoſi conſortia, ſylueſtrem vitam coluerunt, vel religionis zelo inducti, vti illi monachi atque eremitæ, de quibus Philo, Euſebius, Nicephorus, Enagrius meminerunt, vel quodammodo μισάνθρωπα, vt Timon ille Athenienſis, & quales adeo Plinius ἀνθρωπόμισα memorat, nóſq. audiuimus luporum voces & ferocitatem, famámque & ingluuiem imitari rapina victitantes, crudis carnibus veſcentes: & eos, quos ob infandũ ſcelus, λυκάνθρωπους nominant. Vt verè dictum ſit veteri prouerbio, Homo homini Deus, homo homini lupus. aut vt Plautino verſu referã ex Aſinaria,

Veiibus.

Seceſſibus.

Hiſtoria.

Proverb.

Lupus eſt homo homini, non homo, cùm qualis ſit, non nouit.

Homo homini lupus, quõ.

Namq. vbi ſemel ab humanitate & officio conſortióque ciuili diſceſsũ eſt, dici vix poteſt, an ab vlla fera quãlibet truci & immani, maius damnum & acerbior iniuria generi humano inferatur, quàm ab ipſo homine, cuius efferatam rabiem perferre dirum & immane eſt, cùm omni crudelitatis furore rabieq. ſeuiat, morſu, vnguibus, calce, manibus, armis vim mortémq. acerbam hominibus cæteris conſortibus eiuſdẽ naturæ accerſens, omnia igne & incendio permiſcens, bona & fortunas alienas inuadens, vim nuptis & innuptis pariter inferens, iura diuina humanáq. peruertens, in Deum contumelioſus & inſolens, in homines truculentus: vt mactare & interimere parum ſit, niſi & in vindictã efferam atque contumacem, etiam linguam aut cor aut carnem denique hoſtis (vti de nonnullis legimus, de quibuſdam audiuimus) proprijs dẽtibus mãdet. ne de Canibalibus & Læſtrygonibus anthropophagis ac ſylueſtribus hominibus mirum ſit: néve Atrei aut Thyeſtis incredibilis fiat horrenda licet tragœdia. Idem vbi ad ſe redijt, atque ad humanitatem ſibi propriã (humanitas enim ab homine dicta eſt) ſeſe conuertit, omni manſuetudinis, iuſtitiæ, æquanimitatis, clementiæ, benęuolentiæ officio cõmunem hominum ſocietatẽ demereri ſtudet, & in vniuerſos comis ac blandus, & in ſingulos facilis ac beneficus, in Deum pius, omni virtutum genere conſpicuus: vt iam non cum feris de feritate & immanitate contendere: ſed cum angelis de pietate, prudentia, candore & ſynceritate quodãmodo certare videatur: denique Deus aliquis inter homines verſari, iuuando mortalẽ mortalis homo appareat. Vt de homine pio & bono & natiuã innocentiam cuſtodiente, & optimã ducem naturam ſequente, verè dictum ſit à Dauide Pſal.8. Minuiſti eũ paulò minùs ab angelis, gloria & honore coronaſti eũ, & conſtituiſti eũ ſuper opera manuũ tuarum. verùm de hominis dignitate & præſtantia nos quidem alibi plura: nunc enim quod inſtituimus, demonſtrare pergimus; Hominem, eſſe velut ζῶον, eò quòd omnia ſue

Vocibus.

Hiſtoria.

Homo homini Deus.

Hominis prærogatiua & dignitas.

bona, siue mala vnus habeat, quæ natura parens cunctis simul animantibus contulit, vt partim hactenus ostendi, partim nunc sum dicturus, tum penes ea quæ ad corporis naturam attinét, tum penes ea quæ à functionibus animæ dependent. Ideo Cardanus cap. 40. & deinceps lib. 8. de varietate rerum; Homo omnibus mortalibus, rebus tribus præcellere videtur: quòd multa habeat solus; quòd quæ cum aliis communia habet, meliora sint; quódque omnium sit capax. Propria homini sunt, mens; atque hæc illum superis æquat; inde ratio, quæ mortalibus eum præfert; tertium, quod & nobilissimum est, manus. Solus habet cordis cuspidem non in medio, sed in sinistra parte: solus ambidexter est, cùm cætera animalia dextra parte sint validiora: solus in inferiore palpebra, supercilia: solus ridet, solus loquitur (picæ, corui, psittaci, imaginem solam sermonis habent) soli patet vmbilicus: soli pars anterior ipilis magis abundat: solique ex mento barba: solus in venerem fermè omni tempore pronus: solus pedum digitos breuiores longè quàm manuum. Porrò & in his quæ illi communia sunt cum aliis animalibus, tantum etiam habet discriminis, vt sua etiam hæc videantur. Veluti sensus tam interiores quàm exteriores, quibus sensibilium medullam percipit, non vt cætera animalia, solum corticem. Vide memoriam hominis quanta sit: vt aliorum animalium penè nulla sit. Similiter & formæ dignitas, & capitis pilorum multitudo, & musculorum totius corporis: & ideo quaquà versum, motuum facilitas, pectoris amplitudo & pedum, mammarum in pectore altitudo, sanguinis copia ac tenuitas & claritas, cerebri quoque abundantia, & vesicæ magnitudo, lingua quoque lata, mollis & soluta à vinculis, cor & pulmones calidissimi. somnia tam multa & varia vider, vt solus somniare dici possit. in eius genere plurimùm masculus à fœmina differt. Vt verò multa habet, præcipua bona, ita & multis malis præter cætera affligitur. Soli enim cor palpitat, solus titillationis sensum habet, solus plorat fermè (quanquam & equos & phasianos & thyanos plorare quidam existiment, sed solùm lacrymas fundunt) solus mutus nascitur claudúsque, lithiasin natus solus & penè vitiliginem patitur. equis sanguis profluens è naribus, à pulmonibus venit, vnde lethiferum: homini soli per nares è capite. solus lingua hæsitat, soli è cicatricibus pili non prodeunt. tardissimè verò perficit vocem. sternutatio illi frequentior, & oculorum situs peruersior. frequentiùs oritur oblæsus cæteris animantibus, tardiúsque graditur. cæsij plerumque illi nascenti oculi sunt, & maximè tempora nascendi mutat: quæ omnia ad imbecillitatem pertinent.

Hominis excellentia triplex, qua.

Hominis propria.

Hominis communia, & peiora.

At ipse solus videtur è diuerso omnium animalium vices subire. truculenti enim quidam vt tigres, alij rapaces vt lupi, alij immanes vt serpentes, alij fortes & crudeles vt leones, timidi alij vt lepores, & inuidi vt canes, sordidi alij vt sues, alij natant vt pisces, alij virulenti vt viperæ & cerastæ, humani alij vt agni. atque ita de aliis. Non desunt etiam qui formas mutent, veluti cum digitis pedum prælongis scandunt, vt mures ac simiæ. alij aures habent mobiles, vt Vesalius narrat se vidisse Patauij iurisconsultum Claudium Symionium Foroiulienſem virum facetum, & Petrum Rauscherium Genuensem virum fortem & strenuum (alium olim D. Augustinus.) Cùm igitur ad omnia habilis videretur humana natura, hoc solum si repugnat, ne volare possit. id contingit, quoniam non à temperamento hoc pendet, sed à forma. adeo verò hoc naturæ nostræ repugnat, vt ne per fabulam ausi sint somniare: vt de Thyaneo plurima confingunt. at certum est nihil illi esse difficilius, propter molem. Quibusdam ventriculus est pro sacculo, & mergos imitantur. ciuilius qui voces animalium dicas canem latrare, balare ouem, grunnire porcum, hinnire equum. Hi à pueris hæc discunt, quòd pulmonea & aspera arteria in quamuis formam effingantur. sed & spiritus quantitas, & linguæ motus adhibere pro opportunitate conuenit. Firmus è Rom. tyrannis vnus Galieni tempore, ob hoc puto nomen adeptus, quòd incude super pectus imposita, malleorum ictus perferret. Gratianus verò pater Valentiniani Imp. Funarius dictus, quòd quinque milites funem ab adolescente vi nunquam è manibus extorquere valuissent. Alius in venerem flagris cæsus accendebatur. Non minùs miraculis homo, quàm corporis aut animi excellentia cæteris animantibus præstat. Augustinus recitat de hominibus, qui capillos immoto capite traducerent ad frontem reducerénque. id certè mirabile: nec enim vis vlla capillis inesse potest: sed causam in cutis laxitatem & robur referre debemus. Idem Augustinus fuisse virum memorat Carthagine nomine Albigerium, infamis vitæ & turpissimæ libidinis notarum, qui omnia abdita nosset: adeo vt cùm à discipulo Romaniani, tentandi caussâ interrogaretur quidnam cogitaret, respondit ille Virgilij carmen. cùm rursus interrogaretur ab eodem, quod carmen, illud recitauit. Inter miracula hominis magnum illud censeri debet, quòd cuidam monacho Carmelitani ordinis per annos tredecim perpetuos euenit: nam quoties capitium reducebat ad occiput, scintillæ ignis è capillis erúpebant. atque ea de caussa ad continua frequenter vocabatur. Assimilantur autem homines quadrifariàm, Deo in primis, vocantúrque probi: vel propriæ perfectioni, vocantúrque prudentes: vel mulieribus, vocantúrque effœminati: vel feris, vocantúrque ferini. videntur enim omnes ad hæc genera reduci. aut enim ad remissionem proclines sunt, vt effœminati: aut intentionem operum diuinorum, aut humanorum, aut ferarum. sed plura ille toto libro 8. de homine differens concisis ex more sententiis, rarum quiddam & mirandum vulgo proponentibus, nullo ferè orationis nexu, sed pluuibili contextu.

Hominis ad alios similitudo.

Sanè verò Aristoteles cap. 3. lib. 2. de anima, potentias animæ has enumerat, nutritiuam,

Anima potentiæ, quæ & quot sint quibus.

ſenſitiuam, appetitiuam, loco motiuam, atque intellectiuam. quæquidem animantium quibuſdam omnes adſunt, quibuſdam nonnullæ, & quibuſdam vna tantùm. Et plantis quidem nutritiua eſt duntaxat: aliis autem etiam ſenſitiua. quòd ſi ſenſitiua ineſt, & appetitiua etiam ineſt: nam appetitus, cupiditas eſt. animalia verò cuncta vnum ex ſenſibus habent, tactum nempe: alimenti præterea ſenſum habent: tactus enim, ſenſus eſt alimenti. idem cap. 3. lib. 2. genera. animal. animam etiam facit vegetatiuam, aliam ſenſualem, aliam denique intellectualem ſiue rationalem. & quidem rationalem, qua homo eſt: ſenſualem autem, qua animal: vegetalem denique, quatenus huius cum plantis & animalibus munus eſt particeps, per quam cibum apperit trahítque: eò quòd principio ſui, vitam ſtirpis etiam homo viuere videatur. Hanc philoſophi partitionem ſecuti interpretes tum Græci, tum Latini ita intulerunt. Sciendum eſt (inquit Thomas in lib. 2. de anima, & ibidem Themiſtius) inter vegetatricis animæ operationes tres, ordinem haberi quendam: nam munus primum, nutricatio eſt, qua ſeruatur aliquid vt eſt. ſequens eſt perfectius, dicitúrque augmentatio: ea proficiunt enutrita in perfectionem ampliorem tum quantitate, tum virtute. tertium verò perfectiſſimũ eſt ac finale: hæc generatio eſt, quaſi aliquid iam quaſi in ſeipſo perfectum exiſtens, alteri præſtat vt ſit. tunc enim vnumquodq. maximè perfectum eſt (vt 4. metaphyſ. comprobatur) cùm producere quippiã eiuſmodi poteſt, quale ipſum eſt. ſed de his tum aliàs, tum lib. de anima & de generà. animal. & de ortu ac interitu Ariſtoteles inquirit & demonſtrat. rurſus idẽ lib. 1. cap. 5. magnorum moralium & 2. Ethic. ad Nicomachum, animam in duas partes diſtribuit, in eam quæ rationem habet, & eam quæ rationis eſt expers. & nominatim cap. 13. lib. 2. ethic. Partis autem ratione vacantis (ait) alia quidem communis eſt & vegetatiua (loquor autem de ea quæ cauſa eſt, vt id quod ipſam habet, nutriatur incrementáque ſuſcipiat) altera appetitiua, rationis quodammodo particeps, ea ratione qua obedit ipſi atque obtemperat. Quidam Peripatetici ſuum ducem ſecuti ita partiri malunt, vt dicant, Animæ poteſtates eſſe duas: alteram quidem rationis impotem, alteram verò compotem. prior pars in duo diſſecatur; in nutritiuam, quæ rationem audit nunquam; ſenſilem appetitum, qui obtemperet quandoque: & hic duplex intelligitur, concupiſcibilis & iraſcibilis. Poteſtas rationalis diſtribuitur item in duo, in rationem actiuam & ſpeculatricem.

Ex hac autem aut ſimili partitione profectus atque inductus & de homine dicturus & ſingula eidem aptaturus, quo de agimus, ſic poteris inferre; Nutritiuam & auctiuam ac generatiuam facultatem eſſe homini cum cæteris animantibus communem, & quidem eam quæ ſpeciatim vegetatiua dicitur, eidem illi cum plantis & animalibus conuenire. ſiquidem vbi ſemen in vtero materno animari cœperit, iam tum nutriri ſanguine materno & augeri in omnem partem incipit, donec ad iuſtum incrementum perductus embryo, moræ impatiens atque vberioris alimenti indigens, peracto nouimeſtri ſpatio in lucem & vitales auras erumpit. tum quoque vberibus maternis affixus infans, vt olim cotyledonibus vteri materni, volut planta de ſinu terræ per radices, aut animal quoduis recens natum & editum, alimoniam facilem & ſuæ naturæ conuenientem ore ſugendo trahit. pòſt grandior factus minima manſa deglutit. tandem robuſtus atque adultus ſolidiores cibos ingerit: herbas & herbarum radices arborúmque baccas & fructus depaſcitur: terræ naſcentia omnigena ſibi in eſcam aptat: omne genus animalium volucre, quadrupes, reptile, greſſile, natatile (quod enim Deus purificauit, tu commune ne dixeris, ait vox cœleſtis Petro, act. apoſt. 10.) veſcum & edule minimóque virulentum ſibi facit alimentum. denique quæ ſunt omnibus communia cibaria, is ſibi propria facit ac vendicat, atque in reliquas animantes ſibi ſumit imperium: quarum opera atque ſeruitio vtitur, tandémque quibus liber veſcitur, pro ea poteſtate quam tribuit ei Dominus ab initio orbis conditi, Geneſ. cap. 9. Omne quod mouetur & viuit, erit vobis in cibum: quaſi olera virentia tradidi vobis omnia. Idem ſic educatus atque enutritus vbi in iuſtam magnitudinem ætatémq. peruenit, velut maturus fructus, aut animal quoduis ætate validum ac vegetum, generando ſibique ſimile in ſimili procreando ſit potens, rediuiuámque ſobolem ſibi morituro ſufficit, & genus humanum his artibus modiſque velut perpetuat, ipſe tandem cæterorum animantium more & plantarum, morti fatóq. obnoxius. atque hæc de vegetatiuæ animæ vitæque analogia & nutricationis & auctionis ac procreationis. de qua ſic breuiter Ariſt. cap. 7. lib. 1. ethic. Viuere homini cum plantis commune eſt. At Galenus lib. 4. de vſu part. cap. 17. Ariſtoteles verò tum alia rectè ſcripſit, tum etiam quòd paulatim à plantis natura digrediens, aliud alio animal perfectius condidit, quouſq. ad hominem perueniat omnium perfectiſſimum.

Iam verò ſenſitiua nec minùs homini cum omni genere animantium communis eſt. nullum enim eſt animal, quod vitæ particeps, idem non ſentiat: ac de ſenſibus vnum vel ſaltem tactum habeat. ſic enim poſt Ariſt. alibi productum ſcripſit Galenus cap. 5. lib. 2. de ſemine, & iam olim lib. de vſu part. vt citaui antea. Atque ita fit, vt quaſi gradus quoſdam habere natura videatur. primùm, cùm parum à plantis recedens, tactu, hoc eſt vno tantùm præditum ſenſu animal fingit. ſecundum, cùm guſtatum. tertium, cùm olfactum adiungit. quarto gradu poſtmodùm progreſſa, auditum. quintum viſum addit. Plato autem animalia ſemper animata appellat. lapides verò & herbas & ligna atque ſtirpes omnes, de inanimatorum corporum numero eſſe ait. ex quo Galenus idem fragmento lib. de ſubſtantia naturalium facult.

Tactus omni animanti communis, & ſapor.

Anima triplex, & qualis.

Hominis vita prima.

Anima vegetatiua munia quæ & quot.

Perfectum quod ſit.

Anima diuiſio.

Anima facultates.

Anima facultates hominis cum mutis communes, & plantis: ac primùm de vegetatiua.

Infantis generatio & perfectio educatióque & accretio.

Hominis imperium in animalia, & vſus.

Hominis facultas generanda.

Viuere homini cum plantis.

2. De ſenſitiua.

Animalis gradus ad perfectionẽ.

Diuiſio animati & inanimi.

An plantæ ſentiant.

Plato vſque ad probabile ac veriſimile progreditur. ego verò plantas principium in ſe motus habere, & proprioruṁ ſenſuum atque alienorum, verum eſſe arbitror. verùm ſi me quis roget, quid ſuperius animalia ſtirpibus habeãt,

Animalia à plãtis quẽ differant.

reſpondeo & ſenſum & appetitionis motum & vires modò expoſitas, nempe attractricem & expultricem & detentricem & alteratricem, quas non animales, ſed naturales voco: nimirum cùm ex hoc neque medicæ arti, neque morali philoſophiæ quidquam accedere incommodi videam. verùm de plantis iam breuiter

An plantæ habeant animam ſenſitiuam. Quòd non.

expediui, quibus ſenſitiuam animam Ariſtoteles nunquam conceſſerit, quatenus ad quinque ſenſus refertur. ſic enim ille initio lib. de plantis: Neque appetitum plantæ habent, neque ſenſum: appetitus enim non aliunde quàm è ſenſu eſt. neque igitur ſenſum in his deprehendimus, neque partem quæ ſentiat, nec eius ſimilitudinem, neque ſpeciem definitam, nec quippiam ad hanc conſequens, neque motum localem, neque viam ad ſenſile aliquod. & neque ſignum quodpiam, quo iudicari poſſit, ſenſum iis ineſſe: vt ſigna habentur, quibus alii ſciuntur, & incrementum omnino accipere

Plantis quæ propria, & quale animæ ſint donata.

deprehenduntur. Neque verò ita à nobis hoc conſtitueretur, niſi altricem auctricémque facultatem, partes animæ eſſe cognitum foret. Proindę cùm talem quandam huius animæ partem continere planta deprehendatur, neceſſariò fit vt animam quoque habere eam ſtatuamus. At cùm ſenſu careat, ſenſilem ipſam

Senſus vis & efficacitas.

non eſſe nequaquam non eſt admittendum. ſenſus enim illuſtrandæ vitæ cauſſa eſt: vis altrix verò, auctionis rei viuentis eſt cauſſa. hæc ille. Licet naturæ quodam inſtinctu, ſtirpes &

Plãtæ quali motu præditæ

plantæ moueantur intra ſe (non enim localiter, niſi quatenus in omnem dimenſionem creſcunt & augentur) ad alimenti conuenientis attractionem, & fugam lædentis aut offendentis. vt de vitis & braſſicæ internecino odio memorant, & Plinius procemio lib. 24. cap. 1. teſtatur etiam de aliis præfatus diſcordiæ atque

Sympathia & antipathia plantarum, ab exemplo.

concordiæ (συμπάθειαν & ἀντιπάθειαν Græci vocant) miraculis occurſantibus. exempla pauca proferam. Quercus & olea tam pertinaci odio diſſident, vt altera in alterius ſcrobe depactæ moriantur. pernicialia & braſſicæ cum vite odia: ipſúmque olus quo vitis fugatur, aduerſum cyclamino & origano areſcit. ſed de ſympathia & antipathia herbarum aliorúmque alibi: quo in argumento tractando Mizaldus veterem bibliothecam authorum priſcorum exhauſit. tu ex Ariſt. cap. 1. lib. 9. hiſtor. animal. complura exemplа amicitiæ & inimicitiæ plerorumque animantium diſce, ſi cupis. hoc enim

Senſitiua hominis cum quibus cõmunis.

quòd inſtituì, potiùs vrgeo: nempe, Senſitiuam facultatem homini cum omnibus animantibus eſſe communem, ſiue illæ vnico tactu polleant, vt Zoophyta dicta, vt vrticæ marinæ, ſpongiæ, oſtrea: ſiue ſimul guſtum habeant, vt piſcium nonnulli, vt ſepia, polypus: ſiue olfactum addant, vt inſecta pleraque: ſiue etiam auditum, vt talpæ & tabani & piſces atque inſecta pleraque: ſiue ſimul & viſum, vt omne animal perfectum, tum volucre; tum terreſtre & quadru-
A pes, tum marinum. E quibus vniuerſis cùm alia viſu polleant acutiſſimo, vt lynces, aquilæ: alia odoratu ſagaciſſimo, vt canes & lupi, vultures: alia auditu limpidiſſimo, vt talpæ: tamen vnus homo cęteras tactu exquiſitiſſimo guſtúq. ſolertiſſimo longè antecellit: eum cæteris vtique reliquos ſenſus participat, victus à paucis, at permulta vincens. Qui quamuis ſenſuum organis cedere nonnullis videatur, nec tam procul contuens, nec tam eminùs odorans vel audiens: iiſdem tamen ſenſibus interioribus multò perfectioribus eſt præditus: quia non
B cernit tantùm, ſed diſcernit etiam, ſolúſque colorum omnium nouit diſcrimina. idem ſolus harmoniam & melos rectè & adamuſſim diiudicat. idem odorabilium differentias ſolus exquiſitè pernouit; & quæ fugiat aut ſequatur, habet exploratum: tum quibus vti aut abſtinere debeat. Tactus enim perfectio ſoli homini vt reliquo corpore, ſic potiſſimùm intimis manibus, extremíſque digitorum pulpis ineſt, vt pridem diximus. poſtremò guſtus eidem acerrimus & exactiſſimus, iudex omnium edulio-
C rum ac poculentorum, eorúmq. omnium quæ in alimoniam corporis parari & requiri ſolent. idem ſolus condimentorum opſoniorúmque optimus artifex: idem gulæ & cupediarum ſedulus adminiſter, atque in eo fortè ſibi plus æquo indulgens & ingenioſus. atq. hæc penes ſenſitiuam partem animæ dicta ſint. de qua ſic Lactantius ſtatuit cap. 20. lib. 6. Cæteræ animantes præter vnam voluptatem quæ ad generandum pertinet, nullam ſentiunt. vtuntur ergo ſenſibus ad naturæ ſuæ neceſſitatem. vident vt appetant ea quibus opus eſt ad vitam tuendam. audiunt inuicem ſęq. dignoſcunt, vt poſſint congregari. quæ vtilia ſunt ad victum, aut ex odore inueniunt, aut ex ſapore percipiunt: inutilia reſpuunt aut recuſant. edendi ac bibendi officium ventris plenitudine metiuntur. Homini verò ſolertiſſimi artificis prouidentia de-
D dit voluptatem infinitam & in vitam cadentem: quia propoſuit ei virtutem, quæ cum voluptate ſemper, tanquam cum domeſtico hoſte pugnaret, &c.

Animalia quibus ſenſibus præcellant, & quibus ab homine vincantur.

Homo vincit animantes interiore ſenſu, quì.

Tactus in homine vbi præcipuus.

Hominis guſtus præſtantia.

Senſus in bruto ad quid.

Hominis voluptas ad quid.

Appetitrix autem vis & facultas licet cæteris animalibus adſit, qua duce, toto impetu ὃ τῷ ὁρμᾷ ferantur ad id quod placet, quódq. ad vitam neceſſarium eſt, perſequendum: aut ad ea quæ ſunt vitæ & ſaluti inimica, fugienda. tum verò vnus homo cum quodã tenũ delectu ſalutaria diſcernit à lethalibus & pernicioſis.
E ſed ſatius eſt ex philoſopho primùm partiri ex lib. 1. rhetoric. ad Theodectem cap. 10. Quædã appetitu fiunt rationali, quædam autem irrationali. nam voluntas, appetitus eſt boni cum ratione: nullus enim aliquid vult, niſi cùm bonum eſſe putauerit. appetitiones verò irrationales, ira & cupiditas. Quare quæcumque homines agunt, ſeptem eos de cauſſis agere oportet, fortuna, vi, natura, conſuetudine, ratione, ira, cupiditate. idem pariter lib. 1. magnorum moralium cap. 13. Tres ſunt appetitus ſpecies, cupiditas, furor, voluntas. & ſequenti cap. 18.

3. De appetitiua, ad quid data.

Appetitus diuiſio, & quid voluntas.

Homines agunt ſeptẽ de cauſſis.

Appetitus in cæteris gignitur animalibus: propoſitum verò minimè: quia cum ratione coniunctum eſt: ratio autem nulli deputatur animali. ſed cap. 5. lib. 1. magnorum ethic. poſtquàm eam partitionem feciſſet, quam antè propoſuimus, animæ duas in partes, in eam quæ rationem habet, & eam quæ rationis eſt expers, ſubiecit; Ex ea parte quæ habet rationem, exoritur, prudentia, ſolertia, ſapientia, ingeniũ, memoria & id genus alia. at ex parte rationis experte, quæ virtutes appellantur, temperantia, fortitudo, iuſtitia & quæuis aliæ, quas ex moribus ducimus eſſe laudabiles: ex his namque conſequi laudem dicimur. & ab eis quæ à ratione dimanant, nemo laudatur: nec enim quòd ſapiens, nec quòd prudens, nec prorſus ex huiuſmodi aliquo quiſpiam laudandus accedit. hæc ille de appetitu & eius partibus: nam nonnulla etiam paulò pòſt, vbi de motrice facultate dicetur. Ex his igitur paret, vim illam appetendi eſſe homini cum omnibus animantibus communem, qua fertur in id quod concupiſcit & auet, & quod ſperat ſibi vtile aut profuturum aut etiam neceſſarium; declinet autem contraria. quod Tullius & optimè vidit, & doctiſſimè extulit initio lib. 1. offic. Principio generi animantium omni eſt à natura tributum, vt ſe, vitam corpũſque tueatur, declinérque ea quæ nocitura videantur: omniáq. quæ ſint ad viuendum neceſſaria, inquirat & paret, vt paſtum, vt latibula, vt alia eiuſdem generis. commune item animantium omnium eſt coniunctionis appetitus procreandi cauſſâ, & cura quædam eorum quæ procreata ſunt, &c.

Anima rationalis pars, item irrationalis.

Quæ ex virtute laus mala, aut nulla.

Appetitus motus.

Naturalis inclinatio animalium.

Vides igitur quomodo voluntas impellat, & modò ſuadeat, modò diſſuadeat aliquid agere vel aggredi, aut etiam prætermittere: quæ cùm ſit recta in homine & libera & cum ratione coniuncta; conſentaneum eſt vt omnia rectiùs & inſtituat & peragat: cùm cæteræ animantes ſine ratione modò cum toto naturali impetu & vi ſuâ ruant in concupita, modò cum ira & furore, vti diximus. quod etiam hominibus interdum accidit, ſed naturæ aut inſtitutionis vitio, vt vindictæ gratiâ, aut pravæ cupiditatis impulſu. Quam ſi primi parentes noſtri cohibere & regere potuiſſent; næ, cum poſteritate Adami & nobiſcum longè meliùs actum eſſet, quos prima iſta parentum labes ex traduce natura, vitio & peccato originali omnes infecit, reddidítque & morti & morbis & variæ calamitati obnoxios, qui alioqui beati æternum cum ſuperis ævum citra dolorem aut moleſtiam in hac vita vllam fueramus acturi. Adeo inſolens homini nocuit ſuperbia! adeo periculoſa obfuit cupedia atq. liguritio! adeo damnoſa fuit hominum generi temeraria crudelitas! adeo pernicioſa funeſtáq. fuit prævaricatio, contumacia, rebellio, & Deo ſummo conditori obtemperandi refractaria pervicacia!

Voluntatis motus, quales.

Animalia impetu quâ ferantur.

Cupiditatis damna ex primis parentibus.

Venio deinceps ad motionem, quam eandem dixi homini cum cæteris animantibus communem, & à communi cauſſa cieri. Non dico nunc de motu, quo incrementa decrementáque ſuſcipiuntur, qui omnibus animantibus, fortè & ſtirpibus, vt nuper dixi, ineſt à communi principio, nutriendi generandíque. non dico de motu cordis & arteriarum vitali & inuoluntario: non de eo qui reſpirationem nobis neceſſariam molitur. Hunc dico, cuius vi locum alium atque alium petimus, totóque corpore circunferimur. quemquidem priùs voluntas ab animo iuſſa inſtituit & iubet: deinde organa motus voluntarij exequuntur, de quibus non ita pridem, cùm de neruis, muſculis, oſſibus atque aliis ſimilaribus partibus earúmque vſu ageremus. Anima ipſa quomodo moueatur, alibi definitum eſt. Platoni equidem duos placet eſſe motus, vnum ſuum, alterum externũ: eſſe autem diuinius, quod ipſum ex ſe ſua ſponte moueatur, quàm quod pulſu agitetur alieno. hunc autem motum in ſolis animis eſſe ponit, ab híſq. principium motus eſſe ductũ putat, de quo nos libro de anima. Primum autem quod dicitur mobile, qua ratione motu incitetur (videlicet à primo motore agitatum) quóve pacto princeps motor illud verſet atque agitet, in arcanis philoſophiæ quæritur. inanima omnia ab aliis cieri motu, neque motu ſuo & interno agitari nouimus. nunc autem de motu animalium voluntario agimus: quomodo anima motum corpori adferat, & quódnam initiũ ſtatuendum ſit motionis animalium, quæ eſt homini cum reliquis communis. ad quam inquiſitionem, duce gnaro & ſagaci ſecuróq. vtemur Ariſtotele, primùm ex libro de cõmuni animaliũ motione: ſic autẽ circa initia; Videmus cogitationem, viſum, voluntatem, ſelectionem, cupiditatem, motum animalibus adferre. hæc autem omnia ad mentem referũtur & appetitionem. viſum enim & ſenſus eandem quam mens obtinent ſedem, cùm omnia iudicãdi & ſtatuendi facultatẽ habeant; attamen eo diſcriminũ genere ſeparantur, quæ alio tradidimus loco. Voluntas, ira, cupiditas, appetitioni redduntur: ſelectio cõmunis eſt cogitationis & appetitionis. quapropter id etiam quod ſeligi poteſt, tale erit, cùm non omne rationale ſeligi queat, ſed rerum agendarum finis eſt. iccirco is qui ita mouet, cõmodi & boni rationem obtinet: imò non omnis honeſtus eſt. nam quoad gratia huius, alius eſt; & quoad finis eſt rerum quæ res alterius gratiâ ſunt, eatenus mouet. bonum quoque mentitũ boni locum tenet, atque iucundum tale etiam eſt, quandoquidem illud mentitum bonum eſt. idem plurib⁹ in hanc quæſtionem incumbit lib. 3. de anima cap. 9. Cùm animaliũ anima hiſce duobus ſit definita, diſcernendi (inquam) potentia, quodquidem eſt opus officiúmq. mentis atque etiam ſenſus, & inſuper etiam mouendi motu ad locũ accõmodato potentia: de ſenſu quidem & intellectu hæc ſint determinata ac pertractata. deinceps autem de eo quod mouet, quídnã ſit ipſius animæ, conſideremus oportet: vtrùm vna quædam ipſius ſit pars ſeparabilis magnitudine vel ratione, an ipſa anima tota: & ſi pars ſit aliqua, vtrùm ſit alia quædam propria præter

Motus genera.

Primum mobile quid ſit.

Motum cauſſa primum.

Anime due precipue munia.

Cauſſa motus, quæ.

4. Motio qui fiat, & ab quæ cauſſa

Anime partes, quæ.

eas quæ dici ſolent, & eas quas diximus, an ſtatim aliqua vas. vbi mox de partibus animæ, rationali, iraſcibili, concupiſcibili, vegetatiua, ſenſitiua, imaginatiua, appetitiua, motiua. Mo-

Motus actiuus, qui.

tus autem quo incrementa decrementáq. ſuſcipiuntur, omnibus animantibus ineſt, itémque principium generandi ac nutriendi. Sed quidnam eſt quod animal motu mouet progredien-

Motus progreſſiuus à quo fiat.

di? Non potentia nutriendi, quæ cum imaginatione vel appetitu coniuncta eſt: non ſentiẽdi, quia pleraq. animalia ſentiunt & immobilia ſunt: non ratiocinandi vel intelligendi: intellectus enim contẽplatiuus nihil eorũ quæ ſub actionem cadunt, contemplatur; neque dicit quicquam omnino ſi ſit fugiendum an perſequendũ. et motus ſemper aut fugientis aut perſequẽtis quippiam eſt. præterea intellectus nõnumquam iubet, ratióq. fugere aliquid aut perſequi dicit: at non obtẽperat homo neq. monetur, ſed agit cupiditate, vt in ipſo fieri ſolet incõtinente, &c. & poſt multa ſic ſtatuit cap. 10.

Motiuæ cauſſæ primæ.

Videntur igitur duo hæc eſſe mouentia, vel appetitus, vel intellectus, ſiquis imaginationem vt quandam intellectionem eſſe ponat. nam & homines magis imaginationem quàm ſciẽtiam plerumq. ſequuntur: & in cæteris animalibus non intellectio, neq. ratio, ſed imaginatio ineſt. Hæc igitur ambo, intellectus & appetitus, mouendi motu dicto principia ſunt. intellectus is (inquam) qui alicuius gratiã ratiocinatur, quíq. principium eſt agendi. appetitus autẽ, qui alicuius eſt gratiã. cuius enim eſt appetitio, id eſt principium intellectus actiui: at ipſum vltimũ principium eſt actionis. Quare non ſine ratione principia mouendi videntur hæc eſſe duo, appetitus (inquam) & mens ea quæ principium eſt agendi. ipſum enim appetibile mouet; & propterea mens mouet, quod appetibile ipſius principiũ eſt. imaginatio quoque cùm mouet, non abſque appetitione mouet. Vnũ igitur eſt id quod mouet, ipſum (inquam) appetitiuum.

Motus à quo potiſſimũ cauſſa.

Nam ſi duo, intellectus atque appetitus mouerent, per aliquam cõmunem vtriq. formam moueret. nunc autẽ intellectus quidẽ non videtur abſq. appetitu mouere: volumus enim, appetitus eſt quidã. Atq. cùm ſit motus per rationem, & etiam per volũtatem ſit. appetitus autẽ abſq. ratione mouet: cupiditas enim & ipſa, quidã eſt appetitus. Patet igitur talem animæ vim atque potentiam, principiũ eſſe mouẽdi: quæquidẽ eſt ea quam appetitum conſuetimus appellare. vbi

Ad motum quot requirantur.

mox de partibus animæ, nutriẽdi, ſentiendi, intelligendi, deliberandi & appetendi; déq. tribus quæ motũ in animali faciunt, cum quod mouet, tũ quo mouet, tũ quod mouetur, de quibus pridem vbi de greſſu & arrubus. quibus etiam hoc addo: Motũ quidem eſſe homini cum cæteris animantibus cõmunem, vti propoſui: & multis quidẽ animalibus hominem velociùs moueri, ambulare, currere: à multis tamen celeritate curſus & volatus vinci atque anteuerti. Sed hoc dico, vbi vires & robur homini deeſt, ſic vt tauris, equis, elephantis, vrſis vel leonibus atq. aliis fortiſſimis animalibus impar viribus cedat: tum ratione adminiſtra & prudẽtia quadam vſum,

Homini motus communis cum animantibus.

Hominis ſolertia vires ſupplet, qui.

arma excogitare & fabricari, tela & catapultas excitare, ſcorpios & tormenta conſtruere, quibus omne monſtri genus vincat & ſuperet, domiter & cicuret: ac ſi vim metuit ab illis atque iniuriam, vt à feris agreſtibus, vt à ſerpentibus immanibus, telis & contis atq. miſſilibus cõfodiat, perdat & interimat. Nota eſt in Punicis bellis ad flumen Bagradã à Regulo imperatore *Hiſtoria.* balliſtis tormentiſque, vt oppidũ aliquod, expugnata ſerpens CXX. pedum longitudinis, vt Plinius refert cap. 14. lib. 8. Nihil neceſſe eſt plura referre monſtra, hominũ induſtria capta, victa, domita, cæſa vt ab Hercule, ſic à permultis aliis εὐεργέταις: cùm Bacchus adeo lynces & tigres & pantheras plauſtro vehendo narretur admotas cicuraſſe, alij alias, vt Rom. imperatores pleriq. triumphaturi. Sed nónne mirum eſt hominis ingenium, cùm viribus impar eſſet grauiſſimis geſtandis oneribus, boues, aſinos, equos, camelos domuiſſe & docuiſſe tum iuga & aratra & currus trahere, tũ grauia onera ſuis dorſis impoſita gerere atq. vehere? Quid quòd leonem Zoſimas iuſſit clitellas aſinarias geſta- *Hiſtoria.* re? Nicephori lib. 16. cap. 4. Quid quòd elephas edoctus pluribus hominibus geſtandis vnus ſufficit? ſit enim lib. 1. Machab. cap. 6. Turres ligneæ ſuper elephantos firmæ protegentes ſuper ſingulas beſtias, & ſuper eas machinæ, & ſuper ſingulas viri virtutis triginta duo qui pugnabant deſuper, & intus magiſter beſtiæ. qualẽ ibi Eleazarus filius Saura ſupra reliquas eminẽtem ſub ventrem ſubiens confodit, eidem mole vaſta oppreſſus non ita multò pòſt cõmortuus. Inde Lactãtius lib. de opificio Dei cap. 3. Quæro igitur ab iis qui conditionem pecudũ ſuæ præferunt, quid eligant, ſi Deus his deferat optionem, vtrùm malint humanam ſapientiam cum imbecillitate, an pecudũ firmitatem cum illarũ natura? Scilicet non tam pecudes ſunt, vt non malint vel fragiliorem multò quàm nunc eſt, dúmodò humanã, quàm illã irrationabilem firmitatem. Sed videlicet prudentes viri neq. hominis rationẽ volunt cum fragilitate, neq. morũ firmitatem ſine ratione. Quare nihil eſt tã repugnans támq. contrariũ, quòd vnumquodque animal aut ratio inſtruat neceſſe eſt, aut cõditio naturæ. Si naturalibus munimẽtis inſtruatur, ſuperuacua ratio eſt: quid enim excogitabit? quid faciet? aut quid molietur? aut in quo lumen illud ingenij oſtendet; cùm ea quæ poſſunt eſſe rationis, vtrò natura concedat? Si autem ratione ſit præditũ, quid opus erit ſepimẽtis corporis? cùm ſemel conceſſa ratio, naturæ munus poſſit implere? quæquidem tantum valet ad ornandum tuendúmq. hominem, vt nihil potuerit maius ac melius à Deo dari. Denique cùm & corporis non magni homo & exiguarũ viriũ & valetudinis ſit infirmæ: tamen quoniã id quod eſt maius, accepit, & inſtructior eſt cæteris animalibus & ornatior. Nam cùm fragilis imbecilliſq. naſcatur; tamen & à mutis omnibus tutus eſt: & ea omnia quæ firmiora naſcuntur, etiamſi vim cœli fortiter patiuntur; ab homine tamen tuta eſſe non poſſunt. Ita fit; vt plus homini conferat ratio, quàm natura mutis:

Humana ſapientia cũ imbecillitate ante ponenda roberi.

Naturæ prouidentia in homine & motu animalibus.

Ratio in homine quantum poſſit.

Homo præmalet breuitate, in qua.

quoniam in illis nec magnitudo virium, neque firmitas corporis efficere poteſt, quò minùs aut opprimantur à nobis, aut noſtræ ſubiecta ſint poteſtati. Quantò igitur melius & ſaniùs, qui ſentit conditionem hominis eſſe meliorem, quàm iſti qui ſe pecudes natos eſſe maluerint? Quos ſi Deus in ea fortè conuerterit animalia, quorum ſortem præferunt ſuæ: iam profectò cupiant remigrare, magniſq. clamoribus conditionem priſtinam flagitent: quia non eſt tāti robur ac firmitas corporis, vt officio linguæ careas: aut auium per aërem libera diſcurſatio, vt manibus indigeas. plus enim manus præſtant, quàm leuitas vſūque pennarum: plus lingua, quàm totius corporis fortitudo. Quæ igitur amētia eſt, ea præferre, quæ ſi data ſint, accipere detrectes? Io. Chryſoſtomus in Matthæū, Omnem creaturā ſenſibilem Deus armatam & munitam creauit: alios veloci pedum curſu, alios vnguibus, alios pennis, alios cornibus: hominem ſolum ſic diſpoſuit, vt virtus illius ſit ipſe Deus: & in eo quo inferiorē eum fecit, in ipſo fortiorem eſſe voluit in ſe: vt neceſſitate infirmitatis coactus, ſemper neceſſe habeat Dominum ſuum requirere. ſimiliter Hugo didaſcalico lib. 1. Cortex ambit arborem: penna tegit volucrem: piſcem ſquama operit: lana ouem induit: pilus iumenta & feras veſtit: concha teſtudinem excipit: ebur elephantem iacula non timere facit. nec tamen ſine cauſſa factum eſt, quòd ſingula animaliū naturæ ſuæ arma habeāt ſecum nata; ſolus homo inermis naſcitur & nudus. Oportuit enim vt illis quæ ſibi præuidere neſciunt, natura cōſuleret. homini autem ex hoc etiam maior experiendi occaſio præſtaretur, cùm illa quæ cæteris naturaliter data ſunt, propria ſibi ratione inueniret. multò enim magis enitet nunc ratio hominis hæc eadem inueniendo, quàm habēdo claruiſſet. Dixi prideм de hominis prærogatiua ex Galeno, potiſſimis duabus de cauſſis: tum quòd manus habeat, quia ſit animal ſapientiſſimū: tum quòd ratione polleat, qua cæteris animaliū generibus antecellit: addidi orationem, qua ſenſa animi explicare queat: & religionem, qua ſolus aut præcipuè Deum agnoſcit ac veneratur: de quibus etiam fortè haud ita multò pòſt.

Sic verò etiam Ariſt. cap. 1. lib. 8. hiſt. animal. Sunt in plurimis cæterorum animaliū, veſtigia morū animi humani: quanquam hæc apertiùs in homine diſcernantur. ineſt vrbanitas, feritas, clementia, acerbitas, fortitudo, ignauia, metus, fidentia, ira, malitia. atq. etiam prudentiæ imago ineſt in multis. Vt enim in homine ars, ſapientia, prudentia: ſic in nōnullis bruris ineſt vis quædam eiuſmodi altera naturalis, &c.

An hoc maiori admiratione dignum, flumina & maria homines non natatu traiicere (erat enim à marinis monſtris periculū, ne hiatu oris immani & recuruis dentibus abſorberētur aut cōminuerentur) ſed conſtructis nauibus ac triremibus tum maioribus, tum minoribus (initio à rate olim ducto) vecta fuiſſe plurima hominū millia, nauale prælium inſtructum, merces ab orbe longinquo aduectas, onera ingentia exportata? qualia humi currus & quadrigæ, carpenta & trahęæ, cæteráque vehiculorum genera circumuehant, licet multò iſtis imparia.

Curſus celeritas defuit? ecce tibi homo prudens & carus equum domuit, cuius tergo inuectus, ſubinde mutatis aliis atq. aliis paſſim diſpoſitis, tigrim vel ocyſſimam anteuertit: quod etiam camelo vectus facit adeo celeriùs. notus eſt Flacci apologus lib. 1. epiſtol.

Cernus equum pugna melior communibus herbis
Pellebat; donec minor in certamine longo
Imploranit opes hominis, frenúmque recepit.
Sed poſtquàm victor violens diſceſſit ab hoſte,
Non equitem dorſo, non frenum depulit ore.
Sic qui pauperiem veritus potiore metallis
Libertate caret, dominum vehet improbus, atque
Seruiet aeternùm, quia parvo neſciet vti.

Volarū negauit natura? Homo aues docuit ſuas per aërem literas atq. epiſtolas ocyſſimè in alias atq. alias vrbes deportare, vti frequēs de colūbis manſuefactis teſtatur hiſtoria. Idem auiū edoctarū vſus miniſterio, alias aues aucupatur: nulláq. admodùm eſt ales, quam aquilarū & accipitrum præpetibus pennis, aduncíſq. vnguibus & roſtro non aſſequatur. Eadem induſtria feras in terra licet agiles velocéſq. captat tum equorū citato curſu & canū odora vi & ſagacitate morſúque, tum retium, & plagarū armorúmq. vſus adminiculo. & quod magis mirandum eſt, non ſolo naſſæ ac retis nauigiiq. beneficio piſces in mari, vt & aues in aëre captat & venatur: ſed vt auibus capiendis aues, ſic piſcibus venandis piſces inſtruxit. Sic in omni penè dixerim elemento, vnus homo velut rex aliquis cæteris animantibus imperat, earúmque vel ſeruitio vtitur, vel eaſdem ipſas edules & tergoribus pellibúſque aut lanis veſtitas, ad cibum & veſtitum ſibi aptat & accommodat. vnde Cicero 1. de natura deor. Terrenorū cōmodorum omnis eſt in homine dominatus. nos campis, nos mōtibus fruimur: noſtri ſunt amnes, noſtri lacus: nos fruges ſerimus, nos arbores: nos aquarum inductionibus terris fœcunditatem damus: nos flumina arcemus, dirigimus, auertimus. noſtris denique manibus in rerū natura quaſi alteram naturam efficere conamur. Quid verò hominum ratio, num in cœlum vſq. penetrauit? Seneca ad Lucilium epiſt. 77. Omnia ſub honore conſtant. vitem fertilitas commendat, vinum ſapor, & velocitas ceruum: quàm fortia dorſo iumenta ſint, quæris. in cane ſagacitas prima eſt, ſi feras inueſtigare debet: curſus, ſi conſequi; audacia, ſi mordere & inuadere. illud cuiq. optimum eſſe debet, cui naſcitur. quod cenſemur in homine optimum quidem eſt ratio. hac antecedit animalia cætera, deos ſequitur. Ratio ergo perfecta, proprium hominis bonū eſt: cætera illi cum animalibus ſatíſque communia ſunt. eſt fortis? videlicet & leones. formoſus eſt? & pauones. velox eſt? & equi. corpus habet? & arbores. impetum habet & motum voluntarium? & beſtiæ & vermes. habet vocem? ſed quantò clariorem canes? acutiorem aquilæ? grauiorem tauri? dulciorem & nobiliorem luſciniæ? Rectè verò Lactantius lib. 7. cap. 4.

Reſpon-

A

Hominis cū muto comparatio & dotes.

Natura prouidentia in homine & brutis.

Animaliū arma naturalia, & homini ratio quorſum

B

Homo quid habeat ſupra cōmune genus animalium.

Homini cū muto cum multis ingenij dotes.

C

Artis nauticæ vſus & commoda.

D

Equorum ad curſum domiti commoda.

Apologus de equo circenſi.

Libertatis amiſſio.

Volatus homini quo ſupplentur,

Aucupij commodo & venationis.

Piſces venationi.

Homo omni animantium in omni elemento imperat.

Homini cibus commodo ex terra.

Rationis in homine præſtantia.

Natura omni creaturæ proſpexit.

E

Sola ratio hominis propria, cætera communia.

Cur omnia & ferè Deus seruauit infecta.

Respondendum est hoc loco philosophis, maximèque Ciceroni, qui ait; Cur Deus omnia nostri caussâ cùm faceret, tantam vim natricum viperarúmque fecerit? cur tam multa pestifera terra marique dispersérit? Quoniam homo ex rebus diuersis ac repugnantibus configuratus

Hominis compositio & elementa.

est, animo & corpore, id est cœlo atque terra, tenui & comprehensibili, æterno ac temporali, sensibili atque bruto, luce prædito atque tenebroso: ipsa ratio ac necessitas exigebat & bona homini proponi & mala: bona quibus vtatur;

Hominis bona & mala apposita, quorsum.

mala quæ vitet & caueat. Idcirco enim data est illi sapientia, vt cognita bonorum malorúmq. natura, & in appetendis bonis & malis declinándis vim suæ rationis exerceat. Nam cæteris animalibus quia sapientia data non est, & munita indumentis naturalibus & armata sunt: homini

Hominis ratio quorsũ, & sapientia.

autem pro his omnibus, quod erat præcipuum, rationem solam dedit. itaque nudum formauit & inermem, vt eum sapientia & muniret & tegeret. munimenta & ornatum eius non foris, sed intus; non in corpore, sed in corde constituit. Nisi ergo essent mala quæ caueret, quæ à bonis vtilibúsque distingueret, non esset ei sapientia necessaria. Augustinus lib. 8. de ciuitate

Homo ab animalibus vincitur, inquo.

Dei c. 15. Homo multas sibi bestias prælaturus est, quæ nos & acrimonia sensuum & motu facillimo atque celerrimo & valentia virium & animosissima firmitate corporum vincũt. Quis hominum videndo æquabitur aquilis & vulturibus? quis odorando, canibus? quis velocitate leporibus, ceruis, auib. omnibus? quis multùm valendo, leonibus & elephantis? quis diu viuẽdo serpentibus, qui etiam deposita tunica senectutem deponere atque in iuuentam redire perhibentur? Sed sicut his omnibus ratiocinando

Homini prona, & quibus dæmonum aut bestiarum vitanda.

& intelligendo meliores sumus: ita etiam dæmonibus bene atque honestè viuendo meliores esse debemus, &c.

5. de intellectu cyrtatione.

Verùm de motu nos quidem ex professo, vbi de artub. ageremus. itaque ad proximum & vltimum partitionis mẽbrum transeamus, nempe rationale & intellectuale: de quo etiã multa nobis antehàc sunt dicta; ideo nunc breuius quiddã huic quæstioni impartiẽdum, & hoc problema perorandum. Quæsitum est paulò antè, an

Dubium.

animalia muta, quæ Græcis dicuntur ἄλογα, verè sint, vt etiam dicũtur rationis expertia. Vtrum autem modo placet accipere, pro nobis fuit; & huic instituto fauet. Si enim reliquæ animantes rationis sunt compotes; vti de elephanto, equo,

Rationis vestigia in brutis.

simio, cane, psittaco, coruo, pica, philomela, passere, ape, formica, bombyce, araneo & aliis obseruatum est, in quibus maiora cuiusdam rationis elucent indicia, vt ex sermone, gestu, moribus, operibus coniicere est: sanè eandem illam rationem (si rationis nomen meretur) cum homine habent communem, tantò quidem minorem, quantò illis homo cæteris rebus omnibus antecellit. ac si verè & exquisitè loqui volumus, nõ tam ratio ista dici in illis aut haberi potest ac debet, quàm instinctus quidam naturalis & assuefactio longa longo tempore parta & acquisita. Quòd si veræ & solidæ rationis sunt tũ illa, tum cætera animalia prorsus expertia, sùntque reuera ἄλογα, & solus homo λογικός: & hoc vtique nostris fauet partibus, quòd vnus homo cuncta habeat, quæ cæteris vniuersis animantibus insunt, atque insuper quodam Dei & naturæ dono priuilegióque, multa habeat quibus reliqua cuncta carent ac destituuntur: de quibus cùm antea dixerimus, nunc placet velut summatim subducere:

Rationis dignitas & officium.

Prima erit illa regina rerum, ratio, qua homo proximè ad Deum accedit: per quam (vt Ciceronis verbis vtar ex 1. offic.) consequentia cernit, principia & caussas rerum videt, earúmque progressus & quasi antecessiones non ignorat, similitudines comparat, rebúsque præsentibus adiungit atque annectit futuras, facilè totius vitæ cursum videt, ad eámque degendam præparat res necessarias, eadémque natura vi rationis hominem conciliat homini & ad orationis & ad vitæ societatem: ingenerátque in primis præcipuum quendam amorem in eos qui procreati sunt; impellítque vt hominum cœtus & celebrari inter se & sibi obedire velit: ob eásque caussas studeat parare ea quæ suppeditẽt ad cultum & ad victum, nec sibi soli, sed coniugi, liberis cæterísq. quos charos habeat tueríque debeat. Quæ cura excúscitat etiam animos, & maiores ad rem gerendam facit. in primísq. hominis est propria veri inquisitio atq. inuestigatio.

Hominis innata veri inquisitio & ambitio.

Huic veri videndi cupiditati adiuncta est appetitio quędam principatus, vt nemini parére animus bene informatus à natura velit, nisi præcipienti & docenti; aut vtilitatis caussâ iustè & legitimè imperanti: ex quo animi magnitudo existit, humanarúmq. rerũ contemptio. Nec verò illa parua vis naturæ est rationísque, quòd vnũ hoc animal sentit quid sit ordo, quid sit quod decet in factis dictísque, qui modus. itaque eorũ ipsorum quæ aspectu sentiuntur, nullũ aliud animal pulchritudinem, venustatẽ, conuenientiam partiũ sensit. &c. idem verò sic rursus lib. 1. de legib. Animal hoc prouidũ, sagax, multiplex,

Rationis beneficia.

acutũm, memor, plenum rationis & cõsilij, quẽ vocamus hominem, præclara quadã conditione generatus est à supremo Deo. solus est enim ex tot animantiũ generib. atque natura, particeps rationis & cogitationis, cùm cætera sint omnia expertia. Quid est autẽ nõ dicam in homine, sed in omni cœlo atque terra, ratione diuinius? quæ cùm adoleuit atq. perfecta est, nominatur ritè sapiẽtia. Est igitur (quoniã nihil est ratione melius eáq. & in homine & in Deo) prima hominiq; cũ Deo rationis societas. inter quos autẽ ratio,

Hominis prærogatiua.

inter eosdẽ etiã recta ratio communis est, quæ lex: & mox, Ipsum hominẽ natura nõ solùm ocleriter mentis ornauit, sed etiã sensu tanquã satellites attribuit ac nũtios, & rerũ plurimarum obscuras & necessarias intelligentias enudauit (malim enodauit) quasi fundamenta quædam

Ratio & sapientia homini ad quid, & cum Deo affinitas.

scientiæ. figuramq. corporis aptã & habilem ingenio humano dedit. Nã cùm cæteras animãtes abiecisset ad pastũ, solũ hominẽ erexit, ad cœliq. quasi cognationis domicilij q. priscam cõspectũ excitauit. tũ speciẽ ita formauit oris, vt in ea pene mus recõditos mores effingeret. Nã & oculi animis arguti, quemadmodũ animo affecti simus,

Lex quid.

Hominis prærogatiua, & figura præstantia.

loquuntur,& is qui appellatur vultus,qui nullo in animante esse præter hominem potest, indicat mores.cuius vim Græci norũt, nomen omnino non habent. Omitto opportunitates habilitatésque reliqui corporis, moderationem vocis,orationis vim,quæ conciliatrix est humanæ maximè societatis.& mox,Etenim ratio,qua vna præstamus belluis, per quam coniectura valemus,arguméramur,refellimus, disserimus, conficimus aliquid,cõcludimus, certè est communis,doctrina differens, discendi quidem facultate par. Nam sensibus eadem omnia comprehenduntur:& ea quæ mouent sensus,iridem mouent omnium: quæque in animis imprimũtur inchoatæ intelligentiæ, similiter in omnib. imprimuntur. interprésque est mentis, oratio verbis discrepans, sententiis congruens. idem initio lib.2. natu.Deor.Bestiis natura sensum & motum dedit, & cum quodã appetitu accessum ad res salutares, à pestiferis recessum. homini hoc amplius, quòd addidit rationem, qua regerentur animi appetitus,qui tum remitterentur, tum continerentur. & ibidem sub finem, Iam verò animum ipsum mentémque hominis, rationem,consilium,prudentiam,qui non diuina cura perfecta esse perspicit, is ipsis rebus mihi videtur carere. primùm intelligentia, deinde consequentium rerum cum primis coniunctio & comprehensio est in nobis: ex quo videlicet quid ex quibúsq. rebus efficiatur,idque ratione concludimus, singulásque res diffinimus circũscriptéque complectimur:ex quo scientia intelligitur quã vim habeat, qualis sit:qua ne in Deo quidem est res vlla præstantior. Hos Ciceronis locos cùm legisset Lactantius, non potuit non probare lib.2.c.12. Vidésne(inquiens)hominem quamuis longè à veritatis notitia remotum, quamuis expertem cœlestium literarum: tamen quia imaginem sapientiæ tnebatur, intellexisse nonnisi à Deo hominem potuisse generari?

Enimuerò ista dicuntur rhetorico more ornatiùs; nos nostro dicamus modo, & semel statuamus, Cùm reliquas istas commemoratas animæ facultates vnus homo cum omnibus animantibus communes habeat vegetandi, alendi, augendi,generandi,sentiendi,appetendi,mouẽdi;tamen vltimam illam ratiocinandi atque intelligendi aut sibi peculiarem & propriam fuisse adeptum, aut longè supra cætera animalia cuncta eandem eximiam sortitum.cuius vel insita prima ab ortu ipso initia ac velut igniculos ipse demum frequenti vsu excolendo augeat, colloquendo cum prudentibus, legendo, commentando, disputando, obseruando, philosophando. Vt enim in omnibus artibus post percepta documenta atque hausta præcepta, vsus assiduus perfectum artificem reddit: sic hominem rationis compotem à natura genitũ quotidianus rationis vsus diu multúmque exercitus, tum priuatim per se,tum publicè in hominum reliquorum cœtu consortióque, tum in tacita naturæ obseruatione & contemplatione, tum in veterum monumentis euoluendis, seipso quotidie sapientiorem & λογικώτερον efficit. Hinc sunt artium tum mechanicarum inuenta (quas inter, scribendi, pingendi, fingendi, scalpendi, architectandi arti primas partes facilè tribuo) tum liberalium in omni genere institura atque præcepta, tum quæ ad res mathematicas, tum quæ ad physicam & medicam disciplinam spectant, vel adeo artes illas, quæ sermonem eruditunt ac perpoliunt, rationísque aciem excitãt, acuunt & augent, quas grammaticen, rhetoricen, dialecticen siue logicen appellant. omnes enim has artes à maioribus acceptas & à tenuibus exordiis ortas paulatim consequens ætas perpolliit & auxit,atque ad perfectionem quandam promouit. Eôdem pertinent ipsarum artiũ veluti fructus aut effectus admirandi, tum circa conciones & orationes ad populum habitas, tum circa poëmata & numeris astrictam solutámve orationem. Vt enim ratio in homine summa & perfectissima iure commendatur: sic & oratio diserta meritò laudatur. namque vt ait Comicus, *Dy immortales,homo homini quid præstat? stulto intelligens?* ita ego rogito. Homo disertus & eloquens quantum ab infante & elingui ac indisserto distat? Oratio enim ista homini propria & peculiaris effecit vt hominum societas iretur,conciones populi & cœtus cogantur, mercimonia exerceantur, contractus fiant,populorum amicitiæ conciliẽtur, pacis ac fœderis conditiones dentur & accipiantur, voluntates denique & animi sensa expromantur atque aperiantur,tum apud præsentes ore ad os & facie ad faciem colloquendo; tum ad absentes dimissis epistolis nostrarum mentium ac voluntatum interpretibus atque nuntiis. Archytas apud Iamblichum de homine hæc profatur: ἄνθρωπος μόνον ζῶον νοερὸν γίγνεται θεοσεβὲς θνητῶν τὸ ἀθανάτῳ τὸ αὐτὸ εἶναι, καὶ ὁσιότατα καὶ εὐσεβέστατα περὶ τοῦ ἀθανάτου λόγον ἔχειν. πᾶν δὲ τὸ ἀπὸ ἐπιστήμας καὶ ἀκολουθίαν τῷ ἴσῳ ἰσάκις ἴσον τὸ αὐτὸ ἐπιδιδόν, καὶ τὰς ὁμοιότητας τὰς πρὸς ἄλλαλα καὶ τὰς ἀναλογίας. τοῦτο δὲ ἀδύνατον τοῖς φρονήσει καὶ σοφίᾳ καὶ γνώσει ἄπορον. ἄνθρωπος δὲ τῷ ἀδυνάτῳ τὸ αὐτὸ οὐ τὸ αὐτὸ τῷ καὶ χρόνον πολὺν ἀνθρώπῳ, γίγνεται ἄφρονα ἔχειν· ἀνία δὲ καὶ τῷ κακοήθει τὸ αὐτὸ ἐπὶ ἴσον ἀεὶ ἔχειν ἴσον ἔχοντι· ἴσον δὲ καὶ τὸν αὐτὸν ἀεὶ ἄνδρα καὶ χρόνον, καὶ σοφίαν ὁ ἄφρονα, καὶ ἐγκρατῆ δὲ καὶ ἀκρασίαν ἴσον εἶναι. Homo omniũ animalium sapientissimus est creatus,potens res considerare, & scientiam ac prudentiam capere ex omnibus. quoniam impressit & indidit ei Deus omnium rationum plenitudinem, in quibus vniuersæ rerum species continentur & omnium nominum ac verborum significationes. Nam sonis locus vocis decretum est guttur & os & nasus. sicut autem vocum, quibus nomina & verba formata significantur, factus est homo organum:sic item intellectionum seu cogitationum in rebus visis est opus sapientiæ. hoc mihi videtur fuisse aliquando, sicut fuit, quòd creatus sit homo,& organa facultatésque accepit à Deo. Verùm omnino magnificè, vt solet, Tullius a natur. Deor. Iam verò domina rerum eloquendi vis quàm est præclara quámque diuina? quæ primùm efficit, vt ea quæ ignoramus, discere,& ea quæ scimus, alios docere possimus. deinde

Homini vultus proprius.

Orationis efficacitas, & rationis vsus.

Sensus omnium communis.

Homini cõmunia cum belluis, & propria.

Homini diuinæ mentis diuinæ.

Scientia dignitas.

Homo à Deo genitus.

Anima facultates homini propriæ velimmanes.

Ratio quò excolatur.

Vsus quid præstet.

Ratio quatenus excolatur.

Artes mechanicæ & liberales vnde ortæ, & quomodo perfectæ.

Artium liberalium vsus.

Rationis & orationis laus & vsus.

Oratio quã formetur, & sapientiæ vnde.

Hominis præstantia in quo.

Eloquentiæ cuiusmodi, & effectus.

hac cohortamur, hac persuademus, hac consolamur afflictos, hac deducimus perterritos à timore, hac gestientes comprimimus, hac cupiditates iracundiásque restinguimus: hæc nos iuris, legum, vrbium societate deuinxit, hæc à vita immani & fera segreganit. vbi mox de organis vocis. idem initio lib. 1. de oratore: Neque verò mihi quicquam præstabilius videtur, quàm posse dicendo tenere hominum cœtus, mentes allicere, volũtates impellere quò velit, vnde autem velit, deducere. hæc vna res in omni libero populo, maximéque in pacatis tranquillísque ciuitatibus præcipuè semper floruit sempérque dominata est. Quid enim est aut tam admirabile, quàm ex infinita multitudine hominum existere vnum, qui id quod omnibus natura sit datum, vel solus vel cum paucis facere possit? aut tam iucundum cognitu atque auditu, quàm sapientibus sententiis grauibúsque verbis ornata oratio & perpolita? aut tam potens támque magnificum, quàm populi motus, iudicũ religiones, senatus grauitatem, vnius oratione conuerti? Quid tam porrò regium, tã liberale, tam munificum, quàm opem ferre supplicibus, excitare afflictos, dare salutem, liberare periculis, retinere homines in ciuitate? quid autem tam necessarium, quàm tenere semper arma, quibus vel tectus ipse esse possis, vel prouocare improbos, vel te vlcisci lacessitus? Age verò, ne semper forum, subsellia, rostra, curiámque mediteris, quid esse potest in otio aut iucundius aut magis proprium humanitatis, quàm sermo facetus ac nulla in re rudis? Hoc enim vno præstamus vel maximè feris, quòd colloquimur inter nos, & quòd exprimere dicendo sensu possumus. Quamobrem quis hoc non iure miretur, summéque in eo elaborandum esse arbitretur, vt quo vno homines maximè bestiis præstent, in hoc hominibus ipsis antecellat? Vt verò iam ad illa summa veniamus, quæ vis alia potuit aut dispersos homines vnum in locum congregare, aut à fera agrestíque vita ad hunc humanum cultum ciuilémque deducere; aut iam constitutis ciuitatibus leges, iudicia, iura describere? hęc Tullius, de quibus nos in rhetoricis, & cõment. ad artem poëticam Horatij, cùm similes istis locos conferremus ex lib. de inuentione, & Bruto, & rhetoricis ad Herennium, & pro Archia poëta, & pluribus aliis locis. Cælius Rhodig. lib. 3. c. 3, multa de hominis præstantia loquitur quatuor potissimis rebus illustri, nempe ingenij aptitudine, memoria, faridico spiritu, & flexamina vt Ennius dicebat, rerum regina oratione. Vna enim vox hominis clemens, sedata, mitis, explicat clariùs, promit pleniùs, alit vberiùs, placat, excitat, impellit, euertit, retinet, surrigit: omnia denique perficit, quæ diuinus animus tanquam interpreti diuino linguę plectris mandarit exponenda. Corn. Tacitus eloquẽtiæ cum poëtica certamen eleganti dialogo instituit, de quo nos ad artem poëticam multa, nunc verò paucis attigisse satis erit. Natus ad eloquentiam virilem & oratoriam, qua parare simul & tueri amicitias, asciscere nationes, complecti prouincias potlit, amittit studium quo non aliud in ciuitate nostra vel ad vtilitatem fructuosius, vel ad dignitatem amplius, vel ad vrbis famam pulchrius, vel ad totius imperij atque omnium gentium notitiam illustrius excogitari potest. Nam si ad vtilitatem vitæ omnia consilia, facta nostra dirigenda sunt; quid erit tutius quàm eam exercere artem, qua semper armatus præsidium amicis, opem alienis, salutem periclitantibus, inuidis verò & inimicis metum & terrorem vltrò ferat ipse securus & velut quadam perpetua potentia ac potestate munitus? cuius vis & vtilitas rebus propè fluentibus, aliorum præsidio & tutela intelligitur. sin proprium periculum irrepat, non hercule lorica aut gladius in acie firmius munimentum, quàm reo & periclitanti eloquentia præsidium simul & telum, quo propugnare pariter & incessere vel in iudicio, siue in senatu, siue apud principem possis. vbi mox de voluptate eloquentiæ multa, & hæc cumprimis eximia; Quid dulcius libero & ingenuo animo & ad voluptates honestas nato, quàm videre plenam semper & frequentem domum concursu splendidissimorum hominum; idque scire, non pecuniæ, non orbitati, neque officiis alicuius administrandis, sed sibi ipsi dari? Illos quinimo orbos & locupletes venire plerumque ad iuuenem & pauperem, vt aut sua aut amicorum discrimina commendent. Vllane tanta ingentium opum ac magnæ potentiæ voluptas, quàm spectare homines veteres & senes & totius orbis gratia subnixos; in summa rerum omnium abundantia confitentes, id quod optimum sit, se non habere? Iam verò qui togatorum comitatus & egressus? quæ in publico species? quæ in iudiciis veneratio? quod gaudium consurgendi assistendíque intertacentes, in vnum conuersos, coire populum & circõfundi coràm & accipere affectum quacumque orator induxerit? Vulgata dicentium gaudia & imperitorum quoque oculis exposita parua censeo. illa secretiora & tantùm ipsis orantibus nota, maiora sunt. siue accuratam meditatámque affert orationem, est quoddam sicut ipsius dictionis, ita gaudij pondus & constantia. siue nouam & recentem curam non sine aliqua trepidatione animus attulerit, ipsa solitudo commendat euentum, & lenocinatur voluptati. Sed extemporalis audaciæ atq. ipsius temeritatis vel præcipua iucunditas est. nam ingenio quoque sicut in agro, quanquam alia diu serantur atque elaborentur, gratiora tamẽ quæ sua sponte nascuntur. Ipsa verò eloquentia, cuius numen & cœlestis vis multa quidem omnibus seculis exempla edidit, ad quantam vsque fortunã homines ingenij viribus peruenerunt? Nam quò sordidiùs & abiectiùs nati sunt, quóq. notabilior paupertas & angustia rerum nascentes eos circunstetterunt, eò clariora & ad demõstrandã oratoriæ eloquentiæ vtilitatẽ illustriora exẽpla sunt eorum qui sine cõmendatione natalitiũ, sine substantia facultatũ, principes fori extiterunt. exẽpla oratorũ tibi suppeditabit Brutus Ciceronis. de poëtica laude nos in artẽ poëticã.

Sanè verò & animantibus ipsis (quas mutas ob

Orationis vis, & eloquentiæ vsus.

Oratio distinguit hominem à fera.

Orationis vis.

Eloquentiæ fructus, & præmia.

Diuitiis quorum sint egeni.

Eloquentiæ voluptas.

Eloquentiæ munera.

Eloquentiæ vis & vsus.

Orationis humanæ vis.

Animantum voces, & loquela duplex.

id dicimus) sermo disertus à natura negatus est, quem à nobis edoctæ quædam perdiscunt, neque intelligunt tamen. credibile verò est voces quasdam in suo cuique genere attributas, licèt rudes & inconcinnas, & sonis quàm sermoni propiores; per quas simul agere & velut colloqui, aut potiùs intimos suos affectus queant exprimere, haud scio an vt in suo genere apud consortes eiusdem naturæ, sic

Animantes qualiter suos affectus exprimant.

apud diuersas & alienas quasque animantes. ac num potiùs gestu quodam exteriore tum oris, tum rictus, tum aurium, tum pedum motu & agitatione, aut alio quolibet indicio: cùm plerisque omnino contigerit esse mutis, & fortè

Religionis bonum.

surdis, sicuti & visu cassis. de his sic Lactantius cap. 10. lib. 3. Summum igitur bonum hominis in sola religione est. nam cætera etiam quæ putantur esse homini propria, in cæteris quoque animalibus reperiuntur. cùm enim suas voces propriis inter se notis discernunt atque dignoscunt, colloqui videntur, ridendique ratio apparet in his aliqua, cùm demulsis auribus contractóque rictu & oculis in lasciuiam resolutis, aut homini alludunt, aut suis quisque

Homini cum bestiis, item propria.

coniugibus ac fœtibus propriis. Nónne aliquid amori mutuo & indulgentiæ simile impartiunt? Iam illa quæ sibi prospiciunt in futurum & cibos reponunt, habent vtique prouidentiam.

Quòd brutis insit ratio, qui.

Rationis quoque signa in multis deprehenduntur. nam quando vtilia sibi appetunt, mala cauent, pericula vitant, latibula sibi parant in plures exitus disparentia, profectò aliquid intelligunt. Potest aliquis negare illis inesse rationem, cùm hominem ipsum sæpe deludant? quod exemplis apum docet & aliis alibi à me expositis: atque ita concludit: Equidem sic arbitror, vniuersis animalibus esse datam rationem: sed mutis tantummodò ad vitam tuendam, homini autem ad propagandam. &c. idem

Animalis prudentia, ac hominis sapientia.

lib. 5. cap. 18. Calliditas & astutia in mutis quoque animalibus sunt, vel cùm insidiantur aliis & dolo capiunt vt deuorent, vel cùm insidias aliorum vario genere deludunt. sapientia verò in hominem solum cadit. idem rursus lib. de ira Dei; Proprius homini sermo est: tamen & in illis quædam similitudo sermonis. nam & dignoscunt inuicem se vocibus: & cùm irascuntur, edunt sonum iurgio similem: & cùm se ex interuallo vident, gratulandi officium voce declarant. Nobis quidem voces eorum videntur inconditæ, sicut illis fortasse nostræ: sed ipsis qui se intelligunt, verba sunt. denique in omni affectu certas vocis notas exprimunt, quibus

Homini risus proprius, & qualis in bestiis.

habitum mentis ostendant. Risus quoque est homini proprius: & tamen videmus in aliis animalibus quædam signa lætitiæ, cùm ad lusum gestiunt, aures demulcent, rictum contrahunt, fronté serenant, oculos in lasciuiam resoluunt. & ibidem mox de ratione & prouidentia, item ab exemplis apum & formicarum: de quibus nos haud ita pridem in hac analogia expendimus. Vtut sit, homo vnus cæteris oratione præcellit, dignus vtique qui etiam omnibus imperet. Adieci paulò antè problemate quodam, hominis peculiares esse tum animi intellectum, tũ cogitandi solertiam, tum reminiscendi facultatem: idque Aristotelis & aliorum authoritate confirmaui. Plinius breui oratione sic de homine effatur c. 43. lib. 11. Terrestrium solus homo bipes: vni iuguli, humeri, vni vlnæ. his addit Aristoteles variis quidem libris; Homo maximè omnium canescit, calescit, sternutat, tussit, spuit, balbutit, vocem variat, lacrymat, somniat, grauedine tentatur & calculo, conniuet, plurimum habet cerebri, celsus est & erectus, maximè omnium piloso est capite, vnus nates habet carnosissimas, vngues minimos & rectos, pedes maximos, crura longissima, vnus frequentissimè claudus nascitur, nudissimo est corpore & læuissimo, plurimo abundat semine, solus ambidexter nascitur, imitator omnium optimus, solus varios habet & faciles depranari oculos, carnosos pedes, caput excarne, faciem frontémque & vultum, aures immobiles, parte priore pectoris mammas, cilium in vtraque palpebra, tactum exquisitissimum, vocem & visum in anteriora dirigit, omni tempore coitum appetit, pluribus abundat menstruis, salacissimus est, solus supinus cubat, soli stillat è naribus sanguis. Philo libello de mundo: In terra Deus animantes finxit terrestres cum stirpibus. verùm stirpes in caput mersas fecit, earumque capita in imo defixit. at animantium brutarum capita ab humo retracta, in ceruicésque oblongas protenta, ita cum ceruicibus ipsis compegit, vt pedes anteriores scansionis vicem obtineant. Præstanti verò atque eximia constitutione homo ab eo donatus est: siquidem cùm aliorum animalium facies ita circumegisset, deorsum vt vergentes in humum procumberent: versa ille vice humanam faciem rectam voluit esse, vt cœlum suspiceret stirpe quidem ille existens non terrena, sed cœlestis, vt est vetusto dicto proditum. Enimuerò cæteri naturæ ætheriæ partem, mentem esse nostram dictitantes, cognationem homini cum æthere copulauerunt. Magnusverò Moses formam rationalis animæ, nulli eorum quæ genita sunt, similiter nuncupauit, vt qui animam esse numinis imaginem Deíque illius dixerit, qui oculorum ipse obtutum nullum admittit. signum Dei probum, quo imago expressa est, ex eo ille quidem esse ratus, quòd eius signi forma est atque nota, sempiterna ratio. Inspirauit (inquit) Deus in faciem eius spirationé vitæ. Atque eum qui admittit, ad exemplar effingi necesse est emittentis. quo fit, vt hominem factum ad imaginem Dei aiant, nõ etiam ad alicuius eorum quæ genita sunt. sed hoc, ni fallor, iam inde ab initio analogiæ huius citaui: hominis prærogatiua & dignitas supra reliquas animantes fecit vt repeterem. ac de similitudine & imagine Dei iam aliquoties. illum autem ex Mose locum sic Lactantius lib. 2. cap. 13. explicauit; Ficto Deus corpore, spirauit homini animam de vitali fonte spiritus sui, qui est perennis. similiter Chrysostomus homilia in eum locum Geneseos; Vitalem dicere vult operandi efficaciam ei qui de terra formatus est, spiraculum datum esse: & hoc substantiam animæ constituram. vnde

Homini propria, quæ.

Animalia à plãis differentia in summis & imis partibus.

Homini facies à mutis distropat, in quo.

Homini cognatio cum cœlo.

Anima, imago Dei, qualis.

Homini anima à Deo inspirata, qui.

Quæſtio. ſubdit, Et factus eſt homo in animam viuentẽ. ad idem Eucherius, Quæritur vtrùm Deus animam inſufflando fecit; an eam quam fecerat, corpori dando potiùs inſufflauit? vtrumque enim puto eſſe, nec habere aliquid quæſtionis; quomodo ſiue inſufflando fecerit animam; ſiue creando donauerit, nec de aliquo ſtatu ſuo, nec de ſeipſo, ſed ex nihilo aut ſufflando creauit, aut creando corpori inſufflauit. Non quia

Solutio. illud ſpiraculum conuerſum eſt in animam viuentem, ſed operatum eſt animam viuentem. ita iſti boni viri circa illud inquirunt, nec in eodem omnes conueniunt, vt apparet, An ſpiraculum illud quod Deus ſpirauit in faciem hominis, ſit anima hominis, quam tunc aut inſufflando creauit, aut creando corpori infudit. de quo vide Alphõſum de caſtro lib. 2. aduerſus hæreſes, & Philaſtri ea de re cenſuram. Pontanus de hominis fabrica ſic intulit;

Anima, Dei ſpiraculum, quale. *Mox auram etheria de fomite fundit in illum:*
Viue, ait, & proprio membra labore fone.
Arcana mox partem animæ de mente profunda
Libat, & erecti ſpirat in ora viri.

verùm theologica theologis relinquamus: ac de animæ natura & eôdem pertinentibus iam nos ſuo loco identidem.

Ad proprietates hominis penes corpus commemoratas multas illas ex Ariſtotele, quas delibauerat nuper Cardanus à me productus, contuli olim è medicinæ penu ac promptuario, peculiarem homini ſtatum eſſe rectum, atq. in cælum conuerſo vultu vergentem. item homini proprium eſſe manuum vſum. item proprium ad angulos rectos ſedere. item ridere. vt formam reliquam corporis taceam à reliquis animantibus multùm diuerſam ac diſcrepantem: quæ vel tacito indicio ſatis arguit ac demonſtrat, homo quantum à cæteris animantibus differat, & quantò illis antecellat ipſa adeo corporis ſtructura & conformatione. vt ſi eloqui velit ac diſſerere, protinus longè præſtantiorem eius dignitatem agnoſcas. ſi ratione vti ſiue ratiocinari, ac de rebus diuinis & humanis verba facere, rerum ortus atque occaſus narrare, mundi totius naturam facunda oratione depingere velit; præter eximia illa manuum opificia nulli animalium imitabilia, tum facile ſit diiudicare, quantò ſummus omnium artifex in homine formando plus ſibi placuerit, quàm in reliquis ſimul omnibus affingendis. cui etiam velut coronis accedit anima immortalis, ipſáque cum Deo ſimilitudo, atque ad eius viuam imaginem expreſſa effigies, homini cum angelis communis, atque à reliquis omnibus generis animantibus diuerſa. dicere vt iure liceat, hominem vnum velut πᾶν ζῶον in ſe complexum: ac præterea cum animis cœleſtibus id commune habere, quòd ratione, quòd religione, quòd oratione, quòd anima denique præditus ſit; corpore quidem vt reliquæ animantes, mortali, ſed olim rediuiuo; ſed & anima immortali cum beatis & ſuperis æternitatem conſecutus.

Homini proprie.

Hominis prærogatiua ſupra omnes animantes.

Conclusio.

Hominis cũ ſuperis æquatio & ſimilitudo.

Rectè igitur perhibent ſapientes, homini communem eſſe cum elementis eſſentiam, vitam cum plantis, ſenſum cum animalibus, intelligentiam denique cum angelis & formis diuinis. Etenim huius vnius forma, cæterarum omnium creaturarum velut perfectionem omnem complectitur. Etenim ex quatuor elementis conſtans compoſitio, eorum qualitates præ ſe fert, calorem, frigus, ſiccitatem; & congeneres illis humores, ſanguinem, pituitam, bilem vtramque, ſicuti pridem demonſtrauimus. Quandiu autem fœtus in vtero continetur, velut planta terræ per radices alligata; ita per vaſa ſibi & matri communia idoneum trahit alimentum: & poſtquàm in lucem prodiit, eandem facultatem nutritiuam & auctricem fouet ac retinet. Deinde ſenſu aſcito, communicat cum omni animalium genere, vt oſtendimus, eadem habens, ſed perfectiora & cumulatiora omnia. Denique compos rationis & intellectus animæque immortalis particeps à Deo effectus, ſimilitudinem quandam cum angelis & beatis animis ac ſpiritibus accipit. ſitque homo verè μικρόκοσμος, eadem per analogiam ſortitus, quæ in vniuerſo maxima & præclariſſima conſpiciuntur ac relucent, vti hactenus eſt à nobis abundè demonſtratum. Sed hoc de homine elogium Manliano tandem iſthoc carmine concludam ex cap. 12. lib. 2. aſtronomici;

1. hominis compoſitio & figura.

2. fœtus in vtero nutricatio cũ plantis affinis.

3 ſenſus.

4. ratio & intelligentia.

Homo verè μικρόκοσμος, qui.

Accipe diuiſas hominis per ſidera partes,
Singulaque in propriis parentia ſigna figuris;
In quas præcipuas toto de corpore vires
Exercent. Aries caput (eſt ante omnia princeps)
Sortitur. cenſúſque ſui pulcherrima colla
Taurus. & in Geminis æquali brachia ſorte
Scribuntur connexa humeris. pectíſque locatum
Sub Cancro eſt. laterum, renum, ſcapulæque
Leonis.
Virginis in propriam deſcendunt ilia ſortem.
Libra regit clunes: & Scorpius inguine gaudet.
Centauro femora accedunt. Capricornus vtríſque
Imperat in genibus. eurum fundentis Aquari
Arbitrium eſt. Piſcéſque pedum ſibi iura repoſcunt. idem mox cap. 15.
Nec contentus eris percepto cardine quoquam:
Interualla etiam memori ſunt mente notanda
Per maius dimenſa ſuo reddentia vires.
Quicquid ab exortu ſummum curuatur in orbem,
Aetatis prima naſcentíſque aſſerit annos.
Quod ſummo premitur deuexum culmine mundi,
Donec ad occaſus veniat, puerilibus annis.
Succedit, tenerámque regit ſub ſede iuuentam.
Quæ pars occaſus intérque, imúmque ſub orbem
Deſcendit, regit hæc matura tempora vitæ,
Et propria ſerie, variéque exercita curſu.
At quæ perficitur curſu redeunte ſub imo,
Tarda ſupinatum laſſatis viribus arcum
Aſcendens, ſeros demum complectitur annos.
Labentíſque dies vitæ, tremulámque ſenectam.

Hominis partium analogia cũ 12. ſignis Zodiaci.

Partium cœli cum ætatibus analogia.

Digitized by Google

Vtrúmnam conditio hominis laudem an vituperium magis mereatur?

PROBLEM. XIV.

Siue liber vnus.

De vitæ humanæ calamitate & miseria,

Pars prior.

DE homine dicturus in vtramque partem, & sermoni superiori alium affinem subiuncturus; opportunè facturus videor, si ab hominis appellatione, dicendi initium ducam: licet alibi antehàc originationem vtramque attigerim tum Græcam, tum Latinam, & de Hebraïca nonnihil attigerim: sed *δὶς & τρὶς τὰ καλά*, vt in prouerbio est, bis térve quæ pulchra. Igitur ἀὴρ fortè ex eo dicitur, quòd in aëre viuat, nec sine aëre & respiratione omnino viuere queat: velut *ἀπὸ τοῦ ἀεὶ, ἡ ἀὴρ*, quasi *ὁ ἀεὶ αἴρων πνεῦμα*, in aëre vicitans. aut vt etymologicus author putat, *ἀπὸ τοῦ ἀίειν, τὸ ἀκούειν τὸ αἰσθάνεσθαι, ἡ σύνεσις, ἀὴρ*. eò quòd vnus homo rebus agendis potissimùm natus esse videatur: vel potiùs vir ipse solus ad mulierem segnem ac desidem comparatus: quę speciali nomine Graij nominant ἄῤῥεν. Siquidem ἄῤῥην, vt Latinis homo, communi genere & marem & fœminam significat, communi pariter etymo & ratione nominis, *ὅτι αἰεὶ πρὸς τὰ ἄνω*, quòd sursum versus os & frontem & oculos vultúmque conuertat. Quanquam Plato in Cratylo, *ἄῤῥενες, ὅτι ἀπὸ ἐπανθοῦντος, ἀπὸ τοῦ ἀνθρεῖν ἀπὸ ἐπανθοῦντος* (sublata vocali α de verbo, & graui accentu in vltima syllaba) eò quòd quæcumque homo vidit, ea considerat & expendit & apud se ratiocinando ruminandóque examinat: quod nullum aliud animal facit præter hominẽ. Aut è vicino, *ἀπὸ τοῦ ἄνω ῥέειν*, quòd sursum aspiciat solus inter omnia, vt putant, animalia. quanquam de vranoscopo pisce nos quidem cum Galeno obiecimus. Author etymologicus, *ἀπὸ τοῦ ἄνω ῥέπειν, ἀναφέρεσθαι γὰρ ἐστι*, quòd sursum vergat, ideo denominatum putat. *ἡ ἀῤῥὴ ἀναφορὰ ἐχόντων ἐστὶ τῶν ἄνω, τοιοῦτον δὲ φωνὴ*, quòd articulatam vocem habeat. *ἡ ἀῤῥὴ ἀπὸ τοῦ ἀρῶ, τοῦ βλέπω, ἄῤῥενες & αἴῤῥενες*, aut ab inspiciendo intuendóque, vnius mutatione literæ *η* in *ε*. verùm isti vt volunt: mea mihi prima illa deriuatio magis arridet, aut quæcumque est illi proxima, tum manentibus ferè characteristicis, tum ratione cum etymo quadrante. Quanquam Platoni vt in philosophia diuiniore; sic in nominum gentilium & Græcorum explicatione fidem derogare nolo. sed satis de Græca origine nominis vtriusque tum frequentioris, tum communioris: siquidem etiam aliis dicitur, sed potiùs poëticis & raris. Vt cùm φὼς vocatur, opinor quia *ἐν φαεῖ*, in luce viuit, & res omnes agit, & lucem amat tenebrásque odit ac fugit. nisi mauis à φῶ, φημὶ, dico, loquor; eò quòd solus homo disertè & articulatè loquitur. Idem μάρψ, *ἀπὸ τοῦ μείζων τε ἐστὶ, ἢ κατὰ τὸ μαίρειν τὰς ὕλας*, cognominatur; quòd diuersa lingua atque idiomate homines alij atque alij alibi vtantur. verùm de Græcis satis: neque enim vniuersa placet excutere aut rimari.

ἀὴρ vnde dicatur.

ἄῤῥενες vnde dicatur.

φὼς vnde dicatur.

μάρψ vnde dicatur.

de dicetur.

Latinis porrò homo dicitur, vt olim post Varronem dixi, ab humo; eò quòd illi ex humo terræque limo constet origo prima, vti ex Genes. cap. 2. olim probaui. cui etiam Lactantius adstipulatur lib. de ira Dei cap. 10. Corpus hominis ex humo factum est, vnde nomen accepit, inquiens. Fabius tamen hoc *σύμβολον* irridet lib. 1. cap. 10. Quasi verò (inquiens) non omnibus animalibus eadem origo: aut illi mortales antè nomen imposuerint terræ, quàm sibi. Quę ratio si valeret, frustrà Plato *ἀεὶ ἀπορεῖν* inquisiuit, vnde duceretur: quia antè sibi nomen homo finxerit, quàm rei alij cuiquam suam appellationem dederit, pariter fuerit necesse. Quid autem prohibet & alia quadam voce primigenia dici eundem, & ista ortus sui consideratione habita, suæ memorem originis & conditionis, hominem dici voluerit de seipso: eodémque tẽpore & consideratione eadem humum de terra, quæ & ipsa diuersis nominibus denominetur: Quid porrò si cæteris etiam animalibus ex terra est ortus? an ideo non licebit homini inter vniuersa nobilissimo, *κατ' ἐξοχὴν* inde sibi nominationem ascíscere? Est ergo haud dubiè homo ab humo & dictus & productus, leuíssque est vocum mutatio (u in o) cùm aliàs correptis aut productis, aliàs adiectis aut detractis, aliàs mutatis aut immutatis literis & syllabis ac temporibus nomina innumera formentur ac declinentur. sed nos de his in scholis grammaticis, vbi & Galeni notatus est locus ex 2. lib. plac. Hippoc. & Plat. *ὡς ἀναζιὸν μὲν ὄντος τοῦ ἱστορικοῦ*, quàm sit arrogans & insolens & fallax testis etymologia: quam veriloquium ipse qui finxit vix audet Cicero nominare. verùm de nominibus iam plus satis. Nam quòd vir à vi & virtute; mas à massa ob densitatem carnis & musculorum dictus mihi videatur, iam vspiam antehàc notaui. Cæl. autem Rhodigynus author perdiligens c. 20. lib. 2. Quoniam verò de homine nobis indago est proposita, non ineptè opinor, hîc illud inseruerimus, eum in Hebraïca veritate, duplici insignitum videri nomenclatura: aut enim dicitur Enos aut Adam. sed Enos Latino interpretamento non ferè significat aliud quàm hominem verum: & hunc non alium intelligunt, nisi qui Deum verum scienter cognoscat & piè colat: reliquos ab pecoribus nil admodùm diuersos opinantur: quoniam velut bestiæ ad terram proni, ventri obediant & veneri: quorum alios lupos, alios canes, alios porcos, varia quadam vitiorum similitudine appellant. Adam verò est humani generis appellatio communis, quo nomine terra natus significatur. quo in loco testãtur interpretes cum Hieronymo, dictionem Hebraïcam id sonare, quod apud nos homo, marem fœminámque designãdo. Nam & Caius I.C. ait, hominis appellatione tam masculum, quàm fœminam contineri. Putauit fortè Fabius ex sociali coïtione nuncupari hominem; ex

Homo vnde dictus.

N. contra Quintil.

Etymologia fallax.

Vir vnde dictus mas.

Enos cur dicatur homo.

Adam cur dicatur homo.

Homo vnde dictus.

Græcis rationem aucupatus, apud quos ἄνθρωπος, insimul, signate manifestum est. Verùm hexaëmeri sexto Ambrosius ab humanitate inflecti nomen est opinatus: sicuti ab intuendi viuacitate, αἰγωπὸς à Græcis nuncupari. sed de his hactenus: ad rem igitur venio & magis seriam, & explicatus difficiles habentem, multáque inquisitione operosam. ac primùm de hominis miseria & calamitate atque abiecta conditione, tum postea de excellentia dignitatéque eiusdem dicam ex aduerso: sed vtrumque forsan eò breuiùs, quòd alibi eadem de re tractauerim, præcipuéque nostra pro medicinæ arte, apologia.

Descriptio brevis vitæ humanæ.

Hominis pudenda generatio, miseráque cõditio.

Homo igitur communi sorte cum reliquis animantibus genitus, de semine & mẽstruo muliebri, sordida vilique materia vtraque, & quam vernaculis vocabulis in vulgus efferre pudor sit; organis genitalibus tum virilibus, tum muliebribus, vtrisque pariter pudendis; quæ vel videre, vel ex nomine tantùm audire nemo verecũdus sustinet, velut fabricatus & effictus; in locis maternis sordidis ac putidis, omníque spurcitia squalentibus, ceu sentina quadam corporis, inter vesicam, vrinæ conceptaculum; & rectum intestinum, velut ventrem inferiorem, stercorum receptaculum, duas ceu cloacas aut lauatrinas, coaluit: nihil amplius priuilegij à reliquis animalibus sortitus, quorum vel pleraque longè honestiore ortu prodierunt, potissimè volucrum omne genus ex oui albumine concretum atque è vitello connutritum (vt alibi pro Arist. aduersus Hipp. ostendi) illic toto nouimestri spatio, vel eo ampliùs, plantarum instar vegetatrice facultate & nutritiua atque auctrice simul cooperantibus, tum auctus, tum enutritus, & sensus & rationis expers, maternis obnoxius morbis & inquinamentis; idémque obnoxius impiarum nouercarum insidiis dolísve, quæ in suos fœtus impiè ac nefariè sæuientes, pharmacis aut venenis abortionem sibi procurant, spémque hominis ante tempus abolent ac perdunt, æterno ignis inferni cruciatu dignissimæ. Sed tamen vt omnia bene cedant, miserrimus embryo tetro isto & horrido incluſus carcere, nullius sensus nulliúsq. rationis vsus auxilio (Cardanus in aluo materna exaudirum narrat infantem eiulantem & lacrumantem: ego de quibusdam matribus inaudij) belluæ in modum accrescit, triplici sordida membrana mucosáque vndique circunseptus, & per vmbilicalia vasa, veluti vincula, aut neruos, aut numellas, aut boïas irretitus intus cohibetur: donec ætate maturus, longioris moræ & captiuitatis impatiens, ruptis calcitrando tunicis, vi sibi viam facit, rumpit aditus, effringit ergastula, auràmque vitalem affectans, aut in pedes Agrippa egreditur; aut matre commoriente, cæso vtero Cæsar eximitur; aut denique ritu naturæ, capite primo elabitur, in pedes olim efferendus. nisi fortè matre superstite, in aluo suffocatus perit, post tantos intus labores, nouissima morte sublatus. qui ita vixit, quasi nunquam vixerit: ita mortuus est, quasi semper mortuus fuerit: & fato antè extinctus, quàm natus. eò forsan felicior, quòd antè mortuus sit, quàm miseriam vitæ humanæ perſenſerit. Nisi nobis Christianis priuatim id impendèret periculi, quòd nostra proles ante susceptum sacrum baptismum morte immatura sublata, plenis ac perfectis paradisi gaudiis perfrui negatur. atque vnus inter multos Augustinus animas puellorum in vtero defunctorum, aut ante baptisma extinctorum, paradisum intrare vnquam pernegauit. nescio, Deus scit. Sed fac omine fausto infantem pronasci: fac parentem cum sua sobole superstitem viuere: quanquam plerisque primiparis atque adeo aliis vulgò matribus, casu quodam læsis, in partu commori suo partui contingit: vt cùm alteri vitam lucémque dare cogitent, ipsæ simul & vita & luce priuentur. Sed fac (inquam) omnia feliciter succedere: tamen nascituram pusionẽ, si mas est, necesse est matris podicem in transitu deosculari: aut si fœmina, saltem obscœnas partes eiusdem osculo delibare suauiarique: quasi hoc naulo suæ vectionis pretium persoluentem.

An infantes ante baptismũ mortui, non intrent paradisum.

A puerperarum miseria.

A sordo osculo pudendi. Iocus.

Iam verò nudum infantem, infirmum, sermonis & rationis impotem, alienæ opis indigum, quot & quanta damna excipiunt? quæ sibi ipse, vel adeo grauiora metuens, primo quoque fletu & gemitu ex vtero elapsus ominatur. non in pedes assurgens, non volatu fidere, non ambulare, non cibum quæritare: quod plerisque voluctum & quadrupedum & reptilium, nuper natis accidit. solum in assiduo eiulatu solatium. nulli non iniuriæ sit obnoxius. æstate, caloris nimij; hyeme, frigoris ambientis; quolibet tempore, quasi naturæ mancipium, vinculis & fascis & linteis tanquam captiuus cingitur, irretitur, includitur. ipse sese suáque stragula cõmingit & concacat foríisque inquinat, neque de suo se fimo terro & olido potest educere. pædore, fœtore, squalore obsitus: insuper cimicum & pulicum pediculorúmque morsibus impetitur, neque loco se potest dimouere, aut egredi vel regredi vel progredi valet. sitiens esuriénsque non habet vnde sitim aut famem satiet. neque signis, neque verbis indicare potest quę desideret, aut quibus sibi opus sit. Ac si res bene cedit, sedula mater quæ genuit, eadem etiam vberibus admotum nutrit sana sanum, ægrum ægra. quia mutare quod illi semel sorte obtigit, fas non est. sin aliena nutrix obuenit, vt fortè posthumo, & matre in partu commortua, aut propter ætatem & valetudinem, eum quem genuit, alere impotenti (quod vtcumque excusari meretur) vel adeo matre ipsa præ mollitie & lasciuia luxúque ac proteruia (quæ magna crudelitas atque impietas est) suum sibi natum nutrire dedignãte ac recusante; hei misero, quàm dura & acerba seruitus subeunda est, licet alioqui magno futuro olim domino, vel principi, vel monarchæ! Nutrix de plebecula seligitur seruilis conditionis fœmina, inops, paupercula, multis sæpe hæreditariis morbis, vt strumis, epilepsiæ, elephantiasi, atque aliis plerisque obnoxia, & vt ferè fit, lue venerea infecta. aut si fortè corpore sano, tamen animo ægra, ebriosa, luxuriosa, rixosa, peruicax, contumeliosa, multis denique & grauibus vitiis dedita. quæ

Ab incommoda vita.

Ab infirmitate infantili.

A vinculis.

A sordibus & squalore.

A vi insectorum.

Ab impotentia.

A nutrimento.

A nutricũ miseria & vitia.

Ab augmento & nutrimento.

A vinculorum forte.

Infantis natiuitas, & modus.

A fortuna seu fato.

Ab casu.

omnia aduerſa incommoda tenellus infans tolerare cogitur, vnáque cum lacte nutricis, etiam vitia eiuldem omnia ſugit atque imbibit, in eíſque deinceps cum ætate adoleſcit. vt quamuis liberalibus & ingenuis parentibus ortus puer, corpore & animo bene habitus; tamen vitio nutricis, tum variis obnoxius morbis ætatem degat (vt de Tito Veſpaſiani memorant) tum quod morbo quolibet grauius eſt, vitiis animi teterrimis deditus euadat; vt de Tiberio Nerone, qui & Biberius Mero cognominatus eſt propter ebrietatem, vt de Cl. Caligula, homine ſanguinario & ſanguinis ſitiente narrant hiſtoriæ. quorum hunc nutrix papillam ſanguine illinens, ferum & truculentum fecerat: illum ſua pariter nutrix ebrioſa bibulum & vinoſum reddiderat. de aliis dicere ſit infinitum, quos quotidie videmus, & miſerandi parentes noſtram vicem dolemus atque ingemiſcimus. Sic tamen ambigua ſorte & fortuna, de nutricis cura & educatione atque iſtis vinculis ſimul liber euadens, in alias incurrit difficultates. Pædagogis enim traditur ſæpe moroſis ac plagoſis: quorum incommodos mores, iram & indignationem, verba & verbera perferre cogitur, ſæpéque indignam libera conditione iniuriam. non æſtus, non frigora vetant operi & ſtudio incumbere. lux tota non ſufficit labori, noctis etiam pars ſomno & quieti decidenda eſt: pernoctandum ſæpe, aut ſanè elucubrandum. Quas diuturnas moleſtias poſtquàm deuorauit adoleſcens, fitque ſui quodammodo iuris, remoto tandem cuſtode liber, acerbioribus ſæpe traditur ſubinde magiſtris, ſcilicet voluptatibus, peſſimis & illecebroſiſſimis dominis; iræque & libidini, peſſimis conſultoribus, vt Plato rectè monet. æſtuat in præcordiis ſanguis, rixæ ſuſcitantur, pugnæ & certamina indicuntur, ictus & plagæ artus & corpus non ſolùm deturpant, ſed ſæpe mutilant atque dilacerant. Tanti conſtat animo concepta ſemel leui de cauſſa vltionis cupiditas! Tandem effœtum corpus & libidine adoleſcētiæ exhauſtum, traditur ſenectuti. Ventum eſt ad virilem ætatē. anxietas & ſolicitudo rei familiaris excruciat: vxoris, liberorum, amicorum mors aut iactura graue parit deſiderium: ambitio ſolicitat, cor Zelotypia lancinat, æmulatio & inuidentia corvrunt, pugna pro aris & focis, dimicatio aduerſus hoſtem, abſentia à ſuis, bonorum amiſſio, proſcriptio, & infinita quæ de nouo emergunt quotidie mala damnáque nullam dant animo quietem. Poſtrema autem ſenectus, ara malorum omnium, totius antegreſſæ vitæ peccata luit. tentantur artus podagra, nephritis vrget, timor & metus angit, ſuſpicio & mœror afficit, amiſſio bonorum, liberorum, amicorum, cognatorum, ipſa morte grauiùs affligit, ſpes vaneſcit, mors quotidie metuitur: nulla pars vitæ anxietate & moleſtia aut querimonia vacat, nulli tolerabilis moroſitas, omnibus odioſa amarulentia, neglecta ſenilis infirmitas, diſſimillima ſit ſui corporis & animi conſtantia valetudóque. fit ſenectus delira & decrepita, labant artus, greſſus titubant, manus tremulæ motitant, caput vacillat, mentula flacceſcit, color floridus vaneſcit, rugæ arant faciem, oculi lippiunt, aures obſurdeſcunt, nares muco diffluunt, ſenſus deficiunt, languent, emoriuntur, ora ſaliuis madent; quot verba, totidem conſpuuntur phlegmata; noctes inſomnes, cibi inſuaues, cor ardet auaritia, & quò mors propior, eò plus viatici quæritur, quò minùs ſupereſt viæ atque vitæ. Denique extincto paulatim calore natiuo, ſpiritibus exhauſtis ac diſſipatis, ſanguine conſumpto, nullâque arte reparabilibus viribus, corpus ſenſim ſine ſenſu conſeneſcit & contabeſcit; ac veluti lucerna olei penuria, paulatim reliqua vitæ veluti flammula extinguitur. ac ſiquidem bene & laudabiliter & cum virtute vita tranſacta eſt, ſpes beatitudinis certa comitatur: ſin ſecùs, improbè ac nefariè peractam vitam diri & immanes cruciatus excipiunt, tantò quidem acerbiores, quòd his longus aut nullus finis paratur: cùm antea vnicũ in malis ſolatium, mors tandem ærumnis finem impoſitura ſperaretur. Atque is quidem eſt humanæ vitæ breuis quidã diſcurſus, nunquam quietæ, nunquam beatæ, nunquam ſatis placidæ, cùm nulla eiuſdem pars dolore & moleſtia & ægrimonia & anxitudine morbíſque careat. Subiiciam verò de ſingulis ætatibus breuia & arguta elogia ex Horatio de arte poëtica; ſimul & annectam ex Hipp. lib. 3. aph. 24. & deinceps de morbis cuiúſque ætatis. ſic igitur ille de pueritia primùm:

Reddere qui voces iam ſcit puer, & pede certo
Signat humum, gaſtit paribus colludere, & iram
Colligit ac ponit temerè, & mutatur in horas.

Hippocrates autem, Per ætates hæc accidunt: paruis quidem & recèns natis puerulis, oris vlcera, vomitiones, tuſſes, vigiliæ, pauores, vmbilici inflammationes, aurium humiditates. deinde aph. 25. His qui ad dentitionis tempus accedunt, gingiuarum pruritus fiunt, febres, cõuulſiones, alui profluuia, maximè cùm caninos edunt, & his pueris qui craſſiſſimi ſunt, & aluos duras habent. Flaccus verò,

Imberbis iuuenis tandem cuſtode remoto,
Gaudet equis canibúſque & aprici gramine campi:
Cereus in vitium flecti, monitoribus aſper,
Vtilium tardus proniſor, prodigus eris,
Sublimis, cupidúſque, & amata relinquere pernix.

Hippoc. autem aph. 26. Vbi ætate paulùm proceſſerint, tonſillæ, vertebræ quæ in occipitio eſt, ad interiora luxationes, aſthmata, calculi, lumbrici rotundi, alcarides, verrucæ penſiles, ſatyriaſmi, ſtrumæ & alia tubercula, præcipuè verò prædicta. & aph. 27. Grandioribus autem & ad pubertatem accedentibus, præcedentium ætatum multi accidunt morbi, & febres magis diuturnæ, & ſanguinis è naribus profluuia. Quicumq; autem morbi puerulis perdurarint, nec prope pubertatem deſierint, aut fœminis cùm menſes eruperint, hi conſeneſcere conſueuerunt, ſubiungit idem aphor. 28. Flaccus verò,

Conuerſis ſtudiis ætas animúſque virilis
Quærit opes & amicitias, inſeruit honori:
Commiſiſſe cauet quod mox mutare laboret.

Hipp. autem aph. 29. Iuuenibus ſanguinis ſpui-

A volupta-tum imperio, & vitiorum dominio in adoleſcentia.

Ab æruminis in virili ætate.

A ſenilibus morbis & incommodis.

Hiſtoria.

A magiſtrorum ſæuitia in pueros.

A mortis neceſſitate.

A ſimili.

A dubia ſalute.

Humana vita breuis excurſus.

Pueritia mores & morbi.

Adoleſcentiæ ſtudia & morbi.

Virilis ætatis ſtudia & morbi.

tiones, tabes, febres acutæ, morbi comitiales, & alij morbi, sed præcipuè prædicti accidunt. & aph. 30. Qui hanc ætatem excesserint, his asthmata, pleuritides, peripneumoniæ, lethargi, phrenitides, ardentes febres, diuturna alui profluuia, choleræ, difficultates intestinorum læuitatésque eorundem & hæmorrhoïdes accidunt. Flaccus postremò,

Senectutis vitia & incommoda morbique.

Multa senem circumsunt incommoda, vel quòd
Quærit, & inuentis miser abstinet ac timet vti:
Vel quòd res omnes timidè gelidéque ministrat,
Dilator, spe longus, iners, auidúsque futuri,
Difficilis, querulus laudator temporis acti
Se puero, censor castigatórque minorum.

quæ nos omnia ampliſſimis cum arte tota commentariis ſumus interpretati. Tãdémque Hipp. aph. 31. Senibus accidunt difficultates ſpirandi, deſtillationes tuſſim afferentes, ſtillicidia vrinæ, difficultates vrinæ, articulorum dolores, renum mala, vertigines, apoplexiæ, mali habitus, pruritus vniuerſi corporis, vigiliæ, ventris, oculorum & narium humiditates, hebetudines oculorum, glaucedines & graues auditus. hæc iſti. Verùm iſta ac plura his morborum genera ad corpus pertinent: quantò autem grauiores & periculoſiores ſunt animorũ morbi, quæ Græci πάθη vocant? de quibus omnino rectè Tullius initio Tuſcul. 3. Quidnam eſſe Brute, cauſſæ putem, cur cùm conſtemus animo & corpore, corporis curandi tuendíque cauſsâ, quæſita ſit ars eius atque vtilitas Deorum immortalium inuentioni conſecrata; animi autem medicina nec tam deſiderata ſit antequàm inuenta, nec tam culta poſteaquàm cognita eſt, nec tã multis grata & probata, pluribus etiam ſuſpecta & inuiſa? an quòd corporis grauitatem & dolorem animo iudicamus, animi morbum copore non ſentimus? ita fit vt animus de ſe ipſe tum iudicet, cùm id ipſum quo iudicat, ægrotet. &c. Auguſtinus autem lib. 14. cap. 3. de ciuitate Dei: Qui omnia animæ mala ex corpore putant accidiſſe, in errore ſunt. quamuis enim Virgilius Platonicam videatur luculentis verſibus explicare ſententiam dicens,

Animi morbi.

Animi malorum medicina quæ ars inuenta.

Animi malorum vitia.

Animorum vigor.

Ignem eſt ollis vigor & cœleſtis origo
Seminibus, quantum non noxia corpora tardant,
Terrenique hebetant artus moribundáque membra.

omnéſque illas notiſſimas quatuor animi perturbationes, cupiditatem, timorem, lætitiam, triſtitiam, quaſi origines omnium peccatorũ atque vitiorum volens intelligi ex corpore accidere, ſubiungat & dicat,

Animi perturbationũ genera.

Hinc metuunt cupiuntque, dolent gaudéntque, nec auras
Suſpiciunt clauſa tenebris & carcere cæco.

tamen ſe aliter habet fides noſtra: nam corruptio corporis quæ aggrauat animam, non peccati primi eſt cauſſa, ſed pœna: nec caro corruptibilis animam peccatricem, ſed anima peccatrix fecit eſſe corruptibilem carnem. Ex qua corruptione carnis licet exiſtant quædam incitamenta vitiorum, & ipſa deſideria vitioſa: non tamen omnia vitæ iniquæ vitia tribuenda ſunt carni, ne ab his omnibus purgemus diabolum, qui non habet carnem. &c. Sanè quidem quatuor principes animi affectus à Cic. in Tuſcul. poſt Platonem recenſentur, duo iucundi, totidémque triſtes. ex iucundis vnus ad præſentes res ſpectat, lætitia, quæ eſt opinio boni præſentis: alter ad futuras, libido, opinio boni futuri. ex triſtibus triſtitia, opinio mali præſentis: timor, opinio venturi mali. ex quibus quatuor veluti fontibus, cæteri omnes affectus tanquam riuuli proficiſcuntur, de quibus alibi.

Corporis morborum cauſſa.

Animi vitia non à carne.

Animi perturbationũ genera.

A ſimili.

Non dicam de ſtatu & conditione hominum, miſeria, perfidia, iniquitate, malitia iniuſtitiæ pleniſſima: non de Impp. regum, principũ violentia atque tyrannide, non de ſacerdotiorum nundinatione, nõ de magiſtratuũ nobiliúmque oppreſſione, non de iudicum corruptela, nõ de militum piratica, non de mercatorũ fraude, non de populi furto & perfidia, non de matrimonij querelis, nõ de cœlibatus miſeria, nõ de mulierũ faſtu, luxu, libidine: ſingula enim hæc lõgum ſermonem deſiderãt: nos autem aliud vrgemus. Non recenſebo quot & quanta ab elementis ingruãt pericula, quot damna ab iiſdem humano generi inferantur: quum igne domos, agros, vrbes totas cõflagrare, cùm aëre contagioſo peſtẽ atq. innumera morborum genera graſſari, cùm ventorum violẽtia arbores, ſata, ſegetes, domos radicitùs euerti, cùm aquarũ eluuione inundationéq. agros, armenta, domos rapi, vaſtari vrbes, cùm terræ motu homines cum ædib. colli. di & concuti, vel etiam chaſmate facto dehiſcere videamus; quod liceat infinitis omniũ ſeculorum exemplis demonſtrare. Nõ repetam à feris, à venenatis, à reptilibus, à virulentis animalibus imminentia vitæ pericula: non ea quæ à venenis atque veneficis metui iure ſolent. plenæ ſunt hiſtoriæ talibus hominum caſibus, pleni annales omnium gentium & nationum.

Hominem in omni ſtatu peruerſitas.

Hominum pericula varia ac primùm ab elementis.

Verumenimuerò ſatis nunc quidẽ de noſtro: placet aliorum audire viciſſim ſententiam: incipiam autem à Plinio: ſic enim ille lib. 7. c. 7. Miſeret atq. pudet æſtimantem quàm ſit friuola animaliũ ſuperbiſſimi origo, cùm plerũq. abortus cauſſa ſiat odor à lucernarum extinctu. his principiis naſcuntur tyranni, his carnifex animus. Tu qui corporis virib. fidis, tu qui fortunæ munera amplexaris, & te non alumnũ quidem eius exiſtimas, ſed partũ: tu cuius ſemper in victoria eſt mens, tu qui te Deũ credis aliquo ſucceſſu tumens, tanti perire potuiſti. Atqui etiam hodie minoris potes, quantulo ſerpentis ictus dente aut etiam vt Anacreon poëta, acino vuæ paſſæ: vt Fabius ſenator prætor in lactis hauſtu, vno pilo ſtrangulatus. Is demum profectò vitã æqua lance pẽſitabit, qui ſemper fragilitatis humanæ memor fuerit. & eiuſdem libri prologo, Principium iure tribuetur homini, cuius cauſsâ videtur alia genuiſſe natura, magna & ſęua mercede contra tanta ſua munera. vt non ſit ſatis æſtimare, parẽs melior homini, an triſtior nouerca fuerit. Ante omnia vnũ animantiũ cunctorũ alienis velat opibus: cæteris variè teguméta tribuit, teſtas, cortices, coria, ſpinas, villos, ſetas, pilos, plumam, pennas, ſquamas, vellera. truncos etiã arboréſq. cortice interdũ gemino à frigorib. & calore tutata eſt. Hominem tantùm nudũ

Hominis fragilitas & miſeria.

Aborſus cauſa facilis.

Mortis cauſa longa. Hiſtoria.

Humana fragilitas.

Omnia hominis cauſsâ facta.

Natura parens & nouerca.

Naturæ prouidentia in velamento rerum.

& in nuda humo natali die abiicit ad vagitus statim & ploratum, nullúmque tot animalium aliud ad lacrymas, & has protinus vitæ principio. at hercule risus præcox ille & celerrimus ante quadragesimum diem nulli datur. Ab hoc lucis rudimento, quæne feras quidem inter nos genitas vincula excipiunt, & omnium mẽbrorum nexus. itaque feliciter natus iacet manibus pedibúsque deuinctis flens animal cæteris imperaturum: & à supplicijs vitam auspicatur, vnã tantùm ob culpam, quia natum est. Heu demẽtiam ab iis initijs existimãtium ad superbiam se genitos! Prima roboris spes primúmque temporis munus quadrupedi simulem facit. quando homini incessus? quando vox? quando firmum cibis os? quandiu palpitans vertex summæ inter cuncta animalia imbecillitatis indicium? Iam morbi tótque medicinæ contra mala excogitatæ, & hæ quoq. subinde nouitatibus victæ. cætera sentire naturam suam, alia pernicitatem vsurpare, alia præpetes volatus, alia vires, alia nare. hominem scite nihil sine doctrina, non fari, non ingredi, non vescibreuitérq. non aliud naturæ spõte quàm flere. itaque multi extitere qui non nasci optimum censerent, aut quàm ocyssimè aboleri. Vni animantium luctus est datus, vni luxuria & quidem innumerabilibus modis ac per singula mẽbra: vni ambitio, vni auaritia, vni immẽla viuendi cupido, vni superstitio, vni sepultur æ cura atque etiã post se de futuro. nulli vita fragilior, nulli rerũ omnium libido maior, nulli pauor confusior, nulli rabies actior. Denique cætera animantia in suo genere probè degunt: congregari videmus & stare contra dissimilia. leonum feritas inter se non dimicat: serpentum morsus nõ petit serpẽtes: ne maris quidem belluæ ac pisces, nisi in diuersa genera sæuiunt. at hercule homini plurima ex homine sunt mala. rursum eiusdem lib. c. 50. Incertum ac fragile nimirũ est hoc munus naturæ, quicquid datur nobis: maligunum verò & breue etiã in iis quibus largissimè contingit, vniuersum vtique æui tempus intuentibus. Quid quòd æstimatione nocturnæ quietis, dimidio quisq. spatio vitæ suæ viuit? pars æqua morti similis exigitur, aut pœna, nisi contingit quies. nec reputantur infantiæ anni, qui sensu carent, non sentæ in pœnã viuacis. Tot periculorũ genera, tot morbi, tot metus, tot curæ, toties inuocata morte, vt nullum frequentius sit votum. Natura verò nihil hominibus breuitate vitæ præstitit melius. hebescunt sensus, membra torpẽt, præmoritur visus, auditus, incessus, dentes etiam ac ciborum instrumenta: & tamen vitæ hoc tempus annumeratur. atq. etiam morbus est aliquis per sapientiam mori. Vnde sic concludit de homine lib. 2. c. 7. Solum vt inter ista certum sit nihil esse certi: nec miserius quicquam homine aut superbius. atque alibi ex eodem trecenta morborum genera meminimus. M. Tullius lib. 1. de Rep. apud D. Augustinum scripsit Plinio isti similiter; Hominem non vt à matre, sed vt à nouerca Natura editum in vitam corpore nudo & fragili & infirmo: animo autem anxio ad molestias, humili ad timores, molli ad labores, prono

Homo ad lacrymas editus: & quando risus.

Infantia vincula & miseria.

Homo primùm quadruped.

Humana imbecillitas, morbi & medela.

Homo solus iners è natura.

Optimum hominis non nasci.

Hominum vitia & studia peruersa. Ab exemplis.

Hominum inter se mutua sæuitia.

Humanæ vitæ miseria & brevitas.

Homo vix dimidiam vitæ vitã.

Hominis miseria & eius fata.

Humanæ vitæ incertitudo ac miseria.

A ad libidines. idem in Hortensio; Ex humanæ vitæ erroribus & ærumnibus fit, vt interdum veteres illi siue vates, siue in sacris initijsque tradendis, diuinæ mentis interpretes, qui nos ob aliqua scelera suscepta in vita superiore, pœnarum luendarum caussà natos esse dixerunt, aliquid vidisse videantur. verúmque sit illud quod est apud Arist. Simili nos affectos esse supplicio, atque eos qui quondam, cùm in prędonum Hetruscorum manus incidissent, crudelitate excogitata necabantur: quorum corpora viua cum mortuis, aduersa aduersis accommodata quàm aptissimè colligabãtur. Sic nostros animos cum corporib. copulatos, vt viuos cum mortuis esse
B coniunctos: at tum de his, tum de aliis compluribus nos omnino profusè quarta parte nostræ apologiæ pro medicina: quæ singula huc inculcare non placet indidem potiùs repetenda. Democritus ille γελασῖνος apud Hipp. duas risus sui caussas exponit, bona & mala. Ego autem (inquiens) vnum hominem rideo dementia quidẽ plenum, rectis autem actionib. vacuum, in omnibus consiliis pueriliter ac stultè se gerẽtem, & nullius vtilitatis gratiã labores nunquam absoluendos tolerantem (quorum ibidem multa recensет exempla alibi dicenda: dein subiungit;) Non vides quòd etiã ipse mundus ódio in homines plenus est? infinitas enim contra ipsum
C afflictiones accumulauit. Totus homo ex nariuitate morbus est. dum educatur, inutilis est & alienum auxilium implorat. dum crescit, proteruus, insipiens, pædagogo opus habens. dum in vigore est, audax est. dum decrescit, miserabilis, vbi labores suos imprudenter recolit ac iactat. ex maternis enim vteri inquinamentis talis prodiit. & quæ multa sequuntur alibi dicenda opportuniùs. Apuleius ad hanc philosophi constantiam accessit, dum diceret, Igitur homines ratione plaudentes, oratione pollentes, immortalibus animis, moribundis membris, leuibus & anxiis mentibus, brutis & obnoxiis corporibus, dissimilibus moribus, similibus erroribus, peruicaci audacia, pertinaci spe, crasso labore (malim cassо) fortuna caduca, sigillatim
D mortales, cuncti tamen vniuerso genere perpetui, vicissim sufficienda prole mutabiles, volucri tempore, tarda sapientia, cita morte, querula vita terras incolunt. Prodicus apud Platonem in Axiocho per singulos gradus ætatis humanæ excurrit luges denotans miserias; Quænam pars ætatis, inquiens, calamitatibus vacat? nónne statim à principio plorat, vt primùm natus est infans? vitámque à lacrymis auspicatur? quæ tandem non premit eum molestia? semper enim vel
E vrgetur. antea quoque quàm loqui possit, quãta patitur? flens scilicet hãncque solam habẽs anxietatis suæ querelam. vbi septimum dehinc expleuerit annum, multósque labores exhauserit, iam custodes, gymnastæ, magistri ludicriá adolescenti critici, geometriæ, rei militaris præceptores, ingens planè dominorũ multitudo. Post ista vbi in ephebos inscriptus est, prior iam metus Lyceum, Academia, gymnasiarchia, virgæ, nullaque prorsus malorum mensura. omne adeo

Hominis miseria natiuitas, & caussa eius ærumnarũ. A simili. Democritici risus caussa.

Hominis miseria & calamitas per omnem ætatem.

Hominis descriptio.

Descriptio humanæ calamitatis per omnes gradus ætatis.

adoleſcentis ſub moderatoribus eſt tempus: qui ex Areopagi delecti conſilio præſunt iuuentuti. Deinde cùm fuerit iſtis exolutus, iã curæ palàm emergunt, reputatióq. quod viuẽdi potiſſimum inſtituat iter. præque ſequentibus incommodis priora illa puerilia videntur & infantium reuera territamẽta. expeditiones enim & vulnera perpetuíque certaminum labores. Hinc iam fallẽs ſubrepit ſenectus, in quem cõfluit quicquid eſt infirmũ fragiléq. naturæ. Quòd niſi ocyùs quis vitam, velut ęs alienum reddiderit; adſtans ſupra caput natura, tanquam fœnerator repoſcit vſurã: ab alio quidem viſum, auditũ ab alio, perſæpe verumque. at ſi quis diutiùs cunctetur, debilitat eum, excruciat, & artuũ morbo afficit. alij multa ſenectute repueraſcunt, animóq. bis pueri fiunt ſenes. &c. Salomõ autem Sap. c. 7. Sum quidem & ego mortalis homo ſimilis omnib. & ex genere terreno illius qui prior factus eſt: & in vẽtre matris figuratus ſum caro, decem menſium tempore coagulatus ſum in ſanguine ex ſemine hominis & delectamento ſomni conueniẽte. Et ego natus accepi communem aërem, & in ſimiliter factam decidi terram, & primam vocem ſimilem omnibus emiſi plorans. In inuolumentis nutritus ſum & curis magnis. nemo enim ex regibus aliud habuit nariuitatis initium. Vnus ergo introïtus eſt omnibus ad viuam, & ſimilis exitus. &c. Dauid Pſal. 48. Homo cùm in honore eſſet, non intellexit; comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis. item Pſal. 38. Vniuerſa vanitas omnis homo viuẽs. veruntamen in imagine pertranſit homo. Sed & fruſtrà conturbatur: theſaurizat, & ignorat cui cõgregauit ea. idem Pſal. 89. Anni noſtri ſicut aranea meditabuntur: dies annorum noſtrorum in ipſis ſeptuaginta anni. Si autem in potẽtatibus, octoginta anni: & amplius eorũ labor & dolor. idem Pſal. 143. Homo vanitati ſimilis factus eſt, dies eius ſicut vmbra prætereunt. Iob autẽ c. 10. Nónne ſicut lac mulſiſti me, & ſicut caſeum me coagulaſti? idem c. 11. Nudus egreſſus ſum de vtero matris meæ, & nudus reuertar illuc. idem c. 13. Quaſi putredo cõſumendus ſum, & quaſi veſtimentum quod comeditur à tinea. idem c. 14. Homo natus de muliere, breui viuens tempore, repletur multis miſeriis. qui quaſi flos egreditur & conteritur, & fugit velut vmbra, & nunquam in eodem ſtatu permanet. & c. 25. Homo, putredo, & filius hominis, vermis. idem c. 34. Deficiet omnis caro ſimul, & homo in cinerem reuertetur. Eccleſiaſtes cap. 5. Sicut egreſſus eſt nudus de vtero matris ſuæ, ſic reuertetur, & nihil auferet ſecum de labore ſuo. miſerabilis prorſus infirmitas: quomodo venit, ſic reuertetur. Eccleſiaſticus cap. 8. Memento quoniam omnes in corruptione ſumus. ibidem cap. 10. Cùm morietur homo, hæreditabit vermes. idem cap. 18. Numerus dierum hominum vt multùm centum anni, quaſi guttæ aquæ maris deputati ſunt. idem cap. 40. Occupatio magna creata eſt omnib. hominibus, & iugum graue ſuper filios Adam à die exitus de vẽtre matris eorum, vſque in diem ſepulturæ in matrem omnium. Ierem. c. 20. ſimiliter Iobo; Maledicta dies in qua natus ſum; dies in qua peperit me mater mea, non ſit benedicta. maledictus vir qui annuntiauit patri meo dicẽs, Natus eſt tibi puer maſculus, & quaſi gaudio lętificauit eũ. ſit homo ille vt ſunt ciuitates quas ſubuertit Dominus, & nõ pœnituit eum audiat clamorem manè & vlulatum in tempore meridiano. qui non me interfecit à vulua, vt fieret mihi mater mea ſepulcrum; & vulua eius, conceptus æternus. Quare de vulua egreſſus ſum, vt viderem laborem & dolorem, & conſumerentur in confuſione dies mei? Chryſoſtomus in Matt. 10. Præ omnibus malis hoc eſt peſſimum malum. quælibet beſtia vnum habet & propriè malum: homo autem omnia. Bernardus lib. meditat. Homo, nihil aliud eſt quàm ſperma fœtidum, ſaccus ſtercorum, & cibus vermium. poſt hominem vermis, poſt vermem fœtor & horror. ſic in hanc ſpeciem vertitur omnis homo. idem librum de cõſideratione vilitatis humanæ ſcripſit planè ethicum, vbi ſic inter multa; Septẽ ſunt de eſſentia hominis: quæ ſi homo conſideraret, in æternum non peccaret: ſcilicet materia vilis, operatio turpis, exitus flebilis, ſtatus inſtabilis, mors triſtabilis, diſſolutio miſerabilis, dãnatio deteſtabilis, & conſideratio gloriæ ineffabilis. de iſto etiam antehac alibi, maximè vbi de prioris gloriæ in multam ignominiã mutatione agitur. ad illud autem ſuperius ſic alluſit Innocentius lib. de miſeria humana: Formatus eſt homo de luto, de puluere & de cinere, quodcũque eſt viliſſimo & ſpurciſſimo ſpermate cõceptus in fœtore luxuriæ; quódque deterius eſt, in labe peccati natus ad laborem, timorem, dolorem, miſerrimus ad mortẽ. eõdem reſpexit philoſophus, vt quidam perhibent, cùm de homine ita ſcripſit Ariſtoteles; ſed à Stobæo (vt verũ fatear) auditum narro, locum & librum Ariſt. neſcio; Homo, eſt imbecillitatis exemplum, tẽporis ſpolium, fortunæ luſus, inconſtãtiæ imago, inuidiæ & calamitatis trutina: reliquũ verò, pituita & bilis. ſimilem ſententiam in apologia medicinæ ex Secundo philoſopho inter plures protuli: & Bilius noſter in ſua anthologia vtraque, multa in hanc ſententiam collegit. ſanè verò apud Ariſt. ita legimus tum hæc, tum alia lõgè plura. primùm ſect. 10. probl. 45. Homo imperfectus prodit: itaque humidus atque ſanguinolẽtus ſequitur eius vmbilicus. Indicium verò cætera perfecta, hominem imperfectum prodire, quòd illa ſtatim inde ab ortu naturæ viuere ſua opera queunt: pueri curam deſiderant, neç ſeruari niſi alieno beneficio poſſunt. idem cap. 1. lib. 5. genera. animal. Imperfectiſſimi omniũ perfectorum partuum naſcuntur homines. idẽ ſect. 29. probl. 7. Cur homo, qui adeo eruditione præditus eſt, animantium omniũ iniuſtiſſimus? an quia ingenio cogitationéque plurimùm valet? idem ait lib. 7. ethic. Homo malus millies plura mala, quàm fera, facere poteſt. & c. 2. lib. 1. politic. Vt perfectione ſalcepta, optimum cũctorum animalium eſt homo: ita ſi alienus fiat à lege & à iudicijs, peſſimum eſt omnium animalium. ſæuiſſima eſt enim iniuſtitia tenens arma. homo verò arma tenet per innatam prudẽtiam atque virtutem, quibus plurimùm valet in

Humanæ vitæ imprecatio.

Homo bruti miſerior.

Hominis miſeri deſcriptio.

Septem hominem ſemper conſiderandi.

Hominis originis puditio.

Hominis deſcriptio.

Hominis natiuitas, & infirmitas.

Homo imperfectus & iniuſtus & malefiſcus.

Homo idẽ optimus & peſſimus, qui

Hominis communis infirmitas naſcendi, & adoleſcendi.

Homo degenerauit à prima excellentia.

Homo, vanitas, & eius inutile ſtudium.

Hominis angeſtia vna.

Hominis prima generatio, & finis miſerabilis. & ſimilia.

Homo nudus naſcitur & efferetur.

Hominis mortui calamitas, & vitæ termini atque miſeria.

contrarium vti. Itaque impiiſſimum & immaniſſimum eſt ſine virtute, & ad libidinem cibationémque deterrimum. Solon apud Herodotum lib. 1. cum Crœſo multa de homine colloquitur, & ita ſtatuit; Omnino calamitoſus eſt homo. quod decurſu ætatis docet. In diuturno enim tempore multa videntur, quæ nemo velit videre: & tolerantur multa, quæ nolit quiſpiam tolerare. vbi poſt longam diſſertationem, hoc tandem concluditur, quod Ouidius vno propè carmine incluſit:

Hominis miſeria.

Homo quàm dò beatus dici queat.

——dicique beatus
Ante obitum nemo ſupremáque funera debet.

Auguſtinus lib. de paruulorum baptiſmo, Homini nato nec ad inceſſum pedes idonei ſunt, nec manus ſaltem ad ſcalpendum habiles, & iuxta ſe mammis poſitis naſcentes, magis poſſunt eſurientes flere, quàm fugere: propriéque infirmitati mentis congruit hæc infirmitas carnis. idem lib. 19. cap. 4. de ciuitate Dei, Quis ſufficit quantouis eloquentiæ flumine, vitæ huius miſerias explicare? in quibus multis recenſendis totum caput 22. lib. 22. de ciuitate Dei prolixiſſimè conſumpſit. in quo excurrit aduerſus Ciceronem in conſolatione de morte filiæ. ex quo iterum Bernardus in ſuis ſermonibus. In ſordibus generamur, in tenebris conſouemur, in doloribus parturimur, ante exitum miſeras oneramus matres; in exitu, more vipereo laceramus: mirum, quòd ipſi non lacerамur. primam vocem ploratus edimus; meritò quidem, vtpote vallem plorationis ingreſſi. vt nobis illud ſancti Iob ex omni parte poſſit aptari. Multis repletur miſeriis, multis & multiplicib. (inquam) miſeriis corporis, miſeriis cordis, miſeriis dum dormit, miſeriis dum vigilat, miſerius quocumq. ſe vertit. ſed de reliquis tum aliàs, tum in noſtra apologia pro medicina. de poëtis nonnulla proferamus. Homerus Iliad. ζ.

Hominis inſtabilitas.

Vita humana miſeria.

Hominis miſera natiuitas & generatio.

Homo paſſim miſer.

Οἵη περ φύλλων γενεή, τοίη δὲ καὶ ἀνδρῶν.
Φύλλα τὰ μὲν τ' ἄνεμος χαμάδις χέει, ἄλλα δὲ θ' ὕλη
Τηλεθόωσα φύει, ἔαρος δ' ἐπιγίγνεται ὥρη.
Ὡς ἀνδρῶν γενεὴ ἣ μὲν φύει, ἣ δ' ἀπολήγει.

Id eſt,

Quale foliorum genus, tale & hominum:
Folia quidem ventus humi fundit, alia verò ſylua
Pullulans gignit, quando veris venit tempus.
Sic hominum quidem genus aliud quidem naſcitur, aliud verò moritur.

Idem Iliad. ρ'.

Οὐ μὲν γάρ τι πω ἰδέσθαι ἀνήρ
Ἔστιν, ὅστις τ' ἀμφὶ βροτοῖς ἀνὴρ ἠδὲ γυναῖκας. Id eſt,

Homini ſolia comparatio.

Homo miſerrimum omnium.

Non quidem certè eſt aliquid miſerius homine
Omnium quæ ſpirant, & per terram ſerpunt.

ad illud autem ſic Plinius alluſit c. 1. lib. 21. Flores verò odoréſque in diem gignit natura: magna (vt palàm eſt) admonitione hominum, quæ ſpectatiſſimè floreant, celerrimè marceſcere. at Phocylides,

Florida citò marceſcunt.

Σάρξ γὰρ ἐν γαίῃ ἔχεται, ἐκ δ' ὀστέα γίνεται ἀνδρῶν
Ἀνίεται, πίνει πνοιήν. —— Id eſt,

Hominis vita & reſolutio.

Ex terra corpus nobis eſt, rurſus in illam
Soluimur, & pulvis ſumus. ——

Sophocles autem,

Ὦ φῦλ' ἀνθρώπων ἀεὶ πλαζόμενον βίον,

A Ὡς οὐδὲν ἰσχύει, πλὴν σκιᾶς εἰκὼς βροτός,
Βάρος ἀφηνιάσαι χρεών!

Idem,

Ὁρῶ γὰρ ἡμᾶς οὐδὲν ὄντας ἄλλο, πλὴν
Εἴδωλα, ὅσοι σῶμ' ζῶμεν, ἢ κούφου σκιάς. Id eſt,

Homo, umbra & idolum.

O mortale miſeriúmque hominum genus,
Quàm nihil ſumus, ſed umbris ſimiles,
Inutile pondus telluris!
Video enim nos nihil aliud eſſe, præterquàm
Simulacra, quotquot viuimus, aut leuem umbram.

Menander,

Ἄνθρωπε, πολλὴ σοῦ φρονεῖν ἐν τῷ βίῳ.
Homo, ſatis magna ad calamitates cauſſa.

Homo miſer.

Idem,

B Τυφλόν γε καὶ δύσποτμον ἀνθρώπου βίος.
Cæca & infelix eſt hominum vita.

Mimnermus Homerum imitatus inſit,

Ἡμῖν δ' ὁλίγον τι φύλλα φυῇ πολυανθέμου ὥρη
Ἔαρος, ὅτ' αὐξηθὲν αὐγὴ αὔξεται ἠελίου.
Τῶν ἴσα, σύγχρονα βλάστας χαίρειν αἴθοπα καρπὸν
Τερπόμενοι ——
Producit nos tanquam folia, floridum tempus
Veris, cùm ſubitò ſplendor veris augetur
His foliis ſimiles ad breue tempus floribus inuentutis
Delectamur ——

Homo ſimile foliis.

dein poſt multa ita concludit,

—— πάντ' ἄν τις θεῶν
Ἀνθρώπῳ, ᾧ Ζεὺς μὴ καπνὸν πολὺν δίδῃ.
C *—— denique nullus eſt*
Hominum, cui Iupiter non multa mala largiatur.

Omni homini communia mala.

Philemon autem,

Ἡμεῖς δ' ἀθάνατον ζῆμεν ἀνθρωποι βίον.
Nos homines verò vitam viuimus haud vitalem.

Hominum vita haud vitalis.

& Simonides,

Ἐπεὶ γ' ἐν πάντα ζῶα ἀλιτήμονα
Ἀνθρωπε, εἴ τις ἐξευρὼν κῆδος ἔχει.
Τὸ γὰρ ἀεὶ ἀθύμως εἶναι οὐ πάντ' ἔχει.
Ἀνὴρ τὰ πάντα ἡμέρην, πολλὰ τ' ἀνὰ
Multò omnium ſanè miſerrimum animal eſt
Homo, ſi quis rem probè perpendat.
Nam cùm nimis curiosè omnia perſequatur,
Plerisque tandem fruſtratur, & ſemper laborat.

Homo miſer & vanum.

Euripides,

Εἰ δ' ἄπορ πάντ' ἐπέβας, μορφὰς οἷ' ἔπλασε χρεών
Ἀλλ' ἡμῖν τι πολὺ γὰ μάταν τοῖς πάσι βροτοῖς.
Si abſque laboribus & molеſtiis mortalis natus te vilturum putas, ſtultus es:
Multa producis hominibus dies & atra nox.

Homo obnoxius labori & molеſtiæ.

Ideo Sophocles,

Ἀπήμων γὰρ οὐδείς, ὅστ' ἄκαρπον ἔχων, μεταίρεται.
Nullus abſque labore vivit: feliciſſimus autem ille, cui minimum obſtitit. & Solon,

Οὐδὲ μάκαρ οὐδεὶς πάντων βροτός, ἀλλὰ κακοῖσι
Πάντες, ὅσους θνητοὺς γαῖα πανδοκεύει.
Nullus hominum beatus eſt, ſed mali ſunt omnes,
Quotquot mortalium ſol aſpicit. Heſiodus,

Homo nemo beatus.

Πλείη μὲν γὰρ γαῖα κακῶν, πλείη δὲ θάλασσα.
Νοῦσοι δ' ἀνθρώποισιν ἐφ' ἡμέρῃ, αἱ δ' ἐπὶ νυκτὶ
Αὐτόματοι φοιτῶσι, κακὰ θνητοῖσι φέρουσαι.
Malis enim plena eſt tellus, aquora ſunt plena:
Morbi autem hominibus nunc diu, nunc noctu
Ingruunt temerè, mala mortalibus afferentes.

Homo obnoxius malis & morbis.

Iterum Sophocles,

Ἀνθρωπε, τὸ πολὺ γὰ σμικρὸν ἡμῖν.

Homo.

Homo, vmbra, & fumus.

Homo, spiritus falsus est & vmbra.

Cui Æschilus succinit,

A Τὸ γὰρ βροτῶν σπέρμα ἐφημέρους φορᾶς.
Καὶ πρὸς ὀλίγ' ἐστὶ μᾶλλον, ἢ τανυσφυρεῖ σκιᾷ.
Genus enim hominum in dies sapit,
Et nihilo magis firmum est, quàm vmbra fumi.

Palladas,

Ἀν μετρίως πάρεστι κάζειν, ὁ πικρὸς οἱ τι πικρὸν
Ἔστιν, πικρὸς τίς μεγαλοφρονεύσεται.
Ἀλλ' ἡ Φλέγων σε πῦρ ἐπερχόμενον ἐφρούδα,
Ἀλλ' ἄσπασαι σε λίγνον ἢ φυτὸν ἐρέβινθον.
Εἰ πολλὰ γέγονας, φθορεῦς μέγα; τῶν μὲν ὅπως
Εἶτ' οὖ τις ἀμφὶν τὸ ἄφαντον ἀμφιτέρπει.
Εἰ δ' ὀλίγον ζητεῖς τὸν αἰῶνα, τί καταδύνου
Ἀκρίτως γέγονας ἢ μακρῶς ἐρείδεις.

Si reminiscentiam, ô homo, ceperis, pater te quid faciens
Seminauit, cessabis à magniloquentia atq; superbia.

Hominis pudenda generatio & abiecta.

Sed Plato tibi superbiam somnians indidit,
Immortalem te dicens, & plantam cœlestem.
Ex cano natus es, quid superbis valdè? hoc quidem sic
Diceret vtiq. aliquis ornãs figmẽto venerabiliori.
Si autem rationem quaris veram, ex immodesta
Libidine natus es, & ex fœda gutta. idem,

Τῆς ἀνάλτου γαστρὸς, γαστρὸς δ' ὑπὸ γῆρας ἄκμαν
Καὶ σ' ἀμάλην μαχλὰς γαστὴρ ἐφόρει τὸ πάλαι;

Homo nudus nascitur & effertur.

Conscendi nudus terram, nudúsque subibo:
Quid frustrà iudo funera nuda vides?

Ibidem vitam nauigationi comparat: mox etiam & scenæ, inquiens,

Σκηνὴ πᾶς ὁ βίος, καὶ παίγνιον· ἢ μᾶλλον πάσχει
Τὸν αὐτὸν μιμηθείς, ὃ φέρω τὰς ἰδέας.

Humana vita scena.

Omnis vita est velut scena & ludus: aut ludere disce
Depósita seueritate, aut sustine dolores.

Homo, nihil denique vt quidam ait,

Πάντα γέλως, καὶ πάντα κόνις, καὶ πάντα τὰ μηδέν.
Omnia sunt risus & pulvis, & omnia nil sunt.

iterum Palladas,

Δακρυόεν ἦμαρ, καὶ δακρυόεσσα γενεήν,
Δάκρυσι δ' ἐν πάντες τὸν βίον ὅρμενέλκε.
Ὦ ἡμῖν αὐτόχθονα πολυδάκρυτον, αὐδήεις, οἰκτρὸν,
Συρόμενον καὶ γῆς, καὶ ἁλμυρίδων!

Homo totus lacrymabilis.

Sum genitus lacrymans, & lacrymans morior:
In multis autem lacrymis totam transegi vitam.
O hominũ genus lacrymosũ, infirmũ, miserabile,
Quod sub terram traheris, & dissolueris!

rectè igitur Posidippus siue Crates, vt aiunt;

Ἦ κἄστ' ἐκεῖν' ἀληθὲς οὐκ ἀεὶ λέγειν, ὡς ἡμῖν
Μόνον, ὡς ἔοικεν, οὐκ ἔστ' ἀποθανεῖν ἀνάγκη.
Ex duobus igitur eligẽdũ est alterutrũ, aut nasci
Nunquam, aut statim natum vita defungi.

Optimum non nasci, aut citò emori.

aut vt breuiùs Euripides,

Ἐγὼ μὲν οὖν δὴ τοῦτο κἀπὸ ξυμβολῆς
Κείνου τὸ φωτὶ μὴ φανῆναι βροτῷ.
Ego sanè iuxta sententiam vulgo celebratam,
Optimum esse aio non nasci homini.

quam sententiam pridem à Latinis authoribus vsurpatam designaui, Ciceróne, Plinio, Seneca. atque hæc de Græcis poëtis: placet etiam è Latinis producere pauca de multis. Virg. 3. Georg.

Optima quæque dies miseris mortalibus ævi
Prima fugit: subeunt morbi tristisque senectus,
Et labor, & dira rapit inclementia mortis.

Homo natus ad miseriam.

Horatius ode 7. lib. 4.

Pulvis & vmbra sumus.

Homo, pulvis & vmbra.

Ausonius ex Biante,

Pernicies hominũ quæ maxima? solus homo alter.

Homo homini pernicies, & lupus.

idem Plautus in asinaria,

Lupus est homo homini, non homo.

Claudianus lib. 3. de raptu Proserpinæ, ad illud Ouidij respondet ex 1. metamorph.

Quid mentem traxisse polo, quid profuit altum
Erexisse caput, pecudum si more pererrant
Auia? ——

Homo bruto similis.

quod & Silius lib. 13. de bello ciuili notauit post Ouidium alibi citatum: nunc autem ex 15. metamorph. ita dicentem, Flaccóque illi ex arte poëtica accinentem:

B *Editus in lucem iacuit sine viribus infans,*
Mox quadrupes, ritúque tulit sua membra ferarum:

Hominis ætatum gradus, & communis infirmitas.

Paulatimque tremens & nondum poplite firmo
Constitit, adiuitque aliquo conamine nervis.
Inde valens velóxque fuit, spatiúmque iuuentæ
Transit: & emeritis medy quoque tempõre annis,
Labitur occidua per iter decline senectæ:
Subruit hæc ani demolitúrque priores
Robora ——

C at Corn. Gallus, nisi suppositicius,

O quàm dura premit miseros conditio vitæ,
Nec mors humano subiacet arbitrio.

Homini fatalis mors.

Dulce mori miseris, sed mors optata recedit:
Atcùm tristitia erit, præcipitata venit.

Seneca,

Quemcumque miserum videris, hominem scias.

Homo miser, & incerti status.

idem, *Nulla dies mœrore caret.*

——Finis alterius mali,
Gradus est futuri. idem,
Nemo tam diues habuit fauentes,
Crastinum vt posset sibi polliceri.

verùm etiam extra carmen, sic idem epist. 103.

Omnis dies, omnis hora, quàm nihil simus ostẽdit.

Hominis vita brevis, & gradibus distincta.

D & ad Lucilium epist. 1.

Punctũ est quod vivimus, & adhuc puncto minus.

sed hoc minimum, specie quadam longioris spatij natura deprehendit. aliud ex hoc infantiam fecit: aliud pueritiam: aliud adolescentiam: aliud inclinationem quandam ab adolescentia in senectutem, aliud ipsam senectutem: in qua annus totus quosdã gradus posuit, cuius breuitatem aliquando cogitemus. denique

Nulli iusso cessare licet,
Nulli scriptum proferre diem.

Mori differri nequit.

Sed hunc locum placet claudere, vbi vnum aut alterum propterea authorem appellauero. Hieronymus ad Paulum scribens ait; Quid ergo tibi subblandiris in malo? excidítne illud, Optimum esse homini non nasci, proximum quàm ocyssimè aboleri? quò ergo diuersus abisti? redi ad te, palinodiam recine, fatearísq. luctuosa esse hominum primordia, luctuosiores progressus, exitum verò nullis posse lacrymis exæquari: præsertim cùm plerosque tenebrarum illa conceptacula, suppliciorum diritas, damnati infandique spiritus excipiant. proinde viue quod es, ac noris

Hominem gloriari quid prohibeat.

——quàm sit tibi curta supellex.

Digitized by Google

Equidem vera propemodum esse hæc, quî possim diffiteri? sed audi, si tecum ipse discors sis, quæso quónam iure omnia querelis impleas, si à te cætera item diffideant, infestent, conuellãt, lancinent? At inquis, diuinum animal sum. Ignosce obsecro te, non plenè percipio, quid tu diuinum putes, an quod origine tantùm, an etiã quod vita? Si origine tantùm, falleris: brutũ es, lupus, draco, etiam arbor. tui te mores exuunt diuinitate. & quæ multa toto editionis nouæ cap. 7. lib. 3. Rhodigynus homini glorianti obiicit, ac meritò. itémq. cap. 7. lib. 2. editionis primæ, quòd omnia elementa hominẽ impetãt, lõgo discursu percurrit nunc quidẽ omittendo ad alia properanti. Platonico autẽ illi Prodico nuper à me cõmemorato sic postremò Crates apud Taleten subscribit per gradus humanæ vitæ excurrẽs. Græca ob raritatẽ subscribam. Εἰ θέλει τις ἐκλογίσασθαι ὁ ἄνθρωπος τὸν βίον πόσους τοὺς ἐπιπόνους, δίχα τοσούτους τοὺς ἀλγεινοὺς. πρῶτον μὲν ὁ πᾶσιν χρόνος ὁ ἥμισυς, ἀδιάφορος, ὁ ἐν ᾧ καθεύδει. ἔπειτα ὁ πρῶτος ὁ ἐξ ἀρχῆς ὁ παιδιόθεν βίοτος. πατρὶ τὸ παιδίον ὑβρίζει· τιθᾷ, λούει· τιτθεύουσα θέλει, ὑβρίζει κράτιλλον ἔχουσα φορεῖ· εἶτ' ἐπιθυμία τοῦ ἐντεθῆναι, παρίσασι πάλιν ὁ παιδαγωγός, παιδοτρίβης, γραμματοδιδάσκαλος, ἀριθμητὴς, ζωγράφος. μετὰ ταῦτα ἡλικία, μετρίοντα ἀεὶ βιοῦντα, γαμετὴν λαμβάνει, παιδοποιεῖται· τοῦτο δύσκολον πάντων μακρότατον, ὑφ' ἑτέρου ἐπίτροπον, ὑφ' ἑαυτοῦ φοβοῦνται, τὸν παιδοτρίβην, τὸν ἀκόλουθον, τὸν γυμνασίαρχον. τοῦτο πάντων δύσκολον πατρυιάσιν, ἀφηνιάζουσιν, ὀργιλίζει. ἐξ ἐφήβου δεῖ, ἢ ἤδη ἄνδρα εἶδε, ὑπ' ἀφηνιάζει ἢ ἀφηνιάσαι ἢ γυμνασίαρχον, ἢ στρατηγόν· ἀφηνιάσαι ὑπὸ δεῖ, ὑπὸ ἀφηνιάσαι· φυλάσσει ἢ ἀχυρῶνα, ὑπὸ φυλάσσουσι· εἰς τὸ πλοῖον ἐμβαίνει, ὑπὸ ἐμβαίνουσι. αὖθις γέρων ἢ ἀκμάζει, στρατεύεται ἢ στρατεύεται ὑπὲρ τῆς πόλεως, πολιτεύεται, στρατηγεῖ, χορηγεῖ, ἀγωνοθετεῖ, μακαρίζει ἕκαστον τὸν βίον, ὃς πᾶσι ἀπέδωκε. παρέχεται, ἢ ὑγιαίνει εἰς γῆρας, πάλιν παιδεύεται ὑπὸ μιᾶς, & ὑποδεῖ τὰ πάντα· & πάντες μοι φίλοι· τὸ ἢ γῆρας βαρύπονον ἄπαντος· id est, Siquis omnes vitæ ætates per se consideret, longè plus dolorum inueniet. primum enim totius temporis dimidium, quo somnus capitur, indifferẽs est. deinde quantumcumque temporis circa infantiam insumitur, laboriosum est. Esurit infans, à nutrice sopitur: fitit, lauatur: dormire vult, nutrix quatit crepitaculum. Vbi iam nutricem effugit, assumit ipsum pædagogus, pædotriba, ludimagister, musicus, pictor. Adultior fit, accedit arithmeticus, geometra, equitandi magister. ab omnibus ipsis cæditur, diluculo excitatur, nullũ otij tempus habet. Ephebus est factus, rursus moderatorem metuit, pædotribam, hoplomachum, gymnasiarcham. ab istis omnibus flagris afficitur, obseruatur. Ex ephebis excessit, & annos iam natus est viginti, adhuc metuit & obseruat. sicubi excubare oportet, illi excubant: custodiendum aut vigilandum est, illi custodiunt: in naues intrandum, iidem intrant. Virilem denique ætatem & vigorem assecutus, militat, legationes obit nomine ciuitatis, exercitum ducit, præest choro, certaminibus & præmiis constituendis præficitur: interim verò laudibus extollit vitam suæ pueritiæ. Declinans tandem atque senescens, iterum puerilem educationem recipit, & iuuentutem desiderat. ô grata mihi iuuentus; senecta verò, onus Ætna grauius! hæc ille simillima quidem iis quæ ab Aristotele produximus comment. in artem poët. Horatij, & quæ nuperrimè indicauimus. nam pleraque his affinia olim scripsimus in apologia pro medicina, quæ nunc ad verbum repetere indecorum duximus: quia in volumine operum nostrorum semel dicta suo loco occurrent. pleraque tamen bis térque dicere nobis in diuerso scriptionis genere vsuenit, ὃν δὶς ᾧ τρὶς τὸ καλὸν, vt est in veteri prouerbio. neq. hoc nobis tantùm accidit, vt bis térve eosdem locos in dispari argumento proferamus; sed omnibus omnino qui multa scribunt, & variam hypothesin scribendam de rebus diuersis suscipiunt. fortè enim euenit, vt qui in vnum librum incidit, is in alios nunquam fortassis incurrat.

Homo quasi diuinum animal.

Exemplum bis eosdem locos tractandi.

Exemplum bis eosdem locos tractandi.

*Exemplum bis eosdem locos tractandi

Anima immortalis quasi mortem patitur.

mortem ſuam. nam ideo dicitur immortalis, quia modo quodam quantulocumque non deſinit viuere atque ſentire. Corpus autem ideo eſt mortale, quoniã à vita quã habet, deseri poteſt, nec per ſeipsũ aliquatenus viuit. Mors igitur animæ ſit, cùm eam deſerit Deus: ſicut corporis, cùm id deſerit anima. Ergo vtriuſque rei, id eſt totius hominis mors eſt, cùm anima à Deo deſerta deſerit corpus. ita enim nec ex Deo viuit ipſa, nec corpus ex ipſa. Huiuſmodi autem totius hominis mortem illa ſequitur, quam ſecundam mortem diuinorum eloquiorum appellat authoritas: Hanc Saluator ſignificauit, vbi ait, Eum timete qui habet poteſtatem & corpus & animã perdere in gehennam. illa pœna vltima ac ſempiterna, recte mors animæ dicitur, quia non viuit ex Deo. Verùm in damnatione nouiſſima quanuis homo ſentire non deſinat; tamen quia ſenſus ipſe nec voluptate ſuauis, nec quiete ſalubris, ſed dolore pœnalis eſt, non immeritò mors eſt potius appellata, quàm vita. ideo autem ſecunda, quia poſt illam primam eſt. qua ſit cohærentium diremptio naturarum, ſiue Dei & animæ, ſiue animæ & corporis. De prima igitur corporis morte dici poteſt, quòd bonis bona ſit, malis mala. ſecunda verò ſine dubio ſicut nullorum bonorum eſt, ita nulli bona. idem Auguſtinus quæſt. 32. ad Oroſium, Mors animæ eſt, qua anima mori dicitur cùm peccat, atque ita Deum deſerit. ſicut enim corpus viuit ex anima, ita anima vt beatiùs viuat, viuit ex Deo. ſed ex profeſſo idem lib. 21. de ciuit. Dei, multa verſat in hanc ſententiam. vt cap. 9. de igne illo & verme, quorſum pertineant, ad corpus an ad animam. & cap. 3. Sicut anima hominis in ſua conditione iungitur corpori, vt dans ei vitam, quanuis illa ſit ſpiritualis, & hoc corporale: & ex illa coniunctione, vehementer concipit ad corpus amorem. Sic alligatus eſt igni ſpiritus, vt accipiens ab eo pœnam, & ex coniunctione vehementer concipit horrorem, ac per hoc, & dolorem, qui verus eſt, & ex vero igne corporali, & ex reali applicatione corporalis ignis ad ſpiritum cauſatur. & cap. 4. damnatorum corpora pati ab igne ſæuiſſimos dolores, citra mortem tamen: ſicuti corpora dolere faciunt incluſas animas, non tamen cõmori. & cap. 10. quomodo infernus ignis corporeus, ſpiritus humanos à corpore ſeparatos, & dæmonicos incorporeos cruciet, multus inquirit. Cur non dicamus, ait, quanuis miris, tamen veris modis, etiam ſpiritus incorporeos eſſe, & pœna corporalis ignis affligi: ſi ſpiritus hominũ, etiam ipſi profectò incorporei, & nunc potuerũt includi corporalibus membris: & tunc poterunt corporum ſuorum vinculis inſolubiliter alligari? Adhærebunt ergo ſpiritus dæmonum, imò ſpiritus dæmones, licet incorporei, corporeis ignibus cruciandi: neq. tamen illos animabunt, vt animalia fiant. lege 3. 4. 9. 10. capita lib. 21. ciuit. Dei. Io. tamen Damaſc. cap. vlt. orthod. fid. illum æternũ, non materialem, qualis eſt apud nos, aſſerit: ſed qualem Deus nouit. & bene. Et verò reprobi & ad damnationis iudiciũ reſurrecturi, ſua quidem recipient corpora numero eadẽ (vt loquuntur Logici) ſed oppoſitis affecta qualitatibus beatorum. Quanuis enim futura immortalia, vt ſemper ad pœnam durent, & nullis vnquã ſuppliciis intereant, ſed perpetua morte crucientur: erunt tamen paſſibilia, grauia, ponderoſa, beatis illis diuerſa, de quibus poſtea. ſicut & aiunt illorum oppoſitam ad beatos ſortem habituræ: ſequentur enim corpora ſuarum conditiones animarum. de quibus alibi. ſed iſta linquamus theologis. Plato & ipſe duplicem mortem agnouit, ſed alio quodã modo. quarũ vnã natura, virtutes alteram præſtãt. Homo enim moritur, cùm anima corpus relinquit ſolutum lege naturæ: mori etiam dicitur, cùm anima adhuc in corpore cõſtituta, corporeas illecebras contemnit, & cupiditatũ dulcea inſidias reliquáſque omnes exuitur paſſiones. Hanc ergo mortẽ dicit Plato ſapientibus appetendã: illam verò quam hominibus natura cõſtituit, cogi vel inferri, vel accerſiri verat, docẽs expectandam eſſe naturam, in Phædone, vt lib. de immortalitate animæ diſſeruimus. vbi & de æternis paradiſi gaudiis, déque inferorum diris cruciatibus ex theologorum ſanctiſſimis decretis, & veterum philoſophorum placitis, præſertim Platonis in Axiocho. quibus etiam comment. in Strabũ adiecimus & alia aliorũ quorundam teſtimonia, vt Homeri ex Odyſſ. 4. & Virgilij ex Æn. 6. vt ne Alcoranũ quidem Mahometicum prætermiſerim. huc refer vltimum caput ciuitatis Dei ex Auguſtino.

Anima mors quanam ſit.

Mors totius hominis, qua.

Mors ſecũda, qua.

Mors ſecunda cur dicatur licet cũ ſenſu, & quanã ſit.

Mors quanam bona aut mala.

Mors animæ, qua.

De igne & verme, & igne infernali, quomodo afficiat dolore ſpiritum & dæmones.

Mors hominis duplex, quomodo.

Et reproborum corporum & animarum conditio, qualis.

Mors quanam appetenda, ſen mortificatio.

De homine iam ferè diximus in vnam partẽ, eámque deteriorem, ſed fortaſſe veriorem atq. certioré, quatenus ab ortu primo, vel adeo ante ortũ ipſum, ad mortẽ vſque, vel adeo poſt mortem ipſam priorem & corpoream, totus totam miſeriæ & calamitati obnoxiam vitam degit, ſicuti per partes ætatis & calamitatũ genera excurrimus, multa de induſtria prætermittendo, tum de morbis & morborũ ſymptomatis, tum de caſibus variis, quibus nullo non vitæ tẽpore impetitur atq. affligitur, vix vt vna hora aut dies vnus doloris & anxietatis exors prætereat. Ne quid vſquã mali ſit, quod in homine non ſit, vt Plinius ſuccinit cap. 2. lib. 7. Quod ſiquis velit, infinitis illuſtrare liceat exemplis ex vtraq. hiſtoria petitis, vel ex vno vitæ theatro depróptis, tum magnorũ virorum, tum mediocrium, tum infimorũ, qui in ſuo quiſq. genere acerbos fortunæ caſus ſunt experti, vel in bonorum & fortunarum euerſione, vel in famæ & honoris iactura, vel in amicorũ & propinquorũ amiſſione, vel in corporis languoribus & morbis tum lõgis, tum acutis & malignis, vel mortibus non vulgaribus, vt Val. Maximus loquitur & inſcribit cap. 12. lib. 9. rémq. multis probat exemplis; & poſt eum Plinius cap. 7. lib. 7. deniq. in animi grauioribus pathematis ac perturbationibus: quorũ omniũ vix vlla pars vitæ humanæ poteſt degi immunis. Vt fortè haud intẽpeſtiuè dixerit Tullius in Cõſolatione, Nõ naſci lõgè optimũ, nec in hos ſcopulos incidere vitæ. proximum autem, ſi natus ſis, quamprimùm mori: tanquam ex incendio effugere violentiam fortu-

Tranſitio.

Tota hominis vita plena eſt miſeriis.

Hominem non naſci, optimum.

Historia. næ. idémque similiter Tusc. 1. Fertur de Sileno fabella quædam: qui cùm à Mida captus esset, hoc ei muneris pro sua missione dedisse scribitur. docuisse regem, non nasci homini longè optimum esse: proximum autem, quàm primùm mori. quam sententiam Euripides in Cresphonte vsurpauit, eodem Ciceronе interprete. eandem fabulam Plutarchus in consolatione Apollonij ad Silenum refert, authore Aristotele lib. qui Eudemus vel de anima inscribitur. Plinius autem prologo lib. 7. Multi extitere, qui non nasci optimum censerent, aut quàm ocyssimè aboleri. idem cap. 50. lib. 7. Nihil hominibus breuitate vitæ præstitit natura melius. idem lib. 25. cap. 4. Ea vitæ conditio est, vt mori plerumque etiam optimi portus sit. similiter & Seneca lib. de consolatione; Felicissimum est non nasci: proximum puto breuitate vitæ defuncto, citò in integrum restitui. de Græcis paulò antè in hanc sententiam explicui: quos inter inquit Bacchylides,

Vita breuitas optima, & mori bona.

Proverbiū. *Θνητοῖσι μὴ φῦναι φέριστον.*
Hominibus non nasci optimum.

Non tamen vt satis probari possit illa Plinij eiusdem sententia lib. 28. cap. 1. Vitam quidem non adeo expetendam censemus, vt quoquo modo trahenda sit. quisquis es talis, æquè moriére etiam cùm obscœnus viscris aut nefandus. Quapropter hoc primum quisque in remediis animi sui habeat ex omnibus bonis quæ homini tribuit natura, nullum melius esse tempestiua morte; in eáque id optimum, quòd illâ sibi quisque præstare poterit. ita ille. At nobis quidem mortem non pertimescere, neque recusare cùm à Deo immittitur vel offertur, ducimus consentaneum: hanc autem vltrò sibi conscisсere, quod illi glorioſum ducunt, nos verò damnosum & exitiale ducimus, vt pridem nos aduersus Catonem, Cleombrotum, Iubam, atque alios suæ vitæ prodigos disseruimus lib. de immortalitate animæ. illud quippe à Pythagora & Platone mox & Ciceronе edocti, sed & ex præscripto legis sacræ admoniti, nemini fas esse ex hac vita, & tanquam mortali statione, iniussu Dei atque imperatoris summi excedere. & Cyprianus lib. de dupl. marty. Siqui leguntur sibi fortiter conscisuisse necem; aut infirmitas erat morte quærens dolorum finem, aut ambitio, aut dementia. nec hoc est testimonium præbere Deo, id facere quod & Deo displicet, & gentium etiam legibus prohibetur. Videsis tamen an rectè Theophrastus apud Cic. Tusc. 3. moriens accusasse naturam dicitur, quòd ceruis & cornicibus vitam diuturnam, quorum id nihil interesset: hominibus, quorum maximè interfuisset, tam exiguam vitam dedisset. quorum si ætas potuisset esse longinquior, futurum fuisse vt omnibus perfectis artibus, omni doctrina hominum vita erudiretur. querebatur igitur se tum, cùm illa videre cœpisset, extingui. cuius querimoniam eleuasse atq. improbasse, nec sanè meritò, videtur Sallustius initio historiæ. Certè equidem vt hanc priorem partem tali elogio concludam, mihi quidem vtut sit, probabile apparet, vel Chrysippo iudice (licet insciretur Carneades) Euripidem carmen illud, interprete M. Tullio

Mortalis nemo est, quem non attingat dolor
Morbúsque. multi sunt humano libери, — *Dolor omnibus hominibus communis, & morbus, & mors denique.*
Rursum creandi mórsque est finis omnibus.
Quæ genéri humano angorem maximum adferunt.
Reddenda est terræ terra: tam vita omnibus.
Metenda vt fruges, sic iubet necessitas. — *Lex necessitatis.*

De Hominis dignitate atque præstantia.

PARS POSTERIOR.

CArneadem ferunt, cùm Romam legatus venisset, coram Senatu, audiente Catone Censorio, non minoribus viribus contra iustitiam disseruisse, quàm pridie pro iustitia dixerat. Nos ea quidem eloquentia non pollemus, vt quæ atro carbone notauimus, eadem mutato colore, desuper inducta ceruſa vti dealbemus. denique vt quòd oratione improbauimus, idem mutato genere dicendi, laude dignè prædicemus atque extollamus. Itaque quem hactenus hominem miserum & calamitosum descripsimus, eundem ipsum beatum fœlicémque commendare ac prædicare minimè instituimus. Verùm duo cùm sint summa hominum genera, vnum quod ad Dei & naturæ legem sese totum componit, & virtutis atque sapientiæ studio sese applicat, déque communi hominum genere ac societate bene mereri studet: alterum vsquequaque improbum, & Dei naturæque legibus sese pro viribus opponens, virtuti & sapientiæ iustitiæque nuntium remittens: illum quidem dilaudamus ac prædicamus & beatum hominem dicimus. hunc autem & miserum & perditum asserimus, omníq. conuitio & improperio prosequimur atque adobruimus. sicque de diuerso homine locuti, illum vt Deum aliquem inter mortales extollimus: hunc autem velut tyrannum aut lupum (vt aiunt) prædatorémque agitamus, & voce & clamore lacessimus, atque vt poëta loquitur,

Historia. *Hominum genera duo, quæ sunt.* *Homo qui laude dignus, aut qui vituperetur.*

——*canibus agitamus agentes.*

Porrò video & aliud quoddam tertium hominum genus neque vsquequaque deploratum, neque tamen ad eam perfectionem euectum, quam cum primis quærimus & optamus. hic verò est, quem nostra isthæc oratio sibi proponit in vtramque partem versandum: vt quicquid in eo fragilitatis humanæ insitum est, illud superiori parte attigerimus, ac breuiter adeo, quoad fieri poterat, percurrerimus. quicquid autem eximium & singulare in eodem, tum singulari Dei munere, tum naturæ dono deprehenditur, id verò nunc vt inquirimus, & inuentum commendemus atque celebremus. Siquidem qui ad illam perfectionem velut angelicam peruenerit, rarus est inter mortales. qui autem velut bellum more gigantum, diis hominibúsq. indixerit, licet altero illo frequentior; tamen quia à communi hominum consortio alienam vitam ducit, atque extra hu-

Tertium hominum genus, quale. *Propositio.*

De vita decedere iniussu Dei non licet. & quæ caussa impellat.

Natura breuem hominis vitam, morti diuturnam cōcessit, quare.

itized by Google

manitatis limites aut cancellos impiam ſibi vitam traducendam propoſuit, hunc ne noſtro quidem ſermone aut alloquio dignamur. Poſtremum genus tertium vt omnino frequens & quotidianum, & in quo plerique noſtrûm quotidie deprehenduntur, alteri tantùm extremorum viciniores, vt ſponte ſua in hanc aut in illâ ſortem magis conditionémque inclinant, ita nobis in hoc orationis diſcurſu velut ſcopus proponitur, in quem collimemus, & ad quem noſtra præcipuè dirigatur oratio. Nam ſi primus ille noſter plaſtes atque parens Adamus, in qua fuerat à Deo conditus, perfectione naturæ permanſiſſet, præclarè vtique cum vnoquoque noſtrûm ageretur, cùm & vita aut longiſſima, aut perennis eadémque ſemper beata ſalubertimáque & omnibus bonis commodiſque affluens comitaretur, nullis obnoxia morbis, nullis grauioribus doloribus, non inopiæ aut rei cuiuſquam penuriæ, non ſenio, non infirmitati tantæ ſubiecta: ſed animo ſemper de diuinis & circa diuina cogitante vel occupato, vitiis atque improbitati bellum indixiſſet, virtutem & iuſtitiam amplecteretur: tandem cum Deo & beatis animis certa atque indubitata beatitate frueretur. Ecce autem homo improuidus & inconſultus, mulierculæ blandâ fallacíque voce circumuenitur: & quo vſurus fuerat adiutorio, eo nocentiſſimo impoſtore & docte fraudulento deceptus eſt. Hinc illæ lacrymæ! inde prima mali labes! ſic enim geneſ. 3. Vocauit Dominus Deus Adam, & dixit ei, Vbi es? qui ait, Vocem tuam Domine, audiui in paradiſo, eò quòd nudus eſſem, & abſcondi me. cui dixit Dominus, Quis enim indicauit tibi quòd nudus eſſes, niſi quòd ex ligno de quo præceperam tibi ne comederes, comediſti? dixítque Adam, Mulier quam dediſti mihi ſociam, dedit mihi de ligno, & comedi. & dixit Dominus Deus ad mulierem, Quare hoc feciſti? quæ reſpondit, Serpens decepit me, & comedi. inde triplex ad tres maledictio; & ad hominem inter cætera, infit: In ſudore vultus tui veſcêris pane tuo, donec reuertaris in terram, de qua ſumptus es: quia puluis es & puluerem reuertêris. In quem locum dici multa poſſent, vel adeo ex ſolis interpretibus eiuſdem. ſed nunc ſufficiet quædam ſubnectere, primùm ex Auguſtino lib. 14. de ciuit. Dei. cap. 10. & deinceps. Sed vtrùm primus homo, vel primi homines (duorum erat quippe coniugium) habebant iſtos affectus in corpore animali ante peccatum, quales in corpore ſpiritali non habebimus, omni purgato finitóque peccato, non immeritò quærimus. ſi enim habebant, quomodo erant beati in illo memorabili beatitudinis loco, id eſt in paradiſo? Quis tandem abſolutè dici beatus poteſt, qui timore afficitur vel dolore? quid autem timere vel dolere poterant illi homines in tantorum tanta affluentia bonorum? vbi nec mors metuebatur, nec vlla corporis mala valetudo: nec aberat quicquam, quod bona voluntas adipiſceretur: nec inerat quod carnem animúmve hominis feliciter viuétis offenderet? Quàm felices erant primi homines, & nullis agitabantur perturbationibus animorum, nullis corporum lædebantur incommodis: tam felix vniuerſa ſocietas eſſet humana, ſi nec illi malum, quod etiam in poſteros traijcerent, nec quiſquam ex eorum ſtirpe iniquitatem cõmitteret, quæ damnationem reciperet. mox cap. 11. Sed quia Deus cuncta præſciuit, & ideo hominem quoq. peccaturum ignorare non potuit. deinde, Viuebat homo ſecundùm Deum in paradiſo & corporali & ſpiritali: neque enim erat paradiſus corporalis propter corporis bona, & propter mẽtis, non erat ſpiritalis. aut verò erat ſpiritalis, quo per interiores; & non erat corporalis, quo per exteriores ſenſus homo frueretur. erat planè vtrumque propter vtrumque. Poſtea verò quàm ſuperbus ille angelus, ac per hoc inuidus, per eandem ſuperbiam à Deo ad ſemetipſum conuerſus, & quodam quaſi tyrannico faſtu gaudere ſubditis, quàm eſſe ſubditus, eligens, de ſpiritali paradiſo cecidit: maleſuada verſutia in hominis ſenſum ſerpere affectans; cui vtique ſtanti, quoniam ipſe ceciderat, inuidebat; colubrum in paradiſo corporali, vbi cum duobus illis hominibus, maſculo & fœmina, animalia etiam terreſtria cætera ſubdita & innoxia verſabantur, animal ſcilicet lubricum & tortuoſis anfractibus mobile, operi ſuo congruum, per quem loqueretur, elegit. eóque per angelicam præſentiam præſtantiorémque naturali, ſpiritali nequitia ſibi ſubiecto, & tanquam inſtrumento abutens, fallaciam ſermocinatus eſt fœminæ: à parte ſcilicet inferiore illius humanæ copulæ incipiẽs, vt gradatim perueniret ad totum: non exiſtimans virum facilè credulum, nec errando poſſe decipi; ſed dum alieno cadit errori. & cap. 12. Non ideo debet exiſtimari leue ac paruum fuiſſe illud commiſſum, quia in eſca factum eſt; non quia mala nec noxia, niſi quia prohibita. neq. enim quicquam mali Deus in illo tantæ felicitatis paradiſo crearat atque plantarat. ſed obedientia cõmendata eſt in præcepto, quæ virtus in creatura rationali mater quodammodo eſt omnium cuſtóſque virtutum. & cap. 13. In occulto autem mali eſſe cœperunt, vt in apertam inobedientiam laberentur. non enim ad malum opus peruenirẽtur, niſi præceſſiſſet mala voluntas. porrò malæ voluntatis initium quod potuit eſſe, niſi ſuperbia? Initium enim omnis peccati, ſuperbia eſt. quid eſt autem ſuperbia, niſi peruerſæ celſitudinis appetitus? peruerſa enim celſitudo eſt, deſerto eo cui debet animus inhærere principio, ſibi quodammodo fieri atque eſſe principium. hoc fit, cùm ſibi nimis placet. ſibi verò ita placet, cùm ab illo bono immutabili deficit, quod ei magis placere debuit, quàm ipſe ſibi. & cap. 14. Sed eſt prior damnabiliórq. ſuperbia, qua etiam in peccatis manifeſtis ſuffugium excuſationis inquiritur. vt in primis illis hominib⁹: apud quos nulla ſonat petitio veniæ, nulla imploratio medicinæ. ſed ſuperbia quærit in alium referre, quod perperàm fecit: ſuperbia mulieris in ſerpentem, ſuperbia viri in mulierem. Sed accuſatio potiùs quàm excuſatio vera

Hominis ante lapſum Adami, dignitas, & qualis eius vita futura fuerit.

Hominis poſt lapſum Adami, miſera cõditio.

Adam nudus erubeſcit.

Adami prauaricatio, & excuſatio: deinde & Euæ.

Hominis maledictio.

Quæſtio.

Hominis ante lapſum Adami, felicitas in quo, & quanta erat futura.

Dei præſcientia.

Paradiſus Adami qualis fuerit.

Angeli ſuperbi lapſus à cælo, & eiuſdem inuidentia in hominẽ.

Diabolus quare ſerpentem elegerit ad ſeducendam Euam.

Diabolus cur à muliere tentationem inchoarit.

Adami peccatum non fuit in cibo, ſed inobedientia. Obedientia vis & miſteria.

Primi lapſus Adæ gradus, & ſuperbia malum, quale.

Excuſationis peruicacia & ſuperbia.

est, vbi mandati diuini est aperta transgressio. & cap. 15. Ideo talis quidem damnatio subsecuta est, vt homo qui custodiendo mandatum, futurus fuerat etiam carne spiritalis fieret etiam mente carnalis: & quia sua superbia sibi placuerat, Dei iustitia sibi donaretur: nec sicut affectabat, in sua esset omnimoda potestate, sed à seipso quoque dissentiens, sub illo cui peccando consensit, pro libertate quam concupiuerat, duram miserámque ageret seruitutem, mortuus spiritu volens, & corpore moriturus inuitus: desertor æternæ vitæ, etiã æterna nisi gratia liberaret, morte damnatus. Siquis huiusmodi damnationem vel nimiam, vel iniustam putat, metiri profectò nescit, quanta fuerit iniquitas in peccando, vbi tanta erat non peccandi facilitas. In paradiso autem etiamsi non omnia poterat ante peccatum: quicquid tamen non poterat, non volebat: & ideo poterat omnia quæ volebat. nunc verò homo vanitati similis factus est. & quæ multa illic disceptantur de lapsu primorum parentum, & secutis inde incommodis. sed breuiùs Bernardus in cantica; Vide hominem priùs quatuor virtutibus amictum. quid huic deerat, quem misericordia custodiebat, veritas docebat, iustitia regebat, pax fouebat? idem, Homo cùm in honore esset, non intellexit. in quo honore? habitabat in paradiso, & in loco voluptatis conuersatio eius; nihil molestiæ aut indigentiæ sentiebat, odoriferis stipatus malis, fulcitus (malim fulcitus) floribus, gloria & honore coronatus, & constitutus super opera manuum plasmatoris: magis autem ob insigne diuinæ similitudinis præcellebat; & erat illi sors ac societas cum plebe angelorum, & cum omni militia cœlestis exercitus. sed mutauit istam gloriam in similitudinem comedentis fœnum. ibidem, Heu tristis & lacrymosa mutatio: vt homo paradisicola, terræ dominus, cœli ciuis, domesticus Domini sabaoth, supernorum spirituum & cœlestium virtutum coheres, repentina se conuersione inuenit & propter infirmitatem, iacẽtem in stabulo; & propter pecorinam similitudinem, indigentem fœno; & propter indomitam feritatem, alligatum præsepio. Gregorius autem lib. 4. moralium, Ad hoc homo positus erat in paradiso; vt si se ad conditoris sui obedientiam vinculis charitatis astringeret; ad cœlestem angelorum patriam quandoq. sine carnis morte transiret. Beda & Strabus super genesin, Lignum vitæ interpretantur, qua diuinitùs accepit hanc vim, vt qui ex eius fructu comederet, corpus eius stabili sanitate & perpetua soliditate firmaretur, nec vlla infirmitate vel ætatis imbecillitate in deterius vel in occasum laberetur. de inuidia autem & astutia diaboli & forma tentationis, multa P. Lombardus lib. 2. distinct. 21. & 22. & 23. præsertim ex Augustino super genesi ad literam; & eiusdem libri distinct. 19. de primo hominis statu ante peccatum penes corpus & animã, multa differit, quæ non possunt breuibus nunc à me chartis comprehendi. Augustinus autem lib. 8. cap. 6. super genesi ad literam, Potuerunt (inquit) primi homines in paradiso filios gignere, non vt moriẽtibus patribus succederent filij, sed in aliquo formæ statu manẽtibus, & de ligno vitæ vigorẽ sumentibus, & filij ad eundem perducerentur statum; donec impleto numero sine morte, animalium corpora in aliam qualitatem trãsirent, in qua omnino regenti spiritui deseruirent, & solo spiritu viuificante sine corporeis alimentis viuerent. Vel potuerunt parentes filiis cedere, vt per successionem numerus impleretur: qui genitis filiis, perfectâque humani officij iustitia, ad meliora transferrentur, non per mortem, sed per aliquam mutationem. quoquidem in opere plurima idem in hunc sententiam inquirit, tibi legenda per otium; sicuti Basilius & Ambrosius in suis hexaëmeris; quæ non patitur hic locus singillatim commemorari. idem Augustinus tum alibi, tum libris de ciuitate Dei, in hoc argumento multus est, vt iam cœpi ostẽdere. nam lib. 13. cap. 14. Deus creauit hominem rectum, naturarum author, non vtique vitiorũ sed sponte deprauatus, iustéque damnatus, deprauatos damnatósque generauit. & quæ sequuntur tum eodem, tum sequenti capite; Cõstat (ait) inter Christianos veraciter catholicam tenentes fidem, etiã ipsam nobis corporis mortem non lege naturæ, qua nullam mortem homini Deus fecit, sed merito inflictam esse peccati: quoniam peccatum vindicans Deus, dixit homini, in quo tunc omnes eramus, Terra es, & in terram ibis. & mox cap. 26. lib. 14. Viuebat homo in paradiso sicut volebat, quandiu volebat, quod Deus iusserat: viuebat fruens Deo, ex quo bono erat bonus: viuebat sine vlla egestate, ita semper viuere habens in potestate. cibus aderat ne esuriret, potus ne sitiret, lignũ vitæ ne illum senecta dissolueret: nihil corruptionis in corpore vel ex corpore vllas molestias vllis eius sensibus ingerebat. nullus intrinsecus morbus, nullus ictus metuebatur extrinsecus. summa in carne sanitas, in anima tota tranquillitas. sicut in paradiso nullus æstus, aut frigus; sic in eius habitatore nulla ex cupiditate vel timore accedebat bonæ volũtatis offensio. nihil omnino triste, nihil erat inaniter lætum: gaudium verũ perpetuabatur ex Deo; in quem flagrabat charitas ex corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta. Atq. inter se coniugum fida ex honesto amore societas, concors mentis corporísque vigilia, & mandati sine labore custodia. non lassitudo fatigabat otiosum, non somnus premebat inuitum. In tanta facilitate rerum, & felicitate hominum, abfit vt suspicemur non potuisse prolẽ seri sine libidinis morbo. sed eo voluntatis nutu moderentur illa mẽbra, quo cætera; & sine ardoris illecebroso stimulo, cum trãquillitate animi & corporis, nulla corruptione integritatis infunderetur gremio maritus vxoris. & quæ plura deinceps de generationis modo citra voluptatis illecebram. & cap. 22. lib. 22. in miserias vitæ humanæ excurrit, hinc ducto exordio; Nam quod ad primam originem pertinet, omnium mortalium progeniem fuisse damnatam, hæc ipsa vita, si vita dicenda est, tot & tantis malis plena

Hominis primi conditio mutata in deterius, qualiter.

Adami pœna non est peccato grauior, quamobrem.

Posse & velle qui differant.

Hominis ante lapsum prærogatiua.

Hominis post lapsum degener mutatio, qualis.

Homo immortalis futurus, nisi Adam peccasset.

Ligni vitæ paradisi, cur dicatur, ab effectu.

An primi parentes gignere in paradiso potuerint, & quorsum, quóq. modo immortales futuri.

Homo quales filios genuerit suo dissimiles.

Mors hominis vnde acciderit.

Hominis vita in paradiso qualis fuerit.

Paradisus qualis.

Primorum coniugum societas qualis, & vita ratio.

Quomodo primi parentes fuerunt generaturi, sine libidinis æstu.

Hominum genus damnatum, vnde.

teſtatur. quæ multa deinceps longa oratione enumerat. & cap. mox 24. longiorem ſeriem inſtituit bonorum, quibus vitam humanam damnationi licet obnoxiam creator impleuit, quam tu inde recognoſces, ne prolixitas tædiũ pariat.

Vita humana bona & mala.

Hæc igitur mihi de theologis collecta & expreſſa ſufficiant. quid enim reliquos cõſecter & numero multos, & doctrina inſignes, & pietate eximios? ſcripſi porrò in hanc ſententiã multa theologis affinia, & ab ijs partim accepta, partim libero ingenij excurſu profuſa, noſtris in Strab. cõmentarijs, quæ nunc vereor his inſerere, ne qui noſtra opera leget, bis inculcari eaſdem paginas conqueratur. excurſus occaſionẽ ipſo capite oſtendã & indicabo, ſic autem ibi ex Paulo intuli cap. 5. ad Rom. Sicut per vnius delictum in omnes homines in condemnationem: ſic & per vnius iuſtitiam & omnes homines in iuſtificationẽ vitæ. Sicut enim per inobedientiã vnius hominis peccatores conſtituti ſunt multi: ita & per vnius obeditionẽ, iuſti conſtituentur multi. Sed nos ibidem vt morbi cauſſam pluribus rationibus inquiſiuimus: ſic & eiuſdem medelam pluribus verbis, aut ſi placet, antidotis refertam expreſſimus, altero initio ex eiuſdẽ Pauli epiſt. ad Rom. ducto, hunc in modũ; Sicut per vnum hominem peccatum in hunc mũdum intrauit, & per peccatum mors: ita & in omnes homines mors pertranſijt, in quo omnes peccauerunt. Sed non ſicut delictum, ita & donum. ſi enim vnius delicto multi mortui ſunt: multò magis gratia Dei & donum, in gratia vnius hominis Ieſu Chriſti in plures abũdauit. Et non ſicut per vnum, peccatum, ita & donum. nam iudicium quidem ex vno in cõdemnationẽ, gratia autem ex multis delictis in iuſtificationẽ. Si enim vnius delicto mors regnauit per vnum: multò magis abundantiam gratiæ & donationis & iuſtitiæ accipientes, in vita regnabunt per vnum Ieſum Chriſtum. &c.

Adami & Chriſti diuerſa in genus humanũ merita, per aſſa Sen.

Peccatum Adæ tuit humanum genus cõmune, at liberatio efficaciter à Meſſia.

Chriſtiſalmateris largè liberalitas in genus humanum.

Verùm de iſtis aliàs pluribus, & loco commodiore: nunc antẽ de homine dicturus, poſt lapſũ primi parentis laboribus addicto, morbis & doloribus & morti obnoxio, multis ærũmnis & calamitatibus expoſito, illud primũ profitebor, iuſtitia Dei æterna, propter ſuũ (ſic Cæcias nubes, vt aiunt) ſibi ſcelus ac proteruiam, tot illi mala fuiſſe aſcita, atque ex natura traduce, ab vno in omnes iſtam labem originalẽ reſperſam ac deriuatam: vt ſicut reliquorum bonorum vtriuſq. primi parentis, & benedictionis à Deo datæ futurus erat particeps: ita & incõmodorum atque imprecationis haud immunis fieret. Sic enim decuit iuſtitiã Dei adimpleri, & peccatũ ſuperbiæ atq. inobedientiæ, pœna cõdigna plecti. Sic tamen vt Deus tanto malo facilis & miſericors opitularetur, extremis malis extrema demùm opponens remedia: & quidem miſſo filio Ieſu Chriſto, culpam primigeniã per eius mortẽ dignißimã ſacratißimámq. expiaturus. Qui factꝰ eſt pro nobis peccatũ (id eſt hoſtia pro peccato, ſiue peccati pœna expiatióq.) vt nos efficeremur iuſtitia Dei in ipſo, vt Paulus teſtatur 2. Corin. 5. cùm tamẽ ipſe innocentißimus peccatum non noſſet, cúmq. peccatũ non fecerit, neque ab origine prima vllam peccati labem cõtraxerit: ſed noſtrorũ in ſe ipſe peccatorũ vindictã ſuſcepit, atque verum ἱλαστήριον extitit. vt enim ſubſcribit Petrus cap. 2. epiſt. 1. Peccata noſtra ipſe pertulit in corpore ſuo ſuper lignũ. Videlicet iuxta ritũ Moſaïcum, velut pro peccato fuit hoſtia propitiatoria, pœnámq. noſtro peccato debitam in ſe transfudit, mortéq. ſua expiauit. In qua nos per baptiſmum abluti ſumus à veteri labe peccati, velut cõmortui cum Chriſto & conſepulti, vti Paulus diſertè prædicat Rom. 6. An ignoratis, fratres, quia quicumq. baptizati ſumus in Chriſto Ieſu, in morte ipſius baptizati ſumus? conſepulti enim ſumus cum illo per baptiſmum in mortem: vt quomodo Chriſtus ſurrexit à mortuis per gloriã patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Si enim complantati facti ſumus ſimilitudini mortis eius, ſimul & reſurrectionis erimus. hoc ſciẽtes, quia vetus homo noſter ſimul crucifixus eſt, vt deſtruatur corpus peccati, vt vltrà non ſeruiamus peccato. cui Auguſtinus ita ſubſcribit lib. 1. cap. 26. de nuptijs & concupiſcentia ad Valeriũ: In eis qui regenerantur in Chriſto, cùm remiſſionem accipiunt prorſus omnium peccatorũ, vtique neceſſe eſt vt reatus etiam huius, licet adhuc manẽtis concupiſcentiæ, remittatur: vt in peccatum non imputetur. quod idem repetit lib. 1. de peccatorũ meritis & remiſſione cap. 34. & li. 2. cap. 27. Similiter Hieronymus ad Oceanum, Omnia nobis in baptiſmate condonata ſunt crimina: nec poſt indulgentiam, iudicis eſt metuenda ſeueritas: dicente Apoſtolo 1. Corinth. 6. Et hæc quidẽ fuiſtis, ſed abluti eſtis, ſed ſanctificati eſtis, ſed iuſtificati eſtis in nomine Domini Ieſu Chriſti. omnia peccata donata ſunt bene & fideliter. quod & Micheas Propheta inſinuauit cap. 7. Ipſe auertet & miſerebitur noſtri: demerget iniquitates noſtras, & proijciet in profundum maris omnia peccata noſtra. ſimiliter Ezechiel cap. 36. Aſſumam vos de gentibus, & aſpergam ſuper vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus immunditijs veſtris. & dabo vobis cor nouum & ſpiritum nouum. item Ambroſius in illud Pauli, Hæc omnia beneficia putitatis in baptiſmate conſecuti noſcuntur, quod eſt fundamentum euangelicæ veritatis. illic enim peccatis depoſitis, abluitur credens & iuſtificatur Domini nomine, & per ſpiritum Dei noſtri, Deo filius adoptatur. & Chryſoſtomus homilia 24. in Ioannem, Quænam ergo aquæ neceſſitas? iam abſconditum vobis myſterium aperiam. Primùm diuina in hoc conſummantur iudicia, ſepultura, mortificatio, reſurrectio, vita, & hæc ſimul omnia. In aqua enim tanquam in ſepulcro caput immergentibus, vetus homo ſepelitur, emergentibus nouus reſurgit: inde, vt facile nobis eſt immergi, & emerſos reſpirare: ita Deo veterem ſepelire hominem, & nouum induere. Præterea hinc Patris & Filij & Spiritus ſancti virtutem hæc omnia implere intelligis. quibus ſimilia ſcripſit Ambroſius lib. 1. de Sacramentis. item Cyprianus ſermone de ablutione pedum, Hinc egredientia quatuor Euangelij flumina, per vniuerſum mundum ſecum

Homini peccati expiatio per Chriſtum.

Chriſtus quomodo peccatum.

Chriſtus noſtrum ἱλαστήριον. G. ranſom.

Chriſtus, hoſtia pro peccato, qualis.

Baptiſmi efficacitas, vnde.

Homines eũ Chriſto cõmoriuntur & conreſurgunt Græcè συναποθνήσκουσι καὶ συναναστήσονται.

Regeneratio per baptiſmum, quæ.

Cõcupiſcẽtia remanet ſublato reatu.

Baptiſmi vis.

Ablui peccata baptiſmum, quid. per allegoriam.

Adoptio in filios Dei per baptiſmum.

Baptiſmi per aquam myſterium, quale.

Baptiſmi efficacia vnde.

regenerationis euehunt lauacrum, & de abdito & ſecretiſſimo Spiritus ſancti munere, huius gratiæ liquor emanat. ſic lauans quos parẽtalis labes infecerat, vt nec actualis, nec originalis macula, aliqua ſui poſt ablutionẽ illam veſtigia

Baptiſmus, ſecunda tabula, qualis, per allegoriam.

derelinquat. ita ille. Denique hæc fuit vna illa ſalutaris poſt factũ primum naufragium altera tabula, quam ſancti doctores celebrant, & qua duce, de naufragio perditionis culpæ parentum nos ſubducimus atque eripimus, atque ad Chriſtum ſalutis portum contẽdimus. Rectè autem

Dei iuſtitia & pietas in homine.

Auguſtinus ſerm. de tempore 61. Deus nec impoſſibile aliquid potuit imperare, quia iuſtus eſt: nec damnaturus eſt hominem pro eo quod non potuit vitare, quia pius eſt. hæc iſti, atque

Allegoria à ſimili.

his multò plura. Vides igitur vulnus inflictum manu hoſtili, ritè percuratum à medico fideli, & perſanatũ remedio ſalubri: atque nouo quodã modo, per ſeruatoris Ieſu mortẽ ſalutarem,

Chriſtum pelicano ſimilis, in quo.

toti generi humano vitam reſtitutam. Quo ferè modo Ælianus & phyſici memorãt pelicanum ſuo cruore recens affuſo reſperſo, vitam mortuis aut ſanè moribundis pullis reſtituere.

Hominum calamitatum cauſſa.

Vt tamen hoc ita ſit, nihilominùs multa ſuperſunt homini exantlanda infortunia, multa per totũ vitæ curriculũ adeunda pericula, multa ſubeunda mala: quia culpa licet expiata, perſolutóque noſtræ redemptionis pretio: tamen

Hominis culpa expiata, ſupereſt pœna luenda.

obligatio ad varia pœnarũ genera ſuperfuit, quę nos luimus in corpore, vt aliquando animæ fidelium per Chriſtum redemptæ, in eum credentium & baptiſmo ablutorum, ſaluæ fiant.

Propoſitio.

Enimuerò vtan altera otationis parte per vitę totius gradus omnes decurſum eſt ad hominis miſeriã velut digito demonſtrandã: ſic nũc placet talia obiecta naturæ humanæ inſonti crimina & conuitia regerere aut eleuare diluerẽque.

Hominis generatio ſi accretio nutritióque ſimilis cæterorum, quã.

Ac primò quid nouũ tibi aut inſolens videtur, ſi homo inſtar reliquorũ animaliũ, ex cõmixtione maris & fœminæ in vtero materno de ſemine parentũ concipitur, & ſanguine materno puriſſimo alitur, inq. loco omniũ conuenientiſſimo concluditur, tum ad primã generationem, tum ad incrementũ, tum ad partionẽ accõmodatiſſimo? Maluiſſes forſan è cerebro naſci, vt de Minerua Iouis ex Meride filia fabulæ referunt? At

Homo non potuit alibi commodiùs gigni: non in cerebro.

locus nullus tanto corpori capiendo, nullus nutriendo cõmeatus idoneus, nulla via immittendo, nulla patebat educẽdo. Maluiſſes è femore,

Hiſtoria.

Bacchi Semeles filij inſtar? At quæ de capite diximus, eædem opportunitates loci hic deerant ad capiendũ, emittendum, augendum, alendum-atq. vt in capite fuiſſet valdè monſtroſum tanto premi põdere: ſic in cruribus ad motũ & greſſũ

Non in pectore.

inſtitutis per quàm moleſtum foret tam graui onere retardari. Maluiſſes in pectore? atqui nec via quidem patebat vlla, neque oſſium duritiei embryoni daret locum incrementi. vt cætera

Ab incommodis.

taceã incõmoda, quæ cor, viſcus nobiliſſimum, & pulmones totum thoracem reſpirãdo complentes, ex iſta inſolenti maſſa pertuliſſent, aut ne perferre quidem potuiſſent antè extinguendo ſuffocãdóq. animali, quàm fœtus in aliquod vel mediocre adoleſceret incrementum. cùm leuis & parua fortè intus collecta vomica cordi

A vim repentè inferat lethalem. Quid dicam de partibus reliquis tanto animali concipiendo retinendóque, augendo alendóque ineptis? Vt ſi vndiq. Momus deſpiciat ac perluſtret: nullum locum ad generationem, ad paritudinem, ad alimoniam & augmentum liberum fœtui vel embryoni reperire queat aptiorẽ. At vicinia mouet nauſeam: cùm ab antica parte veſica proſtet; à poſtica autẽ, rectum inteſtinũ vtero ſubſidat, hoc ſtercori & excrementis alui, illud vrinæ excipiẽdæ deſtinatũ à natura receptaculum. Quid verò moleſtiæ inde percipiat infans, cui intus clauſo ac degenti in aluo materna, nullus vſus

B narium eſt, nullus oculorum, nullus oris, nullus auriũ? Vt tetro licet odore, vt colore lurido, vt ſapore abominãdo, vt ſonitu rudi atque aſpero offendi intus nequeat? An verò tibi ipſi nõ moleſtum eſt, ventre & inteſtinis circũferre olidam ſaburram, velut latrinã aut cloacam ſtercoribus & merdis ſcatentẽ, ac veluti camerinã putrem? Mihi (dices) nullus inde nares odor ferit, atque aſſuetudo tædium leuat. Sed neque iſti puſioni (inquã) moleſtiæ inde accedit quicquam. Atqui alitur ſanguine materno impuro, & menſtruo illo abominabili virulentóque. Qualecumque ſanè matris eſt alimẽtum, tale eſt & embryonis,

C ſanæ ſanũ, ægrũ ægræ. quomodo enim puſioni aliud det, quàm ipſa habeat? Verùm iampridem iſtas de menſtrui ſanguinis ludibrio & monſtrifica natura diluimus ineptias. Sanguine autẽ alinõ nouũ eſt: cùm omnes noſtri corporis partes non alio quippe nutriãtur alimento. atque hoc qualecũq. tandem ſit, ne infans quidẽ percipit, cùm non ore exugat, vti ſuo loco probauimus, ſed per vmbilicũ attrahat alimentũ, quo pridem diximus modo. Sed enim olido ac tetro claditur carcere. Quæna verò moleſtia illi ſuccedit

D ex eo quod ne percipit quidem aut apprehẽdit, nullo adhuc rationis aut intelligẽtiæ vſus auxilio? Et vbi tandem cõmodiùs viuat, quàm loco tepido, molli, libero, amplo, nulli aëris iniuriæ expoſito, non gelu, non frigori, non ventis, non imbribus aut alijs externis incommoditatibus, quæ nos vndiq. premunt & circumuallant? Declarat ipſe ſatis loci genitalis deſiderũ, mutationémque in deterius factã luget. hinc enim ſunt illæ mox à partu lacrumæ, hinc gemitus & eiulatus, ob inſolitam aëris & contingẽtium inuolucrorũ nudo corpuſculo ferendã tolerãdámq. iniuriam. Et tamen vbi maturitas acceſſit, impatiens anguſtiarum & eſuriei, ſtatim ipſe ſibi ſponte viam vi facit, vitales erumpens in auras.

E Et quia grande animal fuit magnique mométi, ob id longiore intus tempore in vtero permãſit. quod cõmune habet cũ reliquis maioribus animalibus, talem prouidentiam in ijs generandis, conformandis, alendis, augendis, ædendis adhibente natura parẽte optima: atque homini vni, velut animaliũ præſtantiſſimo, ſibíq. chariſſimo pignori in cunctis gratificata. Sed labor puerperam, dolor angit infantẽ naſciturum. Sanè verò quia hæc olim Euæ maledictio fuit in pœnam à Deo inflicta Geneſ. 3. & puer vt culpæ originalis peccati, ſic natiuitatis doloribus fuit obnoxius. quo tamen neque cæteræ animantes vacarunt

Momi examen.

Embryo nõ ſentit vicinia incõmoda, cæt.

Atqui omnes ſtercorã aluo ciſſum gerimus, nec ſentimus ſtatim.

Alimentũ embryonis cõmune cũ matre, quale.

Menſtruoſi virus falsò perhibetur.

Embryon qui alatur, & quo.

Embryon claditur loco commodiſſimo, quali.

Infans ſtatim natus cur lacrumet.

Infans quã do & cur prodeat.

Magna animalia diutius vtero geruntur.

Dolor partus cõmune fatum & fœtui, vnde.

incõmodo: éſque hæc velut perceptæ olim in A eoïtu magnæ voluptatis acerba merces. Nempe extrema gaudij luctus occupat, vt ſcribit Salomon Prouerb. 14. Præterquàm quòd iſta criminis primotũ peremptæ pœna iuſta habetur. At mori ſæpe cõtingit puerperam, ſæpius etiam & puerum. Enimuerò puerum emori ſub ipſum naſcendi tempus, multarũ difficultatum & malorum pœnam ſenſumq. ſubtraxerit ac præciderit. Mulieri autẽ ipſi fuerat inſita iam ab omni tempore moriendi neceſſitas: quã hæc occaſio fortè attulit & accelerauit, tantò minorẽ faciliorémq. futuram, quòd illã ipſes hominis in locem profterendi ad extremũ vſque ſpiritum comitata eſt, quódque nullo, vt aſſolet, antegreſſo morbo, B mors cum leuiculo dolore, interceptis omnibus ſpiritibus, vel concolcatis ijſdem, ferè ſine ſenſu vllo, aut eo permodico inopinantem oppreſſit. Quæ ſi in aliud tẽpus differtur, ipſa parẽs grandi ſe ducit mercede compẽſatam nouimeſtris geſtationis & moleſtiæ partus, quòd hominem ex ſe natum videt, ſicuti teſtatur ſcriptura Ioan. 16. Mulier cùm parit, triſtitiam habet, quia venit hora eius: cùm autem peperit puerum, iam non meminit preſſuræ propter gaudium, quia natus eſt homo in mundũ. Quid quòd & multas quotidie eniti videmus, nullo penè partus ſeu parturæ dolore: cùm & ſciamus nonnullas eodẽ die C in templum veniſſe, vtique proprijs geſtaſſe baptizãdum infantem, quem nouem menſibus vtero paulò antè recluſum geſtauerant? Reſtat nunc educatio: quæ ſi cura parentũ ſuſcipitur, quid culpæ aut reprehẽſionis meretur, cùm iure naturæ atq. inſtituto, quæ genuit mater eadem genitum alit, altum fouet, fotum veſtit, veſtitum plauſu, cãtu, motu demulcet, & modis omnibus die noctéq. illi ſubuenit, imò & ſubſeruit, tantos labores parui deputans, quòd eius cauſſa ſuſcipiuntur, qui ſibi ſeipſa charior eſt. Quæ cura vtique reliquis animantibus omnibus cõmunis D eſt, natura duce ſuos fœtus ſolicitè & libenter ac liberaliter educãtibus. At matet ingrata ſæpè iſtam à ſe curam alendi infantis amolitur ac reijcit. Malè iſta quidem, nullâque dignã venia: ſi modò nulla valetudinis excuſatio, nulla deficientis lactis, nulla malè conformatorum vberum, vt pupillarũ breuiorum, aut ſimilis aliqua iuſta ratio adferri poteſt. Quorſum enim matri ſuæ mãmæ? Cui tamen officio ſi ſatisfacere aliquo vitio aut defectu naturæ nequit, proxima cura eſt, vt idoneam in ſuum locum nutricem ſubſtituat. Quo in delectu ſi eam fallit contingat (contingit autem ſæpiſſimè) quis alienum errorem legitimæ matri vitio vertat, præſertim cùm nulla eius culpa aut negligẽtia id crimen commiſſum ſit? Sed hæc omnia male in miſẽlli caput recidunt. Ita eſt: ſed feriũda tamen, quia non ſponte, ſed caſu in ea incidit. & verò ſi qua ratione poſſunt, vbi ad maturam puer ętatem peruenerit, emendari debent & corrigi: tum quæ ad corpus attinent, medicorum conſilijs reſtituendo: tum quæ ad animũ ſpectant, parentum ac præceptorum monitis aſſiduis, ac ſi opus eſt, plagis etiam & vibicibus reformando. Felix autem is demum futurus eſt (quales nos plerique

Mors in partu frequens, fatale ſexui cõmune, quomodo accipienda, & cur cauſſa.

Puerpera gaudium.

Partus mulieribus nimium fabilioſus.

Materna educatio infantis grauiſſa.

Educatio liberorum communis omni animalium generi.

In matres nutricum munus auerſantes, ſi earum poſſint;

Nutricum delectus, & earum vitia corrigenda, qualiter.

Parentes debent educare liberos. Hoſpitia.

Infantum faſtus quæriſum.

Matris dulcia in educanda prole, & patris in erudienda.

Inſtitutio paucorum laborioſa.

Proverb.

Diſcipuli fingunt mores magiſtrorum.

Proverb.

Similitudo.

Puerorum cerei mores & ingenia.

Pueri ingenia quando formãdum. Allegoria. Pueriles inſtitutio quæ ſit. à ſimili.

Pueriles inſtitutio quæ ſit. à ſimili.

ſui ſæculi exiſtimant) quibus parens eadem fuit & nutrix ſedula, & pater ſolers pædagogus. qualem vtique Catonem illum ferunt Cenſorium, filij ſui præceptorem, vt & maternis vberibus paterno inſtituto aliti & educati. Quãtò enim illa mitiora ſunt & accuratiora, quæ ex animo & ex officio à parentibus circa liberos gerantur? tum mammis proprijs nutricatio infantem, tum pannis & lanteis mollibus ac nitidis inuoluẽdo (quæ iſti moroſuli vincula vocant, omnino ad calorem tenelli corpuſculi, & ad artuum compoſitionem conformationémq. neceſſaria) tum minimis manſis in oſcillum ingerendis, tum blando motu & agitatu aut geſtatione demulcendo. merus vt ludus iocúſque tum matri, tum puero talis nutricatio educatióque fuiſſe videatur. adeo laborem alleuat ac minuit maternus amor, & propenſa in ſuos voluntas! adeo patri ſuaue eſt, de ſua ſapientia doctrinãque velut tiſulos in nati ſui ingenium ceu fundum tranſfundere, & mutua animorum cõmunicatione, ſicuti tandem bonorum omnium poſt fata, ita nunc primùm doctrinæ & liberæ educationis ſanctorumq. præceptorum & documentorum hæredem ſe viuo facere inſtituerẽque. Verùm pleriſque extari contingunt præceptores, ijque moroſi ac difficiles & queruli, vel quod grauius eſt, plagoſi etiam, vti de ſuo Orbilio queritur Flaccus. Nimirùm iſthuc verum eſt, quod vulgo dici audio, Aſino rudi rudem opus eſſe ferulam, aut aſperum agaſonem atque maſtigiam. ita enim ferè fit, vt pro ſuo ingenio puer effingat ſibi magiſtrum, facilis facilem, docilis docilem, manſuetus manſuetum, peruicax & refractariolus etiam ſuæ pertinaciæ & contumaciæ perdomandæ adſimilem. Talem vetò ferè ergà ſe Deum experitur vnuſquiſque noſtrũm: verè vt dictum ſit, Quemque ſibi ſuæ fabrum eſſe fortunæ: & Deum ſuis ſibi moribus ſimilem quodammodo effingere. An non videmus fabros ſimili vſos induſtria, lignũ nodoſum acuta ſecuri, vel bipenni, aut dolabra dedolare ac lænigare? nonne durum & horridum ſaxum ſcalpro perpolire? Hæc autem tota difficultas potiùs eſt artificis, quàm operis, & didaſcali potiùs quàm diſcipuli: qui in ceteo pueri ingenio docendo formandóq. minimùm laborat: in duro & ferreo planè multùm. ideo rectè Perſius Saty. 3. de Cornuto ſuo præceptore,

Me tibi ſuppoſui, teneros tu ſuſcipis annos
Socratico Cornute, ſinu: tunc fallere ſolers
Appoſita inuertos oſtendit regula mores,
Et premitur ratione animus, vincíq; laborat,
Artificémque tuo ducit ſub pollice vultum.

Sic enim Plato lib. 3. de republ. inſtitui oportere hominem ab adoleſcentia præcipit, vt officioſus adoleſcat, & his gaudeat quibus gaudendum eſt, & doleat quibus eſt dolendum. formatur enim diſciplinis tenera ætas, vt cera manu artificis liquata fingitur. ſic denique Horatius lib. 1. epiſtol. à ſimili alludit,

Fingit equum tenera docilem ceruice magiſter
Ire viam quam monſtrat eques. venaticus ex quo
Tempore ceruinam pellem lætrauit in aula,
Militat in ſyluis catulus. nunc adhibe puro

Pectore verba puer, nunc te melioribus offer.

Artifices qualiter suos tyrones instruãt, & quorsum.

Quod autem dico de pædagogis & præceptoribus, idem accipi volo & de artibus artificibúsque mechanicis: vt in singulis puer idoneo tradatur artifici, eóque docente & viam præeunte, artem condiscat, cuius auspicijs vitam ducat, reíque familiaris inuet angustias atque leuet. Rectè enim veterum legibus præceptum est, vt parentes educatis ingenuè liberis artem sibi conuenientem tradendam curent, cuius ductu res vitæ necessarias sibi anquirere & comparare queant. atque ita rectè præcipit ethicus author, quisquis est è nostris vir bonus;

Parentes tenentur legibus artes tradere liberis, quorsum.

Si tibi sint nati, nec opes, tunc artibus illos
Instrue, quæ possint inopem defendere vitam.

Pueri docili & bene morati natura.

Sed transeamus ab hac puerili institutione ad sequentis ætatis gradus. Sanè si puer bene institutus & liberaliter educatus fuerit, ingenuis ac probis ortus parentibus, nunquam quicquam à generis & parentum dignitate voluntatéque alienum, nunquam quicquam à magistri & pædagogi cum virtute coniunctis præceptis abhorrens committere aggredietur, cuius illum postmodò pœniteat, & quo nomine apud suos aut alienos malè audiat. Itaque talis adolescens suæ sponti & libertati ingenuæ & iurò tradi & fideliter relinqui solet. Sed si prauè educatus,

Pueri immorigeri instituto, qualis.

peruersè institutus, malè morigerus sit, & parentibus ortus parum probis aut parum honestis: ita vt eius nequitiæ & petulantiæ fidere intutum sit: omnino custodi sedulo & acri & vigilanti committendus est, ne vsquam aberret, ne vitia & vitiosos sectetur, ne inertiæ & otiositati se dedat, néve libidini aut voluptati se tradat, pessimis dominis: néve iræ & furori temeritatique, pessimis sese consultoribus addicat. sic enim de se Persius ibidem, vt idem de alijs intelligas;

Cùm primùm pauido custos mihi purpura cessit,
Bullaque succinctis Laribus donata pependit:
Cùm blandi comites, totáque impunè Suburra
Permisit sparsisse oculos iam candidus vmbo:
Cúmque iter ambiguum est, & vitæ nescius error
Deducit trepidas ramosa in compita mentes:
Me tibi supposui, teneros tu suscipis annos.

Puer quo ætate pædagogo tradendus.

Pueri peruersè educati nequitia.

Quæ cura & solicitudo circa adolescentem si negligatur, periculum est ne fera quauis intractabilior, vt Plato dicebat, néve petulantia & nequitia perditus, euadat patriæ pernicios us, suíque dedecus famæ inurat, sibi ignominiam conflet, pœnámque accersat, quam vel de corio suo luat, aut capitis supplicio rependat, suo sibi malo atque infortunio. Quod tamen facilè auerti & declinari potest, siquis animum disciplinæ adijciat, atque vt ait Flaccus,

Disciplina pueris necessaria.

Simodo cultura patientem præbeat aurem.

Historia.

Hîc tamen meminisse operæpretium est historiæ Herculis ex Prodico, referente M. Tullio 1. offic. In primis autem constituẽdum est, quos nos & quales esse velimus, & in quo genere vitæ. quæ deliberatio est omnium difficillima. Incunte enim adolescentia, cùm inest maxima imbecillitas consilij, tunc id sibi quisque genus ætatis degendæ constituit, quod maximè adamauit. itaque antè implicatur aliquo certo genere cursúque viuendi, quàm potuit quid optimum esset, iudicare. Nam quòd Herculem Prodicus dicit (vt est apud Xenophontem) cum primùm pubesceret, quod tempus à natura ad deligendum quam quisque viam viuendi sit ingressurus, datum est, exisse in solitudinem, atque ibi sedentem, diu secum multúmq. dubitasse, cùm duas cerneret vias, vnam voluptatis, alteram virtutis, vtram ingredi melius esset. Hoc Herculi Iouis fatu edito potuit fortasse contingere, nobis non item, qui imitamur quos cuique visum est, atque ad eorũ studia institutáq. impellimur: plerumque autẽ parentum præceptis imbuti, ad eorum consuetudinẽ morémque deducimur. &

Duo adolescenti vitæ proponũtur.

mox, Ad hanc autem rationem quoniam maximam vim natura habet, fortuna proximã, vtriusque omnino ratio habenda est in deligendo genere vitæ, sed naturæ magis: multò enim & firmior est & constantior: vt fortuna nõnunquam ipsa mortalis cum immortali natura pugnare videatur. & post nonnulla, Optima autem hereditas à parentibus traditur liberis, omníque patrimonio præstantior, gloria virtutis rerúmque gestarum: cui dedecori esse, nefas & vitium iudicandum est. &c.

Natura vis & fortunæ in vita humana.

Hereditas quæ liberis optima.

Has igitur ætates percurrenti, quid est quod tibi aut alijs videatur graue aut onerosum? quid non ioci plenum ac deliciarũ? cùm corpus adolescit blandis educatum alimentis, exercitio atq. lusibus traducta bona parte temporis, animus ad virtutem & artes liberaliter ac tempestiuè atque idoneè instituitur? Sed fortè ludum iocúmq. dicis fuisse ætatem illam primam, præsertim sequentis ætatis cursus hominem calamitate & miseria cumulat, circa dictam honorum ambitionem, rei familiaris curam, matrimonij onus, liberorum bonorúmque amissionem, & similia incommoda, quæ virilis ætas incurrit. Quasi verò talia omnibus vsueniant. quasi non alia longè amœnissima velut condimenta, huius acerbitatem fortunæ siue infortunij leniant atque temperent. Quid enim suauius homini potest in hac vita contingere, quàm dulces natos cernere, castã coniugem amplecti & dissuauiari, habere quocum tic agas, sic colloquaris vt tecum, & cui fortunã vtramque cõmunices, aut quàm bonis vti partim relictis, partim labore suo quæsitis, partim nouis pariendis sine fraude cuiusquam aut iniuria inuigilare? oblatos in Republ. honores, vel sorte contingentes magistratus (nolim ego pecunia coëmi, ne verum fiat quod Seuerus Imp. dicebat, Necesse est vt qui emit, vendat) aut delectu populi vltrò oblatos, virtutis præmium, cum laude gerere: versari in oculis ciuium: coli à bonis, à malis metui: iuuare consilijs Rempubl. amicos cõciliare: exercitijs honestis modò ruri, modò in vrbe indulgere: denique boni ciuis fungi officium, lædere neminem, prodesse quibus possis. In his & similibus vitæ humanæ munijs, quid est quod iure reprehendas, aut culpes ex merito? quin potiùs quid est, quod non summopere laudari mereatur? Sed plerique suis magistratibus abuntur, fraudant, decipiunt, expilant, calumniantur, diripiunt, prædantur, supplantant, latrocinantur,

Damna bonis in vita humana permiscentur.

Virilis ætatis cõmoda, & studia.

Magistratum venalis.

In malos cũues & improbos magistratus.

& similibus technis atque artibus in hominum vitam, famam & fortunas grassantur atque impetum faciunt. Sit hæc paucorum quorundam peruersitas, & bonis grauis importunitas, reiq. publicæ damnosa violētia. At legibus coërceri, iure agi, pœnis affici, vim vi repelli fas est. Quid ad te, si cupis bene cum bonis viuere & agere? Fac autem liberos fato defungi immaturo: fac vxorem morbo corripi, morte præueniri: fac teipsum ijsdē casibus implicari. At istos omnes, téque ipsum sciebas, cum Anaxagora sic filij fatum leniente, vtique genitos mortales, & fortunæ ludibrijs expositos. itaque ferenda est, quæ nulla arte corrigi potest calamitas. sæpéque ex aduerso iactura grauis aut amicorum, aut natorum, aut bonorum, noua aliorum tum amicorum, tum natorum, tum bonorum accessione præstantiore venit compensanda. vt enim rectè Comicus,

Ne nimium boni est, cui nil est mali!

At verò hanc vitam ingressis, & rem bene gerentibus, atque fortuna vtentibus candida prosperáque,

Obrepit tandem non intellecta senectus.

bona illa valetudo paulatim minuitur atque atteritur, sensus languent, motus torpet, morbi ingruunt, cæteráque illa vrgent & angunt, quæ obiecta sunt, quæque plura possunt obiici, & quæ tum experimur ipsi, tum in alijs quotidie cernimus ac deprehendimus. Quasi verò cuiquam nato vita & sanitas constans, florida vegetáque perpetuò speranda sit. quasi non idem fatum omnia genita maneat, vt paulatim à summo valetudinis & roboris fastigio ad infimum imbecillitatis & infirmitatis gradum deuoluantur. Hæc omnibus conditio vitæ proposita est, idem finis imminet. ideo aduersus ingruentem istam velut calamitatem aut necessitatem, paulatim assuefaciendus est animus, vt quicquid aduersi contigerit, illud bono deputet: vt contrà, siquid boni, id vt lucro annumeret. Id verò percommodè homini accidit, longiorem vt vitam pertæsus, morbis fractus, damnis mulctatus, & similibus cōmodis vitæ quasi procellis perculsus, suæ sortis & conditionis meminerit, quotidie mori addiscat, vitam cum morte cōmutare aut nihil reformidet, aut etiam percupiat. quod permultis viris bonis & sanctis accidit, animis ad Deum atque ad æternam felicitatem aspirantibus, huiúsque vitæ tædio nouam & perennem sperantibus atque exoptantibus, sicuti de Paulo alias protuli 1. Corinth. 5. & verò optimè & appositissimè Cyprianus epist. de mortalitate; Cùm auaritia nobis, cum impudicitia, cum ira, cum ambitione congressio est: cum vitijs carnalibus, cum illecebris secularibus assidua & iugis & molesta luctatio est. Obsessa mens hominis & vndique Zabuli infestatione vallata vix occurrit singulis, vix resistit. Si auaritia prostrata est, exurgit libido: si libido compressa est, succedit ambitio: si ambitio contempta est, ira exasperat, superbia inflat, vinolentia inuitat, inuidia concordiam rumpit, amicitiam zelus abscindit: cogeris maledicere, quod lex diuina prohibet: compelleris iurare, quod non licet.

A Tot persecutiones animus quotidie patitur, tot periculis pectus vrgetur, & delectat hîc inter Zabuli gladios diu stare? cùm magis concupiscendum & optandum sit ad Christum subuenire velociùs, morte properare? hæc ille omnino piè & verè. quæ enim malis mala mors dicitur, ea bonis bona ducitur. nomini enim afflicto corpore viuere iucundū negat Plato in Gorgia. Augustinus autem cap. 16. lib. 8. de ciuitate Dei, Melior est temporalis felicitas, quàm misera æternitas. Macrobius verò lib. 1. in somn. Scip. Pari constantia mors nec veniens per naturam timenda est, nec contra ordinem cogenda naturæ. & Martialis,

B *Summum nec metuas diem nec optes.*

sed omnino præclarè Ecclesiastici 7. In omnibus operibus tuis memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis. Ergo senex decurso vitæ spatio, velut stadio, accitis paulatim viribus, robore attrito, exolutis spiritibus humoribúsque, calore vitali semisopito, humido primigenio penè iam consumpto, paulatim marcescit, & plantarū in morem reficcatur (*ἄνοσον* alibi dixi) vel si magis arridet similitudo, in modum lucernæ, cui oleum pro pabulo lentè deficit, senex paulatim consumitur, sensim languescit, tandem per se extinguitur, sicut leui C aura flabróque illa euanescit. & quidem id ætatis propemodùm citra dolorem omnem, cùm nulla vis reluctetur aduersario, & citra pugnam victas natura det manus. Sed fortasse plus gratiæ habebit & lepōris Ciceronianæ vis oratio-nis, qui ethnicus licet & paganus, atque incerta spe salutis & immortalitatis fluctuans, ita scripsit sub Catonis persona in lib. de senectute. Sed mihi ne diuturnum quidem quicquam videtur, in quo est aliquid extremum: cùm enim id aduenerit, tunc illud quod præterijt, effluxit: tantùm remanet quidem quod virtute & rectè factis sis consecutus. Horæ quidem cedunt & dies, menses & anni: nec præteritum tempus vnquam reuertitur: nec quid sequatur, sciri potest. Quod cuique temporis ad viuendum datur, eo debet contentus esse. neque enim histrioni, vt placeat, peragenda est fabula, modò in quocumque fuerit actu, probetur. neque sapienti vsque Plaudite, viuendum. breue enim tempus ætatis satis est longum ad bene honestéque viuendum. sin processeris longiùs, non magis dolendum est, quàm agricolæ dolent, præterita verni temporis suauitate, æstatem autumnúmque venisse. Ver enim tanquam adolescentia significat ostenditque fructus futuros: reliqua tempora demetendis E fructibus aut percipiendis accommodata sunt. fructus autem senectutis est in antè parrorum bonorum memoria & cōpia. Omnia verò quæ secundùm naturam fiunt, sunt habenda in bonis. quid est autem tam secundùm naturam, quàm senibus emori? quod idem contingit adolescentibus aduersante & repugnante natura. Itaque adolescentes mori sic mihi videntur, vt cùm aquæ multitudine vis flammæ opprimitur. senes autem, sicut sua sponte, nulla adhibita vi, consumptus ignis extinguitur. &

Mors vita misera ante ponenda.

Mortis meditatio.

Homo qui ad mortem præcipitat à natura.

à simili.

Mors suis indolens, cur.

Vita hominis sensim effluit.

Vita non affectanda longeuda.

Proverb.

Ætatis cum temporibus anni comparatio.

Similitudo.

Omnia secundum naturam bona sunt, vt & mors.

Mors suis & grauem dest. molin. à simil.

quasi poma ex arboribus si cruda sunt, vi auelluntur, si matura & cocta, decidunt. sic vitam adolescentibus vis aufert, senibus maturitas. Quæ mihi quidem tam iucunda est, vt quo propiùs ad mortem accedam, quasi terram videar videre, aliquandóque in portum ex longa nauigatione esse venturus. Omnium ætatum certus est terminus: senectutis autem nullus certus est terminus: rectéque in ea viuitur, quoad munus officij exequi & tueri possis: & tamen mortem contemnere. ex quo fit, vt animosior etiam senectus sit quàm adolescentia, & fortior. Et potest iam cuiquam nostrùm acerba mors videri, aut dura & pertimescenda censeri, cùm videat homines à vera religione alienos, de animæ immortalitate dubios, de paradisi gaudijs incertos, fidei sanctæ immunes, nullo baptismo tinctos, sera aut nulla pœnitentia emendatos, tamen mortem non modò non perhorrescere, sed vel placidè & æquo eã animo ferre, vel etiam in solatium ægritudinis & molestiarum, & quasi amuletum aut alexipharmacum acerbitatis humanæ, eam expetere? Infinita sunt quæ adferri queant ex vtraque historia virorum clarissimorum exempla, qui ad mortem alacri animo, velut ad conuiuium aliquod opiparum, aut festam celebritatem contenderunt, atque ex his corporis ergastulis atque gurgustijs, solutis animis in cœlum subuolare concupiuerunt. exempla complura proturi iam antè cùm de animæ immortalitate agerem: plura proferet historia tum sacra & Ecclesiastica, tum prophana ex Cic. 1. Tusc. & Val. Maximo lib. 3. cap. 2. & alijs. Mortem verò non esse malam, nec quicquam metuendam, Tullius eadem Tusc. 1. Attico persuadet, è quo nos antehàc alibi quædam excerpsimus nunc minimè repetenda, atque his longè plura sub finem nostrorum in Strab. comment.

Vita humana cum nauigatio est. à simili.

Senectutis terminus nullus.

Mors, vt medio malorum.

Perduximus igitur breui quidem oratione (si rei amplitudinem spectes) hominem à primis cunis & ante cunabula, ad mortem vsque & sepulcrum eiúsque vitæ cursum omnem pro argumenti latè fusa magnitudine, breui gyro sermonis inclusimus, & quidem vitæ tum bonis multis ac delitijs affluentis, tum malis & ærumnis permultis, velut procellis in hoc importuoso nostrę peregrinationis salo agitatæ & infestatæ. vt si bona malis ex aduerso deputes, aut æqua lance trutineris, alia alijs vix cedant, & plerumque bona malis vincantur, rarò mala bonis superentur. Ea tamen hominis sors & conditio fuit iam ante natiuitatem ipsam, vtrisque vt viueret obnoxius: & quidem eò felicior in hac vita futurus, cui Deus largiora bona concederet: miserior contrà, cui mala plura impenderent & tolerãda forent. sed is omnium felicissimus, qui decurso qualicumque vitæ spatio, ad cœlestem beatitudinem transiret. vt contrà ille omnium miserrimus, qui ab hac vita infelici & misera, post mortem æruminosam, ad supplicia sempiterna raperetur, improbæ vitæ & scelerũ atque impietatis pœnas daturus æternas. Cuius vtriusque exitus optio datur homini cuilibet, vt per bona opera & animi syncerita-

Vita humana bonis & malis obnoxia. à simili.

Homo qui miser aut beatus in vita, & post vitam.

Homini datur optio felicitatis aut miseriæ æternæ.

A tem fidesque firmitatem, ad æternam aspiret beatitatem, aut contrà, animo obfirmato & prauis studijs & vita scelerata, & contumaci perfidia, supplicijs tradatur sempiternis.

Transitio.

Sed iam tempestiuum est de hominis præstantia & dignitate audire aliorum testimonia quando nos in vtramque partem, hominis conditionem suis vtcumque coloribus adumbrauimus, si non ex voto vel ex merito depinximus. Ac meminisse iuuat interim, vni homini, velut charissimo naturæ parentis filio, ex demonstratis superiore paradoxo, omnia supra cætera animalia contigisse eximia, siue communia illa, penes generationis & ortus, B nutritionis & auctionis modum, siue peculiaria cum quibusdam dona sensuum & motionis, siue propria sibi penes corporis formam erectam ac sublimem, vultu & facie in cœlum conuersis: manuum vsum præstantem (quarum admiranda opera iam antè in historia manuum per exemplа deprædicauimus) orationem disertam, rationem diuinam, virtutis studium, artium scriptionúmque notitiam, religionis cultum, animæ immortalitatem, æternæ beatitudinis fruitionem. Quibus dotibus homo vt cæteris omnibus animantibus longè præcellit, sic cum angelis affinitate quaC dam iunctus est, & ad Dei immortalis naturam, quantum homini datur, proximè accedit, Dei expressa imago, Dei in terris vicarius aut legatus, Dei vnius gratiâ factus & conditus, cùm cætera hominis potissimùm causâ sint condita, miraculum naturæ, μικρόκοσμος (quasi dicas, paruimundius) Dominus & princeps mundi, hæres olim futurus paradisi, morte immortalis euasurus, & cum Deo & beatis animis atque spiritibus æterna cœli gaudia participaturus, qualia nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt.

Homo omni animanti præcellit, in quo.

Hominis propria, supra reliqua animantes.

Hominis dotes & prærogatiua.

D Testimonia autem varia deinceps collecturus, incipiam ab ipsa hominis generatione ex cap. 1. Genes. Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, & præsit piscibus maris, & volatilibus cœli, & bestijs, vniuersæque terræ, omníque reptili quod mouetur in terra. Mosem imitatus Hermes infit: Ὁ δὲ πάντων πατὴρ ὁ νοῦς, ὢν ζωὴ καὶ φῶς, ἀπέκυσε τὸν ἄνθρωπον ἴσον ἑαυτῷ, ὑφ' ἡδέως ὡς ἰδίου τόκου· ἀγαπητὸς γὰρ ἦν, τοῦ πατρὸς εἰκὼν ὄντως ἦν. ὄντως γὰρ καὶ ὁ νοῦς ἠράσθη τῆς ἰδίας μορφῆς καὶ παρέδωκε τὰ ἑαυτοῦ πάντα δημιουργήματα. id est, Omnium autem pater, mens, E quòd vita esset, & natura, peperit hominem sibi similem, quem dilexit vti propriam prolem: formosus enim erat, quippe qui patris gereret imaginem. verè enim Deus propriam formam dilexit, eíque suas omnes creaturas tradidit. Sed Moses in Genesi. rursus ibidem cap. 9. Ad imaginem Dei factus homo. qua de similitudine P. Lombardus prolixè agit lib. 2. distinct. 16. & ego dixi tum paulò antè, tum circa operis initia ex Ambrosio, Augustino, Lactantio & alijs. Anima facta est similis Deo, quia immortalem & indissolubilem fecit eam Deus. Imago ergo ad formam pertinet,

Homo, imago Dei & eius imperiũ, quale.

Imago & similitudo ad quid referatur.

pertinet, similitudo ad naturam, ait Augustinus libro de quantitate animæ; quem problemate superiore citauí inter alios nunc omittendos, quos inter etiam Philo extitit. idem Augustinus in Ioannem, Alia vita pecorũ, alia hominum, alia angelorum. Vita pecorum terrenis voluptatibus æstuat, id est, sola terrena quærit: vita angelorum sola cœlestia: vita hominum media est inter vitam angelorum & vitam pecorum. si viuet homo secundùm carnem, pecoribus coniungitur: si secundùm spiritum, angelis sociatur. idem operis de ciuitate Dei lib. 10. cap. 12. ex Herme Ægyptio, Omni miraculo quod fit per hominem, maius miraculum est homo. ibidem cap. 6. lib. 9. Ipse homo Dei nomini consecratus & Deo deuotus, in quantum mundo moritur, vt Deo viuat, sacrificium est. & cap. 1. lib. 12. Sicut melior est natura sentiens & cùm dolet, quàm lapis qui dolere nullo modo potest: ita rationalis natura præstantior est etiam misera, quàm illa quæ rationis & sensus est expers. & lib. 7. cap. 31. Quòd sumus, quòd viuimus, quòd cœlum terrámque conspicimus, quòd habemus mentem atque rationem, qua eum ipsum qui hæc omnia condidit, inquiramus, nequeamus actioni sufficere gratiarum, &c. Ideo natura hominis Deo proxima, ait lib. 11. cap. 25. & cap. 23. lib. 9. Illud verò vbi dicitur, Deus deorum, non potest intelligi Deus dæmoniorum: & rex magnus super omnes deos; absit vt dicatur rex magnus super omnia dæmonia, sed homines quoque in populo Dei, eadem scriptura deos appellat. Ego (inquit) dixi, dij estis, & filij Excelsi omnes. vbi homines nuncupantur dij participatione & communicatione dignitatis & & imperij & iudicandi. lib. autem 8. cap. 15. Absit vt ista considerans animus veraciter religiosus & vero Deo subditus, ideo arbitretur dæmones seipso esse meliores, quòd habeant corpora meliora. vbi de eiusdem comparatione cum animantibus mutis nuper à me producta. quo tamen loco sententiæ se de dæmonum supra homines præstantia opponit Plotini & Apuleij & aliorum Academicorum. Vtrum verò & beatus & mortalis homo esse possit idem inquirit cap. 14. lib. 9. & cap. 10. lib. 12. alteram quæstionem agitat, an semper hominum genus extiterit. cui opinioni & assertioni originem dedisse videtur Plato initio Timæi, ex collocutione Solonis cum Ægyptio sacerdote, quam Cicero in somnium Scipionis transtulit, & idem Plato in Politico repetiuit, & Macrobius lib. 2. ad somnium Scip. inquirit. iterúmque Plato 6. de legib. Scire omnes oportet, hominum generationem vel nullum prorsus vnquam initium habuisse, neque terminum habituram: sed fuisse omnino semper & fore: aut si cœpit, inestimabili iam ante nos temporis magnitudine incepisse. & Arist. cap. 6. lib. 2. politic. Putandum est priscos illos homines siue ex terra geniti fuerint, siue ex corruptione aliqua seruati, fuisse ignaros & imprudentes: quod de terra natis dicitur.

Hominis vita media inter angelicam & pecuariam, quomodo.

Homo, miraculum, & Dei sacrificium.

Humana natura præstantior inanimis.

Homini prærogatiuæ.

Homines dicuntur dij, cur.

Homo præcellit dæmonibus.

Quæst.

An hominum genus ab æterno.

Hominum origo an à terra, & qualiter.

A Censorinus præclaro opusculo de die natali cap. 3. in hanc quæstionem incumbit, & asserit, Sententiam illam qua semper hominum genus fuisse creditur, authores habere Pythagoram Samium & Cereium Lucanum & Archytam Tarentinum, omnésque adeo Pythagoricos: sed & Plato Athenienſis & Xenocrates & Dicæarchus Messenius, item antiquæ Academiæ philosophi non aliud videntur opinari: Aristoteles quoque Stagirites & Theophrastus, multique præterea non ignobiles Peripatetici idem scripserunt. Quidam ex ipsis sapientiæ professoribus, nescio an magis monstrosas, certè non minùs incredibiles rationum suarum proferunt opiniones, quàm quas poëtæ de Deucalione & Pyrrha confixerunt. Anaximander Milesius videri sibi ex aqua terráque calefactis exortos esse sine pisces, siue piscibus similia animalia: in iis homines concreuisse, fœtúsque ad pubertatem intus retentos, tum demùm ruptis illis vitea mulieréque, qui iam se alere possent, processisse. Empedocles autem egregio suo carmine, quod huiusmodi esse prædicat Lucretius, Vt vix humana videatur stirpe creatus, tale quiddam confirmat; Primò membra singula ex terra quasi prægnante passim edita, deinde coiisse & effeciſſe solidi hominis materiam igni simul & huiusmodi permixtam. Hæc eadem opinio etiam in Parmenide vel inserta fuit, pauculis exceptis ab Empedocle dissentiente. Democrito verò Abderitæ ex aqua limóque primùm visum esse homines procreatos. Nec longè secùs Epicurus: is enim credidit limo calefacto veteres nescio quos radicibus terræ increuisse, & infantibus ex se editis, ingenium lactis humorem natura ministrante præbuisse, quos ita educatos & adultos, genus hominum propagasse. quam sententiam secutus & ipse Epicureus Lucretius scripsit ad finem lib. 2.

Haud (vt opinor) enim mortalia sicla superne
Aurea de cœlo demisit funis in arua:
Nec mare, nec fluctus plangentes saxa crearunt:
Sed genuit tellus eadem quæ nunc alit ex se.

& ibidem antè,

Denique cœlesti sumus omnes semine oriundi:
Omnibus ille idem pater est, vnde alma liquentis
Humorem guttas mater cùm terra recepit,
Fœta parit nitidas fruges arbústaque læta,
Et genus humanum——

Iulianus apostata hominem à sole creatú dicit. Lactantius autem lib. 7. cap. 4. Stoici ignorant vnum hominem à Deo esse formatum, putántque homines in omnibus terris & agris tanquam fungos esse generatos. At Hermes non ignoranit hominem & à Deo & ad Dei similitudinem fictum, vt mox patebit. sed hanc quæstionem priùs attigi, vbi de hominis generatione & genitalibus membris transegi, atque ex his locis nonnullos, & alios aliunde produxi, vt ex Cic. 2. de diuina. de Tage Hetrusco, terræ filio, déque eodem ex 15. Metamorphos. Ouidij, ac de aliis ex Io. Boëmo lib. 1. cap. 2. & Cæl. Rhodi-

Quòd humanum genus ab æterno.

A testimoniis.

Hominum è terra originalis.

Hominum è terra factum.

Ironia in homines ex terrigenas.

Homo à Deo creatus.

Historia.

gyno cap. 40. lib. 1. & cap. 19. lib. 4. editionis primæ, & forsan pluribus, quos nunc indicasse sit satis: namque institutum de homine encomium variis authoribus persequor. possem de Augustino multò plura, sed illa mihi nunc sufficient: totum caput 24. lib. 22. de ciuitate Dei, de hominis natura penes corporis fabricam & partium vsus, multa & egregia differit, sed fusiori oratione.

Hominis dignitas.

Dauidis scitum est illud ex psalm. 8. Quid est homo quòd memor es eius, aut filius hominis, quoniam visitas eum? Minuisti eum paulò minùs ab angelis, gloria & honore coronasti eum, & constituisti eum super opera manuum tuarum. Omnia subiecisti sub pedibus eius, &c. Basilius homilia 11. in hexaëmeron, multa de homine declamitat, quæ tu ab eo repetes. Philo libro de mundo, multa de homine præfatus honorificè, μικροκόσμου denominat, vt ab initio tum de hoc, tum de aliis indicaui. Hieronymus in cap. 18. Matth. Magna dignitas animarum est, vt vnaquæque habeat ab ortu natiuitatis in custodiam sui, angelum delegatum. Lactantius cap. 4. lib. 7. hoc Stoïcis arripit, quod sæpe Cicero disputat, Hominis caussâ mundum esse fabricatum. vnius enim singularis appellatio totum comprehendit hominum genus. Apparet autem animantium caussâ mundum esse constructum, quoniam rebus quibus constat, animantes fruuntur. rursum cæteras animantes hominum caussâ esse factas ex eo clarum est, quòd homini seruiunt, & tutelæ eius atque vsibus data sunt. ita ferè Chrysostomus in Matth. Animalia fecit Deus propter hominem, hominem propter seipsum. & eiusdem lib. 7. cap. 3. Hominis imperio cuncta Deus subiecit, ait Firmianus. idem lib. 2. cap. 11. Fecit Deus sibi simulacrum sensibile atque intelligens, id est imaginis suæ formam, qua nihil potest esse perfectius. hominem figurauit ex limo terræ: vnde homo nuncupatus est, quòd sit factus ex humo. Denique Plato humanam formam θεοειδῆ esse ait. & Sibylla quæ dicit,

Homo, μικροκόσμους.

Homines singuli habent angelũ custodem.

Mundus hominis caussâ factus, & pecudum genus omne

Homo propter Deum.

Homo, Dei imago, vendicatur.

Ἐνθὲν ἐν ἄνθρωπος ἐμὸν λόγον ἰδὸν ἔχουσα.

& mox cap. 12. Deus igitur rerum omnium machinator fecit hominem. quod ex Cicerone probat: sed tamen diuinis opus est testimoniis, ne minùs humana sufficiant. Sibylla hominem, Dei opus esse testatur;

Ὅτε μόνος θεὸς ἦεν ἄναρχος ἀπέραντος ἀνίκητος.
Αὐτὸς δ' ἐπλάσσε πάντα μορφῶσας ἀμφιέπων τε.
Αὐτὸς ἐμῇσι φρεσὶν πάντων θνητῶν ἔθηκεν.

Deus hominem fecit, sui simulacrum.

Eadem tamen sanctæ literæ continent. Deus ergo veri patris officio functus est: ipse corpus effinxit, ipse animam qua spiramus, infudit: illius est totum, quicquid sumus: idem lib. 6. cap. 10. Idipsum quod homini tribueris, Deo tribuitur: quia homo Dei simulacrum est. ibidem cap. 20. Hominem Deus sanctum animal esse voluit. & lib. 5. cap. 18. Socialis est hominis ac benefica natura: quo solo, cum Deo agnationem habet. idem lib. 2. cap. 2. Dei in æternum viuentis viuum & sensibile debet esse simulacrum, ipse homo: quoniam & sentit & mouetur & multas magnásque actiones habet. rursus idem lib. de ira Dei cap. 7. Quis tam indoctus est, vt nesciat; quis tam imprudens, vt non sentiat aliquid inesse in homine diuini? Nondum venio ad virtutes animi & ingenij, quibus homini cum Deo manifesta cognatio est. nonne ipsius corporis status & oris figura declarat non esse nos cum mutis pecudibus æquales? quem locum deinceps fusiorem alibi proculi. & mox cap. 14. Sequitur vt ostendam, cur fecerit hominem ipsum Deus; sicut mundum propter hominem machinatus est, ita ipsum propter se, tanquã diuini templi antistitem spectatorem operum rerumque cœlestium. solus est enim qui sentiens capáxq; rationis, intelligere possit Deum, qui opera eius admirari, virtutem potestatémque perspicere. iccirco enim consilio, mente, prudentia instructus est. ideo solus præter cæteras animantes rectus corpore ac statu factus est, vt ad contemplationem parẽtis sui excitatus esse videatur. ideo sermonem solus accepit, ac linguam cogitationis interpretem, vt enarrare maiestatem Domini sui possit. postremò iccirco ei cuncta subiecta sunt, vt factori atque artifici Deo esset ipse subiectus, &c. idem lib. de opificio Dei cap. 4. Iidem queruntur hominem morbis & immaturæ morti esse subiectum. indignantur videlicet non deos se esse natos. vbi horum casuum diluit incommoda & commoda enumerat. & in epitome diuin. instit. cap. 10. Factus à Deo mundus, vt homines nascerentur: nascuntur autem homines, vt Deum patrem agnoscant, vt colant, in quo iustitia est. colunt, vt mercedem immortalitatis accipiant: accipiunt immortalitatem, vt in æternum Deo seruiant. Fecit ergo Deus mundum propter hominem. hoc qui non videt, non multùm distat à pecude. Quis cœlum suspicit nisi homo? quis solem? quis astra? quis opera Dei miratur, nisi homo? quis colit terram? quis ex ea fructum capit? quis nauigat mare? quis pisces, quis volatilia, quis quadrupedes habet in potestate, nisi homo? Cuncta igitur propter hominem Deus fecit: quia visui hominum cuncta cessêre. Rectè ergo viderunt philosophi: sed illud quod sequitur, *non viderunt*, quòd ipsum hominem propter se fecerit. Erat enim consequens & necessarium & pium, vt cùm hominis caussâ tantam operam molitus sit, cùm tantum illi honoris, tantum illi potestatis tribuerit, vt dominetur mundo; homo agnosceret Dominum, tantorum beneficiorum authorem, qui fecit mundum propter ipsum, & ei cultum & honorem debitum redderet.

Hominis dotes diuinæ, & cũ Deo cognatio.

Homo propter Deum, & eum præ cæteris.

Homo rectus.

Hominis dotes ad quid.

Homo cur morbis & immaturæ morti subiectus.

Mundus & homo quorum caussâ facti.

Hominis priuilegia præ cæteris animantibus.

Omnia propter hominem, & homo propter Deum, qui.

Sed de theologis nunc satis, quos infinitum sit omnes persequi. venio deinceps ad philosophos & prophanos authores, qui quantum à sacris distent, & quantum ad illos horum nonnulli accedant, pauca de multis sequentia docebunt. Mercurius ille terrmaximus siue deus

gentilis, siue sacerdos, siue princeps, hominis compositionē ab authore Deo ita percurrit; Νόησον ὦ τέκνον, δημιουργούμενον τὸν ἄνθρωπον, καὶ τῷ δημιουργήματι ἀκριβῶς τὸν νοῦν ἐξίτασον, καὶ μάθε, τίς ὁ δημιουργὸν τὸν κόσμον καὶ θεῖον ἀθάνατον ἔκτισε· τίς ὁ τοὺς ἀστέρας ἀφορίσας, τίς ὁ τοὺς οὐρανοὺς καὶ τὸν ὅπλον ζωτίνους, τίς ὁ τὸ σῶμα διατυπώσας, τίς ὁ τὰ ὄμματα ἀνοίξας καὶ ἀκοὰς εὐρυχωρίσας, τίς ὁ τὰ ῥεύματα τοῖς στόμασι καὶ τοῖς ἀγγείοις, τίς ὁ τὰ ὀστᾶ στερεώσας, τίς ὁ τὰς φλέβας, τίς ὁ τὸ ἔντερον εὐρυστόμους, τίς ὁ τὸ σῶμα τῇ ὑγρᾷ οὐσίᾳ περιβαλών, τίς ὁ τὰς ἁρμονίας διαλύσας, τίς ὁ τοῖς ποιβάσι πλατύνας, τίς ὁ δορυφόρους τοὺς πόρους, τίς ὁ τὸ στόμιον ἀνοίξας, τίς ὁ τὸν καρδίας τοσαυτασὶ πύλους, τίς ὁ τὸ πῦρ σωθῆς, τίς ὁ τὸ ὕδωρ πλατύνας, τίς ὁ τὸ πνεύματα τοσαῦτα, τίς ὁ τὰ κιττώδη ἐυρύχωρα τοῖς, τίς ὁ τὰ ἡμιόλια εἰς τὸ φανερὸν ἀναπέμψας, καὶ τὰ αἰσχρὰ κρύψας. ἰδὲ τὸν τέχνη μιᾷ ὅλης, καὶ τὸν ἔργα μιᾷ ἀδιαφθόρῳ, καὶ τοῦτο ἀδιακλῶ, καὶ τοῦτο ἀμιασμάτῳ, τοῦτο ἢ ἐν διαφορᾷ· τίς τοῦτο φωνῆς ἐπίστατο; τοῖα μοῦσα, τοῖος πατήρ, ὃ μὲν ὁ ἀφανὴς θεὸς τῇ ἑαυτοῦ θελήσει τοῦτο δημιουργήσας; τοῦ αἰσθητοῦ μὲν ἡ φύσις χρεὶς αἰσθητοῦ ἢ ζωγράφου ἰδέας φανερούσης· τῶν δὲ δημιούργημα χρεὶς δημιουργὸν γένεσιν; ὦ τῆς πολλῆς σοφίσεως! ὦ τῆς πολλῆς εὐβουλίας! ὦ τῆς πολλῆς ἀγχινοίσεως! hæc ille prorsus eximiè: quæ quia alibi vtpiam produxi, nunc parco Latinè referre. hæc autem isto modo potiùs & breuiùs. ad Tatium, Homo (inquit) omnibus vtitur, terra, aqua, aëre, igne, & quibuslibet in eis contentis. idem, Homo duplex, corpore quidem mortalis, immortalis verò anima, qui essentialis homo est. idem initio Asclepij, Magnum miraculum est homo, animal adorandum & honorandum. hoc enim in naturam Dei transit, quasi ipse sit Deus. hoc dæmonum genus nouit, vtpote qui cum iisdem ortum se esse cognoscat. hoc humanæ naturæ partem in seipso despicit, alterius partis diuinitate confisus. O hominum quanta est natura, temperata feliciùs, ac diis cognata diuinitate coniunctus, partem sui qua terrenus est, despicit: cætera omnia quibus se necessarium esse cœlesti dispositione cognoscit, nexu secum charitatis astringit, sicque suspicit cœlum. Sic ergo feliciori loco medietatis est positus, vt quæ infra se sunt, diligat, ipse à superioribus diligatur. Colit terram, elementis velocitate miscetur, acumine mentis in maris profunda descendit: omnia illi licent: non cœlum videtur altissimum: quasi enim è proximo sagacitate animi intuetur. intentionem animi eius nulla aëris caligo confundit; non depressitas terræ opera eius impedit: non aquæ altitudo profunda despectum eius obtundit. omnia idem est, & vbique idem est. idem in Pymandro multa in hanc sententiam diuinitùs eloquitur; vnde illam mirificam hominis anatomiam desumpsimus. atque idem, ὁ δὲ πάντων πατὴρ ὁ νοῦς, ὢν ζωὴ καὶ φῶς, ἀπέκυσεν ὃν ἄνθρωπον ἴσον ἑαυτῷ· ὃν ἠράσθη ὡς ἰδίου τόκου. Omnium pater genitrixque mens, cùm sit vita & natura, peperit hominem sibi similem, quem tanquam propriam prolem dilexit. Pythagoras Hermen secutus dixit, καλῶς ἄρα καὶ ὁ τῶν τὸν λόγον ἐκφανίσας εἶπεν, ὡς Θεὸν τὸν γεγεννηκότα καὶ τὸν δημιουργὸν ἄνθρωπον ἐπὶ τῷ δεῖν σωθῆναι. Bene secundùm hanc rationem locutus est Pythagoras, quòd ad cognoscendum & intelligendum omnis homo factus est à Deo,

Humani operis descriptio, & operis sedentia.

Elementa in vsu hominis.

Hominis partes duæ.

Homo, miraculum, & deus Deus

Hominis præstantia, & cognatio cum Deo.

Hominis nexus cum superis & inferis.

Hominis animi libertas & agilitas.

Hominis generatio à Deo, & dilectio.

Homo ad quid natus.

A ait Iamblichus. at illius Archytas discipulus Hermen propiùs expressit eodem referente Iamblicho; Ἄνθρωπος πάντων ζώων πολυ χήρης τυγχάνει· δεικνύουσι γὰ δυνατὸς ὢν ἐπίστασθαι, & ἐπιτήδειος & φρόνησιν λαβεῖν ἀπὸ τῶν ἁπάντων· παρὰ ὃ & ἐπιχάρεκτος & ἱκανώτατος τὸ θεῖον αὐτοῦ τὸ τῶν ὅλων λόγῳ σύστημα, ὡς ἔστι & ἴδιον πρὸς τῶν ἴσων οἰκείωσιν, & τῆς σωματικῆς & τῶν ἐνυπάρχων & ῥευμάτων· τῆς μὲν γὰ θνήτης καὶ φαύλης πάσης ἀφύσεως φάρυγξ ἡ τόμος & ῥῖνες. ἄκρον δὲ τῶν φθόγγων, δι' ὧν τὰ ὀνόματα & τὰ ῥήματα τυποῦται σωματικῶν, γέγονε καθάπαξ ὄργανον· ὅτου δὲ τὸ νοερὸν καὶ τῶν ὄντων ἐπιζητικὸν ἦγε φύσις. τῶν δὲ λεγομένων ὕλη πᾶσ' ἄκρα τὸ γλῶττα ἡ στόμα ὁ ἀέρινος, & ὄργανα τὰ & δυνάμεις ἄλλαι ἀμφὶ τὸν ἦθ. id est, Homo omnium animalium sapientissimus est creatus, potens res considerare & scientiam, ac prudentiam capere ex omnibus. quoniam impressit & indidit ei Deus omnium rationum plenitudinem, in quibus vniuersæ rerum species continentur, & omnium nominum ac verborum significationes. Nam sonis locus vocis decretū est guttur & os & nasus. sicut autem vocum, quibus nomina & verba formata significantur, factus est homo organum: sic item intellectionum seu cogitationū in reb. visis est opus sapiētiæ. hoc mihi videtur fuisse aliquādo sicut fuit, quòd creatus sit homo, & organa facultatésque accepit à Deo. ita ille. Cornutus poëticum de Prometheo figmentum ita interpretatur, Προμηθέως πάντα ἴσθι, ὃν ὁ Προμηθὺς ἔπλασε τῆς γῆς τὸ τοῦ ἀέρινος φῦλος· ὑπονοητέον Προμηθέα εἰρῆσθαι προμήθειαν τῆς ὑπὸ τῆς ὅλης ψυχῆς, ὑφ' ἡμῶν καλουμένην ὑπὸ τούτων προίνοιαν. κτῆνος γὰ τοῦτο & ἄλογα ἐξήνεγκε & ὑπὸ τῆς γῆς ἔφυσε τὸ ἀέρινα· Ἑπιμηθέως δὲ πρὸς τὸν ἐχόντως κατ' ἀρχὰς & τὸ κάμνειν ὑστέρους. id est, Quod autē traditur, Prometheum finxisse è terra omne hominum genus: intelligendum, Prometheum, appellatam prouidentiam animæ vniuersalis, quam iuniores vocarūt prouidentiā. secundùm enim hanc homines è terra sunt nati, aptè sese in mundi exordio habente. inde Philo, τῶν μὲν ἄλλων τὰ ὕλης ἀξιόχρεα τοῖς κτίσμασι, διὸ τάχιστα πρὸς χρείαν· ἀνθρώπου δὲ ἕνεκεν αἰσθητὸν, ἵνα τὸ νοητὸν ἐπιδείξῃ. Cæterorum oculos inferiùs depressit, eóque nutant in terram: contrà vultum humanum eleuauit, vt cœlum aspiceret. de quo nos pridem antehac. vbi & ex Epicteto, ἄνθρωπον θεοῦ καὶ τῶν ἔργων αὐτοῦ θεατὴν, hominem Dei & eius operum contemplatorem adstruximus. De Platone plurima olim in hominis laudem produximus, præcipuè circa partem diuiniorem rationis compotem. is autem 1. de legibus hominem inter animalia, diuinum miraculum esse ait, Mercurium illum imitatus eodem titulo homini assurgentem. & in Theæteto, Conandum est vt hinc illhuc quàm celerrimè fugiamus: fuga autem est, vt Deo similes pro viribus efficiamur. Deo similes efficit cum prudentia iustitia simul & sanctitas. idem in Timæo, interprete Tullio, sic deos affatur; Hæc vos qui deorū ortu sati estis, attendite, vt mortali generentur conditione, vos suscipite, quorum vobis initium statúsque traditur à me. vos autem ad id quod est immortale,

Homo, animalium sapientissimus, & quibus organis vtatur ad rationem & orationem.

Promethei mythologia.

Homo quare sum erecto ad sidera vultu.

Homo, diuinum miraculum.

Homo quō fiat Deo similis.

Hominum generatio à quo & qualis.

partem attexitote mortalem vbi hominum generationem diis minoribus Plato vēdicat, malè quidem; cuius ex errore quidam è noſtris hæreſin improbatam hauſerunt: de qua nos alibi idē tamen rectiùs Plato 3. de Repub. non diis minoribus, ſed Deo ipſi hominis fabricam tribuit; Ἀπ' ὀ θεὸς μάθων ὅσοι μὲν ἡμῶν ἐπεκούρησαν ἀρχῆς, χρυσὸν ἐν τῇ γενέσει αὐτοῖς ἐνέμιξεν αὐτῶν, διὸ τιμιώτατοι εἰσὶν· ὅσοι δ' ἐπίκουροι, ἀργυρον, αὖ σιδηρέοις & χαλκοῖς τοῖς & γεωργοῖς & τοῖς δημιουργοῖς. id eſt, Deus fingens qui ad imperandum creabantur, aurum in eorum fatu admiſcuit; eóque ſunt pretioſiſſimi: qui cuſtodes & adiutores, argentum: ferrū porrò & æs agricolis & cæteris opificibus. Ariſtoteles poſt Democritum 8. phyſ. appellauit hominem μικρόκοσμον, vti iam ab initio operis de his & aliis inſinuauimus. idem lib. 1. hiſtor. animal. Nobiliſſimum & altiſſimum animal eſt homo. & 1. politico. Homo, eſt animal ſociale, politicum & ciuile. & 6. eth. cap. 7. Homo ſolus, non ſolùm ciuile, ſed œconomicum animal eſt. & 8. eth. cap. 12. Animal naturâ coniugale & ciuile, homo eſt. & cap. 10. lib. 2. part. animal. Vnus ex omnibus animalibus diuinitatis particeps, aut omnium maximè. idem 10. ſect. 17. probl. Omnium maximè naturali ſolertia homo conſtat. & cap. 4. lib. 2. genera. animal. Homo omnium animaliū prudentiſſimus. & cap. 10. lib. 4. part. animal. repetit. idem porrò ſect. 30. probl. 5. Solus homo deos veneratur & colit, ſolus numerat, ſolus vim habet imitandi perfectam. & ſect. 11. probl. 55. & 57. homo ſolus compos rationis, ſolus mutus & hæſitantis linguæ. & cap. 6. lib. 3. part. animal. ſolus ſpe rei futuræ mouetur. ſolus reminiſcitur & cogitat, ait cap. 1. lib. 1. hiſtor. animal. ſolus animalium erectus eſt, quoniam eius natura atq; ſubſtantia diuina eſt, ait cap. 9. lib. 4. part. animal. ſimiliter lib. de ſpiratione, Homo inter omnia animalia ſanguine & puriſſimo & plurimo vtens, maximè celſius & rectus eſt: atque vnus omniū ſuperiorem partem ad ſimilitudinem orbis vniuerſi ſuſtinet. mares autem animoſiores & ferociores, ait rurſum cap. 1. lib. 9. hiſtor. animal. ex quib. locis iam pleroſque antea ſingillatim pro varia tractationis materia produximus: ac de anima vtique quid ſentiret, accuratè explicauimus. Cicero autem 1. lib. de legib. Animal hoc prouidum, ſagax, multiplex, acutum, memor, plenum rationis & conſilij, vocamus hominem. idem 1. offic. Quæ in terris gignuntur, omnia ad vſum hominum creari placet Stoïcis: homines autem hominum cauſsâ eſſe generatos, vt ipſi inter ſe aliis alij prodeſſe poſſint. quod repetit 2. de natur. deor. Quorum igitur cauſa quis dixerit effectum eſſe mundum? eorum ſcilicet animantium, quæ ratione vtuntur: hi ſunt dij & homines, quib. profectò nihil eſt melius: ratio eſt enim quæ præſtet omnibus. Ita fit credibile, deorum & hominum cauſsa factum eſſe mundum, quæque in eo mundo ſint omnia. & mox, Ad hanc prouidentiam naturæ tam diligentem támque ſolertē adiungi multa poſſunt: ex quibus intelligitur, quantæ res hominibus à diis quámque eximiæ tributæ ſint: qui priùs eos humo excitatos, celſos & erectos conſtituit, vt deorum cognitionem cœlum intuentes capere poſſent. Sunt enim ex terra homines non vt incolæ & habitatores, ſed quaſi ſpectatores ſuperarum rerum atque cœleſtium: quarum ſpectaculum ad nullum aliud genus animantium pertinet. ſed hæc etiā antea ſuo loco produximus. ibidem rurſus, Terrenorū commodorū omnis eſt in homine dominatus. nos campis, nos montibus fruimur: noſtri ſunt amnes, noſtri lacus: nos fruges ſerimus, nos arbores: nos aquarum inductionibus, terris fœcunditatem damus: nos flumina arcemus, dirigimus, auertimus: noſtris denique manibus in rerum natura quaſi alterā naturam efficere conamur. idem 2. de finibus, Vt ad curſum equus, ad arandum bos, ad indagandū canis; ſic homo ad duas res (vt ait Ariſt.) intelligendum & agendum natus eſt quaſi mortalis deus. idem 1. leg. Eſt igitur (inquit) quoniam nihil eſt ratione melius, eáque & in homine & in deo, prima hominis cum deo rationis ſocietas. verùm de Cicerone ſatis iampridē: Apulcius de dæmonio Socratis, Præſtantiſſimum animal eſt homo in terris exiſtens. ibidē, nihil eſt Deo ſimilius & gratius, quàm vir animo perfecto bonus, qui hominibus cæteris antecellit, quod ipſe à diis immortalibus diſtat. Galenus quem ſoleo Ariſtoteli ſubiicere, de homine plurima diſſerit, vt iam ſæpe indicauimus omnibus propemodum locis: ſed in præſentem ſententiam ſic ille inter plura ſcripſit. Homo omnium animalium temperatiſſimus eſt, ait lib. 1. de temper. & operis de vſu part. lib. 3. cap. 3. Homo ſolus omnium animalium ſtat rectus, ſolus etiam ſedet. idem initio ad artes ſuaſoriæ orationis; An animantium generi, quod irrationale appellatur, nulla omnino data ratio ſit, ſanè dubium eſt: nam etſi caret ea quæ in voce verſatur, quam ſermonem nominant quæ tamen animo concipitur, quam ratiocinium dicunt, eius fortaſſe particeps omne genus animalium eſt, quanquam aliis parciùs, aliis liberaliùs tributa ſit. Sed profectò quam cæteris animantibus homo ſit hac ipſa ratione præſtantior, nemo eſt qui dubitet. cernimus enim quàm multæ ſint artes, quas hoc animantium genus exercet: idque vnum reperiri, quod vel capax ſcientiæ ſit, vel artem quamlibet percipere poſſit. Quandoquidem cæteræ animantes omnes, paucis quibuſdam exceptis, artium expertes conſpiciūtur: eædémq; paucæ quæ artes aliquas tractare videntur, has natura potiùs quàm inſtituto conſecutæ ſunt. Homo autem ita ad artes aptus eſt, vt ſi quæ in alio animantiū genere ſunt, ne eas quidem immeditatas relinquat. Quippe cùm aranei texturam imitetur, opera exemplo apum effingat, vim nantis animalis exerceat, quanquā ipſe in pedeſtri genere eſt. ſed nec diuinas artes omittit: ſiquidem in arte medendi tum Æſculapium, tum etiam Apollinem æmulatur. quem in cæteris etiam artibus, quibus hic deus præditus eſt, imitatur ſagittandi, canendi, diuinandi: itémque illarum omniū ſtudia ſequitur, quæ ſingulis muſis ſingulę proprię ſunt. Neq; enim ſe à geometria,

Hominum materia diuerſa pro ſtatu diuerſo.

Homo, animal nobile, ciuile, ſociale, œconomicum, diuinitatis particeps, prudens.

Hominis propria dotes.

Homo cur rectus, & orbi ſimilis.

Hominis peripraſis.

Homo ad quid natus, & cætera huius cauſa.

Mundus ad quid factus

Homo cur erectus.

Homo terrenus imperat, in ſuos vſus creatus.

Homo ad quid natus.

Homini cū Deo ſocietas in quo.

Vir bonus qualis & quantus.

Homo temperatiſſimum animal.

Homo ſtat & ſedet.

Nullum animal rationis cæteris plus minùs.

Homini ſupra cæteras præſtantia animantes.

Homo ſolus artes omnes capeſſit, & quas cum brutis communes.

Homo artium cum dijs peritus, quarum.

Homo vniuerſa contemplatur.

neque ab aſtronomia abducit: ſed vt inquit Pindarus, καὶ ἐς πᾶσ᾽ γᾶς πείρατα, καὶ ἐς ὑπὸ ζόφον ἄντρων, quicquid & in ſe terra occultat, & vltra cœlum poſitum eſt, contemplatur, quin etiam quod in diuinis bonis maximum eſt, philoſophiam induſtria & labore conſecutus eſt. Ob eam igitur rem quanquam particeps rationis ſit reliquum animantiũ genus; homo tamẽ cùm longè cæteris ſit ratione præſtantior, ipſe vnus excellentię magnitudine, animal rationale nuncupatur. &c. idem initio lib. 1. de vſu part. Homini natura (ſapiens enim eſt hoc animal, & ſolum eorum quæ ſunt in terra, diuinum) pro omnibus ſimul defenſoriis armis manus dedit, inſtrumentum quidem ad omnes artes neceſſarium, paci verò non minùs quàm bello idoneũ. &c. at Lactãtius noſter etiam hoc adiunxit cap. 14. lib. 7. Iccirco data eſt homini ſapientia, vt cognita bonorum malorúmq; natura, & in appetendis bonis, & malis declinãdis vim ſuæ rationis exerceat. Nam cæteris animalibus quia ſapientia data non eſt, & munita indumẽtis naturalibus & armata ſunt. hominiautem pro his omnibus, quod erat præcipuum, rationem ſolam dedit. Itaq; nudum formauit & inermem, vt eum ſapientia & muniret & tegeret. munimenta & ornatum eius non foris, ſed intus: non in corpore, ſed in corde conſtituit. ſic Ariſt. cap. 10. lib. 4. part. animal. Qui hominem nõ bene, ſed deterrimè animaliũ omnium conſtare aiunt (nudum enim atq; inermem creatum referunt) non rectè ij ſentiunt. cætera enim animalia vnũ auxilium habent, idq; nullo pacto poſſunt permutare, ſed quaſi calceata ſemper dormire, ac omnia agere, nec veſtitum vnquã deponere pleniorem, neq; arma mutare, quæ ſemel acceperint, neceſſe eſt. at homini multa habere auxilia licet, eáq; ſubinde mutare. arma etiam quæ velit, & vbi velit, capere poteſt. Manus enim, & vnguis eſt & vngula & cornu & haſta & enſis & quoduis aliud genus armorum aut inſtrumentorũ; quippe quæ omnia hæc ſit quoniã omnia & ſumere poteſt & tenere. &c. ſed nos de manu iampridem antea: de armis autẽ hominis & eius induſtria ſupráq; genus reliquorum animalium præſtantia, haud ita pridem diximus. idem verò Gal. ibidẽ de vſu manuum multa præfatus olim à me producta, infert; Non ſolùm his quæ in terra ſunt, animalibus, ſed eis etiam quæ in mari & aëre, dominatur. talia quidẽ homini ad fortitudinem arma ſunt manus. attamen pacificũ & politicum animal homo manibus leges ſcripſit, & aras & ſimulacra diis erexit, & vniuerſa artium inſtrumenta conſtruxit, & commentarios etiam ſpeculationis eorũ ſcriptos reliquit. & paulò pòſt, Homo autem ſicut corpus armis nudum, ita & animam artib. deſtitutam habet. proinde pro corporis nuditate, manus: pro animæ inertia imperitiáque, rationẽ accepit: quorum vſu corpus quidem armat & modis omnibus cuſtodit; animam autem omnibus ornat artibus. idem initio libri cui titulus eſt, An animal ſit id quod in vtero eſt, Quæ propoſitam ſi ſuperant, Deus ipſe primus nouit, Deíq; aſſecla, & qui ipſi (vt inquit Plato) amicus homo eſt. & ibidem, Anima hominis ab vniuerſis animis & cœleſti choro delapſa ſcientiam ſuſcipit: ſemper verò viam quæ ad ſimile ducit, ſequens, terram quidem ſuperat, ab erroribus aquæ ſeſe auertit, tranſcendit aërem, fit igne ſuperior, & cœleſtem diuinitatem attingit, ſæpéq; trans cœleſtem locum intuetur, rerum omnium domino aſſiſtit, ſuperas res circumlabitur, ſæpe occurrit iis quibuſcum commune genus habet: nouit vnde eſt, quamuis in corpore ſit: ipſúmq; rerum omnium patrem vniuerſis rebus ineſſe, his in quibus ab illo locata eſt, vtens oculis. & paulò pòſt, Homo à cæteris diuinius quippiam ſortitus, & rebus vniuerſis melior, Deóq; poteſtate ſimilis, eandem cum parentibus diuinitatem ſortitur. idem lib. 3. de vſu part. Maximum & pulcherrimum rerum omnium eſſe mundum quis tandem neget? ſed & animal veluti paruum quendam mundum eſſe aiunt viri veteris naturæ periti. μικρούκοσμον nempe inſinuat à Democrito primo denominãtum, vt ab initio monui, vbi & idem epithetum aliorum cõplurium teſtimonio comprobaui. Cælius Rhodigynus de homine multa de ſecretioribus monumentis veterum, non exculcata quidem & triuialium quoque ludis recantata, in ſuas lectiones antiquas retulit, quorum iam nonnulla priùs vſurpauimus, deinceps etiam pauca ſubiecturi. lib. 2. cap. 11. Phœnicum & Ægyptiorũ theologia (inquit) caſu homines ac reliqua animantium genera prorepſiſſe è terra aſſeuerabat. ſcribit enim Porphyrius, viſibilis ſolis agente vi, animantes cunctas ex terræ profuſas viſceribus, inter Ægyptiorum placita cenſeri. quod ipſum nec Euripidi Anaxagorę cõſectatori diſplicuiſſe videtur. aſſeruit & Archelaus cognomento phyſicus. quin & Auicennas opere de diluuiis, Poſt immenſas inquit terrarum inundationes, humano ſemine nullo, tabidis tantùm cadaueribus, ſeminij vbertatem præſtante cœleſtium corporum affluentia, hominem & ſolere & poſſe reparari: vt mures è terra progigni videmus, & ſerpentes & ſcorpiones. modum & efficaciam generationis ab aſtris repetit lib. de animalibus. At Auerrhoës in 8. phyſicæ auſcult. ſufficere quidem ſtellas animalium imperfectorum generationi fatetur: ad perfectorum autem generationem, vt hominis, imparẽ eſſe aſſerit vim aſtrorum, ex Ariſtotelicis principiis. porrò neq; id eſſe neceſſarium, neq; maiori, neq; minori ex parte, neq; caſu. ideóq; nõ contingere. idem Cælius eiuſdem lib. 2. cap. 17. à Mercurio repetit hominis laudes, & infit; Secundùm hominem tunc agimus potiſſimùm, quando de humanis rebus rationis adminiculo fulti diſquirimus propendimúſq;. quòd ſi naturalia rimari indagine ſolerti cœperimus, heroïcam præferimus amplitudinem. ſi mathematicã certitudinẽ ſpeculamur, dæmoniacã ſubtilitatẽ conſectamur. vt verò mentis altitudine, cælorũ clauſtra ſupergreſſi, diuinæ maieſtatis arcana penetramus, angelicam nobis induimus claritatem. Deum verò ipſum rerum principem atque patrẽ effingimus, dum immenſæ illius bonitatis contemplatione omnia operamur. Tãta deniq;

Homo cur dicatur animal rationale.

Homo, animal diuinũ, cur inermis factum.

Homini ſapientia ad quid, & ratio.

Homo cur nudus & inermis natus: & manuum vtilitas.

Homini dominatus, & manuũ vſus.

Homo corpore & animo nudus naſcitur, & vtrobique ſuppletur.

Homo, animus Dei.

Anime humanæ origo, & diuinitas ac mobilitas.

Homo Deo ſimilis.

Mundi excellentia, & homini veluti paruo.

Homines terra filij quomodo.

Homo ſpõte natura de limo terræ creatus, qualiter.

à ſimili.

Quid homo nequeat à terra ſpontaneũ.

Homini verum officiũ, & quid commune cum dæmonibus & angelis habeat, & cum Deo.

(inquit Ambroſius) eſt in hominibus dignitas, vt dicatur homo ad dextram Dei ſedere, nõ angelus, qui & ab angelis honoratur vnigenitus, imago Dei. Dicitur & hic in canonicis decretis, charagma Dei, ſiue ſignum, aut ſcalptura. Phauorinus autem nil in terris magnum præter hominem, nil magnum in homine præter mentem & animum pulchrè aſſeruit. Pythagoras hominem, rerum menſuram dixit. Origenes tamen malè aſſerit, animas fuiſſe in cœlo angelos, ex peccati autem labe ad inferna deuolutas, & velut in ſepulcra proturbatas: ſiquidẽ corporibus coërcitas, veterum delictorum ſupplicia luere. neque corpus cenſendum Chriſti templum, ſed planè damnatorum carcerem. Quo argumento animas Græcè ψυχὰς nuncupari ἀπὸ τῆ ψύχεσθαι, quoniam priſtina exutæ caloris vi, ad terrena ſint dilapſæ. ſicut vinculi ratione corpus eiuſdẽ linguæ proprietate vocetur σῆμα, aut etiam ſepulcri, σῆμα. quod ille videtur à Platone, ſicut & alia multa mutuatus: ille enim in Cratylo σῆμα quaſi σῆμα dici autumat, quòd ſit velut animę ſepulcrũ. & verò pridem Philolaus Pythagoricus, animam corpori coniugatam ob quædam ſupplicia, & quaſi conſepultam dixerat apud Theodoretum lib. 5. de cura Græc. affect. Plato tamen 3. de republ. harmoniam animæ cum corpore celebrat. & Ariſtoteles cap. 3. lib. 1. de anima, inter animam & corpus naturalem quãdam cognationem intercedere contendit. ſed de anima nos pridem bene multa. Aug. Steuchus cap. 1. lib. 9. de Adamo extra paradiſum à Deo propter inobedientiam iecto ſolerter interpretatur. quanquam genius ille philoſophicus aliò videtur reſpexiſſe. verũ Cælius ille cap. 18. lib. 2. vbi tres mundos enumeraſſet, intellectualem, cœleſtem, ſublunarem, quartum ſubiungit hominem, in quo recognoſcamus ea quę in cæteris: cuius ſit corpus elementare, ſpiritus cœleſtis, vegetalis potentia, cuiuſmodi in plãtis, ſenſus perinde ac in brutis: adſit demùm ratio, & mens angelica, & Dei charagma inſignitus. ſed & mundus ipſe magnus dicitur homo, vt homo ipſe μικρόκοσμος: in quo caput, rationis mẽtiſq; ſedes eſt: in pectore cor motus caloris, vitæ continet principia: genitalis portio, ſeminarium productionis eſt. idem Cæl. Rhodigynus lib. 15. cap. 25. Abdalã Saracenum ſcribit interrogatũ, quid in hac quaſi mundana ſcena admirandum maximè ſpectaretur, Nil videri homine præcellentius reſpondiſſe. cui ſententiæ illud Aſaph prophetæ ſuccinit, Dij eſtis, & filij Excelſi omnes. Solinus polyhiſtor, Quãtus manibus expãſis (ait) inter digitos longiſſimos modus eſt, tantum conſtat eſſe ferè inter calcem verticémque ſummum. ideóq; à phyſicis coniectatum, hominem eſſe planè mundum quendam minorem. hinc Albertus magnus adſtruxit hominis membra ſitu ac poſitione cœlo eſſe conſimilia proportione, ac mundo, ideóq; eſſe perfectiſſima. idem Rhodiginus lib. 3. cap. 5. Arabes aſtrologi humanæ ſpeciei proprietatem eſſe ſolarem prodiderunt, ob veritatis & gloriæ ſtudium, tum etiam ob ſtaturam erectã pulchrámq;. quin ex humorum item ſubtilitate, ac claritate ſpiritus, & imaginationis præſtanti perſpicuitate. ſed addunt & Mercuriale proprietatem, ob ſtrenuũ verſatilis ingenij motum. ibidem, Inter animãtes cunctas vnus eſt homo, qui ſeruitutis malũ pati nequit. ibidem cap. 10. Homo, res eſt quam natura cæteris intentiùs curioſiuſq; amplexatur producitq; veluti quiddã abſolutius & perfectius quauis creatura, quæ cœli ambitu contineatur. adeo vt nõ defuerint, qui cœlo item præſtantiorem opinarentur hominem. quod tamẽ Ariſt. negat lib. de mundo ad Alex. & 6. ethic. idem Cælius cap. 11. lib. 3. Quid verò ſibi vult ſurrecta hæc corporis figura? an non id oſtentat bonum & ſubinde ingerit ingratis, cui cętera in brutis nequeant comparari? Equidem ſic arbitror, inde commonari omnes, nõ eſſe hîc nos vt incolas & habitatores, ſed quaſi ſpectatores ſuperarum rerum atq; cœleſtium, quarũ ſpectaculum ad nullum aliud genus animantium pertinet. Propterea Mercurius inquit, Generatio hominum ad diuinorum eſt operum cognitionem teſtimoniúmq; naturæ, ad imperandúmq; omnib. quæ cælo teguntur, ad cœleſtiũ diſcurſum ſuſcipiendum, ad poteſtatem Dei & naturę progreſſus: vt deniq; iis ipſis quæ in vita ſuſpexeris, mox feliciſſimè hinc emigrãs, perfruaris, cœli tranſmittens limites in diuinæ maieſtatis perpenſione. Additur & humanæ formæ ratio conſimilis animæ cœli in receſſu ab cõtrarietate omni: ipſa quippe producta eſt in vmbra intelligentiæ, ſicuti Iſaac dicere cõſueuerat. Proinde dicitur homo collimitiũ & dotizõ corporeorũ & incorporeorum: cuius ſuperna ſunt ſuperna ſimpliciter, ſcilicet vniuerſi. Quæ verò ipſum hoc efficit ratio, in calore eſt ac ſpiritu, quib. inter cuncta animantia fœcundior homo eſt propriæ molis reſpectu, circa præcordia in primis ſpiritalia mẽbra. quo fit vt erigatur corpus propulſione ſpiritus & ſanguinis ad ſuperna. Facit ad id & elementorum nexus, quib. humanũ corpus eſt compactum: quando æquabili maximè pondere ad eius coïere compagem. Quamobrẽ lib. 4. de partib. animal. Ariſt. Solus (inquit) animalium omnium homo erectus eſt, quoniã eius natura atq; ſubſtantia diuina eſt. officium autẽ diuini, eſt intelligere atq; ſapere: quod nõ facile eſſet, ſi vaſta corporis moles aſſideret. pondus enim tardiorem reddit mentem & ſenſum cõmunẽ. propterea concretione ac pondere grauiore opprimente, corpora vergere in terram neceſſe eſt. Accedit iis & diui Thomæ authoritas in libelli expoſitione qui eſt de iuuentute & ſenectute, qui aſſignaturus ex mente Ariſtotelis, rationẽ, cur, plantæ cõtrario nobis modo ſe habent; Eſt (inquit) erectus homo duab. ex cauſſis: ſimul quia eſt animaliũ perfectiſſimus, accedítque plurimùm ad cœli æqualitatem: ſimul quia proportione corporis calidior eſt aliis omnibus. calidi verò proprium eſt in arrectũ tollere. animalia reliqua medio ſe habent modo, quoniam minùs ad cœli æqualitatem accedunt, minúſq; habent caloris erigentis. In plantis autem res omnino contraria eſt, quia immobiles ſunt, ſuperiórq; in illis portio eſt, vnde alimentum recipiunt: id verò in radicib. contingere manifeſtũ

Homo angelis ſuperior, qui.

Homo & anima, magni ſunt.

Homo, rerũ menſura.

An anima in pœnam addicta corporibus.

ψυχὴ vnde dicatur, itẽ σῆμα & σῶμα.

Origenis error.

Animæ cũ corpore cognatio.

Mundi quatuor, qui.

Homo μικρόκοσμος, qui.

Hominis partes principes, quæ.

Hiſtoria.

Hominis præſtantia.

Hominis proportio in longum & in latum, qualis.

Homo cur maior mũdus.

Hominis natura ſolaris, quæ de re: ſtem mercurialis.

Homo ſeruitutis impatiens.

Homo præſtantior reliquis creaturis, an & cœlo.

Hominis figura quare ſum recta.

Homo quare ſum genitus

Animæ cœli & humanæ conformitas

Homo, medium inter ſupera & infera.

Hominis ratio unde, & cur ſtet rectus, & vnde id acquirat.

Homo cur non vaſta mole cõſtet.

Homo cur erectus, in cœlum, plãta humi depreſſa, bruta medio modo ſe habent.

est. proinde Aristotelem dicere illas habere oris proportionem. verùm hac quidem de re, quòd homo sit arbor inuersa, nos pridem diximus: ac testimoniorum de homine à variis authoribus petitorum ferè nunc satis. nisi quòd à poëtis quædam vt antè in contraria thesi, nunc placet repetere, ac de Græcis primùm, in queis Musonius philosophus, ita scripsit, καθόλου δὲ ἄνθρωπος, μίμημα μὲν ἔστι μόνου τοῦ ὄντως ὄντος τοῦ ἀϊδίου δὲ καὶ ἀθανασίας ἔχει τὰς ἀρετάς· ἐστὶ μὲν γὰρ ἐν θεοῖς μοῖρα ἐπιστήμης καθόλου ἔχοντος φρονήσεως καὶ δικαιοσύνης, ἐν δὲ ἀνθρώποις καὶ σωφροσύνης. ἅπασι γοῦν ὁ θεὸς ἔδωκε τοῦτο παρακόσμου τινὸς ἕνεκα, ἀνδράσι μὲν ἰδίως, ἀνδράσι δὲ πολιτικοῖς· χρεὼν δὲ ἀνδρείας, χρεὼν δὲ φθόνου καὶ ζηλοτυπίας· μεγαλόφρονα δὲ καὶ διοργητικὸν καὶ φιλοπρωτεύτην πάντα χρὴ ἄνθρωπον εἶναι θεοῦ. ὅτου δ', ὃ ἐστὶν μίμημα, καὶ ἀνθρώπου ἀγαθοῦ, ὅταν ἔχῃ τὴν φύσιν, ὁμοίως ἔχει δὲ καὶ ὅταν ἔχηται, δῆλον ζηλωτὸν. οὐ δὴ ζηλωτὸς, δῆλος ἂν εἴη καὶ φιλούμενος· ἀγαθὸν γὰρ πάντες. ἃ πάντες φιλοῦμεν ζηλοῦμεν. id est, Sed homo in vniuersum solus omnium in terra degentium, Dei imago est, & similes ei virtutes habet. nam ne inter deos quidem præstantius aliquid excogitari potest, quàm prudentia, iustitia, fortitudo & temperãtia. Quemadmodum igitur Deus propter istarum virtutum præsentiam, à voluptate & auaritia vinci nequit, superátque omnem cupiditatem, inuidiam & æmulationem, magnanimus, beneficus & hominum amans: talem enim Deum esse animo concipimus. sic & imaginem eius, videlicet hominem similiter se habere existimandum est, cùm secundùm naturam viuit: & sic se habentem, desiderabilem & æmulatione dignum esse. qualis cùm sit, statim & felix fuerit: non enim alios quàm felices æmulamur. Lycurgus,

Οἶν ἐν θεοῖς ἄνασσ' ἐμπρέπει θεείν,
Οὕδει μορφὴ, ἀλλὰ γνώμη·
Πλάκες δὲ ἐν' ἄλλα, τῶν δ' ἐμὸν θεῖον.

Putásne quicquam alius præstare queris
Hominem? non tantillum, nisi forma:
Prona sunt cætera, hoc autem rectum.

Menander,

Χρέων ἐστ' ἄνθρωπος, ἂν ἄνθρωπος ᾖ.

Gratiosa res homo est, si homo sit.

Idem,

Ἄνθρωπον ὄντα σ' αὐτὸν ἀναμίμνησκ' ἀεί.

Hominem esse te semper memineris.

sed Græci multò copiosiores sunt & loquaciores in describenda hominis calamitate & peruersitate atque miseria: Latini in vtroque modum tenuerunt. Ouidius 1. metamorph.

Pronáque cùm spectent animalia cætera terram,
Os homini sublime dedit, cœlumque tueri
Iussit, & erectos ad sidera tollere vultus.

sic & Silius Italicus, lib. 13.

Nonne vides hominum vt celsos ad sidera vultus
Sustulerit Deus ac sublimia finxerit ora?
Cùm pecudes volucrumq. genus formásq. ferarũ,
Segnem atq. obscœnam passim strauisset in aluum?

Ibidem Ouidius,

Sanctius his animal mentisque capacius altæ,
Deerat adhuc, & quod dominari in cætera posset,
Natus homo est.——

Manilius lib. 4.

——fetis vnus in arce
Erectus capitis, vultúsque ad sidera mittit
Sidereos oculos, propiusque aspectat olympum,
Inquirítque Iouem. nec sola fronte deorum
Contentus manet, & cælum scrutatur in alto,
Cognatumque sequens corpus, se quærit in astris.

Horatius lib. 3. ode 6.

Diis te minorem quòd geris, imperas.

Verumenimuerò producendorum testimoniorum in vtramque partem nullus esset modus, si plura venari & vndique conquirere libêret. his ergo sanè bene multis & primariis ac potissimis authoribus contentus acquiescam, sermonique huic finem impositurus, sic tandem breuiter perorabo. Satis igitur nunc quidem mihi videor de homine in vtramque partem dixisse, tum quod ad eius genuinam & primigeniam dignitatem attinet, tum quod ad eiusdem ascititiam calamitatem, tum denique quod ad statum quendam eius medium, in quo ex priore lapsu protoplastæ per baptismum & fidem velut denuò natus siue regeneratus, & à Christo Iesu mediatore ac seruatore nostro redemptus, soluto per mortem ἀπολύτρῳ, pristinæ libertati atque integritati est restitutus. Cùm enim primus homo inter omnia Dei opera vltimus ac præstantissimus iam olim similis angelis creatus foret, & animo & corpore felix ac beatus futurus: ipse sibi suo malo in errorem nefandum per impostúram dolúmque cacodæmonis impulsus, ex immortali mortalem, ex sciente ignorantem, ex sano morbis omnigenis obnoxium, ex libero seruum peccati, denique ex beato miserum, & ex paradisicola (sic nostri loquuntur) terricolam (inquam ego) seu ærumnosum terræ cultorem, siue agricolam laborioſum sese constituit: cáque labe primigenia superbiæ inobedientiæque, cùm esset publica persona, & omne à se orituru referret ac repræsentaret, hominum genus infecit. Ex quo facta est hominis conditio misera ac miserabilis, atque omni propè dixerim animantum sorte deterior, cùm labor & mœror & calamitas totum hominem circundarent & miseriæ vndique circumuallarent. Ecce autem diuino cõsilio ac prædestinatione Deus ab alto proprium filium in terras statuto ac præfinito tempore dimittit, qui nouo quodam & hactenus inusitato modo hominem induens, veteris peccati arrham siue arrhabonem & pignus sua morte innocens luit atque persoluit, culpámque hominis nocentis innocente suo sanguine expiauit: ac vetere Adamo exuto, nouum hominem restituit, suísque illum pristinis honoribus dignitatíque asseruit & vindicauit. aut vt verbis apostoli vtar, Chirographum decreti quod erat contrarium nobis, delenit, & ipsum tulit de medio, affigens illud cruci, Coloss. 2. Quo tanto beneficio restitutus homo in integrum, operari suam salutem cœpit, & in labore ac sudore sui vultus victitans, vt carnem rebellem & effrænatam perdomaret, ad immortalitatis promissa olim gaudia aspirauit, suum sibi primigenium illud peccatum à Deo deinceps non imputandum fore certus. Sic igitur triplex videtur omnis hominis nobis ob oculos

Homo, arbor inuersa.

Homo, Dei imago & similarũ, qualiter.

Dei & hominis virtutes.

Hominis à pecudibus discrimen.

Homo gratiosus.

Hominis vultus sublimis quæ sus.

Bruta animantia prona in terram, homo vultu constat erecto.

Homo sanctus & rerum dominus.

Hominis vultus in cælum versus, quæsitus.

Hominis status tres.

Hominis primus status.

Hominis lapsi status secundus.

Hominis seregenitis tertius status.

Christi beneficium in genus humanum.

Meritis Christi pretium.

Hominis post baptismum cupiditas.

Digitized by Google

Humani generis triplex ſtatus, qui, & ciparatio.

ſtatus proponi, tum angelicus ille & vſque- A quaque beatus ac ſecurus, ſi in ſua natiua integritate atque innocentia permanſiſſet,

O fortunatus nimiùm, ſua ſi bona nouiſſet
Plaſtes noſter Adam ——

tum deinde miſerabilis ille & omni commiſeratione dignus ſtatus, quo ſibi ſui ſceleris conſcius, Dei faciem fugit, ſynteréſi quadam angitur, extorris paradiſo expellitur, ad laborem & miſeriam addicitur. poſtremò ſtatus hic regenerationis ὁ μεσιτικὸς, in quo degimus, quaſi vtriuſque medius, neque priori illi ob felicitatem primam ac priſtinam comparandus, neque alteri huic vſquequaque ob miſeriam & ærumnam grauémque animæ iacturam æquiparandus: verùm vt hoc poſteriore tolerabilior ac potior, ſic illo altero inferior & abiectior exiſtimandus. In quo tamen, ô bone Deus,

Quantum nunc reſtat tranſire & ferre malorum!

vt ille dicebat. atque vt Philemon olim ſcripſit,

Οὐκ ἔστι δυσμὴ μὴ ἡμέρᾳ, δέσποτα,
Ἄνθρωπος ὢν ἄνθρωπος. ἅπαντ' ἐστὶν βίου.
Τὸ ζῆν ἄνευ πόνου πολλὰ ἔχει θεὸς μόνος.

Homo multis obnoxium malis vitæ.

Nunquam ô domine, ullo pacto fieri poteris,
Vt qui homo natus es, non ſis homo. fruſtrà igitur clamas:
Viuentem multis affici malis neceſſum eſt.

Et Diphilus,

Ἄνθρωπός εἰμι, τὴν δ' ἀπὸ τοῦ ζῆν
Πρόφασιν μείζω οὐκ ἔχουσαν φέρει.

Homo ſibi malorum cauſſa eſt.

Homo ſum, id ipſum autem vitæ huic
Maximam dolendi cauſſam adfert.

Et Menander,

Ἄνθρωπος, ἀνὴρ μείζονας οὐκ ἔχων.
Homo ſatis magna ad calamitates cauſſa.

denique vt ſemel ab authoribus Graiis & poëtis citandis deſiſtam, appoſitè & luculenter admodùm Poſidippus, vt putant, de hominis in quolibet ſtatu miſeria & calamitate ſcripſit his verſiculis,

Ἅπαντα τἀνθρώπου βίου σκέψαι, σὺ δ' ἐμοὶ μόνῃ
Νόσοις, ἢ χαλεπαῖς συμφοραῖς· ὁ δὲ δίκαιος,
Φρονεῖς· ὁ δ' ἀσεβής, παράπαν ἄλυπος· ὁ δὲ σωφρονῶν,
Τἀρέσει· τῷ ξένος ἀεὶ τὸν βίον ἦλθε λέγε, δίκης.
Ἢν δ' ἀσπάσῃς, ἀστεῖον· ἦλθε γάμων, ὑπανδρεύσεται·
Ἔστεργε· ἢ γαμεῖν, ζῆν ἀνυμέναιος.
Τέκνα, τίνι τέκνα, ἄπαις ζῆς· αἰ τίκτουσι
Ἄφρονες· αἰ πολλὴ δ' ἀμφοῖν ἀθυμία.

In omni vitæ gradu regnat moleſtia & miſeria, qui.

Quod quis inſiſtat genus vivendi? nam in foro
Sunt lites & actiones moleſtæ: in ædibus autem.
Cura: ruri, labores nimij: at in mari,
Timor eſt. in peregrinatione ſiquid habes, metuendum:
Si nihil, moleſtum eſt. nuptias contraxiſti, non ſine curis
Eris: non ducis vxorem, eò magis ſolitariam vitam ages.
Liberi, dolores pariunt: orbitas, vita eſt ſine liberis injucunda. iuuentus
Improuida eſt. ſenectus autem infirma.

denique vt Menander concludit,

Τετύφλωκέ γε τὴν πλείστων φύσιν,
Πολλῶν τι μισῶ θεῶν τὸ ζῆν προνοίᾳ.

Vita hominum ærumnoſa.

Aerūnoſa prorſus eſt miſerrima ſiquidem natura vita,
Multiſque plena curis vita.

Vt tamen ita ſit, tórque calamitatibus ac miſeriis ægrimoniiſque poſt primum peccatum expiatum obnoxius homo ſuperſit: non vtique Deo inuiſum ſe aut odioſum deputare debet, aut de gradu conſtantiæ & bonæ ſpei deiici ac deturbari: verùm ſuam qualemcumque conditionem æquo animo ferre, apud ſe meditans & cogitans, mitiùs ſecum agi quàm ex merito, & talibus ipſum vitæ & laborum exercitiis ad ſalutem prouocari atque inuitari. Quinetiam id apud ſe perpendat & recogitet, tanti humanum genus à Deo fieri, vt olim faſſus ſit, delicias ſibi eſſe cum filiis hominum verſari, prouerb. 8. Salomonis: atque huius gratiâ, neque proprio filio peperciſſe: ſed pro nobis omnibus illum B tradidiſſe, Rom. 8. Quòd ſi poſt culpam expiatam, nihilominùs homo tot & tantis relinquitur & exponitur malis atque miſeriis: ne tamen animum deſpondeat: ſed hanc ſibi pœnitentiæ partem imputet, atque his argumentis admoneatur veteris peccati, cui fuerat alligatus, & penitus inſitam cordi ſuperbiæ radicem iſta vitæ ratione paulatim diſcat reuellere, Deo ſeſe in omnibus ſubiiciens ac ſubmittens, vt illi in omnibus pareat ac obtemperet, eúmque timere & mandata eius obſeruare diſcat, monente ſapiente, & ſaluatore iubente: ne fortè rebellis & contumax perſeuerans, grauiora olim mala prioribus incurrat. C

Homo ſuæ ſortis contentus degat, & quæ ſibi ſe ſolentur.

Deus erga humanum genus reddit in gratiam.

Homo de ſuis malis vt eliciat bonum.

An mundus finem habebit, nonúſque deinceps excitabitur: ſicuti mortuis corporibus humanis, noua eorundem reſurrectio ſuccedet?

PROBLEM. XV.

Sine liber unus.

Ac primùm de hominis ſatu & fatali morte, D déque mundi ortu & occaſu.

PARS PRIOR.

HActenus analogiâ hominis, velut minoris mundi cum vniuerſo hoc & maiore mundo omnium capaci, ita inſtitui & proſecutus ſum, ſimillima vt omnia in vtroque percurrendo demonſtrarem. Iam verò ad extremum videndum eſt, an eadem analogiæ ratio vlteriùs progreſſura ſit in finem, atque vt homo hic ceu minor orbis, decurſo vitæ ſpatio, tandem morti ſuccumbet: ita & hic maximus orbis poſt ſtata & definita à Deo tempora deſiturus ſit, ſi- E néque habiturus. Deinde an quemadmodum corpus hoc mortale (vt enim Deus in vniuerſo immortalis, ſic in homine anima immortalis atque æterna & eſt, & demonſtrata à nobis eſt) poſt primam iſtam mortem ac diſceſſum animæ à corpore, iterum denuò ſuſcitabitur, & vitæ nouæ ac perenni reſtituetur. ſic & mundus hic ſemel ſuo tempore à Deo ſuo opifice ſolutus, & in nihilum redactus, qui de nihilo crea-

Tranſitio.

Propoſitio.

Digitized by

tus olim fuerat, excitandus nouus atque inſtaurandus dici debeat. qua de re vbi fuerit à nobis dictum, & pro argumenti huius ſupplemento, ſufficienter atque abundè ſatis diſceptatum, huic operi ſanè longo & arduo tempeſtiuum finem ἐπίθεσιν imponere decreuimus. Age igitur, de vtriſque ſigillatim agamus, atque hominis conditionem primò æſtimemus.

Hominis compoſitio ex quibus.

Sanè verò hominis generatio de elementis & his proportione reſpondentibus humoribus quatuor pridem expoſitis, vel totidem qualitatibus analogis, ſatis iam inde ab ortu primo indicauit, pro conditione materiæ corruptioni & interitui obnoxiæ, vt principium habuit eſſentiæ ſuæ, ſic etiam finem neceſſariò habiturum. Vt enim in plantarum & animantium genere reliquo, ſingula indiuidua poſt certum vitæ tempus viciſſim occidunt atque intereunt: ſic

Homines ſingulatim mortales, &c. A ſimili.

hominem neceſſe erat, cùm ſit etiam animal, & iiſdem principiis ortum, cúmque proportionalem vitam plantis degat vegetabilem, vtriſque ſimiliter ſuo fato defungi. Planta ſiquidem de exili & cognato ſemine adoleſcens, vbi ad in-

Stirpium ortus, incrementum, & occaſus.

ſtam magnitudinem adoleuit, idoneo de terra alimento attracto connutrita, poſtquàm ſuos fructus ſuo tempore ferax edidit: tandem alimenti idonei laborans penuria, neque ſufficiés ſibi de terra ſatis idoneum ac liberale per radicum fibras alimentum attrahere, lentè ac paulatim ſicceſcit, marceſcit, contabeſcit: quæ illi ſua mors eſt, Græcis dicta θάνατος. Similiter animal omne, & homo ipſe animans cùm ſit cæteris proportionalem vitam ducens, ſenſitiuam

Hominis ortus, accretio & occaſus. A ſimili.

nempe, de primis illis duobus humoribus ſuam trahens originem, ſemine & ſanguine materno, déque quatuor humoribus totidem elementis proportionalibus connutritus, poſtquàm in auras vitales prodiit, & alimento congenere vitam ad certum tempus fouit: perinde ac ſi lucernæ oleum paulatim inſtillaret ardenti, aut igni pabulum ſuggereret accenſo: tandem alimenti conuenientis inopia tum in qualitate, tum in quantitate neutiquam reſpondentis, ſenſim emarceſcit, reſiccatur, frigeſcit, emoritur, atque inſtar lampadis aut ignis, præ inopia pabuli & fomitis materiæque, paulatim extinguitur. Vt enim alibi demonſtratum eſt, ne-

Alimenti neceſſitas quæ.

ceſſitas nutrimenti ex eo nobis adeſt, quod aſſiduè de noſtris corporibus triplicis ſubſtantiæ noſtræ fit omni temporis momento largum effluuium. cui ſarciendo, præter reſpirationem pulſúmque cordis, natura docuit cibos conuenientes inquirere & parare, iiſdémque veſci

Vita qualiter ſeruatur

pro analogia cuiuſque naturæ ac temperamenti. quorum concoctorum ac diſtributorum per corpus vniuerſum irrigatione, vita ſoſpes fouetur: donec calore natiuo paulatim langueſcente ac debilitato, humorúmque ſuperfluorum congerie plurima ſuffocante, coctio nulla deinceps idonea fieri poteſt, ſanguis immiſuitur, ſpiritus exoluuntur, vires collabaſcunt, humidum primigenium à ſuo calore natiuo depa-

Senij & mortis naturalis cauſſa modúſque.

ctum exhauritur, corpus totum frigeſcit atque ſicceſcit, vitæ lux atque ſcintilla perexigua iuſto fomite deſtituta, circunſtantis humoris ſuperfluui & excrementitij copia obruta extinguitur, mors denique ſuccedit animam à corpore languido, vieto, ſqualido, exucco, torpido ſeparans ac ſecernens, impatientem moræ ibidem longioris, cùm in eodem niſi iuſta temperie ad pondus aut ad iuſtitiam (vt aiunt) prædito, & quatuor humorum conuenienti proportione habito, ſuáque organa omnia ad vitæ munia & functiones legitimè apta poſſidente, diutiùs permanere aut moram facere minimè ſuſtineat, ſicuti pridem oſtendimus, & nunc breuiter reſumimus. ſic enim ex Ariſtotele demonſtratum eſt lib. de reſpiratione, Generatio & obitus omnium animalium communis eſt: modi autem quibus vtrumque conſequitur, ſpecie diſtinguuntur. nec enim ipſe obitus omnino diſcriminũ expers eſt, etiamſi commune quiddam habeat. Et certè obitus alter violentus, alter naturalis eſt: hic infligitur, cùm origo extrinſecùs capitur: ille cùm intrinſecùs. Et talis pulmonum habitus & ſiccitas ex principio cauſàque eſt naturali, nec vitium aduentitium decumbit. hoc ipſum in ſtirpibus ariditas, in animalibus ſenectus vocatur. Imperfecta omnia ob caloris defectum intereunt: perfecta id perpetiuntur, cùm vitium contrahitur in loco, vbi eſſentiæ origo eſt. & ſtirpibus quidem id medium eſt germinis & radicis: ſed ſanguinem adeptis animalibus, cor: exánguibus id quod cum eiuſmodi membro proportione conuenit. Cùm igitur aliis pulmones, aliis branchiæ duriùs occalleſcunt per longam ætatem contracta ſiccitate & terrena natura, in iis quib. aut pulmones aut branchiæ datæ ſunt, eiuſmodi profectò partes nec agitare, nec attollere, nec contrahere poſſunt: atque vehementiùs hoc malo ingraueſcente, ignis emarceſcit. ideo ſenes leuibus affecti morbis maturiùs occidunt. Cùm enim tenui ſuſtineantur calore, quippe cùm maxima pars longiſſimis anteactæ vitæ temporibus euanuerit, ſi eiuſmodi pulmonum vitium magis atque magis augeatur, quamprimùm ille extinguitur: perinde ac exigua flamma de illo emicans, quæ lumen parui motus interuentu amiſerit. ob eámque cauſſam mors quam affecta ætate homines obeunt, dolore vacat: nam cùm nullus violentus incidat caſus, emoriuntur. imò animæ diſtractio ſine acerbiore corporis ſenſu & dolore conſequitur. & mox, Generatio igitur eſt prima altricis animæ communio cum calore: vita autem, illius manſio. iuuentus, eſt accretio quam prima refrigeratrix pars ſuſcipit: ſenectus, eius ipſius partis diminutio: medium verò quod inter accretionem & diminutionem intercedit, firmitas & vigor eſt. Quidni caloris reſtinctus & marcor exitu vitæ atque obitu violento haberi debent? vtraque enim cauſſa interitum afferre poteſt. verumtamen obitus per naturam, eſt ipſius caloris marcor, qui propter longinquitatem temporis & perfectionem inceſſit. atque id quidem in ſtirpibus ariditas, in animalibus obitus dicitur. illius in ſenectute obitus, marcor eſt pulmonum: quia ob ætatis flexum facultas refrigerandi adimitur. &c. Ariſtotelem ſecutus Galenus ita

Vitam quid faciat, eius mortem.

Mortis cauſſa ac differentia.

Comparatio mortis ſtirpium, & animalium, & cauſſa.

Vita ſedes in animalibus & ſtirpibus.

Senectus qui obrepat.

Senescitur ſenſim emoriuntur. A ſimili.

Mortis genus indolens, quare.

Quid ſit generatio, & vita, & iuuentus, & ſenectus, & vigor.

Mortis cauſſa.

Comparatio mortis animalium & ſtirpiũ, & cauſſa.

ſcribit 2. de temperam. Mors, natiui caloris extinctio eſt. & Cicero 1. tuſcul. Interitus, eſt quaſi diſceſſus & ſecretio ac diremptus earum partium, quæ antè interitum iunctione aliqua tenebantur. Hermes tamen in Pymandro, Non moritur in mundo quicquam, ſed compoſita corpora diſſoluuntur. diſſolutio, non mors, ſed mixtionis reſolutio quædam. ſoluitur autem vnio non vt ea quæ ſunt, intereant: ſed vt vetera iuueneſcant, talem propemodùm ſententiam antea ex Hipp. de natura hum. protuli. atque Auicennas fen 1. primi, doctr. 3. cap. 3. Ne ſi facultas quidem altrix infinita ſit, quæ tamen finita eſt, & eius quod diſſoluitur, refectionem æqualiter ſemper efficeret, nihilo ſeciùs diſſolui pergeret corpus, quod appoſitum deterius ſit eo quod diſſoluitur. vnde tandem mortem conſequi defectu conuenientis pabuli, extinguíque natiuum calorem omnino neceſſe eſt. ſed rurſum Galenus velut Ariſtotelis interpres ita ſcribit 2. de temperam. Meritò Ariſtoteles ſenium marcenti ſtirpi aſſimilat. quippe ſtirpes dum ſunt nouellæ, molles humidæque cernuntur, ſeneſcentes aſſiduè magis ſicceſcere videntur: ad poſtremum aridæ prorſus redduntur, idque ipſis mors eſt. ibidem, Quid aliud eſt ſenium, quàm via ad interitum? Nam ſi mors, naturalis caloris extinctio eſt, vtique ſenium, velut tabes quædam eius fuerit. Mors autem, omnimoda naturæ proſtratio dicitur ab eodem lib. 3. de criſib. Vita autem, aut vires, aut vitium actio dicenda eſt, 9. lib. meth. med. ſed rurſus idem lib. 1. & 6. de ſanit. tu. ſiccitatis culpâ omne genitum corpus mortale fieri affirmat. Vna enim hæc eſt omni genito animanti corruptelæ atque interitus connata neceſſitas, quòd in dies ſicceſcat magis, reddatúrque ætatis decurſu ſiccius, atque inde gracilius, macilentius, rugoſius, tandémque inualidum deficiat. Altera cauſſa mortis naturalis (quæ neceſſariò noſtræ compoſitionis naturam ſequitur) triplicis eſt noſtræ ſubſtantiæ effluxus aſſiduus, quem infitus animalium calor in humidum agens excitat. cui inſtaurando ac reparando par eſſe nequit cibi & potionis quotidiana reparatio, vti nuper demonſtratum eſt. Cauſſas autem mortis non naturalis, ſiue à Deo immiſſæ, ſiue per vim illatæ, ſeu caſù contingentis referre quid attinet? quas neque recenſere fas eſt, neq. euitare licet. idem Gal. lib. 1. de temperam. Mortem aiunt animantium corpora ad frigidum ſiccúmque perducere. quippe mortuos Græcè ἀλίζωνους vocari, quaſi nihil humecti in ſe habentes (ἁλόδη enim, ὑγρότης interpretatur) vtpote tum caloris abitione eo exhauſtos, tum frigore rigentes. Quòd ſi mors talis eſt naturæ, certè vita cùm ſit illi contraria, calida eſt & humida. libro autem de maraſmo, ſimilitudinem à ligno viridi inflammato ducit, & ita apodoſin reddit, Calor in nobis, animalis corpore velut materiæ cuidam illigatus, primùm quidem humidus eſt ac debilis: augeſcens autem vſque ad vigoris ætatem, effulget & augetur & ad maximam magnitudinem attollitur & ignis flammam imitatur. atque hinc ex alimenti penuria paulatim marceſcit, & hoc eſt ſenectus. poſtea verò etiam penitus extinguitur, atq. hoc mors eſt. quo libello, de marcore & ſenio & mortis cauſſa modóque multa diſſerit, quæ nunc pluribus perſequi intempeſtiuum ſit.

Mors quid.

Morte nil interit, qualiter.

Mors cur neceſſariò animalibus contingat.

Collatio ſenectutis cũ marcore plantarum.

Senectus quid, & mors, & vita.

Mortis animatorum vna cauſſa à natura, & altera vnde. & tertia externa.

Hæc igitur eſt illi homini connata moriendi neceſſitas, ſimulque cum ortu primo fatalis aliquando perſoluenda naturæ verſura, quam omnes philoſophi, poëtæ, oratores & omnes omnino authores ſacri atque prophani celebrant, & nos ſingillatim ac viciſſim quaſi debitum aliquod aut fœnus pendimus atque perſoluimus, cùm nullo non die, vereor ne & hora, aliquis noſtrûm ex hac vita ad mortem concedat, ſuóque iſti debito naturali fatóque vrgenti ſatisfaciat. Si enim vnus aut alter ex omni æuo ſupereſſe creduntur, iſta paucorum prærogatiua fuit, non communis multorum conditio. Credimus enim Enochum & Heliam viuos à Deo tranſlatos ex hominum conſortio, vt hiſtoria ſacra nos docet Geneſ. 5. & Eccleſiaſtici 44. & 4. Regum 2. cuius quidem aſſeruationis amborum cauſſa videtur à Malachia prophera iſthæc inſinuari cap. 4. Ecce ego mittam vobis Eliam prophetam, antequàm veniat dies Domini magnus & horribilis & conuertet cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres eorum: ne fortè veniam & percutiam terram anathemate. quod & repetitur Marci 11. Elias cùm venerit primò, reſtituet omnia. At innumera iam inde ab orbe condito hominum genitorum multitudo, vel ante noſtrum ſeculum morte occubuit, vel noſtro æuo quotidie emoritur, aut non ita multò pòſt concedet fatis: & quotquot olim naſcentur, eadem lege fati debentur morti, vt Flaccus loquitur in arte. idémque ode 4. lib. 1.

Mors omni homini neceſſaria.

Enoch & Elias eodem modo mortui, & quorſum reſeruati.

Pallida mors æquo pulſat pede pauperum tabernas
Regúmque turres, ô beate Sexti
Ibidem ode 28.

Mors communis omni hominum generi.

——*omnes vna manet nox,*
Et calcanda ſemel via lethi.
Ib idem ode 17.
Ibimus, ibimus, vtcumque precedes.
Idem lib. 1. ſerm.
——*Mors vltima linea rerum.*
Idem ode 14. lib. 2.
——*Scilicet omnibus*
Quicumque terræ munere veſcimur,
Enauiganda——
Idem lib. 3. Carm. ode 1.
Æqua lege neceſſitas
Sortitur inſignes & imos.
Omne capax mouet vrna nomen.
Idem ode 2. lib. 3.
Mors & fugacem perſequitur virum,
Nec parcit imbellis iuuentæ
Poplitibus timidóque tergo.
Et ſaty. 6. lib. 2.
——*neque vlla eſt*
Aut magno aut paruo lethi fuga.
Perſius ſaty. 5.
Vive memor lethi——
Et Martialis lib. 1.

Mortis memoria ſalenda.

Ipſe iubet mortis te meminiſſe Deus.

Mortis cauſſa ἀλίζωνους cordicantur ſenes. Mortis & vitæ temperamentum. Similitudo Calor quomodo cum ætate mutetur in homine ad mortem vſque.

Manilius initio lib. 4.

Nascentes morimur, finisque ab origine pendet.

Ouidius ad Liuiam,

Fata manent omnes, omnes expectat ad unam
Portitor, & turba vix satis una ratis.

Mors in omnes imperiosa.

Tendimus huc omnes, metâ properamus ad unâ:
Omnia sub leges mors vocat atra suas.
Quáque ruit, furibunda ruit, totúmq. per orbem
Fulminat, & cæcis cæca triumphat equis.

Propertius lib. 2.

Longius aut propius mors sua quemque manet.

Et antè Lucretius lib. 3.

Mori inevitabile.

Certa quidem finis vitæ mortalibus adstat,
Nec datur ullam letum posse quin obeamus.

Ausonius ex Chalone,

B

Vive memor mortis, memor ut sis vivus salutis.

Martialis lib. 1.

Viuendum in diem.

Non est crede mihi, sapientis dicere, vivam:
Sera nimis vita est crastina, vive hodie.

Item Ouid. 10. metam.

Serius aut citius, sedem properamus ad unam.
Tendimus huc omnes —

Et Claudianus lib. 2.

Omnia mors æquat —

Lucanus lib. 8.

Mors nec optanda, nec metuenda, nec accersenda.

— mors ultima pœna est,
Nec metuenda viris —

Sic Ausonius ex Periandro,

Mortem optare malum, timere pœnam.

C

Tibullus lib. 1.

Quis furor est atram bellis accersere mortem?
Immiues, & tacitas isdem venit illa pedis.

verùm de poetis Latinis nunc satis, Græcos etiam attingamus. horum coryphæus Homerus Iliad. 3.

Μίμνει δ' αἰνὰ ἕκαστα τανυφλοίσβοιο ἰμαυτοῦ
Οὐ γαῖαν, οὐδὲ μὲν οὐρανὸν, οὐδὲ θάλασσαν·
Homo nemo mortem vitare queat.
Mortem nullum effugere posse hominum
Neq. timidum, neq. fortem, postquam genitus sit.

Menander,

Πᾶσιν ἄνθρωποις θνητοῖς ἐπίκειται.
Mortalibus omnibus mori necesse est.

Idem,

Mori quidem non turpe est, sed turpiter mori.

Ἦ ζῆν ἀνάγκη, ἢ τὸν εὖ πεπραγότα.
Vel vivere sine tristitia, vel feliciter mori.

Aut viuendum, aut moriendum, quid.

Idem,

Κρεῖσσόν γε μοι ζῆν ἢ θανεῖν, ἢ ζῆν κακῶς.
Melius non vivere est, quam misere vivere.

Idem,

Τὸ γὰρ θανεῖν οὐκ αἰσχρὸν, ἀλλ' αἰσχρῶς θανεῖν.
Mori quidem non turpe est, sed turpiter mori.

Palladas,

Πάντας τοὺς ἀνθρώπους τρέφομεν, καὶ τρεφόμενοι
Ὑπ' αὐτῶν χαίρομεν τραφησόμενοι ἀναγκαίως.

Homines mori desiderant.

Omnes morte seruamur, & nutrimur
Tanquam grex porcorum præter rationem in-
lateram.

Idem,

Κἂν θάνω, ἀλλ' εἶμι κἀγὼ, φίλος εἶ σὺ κἀγὼ σός.
Πᾶσιν γὰρ κοινὸς Ἅιδης ὁ τὰς ἄλλας δέχεται.

Homines vicissim moriuntur.

Mortuus sum, sed expecta te, expectas autem tu
& quendam alium.
Omnes simul pariter mortales unus infernus ex-
cipit.

Idem,

A — δυσάρεστον πάντες ἀποθνήσκειν.
Debemur omnes morti.

Phocylides,

Πάντες ἴσον τίνομεν, ψυχῶν δὲ διὰς Ἀΐδαο
Κοινὸς χῶρος ἅπας, πάντα τε ἐξ Ἀΐδεω.
Omnes ex æquo mortis obnoxij sunt: animos au-
tem Deus regit:
Communis omnes locus manet tam pauperes, tum
reges.

Mors communis omnibus.

Menander,

Ἀναγκαῖόν ἐστι τὸν βίον, ὡς ἐπαναγκάζει
Τὰ πάντα τὰ κατ' αὐτὸν ἐπιτηδεύειν καλῶς.
Ἀλλ' ἀθανασίαν, ἢ τοῦτο κατορθοῦν οὐ.
Immortalitas comparari non potest, ne ficulne-
ris quidem

Immortalitas non comparatur auro.

B

Infinita talenta, quæ habuisse Tantalus fertur:
Sed morieris, æquum relinquens alteri.

Ita ferè & Anacreon Teius.

Euripides,

Βροτῶν ἅπαν γὰρ πλῆθος ἐρρύηκεν,
Ἐς τὸν ὑπὸ γαίᾳ ὄντα λιμνασμόν.
Τὸν πάντων μένοντα κοινόν.
Cunctis mortalibus mors debetur:
Et nullus hominum certò novit,
An victurus sit diem crastinum.

Vita hominum incerta.

Diphilus,

Θνητὸς πεφυκὼς μὴ φιλόζωος γένοι.
Cùm sis natus mortalis, mori ne timeas.

C

Aristophanes,

Τὸ γὰρ φοβεῖσθαι τὸν θάνατον, λῆρος ἐστὶν
Ἐπὶ γὰρ ἴσον πᾶσιν ἐρέπεται πλάστιγξ.
Metuere mortem, magna stultitia est:
Omnibus enim nobis hanc pari fatale est.

Mors non metuenda, quæ fatalis.

Aristoteles,

Ἀναγκαῖον ἐστὶ τὸν ἐπερχόμενον πεσεῖν.
Ineuitabile est fatale malum.

Æschines, τί ἄνθρωπῳ ἀγαθὸν ἐπιδημήσαντι μᾶλλον, ἢ τὸ βελτίστους, ἅπαξ τὸν ἅπαντα χρόνον τεθνάναι μαχίμους. Cùm omnibus ex æquo mors sit fatalis, non tardè, sed gloriosè non felicitas est. inde Arimnestus interrogatus quod maximum homini bonum esset, τὸ καλῶς ἀποθανεῖν, bene mori respondit. Cicero lib. 6. epist. Omnium rerum mors est extremum. idem 1. fin. Mors quasi saxum Tantalo semper impendet. & lib. de senect. Moriendum certè est, & id incertum an eo ipso die. Quis est, quamuis sit adolescens, cui sit exploratum, se ad vesperam esse victurum? ibidem, Ex ipsa vita discedendum est, tanquam ex hospitio, non tanquam ex domo. & pro Sestio, Omnibus definita est mors. & Philipp. 4. Mortem omnibus natura proposuit. idem 5. de finib. Quis est aut quotusquisque, cui mors cùm appropinquet,

Mori gloriosè optandum.

D

Bene mori optimum.

Mors, quid, & vita necessitas & incertitudo.

A simili.

Non refugiat timido fungum, atque exalbescat
metu?

Mors necessaria, sed formidabilis.

E

Sed quid plura persequor? statutum est hominibus semel mori, ait Paulus Hebr. 9. Dauid autem psal. 88. Quis est homo qui viuet, & non videbit mortem? Hieronymus Cypriano, Qui se quotidie recordatur esse moriturum, contemnit præsentia & ad futura festinat. idem ad Heliodorum, Xerxes ille magnus rex & potentissimus, qui subuertit montes, maria constrauit, cùm de sublimi loco infinitam hominum multitudinem & innumerabilem vidisset exer-

Mors hominis omni cauenda.

Mortis ingis meditatio.

Historia.

citum, fleuiſſe dicitur, quod poſt centum annos nullus eorum quos tunc cernebat, ſuperfuturus eſſet. hiſtoriam alibi ex Herodoto genuinis verbis recitaui. idem ad eundem; Platonis ſententia eſt, omnem ſapientum vitam, meditationem eſſe mortis. ibidem. Nihil æquè tibi proficiet ad temperantiam omnium rerum, quàm frequens cogitatio breuis æui & huius incerti. quicquid facies, reſpice mortem. Ambroſius in hexaëmero, Nudi omnes naſcimur, nudi morimur: nulla diſtinctio inter cadauera mortuorũ: niſi fortè quia grauiùs fœtent diuitum corpora diſtenta luxuria. Gregorius lib. 12. moral. Conditor noſter latere nos voluit finem noſtrum, diémq; noſtræ mortis eſſe incognitum: vt dum ſemper ignoratur, ſemper proximus eſſe credatur: & tantò quiſque ſit feruentior in operatione, quantò & incertus eſt de vocatione: vt dum incerti ſumus quando moriamur, ſemper ad mortem parati debeamus venire. Chryſoſtomus in Matth. Mors, munus neceſſarium eſt naturæ iam corruptæ: quæ non eſt fugienda, ſed potiùs ampiectenda, vt iterum fiat voluntarium, quod futurum eſt neceſſarium. offeramus Deo pro munere, quod pro debito tenemur reddere.

Morti meditatio, ad quid.

Cadauera mortuorum quæ differant.

Mortis tempus quare homini incompertum.

Morti fatali non fugiendæ.

Sed fruſtrà laboro in teſtibus producendis ad rem demonſtrandam quæ nulla probatione eget, cùm mors nobis ob oculos verſetur quotidie, cuique aſſideat in ſinu, & quaſi prædator lupus de nobis quotidie aliquos rapiat & ſubtrahat, ſitque (vt poëta loquitur) inexorabile fatum, nullâque alia ſit nobis ad vitam æternam via, quàm per corporis huius mortem, & animæ ab eiuſdem conſortio diremptum ſecretionémque.

Mors certiſſima.

Mortis beneficium.

De mundi ortu & interitu.

ILlud porrò maiore inquiſitione eget, An orbis hic vniuerſus tanta pulchritudine conſpicuus, tanto ornatu admirabilis, vt ex eo κόσμος Graiis, mundus Latinis dici meruerit, tam ſingulari artificio elaboratus, tam ſublimi magnificentia ſuſpiciendus, tam præſtanti materia compoſitus, tam inenarrabili modo gubernatus atque rectus, tam mirifico ordine motus & agitatus, nulla ſui parte non ſummopere demirandus, quem etiam ex priſcis quidam vt deum coluerunt, vt ſapientem & ratione præditum prædicarunt, vt rerum parentem venerati ſunt: An (inquam) orbis vniuerſus ſit olim abolendus, & an mundi huius tam mirifica machina quondam peritura ſit atque in nihilum redigenda. Grauis ſanè quæſtio, & paucis è maioribus atque philoſophis ſapientibúſque illis intellecta, ac ne intellecta quidem, & in qua perſcrutanda omnes ingeniorum neruos fruſtrà intenderunt, atque inani ſtudio & labore mirum ſeſe in modum torſerunt. Eo tamen pleriq. omnes ſapientes reciderunt, nefas vt eſſe ducerent, tam admirabile opus periturum credere vel aſſerere. pauci poſt multas hinc inde agitatas ac verſatas opiniones, cùm eiuſdem principia materiámq. penitiùs intuerẽtur, qui aliquando cõditus eſſet, hunc tandem aliquando deſiturum, animis licet reclamantib. tamen ore & ſermone concluſerunt. Non repetam omnium ſententias tam varias, ſed paucorum & eorum quidẽ principum opiniones percenſebo: tandémque certis teſtib. atq. authoribus ſacris conuincam, mundum hunc vniuerſum quatuor conſtantem elementis, & fortè quinta quadam eſſentia (quam vſpiam cum Ariſtotele ἀποιότητα appellaui) cum omni virtute & ornatu cœlorum, nõ modò deſiturum, ſed etiam pro eius qui condidit, Dei ſummi voluntate & imperio, igne atq; incendio deflagraturum. Incipiam autem à philoſophorum ſummo ſemper habito Platone, qui licet modò in hanc, modò in illam partem dubius feratur, tandem mundum qui genitus ſit, eundem vtiq. etiam finem habiturum inſinuauit potiùs quàm aſſeueranit, licet reclamantib. multis Academicis, ſuúmque ducem & authorem vltrò deſerentib. cùm tamen idem Plato mundum & deum, & animatum, & intellectu præditum, & animal perfectũ, & ſenij morborúmq. expertem non vereatur aſſerere. ſic autem ille initio Timæi, Pythagoræ potiùs quàm ſuam ſententiam de mundo explicat. Vniuerſum igitur hoc cœlum, ſiue mundum, ſiue quo alio vocabulo gaudet, cognominemus. de quo primùm conſideremus, quod in omni quæſtione ante omnia inueſtigari debet, Vtrúmne ſemper fuerit ſine vllo generationis principio: an genitum ſit ab aliquo principio ſumẽs exordiũ. Id profectò cernitur tangiturque: & corpus habet, omnia verò huiuſmodi ſenſus mouent. quę ſenſus mouent, opinione per ſenſum percipiuntur. hæc verò talia eſſe conſtat vt gignantur & genita ſint: quicquid autem gignitur, ab aliqua cauſſa neceſſariò gigni aſſerimus. Opificẽ quidem & patrem mundi inuenire difficile, & cùm iam inueneris, prædicare in vulgus nefas. Cùm igitur multa de diis mundíque generatione à multis dicta ſint, ne mireris obſecro, ſi rationes de iis probatiſſimas exactiſſimáſque afferre non poſſim. ſatis enim factum putare debebis, ſi non minùs probabiles, quàm quiuis alius, rationes attulerim. Æquum eſt meminiſſe, & me qui differam, & vos qui iudicabitis, homines eſſe: vt ſi probabilia dicentur, nihil vlteriùs requiratis. Dicamus igitur quam ob cauſſam ille rerũ author, generationem & hoc vniuerſum conſtituit. Bonus erat, bonus autem nulla vnquam aliqua de re inuidia tangitur. ergo cùm liuor ab eo alieniſſimus eſſet, omnia ſibi quantum fieri poterant, ſimillima fieri voluit, & omnia bona fore, nihil verò quoad natura pateretur, malum. vbi mox de mundi ordine, pulchritudine, intelligentia, anima & mente. Hac enim ratione mentem animæ, animam verò corpori dedit, totúmq. ita mundo conſtituit, vt pulcherrimum natura opus, optimúmq. foret. Quocirca ſicut ratio nobis hæc probabilis perſuadet, dicendum eſt hunc mundum, animal eſſe, idq. intelligens, reuera diuina prouidentia conſtitutũ, ad ideam & exemplar conditum, ex quatuor numero elementis conflatum. Ex quo ipſum

Quæſtio.

Mundus cur dicatur, & eius excellentia.

An mundus periturus.

Philoſophorum opiniones de mundi excidio.

Quid mundus olim correxit, & conflagrabit.

ἀποιότης quid.

Platonis opinio de orbis excidio, deque mundo, quid ſit.

Quæſtio obſcura.

Mundus cur genitus. Ita Moſes initio Geneſeos, ita & Mercurius ille in exordio. Anima mundi.

Mundi conditor quis.

Quid mundus ſit genitus.

Mundus qualis, & vnde compoſitus.

An mundus solui queat.

amicitia concordi cõplectitur, atq. ita aptè cohæret, vt nequeat dissolui vllo modo, nisi ab eodẽ à quo est colligatus. Ex omni quippe igni aëre, aqua, terra, ipsius fabet ita ipsum compoluit vt nullam cuiusquã istorum partẽ aut vim extrà relinqueret. idq. ea ratione fecit, primũ quidem

Mundi perfectio ex quo.

vt totũ hoc animal quam maximè perfectũ ex perfectis partib. esset. deinde vt esset vnum, cùm nihil extrà relictũ fuerit, ex quo alterũ generetur. postremò nequis ipsum morb. aut senectus

Mundum esse vnicum, ἀγήρω τε καὶ ἀπαθῆ, & quare.

attingeret. Quã ob causſam vnũ totũ ex omnib. totis & perfectis perfectũ, morbi & senectutis experte Deus mundũ constituit animal sphæricũ, quod intra suum ambitũ erat animalia omnia contenturũ. Ipsum autẽ se consumptione &

B

senio sui ipsius alit. ita nẽpe diuina arte fabricatus est mũdus, vt omnia in seipso & à seipso patiatur & agat, circulari conuersione mouendus. Cùm hæc igitur Deus ille qui semper est, de aliquando futuro Deo cogitaret, ævum eũ effecit

Mundus sphæricus, quare.

æqualémq. & à medio ad summũ vsq. parẽ vndiq. corpúsq. ex corporib. totis & perfectis totũ atq. perfectũ. animam autẽ in eius medio collocauit, pérq. totum tetẽdit, atq. ea corpus ipsum

Anima mundo vbi.

etiam extrinsecùs circunexit: mundúmq. hunc vnum & solũ solitariúmq. & circularẽ volui in circulũ statuit: qui propter virtutẽ secum ipse facilè coërcere possit nullius alterius indigens, satisq. ipse sibi notus atq. amicus, & Deus beatus futurus. hæc & plura Plato. Vt autẽ agnoscas quod præmoui, de Pythagoræ locutum fuisse sententia, sic accipe ex Archetypo Timæo

Platonis Timæus vnde.

Locro, ex quo pridem monui Timæũ Platonis conflatũ & conſarcinatũ adauctúmq. fuisse. Hũc itaq. mundũ (inquit ille) ex vniuersa materia fecit, terminũ eum atq. extremum huius vniuersi naturæ fabricatus, quod alia omnia in se ipse cõplectatur, vnum, vnigenã, perfectũ & absolutum, animatũ, rationis participem: præstantiora enim hæc sunt, quàm quod inanimũ est & rationis expers. globosum quoq. corpus & rotundumq; hæc figuris reliquis est perfectior. Cùm itaq. constituisset optimum quicquã procreare,

D

hunc Deum fecit ortu generatum, nec vnquam ab alia causſa interiturũ, nisi ab eo qui eum cõposuit, siquando ipsum dissoluere voluerit. At-

Mundum ex ortu esse, quòd non. N. sic tu Platonem sensisse existima.

enim boni non est ad interimendum id pergere, quod pulcherrimũ est procreatũ. Permanet ergo talis cùm sit internecionis omnis expers ac beatus. mox de mundi exẽplari, & perfectione, soliditate, ex quatuor elementis compositione, motu, rotunditate, anima honoratiore virtute & tempore corpus ipsum præcellente. vt verè hanc idem Platonici Timæi agnoscas. Quã eandem sententiã Tullius in fragmento de vniuersitate expressit, vt legendo discernes. vbi & hoc nominatim à Platone, Hæc vos qui deorum satu orti estis, attendite: quorum operum ego parens effectorq. sum, quæ per me facta, non sunt dissoluta me inuito. quanquam omne colligatũ

An dũ mortis obnoxij, ea & mundus.

solui potest: sed haud quaquam boni est, ratione vinctum velle dissoluere. sed quoniam orti estis, immortales vos quidẽ esse & indissolubiles nõ potestis: neutiquam tamẽ dissoluemini, nec vos vlla mortis fata periment, nec fraus valentior

A

quàm consiliũ meum, quod maius est vinculum ad perpetuitatem vestrã, quàm illa quib. estis tũ cùm gignebamini, colligati. &c. Quib. ex locis colligere est, Platoni quidẽ mundum genitum videri, & verò ἐξ ἀναγκης τι ὑπὸ τῆς τοῦ κόσμου γενέσεως, mundi generatio à necessitate est & mẽte, ait in Timæo. Ex quo necessariò intulit Aristoteles, si genitus sit mundus, eundẽ etiam interiturũ. ipse verò Aristoteles, vt patebit, nunquam genitum & nunquam ob id desiturum asseuerauit. sed antequàm ab hortis Academicorum & opaco nemore discedo, illud addere placet, Siquis interroget, nunquid apud Platonẽ mundus fuerit sempiternus. respondeo equidem cum Marsilio, interpretib. Seuero & Attico & Plutarcho,

B

aliisq. vt Proculus narrat, multis, nõ fuisse semper. sed interpretantibus Crantore, Plotino, Porphyrio, Iamblicho, Proculo & plerisque aliis, semper quidem fuisse, & fuisse semper à Deo, imò fluxisse. Deum enim semper esse aiũt: mundum verò fieri semper & fluere. ac si initio temporis carentem consideraueris, ingenitum dici mundum. sin autem perpetuum à Deo eius effluxum, assiduè genitum: neque minùs ex Deo pendere, si dependerit pendéatque semper, quàm si aliquando cœperit dependere, vel desinat. Quemadmodum lumen non minùs à sole ducit originem, neque minùs seruit soli,

C

si semper, quàm si aliquando profluxerit effluátque à sole. verùm quæ sit certitudo sententiæ Platonicæ de mundo, tibi per coniecturas declarabit Ficinus suis in Timæum ἐξηγήσεις cap. 14. Eusebius autem lib. 11. præpar. euangel. & mutationem mundi & resurrectionem & iudicium apud inferos, ex doctrina Mosaïca accepisse Platonem tradit. quem secuti sunt præter dictos illos, etiam Cicero, Macrobius, Iustinus martyr, Apuleius Hic tamen Platonem indicat de origine mundi non satis sibi constitisse. ait enim & hunc quidem mundum nunc sine initio esse, aliàs originem habere natúmque esse. Censorinus autem lib. de

D

die natali cap. 5. Est ævum immensum sine origine, sine fine, quod eodem modo semper fuit, semper futurum est, neque ad quemquam hominum magis quàm ad alterum pertinet. Hoc in tria diuiditur tempora, præteritum, præsens, futurum: ex quibus præteritum initio caret, exitu futurum. præsens autem quod medium est, adeo exiguum & incomprehensibile est, vt nullam accipiat longitudinem, neque aliud esse videatur, quàm transacti futuríque coniunctio: adeò porrò instabile, vt ibidem sit nunquam, & quicquid transcurrit, à futuro decerpit. &c. Author philosophicæ historiæ cap. 15. Plato (ait) ex eius qui mundum

E

constructit, admirabili artificio, neque dissolui, neque aboleri posse mundum existimat. Stoïci contrà absumi mundum putant, idque ignis operâ fieri, qui in causſa est, vt exustus in infinitum commutetur. de quo pòst paulò. Hermes ille trismegistus eôdem fermè cum Platone fertur, qui sic in Asclepio effatur, Totus quibus formatus est mundus, elementa sunt quatuor, scilicet ignis, aqua, terra, aër. mundus

Mundum genitus, ex Plat. à quo.

Arist. de mundo opin.

An mundus Platoni semiternus sit & non, quid. N. nempe in libero Dei arbitrio & potestate præsidet reliqui, & neutrum asserunt. A simili.

Plato à Mose didicit: adde & ab Hermete

Plato incertus de mundi origine.

Ævum immensum semper sui simile, nisque diuisum.

Mundus incorruptibilis, cur.

Mundus ignè finiendus.

Mundi elementa.

vnus, anima vna, Deus vnus. nunc mihi adeſto totus (inquam) quantum mente vales, quantum calles aſtutia. Diuinitatis etenim ratio diuina ſenſus intentione noſcenda, torrenti ſimillima eſt fluuio è ſummo in pronum præcipiti rapacitate currenti. quo efficitur, vt intentionem noſtram non ſolùm audientium, verumetiam tractantium ipſorum celeri velocitate prætereat. Cœlum ergo ſenſibilis Deus, adminiſtrator eſt omnium corporum, quorum augmenta detrimentáque ſol & luna ſortiti ſunt. cœli verò & ipſius animæ & omnium quæ in mundo inſunt, ipſe gubernator eſt, qui eſt omnium effector Deus. à ſupradictis enim omnib. quorũ idem gubernator Deus, omnium frequentatio fertur influens per mundum & per animá omnium generum & ſpecierum omnium, pérq. rerum naturam. mundus autem præparatus eſt à Deo receptaculum omnium ſpecierũ. &c. idem in Pymandro, Totus hic mundus, magnus eſt deus, imago maioris, vnitus illi, patris ordinem voluntatemq. ſeruans, vitæ totius integra plenitudo. neq. eſt in eo quicquam per omnẽ æternitatem reſtitutionémq. paternam, ſeu ad totũ, ſiue ad partem ſpectans, quod non vita fruatur. neq. eſt vitæ expers in mundo quicquã, nec fuit antè, nec erit: viuentem enim voluit pater eius quandiu eſt, eſſe mũdum. vnde Deum hunc eſſe neceſſe eſt. &c. vbi & neceſſitas & prouidentia è natura, organa mundi pariter cum Platone adſtruuntur. Ariſtoteles de mundo facto & æterno, aut contrà, cap. 10. lib. 1. differit, Hiſce determinatis, conſideremus deinceps oportet, vtrùm mundus ingenerabilis ſit an generabilis, & incorruptibilis an corruptibilis (vbi mox cæterorum opiniones recenſet) Omnes, inquiens, factum quidem aſſerũt eſſe: ſed factum quidam perpetuum, quidam caducũ. quidam viciſſim interdum hoc, interdum alio modo ſeſe habere ſubeuntem corruptionem. Igitur factũ quidem eſſe, perpetuum tamen aſſerere, ex iis eſt profectò quæ nequeunt eſſe. Ea namq. ſola ponenda ſunt, quæ in multis aut in omnib. eſſe videmus. de hoc autem cõtrarium accidit. vniuerſa enim quæ fiunt, & corruptionẽ ſubire videntur. Præterea quod non habet principium hoc habendi modo, ſed aliter habere priùs vniuerſa æternitate non poteſt, id & mutari profectò nequit: erit enim aliqua cauſſa, quæquidem ſi priùs eſſet, aliter id ſeſe habere poſſet, quod aliter ſeſe habere non poteſt. Quòd ſi mundus ex aliter priùs habentib. conſtat, ſi ſemper ſic ſe habentibus & non potentib. ſe aliter habere, factus ipſe profectò non eſt: ſi verò eſt factus, & illa aliter ſeſe habere poſſe & non ſemper ita ſeſe habere neceſſe eſt. Quare & conſtituta diſſoluentur & diſſoluta antè conſtiterunt, atque hoc infinities aut ſic ſe habuit, aut poterat ſic habere. Quod ſi ita eſt, nó vacabit ſanè corruptione, neq. ſi olim aliter ſeſe habebat, neq. ſi aliter ſeſe habere poſſit. Subſidium autem quod quidem eorum qui dicunt mundum incorruptibilem quidem eſſe, attamen factum eſſe, ſibi ipſis enitũtur ferre, verum nó eſſe videtur. inquiunt enim & ſe periode vt geometræ qui deſignationes deſcribunt de generatione mundi dixiſſe, non quia aliquãdo mundus eſt ortus, ſed gratiâ doctrinæ, quia diſcentes magis cognoſcunt, ſi vt deſignationẽ, viderint factum. hoc autem non idem eſt. ſed contrarietatis rationẽ indidem repetes reliquo toto capite & libro reliquas opiniones euertendas condiſces. atq. id nominatim aduerſus Timæum, ſuppreſſo Platonis nomine. Sunt quidã quibus fieri poſſe videtur, vt & ingenerabile quippiam corrumpatur, & ortum vacet corruptione, vt in Timæo aſſeritur. illic enim Timæus cœlum eſſe quidem ortum, nó tamen eſſe caducum, ſed reliquo ſemper fore tempore dicit. aduerſùs quem reliquo deinceps libro diſſerit prolixiùs, vt monui. ſed mox eiuſdem operis lib. 2. c. 1. Cœlum vniuerſum atq. ortũ eſſe, neq. corrumpi poſſe, vt quidam inquiunt, conſtãter aſſeuerat: ſed vnum eſſe ac ſempiternũ, principium quidem & exitum æternitatis vniuerſæ non habens, infinitum autem habens & continens in ſe ipſo tempus. Atq. ſuperum locum cœlúmq. veteres quidem diis tribuerunt, propterea quòd ſolum eſt immortale. præſens autem oratio teſtis eſt, incorruptibile ac ingenerabile eſſe vacaréq. præterea omni difficultate mortali: & inſuper eſſe ſine labore, propterea quòd nullius indiget vim inferentis neceſſitatis, quæquidem prohibens detineret ipſum aptum alio modo ferri. Deum deniq. eſſe cœlum, ſiue corpus quoddam diuinum, ſdq. rotundum, quod ſuapte natura ſemper conuertitur. Deo enim perpetuum ineſſe motum neceſſe eſt. demõſtrationes ſatis prolixas leges tu quidem cum otios nam mihi vel indicaſſe ſat eſt. namq. de mundo nominatim idem & elegantèr ad Alexandrum ſcripſit, quid ſit, & qualis, & quib. conſtet, & à quo regatur cui quidem philoſopho noſter Lactantius de Platone eſt aſſenſus cap. 1. lib. 7. Exponam igitur rationem mundi, vt facilè poſſit intelligi, quando & quare ſit effectus à Deo. quod Plato qui de mundi fabricatione diſſeruit, nec ſcire potuit nec explicare. quippe qui cœleſte myſterium, quod nonniſi prophetis ac Deo docente diſcitur, ignorabat: ideóq. in perpetuum eſſe dixit fabricatum. quod longè ſecùs eſt: quoniam quicquid eſt ſolido ac graui corpore, vt initium cepit aliquando, ita finẽ capiat neceſſe eſt. Nam Ariſtoteles cum non videret, quemadmodũ poſſet tanta rerũ magnitudo interire, & hãc præſcriptionẽ vellet effugere, ſemper ait fuiſſe mundũ, ac ſemper futurũ. prorſus nihil vidit: quia quicquid eſt, neceſſe eſt aliquãdo habuerit principium: nec omnino quicquã poteſt eſſe, niſi cœperit. Nam cùm terrã & aquã & ignem diſperire, conſumi extinguíq. videamus, quæ ſunt vtiq. mũdi partes, intelligitur id totũ eſſe mortale, cuius membra ſunt mortalia. ita fit vt natum ſit, quicquid poteſt interire. Sed & omne quod ſub viſum oculorum venit, & corporale (vt ait Plato) & ſolubile ſit, neceſſe eſt. Vnus igitur Epicurus, authore Democrito, veridicus in hac re fuit, qui ait & ortum aliquando & aliquando eſſe peritarum. nec tamen rationem vllam reddere potuit. ſcilicet aut quibus de cauſſis tantum hoc opus, aut

Diuinorum ſpeculatio ardua.

Cœli dignitas, & alia, & à quo regatur.

Influxus à cœlo in inferiora.

Mundus ad quid creatus.

Mundi præſtantia & energia.

Mundus æternus.

Mundi organa, quæ. Propoſitio.

Mundus factus, an æternus.

Mundus ſi factus, non æternus.

Quomodo mundus creatus futurus ſit ſimpliciter.

Cœlum ſolidum, & corruptum.

Cœlum nec ortum, nec peritumrum, ſed Deus quæ-

Plato ignorauit cœleſte myſterium.

Ortus neceſſariò antecedens, qualis.

Ariſtotelis mũdus ſempiternus.

Omne quod habet ſuũ principium,

Quid mundus interibit, aut

Mundus ortus actu, aut

Mundus quorsum factus.

quo tempore resoluatur. idem mox cap. 3. Ergo cùm assumpsissent id quod erat verum, id est mundum à Deo factum, & hominum caussa esse factum: tamen quoniã eos in consequentibus ratio defecit, non potuerunt defendere id quod assumpserant. Deniq. Plato ne Dei opus imbecillum & ruinosum faceret, in æternum esse dixit mansurum. Si hominum caussa factus est, & ita factus est vt esset æternus: cur ergo ipsi quorum caussa factus est, non sunt sempiterni: si mortales, propter quos factus est: ergo & ipse mortalis atq. solubilis. neq. enim pluris est ipse, quàm ij quorum gratiã factus est. Quòd si ei ratio quadraret, intelligeret perituru esse, quia factus est, nec posse in æternũ manere, nisi quod tangi non potest. sed ex epitomes diuin. instit. mundi senectutem & defectionem ex Trismegisto agnoscit, & signa excidij orbis describit.

Mundus Platonis non occidet.

Ast hominum caussa factus mundus, qui sunt mortales.

Iudæus ille celeberrimus & eloquentissimus, & dicendi genere Atticus, & charactere orationis Platonicus, hanc quæstionem de mundi generatione & obitu longa oratione disceptat, ex quo placuit ita subtexere. Videndum (inquit) de mundi conditione immuni ab interitu. qua de re tres opiniones apud studiosos philosophiæ extitetunt, aliis perpetuum mundum esse statuentib. ortúsq. exortem & obitus, aliis contrà genitum esse opinantib. atq. interiturũ. fuerunt etiam qui vtrorúmq. opinionem ita exciperent, vt ab his natalem mundi, æternitatem ab illis mutuarentur. indeq. veluti cinnum temperatum ex vtroque seriumque mixtum relinquerent, genitum esse mundum, non item occasurum. Et Democritus quidem Epicurúsq. ac pleraq. stoicorum multitudo, genituram mundi interitumque prodiderunt, tametsi non similiter, hi quidem vnius, illi autem plurium. Aristoteles perpetuum mundum ingenitúmq; esse censuit: nefariæq. impietatis eos esse insimulandos existimat, qui his cõtraria disseruere: vt qui tantũ opus Dei nihilo præstare censuerint operib. manufactis. Opinio est autem à Platone in Timæo, mundum esse genitum planè significari. Sunt rursus qui captiosè disputent, mundum Platonis opinione ita esse genitum, non vt ortus ille quidem auspicatum acceperit: quatenus verò ita est coagmentatus, vt non aliam vtique compagem accepturus fuerit, si cõtigisset eum nasci, genitum esse dictum: aut quia in ortu & commutatione partes eius videantur. cæterùm satius & verius est priori sententiæ assentiri. idque non ideo tantùm, quòd in toto illo opere parentem, fabrum, opificem, diuinum illum factorem: hunc autem mũdum concinnum, affabrefactum & oriundum vocat, ab exemplati primigenio intelligibili sensibilem effigiẽ, omnia quæ in illo sunt, intellectu percepta, in seipso sensu comprehensa continentem, absolutissimum ad mentis perfectionem, simulacrum expressum ad sensum, sed etiam quòd Aristoteles hoc de Platone testificatur, qui cùm esset philosophiæ reuerentia imbutus, neque quam committeret, vt vanitatis crimine se obstringeret. Hunus verò decreti Platonici patrem nonnulli Hesiodum poetam esse putant, ab eò-

Quòd mũdus ortus nec occasurus.

Mundus Platonis quale.

Philosophi indigna mentiri.

Mundus qui genitus.

Plato de mundo cum Hesiodo sentit, in quo.

que arbitrantur genitum mundum esse dictum nec tandem occasurum. & genitum quidem dictum ob id putant, quòd ita scripserit,

Principium rerum genitum chaos, edita tellus,
Qui sirus est cunctis certissimus aptus in euum.

non occasurum verò idcirco, quoniam dissolutionem eius & corruptionem non indicauit. Vt hoc tamen ita sit, vide sequentia qualiter accipias ex Philonis mente ita Mosem interpretante, Multis autem ætatibus antè Moses apud Iudæos legum conditor, dixit in sacris scriptis genitum esse mundum, interitúsque immunem. namque prius illud admittimus: posterius autem quia neque ibidem legimus, ideo nec facilè recipimus: licet Philoni in philosophia & sacra theologia multum tribuamus. Verùm eam disputationem, quæ mundum ortus & interitus exortem adstruit, satius est vt loco primo commemoremus, consentaneo ipsi exordio vtentes & cohærenti. Omnibus igitur quæ corruptionem admittunt, duæ internecionis caussæ imminent, altera intestina, extrinsecùs altera aduenies. Quamobrem si mundus necessitati interitus non exemptus est, aut ab aliqua externa vi interibit, aut ab aliqua intus existente. At vtrumque eiusmodi est, caussam vt comminisci eius nequeas. siquidem extra mundum nihil est, cùm omnia ad complementum eius in vnum coierint. sic enim euenit, vt vnus esset & totus, nec senectutem sentiens. Atqui nullius rei incubitum mundus sentit foràs se proripientis mundúmq. ambientis, cùm nulla pars mũdi ab eius compage desciscat, integráq. intus omnia cohibeantur. Quòd si est aliquid foris, prorsus id aut inane sit necesse est, aut natura quædam quæ affici non possit, quęq. nec actum, nec passionem admittat. Nec verò ab vlla caussarum dissoluetur, quas intra se continet: alioqui pars maior esset & validior toto, quod est absurdissimum. namq. mũdus cùm vi insuperabili præditus sit, ducit secum omnes partes, à nullaque deducitur. & hæc ratio prima. Deinde cùm duę sint caussæ internecionis rerum, vna intestina, altera extraria, quæcumq. vnã earum ferre possunt, ea alteram etiam admittere prorsus apta sunt. Quandoquidem igitur nulla ab caussa extraria mundum peremptum iri demonstratum est, cùm nihil foris sit reliquum: nec ab vlla quidem vtique re interna perimetur. Præterea animal illud totum quàm maximè perfectum perfectis à partibus constat. deinde vnum est, nullis scilicet reliquis superãtibúsq. principiis, à quib. aliud tale nasci possit. denique & senectutis & morbi expers est, vt ex Platone patuit. Eam ob caussam eóq. consilio Deus totum è totis consummatum fabricatus est mundum simul senectutis, simul morbi immunem. hoc ex Platone elogium de indissolubili compage mundi mutuandum visum est. At verò ingenitum mũdum esse, à veritate naturali defendere quis possit. nã vt geniti comes est dissolutio, sic ingeniti perpetuitas. nec ab re trimetrum illud compositũ est,

Τὸν γενόμενον καὶ θανατὸν ἐσόμενον.
Quicunque nasci contigit, mori quoque.

Hoc enim modo continet dissolutionis con-

An Mosi mundus genitus & æternus. N. contra Phil.

1. Quòd mundus ortum & interitum nesciat.

Corruptionis caussa duæ, quæ, & ambarũ remotio.

Mundus non interibit, quia vndiq. perfectus, & vnus, & impatibilis.

Mundus ingenitus, quia: ideo æternus.

Omne enim occidit.

sequentiam. Alterum item est argumẽtum, quo id astrui potest. Quicquid concretũ perimitur, id in ea ipsa soluitur, è quibus compositum est. vnde fit, nihil vt aliud sit dissolutio, quàm regressus in id cuiúsque, quod secũdùm naturam erat. quare in contrarium id quoq. valet, vt cõcretio, violenta sit rerum coagmentatio in aliquid coëuntium, quod præter naturam est propriam. Οὐδὲν ἀπόλλυται τῶν ἐγγιγνομένων. Nihil perit, vt editum semel fuit, ait tragicus poëta. Atqui vnaquæque natura eorum alterationi studet atque incolumitati, quorum ipsa natura est. quare mundi etiam naturam necesse est incolumitatẽ vniuersi velle & concupere. ideóque corruptionem mundus haudquaquã admissurus est: quòd cohibitrix ipsius natura multifariàm inuicta est vi roboris indomiti, omnibus ipsa prævalens violentiis, quæ noxã allaturæ fuerant ei interituræ. quam ob causſam Plato inquit, Nihil accidere vndecunque illi potest. Nam qua tãdem de causſa (inquiunt illi) Deus mundum disturbandam statuerit? nẽpe aut nullum postea mũdum, aut vt alterũ ab integro moliatur. At illud prius alienum à Deo est, vt cui conueniat inconditũ rerum statum digerere in ordinem; nec vice versa res ordine concinnéque constructas, ad cõgeriem indiscretam inconditámque reducere. Deinde si ita fecerit, iam erit ipse obnoxius pœnitentiæ: & pœnitentia, morbus est animæ atq; ægrotatio. Certè quidem aut mũdum ordiri prorsus non oportebat: aut quando censebat dignum se opus esse, in absoluto quoque opere acquiescere. Iam verò si alterum mundum Deus pro hoc qui nunc est, constructurus est; qui cõstruetur, aut deterior, aut præstantior, aut huic similis erit. at horum quodcumque elegeris, nõ carebit reprehensione. quia deteriorem mundũ deterior artifex, præstantiorem præstantior cõstruet, similis similem, more puerorũ, qui circa litora interdum ludibundi arenam cumulãt, ac subinde euertunt. quorum in Deo omnium aliquid vel suspicari nefas. Adde quòd quemadmodũ cõuenit nos mortales opera quoq. mortalia facere: ita Dei immortalis opificia erũt vtlque interitus expertia. & ratio congruit, opera fabrefacta naturæ opificũ similitudinẽ referre. Neque verò mũdus (vt dicebat Boëthus) genitus est atq. interiturus, & non ex eo quod non est, fiet aliquid: id quod stoïcis absurdissimum videtur. Quid igitur tandẽ? dicat aliquis, quia scilicet nullã quisquam comminisci causſam queat tabificã, vt dictũ est, nec internam, quæ mundum peremptura sit. Nam extra mundũ nihil est: nisi ſicubi forsan vacuũ, cùm elemẽta prorsus in eũ resoluantur ex suo cõcremento: intus autẽ nulla talis est ægrotatio, quæ dissolutionis causſam adferre tantæ coagmẽtationi possit. Quòd si eltra causſam vllã mundus perimi potest, liquebit iã ex eo quod in rerũ natura nequaquã est, corruptionis causſam enasci: id quod ne cõcipi quidẽ cogitatione potest. Et corruptionis quidem modos tres aiũt esse in vniuersum vnũ per diuisionem, alterum per peremptionem qualitatis res obtinentis, alium per cõfusionem. quorum modorum nullo prorsus modo interire mũdus

Dissolutio & concretio quid.

Nil perit in orbe, quæ de causſa.

Natura studet mũdi conseruationi, quare: & eius vi.

Mundus cur à Deo demoliendus, & quòd nostro modo.

Deus mundum non abolebit, quare.

Natura opificum respondent opera, quabter.

Quòd mũdus non fit genitus, nec corruptus.

Mundum nulla causſa dissoluere potest, cur.

Nil finis causſa fit. Corruptionis tres modi, & eorum remotio.

A potest. Est verò operæ pretium quærere, qua ratione altera erit generatio mundi, cùm omnia in ignem resoluta fuerint. siquidem exhausta ab igne rerum natura, necesse erit ignem quoq. extingui alimento defectum. qui si permaneret, incolumis esset vtiq. ratio seminalis coagmentationis mundi. igne verò resoluto, illico vnà cũ eo illa quoq. ratio consequens est vt perimatur. Atqui nefarium est geminataq. impietatis, non tantùm mundum capitis crimine arcessere, sed etiam, si diis placet, natalem eius instaurationẽ tollere. Quasi verò inertia deus & incondita rerum nece omnibúsq. perperàm factis gaudeat.

Quòd mundo per ignem abolito, nouum denuo integro igni nequeat, quæ ob rei. Impium si abolere mundum, nec reparare posse.

B At si resolutum iri mundum deflagratione censuerimus, haudquaquam carbo fiet: quippe in quo terreni permultum reliquum esset, vbi ignem comprehensum esse contingit. at placet cæterorum corporum nullum iam tum in rerũ esse natura, terrámq. aquam, aërem, in ignem merum resolui. Nec verò flammam manſuram esse placet, vt quæ sit ignei alimenti elatio in sublime. ita cùm nihil relictum fuerit, vtiq. ipsa tabescens protinus extinguetur. Quibus consequens est, vt ne splendor quidem existat, qui suapte natura solus subsistere nequit, à prioribúsque illis manat, quæ iam defecisse diximus. Quo fit omnino, ratio vt iniri non possit mundi denuò nascituri, cùm seminalis nulla ratio con-

Ignis quæ pereat, quo.

Flamma quid.

C foueatur intus. Atque ex iis planum factum est, ingenitum mundum permanere & incorruptũ. Præterea eorũ quæ coniugatim contraria sunt inter se, vt hoc fit, illud non sit (vt album & nigrum) omnino fieri nequit. Atqui si mundi inflammationem fore dederimus, inde futurum sequetur, quod fieri per rerum naturam nequit erit q. coniugatorum alterutrum, cùm alterum iam non sit. Omnib. enim in ignem resolutis, leue quidem & rarum erunt & calidum, cũ ignis sint propria: graue verò non erit, non densum, non frigidum, quæ tamen è regione sunt illorũ. Porrò si mundus interiturus est, aut à causſa quadam interibit, aut diuinitùs. at verò dissolutionem (vt dictum est) aliunde nullo modo admittit: quippe qui nihil non contineat ipse & cohibeat. & quod continetur, debilius est vtiq. continente, cùm ab eo coërceatur vt prævalente. A Deo porrò destrui mundum dicere, scelleratum est in primis & nefarium. siquidẽ Deum non ordinis dissoluti, non inconditæ rerum rationis, non internecionis authorem, sed ordinis potiùs & compositæ rationis, denique vitæ atque omnis boni causſam esse monstratum & apud eos in confesso est, qui verè de rebus opinati sunt. At verò eorum qui sempiternum mũdum esse censuerunt, sunt qui argumentationi

Si mundus deflagret, perdita rerũ omnium materia, quomodo, &c.

Mundus non potest destrui à causſis internis, cur.

Deus non destruet mundum, quare.

E ambitiosæ artificiosæque indulgentes, insuper etiam hac disputatione vtuntur ad astruendam opinionem suam. Quatuor esse modos internecionis rerum summa diuisione conuenit, additionem, ademptionem, transpositionem, mutationem. quorum modorum nullus mundum attingit prorsus. Neque verò existimandum eo modo interiturum esse mũdum, alius vt ex alio fiat. namq. elementorũ immutatio æquè pollet per omnia. & quod æquè pollet, id firmitudinis

Corruptionis modi quatuor, & eorum remotio.

Mundo rei ſulmen non potest alius infamari, cur.

indeclinabilis cauſſa eſt atque illabefactabilis permanſionis, cùm nullo exuberantiore inferius ſit. Quam ob cauſſam refundendarum virium rependendarúmque viciſſitudo regulis illa quidem adæquata proportionis, artifex eſt ſanitatis atque incolumitatis in æuum pertinacis. vnde fit demonſtrabile, mundum eſſe ſempiternum. Porrò autem Theophraſtus eos qui ortum mundo interitúmq. obiiciunt, quatuor rebus falſos eſſe exiſtimauit, terræ inæquabilitate, maris receſſu, ſingularum partium vniuerſi diſſolutione, terreſtrium denique internecione generatim per animantia graſſante. Primum ſic altruitur, Niſi terra principium ortus cepiſſet, nulla pars eius altiùs inſurgens conſpiceretur, omniáque iam vſquequaq; perplanata diffunderentur. Quin & mare ipſum (inquiunt) imminutum eſt, & nouæ inſulæ extiterunt. his accedũt indicia maris è priſca proluuie retroacti: id quod ſcrupi & conchulæ marinæ in ſicco deſtitutæ oſtendunt, aliáq; eiuſdẽ modi quæ mari æſtuante expui ſolita ſunt. Quòd ſi mare imminuitur, minuetur & terra: longíſq. annorũ circuitibus prorſus vtrumq. elementum reſoluetur: & vniuerſus aër exhaurietur ad imminutionem ſenſim vergens: omniáque è ſuo concremento in vnam naturam ignis liqueſcent. Præterea verò id omnino periturum eſt, inquiunt, cuius partes obuiæ & expoſitæ ſunt interitui. at mundi partes tales ſunt. igitur mũdus huiuſcemodi. ac ſi vnamquamq; mundi partium ſuum manet exitium, nimirum mundus ipſe, qui ex iis compoſitus eſt, exitij non erit expers. Deniq. ſi mundus (aiunt ipſi) ſempiternus eſſet, eſſent etiam animalia ſempiterna, eóque magis genus hominum tale eſſet, quò reliquis eſt præſtantius, at ſerò genitos homines, artéſque tum demum inuentas apparebit iis qui rerum naturas inſtiterint perſcrutari. Cæterũ niſi homo æternus ſit, nullum aliud animal æternum erit: ita ne loca quidem æterna erunt, quæ ipſa excipiũt animalia, terra, aqua & aër. Ex quo ſequitur, vt ſit manifeſtum, mundum eſſe exitio obnoxium. Scio quid ab illis reſponderi poſſit, qui contrariam opinionem tuentur, Montes aquis imbrium torrentibus non abſumi & complanari, quòd vis ipſos continens, à qua etiam eriguntur (quem ignem perhibent) quàm firmiſſimè in iis implicita ſit: vnde ignis vi adſtricti pertinaciùs reſiſtunt aquarum delapſibus. Deinde pleraſque partes non oræ tantùm maritimæ, ſed etiam mediterraneæ, excurrente mari hauſtas & abſorptas fuiſſe: & pleriſq. locis terram mari admiſſo, merſam, nauibus nunc onerariis nauigari: vt de Ægira, Bura, Helice Peloponneſi referũt hiſtoriæ, de aliis narrat Platonis Timæus, de his & aliis ex Ouidij metamorphoſi alias docui. Sic ſæpe aliunde mare recedit, & aliò immeando, terras mergit, vt mõs in æquor deductus, & de lacu facta inſula narratur à Niceph. lib. 15. c. 20. Præterea non id protinus interitum eſt, cuius partes omnes intereunt: verùm id omnino demum interibit, cuius partes omnes vnà & vniuerſæ eodem tempore intereunt. Ac ſi cuncta ſimul elemẽta ſub vnum tempus exoleſcerent, nimirùm fateri neceſſariũ foret, mundum corruptionis eſſe capacem. Sin elementa ſingula priuatim in naturam mutantur vicini elementi, immortalitate prædita eſſe elementa ex eo magis declaratur, quàm eſſe interitura. Artes porrò ſi dicas humano generi æquales, omnino recens hoc eſſe dices, cùm artium inuentores, quos memoria prodente accepimus, vix annos bis mille excedant. Sanè verò terreſtrium interitus non vniuerſorum vnáq. omnium, ſed plurimorum, cauſſis duabus maximis imputantur, ignis ſcilicet & aquæ inuſitatæ abundantiæ, & quam nemo exprimere queat ſermone. Vtramq. enim vim illam in terris decumbere alternis aiunt longiſſimis annorum circuitibus. interdúmque deflagratio graſſatur, cùm flumẽ ignis ætherij ſupernè effuſum, multíſque in locis & variis ſparſum, tractus ingentes orbis terrarum permetitur. Interdum proluuies euagatur, vniuerſam aquarum naturam detractam ſecum inuehens, cùm interim amnes atq. torrentes expatientur, non alueos tantùm ſupergreſſi, ſed etiam vltra cõſtitutum modum incrementi exundantes. hunc κατακλυσμὸν, illam ἐκπύρωσιν vocabulis philoſophorum ac præcipuè Stoïcorum aliàs vocitauimus. In iſtis porrò recitandis philoſophorum de mundi ortu & obitu in diuerſas partes ſententiis fui prolixior, quòd ſummam controuerſiæ continere videbantur: vtq. oſtenderem, humanis rationib. rem alioquin obſcuram & ambiguã vix certò poſſe ſtatui ac definiri: ſed maiora & efficaciora aliũde quærenda eſſe teſtimonia. Vt tamen mirer, Philonem illum inter Iudæos doctores eximiũ, atque inter philoſophos præclarum, de mundi ortu vera quidem & Moſi ſuo conſentanea: ſed de eiuſdem occaſu incerta omnia & dubia, ne dicam falſa extuliſſe, & prophetarum gentilium oraculis aduerſa: de quibus mox efficiam vt conſtet apertéque pateat. idem porrò lib. 2. de agricultura Philo inquit, Nihil eſſe quod mundum ſuſtineat ne diſſoluatur, niſi verbum Dei æternum. hoc eſſe rerum omnium vinculum firmiſſimum ac ſtabiliſſimum, quod à mediis ad extrema, & ab extremis ad media pertinens, æternum indefatigabilémque regat naturæ curſum. eum enim genitorem conſtituiſſe vinculum indiſſolubile vniuerſi. Iure igitur neque terra ab omni aqua alluitur vnquam, quæ ſinu continetur eius, neque ab aëre extinguitur ignis, neque ab igne inflammabitur aër, verbo diuino omnia dirimente, quaſíque elementis inanimis imperante. vt vniuerſum ex diuerſis partibus ſuauem efficiat harmoniam. Rabi Moſes Ægyptius philoſophus, licet poſterioribus vixerit temporibus, tamen doctè & luculenter, licet inuſitato quodam ſtylo dicendi, id eſt ſuo, in hanc quæſtionem incubuit lib. 2. qui inſcribitur dux dubitantium, opinionéſque priſcorum philoſophorum cum ſacris doctoribus contulit: hunc tu perleges totis deinceps aliquot prolixis capitibus 14. & 15. & 16. & 17. & 22. & 24. & 26. 27. 28. 29. namque hîc tam multa inferere videtur oneroſum & importunum, præſertim cùm alij multi ſuppetãt,

2. Quod mundus & omne & perire queat.

At terra in colles aſſurgit magnos.

At mare imminuetur, quã.

At mundi partes intereunt.

At homines & animantia intereũt.

At omne ſempiternum.

Ergo mundus tandem.

Reſponſio.

Cur montes non adæquentur.

Cur mare non imminuatur.

Hiſtoria.

Hiſtoria.

Cur partes abolitæ non reuertantur etiam.

Cur artium inuentio non æqualis humano generi.

Cauſſæ duæ interneciõis animalium, & ambarum vices.

At cataclyſmus interceſſit. ergo mundus ardebit.

Probatio mundi igne flagraturi.

N. de Philone.

Mundi labem quid impedit.

Verbi vis diuini.

Elementa nunquam ſe mutuò conficiunt, quæ de cauſſa.

quos ne omnes quidem perſcrutari ſuſtinet animus, paucis iiſque eximiis contentus.

Ocellus Lucanus vetus ille quidem philoſophus, opinor Pythagoricus, ita libellum de natura vniuerſi inchoauit, Mihi profectò videtur vniuerſum & interitus expers & ortus eſſe. ſemper enim & fuit & erit. ſi enim erat temporale, non amplius iam eſſet. ita igitur & ortus & interitus exors eſt vniuerſum. neque enim ſiquis genitum ipſum exiſtimauerit, inueniat in quid corrumpatur & diſſoluatur. & ex quo genitum eſt, illud vniuerſi principium eſt: & in quod rurſum corrumpetur, illud vniuerſi finis erit. id autem omne quod gignitur, cum omnibus gignitur: & quod corrumpitur, cum omnibus corrumpitur. ſed id quidem fieri non poteſt. ortus igitur & finis vniuerſum eſt exors. & quæ deinceps ſequuntur. quinetiam idem ſub finem libelli ita ſubintulit, Quoniam igitur in quoque ſegmento conſtitutum eſt aliquod genus aliis præcellens, in cœlo quidem deorum genus, in terra verò homo, & in ſublimi & aërio loco dæmones, neceſſe eſt hominum genus eſſe perpetuum. ſiquidem illud quod dicitur, verum eſt, non ſolùm partes, ſed etiam quæ partibus continentur, cum mundo eſſe. ſed iam antè Mercurius in Pymandro ita ferè ſtatuerat, Nihil eorum quæ in mundo ſunt, interit. & quæ nuper admodùm plura ex eodem protulimus. Si enim ſecundus eſt Deus ipſe mundus, necnon immortale viuens: impoſſibile eſt immortalis animantis partem aliquam interire. Cleomedes lib. de cœleſt. orb. Mundus (ait) eſt conſtitutio cœli & terræ & naturæ rerum quæ intra cluduntur. hic omnia continet corpora, nullo penitus relicto extra. haud infinitus quidem, ſed terminatus, argumẽto quòd à natura gubernatur: nullius enim infiniti natura eſſe poteſt, cùm id continere & ei dominari naturam oporteat, cuius ſit natura. ſed Plinium audiamus diſertè magis quàm verè philoſophantem, atque hiſtoriam vniuerſi ita inchoantem. Mundum & hoc quod nomine alio cœlum appellare libuit, cuius circumflexu teguntur cuncta, numen eſſe credi par eſt æternum, immenſum, neque genitum neque interiturum vnquam. huius extera indagare nec intereſt hominum, nec capit humanæ coniectura mentis. ſacer eſt, æternus, immenſus, totus in toto, imò verò ipſe totum, finitus & infinito ſimilis, omnium rerum certus, & ſimilis incerto, extrà, intrà cuncta complexus in ſe, idémque rerum naturæ opus, & rerum ipſa natura. Furor eſt, menſuram eius animo quoſdam agitaſſe atque prodere auſos. furor eſt profectò, furor egredi ex eo, & tanquam interna eius cuncta planè iam ſint nota, ita ſcrutari extera. quaſi verò menſuram vllius rei poſſit agere, qui ſui neſciat: aut mens hominis videre, quæ mundus ipſe non capiat. mox de eius forma, motúque, & mox, Equidem & conſenſu gentium moueor. nam quem κόσμον Græci nomine ornamenti appellauerunt, eum & nos à perfecta abſolutáque elegantia, mundum. ita ille. Plato ex materia omnia in ſe recipiente mundum cenſet à Deo factum eſſe ſempiternum, ait Tullius. ideo Proclus & Plotinus æternitatem mundi aſſerunt: ſed mentem ante vniuerſum eſſe, non quaſi tempore priorem: ſed quia à mente eſt, & mens ipſa naturâ, & cauſſa huius, velut archetypus & exemplar eius qui ſit imago. Atqui Plato ipſe ortum mundi deſcribit: & lib. de repub. omne ortum occidere profitetur. inde Velleius apud Cic. 1. de natu. deor. Sed illa palmaris quidem, quòd qui non modò natum mundum introduxerit, ſed etiam manu propè factum, is eum dixerit fore ſempiternum, hunc cenſes primis, vt dicitur, labris guſtaſſe phyſiologiam, id eſt naturæ rationem, qui quicquam quod ortum ſit, putet æternum eſſe poſſe? quæ eſt enim coagmentatio non diſſolubilis? & quid eſt, cuius principium aliquod ſit, nihil ſit extremum? Plutarchus huius dubij ſolutionem attulit lib. 1. de plac. philoſoph. Mundum ſiquidem factum à Deo, corruptibilem ſuapte natura, quòd & corporeus ſit & ſenſibilis: non corrumpendum autem diuina prouidentia & ſuſtentatione, Pythagoras & Plato dixerunt. ita hic in Timæo, in Critia, in Politico, in Republ. ita & Laërtius in eius vita. vt tamen ipſum Platonem non ſua locutum mente accipias, ſed quæ à magiſtris didicerat, Hermete illo Ægyptio, & Timæo Pythagorico, & Moſe ipſo longè omnium antiquiſſimo, elocutum fuiſſe accipias. Auguſtinus Steuchus totum librum 7. in eo argumento conſumpſit, vt doceret, nulli non priſcorum phyſicorum & theologorum traditam creditámque mundi generationem: quam theſin multis teſtimoniis & veterum monumentis vrget ac demonſtrat nunc quidem ad vitandam prolixitatem omittendis. attamen eorum quibus mundus viſus eſt æternus, has tres præcipuas aut ſolas rationes initio libri ob oculos ſubiicit, Tum quòd ſcelus ſit, infertre potiùs ſempiternam priuationem rerúmque carentiam (vt vocat) quàm mundum ſempiternum eſſe: Tum quòd non ſit rationi conſentaneum, cur tot ſeculorum millibus ceſſator ille Deus, quaſi de ſomno euigilans, repentè ad creandum, quod priùs non faceret, ſe dederit: Tùm quòd non ſit veriſimile, cur non creauerit ante hæc tempora, ſempiternis retrò ſeculis otioſus. qualia mihi quædam videor apud Origenem ἀδιαφόρως legiſſe, & iam nonnulla ex Philone protuliſſe: & quidem ab Algazele & Auerrhoë effutita temerè obſeruaſſe, in hanc ſententiam referente Cælio initio bibliotheces, Mundum ab æterno Deo tempore nouum eſſe productum, abſolutè cenſeri impoſſibile. ſiquidem cur non priùs? an quia inclinante carebat ad eſſe productum? an adfuit liuor aliquis? an non potuit? quæ ſi abſurdè adſcribuntur Deo, liquet ab æterno fuiſſe mundum. &c. Ita in hoc & ſimilibus argumentis cæcutit hominis animus, & ratio labat. Simplicius aduerſus Philoponum cauſſam impiam de æternitate mundi tuetur, Moſémque minùs reuerenter minúſq; ſimpliciter habet. eius argumẽtationis hæc ſumma eſt. Quicquid cauſſa naturali ſit, id ſerie

Quòd mũdus expers ortus & interitus, qui.

Mundus corrumpi nequit.

Mundi regionum incolæ.

Quòd genus humanum ſempiternum.

Quòd mũdus æternus.

Mundus quid.

Mundi ſtellæ diuinitas quanta, & quòd æterna.

Mundi præſtantia & vis mira.

Mundum metiri impoſſibile.

Mundus cur dicatur.

Mundus genitus æternus.

Mens quæ ante mundum.

N. in Plat. at ſi mundus ortus, hunc neceſſe eſt abeſſe, quæ de cauſſa.

Nil ortum ſempiternũ. Mundus ex ſe corruptibilis, æternus non erit, quæ de cauſſa.

Plato à quibus dicta dicerit.

Quòd mundus genitus.

Cur mundus æternus habeatur, ratio triplex.

Quòd mũdus non genitus ratio.

Digitized by Google

Natura quomodo operetur.

quadam atque ordine, nequaquam verò temerè & fortuitò fieri consueuit. Quòd si condita hæc esset atque creata natura aliquando, nimirum casu quodam extitisset: quoniam absque natura nasci ordine quod priùs non erat, haud potest: nec ratio deerit, vbi quid natura natum ortúmq; dixeris. Atenim in omnib. rebus potior est ratio sapiens, quàm fortuna insipiens & bruta: nec ab eo quod deterius est, tantæ rei molitionem sine causſa scilicet ac fortuito nimirùm naturæ & vniuersitatis rerum factã dicere possumus. Natura igitur semper fuit, nec primordio quodam extitit, cùm antea non fuisset. ita ferè ille concludebat oblitus sui, oblitus & magistri Aristotelis: quorum hic naturam omnem a diuino numine pendère profitetur: ille verò, conditorem vniuersi τοῦ δημιουργὸν vel inuitus agnoscit. Sed tamen ex eo quòd nullum mundus habeat contrarium, iccirco æternum concludere nititur philosophus 1. de cœlo: nec mutari aut alterari vllo modo; neq; vnquam quiescere, sed in orbem circumuolui. denique ipso vocabulo significari motus sempiternitatem putant Peripatetici: αἰθὴρ enim vel Platone iudice ex eo dicitur, ὅτι ἀεὶ θεῖ αὐτὸς περὶ ἀίδιον φύσιν; æther dicitur, quòd motu agitetur ciatúrque continuo. Quibus fidem habere quis posset rationibus inductus haud inualidis: siquidem verum esset quod ponunt; vniuersi videlicet statum & conditionem quàm iam sit, non posse esse perfectiorem ac meliorem. quod decretum cum sacris aduersetur literis, nihil est quod magnopere probare nobis possint de mundi æternitate: quum authoritate scripturarum, & cœlum nouum & terram nouam, obsolescente forma vetere totius vniuersi, nulla dubitatione credere admonemur. cùm vniuersum ita bono statu non sit, quin meliore esse possit; quo aliquando reformabitur ab instauratore omnium (quæ Christiana fides, non philosophica scientia apprehendit) atque architecto Deo: qua de re haud ita multò pòst: nam de philosophis cùm multò plura dici queant, his ferè nunc acquiescere satius duco. Manilius lib. 1. astronomic. cap. 5. de mundi æternitate sic cecinit;

Mundum an casu factum

Natura & mundus ab æterno.

Natura pẽdet à Deo.

Mundus cur æternus? quia caret contrario: quia immutabilis: quia semper mobilis.

Æther vnde dicatur.

An mundus fieri nequit melior? an & perfectior? Quòd sic.

Ergo hic mundus destruetur, vt instauretur potius.

Mundum casu factum.

Quis credat tantas operum sine numine moles
Ex minimis cœcóq; creatum fœdere mundum?
Si fors ista dedit nobis; fors ipsa gubernet.

Certus ordo orbium cœlestium arguit artificẽ Deũ, non fortunam.

At cur dispositis vicibus consurgere signa,
Et velut imperio præscriptas reddere cursus
Cernimus, ac nullis properantibus vlla relinquit
Cur eadem æstiuas exornant sidera noctes
Semper; & hybernas eadem; certáq; figuram
Quique dies reddit mundo, certámq; relinquit

& paulò pòst.

Mundus semper sui similis & æternus.

At manet incolumis mũdus, suáq; omnia seruat,
Quæ nec longa dies auget minuita; senectus:
Nec motus puncto currit, cursúsq; fatigat:
Idem semper erit, quoniam semper fuit idem.
Non alium videre patres, alióve nepotes
Aspicient: Deus est qui non mutatur in ano. &c.

Lucretius dux quidam Epicurei gregis ita lib. 1.

E nihilo nil fit.

sanxit,

Nullamrem è nihilo gigni diuinitus vnquam.

A iterum, *— nil posse creari De nihilo—*
Nam si de nihilo fierent, ex omnibus rebus
Omne genus nasci posset: nil semine egeret.

vbi de generatione mundi ex atomis egregiè nugatur: sic enim cum Flacco appellare libet

Et versus inopes rerum, nugásque canoras,

Nugæ canoræ de atomis, &c.

quæ præter inanem verborum strepitum, nihil solidæ doctrinæ continent. sed rursus ille idem lib. 2. constanter ait,

Nequaquam nobis diuinitùs esse creatam
Naturam mundi, que tanta est prædita culpa.

Mundum à quo creatum

vbi ex eadem philosophia sicuti mundum creatum, ita & interiturum ariolatur. quod & lib. 5. initio demonstrandum assumit.

B *Quod superest, nunc me hucrationis detulit ordo,*
Vt mihi mortali consistere corpore mundum
Natiuúmque simul ratio reddunda sit esse, &c.

Mundum ortum & interitum agnoscit.

& post varias rerum creatarum species enumeratas, ita tandem grauiter omnino & philosopho dignè vaticinatur: sic enim mihi potiùs videtur dicendum, quàm humano more, minùs autem Epicureo ore proloqui.

Quod superest, ne te promissis plura morentur:
Principio maria ac terras cœlúmq, tuere:
Horum naturam triplicem, tria corpora, Mẽmi,
Tres species tam dissimiles, tria talia texta,
Vna dies dabit exitio: multósq; per annos
C *Sustentata ruet moles & machina mundi.*

Mundum vniuersum olim delebitur.

Nec me animi fallit, quàm res noua miráq; mẽti
Accidat, exitium cœli terræq; futurum:
Et quàm difficile id mihi sit peruincere dictis:
Vt sit, vbi insolitam rem apportes auribus antè.
Sed tamen effabor, dictis dabit ipsa fidem res, &c.

Dilluuium audax & insolens.

eôdem respexit Ouidius, cùm ita cecinit in metamorphosi, lib. 1.

Esse quoque in fatis reminiscitur affore tempus,
Quo mare, quo tellus, correptáque regia cœli
Ardeat, & mundi moles operosa laboret.

Orbis vniuersus olim conflagrabit.

& ad Liuiam,

D *Ecce necem intentam cœlo, terræque fretóque,*
Cæsarum triplex vaticinatur opus.

similiter & Lucanus Stoïcorum sententiam ita carmine complexus est;

Inuida fatorum series, summísque negatum
Stare diu, mimióque graues sub pondere lapsus,
Nec se Roma ferens. Sic cùm compage soluta
Secula tot mundi suprema coëgerit hora,
Antiquum repetens iterum chaos: omnia mistis
Sidera sideribus concurrent: ignea pontum
Astra petent: tellus extendere littora nolet,
Exutúsque fretum. fratri contraria Phœbe
Ibis, & obliquum bigas agitare per orbem
Indignata, diem poscet sibi: totáque discors
E *Machina, dimissi turbabit fœdera mundi.*

Nil in humanis perpetuum.

idem.

Communis mundo superest rogus, ossibus astra
Mistura—

Mundum in chaos pristinum recidet, aut resoluetur, qualiter.

sed iterum Lucretius (sæpe enim homines mali loquuntur etiam bene) nam de mundi conflagratione paulò pòst è sacris & prophanis illustrabitur sententia.

Præterea si nulla fuit genitalis origo
Terrarum & cœli, semperque æterna fuere:
Cur supra bellum Thebanum & funera Troiæ,
Non aliàs alij quoque res cecinere poëtæ?

Quòd mũdus habuit originem, cur.

Quò tot fata virùm toties cecidere, nec vſquam
Aeternis fama monumentis inclyta floreat?

quod vtique argumentum neque Macrobius omiſit lib. 2. in ſomn. Scip. cap. 10. Ac ne totum videamur de fabulis mutuari, quis nõ hinc exiſtimet mundum quandoque cœpiſſe, nec longam retrò eius ætatem, cùm abhinc vltra duo retrò annorum millia, de excellenti rerum geſtarum memoria, nec Græca quidem extet hiſtoria? Nam ſupra Ninum, à quo Semiramis ſecundùm quoſdam creditur procreata, nihil præclarum in libros relatum eſt. Si enim ab initio, imò ante initium fuit mundus, vt philoſophi volunt; cur per innumerabilium ſeriem ſeculorum non fuerat cultus quo nunc vtimur, inuentus? non literarum vſus, quo ſolo memoriæ fulcitur æternitas? cur denique multarum rerum experientia ad aliquas gẽtes recenti ætate peruenit? Hæc omnia videntur æternitati rerum repugnare, dum opinari nos faciunt, certo mundi principio paulatim ſingula quæque cœpiſſe. Sed mundum quidem fuiſſe ſemper philoſophia author eſt, conditore quidem Deo, ſed non ex tempore. ſiquidem tempus ante mundum eſſe non potuit, cùm nihil aliud tempora, niſi curſus ſolis efficiat, &c. quali etiam argumento noſter Auguſtinus vſus eſt cap. 10. lib. 12. de ciuitate Dei. Iſtam porrò de mundi conflagratione ſententiã fuiſſe perhibent Empedoclis, Anaxagoræ, Stoïcorum & Epicureorum. de Stoïcis & priùs dixi, & mox repetam. de reliquis ita ſemel ſtatuit author hiſtor. philoſoph. cap. 42. Pythagoras & Plato factum à Deo mundum arbitrantur, ac quantum in ipſo eſt, interire poſſe. nam cùm ſenſibus percipiatur, corporeus eſt & diſſolubilis: non intercidet tamen Dei prouidentia & cuſtodia præuentus. Epicurus & Stoïci mundum interiturum concedunt, ortus cùm ſit: id quod & reliquis accidere videmus & animalibus & ſtirpibus. Xenophanes ingenitum, ſempiternum, indelebilem defendit. Ariſtoteles quæ infra lunam ſunt, mortalia: quæ verò ſupra, immortalia ſtatuit. ita ille. ſed mox de orbis conflagratione dicemus tum è ſacris, tum è prophanis authoribus: vnus aut alter reſtat locus de philoſophis. Plutarchus in Oſiride, velut fabulam à theologia Ægyptiorum acceptã refert: Quòd mens & verbum Dei, cùm eſſet per ſe in inuiſibili & in abdito, ad generationem ſuopte motu proceſſit. Author libri cui titulus eſt, An animal ſit id quod in vtero eſt, Galeno quidem adſcripti; ſed meo iudicio, de Stoïcorum porticu progreſſus aliquis haud ignobilis philoſophus, ita ſcribit ab initio: Videamus (inquit) ſi mundus animal eſt, ac ſi primùm quidem genitus eſt, deinde verò integram naturam aſſumpſit. Mundus igitur, res eſt ex cœlo terrãque ac mediis naturis, aqua & aëre conſtituta, habénſque per omnia hæc principem ac primogenitum diffuſum ſpiritum, quem philoſophorum ſoboles aut animam, aut vnitatem, aut atomum, aut ignem, aut communi cum genere nomine ſpiritum vocat. Hæc quidem antè fuerunt, quàm cognomen hoc aſſumerent: ſed tunc confuſa erant & inter ſe non differentia, & vt quidam dicunt, materia nominabatur. nunc verò mundus, propterea quòd aptè ordinatímque ac veluti in conſonantia atque modeſtia fieri motum ipſum efficiat. Immobiles enim eſſe putabo ſimiléſque lapidibus eos, qui ipſum hoc vniuerſum immobile dicunt. Mundus igitur ex integris integer concinnatus eſt, atque ex perfectis perfectus, & ex abſolutis abſolutus: fuítque & erit animal ſic vt moueatur. Sed tum quidem ſeminatam vim, ipſiúſque vniuerſi rationem habentem poſſidebat: diſcretus verò atque è tenebris prodiens, inſitam ſeminum virtutem patefecit, hîc quidem ſe terram oſtendens, illic aquam: vbi verò ignem cum aëre ſeſe oſtenderet qualibet porrectum incrementi modo atque elementorum natura, ipſum vniuerſum ſole ac luna quaſi oculis illuminans, & luce horum claróque ſplendore motui cuique dux effectus. etenim ei commiſtus eſt & ſic ab initio genito, & in natura prima conſtituto. Nam & primum animal & ſpirans & intelligens mundus hic & tunc erat & nunc apparet. Quemadmodum igitur audax nemo eum animal tum eſſe negaret cùm affingebatur: integrum enim ex integris perfectúmque ex perfectis ipſum demonſtrauimus. quomodo enim integra præberet, ni integer eſſet? & quæ ſequuntur: ex quibus palàm eſt, & philoſophum extitiſſe hunc, & Mercurij ac Pythagoræ doctrina imbutum. ille enim Ægyptiis & Græcis præceptor primus & antiquiſſimus de mundi creatione diſſerens, Pymandrum inducit ſecum loquentem (quem alij Poemendrum dicere malunt, velut ποιμένα ἀνδρῶν, hominum paſtorem) & rerum abſtruſarum explicatus apertientem, priſcorum more à Deo vel angelo ſeſe electos profitentium. Sum (inquit ille) Poemander, mens authoritatis. ac mox geneſis & conditio mundi exponitur per gradus, quos dierum numero Moſes metitur. Primùm enim Hermes videt diuinam claritatem, quæ mundum conditum anteceſſit; regnum nempe Dei glorioſum, velut mundi primordium. mox tenebras quaſdam horrendas diuinæ gloriæ ſubiacentes. his ſubeſſe naturam quandam humentem miro modo perturbatam (ὑλὴν diceres) fumúmque velut ab igne exhalantem: & erumpentem inde fragorem ſonúmque horrendum: vocémq; ab igne manantem: ex igne autem, verbum diuinum ſiue mentem ſiue ſpiritum micantem, rerum naturæ incumbentem: & ex humida illa natura ignem purum ac lucidum prorumpentem, ſurſum elatum. ab his aërem expreſſum in ſublime. terram autem & aquam, à quibus hæc excitabantur. ita permiſſa & confuſa, vt præ aquis terra videri non poſſet, ſed à verbo illo ſpiritali exagitaretur. verbum autem illud ante conditam lucem irradians, fuiſſe filium Dei & è mente Dei extitiſſe, qui ſit Deus pater. qui à ſe inuicem non ſeparentur; quorum vnio, ſit ipſa vita (ſeu vinculum amborum ſpiritus) Et ecce (inquit Hermes) video animo lucem illam innumerabilibus virtutibus ra-

Hiſtoria antiquitas nõ excedit duo annorum millia.

Quòd mũdus habeat originem.

Literarum vſus.

Philoſophorum de mũdo opinio.

Temporis origo, & quid.

An mundus factus, an & interibit?

Deus quomodo ad generationem proceſſerit.

An mundus, animal, & genitus.

Mundus quid, & anima mũdi.

Mundi prima origo qualis.

Mundus cur dicatur, & qualis.

Mũdi partium diſcretio.

Mundus, quale animal.

De Mercurio trismegiſto.

Mundi geneſis ex Hermete, Moſi conformis.

S. trinitatis notio prima.

gle

Idea mundi, & elementa.

diantem; video mundum incircunſcriptibilem & continere ignem & ſtationem habuiſſe, contentum maxima virtute. At cùm in ſtupore eſſem, cogitans quæ mihi à Pœmandro aperirentur, rurſum mihi dixit, vt intuerer animo ſpeciem archetypam, quæ principium infinitũ antecedit. Elementa verò (inquit) naturæ vndénam extiterunt? Ex voluntate Dei (reſpondet doctor) quæ verbum nacta, intuitáque pulchrum mundum imitata eſt creans mundum per ſua ipſius elementa & genituras animarum. At mens Deus cùm ſit mas & fœmina, peperit verbum, alteram mentem. hæc ferè ille: quæ

Dei filius à Deo.

conformia Moſaïcæ generationi rerum poſſemus oſtendere, niſi vir doctus Auguſtinus Steuchus anteuertiſſet vt pio, ſic docto ſanè ſermo-

Hermes, antiquus doctor, ex Suida.

ne lib. 7. cap. 9. vnde & Platonem, & Heſiodum, & ante illos, Orpheum rerum generationis principia hauſiſſe conſtat, & ipſos adeo philoſophos, Pythagoram nempe atque Anaxagoram, & horum ſequaces. verùm vt cum Mercurio ſemel tranſigam, & poſtremò colloquar, ita ille ἐν ἱερῷ λόγῳ, Δύξα παντὸς ὁ θεὸς καὶ θεῶν & φύσις θεία, ἀρχὴ δὲ ἔστιν ὁ νοῦς, & νοῦς, ἡ φύσις, καὶ ὕλη, σοφία εἰς δύξαν ἀπαύγασμα, ὁ ἀρχὸς, ὁ θεὸς, καὶ φύσις, ἡ ἐπίγνωσις, καὶ ἀνάγκη, καὶ πόλις, & ἀναγέννησις. ἐν γὰρ σώματι ἀπειρον ἐν ἀβύσσῳ, καὶ ὕδωρ, καὶ πνεῦμα λεπτὸν, νοερὸν, δυνάμει ὄντα ἐν χάει. ἀναῦτο δὲ φῶς ἅγιον, καὶ ἐπάγη ἐφ' ἁγίοις ἐξ ὑγρᾶς οὐσίας γαιῶδες. καὶ πᾶσι πασῶν τετραπόδων φύσεως ἀπεκύησε. ἀδηλούμενον ἡ ὕστερα ἀπολυτον καὶ ἀκατασκεύαστον, κυκλωμένη τὸ ἐλαφρὸν εἰς ὕψος, καὶ τὰ βαρέα ἐπωλίσθη ἐφ' ὑγρᾷ ἅγιῳ, πνεῦ πᾶν ὅλον διοικούμενον καὶ ἀναπεμπόμενον πνεύματι ὑγιεῖσιν. καὶ ὠφθη ὁ λόγος ἐν πᾶσιν οἷς, & θεοὶ πᾶς ἐν ἄστροις ἰδίαις ἐπιδέσμοις σὺν πᾶς ἀστῶν σημείοις ἄστρα· καὶ διωκήθη σὺν πᾶς ἐν αὐτῇ θεῖς, καὶ ἀπεκάλυψε τὸ ἀξιπόνητον αἰῶνος κυκλῶν, ἀρίστην πρίσματα θεῖν ἐχνέφρον. ἀνῶν ὁ ἔμπνους θεὸς διὰ τῆς ἰδίας δυνάμεως τὸ ἀφθαρσίαν αὐτῷ. καὶ ἐβόησε θεία πατράσιν & ἐρωτᾷ καὶ ἐνύγεν & πῶνα, & πᾶσι ἀπορεῖ ἐπιπόνως· καὶ χόνις & ἀὴν πασῶν χαίρ ἓν ἀπόλυσιν τῆς παλιγγενεσίας ἐν αὐτῇς ἐπιμελόμενοι, καὶ & ἥνεσε ἐπὶ ἀφθάρσια αἰῶνος ἐργῶν θείων γνῶσιν. Gloria omnium Deus

Rerum elementa quæ, & eius epitheta vſque.

& diuinitas & mens, natura: diuinum principium rerum Deus & mens & natura & materia; ſapientia ad declarationem omnium, exiſtens principium, diuinitas, natura & efficacia ſiue operatio & neceſſitas & finis & renouatio. Erant enim tenebræ infinitæ in abyſſo & aqua & ſpiritus tenuis, intelligibilis, diuina virtute exiſtentia in chao. Sublata igitur eſt ſancta lux,

Mundi origo prima, qualis.

& congelata ſunt ac firmata elementa inferiùs ex humida ſubſtantia. & dij omnes amplectuntur adamántque naturam ſeminalem. Cúmque

Chaos quale ſit dictum.

omnia eſſent indiremptа & incompoſita, ſeparata ſunt leuia in altum, grauia in imum in arena humida, diuiſis omnibus per ignem & appenſis ſpiritu vt vehantur. Et apparuit cœlum in circulis ſeptem, & dij aſpectibus aſtrorum apparentes cum ſuis omnibus ſignis. & diſtinctus eſt cum diis qui in ipſo ſunt, & circumſcriptus eſt ambitus aëre circulari, vago

Orbium cœleſtium ornatus.

ſpiritu diuino vectus. Protulítque vnuſquiſq; Deus per propriam virtutem, quod imperatum fuit ei: natáque animalia quadrupedia,

Creaturarum ortus & generatio.

reptilia, aquatica, volucria, omníſque ſatus ſeminalis: & fœnum & flores omníque herba ſemina regenerationis in ſeipſis continuerunt: & generationes hominum ad cognitionem operum diuinorum. hæc & id genus alia Triſmegiſtus de creatione mundi & generationis rerum conditarum ordine, proximè ad Moſam accedens. dixeris hunc Hermen ab illo mutuatum diuino propheta, aut ſanè eodem ſpiritu impulſum & afflatum. quid enim prohibet ſpiritum Dei diuerſis in locis diuerſos homines afflare, qui diuina ſcriptis aut voce pandant eloquia? Deus enim non tantùm Iudæorum Deus eſt, ſed gentium etiam & orbis adeo vniuerſi. Ab ortu enim ſolis vſque ad occaſum, magnum eſt nomen meum in gentibus, dicit dominus exercituum, ait Malachias cap. 1.

Spiritus afflat hominesubiq. gentium.

Dei nomen & maieſtas.

Sed tranſeo deinceps ad ſacros authores: neque tamen ex his plures in medium producam, cùm omnes omnino idem profiteantur: & hunc mundum de nihilo à Deo creatum non ab æuo infinito, ſed infra ſex annorum millia: eundémque certo tempore ſoli Deo cognito deperitum. Non tamen qua ratione vnus omnium doctiſſimus Origenes ſcripſit immemor & ſui & veritatis factus in multis, poſtquàm ſemel Deum & filium Dei Ieſum Chriſtum coram hominibus abnegauit, alienam turpitudinem in ſe peroſus, & flagitij alieni propter intentatam obſcœnam libidinem fœdiſſimi hominis impuriſimíque ἀποκαταστάσεως pertæſus, pudoréque multo ſuffuſus. ſic autem ille cap. 5. lib. 3. περὶ ἀρχῶν, Si cœpit mundus ex tempore, quid faciebat Deus antequàm mundus fieret? otioſam enim dicere naturam Dei, otioſum ſimul & abſurdum eſt: vel putare quòd bonitas aliquando non fecerit, & omnipotentia aliquando non egerit potentatum. Hoc nobis obiicere ſolent dicentibus mundum ex certo tempore cœpiſſe, & ſecundùm ſcripturæ fidem, annos quoque ætatis ipſius numerantibus. Ad quas propoſitiones non arbitror aliquem hæreticorum ſecundùm rationem dogmatis ſui facilè poſſe reſpondere. Nos verò conſequenter reſpondebimus, obſeruantes regulam pietatis, & dicentes; Quoniam non tunc primùm, cùm viſibilem iſtũ mundum fecit Deus, cœpit operari: ſed ſicut poſt corruptionem huius, erit alius mundus: ita & antequàm hic eſſet, fuiſſe alios credimus. Quod vtrumque diuinæ ſcripturæ authoritate firmabitur. Nam quòd erit poſt hunc alius mũdus, Eſaïas docet dicens, Erit cœlum nouum & terra noua, quæ ego faciam permanere in conſpectu meo, dicit Dominus. Quòd autem ante hunc mundũ fuerint alij, etiam Eccleſiaſtes oſtendit dicens, Quid eſt quod factũ eſt? ipſum quod futurum eſt. & quid eſt quod creatũ eſt? hoc ipſum quod creandum: & nihil eſt omnino recens ſub ſole. Sed quis loquetur & dicet, Ecce hoc nouum eſt? iam fuit in ſeculis quæ fuerunt ante nos. hæc ille periculosè ſanè, ne dicam temerè & imprudenter. ac multò ſanè cautiùs & tutiùs Athanaſius orat. 2. in Arrianos; Si curiosè inquiram, cur Deus, in cuius poteſtate eſt ope-

Mundus conditus quando.

De Origene.

Quòd plures ante hũc mundũ extitere & boni fuerint.

Obiectio.

Quando Deus operari cœperit.

Quid nouum poſt hunc erit mundus.

Quòd alij ante hunc fuerint mundi.

Cur Deus non ſemper ſit operatus.

rari, non ſemper operatus ſit; furioſorum eſt iſta audacia. quis enim cognouit mentem Domini? aut quomodo dixerit figmentum figulo, cur me ita feciſti? Sed tamen ne vel tenui ratione ſuppetente conſileſcamus, audiant obſecro,

Opera facta non potuerunt eſſe æterna, quæ dere.

Quòd tametſi Deo poſſibile fuerit ab æterno opera facere: non tamen poterant ea quæ facta ſunt, ab æterno eſſe. ſiquidem ex non entibus emerſerunt, nec erant priùs quàm fierent. quæ autem non erant antequàm fierent, quomodo illa coexiſtere poterant cum Deo ſemper exiſtēte? Quamobrem ad eorum emolumenta commodáq; reſpiciens Deus, cùm intelligeret creaturas ſubſiſtere poſſe, tunc omnes creaturas produxit. ſed breuiùs Iuſtinus lib. de quæſtionibus gentilium;

Poteſtas naturalis, & ſupranaturalis, & ambarum actio qui differat.

Quorum vis & poteſtas actionis naturali quadam neceſſitate conſtat, eorum vis & poteſtas minor eſt quàm actio. cuius autem poteſtas actionis non naturali neceſſitate, ſed propria voluntate conſtat, in eum immutationis verbum cadere nullo modo poteſt. Cogitaſti (inquit) & tibi pręſto ſunt omnia. at feſtiuè & ſagaciter Auguſtinus lib. 11. confeſſionum;

Quid Deus ante mundum conditum faceret.

Quærenti quid faciebat Deus, antequàm faceret cœlum & terram; reſpõdeo non illud quod quidam reſpondiſſe perhibetur ioculanter eludens quæſtionis violentiam, Alta (inquit) ſcrutantibus gehennam parabat (ſimile reſponſum,

Reſponſio facetia.

ſed amarulētius audiit Iulianus apoſtata à quodam viro pio, rogans quid faceret tunc fabri filius, Ieſum inſinuans, ex hiſtor. tripar.) libentiùs reſponderim, ait Auguſtinus, Neſcio quod neſcio. idem lib. 1. cap. 2. de geneſi, contra Manichæos;

Dei voluntas omnium rerum maxima.

Qui quærit (inquit) quare fecit Deus cœlum & terram; reſpondendum eſt, Quia voluit: voluntas enim Dei, cauſſa eſt cœli & terræ. & ideo maior eſt voluntas Dei, quàm cœlum & terra. qui autem dicit, Quare voluit facere cælū & terram? maius aliquid quærit, quàm eſt Dei voluntas: nihil autem maius inueniri poteſt. Compeſcat ergo ſe humana temeritas, & id quod non eſt, non quærat: ne id quod eſt, non inueniat. Lactantius cap. 9. libri acephali, etiam huic tacitæ obiectioni occurrit: Negantes ergo prouidentiam, vtique Deum, qui fons & caput eius eſt, negauerunt: ſequebatur

Mundum vnde ſit, & quòd non ab æterno.

vt ea quæ ſunt, aut ſemper fuiſſe dicerent, aut ſua ſponte eſſe nata, aut minutorum ſeminum conglobatione concreta. Semper fuiſſe dici non poteſt: quia quicquid eſt, eſſe ſine aliquo initio non poteſt. ſua ſponte autem nihil naſci poteſt: quia nulla eſt ſine ratione natura. ſemina enim principalia quomodo eſſe potuerunt, cùm & ſemina exordiis oriantur, & viciſſim res ex ſeminibus? nullum igitur ſemen eſt, quod originem non habeat. & mox, Atqui videmus in rerum natura, & bona eſſe & mala. poteſt ergo exiſtere peruerſus aliquis, qualis fuerit ille Theodorus, & Platoni reſpondere dicenti, Fecit

Obiectio, de Deo creante mala.

Deus mundum, quia bonus & inuidens nulli, fecit quæ bona ſunt. Imò (dicet ille) quia malus eſt, fecit quæ mala ſunt. Quomodo illum redarguet? ſi quæ bona ſunt, Deus fecit: vnde igitur

An Deus fecit bona & mala?

tanta mala eruperunt, quæ plerumque etiam bonis præualent? In materia (inquit) continebā-

A tur. Bona igitur & mala, aut nihil fecit Deus. Si bona tantùm fecit, æterniora ſunt mala quæ facta non ſunt, quàm bona quæ habuerunt exordium. Finem igitur habebunt, quæ aliquando cœperunt: & permanebunt quæ ſemper fuerũt. Mala igitur potiora ſunt. ſi autem potiora eſſe non poſſunt, ne æterniora quidem poſſunt. Ergo aut vtraq; ſemper fuerunt, & Deus otioſus? aut vtraque ex vno fonte fluxerunt. Eſt enim conueniēs, vt Deus omnia fecerit potiùs quàm nihil. Ergo ſecundùm ſententiam Platonis, ideo Deus & bonus eſt, quia bona fecit; & malus, quia mala. Quod ſi fieri non poteſt, apparet non ideo factum eſſe mundũ, quia Deus bonus eſt. quo-

B niam enim complexus eſt bona & mala, nec fecit propter ſe quicquam, ſed propter aliud. verùm de Lactantio mox rurſum: Auguſtinũ meo iudicio [illegible], ſi non eloquentiorem, attendamus. is lib. 12. cap. 13. de ciuitate Dei, Origenis illam ex Eccleſiaſte ſolutionem videtur improbare, cùm dicit: Nam quidam & illud quod legitur in libro Salomonis, &c. propter hos circuitus in eadem redeuntes & in eadem cuncta reuocantes, dictũ intelligi volunt, quòd

Quomodo omnia ſe eadem ſemper modo habeant.

ille aut degenerationibus aliis cuntibus aliis venientibus, de ſolis anfractibus, de torrentium lapſibus: aut certè de omniũ rerum generibus, quæ oriuntur atq; occidunt. Fuerunt enim ho-

C mines ante nos, ſunt & nobiſcum, & erunt poſt nos: ita quoq; animantia vel arbuſta. Abſit autem à recta fide, vt his Salomonis verbis illorum circuitus ſignificatos eſſe credamus, quibus illi putant ſic eadem temporum temporaliúmque rerum volumina repeti (vt omnia redeant in eũ ſtatum qui nunc eſt, aut olim fuit.) ibidē paulò

An res omnes olim in eundē ſtatū redituræ, & N. eadem hæc dixerit.

antè cap. 11. iis reſpondit, qui innumerabiles opinantur mundos extitiſſe: aut hunc quidem ſolum innumerabiliter oriri & occidere. & ſequenti cap. 12. iis ſatisfacit qui primam hominis

Homines pauci cur ſerò facti.

conditionem tardam cauſantur fuiſſe, vt minùs quàm ſex millia ſint annorum, ex quo eſſe cœpiſſe in ſacris literis inuenitur. Si enim breuitas eos offendit temporis, conſiderēt nihil eſſe diu-

D turnum, in quo eſt aliquid extremum; & omnia ſeculorũ ſpatia definita, ſi æternitati interminæ comparentur, non exigua exiſtimanda eſſe, ſed

Nihil in humanis diuturnum, quid.

nulla. aut ſi toties multiplicaretur annorum numerus, vt iam nullum numeri nomen haberemus, ex quo Deus hominem fecit: ſimiliter quæri poſſet, cur antè non fecerit. Dei quippe ab hominis creatione ceſſatio retrorſus æterna, ſine initio tanta eſt, vt ſi ei conferatur quamlibet magna & ineffabilis numeroſitas temporũ,

Deus quãdiu ceſſarit ante conditum mundum.

quæ tamen fine concluſa, certis ſpatiis terminetur; nec ſaltem tanta videri debeat, quanta ſi

E humoris breuiſſimam guttam vniuerſo mari, etiam quantum Oceanus circunfluit, comparemus: quorum iſtorum duorum vnum quidem perexiguum eſt, alterum incomparabiliter magnum, ſed vtrumq; finitum. Illud verò tempo-

à ſimili.

Finitum infinito comparatum pro nullo habetur.

ris ſpatium quod ab initio aliquo progreditur, & aliquo termino coërcetur, magnitudine quãtacumque tendatur, comparatum illi quod initium non habet, neſcio vtrùm pro minimo, an potiùs pro nullo deputandum eſt. Quamobrem

Hominum successio quæstio & indeterminata.

quod nos modò quærimus post quinque millia & quod amplius excurrit annorum, possent & posteri etiam post annorum sexcenties millies, eadem curiositate requirere, si in tantum hæc mortalitas hominum exoriendo & occumbendo, & imperita perseueraret infirmitas. potuerunt & qui fuerunt ante nos ipsis recẽtibus hominis creati temporibus, istam mouere quæstionem. ipse denique primus homo vel postridie vel eodem die postea quàm factus est, potuit inquirere, cur non antè sit factus. & quandocumque antea factus esset, non virgo hùic alias, & alias nunc vel etiam postea, ista de initio rerum temporaliũ controuersia reperiret. Hieronymus ad Auitum scribens, Origenem ex 2. lib. ἀρχῶν hac de re alio quodam isto modo inducit loquentem. Nobis (inquit) placet & ante hunc, alium fuisse mundum; & post istum, alium futurũ. Vis discere quòd post corruptionem huius mundi, alius sit futurus? audi Esaiã loquentem, Erit cœlum nouum, & terra noua, quæ ego facio permanere in cõspectu meo. Vis nosse, quòd ante fabricam huius mundi, alij mundi in præterito fuerint? ausculta Ecclesiasten, Quid est quod non fuit? &c. Dubitat tamen an isti mundi futuri sint inter se per omnia similes, an aliqua erit inter eos differentia. Ad id rursum Augustinus lib. 11. cap. 4. eiusdem operis ita respõdet; Sed quid placuit Deo æterno hunc facere cœlum & terram, quæ antea non fecisset? Qui hoc dicunt, si mundum fuisse æternum sine vllo initio, & ideo nec à Deo factum videri volunt, nimis auersi sunt à veritate, & lethali morbo impietatis insaniũt. Exceptis enim propheticis vocibus, mũdus ipse ordinatissima sua mutabilitate & mobilitate & visibiliũ omnium pulcherrima specie quodammodo tacitus, & factum se esse, & nonnisi à Deo ineffabiliter atq; inuisibiliter magno, & ineffabiliter atque inuisibiliter pulchro fieri se potuisse proclamat, &c. ibidem mox cap. 5. Quæritur cur potiùs hinc & non antea factus sit mundus. quæri etiam potest, cur hìc potiùs vbi est, & non alibi? Nam si infinita spatia temporis ante mundum cogitant, in quibus eis non videtur Deus ab opere cessare potuisse: similiter ergo cogitẽt, extra mundum infinita spatia locorum; in quibus si quisquam dicat non potuisse vacare omnipotentem; nónne consequens erit, vt innumerabiles mũdos cum Epicuro somniare cogatur? & quæ sequuntur. & rursum sequenti cap. 6. Cùm igitur Deus, in cuius æternitate, nulla omnino est mutatio, creator sit temporum & ordinator: quomodo dicatur post temporũ spatia mundũ creasse, non video: nisi dicatur, ante mundum iam aliquam fuisse creaturam, cuius motibus tempora currerent. quod nunc abest, &c. idem cap. 14. lib. 12. Cùm Deus sit æternus & sine initio, ab aliquo tamen initio exorsus est tempore: & hominem quem nunquam antè fecerat, & fecit in tempore; non tamen nouo & repentino, sed immutabili æternóque consilio. quis hanc valeat altitudinem inuestigabilem inuestigare, & inscrutabilem perscrutari, secundũ quam Deus hominem temporalem, antequàm nemo vnquam hominum fuit, non mutabili voluntate in tempore condidit, & genus humanum ex vno multiplicauit? Nunquídnam existimandum est subitò Deo placuisse hominem facere, quem nunquã antea infinita retrò æternitate fecisset? cui nihil noui accidere potest, in quo mutabile aliquid non est? dicat propheta, Secundùm altitudinem tuã multiplicasti filios hominum. Valdè quippe altum est, & semper Deum fuisse, & hominem quem nunquam antè fecerat, ex aliquo tempore primùm facere voluisse, nec consilium voluntatémq; mutasse. deniq; ita deinceps cap. 16. Quæ secula præterierint, antequàm genus humanum institueretur, me fateor ignorare: non tamen dubito, nihil omnino creaturæ creatori esse coæternum. Nã quæ retrò tempora dicuntur fuisse æterna, ea tamen non fuerunt Deo coæterna. siquidem ille ante tempora æterna nõ solùm erat, verumetiã promisit vitam æternam. Hieronymus autem 1. cap. epist. ad Titũ, Ante mundi tempora, æternitatem quandam seculorum fuisse credendum est, quibus semper cum filio & spiritu sancto fuerit pater: & vt ita dicam, vnum tempus Dei est omnis æternitas: imò innumerabilia tẽpora sunt, cùm infinitus sit ipse qui ante tẽpora omne tempus excedit. Sex millia necdum nostri orbis implentur anni. quantas priùs æternitates, quãta tempora, quantas seculorum origines fuisse arbitrandum est, in quibus angeli, throni, dominationes, cæteræque virtutes seruierint Deo, & absq; temporum vicibus atque mensuris, Deo iubente, subsititerint? Ante hæc itaque omnia tempora, quæ nec sermo eloqui, nec mens cõprehẽdere, nec cogitatio tacita audet attingere, promisit Deus pater sapientiæ suæ verbum suũ, & ipsam sapientiam suam, & vitam eorum qui crediturí erant mundo esse venturam. ita ille, meo iudicio bene: sed iudicio P. Lombardi lib. 2. non vsquequaque bene, ipsi viderint, quorum interest.

Quæstio de tempore cõditi mundi, potest & loco tribui, qualiter.

Cur Deus mundum hunc seriùs condiderit.

Homo cur seriò creatus à Deo.

Deus non mutat consilium.

Deo nil noui accidit.

Obscura quæstionis implicatio.

Creaturæ nulla creatori coæternæ.

Quomodo dicatur tẽpus æternũ.

Quid Deus ante secula condita faceret. eunte, bene, recte.

Quæ creatura ante mundum conditum extiterint.

Verùm ad rem vt accedamus propiùs, ita eleganter idem ille Firmianus lib. 7. cap. 14. Philosophi cùm ignorarent originem rerum supremúmq; illud tempus, quo mundus esset effectus; multa millia seculorũ fluxisse dixerunt, ex quo hic pulcherrimus mũdi extiterit ornatus: sicuti fortasse Chaldæi, qui (vt Cicero tradidit in lib. de diuinatione primo) quadringẽta septuaginta millia annorum, monimentis comprehensa se habere delirant. In quo quia se posse argui non putabant, liberum sibi crediderunt esse mentiri. Nos autem quos diuinæ literæ ad scientiam veritatis erudiunt, principium mundi finémque cognouimus. Sciant igitur philosophi, qui ab exordio mundi seculorum millia enumerant, nondum sextum millesimum annum esse conclusum. quo numero expleto, consummationẽ fieri necesse est, & humanarum rerum statum in melius reformari. cuius rei argumentũ priùs est narrandũ, quo ratio eluceat. Mundũ Deus & hoc rerum naturæ admirabile opus (sicut arcanis sacræ scripturæ continetur) sex dierum spatio consummauit, diémque septimum, quo ab operibus suis requieuerat, sanxit, qui dicitur

Æstimatio temporum à condito mundo.

Quòd mũdus hic non amplius sex annorum millibus durabit, & ratio.

ſabbathi. Ergo quoniam ſex diebus cuncta Dei opera perfecta ſunt; per ſecula ſex, id eſt annorũ ſex millia, manere in hoc ſtatu mundum neceſſe eſt. dies enim magnus Dei, mille annorum curriculo terminatur, ſicut indicat propheta, qui dicit, Ante oculos tuos Domine, mille anni tanquam dies vnus. ita ille. & iam ante Irenæus ſub finem operis; Quot enim diebus hic factus eſt mundus, tot & millenis annis conſummatur. Eôdem ſpectat quod in Iudæorum commentariis legitur hoc ferè modo. Traditio domus Eliæ. Sex millia annorum mundus, & deinde conflagratio. duo millia, inane. duo millia, lex. duo millia, dies Meſſiæ. & propter peccata noſtra, quæ multa & magna ſunt, deerunt anni qui deerunt. hoc (inquiunt) modo Elias de duratione generis humani vaticinatus eſt, & præcipuas mutationes diſtinxit. ſed nil eiuſmodi in ſacris bibliis comperi: atque iſtum Eliam nonnulli non prophetam illum priſcum, ſed Rabinum quendam Hebræum neotericum autumãt. haud ſcio an aliquo zelo moti, quòd priores iſtud oraculum non inuulgarunt; quod mihi quidem ſi non omnino verum (neſcio enim, Deus ſcit) ſaltem admodùm ſimile veri videtur: & rei exitus tandem comprobabit: qui ne nos offendat imparatos, vt monet Eccleſiaſtes cap. 12. vtique ſedulò eſt vnicuique noſtrûm peruidendum.

Dies magnus qui.

Elia vaticinium de triplici ſeculorũ ſtatu, & fine ſeculi.

Enimuerò illos deinceps audiamus, quorum fides nemini venire in dubiũ poteſt: ac demiſſis ad tempus riuulis, ad ipſum fontem viuum veniamus: quanquam ex illis ſalubri de fonte manantibus haurire licet quod animos abundè ſatiet, & quæ quodãmodo, vt loquitur Manilius,

--mergant diuina in pocula mentem.

Primùm igitur Eſaïas cap. 13. Ecce dies Domini veniet crudelis & indignationis plenus & iræ fauoríſque ad ponendam terram in ſolitudinẽ, & peccatores eius conterendos de ea. Quoniam ſtellæ cœli & ſplendor earum non expandent lumen ſuum: obtenebratus eſt ſol in ortu ſuo, & luna non ſplendebit in lumine ſuo. & toto deinceps cap. 24. Ecce Dominus diſſipabit terram, & affliget faciem eius, & diſperget habitatores eius. modus autem deſolationis toto deinceps capite prolixiùs exponitur terroris & minarum pleniſſimus. & cap. 34. Et tabeſcet omnis militia cœlorum; & complicabuntur ſicut liber, cœli: & omnis militia eorum defluet, ſicut defluit folium de vinea & de ficu. cui concordat Ezechiel cap. 32. ſub typo Ægypti & Pharaonis. ſed apertiùs Ioël cap. 12. Dabo prodigia in cœlo & in terra, & ſanguinem & ignem & vaporem fumi. ſol conuertetur in tenebras, & luna in ſanguinem, antequàm veniat dies Domini magnus & horribilis. & toto deinceps capite 3. forma & locus iudicij futuri explicatur; & hoc ex ſuperiore repetitur, Sol & luna obtenebrati ſunt, & ſtellę retraxerunt ſplendorem ſuum: & Dominus de Sion rugiet, & Ieruſalem dabit vocem ſuam: & mouebuntur cœli & terra &c. & Malach. c. 4. Ecce enim dies venit ſuccẽſa quaſi caminus: & erũt omnes ſuperbi & omnes facientes impietatem, ſtipula: & inflammabit eos dies veniens, dicit Dominus exercituum, quæ non derelinquet eis radicem & germen. Ecce ego mittam vobis Eliam prophetam, antequàm veniat dies Domini magnus & horribilis. cuius caput 3. videtur etiam Auguſtino cap. 25. lib. 20. de ciuitate Dei, ipſum aſſumenti & interpretanti, referri eôdem oportere. His autem aſſentiuntur etiam noui teſtamenti præcones: vt Matth. cap. 24. Sicut fulgur exit ab oriẽte & paret vſque in occidentem, ita erit & aduentus filij hominis. Statim autem poſt tribulationem dierum illorum, ſol obſcurabitur, & luna non dabit lumen ſuum, & ſtellæ cadent de cœlo, & virtutes cœlorũ commouebuntur, &c. ſimiliter huic Marcus cap. 13. & Lucas cap. 21. ſed & Paulus Theſſalon. cap. 5. Ipſi diligenter ſcitis, quia dies Domini ſicut fur in nocte ita veniet. & 1. Corinth. 3. Dies Domini declarabit, quia in igne reuelabitur: & vniuſcuiuſque opus quale ſit, ignis probabit. Horum effata excepit & auctiora reddidit Lactantius cap. 16. lib. 7. de Mahumetana tyrannide, vt puto, multa prædicens & velut auguratus (Danielis ſecutus veſtigia, vt apparet) dein ſubiicit, Prodigia quoque in cœlo mirabilia mentes hominum maximo terrore confundent: & crines cometarum & ſolis tenebræ & color lunæ & cadentium ſiderum lapſus. Nec tamen hæc vſitato modo fient, ſed exiſtent ſubitò & ignota & inuiſa oculis aſtra. ſol in perpetuum fuſcabitur, vt vix inter noctem diemque diſcernatur. luna iam non tribus deficiet horis, ſed perpetuo ſanguine offuſa meatus extraordinarios peraget: vt non ſit homini promptum, aut ſiderum curſus, aut rationem temporũ agnoſcere. fiet enim vel æſtas in hyeme, vel hyems in æſtate. Tunc annus breuiabitur & menſis minuetur & dies in anguſtũ coarctabitur. Stellæ verò creberrimæ cadent; vt cœlum omne cæcum ſine vllis luminibus appareat. Montes quoque altiſſimi decident & planis æquabuntur: mare innauigabile conſtituetur. Ac ne quid malis hominum terræque deſit, audietur è cœlo tuba: quod hoc modo Sibylla denuntiat;

Adoratus filij Dei, qualis futurus.

Σάλπιγξ ἠχήσει φοβερὸν μακρόθυμον ἀφιεῖσα.

ac de orbe deſerto & deformato & ſolitudine in terra, ſic eadem cecinit;

Ἔσται τότε μόνος ἄνυδρος, ἀπηνὴς ἀνθρώποις.

atq; ibidem reliquo deinceps libro eadem ſigna & prodigia continuat, & iiſdẽ penè verbis cap. 11. epitomes diuin. inſtit. inculcat, de Antichriſto multa prolocutus, eiúſq; vi & tyrannide in filios Dei. Tunc verò (ſubdit ille) cœlũ intẽpeſta nocte patefiet, & deſcender Chriſtus in virtute magna, & antecedet eũ claritas ignea & virtus inęſtimabilis angelorum: & extinguetur omnis illa multitudo impiorum, & torrentes ſanguinis current. & quæ multa ſequentur ex apocalypſi & euangeliſtis & prophetis contracta, & in ſummum ac velut in aceruum collecta. quã etiam operam demum nauauit Auguſtinus lib. 20. ciuitatis dei cap. 23.

Prodigia indicium & diem vltimum antecedentia.

De finiendo igitur ſeculo conſtat inter pios & Dei cultores ſynceros: nunc porrò exponendus modus eſt conſummationis ſeculi, atque iiſdẽ teſtibus confirmandus. primùm Eſaïa cap. vltimo 66. Quia ecce Dominus in igne veniet, & quaſi

Stellarum caſus quales.

N. at ſingulæ ſtellæ totæ terra ſunt maiores. id eſt, videbuntur cadere.

Chriſti aduentus ad iudicium.

Modus finiendi orbis per ignem.

& quaſi turbo, quadriga eius, reddere in indignatione furorem ſuum, & increpationé ſuam in flamma ignis. Quia in igne Dominus dijudicabit, & in gladio ſuo ad omnẽ carnem, & multiplicabuntur interfecti à Domino. Dauid Pſal. 96. Ignis ante ipſum præcedet, & inflammabit in circuitu inimicos eius. ſed Ioël apertiùs cap. 2. Ante faciem eius, ignis vorans, & poſt eum exurens flamma. Quia venit dies Domini, quia propè eſt dies tenebratũ & caliginis, dies nubis & turbinis. &c. & Sophonias cap. 1. Dies iræ dies illa, dies tribulationis & anguſtiæ, dies calamitatis & miſeriæ, dies tenebrarum & caliginis, dies nebulę & turbinis. In igne zeli eius deuorabitur omnis terra &c. ſed & in nouo inſtrumento Petrus ſic intonat 2. epiſt. 3. Cœli autem qui nunc ſunt, & terra eodem verbo repoſiti ſunt igni reſeruati in diem iudicij & perditionis impiorum hominum. Aduenier autem dies Domini vt fur: in quo cœli magno impetu tranſient, elementa verò calore ſoluẽtur: terra autem & quæ in ipſa ſunt opera exurẽtur. Cùm igitur hæc omnia diſſoluenda ſint, quales oportet vos eſſe in ſanctis conuerſationibus & pietatibus, expectantes & properãtes in aduentum diei Domini, per quem cęli ardenter ſoluentur, & elementa ignis ardore tabeſcent. quam ſententiam à maioribus acceptam confirmat Aug. cap. 21. li. 20. Item de iudicij die ſpem priùs dans bonis, deinde terrens malos Eſaias ſic loquitur; Hæc dicit Dominus; Ecce ego declino in eos vt flumen pacis, & vt torrens inundans gloriam gentium. Filij eorũ ſuper humeros portabuntur, & ſuper genua conſolabuntur. quemadmodum ſi quem mater conſoletur, ita ego vos conſolabor, & in Hieruſalem cõſolabimini: & videbitis & gaudebit cor veſtrum & oſſa veſtra ſicut herba exoriẽtur. & cognoſcetur manus Domini colentibus eum, & comminabitur contumacibus. Ecce enim Dominus vt ignis veniet, & vt tempeſtas currus eius, reddere in indignatione vindictam & vaſtationem in flamma ignis: In igne enim Domini iudicabitur omnis terra, & gladio eius omnis caro. multi vulnerati erunt à Domino. quæ verba prophetæ noua quadam verſione reddita ibidem deinceps explanat. & mox ibidẽ c. 24. illud Dauidis proponit, & perſequitur explicans: Principio terrã tu fundaſti, Domine, & opera manuũ tuarum ſunt cœli. Ipſi peribunt, tu autem permanes, & omnes ſicut veſtimentũ veteraſcẽt. Et ſicut operiorium mutabis eos & mutabuntur: tu autem idem ipſe es & anni tui non deficient. Quid eſt quòd Porphyrius cùm pietatem laudet Hebræorum, qua magnus & verus & ipſis numinibus terribilis ab eis colitur Deus: Chriſtianos ob hoc arguit maximæ ſtultitiæ, etiã ex oraculis deorum ſuorum, quòd iſtum mundũ dicunt eſſe periturum? Ecce in literis pietatis Hebræorũ dicitur à Deo, quem confitente tanto philoſopho, etiam ipſa numina perhorreſcunt: Opera (inquit) manuũ tuarum ſunt cœli, ipſi peribũt. Nunquid quando cœli peribunt, mundus, cuius iidem cœli ſuperior pars eſt & tutior, non peribit? Si hæc ſententia Ioui diſplicet, cuius (vt ſcribit iſte A philoſophus) velut grauioris authoritatis oraculo in Chriſtianorum credulitate culpatur, cur non ſimiliter ſapientiam, tanquam ſtultitiam culpat Hebræorum, in quorum libris pijſſimis inuenitur? Porrò ſi in illa ſapiẽtia Iudæorũ, quæ Porphyrio tam multùm placet, vt eam deorum quoque ſuorũ vocibus prædicet, legitur cœlos eſſe perituros: cur vſqueadeo vana eſt iſta fallacia, vt in fide Chriſtianorum, vel inter cętera, vel præ cæteris hoc deteſtantur, quòd in ea perituros creditur mundus: quo vtique niſi pereunte, cœli non poſſunt perire? Et in literis quidem ſacris, quæ propriè noſtræ ſunt, in Hebræis noſtríſque communes, id eſt Euangelicis & Apoſtolicis libris legitur, Præterit figura huius mũdi: legitur, Mundus tranſit: legitur, Cœlum & terra tranſibunt. & ibidem deinde ex Petro, quæ antè intulimus. pòſt è Pſalmo 49. hoc de iudicio Dei nouiſſimo declaratur: Deus manifeſtè veniet, Deus noſter, & non ſilebit. Ignis in conſpectu eius ardebit, & in circuitu eius tempeſtas valida. Aduocabit cœlum ſurſum & terram, diſcernere populũ ſuum. Congregate illi ſanctos eius, qui diſponunt teſtamentum eius ſuper ſacrificia. Hoc nos de Domino noſtro Ieſu Chriſto intelligimus, quem de cœlo ſperamus eſſe venturũ ad viuos & mortuos iudicandos. quam C in rem, locum pſalmographi [illegible] exponit. Eſdras cap. 7. li. 4. Et erit poſt annos hos & morietur filius meus Chriſtus, & omnes qui ſpiramentum habent homines. Et conuertetur ſeculum in antiquum ſilentium diebus ſeptem, ſicut in prioribus iudicijs: ita vt nemo relinquatur. Et erit poſt dies ſeptem & excitabitur quod nondum vigilat ſeculum, & morietur corruptum. Et terra reddet quæ in ea dormiunt, &c. Sibylla autem iam olim ita cecinerat:

Πάντα γὰρ γαῖα κόνις ἔσσεται εὐρέος ἴσης,
Αὐτὰρ ὁ πανδερκὴς ἔσσ' ἐν ἴδῃ ἔνθεν ἁπάσῃ
Ζάντων καὶ πάντων ψυχὰς ἠδ' ἔργα βροτείων.
Totum enim terra mortalium confuſio tunc erit;
Ipſe omnipotens cùm venerit tribunali iudicare
Viuorum & mortuorum animas & orbem vniuerſum.

Item,

Ἔσται κόσμος ἅπασιν ἐπιτερπέα ἀνθρώποις.
Mundus exiet ornatus, perquàm hominib. iucundus.

Item,

---ἔσται ἐν ἴδῃ,
Πῦρ ἔσται, καίσει δὲ τὸ μέσσον πᾶν μεμάκτρῃ.
Cùm veniet,
Ignis erit, tenebræq; in media nocte obſcura;

Item,

Καὶ τότε δὴ ῥηγμῖν ἐπὶ τὸν ἴον ἀφρώδεα,
Καὶ ἀκμοβόλους ἠδ' ἀκοντίους ἐν χερσὶν
Ἀνθρώπων ἅπασαν ἐπ' ἰφθιμοῖσι πεδοῦσα.
Et tunc Deum iram non amplius placantem,
Sed aggrauantem, & perdentem genus
Hominum, ac totum id incendio depopulantem.

Item,

Ἔργα δὲ χειροποίητα θεῶν ταπεινώσεται.
Opera autem deorum humanis manibus facta exurentur.

Quinetiam Hermes enumerans mala quæ hominum generi ſub extremum tempus mundi euenient, etiam hæc adiecit in eo qui λόγος τέλειος

Dies extremi iudicij qualis.

Orbis deflagratio qualis.

Piorum admonitio de fine ſeculi.

Deus protector & conſolator ſuorum.

Dei aduentus ad iudicandum, qualis.

Cœli peribunt, quo modo. à ſimili.

Hebræorum religio qualis.

Et cœli & mũdus peribit totus.

N. confer hanc Aug. liberã ſententiam cũ ſequẽti hoſtiatim.

Si cœli peribunt, & mundus peribit.

Mundus totus peribit.

Dei aduentus ad iudicũ, qualis.

Iudicium ignem.

Mundus igne olim cõflagrabit.

inſcribitur. Ἐπ' ἐσ δὲ παῦλα ὅλη ἡμέρας, ὦ Ἀσκλαπιέ, A
τότε ὁ κόσμος καὶ πατὴρ ὁ Θεὸς καὶ ὁ πρῶτος ὁ εἷς ὁ δη-
μιουργὸς ὁρῶν ἅπαντα τοῖς γινομένοις, ὁ τῇ ἑαυτοῦ βουλήσει τοῖς
πᾶσιν τὸ ἀγαθὸν ἀντιρροπήσας τῇ κακίᾳ, ὁ καθαίρων ἁμαρτή-
ματα καὶ κακίαν, καὶ τὸ σῶμα ἑκάστου ἀναπλάσσων· τὴν μὲν ὕδατι πολ-
λῷ καθαίρων, τὴν δ' ἐπὶ ἐξωτικὴν πλάνην, οἷον δ' πολέμοις δ' λοιμοῖς ἑκάστοις ἔγκυρα ὄντα τὰ ἀρχαῖα, καὶ ἀνακτιζόμενον τὸν ἑαυτοῦ κόσμον. id eſt. Cùm hæc ita facta
Mundus à Deo quibus modis purificandus & reformandus. fuerint, ô Aſclepi, tunc Dominus & Pater & Deus & primi & vnius Dei creator reſpiciens quæ facta ſunt, & ſua voluntate cùm bonum obieciſſet temeritati, & errore reuocato, malitiáque purgata, partim aqua nimia diluens, partim igne rapido cremans, interdum bellis & peſtilentijs extergens, ad ſtatum priſtinum perduxit & reſtituit ſuum mundum. Id verò arcanum atque is mundi futurus exitus ne philoſophorum quidem latuit nonnullos ac poëtarum: ac de his paulò antè ex Lucretio patuit & Ouidio.

Tres ſpecies tam diſſimiles, tria talia texta,
Vna dies dabit exitio ----

Mundi cõflagratio. ait ille: hic autem poſterior priorem ſecutus;

Quo mare, quo tellus, correptaq; regia cœli
Ardeat ----

Athenagoras autem de Stoïcis ita perhibet: τινὲς δ' οἱ τὸν κατὰ τὸν λόγον ἐκπυρούμενον τὸν κόσμον καὶ πάλιν ἐκεῖθεν φασὶν ὑπάρχειν ἀρχὴν τοῦ κόσμου γενέσεως. Hac C
Mundo per ignem abolito, nouus inſtaurabitur. ratione & Stoïci omnia inflammanda in poſterum, rurſúmque reficienda aſſeruerunt, aliud exordium mundi introducentes. de iſtis videtur intellexiſſe Cicero 2. de natura deor. ſcribens; Ex quo euenturum noſtri putant id, de quo Panætium addubitare dicebát, vt ad extremum omnis mundus igneſceret: cùm humore conſumpto neque terra ali poſſet, neque remearet
Mũdum olim igneſcet, qua de cauſſa, & nouus exornabitur. aër, cuius ortus, aqua omni exhauſta, eſſe non poſſet. ita relinqui nihil præter ignem. à quo rurſum animante ac Deo, renouatio mundi fieret, atque idem ornatus oriretur. quod & hiſtoria philoſophica perhibet cap. 15. Stoïci abſumi mundum putant, ídque ignis opera fieri: qui in cauſſa eſt, vt exuſtus in infinitum commutetur. atque Euſebius id iam de veteribus phyſicis teſtatus eſt; οἱ δὲ ἀρχαῖοι τῶν παλαιῶν φυσικῶν ἐφασκον μόνον χειμῶνας, ἀπὸ δ' τοῦ ἐπιόντος αἰῶνος ἔσεσθαι,
Mũdus olim peribit. οὐχ Ἡρακλείτῳ τῷ Ἐφεσίῳ, οὐκ Ἐμπεδοκλεῖ. Totius huius mundi interitum fore non modò Chriſtianis viſum, ſed & Græcorũ ſapientibus, vt Heraclito Epheſio & Empedocli. adde & Hippaſo. vnde Ariſt. lib. 3. phyſ. cap. 5. Heraclitus dixit omnia tandem fieri ignem. ita Themiſtius ibidem. Seneca & ipſe Stoïcus in epiſtolis ſcripſit; Non terra, non cœlum, non ſemper hic omnium rerum contextus, quamuis Deo agente ducatur, ſemper hunc tenebit ordinem, ſed illum ex hoc curſu dies aliquis deijciet. idem de conſola. ad Martiam; Tempus aduenier, quo ſe mundus renouaturus extinguat, & omni flagrãte materia, non igne, quicquid nunc ex diſpoſito lucet, ardebit. ac Plutarchus libello contra Stoïcos, id illis improperat velut ἀφιλοδόξοις, inquiens; ὡς
Dũ ignis colliquandi, id eſt cælum & aſtra. νῦν ἅπαντα ἐκ πυρὸς γέγονε καὶ φλογοειδῆ τὰ πάντα καὶ αὖτις ἅπαν ἀνάγκη γενέσεως ἐπιλαβούσης πῦρ. Vniuerſos deos creatos eſſe & interituros, liquefaciendos ab igne veluti plumbeos cereóſve aut ſtanneos. Denique Cenſorinus libello lepido de die natali cap. 15. Eſt præterea annus, quem Ariſtoteles maximũ potiùs quàm magnum appellat, quem Solis & Lunæ vagatúmque quinque ſtellarum orbes conficiunt, cùm ad idẽ ſignum, vbi quondam ſimul fuerunt, vnà referuntur. cuius anni hyems ſumma, eſt cataclyſmos, quam noſtri diluuionem vocant: æſtas autem, ecpyroſis, quod eſt mundi incendium. nam in his alternis temporibus mundus tum exigneſcere, tum exaqueſcere videtur. de quo nos libro de correctione anni Gregoriani. Plato tamen & Ariſtoteles vt vniuerſale diluuiũ, ſic incendium generale toti orbi poſſe negant contingere, in vtroque hallucinati: quia vt olim generali cataclyſmo totus terrarum orbis inundauit, ſic igne quodam vniuerſali totus olim conflagrabit. de quibus vtriſque ſic Ambroſius initio libri 1. in hexaëmeron; Ipſum mundum ſemper fuiſſe & fore Ariſtoteles vſurpat dicere. contrà autem Plato, non ſemper fuiſſe, ſed ſemper fore præſumit aſtruere. plurimi verò nec fuiſſe ſemper, nec ſemper fore ſcriptis ſuis teſtificatur. vtriuſque errorem ſic Baſilius homilia 1. in hexaëmeron aperit & cõuincit; Quæ à tempore initium ſumpſerunt, ea neceſſe eſt & in tempore conſummari. ſi initium temporale habet mundus, ne dubites de fine. vbi plura contra aſtronomos mundũ ſempiternum aſtruentes. & ibidem, Cuius partes corruptionibus & alterationibus ſubiacẽt, eius etiam totum neceſſe eſt aliquando eaſdem affectiones cum ſuis partibus ſuſtinere: Quia neceſſe eſt trãſmutari mundum, ſimodò omnium ſtatus ad aliam vitæ ſpeciem tranſiturus eſt. Quemadmodum enim præſens vita cognatam habuit huius mundi naturam: ſic futura animarum noſtrarum vita conſimilem ſtatui ſuo ſortem ſuſcipiet. quem ſecutus velut interpres Ambroſius in Hexaëmero cap. 3. li. 1. Quæ initium habent, & finem habent: & quibus finis D datur, initiũ datum conſtat. Finem autem mundi futurum ipſe Saluator docet in Euangelio ſuo dicens, Præterit enim figura huius mundi. &, Cœlum & terra præteribunt. & infrà, Ecce ego vobiſcum ſum vſque ad conſummationem mundi. Quomodo ergo coæternum Deo mundum aſſerunt, & creatori omniũ ſociant, atque æqualem eſſe diſputant creaturam, corpúſque materiale mũdi, inuiſibili illi atque inacceſſibili naturæ diuinæ coniungendũ putant? cùm præſertim ſecundũ ſuam ſententiã non poſſint negare, quoniam cuius partes corruptioni & mutabilitati ſubiacent, huius neceſſe eſt vniuerſitatem ijſdẽ paſſionibus, quibus proprię portiones eius ſunt obnoxiæ, ſubiacere. ita ille velut interpres loquitur. multa in id argumentum diſſerit Petrus Apoſtolus cũ ſuo amanuenſi & ſucceſſore Clemẽte in libris recognitionũ, ſed quæ ob prolixitatẽ nunc omittenda mihi videntur, cùm ſat multis ſatíſque locupletibus teſtibus res demõſtrata fuiſſe videatur. iubet tamen hîc ſubijcere haud illepidã quæſtiunculã vnã & alteram. prior eſt (opinor) Auguſtini lib. 3 contra Maximinum, apud P. Lombardum lib. 1. diſtinct. 37.

Antim maximus, qui, & qualiter fuerendus.

An poſſit eſſe diluuiũ & incendiũ vniuerſale.

Platonis & Ariſtot. de mundo opiniones, & earum refutatio.

Mundum olim tranſmutabitur.

Quæſtio duplex.

1. *Ante mundū conditum, vbi Deus habitabat? N. Mahometani dicūt in nube cōmorantem.*

Sed dicet aliquis, Antequàm faceret Deus cœlum & terram, antequàm faceret ſanctos, vbi habitabat? In ſe habitabat Deus: apud te habitat, & apud ſe eſt. idem verò Auguſtinus lib.1. contra aduerſ. legis: Deus nec ſine cœlo, ſedis indiguit: nec facto cœlo ſedem tanquam finitis errotibus peregrinus inuenit. potens eſt enim manere in ſemetipſo. & Chryſoſtomus lib.1. de prouidentia Dei, Deus non indiget operibus ſuis, tanquam in eis collocetur, vt maneat: ſed in ſua æternitate perſiſtit: in qua manens, omnia quæcumque voluit, in cœlo & in terra fecit. ita illi. Altera quæſtio planè eſt Auguſtini cap.18. lib.20. de ciuitate Dei, Quærat forſan aliquis, Si poſt factum iu-

2. *Poſt mundi conflagrationē, vbi cōſiſtūt ſancti?*

dicium mundus iſte ardebit, antequàm pro illo cœlum nouum & terra noua reponantur, eo ipſo tempore conflagrationis eius, vbi erunt ſancti, cùm eos habentes corpora in aliquo corporali loco eſſe neceſſe ſit? Poſſumus reſpondere, futuros eos eſſe in ſuperioribus partibus, quò ita non aſcendet flamma illius incendij, quemadmodum nec vnda diluuij. talia quippe illis inerunt corpora, vt illic ſint vbi eſſe voluerint. ſed nec ignem conflagrationis illius pertimeſcent, immortales atque incorruptibiles facti. ſicut virorum trium corruptibilia corpora atque mortalia, in camino ardenti viuere illæſa potuerunt, Danielis cap.3. Porrò hic

Solutio.

author & ſanctus & doctus dicit de fine ſeculi ſcriptam à ſeſe Epiſtolam ad Heſychium, quam legere poteris, ſi occurrat: mihi enim in manus nondum venit. hoc autem quia peruenit ad me, tibi haud liuidus impertiar. Perrus Comeſtor hiſtor. cap.141. inuenta in Annalibus Hebræorum ſigna quindecim recenſet vltimum iudicij diem antegreſſura. 1. Eriget ſe mare 40. cubitis ſuper altitudinem montium, ſtans in loco ſuo quaſi murus. 2. tantum deſcendet, vt vix poſſit videri. 3. marinæ belluæ ſuper mare dabunt rugitus vſque ad cœlum. 4. ardebit mare & aquæ. 5. herbæ & arbores dabunt rorem ſanguineum. 6. ruent ædificia. 7. petræ ad inuicem collidentur. 8. fiet generalis terræmotus. 9. æquabitur terra. 10. exi-

Signa antegreſſura vltimum iudicium.

Mundi & corporum inſtauratio.

bunt homines de cauernis, & ibunt velut amentes, nec poterunt mutuò loqui. 11. ſurgent oſſa mortuorum, & ſtabunt ſuper ſepulcrum. 12. cadent ſtellæ. 13. morientur homines viuentes, vt cum mortuis reſurgant. 14. ardebit cœlum & terra. 15. fiet cœlum nouum & terra noua, & reſurgent omnes qui in monumentis ſunt. ita ille, quorum tamen quædam immutat Bonauentura comment. in lib.4. P. Lombardi. Quorum ſignorum & aliorum Euangelicorum territus oſtentis Cyrillus Alexandrinus inclamat homilia 10. de ſecundo aduentu: Metuo mortem, quoniam acerba mihi eſt. metuo gehennam, quoniam æterna eſt. metuo tartarum, quia nihil habet ſolatij. metuo tenebras, quoniam nihil habent lucis. metuo vermem veneniferum, quoniam æternus eſt. metuo genios iudicio præficiendos, quoniam ſunt immiſericordes. metuo cùm cogito tribunal horribile, iudicem incor-

Quæ & quanta metuenda homini pio in iudicio Dei.

ruptum. metuo flumen ignis ante tribunal illud fluens, vehementiſſimáque flamma omnia torrens. metuo ſeueriſſimas pœnas. metuo ſupplicium finem non habens. metuo tetram illam caliginem. metuo infracta vincula, ſtridorem dentium, & fletum inconſolabilem. metuo ineuitabiles probationes. nihil enim accuſatoribus eget iudex ille, neque teſtibus, neque demonſtrationibus, neque probationibus. Breuius eſt quod refert Lud. Granatenſis lib. concionum de aduentu; Quendam ex ſanctis patribus in quodam trium foliorum libello noctes diéſque legere ſolitum: quorum aliud rubrum, aliud candidum, aliud nigrum eſſe dicebat. in rubro Dominicam Paſſionem: in candido, beatorum gloriam: in nigro verò, damnatorum pœnas ſe contemplari dicebat. atque hoc obiter mihi dictum ſit ad piorum & munitionem & conſolationem, & terrorem malorum.

Hiſtoria.

Meditatio libri trifolij admirabilis.

Iam verò quidam haud contenti quærere, an mundus olim aboleretur, quóve modo, etiam hoc adiecerunt, quando id contingeret. quibus Lactantius ſtatim reſpondet cap.14. lib.7. Expleto numero ſex millium annorum, conſummationem fieri neceſſe eſſe, & humanarum rerum ſtatum in melius reformari, vt iam paulò antè citaui. iterúmque ibidem cap.25. Fortaſſe quiſpiam nunc requirat, quando iſta ſint fictura? Iam ſuperiùs oſtendi, completis annorum ſex millibus mutationem iſtam fieri oportere, & iam propinquare ſummum illum concluſionis extremæ diem. & Auguſtinus in ciuitate Dei lib.20. cap.7. Iſta res agetur ſexto annorum milliario, tanquam ſexto die, cuius nunc ſpatia poſteriora voluuntur: ſecuturo deinde ſabbato, quod non habet veſperam: requiem ſcilicet ſanctorum, quæ non habet finem. ita ille congruenter planè citato Firmiano. Quanquam vt ſcribitur Act. Apoſtol.1. Non eſt veſtrum noſſe tempora vel momenta, quæ pater poſuit in ſua poteſtate. & Matth.24. De die autem illa & hora nemo ſcit, neque Angeli cœlorum, niſi ſolus pater. Vigilate ergo & cæt. Marci autem 13. additur, neque Angeli in cœlo, neque Filius, niſi Pater. atque eodem capite, Et niſi breuiaſſet Dominus dies, nō fuiſſet ſalua omnis caro: ſed propter electos quos elegit, breuiauit dies. ita & Matth.24. Et tamen, vide quorſum progrediatur hominum curioſitas, cùm iam inhibita foret ſcrupuloſior inquirendi auiditas, nonnulli eò attentiùs in id ſtudium elaborarunt, ferè omnes hactenus prædictione ſua eluſi. Nic. Cuſanus Cardinalis, Eccleſiæ victoriā de Antichriſto in annum refert 1700. ſaltem ante annum Domini 1734. Vt autem (inquit) poſt primum Adam venit in 34. iubilæo, conſumptio peccati per aquam diluuij in diebus Noë, iuxta Philonem: ita conijcimus, quòd poſt ſecundum Adam in 34. iubilæo veniet conſumptio peccati per ignem ſancti. Extant verſus vaticinij cuiuſdam Ioan. Regiomontani ſummi noſtra ætate mathematici, quibus adſtipulatur Leouicius in ſuis ephemeridibus, in hanc ſententiam concepti, de anno 1588.

Quæſtio de tempore finiendi ſeculi.

Solutio.

Dies iudicij extremi nemo nouit hominum, neque Chriſtus in quantum homo.

Dies iudicij abbreuiabitur, quoſſum.

De anno conſummationis ſeculi varia ſententia.

Post mille expletos à partu virginis annos.
Et post quingentos rursus ab orbe datos:
Octogesimus octauus mirabilis annus
Ingruet: is secum tristia fata trahet.
Si non hoc anno totus malus occidet orbis:
Si non in nihilum terra fretúmque ruent:
Cuncta tamen mundi sursum ibunt atque deorsum
Imperia, & luctus vndique grandis erit.

Nemo prædicere queat annum futuri iudicij.

D. Thomas in 4. sentent. arguè præmonet inquiens; Omnes qui voluerunt determinatè de fine mundi loqui, tempus præfigendo, falsi reperti sunt, & reperientur in futurum qui hoc prænuntiant. & pridem Paulus Thessalonicenses de hac impostura monuerat, ne fruſtrà terrerentur, quasi instaret dies Domini, quibusdam falsò ita augurantibus.

Vt autem de tempore finiendi seculi se omni æuo fruſtrà homines curiosi torserunt, illud Flacci haud veriti,

Quæstio. de loco futuri iudicij.

Nitimur in vetitum semper, cupimúsque negata:

sic de loco exercendi olim extremi iudicij varijs opinionum momẽtis decertarunt, in eo tamen acquiescentibus bonis & placidis lectoribus, quod est à Ioële Propheta prædictum cap. 3.

Solutio.

Quia ecce in diebus illis & in tempore illo, cùm conuertero captiuitatem Iuda & Ierusalem, congregabo omnes gentes, & deducam eas in vallem Iosaphat, & disceptabo cum eis ibi super populo meo & hæreditate mea Israel, quos disperserunt in nationibus, & terram meam diuiserunt. Consurgant & ascendant gentes in vallem Iosaphat: quia ibi sedebo, vt iudicem omnes gentes in circuitu. Populi populi in valle concisionis: quia iuxta est dies Domini in valle concisionis. &cæt. quem in locum ita Lyranus, Deducam eos in vallem Iosaphat, quæ est inter montem Oliueti & Ierusalem. non quòd ibi omnes capiantur in generali iudicio: sed quia descendens ad iudicium, apparebit in aëre super montem Oliueti, vnde ascendit in cœlum: & iudicandi apparebunt circa illum locum. ita quòd aliqui erunt in valle Iosaphat, & alij circa. nam Act. 1. scriptum est, Hic Iesus qui assumptus est à vobis in cœlum, sic veniet, quemadmodum vidistis eum ascendentem in cœlum. huic tamen opinioni ita se opponit Remigius in hunc locum; Quidam pueriliter hoc intelligentes, putant quòd Dominus veniens ad iudicium, descensurus sit in vallem Iosaphat: quæ vallis posita est in latere montis Oliueti: sed nihil est quod dicunt. Dicit B. Hieronymus aliíque doctores, quòd non in terram descendet: sed in spatio istius aëris sedebit contra ipsum locum montis Oliueti, ex quo ascendit in cœlum. In valle autem Iosaphat congregabuntur omnes gentes: id est ad iudicium Dei venient; quod interpretatur Iosaphat. Sancti autem & iusti non descendent in vallem cum impijs, id est ad iudicium damnationis: sed eleuabuntur in nubibus obuiàm creatori suo venienti, iuxta Paulum 1. Thessalonic. 4. quam sententiam P. Lombardus lib. 4. distinct. 48. proposuit, sed innominato authore, ijsdem penè verbis. vbi addit ex Chrysost. Angeli deferent ante Christum, signum Crucis, &c. Thomas quæst. 88. part. 3. artic. 4. in id inquirit, vtrùm iudicium fiet in valle Iosaphat, & Bonauentura in 4. sentent. distinct. 48. quo loco P. Lombardus videtur Remigio adstipulari. Et siquis obijciat, quòd tota terra promissionis, capere non posset multitudinem iudicandorum: respondent illi, sufficere poni quantumcumque spatium circa locum illum ad capiendam multitudinem iudicandorum: dummodò ab illo spatio Christum videre possint: qui in aëre præeminens & maxima claritate refulgens, à longinquo inspici poterit. Denique in parua terra, innumerabilia hominum millia esse posse, quoniam constringentur, neque intra valliculam illam omnes includendos, sed in locis circumiacentibus electos etiam in aëre futuros, diuina suspendente virtute ponderositatem corporum. ita ferè illi boni viri soluunt obiectionem. cum quibus F. Mauricius Hilaretus amicus noster, Doctor Franciscanus eximius se tenere profitetur comment. in Ioëlem. Et sanè Rabbini Hebræi & Chaldæus paraphrastes vallem non concisionis, vt vulgaris habet versio, sed decisionis interpretantur: quibus astipulantur 70. Interpretes, vallem iudicij & disceptationis causarum exponentes, Græcè ἔκλυσις κρίσεως. Mihi quidem eò respexisse videtur similis illa quæstio apud Lucam cap. 17. Respondentes dicunt illi, vbi Domine? qui dixit illis, Vbicumque fuerit corpus, illuc congregabuntur & aquilæ. qua ambage sermonis prouerbiali, illorum curiositatem videtur eluisse, qui quòd nunc quærimus, anxij rogabant, vbinam locorum suum olim Christus exerceret iudicium. Quomodo patet olim Imper. Rom. quærenti filio inueni & exultanti & gloriabundo militi aut tyroni, num proximo sequenti die committeret prælium, respondit tubarum illum clangore tempestiuo cum cæteris admonendum. Veni Domine Rex & Iudex mansuetus, veni Domine, iudicare nos in pace.

Iudicium extremum in valle Iosaphat, quæritur.

Vallis iudicij quæ & cur dicta.

Iudicium vniuersale per vniuersam terram, vbi corpora cõgregẽtur. Historia.

De tuba autem illa iudicij prænuntia, sic Hieronymus super Matth. Quoties diem illum iudicij considero, toto corpore contremisco. siue enim comedo, siue bibo, siue aliud quid facio, semper videtur tuba illa terribilis sonare in auribus meis; Surgite mortui: venite ad iudicium.

De tuba vocante ad iudicium.

Extat Sibyllæ Erythrææ acrostichis de extremo iudicio & typo finiendi seculi, apud Eusebium ἐν τῷ λόγῳ Constantino. primæ versuum literæ has voces componunt,

Ἰησοῦς Χριστὸς, &c.

Ἰησοῦς γὰρ χριστὸς, κρίσιμος σημεῖον ὅτ' ἔσται.
Ἥξει δ' οὐρανόθεν βασιλεὺς αἰῶνα φέρων,
Σάρκα πρὸς ἡμᾶς πᾶσιν, ἐν ὑμνοις ἁγίοις.
Ὀψονται δὲ θεὸν μάκαρες πατέρ' ἠδ' ἅγιοι
Τῶν, μετ' ἐλ πίδος βίοτον χρόνον
Σαρκοφόροι· ψυχαὶ δὲ πιστῶν θεὸν βίοτον κρινεῖ.

Κύριος ἐστ' αὐ πατὴ σωμας ἴλαος ἠδ' ἄμοτος ῥύστης·
Ῥίψασά τ' εἴδωλα βροτοὶ ἠδ' πλεῖστα ἄσπετα,
Ἰχθύσιν ῥιζὴ τε πόλας ὑφητῆς αἰδέω.
Σαρξ πᾶσι πᾶσιν τυρὸν ἐς ἀιδιότητα φάος ἄξει.
Τὰς αὐτὸς ἀνάρχους τε καὶ πᾶν ἀρχὴν ἀνάξει·
Ὁππόσοι τε σφραγῖδας ἔλαβεν, πᾶν πυθὸς κελεύθου·
Σπόδεσε γὰρ ζοφόεντα θεὸς φοτόρξεν ἀνάξει.
Θλιβὲς δ' ὃν πάντων ἔσῃ ἠδ βροτιοὶς ἐδέσσιν.
Ἐκλείψει αὐγὰς ἠελίου, ἄχρον τε χερσὶν·
Οὐρανὸν ἑλιξεῖ, μείνας δὲ τε φύσις ἐλάσσει.
Τρόμοι δὲ φάσγανα, ἐλᾶν σ' ὑψόμενα δακρύων·
Τῆος δ' οὐκέτι λαγὸς ὁ ἀνθρώπων φανήσεται.
Ἰσπ. τ' ὄφι πόντος ἔσῃ, ἠδ πᾶσι θηλάσσει.
Οὐκ ἐς πολὺ δ' ἔξει· γὰ γὸ φυγόδικον τεχνασεῖ·
Σαὶ πυρὶ πάντα πολλοὶ παχαλέσσας λάψουσι.
Σάρκας δ' ἀφανόῦσι φονὶν πολύφλοιον ἀνάσσει,
Ἡρώτων μέσος μέσσον, ἠδ πάσσατο πέσσον.
Ταρτάρου δὲ χάος τὸν δύξει γᾶν χανόσσι.
Ἕξουσι σ' Ἠλ βύθρα θεοῦ βασιλῆες ἅπαντες.
Ῥάξει σ' ἀφανῆσι πυρὸς πυρίς, ἐκ γὰ θάλασ. id est, si vertum versu exprimas, etiam in acroſtichide hunc ſenſum includendo, additis ad finem alijs aliunde verſiculis aliquot,

Ieſus Chriſtus, Dei filius, ſervator. Crux.

Iudicij metuet ſudans præſagia tellus;
Et rex æternus magno deſcendet olympo
Sublimis, carnem mundamq́, vt iudicet omnem.
Vnum ſuſpicient numen pranique bonique
Summum, cum ſanctis ſupremo tempore mundi:
Carnifer ille homines index inquiret in omnes.
Horrida terra vias cœli ſpinaq́, tenebunt.
Reijciant ſimulacra viri, gazamque repoſtam.
Ille domos cacas, & Ditis clauſtra refringet.
Sanctior à mortis iam nexu libera, lucem
Turba hominum cernet: ſceleroſos flamma piabit
Vltrix perpetuum. mala quæ quis cunque patrauit
Sontica, ſuppreſſitq́, dies, producet in auras:
Deteget & furuis Deus obſita corda tenebris.
Erumna & ſtridor dentis regnabit vbique.
Ipſum deficiet ſolis decus: aſtra colore
Fuſco abducentur: argentea luna peribit.
Inſurgent valles, conſident arduæ montis.
Luxus ſublimis mortales deſeret auras.
Immenſos colles æquabunt marmora campi.
Velinaq́ nulli carpentur in æquore nautæ.
Succendet terram fulmen: vaga lympha vapore
Solis inareſcit ripis, fontiſque dehiſcent.
Et tuba de cœlo triſtis clangore ſonabit
Rauciſono mundi cladem peremtis acerbæ.
Vaſtum terra chaos ſtygio monſtrabit hiatu:
Atque Dei ſolio ſiſtetur iudicis omnis
Turba ducum regumque: pluet tum ſulphure & igni.
Omnibus extabunt ligni vexilla verendi,
Robur & auxilium populo exoptata fideli,
Certa pio generi vitæ. aſt offenſa malignis,
Rore bonos luſtrans biſſeni fontis ab vnda.
Virgáque qua pecori dat ferrea iura magiſter,
Carminis auſpicijs qui crimina morte piabit,
Seruator, rex æternus, Deus ipſe pateſcit.

D. Auguſtinus li. 18. cap. 23. de ciuitate Dei, alios habet verſus, ſed paulò rudiores, ni fallor.

A

De reſurrectione corporum humanorum, & inſtauratione mundi.

PARS II.

ENIMVERÒ ſatis multa nunc mihi quidem in hanc ſententiam dicta videntur ſufficere: ideóque ad alteram orationis partem tranſeo, de humani corporis reſurrectione (ita enim loquimur, quam Græci ἀνάστασιν καὶ παλιγγενεσίαν vocant) deque mundi huius renouatione & ab integro inſtauratione dicturus. Quemadmodum granũ aut acinus aut ſemen quodlibet vegetum & efficax humi mandatum ac ſepultum, cœlique benigno rore irrigatum, terræq́; parentis ſinu fotum, & adipe eiuſdem atque hubere glebæ alitum, tandem turgeſcere, vireſcere, augeſcere incipit atque in plantam ſui generis creſcere & adoleſcere: cúmque priùs aridum & ſiccum nihil produceret, & quaſi mortuum haberetur, nunc velut rediuiuum, cum virore viget & quaſi animatur, lætas profert frondes, ramos emittit, floribus luxuriat, fructus edit vberes, & colonum ſuum exhilarat beátque. Sic corpus hoc humanum (nulli enim reliquorum animantium id contigit, niſi fortè vni de ſe ſemper renaſcenti Phœnici, vnicæ ſemper aui in rerum natura, vt perhibent) poſtquàm decurſo vitæ ſpatio, aut fato naturali, aut caſu ante diem & præmatura morte extinguitur atque óccidit, terræque velut parenti traditur & inſinuatur, aut cuilibet elemento committitur, illic per longa tempora aſſeruatum & velut fermentatum, certo quodam tempore, quod ſolus nouit, reuicturum, in nouam & perennem vitam Deo iubente redibit; nunquam poſthàc interiturum, & animæ ſuæ, à qua per mortem olim ſecretum fuerat, reſtituetur, cum eadem vt olim laboris & miſeriæ communione ſocium, ſic deinceps beatitudinis atque æternitatis particeps futurum. Ac veluti per fornacis ignes aurum purum putúmque, ſplendidius & purius excoquendo efficitur: ita idem illud ipſiſſimum corpus humanum per mortis examen & velut per ignem tribulationis purificatum, ſeipſo longè ſplendidius, agilius, leuius, ſubtilius atque ſyncerius euadet: vt nunquam deinceps corruptioni vel morti euadat obnoxium, ſicuti haud ita multò pòſt clariſſimis & apertiſſimis teſtimonijs ſacrorum authorum & bonorum philoſophorum comprobabo. Sic enim primùm D. Paulus ἀποκαλυπτικῶς vaticinatur, quem ego ducem ab initio ſequi cœperam 1. Theſſalonicenſ. 4. Nolumus autem vos ignorare fratres, de dormientibus, vt non contriſtemini, ſicut & cæteri qui ſpem non habent. Si enim credimus, quòd Ieſus mortuus eſt & reſurrexit: ita Deus eos qui dormierunt, per Ieſum adducet cum eo. Hoc enim vobis dici-

Tranſitio.

Probatur reſurrectio, à ſimili.

Hominis propria reſurrectio.

Anima cum corpore communio & felicitas.

Alia ſimilitudo.

Chriſtus reſurgens nos reſuſcitabit.

Digitized by Google

nius in verbo Domini, quia nos qui viuimus, qui reſidui ſumus, in aduentu Domini non præueniemus eos qui dormierunt. Quoniam ipſe Dominus in iuſſu & in voce Archangeli & in tuba Dei deſcendet de cœlo: & mortui qui in Chriſto ſunt, reſurgent primi. deinde nos qui viuimus, qui relinquimur, ſimul rapiemur cum illis in nubibus obuiàm Chriſto in aëra: & ſic ſemper cum Domino erimus. itaque conſolamini inuicem in verbis iſtis. idem 1. Corinth. 5. Si Chriſtus prædicatur quòd reſurrexit à mortuis, quomodo quidam dicunt in vobis, quoniam reſurrectio mortuorum non eſt? Si autem reſurrectio mortuorum non eſt, neque Chriſtus reſurrexit. ſi autem Chriſtus non reſurrexit, inanis eſt prædicatio noſtra, inanis eſt & fides veſtra. inuenimur autem & falſi teſtes Dei, quoniam teſtimonium diximus aduerſus Deum, quòd ſuſcitauerit Chriſtum, quem non ſuſcitauit, ſi mortui non reſurgunt. nam ſi mortui non reſurgunt, neque Chriſtus reſurrexit. Quòd ſi Chriſtus non reſurrexit, vana eſt fides veſtra: adhuc enim eſtis in peccatis veſtris. ergo & qui dormierunt in Chriſto, perierunt. Si in hac vita tantùm in Chriſto ſperantes ſumus, miſerabiliores ſumus omnibus hominibus. Nunc autem Chriſtus reſurrexit à mortuis, primitiæ dormientium. & cæt. verùm omnino ἀνωφελῶς, vt eorum curioſæ opinioni & queſtioni ſatisfaciat, qui modum interrogant, quo fieri reſurrectio queat. ſic igitur ille omnino illuſtri ſimilitudine alludit ibidem; Sed dicet aliquis, Quomodo reſurgunt mortui? quali autem corpore venient? Inſipiens, tu quod ſeminas, non viuificatur, niſi priùs moriatur. & quid ſeminas? non corpus quod futurum eſt, ſeminas, ſed nudum granum, vtputà tritici aut alicuius cæterorum: Deus autem dat illi corpus ſicut vult, & vnicuique ſeminum proprium corpus. Non omnis caro, eadem caro: ſed alia hominum, alia pecorum, alia volucrum, alia piſcium. & corpora cœleſtia, & corpora terreſtria: ſed alia quidem cœleſtium gloria, alia autem terreſtrium. Alia claritas Solis, alia claritas Lunæ, & alia claritas ſtellarum. ſtella enim à ſtella differt in claritate. Sic & reſurrectio mortuorum: ſeminatur in corruptione, ſurget in incorruptione. ſeminatur in ignobilitate, ſurget in gloria. ſeminatur in infirmitate, ſurget in virtute. ſeminatur corpus animale, ſurget corpus ſpiritale. ſi eſt corpus animale, eſt & ſpiritale. &c. Animale, id eſt craſſum & mortale: ſpiritale, id eſt immutabile, impaſſibile, ſubtile, vt interpretatur Ioan. Damaſc. Nihil dici poteſt illuſtrius, nihil clarius, nihil ἐναργέστερον. ſubiungam verò & alteram ſimilitudinem, eiuſdem ſanè authoris Pauli veſtigia ſecutus. Vt igitur in eodem agro multæ ac diſcrepantes proueniunt ſementes & ſtirpes ex diuerſis coalitæ ſeminibus planè diuerſis ac diſſimilibus, eadem aut diuerſa manu in terram proiectis, huc illuc variè ſparſis & terræ gremio exceptis, quorum vnumquodque in ſuo genere plantam ſibi congenerem excitauit, neque de pluribus confuſa ſtirps vna adoleuit, ſed ſingula ſemina ſingulas ſtirpes produxerunt. Sic mandata humi diuerſa hominum innumerorum corpora, velut diſtincta ſemina, ſuum ſibi corpus vnumquodque in die magni iudicij deintegro nouum excitabunt, non hoc quidem ab illo, vt de ſeminibus dicebam, aut illud ab hoc enaſcendum. vbi ſemel tuba Archangeli inſonuerit, & horriſona vox Dei intonuerit, vt Hieronymo, ſic bonis & pijs omnibus pertimeſcenda, Surgite mortui, & venite ad iudicium. Tunc enim vel in momento temporis, omnes diſſoluti corporis reliquiæ colligentur, aptabuntur mutuò, concreſcent, reuiuiſcent, atque anima ſubeùnte, in nouam vitam, eámq. glorioſam beatis reprobis autem æternoſam ingredientur. Non ſi corpora flammis olim concremata fuerint, non ſi cinis crematorum in torrentem proiectus ſit, non ſi multa ante ſecula humi repoſita corpora computruerint, ſinque puluerem redacta ſint, non ſi aquis ſubmerſa ſubſederint, non ſi ſublimè pependerint, non ſi piſcibus aut feris volucribúſve cœli eſca fuerint, vtique iſtorum reliquiæ ad iuſſus omnipotentis Dei non colligentur, ſimúlque aggeſtæ & compoſitæ, ad ea corpora à quibus quondã ſingulæ per minutiſſimas partes auulſæ & ſeiunctæ fuerant, integrandæ & renouandæ reuerruntur. Huc enim pertinere videtur quod ſcribit Ioannes in Apocalypſi cap. 20. Et dedit mare mortuos qui in eo erant, & mors & infernus dederũt mortuos ſuos, qui in ipſis erant. quod vtique de reſurrectione interpretes acceperunt, vt Andreas & Aretas ſignificarunt. Neque verò hîc opus eſt, vt Arabes anxiè inquirant & ſcrupuloſè ſcrutentur de oſſe, quod albadaram vocitant, ex quo perenni, nullâque vi vnquam abolendo, non igne, non ferro, non putredine corrumpendo, non carie reſoluendo, corpus humanum renaſcendum ariolantur. quam vim Caballiſtæ nonnulli oſſiculo luz ab eis dicto attribuunt. Sed tamen ſi taurus & bos in apes degenerant, & morte demutantur, ſi equus in ſcarabeos conuertitur, ſi muſcæ, Ariſtotele teſte, ſiculneo cinere ad ſolẽ adobrutæ, incaleſcendo reuiuiſcunt, ſi ſemina & nuclei duriſſimi plantas & arbores ſui generis excitant, ſi phœnix de ſuo cinere redimitus aſſurgit, ſi bombyx de minimo ouo tepeſcente reuiuiſcit: cur non etiam homo inter omnes animantes præſtantiſſimus, de ſuo cinere aut puluere illo primigenio, ex quo olim conditus fuerat, denuò reſurgat? atque vt Ambroſius loquitur, diſſipatum corporis organum, in priorem ſtatum coapteror? Vtrum enim difficilius ducis, hominem de limo terræ iam olim condidiſſe, aut de iſtis corporeis reliquijs denuò vel de nouo excitare? Vtrum deniq. Deo (cui nihil impoſſibile credimus, quodcũque velit) facilius putas, de nihilo totum orbem condere, an condirum & immenſum ad nihilum reducere, an deniqùe humana corpora ſoluta diſſipatáq. vnire, cogere, reparare? O abyſſum ſapientiæ & omnipotentiæ Dei! ó admirandam & nunquam humano ingenio aſſequẽdam cõſiliorum

Reſurrectio qui fiet.

Chriſtus reſurrexit, & nos reſurgemus.

Vera hominis felicitas poſt mortem.

Reſurrectionis modus. à ſimili.

Corporum differentia. à ſimili.

Reſurrectionis gloria & magnificentia.

Humana corpora ſingula humi ſepulta nouum corpus excitant. à ſimili.

Iudicij tuba præſentia horriſona.

Corpora qualiter in reſurrectione aptabuntur & reuiniſcent.

Corporum omnes vndequaque reliquiæ colligentur ad vitam, quomodo.

Corpora vndique reuocantur ad vitam.

Oſtez vel albadaram. Arabũ vanitas de corpore ſuſcitãdo ex oſſe incorruptibili.

Similis Caballiſtarum ſuperſtitio.

Probatur reſurrectio corporum, à pari.

Homo vnde reſurgat, & qualiter poſſit fieri.

à pari.

Dei omnipotentia prædicatur, & prouidentia.

Dei ſublimitatem ! quis conſiliarius ei adfuit? quis adiutor, cùm hunc orbem de nihilo conſtrueret, conſtructum gubernaret, & in tot ſecula integrum conſeruaret? vt tanto quidem operi nihil deeſſe poſt tot annorum millia compertum ſit? nullis vectibus, nullis clauis, nullis repagulis, nullis machinis reſarciendo aut reparando opus habuerit? Nempe verbo Domini cœli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius omnis virtus eorum, ait Propheta pſalmographus pſal. 32.

A teſtimoniis, probatur mortuorum reſurrectio.

Sed placet de ſperata & credita nobis corporum reſurrectione deinceps varia proferre teſtimonia. Eſaias cap. 26. Viuent mortui tui, interfecti mei reſurgent. expergiſcimini & laudate, qui habitatis in puluere: quia ros lucis ros tuus: vel interprete Auguſtino cap. 21. lib. 20. de ciuit. Dei, hunc in modum, Reſurgent (inquit) mortui, & reſurgent qui in ſepulcris erant, & lætabuntur omnes qui ſunt in terra. ros enim qui abs te eſt, ſanitas illis eſt: terra verò impiorum cadet. Totum illud ſuperius ad reſurrectionem pertinet beatorum, ſubiicit ille velut interpretem agens deinceps. Ezechiel 37.

Typus quidem futuræ reſurrectionis.

Facta eſt ſuper me manus Domini, & eduxit me in ſpiritu Domini, & dimiſit me in medio campi, qui erat plenus oſſibus. & circumduxit me per ea in gyro. erant autem multa valdè ſuper faciem campi ſiccáque vehementer, & dixit ad me: Fili hominis, putáſne viuent oſſa iſta? & dixi, Dominus Deus tu noſti. & dixit ad me, Vaticinare de oſſibus iſtis, & dices eis, Oſſa arida audite verbum Domini. hæc dicit Dominus Deus oſſibus his; Ecce ego intromittam in vos ſpiritum, & viuetis. & dabo ſuper vos neruos, & ſuccreſcere faciam ſuper vos carnes, & ſuperextendam in vobis cutem, & dabo vobis ſpiritum, & viueris, & ſcietis quia ego Dominus. Et prophetaui ſicut præceperat mihi. factus eſt autem ſonitus prophetante me, & ecce commotio. & acceſſerunt oſſa ad oſſa vnumquodque ad iuncturam ſuam. & vidi, & ecce ſuper ea nerui & carnes aſcenderunt, & extenta eſt in eis cutis deſuper, & ſpiritum non habebant. & dixit ad me, Vaticinare ad ſpiritum, vaticinare fili hominis, & dices ad ſpiritum; Hæc dicit Dominus Deus, à quatuor ventis veni ſpiritus & inſuffla ſuper interfectos iſtos, & reuiuiſcant. & prophetaui ſicut præceperat mihi: & ingreſſus eſt in ea ſpiritus, & reuixerunt, ſteteruntque ſuper pedes ſuos exercitus grandis nimis valdè. Iob. cap. 14. Homo cùm dormierit, non reſurget, donec atteratur cœlum, non euigilabit nec conſurget de ſomno ſuo. idem cap. 19. Scio quòd redemptor meus viuit, & in nouiſſimo die de terra ſurrecturus ſum, & rurſum circundabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum. quem viſurus ſum ego ipſe, & oculi mei conſpecturi ſunt, & non alius. repoſita eſt hæc ſpes mea in ſinu meo.

Hypotypoſis reſurrectionis mortuorum.

Homo quãdo reſurget.

Reſurrectio hominum ad quid.

Daniel cap. 12. Multi de his qui dormiunt in terræ puluere, euigilabunt, alij in vitam æternam, alij in opprobrium vt videant ſemper. Eſdras lib. 4. cap. 2. Et reſuſcitabo mortuos de locis ſuis, & de monumentis educam illos: quoniam cognoui nomen meum Iſraël. & 2. Machab. 12. Iudas facta collatione, duodecim millia drachmas argenti miſit Ieroſolymam offerri pro peccatis mortuorum ſacrificium, bene & religioſè de reſurrectione cogitans. Matthæi autem cap. 22. cùm Sadducæi, qui dicunt non eſſe mortuorum reſurrectionem, exemplum ſeptem fratrum vnius vxoris coniugum propoſuiſſent, reſpondit Ieſus, Erratis neſcientes ſcripturas neque virtutem Dei. in reſurrectione enim neque nubent neque nubentur, ſed erunt ſicut angeli Dei in cœlo. De reſurrectione autem mortuorum non legiſtis quod dictũ eſt à Deo dicente vobis, Ego ſum Deus Abraham, & Deus Iſaac & Deus Iacob? non eſt Deus mortuorum, ſed viuentium. ſimiliter Marci 12. & Lucæ 20. & rurſum Ioannis 5. Amen amen dico vobis, quia venit hora & nunc eſt, quando mortui audient vocem filij Dei; & qui audierint, viuent. & mox, Venit hora, in qua omnes qui in monumentis ſunt, audient vocem filij Dei. & procedent qui bona fecerunt, in reſurrectionem vitæ: qui verò mala egerunt, in reſurrectionẽ iudicij. qualiter iam Daniel cap. 12. ſed & Paulus Rom. 8. Quòd ſi ſpiritus eius qui ſuſcitauit Ieſum à mortuis, habitat in vobis; qui ſuſcitauit Ieſum Chriſtum à mortuis, viuificabit & mortalia corpora veſtra, propter inhabitantem ſpiritum eius in vobis, &c. hæc ferè de prophetarum oraculis, & euangeliſtarum apoſtolorúmque elogiis, velut diis maiorum, vt aiunt, gentium. de poſterioribus etiam doctoribus eccleſiaſticis aliquid delibemus.

Sacrificium pro peccatis mortuorũ, ad reſurrectionem.

Poſt reſurrectionem ceſſant connubia.

Deus non mortuorũ.

Vox Chriſti ſuſcitat mortuos, ad quid.

Deus reſuſcitat mortuos.

Auguſtinus cap. 20. lib. 20. Sed quæri ſolet, ait, vtrùm illi quos hîc viuentes inuenturus eſt Chriſtus, quorum perſonam in ſe atque illos qui tunc ſecum viuebant, transfigurabat apoſtolus, nunquam omnino morituri ſint: an ipſo temporis puncto, quo cum reſurgentibus rapientur in nubibus obuiàm Chriſto in aëra, ad immortalitatem per mortem mira celeritate tranſibunt? Neque enim dicendum eſt, fieri non poſſe, vt dum per aëra in ſublime portantur, in illo ſpatio & moriantur & reuiuiſcant. quod enim ait, Et ita ſemper cum Domino erimus; non ſic accipiendum eſt, tanquam in aëre nos dixerit ſemper cum Domino eſſe manſuros: quia nec ipſe vtique ibi manebit, quà veniens tranſiturus eſt. venienti quippe ibitur obuiàm, non manenti. ſed ita cum Domino erimus, id eſt ſic erimus ſemper habentes corpora ſempiterna, vbicumque cum illo fuerimus. Ad hunc autem ſenſum, quo exiſtimemus etiam illos quos hîc vitios inuenturus eſt Dominus, in ipſo paruo ſpatio & paſſuros mortem, & accepturos immortalitatem, ipſe apoſtolus nos videtur vrgere, vbi dicit; In Chriſto omnes viuificabuntur. cùm alio loco de ipſa loquens reſurrectione corporum, dicat; Tu quod ſeminas, non viuificatur, niſi moriatur, &c. Sed aliud rurſus occurrit, quòd idem dicit apoſtolus, cùm de reſurrectione corporum ad Corinthios loqueretur; Omnes reſurgemus. vel ſicut alij codices habent, Omnes dormiemus. Cùm ergo nec reſurrectio fieri poſſit, niſi

An quos Chriſtus viuos inueniet in iudicio, non moriantur. Quòd ſic.

Qualiter cũ Domino erimus.

Resurrectio præsupponit mortem.

mors præcesserit; nec dormitionem possimus illo loco intelligere, nisi mortem: quomodo omnes vel dormient, vel resurgent, si tam multi, quos in corpore inuenturus est Christus, nec dormient, nec resurgent? Si ergo sanctos, qui reperientur Christo veniente viuentes, eique in obuiam rapientur, crediderimus in eodem raptu de mortalibus corporibus exituros, & ad eadem mox immortalia redituros, nullas in verbis apostoli patiemur angustias, sine vbi dicit, Tu quod seminas, non viuificatur, nisi moriatur: sine vbi dicit, Omnes resurgemus, aut omnes moriemur. quia nec illi per immortalitatem viuificabuntur, nisi quamlibet paulùm tamen moriantur: ac per hoc, & à resurrectione non erunt alieni, quam dormitio præcedit, quàm breuissima, non tamen nulla.

Quòd ante resurrectionem mors præcedat.

Viui Christo obuij, morientur in aëre.

Cur autem nobis incredibile videatur, illam mutationem corporum in aëre quodammodo seminari, atque ibi protinus immortaliter atq. incorruptibiliter reuiuiscere: cùm credamus, quod idem ipse apostolus alibi apertissimè dicit, in ictu oculi futuram resurrectionem, & in membra sine fine victura, tanta facilitate támq. inæstimabili velocitate redituram antiquissimorum cadauerum puluerem? ita ferè Augustinus cõcludebat. cui assentitur Thomas in 4. lib. sentent. distinct. 43. similiter idem Augustinus epist. ad Consentium 146. & lib. de fide ad Petrum, & lib. quæstionum ad Dulcitium, & alibi. At Ambrosius thes. 4. In ipso raptu eorũ qui viui reperientur, mors erit & resurrectio: vt anima quasi per soporem egressa de corpore, eidem in momento reddatur. & plutibus idem in oratione de fide resurrectionis. Contrà verò Hieronymus ad Marcellam, quosdam dicit in fine seculi, adueniente Christo non esse morituros: sed viuos repertos, in immortalitatem repentè mutandos. cui Chrysostomus consentit homilia de resurrectione. idem Hieronymus epist. ad Minerium & Alexandrum, Theodori Heracleotæ super hac quæstione exponit sententiam; ibidem & Acacij Cæsareæ episcopi; ibidem Apollinarij & Diodori. Origenes tertio volumine explicationum ventilauit: Didymus in huius sententiam abit, alij in diuersam. Hoc vidit P. Lombardus, nec est ausus ferre sententiam. Horum (inquiẽs) quid verius sit, non est humani iudicij definire. Græci doctores, vt Origenes, Theodorus, Apollinarius, Didymus, Chrysostomus, Theophylactus cum Hieronymo videntur sentire, & Paulum cum negatione legere (non omnes quidem dormiemus) Augustinus in sententia semel concepta noluit contentiosè decertare, sed ibidem subiecit: Quomodo autem sit futurum, quod nunc pro nostræ ratiunculæ viribus vtcúmque coniicimus, tunc potiùs erit, vt nosse possimus. Resurrectionem quippe mortuorum futuram esse in carne, quando Christus venturus est viuos iudicare & mortuos; oportet, si Christiani esse volumus, vt credamus. sed non ideo de hac re inanis est fides nostra, si quemadmodum futura sit, perfectè comprehendere non valemus. ita ille & prudenter & verè. cui Lactantius concordat lib. 7. cap. 23.

Resurrectio citissima fiet.

Viui Christo obuij morientur.

Quòd non morientur, sed de vita ad vitam transibunt.

Resurrectioni credimus, licet modũ ignoremus.

A Nemo quærat à nobis, quemadmodum fieri possit anastasis mortuorum: nec enim diuinorum operum reddi potest ratio. sed si à principio Deus hominem nescio quo inenarrabili modo instituit; credamus ab eodem restitui veterem posse, qui nouum fecit. Est verò & alia quædam obiectio, quæ fit ex psalmo 1. Non resurgunt impij in iudicio. Cui ex eodem satisfaciunt Dauide, & eodem versiculo. Neque peccatores in consilio iustorum. quasi dicat, Resurgent illi quidem, sed non vt inueniantur in concilio iustorum, quin potiùs in

An impij resurgent? quòd sic, & ad quid.

B cœtu reproborum; non ad salutem aut ad vitam, sed ad mortem & gehennam: non in resurrectionem vitæ, sed iudicij. sed audiamus Euthymium ex Græcorum consensu in illum versiculum; Vide (inquit) exquisitum sancti spiritus loquẽdi modum. non simpliciter dixit, non resurgent: sed apposuit, in iudicio. resurgent quippe & impij, non vt iudicentur, vtpote qui iam condemnati sunt: Qui non credit in me (inquit) iam iudicatus est. sed vt suppliciis plectantur. Obseruandum est autem, quòd cùm Moyses de resurrectione nobis nihil manifestè tradiderit, primus omnium Dauid eam apertiùs nos docere incepit. ita ille. idémque in

Impij quorsum resurgent.

C psal. 102. Etsi animæ resurrectionis tempore, propria corpora sint recepturæ: non tamen eadem recipient corruptioni ampliùs subiecta, aut mutationibus obnoxia. idem dixit ibi Dauid, Et non cognoscet ampliùs locum suum. Lactantius lib. 7. cap. 20. vbi in medium produxit versus Sibyllinos de extremo iudicio à me productos lib. de immortalitate animæ, statim subiungit; Nec tamen vniuersi tunc à Deo iudicabuntur; sed ij tantum qui sunt in Dei religione versati. Nam qui Deum non agnouerunt, quoniam sententia de his in absolutionem fieri non potest, iam iudicati damnatíque sunt, sanctis literis contestantibus, non resurrecturos impios in iudicium (non dixit autem, in iudicio.) quod nominatim repetit sequenti cap. 21. Quanquam qui hebraïsmum profitentur, alio quodam modo interpretantur. sed à recepta ecclesiæ consuetudine, & communi Græcorum Latinorúmq. sensu & expositione recedendum aut declinandum neutiquam iudicant.

Corpora post resurrectionem, qualia.

An impij olim iudicanda.

D

Augustinus noster multa de resurrectione differit lib. 12. ex quo nobis sequentia placuit decerpere. primò proponit sequentia quæri solita; Vtrùm fœtus abortiui resurgant, cap. 12. item, Vtrùm statura & robur æqualia futura sint omnibus, an diuersæ corporum quantitates? & vnde paruulis mensura corporis, quam nunc defuisse videmus, accedat, cùm in hac ætate moriuntur? & quem modum ipsa æqualitas habitura sit? & cùm dicat apostolus, occursuros nos omnes in mensuram ætatis plenitudinis Christi; & illud alterum, quos prædestinauit conformes fieri imaginis filij sui; an sic intelligendum, vt statura & modus Christi corporis, omnium qui in regno eius erunt, humanorum corporum sit futurus?

Quæstiones varię de resurrectione corporũ.

E

by Google

multis erit (inquiunt) de magnitudine & longitudine corporis detrahendum. Item de capillis capitis & vnguibus numquid pereat. itẽ de macie & pinguedine. item de corruptionibus & dilapſionibus corporum mortuorum in puluerem verſorum, in auras exhalantium, à beſtiis vel igne conſumptorum, naufragio pereuntium. item de vitiis & fœditatibus corporum, & de monſtris. item de carne hominis ab homine veſcendo conſumpta. hæc ferè proponit vno citato cap. 12. quibus ſingillatim reſpondet ſequentibus totidem capitibus. Primùm igitur cap. 12. Abortiuos fœtus, qui cùm iam vixiſſent in vtero, ibi ſunt mortui, reſurrecturos vt affirmare, ita negare non audet. videri tamen ad eos etiam pertinere reſurrectionem mortuorum, ſi non eximuntur de numero mortuorum, & animas habuerunt, quæ reſurgentia ſua corpora recipere debeant, vbicumque ea viuentia aut morientia reliquerint. Addit autem in enchiridio cap. 85. de iam fomatis: namque informes potiùs perire arbitratur: ſicut ſemina quæ concepta non fuerunt. Quod idem de monſtris dat intelligendum enchiridij cap. 86. nempe reformandis, ſi modicè; perituris, ſi immodicè deformia & horrida ſint. quod exemplo docet de quodam bicorpore & bimembri, ex Hieronymo: qualem fortè Geryonem fingunt poëtæ, ſed tricorporem. Deinde cap. 14. Infantes non in ea reſurrecturos corporis ſui exiguitate, qua ſunt mortui: ſed quod eis tardiùs acceſſurum erat tempore, hoc illos miro & celerrimo Dei opere recepturos. Tum cap. 15. Vnumquemque recepturum ſuam menſuram, quam vel habuit in iuuentute, etiamſi ſenex eſt mortuus; vel fuerat habiturus, ſi antè eſt defunctus. & quod dicitur de menſura ætatis plenitudinis Chriſti, in qua nos omnes occurſuros ſcripſit apoſtolus; ſic accipiendum, vt nec vltra, nec infra iuuenilem formam reſurgant corpora mortuorum: ſed in ea ætate & robore, vſque ad quam Chriſtum peruenille cognouimus, circiter triginta annorum. neque enim menſuram corporis aut ſtaturæ dixit, ſed ætatis. Tum cap. 16. Prædeſtinatos fieri conformes imaginis filij Dei, aut ſecundùm interiorem hominem intelligendum: vt reformemur in nouitate mentis noſtræ, & conformemur filio Dei, non autem huic ſeculo. aut vt ille nobis mortalitate, ita nos illi efficiamur immortalitate conformes: quodquidem & ad ipſam reſurrectionem corporum pertinet. aut conformatio non quantitatis corporis intelligenda, ſed ætatis. Verùm ſiquis in eo corporis modo, in quo defunctus eſt, reſurrecturum vnumquemque cõtendit, non eſt cum illo laborioſa contradictione pugnandum. nihil enim obeſt, etiamſi erit infantilis vel ſenilis corporis forma, vbi nec mentis, nec ipſius corporis vlla manebit infirmitas. Tum cap. 17. Licet dictum ſit, nos occurſuros in virum perfectum, & conformes imaginis filij Dei factum iri: tamen vtrumque ſexum reſurrecturum, & in ſexu fœmineo reſurrecturas fœminas, vt viros in virili. non enim libido erit, quæ confuſionis eſt cauſa. & corporibus vitia detrahentur, natura ſeruabitur. non eſt autem vitium, ſexus fœmineus, ſed natura: quæ tunc quidem & à concubitu & à partu immunis erit. Erunt tamen membra fœminea non accommodata vſui veteri, ſed decori nouo; quo non alliciatur aſpicientis concupiſcentia, quæ nulla erit; ſed Dei laudetur ſapientia atque clementia: qui & quod non erat, fecit, & liberauit à corruptione quod fecit. Qui ergo vtrumque ſexum inſtituit, vtrumque reſtituet. Nam & Dominus interrogatus à Sadducæis de ſeptem fratrum vxore, nuptias quidẽ futuras negauit eſſe in reſurrectione, non fœminas. Tum cap. 18. Virum perfectum ex Paulo, intelligit hominem, vtriq. ſexui cõmunem vocem. ſicuti cùm dicitur, Beatus vir qui timet Dominum. Tum cap. 19. Si capilli toties tonſi, vnguéſque deſecti ad loca ſua deformiter redeunt, non redibunt: nec tamen cuique reſurgenti peribunt, qui in eandẽ carnem, vt quemcumque ibi locum corporis teneant, ſeruata partium congruentia, materiæ mutabilitate vertentur. quanuis quod ait Dominus, Capillus capitis veſtri non peribit, non de longitudine, ſed de numero capillorum (qui omnes numerati dicuntur) dictum multò aptiùs poſſit intelligi. Cæterùm de corpore nihil peribit, ita vt deformitas aliqua relinquatur (ſed quid de dẽtibus toties lapſis, & aliis ſubnaſcẽtibus fugienda eſt omnis ſcrupulitas, & friuola curioſitas.) Sed & omnes deformitates corporum humanorum non modo vſitatas, verumetiã raras atque monſtroſas, quæ huic miſeræ vitæ congruunt, abhorrent autẽ ab illa felicitate ſanctorum futura (nam de reprobis dubitat idem enchiridij cap. 92. Deus artifex auferet: & omnia indecora excrementa ſubſtantia corporalia deteret. Ideo macris pinguibúſque non eſt metuendum, ne ibi etiam tales ſint, quales ſi poſſent, nec hic eſſe voluiſſent. Omnis enim corporis pulchritudo, eſt partium congruentia cum quadam coloris ſuauitate. Proinde nulla erit deformitas, quam facit incongruentia partium: vbi & quæ praua ſunt, corrigentur: & quòd minus eſt quàm decet, vnde creator nouit, inde ſupplebitur: & quod plus eſt quàm decet, materiæ ſeruata integritate detrahetur. Coloris porrò ſuauitas quanta erit, vbi iuſti fulgebunt ſicut ſol in regno patris ſui? Huc pertinet, quòd Chriſtus diſcipulis contrectantibus oſtenderit ſuorum vulnerum cicatrices, & cibum potúmque ſumpſerit, non alimentorum indigentia (quod etiam de noſtris poſt reſurrectionem corporibus intelligi datur) ſed ea qua & hoc poterat, poteſtate. Sed deinceps maius eſt quod cap. 20. ſequitur. In martyribus non deformitas ex vulneribus, ſed dignitas erit. & ſiqua amputata & ablata ſunt membra, in reſurrectione mortuorum reſtituentur. iiſque redditis, cicatrices apparebunt, ſi hoc deceat in illo nouo ſeculo. non enim vitia ſunt, ſed virtutis indicia. Abſit autem, vt ad reſuſcitanda corpora vitæque reddenda, non poſſit omnipotentia creatoris omnia reuocare, quæ

Salutio.

Quòd abortiui reſurgent, quinam: an & monſtra.

Quòd infantes grádem corpus naſcifcentur.

Quòd menſura omnib. erit virilis.

Menſura de ætate, nõ ſtatura corporis.

Conformitas imaginis Chriſti, in quo.

Poteſt fieri reſurrectio qualibet ætatis forma.

Quòd fœmina reſurgent in ſuo ſexu, ſed ceuum & partus immunes.

Quorſum ergo illa ſexus pudoris.

Nuptiæ nulla à reſurrectione.

Vir etiam de fœmina. Capilli & vngues quomodo recuperãdi.

Quomodo capilli non pereant.

Quòd omnia vitia corporis corrigentur.

Quòd nulli macri aut pingues renaſcentur.

Pulchritudo in quo conſiſtat.

Quòd nihil erit nimium aut parcum aut deforme poſt reſurrectionem.

Quòd nulla alimenti indigentia.

Quòd vulnera martyrum ad decus.

Quòd artus amissi recuperandi, & vniuersa corporis particula, vnde.

vel bestia, vel ignis consumpsit, vel in puluerem cinerémve collapsum, vel in humorem solutum, vel in auras est exhalatum. absit vt sinus vllus secretúmque naturæ ita recipiat aliquid subtractum sensibus nostris, vt omnium creatoris aut lateat cognitionem, aut effugiat potestatem. Sed difficilior cæteris videtur quæstio, vbi quæritur, cùm caro mortui hominis, alterius sit viuentis caro, cui potiùs eorum in

Quòd caro vorata ad pristinũ corpus reuertitur.

resurrectione reddatur? Quicquid carnium exhausit fames, vtique in auras est exhalatum: vnde diximus omnipotentem Deum posse reuocare quod fugit. Reddetur ergo caro illa homini, in quo esse caro humana primitùs cœpit.

à simili.

ab illo quippe altero, tanquam mutuò sumpta deputanda est: quæ sicut æs alienum, ei redhibenda est, vnde sumpta est. sua verò illi quem fames exinanierat, ab eo qui potest etiam exhalata reuocare, reddetur. quanuis etsi omnibus perisset modis, nec vlla eius materies in vllis naturæ latebris remansisset, vnde vellet, eam repararet omnipotens. absurdum enim est vt putemus, cùm capillus hominis perire non possit, tantas carnes fame depastas atque consumptas perire potuisse. Sed si contenditur, in ea

In statura illa potest fieri resurrectio, in qua & mors, citra imperfectionem.

quemque statura corporis resurrecturum esse, in qua defunctus est, non pugnaciter resistendũ est: tantùm absit omnis deformitas, omnis infirmitas, omnis tarditas, omníque corruptio, & siquid aliud non decet regnum, in quo resurrectionis & promissionis filij æquales erunt

Quomodo æquales erimus angelis.

angelis Dei, si non corpore, non ætate, certè felicitate. postremò cap. 21. ita concludit; Restituetur ergo & quicquid de corporibus viuis vel

Corporis reliquiæ vndiq. colligendæ ad renouandũ corpus spirituale.

post mortem de cadaueribus periit, & simul cũ eo quod in sepulcris remansit, in spiritalis corporis nouitatem ex animalis corporis vetustate mutatum resurget incorruptione atque immortalitate vestitum. Sed etsi vel casu aliquo graui, vel inimicorum immanitate, totum penitus conteratur in puluerem, atque in auras vel in aquas dispersum, quantum fieri potest, nusquam esse sinatur; omnino nullo modo subtrahi poterit omnipotentiæ creatoris; sed capillus in eo capitis non deperibit. Erit ergo spiritui subdita caro spiritalis, sed tamen caro, non

Spiritus & caro quomodo consentiunt.

spiritus: sicut carni subditus fuit spiritus ipse carnalis, sed tamen spiritus, non caro, &c. Huic sententiæ adstipulatur Ioannes Damasc. cap. vltimo lib. 4. orthod. fid. ex loco illo Genes. cap. 9. Sanguinem animarũ vestrarum de manu omnium bestiarum requiram. Quomodo requiret sanguinem hominis de manu omniũ bestiarum, nisi quia resuscitabit corpora hominum mortuorum? non enim pro homine morientur bestiæ. Hæc ferè nos ex vberrimis D. Augustini fontibus hausimus, hæc de multis excerpsimus, quæ tractationi isti multum lucis & splendoris videbantur allatura, multum etiã gratiæ & adiumenti conciliatura, propter eos

In curiosos huius seculi.

qui nostro æuo multa anxiè & solicitè inquirunt; quorum curiosæ indagationi vix multorum acutissimorum doctorum sufficere queat acumen ingenij quantumuis solers & argutum. Porrò idem Augustinus pleraſque istarũ quæstionum proponit & agitat, atque pari modo resoluit, & propè iisdem verbis, in Enchiridio, cap. 85. 86. 87. 88. 91. & aliis, ac P. Lombardus lib. 4. distinct. 44. ab eodem nominatim repetit. in quibus certamen subtilitatis ingeniorum operæpretium est videre & audire interpretum; quos nos iis perlegendos relinquimus, qui otio diffluunt, iis cõtenti quæ sat multa congessimus. Origenes lib. 2. περὶ ἀρχῶν, cap. 10. de resurrectione & iudicio succinctè tradidit, & sæpe eam attingit & probat. Tertullianus lib. 5. aduersus Marcionem, vim nominis exponit, & corporum resurrectionem asserit. Quid facient qui pro mortuis baptizantur, si mortui

Baptizati pro mortuis.

non resurgent? subiungit ex Paulo. de quibus ita scribit Epiphanius lib. 1. quòd pro iis qui morte præoccupati citra baptisma decesserant, alij pro ipsis in nomen ipsorum baptizarentur; vt ne vbi resurrexerint illi, in resurrectione pœnas dent, eò quòd non acceperint baptisma. rursum Tertullianus ibidẽ, Carnis resurrectio,

Resurrectio carnis ad quid.

quasi ianua regni per quam aditur. idem apologetico aduersus gentes, exemplum humanæ resurrectionis tale suggerit: Lux quotidie interfecta resplendet; & tenebræ pari vice decedendo succedunt; sidera defuncta viuescunt; tẽpora vbi finiuntur, incipiunt; fructus consumuntur & redeunt; certè semina nonnisi corrupta & dissoluta fœcundiùs surgunt, omnia pereundo seruantur, omnia de interitu reformantur. Tu homo, tantum nomen, si intelligas te vel de titulo Pythiæ discens, Dominus omnium moriẽtium resurgentiúmve, ad hoc moriceris vt pereas? vbicumque resolutus fueris,

Probatur resurrectio mortuorum, à pari vel simili.

Hominis prærogatiua.

quæcumque te materia destruxerit, hauserit, aboleuerit, in nihilum prodegerit, reddet te cuius est nihilum ipsum, cuius & totum. extat eiusdem de resurrectione carnis liber satis prolixus, cuius initium est; Fiducia Christianorum, resurrectio mortuorum: illa credentes sumus,

Resurrectio, est fiducia nostra.

hoc credere veritas cogit. perleges quando vacabit: neq. enim de resurrectione nunc ex professo agimus, de qua etiam diximus tum lib. de immortalitate animæ, tum comment. in Strab. sed iuuat rem ad extremum similibus exemplis illustrare, dein ad aliud transire. scripsit doctor eximius Ambrosius librum perelegantẽ de fide resurrectionis, sub forma orationis rhetorico filo: de quo isthuc mirum in modum placuit: cætera per te recognosces. Sed miraris quemadmodũ putrefacta solidentur, dispersa coëant,

Probatur integratio corporum, à pari vel simili.

absumpta reparétur: non miraris, quemadmodum semina vapore & compressu terræ soluta viridescant: nam vtiq. etiam ipsa terreno coalitu putrefacta soluuntur, & cùm occata soli genitalis succus animauerit, quodam calore vitali spiritum quendam herbæ viridantis exhalant. deinde paulatim teneram spicæ adolescẽtis ætatem culmo erigit, & vaginis quibusdam natura tanquam sedula mater includit, ne pubescentẽ glacies aduret aspera, atq. à nimio solis defendat ardore. frugem quoque ipsam adhuc quasi primis erumpentem cunabulis, mox adultam, ne pluuia decutiat, ne aura dispergat, ne auium minorum morsus interimat, vallo aristarum

Homo redintegrandus vndequaque.

Corporum resurrectio qui fiat.

sepire consueuit. Quid igitur miraris, si homines quos acceperit, terra restituat: cùm seminũ corpora, quæ cum vi susceperit, viuificet, erigat, vestiat, muniat atque defendat? Desine ergo dubitare, quòd depositum generis humani terræ fides reddat, quæ commendata sibi semina vsurario quodã fœnore multiplicata restituat.

à simili.

Nam quid de generibus arborum loquar, quæ posito surgunt de semine, fructúsque resolutos rediuiua fœcunditate resuscitant, & formæ veteri atque imagini suæ reddunt: multásque ætates quædam arborum corpora reparata transmittunt, vt ipsa durando vincant secula? putrescere videmus acinum, vitem resurgere. surculus inseritur, arbor renascitur. An de reparandis arboribus diuina est prouidentia, de hominibus nulla cura? & qui ea quæ ad vsus hominum dedit, perire non passus est, hominẽ perire patietur, quem ad imaginem sui fecit? Sed incredibile tibi videtur, vt mortui reuiuiscant. insipiens tu, ipse quod seminas, nónne priùs moritur, vt viuificetur? mox de corpore humido in terra regenerando. Sequitur illud

Quæstio.

quod gentiles plerumque perturbat, quomodo fieri possit, vt quos mare absorbuerit, feræ dilacerauerint, bestiæ deuorauerint, terra restituat?

Absumpti corpora reliquiæ omnes, qui colligentur?

quò ita demùm veniatur necesse est, vt non de fide resurrectionis, sed de parte dubitetur. Esto enim vt laceratorum corpora non resurgant, resurgunt cæteri. nec resurrectio destruitur, si conditio excipitur. Miror tamen, cur vel de his dubitandum putent; quasi non omnia quæ ex terris sunt, in terram redeant, & in terram resoluantur. Mare quoque ipsum quæcumque corpora humana demerserit, vicinis expuit vnda plerumque litoribus. Quod ni ita esset, difficile (credo) Deo foret dispersa connectere, dissipata sociare; cui mundus obtemperat, muta

Nihil perit in natura.

obsequuntur elementa, seruit natura. quasi non

Dei omnipotentia.

maioris miraculi sit limum animare, quàm iungere. (ita ferè antea ex Augustino.) Auis in

Resurrectio probatur à phœnicis exemplo, quale.

regione Arabiæ, cui nomen est phœnix, rediuiuo suæ carnis humore reparabilis, cùm mortua fuerit, reuiuiscit. solos non credimus homines resuscitari? atqui hoc relatione crebra & scripturarum authoritate cognouimus, memoratam auem quingentorum annorum spatia vitali vsui habere præscripta, eámque cùm sibi finem vitæ adesse præsaga quadam naturæ suæ

Historia.

æstimatione cognouerit, thecam sibi de thure & myrrha & cæteris odoribus adornare, completóq. opere pariter ac tempore intrare illam, atque emori: ex cuius humore oriri vermem, paulatimq. eum in auis eiusdem figuram concrescere vsúmque formari, subnixam quoque remigio pennarum, renouatæ vitæ officia munere pietatis ordiri. Ergo isti aui quingentesimus resurrectionis annus est, nobis millesimus: illi in hoc seculo, nobis in consummatione mundi. sed Plinius lib. 10. cap. 2. de phœnice tum ferè hæc, tum nonnulla paulò secùs. exẽplum huic instituto aptissimum fecit vt huius historiam insererem. nam de cæteris comparationibus plantarum & seminum nos quidem etiã paulò antè, & lib. de immortalitate animæ, ex auspiciis nostri doctoris Pauli gentium apostoli. tu lege phœnicem Lactantij elegans sanè poëmation: atque ad similitudines illas, etiam affines has perelegantes adiunge ex Rufino in symbolum; Siquis confusa diuersarum specierum semina in cultam humum nullo dispergat ordine: an non quantumuis confusa sit satio, vbi productionis tempus aduenerit, vnũquodq. simile speciei suæ germen edet? Quid ergo metuis, ne humana cãro mixta asinis aut canibus, quibus fructificandi nulla vis ineat, suo tempore propriam non reproducat speciem? Ad hæc, si tam sagax est artificis oculus, vt ex argenti fodina hauriens extractam glebam, quæ imperitioribus nihil quàm terra apparet, metallũ esse agnoscat: non erit tam sagax Dei oculus, vt puluis quem alius existimet equina carne confectum, humana caro sibi esse videatur? & ibidem recitat, In Aquileiensi ecclesia cùm recitaretur symbolum, non dici modò solitum, Credo carnis resurrectionem: sed manu fronti admota, Credo huius carnis resurrectionem. quod illi ex Iobi citato loco videntur hausisse. Sed videar fortasse theologis quibusdam iniurius, qui in eorum messem tam auidè támque audacter falcem immittam, non docendi, sed ab his discendi studio. itaq. ne mihi porrò succenseant, aut de me conquerantur, reliquam messem ac segetem bene multam vberémq. illis vltrò demerendam relinquo: mihi quidem aliquot ista spicilegia grani syncери ac genuini ex eorum campis vbertimis, & aliquot testimonia de locupletibus monimentis sufficient, quanquam opima & valdè seria, meóque iudicio, omnium præcipua, ad hæc, reliqua iidem ad populum de resurrectione mortuorum clarè disertéque suo more concionabuntur atque declamabunt.

Alia similitudines ad probandam humanæ carnis huius veram resurrectionẽ.

N. excusatio ad theologos.

Venio deinceps ad nostros, id est ad philosophos, quibus neque hoc arcanum fuit vsquequaque ignotum. Diximus enim paulò antè ex Eusebio, Platonem à Mose de resurrectione mortuorum didicisse, atq. alios dein docuisse, vt è Politico videre est & Phædone: quin & dialogo 10. de Republ. exemplo Eris Pamphylij, resurrectionem mortuorum comprobat, quiquidem in prælio cæsus, duodecimo demum die reuixerit, & quæ interim viderat, ibidem refert, vt alibi meminimus lib. de immortalitate animæ. Aristoteles etiam ipse licet Platone duriot & contumacior ad credẽdum, quiddam hac de re scriptum reliquit lib. 2. de ortu & interitu cap. vltimo; sed suo & obscuriore modo rem inuoluens, & ad philosophica notionis principia reducens. Phylolaus Pythagoricus depósito corpore hominem Deum immortalem fieri dixit. Chrysippus autem Stoïcus aliàs à nobis appellatus, τὸν ἄνθρωπον ἀποθνήσκοντα, θέλειν μὲν οὐδὲν ἀδικεῖσθαι ὑπὸ τῶν θηρίων, πολὺ μᾶλλον δὲ τοῦτο εὐσεβῶς γίνεσθαι, εἰς ὃ τῶν ἐμῶν, τὸ μηδὲν ζῷον χρῆται. Ista cùm hoc modo habeant, perspicuum est non esse impossibile, nos quoque post mortem certis temporum reuolutionibus peractis, in eum quo nunc sumus, statum restitutum iri. Seneca epist. 36. Mors quam pertimescimus, intermittit

Philosophi de mortuorum resurrectione piè senserunt, vt Plato.

Historia.

Arist. dorus & tardus ad credendum.

Homo fit Deus, qui.

Hominum restitutio fiet post mortem.

vitam, non eripit: veniet iterum qui nos in lucem reponet dies. Chaldaïcum oraculum eſt, A

Futura olim reſurrectio.

——ἐκπνοὰς νοερὰς πιῶν,
Ἔργων ἐπ' ἀνοσίοις, φίλτρον ἐς σῶμα σωίοις. id eſt,
——*Extendens igneam mentem*
Ad opus pietatis, ſeruabis corpus fragile.

Mortui olim reſurgent.

Theopompus apud Laërtium adſtruit Zoroaſtrem & magos iamprídem & animorum immortalitatem, & corporum reſurrectionem prædicaſſe. Ioſephus lib.3. cap.14. de bello Iudaïco, vtramque ſententiam tuetur; & de corporum reſurrectione, Chryſippo illi planè conſentit. Phocylides animæ immortalitatem vindicans, etiam reſurrectionem mortuorum cecinit;

Philoſophi quo reſurrectionem negent.

B

Καὶ πάλιν ἐκ γαίης ἀναπέμψω ἐς φάος ἀῶτα. id eſt,
Nec fruſtrà ſperamus è terra in lucem regredi.

imitatus eadem de re Sibyllæ authoritatem inquientis,

Καὶ τότ' ἀναστήσω νεκρὸς, μοῦνος ἀναστάς. id eſt,
Tunc etiam mortuos excitabo, & ſolus reſurgam.

ſed tum hos verſus, tum plures alios lib. de immort. animæ in eandem ſententiam protuli. Rectè tamen Tertullianus initio libri de reſurrectione carnis; Planè cum vulgo interdum & ſapientes ſententiam iungunt: Nihil eſſe poſt mortem, Epicuri ſchola eſt. Ait & Seneca, omnia poſt mortem finiri, etiam ipſam. ſatis eſt autem, ſi non minor philoſophia Pythagoræ & Empedocli. reſurrectionem carnis in totum Martion negat, ait contra illum lib.5. ac de philoſophorum fide reſurrectionis ita noſter Auguſtinus lib.22. cap.25. de ciuitate Dei; Philoſophi carnis reſurrectionem quantum poſſunt, negant. ex quibus Porphyrius, vt beata ſit anima, corpus omne fugiendum aſſerit. ibidem lib. 13. cap. 17. contra eos diſſerit, qui corpora terrena terræ reddenda dicebant, æternáque & incorruptibilia negabant eſſe poſſe, Dei omnipotentiam ſuo ſenſu æſtimantes. ſed ſequenti cap. 18. propter Chriſti corpus receptum in cœlum, eorum fanaticam opinionem euertit, malè opinantium, terrena corpora naturale pondus vel in terra neceſſariò tenere, vel cogere ad terram: & ideo in cœlo eſſe non poſſe. quid quòd terra vniuerſa libratur in nihilo? fit autẽ poſt reſurrectionem corpus ſpiritale, vt iam dictum eſt: ſicut enim ſpiritus carni ſeruiens, non incongruè carnalis; ita caro ſpiritui ſeruiens, rectè appellatur ſpiritalis, non quia in ſpiritum conuertitur; ſed quia ſpiritui ſumma & mirabili obtemperandi facilitate ſubdetur, vſque ad implendam immortalitatis indiſſolubilis ſecuriſſimam voluntatem, omni moleſtiæ ſenſu, omni corruptibilitate & tarditate detracta. Quo fit, vt nullo morbo vel ſenectute inueterata moriantur, neque vllis corporalibus egeant alimentis, quibus eſuriendi aut ſitiendi qualiſcumque moleſtia deuitetur: quoniam certo & omnimodo inuiolabili munere immortalitatis induentur, vt non niſi velint, poſſibilitate, non neceſſitate veſcantur; ſicut de angelis legimus, ait ſequẽti cap. 22. ſpiritalia enim corpora ſpiritu viuificante ſubſiſtunt; neque tamen corpora eſſe deſiſtunt. vt eſt Tobiæ 12.

Philoſophi reſurrectionem negãt, cur.

An corpora grauia poſſint tendere ad cælum?

Corpus ſit ſpiritale, quomodo.

Corpora poſt reſurrectionem immortalia, non egẽt alimento, cur.

& geneſ.19. quidam ſic adſtipulantur; Tranſibit corpus, quantum ad proprietates & conditiones ſuas, in naturam ſpiritus; ſeruata tamen ſubſtantiæ ſuæ veritate: quia agile futurum eſt, leue, ſubtile, cibis non indigens. Porrò idem deinceps lib. 20. cap.6. duplicem reſurrectionem facit, vt & Lactantius lib.7. cap.21. priorem, quæ fit viuentibus nobis, & ad animas attinet, adhoc autem inſtitutum nihil attinet; & poſteriorem, quæ eſt corporum, qua de agimus. fore autem etiam animarum reſurrectionem probat ſequenti cap. 10. iuxta Paulum. verùm quòd terrena hominum corpora ad cœleſte habitaculum transferri nequeant, ita ſanxit Cicero lib.3. de republ. Nam cùm Herculem & Romulum ex hominibus deos eſſe factos aſſeueraret; quorum non corpora (inquit) ſunt in cœlum elata: neque enim natura pateretur, vt id quod eſſet de terra, niſi in terra maneret. quam ſententiam idem Auguſtinus eleuat lib.22. cap.4. ibidem, & exemplo Chriſti confirmat cap.5. ſequentibus ſignis & portentis. Sed enim vt accipiat qualitatem corpus humanam, qua ferri in cœlum, & eſſe poſſit in cœlo, omnipotentiam artificis prætexit, & pari facto conuincit de veteri Rom. hiſtoria, Varrone cõmemorante, & pòſt Val. Maximos Veſtalem virginem cùm periclitaretur falſa ſuſpicione de ſtupro, cribrum impleſſe aqua de Tiberi, & ad ſuos iudices, nulla eius parte ſtillante, portaſſe. quo facto licet mirabili, multò mirabiliora facere poteſt fecitq. Deus, de cuius vi & voluntate agimus. rurſus idem Varro habitus vſquequaque doctiſſimus Rom. ita olim ſcripſerat; Genethliaci quidam ſcripſerunt eſſe in renaſcendis hominibus, quam appellant παλιγγενεσίαν Græci. hanc ſcripſerunt confici in annis numero quadringẽtis quadraginta: vt idem corpus & eadem anima, quæ fuerant coniuncta in homine aliquando, eadem rurſus redeant in coniunctionem. quorſum reſpexiſſe videtur Virgilius, cùm diceret,

Reſurrectio duplex, qualis.

Anima reſurrectio.

Corpora terrena an eſſe poſſint in cælo? Quòd ſic, & quomodo.

Hiſtoria.

Palingeneſia qui fiat, & quando.

D

Rurſus & incipient in corpora velle reuerti.

quod de iis intelligit, qui peractis apud inferos mille annis, rurſus ad vitam reſtitui traduntur. quanquam in eo fallitur, quòd reſurgere demùm credit poſt mille annos mortis ſuæ; cùm id nonniſi ſub tempus extremi iudicij cõtingat. Tunc enim Chriſtus veniet, vt orbe hoc ab omni labe purgato, rediuiuas iuſtorum animas corporibus innouatis ad ſempiternam beatitudinem ſuſcitet, vt rectè Lactantius corrigit lib. E 7. cap. 22. quo libro vltimis aliquot capitibus multa & egregia de vltimo iudicio ſcripſit, & Sibyllarum oracula vnus omnium optimè aptat & inſerit; ex quo nos & nuper & noſtro de immortalitate animæ libro: quæ nunc inculcare ſuperſedeo, atque à pluribus authoribus producendis prudens & ſciens abſtineo: ſatis enim multos, vel adeo plures quàm ſatis eſt, in hanc ſententiam videor teſtes certiſſimos & fidei pleniſſimos protuliſſe: quibus vnum & alterum cùm inſuper adiecero, tum ad analogiam humanæ reſurrectionis cum nouo mũdo excitando, deuoluar. ſic igitur inter rectiores theologos

Reſurrectio quando futura, qualis, & quorſum.

theologos Io. Damaſcenus de reſurrectione mortuorum doctiſſimè & ſanctiſſimè concionatur. Græca prætermittam, quæ lib. de immortal. animæ adſcripſi. Credimus (inſit) reſurrectionem mortuorum: erit enim omnino erit mortuorum reſurrectio. ſed cùm reſurrectionem dicimus, reſurrectionem corporum intelligimus. Eſt enim reſurrectio, eius quod cecidit, ſecunda ſurrectio (ἀνὰ, iterum; στάσις, ſtationem ſignificat: vt ſit ἀνάστασις, velut iterata ſurrectio.) Etenim animæ immortales cùm ſint, quomodo reſurgent? Quòd ſi mortem definiunt animæ à corpore ſeparationem: reſurrectio planè erit animæ & corporis iterata connexio, & ſecunda diſſoluti iam lapſique animalis ſurrectio. Ipſum igitur corpus quod corrumpitur atque diſſoluitur, idem incorruptibile reſurget. neque enim impotens eſt, qui ab initio ex terræ puluere ipſum compoſuit, iam diſſolutum & in terram conuerſum, de qua ex creatoris edicto ſumptum erat, deintegro ſuſcitare. Quò ſi reſurrectio non eſt, edamus, bibamus, in deliciis atq; voluptatibus vitam tranſigamus. ſi non eſt reſurrectio, in quo à brutis differimus? ſi non eſt reſurrectio, feras agreſtes, beatas dicimus, quæ vitam agunt moleſtiæ expertem. ſi non eſt reſurrectio, neque Deus eſt, neque prouidentia; ſed temerè omnia aguntur ac feruntur. Ecce enim complures videmus iuſtos egentes, iniuriis affectos, omníque in hac præſenti vita ſubſidio deſtitutos: peccatores verò & iniuſtos, diuitiis omnibúſque deliciis affluentes. Ecquis autem qui rectè ſapiat, recti hoc iudicij, aut ſapientis prouidentiæ opus exiſtimauerit? Erit igitur, erit reſurrectio. iuſtus enim Deus, & iis qui ſuſtinuerint ipſum, mercedem retribuet. Siquidē igitur anima ſola virtutis certamen ſuſtinuit, ſola coronabitur: & ſi voluptatibus ſola implicita fuit, ſola & ipſa meritò punietur. Verùm quia neque ſubſtantiá anima habebat (vel potiùs ambo habuerunt, ex Græco) ſeparatam, neque virtutis aut vitij citra corpus ſola particeps anima fuit; meritò ſanè parem ſimul ambo mercedem ferent. hæc & ſequentia plura vir ille ſanè pius & doctus potiſſimùm ſecutus Pauli de reſurrectione illam antea citatam ex 1. Corinth. 15. ſententiam,

Reſurrectio quid ſit, & vnde dicta, & quòd nō de anima.

Mors quid.

Corpus idē reſurget, & quo vt.

Reſurrectionis ſublata incommoda.

Iuſti in ærumnis miſeri, impij verò beati: contrà poſt reſurrectionē, quæ de re.

Corpus cū anima compatitur & conglorificatur.

Lubet autem iſtam de reſurrectione corporum ſententiam, ſeu fidem potiùs, præclara illuſtrare hiſtoria ex Nicephoro lib. 14. cap. 45. Sub tempus Theodoſij iunioris, diſputatio ingens in vrbe imperante de mortuorum reſurrectione extitit, & populo maxima inceſſit concertatio. Quidam enim vnà cum Sadducæis, reſurrectionem prorſus non eſſe opinati ſunt: quidam autem ægrè, quidem, ſed crediderunt tamen defunctos excitatum iri, apertis & irrefragabilibus ſacratum ſcripturarum teſtimoniis adducti, alio prorſus & mutato corpore. Ecce autem dum hac de re quæritur & controuertitur, Epheſi in Ionia ante annos trecentos ſeptuaginta duos, ſub Decio Imperatore perſequente Eccleſiam Dei, ſeptem pueri fratres religionis Chriſtianæ cultores, antrum vrbi proximum ſubingreſſi, propter imminens periculum occultati, eo demum tempore, tandiu in ſomnum profundum delapſi, qui ad annos 372. dormierunt, neque corporibus, neque veſtimentis diffluxis, diuina prouidentia conſeruati, Theodoſij imperio, ſpeluncæ foribus recluſis, tandem è diuturno illo ſomno euigilarunt. Quorum vnus in vrbem miſſus annonæ gratiâ, cùm numiſma Decij protuliſſet, noua atque inſolita monetæ forma adducti, in theſaurum incidiſſe rati, iuuenem ad vrbis rectorem duxerunt, flagris cogentes, vt theſaurum indicaret. & ille, An nō Decius (inquit) Rom. obtinet imperium, qui me & ſex alios mecum multo timore territos, per præfectum vrbi, ſpelundam hanc, vbi occultaremur, ſubire coēgit; vnde me illi fame perciti, ad panes emendos præmiſere? His illi verbis auditis, conſternati, celeriter omnes ad antrum illud accurrerunt; aditúque magis dilatato, lapidibúſque hinc & inde diſiectis, in tabulam inciderunt, in qua Decij nomen, ipſorū in Chriſti religione profitenda libertas, fuga ſimul & occultatio, necnon ſepulturæ tempus percōmodè expreſſum erat. Proinde cum reuerentia debita eos inde eduxerunt, & de re omni celeriter Imperatorem certiorem fecerūt. qui Epheſum rei nouitate pertractus celerrimè contendit, cum eis collocutus & communi menſa cum eiſdem cibum cepit, ſeptémque dies cum eis fuit omne eis curæ & officij genus præſtans. Vbi verò etiam longiore rurſus ſomno & obitu ſancto in Chriſto obdormierunt, debito eos proſecutus eſt honore, & præclaro ea de cauſa triumpho acto, magnificeq; rurſum eis in antro repoſitis, Conſtantinopolim eſt reuerſus. Ea re quæſtio de dogmate ſopita eſt. ſatis enim conſtabat, qui vt pueri illi tot annos veluti noctem vnam nullo corporum detrimento quieſcentes ſupereſſent, effecerit, eóſque vnà cum animalibus excitarit: eum quoque poteſtatis ſuæ abundantia, omnes homines cum ſuis, non alienis corporibus, in momento vno, veluti ex ſomno, tempore ſuo excitaturum eſſe. hæc ille ferè hactenus.

Hiſtoria ſeptem fratrum dormientium anno 372. qua probatur mortuorum reſurrectio.

Decij perſecutio.

Theodoſius Epheſum venit, 7. dormientes viſurus, eōs ue colloquiturus & mandaturus.

Deus ſic alios à mortalibus poteſt excitare.

An nouus orbis poſt hunc abolitum, excitandus?

RESTAT ad extremum videre & inquirere, an quæ hactenus homini fuit cum hoc vniuerſo analogia per partes atque vniuerſim à nobis explicata, ea nunc tandem deficiat atque deſtituat; an verò etiamnum ad finem vltimum vſque proſequatur atque perſeueret. Certè equidem hominem mori, quia ex elementis caducis & corruptibilibus, corpore caduco & mortali erat compoſitus, fuit omnino neceſſe: eundem etiam olim reuiuiſcere, & nouam vitam eámque ſempiternam induere, Deo pollenti, & ſacris oraculis prænuntiantibus credimus atque aſſentimur. Mundum etiam hunc vniuerſum de materia compoſitum vi-

Homini mors neceſſaria, quare

Humanorū corporum reſurrectio.

uaci, eximia, præcellenti, sed tamen creata olim & interitui obnoxia, in fine temporum pro Dei voluntate atque imperio desiturum, & quidem igne conflagraturum vniuersali, idoneis testibus probauimus, & ratum certúmque, admittimus. An tamen nouus aliquis atque integer orbis alius abhinc sit excitandus, vt de hominis rediuiuo corpore quondam instaurando adstruximus; id verò adhuc in dubio versatur, necdum statuere possumus, an analogiæ ratio hîc tandem subsistat atque deficiat, vti proposuimus. Enimuerò doctissimus vsquequaque Origenes Adamantius, idémque in primis quondam ecclesia doctor & interpres celeberrimus, si semper sui similis extitisset, neque ingenij fiducia fretus, in errores absurdissimos & tanto viro indignissimos lapsus esset, hunc nodum soluisse potuit videri: sed quia ingenio confisus, multa perperàm dixit, multa absurda scripsit, multa erronea effutiuit, quantuscumque fuerit: ideo neque nos illi facilè assentiri possumus lib. κατὰ αἱρέσεις asseueranti, infinitos à Deo mundos successiuè creatos, atque alios aliis substitutos nouos prioribus abolitis, vt fortè Deum intra septem millenarios annorum, elementarem nouum orbem condere solitum: mundum autem cœlestem, intra annos quadragies nouies millenos. sic vtique interpretatus sabbatum terræ, & annum iubilæum, septimo quôque anno, & anno demùm quadragesimo nono recurrere solitum. Ita homini acuto suum sibi nocuit & imposuit ingenium, & suis ipse summus artifex captus est artibus. neque verò ipse solus fallitur, sed etiam alios pleroſque fallit & in errorem inducit nimiùm credulos: in quem etiam adeo ex Hebræis rabbinis plerique inciderunt, atque è recentioribus philosophis (Deus bone, quantum distabant ab illis priscis!) non pauci: quibus vtique suum iudicium secutis, absurdum videtur, ab omni æuo & ante omne æuum dicere, nullum ante hunc mundum extitisse: sed ante quinquies & paulò plures annos, hunc demum orbem primum à Deo fabricatum fuisse, annúque breui pòst annorum decursu perituru̇m: cùm & apud Deum mille anni sint velut dies vnus, 2. Petri 3. Verùm nos quidem Origenem rectè sentientem & rectè dicentem sequimur: peruersè autem locutum, cum ecclesiæ censura, & bonorum ac piorum reprobatione deserimus. cuius errores Hieronymus, Augustinus, Philaster, Epiphanius, Nicephorus collegerunt & iure damnarunt: Eusebius autem nimiùm facilis & commodus connixit & excusauit. verùm hoc quidem πάρεργον: nunc autem alia nobis aliunde quærenda sunt argumenta, quibus probemus, post hunc orbem mundúmve iussu Dei conditoris abolitum, vti iam nuper probauimus, deinceps alium multò illustriorem & splendidiorem ornatioremque de integro instituendum atque instaurandum. In quo nihil de nostro sensu (quod semper ferè aliàs fecimus) nihil de nostra inuentione arbitrióque dictum volumus: sed omnia ab iduneis authoribus repetita conferri, inque medium proponi: atque id modò verum ratúmque haberi, quòd ecclesiæ iudicio & æstimatione atque censura receptum est & comprobatum. Itaque ne Lactantio quidem licet viro doctissimo ac disertissimo, & quem facimus plurimi, sæpéque in hac analogia loquentem fecimus, in omnibus credi volumus: sed neque Papiæ illi (vt aiunt) Hierapolitæ sacerdoti ac præsuli licet antiquissimo, & temporibus apostolicis vicino. quoniam vterque, nescio qua persuasione imbutus, & nescio qua fallaci opinatione inductus, vel sanè seductus, absurda quædam de mille annis regni Christi in terras postmodò reuersuri ac triumphaturi, déque bis abolendo intra millе annos hominum genere & orbe vniuerso perdendo sensit atque scripsit. vnde emersit olim Chiliastarum denominata hæresis; quam vt stolidam & insulsam confutauit Epiphanius lib. 3. hæresi 77. aduersus Apollinarium senem differens. sed de Lactantio subiiciam nonnulla, ex quibus mens ipsius innotescat. sic igitur cap. 22. lib. 7. Nam quòd peractis apud inferos mille, rursus ad vitam restitui cecinit Maro, dicens,

Hi omnes vbi mille rotam volvere per annos,
Lethæum ad fluuium Deus euocat agmine magno,
Scilicet immemores supera vt conuexa reuisant,
Rursus & incipiant in corpora velle reverti;

hæc (inquit) eum ratio fefellit, quòd resurgent defuncti non post mille annos mortis suæ: sed vt restituti rursus in vitam mille annis cum Deo regnent. vbi tamen rectè statuit aduersus Chiliastas, qui nouam vitam ducere & rursus emori suos perhibent, ex Epiphanio; Ergo semel (inquit) fieri resurrectionem necesse est, cùm malum fuerit ablatum: quoniam eos qui resurrexerint, nec moriam vlteriùs (intellige de vniuersali resurrectione; nam qui olim resurrexerant, iidem rursus mortui sunt) nec violari vllo modo fas est, vt beatam possint agere vitam, quorum mors resignata est. Quæ de Anastasi (subiicit cap. 24.) philosophi quoque dicere aliquid conati sunt tam corruptè, quàm poetæ. nam Pythagoras transire animas in noua corpora disputauit; sed ineptè, quòd ex hominibus in pecudes, & ex pecudibus in homines; & seipsum ex Euphorbo esse reparatum. & Sibylla dixit;

Οἱ μὲν δ' ἀνθρώπων, πάλιν ζώους ἔτι γαῖαν,
Πέμψει τῶν ἄρσας, ἐμὲ δ' αὖθις ἀθάνατον.
Qui autem pietatem colunt, iterum viuunt in terra,
Spiritum Deo dante; hanc eorum famul & vitam ipsa.

idem mox sequenti cap. 24. Cùm Deus deleuerit iniustitiã, iudiciúmq; maximũ fecerit, ac iustos qui à principio fuerunt, ad vitam restauraverit, mille annis inter homines versabitur, eósq; iustissimo imperio reget, quod alibi Sibylla vaticinans furénsque proclamat,

Καὶ τότε δὴ μάκαρες, θνητοῖς μέτα πᾶσι μέροπες

Mundum conditum peribit.

Quæstio.

De Origene.

An mundi olim infiniti, & quo ordine creati.

Philosophi veteres multis dissimiles posteriores.

Quòd nouum orbem instaurandum, quale.

N. institutum.

De Lactantio, & Papia.

Chiliastarum opinio.

Post mille annos renascere, quid dicitur.

Corpora post resurrectionem non moriuntur.

N. intellige vniuersitatem.

Philosophi & poetæ male de resurrectione senserunt.

Pij reuiuiscent.

Deus inter homines sanctissimos mille annis degit, qui

Audite me homines, rex ſempiternus dominatur.

Homines intra millenarium reſuſcitati quid agent.

Tum qui erunt in corporibus viui, non morientur; ſed per eoſdem mille annos infinitam multitudinem generabunt, & erit ſoboles eorum ſancta & Deo chara. Quj autem ab inferis ſuſcitabuntur, ij præerunt viuentibus velut iudices. gentes verò non extinguentur omnino, ſed quędam relinquentur in victoriam Dei, vt triumphentur à iuſtis, ac ſubiugentur perpetuæ ſeruituti. vbi mox de principe dæmonum carenis vinciendo & cuſtodiæ tradendo per mille annos cœleſtis imperij, quo iuſtitia in orbe regnabit, de quo mox ex Apocalypſi. & ſequenti deinceps cap. 26. mira quædam narrat de dæmonis illius ſoluti à vinculis emiſſione, déq. altero maximo iudicio, vel adeo quàm fuit prius, horribiliori & formidabiliori. dein ſubiicit, Cùm verò completi fuerint mille anni, renouabitur mundus à Deo, & cœlum complicabitur, & terra mutabitur, & transformabit Deus homines in ſimilitudinem angelorum, & erunt candidi ſicut nix, & verſabuntur ſemper in conſpectu omnipotentis, & domino ſuo ſacrificabunt, & ſeruient in æternum. vbi mox de ſecunda reſurrectione vniuerſali piorum impiorúmque, & diabolorum æterno cum ſuis in igne cruciatu. qualia ferè repetit idem in epitome diuin. inſtit. cap. 11.

Diabolus vinctus, deinde ſolutus.

Deus olim iudicia. Et quid à poſtremo contingat.

Duplex olim corporum reſurrectio, qualis.

De Papia autem, præter ea quæ Hieronymus, Philaſter, Epiphanius, Auguſtinus & alij cenſores Eccleſiaſtici perhibent, ita Euſebius lib. 3. cap. vlt. poſt nonnulla ex eodem; Dicit Papias & alia plurima à maioribus ſibi tradita miracula, & nouas quaſdam parabolas Saluatoris & doctrinam incognitam magiſque fabuloſam; mille annos futuros poſt reſurrectionem, quib. corporaliter regnum Chriſti in hac terra futurum ſit. Sed ego puto eum ſpirituales & myſticas apoſtolorum traditiones corporaliter & ſecundùm literam ſuſcepiſſe, nec potuiſſe diſcernere ea, quæ illi in figuris, velut lactentibus & parunlis loquebantur: qui & reuera etiam ex ipſis quæ conſcripſit opuſculis, exigui ſenſus vir & minùs capacis oſtenditur. Multis tamen poſt ſe eccleſiaſticis viris erroris huius præbuit cauſſas, authoritatem dogmati tantùm ex vetuſtate tribuens, non etiam ex ratione dictorum. & tamen idem libro eodem cap. 28. ita de Cerintho extulerat ex Caio authore Eccleſiaſtico. Sed & Cerinthus (inquit) per reuelationes quaſdam, quas velut à magno Apoſtolo cõfictas & per Angelos ei reuelatas putaret, talia quædam portenta nobis introducit. Poſt reſurrectionem terrenum dicit futurum eſſe regnum Chriſti in Hieruſalem, & homines in carne iterum concupiſcentijs & vitijs ſubiectam conuerſationem habituros. Contra fidem quoque ſcripturarum, quoſdam mille annos deſignat, in quibus multa quidem & alia corruptionis opera, & nuptiarum feſtiuitates dicit futuras, ad eos qui libidini ſunt dediti, decipiendos. Sed & Dionyſius cùm de Ioannis reuelatione differeret, Cerinthus (inquit) à quo & Cerinthiana hæreſis oborta eſt, figmentis ſuis authoritatem magni nominis acquirere, ſecundùm ſcripturæ huius prauam intelligentiam geſtiebat: quippe cuius hæc erat hæreſis, vt affirmaret terrenum futurum eſſe Chriſti regnum. & quia erat ventri & gulæ deditus, ea futurus decernebat, quæ ſibi propria libido dictabat. ventris & eorum quæ ſub ventre ſunt, incitamenta, cibis, potibus, nuptiis prædicabat explenda. & vt aliquid ſacratius dicere videretur, legales aiebat feſtiuitates rurſum celebrandas, & hoſtias carnes iterum iugulandas. de cæteris ad Irenæum remittit lib. 1. quem tamen huic errori affinem volunt fuiſſe.

Nihil hanc opinionem ſtatim euertet Auguſtinus.

Regnum Chriſti in terris mille annorum.

Imò hæc ſpiritualiter accipienda.

Papiæ error. author.

De Cerintho.

Chiliaſtarum opinio.

Apocalypſi male intellecta dedit occaſionem erroris.

Hi ſunt igitur χιλιασταί hæretici, de quibus ij quos antè nominaui: millenarios Latinè dixeris. quos inter, doleo numerari viros alioqui probos & doctos, Papiam illum, Irenæum, Tertullianum, Apollinarium, Lactantium, Victorinum Pictauienſem, quem illi Pictabionenſem dicunt. quorum virorum fecit authoritas, vt Hieronymus in Hieremiam id commentum damnare apertè non audeat (quamuis alibi eleuet atque irrideat vt inane & frinolum, atque acriter inceſſat & conuellat, vt etiam comment. in Ezechielem) quòd multi eccleſiaſticorum virorum & martyrum id dixerint atque ſenſerint. idem tamen Hieronymus in Eſaiam laudat Dionyſium Alexandrinum Epiſcopum (cuius nuper meminimus) qui elegantem ſcripſerit librum irridens mille annorum fabulam, & auream atque gemmatam in terris Ieruſalem, inſtaurationem templi, hoſtiarum ſanguinem, otium ſabbati, circunciſionis iniuriam, nuptias, partus, liberorum educationem, epularum delicias, & cunctarum gentium ſeruitutem; rurſúſque bella, exercitus ac triumphos & ſuperatorum neces, mortémque centenarij peccatoris. hæc Hieronymus, qualia ferè Auguſtinus memorat lib. 20. cap. 7. 8. 9. ciuitatis diuinæ: & iam antè Lactantius diſertè magis quàm verè, ſi vi orationis & eloquentiæ plauſibilis perſuadere poſſet, ſic intulerat cap. 24. lib. 7. Sub id tempus princeps dæmonum, qui eſt machinator omnium malorum, catenis vincietur, & erit in cuſtodia mille annis cœleſtis imperij, quo iuſtitia in orbe regnabit, ne quod malum aduerſus populum Dei moliatur. poſt cuius aduentum congregabuntur iuſti ex omni terra: peractóque iudicio, ciuitas ſancta conſtituetur in medio terræ: in quo ipſe conditor Deus cum iuſtis dominantibus commoretur: quam ciuitatem Sibylla deſignat, cùm dicit,

Chiliaſtarum aſſeclae etiam viri boni.

Chiliaſtarum opinionis ſumma.

Mille annis Chriſti in terra regnantis, quales.

Καὶ τότε δὴ τότε ἔσται θεὸς, ἀνδρὶ ἔοικως
Ἀμφιτρίτης ἀσπετον, ἐν ἑνὶ, πᾶσι κολώνοις.

Tunc auferentur à mundo tenebræ illæ, quibus offundebatur atque occæcabatur cœlum, & luna claritudinem ſolis accipiet, nec minuetur vltrò: ſol autem ſepties tantò quàm nunc eſt, clarior fiet. terra verò aperiet fœcunditatem ſuam, & vbertimas fruges ſua ſponte generabit: rupes montium mella ſudabunt: per riuos vina decurrent, & flumina lacte inundabunt. mundus denique ipſe gaudebit, & omnis rerum natura lætabitur erepta

Regni millenarij Chriſti in terris magnificentia & vbertas & amplitudo.

& liberata dominio mali & impietatis & sceleris & erroris. non bestiæ per hoc tempus sanguine alentur, non aues præda: sed quieta & placida erunt omnia. leones & vituli ad præsepe simul stabunt: lupus ouem non rapiet: canis non venabitur: accipitres & aquilæ non nocebunt: infans cum serpentibus ludet. denique fient illa, quæ poëtæ aureis temporibus facta esse iam Saturno regnante dixerunt, & qualia cecinit Virgil. 4. ecloga,

Cedet & ipse mari vector, &c.

quæ poëta secundùm Cumææ Sibyllæ carmina prolocutus est. Erythræa verò talia cecinit, referente eodem Lactantio ibidem; quòd feræ cum cicuribus versabuntur, infantes cum draconibus colludent, tellus sponte omnigenos fructus & flores feret, riui melle & vino diffluent, lacte & tritico exundabunt: qualia de prophetis excerpsi comment. in Strab. vbi de Iesu pueri natalibus tractaui. denique vt ait illa velut prophetissa,

Regni Christi in terris felicitas.

Καὶ γάλα τ' ἀμβροσίης ἱδυώσεται ἀνέρας ἁπάντας.
Lac immortalitatis manabit omnibus iustis.

Sed quia Papias Ioannis discipulus perhibetur, & quidem (opinor) potiùs presbyteri vel theologi cognominati, quàm illius Apostoli & Euangelistæ; atque simile quiddam, sed spiritualiter intelligendum, non carnaliter & nudè crudéque accipiendum, in Apocalypsi traditur ac proponitur (cuius authorem alij apostolum, alij presbyterum dictum illum, alij alium perhibent, vt Eusebius memorat; nos ecclesiæ iudicio, de Ioanne Euangelista acquiescimus) lubet ex eodem nonnulla hîc subiicere: prætermisso tamen prælio cum dracone antiquo ex cap. 12. & sequentibus istam dimicationem celebrantibus, victo diabolo, exultantibus atque ouantibus sanctis, & festiua epinicia concinentibus. sic igitur ille cap. 20. Et vidi angelum descendentem de cœlo habentem clauem abyssi & catenam magnam in manu sua. & apprehendit draconem serpentem antiquum, qui est diabolus & satanas, & ligauit eum per annos mille: & misit eum in abyssum, & clausit & signauit super illum, vt non seducat amplius gentes, donec consummentur mille anni: & post hoc oportet illum solui modico tempore. Et vidi sedes, & sederunt super eas, & iudicium datum est illis: & animas decollatorum propter testimonium Iesu & propter verbum Dei, & qui non adorauerunt bestiam nec imaginem eius, nec acceperunt characterem eius in frontibus aut in manibus suis: & vixerunt & regnauerunt cum Christo mille annis. hæc est resurrectio prima. Beatus & sanctus qui habet partem in resurrectione prima: in his secunda mors non habet potestatem: sed erunt sacerdotes Dei & Christi, & regnabunt cum illo mille annis. Et cùm consummati fuerint mille anni, soluetur satanas de carcere suo, & exibit & seducet gentes quæ sunt super quatuor angulos terræ Gog & Magog: & congregabit eos in prælium: quorum numerus est sicut arena maris. vbi impiorum cum seductore exitium æternum describitur: dein resurrectio iustorum prædicatur: & mors secunda nominatur, qua infernus & mors cum diabolo & reprobis missi sunt in stagnum ignis. Agnosco ex his pleraque à Lactantio vsurpata, & eleganter expressa vbi priùs. Sed quid ad quæstionem propositam, dices, qua id inquiritur, An nouus demum orbis post hunc abolitum excitabitur? Multum id quidem, inquam: sed quod sequitur, multò magis.

Apocalypsis nõ carnaliter intelligenda.

Diabolus extrèmò vinctus, quorsum.

Esaias, qui mundi per ignem consummandi vaticinatus erat excidium: idem etiam noui eiusdem instaurandi excitandique spem iniecit & argumentum, cap. 65. Ecce (inquiens) ego creo cœlos nouos & terram nouam: & non erunt in memoria priora, & non ascendent super eos. sed gaudebitis & exultabitis vsque in sempiternum in his quæ ego creo. Quia ecce ego creo Ierusalem, exultationem; & populum eius, gaudium. & exultabo in Ierusalem, & gaudebo in populo meo: & non audietur in ea vltrà vox fletus & vox clamoris. non erit ibi amplius infans dierum, & senex qui non impleat dies suos: quoniam puer centum annorum maledictus erit. idem sequenti cap. 66. & vltimo, Quia sicut cœli noui & terra noua, quæ ego facio stare coram me, dicit Dominus: sic stabit semen vestrum & nomen vestrum. Sed & Petrus, qui Esaiæ consenserat de mundi per ignem exitio, ita subintulit 2. epistol. 3. Nouos verò cœlos & nouam terram & promissa ipsius expectamus, in quibus iustitia habitat. Domino enim veniente ad iudicium, vt P. Lombardus explicat lib. 4. distinct. 47. præcedet ante eum ignis, ex Psalmo 49. quo comburetur facies mundi huius. & peribit cœlum & terra, non secundùm substantiam, sed secundùm speciem quæ immutabitur: cœlum quidem aëreum, non æthereum. Tantum enim ascendet ignis in iudicio, quantum ascenderunt aquæ in diluuio. ille autem ignis, malis qui reperti fuerint viui, erit consumptio: bonis verò non, ex Augustino cap. 18. lib. 20. ciuit. Dei. Hoc erit incendium mundi sanctis, quod fuit caminus tribus pueris: in quibus si aliquid purgandum fuerit, per illum ignem purgabitur: aliis verò nullam ingeret molestiam. idem mox rursum distinct. 48. eiusdem libri; Veniente autem ad iudicium Domino in fortitudine & potestate magna, sol & luna dicuntur obscurari; non sui luminis priuatione, sed superueniente maioris luminis claritate. Virtutes quoque cœlorum, id est angeli dicuntur moueri: non metu damnationis, vel aliqua perturbatione pauoris; sed quadam admiratione eorum quæ viderint. Cùm autem factum fuerit cœlum nouũ & terra noua; tunc erit lux lunæ sicut lux solis; testante Esaia cap. 30. & lux solis erit septempliciter, sicut lux septem dierum. & Zacharias cap. 14. Et erit dies vna, quæ nota est Domino, non dies neque nox, & in tempore vesperi erit lux. quasi dicat, Non erit diei & noctis vicissitudo, sed lux continua. Esaias autem ibidem cap. 60. Non erit ibi (inquit) amplius sol ad lucendum per diem, neque splendor lunæ illuminabit te: sed erit tibi Dominus

Mundi & omnium renouatio, quale.

Mundi instaurati delitiæ & magnificentia.

Mundi renouatio eundem.

Mundi cõsummandi forma.

Ignis iudicij purgatorius.

Iudicij forma explicatur.

Regnum Christi mille annorum.

Resurrectio duplex.

Diabolus soluitur & grassatur.

Mundi renouatio qualis futura.

Nullus vsus solis & lunæ post iudicium.

in lucem sempiternam. Nempe iis qui in æterna beatitudine erunt, nulla luce solis aut lunæ opus erit. quia vrait Hieronymus in eum locũ, Cœli & terræ, solis atque lunæ nobis cessabit officium, & erit ipse Dominus lumen suis in perpetuum. Alij solis & lunæ tunc nullum fore ortum aut occasum asserunt. vnde dixerit Abacuc cap. 3. Sol & luna steterunt in ordine suo. quo fieri putant, futurum quidem vt sol & luna tunc luceant splendidissimè, sed in loco suo stabiliter permaneant. Ideóque iuxta Isidorum in Esaiam, non veniet ad occasum nec sol, nec luna: sed in ordine quo creati sunt, stabunt: ne impij in tormentis sub terra positi fruantur luce eorum. ita ille. Si verò quæritur, quis visus lucis solis & lunæ tunc? respondet P. Lombardus, Fatcor me ignorare, quia in scripturis non memini me legisse. itaque consulendi sunt eius acutissimi interpretes, numquid supra magistrum sapiant. fit enim plerumque quod veteri Græcorum Prouerbio exulit M. Tullius, πολλὰ μαθητὴν ἀμείνονα διδασκάλου. plerique discipuli præstantiores magistris extitere. sed nunc non vacat, illos & numero frequentes, & doctrina celebres, & acumine ingenij perspicaces attentiùs euoluere: quia ad exitum nostra tendit oratio.

Solis & lunæ splendor qualis à iudicio.

Prouerb.

Dubium.

Illud magis attendendum est, quod plerisque visum est, & potissimùm Græcis doctoribus; mundum hunc nonam nihilum redigendum, & quod canit ecclesia, seculum per ignem prorsus abolendum, & ad nihilum redigendum: sed nouo quodam modo à Deo immutandum. Fortè enim vt de iis qui vini in aduentu Christi reseruantur, non morte extinguendos quidam arbitrantur, vt patuit: sed vinos vtique immutandos & immortalitatem adepturos: sic rerum naturæ congruentius arbitrantur, mundum hunc, quo nihil pulchrius, nihil ornatius, nihil admirabilius, non igne quidem consumendum & in totum abolendum, sed velut expurgandum siue purificandum, & à sordibus ac velut à senio extergendum & vindicandum: vt deinceps illustrior, clarior, splendidior euadat (sicut cecinit Ouidius)

Scilicet vt fuluum spectatur in ignibus aurum.

Verùm ne quid affingere videar, præsertim in re tanti momenti, producendi sunt in arenam ij, quibus id placuisse credibile sit: non philosophi illi, quos iam antè produximus, quorum animus in eam potiùs sententiam propendet, vt ostendi; sed ipsi doctores ecclesiastici, atque in vtraque lingua & in vtraque ecclesia orientali percelebres. Hieronymus in Esaiam, ad illud Psalmi 101. A principio tu terram fundasti, alludens ita scripsit; In hoc perspicuè demonstratur, perditionem & interitum, non abolitionem in nihilum, sed commutationem in melius fieri. neque enim illud quod alio loco scriptum est, Luna fulgebit vt sol, & septuplum lumen accipiet, interitum significat pristinorum, sed commutationem in melius. ita ille. quem secutus F. Georgius Venetus, Cœlum & terra transibunt, non vt pereant, sed vt in meliorem sortem mutentur, ait.

Analogia vinorum ad immortalitatem, & mundi ad æternitatem.

Mũdus immutandus, non abolendus.

A similit.

A Dixi paulò antè ex Cic. Stoïcis ita visum esse, vt renouatio mundi fieret, atque idem ornatus oriretur. ita ferè suprà Athenagoras: sed huic instituto propiùs illic Hermes, mundum igne purificatum, & aquarum eluuione, velut lixiuio quodam generali detersum, denuò restitutum iri prædixit. reliquorum philosophorum opiniones non retexam: ad alias potiùs indagandas conuertar. Igitur Cyrillus illa Esaiæ exponens, dixit, Ἴσασιν δὲ τῆς ἀρχαίου κτίσεως ἐπιλύσεις τινὲς εἰς τὸ ἀμείνω μεταβολάς. οἱονεὶ γὰρ τῆς κτίσεως ἀπολουομένης, καὶ ἐκ τοιαύτης ἀποκαθαιρομένης, καθάπερ δή τινος ἐκ ῥύπου παλαιᾶς ἐπιλύσεως γενομένης· καινοῦται δὲ πάλιν εἰς τὸ ἀμείνω ἕξιν. Innouationem reparationémque ad meliorem statum, appositè dixit mortem clementorum. itaque fore prædixit quemadmodum corporum humanorum, renouationem rerum creatarum, quasi à mortuis resurrectionem. resolutis autem elementis, salutare meum erit in æternum, ait. ita & Seuerus theologus Græcus sensit inquiens; οὐ παντὰ πάμπαν ἀπόλλυται, οὐδὲ γὰρ οἱ καταποντισμοὶ αὐτὰ διέφθειραν παντάπασιν ἀπολέσαντες, ἀλλὰ τὰ μὲν ἐκεῖ ὑγρὰ δὲ καὶ ἀπῶτε ὑπὸ κατακρήνων μεθέστηκεν. Non omnimodam dicit consummationem: neque enim & hi qui inhabitant ipsam terram, tali interitui subiacebunt; sed temporariam, per quam in incorruptionem mutabuntur. sed & Eusebius inquit, Ἴσασιν δὲ ἀρχαῖόν τινα λόγον ἱστορίας περὶ κόσμου, ὡς τὰ μὲν ἄνω, οὐδὲ ἀπόλλυται, οὐδὲ ἀφανισμὸν ἔσεσθαι τῷ παντὶ τοιοῦτον ὑπολαμβάνει λόγος· ἀλλ' ὡς αἱ ἐπικλύσεις δίκην ἔσεσθαι φασὶ τὰ κάτω γεγαμμένα, εἰς μέλη φθορᾶς ἐκ βίλους τὰ ἄνω ἔσεσθαι ἀνακαθάρσεις τῆς ἀθρόας καὶ τῶν σώματα ἐκείνων ἀναζέσεις, καὶ ἀναπλάσεις ἀνανεώσεις ἐπιτάσεις τῆς εἰς τὸ αἰῶνα ἀμείψεως· τὴν δὲ αἰ

Hieronymus in ſuam ſententiam voluit aptare, A qua cenſet mundum hunc non abolendum prorſus, ſed in melius commutandum. quod quomodo fieri poſſit, familiari iſthoc docet exemplo comment. in 65. Eſaiæ; Quod vt poſſit intelligi, noſtræ conditionis ponamus exempla, inquit. Infans cùm in puerum creuerit, & puer in iuuenem, & iuuenis in ſenem, nequaquam per ſingulas ætates periit: idem enim eſt qui priùs fuit: ſed paulatim immutatur, & ætati priſtinæ periiſſe dicitur. Quod intelligens & Paulus loquebatur, Præterit enim figura huius mundi. conſideremus quid dixerit, figura, non ſubſtantia. ſic ille. tale eſt illud Seruatoris Matt. 24. Cœlum & terra tranſibunt. P. Lombardus B adſtipulari huic ſententiæ viſus eſt, cùm dixit lib. 4. diſtinct. 47. Domino veniente ad iudicium, præcedet ante eum ignis, quo comburetur facies mundi huius: & peribit cœlum & terra, non ſecundùm ſubſtantiam, ſed ſecundum ſpeciem quæ immutabitur: cœlum quidem aëreum, ſed non æthereum. Tantum enim aſcendit ignis in iudicio, quantum aſcenderunt aquæ in diluuio. ita ille haud ſcio quo authore, mihi interim ſuſpecto, donec de eo idoneo fidéque digno conſtet. & tamen de eo ſcholaſtici Theologi, vt apparet, obmutescunt, quaſi tacito ſilentio prodant aſſenſum. Auguſtinus has ſalebras vidit, & ſaltu concitato præteruolauit: ſic enim comment. in Pſal. C 101. Iam ergo dixit periiſſe cœlos per diluuium: periiſſe autem nouimus cœlos ſecundùm quantitatem & ſpatia aëris huius. excreuit enim aqua, & totam iſtam capacitatem, vbi aues volitant, occupauit. ac ſic vtique cœli perierunt propinqui terris, cœli ſecundùm quod dicuntur aues cœli. Sunt autem & cœli cœlorum ſuperiores in firmamento. ſed verùm iſti perituri ſint igne, an hi ſoli cœli qui etiam diluuio perierunt, diſceptatio eſt aliquantò ſcrupuloſior inter doctos, nec facilè (maximè in anguſtia D temporis) explicari poteſt. dimittamus ergo eam, vel differamus. nouerimus tamen perire iſta, Deum manere. hactenus Auguſt. cuius ego ſecutus conſilium, hanc difficultatem magnam profectò Doctoribus decidendam, vel concilio definiendam relinquam. Cùm tamen vis verborum Petri tanta ſit, vix vt ſubterfugere liceat, quin liberè & candidè fatearis, quod dicitur; elementa ignis calore ſoluenda, non aërem tantùm: & terram & quæ in ipſa ſunt opera, exurenda. denique cœlos ardentes ſoluendos. quod quomodo de aëre capi queat, non video, vt & ardeat (quam fortè flammam E dixeris, ignis cum Philone tres partes conſtituens) & ardendo reſoluatur. maius enim videtur eſſe, quod vox illa inopias & hominibus ſtupore attonitis comminatur. Vnde & hic mos eccleſiæ pridem inoleuit, vt paſſim cecinat. Et ſeculum per ignem. Quorſum ſpectare videtur concilium Lateranenſe ſub Leone decimo, philoſophorum principia & concluſiones damnans, de animæ mortalitate & mundi æternitate, à recta fide alienas. Deinde quos nouos cœlos promittit, ij ſunt vtique quos ignis depaſtus eſt atque expurgauit & excoquendo purificauit. quomodo dixit poëta, Virgil. in georg.

——*ſine omne per ignem*
Excoquitur vitium. ——

aut ſanè pro illis iam igne conſumptis (quomodo enim nouos dixeris, ſi iidem permaneant?) alij quidam puriores & defæcatiores multóque limpidiores, vt Eſaias nominatim de ſole & luna deſignauit: vt de terra, aqua & aëre purioribus olim & omni ex parte melioribus idem per analogiam intelligas. vt verum ſit quod dicitur, Ecce noua facio omnia. qualiter poſt reſurrectionem diximus humana corpora prioribus longè agiliora, ſubtiliora, clariora perfectioráque futura: denique cœleſtia, ſpiritalia, impatibilia, incorruptilia; pro terreſtribus, animalibus, patibilibus, corruptibilibus, euaſura. ſed Auguſtinum haud ita multò pòſt reuocabimus, hîc nihil apertè definientem; vt quid ſentiat, liberè profiteatur. ad Ioannem noſtrum regredior, quem Lactantius videtur antea expreſſiſſe, & velut interpretem agendo, Latinè loquentem induxiſſe; ſimul & Eſaiam de cœlorum & terræ noua creatione ſeu innouatione explicaſſe. ſic ergo Ioannes cap. 21. Eſaiæ & Petro conformiter intulit.

Et vidi cœlum nouum & terram nouam. primum enim cœlum & prima terra abiit, & mare iam non eſt. Et ego Ioannes vidi ſanctam ciuitatem Ieruſalem nouam deſcendentem de cœlo à Deo, paratam ſicut ſponſam ornatam viro ſuo. Et audiui vocem magnam de throno dicentem, Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cum eis, & ipſi populus eius erunt, & ipſe Deus cum eis erit eorum Deus. Et abſterget Deus omnem lacrymam ab oculis eorum: & mors vltrà non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit vltrà, quia prima abierunt. Et dixit qui ſedebat in throno, Ecce noua facio omnia. vbi mox deſcribitur ſancta ciuitas Ieruſalem, ſponſa & vxor agni. de qua ſubdit, Et templum non vidi in ea: dominus enim Deus omnipotens, templum illius eſt, & agnus. Et ciuitas non eget ſole neque luna, vt luceant in ea: nam claritas Dei illuminabit eam, & lucerna eius, eſt agnus. & ambulabunt gentes in lumine eius: & reges terræ afferent gloriam ſuam & honorem in illam. & portæ eius non claudentur per diem: nox enim non erit illic. & afferent gloriam & honorem gentium in illam. Non intrabit in eam aliquod coinquinatum, aut abominationem faciens & mendacium: niſi qui ſcripti ſunt in libro vitæ agni &c. Quæ omnia quomodo ſint intelligenda, piis & peritis relinquo diiudicandum: mihi nunc ſufficiet Auguſtini proponere iudicium, ex eo quidem opere, quod ſacrorum myſteriorum & humanioris literaturæ arcana complectitur. cui vtrique ſtudio cum omni moderatione & pro noſtra mediocritate, quantum licet, incumbere nitimur, & adhuc oſtendimus, ſi modò aliquid

Mundus instaurandus, non perdendus.
A ſimili.
Figura mundi præterit, non ſubſtantia.
Cœli qui diluuio perierint.
N. ἀναθυμίασιν aquæ ad cœlum peruenit, quæ aëris campum terminatur? at neque illic de cœlis nominatim idem ſuprà liberiùs ſtatuit.
An cœlum ſupremum igne conſumendum?
N. ſuprà contra Porphyr. non dubitauit aſſerere.
Quòd cœlum & mundus totus conflagrabit reapſe.
Mundi æternitas cœlitus condemnata.
Mundus qualiter repurgandus ſit.
A ſimili.
Corporum ante & poſt reſurrectionem differentia.
Nouæ innouatio qualis.
Ieruſalem, ciuitas Dei.
Deus cum hominibus habitabit, qualiter vltrà.
Ieruſalem ſine templo, ſine ſole & luna, ſine portis clauſis, &c.
N. inſtitutum.

potuimus efficere aut assequi. sic igitur ille lib. 20. cap. 7. de ciuitate Dei, De duabus resurrectionibus Ioannes Euangelista in eo libro qui dicitur Apocalypsis, eo modo locutus est, vt earum prima à quibusdam nostris non intellecta, insuper etiam in quasdam ridiculas fabulas verteretur. Quj propter libri huius verba, primam resurrectionem futuram suspicati sunt corporalem, inter cætera maximè numero annorum mille permoti sunt: tanquam oporteret in sanctis eo modo velut tanti temporis fieri sabbatismum, vacatione scilicet sancta post labores annorum sex millium, ex quo creatus est homo, & magni illius peccati merito, in huius mortalitatis ærumnas de paradisi felicitate dimissus est: vt quoniam scriptum est, Vnus dies apud Dominum sicut mille anni, & mille anni sicut dies vnus; sex annorum millibus, tanquam sex diebus impleris, sequatur velut sabbati septimus in annis mille postremis; ad hoc scilicet sabbatum celebrandum resurgentibus sanctis. Quæ opinio esset vtcumque tolerabilis, si aliquæ deliciæ spiritales in illo sabbato affuturæ sanctis per Domini præsentiam crederentur: nam etiam nos hoc opinati fuimus aliquando. Sed cùm eos qui tunc resurrexerint, dicant immoderatissimis carnalibus epulis vacaturos, in quibus cibus sit tantus ac potus, vt non solùm nullam modestiam teneant, sed modum quoque ipsius incredulitatis excedant; nullo modo ista possunt nisi à carnalibus credi. hæc Augustinus aduersus χιλιαστάς, quos miliarios interpretatur. ac deinceps Apocalypseos citatam à me sectionem, & nonnulla etiam alia doctè & subtiliter, sed pluribus deinceps capitibus enucleat: quæ singula ad verbum recitare sit superuacaneum, simúlque legentibus fastidium fieret, si tam multa hinc inde collecta congererem. hoc tamen scire huius loci interest ex cap. 14. ibidem, Peracto iudicio tunc esse desinet hoc cœlum & hæc terra: quando incipiet esse cœlum nouum & terra noua: Mutatione namque rerum, nõ omnimodo interitu transibit hic mundus. Figura enim præterit, non natura, subiungit ex Apostolo. & mox cap. 16. Tunc figura huius mundi, mundanorum ignium conflagratione præteribit: sicut factum est mundanarum aquarum inundatione diluuium. Illa itaque vt dixi, conflagratione mundana, elementorum corruptibilium qualitates, quæ corporibus nostris corruptibilibus congruebant, ardendo penitus interibunt: atque ipsa substantia eas qualitates habebit, quæ corporibus immortalibus mirabili mutatione conueniat: vt scilicet mundus in melius innouatus aptè accommodetur hominibus etiam carne in melius innouatis. Quod autem ait, Et mare iam non est: vtrùm maximo illo ardore siccetur, an & ipsum vertatur in melius, non facilè dixerim. cœlum quippe nouum & terram nouam futuram legimus. de mari autem nouo aliquid me vspiam legisse non recolo. &c.

Resurrectio duplex.

Error Chiliastarum.

Sabbatismus septimi millenarij.

Augustini sententiam.

Chiliastarum error de deliciis corporalibus.

Mille anni post iudicium, qualis.

Mundi figura cõflagrabit, non substantia.

Elementorum qualitates ignis absumet, nõ substantiã.

Analogia mundi renouati ad humana corpora renouata.

Hæc ex Augustino sufficit mihi collegisse, quem vt virum doctum admiror, & vt sanctum colo ac veneror. qui autem horum locorum Esaiæ & Iohannis interpretes & commentatores numero plures, doctrina haud superiores, sanctitate neutiquam præstantiores consulere cupit, atque in istis difficultatibus enodandis ingeniorum acumen periclitari desiderat, fas per me quidem est, neque obluctor. Quod autem ad me attinet, non plus sapere ad sobrietatem contentus viuo, Pauli consilium secutus Rom. 12. atque in omni ancipiti dubiáque quæstione rei quæ ad fidem & ad sacra pertinet (de rebus enim philosophicis & iatricis plus mihi indulgere soleo & liberiùs statuere) non tam meo priuato iudicio mihi standum decreui, quàm ecclesiæ authoritati, decisioni, resolutioni, definitionique acquiescendum. Sed quia de hominis conditione in vtramque partem priùs disserui, & prauorum exitum miserum ac miserandum, pœnisque æternis, cum sacro canone addixi, & genera acerbitatis suppliciorum cum sactis doctoribus attigi, ita sanciente Iohanne cap. 21. Apocalyps. Pars illorum erit in stagno ardenti igne & sulphure, quod est mors secunda: vel vt cap. 20. diabolus seductor missus est in stagnum ignis & sulphuris, vbi & bestia & pseudopropheta cruciabuntur die ac nocte in secula seculorum. restat nobis ad extremum de homine vniuersum sermonem, & analogiæ totius summam claudere volentibus, vt de bonorum ac beatorum æterna felicitate, déque sempiternis paradisi gaudiis κατ' ἀναγωγὴν, vt antè lib. de immortalitate animæ fecimus, in vltima nostri huius & perplexi & prolixi operis parte peroremus, eundem secuti ducem Augustinum ex eodem opere ciuitatis diuinæ cap. 30. & vltimo; ex quo aliàs alio ex libro, qui est de spiritu & anima, cap. 55. & 56. diuersis vtcumque verbis idem argumentum commentatio nostro ad Strab. expressimus. sic igitur ille suum egregium claudit opus elaboratum ingenio, & excultum industria, variáque & multiplici doctrina non solùm vendibile, sed etiam multa laude & commendatione dignum. Quanta igitur erit illa felicitas, vbi nullum erit malum, nullum latebit bonum, vacabitur Dei laudibus, qui erit omnia in omnibus? Nam quid aliud agetur, vbi neque vlla desidia cessabitur, neque vlla indigentia laborabitur, nescio. Admoneor etiam sancto cantico, vbi lego vel audio, Beati qui habitant in domo tua Domine, in secula seculorum laudabunt te. Omnia membra & viscera incorruptibilis corporis, quæ nunc videmus per vsus necessitatis varios distributa (quos ferè præcipuos hactenus vberi oratione, si non eleganti & polita, exposuimus, simúlque partes ipsas præcipuas eodem filo prosecuti sumus) quoniam tunc non erit ipsa necessitas, sed plena, certa, secura, sempiterna felicitas, proficient in laudibus Dei. Omnes quippe illi, de quibus hactenus sum locutus, qui nunc latent harmoniæ corporalis numeri non latebunt intrinsecùs

M. scopus & resolutio.

Hominum dispar exitus.

Impiorum pœna.

Pietà laditas.

Homines saluati felicitas, & in paradiso delicia.

Quid agent beati in paradiso.

Corpora & anima laudãt Dominum.

& extrinsecùs (& omnia quæ intra me sunt, dicit Dauid) per corporis cuncta dispositi, & cum cæteris rebus, quæ ibi magnæ atque mirabiles videbuntur, rationales mentes in tanti artificis laudem rationalis pulchritudinis delectatione succendent. Qui motus illic talium corporum sint futuri, temerè definire non audeo, quod excogitare non valeo. tamen & motus & status, sicut ipsa species, decens erit, quicumque erit, vbi quod non decebit, non erit. Certè vbi volet spiritus, ibi protinus erit corpus: nec volet aliquid spiritus, quod nec spiritum possit decere, & corpus iam peccare nescium. Vera ibi gloria erit, vbi laudantis nec errore quisquam, nec adulatione laudabitur. verus honor qui nulli negabitur digno, nulli deferetur indigno, sed nec ad eum ambiet vllus indignus, vbi nullus permitteretur esse nisi dignus. vera pax ibi est, vbi nihil aduersi nec à seipso nec ab alio quisquam patietur. præmium virtutis erit ipse qui virtutem dedit, & qui seipsum, quo melius & maius nihil possit esse, promisit. quid est enim aliud, quod per prophetam dixit, Ego ero illorum Deus, & ipsi erunt mihi plebs: nisi, ego ero vn-

Corporis & animæ in paradiso, & cum animo sympathia.

Homilia in paradiso merces, quæ.

A de satientur: ego ero quæcumque ab omnibus honestè desiderantur, & vita & salus & victus & copia & gloria & honor & pax & omnia bona? sic enim & illud rectè intelligitur, quod ait apostolus, vt sit Deus omnia in omnibus. ipse finis erit desideriorum nostrorum, qui sine fine videbitur, sine fastidio amabitur, sine fatigatione laudabitur. Ibi erit requies sempiterna, sabbatum nostrum, cuius finis non erit vespera, sed dominicus dies velut octauus æternus, qui Christi resurrectione sacratus est, æternam non solùm spiritus, verumetiam corporis requiem præfigurans. Ibi vocabimus & videbimus, videbimus & amabimus, amabimus & laudabimus. ecce quod erit in fine sine fine: nam quis alius noster est finis, nisi peruenire ad regnum, cuius nullus est finis? Videor mihi debitum ingentis huius operis, *σὺν θεῷ*, adiuuante Domino reddidisse. quibus parum, vel quibus nimium est (& hoc potius, atque ideo mihi magis arduum, lectori magis expromptum) mihi ignoscant. quibus autem satis est, non mihi, sed Domino mecum gratias congratulantes agant.

Gaudia paradisi æterna, & sabbatismus.

Conclusio.

Satiabor cùm apparuerit gloria tua, Psalm. 16.

NICOLAI NANCELII

Analogia microcosmi ad macrocosmon

FINIS.

Digitized by Google

NICOLAI NANCELII IN ABSOLVTIONEM OPERIS, HYMNVS DEO, ET ΕΥΧΑΡΙΣΤΙΑ.

O Deus trine, ô vtriuſque mundi
Artifex ſumme, ô moderator idem
Vniuerſi; te celebramus ore
Cordéque puro.
Tu patēs cœlum, vacuámq. terrā;
Tu mare & lymphas liquidas creaſti;
Spiritu dio ſupèr incubante,
Atque fouente.
Luridis lucem à tenebris coruſcam
Separauiſti; liquidóque ſepto
Inferas vndis ſuperis diremptas
Sorte dediſti.
Tu globos aſtris ſuperos notaſti:
Sole tu lucem, tenebráſque lunâ
Inuicem à ſeſe dirimi imperaſti
Sortibus æquis.
Aridam terram omnigenis beaſti
Fructibus, florum variam decore.
Tu repleuiſti innumeris vadoſum
Piſcibus æquor.
Aërem pictis auibus liquentem
Seminauiſti: omnigenûm ferarum
Prole ditaſti, cicurúmque terram,
Reptilúmque.
Sanctius verò reliquis creatis
Vniuerſo deerat adhuc in orbe,
Et magis diuinum animal, capáxque
Induperandi:
Quum Deus ſacro ſuperûm ſenatu
Accito; Iamiam faciamus (inquit)
Principem terris animalibúſque
Præficiendum.
Hic meus legatus erit, vicémque
Solus in terris geret: hic habebit
Vultui impreſſam efficiem deorum, &
Icona diam.
Gloriâ & magno cumulaſti honore:
Angelis paulò minuiſti, eúmque
Deſuper cunctis operum tuorum
Conſtituiſti.
O abyſſos, ô pietatis altos
Gurgites in nos, genus atque noſtrum!
Quos pares nunquam liceat referre
Pectore grates.
Si tamen grates meritas referre
Non opis noſtræ eſt; animis habere
Sit ſatis, quaſcumque valemus vltrò
Cordéque gratis.

FINIS.

Digitized by Google

Refer hanc tertij libri partē pag. 446.

LIBRI TERTII, TERTIA PARS.

DE RISV.

Occaſio tractationis de riſu, & orationis ſeries.

EXPLICATA corporis vniuerſi parte primâ ſummáque, & iis propè omnibus, quæ præclara & inſignia pendent à capite; præcipuéque ſenſibus ſubliſſimè expoſitis, & eorum organis: & conſequenter de dolore & voluptate, de ſomno & vigilia, de viſionis modo, de partium corporis totius exteriorum Græca Latináque nomenclatura, de voce, & aliis tum explicatu difficilibus, tum cognitu vtilibus theſibus, abſoluta & longa & ſuaui, licet obſcura contemplatione:

Nancelius antequam ad ſecundam corporis humani partem generalem accedat, quæ vitales & ſpirabiles partes thorace concluſas ſpeculatur (tertia enim, de partibus naturalibus & genitalibus; quarta, de artubus & extimis partibus aget) hac theſi & bella, & ſubobſcura, & parum à maioribus vel cognita, vel agitata, prolixum ſatis de capite, & animalibus tum viribus, tum ſpiritibus, eorundémque effectis & proprietatibus, ſermonem claudit.

Riſus quorſum attinet.

De riſu, quoniam & ore expromitur, & vultu exprimitur, poſtremo hoc loco dicam; vt inde ad ſecundam corporis humani partem inſignē, nempe thoracem, tranſeam. Neque nunc ea ſubtilitate cum iis contendam, qui riſus nomen Æolicum vetus fuiſſe, ex Polluce tradunt, minùs fortaſſe Latini ſermonis perito: aut à rictu deducunt, quòd ridentes ringere aut ringi canum more videantur: & hunc rurſus *ἀπὸ τοῦ ῥίνος*; vt Riſum velut per transfuſionem aut percolationem, à Græco fonte dimanaſſe credant. Nobis non vacat eſſe tam ſubtilibus: imò ne expedit quidem: ſed à ridendo riſus effingi, verbali formâ trita, & Grammaticorum filiis notâ, exiſtimatur: natúmque & editum in Latio vocabulum, (quomodo à currendo curſus, à ſtando ſtatus, ab orando oratio formari dicitur.)

Riſus etymon.

Verùm de nomine, minima cura: de re ipſa multò maior controuerſia, quid ſit, vnde ſit, quî fiat, quorſum fiat, quáve de cauſſa. quæ omnia iis inquirenda relinquo, qui de hoc argumento tractare ex profeſſo inſtituerunt. ego enim nōniſi obiter hîc agam, ac velut per tranſennam; ne rem tam nobilem, tam demirandam, tam familiarem hominum generi, inconſultò prætermiſiſſe, hoc ampliſſimo theatro, & ſingulari de homine tractatu (cuius ridere, proprium haberur) déque hominis partium, aut actionum eximiarum generali, & quodammodo curioſa indagatione, meritò argui poſſim. de hoc ergo pauca dicam, meo quidem primùm ex arbitratu, deinde forſan alieno.

Ac primùm.

Riſus eſſe mihi quidem videtur index geſtientis animi, totum corpus effuſo ſpiritu blandè affectum & commotum, in conſortium ſui, excitantis (& hæc ad breuem finitionem facere poſſunt ſatis: quibus adde, ſi placet, ad ampliandum) præcipuè autem cor, & præcordia, & diaphragma, & totum denique thoracem quatientis. quo ex impulſu vehementiore (præcipuè in cachinno dicto) vox ſtridula & inarticulata ore effunditur. & per ſympathiam neruoſi generis, buccæ diſtentæ, velut in rictus contrahuntur, toto vultu ſerenante, & lætitiam animo conceptam apertè palámque declarante.

Riſus periphraſis.

Cùm autem indicem geſtientis animi dico, ex eo ſatis expono eius formam, & cauſſam impellentem: ſimúlq. comprobo philoſophorum de riſu ſentētiam, qui hunc homini proprium, quarto (vt loquitur Porphyrius) modo eſſe affirmant: quòd ſoli, & omni, & ſemper illi conueniat. ſubiicit autem, Nam homo etſi non ſemper ridet, riſibilis tamen dicitur (Græcè *γελαστικὸς*) non ex eo, quia ſemper ridet; ſed quia aptus eſt ad ridendum. hoc autem ipſi ſemper inſitum eſt, quemadmodum & equo, ipſum, vt ſic dicā, hinnile ſeu hinnibile (Græcè *χρεμπτικὸν*.) Hæc verò & propriè propria inquiunt eſſe: quia in his ipſis fit conuerſio (*ἀντιστροφὴν* Graij dicunt.) Si enim homo eſt, etiam riſibile eſt: & ſi eſt riſibile, etiam homo eſt. hæc philoſophus ille ipſis adeo tyronibus Logices, primâ ſtatim fronte inculcat, de ipſis principiis Ariſtoteli præfatus. Sed proprietatem illam, finitio noſtra alio quodam modo homini neceſſariam faciebat: quòd ſolus hic animo ſit præditus, eóque & rationali, & immortali, & ad imaginem ſummi Dei effícto, vt pridem oſtendimus. Vt nihil ſit mirum, ſi animæ rationalis expertia cætera animantia muta (quæ bruta vulgo dicuntur) riſum nullum profundant. Namque licet fuiſſe perhibeantur quidam *ἀγέλαστοι*, vt Bellerophon, Heraclítus, Phocion, Socrates, Diogenes Cynicus, Pyrrho, Philippus, Craſſus, Timon, & alij veterum pro-

Riſus hominis proprius.

Homo & riſibile, ſunt ἀντιστρεφα.

Muta animantia riſus expertia, cur.

Digitized by Google

diti hiſtoria, homines toti contemplationi dedi, aut habitu toto melancholici, aut ἀπαθεῖς vt Græci ſolent appellare eos, qui nulla re commouentur: id tamen rarò eueniens, proprietatem illam vniuerſalem non deſtruit, quæ de omnib. aut ſanè pluribus: & de naturali propẽſione, non accidentaria prohibitione enuntiat: & quidem propenſione, ſi non actu, at potentiâ tali, vt iidem Logici loquuntur. Sed de iſtorum natura & inſtituto à ciuili modeſtia & humanitate prorſus abhorrente, ita diſertè Plinius lib. 7. cap. 19. Exit hic animi tenor aliquando in rigorem quendam, toruitatémq. naturæ duram & inflexibilem, affectúſque humanos adimit, quales apathes Græci vocant, multos eius generis experti: quódq. mirum ſit, authores maximæ ſapientiæ. Quib. ego ſummæ diuinæq. ſapientiæ ſummum authorem Chriſtum, Deum & hominem, poſſem accenſere, ſi tantæ dignitati fas eſſet humanam ſapientiam cõferre. nam fleuiſſe illum quidem ſæpe, riſiſſe leginus nunquam: cùm cæteroquin hominum ſimillimas actiones ederet: peccati tamen exors atque immunis. aut vt cùm Nicephoro loquar, κατὰ πᾶν ἁμαρτίας κακόν, id eſt, fatalibus duntaxat peccati inquinamentis exceptis. Quinetiam ab eodem reuocatum ad vitam Lazarum poſtea riſiſſe vnquam negant Theologi. & Nicephorus idem lib. 2. cap. 23. multa honorificè de beata Maria virgine locutus, ſine riſu depingit.

Homo riſibile potentia.

Agreſtes vnde fiant.

Chriſtus ἀγέλαστος.

Lazarus ἀγέλαστος.

Maria virgo non riſit.

Sed hoc vel ſummæ ſit ſapientiæ, vel in quibuſdam hominibus dictis, & ſimilib. aliis, obfirmati animi fuerit. homo tamen, quatenus homo eſt, non caudex, aut ſtipes, ad riſum pronus eſt ac procliuis: habétq. hoc ſibi à Deo conceſſum ærumnę & laboris ſolatium. Cùm enim perpetuis diſtrictus animus curis, & longis meditationib. fatigatus fractúſq. non alia diuerticula continui laboris haberet: hunc illi riſum Deus conceſſit, qui tenebras ſibi offuſas abigeret, qui obductam menti caliginem diſcuteret, qui mœrorem & ægritudinem leuaret, qui triſtitiam demulceret, & ad nouos ſubinde labores ſubeundos velut renouaret ac redintegraret quomodo feſſo corpori dulcis quies, & ſomnus expertus, torporem ac laſſitudinem tollit ſummouétque, & ad aggrediendum vel repetendum opus, deinde alacre & vegetum excitat.

Riſus datus homini ad ſolatium laboris.

Riſus vtilis & vſus. Riſus, vt ſomnus, prodeſt homini recreando.

Enimuerò non minore in vitio videtur eſſe, qui immodico riſu diffluit, eóque intempeſtiuo, omni loco ac tempore ſibi indulget: quàm qui eo aut nunquam, vt ij quos diximus (excipio ſemper homines pietati & religioni prorſus addictos, qui nihil habent, nihil vident in humanis reb. quod riſum & lætitiã ciere queat: multa quæ lacrymas ab inuitis extorqueant) aut qui eo raro vtuntur, vt Cato ille Cenſorius, quem ſemel riſiſſe memorant, quòd de aſino carduos edére facetum exuliſſet adhuc tritum vulgo prouerbium, Similes habent labra lactucas. aut quos Plinius refert ibidem, Lucium & Marcum Craſſos, illo agelaſto Craſſo poſteriores, aut alios pari cum iſtis ingenio triſti ac tetrico præditos. Ideo namq. Plato 3. lib. de Rep. in riſum nimium profuſos nos eſſe vetat: quòd effuſum riſum (quem cachinnum dicimus) vehemens mutatio ſequatur: neq; admittendum eſſe eum, qui ſummæ authoritatis viros in riſum ſolutos inducit. ideóque Homero non eſſe credendum talia de diis ſcribenti Iliad. A.

Riſus vehementioris damna.

Ἄσβεστος δ' ἄρ' ἐνῶρτο γέλως μακάρεσσι θεοῖσιν,
Ὡς ἴδον Ἡφαιστον διὰ δώματα ποιπνύοντα. *Id eſt,*
Inextinguibilis riſus diis concitatus eſt,
Dum Vulcanũ per domum properantẽ viderent,

vtpote qui claudus eſſet. Idemq. 5. de legib. à riſu nimio, & à lacrymis abſtinere præcipit: ſiue in felicitate quenquam dæmon ſuus cuiuſque ſiſtat: ſeu per fortunæ caſus, tanquam ad ardua difficiliáq. tendentibus, operationibus quibuſdam dæmones auerſantes inſurgant. Quo loco poſteriore, velim obſerues philoſophi ſententiam, & verba, fortunæ vtriuſq. moderationem dæmoni committẽtis, ſuperſtitione magis quadam, quàm veritate, aut religione ſyncera nitentis. ſed de riſus moderatione obſeruãda, ſcripſi lib. 2. de peſte, c. 7. Qui autem homo hominum omnium incontinentiſſimus in riſu fuit, hunc Democritum narrant, ideo γελασῖνον cognominatum, nullo non loco aut tempore, nulla non de cauſſa, aut obiectu rerum qualicunque, in riſum, aut altos cachinnos diſſolutum. cuius tamen patrocinium ſuſcipit noſter Hipp. eius, vt perhibent, diſcipulus, certè contemporaneus, & à ſuis Abderitis ad eum curandum accerſitus medicus, epiſtola ad Damagetum ſcripta, illum excuſat, longa ſatis, & tamen ſuaui narratione: quam tibi per otium legendam relinquo, iterúmque dico, homini ſoli inter reliquas animantes, riſum conuenire, & à Deo vel Natura eſſe datum, velut tædij & laborum leuamen futurum, & tanquam auſteritatis ac triſtitiæ blandum remedium, & veluti naturale amuletum. Quanquam ſimios, cercopithécos, cynodontas, & eiuſmodi hominum monſtrificas imagines (Guenonas & Marmotas appellamus) riſum ementiri videmus labris contractis vultu qualicunq. lætitiam indicante: & vt eſt ridiculum toto habitu animal, corporis indolẽ, & vt dicat quis, animam nactum moribus conuenientem: ſic ridiculè riſum hominis imitando, ſpectantes oblectare. vetus carmen eſt,

Democritus riſu immodicus.

Hipp. an diſcipulus Democriti?

Homini ſoli riſus quæſitum datus.

Simia perſimilis turpiſſima beſtia nobis.

Quinetiam pſittacos dociles ac domeſticos, alta voce ſublata, & ridiculo ſono, ac velut cachinno, riſum fingere quodammodo (impropriè tamen, & imperfectè, tum cæteris de cauſſis, tum quia roſtro adunco præditi, ore & labris carent) cernimus, & voces riſus ingentis indices ingeminare, Ha, ha, ha, vociferando. Et verò animalium propè omnium ſtupidiſſimum aſinum, nonne ridere poſſumus dicere κατὰ χαυνότητα, cùm fœmellam adſtantem conſpicatus, aut odoratu perſentiſcens, altum ſonum, & velut ridibundum (vt ita dicam) in auras emittit, vt de illo ſcribit Ouid. Faſt. 1.

An aſinus rideat?

Ecce rudens rauco Sileni vector aſellus,
Intempeſtiuas edidit ore ſonos.

Hoc ſibi cantu, vt phyſiologi, naturæ animalium interpretes aſſerunt, mirificè placens, vt nõ tam rudere (quod illi propriũ eſt) quàm ridere

Ridere & rudere.

(vnde & verbi affinitas eſt) dici per iocum poſſit. Quomodo ex appoſito, quidam homines importuni, obſtreperi, rudes, aſinini, non tam ridere (quod vrbanitatis eſt) quá rudere (quod illi iam ab aſinorum moribus imitantur) ſimilitudine quadam & vocis, & geſtus, & inurbanitatis, dici quodammodo valent. Verùm vt ſimia, marmota, guenôna (quibus ſimiorum dictæ ſpecies, à noſtris vocari ſolent) & ſimiles Indicræ, atque humanorum geſtuum & formarum æmulæ animantes (has enim vel agmine inſtructo, ponè ſecutas territaſſe Regem potẽtiſſimum exercitu vndique cinctum, ferunt) riſum humanum imitentur: nulla tamen verè ridere, vt ne pſittacus quidem, omnino aſſeuerari poteſt: quia tum multa alia, tũ qui riſum captat & mouet, in illis animus deeſt: & illa ipſa, quam ad riſum requiri diximus, perceptio & cognitio rei, vel cauſſæ, quæ riſum facit, nulla in tali animantium genere inueniri poteſt. Huc enim grauis, & ſanè obſcura quæſtio incurrit, quæ vis in homine prima riſũ ſentiat, aut faciat. quam nũc indagare libet, dóq; ea propriam efferre ſententiam: vt liberam cuiq; ſuam relinquam tamen.

Nulla animans præter hominẽ ridet, cur.

Quæ vis riſum ſmouet.

Sanè cùm riſum, geſtientis animi indicem nuper dixi, ſatis inſinuaui, quam primariam & efficientem abſolutè & primò riſus cauſſam ſtatuerem: Animum ſcilicet, ſiue animam (parum enim nũc refert, vtro dicas modo: quamuis hæc duo nomina diſtingui à philoſophis, imò & Theologis, non ignoremus.) Nam ſi non ita eſt, cur cæteræ animãtes riſum nobiſcum communem non habent? cùm partes corporis ad motus riſorios (liceat vti hoc verbo, vel fingere per imitationem) aptas nobiſcum communes habeant: cor, diaphragma, pectus, pulmones, buccas, labra, & eas deniq. quarum adminiculo riſum fieri omnes fatentur? Nempe animus his deeſt, qui imaginari, intelligere, recordari, iudicare poſſit: ſimúlque diſtinguere, quid ſit riſu dignum aut indignum. Hoc enim nos cũ multis aliis ſtatuimus eſſe verum: Vt riſus fiat, neceſſariam eius rei perceptionem eſſe, quæ riſum mouet, aut meretur. γελῶν Graij vocant: nos ridiculum poſſumus dicere: de quó paulò pòſt. Nam qui eodem die Zoroaſtres, quo genitus eſt, riſit, is portento, non conſuetudini locum fecit: de quo Plinius cap. 16. lib. 7. Sed perceptio illa vnde fit, non omnes idem perinde ſentiunt: cùm huic exiſtimetur à corde proficiſci: illi, à ſepto tranſuerſo: alij aliunde. & qui poſt reliquos nouiſſimè hoc argumentum pertractarunt, & verò doctè, & copioſè: tamen implicari & inuolui in ſuis ipſi aſſertionibus deprehenduntur. Cùm enim principes animæ facultates enumerant, ad vitalem facultatem referunt eas, quæ appetendi, ſentiendi, & mouendi vim conferũt: quas tamen (ſi appetitum ad voluntatem refe-ras) omnis medicorum, & propè dixerim philoſophorum chorus (niſi Peripateticos & Stoïcos aliquos fortaſſis excipias) ad animale, quæ in cerebro reconditur, communi conſenſu reſcrendas arbitratur. Iidémque hi recentiores, neſcio qua ratione moti, cogitationem cordi tribuunt: quam cæteri ſimiliter cerebro vendicãt.

Animus, prima cauſa riſus.

Ad riſum requiritur perceptio τῶ γελοίου. Zoroaſtres eodem die quo genitus, riſit.

Error recentiorum quorundam de ſede perceptionis τῶ γελοίου, & facultatum animæ principum.

eidémque rurſum cordi, appetitum ſenſualem vocarum adiungunt: cùm ſit rationi, & rectæ voluntati oppoſitus: quam in cerebro ſedem habere omnes profitentur, & nos in hoc Analogiæ vniuerſali opere probabimus. eſſe autem contrariorum ſedes eaſdem, eáque inuicem ſibi mutuò ſuccedere, nos pridem à philoſopho docti ſumus. Quid nos igitur ad hæc dicemus?

Enimuerò ſiqua pars eſt corporis, in qua aut ſola, aut præcipua, animus habitet, in eadem & actiones eius exerceri veriſimile eſt, quas paulò antè in hoc opere ex philoſophorum & medicorum ſententia recenſuimus, & nunc obiter refricabimus. atque has inter, communem ſenſum ſiue imaginationem, deinde ratiocinationem ſiue intellectum, poſtremò memoriam ſeu recordationem numerauimus, aut ſolas, aut principes dictas animæ facultates, Græcis ἡγεμονικὰς denominatas. adiunxi ex Ariſt. voluntatem rectam & brutam: illam rationi obtemperantem & conſentaneam: hanc ſenſualem denominatam, mutorum animalium inſtinctui & naturæ magis familiarem: quæ ad id quod adeſt, & quod voluptatis illecebris allicit ac blanditur, fertur ex facili (vnde & feris nomen ineſt) illa κατ' ἐπαφήν, hæc autem κατ' ἐπιβολὴν. Porrò & Platonis, & Ciceronis, & Galeni, cum tota familia: quin & philoſophorum, & medicorum complurium, & ſanioris iudicij, ea eſt opinio, nullam digniorem aut commodiorem in homine partem eſſe, in qua, velut in aula verſetur animus, quàm in capite & cerebro ipſo: excelſa velut in arce & ſpecula, ex qua ſenſus omnes circumfuſi, quaquà verſum, quicquid videri, audiri, olfieri, guſtari, tangi poteſt, ſua vi venantur, captant, apprehendunt, & ad reginam illam rerum animam fideliter referunt. quæ ideo neruos illis & vim ſentiendi, tanquam retia quædam largitur: quibus ducibus & inſtrumentis, ſuas ipſi actiones commodè obire poſſint, vt in hoc opere antehàc ſuis locis declarauí. Et hæc ita habere, præter ſummorum illorum philoſophorum placita, ſunt alia multa, quæ doceant: quorum partim attigi, partim alibi poſthac ediſſeram, partim ſubiungo dicturus. Non enim tãtùm ſano homine, & vegetis ſenſibus, in quemq. ſenſum muniis gnauiter inſiſtere videmus, animámque ſuis interioribus functionib. vacare, imaginando, ratiocinando, recordando: ſed etiam ex aduerſo, ſiqua intemperies ſeu δυσκρασία, ſiqua ἀμετρία ſiue immoderatio, ſiqua continui ſolutio, ſiquis morb. præter naturam, caput & cerebrũ affecerit: omnes ſenſus aut deprauatè ſuas actiones obire, aut omnino ceſſare perſpicimus. paritérq. mentem prauis viſis hallucinari, ac velut delirare, nugari, deſipere, alienari, ſtulteſcere, vt ita dicam: pro quo ille apud Suetonium, morari prima lõga, Græcè μακρὰν. Quod vbi contingit, nõ alij vtiq. parti remedia admoueri: ſed phrenetico, maniaco, ſatuo, memoriâ labanti, & his & aliis animæ potentiis labefactatis, ſua & conuenientia remedia capiti ſummo, antico, poſtico applicari præcipimus. Ecquis enim vnquam dorſo, cruribus (ne dicam clunibus) aut ne ipſi quidem

Voluntas duplex.

Animi domicilium, vbi: & cur in capite.

Animæ ſuas ſuas obit actiones à capite.

Anima in ægris à capite agere prohibetur.

dem thoraci & cordi, nisi excors & excerebratus, talia remedia admouit? Quod tamen fieri necessarium foret, si illic anima (vt quidam putant) habitaret; multis caritura cõmodis loci, situs, instrumentorũ, quæ in capite habet in prõptu. Nam cor, sensus & motus caussam nõ esse, nec originẽ neruis suggerere, posthàc docebitur, in secunda corporis vniuersi parte. Quòd si neutrobi, sed vbique, & per totũ corpus æqualiter fusa tota per totũ, tota qualibet in parte posita viget anima, vt nostri quidã Theologi tradunt, & suo loco citauimus; vtiq. ea ratione nõ magis iã in corde, quàm in cerebro: neq. in hoc magis, quàm in illo residet. Sed Theologi suo modo loquãtur: nostro nobis loqui permittãt: ac nos quidem nunc philosophicè agentes, de rebus philosophicis cũ philosophis loquamur.

An anima tota in tota & parte qualibet?

Origo risus ab anima sede.

Omnino quacũque in parte corporis anima suas principales actiones obit, inde erit risus origo, & prima motio. quam non aliunde hoc quidẽ tempore, quàm à capite & cerebro possũ repetere, communi consensu summorum philosophorum, & primario philosophorum Platone, & summis medicorum principibus Hippocrate Galenóq. suffragantibus. Verùm dicet aliquis: Risus, gaudiũ & lætitiam sequitur. hæc in corde & à corde oritur. quinetiã omnia quæ dicuntur à Græcis πάθη ψυχῆς, à nostris passiones & perturbationes animi, indidẽ oriri tradunt tum philosophorum permulti, tũ præcipuè Stoïci. Sit ita; dixerint Stoïci, dixerint Cyrenaici, dixerint alij aliarum sectarum próceres: sed tamen summus ille philosophorum tanquam deus semper habitus Plato, triplicem finxit animam: cuius principatum, id est rationem, in capite, sicut in arce posuit: & duas partes separare voluit, iram & cupiditatem: quas locis diseclusit: iram in pectore, cupiditatem subter præcordia locauit, vt Cicero interpretatur magistri sententiam 1. Tuscul. & iã multò antè ostendimus, & fortasse vspiam repetemus. Si tria sunt hæc summa genera, ad quæ reliquæ species passionum animi referri debeãt: iam non in corde his locus vniuersis erit: sed iræ tantùm, & cæteris affectibus, qui ad iram accedunt, atque hæc ex Academicorum primorum sententia. Zeno Stoïcorum princeps, octo animæ partes facit: quinque sensibus addens mentem, vocem, & generandi vim, apud Laërtium lib. 3.

Risus ex gaudio cordis.

An pathemata animi à corde?

Anima Platonis triplex, id est, animæ potentiæ.

Anima partes iuxta Stoïcos.

Peripatetici verò (vt rem planiùs explicem) suo quodã & diuerso à Platone modo loquuntur, déque his philosophãtur: ac duplicem primùm statuunt esse vim animæ: vnam apprehẽsiuam, ad quam spectant sensus quique exteriores, & tres illi interiores, quos paulò antè recensuimus (quidam tamen Peripatetici, phãtasiam à sensu communi dirimunt; vt sic quatuor sensus interiores euadant) alteram autem animæ vim, motiuam appellant: ad quam spectare credunt appetitus, siue motus animales, & perturbationes, seu motus animorũ: à quibus hæc eadem vis appetitiua nominatur. Iam verò motiuæ illius potẽtiæ, alij motus sequuntur appetitum, vt sunt animales (quæ est vis dicta prosecutiua) vel nullum sequuntur appetitum, & vitales motus appellantur (quæ vis spiritalis nominatur.) Appetitiua igitur illa facultas, aut ad eam rem fertur prosequendam, quam sensus & intellectus comprobarint: aut eam fugit & abhorret, ab iisdem improbatam. Hanc animæ facultatem appetitiuam, iidem diuidunt Peripatetici in cõcupiscibilem, irascibilem, & voluntatem. Concupiscibilis omni animanti communis, obiectum habet id bonũ, quod sensui pérplacet: idque quantum potest, persequitur, nullo discrimine scrupulóve: eáq. in iocinore collocatur: quomodo & à Platone, vt patuit. Irascibilis, ad vindictam contendit, & vltionem vnam sibi proponit: atque in corde constituitur. (& in hoc etiam cum Platone Peripatetici consentiunt) de voluntate tertia mox subiungam: illud priùs addo; A potentia concupiscibili & irascibili (quæ sensitiuæ vocantur appetitiones) oriuntur, vt putant, animi passiones & perturbationes, quæ pathemata diximus. quorum isti summa quatuor genera faciunt, habita ratione præsentis aut futuri, item boni malive: ita vt cuique contrarium suo contrario opponatur: contraria enim sub eodem genere sunt inuicem maximè distantia. Ex his, spes, futurum bonum pollicetur: Delectatio, illo præsenti fruitur: Metus spei contrarius, mali imminentis minatur periculum: Dolor voluptati aduersus, præsentis mali sensum exhibet. De his pariter ita Plato in Timæo; Εἴδη ψυχῆς δυοῖν ὄντοιν ἀρετὴ ἐκφανεστάτη ἂν αὐτῆς παθήματα ἴσχ' ἑκάτερον μὴ ἀδύλως, μᾶλλον τοῦτο διαταρ' ἕτερον λυπεῖ, ἀγαθῶν φυγαῖς· ἐν δ' αὖ θαῤῥεῖς ἢ φόβοι, ἄφρων ξυμβύλων δυσμὶ τε διαπεφυκότων, ἐλπίδι τ' ἀνοήτῳ μιγέντι τ' ἀλόγῳ, ἡδονῇ κακῶν πρὸς ἕρωτι· id est, Mortalis animæ species grauibus necessariísque perturbationibus afficitur. quarum prima, Voluptas, esca maxima mali: Dolor deinde, fuga impedimentúmque bonorum: Audacia præterea, metúsque, consultores amentes. accedit & implacabilis Iracundia: Spes etiam blanda conciliatrixque, cùm irrationali sensu, Amoréque omnium inuasore. hæc Plato de mortalis animæ passionibus in pectore & thorace sitis. Nam de anima immortali in capite collocata, diuersum ab Aristotele statuit, vt alibi explicauimus. Ad has autem quatuor dictas species pathematum animi, spem, voluptatem, metum, dolorem (sunt tamen qui ex Peripateticis addant optare & abhorrere) reliquas differentias, quæ vix certo numero comprehendi possunt, referendas iidem Peripatetici arbitrantur. quas Stoïci supremas quatuor duce Zenone & Chrysippo, pariter numerant: dolorem, metum, concupiscentiam, voluptatem. quarum singulas deinceps minutim concídunt, & multifariàm diuidunt. Ac doloris quidem species enumerant, misericordiam, inuidiã, æmulationem, zelotypiam, angorem, conturbationem, tristitiam, mœrorem, confusionem. Timoris autem, metum, pigritiam, pudorem, terrorem, timorem, anxietatem. Concupiscentiæ verò, indigẽtiam, odiũ, contentionem, iram, amorem, iracundiã, excãdescentiam. Voluptatis postremò, delecta-

1. Apprehẽsiuæ species.

2. Motiuæ species, seu appetitiua.

1 Vis concupiscibilis, quæ & vbi.

2. Vis irascibilis, quæ & vbi.

Animi passionum origo duplex, & genera quatuor.

Anima mortalis quot & quæ species perturbationum.

tionem, insultationem, siue in malis alienis gaudium, oblectationem, effusionem. quarum perturbationum vnamquamque definiunt. & accuratè circumscribunt, vt Laërtius lib. 7. in vita Zenonis Cittici, & Cicero in Tuscul. quæst. fusè ac diligèter annotarunt. Aristoteles etiam 2. Top. iram ἐν τῷ συμπαθεῖ collocat: odium & amorem siue amicitiam, ἐν τῷ ἀντιπαθεῖ, cum suo Platone statuit. Atque ad iram quidem Peripatetici nonnulli has species referunt; audaciam, temeritatem, metum, timorem, pauorem, perculsionem, consternationem, tremorem, horrorem, trepidationem, exanimationem, formidinem, agoniam, terrorem, stuporem, ecitasin, & forsan his plures. Ad amorẽ autem & odiũ, iidem referunt suspicionem, zelotypiam, fauorem, obtrectationem, beneuolentiam, concupiscentiam, libidinem, simultatem, inuidiam: atque haud scio, an & plures differentias. in quibus percẽsendis & enucleandis, acumen ingenij sui ostentauit doctissimus vsquequaq. Iulius aduersus Cardanum de Subtilitate contendens. Hæc verò mihi dicta sint de concupiscibili & irascibili animæ facultatibus sub appetitiua comprehensis. Restat tertia appetitiuæ species, quam voluntatem diximus, atque huc retulimus. ea autem persequitur, quæ rationis iudicio sunt comprobata: hæc enim intellectui paret: sicuti cupiditas & ira, sensui. habétque obiectum sibi, quicquid bonum, vtile, & honestum est: & in cerebro collocatur. hæc quomodo cum intellectu conueniat, aut ab eo discreper, aliàs dicetur. Vtrumque autem hominis proprium esse, philosophi rectè arbitrantur: intellectũ dico, siue rationem, aut mentem (tria enim hæc ob affinitatem, pro eodẽ sic coniungi placet) qua homo vniuersa intelligit, iudicat, agnoscit, discernit. deinde voluntatem illam rectam; quæ, quicquid intellectus discreuit & agnouit, ipsa deligit, & sequi aut fugere, duce ratione, suadet & impellit. Voluntatem illam namque erroneam & irrationalem, vt vocant, non solus homo sibi propriam vendicat; sed cũ belluis communem habet. quem ideo appetitũ sensualem vulgus philosophorum nuncupauit. Sed de libertate voluntatis humanæ, & libero arbitrio, nihil hoc quidem loco dicam: sitne totum liberum; an ea tantùm parte, quæ prava aut ἀδιάφορα sequitur & spectat: & an olim ante lapsum parentis primi, liberrimum fuerit; nunc verò accîsum, de sua illa prærogatiua exciderit, aut totum, aut ex parte, aut neutro modo. his (inquam) de rebus & articulis apud quosdã controuersis, nunc nihil sum dicturus: quia controuersia isthæc longam orationem postulat, vt accuratè decidi queat & pacatè, sine stomacho; huic quidem loco minimè conuenientem, & inter Theologica potiùs aliàs examinandam: aut simpliciter, & ex fide parentum credendum axioma, εἰς ἐκ.

Iam vides igitur (vt cuius gratiã hæc mihi dicta sunt, aperiam) siue Platonem, siue Aristotelem, siue Zenonẽ sequi mauis (qui tres summi sunt omnis philosophiæ principes ac próceres, atque trium sectarum celeberrimarũ authores Academicorum, Peripateticorum, Stoïcorum) facultatum animi quis numerus, quæ sedes, quæ vis sit ac differentia: itémq. affectionum animi ab iis ortarum qui focus, quænam origo, & qualis quámq. numerosa progenies, ac veluti propago. Ex quibus & illud constat; non omnium passionum, siue perturbationum animæ ortum à corde duci; sed iræ potissimùm, & sociarum affectionum. Quanquam non nẽgo, ab amore & odio (quorum est ab hepate, velut fonte, vt illi putant, deriuatio) cor non mediocriter affici. quod indicat eius pulsus & motus citatior, atque inæqualitati proximus. Vnde poëta, *Cor mihi rité salit.* —— de eo qui amasiam viderat atridentem molliter. Et Erasistratus ille medicus eximius, Aristotelis filiâ genitus, ex pulsu tremulo, vibranti, inæquali, animi morbum in Antiocho deprehẽdit, Stratonicen nouercam perditè amanti, vt Appianus refert: alij de Perdicca rege, alij de aliis referunt: quod potuit diuersis accidere. Nempe ea est sympathia partium nobilium inter se, vt vna affecta, aliam in consortium sui pertrahat. Quin & amor, & ægritudo, seu tristitia, corpori toti suam tabem communicant.

——vix ossibus hærent:

Idem amor exitium est pecori pecorisque magistro, ait Virgilius. Salomon autem, Spiritus tristis exsiccat ossa; prouerb. 17. Verùm isti vt libet; mihi videtur in homine anima vna, quocunq. loco sit, suas ibi functiones omnes obire: siue in capite statuatur, vt supposuimus, & authoritate maximorum philosophorum probauimus: siue in corde, vt aliis placet: siue in toto corpore æqualiter fusa sit, vt nostri quidam Theologi tradunt. Quis enim vnquam credat, aut cerebrum muco plenum; & larga ac tenaci pituitâ diffluens, imaginari, intelligere, meminisse? aut cor fibrosum, & quasi carne constans dura, solida, musculosa, irasci, gaudere, inuidere, tristari? aut hepar solo constans informi parenchymate, amare aut odisse? aut lienem ipsum atrum, ratum, succo melancholico saturum, risum concitare? cùm nihil tam sit vero risui contrarium, atque melancholia & tristitia? & tamen vulgatum carmen circumfertur,

Splen ridere facit, cogit amare iecur.

Nisi risus ex depurato sanguine, & repurgatis ac defæcatis spiritibus sequatur: cùm lien à natura se habens, fæces sanguinis atri ad se totas allicit, & sibi alimoniam recondit, móxq. reliquias abiicit. Similitérq. amor ex eo sequitur, cùm iecur bene habitum ac vegetum, multum, eúmque laudabilem gignit sanguinem, quo bellè & opiparè totum corpus alitur; & portio benignioris excrementi ad seminis generationem confluit: quo sine, amor languet. quorsum respexit Comicus,

Sine Cerere & Baccho friget Venus.

Quid ergo? Anima (inquam) quæ suas illas actiones vna omnes obit, diuersis vsa & conuenientibus organis; quæ iam partim attigi, partim postea expendam. Nam quemadmodum Rex aut Imperator aliquis, in sua regia, & regni metropoli residens, imperij regnive fines

Ira in corde: amor & odium, in hepate.

Non omnium animi passionum origo à corde.

Cor ab amore & odio affici.

Partium nobilium sympathia.

3. Voluntas, quæ, & vbi.

Amor & tristitia totum corpus afficiunt.

Tres sententiæ de animæ sede.

De libero arbitrio.

An risus à liene, & amor ab hepate? & quomodo.

Anima sibi variis organis vsa, suas edit actiones.

iusto imperio regit ac moderatur, & legibus atque edictis salutiferis, suorum subditorũ mores informat & instruit, atque interpositis legatis magistratibus iudicibúsque moderatur ac temperat: Sic anima illa regina, in suo microcosmo residens, & in throno augusto collocata, partes subiecti corporis vniuersas regit & dispensat, & partitis officijs, tum principes facultates, tum administras particulas fouet & gubernat, efficítque pulchram hanc & laudabilem œconomiam, quâ corpus integrum conseruatur. Animus igitur est, qui imaginatur, ratiocinatur, recordatur, amat, odit, gaudet, tristatur, sperat, metuit, ridet denique vel angitur, & ijs passionibus variè afficitur, quæ animi patemata & morbos philosophi dixerunt. Atque Hipp. lib. de morbo sacro, risum à capite deducit, vt alibi citauimus. Ideóque nemini mirum debet videri, si risum, gestientis animi iudicem vocaui. Quis enim risit vnquã, nisi qui priùs perceptum haberet, cur esset ridẽdum? Nisi quis parasitaster, suo hero ridenti, caussà risus incognita, arrideat tamen. vt Chirosophum Dionysio tyranno ridenti cum amicis, eminùs arrisisse ferũt, ignarũ tamen, quid caussæ esset, quamobrem Rex cum amicis rideret. Quòd si notio, & intelligẽtia, & imaginatio, functio est animi, & eas inter referuntur facultates, quæ in cerebro edi ab anima traduntur: profectò non à corde, sed à capite erit origo risus, & prima motio: deinceps verò subiectis partibus vniuersis cõmunicanda. Idcirco totum corpus in consortium trahi dixi, & suo motu atq. agitatione vniuersali, συμπάθειαν cum animo & cerebro suã declarare. Quasi summa residens animus in arce, suis subditis ita denuntiet, vt parẽt se ad risum: esse enim aliquid, quod nesciant, ipse autem solus viderit, norit, deprehenderit risu dignum. Hac confestim admonitione, summo suo principi parêre inferiores partes principes conatæ, tum se, tum subiectas sibi alias infimas & administras solicitant. Ac primùm ipsum cerebrũ nervis imperat: hi musculos cient: hi annexas sibi partes agitãt, donec totum corpus animo, velut regi gratificaturum, quibuscũque potest modis, & officijs cõceptam lætitiam, voce, risu, cachinno, gestu, rictu, pulsu, plausu significet. Et quò vnaquæque pars principio propinquior, eò & celeriùs, & contentiùs commouetur. Cerebrum palpitat, modò dilatatum, modò contractum: vel etiã tandem lacrymas profundit. Vultus spiritu & sanguine distentus efflorescit, rutilat, splendet, quæ caussa est, cur & qui gaudent, rubescant, ait Alexander probl. 14. sect. 1. quia natura sponte rei occurrit, quæ grata extrinsecùs accessit: quomodo amicis aut liberis obuiàm procedimus: naturam autem sanguis comitatur, quẽ suo colore cuti florem, vt in verecundia, posse largiri, palloremque ob eius orbitatem oriri nouimus. sed pergo de risu dicere. Oculi in hoc subsiliunt, turgent, splendescunt, spiritu multo florido repleti. Os pulchrè dehiscit, & labra in rictus contrahit. non tamen conuulsorio modo, aut propter tensionem plenitudinis: sed propter cõsortium cum cerebri nervis versus principium retractis: & cum ipso diaphragmate, toto ferè nervoso & musculoso, præcipuè commoto & agitato, vt mox patebit. Mentum simili de caussa suã runicam, & annexos musculos dilatat, ac blandè distrahit. Malæ rubentes suũ pulchrũ gelasinum in medio sui ostentant: de quo Martialis,

Nec grata est facies, cui gelasinus abest.

Non de rugis aut lineis in facie aut fronte ridentis, sed de quodam minimè profundo foramine in medio malarum conspicuo, vt ego iudico: cui multa gratia in risu, & sanè rara solet deferri, quia paucis inest à natura. Augæ enim senio familiares, in alijs vitio & turpitudini verti solent. & hoc obiter mihi de gelasino dictũ sit. quem, quòd risus comes esse soleat, Græci sic vocarunt ἀπὸ τῆ γελᾶν ὁ γέλασινος. Cor demùm, velut magnus & ipse princeps, sed cerebro inferior, huic cõparieus, suos motus accelerat & auget, pulsum magnum, vibrãtem, inæqualẽ, plenum, crebrũ edens. Diaphragma illi vicinum, mirificè consentit, & ipsi magis cerebro, multis & insignibus ab eo nervis donatum. quo fit, vt in lethali etiam suo vulnere, risum ementiatur, labra (vt dixi) in rictum contrahens, & sibi compati cogens, vt Epidem. 7. memorat Hippocrates in historia Tychonis: & hunc secutus Aristoteles 3. libro de partib. animal. scribit: & post vtrumque Plinius cap. 37. lib. 11. præcipuam Hilaritatis sedem ibidẽ collocans. Thorax à suis ipse musculis, & vicino diaphragmate dilatatus, pulmones secum distẽdit, & vicissim compressus comprimit: subitóque conatu spiritum in fauces elidit: qui ad laryngem paulisper cunctatus, sonum effingit pro varietate organorũ admodum multiplicem & varium, ac ferè eam vocalem exprimentem (more quodam Echûs) quę in verbo ridiculo erat nouissima. da ridentis, ait quidam Grammaticus: vt, Ha ha ha he he. queis adde si vis, hi ho hu. Musculi abdominis etiã ipsi contrahuntur ad respirationem accelerandam, & flopum illum exponendum. Hepar, lien, intestina, & reliqua viscera, suo quodam modo, sed stupidiore afficiuntur. Artus denique omnes palpitant, gestiunt, ac velut contremiscunt præ gaudio. os saliuat, oculi (vt dixi) collacrymant: Non paucis vrina (haud scio an etiam semen) inuitis profluit: paucioribus adeo (εἰῶ δ' ἔγωγε) stercora liquidiora diffluunt, sphincteribus ani & vesicæ laxatis, ac velut resolutis. Quid amplius? tanta est & tam insignis in corpore toto agitatio, vt etiã iubente ratione, non acquiescat: (nisi metus ingruat repentè, aut verecundia superuenientis grauis personæ.) Tanta fit spirituum exhalatio, vt non paucis lipothymia obrepat. &, quod rariùs accidit, totis spiritibus exolutis atq. effusis, & interceptâ respiratione; vel sanè inspiratione cohibitâ, solâque ore semper paulo anhelâ manente expiratione continua, cor suo refrigerio priuatum, & calore atque fuligine oppressum, mortem infert ridentibus subitariam: vt de quibusdam antea in hoc opere ex Val. Maximo retuli, & Plinius lib. 7. cap. 32. de Chilone: itémque ibidẽ ca. 53. de Sophocle & Dionysio Tyranno: & Valerius idem de Philemone memorant (quod alij de Chry-

Risus ab animo, qui: & à capite, non à corde.

Quòd origo risus, vt & motionis, sit à capite, nõ à corde.

Animus quomodo partes ad risum commouet.

Cur labra retrahãtur.

Excrementa cur in risu profluant.

Lipothymia ex risu: imò etiam mors, qui.

Quo sedes lætitiæ in diaphragmate?

Qui mortui sint in risu.

ſippo recitant) mortuum in riſu (cæteri præ gaudio, cùi comes riſus eſſe ſolet) quòd puero tardiùs aſinum à ficubus edēdis arcenti, & iam comeſtis omnibus ſuperueniēti, dixiſſet; Quoniam tam tardus fuiſti, da nunc merum aſello. ac protinus vrbanitatem dicti, crebro anhelitu cachinnorū proſecutus, ſenile guttur ſalebris ſpiritus prægrauauit, ait ille lib. 9. cap. 12. Aulus Gellius lib. 3. cap. 15. Cognito repentè inſperato gaudio, expiraſſe animam refert ex Ariſtotele Polycratam nobilem fœminam è Naxo inſula. Philippides quoque Comœdiarum poëta haud ignobilis, ætate iam edita, cùm in certamine poëtarum, præter ſpem viciſſet, & lætiſſimè gauderet, inter illud gaudium repentè mortuus eſt. De Rhodio etiam Diagora, celebrata hiſtoria eſt: Is Diagoras tres filios adoleſcentes habuit, vnū pugilem, alterū pancratiaſten, tertiū luctatorem: eoſque omnes vidit vincere coronariq. eodē Olympiæ die. Et cùm ibi eum tres adoleſcentes amplexi, coronis ſuis in caput patris poſitis, ſuauiarentur: cúmq. populus gratulabundus, flores vndique in eum iaceret: ibi in ſtadio, inſpectante populo, in oculis atque in manibus filiorum animam efflauit. Præterea in Rom. annalibus ſcriptum legimus, qua tempeſtate apud Cannas exercitus populi Rom. cæſus eſt; anum matrem, nuntio de morte filij allato, luctu atque mœrore affectam eſſe. ſed is nuntius non verus fuit. atque is adoleſcēs non diu pòſt ex ea pugna in vrbem rediit. anus, repentè filio viſo, copiâ atque turbâ, & quaſi ruinâ incidentis inopinati gaudij, oppreſſa exanimatâque eſt; vt tum de ea, tum de alia quapiam antea vſpiam alibi pariter ex Val. Maximo retuli. Quam in rem, ſic Alex. Aphrodiſeus inquirit probl. 20. lib. 1. Quam ob cauſſam, qui lætitiâ exultant, nonnunquam vehementer reſoluuntur? Quoniam vitalis vis, & inſitus calor foràs ad rem lætabilem immodicè profluens, diſſipatur ac interit. Vnde fit, vt & ſudent, & rubeant ſanguinis aduentu. Calorem enim nativum, ignémque ipſum, vt per loci ſui appetitionem ſurſum efferri; ſic per alimenti deſiderium ima petere neceſſe eſt.

Gaudium qui ſuffocet?

Duplex caloris nativi motus, item ignis.

Igitur vtcunque mouendi ratione peremptâ, calor inſitus interit, & vis omnis vitalis euaneſcit. Contrà quàm in metu accidit: de quo & idē ſic inquirit lib. 4. probl. 16. Cur nonnulli à vita præ nimio metu diſceſſerunt? Quoniam vis naturalis admodùm interiorem ſubiens partem, ſanguine calorem inſitum atque vitalem, ſolitū de corde oriri, obruit vniuerſum atque extinguit. Qua ratione, oleum quoq. multum, vniuerſimque lucernæ infuſum, flāmam poteſt extinguere. Calor quippe corporis ille peraptè flammulæ lucernæ reſpondet. Et verò qui dolore vexantur nimio, eādem ipſa de cauſſa diſceſsēre è vita: interit enim motus interior nativi caloris; quemadmodum ignis quoq. obtectus extinguitur. & hæc quidem hactenus.

Metus quomodo perimat? item dolor.

De cauſſa riſus externa.

Explicata mihi quidem certè ſatis videtur riſus deſcriptio à me poſita, ſuis ex cauſſis & circunſtantiis atque accidentibus. niſi ſi quid de cauſſa riſus externa requiritur. quam varij variè appellant: hic admirationem, ille lætitiam, alius gaudio mixtam triſtitiam, nonnulli rem iucundam ac deridiculam nouámque, quidam contemptum & indignationem. Iulius autem Scaliger ad Cardanum ſic concisè ſuo more, Riſus, eſt motus cōmunis ori & pectori. vbi diaphragmatis dilatationem, velut impropriam reiicit: cúmq. riſum fieri dicit, quando aliquid præter morem cōmunem, aut expectationem, aut ſententias ſapientum, dictum factúmve ſit. Hęc ille graviter, & quaſi Dictator aliquis pronuntiat. Nouimus tamen multos motus ori & pectori communes, qui multùm à riſu abſunt. verùm liceat cuique vt libet, ſentire & loqui. M. Tullius (vt de ridiculis ſubiungam) huius difficultatē argumenti ſenſit lib. 2. de Oratore. Ego verò (inquit Cæſar ibidem à Cicerone inductus) omni de re facetiùs puto poſſe ab homine non inurbano, quàm de ipſis facetiis diſputari. Itaq. cùm quoſdā Græcos inſcriptos libros eſſe vidiſſem de ridiculis; nonnullam in ſpem veneram, poſſe me aliquid ex iſtis diſcere. inueni autē ridicula & ſalſa multa Græcorum. Nam & Siculi in eo genere, & Rhodij, & Byzātij, & præter cæteros, Attici excellunt: ſed qui eius rei rationem quandā conati ſunt artémque tradere, ſic inſulſi exiterunt, vt nihil aliud eorum, niſi ipſa inſulſitas rideatur. Quare mihi nullo videtur modo doctrinâ iſta res poſſe tradi. Etenim cùm duo genera ſint facetiarum; alterum æquabiliter in omni ſermone fuſum: alterum peracutum & breue: illa à veteribus ſuperior, cauillatio; hæc altera, dicacitas nominata eſt. & poſt multa. De riſu (ait) quinq. ſunt quæ quærantur: vnum, quid ſit: alterum, vnde ſit: tertium, ſitne oratoris riſum velle mouere: quartū, quatenus: quintū, quæ ſint genera ridiculi. Atq. illud primum, quid ſit ipſe riſus, quo pacto cōcitetur, vbi ſit, quomodo exiſtat, atque ita repētè erūpat, vt eū cupiātes tenere nequeamus: & quomodo ſimul latera, os, venas, vultū, oculos occupet, viderit Democritus: neq. enim ad hunc ſermonē hoc pertinet: & ſi pertineret, neſcire me tamen id non puderet; quod ne ipſi quidē ſcirent, qui pollicerentur. Locus autem, & regio quaſi ridiculi, turpitudine & deformitate quadā cōtinetur. hæc enim ridētur vel ſola, vel maximè, quæ notant & deſignāt turpitudinem aliquā non turpiter. tertiū & quartū ad oratores pertinēt, nil ad hoc noſtrū inſtitutū faciunt. niſi quatenus præcipitur, materiem omnem ridiculorum eſſe in iſtis vitiis, quæ ſunt in vita hominum neque clarorum, neque calamitoſorum, neque eorum, qui ob facinus ad ſupplicium rapiendi videntur. Nam parcendum eſt charitati hominum; ne temerè in eos dicas, qui diligantur. Nec inſignis improbitas, & ſcelere iuncta: nec rurſus miſeria inſignis agitata videntur: Facinoroſos enim maiore quadā vi, quam ridiculi, vulnerari volunt: miſeros illudi nolunt, niſi ſi ſe fortè iactant. Deinde mimorum eſt Etheologorum, ſi nimia eſt imitatio, ſicut obſcœnitas. Quintū à Cicer. propoſitū ſic tēāſigitur. Quòd facetè dicatur, id aliàs in re habere, aliàs in verbo faceties. maximè autem homines delecta-

Riſus, quid, & quomodo.

Facetiarum differentia.

De riſu quæri ſolita.

Cic. modeſtia.

Materies ridiculorū, in quo poſita.

ri, ſi quando riſus coniunctè re verbóq. moueatur. ac iocus in turpiculis, & quaſi deformibus ponitur. Idē, ore, vultu, imitandis moribus: voce, denique corpore ipſo toto elicitur: ſed hoc magis ſcurrile, quàm liberale iudicatur. Ambigua ſunt in primis acuta: atque (vel potiùs, eáque) in verbo poſita, non in re. Ingenioſi enim videtur, vim verbi in aliud, atq. cæteri accipiūt, poſſe ducere: ſed admirationem magis, quàm riſum mouet. (vbi obſerua, diuerſam à riſu haberi admirationem.) Notiſſimum ridiculi genus eſt, cùm aliud expectamus, aliud dicitur. hîc nobiſmetipſis noſter error riſum mouet. Sed de verborū & rerum ad riſum concitandum ratione tota, ſunt tibi legendi illi pulchri Ciceronis dialogi ſub perſona Cæſaris. ac ne plura retexam, poſt Ciceronem deinceps legendus erit diligentiſſimus Rhetor Fabius toto capite 4. lib. 6. vnde tamen hoc breuiter; Adfert autem ſummā rei difficultatē, primùm quòd ridiculū dictum, plerumq. falſum eſt: hoc ſemper humile, ſæpe ex induſtria deprauatū; præterea nunquam honorificum: tum varia hominū iudicia in eo, quia non ratione aliqua, ſed motu animi quodam, neſcio an enarrabili, iudicatur. Neq. hoc ab vllo ſatis explicari puto, licet multi tentarint, vnde riſus: qui non ſolùm facto aliquo dictóve; ſed interdum quodam etiam corporis tactu laceſſitur. Cùm videatur autem res leuis, & à ſcurris, mimis, inſipientibus denique ſæpè moueatur: tamen habet vim neſcio an imperioſiſſimam, & cui repugnari minimè poteſt; erumpit enim inuitis ſæpe, nec fultus ope; nec vultus modo ac vocis exprimit confeſſionē; ſed totum corpus vi ſua concutit. Cuius vis in natura & occaſione conſiſtit. alibi perſona, locus, tempus, caſus adiungitur. atque ibidem mox ἀλλοθι γελοίου, de ridiculo: quod eſt proprium eius materiæ, quæ riſum quærit, iuxta partitionem à Cicerone propoſitam: ſed illuſtratam locis inuentionis dialecticæ; itémque tropis & figuris Rhetoricæ, & exemplis appoſitis, quæ tu inde repetes, ſi vacabit.

Riſus, non eſt admiratio.

Riſus origo & cauſſa incognita.

Vis riſus in totum corpus, in quo conſiſtat.

Sed quoniam ad aliena tranſij, lubet ad Ariſtotelem venire, quem primum ac præcipuum rurſus indagatorem è priſcis commemini. vbi tamen paucula iſta ex Audomaro Talæo, olim meo in Rhetoricis præceptore, homine diſertiſſimo; atque melliflua eloquentiâ prædito, ad Ciceronis oratorium locum illum adſcripſero. Definitionem riſus Cicero non explicat, ait; quòd tota ſit Phyſicorum, & obſcuritatem magnam habeat. Phyſici autem riſum definiunt motum animi ad hilaritatem. cauſam riſus ſtatuunt, rem iucundam, à qua pulſus animus, ſanguinem & ſpiritus pellit: atque exinde latera, vultus, oculi iucundè permouentur. Iidem riſum dicunt habitare in præcordiis, id eſt, diaphragmate: atque ita repentè erumpere, vtà nobis vel cupiētibus cohiberi non poſſit: præſertim vbi facta magna impreſſio rei ſuauiter efficientis animum: & corpus ipſum eſt ſua ſponte præparatum ad hilaritatem. hæc ille & acutè, & breuiter, & ſanè argutè pro ſuo more.

Ariſt. primus origini riſus inquirit.

Aud. Talæus.

Riſus definitio, & cauſſa, & effectus, & ſedes.

Ariſtoteles igitur cap. 10. lib. 3. de part. animal. vbi de ſepto tranſuerſo eleganter ex more diſſerit, cui vni præcipuam riſus cauſſam videtur aſſignare; Phrenes appellātur, ait, quaſi participes prudentiæ ſint. atqui nullatenus participes ſunt: ſed quia propinquæ ſunt iis, quæ vim obtinent illā (cordi enim prætenduntur) hinc mētis mutationem aperiunt. Partem hanc calefactam, celeriter ſenſum aperire indicat vel id, quod titillatū euenit, rident enim celeriter, qui titillantur: quia motus celeriter ad eum locum perueniat. qui quanquam leuiter calfacit; tamē aperit, & mentem mouet præter voluntatem. Cauſſa autem, cur homo animalium vnus titilletur, eſt cutis tenuitas, & quòd ſolus omnium animaliū rideat. Eſt enim titillatio, riſus cauſſa per eiuſmodi motū partis, quæ alam complet. Ictu etiam traiecta præcordia in præliis, riſum attuliſſe proditū eſt: ſcilicet calore, quē moueat vulnus. Quam vtramq. ſententiam ſect. probl. 35. repetit; Cur nemo ſeipſum valeat titillare? an ne ab alio quidem titilletur, ſi rem præſenſit? vel potiùs ſi ipſum videat titillantem? Ergo minimè titillari quis poſſit, ſi, quæ tactio affertur, non lateat. Riſus verò, lapſus quidem & fraudatio eſt; qua, cùm in ſede præcordiorum quis verberatur, ridet. & mox, Cur ſi quis locum noſtrarum alarum moueat, in riſum continuò labamur? ſiquidem aliam moueat partem, nullam poſſit ridendi cauſſam adferre? Vbi parum diſcrepans à ſuperiori ratio adfertur, & venis cō calfactis tribuitur. Lætitia enim geſtiens, concalfactio quædam eſt, air. idémque paulò antè, labra ideo maximè titillari dixerat (riſum tamē à ſolo alarum titillatu repetit ibidem) quòd ſedi ſenſus ſint proxima, & quòd carne conſtent. Cedò, cui? an cerebro? at neruorum originem cordi tribuis. an cordi proxima? at cerebro & capiti multò magis. & verò carne labra cōſtare alibi ſimpliciter verum improbaui. De Tychone ex fine lib. 7. Epidem. Hipp. iam patuit; qui quidē catapultâ tēctus, relicto ad ſeptū tranſuerſum ferro, conuulſus eſt mortuus; & quidem cū riſu tumultuoſo: Græcè σαρδάνιος; qualem edere ſolent, qui inter ridendū, ingemunt. & velut ilia ducunt; cum difficultate, & angoſtia, & tumultu quodam ſtertoréq. perſtrepentes. de Plinio pariter Hippocratis & Ariſtotelis æmulo iam cōſtitit. Sed antequàm vlteriùs pergo, lubet Ariſtotelis philoſophicas aliquot rationes præterea tum obſeruare, tum obiter expendere. Primùm quòd cordi prudentiam tribuit, idem alter alibi, & veriùs ſenſit, vt oſtendimus, & aliàs repetemus. Deinde quòd titillatu diaphragma incaleſcere ſcribit, parum veriſimile eſt. ideò neque valebit ratio, qua infert, calfacto illo riſum ſequi. quod in febribus, æſtuante illo cordi vicino, minimè accidit. Tum nec homo titillationem admittit, quòd ſolus omnium animaliū cute ſit tenuiſſima: nam & pleriſq. animātium reliquarum, præſertim nondū ſenio contractis & contabeſcentibus, cutis mollior eſt. & quod negare videtur, certiſſimus iis eſt & euidentiſſimus titillationis ſenſus: quod catelli, neſtrendes, equi, æluri, & cætera animalia blādè à nobis contrectata demulcendo & fricando, ſuo motu

Riſus ex titillatu axillarum, cur.

Cur ſolus homo titillatur.

A vulnere præcordiorū, riſus cū ſuccedat.

Cur riſus ex titillatione alarum?

Labra, cur titillentur.

N. in Ariſtotelem obiecta.

An cordi prudentia.

An diaphragma titillatu incalefiat.

An hominis riſus ex tenuitate cutis, ob cutis tenuitatem?

An ſolus homo titillatur.

geſtúque & applauſu, cœuendo, & roſtri riſorio quodam rictu ſatis declarant. Deinde nec in homine, ſolæ titillationem ſentiunt axillæ: ſed aliæ quæcunq. partes neruis multis & inſignibus præditæ: vt volis manuum, plantiſque pedum inſtratus tendo totus neruoſus: & labra carne neruoſâ & membranoſâ cõtexta, ſeu carneâ cute, ſiue carne cutaceâ. Quinetiam ſub mento delicatulæ partes: & virginum turgidula vbera: & ſi verecundè dici fierique poſſit, omnium maximè ipſa inguina blandè & ſuauiter contrectata. Poſtremò neq. diaphragmatis vulneri, ob calorem, riſus accidit: ſed ob punctionem & laceratione neruoſæ partis, ipſi cerebro primùm cõpatientis: dein ſuam affectionem ori cõmunicãtis, pariter conuulſorio modo in rictus labiorũ diuulſo atq. diſtracto. neque enim is riſus eſt naturali ſimilis, & variè mobilis, cum ſono & ſtertore, & vultus blanda ſuauiq. tenſione ac rubore: ſed diaphragmate vt plurimùm retracto, & immoto (niſi quatenus à reſpiratione cogitur) cum rictu oris canino ſimili, retractis & conuulſis buccis, ac ferè ſemper immotis: vt ne dentes quidem contegere, aut os claudere, ſi velint, poſſint; vti nos vidimus, & in aliena calamitate perſpectum habemus. qui riſus, Sardonio dicto ſimilior, quem varrachium ſeu ranunculus ſuo eſu adferre cõſueuit: ideo dictum apium riſus; quod iam prouerbio locum fecit, à docto Eraſmo abundè & diligenter explicato in Chiliadibus. Prætermitto quòd idem philoſophus ex titillatione ſola tum demùm oriri putat riſum, ea ſi ex inſperato fiat. cùm & experientiâ conſtet, & alieno periculo, vel adeo fato comprobatũ, in nõnullis titillatu facilibus, ſolo inſpectu & geſticulatione manuũ adſtantis, ac titillare ſimulãtis, non modò riſum; ſed totius corporis horroré ac fremitũ (ne dicam mortẽ, vt nonnulli referunt) cum clamore & trepidatione ingenti contingere.

An ſola ala titillentur?

An riſus ex titillatione ex inſperato ſpectatum.

Quòd autem riſus ex titillatione, ſpurius ſit, non facilè donem: quia & animus lætitiâ imaginatur, & iucundè afficitur; & ſuos illos effectus producit is, qui inde riſus conſequitur. quæ omnia ex ſepti tranſuerſi vulneribus exiſtere negauimus. Quanquã Laurenti Iouberto (niſi Iob. vel Iub. quia diphthongum *eu*, Roma non agnoſcit, Latinè dici malit) medico ſanè acuto & ſolerti aliter viſum & ſcriptum fuiſſe video, eo libello lepido, quem de riſu inſcriptum, & Gallico idiomate ſcriptum, Margaritæ reginæ Nauarræ nuncupauit. in quo multa ſunt doctè & ſimiliter diſputata, & priſcis vel omiſſa, vel potiùs (vt credo, & ex Cicerone propoſui) temporũ iniuriâ nobis erepta ac ſublata: Multa quæ diligẽtius examen requirant, & ab aliis nõnullis neotericis aliter atq. aliter agitata, vt Iſaaco Arabe, Fracaſtorio, Valeriola, Tarrega, & aliis, qui ad meas manus non peruenerunt. Quibus ego vnus homuncio de multis, meam quoque ſententiam de riſu interponi volui; vt in re obſcura periclitarer atque experiret etiam ipſe, an aliquid lucis afferre poſſem, & noui aliquid proferre, quod cæteris eius argumenti ſcriptoribus nõdum veniſſet in mentem. Quæ omnia breuiter hoc loco expoſita ſunt; quia maioris tractationis ſuſcepta materies, longiùs in vnoquoque illuſtri argumento diſcurrere & euagari non patitur. ideóque hanc theſin de riſu finire ſtatui, vbi paucula quædam adiecero, tum de eodem, tum de contrario fletu. rectè enim Sapiẽs; Riſus dolori miſcebitur. &, Extrema gaudij luctus occupat, Prouerb. 14. Contrariorum enim eadem eſt diſciplina, aiunt Logici. ſed de hoc fletu, multò breuiſſimè dicam: quia ex contrarij explicatione, huius natura oppoſita facilè innoteſcit.

An riſus ex titillatu, nonnullis fit?

An riſus ex vulnere diaphragmatis, ob calorem? & vnde potiùs.

Sardonius riſus, vnde.

Sic ergo tandem ſtatuo & concludo; Riſum, animi gestientis indicem, non aliunde, quàm ab imaginatione & perceptione rei ridiculæ oriri. his autem functionibus animi locum eſſe in cerebro, iuxta philoſophorum celeberrimorum opinionem. Imaginationi autem illi cauſſam riſus obuenire puto, vel à ſeipſa, citra corporis aut ſenſuum miniſterium, aut horum adiutæ auxilio. nam quilibet ea ſibi fingere,

(--*An qui amant, ipſi ſibi ſomnia fingunt?* ait poëta) & imaginari poteſt, quæ vidit nunquã, aut etiã quæ nunquam fuerint. vel futura ſint: & ex illa imaginatione, riſum ſibi conciliare. Sic ego mihi poſſum repræſentare congreſſum illum ridiculum Democriti cum Hippocrate medico: huius ſolicitam mentem: illius ſecurã amentiam: Abderitarum attentionem, interſpem & metum dubiam; rumuſculos per vrbẽ Abderam à vulgo excitatos: & ante omnia, Democriti ipſius γυμνὸν cachinnos, geſtus inſolentes, vultus & oris deformitatem, & ſimilia, quæ riſum immoderatum ſolent comitati. ſic Tragelaphum, aut Hippocentaurum, aut Chimæram (vt aiunt) in aëre bombinantem, poſſum cogitabundo mihi obiicere, & ex ea vana imaginatione, in riſum diſſolui: quanuis iſtorum nihil vnquam extiterit. Sic habita ratione futuri (nullum enim tempus ab iſta imaginatione riſus, excludi volo) Thymelen cras ſaltaturam in orcheſtra, aut Mimum ridiculè agentem, vel Conardum Rothomagenſem riſus populares captantem, poſſum ob oculos ponere; éxq. eo riſum captare, quod nondum contigit. Sed enim ſenſus, qui riſus occaſionem captant, venantur, & animo ſuggerunt, duo ſunt tréſ-ve ad ſummum. nam ſapor nullus vnquam, licet optimè conditus & ſuauis, riſum mihi potuit mouere, aut extorquere: non odoratiſſima res quælibet eundem extulit. Sed oculi ſiquid gratum, blandum, amicum, indecorum, turpiculum, inſolens & inuſitatum, ac præter expectationem cõtingens, quod meam aut aliorũ ſpem lõgè falleret, formâ ridiculâ, geſtúq. incompoſito laſciuiens viderint, ſtatim ſenſui communi referentes nuntij fidiſſimi, animo intelligenti & riſum & lætitiam concinnarunt. Similiter aures, ſiquid factum lepidum, ſtultum, falſum, iocoſum, ridiculum denique audierint, ad imaginationem referentes, animum grato rei ludicræ nuntio exhilarantes, riſum extuderunt. quorsũ ſpectant apologi omnes, & fabellæ, & lepidæ narrationes, hiſtrionúmq. ars omnis mimica, ad riſum iocúmque comparata. Neque verò ea

Riſus & dolor ſe conſequuntur. Epilogi.

Riſus quid, & vnde.

Imaginatio riſus, vnde proueniat.

Riſus ex imaginatione ne interiori, citra eſſentiale obiectum, vel fabellam.

Quid ſenſus occaſionem riſus ſuggerant.

1. Viſus riſum ciet.

2. Auditus riſum concitat.

ſola, quæ nunc cernuntur aut audiuntur, eam vim γελαστικὴν (aut ſi licet dicere, γελαστικὴν riſificam) habere dicenda ſunt: ſed etiam quæcumque olim geſta, leguntur aut recitantur, ſiquidem viſum & auditum, diſciplinæ omnis adminiſtros ſenſus antea hoc opere docuimus. Siquis alius ſenſus ad riſum valet mouendum, is tactus erit: non tamen quilibet: nam neque calida, neque frigida, neque ſicca, neque humida, neque dura aut mollia, neque grauia aut leuia, neque læuia aut aſpera, aut ſiqua ſunt alia, quæ ad tactum iudicem referantur, à nobis antè ſuo loco commemorata, riſum mouerint vnquam per ſe ac primariò: ſed illa ipſa blanda tactio & titillatio alarum, inguinum, mammarum ſinúſve, volæ manuum, plantæ pedum, gutturis, iuguli & clauicularum, ſimiliúmque partium ſenſu exquiſito præditarum, riſum inuitis nobis concitat & extorquet. Quorſum enim ſenſum tactus à riſu excludam? quem quocumque volet loco ac tempore, blanda illa titillatio, leni tactu) non tamen in omnibus æqualiter) poteſt excitare? Ideo dicitur (opinor) in vulgus; Titillari cupit, vt rideat. vel, Titillando ſibi riſum mouet. non tamen à ſe, vt contra vulgi prouerbium monet philoſophus: ſed ab alio quopiã titillatus ridebit. Idémque philoſophus etiam præclarè ſenſit, viſis amicis & familiaribus (præſertim quos pridem non vidimus, & quorum deſiderio tenemur) nos riſum cohibere non poſſe præ gaudio.

5. Tactus riſum facit, qui, & vbi.

Titillatio quarũ partium poſſit.

M. Problema, cur à tactu veneris non excitetur riſus?

Sed cur in rebus venereis catulitio, & contactus ille laſciuiés ac pruriens, riſum ex ſe non mouet? Nempe Natura in re magis ſeria occupatur: ſeria autem riſum mouere non ſunt nata: ſed turpicula, ludicra, iocoſa atque ridicula. Plerumque autem re venereâ peracta, mœror hominem triſtitiáque occupat, vt ſcribit philoſophus. puto, cum Hipp. quia fortiſſimum in homine, & homo de homine exiit. Rurſum quę valdè turpia ſunt & fœda, pro riſu, indignationem: pro voluptate, dolorem pariunt. atque vt à propoſito exemplo non diſcedam (Et verò,

ridentem dicere verum
Quid vetat? ——)

In rebus venereis peragendis, ſi alterutrer coeuntium fortè crepitum ex compreſſione alui emittat, riſum fortaſſe mouerit. ſin reſoluto ani veſicæve ſphincțere (quod Auicennas nonnullis ſuis Marranis ſcribit familiare & ſolitũ: ego de quadam aulica longè pulcherrima narrando didici) liquida alui excrementa fœdè exeant: vt ſeſe turpes amaſij concumbendo permejant vel cóncacent: talis luſio iam nõ riſum, ſed indignationem & querimoniam (neque enim ab indignatione vera riſum cieri puto) non voluptatem, ſed tædium, faſtidium, *labefactationem* denique multam concitabit.

Valdè turpia non mouent riſum

DE FLETV.

ATENIM vt gaudium, ſiue lætitiam ſequitur riſus: vt corpus ſua comitatur vmbra (nam non ſemper vmbra corpus ſequitur, ſed aliquando antecedit, aliquando adſtat à latere, pro obiectu Solis & luminum vario, contra vulgi prouerbium) ſic etiam luctum & mœrorem triſtitiámve fletus comitari ſolet. éſtque vt gaudio mœror oppoſitus, ſic riſui fletus. Riſus cùm velit, cùm velit, fletus, ait Cicero in Bruto. ſúntq. hi tanquam cauſſarum iſtarum effectus: Fletus (inquam) mœroris ac triſtitiæ, riſus autem, gaudij & lætitiæ. Iam verò ſi contraria in eodem ſubiecto verſantur, & eidem generi ſubſunt, éſtque diſciplina contrariorum éadem, vt Ariſtoteles paſſim inculcat. Riſum autem in animo, & à cerebro rectè diximus oriri atque exiſtere. certè & fletum indidem proficiſci pariter ſtatuere poſſumus. Quis enim vnquam dixerit, lacrymas illas, quas in mœrore & luctu profundimus, ab eodem illo cerebro velut expreſſas, à corde, velut fonte dimanare? Hinc illæ miſericordiæ lacrymæ, ait Plinius addubitans cap. 37. lib. 11. hinc fletus & rigantes ora riui. Quis ille humor eſt in dolore tam fœcundus & paratus? aut vbi reliquo tempore? hæc Plinius hæſitans, inquirit. cui ſic ego reſponſum velim. Nempe humidiſſimum (inquam) & plurimum cerebrum, hac ſe viâ exonerat iuſſum, ſiquando mœrore ac mœſtitiâ contrahitur, & comprimitur. Quomodo ſpongia aquâ humens madénſque, expreſſa de ſe liquorem ſolet emittere. Et Alexander probl. 31. lib. 1. Cur & præ nimio dolore, & præ nimia lætitia, æquè lacrymæ excutiantur? Quoniam qui dolent, ſpiſſitudine meatuum, qui poſiti ſunt in oculis, humorem quem oculi continent, exprimũt. idolor enim meatus refrigerat atque aſtringit: At qui lætantur & geſtiunt, humorem ex laxitate meatuum effundunt. Oculi tamen quicũque arctioribus conſtant meatibus, lacrymam neutra de cauſſa mittere conſueuêre. (adde, præſertim ſi cerebrum ſiccum & exſuccũ.) Idem rurſum Aphrodiſeus probl. 100. lib. 2. Quid eſt, quod lacrymas moueat, cùm angimur? Spiritus, qui per angorem affectus eſt: is enim ad cerebri membranam effertur, atque humorem ibi poſitum exprimit. quod idem vel præ nimia lætitia poteſt euenire. Hæc ille ſic quæſita ſoluit. quanquam nec in oculis tanta lacrymarum vbertas poteſt exiſtere: neque à meningum corpore, naturâ ſua ſicco, poteſt exoriri.

Fletus riſui contrarius.

Lex contrarij.

Fletus, vt riſus, ab animo oritur: cuius ſedes in capite.

Lacryma à cerebro, non à corde.

Cur à multo gaudio & dolore, lacryma.

Non quòd tamen mœroris ac triſtitiæ ſemper comites ſint lacrymæ: pleriſq. enim viris, nulla vi poſſunt erumpere. dubiũ, an vllis animalium reliquorum, præter hominem, ob ſiccitatem & paucitatem cerebri (nam quadrupedibus ſpinalis medulla penè eſt cerebri vice: homini autem & plurimum, & humidiſſimum eſt cerebrum) Ideóque ille apud Comicum, amiſsâ (credo quam oderat) vxore, cùm flere nequiret, terebat ſceleratam ſinapim, cuius acrimonia oculos vellicãdo, lacrymas extunderet. Contrà, illi apud Martialem Gelliæ,

Quibus lacryma non trũpant, & quãobrem.

Siquis adeſt, iuſſe proſiliunt lacrymæ:

& Ouidius, de virginibus & fœmineo ſexu,

——diſcunt lacrymare decenter:
Quóque voluns, plorant tempore, quóque modo.

idem alt,

Vt flerem, oculos eruditre ſuos.

Id facit (opinor) mollities animi, pusillanimitas, sexus infirmitas, mens compati & moueri facilis, flexibilis natura, animula blandula, conditionis debilitas impotens vlciſci acceptam iniuriã, niſi ſolo lacrymarum profluuio, cóque prompto & ſpontaneo, propter humorum copiam, pituitæ tenuis abundantiam, cerebri madorem, habitus quodammodo vliginoſam intemperiem. Qualis & infantibus, & ſenibus etiam, qui repueraſcunt: omnibus illis ad lacrymas procliuibus (ſenes enim excrementorum prouentu humidos, ſuopte temperamento frigidos & ſiccos accipimus.) Quo ex genere eſt præficarum mulierum vſus in funere, lacrymas ſuas vendentium, & certo pretio addicentium, vt ad illud Horatij expoſuimus in Arte;

Vt qui conducti plorant in funere.

Et verò philoſophicè Terentius in Hecyra, de pueris & mulieribus ad iram & lacrymas procliuibus plus quàm ſatis:

Quapropter? quia enim qui eos gubernat, animum infirmum gerunt.

Itidem iſta mulieres ſunt fermè vt pueri, lani ſententiã.

Et tamen iſta non videntur ἀλγηδόνα. Flet, ergo lacrymatur: lacrumat, ergo flet. pleriſque enim lacrymæ prodeunt, nec flent tamen. Verus enim fletus, animi languorem & ægritudinem ſequitur: qui tali lacrymarum effluuio tum ſuos affectus detegit, tum etiam alleuat. Ideo pueris lacrymare permittimus, & ijs, qui amaro ſunt animo: ſic enim alleuari dolor videtur, ac cerebrum ſuo ſe humore releuare. Sic Homerus de Achille Patroclum lugente, non iudicauit ἀφρονῶς ſcribere:

Ἀλλ' ὅτε δὴ κλαίων τε, κυλινδόμενος τ' ὀνίηται,
Καί οἱ ἀπὸ στομάχου ἀλὸς ἁμφὶς ἴδ' ἀπὸ γυίων.

id eſt,

Aſt vbi iam ſatis eſt flendo oblectatus Achilles;
Concepitque animo rurſum membriſque vigorem.

Et Galenus lib. 5. de plac. Hipp. & Plat. In miſeria conſtitutis hominibus (ait) flere & deplorare calamitates ſuas, iucundum quodammodo & delectabile videtur. ideóque poëta;

Ὡς ἄρα τῶν γ' ἅδε πᾶσι ὑφ' ἱμερον ὄρνυτο κῶκυ. id eſt,
Sic fatus, flendi cunctis incuſſit amorem.

Vt autem riſum præcedit imaginatio, & ridiculi notio: ſic fletum debet omnino præcedere ipſa illa triſtitiæ & mœſtitiæ cauſſa, eiuſdémque perceptio. alioquin inuoluntariæ lacrymæ, quales ſolent vberrimos catarrhos comitari, aut riſus immoderatos, aut tuſſes violentas, aut vomitus coactos, aut dolores inteſtinos, aut cepam, aut ſinápi, aut fumum, aut punctionem oculorum, aut frigoris ventique Aquilonij vehementiam, aut lippitudinem & gramiam, aut mortem iam proforibus adſtantem, vt ſcribit Hipp. aph. 52. lib. 4. ex lib. 1. & 4. Epidemiõn: Tales (inquam) lacrymæ, fletum non faciunt: quia nec ſponte noſtra erũpunt, nec animus imperat, nec cauſſæ perceptio antecedit. quę neceſſaria intelligimus ad verum fletum exprimendum: quomodo de vero riſu nuper tradidimus.

Quæ ſi vera ſunt, in nullum aliud animantium genus cadere verus fletus poteſt, præter hominem, quia nec riſus quidem: eò quòd animo careant, & certa rerum cognitione, & perceptione firmâ. Et tamen vt riſum quendam ſibi proprium effingũt cęteræ præter hominem animantes, vt antè diximus: ſic vel eò magis fletum quendam ſimulabunt. quanquam & rarò, & paucis cum lacrymis: quia minùs cauſſam luctus apprehendunt: & ſicciore cùm ſint cerebro, parciùs humore abundant luctifico.

Scripſit verò Ecloga 1. Virgilius (& poſt eum, poëmatio de vocibus auium, Ouidius)

Nec gemere aëria ceſſabit turtur ab vlmo.

At gemitus ille, vocis eſt tremulæ & flebilis cantus: non autem profluens ab oculis lacrymarũ vbertas. Plutarchus & Oppianus cernos atque apros fundere lacrymas ſcripſerunt: ſed neſcio, An ex contracto mœrore & ægritudine: quin potiùs ex cerebri repletione, vt in cicuribus cernis & maribus & fœminis videmus. Et qui tanti eſt apud medicos lapis Bezaar dictus, à quibuſdam lacryma cerui perhibetur: quam ferũt illum graui & longo certamine aduerſus ſerpentes fatigatum, oculis mœſtis demittere, & erumpere: toto corpore cætero in flumen demerſo, reliquo capite ſuperextante, ad vires colligendas, laſſitudinem deponendam, virus anguinum domãdum ac reſtinguendum. quam ſententiam quorundam Arabum, Serapionis, Auenzoar, & aliorum, nos noſtro de peſte tractatu eluſimus, capite vltimo libri ſecũdi. Quod etiamſi verum eſſet, tamẽ vnica lacryma, qualis centenarijs ceruis dicitur maiori oculorum cantho concreſcere, non poſſet verè dici præ fletu excidiſſe, aut veri fletus nomen mereri.

Crocodili lacrymæ, veteri prouerbio locum dederunt: quas inſidioſiſſimum, & hominum generi perniciioſiſſimum, illud ἀμφίβιον animal dicitur emittere copioſas, quando miſerum hominem voraturus corripuit: aut cùm iam denique vorato, vt quidam aiunt, reliquo corpore, caput, quod vnum ſupereſt, lacrymis obortis fictiſque irrorans ac perluens, deglutit id quoque. Pari quodammodo cum Hyæna fera aſtu dolóque, quæ ficto vomitu & eiulatu, homines canes ad ſe, mox deuorandos ipſa pellicit.

Sed quoniam ad aquatilia vſque, lacrymas extendimus, nónne illud mirum eſt, & monſtri ſimile, quòd captus in Noruegiâ apud Dierunctium populum piſcis monachum, capite raſo, & reliquo habitu ad vmbilicum vſque pulchrè referens, trium dierum, nec plurium ſuperſtite vitâ, vocem nullam edidiſſe fertur: luctum & ſuſpiria crebra, lacrymáſque frequentes, miſerabilem in modum extuliſſe memoratur? Idem de capta in Peloponneſo, Nercïde, Theodorus Gaza apud Alex. ab Alexandro lib. 3. cap. 8. ocu. lata fide teſtis aſſerit: Illam, facie decorâ, vultu haud abſimili humano, nec inuenuſtâ ſpecie, pube tenus, mœſtam & animo conſternatam, vt ex vultu coniectari erat, in litore iacentem, frequenti turbâ circúmdatam, crebra duxiſſe ſuſpiria. tandem cum à tam frequenti corona inſpiceretur, ſéque in ſicco deſtitutam videret, præ dolore, gemitus ſpirantes, & lacrymas vberes dediſſe. Idem mihi de Sileno à Mida rege

Molieribus & pueris & ſenibus cur facilis lacryma?

Senũ temperamẽtũ.

Pueri & fœmina cur leui de cauſſa incandeſcunt.

Fletus natura.

Lacryma minuunt triſtitiam & languorem.

Flendo animus requieſcit.

Quæ ad verum fletum requirãtur.

Fletus homini proprius, vt riſus.

Riſus & fletus nobis in brutis.

Turtur & palumbes gemunt.

Cerui & apri lacrymant, vnde.

Bezaar lapis, an à cerui lacryma?

Cerui centenarij lacryma.

Crocodili lacryma, vnde.

Crocodili & hyænæ aſtutia & malitia.

Hiſtoria mira.

1. Piſcis monachus captus fleuit.

2. Nereis capta fleuit, & eius forma, qualis.

3. Silenus & Satyrus.

captо, déque Satyro Antonij Eremitæ, videor legisse. an hæc monstra animata sunt? an dæmonum quædam ludibria? viderit Augustinus Theologus acutissimus.

Quod autem nunc referam, extra fabulam est. Suetonius in Iulio, paragrapho 81. inter prodigia, quæ illius mortem præcesserunt, & hoc narrat: Proximis diebus, equorum greges, quos in traijciendo Rubicone flumine consecrârat, ac vagos sine custode demiserat, comperit pertinacissimè pabulo abstinere, vbertimque flere. Virgilius 1. Georg.

Et mœstum illacrymat templis ebur, æraq; sudant.

vbi portenta belli ciuilis recenset. sed hæc metaphoricè per quandam similitudinem: Neque enim eburneas, aut aheneas statuas illacrymare verè vnquam crediderim: nisi præstigijs dæmonum, aut dolo impostorum, & effascinantium technis id fiat? Vt de statua caput mutante, in qua mures nidificarant. (vt de Serapi refertur lib. 9. cap. 18. histor. tripart.) vt de altera illacrymante, ad cuius oculos, stipes vitis incisus, melligînem destillabat: vt de alia cruorem toto corpore, artificio quodam nebulonum profundente audiuimus: loquantur denique, & qualia apud Eusebium, Nicephorũ, Euagrium, Rufinum, & tripartitæ authores historiæ Ecclesiasticæ, aliósque eius argumenti scriptores legimus. Illa tamen, quæ antea proposui, aut vera sunt, aut vero similia. quibus plura colliget is, cui plus erit otij. huic namque tractationi finem imponere de risu, déq. fletu, tempestiuum videtur, ne hinc veniens Demócritus nostros istos conatus omnes, risu perpetuo & inconciso sugillet: illinc prodiens Heraclitus, profusis lacrymis continuis, omne nostrum studium & laborem, vt vanum & inanem commiseretur.

Hæc igitur habui in præsentia, quæ de risu & fletu scribenda mihi viderentur, duobus affectibus totam vitam humanam, & eius partem omnem ferè occupantibus atque comitantibus. Quæ quidem in multò longiorem orationem diffundere potuissem, nisi tanta seges suppeteret, & abundaret, vt difficilius sit modum tenere, quàm materiam dicendi, aut scribendi argumentum, in hac tam ampla, támque magnifica microcosmi ad macrocosmon analogia, deinceps inuenire.

4. Equi consecrati collacrymarunt.

5. Eburnæ statuæ illacrymant.

Statuæ quomodo lacryment, mouentur, sudent, flagrare videntur, loquantur denique.

Demócriti risus, Heraclyti lacryma.

Concisus.

FINIS.

Digitized by Google

INDEX GENERALIS RERVM
ET VERBORVM NOTABILIVM QVÆ IN HAC MICROCOSMI AD MACROCOSMON analogia continentur.

A.

ABDOMEN, & eius partes 243.c. vnde dictum 617.e. cur exoſſe 482.a
abdominis ſitus 613.c. muſculi quot,& quales,&quomodo ſiti 617.e. 618.a
abortiuus fœtus nõ indicat ordinem gignendarũ partium 547.c
abortiui num reſurgent,& quinam 2183.a.b
abortus indicium ex mamma 893.a. 1026.d. cauſſa 931.c. facilis 2088.d
abortus authores qualiterà legibus puniãtur 1227.a
abortus procurare nefas, quare 548.b
abortus ſex dierũ 547.a. menſtrui,& eius figura b.c
abortus trimeſtris cauſſa 1120.e
abortus 4. vel 8. menſe ferè cum matre fœtum perimit 1257.c.d
abſtinentia carnis ex communi conſenſu, & quorſum 1118.
acarus,omnium animalium minimum 1123.b.1293.e
accretio corporis vnde, & naturæ propria 633.e. quî fiat 636.a. 732.d
acetabula quid 931.e. quando & vbi in vuluis 953.c. an aliqua 991.c.d
acetabula, ſeu cotyledones in vtero, 1120.c. 1124.e. an mulieribus,& qualia 1120.d. quorſum 1121.d. 1122.d. quib.& quando conſpicua 1121.e. quibus inſunt, & contra 1122.a.b. quî minuantur,& cui vſui b. quorſum in vtero c.
acetabulorum compoſitio,vnde,& quorſum 1124.e
acetivis ad ſitim 651.c
Acheloï piſces vocales vnde 431.c.d
acies oculi 298.a. quàm procul extendatur per planum 302.e
acromion 238.c. quid 470.d
actio quomodo pereat 2021.c. quî lædatur 2029.e
actio triplex à triplici principio in homine, qualis, præſertim naturalis 177.e
actio partis vnde ſua cuique 1811.a. 1843.e. 1816.c
actiones animæ interiores,quî fiant,& vbi 1965.d
actionum naturalium diminutio quomodo & vnde 81.e. 82.a
Actuarius primus ſpiritus naturalis aſſertor 173.a. qualiter de ſpirituum natura tractet 179.a
acumen cernendi duplex, vt in abijs ſenſibus 311.d.e
Adam quid cabaliſticè ſignet 11.c.d. & vnde dictus 51.c. 875.c. cur dicatur homo 2082.c. cur 23. coſtas, poſteri 24. habeant? 468.d. quomodo in Euam exarſit 842.b. nudus erubuit, cur 2103.e
Adami præuaricatio & excuſatio 2103.c.d. paradiſus qualis 2104.a. peccatum non fuit in cibo,ſed inobedientia 2104.d. toti humano generi commune 2107.b.c. primi lapſus gradus & ſuperbiæ malum 2104.d. pœna non eſt peccato grauior quamobrem 2105.a
Adamo ſopito Deus coſtã exemit, de qua fœminam genuit,durum genus 468.c
adenes qui,quales,& cur dicti 1829.b.c. 1831.d
adenum duo genera & vſus 1832.a
adeps quid, & vnde dicatur 1834.d. vbi multus, aut paucus,aut nullus 1835.c. 1846.a. etiam in macilentis 1835.d. quomodo in corpore mutetur, vbi, & quorſum. 1044.d. vnde, & quid deſignet, & quòd magis in feminis e. an carni permiſceatur 1816.e. quibus minuatur aut conſumatur 1835.d.e 1839.c. 1841. inſenſibilis vnde 1838.c. vbi concreſcat qualiter,quorſum 1839.b.c.d. 1841.d. 1845.a.d vnde fiat,& quî differat à ſebo 1840.b.c.e. 1841.c. cur albeat 1841.b. 1843.d. cur meningibus non accreſcat,& in cerebro 1841.e. in cordi accreſcit 1842.a. 1844.d. 1845.c.d.e. 515.b. carni iitẽ 1844.a. non eſt corporis pars 1842.b. nõ neceſſarius 1843.e. vbi conſiſtit 1844.c. quibus partibus admiſcatur, quibus non 1843.c. 1844.b. 1845.b. an calidus vel frigidus 621.c. 1846.c.d. 1847.a.d
adipis generatio 1834.a. 1835.a. 1836.a. 1837.a. 1838.d 1839.c. 1840.a. 1841.a. 1842.b. 1843.b. 1844.e. natura, figura, ſedes 1835.a. 1837.a. 1838.c. vſus 1836.a 1843.e. differẽtia à ſebo 1837.e. 1838.a. locus 1787.a 1838.e. 1841.c. 1842.b. 1844.b. temperamentum 1813.d. 1839.d. 1840.d. 621.c. proportio cum carne 1840.a.b. calidi gradus 1848.b. affinitas cum medulla 1849.b
adipe quæ animalia abundent 1837.e. 1838.b.c.e. 1841.c. 1843.c
adoleſcens amore ſtatuæ ardens,& eam conſtuprans 1296.a. alius eius potiundæ ſpe deluſus ſe interficit b
adoleſcentia 66.a. hæmorrhagiæ obnoxia quando 865.e
adoleſcentiæ ſtudia & morbi 2086.d. via duæ 2114.a libidinoſæ pœnæ 1851.e
Adonaï, Dei nomen, quid ſignificet 32.a
adoptio in filios Dei per baptiſmum 2108.d
Adriani Imp. mos in audiendo 337.b

Digitized by Google

Adriani Turnebi laus 75. c
aduentus Dei ad iudicium qualis 2166.a.d. 2167.d. 2168.b. vide Iudicium & Reſurrectio.
adulterium in propriam vxorem, quî 1851.a.b
adulterij prohibitio 948.e. 1557.a
ædis ad hominem comparatio 44.e
Ægles de muto localis factus 443.e
Ægypti fertilitas omnimoda 1156.d.e
æluri feritas 310. c
æquator habitabilis 220.a
æquinoctium quando fiat 1176.d. verno autumnale reſpondet 1177.a. quid & quando 1184.b. quotuplex c. quòd ſexto die contingit 1185.e. 1198.d.e
æquinoctij dies qui tũ priſco, tũ noſtro ſeculo 1185.b
æquinoctia & ſolſtitia 208.d. 210.b
æquinoctia priſca quo die contigerint, & ad noſtra tempora anticiparint 1178.c. qualiter retrocedant 1185. d
æquinoctiorũ priſca ſedes 1173.b. analogia per trinos menſes c.
æquor vnde dictum 1418.e
aër vnde dicatur, qualis, & quorſum 66.e.d. 169.b. inconſpicuus ex ſe 169.c. vbi 170.c. quid, & vnde, & quid gignat 169.b. 186. e. ventorum regnum 189.c. ex ſe mouetur, quomodo, vel à ſole 193. b quî differat à vento ibid. nuſquam ſine humido 202.c. oculo eſt non pro baculo, cur 324.e. lucidus facilius coloratur, quî 314.b. neruo ſimilis ad viſionem 325.a. nõniſi lucidus ſpiritui optico ſubſeruit b.c. cur ad cerebrũ non rectà feratur 335.a an aquis inſit 347.d.e. 348.b. velut forma conſeruat eas 506.b. etiam mari ineſt vt & ſpiritus cœleſtis 507.b. c. ad cor concluſum à brachijs recta fertur d.
aër paucus in homine 186.d. neruo ſimilis ad viſum, quî 323 a. non ſubit præcordia niſi organis dilatatis 355.e. 356.a. in corpore nulla vi externa cogitur loco cedere b. quomodo arcteatur aut diffũdatur c. per laryngem ſectum exhalat ſine voce 435.e. an thoracis ſpatia penetrat? 445.c. expiratus vicinum impellit continuo, donec circumactus remeet eò vnde exijt 485.a. per os expiratus, per poros corporis regreditur b. quomodo in orbem ab ore in poros cutis, & à poris in os reflectatur, ex Plat. c. d inſpiratus quò feratur 488.b. eius beneficiũ cordi, quale c. expiratur ijſdem ductib. quib. & inſpiratur, d. pulmonem intrat priuſquàm ſanguis, cur 493. c. in animantib. quomodo inſpiratus alteretur 498.b. an in aqua continetur b. c. quomodo per omnia diffuſus, eiuſq. natura & ſynonyma d. e. ſua tenuitate ſubit aquam & penetrat 499.a. ex aqua euocatur quomodo ibid. quod nullus in aquis 500.c d. in piſcib. vbi contineatur 501.b. an ab ore in poros corporis recipitur, & à poris in organa ſpirandi 600.b. calidus inſpiratus non ſatisfacit calori natiuo d. ad cor penetrat 604.e. cur frigidus expiret, & quomodo inſpiretur 606. a. quà, & quò feratur in corpus 631.c
aëris qualitas, vis, & analogia in homine 35. a. diuiſio & affecta 66. d. regio triplex qualis e. prima calida cur, & nubium expers ibid. media cur frigida 67.d. & infima cur calidior e. 1380.a. analogia cum ſpiritu hominis 169. d. neceſſitas quanta 170.d. natura & vſus 506.b. 1380.a. agitatio qualis, vſúſque 187.a. alteratio à radijs oculi 317.c.d. fulgor abſente illuſtrante, diſparet 323. d. frigidi inſpirati damna, & correctio 361.e. 362.a
æſtimatiuæ facultatis vis, ſedeſque 1969.e
æſtuaria naturalia, vbi & qualia 189.a
æſtus maris vnde 1381.a. 1401.b. 1402. b. quater in die commouentur, quî 1382.a. 1403.c
ætatum analogia cum partib. cœli 2080.d. cum temporibus anni 2116.d
ætatum quatuor, & tempeſtatum analogia ad 4. humores 35. c
ætatum ſeptem ad ſeptem Planetas analogia 31.e
æther quid, & vbi, & qualis 1380.b. vnde dicatur, & cui vſui 50.c. 58.c. 2155.d. ambit terram 72.c
ætheris natura, 72. b
æthere quæ conſtent vel igne 72. d
Æthiopes binos ſimul alloquentes 446.d
Ærius quis & quantus vir 993.b
æuum infinitum ſemper ſui ſimile, eiuſque diuiſio 2114.a
affectus cerebri 70.e. & eorum cauſæ 71. b
affirmationes Deo non congruunt 66.d
Africa cur monſtrifera 1665.b.d
agelaſti vnde fiant 2211.a.b
agglutinatio quî fiat 635.a. 640. b. quid 641.c.d
Agni Paſchalis immolatio quo die fuerit 1218.b
agriculturæ inuentio 1273. c
agyrtarum ſubtilitas & impoſtura in motu imaguncularum 224.e
ἀήρ vnde dicatur 71. c. vide Æther.
αἷμα, ſanguis, vnde dicatur 1445.a
αἰσθάνεσθαι 343.d
alæ humerorum 238. e. 251. a. an ſolæ titillentur 2225. a
alba, i. membrana oculi qualis 293.b. cur talis 299.c
Alberti ſtatua ærea, loquax 1302.c
albulgineus humor: vide Aqueus.
album diſgregat viſum 406. b
album oculorum 230. e
Alchidæ fœdus amor in Cupidinis ſtatuam 1296. c
Alcibiadis cum Socrate impudica colloquia 709.b
Aldabaram, os mirificum & ſuperſtitioſum 1162.b. 2178. a
Alectorius & Bezaar lapilli qui 457.c
Alexander & Theodorici pater lucem de ſe profuderunt 73.e
ἀλιθαρσεῖς cur dicantur ſenes 2137.d
alimentum quid 633.b. & quomodo alat 641.a. 642.b quomodo triplex, à tempore, mutatione, & actione 597. b. c. 642. b. c. e. propriè & equinocè d. idem medicamentum quale 642. c. mixtum ex humido & ſicco 384.a. omne dulce & guſtabile b. quando neceſſarium, & quale 420.a. 631.d.e. 632.a 634.c. 635.d. patitur ab alendo, an contra? 633.a eius fons 636.a. vnde 636.c. quî ſuppeditetur c. quomodo partib. accedat 639.d. quomodo alteret & alteretur 640.a. in omni parte corporis alterari, ſed coqui niſi in ventre, non poteſt 687.c. quî in corpus diſtribuatur, & eius origo 732.d.e. 1446. b.c. quomodo per venas refudet 733. d. mutatur in ſubſtantiam aliti. 756.d
alimentum embryonis commune cum matre, quale 2110. b
alimenti vſus, & neceſſitas vnde 81.c. 638.c. 640.c origo vnde, & eius quadruplex principium 756.e vis atque diſtributio ibid. & 642. b. 643.c. vſus 639. e

Digitized by Google

639.e. oppoſitio,agglutinatio,aſſimilatio 640.b. vis geminæ 641.b. effectus 642.a. organa c. neceſſitas tum cæteris, tum cordi præcipuè, qua de cauſſa 605. d
alimenti trahendi viciſſitudo ab extimis ad intima 648.c. cõmunis vſus in animantibus 652.d. organorum triplex genus 653. c. differentia à veneno 657.d. nulla indigentia poſt reſurrectionẽ 2184.d
alimenta analoga caloti natiuo,qui 82.d. e. naturæ familiaria 391. c. alia dulcia,alia pinguia 391.a
alimenta animalium externa, vnde 649.e
alimentorum neceſſaria cognitio,quorſum 641. a. medicamentoſa duplici nomine grata, cur & qualia 642.d
allantoïdes qualis, eius generatio, & vſus 925. a. b 931.c. 935. a. 937.b. vnde dicta,eiuſque figura c. 928.a. 938.a. inſertio 929.a. cur anguſta & longa 935. c
allantoïdis ſimilitudo 939.e. compoſitio, ortus, nexus 940. c
Almageſtum quid & eius ſynonyma 1182.a
Alleluja, quid 51.a
Alphonſi Regis diligentia & ſumptus, in vero anno perueſtigando 1189.e. quo ſeculo floruerit 1199.c
alteratio omnis in corpore, fit à 4. qualitatib. 683. c quî 1437. d. 1438. e. ſecundum naturam quæ, & præter naturam,& media 1515.c
altiora non quærenda 57. a
alueoli dentium 234.d
aluus quid 652.b. infima,qualis 718. a
alui partes ſuperiores 617. d. muſculi quot ibid. ſitus,& vſus,& natura 643.d. 644.d. figura 688.c exonerandæ pigrities 713. e
Amazones quæ & vnde dictæ,móſque earũ in mammis inurendis 479.e. 480. a. d. e. cur,quando,& quorſum hoc facerent 481.b.c. cur & quãdo ſuos filios luxarent,& quorſum d.
Amazonum natura 279. a. 1042.a
ambidextri qui,& an ſit eorũ familia 1269.d.e 1270.b
ambitio multos occæcat 982.b. religionẽ obſcurat e.
ambitionis ſtudium etiam in Philoſophis 1924.e
ambulatio quî fiat 255.a. 1333.a. 1339.d. 1345.e. 1350.c. eius vſus b. 265.e. cauſa prima 2034. c
ambulatio ad parietem qui fiat 1328.b.c. vnico crure flexo incommoda 1328. d
ἀμβλῶπες qui 834.e. 835.a
amygdalarum vſus & appellatio 461.a
amnes retro fluentes 187. c. ignei ſub terra 1379. d lapidificantes lignum 1383.a
amnios, tunica, vnde dicatur, eius natura, vſuſque 924.e. 928.e. 931.c. 935.b. 938.b. cur lata, & denſa, & quorſum 935. d
amnij natura & figura, nexuſque & vſus 940.a.d.e
amor quid,& circa quid 1583.e. eiuſque vis 1584. d omni animanti communis 1592.c.d. 1594.b. quomodo accendatur in nobis,& quando 1592.e cur faſciner,quóque modo 308 c. coniunctus timori 886.d. viri & mulieris mutuus c. in hepate 2217.a. 2218.d. totum corpus afficit 2218. γυναικόπληκτοι, cur 922.c. 1105. e
amor in pueros excuſatus,qui,& à quib. 709.d. hominum inter ſe,vnde & quorſum 830.e. 831.a.b.d coniugum vnde,& iura connubij 879.c.880.e
Amos ductam vxorem intactam ſinit, factus monachus de communi conſenſu 1117.e
ἀμφίβια quid 503.a. 1058 e
amphibia non ſemper in aquis degunt 503.a.b. vbi pariant, quóve modo 1611.a
ἄμπωξις quid 79. a
ampullarum creandarũ modus,& bullarum 388.c.d
Anacreon acino ſuffocatus 462. a. eius poëſis qualis 456. b
ἄνεμοι, ἀνεμοὶ, ἄνεμοι quî differant 485.a. item ἄγχουσι 491. d
anaſtomoſis venæ cauæ & portæ in hepate 811.d.e
anaſtomoſis venarum & arteriarum quî fiat,& quorſum 525.e. 761.a. eius vſus 531. b
anathymiaſis qualis & vnde 68.c. & quæ ab ea oriantur d. duplex 1407.e. vtriuſque miſcella & effectus 1408. d
anatomia quid 372.d. priſcis minus cognita,cur 736. d. quamobrem differat à noſtra 763.b
anatomia hominum viuorum 516.a.b. & ſeqq.
anatomicorum recentiorum laus, ſed & priſcorum cõmendatio 583.b. diſcrimen vtrorũque, & quòd olim humanis cadauerib. caruerint 624.b
Anaxarci tolerantia fortiſque mors 119.d
ἀνωλιγλωσσον quid 739. c
Androgyni natura 1653.c. compoſitio vnde 1653. c diſſecti fabula 617. b
Androgyni qui 829.c. & quales 1356.b. olim volut ominoſi in flumen conijci ſolebant 1667.d
Androgynorum generatio 1034.b. regio,moreſque 1653.d. mos turpis 910. c
ἀνὴρ vnde dicatur 2081. b
Angelus hominis cuſtos ac præſes 27. d. e. cuíque ſuus ſtatim ab ortu 28.b.c
Angeli ſuperbi lapſus è cœlo, & eiuſdem inuidentia in hominem 2104. b
Angeli 29. c. an omnes adminiſtri? 27.a. adſtites b. aligeri cur ib. & 56.c. qui & ad quid 28.a. ſub forma hoſpitũ peregrinantur,quorſum 28.a.b. quomodo communicant inter ſe e. Dei miniſtri,omnes mares 884.e. quid faciant & formẽt 1627.d.e ſpeciales noſtri 491. a. an cum mulieribus congreſſi genuerint 961. b. 1701.a
Angelorũ munus 27.a.b. 29.d. denominatio ibid. nouẽ ordines 28. d. differentiæ penes intelligentiam 28.e. ordines qui ſe habeant. 29. a
Angli caudati 714.d. 1132.a. 1666.d
anguillæ in aqua turbida cur breui moriantur 500.b quod non ſuffocẽtur 506.d. cur extra aquã diutius viuant 500.b. non reſpirant tamen 507.a
anguillarum origo de limo terræ: & natura earumdem 506. d. etymon 511. b
anguis è ſpinali hominis medulla 1875. e
angulus viſionis 320.d
angulorum oculi ratio 306. c. modus d.
anima ad imaginẽ Dei,quî 12.b. corporea ex Tertull. qualiter c. ſimilis Deo 17.a. imago Dei b. 19.c. 52.a. 466.c.d. 2078.d. quomodo 17.c.d. ſimilitudo qualiter ib. eſt in capite,vt Deus in cœlo 18.d. tẽplum Dei 25. c. quid à ſingulis Zodiaci animalculis & à ſeptem Planetis fœneretur 31. d. qualiter hìc purificanda & inſtauranda, erigendaque 33. a redux ad ſuperos qualiter ornanda b. quid à ſuperioribus & inferioribus ſphæris contrahat c. in quo ſimilis Deo 52. a
anima quid, vbi ſita, quid agat, & quomodo 58. d quid à mente differat 59. c. quotuplex e.

Digitized by Google

habet aliud corpus affine, quale 70.a. quid ex opinione quorundam 86. a. cauſſa incrementi 86. b. in ſanguine quibuſdam Theologis d. quid Hippocrati e. Ariſtoteli 87.a. Galeno ibid. quòd ſit mortalis b. quod immortalis ib. cõtra Galenũ e. 88.a.b. agnoſcitur operibus qualiter 92.e. 93.a.e. mente non oculis contemplanda d. immortalis licet inuiſibilis 94.b. 95.b.d. 98. 99

anima nihil habet contrarium, nihil corporeum, & eius vis 135 e. ſi eſſet mortalis, ſimiliter & alij ſpiritus 136. b. æterna quia ſenſum fugit: & contra 141.b. in cœlum mortuo homine ſe recipit d. in ſeipſam conuertitur ſine corpore, vel adeò in ſomnis 137. a. cur in puero, ſene, ægro, hallucinari videatur e. vna multas & diuerſas in corpore actiones edit, quî 180. e. in ſomno locum meditatur & agit 419. a. quomodo agat vigilantibus aut dormientibus nobis c. in ſomno agit 4232.a. liberior quàm in vigilia b. agit corporis & propria munia b. c. non ceſſat 424. e. rerum notitias, & vocem & orationem expromit 434.a. an in thorace habitet 465.b. in corde c. tota in toto & tota in qualibet corporis parte 466.c.d. 1361.c. an in ſanguine alatur, & an in corde 467. a. b. 558.e. 563. d. eſt dæmon familiaris cuiuſque ſuus 568 E

anima in capite, quî 34.d. 567.d. 568.e. vbi reſidet ibi & animæ pathemata 570. c. quòd in cerebro, & omnis eius actio paſſióque d. 572. b. c. quòd in corde 575. d. 576. d. vide Animæ ſedes. è capite proſpicit vniuerſa inferiora 571. d. eſt in toto corpore 572.b. 575.d.e. totî corpori proſpicit, & partibus ſingulis ſua munia aſſignat, quomodo 655.e. ſola varijs organis vſa ſuas edit actiones 2218.e. in corde motum omnem diſpenſat æqualiter 1322.e. principium mouens & immobile, vbi 1323. a. quî moueat, & vnde c. cur in ſingulis membris non ineſt neceſſario d. Trinitatis habet imaginem in quo 1362.b. 1364.b. 1958. a. ſimplex an multiplex 1583.a. ſentit omnia cur b. prægnat quî, quando & quid c, 1584. a. an corpus regat 1622.a

anima vbi ſedem habeat 1952. a. 1953. b. 1954. b. c. 1993.a. 2010. a. quod in capite 1952.a. 1954. c. 1955.a 1956. b. quod in corde 1955.b.c. 1957. a. quòd in toto & parte qualibet 1953.c.d. 1957.a.d. 1960.a. 2215. ad quid homini data 1953.b. quomodo ſimplex aut multiplex 1957.c.d. Dei imago & probatio 1958.a. 1959.c. à Deo inſpirata qualiter 2078.c 2079.b. an Ariſtoteli immortalis videtur, vel ſecus 1958.d. 1959.a. viuificat corpus 1959. a. Deo ſimilis in quo 1959.b. quî percipiat externa 1961.e 1963. a. quid, & quatenus mortalis vel immortalis 1963. a.b. 1989.b. extra corpus agit, non patitur, & quomodo intelligit 1990.d.e. eſt omnia, quî 2055.a Dei vicaria qualiter beatificetur 1864.d

anima quomodo ſubeat fœtus corpuſculum 89. e an Dei particula 90.a. imago Dei in homine b. an è cœlo demiſſa, an in corpore primitus creata c. non alitur ſanguine aut ſpiritu corporeo e. an ex parentibus, ſiue ex traduce? quòd non 104. d. nihil gignit, quia ſimplex e. an à ſole vel æthere? 105.a. à Deo non à parentibus b. multo diuinior ſemine c. quo tempore ſubeat corpus 542.b. non gignitur cum corporis materia, maſſaque 838. d an ſibi fabricetur corpus 1051. d. gnara vſus partium corporis e. an alia facit corpus, alia excitat actiones e. vniuerſalis & particularis in nobis 1052. c. an partium vſum ignoret c. an ſit in ſemine à parentibus d. an formet embryon, & qualis ſit 1053. a. b. quî nutriatur 1057. d. quid Hipp. d. quid à natura differat e. 1058. a. quo alatur 1058. a. prius potentia quàm actu adeſt, & vnde ſit 1062. d. à ſemine, quomodo 1063. d. quando & vbi creetur 1075. e. 1076. a. non infunditur cum ſemine a. b. an à patre infunditur fœtui qualis 1639.e. quando, & cur actiones nondum edat 1640.b

anima hominis quomodo in ſanguine 111. b. quotuplex 1961. b. vna an plures 1962. a. b. c. d. e. quæ illi propria aut communia 1989. c. triplex, pro triplici animæ officio ac facultate 106.a. 111. d. 2215. 165.d.e. 510.c.d 2061.a. num à mente differat 106.a.b. vbi & eius vis 111. d. quid ab animo differat ibid. homini cum mutis & plantis communis quæ 1961. a

anima in ſanis ſuas obit actiones à capite 2214. d. in ægrotis ab eo agere prohibetur e.

anima mortalis vna, immortalis altera Platoni 184.a immortaliſque domicilium diſtinctum à mortali ibid. rationalis quæ & vnde, & eiuſdem munia 1640. b

anima ſenſitiua quæ, vbi, qualis 1960. b. mortalis 1960.d. 1961.b. vnde 1639.c. quando emicet 1640.a. qualis in mutis animalibus 110.d. 510.c

anima vegetalis prima, deinde ſenſualis, & rationalis 1062.c. vegetalis in conceptib. ſeminibuſque, qualiter 1062.d. ſenſualis vnde 1064.a. vegetatiua & nutritiua quæ & vnde 1640. a. etiam in plantis eiuſque vis e. in brutis pro vita, & cur dicta 111.a in ſanguine, id eſt vita b. quî c.

anima mundi 7.d. 2142.e. & eius efficacitas 7.d. 1071. e. 1072.c.d. quæ & qualis, & quid efficiat 69.a.b vbi & quorſum 1059.c.d. 2143.b

animæ & hominis ſimilitudo cum vniuerſo 12.b

animæ motus qualiter accipiendus 13. d. præſtantia 16. c. dignitas 17. a. deſcenſus à cœlo per aſtra & Planetas 32.a. defectio à ſupernis & communio cum inferioribus poſt deſcenſum e. dona à mentibus angelicis & cœleſtibus 33.d. pabulum 86.e. 90. d. eſſentia Galeno quæ 87. a. cum corpore nexus quomodo ſoluatur c. ſubſtantia quæ d. 325. e. an à ſemine parentum? 91. e. obſcura in homine, & quando comprehendi poſſit 94.c.d. forma & qualitas in corpore imperceptibilis 92.b dominium in corpus 93. b. forma qualis 97. b functiones communes & priuatæ 99. b. c. effectus 100. a. definitio ex Ariſt. 101. e. 102. b. functiones interiores 103. c. indicant ortum minimè elementarem 103. d

animæ cura quatenus 130. d.e. 131. 132.

animæ immortalitas demonſtrata ab eius diuinis functionibus 134. e. alijs rationibus 135. ex opebus 139.e. ex oraculis 143. c. d. e. 148.b. ex communi omnium nationum opinione 148. a

animæ tres proprietates, ſuſcipiendi, illuminandi, agendi 138.b

animæ opera citra corporis obſequium, & eiuſdem ἔκστασις 140.c. deſideria à corpore diuerſa 141.a immortalitas & corporum reſurrectio ἀναστάσεως 153.a.b. & ſeqq.

animæ diuinitas,ortus,actio,& conuerſatio 164.d.e. genera tria, vis,ſedes 165.b. facultates ex Ariſt. c. origo,natura,intentio 167.a. cõtubernium 239.c. partes iuxta Stoïcos 1215. veſiculum & organum ibid. munia per ſe vel per organa 226.a. ſedes 1864.a. 1218.b. an in corde 551.c.d. an in cerebro 552.a. 562.e. 563.c. 567.d. 568.e. 1214.c. quod in corde b. ignota tum ſenſibus, tum argumentis 554.a.b. 555.c.d. principalis vbi e.

animæ ratio inueſtigari nequit 553.c. partes 554.e. principatus in corde,cur 555 a. functiones interiores quæ,& quot & vbi 556.a. facultates 557.d. perturbationes in corde 558. e. facultates diſſentiunt re, loco, nomine 560.d.e. 562.d. origo vnde 561.a. functiones in capite primariæ & ſecundarię quomodo exerceantur 563.d. actiones in corde primariæ & ſecundariæ 563. d. functiones in iecinore quæ,aut quales e affectuum origo incerta 564.a. miniſtri triplices ſpiritus d. munia 567. b. ſynonyma,& cur ſpiritus dicatur 568. a. functiones quæ 570. d. eſſentia non in toto, ſed centro cordis & corporis,quî 574.b. principes facultates quomodo cordi inſint 577. b. partes duæ, vna rationis particeps,altera non,vbi 731. c.d. tres,& earum ſubiecta d.

animæ ingreſſus in hominem, & augmentum,quatenus 1002. b. iuge qualiter 1057. c. ſubſtantia 1058.c. appellatio quid ſignificet 1058.a. fũctiones quî fiant 1141 a. ſapientia vnde a. immortalitatis argumentum 1304. e. opera 1305. a

animæ facultates quæ & quot 57.c.d. 57.e. 58.a. & quibuſcum cõmunes 631.a. 633.c. 2073.d. 2061.c.e. creatio vnde b. cõparatio cum æthere & cœlo c. organum d. vis in corpore, & functiones vbi, & quales 59.a. an diſcretæ locis b. dignitas & munia 57.e. 1864. b. miniſtri ſenſus qui 1864. c. facultates vbi ſedem habeant 1951. c. & quot ſint 1963.d. 1970.b.c.d. 1990.b. functiones & actiones interiores 1965.b.d. potentiæ quæ & quot,& quibus 2060.c. munia duo præcipua 2066.e. comparatio cum ciuitate politica 1919. e. cum corpore communio & felicitas in reſurrectione 2176.c.d

animæ triplicis triplex domicilium 177.c. humanæ origo & diuinitas ac nobilitas 2118. a. cognatio cum corpore 2129.b. mortalis quot & quę ſpecies perturbationum 2216. rationalis & immortalis origo,in corpus inſertio,natura,vis,pabulũ 89. e. partes,item irrationalis 2065.a. 2067.a. iracundæ ſedes in thorace quamobrem 584. b. vegetatiuæ munia quæ & quot 2061. b

animæ cœli & humanæ conformitas 2130.c

in anima, ſanctæ Trinitatis ſimilitudo quæ 18.d. veſtigium quale 19.a.b. & ſeqq.

animæ ab aſtris demiſſæ in hominũ corpora,& quòd aſtris par reſpondeat animarũ numerus 96.c. 97.a. quid à ſingulis Planetis contrahant 30.d.e. 31.a. & ſeqq. omnes ab anima vniuerſi, quomodo migrent & mutentur 41.a. omnes non ab initio mundi creatæ, ſed quotidie recẽtes corporib. recentibus inſeruntur 40.c.d

animæ humanæ in quæ animalia migrent 41. e. d. quales in prima geneſi 42. b. qualiter à beſtiis exeant 43.a. b. ſecretæ degunt à corpore qualiter 41. e. immortales,& earum ſubſtantia 160.b.c. an in pœnam addictæ corporibus 2129. a. b. tres pro triplici vnius animæ facultate 111.e. 414.b

animarum procreatio quomodo 96. e. prima perfectio, earumque lumen duplex, & quomodo exciderint, quáque pœna 946.c. redintegratio in priſtinum ſtatum quî fiat d. differentiæ tres 413.a in feras metempſycoſis, & eius mythologia iuxta Academicos 41. b. 43. e

animus quid ſit, & quòd eiuſdem cum Deo naturæ 100.e. qui ab anima differat 111.d. quomodo partes ad riſum commoueat 2213. c. 2219. de cœlo lapſus quid vndique contrahat 66. a. à ſingulis Planetis quid fœneretur per gradus ætatum ibid. animæ oculus, cognitione princeps 58. a. b. immortalis b. vertus homo,corpus autem vas 52.d.e videt, quomodo 331. a. non niſi animo cernitur 92.c.d. quomodo in corpore 56. e. aduerſus fortunæ caſus aſſuefaciendus 2115. a

animi generatio menti humanæ obſcura 90. d. domicilium vbi & an in capite 2214. c. alimentum quale 90. e. partes,& earum focus,viſque 1953.c. paſſionum origo duplex, & genera quatuor 2216. 2218. naturæ in corpore & extra corpus imaginandæ cognitio obſcura 91.c. contemplatio circa vniuerſalia, & contrariorum notio 140. a. libertas in occulta rerum natura 122. c. celeritas, capacitas,veſtigatio d. attenta contemplatio occæcat 113. a. morbi quo curandi ſint 565.c.e. 566. a. e

animorum immortalitas quibuſnam actionibus declaretur 103.e. 104.a. æternitas,& præmia vel pœnæ 97.c. origo vnde 100.b. compoſitio qualis d. ſubſtantia ex Ariſt. 101.a. morbi 565. c. 2087. medicina quare neglecta 2087.c. mala vnde 2087.c.d vigor 2087. d. perturbationes, & earum genera 2087.d. 2088.a. vitia an à carne 2087.e. diſſolutio 108.c. è corpore migrantium viæ duæ 112.d

animal quid ſit 2055. b. vnde dicatur 510.c. 1062. b 2055.d. an aliquod in aëre & igne viuat 2056.a.b. quî fiat è ſemine, quîque alatur 1142. b. proportionatur ſuo generi, & copiæ ſeminis 1085. a. omne ſenſu & tactu præditum 394. b. 395. c. omne ſpirat, quorſum 498. d. tribus rebus conſtat & reficitur ſimilib. ibid. corde exẽpto ſpirat, clamat, currit 434.c. 568.d. nullum præter hominem ridet 2213.b

animal ſanguineum nullum plurib. quàm quatuor notis mouetur 1317.c. multifariã ſectum moueri non poteſt, nec viuere 1317.c. ſine flexione nodi gradiri nequit,& altero quieſcente 1329.b. nullum ſpirat ſine pulmone 348. a. caſtratum frigidius & imbecillius, cur 872.b

animalcula in ſemine, quî 1082. a

animalia vnde dicta 110. d. duce natura quibus ſibi remedijs conſuluant 36. e. cur aures ingentes circumagant, & quænam audiant melius 337. b. c. cibi odorẽ procul ſentiunt,& perſequuntur 346.a. quî in terra cõcreſcant,& qualiter ab initio 839.b. in aqua 841.a. norunt quibus ſe,partib. defendere debeant 1141.a. norunt facultates animæ,& vſum partium ex ſe a. b. norunt ſua arma naturalia d. ſponte naturæ ſequũtur aut fugiũt obiecta 1142.a.

animalia quî moueantur intus & foris innixa 1320.d. 1321. b. c. 1324. d. qualiter paſcantur 1984. d. ſeſe natura duce conſeruant 1985.a. à plantis quî differant 2063. a. quibus ſenſibus præcellant

& quib. ab homine vincantur 2064.a
animalia magna paucipara, diu geſtant vtero, infœcunda, quamobrem 962.e.963.a.b.c.1081.b.2110.e. perfectiora quæ & quomodo gignant, & quod nullum quantitate perfecta 965.c. longiore tempore gignuntur 973.d. 976.d
animalia in vtero muliebri ſine coïtu genita, quî 1649.e. calua quæ 271.e. quæ proniora in venerem 956. c. quorum tempora grauiditatis diſcrepant, mutuò generare nequeunt 959.b. quænam ſuperfœtant 1644. b. d. quæ adipe vel ſeuo abundent 1837.e. 1838.b.c.e. 1841.c. quæ muta & ἄφωνα 432.c mixti generis 1665.c. politica, cur inteſtina habeant ambagioſa, obliquáq. 665.b. guloſa vnicũ habent, & illud rectũ inteſtinũ 691.c. 692.a. quæ creſcant aut minuantur, ratione alimenti 384.b
animalia hyeme latitantia, ſine cibo & ſpiratione viuentia, qui 491.a. b. quî pingueſcant 1044.d
animalia ſanguinea ſunt calidiora & perfectiora cæteris 587.a. magis ſpiratione egent 603.c. quo digniora, eo calidiora 604.d. parum viuacia, exépto corde viuunt aliquandiu 538.c
animalia Zodiaci, & eorum nomina, itemque ratio 1186.
animalium ſeu animãtium differẽtiæ 398.a. 1055.b.d. diuiſio 2055.c. gradus ad perfectionem 2062.e. 2063.e. impetus quî feratur 2065.d. quatuor diſcrimina, totidemque regiones 841.b. voces quinam calluerint 36.c. fabrica cerebri eadem cum homine, ſed functiones animæ diſpares 1973.e
animalium voracium qualia inteſtina, & quãobrem ampla & recta 695.a. 719.a
animanti cuique ſuum elementum familiare 503.b.c
animantes quæ rationis magis capaces 37. d. quæ prudentes 1451.b. humana lingua diſcunt, & hominum affectus imitantur, qualiter 1974.c. 1976.e 1981.b.c. d. an prudentia carent 1977. 1978. 1990.d qualiter ſuos affectus exprimant 2077.a.b
animantia egent alimento, obnoxia incremento, ſtatui, decremento 631.c. 632.a
animantia bruta prona in terram 2131.e. riſus expertia, cur 2210.d
animantium ſitus in vtero qualis 941. c. partus quî fiat, & quare d. generatio, & eius ratio 941. c. e. qualis 839.b.d.e. 844.c.d. regio pro diuerſa temperie generis cuiuſque e. ſecũda generatio 840.a. prouentus poſt diluuia vnde b.c. vita tribus reb. ſuſtinetur 170.d. 171.a. voces & loquela 2077.a. ſermo & riſus qualis 2077.d.e. prudentia 2077.c. differentia à plantis 2078.b.c
animãtibus mutis & volucribus vis præſaga vnde ſit 1974.c. pleriſq. prudẽtiæ naturalis indicia, & functionum interiorũ 1974.d. 1975.a. 1977.b. 1983.a. interiorũ facultatũ vſus qualis vel quantus 1974.b ſapientia 1975.e. memoria, & cognitio 1977.b
annus quot diebus ſuper gradus Zodiaci 1179.d. qualiter per Solonem, Eudoxum, & Iulium dimenſus 1181.a.b. quot diebus conſtet 1182.b.d. 1183.a,b. 1243.c. 1167.d. 1172.d. à Sole pendet 1168.b.d. per ſeptenarium immutatur, cur 1169.c. integris diebus non conſtat 1179.b. reuera quot diebus conſtare debeat 1209.c. in orbem redit a. à Martio, vt & mundus ipſe, inchoari Theologis perhibetur 1214.e
annus quotuplex 1183.c. ciuilis qui 1211.b. vertens, quis 1176.a. & quot diebus conſtet. 1210.c
annus ſolaris quis ſit ex motu proprio, & quali 1183.d quot diebus conſtet & minutis 1188.e. quot menſibus 1210.c. 1211.e. 1244.d. ſuperat lunarem 11. diebus 1247.c
annus Lunaris tredecim menſium quomodo 1210.b. 1211.e. 1244.d
annus Hebræorum quando incipiebat 1214.a
annus Athenienſis duplex, & quot diebus vterque conſtiterit 1211.b
annus Romuli quot diebus conſtaret, & Iul. Cæſ. reſtitutio, & quot diebus additis 1209.a. 1246.a. in quo deficeret, item Numæ 1209.c. 1246.a
annus embolimalis qui & vnde 1219.e. lunarem & ſolarem quot diebus ſuperet 1247.d
annus biſſextilis quis, & vnde ſic dicitur 1177.d. eiuſque compoſitio 1187.b
annus Iubilationis ſiue decurrationis, qui, & vnde dictus, vel dicendus 1186.c
annus magnus an poſt reuolutos 800. terminetur, & nouus inchoet 1214.c. 1170.a
anni correctio per Iuliũ Cęſarẽ 1174.b. 1175.a.b. 1189.a.b. per Auguſtum 1175.c. per Lilios fratres 1177.b
anni ratio vnde ſumenda 1176.a. temporũ quadripartita diſtinctio &c. 1176.b.c. vis à ſole 1181.d. principium varium apud varias gentes, quomodo 1211.a 1213.a. b. c. effigies hieroglifica, & qualis 1211.c. quantitas definiri non poteſt, cur 1182.d.e. quatuor partes, & earum diſtinctio 1194.a
de anno cõſummationis ſeculi variæ ſentẽtiæ 2171.e
anni ciuiles apud varios varij 1210.d
anthelix auriculæ 253.c
ἀνθρωπος vnde dictus 53.c. 2081.c
Antropophagi qui 1860.b
Anthropomorphitæ 1917.c
Antiades vnde dictæ 461.a
ἀντιπερίστασις quid & vnde 1981.e
Antipodes an ſint 1390.c.d. & qui 1391.d. 1392.c. 1395.d. 1397.b.d. figmenti origo 1391.b.c. mirantur in nobis quod nos in illis 396.e. viuunt ſimiliter nobis, quomodo c. noti priſco ſeculo 1398.a.b
Antipodum ad nos cõparatio 1395.a. ortus & occaſus 1396.d
anus 247.a. 1371.a
ἀπάτωρ qui 834.e. 835.a
Apellis heros & equus 1197.c
ἀπαθὴς vnde dicta 1571.c
Apocalypſis non carnaliter intelligenda 2197.b.c. malè intellecta dedit occaſionem errandi Chiliaſtis 2196.a
S. Apollonia mortem ſibi ipſa conſciuit 2184.a
Apollonius Tyanæus animalium voces callebat 36.c
aponeuroſis quid 1770.e
apophyſis ſtyliformis 3334.a
apophyſeôn in ſpina vſus 1879.b
Apoſtoli per Ieſu nomẽ mortuos excitabant 154.e
Apoſtolorum cura in præceptis tradendis 1205.b
apperentia naturalis vel animalis 949.a
appetitio vbi & vnde 180.d. cauſa motus mediata 1323.a. quo à functionib. internis differat 1354.a. ineſt omni viuenti b.
appetitionis & delectus vis 1311.a. conditio, & à quo pulſetur 1354.a
appetitiuæ facultatis ſpecies 1970.c. motus 2065.b
appetitus 413.c. 414.a. ad quid datus 2055.c. 2064.d.e.

Digitized by Google

qualis 1970. e. an ſit proxima motus cauſa 1315. c
eius ſedes, & affecta atque ſubiecta 1354. c
appetitus animalis qui, eiuſque vis 1354. d. diſtributio ex principijs d. 1355. a. differentia à rationali e.
appetitus rationalis, qui 1354. e
appetitus varietas vnde 180. c
apprehenſio quî fiat, & qualib. inſtrumentis 1281. b 1291. b. c. 1293. b
apũ ſolertia 1975. b. 1976. d. e. ingenio & opera 1977.
aqua nuſquam ſine terra 202. c. in homine plurima 186. d. globoſa 204. b. non poteſt totam terram fulcire 207. a. b. cur inodora, & quæ 342. c. d. non ſit ſapida vi caloris, nec incraſſeſcit 385. a. terræ ſuæ refert ſaporem ibid. ex ſe inſipida, d. e. reparat ſpiritus piſcium aëris vice 500. e. 501. a. immota putret 506. b. piſcium, ſæpè renouanda c. ſola non poteſt alere, quare 630. b. 631. c. inutilis in acutis morbis b. c. non famem nec ſitim leuat, cur c. coquendo non craſſeſcit 655. a. non nutrit, ſed diſtributioni ſeruit 793. e. 819. c
aqua globoſa in toto & partibus 1381. c. innatat terræ 1384. d. 1384. c. an rotunda 1399. d. marina grauis, quia ſalſa 1405. e. quî gignatur 1410. e. 1411. b. d. non omnis è lacubus e. vnde dicta 1418. e. in nubem quî degeneret a. cur fœmina, ignis mas 1417. a. num generationi noxia 1728. d. 1731. c
aqua de mari & fluminibus 1388. e. infra terram c. ſub terra, quî c. ſuperior terra d. ſub terra non vniuerſa, ſed particulari, quî d.
aqua fluminum mutans velleris colorem, quî 1383. a. b. vinoſa ibid. non ex alueis collecta 1411. d. naturaliter calida vbi 1412. e
aquæ qualitas & vſus in homine 35. b. vires ad ſapores 384. e. bonæ vel malæ ſigna 1417. d. pluuiæ dores & generatio e. & cur putredini obnoxia 1418. a. potionis damna in morbis acutis 630. c. vis ad ſitim 651. c. pericardio contentæ vſus, & cauſæ variæ generationis 515. e. ferratæ vſus ad lienem 790. a
aquæ maris qualiter coërceantur 205. d
aqualiculus 244. a
aquarum locus & vſus 207. c. effuſio varia in terris a 15. e. fluxionis cauſſa 486. d. confluxio in terræ viſceribus, qualis 1379. d. miracula 1382. e. 1383. a. diuiſio ſurſum & deorſum 1406. a
aquatilium naturalis ſolertia 1984. e
aqueus humor, eius ſedes, & quî cataractam faciat 290. b. c. qui & qualis, & vnde, & quorſum & vbi e. cur liquidus 291. e. poteſt renaſci totus ſemel effuſus 292. a
aquila lignea volans mirificè 1302. b
aquilæ gratitudo 1981. e
Arabum vanitas de corpore ſuſcitando ex oſſe incorruptibili 1278. c
araneorum induſtria 1982. c aſtutia 1984. d
arancoſa, 5. oculi tunica vnde, & ad quid 294. e
arbitrium liberum 59. c
arcæ Noëi ad corpus humanum analogia 45. b
Archangeli 29. c
ἀρχὸς, inteſtinum, cur dicatur 707. b
Archimedis contra Marcellũ machinæ 1300. e. ſphæra vitrea motus planetarum imitans 210. b. 1302. c. d
Archytæ columba 224. d
Arctos non occidit 1393. a
arenularum & calculi generatio quî fiat 457. c
Argus centoculus 300. c
Arion delphino inequitans euadit 496. d. e
Ariſtomenes ſolus 300. occidit 467. e. eius cor piloſum quid portenderit ibid. & 593. a
Ariſtoteles diſcipulus Platonis vafer 75. b. præ inſano ſtudio animi morbum contraxit & mortem 428. e. eius ambitio 311. a. libertas & acerbitas in philoſophando b. c
Ariſtoxenis error de mente 573. b. c
armorum inuentio an plus profit, vel obſit 1301. c.
conſligium in aëre auditum 67. c
ἄρρην, mas, vnde dictus 1022. a
Arrij & Iudæ mors 186. a. b
ars naturam imitatur 44. d. 224. b
ἀφροσύνη, idololatriæ fructus 708. b. à diabolo, & eius deteſtatio & pœna c. d. author Orpheus qua de cauſſa 710. e
arteria quid ſit, eiuſque compoſitio 512. e. 1787. b. 1794. c. qualiter à vena differat d. 523. b. 540. e. vnde dicta 523. a. 526. c. vix ſine vena d. quorſum 1792. a. 1793. a. e. non ſemper venam comitatur qua de re 1791. c. 1792. e. non continet verum ſanguinem 582. d. cur venæ tunicam induerit 493. d. nulla pulſatilis in pulmone, quamobrem 495. a. ſecta infra laryngem voce priuat 437. a
arteria venalis 492. b. eius ſitus & vſus 493. e. 494. e. munus 494. a. ſola duas habet membranas, & hac illac perfluit 527. d. quomodo ſpiritum elidat, & ſanguinem proliciat quem in vſum 528. c. cur aorta minor 512. a
arteria œſophagi vnde dicta & cur trachea 448. a. eius cõpoſitio, figura, partes b. forma, ſitus, inſertio 449. b. quib. adſit eiuſque natura 458. c. fines duo d.
arteria trachea, & eius chartilagines 256. e. partes ib. origo, & vſus 523. b. c. differẽtia ab alijs d. termini 579. c. natura, & compoſitio ſituſque 459. b. 461. c. 462. a. c. e. diſtributio 460. d. quod non conſtet oſſibus, ſed trib. chartilaginib. 463. e
arteriæ aortæ ſynonyma, origo, ſoboles, vis, ſubſtantia motus 523. e. vſus 526. c. 552. b. ſanguis vnde & qualis 582. e
arteriæ magnæ bifaria & impar diuiſio 525. d. vſus 227. c
arteriæ venalis ortus, nominis cauſſa, compoſitionis ratio 526. a. c. vſus 527. e
arteriæ continent ſanguinem cum ſpiritu 494. e. quî pulſent, 519. e. an dilatantur vt impleantur, vel contra 520. a. 525. a. b. nõ refrigerãt, cur 523. e. viuificant, & quid contineant 540. c. ſimplices an compoſitæ 1788. d. 1798. a. vnde & quomodo genitæ, 1570. b. 1802. e. venis ſubſunt, & vbi ſine venis 1791. b. c. quo alãtur 1791. b. an ſentiãt 1794. d. e 1795. a. vnde oriuntur, an à corde 1800. c. 1803. e
arteriæ ſeminales, & earum ortus, progreſſus & cum venis congreſſus 858. d
arteriæ lienis quomodo ſanguinẽ melancholicũ attenuẽt, & quorſum 785. e. & earũ vſus 786. c. 791. b
arteriæ renum vnde & quorſum 805. d
arteriæ pulmonis, & earum vſus 450. d
arteriarũ vſus 75. e. 523. d. 579. b. 1787. c. 1792. d. origo & pulſus communis 525. e. 526. a. ortus & contenta 529. c. e. 537. d. origo à corde 539. d. e. anaſtomoſis 1788. a. 1791. a. c. tunica qualis 1790. c. d. e. 1794. a. & vnde 1802. a. 1803. d. fibræ

item 1791.d. 1794.b. pori ad cutem 602.b. radices & truncus,vbi,& vſus 715.a. ſubſtãtia non poteſt eſſe ab hepate & corde quamobrem 728.a.b
arteriarum pulmonis duo genera 493.c
artes homini inſitæ 4.b
artes mechanicæ & liberales vnde ortæ,&quomodo perfectæ 2074.a
artium inuentio, 1299.e. non æqualis humano generi cur 2151.c. 2152.a
artium liberalium vſus 2074.b
articulatio quid, quo fiat medio & quorſum 1758.e 1759.c. 1761.c.d. 1763.c.d
articulationis tibiæ beneficia 1333.b.c
articulationes brachiorum quales 1292.b.d.e. 1293.a tibiæ 1306.d
articulationes pedũ variæ,quorſum 1340.b. crurum pauciores, & tamen nonnullæ 1351.b
articuli qui & vnde dicti 1258.a. & eorũ vſus 1269.c
articulorũ firmitatis cauſa 1292.d. 1293.c. vſus 1319.d motus quatuor & principia quinque vnde tum in manu, tum in pede 1346.c.d
articulorum in digitis vſus 1286.a. actio & cur carne non egeat d. vbi nulla, pauca, multa,qua de re d. e. motio per tẽdines qui fiat 1287.d. figuræ planè dolorificæ 1289.a. firmitas per ligamenta 1292.b
artifices qualiter ſuos tyrones inſtruant, & quorſum 2113.a
artus cur & vnde dicti 1257.c. 1258. ante partum qui intrudendi,ſi promineant 1005.c. amiſſi recuperandi in reſurrectione, vnde 2185.a. priores quadrupedum ad duos vſus 1271.b
artuum origo vnde, & nexus, extima chartilaginoſa, & carne tecta 263.b. compoſitio qualis 1259.b. diſtinctio 1260.d. ſuperiorum partitio deſcriptioque & cum inferiorib. analogia 1261.b. vſus 1273.a. pars altera ſeu infima 1305.e. eiuſque diuiſio 1309.e. 1310.a. ſuperiorum & inferiorum comparatio 255.a
Aſclepiadis atomi,moles & meatus,itemque opinio de reſpiratione 606.c. 607.a
aſinus an rideat? 2212.e
aſpectabile quid 317.c
aſpectabilium natura 318.a
aſpectus effaſcinat, & amoré conciliat,cur 1710.c.d
aſpectus varij 330.e
Aſphaltidis lacus natura, & pietas mira 1410.a
aſſa an elixa, humidiora? 682.a
aſſatio quid ſit,& qui fiat ibidem
aſſimilatio quî fiat 635.a. 640.b. quid 641.c.d
Aſtomorum natura,ritus,victúſque 373.b. 625.c
aſtra vbi lateant toto occaſus tempore 1393.e. cur alia citiùs, alia tardiùs oriũtur & occidunt 1400.d animata 83.b
aſtrorum occubitus in mari fictitius 1393.a. ortus & occaſus,quales b.d. motus 1394.b. regio,& natura formaque 1380.b
ab aſtris quænam commoda vel incommoda neceſſitatéſve 31.b
aſtragalus 258.d. cur intro magis vergat,& ad calcaneum quo ſe modo habeat 1342.b. eius ad naui-forme ſitus,qui 1342.c. figura nexuſque d. articulario 1344.a. vis præcipua ad motum b.
Aſtrologorum eximiorum laus 1196.c.d. calculus in numerandis epactis lapſus 1222.c
Aſtrologorum Ægyptiorum mira & laudabilis hiſtoria in obſeruatione curſus ſolis 1194.c
ἄτμος qualis & vnde 68.c
ἄτρεμα muliebres, quæ, quare, & vbi ſepimentum 992.d
auaritia & contentio huius ſeculi 197.a.b
aucupij commoda 2070.b
audibile quid ſit, & quomodo ad cerebrum pertingat 334.e
audiendi primarium inſtrumentum 333.b
auditorius meatus ad quid, vbi, & qualis, & cur in ſublimi 333.a. cur obliquus,durus,anguſtus e.
auditorij ſenſus fabrica & compoſitio 333.a. 340.d. eius cauſſa 334.c
auditus 64.b. cur in capite d. cur ad latera ibid. quî fiat 306.a.314.d.338.a.341.a.358.d. an in vacuo 431.a. viſu magis afficitur, cur 407.b. cur à contentis in ſuo ſenſorio non efficiatur 408.a. riſum conciliat quî 2226.e
auditus externæ partes 335.d.e. munimentum,& eius ſedes, & cur tale 337.b. beneficium 339.d. 444.d. cõmoda in homine 332.b. perceptio & vis ad diſciplinas,itemque externa c. affinitas cum ſermone 339.a. 340.d. vſus 340.c. oblæſio vnde 333.e
augurium futuri in animis ineſt 107.b
Auguſti oculi luminoſi 73.e
auis an ouo prior? 837.e
aues ſpirant è podice 512.c. ſponte concipiunt 835.b. gignunt ſine mare d. in conchis enatæ 836.a. paruæ cur fœcundiores 963.a. locales 440.a
auium cantus quî fiat 430.a
aures,& earum deſcriptio 233.a.b.c.d. 1368.b. fabrica 334.c. cur in ſublimi 335.d. 339.b. homini quando mobiles, & cur 279.e. cur intus anfractuoſæ, & flexuoſæ 337.e. cur arrectæ & chartilagineæ 336.d. 372.c. cur non oſſeę,nec carneæ 337.a. cur homini breuiores c. Indorum monſtroſæ c. cur patulæ d. cur in ſomno pateant,oculis clauſis 333.c. geminę & earũ vſus ſituſq. ratio 336.a. immobiles homini cur ib. & 337.d. cur ad latera b.c. cur geminæ c.
aures cordis,& earum ſubſtantia,forma, ſitus,color, compoſitio & vſus 521.d.e. cur cauæ & cuticulares e. diuerſo cordi motu cientur,quî ibid. citra cor mouentur 522.a. quæ vaſa excipiant a.b. cur ſic nominatæ b.
aurium ornamenta duplicia 336.b. 338.c. putatarum ignominia d. beneficia 339.d. vſus ad diſciplinam 444.c. ſordes,quid & vnde 1522.e
auricula 233.b. & eius partes ibid. & c.d. quid, & vnde dicta 335.e
auriculæ quibus piſcib. inſunt 348.d
auriculæ cordis quales & ad quid 581.d. eorũ motus diuerſus à pulſu e.
auriculæ Midæ 337.b
auricularis digitus 254.a
aurita animalia,& ſine auribus quæ 336.c
aurum à fodinis elicientium auaritia 194.b
auſter 194.c
auſteritas vitæ quorumdam Sanctorum 394.a
αὐτόματα Vulcani quî per ſe mouerentur 738.a
αὐτόχθονες qui & cur dicti 840.c. 843.c
axis in radijs oculorum 317.c
axes conorum,& eorum ſitus in plano quid faciat & vnde 318.b.c.d
axungia an nomen Græcum, & vnde dicatur 1834.c
azyma quot diebus & quibus, edenda ſint, & vnde

Digitized by Google

dicantur 1201.e
azymorum dies quo ritu celebrandi & quare 1201.d

B.

Babylonis muri quales 1299.b
bacillus quî morum iuuet 1322. b.c
balanus pudendi 1830.b
balbi vnde 381. c
balænæ quomodo spirent 348. c
Baptismus supplet locum circumcisionis 854. a. b abluit peccata, quî 2108. c. nos adoptat in filios Dei 2108. d. secunda tabula qualis 2109.a
Baptismi efficacitas & vis, vnde 1987. c. 2108. a. c 2109.a. mysterium per aquam quale 2108.c
Baptizari pro mortuis, qui 2186.b
Barba 218.c. eius synonyma, generaque 231.c. differẽtia 268.d. origo 272. c. dignitas 278.d. 280.d. homini hispida 874.d.e
basilica vena vnde dicta 1167. periculosa, cur 1168.a ei subest arteria b
basiliscus lethifer, quî 310.d
basis vteri 249.b
beati quid agent in Paradiso 1204.d
beati huius mundi, miseriam arguunt futuri, & contra 139.c
belluæ & pecudes an sint ἄλογοι 36.a. quòd sint rationis compotes & orationis b
belluarum intellectus 1984.c. cautio ad se tuendum 1985. d.e
benedicendi modus priscus apud Iudæos 51.c.d
benedictio Dei omnem sterilitatem summouet etiã in brutis & plantis 1740.c
benedictio iusti, & nepotum series 1740.d
benedictio tori coniugalis, & castitas, & amor mutuus 1741.a
bestiæ somniant & imaginantur 413.b.416.d
bestiolæ in igne victitantes, & nine 2056.b
Bezaar lapis an è cerui lacrymis 2230.b
bibaces cur tam cito, tâmq. multùm meient 813.b
bibliorum vulgaris interpretatio per quos facta 375.b
bilioſi sunt solertes 1474.c. amasij, qualiter 1493.b
bilioſi morbi ignei 74. d
bilis propriè & absolutè quid 1499.b. 1478. d. 1481.a vnde dicta 1469.c. 1470.b. vnde incalescat 1471.c quo regnet tempore, & signa 1471. a. furoris causa quando 1471.a.b. quæ stomacho vicinior? 701. d. cur à natura non deriuatur in ventriculum 772. e. expultricem irritat, & quàm sit orificio eius molesta 773. c. causa furoris 792.e
bilis omnium humorum calidissima, cur 1471. d. 1472.a. igni respondet 1471. e. vitam abbreuiat 1473. a. gemina 1473. b.c. in animalibus, & quibus desit 1473.c. in quibusdam latet, & vbi 1473.c quando animo & corpori noxia 1474.b. quando vel quibus abundet 1475.d. 1480.c. vbi gignatur, & quibus magis 1475. e. calida sicca quî 1475. e quò, & vnde excernatur, & quorsum 1476. a. ad ventriculum confluit 1477. a. ante cibum remouenda, cur 1477. a. calidior sanguine 1477. e. 1478. b. quibus generetur aut cumuletur 1480.a præter naturam qualis & denominationes per gradus & differentias 1481.e. 1482. a. est excrementum 1463.a.b. quando abundet 1464.d. paucior melancholiâ cur 1498.c. non continetur in sanguine d
bilis vitellina quæ 770.c. flaua quæ 1478. d.e. pallida 1479.a
bilis atra quæ 1493. a. an copiosior flauâ, & signa 1475.c. vnde fiat 1488.c. qua ætate, tempore, quibus dominetur 1491. c. 1492.a. duplex quæ 1492 c. quî fiat 1499. c. à sanguine nulla immediatè 1499. d. qua de pituita fiat 1507. d. à succo atro quî differat 770.d
bilis generatio vnde 1423. e. 1424. a. 1430.b. 1431.b 1470.a.d. 1472.b. 1475.d. 1481.d. nomen & differentiæ 1424.b. 1470.b. 1478. d.e. 1479.a.b. locus 1470. e. origo 1422.c. effecta 1472. a. vis ad ingenij acumen 1474.a. vsus 1474.a. color quî intendatur & variet 1481.b. effectrices causæ & circunstantiæ 1500. d. 1506. a. abundantis & dominantis signa 1501. a. b. 1506.c. meatus & vesicula 653.a. temperamentum 1463.c. quî variet 1481.a
bilis è cysti vsus 772.a. 776.a. 780.b. in ventre regurgitantis damna 773. a. b. natura, temperamentum, & effectus b. vis ad intestinorum excretionem promouendam b. c. secretio à sanguine 778. e
bilis flauæ generatio & sedes 1479. c. sapor 1480.c comparatio cum pallida 1481.b
bilis vitellinæ generatio 1479. c.d.e. 1480.b
bilis croceæ & porraceæ natura & locus 1479.d
bilis atræ comparatio cum aceto 1489.c. generatio duplex 1489. d. 1499. b. differentiæ & effectus 1490. d. vis ad mores 1491. a. qualitas 1491. b. c. efficientes causæ & circunstantiæ 1501.c. 1507. a. synonyma 1482.d. temperamentum 1485.c.1491.b proprietas & maleficium 1489. b.c. vide, succus melancholicus, & melancholia.
bilis vriusque organa, qualia, & vsus 771.a
binarij vis in humano corpore, & sensuum organis 287.b
bissextus qui & quando, & vnde fiat 1177.d. cur anno tantum quarto addatur e. cur dicatur & quando contingat, & vbi 1178. a. 1179.d.e
bituminis natura 1701.d. 1702.e
blanditiæ amatorum 711. b
βάτραχος vnde dicta 229.d
bombardarum bellicarum inuentio & vis 1300. e. vsus apud Turcos translatus quî 1301. d
bombus insectorum quî fiat 504.e
bombycum natura, ortus, artificium 1279.d. industria 1982.c
bona malis repensa 2115.b
bonasus stercore suo se tuetur, quî 1985.e
bonitas & pulchritudo in circulo, vbi, & quid 10.b
boreas 194.e
brachium siue humerus 251.b
brachium cur maius & fortius vlna 1350.c
brachij articulatio 250. d. partes e. 251. a. b. motus ratio & causa 1259. e. 1276.c.e. partium differentia appellationis 1260.a. earum descriptio & articulatio e. 1276.b.c.e. flexio tensióque quî fiat e. ad humerum motus 1292. e. ossium constructio 1277.a. articulatio duplex 1293.a
brachia 250.d. cur non solida, sed cana & medullosa 1291.a.b. 1332.b. diuersimodè flectuntur, & quos in vsus 1329.e. homini loco crurum anteriorum 1271 a.b. paria 1274.c
brachiorum motio, & cur talis 1270. d. à motu crurum diuersa, quî d. 1271.a. carnes & musculi quor-

Digitized by Google

ſum 1191.a
brachialia 251.a
branchiæ piſcium loco pulmonum, & earum vſus 497.a. vis 498. a. ſolæ pro reliquis partibus ſpirabilibus ſufficiunt piſcibus 508.a
branchiarum ratio reſpõdet proportioni caloris cordis: ſic & motus 506.e. 507.a. ductus ad cor qualis e. fabrica & vſus, item vis 508.c. 604.a. comparatio cum thorace 605.a
bregma ſiue ſinciput 228.a. 1883.d. cur pueris palpitet 228.a. 275.a. ſerò ſolidatur, cur 1870.a
bregmatis infirmitas 275. a. oſſa cur cauernoſa 1872.c
bronchia 236.e
βρόγχοι & βρόγχια 448.b. vnde 449.a. cur triplici chartilagine conſtet 464.c. eiuſque compoſitio 437. c
bruma quid & quo menſis die 1199.a
bruta cur non auerſentur olida niſi pernicioſa 346.c quo nidore tetro fugentur ibid. ſolertiam humanam imitantur 1984.a
brutorum ingenium, mores, & natura, & ab homine diſcrimen 88.d. deterior ab illo conditio, quî 1271.d.e. qui ſermo, qui riſus, quæ ratio, & prudentia 1975.a. 1976.c.d
bubones 246.e
buccæ 231.b.281.c
bucephali equi generoſitas 1979.e
bulbi excitant venerem 479.d
bulimos hominis proprius 619.b.c
bullæ quî fiant in aquis 503.a. vide Ampullæ.

C.

CAdauerum humanorum inopia apud priſcos Anatomicos quare 1881.b
cæcum ſinteſtinum 695.c. 697.d.e. 698.a. 700.e. in eo non cunctari fæces c. eius origo d. appendix d.e. 609. a. capacitas quaſi ventris a. an poſſit coaleſcere diuiſum d. dirimit tenuia à craſſis vbi 695.c. 706. a. eius vſus in auibus ibid. quale, & vſus, & ſitus, & ſubſtantia, cur ſic dicatur 701. e 705. a. comparatum cum ſtomacho 702.a.d. an inteſtinum dicendum 705.a.b. non peculiare 706 a. eius ſedes, & nominis ratio 718.c
cæneus mas & femina 831.b
cærulei vis 406.c. compoſitio d
Cæſares qui & vnde dicti 979.d
Caij Acilij mors 110.d
calamitas humanæ vitæ 2089. vnde tanta acceſſerit 2107.d. 2109. b
calamus ſcriptorius in cerebro, vbi, quorſum 1943.b 1947. e
Calani Indi fortis mors 119.e
calcaneus cur ante tenuis & anguſtus, & quò vergat magis 1342.a. humi firmatur c. eius figura & ratio d. articulatio 1344.a. proportio, & vis ad firmationem c. magnitudo quanta, ſituſque c. d nexus cum aſtragalo e.
calculi qualiter concreſcant 1752.e. 1803.d. & ex quo 804.a. cur in veſica, non in ſtomacho 455. b.c. in renibus item, vnde 457. b. quòd in ventriculo non gignantur c. d. per anum excreti, vbi geniti d. cur pueris in veſica, adultis in rene.
Calculi renum vbi, vnde, & quî excidant 811.c. cur in maribus difficiliores 814.c. veſicæ 820.b. cyſtios fellis 780. b
calidum pro anima quid agat 72. e. duobus modis præcipuè, quibus 1038.d.e
Calingarum nuptiæ quinquennes & ætas 949.b
callus vnde concreſcat 661.a
calloſum cerebri corpus, vbi, quale 1943.c. 1946.d
calor affectat motum 79.b. paſcitur ſimili alimento 83.b. fouetur à ſpiritu quomodo 174.d. quomodo ſaporem in fructibus elaboret 386.c. ad ſui ſimile viam affectat 599.b. non gignitur de ſpiritu, ſed alimentis 600. e. moderatus aut immodicus quomodo agat in cibos 683. d. e. quomodo condenſet & quæ 1753. c. e. 184.b.c. quomodo diſſoluat 1753.e. quomodo agat in cutem pro diuerſo climate 1783.d. 1811.d. meridionalium & ſeptẽtrionalium populorum qualis 1784. a. quî variet pro tempore 1784.a
calor natiuus, natura, & anima pro eodem 80.a
calor natiuus in pueris lõgè vberrimus, tum in adoleſcentibus, vnde 81.c.d. in quo conſiſtat d. idem author vitæ & necis quomodo 82.c. cœleſti, aſcititius elementari affinis, & an aliquis tertius 83.b. c. quid faciat & an ignis 77.d. fluens, qui, & vnde, & quorſum 78.e. paulatim minuitur 80.e. quòd non anima 85.d. an ſubſtantia, an ſimplex qualitas? & quòd illi cœleſtis vis inſit e. non eſt primaria cauſa alimenti vel incrementi 86. a. non poteſt eſſe anima c
calor natiuus in ſomno & vigilia diuerſimode mouetur 427.c. ineſt plantis & animalibus quorſum 679.e. quî concoquat 681.a. neceſſarius ad alendum & coquendum 636.c
calor infirmans & embryon vnde ſit, & quantus, & quæ proportio requiratur 568.a.b
calor fixus vbi & qualis 78. c. fœcundans ſemina, quis & qualis 77.b
calor puerorum & iuuenum qualis & vnde 1447.e 1448.a. quomodo cum ætate mutetur ad mortem vſque 2137.e
calor animalium non eſt ignis 77.e. alienus in vigẽtibus & inclinantibus dominatus, cur 81.d. non naturalis vnde & quando acceſſerit 80.e
caloris vis in terram ad condenſandum 1753. d. in animante diuiſio quotuplex 78. c. præter naturam violentia 84.c
caloris natiui ſynonyma, & ratio, vis, & cum igne affinitas & effecta 74.c. 85.c. motus duplex 424.e. 428.a. actio, qualitas & eſſentia 1055.a. 1057.a.b. 1065.b.c. vehiculũ & vſus 78.e. foris intro motus, & quid eum ſequatur 79.a. intus foras item b. comites c. differentia ab alieno c. energia, & ſubiectum, & ortus 79. d. ſubſtantia quæ & qualis d.e. 1448. a. aduerſarius quis 79.e. natura ætheria 79.b. elogia & periphraſis 80.a. qualitas & ratio b. actiones in corpore c. dominium d. qualitas alieno repugnans, in quo 81.a. ſubſtantia & temperies in quo ibid. 1455.d. differentia multiplex ab alieno 81.b.c. conſeruatio qualis, & vbi reſideat, & qualiter temperetur 84. c. natura in quo conſiſtat 1469.a. opera circa embryon 1001. d. focus triplex 1002. a. vis in operibus naturæ 1037. d. e ad maris generationem 1038.b
caloris vtriuſque varia proportio ad tempora 81.a
caloris alieni ignominia, vis, & ratio 80.d. qualitas vnde talis 81. c. actiones aduerſæ quæ 82.a

calua ſeu calearia 227.b.c. cur dicta 1866.b
caluæ figura & ſuturæ 1883. c. deſcriptio 1866. c. oſſium numerus 1884. b. vſus 1866.e
caluæ ſine futuris in ſenibus qualiter 227. c. 1884. d mulierum an diſſimiles virilibus 1889.b
caluitium ſiue caluities quid, & quando, & quibus non accidat 268.a.b. vbi & quibus 169. d. vnde, & eius cauſa 170.c.d. 175.c. 278. a. homini proprium 172.a. cur non adſit Eunuchis 273.b. ex re venerea, & ratio 174.c. vnde, & vbi tantum d. vbi occipit 277.e. cur ab anteriori parte capitis 1916. d. 1940. e
calx pedis 158.c. 1531.c
καμάκη quid, quale, quorſum 1419.e. 1920.b.c. 1930.a 1939.d. 1948.b
cambium quid 1519.a
Camillæ habitus & fortitudo 480.a.b. 1360.c
camporum planities 215.e
canales in corpore qui fiant 1752.a
cancri portæ in cœlo 32.c
cani à natiuitate qui & vnde 273.c
canini dentes 234. b.c. non renaſcuntur 283.c. cur dicti 285.b.c
caninies qui, & vnde, & quoruplex 267.e. vbi primùm, & vnde magis 268.a. 271. b.c. quibus 269.d eius cauſa 270.c. 271.b.c. 273.b. cur alba 271.a. in morbo qualiter accidat b. homini vnde & vbi primùm 272.a. illi propria, cur, & quid ſit b. cur à temporibus incipit c. cur à ſincipite ibid. & 227.e. vbi naturalis 273.d. ex ſubito timore mirabiliter oborta d
canti oculorum 230.a. 300.d.e
cantores cur bibaces 455.e
cantus homini communis cum auibus 39.c
canum fidelitas & vindicta 1979. b.c. intelligentia memoriáque 1979.d. medicatio 1985.c.d
caphura ſterilitatem facit 1731. c
capilli qui oriantur 226.e. hominis cur longi 269.e
capillorum vſus, denominatio, origo, forma, color, & ratio 267.a. defluuium quibus & vbi 272.a. varietas à regionibus ætatibus, & aliis 277.a.b
capparis vſus ad lienem 790.a
capratum in medendo acumen 1983.c. 1985.d
capreoli vaſorũ an iuuant ſeminis coctionem? 871.b
capricorni porta in cœlo 32.c
caput 613.a. quid & vnde dicatur 55.d. 126.c.d. 166.b cur ſphæricum, & corpori impoſitum, & verſatile 55.d. cur humi non repit d.e. cur ſupremum 56.b ſublime, quorſum 57.d. cur in ſummo 266.b. in ſublimi 288.c. aula animæ, cur rotundum e. cur pilоſum 278.c. in omnibus animi morbis, velut principium functionum, afficitur, & curatione eget 566.e. ſedes animæ 567.d. 568.e. ſenſuum, & functionum eius ſedes 729.a.b. cur pituita abundet 1961.d. eſt [illegible] 1863.a.b. reliquis oſſibus eminet, cur 1868.d. excipit vapores à toro 1871.e. cur oblongum 1872.b. magnum quando laudabile, aut contra 1875.e. quomodo verè moueatur 1886.e. & quotmodis 1875. d. 1885.a. 1886.c. quomodo circumducatur 1887.b. cur excarne 1915.b cur pueris granius 1916. d. an propter cerebrum 1999.a. 2003. b. aut quorſum 2000.a. an propter oculos 2001.a. 2002.d. 2003.c
caput putarum loquutum 435. b. præciſa arteria, & ſine pulmonibus loqui neſcit c
caput venæ cauæ in corde pulſat, quatenus, & vnde 753.e
capitis cum cœlo comparatio 57. d. e. cum thorace nexus ibid. dignitas & vſus ac prærogatiua 447. a. 1861.c. 1868. b. analogia cum orbibus cœleſtibus 1861. d. cum oſſibus 1868. c. cum cucurbita 1869.a. partes 1863. e. 1869. c. oſſa qualia 1866. d figura naturalis 1867. b.c. 1868.b.c. 1874.a. ſuturæ 1867. b. 1868.e. vide Suturæ.
capitis vſus 1867. d. 1868. e. gratia 1366. a.b. ſanitas 1868.c. emiſſaria 1869.a. fluxiones qui fiant 1869. b. motus quot & quales, & quomodo fiant 237.c. 1873.c. 1877.b. 1885. a.b.c. 1886.c.e. 1887.b.c. proprij & communes quot & quales 1885.c. quibus ſpondylis fiant 1887.b. oſſium numerus ac circũſcriptio 1883. d. e. 1866. d. diremptio per ſuturas 1872.d.e. ſitus ratio 1925.c. 1999.b. 2002.e. articulario cur tam valida 1933.b. præſtantia 2003.c
in capite quid obſeruandum 166. c.d
capita cur aperiantur magiſtratui 1927.d
capitum diſcrimen 1868. c. ſuturæ variæ & ſedes 1868.e. magnorum & paruorum comparatio 1867 e. 1873.e.
καρδία vnde dicta, & cur 243.a. 513.d. de duabus partibus vſurpatur, qua de cauſa e. cur de ore ſtomachi 646.e
καρδιαλγία, καρδιογμὸς &c. 514.b
carina corporis 238.a
caro vnde dicta 1809.b. quid 1809.e. 1812.c.e. 1814.c. 1815.a. 1817.e. vnde conſtet, & qualis, & quorſum 1809.e. 1811.d.e. an pars organica & vere compoſita 1742.b. 1809.d. cur humida 1812.a. mulicbris humidior 1813.b. quî gignatur 1842.c. cur in articulis digitorum pauca, inter eos autem plurima 1286.c.d. quî diuiſibilis 1812.d. quî macie & pinguedine mutetur 1812.e. ſentit tactu, qualis 1813.a an per ſe 1814.b. 1822.a. frictione augetur 1815. a. quî alatur 1813. b. 1815. b.e. quæ propriè vel impropriè 1815.c.d.e. communis qualiter 1815.e. perire & regigni poteſt 1813. d. pauca ad articulos cur 1814.c. an omnis calida 1815. b. non eſt primarius author motus 1816. d. e. pro muſculo quamobrem 1810.d. 1821.c
caro vorata ad priſtinum corpus reuerſura in reſurrectione 2185.a. quomodo conſentiet cum ſpiritu 2185.d
caro maris denſa, feminæ rara, vnde 473.c
carnis natura & analogia ad alias partes 1808. d. ſpecies quot 1810.b.e. vſus 1811. b.e. 1813.c. 1814.a.b.e 1815.d. 1816.a. 1817.e. differentiæ quot 1811.a. 1813.d 1814.b. 1815.a. generatio qualis, & incrementum 1811.c.e. 1813.b. 1814.a. 1815.d. elementa 1812.a. ſedes 1812. d.e. affinitas cum ſanguine 1815. c. cum muſculo 1818. b. 1824. e. moles obtundit ſenſus 1812.b. copia vel inopia quid adferat 1812.e. temperies 1813.c.d. cõpoſitio qualis & quorſum 1814 d. 1815. a. in fœtu generatio 936.a. vſus in digitis & oſſibus 1286.c
carnis humanæ affinitas cum ſuilla 1860.a
carnes cur oſſibus inſternantur 281.e. in corpore ad quid 262.b. vnde oriantur d
carotides vnde dictæ 537. b. c. quæ, vnde, quorſum 2043. d. 2044.a. 2045. c. d. quî diſpeſcantur & coëant 2045.c
carpus 282.b. quid & vnde dicatur 1161.e

carpi motus quot 1190.e. ossa item 1191.d. articulatio qualis 1192.e
caruncularæ in canthis oculorum 300.d.e
castitas non imperãda nolentibus,velut onus graue 1118. c.d
castitatis & pudicitiæ probatio ex lege Mosaïca 1107 a. ritus necessarius c. beneficia 1118.d
castrandi ratio 953.a.956.e.957. a.b.c
castrata cur effeminentur 975.a
castratorum proprietas 1606.a
cataracta vel suffusio quî fiat,vbi,& quomodo curetur 291.a.b
catarrhi modus generationis in cerebro 70.b. 1710. b.c. 1998.b. germina ac soboles 70.c. incommoda,& qui inde morbi d
catena aurea Iouis 214.e. 215.a
Catoblepas visu necat 310.d
Catonis Vticensis mors 121.b.123.d. solatium anceps 144.e
caua & læuia cur resonent 431.b
caua aurium,& partes 233.d
cauda in pudendo muliebri 899.e
caudæ vsus 279.c. animalibus 714.b.d. nullæ hominibus cur d
cauernæ terræ quales, & quid contineant 1378. e. 1379. c
καυλὸς quid,& vnde dictus 847.b
Caunij lienosi 271.e
causos quî generetur,& quando cum fiti 650.e
cauum manus 252.e
cellulæ vteri,quot & quorsum 1090.c.d. 1091.a
centaurorum fabulosa generatio ex equabus cur impossibilis 959.c.d
cercôsis quid 900.a
cerebelli comparatio cum cerebro 1918.c. sedes,munimen,substantia 1944.b.1945.d.ventriculus vnicus, cur 1929.c. 1930. c. compositio 1930.c. proportio & figura 1945.d
à cerebello num quædam neruorum paria 1889.c
cerebrum frigidum quatenus caleat 70.c.plurimum & frigidissimum homini: ideò tegumento egens 269. a. b. 270.e. 422.b. viuo homine non potest consumi,ne in morione quidem 274.c.quomodo perspiret, aut aërem admittat 356.b. quomodo inspiret & expiret,& mucum deponat 363.a. eiusque rei beneficium & modus b. sensus & motus & neruorum communis origo 422.a. cordis motum imitatur qua de causa 520. a. b. post ipsum gignitur,quam ob causam 544.d.545.e.sapit, non cor 553. b.c. animæ sedes 562. e. 563.c. sensuum omnium 571.a.b. palpitat quorsum 1870.c. à quo fulciatur 1898.a
cerebrum quid & vnde dicatur 1916.b.1923.c. 1999.e 2005.a. quorsum,& quale 1923.c. 1928.d. cur duplex,& quomodo diuidatur 1928.d.1938.d. an glãdula,& qualis 1923.d. homini quale & quantum 1925.e. 1926.b.c.d. 1927.b. sensim reficcatur 1626. e. anticum cur molle,posticum durum 1928. c.d.e. 1929.a.1938.c.1940.e.1946.b. quî dirimatur aut cõiungatur 1929.e.1945.d. vbi colore variet 1946.c cur in capite 1933.e. 1999.c. cur in gyros conuoluatur 1942.d.e.1946.c. non eget opera cordis 1933 c. 1934. quid ei subministret 1995.c. cui motui præsit 1934. b. an corde præstantius, & cur 1993.b c.d.& seq. quid suo motu faciat 1934.b.c. est origo neruorum 1935.c. 1936.b. an pulset,& qua vi 1936 c. an sentiat 2013.d.2014.d. 2017.b. 2022.a. frigidũ & humidum,cur 1937.a. 1965.d. non cordis refrigerãdi gratia genitum,& ratio 1995.e. 1997.b. non ita frigidum cur 1996. b. est aëre calidius 1996. d 1997. a. c. non refrigerat propinqua 1997. d. an præstantius oculis 2001.b. ad nullos sensus idoneum 2016.a.b. dignius sensibus 2003. d. insensile 2015. e. an medulla 2006. a. 2007. c. an primum sensitiuum 2014.a.2016.c.2018.a
cerebri receptaculum & vis 266.e. natura, & appellatio ibid.311.d. dignitas & proprietas, & partes 275.a.b.1009.b. expurgandi canales 361.c. anterioris mutua opera actionum,quorsum 363.c. munimen 1884.b. diastole & systole 1870.c
cerebri venæ quales & quorsum 1892.b. 1836.b. motus vnde 1896. c. diuisio 1897.b. meatus quot & quales 1892.c.1932. a. 1942. a. partes ac diremptio 1895.c. vulnera vbi lethalia 1892.d.e.1938.a. 2032.d e. quæ demum sensum vel motum adimant 1893. b. 2013. e. ventriculi,& eorum dignitas 1966.c
cerebri periphrasis,& prærogatiua 1916.a.1923. e. nutrimentum vnde 1946.a.c.1991.b. vsus 1916.b.1918 b.1925.a.1926.b.1933.a. origo 1937.c præstantia 141 d. natura & substantia qualis 1916.b.1918.b. 1926.a 1928.a.b. 1935.a.d.1942.d.1946.b.c. 2005.a.b. 2006 c.2015. e. dignitas & eius ratio 1868.a. 1916. c.1924 b. 1925. a. 1927.c.1933.a.1935.d. 1998.a.c. 2013.d. figura multiplex & eius ratio 1916.c. vsusque 1917 b. 1925.a.1932.e. 1935.b. 1942. d. 1945. d. ventriculi quot 1917.a. & quales 1919. c.d.e. 1920. a.c. 1922. d 1926.a.1929.d. 1936.e. 1939.a. 1945.b. 1946.e. encomium 1918.b.consistentia 1938.b.1939.a. synonyma 1918.b. vis 61.b.c. 936.d. in homine vnde 560 a.b. generatio 1918.b. sedes 1925.d.1991.b. diremptio & inuoluora quorsum 1945.c. temperamentũ 345.c. 1918.b. 1922.b. 1926.c. 1928.b. 1936. d. 1938. b 1940.e.1999.c. diuisio & discrimen partium 1918 c. 1919.c.1923.e. 1926.a. 1938.b. 1945. a.c. comparatio cum cerebello 1918.c.1926.a.1936.a. affinitas cũ aqua & terra 1926.b. excrementa 1922.b. qua via expellantur 1922.d.1923.d.1932.d. morbi 1922.b.c 1926. e. refrigerati damna 1996.e. functiones variæ ac multiplices 1923.e.1924.a
cerebri inspiratio & expiratio quî fiat 1929.b. 1936.c connexio cum choana 1932. c. mollities ac duities,& eius ratio 1932.e.1938.c. affinitas cum terra & aqua 2006.b. cũ spinali medulla 2006.d.2007.c
cernere quid 318.b
cerua currit in coitu,cur 850.e
cerui & apri lacrymant vnde 2130.b
ceruix 236.d. vnde dicta 447.b. quibus adsit 461.c.d à pluribus vertebris,quibus,& quorsum 1875.d
ceruix vteri, & eius longitudo 149.c. qualis 890.e 891. b. 892. b. 910.a. quomodo sepeni aptommodet b.c. qualis in iuuencula & vetula 912.b
ceruicis spondyli ad omnem motum expediti 1880.d motus quot & quales 1887.b
cerumina aurium 233.d. & eorum vsus 334.a
Chamæleon varius 300.c. an aëre nutriatur 391.a.b
Chamæleonis natura & mores 627.e.628.a.b. an solo aëris inspiratu viuat b. eius discrimen & affinitas tum homine c. quòd alitur 631.a
chaos antiquum 844.d. qualiter digestum 2159.e
in chao rerum miscella,& quomodo diremptæ inui-

tem,quóve ordine 216.a.b
chartilago vnde dicatur 1758.e. quid 1757.e. 1759.a media inter os & carnem,qui 1759.b. velut gluten vnit artus 1760.b
chartilaginis affinitas & diſcrimen ab oſſe 1758.b.c 1759.b.d. natura,ortus,vſus 1757.a.b.1758.a.c. 1759 d. proprietas 1759.e. nutrimentum 1760.d
chartilagines ſigniformes 492.c
chartilagines aſperæ arteriæ & eorum nomina figuráque 448.c. ſitus 449.a
chartilaginum vtilitas 1758.d. 1759.a. temperamentum 1757.c. vſus 1759.b
chartilagineæ partes quæ, & ad quid 336.e. cur tales 1759. e
charybdis effecta 1406.c
Cherubiñ 26.a
Chiliſtarum opinio de fine ſeculi, & eorum aſſeclæ 2194.b.2195.d.e.2196. 2203.a.c
chiromantia quid, & vnde dicatur 1312.a. 1315. a. per ſe ineſficax 1317. b. de fortuitis 1318. c. inanis & falſa 1311.b. 1318.c. quomodo diſcenda, & à quibus exercenda c
chiromantiæ inanis pollicitatio, & falſitas 1311.a.b authores 1318.d
χεῖρ quid,& cur ſic dicatur 1779.c.d
chiuccæ feræ hiſtoria 1641.e
chœrades quid,& vnde 1829.a
χολάδες vnde dicantur 1469.c.d
χολὴ, bilis vnde dicatur 1469.c.d
cholera ſiue bilis maioris vel minoris famæ, quæ,& eius generatio ac differentia 1480.a.b.1495.a
cholera porracea quæ 1495.b. zinaria quæ, & vnde & qualis 1495.b.c
choleræ nigræ differentia, quantitas, generatio, diuiſio,vſus 1495.c. ſpecies, & earum inter ſe comparatio 1496.b
chondrus 243.b
chorion vnde dictum, eius ſynonyma,ſubſtantia,& quî differat ab allantoïde 924. d.e. 937.c. quid 927.e. eiuſque vſus 931.b. vbi adhæreat vtero & quare 933. quà ſit continuum aut diuultum, & quare 934.a. an totum fœtũ ambiat 938.a.b.membrana duplex, quorſum & qualis b.c. non adhæret toti vtero,quî 941.a
chorij generatio & nexus 549.b.928.a. 938.e. quî fiat d. 929. a. 933.a.b. 934.d. foramina, & eorum cauſa 934.b.alimentum & incrementum quî fiat,& quà 934.d.e. natura & vſus 550. c. adhæſus in vtero, quî 1714.c.1717.d
Chriſtus imago Patris 17.c.Dei verbum,& homo 21 b.c.25.e.27.d. cur 57.b.c. viuus & mortuus vitam plurimis contulit,& quidem per ſe & propria poteſtate 154.d.e. hominis artifex 465.c. autor noſtræ ſalutis 116.e
Chriſtus rediuiuus priùs apparuit mulieribus quamobrem 875.e. à viro traditus,accuſatus,damnatus, cæſus,crucifixus 876.a. ſponſus virginum 881.a paſſus in plenilunio quo augeſcunt dies 1218. b.c quo die 1219.c. eodem die mortuus quo & conceptus, per certa horarum interualla 1228.e. ἀρίθμησις 2211.b
Chriſtus quomodo peccatum Adæ expiauit 2107.e eſt noſtrum ἀντίτυπον 2108.a. hoſtia pro peccato, qualis 2108.a. pelicano ſimilis in quo 2109.b. reſurgens nos reſuſcitabit 2176.e. 2177.a.b. ſuſcitabit mortuos voce ſua ad quid 2180. b. quos vivos inueniet in iudicio,an non morientur 2180.c.2181
Chriſti conceptus & partio nouimeſtris quando 1228. d. natiuitas miraculis illuſtrata e. prærogatiua 26. a. pilli, barbaque quales 1474. d. forma qualis 1615. e. 1626.a. diuerſa in genus humanum beneficia 2107.b.c. 2132.d
Chriſti è latere confoſſo cur exiuit ſanguis & aqua 515. d. mortis meritum quibus ibid.
Chriſti ad extremum iudicium venientis acroſtychis Sibyllina 2174.e.2175.a
Chriſtianorum comparatio cum Theologis 67. d.e ſumma ſpes in quo poſita 133.c
χεὼς, quid,& vnde dicatur 1780.e.1817.c
chyloſis, coctio prima vbi 1517.e. nulla arte externa fieri queat 654.d. eſt abſoluta concoctio 666.a.b differt à concoctione,quî 677.c
chylus & chymus qui differant, & chyli qualitas 1420.d
chylus,ſpirituum materia,quomodo ſanguis fiat 179 c. an iiſdem venîs ingeratur, & ſanguis regeratur? 656.b.c. 661.a.d. animalem ventriculi famem depellit,non naturalem 664.d. non aſſimilatur ventri 665.a. quomodo elaboretur, eiuſque forma 666.a. nullus euadit anſulas venarum ad inteſtina 691.d. venis & arteriis emulgetur ab inteſtinis 694. e
chyli mira coctio quî fiat 654.c. ad iecur tranſuectio 778.c.e. comparatio cum muſto feruente 770.e
χυμὸς & χυλὸς quî differant 389.b. pro eodem c
chymus craſſus eguit ſero tenui ad ſui diſtributionem, quî 793. d.e
cibus in ventre & inteſtinis qualis 717. d. quando ineptus coctioni 654.e. quibus mutetur in aluo 638. c
cibi ductus 636.d. diſtributio quî fiat 680. c. maſticatio quid a. manſi alterario quanta, & comparatio ad chylum elaboratum 658.c. concoctio à ventriculo quî fiat 665.d
cibi & potus vna via,dein ſpiritus altera, quî 453.b
cibi qualiter in ventre coquuntur 681.e.683. a. d.e. 685.d.e. non putrent in eo cur 684. d. bilioſi quæ damna inferãt 686.c.per inteſtina quî labãtur 692 b. c. in aluo manere, in inteſtinis debent effluere 693. e. qui bilioſi vel pituitoſi 1430. e. de terra trahunt ſanguinem & pituitam quomodo 1431.e
ciborum concoctio & diſtributio 643.d. 825. a. quî fiat 664. e. in cremorem mutatio, nondum eſt concoctio 666. a. reliquiæ & excretio quando ibid. vitium in quali & quanto 184.c
cibis inſunt humores varij, quî 685.e. congeneres noſtris 637.a
cicadarum cantus quomodo edatur 504.c
Ciceronis eloquentia,& eius laus 377.e
ciconiæ in lacu profundo hyemantes 511.e
cilia 229.d.297.c.299.d. quibus animantibus vel non 230.e. cur non excreſcant, ſed decidant 268. c.d 269.b. quibus 269. a. ad quid b.280.a
ciliaris 6. oculi membrana 295.a
cilliorum natura 279.b. vſus 280.c
cinædorum mollities à natura,quomodo 708.e
cinis cur amareſcat 384.e. vento immobilis vbi 188.b
Circes pocula 42.a
Circius Galliæ ventus 195.a
circuitus Solis & Lunæ per mẽſes & dies,quî 1070.a

Digitized by Google

• Lunæ num diebus tantum 27. conſtet c
circuitus terræ menſura 1415.a
circulus & globus quî differant 219.a
circuli quinque in cœlo paralleli, qui & qualiter analogi 216. e. terræ quinque & quales 218. c. d
circumciſio 245. d. e. Dei cum Abrahamo pactum de ea 853.e.854. a. à D. Paulo deſtructa c.d. quorſum valeat 855. a. Chriſtianorum, in quo conſiſtat, quóque modo a. præputiorum ab Origene deteſtata c
cirri veteri 248.d
citri arboris proprietas 1642.d
clauiculæ 239.b. homini propriæ quorſum ibid.
clauicularum nexus & figura 470.e
Cleobis & Bitonis hiſtoria fabuloſa 146.d
Cleombroti Ambraciotæ mors 121.e.122.a
Cleopatræ vnio & inauris 338.c
clerici ne vlla parte manci 1117.d
clunes 255.d. ad quid 256. a. & quid 715.a. vide Nates.
cliſteres per os reiecti 692.e. cur 693.a.c
coagulatio ſimultanea lactis conditionéſque ad eam requiſitæ 548.c.d
coagulum quid 548.e
coctio ciborum in aluo quid, & quî fiat 636.c. d. 655 a. 659.a. 665.d.e. 666.b. 677.c. 1517.d.e. ſimilis elixationi 666.d. quomodo metienda d. deducit in actum & perfectionem per calorem efficientem quomodo 679.e. 680.d. elixationi ſimilis 682.e. triplex in loco triplici 687.d. 1689.b. prima in inteſtinis abſoluitur e. 688 a. quatenus 690. b.2. in hepate a.3. in ſingul. partib. a. omnis fit in ſomno 425.b
coctionis nomen homonymum quibus 679. c. d causa efficiens 680.c.d. focus, & ordo triplex, vbi 689.c. primæ & ſecundæ ſigna 813.b
coctionem quæ impediant in aluo 654.e. quæ iuuent 658.c. quæ antecedant, comitentur, aut ſubſequantur 687.d.e
coctiones quatuor in corpore, & vbi fiant 1539.b
coccyx cur dicatur, & eius natura 471.c. 1882.d. cuerſi damna 472.a. in partu retro cedit ibid. velut cauda 1132.a
coccygis ſtructura, & cur talis 1131.d
cœlibatus non eſt inuitis vrgendus 1118.d.e
cœlum quid 30.b. 72. b. deorum ſedes 30. c. 1956. e ardens 187. c. vndique cernitur, & horizon 302.e pater cur 951.b. ſeneſcit qualiter 1192.b.c. numeris conſtat 1254. c. cur conuexum appareat 1390.e quòd nullum infra terram 1391. c. non planum cur 1394.d. rotundum circa terram voluitur velut centrum e. voluitur ab oriente in occidentem, qua vi b.c. à quo regatur 2145.a. factum, & æternum 2146. a. nec ortum nec periturum 2146. b mutabitur, non abolebitur 2100.d. an igne conſumendum 2201.d
cœlum & terra quid 202.a. dij priſci b
cœli periphraſis 10.d. analogia in homine 30.c. portæ duæ quæ & quorſum 32 b. partes, & earum diſtributio 45.a. materia & etymon 58.d. forma & perſpicuitas 60.e. dignitas & actio 2145.a. figura num ſphærica, ſiue rotunda 1181.c. 1393.d.e. 1394.c 1395. b. motus qualis 1394. b. c. partes quatuor 1399. c
cœli qualiter finient 2165. d. quî diluuio perierint 2201.c. peribunt igne quomodo 2167.d.e. 2168.a
cogitatio vbi 1964.c. 1967.c. 1969.e. quî fiat 1569.a. e quali ſitu capitis iuuetur 1968. e. quî officiatur ſimul cum memoria, aut ſeorſim 1968. e. occæcat qualiter 331.a
cogitatio de Deo cohibenda, quatenus 60. e
cognitiuæ facultatis ſpecies 1970.b
κοιλία 243.a. quid, Hippocrati 652.a. 682.c. 688.c
coïtus epilepſiæ ſimilis 867.b. 1577.b. 1589.b. frequês defraudat genium & corpus emaciat 874. a. b. an iuuet prægnantem, & quando magis 1006. a. quibus morbis conducat, & ratio 1010. a. qui noxius & circunſtantiarum obſeruatio 1012. b. 1013. a. ne ſub autoram vel mediam noctem 1013. b. à paſtu quando & qualiter 1013. b. c. à prandio vel cœna qualis & quando c. an ſoluat labores d. quibus obſit partibus e. eſt naturalis & vtilis, & quando noxius, & quibus potiſſimum 1014. a. debilitat, eiuſque damna & indicia b
coitus frequens extenuat clunes, quî 1548. b. imbecillitatem inducit 1548. c.d. cur 1555. a. b. c. cur ſuauiſſimus 1548. d. 1550. c. quibus confert & cur 1554. a 1555. b. quos hilaret aut contriſtet 1555. b.c. immodicus exhaurit loculos 1579.e. totum corpus 1580. a. nullus poteſt inanire cerebrum 1580. e. cur amœnus 1587. a. voluptuoſus 1589. a. vide, Voluptas.
coitus quorſum inſtitutus à natura, & incitamentum 1567. a. 1558. b. cruentus vnde 1567. c. 1578. b 1580. d. e. 1581. b. 1629. b. quibus morbis proſit 1568 d. quo tempore noxius 1569. a. cum menſtruata muliere damnoſus 1680. b. 1682. b. 1701. a. 1704. b nocet cerebro & oculis 1926.d
coitus primi pœnitentia homini cur 976. b. c
coitus deſiderium in partibus genitalibus quî concitetur 570. e. immaturi damna 950. c. legitimum tempus 953. c. d. e. commoda 1003. a. voluptas vnde 1008. b. tempus opportunum 1010. a. raritas quid conducat 1010. c. opera tria c. immodici damna 1011. a. circuſtantiæ obſeruandæ ibid. corporis præparatio ad eum 1012. ciborum ratio ibid.
coitus cauſæ, & effecta, vis, finiſque 1558. b. 1567. d 1587. a. immoderati damna 1567. b. c. d. 1569. a. 1577 b. moderati beneficia 1567. e. omiſſi incommoda 1569. a. neceſſitas & ſymptomata 1569. a. b. c. organa & titillatio 1569. b. inſitum ſtudium à natura 1569. c. tempus idoneum 1589. e
in coitu tria concurrunt, appetitus, ſpiritus, humor: vnde tria hæc 852. e. cur extendantur crura 957. d
in coitu mortuorum hiſtoriæ 410. b
κῶλα, artus, cur & vnde dicta 1257. c. 1258. b. quid c
colis exortus & natura, & quomodo arrigat & quorſum 988. d. duo meatus quorſum 849. b. ſubſtantia qualis, & cur facile arrigat 852. b. c
collum, capitis fulcrum, & eius partes 236. c. 300. c quibus adſit vel deſit, & ad quid valeat 447. a. b. 458 e. eius conſtructio, vſus, parteſque 447. b. c. 458. a. quorſum verſatile aut rigidum 461. d. eius motus propij & communes 1885. d
collum femoris cur à capite ſecedat foras 1335. b
collum veſicæ muliebris 992. a. vbi deſinat, & quale 904. e. pudendo concurrit, cur 849. a. eius deſcriptio in mare & fœmina 588.e
collum veteri 994. c. multis abundat neruis quorſum 858. a. eius ſitus 888.d

col-

Digitized by Google

colli vſus & fines, quandóque claudatur aut aperiatur 894. b.c. cur neruoſum ac durum, c. d. eius varietas 893. a.b. cur mediocri duritie 894. d. e. contortum & obliquum quando & vnde. 895. a
κῶλον vnde dictum, & quid. 706. b.c.d.e.
cólon, inteſtinum 694. a. 695. c. 697. d.e. 698. a. 701. ſimile homini & cani e. in quibuſdam tranſit in naturam corneam vnde. 699. c.d. vnde dictum, cur inuolutum, nexus 702. b. cur plures habeat orbes d. vnde & quid 706. b.c.e. eius natura, forma, vſus d. velut imus venter d. homini quale, item cani. 719. a
cóli vincula quorſum 694. a. figura 695. c. ſaccus. 699. c
color qui, & qualis 315. b. non ſine luce b. c. tantum in lumine cernitur, eiuſque natura. 316. a. viſus ſubiectum 323. d. 327. e. ſolus reçurrit ad viſum illiſus. 324. b
coloris ſuſceptiuum quid, aut ſoni. 315. e
colores medij. 406. d
colores varij oculorum 231. a. vnde ſint 294. c. 296. b. proprij homini & eorum cauſa. c.d.
colorum quatuor differentiæ. 328. a
colorum & ſaporum proportio 382. d.e. 384. c. differentiæ ſeptem. d.e. 385. a
colorum in pilo variorum cauſa. 173. c. 176. d
colorata impoſita oculo non cernuntur, quamobrem. 316. b
Coloſſus Rhodius. 1198. a. Neronis. ibid.
κόλπος cur dictus. 248. c
columba cur cyſti & felle careat 775. d. nuntia deſiti diluuij. e
columba lignea volatilis. 1301. b. c.
columborum acumen & caſtitas. 1984. b
columella naſi. 231. e
coma 226. c. quî fiat & vbi. 2016. e
comarum varia genera & differentiæ. 227. a
cometarum differentiæ & cauſa, materiéſque 67. a b. locus b.
κατάρριον quid, & quale & quorſum 1920. c. 1930. d. 1939. d. 1943. e. 1948. b.
conceptio quid. 549. b. 1088. d. propriè & impropriè dicta 1142. b. d. quî fiat. 1607. e. 1608. a. 1640. d. e. ex Hipp. 995. e. quando non, & ſignum 999. d. 1152. c 1712. c. 1717. a.b. & cur non ante menſium fluorem. 1714. b. 1716. a b. d. inhibet purgationem. 1719. a
conceptio cur ceſſantib. vel incipientib. menſib. magis fiat, quóque modo 928. b. cur ante menſes fieri nequeat. ibid. vnde dicatur. 932. e. à ſemine viri & menſtruo mulieris: & quando citra voluptatem fœmineę. 966. c. d. vt plurimum poſt menſium fluorem fieri ſolet 1139. e. in pleriſque circa pleniluniun contingit 1240. b. retento ſemine poſt diem 7. certa. 1142. c
cõceptionis ſigna, etiam vtriuſque ſexus 979. b. 1003. d 1016. a. 1094. c. legitimum tẽpus 928. a. 932. e. 980. a 1002. b. 1006. d. e. 1016. c. penes menſtrua quando 1680. a. 1714. a. & an citra ea. 1713. d
conceptionis idoneæ mulieris probatio. 1717. b. 1718. c futuræ experimentum. 1727. d. 1733. a. 1735. a. 1736. c 1737. d
ad conceptionem quæ requirantur. 923. e. 924. a
conceptus quî lac non corrumpat 980. a. quî fiat ex Lactantio 986. c. cur à menſtruorum fluore opornus. 1003. b.c
conceptus habet animam 1062. b. vitam viuit ſuirpis ab initio. d
conceptus maſculi aut fœminei ſigna. 1018. a
conceptuum variæ appellationes vnde. 546. e
concha auris. 233. e
concoctio quid 666. c. 679. c. 680. d. quî fiat eiuſque ſpecies c. 684. e. ſimilis elixationi quamobrem 682. a.b.e. 683. b.c. vbi fiat d. 687. c.d. in aluo qualis. d. e. quî fiat bene aut malè 1476. e. & quî impediatur ib. vide, coctio ſuprà.
concoctionis tria vitia vnde 676. c. tempora varia quæ faciant 677. d. officina 680. a. forma, itemque finis & modus e. opus multiplex 687. b
concretio quid. 2149. a
concubitus quî fiat 1586. c. cur ſuauiſſimus. 1586. e
concubitus cõmoda & incõmoda, moduſque 1010. d. effecta, & labor viro maior, cur 1012. b. vide coitus & Venus.
concubitus nefandi dæmonum cum mulieribus ſortilegis. 958. c.d
concupiſcentia quid. 632. c. remanet ſublato reatu. 2108. c
concupiſcentiæ ſedes. 609. c.d
concupiſcibilis facultas quæ, vbi & vnde. 414. a. 180. a. 635. c. 1216. a
condyli qui, & eorum partes, nominãq; 253. b. 1162. d.e
conformitas imaginis Chriſti in quo. 2183. d
conjuges qui generando apti 1723. b. cur longo poſt tempore generent, vel mutato connubio. 1723. c
conjugum ętas generando habilis quî, & terminus amborum 948. a.b. iuniorum & ſeniorum incommoda d. ſocietas vnanimis. 879. e. 880. a
conjugum copulandorum peritia ad quos pertineat. 1724. b
conjugij leges & coniugum partilis ætatis, quî & quorſum 947. e. tempus & inde commoda 948. c. mutatio cur generationem faciat, aut ſexum variet. 1728. e. 1731. a. 1738. a.
connubij cauſa & finis 841. a. neceſſitas c. iura 879. c. legitimum tempus. 1730 b
conſanguinei cur dicti. 1580. c
conſiſtentia ætatis. 66. b
continentiæ longæ damna. 1013. a. 1011. e
conus viſuus qualis. 306. c. 317. b
coni incrementum vnde pendeat 318. c. proportio ad orbem ſplendoris. c
conorum axes in eodem plano 318. b. quid faciant. c.d
conuulſio vniuerſi corporis vnde habeat originem. 1910. d
cor ſenſuum principium, præſertim tactus & guſtus. 64. c. origo caloris 75. e. focus ignis 77. a. caloris natiui 78. a. let ſus & motus principium ex Ariſt. 421. d non refrigeratur in ſomno contra Ariſt. 422. b. 427. e. fabricatur ſibi proportionale domicilium 441. c. perturbationum animi ſedes 465. d. 551. d. pro animo. e animæ ſedes 467. a. affectuum animi imago. d. quantæ ad mores efficaciæ ibid. piloſum Ariſtomeni. e
cor per pulmonem cur aërem attrahat? 487. b. cur non immediatè de faucib. d. quatenus reſpirationi ſeruiat, & quib. adminiſtris. e. alit pulmonem, & ab eo refrigeratur mutuo beneficio 493. d. cur pulmoni parat alimentum, non ſibi 494. d. in piſcibus quomodo à branchiis refrigeretur 507. e. eius mucro ad os vergit ibid. vnde dicatur 513. b. cur in medio poſitum pectore c. præcipuum ad vitam cerebro paret, & inferius eſt. d. cur in læua pulſet magis? 517.

Digitized by Google

a.c. cur in medio thorace & pulmone. c
cor an læuorſum vergat 517. c. exactè medium thoracem occupat, quî, & quorſum. d. humanum formâ diſcrepat ab aliis 518. b. non videtur poſſe pulſando thoracem tangere: niſi in palpitatione c. non eſt muſculus, & quæ differentia. e. 519. a. 521. c. an parenchyma eſt? c. non mouetur vi neruorum d. non quieſcit in ſyſtole, & quies quando 520. e. eſt motus cauſa. 521. a. non origo neruorum c. vide nerui. ſectum viuo animali æſtuat 530. a. an primum viuens, vltimum moriens b. 538. d. e. 541. e
cor quomodo à ſpiritu agitetur 531. a. pulmoni, non ſibi cur alimentum paret, & quali vtrumque alatur ſanguine 532. b. c. 533. e. eo priuata quænam aliquandiu viuant 538. c. d. an ſenſus & motus author? e nullam grauem pati poteſt noxam cur ibid. arteriarum & venarum principium habetur à multis 539. d. e. venarum & ſanguinis vitalis origo 540. a. b. ſanguinis ſpirituoſi fons, & qualis, & vbi c. 541. a. non ſtatim pulſat vt genitum eſt 542. a. an primum omnium gignatur b. 543. a. 544. c. 546. a. principium generandi animalis 543. c. d. e. cur ſemper mobile 544. e
cor gignitur hepate poſterius, qua de re 545. b. c. quando pulſare incipiat d. an animæ ſedes? 552. b. d. 553. d. non ſapit, ſed cerebrum 553. b. c. an caro, an muſculus 580. b. à pulmone potu exugit humorem, & in pericardion eructat. 581. a. ad læuam magis pulſat quare b. origo venarum & ſanguinis impetuoſi, vbi ſitum, & quare, & eius imperium 584. e
cor primum genitum 587. d. cur, & eius prærogatiua e. palpitat fœtui in aluo materna. e. principium in ſanguineis e. vltimum emoritur 588. a. homini ad læuam, cæteris in medio thorace, cur: & poſitionis forma, figuráque eiuſdem b. c. focus caloris natiui d. venarum & ſanguinis principium. e. 590. d. 595. e. omnium partium ibid. origo neruorum & motus. Ariſt. item & ſenſus & nutritionis 589. a. quî ſimilare & diſſimilare a. principium vitæ, ſenſus, motus, venarum, nutritiuæ, vegetatiuæ a. b.
cor ſuſcipit omnia ſenſoria b. ſedes paſſionum animæ b. c. origo virtutum ſenſus 591. c. omnium functionum principium e. nullam perfert læſionem citra mortem 592. d. hirtum in fortib. e. ſapientię domicilium 596. b. quomodo caro e. quod non ſub læua ſitum mamma. e
cor contento intrà ſe ſanguine non alitur, & quî tandem 661. b. origo venarum qualiter 732. b. 1447. a. fons ſanguinis, quî 732. c 1449. a. b. quomodo attrahat materiam 752. c. eſt hepate calidius, cur 754. d. venarum principium, quî 759. b. c. d. cur cauum & ſpiſſum c. d.
cor officina ſpiritus & ſanguinis arterioſi 1801. b. ex quo concreuerit 1801. e. 1802. d. fons caloris 1803. e. non eget opera cerebri 1933. c. 1934. b. ab eo quid habeat 1995. d. 1997. b. cui motui præſit, & quid ſuo motu faciat 1934. b. c. vnde refrigeretur 1996. c. 1997. b. 1998. b. eſt primum ſenſorium 2015. a. ab amore & odio afficitur. 2218. a
cordis cũ ſtomacho ſympathia vnde 63. c. vſus 181. b. munimentum 468. a. ad natiuum calorem analogia b. æſtus vnde, & quomodo temperetur 450. c. humectatio vnde 451. e. motus duplex 487. a. diaſtole non inſpirat, nec ſyſtole expirat aërem b. c. quale corpus, & motus, & alimentum 494. d. velut reguli aula regia 496. b. dignitas & præſtantia 513. b. 1991. c. 1992. e. 2015. b. ſedes ibid. epitheta 513. b. prærogatiuæ b. c. 516. d. 2815. c. aula & arx 513. c. ſepimentum 514. d. ſympathi a cum ſtomacho a. b. caput 517. e. vis, motus, figura, ſitus, huiuſque ratio 516. d. e. 517. b. e.
cordis an vterque ſinus pulſet? 517. a. eorum vſus c. d. motus & quies figuram variat e. ſimilitudo externa, & eius cauſſa 518. a. caput & lateta quid contineant a. figuræ ſimilitudo, eiuſque ratio. b. mucro qualis, eiuſque vſus, & compoſitionis ratio b. c. partium ſummæ, mediæ, & imæ comparatio c. d. principatus d. ſubſtantia, eiuſque ratio e. tria fibrarum genera, quorſum 519. a. motus involuntarius ibid. ſubſtantia qualis, color & guſtus a. b. qui nerui, & quorſum b.
cordis actio non eſt animalis 519. c. vis pulſifica vnde ſit d. ſyſtole qui fiat 520. c. 521. a. vis in corpus vniuerſum b. aures d. e. vis trahendi & recondendi ſinus, atque materia, & huius vtilitas 522. a. palpitatio quid 524. d. e. motus proportio cum arterarum motu e. triplex motus 525. c. tractio quî fiat 528. c.
cordis orificia, arteriæ, venæ, membranæ, & earum vſus 527. 528. 529. parietes cur ſiniſter denſior, dexter tenuior ſint 530. b. moles vtraque quomodo pondere æqualis, & cur c. pulſus an à ſubſtantia, an à ſpiritu vitali? 531. a. foramina ventriculorum peruia b. c. alimentum vnde & quale 552. b. c. ſubſtantia cur talis c. ventriculi duo tantum in homine, & animalib. ſpirabi. 533. d. vide Ventriculi.
cordis vulnus lethale cur 539. a. vlcus, ſcirrhus, abſceſſus, putredo ſine morte ſubita c. an morbus nullus d. ſinus ſiniſter calidiſſimus 541. a. generatio quî fiat, 544. e. 545 c. ſympathia & motus in gaudio & dolore 553. b
cordis ſitus, figura, arteria, venáque magna 579. c. ſubſtantia, ſinus, æſtus, ſpiritus, pulſus 580. b. forma, color, tunica, humor, & vnde concreuerit c. ſubſtantia muſculoſa, ventriculi 581. a. b. c. membranulæ, & earum vſus 582. a. b. motus quî fiat, & quomodo à reſpiratione diſcrepet 587. d
cordis ſitus & pericardios tunica, item nexus cum vena & arteria 588. b. mucro quò deuergat tum hominum, tum piſcium generi c. vſus & in omnib. neceſſitas c. d. ſubſtantia venoſa e. efficacia ad mores 589. c. palpitatio, pulſus, ſpiratio, quî differant c.
cordis tres ſinus quales, & ductus ad pulmones, quî 590. b. quomodo varient c. vix conſpicui in minimis 590. e. ſinus dexter pulmonem comitatur, & hoc deficiente deficit c. d. qualem ſanguinem contineat, & quòd calidus, ſiniſter frigidus 591. a
cordis os & articulario 592. b. quib. inſit. e. ſitus in homine & brutis diuerſus, tum in piſcibus, quî. c. adeps vbi 593. a. tres affectus è natura 603. b. dignitas 607. b
corallij mira natura, & forma, & vnde dictum, & delectus 2009. c. 2010. a

cordolij cauſſæ 514.b
cornea, 2. membrana oculi vnde dicta, & eius vſus 293.c
cornua vnde augeſcant 1850.d
cornua vteri 148.d. 993.c. vbi, quorſum, & qualia 889.b. 903.a. 920.a. intus an foris 1084.c.d. 1086.d. quot, qualia, & vnde dicta 1085.d. 1086.d. 1087.a
cornua aurium 833.d
Cornuum affinitas cum ſimil. vteri quanta & qualis 1086.a. verus vſus ſituſque a.b.
corona oculi 230.c. 296.a. vide Iris
corpus an totum ſimul compingatur, an ordine aliquo 542.d. 543.a. 545.a. 546.b. 547.d. 548.b. caſeo ſimiliter c.d. de corpore gignitur, non anima 104.c
corpus quomodo creſcat 735.a. alatur.c. neceſſario eget alimento ſecundum naturam 931.c. ſine eo nequit viuere c.638.c. quî moueatur 1877.c. quî incumbat cruri inter ambulandum 1332.c
corpus animale quotidie fit magis terreſtre 80.c
corpus humanum quid 1278.a. aptum moribus cuiuſque a.
corpus quomodo elementa participet. 1375.d. vas hominis 52.c. cur oblongum 55.d.c. conſpirabile & confluxile, intus foras, & foris intro 662.c. 663.c. fiet ſpiritale, quomodo 2189.d. idem reſurget, & qua vi 2191.b. cum anima compatitur, & conglorificabitur 2191.c.d
corporis viui tres partes, quæ & quales 171.a. compoſitio vnde, & ex quot b.c. incrementi cauſa, tempus, atque finis 81.c. diminutio quomodo & vnde ibid.& 82.a.
corporis humani præſtantia ad quid, 14.c. 16.d. 1365.b.c. infirmitas 16.c. ad Zodiacum analogia 31.d. ad arcam Noë 45.b
corporis artus apti animæ officiis 55.c. quatuor elementa 74.a.b
corporis humani partitio 223.d. 585. 586. fabrica, vſus, & nominis ratio 224.d. diſſimilitudo cum Dædaleis automatis, ibid. figura, compoſitioque quot ſum, 225.d. delineatio ſumma 265.d.e
corporis forma conuenit morib. 279.a. centrum & ſuperficies quid 428.b. effluuium perenne 638.c. fabricatio e. incrementum 633.c. 640.d. quo tempore deſinat. ibid.
corporis humani materia vilis, & præſtans artificium 714.a. quis autor 1051.a. ſummæ quatuor partes 1257.b. tres principales 729.a. quatuor congenita principia 1434.a. poſitio vnde ſit 1750.b.c. comparatio cum Eccleſia 1991.a.c. morborum cauſſa. 2087.c.
corporis & animæ munia & propria 419.b
corpora ex elementis quomodo facta 1426.c. 1427.c. 1440.c. 1749.c. mutationi obnoxia qualiter, & quot modis 1437.a
corpora qua ex materia compingantur, 1772.d. duo non in eodem ſimul 315.d
corpora Pithagoræ regularia 1864.c
corpora animalium bipartita, quî 187.c. perſpirabilia, & expirabilia 349.c
corpora hominum huius ævi an differant à veteribus 763.b.c. ævis immutantur 1881.d. qualiter in reſurrectione aptabuntur & reuiniſcent 2178.a.b.c.
corpora poſt reſurrectionem qualia 2182.c. grauia an poſſint tendere ad cœlum 2189.d. poſt reſurrectionem immortalia, non egent alimento, cur 2189.c
corpora terrena an eſſe poſſint in cœlo, & quomodo 2190.b. poſt reſurrectionem non morientur 2194.c
corpora & animæ laudabunt Dominum in paradiſo 2205.a
corporum ſiccitas quî fiat 82.c
corporum humanorum reſurrectio oraculis aſſerta 143.c.d.e qualis 2195.b.c. differentiæ in ea 2177.c.d. & poſt eam 2202.b. omnes vndequaque reliquiæ colligentur ad vitam quomodo 2178.b. 2185.a c. 2168. 2187.& ſeqq. vitia corrigentur 2184.c. τὸ σφέτερον in paradiſo & cum animo ſympathia 2205.a.b
corporibus triplex alimentum, quale 170.a
corruptionis cauſæ duæ, quæ, 2148.b. tres modi 2149.c quatuor 2150.c
cornus loquax 440.b ſermoni aſſuefactus. 1981.d.e
corui ad picturam decepti 1296.c
corybantia quid 331.a
coſtæ, & earum differentia 240.b. geminæ nothæ ibid. veræ, ſeptenæ: nothæ quinæ, quomodo commiſſæ 469.b
coſtarum deſcriptio 585.c. numerus varius 468.c.e. 469.b. 471.c.d. 586.a.b. 593.d. diſtinctio 586.b. vſus c. 595.b. fabrica, 595.b
coſtarum cum vertebris proportio & connexio 469.a.b. figura, nexus, & vſus 471.d
cotyle in oſſe, quid 1120.b. menſuræ genus c.
cotylæ duæ 1309.a. cur non extrinſecus ſitæ vergant 1334.c. cur intro 1335.a.b
cotylédon herba 1120.a
cotylédon in iſchio 1120.b
cotylédones 249.a. cur & à quo, & vnde dictæ, & quid ſignificent 1119.c. quot mulieribus, & quales 1120.c. vide Acetabula.
cotylédones quid 1121.a. & earum vſus.c. 1125. an aliquæ in muliere 1121.c. 1125.d. 1127.a. quales 1123.a vbi conſpicuæ magis aut minus 1123.c. de caruculis in vtero brutorum, quib. 1124.a. alligatum continent fretum, ſed mediatè d. vnde dictæ 1125.d quando pateant magis 1125.c. quî fiant conſpicuæ 1126.a. in chorio. b. in muliere quando conſpicuæ c. menſtruis diſtenduntur, quî 1712.c. & quo tempore concipiendo aptæ ibid.
cotyledonum natura & vſus 1137.b.
coxarum os, & eius vſus, itemque figura 1330.c.
cranium 1863.c. 217.b. c. quid, & vnde dictum, & quos in vſus 482.a. 1866.a. 1873.a. 1894.c. quî alatur 1850.d. 2004.c. cur vndique peruium 1871.c. cur multis conſtet oſſibus 1872.a.
cranij conſiſtentia qualis 1868.d. 1869.c. deſcriptio 1869.d. origo 1937.c. vſus 1870.a. 1871.c. analogia cum cerebro 1869.c. futuræ quorſum 1871.d. oſſium numerus 1874.b. temperamentum 277.c.
cranio cur adſint futuræ, & vſus 1884.c
crea tibiæ. 257.a quid & vnde dicatur. 1307.d. 1308.c
κρίσις vnde dictum. 1809.c
creatura nulla Dei naturam nouit 58.c. omnis ad perfectionem aſpirat, & renouationem 2200.c accipit, non facit legem 206.a
creaturæ quî perennent 963.c.

Digitized by Google

creaturæ nullæ creatori coæternæ 1164.b. quod aliquæ ante mundum conditum extiterint. falsum 2164.c.
creaturarum ortus & generatio 2159.e
cremastères 246.c.862.c. qui,& quorsum 920.d 1087.b. vndedicti 857.e
crepitus 247.b. liberi 1594.e
Cretenses pæderastæ, qua de causa 711.b
cribrum nasi 231.d
crises à partu & in morbis similiter fiunt, qui 1162.e
crispitudo quid & vnde sit 270.a
crispitudinis pilorum causa & differentia 276. d. e
criticorum dierum ratio per quaternarios 1162.e 1163.a
crocodili lachrymæ, vnde 2130. c. astutia & malitia c.d.
Cræsi filius natura mutus, localis factus 179.c 443.e
crotaphia cur dicatur 63.a
eruditas quid,& vnde 680.c.d. 681.b
crus 255. b. 256. d. vtrum magis laboret ambulando,& cur.1306. e. quî ab exteriori intro deuergat. 1336.a
cruris compositio 1331.b.vsus 1331.e
crurum tenuitas falaciores efficit 970. c. motio, cur talis, & quî differat à motu brachiorum 1270. d. 1271. a. vsus, & statio, cursúsque quî fiat 1306. d. e. alterna motio quî fiat 1333. b. articulationes cur pauciores, & tamen nonnullæ 1351. b. vsus præcipuus,& cur obliquis careant musculis & contra 1546.e
crustata & mollia quomodo aquam, cibum sumentes elidant 604.c
κρύσταλλος quid 289.b.
crystallinus humor qui & qualis, & quamobrem, & quorsum 289. b. cur in interiora planus e. vitreo quâtum innatet.290.a.ab aqueo & vitreo ambitur, qualiter & quorsum 291. b. cur rotundus, sed compressior. 319. c
crystalini forma & ratio & denominatio & prærogatiua 289.c.d. epitheta d. color,& ratio e.
cubitus 250.d.cur dicatur 1260.c.eiusque motus 1274. d. quid. 1277.c
cubitus vel vlna, cur dicatur, & eius partes 251. d.
cubitus siue brachium 251.c
cubiti articulatio qualis 1292.e
cubitum quî moueat homo & quadrupes 1271.a
cubus qui 1413.e
cucurbitularum affractionis causa 486.d
culus 247.a
de coli dominatu locus 707.c.d
cunnus 247.d. quid, item nympha 248.a. 889.b.
cunni longitudo 993.a
cupiditas ab anima aliena 1959.d
cupiditatis damna exprimis parentib. 2065.d
cupiditatis & excandescentiæ focus 1354.c
cursores insignes 1359. d.e. 1360.a.b.
cursus initia à dextris 1325.e
cutis 227. a. quid, & quorsum 1780. c. 1783. a. b. in homine triplex 1781.a b. an regeneretur & vbi non 1782.e. 1784. d. vbi coaluit subiectis, aut secus 595. b. quò mollior, eò acumen maius ingenij.e. vbi nulla excoriabilis & qua dese 1291. a. quî perforetur 1784. c. vnde genita 1804. a. quibus malis magis obnoxia, internis, externisue 1784. c.
cutis in corpore ad quid. 262.b. cur poris pernia 267.c eius vsus & temperamentum 280. e
cutis oculorum qualis 296.c. 300.a
cutis manus internæ prærogatiua 1263. c. perfectio in quo d. natura e
cutis præcipuus tactus, & iudicium 393. a. natura & vsus a.b. origo 393.d. 1892.b. & an sentiat d. tenuis an index acuti ingenij.e
cutis natura & genera 1781.a. 1782. c. 1785. a. b. 1785. d. textura, & alimentum 1785. b. c. 1786. c. vsus, compositio, partiumque ratio 1781. c. 1783. b. c. 1785. b. c. comparatio cum temporib. anni 1784. a. b. generatio 968. b. 1782. c. 1784. d. 1585. e. vis 1782. a. sensus vnde 1784. b. 1785. c. 1786. c. humanę proprietas, natura, & ab ætate varietas 1782. a. d. temperamentum 1783. a. b. 1785. e. 1786. a. b. quî varies ob causas 1783. e
cutis infimæ natura 393. d. temperies præsertim in vola manus 594.c. d. natura & sensus e.
κύαμοι quid 242.a
Cyclopis & vlyssis historia 740.b
Cyri oratio ad liberos, de animæ immortalitate 135.d.e.
cysaron, quid 133.e.
κύστις vnde dicatur 771.b.
cystus quomodo fel de hepate attrahat, idque syncerum 774. b. c. 780. c. non offenditur acrimoniis, quamobrem d. non alitur felle, cur,& quomodo sanguine e 659. d.
cystis fellis situs, forma, vsus 771. a pori c. & eorum vsus 774. a. insertio in intestina 775. a. vis trahendi, quî. d. locus, compositio 775. e. nutrimentum vnde 776.a. ductus 780.b.
Cyzici templum,& Echo mirabilis 1299.a
Cyzicenum buleuterium 1299.b

D

Dædali & Icari fabula 2057.b
Dædali automata 224.d
imagines miræ 1302.c
dæmones incubi & succubi generant 1610. a an patiuntur, & semen profundunt, & animalia gignunt & nutriuntur, quóque modo 960. e
dæmonum qualia corpora, sexus, & semen 960.e concubitus cum sortilegis mulieribus 958. c.d
damnatorum pœna qualis 2098.d
Danidis 100. præputijs Michol paciscentis in sponsalia, historia 854.b
Decij Imperatoris persequutio aduersus Christianos 2191. e
decoctionis vitium vnde, & quid gignat, tum ratione ventriculi, tum ratione ciborum 184.b
decubitus forma 426.c. supini noxæ d. in facie, damna & signa 427.a
decubitus bonus qualis 942. a
definitio quid, & vnde ducatur 60.a
deflorationis typus 1007. b. signa 1100.b.d. 1101. c

Digitized by

1103.c.1105.e & quando dolores in ea maximi 1100. b. 1106.a
defluxus ſimilis ſit ſubiecto ſuo, qualiter 81.c
deleteria & alexiteria quomodo agant in corpus 2024.b
delitiæ mortalium Epicureæ 89.b
delirij cauſſa & curatio 566.b.c
Delphini amores 1980.a.b
Delphini puerum per mare vehentis, & commortui hiſtoria 496.d
Delphini quomodo ſpirent 348 c. 509. a. b. gaudent muſica, audiunt & odorantur d. puerorum amatores 496. d. e. triginta diebus occultantur, vbi 1 b. tellure tacta moriuntur b. quandiu viuunt c
Delphinis cur vox Simonis grata ſit 466.d
Δελφὺς vnde 248.c
Δίμας vnde 3119.b
Democriti riſus 1212. 1232.
Demoſtenes balbus, & quomodo vitium correxerit 381. c.d
dens in ſpina 237.c.& eius vſus 1877. b. 1888.b
dentati nati 215.b
dentata quæ naſcantur 284.b
dentes & eorum diuiſio 234.a. 282. e. 1369.a. primores lactei ſeu diuiſores b. canini b. c. molares c. genuini d. 283. a. maxillares ibid. quî nutriantur 1850. c. quî generentur 1852.c. quî differant, & ad quem vſum 282.c. d. exerti & ſerrati quib. e. quando naſcantur e. centenario renati 283.a. b. an ad loquendum neceſſarij d. e. an oſſa, & quæ de cute concreſcant concoloria e. tota vita creſcunt 284. a. cur renaſcantur & vnde alantur, gignanturne ibid.
Dentes qui decidui 284. e. pueriles e. ſentiunt, licet oſſei, vnde ibid. cur duri & contecti c. an fando neceſſarij 419. e. 440. b. an cauernulas habeant 1859. b
dentium color ex ſenio 283.c. vſus, ortus, renaſcentia d. diſcrimen 284. b. diuiſio, figura d. radices quot, & quales d. 285. a. numerus, & nomina ibid.
de dentium miris hiſtoriæ 235.a. 283
deorſum & ſurſum qui dicantur 1395.a.b. 1396.d
depilatio: vide caluitium
depyges 256.b
derma 617.d quid & vnde, dicatur 1290.e. 1780.e. 1783.b
Deus quid 3. b. d. 7. c. 9. a. 10. b. hominem & mundum comprehendit 2.c. Pan dictus cur ibid. & ſeqq. eſt omnia, & ab eodem omnia 3. c. e 10.b. cur mundum fecerit 4. a. omnia fecit bona b. eſt in omnibus b.c.
Deus animus per omnia intentus, ſed inuiſibilis 5.a.b. per omnia diffuſus 6. b. 7. d. totus in toto, & in ſeipſo 6.c. qualiter vbique c. 8. b. eſt vita 8. a. b. quot modis rebus ineſt e. vbi ante mundum conditum 9. c. non habet membra homini ſimilia 12.c. ſine corpore quomodo d. non conſtat membris propriè, & cur illi affingantur 14. a. b. trinus & vnus, quî, & qualis c. d non eſt ſphæra contra Philoſophos 17. d obſcurus 21. d. 22. a
Deus nomen naturæ & poteſtatis, vnde dicatur 49. d idem bonus d. e. omnia proſpicit, & omnibus ſummè ſuſpiciendus 50. b. c. ignis quî d. in ſe, & totum 51. a. non poteſt definiri, nec cognoſci 51.c. quid ſit, arduum dicere, & facilius quid non ſit 52. e. 53. a. non curioſe inquirendum quid ſit b. 54. b. c.
Deus longe anteponendus rebus omnibus 50. a. b. author ſeculi & conſeruator c occultus, fando non exprimitur 53. c. humana mente purior, ſpeculoſimilis 54. a. ab homine capi nequit ibid. & b.
Deus in nube 54. d. in abdito e. in tenebris vel in ſole, qualiter 55. a. lucem habitat, & quando inaccellam b. incomprehenſibilis 55. b. quatenus d. e. 56. a
Deus comprehendi non poteſt ab homine, nec ſpiritibus, & quatenus, quóue modo 57. b. animo concipi & verbis explicari, verum magis poſſit 58. a. an corpus, & quale c. homini incomprehenſibilis, & cur Deus ita voluerit e. 59. c qualis, & quî cognoſcatur 59. a. quid, & quod illi nomen 59.d
Deus definiri non poteſt, qua de re 59. e. 60. a ſub nullo prædicabili continetur 59. e. 60. e. adorãdus non definiendus 59. e. quid non, & quòd nullo ſenſu perceptibilis 60. e. vult bona, & ſcientiam fugit humanam 61. b magnus, fortis, terribilis, ſolus c. nec nominari, nec depingi poteſt d. manifeſtus, & idem obſcurus 62. a. vbi habitet b. quomodo contemplandus d.
Deus quid ex Hermete 63. a. ex Pherecyde b. ex Thalete ibid. ex Pythagora ibid. &c. ex Platone d. ex Ariſtotele 64. b. ex Theophraſto c. ex Antipatro Stoico d. ex Cleanthe e. ex Euclide ibid. ex Græcis variis 65. a. b. ex Cicerone 66.e
Deus qualis 69. e. cur pater & dominus 70. a. quòd vnus a. b. quomodo rebus inſit b. c. adorandus ſilentio, & laudandus cum iubilo 71. a. b. non poteſt cerni 93. a. mente, non oculis contemplandus d. incorporeus 94.c
Deus virtutem à morte remuneratur 158.c vnus omnium opifex, iſque immortalis 160. b ſuo verbo firmauit cœlos, & terram ſtabiliuit 205. b. c. e. maria coercuit ibid. & 206. a. artifices docuit e
Deus, non natura creauit hominem, & quanto artificio 224.c in cœlo non habitat, ſed eſt vbique, quóque modo 575.c d.
Deus cur circumcidi Iudæos voluit? 854. d. gaudet ſanctimonia e. totus in toto, & quis & qualis 1072. b. c. vim rebus confert 1073. d. noſter formator e. 1074. a. b. d. ſolus facit rerum naturas. c. facit omnia quomodo 1075. c author formarum naturalium 1627. d. 1628. b. in cœlo quorſum & quomodo 1959. a. c. vbique d
Deus non deſtruet mundum quare 2149. c. d. 2150. d. non mutat conſilium 2163. e. protector & conſolator ſuorum 2167. c quomodo ad generationem proceſſerit 2157. d quando cœperit operari 2160. d. & cur non ſemper eſt operatus 2161.a.
Deus quid ante mundum conditum faceret 2161. b. c. 2164. b. vbi habitabat 2171. a. an creauit bona & mala 2161. e. quandiu ceſſauit ante mundum conditum 2162. d. cur eum ſerius condidit 2193. e.

Digitized by Google

Deus non mortuorum 2180. b. reſuſcitabit mortuos c. & cum eo qualiter erunt. d. e. inter eos mille annis deget, quî 2194. e. cum eis habitabit qualiter victuris 2202. c
Deus è machina, prouerb. vnde 1068. c. d
Dei frequens mentio fausta 49. a. timor in omnia. e natura petardua 50. e. nequit intelligi 51. b. in occulto latet 54. a. incomprehenſibilis 55. e. 56. a. opificium & potentia 3. d. opera e. magnitudo 4. e. analogia ad mundum ibid. ſolium 7. b. omnipotentia ibid. forma 12. c. amor in hominem 20. a. imperium, & eius verbum 20. d. e. natura obſcura 21. a.
Dei præſtantia & prærogatiua 26. e. comparatio cum homine ſuppari 49. c. periphraſis, & elogia ibid. domicilium 50. b. nomina decem Hebraica, & eorum ſignificatio 51. d. e. 52. a. b. maieſtas incomprehenſibilis 54. b. c. 55. b. e. 56. a. ſapientia imperceptibilis 56. a. nomen quod & quale 61. c differentia ab homine 67. a. à creaturis 69. d. epitheta Græca, & eorum cauſæ 65. c. Latina item 67. b quomodo accipienda 68. d potentia in ſuis operibus 205. b. voluntas, ſcientiáque 206. b. beneficientia in homines, & prouidentia 93. a
Dei agnitio ex operibus 114. d. ignorantia quid damni adfetat, & contra 115. d. e. cultus, caput legis 115. a.
Dei voluntas omnium rerum maxima 2161. c. aduentus ad indicandum qualis 2167. d. vide Aduentus.
Dei omnipotentia & prouidentia 2178. e. 2187. d
Deo nullum nomen proprium, cur 53. c. 71. a. b. cur membra tribuantur 13. d. 25. d. quid deſignent 14. a. b. & eorum interpretatio 15. c
Deum non licet effari 51. a. 54. b. inuenire difficile, & eloqui difficilius 53. d. videre per condeſcenſum quid 55. d.
à Deo omne bonum 49. c. 61. b.
de Deo agendum cum metu & reuerentia 49. b. loquendum pauca 54. d. quid homo ſciat vel ignoret 56. b. c. 57. c. e. quid tenendum d. non inquirendum curioſius 62. b
in Deo idea mundi 3. a. numerus, pondus, & menſura ibid. omnia 5. e
in Deo admiranda & incomprehenſibilia 71. a
Dii tres qui & quales, quidue moliantur, & qualiter differant 22 d. e. 23. b
Dii Ariſtotelici 159. b. c
Dij Ethnicorum homines fuerunt, & morti obnoxij 159. d. e
Dij anthropomorphi 984. a. an habeant membra humanis ſimilia d. priſci homines fuerunt c. 985. e, & quo conſilio dij inſtituti 984. d. quod non immortales, & quî geniti 985. a. colliquandi in fine ſeculorum 2169. e
Deorum judicia de morte beatificante 146. d
dextræ religio 1330. c
dextra paria ſiniſtris in homine 287. b
diabolus an ſubire poſſit corpus mortuum, & vitam ſimulare 155. c. d. ſub angue latens, quorſum 833. c
Incubus & ſuccubus c. d. 960. c
diabolus quare ſerpentem elegerit ad tentandam Euam 2104. c. cur à muliere tentationem inchoarit. 2104. c
diabolus vinctus, & in ſolutus 2195. b. catenis vincitur quorſum 2197. d. ſoluitur & graſſatur e
Diana quæ, & cur dicta Lucifera 1225. b
diaphragma 243. b. vnde dictum 607. d. 609. d. in gaudio & mœrore ſubſilit, quamobrem e. hilaritatis ſedes 608. b.
diaphragma præeſt reſpirationi naturali, quî 510. c. ſeruit excretioni c. d. quomodo dilatetur & conſtringatur 611. b. c. 612. a. quomodo moueatur inſpirando & expirando c. quomodo riſum cieat 515. a an titillatu incaleſcat. 2124 e
diaphragmatis nomina 63. c. d. vſus 496. b. 608. c. d. 609. b. nexus & compoſitionis ratio d. e. 609. a. d. ſenſus exquiſitus, quî 609. a. ſitus a. nomen à quo inuentum c. forma d. mẽbranulae. foramina, & eorũ numerus & vſus e. & 610. a. vſus ad reſpirationẽ, & quomodo agat 436. d. 610. b. nerui, vnde d. vulnera cur inſanabilia d.
diaphragmatis muſculus, & eius à cæteris muſculis differentia, eiuſque duorum forma orbium 610. e. ſitus, eiuſque principium 611. a. principium motus cur à medio b. contractio & dilatatio quî fiat, & quorſum 612. a. natura. 439. a
diaſtole & ſyſtole quid & quorſum 520. d. e. 521. a. 524. b. vnde dicantur & quî fiant 525. b.
Διάζωμα vnde dicatur 609. b.
didymi in cerebro, & eorum d. ſcriptio 1948. c. vide Glutia.
Διδύμων appellatio vnde 855.
dies qualiter à varijs populis metiatur 1221. e. quatuor modis definitus ab Aſtrologis e.
dies naturalis vel ciuilis quis ſit, & quomodo fiat 1180. c. quando incipiat apud Chriſtianos 1221. d
dies magnus qui 2165. a
dies omnium iudex 1256. b
dies extremi iudicij qualis 2167. a. vide Iudicium.
dies collecti ex horis annuis quot ſeculis numerandi 1183. b. quot ſint exactè ſciri nequit e.
dierum & noctium cauſſa 213. a. non numerus, ſed pondus æſtimandum 1256. c
diebus nulla ineſt diſcernendi vis niſi per accidens, quî 1254 d.
digeſtio quid 662. c
digiti cum partibus 253. a. b. & ſeqq. eorum diuiſio d e. 257. a.
digiti omnia complecti poſſunt qualiter, & cur extremi tales 1281. c. quomodo dura & mollia comprehendant d.
digiti cur plurib. oſſib. conſtant 1285. d. cur nec plures, nec pauciores 1289. d. 1260. a. cur omnes inæquales. b. quib. ſacri planetis, quidque indicant ſinguli 1315. b. quare ſenſum aut motum per ſe ſolum amittant 2031. d
digiti ſummi 254. b. c
digiti pedis, & eorum cum manu collatio 259. b. cur breuiores quàm manuum 1310. c. d. 1332. a 1345. d. cur coniuncti, manuum autem diuiſi 1339. b
digitus vltimus cur minimus, & medicis maximus 1272. a. b. eius magna vtilitas 1289. e
digitorum hiſtoria, & eius ratio 1262. d. partitio, & nomina 1265. a. origo 1266. d. natura 1269. c. differentia in manu & pede cur 1272. c. compoſitio &

Digitized by

proportio. 1274.
Digitorum numerus, & præstantia 1275. d. comparatio in vtilitate inter se 1289. d. articulatio cur tali 1293. a
diluuij causa 643. a
diluuium an possit esse vniuersale 2170. a. b
dimentionum sex differentiæ 1324. c. 1325. a
Dionysij vafra malitia 291. d
Dionysius Areopagita putatum suum sibi caput manibus duo millia passuum gestauit 434. e
discernendi ratio vnde 311. e
discernere quid 318. b
dissimilitudo formæ in natis vnde 1614. d. 1618. b. 1619. a
dissipline puerilis necessitas 2113. d. e
discipuli fingunt mores magistrorum 2112. e
diuites quorum sint egeni 2076. e
doctrina Christi Euangelica qualis 982. c
dolor omnium sensuum communis 400. b. 402. a. 404. c. a sensibus ad animum transit c. quî fiat 401. d. 402. c. in partib. vnde d. quando à repletione aut inanitione e. quid & vnde 403. a. simul esse nequit cum voluptate c. non nisi ingentem alterationem sequitur 404. b. in agendo e. non nisi in actu 405. a. vnde fiat c.
dolor in visu minimus cur 406. e. ad eius causam quid requiratur 408. c. congelatorum vngiuum vnde. & quî percuretur 409. b. à lenta continui solutione c. d. 410. c. vicus quodammodo c. omni homini communis 2102. a. quî fiat, & eius causa 1587. e. 1588. a. c. d. e. quomodo perimat? 2221.
dolor incapite vbi fiat 2014. d. cur non semper totum occupet 1923. d.
dolor partus communis fœtæ & fœtui, vnde 2110. e
doloris causa 400. a. b. 404. d. nexus cum voluptate mutuus 403. c. d. exempla in singulis sensib. 405. a
ad dolorem quid requiratur 404. a
domicilioium vsus 1273. d. 1278. c
Dominationes 29. b
dormiendum noctu, & quando interdiu liceat 426. b. c. quandiu mane c.
dorsum, & eius vertebræ 240. a. circumscriptio 1882. d
dorsum nasi 231. d
draconis puellam amantis historia 961. c. d. 1704. d. e.
draconum clementia 1679. a. b. medicatio 1983. d
drauci & pathici inclinatio 709. a
in ductibus cerebri sensus & motus deprauati symptomata 71. a. b
dulcia & suauolentia calore perficiuntur 386. b. c. sola nutriunt, amara minutiquam 390. e. 391. sanis suauissima 391. b
dulcia cur inolida 370. a. non æquè nutriunt vt pinguia a. b.
dulcium cum alijs mixtio & qualitas 391. d. e. & ex ea nutritio e 391. a
duodenum, intestinum 697. c. d. 700. e. cur dictum, & coniunctio eiusdem 701. a. 704. b. quare rectum 701. c
durum quid 1803. b quot modis 1803. c
dura, 7. oculi tunica 295. b
Dusij incubi dæmones 961. b

E

EBrioſi cur minus coeant, & minus à cibo 1550. c d. & cur semen eorum infœcundum 1554. a
Ecclesiæ comparatio cum corpore & membris 199. a. c
Echo quî fiat 431. c. in solitudine respondet, mirum, 6. aut 7. verba integra, quî d. quibus excitetur d. e. & superstitio circa eum. ibid.
echo mirabilis septem voces referens, 431. e. 432. a
eclipsis quî fiat 2019 c. & quando 2020. a
eclipsis lunæ 208. d. 209. b
eclipsis mirabilis passo Christo quomodo contigerit contra naturam 2019. d. e
eclipses Lunæ plures quàm Solis, cur 213. b
ἔκτασις vnde, quóque modo 193. d
ecphysis, intestinum 697. c. quid proprie 703. vnde dicta, & cur intestinis annumeranda b
ἔκχυσις animæ quî fiat 140. c. d
ectomiæ qui, & vnde dicti 1110. c
εἰδωλοποιία 327. a
El, Dei nomen, quid significet 51. d.
elementum quid, & quo in prædicamento 1426. b. 1456. a. 1797.
elementum qualiter a principio differat 1437. a. nullum sincerum d. quando pro medicina e. nullum sincerum in nobis 1798. c. d
elementa qualiter à chao elicita & discreta 216. b. c
elementa mortuo homine ad sibi similia se recipiunt 141. d. e
elementa inodora cur 332. e. nutrire nequeunt, cur 392. a. quomodo in se degenerent 397. c. d. similia similibus sensib. percipiuntur, quî 399. b
elementa quî se mutuo subeant vt non sit vacuum & quomodo agant 1414. b. 1438. e
elementa per qualitates enuntiata qualiter 1437. c. inuicem transmutantur 1438. d. in vsus hominis 2123. b. se numquam mutuo conficiunt qua de causa 2152. d
elementa quatuor omnium genitorum 1426. c. 1433. b d. 1436. d. 1439. b. 1440. d. totidem humorib. respondent 1440. b.
elementa an vsquam pura 1798. d. sunt mixta & confusa 1798. e
elementa duo nobis præcipuè affinia, & cognata 1748. e
elementorum autor primus qui 34. d. 1374. c. 1375. c d. præsides dij 1375. a. nexus d. e. ordo 1380. d. 1381 a. 1383. a c. 1385. c. 1405. d. numerus 1381. b. series 1405. e situs & ordo in vniuerso 215. c. d
elementorum inter se nexus, & eorumdem inuicem proportio 1414. c. mixtio & mutua actio, passióque d. qualitates & mutua conuersio e. proportio in mutua alteratione & conuersio qualis e. analogia 1415. c. 1416. d. substantia & qualitates 1433. d
elementorum qualitates ignis absumet in fine seculi, non substantiam 2203. d
elementorum quatuor analogia in homine 34. b. c. proportio ad quinque sensus 35. e
elementorum omnium duo principia & resolutio 1775. a
ex elementis compositorum natura 58. d
elephas omnium terrestriũ maximus 1294. a. c'aret genibus 257. funambulus, & scriba mirificus 1360. e.

Digitized by Google

1977. d. e
elephanti lingua qualis 381. d
elephanti digitati cur 1274. a. d. & eorum proboscidis vſus e. 1275. b
elephantorum intellectus, memoria, amor, probitas, prudentia, religio 1977. b. mira docilitas, & opera folertiæ d. pudor & verecundia e. caſtitas 1978. a. amor in mulieres, & ſigna 1978. iuſtitia b clementia b. c
Elias puerum ſuſcitauit 154. c
Elion, Dei nomen qnid ſignificet 51. e
Eliſæus duos mortuos viuificauit 154. c. d
elixatio quid ſit, & quî fiat 681. e
Eloha, Dei nomen, quid ſignificet 51. e
Elohim quid 27. c. 51. e
eloquentiæ laus, & beneficia 377. c. d. enconium & effectus 2074. e. 2075. a. vis & vſus 2075. a. e. 3377. c. voluptas 2076. d. fructus & præmia 2076. b. munera 2076. e
embolimus quis dies, & vnde dictus, menſiuæ, eiuſque origo vnde 1219. d
embryo quando vt animal viuere incipiat? 545. d. e. an totus ſimul formatur 547. c. caſeo ſimiliter 548. d. 1152. c. in aluo non ſugit 669. d. ore reſpirat 997. c. an in dextra vel ſiniſtra magis parte moueatur 1035. b. quomodo alligetur vtero 1122. c. 1125. c
embryo num ſpiret in aluo, & qua parte 1133. d. 1134. b. non omnes naturales actiones obit, quî 1133. d. an alitur & ſpirat per vmbilicum 1134. d. 1135. c. an per os 1134. d. an lac ſugit d. e. 1136. e. alimentum trahit ab aluo matris, quomodo, & cur in eo tamdiu viuat 1136. c. d. quî ſpirat 1137. d. quî alatur, & vnde 1161. a. 1705. e. 1706. d. 1707. e. 1708. a. 2110. c. non ſentit vicinæ incommoda, cur 2110 a. clauditur loco commodiſſimo, quali 2110. c. d. natus aluum exonerat, qualiter 631. b
embryonis generatio 945. a. procreatio & incremétum, qui fiat 1055. d. 1056. b. 1058. c. quatuor tempora & nomina 1561. d. prima vita vegetatiua qualis 742. a. plantarum ſimilis 746. e. alimentum vnde 476. a quale 1672. c. 1675. e. 1685. e. excrementum duplex, quale, vbi, vnde, quorſum 1680. d. partes quomodo concreſcant, præſertim ſimilares 967. d. e. 969. c tunicæ d. alimentum & augmentum vnde 998. a. b.
embryonis vrina & ſudor cur non putreſcunt intus 925. b. c. venæ & arteriæ, & earum vſus & origo, productióue 926. c. d. nerui vnde 927. c. ſtercus, & eius receptaculum 935. b. verus ſitus in aluo matris 941. d. e. motus tempus 1017. e. excrementa quæ & qualia, & præcipue meconium 1143. b. c. 1145. a
enæorema in vrina quid 1534. e. 1543. c
ἐγκέφαλος quid, vnde, & cur dicatur 1916. c. 1999. c
ἐσχολαπίαι vnde 193. c
Endimion lunæ amaſius cur habitus 1244. a
Endymionis & Epimenidis ſomnus 427. d
Enoch & Elias nondum mortui, & quorſum reſeruati 2138 b
Enos cur dicatur homo 2082. d
Empedocles primus 4. elementorum autor 304. ſtœchiotes dictus, cur 304. e
empyema quid 484. e
empyicorum ſputa quomodo fiant 495.
ἐντελίχεια quid, 58. e. 101. a. 2142. a nominis origo, vis, & amphibolia 101. a b. ſynonyma d. ſignificatio dupiex e. verum etymum 58. e. 102. c
ἐντελίχεια & ἐνδελίχεια differre videntur, & qualiter 101. e. 102. a. c. d
ἔντερα, inteſtina, vnde ſic dicta 715. d
enterocéle an cæco inteſtino contingat 698. c. 705. d
epacta vnde dicta, & vnde fiat 1244. e. quid ſit, & ad quid valeat 1245. a
epactæ inueniendæ modus 1245. a
epactæ quotannis 11. diebus antecedunt anni ſuperioris epactas vnde 1244. a. poſt exactos annos 19. ad principium redeunt, quomodo 1245. a
epactæ qualiter numerandæ 1222. b. c. triennales faciunt intercalarem menſem apud Græcos & Iudæos 1213. d. e
epactarum decennoualium vſus mirificus ad quid 1223. a
Epaminondæ fortis occubitus 120. c. 121. a
Epicurus voluptarius 401. a. eius ſummum bonum in voluptate b
Epicureorum ſymbolum 89. a. Inuitamentum ad delicias fruendas c.
epidermis 227. a. 617. a. quid, & vnde dicatur 1780. e vnde orta, & an ſentiat 393. b. eius vſus b.
epidermidis natura, origo, & vſus 1785. d. 1786. c
epididymis quid, & vnde dicta, & vſus 871 e. 1579. a
epididymidis natura diſſimilaris, quorſum 869. d duo ſignificata 857. b. 915. c.
epididymides an in teſtib. fœminarum, & quales 869. d
epigaſtrium ſiue abdomen quid 613. e 614. a. cur dictum c. 617. e
epiglottis 235. e. an reclinatur ſuprà œſophagum, & quorſum 454. b. quib. neceſſaria 469. b. vbi 441. b. cur auibus nulla 604. a
epiglottidis vſus, ſitus, figura, nomen 437. e. 449. a. 458. d. neceſſitas ad vocem & ſonos 446. a. vſus 451. e. 453 d. e. 454. e. 460. b
epilepſia occæcat 331. a. in ſomno, quî fiat 420. e. cur dicatur morbus Herculeus 1486. e
epiphyſis cæci inteſtini 698 e. 699. a
epiphyſis vermiformis: Vide Vermiformis.
epiploon vnde denominatum 620. b. 621. e. 622. a. cur ventri incumbat, & quorſum & quale 672. c
epiploï ſynonyma 620. a. origo 622. a. b
epithalamiorum authores Poëtæ, qui 1097. b
epômis 458. b
equæ Dardani mirabiles 1360. d
equi domiti modus, & cauſſa 1178. c
equi adhinnientes picturæ 1297. d. ſtatuæ, & inſilentes d. conſecrati illacrimarunt 2131
equorum ad curſum domitorum commoda 2070. a quorundam generoſitas 1979. e
Eraſmus quis & cuias 1091. e
erinaceorum aſtutia 1984 a
Eris Armenij rediuiui, & ab inferis reuerſi jucunda narratio 156. e. 157 a
Eteſiæ quando ſpirent, & ad quid 193. c
Eua quorſum de coſta Adami 468. e. 841. b. cur virago dicta d
Euæ prævaricatio & excuſatio 2103. d
eugium quid 1097. d. & quò differat ab hymene. e
Euhemerus quis, & eius hiſtoria vnde 985. c

Digitized by Google

eulogia ad Deum, & S. Trinitatem 71. b. & ſeqq.
eunuchiſmus ſpontaneus 1114. a. inutilis cur 1115. b. prohibitus 1117. b
eunuchus vnde dictus 1111. d
eunuchi qui glabri 173. a. b. cur emaſcant e. cur vocem gracilem edant 974. e. non ſpermatizant, cur 1112. d. e. imberbes, qui e. cur expetiti feminis 1113. a. qui frigidi & maleficiati dicuntur Canoniſtis & I. C. c. d. ſpontanei 1114. a. b. 1115. b. 1117. b. ne ſacerdotes fiant 1117. d
eunuchi altero tantum teſte generare poſſunt 1007. a. b
eunuchi ob regnum Dei quòmodo accipiendi 1114. c. d. e. euangelici 1115. a
eunuchorum genera 146. d. & qui fiant 1110. b. 1114. e. differentiæ 1114. b. delicię muliebres 1111. e. abuſus 1112. a
eunuchis qui pili non naſcantur, aut excidant 268. b
Euphrates vbi occultetur aut prodeat 1389. b. c. eius vſus 1041. c
Euripi reſtui hiſtoria 1401. a. b. reciprocatio d.
Eutyches fœcunditas rara 978. d
exanguia frigida 1455. e. 1457. b
exanguia quomodo reſpirent 487. d. ſola perſpiratione viuunt contenta 510. a
excrementum quid, & quale 969. b. vnde, & quotuplex 1463. b. 1695. c. duplex, & eius receptacula 723. b
excrementum melancholicum à ſplene in ventriculum demittitur, quorſum 785. d. non lædit ventriculum e. ab eo non aſſumitur in corpus 784. a. eius vſus a. c. quòd nullus meatus illius à liene in ipſum b.
excrementum embryonis, nuigo, & receptacula eiuſdem 1143. b. c. quî variet & quamobrem 1144. c. quod & quale 1145. a. vide Meconium
excrementa corporis quid ſint, quidque indicent 1141. c. cur in riſu profluant 1220
excrementa cerebri quot vijs & quib. expellantur 1912. d. 1923. d. 1932. b. d.
excrementorum duo genera 1871. b. c. ductus in capite quales c. receptacula inter partes nutritionis 770. a
exempla eorum qui fortiter occubuerunt 118. b. c. & ſeqq. 119. a. b. & ſeqq.
exemplar & imago qualiter differunt 4. d
exercitationis vis 1042. beneficia 1050. c
exercitus in aëre dimicantes 178. c
exhalationes ſupera capeſſunt 412. c
expiratio quando vocem faciat, & quomodo, & quando non 437. b. quî differat à ſuffiatione b. d. e. 439. c. quî fiat 439. a. c. & eius vſus ibidem. inſpirationi contraria 481. d. à ſolo diaphragmate e. fit cõmuni cum inſpiratione ductu 484. c. quomodo 485. e. ſe inuicem conſequuntur 486. a. b. quorſum fiat 488. d.
exſufflatio quid, & differentia ab expiratione 437. a. b. 439. c. quando vocem fingat b. c. ad eam neceſſaria d
extenſio quid & qnomodo fiat 1357. d
extorum ſeparatio per præcordia 608. a
Exer eheïe, Dei nomen quid ſignificet 51. e.

F

FAbius pilo vno ſtrangulatus 462. b
facetiarum differentiæ 2222.
facies vnde dicatur, & ad quid 228. d. 281. a homini propria 228. d 281. b ſenſuum ſedes ibid.
faciei dignitas 259. e partes decem cur paſſim diſſimiles 1618. a
facultas animalis quæ, & vbi, & vis 639. a. appetitiua quæ, & vbi 413. d. e vitalis & vbi 639. a. naturalis quæ & vbi, & vis eiuſdem 639. b formatrix qualiter corpus aggredientur compingere 946. c. expultrix quomodo expellat ſuperflua, & quo ordine 663. b
facultates influentes & inſitæ, quæ 639. b
facultates quatuor omnium partium communes, imo & plantarum 649. b.
facultates animæ principes quę homini proprię aut cum belluis communes 38. a. 413. a. quomodo ſedib. diſtinctæ c. quomodo vna aut plures d. e.
facultates animæ tres, quî differant, & vbi ſingulæ vigeant 414. a. 560. d. 562. d. 577. b. 1962. c. d. 1931. a. 1990. b. interiores tres, vbi 1963. e. 1965. c.
facultatum numerus, & vis 639. a. actiones & operà mutua d
facultatum naturalium vis 638. c. actiones 639. d. ſpecies, & nomina c.
facultatum animę ſedes, vbi 1951. c. 1961. c. d. 1963. e. 1972. focus 1953. d. genera 1963. d. 1971. a
facultatum ad ventriculos cerebri proportio 413. c. d
fæces ſuppreſſæ quomodo ſurſum regerantur 693. b vbi colligantur, & cur 701. e. quòd in ventre non incraſſantur 701. a. b
facum excretionem quæ juuent 702. c. d
fames quid 632. c. d. eius medela 638. d. naturalis quæ 647. e. duplex ibid. vnde fiat 648. e. & quæ in ea ſymptomata 649. b. quotuplex, & origo generandæ 668. a optimum condimentum 400. e
fames naturalis ventriculi quî ſedetur 664. d. animalis non pauco cibo, ſed ventre pleno 667. d. non niſi ſanguine e.
familiæ cur euertantur plerumque à Deo 1723. e. 1724. b
faſcinantium opera miranda 308. a
faſcinum ex oculis ſenum & menſtruatarum, & juuenum, atque differentia 307. b. c. 309. b
faſcinum agnorum 308. c
fauces 235. a. b. 461. d
Fauni & Syluani, incubi 961. a. b
fel in ſanguineis vbi, & quorſum 776. d. an hominis nullum vel ſine cyſti, vbi e. 777. c. quibus animalib. deſit & vbi 777. c. equi & cerui vbi d. quid ſit d. in auib. vbi, item in piſcibus e. inſerpentib. e
fel probile 1472. b. c. eſt excrementum, & cui vſui 1472. c. d. an cauſa morborum acutorum, & quomodo 1472. e. quibus multum aut paucum, & vbi 1472. e. ex melle quî, & quibus 1430. d
fellis paucitas producit vitam 777. a tantini vſus e
felices qui ex oraculo 981. b
felicitas hominis vera poſt mortem quæ 2177. b. c
felium herba cataria 349. b

Digitized by Google

femina 256 c
feminum figura, & inſertio nexúſque 1350. e. forma & vſus 1351. d
femur 155. b.d. e. quid 1408. b. vbi c. qua articulatione mouearur, quóque modo 1333 c. quando circumferatur c. d. os maximum in corpore, eiuſque articulatio & forma 1334. b. exteriora magis affectat cui vſui e. recti corpori ſubeſt 1335. a quomodo ab exteriori intro redeat b. c. vbi ſtectatur, & quorſum 1336. c
femoris deſcriptio 1307. b. figura nexúſque 1307. c. 1309. a. b
femoris recti damna 1334. c. vtriuſque vicinitas a. colli quid incommodet, & ſpatij interjecti vſus c. d. curui vtilitas magna 1335. c
femorum diuiſio 256. c
feneſtrata quî cernant, & quamobrem 309. c
feræ vnde dictæ 413. c. quænam noctu radios oculis vibrent 74. a. 310. b. c
ferarum denominatio, & naturalis libertas 88. c
Fernelij laus 173. a. c. 182
feſta mobilia pendent à Paſchate 1207. c. ſedem variat in Calendario mutatis literis 1218. a regunturà luna qualiter, immobilia à ſole 1245 d.
fibræ quid, & vnde dictæ 1771. d. 1772. a. 1773. b. 1777. d. componunt omnes partes vel adeo ſimilares, quî 1771. e 1773. c & quibus deſunt 1772. d vbi magis aut minus conſpicuæ 1776. a conſpicuæ fiunt ex inuiſibilib. quî 1772. d rectæ, tranſuerſæ, obliquæ, quid agant 1773. d. 1778. c
fibræ ſeu villi quid, & quales, & quot, & quorſum 674. c. rectæ quæ, & earum vſus c. tranſuerſæ c. obliquæ d. apud Poetas quid. 536. d
fibræ ſeu villi cordis quid, & quod non ſint nerui, & earum vſus 536. e
fibræ ventriculi, & earum vſus 671. a
fibræ inteſtinorum, & earum vſus 693. d. 694. a plures inteſtini recti quorſum a.
fibræ tranſuerſæ, circulares, rotundæ, orbiculares pro eodem 673. a. b
fibræ in ſanguine quid faciant, & vnde 1461. a. ijs detractis ſanguis non cogitur c.
fibræ in hepate & ſpleue quales, & quos in vſus 1774. c venarum & arteriarum quales 1775. b. veſicarum 1775. c. in ſanguine quales, & quid præſtent 1776. b viſcerum vnde vitam, ſenſum, alimentum habeat 1777. b. contemplabiles vbi paſſim 1777. c. communes omnibus mixtis 1777. c
fibrarum neceſſitas, & actio 1771. e. genera quot 518. e. 519. a. 1771. c. 1775. a. 1777. b. 1778 c. differentiæ 1425. a. b. 1773. c. 1774. e. 1775. a. 1776. b. 1777. a. temperamentum 1774. e. 1776. b. ſitus 1776. a. c. vſus in partib. ac varietas, 519. a. 1775. a. 1776. a. origo vnde 1425. a 1775. e. forma & actio 1778. a. genitalium vſus mirificus 1777. d. obliquarum figura 1778. d.
fibrarum cauſæ efficientes 1425. a. b. in fœtu generatio 936. c. origo, & vſus d.
fibula tibiæ 159. e. quid 1307. d. 1308. b. c. vide, Sura
fibulæ vſus & articulatio 1350. e. differentia à radio 1351. a
fictitiis facultatis obiecta, vis, & actio 1972. b. c
fides in Religione, non ratio dominatur 579. a
præualet omnibus argumentis 26. d
figuræ rotundæ perfectio 1892. a
filia cur patri ſimilior matre ſæpiùs 1612. c
filiæ citiùs ſapiunt & ſeneſcunt, cur 1612. d
filius matri cur ſæpè ſimilior quam patri 1612. c
filius Dei ab æuo innotuit hominibus ex operibus 1070. d. e. author eius, (vnonymi & epitheta 1071. b. operatur à patre, quî 1075. d
filii Dei qui ſint, aut dicantur 1701. a. b
fiſtulæ quomodo reſonent 403. b
fiſtula facta 238. a
fiſtula magna ſpinæ 1888. d
flaccidi qui. 536. b
flamma quid 2150. b
flatus omnis frigidus 160. e. à vento quî differat. 191. d
flatus nec à frigore, nec à calore intenſo qua de re 158. a. à calore debili. ibid.
flatus frigidiſſimi & calidiſſimi ſerenant: alij nebuloſi 185. a. b.
flatus ſonori & ſilentes 824. b.
flatuum vitium vnde 184. c. genera quæ in homine d. generatio, locus, materia, cauſa e. 185. b. incommoda, cruciatus, receptacula, d. differentiæ. e. ortus in corpore 192. c
flendo animus conquieſcit 2129. d
fletus tibi contrarius 1228. a. ab animo oritur. 1228. a homini proprius vt riſus 1230. a. nothus in brutis ibid.
fletus nauta 1219. c
fletum verum quæ requirantur 1219. a
flexio quid 138. a. in modo ad progreſſum b.
flores cur dicti qui, & menſes 1677. d. 1697. d. 1715. d
flores albi quâ 1684. e. quid faciant 1699. a
florum ſuauis odor diſtantia loci augetur 351. c
flumina à mari, & in quam 1405. d. an falſa mare ſaliant 1406. e
flumina ſub terra, qualia, itémque lacus 76. a. 193. e
flumina quatuor paradiſi 1389. b. c
fluminum origo 1410. d. vnde 1411. b. & ſeqq. cauſæ 1412 b. generatio & modus c.
fluuij alij perennes, alij ſecus 1410. d. quî colligantur 1412. a. quî repente appareant 1412. d
fluuij & aquæ ſubterraneæ 194. a 1383. a. 1389. a. e. 1411. e. tandem emergunt 1388. d
fluxio muliebris variat pro ætate, quî 1683. a. qualis, quid, & cauſæ atque periodi 1684. c. d. 1693. a. 1718. d. embrioni nuxia, & vnde 1721. b
fluxionum cauſa & modus 711. b
fluxus 345. c. 663. a
fluxus ſanguinis ab vtero poſt conceptum, quandiu fiat, item à partu 1235. c.
fœcundiora quæ minima, cur 1081. b.
fœcundias rara quarúndam mulierum 978. c. d. 1079. d. e
fœcunditatis ſigna, & experimenta 1015. a. b. e. 1016. a
fœcunditatis ex natiua ſterilitate contra naturam hiſtoriæ 1738. d. e. 1739
fœmellæ cur tardius formentur, & citiùs adoleſcant quàm mares 1004. d. e
fœmellæ patribus ſimiles quando vel alicui maiorum 1914. a. b. 1915. c
fœmina mare frigidior 475. a. cur lacte abundet b. quî differat à mare 831. d. an ſine eo generet 835.

Digitized by Google

a. num anteponenda viro & quomodo 874. d. 875. & ſeqq. vbi genita, quoue modo 875. d. nulla hereſiarcha d. e. potiùs domat belluas ac docet, quàm vir 876. c. d. aquis ſuffocata prona innatat, cur e. quorſum creata, & vnde 879. b. parere debet viro, & quo ære empta 886. a. b. quid à viro requirat 880. c. eius opinio de marito. e. non ei cedit 881. a. cur bonis odioſa 887. a

fœmina init fœminam, quî 910. e. quod ſemen habeat 914. e. 915. e. proniorin venerem, & à dæmone ſeduci facilior, quî 961. a

fœmina quid 971. c. 974. a. qualiter à mare diſcrepet. 971. b. 972. a. e. quo tempore venerem appetat 976. c. d. quî generetur 1002. d. e. 1006. e. vnde dicta 1021. b. quid 1023. a. quî generatur c. 1024. b. & vnde contingat 1025. a. d. 1033. d. 1040. cur ſanguine abundet, & quali, & vbi e. mare imperfectior quib. de cauſis 1027. a. b. d. & vtilitas indè e. quorſum frigidior 1028. a. b. tardius formatur & mouetur 1032. b. c citius adoleſcit a. c.

fœmina num mare calidior 1018. d. 1046. a. 1049. cur pinguior 1044. d. 1049. d. nonnumquam magis maſcula 1046. e. minus edax, cur 1042. d. quib obnoxia morbis a fere vnipara, & quoto menſe parere ſoleat 1157. a. an Veneris amantior quàm vir, & qua de re 1595. b. & ſeq 1596. c. d. 1598 a. c. 1599. a. num ſemine careat, & quid in coitu profundat 1600 b. 1601. & ſeqq. 1606. a. caſtrata coïtum auerſatur 1606. a.

fœmina tardius formatur quàm mas, & ocyùs adoleſcit atque feneſcit, cur 1678. d. e. imperfecta 1678. e. 1690. leuior & minor viro, & venoſa minùs 1687. d. frigidior quatenus 1690. c. 1695. e. excrementis ſcatet, qua de re, & cur in vtero potius 1714. d. an ſine mare gignat in mutis 1649. c

fœminæ generatio quî fiat, & inſtrumentum à mare diuerſum 971. e. quando 972. d. conditio ad partum varia, quî. 973 b. tempus vteri gerendi diuerſum, quomodo b. c. comparatio cum luna 1043 b. imperfectæ vtilitas 901. a. qualis. c.

fœminæ improbæ vituperium & deteſtatio 882. c. ſtudia & exercitia, & quale organum ſpiritus maligni d

fœminæ glabræ, cur 273 e. 278. a. b. & cur caneſcant 273. e. cur intento corpore meiunt? 804. e. quæ lacte abundent aut deficiant. 1671. a quænam fœcundiores 1017 a quæ viſu faſcinent 308. b

fœminæ vbi fœcundæ 1079. c. d. multiparę qua de re 1080. c. d. e. ſexagenarię pepererunt 1679. a

fœminæ cur leui de cauſa incandeſcant 2229. b. c. reſurgent in ſuo ſexu, ſed coïtus, & partus immunes 2183. a

fœminarum natura, mores, conſuetudo 1942 c. ſanguis qualis 1048. c. corpora qualia per analogiam maris. 870. a

fœminas mutari in mares: hiſtoriæ 828. b. e. 829.

fœtus cur primis menſib. in vtero ſtabilis 421. a. à ſe debet ali & regi 543. b. alitur per vinculum d. eius partes qnomodo primum agnoſcendæ 548. a. qualiter ad fœtam ligetur 449. c

fœtus quî nutriatur in vtero, & quomodo partes corporis à ventriculo 638. a. b. an ſudori innatans ſit leuior? 931. e. 932. a. b. quà obuertat faciem pro diuerſo ſexu, 931. e. 932. a. b. conuertitur d. ægrè parientib. quî diſtorqueatur, cur in caput prodeat, & quoto menſe 998. d

fœtus in vtero qui increſcat & partib. diſcernatur eodem tempore 1002. c. cur in æquali tempore formetur & naſcatur d. quomodo multiplex fieri poſſit 1082. b. c. in vtero quî reſpiret & alatur 1133. a. per os an per vinculum nutritur & ſigna a. 1134. a. 1135. b. quî reſoluto vmbilico excidat 1135. c. 1159. c

fœtus adhuc in vtero eſt animal, quî 1216. c. 1217. c. conſummatus quoto menſe moueatur 1227. d. 1235. e. multa patitur octauo menſe, quænam 1238. e. vnde mas aut fœmina, 1627. a. languidus tardiùs mouetur 1647. c. & quando 1647. e 1648. b. quando è natura, aut contra naturam 1651. b. c.

fœtus an alitur menſtruo ſanguine 1703. d. 1706. b. c. 1707. e. 1708. a. quando morboſus gignitur, aut ſanus 1704. c. quî concreſcat in vtero 1711. d. totus ex ſanguine genitus, & quali 1747. d. e

fœtus generatio è menſtruo & ſemine viri 971. a. analogia & comparatio cum planta 1609. b. c. quatuor tempora, totidemque nominum diſcrimina 1638. e. 1639. a. colligatio qualis 940. d. ſitus in vtero 941. b. c. 923. b. c. quotuplex, & quî fiat 943. a. b c. facies quò conuerſa ibid.

fœtus appenſio per chorion, item alimentum 924. c. d. tunica extima quî generetur a. partium generatio & diſtinctio qui fiat 935. d. e. inuolucra duo qualia 937. d

fœtus pelliculæ quî generentur, & connectantur 996. e. generatio & incrementum quî fiant? ibid. & 1000. e. ſitus qualis 998. b. mutili cauſa 1000. b. motus 1001. c. articulatio à quo, & quî 1001. b

fœtus immortui aut viuidi aut periclitantis ſigna 1005. e. maſculi aut fœminei 1006. c. 1026. d

fœtus lapidei hiſtoria 1646. d

fœtus cur parentes referant etiam in partib. 1611. d. 1612. b. 1615. e. 1622. c. 1623. b. c. à quo plus habeant 1619. b. cur illis quandoque diſſimiles 1622. e

fœtus plures in vtero quî concipiantur 893. a. mares & fœminæ in vteri ſinib. diuerſis 896. b

fœtus quadrupedum qui naſcantur cæci 1064. c. maſculi in dextris, fœmellæ in ſiniſtris ſinibus. 1086. e. 1087. a

fœtuum numerus non excedit vbera 895. d. pluriumcauſa 1082. d. ratio moduſque 1088. d

folliculus fellis vnde dicatur 775. b. eius fibræ & vis 776. b. natura vſuſque 780. a

fons animans ſuffocata 1412. e. cruentus 1413 a. vlcera ſanans, & diuiſa glutinans a. oleo diffluens a. enecans c.

fontium origo 1410. d. vnde 1411. b. & ſeq.

fontium variorum miracula 1383. c. d. 1412. d. e. 1413. a

foramen muliebre vrinarium vbi, & quale 912. a

foramina cordis, & eorum vſus 531. b. c. neceſſitas. d

foramina narium operta cur 356. d. inutilia, damnoſa 357. d. bipartita quà ferantur 358. c. vbi, vnde, & qualia d. vſus primarius & ſecundarius 361. c. d.

foramina ſpongioſa, & eorum figura 362. b. minus per via quam colatoria quî d.

Digitized by Google

foramina ſepti tranſuerſi quot, & eorum vſus. 609. e. 610. a
foraminum vſus in auribus 336. d
foraminum odorabilium locus 354. d. modus ea aperiendi 355. a. b. c. amplitudo e. opercula nulla, & cõmentitia 357. e. vſus duplex, & finis 361. b
foria quid 823. e. vide Stercus.
forma quot modis dicatur 1066. a. quid 1068. a
formæ ſimilitudo aut diſſimilitudo in natis vnde 1614. d. 1618. b. 1619. a. 1624. e
formæ externæ & internæ vnde ſint 1627. b
formatio hominis an in ſemine 1053. c. qualis 1054. e. 1055. c
formationis fœtus in vtero tempora, & gradus, atque figura 1154. c. 1250. a
formatricis facultatis efficacitas, & quid ſit 1038. d. 1039. a. 1050. 1051. & ſeqq. 1053. c. d. 1054. d. in quo 1065. c. & vnde 1076. d. e
formicæ eburneæ 1294. a. 1295. a
formicę Iudę quales 1982. e
formicarum ſolertia 1976. d. e. 1982. d. cura, memoria, recognitio 1982. d
fortunæ ab hominibus inductæ cauſa 93. c. 94. a
fragilitas humana 2088. c. e
fragilitatis humanę conditio, & qua arte reparabilis perennet 1021. a. b
fratrare quid 242. a
fratrum ſeptem dormientium 372. annis hiſtoria 2191. d. e
frigidi & maleficiari qui, & eorum ſigna 1113. e
frigus ligat calorem, quare 80. b. adurit, quî 1265. d. 1846. c. d. quomodo condenſet & quæ 1753. c. e. 1754. b. c. quomodo diſſoluat 1753. e. denſat pelliculam 1781. e. quomodo agit in eam 1783. d
frigoris damna & vis 1038. a. 1753. d. e.
frons 228. c. 1366. d. vnde dicta, & cur mobilis 279. d. 288. c. eius natura & partes 228. c. decus & indicia, & faciei totius 280. a
fructus nutritio & accretio vnde, item maturitas 638. a
fructuum Sodomitici ſoli degeneratio mira 1410. b. c
frumenta nata ex arboribus. 1401. d
fulgetræ generatio 67. e
fuligo an de corde eructet 494. e
fulminis generatio 67. e
functiones animæ principes quot 1970. b. vbi & quales 59. a. 70. e. 71. a. quæ, & quot 59. a. b. an diſcretæ locis b. quî communicent 1964. d. non debent ſedib. dijungi, cur 1965. b
functionum animi genera quot & eorum ſymptomata 1965. c. 1970. c. d. e. diuiſio 1967. b. locus 1972. c. comparatio cum magiſtratibus 1992. d
fundus & fundum vteri 249. b. 913. a. quò pertingat. b. facile loco mouetur ad quid. c. ad rectum inteſtinum quî ſe habeat. d. ob cornua inæquale 920. b
fundum ventriculi craſſius reliquo 673. d

G

GAbienus cæſa ceruice Pompeio mira narrauit ab inferis 434. e
γαῖα vnde 201. b. c
γάλα, lac, vnde dicatur 1669. a
Galeni ſtudia, natales, ætas, inſtitutio, vita, peregrinatio, gloria, ſeculum, ingenium, ſcripta, doctrina. 160. e. 161. 162. opinio de immortalitate animæ, refutata 85. 86. & ſeqq.
Galli ſponte ſua Rom. legib. vtuntur, præſertim Eccleſiaſticis 1113. a
Gallia comata 271. e
gallinæ multiparæ breuis vitæ, cur 970. e
gallinarum religio 1981. e
gallinaceorum aſtrologia & imperium 1981. a
gangræna à quo calore fiat 1513. b
γαστὴρ vnde dicatur 613. b. c
gaudium quî ſuffocet? 2121.
ex gaudio repentino mors 409. e. 410. a
gaudia paradiſi æterna 2266. a
γῆ καὶ γαῖα vnde 201. b. c
gelaſinus quid 231. e
gemelli qui prodeant: & an in eadem ſecundina 1006. a. b. cur ſimiles 1612. e
geminorum proprietas 978. e. cauſa modusque 1033. c. 1083. e. 1084. b. 1089. a. 1090. a
genæ 232. a. b. ad quid. 281. c. 297. c. 298. a. 299. e
generandi inhabilitas ex vitio penis, qualiter 1094. e
generatio quando naturalis aut contra naturam 710. d. e. naturalis & artificialis quî fiat 856. e. quî fiat è ſemine virili & menſtruo muliebri 966. a. b. nonniſi in pulchro & cum voluptate 1583. d. ſubſidium mortalis hominum conditionis 845. c
generatio & corruptio ſequuntur motum ſyderum, & quatenus 1158. a
generatio prima hominum qualis, 829. 830. 836. 837. 841. 842. & de ea variæ Philoſophorum opiniones 842. 843. 844. & ſeqq.
generatio humana quî perpetuetur 1715. a. non citra menſium effluuium quamobrem 1716. c
generatio infantis qualiter fiat 549. a. b. 550. a. vide corpus, partes, & embryon.
generatio animalium quî fiat? 955. a. ex putredine quomodo b. à mare & fœmina, vtriuſque munus 965. b
generatio mixtorum quî fiat 2011. d. 2012. a
generationis origo ab humido 81. d. e. organa, & ſtimulus atque cupiditas ad perpetuationem generis 845. e. 846. a. 951. c. efficiens cauſa quæ & vnde 1060. a. b. extrinſeca 1061. d. e
generationis humanæ cauſa & finis 1025. a. materia formáque b.
generationem hominis quæ juuent aut impediant 1722. c. d. 1726. a. 1728. d. 1733. b. 1736. b. vide, ſterilitas.
in generatione tria, finis, cauſa efficiens, & vſus, & quo ordine ſuccedant 544. b. c
genitalis vis à naturali facultate pendet 178. a
genitale cinereum ancillam impręgnans 188. c. 955. d
genitalia maris & fœminæ diuiſa 831. b. permutata à Ioue 830. d. in coitu intenduntur quorſum 867. a
genitales partes quomodo à ſemine afficiantur 416. e
genitalium vtilitas 242. d. e. nerui, venæ, arteriæ, quales, vnde 869. b
genitalium partium principatus ac neceſſitas 144. c. d. e. differentia, & vnde dictæ 828. a. genera duo & facultates, & poſitio, magnitudo, connexio, conformatio 846. b. imperioſa libido 1585. c. ſenſus & officium 1589. a. 1598. d. e

genitura

genitura quid, vnde prodeat, & qualis 1548.c.d.1549.e 1550.a.1561.d.1563.c.1577.d.1630.e. pelliculam ſibi circumdat, vnde 996.c
genitaræ incrementum in vtero, vnde, & quomodo 998.d
genua, & nexus ratio, vſuſque 257.c.1331.d. in iis religio ibid.1038.e.1330.c. eorum motus in homine & quadrupede 1274.d. articulatio, & connexio qualis, ac firmitas 1351.c. oſſa, & eorum inſertio motus & partium munimenta quatuor 1352.a.b
genuini dentes ſapientiæ 234.d
genus hominum perennat qualiter 1581.e.1583.c. an ſempiternum 2153.b. cur ſerò ſatum 2161.c. origo 532.a. è lapidibus fati mythologia 264.b
γένος vnde 270.c
geſtationis legitimum tempus 1641.b
gibbus dorſi 238.b
gibborum quot modi 566.d.e
gigantis minimum incrementum 980.c
gingiuæ cum ſuis parubus 234.e. ad quid & vnde dictæ 285.a
ginglymus quid 1259.d
glabrities vnde 273.e. eius in mulieribus & eunuchis cauſa 273.a.274.a.b
glacies quomodo fiat, & cur aquam minuat 512.e
glande priſci veſcebantur 1829.a.b
glandoſi adſtites non ſunt ſeminaria vaſa, & quorſum geniti 867.d.e
glandula ad pilorum, & eius vſus 670.d
glandulæ 461.a. quid 1828.e. 1829.c. & vnde dictæ 1829.a. quis cibus 1833.a. vbi plures, & ſignum 1830.a.e. quæ ſentiant 1829.c. ſub infundibulo ad quid 1921.d. 1932.b. 1943.a. meſaraï ad quid 1830.b mammarum quales 1851.e
glandularum origo & conformatio 1828.d. natura 1830.c. 1832.d. 1833.b. forma & eſſentia 1832.a. ſedes 1828.e.1830 d. 1832.d. vſus 1830.d. 1832.b.c.d 1833.b.c. 721 d. 722.e. 1005.a. genera quot 1829.d differentiæ 1830.c.1832.b.1833.b. ſubſtantia & proprietas 1832.c.d. affinitas & diſcrimen cum carne 1828.d. morbi 1830.a
glans penis 245.d. quid 1830.b. acutiſſimi ſenſus, vnde & quorſum 850.a. locus voluptatis & doloris ibid. in coitu præcipuè afficitur 851.a. an numquam inaugeſcat, & cur 852.c. quod non ſedes voluptatis 918.b
globi cœleſtes quî ſe implicent 60.d. & eorum numerus 1862.d
gluten quid 1519.a
γλῶσσα cerebri quæ, & qualia, & quorſum 1920.b. 1931 a. 1939.d.e. 1943.d.1948.c.e
glutitio qui fiat 461.644.b.c. 671.b
glyres ſomno hyberno pingueſcunt ſine cibo 491.b
gnomon ad ſolſtitiorum & æquinoctiorum inuentionem 1298.c
gnomon Auguſti ad captandas Solis vmbras, eiuſq. conſtructio qualis 1195.a
γνῶσις quid ſit 92.d
Golinduch martir reſecto capite ſuperuixit 435.c
γνὶ 248.c. vnde dicatur 1546.d
gonorrhœæ virulentæ remedia 867.a
gracile, inteſtinum 693.c. 698.a
graciles quinam abundent ſanguine 1452.d
grauia in aëre, prohibentur aſcenſu 187.a
grauidis quando menſes fluere deſinant 1161.c.d
grauiditatis ſignâ 1016.e
Gregorij Papæ laus 1178.e
greſſus qui fiat pari pedum impulſu 1317.d. 1318.a. ſine cruris inflexu, quî c. altero crure flexo, altero extenſo d. 1319.d.e
gruum ingenium 1985.b
gula 238. cur obliquis careat fibris 644.c. inter deglutiendum deprimitur, cur 645.b. velut manus ventri eſt 650.b. eadem & œſophagus 448.a. 458 a. eius ſitus, vſus, & compoſitio 461.c. fibræ, & earum vſus 644.b. ſitus d. 688.b. natura ibid. locus, & vbi e
gurgulio 461.b. eius compoſitio 463.a. cur in os fertur h
gurgulionis vſus ad vocem 446.c
guſtandi vis vnde, & quorſum in lingua 382.d. inſtrumentum quale 359.c
guſtatile, humidum 383.a
guſtatorium duobus modis dicitur 383.e
guſtatus ſiue guſtus 64.b. quî fiat 306.a. 398.d. 1029.c vbi & vnde 286.a. 380.c. 381.b.c. ſæpius tactu perit 381.a. qualis 383.a. fit ſine medio ibid. ſentit potentia 384.a. vniuerſalior voce, cur 432.d. in homine excellit 63.a.b. eius proportio & conſenſus cum odoratu 365.e. 366.d. ſedes, vis, & munimentum 377.a. differentiæ vnde 382.e. obiectum duplex 383.b. inſtrumentum potentiâ humidum, quare c. affinitas cum tactu 389.a
guttur 236.d. 238.b. 1370.b. præcipuum vocis inſtrumentum 437.d. quando claudatur & apetiatur, & quorſum 460.c. eius tumor vnde 461.d
Gymnoſophiſtarum mores & proprietates 978.b 1359.c

H.

HAbitus vbi 563.b
Hæmatoſis, coctio ſecunda, vbi 1517.e
Hæmophyſis ex coitu vnde: & cur viro potius 1014.c
hæmorrhagia homini propria 1453.c
hæmorrhoïdum beneficia 1050.a
hæreſes quid, etiam in medicina 1127.c. omnes hauſtæ de bibliis, quî 1127.b
hæretici melancholici 1483.e
halcyonis calliditas & ingenium 1784.a
hallelu-ja, quid 52.a
harmonia quî fiat, eiúſque vis 340.b
harmonia & ſymphonia in homine quî ſeruetur aut corrumpatur 1001.b
Harpocratis ſilentium 253.e
hebdomas mala de menſtruo cur 1677.e.1697.d
hebdomada quot diebus conſtet 1252.d
Hebræi primi aſtrorum contemplatores 1210.a. quando incipiant annum 1214.a
Hecebolius quis & qualis in Religione Proteus 982.e. 983.a. & eius pœnitentia b
helix auriculæ 233.a
Henrici IV. Regis laus 1195.d
hepar ſanguinis propriè dicti fons, & qualis, & vbi, & quorſum 540.d. venarum origo 541.b. præſepe alimenti corporis c. trahit à ventre, & eidem remittit alimentum quomodo 662.c. tangit ſeptum 669.b. ventriculum ambit, cur 672.a. ſanguificat 690.d
hepar an ſit omnium venarum principium 721.a.b 724.d.e.734.d.e.729.c. cur dictum 730.a. concu-

piſcentiæ ſedes b. in ſomnis vaticinatur, quî 731.a cur à capite ſemotum 732.a. quod ſanguis concretus 734.c. parenchyma, quamobrem c.d. humanũ ſine fibris 738. d.e. in partibus ſiniſtris nouum e cauſa ſanguificationis, à proprietate ſanguificã 739 a. organum ſanguificationis a.b. chylum mutat in ſanguinem quomodo c. an cordi materiã præparat 749. b. c. omnibus corpotis partibus alimentum miniſtrat d. e. eſt principum ſanguinis corpus alentis 751.c

hepar ſolum principium & finis venarum, cum quo omnes continuantur 754. c. origo generationis earundem & diſpenſationis materiæ c.d. calidum pro ratione ſanguinis d. reliquis partibus tradit quod ſupereſt ſibi 756.e. per venas trahit chylum, & per alias diſtribuit ſanguinem in totum corpus 756.e. 757.a. non poteſt eſſe principium corporis & ſanguinis, quî 759. e. an verè ſanguificat 762.c d.e. olim viſum raro, ſine fibris, nunc ferè ſemper 764.a. humanum maximum proportione, & quibus potiſſimè b. quomodo dextram & ſiniſtram partem cõtingat c. infra ſeptum 766.c. in ſiniſtris nouum 766.b. quibus bipartitũ, & quorſum d. e animalibus neceſſarium cur 767. a. cur gibbum, & cauum, & vbi ſitum 769.b. quibus repurgetur, & quot, & quorſum ſingula 800. e. vbi dulce & quibus 1473.a. ſanguinis officina 1801. b. ex quo concreuit 1801.e. 1802.d

hepathis facultas ſimilis plantarum naturæ 180.a appetens & concupiſcens e. malè affecti ſymptoma 18.b. actio & principatus 519.d. 755.a. generatio vnde? 545.c. an vllæ ſint fibræ, ſeu lobi? 672.a nomina & etymologia 730. a. figura b. ſitus & vſus 731.e. compoſitio quî facta 734.c. lobi quinque e. officium 737.d. ſanguificatio 738.b. deſcriptio, & eiuſdem differentiæ, vnde c. humani cum cæteris comparatio, eiuſque forma c.d. differentia in homine ſolo d

hepatis caro ſanguificat, non aliæ eius partes, quî 739 b. propria ſubſtantia, eiuſque actio & proprietas b.c. caro velut ſanguis concretus c. organum hæmatoſeos, & venarum principium d. e. membrana, arteria, neruus, ligamentum, & vſus e. vinculum vnde, & quale, & quorſum e. nexus ad cor & phrenas 740.a. locus vbi periculoſiſſimus b. generatio quî fiat, & quàm diſſimiliter à venis 741.e 743. b. caro adnaſcitur venis 742.b. replet earum interſtitia 743.a. facultas vegetatrici ſimilis 745.d caro cur ſanguificet 757. e. 758. a. & quî à carne cordis differat b. munus 758.d. olim lobi plures, nunc nulli 763.e. 764.d. ſitus & figura, penes gibba 764.a. penes ſima c. arteriæ quorſum 765. d nerui duo, vbi & quorſum d. tunica & ligamenta vnde d. & lobi quorſum 769.b. ſitus & forma c recrementa partibus repurgantibus familiaria & expetita 802.b

Heraclyti lacrimæ 2232

herbæ vbi luxurient 274.a. medicinales à beſtiis acceptæ 1986.c.d. 1987.a.b

hermaphroditi ſexus, mortiſque amphibolia, & ænigma 1652.a.b.c

hermaphroditorum differentiæ 1653.a. natura 1654.b

Hermes Moſi concordat in pleriſq. velut interpres 216. c

Herodotus qualis hiſtoricus, & quando 480.b

Heua cur dicta 51.d. & vnde 875.c. vide Eua.

Hieronymi phantaſmata in eremo 1116.a

hippocentauri orum origo & mythologia 1337.a

Hippopotamus docuit medicos phlebotomiam 1986. b.c

hircus 251.a

hirquitalli, hirquitallire quid & vnde 866.a.b. 1109.d

hirundinis caliditas & ingenium 1984.a.b

Homerus victus in quæſtione leui 212.a

homicidij proprij pœnæ quales apud inferos 126.d.e

homo [illegible] cur dicatur, & à quibus 1.b. 9.d. 37.b 265.d. 188.a.b. 1365.c. 1862.c. 1961.e. 2054.c. 2080.b 2121.b. 2128.b. 2192.d.e. magnus mundus qua de re 1.c. 2.a. 56.d. medius inter Deum & reſpondiras 10 b. complectitur omnia entia ibid. finis omnium 10.c. rex vniuerſi e. naturæ miraculũ 11. c. mas & fœmina quid allegoricè d. omnia continet d.e. eſt totũ, immortalis, imago Dei, ac deliciæ e. ad imaginem Dei conditus, quomodo 13.e. 14.c. 15.b.c. in quo ſimilis Deo 15.d.e. minor Deo exemplari 17.c Deo ſphærico ſimilis qualiter e. medius inter Deũ & creaturas 18.a. circulus c. Deus mortalis, & eius cum omnibus analogia communióque 28.c. quid ab ordinibus omnib. Angelicis accipiat 29. d.e. 30 a.b. & ſeqq. in quas degeneret animantes 40.b. & qualiter 43.c. in mulieres 40.b. in aues ibid. in ſerpentes c. in quadrupedes c.d. in piſces d.e. centaurus qualiter, item tragelaphus 42.d. quomodo ſe ab animantium mutorũ natura ſubtrahat c. qualiter eam induat, vel eis dominetur 43.a. d. quando monſtra ſuperet, & pecudum naturam moreſque exuat 44.b

homo 51.a. quid 56.e. imago Dei, qualis b. 52. b. quidam dictus cur 51.c. quomodo mas & fœmina d. Dei imago penes animam ex ſtirps diuinæ 58.b.c. vnde dictus ibid. cur erectus 54. b. ſaxeus 54.c. 264.c Dei, non Promethei opus d. magis cœleſtis, quàm terreſtris 55.b. cæteris animantibus diuinior e. typus vniuerſi 56.b. quid cõmune habeat cũ omnib. creaturis 56.d.e. naturæ miraculum e. quibus ſenſibus vincat aut vincatur 65.b.c. animal diuinum, eiúſq. apta contẽplationi figura 135. c. ſolus vtitur igne, ideò anima præditus immortali 136.c. terram excolit ſuum peculiũ 223.b. anima eſt non corpus d. vnde dictus & factus ibid. cur manus habeat 254 c. 1271.b.c.d. 1279.b.d. cur in anteriora gradiatur d. caret talis 258.d. cur rectus incedat, non autem rotundus voluatur 261.a. [illegible] ſtat. a.b. piloſo capite cur 269.a

Homo quo tempore totam vel dimidiam ſtaturam aſſequatur, & vnde ſit 265.a. quî ambulet e. quî ſenſibus præſtet 266.a. cur cerebrum plurimũ & frigidiſſimum habeat 269. a. b. ſolus gaudet odore ſimplici qua de re 345.e. bene odoratis 349.b. cedit muris animantibus vi odorandi 352.c. 367.a. in vtero, & extra vterũ qualis, & quas edat actiones 1138.a cæteris diutius viuit præter elephantum 1157.b.c omnium artium rudis naſcitur, cætera contra 977 c. homini lupus, alia aliter d. ſpecie perennis, non numero 1021. b. quo propior ortui, eò calidior 1041.a. nõ deterrimè omniũ animaliũ cõditus, qua de re d. ad Dei laudem creatus & exornatus 1293.e imitatur diuinũ cœlorũ opificiũ 1303.a. Deũ in ſuis operibus 1304.a.b. eſt eius vicarius & legatus 1305 b. ſolus ſedet in iſchia, & ſolus ſtat cœlũ conſtituens

1337.c. ſolus rectus incedit c. e. quî tribus figuris variet ſitum 1338.c. quî gradiatur 1329.d.e funambulus & volucris 1360.e. quid commune cum belluis, quid proprium habeat 1369.b. quid ſit 1373.c qualis 1374.a. puluis, cinis, terra, limus 1373.b. maximè bilioſus quî 1473.d. quare vnico oſſe ſolido non conſtet 1877.e

homo ad ſimilitudinem Dei creatus, quî 1361.c. 1917 d. 2118.d. 2121.d. 2131.b. cur rectus 1917. d. 1954. b 2002.b.2122. b. ſurſum aſpicit, quid & quomodo 2002.b.c. cur mobilis & oblongus 1918.a. cur cerebri plus habeat 1925. e. 1926.b. c.d. contemplator operum Dei 1955.e. Dei ſimilitudo, itemque imago, quatenus 1959.c. 1988. a. in vniuerſa animalia habet imperiũ 1988.b. in quo illis antecellat 1988.c. habet vnus omnium animaliũ dotes 2054.d 2065.a. cur in medio habitet, & extrema pertingat 2054.e. cõmunicat omni animantium generi 2056.c. omnia audet 2057.c.d. homini lupus, quî 2058.b.2096.a. Deus 2058.d. nequit volare, cur 2060.a. & quæ ei volatum ſupplent 2070. b. ab animalibus vincitur in quo 2071.b. quibus dæmones & beſtias vincit 2071.c.d. 2119.c. à Deo generatus 2073.c. cur erectus 2124.d. 2125.c.e. 2130. c.e 2131.d.e. voces exprimit animalium 2060. b. vincit ea ſenſu interiore, quî 2064.a. præualet brutis in quo 2068.e. 2071. c. 2079. d. quid habeat ſupra eorum commune 2069. d. omnibus imperat in omni elemento 2070.c

homo vnde dictus 2081.a.b.c. 2083.a. riſibilis 2210.c 2211.a. ſolus 2212.c. cur titilletur 2224. an ſol° 2224 e. ad lacrimas editus 2089. a. 2095. d. primùm quadrupes 2089.b. ſolus iners è natura 2089.b. vix dimidiam viuit vitam 2089. d. degenerauit à prima excellentia 2091.c. brutis miſerior 2092.a. 2096.a imperfectus, & iniuſtus, & maleficus 2092.e. idem optimus, & peſſimus, quî 2092.e. nudus naſcitur & effertur 2091. d.e. 2095. c. quando beatus dici queat 2093. a. paſſim miſer 2093.c. 2094. a.c. 2096 c. animantium miſerrimus omnium 2093.d. vmbra & idolum 2094.a.2095.a. fumus 2093.a. ſimilis foliis 2093.d. 2094.b. puluis 2096.a. obnoxius labori & moleſtiæ 2094.d. malis & morbis 2094.e nemo beatus 2094. e. natus ad miſeriam 2095.e homini pernicies 2096.a. qualiter diuinum animal 2097. a. qui laude dignus, qui vituperio 2102 c. immortalis futurus niſi Adam peccaſſet 2105. d quales filios generarit ſui diſſimiles 2106.b. nõ potuit alibi cõmodiùs gigni quã in vtero cur 2109. d e. 2110. & ſeqq. quî ad mortem præcipitet è natura 2116.b. animaliũ ſapientiſſimus, & quibus organis vtatur ad rationem & orationem 2124. b. qui fiat Deo ſimilis 2124. e. 2128. a. ad quid natus 2125.e 2125.d.2126.b. 2130.b. animal nobile, ciuile, ſociale, œconomicum, prudens, diuinitatis particeps 2125 b.2127.a. terrenis imperat in ſuos vſus creatis 2126 a. temperatiſſimus omnium 2126.c. ſolus ſtat & ſedet 2126.c. ſolus artes omnes capeſcit, & quas cũ brutis communes 2126.e. artium cum diis peritus, quarum 2126.e. vniuerſa contemplatur 2127.a. cur dicatur animal rationale 2127.a. cur inermis naſcitur 2127.a.c. corpore & anima nudus, & vnde ſuppleat 2127.e. ſponte naturæ de limo terræ creatus qualiter 2128.c. nequit è terra ſponte gigni d. quid commune cum dæmonibus & angelis habeat, & cum Deo 2128. e. angelis ſuperior, quî 2129.a. mẽſura rerum 2129. a. præſtantior reliquis creaturis, an & cœlo 2130. a. medius inter ſupera & infera 2130. c. cur non vaſta mole conſtet 2130.d. arbor inuerſa 2131.a. gratioſus 2131. d. ſanctus & rerum dominus 2131.e. multis obnoxius malis viuit 2133.b ſibi malorum cauſa eſt 2133.c. ſua ſorte contentus degat, & qua ſpe ſe ſoletur 2134. a. de ſuis malis vt eliciat bonum 2134.b. nemo mortem vitare queat 2139.c quî miſer aut beatus in vita & poſt vitam 2117.e. miraculum diuinum 2119.a.b. 2123.c. 2124.d à Deo creat° 2120.e. 2121.e. 2123.e. propter Deũ ipsũ 2121.c. 2122. b.e. ſanctum animal & ſociale 2121.e cur morbis & morti obnoxius 2122. c. cur ſerò creatus à Deo 2163. e. vnde reſurget, & qualiter poſſit fieri 2178.d.e. quando 2179. d. 2188.e. redintegrandus vndequaque 2186.c

hominis periphraſis & denominatio 10.a.225.c. creatio mirifica 11.b. ſimilitudo & imago Dei 16.a.c.e analogia ad Planetas 30.d.e. 31.a. & ſeqq. ad animalia 36.a. cum volucribus facultatum animaliũ qualis 38.c.d. cum quadrupedibus in facultatibus vitalibus d. cum plantis in facultate naturali e. cũ piſcibus 39.a.b. alia cum auibus conuenientia 39 c. cum quadrupedibus e. cum reptilibus & diabolis e. itẽ cum piſcibus 40. a. cum ſtatuis & imaginibus, imò & cum ædificiis fabrefactis 44. c. cum vniuerſis, atque etiã cum cœlo c. cum terra 223. b

hominis creatio & principatus 54. a. b. diſcrimen à beſtiarum figura 54.b.c. artificioſa fabrica ad quid e. diuinitas & rectus ſtatus 56.b. c. diuina conſtructio & dotes c. temeritas ſupra angelos 56.b. curioſitas ſupra Danielis modeſtiam d. præſtantia ingenij 100.a. fabrica diuina partim mortalis, partim immortalis 142.e. eius ratio, qualis 225. b. mẽs & ſenſus ad quid e. figura recta, & ſummaria cõpages 264. b. incrementum & abſolutio 265. a. diméſio, & partium analogia ac diſcrimen b. c. analogia ad 4. anni tempeſtates 270.d. præſtantia ſupra animantia, quî 411.c. nuditatem quæ compéſent. d. generandi modus & ratio, & neceſſaria cõditio 549.a.b. diuinitas, cúrue ſublimi capite 561.a b. incrementum, & ſtatus, quãdiu, & qua de cauſa 633.e. differentia à pecudibus in partibus poſterioribus & infirmis 714.c. in cruribus & femoribus & ratio d.e. baſis corporis denſior quorſum, in brutis contra e. ſpecies ſphærica, quî 819. d. priſcus inceſſus d. inſtauratio ab Apolline 830. b. prima olim generatio e. 51.b. legitima in cõnubio 947. a dominium 57.a. plaſma ibid. fabrica 52.d.e. figura 53.b. vultus diſſimilis belluarum, quorſum d

hominis imperium in animalia, & vſus 2062.b.2070 c. 2127.c. comparatio cum eis, & dotes 2069.a. facultas generandi 2062.c. voluptas ad quid 2064.d guſtus præſtantia 2064.b. prærogatiua, dignitas, præſtantiáq. ac dotes 2.a.24.27.51.b.57.a.225.c.884 2054.e.2058.e.2072.d.e.2074.d.2079.d.2118.c.2119 b. 2121.a. 2122.a.b. 2125.c. vita prima 2061. b. excellentia triplex, quæ 2059.a. ſimilitudo ad alios 2061.d.e. ſolertia vires ſuppler, quî 2067.e

hominis deſcriptio 2090.c.2092.c.2123.a. 2125.d. cõpoſitio & elementa 2071. a. 2080. partium analogia cum 12. ſignis Zodiaci 2080. c. pudenda generatio, miſeráque conditio 2083.2084. & ſeqq. 2089 2090. & ſeqq. 2095. b. natiuitas miſera & cauſa tot

ærumnarum 2090.b.2091.2092.2093. & ſeqq calamitas per omnes gradus ætatis 2090.e. 2096.b 2097.d. 2133.d
hominis comparatio cum foliis 2093.d. 2094. b. origo & reſolutio 2093.e. compoſitio ex quibus 2135 a. generatio & accretio nutritioque ſimilis cæterorum, quî 2109.c.d.2135.c. conditio incerta 2115. c. certamen contra vitia 2115.d.e
hominis ante lapſum Adami dignitas, & qualis eius vita futura fuerit 2103. a.b. c. 2105.b. poſt lapſum Adami miſera conditio 2103.c. 2105.d. maledictio 2103.d. cõditio mutata in deterius qualiter 2105.a vita in paradiſo qualis fuerit 2106.c. imperium quale 2118.d
hominis vita media inter Angelicam & pecuariam quomodo 2119.a. priuilegia præ mutis animantibus 2122. d. eius cauſa mundus factus & pecudum omne genus 2121.c. 2122. c. e. 2125. d. partes duæ 2123.c. nexus cum ſuperis & inferis c.d. animi libertas & agilitas 2123. d. generatio à Deo, & dilectio 2123. e. præſtantia ſupra cæteras animantes 2126. d. partes principes quæ 2129.d
hominis proportio in longũ & in latum qualis 2129 e. natura ſolaris, qua de re: item mercurialis 2129 e. 2130.a. figura quorſum recta 2130.b. diſcrimen à pecudibus 2131.c. vultus ſublimis quorſum 2131. d.2132.a. ſtatus tres qui, 2132.b.c.d. 2133.a. conditio poſt baptiſmum 2132.e. occaſus 2135.c. ſaluati felicitas, & in paradiſo deliciæ 2204.d. merces 2205.b
homini cum Deo quæ ſimilitudo intercedat 18. b ignota longe Deo inferiora 56. e. communia intelligere, ſentire, viuere, eſſe, quibuſcum 37.b.c. & ſeqq.
homini aliàs puero, aliàs adulto, ſupera vel infera longiora 616.e. longiſſimus inediæ terminus 618 d. inſita à natura religio 1975.c.1976.c.e. quæ propria per prærogatiuã 1975.d. propriæ animi dotes 1988.d
homini innata veri inquiſitio & ambitio 2072. b.c ſeptem ſemper conſideranda 2092. b. vultus proprius 2073.a. facies à mutis diſcrepat, in quo 2078 c. donà mentis diuina 2073. b. communitas cum angelis 2080. a. ſermo proprius, item riſus 2077 d.e. cognatio cum cœlo 2078.c.d. cum Deo 2122 a. 2123.c. 2126.b. cum ſuperis 2079.e.2123.c
homini propria 2059.b.2071.c.2078.a. 2079.c. 2118.b commoda ex terra 2070. d. ratio & ſapientia quorſum 2071.b.2127.b.2130.c. communia & potiora 2059. b. c. bona & mala appoſita quorſum 2071. a. propria mala 2059.d. 2094.c. communia cum belluis 2059.e.2069.d. 2073.b.2077.b. 2080. a. viuere cum plantis 2062.d. 2080.a. ſentire cum quibus 2063.e. motus cum animantibus 2067.e
homini non naſci optimũ 2095.e.2100.e. mors vnde acceſſerit 2106. b. culpa expiata ſupereſt pœna luenda 2109.c. mors neceſſaria quare 2192. e
hominem quid gloriari prohibeat 2096.e
homine mortuo anima in cœlum, elementa ad ſibi ſimilia ſe recipiunt 141.e
homines, genus Dei 8.a. ſunt Dij, quomodo 10.e peculium deorum 27. e. quale beneficium à Planetis recipiant 30.a. multa ab animalibus didicerunt 36.d.e. quomodo transformentur in beſtias 42.a. cedunt Angelis 56.c. ſunt velut guttæ d. vnde dicti 223.b. ſinguli habent Angelũ cuſtodem 2121. b. omnes natura duce Deum agnoſcunt 225.d
homines pilum in capite plurimum habent 271.d. vbi calueſcant & caneſcant 272. a.b. voluptatem ſenſuum ſectantur 401. c. poſſunt ab Aquilone & ventis exanimari 503.c.d. belluini, ventroſi 615.a mutuò ardent in ſuum dimidiũ, & eius rei damna 830.c. è terra ſati 836.839.840.843. è dentibus anguis 843.d. vbi primum & qualiter 844.845. è lapidibus 54.c. incolunt terræ cauernas, qui 1378.b falsò putant ſe ſuperficiem terræ habitare b.c quot de cauſis agunt 2064.e. dicuntur dij, cur 2119 c. terræ filij quomodo 2128.c. quî primum geniti & aliti 2120.c. ſingulatim mortales cur 2135.b.2139 d.e. cum Chriſto commoriuntur & cum eo reſurgent 2108.b
homines dormiendo ambulantes 974. b. c. marini 2056.e
hominum generatio quomodo 96.e. reſurrectio 95. d. ortus triplex, ſeu quadruplex 841.a. genus quodammodo perpetuum, quî 842.d. generatio prima & de ea variæ opiniones 842.843.844. & ſeqq. 836 c.e. 837.b. 839.a. 840. a. b. an ab æterno, an ortu, & quando, quóq. modo c.d. 841.d. diſſimilis exitus 2104.b. diſcrepantes formæ 977.e. innata feritas & virulentia 977.e.978. a. corpora noſtro ſeculo minuuntur 980.b. procerorum exẽpla ibid. cum volucribus affinitas ad quid 1372. b. miracula 2060.c. in omni ſtatu peruerſitas 2088.a. pericula vnde 2088.b. fragilitas & arrogantia 2088.c.e. vitia & ſtudia peruerſa 2089. b. c. mutua ſæuitia inter ſe 2089. c. genera prima quot & qualia 829.c 2101.c.d. an ab æterno 2119. e. 2120.a. origo an à terra & qualiter 2119.e. 2120. b.d. generatio qualis 2124.e. materia diuerſa pro ſtatu diuerſo 2125.a
hora quot minutis conſtet, & quod 12. minuta quotannis exuperent 1187.c
horizon quid, & eius dimenſio 210.d
horologium in annulo 1302.e. Cameracenſe 1303.d
horti Thebani penſiles, & vrbs ipſa ſubtus cana 1199 a. 1390.d
humerus 251.b. de brachio 1260.c. quid & qualis, & articulario d. partes 238.c.e
humeri vteri 249.b
humidum radicale, quid, & vnde, & quale, eiúſque vſus 78.d.1519.a.b
humidi definitio 1376.c. primigenij ſubſtantia qualis 78. d.e
humida in corpore humano, quot, & ſingulorum receptacula 1376.a.b. duobus modis dicta e
humor vnde dictus 1419.b. qui & eius natura 1376.d noxius vacuandus, & vnde genitus 686. b. cuique parti inſitus 650.d. in capite, quorſum 2054.a. copioſius ægrè à ventriculo coquitur, ſed tandem conficitur, quî 819.b. qualis amnio & allantoïde contineatur, & differentia atque receptacula, & vſus 931.d
humor alibilis vnus, & nomina diuerſa 1518.d. crudus an pituita 1466.c. qui & qualis 1467.c. 1516. eius ſpecies 1467. d. cryſtallinus quorſum 62. e. melancholicus quibus & quando abundet 1490.a. à bile atra qui differat c.1491.e
humor paraſtatarum glandoſorum, quorſum, & vſus multiplex 867.c. virilium ſimilis ſemini muliebri quamobrem d. è muliebribus quando effluat, & eius ſignum e. voluptatem parit, mollit, lubricat e. eius vſus ad vrinæ acrimoniam 868.b
humoris proprietas 1376. d. e. partes duæ quæ 1005

Digitized by

b. copia in ventre vnde 1001.e
humoris in corpore dominantis ſigna 1480.d. 1516.d
temperamentum cur dicatur tale e
humores quatuor homini congeniti, eorum déniq. temperies & finis 35.b. qui, & quomodo diſcrepent 1509.c.d. an in cibis contineantur an in corpore gignantur 1430.b.c. 1431.b.c. 1484.d. ſecernuntur ab hepate 1430.c. congeniti, qualiter 1434. c. materia prima, & ſubiectum noſtræ generationis 1439.c.d.1440.e. 1442.b. quî generétur,& vnde 1750.a. quid ad mores & prudentiam conferant 1459.a.b
humores ſinceri non permiſcentur ſanguini, & vbi ſint 1498.e. 1503.d. à medicamento vnde trahantur ibid. affines pituitæ qui 1516. b.e. aſciti 1420. a.b. 1421. adiectitij, & eorum differentiæ 1422
humores quatuor primarij totidémque ſecundarij 1494.b.1519.a. an ſimul omnes gignuntur 1498.a
humores crudi qui: item qui ante vel poſt ſanguinem 1441.e
humores oculorum tres, & quînam 289.b. & ſeqq. eorum alimentum vnde 290.a. figura communis & collocatio 292.d
humorum generatio in corpore quî fiat, & vnde 685 e.686.e. 687.a.vitium corrigitur qualiter d.numerus, & qui de iis ſcripſerint 1419.d. 1519.e. diuiſio 1420. a.c. generatio in nobis, & modus c.d. 1421.a b.c. ſumma e. corruptela in guſtu & colore, quî fiat 1424.b. ſimilitudo ad terram & aquam 1377. b. ſinus in corpore d. differentiæ d
humorum congenitorum ſpecies quatuor 1410.b. & eorum ſedes & diſtinctio d. generatio vnde 1247 a. 1430.e. proportio ad elementa 1427. & temperamenta 1432.b.1441.a. qualitates 1441.a. c.d. beneficia damnáque. 35.c
humorum quatuor fontes &æmiſſaria 824. e. nomina,& natura, atque differentia 1434. c. diſſimilitudo c.d. ad quatuor anni partes analogia 1441.c d. 1460. b. c. d. 1471.e. ſedes & dominia 1442. c. cum quatuor diei partibus comparatio 1442. d inclinatio ad mores 1443.a. pulſus qualis b. inter ſe proportio 1474. b. c. 1475. c. temperamentum & comparatio 1477.e. differentia 1479. b. receptacula 1856. a. vacuandorum ordo in hypercatharſi 1435.e
humorũ ſecundariorũ partitio 1494.a.c.1497.c. 1499 a.generatio quî fiat 1497.e. proportio in qualitate 1498.c
hyades,quæ 1419.b
hyænæ aſtutia 1978.e
hydrops vterinus 908.e. in liene,quî 1484.c
hydropicorũ aquæ per vrinas & aluũ effluunt 495.b
hyems & æſtas vbi geminæ 1398.e. quî varient ſub Cancro & Capricorno 1402. a.b
hymen virginalis qui & qualis, & quòd non ſit mẽbrana interſepiens 247.d.e.992.b. frequens in ore omni populo 1096. e. cuſtos virginitatis, qualis 1097.c. quid e.1101.e. Galeno ignotus 1098.a. fictũ nomẽ b. in quo differt ab eugio & à nympha 1098 c. quòd nullus ſit 1099. d. quòd non faciat impetum e. ignotus Medicis 1100. a. non cohibet menſes, quî 1101.b. cur rarò compareat 1101.d.vbi,& qualis 1102.b.1103.a. rarus in virginibus hoc æuo, cur 1107. e
hymenis deſcriptio 1100. a. compoſitio d. ſitus & vſus e. 1103.d. figura, origo, ſubſtantia 1101.a. rimula 1102.d.e. ſtructura 1103.b. natura c.e
hymenæus quis,& vnde dictus 1097.a
hymnus in Dei laudem ex operum mirabili artificio, prouidẽtiáq. 45.c.46.a.in abſolutionẽ operis 2207
hypercatharſis quî fiat, & quomodo vacuet humores 1435.c
hypochondria 243. b.c
hypopia 230.a
hypoſpadiæi qui,quales & quòd generando inhabiles,& qua de re 848.d.1095.a.b.1110.d.e.1111.a.b. gignunt curati 1111. d
hypoſpadiæorum deſcriptio & natura 1111.b. 1112.c
hypoſtaſis vrinæ quid 1530.e. 1534.d. 1543.a. vbi plus aut minus ibid. & 1535.d.e.vnde ſit 1543.a. de quib. iudicet 1543.b.cur alba,& vnde genita 1514.a.b
hypothenar 252.d
hyſtericæ an reſpirẽt,an pulſent 490.a. & quomodo b.elatæ è rogo reuixerũt,aut excitatæ arſerunt b.c ſola perſpiratione viuunt ob frigidum temperamentum 491.c

I.

IA, Dei nomen,quid ſignificet 52.a
D. Iacobus Hebræus cur inter Hebræos ſcripſit Græcè,& alij Apoſtoli 374.c.d
Ianus ineptè bifrons fictus,cur 62.e. 300.c. 470.e 1179.e
ibides aquis immerſæ hyemant 511. e. docuerunt medicos clyſterem quomodo 1986.c
ichneumonis ſolertia in dimicando 1983.d
ichor quid 1515.b. ſanguinis quid 1450.c. d. qualis 1454.e
ichor & ſanguis quo modo de vulnere & poro oſſium reſudet,cute integra 495.c.d
icterus niger à liene 787.c.d. vnde ſuccedat 788.a
ictericorum oculi flauitiem inducunt viſis qualiter 304.b.c
idea quid 52.c
idea mundi in Deo 3.a. rerum omnium 4.a
idioſyncraſia mira per os ſtercorandi 678.a
idololatrarum ſtulta vota 1037.d
idololatriæ origo 1038.b
idolorũ vanitas,& fabrica,& cultus ſtolidus 1037. c.e
idolum viſionis 295.a. 303.d
ἱδρώς,ſudor, vnde dicatur 1517.b
Iechonias maledicto ſterilis factus 1740.d
iecur 1370.e. quî factum 1800.e. quî mutet alimentum 657.e. vnde dicatur 730.a. ſanguinis officina, & alimoniæ corporis per venas diſtribundæ 744. b. non miniſtrum ſed princeps viſcus 749.b. an præparet & diſtribuat materiam 749. c. eſt venarum principium 754.d.e
iecur in quibus animalibus,& vbi 766.b. aliquando geminũ d. ſanguine abundat 767.a.omnibus ſanguineis adeſt 777.d. quomodo à ſepto orrum 790 c. bile cur abundet 1473.b
iecur in Tityo cur ſolũ rodatur,& pœnas luat 740.d.e
iecoris ſedes 669.a. functio & liberalitas 1991.d. ſitus 777.b. officium 779.a. ortus & figura c. principatus & munus ac miniſtri c. quantitas & ſedes & vincula d. vſus & fibræ d. ſympathia cum toto corpore, quî e. membrana & neruus, venæ & arteriæ e.780.a. caro qualis a. nutrimentum b
Iehouah,nomen Dei, quid ſignificet 52.b. ineffabile cur e

Digitized by Google

ieiunum inteſtinum, & cur dicatur 697. d. e. 698.a 700.e. 718. b. & quamobrẽ vacuum 701.c.703.c.d an non magis vacuum ileo e. eius ſitus vſuſque 717.d. medium inter ventrem & craſſa inteſtina e
Ieruſalem ciuitas Dei 2202. ſine templo, ſine Sole & Luna, ſine portis clauſis, cur d
S. Ignacij mors conſtans ac fortis 220.b
ignis vnde dictus, & cur: & quòd nil gignat 201. b.c pro ſpiritu 174.d. per omnia mixtus, quî 498.c in homine vnde 76.b. affinis æthereo, vbi & qualis d.e. omnium [illegible], ideóq. omnia permeans 598.a. in medio vniuerſi 212.c.213.b. quieſcit 212.e
ignis ſe propagat, qualiter 187. e. abſumit an parit plura? 188.c. paucus in homine 186.d. nullus ſine paſtu perdurat 83.a. elementaris conſumptor ibid. vitalis conſeruator ibid. ætherius quî proſit vel obſit rerum naturæ 72.c. nullus ſupra aërem ſecundùm opticos 71.e. nullus ſurſum tendit in pyramidem, cur 72.a. nec alit, nec auget, ſed anima 77.c
ignis ſiderum qualis 82.e. ſolis 83.a. infernalis, quomodo afficiat dolore ſpiritus & dæmonas 2099.c d. iudicij purgatorius 2198.d
ignis qualitates, & quid in homine, eiuſque efficacitas 34.e. 72.e. analogia 73.a. fons, vbi 74.d. 75.e 77.e. genera quæ & quot 76.d
ignis naturalis ſedes 71.d. ſuperficies duplex, & affinitas cum aëre 72.a.b
ignis & aquæ in nobis mixtio & actio 1002.b
igne & aqua quæ conſtent 72.d
ignes è terra ſcaturientes & aquis vnde 188.a. ex aquis & corporibus humanis emicantes, quibus b
ignes terreni 188.e. in Sicilia 189.a. ſub terra 194.a
ileon, inteſtinum 700.e. quî differat à ieiuno 697. d.e. vnde dictum 701.d.704.a
illa 243.c
Ilias in teſta nucis 504.e.1194.a.1195.a
ilium ſitus 613.c
imaginatio quid 60.a. pro ſenſu communi, brutorum præcipua b. vbi 1965.a.1966.c
imaginatio in belluis: item memoria & diſciplina 413. b. 416.d
imaginationis vis in conceptu ad formæ ſimilitudinem 1611.b.c. 1616.d.1624.c.1628.a.1619.a
imago Dei in homine quid ſit 14. b. qualis 16.a.c.e 52.a.e. ad quid referatur 52.a.2118.e
imago Trinitatis in anima, quæ 18.d.19.a.b.e
imagines ad viſum vnde emicant 313.b.c. à rebus remotis tarde allabuntur c
imagines rerum continuas aër non ſuſcipit 314.d
imaginum vis ad viſum vnde 303.d. receptio 312.c
imberbes è natura qui, & quare 232.a
imbres quî fiant 1510.b
immortale quot modis dicitur 98.d
imperium Græcorum, & eius ſedes 374.e
impij an reſurgent, quorſum, & ad quid 2182.a.b. an olim iudicandi 2182.d. in carne beati 2191.c. contra poſt reſurrectionem ibid.
impiorum pœna 2204.b
imprægnatio quibus doloribus medeatur 1017.a
imprægnationis ſigna, & experimenta 1015.a.b. tum ad marem, tum ad femellam 1016.b.c.e.1017.e
improborum pœnæ poſt mortem 2098.a
impulſionis vis 2521.b
inacceſſibile quid 55.c
inaures 233.e.336.b. 338.c
incendium an poſſit eſſe vniverſale 2170.b
incendia ſpontanea vbi 189.a
incomprehenſibile quid 55.c
incrementum corporum 633.e. quibus rebus adiuuetur 634.a. 640.c.d
index 253.e
Indi longæui non caneſcunt 173.d. cum feris coëunt 959.c
inedia ſupra ſeptiduum lethalis, cur 628. d.e. 629.a. naturæ limites excedit, & diuina eſt. b. ad vſque diem vndecimum b. longa animali mors eſt, quamobrem d.e
inediæ ſentiendæ facultas vnde adſit ventriculo, & quomodo 649.e
infans recens editus aluum exonerat qualiter 916.a & eius excrementum quale b. mucore obſitus vnde 917 c. quando ſine vnguibus c. quomodo lac ſugat & glutiat 477.d.e
infans ab vtero quid primum faciat 1135.e. numquã loquitur in aluo 1136.a. cur ibid. quî capiat incrementum 1136.d. natus ſtatim aluum ſoluit, qualiter, & vnde, & cur numquam priùs 1143.b. in vtero quando calcitret, & quibus de cauſis 1160.e. habet aliquid vtrique parenti ſimile, qua de re 1612.b 1613.c. 1614.c. cur matri ſæpè ſimilior c
infans ſtatim natus cur lacrumet 2110.d. quando & cur prodeat 2110. d. ſeptimeſtris vitalis, octimeſtris minimè cur 1158.d.e
infantis generatio & perfectio, educatióq. & accretio 2062.a. natiuitas & modus 2083.d.e. vincula & miſeria 2089.a. educatio gratioſa 2111.c. alimentum & naturale ingenium in ſugendo lacte 1671.e.1674.a. 1675 d.e
infantes cur repant, & ſint pumiliones 616.e. 617. cur in ſomnis rideant aut fleant 9.
infantes ante baptiſmum mortui, an non interradiſum 2084.a. an grandius corpus nanciſcentur in reſurrectione 2183.c
infantium è terra ortus, educatio & nutricatio, qualis 839.c. facultas altrix valida, vitalis minus, animalis minimũ 545.e. 546.a. faſciæ quorſum 2112.a
infantiæ cauſa 429.e
inferorum periphraſis ex priſco ethnicorũ ritu 88.e
infinitum quot modis dicitur 60.d
inflatio efflationi contraria 482. d. quibus muſculis fiat e
influxus à cœlo in inferiora 2145.b
infundibuli natura 1932.b. forma, ſitus, & vſus 1932.c.1940.b.1944.a. deſcriptio 1949.b
ingenium animali à teſtibus in vtroque ſexu, & iis exciſis deperit, quî 872.b.874.a
ingluuies homini inſita, & eius frænum 716.d
inguina 246.e
inhumati aut elati, qui reuixerunt 490.c.d.e
inſania è lacte, quî 1671.a
inſecta quæ ſunt, & vnde dicta, & quomodo inciſa 504.b. audiũt & ſugunt, nec meatus cerni queunt d. quo organo ſpirent 349.c. ſine coitu gignuntur 835.e. in aëre num ſpirant 502.a.503.d. quo nidore extinguantur e
inſectorum mira natura & ſolertia 1982. a. ſectæ partes viuunt 503.e
inſectis ſola perſpiratio poteſt ſufficere 508.d

Digitized by

inſpiratio quî fiat 438.e. 439. a. c. eius vſus ibid. expirationi contraria 482. d. à ſolo diaphragmate e. quomodo 484. b.c. 485. e. communi ductu cum expiratione c. ſe inuicem conſequuntur 486.b eius via ad pulmones & cor 488.b
inſpirationis vtilitas, & modus 606. a
inſula quid 1111.a.b
inſula ardens 187. d
inſularum proprietas 111.b
intellectus qui fiat, & vbi 1968.d. à corpore ſeparabilis, & quid ſit 1988. e. homini peculiaris 1989.a.b. d. agit circa corporis adminiculũ & qualis 1989.e
intellectus quod non vnicus & vniuerſalis omnium 162. d. e. actiuus & paſſiuus 1067.e. eius proprietas d. efficacitas ibid.
intelligentia quid 60. a
intelligentiarum ſuperiorum vis in inferiores 33. e
intercalatio quarto quoq. anno 1174. c. qua ratione variarit & qua de cauſa 1175. d. 1211.e. apud veteres Græcos qui, & quando 1212.a
internodia digitorum 253. b.c
interſcapulium 239. a
inteſtinum per emphaſim de cõlo, & cæco, cur 698. e
inteſtini vnius breuis & ampli incommoda 700. d portio inciſa & adempta ſoſpite vita a.
inteſtini vnius in totum vnde petatur diſtinctio, & communis appellatio vnde 704. b
inteſtina 1370.e. nõ alũtur chylo vel ſtercore 659.d.e repoſcunt vſuram ab hepate, cur e. quibus venis alantur 660.a. quòd chylo 661.b. cur ſolas tranſuerſas fibras habeant 671. a. b. & diſtribuunt & concoquunt alimentum 690. c. cur tam multos orbes habeant 691. c. quales villos habeant & quorſum 692.b. qualia in voracib. animalib. 695. a vnde dicta, & cur intus condita 715.d. ſumma duo 716.a. qua arte excauata b. cur in orbes conuoluta 717. c. animalium guloſorum qualia 719. a lubrica ob pituitam quorſum c. d
inteſtina craſſa 704.e. vbi 719.a. poſſunt ſolideſcere, tenuia contra, cur 699. e. cur longa & inuoluta 700. c.d. 704.c. cur alia tenuia, alia craſſa 701. a cur rotunda omnia reduci poſſunt ad vnum vel duo 705.a
inteſtina tenuia 703. a. b. c. ſitus eorum, & ſurſum deorſum inuolutio 704. d. cur potiſſimum ventrem medium occupent d.
inteſtinorum cum ſtomacho communio in ſubſtantia & actione 690. c. d. proprius vſus, & ex accidenti 653.b. 690.e. longa in orbem conuolutio, ne alimentum citò elabatur 691. a. anguſtiæ, quorſum b. c. inuolucra tum ad diſtributionem, tum vt ne cibi frequentia ſit ſumendi e. motus periſtalticus, qualis 692. b. quorſum, & quot fiat modis 693. a. ꝯuolutio excretionem omnem intercipit e.
inteſtinorum ordo & numerus 697.c.d. 700.e. 717.b ortus à ventriculo 698.a. diuiſio 701.a. 704.b. vis expultrix maior tractrice, cur b. c. initium vnde 702.e. nomina & diſtinctio 717.b.c. differentia, & termini 718.a.b. tunicæ quales, item ventriculi 1775. d. e.
inteſtinorum conſtructio, & primò gracilium 693.c tunica duplex, & fibrarũ genera duo, quorſum d. 694.b. 699.e. 701.b
inteſtinorum omnium menſura 715. d. hominum, analogia cum caninis e. origo & longitudo, ac mentura 716. a. inuolutio quorſum e. exortus 717.a. ſpiræ, & earum vſus 719.c. partitio e. vincula quorſum neceſſaria e.
inteſtinorum tenuium & craſſorum vſus ad diſtributionem 695.a. comparatio in numero & mole 704.e
inuentionis præſtantia 103.e
inuidia inter pares 173.e
Ioannæ Papiſſæ hiſtoria 855.e. 856.a. ſtudia, doctrina, inceſtus, partus, mors, ſepultura a. b.
Ioannis de Sacroboſco laus & ætum 1183. c. quis & qualis & vnde, & quando floruerit, eiuſdem ſepulcrum vbi & qualiter inſcriptum 1184.d.e
Iouis de puniendo genere humano ſententia 830. a minæ in homines b. aurea catena 214.e. 1416.b.c omnipotentiæ probatio 1417.b. in Creta ſepulcrum 159.e. 160.a. 985.a.b
ira quid 1934.d. ab anima aliena 1959.d. in corde cum ſocijs paſſionibus 554.c.d. 2217.a. rationi fert ſuppetias 562. a
iræ cauſa & ſedes 1459. c
iraſcibilis facultas ſemper alteri coniuncta 562. d quæ & vbi 414.a. 2216.
iracundia quid 563.e. eiúſque ſedes 609.c
iris quid, & quot cõſtet coloribus 294.c. 295.d. 296.a
iris oculorum 230.d.e
iridis colores & vſus 331. b
iſchia 255.c
iſchios 255.d
iſchion vnde dicatur 255.d. homini proprium ibid.
iſthmus 461. a
iſthmia 235. c
Iudæi recuriti 245.e. lepræ obnoxij cur 1682.b
Iudæorum circumciſio 853.c.d. mores ſuperſtitioſi e.
iudicandi vbi conſiſtent 2174. a
iudicium extremum Sibyllarum oraculis aſſertum 143.e. per ignem 2168.d. in valle Ioſaphat, qualiter 2173. c. d. vniuerſale per vniuerſam terram vbi corpora conquieſcunt 2174. c
iudicij extremi dies & modus horrendus 2165. c. e. 2167. a. nemini notus hominum 2172. d. ſigna prænuntia 2165.d. 2166.b. 2171.c. annus 2173.a locus 157. d. e. 158. a. b. & ſeqq. tuba horriſona 2178.a. formula 157. 158. 2198. d
iudicij dies abbreuiabuntur, quorſum 2172.d
in iudicio Dei quæ & quanta homini pio metuenda 2171. e
iudicia duo olim, & quid à poſtremo continget 2195. b
Iuppiter 61. a. 62. a. parturiens ridiculus 985.c
inglandium tunicæ duæ, honor vnde, & cur nuptijs ſacræ 937.e
iugula cum partibus 237.a. 238.b
iumenta cornigera neque tuſtum neque crepitum edunt 185. c
Iunij Valentis robur 1294.d
Iuno dicta aër mythologicõs 72. c. parturientibus præeſſe putata 1225.a.b
ius trium liberorum apud Rom. quorſum 711.d
ius necis marito in vxorem adulteram, non contra 879. d
iuſti in carne miſeri, contra poſt reſurrectionem qua de re 2191.c
iuuenes qua ætate hæmorrhagiæ obnoxij 1032.e

Digitized by Google

iuuenum nuptiæ 1118. c
iuuentus 66. c

L.

LABORIS beneficia, 1046. b
labra, & eorum partes, vnde dicantur 231. d. 281. c
cuius vsus d. e. 285. c. cur retrahantur 2219. e
cur titillantur 2224. c
labra muliebrium 247. e
labyrinthi mirabiles 1298. e
lac quid, & vnde dicatur 142. b. 1669. a. 1674. e. 1675. a
quando fiat 1672. c. 1673. b. 1675. b. nõ potest simul cum menstruis abũdare 1668. e. 1671. c. quomodo generetur, in mãmis, & quos in vsus 242. b. 1669. c. d. 1671. a. 1675. b. 1676. c. 1677. a. quibus cibis augescat vel minuatur 1669. b. 1671. b. de pinguitudine quî fiat, & quibus vasis 1670. a. quando mulieri vtile 1672. c. 1673. e. quo tẽpore 1672. d. in vetulis quî, itẽ in maribus 1670. b. c. 1672. e. quibus in fœminis abundet, in quibus nõ 1670. e. 1671. a. nutricum vnde impurum 1671. b. è sanguine, quî 1671. b. 1672. a. 1676. a. è mẽsiũ defectu 1671. c. quibus obsit, prositue 1671. d. infanti cõpetit alimentũ, quomodo 1671. e. 1674. a. incipit apparere fœtu iam grandiusculo quamobrem 895. d. e
lac, homini familiare, quadruplex, & differentiæ 1676. b. cur frigidiusculum 1675. a. b. quibus adsit aut desit 1691. c. menstruo germanũ 476. b. 478. e virgini quomodo, & quãdo erumpat e. raro virgini statis mensib. gignitur, sed nuptis sæpius, & quãobrẽ 477. a. quomodo gignatur, & quãobrem in mammis c. sanguis albus d. cur infanti necessarius d. qua arte marib. proliciatur, & quale 478. c
lac è capro 478. c. d. 1673. a. equinum alit homines 1674. a. nigrum, mirum 1674. a
lactis generatio quî fiat 473. c. e. 474. b. 476. a. de mammis larga fluxio fœtum debilitat c. affinitas cum menstruis 477. b. natura & vsus 987. a. vis, origo, & effecta 1668. c. generatio 1668. d. 1669. c. 1670. d. 1672. d. vbertas in mammis quibus prohibeatur 1668. e. 1669. b. genera potissima 1671. d officina 1675. c. vis etiam ad animi mores 1672. b. vsus, natura, locusque 1672. b. d. 1674. a. 1677. b. alimentũ quale 1674. b. boni notæ, & contra 1674. d. 1676. a. b. delectus 1676. a. b. compositio 1676. c. temperamentũ 1676. d. comparatio cum sanguine 1677. b. substantia an ferrur ad vterum 1681. d
Lactantij etymon & encomion. 298. d
lactare & lactêre quid 142. a. quî differant 478. b
lactes quid 720. d
lactium finis & vsus 718. e. situs, origo, substantia 720. e. natura, & ortus e.
Lacænæ mulieris magnanimitas 119. b
lacertus quid 1818. d. & vulnera in eo lethalia, cur 1818. e. vnde dicatur 1825. b
lacrymæ quid 1512. d. quæ lethales 300. e. vnde 330. a à cerebro non à corde 1228. b. à multo gaudio & dolore c. quibus non erũpant, & quamobrem d. cur faciles mulieribus, pueris, & senibus 1229. a minuunt tristitiam & languorem c.
lacus nasi 231.
læsio præter naturam duplex 708. e
lætitiæ sedes an in diaphragmate 1220.
læua homini agilior belluis, cur 1316. a. rigidior dextra ibid.
lagophthalmia quid 331. a. 333. c
lanugo 128. e.
λαοὶ populi, vnde dicti 54. c. 164. d
lapis ardens vbi 189. b
lapides quî concrescant 1754. c. cur àquis calidis magis cogantur c. à quo generentur d. an in terra augescant alendo 1850. a
lapidum generatio quî fiat, itemque lapillorũ 1752. e 1754. a. d. concretio, vbi 1753. a. b. 1754. c. principia duo e. de cœlo lapsus 188. d
lapilli qualiter concrescant 1803. d
an lapsi à fide redeant in gratiam? quòd sic 117. e
larynx 236. d. 359. a. quid 437. e. 442. a. 451. b. 645. a fistulæ comparatur 446. b. eius compositio, & partium nomina, ratióque 448. b. inter glutiendum attollitur, cur 643. b
laryngis musculi, & nerui incurrentes 449. c
lasciuia mulierum 1112. a
lassitudo quibus rebus impediatur 1759. c
lassitudinis curatio 408. b
latera 240. d
latera vteri 249. b
lationis sex modi quî fiant 1765. c
λάκκος, torcular, quid, & vbi 1896. b
Leones an medullã habeant, & vbi 1856. b. d. 1857. c d
Leonidæ Spartiatæ fortis animus 119. a
lepores androgyni superfœtant 919. e. 973. d. 1641. d 1644. e. galeati 1159. a
leuca quid Gallis 1360. a. 1415. b
leucophlegmatias quid 1464. c
liberi à Deo solo dantur 1739. c. 1740. b
liberorũ procreatio ad quid: & in eos cura & amor 880. b. educatio communis omni animalium generi 2111. c. d
liberis quando danda opera 1006. d. 1013. c. d
libertas, velamen malitiæ 109. c
libertinorum voluptatis causa, & nutrix 89. a
libido vnde sit, & quid 1593. c. in homine quorsum 1698. d
libidinis æstus, quò impellat 710. a
in libidinis præpositeræ sectatores 707. 708
libri trifolij meditatio admirabilis 2172. b
lien 1370. d. vnde dicatur 781. d. quando magnus aut paruus 783. b. hepate nigrior 784. e. qualis auibus & alijs animalibus 789. e. humoris melancholici receptaculum 1493. c. cur ventriculo ad læuam: ponè autem psoæ & spinæ 672. b
lien quale præbeat alimentum 787. d. quod è natura nõ sanguificat c. quando & quomodo gaudium inducat 788. b. quomodo aquã epotã absorbeat e. dexter e. non ita necessarius quamobrem 789. a quomodo venas affirmet b. c. necessarius per accidens c. quibus humidus c. d. quomodo corpori incommodet d. qui aquam potam trahat & intumescat d. e. impedimentum cursus, quî corrigatur 790. a. hepati qualis & quorsum 791. a. receptaculum humoris melancholici, 792. b. mamiæ focus primarius 792. a. e. necessarius per accidens 817. a
lienis vsus 653. b. sedes 669. a. situs, figura 782. b. e 783. b. 789. a. linea quorsum 783. c. differentia in magnitudine, & colore 784. d. arterię 785. e. comparatio cum fisco 783. a. b. cum hepate 786. a
lienis sima 786. d. qualia, & quî differant, & eorumdem vincula e. tunica quorsum, & vnde e. venæ 787. a. corpus ex quo constat a. b. caro cui com-

paranda b. Cirrhus, quid faciat c. vſus ad quid 789.c. munus in vaporibus trahendis d. ſedes & forma 790.a. ligamenta c. figura, nexus, vſus c.
lienis tumor vnde 791.a. tunica vnde, ité neruus a. venæ & arteriæ b. recrementum quomodo ad ventriculũ deponatur 791.b. parenchyma quale & quorſum c. officium 791.a
ligamentũ quid 1899.b. vnde dicatur, quale, & quorſum 1760.c.d.1761.c.1762.b.1763.e. inſenſile 1761.d non mouet cur 1762.a. cur ſine ſenſu 536.c
ligamenti affinitas cum neruo 1761.b.e. cum oſſe & carne 1762.d. origo & vſus 536.c. 176.b.e. 1762.c 1764.b. natura 1287.d. 1763.d. ſubſtantia vſibus apta 1764.a
ligamenta an ſentiant 1760.d. 1764.c.d. vnde ſint 1760.d.e. cur muco obducantur 1764.c. quæ ſentiant aut non, & vnde illis ſenſus 1764.d.e
ligamenta fœtus ad fœtam, vſuſque 549.c
ligamentorum differentiæ, & ortus 1760.d. 1764.c natura 1760.e. 1768.a. 1904. vſus 1762.a. 1763.d temperamentum & origo 1760.e. 1761.b. 1904.a
ligaturarum vis 1710.a
lignum vitæ paradiſi, cur dicatur, ab effectu 1105.e
Ligurum fœminarum parturientium hiſtoria 1080.a
Liliorum fratrum laus in correctione anni 1177.b 1178.e. 1200.d.e
limus flagrans, & eius natura 187.d
linea vitæ 1261.a
lineæ in manu ad quid 153.a. quæ dicantur in eodem eſſe plano 318.d
linearum manus præſagia & numerus 1315.e. 1316.a.b & ſeqq. collatio inter ſe d. 1317.a.d. confuſio mixtióque 1318.a.b
lingua cum partibus 235.d. 282.c. 1369.a. gemina, cur 64.e. ſola omnium indomita 375.e. optima, eadémque peſſima 376.b. cur muſculis conſtet 378.c. velut gemina, ſicut & reliqua tenſoria c. cuti concolor 380.b
lingua mobilis vnde, & quomodo, & qualiter per fibras 378.e. vocem articulat 377.b. omnẽ motum effingit 379.a. non eſt vnicus muſculus a.b. vnde dicta, & ligamenti vſus b. index dominantis humoris 379.c. cur homini mollis, & lata, & libera 381.b. nonniſi temperatè humida ſentit 383.c.d
lingua tactu & guſtu prædita, & eius indicium vnde 390.d.e. quæ affectat aut auerſatur, & qua vi, e. ventri grata expetit 407.d. ſola vocum diſcrimen facit 435.d. ſermonis artifex 437.d
lingua embryonis guſtat in aluo 1133.c
lingua Eraſmi 374.c
linguæ ſimilitudo cum fræno, igniculo, gubernaculo 375.d. vis & imperiũ ibid. diſſimillima opera c. continentia 376.c. vſus & firma cuſtodia 377.a natura & compoſitio & muſculi 378.d
linguæ frenum ad quid 379.b. proportio ad os c.d mucro periculoſus d. radix vbi, & vis d. partes & vſus d. nerui quales & ad quid 380.b.c. guſtus & motus vbi & vnde e. quî ſeparatim pereat e. & 381.e
linguæ humanæ vinculum & induſtria 381.c. vſus triplex e. vis ſapiendi quanta, ſentiendíque 382.b guſtatus vnde, & inſita proprietas b.c. nerui & raritas quorſum d. ſenſus exquiſitus vnde 391.a. familiares ſucci 407.e. eius pituitæ efficacia ibid. dulcis ſuccus 408.a
linguarum & populorum diuiſio 1391.a
lingula, & eius vſus 460.c. 462.c. vide Epiglottis.
lipothymia ex riſu quî 2120
lippitudo cur contagio afficiat 908.e
liquor an rectà ad veſicam feratur 454.b. vnde in cerebro, corde, & pericardio, in mortuis 175.c.d.516.a
literarum beneficium 1278.e
lobus auriculæ 133.c
lobi pulmonis, & eorum vſus 492.e. 493.c
lochia quid, & vnde dicta 1678.b. 1680.d.e. 1685.e 1695.b.1708.e. vnde ſint 1706.e. quẽ in vſum 1680.e 1708.e. cur à partu profluant, & cur certo termino 1685.d. 1691.b. 1713.d. ſunt impuriora menſtruis quare, & tamen non venenata 1707.a.d. non ſunt menſes 1708.e
lochiorũ excretio vnde 999.b. coloris varietas 1681.a differentia & analogia cũ mẽſtruis 1681.a.b.1706.e origo, & cur tandẽ lacteſcãt 1681.b. ſuppreſſorum incõmoda 1685.a. 1686.a.1707.d quantitas & qualitas 1685.a.b. tempus atque terminus 1685.c
locuſtæ aſturia 1983.e
lohoc quid, & quale, & ad quid 451.b
longaon inteſtinum 701.a. 702,c. 707.b. eius villi quales & quorſum 702.a
Lucretiæ matronæ Romanæ mors 122.e. 123.a
luis venereæ damna ad vocem 446.c
lumbi, & eorũ partes 240.e. 1882.d. vnde dicti 241.a
lumen quî fiat 314.d. quid 315.c.e. 316.a. vbi potentiâ vel actu c.d
lumen maius offuſcat minus 291.d.e
lumen oculi ad quid 320.e
Luna 61.b.62.b. vnde dicta, & cur 1043.c. quot diebus orbem ſuũ peragret cõparata Saturno, & quot diebus occulretur, vt deinceps renouetur 61.b. 1244.a b. regit feſta mobilia 1245.d. nihil habet ſtabile tam in menſe coniũctionis quàm peragrationis 1248.c ſequitur motum ſolis, nõ tamen ſemper exæquo, cur 1169.a. dirimit æterna à caducis 61.b
Luna noua quæ: item nouilunium ex Solone 1212.a decimaquarta item 1215.c.d. vnde æſtimãda 1204.b
Lunæ vis ad generationem 1157.d.e. opera clarior quàm Solis, & quare 1168.d. vis quomodo augeatur vel minuatur in puncto tẽporis 1168.e. 1244.b vis in maria 1403.e
Lunæ natura mirabilis & minus cognita, ſemperque mutabilis, qua forma, & quando 1243.e. dominium in fœminas & humores, vnde 1678.a.b. 1694.e
Lunæ apparitio & circuitus quot diebus cõſtet 1169.b 1170.c. mutatio in certis ſignis terragonis & diametris 1169.d.e. coïtus cum Sole triduo fit 1170.e. tempus aliud apparitionis aliud circuitus in Zodiaco 1171.c
à Luna ad ſydera fixa quid interſit 60.d.e
lunatio omnis dieb⁹ cõſtat 29. cũ ſuis minutis 1247.a
luſcinia loquax 1981.d
lux ab igne inſeparabilis 157.d
luxatorum figura & ſitus qualis 942.b

M.

MAcri è natura qui, 1836.b.d
Magiſtratus venales 2114.d
in Magiſtratus improbos 2114.e
magiſtrorum ſæuitia in pueros 2085.b
magnetis proprietas 1300.c
magnitudines æquales quando inæquales apparent 214.d
Mahometi ſimulacrum in aëre pendulum 1300.d

Digitized by Google

Majestas Dei inscrutabilis 206.e
mala bonis in vita humana permiscentur 2114.c
Μανάδια pariunt ova & viuos fœtus, quî 511. c
malæ seu genæ 232.a.b. pudoris sedes 282.c.d. 299.e
malleoli 256. e
maltha quid,& eius natura 187. d
Μαλθακοὶ, molles, qui & vnde 710. a
mammæ 241.585.b. vnde dicãtur μαστοὶ 241.c. quib. in pectore d. quid 242.b. perpaucis volucrib. insunt 473.b. mutis animantib. nõnullis cur non incumbant thoraci : in nõnullis secus e. homini cur in pectore,& earũ vsus 474.a. muliebres virilib. vtiliores 475.a. quî lacte profluant vtero gerenti,deinde gracilescãt 476.b. aniles 479.c. quadrupedũ cur nõ in pectore, at hominũ contra, quorsum d. cur homini binæ,& earum discretio d
mãmarũ vsus & encomia 473.a.b. natura,& cur fœminis lac generent,marib. neutiquã b.c. numerus ferè respondet fœtuum numero 474.a. 684.a. cõmercũ ad cor 474.e. natura vsib. apta ib. & 1678.a situs ratio,numeriq. forma,& vsus 475.c.d. 1674.e vasa cur deorsum e. gracilitas repentina, abortus signum 476.c. vbertas quorsum 987.a. cõpositio & vsus 1670.c.d.1675.a. sympathia cum vtero 475.d 1668.d. 1669.a. 1676.e
Mandrorum nuptiarum tempus & ætas 949.a
mania vnde 1485.b
maniacorum phantasmata præsertim in mulieribus quare 1683.e
manus gemina cũ synonymis 254.c. eius vsus d. cum pede cõparatio,& suis partib. 258.b. quid,& eius partes 1259.d.1277.d.1279.c. articulationis gen' d. homini cur 1271.b.c.& seq. arma ministrat 1271.e organũ ante organa, cur 1280.a. cur diuisa,& quî comprehendat tum magna,tum parua 1280.c
manus cur multiformiter discreta,& quî præhendat 1280.c.d. beneficio carnis velut vnitur quomodo 1286.c. organũ tactus & prehẽsionis qualiter 1291.b interna cur dura d. cur cana planáque e
manus diuisio 250.c.1277.c. descriptio & partes 1252.a 1262.c. homini propria cur ib. & 254.c. motionis ratio 1276.d. 1284.a. opera 1278.c. compositionis summa 1263.b. vsus duplex,& quorsũ talis 1263.d eius præstantia 1271.d. figura cur talis e. pars dissimilaris, cur 1272.e
manus cur geminæ,& sibi obuersę & æquales 1280.d quorsum excarnes 1288.a. ad se conuertũtur,quare 1338.b
manus elephanti quorsum 1274.a
manuũ cõstructio aptata actionib. 1281.a. particularũ vniuersarum vsus in genere 1284.e. motus internus apprehensorius 1288.d. articulatio, partesque 1315.a. præsagia ibid. & seqq. duplex vsus: molles tactui, duræ apprehensioni meliores 394.e 2127.c.d. singulare præconium 1370.b.c
manuũ origo 1266.d. vsus 1272.d.1278.b. effectus varij 1273.b. cõstructio 1274.b. motus 1275.a. 1346.e figura cõpositióque 1275.c. opera bellica & ciuilia 1278.c.d. vis apprehensoria,qualis 1280.b
manibus & pedibus cur potius algemus 1272.d.e
Marci Reguli mors, præferenda morti Catonis, cur 124.b
marcida edulia pestifera, & eorũ damna 368.d
D. Marcus an Latinè scripsit 374.d
mare cur odoratũ, item sal & nitrũ 344.a. omniũ elementorũ particeps, quî 507.c. continet spiritũ ad vitã marinorũ tuendam 512.d. supra terrã,cur non redundet 1380.a. quo capiatur 1381.d. plenilunio purgatur qualiter 1381.c. an rotundũ 1399.e. numquã eadẽ hora mouetur,quare 1404.a. cur salsum, ex philosophis 1404.b.d.e. 1405.a.b.c. 1417.e quid,eiusque dignitas 1405.b. principiũ aquarum quî c.d. cur non redundet à fluminib. 1406.b. an olim deficiet c. quo à fluminib. differat e. an terræ sudor 1407.a. vnde factum d. vnde dicatur 1418.b non minuitur quare 2151.b.d
mare Sodomiticũ vbi,& quale 1408.e. idem & mortuum, & cur salsum 1409.a.b. vnde eruperit c. eiusque natura ibid.
maris cũ igne affinitas 1043.a.b. cũ sole cõparatio b. cũ terra 1418.d. pericula 1418.d. æstus 1382.a. aqua vbi amarior d. salsi causa c.d. profunditas e.
in mari rerum omnium figuræ 1418.e
Mariæ virginis epitheta 1225.b. laus puritatis & legũ obseruationis 1233.e. forma qualis 1626.b.c
Mars 61.a. 62.a
mas sine fœmina nihil facit egregium 834.d.e. an ni præstantior 1874. 883.d.884.d. vbi primum genitus 875.d. an partib. validioribus præditus 887.a
mas qui 971.c. qualiter à fœmina discrepet 831.d.971.b. 972.a.e. 1026.b. quando potissimè generetur d. 1002.d. 1006.e. potiùs oblæsus nascitur quàm fœmina, cur 973.e. quando vocem mutet 974.a
mas vnde dicatur 1022.b. 1045.e.2082.d. cur potius in dextro vteri sinu 1030.e. 1031.b.c. 1037.b.c. prius formatur & mouetur quàm fœmina e. solidior, biliosior,sanguinosior 1032.b. calidior 1038.d.1039.d.e. 1042.b. 1045.c. 1048.c. voracior,quamobrem 1042.c. non potest fieri mulier,cur 1595.e. an plus voluptatis percipit in coitu quàm fœmina 1595.b 1596.c.d. 1598.a. 1599.a
mas & fœmina quid & quorsũ 1021.b.1023.a. 1026.b. quî gignantur 1023.c. 1024.b. 1028.d.1030.d
mas & fœmina mutato coniugio cur demum generent 1728.c.d
maris situs in vtero,forma,& prærogatiua 1031.a. color, pili b.
maris & fœminæ cõparatio, & vtriusque proprietas in homine 885.c.d. in mutis d. discrimen in quo 951.b.c. 1025.a.c. propria instrumenta e. quas habeant partes validiores d.e. eorũ necessitas quorsum : & vtriusque proprietas 1021.b. synonyma & etymologia nominũ 1022.a.b. generatio quî 1023.c. 1024.b. actio e. vis ad concoctionem & origo à corde b. vsus 1026.a. comparatio 1041.c. 1047.c. dispar temperamentum, qualiter consentiat, & mutuo quadret 1715.b. conueniens proportio ad agendum & patiendum,& ad generandum b.c
mares apti ad mares aut femellas generãdũ,qui 1033.a quando generosi,aut mulierosi 1034.a. nõ semper in dextris gignũtur 1057.a.b. obnoxij hæmorrhagiæ quando 1050.a. matribus similes quando,vel alicui maiorum 1614.a.b. 1615.c. quando patribus 1613.c. 1614.a
mares in omni genere minores, ijdem fœcundiores cur 962.d.e
mariti & vxoris concordia in quo 886.a.b
martyrem non pœna facit,sed causa 114.b
martyres linguis excisis loquuti 444.a.b
martyres sanctæ,quæ sibi mortẽ conscíuerunt 127.e

Digitized by Google

128.a.b. & ſeq. 129.
Martyrum conſtantia vnde tanta 1485.d
maſſeter cur dicatur 63.a
maſticatio præparat ad coctionem quatenus 680.a 687.e. 689.b. an ſit prima coctio e. quatenus cibum alterat 657.e
mater eadem nutrix eſſe debet 1671.e. 1674.c. ſit nouerca, niſi nutriat ſuos fœtus 478.b
matris deliciæ in educanda prole 2112.b
in matres nutricum munus auerſantes, ſi exequi poſſint 2111.d
matrum priuilegia 2740.a. pietas & officia erga liberos 878.e
materia quid 51.c
Mathematicorum laus 110.e
matrix ſcrotũ refert, & vſus 901.b. cur inter veſicam & rectum inteſtinum 904.c
matricis ſitus, eiuſque commoditas & ratio 894.b
numerus ſinuum 895.d. internum orificium vbi, quale 912.b.c. figura & vſus 1090.e
matrimonij deliciæ 879.b. matratio generationem promouet 1731.a. 1738.a
matrimonium non leui de cauſa ſoluendum 1109.b
ad ipſum quid conſilij capiendum 1723.a.d
in matrimonio dirimendo, ſeu rumpendo, cautio magna 1104.b.c.d
Mauſolei præſtantia & inſtitutio qualis. 1198.d
maxillæ 132.c. 181.d. cum ſuis partibus 234.e. ſuperioris oſſa 1872.e
maxillares dentes 283.a. & eorum ortus 284.a
meatus à liene ad ventriculum, qui, vbi, & eius vſus 784.a.b.c
meatus cõmunis vrinę & ſemini, vnde & qualis 850.c
meatus ſeminis 848.a. cur rectus & amplus d. cauus e. latus & rectus e. vbi inſeritur 905.d
meatus vrinarius 804.c. eius forma in viris c.d. flexio duplex, at muliebris ſimplex quorſum d. initium vbi 810.a
meatus à cerebro ad palatum, quorſum, & quales 1932.a. 1940.a
meatus à cyſti an aliqui, & quot 1476.a.b.d. 1477.b eorum inſertio, numerus, vſus 775.a.e. 776.b.c
meatus vreterum qui, quales, & quomodo aperiantur 798.c.d. 799.a
meatus in mortuis conniuent, qua de re 1911.e
Mecœnas triennio non dormijt, quî 427.c
μεμφίμοιρα quid 631.b. cur dicatur 926.b. vnde 1708.c vbi, quale, & cur tale 1133.d. 1144.c
mediana vena vnde dicta 1167.c.d. periculoſa cur 1168.a
mediaſtini natura, & vſus, formáque, & connexio, & nominis ratio 469.d
medicamentum quid 641.a.b. 641.c. φάρμακον an ſit aliquod 1434.e
medicamenti vis 1437.c
medicamenta attrahunt è corpore humores congeneres 1435.b. 1439.e
medicina ad quæ vtilis vel non 1509.e
Medicus nonniſi phyſicus 198.e. debet peregrinari 161.a.b
Medici & Phyſici ſcopus & differentia 353.e
Medico bono futuro quæ neceſſaria 161.a
Medici quas herbas à beſtijs acceperunt medicinales 1986.c.d. quæ remedia 1985.d
medius, digitus 253.e
medula vnde in oſſibus 1716.a. quid & vnde dicatur 1849.b c. 2004.b. non omnib. oſſibus ineſt 1849.e an origo ſeminis 1851.a.b. 1852.e. quale alimẽtum præbeat 1851.c. pars ſimilaris 1855.e. à ſanguine 1856.c. qui immuretur 1856.c. an leonib. inſit 1856.b.d. 1857.c.d. an excrementum 1858.e. quid 1856.e 1857.e. qualis in brutis 1857.a. quib. nulla, & ſignũ 1857.c. quib. oſſib. deſit 1857.c. vbi ſeruetur, ac differentiæ 2004.b. propriè quæ, qualis, vnde, quorſum 2004.c. initio rubet deinde colorẽ mutat, quî 2005.d. quæ adipem vel ſebum referat 2005.e
medullæ natura & vſus 1192.b. 1849.c.d. 1852.c. 1856.b.c. 1857.e. 1859.c. origo & generatio 1849.d. 1858.b b.d. 2005.d. natura 1856.a.b.e. 1857.e. conſiſtentia 1856.e. 1857.e. 1858.a. color qui variet 1856.b.d 1857.a. 1858.b. cõcoctio 1856.e. tẽperamentũ 1856.e 1857.d. receptaculũ 1857.b. 1858.b. 1859.b.c. differẽtia à cerebro & rhachitide 1857. 2006.d. 2007.b.c
medulla cerebri vnde, qualis, vbi, quorſum 2004.d
medulla genitalis in ſpina dorſi, cur inter venas 734.a
medulla ſpinalis 237.b. vnde naſcatur 1906.c. 1914.d quot habeat facultates à cerebro 1906.e. 1910.b. ad quid 1925.b. qualis & vbi 1927.a. 1935.c. vbi dura aut mollis 1933.a. cur nec maior, nec minor, 1941.ẽ quî mutet ſubſtãriam 1950.b.c. quî ſpinã imitetur 1942.a. medulloſa & neruoſa quatenus & quorſum 1944.e. 2005.a. vnde & qualis, & diſcrimen à vera 2004.d. 2005.b.c. 2006.e. cur dicatur, & eius ſynonyma 2006.e
Medullæ ſpinalis origo 1009.b. 1918.d. 1923.c. 1941.b.c. 1944.c. 1945.a. cõmunitas cũ cerebro 1942.b 1946.b. epitheta 1918.d. vſus & dignitas 1933.a 1941.c. principia quot 1944.c. figura, & munimẽ 1878.e. 1918.d. 1941.d. natura & temperamentum 1009.b. 1928.a.b. 1940.e. 1944.c. neceſſitas 1941.a.c craſſities æquabilis 1944.d
mejendi cauſſæ 812.e
mel vbi vileſcat 686.e. 1430.d. quibus profit vel obſit 686.e. 1431.d
μῆλα, malæ cur dicantur 232.b
melãcholia cur autumno dominetur 1485.a. morbus 1490.b. vnde & vbi 1491.a. aduſta quæ 1495.e. non naturalis qualis & eius differẽtiæ 1495.d.e. à phlegmate aduſto qualis 1497.a. à ſanguine aduſto a. ab atra bile a. fæci ſimilis 777.b. eius damna d
melancholiæ generatio qualis & quotuplex: itẽ receptaculũ, & ætas 1484.a.b. 1491.d. 1492.d. 1493.e natura 1485.a. differentiæ 1492.a. proprietas & effecta 1492.b.e. diſcrimen à ſanguine atro 1492.c ſynonyma 1492.e
melancholiæ vſus ad ſtomachũ 1495.d. copioſæ cauſa, damnaq; 1496.e. dominantis ſigna 1501.d. 1507.e diritas & vis, vnde 770.c
melancholici quinam præ cæteris 1483.c.e. 1486.e 1487.a. quî fiant epileptici, & contra 1485.c. perſpicaces 1486.a. viſis obnoxij b. venoſi c. inſani vnde c. balbi cur c. libidinoſi d. 1493.b. ſomniant & inquietè dormiunt, cur 1486.d. viri præſtantes 1486.e. 1487.a.c. quibus obnoxij morbis animi & corporis 1487.d. cur triſtes & formidoloſi 1488.b cur cibos plures appetant, & vinum 1488.c. cur ſe perimãt, & crudi ſint, & aluo ſicca ib. cur nictãt d cur atri, hirti d. amaſij, qualiter 1493.b. minus ſomnolenti, cur 421.b
melancholicorum præcipua facinora 1483.b. natura

1485.e. insomnia vnde 1486.a. hallucinatio ibid.
mores 1487.b. habitus varius, vnde c. affectus varij vnde 1487.d. visa varia, & ratio de nõnullis 1488.b
excremẽtũ regurgitat in vẽtriculũ, & quorsũ 1493.d
μέλι quid, & vnde dicta 1258.b
meliceria quid 1515.b
Melito Episcopus Eunuchus à se factus 1117.b
membrana vnde, & cur sic dicta 1779.c
membranæ vsus & differentia à cute 1782.b. natura cur talis 1782.c. generatio 1781.d. 1787.b. temperamentũ 1783.a. cõparatio cũ vena & arteria 1787.b
membranæ cur muco obductæ 1787.a
membranæ cordis vasorum geminæ περικάρδιοι 582.b
fortis intro, quorsum b. ad quid e. itemque intus foras 528.b
mẽbranæ embryonis quomodo fiant 1056.a. 1058.d
membranæ natiũ interiores, cõstitutio & vsus 358.d.e
membranæ oculi, vnde dictæ 291.d.e. 297.b. earum origo formáque 293.b. numerus ibid. cur tenues, albæ, læues 296.e. cur tales 299.b. cur oculis prætentæ 356.c
membranæ venæ cauæ tricuspides 752.b. venæ arteriosæ quæ, & earum vsus ibid.
membranarum vsus multiplex 1784.e. origo & sensus vnde 1785.a.b. 1795.a
in membranis qui affectus cerebri cum dolore, & contra 70.e
membranula superficiaria venæ & arteriæ 522.d. intima 523.a
membrum 245.c
membrum nullum creatum inutile 455.a
membrum virile vnum augeri & minui potest è natura, quorsum 846.d.e
membri virilis compositio, materiáque, & cur talis 846.c.d. ortus & natura 847.a. situs, & ductus gemini 850.d
membrorum Deo tributorum interpretatio allegotica 15.c.d
Memnonis statua mirifica 1300.a
memoria vbi 1964.a.c. 1965.a. 1966.d. 1967.d. 1969.e cur tenax aut labilis 1964.c. quî fiat 1964.e. 1968.c 1969.a.c. quî afficiatur simul cum cogitatione, aut seorsum 1968.e. an homini communis cum quibusdam mutis 1977.b. 1978. an soli propria 1990.c morte aboletur quî 1990.d
memoriæ vis qualis 103.d. læsæ causa, & curatio 566.a
meninx quid, & vnde dicatur 1890.b. qualiter cerebro adhæreat, aut propinquet 1894.d. membranarum omniũ mater 1755.e. cur & quomodo 1805.a an omnium tunicarum principium 1805.b.c
meninx tenuis quî cerebrum subeat 1889.c. 1893.d totum ambit & continet 1893.d.e
meninx dura gemina seu dupla 1896.a. vbi à calua recedat, aut eam contingat 1896.c. quibus illigetur suspensa 1898.b
meningis vulnus vbi lethale, sed per accidens 1892.c vtriusque necessitas qua de re 1894.a. figura 1897.b
meningis tenuis vsus & proprietas 1890.e. 1892.b 1893.c. 1898.c.e. substãtia ratioque 1898.e. cõparatio cum secũdinis & mesenterio 1893.c. natura, situsque 1898.c. facies interna & externa 1898.d
meningis crassę vs° & proprietas 1890.e. 1893.e. 1894.d. varietas 1894.d. natura, figuraq. 1896.a. interior & exterior 1897.c. synonyma 1896.d. situs 1896.d foramina 1897.e. forma, & ligamenta 1896.d
meninges 238.a. quæ & quales 1873.b. qualiter contiguæ 1890.b. vbi cohæreant, vbi non 1891.a. an pulsent 1936.c. quomodo alantur 1892.a. quî coniungantur, & ratio 1897.d
meningum situs, ratio, & vsus 1890.c. 1891.c. 1893.a 1895.c.d. 1897.e. numerus 1891.c. 1895.a. natura, temperamentũ 1890.c.d. 1891.c. 1892.a. generatio, nominis prærogatiua 1890.d. proprietas 1891.d officiũ 1895.a. synonyma 1892.a. ordo 1894.c. ruptura an lethalis 1891.c. cõparatio inter se & cum cranio 1894.a. vsus communis cerebro, & spinali medullæ, 1894.e. differentia ib. 1895.e. magnitudinis analogia & diremptus 1897.d.e
mens quid & qualis 52.c. 58.a. 1069.d. 1958.b. quî se intelligat 1961.d. quod sola immortalis, nõ anima 1958.c.e. 1961.b. quid possit, quidque agat, & quòd simplex & impermixta 1069.d.e. omnia novit, & digessit ac diremit 1070.a. pro Deo omniũ conditore b. eius comparatio cum vísu 58.a. quid ab anima differat 59.c. pro ea, & quid propriè d.e vnde sit 1062.c. cõtinet, exornat, & perlustrat vniuersa 1068.e. regina, nulli immixta 1069.a. sola diuina nihil cum corpore cõmunicat 105.e. 106.a an differat ab anima a.b
mens à natura quorsũ homini data 1271.d. videt sensuum ministerio 328.b.d. per fenestras oculorũ e 329.d. simplex, separabilis, actu æterna 1961.d. sola diuina, à corpore aliena 1989.c. quibus constet & qualis sit 1990.a. imago Dei 18.e. à capite ad pectus transit, cur & quando 572.c.d. cur cogitando intenta non videat, nec audiat d. per omne corpus diffusa b.e. 573.a.b. qualis sit nescitur b. Aristoxẽni harmonia b.e
mens diuina seu ętheria 51.e. per omnia diffusa 572.e rerum opifex 1059.d. 1067.b. 1068.b. extrinsecus adest 1063.a. author & cõcinnatrix vniuersi 1068.d prima entium causa 1069.b
mẽtis diuinitas & prærogatiua 56.c 1958.c 1961.c 1989.d. actio à corpore secreta 1961.c. agilitas à diaphragmate pendet, quomodo 608.b. in somno quæ sit occupatio 429.a. sedes 56.c. an cor? 551.b.c. sinister eius ventriculus 552.e. an caput 571.e. vide Anima. an pectus 572.b. an totum corpus 573.b
mensis quid 1166.b. an constet 29. diebus cũ dimidio exactè 1166.c. minor 30. & maior 29. diebus 1167.c à Luna pendet 1168.b.d. per septenarium immutatur, cur 1169.d
mensis medicinalis quorsũ à Galeno inuentus 1248.c quot hebdomadis constet 1252.c
mensis coniunctionis, & mensis peragrationis lunæ, quî differant 1248.e. coniũctionis superat dies 29. semis 1249.a
mensis Solaris quot diebus constet 1184.a
mensis octauus cur fœtui inimicus 1163.c. eius labor tum penes puerum, tum penes partum 1164.a
mẽses alij naturales, alij ciuiles 1243.b. naturales alij Solis, alij Lunæ 1243.b. 1245.e. ciuiles quot diebus constent c.d. vsuales, qui 1246.a. lunares quatuor specierum 1246.c. & quot diebus constent 1251.e
menses Græcorum vagi & incõstantes 1212.e. Lunæ motum secuti, non Solis quomodo 1213.d. quot diebus constent 1234.c
menses lunares quot diebus constent singuli & vniuersi 1216.e
menses conceptus vnde numerandi 1238.c

Digitized by Google

menſium proportio & nomina apud Rom. Græcos, Hebræos & Chaldæos, & Ægyptios 1224. d
menſes ſiue menſtrua fœminæ quando, & cur citius, aut tardius 1677. c. 1678. a. 1688. d. qua parte menſium 1688. d. 1689. c. quibus minuantur aut aboleantur 1679. b. quando virginibus erumpant 1683. a. b. 1686. c. à conceptu cur deſinunt, & an aliquando prodeunt 1683. c. d. quibus fœminis dolorifici, aut ſecus 1683. d. quando calidiores aut frigidiores 1688. d. quando deſinant, & quibus ex cauſis 1693. d. quibus pauci, vel multi, & qua de cauſa 1694. a. 1697. d. 1698. a. c. vnde colligantur 1695. b. quando cieantur, & ratio 1697. b 1712. a an fluunt etiam grauidis & lactantibus, quando 1697. a. b. 1708. b. 1718. a. b. quot diebus fluunt 1697. e. an malefici & qualiter 1700. c. d 1701. 1702. cur ætate ſuppreſſi mulierem non perimunt 1711. a. b
menſes qua ætate prorumpant aut deſinant 1715. d ad conceptionem neceſſarij, non ſemper, quomodo 1715. e. 1725. b. in grauidis quà ferantur, item in virginibus 1719. a. b. 1721. c. 1722. a
menſium ratio, & cur à conceptu ſiſtantur 476. a color 477. b. vis in orgaſmo 272. e. ſuppreſſorum aut profuſorum damna, & remedia 1684. a. b. c 1691. d. 1692. b. c. 1694. b. 1703. c. cauſæ & tempus 1696. e. ratio ab ætate & anni tempore 1698. d. e analogia cum ſemine 1687. e. comparatio cum diarrhœa & hæmorrhagia 1688. a. affinitas cum lacte 1689. a. 1690. e. 1691. c. origo vſuſque 1690. d 1691. b. tempus, cauſæ, commoda 1693. d. 1699. a malefitia an aliqua & qualia 1700. c. d. 1701. c 1702. e
menſtruus ſanguis qui, & qualis 1078. b. d
menſtrui quantitas quî varietur ab ætate 1679. d. natura, circuitus, & motus 1694. e. 1695. a. dierum numerus 1679. e. ſpatium 1682. d. tempus 1696. c incommoda conceptionis initio 1680. a. colores diuerſi 1708. e. ſuppreſſi damna & remedia 1684. a. b. proximi ſigna 1686. e
in menſtruo qualis virginum color, item adultioris & ſeneſcentis mulieris 1679. c. d
menſtrua quid, & qualiter ad generationem conferant 1600. d. 1601. d. 1602. b. 1609. e. 1620. b. 1621. e. à ſemine differunt in quo 1603. c. 1609. e. cur dicantur 1678. b. 1687. b. 1689. d. 1695. b. c. 1704. a 1706. a. 1708. c. quare fiant, & quando 1686. d. 1687. b. an excrementum vel alimentum 1680. c. 1687. c 1689. d, e. quî moueantur 1682. d. cur nulla aut pauca fluant 1692. d. nutricibus 475. e 477. b 478. b cur ſingulis menſib. 1683. c. 1713. b. vnde ſint 1692. b 1694. d
menſtrua cur nutricibus pauca aut nulla fluât 475. e raro 477. b. aut nulla 478. d. hoc æuo pleriſque e. retenta mentem percellunt, quî 153. a. quo anno deficiant 1687. a. 1696. d. quibus alba 1688. e. eorum effectus 1696. d. & cur dicantur 1697. d. ante & poſt conceptum quid faciant, & à partu 1690. e an malefica, & qualiter 1700. c. d. 1701. 1702. 1709. a. in grauidis quò ſecedant, & cur non exeant 1703. e. an aliquid habêt diuerſum à reliqua maſſa ſanguinis, 1709. b. 1713. c. quibus adſint feminis vel abſint 1711. a. potius peccant quantitate quàm qualitate, cur 1712. b
menſtrua cur ad generationem neceſſaria, & quem in vſum 1711. e. pauca aut plura conceptionem impediunt 1713. c. quomodo ſemen ſiſtant & alant 1714. b. qualiter congerantur, & cauſſa 1715. c. an de fundo vteri manant in grauidis, 1717. e. 1719. d 1720. b. 1721. a. toto geſtationis tempore fluunt nonnullis, 1718. c
menſtruorum commoda vel incommoda 1048. a 1688. e. 1691. d. paucitas vel abundãtia, vnde 1049. e ſuppreſſio quandoque verum conceptum ementitur, & quomodo 1236. d. e. differentiæ 1651. d 1681. a. cauſæ philoſophicæ 1654. c. d. 1665. b. e formæ quot in genere 1654. e. cauſa, moduſque 1677. b. ſynonyma 1677. c. d. varietas à tempore fluxionis, & quantitas, & qualitas 1682 e. periodus & commoda, ac fluxionis differẽtia 1686. e 1688. e
menſtruorum profluuium vnde fit 1691. a. origo 1692. a. vſus, & prouentus cauſa 1694. d. 1714. d vltimus terminus idem & generationis 1716. a virus & effecta dira 1701. c. 1702. a. b. c. 1703. b. c
menſtruatæ mulieris lex 1681. e. concubitus lethalis 1682. b. 1702. a. effecta ibid. b. c. maleficia 1703. a. 1704. 1705. & ſeqq. inquinamenta 307. a. b. c
menſura omnium hominum qualis in reſurrectione 2283. c. d
mentum 232. c. 281. d. à ſupplicantibus tangebatur 1330. c
Mercurius 61. a. 62. b
Mercurius Triſmegiſtus quis, & vnde dictus 20. d
merda cum ſynonymis 247. b
meretrices ſibi crebros procurant aborſus 542. a cur raro gignant 1734. e
meretricum dolus, fraus, & impudentia poſt conſtuprationem 1107. d. e
μέρωψ, homo, vnde dicatur 1081. c. 1082. a
μεσέντερον vnde dicatur 720. b. c. eius glandes ad quid 1830. b
μεσάραιον, vt 720. c
μεσεντέριον vnde dictum, & quòd non ſit inteſtinum 720. a. quid d. vbi ſimplex aut duplex 721. c. d velut tellus alumna quomodo 724. b. eius natura 1804. e. origo, & vſus, & nominis ratio 720. a ſitus, denominatio, ſubſtantia 721. b. vaſa, & eorum ora quomodo claudantur c. an ei vis eſt ſanguificandi 723. b
μεσεντερικαὶ, quæ 715. e. 720. c
meſopleura 240. d. quæ & cur dicta 482. c
metacarpion 251. b. c. quid & vnde dicatur 1261. e eius deſcriptio 1262. c. oſſa quot 1191. d
metalla quæ & vtrum odorata 344. a. b
metallorum inuentio 1173. d. generatio quî fiat, & quid illis commune cum homine 38. b
metaphrenum 240. b
metempſychoſis hominum in mulieres, in feras, in cicures beſtias, in volucres, in piſces 945. d. e
meteora cur dicta, & vbi fiant 66. c
meteorôn omnium communis materia duplex, & cur primùm inconſpicua 68. b. c
meteorôn igneorum locus, materia, cauſſa, formæ diuerſæ, & nominum ratio 67. a
meteorôn humidorum natura, cauſa, locus 67. e. infimorum materia, & differentia 68. a
μετεμψυχωσις ex Ariſtotele 1313. d. & ſeqq.
μήτρα cur dicta 248. b. c
metus quomodo perimat? 2221
poſt mictionem horror vnde 1532. a

Milonis robur 1194. b.d. miſerabilis exitus e
milui & corui antipathia 1985. b
mineralia quibus Planetis ſubijciantur 38. b. c
Minerua orta è Iouis cerebro, quî 559. b
Minotauri origo 1652. d. e
miracula ſeptem orbis 1197. e
mobile ſemper, quot modis 58. c. primum quî cieatur 2066. b
mola 257. d. quid 1645. e. 1649. a. qualis 1646. b. 1649. a an ſine viri coïtu 1649. c. d
mola vrſina qualis 1645. e
molę materia 1646. a. 1648. b. deſcriptio oculata 1646. b. generatio quî fiat, eiuſque ſigna 1029. b. 1646. e 1647. d. 1648. c. diſcrimen à fœtu 1647. a. partus quî fiat 1647. c. diuitiæ & cauſa 1648. d. comparatio cum ouo Zephyrio 1649. c
an ad molam requiratur maris congreſſus 1646. b 1648. c. 1649. c
molares dentes 234. b. c. cur dicti 285. a. b
molles quibus ſemẽ ad ſedẽ cõſluit qualiter 1110. d. e
mollities quid 710. b. d
monſtrũ quid 1665. a. & eius cauſæ ibid. 1666. b
monſtra ex varijs formis conſtantia & coagmentata 574. c. partuũ horrida 978. e. poëtica 1652. d. è diuerſo genere cur rara 1654. e. vbi plura & quo è genere 1665. b. è concubitu dæmonum 1667. b. c
monſtrorum varia exempla & figuræ 1666. a. b. c. d
monſtroſi an reſurgent & qualiter 2183. b
montes cur non adæquentur 2151. b. d
montes ardentes 187. d
montium iuga vnde 215. e
morbi omnes à bile & pituita, qualiter 1461. c. 1462. d. e. 1470. e. qui grauiores 1423. a. primarij & ſecũdarij vnde c. partium ſimilariũ quî fiant carnis d. corruptæ 1424. a. ab igne, aëre, aqua, terra e. animi 1423. a. 1425. a. ab humorum imperie quî fiant 1428. d. à bile qui & quales 1478. c. melãcholici qui 1490. a. 1491. b
morbi cerebro peculiares, & eorũ diuiſio triplex 70. d. e. 71. a. b. qui, quot, & quales 1922. b. c. 1926. e oculorum 331. c. d. linguæ & nerui 2029. c. non à catarrhis, quales 1509. c. ex deſidia 1510. a. à menſtruis quando 1699. c
morborum cauſæ 1422. e. 1423. a. c. 1440. c. 1444. a origo b. 1425. c. ſpecies 1424. d. e
mores animi ſequũtur tẽperamentũ corporis 1459. a
morire moriare, furor eſt 117. d. gloriosè, optãdum 2140. c. benè, optimum d
μορφώσεις cauſæ, & curatio 566. b
mors qui fiat 87. c. quid adferat cõmodi 113. b. migratio in oras fortunatorum c. mutatio eſt in melius 234. c. quibus modis differatur 1509. b. gelida, cur 1456. d. differri nequit 2096. d
mors ex metu & palpitatione quomodo 589. d. ab intercepto motu pulmonũ & brãchiarũ 605. a. cum riſu ex traiectis præcordijs 608. c. ex riſu, quî 2120.
mors homini vnde acceſſerit 2106. b. bonis haud formidãda 2115. d. vitę miſeræ anteponẽda 2116. a. ſenũ indolens c. 2136. d. ſenũ & iuuenũ diſſimilis 2116. e nec optanda, nec metuẽda, nec accerſenda 2139. b. c non metuenda quæ fatalis 2140. c. 2141. b
mors quid 2137. a. b. 2140. d. 2191. a. cur neceſſariò animalib. contingat 2137. a. omni homini neceſſaria 2138. a. 2140. e. quare 2192. e. ſed formidabilis 2140. e communis omni hominum generi 2138. c. d. in omnes imperioſa 2139. a. ineuitabilis ib. certiſſima 2141. b
mors totius hominis quæ 2099. a. duplex quomodo 142. b. 2100. a. b. quænam bona aut mala 2099. b. c 2100. b. quænam appetẽda ib. tempeſtiua optima 2101. c. remediũ malorũ 2117. b. ſecũda, animæ eſt, & qualis 2098. c. d. 2099. a. b. c. cur dicatur 2099. b
mortis neceſſitas vnde, & cauſa duplex à natura 55. a 82. b. e. 1434. c. 1519. b. c. 2140. d. occaſio fugienda 127. a. meditatio ad quid 2116. b. 2141. a. tẽpus quare homini incompertũ 2141. a. b. beneficium 2141. c naturalis cauſæ moduſque 2088. d. 2135. e. 2136. b. e 2137. d. differẽtiæ 2136. b. temperamentum 2137. e memoria colenda 2138. e. 2140. e
mortis Chriſti pretium 2131. e
mortem num ſibi accelerare liceat 2101. c. d. 2139. b. c
de morte beatificante iudicia, 146. d
mortui quinam ſint in riſu 2120
mortuorum futura reſurrectio 143. c. 144. a. b. 2189. a vide Reſurrectio. præmium ac pœna ex oraculo Apollinis 156. a. b
morſus pomi Adæ 438. a
Moſis filij circumciſi hiſtoria 854. b
Moſis Monachi robur 1294. c
motio quî fiat, & à qua cauſa 1065. e. 1067. b. in ſemine vnde & qualis 1028. c. 1051. c. d. ab appetitu quî fiat, & ad quid 1321. a. b. ex mente & ſenſibus qualiter d. quomodo impellat & ad locum quî fiat 1322. b. naturalis & inuita ab alteratione 1324. a. ab initio & à partibus qualiter 1324. b. animaliũ per binas aut quaternas notas obitur 1237. b. nulla ſine quiete 1326. e. per intentionem & inflexionem quî 1328. e
motionis opera & organa 1323. b. principia 1324. c 1325. d. 1326. d finis 1355. b
motus qui fiat 1765. a. 1906. b. 1907. b. 1908. c. quid ad ipſum requiratur 1319. d. 1320. a. b. c. & ſeqq. 1321. b. c. 1352. d. 1817. a. d. 1878. a
motus & ſenſus, comites vigiliarum 417. c. in ſomno languent 423. c
motus naturalis & voluntarius quî fiat 1778. a. & quibus inſtrumentis 1356. d. tarditatis qui & vbi fiat 1151. a. tonicus quis, & quomodo fiat, dolorem q; pariat & laborem 1357. e. 1358. b. 1359. a. progreſſiuus à quo fiat 2067. a
motus infantis quoto menſe, & qualiter perfecto fœtu fiat 1227. d. 1235. e
motus cordis duplex, & eius actio 487. a. manuum quotuplex 1346. e. pedũ 1347. b. muſculorũ 1357. b
motus cœli rapidus an terram ſiſtit 213. e
motus principium 1321. e. 1322. d. 1330. d. cauſæ 1323. a 1353. a. c. 1355. b. 2066. c. 2067. d. noxa quãdo maior aut minor 2038. e. 2039. a. b. ſymptomata quot, & eorũ nomina 2040. c. d. localis initia duo 1314. c. d voluntarij organa quæ & quot 1768. b
ad motum quæ requirãtur 2039. d. 2067. d. quæ ipſum inhibeãt 2040. c. & an difficilius ipſum perire ſeruato ſenſu, aut contra 2039. e. 2040. a
motus locales, qui & quot 1300. d. qui actu vel potentiâ 1613. e. 1614. c. proprij quî fiant, & qui fibrarum adminiculo 1778. b. oppoſiti non poſſunt ſimul fieri 1765. c. 1820. a. quomodo agant aut pereant 1823. e
motus animi vnde 99. c. capitis quot, quales, & quî fiant 1885. a. b. 1886. c. 1887. b. c. colli 1985. d. 1887. b

motus Lunæ velociores, aut tardiores, aut ſtationarij, qui, & vbi fiant 1251. a.b. tempore Galeni non fuerunt cogniti, ne ipſi quidem Ptolemæo eius contemporali 1252.c.d
motuum genera 2066.b
mucus narium 231. c. an ſit pituita 1466.b. qualis 1510 c. 1512.d
muci à naribus fluentis varia appellatio 361.a. depoſitio à cerebro qualis 563.a
μυῖαι, quid, vbi, & cur dicatur 1849. c. 2004.a.b
mulier quid, eiuſque depictio & periphraſis 887. d.e ſubdita viro, & huius cauſa creata 883. d. propter virum, non contra e. in eius poteſtate quatenus 884. a. Dei opus & imago 886. d. ex viro & propter virum a
mulier vnde dicta 996.e. 1012. b. 466.a. quod ſit pituroſa, ab indictis 1043. e. rariori & teneriori carne quàm vir, quî 1045. d. imberbis, & quando barbata, & vbi 268.b. non caluet cur 270.e. cur glabra tota, & eius mores 278. e. cur in partu & menſtruis refrigeretur 895. b. imperfectior viro, habet tamen partes eaſdem 900.d. cur raro ſuperfœtet 920. a. quæ concipiendo apta, & quomodo, vel quando 997.a
mulier an ſemen proferat, & quale 1561.b. 1600. 1601 & ſeq. cur menſtrualis 1602. an haber vaſa ſpermatica 1602. a. 1604. b. 1604. e. diu gerit vterum cur 1080. d. non poteſt geſtare fœtum in cornib. vteri, cur 1085.e. grauida an ſemen profundat 1092 d.e. olim quot diebus à partu immunda habebatur ob ſanguinis fluxum 1133. d. an pollutione afficitur, & vnde 1602.e. quæ plus euaporet in coïtu 1603.a quando coïtu abſtineat 1602.b. an ſuperfœtet 1642. a. 1644.b. an ſola molam pariat 1646.b 1648.e. 1649.c
mulier lunatica, qua de re 1676. b. 1678.b. 1686.d 1697.c. menſtrualis potiſſimè, cur 1676. c. 1686.e 1687.c. 1688. b. 1690.a. 1701. c. 1701.d. qua ætate 1677.c. 1678.c. ſanguine abundat 1689.b.d. 1696.a morbis à ſanguine rariùs afficitur, 1699. b. quando podagrica c. animal nocentiſſimum 1700.d menſtrualis inficit ſpecula, qualiter, & ratio 1710. b
mulierem non excuſat infirmitas 16.b
mulieres obnoxiæ ſuffocationi ab vtero 49c.d. quæ magis doleant in partu 1128.b. quandoque fallantur circa conceptionis tempus, & quomodo 1136. d.e. quæ lacte & menſibus abundent, quæ non 1670.e
mulieres barbatæ 232.a.828.b.c
mulierum ſagacitas ingenij 875. a. 961.a. fortitudo 875.b. venuſtas præcipua c. miſericordia & commiſeratio in Chriſtum 876.a. corpora ægriùs igne abſumuntur d. tardius ſubimerguntur ibid. proprietas circa puerperium 979. e. temperamenti indicia ex colore & ætate 1015.a
mulierum ſubito gaudio mortuarum hiſtoriæ 409.e
muliebria 247. c.d. & ſeq. quî differant à viri lib. 818. a.b. 896. c.d. 897. a. 900. c. cur foras non prodeant, & inde vtilitas 1027.d. 1028.b
mundus vnde dictus, & eius ſynonyma 1.a.b. à Deo quomodo 3.b. imago eius qualiter 4.c.d. quomodo ſtabilis conſiſtat 203. c. 204. a. globoſus b. an rotundus 1392.a. e. an animal, & quale, & à quo moueatur 1403. d. hominis cauſa factus 841.c 844.a. 2121. b.c. 2121. d. 2125.e. qualis, & vnde compoſitus 2142.e
mundus quid 2153.c. 2157.e. cur dicatur 1862.a. 2141.d 2153 c. 2158. a. an ſolui queat 2143. a. an animal 2157.d. & quale 2158.b. cur vnicus, ilque impaſſibilis & qualis 2143. a. ſphæricus, qualis 2143.b. 2147 d. vnde, & an ab æterno 2161. d. 2163. c. an occaſurus 2143.d. 2146.e. 2147.a. c. 2148.d. 2149.d. 2151.a 2156.b.c. 2157.c. 2167. 2168. 2141. 2142. an genitus & à quo 840.e. 1191.c. 2142.c. 2144.a 2145.c.e 2148 a.b.e. 2149.d. 2151.a.c. *2153.a. 2154.* a. c.d.e. *2155* a *2156.* a.b. e. *2157.* a. b. c. d. *2160.* b. *2163.* c. ad quid *2145.* b. *2147.* a.d. an ſempiternus & incorruptibilis 2144. b.e. 2145. b.c.d.e. 2146.d. 2148. a.b. 2153 a b.c, 2154. a.b.d. 2155. b. e. igne finiendus 2144. e 2150. a.c. 2152.b. 2156.c.d. 2166.e. 2168. e. 1191. c.d an hominum cauſa factus 2147.a.b. cur à Deo demoliendus 2149.b. nõ abolebitur, quare 2149. c.d 2150. d. non poteſt deſtrui à cauſis internis cur 2150.d. an caſu factus 2155.a. d. an fieri nequit melior, an & perfectior? 2155. c. in chaos priſtinum recidet, at reſoluetur 2156.d. nouus erit poſt hunc 2160. e. quot millibus annorum durabit 2164. e
mundus à Deo quibus modis purificandus & reformãdus 2169.a. 2102.a. olim igneſcet, qua de cauſa, & nouus excitabitur 2169. c. 2103. d. an peribit 2169. d. 2193. a. tranſmutabitur 2170. c. inſtaurabitur 2193.e. non abolebitur 2199. d.e. ſed immutabitur 2200. c.e. 2201. a
mundus triplex, Deus, vniuerſum, & homo 1.a.5.a
mundi rotunditas quî cohæreat & aptetur 1380.a partium ſeries e. excellentia 2128.b. 2141.d. conditor qui 2142.c. partium comparatio cum homine 57.d figura præterit, non ſubſtantia 2201. a. 2203.d æternitas concilio condemnata 2101. e. renouati analogia ad humana corpora renouata 2103. e
mũdi perfectio ex quo 2143.a. prima origo 2157.e. 2158 d.e. 2159.d. cõpoſitio qualis 2143.c. idea 2159.a. elementa 2144.e. 2159.a. præſtantia & energia 2145.b 2153.d. organa quæ 2145.c. partes intereunt 2151.b c. labes à quo impediatur 2152. e.d. regiones, & earũ incolæ 2153.b. diuinitas quanta 2153. d. partium diſcretio 2158. a confuſio tempore iudicij 2168.d
mundi conflagratio 2169. b. conſummandi forma 2198.c. inſtauratio 2171.d. qualis 2198.a.b.e. inſtaurati delicię & magnificentia 2198.b. cõditio 2198.c renouatio cur dicatur interitus, & quomodo 2200.b. qualis ibid.a
mundo reſoluto an alius inſtaurabitur cur 2150. a.e 2169. c.
an mundi plures ante hunc extitere, & an noui ſuccedent 2160.c. d.e. 2163. b. 2193. b.c. quatuor, quî 2129. c
mures in viuis ſuibus nidulantur 1835. d. eas rodunt 1839. a. in nauigiis creberrimi vnde 835.e. ſponte enaſcuntur 838.d. 844.c
mures de muſculis cur, & vbi 1818.c.d. 1828.b
mus brachij 152.a
muſca ferrea volans 1402.a
muſculus quid & vnde fiat 1816.a. 1818.c. 1824. e. 1825 c. 1826. d.e. 1818.a. vnde & cur dicatur 1818.c. 1828.b quomodo agat & quãdo 1819.e. 1822. b. 1823.d. 1824.a an omnis in tendonem deſinat, & qui potiſſimum 1822.c 1823.c. 1826.a. numquam non tenditur, quî 1824. d.e. qualiter ad os ſe habeat 1824.d

Digitized by Google

musculi magnitudo actioni respondet 1769.c. generatio qui fiat 1770.a. analogia cum mure, item cũ lacerta 1818. c. d. periphrasis & descriptio 1820.c 1821.a. compositio & nomen vnde 1768.e.1819.a.c 1821.c.e. 1823.a.1825.a. d.e. 1827. a. 1828.a.natura,& partes 1819.b. 1820.c. 1821.d. 1823.a.b.1825. e. 1826.a 1827.b. vsus 1819. b. 1823. a. 1825. a. actio propria 1823. c. 1824.a.1827.c. figura 1819.c.1821.d. 1823. a.b 1824.d. motus quot 1819. e. 1822. a. 1824.a. secti damna vel incisi 1823.d
musculi ad quid 300. d. cur ossibus insternãtur 261.e prima motus instrumenta 1184.e. aptantur partibus mouendis, quomodo 1192.a. præsunt motui voluntario quibuscum 1817.c.d. 1823.a.qui simpliciant compositio 1822.b. agunt alternatim 1820.a. qui antagonistis careant 1820.a. antagonistæ qui 1765.c. quorsum 1822.a. 1824. e. antagonistæ quomodo agant 1357. a. b. quomodo qui videntur quiescere d. qui tendones habeant,1770.d.& quinam in eos desinant 1771. b. transuersè secti vix vniuntur, cur 1819.a. 1823. a. qualiter ossa moueãt 1822.d.qualiter sese 1823.b. an sine neruis 1826.d.e 1827. b.
musculi abdominis, quot, quales, & quomodo siti 617.e. 618.a. 804.a. eorum fibræ & vsus b. intercostales an soli inspirationi seruiant 481. c. d. an thoracem dilatent, an contrahant, an vtrumque præstent d. penis quot,vbi,quorsum 988.e sphincteres, quorsum 653.b. testiculorum virilium, & vsus 870.a.vocales vnde neruos habeant 457.c
musculorum motus voluntarius 519. a. actio eguit neruis c. villi quot,quales, & quorsum 1819.d.ortus varius quare 1822.e. 1826. b. situs varius 1819.e vulnera quæ prana 1822.b. ventres qui 1820.c.rensio duplex 1824.e. numerus & differentiæ 1820.a.b officium,nexus, vsusque 1821.a. b. caro qualis, & vnde,& vsus 519.b. 1820. b.c. venæ,arteriæ, nerui 1827.e. fibræ 1828.c. differentiæ vnde sumantur 1828.b
musculorum rectorum & obliquorum actio 1347.d situs è directo partis mouẽdæ c. interiorum & externorum actio 1357.a. motus geminus b.
musculorum intercostalium internorum & externorum actio 483. a.numerus ibid. vsus ad respirationem 436.d

N.

NAnorum quorundam vita trima 980. e
Naphta & Maltha quid,& ambarũ natura 187.d
narcoticorum vis 420.c.
nares 231.b.c.282.c.341.c. 1368.d.cur humectæ 341. d vnde dictæ 463.a. 372.a. cur molles & mobiles b.c & earum forma d. 373.a
narium mucus inhibet odoratum, qualiter 342.d.foramina: vide Foramina:membrana: vide mẽbranæ
naribus obstructis inhibetur via spiritus 356.a
nasus, eiusque partes 231.b.c.d. 298.a. 299.e.vnde dicatur 372.a. cur in medio vultu 64.e. semita odorabilium 358. c. quod non odoratus organum b qualiter compositus c
nasus ridiculus, & inde cognomina 373.e. quibus ab ortu non foratus,quamoorẽ ibid. & 274.a.amissus qua arte reparetur.a.b
nasi partes 231.b. 371.e. situs 372.a. ossa,sutura cartilagines,motus ibid. septum d. ad quid, eiusq. forma & origo c.officia, & naturæ in eo solertia ibid. cum alembico comparatio 373.a. forma decora ibidem.
nasuti hominis ad alia comparatio 373.d.e
nassa 844.a
nates 256.a. pro cauda b. 714.d. propriè quid ibid. & 715.a. quorsum 715.a
natium vsus 279. c. 1331. d. constructio in homine 714.b. c. densitas quorsum c. forma 715.a
natura quid 4.b. 1058.a. fusa per partes quorsum 80. d. non patitur vacuum 175. b. non caret arte, & huius comparatio cum plastis 224.a. nil facit frustra c. studet partium pulchritudini, vt & aurium 338.a.b. quo ab anima differat, 1058.a. quot modis dicatur 1065.e. 1066.b.c.d. quid apud Medicos & Philosophos 1067. b. c. docet infantes & fœtus, omnes partium actiones 1138. c. medetur morbis d. 1139.a. per se operatur 1138.d. per se sapit 1138.e à nemine docta e. 1139.a. docet animantes vsum partium 1140. c.d
natura muliebris 245.c
naturæ vis quibus pateat maximè 112. c. quàm latè fusa 204.a. ad generandum 1051.a. ingenium in creando 319. a. actio mirifica 1139. a. in morbis & sanitate b. dignitas supra administras c. opera mirifica d. in animalib. e. prouidentia 1140.b.c. 1142 b.c. in formando fœtu 1151.d
nauigantium audacia & periculum 1860.d
nauigationis priscæ historia 210.b.c.innẽtio 1273.d.e
nauis ab ape occultata 505.a. 1295.a.b
Nausimenis vxor muta facta viso facinore inopino 444.a
nauticæ artis vsus & commoda 2069.e
Nazaræi criniti 271.e
nephritici qui dicantur 769.b.c
nephriticus dolor vbi & vnde 808.b
νεφροι, renes,vnde sic dicti 793. b
Nereïs capta fleuit,& eius forma qualis 1230.e
nervus quid & vnde dicatur 1899. b.c. 1902. e. 1910.e omnis sentit, at non omnis mouet 1890.b. an aliquis sine pari, & vnde 1901. c. 1913. c. 1915. d. non regignitur, nec solidatur 1905.d. à cerebro exortus quî fiat motorius 1908. e. quomodo musculo inseratur 1914.e. omnis tactus particeps,non motus 392.d. an pars cerebri 315.b
nervus cordis,& huius motus qualis & sensus 535. a 535.d. vnde 537.c
nerui optici compositio, & quòd non sit canus, & qualiter à spiritu perfundatur 2015. c.d
nerui quomodo generati 1762. d. 1763.b. vnde alantur 1763. b. pro tendonibus & ligamentis 1766.a 1767.a.d.
nerui vnde, & quales 1900.c. 1904.d.e. 1934.e. 1935.b 1936. e. 2007.e. ad quid 262. b. 300. d. molles ad sensum, duri ad motum aptiores, cur 335.c.1900 c. 1919.b. an aliqui sub coccyge 1913. d. septem coniugationum quî motui destinentur 1900.d & vnde ortum habeant 1912. a. b. c. spinales ad motum & sensum 1900. d. quot & quorsum 1906. a. 1912. e. 1938. d. & ex quo compositi d. e. omnes in ortu sunt coniugati 1901.b duo insignes in corpore 1903.a quomodo compacti, & cur ductiles 1903.d. e. vnde exorti & quorsum 1903.e. 2008.a optici an poros habent 1911. c. 1914. b. 2023. cur corrigunt 319. b. in corde ad quid 1904. b. 1910.d

an cauì 1905. d.2021. e. quî nutriantur 1909.c. ſenſifici qui propriè & quales 1907.b. 1908.b.1909.b an ab antico cerebri 1911.e. mototij capaces ſenſus tactus 1907.c.1908. b. quales & vnde 1911.e. ſpinalis medullæ quò ferantur 1907.e. 1910.a. qui duri molléſue dicendi 1908. c. & vnde oriantur 1909.b 1929.a.
nerui vnde prodeant & qualiter 2009. b. an à ſpina 2008.a. non à corde cur 2008.b. 2010. d. an à ſubſtantia cerebri 1800.b.c.2006 a.c.d.2009.a.b.2010. d. 2017.b. an de meningib. 2008.e. quid ab eis accipiant 2010.e. nõ habent duas tunicas 2011.b. qua ſui parte ſentiant,aut moueãt 2018.c. 2030. d.2035. d. omnes ſentiunt,non tamen mouent 2026.d.e
nerui ſenſifici qui, & quales, & quorſum 2031.c.2035 d.e. qui ſenſum, & qui motum peragant 2033. d. 2035.b. auditorij qui,vnde,quorſum 334. c. cur nõ nudi,& tamen aperti c. cur duri & quatenus 335.a. vnde 336.c. viſorij item 64.d.tactus quales & vnde 392.d. ſenſuum, molles à cerebro e. tunicæ naſi vnde,& quales in lingua 359. a. partium virilium & muliebrium quot,& quales,& quorſum,& vbi 903.e
neruorum ſeptem paria à cerebro, eorumque vſus, & origo,& inſertio ad ſenſuum organum 62. c. diſtributio coniugationum d. an plura 63. d
neruorum tres ſcopi 400.a. 1908.c.origo num à corde,cur,& quomodo,535.a.b.certa à cerebro & ſpinali medulla,c. 537.c.d
neruorum genera quot & quæ 536.c.d.1766. c. 1767.e 1899.b. 1904. 1905. a. b. origo & actio 1287. a. b. 1899.c. 1901.a. 1903. a.c.d. 1904.a. 1905.b. e. 1906.a. 1907.a. c. 2067.e. differentiæ 1899.e.1905. b.1908. b.c. 1763.b.c.1768.a. proprietas 1763. b. c. 1768. a. comparatio in motu & ſenſu 1900.e. coniugationes quot & cur dicantur 1901.a.c. à ſpinali medulla vnde oriantur 1901. d. e. 1902. a. b. diſtributio æqualiter quî fiat 1901.a.b. 1903. vſus & locus 1287 a.b.1902.c.1905.b.1906.b. 1912.a.1915. b.1022.b. figura 1905.b. ſubſtantia 1905.c.1907.a. 2013.a. temperamentum 1905.c
neruorum tunica vnde orta 2010. a. natura triplex quæ,& vnde 1768.a.2011.a. facultas gemina 1770.b 2031.a. generatio vnde 2012.a.b. qualis 1903.b. corpus animali ſpiritu turget 2016.a. ſenſus vnde 2017 d. an à cerebro 2013.b. 2017.a.2032.d.e. vis quanta, & quomodo pereat 2021. b. compoſitio & partiũ vis 2022.b.2025.d
neruorum colligantium vſus 1762.e. partes,diſcrimẽ & nomina 1762.e
neruorum durorum & mollium proprietas & origo 335.b. 1908.d. 1909.a.b. 1929.a. ductus & ortus 2030 e. duricies vnde 2009.c.d. 2010.e. alimentum vnde & quale 1909,d.e. an plus quàm ſeptem paria à cerebro 1914. c. & eorũ inuentio 1915.a. à ſpina quæ & quot 1914.c.1915.b. 1919.a
neruorum opticorum origo,& vis 319.a. interceptio quorſum 321.b
neruorum linguæ origo & inſertio 380.d.e. diſcretio 381.a
νῶτον vnde dicatur 1899.c
nigrum oculorum 231.a
Nili incrementum & efficacitas 1401.c. inũdatio quî, quando,& quorſum fiat,& quanta d.e. cauſæ e
nomina rebus quis impoſuerit 2003. e. quando pueris olim indita. 1164.b
νὺξ & ὄψις an differant, & ambarum affinitas 106.a.b
nox quomodo fiat & qua de cauſa 1180.b
nubecula rubra in vrina & quorſum. 1530.d. 1534.d.e 1543.c
nubes palpabiles quid 2019.d
numer. pond. & mẽſura quatenus in Deo 3.a.b. 6.a.b
numerus par an fœmina,& impar mas ſit 1255.b
numerus mathematic. primus entiũ qualitet 1254. b
numeri vis ad vitam & ad mortem fœtus, in quo ſita 1159.e
numeri aurei neceſſitas 1215. a. 1222.e. vſus mirificus ad quid 1223.a. præſtantia & antiquitas 1224.a
numeri non ſunt ſubſtantiæ & entium cauſæ quomodo 1254.b
nuptiæ non debẽt contrahi intempeſtiuæ,cur 948.b
nullæ à reſurrectione 2180.a.b. 2184.a
nuptiarum legitimũ tempus metáq. viro & fœminæ 947.b. immaturarum damna 948.d. 950.c
ad nuptias contrahendas quid conſilij ineundum ſobolis gratiâ, 1723.a.d
nutricis à puero alumno concipientis hiſtoria 949.e.
nutricum alienarũ miſeria & vitia 2084. c. delectus, & vitia qualiter corrigenda 2111.d.e
nutricib. conceptio & menſtrua rara 475. e. 477. b. 478.d. voluptas in lactendo quorsũ 477.e.
nutritio quî fiat 38. e. 637.a. 1437.d. in quo 370. c. & vbi 1518.b.c. per alterationẽ quomodo? 634.d. quid 640. b. 641.c.d. quòd ſit naturalis 648.d. ſummum naturæ opus, & quot gradibus fiat 687.a.b

O.

OBedientiæ vis 2104.d
obeliſci Solis 1298.a. Ramiſis b. mirabiles c
obeſa ſterilia cur 1838.d
obſtetricũ ſolertia 1101. d.e induſtria in humectando vtero 932.b. officium & munus 1724.c
occiput 228.b. an vacuum 1889.b 1925.d
Oceani æſtus à quo 1401. b. notus Homero 1402.b refuſio vnde 1402.d. reciprocatio,eiuſq; cauſæ 1402 e. fluxus ac refluxus 1403.a
oculi 230.b.c. quare antici 62.e. micantes 73.c.319.c.d an igneiì 73.d. humani quatenus aſtra æmulantur 74.a. cur humẽr 280.c. vnde dicti, & ad quid 297. e ſolem & lunam referunt 288.b. vnde dicti c. nõ ferunt violentam lucem 291. c. puerorum cur cæſij 296.d. cæſij & nigri vnde,& quî cernant e.
oculi,cur aqua & nõ emphaſis 304.c. cur pingues in ſanguineis,& quòd nunquã congelent d. in exanguib. tunica ambiri ſoliti ibid. cur rotundi, nõ autem caui 306.b. in menſtruis patiũtur, quî 307.c.d quomodo feriant intuendo 309.a.c. ex ſe acres vibrant radios 310. b. 314.b. cur lucidi, rotũdi, antici, verſatiles,vuidi 329.c. humani varij ac differentiæ 330. b.c. talparũ b. quib. nulli ibid. Auguſti & Tiberij c.d. inconniuentes ad quid d. animæ domicilium e. cur lubrici & feneſtrati 331.b cur in anterioribus 336.b. cur à tenebris in lucẽ educti, ægriùs cernãt 406.b.c. an egent capite 2000.e. cur ſublimes 2001.e. in acephalis vbi, & munimen 2000.b hominum,molles,quo munimine egeant 1000.c.
oculi puerorum quales & quamobrem 974. d. faſcinantium quales 308. a. d. monſtroſi b. ſine palpebris 346.c. cur in ſomno ceſſent 357.c
oculorũ radij quales, & an ignei 73 b. fabrica, & natura ignea, qualiſmodi 76. b. 311.c. decor & vſus 226. a. partes 230. b. c. d. e. 282. a. 2001. e.

Digitized by Google

colores varij.231. a, compoſitio.289.a,ſitus,& munimentum,287. c. 2000. d humores, 289.290.
oculorum figura, & ſitus ratio, 289.c. 299. c, partes, 292. a, b, c, humor & venulæ ad alimentum, d,e, colores vnde 294.c.296.b.fabrica artificioſa,297.a orbes,e. munimenta,299.d,motus & figura,300.b officia in videndo & diſcernendo, 305. a, radij diuulſi, 305. c, lumen, 308. e, radij cor lancinant, qualiter, 309.a
oculorum ſitus æqualis,cur 318.e.vnio 320.c. natura & communio cum aëre 326.c. vſus & beneficium 327.b.finis,& applicatio moralis 327.d. fabrica 328. c. commendatio, ſitus,vſus 330.b,colores & phyſionomia e. compoſitio & ſecuritas 331. b. morbi 331.c. ſympathia cum cerebro & ſtomacho d. vitia,& ex iis cognomina d.e. mortuorum claudēdi & aperiendi ſuperſtitio,quorſum 331.d
oculorum laus, & eorum vſus 1365. d. analogia ad Solem & Lunam e. ſitus 1367.a. munimen c. pupillæ & orbes.d
oculis cur à ſomno lux obuerſetur 73.c
odium in hepate 1217.a
odor quî percipiatur 341.d. non percipitur è longinquo,cur 342.c.quid, & cur in cerebro percipiatur d.e. eius cum ſapore affinitas 343. a.b. vnde pendeat e. quid 344.b.c. 347.c.348.c.349.d. quid non ſit e. quî fiat d. ſolus, vel cum ſapore, & eius proprietates 345.b.quî petat cerebrum vel afficiat 345.d.an ſit vapor 349.a an poſſit alere 349.c.d eius affinitas cũ ſapore e.fit permixtione cur e. & 350.a à calore omni intẽditur a.b. vnde in ſolo algido& alſioſo d. quib. augetur b.c.531.e.352.a, quomodo cultu mutetur 351.b dulcior,qui tẽperatus d. quomodo cũ ætate plantæ immutetur e. quomodo ex ſapore a. b nimia ſiccitate aboletur b. quòd ſolo inſpiratu dignoſcatur, ac non à narib. 359.e non penetrat naribus obductis, cur 360.d quid habeat commune cum ſapore, & quomodo fiat 367. c.in re ſimplici d. à frigido & ſicco, & vis 368.d.e
odor alimentarius qualis,& ad quid,præſertim odoratus 345.c.d quibus gratus vel non 345.a
odor grauis, fœtidus, marcidus, rancidus 368.b agreſtis c. amœnus d. ſuauis, aromaticus e. antherinus, carinus 369.a & eorum vis b. pinguis c oleraceus,terreſtris,melleus,temperatus d.
odor aromaticus rex omnium 368.e cur ab vtero ad verticem ſummum penetret, & quando, vel quibus quídque portendat 1015. e ſuauis à calido & ſicco, & vis 368.e teter adfert perniciem animanti 353.b omnis prauus ex praua coctione oritur 368.c mediocris,& eius ſpecies 369. e plantarum & florum 350.e.351.a.b.c herbarum e
odoris ſuauitas ex coctione 350. b qualitas à cœlo & ſolo d. poteſtas pro natura ſubiecti variatur 351.b ſubiectum 353.c.d ſenſus vbi 354.a
odoris agreſtis ſpecies,& ſubſtantia ſingulorum 368 c.d
odora vis canum & anſerum 347.a
odorabile calidum quà de re 343.a
odorabilia quàm procul ferantur 347.b
odorabilium ſubſtantia 342. e in homine & belluis diſcretio 349.b ſumma duo genera, & analogia ad ſapores 366.c.371.b
odorandi organum vnde, vbi,quale 62.c
odorata omnia an amara, calida, & quæ 350.a. per ſe non alunt 631. c frig. humid. & vis ad ſomnum 368.d pinguia,craſſa 367.c.d
odoratis cor delectatur 341.e
odoratus 64.b naturæ ambiguæ 65. e quid 358.a quî fiat 306.a 347.a 354.a 598. d quî ſenſuum medius 347. b citra reſpirationem vbi 346.a
odoratus obtuſiſſimus ſenſuũ qualiter 341.b quomodo fiat, & vbi b. & 342.c. illius organi deſcriptio breuis c. cur in ſublimi,& quî fiat, & cur narib. apertis, ſed anguſtis d. quî fiat acutior 342.a qualis b. quarum rerum c. quare hebetior d. homini qualis 343. b. ſolus ſit in cranio, & quomodo 360 b.c ſenſuum medius 363.e
odoratus hominis 345.c.d ſimplex e. brutorũ mixtus e. vnde ſagax 350. e. 352.c.d
odoratus organum vbi & quale 354. b. ei prætenduntur tunicæ, contra Ariſt. 354.c quodnam illud 350.b
odoratus inſtrumentum 359.b ordo in ſenſibus d ſedes genuina vbi,cur vaporoſa 360.b.363. d.366.a munimentum c.organum cur auditu rarius ibid. operculum cur perforatum 361.d inſtrumentum ſine reſpiratione mancum 362.c.d meatus quî repurgetur 363.b conſenſus cum guſtu 365.e 366.d abolitio vnde 365.a oblæſio vnde 533.e
odoratui quando prætentum velamen, vt oculo, aut ſecus 353.c.354.c
odore quænam careant 371.b
odores qui per ſe grati in cibo,vel minus 345.a in quo gignantur, & quomodo 364. a quomodo medij inter aquam & aërem c.d. ex ſaporib. cognoſcũtur, & nomina mutuantur quomodo 365.b.c.d quomodo ab igne immutentur 369.d.calidi an iuuent cerebrum 349.a. mixti 369.a
odorum differentiæ 343.c. 364.b. 367.a.369.c. proportio cum ſaporibus 344.d.e. 365. a.b. c. ſubiectum e mixtio artificioſa 343.b.ſubſtãria 359.d. diſcrimina an aliqua & quæ 364.d.367.a. genera quot & quæ 364.d.e. 368.b. 369. a.b. ſpecies 366. d. 369. a.b. nomina vnde ſumenda 371.b.varietas variè afficit animantes 347.a. finis & analogia cum ſaporibus c
odorum ingratorum ſpecies ſine nomine 366.b.d fœtidorum differentiæ plures 368.a. b
œſophagus 236. b. vnde dictus,& quantus, & vbi, & ex quo 447.c. 448.a.nonniſi cum collo ibid. quid agat & quomodo. ibid. comparatus maſſæ 449. d quid 458. b. eius ſitus, & nominis ratio 458.c vſus,& quæ habeant aut ſecus 459. a. quibus neceſſarius 459. a. eius natura & ſtructuræ ratio. b fines 460.e. quid 644. e.an eodem foramine cum aorta arteria ſeptum traiiciat 646.a.b
œſophagi diſtributio 598.c.natura & vſus 624.e.643. c. ſitus & cõſtructio 644.a. lubricitas vnde d.vſus duplex 645.a.tunicæ a. ductus & nexus c.d. ſynonyma 624.e amica congreſſio cum magna arteria 645.e. cum aluo commiſſura 646.a
olfactile quid & vbi fiat, quóque modo 347. c. eius natura ſedeſque 343.d. vſus 373.d
olfactus quomodo fiat 341.d. hominum deterrimus 350. e. 367.a quo fiat medio 352. e cur in cerebro 361.d
olor impendente fato ſuauius canit 403.e
omentum cur dictum 620. a.b. homini maximum c an poſſit conceptum impedire? d. cur denſum, lene, calidum,leue,adipe & vaſis confertũ 621.a.b

quando computrescat cur tenue, densum, pingue, 623. c. iuuat coctionem qui 621. c.d. 1837.c 1847. b. 1848.a calidum 1847.e
omenti synonyma 620.c. vsus & compositio, & nexus, & figura d.e. forma qui deprehendatur e. magnitudo & vis calfaciendi, & coctionis iuuandæ 621.d. compositio cõtrouersa 622. a. adeps, & eius vsus b.c.e. natura, ortus 623.b
omoplatæ cum partibus 238. d. & earum etymon, vsus, figura 470.d
ὠμοπλάτη vnde dicatur 243.e. 615.c
ὀνειροπόλος 426.d. vnde, & quibus 1548. d. qui fiat 965.e
onus omne grauat 1359.a
onus annorum & senij 1359.b
onera cur in læua gestantur 1315.d.e
ὄνυξ, vnguis, vnde dicatur 1264.c
opera facta non potuerunt esse æterna qua de re 2161.a
operum naturæ & artificis dissimilitudo 213.e
opinio quid 60.a
ophthalmia transit aspectu in alium, quomodo 309.c
Ophyogenum, Psyllorum, Marsorũ, miracula. 978.a
oracula de immortalitate animæ 143. c.d. 148. b. de resurrectione & extremo iudicio 143. c de mundi reparatione, & eius explicatio 264. b. c. de præmio & pœna mortuorum 156.a.b
or aculorum ambages 264.b
ὀφθαλμὸς qui fiat 301.302. & seqq.
oratio quid & vnde erumpat 433. d.e. qualis Stoicorum 434.b. mentis interpres 50.e. qui formetur 2074.d.e. distinguit hominem à feris 2075.c
orationis efficacitas & vis 2073.a 2075. a. c.d. laus & vsus 2074.b
oratores & concionatores potu iuuantur 456.a
orbis vniuersus olim conflagrabit 2156.c.d. 2166.e qualiter 2167. b. vide, mundus, nouus instaurandus, qualis 2193.e
orbis terræ cur dicatur, & qualis sit 209. c.d. eius diuisio, & quantitas 221. b. latitudo longitudóque, & vnde dimetienda 221.c.d
orbis noui repertores & nauigatio 210.b. c
orbes terrarum plures, & insulæ 221.b
orbes celestes nouem, & eorum ordo 61. a. 215. d ornatus 2159.e
orbes oculorum 297.e
orbitæ 230.d
ὀρχὶς vnde dicti 856.a
organa generationis quæ, & qualia 845.e.846.e
orificium stomachi 243 a
orificia quatuor in corde, eorumq. cõpositio 517.a.b
Origenes ex male intellecto euangelio seipsum castrauit 1115. b. 1116.d. cur e. eius patrocinium, parsimonia, & iugis meditatio, & ærumna 1116.b. hæresis execranda d. condemnatio 1117.a
Orpheus ἐξοπτήρ author, qua de caussa 710.e.711 a. eius mortis genus & causa 710.e
ora & eorum partes 234. a. 281. d. vsus duplex 419.d officium 1368.e
os ventriculi siue stomachi, quid, & vbi, & quale 646 c. 647.a. an angustius gula 646. c. qui mores effingat 647. a sensus acerrimi, vnde & quorsum d. 648.b. eius munus & officium 647. d. porta alimoniæ 650. c
os uteri quando & quatenus clauditur, aut aperitur 1092.c. 1093.b. 1129. b.
os, ossis, quid sit 1757. c. non reparatur 1758.e
os auditus cur durum, & siccum & anfractuosum, & quale 333.b cubiforme, & nauiforme 258. e. cuneiforme quale 1872. e 1884. e. ensiforme, eiúsq; vsus & synonyma 469.c. iugale cum suis partibus 233. d. sacrum 241.b. quid & quale 471.d. quare sic dicatur 1131.e. xiphoïdes 239. e
os ilium, ischij, pubis idem, cur tribus nominibus dicatur 1131.b. qualiter connexum c
oscitantia puerperis grauis 979. c. 1128.c
oscheon, scrotum cur dicatur 857.d
osculum oris, pietatis & charitatis pignus 1369. e
ossis affinitas & discrimen à chartilagine 1758. b. 1759. b.d. proprietas 1759.c. 1760.e
ossis pubis structura 1130.c. d. conformatio in muliere, & cur talis 1131.d
ossis sacri partes 255. d. vsus 1880. e. compositio. 1882.c
ossa cur medullosa, cana, fistulosa vel solida 261.c vt compacta inuicem d. cur musculis & carnibus munita e. ad quid in corpore 262.b. quamdiu augescant & quòd ab his pendet magnitudo corporis 969. a. 1751.d. decrescunt, quando b. quomodo & à quibus moueantur 1187. b. e. quo maiora eò laxiora 1292.b. qui compingantur 1755.b. vnde dicta 1755.c. à quo forẽtur, & vnde in his medulla 1756.a. qui fiant 1756. b. an sensu careant 1757.a cur plura vno, & eorum articulatio 1757. e. 1758. an macie arescant 1835.d
ossa vnde alantur, quóque modo 660. b. c. 661. a. e 1855. a.d. 1856.d.e. 1858. c. an omnia habeant medullam 1855. e. 1856.b. 1857. c. quæ non ferruminentur, & quare 1857.a. cur intus cana 1859.c qui compingantur ac dirimantur 1865.e
ossa solida qui alantur 660.c. senum quomodo mutentur 1884.e. ceruorum qualia 1258.c
ossa brachiorum crurúmque cur caua & inæqualia 1332. b. bregmatis cur cauernosa, ac cætera solida 1872. c. ethmoidea cur dicta, & vsus 341. c. 358.d. 362.a. spongiosa dicta cur a. b. pubis, an in partu separentur 472.a. 1127.d. 1128. a. 1130. a. b. d. 1131. 1132.a.b. sesamoidea qualia, quæ & quorsum 1262 a. veterinariorum cur fracta non solidentur 660.d
ossium generatio & alimentum vnde 261. c. 262. b.c 284. a. 936. a. 997. b. 1001. d. 1751. d.e. & qui fiat 1755. a. 1757.b. 1885. b. 1850. 1852. vsus 1752. c. 1756 a. c. 1757. b. necessitas quanta 1752.d. 1757.d. compages vnde 1752.d. capita, & caua, & ceruices 237 c.d. historia priscis notissima 1881.d. natura 936. qui variet in brutis animalib. & ratio 1857.c. 1858.b differentia in cauitatibus 1859.a. cauernæ & foramina quorsum 997.e. 1859.d. 1872.d. commissura, qualis & quorsum 261. c. extrema cur chartilaginosa 261.d. forma diuersa, quorsum ibid. comparatio cum lapidib. vel collib. e. vsus 262. a. 263. a.d vincula 262. d. compositio proportióque ex elementis 264. a. numerus in corpore humano e vnitas 1758. d. articulatio quorsum 1758. e. differentiæ 1735. a. ramificatio 1756. b. origo vnde 263. a b. 1756. b. 1851. e. materies & fabrica 1757. a. connexio ad actionem 1756.c
ossiũ capitis diremptio per futuras, qualiter 1872. d.e numerus 1883.d.e 1884. b. e
ossium brachij constructionis ratio 1177. a
ossium sesamorum vsus 1309. b. leoninorum pro-

prietas 1856.a
oua anguina 1610. e. ſubuentanea quî fiant 1646. a 1649.b. quam vim habeant 1063.c. infœcunda,cur 835.c.& eorum natura 1029.a
pro ouibus vagis in caulas Eccleſiæ reducendis teſtimonia ex ſactis authoribus 150.d. 151.152.
Ouidius vnde mutuatus principiorũ doctrinã 215. e
ὀφιομάχη quid & vnde dicta 226.c.1158.b.
ὀφιοτύμπανος piſcis 53.d
οὖρα vrina,vnde dicatur 1517.d
οὐρηκρίνης 1536.c.d
oxycratum quid,& eius vſus 651.b
oxyregmia 70.b

P.

PÆderaſtias autores,& amatores qui 709. 710. 711
pala cur dicta 470.c
palatum 235.b.461.a.& eius vſus ad vocem 446. c
palear 233.a
palingeneſia Academica qualis 41.c. quî fiat,& quãdo 2190.c.d
παλμὸς quid,& quotuplex,& vtriuſque cauſſa 589.e
palpebræ,& earum partes 229. c. 299.d. 300.a quibus animantibus vel non e.230.a.vnde dictæ 297.e
palpebrarum natura & fucus, & vnde defluuium 280.b.c. vſus 353.b.c.in ſomno,& quib. 357.a
palpitatio cordis quid,& vnde fiat, & eius prõptiſſimum remedium 589.e.eius cauſæ ex Ariſt.d.590.a. homini propria, quare ibid. quo differat à pulſu & reſpiratione 605. d
Pan vnde dictus 2.c
pancreas quid, vbi,quorſum,& vnde dicatur 721.e
panniculus carnoſus,qui,& qualis,& quorſum 1781. a. 1784.d. 1786. d
Panthera ſola bene olet qua de re 1511.e.homini ſupplex 1978. e. eius venatio 1984.c. medela 1985.d
Papa palpatur an mas ſit,cur,& qua de cauſa 856.b.c. d. 1117.c
papilla quid 477.d. eius conſtructio qualis,& natura 478.a.affinitas cum cole virili, quorſum a
papillarum deſcriptio & vſus 595.a.partes 241.e
Paradiſus Adami qualis fuerit 2104.a.2106.d eius flumina 1389. c. ſedes 1390.b
Paradiſi gaudia æterna 2106.a
paralyſis quî fiat 2021.a. neutra 2016. e.
paraſtatæ vbi,& vnde dicti, & quales, & quos in vſus 851. c. 1579.b. 1591.a.
παραστάται ἀδενοειδεῖς quorſum 867. b. & eorum vſus 868.a.b
paraſtatæ glandoloſi vnde dicantur, & cur, & eorum ſitus 863.a. an infra ſphincterẽ a. quales eorumq. natura b.c.vbi d.accipiunt ſemen à teſtib. 864.a.b an gignunt illud quî,& quorſum 1868.c.e. in eundem meatum cum vaſis ſeminariis confluunt e cur teneri & molles 869.b
paraſtatæ varicoſi qui, vbi & quorſum 871.a.d. 863.d in fœmina nulli 905.c.cur 907.e. variciformes 859. d.862. c
paraſtatarum ſitus,denominatio,homonymia, compoſitio 862.b.deſcriptio & vſus c.d. humor & eius vſus 867.c.vſus in marib.at in feminis ſecus, cur 868.b.c.d. generatio in femina 916.b
pardalis mira natura 330. d
parenchyma quid,& eiuſdem vſus 492.a. 780. a. cur dictum 743.a vnde concreſcat 1813.c. e
parentes primi an gignere in paradiſo potuerunt, & quorſum quoq. modo immortales futuri 2106.a. e eorum ſocietas qualis, & vitæ ratio d
parentes debent educare liberos 2112. a. tenentur legibus artes illis tradere,quorſum 2113.a
parentum officium in generatione 105. b partes ac munia circa prolem 878.a.d
pariſthmia 461.a.b
pars quid ſit, 1745.c. 1842.a. b. e. quomodo quæque alatur 1745.a.1842.d infima nobilior in plantis, in homine cõtra 1325. b. anterior & poſterior in ſentientib. quæ 1325. c. dextra & ſiniſtra in ambulantibus quæ c.
partis cuiuſque actio,& quòd vna ſit in ſingulis organicis 1747.c
partes an ſimul omnes gignantur, an per ordinem 542.d.e. 543.a. 545.a.1060.c.d. 1061. b. e.quomodo cohæreant & deuinciantur 1063. e. quâ vi diſtingantur 1064. b. 1065. a. à quo indurentur a. quî generentur,& ex quo 1008.c.d.e.1747. b. e. exangues etiam ibid. quæ carne aut ſemine conſtent e. quali alimento cõcreſcãt 1751.b. quæ ſemine cõſtent 2013.b.de ſemine & mẽſtruo quî fiant 2013. e
partes ſingulæ ante vſum ſui conditæ 126.a. quo magis ad vitã neceſſariæ,eo digniores 518. d. earumq. triplex vtilitas ibid. vnde & quib. alimentum trahant 636.d. 638. a. b. 1757. c.quæ calore aut frigore concreſcant 1744.a. qualiter à muſculis moueantur,aut flectantur 1813.d.1814.a
partes in homine principes quot,& quę 176.a quales 1991. b. & quî communicent inter ſe e. glabræ, quæ,& cur 277.d.278. e. à natura occultatæ non debẽt aperiri 713.b.c.d. in oculis adminiſtræ 300.e
partes continentes & contentæ quæ 1774.d.e
partes ſolidæ quæ, 1745.d.e. 1789.b. aluntur ſanguine 1744.c. 1745. c. an & ſemine, & quo tandem 1744.d. in infantib. neq. gignuntur, neq. aluntur parentum ſemine 1744.e.ne in adultis quidẽ 1745.b renaſci poſſunt 1747.a.
partes ſimplices & ſimilares quæ & quot 1741. b.e 1742.c. 1743.b.c.e. 1746.a. 1747.c.1749.b.1750.b. 1789.b. 1796.c. 1799.b. an ſint compoſitæ 1741. d. & vnde 1742.d. 1751.a. non fiunt à diſſimilarib.ſed contra 1743.b. quî generentur, & quibus gradib. 1749.b.d. quomodo à calore & frigore concreſcant 1751.a. vnde conflatæ 1797.d.1798.a.1799.d. quæ ſanguine vel ſemine conſtent 1790 a
partes organicæ & diſſimilares quæ 1741.c.1743. b.c. vnde compoſitæ 1742.d. 1743.c. 1749.d. ex ſimilaribus 1743.b.1751.a
partes ſpermaticæ vnde gignantur primùm, & alantur, & qua ratione 1744,e.non renaſcũtur. 1747.a
partes genitales 249.e vide genitales & virilia.
partiũ corporis ſympathia & mutua connexio,546.d 1581.d.e.1583.a.1992.b. pulchritudo & ornamenta 338.a.b. analogia cum terra 223.c. decor 226.a. genera quot&qualia &quæ 1741.c.d. 1743.a.1797.b.c diuiſio 1743. c. 1745. d.e. ſympathia & earũ actio mutua 1746.d.e
partiũ organicarum generatio 1804.d. nobiliũ ſympathia 63.c.2218.ſimpliciũ in corde numer. 1842.e
partium ſolidarũ & carnoſarũ generatio & nutritio vnde ſit 1746.e.1747.b. catalogus 1808.e
partium ſimilarium differentiæ 1743.a. 1743.b.c.e compoſitio 1742.d.1743.b.c.d.ortus & nutrimentũ 1744.a. generatio 1744. a. ſanitas in quo 1746.b

Digitized by

synonyma 1750.b. temperamentum c.d. generatio 1804.d. diuitio & numerus 2808.e
partium dissimilariū compositio & differentiæ 1743 b.e. sanitas in quo 1746.b
partus quî contingat 998.c. 1129.c.d.e. quod neutiquam post decem menses quamobrem e. cur difficilis aut facilis 999. a. qui magis laborioſus aut facilis 1005. b. quî facilitandus e. cur ob defectum alimenti succedat 1161.c
partus mulierum varius & multiplex 1080. b.c.d.e eiusque historiæ ibid. & 1091. c.d. nonnullis facillimus 2111.b.c
partus triplex: 1. naturalis, & nouimestris: 2. octimestris contrà 3. medius amborum septimestris aut decimestris, aut 11. & 14. mensium 1230. d.e
partus ante septimum mensem vitalis nullus, & qualis ab vtero prodeat iunior 1156. c. d. quòd vitalis ante annum dimidium 1166.c. idem & septimestris dici potest, quomodo 1235.a
partus septimestris 1153. b.c quo aspectu astrorum Zodiaci animetur, 1153. e. an imperfectus, & qualiter 1157.a. b. quot diebus constet, miro quodam & nouo modo 1159. b.c. an vitalis d. 1163.c. & cur 1164.c.1165.d
partus septimestris an annum dimidium metiatur, & quomodo 1172. b. quot constet diebus 1232. c.1241 c.1253. d. cur vitalis e. 1234. b. e. idem & semestris dici potest, quomodo 1235.a
partus octimestris an vitalis? 1155. d. vbi superuiuat 1156.d. 1158. d. a. 1164. b. quod non communiter 1165. c. 1165.d. quòd sic, sed rarò iuxta Mathematicos 1163.d.e. 1249.d. quando 1164. d. nunquam ex Hipp. 1231.a. cur 1148.d.1239.b
partus nouimestris cur vitalis 1163. c. 1239.a. cur etiã decimestris dicatur 1167.a.b. frequentissimus, eiusque ratio ad 7. mensem 1219.b. qua necessitate fiat, quoque modo e. quot præterea dierum accessione constet 1231. a
partus decimestris, quî 1149.b. 1167.a. cur superuiuat 1216.a. 1239. b. nascitur perfectus b. quomodo metiendus 1235. d. 1241.d. in 300. diebus quomodo 1250.b
partus vndecimestris & duodecimestris an fiant 1154.a 1167. b. 1235.d. 1237. d. & cur non vitales 1140.e 1250. c. vnde æstimandi 1241.d
partus extra naturæ limites 1711.c
partus legitimum tempus 1678.d.e.1679.a
partus miraculõ 1117.e. dolores vbi, moduſq. 1128. b quî fiat c.e. violentia quid faciat 1642. c. d
in partu mors frequens, fœtæ & fœtui communis, quomodo accipienda 2111.a
partu octimestri moriente, mater quoque periclitatur 1164.e
partuum diuersa tempora 1137. b. variorum variæ historiæ 1155.d. 1166.a
Pascha quando celebrandum ex constitutione Nicenæ Synodi 1176. e. 1201. b. 1205. e. 1206.a. sedem variat in Calẽdario, mutatis subinde litteris 1218.a sequitur dies 14. post nouam Lunam, & Martij nonas 1218.d
Pascha primum quo die & mense olim institutum, & quorsum 1201. c. Christianorum verum Christus, & quomodo epulandus 1202.c. semper die Dominico 1212.e. & quo tempore 1221.c
Pascha Iudæorum aut tota eius octana incurrit in aliquem diem Dominicum 1213.e. semper Lunâ 14 siue die 14. mensis Nisan celebratum 1216.e
Pascha vltimum celebrandum 7. Cal. Maij, & demõstratio 1218.e
in Pascha nostrum non potest cadere passio Christi, cur 1219.a
Pasiphaës & Tauri fabula 958.c
passiones non omnes fiunt in principatu animæ 555 d.e. vbi residēt 570.c
patella 257.d. quid, eiusque synonyma, figura, vsusq. & natura 1308.d. 1331.a. 1351.d
Pater Deꝰ 1070.d. eiusq. synonyma & epitheta 1071.b
pater non infundit animam, sed spiritum genitalem 105.a
pathemata animi an à corde? 1215.
pathici ex consuetudine qui 709.a. eorum mollities à natura quomodo 708. e. illecebræ & improbi mores 710.b. voluptas vnde 849.e
Paulus Simplex dimissa vxore adulterina, factus monachus 1117.d
peccatum Adæ in quo 2104. d. toti humano generi commune 2107.b. per Christum expiatum e.
pecten 244.b. 247.c eius vsus, & forma 1330.e
pecten digitorum 253.c
pectus 239.d. 1370. c. quid & vnde dictum, quale, & quos in vsus factum 465. a. 481.e. 585. b. osseum cur 593. d. inspirando cur attollatur 605.e. eius situs ratio 450. cur carinatum quadrupedib. 471.a cur aptum mammarum productioni 474.a.b
pectoris descriptio 585.c. sedes & forma, & cur dissimilis in brutis & in homine c.d. 593.d. constructio, & eius ratio 595. a. fines 239.d.e. præstantia 242. d
pes cum suis partibus 257.c. 258.a 259. cum manu cõparatus 258. b. cur subtus cauus 1309. cur fissus 1310.d. cur manum æmuletur & an apprehendat 1340.d. cur medius inter manum & pedem equinum e. vtcunque prehendit & quo à manu differat 1341.a. gressus organum b. prehensionis item, qualiter c. cur inæqualis sibi e. cauus, & intus altus, quorsum 1342.a. 1343.a
pedis partes quæ & quot 1307. a.b.e. descriptio b. digiti 1310. c. securitas & stabilitas quorsum 1343.c extensio & flexio quà fiat 1344. b. cutis non lata cur 1348.a. sensilis & dura quorsum, & eius compositio ex quo e. firmiter hæret immobilis quorsum 1349.b. cur inter durũ & molle media, eiusq. proprietas b.
pedes 255. b. homini quorsum maximi, & vnde dicti 310. b.c. 1330. d. excarnes & neruosi, ideo frigidi 1310. e. quadrupedibus duri, molles homini 1339. b. o. digitis consumptis instabiles 1340.a ampli & oblongi quorsum a. cur cani & digitati b.c
pedum comparatio cum manibus 1305. e. 1306.a analogia 1307.a. e. vsus 254.d. 1309. d. 1310.b. motus quotuplex 1347.b. imperium iactura & potẽtia 1326.e. equinorum commoditas 1339.b. brutorum vsus 1340.e
pedion 258. b.c. eius constructio 1341.c. nexus & situs 1343. a. comparatio ad metacarpium e. amissio quid auferat 1340.a
S. Pelagia cum matre & sororibus sibi mortem conciuit 127.e.128.a
Pelagius suadet vxori virginitatem seruandam 108.b

itized by Google

pellis vnde, & cur ſic dicatur 1779.c. à frigore denſatur 1781.e
peluis in capite, vbi, ad quid 1921. c. & eius compoſitio 1940.c
penis virilis, ſine chartilagine, & quibus ſit chartilaginoſus 954.e. quî arrigat ex Ariſt. 955.a. immodicus generandi impotens, cur 957.e. cur non ſemper tenſus ac rigidus ab incommodo 870.b. cur non ſemper laxus c. cur modo tenſus, modo remiſſus ibid. cur ex oſſibus exortus, & cur cauus 847.c.e. quando arrigat, & cur 848. vnde inflatur 840.a. multis abundat neruis, quorſum 858.a
penis origo & ſynonyma 145.c. 146. a.b. ſemper arrecti incommoda, item laxi 846. d. ſynonyma 847. b. compoſitio è ligamentis qualis e. ſitus cómodus ad coitum e. 848.e. longitudo naturalis 849. b. nerui, ligamenta, muſculi, & eorum vſus c. ſpongioſa corpora qualia, & vnde e. conſiſtentia æquabilis 850. a. muſculi b. ligamentorum ortus, proceſſus, & forma ibid. c. vnicus meatus d partes & particulæ, earumque vſus 851.d. an nullus neruus, nulla vena? d. e. arrectio, & ſenſus, vnde: item voluptas 852. d.e. an duo foratus 952.c conſtructio cur talis d. longitudo non poteſt refrigerare ſemen viri, quamobrem 958.b. analogia ad vteri collum finémue 1106.a.c
penis muliebris 1732. a. eiuſque deſcriptio 899. a.b conſtructio & hiſtoria mira 911.a
Pentapolis de cœlo tacta 1409.d.e. quî 1410.b
Penteſileæ Amazonidis habitus & fortitudo 480.a
μυκμὸς quid 679. d. 681. b.c
μύξα quid 679. d. 681.b.c. eius ſpecies & cauſæ efficientes d. quî fiat e
perdicum cor geminum 592. e. mira ſalacitas 971.a
pericardion, quòd cor circundet 514. e. quomodo 515.a. imitatur cordis figuram ſitumque a. in mortuis repletur aqua, eiuſque cauſa c
pericardij vſus, ſitus, natura, & nominis ratio 514.e nexus, & ortus, & vaſa, & neruuli 515. a. vulnera minimè lethalia b. deficientis ſymptomata c. liquor & aqua 515.e. 516.a
perikranion 227.b. 1863.b. quid, & vnde dictũ 1874.c 1995.c. eius origo & vſus 1873.c. qualitas 1874.b
pericranij origo 1891. a. 1895.b.e. 1898. b.c. temperamentum 277.c.d. ſiccitas vnde 275.c
perinæum 246.d
perioſtion 227. b. 1863.c. vbi in capite 1863. e. 1874.c 1898.c. quid, & vnde dicatur, eiuſque ſenſus vnde 1755. c. 1756. d. tunica, qualis 1756.d
peritoneum vnde ortum, & quid gignat 1807. b. vbi 613.c. an habeat fibras 620.a. an geminum, & quatenus 618. d. e. vnde dictum 619. a. quas partes tegat. b
peritonæi denominatio, & etymon, & vſus, & natura 618. c. craſſities in viris & mulieribus diuerſa cur d. nomina 619. a. vſus multiplex b.c. d. origo, forma, natura d. e. 624. a. b vis ibid.
περίθωμα quid 358.e
perſpicuum quid 515. c. non per ſe ibidem. actu vel potentia e.
perſpiratio quid 497. d. quî fiat 484. e inſectis poteſt ſola ſufficere 508. d. inſenſilis quæ, & vſus 1524.e
petra ardens 188. c. vbi 189. b
phalanges digitorum 253.d
phanatici melancholici 1483.e
phantaſia vbi 1964. a. 1969.a.c. quî fiat 1969. a.c
phantaſmata in maniacis & ebriis 290.c
Pharaonis edictum aduerſus Hebræam ſobolem 1079.e
pharinx 236. a.b.d. quid 437. e. eius vſus 438.e
φαρυγγωμὸς in ſynanchicis deplorans 456.c.d
Philoſophiæ origo & præſtantia 327.c
Philoſophorum cum Theologis comparatio in quo 61.b.c
Philoxeni helluonis votum fatuum 376.b
philtrum naſi 231.e
philtrum amatorium vnde, & virus 1709. d
Phiſon flouius caryophyllum innehit 1389.b
Phyſicus quantum in medicina ſibi vendicet 555.e
phlegma vnde dicatur, & quomodo de bile 1452.c 1460. b. 1463. e. pro inflammatione 1461. e. nomen æquiuocum e. 1464. pro phlegmone 1464 a. b. gypſeum vnde 1494. d. vitreum quale 1494. d.
phlegmatis differentiæ quoc, & vnde ductæ 1494.e cauſa & materia 1496.d
phlegmone quî fiat 1810.d
φλὶψ vnde dicatur 522.e
phocarum natura 348. c. diſciplina 1981.a
φοῖός quis & qualis, & quid indicet 569.c
φὼς, homo, vnde dicatur 2081.e.
phrenes 243.b. vnde & cur de ſepto tranſuerſo, 607. d.e. nomen fortuitum & inane e. quem in vſum 608. a. quid, quibus adſint, & quorſum c. cur dicantur e. 609.c
phreneticorum viſa vnde 290.d
phrenitis à bile 1471.b.c
phthiſi oculorum laborantes maiora cernunt, cur 310. a
φυσηχὼμα vnde dicitur 1511.b
phyſiognomia & chiromantia cur fallax 1511.b. eius profeſſio d.
pica loquax 440.a. 1981.c.d
Picardorum & Flandrorum internecinum odium, eiuſque cauſſa 1116.d
πυρέτων ἀπὸ ἡ τάξις 772.c.d. 776.d. 1477.a.b. 1481.c
pij reuiniſcent 2194. d. eorum admonitio de fine ſeculi 2167.b. beatitas 2204.c
Pilatus Gallus 876. b
pili homini congeniti & poſt geniti, vbi 268. a. quî ſe habeant e. quandiu renaſcuntur d. 1166.b. quibus in morbis augeſcant, vel in mortuis e. 1272.e vnde augentur e. quî Eunuchis non naſcantur b. vbi luxurient 269. a. quando & quandiu augeſcãt, & cur c. 1272.e. in mortuis qualiter ſe habeant c.d muliebres, qui 268. c. cur recti vel criſpi 270. a 276. d.e. quibus ſimplices & vnde b. tenues vnde, item duri ibid. quibus indureſcant c. cuti concolores, ſed non in homine 271.d. illi in capite plurimi d.e. ſuccreſcunt raritati cutis 273.a. vbi luxuriẽt 275.e. cur varij coloris 276.c. vbi rari, aut nulli, & cauſſa. 276.a congeniti, qui 277.b. ad ornatũ, non ad actionem 278.c
pilorum generationis modus 267. d. 276. b.c. natura ibidem. defluuium vnde 268.a. incrementum vbi 268. c. radices quales d. origo & qualitas 269. d. e. exortus vbi plurimus, & primus 272.d materia 276. b.c

prouentus quando maximus, & quamobrem, & qualiter in defunctis 969. a. b. color an à cute 1782. d
pinguedo calida 623. d. vbi abundet 1838. a. 1840. a quid 1839. c. quatenus profit vel obsit 1838. c. insensilis 1839. an calida 1847. c. d
pinguedinis generatio & vsus 1837. b. 1838. a
in pinguedine vel macie qui status melior aut deterior. 1836. d
pingues vnde fiant 1044. b. c. rerum venerearum inappetentes 570. e. non abundant sanguine, cur 1450. e. 1453. b. alij natura, alij consuetudine, qui, & signa 1452. c. è natura qui 1836. b. sunt vitæ brevioris cur 1836. c. cito senescunt qua de re 1838. d minus fœcundi 1837. c. d. ad rem veneream inepti 1837. d
pinguium natura 1836. d. duo genera 1452. b. 1836. d. e 1839. e
pinguitudo minuit sanguinem, cur 1837. b
pinguia multum nutriunt 570. b. dulcia omnia d. cur aquæ innatet 1837. a. sterilia, cito senescunt 1839. a
vnde vnde dicatur 1834. b. 1839. b
pinnæ & pinnophilacis astutia & socia fidelitas 1980 d. 1984. e
pinnæ nasi 231. d. mulierbrium 248. a
piscis monachus captus fleuit 2130. d
pisces fœcundissimi 38. b. odorantur, cur 345. a. 496. d an respirant in aquis 347. c. quî aut quomodo 348 a. b. c. cur muti nec spirabiles 433. a. b. in Acheloo flumine vocales, cur 432. c. d. an bibant 456. e. an audiunt 496. d. cur obmutescant, nec respirent 497. a. fistulari spirant b. & qui eos respirare asserant b. c. & seqq.
pisces quinam diutius in aëre viuãt, & quinam moriantur 498. a. b. quomodo aërem cum aqua trahant, & quorsum c. quo spiritu spirent c. & quomodo 499. a. b. quòd non c. d. & seqq. cur attollant branchiarum opercula, & quomodo cor refrigerent 500. d. e. 501. a. cur extra aquam non possint viuere 500. e. obturato vase non celeriter intereunt 501. c. pastus causa, non aëris sursum enatant c. fugiunt ventos c. supera petunt d. non distenduntur à spiritu c. quadrupedibus frigidiores 502. a
pisces spirabiles diu sub aqua viuere nequeunt 501. a cur bullas in aquis non excitent 502. e. 503. a. cur in aëre moriantur b. c. dolio clauso celeriter moriuntur 506. a. b. sub glacie cur non suffocentur c. qui branchias habent, non spirant c. ratarum & paucarum diutius extra aquam viuunt 507. a frigidi pauca respiratione egent, & quòd non ob insitum calorem in aquis degant 508. c. d. qui spirant diutius sub aqua manere nequeunt ob aëris inopiam c. spirabiles diu sub aqua degunt 509. a respirant omnes, & qui manifestè aut occultè c. cur muti 510. d. præditi omnibus sensibus sed obtusis, plus minus 511. a. qui effuso attramento effugiant piscatorum retia b. fistulati quomodo respirent, stertantque, item cibum ingerant 604. c carent gula, & quibus aut quando ventriculus in os procidat 688. d
pisces volucres 1378. c. venatici 2070. c
piscium sensus obtusi, cur 501. a. cor refrigeratur ab aqua ibid. venter cur spirando non moueatur 502. e
piscibus branchiatis arteria nulla, & quà cibum potúmque admittant, quóque modo 604. c. aqua pro aëre est 605. a
pituita mater flatuum 184. b. quid propriè 1432. c. d vnde dicatur, & ratio 1460. e. quando abundet 1462. a. 1464. a. 1465. c. quòd sit frigida a. 1464. e à capite quò feratur 1462. d. oris & narium b. c 1465. d. morbus 1463. a. 1464. c. excrementum 1463. b. quale, & quòd alere possit c. salsa morbosa 1465. b. vnde 1466. a. 1516. a. acida, dulcis, vnde fiat 1465. c. 1516. a. an similaris 1465. d. in venis quotuplex 1499. e. extra venas ibid. in vrinis 1465 d. vnde & qualis 1466. d. 1467. b. vitrea, & eius differentiæ 1466. a. b. 1500. a. ventriculi & intestinorum quorsum 1466. b. c. pulmonum & dentium 1467. c. menstruorum & veteri 1467. b
pituita quid & qualis, & vsus 1465. e. 1466. b. 1467. e quibusnam cumuletur 1467. a. an bilescat 1468. c vbi gignatur, & quomodo incidatur 1467. e. sola verti potest in sanguinem 1481. e
pituita vitrea quæ, & eadem albuminea, qualis 1511. d eiusque differentiæ à pure & crudo humore 1512. a e. gypsea 1516. a. naturalis 1516. a. & eius signa c mendosa & spuria multiplex 1516. c
pituitæ fons & origo 1422. e. 1462. c. temperamentum 1447. d. 1462. e. 1463. c. e. 1464. a. e. differentiæ 1465. b. e. 1466. a. c. 1468. b. 1494. d. generatio & qualitas 1423. c. 1424. a. 1459. b. 1465. a. 1467. c. 1468 a. d. 1494. d. color & proprietas 1465. c. vsus in venis 1466. c. 1468. d. effecta 1466. c. 1498. d. natura 1467. b. 1468. d. effectrices causæ & circunstantiæ 1502. b. 1505. a. dominantis signa 1502. c. d. 1505. c congeneres humores vbi consistant 1510. d. e. 1516 b. e
pituitosi qui 1510. c. vnde fit vt bilem reuomant 772 d. quo tempore saniores degunt 1465. d. quî 1465. e
pituitosi affectus qui 1466. e. 1468. c. 1516. b
marmi vnde 60. e
planetarum appellatio, situs, motus, connexio 60. c ordo 61. a. 62. a. beneficium in homines & partes principes actionésque 31. a
planta pedis cum suis partibus 259. a
planta quomodo è semine pronascatur 746. c
plantæ germinatio & extrema duo 745. e. alimentũ vnde 746. a. principium vnum commune, vbi & facultas, & quî agat b. generatio & productio sursum deorsum quî fiat 1056. d
plantæ quomodo alantur 1850. c. an sentiant 396. b 2063. a. b. quali motu præditæ 2063. c. quali anima donatæ 2063. b. c. egerunt sua quædam excrementa, quî 631. b. quomodo alantur à terrâ 637. b. quæ non defrondescant 170. c. d. virides minus olent, contra de siccis 351. a
plantarum morbi & eorum causa 637. b. alimentum à terra c. ortus è semine quî fiat c. semen quomodo germinet d. cortices, rami, ibid. incrementum & fructificatio e. differentia à partibus animaliũ in alimonia, & motu locali 649. d. vsus & figura, & vnde dicantur 1331. e. qualitas 350. e
plantarum odoratarum flores inodori, in aliis secus 350. e. 351. a
platalea astutia 1985. a
Plato cur diuinus cognominetur 63. e. sine Christo Christianus 97. d. eius peregrinatio & doctrina

Digitized by Google

21. d.e. 75.b. enigma de Trinitate 22.c. hallucinatio de via potus 450.a.b
πλημμοεῖς quid 79.b
plethoræ ſigna 1466.d
pleuritidis ſitus, & appellationis ratio, naturáque 470.d
pleuriticorum ſputa quomodo fiant 495.c
plexus choroïdes 2041.d. 2043.a. vnde dicatur,& vbi ſit 2050.a. 2054.a. eius generatio, & locus 2045.b 2048.c. compoſitio 2045.c.2047.a
plexus retiformis, officina elaborandi ſpiritus animalis,vbi,& qualis 181.d. ad quid 178.e. eius compoſitio 2043. b. c. 2044. a. locus & generatio 2044.d
plexus retiformis & choroïdes quî differunt, vbi & vnde 2041.d.2043.a.c.e.2046.a
plexus dictyoïdes, vnde dicatur,& vbi ſit 2050.a
plexus mirabilis ad quid 178.e.eius ſedes, forma, generatio, vſus 2041.d.2046.d
plichas 246.d
Plinius quantus vir, & eius ſeculum 982.a. bibliotheca vnde 1380.e.1383.e.1983.a
pluuia quî generetur 68.a.b. quî colligatur 1411.a quî decidat 1418.b
pluuiæ prodigioſæ 187.b
πνεῦμα quid & vnde 171.e
poculenta cruda an à ſtomacho ad veſicam ferantur 457.a
podagra quî fiat,& cauſa doloris 1761.a
podex cum ſuis partibus 247.a. eiuſque ſubſtantia 695.c
poëtæ Veneris & Bacchi ſacerdotes 456.a.b
poëtices vis 378.a. finis duplex an ſimplex 1337.b
pollex 253.d. in manu abductus à reliquis cur 1343.c tribus conſtat oſſibus d.quatuor digitis oppoſitus, cur quîdue agat 1280.e
pollicis à reliquis digitis diductio quorſum,vſuſque, & cur breuis,& vnde dictus 1272.a.1274.c. 1275.d e. vis & nominum varietas vnde 1189.b. amiſſi damna c
pollutio nocturna fœminæ vnde 966.c. impuberibus ibid.
Polycleti gnomon 224.a.b
Politæ ex oraculo hiſtoria animam immortalem aſſeuerante 143.c
πολυσαρκία vnde fit 1082.c.e.1083.a.b.d. 1088.b. 1089.c.d 1091.b. 1096.b
poplites 257.d. diuerſimodè flectuntur, & quos in vſus 1329.e
porus auditorius 233.b
porus è cyſti in ventriculum, vbi & quando 772.a geminus quando & vbi,b. qualis,& inde damna c hiat in inteſtina,ſed non retro meat 775. a. cuius ſubſtantiæ 799.e
pori optici quales,& cur dicti factíque 62.d. in nernis ad quid, & cur dicti 1911.d. ſeminarij ſemen ſupra vuluas profundunt 918.b
pororum opticorum natura & origo 316.e. 317.a. figura & habitus a. coïtio quorſum 318.d. ratio e
portenta aëria horrenda 67.c
poſca quid,& eius vſus 651.b
potabile ad guſtum quomodo pertineat 385.b.c
Poteſtates 29.b
πῶς vnde dictus 257.e
potus quomodo pulmones recreet ac téperet 455. e quòd per arteriam nõ feratur 459.c. eius via 450.a b. quod non totus ad pulmonem feratur,ſed minima portio e. 459. d. deertans ad pulmones tuſſim mouet,quomodo 451. b.c. cur,& quando nullam 452.a. à pulmone ad veſicam confluit 453.a.b eiuſque metamorphoſis in vrinam 1532.d.e
præcordia 243.b. quid 70.b. vnde dicta 607.d. quo differant à ſepto 608.a. quem in vſum ibid.
prægnantis imaginantis vis in fœtum 1074.b. vrina qualis 1017.d
præputium 245.d.e. 952.a. eiuſque vſus,& origo, & vnde dicatur 853.a. cum cunno comparatio 897.c vſus 904.e.910.e
præſepe concupiſcentiæ vbi, & quomodo dicatur 921.a.b
Praxitelis Venus 1295.d.e. Cupido 1296.e
Priapiſmus quid 851. e. eius cauſſæ ibid. & 852.
Priapus Deus,quî 852.a
primiparæ plus laborant in partu,& quare 1127.d.cur rarò decimeſtres gerant 1161.b
Principatus 29.b
principium à tenebris & interpretatio 21.d.54.e
principia generationis corporum quæ, quot, & qualia 79.e. 545.a. 546.b.c. noſtri tria, & eorum ſedes & munia 1933.d. 1934.e. 1937.d.e. 1994 e. 1995.b. quibus reparentur ſi effluant 624.e
principia neruorum, arteriarum, venarum, quot 1800 a
prius quot modis dicatur 2050. d. quid, & in quo conſiſtat 2051.a.b
priſtis marinus ſuos reſorbet fœtus 1641.e
probata quid 308.a
procarpion 252.b
Promethei fabula & nominatio 225. a. b. figmentum de homine 51.d. eiuſque mythologia 54.d.e 2124.e
πρόσωπον vnde dicatur 218.e.281.b
proſtatæ iidem paraſtatæ, qui, & cur dicantur 851. d
Protogenis & Apellis certamen circa lineæ ductum 1297. b
prouidentia deorum in humani fabrica corporis 1959.d
prouidentia naturæ in homine & mutis animalibus 2068.d. 2069.b
prudentia an à ſanguine,& quomodo 1447.b.c. 1451 b. 1453. a. quibuſnam inſit animantibus 1975.a 1977.b. 1978. 1983.a
pruina quî fiat 271.a
prunarum halitus ſuffocat 346.d
pruritus quid & vnde 1586. e. partium genitalium quorſum 400.e
ψαμμώδης quid,quale,quorſum 1919.e.1946.d
pſittaci loquaces 440.b.1981.c
pſoæ 241. a
ψυχὴ vnde dicatur 86.d. 1129.b. mortalis apud Ariſt. 1958.d
ψυχὴ & πνεῦμα an differãt,& ambarũ affinitas 106.a.b.1658.c
Ptolemæi Mathematici tempora,& laus,& conditio 1182.a. fides aduerſus priſcos de torrida & glacialibus zonis 219.c
pubes 244.b
pudenda 1371.b. occultari debent,cur 713.b.c.d
pudicitiæ & fidelitatis coniugalis probandæ ritus neceſſarius 1107.c

puella

puella Moguntina, veſcens arancis innoxiè cur 574.c
puellæ inter decennium generantis hiſtoria 649.d
puellæ putent ſub pubertatem, cur 866. a. cur menſtruales non ſint 1711. e. 1713. a. & cur non concipiunt ante menſium eruptionem 1713.a
puellarum in mares degenerantium hiſtoriæ 245. b 818.b. 832.d.e
puer quomodo alatur in vtero 1132. d. 1136. d. ſingit & reſpirat 1132.d
pueri docilis & bene morati natura 2113. b. immorigeri inſtitutio qualis 2113.c. peruerſe educati nequitia 2113.d
pueri caloris natiui habent plurimum 81. b. non caluent, cur 270. e. cur non canefcant 273. e. quicitius dentiant 284. b. c. cur ſomnolenti 420. c. 976. b. cur ante menſem quintum non obuertant colium 421. a. num calidiores inuenibus 1477. c. d. e. qua ætate pædagogo tradendi 2113. c. 2114. c.
puerorum corpora difflabilia cur, & cur plus cibi cõficiant 82. d. ortus cum gemitu quid indicet 878. a. b mores & ingenium 2112. d. quando, & qualiter formandum 2112. d. e
Puerorum & ſenum comparatio temperamenti 1041. b
puericia 66. a. eius mores & morbi 2086. e
puerperæ lex 1682. b. niſus ad pariendum quis & quantus 1230. b. c.
puerperarum miſeria 2084. b. gaudium 2111. a. b. mors 2111. a
puerperis quando motus & diſcretio, & labores contingant 1162. b. c. quando tormina 1230. a
pugnus & pugillus 253. a
pulchritudo in quo conſiſtat 2184. d
pulli quî naſcantur, excludanturque 1056. e. vtro gignantur & alantur, virello, an albumine 999. a. citra incubationem excluduntur quo modo 1079. a
pulmo 1370. d. vnde dicatur, 491. & eius vſus, motus, & natura compoſitióque 492. a. implet thoracem, cuius motum & figuram imitatur e. quomodo coſtis inhæret d. complectitur cor quorſum 493. b. ſuſceptum aërem elaborat, quomodo & quorſum e. dilatatus quid attrahat e. ſequitur motum thoracis 484. b. totus inſpirando diſtenditur, expirando concidit & contrahitur d. excipit cordis ſaltus 487. e. quî aërem trahat, & diſtribuat 488. a
pulmo cur plurimum alimenti conficiat & attrahat 494. b. cur à corde alatur. & per quæ vaſa c. pus conceptum per vrinas & aluum deijcit, quo pacto 495. b. frigidus, quorſum 581. b. c. an ſimplex bifidus, & quomodo 586. d. quibus adſit vel deſit d. non facit ad cordis palpitationem, cur, 587. b. quib. deſit aut qualis quibuſdam inſit volucrib. & piſcib. 593. c. velocib. minimus, ibid. quib. maior & calidior, item & reliquum corpus 604. d. totus ſanguineus, qua de cauſa 606. b
pulmonis motus vnde 355. c. 436. c. 607. a. b. natura, nexus, ſectio 596. d. 450. c. duo præcepui 607. a. b officium & motus vnde 482. b. neceſſitas ad vocem 484. b. tunica & nerui 492. c. vſus, forma, nexus. c. d. lobi, & eorum vſus e. 493. a alimentum quale, & quorſum e. color & conſiſtentia in viuis & mortuis 494. corpus quale d.
pulmonis vomica per vrinas quî repurgetur 495. d. mollities cor excipit 517. b. forma, & eius lobi quot 579. c. generatio 580. a. vſus & obſequium ad cor 584. d. 587. a ſubſtantia qualis & quorſum d. 593. c. 604. d. quid cordi conferat d. forma e. 593. e. ſitus 593. c. fabrica 595. d
pulmone prædito calor ineſt largior, quàm eodem deſtitutis, & qualis tandem ille 586. e
pulmones non ſemper thoraci proportione reſpondent 441. c. d. quibus deſunt potus non neceſſarius 455. a. 456. e. inflati totam thoracis capacitatem complent 484. d. non ſequuntur motum cordis, ſed thoracis, cur 587. c
pulmonum vſus, & nominis ratio, & ſedes 568. c. motus vnde, & quomodo aërem excipiant 585. b. differentiæ b. 603. d inſpiratio & exſpiratio 594. c. vaſa tria, quæ, & qualia, & vnde, & quò 491. a. b
pulpa quid 1809. d
pulſus quid, 513. b. 514. b. 525. a. non reſpondet reſpirationi 605. b. quî cum pulſatione phlegmonarum conueniat c. quo differat à palpitatione & reſpiratione d. quî fiat e
pulſus & reſpirationis vſus idem 489. a. cauſæ tres 491. a
pulſuum ſigna ad quid 1538. a
pumilionis natura 616. e
puncta in ſignis Zodiaci 192. c
pupillæ 230. d. 297. b. quid 292. a 329. d. 1367. d. cur nigricant c. quæ & quales & a quo 294. a. earum natura 331. b. & quomodo ſpecula c. quando duplicia imaginentur & contra 518. a. b. mediæ cur foratæ 319. b
pupillarum diſtortio 318. b. c
purgationis menſtruæ neceſſitas mulieri vnde accedat 1048. a. vide Menſes, & Menſtrua.
purgationis tempus ferè triduum, vel plures dies 1240. a
pus à quo calore gignatur 1513. b. d. 1519. d. quî fiat in phlegmone 1513. c. d. cur albeſcat 1513. c. læue, æquale, à quo fiat, & quid indicet 1515. d
puris via à partibus thoracis ad aluum, & ab inferioribus ad vrinas 495. c. à pulmone ad vrinas d. natura 1511. e. differentiæ a pituita 1512. a. à crudo humore b. 1513. a. boni notæ 1513. c
puſtulæ naſi 231. c
putredo quid ſit, & quî fiat 684. a. b à quo calore & differentia in facultate & humore 1514. c. d. eius cauſa 271. a
putridis cur innaſcantur beſtiolæ 684. b
Pygmæi & Mandri moderni quales 949. c
Pygmæorum mores, ſtatuta, bella, nuptiæ, ætas 949. a. 1667. b
πυλωρὸς vnde dicatur, & quamobrem 703. a. eius ſedes & officium 718. b
pylorus velut janitor, cur anguſtus, & ob glandulam arctior: præcipuè dum fit coctio 670. c. dilatatur ad excernendum d. non ſphincter nec muſculus d. non vergit ad infera, ſed ſupera 673. e
πῦρ vnde dicatur 76. c. d. 1419. b. pro febre ardenti, cur 74. d pro calore natiuo 516. d
pyramis viſionis 310. d
pyramis è vaſis ſeminalib. quî fiat, & quorſum 859. c
pyramidis compoſitio, & huius ad ignem proportio 1414. a. 1416. b
pyramides Ægyptiæ mirabiles 1298. d. & earum ſumptus ibidem.

by Google

pyrauſta an igne nutriatur 392.a.b.
Pyrrhi polex pedis mirificus 978.b
Pythagoræ ſchola, peregrinatio, doctrina, vnde ſit 74. e.75.a
Pythagorica trinitas 22. b. metempſicoſis 40.b
Pythię mos vaticinandi per os veteri 882.e
Pythoniſſarum mulierum hiſtoriæ 882. d. e. 883.a

Q

QVadragenarij vis 1239.c. à conceptu 1004. d. e. in fœtu ad vitam & mortem 1190.a
quadrageſimus dies cur olim inſignis habitus ex more mulierum & fœtus 1233.b
quadriga ſub alis muſcæ occulta 508.a. 1295.a.b
quadrupedes vbi depiles 169 a. quî crura inflectant 1330.b. cur non ſedeãt in iſchia 1338.a.b quę prioribus vtantur pedib. vt manibus 1274.c
quadrupedum diſcrimen 2055. d. cur pectus carinatum 471.a
quæſtio de ſalute priſcorum ante Chriſti Natiuitatem 116. d. de viſu obſcuriſſima 316.c. de mente & eius ſede 572. a. an ante diluuium homines carne veſcerentur 642. e. 643. a. an mulier ad generationem aliquid conferat, & an ſemen habeat? 964.c.d quî de ſemine gignatur planta, aut animal 1060.a
quęſtiones obſcurę de Deo 58.c. de animæ generatione, vel creatione potius 104. d. 105.e. de terræ loco & ſitu 205. c. d. de ſphęra mundi 215.b.c. de ſaporibus 386.b.c. circa viſus erroris cauſſam 412. b. circa ſomnum 418. c. de reſurrectione corporum 2182.e 2183.a
qualitates loco elementorum vel initia elementorum quot 1433.c. 1436.d. ſummę in ijs quæ 1437. c. 1438. a. morte corrumpuntur b. 1439.a
qualitates quatuor humorum noſtri corporis 1441. a 1442.a
quantitas & qualitas priùs potentiâ quàm actu 1064.c
quartana quando accidat & quibus 1485. b
quies an neceſſaria ad incrementum 1320. d. muſculis & tendinibus ſimul agentibus 1765. b. inter motus diuerſos 524.b. geminos dirimit motus 662.d
quietis neceſſitas 419.e. damna quæ ſint 79.b

R

RAdicatio quid 747. b
Radices ori animalis comparatæ 746.c
radius 251.c. quid 1277.d
radii corporum 320.b
radij ad oculum 320. c. viſionis obliqui d. emiſſi non ſufficiunt videndo 321. a. quib. reflectantur 321.d
radij oculorum diuulſi 305. c. eorum emiſſio quî fiat 302.d. 305. b. 306. b. c. vis ibid. 309.b.c.d. receptio 312.d. eminentia ab oculis 313.c
radiorum vis in infera 187.a. reflexio qualis. & vbi 317. b. ad axem ratio d
Ramiſis obeliſcus, & quo fato ſubrectus alligato filio 1298 b
ranæ piſcatricis, aliorumque piſcium dolus 1980.e 1985.b.
ranulę compluunt vnde 836 b
ratio homini propria quorſum 413. b. 414. a. 2070. c. 2071. b. 2072. d. 2127. in capite b. in corde 558. c. an ſoli homini inſit, an etiam animantibus 1975. a. d. 976. c. 1977. b. 1989. a. quî excolatur. 2075.d
ratio in homine quantum poſſit 2068. c. 2069. c. 2070.d.
rationis veſtigia quib. animantib. maiora inſint 556.c 2071.e. 2077.c. dignitas & officium 2072. a. beneficia 2072. c. vſus & laus 2073.a. 2074.b. æqualis læſio ſequitur intemperiem capitis, quî 566.c.d.
rationis & ſapientiæ humanæ præſtantia, & cum Deo ſocietas, atque religio 225.c.d
ratiocinatio vbi 1964. a. 1965. a. 1966. d. an in corde 554.c
recordatio quî fiat, & cur ocyùs aut tardiùs 1968.c 1972.a. 1988.e
rectum inteſtinum 694. a. 697. d. e. cur dicatur & quibus nominibus. 707.a. b. eius ſitus 718.d. ſedes 881.e. fibræ plures, quorſum 694.a
regeneratio per Baptiſmum, quî 2108. b
Regimontani automata mira 1302.a
Regnum Chriſti millenarium in terris qualiter 2195.c 2197.d. eiuſque magnificentia, & vbertas, & amplitudo 2196.d.e. felicitas 2197.a
religio an homini propria, vel cum mutis communis 135.b. 1975.c. 1976.c.e. 1977.b. & ſeqq. eius bonum 2077.b
reliquiæ de ventriculo quà & quando, & quorſum excidant 689.d
remedia medicinalia à beſtijs accepta 1985.d. 1986. b.c
remedia applicanda parti dolenti: ſed vbi in ægritudine animi 565.c. ratione læſa capitis irato cordi, concupiſcenti hebati debentur e.
reminiſcentia quî fiat, & an homini ſoli propria 413.b 1988.d.e. 1990.c
renes vnde dicti 793. b. dexter ſublimior ſiniſtro, cur b. 794. e. ſi è directo conſiſtunt mutuam actionem impediunt e. ambo vtrinque quales 795. b. vnicum & duplum fuiſſe, incommodum, cur a. exhauriunt ſanguinem ſuo tero b. attrahunt bilem vnde item & ſanguinem tenuem d. quomodo alantur ſanguine tenui & bilioſo 795. d.e. denſi, non ſinunt ſanguinem effluere e. an trahunt vrinam, non in alimentum ſui 797. a. an ea per ſe eò confluit c. non ſunt ſubiecti venæ cauæ è directo, quî d. more cóli trajiciunt ſanguinis ſerum, quî 797.b
renes cur gemini 804.e. dexter ſuperior 806. e. 807.b an ſiniſter? & cur 806.e quando vnicus, qualis & vbi 807.a. cur è directo minimè expoſiti c. carent fibris, quorſum e. qua vi trahunt vrinam, quóque modo 808.e. quod non ſoli 813.b. non minus neceſſarij quàm veſica, cur 817. a. quib. animalibus, quibus non c. 810. a. ceruis vbi quaterni, & quib. nulli 819.e. vnde dicti, vbi ſiti 820.e
renum nerui, venæ, & arteriæ, vnde, & quorſum 795. e. vſus & actio ab experientia & anatome 796.b. vaſa quot & quæ 798.a. ſinus medius vnde & qualis a ſitus ad cauam venam d. vis ſecernendi ſeri ſanguinis, 793.a ſima & gibba quomodo ſe habeant c. vſus & ſitus 794 b. & eius ratio, c.d è vaſa è venis & arterijs d. ſitus proportio inter ſe 795.a. ſubſtantia cur denſa c.

Digitized by Google

renum vſus 804.c. ſitus & eius ratio 805. a. ſubſtantia cur ſolida, & eorum munus 805. a. b. orificia duo, & vſus c. arteriæ d. duplex nutrimentum vnde, d 2140 e. tunica exterior vnde ibid. figura & orificiorum a additamenta ibid. forma, natura 807. d. adeps e. 818. a. 819. e. ſubſtãtia facilè lapideſcit 808. a. ſinus vbi, & ex quo, & quales c. alimentũ c. incerniculum nullum d. ſinus genuinus qualiter effectus 808. e. 809. a, ſubſtantia quî ſinus inuoluat, & adnaſcatur 809. c. ductus quomodo obturentur ad ſeri ſecretionem 810. e. denſa licet ſubſtantia non percolat vrinam, cur 811. a. color & forma 815. c. figura, ſitus c. vſus c. ad quid 1540. cõpoſitio d. figura, differẽtia 816. b. c 817. e. cauſas vnde & qualis c. 817. c. verum officium 817. b, moribus homini difficilis, cur c

repudium ob ſterilitatem 1015. c. Chriſtianis interdictum 1727. c

repudij priſci libertas, & eius cauſſa 1109. b. c. 1114. b noui reſtrictio 1714. b. Chriſtiani raritas & difficultas d. cauſa iuſta vnde 1727. c

res omnes an olim in eundem ſtatum redituræ 2162. c

rerum cond tor qui, & eius epitheta, viſque 2159. d innouatio qualis 2202. c

reſpiratio quî fiat 355. b. 438. e. 450. c. 504. a. 508. d. 601. b. 602. c. 606. e. non nutritionis gratia, cur 600. c ex Empedocle qualiter 602. b. 603. a. ad vitam neceſſaria 606. b. quibus 169. b

reſpiratio ſpontanea ſit animæ imperio, etiam ſopitis nobis, quomodo 483. c. 484. a. c. fabrorum follibus affinis c, quod ſit voluntaria 483. b. pro inſpiratione 485 c. eius vnicæ ſpatium plures ſyſtolas & diaſtolas complectitur 486. b. c. non poteſt congruere cũ pulſu cordis quamobrem 487. c. naturalis quomodo fiat 488. a. partim voluntaria, partim naturalis 489. b. in ſomno quî fiat b. ad vitam neceſſaria c. 490. a. b. quid, & eius partes 497. c. qualem aerem deſideret, & quorſum d.

reſpirationis vſus duplex 432. e. 436. e. 594. a. 604. b. organa, & cauſæ tres 436. b. vtilitas, neceſſitas vnde 170. b. 432. e. 436. d. 597. c. 599. 600. 604. & vis ibid. partes 441. a. differentiæ d. continuitas 598. c effectus ad ciborum coctionem & diſtributionem d. partes duæ 606. b. modus & vſus ſequitur cordis & ſanguinis rationem, quî 510. a

reſpirationis vſus tum inſpirãdo, tum expirando, quî 486. e. vis ibid. cordis gratia quorſum ibid. de ea variæ philoſophorum ſententiæ 487. a. b. & ſeqq. commoda d. vſus idem qui pulſus 489. a. naturalis, ſed actio voluntaria e.

reſurrectio hominũ ex magorum opinione 95. d. 97. c oraculis aſſerta 143. e. 144. b. rationibus 2176. b. 2178 d. 2179. a. 2186. b. c. d, homini propria 2176. c. ſimilitudinibus & exemplis probata 2187. d. 2188. a. quî fiet 2177. a. 2178. a, citiſſimè 2181. b. ad quid 2179. c 2186. b. in qua ſtatura & ætate 2183. præſupponit mortem 2181. a. poteſt fieri qualibet ætatis forma 2183. a. eſt fiducia noſtra 2186. c. d. duplex qualis 2190. a. 2195. b. 2197. c. 2203. a. quando futura, qualis, & quorſum 2190. d. quid ſit, & vnde dicta 2191. a

reſurrectionis futuræ argumentum, idem, & immortalitatis animæ 88. c, d. modus 2177. c, d. typus 2179 b. hypotypoſis 2179. d. gloria & magnificentia 2177 d. ſublatæ incommoda 2191, b

poſt reſurrectionem ceſſabunt connubia 2180. a. b 2189. a. ante mors præcedet 2181. a. b

de reſurrectione quid ſenſerint philoſophi 2188. a. c. d 2189. a. c. 2194. d. poetæ item 2194. d

rete mirabile, eiuſque ſynonyma, & eorũdem ratio 564. c. vbi ſit & a quo contextum e. in brutis vbi, & quale in homine 2048. e. vbi, & quorſum, & vnde 529. d. 2049. b. eius compoſitio & locus 2045. b. c d. 2046. e. 2047. d. an ſit, & eius vſus 2041. b. vide Plexus mirabilis.

retentrix ventriculi facultas, & vſus & damnatillius 676 b

retiformis, 4. oculi membrana vnde dicta, & qualis, & vnde 294. d

reuerſio ad mundi inquinamenta quàm ſit damnoſa 117. c.

rheumata & catarrhi quo fiant modo 1510. c

rhytmi vſus 359. c

ridere & rudere 2213. a

ridiculorum materies in quo poſita 2212

riſus quando primum infantibus 878. c. qualis in beſtijs 2077. d. e. quorſum attinet 2209. b. quid, & vnde 2226. a. b. homini proprius 2210. c. ſoli 2212. c ad ſolatium laboris 2211. c. d. an à liene, & quomodo 2218. d. & cur 788. b. c. 792 c. ab animo qui, & à capite non à corde 2219. quid & quomodo 2222. a. ab animæ ſede 2215. ex gaudio cordis 2215. non eſt admiratio 2221. a. ex titillatu cur 2224. a. b. e. 2225. a. & qualis 2225. c. d. ex vulnere præcordiorum cur 2224. b. 2225. b. ex imaginatione interiori citra eſſentiale obiectum vel ſubiectum 2226. c. d. à ſenſibus ſuggeritur 2226. d. 2227. a nothus in brutis 2230. a

riſus Sardonius vnde 2225. c

riſus etymon 2209. c. periphraſis 2210. b. vis & vſus 2211. d. prima cauſa 2213. c. vehementioris damna 2212. a. prigo 2215. 2219. 2223. b. cauſa externa 2221. e 2222. a. viſus tonum corpus in quo conſiſtat 2223. c definitio, & cauſa, & effectus, & ſedes 2223. e imaginatio vnde proueniat 2226. b

riſum quæ vis ſentiat 2213. b

ad riſum quid requiratur 2213. c. d

robur à ſanguine quabter 1456. e. quarum ſit partium, & eius exempla 1765. e. 1766.

Romanorum idololatrarum nequitia in mares & fœminas 908. b

Rondeletij laus 347. e

rotula 257. d

rotunda inſurijs minus opportuna 537. e

ructus quid & vnde 184. d. acidus & nidoroſus vnde 1476. e

Ruſticelli robur 1194. d

S

Abaoth, Dei nomen, quid ſignificet 51. e

Sabbatismus ſeptimi millenarij 2203. b

ſaccus in cõlo inteſtino, non eſt cæcum inteſtinum, & vnde 699. c

ſacrificium pro peccatis mortuorum ad reſurrectionem 2180. a

Sadaï nomen Dei, quid ſignificet 52. b

ſagarum deteſtatio, & facinus abominandum 883. b.

Salamandra an igne nutriatur 392. a. b

ſalitium quid & quando accidat 268. a. b

ſaliua 232. d. vnde ſit 1510. e. 1511. d. 1612. d. an pituita 1465. d. e. 1512. d. humana valet aduerſus angues 158. b.

Digitized by Google

ſalſa quî amareſcant 1409. b
ſalſedo ab admixione 1408. a. à ſicca exhalatione. d
ſaltus ſuper leua manu 1325. c. ſine pedibus quando & quib. 1327. d
Sancti poſt mundi conflagrationem vbi conſiſtent? 2171. b.
ſanguis ab hepate diſtribuitur 1382. a. vbi in ſpiritum vitalem conuertatur, & quomodo b. ad ventrem remeans, quò ſe inſinuet 662. b. è chylo quî generetur ac repurgetur, & in cauam recondatur 744. a. quâ vim in venas ferat, & in corpus diffundatur. d. vbi incipit rubere, & qualiter 761. e 762. a 1319. d. adhuc ſeroſus tranſit à porta venis ad cauam, quî 765. a
ſanguis quî generetur, & inde excrementa, illiúſque diſtributio 793. c. 1750. a. quomodo purificetur 794. a. quomodo ad renes ſe habeat 797. a. repurgatus è renib. quomodo retrò remeet c. per eos quî percoletur 800. d. non omnis æquè calidus 1048. e. à fructibus qualis e. vnde in corpore ibid. facile reparatur 1050. b, conſtat ex 4. humorib. quî 1417. a. initium noſtræ generationis, qualiter b copioſior alijs humorib. 1440. d. medius inter bilem & crudum humorem 1441. d
ſanguis vnde dicatur 1445. c. quî fiat 1446. a. qui à faciat ad mores 1447. c. 1451. d. 1458. e. an natura calidus 1447. d. 1450. d. non ſentit 1449. c. 1451. a quibus in grumos concreſcat, & quâ de cauſa 1449. d. e. 1457 b. facile putret 1449. e. qui morboſus & qualis 1450. a. ſimilaris & cõmunis 1450. d. quî cõcreſcat aut non 1451. a 1776. d. e. quid ad prudentiã conferat 1447. b. c. 1451. b. qui metum vel audaciam pariat 1451. b. qui magis liberoſus & iracundus 1451. c qui partes alat diffuſus 1451. e. qui optimus ad vires animi & corporis 1453. a. 1454. d. quando auctior 1453. c. medius inter bilem & pituitam, qui 1454. d. dulcis è natura 1454. d. 1456. e. præter naturam, ſaporem variat, qui 1454. e. quid in genere, & propriè 1455. a. purus in venis non eſt 1455. b. bifariam dicitur, quomodo 1455. c. temperatus qualis 1456. b. an mittendus in conuolſione 1456. c. calidus plus minus 1456 d. e. quid ſit propriè 1456. e. 1457. a. cur cogatur 1457. c. generationis noſtræ principium & nutrimentum, quomodo 1750. a. ob fibras congelat, cur 1800. e. extra vaſa putreſcit 1805. e. grumeſcit 1806. c
ſanguis muliebris qualis, & comparatio cum virili 1696. a. in defloratione vnde defluat 1099. d. in mortuis fit ſanies 515. e. vnde cum aqua de latere Chriſti 175. d. & eius myſteria 515. e.
ſanguinis fons & origo vbi 140. c. d. 541. b. generatio 1428. c. quî fiat 1430. d. e. 1431. b. partes quot 1433 a. rubor vnde, & vſus 1445. b. temperamentum 1447. d. qualitas & dotes 1448. c. e. 1449. c. dominium 1448. d. differentiæ & effectus 1471. d. e. 1472. d. 1457. d. neceſſitas, & vſus, & receptacula 1442. a. b 449. d. humani natura & prærogatiua 1449. e. pulſus & feruor è natura 1449. e. origo vnde, & eius vis ad vitam 1450. a. motus in ſomno & vigilia 1450. b. vſus & eius generatio vnde, & qualis 1450. e. 1457. c. comparatio cum carne 1452. a. ab ætate & ſexu 1453. b. cum lacte 1455. a. cum maſto 1479. a. diſcrimen ad robur & intellectum 1452. e. 1458. e. crebræ mutationes in homine, qua de cauſa 1453. d. ſecretio, & fons, & diſtributio 1454 b. natura familiaris 1454. c. d. temperies quæ 1455 b c. partes 1455. e. praui notæ, vel boni 1457. d. vaſa, perfectio, vſus, quantitas, qualitas, color 1458. b
ſanguinis ad ſanitatem & animi vigorem efficacitas 1459. c. vis ad corpus & animum moreſque 1459. d præter naturam mutatio 1459. e. qualitas & temperamentum, & differentiæ 1494. c. cauſa, materia, finis, 1496. c. partes quatuor 1498. b. dominantis in homine ſigna. 1500. b. 1504. b. effectrices cauſæ & circunſtantiæ d. 1503. b. e. de vena cava in dextrum cordis effuſi ſinum vſus & præparatio 332. e maſculi & fœminei comparatio 1049. c
ſanitatis cauſæ 1423. c. e. 1434. b. 1440. c. 1444. a 1459. c. d
ſapientia cerebro potius quàm cordi aſſignanda 553. a non à corde, aut phrenibus 559. e. quo tempore in puero eluceſcat, & quibus ſignis 1005. a. 1160. b. c. cum imbecillitate anteponenda robori 2067. e homini propria ad quid 2071. b. 2072. d. e. 2072. c vnde 2074. d. e. 2127. b. eius vis & effecta. 377. e
ſapientia Dei imperceptibilis 56. a. omnia perluſtrat 1072. a. huius mundi qualis 581. e
ſapor quî fiat, & vbi 286. a. b. à calore 385. a. qualiter cum odore conueniat 344. e. 345. a. 349. d. e. fit permixtione, cur, & quomodo e. & 350. a. 386. e quomodo cultu mouetur 351. b. quò dulci propinquior, eò alendo magis idoneus 386. c. ad guſtatile quî ſe habeat 383. a. quid 354. a. 385. c. cuius ſit ſicci ibid. dulcis alix, reliqui pro condimento c. lactens differt à dulci, quî 386. b. vinoſus 386. b. nulli copulatur velut idem 386. b
ſaporis analogia cum odore 385. c. an acerbi & auſteri generatio 388. b. amari c. ſalſi & acris ibid. acidi d. dulcis ibid. auſteri & acerbi affinitas 389. d. nitroſorum, ſalſorum, amarorum d. acrium, acidorum, dulcium, pinguium e. & 390. a. b. c
ſapores an octo 386. a. b. concretione & diſcretione fiunt 388. a. extremi & medii 383. d. intermedij 384 c. d. qui calidi, qui frigidi, qui temperati 390. d
ſaporum differentiæ & ſubiectum 344. e. 385. d. artificioſa mixtio ad quid 745. b. nomina & proportio cum odorib. 386. b. c. d. ſedes 381. e. genus in plantis 385. b. tria ſubiecta e. natura perobſcura d. numerus incertus 386. a. genera ſeptem a materia d. ſpecies 389. a. b. ad colores ſimilitudo & analogia 383. d. e 384. c. differentiæ 7. d e. 385. d. a. 389. c
Sara abſque menſtruis concepit 1739. b. eius obedientia erga Abraham 884. a.
Sardanapali epitaphium 89. b. d
σαὸς ξ vnde dicta 1809. e
Saturnus diæ. a. 62. a. dominatur primo & octauo menſi conceptionis, ideò rarò vitalis quare 1149 e
Satyri quales 1667. a
Sauromatarum mores, & Amazonum 481. b
ſaxum cœlo delapſum 187. b.
ſcapulæ 585. c
ſcientia vbi 563. b. actu & potentiâ quî 1067. d. eiuſque dignitas 2073. e
Scipionis mors 121. a. b
ſcirrhi & tophi luis venereæ quî liquentur & diſſoluantur 495. c
σκιὰ μοειδὴς epiphyſis qualis 1910. c. 1930. c. 1931. b. 1948. c.
ſcoptola operta, aut ſcrotula, ab vſu & forma, quî 470. c.

Digitized by Google

ſcrophulæ quid & vnde 1829.a
ſcroti compoſitio 246. c. deſcriptio 287.e
Scylla Niſi 900.b
Scytalides 253.c
Sebum vel ſeuum quid 1834. d. 1837. c. 1839.b. inſenſibile vnde 1838. c. eius natura & generatio 1837. a. 1838.a.b.d. locus 1838.e
ſebo quæ animalia abundent 1838.b.c
ſecundinæ vbi 1121.a. & earum nexus 1124.e. generatio qui fiat 997.a.
ſeculorum triplex ſtatus & finis 2165.a. b. 2171. b. conſummatio 2172.e
σκόλαξ vnde dicta, & quæ 73.b.
ſemen quid 827. b. rapit ſecum ideam omnium partium 468.e. 1552. c. d. 1630. a. coagulo ſimile, & lacti menſtrua 548. e. in epilepſia & gonorrhœa inuoluntariè effluit, cur 857. b. quomodo in vaſis paulatim immutetur 870. c. d. an à teſtib. generetur 870. c. d. an totum e. quale 871. a. b. ex alimento gignitur à quibus 875. b. à cerebro ad teſtes quib. ductib. deſcendit 893. d. non debet cunctari extra vterum 894. d. ad vteros duplex 905. a. diſtractum rumpitur, qui, & quid inde ſequatur 913.c. quomodo in membranam concreſcat c.d. trahit ad ſe ſanguinem & ſpiritum quorſum e. virile ſublimit vterum, femineum eius cornua 934.b. in vteri capacitatem vtrumque profunditur 937.a. albidum inheret allantoïdi a. in vteri cornib. vnde 937. c. quî in vaſis ſeminarijs elaboretur, & paulatim mutetur 952. e. 953. a. nullum citra teſtes generari poteſt. 957.c. quà vi profundatur in coitu d.e. an à ſpiritu impellatur 965. d.e. virile quò proiiciatur 966. d. an vtrumque in vtero confundi ad conceptionem requiratur e. virile valet coagulum cogit menſtrua in vtero 967.b. quî generatur 971.a b. quomodo agat, quáue vi 1061.b. an animatum c d. an gignat, & quorſum euadat 1062. a. b. 1063.c quid 1062.e. vnde ſit fœcundum 1063. a. cur partitò proſiliat, & quorſum 1095. d. glutinoſum, quare 1121. d. in vtero quando conceptum indicat 1214.a triduo fluctuat poſt ipſum conceptum, in vtero 1242.b. an excrementum, vel alimentum 1547. a.d e. 1548. b. 1550. a. 1554. a.d. 1570.a. & quid ſit propriè 1558.b 1549.d.e. 1550 d. 1554.d.e. 1555.d. 1560.b 1561. b. 1562.e. 1567.b. 1569.d. cur ſpumeſcat 1548.d 1552.a. 1571. c. 1597.d. maſculum & fœmineũ 1548 e. 1559.b. 1551. a. b. 1559. an ab omnibus membris prodit, quale 1548. e. 1552. c. d. e. 1553. a. 1570.e 1576.b. 1613.a. 1615.a. facile diſſoluitur quamobrem 1550.e. 1552.a. cur fœcundum & vnde 1550. d. 1553.e 1570.c. 1608.e
ſemen habet omnes partes potentia, quî 1551.a. 1650.a. eſt ſanguis qualiter 1551. b. 1578.b. diuerſum à ſanguine, quî & quomodo cruentum 1551.b.c. excrementum ſanguinis quale 1551.c. plurimum in homine 1551.c. d. qualiter in vterum ejaculetur 1641. e an omnes album & cur 1551. e. 1552. b. 1554. d. 1556. e. 16.5. b. c. non coagulat 1551. e. 1552. e. ſpiritu & aqua conſtat 1652. a. b. origo ſanguineorum qualiter 1553.a. calidum & humidum, vere abundat 1553. a. b. e. an frigidum 1553.b. congener ſanguini cur 1553.b.c. flatulentum 1554.b. qua vi excernatur 1554.c. 1556. b. 1598.e. alit venas & partes ſpermaticas 1558. e. quomodo ad teſtes confluat 1570.b. quî recipiatur ab vtero 1559.a. vnde ſit 1559 e. 1560.b. 1567.b. an ex coctione, non colliquatione 1562.c.d. quomodo animetur 1560. e. 1635.e. 1639.d cruentum vnde 1569.e. 1677. d. in vtero quorſum euadat 1561.e. quomodo demuretur 1564.a. 1565.d e. ſimilare & tamen diſpar, quî 1563. d. an in ſolis vaſis ſpermaticis conficitur, 1565. e. vnde & quomodo prodeat, quáque via 1572. d. 1574.a. 1576.c 1579. c. an à cerebro 1573. e. 1574.d. 1575. d. 1576.d.e 1577.d. 1580.e. an ex medullis 1574.a. 1581. c. 1851. a. 1852.e. quomodo gliſcat ad generationẽ 1585.c. quomodo concoquatur, & ſigna 1578.c.d. vbi 1581 a. an à toto corpore decidat 416. b. 1628. d. e. 1630.b.d 1631.b. 1632.a b. & ſeqq. 1634.c. 1636.c.d.e. 1638.b.c an à partibus ſimilaribus an à diſſimilaribus 1633.a 1637. b. an à coniunctis an à diſtractis 1533.b an à principibus partibus 1637.a. cum menſtruo quî ligetur in conceptu 1714. e. qualiter alatur in vtero 1714.c.de. infœcundum quale 1726.e
ſemen vtrũque ad generationẽ debet concurrere, cur, & quomodo 1028.e. an materia vel inſtrumentum embryonis 1052. e. 1054.a.b. rationis expers b. quî habeat ſanguinem c. quid ſit c. num à muliere profundatur, & quale 1566.b. 1600.b. 1621. & ſeqq. 1605 1606. muliebre 249.a. ad conceptum & generationẽ requiſitum 1002.e. 1003.a. quà illabatur in vterũ & vbi virili miſceatur, & quando 893.e. quò effundatur 905.e. an ſit contentus in teſtib. fœmineis liquor 914.d. excernitur in coitu intra vterum 919. b.c
ſeminis vis in orgaſmo 272. e. ductus à cerebro ad penem 821.b.c. diuerſus ab vrina c. obliquus cur 860. d.e. 861. b. conditio 831. c. corpus an diſperſum, quóue modo d. meatus 848. a. d. e. retenti damna 1012.c. 1002. d. redundantis 408. e. partes diſſimilares, quî 1089. c. diuulſio in vtero d. ratio ad πλαστικὰς 1083. b. 1095. e. vis mouendi 1063. d. comparatio cum coagulo c. vis ad generationem 1087. d. partium differentia d. prærogatiua, vſuſque 1546. b 1547.b. ſynonyma 1546.d.e. origo vnde ſit, & qualis & quomodo fiat 1546. e. vis 1055. b. 1547. c. 1553. d 1555.e. proportio cum mucho narium 1549.a. analogia ad corpus 1549. b. maſculi & fœminei differentia 1549.d.e. ſubſtantia & color qualis 1055. b. 1551. d.e. 1565.d. 1566 b.c.d. 1571.b. fœcũdi probatio & notæ 1551.d. 1553.c.d. 1556. d. cocti ſigna & cauſæ 1553. d. natura ſpumea 1552.c. 1554. b. 1577.a. ejaculatio quî fiat 1557.a. virilis actio in vtero 1556.c. d. vſus & efficacitas 1557.e. 1558. e. origo vnde 1558.a. 1561.a. 1574.e. vis prolifica 1570. d.e. 1571. d. generatio quî fiat 1563. e. 1564.b.c. à quo, & vbi 1578.d. artificium, 1564. e. proportio cum menſtruo 1564. e. comparatio cum pute 1564. d. cum ſanguine 1561. a efficientia viſque 105.c. 1564.d. 1566.a. qualitas 1055 b. 1566.c. facultas 1572. b temperamentum 1567.b 1571, c.d. retenti in commoda 1567. e. materies & forma vnde 1571, a. 1576. a. 1637. e. ductus & via 1572.d, e. 1573.b.a. 1575.d 1576.d. 1581.c
ſeminis appellatio æquiuoca, & differentia maſculi à fœmineo 1559.b.c. 1562.a.b. 1604.c. 1610. b. vtriuſque confuſio in vtero 1562. a. 1565. d. comparatio & vſus 1563. a. 1565.c. vtriuſque motus ad maris & fœminæ generationem qualis 1038.c. d. concordia 1029.b. vis 1054. c. d. conditio 1038. b. coniunctio mutua 1048.b. mixtio 933. d. 1088. c. confuſio ad conceptum 934. c. 1094. b. fœminei vſus ad conceptionem 934.c. profuſio etiam a grauidis 937.a.b

masculi vis & qualitas 1055.c. faciebat vnde 1664. d. 1082. d. emissio matris in veteri cervicem, non in finum, quî fiat 917.c. in fundum 918.c. d
senarius cur fundamentum gignendi, eiúsque partes 1154. d. e
senecta prima, seu maturitas 66. b
senectus qui 1041. a. terrena 270. c. auget, non minuit animi functiones, qua conditione 146. b. quî obrepat 2135. e. 2136. c. eius intemperies 270. e. morbi & incommoda 2085. d. e. 2087. a. 2115. b. terminus nullus 2117. a. comparatio cum marcore plantarum 2137. b
senes an infantes inopia dentium 430. a. per conspicilia cernunt acutiùs qua de re 309. c. d. octogenarij genuerunt 1679. a
senescere nostrum quid 81. e
senium 66. b. eiúsque cum morbo affinitas 271. b.
sensibile quid 868. c
sensibilium ad sensus instrumenta proportio, & horum cum elementis analogia 324. a. 392. c
sensorium omne ex aere & aqua ex Arist. 597. a sensibilium rerum excessu destruitur c. quid 398. c
sensoria sensibilibus respondere 65. c. d. cur cerebro vicina 335. d. 2001. a. eorum nervi quales 2000. e. 2001. d.
sensus quid 398. c. quî fiat & vbi 2014. b. e. 2016. d. 2017. a. 2018. e. 2019. b. 2026. b. 2028. c. 2029. a. 2031. c. e. 2037. c. à qua parte 2016. b. 2021. e. 2022. c 2025. b. qualiter à cerebro 2014. b. 2015. c. 2016. a quòd per nervos, quî 2014. b. qualiter à corde 2015. c. an ad vitam necessarius 2014. e. quî pereat 2021. a. d. 2027. b. solus vel cum motu 2029. b. c 2032. c. 2033. b. d. 2034. a. d. 2036. d. vnde parti illabitur 2032. d. e. quomodo arte sopiatur 2053. a homini communis cum animalibus, sed præstantior 39. c. d. sequitur spirituum naturam quomodo 280. d. an perire potest salvo motu 1900. b. quî fiat 1906. b. 1907. b. 1908. c. ad quid datus 2055. c. ad quid in brutis 2064. c. non fit, si sensibile imponatur organo 353. a. omnis aptus dignoscendo sensibili 356. d. qualiter intercipiatur 2037. d. e. 2036. a. b. aliquis à morte superest 112. c
sensus nova quando maior aut minor 2038. e. 2039. a. b. symptomata quot, & eorum nomina 1040. c. d. vis & efficacitas 2062. c. reprobi pœna, quæ 708. b
sensus communis quis sit, & vnde dictus 412. e. 2017. a 2037. c. 2073. a. vbi 1964. b. 1966. c. d. 1967. c. 1969. c. 1971. d. qui, & qualis 1966. c. 1970. c. qui fiat 1969 a. eius vis & prærogativa 1971. d. e. 1973 communis animæ & corporis 417. e. 418. a. eo affecto reliqui afficiuntur 419. d. e
ad sensum faciendum quot & qualia requirantur 2037. c. & an difficilius ipsum perire servato motu, aut contra 2039. e. 2040. a
sensus qui præsint in homine 166. a. qui fiant per medium aerem, & ad quid 316. b. 332. b. omnes ad cor referuntur 341. e. omnes percipiunt opposita 396. d. quando fallantur, an fecus 411. e. non falli, sed opinationem 412. d. agunt vigilando 414. d. in somno cessant 357. b. d. e. 2021. a. b. occasionem risus suggerunt 2226. d. in infante quomodo agant 1133. b. e. senum cur hebescant, & motus pigrescant 275. c. d.
sensus cur quinque, nec plures aut pauciores 397. d. 398. c. d. in homine perfectiores quàm in quovis animante 410. e. cur in capite 64. a. 1952. 1955. a. omnes ferè gemini 65. a. quo elemento participent d. omnes interiores & exteriores à cerebro, 571. a. b. vndique ad mentem feruntur 572. c. in capite non in pectore c. in qualibet corporis parte 573. b.
sensûs certitudo 65. a. sedes vbi 166. a. 281. a. numerus & communio 287. a. organa alia recipiendo, alia emittendo comparata 505. e. munita omnia 337. a. primum quodnã 396. e. integritas & vitium vnde 364. e. affinitas cum 4. elementis 65. c. 399. b. 410. d. e. qui in homine acutissimi e. organa in motis animantib. ferè vegetiora 411. b
sepiæ viuæ extra aquam edunt sliopum 499. c.
septenarius ἑβδομὰς dictus, cur 1164. e. eius vis in rerum natura 1158. e. 1159. a. in homine 1161. d. e. 1164. b. vnde 1135. a
septimana propria & communis quænam sit, & vnde 1171. a. quot constet diebus 1170. c. 1171. c. d. 1252. d
septum an à præcordijs differat 610. c. eius situs & vsus 610. e. 584. b. vide Diaphragma.
septum nasi 231. c.
Seraphin 29. a
Serapidis statua quotsois à sole salutata, quî 1500. b. c
sermo quid 439. e. quî fiat, & quib. organis 282. a. 419. d. e. 430. d. 440. d. 1170. a
Servius Tullius mirificè genitus, ignículos fudit vertice 188. c.
sirum lactis calidum an frigidum 1675. c. sanguinis 1516. e. 1526. b. quà excernatur 1542. quorsum 793. d. & eius vsus quò ferantur ad renes 811. a
sexus masculi aut fœminei causa 1084. a. 1090. b. discrimen vbi, & quando, & ex quo 818. a. 1014. a. 1029. in plantis in distinguitur? 851. e. 852. a
Sibyllarum oracula de resurrectione & extremo iudicio 143. e
siccitas quot modis fiat 1803. c
sidera pro Dijs priscorum 10. b. in æthere 58. c. 72. b ignea 187. e. fixa æqualiter moueantur, & quæ longiùs distent 214. e. subtermeant & resurgunt 1382. b. sub terra vim habent eandem b. c. 1384. e. an circum terram ferantur 1393. e
siderum effigies 58. e. 59. a. situs & magnitudo 210. c. obseruatio inæqualis progressionis, & causa 214. d
signa ex supercilijs 229. a. ex naso 231. b. à denub. 234. a b. ex linguæ colore 379. e. 380. a. ex flatu 184. d.
signa morum ex singulis partib. corporis 1312. a. b. & seqq. 1314. a. b. & seqq.
signa antegressura vltimum iudicium 2171. c. vide Iudicium.
signa Zodiaci duodecim 172. e
signiferi situs, munia, diuisio 58. e. vide Zodiacus
Silenus & Satyrus 2230. e. 2231. a
Simeon monachus in Columna habitans, quali & quanta 1539. d
similitudo natorum ad parentes vnde, & causæ 1610. a & seqq. 1611. d. 1612. b. 1614. e. 1615. a. & seqq. 1618. b 1619. a. d. 1621. b. c. 1629. d. 1631. b. cur in mutis maior quã hominibus 1616. a. etiã inter dissimillimas gentium species, vnde 1616. c. e. 1617. b. d. e. etiam in partib. & signis 1618. e. 1626. c. etiam in posteris 1616. c. etiam in voce & gestu 1617. a. in mutis & plantis

d by Google

1617. totius & partis in fœtu, vnde 1614. d. triplex 1613. e. in ſpecie vnde e. in ſexu 1614. a. in forma ibidem.
ſimilitudinis & diſſimilitudinis gradus ac differentiæ 1613. b
Simonidis quæſtionem de Deo ſubterfugientis hiſtoria 61. c
ſimplex quid apud Medicos & Philoſophos 1795. b. c. 1799. a. ſenſu & naturâ 1799 c
ſimplicia quomodo examinanda 1799. b. quæ, & quot modis dicantur 1436. e
ſimulachra occurrentia in viſu, & eorum locus 312. e vnde exſurgant 313. a. b
ſinciput 228. a. molliſſimum 1869. c. infantis quale 1885. a. & eius infirmitas vnde 1858. d. 1927. c
ſingultus quid ſit 75. d. e
ſinus muliebris deſcriptio, vſuſque, nexus, & ſitus 991. e. magnitudo naturalis, eiuſque varietas 991. a b. longitudo & vana duities 694. d. e
ſinus cordis igneus, vbi 74. d. vide Cordis ſinus: & ventriculi
ſinus quatuor cerebri quales 1806 b. 1946. d. e. eorum compoſitio, & figura, vſuſque 1806. e. 1807. a. b
ſinus renum quot, quales, vbi, & ex quo 808. c. 809. d. e
ſinus Thoracis 469. e. ambobus confoſſis perit reſpiratio cum voce. 470. a
ſinus vteri 248. b. 249. pudoris 249. d. quales & quot 889. c. 891. e. 895. b. 907. b. c. 911. d. e. 914. b
ſinus de cornib. vteri 1085. d. pro dimidio vtero, non cornu 1086. e. quot & quales 1085. c. 1088. e 1089. a. 1099. a. c
ſitis à pulmone 455. a. in omnis ſi. pulmonum morbus 456. d. quî ſedetur d. in febre vbi, & vnde, & quomodo ſedetur d. quid 623. c. d. eius medela 638. d. quotuplex 674. e. origo vbi, & eius cauſſa 650 d. 651. b. e. vbi accenditur a. remedia a. b
Socrates integrum diem ſtare ſolitus 1359. b. eius conſtantia 118. c. d. e. 1473. e. modeſtia 165. b. extrema, cum amicis collocutio 403. a. b. ſcripta quænam e
Sodomæ, Gomorrhæ, & aliarum ciuitatum excidium 108. a. eiuſque cauſſa & modus 1409. e 1410. b
Sodomitarum peccatum ac pœna 511. e. 712. b
Sol 61. a. 62. a. an Lunæ proximus an altior 61. b. an animatus 82. b. author motuum 190. d. centrum mundi immobile 212 b. oculis nocet, cur 291. e. 406. a. cor mundi 308. d. ex ſe acres vibrat radios 310. b. vnodie gradum facit, id eſt 30. minuta 1187 e. quotâ mentis die ſignum intret 1198. d. numquam fatigatur 1393 c. circa terram penſilem voluitur c. d. poſt occaſum à nobis quò ſecedat d.
Solis ſitus, & dominatus, & epitheta 61. c. idolomania d. alimonia vnde 82. c. ignis ſimilior calori natiuo 81. d. ortus triplex 194. d. ortus & occaſus 208. e. vigor & effectus 1043. e. motus in Zodiaco quî fiat 1179. b. contrarius primo mobili in quo ei proprius verſus orientem, violentus ad occidentem, quando 1180. b. diurni quantitas 1183. e. litera olim hieroglifica d. curſus numquam ſui ſimilis, & quamobrem 1190. d ſenſim deficit & nos latet & eius differẽtię quatuor per quaterna anni tempora, qualis 1198. c. nitor ſemper Lunæ globum circuit, & parti quam aſpicit lumen fœnerans ſuũ 1245. b. c. equi ſidetij 1393. c. curſus c. nullus vſus poſt judicium 2198. e. ſplendor qualis 2199. a
Solis ſimulacrum in aëre pendulum, quî 1300. c
Solſtitium quando fiat 1176. d. verno autumnale reſpondet 1177. a. quid & vnde dictum 1184. d. hibernum & æſtiuum quando fiat & quomodo 1184. c 1185. b. e. 1198. d. e
Solſtitij dies qui tum priſco, tũ noſtro ſeculo 1185. b
Solſtitia priſca quo die contigerint, & ad noſtra tempora anticiparint 1178. c. qualiter retrocedant, & vnde error 1185. d
Solſtitiorum ſedes priſca 1173. b. analogia per trinos menſes c. ad æquinoctia, in diebus & menſib. qualis 1198. c
σῶμα vnde 2119. b
ſomnus quid 357. c. ineptus reb. agendis 414. d. vitam noſtram dimidiat e. quî fiat 416. b. cur à cibo aut laſſitudine c. 420. d. expergiſcitur 417. b. ad eandem partem cum vigilia pertinet d. alternant neceſſario, cur 418. a. operi longo ſuccedit a. quid b. 421. e. omni animanti neceſſarius 418. d. medius inter vitam & mortem, velut imago mortis d. eius frater e. pertinet ad ſenſum communem 419. a primi ſenſorij affectio d. vnde, & cur mox à cibo 420. b. morbificus vnde e. corde refrigerato obrepit, cur 421. e. quî diſcutiatur 422. d. quomodo ſanguinem purificet ac ſecernat d. quî fiat 423. d. cur laſſitudini ſuccedat, idem paſtui e. ex capitis repletione 424. a. tum naturalis, tum præter naturam qui fiat ibid. ſequitur caloris motum ad interiora b. ſempet humectat c. renerã quî fiat 425. a. 427. e. viſcerib. prodeſt d. quorſum & quibus 429. a
Somnus Deus, & eius aulæ deſcriptio 416. e
ſomni actiones, ſimiles vigiliarũ, vnde, & quales 533. d. immoderatio noxia 414. d. modus e. modũ excedentis damna e. 425. d. hypoſtaſis ac deſcriptio 415. e. affinitas cum morte 416. b. c. inſtrumenta 417. a. delicię in reb. humanis b. finitio 419. e. 425. a. c. 427. d. neceſſitas ibid. finis 421. e. accidentia cor quomodo afficiant a. cauſſa e. vis diuerſa à cibo & in jeiunio 424. d. beneficia 425. b. tempus incertum 425. d. occaſio, & vis diurni e. nocturni itẽ 426. a. terminus & ſigna completi b. accidentia 427. e.
ſomnum quæ faciant 413. e. 428. c
ſomno capti quidam multa obeunt vigilantiũ munia, & tamen non percipiunt, cur 418. e. 421. a
in ſomno frigent externa, cur 424. b. c. 428. a
ſomnolenti qui magis 420. e. 421. b
ſomnia in capite ab anima 571. c. quando vera ſint 90 e. 1953. c. juuenum venerea, cur 401. c. d. 426. e
ſomniorum fores geminæ 415. a. portæ veri & falſi b. c. verum è cornu cur, falſum ex ebore c. d. eorum origo & varietas 416. d
ſonus duplex 431. a. actu & potentia ibid. tantum à ſolidis b. quid, & quæ apta ad eum 432. b. 439. d. quomodo fiat 432. d. quî illabatur in aures ſenſim 334. b. an à cerebro 340. d. vehemens obtundit aures 433. d. ad ſonũ requiruntur duo 432. a
ſonum quæ edant 340. e
ſoni fallaces vnde, & quibus 334. d
Sophoclis mors ex gaudio repentino 410. a

ſortes geminæ 28.c
ſortilegi melancholici 1483. e. eorum ſacrificia magica, nefaria 883. a.b. miſeria & nequitia execrabilis 960. c
ſpadones qui, & vnde dicti 1110. e. & quo differant ab hypoſpadiæis 1111. a. d. 1112. b. non emittunt ſemen, nec generant 1112. d. ſunt eunuchi, quales 1113. a. cur à prima natura degenerant 1036. b
ſpecies animalis vnde 1619. c. 1620. a. 1621. c. ſubſtantiam ſequitur ex qua gignuntur 1620. b. à menſtruo cur c. cur matrem potius referat e
ſpecimen naturæ ex optima natura capiendum, & quænam illa 106. e
ſpeculum in cerebro vbi, quorſum 1921. c. 1943. d. 1946. e
ſpecula ignita 188. a
ſpeculorum natura, & rerum mundarum 307. d. nouorum labes tenacior quàm veterum cur e
ſperma quid & vnde dicatur 1546. e. 1558. d. e. an omne albicet 1635. b. c. eius origo, & ductus, & excretio 1560. d. 1573. d. 1574. c. d. comparatio vtriuſque 1560. e. 1606. b. fœminei vſus 1606. b. 1607. a. virilis alimentum & vſus 1607. a
ſpes mortalium in vita humana qualis 88. c.
ſphæra mundi 215. b
ſphæra cœli conuerſionum emula 1302. d. e. 1303. b. c. 1304. a. b
ſphæræ perfectio 266. d
ſphæromota & vſus 256. a
ſphincter 247. a. vnde dicatur 695. d. ani & veſicæ 696. a. 698. a. vtriuſque analogia 693. a. vſus & forma a. b
ſphincter ſedem cohibet & claudit, potiſſimùm frigore 692. c. refrigeratus retrahit fæces ad ſuperiora motu periſtaltico c. d. vt agat ad excretionem, tum per ſe, tum cum alijs 696. e. quomodo conſtringat e
ſphincter veſicæ excretionem vrinæ juuat, quî 803. c. quomodo agat d. quid conferat e. reliquias vrinæ ſolus propellit 804. b. quomodo d. 815. a. an actionem muſculorum juuet 815. b
ſphincteris officiũ, & ſitus & figura, & vnde dicatur 801. c. neceſſitas, & reſoluti incommoda e. proprietas ibid. reſolutio quid faciat, vel exciſio 803. a. vſus 794. b. ſitus ad veſicam & actio 804. a. meatus vrinarij c. vſus & ſimilitudo 814. c
ſphincteris ad anum vſus & inſertio 695. e. ſubſtantia qualis e. natura, fibræ, nexus, cohærentia, longitudo 694. c. vis quomodo reſoluatur, & damna ex eo. 397. b
ſphincteris vtriuſque diſcrimen actionis 803. c. differentia ob partium diſsimilem naturam d. vſus & inſertio qualis 695 d. forma & etymon 802. d. munus, & quòd non excernant 803. a
ſpina dorſi 257. a. 258. c
ſpina dorſi cum partibus 257. b. cur oſſea, caua, & valida, & pluribus conſtans oſsibus 472. c. cur obliqua & quomodo 471. a. b. quî alatur 1850. d. 2004. e. principium oſsium 1875. c. d. 1882. c. quid 1880. c. cur dicatur 1876. b. 1883. a. cur multiplici oſſe conſtet 595. a b 1877. d. 1878. c. 1882. c. 1888. e. cur caua & aculeata, & plurium partium 1878. c. fornici ſimilis 1879. a. cur antrorſum flexilis magis 1879. d. qualiter flectendo fiat longior, & ſtando breuior 1880. a. b. quid contineat inſigne in ſingulis partibus 1880. b
ſpinæ dorſi ſinus 888. e. vſus & quorſum flexibilis 263. a. 1337. e. 1338. a. figura naturalis 1358. c. d. productiones 585. c. proportio ad ſpinalem medullam 1867. d. 1877. 1888. c. articulatio 1874. e. 1875. c. e. 1879. d. compoſitio, vſuſque 471. a cur è plurib. vertebris ibid. eius vtilitas 472. b. os infimum idem & craſſiſſimum d. partes, partiumque conſtructio 1875. e. 1877. a. 1878. d. 1888. e. vtilitates 1878. b. 1890. c. ligamenta 1879. a
ſpinæ vertebrarum 257. c. & earum vſus in rhachitide 1878. e
ſpinei proceſſus an deorſum omnes vergant 1889. d
ſpinalis medulla vnde reſiccetur 1572. c. vide medulla
ſpirabilia cur in aquis moriantur 503. c
quæ non ſpirant quomodo odorantur 346. a. b. item quæ ſpirant- b
ſpirationis vſus geminus 345. d. organa 557. a
ſpiritus in homine, quid, vis, & origo, vſuſque 169. d vbi 170. c. natura, & nominis ratio 171. b. efficacia d. nomen homonymum & πολύσημον 500. c. d. ſignificata varia 505. d. periphraſis 170. b. neceſſitas ibid. regnum & vis c. celeritas in corpore 174. c. 177. d. domicilium 174. epitheta, ratio, & vnde ſit ibid. qualitas & vinculum 175. a. locus præſertim inuiuis b
ſpiritus per omnia diffuſus 174. e. 189. e. vacua omnia complet ſpatia 175. e. in humidis crat. ſcit, incaleſcit, fit viſibilis, velut vapor 178. c. d. paulatim attenuatus, non tamen mutatione incaleſcit, quî 181 e. à corde colorem deuceps minuit & magis attenuatur ac reſiccatur c. d. in nares adactus, nec aperit foramina, nec odoratum mouet 356. c. d. eius cohibitio quibus. & quot modis fiat 489. b. quomo reciproca viciſſitudine in pulmones & per cutis poros commeet 598. e. cur intus caleſcat, frigeſcat exterius 599. b. an in pulmone attenuetur 606. e. afflat homines vbique gentium 2160. a. an in liquorem denſeſcit mortuis & qualiter 2056. e
ſpiritus triplex 175. e 177. a præter rationalem 381. a. eiuſque officina & mutua generatio quî fiat, & vnde 178. d. focus 2041. a. comparatio & analogia 2042. b
ſpiritus animalis, vitalis, naturalis, quî fiant, vbi & quorſum 564. e
ſpiritus animalis 177. a. 183. c. quî elaboretur, vnde, & vbi ibid. a. b. c. finis medicinæ & œconomiæ naturalis 179. c. frigidus ſiccus 181. e. pro calore natiuo quî dicatur 172. a. pro anima b. c. 174. quid 172. c. quî fiat ac foueatur, & eius fons d. quomodo aërem præparet ad audiendum 334. b. quî reparetur 501. a non eſt anima, & quid tandem 564. c. quî cerebri ventriculos pererret 1969. b. quî neruis ſenſum ſuggerat 2019. a. quî feratur ad eos aut intercipiatur 2020. d. e. 2023. b. 2024. d. 2026. a. omnes penetrat, quorſum 2024. d. 2025. a. quid eis conferat 2025. b. quî ſenſum & motum efficiat 2026. b. c
ſpiritus animalis quid 2024. a. & eius efficacitas 2038. c. quî deficiat 2038. d. vbi cignatur & ſeruetur 2041. d. quî fiat, & vbi, & ex quo 2041. e. 2044. a
ſpiritus animalis præſtantia & vſus 179. c. è vitali generatio 181. b. ſedes, actionum vis, dignitas, quali-

Digitized by Google

tes. d. 316. a. ſubſtantia neruos omnes ſubit, quî 1024. d. ſedes, vſus, 1041. b. officina 1043. c. 2044. d. 2049. e. 2054. b. generatio quî fiat & quot in vſus 2025. a. 2041. b. 2042. a. 2044. c. 2048. d. 2049. e. focus & repurgatio 2041. a. 2053. a. nutritio vnde 2044. c.

ſpiritus vitalis 177. a. 183. c. è naturali generatur 181. c. vbi, cur dictus, vnde coalitus, quid gignat 488. d. 529. c. naturæ igneæ, quicuiſque impatiens 531. a. in pulmone elaboratur, quibus vaſis 495. a. 531. d. an cerebro neceſſarius 2044. e. eius ſedes & alimentum 172. e. munia generatióque 181. a. 2042. a. 2044. a

ſpiritus naturalis an ſit, & vbi ſit 172. c. 177. a. c. 183. b à quo primùm aſſertus 175. a. vbi c. eius materia, locus, ductus, finis, cauſa, forma & vſus 178. a. munia 180. a. calidus humidus d. e. 181. a. efficacia 498. c. generatio & ſedes 2042. a. quomodo conſeruandus aut corrigendus 150. e. & aliorum materia ſpirituum 183. d

ſpiritus in oculis ad quid 190. e. quî & quorſum, & quò facellat 293. a. cur ab vno oculo ad alterum commeet 319. a. per oculos magis emicet, qua de re 308, d. e. eiuſque vis in aërem, ſicut & Solis 323. a. b. quomodo per aërem videat, & quà trajiciat 326. d. per neruos opticos ferrur 2023. a. omnes ſubit 2024. b

ſpiritus inſitus an corporeus, & qualis, & ad quid 49. d. e. eius differentiæ quot 171. d. 173. e. ſubdiuiſio 172. a. cum ſpiritu mundi affinitas 68. d

ſpiritus natiui, ſeu caloris ſynonyma 174. a. affinitas inter ſe ibid. mutatio in morte qui fiat 175. c. tres officinæ totidemque ductus 175. e. ſedes 176. b. d

ſpiritus ventriculi proprius, qualis, & vſus ac munia 180. c. frigidus humidus, quî c. d

ſpiritus intellectualis eiuſque functio & dignitas 179. c

ſpiritus moderator mentium 49. e

ſpiritus formator quis & vnde 1055. d. 1079. c. quomodo format embryô 1055. e. 1056. c. qualiter foueatur 1056. a. quî ſubeat & ſubigat ſperma 996. a. 997. a. 1056. a. qualis 1058. d. vbi & quomodo agat. d. e. eiuſque vis & origo 1059. a

ſpiritus æthereus non eſt aër ſpirabilis, & amborum diſcrimen 505. a. b. cæleſtis qualis & eius vis mirabilis. b. ineſt omnib. animantib. 511. d

ſpiritus & calor natiuus cœleſtis quî ſe habeant inter ſe, & vnde, & quorſum 174. c. e

ſpiritus mundi qui & qualis, & quid efficiat, & vnde 69. b. eius natura, mirandique effectus 68. d. e ſynonyma & vis e

ſpiritus in ſemine qualis, & ad quid 178. a

ſpiritus fixi, vagique quot, & vbi, & ad quid eorúmque ductus 176. c

ſpiritus cur præter naturam, & qui 184. a. eorum generatio, cauſa, materia, ſubiectum. b. vide Flatus.

ſpirituum in homine contentorum partitio, & nominum varietas 171. e. diuiſio, & focus, vis, atque ductus & generatio 176. e. 177. a. officium. e. generationis ratio & ordo 179. d. locus, materia, cauſſa, ibid. ordo in vſu & procreatione. 181. b. fluentium vis & vſus 176. c. 308. d. generandorum modus 178. c. 308. a

ſpirituum corporis conſeruatio ab alimento, quomodo 183. b. generatio, focus, præſantia, temperatio, vſus, ductus ibid. differentia à ſubſtantia, & quod ſit aliquis naturalis e

Spiritus vniuerſi, vel Dei 505. c. quomodo ferebatur ſuper aquas d. replet orbem d. tertia in Trinitate perſona. e. eius efficacitas 25. a. energia b. c

Spiritus ſanctus 1070. e. author mundi, quî 1071. a eius diuinitas & opera mirifica. a. epitheta & ſynonyma. c. quid ab eo rebus creatis inſit 1072. e. eiuſque virtus Philoſophis ignota. e. vis in rerum natura 1073. a. proprietates. c. efficacitas 1074. a. cur ſub forma linguarum ignitarum inſedit Apoſtolis, vbi, & quando 376. d. ſacrorum voluminum author 466 b

ſpiritus Eliſæi duplicatus 154. d

ſpiritus viſi, auditi, tactu percepti quomodo 136. c

ſpirituum nouem ordines, & quid à ſingulis homo ſortiatur. 28. d. e 32. e

ſpirituum bonorum & malorum comparatio 186. a malignorum differentiæ, & quòd omnes mares, eorúmque dux 885. b

Σπλὴν vnde dicatur. 782. c. conficit excrementum melancolicum ſine arterijs quomodo 785 b. vnde ſibi trahit alimentum, & quale. e. vnde. 786. a. b. an officina ſpiritus vitalis? 787. b. an vitio animuli queat eximi, & quorſum. e. organum riſus, quare 788. a. quando corpus purificet & exhilaret a. aquam trahit 1484. d

ſplenis munus & locus 784. c. officium 784. b. vſus, & quà trahat, & quorſum. b. alimentum c. parenchyma ſuccos atrubicundi melancolicos, quæ vi d. excrementa fuligineſa 786. e. d. primæ compoſitio qualis 783. d. eo florente corpus tabeſcit quamobrem d. e

ſpongia quomodo humorem deponat 362. e

σπόγγοι de glandulis, quare 1829. d

ſpondyli cur ſummi quinque latiſſimi, & infimi craſſiſſimi 472. d

ſpondyli ceruicis ad omnem motum expediti 1880. d. ſuperni ad motum, inferni ad firmam ſtationem apti ibid.

ſpondylorum diuiſio 257. c. numerus & figura 1875. a. 1882. e. comparatio inter ſe. 1878. d. 1882. d. proprietas. 1879. a. articulatio qualis & quorſum. 1879. b. 1883. b. apophyſes, & decimi proprietas atque medij, 1879. a. 1880. a quot & quales 1883. a

ſputum pituitæ genus. 1510. d. vnde ſit 1510. e

ſtadium quid, 221. d. 1360. a. 1415. b

ſtagnum ſe ſponte extendens, & contrahens, & corpora eructans, 1413. a. b

ſtantes cur plurimum laſſentur 1356. d

ſtatuæ quomodo lacrument, moueantur, ſudent, ſanguine ſtillent, loquantur denique 2191. 2232.

στάφ vnde dicatur 1834. b. d. 1839. b

Σπλεγχνία quid 724. d. cur dicta vena porta 741. b

ſtellæ vbi ſemper vel numquam aſpectabiles 1400. e inerrantes vbi 58. e

ſtellarum ignearum alimentum vnde. 82. c. cæſus qualis 2166. c

ſtemma, & eius partes 345. d

ſtercus cum ſynonymis. 247. b. quî fiat, & vbi 651. e. 823. d. e. liquidum ſeu fœtus, quid e. lethale. 824. a. circa ipſum obſeruanda. d. exit po-

ſtridie ſumpti cibi 582.c
ſtercoris & vrinæ excretionis neceſſitas 489. d. vomitus vnde 692 d. 693. a c
ſtercoris boni nota 825. c. item mali 824. a. è cibo egrendi tempus 825. c. & 826. a
ſteriles non pubeſcunt 268. c
ſterilitas ab ortu vnde, & eius ſigna, item in proceſſu ætatis 969. d. c. 970. a. venis poſt autes ſectis inducitur, cur 882. b. quomodo deprehendatur 1015. c. à Deo ſolo ſummouetur 1739. c. 1740. c
ſterilitatis cauſæ plures 1724. d. 1725. c. 1728. a 1729. b. c. d. e. 1730. a. b. d. 1731. 1732. 1733. 1734. 1735. 1736. 1737. 1738. 1549. b. 1574. d
ſternum 139. c. eius compoſitio, & oſſium numerus 469. c
ſternutatio puerperis grauis, & abortus cauſa 979. c
ſtiria an pituita, & ſerum 1515. c
ſtirpis progerminatio duplex, quî 746. duæ partes & ambatum ſcopus & officium b
ſtipes an habeant alimenti excrementum 636. c. & earum alimentum vnde 648. d c. 2135 b
ſtigmatibus 282. c. vbi & qualis 461. c. d. quod non ſemper clauſus 463. d. quid 644. c. pro ariophago 646. c. vnde dicatur, & cur vocetur cor d. improprie de orificio ſtomachi, propriè de ventriculo 647. b. rex corporis ibid.
ſtomachi ſenſus vnde 65. b. c. deriuatio & etymologia 458. c. 460. c. ſitus & vſus 461. c. ſignificatio 462. d. ſympathia cum corde 514. a. b. 647. a. forma & natura 643. c. artificium cur ad læuam magis 646. b. figura, & eius ratio triplex 669. d. c. rotundi incommoda, c.
ſtomacho malè habenti quænam geſta 363. a
ſtrumæ quid & vnde 1829. a
ſtudium nimium dementat 428. c
ſtupor quî accidat in parte 2019. b. 2020. d. in ſenio 2038. c
ſturnus loquax 1981. d
ſuccus melancholicus qui & qualis 1491. d. ater qui, & differentia à bile atra 770. d. 1489. a. 1493. a. eius generatio & locus 1479. c. 1484. a. b. 1490. c. vis ad mores & ingenium 1483.
ſuccorum varietas in quo, & vis 1448 b
ſudamina quid & vnde 1526. c
ſudor 227. b cur ſalſus 1407. a è terra quî & an mare ſaliat 1407. d. quid 1512. c. 1513. b. 1524. c. duplex 1526. b. vnde dicatur 1517. b. quî fiat 1520. d. cur calidus aut frigidus 1520. c. multus quorſum 1521. b. 1526. c. embryonis vbi 1517. c. de vapore vbi concreſcat 1520. d. c. in morbis quî fiat, & qua de materia 1520. c. bonus & malus qui 1521. d. 1525. c. d. à qua cauſa 1525. c. cur præter naturam 1525. c. à ſomno quid indicet 1521. c. puberum cur fœteat 1522. c. d. cur ſalſus 1522. d 1525. b. Alexandri bene olidus 1543. a. cruentus vnde 1523. b. c. d. vnde ſit & quà excernatur 1524. c. d. ſanguini permixtus quorſum 1450. a. 1533. c. de quibus ſymptomatis indicet d
ſudoris germanitas cum vrina, differentiáque 1517. a. 1534. c. 1525. a. b. generandi ratio 1517 c. d. 1520. c. vſus & excretio quî fiat 1520. d. odor & color vnde 1526. b. copia 1526. c. natura, modus, cauſa, effectus, differentiæ 1527. a. b
ſudores qui boni aut mali 1521. a. b. frigidi quales 1521. b. c. critici 1521. d. diaforetici vnde, & vis 1526. c
ſuffocario ab vtero 979. c
ſuffocationis hyſtericæ cauſa 491 d
ſuffocationes quorumdam, ſpiritu ſibi cohibito 485. b. c. d
ſuffragines 257. c
ſuffuſio 131. c. vide Cataracta
ſuperbiæ ſedes 229. b. 281. a
ſupercilia 229. a. 297. c. 298. a. 299. d. 1366. & eorum partes b
ſupercilia cur hirſuta 268. c. 269. cur increſcant ibid. eorum natura 279 b. vis 280. a. vſus c
ſuperfœtatio 973. d. quid, quî fiat, & quando 1641. c. d. 1642. a. b. 1643. d. 1644. c. d. 1645. a. c. quî cõtineatur à priore partu & fœtu 1642. c. quando cum eo excidat aut non 1643. d. declarat os vteri non ſemper in conceptu claudi & ſemen viri in eius ſinum rapi 919. d. 1093. d
ſuperſtitio εἰδωλομανὴς quî creuerit 984. e
ſuppuratio quî fiat, & à quo 1514. b
ſura vel ſibula 256. c. homini propria 257. b. 714. c. eius deſcriptio 1307. d. 1308. c. figura, nexuſque 1331. b.
ſurdi à natiuitate, ijdem & muti, cur, & comparatio ad cæcos 332. d
ſurſum & deorſum quî dicantur 1395. a. b. 1396. d
ſurſum ſpectare quid 53. e
ſuturæ cur dictæ & denominatæ 1874. d. mari & fœminæ ſimiles 1884. c. d
ſuturæ cranij 227. c. & earũ differentiæ d. ratio e. 1866. c. 1869 c vſus 1866. d. 1870 a. 1872. a. varietas 1869. d. neceſſitas 1876 e. differentia vnde 1883. c. numerus, figura, nomina 1867. b. c. 1872. b. 1874. a. decuſſatio an ſit 1889. b. an ſola ſagitalis eſſe queat 1889. b
Sylvii laus 173. a c
συμπάθεια quid, & vnde 565. c. d
ſymphyſis quid, & eius ſpecies tres 1151. a
ſympoſion cur dicatur, & Græcorũ ebrioſitas 945. e
συνάγωγα Platonis quid 326. d
σύνδεσμος ligamentum vnde dicatur 1760. c
Syrictæ Indi ſine naſo 337. a
ſyſtole quî fiat 606. a: vide Diaſtole.

T

TAbes ab vrinæ profluuio 1531. e
tabulæ ſummi pretij 1295. d
tactile an omne ſolidum & terreſtre? 399 c
tactus quomodo fiat 498. d. qualitatum judex 399. a terræ affinis b. c. omnium ſenſuum ſtupidiſſimus, 392. c. d. per totum corpus diffuſus 64. b. c. 393. a, 395. præcipuus cutis, ibid. communis omnium ſenſuum 391. c. 419. b. homini exactiſſimus 343. b. 395. c. d. 2064. b. ſine eo nullum animal 394. b. 395. c. ſolus ex ſenſib. fit ſine medio & per ſe 396. a. vnde dicatur ibid. fit per mediam carnem c. potentiâ ſuo obiecto ſimilis d. nec terræ nec vllius elementi, 397. a. ſolus ex ſenſib. poteſt animæ ſatisfacere d. facit vt ſit animal 368. a. omnium animalium communis 912. b. 2091. a. percipit qualitatem alimenti ſolus 632. b. vſum facit qui & vbi 2127. a.

Digitized by Google

tactus ſenſorium quale & quotuplex 394.c. quæ partes factæ eius gratia ibid. iudicium circa quid 396. organum b. obiecta & qualitates d. facultas qualis & vbi 398. c. differentiæ e. 399. d. ſedes 1782.e. & vbi exquiſitior 1781. b. 1783. c. 1784.b
Tagis vatis hiſtoria fabuloſa 838. d. e
tali 257.a.258.c.d.1331.e
talparum oculi 330.b
tarſus 258. b.c. eius conſtructio 1341. c. nexio ſituſque 134. e. comparatio ad carpum 1343.d
tartarus & barathrum 1379.e
taurus exciſus genuit 953.a 956.e cur 957.a
taurorum robur vnde 1766.b
temperamenti indicia ex cute qualiter 1783.d
templum quid ſit, & quotuplex, & vnde dictum, 45. a
templum Veſtæ quale 212. e
templum Dianæ Epheſiæ, & Heroſtrati facinus 1199. a. Salomonis 1199.c
tempus quomodo dicatur æternum 2164. b. de menſtruo cur 1697. d
temporis menſura & cognitio, vnde 327.c
temporum quatuor anni ratio quib. in ſignis fiat & quando 1176. c. vis à ſole 1181. d
temporum mutationes non à numero, ſed à Luna pendent 1255.a
temporum æſtimatio à conditio mundo 2163. d. 2164. d
tempora 128. b. eorum vulnera excæcant, quare 71. d
tendo quid, & vnde dicatur 1287. b. 1765. a. 1767. d. 1768. 1770. a. b. a. 1819. b. 1824. e. 1839 b. c. quomodo agat 1765 b. quatenus ſenſus particeps 1768. d. trahit ad ſuum caput 1283. b. 1766. d.
tendo tibiæ 257. b. palmæ neruoſus, acuti tactus 395. a medius inter neruum & carnem ibid. compoſitus & cur glaber & ſenſilis b
tendinis ortus & natura 538. c. 1826. a. affinitas cum neruo & ligamento 1768. c.d. 1769. a. 1770. d. e. 1771. a. compoſitio 1768. e. 1825. d. origo 1770. e. generatio qualis 1769. b. 1770. a. c magnitudo actioni reſpondet 1769. c. neceſſitas 1770. c. vſus 1826. a. ortus & craſſities 1771.a
tendinis calcanei robur, & vſus compoſitióque 1347 b. c
tendinis volæ manus ortus, & vſus ac proprietas 129. e
tendines ſiue tendones qui 238. b. 1768. a. olim nerui, vnde orti 1769. a. exerciti fiunt craſſiores 1769. c. quando plures 1769. c. qualiter in oſſa inſerantur 1356. e. in podagra non inflãmantur 1761. a. vbi infigantur, & quorſum 1287. d. e. manuum pedumque cur longi 1188. cur rotundi, & vbi dilatentur, & quorſum a reſpondent vtilitati motus b. cur in cutim implantantur 1291.a
tendinum inſertio, motúſque, vnde 1287 c. 1288. c. d. vſus 1766. d. 1767. b. c. duo genera ad pedes, quatuor ad manus, cur 1346.b
tenebræ quid 315. e
in tenebris quæ refulgeant, & cur 73.b
tenue, inteſtinum conuolutum, eiuſque ſitus & nexus 718 c
Terei & Philomelæ fabulatio 458. d
tergeminorum exempla 978. c. 1080. d. e.
terra quid ad Deum 30. b. in homine plurima 186.a
terra concipit incendium vbi e 1882
terra elixans carnes 188. d. e
terra quid, vnde dicta, qualis, & vbi 201. a. b. e. 202. 203. e. 204 a. b. c. 205. 206. e. 207. a. 208. b. 209. a. c. d. 210. a. 211. a. c. 212. b. c. d. e. 213. c d. 214. a. c. d. 219. b. d
terra duplex, quæ 213. a. b. an eſt inſula 221. b. qualis c quantum à luna, ſole, ſummo cœlo diſtet 212. e. cur mater dicatur 839. a. c. d. 951. b. quî fulciatur, & centrum mundi faciat 1377. e. vbi pura 1378. a. vera nobis incognita d. noſtra altera quî d. intra aquam cur 1380. c. media & ima 1381 b. 1385. a. geſtat aquâ 1381. e. cur è mari non proſpiciatur. d. cur ſtabilis 1384. e. pendula 1385. a. 1389. c. an rotunda 215. a. d. 1385. b. 1391. a. 1400. c. an figuræ pineæ 1393. c. an plana 1400. e. an tumorem habeat 1400. e. an mobilis 1403. b. baſis omnium elementorum 1414. d. e. poteſt in cœlum attolli, mirum 1416. c. an in medio 1385. b. 1391. a. an ſuper aquis, & quomodo. d. 1386. b. e. 1388. b. e. 1390. a. an ſuper aëre 1b. cur immobilis 1387. c. quomodo media, & in eam ferantur pondera 1387. d. cur non cadat. e. 1372. d. vbique habitabilis 1391. b. 1393. c. media ima, & immobilis 1395. e. vbi & qualiter habitabilis e. Oceano cincta velut inſula 1396. a. mundi centrum 1400. c. in mundo æquilibris nuſquam declinat 1395. non cocta 1408. c.
terræ qualis, vſus, & proportio in homine ad quid 35. d. materna in homines officia 202. a. encomia, ſituſq; in medio vniuerſi 205. b. c. figura, ornatus varietas, opes, incolæ d. fundamentum 206. b. columnæ quæ aut quales 206. c. fulcrum, Dei imperium 207. b. comparatio cum aſtris 210. b. c. ſitus, figura, baſis, motus, & quies ex variis opinionibus 211. b. c. 213. a. b. c. circuitus 214. b. partes habitales aut incultæ quæ 218. b. 219. b. 1378. a. circuli quinque quales ibid. c. d. partes tres, quænam, & vtrũ quarta 221. a. longitudo, & latitudo quæ & quanta e. 222. a. diametri quantitas 221. c. circuitus æſtimatio 222. a. 1378. a. cauernæ, quales, & quid eis contineatur e. 1379. c. ſuperficies d. colores e. prouentus qualis 1379. a. perfectio b. ſitus 1380. d. analogia ad cubum & quadratum 1413. e. 1415. c. ſedes 1441. d. circuitus 1415. a
terræ nouæ & noui orbis repertores, quando 220. a.
terræ & mundi plures 271. a.
terricolæ quomodo à ſe diuidantur 1397. a. & quî differant 218. c. 1396. a. 1398. c. eorum quatuor genera 1397. b. differentiæ quatuor d. diſtinctio ab. vmbris 1398. d
teſtaceorum ortus geminus, & quomodo ſponte oriantur 830. b. 837. a.
teſticuli cum ſynonymis & particulis 246. b. c
teſtes atteſtantur ſexum, & cur dicti 855. e. quib. vnus, duo, tres, d e. ſine cauitate ad ſemen recipiendum 856. e. 857. a. cur marib. foris, feminis intus a. an ſiniſter plures dextro ſinus habeat, & quorſum 866. e. quando validior dextro, & vnde, & quid portendat d. maſculi cur non ſint in aluo 868 d. an ſemen gignant 870. c. d. 871. c. erecti maſculum & fœmineum tolluntingenium 872. a. calorem & robur conferunt animali d. e. aluntur contento humore ſeroſo 873. d. an non contineant 915. a. gemini quî, et Ariſt 656. a. cur homini foris penduli 963. e. ſemen elaborant e. cur intus quibuſdam 964. a. non trahunt ſemen 916. d
teſtes quantum conferant ad naturæ robur 972. a

non medulla, & quod ſentiant 987. e. an generando nihil conferunt? 1024. c. d. & qui ad maſculum ingenium 1036. c. ſiniſter frigidior dextro, cur 1036. c. ſæpè altior 1037. e. attrahunt ſemen a toto corpore, quî 1570. b. c. alimentum vnde 1570. c. e

teſtes muliebres 248. e. vbi, quales 914. c. intus & foris d. ſiti in tuto 915. c. & an ſemine ſcateant 1603. d 1605. a. eorum compoſitio, figuraque 990. d. e 993. e

teſtium appellationis ratio 855. d. ſubſtantia, figura, vſus 856. e. 862. e. comparatio cum ouis 857. a. compoſitio, & tunicarum nomina, & ordo, & vſus b. 864. c. natura 865. c. virilium & muliebrium comparatio d. 869. e. proportio cum vaſis ſpermaticis, item muſculi 870. a. familiaritas cum ſanguine 870. b. vſus an cordi ſuppar, & qui? 872. d. natura ex Ariſt. 952. b. vis ad maſculam indolem 955. e. ſectorum damna 974. d. e. 975. b. c. etymologia c

teſtium muliebrium tunicæ, venæ, arteriæ, quales 891. d. vſus 901. b. 902. d. comparatio cum virilib. c. 914. c. natura, ſitus, figura, ligamenta 905 a tunicæ 915. b

teſtib. exectis perit cupiditas coeundi, cur? 867. c. d. fecunditas 871. d. e. virilitas 872. c. d. 975. b.

teſtib. vis maxima ad ſemen gignendum, & ad maſculum ingenium 872. b. ab illis in totum corpus diffunditur 873. e

teſtudines ſuo obtutu excludunt ova qualiter 309. d & eorum medicatio 1983. d

tetragonus Chaldæorum, eiuſque vis 1155. b

θάλασσα, mare vnde dicatur 1418. b. c

Thaleſtris Amazo, ſobolem ab Alexandro quærit, cur 481. a

theatrum Scauri 1299. c Curionis c. d

Θηλὴ vnde 241. e

θῆλυς, femina, vnde dicta 1021. a

thenar 252. c. quid & vnde dictum d. e

Theodori martyris conſtans mors 120. a

Theodori Cyrenæi conſtantia 119. c

Theodoſius Imp. Epheſum venit, 7. dormientes viſurus, eſi illis collocuturus & manducaturus 2192. c

Theologiæ Græcorum origo 21. c

Theofraſtus vnde dictus, & quis 385. b. Ariſtotelis imitator e

Θεὸς vnde deducatur 50. a

Theramenis conſtantia 118. c. d

Therſites φοξὸς 227. c

Theſpiadarum ab Hercule vna nocte cõpreſſarum hiſtoria 963. c. d

thlibiæ qui, & vnde dicti 1110. e

thorax 613. a. quid 614 a. 952. vnde dicatur 239. d. 465. b. & quomodo pacefaciendus vt vox & ſpiratio maneat 538. b. an viciſſim pulmonis motum ſequatur 482. b

thoracis partes 259. e. 579. b. eiuſque deſcriptio 585. b. circumſcriptio, ſed largior 468. b. c. 469. d. 585. e. ſimilitudo cum cranio ad vſum 482. a. cõpoſitio, eiuſq; ratio 2. b. vſus quadruplex c. 468. a 566. e. capacitas 482. c. miniſterium cordi quale 177 b. c. humani cum alijs analogia & prærogatiua, vſuſque diuerſus 468. e. ſinus, eorumque vſus 469. e. 470. a. encomia. 473. a.

Throni 29. a

Tiberij & Marij oculi micantes 73. e

tibia 256. d. & eius partes 557. a. quid 1308. b. qua articulatione moueatur quóque modo 1333. c. quando circumferatur c. d. quî ab exteriori intro demergat 1336. a. cur ſola non ſufficit 1349 c. d. cur non maior femore 1350. c

tibiæ oſſa quot & qualia 1305. e. deſcriptio & partium ibid. 1306. c. articulatio cum fibula 1306. d. figura neruſque 1331. b

tibiæ externæ vſus 1549. e. magnitudo iuſta ad motum & firmitatem 1350. d. craſſioris incommoda vel gracilioris d

Tigris & Euphrates fluuij vbi occultentur, aut prodeant 1189. b. c.

Timæus Platonicus quid contineat, & vnde ſumptus 74. e

Timæi Locrenſis genus, inſtitutum, doctrina 75. a 60. d. e. 601. d. e. 602. a

timor cum odio malum 886. c. duplex, quî d.

tincæ cur extra aquam diutius viuant 500. b. c

Tireſias mas & fœmina 723 c

Titi Iubelij Taureæ fortis occubitus 121. c

titillatio quarum partium potiſsimè 2227. b

titillationis cauſæ in coitu 1569. b. 1582. c

Tityi fabula, & cur à vulturib. hepar corrodatur 740. c. d.

tonitrui generatio vel degeneratio 67. e

τόνος vnde dicatur 1899. d

tonorum interualla quot ſint ac termini vocis humanæ 442. c. 443. a.

tonſillæ 235. c. 461. a. e

torcular in cerebro quid, vbi, quale 1805. c. d. 1807. b. c. & eius compoſitio 1805. e. d. 1896. b. 1921. b.

torpedinis cautela 1980. e. 1985. a

torpor quis, & quomodo fiat, & à qua cauſa 2020. b

tractio ſincera qualiter & per quæ vaſa fiat 765. a. c

τραχὺς & τραχύζω quid & quando: item quibus 866. b. & vnde dicatur 479. b. 866. a. 975. a 1052. c.

tragiſmi tempus 1109. d

Tribadum mulierum nequitia & furiosa 710. c 834. d. 900. c

τριγλώχινες 582. b. e. earumque figuræ & appellationis ratio, 727. d.

Trinitatis ſynonyma 20. b. ſimilitudo in anima 18. d 19. a. b. & ſeqq. myſterium priſcis notum 20. b. c & ſeqq. 21. 22. & ſeqq. tres perſonæ quæ & quales 23. c. ordo d. effigies in anima humana 24. e. opera indiuiſa 51. e. attributa & proprietates, & opera communia 1070. b. c. ſymbola 1363. c. myſterium d. norio prima 2158. e

τρόχος & τρόχοι 1109. a.

tritici maſticati vſus & vis vnde 658. a

trochanteres 255. e. qui & vnde dicti, eorúmque inſertio 1509. a

trochili cum crocodilo ſocietas 1983. d

Troglodytarum mos & appellatio vnde 949. b. c

tropici cur dicti 58. c. 59. a

tuba veteri quid 917. a

de tuba vocante ad iudicium 2174. d. 2178. a

tuber orbiculare ad ſtomachum & pylorum, eiuſque vſus 670. c

tubera in capite vnde 1897. a

τυλοειδὴς quid & quale 1919. d

tunica, ſeu membrana, quid ſit vnde dicta, genita, & vſus

vſus & differentiæ 1779.c.e. 1785.a
tunica oculis exanguium prætenta, ad quid 304.d
tunica uarium, qualis, 559.b.d. toti ori; & naribus, & alijs communis, qualis 558.e. linguæ & ventriculo & alijs partibus 579.e. ori ſtomachi, & partibus contiguis, denſa, fibroſa, quorſum? 647.c
tunica interna ventriculi continua, quibus partibus communis 671.b. cur denſior quàm inteſtinorum c. ab ore in fundũ ventriculi paulatim molleſcit, quamobrem c. aſpera, & quatenus d.e
tunica vaſorum ſeminalium vnde, & quorſum 858.e
tunicæ thoracem ſuccingentis natura & vſus 470.c
tunicæ oculorum 130.d. vnde dictæ, & earum numerus 292.d.e. 296.a. vide Membranæ.
tunicæ alui per venas aluntur quomodo 661.d. ventriculi & œſophagi, quales, & earum fibræ 671.a quot, & earum vſus 673.a.b.c. 674.b
tunicæ inteſtinorum, & earum vſus 693.d.e. 694.b 699.e. 701.b. interna an habeat omnes villos, & qualis ſit ibid. externa item c. veſicarum quales & quare triplici fibrarum genere conſtent ſingulæ 801.d.e. venarum & arteriarum quales, & quî differant 1790.e.d.e. quî concreuerint 1802.a 1803.d. 1804.b. teſtium quot, quales, earumque nomina, & vſus 246.c.857.b
tunicarum generatio qualis 1778.e. origo vnde 1805.b
turbo preſter, qui 193.d
turpia valde non mouent riſum 2217.d
turtur & palumbes gemunt 2130.a.b
turturis acumen & caſtitas 1984.b
Tygris hominem veretur à natura 1977.c
Typographiæ inuentio & vſus, 1301.d.e
tyrannorum ſæuitia in pios 409.d

V.

VALETVDINIS augurium ex vrina 1537.b.c
Vallis iudicij quæ & cur dicta 2174.c
Valuæ veteri 249.c
vapor à terra qualis 187.c. eiuſque natura 271.a à cibo recreat cerebrum, & ſenſus reficit, ſomnumque inducit 179.e. ab alimento ſurſum effertur, tum deprimitur ad cor, vnde ſomnus 410.b. quòd non 422.c
vapor & fuligo quid, & quomodo reſoluantur 344.c
vapores quales, & vnde, & quid creent 184.c. vnde attollantur 68.a. eorumque concretio & excretio 363.a. qui & quales ad cerebrum efferantur, vnde, & quando 70.a. retri quomodo declinentur 363.b
vari & variæ 255.c
varicum vis ad caluitiem 268.e
variola priſcis inaudita, & calda piſſa dicta quid 867.a
vas ejaculatorium, eius compoſitio, forma, vſuſque, ductus & inſertio 859.e. 860.a. vermiforme c.d cur dictum e.
vaſa meſenterij 721.c. vbi affigantur, 722.b. eorum ſecuritatem quæ faciant 721.e. 722.d
vaſa peritonæo trajecta 619.e. vtriuſque concoctionis quæ 805.e
vaſa renum quot, & quæ, vnde, & quorſum 798.a eorum proprietas & ortus e. differentia in quo 1029.d. origo diuerſa 1630.a
vaſa ſeminalia, eorumque ortus, numerus, ductus 858.b.c. tunica e. an peritonæum perforent 859.b cur matribus lõga & ampla 867.a. peritonæo perforato exeunt, cur 871.a.c. cur tam longa c. turgẽt ſemine in abſtinentibus vnde 874.b. eorum fabrica & ratio 1564.a.c. 1579.a. 1581.b. diſſimilitudo in mari & femina 916.a vnitio b. viri quot & qualia 986.b. 1036.d. mulieris qualia & vbi 990.e. 1007 c. vbi inſerantur d. vnde & quo ferantur 1029.e
vaſa ſpermatica 141.a. quæ, vnde, quò, quà & quorſum 1591.d.e. qua vi ſanguinem immurent 761.e eorum inſertio in teſtem qualis, formaque 859.b.c quî fiat d. vſus 864.e. natura & ſitus 865.c. deferẽtia, & præparãtia, cur dicantur, & vſus ac numerus 859.c. an gignunt vas deferens 894.a. quî differant in mare & fœmina 246.a. 249.a. 866.e. 1603.b. 1604 a. 1606.d.e. cur lõgiora viris, breuiora mulieribus 868.b. quomodo munita loco & tegmine e. cur ad epididymida non ad teſtes 869.c. à diuerſis locis exorta, quî 901.e. ſiniſtra quî differant à dextris 902.b. eorum ductus & inſertio 868.b.e. 871.e. 902 d. comparatio in vtroque ſexu 868.c. 869.e. 915.d origo, forma, nomina, vſus 870.c. 871.e. anfractus 871.b. an ſemen gignant 915.e. quà non contingant teſtes muliebres 916.d
vaſa vmbilicalia quot & quorſum 621.e. 916.e. & vnde coalita 919.c. qualia & quò ferantur 951.a
vaſa vteri qualia, & quomodo trãſeant 1023.a.e
vaſa diuerſa ad vrinam & alimoniam trahendam renibus 800.b. quomodo ſecernantur aut coëant, vbi 809.b. quomodo per gibba, ſimáque diſpergantur 810.e
vaſa veſicæ quot & vbi, & vnde 800.d. quomodo inſerta d
vbera animalium 475.b. maſculorum qualia 478.c virginum item, & quo tempore erumpant 479.a
ὕδωρ, aqua, vnde ducatur 1419.a
vegetatiua homini quibuſcum communis, & qualiter 57.e
vena quid & quorſum 1789.c. 1792.a. 1793.a. compoſita, quî, & vnde 1793.b. 1796.e. 1798.a. vnde dicta 522.d. 526.c. cõplectebatur arteriam olim, & qualiter ab ea differat 75.e. 78.e. 522.c.d. 523.b. 540.e 789.a. arteriæ comes quorſum 1788.a. 1791.b. 1792 d. an ex iecore an à corde 1789.c. cur arteriæ tunicam induerit 493.d. eius compoſitio vnde 1787 b. 1790.c. 1795.b. 1797.a
vena arterialis 490.b. eius ſitus 493.e. munus 494.a ortus, nominis, cauſa compoſitionis ratio 516.a.c vſus 493.e. 527.b. cur cauâ minor 532.a. quòd non oritur à corde 541.d.e
vena benedicta quid 1740.a
vena cava quòd à corde 715.a. ab hepate in ramos ſcinditur 727.a. quî generetur, & diſtribuatur 742 d. vbi & vnde, an è multis coalyta, & eius ſynonyma 743.d.e. origo controuerſa 580.a. vſus, & mẽbranarum forma 517.b.c. in dextrum cordis ſinũ hiat, quorſum 541.c. orificio dextri vẽtriculi cordis adhæret d. an ab hepate oriatur 744.e. 745.a ſi à corde oriretur, aliter diuideretur, quî b. quomodo hepati incumbat 748.a.b. à corde ad ipſum fertur per duos ramos c. committitur venis portæ c. membranas habet foris intro vergentes quorſum 751.d. bifida fertur vno ramo ad iugulum,

Digitized by Google

altero ad cor 756. b. quomodo à corde exeat, & per hepar traijciat 760.d. quomodo ipſum attingat 776.c. quî de corde exeat, & vnde conſtet 768.c vbi & vnde 769. d
vena porta vbi, & vnde 769. d. quomodo à multis coaleſcat, & vbi 722.c. 724.e. cur dicta 737.e. quæ, & eius ſynonyma & ſitus 743. d
vena ſtelechiæa 495. e
venæ in corpore ad quid 262. b. contracto thorace cur ſanguinem non profundant 528.d. quomodo à ventre alimentum emulgeant? 636.e, an ſanguificent 690.b.c. quorſum tam multæ ad inteſtina 691.b. an omnes ab hepate 723.a. 724.d.e 728.a.b 742.e. vniuerſæ conſtituunt duas quomodo 743.c duæ maximæ in corpore 755.c. cõmunicant omnes hepati per cauam 756.a. ante ipſum & cor genitę, quomodo, vbi, & vnde 760.e. quomodo chylum ab inteſtinis emulgeant e. an vrinam dimittunt & extrudunt? 796.d.e. ſimplices an compoſitæ 1788.d. 1796.e. 1798.a. an à corde, aut jecore 1789.c.d. 1807.e. vnde & quomodo genitæ 1790.b 1802.e. quo alantur 780.d. 791.b. an ſentiãt 1794. d.e. 1795. a. vnde oriuntur, an ab hepate 1800. c 1804. a
venæ poſt aures inciſæ fœcunditatem adimunt, cur 1574.d. 1575.b.c. 1576. a.b
venæ cerebri quales & quorſum 1892. b. & an eius ſubſtantiam penetrant 1936.b
venæ quæ in cubito ſecentur, & quot, & quibus võcẽtur nominibus, & vnde petitus 1167.c.d. 1268.d.e
venæ emulgentes quæ, quot, & vnde, & quorſum: & quomodo diſtribuantur 737.c. 806.c.d. 816.c.d
venæ jugales 537. mãmarum & vteri cõmunes quorſum 1676. e. earum ductus & origo, & quomodo ſanguinem in lac mutent 474. c. 477.c
venæ meſenterij propriæ, non ab hepate 656.a.b. vbi & vſus 679.c. 779.c. oſcula quali membrana obducantur, & quorſum 694.d. ordo, & vſus, & inſertio 700. e. officium 723.d. aliæ à porta, aliæ à caua 724.a. colliguntur in venam portæ, d. 741.b quà diſtribuuntur c. an ſanguificent 761.c. earum origo 781.a. opera c.d. quomodo chylum ab inteſtinis attrahant 781.b. an per eas fiat nutritio & diſtributio? c. ſuperiores magis vacant alendo, inferiores expurgando, quî e. 781.a
venæ pudendi vnde & quò ferantur 1007. e. ſeminales 858.c
venarum vſus 71. e. 735.c.d. 744.c. 1787.c. 1789. d generatio 1788.e. anaſtomoſis ibid. 1791.a.e. mutua cõmiſſura 1788.b. à corde diſtributio d. 734.e diuiſio ex Plat. a. quatuor paria quî digerantur b.c. implexus quorſum 743.b. origo num à corde? 540.a.b. & ſeqq. num ab hepate 541.a.b. vnde 767.e. 768.a. 735.a. 1787.e. 1800.d. 1806.a. coniunctio cum arterijs 1788. b. comparatio cum truncis & radicibus 1790. b. cum aquæ ductibus 1791. d. tunica qualis 1787.e. 1790.c.e. 1792.c. 1793. b.d. & vnde 1802.a. 1803.d. 1804.b. fibrę itẽ 1791.d 1792.c. 1793.b
venarum vmbilicalium ad hepar infantis inſertio, qualis, quorſum 927.a.b. 930.a.d.e. diſcillio 742. b.c. generatio 753. b
Venenis & feris cur infectæ terræ 2071.a
ventus quî fiat 66.d. quid ſit, & vis eiuſdem atque neceſſitas 189.c.d. cauſa, forma, finis, materia, qualitas 190.c.d. vnde oriatur d. quantum in aërem tollatur 191.a
venti finitios & origo 191. c.e. 192.d. differentia à flatu 191.d. natura nondum percognita d.e. generatio ex atomis 192.d. ex vaporibus 193. a. diſcrimen à ſpiritu 193. e
venti humidi frigidi vnde ſpirent 189.d.e. contrarij ſimul non ſpirant 190.b. reflectant e. variant pro regionum natura 191. a. qui ſint & vnde ſint & à quo impellantur d. quî fiant 192. c. & vnde 193.c vnde ſpirent, & quot 196. c. quãnam careant antagoniſta d.
venti duodecim, & eorum origo 192.b.c. vnde perflent 194. c, d. 196. b. matutini vnde, & quando 193.c. è nubibus ſubterraneis, qui 194.a. nõ ſimul ſpirant omnes c. cardinales qui & vnde ſpirent 194.b.c. 195.e. 196.a. 198.b. priſcorum quatuor, poſterorum duodecim 194.d. 195.a.c. 196.a.e
ventorum regnum & vis 187.b. 189.c. natura frigida humida, vnde: & quòd natura locis mutent 189.e 190.a. generatio vnde 191.c. origo & ratio 192. b vſus 195.b. incõmoda c. appellatio controuerſia d. nomina & ortus 197.c. cognatio & affinitas 198.d
venter 242.e. 1370.c. viſceribus gratas eſcas appetit 407.d. ſine oſſibus cur 585.c. 593.d. 614.b. non debet comprehendi ſub thorace 586.a. continet cibum potumque, ſpiritũ & ignem non poteſt 598.a cur dicatur *κοιλία* 613.b. vnde dicatur, & quid 614.a 652. b. homini anguſtiſſimus e. penu alimenti 648.e. in ſumma inedia cibis occurſat 650.a. ad os fertur ſynodonti eſurienti, quî b. c. de inteſtinis 652.b. ſuggerit corpori alimentum, & indigus ad ſe retrahit per eaſdem venas 656.d. quomodo corpus alat e. diſcernit ſibi conuenientia 657.b. fruitur chylo velut per halitũ, quî 657.c. 663.d. vincit cibos, quatenus e. chylum quomodo trahat in alimentum, & reliquias depellat b. cur obeſus eſſe ſoleat 661.e. nõ alitur è corpore hepatis 663. e quando attrahat ab hepate & ſplene 664.a. chylo famem mulcet, non ſatiat 667.d.e. cur liqueſiat? 685.d. cui concoquat, & quomodo 689.d. 690. d quomodo chylum gignat, & quorſum 716.d. hepati tradit quod ſupereſt ſibi e. plenus deſpumat in libidinem 826.b.c. cur ex facili ſagineur 1834.e
ventris vtilitas 242.d.e. fabrica & vſus 449.d. 1001.a termini 470.b. laxitas 482.a. partes 622.e. 623.a ſimilitudo cum terra & hydria 651.e. actio paſſióque mutua cum cibis 657. c. actio naturalis, & præter naturam 691.e. humani forma 718.a. ſitus, nexus, figura, vſus e. in brutis item 719. a
ventres plures homini 652.b. quatuor ruminantium 688. e. quadrupedum cur horridi & aſperi 685. b.c plures, quorſum 653. c. d
ventriculus, prima ſpirituum officina, eiúſque vis & actio 173.d. quî alatur 649. a. non exquiſitè in medio corporis, quî 654.e. ſecernit alimenti partem ſuperfluam ab vtili 654. a. fruitur chylo ad voluptatem, quî 664.c. 665.a. 666.e. 667.a. quòd chylo alatur 655.b. 657.a. ſibi coquit 655.b.c. quòd ſanguine nutriatur, non chylo è. quomodo trahat, & ex cernat 657.b. alimentum trahit è chylo, quî 659. a. b. jeiunus retrahit ab hepate 663.e. non eſt vſquequaque medius in homine, quî 669. a. inter jecur & lienem medius ibid. ad lienem vt ſe habeat a.b. in homine magis ad lævam incũbit b.c.

cur rotundus, ſed non exactè d. cur oblongus ib. cur parte ſumma & ima ſit æqualis, & cur hæc ſtrictior, illa autem amplior 670.b. quib partib. ambiatur, & quorſum 672.c.d. quis melius aut deterius concoquat 672.d. è natura habens cibum vel minimum arctiſſimè complectitur 676.a. eo non amplectente murmur fit & fluctuatio quomodo b. ſuo amplexu non facit excretionem vel diſtributionem 677.e. quaſi terra, animali ſufficit alimentum 680.b. quorſum intus aſper, & quãtum 685.b quomodo à bile interturbetur 773.d. quì excernat contenta 1476.c

ventriculi ſitus & vſus 643.b. 652.e. 668.e. os ſuperius quid & vbi & quale 646.c. an anguſtius gula c. cõpoſitio, ſitus, connexio 652.c, natura e. ſitus, & cur in medio 653.d. munus 654.a. fundũ ad dextram cur vergat magis 669.b. ſitus ad hepar quomodo ſe habeat c. figura, & eius ratio atque vſus c.d. 670.a. tunica quotuplex, & quos in vſus 672.d.e. 673.a.b.c. orificia bina d.e. facultates quatuor 674.b. 677.e. nerui vnde, vbi, quorſum e. venæ & arteriæ & earum vſus 675.a.b.c. actio quæ & quî fiat d.e. 676.a. figura per cõparationẽ cum vtre paſtoritio muſico 678.b.c.d. aſperitas maxima ad cibum conterendum 685.a. orificia ambo inæqualia, cur 701.b

ventriculi cerebri quot & quales 1917.a 1919.d,e 1920.a,c 1926.a 1936.e 1939.a 1943.b 1945.b 1946.e 1948.a eorũque dignitas & vſus 1906.c, d 1920.c, 1922. 1929.e 1930.c 1943.a,c 1947. 2051. 2052. 2053

ventriculus cerebelli vnicus, cur 1919.c

ventriculi cordis quales & vbi 581.b,c eorum vſus dignitas, differentia, forma, nomen 529. 530. 531. 533. 534. 590. 2051

Venus Planeta 61.a 62.b

Venus à ſpuma cur 1635.d quibus naturis vtilis, quibus damnoſa, & quando 1011.d 1012. 1557. 1568. 1587. 1589. 1592

Venus Gnidia Praxitelis 1295.d,e

Veneris incommoda, & quid, & quorſum conducat 976.b diuerticula nefanda & abortus b,c commoda tum animo tum corpori 1010.d 1012.c abuſus, vſuſque, & tempus opportunũ 1011.c effectus & opera e. 1012.b à cibo vel ſatietate incõmoda 1568.b,c ex inanitione dãna 1568.d effecta in corpus, & noxæ 1589.c ſtudium vnde 1593.a

Veneri quinam aptiores 1568.a quinam inepti, & damna 1568.a

Venerem qui perferant, & victus, ætatis, laboris, temporis ratio 1010.e 1012.e

Verbum Dei 20.d 21.b,c hominis archetypum 52.a

Verbi diuini vis 2152.d

Verba vnde dicta 430.b an ab aëre verberando 433.c in quo imprimãtur, ex eo etiã expromuntur 434.b

verborum ſimplicitas in Scripturis ſanctis ad quid, & vnde ſit 385.c

verecundia in coïtu ſeruanda 1594.c

veretrum cur arrigat, & vnde 1574.c,e 1575.a 1586.c 1598.e

vermes an ſpirant 504.a malè inſectis annumerati à Cardano ib. an in ventriculo gignantur? 684.c

vermes cerebri, qui 1921.e

vermiformis epiphyſis qualis & quorſũ 1920.c 1930.e 1931.b 1939.d. 1965.d 1968.a,b 1969.d quomodo claudat & aperiat ſubiectum ſibi meatum 1951.c

cur nec maior, nec minor, nec durior ibid.d

vertebræ 237.b earum nomina & vſus 237. 1876. 1877. 1883. 1884. 1901. 1902

vertibula vnde dicta 1332.c

vertex quid & vnde dict⁹ 226.d puero palpitat 1876.d

vertices bini quid portendant 226.d

veſicæ vnde, qualis, & ad quid 659.b 771. 774. 801. 803. 812. 814. 818. 820

veſica, vſus, nomen, dignitas, natura, compoſitióq; 794.b 800.c 801.c,d 806.a,b 813.d,e 814.b,c 815.c, e 818.e 820.c 822. 992

veſicæ duæ quamobrem impares, & earum vaſa imparia pro vſu & magnitudine, vnde 800.b,c quomodo formam mutent ob motum fibrarum varium 1775.d

veſicula bilis 653.a

veſicula piſcium aëre plena, hunc aquis ineſſe arguit 511.d

Veſta quid, & quare virgo 201.b eius templum quale 212.e

Veſtalium inceſtu pollutarum pœna 1650.b

vetula 244.a

vibriſſæ 231.e

ad videndum tria requiſita 302.d

viduarum petulantia 1112.a

vigilia ad eandem cum ſomno partem pertinet 417.d alternant neceſſariò, cur 418.a quid b. 427.b primi ſenſorij affectio 418.e omni animanti neceſſaria d. pertinet ad ſenſum communem 419.a rationem finis obtinet, quî e. ſiccat 424.c reuerã quî fiat 425.b 427.e. excrementa repurgat 426.b ſtudioſorum pernicies 428.e

vigiliæ modus 414.d,e 428.c modum excedentis damna ibid. comites e. vis diuerſa à cibo, & in ieiunio 424.d finitio 427.d,e

villi ad quid, & eorum vſus, 774.e 775.a vnde dicantur 1771.c,d 1773.b 1777.d in omni corpore genito reperiuntur, etiam ſolidiſſimo 1772.b.c an ſentiant, & qui, & vnde 1773.b,c. quomodo agant & quot modis 1773.d an deſint membranis 1810.c anatomicis incogniti qui, & tamen omni corpori ſolido communes 1810.d muſculorum quot & quales 1819.d vide Fibræ

villorum duo genera 1772.c actio ibid.e neceſſitas 1774.a generatio qualis ibid.b

villorum cordis vſus 1904.b

villutum vnde dicatur 1771.d

vinculum præputij 1101.d linguæ e.

vinum poteſt alere, quamobrem 630.d quia compoſitum ibid. eſt ſanguis tetræ e. cur pueris nocuum, præcipuè meracum 421.a

vini dotes 630.e vis ad ſitim 631.c excrementa duo, reſpondent duobus noſtris humoribus quomodo 770.b, e

vir vnde dictus 1022.b 2082.c,d quid mulieri conferat 1043.d quare menſtrua non patiatur 1046.b à vago concubitu abſtinere debet 880.c,d eius lex ad mulierem a,b iniquitas abea 887.b honorare debet fœminam, & excuſare infirmitatem 884.b amare ſine amarulẽtia b. diligere tanquam ſe c. 886.b ei præeſſe 885.c non poteſt ea carere 886.b eſt caput illius 884.b 886.b

vir qui dicendus, & vtrum poteſt gignere cum vnico teſte 1109. 1110. & ſeqq. qui natura infecundus, & ſigna 1113.d cum vxore quomodo coïre debeat,

Digitized by Google

& qua cautione 1557. c eius ſupra mulierem prærogatiua 468. d
viri cur domi non nutriant infantes, nec mammis turgeant 478. c, e 479. a qui mulieribus magis obnoxij 709. b quomodo in ſecũda generatione degenerent ex Pythagora, in fœminas, in aues, in feras, in piſces 945. b cur fortiores mulieribus & vnde dicantur 986. e
virago quæ & vnde 1034. b, c 1046. d
viragines maribus interdum calidiores, & fortiores 1046. d
vires à neruis quî 1766. a
virga muliebris apta ad coïtum 899. a eius deſcriptio b
virgo maturiori ætate concipit, quàm mas gignat 1031. d eius cum lilio comparatio perelegans 881. b, c, d & ſeqq.
Virgines quo tempore hircum oleant 479. b quo tempore magis catulliant & arctiori cuſtodia egeant b, c
Virgines quædam ſanctæ quæ ſe præcipitauerunt 128. c, d, e 129. a, b, c
Virginum menſes vnde fluant 1125. a vide Menſes. earum deliria & mania qui fiant 1447. b cuſtodia quo tempore arctior 1686. d
Virginitas B. Mariæ ἀνάπλασις qualiter explorata 1108. c, d
Virginitatis laus 881. a ſignum certum vnde 1105. a probatio ex lege Moſaïca 1106. e 1107. a
virilia, & eorum analogia cum muliebribus 246. b diſcrimen, & cur illa prominent, hæc intus condita 818. a, b violentia & imperium 944. e deſcriptio 952. a diſcrimina vnde, & vſus 954. d
virilitas 66. b
virilis ætatis ærumnæ 285. d ſtudia & morbi 2086. e incommoda 2114. c commoda 2114. d
virtus ſine Deo, corpus ἀνύφαρκτον 115. b non renatis, inutilis ad ſalutem 116. b, c ſoli homini competit quia immortalis animus 138. c à Deo poſt mortem remuneratur ibid.
virtutes tres à triplici animæ potentia, quæ: & cur non plures 563. a
viſcera omnia incluſa membrana propria, quorſum 608. a, b
viſcerum nerui quales, & quorſum 519. c tegmen 623. a compoſitio 1774. e officia nobis incomperta, quare 779. b 791. d vſus communis 789. b 791. e
viſa cur feneſtrata 290. d
viſibile quid, & quale 315. b non ſine luce b, c quid per ſe b
viſibilia non ex toto, & quæ in luce aut tenebris cernantur 315. e 316. a
viſio quî fiat 292. b 297. e 304. c 306. a 311. c 2022. e 2023. d 2026. a non ſine luce 311. b, c quod non per emiſſionem radiorum, neque per συμπάθειαν Platonicam a, b 312. c 321. a 328. d è longinquo quî fiat e. 312. a quando certior a, b per lineas rectas 317. b à receptione radiorum 320. a vbi, quomodo c. 322. a quî animæ communicetur, & cur non in tenebris 316. e
Viſionis modus ex philoſophorum variis opinionibus 301. b, c, d, e 302. 303. & ſeqq. differentia ex ſitu pupillæ 318. a angulus & pyramis 320. d ſcopus 321. a vſus 327. e ſedes 318. c vis 293. a, b
viſorum mendacium cauſſæ in phreneticis & ſuffuſis 290. b, d
viſus vbi, quî fiat, & qualiter agat 64. a 65. d, e 76. a 302. a 305. 306. 307. 309. 319. 320. 322. 324. 397. 398. 402. d 407. a 444. 2226
viſus organum, vis, dignitas, commoda, vſus 299. b 316. e 323. 325. 327. 332
Vita quid 2137. b incerta 2140. b duplex, vt & mors, atque vtriuſque differentia 142. b 2098. e in quo conſiſtat 80. c à luce inſeparabilis 137. d hominis ſeptem dierum 628. e 629. a à reſpiratione & contra 490. a, b an ſine cibo conſtare poſſit 373. c, d 625. 626. & ſeqq. an ſolâ aquâ? 630. quî regatur ab aſtris, iuxta Chadæos 153. d quòd ſeptenario conſtet 1161. d, e tota plena miſerijs 2089. e 2090. 2092. 2094. 2096. 2097. 2100. d. breuis cur 2101. e ſenſim effluit 2116. c in paradiſo qualis 2106. c qualiter foueatur 2135. d ceu nauigatio eſt 2117. a bonis & malis obnoxia 2117. d ærumnoſa 2133. e
vitæ humanæ breuis deſcriptio 2083. a, b 2086. b 2089. e 2094. c 2096. d miſeria & incertitudo 2089. c, e 2090. 2092. 2093. & ſeqq. 2097. d fragilitas 981. b, c bona & mala 2017. a 2117. d ſubſidia 282. c
vitæ genus qua ætate deligendum, & quale 2113. e 2114. a longitudo non affectanda 2116. d
vitia omnia corporis corrigentur in reſurrectione 2184. c, d
vitiorum dominium in adoleſcentia 2085. c naturales inclinationes quî tollantur 1311. d
vitrea, 8. oculi tunica 295. e
vitreus humor qui & qualis, vnde & quorſum 289. e 290. a
viuerræ aſtutia 1984. a
viui Chriſto obuij morientur in aëre 2181. b, c non morientur, ſed de vita ad vitam tranſibunt c, d
viuorum analogia ad immortalitatem 2199. c
vlceris excrementa duo quæ & qualia, & eorum remedia 1514. e tria 1515. a, b
vlna, & eius partes 251. d cur dicatur 1260. c & quid 1277. d
vmbilicus ex quo, vbi, quid & vnde 243. d 615. a 616. 617. 623. 830. b, c 929. d 1137. c
vmbilicus mundi apud Delphos, qui 203. d
vmbilici generatio, nexus, & vſus 969. c 1121. e nora, & ſitus, 615. e ſigna 617. a
vmbra nobis nulla in Auſtrum, cur 217. c in Syene dj
vmbra perpendicularis vbi 1399. c
vmbræ 208. e 210. c earum & corporis proportio 209. b ratio & cauſſa 305. b differentiæ quot & quales 1399. a
ὑμὴν quid & quorſum dicatur 1779. c, d
vngues cum ſuis partibus 254. a, b eorum ætas & particulæ b.
vngues cur homini puſilli 1265. a cur ſenſus acerrimi b. cur perfrigerati ad ignem indoleſcant c, d. vnde repullulent 1266. b quibus affirmentur c. quibus augeſcant, etiam mortuis 1272. e
vngues quorſum homini dati 1281. d. 1282. c. cur debent eſſe moderati 1281. e. cur duri & mollis medij 1284. a, e. increſcunt ritu pilorum ſine venis, & arterijs d. cur oſſei e. rotundi 1285. b numquam deſinunt incremento quamobrem & quî ſubnaſcantur 1285. c. quomodo recuperandi

in reſurrectione 2184.b
vnguium natura qualis 969. b. generatio 997. c. hiſtoria 1262.e. natura & ſubſtãtia 1264.b. origo & coloris ratio,& quòd non oſſei d.e.figura varia e. 1274.d. ortus vnde 1265.a.b.c. 1266. c.e. compoſitio 1266. a. decentia 1267.a. vſus 1269. c. 1272.b. 1274.d.1275.d. proportio ad digitorum pulpas,eorumque vſus 1282.a.e.1284.a.c. 1284.a. 1285.b. elegantia vel deformitas 1283.b. figura cur gibba,& eorum ligamentum 1284.a.b. vena,arteria,neruus ad quid c. conſtructio c. maculæ, & albugines,ſignáque 1317.d. notæ indices e
vngularum immanium damna 1339.a
vocaliſſimi qui ſint,& quamobrem 441.b.c.445.a.b
vola manus 152.c. cur depilis, & vnde 1291.c. index tactus præcipuus 394.c.d. 395.a. eiuſque prærogatiua temperiéſque, & generatio 1781. b. natura 1263.e. partes & præſagia 1315.c
volatus homini quibus ſuppleatur 2070.b
volucres,neque ructum, neque crepitum edunt 185. c. ſine lacte quî pullos educent 895. e. ſalaces voluptate afficiuntur in coitu cur 1592.c. monſtrificæ vnde 1665.e
volucrum generatio quî fiat 2083.c
voluntas quid 2064.e.quæ & vbi 2117. an in capite 414.b. qualis 1970.e. ad motũ quomodo agat 1352 e.1353.a. in paralyſi nequit motum ciere, qua de re 1353.a
voluntatis imperium 33.c.d. vis 206.e. motus qualis 2065.c
voluptas omnium ſenſuum communis 400.b.402.a 404. c. à ſenſibus ad animum tranſit c. ſummum bonum vitæ ex Epicuro 401.b.ſectatur ab hominibus c. quî fiat 402.c. ex dolore,quî e.in partibus inſignibus vnde d.quibus ſummum bonum 109.b c. in ſanis quomodo 409.a.b. à reditu ad naturam ſenſim facto b. duplex 2114.b. naturalis,& præter naturam 1584. b. mixta dolori penes corpus & animam c. honeſta in quo d
voluptas quando à repletione, aut inanitione 402.e quid & vnde 403.a. ſimul eſſe nequit cum dolore c. in viſu minima,cur 406. e. ad eius cauſam quid requiratur 408.c. à lue venerea vnde d. à copia ſeminis profuſi e
voluptas circa res venereas qualis 1584.a.b. pudibunda b.eius vis 1585.d. imperioſa,& eius damna e.doloſa 1587.c. aſpernanda ibid. allicit ad coïtũ qualiter 1581.e. toto corpori accedit, præſertim mulieribus,cur 1582.b.c
voluptas vnde ſit in coitu 146.a.966.d. 1548.d.1550.c. 1557.d. 1582.a.b. & eius cauſa 1586.a.b.d. 1587. a.e 1588.c. 1590.b.e. 1591.d. 1592.b. 1593.d. 1597.d. 1598 c. e. 1634. a. 1637.e. 1600.c. vbi fiat & quomodo 1795.d.quæ maior,viri an fœminæ 1595.b & ſeqq. 1596. c.d.e. 1598.a. 1599.a
voluptas guſtus an glutiendo 376. c. lactationi coniuncta, cur 477.c.478.b
voluptatis ſedes in fœmina 911. b. c. occaſio 861. a cauſa 400. a.b. 404.d. vis 401.a.e. nexus mutuus cum dolore 403.c.d. exempla in ſingulis ſenſibus 405.d
ad voluptatem quid requiratur 404.a
voluptatum ſpectandæ illecebræ,quales 108.d. differentiæ, & quæ admittendæ, aut fugiendæ 404.c imperium in adoleſcentia 2085.c
voluptatibus referta vita ſapientum 401.a
vomitus qui fiat 644.b. ſemel in menſe quid iuuet 773.d.e. quibus animalibus facilis 718.e
vomitus bilioſus,& vtriuſque differentia 772.d.773.e in peſte 514.a.melancholici humoris,qualis 1489.a
vox quid,& quî fiat 340.a.430.b.432.c.e. 443.c. 445.c à pectore,non ab ore 430.c. à mente e. non inanimatorum 432.c. quomodo fiat d. vbi & ex quo e. ſignificatiua quomodo fiat,& ad eam quæ requirantur 433.a. non fit niſi retento aëre ibid. à corde non à capite c.d. vnde erũpat d. quod non à corde 434.b.c.magna quî fiat 435.d.mutorũ vna ſemper ſui ſimilis ibid. quali meatu indiget laryngis 437 e. quòd ab animali facultate 438.c
vox ſub ſono 439.d. an corpus ibid.quid e. aſſa & ſũmiſſa quî fiat 441.b. grauis & acuta e.442.c.445.b magna 441.e.quid & quorſum 442.d.e. ab anima & volũtate 443.b. imperio voluntatis quî fiat per gradus organorũ b.c.d.an fiat in ore d. quomodo fiat,& vbi 459.d. confoſſo vtroque thoracis ſpecu perit 538.b
vox Chriſti ſuſcitabit mortuos,ad quid 2180.b
vocis dignitas,vſus,& origo 380.d.442.c. an incomperta ratio 430.a.b. motus incomprehenſibilis c. organa 435. c. d. 440. d. modus ſequitur ſpiritus meatuum naturam 436.a. materia de corde 436.e proprium organum ex Galeno 437.a. 438.d. locus & materia c. materia ex aëre expirationis 439.b cauſæ,materia, ductus,& reciprocatio c.grauis & acutæ,magnæ & paruæ cauſa & differentia 442.b c. cauſa finalis 444.b. tria præcipua organa 446.a ἡγεμὼν c.ſedes principalis vbi 554.c.mutatio quando 866. a
vocum differentiæ 340.a.b. 411.a. 442.d.tres ſummæ e.442.d.e
vrachos vnde dictus,eiuſque ductus & inſertio 550.a 926.e.927.a. vſus 931.a
vranoſcopi natura 1338.d
vreter vnde dicatur, eius natura & figura 798. b. an arteria,an vena, an neruus? e
vretêres 245.e.vnde dicti,orti,quóq. modo,& quorſum,& eorum ſubſtantia 797.c.799.d. in veſicam deſinunt 799.a.qui,& quales & quomodo inſerãtur 811.b.c.vnde dicti d.vehunt,non reuehunt vrinam, quî c. quomodo inhibeant vrinam regredi ad renes 803.e.poſſident fibras quorſũ 807.e.cariẽt ſanguine 816.c.d.817.d. non ſunt venæ, cur 820.d
vreterum vſus & ſitus 794.c.818.d.820.c. actio 796.b ſubſtantia,forma, nomina 798.a. 811.a. ſubſtantia ſimilis veſicæ c. meatus eiuſque operculum quale 798.c.d. oſcula 799.b. natura,inſertio 805.e. 816.d 817.d. origo 811.a. munus potui deferendo, qualiter 805.c.d
vrethra 145.e. quid,& vnde dicatur 814.d.1533.d. eius forma 851.b. quod non habeat triplicem ductum contra Auicennam c. muliebris vbi,qualis d. virilis item e. & 820.c. quæ 818. e. 953. a
vrina 147.b. quid,& vnde,& vſus ſeri ſanguinis 792. e. 793.a. 813.b.c. an à pulmonib. ad veſicam rectà feratur 457.a. quid,& quî fiat b. quî percoletur e. 817.d. cur malè oleat 817.d.e. per tunicam veſicæ traijcitur 821.d. ſtillare in veſicam manifeſtè cernitur in anatomia viuorum 822. e. qualiter demittatur in veſicam 796.d.e. in eam illapſa nõ poteſt regredi,cur 822.e.cur ſalſa 825.b.1407.c.1531.a.cur diu ſupprimatur 826.b. maris & fœminæ qualis 1044.a

Digitized by Google

vrina vnde dicatur 1527. d. embryonis vbi 1527. d. quid 1527.e.1532.c.1533.d.e.1538.c.1544.a. quî ſecernatur,& excernatur 1527.e. quî percoletur 1528.b vnde ſit 1528.e. 1532.d. & quid indicet 1529.e. 1533.d tenuis poſt craſſam 1530.c. perturbata quorſum 1530.d.alba quid d. vnde 1534.b. iumentorum craſſior humana 1531.c. rufa quid 1531.c. & vnde 1534 b. cur metu exeat 1531.e. optima quæ & qualis 1535 b.d. confuſa ſanguini quorſum 1535. b. aduerſus peſtem 1534.a.quib. de morbis indicet 1535.a. 1540 a. aquoſa quid 1535.e. peſſimæ quæ 1535. e. nigra quomodo mala plus minus 1535.e. oleoſa & fœtida quid 1536.a. mala in quo peccet 1540.a. quando & qua de cauſa excernatur, quóque modo 1539.d 1541.a.c. vnde alliciatur, & de quibus partibus indicet potiſſimè 1542.a.b.c.1544.a. vnde genita, & colorem & ſubſtantiam vnde habet 1542.e

vrinæ meatus 653.b. an ſint venæ 737.d. actimonia vnde 801.b. cruentæ cauſa 805.c. 811.b. 815. d. vſus in corpore 1528.a. ductus & ſecretio per renes quî fiat 1518.d.e. optimæ ſigna 1529.a.b.1539. d. 1542.d item malæ 1529.b. copioſæ cauſa 1529.c. ſtillicidij 1529.d. profuſæ mira quantitas, cauſaque 1530.b profuſio & comparatio ad cibum & potionem 1530.c.hypoſtaſis quid 1530.c.1534.d.1543.a.& vnde 1543.a. organa,& eorum compoſitio 1532.c. vis & temperamentum 1533.e

vrinæ iudicia in febribus 1534.a.& aliis morbis 1535.a ſigna ex colore 1534.b. bonitatis gradus 1536.a.1537 c.vſus ante ſecretionem, velut ſeri ſanguinis 1538 d.e. deſcenſus in veſicam,& cur non remeet 1541 a. virilis cum muliebri comparatio 1542. d. differentiæ vnde ſumantur 1544.a.b. præſagia 1544.c & ſeqq. 1545

vrinam cohibere quatenus vtile 812.e

vrinam reddunt etiam qui potu abſtinent, vnde, & quomodo 457.d

in vrina cur nullum cibi veſtigium 455.b.457.a.b

vrinæ ſemper inſpiciendæ cur 1534.a. virorum, mulierum, puerorum peſſimæ, quæ 1536.b

vrinaculum muliebre vbi, & quale 992.e

vrinatores quomodo ſub aquis merſi reſpirent, viuántque 489.d.1174.e

vrſarum ſolertia & medela 1983.b

vſiæ cur dicta 248.c

vterus quid 790.b.vnde dictus 976.d. animal, quî, & quale 249.d. cur natura dicatur 888.b. vnde, item matrix & vulua c.cur facile oberret 890.a. quibus vniatur,vel annectatur,vel dependeat 890.b. roſæ compararus 892.d.cur obtuſioris ſenſus 893.b.duplex 896.a. deſcendit ad ſeminis occurſum 903.c an priſcis maior 913.e. trahit ad ſe ſemen à ceruice 917.d. appetit & perſequitur 919.c. quomodo dicatur animal 921. a. 932.d. ſeminis appetens 921.b ſponte loco mouetur b. c. à vulua quadrupedum qualiter differat 953.b. quibus intus,& quamobré 963.e.964.a.quomodo ſemen alliciat,& menſtruo permiſceat 967. a. non neceſſarius ad vitam, quî 991.c.d. quî denſior aut tenuior, & vnde 994.e hiat poſt menſes 1084.e. in mulieribus non habet ſinus,neque in his gerit fœtum 1086.d. quomodo trahat & exugat ſemen virile 1089. b. 1092.b. in conceptu concluditur 1127.e.qualiter, & quando aperiatur 1128. d. e. prolabitur in partu quando 1119.a.1130.a. quomodo ſe gerat partu inſtante 1165 c. quòd procidat nixú parturientis, & ſigna ex eo viui vel mortui fœtus 1165.c.d.in partu quantopere dehiſcat, & qua vi 1230. d. poſt conceptum concluditur interiùs 1640. c. e. 1641. in grauidis ſuſcipit & emittit aliquid qualiter 1642.d.e. quomodo menſes corrúpat 1709. c. d. hydropem facit & patitur 1720.a. ſterilis qualis 1716.c. d. 1729.a

vteri ſitus, & ratio 247.c.888. a. forma & vſus 248.b ſinus ibid. ſynonyma d. longitudo 249.b. humeri, latera,baſis ibid. ceruix c. vſus,vis,& ſymptomata e.cum mammis communio per vaſa quî fiat 475.d 1668.d.1669.a. vaſa cur ſurſum, eorumque vſus e. magnitudo,longitudo, latitudóque 889.a. fundũ quà pertingat ibid. figura b. cornua qualia, ſeu proceſſus,& vbi b.c. 903.a. duo ſinus 889. c. muliebris à vuluis animantium differentia c.d. partes adiacentes & annexæ d. aſcenſus ad inteſtina, & eius ratio d. ligaméta & nexus e. nerui,venæ & arteriæ 890.a.c. teſtes & pori ſpermatici b. 891.d tunicæ quot & quales 890.c. 891.b. 893.b. 913. e. vaſa quorſum 890.e. ceruix qualis e. 891. b. 892.b meatus ſeminarij quales, & quòd priſcis ignoti e 891.e. vſus 892.b. defloratí cruor vnde 892. c. duplex orificium, & interius quî varietur 892. c.d duo ſinus, vt duæ mammæ, & eorum ſympathia 892.e. tunicarum fibræ & nexus 893.c. teſtes vbi & quales,& vſus 893.c. vaſa ſpermatica d. collum & eius vſus 894.c. d. vis tractrix & ſuccus 903. a muſculi 903.b. ligamenta vbi, & qualia, & quorſum 904.b. ſitus, eiuſque ratio c. fibræ quot & quales e. 914. a. extrema duo, & eorum termini 906.e. capacitas ſcroto ſimilis 907.c. comparatio cum veſica 908. c.d. cum ficu quomodo d. cum matula 909.a. cum pyro b.

vteri figura intus & foris, & fundum vnicum, cur 909.c. tenſio minuit craſſitiem & contra 909.duæ ſummæ partes quæ 910.a. ceruicis deſcriptio a.b c. ſphincter nullus c. portio in ceruicem pendula qualis,& vſus 911.e. ſinus interior qualis,quantus, & quorſum 912.d.e.914.b.fundum 913.a.b.c. partes externæ 914.c. vaſa, nerui, muſculi, cremaſteres 920.b.c.d.motus in hyſtericis quî fiat e. ſtrangulatus quî fiat 921. c. ſuffocatio quibus & quare accidat 921.d.e. ad podicem ligamenta,& vtriuſq. diremptio,vel vnitio 922.d.e. nexus cum veſica e. vis & orgaſmus 944.e. cõpoſitio & vſus ex Ariſt. 952.b. deſcriptio & partium nomina 953.a.b. ſitus in diuerſis animalibus 956.a. vſus ad quid c.e. natura formáque,& vis ad generationem, ex Lactátio 986.c. ſitus & quantitas ex Orib. 988.c. diuerſa quî 989. ſynonyma,& eorundem ratio 989.b. cõparatio cum veſica in magnitudine ex Soráno 989 d. fundum ad vmbilicum ibid. figura 990 a. oſculum, & collum, & ceruix, & coles, & humeri, & latera, & baſis & ſinus a.b. os quomodo occaleſcat,& qua de re c. teſtes vbi e. tunicæ & inſerta vaſa 991.a.b. amicula quando b. cornua & acetabula c.ſympathia quibuſcum partibus d.e. alæ & labra 992.e. partes & ſitus 993.a

vteri ſynonyma, & eorundem ratio ex Aëtio 993.a ſitus & magnitudo,& quòd ad vmbilicum pertingat c. quî variet & quare d. longitudo, latitudoq. d. figura e. cornua vbi & qualia, eorumque inſertio & vſus e. teſtes vbi, quales, quorſum e. nexus & vaſa 994.a. compoſitio & tunicæ c. collum

quale, quî indureſcat & occaleſcat c. orificium interius, quorſum d. diſpoſitio ad conceptũ 1017.e munia 1027.a. ſinus in quo conſentiant, item teſticuli 1029.e. partes dextræ cur calidiores 1030.a ſinus demutat nationem ſeminis indolem, quî c. vis maior r ad ſexum diſcriminandum c. receptacula quot 1090.c. cellulæ d. rugæ e. os interius quãdo & quatenus clauſum 1093.b. ratio & diſpoſitio ad [illegible] 1096. a.c. partium denominatio 1081. d.e 1084. d. ſinus quot, quî 1086. b. partes externæ c. figura 1085.c.1086.c. ſinus duo tantum 1085.c.1088 e.1089.a. comparatio ad roſam 1100.c. vis retétrix quàm valida 1165.a. expultrix quando agere incipit b. ſuppetiæ in partu, quî 1230.b. os in conceptu clauditur 1640.e. quatenus 1642.b. 1717. d. 1719.e 1721.a. quando & quatenus conniueat 1641.a. fœcundi infœcundiue ſigna 1725. e. 1716. c.d. generando inhabilis 1549.c

vuea ſiue ſecundina 3. membrana oculi, vnde dicta, qualis, & ad quid 293.e eius figura 294.a. ſynonyma b. cur talis 299.c

vulnera cerebri vbi lethalia 1892. d. e. 1893.a. quæ demum ſenſum vel motum adimant 1093.b. 2023.e 2052. d.e

vulnera cordis non coaleſcunt, cur 539. a. in lacerto lethalia, cur 1818.e. in muſculis quæ praua, & ratio 1822.b. temporum cur lethalia 1915.b

vulnera martyrum ad decus in reſurrectione 2184.e

vultus vnde dicatur, & ad quid 281.a.288. d. homini proprius 1073.a. eius ratio, & inde præſagia 215.e decor & vſus 226.a

vuula 235.c. 461.a. & eius neceſſitas 463.a. ſynonyma Græca 248.a.249.c. quænam plures ſinus habeat: & quod mulieri geminus 895.b.c. inſatiabilis, & alia quæ ſimiliter 958.a. quibus adſit propriè 976 d.e. qualiter compoſita 990.c.d

vxor velut res ſacra 879.c. ducenda virgo 6

vxores ex Platone communes 947.c

X.

XEnocratis impudentia cynica 371.e

XXenophon occæcatus, qualiter 291.d

Xerxes tantam hominum frequentiam cernens illacrimatus, quorſum 842.c.d.

Z.

ZElotypiæ lex 1107.a

ZZenobiæ Syræ laus 875.a

Zenonis philoſophi tolerantia dum torqueretur 120.c

Zenonis Eleatæ conſtantia in ſuppliciis 120.d

zephyria ova 833.b. cur dicantur, & quomodo fœcunda c.967.c

Zeuxis in linteo picto falſus 1297.a

zodiaci dominatus in duodecim hominis partes 31.e d. ſegmentum, quà 32.b. ſigna 12. & eorum nomina, nominumque ratio 192.c.1186.d. analogia cum partibus hominis 2080.c

ζωὴ vnde dicta 86.c

zona, pars corporis quænam 140.b

zonæ quinque cœli quales 218.d.e. cur dictæ 218.e

zonæ quinque in terra ſubiectæ cœleſtibus 217.a.b.e d. quales e. temperatæ ſub terra habitabiles 1196.c peruſtæ amplitudo 122.b

zonarum quinque analogia in cœlo & in terra 216.d e. 218.e. denominatio vnde 217.d

ζῶον vnde dicatur 2055.b

zoophyta quæ 511.a. ſola perſpiratione viuunt contenta 510.d

ζωογονία natura 456.e

Zopyri hiſtoria 338.d. prædictio de Socrate 1311.c

Zoroaſtres eo die quo genitus, riſit 2213. d. eius ſententia de animæ diuinitate & immortalitate 95.e

Zygoma 299.e

FINIS.

401 1h6 10h1

1041

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

H.42.

Digitized by Google

Digitized by Google